N. 1.

LEXICI UNIVERSALIS HISTORICO-GEOGRAPHICO-CHRONOLOGICO-POETICO-PHILOLOGICI *CONTINUATIO.*

Præter ADDENDA comprehendens

HISTORIAM ANIMALIUM, PLANTARUM, LAPIDUM, METALLORUM, ELEMENTORUM,

Rerum Aſtricarum, præcipuè HOMINIS Negotiorúmque ejus, in omni Ætate, Sexu, Conditione, Ævo,

Recentiori medio, veteri, ex omnium Gentium, inprimis Hebrææ, Græcæ, Romanæ, Monumentis ſacris, civilibus, erutam.

OPERA ET STUDIO

IOH. IACOBI HOFMANNI,

Gr. Ling. in Acad. Baſil. Profeſs. Publ.

TOMUS SECUNDUS & TERTIUS.



BASILEÆ,

Impenſis JOHAN. HERMAN. WIDERHOLD, Bibliop. Genevenſis.

Typis JACOBI BERTSCHII, & JOH. RODOLPHI GENATHII.

M. DC. LXXXIII.

DZZiS
2425
Ob. 7. IV 24/3

M.

MIn notis antiquorum, *Marcus*, vel *Mutius*, vel *Martius*. vel *monumentum*, vel *mulier*, vel *miles* vel *metum* vel *meam*, *mihi*, *molestiam*, *mors*, *modo*, *manum*: M AG. EQ. *Magister equitum*: MAG. M I L. *Magister militum*: M B. *Mulier bona*. M D. O. *Minis mare oportet*, &c. significat, Fr. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.* Quibus Multos olim, item in Numerandi ratione valuere, V. infra sub *de Musicis ac Numeralibus Notis*.

M A.

Macariana Tempora, dicta sunt olim, quando *Macarius* Consul à Constante Imp. in illus tuerat: Aliàs, una cum Paulo Consule: vir, ait componendas fides controversias, inter Fideles & Donatistas. Baronius *an.* 348. *num.* 16.

Macarii, secta quædam Manichæorum, apud Augustinum *de Hæres. cap.* 40.

Macaronees, Gallis Italisque dicuntur, quæ olim placentæ *ex simila*, quod ex spectebus confusis fierent. Salmasius *ad Solinum*. Fiunt autem hodie ex amygdalis dulcibus facchato & ovi albumine. Voci origo, à Græco μακαρ, quod *beatorum* epulis dignæ sint.

Macchabæi. Junio sic dicti, à quatuor literis initialibus verborum Exodi *cap.* 15. *vers.* 11. מי כמכה באלים יהוה *Quis similis tui, Deus?* ב. כ. ב. depictis in labaris & vexillis eorum militaribus; aliis aliunde: Cæteroquin *Asamonei* vel *Hasmonæi* vocabantur; five simpliciter *Præfectos* dicas, five, quod vox Arabicè fonat, *Venerandos Antistites*. Patriæ fic ac Religionis, quales revera illi per multos annos fuere. Posteaquam enim Duces ac Pontifices, quibus Judæorum Respublica post captivitatem Babylonicam imperata fuerat, ad summa crimina fuissent delapsi, versa est Reip. facies & primitus defecta, cultuque Dei orum non ita, successerant *Macchabæi*, in quibus Pontificatus primò cum Principatu, deinde eram cum Regio fuit sociatus. Vita namq; functo Alcimo (quem, fuffecium Onia, ab Antiocho Eupatore, post alia lecta, inuros Sanctuarii dituere parantem mors, antevertens, opprefit) Populi suffragiis traditus est Pontificatus Judæ *Machabæo*, filio Mathathiæ Sacerdotis, e flatione feu classe Joaribi, 1. Chron. *cap.* 24. *vers.* 7. Macchab. *cap.* 2. *vers.* 1. Hic enim, in crudelitatem Antiochi Epiphanis insurgens, ea so Apollonio ejus duce, templum recuperavit, illudque fœditatibus violatum procuravit & expurgavit, anno admodum ante Christi Epiphaniam 168. fic. que in libertatem Populo asserto, ei post Alcimum, seu etiam, ut alii volunt, adhuc vivente, summa rerum præfuit, per annos quatuor Pontificatu functus, donec post vindicata fortissime Patriæ jura, mifsice in publico certiffi, Machabæi *cap.* 9. *vers.* 18. Eiusceciderunt, ex eadem familia, varii usque ad Joh. Hyrcanum, qui omnes fuerunt Principes simul & Pontifices, fecit Judas: quod posterius illorum munus legitimum plane fuit, neque per eos Pontificum successio interrupta est; at nullo jure vero illi munere Imperium adjunxerunt; quod Levitis seu Pontificibus male conveniebat. Interim Rempublicam illi gesserunt sub ductu ac auspiciis non precarii à Persis, Græcis aut Romanis præstare ut quibusdam placet, cùm excusso Græcorum jugo Regno reapte sint positi, Romanorum non clientes fiduciarii, sed tocti ac federati facti, sicut ex fœdere, quod cum Romanis iniit Judas, constat abunde. *Machabæos* poftea Principes, exceperunt illius familiæ Reges, ut videbimus *infrà*; usque ad Hyrcanum & Aristobulum fratres, quorum diffidio, apta occasione interveniens Romani, captaque Urbe & Templo, vinctum Aristobulum Romam deportavit Pompejus, Pontificatum & Principatum feu Ethnarchiam, non vero Regnum, Hyrcano reddens: quem tamen poftea, mortuo Aristobulo, filius hujus Antigonus, Parthorum auxilio, regno occupato, cepit: At Antonius Antiochiæ, inusitato exemplo, Regem fecuri percussit. Evectus interea Antipater Ascalonita, atque propter magnitudinem meritorum erga Julium Cæsarem Procurator constitutus est: cujus filium Herodem Romani Senatores Regem creavere, qui *Machabæorum* seu Asmonorum profapiam reliquam funditus excidit, Aristobulo que Pontifice adolescente, inter natandum, fraude fceleftâ suffocato, ipsum quoque Hyrcanum grandævum, optime de se meritum, jussit; poftquam Pontificatus ac Principatus in Asmonæorum domo hæsisset, per 130 circiter annos; quorum res florentissimæ mutuis odiis & truculentis fceleribus utrinque admistis, penitus interciderunt: ut ita Regno funditus everso, versus Populi Dei Rex existus eo & vehementiùs defideraretur. Unde etiam de corona Asamonæorum prædictum legimus, *quòd illa non sit*, h. e. quòd ea non sit illa, quæ promissa est, Ezech. *cap.* 21. *vers.* 27 V. Franc. Burmannum *Synopsi Theolog. Christian. Tom. I. Lib. IV. cap.* 38. *num.* 1016.

Tom. I.

Principes & Pontifices Machabæi.

Judas, Mathatiæ filius, Templum, quod Antiochus Epiphanes, per triennium & semestre, fœde profanaverat, recuperat, Populique usu in liberatem vindicato, Principes eligitur, anno quo dictum. Et, poft 4. annos in Regimine exactos, extinctus, fuccessit

Jonathas, frater ejus: quem excepit

Simon, itidem frater. Poft

Johannes Hyrcanus, ejus filius præfuit; itidem ut Decessores filius. Pontifex simul ac Ethnarcha; imò fecundùm Judæos, etiam Propheta: ut

Regis ex eadem familia.

Aristobulus, Johannis Hyrcani filius, primus Regio usurpato nomine, Ethnarchiam vertit in Regnum; sed, imperio crudeliter gesto, poft annum exanimus eft. Et succedit Alexander Janneus, frater, qui ex Alexandræ uxore filios fuscepit, Hyrcanum & Aristobulum. Poft ejus mortem,

Alexandra vidua, Regnum per novennium administrat; Pharisæa addicta, in quorum gratiam, Hyrcanum Pontificem creavit.

Hyrcanus, filius Alexandri, mortuâ matre Regnum capessivit, Regiâ ac Pontificali dignitate fulgens, sed utraque illum, poft menses tres,

Aristobulus frater exuit. Poftea captâ à Romanis Urbe, Aristobulus Romam deportatur: sed hoc mortuo,

Antigonus filius ejus, Hyrcanum, Ethnarchiam à Pompejo factum, cepit: ipse tandem jussu Antonii, fecuri percussus V. *supra*.

Macedonia, adde: *Macedonica* Monarchia, quæ, poft Alexandri M. obitum ftatus fuerit, & quot illa in partes distributa; his verbis exponit Curtius *lib.* 10. *cap.* 10. *Peræa ea perdidit in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam opes obtineret; Satrapes Macedones accepit & Asiaticæ gentes, ita ut duæ partes Lacedemonii Syria cum Phœnice data sit: Thracia Cilicia adjuncta: Lydiam cum Pamphylia & majore Phrygia obtinere jussus Antigonus: In Cariam Cassander; Menander in Lydiam mist. Phrygiam minorem Hellespontumque adjunctam Leonati provinciam ipse jusserunt. Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia cesit. Præcipuum est ut regionem suam quisq; ad Tanaym usq; defenderet. bellum cum Arbate gereret. Solus hic detrectabat imperium. Python Medium, Lysimachus Thraciam. Asopolaus, Thraciæ Pontica gentes obtinere jussi. Ipsi Indis, quicq. Bactris & Sogdianis, cæterisq; aut Oceani aut rubri maris accolis præerant, quibus quoq; finibus habuisset, imperiatim ipsi obtinerent. Dicrarum est, ut Perdicca cum rege esset, copiq; præsset, qua regem tegueberant. Credidere quidam testimonio Alexandri distributa ante ejus provincias, sed summa ejus rei, quamquam ab Auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus.* Fruhshemius fubiis ista fic enumerat, *Not. ad Curtium.*

Præfecti Provinciarum Macedonica Monarchia, sub Alexandro M. & poft obitum ejus.

Aridæus, toti Imperio cum regia potestate, sive nomine pontifs, præfectus eft.

Amyntas, Nicolai F. ut videtur, Sogdianos accipit, Justin. *lib.* 13. *cap.* 4.

Antigenes præficitur Susis.

Antigonus, Philippi filius, cum Pamphylia & Lycia Phrygiam obtinere iussus, Diodorus *lib.* 18. *cap.* 2. Poftea vero toti fere Asiæ imperavit: ut fere omnes produnt.

Antipater, sub Alexandro, Macedonibus, Theffalis, Thracibusque præfuerat, apud Curtium *lib.* 10 *cap.* 4. Tum exercitûs per Europam dux constitutitur, Arrianus *lib.* 1. apud Phot. Justinus Macedoniam jus hinus Aristobulus, missio *Principis* nomine, regium usurpavit, ut dicemus paulò poft. Hyrcanus hic, ideo Principum Asmonæorum ultimus, Idumæos subegit, illosque ad circumcisionem ritusq; Judaicos amplectendos, adegit. Qua de causa, poft hæc tempora, in unum cum Judæis populum gens hæc coaluit: eorum quoque nomine cenfita juxta vaticinia Num. 24. *vers.* 18, 19 Esaj. *cap.* 34. *vers.* 6. & *cap.* 63 *versu* 1. 2. Amos. *cap.* 9 *vers.* 12. & Malach. *cap.* 1. *versu* 3. *seq.*

Familia.

Hyrcanus, filius Alexandri, mortuâ matre Regnum capessivit, Regiâ ac Pontificali dignitate fulgens, sed utraque illum, poft menses tres,

Aristobulus frater exuit. Poftea captâ à Romanis Urbe, Aristobulus Romam deportatur: sed hoc mortuo,

Antigonus filius ejus, Hyrcanum, Ethnarchiam à Pompejo factum, cepit: ipse tandem jussu Antonii, fecuri percussus V. *supra*.

Macedonia, adde: *Macedonica* Monarchia, quæ, poft Alexandri M. obitum ftatus fuerit, & quot illa in partes distributa; his verbis exponit Curtius *lib.* 10. *cap.* 10. *Peræa ea perdidit in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam opes obtineret; Satrapes Macedones accepit & Asiaticæ gentes, ita ut duæ partes Lacedemonii Syria cum Phœnice data sit: Thracia Cilicia adjuncta: Lydiam cum Pamphylia & majore Phrygia obtinere jussus Antigonus: In Cariam Cassander; Menander in Lydiam mist. Phrygiam minorem Hellespontumque adjunctam Leonati provinciam ipse jusserunt. Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia cesit. Præcipuum est ut regionem suam quisq; ad Tanaym usq; defenderet. bellum cum Arbate gereret. Solus hic detrectabat imperium. Python Medium, Lysimachus Thraciam. Asopolaus, Thraciæ Pontica gentes obtinere jussi. Ipsi Indis, quicq. Bactris & Sogdianis, cæterisq; aut Oceani aut rubri maris accolis præerant, quibus quoq; finibus habuisset, imperiatim ipsi obtinerent. Dicrarum est, ut Perdicca cum rege esset, copiq; præsset, qua regem tegueberant. Credidere quidam testimonio Alexandri distributa ante ejus provincias, sed summa ejus rei, quamquam ab Auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus.* Fruhshemius fubiis ista fic enumerat, *Not. ad Curtium.*

Præfecti Provinciarum Macedonica Monarchia, sub Alexandro M. & poft obitum ejus.

Aridæus, toti Imperio cum regia potestate, sive nomine pontifs, præfectus eft.

Amyntas, Nicolai F. ut videtur, Sogdianos accipit, Justin. *lib.* 13. *cap.* 4.

Antigenes præficitur Susis.

Antigonus, Philippi filius, cum Pamphylia & Lycia Phrygiam obtinere iussus, Diodorus *lib.* 18. *cap.* 2. Poftea vero toti fere Asiæ imperavit: ut fere omnes produnt.

Antipater, sub Alexandro, Macedonibus, Theffalis, Thracibusque præfuerat, apud Curtium *lib.* 10 *cap.* 4. Tum exercitûs per Europam dux constitutitur, Arrianus *lib.* 1. apud Phot. Justinus Macedoniam & Græciam, Diodor. Macedoniam cum vicinis populis attribuitam ei ait: quod eodem recidit. Dexippus apud Photium *Cod.* 82. latius *universa Macedonia & Græcia, Illyrin item & Triballis, atq. Agrianis, omnibusq; adeò ubi, quibus in continente* (Europæ) *fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum plena & summa potestate imperator præfectus.* Archo Babylonian, Diodor.

Arcisclaus; fortitur Mesopotamiam.

Aridæus quidam, apud Arrianum & Diodor. Phrygiæ ab Antipatro præponitur: poftquam Alexandri corpus ut Ægyptum transportasset.

Atropates, Mediæ majori præficitur.

Axiarches. Vide *Oxyartes*.

Cassander, Antipatri F. in Cariam mittitur.

Cleomenes, additur Ptolemæo, qui provinciam Ægypti adgnatam illi traderet.

Clitus, Lydiam accepit ab Antipatro.

Craterus, Alexandri F. ex Otestide, quæ Macedoniæ pars est, Arrian. *Indic. lib.* 10. 6. 11. Alexandri justu in Europam profisciscebatur. *Antipatri loco Macedonibus, Thessalis Thracibusque præficiebatur*; apud Curtium *lib.* 10. *cap.* 4. hoc interim mortuo, regiæ pecuniæ custos constituitur, Justin. & cum Antipatro Macedoniam vicinaque regna obtinere jubetur, Arrianus; Curatoris etiam officio, quæque ad regiam pertinent tutelam, mandatis. Devagus.

Eumenes, Hieronymi F. Cardianus, Arrian. *Ind. lib.* 3. 6. 12. Cappadociam cum Paphlagonia habuit, cum præcepto, *ut regionem eam tueri, ad Trapezunta defenderet, & bellum cum Ariarathe gereret*; qui solus detrectabat imperium Macedonum, & Alexandro alibi occupato jus regni retinuerat. Curtius.

Laomedon Mitylenæus Syriam cum Phœnice, Curtius.

Leonnatus, Enni F. Pellæus, Arrian. *Ind. lib.* 3. *cap.* 13. Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam. Curtius.

Lydmachus, Agathoclis F. Pellæus, Arrian. *Indic. lib.* 3. 6. 12. *Thraciam adpositam*, *Thracia*, *Pontico genio*, obtinere jussus. Curtius.

Meleager, Neoptolemi F. Arrian. *lib.* 3. *cap.* 2. fecundum Curtium & Arrianum, occisus est ante divisionem factam, quod veritati consonum videtur: nec enim ante hunc occisum Perdicca tantum potuisset. Non ergo mirum de provincia ei tradita diffentire Scriptores, cum ei, qui non amplius in rebus humanis exstabat, nulla fuerit assignata. Cedrenus ergo cum *Eusebio* ne Paphlagoniam ei tribuit, Diodorus Lydiam, Latinobarbarus Syriam, quæ *Cœle* dicitur, & Phœnicem.

Menander in Lydiam mittitur, vel potius remittitur.

Nearchus Androtimi F. Cretensis, Arrian. *Indic. lib.* 3. *cap.* 12. Lycum & Pamphyliam fortitur, Justinus.

Neoptolemus, ex Æacidarum gente, Arrian. *lib.* 2. 6. 5. Carmaniæ præficitur, ut habet Dexippus.

Nicanor, ab eminatur apud Justinum. Cujus tamen Mss. magnopere turbant. Immo Stagnorem quendam signare videntur, cui & *lib.* 4. 1. 6. 5. Parthos ait traditos. Ceterum Nicanori cuidam Cappadociam in altera divisione tributi Antipater, Arrian. *lib.* 3. Diodor. *lib.* 18. *cap.* 39.

Oropius, partem Sogdiadæ tenuit. Dexippus.

Oxyartes five *Oxathres*, Alexandri socer, Bactrianam, Cedrenus, Paropamisadas, Diodorus.

Perdiccas, Orontis F. Macedo ex Orestide, Arrian. *Ind. lib.* 3. *cap.* 12. imperium dividens suo arbitratu; Curtius: sibi sumit, *ut cum Rege esset, copias, quæ præsset, quia Regem sequebantur*, hoc est, ut Rex esset. Curtius.

Peucestas, Alexandri F. Miezæus Perfidis Satrapa constitutus ab Alexandro, Arrian. *lib.* 6. *cap.* 5. in ea provincia remanet, Diodor.

Philippus, præficitur Drangianæ, Bactrianam & Sogdianam tribuit.

Philo, accipit Illyrios, Justinus. Medium dant Cedren. & Eusebiana.

Philotas, obtinet Ciliciam, Curtius. Sed provincia ei haud multo post adimitur. Justin. *lib.* 13. *cap.* 6. ob amicitiam Antigoni, ut colligitur ex Diodoro, *lib.* 18. *cap.* 62. Ciliciæ autem imponitur

Philoxenus, Justin. *ibid.* Qui sub Alexandro oræ maritimæ præfectus fuerat. Plutarch. *cap.* 37.

Phrataphernes, sub Dario quo que prætor Hyrcanorum fuerat, Arrian. *lib.* 3. *cap.* 2. dedit Alexandro apud Curtium *lib.* 6. *cap.* 4. quo in provinciam restituitur, *lib.* 8. *cap.* 3.

Pithon, Agenoris F. Dexippus: *Pithon quidam horum* (Pori & Taxilis) *finitimo imperavit*, *exceptis Paropamisadis*. Hujus etiam sortem ratam habuit Antipater. Arrianus *lib.* 3.

Pithon, Craterz F. Alcomenæus. Arrian. *Indic. lib.* 3. *cap.* 11. Medium obtinere jussus, Curtius.

Porus, Regnum suum retinuit. Justinus.

Ptolemæus, Lagi F. Eordensis, Arrianus *lib.* 6. *c.* 5. Satrapiam Ægypti & Africæ gentium, quæ in ditione erant. Curtius.

Seleucus, Antiochi F. Justin. *lib.* 15. *cap.* 4. Syriæ & Babylonæ portas, Cedrenus quod quidem Arrianus & Diod. *lib.* 18. *cap.* 3. docent in posteriori divisione demum acciditse.

Sibyrtius, nanciscitur Arachosiam & Gedrosiam, Diodor.

Stasander Cyprius, confequitur Atiam & Drangianam ab Antipatro, Diod.

Taxiles, regnum suum retinuit.

Tlepolemus, Pytophanis Fil. Carmaniam, Alexandro largiente, tenuit. Arrian. *lib.* 6. *cap.* 5. Sequuntur Provinciæ, inidem justu literarum, fe nem, quarum pars maxima brevi in Regna cessit: Mace doniæ Antipatri; Asiæ Antigoni; Ægypti, Ptolemæi; Syriæ Seleuci; Thraciæ Lysimachi, & Indiæ Sandrocotti. qui ceteros commilitones suos potentia virtuque multum supergressi ferunt, ut apud Auctores videre est.

Provincia Macedonica Monarchiæ, juxta literarum ordinem.

Ægyptus, ab Alexandro pluribus Præfectibus credita, Curtius *lib.* 4. *cap.* 8. post mortem ejus tota traditur Ptolemæo.

Africa etiam, quead perdomita erat, eidem tribuitur.

Agrianes, justu Cratero & Antipatro parere; post mortem Crateri cum ceteris Macedonici regni acceffionibus, in unius Antipatri arbitrium concedunt.

Arabia, quarenus perdomita fuerat, Ptolemæo adsignatur. Majorem tamen ejus partem Seleucus tenuit, Appiano teste.

Arachosia diu sub Sibyrtio fuit: postea accellit etiam imperio Seleuci.

Arbelitis regio, apud Diodor. *lib.* 18. *cap.* 39. & Arrian. *lib.* 3. Amphimachio traditur, quam cum viris regionibus in Seleuci potestatem concedit.

Aria, Stasanori primum à Perdicca: deinde ab Antipatro Stasandro subjicitur. Inter utramque divisionem bienio minus interfuit.

Armenia an Tlepolemo obvenisse, Justinus videtur tradere, sive potius Neoptolemo, ut in eo nomine diluquisitum Freinshemio. Postea & ipsa concessit in Seleuci ditionem, Appianus.

Asia minor, Antigono fere tota data parait, cujus *irrisorias* & curator factus fuerat Appian. sed &

Assyria aliquamdiu.

Babylonam prius Archon habuisse videtur: mox Seleucus, qui etiam invasam Antigono recuperavit, Appianus.

Bactriana ulterior, priores præfectos retinuit. Inter quos eminebat Oxathres vel Oxyartes, Alexandri focer. Eam totam postea possedisse fertur Seleucus.

Cappadocia, Eumeni data est vel potius dicta: nam tum in hostium erat potestate, Probus: Ariarathis nimirum. Quo interfecto, ademptæ provinciæ Nicanor quidam præfectur. Postremo Seleucus obtinuit.

Caria, data Cassandro: mox Eumeni. Justin. *lib.* 13. *cap.* 9. cui illam cum vita extorsit Antigonus.

Carmania, commissa Tlepolemo: videtur mox Seleuci imperio acceffisse.

Chersonesus Thracia, Lysimacho parait. Arrianus.

Cilicia, Philotæ primum, mox Philoxeno tradita. Ad postremum Seleucus sæ potitus est.

Drangiana, Philippo obvenit, plures Stasanori tribuunt. Altera divisione Stasandro fuit commissa.

Epirus, cum Macedonia adhæsit Antipatro.

Gedrosiam Sibyrtius habuit.

Græciam Antipater: dein Polysperchon. Justinus *lib.* 13. *c.* 6. A quo translata in Cassandrum filium.

Hyrcania, Phratapherni man-

fit: quo pulso aut mortuo adjicitur imperio Seleuci.

Illyrii, cum Macedonia, manserunt penes Antipatrum.

Indiæ major pars, sub Taxile & Poro manfit: adjecta etiam aliis, quæ prius non pollederant.

Ituræa, Philotæ tributur, cum Cilicia.

Lycaonia, Antigono data, Arrian. *lib.* 9. unaque vicina Lycia.

Lydia, cessit in ditionem Antigoni, ejecto Chto, quem Antipater præfecerat. Diodor. *lib.* 18. *cap.* 12.

Macedonia, demandatur Cratero & Antipatro: penes quem post mortem illius manet, & in Cassandrum transmittitur.

Mediam Atropates texit. Ideo quamvis Plution Mediæ præfecteturus, ipse tamen permissu Macedonum, dein etiam invitis ipsis, portionem ejus tenuit, quæ ab ipso vocata fuit Atropatia. Strabo *lib.* 11. Cetera Seleucus postea occupavit, occiso Antigoni Satrapa Nicatore, fecundum Appianum.

Mesopotamia, post Arcesilaum & Amphimachum Satrapam, accipit Blitorem, imponente Antigono. Ad postremum Appianus.

Palæstina, in *Eusebiano*, Antigono tributur. At ex Josepho conflat, Ptolemæo patuisse, cum vicina Syriæ parte. Ejus tamen præfida ejeceras Antigonus; Appian. duque inter eos, postea etiam inter Seleucidas Syriæ Reges, & Ptolemæos Ægypti, de ejus possessione pugnatum est.

Pamphylia, Antigono data, retentaque contra Eumenem, Justin. *lib.* 14. *c.* 6.

Paphlagonia, cum Cappadocia eosdem dominos habuit.

Paropamisadæ, commissi Oxyartæ, cui videntur à Sandrocotto fuisse erepti.

Parthia, Phrataperni tradita erat: mox Philippi vel secundum Justinum Stagnori mandata; tandem acceffit Seleuco.

Patalæ, traduntur Poro. Arrian. *lib.* 9.

Perfidem, Tripolemo quidam (*Tlepolemum* videntur velle,) postea Peucestæ tributum. Postea cum omnibus circa regnis Seleuco paruit.

Phœnice, cum Syria & forte Palæstina, Laomedonti obvenit.

Phrygiam majorem accepit Antigonus, quæ ad Hellespontum pertinet, Leonnatus, Eumeni Perdiccas postea adjecerat; fed obtinuit validior Antigonus: cum interim Leonnatus occubuisset.

Porus, majori ex parte Lysimacho obtigit. Eumenes statim etiam partem ejus accepterat.

Sogdiana, Philippo prius, vel Amyntæ dein Stasanori data fuit.

fuit. At Dexippus Oropium præficit, ignoratum aliis. Ad ultimum Seleucus possessit.

Susiana, post Perdiccæ finem, in prænium navatæ operæ, Antigono traditur.

Syria, Laomedonti fuerat tradita; quem Ptolemæus expulit: victisque pulsus ab Antigono, postea Seleucus totam obtinuit.

Tappri, amissis Satrapis suis, cum Patthis & Hyrcanis, accesserunt Seleuco. Appian.

Thracia, quidem Lysimachi obvenerat, qui & magnam ejus partem obtinuit: superabant tamen adhuc nationes Regesque liberi, à quorum Scutha ipse caprus fuit. Plut. *Apophth. c.* 49.

Tribali, cum Macedonia, pariterunt Antipatro.

Macellaria Artis negotiator, in vet. *Inscr.* Lugdun. apud du Fresne. Erat autem *Macellum*, antiquis Latinis Forum, in quo omnia, quæ ad victum pertinerent, vænum ibant: postea fic propriè appellari voluerunt, ubi caro venalis exponebatur. Hinc in *Glossis*, *macellum*, κρεωπωλεῖον, & *Macellarii*, Laniones; quos à *macitando* peconibus dictos vult Donatus in *Eunuchum*. De iis ita Manilius.

Sunt quorum similes animos nec mœnia frænent,
Sed pecorum membris media grassentur in Urbe,
Et laceros artus suspendant fronte taberna,
Luxuriæ, parent cadam, mortique lucrentur.

Ubi *audaces* vel κρεοφάγους indigitari, fine ratione, magnus eius Interpres statuit. Non enim ei πτωχοῖσιν. aut ferarum confectores & bellatores, sed latrones, plurorum membris gratificantes in urbe media & pecora membratim discerpunt ac fronte lanionis tabernæ suspendunt discerpta; ut etiam innuit Phædrus, in *Fabb.*

Pendere ad lanium quidam videt simium,
Inter reliquas merces atqebiosa, &c.

V. Salmasium ad *Capitolinum in Gordiano*.

Macellinus, cognom. Macrini Imp. quo ob fervitiam à fervis fuis eft appellatus. Capitolinus in *Opilio Macrino*. *In vernaculis vel unicus tam impius, tam pertinax, tam asper, ut servi illum sui non Macrinum dicerent, sed* Macellinum, *quod macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum.*

Macer, avus paternus Severi Imp. apud Spartianum.

Macerius, Aulæ Pontificiæ Officialis, qui Papam equitantem comitatur. In *Ceremoniali* Davantiæ *MS. Quando duo ejus Domicelli, qui dicuntur duo Macerii, portant ensem equitantis, habiti, portantes armorum, vel vocati Macerii habent præcedere Papam*, apud Dominicum Macrum in *Hierolexico*. Hodie *Mazzieri* vulgò.

Macer, prom. Arabiæ, in Macis, Amm. Marcellinus *lib.* 23. Cùjus ollia adeò perh benter esse angusta, ut ex Harmozonte Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promuntorium, quod appellat incolæ Maces, hoc impedimento cernatur. Gracè τὸ δὲ ἄκρον τοῦτο τὸ Μακὲς ἄπειρον, ἐς τὸ πέλαγος τε κ. ἀλλα τοιαῦτα ἐς Α'συρίους ἀγγέλλ. Ubi Μακὸν mavult legi Salmasius: ut fit Μακὲς ἄκρα, V. cum *Exercitation. Plin. ad Solinum p.* 1182.

Machina, pro thesauro subterraneo, apud Livium, *Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum sub terra, jussu quadrato signum, quo insidiæ detuntur & pecuniæ cum signis, quo aperiuntur. Ea cum, defuper impositum est: quibus verbis id refert.* quod Plutarchus in *Pyrrho* Philopœmenis sic: Οὐ μὴν ἀλλὰ κρύπτοντες αὐτὸν ἐς τὸ κατὰλιμον θησαυρὸν ὀκταῖον κατάγον, ἐπὶ πυθμένι λιμβακίου, νεκρὸν ἔβαλον, ὡς ὄφεις ἴσον, ἀλλὰ μεγάλην λίθον περιεγείραντες κατακαλύμμασι σύχνοῖς κατέθηκαν. Quod in omnibus Stris, Cryptis & templorum Thesauris ac fæviliis, quæ sub terra ædificabantur, fiebat: ne tempe quæ ibi thesaurizabantur & conservabantur, ruri edito foramine, quod saxo defuper impositio claudebatur. Cuniculi Cryptam quoque fuisse monumentum illud, in quo Domini noftri cadaver à Josepho reconditum, asserit Salmasius. Item pro cataña, in qua servi vendebantur, & quâ inclusi prostabant: apud Ciceronem: ubi ancillam *erurre de machina* ait. Porro, pro toto molæ machinamento, unde *machinarius* asinus, qui machinam circumagit, &c. V. præsertim Salmasium *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 1210. & hic passim, inprimis in vocibus, *Cisterna*, *Fenestra*, *Thesaurus*.

Machlini, adde: A' voce *Machale* seu *Machalum*; quæ medii ævi Scriptoribus horreum fine tecto denotat, Campanis Gallicæ *Machas* item huic urbi, tum aliis similis appellationis vicis ad Mosam & circa Beringam, nomen datum esse, judicat Wendelinus, laudatus Cardino ad Fresne, in voce *Machale*.

Macolæ Sarcandinavæ, similis alcibi Lapponi, quem adeò propensio, ut nisi recedens in posteriora vestigia pasci nequeat, Plin. quod alci tribuit Solinus, V. ad hunc Claud. Salmasium, *pag* 221. & 384.

Macis, apud Casp. Barlæum in *Medicea*, ubi de Domo Societatis Indiæ Orient. Amstelodami: *Hic Persarum, Arabum, Sinensium, Moluccarum & Japonensium dona ægregia, habebant capacissima portellana—puer rotundum oblongumq.—Macis & nuces myristicæ triplices, alia involucris suis inclusæ, alia folio macidu tectæ, alia conditæ. Moluccarum proprius proventus & benignitatem præcipuam.* Paulo pòst, *etiam tabella ex macidu facco, & Gutta gamba, flavo colore reliquis intermixtum.* Item, *magni pretii olea* & *macidæ & nucibus myristicis, &c.* aromatis genus est, parvus nempe, ruber & jucundus aspectu cortex, alio majore cortice obvolutus, qui nucem myristicam, cum maturuit, circundat, eaque exsiccatâ sese aperit atque inaurum flavescit: ipsa nuce castor, Dalechampius *Histor. Plant. Tom. I. l. lib.* 23. *cap.* 34. Ejus, ut & nucum, proventus maximus est in Insulis Bandanæ, quarum monopolium Belgæ habent Fœderati: Auctor Anonymus *Hist. Orb. Terr. cap.* 10.

Maclovium, adde: Dicitur etiam *S. Maclovii urbs*. An primus fuerit Aletensium Episcopus Machutes ille vel *Maclovius*, ambigit Valesius. Neque enim id dicit Auctor ejus *Vita*, apud Johannem Bolcium: sed tantùm scribit, Machutem cum Aarone manisse, donec *Episcopatus civitatis Britannicæ, quæ vocatur Aletæa, ei extitit destinatus. Non erat ea civitas longè ab Insula Aaronis, super littus maris sita: habens ex uno latere fluvium, nomine Kinctus, ab altera verò parte mari alluebatur.* Ubi pro *Kinctus* legi vult *Rinitus* Auctor præfatus: Vulgò enim *Rance* dicitur. Meminit ejus *Vita* Maclovii à Jeh. Mabilione edita, *Antiquissima civitas Aletis à meridionali parte Rinctis fluvio illic mari influente lavatur, ab Aquilone fretu irrumpente ab Insula separatur, populis & navalibus commerciis frequentatur.* Incolas urbis *Maclovii* Britanni Maloüins vocant, Hadr. Valesius in voce *Aletum*.

Macrim, pro Stagira, Aristotelis patria, apud Georgium Logotheram in *Chronico CPolit.*

Macrochera Tunicæ, apud Lampridium in *Alexandro Sev. Chlamydes hinc steves, & tunicas ajemas, vel* macrocheras *ex purpura non magna ad ytum vocavit Sev. junm*: dictæ funt tunicæ, quæ longas habebant manicas. Salmas.

Macrona, apud Anastasium Biblioth. in *Leone* III. *Macronam verò ipsius Lateranensis Patriarchii, qua extenditur à campo & ultrà imagines Apostolorum, restauravit*, porticus videtur esse aut solarium in longum perrectum, restudinatum & cameratum, quasi μακρὸν dictum. Cujusmodi μακρῶνα in Patriarchio CPolitano exstitisse, & urbe à Francis primum capta conflagrasse, auctor est Nicetas in *Alexio Man. fil. cap.* 6. in *Isaacio* & *Alexio cap.* 2. apud Car. du Fresne, qui *Macronem* & *Andronem* idem esse docet, in *Gloss.* V. quæ de *Macrona* Lateranensi in sua *Dissertatione de Lateranensibus parietinis* attigit, *pag.* 30. & 31. Nic. Alemannus.

Mactatio Agni Paschalis, toti Israelis cœtui imperatur, Exodi *cap.* 12. *vers.* 6. *Et mactabunt eum omnis congregatio Synagogæ Israelis. Proin vers.* 21. omnibus dicit Moses, *Mactate Pascha*: non solùm, quia tum temporis nemo nisi primarium aut quilibet primogenitus in familia sua erat Sacerdos; sed &, quia mactatio tam ad populum, quàm ad Sacerdotem pertinebat, uti probat Bochartus *Hierozoici Parte prior. Lib. I. l. pag.* 571. 576. Et quidem *mactatio* legitima, Hebraice שחיטה *sechita*, ut Hebræorum Magistri tradunt, acutissimo cultro fiebat, per animalis jugulum ductio & reductio. Sed זביחה *zechira*, mactatio illegitima erat, quâ nates discindebantur, ut ipsis ulus est Balak Rex Moabitarum: ita quidem Magistri. Bochartus verò, partem pectoris superiorem, quæ Græcis στῆθος, Arabibus dici *nachar*, docens; verbum *nachara*, esse *mactare*, cultro non in nasum, sed in summum pectus adacto prope jugulum, ostendit. Quod verbum, inquit, Arabibus notissimum etiam Chaldæi usurpant, cùm de victimæ *mactatione* agitur, in infidelium facrificiis, in quorum numero erat Balak. V. eum ubi supra, *cap.* 30. *pag.* 386.

Maculæ, citrearum menfarum, in pretio olim Romanis, memorantur Tertulliano de *Pall.* verbis his: *Hem quantis facultatibus æstimavere ligneas maculas!* Earundem Plinius quoque meminit. Nec enim unius generis, aut nominis, erant. Aliæ *tigrinæ*, aliæ *pantherinæ*, appellabantur, aliæ *parvinæ*, aliæ etiam *agatæ*. Et ejusmæ quidem, in rotundo, longas lineas discurrentes habebant, rarnis similes: tales enim maculæ tigeridum, quas propterea *fasciatas*, i. *virgatas*, dixere. At pantherinæ in orbes parvos & intortos erant crispæ, ut funt terga pantherarum. Quam differentiam *tigrinarum* ac *pantherinarum maculaarum* scite his verfibus describit Oppianus, *Cynegetic. lib.* 11.

Τοὶ μὲν γὰρ ἀμφὶ κακλίκεσσι δ' ὀφιώδεσι
Γίγραπται ἀλλήγλοις ἐπειρεσίοις τανύοντι
Τίγρεις· τοὶ δὲ, κεραιὸν ἐφίσσεται
Τοὶ δ' ἐς ἀγκυλοχάλοισι πεφέρνυα ἀγκάλῃ
Σφριγόωσι πυκνῶσι, ὁμοίῃ πεφλιδόωσι.

Plinii verba, de his menfarum *maculis*, ità ex vetri. libris legit Salmasius: *Mensis præcipua dos in venatu crispis, vel in vortices pavonis. Illud oblongo evenit discursu, ideoq. tigrinum appellatur: hoc interior, & sæo tabi pantherina vocatur.* Sed elegantiæ in venam crispæ vocatæque venatim crispæ funt, & *crispæ in vortices*, quæ ad instar vorticum intortæ crispantur. Sequitur apud eundem Plinium: *Sunt & undatim crispæ major gratiâ, si pavonum oculos imitentur. Magna verò post has gratia extra præditas, crispis densa veluti grani congerie, quas ob id à similitudine agatas vocant.* Dicebantur nempe *agatæ*, non ab apibus vel apicibus, ut Viri docti hactenus interpretati, sed ab *agro*, quòd densa grani congerie crispæ, apii semen & grana densè congesta referant; Claud. Salmasius *Notis ad Tertullian. l. c.*

Madagascaria, adde: Hæc Insula, totius Africæ maxima, circa A.C. 1290. Regem non habebat: Sed quatuor Sethoribus jure

Aristocratico parebat, teste Marco Paulo Veneto *lib. 3. cap. 39.* Nostro tempore, ia plurima dividitur Regna, semper inter se hostilia, Horatius.

Madaranum, Regnum Asiæ, in Inf. Java; de quo sic Georg. Hornius *Orb. Imper. p. 312. In Java est Regnum Bantam Madaran; potentissimum, in illa Insula Rex est, quem vulgo vocant Regem Madaran.*

Madelinarius, V infrà *Madrinarius.*

Madius Mensis, pro Majo, apud Paulum & Dominizonem, de *Vita Mathildis lib. 1.* Sic *Magius*, in *Chron.* Anonymi Bar.

Madrinarius, in *Computo* Hospitii Reg. A.C. 1313, apud du Fresne *Glossar. Rad. de Asseria* Madrinarius *in Madelinarius*; & in *Ordinatione* Hospitii Ludovici I X. R. A. C. 1261. ubi memoratur *Guillelmus Madelinarius*; officium Scantionariæ est, cui *madrinarius* cura immediata. Dicti autem fuit *Madrini* seu *Maderini* aut *Marcelini*. Gallis vulgò *Marin*, pretiosiora pocula: quæ Sonierus quidem lignea fuisse scribit & aceraa, ex Belgico *Maszer*, cujusmodi poculi in pretio apud Norvegos olim fuisse, refert Janus Dolmerus *Notis ad Jus Aulicum Norvagicum antiqu. p. 461.* At, quia Fortunatus *in Epist. prafixa Poematum lib. 1. poesia accusa* inter viliora recenset; eadem *Mazerina*, cum vet. Murthinis fuisse, censet du Fresne ex *Glossario* vet. Lat. Gall. & Matthæo Parisio *A.C. 1181.* V. ubi de *Murrhinis.*

Maduri. Veteribus in vestium dicti sunt, fasciæ & ornaturæ, quæ extremas oras flexuoso circulo ambirent. Unde *Maandri* quoque, in triglyphis, picturæ genus erat, ab eadem tortuositate vocati. Et hæc notione nonnullis vox fumi videtur, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4. Prorsus si qua Maandrico fluxu delicatum vestem humi protrahat, anxiam pene se gesta & Comicus.* Sed tentenda hæc probari nequaquam potest. Si enim pene id operaretur, aliquid effert hoc ipsum, quod est *fluxus.* An fluxus pro laxitate vestis? Verùm quod ini laxitatem Maandre, aut qui *Maandrica* dici possit? Præterea *fluxus*, apud Autorem hunc, item per pro motione fumitur. Unde supra *de vero fluxu.* Et *lib. de Spectac. Et ejs plane in artibus quoq; scenicis. Libers & Cereris patrocinium, qua privata & propria sunt scena de gestu & corporis fluxu.* Et *de Hab. Mulieb. Discutiendo enim delicta, quarum indulsa & fluxa fides nervos effregerit, pene frontis.* Nec prorsus alio sensu illa *Statii* hoc posuisse, existimandus est. Verus salmasii, & antiquæ editiones. *Menandrico fluxu* legunt, suæ lectio potior. Menandri certe fluxum & delitias verbibus his describit Phædrus, ad quos hæc dubio Afer allusit,

Quinariam vestes & sequentes otium
Ne defuisse noctat, repositi ultimum
In quo Menandri Comicus delicias
Quas ipsum ignorans legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri
Unguento delibutus, vestitu affluens,
Venebat gressu delicato & languido.
Hunc ubi Tyrannus visit extrema agmine,
Quinam essedus ille in conspectu meo
Audita nostra? Pompa quotidiana proximi,
Hic est Menander Scriptor.

Menandrico igitur *fluxu* vestem delectam humi protrahere, nihil aliud est, quàm Menandri Comici more, vestitu delicato & fluente, humum verrere. & Menandri delitias imitari, in vestis tali trahenda. Respexit ad illum versiculum,

Unguento delibutus, vestitu affluens.

Quam autem is delectatus vestitu, Græci κρωκωτὸν λῶβδα vocant. Diogenes Laertius de Heraclide Ponteo: Οὗτος πᾶσαν τὴν κρωκωτὴν ἐσθῆτα ἐφόρει καὶ ὑποχρυσοῦν· ἦν τὸ σῶμα, ὅτε ἀνὴν τοῦ Ἀθήνησι μὴ Πολιτεῖα, ἀλλὰ Παρανόμοι κάλλος. Salmasius *ad Tertullian. de Pallio.*

Macenas, memoratur Jul. Capitolino *in Maximinis, Prafecto igitur ad bellum Maximo, contra Maximinum, Balbinus Roma bellis interjectus & domesticis seditionibus urgebatur, necesse præcipue per populum Gallicanus & Macenates.* Confer eum uberiore deductione, apud Herodianum. Ejusdem idem meminit *in Gordiano III.* ubi ex *Ducibus* eum fuisse, innuit.

Macia Faustina, filia Gordiani I. nupsit Junio Balbo Consulari viro, Jul. Capitolinus *in Gordianis.*

Viri illustres.

Macianus, Græcè Μακιανὸς, filius Avidii Cassii; Alexandriæ præfectus, ibi ab Exercitu occisus est, apud Julium Capitolinum *in Marco.*

Macius Brundusinus, Præfectus annonæ Orientis, sub Valeriano, memoratur Vopisco *in Aureliano.*

Macius Falconius Nicomachus, Senator Consularis, apud Vopiscum *in Tacito*

Macius Gallicanus, Præfectus prætorio, memoratur eidem' *Ibid.*

Macius Gordianus, occurrit apud Jul. Capitolinum *in Gordianis, Suscepto igitur Imperio, quum & Philippus se contra Gordianum superbissime ageret, & ille se Imperatorem acq; Imperatorum prolem recognosceret: nec ferre posset improbitatem hominis ignobilis, apud dueces & milites, astante præfecto Mæcio Gordiano affine suo, in tribunali processit, jlorans posse Philippo Imperium abrogari.*

Macrin Martulius, pater ex Utpia Gordiana Gordiani I. Imp. apud eund. ubi quidem, ut & in supp. vulgò *Marius* habetur, sed meliores libri *Macrius* habent, & Græci hoc nomen constanter *Μακρῖνος* efferunt, Salmasius.

Mænades, corrige *Mamades*, Græcè Μαιμάδωνες: Sic enim Jupiter Athenis dictus est, quasi *furiosus & turbulentus*; a verbo μαιμάσσω vel μαιμάω, quo inter cætera *ferocem est, fortasse, tumultuari.* Suidas, Μαιμάσσει, σφύζει, σκιρτᾷ, πηδᾷ, παρὰ τὸ μαίνεσθαι. *Salit proximis gestibus saltat turbatur.* Hesychius, μαιμᾷ, πηδᾷ, σκιρτᾷ, ἐπὶ ἵππου. Hinc itaque Διὸς Μαιμάδους, uti dictum: & Μαιμακτηριῶν, hyemalium mensium primus, quo aër turbari ac commoveri incipit; & facta dicta Μαιμακτήρια, quæ Jovi, ut pacator hyemes esset, sirbant, Harpocration, in voce Μαιμακτηριῶν. Μαιμακτηριὼν ὁ ἀπὸ Διὸς Μαιμάκτου. Μαιμάκτης δ' ἐστὶ ὁ εὐθυμότερος ἢ πραότερος, ἀφ' οὗ καὶ Διὸς Μαιμάκτου. ὃς τὸ ὑπὲρ τῶν καρπῶν ἐπιτέλειον ἀγρίοις καὶ ἀκαθάρτοις τοῖς πνεύμασιν ἐχώρει. V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Part. prior. Lib. II. cap 51.* ubi in Græca versione Psalm. 78. vers. 7, 15. vocem μαιμάσσων, a Scribis corruptam, restituit.

Maonius, confobrinus Odenati, hoc occiso, Imperator appellatus per errorem, *brevi à militibus pro sua luxuria meritis interemptus est*, Treb. Pollio *in Triginta Tyrannis.* Idem *Maonii Asfyrnadii* meminit *in Macriano.*

Maota, addit: *Mactidos* vocat Vopiscus *in Aureliano*, ubi huic contra Illos bellum creditum à Claudio refert.

Mapæ, picis, Elephantiæ in Ægypto incolis cultus, Clem. *Admon ad Gent.*

Maporium adde: Gerhardo Joh. Vossio *lib 3. de Vitiis serm.* corrupta vox est ex ἀμαθήριον, quasi dicas *imperitimerale* vel *humorum gestamen, ab ἄμαθος, humerus, & φέρω, ferre.* Hujusmodi ἀμαθήρια Cœnobitæ & Monachi sacerdotes, ut testatur Sabaleo olim Romæ habebantur, velut galeam militarem capiti contegerant imponere, qui mos hodieque in Ecclesia Romana viget. Parans enim ille ad celebrandum Sacerdos, imponit capiti suo tegmen ad humeros in modum pallioli defcendens, quod *Amictus* vulgo nuncupatur, his verbis ulus: *Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos Diabolicos incursus.* Cum ritusmonachorum, seu Ricuno, seu *Rochetto*, *Magnoretto* seu antiquo Bardocuculio, Virginem Vestrices, vestitu ejus cernimus, ad ecclesiæ usus habitu, nimirum induso subucula ave podere & tunica superinducta poderi, alterâ manu gestantem, ut conjicit, lucernam Vestæ dicatam aterni ignis, exhibet ex ære fori, Licetus *de Lucernis antiq. lib. 6. cap 83.* V. quoque infra, *Mavorta.*

Magaria, apud Anastasium *in Hister. Eccl.* & Paulum Diaconum *in Hist. Miscell.* ubi *Magazina* habet Theophanes, apostata est, Christianæ religionis abjector, vir sacrificulus, *magazitare*, h. e. *sacrorc facium conspurcare*, uno non nomine Saracenicam & Mahometicam impietatem prchientes, ac quidam volunt; sed maxime post abdicatam & defertam Religionem Christianam, ad Muslimanismum transeuntes, notari lolebant, V. Leunclavium *in Pandectis Turcicis. Magazini* certe, in Corona pretiosa *macula* & κηλὶς redditur à *Magarisso* inus, versus Ituntiæ vel Europæ promontorio, à pretiosorum accepit, à fœdis tempestatibus, quæ ibi in regionibus Boreà flante exercriri solent. *Histor. Miscell lib 23. Reprimitis se non compellere ad magarizandum.* In *Capitulari* Radelchi Principis Benev. *c. 24. Nullum Saracenum recipiant prater illos, qui temporibus D. Sicenti & Sicardi fuerunt Christiani, si magarizati non sunt.* Sic μαγαρίσας, apud Græcos Scriptores; Latinè, V. Car. du Freine, in *Glossar.*

Magdalia, apud Alexandrum Jatrosoph. *Paslan. lib. 1.* eidem laudatum: *iterum cum vino teres & magdalia facies*; & Marcellum Empir. *cap. 20. sub fin. Catera vino optimo madefastia similia in mortario colliges, ex quibus trochiscos vel magdalia fient*; Seplafiarum officinis nota vox; apud quos hodieque *Magdalones* tunt teretes cylindri, in quos compolita empiastra redigere solent. Galeno πεμμάκια est ipsum medicamentum, in trochilli formam redactum: à Festo mollitis ex pane pulpa, quâ manus abstergebant Vetr. & postea canibus devorandam projeciebant, uti videre est apud Athenæum *lib. 4. & 9.* Pollucem, Aristophanem in *Equitibus*, & ibi Scholiastem, Plutarchum *in Lycurgo*, Rhodiginum *lib. 28. cap. 1.* Alios: ut & supra in voce *Apemagdalia.*

Magdalum, adde: Cafsel hujus dominus fuisse, Mariam Magdalenam & Martham, illamque hinc nomen juvenisse, finxerunt nonnulli, quorum stuporem castigat Baronius *in Annal.* adeoque, quæ ipse *ad A. C. 32. num. 23.* de castello *Magdalel* in Galilæa, & *Magdalo*, in Judæa, referr, frivola esse teftis est. Et sane putare *Magdalenam*, à castello aut turri dictam fuisse, quia Hebræis *Migdal* est turris; non minus est absurdum, eodem existimare, omnes qui *Maria* nomine sunt appellati, ab aquis fuisse extractos; qui *Abrahami*, patres esse multorum populorum; qui *Isaci*, propter risum martis deesse vocitatos. Is. Casaubonus *Exercit XVI. 5. 2.*

Magdeburgum, adde: Ei Episcopatus primùm honore (quem à Carolo M. Stryda primò Lipp. Comit. post Angaria, à Wichmodo; inde ab Henrico Aucupe Wallerslevæ accepérat) ab Ottone M. quo Edithæ conjugis desiderio satisfaceret, insignitæ A.C. 930. dein Metropolitanæ dignitate, & in Missnensem, Mersiburgensem,

gensem, Cizensem, Havelburgensem & Brandeburgensem Episcopatus sacrâ jurisdictione, terris tandem Principi congruis, augæ, Episcopi atque Archiepiscopi præfuere, è variis, ut folet, Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque familiis lecti: donec præterito sæculo & hoc vigente Albertus, Joannes Albertus, Fridericus, Sigismundus, Joachimus Fridericus, & denique Christianus Guilielmus, omnes Brandeburgicorum prosapiâ orti, unius fere domus hæreditatem eam effecerant; quorum postremo, à Ferdinando 11. Imp. ob partes Daniæ Regis adversus ipsum susceptas defensasque proscripto, atque à Collegio Sacro, sive *Capitulo*, ut vocant, ordine moto, Augustus, Joannis Georgii Electoris Saxon. filius, ademptâ sibi dignitate, Collegio pontificalisque pompæ est; multisque retentæ Ferdinando, qui Archiepiscopatum iltum, non Religioni minus Romanæ, quàm filio suo Leopoldo Guilielmo, Pontificis adfenfu definaverat. Ederavit lis, pluribus & majoribus causis in apertum cum Cæsare bellum protrusa, ad annum usque 1635. quo confecta inter hunc & Electorem pax Pragensis tutam Augusto stabilemque ejus posteritatem reddidit; secuta inde W elphalica pactione confirmatum post Augusti tam obitum, ad Electorem Brandeburgicum. *Ducatus* tituli perpetuoque jure tranfiturum, ut dictum, Tob. Pfannerus *de præcipuis Germaniæ Princip. Gentibus, cap.* 4.

Magedo, vulgò *Meignon*, villa Gallix, quam Irmino, Abbas Monasterii S. Germani, *in libello de confinio Comobii*, pago Pinciacen. fi attribuit, hodieque Pinciaco & Sequanæ proxima est. V. Hadrianum de Valois *Notitia Galliæ*, in voce *Pincianum*.

Magi, Sacerdotes, adde: Ea dicto quam male lonarer, apud Judæos & Syros, declarant ifta Auctoris *Aruh*, *Magus in lingua Græca est præstigiator*, *blasphemus*, *negans fundamentum*, *incantator*. Sed falsitur hic eruditus Rabbinus, cum multis aliis, qui vocem *Μάγος* putarunt esse Græcam. Erat inter Græcos genus hominum, qui personas & loca polluta purgarent: quod faciebant certas res circumferendo, ut *ad Theophrasti Charact.* Casaubonus ostendit. Græci hoc ἀγυρτικὸν dicebant, ficuti Patres Xenophon, Strabo, Diog. Laertius & plures alii, observant. Affirmat idem Pinius quoque *initio lib.* 30. Hoc igitur certum est vox ipsa non uno modo accepta. Herodotus, Strabo, alii, cum de *Magis* propriè dictis loquuntur, innuunt, Sapientes fuisse seu Sacerdotes Persarum, quorum præcipuum officium, ut sacra curarent & sapientiam profiterentur. Neque aliter Græcium de Persicis Scriptorum quisquam. Quod si Persarum Magi longè aliter cum de Magis illis, qui inter ipsos Græcos occultarum scientiarum notitiam profitebantur. Tunc enim in malam partem ut plurimum vox capitur; quia plerique, Religionis & arcanæ scientiæ obtentu artes malefieas exercebant. Unde querela illa Plinii & cum ipsius, tum aliorum detestatio Magiæ. Philo Judæus variis *in locis* duplicem facit *Magiam*, unam *legitimam*, circa Naturæ cognitionem verfantem, Regibus maxime, priscorum Persarum colì solitam; alteram *παρανομικὴν τῶν τοιούτων*, *sibi tantummodo priorem*, Gallorum Matris Deûm & similium arcuratorum commune instrumentum ad fallendum. Cum igitur æquivoca sit Græcè loquentibus vox *Μάγος*; quærunt quidam, de uno genere hominum loquatur Evangelista Matthæus *cap.* 2. *versu* 1. cum paulo post Christum natum, *Magos* ad illum salutandum accessisse, memorat. Sed explicat se is, cum dicit, *Magi ab Oriente*. Ubi ait *ἀπὸ ἀνατολῶν* publicè usitatum esse, cum voce *Μάγοι*, non verò cum voce *σοφισταὶ*, ut fic *Μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν*, aut *Magi Orientales*, moner Joann. Camero *Myrothec. in cap. 2. Matthæi*. Nempe *Magos* intelligit Persarum, ad quos proprie illa appellatio pertinuit. Licet enim etiam in Cappadocia Magorum meminerit Strabo *lib.* 15. tamen & illi Persearum, & sacra Persica in illa regione curabant, ut ipse indicat. Et hæc quidem postquam dixerat Justino, Fuit, inquit, & Scythiæ & noonullis aliis *Magos* illos ex Arabia arcessentibus. Sed Magos Arabum nullus Scriptor Græcus, nullus Latinus commemorat. Cum Chrysostomo verò consentit Magnus Basilius *Homil. de Nativ. Christi*. Vero itaque maxime simile est, fuisse Sapientes ex Perside sive Babylonia & Susis, quos propriò nomine *Magos* vocabant. Hi ex Danielis, (qui Scholas puriores Sapientiæ in Perside, restabilis vel saltem correctis veterum *Magorum* ritibus, variis institutis) discipulis, circa ea tempora quæ tenuit Cyrus Regem, qui maximas res gererat: divinoque motu agitati, cum jam vestiis certiores facti fuere; Quod spectat illud Taciti, qui eo tempore in toto Oriente percrebuisse refert, *Judæos imperio Orbis potituros*. Rudera autem Scholæ Danielitieæ adhuc superfuisse, circa Christi adventum, docet Beza *ad Matthæi caput præfatum*, *Danielis apud Magos & dignitate penè regia*, & *Prophetiæ celebratissimi Scripta*, *delitium non est*, *quin fuerint apud Persas gratissima*, *ac fortassè accuratius*, *quàm apud Judæos ipsos*, *observata*.

V. Georgium Hornium *Historia Philosophica lib.* 5. *cap.* 2. Annon autem Reges fuere iti *Magi*, qui Christum venêre adoratum? Forte Regali fuere & Toparchæ Perficæ regionis: quæ illa ætate proprium habebat Regulum, qui Parthorum Regi paruit, ut ait Strabo. Et satis constat, tum in Perside, tum in variis provinciis, Media, Assyria, Parthia, plures fuisse Toparchas, quorum nonnullos Strabo indicat, & *Dynastas* appellat. Istos autem potuisse etiam *Reges* dici, probat exemplum Regali Adjabenæ, quem Strabo *lib.* 16. simpliciter Ἀχαιμένη appellat: Josephus vero *Regem*, in pulcherrima historia, de Monobazo R. & Helena Regina, ejus matre, *lib.* 20. *cap.* 2. & *Antiq. lib.* 6. *cap.* 16. meminit. que Josephus, in ista historia, Ahasuerogi cuiusdam, quem vocat Σωσεῖος μέγας ⁂ βασιλεὺς, *Regem vestrum ipsorum*: quem admodum & Scriptura, in historia Patriarcharum, singulorum sæpe oppidorum dynastas *Reges* appellat. Verùm, ut probabiliter hoc poteft differi; fic affirmare ita esse, parùm à temeritate abest. Non minus sane, quàm pertendere tres fuisse *Magos*, non plures, non pauciores; aut certa illis nomina affingere: in quibus omnibus mira Scriptorum varietas est. Ut de nominibus enim solum verbum addam, afferuntur ex Beda hæc nomina, *Melchior*, *Caspar*, *Balthasar*: & Zacharia Chrysopolitano Hebræica ista, *Magalath*, *Galgalath*, *Saracin*. Græca verò hæc, *Apellinus*, *Amerus*, *Damasenus*: quæ eadem nomina etiam apud Petrum Comestorem *in Histor. Schol.* qui & ipse pro genuinis Græcis ita posteriora obtrudit. Sed ifta veré Attica nomina: ifta autem fuperiora pura puta Hebraica funt. Et excufare poffis Zachariam & Comestorem, qui ante pauca fæcula, in denfissimis ignorantiæ tenebris, prout poterant & ferebant ipforum tempora, fcribebant. Illi hodie excufari non poffunt, qui, in tanta hac literarum luce, talia in lucem denuo protrahunt. Sunt enim appellationes iftæ ab hominibus profectæ, non folum otiofis & imperitis, fed etiam impiis, & artium curiofarum fectatoribus. Quod genus homines vanifimi, cum Bibliorum ceteris nominibus, ad malefica fua uti folent, facile etiam Origenes *lib.* 1. *c.* 6. *contra Celsum* alibi, quæ ipfi fibi finxerunt, & Bibliis tanquam authentifimis accommodarunt. Sic Paftores, qui Dominum inviferunt, quatuor fuiffe hariolati, iis hæc nomina indiderunt: *Misaël*, *Aebeel*, *Cyriacus* & *Stephanus*. Magis autem non folum fuperiores appellationes tribuerunt, fed etiam alias: cujusmodi funt, *Ator*, *Sator*, *Peratoras*. Quæ nomina quem in finem ifti mimodi homines Fanatici excogitârint, oftendit Casaubonus *à Credit. & Scit. fatis vetuflo Bibliorum Palatina*: Τὰ τῶν Μάγων ὀνόματα, Μισαὴλ, Ἀχάβη, Κυριακὸς καὶ Στέφανος. Τὰ τῶν Μάγων ὀνόματα, προσκυνοῦντων τῷ Κύριῳ, Ἄτωρ, Σάτωρ καὶ Περατορᾶς. Ταῦτα δὲ ὀνόματα εἰς ἀλογίαν τις τῶν ὡρῶν ἢ σκοπιᾶς ἢ ἄλλο τοιοῦτον ἐφεύρηκε καὶ ἐπιτέθεικε τοῖς κοινοῖς χρήσει, μετὰ λιτανείας ἁγίαν ⁂ καμινίων καὶ ἐπαοιδῶν τὸ μωυτὸ τὸ ὀνειδίνον: γοητείαν ἐστὶ ὁ ὄφις, Nomina Pastorum in Bethlem, Misaël, Aebeel, Cyriacus & Stephanus. Magorum, qui adorarunt Dominum, nomina, Ator, Sator & Peratoras. Ista nomina ſi vulneratus à serpente peregrio, aliove reptili vel beſtia venenata, ſcripſerit intra recentem ollam, cum pingui candela ardente, & dederit ei, qui vulnus indicavit, continuo ſanatur vulneratus. En nugas: fed impias & plorum execrationæ dignifimas. Atqui non alio fpectarunt, qui primi nomina ifta funt commenti, Cafaubonus *Exercit. I.* §. 10. V. etiam hic infra.

Magia, triplex Veſtio: Primum genus totum eft in occultis naturæ proprietatibus indagandis, & earum operationibus promovendis, adeoque natura nititur, quæ Deum Auctorem habet. Hue refert quædam ⁂ five *φιλόμαγοι* vel *Χαιτοφόροι*, Latinis ab amoliendo *amoleta*, vulgò *amuleta* dicta: *Negari enim*, inquit, *non debet*, *aliqua occultam habere facultatem*, *quia de collo pendentia*, *nihi incalentia à corpore nostro*, *profsus ita quidam*, *nobis nescientibus*, *effundant*, *cum ſpiritus vitales*, *ut ait Nemesius*, *effundant*, *sed paulo morbis profint variis*. Alterum, per incantationes ac *Magicas* ſuſurros medetur, & Homeri jam ætate, imò, ſecundum eum, temporibus quoque Trojanis obtinuit. Quod Romanos veteres etiam adhibuiſſe miretis, docet autem id Cato *de R. R. cap.* 160. ubi modum præſcribit, quomodo excantanda ſit luxatio aut fractura membri, cum inter alia ait: *Ineque cantare to alio*, *S. E. motas vaeta*. Alius (*damata*) *daries dardaries aſtataries diſſunapiter* (Ald. *die una pariter*) *uiq. dum coeant*. Et paulo poſt: *Vel hoc modo*; *hunat hanat hunat* (Ald. *haut haut haut*) *ista piſta iſta domiabo* (Ald. *damiabo*) *dannaſtra*. Et mox, Vel hoc modo: *Hnat hnat haut haut iſta ſiſ* (Ald. *iſtagu*) *tarſis ardannabon dunneaſtra*. Ubi Aldinus habet, *damaſtra*. Hinc Plinius *lib* 28. *cap.* 2. *Cato*, inquit, *prodidit*, *luxatis membris carmen auxiliari*. M. *Varro podagris*. Et paulo poſt M. *Servilium Nonianum Princeps civitatis non ita pridem*, *in motu lipitudinis*, *primoquam tam nominaret*, *aliusve ei prædiceret*, *duabus literis Græcis P. A. chartam inſcriptam*, *circumligatam lino*, *collo ſubnectebat*. Similis eſt quartanæ fanatio per *Abracadabra*, apud Q. Serenum Sammonicum. Sed de his optime docet Chryſoſtomus, unut illuſmodi amoleta præſtarent, quod promittunt, fatiis nihilominus fore ut morbo obeamus quam ſic recuperemus ſanitatem. V. & Fr. Valefium *de Sacra Philoſophia cap.* 3. Tertium *Magiæ* genus, commercio cum Spiritibus conſtat, &

proin planè nefarium eft. Licèt enim talem *Magiam* in Γοητείαν, quam *albam* vocant, & Γοητείαν, quam *nigram*, nonnulli dividant, ac priorem, ut quæ commercio bonorum Spirituum fiat, licitam esse contendant: quemadmodum & Palingenius *Zodiaci lib. 8.* ait, ærea effe bonis Spiritibus refertum, atque illos Θεουργίαν auctores exiftere. Meliùs longè Arnobius *adversùs Gentes*, *Magi*, inquit, *non tantùm sciunt Dæmones, sed etiam quòd quia miracula edunt per Dæmones faciunt: illa aspirationibus & infumentibus præfigitis edunt, vel qua non sunt videri, vel qua sunt, non videri.* Et fane in hoc confentit omnis Sanctorum Patrum chorus, quibus potius accedendum, quàm Plotino, Jamblicho & Platonicorum aliis, Y. Gerh. Joh. Voffium *de Philosophia cap.* 8. Hornius verò nullam *Magiam* licitam dici poffe ftatuit, docens *Magiam* priscis fuiffe θεῶν ὑπουργίαν, quæ, ut notum ex Eufebio, tota circa Dæmonum cultus verfata fuerit, nec aliam apud antiquos reperiri: coluiffe autem propterea Dæmones, ut propitios in miris effectibus adjutores illos haberent. Quod proin primum *Magia* genus fuprà memoratum attinet, quæ alio nomine Θαυματοποιΐα vocatur, ac ex arcanorum naturæ cognitione profecta, jam mirifica quidem fuiffe opera, ut cauftrum ignaris, vel prodigia, Dæmonum artificio, vel miracula, à divina ope profecta, videantur, non nifi impropriè ac abufivè *Magiam* appellari vult, voce à priscæ ſignificatione in paulo meliorem degenerante. Quod originem *Magiæ* attinet, à Zoroaſtre, Oromazi filio, Bactrianorum Rege, Chami, ut quidam volunt, nepote, commutis arceffit Eruditorum opinio. Ita enim Plato in *Alcibiade primo*, ὁ μὲν παρὰ τοῖς Πέρσαις τὸ Ζωροάστρου τῦ Ὡρομάζε. Is quidem *Magiam docet Zoroaſtris*, *Oromazi filii*. Et Juſtino *lib. 1. primas artes Magicas invenisse Zoroaſtres* dicitur. Apulejus fimiliter in *Apol. Ego ille sum Carinondes, vel Damigeron, vel is Mojes, vel Jannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicunq; aliusipsi Zoroastrem & Eostianem. inter Magos celebratus eft.* Perſis primus *Magiæ* auctor *Zardaſt*, vel *Zoradaſt* dictus eft: Idem & *Mag* eft apellatus, unde Græci fecerunt Zoroaſtrem & Zapatum: ex *Mag* Mochum & *Magum*, verba funt Cl. Salmaſii *de Hellenift.* Zoroaſter igitur hujus artis primus in Perſide Doctor extitit, neque eam vivâ tantùm voce, verùm & amplifimis ſcriptis excoluit, Plinio & Ariſtotele teſtibus: de ea enim centum verſuum millia literis exaraſſe legitur, quos commentatis Hermippus illuſtravit; Sed ipſe Zoroaſter vanitatem illam ab Ægyptiorum prodam ſtultis, qui, ut Plinius ſcribit, aliquot annorum millibus ante Trojanum bellum floruit. Quin idem inter antiquiſſimos Magos recenſet Apuleſorum & Zaratum Medos, Babylonium Marmaridum, Hipporum Arabem & Aſſyrium Zarmocenidam, quorum omnium monumenta mer to perierunt. Minutius F. in *Octavio*: *Magorum & eloquio & negotio primum Hoſtbanes.* Ita etiam Tertullianus *Apol. ad Pallio.* Tatianus, Plut. *de defectu Oracul.* Apulejus *loco ſupra citato* & Lactantius, Alii. Etiam Magis præſes habita eſt, quæ modò *Diana*, modò *Ceres*, modò *Minerva*, *Hecate*, *Trivia*, aliisque nominibus dicta eſt, Tatiau. eaque Magis invocata mitis quibusdam ſacris, uti ex Porphyrio docet Euſebius *lib. 3. cap.* 7. In Sacris antiquiſſimi cujusdam Magi, qui *Bileam*, filius Beor, vocatur, mentio fit, quem eundem eſſe cum Zoroaſtre non pauca ſunt, quæ ſtadeant. V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philof. lib. 2. cap.* 4. &c. De *Magis* verò vett. Ægyptiorum, Kircherum *in Oedipo*.

Magica Carmina, in Ludis Circenſibus olim, feriis etiam pugnis, adhibita. V. Cafubonum *ad Spartianum*, *in Didio Jul.* Quæ propriè illi *murmurabant*, *demurmurabant* ſeu *muſitabant*. Ovidius,

Ter novies carmen Magico *demurmurat ore.*

V. quoque hîc paſſim, in voce imprimis *Agitare*, item *Aſpis ſurda*, *Muſitare*, &c.

Magica Lucerna, V. infrà *Lucerna*.

Magica Sacra, mortuis excitandis; aliàs *Lethæa ſacra*, quia ad Manes pertinebant; Corn. Gallo *in Ceris*, *Hecateis*; longis logis deſcribuntur Papinio Statio *Theobaid. lib. 4.* ubi imitatur Homerum *in Odyſſea*. Paria facit Lucanus *lib. 6.* Heliodorus *lib. 6.* Silius Italicus *lib. 13.* &c. Quibus qui præerant, *Magici Dii* dicti. Tibullus *lib. 1.*

Et me luſtravit tadia & nocte ſerena
Concidit ad Magicos *hoſtia pulla* Deos.

Et Lucanus *lib. 6.*

Illa Magos, Magicisque Diis *incognita verba*
Tentat.

Sed & *Magica ſacra*. Martibus facta, arcana, remota à populo & aliis ſacrificiis. Virgilius *Pharmaceutr.*

——*Sanos* Magicis *avertere ſenſus*
Experiar ſacris.

Cujuſmodi Sacra Romanis religionibus ſemper fuit exclusa. Sic enim Servius *ad Æneid. 4. Romani, cùm omnia Sacra admitterent*, *Magica ſemper excluſerunt. Legibus* certè XII. *Tabb.* interdictâ memoriæ Apulejus *Apologiâ*, &c. V. Caſp. Barthium *Animadverſion ad Papin. Statium Achilleidos lib. 1.* & hîc non uno loco, imprimis in vocibus *Aburi*, *Necyomantia*, &c.

Magicus Nodus, V. hîc in voce *Ligula*, item *Nodus Magicus*.

Magida. Græcè μάγγανα, memoratæ Plinio *lib. 33. cap. 11. Mox additum argentum in angulis, intextæ per commiſſuras, tympana verò ſi juvene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui* Magidas *appellaverunt*: exponuntur Cœlio Rhodigino *Antiq. Lect. lib. 8. cap. 15. menſæ*, quæ ponuntur colluuturque. Sed diverſæ Plinio vaſa potoria vult eſſe, eademque quæ tympana: id eſt, quæ tympanum referrent, parva & cava, fine fundo ac antibus, quibus quòd uſus eſſet Midias, utpotè mollibus & parum cautenfibus, convitium ei faciendi occaſionem Demoſthenes attripuit, apud Athenæum *Dipnoſoph. lib. 11.* Meminit earum quoque Pollux *Onomaſt. lib. 6. cap.* 10. & *lib. 10. cap.* 5. Item Paulus JC. *l. 36. ff. de conduct. inoff.* Servius *cujusdam*, *infolente domino*, *magidas*, *& tui commodaverat pignori eam pofuit & fugit*, &c. V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Joann. Rofini Antiqq. Rom. lib. 5. cap.* 30.

Magiſter, adde: Ritum in Academiis uſitatum, quo *Magiſtris* ac Doctoribus, præter alias ceremonias, annulus aureus conferri, digitisque eorum inferi ſolet, ex ritu inveſtiendi Epiſcopos, ſtatuit Ecclesia, Kirchmannus auctor eſt. Poſtquam enim, Defiderio, ultimo Longobardorum Rege victo in Synodo Romana, decretum eſſet, ut Carolus M. ejusque ſuccellores, jus & poteſtatem eligendi Rom. Pontificem, ordinandique ſedem Apoſtolicam haberet; additum eſt, ut Archiepiſcopi quoque atque Epiſcopi, per ſingulas provincias, inveſtituram ab eo acciperent, Sigebert. *ad A. C.* 773. Inter alia autem inveſtituræ ritus hujus Sacerdotalis ſolennia, etiam annulus fuit, quem uni cum baculo Imperator aut Rex, tanquam certum Symbolum, mitrere ſolebat illi, cui beneficium aliquod voluit conferre. Quæ de re in Conſt. Hincmari Epiſc. Rem. fenal. cap. 8 *Epiſcopus antiquo ipſe Gallico per annulum & baculum dabantur*: *Eos annulo feu pileo officii ſui admonentur Epiſcopi, quòd gregem Dominicum pa cere debeant. ſicut annulo admonentur, quòd deſponſata ſit ipſis Eccleſia, eus fidelem curam impendere debeant.* Hinc, ſi quando olim veniebat, ut propter delictum aliquod de gradu dejiceretur, annulum hunc, quo erant inveſtiti, deponere cogebantur: quem etiam, ſi immeritò ejiciebantur, ferum Altari, recipiebant, Concil. Tolet I V *cap.* 27. *Tom. II.* Concil. Atque hujuſmodi videntur fuiſſe, *Sedecim illi annuli Pontificales boni & magni, de Robino unus & impiſtus alius gemmis minutis, de Smaragdo unus, de Sapphiro unus, de Topazio unus*, quos inter *Ecclesiæ* Ecclefiæ Moguntiacæ recenſet Conradus Epiſcopus, in *vita Chron. Rer. Moguntiac.* &c. V. Joh. Kirchmannum *de Annulis*, *cap.* 20.

Magiſtrorum varia ſpecies, *quæ apud Scriptores occurrunt.*

Magiſter, nomen erat muneris in Saltatu apud Romanos, diſtincti à munere *Præſuli* & *Vati*. Capitolinus *in Marco*, *Vitæ ejus Sacerdotes Salios & Vates & Magiſtros*. Videtur fuiſſe Ἐξαρχος, ad quem ſpectabat & inaugurandi & exſtigurandi poteſtas. Sequitur enim, *Et multos imaginarivit ait, exaugurivit veniri præterunc, quod ipſe carmine cunctis denuciſſet*, V. Salmaſium *ad locum*.

Magiſtri Pædagogi, Præceptores, inter honoratiores apud Romanos olim ſervos facre, de quibus, V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*.

Magiſter Cenſus, ὁ τῆς τιμητικῆς ἐξαρχος μαγιστρος, apud Dionem *in Caracalla*; ἐπὶ τῦ κῆνσου καθεστῶτος Leoni, *Novv.* 44. cui ἀναγνώσεις τῶν κῆνσου datam ſcribit; non erat *Cenſor*, qui Magiſtratus olim apud Romanos viguit, ſed item eum Frumentariorum præpoſitor, ut hæc cura incubuit, ut per frumentarios vel χαρτοφύλακας, Imperatorem redderet de omnibus certiorem. Salmaſius *ad Spartianum in Hadrianum*.

Magiſter Ceremarum *Magiſter*, Martiali *Epigr. 28. lib. 12.* dictus eſt, quem Lanivi *Conviviatorem*, Horatius *Parochum & Herum* vocat, *lib 2. Sat 8* qui amices aut hoſpites domo ac mensa excipit. Ut, ὁ σύνδειπνος συμποσίου, ὁ συμποτικὸς ἄρχων, συμποσιάρχης, ἡγεμὼν, ἐστιάτωρ, &c. Alias *Convivii Magiſter* proprie qui dicatur, V. infrà.

Collegii *Magiſter*, dicebatur Romanis, qui inter Collegas major eſſet & reliquos ætate anteiret. Sic Augurum conſtat, ſic alia Collegia, ſuos habuiſſe Magiſtros.

Convivii *Magiſter*, propriè dictus eſt, qui *Arbiter bibendi*, item *Rex temporum* aliis appellatus eſt: unde *Magiſteria & Regna Vini*. Hic talorum jactu creatus, certas bibendi præſcribebat leges, quas obſervare ſinguli tenebantur, cum ad eos circumlata potio pervenire: Idem dictabat, quantum quiſq; vini & quomodo temperatum ſumere deberet, V. Plut. *Problem. 4. lib. 1. Symped.* Item *Symphoniarchus*, *Oinochoa*, Mundimperator, & *Tapsilla* vocl. tatus eſt, V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Joh. Roſini Antiquit. Rom. lib. 5. cap. 29.*

Magiſter Diſputationum, *l. 2. Cod. Theod. de proximis*: V. infrà de *Proximis*, & Salmaſium, *ad Lampridium in Severo*: ibi *Magiſtros* nolce aulæ palatii *Comites* appellari docet.

Magiſter ad Epiſtolas, *Epiſtolarum & ab Epiſtolis*, V. infrà ubi de *proximis*, ut & de *Scrinio*.

Equitum *Magiſter* dictus olim eſt, vir ut peritiâ militari, ita virtute, autoritate & induſtrius, cui poteſtas in Equites committebatur: Hunc Dictator, quamprimùm creatus eſſet, ſibi ipſe eligebat. Eorum eadem poteſtas, ac dignitas, quæ Celerum ſub Regibus & Prætorio Præfecti, ſub Imp. erat. Subjecti erant Dictatorum imperio, bello tamen Punico ſecundo M. Minutio æqua, cum

cum Dictatore potestas fuit commissa, Rosinus. Eorum feriem, V. supra, ubi de *Dictatore*.

Exercitorum *Magister*, qui alias *Custos*, & *Monitor*, præerat exercitationibus Romanæ juventutis, vir aliquis summæ auctoritatis, qui non tam portando modo, sed etiam coërcendo impellere tirones poterat. Claudianus, *Insonuit cum verbere signa Magister* V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 25.*

Magister Militia, memoratur Hegesippo *lib. 1. cap. 41.* ubi de Vonimino quodam loquitur: idem cum *Magistro Militum*, qualem Rubrium Gallum fuisse, narrat Rufinus *de Bello Iud. lib. 7. cap. 23.* digitas fuit apud Suetonium, Vespasiani ævo recentior, & Nicephori Phocæ Imper. Græci temporibus jam interiore tua, V. Salmasium ad *Vopiscum* & Vallesium ad *Ammianum*. Quo argumento deceptus Gronovius, dicet Hegesippus tam vetus non fit, quàm nomen mentitur, tamen eum relegari ad tempo-

Magisteria, in *l.* un. Cod. de Quæstoribus & Magistris Offic. *Qui ex Quæstura nondum aut etiamsi Magisteria aut Comitiva retinuerit, ærario nostro attonito splendore cæquerunt*, ubi perperam *Magistra* apud Baluzium, & aliquot alios ex MSS. Florentinis & *Principes Officii Palatini*, & sine ulla additione *Magister* simpliciter; Græcis ὑπατικὸν τὸν ὠδὴν πᾶσιν & ὑπάτου & ὑπατικῶν καλλιάγων, vocabatur, fuit que generalis Magister, cui, præter officiorum singulorum Magistros, omnia Officia Palatina parebant. Suidæ, Μαγίστρος, Ἡγεμὼν ἱππέων. *Magister* ἱππέων Cassiodoro *Magisteria dignitas*; quæ voces de solo hoc *Magistro Officiorum*, qui unus in aula fuit, sapiendæ. Compendiæ.

Mandante Magistro

Omnis sacrorum vis adfuit officiorum.

De aliis verò *Magistris*, non *Magisteria*, sed *Magisterium* dicebatur, ut *Magisterium Militum*, &c. V. hic infrà in vocibus Magisterium & *Magistratum*, plura verò hanc in rem, apud Salmasium *Not. ad Vopiscum in Gallo.*

Magisteriani, ut Ephel. Act. 1. Concil. Chalcedon *Act. 5. to. 3. p. 176. 177. 179. edit. 1618. Spectabiles*, in *Suggestione* Legorum ad Hormisdam Pontif. Rom. inter *Epistolas* ejus. C. du Fresne in *Glossar.* & J. Calvinus *Lex Jur.* Idem *Magistri Principes* appellantur, in *Pasi*. Proceſi & Martiniani. *Erant autem custodientes eosdem beatissimos Apostolos milites mixti, quos erant duo magistri principes Proceſius & Martinianus.* Et *Magistrianus princeps*, pauloque post *Pasi beatissimi Proceſii & Martiniani.* Et *Magistrianus princeps*, pauloque post *Pasi beatissimi Proceſii & Martiniani.* *Principes*, sunt primates officii. Nempe singula officia Palatina habebant principes suos, qui & *primates officii* dicebantur & *priores*: præter hos erat *Magister officiorum*, qui omnibus officiis præerat & omnium officiorum Palatinorum ac principum officiorum Princeps fuit & Magistr. Unde, qui ei suberant, *Magisteriani* vel *Magistri principes*: de ipso autem Officiorum Magistro, *Magistrianus potestas*, dicebatur. V. Salmasium, *ad Jul. Capitolinum in Maxim.*

Magisterium & *Magistratus*, in Censore, & Equitum Magistro, apud Romanos, concurrerunt: namque & Censor *Magister morum* dicebatur. Unde Symmachus *lib. 1. Epist. 45.* de Censura, *Nolo mireris gravissimum ordinem* Magisterium *respuisse*. Nempe finis, ut & Magistri Equitum, *Magisterium*, ambos fecit Magistratus Populi Rom. Non tamen inde Gruterus citerit, Auctores attentius loquutos promiscue Magisterium & *Magistratum* usurpasse. Certe Censorem, *Magistratum morum*; Equitum Magistrum, *Magistratum Equitum* gesiisse, nemo dixerit. *Magistri* sunt, ut ait Festus, *pagorum, sacrorum, vicorum, collegiorum, equitum: iudorum præterea & conviviorum: denig, doctores artium: quorum omnium Magisterium, non Magistratus.* Nec obstat Suetonius *Caligulæ*, *Magisteria Sacerdotia* dicens: Etenim Sacerdotum Collegia fuit, non Magistratus. Aut *Domitianus, Minervæ, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti Magisterio fungerentur.* Diserte enim id *Collegium* vocat, cujus sodales *Magistratus* nemo vocarer. Appulejus tame *Ædilis Magisterium* dixit, *Marum, lib. 1.* sed loquitur, ut de Municipiorum Decurionibus Romani solebant. Suetonius *Octavio cap. 2. Avus Municipalibus* Magisteriis *contentus*, &c. V. Joh. Frid. Gronovium *Not. ad Livium lib 24. cap. 45.*

Magistrales Pergulæ, apud Vopiscum, in *Saturnino*, V. hic infra.

Magistrationes Publicæ, in *leg. 3.* Cod. Theodos. *de Studiis liberal. Urbis Cpolitanæ, Universos, qui usurpantes sibi nomina Magistrorum, in publicis* Magistrationibus *celluloq; collectos undecunq; discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri:* Vopisco dicuntur *Pergula Magistrales, ad. l.* & fuerunt cellæ publicæ, in quibus docuere Grammaticæ Rhetoricæque Magistri, aliaramque Artium, quæ *Liberales* indigitantur, Professores, etiam qui de publico stipendium accipiebant. Fuêrunt porro Professiones: Mathematici item, quibus etiam aliquando profitendi publicèque proponendi Romæ copiam concessam esse, ex Suetonio *in Augusto* dilcimus, &c. V. infra in voce *Pergula*. Vox orta à verbo medii ævi *magistrare*, h. e. docere; quod occurrit apud Spartianum *in Hadriano*, ubi hic *magistrasse verum imperatorem*, h. e. vicem Magistri functum esse & munibus exemplo præfuisse, atque in consuetudinem vitæ militaris cos induxisse, dicitur. V. Salmasium *ad h.*

Magistratus, apud Romanos, varii fuere. Varro apud A. Gellium *lib. 13. cap. 12. In Magistratu*, inquit, *habent alii vocationem, alii pronunciem, alii nuntium. Vocationem, ut Consules, & ceteri, qui habent imperium: Pronunciem, ut Tribuni Pl. & aui, qui habent quæstorem: Nec, vocationem, nec, pronunciem, ut Quæstores & ceteri, qui nec, litteras habent, nec, imperium, &c.* Tribunis autem jus vocandi non habuisse, probatur auctoritate Latii Festi, vetustissimi Scriptoris, qui scribit *lib. 1. ad Q. Mutium: Tribuni nec, advocant Patricios, nec, ad eos referre ulla de re possunt.* Iisdem tamen jus præsidonis in tantum competit, ut & Consuleš in vincula ducere potuerint. Sic Dio *lib. 37.* teſtatur, Metellum Consl. à L. Flavio Trib. in carcerem ductum esse. Livius item *lib. 9.* Centorem Appium, à Pub. Imperioso, Trib. Pl. in vincula duci jussum esse, &c. De aliis *Magistratuum* divisionibus, V. Johannem Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 2.* & *seqq.* Uti autem in aliis rebus religionis tenaces Romani videri voluere, sic & in defignandis creandisque *Magistratibus*, Deorum quoque velut suffragia ab iis expeiita legimus. Quam in rem maxime lolenni fuit Comitiorum precatio, de qua Cicero *Orat. pro Murena*: *Quæ precatio justo & Dijs immortalibus, Quirites, more instituta, Majorum hodie quo auspicato Comitia Centuriata, Lucrianam Consulem renuntiavi: Ita ea res mihi Magistratuiq; meo, Populo Plebiq; Rom. bene ac feliciter evenant, eadem precor ab isdem Dijs immortalibus.* Et paulo post, *Quod si solennis Comitiorum ritus precatio, Consulibus auspicio confecrata, tantam habet in se vim ac religionem, quantam keep, dignitas postulat: Idem ego jam precabor, ut ea quoq, nominibus, quibus hi Consulatus me regente datus esset, ea res fauste, feliciter, prospere, eveniret,* & quoque Plinium *in Panegyr. Trajani*, aliosque, laudatos Barn. Brissonio *de Formulis lib. 1. pag. 64.* Unde Tiberium, principio literarum, quibus Drusi potestatem Tribunitiam à Senatu peterat, veneratum esse Deos, ut consilia sua Reipublicæ prosperarent, Tacitus auctor est *Annalium lib. 16. Magistratum* tamen *Plebejum* nullum Populum creatum esse, dicunum ex Livio *lib. 6. cap. 41.* Porro *Magistratum* gesturi, intra quintum diem in Leges jurare cogebantur. Inde C. Valerius Flaccus, cùm jurare in leges non posset, quia Flamen Dialis erat, *Magistratum* autem *Ædilis* cum Curulis creatus fuerat) plus quinque dies, nisi qui juraſſet in leges, non licere gerere, petiit *ut legibus solveretur*: sed datus est, *qui juraret pro jurato Valerius*, apud eundem Livium *lib. 31. cap. 50.* & *Magistratu* postmodum defuncto dies diebatur, si quid deliquisset: uti legimus ibid. *lib. 3. cap. 31.* de T. Romilio & Servio Colli, quorum hic XII. mullibus arris, ille X. damnatus est. Sed nec *Magistratus* duos eodem anno; nec eundem *Magistratum* intra decem annos, in eadem Rep. capere licuisse, docet idem Scriptor, *libro 7. cap. 42.* ut alia omittam. Nomina verò dignitatum & Magistratuum, apud Rom. à summo ad imum V. supra, in voce *Dignitas*. Apud Athenienses varia itidem fuere *Magistratuum* genera, quæ tamen ad tria ab Eruditis revocantur: Nam alii erant κληρωτοὶ seu *Sorte ducti*, alii χειροτονητοὶ seu *suffragiis electi*, alii αἱρετοὶ seu *pro arbitrio delecti*. Erant autem *Magistratus* apud eos solos, quibus census esset, ex Lege Solonis: quod tamen mutatum ab Aristide, Lysimachi filio, donec, Optimatibus annitentibus, id rursus mutavit, ut teſtatur apud Plut. *in Phocione* Antipater. Κληρωτοὶ ἀρχαὶ fortiebantur in Theseii templo, præsidentibus Thesmothetis: Et quidem primo populus eligebat, quos vellet, qui deinde fortiebantur inter se *Magistratus*, qui postquam fortitione creati erant, alii, quasi succidanei, eosdem *Magistratus* fortiebantur, ut si primi illi sorte lecti vel probarentur minus Judicibus, vel intra sui Magistratus annum moterentur, in illorum locum sufficerentur illi, quibus fors obvenerat. Ad fortitionem verò fabis uti, justit Lex: Κυάμοις δὲ ἀρχὰς ἀφέλκουσι, *Fabis Magistratus fortiuntur*, inq; sorte ea tue erat,

erat, cui album obvenerat fabulum. *Magistratus* πολιτευτικὸς, populi creabantur suffragiis, in Pnyce, referentibus ad populum Thesmothetis. Pollux *lib. 8. cap. 9.* Erat autem Pnyx Athenis locus juxta Acropolin ædificatus, antiquæ simplicitatis ritu, non ad posteriores theatri spiendorem, in quo Comitia haberi solita. Penes populum enim jus atque arbitrium fuit creandorum Magistratuum, lege Solonis: Τῶν ἄρχων κληρωτῶν ὄντων αἱρετὴ ἀπὸ, *Populus Magistratus creato.* Tandem αἱρετοὶ *Magistratus*, quos deligebant tribules aut populares, dicti sunt: Deligebantur autem, vel ad obeundum munus aliquod, cum χειροτονία διακονικὴ, vel ad obeundum munus quidem publicum aliquod, sed sine illa. Ubi verò creati fuerant *Magistratus*, antequam functionem aggrederentur, nonnullæ viæ ritumem apud Judæos reddebantur & postquam abdicarant, apud Legistas, de quibus V. suprà. In illis magnodi ἐξουσιαστικὸς interrogabantur : *An parentes honorassent; An stipendia sua fuissent; An sacra essent illis gentilitia; An censum haberent?* Ad quæ qui respondebant Judicibus non fecisset satis, arcebatur concione, nec finebatur orare ad populum. Qui verò admissus erat, postquam *Magistratus* decessit, iterum rationes suas apud Legistas deferre tenebatur, *Si viz. de publico hoc accepisse, hoc non accepisse:* vel, *hoc expendisse, aut nihil expendisse*: Neque, rationibus non redditis, alium gerere Magistratum, aut corona donari potuit. Quem morem expreßit Cicero *lib. de optimo gen. Orat. extremo*, *Cum esset Lex Athenis, Ne quis populi scitum faceret, ut quisquam coronâ donaretur in Magistratu, priusquam rationes retulisset, &c.* V. Sam. Petitum. *Comm. in LL. Attic. lib. 2. tit. 2. cap. 10.*

Magistratus, titulus honorarius Pontificis Rom. apud Getvasium Arch. Rem. *Epist. ad Nicol.* II.

Magistratuum Libri, citantur apud Livium *lib. 4. cap. 7. His Consulibus* (L. nempe Papirio Mugilano & L. Sempronio Atratino) *cum Ardeatibus foedus renovatum est; id, monumenti est, Consules eo illo anno fecisse, qui nos, in Annalibus priscis magnâ ex parte secuti, Magistratuum Libros retulimus.* Et *cap. 20.* Quod *tam vetustes annales, quodque* Magistratuum libri, *quos Libros in ade repositos Monetæ Mater Licinius citat identidem auctores, &c.*

Magistrum flumen, Gall. *Masire fluvius*, de Nilo, & quidem pariter ejus majore, postquam ad Delta scissus est. Prius enim unico alveo decurrit, postmodum ad Delta scinditur in duas partes seu fluvios, quorum alterum Occidentem petens magnus est, ac veluti fluminis corpus ; *Sinister* verò, in ipso vertice ostio, quo in mare exit, *Canopicum* appellatur & *Heracleoticum*, à locis ibi mari vicinis ; apud Salmasium ad *Solinum* p. 471. & suprà in voce *Agathius Daemon.*

Magius Decius, cujus mentio apud Livium, Campanus fuit. Hic enim *lib.* 23. ubi convivium narrat Campanum, ob conflatum Perollæ in Romanos bellum & cogitatum in Hannibalem fœdus, celebre, inter alios, *cap. 8. Magius Decius* est ab *Annio Celere*. *Stenium Paculliumq; inclytos nobilitate ac divitiis. Et Pacuvium Calavium, de quo ante dictum est, principe factionis ejus, qua attraxerat vim ad Poenos, filium juvenem adduxit: abstrahitumq; ab se à Decii sui latere.* Ubi primo pro *Minios & Paculliumq.*, o mines boni hîri habent conflantes. *Nymius. & Pacuvium.* Dein *traxerat*, pro *attraxerat*; legendum varia fradent. Nec verò opitii *in aci* hic facias, magnopere habet, nimirùm apperreat, ullam obliquam Pacuvii orationem referri. Subvenit commode Puteanæus : *abstrahitum absdecumque latere.* Unde elicit Gronovius, *abstrahitum ab Decii Magii latere.* Prope scopum jaculatur Valla, *à facto Decii Magii latere.* Idem nomen reddenium Silio Italico *lib. 4. vers. 185.*

Tum Remulum atque olim celeberrima nomina bello
Tiburtes Magius, *Bisfidlatenus*, Metaurumq;,
Et Damium.

Ita namque MS. Oxoniensis & Romana vetustissima editio. Vulgò fine sale, *magnos*: quo tangi historiam trium Fratrum Tiburti, Coræ (non enim Coracis) Catilli, quod hic adnotarunt, non videtur. At vobis Silius, fratres aut gentiles *Magios* Tiburtes, & præterea tres, quorum nomina sequuntur, à Chryxo interfectos. V. Joh. Frider Gronovium *Observat. lib. 2. cap. 3.*

Magius Hieronymus, Anglarâ, vulgò *Anghiari*, oppido Hetruriæ, inter Aretinam urbem & Tiberim sito, orundus, juvenis apud Florentinos Legati munus cum laude sustinuit. Turcis dein Cyprum invadentibus, Venetæ Reip. muniendarum artium urbiumque callentissimus, egregiam operam navavit : Captus tandem Famagustâ expugnatâ & in servitutem distillimam abreptus, ab immisti domitio nocte Pranzeæ est, postquam is de captivi liberatione cum Francæ Regis agi tentsset. Edidit complura ingenii ac eruditionis fuæ multiplicia monumenta : quorum Elenchus exhibetur à Godofr. Jungermanno præf. in librum ejus postumum *de Equuleo*. V. suprà in voce *Hieronymus.*

Magna Dies, apud Joannem *cap. 19. versu 31.* ubi de Paraseeve, Ἦν γὰρ παρασκευὴ ἡ μεγάλη ἐκείνη τῆ σαββάτῳ, *Erat enim magna dies illius Sabbathi*, nihil aliud quàm *Festum* notat : non verò prærogativam aliquam Paraseeves præ reliquis necessariò infert, ut quidam contendunt. Apud Judæos enim nullum festum, in quod non quadret hoc nomen. Joh. *cap. 7. versu 37. magna dies festi*, vocatur ultima Scenopegiæ, Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆ ἑορτῆς, &c. quæ tamen suprà primam nihil habuit Eesiæ *cap. 1. versu* 13. pro eo, quod in Hebræo est, *Novilunium & Sabbatum & solennem convocationem non feram.* Græci habent, τὴν νουμηνίαν ὑμῶν καὶ τὰ σαββάτατα καὶ κλῆσιν μεγάλην οὐ δύναμαι. E qua versione, pro *magna*, haberi debet quæcunque dies, sacris cœtibus convocationis destinata. Proinde ad illum locum Procopius, magnam diem appellari affirmat σύνοδον τὴν ἐν τῷ νόμῳ καλουμένῳ κλῆσιν ἁγίαν ἐπὶ σκότοι καὶ ἑβδόμῃ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ ἐν πανηγύρει, καὶ ἡ ἑπτακτὴ τὰ μυστὴ, καὶ πάσαις ἀσπὶς ἐνίσταται ἑορτὴ, *diem quamdiet in Lege vocatur* (à populi convocatione) *divinam, qualis Azymorum prima & septima, & pentecoste, & decima mensis* (Tisri) *& non variis festa quevis solemnia.* Quo pacto nullum est Sabbathum, quod appellari sic non possit, *Sabbatismus*, si in aliquem Azymorum diem incidat, ad quorum celebrationem Hierosolymam undequaque omnes Judæi confluebant. Hodie tamen שבת הגדול, *Sabbatum magnum*, Judæi nominant, non quod in Paschales dies incidit, seu quod illos proximè præcedit, cujus appellationis ratio fabulosa est, in *Synagoga* Buxtorfii *cap. 12.* V. dam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap. 30.* De *Magna* verò in Gallia *Diebus* V. suprà in *Dies.*

Magnes, lapidium cos ingeniorum, principii Naturæ, mi, rabilium thaumaturgus, recenditæ virtutis inextricabilis labyrinthus, lapis est, qui quoad exteriorem speciem nil neq; splendoris, neque pulchritudinis habet, tam eximiè interim virtute præditus est, ut nulli lapidum species fecundus habendus sit, nec ullis humano generi tantum profuerit. Hinc enim folius navigationes dirigit, hic solus in aere magnas moles, & hic ullo alio fulcro, fuspendit, aliaque præstat, quæ plane in fupotem date etiam emunctioris naris homines apta fuor. Ut de usu ejus in navigationibus jam nil dicam, utpote de quo jam actum in voce *Magnes* : item *Pyxis nautica.* De corona Regis Ammonitarum, à Davide superati, refert Kunchius, in eo mirandum fuiße, quo in aere dicatum Varronianum *lib. de Ling. Lat. lib. cap.* 30. apud Bochartum *Hierozoici Parte poster. lib. V. cap. 7.* Sed nemo melius admirandam lapidis hujus indolem declripsit Kircherio *Op. de Arte Magnetica* : de quo V. supra in voce *Ars* : qui & machinis, quæ hodieque in Musæo ejus conspiciuntur, virtutes ejus clarissime spectantium oculis subjicit : Inter quas eminent, *Ara Magnetica*, *Arcubus columnis*, *Cymba Magnes annexa*, *Horologium magneticum*, *Typus Magnetismi*, & *Pasiphaes Statua*, de quibus hic passim vide spatia autem hinc inde non exhiber Georg. de Sepibus *in Collegio Rom. S. J. Musæo cap. 14.* Dicius autem *Magnes*, non tam à *Magnete* quodam inventore, quàm à patria *Magnesia* : appellatione postmodum latius extensa ad omnem hujus generis lapidem, quamvis parùm non haberet præditam. Sic occurrit *Magnes Aethiopicus*, *Indicus*, &c. Sed & duo *Magnetes* sunt diversissimi generis, nempe unus, qui ferrum trahit, *Magnes* absolute, item *Heraclius Lapis* Veteribus & *Magnetes* Αἱθὼψ, qui colorem argenti habens, tornabatur olim in vasculà, de quo utroque V. accuratè differentem Salmasium *ad Solinum* 1102. & *seqq.* Adde quæ hic de *Heraclio lapide* dicimus, nec non in voce *Saxifrus.*

Magnes Æolius, in eodem *Musæo*, pisces est volans, qui flamem ventum intra cubiculi laquearia defigunt. V. suprà *Hirundo Marina.*

Magnesia Urbs, adde : Nummi, in quo Philippus filApollinem sedentem referens, cum Inscr. ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΤΡ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥ. cuδ à Magnetibus, meminit Sponius *Itin. Grac. Part. 3. pag.* 188.

Magnesia, five Conciliationes experimentales de effectibus Magnetis, nomen libri ab Athan. Kirchero in lucem emissi : edidit Hirtipoli A. C. 1631. in quarto.

Magnetico-Hydraulica machina, horas in universo Mundo exhibens, ut & horas Astronomicas, Italicas, Babylonicas & antiquas, in *Musæo* Kircheriano, memoratur *pag.* 2.

Magnetieum Naturæ Regnum, five *de triplici Magnete* liber, Auctore Athan. Kirchero, prodiit *in quarto* Romæ A. C. 1666. cujus Amstelodami *in duodec.*

Magni Aibi cum Corona Gall. *Grans Blans à la Couronne*, nummo monete sub Ludovico XI. & Carolo VIII. Gall. Regg. cuße. Crucem præterunt pedatam, cum 2. liliis & 2. coronis, inter cruels brachia : in averß parte, scutum est cum 3. liliis inter totidem coronulas. Inscr. LUDOVICVS, seu KAROLUS FRANCOR. REX. pond. 2. den. 7. gr. legis 4. den. 12 gran. pretii 11. den. Sub eodem Ludovico prodierunt *Magni Albi cum Sole*, vulgò *Grans Blans au Soleil*, cum cruce pedatum quadrifi. cirenio & inscr. SIT NOMEN &c. in postica verò, tribus liliis triplici circino inclusis & Sole in fupertori parte, ubi inscr. LUDOVICUS FRANCOR. REX. pond. 2. den. 10. gr. legis 4. den. 11. gr. pretii 13. den. Turon. Quam ob causam postmodum Tresæui, *Treznins* dicti sunt. Sub Ludovico verò XII. cusi sunt

Magni

Magni. Alii eum Ilstrice, Gall. *Grans Blans au Pore-Istrie*, dicti *Ludovicus*, cum cruce inter duo lilia, & inscr. SIT NOMEN &c. in aversa parte, cum scuto & 3. lilis coronato atque ab Istrice sustentato. Inscr. habet, LVDOVICVS FRANCOR. REX. pond. 2. den. legis 4. den. 12. gr. De quibus omnibus V. Car. du Fresne *Glossar.* in voce *Moneta*, ubi typos horum nummorum exhibet.

Magnificat. Ecclesiasticum est ex tribus Evangeliis Canticis, quæ in Ecclesia Rom. in psalmodia recitantur. Cum n. Canticorum horum X. sint, septem eorum ex antiquo Testam. depromta & per 7. hebdomadis dies ad *Laudes* distributa sunt: reliqua tria ex Evangelio desumta; quorum primum, *Benedictus Dominus*, etiam dicitur in Maturinalibus Laudibus: secundum *Magnificat*, cantatur ad Vesperas, quæ, utpote festivitatis initium, nobiliores sunt laudibus, &c. Dicuit autem hoc Canticum tum, qua vesperarum tempore, pervenientæ ad Elisabethæ domum B. Maria Virgine, fuerit compositum. Benzo in *Magnificat cap. 20. lib. 1.* apud Macros Fratres *in Hierolexico*.

Magnifici, dicti olim Præfecti prætorio, Magistri militum, Magistri officiorum, Magistri inter agentes, Quæstores, Comites Domestic orum, *l. 16. Cod. de test. mil. l. ult. C. lib. Sex. l. 33. C. de appell. §. ad ipsum, &c.* Sed & *Magnificentissimus*, ab Imp. Exquirio appellatur, in *Adnot. ad divina ipsi. &c.* V. Joan. Calvinum *Lexic. Juridi.* At frequentibus temporibus, *Magnificentia*, titulus fuit honorarius, ipsis Regibus tribui solitus. V. *Epistolas Childeberti Histor. Francic. Tom. 1. pag. 809. Epistolam* 60. Nicolai 1. Pontif. & plura hanc in rem, apud Brissonium *de Formulis pag. 355.*

Magnitudo, titulus itidem honorarius Regum aliorumque, apud Sonodium *lib. 1. Epist. 4.* Marculfum *lib. 1. &c.* Car. du Freine *Gloss.*

Magnus, Latinis inferioris ævi, non raro pro *longo & procero*, unde Ludovicus X. Francia R. qui vulgo *Longus* cognominatus est, semper *Magnus* cognominatur in vet. *Chartis*. Sed & Carolo I. Imp. *Magni* nomen non aliunde inoitum esse, testatur apud du Fresne Egidius Parisiensis *MS. Karolum lib. 1.* ubi de Stephano Pontif.

> *Augusti quarta Nonarum luce coire*
> *Conciliam fecit, ad quod cum conjuge Regem,*
> *Et cum suscepta de conjuge prole venerit.*
> *Tunc missam incipiens, quamvis consedit ad aram,*
> *Regifices cultus assumit virtus, Parenti,*
> *Cum quibus imposito natorum trinibus auro*
> *Inter virentis, duos chrismavit sortite fratres;*
> *Nomine quorum, unus quidem de fratribus alter*
> *Dignus, condus erat Carolus, cognomine Magni,*
> *Corporis ex habitu, nimirum cognomina omen.*
> *Qui bene Magnus erat, quia sicut corpore supra*
> *Illius ætatis primæva debita magnus,*
> *Sic animo major, fuit virtute futurus.*
> *Jam tunc Magnus erat cognomina, dicinde futurus*
> *Magnus divitiis & fama magnus & actu:*
> *Præter quod solenne satis cognomen alius*
> *Gratia qua nullis plus affuit, additus usum*
> *Nominis & Karolo facere Karismata notum.*

Quam eandem ob causam etiam *Karolo* nomen eidem Augusto datum fuisse, contendit Antonynus Auctor *de Nominibus German.* Sed ita eum jam in Baptismo vocatum fuisse, docet præfatus Car. du Fresne *in Gloss.*

Magnus Canon, festivitas Græcorum, ferii quintæ primæ hebdomadis quadragesimalis celebrari solita: sic dicta, quòd eum alii Canones 30. troparia continentant, adsummum; hic 250. complectatur. Auctor Andreas Archiepisc. Cretensis, qui ob compositum hunc Canonem, *Alipta* cognomen meruit. V. Macros Fratres *in Dominica Orthodoxia.*

Magnus Domesticus, V. infra *Megadomesticus*: Item in voce *Synecliti.*

Magnus & Mec-Nazi, duæ familiæ Zenetorum (Africæ populi, qui circa A. C. 930. familiam Idris penitus extirpantur) tenuere Imperium annos centum & quod excurrit: donec Lauduni, alius Africæ populus, ad montem Atlantem, creato Rege, Zenetorum imperio finem imposuere, A. C. 1051. Fuit autem Idris præfatus, ex Ommiade Soluthus, & ad Atlantem, ubinam in Mauritania Fezzana conditur, ita ei ab assumpto *Caliphæ* titulo, sedem regiam posuit. Georg. Horntus *Orb. Imp. 532.*

Maidbergen, inter titulos Principum & Marchionum Badensium. Erat autem olim sub propriis Comitibus; quorum inter illustres Brisgaviæ familias memoria supereſt: at quo fato ſi deſecerint, quâve ratione ipſis Badenſes ſucceſſerint, nobis incertum eſt. V. Tob. Pfannerum *de præcipuis Germaniæ Principib. Genebus cap. 9.*

Mahmudus, Rex Perſiæ & Indiæ, Michaëlem filium Selghuci, Ducem Turcarum, vicit & captivum in Perſiam abduxit; quem cum ex Mavveranacharia omnes Turci inſequuti, in planitie *Chorasan* conſiderent, diſpliciut id *Mahmudo*, ſi indeque ejus *Masud*, Succeſſor Regni, Turcas bello laceſſere coepit, qui irritati A. C. 1038. Togrul-Bekum, filium Michaëlis, Regem creavcrunt, & occiſo Maſudo, totâ Perſiâ potiti ſunt. Que prima Turcici Regni origo, à Scriptoribus Græcis ac Latinis, monſtroſis fabulis involvitur. Mornius *ad Appag. 269.* Fuit autem *Mahmudus* ex Bojtarum familia, qui genus ducentes ex primis Perſarum Regibus, adeoque ab ipſo Darii Hyſtaſpis, poſt Caliphas Saracenorum per univerſam Perſiam ſummo acquiſito imperio veterum Regum, tot jam ſeculis interruptam proſapiam, inſtauratione, & per annos circiter 130. fortunâ varia præſeruerunt: idem *pag. 281.*

Mahometria & Machometria, apud Matth. Pariſium, Guil. Tyrium, & alios *Geſtorum Dei* Scriptores, Templum Mahometicum dicitur: Gallis *Mahomerie*. Unde forte idem *Momeris* ſuum habent, pro re ridicula vocem uſurpantes; quod preces, clamores, cantuſve in ejusmodi Templis à Turcis excitari ſolitos pro ridiculis habetent. Idem *Mahum* & *Maho* utplurimum Mahometem appellabant; per quem quòd jurarent Mahometani, factum ut Ambianis hodieque *Mahomet* ſit, pugna certare, quòd pugnando invicem ſubinde per Mahometem jurent. Car. du Freſne *Gloſſar.* V. infrà in *Mesquita.*

Mahometes Effendi Turca, inſignis atheus; eò vecordiæ progreſſus eſt, ut impietatem ſuam non alio magis argumento adſereret; quàm quòd nullum in ſeſe; inſenſiſſimum Deitatis hoſtem, ultionisque exemplum Deus ediderit: non adeò ſegni animo contubelliam tantam laturus, ſi eſſet, qui vindicare poſſet. In qua impietate tantæ quoque pervicaciæ fuiſſe perhibent, ut dicebat, veritati, extremum ſupplicium aſciti animo ſuſciperet. Teſtis *adrenius* Ricautius Anglus *de Statu Imperii Ottomann. lib. 1. cap. 14.* apud Tob. Pfannerum *Syſtem. Theol. Gentil. cap. 2. §. 2.*

Mahumetus Obelisca, à S. *Maheut*, quòd nomen Orientales S. Bartholomæo tribuunt, ex Templi illius fundamentis erectusque in Æde S. Bartholomæi Bergomaum Foro, Romæ conſpicitur. Georg. de Sepibus *in Collegii Rom. S. Jeſu Muſæo pag. 22.*

Majaccia, Inſula fuit de ſquamis ferreis, quam birretis inſutam geſtare viri ſolebant, tempore Friderici II. Imp. Car. du Freine ex *Chron.* Nonantulenſi *MS.*

Majeſtas, & *Numen*, junctim poſita ſemper legere eſt de Imperatore; unde ille adeò frequenter in vett. monumentis ſubſcriptiones, his notis ſignatæ, *N. M. Q. E. D.* h. e. *Numini Majeſtatiq. ejus devotus.* Et quidem libera ſtante Rep. non ſolum *Populi Rom. Majeſtas* dicebatur; ſed etiam Conſulis & Prætorum & aliorum majorum Magiſtratuum. At ſub Imp. nunquam niſi de Imperatore ipſo nomen illud in uſu fuit, nec aliæ dignitates ita appellatæ Imp. ævo. Nec obſtat Treb. Pollio *in Claudio*, cum ait, *Fuit etiam his ſtatibus ita appellatus Gallienus Cæsonius ſive Cecropius—Valerianus — conſtat de genere. non tamen ſatis conſtat de dignitate, vel ut ſæpe dixerunt alii loqui, de Majeſtate.* Nempe anterioribus quidem temporibus, *Majeſtas Auguſti & Majeſtas divina domus*, lemper uſurpata eſt, ſed eo ſenſu, ut pondus & gravitas & magnitudo quædam coli veneratique digna in Principe, illâ voce deſignaretur, & honos quidam eximius cum veneratione juſtus, qui jure merito illi præſtari debeatur, quæ ſupra omnes poteſtates eſſet. Nam ut *Majeſtas populi* olim dicebatur; propter Imperii magnitudinem ac dignitatem; quo tempore Populus R. Imperii ſummam tenebat: ſic poſtquam Imperium ad unum translatum eſt, *Majeſtas* quoque, quæ tanto Imperio dicebatur, ſimul ad unum illum translata: atque hinc *Majeſtas Auguſti* dicta, quæ olim *Populi Rom.* fuit. Æratæ v. Trebellii, *Majeſtas* propria vocari coepta eſt, ipſi Imperii dignitas vel Imperium ipſum, h. e. βασιλεια; quam qui habet, is *Imperator & Auguſtus* dicitur, ut dignitas Conſularis Conſulem facit & Prætoria Prætorem. *Dignitas* namque de aliis Magiſtratibus & honoribus, *Majeſtas* de ſolo Imperio dicebatur. Sed duæ tunc erant *Majeſtates*, *Cæſarea* & *Auguſta*; ideò Trebellius h. l. cum Hiſtor. ; diſtinctim eſſe à multis, de Valeriano Juniore, utrum Auguſtus, an Cæſar ratum fuerit: non ſatis de *Majeſtate* ejus inter omnes conſtitiſſe, ſcribit; quòd alii eum *Auguſtum*, i. e. *Majeſtati Majeſtate* præditum fuiſſe, alii *Cæſarem* tantum, quidam neutra, affirmarent. Quo ſenſu *Majeſtas Auguſti & Majeſtas Cæſaris*, pro utriusque dignitate; ſumitur. Et ſic omnino paulo ante *Inſulas Majeſtatum*, dignitatem Imperatoriam appellavit, ut Præfecturæ inſulas & Conſulatus & Prætoræ, &c. dicebant. Itaque *Majeſtates* Trebellii tempore dicebantur dignitates Imperatoriæ quam βασιλειας Græci, *Imperia* recentiores Latini, Galli *Regalitatem* dixere, &c. Priori vero ſenſu; *Majeſtas*, quæ Imperatoribus ſolis cum Dijs communis fabla eſt, Græcis modò μεγαλειοτης, modò εξαιρετης, exponitur: ſed κρατοτης proprie privati devotio eſt, quæ Principis Majeſtati debetur &c. Salmaſius *Not. ad Trebellium l. c.* nec μεγαλειοτης plus quàm *Magnificentiam* vel *Magnificentiam* exprimit: unde *Majeſtatem*, quam diſcrte Iuſtus Pancyr. à *Magnificentia* ſeparat, unum eſſe ex iis vocabulis Latinis, quibus nihil in tota Græca lingua par & ex æquo reſpondens, eruditus aſſerit Caſaubonus *Ibid.* Hodie titulum hunc Imperatorum Regumque proprium eſſe, conſtat: interim, uti alia, ſic etiam hoc axioma, quandoque non Pontifici ſolum Rom. ſed & Epiſcopis ac Archidiaconis, tribuunt à Scriptoribus Eccl. Rom. docet *in Gloſſario* du Freſne. Apud eundem, *Majeſtimus* nomine, Ballam Imperialem ſeu majus Imperator. ſigillum,

ſum, in quo ſc. eum Imperatoria *Majeſtate* exprimitur (unde Germanis *Majeſtats Brief* ejusmodi ſigillo munitæ literæ appellantur) quoque inſigniri, obſervat Marquardus Freherus *ad Petrum de Andlo & ad Bullam Sigismundi Imp.*

Mailla, ſpecies monetæ minutioris, in *Charta* A. C. 1144. apud Car. du Freſne *in Gloſſar.* contractè ex *Medallea*, vulgò *Maille* Gallis. V. infrà pallim, inprimis in voce *Mallia*.

Maimodina, in *Teſtamento* Nunonis Sancti Com. Ruſcinon. *A.* C. 1241. *Item abſolvit cuidam Piſano in foſſa ſive apud Romam* 1100. Maimodinas *in auro*: moneta eſt Saracenorum Ægyptiorum, al. *Maimodina*, V. *ibi*.

Major Domûs, adde: Hornio, primò in Gallia inſtituti fuerunt A. C. 687. quod officium complechebatur totam poteſtatem Regam, præter Titulum & Coronam. In eorum manu, pax & bellum; neque qui ab eo tempore regnaverunt, Reges fuere, niſi titulotenus. Quod ergo ſub Caliphis Saracenorum fuerunt Sultani, id in Gallia *Majores Domûs*, qui poſtea ſub Carolingis dicti fuerunt *Comites Stabuli*; Sed paulatim omnem ſuam poteſtatem ſic amiſerunt, ut tandem non niſi nomen reſtaret, quod imperitiores annis etiam extinctis eſſe. Maximus ex his *Majoribus domûs* fuit Carolus Martellus, Princeps omnium, quos Gallia unquam habuit, pugnacissimus, qui multorties oblatum Regnum, ſeu potius *Regis* titulum, animoſe contemſit, dicens, *malle ſe Dominum Regem, quàm Regem ipſe.* At, ultimo Merovingiorum Regum Chilperico IV. à Zacharia Pontifice exactorato, ac in Cœnobium detruſo, à Merovingis ad Carolingos ex præfatus Carolo oriundos, dignitas ſenſim ſenſim defluxit, donec horum ultimus, orti ex poſteris Witekindi Ducis Saxonum, Hugo Magnus & Hugo Capetus, *Comitatum Pariſienſem* obtinuerunt, cujus ea fere, quæ olim *Majorum Domûs* ſeu *Comitum Stabuli* poteſtas fuit. Tum enim, defuncto Ludovico V. ſeu potius Vl. Hugo Capetus exclusâ Caroli M. Regum Franciæ occupavit. G. Hornius *Orb. Imp. pag.* 106 & 134. Secundum du Freſne, ſupremi hanc Aulæ Franciæ dignitas, genere quam non Patriti ſolum, ſed totius Regni & Reip. cura erat, tum demum cœpit, cùm imperavit Chlodoveus II. Dagoberti fil. ſub quo Regum auctoritas & ſuprema poteſtas intercidit. Ab iſtis autem Proceribus Franciæ Populoque elegi conſueviſſe, ex Fredegario *cap.* 54. Aimoino *lib.* 4. *cap.* 15. Eg nhardo in *Vita* Caroli Magni, Alits, docet idem, & cum Regnum Francicum in tri ipsum maxime Monarchiæ effet, *Francorum* nempe, *Neuſtrorum*, *Auſtrasii* & *Burgundiam*, harumque Regez, ſub omnes *Regis Francorum* titulum in divſum retinebant, in ſuis quisque Regionibus, *Majorei Domus* haberent, eorum ſenten, una cum nominibus Auctorum, qui illorum meminere, exhibet. Ex illo ſeries *Majorum Domûs* ita:

Series Majorum Domûs Regum Francia.

Badegiſilus, poſt modum Epiſc. Cenoman. ſub Chlotario I.	Ebroinus, ſub Chlotario fil. Chlodovei.
Gundolandus, ſub eodem.	Waratto, ſub Theodorico I.
Landericus, ſub Childeberto I. & Chlotario II.	Berratius, gener Waratonis ſub eodem.
Gundoaldus, ſub Chlotario II.	Nordebertus, ſub Chlodoveo II. & Childeberto II.
Æga, vel *Egaonus* aut *Egaeus*, ſub Dagoberto & Chlodoveo II.	Grimoaldus, Pyrini jun. filius, ſub eodem Childeberto.
Almaricus, ſub Chlodoveo II.	Theudoaldus, filius Grimoaldi, ſub Dagoberto fil. Chudeberti.
Grimoaldus, Pipini I. filius.	Ragenfredus, ſub Dagoberto.
Erchinoaldus, alias *Herginoldus*, ſub Dagoberto & Chlodoveo II.	Carolus Martellus, ſub Theodoreo ſil Dagoberti.
Leudeſius, fil. ejus, ſub Theodorico.	Pipinus, Caroli Filius.

Series Majorum Domûs Regni Auſtraſiæ.

Chrodinus Dux, electus *Major Domus* Regni Auſtraſiæ, ſub Sigeberto I.	I. Dagoberto II. & Sigeberto II.
Gogo, ſub eodem.	Martinus, itidem ſub Sigeberto II.
Rado, ſub eodem.	Grimoaldus, ſub eodem.
Florentinus, ſub Childeberto.	Adalgiſus, Dux Palatii, ſub Sigeberto III.
Wiſoadus, ſub eodem.	
Warnacharius, ſub Theodorico II.	Pipinus Junior, filius Adalgiſi, ſub Theodorico, filio Chlodovei & ſub Chlodoveo.
Pipinus Senior, ſub Chlotario	

Series Majorum Domûs Regni Burgundiæ.

Warnacharius, ſub Theodorico Childeberti fil.	Ex hinc, qui *Majores Domus*, ſub *L. Infantibus* appellabantur, *Senioribus* dictis præfecti. Sic Theobaldus Com.
Bertholadus, ſub eodem.	Bleſenſis, modò *Major Domus*, modò *Senioribus*, dictus occurrit, &c. Pura hanc in rem, ut & de *Majoribus Domus* Regni natum, ; Item de *Majoribus Domus Eccleſiæ Rem.* Epiſcoporum quoque (qui non alii forte à Vice Dominis) & Regum Aragonæ, Caſtellæ, Hiſpaniæ & de *Majoribus Domus* tandem Cæſar-augustæ, leu tribus Conſtantiæ Merdatos.

carorum, V. apud præfatum Carolum du Freſne in *Gloſſario*, & Auctores ideò citandos, magno illi numero *Ibidem* laudatos.

Major Domûs, in ſimilitudo urbano, apud vet. Romanos, magni nominis, negotiationis ac dominicæ procurationis primas ſibi vindicabat, dictis *Aedilis* dictus. Rabanus Maurus, *lib.* 1. *de inſtitut. Cler. Quoniam enim Aedes proprie & bonis ſeu quidſibi Dominis ſui cenſus, & omnis ſubſtantia modus, & redigit apud ſe totius poſſeſſionis inſtrumenta originalia.* Ubi, quem *Aedilium* vocat. Aelius Donatus *Majorem Domus* appellat. Quòd enim apud Terentium Demipho ita Geram aliquitur *Phormione. Act. 2. ſc. 1.*

Bona cogſes ſarce ! columen vero familiæ:

Id ille ſic interpretatur, *Columen columen, au columen columna ? Unde columella apud Veteres dicti ſervi Majores Domus.* Lucilius 22.

Servi neq; intuitis Domino, neq; inutili quoquam
Lucelis Columella inſe ſitu Matrophanes.

Quò referenda eſt ſanctio Regis Theodorici et apud Papinianum, *tit.* 4. qui precium occiſi Actoris centum ſolidis taxavit. Neque aliunde fluit Jul. Pauli ſententia, exiſtimantis animadvertendum eſſe ſeverisime in eum, qui Actorem corrupiſſet, ut qui poſſet rationes dominicas interciderе vel adulterare, vel etiam rationem ſibi commiſſam turbare, *l. ult. ff. de Off Pret. V.* Lat. Pignorium *Comment. de Servis.* Sic itaque *Majores Domûs* dicti, quæ du Freſne, jam Donati ætate fervi dicti fuit, qui primatum in familia tenuere: quod officii nomen poſtea translatum in Palatii vartorum Regum, Hiſtoricum inprimis, ut videmus, pro eo, qui in Domo Auguſta apud Romanos dicebatur *Magiſter Officiorum*, *ὁ ἀρχῶν τῶν βασιλικῶν πολλὰ ἐπιτρόπων* ſed & in linguis Urbibus, *οἰκόνομος* appellati ſunt *Majores* nihil habiti. Græci *οἰκόνομοι* vocarunt ſervum *majorem domus*, &c. Vide Salmaſium ad *Solinum pag.* 1221. & pura de voce *Major*, item *Majores*, apud du Freſne & Calvinum *Lexic. Jurid.*

Major Gradus, apud Papinianum *Pandectas lib.* 4. *Sylv. ad Marcellum*: *Plotio Gryphi Majoris gradus Patrono ſuo dignitas opiginium reddam, ſed iuterim hoc exaſtabo, quas Sacratuſtus una rejimus, huic voluimini inſerui*: Patritiatus eſt, Batore *Antmadverſionibus ad l.* V. mira in hac Materia.

Majorana, V. infrà *Maxima*.

Majorenes, Prætorium Equites Aulæ Pontificiæ, Cenſin Camerario *Stimulati*, i. calcaribus munidi. Forte hodie Cavalieri *dello Speron d'oro*, quos Papa creare ſolet. V. Marcus Fratres in *Hierolexico*.

Majores, adde: Etiam plerunque effigiem alicujus ex *Majoribus* in annulis geſtare Veteres ſolebant, qui tamen ibi, ſi ab eorum virtute degenerabant, cet abebatur. Vaterius Maximus de Africani filio loquens *lib.* 3. *cap.* 1. *Cn. Scipio, inquit, ſuperioris Africani filius, Pretor petens, annulum, quem ab eo imperatorio macula, objoleſactam in campum detulit, ut mirari Cicero, qui patru ejus Scriba fuerat, adjutus eſſet, honorum à populo majoratum non videretur. Quanquam quo interſuit, utrum reipublicæ an ſuæ adeptam Pretoram domum referret ? Indignè ! à manu ejus annulum, in qua caput Africani jo ſatum erat, detraxerunt.* Sic ſub Leutulis Sara quoque Avi tui imagine, in gigantea, olim legitur. Cic. 3. *Catil in. Tuorum ſimulacula Leutulo ac quaſi ſui ſanguinis ſignum ? Annuit, Ejſi verò, inquam, ſignum quidem notum, imago Avi tui clariſſimi viri, qui amavit unice Patriam & cives ſuos, qua quidem te à tanto ſcelere etiam muta revocare debuit.* V. Joh. Kirchmannum *de Annulis cap.* 12. & ſuprà in *Major-Domus*.

Majoricæ, adde: Sub Jacobo I. cognom. *Expugnatore*. Inſulæ Baleares *Majorica* & Minorica Saracenis erepte ſunt, quorum ultimum Regem, nomine *Retabohig*, Jacobus atreptum barbâ ex latibulo, quemadmodum ſe factutum juravit, protraxit. Idem Hornius *pag.* 173.

Majorina pecunia, ut & Centenionales, à Conſtantio prohibita legitur, in *Codice* Theodoſiano : Centenionales quidem (quòd *centum* æreos conficerent, dicti) propter nimiam fuit exiguitatem : *Majorina* verò, propter minimum pondus. Memiuit eius quoque *L. ſexta de fals. Mon. tit. Cod.* qua ex argento & ære conflatam fuiſſe arguit. Pœna n. ibi inflictur in Fabricatores, qui Majoream pecuniam *ſeparato argento ab ære jungant*. Alibi *majorem monetam* dicitur, cujus quidem ſpecies fuit *Decargyrus*, nili eadem plane fuerit. Ita autem appellatum volunt, aut quòd decima tantum ejus pars argentum eſſet, ſiquidem *Majorina* pecunia ex argento & ære conflata, vel potius, quòd decem argenteis æſtimaretur, quemadmodum *Denarium* duxerunt Latini, qui decem argenteis valebat. Graci vo *δεκάγραφος*, quòd decem æreis æſtimaretur, ita ut Decargyrus ſpecies fuerit *Majoris* pecuniæ, decem minutis argenteis æſtimata, V. Cl. du Freſne *Diſſertat. de Inferiori ævi Numismatibus* ; *pag.* 62. *num* 97.

Majorini, apud Hiſpanos, iidem videntur fuiſſe, qui *Majores villarum* Francis, penes quos etiam jurisdictio Regia erat ; vel certè iidem cum *Majoribus Domûs*. Qui n. apud Ordonium Monachum *de Mirac. S. Rudeſindi, Epiſc. D. mirum ſis num.* 29. *Major domus*

Nomia, appellatur; in Alio *MS.* dicitur *Majorinus*, uti Henschenius observat, apud C. du Fresne in *Glossario*. Erant autem alii *Villarum Majorini*, alii *Majorini majores*; quorum hi sæpe subscribsere in *Chartis* Regum, addito nomine provinciæ, cui præerant, ut in *Chartis* Ferdinandi I. Castellæ R. æræ 1078. apud Antonium Yepezium in *Chron. Ord. Benedict. Tom. I. Felix Majorinus de Burgos*; *Sanna Sanz. Majorinus in Castella*, &c. Illorum meminit Lucas Tudensis *in Chron. pag. 104. Imperator mandavit Majorino terræ, ut cuncti rustici venirent ad Militem & viderent, qualiter ei justitiam exhibebat & hoc sibi referrebant.* V. omnino præfatum Cl. du Fresne *ubi supra*. Ex *Majorinus*, corrupte *Maioranes*, Lusitanis *Merinho*. Iustitiarius est: quomodi Magistratum apud Jaccetanos etiamnum vigere, docet Blanca *in Rebus Aragonic.* Vitalis v. Offensis Episc. *Mermos* vocatos esse Appariteres & qui Judicum sententias, exequutioni mandarent, docet *de Vett. in Aragonia Magistratuum nominibus*, apud *Eund.*

Majorum Religio, quantopere colti fuerit prisis Athenienfibus, docet haec lex Draconis, Θεσμὸς ἀδικῶν τοῖς Ἀνάκτοσι μόνοις κύριος ἦν ὁ πατὴρ γράψαι, ὅσα πρὸς τοὺς πατρώους καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους κεῖται. *Lex est antiquissima æternaq; auctoritatis in Attica, Venerandos esse Deos atq; Heroas patrios publicè, secundùm patrios sanctiones, &c.* Nimirum hoc unice observatum volebant Veteres, ne quid temerè immutaretur in sacris cæremoniis Deorum: ἐπεὶ ἀσεβὲς ἐνόμιζον, ὅσοι μηδὲν μέτα τῶν πατρίων κεχλιδότες, μᾶλλ' ἢ τὰ παραδεδομένα σεβόντες, inquit Diodorus Siculus. Quare etiam qui venandi licentiam nunquam hac Lege Dii atque Heroes, patria fuere atque indigenæ. Fortea tamen adfciti sunt & invecti Athenas; præter patrios, omnium pene Gentium Dii, ita ut

Λίγυπτόν τε καὶ τὴν πολὺ πανήγυριν ἀπ' Ἀθηνῶν,

quod exprobrat alicubi Comicus: fed reclamarunt plerique antiqui moris. M. Tullius *de Ll. lib. 2. Nemos vero Deos sic Atheniensibus sacrificiumve Peisis veteres Cecropida tuerat, ut apud eum Sophocles ab quidam ait Divinegerimi judicari, & civitate ejecitatur.* Sed frustra: Reip. enim hujus institutum fuisse videtur, peregrinos & advenas Deos colere; verùm id flebat ex SC. Areopagitarum, à quibus probati & publicè adfciti non minus colendi erant, quàm ei ἐγγενεῖς. Hinc ad Areopagitas rapitur B. Paulus Actor. *cap. 17.* quod annuntians Athenienfibus ξένων καὶ δαιμονίων, peregrinorum Deorum annuntiator videretur. Certe, ne quis non haberet Deos, lege latum fuisse, intereat Reip. ut eft ad Auguftum Maecenatis monitum, apud Dionem *lib. 52.* Quod proin egregiè caverunt Romani, jam ab ipfo Urbis natali, è Lege Romuli: è quo fonte haec hauft Cicero *de LL. lib. 2. Sacra, Deos aut aliunde colo, confuetudinem habeo Religionum & ignotas ceremonias.* V. quoque Livium *lib. 2. cap. 20.* Sed & Romanos ad alienas religiones poftea exorbitaffe, antiqui loco Terentius docet, *ad Natium lib. 1. cap. 13. Ita certe effum, qui etiam in Lateresulum septem Deorum folem recepiffe: & ex ipforum deubus prolegiffe, quo die &c.* Et paulo poft, *Quod quidem factis exorbitantes & ipfi à noftris ad alienas religiones: Judaicum feftis, Sabbathis, & quo die &c.* Et quo fequun ur. V. Sam. Petitum, *Commentar. in LL. Atticas lib. 1. tit. 1.* Quanto portiori jure *Majorum religio* inculcata litaditis, lapidatoribus etiam exeidique poenâ fanxerit in propitiam Divitatemque accentes, *Exonne & colamus Deos alienos*, Deuteron. *cap. 13.* à quo cum fenfim defcivifient poftmodum, *Veterum* (in e. Magiftrorum medi & fequioris ævi) traditionibus adhaerendo, Chr ftus ad primæ ve antiquitatis puritatem Legis doctrinam reformavit, Matth. *cap 5.* In Religione Chriftiana idem obtinet, quæ cùm non patria fit, nifi quatenus à *Majoribus* noftris tradita eft, Prophetis viz. ac Apoftolis, *fuper eorum fundamento, manente fuperfummo, exiftente imo angulari Lapide Jefu Chriffo*, Ephef. *cap. 2. verf. 20.* hùic quæ *doctrinæ*, quæ Auctoritate nova vifa eft, prædicante eam Paulo, Actor. *cap. 17. verfu 19. adjcere quidquam aut auferre*, religioni ducere, omnino convenit, Apocalyp. *Lcapite ultimo verfu 18. & 19. &c.*

Maiuadarius, item *Mefnadarius*, in Aragonia, eft, uti habet Vitalis Epifc. Oftenfis, *qui de genere Ricorum hominum, filium ex Patris linea minuendo*, inter dominifeos Principis aut in ejus familiam cooptatus eft; à *Mefnada*, contracte pro *Maifonada*, Lat. *Manfio*. Ricorum nempe hominum dignitati proximus erat *Mefnadariorum* iffe Militaris feu Equefter ordo: quibus quæ dabantur à Regibus ftipendia, ut à prioribus etiam, nomine differrent, *Cavallerias de Mefnada* feu *Mefnaderias*, vocari consuevernnt. Hieron. Blanca *Commentar. Rerum Aragonic.* His itaque quæ dabantur *Mefnadis* pradia, *Mefnadia* quoque dicta funt. Alias *Mauinada* feu *Mefnada*, apud Scriptores mediævi, pro militaribus catervis ac fodalitatibus, maximè prædonum ac latrunculorum, qui in familias quodammodo coeunt, non raro occurrit. Unde *Mefnadam facere*, in exercitum ire eft, in *Bulla* Gregorii IX. A. C. 1231. apud du Frefne *Gloffar.*

Majus Menfis, addc. In tutela Apollinis fuit, nuptiisque infaustus habitus eft, unde Prov. *Menfe Maio nubunt mala.* Et apud Athenienfes Thargelion, apud Hebraeos ex parte Jiar, ex parte Sivan refpondit. V. Fr. Roffinum *Archeol. Art. lib. 2. cap. 10.* & Thom. Godwynum *de Ritibus Hebr. lib. 3. cap. 1.*

Tom. II.

Feffi dies menfe Maio apud Romanos celebrati.

Kal. Maja Laribus Praeftitibus ara à Caribus Sabinis conferata, & Bonae Deae facra fancta funt, à Matronis, in aede Pontificis Max.

2. die, feu 6. Non. Compitalia erant.

9. die feu 7. Jdus, Lemuria celebrata funt.

11. die feu 4. Jdus, Ludi Martii celebrant in Circo.

Jdibus Maji, Argeorum fcirpea fimulachra & ofcilla de ponte fublicio in Tiberim praecipitabantur quotannis. Eodem die Mercatorum feftum erat, quòd Mercurii aedes illo dedicata effet: Uberiorem tum quaeftus gratiâ è Mercurii fonte, ad portam Capenam, adfpergebant fe laureo tenuique immerfo.

12. Kal. Junii Agonalia five Agonia erant.

14. ἀφανισμὸς τῶν ἀστέρων, &c.

Majus, Gallis *May*, arbor Majalis, quae fc. Kalendis Majis fit compitis vel aedes Magnatum aut amicae erigi folet. Sic ii dem *Majum Typographorum* vocabant, *le May des Imprimeurs*, folium papyri ingens, in Joannis Ewang. Regis, & Typographiae laudes, linguâ Hebraea, Syriaca, Graeca, Latina & Gallica, ad diem S. Joannis Portae-Latinae, imprimi foltum: quae confuetudo abolita 1665. *Richel.*

Majuscolus, Dignitas Canonicalis, in Cathedrali Eccleffa Januenfi, *Cantoria*, in aliis Eccleffis, dignitati refpondens. Macer *Hierolex.*

Mala Corona, cognom. Arnoldi Patr. Hierofolym. apud Guil. Tyrium *lib. 12. cap. 7.* item aliorum quorundam, apud Guil. Gemeticenfem *lib. 7. cap. 10.* & Ordex, Vitalem *lib. 3.* Sic autem appellabantur olim Clerici, qui Clericatum charactere abutebantur à Corona, praecipuo Clericatus & Sacerdotii, in Eccleffa Rom. infigni. V. fupra in voce *Cerona.*

Mala Forma, Romae culta, in Expuilis, Cic. *de N. Deor. lib. 3.* & Plinius *Hiff. Natur. lib. 2. cap. 7.*

Mala Manfio, quod poenae genus fuerit, apud Romanos, in cerro eft. Quidam hàc voce intelligi volunt foveam profundam, in modum putei effodtam; fed *Puteum*, quidquid fuppleri gens, furaciibus coquis deftinatum fuiffe, patet ex Plauto, *Aululariâ Actu 2. Sc. 5. Coqui abftulerunt, comprehendere, vincire, verberare, in Puteum condere.* Alii anguftum carceris genus, quod alias *Arca* appellabatur, fuiffe volunt, cujus meminit Cicero *Philone, Subito abrepti in queftionem, tamen jejarantur à cateris, & in Arcas conjciuntur, ne quis eum hoc collegui poffit.* E' quibus verbis videre eft, in hoc carcere detentos fuiffe eos, qui pondum condemnati, ulteriori quaeftioni reservabantur; Thom. Godwynus *Antiologiâ Rom. lib. 3. Sect. 3. cap. 5.* qui Anglice *Litel, eafe* ait dici poffe.

Malabaria, adde: Floruit is Sarama Perymal, circa A. C. 900, & à Mahometanis fedudus, ultro abdicato Regno, Meccam peregrinatum concefit, ibique fanctitatis opinione vitam finiit, cumque liberis caeteris, regnum fuum fubditimis Mauritoribus diftribuit, V. Jof. Scaligerum *de Emend. Temp. lib. 5.* & Linschotanum *Indic Orient. cap. 12.* Uni verò ex intimis fuis titulum *Zamori* tribuit; qui à A. C. 907. urbem Kalecuthum exftruxit: Habentque ibi fedem Imperatorium ufque in hunc diem poffteri ejus, quanquam auctoritate multùm imminuta. Nomina Imperatorum propria ignorantur, nec nifi confulto *Zamorinorum* nomine memorati occurrunt. Unus etiam, nomine *Ganfer* circa A. C. 1498. regnaffe traditur Alofio Cadamofto. Potentia eorum decrevit, circa A. C. 1500. infracta potiffimum à Lufitanis, qui fedem Mercaturae Calecutho Cochinum urbem vicinam tranftulerunt. Ita hoc Regnum ex maximo minimum factum: titulum *Zamori* five *Imperatoris* nihilominus Regibus ejus retinentibus. V. Hornium, *Orb. Imp.* Coeterùm fcribunt *Malabares*, ut & Siamenfes, non à Deucalione ad finiftram, introrfum deducta, ut Hebraei, Arabes & Europaei reliqui Indifque contrario modo: Linguaque *Malaica*, una ex potioribus Afiae finguis, omnium in Indiae Orientalis regionibus, puriffima eft, quam communiter Mercatores iftorum locorum, utpote in Principum Indorum aulis, longè lateque (ffeut in Turcica Arabica lingua) florentem, callent. Edidit Dictionarium Malaico-Latinum David Haes Romae, A. C. 1631. in 4. extatque parvulum aliud Vocum Malaicarum & Javanenfium, *Tom. I. Navigat. Belg. Narvig. II. fol. 43. & feqq.* Mahometifmus hìc dominatur. Auctor. Anonymus *Hiftoria Orbis Terr. Part. I. cap. 9. fect. 3. §. 8. &c.* Sed *Malaica* lingua, cujus medi mentio, non *Malabarum*, verùm Malaccenfium eft, V. infrà in *Malacca.*

B 2 *Mala-*

Malabathrum, apud Horatium *lib 2. Carm. od. 7.*
Cum quo morantem saepe diem mero
Fregi coronatus nitentes

Malabathro *Syro capillos:*

pro *malabathrino* unguento, prout alias *Solastum* ; à *Malabathro*, seu *Folio* per excellentiam sic dicto, quod inter mirifica suavitate olentia illa Solino indigitata *cap. 52.* quæ mittunt Indi, præcipuam ac primam auctoritatem, una cum Nardi spica, obtinet. Nomen ei à voce Indica *Tumulpatra* ; quâ licèt Indi proprie *Folium Indum* indigirent (alterum foliorum aromatteorum in India genus, facie pene simili ac pari facultate prædium, Græci tamen κασσιφόρου unguento inde formantes, nomen hoc alteri generi Folii, quod ipsis notius erat, attribuerunt. Cur *Folium* ἐξοχὴν dicatur Scriptoribus Rom. diximus suprà. Sed & *Herbam Paradisi* Vett. appellaverat, teste Isidoro, ab excellenti odore. Item *Catapharium folium* V. ibi. Utile id ligno & folio, unde φύλλον & ξυλοφύλλον illud dixere : Actius in secunda Gronæ olei Salicæ, ξυλοφύλλου ἢ φύλλου κρατιστεύοντος καὶ λίτρου μέτρα κδ. Sed folia ingenua prima, quæ in pilulas olim convoluta vænum ibant, & hæc formâ ex India in Syriam (unde *Syriaci* cognomen) inde in Europam aiferebantur. Non autem plura folia in unam pilulam solebant congiobari, sed ex singulis foliis complicatis singulæ fphæræ fiebant unde pro ratione foliorum πέντεφυλλον, τετράφυλλον, μονοφύλλον ; ex majore enim folio major pilula hebat, ex minore minor. Complicebantur ea descripti pulveris nervis ac fibris, ac trajiciebantur iis, ut in pilula hærerent, quod ἐξυφαίνειν & ἐνείρειν, totam vero hanc præparationem κατασκευὴν ἐξ vocat Auctor *Peripli*. Calamos vero fi ve virgulas *Malabatrum*, quibus folia hæreoant, νάρδους dixere. Modum colligendi, sed falsis proximum, enarrat idem, & præter eum Dioi. omnes ac Plinius : unde colligere est, non magis hujus folii nostrum habuisse Vett. quàm piperis, zingiberis, & ferè de quibus inter quæ traudere, vero non coutenta-neâ. Cæterum usum ejus quod attinet, mira ei inest vis itomachi corroboratrix ; & linguæ subjectum commendat odoris suavitatem. Sed & stipeis hujusmodi foliorum pienis tiratorum vice ; Sefatas usos esse, Auctor *Periph* prætatus refert : Βοσσέδες vocatos Ptolomæo, pop. Indiæ extra Gangem. Hosenim exercitorie regione quotannis ad confinia Sinarum venire, cum ibi ferri de quibus inter quæ traudere, vero non contentanea

quo, *in Juliano Strophâ stimulante draconis.* Sic in *Eugenia*, eidem memoratur quædam matrona, *stimulis agitata Malignis*: ut quidem in membranis legitur; nam hic quoque editum *malignis*. V. Joh. Frid Gronovium *Observat. in Ecclesiast. cap. 45.*

Malleator balluca Hisp. apud Martialem, *lib. 12. Epigramm. 57.*

Ultimo balucis malleator Hispane
Tritum utenti fuste verberat saxum.

est Hispani aurimalleator. Vetus *Interpr.* SIGNAT. SVPPOSITORES. MALLIATORES, MONETÆ. CÆSARIS. Sic nempe vocabantur, qui monetas fetiebant & malleis formas incudebant. Unde ille, *are, ingenio, auro flande fortunæ.* Sunt autem *balluces*, minuti auri calculi, ψήφοι, ψήφακες. V. Claud. Salmasium *ad Solinum pag. 277.*

Malleoli, ut habet Nonius, fiere manipuli sparrei, pice concrecti, qui incensi aut in muros aut in testudines jaciebantur: De iis ita Marcellinus, *Malleoli*, inquit, *tali genus, figurantur hæc specie: sagitta est canna inter spiculum & arundinem multiplo ferro compaginata, qua aut ballistæ vel fundarum, aut manibus ignea jaculamina, concavatur, ventre subtiliter & plurisfariam patens aer, in alveo ipso ignem cum aliquo succi pingui alimento. Et sic emissa lentius aeris invalido (ictu enim rapidiore exsinguitur) si hæserit usquam, tenaciter crescat: aquisq; conspersa acriores excitat æstus incendiorum, nec remedio ullo, quam superjecto pulvere, conspitur.* Joh. Rotinus *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 17.* At *Malleolus*, in arte Accipitraria, est faculus quidam igneus capax longitudinis, ferro globifici compositus, falcinus, qui sagitta, qui perforatur utrinque ita ut caput & cauda liberè trahitur, quo fic falco absque læsione domum transferri possit, ut habetur apud Fridericum II. Imp. *de Venatione lib. 2. cap. 44.*

Malleus, inter arma dimicantium, clava forte vel gladius ipse, in *Gestis* Philippi I I. Francor. R. A. C. 1279. Sed & metaphorâ à *malleo* defumpta, nomen hoc ad Bellatores insignes non raro translatum. Apud Jeremiam Nabuchadonosor certe, *Malleus universæ terræ* dicitur: quemadmodum Belphetum Turcicum Sultanum, Guilielmus Tyrius *lib. 1. cap. 9.* similiter vocat. Saladinus, *Malleus Christiani nominis* & Alexander M. *totius Malleus orbis* appellatur, Wilhelmo Neubrigensi *lib. 3. cap. 10.* & Jac. de Vitriaco *lib. 3. pag. 1131.* Inprimis celebris ille Francorum Carolus, modo *Tudites* nomen habuit, a contundendo hostes, modo *Mundi malleus* vocatus. Hinc *Epitaphium* illius:

Ille Brabantinus Duce primus in orbe triumphat,
Malleus in mundo, &c.

Præcipuè autem *Martellus* cognominatus est, quæ vox *mediocrem malleum* notat, auctore Papia, V. *infra.* Apud Isandos olim, gentiles Conventus habeni figimum falle *Cestram & malleum Jovis*, docet Janus Domerus, *ad Jus Aulicum Norvagic. vetus pag. 499.* Ita autem de *Malleo Jovis* altro, Saxo Gramm. *Hister. Dan. lib. 1. Magni, inquit, inter ceteras trophæorum ejus formas insignia, imitatis ponderis malleos, quos Jovinales vocabant, apud Ingularum quandam prisca virorum religione cultos in pa triam deportandos curavit. Cupiens enim antiquitus tonitruorum causas ignaris rerum similitudine comprehendere, malleos, quibus cæli fragores fieri credebat, ingenti ære complexa fuerat, æquissimè tanta ignorantia vim fabrilium specie imitandam existimans, apud dictam Ingulam.*

Malleus, in aviariis suspensus, contra ursorum insidias memorat Auctor Anonymo *Sinæ & Europæ cap. 38.* *In vastis Sarmatiæ sylvis, ubi in cavernis abictum ursos habent apes, ursi mellis cupiditate seductum more ascendunt: adversus quos Aspiris malleum ingenti pondere suspendunt ante aptum vestibulo tà arte, ut ursus malleum amoenus eo feriatur vehementius, quo majore impetu malleum repellit.*

Mallus, Gall. Maille, hodie moneta est minutior ac vilioris pretii; olim vero argenteus quoque & aureis vox ista tributa. In vet. certè *Regesto* Communis Ambianensis, à Joanne Barguio, descripto A. C. 1453. complures recensentur, monetæ aureæ, quæ *Mallia* nomenclatu à donatur, cum earum pretio, ic. *Mallia Ultrajectinses, Mallia Magnimine & Bathomenses, Mallia Trevirenses, &c.* Alias *Mallias* recenset Robertus Cenalis ævo suo notatas, *Mallias au Chat*, & *Mallias de Henry* & *Mallias de Hornes*. Nec dum *Mattarum Florentinarum* omnino exoleviit appellatio: de alia taceam. Nempe à *Medallias* effinxerint Galli suum *Mallo*, quod pro monetis ex quovis metallo conflatis usurpatum conflat, Car. du Fresne *Dissertat. de Inferioris ævi numism. num. 102. & in Glossario*, in voce *Moneta*: ubi eimemoratur *Mallia alba*, Gall. *Maailes Blanches*, sub Philippo R. A. C. 1293. *Mallia Nigra*, Gall. *Petites Maailes*, sub Carolo VI. & *Mallia Turonenses*, Gall. *Maillet Tournois*, sub Carolo V I I. pondere 15. grn. leg. 18. gr. pretii semidis Turon. cum cruce pedata & inscr. OBOLUS. In averfa parte illium est, cum Inscr. KAROL. REX. Apud Anglos Scotosque *Blakmale*, b. e. *Blanca Malia*, dictum est tributum, quod limitanei utriusque Regni Magnati alicui vicino pendebant, ut à prædoniibus ultro citroque irruentibus tuti essent, eo quòd pro pendentium renuitate, aere vel obsonio plerunque præstaretur, non argento; vel quòd tenue esset ac æreum numisma, à Saxon. *black*, i. niger & voce *mallia*, qua minutiorem monetam indigitari solitam, diximus. Idem in voce *Blakmale*. V. quoque infrà *Masculum*.

Mallia Scantilla, uxor Didi Juliani, cum filia Didia Clara, Augusta appellata est, apud Spartianum.

Viri celebres.

Mallius, Varroni *Manilius* & *Manlius*, à Macrobio citatur *Saturnal. lib. 1. cap. 10.* Ejusdem meminit A. Gellius *lib. 3. cap. 4. Verum esse comperior, quod quidam boni literatos homines dicere audivi, qui plerasq; Plauti comœdias curiose atq; convenie lectitaverant, non indocilem Alii, nec Sedigiti nec Claudii, nec Aurelii, nec Accii, nec Manilii, super tabulis, qua dicuntur antiquæ, creditaverint, sed ipsi Plauto, &c.* Anton. Tyllius JC. *Notis in hunc locum.*

Mallius Chilo, ad quem *Epistola* Aureliani extat, apud Vopiscum in *Aureliano.*

Mallus & *Mallum*, apud medii ævi Scriptores, publicus est conventus, in quo majores causæ discepiabantur justæ aque majoris momenti, à Comitibus, Mitis Dominicis, aliisque exercebantur; à Germ. *Mael*, i. congregatio, convivium; vel Saxon. *Mael*, i. jus, lex, Judicium; unde complurium in Belgio locorum ac vicorum nominibus, quòd in iis olim *Malli* habiti fint, vocem hanc inditam esse, observat Wendelinus. V. du Fresne & Spelmannum in *Glossar.* us & supra, in voce *Mallergium.*

Malogranatum, pulcherrime floret & frequentes à radice emittit ramos rectos & proceros, qui malis punicis decorantur, ad admirationem ipectantium; præsertim dum floribus purpureis instar calicorum, aut malis vermiculantibus ornatus, quibus manorum delitiæ sunt in punicetis. Grana compressa languinem fundunt fuccum, eumque sapidum & salutarem, quem repræsentare sanguinem Christi Patres quidam dixere. Cyrillus vult *malo granati* significari Optimates Reip. Charitatis certè typum inde sumere licebit: habet enim grana denfissima & conjunctissima, instar uvæ; adeoque videtur uva pomi, licut botrus est uva vitis: cortice enim & pomum, sed grana uvæ & botrus. Adde puniceum vel purpureum, adeoque floris colorem, in amoris symbolum. Sicut itaque in malo granato, uno exterius cortice, multa interius grana unjuntur, tic plurimos cives & urbes unitas Regni & Regis continet, Et ficut grana fius loculisfunt ordinata & folliculis distreta, ita quoque cives fius familiis & collegiis. Unde Veteres junoni, quæ Regnorum præses habebatur, malum Punicum dedicarunt, id quod ejus fuerunt, uti spectabatur olim Mycenis, cum altera sceptrum teneret. Et Pontifex Mofaicus, in tunica ima, gestabat tintinnabula *malogranatis* mista, quæ unitatem Ecclesiæ fig ificabant, teste Eucherio & Gregorio M. quòd fc. multæ gentes conspirarent in eundem sonum, h. e. in eandem fidei professionem, Deique laudem, quasi tintinnabula, & in eandem animorum conjunctionem, quasi malogranata, &c. Quam in rem V. plura, apud Auctorem Anonymum *Sinæ & Eur. cap. 36.* ut & supra in voce *Granatum.* A magno granorum hujus pomi numero, ut Zopyri historiam omittam, Ovidius quoque comparationem petiit, ut meriterum Sexti Pompeji erga fe numerum exaggeraret, *de Ponto lib. 4. Eleg. 1.*

Tempora nam misero complectar ut omnia vitæ,
A meritis ejus pars mihi nulla vacat:
Quæ numero tot sunt, quot in hortis fertilis arvis
Punica sub lento cortice grana rubent.

Malpaga, vulgo *Malopagne*, carcer Lutevæ, in Gallia, in quem conjiciuntur, à Creditoribus, debitores ipso facto, inde nisi post debita persoluta non eximendi, Catellus *Rerum Occitan. lib. 2.*

Malpica, nomen illustris in Hispania familiæ, cum ut. Marchionatus, quæ Riberæ ramus est. Io hac enim, è Gallacia oriundi, Rua Lopezius de *Ribera* meritis suis illustrium virorum inclaruit, pater Perafani, Judicis majoris Andaluliæ: cujus ex fil. Didaco Gomezio nepos Perafanus, Comitatûs de los Molares titulos prioribus adjecit, duasque sobinsilias reliquit, quæ *Riberanum* nomen Henriquezis imulerunt. Sed præter hanc præcipuam lineam, Perafani modo dicti filii etiam ac Didaci Gomezii fratres fuerunt Rodericus, Conlalvus Marsano & Michael Lopezius, inguli peculiarium lineagium Auctores: Fuginda Petrus (*Pago*) de Ribera Dn. *de Malpica & Valdipus* a atque Marescallus Castellæ: Verùm cum hujus filii prole careret, per filiam Aldoncam successio & nomen *Ribera* ad Barrosios translatum est; ex his enim Petro Gomesio ista nupserat. Hujus posteritas hue usque duravit, & March. *de Malpica* nomen nacta est, cujus series sic habet: Petrus Gomezius Barrolus Dn. *de Faria*, modo memoratus, pater fuit, & Pagani de *Ribera* Dn. *de Malpica*, filii Aldoncæ; Pagani Petri *Payo Barroso de Ribera* Dn. *de Malpica*; cui ex Leonora *Carrille de Mendoza* genitus, Francilcus I. *de Rib. Barr.* Marescallus Castellæ, Dn. *de Malpica*, pater fuit; ex Maria *de Figueron* (fil. Francilci Alvari Toletani Com. Oropeſæ) Petri Marchionis *de Malpica* Mateſc. Castellæ: quo & Catharinâ *de Ribera* (fil. Perafani Duc. Alcalæ Proreg. Neapolitani) natus Franciscus 11. March. *de Malpica*, Mateſc. Castellæ; ex Johanne Henriquezia, ſuscepit Balthalarum Com. *de Nieva-morata*; Catharinam (tx. Henrici Davila & Guzmann March. *de Povar*) Marianam (ux. Friderici *de Rozas* & *Guzman* Dn. *de Layos* Com. *de Mora*) Mariam & Agnetem Monales, nominis *de Ribera Barroſo* March. *de Malpica*, Senerus Thel. *Part. II. p. 51.*

Malthare, antiquiores Latim dixerunt, pro *Solidare*. Varie autem fuere *malthæ* compositiones, quas fractas iterum componebant & *malthabant*. Sic inter alia *malthæ* e calce fieri recenti tradit *Plinius*, *lib. 36. cap. 24.* vino refrinctâ, mox tusâ cum adipe fuillo & fica: neque quidquam esse tenacius asserit, adeò ut durissimi lapidis antecedat. *Frigidaria malthæ* dicitur Palladio, quæ pisces in, cisternarum ac puteorum rimæ lacunæque farciebantur ac solidabantur; ut ait *calidaria* alia fuit *maltha*, quâ loca in balneis fissa ac corrupta resarciebantur. Omnibus autem *malthæ* generibus calx admiscebatur: sed & ceram albam, in calidariæ *malthæ* compositionem & picem additam, tradit Palladius. *Μάλθη* cerrè, unde Latinum *maltha*, Græci mollitam dixere & lubactam ceram. Harpocration, *μαλθὴ, κηρὸς κατεργασμένος*: Et *πισσοκηρὸς malthum*, Græce exponit Auctor *Glossarii*. Itali *smaltum* hodie appellant, &c. V. Claud. Salmasium *Exercitationib. Plinianis ad Solinum pag. 1076.*

Malthum serendi, in defunctorum tumulis, quemadmodum & asphodelum, consuetudo, occurrit in *Epigramm.* Porphyrii, apud Eust.

Νάπυ βῦρ κραδίαν τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον
Κάπτω δὶς τὸν ἔσω γόον.
Feris quidem malvam & asphodelum radicibus abunde.

Intus autem mortuum habeo.

Non enim integros versus citat Eustathius, neque ad verbum, quod indicat vox *ἔξεσι*, quâ utimur, ut Legum consulti, vice *Trin.* Cujus ritus quæ ratio fuerit, V. supra in voce *Asphodelus Pratæ.*

Malua Vicinus, vulgò *Malueisin*, q. *maluæ suoisin*, machinæ bellicæ species fuit, quâ muri lapidibus ingentibus oppugnabantur, quòd è propinquo hostes maxime incommodaret, fit dicta. Matthæus Paris sub ann. 1216. *Propter petrariam quæ* Malveisina *Gallicè nuncupatur, quâ cum machinis aliis Franci antè castrum locatâ, muros acriter crebris ictibus verberabant.* Vbi petrariæ speciem hanc machinam facit. At Guilgnevilla *in Pomv. vernac.* apud Car. du Fresne, videtur intuere plures simul eodemque impetu fagittas emittere: hæc enim machinæ esse videtur illa ut illa fit catapulta, quam Angelus Portenarius *de Felicit. Patav. lib. 1.* describit cujusque ibi figuram expressit. Idem nomen indidit Wilhelmus II. Rex Angliæ castello à se extructo, quo *Consulem ad Bamburg* obtesfum ad deditionem compellere nitebatur, apud Henricum Huntindon. *Historia lib. 7. pag. 373.* V. Lund.

Mamaluci, aliquando in Ægypto regnarunt. Posquàm enim Ægyptus à Cal phis ad Turcomannos, sub Saladino, pervenit; Turcomanni emptos à Tartaris, ex Mengretia, Gurgestania & Kirkasia, Christianorum puetos, armis eruditos, custodiæ corporis sui ac defensioni Regui præfecerunt, titulo *Mamalukorum*: idem autem *Mamaluk* est, quod mancipium regium. Iiti cum viderent, Turcomannos otio & voluptatibus enervatos, confilium ceperunt Regni ai sese transferendi; idque feliciter effectum dicerunt, ad ann. 1284. Nam Almelichum Kircassi fen *Mamaluci* primùm sex pro sua Regem creaiunt, nomine Berkhum. Atque ita longa serie perpetuò Reges Ægypti ex *Mamalucis* erâsi sunt: quorum vicesimus primus, nomine *Canso*, vulgo *Campsin Gaureus*, in prælio contra Selimum I. Turcarum Imper. in Syria occubuit A. C. 1516. Huic successit Thomambasius, qui ab eodem Selimo, in Ægypto, victus, captus, ac miserabiliter, in porta urbis Alcahir occisus est, A. C. 1517. Quo pacto, extinctis Kirkasiis seu *Mamalucis*, Ægyptus, Arabia, Palæstina ac Syria Turcico imperio accesserunt. V. Georg. Hornium *Orb. Imper. pag. 276.* & in voce *Mammeluci*. Idem nomen factionibus civium fuit, in Rep. Genevensi, sub initia Reformationis, quibus oppositi, qui Reformationi favebant, *Eidgnetz*, ex Germ. *Eidgnossen*, h.e. *confœderati*, dicti; ut videre est apud Jac. Sponium *Descrip. Genevæ Part. prior.*

Mambrina, vinum, quod in monte *Mambre* prope Hebronem, dicuntur Ægyptiis, quas alii *capras Indicas*, Libyes *Admantas* vocant; Orientales nempe captæ, longis auribus, fylvestres & montanæ, quibus pro jumento utuntur tenuioris sortis homines. Has describit Philolophus *Histor. Animal. lib. 8. cap. 28.* Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ τὰ ὀρεσκῆ πᾶς ἔχει τὰ τοιάδε· πρῶτα, τὰ ὦτα ὡς μέγιστα ἑπτάπηχυ καὶ πλείονα, ὥστε ἐνια συμβαίνειν τὰ ὦτα ἴσα εἶναι τῷ λοιπῷ. *In Syria vero montana talia habent: capra vero montanæ septem & palmo longitudine: quibusdam etiam infernè inter se cohærent.* Illas autem inequitari, decent recentiores; ut Scriptor Italus apud Gesnerum in *Descript. Terræ S. Capra* Mambrina, *in regione Damiata dicta, fert equitantem sellam, frænum & cætera, quibus equi instrui solent, admittit.* Et Leo Africanus, *Ego quondam juvenili fervore dictus, horum animalium dorso insidens, ad quartum milliare spatium delatus fui.* Sed & jam olim capris ad eiusmodi junctis monstrum quoddam generari confuevisse; in Circenfibus, veteres hi ris inequitasse; & in primis militæ rudimentis ryrannculos, capris insidentes, jaculari didicisse, *supra* diximus.

Mameluchi. V. *supra Mamalluci*, ut & in voce *Mammeluci*.

Mamertinus Perronius, cum filio Antonino, ex Commodi sorore genito, hujus jussu occisus est. Lampridius *in Commodo.*

Mamillaris, Gall. *Mamelliere*, armaturæ species, apud Car. du Fresne *in Glossar.*

Mamma, & Tatæ, apud Romanos, Nutrices dictæ sunt, & Nutricii. Unde Iuse. Romæ: *Dis, M. Zotho. Cornuthus. Tatæ suæ, & Nice. Mamma f. V. A. I. DXVI.* D. Hieronymus *ad Heliodorum, Nunc & Gerula quondam, jam anus; & Nutricius, secundus post naturalem pietatem pater, clamitat, moriturus expectia paulisper, & sepeli, forsitan & laxis uberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens Mammæ lallare congemunet.* Lalla autem Iolennis est nenia Nutricum, ut docet Cornutus ad *Persium: Aut cur à Nutrice jussus dormire plorat? Quia insuetudinis ut dormiant, solent dicere sapè, Lalla, lallaï aut dormi, aut lacte.* Ethæc cantio apud hodiernas quoque *Mammas* exaudituc. Laur. Pignorius *Comment. de Servis*, Apud Græcos similiter λάλα infantibus dicere, vel *βαυκαλᾶν*, id est, cantiones infantibus lopicndis aptas, quas *βαυκαλήματα* vocabant, item *νανα* vocabant, accinere erant solitæ: Et reperitur vox *nania* hoc ſenſu, apud *Artemidum lib. 1. Somno occupati ut possint, leves audiendæ sunt nenia.* Fr. Roffæus *Archeologia Attica lib. 3. cap. 7.* V. quoque infrà, in voce *Nutrix.* Dictæ autem nutrices *Mammæ*, quòd mammas præberent, Thom. Bartholinus *de Puerperio Vett.*

Mammeas, nomen dictarum, quas in Palatio fecit Alexander Sev. Lampridius in *Vita ejus, In matrem Mammeam nunc primùm fuit, ita ni Roma in palatio faceret diætas, nomine Mammeæ, quas imperatum vulgus hodie ad Mammam vocat. Et in Palatio palatium cum stagno, quod* Mammææ *nomine hodieq; cenſetur.*

ad Mammam, V. hîc *supra.*

Mamurius, cognom. Marii, qui Victorino, Lolliano & Pestumio interregnis, ex fabro ferrario triduum tantùm imperavit. Eum *Plerig.* Mamurium, *Mamurium Veturium, ossicum nepoti ferrarium, municuparunt – de quo illud addidisse fertur Apollinis manus vel ad feriendum, vel ad impellendum fortunes fuisse, quum in digitis nervos videretur habuisse, non venas. Nam & cæteris venientia digito salutari repulisse dicitur, & fortissimos quoq; nos digito sic assiuxisse, ut quasi ligni vel ferri obrissaris vita parcissi dolorem, &c.* Treb. Pollio *in XXX. Tyrannis.* V. in *Mamurius Pisturnus.*

Mana, adde: *Bonus*, id est, *mbellus*. Proin & canem ei nhmolabant, non ob patiendi facilitatem, neque ob fincritatem, sed propter vigilantiæ, audaciæ & fœcunditatis omen, Thom Bartholinus *de Puerperio Vett.*

Mana, tituius communis Regum Mooomotapæ, in Africa: unde nomen *Manamo* Tapa, id eſt, *Rex Mutapa*, ficut *Manaengo*, de similia. Georg. Horaius *Orb. Imp. pag. 318.* Sed apud Senenſes, in Italia, nomen honoris eſt, quo fœminæ viliria conditionis, quibus titulus *Madonna* non competit, ſolent compellari; eâdem notione Græci *Μάνα* ulurpantur. V. Meurſium *Glossar.* & Codinum *de Origin.*

Manasses, frater Iaddi, Pontificis Maximi, genet Sanballati Choronitæ, cùm edicto Nehemiæ cogeretur aut uxorem, quippe alienigenam, dimittere, aut Sacerdotio renuntiare, utrumque mênere fibi propoſuit. Per Socerum proditi, apud Alexandrum M. tantum impetravit, ut ſibi liceret templum condere, in celſiſſimo Samariæ monte, *Garizim* dicto: quò cùm plurimi Judæi apoſtatæ ſe recepiſſent, *Manaſſen* Pontificem ſibi ſumſere, ſectamque, *Samaritanam* dictam, condidere, quæ quantum ſuis ſit veteris Judæos odium ingeneraverit, ex Hiſtoria Evang. videre eſt. Montis præſatî mentio fit Johannis *cap. 4. verſu 20.* cùm mulier Samaritana, in colloquio, ait *Patres noſtri in hoc monte adoraverunt.* V. Thomam Godwyn. *de Ritibus Hebr. lib. 1. cap 11.* Jolephum *Antiqq Judaic. Lib. cap. 8.* & infrà, in voce *Samaritani.*

Manazzi, in Boſnenſi Regno dicti ſunt, qui *Paterini* alibi, *Illiſſor. A.* Cuchens A. C. 1366. an. q. *Manichei*, du Freſne *Gloſſ*

Mancel, ex Gall. *Manſus*, dicuntur apud Raim. *de Agiles in Hiſt. Hieroſol.* qui aliàs *Commanentes*, à quâ voce indigitat laut Denarii, in hac urbe olim cuſi, in quorum una parte ſcriptum erat; SIGNVM DEI VM: in altera, MONETA CENOMAN. apud Car. du Freſne *in Gloſſar.* in voce *Moneta Barorium*, V. quæ *ſupra.*

Mancers, Piſtor publicus, *Li. 6 2. Cod. Theod. de Frumento urb. C.P.* ut videtur Cujacio: at Jac. Gothofredus, non quosvis Piſtores, ſed eos, qui publicis publicis, atque adeò panum civilium & militarium Piſtoribus præpoſiti erant, ad Apellatos deducit, ex Socrate *lib. 5. cap. 18.* Verum *Mancipatum* ibi, panis *excellionem & obſequium piſtrini eſſe*, ad quod omnes tenebantur, præter eos, qui ratione dignitatis à muneribus ſordidis immunes erant; docet du Freſne ex *lib. 17. eod. Cod. de Exteraord. ſivè ſordid.* V. eum in *Gloſſario*, ubi *μάγγανον*, Græcis recentioribus quemlibet Piſtorem dici conſuevisſe; addit: & de *Mancipibus Cursus Publici*, *l. 15 ad 35. 36. 41. &c. Cod. eod.* De *Mancipibus Prædendorum* infrà, in voce *Salutarii*: de *Mancipibus Salinarum, Thermarum, &c. itidem in Codice Theodoſiano paſſim.*

Manci, V. infrà *Manuicelarii.*

Mancipia, quòd ab hoſtibus *manu capterentur*, dicta: quemadmodum Servi, quòd Imperatores captivos vendere, & per hoc *servare*, nec occidere ſolerent; quæ vetuſtiſſimæ *Mancipiorum* ter-

servorumque origo est, ab ipso Nimodo vel Nino Eradiris accersita. Horum apud Romanos alia erant *Urbana*, alia *Rustica*, & utrorumque innumerae species ac officia. Urbanae familiae adscribebantur, quotquot ad urbe cultui dominico deputabantur, aut negotationi adhibebantur: Item, qui artium partibus nomenclaturam debebant. Reliqui in praediis, arare colendo, ingenti saepe numero, occupabantur. Rurius alia *Noxitia* erant, alia *Veterana*, quorum alia ideo erant vectigalia, quia à Venalitiariis pueris, quam veterana, vendebantur. Suetonius de Caesare *cap.* 47. *Servitia recentiora politorasq; immensio pretio & cujus ipsum etiam pudoret, sic ut rationibus vetaret inferri.* Allervabant autem pueros venales *Mangones*. Mangones ac Venaliciarii, in catalis Martialis *lib.* 3. *Epigr.* 59.

Sed quos arcana servarunt tabulata catasta, &c.

Suet. *de illustr. Grammat cap.* 13. *Laberius Hiera emtus de catasta.* Notaque venalium erant: gypsati pedes, ut ex Tibullo *lib.* 2. *Eleg.* 7. & ex Ovidio *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 8. pater. V. supra in voce *Gypsati*. Idem Mangones *servos novitios apud Basilicanam prostituebant*, Plin. *lib.* 29. *cap. antepenult.* Hinc Fabi vs Maior *Declam.* 340. *circumscribere vectigalia P. Romani voluisti: facie praetextati imponere Publicano voluisti.* Sed ne emptiones circumveniri *Mancipia*, quae novitia non erant, pro novitiis emerent. Aedues curabant, Ulpian. *l.* 36 *ff. de Aedil. edict.* Unde Gellius *lib.* 4. *cap.* 2. Aedilium edicto Venalitiariis praeceptum fuisse scribit, ut pronunciarent etiam fucrum fingulorum, in quo *morbi vitiave, aut cruciatus, an pueros an puberes essent, noxave non fuisset.* Et quidquid aliud emptores interrogare non solerent. Hic multus venalium collo appendebatur. Propertius *lib.* 4.

At quorum titulus per barbara colla pependit,
Calati modo cum saltare foro.

Seneca, de fervis loquens: *Cui dominus titulum impegit.* Aliquando in Venalitio, quod loci quoque nomen, progebatur. Petronius, *Ego autem spiritus non destitui totum pavimentum perjquei: Erat autem Venalicium titulis pictum.* Quoque lineatae ac celebratae corporis valetudinem fignificarent, atque ita emtores allicerent, currere vel falrare circum adtantem coronam fimile fuisse, ex Propertii pentametro modo laudato, patet. Tralatitia Vendirorum cantilena erat, quam Horatius indigitat *libro* 2. *Epist.* 2.

——— *Hic est*
Candidus & talos à vertice pulcher ad imos.

Vel,

Verna ministerii ad nutus aptus heriles,
Literulis Graeis imbutus, idoneus arti
Cuilibet.

Sed fallacias ac praestigias horum hominum Plinius indicet *lib.* 21. *cap.* 6. *lib.* 30. *cap.* 5. & *lib.* 32. *cap.* 10. ubi recenlet artes *Mancipiorum*, quas venalitiarum pueri exercebant. Ad quam utrumque prudinem inftitutae fuerunt in urbibus officinae, ubi moles pice obliti à vulforibus depilles & glabri fiebant, teste Clemente Alex. *Paed. lib.* 3. Nec alio pertinebant, in Commodiana fupelle-ctile, Samnitica vafa, calefaciendae feu tepefaciendae refinae ac picis, apud Capitolinum in *Pertinace*. Neque male omnino Aelianus *de Hist. Anim. lib.* 13. qui Tarentinos notat, & Tyrrhenos, ex viris illudiffe, ut mulieres crederent. Primi quippe Tarentini curem, corpori lavigarunt, Athen. *lib.* 12. De ipsem fraudibus Seneca *Epist.* 80. *Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt, ttaq; emendatus ornamentis ipsa, inspecta junt: sive crus allegatum, sive brachium adspeceris, nusuri juberes & quidquid tibi corpus ostendi.* Thorantus fane, ut Antonium circumscripserit, prodicit Plinius *lib.* 7. *cap.* 12. Eius Emptores morbos & vita mancipiorum fedulo exploirabant. *Odore Gagatis lapidis cognoscit, an mancipia laborarent venales, experiebantur*, teste Apulejo in *Apolog.* Medicum follicite consulebant. Claudianus *in Eutropium lib.* 1.

——— *Quos jura, quos ille*
Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit?

Nudatae quotes, Medicum dum consulit emtor, &c.

Neque his tantum experimentis Venditorum fraudes cognitae fant, fed & cautionibus de fanitate fervorum interpofitis, quas excogitavit fortaffe Manilius five ille Manilius, cujus leges venalium vendendorum retigit Cicero *ib. de Orat.* Quae tamen ab illis non videntur receptae, qui *ad Caftoris negotiabantur niquam* Mancipia *ementibus vendentibusq; , quorum taberna peffimorum fervorum turba erant refertа*. Contrum quoque fpecimen venditionis *Mancipiorum* intueri volet, is legat Lucianum *in Fit. Etone*, apud quem praeconia, quae Venditor non fecit, de fanitate praeftare, exprimuntur: Empti non nomen & patria in tabulas refertur, eum fuis dotibus praefatione. *Ἀγαθὸς πάνυ*, refpondente illi alteri apud Romanos, quae B. F. id eft, *Bonum Factum*, notabatur. Laur. Pignorius *Comm. de Servis*, V. quoque Scaligerum *in Propertii lib.* 4. *pag.* 568 & 569. ac Durantum *Varior. lib.* 1. *cap.* 10. Pretium Mancipii, decem millia aeris, immenfum vocat M. Portius Caro Cenfor apud Livium *lib.* 39. *cap.* 44. ubi fervorum intelligit infra viceffimum annum: quorum magna pars non ad opus, fed ad delicias, imo ad contumelias cubiculi, parabantur. At fed ad delicias, imo ad contumelias cubiculi, parabantur. At Columellae octo millibus HS. h. e. 31000. xr's, non carus vi ditur. Idem Cato Mancipia luxuriofa decies tanto pluris, quam quanti empta erant, cenferi voluit: ficque in eos, qui mancipiis parvi ufus, tamen ingenti pretio parandis, prodigi eflent, graviorem, juftam tamen, vel ob rei turpiffimae fuipicionem, litem mulctam, gravitate rei verbis mitigata, quafi non mulcta haec eflet, fed tributum ex cenfu, quum tantidem cenfi eflent in millia ftatuti, & centum millibus aeftimaretur, in bonis fervus, decem millibus emptus. Ipfe autem nunquam *Mancipium* plus 1500. emit denariis, id eft, feutatis 150. quod nec molles nec formofos, fed valentes ac laboriofos defideraret, tefte Plut. Contra Mancipia rejicula & veterana, quod non ita facile emtorem invenient aut minimo aeftimarentur, folebant vel plura in cumulum vendere, vel quafi manuiftam & appendicem ejus meminibus. Unde *Senes exemptionales* dicebantur, h. e. *limul venales*, apud Plautum *Bacchid. Actu* 4. *Sc.* 9. Cujufmodi fervi exemplum lepidiffimum praebet Plinius *lib.* 34. *cap.* 3. *Exscripto candelabri talis fuit Tarentio juffu praeconis Clefippus ftullo, gibber & alio praeterea feabio, albeolo, emente id Cegania H S. quinquagina millibus, eademq; ofientante convivio emptum, ludibrii causa nudatus; ita, impudentiae libidinis receptus in thorum, mox teftamentum, fraudatus. Nominum vice illa candelabrum ex nomine fervi inscribitur: tabul m adjecit, vindicatus tamen moribus nobis fepulchro per quod aetema fuper terras Cegania dedecora memoria duravet.* Sed de ufu etiam inter *Mancipia* infimo genere, ne quis putet eorum premium non effe aeftimatur: de Turpio Busbequius *Epift.* 3. *Captivum ujo membrorum fervum nihilominus heros alii, nec eft ita debilitatus, quinquam, quis opera eius fit aliquod pretium. Memini me redimere novem nihilum nutrem ttefdecim, qui mortui fuerant, duxerat: quem enim membris omnibus ex vulneribus debilitatum Turca emiffet, rationem tamen inist, qua fructum ex eo caperet. Trajecit eum in Afiam, ubi anferum greges alunttur: quibus pafcendis operas ejus locabat, ex quo non contemnendum faciebat lucrum.* Et mox, *Herus, ferri labore vivit: Turca maximo, qua publicè, qua privatim à fervitio emolumenta capiunt, vem familiarem, fervorum operis praeclare tuuntur, idoq; Proverbio negant, eum pauperem videri, cui vel unicus fervus fit.* V. Joban. Frederiqum Gronovium *de Pecunia vet. lib.* 4. *cap.* 2. & infra, in voce *Servi*.

Manclavium. Graecis recentioribus Μαγγανάδιον, fuftis eft, quo caedebantur, qui fuftuarium meruerint: q. *Manualis clava*, V. Salmatium *Not. ad Trebellium Pollionem in Gallienis*, & in *Claudio*.

Mancusa & *Manca*, apud Scriptores Anglicos, Matth. Weftmonafterienfem, Simeonem Dunelm. Willhelmum Malmesbur. Afferum, alios, certum eft monetarum allquot pondus & de auro argentoque promifcue ufurpatur. V. infra *Marca*.

Mandatar., apud Anaftafium in *Hadriano* II. Luitbprandum in *Legat.* Theophanem in *Paftitiano*, Aitos: Officium Palatinum apud Turcas in aula Imp. Conftantinopolitana, ubi *Mandatores* dicebantur, qui Imipp. juffa & *mandata* expedire deferebant, ἢ τῶν βασιλικῶν στρατῶν παγκάλλη διακονήσουσι, ut habetur in *Gloff. ſui* Βασιλικὸν Labbeanis. Apud Leonem *in Tactics*, *Conftitut.* 4. §. 16. Militare officium eft, de quo V. *ced. cap.* 5. *&.* 35. 49. *&* 49. 7. &c. Hinc Πρωτοσπαθάριος, feu *Primus Mandator*, apud Anaftafium *in Vit. Syn. act.* 5. ubi *Primus Mandator Excubitorum*, Prifcum *Mandator Scanatorum*, &c. & qua dignitate V. Leonem *pag.* 541. 820. & Leonem Grammaticum *pag.* 498. Sed & ejusdem nominis & muneris Officiales habebant Caftellani Reges, de quibus in *LL.* Alfonfinis, apud du Freine. At *Mandatum*, in Ecclefia Romana, dicitur abiutio pedum, quae fit in cena Domini, Choro cantante illud Chriſti, *Mandatum novum do vobis*: quae ceremonia quomodo folear peragi V. apud Bellarminum *Controvers. Christian. lib.* 1. *cap.* 12. aliosque Auctores, laudatos Carolo du Freine *in Gloſſar.* ubi *Mandatum*, quovis Sabbato feptimanae imperari, in *Regula* S. Benedicti *cap.* 35. & varia, de *Mandato quotidiano*, quod a Monachis peragitur, à Sapite jejuni, ufque ad Kalendas Novembris, poft coenam: de *Mandato trium pauperum*, per fingulos dies tum eleemofyna in Quadragefima fieri ſolito, & de *Mandato pauperum*, quod agitur inter paupetes, Sabbato ante Palmas, Addit. Apud eund. *Mandatum* quoque dimus hofpitum eft, in Monafteriis, quod hofpitum advenientium pedes lavarentur, ex *Chronico* Lobienſi, &c.

Manderscheidia Familia, inter Germaniae illuſtres: de cujus origine certo non conſtat, nifi quod jam anno C. 1370. aliqui legitur Wilhelmus *Manderscheidius*. Hujus nepos Ulricus Archiep. fuit Treverenſis. Ioh Theodoricus Com. *Manderscheid* primus, cum Elifabetha, Sleidae haeredem, duxiſſet: ex hiſtus filius ejus Cunone, Johanne & Wilhelmo notidem lineae: à primo quidem *Sleidenſi* ac *Virnenburgica*, de qua V. infra *suo loco*; à tertio, *Keilenſi*, à fecundo per filios, Arnoldum, *Blanckenheimia*, & Gerardum, *Gerolſteinia*, defcendunt. Et quidem Blankenhemios quod attinet, illorum feries ita habet: Theodoricus Dn. de *Manderscheid*, qui obiit A. C. 1469. ex Irmgardi de *Diepen*, Dn. de *Oberſtein*, patet fuit Theodoricus praefati Com. de *Manderſcheid*, marti Elifabethae de *Sleiden*, (natae Johanſe Dn. de *Schleiden*, *Blanckenheim* & *Gerolſtein*) atque ex ea genitoris Johannis Com de *Manderscheid*, in *Blankenheim* & *Gerolſtein*; qui ex Margaretha Matcana (fil. Eberhardi de Marca Dn de *Arenberg*) ſuſcepit Arnoldum Senierem Com. de *Manderscheid* in *Blankenheim* his

beim; quo & Margaretha Wiedenſig, genitus Arnoldus, junxit ſibi agnatam Annam Salomen (Caroli Com. *de Manderſcheid in Gerolſtein* filiam) & ex ea genuit Silentinum Erneſtum, maritum primò Erneſtinę (fil. Erneſti Com. Sayno-Witgenſtenii) dein N. (fil. Georgii Alberti Com. Erpachii) ję quorum illa, ſuſcepit Luiſam (A. C. 1654.) Maximilianum Johannem Ferdinandum (1655.) Franciſcam Eleonoram (1657.) Magdalenam Chriſtianam (1658.) & Solomen Sophiam Ulſalam (n. 1659.) omnes *Comites de Manderſcheid in Blankenheim*. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. part. II. pag.* 30. & *part. II. pag.* 85. ut & in *Ind.*

Mandevill Johannes, Anglus, poſt Marcum Paulum Venetum, qui primus Sinenſium ſeu Cathæ rorum notitiam in Europam intuliſt, ſcripſit *Itinerarium*, in quo eorum ſubtilitatem ac eruditionem pluribus perſequitur, *cap.* 71. & *cap.* 84. ubi ad Imperatorib. quem *Magnum Canum* vocant, compiures ſedere refert, ſapientiſſimos Philoſophos, eruditos in Aſtronomia, Geomeria & aliis artibus, quorum quiſque aſtrolabium habeat ante ſe poſitum. Poſt eum Catajæ notitiam iterum amiſit Occidens; donec navigationes Luſitanorum in Indum vaſtiſſimum illud Sinenſium imperium aperuerunt. Georg. Hornius *Hiſtor. Philoſ. lib.* 6. *cap.* 7.

Mandiloa, panis Boſſiæ, ut & granum, è quo conflatur, ſacræ venenoſæ cereſquæ ſpecies indicibus, in ſalutarem cibum, confcitur: cujus fragmentum exhibet *Muſæum* Kircherianum Romæ, Georg. de Sepibus in *Collegii Rom. S. I. Muſeo pag.* 34.

Mandra, in lado Calculorum leu I atrunculorum, idem quod *captus, carcer, ſeptum, vallum*, Græcè ἕρκος, φυλακὴ, πύλη, χάραξ, & recentiori ævo ζάρεϊκον: quibus nominibus, loca illa leu ſedes indigitantur in tabula, in quibus velut cluſi tenentur calculi, Martialis,

Mandris & vitreo latrone cluſos.

Auctor *Panegyrici ad Piſonem*,

—— *hic ad majora movetur,*
Ut citus & fiſtâ prorumpat in agmina mandrâ.

Calculus enim, qui in caſculi diſcoloris tedem faciebat impetum, ut eum caperet & ſede ſua pelleret, *mandram* ejus five valbam ſangine intelligebant. Ammianus Vir magnus, apud utrumque Auctorem, pro quadrigis ebumeis accipiebat, quibus aliquando luſtraſſe Vett. ex Suetonio ſcimus, Sa-maſius *ad Vopiſcum in Proculo*. V. hic paſſim, ut & aliam vocis hujus ſignificationem, hic inſtà in voce *Mandragorontes*.

Mandragorontes, apud Juſtinianum *in Legat. Haud quaquam hæc veſtis fieri poteſt, ſtam jubiis non dolores mulieres & mandragorontes ſiu nitantur*: Græcè ἢ μανδραγορῶντες, Dominico Macro Italularii ſunt in aula CPolitana; Carolo Fratri ejus meretrices, ex Gr. *Μανδρα* & Arabico *Kabbo* : Carolo du Freſne Monachi vetuli. *Mandra* in de Monaſterio, apud Græcos etiam recentiores, crebrò occurrit: unde *Mandrita* & *Archimandrita*, de qua voce retto dictum. Datum autem id Monaſteriis nomen quidam volunt, ἀπὸ τῆ μονὴν, i. à ſpecluſa & cæterni, in quibus primitus Monachi habitarunt & Monaſteria ſua exſtruxerunt. Græci n. ſpeluneam vocant μονὴν. Alii, ut Budæus, à grege Monachorum, cui ceu *mandra*, h. e. ovili, præſint paſtores Abbates, &c. V. du Freſne in *Gloſſario*.

Mandragora, occurrit in verſione Vulgatæ Geneſ. *cap.* 30. *verſu* 14. & Cantici *cap.* 7. *verſu* 4. ubi Hebr. *Dudaim* eſt, quam vocem Tremellius & Junius in genere *flores amabiles* reddunt; LXX. tamen *mandragoras* quoque *dudaim* vocant, & recentes verò ſpeciosâ magnaque foliorum amplitudine ac pompâ luxuriat, lacteo virore perpolita. Pomum, quòd ex paſſis paululque quaveríum foli s e media ſtirpe prodit orbiculatum ac circinatæ rotunditatis, ovi gallinacei vitello aut luteo prorſus affine eſt odore, non ſine graviate quadàm ſopòrata, jucundum radice craſſa, piloſaque ac fibiſa, & in humanæ corendicis aut eruris formam bifariam. Quam proiti impoſtores, qui & in radicibus bryoniæ alterumque quarundam plantarum idem tentant, ut inſorcundas mulieres decipiant, fumentes, ſeulpuit in eis adhuc virentibus, tam virorum, quàm mullerum, formas, inſixis hordei & mili granis, ſic in locis, ubi pilos exoriri volunt; deindeſa-cerà ſerobe tamdiu tenui fabulo obruunt, quousque grana illa radices emittant, id quod ſit vigintì ad ſummum dierum ſpatio. Erunt eas demum & adnatas & gratis radices acutiſſimo cultello ſcindunt apiatique tanut capillos, barbam & cæteros corporis pilos referant. Quod jam Pythagoræ ætate factum eſſe, colligas inde, quòd is ἀφροντροφὸν *mandragoram* vocat. Fictiſſimâ enim vim mulieribus conferre credita hæc radix multis, qui proin Rachelis cantopere expetitam contenduot. Alii verò, cum impenſe frigida hæc radix ſit, hæ ſiqui ſine ſucceſſu adhibeti, ajunt. Quas ſic conciliant ſentientias quidam, ut *mandragora* hanc virtutem permittant, in Africa, Hiſpania, Judæa, Mauritania, Ægypto, usque regionibus, in quibus, pomi hujus eſu, corpora mulierum, adufios, ac ſervides ureros habentium, ad temperiem adduci poſſe exiſtimant. Hoc certum, ſoporiferam eſſe hanc radicem: unde Mahabalem Carthaginenſium Ducem, cum Barbaris bellum gerentem, tam miſcuiſſe vino, cùmque ſimulatâ fugâ & vinum & cætera impedimenta deſeruiſſet, illa Barbaros invelaſſe, ſicque inſebriatem primò, mox ſoporem lapſos, à ſuperveniente Mahalbale facili negotio machatos eſſe, legimus. Sed & ebur, intra ſex horas, ita emollit, ut in quamlibet figuram ſequax ſiat, &c. V. Auctorem Anonymum *Sinæ & Europæ cap.* 35. & plura apud Plinium *lib.* 25. *cap.* 13. Pererium *in Geneſin*, Dodenæum, Alios.

Mandualis, in vet. *Gloſſar. ad L. Salic. tit.* 57. *cancellus eſt, qui deſuper tumulum ſtat*, Germ. *Mandele* quà voce vocamus id, inquit W endelinus, quod in metram ſurgit, veluti mergites ſegetum, veluti & camuli in de *manitel-vorſ* dicimus ſignum, quod ſupra focum eminet, cui caminus ſuperſtructus eſt. Ejus magnitudinis a. & formæ (quadratæ obſongæ) ſolebat ſuperſtrui tumulis, in defuncti honorem, aliquid ex aſſeribus compactum, quod ornamenta tumulo inſtrata tegeret, apud Car. du Freſne, V. de Cancellis, quibus tumuli muniri conſuevere. Pithœum ex Gregorio Tur. *de Glor Confeſſ. cap.* 30. & *de Martyrib. S. Martini lib.* 4. ut & ſupra, in voce *Cancelli*.

Mandyas, Græcè Μανδύα, mantum notat ſeu cappam Græcorum Epiſcoporum, quæ aperta ex parte anteriori atque ſalaria, circa collum criſpata eſt, nigri coloris, ſericis radiis rubis albisque virgata, ad inſtar ſtimmium ſerpentum, quæ præſicationem ſignificent, juxta illud Chriſti : *Eſtomina de ventre ejus fluenta aquæ vivæ*. Potro ad 4. latera habet cotidem ſtrutis quadratis colorum diverſorum, quibus Vet. Evangelia indigitant ajunt, &c. Dominicus Macer in *Hierolexico*. Plura de hac voce V. apud Salmaſium *ad Treb. Pollionem in Claudio*, ut & inſrà in voce *Mantum*.

Manentes, apud Gregorium Turon. *de Vitis Patrum cap.* 1. Helmodum *lib.* 1. *cap.* 10. Alios, idem ſunt Colonis, qui & interdum *Servi manentes* dicuntur, Gall. *Manans & Mahutans*: de quibus ſic apud du Freſne in *Gloſſario* ſcribit, qui Horuit ſub Friderico II. *Manentes ſunt, qui in ſolo alieno manent, in villa, quibus nec liberi ſui vivunto Domino licet recedere. Iſti Manentes præſtant aliquando certos reditus & præſtant extra ſervitia. Item & Manentes appellamus, qui 30. annos in ſolo alicujus ſuperjederint, & dominus ſolo pro manentibus habuerit, & manentia, ſervitia vel reditus, vel opera vel collectas, pro maritanda filia, & pro alia ab illis 30. annis — prout jecutibus & patribus eorum ſi etiam ſi alibi habitant voluntate domini, manentia tamen ſervitia dominio tenuit.*

Manes, animæ, addè : Hiſce Diis ſuis Veteres ſepulchra paſſim commendabant, dicabant inſcribebantque, inque duplici de cauſa. Una eſt eorum, qui Deos *Manes* Plutonem & alios Deos inferos intelligebant; quibus illi defunctorum animas commendabant. Altera illorum, qui Deos *Manes* ipſas mortuorum animas appellabant, ſcripſit ſupra du Freſnius ibidem, tant, tum lucernas in iis jugiter ardentes accendebant. Liceat *de vocabulis antiqq Lucernis lib.* 1. *cap.* 13. Namque vel Deos *Manes* animabus in ſepulchri ſuſtodiendis vacare, vel ipſas Animas in Deos *Manes* tranſire credidit Antiquitas, atque ita ſupra mortalem ſortem evehi. Quod indigitarunt ſolumellis ſepulchralibus; quasi violari nefas eſſe, juſtit Solon, Deiderrius trium cebrorum meminit, ſcripſit ſupra du Freſnius ibidem *lib.* 17. *cap.* 20. Columnæ namque tales eminentiam ſupra cæteros mortales deſignabant, docente Phnio: notavitque in Ægypto Cl. Veſlingius, obſervari ſummâ religione, ut columellâ non ſupra alium corporis partem ullam, quàm ſupra caput, erigatur; ut nempe ſaniuant, caput eſſe membrum diviniſſimum, ut ait Plato *in Timæo*, domicilumque Animæ rationalis, quæ demum e capite per oris impetum halet. Quod & in numerum Deorum *Manium*, ſeſeque ſupra mortalem conditionem evehat, V. Fortun. Licetum *Opere modò laudato. lib.* 3. *cap.* 6. *ubi Columnam ſepulchralem in Lucerna deſcriptam explicat. num.* 11. Porro *cafo-rum Manes*, ſ. ei animæ, veniam redeundi ad ſuperna nancifcè ab Inferorum poteſtatibus credidi ſunt, ut ulcilcantur ſuos interemptores. Valer. ius Flaccus *lib.* 3. *verſu* 378.

—— *ſtygiis ſi mortalia mentes*
Sortiluci, breves & parco pabulo, Fati
Perpetimur, ſecius ſuperi quondam ignis Olympi:
Pax ideò miſcere nocis, ferroque, moranies
Exigere hinc animas, reditumque, ſimina cœli.
Quippe nec in venter, nec in ultima ſolvimur oſſa,
Ira manet, durauſq; dolor: cbim clcinde tremendis
Ad ſolum ventre ſonis, quæſitiq; nefandam
Edocere mortem, ſi quos ultra ſanus ichi.
Aut iterum remeare licet: Cunctis una ſororum
Additur, & pariter terras atq; æquora juſſerunt.
Quinq; ſues ſontes, inimiciq; pectora pœnis
Implicuo & variis mentis formidine puſſarunt.

Imò non quieſcere, priusquam omnes uti ſint ſuos perſecutores. Livius *lib.* 3. de Virginia, *Manes Virginiæ mortuæ quam vita ſolicitare, per vim domus ad expiandas pœnas vagari, nulla relicta ſonte, tandem quieverunt*. Aut priusquam humanæ victimæ, ad tumu-

ad tumulos suos, ab uxoribus, cæsæ essent. Claudianus *de Laudibus Stilichonis lib.* 1.

Pallantis iugulum, Turnò moriente, trahit
Æneas, tractuq; rotat ultricibus Hector
Trato vindicibus pulsat, vel quassius Achilli.
Tu nec vespano raptas venalia curru
Funera, nec vanum corpus mediaveris in unum
Sævitiam, turmas equitum, peditumq; catervas,
Hostilesq; globos tumulo prostrerus amici,
Inferias gens tota datur.

Quò respexit Seneca *Consol. ad Polybium cap.* 35. de Marco Antonio. *Eo ipso tempore, quo Antonius civium furum solus mortuus, arbiter, M. Antonii frater duos jubebatur. Tulit hoc: Et hoc fuit singulare, quòd inimicum, quem patricidarum egerat, ἐκδικήσειν, ὁν ἐπικαὶ κεφαλὴν ἀποκόψειν, ὁν ἐπικαὶ χεῖρα ἀποκόψειν*, vas eli vinarium, e lignis coagmentatum, quod *cupam* Latini fic *cognam* dixere, item *buttum*, Salmasius *ad Capitolinum in Maximinis. Magnanum* v. apud Mœrim Atticistam *libr. ἀττικῶν λέξεων Ἀττικὴν φωνὴν* Ἐλλάνων. pessulus est, *σύριγξ κλειδὸς*. Imò non infima tantum Græcia, sed etiam vetus, quamcumque *machinam* τὸ μηχάνημα appellavit, ὁ μηχανικὸς πολεμικὰ, *machinator bellicus*, quemadmodum docet est apud Aristophanis interpretem & Thucydidis Scholiastem. Unde *Mangonella* & *Mangonelli*, genus machinæ bellicæ jaculatoræ, apud citatæ ætatis Scriptores Latinos: quas qui conficiebant, *Manganarii* dicuntur, *in Hist. Misc. lib.* 17. *Μαγγανάριοι*, apud Theophanem & Leonem *in Tactica cap.* 5. § 7. 17. & *cap.* 15. § 35. Indidem μαγγανικὸν & μαγγανικὸ veteribus: τὰ κλιμακτήρια, *Instrumenta funeraria claudentarium.* At μαγγανικὸν ἀπόλυσε & propriè βαλλικὸν vel ἵππικὸν pessulus est ferrens obex, quo januæ intus occluduntur. Salmasius *ad Solinum pag.* 935.

Mangas, fructus Indicus longiusculè incurvatus & semilunaris, flavicientis ex viridi in rubrum colotis, intus luteus & cæpillosus, cum nucleo satis magno, saporis grati: Arbor ma cem ingalandem refert late ejusdem & foliorum pene inopem: Fructus mensibus Octobri, Novembri & Decembri maturescit carpitur: Conditur autem allio & viridi gingibet, unde albescit & pro acetariis mensæ infertur: plurimo apud Sinenses in usu. Auctor Anonymus *Sina & Europa cap.* 36.

Mangosta, caput Incarum vel Ingarum, & auctor Regni Peruviani, in America Meridionali. Urbem regiam *Cusco* construxit, circa A. C. 1300. ejusque Successores, longe latèque rerum potiti, vastissimum constituerunt imperium, quod incolitis magnificentiæ Urbes atque palatia habuit, adeo ut iis similia per universam Europam vifa non fuerint unquam. Circa A. C. 1500. regnavit Guainacapa, qui Regnum *Quito* subjugavit, ac universum Imperium fuum admirandis exornavit structuris: defunctus A. C. 1525. Huius filii Guasgar & Attahu-Alpa, quem corrupte *Atabaliban* vocant, dim inter se de hæreditate divisionis concernere non possint, ab Hispanis Peruvia invadebatur bello crudeli. Hispanis, quam recens detexerat Franc. Pizarrus. Gravi enim diffidio collisis inter se fratribus, & Guasgare tandem capto interfectoque Attahualpa, ab Hispanis victus, captus & strangulatus A. C. 1533. finem Imperio Incarum in Peruvia impofuit. Qui enim post eum regnarunt, Inca *Paulo & Mango*, non nisi montanas quasdam provincias, ad Lacum portis, quam Regum metropolim tenuerunt: donec tandem ultimus Xairis Topinca, Philippo II. Hispan. R. se dedidit, A. C. 1557 V. Georg. Hornium *Orb. imper. pag.* 338. ut & infrà, in voce *Peruvia*.

Mangon Benedictus, famosus quondam in Sicilia latro, cujus hodieque extat memoria. Car. Macer in *Hierolexico*.

Manie, turpes deformesque sunt personæ aut larvæ, *quas Nutrices pueris minitantur*, auctore Festo: ficut fanne funt e dicuntur aut *manes*, *terriculæ* vultu difformes, quibus *pueruli* terrentur. Utrarumque meminit Arnobius *lib.* 1. infigni loco, fed valdè depravato; Nam ita vulgò editus: *Usq; adeone mortales fecuti illius ac temeraria corde fue rant vaecui, rationis ſenſuſq; nullius, ut ab actionibus improbis, tanquam parvuli pufiones perjonarum monſtruoſiſſimas torvitate, amnis etiam conſtringerentur & manus.* Scribo Salmatius: *ut ab actionibus improbis, tanquam parvuli pufiones personarum monſtruoſiſſimâ torvitate, ſanum etiam conſtringerentur & manis.* V. Salmasium *ad Tertull.* & infrà in voce *Manus*; item *Sanna*.

Manica, à *manibus* dicta, five arma intelligas, conservandis manibus destinata, inter pugnandum: five vincula, quæ manibus inficiuntur; five denique tegmina, quibus adversus vim frigoris homines muniri solent. In tunicis *Manica* olim, utpote mulierum ac virorum effeminatorum propriæ, probrosæ. Quare Principes Dalmaticatos (Dalmaticæ enim tales tunicæ appellatæ fuere) in publico conspectos, magni dedecoris loco poluere Scriptores, V. Lampridium *in Commodo* & *Heliogabalo*. Hinc-

que tunicas manuleatas & ad pedes usque demissas, tanquam cultum mulierculis quæm Viris congruentiorem Mæfa avia Antonino exprobravit, apud Herodianum *lib.* 5. Sed quæ olim fuerat mollium & delicatorum veftis, poftea graviffimorum sanctiffimorumque Epiſcoporum facta eſt geſtamen, annorante Cafaubono *ad locum Lampridii memoratum*: à tempore nempe Sylveſtri Pontificis, cum autem Colobium five communis tunica, etiam penes Chriſtianos & quidem in Sacris quoque eſſet. V. Octavium Ferrarium, *de Re Veſtiaria Part. I. lib.* 3. *cap.* 9. Sagum quoque Gallicum olim, inſtar tunicæ, & quidem *manicatum* erat, qualia hodierna ſaga ſunt & *Sayi* appellantur, Plut. in *Ottone*, Γαλατικὸν ἀνάβολὸν, καὶ χειρίδας ἐπεκτεινόμενον, ubi Cruſerius *manicas* vertit. Imò & præter ſaga, Cetera geſtamina, quæ hodie veſtes ſeiſſas & manuleatas, uſque ad pedenda, tradit Suetonius, & Serabo *lib.* 4. Cùm enim bracati eſſent, inferiora corporis velabantur, cùm reliqua gentes, quibus nullus braccarum uſus, ob id clauſas, ac longiores tunicas habebrent. Idem *Perte 2. lib.* 3. *cap.* 9. Hinc *Manicularius*, apud Scriptores Eccleſiæ Rom. qui voce denotantur manicæ ejusdem ſpeciei parent, quâ conſecta ſunt veſtimenta Sacerdotum & Diaconorum, in illa Eccleſia, quæ Albis circa manus aptantur, in *Viſitat.* Theſaurariæ S. Pauli Londin. *ann.* 1393. apud eh Freſne in *Gloſſario*; qui etiamnum in Eccleſiis aliquot, præſertim Cathedralibus, ubi in Sacra iis veſtitiores veſtes aſſervantur, id obſervari, addit.

Manifeſtatio, in Jure Hiſpanico, unum eſt ex præſidiis à Lege, contra regiorum Miniſtrorum tam vel affectus immodicos, impotentiaſque, cujus tanta vis, ut bonum quemcumque ex laqueis defereni ſubveniat. Illius enim beneficio damnatus, dum per leges licet, quafi experunnèi juris gratiâ, de manibus Judicum confeſſim extorqueatur & in carcerem deuitur, ad id æmiſcarium, ibidemque tamdiu aſſervatur, quandiu jurene, an injuria quid in ea cauſa factum fuerit, indicetur. Quam ob cauſam carcer hic vulgari linguâ *la Carcel de los Manifeſtados* nuncupatur, à cujus ingreſſione fugitivis Judicem non probibentur, ut eorum præcipiti iracundiæ hoc pacto materia ſubtrahatur. Tum ſi quid contra leges factum, pro irrito infectoque habetur; Sin contra jus nihil decretum, redditur Judicibus reus pro meritis puniendus. V Hieronymum Blancam *Commentar. Rerum Aragonic.* & Mich. Molinum *in Reperior. Fovor. Aragonia*, laudatos Car. du Freſne *Gloſſar.*

Manipularius, in *Gloſſ. Tabacæ*, *ordinarius*: *Ordinarius* enim recentiores dixere *Manipulum* duciores, de quibus inter ligendis Capitolinus *in Maximino*, *Ordines duxit*, *centuriatus & cæteras dignitates*, *&c.* Fuit autem *Manipulus* illo tempore decem tantùm militum, uti legimus, apud Spartianum *in Pescennio Nigro*, ubi decem commanipulones manipulum conſtituunt. Occurrit *Commanipulus*, in vet. Inſc. COMMANIPULUS, ET. HÆRES. EIUS. CONTUBERNALIS. FACIENDUM. Salmaſium *Not. ad Æl. Spartianum in Hadriano.* V. hic infrà.

Manipulus, pars minor exercitus, apud Romanos: Quemadmodum enim equeſtres copiæ, in Turmas & Decurias; ita pedeſtres in Cohortes & *Manipulos* divisi ſolebant: vel in Centurias & *Manipulos*. Erat autem *Manipulus*, idem quod Contubernium, decima Centuriæ pars, dicta: *quòd conjunctis manibus pugnare dimicarent*. Vegetius. Varronis *Manipuli* funt *exercitus minimi*, *manus qua unum ſequuntur ſignum*. Plut. *in Remulo*, *Ipſe*, inquit, *ſecum magnam manum adducebat, in Centurias diſtribuitbat, quarum unamquamlibet Vir unus ducebat, manipulum ſuæ ac herbarum conto erectum geſtans, unde hodie quoq; militibus manipularibus nomen eſt.* Ubi originem vocis ſuggerit, led numerum nimium auget. Imo Cincius apud A. Gellium *lib.* 16. Noctium Atticarum cap. 4. definit, *Manipulos* 30. Centurias 60. Sic *Manipuli* majores fuerint ipſi Centuriis, ſinguláque haberint binas Centuriones, Joh. Rofious *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 5. Hinc *Manipularis*. Ovidius,

Perica ſuſpenſos portabat longa manipleſ,

Unde Manipularis *nomina mihi habet?*

& *Manipularius*, V. ſuprà. Id eſt, qui ſub eodem inſigni ſeu vexillo, *ſub eodem manipulo ſanè*, militabat. Qui *manipularibus* præfectus erat, caliga utebatur: proin hi, qui Centurionibus ſubjecti erant, *Caligati* dicti ſunt. Unde apud Suetonium legas, de Auguſti ſatisfactæ, quòd vallares muralesque coronas ſæpe etiam Caligatus tribuerit. Inter quos infimæ notæ milites, quia & enutritus, & aſſiduè verſatus erat Cajus Cæſar, qui Tiberio ſucceſſit, ab eo calcamenti genere; Caligula vocitatus eſt, Valerianus *in Hieroglyph. lib.* 49. Hinc apud Plin. Beroaldus *Comm. in Suet. C. Caſ. Caligulam*, inſit, *Manipularis* militiæ, *&c. Calceamento militari*, crebris & præcutis clavis ſuffixis: qualibus hodieque Turcæ, militesque Graci, *Strattæ* nuncupati, paſſim utuntur. V. Fortun. Licetum *de recondit is Antiquorum Lucernis*, *lib.* 6. *cap.* 28. *ubi Lucernam*, *Caligati pedis effigiem habentem*, *explicat.* Quando autem *Manipularius* Romani aciem ſuam ſtruere cœperint, V. apud Livium *lib.* 8. *cap.* 8.

Manipulus, in Eccleſia Rom. dicitur ſacrum indumentum Subdiaconi: quod antiquitus linteum erat ſeu ſudariolum, ad exter-

gendum fudorem & à Subdiacono præcipuè ferebatur ad pollienda vafa lacra, aliis dictum, *Ara, Brandeum, Brandeum, Cinctaculum Sacerdotale, Epimanicon, Fascialia, Fanon, Linteum, Manica, Manule, Orarium & Sudarium.* Indui ita folet, ut non excurrat ultra brachi cubitum & Epifcopo celebranti imponitur, factâ confeffione peccatorum, *fuper Planetam, unde & fuper Planetam* dictum occurrit. In proceffionibus nunquam fertur, nec ad veſperas: geritur que non nifi in brachio finiftro. Graeci ramen & Maronitæ utrique brachio illum aptant manipulum. V. Macros Pratres *in Hierolexico.* Jac. Cardinalis *de Coron. Bonifacii VIII. lib. 2. cap 1.*

——*Chirotaca manus, digitosq; vemuſtat*
Annulus, & cubitum lavuna cingit, manipluſ.

Manium Evocatio, non Lege ſolum divina prohibita, ſed & à ſanioribus Gentilium rejecta eſt. 2. Nonanis certe nunquam admiſſa, uti diximus ſuprà, in voce *Magica Satra.* Hinc *nefas* vocatur Papinio Statio *Thebaid. lib 3. verſus 141.*

Theſſala haud alitor bello gaviſa veceni,
Cui gentile nefas, hominem revocare canendo,
Mulifida attollens antiquâ lumina cedro
Noctis ſubit campos, &c.

Manilatus, quaſi *Manulatus*, moneta Graeca, *Manuelis* Comneni Imp. imagine & nomine ſignata, cujus meminit Arnoldus Lubec. *lib 3. cap. 33.* V. Cam. du Freſne *Notu ad Alexiadem Anna Comnena.*

Viri illuſtres.

Manilius Capitolinus, adde: Fuit autem pedueſſionis & affectati regni reus à Tribunis Pl. ad populum factus, & convictus in Comitiis centuriatis, quæ non pro more in Campo Martio habita, ſed ex illo in Lucum Petilinum, extra portam Fluventanam, unde conſpectus in Capitolium non fuit, translata tum erant, quò ab hujus conſpectu populi averterentur oculi, ſique de libertate & ejus conſervatore judicare poſſet. Ex Livio Roſinius *Antiqq. Rom. lib 6. cap 11.*

Manilius Statianus, Senator Rom. fub Probo Imp. memoratur Fl. Vopiſco in *Vita* hujus.

Manna Veterum, idem cum recentiorum *Saccharo Bambu*; liquidum mel eſt, quod in Praſiis, quæ Indiæ gens eſt circa Gangem, Vere præſertim ac Autumno pluere, Aelianus *Hiſtor. Animal. lib. 15. cap 7.* his verbis: Ὅτε ἐμπίπτει τοῖς πόαις τὸ ἔαρ καὶ τὸ φθινόπωρον ὑγρανεῖ, πολὺν ἐκεῖ καὶ τοῖς φυτοῖς ὁ ἀὴρ τὸν ἐκπώματος ὑγρασίαν. *Quod in herbas & paluſtrium arundinum contingit incidens, mira bolus & ovibus pabula praſtat.* Paſtores enim ex pecore eo rore depaſto ἀμέλγουσι σίκερα πόλλα καὶ ἡδέα τοῦ ἀνομάζειν αὐτῷ μέλι. σπέρχεται δὲ ἡ ἔλκωσις. *Suavifſimum hac experimunt, nec ei mel miſcere opus habent, quomodo Graci facunt.* Nempe mel illud eſt ipſiſſimum vert. Scriptorum ſaccharum, de quo Dioſcorides, Plinius, Galenus, Paulus Aginera, Arrianus in *Periplo* Maris Erythraei, Heſychius nec verbo Σάκχαρον, Aphrodiſeus *lib. 1. Problem. 74.* Alii. Arabes *tabaſchir* vocant, & recentiores ſaccharum, ut diximus, *Bambu* aut *Mambu.* Quod ideo obſervat B ochartus, quia Iſraelitarum armenta & greges aliquandiu in deſerto ſimili rore vixerunt, *Manna* ſc. coëlitus delapſo, quod pecori non nili pabulum, Dei Populo & pabulum, & ſimul færamentum fuit, qua de re V. Exod. *cap. 16. verſus 15. & ſeqq.* & *lib. I. Anab. Reverend. Exercit. in Exod.* Franc. Burmannium, Aliosq; à quibus diſcas, licet *Manna* illis regionibus familiaris eſſet, Deum tamen ufum ejus Iſraelitis non una modo miraculoſum reddidiſſe. Namque tum quotidie cadebat, non Vere ſolum & Autumno, uti alias: dein omni Sabbatho ceſſabat, poſtquam pridie duplo pluiſſet; Porro, tanta copiâ dabatur Iſraelitis, ut toti populo in 40. annos ſufficerit. Cum alias in medicina ſolum uſum haberet Iſraelites cibi, & amidem unum loco fuit. Adde, quòd contra Dei interdictum à quibusdam in crastinum ſervatum, produxit vermes & fœtuit: cum alias diu conſervari incolume poſſit. Non verò ſolum in herbas & arundines, ſed & in terram, & ſaxa decidit, præſertim in Syria & Italia, ubi quod in Calabria pluit, optimum habetur, &c. V. infrà ubi de *Saccharo*, & ſuprà in voce *Bedolach.* Item ubi de *Calamino Melle.* Apud Jul. Africanum *lib. 5.* de tumulo S. Joann. Evang. *Ex pretioſo* manna *exiens de ſepulchro apparuit cunctis, quam ubi hodie gignit locus iſte*, Gregorium Turon. *de Mirac. lib. 1. cap. 30.* de eodem S. Joanne, quibus adde Leonem Oſtienſem, *Manna* liquor dicitur vel pulvis odorus, qui de ſepulchro ſeu corpore ejus effluere ferebatur. Quod & de aliis quibusdam Sanctis, qui μυροβλύτας hinc Graecis dicti ſunt, referunt Alii. De *Manna* verò Vert. V. præter Auctores laudatos, inprimis Salmaſium *ad Solinum & Diſſertat. peculiar.*

Manna, apud Heſychium, ſunt faſces. Unde *Manna Magiſtratules*, virgarum faſces, quas Pedagogi & Magiſtri literarii puerit intentant. Flav. Vopiscus *in Tacito*, *Qui quid ſit Keſſ. neſcit, mutritorem timet, reſpuitat ad nutricem*, *mannatum Magiſtratum aſtibus terroribq; ſubjacere*: quas *ſceptra Pedagogorum* Martialis; *Sceptrorum virgas & ſceptrum virgae*, Aldhelmus vocat. Apud Juvenalem, *venus* interpres manipulus, *manus* item interpretatur. Vetus *Gloſſar. manna, faſcis*: alibi *manuus* ſcriptum; & *manua*, Graec. θερίσμος, quod forte genuinum. Nam inde dictum *manuare*, pro furari, apud Laberium, h. e. *manus colligere* & res furtivas convafare; quod & *manuciulari* dicebant, & Graece ἐκκλίζειν, Salmaſius *ad Hiſtoriam Aug.*

Mannia, adde: Inſula haec, alias *Mona*, medio mari inter Anglium & Hibern an ſita, eo tempore, quo Normanni Britanniam infeſtarunt, titulo Regni ornata fuit, ſub poteſtate tamen Anglorum. Complectebatur autem illud Regnum variis Inſulas, maxime Hebrides: unde *Mannia* Rex, *Rex Inſularum* appellatus eſt. Memorabiles omnino leges ſunt, quæ in parvis his Inſulis obtinebant, in primis compendioſæ, ad ites finiendas: Intet quas haec e.g. *Furtum gallina majus eſt furto ovis & tauri*: cujus ratio reddi poteſt ex illis, quæ juſtinianus, & de Seythis tradit, & quia gallina facilius occultari poteſt, quàm bos aut vitulus, &c. omnesque controverſiæ verbo finiebantur, absque ſcripto vel advocatis. Sed in graviſſimis cauſis XII. legibus tur, dicti *Claves Inſule*, quorum arbitrio atque ſententia partes ſtare cogebantur. Et certe hodieque apud Inſulanos hoc obtinet ſtipulatio, quæ ſtipulæ traditione peragitur, majori certiorique fidei ſigno, quàm ſi magni pretii res traderetur. Multa itaque praclara hujus Regni civilis reſtituerunt inſtitutaque, quibus remoti fuerunt à vitiis ceterorum Britannorum; duravit. que Regnum, uſque ad tempora Alexandri I II. Scotorum Regis, qui Inſulâ potitus eſt, A. C. 1266. fed mox ipſa *Mannia* emptione pervenit ad Anglos. Hebrides autem in poteſtate Scotorum manſerunt. G. Hornius *Orb. Impar pag* 203.

Mannicia, vulgò *Manrique*, familia Hiſpaniæ illuſtris, in duas præcipue ſtirpes dividitur, *Caſtanedenſem* & *Trebinenſem*: in quarum illa claruit Garſias Fernandus *Manricius*, Henrici Int Aragonæ primarius Miniſter & tiſtulum *Comitis de Caſtanneda* nactus; qui inde tamen variis fortunæ caſibus jactatus eſt, donec denuo dignitas illa confirmaretur. Ex Aldoncia Caſtellana (*de Caſtilia*) genuit Johannem Fernandum & Gabrielem: quorum ille Caſtanedenſex propagavit, per filium Garſiam Fernandum, Marchionem *de Aguilar* titulo auctum: ex quo Garſia filius Johannis Johannes poſteritatem habuit. Hic (Gabriel) Comitis Oſorienſis & Ducis *Galiſiei* dignitatem obtinuit. Quarum illa ad poſteros, è quibus etiam Antonius quidam, à Conjuge Anna de *Luna* & *Arellano*, Comes de *Morata* factus eſt, huc uſque propagatur. V. infrà in voce *Oſſorno.* In ſtirpe Trebuneni, quæ cognomentum *de Lara* adſumſit, celebris fuit Petrus Manricius Judex Legionis Dn. de *Trevinno*, *Manricus*, qui ex Leonora Caſtellana plures liberos ſuſcepit. Ex illis primus natus Didacus Gomeſius Manricius primus de *Trebinno Comes*, Petrum genuit, primum *de Najera* Ducem & reliquorum factorem: cujus abnepris Luis Ducatum Bernardino *de Cardenas* D. Maquedenſi attulit. Secundus filius Petri, frater Didaci, Rodericus, nuncupatus eſt *Comes de Paredes de Nava*, beneficio Johannis II. Regis; è cujus primogenitis orta Agnes Com. *de Paredis*, à marium Henricum Manricium, ex libea Nafarenſi nobilem, ſucceſſionem tranſtulit. Praeter hos vero, ex Roderici pujus filiis, Roderico & Henrico, alios hujus linea oriundos invenire licet. Didaci & Roderici frater fuit Petrus Manricius Dn. *de Valdiezarri*: cujus nepos Antonius Luiſan duxit *de Padilla*, Dom. de Padilla & *Santzagades* hæredem. Unde hujus poſteri nomen *de Padilla* aſſumpſerunt, & Comitiam titulum ratione Santzagadæ obtinuerunt. Ex Petro autem Gomeſio Manricio Comite Dn. *de Villanzopique & belhimbre*; nec non octavus (nam quartum poſteritas vel nulla vel fœminina tantùm fuit, recenſere nihil attinet) Garſias Fernandus Dn. *de lai Amayvelos*, quorum uterque hæreditatem ſuam tranſcripſere ex fe geniis. Quâ ratione quoque, cum Rodericus de Mendoza Com. *de Caſtrogeriz*, Annam Manricium Dominam *de Villanzopique* duxiſſet, *Manricium* cognomen Mendozio junctum eſt. Fuit autem hæc Anna, filia Ludovici Gomeſii Manricii Dn. *de Villanzopique*, ex Agnete Caſtellana; mater verò Alvari *de Mendoza Manricius* Com. *de Caſtro Geriz*: quo & Magdalenâ *de Sandoval & Roxas* genitus Antonius, ex Iſabella *de Pilaſco* Gomezium ſuſcepit; partem ex Maria Henrici *de Ribera* (ſil. Petri de Ribera Barroſo March. de Malpica, Mareſc. Caſtellæ) Iſabellæ *de Mendoza* (quæ nupſit Didaco Sarmiento agnato, Com. *de Ribadavia*, dein Conſalvo Fazardo) & Catharinâ Henrici *de Mendoza* (ux. Johannis Hurtadi agnati Com. Orgazii) V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag 48. & in Indice.*

Manſuarius, in Capitularibus Caroli C. tit. 42. *apud Aimoinum lib 5. cap 35.* Alios, dicitur qui *manſum* ingenuilem (quo nomine ea ægri portio veniebat, quæ ab ingenuis h.e. liberæ conditionis hominibus, qui ſervilibus oneribus obnoxii non erant) aut *ſervilem* (qui à ſervis, ſub cenſu gravioti, Domino praeſtando altisque conditionibus) excolebat & certum cenſum aut annuam

nuam pensionem, domino prædii ac fundi præstabat: quod fecus erat in *Dominicis* & *Indominicatis mansis*, qui sine *Mansionis* erant, propterea quòd non elocarentur, sed ab ipsis dominis colerentur. V. Car. du Fresne *in Glossar.* ubi de aliis quoque *Mansi* genenibus, *Ecclesiastico* inprimis, complura insigni labore congessit.

Mansfeldia, Comit. Germ. adde: Illustris hæc familia titulo *Querfurto* prius usa est, dicitur que ex ea prodisse Lotharius II. Imp. Accessit dein titulus *Mansfeldiæ* Comitum, qui prius in alia familia fuerat; ut tamen aliqua linea, quæ defecit A. C. 1496. *Querfurtensis* nomen retineret. *Mansfeldensis* stirpis rami fuere varii: præcipua verò divisio fuit, cùm Gunthերus Albertum & Ernestum filios haberet; quorum huius posteritas denuò in aliquot lineas divisa, defuit nuper in Christiano Friderico liberis orbo. Ille (Albertus) Ernestum genuit, pluribus filiorum patrem, inter quos Petrus Ernestus Caroli *Principis Mansfeldiæ* pater fuit. Qui tamen frustra ætatis suæ annum Thereſiæ Maximiliano Petric. Dietrichtenio genitæ, extinctum - - - Christinam Elisabetham (uxorem Joh. Francisci Com. Trautsonii) Sophiam Agnetem (Maximiliano Principi Dietrichtenio nuptam) & Brunonem, demortuum A. C. 1623, Philippus verò, in dem Gubernator Javarini feu *Raab* (qui obiit A. C. 1597.) ex Maria agnata, fil. Johannis & Margaretæ Brunsuicensis, similiter utriusque sexus liberos suscepit: ut & ex Maria Brunonis (fil. Brunonis Sen. Augustæ progenitores ab aliquot seculis sic habent. Guntherus Com. *Mansfeldiæ*, qui decessit A.C. 1472. seu 1475 ex Margaretha Honstenia (fil. Ernesti Com.) pater fuit Alberti, defuncti A. C. 1484. Hoc & Susannâ *Bickenbachs* (fil. Conradi Dn. de *Bickenbach* & Agnetis seu Margarethæ, Adolfo Com. Nassoviæ in *Wisbaden* genitæ) quæ mantio superfuit annos 46. genitus Ernestus, obiit A. C. 1532. relicto, ex Barbara Querfurtia (fil. Burcardi Dn. Domini de *Querfort*) Philippo filio, qui decessit A. C. 1546. Pater, ex Amalia de *Leonick* (filâ Hugonis Burggravii) Brunonis Com. *Mansfeldiæ in Bornstett* prætati; qui (extinctus A. C. 1615.) ex Christina Barbieni, prædictos tres fratres progenuit. Spenerus *Theatr. Part. II. pag.* 44. Ernestum verò quod attinet, filium minorem natu Gunthері, defuncti A. C. 1472. f. 1475. & Margaretæ Honsteinæ, obiit is A. C. 1486. sulcepto ex Margaretha agnata (fil. Gebhardi Com. *Mansfeldiæ*) Dn. de *Heldrungen*) Alberto, quo (defuncto A. C. 1560.) ex Anna Honsteinia (fil. Ernesti Com.) Johannem genuit, extinctum A. C. 1567. Hoc & Margarethâ Brunsuicensi (fil Ernesti Duc. Brunsuic. & Luneburg.) natus Fridericus Christophorus, stato functus est A. C. 1631. Pater, ex Agnete Eberstenia (fil. Wolfgangi Com. Eberstenii Dn. in *Neugarten*) Ernestum, Augustæ Ruthenâ dictâ, decessit A. C. 1615. Mariæ Sibyllæ, quæ nupta Joh. Henrico Dn. de *Schœnburg* obiit, 1642. Johannis Alberti, denati, A. C. 1634. & Christiani Friderici, qui natus A. C. 1615. nullâ prole suscepta, ex Elisabetha Com. Lippienſi, obiit A. C. 1616. suæ lineæ ultimus. V. eundem *Part. III pag.* 21. inprimis verò *in Ind. Part. I I. ubi familia historiam exhibet.*

Mansio, Græcè σκήνη, proprie loeus est, ubi consecto itinere veterani per noctem quiescebant: *manere* n. pro eubare proprie eodem dixisse, pluribus probat Salmasius *ad Histor. Aug.* Constabant autem singulæ *Mansiones* communes 20. m. p. quæ mensura legitima putabatur ad iter unius diei, ut & ex Jurisconsulto elarum est. Simile est, quod Herodotus *lib.* 5. centum & quinquaginta stadia singulis diebus impuari, velut justum iter; συνήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν σταδίους τὴν ἡμέρην ἑκάστην. Quibus de, septem stadia & semissem unicuique militi tribuat, ut multi faciunt, 20. m. p. redder ille numerus stadiorum. Sic & Xenophon *Anabas. lib.* 5. centum ac viginti duas mansiones, ἑκατὸν εἴκοσι σταθμὰς, peragi docet in decem & octo millibus stadiorum. Quæ stadia, si cum singulis mansionibus exæques, ad eam, quam diximus, justi itineris mensuram diurnam quadrare comperies, stilo trecentis stadiis supra quatuor excurrentibus. In *Itinerario* quoque Hierosolymi. *Mansionum* intervalla eodem prætet propemodum numero definiri videmus. Ibi n. *ab Ancyra Galatiæ Thavsum usq; mil CCCXLIII mutationes XXV mansiones XVIII.* justâ ratione milliaria 343 septem ac decem mansiones absolvunt. Et paulo pôst, *Fit à Thavso Cilicia Antiochiam milia CXL I. mutationes decem. mansiones septem:* ubi sic 20. mira pro singulis mansionibus numeres, ratio constabit. Et ubi, *Fit à Seleucia Constantinopolim milia CCCCXLII. mutationes XII mansiones XX.* ubi tredecim rantùm millibus plus est, quàm justus numerus postulat. Nec mirum, modò plures, modò pauciores mansiones, inventi in eodem locorum intervallo, cum itinerum commoditatibus & regionum naturæ inferviendum esset, nec exactè liceret in omnibus eandem legem ac rationem observare. Sic mutatio vereduum in singula 6. milia fieri solebat; quomodo legitimum erat, tres aut quatuor mutationes fieri in

unam mansionem: at *in Itinerario* præsto, ut plurimùm duæ mutationes pro una mansione recenseantur, &c. Sic itaque *Mansio* communiter pro unius diei itinere sumebatur. At in camelorum mansionibus paulo aliter se res habebat; ut quæ pro aquationum ratione, quæ ὑδρεύσεις vocabant, erant dispositæ. E. g. à Copto Beronicen ejque portum Rubri Maris, vetus *Itinerar.* 238000. p. computat, quod iter undecim mansionibus fieri docet, quarum singulæ aut 20. aut 25. miliaribus constant. Deducantur autem hæ mansiones ὑδρεύσεις, i. *aquationes*, quòd in locis illiusmodi aridis ac desertis ad ὑδρεύσεις vel pureæ necessarió divertendum erat ac manendum, cùm veralibi via, propter aquarum penuriam, esset inexplicabile. Hinc quemadmodum ἐπαγγελὰ temporum dicuntur certæ notæ ac signa, quibus temporum intervalla distingui solent, quibusque immorari ac stare necesse habent, qui tempora solicite computant ac Chronicis scribunt: ita πὶς ὑδρεύσεις ἐπαγγελὰ vocant Ptolemæus *aquationum mansiones* has, quibus itinera intervalla distinguantur, quòd per eas transeundum necessariò haberent viatores. & c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 495. Illiusmodi v. *Mansiones* & Mutationes in numero Civitatum non habebantur; mentio ramen Cunalum, Claudiopolis. Prusiadis, Tottiæ & Voridis oppidorum seu mansionum per Bithyniam, *Itin.* Cod. *Theodosiane Decur.* ut quæ jure civitatis donatæ erant, ut ex ipsa *Constitutione* constat. Sed & *Episcopus mansionis Nicææ in Thracia*, item *Episcopus mansionis Termissis*, memorantur in *Actis* Concil. Arimin. & in *Actis* 3. Concilii Chalced. Sequenti æro *Mansiones* etiam dici cœperunt diversoria Legatorum, Missorum aliorumque Magistratuum publicorum, qui Principis mandato, aut in provincias, *ad justitias faciendas & reformandas*, uti loquebantur, aut in exercitus regiones, rei publicæ causâ, profiscisebantur. Tenebantur eis hi, subditi hospitio excipere Milites quidem & reos eumque ministros, & viaticum eis, (quod *parata* dicebatur, ficut ipsum jus hoc hospitii, *mansionaticum*) pro uniuscujusque dignitate, præstare, L. Longobard. *lib* 3. *tit.* 4. §. 24. Quod cum pecuniâ interdum redimeretur, vetitum id Concilio Toletano IV. apud Gratianum 27. *q.* 1. *de Vid.* Has autem *Mansiones* præparare, præstertim iis ipsi Reges iremt peregre, *Mansionariorum* erat certe Comitum Provinciarum; quibus sub iis rectoria dabatur, cujus hæc formula, *Quando ad vos venerit, mansionem ei & forum & panem & aquam largiri dignemini.* Interdum tamen Ecclesiæ & Monasteria ab ejusmodi hospitum exceptione, privilegio peculiari *Emunitatis* appellato, eximebantur, duì reliæ *Glossar.* Vide quoque hic infrà, in voce *Mansionarius.*

Mansionarius, dignitas olim in Palatio Regum Francorum, cui incumbebat *mansionet*, Rege inprimis iter faciente, præparare, uti dictum. Officium ejus pluribus describit Hincmarus *Epist. de Ordine & Offic. Palatii cap.* 16. & 23. Idem *Comes Mansionarii* dicitur, apud Reginonem ann. 859. aliàs *Metator*. In Ecclesia Rom. hoc nomine venit, Custos & conservator ædis Sacræ. Ædituus, Matricularius, apud Gregorium M. *Dial. lib* 3. *cap.* 24. & 35. ubi Abundii, & in *Tabularia* Casin. ejus Chamberii. *Mansionarium* sic memoro. Erant illi in Cleri ordine, & habebant insuper reliquarum ac phylacteriorum curam, ut & clavium Templi, V. Car. du Fresne *Descript. Ædis Sophianæ cap.* 86. ubi & monet, nomen illis inde datum, quòd *mansionem* seu domum Ædi sacræ adjunctam haberent: unde Πρωτομανσιονάριοι Græcis vocati sunt. Alia eorum munia fusè exequitur *Ceremoniale* Ecclesiæ Constantinopolitanæ, editum à Menardo ad libr. *Sacramentorum* Gregorii præfatis. In horum ordine primus, Primus *Mansionarius* nuncupatus est, de qua dignitate, V. in *Ordine Rom.* Sed & in eadem Communione *Mansionarii* Canonici dicuntur, qui alias *Residentes*, opponuntur Foranei seu Forensibus, qui *non faciunt residentiam*, uti loquuntur, &c. V. plura hanc in rem apud Car. du Fresne præfatum *in Glossario.*

Mansionarius, apud Æl. Lampridium *in Heliogab. Habuit & Leones, & Leopardos exarmatos in delitia: quos electos per Mansionarios subito ad secundum & tertiam mensam jubebat accumbere, &c.* Græcis ὑπηρέτης, sunt Magistri & Custodes, qui circumdis feris operam navare consueverunt, seu qui callebant, ut Manilius ait *lib.* 4. &. 5.

Qualnq; edulum omne genus positis domitare Magistris,
Exovare feras, rabiemq; auferre Leonis,
Cumq; Elephante loqui, tantarum artare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem.

Et infrà:

Ille manu vastos poterit frænare Leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis.

Quem imitatus Seneca, *Certa sunt, inquit, domitores ferarum, qui fiducissima animalia, & ad ocyssimos extorquenda hominem, docent patiendum: Nec afferitatem excussisse contenti, sub, in contubernium mitigant. Leonibus Magister mantum injectat, ocreatur virgum suus cuspes, elephantem numinus Æthiops jubet subsidere in genua & ambulare per funem.* Urfi enim & Leones placidè domi alebantur, ut etiam nunc aliquibus in locis fit, obitni causâ. Pars proin hujus agminis Urfarii fuere, quorum memini Edineros in *Vita* Anselmi apud Laur. Pignorium *in Vita D. Anselmi lib.* 1.

Mansur, Arabica vox, cognom. Joannis Damasceni, apud Dominic. Macrum *in Hierolexico*, h.c. *Adjutus.*

Mantela, proprie Χειρόμακτρον, h. e. *manuale tela*, quâ manus tergebantur; aliter *Mantele*, apud Treb. Pollionem, *in Gallieni*, *Mantelibus aureis semper ftravit*: & *Mantelum*, per generis enallagen. Virgilius,

—— *tonsa{que} ferunt* mantelia *villis*:

Ubi Servius, *quibus*, inquit, *manus terguntur.* Villosa igitur erant, uti & ex Ovidio & Lucretio discimus; apud quem posteriorem, Philargyrius *mappas* interpretatur; nam mappæ tergendis manibus habebantur. Glossæ, *mappa* Χειρόμακτρον. Sic *Mantelum*, pro mappis villosis etiam apud Plinium fumantur *lib.* 7. *cap.* 2. quæ quoq; vera ac vetus hujus vocabuli notio. Ridiculè vero ill, qui *Mantelia* in illo Plinii loco, pro thoracibus vel loricis, quibus pectus munitur, acceperunt: quasi verò magnum munimentum sit & magnopere impenetrabile in cute humani capitis. Atqui mantelia Vett. ante pectora ponere cœnantes consueverant, ut hodie solemus illa linteа, quæ ante pectora nostra, mensæ adsidentes, ponimus & quibus manus & labra tergimus. Verùm etiam tum Plinii, non amplius *Mantelia* in usu erant *ἀντὶ Χειρομάκτρων*, sed integendis mensis serviebant. Martialis *in Epigramm.* cujus lemma', *Gausapa* vel *Mantele*:

Nobilius villosa tegunt tibi linteа cirrum,
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Atque hoc tunc temporis discrimen ftatuebatur inter *mappas* & *mantelia*, ut mantelia mensis operiendis, mappæ manibus tergendis usui parerentur. Nam mappæ erant breviа linteа, quas quisque secum ad convivia ferebat; nec enim eas subministrabat dominus, apud quem reperiebatur quidem mensa mantelis instrata, fed suam unusquisque convivarum secum mappam afferebat, uti patet ex ejusdem Poetæ lusu, in Hermogenem, qui, cùm mappas furari non posset, mantele surripuit:

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantele è mensa surripuit Hermogenes.

Sic apud Scriptores *Historiæ Aug.* pasim *Mantele*, pro mensæ integumento, accipitur. Spartianus *in Heliogabalo*, *Exhibuit parasitis cœnas de ovibus & nonnunquam tot picta* mantelia *in mensam mittebat, his edulibus picta, qua apponerentur.* Lampridius *in Alexandro*, *Convivium neq; opiparum, neq; nimis parcum, sed mixtum fuit: ita tamen, ut pura* mantelia *mitterentur*, in mensam scilicet &c. Pollio *in Gallieno*, *mappam* citimæ ætatis Latini etiam pro mensæ tegmine usurparunt, unde Gallorum *nappe* ortum. V. Salmasium *Not. ad Lampridium*, *Pollionem*, *Vopiscum*: & *Exercitat. Plin. ad Solinum*, ubi de *Mantelibus* & *mappis*, & lapidis Carystii filamentis lancis, quæ in igoem mittebantur, ut à sordibus mitteiborum: item de *Mantelibus*, & cute capitis bostium, pag. 177. 178. & 188.

Mantellata, in Eccl. Rom. dicuntur Sorores de Pœnitentia B. Dominici; quòd laneo utantur pallio. C. du Fresne *Gloss.*

Mantelletum, machina bellica, Petrus I V. R. Aragon. *in Chron. lib.* 3. *cap.* 23.

Mantellum, V. infrà *Mantuelis.*

Mantiacula, apud Matthæum Paris A.C. 1248. cognominantur Peregrini Hierosolymitani, tanquam peræ instructi. *Mantica* namque *pera* est, in *Gloss.* Lat. Græc. apud Carol. du Fresne in *Gloss.* ex Aliam notionem verbum *mantuculari* habet; quod idem est ac *mannas* colligere & res furtivas convafare, Salmasius *ad Vopiscum in Tacito.* V. suprà in voce *Manna.*

Mantile, olim *Mantele*, *Mantelium* & *Mantelum*: Plauto *Mantilium*, Varroni *Mantellum*, q. *Mantis tela*, Linteolum dicebatur, quo manuum sordes abstergebant in mensâ: Veteres enim *Mantilia* ante pectora ponere cœnantes consueverant, ut hodie solemus linteа illa, quæ *Servieta* dicuntur, quibus manus & labra tergimus. Verùm jam ætate Plinii usum mutarunt, & integendis mensis fervire inceperunt. Atque hoc tum temporis diserimen inter mappas & mantilia ftatuitum est, ut hæc mensas operirent, illæ manibus tergendis præberent usum. Unde Salmasius *in Martialem lib.* 2. *Epigr.* 29 *disiichon hocce*,

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantele è mensa surripuit Hermogenes:

Mappæ, inquit, *suas ad convivia afferebant singuli*, Mantile *convivator præbebat. Erant autem Mappa brevia linteа, quibus manus tergebant: unde* Mappæ breves *eidem Poetæ inscriptæ, alicubi appellantur.* Villosa verò erant hæc *Mantilia*, Plin. *lib.* 7. *cap.* 11. Unde Virgilius,

—— *Tonsisq; ferunt Mantelia villis.*

Proin, sicut lanea vestimenta, quæ villos habebant, ita & hæc linteа *Gausapæ* dicta sunt, Martial. *lib.* 14. *Epigramm.* 138. cui tit. *Gausapa villosa*, vel *Mantele*,

Nobilius villosa tegunt tibi linteа cirrum:
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Scilicet solæ citreæ mensæ & pretiosiores *Mantili* tegebantur, ne fœdarentur, aut maculas traherent: at viliores orbes sive mensæ (nam orbiculi tum rotundæ) sine integumento erant, ideoque in iis circuli non semel spectabantur, impressi ex lanicibus seu patinis. Et quia omnes tum ineosæ rotundæ fuere, ideò & *Mantilia* eandem habebant figuram: ad quorum distinctionem Gausapæ, quod lectis pro fragulo injiciebatur, *Gausapæ quadratum* dicitur eidem Poetæ, *Epigr.* 132. *lib. prefati.* Imò & Gausapæ mensas tergebant, quod villosum erat, & quidem luxuriæ causâ purpureum, ut docet Lucilius apud Priscianum *l.* 7.

Purpureo terfit tunc latus Gausapa mensæ, &c.

Plura V. apud Octav. Ferrarium, *de re vestiar. Veter.*, *lib.* 1. *c.* 7. Ludovicus Vives in *Augustin. de C. D. lib.* 22. *cap.* 6. teftatur, *Mantile* Lovanii medio convivio igni datum, redditumque Domino mundius spleudidiusque, quàm posset aquis & imegmatis quibuslibet: Nempe è lino incombustibili, de quo V. suprà, factum erat. Unde & Langius *lib.* 1. *Epist.* 52. ex Carystio lapide netii *Mantergiorum* ifiusmodi: & Pomponius *lib.* 19 *cap.* 1. *Asbestinum* meminit, quæ in focis ardentes, fordibus exactis, splendeferent igni magis, quàm aquis poffent. Inprimis enim Χειρομάκτρια ifiusmodi inde fiebant; ut videre est, apud Fortun. Licetum *de recondita Antiq. Lucerna*, *lib.* 3. *cap.* 27. Vid. quoque suprà.

Mantile laceranti ritus, in mensa Militum, iis qui Milites non essent, occurrit apud Heidam in *Fridericia* Epic. Ultraj. & Joannem à Leydis *in Chron. lib.* 31. *cap.* 30. & Wibelmo Com. Oostrevandiæ, in mensa Regis Francorum id contigisse legitur: Nempe is mos invaluerat, teste Salanovâ, apud Hieron. Blancam, *ut nemo nisi Miles ad Mensam militiæ soleret*: Si qui contrà agerent, Fecialium partes erant, illorum *Mantile lacerare*, V. suprà ubi de *Armis plenis.*

Mantum, adde: V. suprà, in voce *Gonelga.*

Mantuelis, apud Pollionem *in Claudio*, *Chlamydem Dardanicam mantuelem unam*, cognomen est chlamydis μανδυηλὶς, *ut in modum mantui facta*, vel ad formam *manti* accedentis. Diversum n. χλαμὺς *mandya* & chlamydis erat, quæ duo tamen pleruneque confunduntur Auctores. A Græco μανδύη seu μανδύς, *mantua*; unde *mantuelis*, ὁ μανδυηλὶς, & *mantuarius*, apud Isidorum *in Glossa*. *Mantum* etiam & *Mantuum* etiam dicere Latini & videtur Græci non tantum *Mandya* & *Mandyes*, de hoc vestimenti dictum esse, fed etiam μάνδυς, à quo Lat. *mantus* & *mantum.* Isidorus, *Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantum: est n. breve amictum.* Idem in *Glossa mandus vestis virginalis.* A *manto*, pro *mantatur*, apud Martialem, qui manto teclus est, *Epigramm. de Caussa.*

In Pompejano tecum spectabo theatro,
Maniatur, velo negare solet.

H. e. Qui mantatusest, in Pompejano theatro, vela populo solet negare, quibus ipse non indiget, &c. In Ecclesia Romana *Mantum* olim habitum est inter præcipuas Pontificum vestes, adeò ut dignitatis fuæ investiturain per illud acciperent: quo cùm Prior Dacionorum Papam electum indueret, urebatur his verbis, *Ege investio te Papatu, ut prasis urbi & orbi*, ut habetur *in Ceremoniali Rom.* &c. ubi, quæ interdum Pontifices, aut sponte dignitatem abdicarent, eadem vestis prima erat, quam ut præcipuum insigne dimittebant, &c. Unde *Innocentius*, proprie de Pontificibus Rom. apud Radevicum *de Gestis Friderici lib.* 4. *cap.* 65. Joan. Sarisberiensem *Epist.* 59. alios. Sed & *Mantum* fuisse Præfectorum Urbis Romæ, per quod similiter fuerint investiti, diserimus *actu* Innocentii II. Fuit autem id aureo limbo circumtextum, apertum à parte dextra, uti habetur in *Ceremoniali Rom. lib.* 1. *sect.* 7. Etiam inter Regalia insignia Aragoniæ Regum, *Mantum* recenseturr, *in Epistola* Martini I V. seu *Mantellum*, uti alii vocant, inprimis ubi de *Manto* Franciæ Regum, quod quâ ratione deferibatur, in *Computo* Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii *Ann. Ch.* 1351. V. apud C. du Freine *in Glossariis.*

Mantus, seu *Mantum*, V. hîc *suprà.*

Manu ad Ferrum, cognom. militare Aureliani Imp. quòd vulgò esset exercendi gladii cupidus. Salmasius *ad Vopiscum.* Simile illud, *Manus in capulo*, apud Statium *Thebaid. libr.* 4. *versu*

—— *manus omnis in armis,*
Omnis & in capulo.

Ad quem locum V. Barthium *Animadversum. lib.* 2. *pag.* 1154. ubi & de pari ardore verba Lucani adducit *lib.* 7.

—— *armatq; totâ*
Mente astant, capulog; manus absente movetur.

Manu involuti in palla altaris offerendi ritus, occurrit in *Tabulario* Casaur. *ann.* 24. *Ludovici Imp. Lotharii filii*, apud du Freine, *Ego Ingo-wibs dono Romano Abbati ad Partes Monasterii cum oblatione manu involuta in palla Altaris &c.* V. infrà, ubi de *Oblatis*: item ubi *de Manu non temerè sacris admovendâ.*

Manu salutare, seu *Manu venerari*, apud Tacitum de Neronis cantante, *Postremò genu flectus & cantum illum manu venerantus est*: ritus fuit Histrionum, Pantomimorum & Cantorum, qui scenam ingressi populum adorabant. Nempe *manum* ad os referebant, eamque osculabantur, postmodum porrigebant ad illos, quorum honori ac veneralioni osculum dederant, fique protestionem manus, quotannis illo ipsum osculum porrigere & ad eos jactare videbantur; id quod *jacere osculia*, item *basia jactare*, dicebant. V. suprà in his phrasibus, item ubi de *Labratu* osculis.

Manu Tertiâ, Septimâ, Duodecimâ jurandi &c. ritus, modo æro usitatus, V. supra ubi de variis ritibus *Jurandi*.

Manus, seu *Manuma*, Græcè ἀφεσις, recentiori æro μανωμισιον, V. in voce *Manna*.

Manuale seu v. Mropbiolum, fudarium, in *Passione* S. Montrani, apud Dominicum Macrum *in Hierolexico*. Item Liber Ecclesiæ Rom. in quo continetur *Ordo Servitii Extremæ Unctionis, Catechizmi, Baptizmi & Inquisitionis*, apud Gulielmum Lunicenfem Epifc. *de Usu Ecclesiastico*.

Manuarie Sellularizque ute artes, à civibus Romanis olim non exercebantur, teste Dionysio *Li. 9.* Apud Athenienses verò, quos unicè studiosos divisit in tres ordines, qui exteris cognitare annitebantur, & *Patricii* dici possunt : Γεωμοροι, qui rura habitantes agros colebant : & Δημιεργοι, qui in ipsa urbe sedes habebant ; hi posteremi Opifices erant, & circa artes quascunque *manuarias* occupabantur. Nec tamen illi omnes : Nam cum cives universâ Solone iterum divisi essent in 4. ordines, Pentacosiomedimnos, Equites, Zygitas & Proletarios ; ex his, tenuioris fortunæ homines liberalibus tantùm artibus facere docebantur ut eli in ista Menandri fabula *Apicius*, apud Terentium : aut illartificium discebant, ut patet ex Lege : Τον αξιουν τον πατερα μη διδασκειν τεχνην ιατρικην ἀν ειναι, *Filius, quem Pater artem non docuerit, ad eum exhibendum ne cogitor* : aut peregre ad mercatum ablegabantur, ut habes in Comœdiis. Honestiores verò inftituebantur in Musicis, in Gymnicis, in re Equestri, ad venandum, in Philosophia : Artibus ex Terentio in ludicra parte. Sam. Pertius *Comm. in LL. Attic.* tit. 3. & 4. *lib.* 2. Ut autem Artes, quæ magno in pretio Athenis erant, diligenter excolerentur, lege cautum : Ο αρχων καθιστω τον παιδα τω βουλομενω χρηθηναι. *Lentitudinis dicam quid vis impingito* ; quam ab Ægyptiis sanctam & Athenas à Solone invectam fuisse, auctor est Herodotus *Euterpe*. Pinstratum tamen ejus auctorem facit Theophrastus, apud Plutarchum : At Draco eam sanciverat, qui nec ignavis infamiæ notam irrogavit, ut ait apud Pollucem *lib.* 8. *cap.* 6. Proin & Theseus, pecuniam bove signavit, ut refert Plutarchus, πρὸς χαριζομενος τοις πολιταις ὡς Φησι καλλιμαχος, *ad gratificandum civibus hortatus* : Addit Pertius, καὶ ὅσοις τὰς τέχνας, & *ad artes seu opificia*, ut habemus, unde sibi compararent victum. Quinetiam non licebat servum otiosum alere, qui artem aliquam non fereret : nec advena ad κυριον ἐπικρίτον aliter quàm è Senatus Areopagiti sententia recipiebatur, ut ait apud Pollucem civmigrare temere, & nisi sui τέχνη aut rei alterius utilis ergò, V. Aristophanem *in Pluto*. Interim duas artes exercere non licebat, ex Lege, cujus meminit Demosthenes *in Timocratea* ; Μὴ ἐξὸν τέχνας μιᾶς μαγειρικὴν, *Negatis vir unguentarium facere*. Nec peregrinis permittitur erat Artem exercere, ex Lege : Τὰς ξένας τὰ ἐν ἀστει μὴ ἐξεργαζεσθαι τέχνην μηδὲ ἐμπορευεσθαι, μὴ ἀν ἐπὶ ἀστεως ἐπιτηδειον. Quoniam Opificum accenderetur industria, veteri Lege qui inter suos Artifices peritior habebatur, publicè epulabatur in Prytaneo, & primam in theatris atque concionibus occupabat sedem : Τὸν ἀριστον ὀντα τῶ ἰωνικῶ συντεχνῶν σίτεσθαι ἐν Πρυτανείῳ καὶ ἐκκλησίαις καὶ θεάτροις. Sed fi quis aliis, qui hunc ipsum arte superaret, repertretur, ei liam σίτησιν locumque prior cedere cogebatur, ut ait Demosthenes *in Midiana*. Commit tebatur autem inter se unusquisque artis Artifices, ut quis optimus esset fieret palàm, festo, quod Χαλκεῖα five *Vulcanea*, quia ab omnibus artificibus tricesimo Pyanepsionis die agitebatur, Dialum est : atque hinc Δοκιμὴ τῶν ἐπιτηδευματων, *examinatio*. Olim tamen, ante Aristotelis ætatem, Diophantus Archi quiprælitit anno 2. Olymp. 96. volebat, ut loi servipubli ci artes exercerent, apud Aristot. *Politic. lib.* 2. *cap.* 7. nullus tamen vel inquam vel nonnullus obtinuit : ut tum ex præcedd. videre est, tum ex Demosthene *in Eubulidem* : ἀστοφυλὰξ τινων ὠῶν βουλόμενος τὸν νεμοντα, μὴ τὰς κεφαλὰς ἀμῆσαι, ξένος νομιζῶ *Convenit nobis legibus jupetias ire, & qui artem non exercent, properegrinis habere*. V. cundem Petitum *lib.* 5. *tit.* 6.

Manubiæ, præda quæ *manu* capta est A. Gellio *lib.* 11. *cap.* 24. Nonio *manubiæ exuviæ* : Isidoro sic dictæ sunt, quòd *manibus deradantur*. Alcetnus Perdianus *in* 3. *e Verrem*, auctor est, Veteres manubias dixisse spolia quæsita de vivo hoste nobili per dedition em. Suetonius simpliciter pro quacunque rapina usurpare videtur, nec ab hoste solùm, fed etiam à cive petita : Sed, inquit, *ad manubias conversus est, cum de confiscationibus nullo jure subinde mentionem faceret*. Gellius alibi, *Manubiis* vult elle pecuniam, vel ex hoste captam, vel ex præda vendita redactam, quæ ejus rei gratia facta fuerit. Festus significat, quòd sic *Manubiæ* dicentur, quia ea pecunia est ex spoliis, quæ manu hosti sint detracta. P. Nanninus tamen *in Miscellaneis lib.* 3. *cap.* 3. arbitratur, illas sic dictas esse, vel à *manu* & *vi* ; vel à Græco βιαι, ut hybrida sit dictio. Ex hisce templa olim erecta, aræ extructi, aliaque Victoriæ monumenta publica posita fuisse. Sic *in fastigiis Fori Trajani simulachra fuisse sita circumundiq. inscripta equorum acq. signorum multitudinem, cum subscriptione* : EX MANUBIEIS, refert *loco prefato* A. Gellius : ex Manubiis nempe Dacicis. Namque Forum illud à Trajano post Dacium subactam, exstructum, & ex pecunia, quæ ex venditione prædæ in bello Dacico manuceptæ percepta esset, in eo areus triumphales ob superatos Dacos ac Sarmatas, porticus amplissimis excelsisque opere Corinthiaco columnis magnis epistylius ad unciis, ut Gigantum potius, quàm cæterorum hominum mois erederentur, statuæque ipsius Trajani in medio porticus æreo colossi superposita est, præ cæteris in Foro medio Cochlide columnâ marmoreâ altitudine pedum 128. erectâ &c. V. Dionem Cassium, *ubi de Trajano*, & Ciaconium, Jac. Oiselium IC. *in Gellium* &c. & infrà in voce *Præda*.

Manucodiata, apodum genus, quas meliùs cum Aristotele, *Hist. Anim. lib.* 1. *cap.* 1. πεζοποδα, *pravis pedes*, dicas. Habent enim pravos pedes, sed non idoneos ad gressum ; imò, nec ut insonstant, sed ut hæreant : quo modo Plinius capiendus, nec negat, habere pedum usum. Non enim pedes Deus ita fruftra omnino fecit ; Aliter vocantur κόνδυλοι & κυλιδες, eo quòd nidificent ὁι κονδυλιοντι ἐν πολὺ πεπλεγμένοις, *in alveolis à luto factis*, Arist. *Histor. Animal. lib.* 9. *cap.* 30. usque oblongis, uno aditu arcto, qui sufficiat. Qui ab hirundinibus dignoscantur, ibid. legas. De iisdem fic Plinius *lib* 8. *cap* 29. *Hirundines volant, quæ apodes, quia carent usu pedum, ab aliis cypselis appellantur, furandinum specie. Nidificent in cupsis. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur : nec unquam tam longo navses, tamq. continuo cursu recedunt à terra, ut non circumvolucent eas apodes. Cætera genera residunt & insiliunt : his quies, nisi in nido, nulla : aut parùm aut nocent.* Ac tales luut Aristoteles Plinique apodes. Longè verò diversa gressus convenit apodum iis, quæ discrimitis causa *Indica* vocantur, atque alitet *Manucodiata*. Hæ enim semper volare, nec unquam quiescere, dicuntur. Sed id pro vano prorsus habendum. Nam ut veritihme Aristoteli proditum est, nullum est animal, quod vel moveatur semper, vel semper quiescat. Nihilo verius, quòd easfolo ajuni rore vivere, quem inter volandum manè percipiant. Nec enim semper ros decidit ; & cum cadit, non tam pusillo foret animal tam grandibus alis vitam sustentet. Veritas autem ita habet : Insecta vivit, quæ venatur & alis, quæ reperit in arboribus : his enim fe applicat, tum cibi, tum quietis ac somni causâ. Sunt verò hæ aves in Insulis Moluccis ac Java majori. Nomen earum sonat *Deiaves* : dicuntur quoque *Aves paradisi* ; quia vulgus, Mahommedicum imprimis, perfuasum habet, venire illas è paradiso. Imò Reguli Moluccani tam ftuite fapere dicuntur, ut fe plumis ifthmum unum ornent, quicunque vel ad ipsos accedat, ut videat, vulnerari non posse arbitrentur. Credibile tamen est, quandoque etiam Regulos ipsos, aliorum instar, bello cadere : eoque experientiâ vanitatem illam fatis refelli. Quod cùm ignorare non possint, censeo, penuas iftas allumere, partim ornatûs causâ ; partim ut argumentum fuæ in Deos fiduciæ & fymbolum divinæ erga fe curæ. Nempe fperant, fe per iftas Dei five Paradifi aves, Numini reddi commendatiores, nec facile periclitabitio, à Deo, cui fidant, iri deiertum, atque ut cadant, mox tranferendos esse in sedes beatas. Neque verò Insularum solum incolæ, fed & Janizari leu Prætoriani Turcarum Imp. cùm præsium inituri sunt, earum plumis fese ornant, teste Bellonio *Observat. lib.* 3. *cap.* 25. Quanta enim illarum venustas sit, exponunt fusè Cardanus *de Subtil. lib.* 10. & Scaliger *Exercitat.* 228. V. Vossium, *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 80. & 87. Georgio de Septimo teste hæc avis, duo longissima fila atri coloris è corpore emittit, quibus in armorum ramis implicitis, se ad quietem de iis fuspendit. Plerunque tamen in continuo motu per auras defertur : Alas enim habet, fed immediate post prominulum rostrum. Exigua ei corporis moles, variorum colorum, qui tamen maxime ad aruginem accedunt. Pennas habet ad dictos palmos exporrectas, quarum tamen paucis circa rostrum & laugulum pennulis mirâ varietate connectâ, videtur agglomerata quædam, pennata massula, vix carne confunsus. Cauda verò, pavonum more, aureo splendore nitet, aliis mirum in modum coloribus coruica. Exuviæ fiiusmodi volucrium feptendecim è Brasilia Kircherio missæ, in *Musæo* ejus hodieque oftenduntur, quarum una subtilissimi rostri, quod pene semipalmare est & ejusdem altitudinis pedes, coralaceum verò junioris galli habet ; pennæ porro intensissimè rubent. Alibæ fedecim & formâ & colore mirabiles ac vag. nas viter accessertur, de quibus V. Georg. de Septimo *in Collig. Rom. S. I. Musæo pag.* 31.

Manuductor, in *Glossis* dicitur, quem Μυσταγωγὸν Græci vocant : qui viz. in medio Chori conssitens reliquis inde aulpicium canendi modumq; dabat. Q. emadmodum Hesychius Apollini, cum adsit, in cœlo cithara jussi nanti, sedem assignat, Χορῷ ἐν μέσῳ, *choro in medio*. Vid. infrà pallim, inprimis in lemmate, *Monjarum præcentrix*.

Manulari, in Vet. Instrumentis, dicuntur nummi Manuelis Comneni Imp. CPolitani, contracte *Manlar*, apud Arnoldum Lubecensem, V. Car. du Freine *Dissertat. de inferiori avri Numismat. num.* 84.

Manubrium, apud medii ævi Scriptores fundus est concessus alicui ad vitam & hæredum sub censu annuo, certis conditionibus interpositis : proinde diversus ab *Alodio*, qui erat hæreditarius. Et quidem *Manubrium rarum* ex primitus, quæ Feudorum ac Beneficiorum, rano erat, cùm à domibus ad vitam concedebantur, ut

rentur, eaque finitâ ad donatores redirent: in eo tamen ab illis differebant, quòd Beneficia nulli alii oneri obnoxia essent, præterquam homagio & servitio militari; hæ verò vilius quidpiam redolerent, ut quæ annuo sub censu concedebantur. Postmodum, & quidem crebro, dari cœperunt, non ad unius modò, sed & ad primi & secundi hæredis vitam, ita ut, illis decedentibus, liceat liberos haberent, ad dominos reverterent, quæ erat *Precariarum* & *Praestariarum* conditio. Tandem, uti & in Feudis factum, hæreditario jure possessiæ sunt, & de iis dispondendi facultas possessoribus, non minùs ac de Feudis, est indulta. *Manufirma* porrò eædem fuere cum terris censualibus, seu censui obnoxiis, quæ in eo quoque à Feudalibus distinguebantur, quòd censuales seu *manufirmæ*, non homagium, servitium, aut exercitum, sed censum tantummodo annuum deberent; unde *feudalibus* præpositi opponuntur, apud Butilerium in *Summa rurali* &c. Nomen illis inde quòd ejusmodi concessiones *manu* concedentium & donatorum *firmarentur*, peculiarisque esset ius in contractibus formula, his verbis concepta: *Ut autem hujusmodi manufirma stabilis & inconcussa per maneat, manu propriâ firmavimus* &c. V. Car. du Fresne in *Glossario*.

Manulearii, memorati Plauto in *Aulularia*, *Actu* 3. *sc.* 5. ubi totus est in feminei luxûs insania publicè traducendâ, cùm inter alia ait,

Aut Manulearii, *aut Murrobathrarii:*

Dicti videntur, qui tunicarum manicas sive tunicas manuleatas, quarum mentio apud Plautum alibi, conficerent: Sitamen boc à Sarcinatoribus, quarum *in eadem Scena* inferiùs meminit, di versùm fuit artificium. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. Part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11.

Manum aut *Dextram* perdere, pœna decreta maximè in per juros, in *L.* Wisigoth. *lib.* 2. *tit.* 5. §. 1. in *L.* Burgundionum *tit.* 6. §. 11. &c. in *L.* Bajwar. *tit.* 2. *cap.* 6. & *cap.* 11. §. 1. alibique passim: item pœna Monetariorum, in *Edicto* Pistensi *cap.* 16. apud Car. du Fresne *Glossar.* in voce *Manus*. Sed & Speculatoribus, apud vet. Romanos, *manus* præcisa, legibus apud Livium *lib.* 22. *cap.* 22. *Per eadem dies Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Roma deprehensus, præcisis manibus dimissus*. Transitus item, apud eundem *lib.* 26. *cap.* 12. *Fassus id ita esse, & alios ejus generis transfugarum Numidas vagari in castris Romanis, hi supra je ptuaginta comprehensi & cum transfugis novis, mulctati virgis, manibusque præcisis, Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicium frogi animos Campanorum*. Imò & apud Israelitas non raro ejusmodi erat ulciscendi alterius viri marium suum percutientis pudenda apprehendit, Deuteronomii *cap.* 25. *versu* 12. & 24. *Si concertantibus hominibus inter se, viro cum fratre suo, accedat uxor viri sui ultra illorum, ad eripiendum maritum suum è manu percutientis ipsum, & extendens manum suam, apprehendat pudenda eum: Tunc amputabis manum illius, ne pereito oculus tuus.*

Manumissio, origo & ritus de ea. Mancipatio in cives, olim cives fiebt. Tribus autem modis servos *manumitti* consuevisse, Suetonius, Interpres Topicorum Ciceronis, affirmat: Aut, si quis, consentiente vel jubente Domino, nomen suum in censum detulisset: aut virgâ in caput suum à Prætore impositâ, quæ *Vindicta* dicebatur, in libertatem vindicatus esset; aut à Domino testamento liber relictus. De *Manumissione per censum*, quæ à Servio Tullio R. originem traxisse perhibetur, Dionysius loquitur: *Servis, inquiens, peculio census non habuerunt, aut quibus ea facultates domini impartirent, si his eos in censum Civium à Censoribus adscribi juberent, libertatem consequebantur*. Secundi generis, nempe *Manumissionis per Vindictam*, Auctor fuisse fertur P. Valerius Poplicola, anno primo post exactor Reges, cùm de prærogativa Vindicis servi, qui conjurationem indicaverat, ad Populum tulisset, à quo etiam *vindicta* nomen ductum fuisse existimant, tum alium Livius *lib.* 40. *Per.* 1. quibus verbis ostendit, qui ita liberati essent, in civitatem recepti videruntur. Hæc autem potestas primùm penes Consulem fuit, pòst ab eo ad Prætorem urbanum translata est, ut *vindictâ*, i. *virgâ* in caput impositâ (eam enim fic appellare placuit) *manumitteret*. Quòd fic fiebat; Qui *manumittere* servum volebat apud Prætorem, ejus caput aut aliud membrum tenens, ad Prætorem fic dicebat: *Hunc hominem liberum esse volo*. & emittebat eum è manu, Signonius ex Boetio, Festo, Valerio Probo ac Donato. Idem tamen ex Isidoro *lib.* 9. refert, Romanos eos, quos *manumittebant*, alapâ percussos circumegisse, atque ita de manu missile: factâ de ipsis potestate abeundi, quò vellent. Unde apud Phædrum *lib.* 2. *fab.* 5. ad Atticiem, multâ sedulitate libertatem ambientem, inquit Tiberius Imperator,

Multo majoris alapa mecum venerit.

Et Claudianus hic alludens ait.

In civem vubuere gena.

Persius quoque *Satyrâ* 5.

—— *Heri sterilis veri quibus una Quiritum*
Vertigo facit:

Ac paulo pòst.

Verteris hunc Dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Prætor autem *vindictâ* ejusdem servi capiti impositâ, ita dicebat: *Dico eum liberum esse more Quiritum*. Inde conversus ad lictorem ajebat: *Secundum tham causam sicut dixi; Ecce tibi vindicta*. Tum lictor, acceptâ hac à Prætore, caput servi percutiebat, faciem palmâ tergumque verberans. Quibus actis nomen *manumissi* in acta à Scriba referebatur, adjectâ *manumissionis* causâ. Neque verò necesse erat omnino pro Tribunali manumittere, sed poterat id quoque in transitu fieri, cùm aut lavandi aut gestandi aut Ludorum causâ prodiisset Prætor. Et hinc forte deducendus mos est, quem hodie Nobiles aliique Magnates Viri observant, cùm servos jure armâ gestandi insignunt, quod Germani vocant, *Wehrhafft machen*. Tertius, qui *Testamento*, in Institutionibus diligenter explicatur, quò proin Lectorem remitto. Qui fit *manumissi* & libertate donati erant, raro capite gestabant pileum, libertatis indicem. Unde Prov. *ad Pileum vocare*. Tertullianus *de Resurr. carn.* docet, illo tempore servos tales à Dominis acceptisse vestem candidam, annulum aureum, & novum nomen priori additum. Et certè, tria habere nomina, non tam nobilitatis, quàm libertatis indicium fuisse, patet ex illo Juvenalis,

Tanquam habeas tria nomina.

Horum itaque modorum aliquo *manumissus*, majorem & justam consequebatur libertatem, & fiebat ac dicebatur civis Romanus. Qui verò vel *inter amicos*, vel *per mensam*, vel *per epistolam*, (quos tres modos, *naturales* dictos, prioribus addunt Jurisconsulti) *manumittebantur*, minorem consequebantur libertatem & *Latini Juniani* fiebant ac dicebantur, ex lege Junia Norbana. Quòd si quis tempore servitutis contrifficti aliquod crimen, propter quod locis in fronte & stigmatis notabatur; vel in publicos cateres conjectus fuisset aut propter delictum aliquod verberibus affectus, illud confessus esset, ac denigratis cum Domino intâ, & ab eo fuisset manumissus, ex Lege Ælia Sentia, *Libertus dedititius* fiebat, ac infimam consequebatur libertatem. V. Jac. Revardum *Variar. lib.* 4. *cap.* 9. & *lib. sing. de auctoritate Prudentium*, *cap.* 7. Anton. Cujacium *Lectionum Sudseva Juris Civ. lib.* 2. *cap.* 9. Jac. Cujacium *Observat. lib.* 3. *cap.* 2. & *lib.* 7. *cap.* 20. Adr. Turnebum *Adversar. lib.* 18 *cap.* 3. Joh. Rosinum *Antiquit. Rom. lib.* 1. *cap.* 20. &c. Apud Athenienses, Servi liberatem consequebantur, vel invitis Dominis, pecuniâ numeratâ; quam *unam libellam* vocat Plautus *Casinâ*,

Vobis invitis, atq; amborum ingratiis,
Una libella liber fossum peri.

Aliquoties, quum afflictis Dominis egregium in bello navarunt operam, libertate donati sunt à Rep. ut ille, qui anno 3. Olymp. 93. Archonte Callià, ad Arginulam Lacedæmonios fuderunt: item, qui Chæronæ adversus Philippum Macedonem militaverie. Non licebat autem, qui *manumittebantur*, liberos pronuntiare in Theatro, ex lege Æschini laudatâ: aliis præco, nam per hunc renuntiatio fiebat, ignominiæ multabatur. *Manumissi* deni servum nomen aliquando mutabant, aliquando syllabâ augebant, ut Strato ex Philone, qui *Philostephanus* appellari voluit, *Antheolog. lib.* 2. Tonsuræ quoque genus mutabant, &c. Sam. Pet. *Comm. in LL. Atticas lib.* 2. *tit.* 6. Centera V. supra in voce *Liberti*. Apud recentiores *Manumissionis diversa* (h. e. absolutæ, plenariæ, in quâ nullum reservabatur obsequium aut Patronatûs jus) formula hæc exhibetur, à Marculfo *lib.* 2. *Form.* 32. 33. 34. *Tam ego familia nostra apæsenti diu ab omni vinculo servitutis absolvimus, ita ut deinceps, tam quam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus, vitam ducas ingenuam & nullis hæredum nostrorum, vel ulcuicunq; servitium, nec Libertinitatis obsequium debeas, nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt: pecultare concessa quod habes, aut deinceps elaborare poteris*. Adde *Formulas* vett. Bignonii *cap.* 13. Goldastum in *Charta* Alamann. *cap.* 7. 8. Alios, è quibus præcipua hanc in rem, in *Glossario* suo congessit du Fresne. Atque hi, qui fide *manumissionis* non stabant libertatem emunt, quò vellent; peculium sibi comparare poterant. Testamenta insuper condendi facultatem & jus Civitatis Romanæ, consequebantur. At *Manumissio conditionalis*, dicitur opposita, fiebat sub conditione servitia ac obsequii; ita ut, quisfic manumittebantur, non plenariam ac omnimodam libertatem consequerentur, fed, ut Latini Juniani & Dedititii apud Romanos, quodammodo tenuiorem obnoxii, eoque nomine, velut servi, ad facros Ordines non possent promoveri, teste *Concilio Toletano* IV. Cujusmodi Manumissionis imperfectæ formula exstat, apud eundem Marculfum *lib.* 2. *cap.* 33. in qua libertas à domino concedituf, *ea conditione, ut dum advixerit, sibi deservias: post obitum verò, si filii superstes fuerit, sit ingenuus &c. e. verò* 34. habetur alia, qua ita libertas datur, ut manumissus manumissoris sepulchrum *luminaribus annis singulis procuret*. Et hæc libertas imperfecta posterioribus maximè locis obtinuit, apud Francos potissimùm, quæ ita concedebatur, ut, retentis servorum obsequiis ac operis consuetis, non tam servile nomen deleretur, quàm servitus ipsa augeretur, sic ut ad abolendas extinguendasque istiusmodi conditiones duras, manumissioni adnexas, alia Manumissione opus esset. Erant autem Manumissiones tales eorum quos *homines de corpore & de capite* vel *capitales* appellabant, qui & obsequia *de corpore suo*, i. operas & *corvatas* & *censum de capite*, quotannis exsolvere tenebantur, quique ita glebæ addicti, eraot

erant, ut ab ea recedere iis non licitum esset: quemadmodum nec matrimonia contrahere inconsultis dominis poterant. Donec sensim consuetudo ista aboleri coepit, dominis ipsis seu pietate ac misericordiâ motis, vel ex ipso compendio, acceptâ ab manumissis pecuniâ, plenariam liberatem indigentibus. Hinc tum *Manumissionum singularium*, tum *generalium seu libertatum*, quæ integrorum pago vel civitatis, servitutis hujusmodi nexu obligatis, conferebantur, *Chartæ* passim extant: Philippi Pulchri inprimis & Ludovici Hutini Francix Regum, quas loco citato exhibet præfatus *Glossarii* Auctor. *Manumissio in Ecclesia*, inducta potissimum legitur à Constantino M. in *Li. Cod. de His, qui in Ecclesia manum. Jam dudum placuit, ut in Ecclesia Catholica libertatem domini jus famulis præstare possint, si sub assistu plebis, assistentibus Christianorum Antistitibus, id fecerint ut propter facilius memoriam vice allorum interponatur qualiscunq; scriptura, in qua ipsi vice testium signent.* Offerebat autem dominus *libellum*, quo liberatem servo suo ab Episcopo donari expetebat, quem *Petitorium* vocat Ennodius *Opu. 8.* Finebantque iflusmodi Manumissiones *ad Altare* vel circa *Altare*, ex *LL.* Luitbrandi tit. 19. *§. 4.* seu *ante terma Altaris* ut habent *Formulæ vetet.* Bignonii *cap. 8.* Qui manumittendis formâ liberi lacti, plenarium consequebantur libertatem; eoque nomine Cives Romani fiebant, ex *La. Cod. de His qui in Eccl. manum. &c.* Plura hanc in rem, ut & de variis aliis *Manumissionis* formulis, specebus ac tribus, Vid. apud Jæpius laudatum Auctorem, & quo unicum hoc fuperaddere visum est, *de Manumissione per Denarium* Fiebat illa coram & præsente Rege, qui manumissionem rarum habebat, & manumissi deinceps defensor erat, judex datus, ratumque manumissionis pretio, pro manum vel domini vel alterius, & excussio de manibus ipsius servi, qui inde *Denariatus* & *Denarialis* cenfebatur & appellabatur. Quæ manumissionis forma Legis Salicæ propria fuisse dicitur, in *vett. Chartis ex tit. 48.* ubi *servi ante Regem per denarium dimissi* mentio fit. V. quoque *Formulas* Bignonii *cap. 46.* Marculfum *lib. 1. Form. 22.* Paradinum *Histor. Lugdun. lib. 2. cap. 24.* alios. Interim apud Ripuarios quoque hanc consuetudinem viguisse, colligitur ex *La. Ripuar. tit. 57. §. 1.* Ea a te rat *Denariata* nominis conditio, ut *hereditatem in jus generationem non haberet, antequam usq; intertiam generationem pervenisset*, quod de *Charturlario*, seu manumisso per *chartularium* partier obtinuit, uti videre est *in L. Longobard. L. 2. tit. 35 §. 1. & in L. Ripuar tit. 57. §. 4.* Quod si absque liberis decederet, Regem feu fiscum hæredem habebat &c. Ibidem egregia habes, de quadruplici *Manumissione*, quæ apud Longobardos obtinebat, potissimum quæ *per quartam manum*, & *quatuor vias*, manumittendo ostendas; ut & de Manumissione, quæ per *fagittam* fiebat. Nec omittendum, *Manumissionis* veltigium in ipsa Lege divina lucubi er conspicit. Cùm enim in sacrificiis omnis generis, tam pacifícis, quàm expiatoriis, qui offerebat victimam, manum capiti ejus imponerer, hoc ipso ritu eam Deo tradebat, & quasi manumittebat, ut testatur Rabbi Salomo Jarchi, quem illud animadvertisse habebat, seque illud dominio suo eximere & cultui Divino dicare &c. Vid. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap. 54.* ubi de Hirco *Azazel*, & de *Manumissorum* vicefimæ lege, Livium *lib. 7. cap. 16.*

Manupretium leu *Pretium manus*, quod pro *manu* vel labore dabatur Artifici argentario. Cato, *Ne ullum vasum manu pretiosum*, i. cujus manus vel labor pretiosus, ne manibus, *Materiamen*, manu *certâ duplicatur arte*, *Quidquid & argento fabricatur, quidquid & auro.*

Quibus indigitat, materiam auri & argenti, *manu* & arte certâ, h. e. factură cælaturaque pretiosiorem fieri & quodammodo duplicari, ut materiæ pretio, etiam accedat artis & manus pretium. Ita enim Plinius *lib 33. cap. 11. Nec copia tantum argenti fuit vitæ, sed validius pene manupretium indignatio præbet, ut ignominiosis notis.* Vid. supra in voce *Laboriosi*: Labor enim & *manus* & opus hic idem; & plura hanc in rem, apud Salmasium ad *Lampridium. in Alexandro Sev.*

Manus, ordinandis impositis, veteri Hebræorum ritu, quem illi סמיכת הזקנים *Ordinationem Presbyterorum* dixere. Originem ejus à Mole derivant quam ita creasse non modo Josuam, Numeror. *cap. 27. versu 23.* fed itidem ante septuaginta illos Viros in Synedrium Magnum adscitos, aiunt Magistri. Eo itaque utebantur olim in Presbyteris creandis, si videlicet ii præsentes essent; Absentes verò, intra Terram sanctam, per epistolam seu codicillo, etiam nuntio ad creandos à creante, modò is etiam intra Terram esset, missio, rite creari seu ordinari poterant, adhibitis in epistola ac codicillo, verbis illis additis creationis solemnibus, *Sicut fis ordinatus, & sit tibi potestas judicandi etiam judicia damnatus.* Hæc verba in ipsa pariter *Manuum impositione* adhiberi solita, itaque à Sexulis vetustissimis. Quemadmodum bodieque, ubi dignitates aliquot tam civiles, quàm militares, veluti Equitis Aurati, Doctoris, aliorum, quoties ritus solennior fuerit adhibitus, non fine *manuariis*, pro locorum diversitate, ceremonias aliquot à Principibus aliisve, quibus eas creandi facultas est, conferri solent, quæ tamen interdum citra illas, verbis in diplomate seu codicillo conceptis, nec minus legitime five præsentibus, five absentibus conferuntur. Unde colligas, ez more Majorum quidem, seu jure inter ipsos humano, pro eorum, qui summæ rerum præerant, arbitratu, introductô, hanc ceremoniam pependisse, non verò ex jure aliquo divino ad illam adhibendam fuisse adstrictos. Tametsi enim Moses *l. c.* ex præcepto divino *Manus* imposuerit Josuæ, adeoque eum in Presbyteratus dignitatem universalem ita ordinaverit, nihilominus non inde ietum est, ut Presbyteri aliqui, quasi jure illine divino, fic in posterum ordinarentur. Neque eorum actum illum singularem à Numine sic imperatum, ritum, cui semper obligarentur, velut præceptum perpetuum, introduxisse volunt: ut visum & tactus videbitur infra, ubi de *Ordinandis* ritu; item *de Presbyteris*. Vocant autem hanc *Manuum Impositionem* סמיכה Semicha. Et hic mos ab Hebræis ad primos Christianos fluxit, apud quos non comparet ullus illius Presbyterorum novæ leu singularis, fed juxta morem Judaicum, qui etiam tum & Christianus & erat & fic dicebatur, creati sunt, quorum in Actis & epistolis sæpe mentio est. Inter alia 1. Tim. *cap. 4. vers. 14. Noli negligere gratiam χαρισμα, seu donum, quod in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, μετ' επιθεσεως των πρεσβυτεριου, cum impositione manuum Presbyterii:* ubi nomine *Presbyterii*, non collectivum aliquem, cœtum ipsum ac corum Presbyterorum Christianum necessariò, sed ipsam dignitatem seu officium Presbyterii, intelligi vult Seldenus, quâ diductum est, *Quæ tibi data est per Prophetiam, cum manuum impositione, quâ creatus es Presbyter.* Inprimis cum Paulus ipse, alibi de eadem gratia seu dono in Timotheo loquens, dicat expresse, 2. Epist. *cap. 1. vers. 6. Ο ἑνεκα τουτο ἀναμιμνησκω σε χαριζειν τὸ χαρισμα του θεου, Quam ob rem te per impositionem manuum mearum*; quod eadem fere, quæ Paulus ipse etiam per Presbyterorum cœtus aliquis seu consessus Presbyterii nomine fignificantis inter Christianos tunc notus. Nam Presbyterum ut cum, alium potuisse creare, ex more Hebræorum, qui tunc viguit, vetuto, receptissimum erat. Et certè de eodem Paulo & Barnaba legimus, Actor. *cap. 14. vers. 23. Χειροτονησαντες αυτοις πρεσβυτερους κατ' εκκλησιαν &c. Cum creassent illis Presbyteros per Ecclesias &c.* Idem Paulus ad Titum, in Presbyteri dignitatem creatum *cap. 1. vers. 5. Reliqui te Creta, ut ea, quæ desunt, corrigas, & κατασησης κατα πολιν πρεσβυτερους, & constituas per Urbes Presbyteros.* Ideinque ad Timotheum 1. Epist. *cap. 5. vers. 22. Χειρας ταχεως μηδενι επιτιθει. Manus cito ne temerè nemini impone.* Qui nimirum noc nomine, ad capita maxime illa fingularia Judaicæ Theologiæ verse leu Christianismi jam nascen is propagandi, constituendi erant, ea more Judaico ordinabantur. Atque inolevit postea, ut Presbyteris ab Episcopis & gnitate discriminalis Presbyteros create Episcopo quidem liceret unico, fed ut Episcopi etea ioni plures etiam Episcopi necessariò interesse deberent, *Can. Apoſt. l. 2. & Syn. Nic. Can. 4.* Quoquo autem modo eos tit creare seu constituere tunc significabat Χειροτονειν illud in Novo Testam. non *suffragio eligere*, ut voluere Viri aliquot magni. Quamvis enim vox hæc primitivi atque ex origine sua, *manibus ad alterutrum* affensumque aperte attendendum & ostendendum *protendere* seu *porrigere*, Græcis significet; unde etiam Χειροτονια, pro ipsa *Suffragiorum per manus porrectionelatione*, satis illis obvia est: Tamen in Scriptorum illorum lecutis, tot annorum spatiis Novi Fœderis scriptionem antevertentibus, non solum *manum* fic *porrigere*, verum etiam simpliciter *decernere, constituere, ordinare, creare, eligere*, fignificatiffe Χειροτονειν palam est, quorum ic per ejusmodi manuum ultum tum consensus fiebant ac decerni leges, tum Magistratus creari. Inde Chorus mulierum, apud Attiloph *Ecclesiazus.*

ως αι χειροτονωμεν
Απασ' οτοσουν ἀνηρ
ut decernamus
Omnia, qua fieri oportet.

Et Demosthen χειροτονειν Ταξιαρχους & Στρατηγους, & Φυλαρχους και Ἱππαρχους, pro *Centuriones, Duces, Tribunos, Magistros Equitum simpliciter creare, Philipp. I.* ut alia omittam. E quibus manifestum, vocem hanc nunquam fignificaffe aliam *Manuum* porrectionem, aut alia fuffragia aliumve adfenfum præberi, quàm eorum tantum ipsorum, de quibus expresse dicitur. Illud autem quidem tam, ἀιρεῖσθαι, *Populus per suffragia constituit*, quàm χειροτονειν, *Patrum*, Conscriptorum, Senatus & Paulo *l. c.* Et ubi sententiam fuam fingularis quisquam, aut fic bini tantum, præbere vellent, manum ex more inviciem inter fe, sicut & alii, in adfenfus fignum, ut & in cont actibus mutuo ineundis, porrigere fatis tralatitium, &c. Neque verò vestutiori folùm ævo, verùm etiam ipso Apostolorum tempore vocem χειροτονια ille ellus maxime obtinuit. Nimirum ut χειροτονειν ipsa *manuductore*, & *suggerente* seu *auctore*, aliaque aliquot ejusmodi compositis, simplicem ex usu induerunt *dirigendi, struendi*, aliorumque id genus fignificationem, tatione vocum ipsarum, é quibus componuntur, habitâ nullâ quod apud Scriptores eit perquam obvium; unde complures *adscisere & adsciscio*, in Novo Fœdere, pro eo quod nec *ades* nec *eo* ἐωσ quæ proprie ipsa fcitar) ita tum ante tum eodem fecula, quo fcripfit Acta S. Lucas & dein perpetuò inducta eit vox Χειροτονια, fignificatione illâ fimplici, *ordinandi, constituendi, eligendi*, fed non alia electione denotatâ, præter eam, quâ ufi tunt ipfi, qui ordinarint, constituerint

terint seu elegerint. Inde in versione vet. è LXX. qui pro שלח אתצ, quod *extensum digitum* denotat, habent χειροτονία, manifestatur tantum *ordinatio*, Hiaïæ *cap.* 58 *vers.* 9. Inde Græcis Scriptoribus, tam ipsis Apostolicis eo ævis, quam aliis, qui de ferendis apud Romanos legibus, & creandis Magistratibus aliisque in dignitatem evehendis loqui solent, χειροτονία & χειροτονεῖν pro eo, quod simpliciter est, *constituere, creare*, aut *constitutio ac creatio*. Cujusmodi vocis bujus usus, apud Appianum, qui lub Apostolorum evium scripsit, frequentissimus est, ut in χειροτονία Ἀρχόντων, Δημάρχων, Τριάρχων, *Iatione Legum*, *creatione Tribunorum*, *Consulum* &c. Neque obstat, quòd per suffragia hæc fierent, apud Romanos. Nam per suffragia in Comitiis alibique quid facere, manibus porrectis, aut eo modo, qui per χειροτονίαν, ex origine sua primaria denotatur, Romanis non solum nunquam receptum est, sed maximè etiam, quâ Græci id faciebant, improbatum, ut ex Ciceronе discimus *Orat. pro Flacco* ; unde insuper non inquum est, ut existimemus, post devictam ab eis Græciam (id est, diu ante Acta Apostolorum scripta) legesque & mores Romanos illuc introductos, deinde etiam, atque ut abrogatum evamuisse, apud Græcos ipsos, *manuum* sic porrigendarum ritum ; manente nihilominus vocis χειροτονεῖν significationeinilla simpliciori. Hinc etiam Philo, Apostolis ipsis planè coævus, *de Josepho*, ὁν ἐπαινοῦσιν ἅπαντες ἀδελφοὶ χειροτονοῦντα, *Quando Regis vicarius est constitutus*. Et, ubi Aronem à Mose consti tutum ait Pontificem Max. *de V. M. lib* 3. *edit.* ejusdem *vers* ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς ἐχειροτόνει, *Sacerdotes creavit*. Similiter Lucianus *lib. vit. ἀν μὴ βαδίως πιστεύσῃ τῷ λόγῳ*, Alexandrum M. magnificentiæ Hephæstionis funeri additum voluisse, ait, καὶ ὅτου χειροτονήσαι τὸν πανδαισίαρχον, *ut mortuum etiam Deum crearet*, &c. Quantum verò ad ultimum vocis in Christianismo, præter Iceum supra memoratum, tum simplex habetur semel tantum in Novo Fœdere, ubi memoratur Pratet χειροτονῆσαι ὑπὸ τῆ Ἐκκλησίαν, comes peregrinationis Paulinæ, 2. Cor. *cap.* 8. *vers.* 18. quod rectè vertitur, *Ordinatus est*, aut *electus ab Ecclesiis*. Imò, ipse Actorum conditor *cap.* 10 *vers.* 40. & 41. verba facit es de Christo, tertiâ die resurgente, *dicit*, inquit, *eum Deus manifestum fieri non omni populo, sed μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ Θεοῦ, testibus præordinatis à Deo &c.* ubi manifestum est, vocem non aliâ notione usurpari, quàm quâ *constitutionem* aut *ordinationem*, aut *electionem* simplicitèr ordinantis denotat, nullâ suffragiorum aliorum ratione omninò habitâ. Atque hinc, apud Patres Græcos, in Synodorum Canonibus alibique perquam obvius est usus χειροτονεῖν, pro *ordinatione* Episcopi seu Presbyteri, seu Diaconi, nulla suffragiorum, præter ipsorum, quorum ordinatio habita est vi vocis ratio habitâ. Et Græci receptissimum χειροτονία reddunt, *Initio & sacros ordines imperitet*. Matthæus quoque Cigala Cyprius *in Synosi Histor. pag.* 67. de Mose, ait, *manus Josuæ imponens χειροτονῆσαι creavit eum Principem populi Israel*. Idemque vocabulum eodem sensu ſæpiùs & inde occurrit, in Ritualibus Græcorum, ubi χειροτονία & καταθεσία synonyma habentur, qua de re Vide sis P. Arcudium *de Concord. Eccl. Or. & Occ. lib.* 6. *cap.* 8. Bapt. Catanus ſyrium *in verba utriusq. Eccl. Sacram. consortia cap.* 111. Iacium Haberti um *in Archieirat.* Jacobum Gont *ad Euchelog.* Biſſonum Epiſt. Wintonienſem *de perp. Eccl. gubern. c.* 7. Hug. Grotium *de Imp. ſummar. Potestat. circa sacra cap.* 10. Alios, in quibus jam memoratis Virietium celebres ſunt, qui *de Manuum impositione*, χειροτονίαν Pauli & Barnabæ capiant. Et verum quidem eſt, χειροτονία seu creationem Presbyterorum ſolennem perficiunt non manus ſeu creationem Presbyterorum ſolennem perficiunt non manus fuiſſe, ſed ſuffimè, ſine controv. certum. Interim non id aliter accipiendum videtur, quàm, ſi dicas, ipſum ordinationis actum integrum τὸ χειροτονία denotari adeoque ex accidenti item *manuum impoſitionem* : neque enim ipſe actus χειροτονίας ſingularis ac per ſe ſic Vett. denotatus, ullibi repertur. Vid. plura hanc in rem, apud Joh. Seldenum *de Synedriis Vett. Ebraorum lib.* 1. *cap.* 14. alibique.

Manus, apud Quintilianum, *Ut gladiatorum manus, quo secundæ ſunt, quæ tertiæ, ſi prima ad evocandum adversarium ſtetum prolata erat, & quarta, ſi geminata captatio eſt, ut bis cavere bis recipere oporteurit* : ſunt petitiones, ſeu captationes, vitationes & ſimulationes, in gladiatorum certamine ; Imò & in pyctarum, Valerius,

Nunc exire levis miſſas, nunc mittere palmas.

Idem *lib.* 4.

——— ——— *Nec ſpes effecta, ſed amba.*

In pectus cecidere manus.

Apud eundem Quintilianum *lib.* 9 *cap.* 1. occurrunt *averſa, reflexa manus*. Ubi iterum de gladiatoribus : *Namq, ut in armorum certamine adversorsibus & reflexa ac ſimilibus manus, eum videret, tum etiam cavere ac propulsare facile eſt, averſa tectaq, minùs ſunt obſervabiles. & aliud offendiſſe, quàm petat, arte eſt : Sic ratio, quo ipſa careat, pendere, mole & impulu praditur : ſimulanti variandi cogitatus in latera ato, interga incurrere datur, & arma avocare & velut nutu fallere*. Ubi *arma avocare* elegantèr id dicitur, qui collato pede cum adverſario, ſi quam corporis partem armis tegetam & munitam obſervat, non in eam ictum dirigit, ſed aliam ſe petere velle fingit. Tunc adverſario ſe aperiente & illam partem undante, ut in illam, quam peti videt, arma transferat, ibique ſe protegat : hic avocatis adverſarii armis, repente & nec opinanter, non eam partem, cui minabatur ictum, ſed eam, quam detegit adverſarius ferit. Vid. ſupra in voce *Fictus*, & plura de his, apud Spartianum *in Hadriano*.

Manus, in talorum ludo, jactus ipſe olim vocabatur ; quam vis *manus* etiam dicta peculio, quam conferebat quisque poſt jactum intellectum. Ita factt Augustus *Epiſtola ad* Tiberium, quam Suetonius exhibet : *Nam ſi quas manus remiſi cuiq, exegiſti ; aut retinuiſti, quod cuiq, dedisti, vitiosum vel quamquam optima milia*. Ubi *manus* eſt pecunia, quam quisque colluſorum, poſt intellectorem jactum, conferre tenebatur, quam Augustus ſe remiſiſſe dicit. Unde *Mamurarum as*, apud A. Gellium *lib.* 18. *cap.* 13. id eſt, pecunia, quaſi ex pluribus manibus ſive jactibus collecta. V. Hac. Caſaubonum *ad Suetonium*, nec non Jac. Oiselium JC. *in A. Gellium*.

Manus Abſchalomi, 2 Sam. *cap.* 18 *vers.* 18. *Abſchalom autem aſſumtam & ſtatuerat ſibi in vita ſua ſtatuam. in convalle Regis (dicebat enim, non eſt mihi filius) ut monumentum ſtatuam nominis mei : quapropter vocavit ſtatuam illam de nomine ſuo, quæ vocatur* Manus Abſchalomi *usq, ad diem hunc* : Joſephio dicitur *Statua*, quæ ſine dubio e marmore fuit. Eam hodieque ſupereſſe, in valle Joſaphati, & quidem hominis effigiem habentem, memorant recentiores quidam *Itineratiorum Orientis* Auctores : Sed cum hominis integri figuram in columnis ſtatuisque exprimere ſupidum non ſoliti ſint, nec imaginis iſtius ulla alibi mentio occurrat, fidem hæc relatio non impetrat. Aiii, tum e Judæis, tum e Chriſtianis, deſcribunt eam tanquam conditorium ſeu monumentum ingeniosè magnificeque extructum, ex unico lapide quadrato & vario ornatu inſignes, cum pyramide ſuperſtante ; quod hodieque ſuperſtèle ajunt, nulla re tamen, niſi ſupellibus, repletum, quos transeuntium quivis eò conjiciant, hoc ſigno detestationem hominis tam ſceleratt teſtantes. Verùm quidquid de hoc ædificio ſit, Abſolonis elle non poteſt, quod non monumentum, ſed *ſtatua* ſolum in Sacris appellatur, ſeu *manus* quam ille videtur vivus tropæum ac victoriæ ſignum extruiſſe, quem admodum de Saule Rege legimus, poſtquam Amalecitas devicisſet, 1. Samuel. *cap.* 15. *verſu* 12. *Deinde ſurrexit Samuele, obviam Sauuli mane* : —— *venerat Sauul Carmelum, ubi erat conſtituerat ſibi* Manum (alii reddunt) *ſtatuem, ſtatuam) ſed deſlectens transivit*. Non deſunt tamen, qui nomen loci id faciant. Suaviter verò Veterum quidam ballucinan ſunt, quòd veſtigio manus ab Abſchalomo lapidi, è quo monumentum hoc extractum, impreſſo, id nomini ſuo haruſſe dixere &c. V. Franc. Burmannum *Med. tat. in 2. Sam. loc. cit.*

Manus Carnea, vicus Romæ, prope S. Marcum, velgò *Macel de Corvi*, apud Macrum *in Hierolexico*.

Manus Dextra, in ſupplicando præcenſa. Statius *Achilleidos lib. verſu* 385.

——— *Illorotiam veneratur ſuppliex dextrâ.*

Et Silius Italicus *lib.* 3.

Æneum ſublato pelago, dextrasq, precantem.
Cernere erat, fronde hunc ovoſe Regina jurena
Inſoſex, ac jam vultu ſpectabat amico,

ad quem locum V. Dausquium. Imò & à ſupplicantibus præhenia. Idem Statius *third verſu* 28.

dextramq, ſecundi,
Quod ſupereſt, complexa ſoror.

Et Virgilius

Pars mihi pacisere dextram teligiſſe Tyranni.

Quam proin, quæ ſupplices nolebat audire, removebant, ut Iliſſes Polyxenæ ſupplicanti fecit, apud Euripidem. V. ſupra in voce *Dextra*.

Manus Juſtitiæ, Gallis vocatur Virga Regia ſeu Bacules, Imperii nota adeò inſignis, ut ejus traditione Regia dignitas reſignata intelligeretur. Ita enim Guntramnus Childebertum ſuppotem ſibi ſucceſſorem declaravit, ut auctor eſt Greg. Turon. *lib.* 7 *cap.* 73. E quo ſic Aimoinus *lib.* 3. *cap.* 69. *Rex Guntramnus datâ in manus Regis Childeberti haſtâ, ait, Hoc eſt indicium, quòd tibi omne regnum meum tradidi*. Ex auro fuit, & baculi paſtoralis formam quodammodo, atque ideò baſtæ, cum longior eſſet & ſtatuæ Principis par, habuit, uti docet Monachus Sangall. *de Geſtis Caroli M. lib.* 1. *cap.* 32. in apice *manum* præfetens ex ebore, uti legimus apud eu Freine *in Ordine ad coronandum Regem*, edito à Renato Benedicto : *Poſtea ſuper aliare coronâ regiâ, gladio in vagina incluſo, calcaribus auteis, ſceptro dauato & virgâ ad manuſuram unius cubiti vel amplius, habente deſuper manum ex burneam*. Quemadmodum in ſummitate ſceptri Regalis Anglici, apud Bromptonum, ubi de coronatione Richardi I. ſigulum aureum Crucis ; in alio, columba erat, apud Matth. Paris, ubi de eodem Ricardo. Eadem *Virga turtuta* aut *ſapientiæ*, dicitur in oratione, quam Archiepiſcopus, cùm ea Regi porrigitur, ſiniſtra manu geſtanda, pronuntiat, ut eſt apud Menardum *pag.* 282. Et in *Cod. eodem Senonenſis Eccl.* cùm ſceptrum datur, Regem ſic alloquitur Pontifex : *Accipe ſceptrum inſignia regnandi, quo ſignificatur regula devina aquitatis, qua bonos regit & malos contera. In hac virga Regis diſce amare juſtitiam & odiſſe iniquitatem &c.* V. plura ſuprà in voce *Baculus*. Addam hic falſem ex

Ruellio, in *Pompa funebri Caroli III. Ducis Lotharingiæ pag. 161.* apud du Fresne, Duces Lotharingiæ, perinde ac Francorum Reges, *Manum Justitiæ*, gestare.

Manus Læva, instar clypei capiti prætendi solita, in Lucta Vett. indigitatur Nonno.

Καὶ πάλιν ἐν μέσσοις ἡΐξατο, καὶ σφυρὸν ἔκοψεν
Λαιὸν χεῖρα φέρων, ἐπὶ δ' ἴαφυσεν ——

Sic, inter alias Artis ludus machinas erant, ut Statius ait *Thebaid. lib. 6.*

aditus ad vulnera clausi.

Sed & fundibulus hæc manus maxime idonea, unde septingentos viros *manum præcludentes dexteram suam*, fuisse in exercitu Benjaminitarum, legimus Judicum *cap. 20. versu 16.* Et *cetero populo visus erant septingenti viri lectissimi præcludentes manum dexteram suam; illorum quisq; fundâ mittens lapidem ad capillum sine erratione mittebat.* Vid. quoque de Ehude Israëlitarum Judice Judic. *cap. 3.* Pitura vero de *dextra Lævæ* supra, ubi de *Annulis, Armillis, Clypeo*, item in voce *Læva*.

Manus Dimisso, signum animi jacentis, & victoriam concedentis; sicut *erectio*, certamen accipientis. Papio. Statius *Thebaid. lib. 6.* ubi de duci certamine, *vers. 660.*

—— *Absistunt procul, attoniti, fatentur*
Cedere, vix unus Polygetus, acerq; Menœthius
(Hos etiam pudet & magnis tenuere parentes)
Promisere manum. concutit cetera jubet
Spontis & adorato retitit ingloria disco.

Ad quæ verba Vide Petr. Fabrum *libr. 1. cap. 9.* Et Lucanus *lib. 1.*

—— *cuncta simul accessere cohortes,*
Electusq; alii, quacunq; in bella vocarat,
Promissæ manus.

V. quoque supra, ubi de *Digiti subtilatione*. Ac porrectio signum pacis erat, uti ex Appiani *Parthico* & Padia I. V. Cyri, apud Xenophontem, monet Barthius *ad Claudianum in Rufinum lib. 1. vers. 117.* Sed & *Manu* cohibitos sæpe tumultus & compositum silentium, ex Historiis novimus, &c. Vid. plura hic passim, imprimis etiam ubi de *Benedicendi & Supplicandi ritibus*.

Manlia Vestalis, apud Flav. Vopiscum in *Divo Aureliano*, *Agite Pontifices templum ascendite, subjectis laureata cervicibus, veterasis manibus libros evolvite &c.* pro *Manibus velatis*, ut legendum esse vult Salmasius; cum Vett. in supplicationibus manus velatas habere consuevisse discamus, ex Plauto *in Amphitruone*: aditio autem & inspectio librorum Sibyllæ non fuit citra supplicationem. Vid. eum *Not. ad Popsicum*, ubi plura de adeundis hos libros ritibus.

Manus ad Cœlum tollendi ritus, in precationibus, memoratur Livio *lib. 5. cap. 21.* Qua (præda) *quum ante oculos ejus* (M. Furii Camilli) *aliquantum spe ac ex opinione major. maiorq; pretii rerum fortetur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus esse, ut si ei Deorum &c.* In devotionibus item, eidem *lib. 7. cap. 6.* Silentio facto. *Templa Deorum immortalium, qua fere imminent, Capitolium, Prætorium, & quum in cœlum, manus in patentes terra hiatus ad Dei manes porrigentem se devovisse. Equodem quid poterat maximè ornato injidentem, armatum ejus specum immisisse &c.* Ubi de Marco Curtio sermo est. At Deorum signis illas temere admovere, nefas habitum. Unde Romani, cum, Veiis expugnatis, jam humanas ores egelliffent, *amoliri tum Deum dona ejusq; Dei, sed colentium magis, quam rapientium, mobis capere animi, deleti ex omni exercitu, juvenes, pere lati corporibus, cum adita vesis, quibus deportandam Romam Regina Juno assignata erat, venerabundi Templum intere, primis reinjicie admovere manus: quod id signum more Etrusco, nisi certa gentis Sacerdos attrectare non esset solitus*, apud eundem *lib. 5. cap. 21.* Incestas inprimis sanguine. Unde L. Attilium in classe Cnei Octavii Samothracum appuisse, hos ita alloeutum esse idem refert *lib. 45. cap. 5.* *Cur pollutam sacrum habuerit, quum hominibus sanguine Romæ Regio violatis & quum omnia profatio sacrorum eos, quibus non sint pura manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari eruunto latronis corpore sinetis?* Hinc itaque *Manus* ad digitos usque involutas, in re divina faciunda, tenebant, ex instituto Numæ. Iterum Livius *lib. 1. cap. 21.* *Et sibi Fides solemne instituit, ad id sacrarium Flaminibus suis, curru arcuato, vehi justit, manuq; ad digitos usq; involutâ rem divinam facere &c.* V. de Huzzæ Manu temere admota Arcæ Fœderis, in Sam. *cap. 5. vers. 6. & 7.* & hic passim.

Manus præsandi ritus, in intimæ benevolentiæ signum, occurrit apud Papinium Statium *Thebaid. l. 4. vers. 492.*

vatisq; korreoda canentis
Nunc humeros nunc ille manus, & vellera, pressat
Anxius;

more eorum, quæ dicere non audent, quod velint. Et Prudentium Epist. Treccnsem, in *Vita* Mauræ Virginis, *Cumq; statim ei novam movere incipersem, de Salvatoris nostri gemitu, quæsitorem, manu sua constringens & per hoc linguam meam compescens, hæc pauca subjunxit.* Vid. quoque Plutarchum *Brutо*, ubi de Messalla manu prehensio à Pompejo insignem hanc in rem historiam habes. Sed & *innellendi, vel nestendi in manibus* ritum apud eundem Statium *l. 1. Thebaid. vers. 511.* deprehendimus.

—— *Sic fatus, & ambos*
Innectens manibus tecta ulteriora ad aula
Progressus.

Ubi Glossa habet, *Alterum à dextris & alterum à sinistris tenens.* Quemadmodum & apud Maronem Æneas, vias incolumbus suis amicis,

—— *Sic fatus amicum*
Iliones petit dextra, lævaq; Segestum.

Æneid. lib. 1. Ubi *nexum manum* arctiorem dicit, ad affectum exprimendum, qualem testamur hoc modo & de se suos amicissimos comprimente ob mœstitiam, ita Appulejus *lib. 3. Complexisq; pelubus, ac palmulis inter alternas digitorum vicissitudines pariter connexis, alterum fidum &c.* Quam in rem V. plura apud Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium d. l.* ut & in peculiari *Tractatu de Manuum Religione.*

Manutergium, in *Ordine Rom. Ubi cum ventum fuerit & Episcopus sedem pervit, antecedant duo Acolythi cum* manutergio & *genuflexi ante eum, totum illi simum cooperiant, ne lavanti manus aqua ejulem afpergat:* & apud Hildotum *de Eccles. Offic. libr. cap. 10.* ubi de Subdiaconorum ordinatione, *Interim cum ordinantur, sicut Sacerdotes & Levitæ, manus impositionem non sus cipiunt; sed patenam tantum & calicem de manu Episcopi & ab Archidiacono ferphum aqua cum aquimanili & manutergium accipiunt:* linteum est seu mantile, quo in Ecclesia Romana Minister sacrorum manus exsergit, Græcè χειρόμακτρον. V. Dominic. Marcum *in Hierolexico.*

Manuum gesticulatio ac formatio ridicula, ad alios derisendos, indigitatur Tertulliano *de Pallio*, cum ait: *Et acie figere, & manibus distinare & nutu tradere meritos se.* Ubi tria hæc jungit, Oculos, *Manus*, nutus. Sic Appulejus *Metamorph. lib. 3. Nec quæ laverim, qui terserim, qui domum rursum reverterim, præ rubore memini. Sic omnium nutibus, oculis ac denq; manibus denotatus, simpos animus stupebam. Et lib. 2. Ac dum directis digitis & dextrum nutibus præjectum demor, dum rejici obstilis, inter pedes circumjectum rigido fudore pertinens evado.* Cujusmodi deinde ones, quæ oculorum & nutuum vultusque aliquâ conformatione, aut omnino digitorum *manuum*, gestu siebant, aut adorum ductu, sine ullo verbo aut dicto, *sanna* vocabantur, Vid. infra in hac voce. Et de manu quidem Aler, *Digito destinare*, inquit, h. e. digito directo aliquem monstrare ac denotare: non vero *destinare infamia*, ut quidam interpretationis vicem in hoc glossemate addit. *Destinare* simpliciter, pro designare. Paulus apud Auctorem, qui leges Mosaicas ac Romanas inter se comparavit, *Certum dicit, qui suo nomine demonstrat injuriam, nec ita, ut per disjunctionem hoc aut illud accisse comprehendat, sed ut necesse habeat, aut unum nominis suo rem destinare, aut plures ita completi, ut omnes eas accisse cogatur probare.* Perpetam legitur, *nomine suo rem designare*: nec inelius Vir apprime doctus, Pamelius, *nominis suo rem designare.* Sic idem Paulus *lib. 15 ad Sabinum D. de servitutibus: Si mihi conceseris iter agna per fundum tuum, non destinata parte, id est, non designata.* Marcellus *libr. 3 Digest. D. de verb. oblig. Igitur si de aliqua tritico cogitaverit id est certi generis, certa quantitatis, id habebitur pro expresso, aliquis si cum destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur.* Sic apud Cajum *D eod. Si servus aut filius familias ita stipulatus sit, illam rem aut illam, utram ego velim, non pater dominusve, sed filius servusve, de alterutra debet.* Ita ergo *destinare digito l. c.* est δακτυλοδεικτεῖν. Variæ autem sunt ad deridendum aliquem digitorum formationes, præter simplicem, quâ designatur ac denotatur aliquis, eorundem directionem. *Sanna* propriè ea distortum cum vultu significabat; *Manubrium* tamen etiam digitorumque gesticulatio ac formatio, ad subsannandum aliquem facta, ita vocabatur. Hinc *ciconia*, genus sannæ, quum ciconiæ collum manibus fingebatur, de qua apud Persium, Asininarum aurium significatio, stupidum & alium ostendebat: improbi, & obscœne medio digito, aut *manibus* in obscœnum modum formatis, deridebantur. Viri, quorum uxores mœchabantur, cornuculorum ostensione, h. e. duobus digitis ad cornuculorum instar, erectis. Leges Longobardorum Gracci versæ, in codice manuscripto Regiæ Bibliothecæ: Ὁ τὸ πόγαμα μαζίζει τὸν πάντα κλακτὸν, ἢ τὸν ἐβδομάδων φαλλὸν ὀνόματι κακοφόνου δείξῃ, λαμβανέτω ἀλακτὰ ἑξ. Ita autem hujusmodi cornuculorum ostensio, *manu* facta, contumeliosa censebatur, quia κερασφόρους cornigeros, vulgò vocabant cum, eodem quo nos hodie sensu, qui uxores impudicas habebant. Lucilii Epigramma est, ὡς κερασφόρου ἐγραμμένου.

Νῦν δὲ σ' ἀδικεῖται λέχη Πυθαγόρεω κακὰ ἢ Μενέλαε,
Ἐνδον ἔχων πολλὰς τὰς Ἑλένας Πυθαγόρεω.
Nunc in doce ac enarra Paridis malu & Menelai,
Intus qui habet multas tua Helenas Pariani.

Ita enim Epigrammatis lemma ex veteribus membranis restituit Salmasius. Notum quoque Artemidori illud: Ἡ γυνὴ σε πορδεται καὶ τὰ λεγόμενα κέρατα σοι ποιεῖ. Vide Claud. Salmasium *Notis ad Tertullian.* & supra ubi de *Digitis*; item infra, in voce *Sinistra.*

Manzer, Hebraïcè sputius dicitur, ex adulterio natus, à quibus

Græci *Μαζῆς* suum mutuati sunt, ut videre est apud Gregorium, Theophanem, Alios. Occurrit vox Deuteronomii *cap. 23. Non ingredietur* Mamzer *in Ecclesiam Dei*, ubi Seldenus *Mamzerem* ait esse, qui è cœtu aliquo *Thorpitudinis* seu *Incestûs* nomine (excepto duntaxat eo, qui cum muliere immunda habebatur) interdicto nascerertur, de quo liquidò consteret omnibus. Ex his qui nascebantur liberi posterisque, itidem *Mamzeres* erant, nisi ex pagana vel ancilla suscepti essent. Ob natalium enim defectum interdicta erant utriusque sexus *Mamzeribus* conjugia Israelitica seu Israeliticorum Israelitidarumque; nedum Sacerdotum & Sacerdotissarum Levitarum: *cap. 21. vers. 2. Non ingredietur* Mamzer *in congregationem Domini; etiam in generatione decima, qui est natus illo, non intrabit in congregationem Domini.* Ubi *non intrare in congregationem Domini*, nuptiarum Israeliticarum interdictum interpretantur Magistri: cujus rationem hanc reddit Maimonides *More Neb. part. 3. cap. 49. Utinde adulteri adulteraq; videant, se proiem suam irreparabilis labe afflictum, si non perpetrent.* At verò Proselytorum Justitiæ nuptias non arcebantur, quod idem dicendum de Libertinorum & Nethinæzorum &c. Qua de re Vide plura apud præfatum Joann. Seldenum *de J. N. & G. l. 5. c. 16.*

Mappa, Plinio vox Punica: Quintiliano dicta, quòd *à manibus pendeat*, tum sumus in mensa. Vetus Vocab. quasi *manupia, à manum piam*; tergendis enim manibus, quemadmodum prius *Mantilia*, usum præbebantur. Breve erat lineum, quod quisque convivarum secum ad convivium asferebat, *Mantele* ad mensam insternendam ipso convivatore suppeditante. Hinc *Mappa brevis* Martiali,

Et vani triplices, brevisq; mappæ.

Has ad limbum purpureis velaureis clavis latioribus, in Senatorum viz. eorumque qui lati clavi jus habebant, variatas fuisse, Idem innuit *lib. 4. Epigr. 46.*

Et lato variata Mappa clavo:

Quas *pura & clavata linea* vocavit Lampridius. Quarundam ex lino Caryftio confectarum, quæ in ignem conjectæ, depositis fordibus, magis splendeserent, quàm aquis, meminit Plinius, ut suprà in voce *Mantile* videre est. Inter munera, quæ Saturnalibus ibi invicem Veteres mittebant, fuille, ex eodem Poeta discimus *lib. 5. Epigr. 18.*

Quòd tibi Decembri mensæ, quæ volant Mappæ,
Gracilesq; lignle, cereiq; chartæ,
Et acuta fenibus teftacum Damaſcenis.

In commissionibus inprimis Circensibus celebre illarum nomen fuit. Justinianus Aug. de Consulibus *Conſtitut. 105. Ac primus quidem ille* (Consul) *in publicum proceſſus erit, Col. Jan. qua die Conſulatum ſuſcipiet & ſuperbo curſu ad Palatium redibit, produces ſpectaculum equorum curſu certantium, quod ſane* Mappam *appellant, & tertium, Venationem theatricam &c.* Originem ritus luggerit Cedrenus, cum ait: *Mappula nomen Romani tali de cauſa uſurpatur. Mos erat, ut Conſules in theatro epularentur, ac poſtquam ſaturati convivio erant, mantile quod manibus tenebant, quod & Mappa dicitur, projicerent, inde ſi, qui ab ea* Mappa patrizi *dicitur, arripiunt, certamen ſubeunt.* Hinc Ammianus ejus Auctorem fuisse Neronem Principem, inquet ex Aur. Cassiodoro *lib. 3. Epiſt. 51.* Mappa *vero qua ſignum dare videtur Circenſibus, tali cauſa fluxit in morem: Cùm Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flagitaret, ille* Mappam, *qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram, uti libertatem daret certaminis poſtulandi.* Huc allusit Tertullianus *lib. c. Valentinianum ſub fin. Sed* Mappa, *quod ajunt, miſſa eſt.* Juvenalis *Satyrâ II.*

Interea Megaleſiaca ſpectacula Mappæ,
Ideum ſolemne canunt.

Mittebatur communiter à Præsore, qui Judos Circenses aut Scenicos indicendi jus habebat. Interdum à Dictatore, Liv. 1. *Dec. lib. 8.* Liberto id juris dedit Nero, apud Sueton. qui *miſit* Mappam, *unde Magiſtratus ſolant*: ubi rectè *Magiſtratus* inquit, nam & Consuli quandoque ea provincia committebatur, Juvenali. Imo non modò ad ſigoandas Circenſium commissiones, verùm etiam ad feras irritandas, *Mappa* usus fuit. Sen. *de Ira lib. 3. cap. 30. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aſpis exurgit, urſos leoneſq; Mappa proritat*; quod Lipsius de colore ejus candicante, nam & Martialis *cretatum* vocat, *lib. 12. Epigr. 29.* intelligit. *Vi cum Mappa aurea*, in regione 13. urbis Romæ, collocant Onuphrius Panvinius & Victor, cui forte à commissionibus præsidis nomen hoc datum, V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Roſini Antiq. Rom. lib. 1. cap. 14.* & infrà *Mapparius*.

Mappa, etiam dictum est geltamen Consulum atque Imperatorum, chartaceo voluminis simile, quod modò dextrâ, modò sinistrâ, tractabant; quod frequentius occurrit in Byzantinorum Impp. nummis, maximè in Consulari Juliani Cæsaris, qui pro inscriptione præfert, VIRTUS CÆSARIS; & in nummo aureo Theodosii Jun. in quo Theodosius hic & Valentinianus III. habitu Consulari effinguntur: præsertim verò in Diptychis Consularibus & fere semper in Tiberii, Mauricii, Phocæ & Leonis Isauri nummis. De quo plerique sentiunt, *mappam* esse Ludorum edendorum symbolum, quos Consules, statim atque renuntiati fuerant, exhibere consueviſſe, suprà diximus. Quæ quidem mappa in Bituricensi Diptycho explicata, in Compendiensi & Leodiensi, ut & in omnibus nummis, convoluta ac complicata effingitur, sic ut membraneo volumini simillis fere sit; in regio verò hic effecta conspicitur, ut extrema in rotunditatem quandam complicata majora cernantur, quàm quæ manu dextrâ stringuntur, utliquidò appareat, aliquid fuisse tractabile. Sed, cùm SS. Petrum & Paulum, in vetustissimis picturis cum ejusmodi pariter voluminibus depictos deprehendere sit, dubitat du Frelue, an pro *Mappis Circenſium* generatim usurpari debeant. Vid. illum *Diſſertat. de Inſcriptis aus Numiſmat. num. 12.* In Ecclesia Rom. *Mappa* seu *Mappula*, vocatur umbraculum, quod defertur supra Episcopi caput, dum procedit ad stationes faciendas, seu dum stationes facit, diversis imaginibus adornatum, quatuor que baculis innixum, quod à quatuor Ministris, qui inde *Mappularii* appellantur, teneri solet. Vid. infrà *Mappula*.

Mappa, Vett. lineri libri dicti sunt, quorum mentio est apud Vopiscum *in Aureliano*. *Auctores de limitibus, Terminus ſi ſcriptus fuerit & punctis habuerit literis Graecis, ſequetur cuiuſmo quis à Sion, hoc eſt, ab Oriente, per literas Graecas de mappa.* Item, *in mappa Albenſium invenimuntur hæc*, h. e. in libris lineis Albensium. Inde *linea mappa*, in *Cod. Theodos. leg. 1. de alim. quæ Imp. &c. lex erat tabulis vel cerussatis, aut lineis mappis ſcripta per omnes Italiæ civitates proponatur.* Vid. Salmasium *ad Vopiſcum d. l.* Et *Mappa Mundi*, apud Cervelium Tilleber. *Orion. Imperial. libr. 2. Conſiderantes quòd ipſa pictorum varietas tenebras eſſet dictis de locorum varietate picturas, quas* Mappam mundi *vulgus nominat.* Quo nomine indigitatur charta vel mappa explicata, in qua tabulis seu mundi descriptio continetur: *Πίνακες οὐ καὶ ἡ τῆς οἰκουμένης ἰδέα*, ut eit in *Testamento* Theophrasti, apud Diogenem Laertium. Quarum quidem Tabularum Geographicarum primum auctorem fuisse Anaximandrum, quem fabiequuit fini Hecatæus, Democritus, Eudoxus, Alii, tradit Eustathius in *Epistola, præfixa Notis ad Dionysium Periegetem*, apud du Freine in *Gloſſario.*

Mappalia, apud Victorem Utic. *de Perſecut. Vandal. lib. 1.* locus, ubi conditum est corpus Cypriani, extra Carthaginem. Fonte *Mapalia*, Dominic. Macer in *Hierolexico.*

Mapparius, apud Chrysostomum, Auctorem *Chronici* Alexand. Scylitzen, Nicetam Choniatem, Alios, dicitur is, qui projectam ab Imperatore vel Consule aut alio Magistratu *mappam* excipiebat, fignumque gladiatoribus dabat, quod *μαππᾶζειν* dictum in *Gloſſis Baſilicon.* In Circensibus ludis, cùm *mappa* mittebatur expositi emittendis, jam pridem loca fua ceperant spectatores; postquam enim prius transdueri per Circum solebat, ut ex Ovidii *Elegia*, de Circensibus constat. Tum missa *mappa*, pandebantur ostia carcerum & *ἀφιεσαν* equorum, flebat. Mittebatur autem mappa ex alto, ut ab omnibus videretur. Calliodorus, *Hinc tractum eſt, ut ſolenne mappa cerna videatur eſſe promiſſo Circenſium futurorum.* Unde Tertullianus. *Diaboli gula ex alto præcipitati comparat mappam illam, qua mittebatur: Non venit miſſum quid ſit: mappam putant, ſed eſt Diaboli ab alto præcipitati ſanie.* Et proin in medio ostio Circi, quod inter alia XII. ostia medium erat & fenu urrinque habebat, fuisse consistere *Mapparius*: Græci, *Δάθλων ἐν τῷ σταυρῷ ἑστηκὼς ἔχων ὑφασμα ξανθὸν, Μαππάριος δὲ καλεῖται ὁ ἐν τῷ μέσῳ τοιχίῳ ἑστὼς τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο τὸ σύνθημα. Duodecim autem ostia seu janua, ad imitationem duodecim signorum.* Mapparius verò, qui in medio stabat, cursus habebat signum. In quo loco etiam Consules Prætoresque, ac deinque Magistratus ille, qui Ludos celebrat, fignumque mittendis quadrigis dabat, consistebant. Sidonius Apollinaris,

Hæc eſt janua Conſulibus, ſudis,
Ambit quam paries utrumq; ſonis
Cryptu porticibusq; fornicatus, &c.

V. Salmasium *ad Solinum p. 901. & 922.* Atin *Patriarchio* Biturie. apud du Freine *cap. 30. Mapparius* eit, qui loturo Regi mappam porrigit. V. & Aimoinum *Hiſtor. Francical 4. c. 2.*

Mapueda, nomen familiæ Castellanæ, in Hispania illustris, quæ familiæ *de Cardenas* nomen fecit: In hac enim Garsiæ Lopezii *de Cardenas* filii, Gatsias Lopezius & Rodericus cum diversis lineas cepisseni, uti suprà vidimus, minor hic natu, in civitate Ocanna habitans, Gutierium & Rodericum genuit; quorum ille pater fuit Didaci primi Ducis *Mapueda*: quo nati, Bernhardinus, à quo reliquo Duces propagati sunt & Gutierius, Dominorum *de Tyrnavica & Buleta*, cum cognomine *Carillo de Albornoz*, Sator. Priorum ferè hæc est: Ex Rodericus *de Cardenas*, ex Angnete *Martinez del Caſtillo*, genuit Gutierrem *de Cardenas* Dn. *de Maqueda*, Teresiæ Henriqueziæ (fil. Alfonsi Caselle Admiralis) maritum & ex ea patrem Didaci *de Cardenas*, Duc. *de Maqueda*. Huic ex Mencia Pacieca *de Velaſco* (fil. Johannis Pacheci Duc. Efcalonæ) natus Bernardinus I. Iabellam *de Velaſco* (fil. Inici Fernandini Conneſt. Caſtellæ) fibi junxit, ex eaque ſuscepit Bernardinum II. patrem, ex Johanna Portugallica (fil. Jacobi, Duc. Brigantiæ) Bernardini III. *de Cardenas, Duc. de Maqueda, March. d'Elche*, cui Luiia Mauricia *de Lara Manuel* Duc. *de Najara* (fil. Johannis Mauricii *de Lara Manuel* D. *de Najera* & Mariæ Gironæ *de la Cueva*) patrium Ducatum attulit, atque ei genuit Bernardinum Match. *d'Elche*, Georgium Duc. *de Maqueda*, Jacobum Manuel

Manuel, Johannem, Petrum Mariam & Annam Mariam; è quibus Maria ouptit Johanni Andreæ *de Mendoza* March. *de Cannete*, Anna Maria verò Georgio *de Lancastro* D. *de Aveiro*, & *Torres Novras*, ex eo mater Raimundi Duc. *de Aveiro*, n. 1642. Jonnius & Mariæ Julianæ, VId. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobil. Part. II. p.* 416 & 101.

Maraboitinos, seu *Maraboitinos*, moneta aurea Maurorum Hispaniæ, quasi *Marravorum* (ab Hispanis vix. Iæpius fuiorum victorumque) *Botinus*, i. *Spolium*. Unde *Maravedini* Hispanis pottea dicti, de quorum aureorum pretio ac ponderc multa commentantur Anton. Nebrissensis *in Repetitionibus*, Didacus Covarrubias *in Collatione vett. numisin. cap.* 5. Alii Mariana verò *de Ponderibus & Mensur. cap.* 23. *Maravedines*, monetam fuisse Gothicam, Regum Ic. in Hispania Gothicorum ac proinde, multo antc Mauroium in Hispaniis irruptionem, cognitam, ex numnorum Gothicorum pondere, se colligere ait Hodie id nominis inditum est quibusdam minutioribus ex ære nummis: qua tamen in parte, *Maravedinus* non tam est nummus, quàm numorum numerus, ex duabus blancis, aut coronatis sex, vel decnariis decem, constans, ut ait idem Covarruvias *cap.* 1. apud du Fresne *in Glossario*. Vid. quoque Macros Fratres *in Hierolexico*, qui familiam nobilem in Urbe-Veteri *Maraborina* nomine inligniri, addunt.

Maranatha, adde: Syriaca vox est, & significat, *Dominus venit*. 1. Cor. c. 16. *versu ult. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema maranatha.* Id est, exponente Theodoreto, *Sit alienus à communione corpore Ecclesiæ.* Idem nempe est quod *Anathema* cum *Excommunicato majori*, apud Græcos Latinosque, & *Shammata*, apud Hebræos, quo genere excommunicationis arcebantur peccatores à communione fidelium, omnique iis commercio cum illis interdicebatur, ve'ut exctis, donec resipiscerent. Ut fruftra fint, qui inter *Anathema* & *Maranatha* diftinguentes, ex Synodo Turon. II. cap. 25 *A C.* 570 *Ut non jolum excommunentur, jed etiam anathemati tatuo moriatur*; hac posteriore voce denotari volunt Excommunicationem, quâ extam in vitæ fine in graviam rem peccatores illam non impetrent, divino Judicio condemnandi. Neque enim illud discrimen auctoribus feculis ufitatum occurrit, nec ipfi hi Patres hanc fententiam in quenquam tuliffe legantur: licèt, ut homines à facrilega & pertinaci bonorum Ecclefiafticorum direptione ac detentione abfterreant, iftius modi maledictionem illis commentar. Augustinus certe *Epift.* 128. de his verbis fic ait: *Quod autem ait Apostolus: Si quis non amat Dominum, sit Anathema, Maranatha. Anathema Græce nomen dixit, condemnatus : Maranatha, donec Dominus redeat.* Et funt Eruditi, qui dicant, Hebræos, quando illud Excommunicationis genus, quod *Shammata*(ejusdem ferme notionis cum *Maranatha*) ftringebant, ufurpaffe illa Enochi verba, *Ecce venit Dominus &c.* Judæ *vers.* 15. & 16. ut hac formula reos terrerent adventus Domini ad judicium contra rebelles denuntiatione, eo quòc ne prævifle Paulum, quando Chriftum non diligentibus determinatus eft *Anathema Maranatha I cit.* Vid. Joann. Forbesium *Inftructionum Hiftorico Theologic. lib. XII. cap.* 3. §. 5. 7. 8. & 16. nec non fuprà, ubi de *Cenjura Eccleſiaſtica*.

Marani feu *Marrani*, apud Hifpanos Mauri dicuntur, quafi *Mauriani*, quibusdam, qui id factum fuipicantur in Italia Friderici Anobarbi tempore, cùm Mauri fidem Chriſto datam in Baptifmo palàm ejurata, ad Mahumedi fuperſtitionem, religionis, violatæ Afii portus ex Syriaco *Maranatha*, quo anathematis ignominia & execratio in divinis literis conuetur, vocis originem arceſſunt. Ac ſecus Scaliger ſentit *de Emendatione Temp. lib. 6. In verbis*, inquiens, *Geographi Arabu ſit mentio factionis* Maravanjun. *Sciant igitur ſtudioſi : Abaz fuiſſe patrum Muhammedo, ut ejus progenies & gentes dicitur fuiſſe, dicit, adhuc Abaziun. Ad eos tue Chriſtiani pertinebat, utpote qui propinquitate Muhammedem attingerent. Sed* Maravvan *quidam primus Chriſtianum ab illa gente ad ſuos, qui Maravvanium dicti ſunt, tranſtulit per tyrannidem, eodem nomine omnibus Muhammedanis in odio eſt nomen Maravvanim, ad hanc usq; diem.* Sed pro media ſententia facit id, quod Joann. Mariana *de Rebus Hiſpan lib* 7. ubi de donatione Aurelii Galliæciæ R. in Hiſpaniarum ære 815. factâ Monaſterio, habetur *Eſt. igitur Maurorum nomen in Hiſpania contumeliæ excretum, quod ejus donationis violator jubetur eſſe anathema Marrano & excommunicatus.* An itidem cum *Maronibus*, V. infrà, & plura hanc in rem, apud Car. du Freſne in *Gloſſario*, ut & in voce *Mauri*.

Marathon, adde: *Marathonis* campi meminit Solinus *cap.* 7. *Athenienſibus judicii locus Areis pagis. Marathon campus factus memorabilis opinione prælii cruentiſſimi.* Quem locum ex Mela ſumpſit: *Marathon magnarum multarumq; virtutum teſtis, ſum inde à Thuſeo. Perſarum maximè clade pernotus.* Quæ planities ad 12. millaria ſe extendit, & maximâ parte cultis agris conſtat, qui à montibus vicinis usque ad mare patent. Dividitur fluvio cognomine, qui *Macaria* forte Veteribus dictus, oritur ex monte Parnethe & vicum prædictum perfluens in Euripum ſeſe exonerat. Ipſe locus olim tam celebris hodie vix quindecim aut viginti zeugaris cafsque Athenienſium conſtat, ubi Albanorum ad centum quinquaginta forte degunt. Non vero ad Leontidem Tribum, ſed Ajantidem potius pertinere *Marathona*, docet Jac. Sponius *Itinerar. Græcia Part. 3. in Inſcr. antiqu. pag.* 157. ubi, præter inſignem Inſcriptionem, eamque latis proxam, hanc quoque exhibet, in Monaſterio S. Andreæ Athenis hodie extantem:

ΑΥΡΗΛΙΟΣ
ΕΥΤΕΛΗΣΤΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΠΤΕΣ ΒΥΤΕΡΟΣ.

Apud eundem *Part. 2. p.* 86. Seleuci *Marathonii*, Gymnaſiarchæ Athenienſis, memoriam ſervat ita *Inſcr.* in Delo,

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ.

Marburchius Johannes, Theologus Argentoratus, Hieron. Zanchi Collega: Qui cùm ſimul decerneret Eva gelium Argentorati, diſſentire de quibusdam capitibus, ac ut pleruncque in iſtiusmodi concertationibus ſolet, magis mag sque Auctorum ſuorum animos diſtrahere cœperunt, circa A. Ch. 1560. Quo primum tempore atdita fuere, *Calvinianorum & Lutheranorum* nomina ſchismatica (cùm prius Evangelici omnes *Reformatorum* nomine deſignarentur) ac de duobus præſertim articulis in ſe implacabili diſſidentium, *divinâ Præde ſtinatione ac Ubiquitate corporis Chriſti*. Schisma dein vehemens ita auctum, cùm Joh. Andreas Schmidelius Theologus Wittebergenſis tandem ibrum *Concordiæ* procudit, è quo, velut equo Trojano, longe acrioris Theologorum odia proſiluere, Georg. Hornius *Orbe Univer. pag.* 560.

Marca, nomen Comitatus in Germania veteris; cujus Dynaſtæ ab Æthio Gracili, non fatis quidem certâ fide, arceſſuntur, Juſtiniano II. Imp. coævo, qui ducta in uxorem Beatrice, Theodorici Teyſterbandizæ (inter Clivenſes Batavoſque medio) Comitis filiâ, Clivia portus, Teyſterbandiæ Clivizque Comitatus dignitatem, à Pipinis, Francicæ tum Majoribus Domus, accepit. Manſit itidem hujus poſteritati, per aliquot ſeculà, quæ proceſſu temporis, in Clivenſem & Teyſterbandiam Linea diſtincta eſt, cùm Ludovici (defuncti A. C. 825.) filii Eberhardus Rupertusque, ex paterna fraternaque hæreditate, iſte Clivium, hic Teſterbandiam ſortiretur; quorum illis tituius, donec ipſi eſſe deſinerent, duravit: his non idem nominis ſui amor, quo poſtea non 860. Theodoricus ejusque filius Adolphus, ab *Alienis* caſtello, prius *Weſſelsbogen* vocato: Eberhardus, Adolphi frater, à *Bergesij* cera, denominati malucrit, uterque ab Ludovico Auguſtorum damnati. Sed *Alberti* nomen tandem diſplicuit, quod imperante Friderico II. Adolphus, *Marcani* Comitatus vocabulo, comparatâ ſibi *Marcâ*, commutavit: Ita ſui Clivenſibus, ſui Marcanis Comites, utrique Ludovico progenati fuerunt: qui tamen Comitatus iterum coaluere in Adolpho; qui, emortua Eberhardi ſtirpe, abdicato Ubiorum Præfulatu, agnationis nuptiarumque jure, civium voto, Theodorico ſucceſſor à Cæſare datus, Clivize dilectam, etiam *Marcam*, fratris Engelberti morte *Marcæ* Comitatum Ac. 1360. adjecit. Poſtea Bergenſis etiam atque Juliacenſis Comitatus (quem poſteriorem Henrico Aucupi acceptum ferunt) acceſſere; tam ſelici ſtirpis familiæ fato, ut in ipſam unam concederent, quæcunque Juliaci, Bergæ, Clivizque cœteraumque ditionum Comites atque Dynaſtæ omnes, ut volunt, ex Gracilis ſtirpe, pluresve profapias alidi, unquam habuerint. Plancrus de *Principum ſtirp. Germ. gentibus cap.* 2. Hinc itaque *Marcana* familia, in Germania illuſtris, quæ cum Clivia veteri eadem eſſe creditur, & à *Marcano* Comitatu nomen accepit, ut dictum. Præcipuus ramus fuit ille, cui ipſa poſt *Clivia*, & deinceps *Juliacenſis* atque *Montana* hæreditas, cum *tit. Ducali*, obtigit: nec minus in Gallia Ducatus *Nivernis* aliaque. Sed omnis ille pridem exarſit. Porro ex Eberhardo Adolfi, qui Marcanis Clivize martuit, atque præfatæ linex conditor fuit, fratre, alii rami ſuccrevere: *Arenbergius*; *Bullionius & Lumainius*; quorum primus defecit in Margareta, à qua ad Ligneſios, ob maritum Johannem *de Lignes* ſucceſſio delata eſt: alterius bona ex parte ad Turrios delata ſunt, fed Comites de *Maulunier* prætenſionem non omiſerunt: Ex tertio, cui *Sinſia* cognomen etiam acceſſit, ſolus ſupereſt Franciſcus Com. de *Marca*, cujus Majores D. *Arenbergii* Principis, Ducis & *Marcæ* Dn. Arenberge, qui obiit A. C. 1469. pater fuit, ex Agnete ſeu Anna (fil. Roberti Com. Virnenburgi) Wilhelmi *de Marca* Dn. *de Lumain*, defuncti A. C. 1481. Hoc, & Johanna *de Schenhoven*, genitus Johannes, obiit A. C. 1481. relicto, ex Margareta Runckelia (fil. Theodorici Dn. *de Runckel*) filio cognomine, cui Margareta *de Waſſenaer* (fil. Johannis Dn. *de Waſſenaer* & Jodocæ ſeu Jodinæ, Johanne Com. Egmondæ genitæ) peperit Philippum Com. *Marcæ*, qui deceſſit A. C. 1613. pater, ex Catharina Manderscheidia (fil. Theodorici Com. & Eiſcæ Waldeccæ) Erneſti Com. *de Marcâ & Schleidæ*, defuncti A. Ch. 1633. quo, & Sibylla Zollerana, (fil. Johannis Georgii Principis *de Hohenzollern*) natus eſt, præfatus Franciſcus Comes, Vid. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobil. Eur. Part. II. pag* 97 Hodie *Marca* Lectore Brandenburgico eſt. Vide quoque ſuprà in *Clivia* & *Juliacum*.

Marca, Papiæ *pondus unius libræ*: mel. Johannis de Janua, *media libra*. In *Chronico* Moguntino, *auri libra habet duas marcas auri*. Itaque *Marca* duplicata libram efficit, quæ dividitur in uncias 16. uncia subdividitur in 8. drachmas, vel 24. scrupulos seu denarios; quorum quilibet constat 24. granis. Quo modo uncia constat 576. granis, ut libra 9216. At auri examinatores, vulgò *Essayeurs* Gallis, examen tam accuratum instituunt, in auri bontate probanda, ut ipsum granum in 512. minores particulas dividant. Vid. plurima hanc in rem apud Car. du Fresne in *Glossario*, ubi inter alia *Marca aurea* quoque meminit, præstationis apud Francos notæ, quæ ab Officialibus præstati solet, cum codicillos dignitatis suæ impetrant, cujusque mentio occurrit in Ludovici XI. *Folum. I. Ordination. fol.* 117. Ubi deferibitur *Charta* mensis Julii A. C. 1466. qua vetantur Commissarii Regii in terris Ducis Burbonensis, *francæ foodæ, novos aquesius, vel Marcas aureas*, de Notariis exigere &c. De voce *Marca* porro ibi Gronovius, *Marca, apud veteres Scriptores rerum Francicarum, hes fuit libra argenti Francix, id est, 160. denarii, tredecim solidi trieni, sive qua tuor denarii. Manditatum Parisiensis in Henrico III. Consuetudo erat tuor Marcas bonorum & legalium Esterlingorum, tredecim solidi & quatuor sterlingi pro Marca qualibet computatis* &c. V. Joh. Frider. Gronovium *de Pecunia Vet. l. 3. c. 6.*

Marca, apud diversas gentes, varie, ex Eod.

Marca Anglicana, de qua Matthæus Parif. A. C. 1235. p. 286. & Matthæus Thorn in *Chron. pag.* 2107. eadem cum Rupellensi, pro 13. solidis & 4. den. esterlingis cum putatur. At sub Henrico I. Regis tridecim fuisse tantum pondo 6. solid. & unius denarii.

Marca Aurea, præstationis species, apud Gallos, Vide hic *supra*.

Marca Danica, alia fuit argenti & auri, alia aliorum pondera & *marca quidem argenti* & argenti defecta 8. unciarum pondus habuit; marca verò aliorum ponderum, idem fuit quod semis & sex unciæ Romæ &c. Petrus Resenius *ad Jus Ant. Canuti II.*

Marca Germanica (& ipsum vocabulum Germanicæ originis esse, docet Georgius Agricola, *de Restituendis pond. pag.* 243.) videtur fuisse 20. solidorum, quot *marca* dicitur ponderare, in *Speculo Saxon. lib. 3. article.* 45. 53.

Marca Hispanica, de describitur, apud Joannem Mariannam *de Ponderibus & Mensuris cap. 9. Auriffices marcum* (nanque & hoc genere vox occurrit) *hoc est, uncias octo appendere dicuntur in Castellanis 50. quod genus pondevis & nummis est drachmæ majoris ætatis, denario Romano Castellanus in octo tomes dividuntur: tomin in 12. grana Argenti autem marcum divi-*

dunt, in uncias 8. unciam in totidem octavas sive drachmas, octavam in grana 75. sic marcus argenti auriq; eundem granorum numerum continet.

Marca Le movicensis, in Gallia, appendit 13. solidos, 3. obolos esterlingos.

Marca Pondetosa, nempe Germanica, appendit 26. solidos, ex *Wichbild* Magdeburg. *article.* 44. & 53.

Marca Rupellensis, in Gallia, solidorum est 13. denar. esterlingorum 4. alias *Anglicana*, de qua dictum.

Marca Trecensis, in eodem Regno, appendit 12. solidos, 11. denarios esterlingos: nec in Gallia tantum, sed & in Germania, Anglia, Hispania, Mauritania, aliisque Europæ provinciis, in publicis præsertim commerciis, in usu fuit & nominabatur. Forte quia in Nundinis Campaniæ feu Trecensibus, quibus paucæ in Europa conferendæ fuerunt, ejusmodi pondere Mercatores urebantur. Alter *Marca Regia*, Gall. *Marc le Roy*, in *Chartis* ann. 1306. & 1309. in *Probat. Hiftor. Castilionæa p.* 97. & 162. ubi de monetis Comitum S. Pauli & Bielleciis fusius agitur.

Marca Turonensis, ibidem appendit 12. solidos 11. denar. obolos esterlingos: ad quam marcam appendebatur monetæ Regum aliorumque, quæ *Turonenses* vulgò dicebantur &c.

Marca seu *Marcha*, facultas est à Principe subdito concessa, (qui injuriâ affectum se vel spoliatum ab alterius Principis subjito queritur, de qua jus ei negatur) in ejusdem Principis *marchas*, h. e. limites feu terminos, transeundi fibique jus faciendi, ut habet Bretius *de Superiorit. Regu lib. 2. cap.* 17. Gallis vulgò, *Droit de marque ou de représailles*. Cujus mentionem in *Regestis* Parlamenti faepius fieri, testatur Car. du Fresne. In eo enim quod *Olim* inscribitur, Mandatum Curiæ describitur, quo jubetur Ludovicus Rex Siciliæ uni è Regiis subditis, qui à prædonibus in mari spoliatus fuerat, jus dicere, cum *Marca* comminatione, nisi id fiat. *Ibidem* extat *Epistola* Caroli V. Regis Franc. ad Martinum Arragoniæ R. qua jus se factorum policetur ejus subditis, qui à Francis se in mari spoliatos querebantur, ut *marca* vitaretur, 5. Marcii A. C. 1396. Denique in *Regesto ordinationum Barbin.* I. dem refert, haberi extrodinem *marcarum* concessarum Occitanis & Bellicadrensibus, contra cives Avenionenfis Civ. & Comitatûs. decretumque, ut in posterum nullæ concederentur, nisi à Rege vel à Curia Parlamenti, d. 13. Junii ann. 1443. &c. V. eum in *Glossario*, & plura de hoc *Marcarum jure*, apud laudatos illi, Chopinum *de Dom. lib. 3. tit. 25.* Jac. à Canibus & Martinum Laudenseum *lib. de Contract. marit. cap.* 10. Cardinum Bretium *de Superioritate Regu lib. 2. cap.* 17. Alios. Aliud est, quod apud Pictones, Andegavos & Armoricos, vulgò *Marchoi* vocant, feuda fæ vel prædia in harum provinciarum fita limitibus, quæ singulariter jurisdictioni pro parte, vel, ut ajunt, *ex præscriptione* obnoxia sunt, de quibus copiose egit Gabriel Hullinus *Tract. Gall. de la Nature & usages des Marches separantes les Provinces de Poitou, Bretagne & Anjou*, Nannetis edito A. C. 1616. cujus meminit ideo, *loco cit.*

Marca, V. *Marka*.

Marchasiæ, seu *Marcescalcia*, carcer curiæ & fidei *Marescalli Banci Regis*, apud Anglos, commissus, qualis ille in suburbiis Londinenfibus, *the Marshalls* dictus. Vid. Henricum Knyghtonem ann. 1350.

Marcharicati, apud Camillum Peregrinum in *Hiftor. Principum Longobard.* in *Capitulari* Radæ chisi *cap* 24. *Expeliamus de ista provincia nostra omnes Saracenos — Prater illos, qui temporibus DD. Siconis & Sicardi fuerunt Christiani, à marcharicati non sunt.* Vossio vox Francica est. At Carolus Macer, qui linguam hanc verterritorio Marchion.) *adscriptos, in Hierolexico.* Vid. quoque ibi prà in voce *Magaritia*.

Marchota seu *Marchetum*, Jurisconsulitis Anglis significat præstationem, quæ pro prima nuptiarum nocte exigebatur olim à Dominum III. uxoris fuæ precibus concedisse ferunt, ut primam Legem Event debebatur, ipsius dimitteret argenti marcæ redimendum id, quod habent *LL.* Hoelii Boni Regis Walliæ *cap.* 21. *Nemo fœminam det viro, antequam de mercede domino redenda fidejussorem accipiat. Puella dicitur esse dejectum Regis & ob hoc* autem quælibet bjuria folvere fuerit coacta, V. *Regiam Majestatem lib. 4. cap.* 31. ubi inter alias *Marchasa sibi Comitis & Regina* 12. *vacca* &c. Atin Anglia, tantum eas, qui obnoxiæ condemnis erant, non vero liberos homines, *Merchetum* spectasse, docet Bractonus *lib.* 2. *cap.* 8. aliique Auctores C. du Fresne in *Glossario* laudati. Sed & scribit Dan. Papebrochius *ad Iram S. Ingenuini Abb. Hydulcuar.* eam præstationem, pro redemptione primæ nocte nuptiarum, à fervis glebæ exigi etiamnum à prædiorum dominis, in Belgii, Frisiæ & Germaniæ aliquot tractibus. Ad quam consuetudinem etiam referendum, quòd olim Ambianenfis Epific in Gallia, in fuos discedentes à se Clericos impetrare assi. rebat, ut iis, qui noviter nuptias ineirant, tribus primis annis cibus, post celebrationem earum, una cubare non liceret, nisi certâ pecuniæ fummâ et perfoluit: quod quidem abrogatum A. C. 1409. uti refert idem du Frelne *ubi supra*. V. quoque Fleta *lib. 3. cap. 13. §. 1.* & infrà, in voce *Nox prima*.

Marci Villa, olim, poftea *Marvilla* dicta, vulgò *Marville*, Pofitio eft & Præpofitura Belgii, in Ducatu Luxiburgenfi, adjuvat vel amniculum Veiuum *Vezam* fita, quem Chaves defert in *Merville* vero *Minariacum* eft, Vid. in hac voce Hadr. Valefium *Not. Gall.*

Fœmine illuftres.

Marcia, concubina Commodi imp. cæde ipfius notiffima, cujus meminit Lampridius in *Commodo* & Herodianus in *eod.* Dioni dicitur Μαρκία ἡ τῶν Καισάρων παλλαξ, Cafaubonus *ad Lamprid. dium V.* in *Martia*, item in voce *Amazonia*.

Marcia Otacilia Severa, Aug. Philippi Severi uxor, celebratur in multis nummis antiquis. Bam Religionis Chriftianæ fautrix imbutam fuiffe, plerique autumant, quo factum, ut Philippum quoque, uxoris gratiâ, aquiorem phi, ialum Chriftianum fuiffe, Eufebius alibique multi fcripferint; Cafaubonus *Not. ad Hiftoriam Aug.*

Martiani Sodales, qui Divi Marci Imp, facra curabant, memorantur Capitolino in *Pertinace*. ubi propter A. Heivium Pertinacem *Helvianos* poftmodum dictos effe additur.

Marcianopolis, Zofimo Μαρκιανὴ πόλις, urbs Mœfiæ, ubi pugnatum fefcitur, fub Claudio II. Pofito in *Claudio*.

Imper. & Virilluftres.

Marcianus, vel *Martianus*, Imperator Orientis. Natus in Illyrico, humili loco, ex patre mitite, præmio contra Genfericum Vandalorum R. in Africa infelicibus Alpatis Ducis aufpiciis commiffo, captus eft. Quem cum Rex quiefcentem fub dio ab Aquila, ne Sols aftus ei offenderet, protectum animadvertiffet, A. C. 451. mox liberum remifit Conftantinopolim, poftquam ab ipfo pacem cum Vandalis æternam ftipulatus effet. Sic Patis oftenius, poft Theodofii Junioris obitum à Pulcheria bujus foro re, in Imperii thorique focietatem receptus eft, ea tamen lege, *ne ipsum annis jam gravum attingeret*, A. C. 450. die 29. Jul. vel junta *Chronicon* Alexandrinum die 26. Aug. Tridio poft, Edicto contra Hæreticos promulgato, Epifcopos Pfeudo-Synodo Ephefinâ depofitos aut in exilium ejectos revocavit. Chalcedone dein Concilium Oecumenicum IV. fexcentorum triginta Præfulum

Præsulum convocavit, ipsique eum Pulcheria Augusta præfuit: *Nos*, inquiens, *ad confirmandam fidem, non adsciendam potentiam, Constantinus Imperatoris pii exempli, interesse synodo voluimus, ut inventa veritate diffidatis latuit.* In eo igitur doctrina priorum Conciliorum confirmata. Eutychianismus cum Auctore, qui & Dioscorus, damnatus, ac decretum est: *Mariam non tantum* Christiparam, *sed & Deiparam nominandam esse.* Ciericis autem Monachisque interdictum, ne seculares causas suscipiant, aut in dubius Ecclesiæ ministrarent. Porro in gratiam Flaviani occisi, cui Anatolius successerat, lædes Urbis Antiochenæ ac Alexandrinæ prælatæ fuit: Cui enim Leo Epist. Rom. contradixerat, qui tamen reliqua omnia approbaverat, omnibus deinde Orientis *Universalis* infelix certamen est. Interim Imperator cum Persis Vandalisque pacem continuavit: Nobades Blemyasque Æthiopiæ prolapsos per Florum repressit: Valentiniano Imp. Occidentis auxilia summisit contra Attı am, cujus, finæ fuæ Placidiæ conjugium affectans e, primo arcum per quietem fractum vidit, mox mortuum esse audivit, A.C. 451. Obiit A.C. 457. die 26. Jan. æt. anno 64. Primogenitum sanctitate Ordinator in Oriente, charitate in pauperes, regimini feliciiate, pacisque studio inclytus: Unde vox ejus: *Donec in pace vivere licet, non decet Principem arma sumere* Vid. Marcellinum *Chron.* Evagrium *l.* 2. Nicephorum *lib.* 14. Jornandem *cap.* 49. Zonaram *tomo* 3. Procopium, Joh. Lætum *Comp. Hist or Univ.* &c. & infrà in voce *Martianus.* Servat Imperatoris hujus memoriam hodieque collatum Constantinopoli Cœmeterium, ædes Urbis, in cujus apice imaginem ejus olim Statuamque stetisse, ex bafeos inscriptione colligitur, quæ sic habet:

PRINCIPIS HANC STATUAM MARCIANI
CERNE TORUMQVE
* ER EJUS VOVIT QVOD TATIANUS
OPUS.

Ubi quòd *tori* quoque ejus meminit, patet, ibi eot Imperatoris repositum, sub ipsa vero pyramide corpus stum e sse, conjicit Jac. Sponus *Itinerar. Græcie Part. I. pag.* 125. ubi columnæ hujus, Petro Gyllio præteritæ, iconem exhibet.

Marcianus, Dux Gallieni, quem contra Gothos pugnasse, in Achaia, refert Treb. Pollio *in Gallieno*, & Zosimus, qui ei a Gallieno, contra Posthumum profecturo, bellisScythici vel Gothici summum esse commissum, ex ubis refert. *Συνεφερόμενος δὲ τοῖς Σκύθαις ὁ τῶν Γαλατῶν ἡγεμὼν Μαρκιανὸς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐστρατεύετο.* τὸν δὲ τῶν Σκύθων πολεμον Μαρκιανῷ διῳχθῆναι δοξης τὸ πλεῖστον ἐμοὶ δοκεῖ γενέσθαι.

Marcion, Hæreticl, memorati Irenæo, *adv Hær. Valentini lib.* 1. semeruptos vocabant perfectos, & liberè omnia agebant, nullum ulla in re timorem habentes, *cap.* 9. quam Symonis Magi doctrinam fuisse, idem ait *cap.* 20. V. in voce *Marcus Hær.* & infrà, ubi de *Simone Mago.*

Marcomirus, circa A. C. 418 Rex Francorum electus est, cui intra annum defuncto successit Pharamundus; qui proin fecundus fuerit, præregatively potiorijure priori debitâ, fecundum Hornium. Sumfere autem *Francorum* nomen, cujus prima mentio in Probi Imper. tempora incidit, hominesque *liberos* significat, vatii tum populi, qui à Romanis hactenus oppressi, declinante Imperio, tese eodem nomine asseruerunt. Unde crediti potuit ut Galli hodieque omnes Germanos *Alemannos* appellent; quia viz. antiquis temporibus in Franciam & Alemanniam universa dividebatur. Pharamundi successor Clodio cognom. *Cematus* fuit, in cultro Thuringiæ Disberga fedem fuam nabens, sub quo Franci, in Galliam Belgicam irruptione facta, Cameracum, Atrebates & reliqua usque ad Somam, Romanis eripuerunt, fed ab Aetio & Majorano Ducibus Romanis terram ejecti, antiquas in Germania fedes repetierunt. Donec Merovæus, Merovingorum, qui ab A.C. 450. usque ad annum 750. apud Francos regnarunt, conditor, trajecto Rheno, fedes cum suis Francis, ad Axonam fluv. posuit, V. *infrà*, & plura hanc in rem, apud Georg Hornium *Orb. Imper. pag.* 110. *& seqq.*

Marcsuli, locus Saxoniæ, ubi Johannes Georgius, filius tertiogenitus Wilhelmi Duc. Wvarienfis, ex Eleonora Dorothea Anhaltina, natus A.C. 1614. fedem suam habuit, poftquam Johanni Ernesto natu maximo fratri Vinaria, fecundo Adolfo, Wilhelmo Elenacum ceffit. Nec mirravit hactenus, licet poft fratris mortem Elenacensem successionem fortitus: quamvis nonnunquam in *Allenkirchen* quoque moretur, loco ditionis Wirgensteinæ, utpote matrius Johannæ, Ernesti Com. Sayno Wirgensteinfiliæ, Johanni Landgravii Hassiæ viduæ, & Comitatus Sayni cum sorore Mandersechelia hæredis, quæ ambæ, adversus Patrias, Comitatum obtinuere. Sufcepit autem Joh. hc Georgius, ex uxore sua, Eleonoram Erdmuthim Luisam, A.C. 1662. Friderieum Augustum 1663. Johannem Georgium 1665. Maximilianum Henricum & Johannem Wilhelmum gemellos, 1666. (quorum ti obiit A.C. 1668.) Luisam 1668. (denatam 1669.) Friderieam Elisabetham, 1669. & Ernestum Gustavum (natum ac den. 1672.) omnes. *Duces Saxoniæ Iun. Vinariensis in Eisenach vel Marsfeld vel Altenstetten*, Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. III. pag.* 83.

Marcsulus, à Cinyra inventus. Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. *Tegulas invenit Cinyra Agrippa situs & metalla ære — Item fercipem*, marculum, *vectem, incudem.* Ubi alii *Martulum*, alii *Sarcinum* legunt. V. Dalechampium *ad l.*

Marcus Antonius Cucchus, scripsit *Institutiones Juris Canonici.* V. Jupin in voce *Cucchus.*

Mardochæi Dies, dies 14. mensis Lunaris Februarii, juxta morem Hebræorum qui Hebraicè *Adar* dicitur, occurrit 2. Macchab. *cap.* 15. quo in eminc indigitabatur festum, quod *Purim* alias, de quo V. *suo loco*, & Dom. Marium *in Hieroglexico.*

Mardinia Pomula, V. hic in voce *Madeimatrus.*

Mare, apud Elajam *cap* 11. *vers.* 5. Nimis est quem ista vocarunt eram Arabes, propter amœnitatem amplitudinem, & quia certis temporibus per totum Ægypti *Delta* maris instar effunditur. Unde Plinius *lib.* 35. *cap.* 11. *Nili aqua ejs mare simile.* Similter lacus majores qui iuer Hebræos, totidem fuit *Asaria.* Sic nim dicunt *Mare Salis*, *Mare Sodoma*, *Mare Cinnereth* feu *Genezareth*, cum hæc maria mere lacus fint. Atque hinc explicit Bochartus, quod hactenus nemo tentavit, quorium Hebræi in terra Chanan habitarint *ipsum* nuncupent, *in urbe Egitti* 24. *vers.* 2. *quæ mare fundavit eum*, quæ ad terram fuam referunt. Sic terram Mariæ ita recenset Talmudicus *Bava Bathra cap* 5. *fol.* 74. 1. *Mare Iteriada.* 2. *Mare Sodoma.* 3. *Mare Gelath.* 4. *Mare Helatha.* 5. *Mare Sochchi.* 6. *Mare Apamea.* & 7. *Mare Magnum.* Quæ tamen multo aliter recenset Kimchius ex *Matara* feu *Commentario in Psalmos veteribus fimo.* Bochatto videtur hic terra Chanaan latefundi, prout Salomonis ærvo ab Ægypto & Mari Rubro, usque in Syriam Antiochenam, extendebatur. Sic in terra Chanaan confebantur VII. *Maria*: Primum, *Mare Magnum*, feu *Mediterraneum*, Secundum, *Mare Rubrum* ad Sinum Elamiticum, quem Talmudici perperam vocant *mare Helath* & *Helatha*; ejusdem finus duo nomina parum diverfa fic distinguentes, quasi effent diversa maria. Mare tertium, quartum & quintum, funt tres in Jordane *lacus*, quorum primum prope fontes, ita Talmudici vocant *Sochchi*, in Kimchio *Sochni*: hoc verum nomen fuit *Sochchoni* vel *Samechonitis* Josepho *Samachonitis*, vel *Semechonitis*, *Antiqq. lib.* 5. *c.* 6. & *de Bello l.* 3 *c.* 18. Sex um eft, *Mare Apamiæ*, qui lacus fuit prope Orontem & Apamiam, Æliano λίμνη ἡ Ἀπαμείνη, ubi fluvi multi, *Hydor. lib.* 12. *cap.* 29. Septimum eft Mare *Sanetha*, h. e. Auftrale; Sirbonis nempe lacus, quo ad Auftrum terminatur Terra Chanaan. Neque vero Hebræis peculiare id fuit, quòd lacibus *Maria* nomen indiderint, cùm Græci quoque etiam circa prom. Tychiat, θάλασσαν mare, vocati afferit Strabo *lib.* 16. Et in Aristotele *Meteorologic. lib.* 1. *cap* 13. memoratur, ἐν τῷ Κασπίῳ λίμνῃ, ὃ καλοῦσι οἱ ὀκεῖ θάλατταν, *Lacus sub Caucaso, quem accole Mare appellant.* Idem forte, quod Agathias *parvum mare* vocat. l. 3. &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Part. poster lib. V. cap* 17. Sed & eadem ratione, amnis seu fluvius Scotiæ *Forthus*, in *Lib.* Malcolmi II. *Regis cap.* 8. *fol.* 21. *Lacus Scotiæ* vocatur, quod æstuarium ejus, Lothianam & Fifam provincias feparans, reliqua omnia hujus Regni æstuat a magnitudine superet, Vid. etiam Buchananum *lib.* 1. Neque aliunde videntur enatæ voces, *mer & mor*, pro palude aut lacu, apud Germanos, Flandros & Anglos, apud quos, uti auctor eft Gervasius Tillebenensis *de Otia Imper. lib.* 3. *cap* 90. *Omnis concursus mre seu mare dicitur &c.*

Mare Æneum, seu *Labrum*, item *Lacus æneus*, in Templo Salomonico (loco Malluvii, quod in Tabernaculo fuerat) in Atrio, pone Altare æneum feu holocaustorum, versus Auftrum extructum est, à Salomone & his verbis describitur 1. Regum *cap.* 7. *v.* 23 *& seqq Item fecit ipsum lacum fusum : decem cubitorum erat à labro parte una ad alteram, rotundum circumcingo, cujus altitudo quinque cubitorum, & funiculus triginta cubitorum circumdabat eum. Coloquintides autem subtus labium eius circumcingo, cingebant ipsum, dena incubitum ambitelas lacum circumcingunt : duobus ordinibus coloquintides fusæ in fusura eius. Stabat impositus duodecim bobus, trium respicientium ad Aquilonem, & trium respicientibus ad Occidentem, & trium respicientibus ad Meridiem, & trium respicientium ad Orientem : quibus erat lacus impositus superne. Et intra omnium posteriora eorum. Crassitudo autem ejus palmaru erat & labium ejus simile operi labii calicis, aut floribus lilii: bu mille bathas continebat &c.* Idius ejus in gratiam 2. Chr. *cap* 4. *vers.* 6. *Lacus erat Sacerdotibus, ad lavandum in eo.* Si ut alia minora lavacra apposita erant, abluendis victimarum carnibus, ut *ibid.* videre eft. Promanabat autem ex Lacu aqua, è duodecim fiphonibus feu maximis ut ubi vice duodecim Sacerdotes ex eo le lavare pollent, juxta Legem Exodi 30. 6. 18. 21. Quo exprimebatur abluitio noftra fpiritualis per Christum, cujus fanguis nos ab omni peccato purificat, 1. Johan *cap.* 1. *vers.* 7. Sicut & illa fimilitudine per Baptismum noftrum adumbratur, quo ad ingreffum Ecclesiæ Christiani purganur, Actorum *c.* 22.

verſ.16. Sed & Sacerdotibus ſacra non eſſe illotis manibus tractanda, eodem Labro innuebatur &c. Franc. Burmannus *Synopſ. Theol. Chriſt. Part. I. l.4. c. 14. & 15.*

Marcarchus vel *Marcjarcheus*, apud Henr. Knyghtonem in *Eduardo III.* & *Richardo II.* vox hybrida eſt, ex Latino *mare* & Græco ἀρχὸς vel ἄρχων, pro Mariis Præfecto, Admiratlo, Thalaſſiarcho, V. *ſuis locis.*

Mares, apud Æſianum *Var. lib.9. cap.15.* inter Auſones, in Italia, veteſtiſſimis temporibus, jactatur fuiſſe ἀπαιωγὴς, & *antica hominis, poſtica ejus habuiſſe* : qualia de Centauris ferebant Poëtæ. V. ubi de *Centauris*.

Marescallus, adde :

Variigenerii Marescalli, ex Spelmanno & C. du Freſne, ordine digeſti.

Marescallus Aulæ, apud Anglos, occurrit in Fleta *lib.2. cap.11. cujus officium, menſis præparatis, mappis ſtratis, intrinſecis & extrinſecis — evocare & decenter ac curioſe collocare, & imagines ejicere, non permittere canes aulâ ingredi, & toti familiæ Regis, ipſo monente, hoſtiaria diſtribuere.* Eidem *Intrinſecus* dicitur *d. l. c. 5. 2.* Virgam præferre Magno Mareſcallo, & à quolibet Barone, facto Militi à Rege & quolibet Milite, *palefridum cum Sella retinere* conſueviſſe, legitur apud Mat. Paris *A.C.1250. & in libro rub* Scaccarii Angl. *fol.30.*

Marescallus Banci Regis, apud eosdem, incarceratorum curam habebat, unde *Marescallia* dicti ipſi carcer Londinenſis, ſitus mentio in *Statute* Eduardi III. *cap 8.*

Marescallus Curiæ, in *Bulla Aur. cap.27.*

Marescallus Epiſcoporum, apud Lindwodum *in Provinciali Cantuar. lib.3. tit. 22.* dicuntur, qui aulas eorum diſtribuere jubentur. In quorum ſuperbiam, avaritiam ac inſolentiam', graviter invehitur Petrus Blef. *Epiſt. 14.* Sic *Marescalli* in domibus privatis Nobilium, memorantur in *Fleta lib 2. cap.74.*

Marescallus Exercitus Dei & Eccleſiæ ſanctæ, habetur apud Matt. Paris. A. C. 1215. p. 177.

Marescallus Fidei, à vulgo dictus eſt Guido *de Levis* Mareſcallus exercitus Cruciferignatorum, contra Albigenſes, auctore Tillio. In *Tabularis* S. Dionyſii Thuan. 20 uterq; Guido, pater & filius, *Marescalli Albigenſium* inſcribuntur, in *Literis* A.C. 1233. & 1234.

Marescventum, vulgò *Mervant*, locus Galliæ, memoratus in literis Regiſtri dicti *Archiepiſcopi*, datis A.C. 1263. locus eſt Partiniaco, quod oppidum eſt in agro Pictonio, proximus, Hadr. Valeſius *Not. Gallis* in voce *Pertinaculum.*

Margarida, adde : Vulgò la *Marinarida*, aliàs *Margeride*, ; Memiuit & montis & fluvii, Sidonius *Propemptico ad libellum*,

Emenſuſq; ingum die jub uno
Flavium craſſimus adjicis Trabrem &c.

Ɛ*æmina illuſtres.*

Margarita, filia Henrici VII. Angliæ R. nupta Jacobo IV. Regi Scotorum, prima unionis regnorum Magnæ Britanniæ, poſtea infeſtæ, jecit fundamenta. Nam cùm per XII. ſecula continua inter Anglos & Scotos bella fuiſſent, neque alterutra gens armis perdomari poſſet, tandem de matrimonio cogitatum fuit, quo univerſa Britannia aliquando conjungeretur, idque inprimis operam dedit Henricus VI. *Anglia Salomo* cognominatus, ex cujus filia præfata defcendens Jacobus V. jure ſanguinis Eliſabethæ ſucceſſit. Et quanquam Henricus VIII. inter alias pacis cum Jacobo V. Rege Scotorum conditiones, etiam hanc tuliſſet, ut ejus filio Eduardo VI. Maria, Scotiæ hæres, nuberet, res tamen à Gallis impedita fuit, quorum artibus factum, ut Maria, ſpreto Eduardo, Francifco II. Regi Gallix, ſe jungeret : unde nova inter Scotos Anglosque bellorum cauſa. Poſtea tamen, Elizabetha Regina Virgo, ultima ex ſtirpe V. Willelmi Conqueſtoris, eo ipſo fine innupta manſit, ut, poſt ſuum obitum, unifervia Britannia in unius tandem poteſtatem concederet. Atque hinc Jacobum VI. Succeſſorem ac Hæredem teſtamento ſcripſit. Quà ratione CCCLX. Inſulæ Britannicæ in unam Monarchiam coaluerunt, ſtudio *Regni Magnæ Britanniæ.* Inter aliasenim conditiones, quibus utraque Regna conjuncta ſunt, etiam hæc fuit, ut ad eviitendam adverſarium nationum æmulationem, cùm nec Angli Scotis, nec Scoti Anglis poſſponi velint, *M. Britannia* nomine utrumque regnum in poſterum veniret. Atque tum impletum fuit varicinium antiquiſſimum Merlini famoſi apud Vett. Britannos Magi, qui prædixit *fore, ut abolitis Anglorum nomine Britanni iterum in Inſula regnarent*, V. Georg. Horntum *Orb Imper. pag.320. & 321.* ut & Verulamium in *Henrico VII.*

Margarita Gorgona, Pſeudo-Demetrii I. qui in Moſcovia ſub nimium fecuſi hujus turbas dedit, regnavit, non minimi in illa gente nominis fuit. Poſtquam enim cæſo Pſeudo-Demetrio I, Ruſſi Baſilium *Ibanowitz Zuci* magnum Ducem elegiſſent; A. C. 1606. mox in Occidentalibus provinciis fama crebreſcere cœpit, miraculo evaſiſſe Demetrium ac propediem in Regnum reverſurum. Quippe eo ipſo tempore, quo Moſcovia Demetrius perit, ſpacia late ſama fuit, conſpiratum quidem in vitam ejus à ſicariis fuiſſe, ſed ille, ut inedita, ita elapſum in Polonia, auxilii quærendi ergò verſari : Tamque fubſtituto hic dolus inſtructus eſt, ut quidam Lundinagiſter oppidi Sogovia, cui nomen Johannis, perſonam interfecti Demetrii aſſumeret, adjutus axillis Cofaccorum. Contra quem emerſit quidem Pſeudo-Demetrius III. in Ruſſia Sept, fed imperium ibius mox evanuit. Tandem verò è ſpe Pſeudo-Demetrius II. oppreſſus eſt, cretus Magno Duce Michaele Federowitio, florente ætatea virtutibus juvene : cuiſe *Margarita* vidua Pſeudo-Demetrii oppoſuit, quæ ducto *Ivvan* Martinovitio *Canjes* Cofaccorum Duce, provincias Ruſſiæ Orientales, Caſanum, Aſtracanum, Siberiam, Rezanam, Colugiam aliaſque provincias tuito Regni, pro ſtio ſuo adhuc impubere Pſeudo-Demetrio IV. occupavit. Donec, poſtquam bieniium duraſſet hoc Regnum, Pſeudo-Demetrius hic, cum Matre ſua Patrique captus ac à Ruſſis interfectus eſt. Vide eundem Hornium, *pagin. 256. & 257.* ut & *infrà.*

Margarita, V. infrà in voce *Peninim*, item in *Perla*, & *Unio.* Scriptoribus Eccleſiæ Græcæ ſic vocantur particulæ S. Euchariſtiæ. Apud illos enim Sacerdos, dum communicat, hoſtiæ quartam partem abſumit, tresreliquas ſummis digitis in particulas, easque minutiſſas, ſuper patenæ communæ, quod aptius commodiusque ex pane recentiabſolvitur, conterit. Hæc aliàs panis, humore abſumpto, in pulverem fatiſcat ; quæ abſolvendi particulæ pro infirmis reſervantur. Eas a. μερεσμὸς vocat *Liturgia* Chryſoſtomi, ψυχὰς Cyrillus Hieroſolym. μερίδας, Euchologium, de quibus V. hic *paſſim.* Sed & μερεσμὸν Græcis recentioribus appellatur vas, in quo ea aſſervantur, uti docet Franc. Richardus *Relat. ad Syn. S. Irenes pag 221.* apud du Freſne *in Gloſſar.* qui hanc in rem inſuper Leonem Allatium de *Recentiorum Græcorum Templis* laudet.

Margaritarii, apud Firmicum *lib.8. Math. cap.16.* dicuntur margaritarum piſcatores, ſeu concharum margaritiferarum veſtigatores, qui non ſine ingenti periculo labore hoc defungantur. Cùm enim *margarita*, ut Plinius, & ex eo Solinus, habent, piſcantque inter ſcopulos aut marinos canes delitefcant, ab his diſcriminen non parvum piſcantibus imminet, ut ex hiſtoriailla colligere eſt, quam refert Procopius in *Perſicis lib.1.* Margaritarias enim conchas in alto comitari amant hi canes. Animalium, *Captura autem difficilis & periculoſa, ſed amplitudinis pretorum illa efficit ratio, quod frequentari ſueta litora, propter piſcantium inſidias declinantes, ut quidam conjicunt, circa devios ſcopulos, & marmorum cumulum receptacula deliteſcunt.* Equibus colligit Salmaſius, non ipſas conchas, comprimentes teſte ac manum urinatoris morſu abſcindentes, periculoſam hanc piſcaturam facere; uti multi ſcribunt, V. eum de *Margaritis* pluribus diſſertantem, *Exercit. Plin. ad Solinum paſſim, imprimis pag.1171.* Sed & hinc *Margaritarius* metum eſſe, docet Iſidorus Characenus, qui margaritas venantur, ſi in hiantem concham rectà manum indiderint, eâ clauſâ digitos ſæpe amittere hoc que cruciatu ſtatim interire, hinceque à litore conchæ manum ſubjicere, ſcribens. Diſcrimen autem piſcatio hæc Hebr. יפה, Jobi *cap.28. v.18.* Græcè διάφανον, Latinè *tractus* vel *extractio*, inde *Margaritarum* Urinatore, Manilius *Aſtronomic. lib.5.* verbum, *Protrahit* : Aliæ-zuinius Scriptor Arabs, *Extrahit*; Hector Boëthius, ubi de margaritarum in Scotia piſcatione, nomen *Attractus*, veluti ἀνασυρμὸς, uſurpat. Ut verò prædam extrahant, ex caſſis, quas circa Insulam Perſici maris margaritis fertilem extruunt, κρύπτουσιν ἐν τῇ θαλάσσῃ δύο ἀγγεῖα σίκρῳ διαβρεχόμενα ὑγρότερα κάτχρωτα, *ad ulnas viginti in mare proſilientes, non ipſi duos referunt conchas*, nempe utraque manu ſingulas, ut ait idem Iſidorus. Plenilibus de re ita Lud. Vartomanus *Navigat. lib.3. cap.2.* ubi de inſula Perſidiæ, ad quam margaritæ leguntur, *Sunt ibi nonnulli, qui piſcatus*

piscatu (margaritarum) *victum quæriant. Hi nebi symbia in ma-ritimis suis gregarandis saxi dependente fune, dein fit à gemina cymbæ parte, ut utrinq; tabla in profundum lapidibus constabiliri ma-veat, non aliter quàm si in anchoris foret, postea. Formatâ sic pondere cymbâ, alius — in aquor sacit finem saxo dependente. In navi me-dia altius, mantica in pallas turgumq; dependente, alligato pedibus la-pide, se vibrat in pelagus, subtus q; aquas urinatorium more natat, altius, in profundum ad passus quindecim, antrilper urinat, donec le-gerit concipes — in suos delitiosum unionis ac margaritæ; cellulas anatomica indit, lapidemq; proximus, quo pedes gravabantur, abjecit fumiq; innixus in superiora evadit.* Atque hic quidem alter extra-hendi à Margaritarum conchas modus est, qui nempe *urinando* fit, & per κολύμβησιν. Sed & alter has piscandi modus *per retia* vi-gisti; olim apud Indos multo in usu, circa Perimudam Insi. de quo multa Ælianus *lib. 15. cap. 8.* Summa est, quo tempore Ba-ctris imperabat Eucratides, Syrus, Regni generis virtus, Pentathlum Indiæ urbem de insulam tenuisse, cujus incolæ Ichthyopha-gi conchas margaritiferas, retibus in orbem litus eirca extensis, capere consueverint. Addit, has esse φορεσυδεῖς, gregatim na-tare & æquè, ac apum examina, Regem habere, cùm colore, tum magnitudine præstantiorem, quo capto cæteras duce orbi-tas facile capi: ac proinde piscatores plus operæ in eo capiendo impendere, quàm cæteris. Philostratus *Philos. lib. 9. cap. 35.* Sole-mnes *Dei Taprobanæ*, Ælianus *in Indicis*, Alii. Quid quòd Pa-trum nostrorum ævo, à Petro Martyrue traditum est, Novi Or-bis Regulos reta & pisearia, conchasq; quæ margaritas gignen-tium litora, pro prædis habuisse. *Decad. 3. cap. 2.* &c. Plura hanc in rem, ut & de tempore piscationis, cymbarum multitudine, piscationis loco, V. apud Bochartum *Hierozoici Part. poster lib. V. cap. 5.* & hic, in vocibus *Bahaaram.* ac *teninim.* De *Margaritarum* ita, tuqrta laudatus Manilius *Astron. lib. 4.*

Pendentem & cæco captabit in æquore piscem,
Cumq; suis domibus concha vallod, latentes
Protrahet, immerso nihil est auderе rel illum,
Quæstus naufragio petitur, corpusq; profundo
Immittum, pariter quam præda exquiritur ipsa.
Non semper tamen sic.

Margaritis, pariter ac Unionibus, in Affueri sua Esthere *cap. 1. vers. 6.* ubi vocem Hebraeam, de *margaritis*, exponit Bochar-tus: res videtur sine exemplo. Nisi Medicis fabulis credimus in Apulejo, qui Psychen *gemmas & monilia calcasse*, narrat, in pala-tio cujus *pavimenta ipsa lapide pretioso ejus dominus in varia pi-ctura genera diserminabantur.* Nam Romanas mulieres *calcare margaritas ac per unones ambulare*, Plinius alio senfu dicit, quia foccularibus eas margaritis intexebant. Ac quintam Delicia-rum Persarum luxus, quam profusæ divitiæ, nemo ignorat: neque ullibi profusiores, quàm in hoc opulo, leguntur. Sed & Susa-rum hic Regia describitur, quam fuisse admirabilem, tradunt Aristoteles & Apulejus, ejusdem adeo rectum & septum exte-rius, auro, argento, electro atque ebore, fuisse. Sic apud Poly-bium *l. 5.* in Ecbatanorum Regia, arbes, lacunaria & columnæ, in portico hujus pertiffyli, intus auro argenteis partibus auratis, erant circumamictæ: omnes tet tegulæ fuere argenteæ. Quò per-tinet, quòd in Æschyli *Persis* Atossa (Reginam *Esther* nonnulli in-telligunt, quæ prius *Adassa*, Esther. *cap 2. vers. 7.*) dicitat χρυσο-κλώθου δόμου, atque extrinsecus etiam multo auro fulgentes. Quanto igitur credibilius, atrium inferius gemmis & *margaritis* fuisse conspicuum? Maximè si verum est, quod scribit Andro-sthenes, margaritarum amorem apud Persas fuisse eandem cum auro. Apud Philostratum *in Apollonio lib. 2. cap. 11.* describitur in India, Templum Solis, cujus pavimentum μαργαριτῶνδος ὑγιοῦτου ξυλοδικὴν πᾶσιν, *margaritis stratum symbolica ratione*; quà ibi in Templis ut omnes Barbaros, addit. Apud Plinium *lib. 33. cap. 3.* Romæ Pompejus habuit *museum ex margaritis.* Et *lib. 37. cap. 2.* Nero *cubicula viatoria, unionibus constrinxit.* Sed & recentiori ævo, occurrunt in sacris ædibus, Basilico Macedonæ Cboli ex-tructis, columnæ, *gemmis & margaritis distinctæ atque exornatæ*: quod in hujus Imper. *Vita* ab Allatio editâ, non semel tradit succesio-rum unus Constantinus Porphyrogeneta. Sic *pag. 143* Tem-plum ornatum describit, μαργαρίτῃ τε καὶ λίθοις τοῖς ἀρίστοις κατὰ πάσαν ἁπλῶς τὴν οἰκοδομὴν κάλλει πολλῷ καὶ πλούτῳ ὑπερβάλλοντα, *Adyta templi auro & argento & lapidibus pretiosis ex-cellentia, & gemmis & margaritis fulgentia.* Item cancelli, qui altaria fe-cludebant ab iis quæ extra & quæ sursum superliminaria &c. ut & interiora sedilia & gradus, quæ ante illa erant, & sacræ mensæ, ex argento, cui superfulum aurum, & gemmæ margaritis pretio-fissimis distinctæ, ibidem memorantur. Quam in rem plura apud Bochartum ubi supra *c. 8.*

Margæ, inter nobilissimos Indiæ fluvios: grande æquat ovum anseris, quod vel bibire & gravius, ex arbore grandi & ramosa pendet diverfi coloris, ex viridi, flavo t. bro nitzti, pomo Per-sico longè fasidius; colligitur ab Aprili in Novembrem, nobi-lissimum in Ormo insula. Cortex deractus in orbes secatur, sic esui, vel cum vino: conditur saccharo, aceto, oleo & sale: bi-anti inferitur gingiber, viride allium, finapi & quidvis. Sun, qui salem adhibeant, aut cum oryza coquant: ante meridiem, eum conftringit, post dulcescit: nuci putamen prædurum, nu-cleus glandem refert, sub membranula carnem albam occul-tans. Est & genus quoddam, nucleo expers & lyiveftre, in alum cy-donium æquans, venenum præsentissimum, cui fuum antidotum fagacitas mortalium nondum invenit, Auctor Anonymus *Sina & Europa cap. 36.*

Margella, Latinis dictæ sunt ornaturæ seu lora aut limbi, qui-bus vestes prætexi consueverе. *Margini* enim vel *Margini*, idem quod *margo*, hinc *margulum* & *margillum*, pro limbo vel mar-gine, quo vestis ornatur. Sidonius, *Pestimenta panicis margi-nata limbis*: Inde ex Latino Græci recentiores ἀμφίγυια dixere &c. Salmasius *ad Pop. Ictum in Bonos.*

Maria Virgo, addit: *Ad similitudinem Dei unione fœcundæ*, di-citur Hieronymo *ad Eustoch. de Virgin. jer.* Exibit *virga de radi-ce Jesse & flos de radice ejus ascendet. Virga mater est Domini: jim-plex, pura, sincera, nullo extrinsecæ germinis cohærens, & ad simili-tudinem Deiunione fœcundæ.* Ubi naturitur vir cruditus iconis, qui nihil non deprahiot. Et, non fuccurrentibus exempl aribus, ita legendum arbitratur: *Germine; sed ad concha similitudinem, Dei unione fœcunda.* Intelligit autem *unionem* gemmam: quam & margaritam vocant: & dixiffe vult *Dei unione fœcundam*, vel interpretando, fœcundam unione, qui Deus est, vel unione Dei, cui conjuncta ut infusione divinæ Naturæ: simulque allu-fionem fiert ad vocem *unionis*, quæ etiam figuliter unum fervanda est omnium exemplarium lectio, & nulla hic feiolorum culpa. Dicit Hieronymus, Deiparam *unione fœcundam*, h. e. sine compare fœcundam, sine viro; cùm aliàs fœcunditas, ex concilio duorum, exsitat: deinde, *ad similitudinem Dei*, qui & ipse filium ab æterno unus fulusque genuit, *unione* sic *fœcundus.* Mirur eadem loquendi figura idem Auctor *ad Principiam*: *Tu unum quotidie concipis, parturis, generas, unum fœcundum, ma-fiate multiplicem, trinitate conformem.* Est igitur *unio* hic *gemæ*, non gemma, &c. Vid. Joh. Frid. Gronovium *Observ. in Eccles. cap. 19.*

Maria, nomen plurimarum ædium sacrarum, in Ecclesia Rom. Romæ inprimis celebris S. *Maria Major*, Basilica ingensis operis; ad distinctionem S. *Maria Minoris*, quæ & *Ecclesia Novæ Mariæ Novæ*, dicebatur: hodie S. *Bonifacii*, in qua quòd hæc ibi sepulta, nomine celebris. Eadem quoque S. *Maria in Palatio* vocata, qua Palatio olim Imperiali, cujus situs hodie Duci Parmenti pro viridario inservit propinqua erat. *Bullar. Cafin. Tom. II. Conflitut.* 150. *Cellam S. Maria in Palatio, qua dici-tur Minor*, &c. Vid. Macros Fratres in *Heroicis*. Hinc S. *Maria Majoris* Obelifcus, qui inter XIII. ilios, qui Romæ visuntur, me-morante Georgio de Sepibus in *Obelisc. Pamphil. Augustan. lib.* Sed & Sacella, quæ sunt poli Chorum, quæque Morabi Be-nedictini *Retrochoros* vocant, quòd Deiparæ fere semper dicata, S. *Maria* nomine donantur, apud Adalhardum Abbatem in *Ca-pitulis cap. 46.* De *sedendo* in S. Maria *vel alibi loca*, Vid. infrà in voce *Retrochorus.*

Maria bepem Palæstinæ, V. supra in voce *Mare.*

Mariale, Græcis recentioribus Μαριάμιον, βιβλίον ἐξ ὧν ὁ ἁγιο-κὴν γυναῖκων, *liber Deiparæ laudes continens*, apud Crusium in *Turco-gracia pag. 243.*

Marilius, aves Hadriani Imp. quem *Marullinum* vocat Spar-tianus, *Avus Marullinus, quisprimus in sua familia Senator Popu-li Romani fuit.* V. Casaubonum & Salmasium *Not. ad locum.*

Marina, in egmotithmis à mari locis exhibuit Heliogabalus, Ait Lampridius in *Vita ejus, Ad mare piscem nunquam vomidat: in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit: marinam-que in locis & in pectum in locis mediterraneis vultites parvis. Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctus conducta venta-te comeait: mementarius &c.*

Marinum Velius, in *Gestis Illinos*, de quo Tertullia-nus *de Pallio cap. 3. Natus & de mari vultura, quo muscosa lanositatis flocculus cornu comant: pinna est leu conchæ margaritiferæ iana, quam ut hirsutam & villosam describunt prisci Scriptores, Androsthenes in Indiæ θαυμασίῳ, apud Athe-næum lib. 11. cap. 13.* Plinius *lib. 9. cap. 35.* Helychius, Alii. Aurei coloris, ut docet Basilius *in Hexaemer. Homil. 7.* & Ambrosius *in Hexaem. lib. 5. cap. 11. Aurum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memoratis pisciem metalli gignunt litora, cujus colorem nullus ad-huc tinxit, qui facit depexis obducere colora, imitari potuit.* Un-de πινοπέζαν σεβασία vocari Salmasius obstrevat ovez, quæ la-nam habent ejusdem coloris, cum pinnarum velitre, i. aurei. Illud nevere veteres, ut ex ea comas facerent adficitias, Phile *cap. 88. de Animal.*

Πίσσι καὶ πυὶ τὸ τεχνῶν βλάπτει ξύον.
Ὡς δὲ ἀφρυγὼν συμφυὲς τὸ ἐγκαύσιον
Ἴδε ὁ βερενίκη καὶ χρῶσιν ἀμείβον,
Ἐπάλλων πολλαῖς ἐπὶ δέρας πεφύκασι,
Σπαιρόμενος αὐταῖς μαχρὸν δὲν ὑμένιν.
Pissa autem fasci pilorum germen mirabile;
Ac si ex aranearum producerет visceribus:
Cujus lucida & delitiosa tenuitas,
Flavis cinerinis illigata virginum,
Prioricntes inens concitat pectus.

Sed

Sed & ad ellychnia adhibitum, docent Talmudici, in *Tract. de Sabbatho cap. 2.* ubi voce Hebr. *Calch* leu *colcha*, vellus hoc indigitari, docet Bochartus. Imò & vestes ex eadem materia fieri consuevisse, refert Procopius *de Justiniani Fabricis, sub initium lib. 3.* Sic marsupium ingens, cum affustis & pluna fimbriis, Beringium, Henrici IV. R. Gall. Cubicullariorum primicerium, sibi ostendisse, testatur Calaubonus in *Athenaum lib. 5. cap. 11. &c.* Quòd verò Talmudici *Colcha* vocent hanc lanam, notandum est, præter Colchos illos *μακρόκομους*, alios ad Orientalem Oceanum fuisse Colchos, de quibus Ptolomæus & Arrianus in *Periplo*, hodie *Cachin* appellant non multum diverso nomine. Circa quos cùm constet latissimam esse pinnarum copiam, justa fuit causa, cur ab illis Colchis tumto nomine, *colcha* diceretur, aureum illud vellus, quod pinnis adnascitur. Plura V. apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap. 45.* & infrà ubi de *Pinnice vellere*.

Marinus Homo, apud Lud. Vivem, in Batavia, vifus à pluribus & supra duos annos ibi detentus, tandem fari incepisse legitur, sed in mare resiliit, ubi primùm potuit: ex eo forte genere, de quo Alex. ab Alexandro agit in *Genialibus libris*. Alius Eugenio IV. Pontif. apud urbem Sibinicum in Illyria, captus est, dum puerum ad mare trahebat. Effigies quispiam humana, nisi quòd cauda anguillæ similis esset, in capite duo haberet cornua, manus duorum tantùm digitorum formam exprimeret, pedesqi in duas veluti caudas definerent, à quibus ad brachia alæ, ut in vespertilione, extendebantur, teste Fulgoso. Sed & in Nilo, sub Mauricio Imp. Ægypti Præfecto Menâ una cum quibusdam amicis deambulante, in loco, qui *Delta* dictus, Sole orto, animal humanæ formæ perfimilia apparuere, in medio fluminis, Vir fc. & mulier, lequæ spectantes exhibuere umbilicotenus usque ad horam nonam, ut Theophilus Isiurus Abbas scriptum reliquit in *Chronol.* interprete Anastasio Bibl. A. C. 1512. Ut de Muliere marina Harlemum delatâ, A. C. 1403. de Viro barbato ac capillato, in Frisia A. C. 1526. de alio in Bathico mari, prope Ilepochum, Norvegiæ opp. A. C. 1531. capto, qui Sigismundo Polonize R. munera missus, triduum in Aula vixit; de Adolescente marino, non procul à Lunæ præm. in littus prodeunte, piscatorumque pisces furripiente, apud Damianum Goes in *Olyssipona Emerit.* alisique oli addam. Comperiuntur certè in antiquis Lusitaniæ Regni Archivis ea de re monumenta, cùm hujusmodi monstra ad se pertinere, tum Rex tum M. Magister S. Jacobi contenderent; transactione verò fic demum lis est, ut Regibus cederet ratiocinii Siremum, alias marinæ bellarum materia, quæ in utroibus Magistri cognitione versatur &c. V. eundem Goes, ut & Georg. Brun *in Harlemo*: Plura autem hanc in rem apud Auctorem Anonymum *Sinæ & Europæ cap. 42.* nec non in vocibus *Siren, Triton.* ut & suprà ubi de *Cauda Sirenis*.

Maritima, Gallis *les Marennes*, in Pictonibus dicuntur agri ad Oceani littora, in quibus extant salinæ. Sic *Maremma* Itali, *Marejme* Catalani dicunt, unde *Marejde de Maresme*, locum in Comitatu Rocinonensi, haud procul à Caucolibero, apud Andr. Bofchum *lib. 1. dels Titols de honor de Catalunya cap. 26.* laudatum C. du Freine *d. l.*

Maritimus Circus, locus memoratus Livio *lib. 9. cap. 42.* ubi de Anagonis: *Qui se civem Herniconem dixerat, jussum in custodia habuit. Eos omnes Fabius Romam ad Senatum misit —— id ægrè passi Hernici, Concilium populorum omnium habuerunt, ibique quinto, Circo, quem Maritimum vocant, prater Alatrinatem Ferentinatemq; & Verulanum, omnes Hernici nominis Populo Romano bellum indixerunt.*

Maritus, apud Hebræos, uxori, sive virgo tempore sponsaliorum esset, sive virtata, sive major, sive minor, sive profelyta, sive libertina, præter amorem honore & cuique congruenti, decem obligationum genere bus tenebatur, quemadmodum ipsa virtuta illi quatuor, ut videbimus infrà, in voce *Uxor*. E quibus decem, tria ipso Legis sacræ fermone nituntur; reliqua septem ex Majorum sanctis ora tum. Occurrunt tria illa, in Lege data, de ancilla Ebræa Domini, filio desponsata. Exod. *cap. 21. vers. 9. & 10. Si filio desponderit eam, juxta morem filiarum ages eum ea. Et si alteram duxerit sibi, victum ejus, seu alimentum, experimenta ejus vestimenta ejus* (quibus adjungunt utensilia ac domicilium) *& conjugale debitum non minuet. Et si tria ista non exhibuerit ei, gratis dabit eam absque pecunia.* Apud Hellenistas vocantur, *τὸ ἔντιμον, ὁ γαμετὸς καὶ ὁμιλία αὐτῆς*, seu *necessaria, vestimenta & congressus ejus maritalis*. Nam *ομιλία* ibi, uti apud Aristotelem Lucianum, alios Græcorum, etiam uti apud Latinos *congressus*, ipsum significat concubitum. Et quidem, quod *debitum conjugale* dicitur, ex hac Lege, quæ velut fedes habetur primariorum *Mariti* erga uxorem officiorum, id *ἐπιγαμίαν τοῦτο* seu *debita benevolentia*, nuncupatur Apoſtolo Paulo 1. Corinth. *cap. 7. versu 9.* Arabi *amor* redditur. Reliqua septem sunt, 10. Ipſa *dos principalis* (נם & sunt qui dotem ipſam in universum Lege sacrâ jubnitu etiam velint) 2°. אם חלתה *ut Mariti mortem fumtus Vir præstet, ubi uxor ægrotaverit*. 3°. לפדות אם נעבירת *ut redimat eam, si capta fuerit*. 4°. לקבוירתה אם מתה *ut funebres ei præbeat fumtus superstes*. 5°. *Ut alatur ipsa ex ejusce bonis & in aditus ejus degat, post mortem ejus, quamdiu viduæ fuerit, nec dotem acceperit*. 6°. *Ut filis ejus ab eo fuscepta. ex illius bonis alantur usque dum pervenerint ad pubertatem*. Tandem, *Ut liberi ejus si non masculi, ab eo fuscipere, succedant in dotem ejus, præter parzi, quas cum fratribus injuper capiunt hereditatis paterna*: Atque hæc lex doti principaliadjecta, vocitantur *Doti conditiones* seu appendices, uti Seldenus docet *Lib. da Succeff. in Bona cap. 2.* Ubi itaque ex affectu maritali, five alimenta, five vestes, five debitum conjugale, minime ut decuit præstabantur, licuit in Foro uxori adversus *Maritum* eo nomine agere: ubi alimenta præstitinebantur, ex lententia. Si temtioris esset Maritus fortunæ, & alimenta in universum ex sententia ei essent ita subministranda, decere tebatur uxori panis quotidianus, qui diebus singulis profectis מעורות כפף לאורה, *binis refo-*

fimibus, seu prandio & cœnæ sufficeret; sabbato autem, tribus itaque five hodieaceus, five exticeus, pro loci ac temporis usu. Et pro more eorum, qui è vulgo infimo erant, in eodem fe eo seu regione, integræ valetudinis ac hominesfrugi quinirias cejusdem panis definita est. Addebatur (ut alia omittam) qualibet hebdomade, שערה כפף לאורה, *Obolus argenteus ob necessaria sua* (monetæ Angl. circa fesquidenarium) seu, ut alii, לדברים קטנים, *ob rerum minutias*: quo non præstito, opficium ejus in ejusdem cedebat compensationem, non ut aliis, in commodum *Mariti*. Quòd si verò adeò hic inops esset, ut neque hæc posset præstare, ex sententia forensi divortio eam ejecere cogebatur, ut & dotem pro bonorum qualitumcunque copia refundere. Cæterùm, qui beattores erant, ut pro opulentia, quâ pollebant, alimenta uxori præstarent, eodem modo lolabat decerni. Si *Marito* peregre profecto, alimenta sibi præberi à Foro peteret uxor, ante temestre à Marti discessu elapsum, sententiam fecundum eam non ferebant: præsumebatur enim eominem suas ædes rebus familiæ victui per tantilum tempus necessariis vacuas reliquere. Illo autem tempore transacto, involantes, ex lententia Fori, lictores, in bona Mariti, ea in alimenta uxoris vendebant, &c. Nec desiftimile judex Veltitus, præfitruebantur enim, ubi tenuioris fortunæ Mariti uxor, ex lententia forensi, erat vestiienda, in vestimenta ejus, velut togam, tunicam, indusium, quotannis 50. Zuzi, adeò ut byeme tantum compararetur nova, æstivo tempori antea detritis fatis inservientibus. Adjeiebatur item cingulum, capiti operculum & calcei non *à fesio in festum*, id est, ter quotannis, seu, in quolibet festorum, Paschatis, Pentecostes & Scenopegiarum. Hæc vestimenta solùm, sed & mundus muliebris, qualis in more, ei reddendus erat, quem appellabant תכשיט; Ita tamen, ut hæc ei decernendus non esset, Marito peregre profecto: Tunc enim *dueraz ei Maritus, cui se ornaret*. Quin domicilium seu conclave quadratum, cujus latera minimùm quatuor essent cubitorum, cum latrina extra adjacente, atque utensilia domestica, velut lectus, olla, feitula, poculum, ex lententia Forenfi, ei definiebantur. Sic tamen ut divestitutis mortum & locorum fingularis ratio semper haberetur, ut & Mariti opulentiæ atque amplitudinis, juxta quam hæc omnia lautiora. Quin verò, qui vestimentorum forensium erat impar, is cogebatur uxorem divortio à fe dimittere, dotemque ei pro opum fuarum modulo numerare; ut etiam de alimentis jam dictum. Cogendus eodem modo erat, quicunque voto negaret uxori five alimenta, five vestimenta idonea, nec idem, intra aut latum poft rigefimum diem, laxari curaret. Per quod tempus curator à vicinis constitutus, quæ uxori compararet, quæ veri ratione marito non licuit; postmodum à Mariti bonis compensanda. Idem fiebat, si profiteretur voto Maritus, se nolle eam parentes aut propinquos, temporibus opportunis, invisere, adeò ut contra morem patrium, quo fœmel in mense id facere liceat, eam vellet carere domi cluderet, nec votum competitive curaret laxari. Quodridem dicendum, si ab omni folenni five luctu five convivio eam voto arceret, nisi fi improbi eorum, qui simul adesfent, mores eam trahi timuit. Si quis porro alicujus trium illarum provinciarum, Judææ, Galilææ aut Trans-Jordanicæ regionis, nempe Terræ Sanctæ, incola, uxorem fibi duxerat in terra aliena, veluti Babylonia, Arabia, Ægypto, ea pro *Mariti* arbitratu eum in terram Sanctam fequebatur, aut ejiciendæ divortio, etiam fine dote. Si verò nolet *Maritus*, illa autem vellet inde in terram Sanctam migrare, repudiatæ dos exolvebat. Hæc autem hæc inter omnium Hebræorum nuptiis conditio. Quòd fi ex aliqua trium illarum provinciarum esset uxor, licuit ei Marito in earum aliquam aliam, nedum in terras alienas demigraturo, sine dispendio, fe repudiaretur, dotis obstare. Integrum verò erat Marito domicilium in eadem provincia mutare atque uxorem cogere, ut fimul mutaret, nempe five ex urbe ala migraret in aliam ejusdem provinciæ, five ex vico pagove alio in alium ejusdem provinciæ vicum pagumve, sed non ex urbe in vicum aut pagum, neque e loco falubri in insalubrem, neque ex insalubri in falubrem, ne

ex subitanea aeris mutatione corpori intemperies obortretur. Circa debiti conjugalis praestationem, similiter fae legeserant, eamque ad minimum semel intra mensem obeundam, volunt Eruditi. Certe & in Solonis Legibus, quae haud parum mores Atticae imitatae fuisse Judaicos, habetur apud Plutarchum, ὅσοις ἐκ γάμου γονὴν ὑπογραφὴν ἀτέλειαν τῆ ἐπιλαβοῦσῃ τ' λαχόσῃ, *Maritis decuriis primus tot iugales meritibus cum ea perunctionem.* Proin &, ut uxori, cui debitum negatum, actio eo nomine forensis apud Hebraeos competebat, ita & apud Athenienses actio, quam κακώσεως δίκην, nominabant, teste Sam. Petito *ad LL. Attic. lib. 6. tit. 4. §. 4.* 45. Praeterea Medicinae sunt tus, usque dum convaleiceret uxor, à *Marito* erant erogandi, eruraque ejusdem solicite habendas, ita tamen, ut, si grave minus illud onus esset videretur, liceret, dote ei relicta, & sumtus & curam simul in ipsam transferre, aut renunciare. Licuit nempe ex jure stricto: sed ut Maimonides, *Non decet ita fieri, ne bonis moribus violentur.* Quod ad redimendam uxorem captivam, Sacerdoti captiva, & gentili hostico, postliminio reversa prohibita erat, adeoque à Marito quidem erat & redimenda & reducenda à lares; sed cum dote repudianda: ut-pote jam ei illegitima. Israëlitae quilibet & Levita ad redemtionem similiter obligatur. Sed omnino juri primo restituebatur redemta. Eadem vero non fuit captivitatis prima & fecunda aetas. Primâ namque repudiare *Maritus* nequibat, ante redemtionem; simo licet decies pretium dotem superaret, necredupudiare licuit ante redemtionem, nec redemtionem derrectare. At captivitate secunda numerata uxori dote, unde, quateus posset, ipsam redimeret, eam repudiare pro libitu fas erat. Quod si peregre profectus effet maritus uxoris captivae, bona ejus ex sententia Fori, in redemtionis praetium, vendebantur; tibi tamen iterum variae erant exceptiones. Cura potro funebris ita *Marito* incubuit, ut etiam cuique sortis infimae uxori demortuae, *binæ minimum tibiæ adhiberentur, prater præficam*; ita tamen, ut loci momumque ratio semper observaretur. Si Maritus beatior esset, pro eius amplitudine ac opulentia, praefinibatur sumtus. Ubi verò uxoris fortuna, familia, dignitas clarior, sinus ejus non probe stitore Marito conditione ab eo celebrandum erat, sed pro ea, quâ claruit illa. Unde receptissimum illud, de uxore: *Ascendit ea cum marito, sed non descendit cum eo ne mortua quidem.* Ita radix, si qui fuere, *Mariti*, luminoso hoc splendeleebat ab ipsis nuptiis, ut pro ejus dignitate, seu, quod ajunt כבודו fam haberetur ea vivæ, tum mortuæ esset sepelienda. Sin autminor effet *Mariti* dignitas, aut minueretur, uxor nihilominus fuam perpetuò civiliter retinens, prae ea, seu כבודה, ut, ajunt, & habebatur viva & sepeliebatur. Peregre autem profecti Mariti uxore demortua, ex sententa Fori, sub alterr amici non curabant funus, bonis ejus diversidis, tantum equitas exigebat, ut ajunt Rabbanici, &c. Addatq; quod, *Mariti* immunitate seu vacatione, de qua duo occurrunt in Lege sacra loca: aiter, in sermone à Tribunis ad milites habendo, in procinctu fc. ſtantes: *Vir quæ, ille, qui desponsavit sibi uxorem, & nondum accepit eam, vadat & redeat in domum suam. ne forte moriatur in bello & alius accipiat eam.* Aiter, in ipsis Legibus militaribus, *Cum occeperit quis quam uxorem novam, non egredietur ad militiam, nec ullâ re, quæ onus transiit super eum, ed immunis erit in domo sua anno uno*, V. Deuteron. *cap. 20. vers. 7. & cap. 24.* v. 5. Unde videmus, eandem Sponsi & novi *Mariti* tationem fuisse. Hinc & Josephus *lib. 2. cap. 8.* tam τὸς μνηστευομένους, *Sponsos*, quam τοὺς γαμηλικίτους, qui *super uxores duxerant*, ex Lege immunes fuisse, aiter. Imo, qui hoc Legis beneficio gaudebant, integro à deductione anno non solum à militia immunes erant, verum etiam ab omnimodo munere civili publicorum erat, velut tributo, vigiliis: quod evincitur è verbis Legis, *Nec alia res, quæcunq; transibit super eum*; quae Hellenistae explicant per ἐκ ὑποκειμένου αὐτῷ πᾶν πράγμα, πᾶσης ἴσης τῷ τὸ οἰκεῖο αὐτῷ &c. *Nulla injungetur ei res, immunis erit leo dannis expers in domo sua &c.* Hinc tum pusillanimes, qui similiter dimittebantur, comitatum, aquam, id genus alia, nihilominus exercitui subministrare, itinera sternere, stationes apparare, vectigalia ut & ceteris ab iis universis primo luo anno Maritus immunis erat. Sed distinguunt Eruditi bellum, quod vel ex praecepto divino gerendum erat, vel ultroneum ac arbitrarium fuerat: atque ad priusSponsi hanc immunitatem attinuisse negant; verdm ad secundum tantum. Misna *tit. Sota cap. 8. Quæ verba* (de immunitate militiæ) *intelligenda sunt de bello ultroneo. Cæterum in bello, quod ex præcepto* (divino) *gerendum erat profectionem nemo Sponsi & tubicines, nec ipse Sponsi & sua thalamus.* Puellam sibi sponderat miles in diem, veluti in anni exitum: ante diem fieri deductio nequibat, unde nec immunis erat ex hac Lege. Cedit dies, dum in castris agit; exauroranduis erat, ut ad Sponsam deducendam rediret & nuptiarum primitiis anno deinceps integro fueretur. Quod annuum tempus ipso legis fermone nec ei, qui nuenam plantaverat, nec qui novas conſtruxerat aedes, indulgebatur: qui tamen & ipsi à militia immunes aliquamdiu alicubi prorsus tantiat. Atramen utriq; suus itidem erat, ex receptissimo vetustissimoque Legis de novo *Marito* latae interpretamento, annus utendi fruendi, adeò ut quanto tempore & quo modo immunis erat, apud novam nuptam, novus Maritus, tanto & eodem undiquaq; immunis ageret in novis aedibus dominus & in nova vinea vinitor. Plura v. apud Seidenum *Un. Hebr. l. 2. c. 5. & seq.* Hinc *Mariti agium*, apud recentiores Scriptores, inter alia, denotat conjugi incundi licentiam, dicitur que de servis conditionalibus & glebae adscriptis, quibus matrimonium contrahendi, absque consensu Domini, non erat venia. Egnardus *Epist. 16.* ad Hartonem Com. *Quidam homo vester, nomine Hiarne, venit ad limina sanctorum Marcellini & Petri, veniam postulans, pro eo, quod conservam suam ancillam vestram sibi in conjugium accisset, sine vestra justione. Propter hoc precamur Benignitatem vestram, ut à nobis indulgentiam de hoc facto percipere mereatur &c.* Quem pronunciationem, definitum i is censum praebuerat, qui duobus solidis annuatim interdum, aliquando 6. item 12. denariis nonnunquam, definitus legitur. Unde, cum interleviorum omnium non minimum hoc effet, legumus in privilegiis, civitatum & oppidorum incolis à Regibus Principib; que indultum, ut pro tuitionum cautum ac concessum, *ut ea & eorum haeredibus ad libitum suum puellas & viduas suas nuptui tradere, & juvenes uxorare — liceret.* In cujusmodi immunitatibus, exin ebannit Nobilium Feudalium matrimonia, de quibus copiose agit Carl. du Freine *Not. ad Stabilimentia S. Ludovici*, V. cuiusem. hac de voce proiate differtentem in *Glossar.* ut & sup. in voce *Marcheta* seu *Marchetum*, quae item à matrimonio & Sponsi matrimonio, apud Anglos tamen, pro *licentia nubendi* passim occurrit. De Maritorum vero ergauxores obsequiis, apud Romanos, supra in voce *Ancillariolæ*.

Marmita Ecclesiæ, in *Inquis. de Vita & mor. B. Johannis Episc. Virentini*, dicitur Diaconus quidam, & vi detur nomen dignitatis, quae forte *Marturinus*, in *Charta* Theotolonis Archiep. Turon. A. C. 933. apud Sammarthanos. Sed qualis illa, & abolitio est, nisi forte Archivi Custos indigitetur, Carolus du Freine in *Glossario*.

Marmor, apud Taprobanitas in pretio, ut & testudines, haud secus ac apud Romanos, inter instrumenta mitidonis & elegantiores vitae. Et quidem apud hos L. Crassius Orator primus peregrini *marmoris* columnas habuit, in Palatio, *Hymettius tamen nec plures jex aut longiores duodenum pedum*, binæ *Pontici Palatini* dictus in jurgus, M. Bruto. Primus parietes cruſtâ marmoris operuit totus domus fuit, in Celio monte, ut Cornelius Nepos refert, Mamurra Formiis natus, æques Romanus, Praefectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia: idem primus totis aedibus nullam, nisi è marmore, columnam habuit, omnes solidas è Carystio aut Lunensi. Limina ex Numidico marmore primus in domo posuit M. Lepidus Catuli in Consulatu collega, anno U. C. DCLXVI. Quod primum invecti Numidici marmoris vestigium, non in columnis tantum cruſtisque, ut Mamurra primum posuit, sed in massa ac vilissimo luminum usu, se reperisse, ferebat Plinius. Post hunc Lepidum L. Lucullus Consl. Luculleum marmor, ab illo dictum atrum alioquin, primus Romam invexit, ex Nili Insulatu. Primus marmoreis parietes habuit scenam. Scauri solidis globis positos, ut videtur Plinio; nondum enim sectâ marmoris vestigia inveneral Italia, de quo paulo infrà. Primus è duobus marmorum generibus *marmoreum theatrum* Alexander Severus invenisse dicitur, apud Æl. Lampridium in *Alexandro Sev. Alexandrinum opus marmoris, de duobus marmoribus, hoc est, porphyretico & Lacedæmonio, primus instituit*: Sed id genus artificii jam Claudii & Neronis temporibus Romæ cognitum fuisse, patet, ex Plinio *lib. 30. c. 1.* & Seneca, qui Alexandrina marmora crustas Numidicis jam luo ævo lolita distingui, ferebat. Non igitur primus Alexander *marmoreum theatrum duobus marmoribus* instituit; sed illius fortasse novum aliquod genus è porphyretico & Lacedæmonio &c. Græci Vett. columnis è marmore in Templis demum utebantur, nec lautitiæ causâ, sed quia firmiores aliter statui non poterant. Sic elt inchoatum Athenis templum Jovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis ædibus advexerat columnas. Fuit tamen inter *lapidem & marmor* differentia jam & apud Homerum: Dicit enim Patridis os *marmora saxo* percussum: sed baccheus regius quoque domui lau strifimæ praeter ea, aurum, electrum, argentum, ebore tantum adornatis. *Odyss. δ.*

Χαλκὸς τε στεγανὸν κ' ἠλήλατο οἶκον ἐόντα
Χρυσὸς τ' ἠλεκτρὸς τε κ' ἀργυρος ἠδ' ὁ ἐλέφαντος
Φοῖβε Ἀπολλοῦ.

Antiquissima, quod equidem occurrit, Halicarnassi domus Mausoli Proconnesio marmore exculta est, lateritiis parietibus. Primum autem vericolores istas maculas Chiorum lapidicinae ostenderunt, dum mirost extruerent &c. Et quidem secundi marmor in cruſtas videtur Carie inventum fuisse: quisquis autem id primum fecit luxuriamque dividere repererit, important itigenii fuisse oportet. Arenâ hoc fit, & ferro videtur Reti, serra in praetenui linea premente arenas versandoque tractu ipso secante: quem in usum Æthiopia maxime olim, postmodum ex quodam Adriatici maris vado, defumta, probabatur. Indicâ verò combuſtâ polientes marmora fricabant: Thebaica item polituris aptâ, & quae è puro lapide aut è pumice

Scalpendo verò marmore (quæ ars Picturâ aut Statuariâ longè antiquior) primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis Cretenses, etiamnum Medis imperantibus; qui in Stcyonem le confcrentes, ibi fimulachra fecere Apollinis, Dianæ, Herculis & Minervæ, circa Olympiad. 50. De reliquis Artificibus, ut & variis *Marmorum* generibus, hic infrà quædam subjungam, V. Plinium hanc in rem prolixè differentem *lib. 36. cap. 1. & feqq.* Hinc *Marmorare*, i. marmore inducere, *incrufiare*, ut in Cyrilli *Glofforio*. *Μαρμαίρειν, Incruftare*, ibid. *Marmoratus*, *Μαρμαρέϑ*. *Marmorare vigore indnere*. Fulgentius *Mytholog. lib. 2. cap. 14.* de Minerva, *Nam & ebur & purpura veftis auri materia marmorabat*. Papinius Statius *lib. 4. Sylv. 3.* vers. 19.

——— *parietes, & levarat.*
Ingenti plaga marmorato dorfo
Hujus ianua, profperumq; limen &c.

V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad l.* ubi, *marmoreis* quoque *vaſis* ad cibum uſi eſſe Vet. ex Poſſidio, Scriptore *Vitæ* S. Auguſtini c. 22. addit. Indidem *λϑοξοος μαρμάρου*, opus quo parietes illiti decorabantur, quemadmodum *marmora* à ſolum pertinebat. Codinus *de* ὅπως ἐμποιῆσαι τοῖς λϑοξόοις μαρμάρου, ubi de Trullo loquitur. Et paulo poſt, E κάστρο δὲ ἐκ βασιλέως τοῖς λϑοξόοις μαρμάρους, ἢ ἄλλο τι ἐκ χρυσίου τινὸς, *Volebat autem Imperator parietes & pavimentum totum ex auro confici*. Ο λϑοξόος elegantiùs Græci vocabant: undè λϑοξοσθῆναι τοῖχον, apud Hieroſolem *de Nuptiis*, penes Suidam, h. v. *λϑοξόος*, qui parietes ſtruxit. *Struere marmoreo & laminis induere* &c. Vid. Salmaſium *Not. ad Æl. Spartianum in Pescennio Nigro*, ut & *Exercitat. Plin. ad Solinum paſſim*, inprimis p. 1101.

Marmorum varia genera, quando primùm, & ad quæ opera adhibita?

Æthiopicum, memoratur Sidonio *lib 2. Epiſt.* 1. ut & in *Epithalamio* Ruricii, ubi ejus pureum colorem ei tribuit. V. quoque infrà *Baſaltes.*

ex Armenia advectæ cotes, poſtquam Naxium diu ante ita ſignis & marmore poliendis gemmiſque etiam ſculpendis æque limandis placuiſſet, illud tandem vicere. Plinius *lib. 36. cap. 7.*

Auguſtum, undatim criſpum in vorticem, in Ægypto, Auguſti primum principatu repertum eſt. Ibid.

Baſaltes, ferrei coloris ac duritiæ ibidem inventus nunquam major, quàm in Templo Pacis à Velpaſiano dicatus argumento Nili XVI. libris circa inventibus, per quos totiidem cubiti tumuli incrementi augentes ſe annos intelligebantur. Cui non abſimilis Thebis in delubro Serapis. Memnonis ſtatuæ dicatus &c. *Ibid.*

Caryſtium, *undoſum* Statio *lib. 1. Sylv.* 5. Atacie: è quoto. Iidas columnas primum ædibus adjecit diutinus Marmurram. V. de hoc marmore Raderum *ad Martialem lib. 4 Epigr. 61.* & *lib. 7. Epigramm. 77.*

Lacedæmonium, apud Sidonium & Italbi coloris: apud Plinium *lib. 36. cap. 7.* *Marmora multa ſub terra ſpargunt, Pretioſiſſimi quidem generis, Lacedæmonium viride, cunctuſq; lutarius.*

Lesbium, maculoſum, h. e. verſicolores maculas habens, lividus Patio. *Ibid. cap. 6.*

Leucoſtictum genus porphyretici marmoris in Ægypto à candidis interveniebus punctis, *Ibid cap 7.*

Lucullæum, à Lucullo Conſ. nomen accepit, quo admodum delectatus illo primus

Romam è Nili Inſ. invexit, unum aliosqui, cum cetera ma ulus aut coloribus commendaretur. *Ibid. cap 6.*

Lunenſe, V. ſuprà *Caryſtium.*

Memphites, à loco dictus, gemmantis naturæ. *Ibid. cap. 7.*

Naxium, V. ſuprà *Armenia cotes.*

Numidicum, primùm Romam invectum eſt anno U. Cond. DCLXVI. à M. Lepido Conſ. qui illud in maſſa & viliſſimo luminum uſu, magnâ reprehenſione primus poſuit, ut diximus.

Onyx, potoris primùm vaſis, deinde pedibus lectorum ſed lisque, poſtmodum amphoris, columnis tandem, inſervit: quarum cùm 4. modicas in Theatro ſuo Corn. Balbus poſuiſſet; ampliores poſtea ejus æmulatione Cæſiſti ſe vidiſſe Plinius refert *Ibid. cap 7.*

Ophites, ſerpentium maculis ſimile, inde nomen accepit. *Ibid.*

Parium, V. in voce *Paros.*

Phrygium, memoratur Sidonio ubi ſuprà, viridis coloris.

Porphyrites, rubet in Ægypto, & quantislibet moltibus cædendis ſufficit. Statuas exeo Cl. Cæſari Procurator ejus in urbem ex Ægypto advexit Tiberius Pollio, non ad modum probatâ novitate. Plinius *lib. 36. cap. 7.* V. quoque *Leucoſtictum.*

Proconneſum, è quo antiquiſſimæ Halicarnaſſi Manſoli domus excita eſt, uti dictum.

Thaſium, maculoſum, memoratur Plinio *d. l. cap. 6.* Ubi tamen alii *Parium* legunt.

Tiberianum *marmor*, principatu Tiberii primùm in Ægypto inventum, convolutâ canicie ſparſum fuit, Idem *ib.* cap. 6. &c.

Verſicolores maculas Chiorum lapidicinæ primùm oſtendere

Artifices in marmore, eorumq; opera nobiliora.

Dipœnus & Scyllis, de quibus ſuprà, primi omnium marmore ſcalpendo inclaruerunt. Fecere autem ſimulachra *Apollinis, Dianæ, Herculis, Minervæ*; quod è cœlo poſtea factum eſt, circa Olymp. 50. Et quidem Dipœni operibus Ambracia, Argos, Cleone, referta fuere. Malas, in Cilo Inſ. celebris fuit, filiuſque quæ Mycciades, ac deinde nepos Antiteras, cujus duo filii Bupalus & Anthermus in ea ſcientia fuere clariſſimi, circa Olymp. 60. Unde *nonvultus tantum, ſed & operibus plorum Anthermi, cenſeri Chium*, in Prov. dictum. Opera ejus Smyrnæi, *Hipponax*, fœditate vultus notabilis; *ſimulachra Deorum*, in Delo ini. *Diana* in Jafo: ejusdem Deæ *factus* in Iubbini poſita, cujus vultum intranſeuntes eſtem, exeuntes ſcamnum putabant. Atque hi omnes candido marmore è Paro inſtituti uſi.

Pibidias, *Venerem* fecit eximiæ pulchritudinis, circa Olymp. 83. quæ Romæ in Octaviæ porticibus ſtetit. Plura ejus opera excenſet Plinius *lib. 36. cap. 5.*

Alcamenes Athenienſis, cujus præclara *Venus* Athenis ex ara marcs, *Aphrodite ex κήπῳ* dicta. Certaverat autem cum Agoracrito, cujus *Venus* cum Athenienſium judicio Iuilio poſthabita, *Nemeſin* eam vocavit Agoracritus & Rhamnuntæ poſuit. Idem Alcamenes *Vulcanum* fecit, in quo ſtante ac veſtito levitet appariebat claudicatio non de formis, num 72 *κανόνιοι*, Victor. *lib. 19. cap. 32.* Praxiteles, cujus opera, *Statua equeſtris & Neptunus ejus in Judæis ac Feſtonem gigantem haſta petens*, Athenis in Ceramico: *Venus Gnidia* in *Marmor*, dicitur in Beleſtichi Rom. tabellâ marmorea *imaginata*, quæ oſculanda offertur ad *Pacem* in Templo. Alias *Lapidaces*, quod vide, ut & Syn. Bajocenſem A. Ch. 1300. *cap. 10.* du Freſne.

Marmora in Exemplis, V. ſuprà in voce *Exemplia.*

Marmorea Cœna, parafitis exhibita, ab Heli. gabalo. Lampridius in eo, *Parafitis in ſecunda menſa ſpa cœnant cœnam, ſapa eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam vel marmoream veſtaſpatam exhibut.*

Marmoratum, apud Albertum in *Chron. Annuatim debent præſentare, ad Camer an Papa, unum marmoratum, qui bene ne cuit à Curia & eſt minoris valoris, quàm florenus de Florentia:* monete Hiſpanicæ ſpecies eſt, floreno minor. alias *Maravotinus*, de qua voce diximus *ſuprà.*

Marmota, Italis dicitur Mus montanus, ſeu Alpinus, ut Plinius vocat *lib 8. cap 17.* qui in *Alpibus* frequens: Non enim peculiaris Alpibus eſt, ſed partes Europæ. Jam ſomnicoſum hoc animal a Scaliger docet *Exercitat. 203. Cum glirium ſpecie* (marmotæ) *in ſomno conveniunt. Hybernis enim totos menſes transigunt ſopore* Et in rus, *Hi mures multum dormiunt & vexaverint ſui deliteſcunt quas vivo artificio ſeſidunt Sic* Agricola item. *In montibus quidem fumum, quo in ſaxis mollitiem erofit, collectum, in cavernam deſcrunt ut hyems mollius dormiant.* Stumphius tandem, qui unam per biennium ſecum aluerat, in *Helvet Chron* Cibi *gratia hyeme tantum dormientes aſſidunter.* Item *Turneg. offic. dormientes au ferunt.* Et paulo poſt, *Fortaſſe dormientes, quo libentius. Neq; enim facile*

primis nobilis. Ejusdem eſt *Cupido*, objectus à Ciceron Verri, ille propter quæ Theſpiæ videbantur, poſtea in Octaviæ Scholis poſitus. Item alter nudus, in Parto colonia Propontidis, par Gnidiæ Veneri. Romæ videbantur Pilani in templo, ejus *Flora*, *Tri ptolemus*, *Ceres*, in portis Cyriliana: item Pergami *Symplegma*; Romæ, *Latona*, *Venus*, *Æſculapius* & *Diana*.

Scopas, fecit *Venerem*, *Pothon*, *Phaëtontem*, in Samothracia cultos: item *Apollinem Eaſitinum*, item Lucullus adhuc ex Inſ. Apollinem acutum; *Veſtam ſedentem cum duobus chamatauris*, & *Cancphorum* &c. *Venerem* inprimis Praxitelea; ſtatuit autem aliaque Phnio memorata *d.l.*

Bryaxes, Timorbeus & Leochares, amuli Scopæ, pariter fecere cum ipſo *Mauſolum*. In ejusdem ſummo *quadrigam* marmoream quinus Artifex, Pythis, addidit. Timotheus quoque manu *Diana* fuit Romæ in Palatio.

Menefiratus, *Hecate & Hercule*, Epheſi in Dianæ Templo, fanum adepius eſt.

Socratis, *Charites* in Propylæo Athenienſium eximię fuere.

Agelander, Polydorus & Athenodorus Rhodii, *Laocoontem*, & *liberos draconumq; mirabiles nexus*, ex uno lapide, quod opus in Titi Imp. domo fuit &c.

Sunt & in parvis marmoribus fiam conſecuti Myrmeciides, cujus *quadrigam cum ageatore cum rota* ſimul atq; Caſtrares, cujus formicam pedes atq; alia membra, pervidere non erat, Plinius *lib cit. 36. cap. 5.* ubi plura, hanc in rem.

cilè expergiſcuntur, niſi calor Solis, ignis, aut hyppocauſti excreſcentis excitet. Et turtur, Occidunt etiamnum dormientes, contra imgnitum adactis, unde parium priorum pudibus moveri incipunt. Sed exſtruant prius quam pergas expergiſcuntur. Sed & Pinnas, qui habitus maris meminit Iolius Vett. *lib. 8. cap. 37. Condimur, ait, hyeme & Pontici Mures: condunture & Aſpini:* nempe in cavis ius altum dormituri. Unde ſomnus Saulis & militum circumſtantium, in Sacris, qui tam altum dormiebant, ut Davidem & Abiſæum, usque ad Regium procedentes tentorium & Saulis auferentes lanceam, non ſenſerint, redde ab Hebræo Scriptore תרדמה יהוה *Tardemat*, vocatur.

Mars, adde: Græcis Ἄρης, quod ex Hebr. מָרַס, quemadmodum & *Horus*, & Ἔρμῆς, & *Heros* &c. descendit. Unde Judicum c. 8. v. 13. LXX. Interpretes Ἄρης vertunt; ἀπὸ ὑποβάσεως Ἄρεως, ubi Sol & Mars pro eodem sumti. Georgius Hornius *Histor. Philos. lib.* 1. *cap.* 6. Effinxere eum Veteres ardentem, *inque* in curru, nunc in equo, armatum, cum hasta & flagello, gallumque interdum ei, ob militum vigilantiam, comitem adjunxere. Antiquissimum templum habuit Romæ, in Campo Martio: Eidem ædes fuit in Circo Flaminio, quam Hermodorus Salaminius architectatus est; in Capitolio, quam T. Tatius vovit & exruxit, cujus simulachrum Jovi Capitolino cedere noluisse aliquibus proditum; in Vaticano quoque. Sic *Marvex*, *tis* ædicula regione 4. fuit. Præterea cum Venere commune templum & altare habuisse, indigitat Claudianus *Carm. de Magnet.*,

Mavors sanguinea qui cuspide verberat urbes,
Et Venus humanas qua laxat in otia curas,
Aurati dolubra tenent communia templi.

Illi extra portam Capenam Romanos sacrificasse, refert Job. Rosinus *in Antiq. Rom.* Curtum ejus constitutamque describens Homerus *Iliad.* ε. Δῆωσιν, *Terrorem*, Φόβον *&c.* Ἔριδα seu *Contentionem*, illi attribuit. Paulo aliter Virgilius *Æneid. libr.* 8.

——— ——— *Tristesque* ex æthere *Diræ*,
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Idem *Æn. lib.* 12.

——— ——— *cruentus, atra Formidinis ora,*
Iras, Insidias, Deus comitatus agmina.

Famam *Martis* aurigam facit Papin. Statius *Thebaid. lib.* 1. ministros verò *Furorem*, *Iram*, *Favorem*, &c.

Epitheta qui dam Martis.

Ἀνωρέστιος Ἄρης: apud Homerum audit, ob varias bellicæ Fortunæ vicissitudines.

Enyalius, quasi Ἐνύης ὑιὸς, *Bellona filius*, cujus tamen frater potius erat, à Græcis frequenter dictus sic.

Gradivus, à *gradiendo* vel *progrediendo*: five ità vibratione hastæ, quod Græcis κραδασμὸν, appellatus: templum habuit elegans & magnum, extra urbem, prope portam, in via Appia, quod *templum Martis extra portam* 3 P. Victore vocatur. Restituit amphitheatrum L. Corn. Sulla Felix, ac supra 100. in eo statuit columnas. Juxtà extra portam Capenam Manaliserat lapis, de quo V. *suo loco*.

Quirinus, à Sabinis nuncupatus est, à *Quiris* hasta, qua usi ea sistimabatur. Hujus templum in 1. urbis regione collocatur: fuitque prope portam Capenam, intra urbem. V. in voce *Quirinus*.

Ultor, ab *ultesciendo* dictus: templum habuit in Foro suo *tiqq. Rom. l.* 2. c. 10. *&c.*

Mars Sedens, colosseus, Romæ in Templo Bruti Callaici, apud Circum Flaminium, ad Labicanam portam, Scopæ manufactus ex marmore, memoratur Plinio *l.* 36. *c.* 5.

Marsjanum, Græcè Μαρσεῖον, mons Peroniam, à Thraciæ Pæoniæ regione distermina, ubi Bonacus nascitur: aliàs Ἠιόνιος & Μακεδόνιον dictus. Unde fortè Μαρωνία appellatum est Pæoniæ oppidum, quod Μαρώνεια Ptolomæo. V. Claud. Salmasium *Exercit. Plin. ad Solinum*, *pag.* 838.

Marsilius Ficinus, adde: De eo sic Politianus *in coronide Miscellan. Marsilius Ficinus Platonicam Philosophiam, habitu Latino donatam, excolui, revocatique veram Euryalicen, hac ætate, amplissimus juvenis Platonicus Philosophiam ad Insubres.* Circa quæ tempora Bessarion quoque, natione Græcus, instituto Monachus, dignitate Rom. Ecclesiæ Cardinalis, edidit libros contra Platonicorum calumnias. Vid. Georgium Horoium *Histor. Philosoph. lib.* 6. *cap.* 8.

Marsjupium, Gr. Μαρσύπιον, ex μάρσ manus, & σύπη, arca, olim pendulum à zona, recondendæ pecuniæ, gestabat, unde Mercurius, Deus lucri & Negotiatorium Præses *cum sacello pingebatur*, ut ait Cornutus in A. Persium *Sat.* 5. *vers.* 112. id est, cum facco vel *marsupio*, in quo Vett. pecuniæ fuas circumferebant. Suetonius *in Vitellio cap.* 16. *Simul illabentibus cunctis, zonâ ejus maximum ac sumtuosissimum, cùm opere, tum artificio, ab Augusto exstructum, bello Philippico, quod Partis sui ulciscendi causâ susceperat. V. Suetonium, & qui magnificentiam ejus multis celebrat, Ovidium *Fastor. lib.* 5. In aditu ejus, ante fores, ab utroque latere, *Martis* & Veneris erant statuæ, teste eodem *lib. Trist.* 2. Ad idem Apellis tabulam posuit Augustus, in qua Alexander triumphans, Belli imag nem vinctis ad tergum manibus, quasi captivam, duxit: nunc in eo picta cohors Romana, cujus vexillifer pro signo labarum habet. Idem Augustus non multo post templum *Martis* bis Ultori, in Capitolio, erexit, in quo signa, à Parthis reddita, suspensa sunt, Sueton. & Dionysius *lib.* 54. ubi factum id fuisse, ad similitudinem Jovis Feretrii, scripsit. Icones ejus templum complent in nummis conspicuæ, quorum unum exhibet Rosinus *Antiqq. Rom. l.* 2. c. 10. *&c.*

Mars Sedens, Romæ in Templo Bruti Callaici, apud Circum Flaminium, ad Labicanam portam, Scopæ manufactus ex marmore, memoratur Plinio *l.* 36. *c.* 5.

Marsjanum, Græcè Μαρσεῖον, mons Peroniam, à Thraciæ Pæoniæ regione distermina, ubi Bonacus nascitur: aliàs Ἠιόνιος & Μακεδόνιον dictus. Unde fortè Μαρωνία appellatum est Pæoniæ oppidum, quod Μαρώνεια Ptolomæo. V. Claud. Salmasium *Exercit. Plin. ad Solinum*, *pag.* 838.

Marsilius Ficinus, adde: De eo sic Politianus *in coronide Miscellan. Marsilius Ficinus Platonicam Philosophiam, habitu Latino donatam, excolui, revocatique veram Euryalicen, hac ætate, amplissimus juvenis Platonicus Philosophiam ad Insubres.* Circa quæ tempora Bessarion quoque, natione Græcus, instituto Monachus, dignitate Rom. Ecclesiæ Cardinalis, edidit libros contra Platonicorum calumnias. Vid. Georgium Horoium *Histor. Philosoph. lib.* 6. *cap.* 8.

Marsjupium, Gr. Μαρσύπιον, ex μάρσ manus, & σύπη, arca, olim pendulum à zona, recondendæ pecuniæ, gestabat, unde Mercurius, Deus lucri & Negotiatorium Præses *cum sacello pingebatur*, ut ait Cornutus in A. Persium *Sat.* 5. *vers.* 112. id est, cum facco vel *marsupio*, in quo Vett. pecuniæ fuas circumferebant. Suetonius *in Vitellio cap.* 16. *Simul illabentibus cunctis, zonâ ejus maximum ac sumtuosissimum, cùm opere, tum artificio, ab Augusto exstructum, bello Philippico, quod Partis sui ulciscendi causâ susceperat. V. Suetonium, & qui magnificentiam ejus multis celebrat, Ovidium *Fastor. lib.* 5. In aditu ejus, ante fores, ab utroque latere, *Martis* & Veneris erant statuæ, teste eodem *lib. Trist.* 2. Ad idem Apellis tabulam posuit Augustus, in qua Alexander triumphans, Belli imag nem vinctis ad tergum manibus, quasi captivam, duxit: nunc in eo picta cohors Romana, cujus vexillifer pro signo labarum habet. Idem Augustus non multo post templum *Martis* bis Ultori, in Capitolio, erexit, in quo signa, à Parthis reddita, suspensa sunt, Sueton. & Dionysius *lib.* 54. ubi factum id fuisse, ad similitudinem Jovis Feretrii, scripsit. Icones ejus templum complent in nummis conspicuæ, quorum unum exhibet Rosinus *Antiqq. Rom. l.* 2. c. 10. *&c.*

Mars Sedens, colosseus

Turcicum diceres ex ferico pileolum, è cujus medullio, enata ſita eminent præpi ata, extanque in modum criſtæ plumaſiis & lu cincinnum figurantur. Franc. Pomey in *Deſcript. voor pag.* 11.

Martavigus, Imperator Aſſyriæ, cui Atis maximus natu filius Bojæ, e quibus Perſarum Regibus adeoque ab ipſo Dario Hyſtaſpis, originem arceſſentis, poſtquam colle ta prædorum manu multa ſtrenue geſſiſſet, ſocium ſe junxit, ſed paulo poſt, confirmatis viribus, ab eo deficiens, Perſiam, *Irakam*, *Kermanem*, aliasque latè provincias occupavit, easque cum fratribus ſuis, Hafeno & Achmete, diviſit, confirmatus in novo regno à Caliphа Muktafibilla circa A. C. 932. à quo tempore, per annos 127. Bojitæ Perſarum tenuere Regnum, uſque ad Melecranum ex hac familia ultimum, ſub quo Turcæ Perſiam invaſerunt. Georg. Hornius *Orb. Imper pag.* 280. & 281.

Martellus, cognomen Caroli, Majoris - Domus Regni Franciæ celeberrimi, cujus filius Pipinus Rex, genuit Carolum Magnum Imp. Sic autem dictus eſt, ob eximiam in bellis ac præliis fortitudinem: eſt enim *Martellus* Papiæ *mediocris Malleus*; quo uti fabri ferrum, ita ille hoſtes in præliis ſæpe contudit. Egidius Parisienſis MS. *Karolini lib.* 1. *de illo*:

Et quia contuſor tantus, contuſor & ipſe
Dicitur fuit, qui cum Chriſti contunderet hoſtes,
Eccleſiam tutudit, nunc exercere tundetur idem.
Pœnale meritò. Attundi ſeu tundere verbo,
Nota magis loico ſermoni vocabula junxit.
Dilue Tudites vulgari malleus ore,
Ille ſui ſimul & contuſi malleus orbis, &c.

Nempe eandem ob cauſam & *Tudes* ſeu *Tudites* dicti eſt, quòd *tundidi* hoſtes à victoribus victi & ſuperati dicerentur, quod malleri seu tudiesproprium eſt. Quia porro Caroli hujus memoria Saracenis inprimis, quos ille non ſemel fuderat contuderatque, formidabilis fuit, fadium hinc, ut & Carolum præfatum, ejus ex filio nepotem, non alio quam Mvi cognomine, *Martella* vocarent, ut auctor eſt Monachus S. Galli *de Rebus Caroli Mi. lib.* 2. *cap.* 22. Sed & Goffridum Com. Andegavitem, Henrici II. Regis Angl. parentem, eadem qua Carolus de cauſa, *Martellum* appellarum eſſe, teſtatur *Hiſtoria* Comitum ſeu *Conſulum Andegav.* & Albericus A. C. 1040. Carolum item I. Hung. R. & Carolum I V. Imp. ocet Joann. Abbas Laudun. *Speculo Hiſtor. MS. lib.* 11. *cap.* 2. & 18. ex quo apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Atque ita loquendi formula, *Martelli* nomen indicum eſt enſi, quo hoſtes conteruntur, apud Froiſſardum *Volum.* 4. *cap.* 53. *&c.* V. quoque ſupra in voce *Malleus*: & plura de *Carolo Martello*, Pipini R. patre, ut & de reliquis hoc cognomine inſignibus, in voce *Carolus*. A' voce *Martellus*, nomen accepit *Martellagium*, jus quoddam ſic appellatum, quod Genomanenſi olim Comiti competebat, in Gallia, in unis mercebus, quæ ad ab Artibelous, vel ab ipſis Mercatoribus in officinis proprias, vel in nundinis venum expoſnebantur, ita ut ex quacunque mercium ſpecie, poſtquam Artifex vel Mercator *caput* unum ſeligiſſet, *Martellagii* redemtor ſeu firmarius, meliorem ibi aſſcribendi facultatem haberet. Nomen inde, quòd primitus id juris in mercibus duntaxat, quæ *martello* ſeu malleo conficerentur, exigi ſoleret: ſed poſtea ad alias quasvis traductum eſt, ut ex *Regeſta* Ludovici Siciliæ R. docet Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Marthace, uxor Herodis, memorata Hegeſippo *lib.* 1. *cap.* 42. *Antipas & Archelaus Matthathia tram filis Samaritana*. Scriptus habet, *Matthates*, Grenovius legit *Maithaces*, vel *Marthaces* potius: utroque enim modo legitur apud Joſephum. V. Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. in Eccleſ. cap.* 24.

Martiales Ludi in honorem Martis Romæ olim peragebantur, 4. Junii Mai in Circo: de quibus ita Dio *lib.* 56. *Hæ tum leges ab Auguſto late ſunt, ludiq; extraordinarii ab ipſo inſtituti, & equeſtibus actis, Martiq. ludi in Foro Auguſti, cum equorum decurſu quodam & venatione celebrati. Hi eorum facti luſi ſunt & in Circo in Germanicus dicentes leones occidit.* Celebrabantur etiam ludi Martis Kal. Auguſti, eodem tette *lib.* 60. *Quo equeſtria certamina Kal. Aug. exhibuntur, inſtitutaq; ſunt propterea, quòd ea die Martis ædes conſecrata fuit.* V. quoque Suetonium in *Claudio*, *cap.* 4. Numa Pompilius primus eorum auctor judicatur Tertullano *de Spectaculis cap.* 5. V. Joh. Roſinum *Antiquitatum Romanarum lib.* 5. *cap.* 16.

Martialis Gargilius, Scriptor Alexandro Severo coævus, cujus mentio apud Æl. Lampridium in *Vita* hujus, *Habuit quatuor milia ſua ſupere ſextarios quatuor, cum ſupere dixit: & ne ſit longum omnia inverere, quæ Gargilius Martialis, vir temporibus Scriptor ſingulatim perſequutus eſt, omnia illi ad modum & rationem ſunt præbita.* Eundem inter ſecundæ notæ Hiſtoricos recenſet Vopiſcus, in *Probo*. An idem cum *Gargilio Martiali*, qui de re Hortenſi libros ediderat, quorum Servius in *Virgilium* & Palladius mentionem fecerunt? Cæſubonus ad *Lampridium*.

Martiala Collis, unus erat ex tribus collibus Mœtis Quirinalis; reliqui duo Salutaris ac Latiaris. Jeann. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 1. *cap.* 6.

Martianopolis, adde: Melius *Marcianopolis*, uti ex Zoſimo docuimus ſupra, in *Marcianopolis*.

Imperator & Duces varii, viriq; celebres.

Martianus, Imp. corrige, V. *Marcianus*.

Martianus, fil. Andremii Imp. Zenoni imperium ereptum fruſtra fuit. Item Dux ex ercitus Juſtini Junioris Imp. quem cum monere ſuo Imperator fine ratione privaſſet, hoc audito militet irritati Niſibis obſidionem deſeruerunt: Perſæque occaſionem iſtam arripientes, in Syriam effuſi rapuerunt Syriam, Heracleam, Apameamque, hancque poſtremam Funditus deleverunt. Item Dux militum, qui Baſiliſæ, Prætorio Præfecti ſub Valeriano, ope, ad Imperium evectus, poſtquam duos ſuos filios in confortium dignitatis aſciviſſet, jamjam in Italiam tranſiturus, in Illyrico victus eſt, V. Treb. Pollionem *de 30. Tyrannis*. Item Epiſcopus Arelatenſis, qui ſeculo 3. Novatianorum ſectam in Galliis introduxit, pœnitentibus ex Eccleſia ejectis, ut ſeparatione à fratribus, qui illos receperant, fuctâ. Unde Cypriano decaſio data, ſcribendi ad Stephanum Epiſc. Rom. quò naſcens iis locis hæreſis in herba ſuffocaretur. Oeconomus tandem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, dec. 5. pietatis eloquio celebris.

Martianus Capella, V. *Capella*.

Martianus JC. inter eos, qui in Conſilio fuere Alexandri Severi, memoratur Lampridio, in hujus *Vita*.

Martigia, Gall. *Martigues*, familia Galliæ illuſtris, quæ Lucenburgiæ ramus eſt. In hac enim Valeramus II. Dux Limburgicus per duos filios, Valeramum quidem, Limburgenſes propagavit: per Henricum verò Blondellum, Lucenburgium, matris Namurcenſis jure, Comitem, iſtam Lucenburgiam novam fuerpem ortus eſt. Hujus tum duo effent filii, Henricus II. nempe, pater Henrici VII. Imp. & Valeramus Dominus *de Liney*, hic iterum plurimarum linearum auctor fuit: quarum præcipua divifio tum facta eſt, cùm Petrus Lucenburgius Com. *de Converſan*, *de Brienne & de S. Paul*, tres præcipuæ filios habuiſſet, Ludovicum, Theobaldum & Jacobum, *E* quibus ille Comes de S. Paulo & Connestabilis Francie, *numeroſæ* turbis familiæ fuit Pater: Hic Dominorum *de Richebourg*, Vicecomitum *de Lumoy* & *Comitum de Gaſtanjer* auctor fuit: ille, præter Petrum Dominum *de Fiennes*, præter reliquos Fienneſes (quorum hæredes fuere Egmondani) Vicecomites *de Martigue* dedit, in quibus ultimus Sebaſtianus Dux Pentheuriæ deceſſit A. C. 1569. relicta filiâ Annâ, cujus Majores ſic habent. Guido *de Luxenburg* Com. *de Ligny* Dn. *Beauv.* defunctus A. C. 1371. ex Mathilde (fil. Johannis Calliſtonæi Com. de S. Paulo hæt.) pater fuit Johannis Lucenburgii Com. *de Ligny*, quo & Margaretha Dn. *d'Enghien* Comitiſſa *de Brienne & Conver ſan*, genitus Johannes Lucenburgius, Com. *de Ligny*, *Converſan*, & *S. Paul*, deceſſit A. C. 1433. Pater ex Margarita *de Balzo* ſeu *de Baux* (fil. Francifci Balzi Duc. Andriæ) Theobaldi Lucenburgii Dn. *de Fiennes*, *Armenteres*; qui ex Philippina Melodunenſi ſeu *de Melun* Dn. *de Sotteghem* (fil. Johannis Melodunenſis Vicecom. Gandavenſis &c.) ſuſcepit Franciſcum I. Lucenburgium Vicecom. *de Martigues*, maritum Luiſæ Sabaudæ March. *de Bangés* (fil. Jani de Sabaudia D. Genevæ, Gatinci A. C. 1491.) & ex ea patrem Franciſci I. Vicecom. *de Martigue* & Gabriellis, Equit. Melirenſis: quorum ille junctâ ſibi Carolâ Britannicâ Com. *de Penthievre*, pater fuit Caroli & Sebaſtiani Ducis Pentheuriæ, qui lineæ ſuæ ultimus, nonniſi filiam reliquit Mariam, quæ familiæ Lucenburgo - Martigiæ bona domui Lotharingiæ intulit. Eam enim uxorem duxit Philippus Emanuel Lotarii Duc. ætatulam A. C. 1604. (fil. Nicolai Lotharingi, nepotis Antonii Duc.) atque ex ea Mariam ſuſtulit. Cæſari Duci Vindocino, Henrici IV. Galli, R. filio naturali ſuprem, e quo conjugio Dux Mercurianus ac Belliſortius hodieque ſuperſtites, originem arceſſunt. V. Phil. Jac. Spenerum *Theat Nobilit Europ. Part.* 1. *pag.* 33. *Part. II. in Ind. & Part. III. pag.* 24.

Martii Fratres, quorum reliquiæ Romæ habebantur, memoratur Servio, qui poſtquam recitavit hiſtoriam de Sibyllinis libris, à Tarquinio empt s, addit: *Qui libri in templo Apollinis ſervabantur: nec ipſi tantum, ſed Martiorum, & Bygoe Nymphæ, qui artem ſcripſerunt fulgurit arum arborum. apud Tuſcos.* Imo in templo Jovis Capitolini, ubi ſervati funtusque ad Capitolii conflagrationem, quæ Sullanis temporibus contigit. Salmaſius *ad Solinum pag.* 78. V. eundem *pag.* 80. ubi Bygoen nomen proprium unius fuiſſe ait Etruſcæ, apud Græcos ut *Thaletem*, *Anaximandrum*, & apud Romanos, *Martium*. docet ex Plinio *lib.* 7. *cap.* 33.

Martinalia, in Eccleſia Rom. dicitur Feſtum *S Martini*; quod quibusdam in regionibus, ſecundorum Bacchanalium ad inſtar, commeſſando peragitur: *unde* eaque apud Gallos conſtituente. V. Domine. Macrum, *in Hierolexico*.

Martinellus, nomen Libri, in *Necrologio* Eccleſiæ Paris. 6. id. Jan. *Dedit etiam tres libros Paſſionales, & unum, qui dicitur Martinellus*.

S. Martini Avis, apud Petrum Bleſenſem *Epiſt.* 65. ex tribus eſt fecidita, quòd circa Feſtum *S. Martini* hyemalis demum videri incipiat. Ex ejus volatu augutia olim captata, unde *Augurialis avis* quoque dicta eſt, de quibus agit Martianus Capella *lib.* 1. V. ac Vett. per avium volatus divinationibus, Briſſonium *de Formul pag.* 134. & Cæt. Bulengerium *de Augbis lib.* 1. *cap.* 2. Sed & avis illam *Martin Pêcheur* vocant: Gall. cui roſtrum longum, robuſtum & acutum, caput plumis cærules s lætisque teſtum, alæ

ccerulæ: itidem sed albo spatiæ, corpus album & subviride, pectus rubigini colorem præferens. Hujus cadaver exficcatum appensumque probiberæ à vestibus tineas creditum, Olina.

Tres celebres.

Martinus Brachar enſis, celebris Collector *Canonum*, V. ſuprà in voce *Brachar enſis*.

Martinus Groſia, JC. celebris fub Friderico I. Imp. tùa cum Bulgaro, Legum Profeſſor in Academia Bononienſi: qui quod ſuæ ſententiæ pertinaciter nimis adhæreret, factum eſt, ut in vulgare proverbium durities ejus apud Jureconſultos in hanc ufque diem tranſierit; qui *Martinum* appellant omnem eum, qui ſuam ſententiam nec par eſt & obſtinatius opinionem tuetur. V. Baronium A. C. 1158. & plura de eo, apud Ott. Morenam *Hiſtor. Rerum Laudenſ.*

Martinus Campus, V. ſuprà in voce *Campus Martinus*.

Martius Menſis, adde: Hunc etiam ante Romam conditam Italiæ populos habuiſſe, fed quosdam tertio, quosdam quarto, alios quinto, nonnullos ſexto demum loco collocaſſe, memorat Ovidius, *Faſtor. lib* 3. Apud Romanos verò primum ipſi locatum eſt Martio, etiam Macrobius ac Solinus teſtantur, docentes: Quòd Annæ Perennæ tum ſacrificatum, ut annare perennareque liceret: quòd hoc menſe mercedem exolverint Magiſtris; quòd Comitia auſpicati fuerint; vectigalia locarint; quòd Martiomenſes ſervis cœnas appoſuerint, quemadmodum Domini Saturnalibus &c. Adde quòd Veſtales tum primùm ſacrum de novo accendere. Fuit autem in Minervæ tutela, & ex Romuli, Numæ ac Jul. Cæſaris conſtitutione, habet dies 31. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 4. cap. 7.* Eiapud Græcos reſpondet Ἀλαλκομένιον, in cujus die 20. Dionyſia τὰ κατ' ἄστυ, celebrabantur: apud Hebræos partim *Adar*, partim *Abib*, & *Nifan*, Fr. Roſſæus *Archæol. Act lib. 2.* c. 10. & Thom. Godwynus *de Rit. Hebr. lib. 3. cap. 1.* Quorum nominum illud nempe *Abib*, ſpicam adhuc recentem ſonat, unde Arabibus *Monſis grandiſcentia ſegetis*, Græcis Interpp. ὁ Μὴν τῶν στάχυων, ſupple μὴν, aut μῆνα, aut χρόνον, *menſis novarum frugum*, dictus eſt. Hoc, *Neſan* ſc. à bellicis ſignis ſeu vexillis, quæ illo menſe educuntur primùm, originem trahit. [נִיסָן] *niſin*, enim militaria ſigna ſunt. Quam ob cauſam verni menſes priores duo Bithynis appellati ſunt. Σαγγαρεὺς & Ἀρεὸς, ut Romanis *Martius*, à *Marte*, de quo vetus Poëta,

Ἄρεος Ἀενάτᾳ τιμῇ, ὃς ἄθεσε κόσμον ἅπαντα,
Marti principium, lactiſq; & floribus à me eſt.

Sic alius de Ἀφροδίτῃ, qui Martio fere reſpondet,

Ἀφροδίτῃ ἔπεμψα φάρμακα Φαληρικὸν δάκνον κεφυτῶν.
Miſitibus Phamenothi Marte prior. Lib II. cap. 30. In *Chartis* quibusdam mediiævi, apud du Freſne in *Gloſſario*, *Martium ſuum habere* dicuntur, quibus agrum colere vel ſerere menſe Martio licebat: id quod concedebatur Ulrum incolis, quibus cæteroquin & aliis annis temporibus, in Urbe ſtare, neceſſe erat; quæ obligatio *reſidendiæ & ſtagium* appellabatur, &c.

Dies hoc menſe, apud Romanos olim feſti.

Kal. *Martiæ* per primis celebres fuere. Iis enim ignis novus in Veſtæ aris accenſus; Laureæ veteres, tam in regia, curiisque, atque in Flaminum domibus, quàm in fascibus Conſularibus, novis mutatæ; Matronalia celebrata; Saliorum feſtum inchoatum ac ancylia circumlata, *Mamuriusq;* cantatus eſt.

6. die ſeu prid. Non. facrum Veſtæ erat. Eodem C. Octavius Auguſtus Imp. Pontificatum maximum init.

7. die ſeu Nonis *Martii*, Vacuvia templum ad duos lucos Aſyli conſecratum eſt.

14. die ſeu prid. Idus, Equiria altera erant, quæ in campo Martio celebrabantur, niſi Tiberius exundaſſet: tum enim in montem Cœlium tranſlata, docet Ovidius.

15. die ſeu Idibus *Martii*. Annæ Perennæ feſtum erat, in quo largioribus poculis indulgebant, & pro cyathorum numero annos mutuò precabantur: Eodem jocoſa quædam & obſcœna carmina puellæ cantabant: Idem C. Q. REX. C. F. hoc eſt, *Quando Rex Comitiavit, fas eſt.* Hoc enim ſolo die Regi ſacrorum in Comitium ire licuit, ſacrificii cauſâ, quo properanter patrato, protinus fugâ ſe è Comitio eripiebat: Et tum lege agi fas erat.

die 25. *Martii* ſeu 8. Kal. April. Hilaria erant, in honorem Matris Deûm, ut ex Macrobio & Lampridio cõſtat. Celebrabantur maximâ populi lætitiâ & nobilium à pompâ, quovis e populo inſignia trialis, Alii,

cujuſque dignitatis libet mentionem.

die ultimo, Lunæ ſacra ſiebant, in monte Aventino, taurusque maſtabatur. Mater quoque Deûm, magnâ pompâ, à Gallis ad Almonem fluvium, qui non procul ab urbe Tiberi miſcetur, producebatur, ibique ad confluentem duorum horum amnium veteri inſtituto abluebatur: cujus lavationis meminerunt Lucanus *lib.* 1. Ovidius *Faſtor. lib.* 4. Papinius, Silius Italicus, Martianus, *Martures*, & Martiali *Catta Pannonica*, *lib.* 10. feræ ſunt exiguæ ex genere muſtelarum, quarum pellis ad veſtirum commendabatur. Hinc *Martudrinarum præſtatio*, tributi apud Hungaros, in Regno Sclavoniæ, genus, cujus mentio in *Decretis* Alberti Hungar. Regis, *par.* 61. Vide Car. du Freſne in *Gloſſario*, ſuprà in *Banjalmora* & *Catta*, deque *Marturibus* alibi, in Normannia Septentrionali, Adamum Bremenſem eidem laudatum *cap.* 239.

Martyris Fœminæ, apud J. C. Scaligerum *lib.* 1. *cap.* 18. ubi de Saltatione: *Ridicula autem Mimis & Satyris peculiares, quarum nomina Igdis & Machtyimus. In hac cum ſirvolo prodeunt & ſibi ſe polentes — Eva autem habebantur, uxtus & nova. Veterem zonam vocabant — Hanc multa fœmina exercuerunt, quas* Martyrias *cognominarunt.*

Martyr, Græcè Μάρτυς. Sic dicti ſunt Præcones Evangelii Apoſtoli, id eſt, *Teſtes*, Actor. *cap.* 1. *verſu* 8. 22. & *cap.* 22. *verſu* 15. In ſpecie verò, qui ob Chriſti confeſſionem interfecti ſunt: quo ſenſu Stephanus Actor. *cap.* 22. *verſ.* 20. & Antipas Apocalyp. *cap.* 2. *verſ.* 13. *Martyres Chriſti* appellantur. V. quoque Apocalyp. *cap.* 6. *verſe* 9. *cap.* 12. *verſ.* 11. & *cap.* 17. *verſu* 6. Augeſcente in Eccleſia ottonuit. Dicuntur autem *Martyres* in illa, non ſolùm, qui propter Chriſtum aut juſtitiam occiduntur, ut puteri Bethleemitici & Abel, apud Cyprianum *Epiſt* 56. Sed &, qui ob nomen Chriſti in carcere moriuntur, vel in fuga aut in ſolitudine à latronibus, aut à beſtiis interimuntur, vel præ rerum neceſſitatum inopia extinguuntur, vel quacunque corrupti gravitudine intereunt; apud eund. *Epiſt.* 5. Hinc Dionyſius Epiſcopus ſtum ea ſubjerunt ſupplicia, per quæ muti eos necceſſe erat, nisi divino miraculo conſervati fuiſſent, apud Athanaſium *Synop. S. Script.* Etiam hoc vocabulo honorabantur olim Confeſſores illi, qui tormenta propter Chriſtum perpeſſi, nori parati erant, etſi poſtea ſuperſtites manerent, apud Cyprianum *Epiſt.* 9. & in Concil. Carthaginenſi, ubi quidam *Martyres* adhortantur & ſuffragia dixerunt, Cyprianus præſide. Nec à *Martyre* ſplendore ullo eſt diſtare mors illorum, qui morbo peſtifero per Ægyptum grafſante, dum ægrotis, propter Chriſti amorem, intrepide miniſtrabant, ipſi contagie infecti morem opperierunt, lætantes de exitu tam beato, apud Eufebium *lib.* 7. *cap.* 22. Ut alias ſignificationes, quæ apud Scriptores paſſim, occurrunt, præteream. V. eas, ut & plura hanc in rem, apud Joann. Forbeſium *Inſtruction. Hiſtorico Theologic. lib.* 12. *cap.* 2. alib. que paſſim. Quomodo verò apud Chriſtianos *Martyres* olim honorati, ſi, ſuprà in die *Baſilicis Martyrum* & hic infrà, ubi de *Martyrum Foco*. De *Pſeudomartyrio* autem Hæreticorum, Vide ubi de *Circumcellionibus*.

Martyrarius, in Eccleſia Rom. idem qui *Manſionarius*, ſeu *Cuſtos Eccleſiæ*, cui incumbit reliquias *Martyrum* in Ædibus ſacris cuſtodire & aſſervare, apud Gregorium Turon, de *Mirac. lib* 1. *cap.* 16. *Cuſtos Martyrum*, apud Anaſtaſium in *Symacho* &c. ſuprà quoque in voce *Capellanus*, apud du Freſne, Dominicus Macro ſic vocatur Sacerdos, Ædi ſacræ, quæ alias *Martyrium* dicitur, addiſus. Vocant autem *Martyrium* ædem, ubi *Martyrum* invocatione, Deo dicatam, ex Eufebio *lib* 5. *cap* 9. Walafrido Strabone *de Rebus Eccl. cap.* 6. *L.* 7. *Cod. Theod. de ſpectacul. violat. &c.* Quo ſenſu Græci *Μαρτύρια* paſſim uſurpant. *Memoria Martyrum* Juliano Toletano *lib. de Progn. cap.* 10. & 11. *Baſilicas Martyrum*, in *Capitulo* Caroli M. *lib.* 7. *cap.* 2. Sed & *Martyria*, ipſa *Martyrum* ſepulchra, memoriæ, confeſſiones, quibus ſuperædificari altaria conſuevere, ut videre eſt in *Ceremoniali* Epiſcopor. *lib.* 1. *cap.* 12. *Martyrum Concilia*, quoque hujusmodi ædes appellari, diſcimus ex *Martyrologio Rom.* 23 Jan. & *Libro Pontificali*, ubi de Damaſo, &c. Floribus autem memoriæ Martyrum olim obruntur, legunturque, apud S. Augustinum *de Civ. Dei lib.* 22. *cap.* 8. ubi & templi partem, in qua Martyris ſepulchrum, *Martyris* nomine inſignit. Habetur perinde, οὐ μᾶλλον Ἥρωσιν, *Heroum*, in Concilio Gangr. *can.* 20. apud du Freſne. Sed V. quæ ſuprà de *Baſilicis Martyrum*.

Martyriani, Hæretici, de quibus V. Epiphanium *Hæreſi* 80.

Martyrologium, Catalogus Martyrum ſeu Faſti SS. Gregor M. *lib.* 7.

lib. 7. Ind. 1. Epiſt. 29. Nos autem per ſe omnium Martyrum *diſtinctius per dies ſingulos paſſionibus colligi in uno cæteræ nominum habemus, at que quotidianis diebus in eorum veneratione celebrari solennia agi mus, non tamen in eodem volumine qua ejuſdem paſſio ſit, indicatur, ſed tantummodo nomen, locus & dies paſſionis ponitur.* Quod conſtet ere olim Eccleſiæ Noſtri conſuevere, qui primum ſolorum *Martyrum*; poſtmodum vero Confeſſorum quoque & aliorum Sanctorum, Natales adnotarunt. V. Baronium *Præf. ad Martyrologium Roman.* & de genuflexionis in lectione eius rito, Dominic. Marium in voce *Genuflexio*. Sequioribus deinceps ſeculis, maxime apud Mona hos, ea taxatis ſumi cœpit, quo *Necrologia*, ſic dicta *ra*, innotescant, & *Regula*, quod ſere ſemper in eodem volumine Martyrologium, Obſtuarium & Regula Ordinis deſcripta lege rentur: Unde *Martyrologio inſcribi* dictus, cujus obitus dies ibi adnotatur, ut ſe. ex ea congregatione ſeu fraternitate, cui quis adſcriptus eſt. Ingulfus *pag.* 907. *Nomen ejus & uxoris ejus, Fratrum noſtrorum* Martyrologio *inſcribi conſenſimus.* Neque verò dies duntaxat obitus ibi is annotabatur, ſed etiam Eccleſiis quæ vis impetratis, aut factis donationes. Dumarus Lindanus, *Sanctorum reliquias, & munda eorum receptacula, cum aliis utilita tibus pluribus, tam in pradus, quam in mancipia, ego acquiſivi & Martyrologio inſcripſi meo*, apud Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Martyrum Anni, ieu Epochæ Diocletianæ, ab Ægyptiis Chriſtianis Eccleſiæ Alexandrinæ, hactenus uſu paſtæ, initium deſumitur à perſecutione Diocletiani, quam in annum 302. vel 303. vulgo computant. Baronius tamen, & re extant virorum doctiſſimorum conjectura, ex Concilio Cirthenſi poſtibimum deſumptæ, Baronii, Scaligeri, Petavii & noviſſimæ Joannis Bredi, in *ea Diſquiſitione*, quam *de Initio perſecutionis Diocletianæ & Epocha Concilii Cirthenſis* inſcripſit. Ab hac autem æra *Martyrum*. Alexandrini, Abyſſini, aliique non nulli annos ſuos ſupputantur. V. Adonem Vienn. in *Chron. initio Conſtantini & ann.* 617. *Chronicon* Zacrabitæ *pag.* 85. 109. 141. 142. 147. 146. 202. ut & doctiſſimum Heuſchenium *Exegeſi prælim. ad Tom. III. Martii cap.* 2. n. 1. laudatos Carolo du Freſne, in voce *Annus*.

Martyrum Pax, olim in Eccleſia, penitentibus, qui excommunicati fuerant, redtum in Eccleſiam conceſſit. Præter enim gravioræ pœnitentiæ ſolennia aut Epiſcopi ſententiam ac manuum impoſitionem, ipſis in Idololatram alterve ac eoque communione ab Epiſcopo publicè excommunicatis, poſtliminium, id eſt, dictionem, non ſolum Presbyteri dederunt atque Diaconi, poſtquam emsmodi ſapſi ipſis tatis pœnitentes viſi ſunt, verùm etiam *Martyres* deſignati & Confeſſores. Et quidem pacem ac poſtliminium ſi ſoli ipſis reddebant libelliſique ea de re ad Epiſcopos eum fiducia datis, eos in communionem admittendos judicabant, quos ſic abſolvebant. Libellis autem nunc nomina abſolutorum inferebant, nunc totas familias, Patrum autem familiarium nomina ſubjiciebant. Ita Cyprianus *Epiſt. 11. quia non omnino dubitaſſent, quin abſolvendi ipſis ius jam competeret.* Luculentiſſima ſunt apud Cyprianum, modò dictum aliosque & complura hujus rei teſtimonia, in quibus ementer illud de ſimilarum integrarum abſolutione, ut & hoc universorum Confeſſorum, ad Cyprianum aliosque Epiſcopos: *Scias nos univerſis, ſi quibus apud te ratio conſtet, quæ poſſe cum ipſum egerint, delicta pacem & hanc formam per ſe & alios Epiſcopos immutatem servare volumus*, V. eum *Epiſt.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 29. 38. &c. Verum quidem eſt, hoc Cyprianoaliisque diſciplinam, ut vocatur, tunc in Hierarchia uſtatiorem eniæ tibi nentibus, minum in modum diſpliciuſſe, quod ex integris Epiſtolis, ab eo ea de re ſcriptis, ſatis conſtat: at verò tempore ſic novum hoc minime erat. Nam etiam apud Tertullianum ſeu ſub An. Chr. minimè erat. Nam etiam apud Tertullianum ſeu ſub An. Chr. 200. reperitur, velut in eorum haud parum etiam ex antiquiore, reperitur, velut in eorum haud parum etiam ex antiquiore, tate nunc primum ea exceptum. Poſtquam ſic à *Martyribus* facinoſi quales unque pacem impetrarant, inde *Communi atores*, inquit ille, *de Pudic. cap.* 22. *revertuntur*. Et ibi ad *Martyr. cap.* 1. *Pacem quidam in Eccleſia non habentes*, à Martyribus *in carcere exorare conſueverunt.* Ita in conſuetudinem etiam iuge abiverat, V. Baronium *Annal. Tom I. An.* 253. § 58. & *Tom.* 26. 560. & Gabr. Albaſpinum *lib.* 2. *Obſervat.* 19. Donec tandem in ſynodum Epiſcoporum, Carthagine coactam, Præſidumque atque id genus alium, in Conſeſſoribus ſuis ſingularis ac ſola potestas & jurisdictio, ſeu facultas jurisdictionis imitatrix, ut ex communi canoni, ſic etiam abſolvendi, exolefcente illâ, nec ulteriùs admiſſâ, quæ pe nes *Martyres* alioſque præditos, velut mos ſuum Judaici, tum Chriſtiani veriuſioris reliquiarum pars, reperia. V. Joh. Seldenum *de Synedriis Vet. Hebræor. Lib. I. cap.* 9.

Marubium, herba, ſic dicta, apud Sparracum, ubi *ata vus* ex libris ſuis repoſuit Caſaubonus.

Marum, Talmudicis exponitur vox Hebr. אזוב, *ezob*, cujus aſperſionem in Agni Paſchalis ſanguine inti gi, & quæ aſpergi Iſraëlitarum poſtes ac ſuperliminaria juſſit Deus, Exodi *cap.* 12. V. quoque Leviticí *cap.* 14. *vers.* 6. 7. ubi de purificatione Leprosi, & *vers.* 49. 50. 51. 52. ubi de purgatione domus lepra infectæ. Sed Apoſtolus, Hebr. *cap.* 9. *vers.* 19. 21. vocem hanc Hebraeam *ſyrianam* reddit, ſecutuſſimus Interpretes ſeptuag. Nec mutum abludunt Talmudici, cum *Marum* quoque, & ſampſuchum, uti alii vocem reddunt, habeant pro herbis hyſſopo congeneribus. Cui aſſentiuntur hodieque Viri in re Herbaria non infimi romanis. Sic in *Hiſteria Plantar.* Lugdunenſi *lib.* 8. *cap.* 29. *Fena hyſſopum genumm in Dioſcoridæ ſtatuit eſſe communem illam majoranam in Gallia & Italia notam, qua majoranæ craſſæ & Anglica vocatur, quia in Anglia latior & cibo aptior provenit.* Alias majoranæ eſt marum. Itidem *cap.* 4. *Quidam.* — *Marum eſſe exſiimant id plante genus, quod* (Dodonæus) *origani ſpecium ſtatuit, quam cilatros colunt & amaracum Britannicum ſyræ craſſum vocant.* At Vett. idem iunt *ſampſuchum & amaracus*, ut videre eſt, apud Dioſcoridem de ſampſucho, *lib.* 3. ubi Cyziei & in Cypro optimum naſci, proximum in Ægypto, inter alia docet & Plinium *lib.* 21. *cap.* 11. Et verò ad alpeſtiores majorana notra diſtet percommoda, cùm parva, frequentia & tenera habeat folia, eaque leviter villoſa, quæ, in aquam aut ſanguinem immerſa, humorem ſtatim imbibunt, & eundem exceſſa facile emittunt. Atq; ex hujusmodi plantis aptum fieret aſpergillum rribus caulibus in unum faſciculum colligatis, quale deſcribit Marmonides *de Pauca ruſa cap.* 11. *ſect.* 1. *Sumat ex mundus tres hyſſopi caules, quos in ſpacu tum lanum compegit, & ſingulorum ſpicas habitat ignorum, ejusdem immergit in aquam ſe ratione, qua ejus mos eſt.* Et Jonathan *in Paraphraſi* Numer. *cap.* 19. *vers.* 18. *Et capiet hyſſopum tres nempe caules in uno faſciculo.* Sunt autem in his ſpicis תרמית, *thimareth*, id eſt, grana ſeminis tenuiſſima, quæ deſcribit Arue. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. cap.* 50.

Maſara, ſeu *Maſſara*, molendinum ex manibus ſeu canoas melliſ, dictum eſt Siciliæ Saracenis, in *Bullario* Cafin. *Tom. II. Conſtitut.* 18. *num.* 5. In Sicilia eâdem hodie ex Græco, *Trapeto* vocatur, Macer. V. ſuprà *Camamella*. At *Maſaris*, apud Sanutum, *lib.* 2. *Part.* 2. *cap.* 21. ſunt, *qui præſunt viétui, vel ſerhanis*, in navibus. V. Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Maſcarias Nicolaus Italus, regionem circa Fretum Magellanicum à ſe noviter detectas, hiſtoricè deſcripſit peculiari, in quo porro, mirum propriis tatem montium, quos *Andes* vocat, quæ ſique ſub Cœlo altiores non eſſe retur, *Cordilliera* Hiſpanis; de Zona tandem Torrida utriusque Oceani *Zuid & Nord* Inſularumque adjacentium, quæ *Quallos* dicuntur, ſtupenda narrat. Aſſervatur opus, ab Auctore, e Regno Chile, transmiſſum, in *Muſæo* Kirchenano, Romæ. Georg. de Sepibus *in Deſcript. ejus pag.* 66.

Maſculi, nomen monetæ. Pictavienſis olim, in Gallia Comitibus propriæ. Goffridus Vindocin. *lib.* 1. *Epiſt.* 20. *Quod ſi trecentos ſolidos Pictavienſium* Maſculorum *vobis dare, &c. Tabularium* Angeriac. & *Tabularium* S. Stephani Lemovic. in *Charta* anni 1081. *monetam Maſculinam* vocant : & paulo antè, *ſolidos nummorum Pictavienſium*. Unde patet, *Maſculinam & Pictavienſem* monetam eandem fuiſſe. Dicti autem iunt, *Maſculi*, in numeris quos ſequi ejus ſpecies monetæ eſſet, *Maſlinos* vocant, vel quòd univerſim quoscunque nummos *Maſlios* vocarent. Unde ſi quis ejus ævi verba Goffridi Gallico reddiniſſet ide mate, inculpide diciſſet, *trois cent ſols de Mailles Poitevines*: cùm horum temporum Scriptores ac Commentarieſes, qui Latinè Chartas exrare ſolebant, efferre ſe debere voce alâ, quam *Maſculos*, nec ar bitrarentur, quòd ea propius accederet ad vernaculam *Maile*, quæ *maſculum* notat. Verùm ſi quis *Maſlios Pictavenſium* fuiſſe propriascontendat, arceſſere poterit nomen ita originem, à Pictonum oppido *Meille*: cum ex iis fuerit, in quibus ſtatim ſecundâ Regum ſtirpe monetæ cudebantur, uti docent *Capitula* Caroli Calvi *tit.* 31. *num.* 12. ubi *Metallum & Metallum* appellatur. Qua de re quilquid ſit, idtin conſeſſo eſt, quòd *Maſlinum* nomen denotarit minoribus nummis olim vulgò dari ſolitum, inde ſuſpicatur, quòd *Maſlia Pictavina* fere ſemper minutiſſimæ fuerint: ſed & A. C. 1329. cudi cœpiſſe *Maſlias* minutiores 18. *grannorum legis argenti regii ad Marcam*, ut eſt in vet *Regeſto* Cameræ Computorum Paris. ex quo neceſſe eſt, monetas iſtas, minutiſſimas & vilis admodum pretii fuiſſe. Probabilis ramen, *Maſlias* minutiores leu *Maſlias Pictavienſes*, eſſe id genus monetæ, quam *Mailliam Turon* vocant, *i. Mailliam Pictavinam &c.* Vid. Car. du Freſne *Diſſertat. de Inferiore Avi nummismatibus num.* 103. & ſuprà, in voce *Mailia*.

Maſgid, V. infrà *Meſgida*.

Maſſib, id eſt, *Lindtus*, unum eſt ex quatuor nominibus, quibus Imperatorem ſuum Abaſſini ſeu Abyſſini ſolent appellare. Is enim, Perſicè voce *Frejer Chan*, id eſt, *Rex monticolarum* (toto enim Oriente Abyſſina montana frequentiſſima tant) dictus, cinus loco *Prubyterum Johannem* quidam eum vocant male. Æthiopibus quat or nominibus ſalutari ſolet. Et quidem *Belatigin* illum vocant communiter, quaſi dicas *lapidem pretiosum ac præſtitum* : cùm in ſolio regio collocatur, *Hafe*, h. e. *Eaſtum* ; cùm coronatur, *Negus* : cùm verò ungitur ſacro oleo à Patriarcha, *Maſib*, nun upact. Vide Georg. Horntum *Orb. Imper pag.* 316 & infrà, ub de *Presbytero Johanne*.

Maſius Andreas, Bruxellenſis Scriptor, Theologus inter ſuos inſignis. Ejus extant, *in Joannem illuſtrationes* fol. & 8. Antverpiæ A. C. 1574 & 1609 ac inter Collectas per Corn. Bee, Londini 1620. *Vir πανόφθαλτος, qui prater ingenia Europæa, Græca, Hebraica,*

Hebraica, Syriaca cognitione non vulgari elarnit, Valerio. *Papista quidam, at fanior & dexterrimus S. Scriptura interpres*, Gualio. *In Indice Romano prohibitus, donec expurgetur*, Possevino. Decessit ex hydrope haud ita senex Zeveenarx, in ditione Clivensi, Guil. Crowæus *Elencho Scriptorum in S. Scripturam*.

Maimodona, in *Tabular.* S. Victoris Massiliensis, apud du Fresne in *Glossar.* moneta est Saracenorum Ægyptiorum, quos *Maimodas & Massumutas* vocant alii. Nomen ita ab Aben Jos. *Mahofumeto* Miramulmino, Maurorum Hispanorum Imp. uti Garsilius observat; qui hos nummos aureos, vel argenteos, fingulos fenis regalibus æstimatos, docet.

Massora, Hebr. מסורת & מסרות. ex מסר id est, *tradere*: Scribitur & *Massora*, Exech. *cap.* 20. *versu* 37. ex אסר, h. e. *vincire*, Buxtorffius. Est doctrina critica, à priscis Hebræorum Sapientibus, circa textum Hebræum S. Scripturæ ingeniose inventa, quâ versus, voces ac literæ ejus numeratæ, omnisque ipfarum varietas notata & fuis locis, cum ungulorum verfuum recitatione, indicata eft, ut fic conftans & genuina illius Lectio conferveatur, & ab omni mutatione aut corruptione æternum præfervetur, & vaide præmuniatur. Hinc *Massorethæ* dicti funt, criticarum iftiusmodi notarum, in facri textus margine, Auctoritas. Nos quidam voluit fuiffe Viros in Judæis eruditos, in urbe Tiberiade commorantes, unde *Sapientes* illos *Tiberiadis* appellant: qui notas iftiusmodi marginales Bibliis, poft abfolutum Talmud Babylonicum, adjecerint, circa annum Chrifti 506. Abben Efra, Elias Levita *in præfat. tertia I. Masoreth hoc majoreth &c.* Sed neo in Hiftoria ulla mentio Syuagogæ in hac eousecrationis ibi celfaverint: & in utroque Talmud *Massora* jam laudatur. Unde fententia eorum vero fimilior, qui per *Massorathas* intelligunt, Senatum Eccleliaftícum, ab Esdra, Haggæo, Zacharia, Malachia, aliisque inftitutum, ad reformationem Eccleliæ, poft reditum è captivitate Babylonica: qui *Vira Synagoga magna* aliàs appellati fuere. Duravit hoc Concilium, ad annum ufque 40. Præfide Esdrâ, in quo Libri facri fuere lecti & *Dignetur ezar Esdra, ut data fuiffet Lex per manus ejus Israëli, fi non præceffiffet eum Moles.* Ultimus Simeon erat cognom. *Justus*, qui Pontificali habitu infignis Alexandro M. bofthi animo Hierofolymam venienti obviam proceffit; ficque celfavit celebre hoc Collegium 300. circiter annis, ante advenrum Meffiæ in carnem. Quæ ab iis peracta, fequentia fuere. 1. Canonicos libros ab Apocryphis fecreverunt. 2. Canonem ab omnibus mendis repurgarunt. 3. Ne porte capiuitate forte irreplerant, liberarunt. 4. Eumque in 22. libros, ad numerum elementorum Linguæ Hebraicæ, digeflerunt. Quartò, textum in fectiones ac versus diftinxerunt. 5. Additis obfervationibus fuis Criticis, circa variarum vocum anomaliam, ratione tum punctorum vocalium, tum accentuum. 6. Non verfus folùm omnes, fed & voces, ac literas quoque unius cujusque libri exactiffime ledarunt; ut fic, cum donum Prophetiæ mox ceffaturum eflet, (ultimus enim Propheturum Malachias erat) corruptioni textus omnis præcideretur anfa. 7. Tandem varias lectiones feripfionesq; annotarunt. In textu enim Originiali plurimæ voces, pluribus pauciorbusque literis exaratæ funt, quam pronuntiantur: imò *junt ollo voces, quæ scripta junt in textu, fed non leguntur*, quas adducit Massora Rust. *cap.* 3. *versu* 12. Hanc igitur varietatem in margine expreflerunt, differentiamque in textu קרי *Cetkib*, i. *Scriptorem*: in margine verò קרי *Keri*, i. *Lectionem*, appellaverunt: quia legendum eflet, eo modo, quo ad marginem adnotatum, &c. Hos itaque iporumet punctorum vocalium Autores fuiffe qui contendunt, ipfo rum officium non bene interpretantur, fateríque neceffe habent, Scripturam S. ante *Massorethamm* tempora, *corpus fuiffe fine anima*, quod in Deum, Scripture Autorem, injurium. Vid. Buxtorfium *Comment. Major.* Pirke Aboth *cap.* 1. Tertullianum *l. de hab. mul.* Chryfoftomum *Homil. 8. ad Hebr.* Itenaum *c. Hær. lib.* 3. *cap.* 25. Auguftinum *de Mirab. S Script lib.* 2. Genebrardum *Chronol. lib.* 2. Thom. God wynum *de Ritibus Hebræorum tr. Angl. lib.* 6. *cap.* 7. &c.

Masqua, vulgò *Masques*, Gallis dicuntur, quæ Græcis vett. πρόσωπα, recentioribus *προσωπεῖα*, *persona* viz. feu larvæ, ad fimilitudinem veri vultus effictæ. A *Masca*, i. *strega*, in L. Longob. *lib.* 1. *tit.* 11. §. 9. V. quoque hic pallim, in vocibus *effectus*, *Persona*, *Vultus*.

Massa, apud P. Papirium Statium *lib.* 1. *Sylv. c. in Saturnalibus*, *versu* 18.

Molles Caioli, Laqueuclid,
Et mallis Amerina non perustis,
Et muftaceus &c.

quid notet, V. apud Casp. Barthium *Adversarior. lib.* 24. *cap.* 7. Certè pyra hodieque, abiectis inutilibus, in merum fuccum redigi videmus: quem cùm incraffefcere cogant, in *massam* eum constipant: unde recte *massa fossile* illa appellantur. Idem *de nummis vet.* ad *Statium Part. I. p.* 149. Aliàs *Massa*, idem quod *Offa*, de qua voce V. infrà. Auri *massa* olim Romanis Imp. à quibusdam provinciis penfitari confueviffe, docet Beatus Rhenanus ad *Tertullianum*. Sed & *Massa*, apud Recentiores, pro *Manso* eft. Unde *Massariorum Magister* feu *Massariorum Provisor*, apud Petrum de Vineis *lib.* 3 *Epist.* 66. h. e. villicorum, *massa* feu *mansi* cuftodum, colonorum, quæ de notione vocis multa congenit Car. du Fresne *Gloss.* Apud eundem occurrunt *Denarii aurei cum Massa*; Gall. *Deniers à la Masse*, quod nomen monetæ fuit, fub Philippo IV. Gall. R. valoris 22. fol. 6. den. Item *Florini cum Massa*, valoris 21. fol. 3. den. E quibus priores probibuit A. C. 1310. quemadmodum & *Denarii aurei cum Massa*, Gall. *les Deniers durs à la Mace* Ann. Chr. 1311. Vide eum in voce *Maneta*.

Massa Candida, locus apud Carthaginem, in quo fub Impp. Gentilibus & in Chriftianos feventibus, fovea erat calce plena, in quam Chriftiani Gentilium Dii lacerate renuentes præcipitabantur. *Massa Cypriani*, apud Vincentium Belvac. *lib.* 15 *cap.* 130. V. Savaronem *ad Sidonium lib.* 6. *Epist.* 1. & Leon. Fuchfium *ad Myrepsum sect.* 3 *cap.* 89. laudatos Carolo du Fresne in *Glossario*. Apud eundem Prudentius *Peristeph. Hymn.* 4. fic de hoc loco:

Proftituere alacres curpus rapido ftimul trecenti,
Cuegues pulvere mox lupor arenas vorabit,
Præcipitemq; globum, fumo et tenus imbuerat nox,
Corpora candor habet, candor orbis ad ipfa metus.

Candidi Massa deftitæ discrimine ter omne telum

Ubi *Glossa* Ms. Magistri: *Candida Massa, ad est*, CCC. *Martyres*.

Massa Carratæ, adde: Familiæ auctor Guido quidam Genuenfis perhibetur, tempore Ottonis I. Imper. clarus: in cujus poíteris Innocentius VIII. Pont. Rom. ex virgine Neapolitana, cui fe, ante ordines fufceptos, junxerat, inter alios libros, Ilium fufcepit Franciícum Com. de Anguillara & Ferentillo, quo genitus Laureutius, ab uxore Richarda, Malaípinarum hæredc. *Massam* & Carrariam ftirpi luæ acquilivit: quibus in filio Alberico Ducatus de *Ayello* acceffit. Hic enim Albericus Giboas Malaípina Princ. *Massæ*, Dux de *Ayello* fictus eft obiitque A. C. 1623. Et ex Elifabetha Roboreo (fi. Marchione Maximiliani Roboreo Dubini, qui fato functus eft A. Ch. 1538.) genitus filius Alexander Cibo Marchi Carrariæ, obiit ante Patrem, A. Ch. 1606. relicto ex Martiíi Eftenfi fil. Carolo Cibeo Princ. *Massæ* D. Ayelli hujusque fratribus. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Part. II. pag.* 103. V. quoque fupra in voce *Cibo*.

Massa, locus tabulæ Peutingerianæ notus: *Massa vicus in pago Antisidorensi* dictus, in *Append.* Frederici: *Massa in Gallis* Epiícoporum Autiíliodorenfium, vulgò *Mesve*: locus in Gallia ad Ligerim fluv. inter Cariotum la *Charrité*, veteri Monaílerio nobilem, & Pauliacum *Pouilly*. Hic Pipinus Rex. Waifario Aquitaniæ Principi bellum illaturus, ftirpem cum omnibus copiis tranüit. Hadr. Valeíius in vocibus, *Ligeris* & *Mejua*. Dicitur quoque *Mesva*.

Massarium, vulgò *Mazas*, caftrum Galliæ cum tit. Comitatus. Hoc cum Martiíio *Marcillac*, à quo non longe abeft, extruxit Vulgrinus, Comes Encolimenfium, Petrocorenium & Agenenfium, circa A. C. 870. vel 880. contra Normannos, cum quibus illi fæpenumero fuit confligendum. Inter Mittes politæ & Armigeros, qui Philippum Franc. Regem, Comiti Foxenii bellum infercenti, fequuti fuit, A. C. 1271. memoratur præter cæteros, *Robertus de Massacio*, V. Hadr. Valeíium in voce, *Marcillacum*.

Massigia, apud Recentiores, feutica eft ea cerea tabella, qua Monachi præcinguntur, V. Guibertum *de Vita sua l.* 2 *c.* 5.

Massigophori, Lictores, qui virgis in facris certaminibus frenentes, infolentiam certantium fpectantium que coércebant: Memiuit illorum Arcadius *l. ult. §. 1. de minner.* Item, qui Agonotheras in certaminibus comitabantur & feribæ Magiftratus perfonali munere ferviebant, Jul. Pollux *lib.* 3. *sub fin.* Vid. quoque Xylhilinum *in Nerone*.

Matafunda, apud Monachum Valle Sarnæ in *Historia Albig. cap.* 86. machina bellica eft, lapides ejaculans.

Mataru feu *Matara* aut *Matarus*, teli genus, feu miffile: paulo quàm lancea minus, cujus Silenna apud Nonium meminit. Gallis proprium, Cæfar *de Bello Gall l.* 1. ubi de Helvetiis, *Nonnulli inter carros rotadq; mataras ac tragulas fubjiciebant, noftrorq; vulnerabant.* Et Livius *lib.* 7. *cap.* 24. *Gallus, cum inter primorum incursus agitat, lævo humero mataras prope trajecto, cessantem pugnæ ex acie* &c. Vide Turnebum *Adversar. lib.* 9. *cap.* 7. Sed Marcellus Donatus, mendum in textu esse non dubitat; & loco *matari*, reponendum *materi*. Nam κόντος μικρὸν ἀκόντιον, h. e. *materis jaculi seu teli species est*, uti docet Strabo. Et Nonius Marcellus, *materna* teli genus poft lanceam longius dixit. Hinc Silenna, *Galli materibus, Suevi lanceis configunt.* Etiabi, *Lanceis & materibus* nonnulli *perturbant agmen* &c. Unde Galloram *mater*, vinctum ad angultias redigere, præfertim in ludo Scacchorum uftatum. Vide *infrà*.

Mater, ut fiat fœmina, fit uxor, ob hanc fpem & omen, *Matrona* dicta, ut infrà videbimus. Hinc fi non ad propofitum refponderet, nec ad certum diem, fœcunditas, quamvis Senera moneret, *Expecta modò, parias*; impatientia laborta, cujus rei exemplum extam, in Rachele, S. pagina exhibet. Pagani Imprimis, hujus morbi impatientes, cum partus tempore, quafi ad arbitrium

arbitrium ſuum, tranſigebant; quum Naturæ hoc jus ereptum ad Deos ſuos transferrent, ſed fictitios, quos ad partes vocabant. Hinc ſuper *Priapi* ſceptum novæ Nuptæ ledere cogebantur, apud Romanos, teſte Auguſtino *de Civ. Dei lib. 7. cap. 24.* ut citius conciperent; & Lupercis ſeſe offerebant, ſeruâ captiva pelle corjoque tectâ cædendas. Juvenalis *Sat. 2.*

Nec prodeſſe agili palmas præbere Luperco.

Quod proprie *catomidiam* dictum; κάτωμος enim pars ſub collo Græcis eſt, quâ verbera Matronæ excipiebant: quamvis & manubus non nunquam, Ulpio Victore *Inſtor. lib. 2.* Geſtabunt præterea pyxidem, immenſo pythe defideratam, quo Regn. augendæ causâ, connubii retiendi, & ob jus trium liberorum, ardebant. Supplicationes ſuper & vota Veneri Genetrici, apud Romanos, Τελεσιγόνῳ, ſeu Θεᾷ γενεθλίᾳ, apud Athenienſes, magis pro filiis, gemelliſque, quàm filiabus concepta, quæ illud includebant, ut ſimiles ſeirent Parentibus. Gravidæ jam hæc feliciùs aſſequentes, brachiis comedebant, aliaque faciebant, de quibus infrà latiùs diſcemus, ex Plutarcho *Rom.* Zonam inprimis, in Templo Dianæ, ut commodiùs fieret geſtatio, ſolvebant, quam primiparæ eidem deinde ſuſpendebant cum veſtimentis in lecto jam cubantes celebrabant Parilia, dum pro naſcituris vota fierent primò Genitæ Manæ, exin Poſtveritæ & Protæ: tandem inſtante jam partu, Eugeriæ & Fluoniæ; Uterinæ item, Alemonæ, Vitumno, Sentino, apud Ilum, quibus Genetyllis adjicit, apud Athenienſes. Poſt partu, & deſcifto cultus, Nixti Dii invocati; alioquin luſus artificum Lucinam familiaris erat advocandi mos, cui vota ipſæ nuncupabant puerperæ. Quibus peractis ipſo puerperii momento uxor ſiebat puerpera & Mater, quæ prolem *edere* dicebatur, quemadmodum pater *ſuſcipere*. Quam in rem V. plura apud Thom. Bartholonum *lib. de Puerperio Vet.* & infrà *d. l.* Quia autem ſic iſlonga ſiovem tulerunt fatidiæ menſes, hinc tenerior illarum in ſobolem amor. Unde Papinius Statius *Thebaid. 6.* ubi de Arithemoni funere.

Aſperior contra, planctuſq; egreſſa virilis
Exemplo famulas premit, hortaturq; volentes
Orba parens, lacerauq; ſuper procumbere natis
Reliquias ardet: totuſq; avulſa refertur.
Arcet & ipſe pater.

Certè earum luctu major extitit Tragicarum fabularum conſtare, notum. Quamobrem & ſibi curare eſt, quod (ut alia omittam) elegantes in beſtum cumſuos pueris, vel alioquin, veſtes ſuâ manu *Matres* olim texerent. Uti de Atalanta & Parthenopæo loquens idem Statius ſtatuit *Thebaid. lib 9*

Ipſa hic Oebalio ſaturnigam murice pallam,
Lucentezq; auro tuncas, hoc texerat unum
Mater opus, tenuis collectio roſtra vinclo.

Vide quoque *Thebaid. lib. 8. ver. 565. &c.* & plura hanc in rem, apud Caſp. Barthium *Animadverſ. ad d. l.* nec non hic paſſim. In Eccleſia Rom. *Mater Monaſterii*, & *Mater* abſolutè, Abbatiſſa dicitur, Monialium præſes, ut refert Greg. M. *Ep. Ind. 2. Ep. 28. &c.*

Mater Caſtrorum, dicta Julia Auguſta ſeu Domna, uxor Severi Imperatoris, è qua Caracallam ac Getam genuit: in *Inſcr. vet. Florentinâ* ſuperſtite apud Jac. Sponium *Itinerar. Græc. Part. 3. pag. 55.* quæ de habet:

JULIÆ DOMNÆ AUG. MATRI
CASTRORUM MATRI AV
GUST ..... IMP. CÆS. L. SEP
TIMI SEVERI PII PERTINACIS
AUG. CONIVGI Q. SILICIUS
VICTOR ET C. TADIUS FOR
TUNATUS OB HONOREM
FLAM. SVI PERPETUI STA
TUAM CUM BASE EX HS BI
NIS MILIB. N. LEGITIMIS AD
JECTIS TERTIS EX DECRETO
PAGANORUM PAGI MERCU
RIALIS S. P. F. IDEMQVE DEDI
CAVERUNT.

Eodem elogio poſtmodum ornata Victorina vel *Victoria*, Victorini mater, qui unus è XXX. Tyrannis, Lolliano interempto, Imperium arripuit. Pollio in *Lolliano*, Victorina *poſtea Mater Caſtrorum appellata eſt & Auguſta nimirum affecta.* V. quoque eum in *Victorino, Tetrico Juniore, & Victoria.* Seu & in vett. nummis legitur, VICTORIA MATER CASTRORUM. F. M. P. A. cujusmodi exſtare, auro & argento, numorum formas ſuo tempore apud Trevirorum ſenatum, idem addit, loco ultimo dicto.

Mater Magna, V. in voce *Cybele.*

Mater Monaſterii, V. ſuprà in voce *Mater.*

Mater familiæ, dicto Meliſſo *libr. de loquendi proprietate*, dicta eſt, quæ tres ſuos peperit, ſicut *Matrona*, quæ ſemel, apud A. Gellium *l. 18. c. 6.* Sed hic nullis id vett. Scriptorum auctoritatibus confirmari poſſe dicens, probabilius censet, *Matronam dictam eſſe propriè, quæ in matrimonium cum viro convenisset*, ſit uſtrica latius dicentis in voce *Matrona*; *etiamſi liberi nondum nati forent — Matrem autem familiæ appellatam eſſe eam ſolam, quæ in Mariti manu mancipio, aut in ejus, in cujus maritus, manu mancipio, eſſet. quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoq; mariti, & in ſui heredis locum veniſſet.* Quibus patria Servius habet *Æneid. l. 11.* In manum vero mariti nullier veniebat per coemptionem. Unde Boëthius *ad Topica Cicer. Matresfamilias*, inquit, *erant quæ dutebantur per coemptionem.* Et ſervius *ib. quæ in manum per coemptionem conveniunt. nam per quandam juris ſolemnitatem in familiam migrant mariti.* Quod quo modo quave ratione fieret, V. ſuprà ubi de *Coemtione*: & plura hanc in rem, apud Oſiellu *ad Gell. d. l.*

Materia, apud Vitruvium *l. 2. c. 8. Sed neſirt celeritati ſtuentes, erect. in coria locantes, fluentibus ſervuntur & in maſas farcumq; ſtatim ſeparation cum* macerie *cæmenta*, i. ſaxis lapidibus cum calce ferrumen eſt & calce & arena. Et paulo ſuprà, *Utrag. a. ex minutiſſimus ſunt inſtruenda, uti materia ex calce & arena crebriter pariet es ſatiati, diutiùs contineantur.* Imò toto hoc capite *materiam* appellat, illum modi ferrumen ad farciendos & conſolidandos parietes. Haud diſſimili ratione, *Materiam* vocabant farinam aquâ conſpergendam & ſubigendam, quam vulgò *paſtam* dicimus, *intritam* Plinius appellat. *lib. 35. c. 12. Quam ex triticum optimo grano triumquam ſuguntur macerare oportet* &c. Salmaſius *ad Solinum p. 479.* Alias *Materia*, ſeu potius *Materies* de Ligno Græcè τὸ ξύλον: neq; niſi de magnis arboribus, Idem *ibid. p. 463 & 1035.*

Materia Infames, five *Inopinabilis* A. Gellio dicuntur, quas Graci ἀδόξως appellaverez; de quibus ita *l. 17. c. 12. Infames materias, ſive quas mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξως appellant, & variare adeo aiunt, non Sophiſtæ ullum, ſed Philoſophiæ, — vel ingenio experiendi, vel exercendi argutias, vel edoman dis ſui difficultatibus. Sicuti quum Theſtia laudi quæſivit (Favorinus) & quum Febrim quartis diebus recurrentem laudavit &c.* Adde, Sophiſtas ut plurimum hujusmodi *Materiæ* petitra-ctandas ſuſcepiſſe obſentationis causâ, ut ſic, de re naturâ exili, & ob improbitatem aut ſimulatem non ſatis ad dicendum idonea, eloquentiæ & ingenii ſui vires oſtenderent, ipſeq; ſe & pompani elaborată oratione. Unde Ennodius *l. 1. Epiſt. 6.* de Fauſto, qui Cornum, materiam, ut ipſe exiſtimabat, illaudabilem & abſurdam, magnis laudibus evexerat: *Tanti*, inquit, *fuit devitiis facundia in rebus laude carentibus oſtentare.* V. quoque Sidonium Apollinar. *l. 8. Epiſt. 10.* & Iſocratem *Orat. de Laud. Helenæ.* Sic itaque Gorgias omnibus orationis eopis protebat conatus fuit, *Nihil eſſe in rerum Natura quod non ſit.* Alio Prufarus *Epitacium* miris laudibus extulit; Polycrates *Autem*; Lupus *Maſcam*; Synefius *Calvitium*; Apuleius *Pauperitatem*; Alcidamas *Mortem*; Pittacus *Malam*; Mich. Pſellus *Pulicem*: Polymates & Iſocrates *Buſiridem*; Elienus quidam adoleſcens *Podagram*, *Surditatem* & *Cacitatem*, ut refert Philoſtratus in *Vita* Apollonii *l. 4. c. 9.* alii alias id genus materias. Ad quorum exemplum, inter Recentiores, quidam ſcectæ *Moriæ* encomium laudi uſere in laudibus *Aſini. Enſiæ rationis. Ovi. Pediculi* &c. V. Jac. Oiſelium *ad Gell. d. l.*

Materiales, dicebantur olim Valentinianis Hæreticis omnes illi, qui ſectæ ipſorum non adhærebant, quorum quæ animas unà cum corporibus in morte corrumpi delirabant; imitati Stoicos, qui non niſi Sapientium animas poſt mortem ſuperſtites eſſe, docebant. V. Tob. Pfannerum *Syſtem. Theolog. Gentil. c. 17. §. 11.*

Materiarius Pelecanus, inter Nobiles Rom. juſſu Severi, ſine cauſæ dictione, interfectus, apud Spartianum.

Maternum Genus, apud Iſraelitas, inprimis ſpectatum, quum de puris naralibus agereatur, quid ad ſucceſſionem requirebantur. Unde puri ſuis Natales habiti, quantum ad nobilitatem Iſraeliticam & dignitates omnimodas (præter Pontificalem ac Sacerdotalem) tametſi patre quis gentius eſſet ſanguinis non Iſraelitici, quia de re fuse agit Jo. Seldenus *de Jure Gentium & Natur. lib. 2. ubi de Proſelytis, Herode R. aliuq; hue ſpectantibus agitur.* V. de *Campanis. Leonſibus, Pontico, Ulpianum l. 1. §. uſſ. ad Munic.* Idem de Antiochenis, habet Julianus Auguſtus *C. Theodoſ. l. 10. tit. 1. l. 51.* & *C. Juſtin. tit. de Decurionibus l. 22.* De Xanthiis, Plutarchus *de claru mulier. c. 9.* imò Lycius cunctis, Herodotus *lib. 1.* Et conſonum eſt illud Virgilii de Dance, *Æneid. lib. 11.*

——— *Genus hinc* Materna *ſuperbum*
Nobilitas dabat ———

Sed & de nobilitate a *Matre* ſola præſtita, recentiora habentur exempla, in Campanis, Trecenſibus, Senenſibus, Clarimontanis Gallie, de quibus V. Dionyſ. Gothofredum *ad l. 1. D. de Munic.* Imò recentiſſima, in variis Indiæ gentibus, quorum ſceptra non ad Regum filios, ſed nepotes ex ſororibus, devolvi patrios mos eſt, ut ſpe pluribus videre eſt, apud Petr. de Valle *Itinerar. Parte IV.* Ex jure autem Cæſareo, *exemplo Senatus, ordinis, Patres quorum minuerpis nunuquiis, ſequatur, C. Theodoſ. lib. 12. tit. 1. l. 101.* & *C. Juſt. tit. de Decurion l. 36.* nec valuit contra Reſtitutum Principale, quo privatus quis ex Materno ſanguine ſibi privilegium vendicaret, licèt jus ejusmodi civitatibus aut provinciis integrè tritè ſuis, ut in aure dictis, concederetur: qua de re plura congeſſit A. Tiraquellus *de Nobilit. c. 13. §. 10. &.* Certè ad *Materna ſanguinis* ſolius, inter homines, dignitatem ſpectat haud parùm egregium Juliani Auguſti commentum illud: ubi de Dits, veluti Jove, Apolline, aliis, loco Patrum nonnullis habitis, differens, *Orat. 2. de Conſtantii Imp. geſtis*, eousque ſanguinis apud homines *Materna* ſolius (Patribus humanis ſpretis) vult habeti rationem,

ut, quoties cuiquam Viro præclaro ac virtute eminentiis prædito defuerit ejusmodi Pater humanus, eidem divinus teu Deorum cœtus aliquis fuerit pro Patre adhiganduus, à quo, ut à matris amatore, adeoque pertmatrem, apud homines, solum nobilitatus fuerit: apud Joann. Seldenum *de Synedriis vett. Ebræor. Lib. 3. cap. 9.* Ratio hujus moris inde nonnullis arceiitur, quòd, ut Homerus ait. *Od. α.*

— ἦ μὰλ τις τε ἰὸν γόνον ἀῶτὸς ἀνέγνω.
Patris nemo sibi confcius ipse est.

Et Menander,

Αὐτὸς δὲαὐτὸν οὐδεὶς πῶς γεγένηται.
Nemo ipse novit, quo sit exortus satu.

Qui & alibi.

Ἐγὼ δὲ μήτης φιλόπαις ἐκ μάλιστα πατρὸς.
Ἡ δ' ὃς γὰρ αὐτὸς οἶδε μὲ, ἃ δ' οὐτομαι.
Mater teneriùs liberos adamat patre:
Quia mater *ipse scit suos, pater autumat &c.*

Ideo vatio veperienda fuit, inquit H. Grotius, *quâ probabiliter confiaret, quis esset parentus cujusq; pater, de Jure Belli & Pacis lib. 2. c. 7. §. 8.* ubi hanc in rem plura.

Viri illustres.

Maternus, Senator Rom. Imperio à militibus destinatus, de quo sic Capitolinus *in Pertinace*, *Timebatur autem militia sub jane Imperatore. Denig; tertium Nonarum diem Votis ipsi milites Trianium* Maternum *Lascivium, Senatorem nobilem, ducere in castra volebant, ut eum rebus Romanis imponerent: sed ille nudus fugit, atq; ad Pertinacem in palatium venit, & post ex urbe discessit.* Ubi pro *Lascivio* Regius codex *Laugurum* habet, Calaubon.

Maternus, militiæ defertor, belium Defertorum excitavit, Herodiano memoratum uni, in Compendio.

Matertera, apud Papinium Statium *lib. 5. Sylv. 1.*

Ad gemitus sylvis comitatus & omnibus Orpheus
Assurat, atq; omni pariter Matertera *metu*,
Omnis Apollineus tegeret Bacchisq; Sacerdos:

Græcis μητρωδέλφη est, *matris soror*. Orpheus hinc Calliopes filius, odio cæteras Musas *materteras* habuit, i. e. matris sorores. Sic Cyrillus *in Glossar. Μητρὶς ἀδελφὴ, Matertera.* Philoxenus *Matertera Μητρὶς ἀδελφὴ θεῖα ἀπὸ μητρὸς.* Idem tamen docet, & Noverca hoc nomine cenlitam: *Matertera & Noverca, μητρυιὰ.* Quod fane inauditum. Quare *Mater jeava. Noverca, μητρυιὰ*: Vel *Mater læva*, id est, infelix, inimica, feribendum esse, conjcit Calp. Barthius *Animadvers ad Statium d l.*

Mathan, adeo Justo Epostl Virginis *storiæ* (qui apud Bedam & alios Auctores legitur *Matthat*, quo modo & Lucas in scriptum eli) & *Melchi*, ambo è tribu fuerunt Juda, ambo è domo Davidis; sed tamen e diversis familiis orti: *Matthan* è Salomone oriundus; à Nathane, fratre ejus, *Melchi* five *Mathat*. Quorum ille prior uxorem duxit Estham: Ἔσθὰρ γὰρ κατὰ τὸν νόμον ἔγημε, ἀδελφὴ δὲ ἦν, inquit Africanus. Sed Hebraicum est ἔΨΝ, neque proprium nomen fœminæ, sed cosnune omnium: ut in Lucas, ἡ δὲ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς, fœminino genere. Ex Estha natus est Matthan Jacobus; denique ante mortem eodem nupsit τῷ Melchi seu *Mathat*, & quo conjugio Eli genitus est. Sic Jacobus & Eli frater uterini, eandem quidem matrem, sed diversos patres habuere: e quibus Eli, cum uxore ductâ diceslisset improlis; Jacobus ei ex Motis lege lemen excitavit & relicta conjuge Ii fustulit Josephi: naturâ quidè filium fuum, sed beneficio Legis filium Eli, &c. Ita quidem præfatus Africanus, ex traditione antiqua, quam à Desposynis Domini natis, quasi juratis, acceptam, *Hist. ad Africanum* retulit. Verum quid hac de re sentiendum, Vid. apud Casaubonum *Exercitat. I. 5. 17.*

Mathesis, V. infra *Quadrivium.*

Mathumannus, Mattiniffæ filius, apud Solinum.

Matiberni, in *Charta* Alani Com. Britanniæ A. Ch. 1087. apud Argentreum *Histor. Armor. lib. 1.* Procerum genus.

Matralia, adde: R rus facrorum hic erat; Aditum impleverve prohibentur, excepta illa matrona, quæ Matrem ante introducebant, cobopes genis ejus infigentes, quod ex æmulatione Juno Deæ adversus maritum profluxisse arbitratur Plutarchus. Dein Matronæ sororum liberos, in hoc festo, pro suis in ulnas accipiebant, itque bona precabantur: Denique ea agebant, quæ Bacchi autricibus, & casui, in quem Ino propter pelucem incidit, conveninent. V. Plut. *Camillo*, item in *Quæst. Rom quæst. 16. & 17.* Libum, quod tum offerebatur, *Teftuatium*, quia in *testa cotidia* coquierunt, dictum fuille, Varro teltatur *L. L. lib 4.* Sacra prolixè delcribit Ovidius *Fastor lib. 6.*

Matricarii, in *Novell. 13. de Pratore* Pl. in *Notis* quibusdam vetuftis, ad Juliani Patricii Epitomen exponuntur de illis, *quos videmus ad incendia currentes & portantes spongias, cum ferramentis, & alia feramenta, per qua possint de pariete in parietem transire, & ita incendium extinguere.* Sic dicit, quòd in *matricularium* Prætoris Plebis essent relati, B. Brissonius.

Matricetas, Aftronomus, Methymnæ, ex monte Lepetymno astra speculabatur. V. Salmasium *p. 747.*

Matricula, vox nota Jurecons. catalogus, descriptio, index: Ματτίκουλα ἢ ἀκρίτατον ἢ λιτανδίκιον, in *Cod. Canon. Eccl. African. tom. 86.* Apud Scriptores Ecclesiasticos duplex fuit *Matricula*, *Clericorum* in qua Clerici Ecclesiarum referebantur; qui eo nomine stipendiorū Ecclesiasticorum erant participes; item in qua Clet. Hebdomadatiorū in Ecci. Officus munus indicatum: & *Pauperum*, in qua pauperum qui ab Ecclesiis alebantur, nomina erant descripta. Et quidem hi *Matricularii* inde dicti, memoratur Aldhelmus *de Anatol. & Fid. Omne patrimonium & ornamentorum gloriam & commenda* Matricularius *prodigâ liberalitate contulerunt.* Ad quæ verba bene Meurfius, ex Gicilis Historia: *Matricularius*, inquit, *pauper, cujus* praenumeratione in Ecclesia continetur. Aldhelmus, *incep. mstr.* cum ut hic *matricis & matricularius*, ita *matricis & pauperes* vel *egenes* conjungit. De Martino,

Dum stirpem matris & pupium sarret egeni.

De Lucia:

Pauperibus stirpem tribuens & munera manens.

Denique, de Antonia & Vitoria:

Cunctis pauperibus mea ornamenta misellis,
Nil sibi pervanens, vendunt pre jure supernæ.

Ratio nominis jam indigitata: Ut enim olim nomina illorum, qui frumentum de publico accipiebant, ærcis tabellis notabantur; sic & pauperum, quos alebat Ecclesia, nomina *matricule* inscribebantur, ut nosceretur & ordine citari, atque ad nomen respondentes, Principium & Ecclesiæ liberalitate foverentur: Isti dicebantur *Inscij*, & *Matricularii*. Testamentum Bertrami *Pauperibus duodecim, in matricula positis, anne fores Ecclesiæ exstantibus impleri, duo, solidi, unde je resciant, soluerunt.* Atque ut illos *incidi* dictos legimus, cum referrentur in numeros ac catalogos frumentantium: ita hos *expungi*, cum eis distribuebatur, cujus grana nomina, ut tic dictum, tacta, atque in matricula in perfectu erant. *Expunctus manipulus & expungi nomen*, apud Eustum: *Expungi pauperum matrem*, cum militiæ munus, *expungunter pauperes*, cum semper onere aut impotis levantur. *Expungunter nomina* quæ solvuntur: *expungunter pauperes*, quibus solvitur, quod gratuitum propter Christum debet Ecclesia. *Expuncta rationes*, in horis Juris, cum parua iunt facta: *expuncta*, quorum cum beneficiatibus jacta fecit Ecclesia. Hinc ergo *Matricularii*, qui & referebantur in matriculas & expungebantur. Optatus *dispungere* dixit, *lib 3. qui pauperes nobis dispungerent.* Minus quidem proprie fed etiam recte Ecclesiasticis nunquæ pauperibus dispungi dicuntur, cum ex matricula pro actione tota: ut *commissum prælium* dicimus, pro *pugnato*. *Dispungere enim rationes* est subducere & summam facere: in quod præcedit, & ideo fit, ut expungantur. Quare & Tertullianus læpe illud pro hoc usurpat. Et ut videatur etiam Pacianus *in Paræn. Depectus multo Spiritus S. hac nobis catuale persculi conditione legavit.* Ubi Vir doctissimus, *Depectus*, vel *Depectis in nobis.* Grotius legit: *Dispunctis in nobis*, quod non male. Inter omnes observationibus legis ceremoniarum, quibus adstricti fuerant olim Judæi, quibus hæc fanguis Domini, sacrificiorum finis, solvit atque emancipavit fideles: cum exceptione trium illorum capitum, quæ Adorum *cap. 15.* exprimuntur. V. Gronovium *Observat. in Eccl. c. 8.* & à Cerda *Adv. lacr. cap. 21.* C. 76. Alcbantur a. in domo peculiari, ad offia Domini facrarii ut plurimum exstructa, quæ & ipsa *Matricula*, quemadmodum eodem & Ædes nonnunquam facta, ei vicina, vocabantur. Ædificiorum hoc domibus erat tus, quibus alerentur pauperes, erant ædificati. Inter *Matricularios* verò *Primicerii Matriculariorum* erant, qui è numero reliquorum fclecti, aliorum vitæ moribusque invigilabant, uti habet Chrodegangus *Reg. Canonic. Metenf. c. 18.* ubi multa de *Matricularia*, & quomodo ad præfatem locum Epilcopis formarentur. Porro ex *Matricularia* eligebantur quidam ad victoria Templorū adjacentium munia, v. g. qui campanas pulsarent, Altaribus ministrarent cubiculum habetent, ac verrerent mundarentque & hujusmodi, ita ut decepis, in alimoniæ mercedem, Ecclesiarum obsequiis toros fese darent. Atque inde *Matricularium* in Ecclesiis Parochialibus origo, quorum sedes ideo ad Templi fores hodie, in Ecclesia Rom. affigunatur, quòd eas obtinerent: ut, in alii putant, quod Matricularium, quæ ad oftia Ædis facræ erant, essent custodes pauperum; alimonisin is invigilarent, quod quidem munus seu onus ab epoca Parochiarum institutionis, ut ait vetus *Matthæus de Ecclesiis* Cathedralibus & Collegialibus, ex ordine Clericorum & Laicorum, quorum munia ita exquirit Auctor Hispanus *Episcoporum Autisiodor cap 59. Sacrista providere tenetur & exhibere Clericum unum Matricularium & alios, qui campanas pulsare, & ea quæ ad officium jnum pertinent, valeant exercere. Episcopus insuper tres Matricularios, unum viz. Clericum, qui attitularius Altari sancti Cruets in eadem Ecclesia, ut ibi serviens in officio Sacerdotis, mediatem beneficii e sudem Altari ut ibi ministrando perpetuo more consuetum, cum centum solidis in denariis Pentecostalibus de Vanzatce percipiat: diu annuatim, & duos Laicos, quibus singulis decem libras in redditibus assignavit.* In Ecclesia Parisiensi, *Matricularii* Sacerdotes seu Clerici, quatuor inftituit fuere ab Odone Epilcopo, de quorum officio agitur in *M. Pastorali I 20. ch. 8.* De *Matricularia* verò *Lucæ* ejusdem Ecclesiæ, idem agit Odo in *Charta anni 1204.* quæ *stolam* habetur, &c. *Matricularii* tandem in Monasteriis munera illa exhibebantur, in *libro Ordinis S. Victoris Paris. MS.* apud du Frelne, *cap. 31. Sacrista locum & conditionem habet debet Matricularium Ecclesiæ, ad cujus officium specialiter pertinet horas Canonicas nocte & die, ad officium celebrandum confitituere, signa pulsare, horologium temperare, ad matutinas & in astate, post meridianam, ad exeuntes Fratres in dormitorio, nolam pulsare, ostia Ecclesiæ*

Ecclesiæ statuto tempore claudere & aperire, & hic, qui vel adjunctus Ecclesiæ vel Choro pulsant, adeorum ensuum cognoscendam occurrere — Matriculariis adjuvare debet Sacristam in Ecclesiarum gerendo, in lampadibus lavandis & præparandis &c. Plura hâc de re in Vita, apud prætatum Car. du Fresne, Macros Fratres in *Historiolo*, & hic infrà in voce *Matricularii*. Ubi autem *Matriculariis*, Diaconibus, Presbyteris, Vidua, quæ in matriculam Ecclesiæ relatæ, beneficiis & redditibus Ecclesiarum alebantur, occurrunt apud Flodoardum, *Hist Rem. l. 1. c. 9.*

Matricuria, matrona, quæ ædis sacræ curam habebat, Græcis *Presbytera*, *can. Mulieres dist. 32.*

Matrimonium, Vid. suprà in voce, *Conjugium*: & infrà ubi de *Nuptiis*.

Matriola, vulgò *Marolles*, duæ sunt in Gallia, in agro Parisiensi, alteræ in Decanatu Limariensi, inter S. Germanum de Castris & Ludovillam: alteræ in Decanatu Moissiaci Episcopi, prope Suessiacum *Suff.* Hadr. Valesius in voce *Parisii*.

Matrona, proprie quæ in matrimonium cum viro convenit set. Hinc Servius ad *Æneid. lib 11.* notat, *Matronam dici, quæ in matrimonium cum viro convenerit, & in eo matrimonio manserit, etiamsi liberos non susceperit. Nam virginem nomine, sed non omine; unde & Matrimonium dictum.* Itaque *Matrona* A. Gellius *lib. 18. c. 9.* vocat, quas Cicero in *Topicis* simpliciter *Uxores* appellat: quæ sc. ita matrimonium convenissent; quo denotabatur, eam uxorem, non concubinam fieri, & in matrimonium, non concubinatum esse datam. Unde Plautus *Trinummo*.

Sed & inops infamia ne sim, ne mihi nata Famam afferant,
Ma ferminis meam gnatam nuncupatam: si non habet
Sic sine dote dedisse magis, quam in matrimonium.

Festus autem: *Matronas eas esse, quibus stolam habendi ius erat*: Sic *Matronæ* dicerentur notæ auctoritatis spectatæque vitæ ac pudicitiæ fœminæ. Utapud Livium *lib 1. Ut nulla, nisi spectata pudicitia Matrona, & qui una viro nupuisset, jus sacrificendi haberet.* Quod de stola modo dictum, nec delutitum est, quòd habitu *Matronæ* à fœminis non bonæ notæ discreterentur. Postquam enim apud Romanos Togæ penes viros remansit, solasque fœminas, quæ se viris vulgarent, *Matronarum* fœminarum usque honestarum propria fuit tunica, quam *Stolam* dixerunt, & pallium sive palla. Horatius.

Ad talos demissa stola & circumdata palla.

Unde apud Livium, ubi de matre Coriolani, *lib. 5. cap. 2.* *plus solutis Reip. stola, quam in arma profectis* legimus: & propterea Martialis stolam pro *Matrona* posuit hc. 10. *Epigr. 5.*

Quisque stolæ ne pur, uxove contentor.

Stolam autem ad talos demissam, ut dictum ex Flacco, & insticà ad eum ornatum fuisse, docet Turnebus *Adversar. lib. 19.* Unde iterum Horatius,

— *Quarum subjuta talos tegat instita veste.*

In quæ verba Porphyrius, *Matronas*, inquit, *significat*. Erat itaque hæc stola, tunica manuleata sive manicata, ad imas plantas fluens; subjuncturis gemmeis seu limbis aureis ornata, eademque multis rugis ac plicis constricta: quâ totum corpus operiebatur, ut nihil præter faciem appareret. Cum libertinæ & quæ supri licentiam vulgaverant, non cervice modò, sed humeris atque lacertis conspicuis essent, & quâ altius tunicas fuscingebant, crura pedesque aureis circulis cultos ostentarent: Probitula verò brevibus tunicis, ad instar virilium, & togâ ut cogerentur. Præterea *Matronis* stolam habentibus, etiam diuguebantur, quæ stolæ habere poterant, novum discrimen à Senatu adjectum, se. Vittæ, five Fascioke; cum nec Libertinis nec Meretricibus Vittæ Stolæque jus esset: Unde apud Ovidium *Segmenta aurea, Vitta*, quâ coma ligabatur, & *Stola* perpetuò conjunguntur. Tibullus *Eleg. 6.*

— *Quum tuis non vitta ligatos*
Impediat crines, nec stola longa pedes, &c.

V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiaria part. I. lib. 3. cap. 8. & 23.* Apud Athenienses quoque præter *Matronas*, & puellas formosis meretrices vestibus & mundo fuisse distinctas, docet Lexilla: *Ταὶς ἑταίραις τὸν αὐτὸν τρόπον, Matretrices floridas vestes induite sumto*: memorata Sudæ. Quam fuis Lotrentibus quoque Zalcucus posuit, teste Diod. Siculo, & ea usos esse Syracusanos, docet Philarchus apud Athenæum *lib. 12.* Quanquam non ferebant, ut videtur, Athenienses meretrices non magis quàm eas in quibus adulteri essent deprehensi, ornatas prodire in publicum, unde auro illis interdictum, teste Sam. Petito, *Leg. Attic. lib. 6. tit. 5.* Porro, *Matronis* apud Romanos honos habitus, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. Livius *lib. 5. cap. 25.* *Cujus* (auri à Camillo, expræda Veientana, Apollini persolvendi) *quum copia non esset*, Matronæ *ceribus ad eam rem conflandam habitis & communi decreto pulli ti — aurum & omnia ornamenta sua in æraium detulerunt. Grata ea res, ut quæ munificè Senatui unquam fuit: honorumq; & cum municipatium, ferunt Matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosq; carpentis festo profestoq; uterentur.* Inidem solemnis laudatio post mortem concessa, apud eundem *lib. 10. cap. 30.* ubi de Gallis Româ exactis & ab eodem Camillo victis fuisque, *Jam autè in eo tristi civitatis apparuerat, quòd quum ingubilco deesset aurum, ex quo summa pactæ mercedis Gallis conferret, à Matronis collatum acceptarat. ut sacro auro abstineretur.* Matronis gratia acta, *honosq; additus, ut earum sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset &c.* Eleganter *Matronalis* sectæ descriptionem exhibet Appuleius *lib. 10. Dii boni quantis ille, quam præclarus apparatus! Quatuor Erunchios consessim pulvillo complurimo ventosi tumentibus, plumis obscenis nobis cubitum prætruenti. Sed & strangulatæ vipiæ, aureque murenæ Tyrio ostento probe consternunt ac desuper brevibus acmodum, jam capitosis pulvillis, alius tamen modicis, qui maxillas & cervices delicata mulieres jussulere conjuverunt, superstruunt &c.* Ubi videmus, *plumos* esse *pulvillis* istos Romanos, neque adpartes corporis licite conformatos & compositos. Sed hæc sequiori ævo, ut & luxui invalit. V. quoque Statium *lib. 1. Sylv. 2.* & ad eum *Animadversiones* Casp. Barthii.

Matronatum, Græcis, *Matrωνικὸν*, apud Anastasium in *Symmacho*, *Fecit camerare & matronatum, & super consessum imaginem argenteam cum Salvatore & duodecim Apostolos posuit, qui pensant libras viginti*: locus in Ædis facta videtur esse, *matronis* assignatus, qui *Pars matronarum* in Ord. Rom. *Matronum sepium*, apud eundem Anastatium in *Gregorio IV.* & *Pars muliebrium*, alibi dicitur. V. du Frelne *Not. ad Alexiadem p. 420.* & in *Glossario*, ut & Dominicum Macrum in *Hierolexico*.

Matronalia, adde: Hujus quinque cas Dis recenset & Ovidius *Fastorum lib. 3.* Quarum prima est, quòd mulieres Sabinæ à Romanis raptæ, sua intercessione atrox bellum, quod inter maritos & patres atque amicos fervebat, sedavissent. Altera, ut faavore Martis eam sedicatem consequerentur in filiis, quam videbatur is Deus Iliæ concessille. Tertia est, quòd Hersilia Martio terra fœcunda esset, quales Matronæ fieri cupierent. Quarta, quòd Kal. Martiis Junoni Lucinæ templum datum esset in Esquiis: Ultima, quòd Mars Junonis, quæ conjugis præerat, filius diceretur. Erat hic primus olim anni dies, quo *Matronæ* servis cœnas appositere, quemadmodum Saturnalibus Vir, & sibi invicem muiera mutere solitæ sunt. V. Joh. Rodium *Antiq Rom. l. 4. c 7.*

Matronanus, Præfectus Prætorio, *sub Antonino Imp.* cujus primò conjuctor fuerat. Vopiscus in *Marino*.

Matrow, is tibiæ sonus dictus est, qui in Magnæ Matris sacris olim usurpabatur: in iibs enim tibiam simul asfyram adhibitam fuisse, ex Horatio annotant Eruditi. Eum à Mariya inventum fuisse, notat Pausanias in *Phocicis*.

Matta, Gallis *Natte*, Rorea, teges, vox Vett. nota. Ovidius *Fastorum lib. 6.*

— *In plauftre feirpea matta fuit.*

Monachis in multo ufu, ut quas ipfimet conficiebant, in quibus etiam cubabant, orationes fundebant, collationes habebant & fpiritum exhalabant: quæ omnia idoneis Autoribus probat Car. du Freine. V. quoque infrà in voce *Pfiathus*. Hinc *Mattarii*, appellati Matthæi, ut auctor eft Auguftinus *c. Fauftum lib. 5. cap. 5.* & Eckbertus Schonaubienfis *Serm. 1. adv. Cathar.* quòd fuper arundines & *mattas* accumberent. Vid. Joann. Forbeftum *Inftitutionum Hiftorico Theologic. l. 14. c. 2. §. 2.*

Mattea & Mattya, apud Tertullianum *de Teftam. Anim. cap. 4.* cibi delicati genus, Athenæo memoratum.

Matthæus Blaitares. V. fuprà in voce *Blaftares*.

Mattidia, memoratæ Sparticeo in *Hadriano*, inter illos, qui Trajani reliquias deferebant. In faxis *Matidia*.

Mattium, teli genus, aliàs *Mattiobarbulum*, unde *Mattiobarbuli*, militum genus apud Veget. *l. 1. c. 20.* Unde *Mattiarii*, in *Not.* Imp. fub dipolitione Magiftri Militum præfentalis, qui junguntur *Lanciariis* vel *Lanciariis*. Eorundem mentio, apud Zozimum *l. 3.* Ammianum *lib. 21.* & Senatorem in *Hiftor. Tripart. lib 6. cap. 37.* laudatos Carolo du Freine *in Gloffar.*

Cn. *Mattius*, adde: Scripfit hic Mimi jambos exemplo Herodoti *Λογοποιὰς*, & Homeri Iliada tranfulit, ut Livius Andronicus, qui ducentis aliquot annis ante Ovidium e Romeri Latine verterat. Anton. Thyfius in *A. Gellium l. 6. c. 6.*

Mattus, antiqua vox, quæ emollitum, fubactum & macératum fignificat: unde verbum *mattare*, pro domitare, fubigere & macerare. Iſidorus in *Gloſſa*: *mattum eſt, emollitum, infectum, & via matta* Ciceroni, via lutofa & nimbofa, *Epiſt. ad Attitum lib. 16. epiſt. 2.* *Item, eo die manſi Aquini. Longiuum iter fuit & via matta.* Per metaphoram fortaſſis dictum, ut fenfum cordis, *mattus* dictus eſt, in Vett. *Gloſſis*, apud Turnebum *in Adverſar.* Origo voci Græca, à verbo *κατᾶω*, quod eſt *pinſo*, fubigo, emollio; unde *κατὸς*, *ſubactus* & emollitus, atque inde Latinum *mattus*: quod in ludo Sacchoum uſurpatur hodie, de *calculo*, quem Veteres *incitum* vocabant. Sed & jam in *Chronico* Senonienſi Richerii *lib. 3. cap. 12.* *Pro ludo ſcacorum*, *quo eum uxor ipſa ſepius* matuerat: *ipſum verberaverat* &c. Vide Ducæ *Hiſtoriam Byzantinam cap. 16.* pagina 27. Salmaſium *ad Popiſcum in Proculo*, & hic *paſſim*.

Maturini, Gall. *Maturins*, Ordo eſt Religioſorum in Eccleſia Romana, quibus ex inſtitutione Innocentii III. Pontif. Romanor. Chriſtianos captivos è manibus Infidelium redimere incumbit: Veſtitu incedunt albo, cruce rubrâ

cerulea que insigni. Dicuntur etiam Religiosi S. *Trinitatis*, item *Redemptionis Captivorum*, ubi vide.

Matutinalis Liber, in *Chorto* Antibar. Episcopi, apud Joann. Lucium *de Regno Dalm. lib. 2. cap. 14.* est, in quo officium Ecclesiasticum matutinum continetur. Dicitur a. *Matutinum* in Ecclesia Rom. Officii septem horarum Canonicarum prima pars, quæ aliter *Nocturnus* quoque, item *Vigilia nocturna*, appellatur. In eo untuntur pluviali, vel alio *paramento*, nisi tempore nonæ lectionis, quæ ab Hebdomadario dicenda, quinta cum duobus Præcentoribus pluvialibus ornatur; quidem Laudum recitationem iisdem ceremoniis fieri solitus ad Vesperas ejusdem diei continuant. At cum Officium ab ipso Episcopo dirigitur, tunc ipse, indutus cappa confuetâ nonam lectionem recitat; excepta tamen nocte Nativitatis Domini, in qua fumi pluviale, ad dicendam orationem, in fine matutini &c. V. Dominic. Macrum *Hierolexico*. Hinc *Matutinarium*, in *Reg.* Monach. ordinum S. Cæsarii § 21. *Post hoc dicant* Matutinos *directanum* = *Exaltabo te, Deus meus & Rex meus. Deinde in ordine totus Matutinarius in Antiphonas*, apud C. du Fresne in *Glossar.* qui etiam *de Matutinario cursu B. Mariæ* aliquid addit, ex Hugone Flaviniac. *an. 961.*

Matzuca, vox Græcobarbara Ματζοῦκα, apud Curopalatem *de Offic. Aule C'Polit. Leo jeepeti. fol. cam, quam vulgus vocat mat-zucam*; clava est leve baculus, in summo capitatus, *Anglice* Mallet is. Ital. *Mazza*. Unde rhythmum capitatum ματζοῦκομπούκιον vocat Neophytus, quod caput tuftat *Maffuca* haberet, apud Salmasium *ad Solinum. p. 787.*

Mavorte, leu *Mavortes*, *Mavortium*, *Mavortium*, Græcis *Μαβόρτιον*, pro *Μαθορτιον*, idem est quod *κράδημνον*, apud Homerum, ubi de Penelope tristi nici operta,

Αὐτὰρ ἐπειδὴ κρήδεμνα κατέβλαπτε κάρητι.

uti *ad h. l.* habet Eustathius, qui κρήδεμνον vulgariter loquentibus μαβόρτιον dici, ait. Latinis olim *recinium*, testibus Servio & Nonio: capitis nempe muliebris operimentum & ornamentum; uti testificantur Achmetis illa, Ἔσω ἐδη γυνὴ, ὅτι μαβόρτιον αὐτῆς ἤβρη ἀπ' αὐτῆς βία ὀρθῷ πόδι, ἢ ὅτι κατεμήτ ὄλαι, ὀλίγα πέσαι ἀ ἀπὸ αὐτῆς. ἢ ἀφείλεται ἀπ' αὐτῆς πέλεκυ. Cujus lominis ratio, quod mulieris caput vis eft: Mulier igitur, quæ lominis *mafortium* fibi tolli aut furripi per vim ab aliquo, aut morte aut difficilio virum amittit. Ad quod illustrandum faciunt hæc Isidori verba de ricinio: *Vocatum autem dicunt mavoriem quasi mantem, signum enim maritalu dignitatis & potestatis in eo eft, caput enim mulieris vir eft: inde & super caput mulieris eft.* Quæ Achmetem plane interpretantur. Poltea in ultum etiam monachorum hæc vellis cessit. Calliinus *lib. 2. cap. 7.* Ἀνὴρ ἐν ἀγρῷ ἐργαζόμενος ἀπώλεσε μαβόρτιον, *quam humilitatem, quam vilitatem pretii compendiumq; sectantes, colla pariter & humeros tegunt: quod mafortes tam ipsorum, quam noftro nuncupatur eloquio.* In *Glossis* Arabico-Lat. *Maforium. fascialia, id est, angustum pallium, quo utuntur Monachi, collum pariter atq; humeros tegens.* Ubi legi Salmasius, *Fascia capitalis*, h. e. κεφαλοδεσμὸν, quem etiam *Capitulum*, & *Capitulare* & *Cappam*, recentiores dicunt &c. V. Salmatium *ad Vopiscum in Aureliano* & in voce *Maforium*.

Maurabotinus, moneta Hispanica, de qua Vid. supra, in voce *Marabotinus*.

Mauranahalnaria, adde: Postquam Tartarorum Imperium, mutuis dissidiis prope collapsum, instaurasset circa A. Ch. 1370. Timurus, cognom. *Lenek*, id eft, claudus, vulgo *Tamerlanes*, hujus filiorum natu maximus *Sirlet Zagh*, patre exinito A. C. 1404. in Turkestana, Schagadai, *Mavuranahaeria*, Persia, Gaina & Indostana, late regnavit, Princeps pacificus ac moderatus: cujus successores fuere *Olog Abeel Atsif*, & *Abdulla*, regnumque in regnum *Chorazan* & *Mavuranahar* divisum eft, An. Ch. 1451. Sed ista mox anno seq. iterum coierunt, post obitum Regis Abdutaid A. C. 1507. denuo divisa: atque ex regno Chorazanis ortum eft regnum Magni Mogolis, de quo *infra*. Ex regno autem *Mavuranahar* regnum Magni Mogolis seu Indostanæ, cujus conditor fuit A. C. 1526. Babur Rex *Mauranahalnaria*, qui pulsus A. C. 1504. Schaibeko, in Indiam exul profugit, ac ibi res novas molitri compertus in Perfiam se recepit, tanta cum pauperiate conflictatus, ut rustico opere victum sibi quærere cogeretur. Donec a Schach Tamazo Rege Perfiæ copis quibusdam adjutus Indiam expugnavit, quæ illius temporc regnum Magni Mogolis dicta fuit a Tartaris, qui propriis nomine appellantur *Mogolei*, vulgo corrupte *Mogores*. Sed de hoc regno, Regisque præditi successoribus, *infra* pluribus dicemus. V. Georg. Hornium *Orb Imper. p. 248. & seqq.*

Mauretius, apud Æl. Spartianum *in Didio Juliano*, cum se antea Sulpitiano conjunxisset, *esterrod Julianum Imperatorem ftipavit*.

Mauri, adde: Hornius sic appellatur omnes Saracenos Afros, a Mauritania, unde primum in Hispanium profecti sunt, A. C. 713. sub ultimo Gothorum Rege Rodetico, atque hinc fluxit vocabulum *Mohr*, quo Europæi Germanicæ nationis Æthiopem designant, quia fedes Æthiopum in Africa & Afri Europæis primum, per hanc Maurorum irruptionem in Hispaniam, innotuerunt. Hi itaque, ducibus Muza & Tharifo, auspiciis Walidi Caliphæ Saracenorum, a Com. Juliano Septæ in Africa præfecto, cujus filiæ Cabæ Rodericus illuserat, in Hispaniam devecti, circa A. C. 713. eam appellarunt *Andalusiam*, quæ Andalusia ita à Vandalis fuerat dicta: unde Arabes & Tutcæ Regem Hispaniæ hodie que *Andalusiæ Regem* nominare folent. Ab eodem tempore linguæ Hispanica vetus & Arabica ita confuse fiunt, ut hodie tertia fere Hispanicæ linguæ pars Arabica fit, ac pleraque flumina & oppida Arabicis nominibus insigniantur. Interea, dum *Mauri* res suas in Hispania agunt, reliquæ Gothorum, e montibus Asturiæ, Cantabriæ & Pirenæis, inquibus latebant, progressi, *Mauros* paviis gravibus lacessere, victoriæ longius progredi, ac quæque ereptæ antea opibus auctæ, jam infracta Maurorum virtute, nova Regna, veluti e ruderibus, erigere cœperunt; nomine *Gothorum* abolito, & ejus in locum prisco *Hispanorum* revocato. Sic A. C. 716. à Pelagio regnum Asturiæ: A. C. 724. à Garsia Ximenio leonitico, Suprarbiæ at Ripagorzæ: à Kaela Abarca, Aragoniæ ac Navarræ, A. C. 895. à Ferdinando Magno, Castellæ: ab Henrico Limburgensi, Lusitaniæ, A. C. 1139. ortum accepere. Mauri verò in Andalusia regnarunt, cœpitque eorum Regnum A. Ch. 724. fedes regia fuit Corduba, titulus Regum *Caliphæ & Emir el mutnenina*, id eft, *Princeps credentium*, item *Melic*, i. e. *Rex*: primusque Maurorum in Hispania Caliphæ Mubavia fuit, qui Hispaniam à Caliphatum Syriæ subjectione liberavit. Sed postea, Cordubæ regno collapso, *Mauri*, interitus colibi diffidentes, tot fere exstirarunt Regna, quot in ipsorum Imperio magna erant Urbes: inter quæ præcipua fuere, Regna Cordubæ, Sevillæ, Murciæ, Valentiæ, Saragoffæ, Denæ, Algezuræ, Jeani, Algarbiæ & alia minora, unica ad Chriflianorum regna accedente Gallæcia. Atque hinc factum, quòd Reges Hispaniæ tot in uno titulo Regnis superbiant. Quæ sequentibus temporibus a *Mauris* in Hispania acta, dictum in *Mauritania*. V. plura apud Hornium *Orb. Imper. pag. 162. & seqq.*

S. *Mauri* fol. hodie Græcis dicitur, qui *Leucas* olim. Propter tamen ficarum arcum vocant, Insulam vero *Leucadia*. Jac. Sponius *in nor. Græc. Part. I. pag. 134.*

Mauri Albi, per omnumeliam Genuenses dicti sunt, ab Aragoniæ olim Regibus; *Moros blanchs*: ut observat Michael Carbonellus *in Chronic. Hispan.* apud Carol. du Fresne *in Additionibus*.

Mauria, nomen Deserti, prope Tenedum lat. cujus meminit Jac. Sponius *Itinerar. Græcia Part. I. pag. 103.*

Mauritiensis Moneta, in vet. *Charta*, apud Guichenonum *in Probat. Hiftor. Sabaudic. pag. 40.* eidem laudatum, monera est Monasterii Agaunensis, Sancto *Mauritio* dicati.

Mauros, equi nomen in Circenibus. Unde *Mauros ire*, equi celeriter ire, in vet. *Lexic. Sax. V. Mauritius*.

Maufaf, in Arabe Scriptore, apud Bocharium, urbs est Asiæ ad Tigrim, è regione ruderum urbis Ninives, quæ olim fuit Assyriæ caput. Vide cum *Hieronymi Parteprior. Lib. III. c. 7.*

Mauſoleum, quid propie, V. in voce *Artemisia*, item *Maufolus*. De eo fic Plinius *lib. 36. cap. 5. Sepulchrum hoc eft absolute Artemisiæ factum Maufolo Cariæ Regulo — Opus id ut eft inter septem miracula, Artifices maxumi fuere. Patet ab Austro & occidentem ſexagenos ternos pedes breviore a Septentrione, toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollitur in altitudinem viginti quinq; cubitis: cingitur columnis triginta octo. Ab Oriente calavit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leochares. Prius, quam peragerent, regina Artemisia, qua mariti memoria id opus extrui jusserat, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absolutojam, id glorix ipsorum artiuq; monimentum judicantes: hoc erit certo manus. Accessit & quinius artifex. Namq; supra pyramidem altitudine inferiorem aquarii, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen pervehitur. In summo eft quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hac adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit.* Apud Recentiores, frequenter hoc nomine insigniur Adriani Moles Romæ, ubi habitabat Pretorio Præfectus ac Odoacri R. Prorex; hodie Pontificis fedes. Macer.

in *Maxilla* combuti, ὀργανικὸς ἐν genis, prout servilis species, apud Rade vicum *lib. 3. cap. 26.*

Maxilla Alini recens occisi, Samsoni pro telo, Judicum *cap. 15. versu 15.* Ille enim emanu Philistæorum elapsus, nactus vinculis, quibus captivus detinebatur, cum incidisset in *maxillam*, ea arrepta, mille viros ex iis interfecit. Erat autem illa *recens*, cujus ossa adhuc fuccida non adeò facile franguntur, quàm cum, exhausto humore, penitus exaruerunt: Obstitit que eam fervo tuo Deus, utpote inter hostes nudo & inermi. Cujus proin fiducia Samson, non timet omnibus Philistæorum telis, unam asini maxillam opponere, quâ mille viros folus, perculit. Poft victoriam fic adeptam cecinit carmen heroicum: *Maxilla asini recentium, duos acervos, maxilla asini perfecte mille viros.* Ubi gratia est in allusione, quia in Hebr. vox חֲמוֹר & *asinum* & *acervum* fignificat. Ac fi quis Græcè dixerit, οὐ σαγὴν ὄνε ὀγκοὶ ὄγκοι, ὀγκοὶ· Absoluto cantico, projecit maxillam, atque ex argumento locum vocavit *Ramath lechi*, id eft, *projectionem maxillæ*. Qui Philistæis fatalis fuit, ji Josepho credimus *Antiqq. lib. 7. cap. 10.* ut eo quo ipso fortium Davidis tertius, Igi filius Ismæ nomine, Philistæis ingruentibus, magnâ animi præfentia fe oppo-

fuit

a Sam. *cap. 23. vers. 11. & 12.* ubi Græca vetſio Compluti edita hæc ipſa narrat, *cuniculum facta ibi Saruyina, ad Maxillam.* At Samſon, poſtſe profligato, ſiti enectus, exorato mox precibus Deo, ut vidit miraculo ex ea uberes manare aquas, abjectam maxillam reſumſit, ut tam exoptatum liquorem avide hauriret: quo pacto, ut puto, teſtleo contra hoſtes, tta iam fontis, contra ſitim *maxillam* habuit. Unde *vocatum eſt nomen ejus* En hakkore aſcher balchi, *fons invocantis, qui eſt in maxilla, in Lehi.* Quem fontem fruſtra hunc qui hodieque durare volunt & oſtendi in Pa-leſtina; ut mer alios Michael Glycas, qui ſub Joanne Comneno vixit circa A. C. 1120. in Eleutheropolis ſuburbano conſpici & *Fontem maxillæ* nuncupari ſcribit. Cum enim non ſolear Deus miracula exhibere, niſi quando neceſſe eſt, poſtquam Samſon ſedavit ſitim, & abunde potus ex eo loco diceſſit, quorſum durauſſet maxillam in loco fortaſſe deſerto, nullo inſpectante, exſudabit? a ſitim innatis humori? Sam. Bochartus *Hierozoici Part prior Lib II. cap 15* V. quoque infrà in voce *Mortariolum.*

Maxillam contingendi ritus, apud Suetonium occurrit, in *Auguſto*, qui talis erat: Solebant Vett. blandientes puerorum *maxillas* adprehendere, deinde manum ad os refertæ. Sic interpretatur Cruſius illud Virgilii *Æn. lib 1.*

Oſcula ſubrubri dominum ſator attigit Deorum,
Oſcula libavit nato.

Ubi Servius, *Sane multi, inquit, nolunt intelligi ita, ut ſummum oſculum ſibi dederit, id eſt, non preſſum, ſed ſummæ labella contingens: ſed ita ajunt, cum blando Jupiter vultu ad nata libavit, id eſt, contigit, ſcilicet ut nos ſolemus cum blandimentis quibuſdam ſiniſtram maxillam contingere liberorum, de quibus ad os noſtrum dextram referre. Ergo libavit meritò, quia partem vultus, non totos contigerat: ut oſcula dixerit quaſi minora & tenuiora ſilia ora, ut ego, dum tantum ſuperficie tenuis Siccinnus, de eodem blandimenti genere, capiendus in Gallia: Conſtat Auguſtum puero adhuc ſatis tenero inter æquales apprehenſa buccula dixiſſe, τοῦ ὁ παῖς ἀφῆκε τὸν ἄρρητον ἀφροδισιασμόν.* Longe aliud quia erat adorandi illa ratio, quam Vett. erga Deorum ſimulachra & imperatorum imagines uſurpabant, ut videmus ſupra paſſim, inprimis in phraſi *Jacere ſimulacra*, item in *Labrata*. Vid. Salmaſium *ad Vopiſcum in Aurelio*, & ſup. in voce *Genu*.

Maxima Hoſtia, apud Feſtum, ovis dicta, *non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore*: at Virgilio, *Maxima taurea victima*, quæ *victima* de majoribus pecudibus dicebantur, *hoſtiæ* de minoribus. Scaliger apud Bochartum. Atque hinc eſt, quod, licet optionem haberent Iſraelitæ, *ex ovibus & capris*, alterutrum eligendi, Exod. *cap. 12. verſ. 5.* aguum tamen frequentius & honeſtius obtulerint, tanquam victimam Deo gratiorem, quod major rm ovibus maſſuetudo, docilitas ac innocentia eſt. Sic Sacrificium pro *delicto*, quamvis hoc gravius eſſet, quàm *peccatum* (utpote à conſcio perpetratum, Græcis πανωμοσία, cum *peccatum*, Gr. ἀκούσιον, ſicret per errorem) non tamen majore victimâ peragebatur, ut Sacrificium pro peccato, ſed arietе ſolum oblato. Leviti. 6. vers. 6. Et *delictum* jam (i. *Sacrificium pro delicto*) *offerre Domino arietem integrum de pecore* &c. Nempe contraria contrarius curanda, & peccato חטאת quod ſuperbiam & proterviam habet, adjunctam, melius oppoſuebatur ovium placidus & mitis animus; quas qui jubebantur offerre pro delicto, eadem operâ monebantur, mores ſuos ita eſſe componendos, ut hujus animalis docilitatem & ſimplicitatem referrent. Sam. Bochartus *Hierozoici Part prior. Lib II. c 53. col 510.*

Maximi bona, apud Lucilium *Commentar. in Statium Thebaid.* lib. 4. ſunt quæ ſibi quisque, ſeu ſolus ille verus unicusque ἀγαθὸς, quo de loco V. Cafp. Barthium *Adverſ. Part. 2. pag. 1139.* Sic *Malè-Deos*, pro in malitiam potentibus, dixit Seneca in *Thyeſte*, uti recte interpretatur Scaliger ad *Manilium*.

Imp. & Principes variis.

Maximilianus I. Imp. aduc. Burgundicæ hic domui, Mariâ ducâ, eam cum Auſtriaca conjungens, non parum incrementi primus conciliavit. Undecim hoc ſingulare in Hiſpanis, quibus hodie Auſtriaci dominantur, notet Hornius, quòd ipſorum Monarchia non tam armis, quàm conjugiis aucta ſit, qui modus sæquirendi max me naturalis ac innocens eſt, tra inprimis coniugia hinc fini inſerviſſe memorat. I. *Maximilianus* Caſ. cum Maria, Caroli Burgundiæ Ducis unica filia, quæ totum Belgium tradidit ad dominum Auſtriacum. II. Philippi I. cum Johanna filia Ferdinandi & Iſabellæ Regum Caſtellæ & Aragoniæ, quo conjugio Hiſpania, Belgium & Auſtriacæ provinciæ in unum coaluerunt. Hinc nati Carolus V. & Ferdinandus: quorum is, mortuo Patre, Rex Caſtellæ & Principis Belgii factus, Ferdinande Catholico, in Regno Aragoniæ, Siciliæ, Neapolis & Sardiniæ, A. C. 1516. *Maximilianus* avo, in Imperii Germanici, ſuccedit ſucceſſio. Hic Ferdinandus inſtitutimas in Germania provincias, atque poſt fratrem, Imperialem quoque dignitatem nactus eſt. III. Caroli V. cum Iſabella filia Emanuelis R. Portugalliæ cujus filius Philippus I. inde jus ſuum in Portugaliam derivavit. Acceſit, ſub eodem Carolo, Ducatus Mediolanenſis, A. C. 1536. ut de Regno Mexicano, A. C. 1521. Peruviano A. C. 1533 utroque in America: actio Africa, Tunetano A. Ch. 1535. ſubjugatis, nil dicam. Georg. Hornius *Orb. Imp. p. 180.*

Maximilianus Sforzia, Dux Mediolani præt. ſeculo celebris fuit. Origo familiæ, à Francisco Sforzia, qui humili ortus ſtirpe, è gregariâ militiæ, velut Agathocles alter, ad ſummam potentiam aſcendit. Hic enim, Philippi Mariæ, ex Vice-Comitum familia ultimi, per filiam nothum, genere partim vi, partim fraude Ducatus potitus eſt, Friderico III. Imp. Alphonſo R. Siciliæ, Carolo & Ludovico D. Aurelianenſibus filio, fruſtrà obnitentibus. Ejus ſucceſſor Ludovicus Sforzia, à Ludovico XI. Gall. R. Ducatu exutus ac in carcere necatus eſt; ſed tredecim poſt annis anno viz. 1512. Maximilianus I. Imp. *Maximilianum* Sforziam, filium Ludovici, reſtituit, poſt triennium à Francisco I. R. Galli ad Marignanum victore, denuo everſum. Captus enim à Francisco, in carcere expiravit. At A.C. 1522. Carolus V. Franciſcum Sforziam reſtituit, captumque Francſcum Regem A. C. 1525. renuntiare ſuo jure coegit: donec ultimo hoc Duce ſine liberis extincto A. C. 1535. Carolus Imp. Ducatum Mediolanenſem, tanquam Imperii feudum, occupavit, atque ad poſteros ſuos, Hiſpaniæ Reges, transmiſit. Georg. Hornius *Orb. Imper. pag 94. & 151.* Ab hoc *Maximiliano* Helvetii, operæ in recuperatione Ducatus An. Ch. 1512. fortiſſimæ navatæ præmium acceperunt, A. C. 1513. Præfecturas I. V. Italicas ſeu Tranſalpinas, quas hodieque poſſident, viz. Luganenſem, Locarnenſem, Mendrizianam & Madiæ Vallis, de quibus V. *ius loci.*

Maximilianus, Com. Pappenheimius, Landgravius in *Stulingen*, filius Conradi Mareſcalli & Dn. *de Pappenheim* exuicti An. Ch. 1603. & Catharinæ *de Lamberg*, ex Ulrica Maria Leiningenſi, non niſi filiam reliquit, Maximilianam Mariam, uxorem Friderici Rudolphi Com. *de Fuſtenberg*, atque uxorio jure, in *Stulingen*: & defunctus A. C. 1630. clauſit lineam ſuam, cujus conditor Henricus fuerat, filius ſecundo genitus Haupronis. Filii enim illius, ex eodem matrimonio, Ernestus Friderícus, natus Ann. Chr. 1589. eodem anno, Henricus vero Ludovicus, natus 1611. A. C. 1633. diem claufere. Phil. Jac. Spenerus *Theſer. Part. II.*

Franciſcus *Maximilianus*, Com. Fürſtenbergius & *in ſtulingen*, linea Blombergicæ, filius eſt Friderici Rudolfi præfati, defuncti A. C. 1655. ex *Maximiliana* Maria Pappenheimia, quam primam ditionem Stülingenſem Fürſtenbergiæ familiæ intuliſſe, paulo eſt dictum. Ex uxore Maria Magdalena de *Bernhauſen* liberos habet. Vide eundem Spenerum *Theatr. Nobil. Europ. Part. II. pag. 133.*

Maximinus, Hiſtrio è Syria Romam à Vero adductus, jul. Capitolinus in *Vita ejus*, *Hu acceſſit, quòd quaſi Reges aliquos ad triumphum adducere ſic hiſtriones duxit è Syria: quorum præcipuus fuit, Maximinus, quem Parida nomine nuncupavit.*

Maximinus Conſ. Collega, apud Ælium Lampridium in *Commodo.*

Maximus Pupienus, cum Balbino imperavit, V. Salmaſium *ad Jul Capitolinum in Maximo & Balbino.*

Mazer & *Mazerinus*, V. ſupra *Madrinus* & infrà, ubi de *Mazrhinis* poculis.

Mazur, apud Arabes, *avis eſt hemidia, in Oceano Occidentali, quam, qui navigant, ſpe auſpicata habent, quia ova ponit ad littus maris tranquillo. Frondæ cibo ova ibidem volunt, mare placidum eſſe colligunt*; Damir, ex aliquo Mirabilium conſcriptore, quem non nominat: quæ ex alcyonis hiſtoria detorta videntur. Sed quæ ibidem idem addit, unde petita ſint, ignotum: *Venit hæc ipſa avis, cum ad locum periculoſum aut bellum noxiam navis accedit, & coram ventoribus modo ſurſum, modo deorſum volitat, quam, qui navigant, pro auſpicata habent, unde ea proficiſci ſolent.* V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. Lib. VI. cap. 15. ubi de Alcionibus Arabum fabuloſis.*

Mazuca, ſcheda erant, quæ periodis è Deuteronomio binis inſcribtæ, poſtibus ex Lege, apud Hebræos, affigi ſolebant. Et quidem, in Lege Militari, Deuter. *cap 20. verſ. 6.* cùm in bellum arbitrarium excitodum eſſet, Sacerdos *inciſus in bellum* & declaratis copiarum Miniſtri, omnibus, qui in procinctu eſſent, religionisque proclamabant, *Vir ille qui ædificavit domum novam* לא חנכו *& non dedicavit eam, vadat & redeat in domum ſuam, ne forte moriatur in bello, & vir alter dedicet illam.* Quam de nova domus extructæ dedicatione Legem Targum Ufzielis ſic concipit: *Quis eſt vir, qui ædificavit domum novam, & non fixit in ea poſtes, ad fundandum ſtipam? eat & revertatur in domum ſuam, ne occaſionem præbeat illi peccatum, ut interficiatur in bello, & vir alter fundet eam.* Ubi quod de poſtibus ſigendis, atque ita domo fundanda, paulo obſcurius eſt. Qui ædificaverit, fixit, fortè, poſtes. Sed alia omnino Paraphraſtæ mens. Poſtem qui dem Chaldaicè & מזוזתא ab Hebræo מזוזה denotare certum eſt. Atque ita uſus partium præceptor, de verbis legis aliaque poſtibus portisque inſcribendis, Deut. ron, *cap. 6. verſ. 9. & cap. 11. verſ. 20.* כתיב וכתבם על מזוזות ביתיך (*Mezuzoth*) וּבִשְׁעָרֶיךָ *Et ſcribes ea ſuper poſtes domus tuæ & in portu tuo.* Jam verò & Chaldaicè & Rabbinicè, voces illæ, à poſte & portis ipſis, tranſlatæ ſunt, ad ſignificandum itidem

membranas feu fchedas ipfas artificiosè ex Lege inscribendas. Adeoque *affigere Mezuzam* (feu membranam ejusmodi) *in fori-bus portarum*, ubvium habetur, apud Talmudicos alibique in Paraphrastis Chaldaicis præceptum illud explicantibus. Unde Maimonides,ubi accuratam *Mazuza* scribendæ convolvendæque rationem tradit, *Halach Tephillim cap.* 5. §. 6. & 7. addit, tum apportanda eam esse postibus ostiorum, adeo ut *cave ipsulis ex canna aut ligno aut alia quacung, materie*, imposita, pòssit clavo aliave ejusmodi re postibus adjungi; & demum inquit, *Et priusquam eam affigebat* (qui fic præparaverat) *in Postis ostii, adhibenda erat tunc primum benedictio hæc, Benedictus sis tu Domine Deus noster, Rex Mundi, qui sanctificavit nos præceptis suis & præcepit nobis affigere Mezuzam* (feu Schedam jam dictam) *Nec benedictio adhibenda erat, in ejusdem scriptione nam affixo ejus erat ipsum præceptum*, &c.

Non verò locus videtur ullus, ubi כְּלָל quod in Targum eft, in notione *fundandi*, ut quidem vertit Cephalerius in MS. cùm necessario in ipfa extructione fundaretur domus, ante allocutionem illam in præcinctu. Unde Seldenus verba illa Targum fic reddit, *qua est vir, qui ædificavit domum novam & nondum affixit in ea Mezuzam* feu *Schedam* illam, ad perficiendam eam (feu habitationi juxta Legem idoneæ nondum aptavit?) &c. In *Mezuzu* verò illis accurate fcripta fuerunt perioche binæ facræ; Altera, è Deuteronomii *cap.* 6. *verfibus* 4, 5, 6, 7, 8 & 9. ubi præceptum habetur, de fcriptura poftibus affigenda; Altera, ex ejusdem *cap.* 11. *verf.* 13, 14, &c. ufque in 21. ubi tantundem occurrit. Atque fchedulæ illæ fic poftibus affixæ ædibus ita feu poftibus ipfis ce debant, ut conductor five qui illas ibi reperiffet, five qui ipfe affixiffet, cùm difcederet, auferre jure nequiret. Regularitertautem ajunt alia ædificia, præter domos בַּיִת *habitationi* aptatas, easque cubitorum quatuor minimùm fpatio quadratas, præcepto de *Mezuza* neutiquam teneri, adeoque nec ftructuras Templi, aut Synagogas, in quibus habitatio nulla, (exceptâ tamen, in Templo portâ Nicanoris ejusque interioribus & conclavi פַּתְרוֹרִין dicto, quod erat *domus habitationis Pontificis Max. per jejuniorum fe-parationis fuæ*, ante feftum nempe Expiationum; atque excepis itidem portis Atrium, Introitum (in ædes ex diftantia ducentium) Urbium ac Oppidorum, quoniam receptum erat: *Si fuerint domus præcepto Mezuzæ non fcripto, fervis & loca ejusmodi fervis fa-mulitèr ipfo obligatos*. Porro affigi folebant, ad latus dexterum in troeunti; ifique plura eſſent domui oftia, unius quisque poftibus pariter erant affigendæ: ut alia temperamenta ac fubtilitates perquam numerofas, quas prolixè exequitur Maimonides tract. *Thephilin Vemezuza*, omittam. Ac in hac ceremonia *Mezuzam* affigendarum, ipfam novæ domus dedicationem, nulla temporis ratione habitâ, confociare vult paraphrafis Jonathanica dicta; de qua fententia quidquid eſt, eſt eſt, non fine benedictione folenni ac fchedæ illa facra poftibus affigenda, dedicatione ipfam rite perfici potuiffe; quia fc. fimulac ædes extruebantur, affigenda erat. Poftea verò res in fuperftitionem verfa & *Mezuza* iftiusmodi nimium tribui cœpit. Unde illud *Pfalm.* 121. *verf.* 5. *Dominus cuftos tuus, Dominus umbra fuper manum tuam dexteram* (quod in Chaldaica paraphrafi Regia, Buttorbana, Jaana, quali id ipfum eſt) in Bombergiana recitatur, *Dominus cuftodiens tibi, Dominus obumbrabit tibi, propter Mezuzzha* (fchedam illam) *quæ affixa eſt fuper latus dexterum tuum in introitu tuo*. Sic alibi eadem paraphrafis, pro eo quod eſt, *ut ea ejus fub capite meo & dextera illius amplexabitur me* Cantic. *cap.* 8. *verf.* 3. fubftituit, *Dixit Synagoga Israel: Ego edebam tum fupra omnes populos, quia ego affigo frontalia mea in fronte mea & capitia mea, cæ tulag*, (Mezuza feu fchedæ fimpliciter dictæ) *affixa eſt in utrisque postis tuis, tum ego ero in tuis ædificiis, & ædificia thalamum meum, ut non habeant licentiam dæmones ad mihi no cendum*, &c. unde apparet, ficut phylacteria, ita *Mezuzas* has, procedente tempore in abufum degeneraſſe, hominum, ad fuperftitionem nimium quàm procliviam, culpâ. Et hinc forte Gentilium, in dedicatione Templorum, poftem oftii Templi manu fua renere ſolitorum ritus ortus eſt, cujus luculentum tefem habemus Ciceronem *Orat. pro Domo*, ubi ajiosque, Ea hæc ante de re dicemus infrà in voce *Poſtes*, plura autem de *Mezuza*, V. apud Joh. Seldenum *de Synedriis Veterum Hebræorum Lib. III. cap.* 13. §. 2. & 14. §. 5.

Mazyes, adde: Al. *Mazyges*, fic enim apud Suetonium *in Nerone* legendum *cap.* 30. *Nunquam carruum minus mille fecisse iter traditur, folos trahentium ergastulanorum multitudine, armillata & phaleratis cunctis Mazygum*, &c. Ubi Lipsius, Ita nam genere cultores pedites, vulgò Licetus: equites, Pignorius, defumfere olim Romani, quorum velocitatem paſſim concelebrant Auctores. Nam apud Lucanum *lib.* 4. legas:

Tum concolor Indo
Mauros inops Nasamon, missi Garamante peruſto
Marmaridæ velocres, Aquatiusque, & sagittas
Medorum tremulatus quum torſit missile, Mazyx.

Apud Nemesianum *Cyneget.*

Quemq; coloratus Mazyx *deserta per arva*
Pavit, &c.

Et cerèe *Cursores* ac *Numida* junctim paſſim recenſiti: quorum erat præcurrere & præcedere, ut ex loco Suetonii modo citato, & Seneca patet *Epiſt.* 123. *Omnes jam sic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat comitatus, ut agmen Cursorum antecedat.* Item prænuntiare, ut innuit Appulejus *Metam. lib.* 10. & Suetonius in *Neron. lib.* 49. Imò & epiſtolas perferre, & quidquid Epiſtolas comitabatur. Martialis *lib.* 3. *Epigr.* 109. *Hos phaleratos* dixit ſupra Suetonius, an quia bi vices equorum præberent, quorum proprium ornamentum phaleræ erant? An quia hæc non tam equorum, quàm equitum ornamenta fuere, in culmine galearum imprimis; cujusmodi vſitur in apice galeæ curioris in Lucerna, apud Licetum, depicti. Sed neceſſ ornatum ipſum, verum, quia plurimæ erant, ad eorum celeritatem indigitandam, illis datæ fint; quo nomine & Mercurius alæ adjicium antiquitus adpectæ fuit. Eadem fini nomina Ventorum ribuimodi Cursoribus impoſita legimus, apud Cicer. *lib.* 9. *Fam. Epiſt.* 11. Spartianum in *Ælio* &c. Adjectæ inſuper fuit olim in apice hujus phaleræ plumariæ duo tintinnabula, quibus à lorge præpararet. rad cutſum non intermittendum Cursor priori ſuccidaeus: *Hæc in Scythia pedites Cursores ad cingulum ferre, alleverat* M. Polus *lib.* 2. *cap.* 10. quorum loco lodoferi qui cotubus, qui patvis tubis utuntur. *Armillates* quoque *Mazyges* Neronis ſunt Suetonius, & exhibet armillarum talium exemplar, deſcriptum ex antiqua æreа olim inaurata, quam Romæ nactus eſt, Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* Addam de pera victoria Cursorum, in qua portare conſuevere veſ epiſtolas tabellis exaratas papyroque deſcriptas, Sueton. in *Neron cap.* 49. & Martialis *lib.* 3. *Epigr.* 38. vel mauſcula. Idem *lib.* 5 *Epigr.* 9.

Nec feriatus sibat ante carruem,
Sed tuta fano Cursor ova portabat.

Quidque non ita feſtiuanti curiu vacabant, & longius iter conficere fenebantur, obſonia quoque, panem ac poſ. ulum viatorium, ut idem jdoceт Martialis *lib.* 14. *Epigr.* 81. V. Fortun. Licetum *de rotundita Antiqq. lucernis*, *lib.* 6. *cap.* 8. *ubi Literarum ſervi phalerati Cursores apud Muſellos Nobb. Virorumque explicat.*

M E.

M. E. M. in notis antiquis, *manetys eius mancipii*: MENS, *Mauſes*: MER. S. *Mercurio ſacrum*: MENS. JAN. *Menſis Januarius*: M. A. F. *manufes ancillæ fecit*: M. M. *malleo tortor*: MAT. *manufeſtum*: M. *mariti*: M. T. *Marci filius*, vel *mala fide*, vel *male fidus*, vel *mala fides*: M. H. E. *mihi hæres erit*, &c. ſignific. Car. Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Meatum, adde: V. *Nubunanga.*

Mecca, Maximini Seniores, ex Ababa, patet, fuit a. is Gothus, hæc Alana. V. Capitolinum in *Maximinis.*

Mecnes Brunonis. Præfectus annonæ Orientis, ſub Aureliano Imp. apud Vopiſcum.

Mechia, adde: ut & Jo Bapt. Tavernier *Relation du Serrail.*

Mechanice, ſeu *Mathiualis ſcientia*, ex Mathematicis & Phyſicis rationibus, efficiendi machinas & organa miranda effectus, ad vitæ humanæ utilitatem: facile Artium antiquiſſima eſt, ut ipſa quæ nec primi latentes vitam tueri potuere. Unde Gotidubad us & Marcus Gudbus in *præfat. Mechanices*, *Quæcung, ingenuit, neceſſitate Ada vita degentes: & quamvis etiam cæſi contuſi ſtramine & auguſtis tugurin ac gurguſtiis cœli defenderent injurias: Sic & in corpore veſtitus, licèt ipſe nihil aluel ſpectares, nisi ut nives & ventos, ut Solem, ut frigus arcerez: quodcung, tamen id fuit, omne* Mechanicum *fuit.* Hujus partes duas facit Politianus in *Panepiſtemone*, viz. *Rationalem*, quæ numerorum, menſurarum, ſiderum naturarum, ſonorum; *Manualem*: & *Manuariam* ſive *Chirurgicen*, cui Artes illæ, Æratia, Æreflatoria, Materiaria, Picturaque adminiculantur. Non enim ſolùm inſignis hæc Artsmachinas in venit quibus mirabilia præſtet, quemadmodum e. g. vectis beneficio fieri videmus: fed cauſas etiam & principia exponit, quibus illa obtinguat, adeoque male à quibusdam Philoſophiæ & civitate expellitur. Utraque iterum in ſ. partes à Pappo in *Lib. Collection.* ſubdividitur. Quarum 1. Ars eſt machinatum, quæ *Mangana* vel *Manganaria*, appellatur. Hegetumena pondera, machinis adhibitis, minimo nisu attollit, & in Templorum ac Fanorum: Murorum, turrium & portarum: Portuum, fororum, porticuum, balneorum, theatrorum, inambulationum & ſimilium: Æ dificiorum tandem privatorum extructione, magnum habet uſum. 2. *Magonnelica*, facile aquas antliis attrahit: Rotæ hucaquatiæ & tympana pertinent, de quibus Lucretius *lib.* 5.

Ut fluvios versare rotas, atq, hauſtra videmus.

3. *Ὀργανοποιικὴ*, inſtrumenta belo accommoda perficit, quorum plurima Politiano enumeratur *libro citato.* Hinc Archimedes obſidionem Syracuſanam, hujus artis beneficio in longum tempus protraxiſſe legitur, apud Livium *lib.* 24. Plut. *in Marcello* & Plin. *lib.* 7. *cap.* 37. uſus inter cetera, ſpeculis inprimis ultionis, quibus hoſtilem combuſtit claſſem. Quod Anaſtaſii Imp. temporibus imitatus Proclus feliciter ſuccefſu, ut refert Zonaras *Annal. tom.* 3. 4. *Αὐτοματοποιικὴ*, quæ & *Θαυματοποιικὴ*, quòd magnam pariat admirationem; Ejus exempla ſunt, ex Politiano,

Hydraulica organa, quadr per se ventorum flatu resonare, & quod vas ducentorum cecinant, & quod voces avium varietatem exprimit. Et quod indidem metum, mox dilutum vinum, mox aquam calidam, mox frigidam, ejusdem tenuemq, vitiosum funditat. Et siphones extinguendis incendiis, & medicinabiles cucurbitulæ sine ignis ministerio cutem prehendentes & spiritum sugentes, & lucernam fatuæ ipsa producentes sinipas, & anatinæ, quod à structore dum ipse cenat in mensa, bibit mensæ crepitaculo, suo quodam & voce sitientis respirationis imaginem, &c. Eódem pertinet Architæ Tarentini columba lignea, quam ille ita suspenderat, ut volaret, occulta spiritus aurâ eam comitante; ad quod exemplum Norimbergæ musca ferrea, & manibus artificis se attollens, convivas omnes circum volabat, & aquila ad quintum ab urbe lapidem Carolo V. Imp. obviam est facta, atque eum ad portas usque civitatis comitata est. Item sphæra virea Archimedis, motus præterea cæleſtes: quslem & Posidonius poſtea compoſuit, teſte Cicer. *de Nat. D. lib. 2.* Ejusdem Artis fuit *κόχλιον*, de quibus Horatius *lib. 2. Sat. 7.*

Ducteris, ut nervis alienis mobile lignum;

plenius Apuleius *lib. de Mundo*: Hydraulicum item Archimedis, Tertullianus *lib. de Anima*, prædicatum: Tuticn, de quo Cornelius Severus in *Etna*; aliique: Muſica id genus cygna, qualia describit Claudianus *de Conſul. Manlii Theodori*: Hydraulicum quo plue illud Claudii Galli, quo Tibure, in Cardin. Areſtini hortis, *effecit, ut aquarum levi ac placido ilapſu, ence avicule motu, voce, cantu, ad nullius advenium opportune intermiſſo, ad ejus diſcuſſum repetito opportunius, ita imitarentur veras, ut potius, qui fictas aſſpexerent, temerarii: quàm qui veras æſtimarent, minus eruditi viderentur*, ut ſcribit Poſſevinus *Bibl. Sel. lib. 15. cap. 1.* Quales tusculas *Euripidas* ac ſi cantus vium effingerent, *Mercuius* appellat Vitruvius *lib. 10 capit.* Quinta *Θαυματοποιία*, inſtrumenta ad obſervationes rerum cœleſtium idonea eſſe it, & in *Gnomonicam* ac *Dioptricam* diſpeſcitur. Quarum illa Horologia fabricat, & apud Græcos Auctorem habuit Anaximenem Milesium, qui *Scicthericum* primus Lacedæmone oſtenait, Olymp. 58. tempore Cyri ac Servii Tullii, circa an. U. C. 200. ante quem tamen 200. jam annis horologium Scicthericum Berosis Achæi, miraculo reperiendentis umbræ, in ſacris celebratur: Cùm apud Romanos demum Scicthericæ habuerit cognitam, tempore belli Tarentini ac cum Pyrrho R. circa annum U. C. 478. Illa nempe Dioptricæ, de inſtrumentis agit, quibus lineam Meridianam, polorum elevationes, Æquinoctialis obliquitatem, Solis, Lunæ aliorumque ſiderum ſitus & intervalla, Planetarum congreſſus, Eclipſes & alia huius generis exquirimus adeoque Astrolabium & radius ad eam pertinent. Suidas etiam ex intervallo dimenſionem propugnaculorum, ejus opus, & arcuatæ colligi docet: ſubdens hoc Pſalm.

Τῷ δὲ διὸ τὰ τοῦτα ἀφὶ πολὺ βλέπει.

Multò diuprà hæc amat proſpicit ſua. &c.

Plura *de Mechanica*, eiusque multiplici uiu, in Architectura, Arte Nautica, ac Militari, nec non Sciothericis; de Scriptoribus item *Mechanicis* V. apud Gerh. Joh. Voſſium *lib. de Scientiis Mathem. cap. 45. & ſeqq* ut & *infra*.

Scriptores Mechanici Græci ac Latini.

Archytas Tarentinus, primus *Mechanica*, *Mechanicus* principis ufus, ſcripſit, teſte Diog. Laërtio *in ejus vita*: Claruit autem Platonis ætate.

Ariſtoteles, antiquiſſimus eorum eſt, quorum *Mechanica* adhuc extant.

Æneas Tactícus, circa eadem tempora floruit: cujus habemus *Στρατηγικὰ*, in Epitomen redacta, à Cinea Theſſalo, Pyrrhi Epiroturum Reconſiliario.

Archimedes 160. annis poſt Ariſtotelem, Olymp. 124. in *Περὶ ζυγῶν* libris *Mechanices* cauſas particulares expoſuit.

Athenæus, eâdem ætate, Marcello ſua *de Machinis bellicis* dedicavit.

Heronis Alexandrini dein clarum nomen fuit, cujus extant: *Mechanica. Automata, Pneumatica, Zygia, & Poliorcetica.*

Dia des poſtea, Cteſibius, Nymphodorus, Philo Byzantius, Diphilus, Charidas, Polyidus, Pyrrhus, Agesiſtratus, de eadem Arte ſcripſerunt: quorum é Commentariis, ut & Archytæ, ſuum confecit M. Vitruvius Pollio, qui ſub Auguſto floruit.

Sextus dein Jul. Frontinus, poſt Stratocl em & Hermiam, ſcripſit de Tactica, quæ Homeri temporibus obtinebat.

Æliauus, ad Adrianum *Tactica* ſcripſit: Præterea inediius extat liber ejus *de Urbium obſidione*.

Arrianus Nicomedienſis, circa eadem tempora, Tactica ſua Adriano Cæſari & ipſe nuncupavit.

Cl. Ptolomæus, ſub Antoninis, *de Analemmate* ſcripſit.

Jul. Africanus, ſub M. Antonino Elagabalo extant *περὶ τῶν παρὰ μέρος ἀνθρωπικῶν*, ſeu *Fabricæ militaris*.

Pappus, ſub Theodoſio M. eadem de Arte ægit.

Urbicius, ſub Aſtaſio Imp. *Tactica* Gr. literis & memoriæ mandavit.

Anthemius, patrâ *Trallianus*, Juſtiniani M. ætate, ſcripſit *περὶ θαυμασίων μηχανημάτων, de machinis.*

Mauritius Imp. *de re militari*, libris 12. memoriam ſui nominis conſecravit.

Hero Jun. ſub Heraclio vixit.

Leo Imp. A. C. 985. & fil. ejus Conſtantinus Porphyrogenenetus, A. C. 1012. *Tactica* ſcripſere, ut taceam Daimachum, Aſclepiodotum, Poſidonium Rhodium, Baſilium Patricium, Diodorum, &c.

Albaregnius, Syrus, A. C. 888. de Horologiis quædam edidit.

Joh. Mullerus de Regiomontæ, *de Ponderibus & Aquæductibus*, commentarium reſtituit, A. C. 1464.

Joh. Stabius Auſtriacus, ſcripſit *Horoſcopian Univ. Gr.* A. C. 1510.

Joh. Jucundus Veronenſis, Vitruvium illuſtravit, A. C. 1518. quemadmodum Ariſtoteles quæſtiones *Mechanicas* Nic. Leonicus Thomæus A. C. 1524.

Georg. Agricola quinque *de Metallicis ac Ponderibus* libros emiſit, A. C. 1533.

Vannocius Biringuccius Senenſis, *Pyrotechniam* vulgavit, A. C. 1540. quo eodem *de Architectura* ſcripſit Leo Baptiſta Albertus Florentinus.

Mechlempa, nomen ſelis, Conſtantino Monomachi Imp. CPolitanituxori tantopere amatæ, ut lautes opiparoſque cibos inauteis vaſis quotidie ei juſſerit apponi, uti refert Tzetzes *Chil. 5. Hiſtor. 12.*

Mechlenburgum, Lat. *Megapolis*, inclyta olim Obotritorum Urbs, illuſtriſſimæ Ducum *Mechlenburgenſium* familiæ nomen dedit. Et quidem cum latiſſime olim Vandalorum pateret nomen, in plures civitates & diſſium, ex Obotritis terras habitaverc, quas à Megapoli, Germ. *Mechlenburg* vel *Meklinburg*, mutato vocabulo, *Megapolitanas* seu *Mechlenburgicas* ſecuta ætas nominavit. His, vetuſtiſſimis à ſeculis, uſque ad noſtra tempora, Principes manſere ex gente ipſorum, nobile Godefcalci & Buthuis genus; ſui aliquando juris, regiaque dignitate inſignes. Extremus pati primum Carolus M. poſt Henricus Auceps, Otthonis filius, & qui auſpiciis Otronem regem, Billungiæ familiæ Duces, coëgere. Sæpius rebellantes à Cæſaribus Dantiſcoque in ordinem redacti, poſt Bernardi Saxonis mortem, acriùs erupere. Cauſa motus, ſuper inſtam genti ferociam, quòd pati ulteriùs tributa aſperna rentur, quæ ſuapte natura gravia acriùs, quàm ut tolerarent barbari, Saxones cogebant. Inde queſtus & lamenta, & poſtquam non ſubveniebatur, remedium ex armis; quæ patientiâ profici certum eſſet, ubi gravaretur, facilè tolerantibus imperarentur. Spes ex Germaniæ malis, quam primùm Henrici IV. infantia, inde continua inter hunc Proceresque Imperii bella miſerum in modum affiebeant: Converſis ſic ad civile bellum animis externa ſine cura habiturosarbitrabantur. Primum facinus reſumtæ libertatis fuit Godefcalci Principis cædes, exutæ mox religio, Crucesque ejus Crucesque Dux ſibi delecto, cui jam patientiâ profici certum eſſet, ubi gravaretur, facilè tolerantibus imperarentur. Spes ex Germaniæ malis, quam primùm Henrici IV. infantia, inde continua inter hunc Proceresque Imperii bella miſerum in modum affiebeant: Converſis ſic ad civile bellum animis externa ſine cura habiturosarbitrabantur. Primum facinus reſumtæ libertatis fuit Godefcalci Principis cædes, exutæ mox religio, Crucesque ejus Crucesque Duces

genſis, Guzkovienſis, Wolgaſtienſis atque Luſaticæ terræ incolæ appellabantur) etiam Pomeraniam, omnemque, quæ inter Albim & Mare Balthicum Poloniam uſque porrigitur, tractum, ditione teneret. Non eadem filiis Zuentepolco, atque Cauuto ſolertia proſperitasque; qui tutore primùm Canuto Danïæ Rege, poſt, poſtea, abi ipſi præeſſe cœperunt, mutuis diſſidiis periere, Suimcone quoque Zuentepolci filio, ultimo Henrici proſapiæ, extincto. Sic Danus ſucceſſit, ſed hoc demum delero, perfidiâ Magni fil. Pribislaus atque Nicolottus, Buthuſſilii, avium patrimonium recuperavere, ita partiti, ut Pribislaus Wagiros atque Polabos (Oldenburgenſes nempe & Racebergenſes) Nicolottus Obotritos ſive *Mecklelburgios*, acciperet. Quibus cum diuturna cum Henrico Leone Saxoniæ Ducem bella, extinctis utrorumque per varios caſus, Nicolotti filius, ademtâ Obotritorum regione, Circipanorum & Kyſſinorum ditio (Gryphiswaldia, Wolgaſtium atque Gutzkovia cum agro) redditæ eſt: donec alter horum Pribislaus, non aliud ruentis domus remedium, quàm in Saxonum clementia eſſe, animadverſo, ad obſequii conſtantiam compoſitus, receptâ Obotritorum terrâ (Polabis Wagirisque exceptis) ſincerâ fide Leonem coluit, poſtâ regii honoris nemotirâ, *Ducis* dignitate contentus. At hujus exemplo poſteris, ſic ſe *Obotritorum vocet, Mecklelburgicum* nomen invalueſſe viderur. Imminutam à Saxonibus libertatem, non multo poſt etiam Dani Rege Canuto Magni filio, attentavere; qui inter ſtatrueles Buriovium, Pribislai, & Nicolottum Wartislai, filios, arbiter lectus, ita ſententiam dixit, ut, quam utrique parti portionem adjudicaret, Danorum Regum beneficio poſſiderent: quo tamen nexu non multo poſt iterum ſunt ſoluti. Ex empto poſteris, & annes atque Albertus, à Carolo IV. Imp. Principum Imperii ordini adſcripti, A. C. 1348. continuum Principatuum illorum poſſeſſionem ad poſteros transmiſere. Quâ, Patrum ætate, Adolphus Fridericus Suerinenſis, & Joannes Albertus Guſtrovienſis Ducatres, tractâ Danorum Regis cauſa, cum excidiſſent, Fridlandium ſucceſſorem à Ferdinando II. acceperunt: donec armorum Sueciorum opera interpoſita, Pace Weſtphal. 1650. Duo Titulus eorum, *Duces Mecklelburgi* (quales primùm audiere modò dicti Joannes Stargardiæ & Albertus *Mecklelburgi* Domini) *Principes Vandaliæ, Suerini & Racenburgi, Comites Suerini, Dominii Roſtochii Stargardiadq;*, de quibus omnibus V. ſuo loco, & hanc in rem plura apud Tobiam Pfannerum *de præcipuis Germaniæ Principib. gentibus, cap. 6.* Nec non in *Megalopoli.*

Medallia, apud recentiores ævi Scriptores, in Italia & Gallia, monetæ quavis dici cœperunt, communi & ab omnibus recepta nomenclatura; à *metallo* nempe, quo cuſæ. Neminem enim ignotum, antequam cuderentur monetæ, æs & argentum magnitudine ac certo pondere perpenſum pro nummo datum eſſe, neſcire impreſſam metallo figuram, niſi ut ponderis quantitatem indicaret, ait Salmaſius. Sed & Paulus Venetus teſtatur, ſub etiamnum ætate in aliquot Italiæ provinciis, inviolatum morem latinis (quod hodieque inter Indos aliquot gentes viget) peracta commercia. Unde Manilius *factum metallum*, quòd Græcis *ἀστεμφὲς* dicitur, monetas ſignatas vocat, ad *inſecti ſeu ἀσίμου* differimen:

Et facti mercator æris perturbing, metallis,
Alterius & alterius ſemper mutabit in uſus.

Maxime verò poſterioribus ſeculis *Medallum* appellarunt quosvis nummos, quòd omnia penuria ſigiæ nummi temporis appenderetur quoque, non numeraretur tantùm, præſertim ſi nulli eſſet dentia, adeòt ut pro ſolo *metallo*, ſeu pro ſola nummi materia acciperetur. Quo factum, ut ipſis interdum nummis inſcripta hæc vox legatur. Servat enim Gazophylacium Galliæ Regis bina numiſmata ærea, in quorum uno, METAL DELM. id eſt, *Metallum Delmatiorum*: in altero, quod eſt Trajani, in corona laureata, MET. NOR. I. *Metallum Noricum*, exaratum conſpicitur. Sed & complures proſtant nummuli argentei Caroli Magni, quorum altera parte Crux, cum inſcr. CARLUS REX. in altera, in ipſo nummo medio viſtur vox, METALLO. Alius habetur cum Cruce & inſcr. in circulo, METALLO, & in averſo medio, METALLUM. Alii etiam ejuſmodi nummuli Ludovici Pii præſertur in medio, LUDOVVIC. in altera parte, Crucem cum inſcr. in circulo, METALLUM. Alius ejusdem Imp. nummulus argenteus, vocem hanc exhibet in media parte averſa: in altera autem crucem, cum hiſce characteribus in circulo † HLUDOVICUS IMP. Proſtat denique & alii ejusdem Imperatoris, qui in averſa ſui parte monetarios typos, ſeu, uti Galli vocant, *Cunos* binos & totidem marculos habent, cum eadem voce in circulo, METALLUM. Cum igitur nummi iſti *Metalli* præferrent vocabulum, inde forte accidit ut quævis moneta hoc nomine vulgò donaretur: ita, quemadmodum in ſuis nummis, MONETA, voce inſcribebant Romani, ita ejusce ævi Franci inprimis vocem METALLUM adſcribèrent. Quæ quidem quibusvis nummis eo magis ſuiſſe communis videtur, quòd non æreis duntaxat, ſed & argenteis, aureisque tribuitur. Legitur enim *Medallus d'aur*, i. *Medallia aurea*, in vet. Inſtrumento Vasſelicæ, apud Marcam in l. 3. *Hiſtor. Benearn. cap 14. num 9.* & V. Car. du Freſne *Gloſſar. & Diſſertat. ad Inferioris ævi Numismatilus m.101. & 102.* ubi vocis *Mallia* originem à *Medallia* arceſſendam, addit, V. & ſuprà in hac *voce*.

Medamna, apud Priſcianum,

Indigena populi pro re dixere Medamnam:

eadem eſt cum *Μὴν ἢ πόμωμα*, apud Dionyſium,

Τὴν δ' ἀθανάτοις Μόιρα τετιμένον ἔθνεσιν ἀνδρῶν

inepte pro *Meſopotamia*. Dicendum enim eſt ibi *Medamna* : ut *Meſanam* potius ſcripſit, *Μὴν* namque idem ſignificat, Lat. *Interamnus*. V. Salmaſium *Exercitat. Plin. ad Solinum pag. 499.*

Medea, adde: A Timomacho picta, ſed non abſoluta, omnibus tamen admirationi fuit, non minùs ac Venus Apellis, aliáſque à ſummis Artificibus inchoata, uti Plinius teſtatur *lib. 35. cap. 12. Illud verò pergamo varium ac memoriâ dignum, etiam ſuperare opera Artificum, imparfecta, tabulas, ſicut irm Ariſtidis, Aiantes duos Nicomachi, Medeam Timomachi, & quam maximè, Venerem Apellis, in majori admiratione eſſe, quàm perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipſæq; cogitationes Artificum ſpectantur : ut, in lunoenio commendationi dolor eſt manus, cum id operæ extenſa.* Pingebat autem eam Timomachus, miles, quos ex Jaſone luſcepérat, necantem, præ dolore, quòd ſe repudiari à Creuſium Creonte genitum cernebat. Hanc poſtea, ut Aiacem ejusdem Artifices, Cæſar Dictator emit octoginta talentis, teſte eodem Plinio *lib. 7. cap. 37.*

Medellino, illuſtris in Hiſpania familiæ nomen, V. infrà in *Metallinum.*

Media Comœdia, V. ſuprà *Comœdia.*

Media Vira, in Concilio Colon. A. C. 1310. *can. 21.* apud Alb. Stadenſem, Alice, à priore ſententiarum, quam ſeor Noſtrum Baibulus, cùm in *Martinsdorf* pons in loco præcipiti & periculoſiſſimo ædificaretur: *Mediâ vitâ in morte ſumus, quem quærimus adjutorem, niſi te, Domine, qui pro peccatis noſtris juſtè iraſceris.* Canitur autem illa Antiphona, in Eccl. Rom. in Sabbato Dominicæ III. Quadrageſimæ Completorio, du Freſne.

Mediale, in arbotibus proprie *à medulla* diſtinguitur : *medialis* quippe eſt etiam habens *ea, quæ medullam* carnem, ſeu lambucus plurimam habet medullam : *medialis* non habet; in cortice tantùm *mediale* ineſt, eſſque durillimum arboris, Gr. *τὸ μεσῖτις τὸ ξύλον, τὸ μέλαν ἔχον & ἐγγιγόμενον*, item *σύντροφον & σύνφυτον* : in arboribus v. quæ medullam habent, idem *mediale & medulla* eſt. Et quidem ad opera inteſtina ac minutiaria, *mediale* tantùm ligni ſumebatur. Unde Vitruvius, *ejecto trunco ex eadem arbore, antipha na opera comparantur.* Ubi *torulum* vocat, circulum certeum vel lignum abſolutum, ex medio arboris, ubi *mediale* inveris, & *ejicere torulum ex arbore*, quod Theophraſtus, *ἀπεκβαίνειν τὸ στρόγγυλον μόσχαν.* Idem, *Cadi autem in aperto et, ut incidatur arboris craſſitudo, ad medium medullam & reliquatur, ut per eam exſiccetur ſtillando ſuccus. Ita qui inſiſ in his inutilis liquor, effluens per torulum, non patietur ulmos in eo ſanium, nec corrumpi materiei ſanitatem, &c.* V. Claud. Salmaſium *Exercitat. Plinian ad Solinum pag. 1034.* & ſuprà, in voce *de quo.*

Mediana Dominica, in Eccleſia Rom. Theophilo Raynaudo eſt quarta Quadrageſimæ; aliis eadem cum illa, quæ *ad Sitientes* dicitur, uti colligunt ex Gelaſii Pontif. *Epiſt. I. cap 13.* & *Ordine* Rom. ubi lectiones Prophetæ Jeremiæ diſponuntur in *Dominica Mediana*, quæ reperiuntur in Dominica Paſſionis, in primo nocturno. Idem ex Ivone Carnotenſi *Epiſt. 33.* habetur. *Aegrotantibus inſtitutio fuit, ut ſecundum Dominicam, quæ fit Lætare tui Sacerdotalis ordinatio; niſi jejunio quarti menſis ſeptimi & decimi, aut initio quadrageſimæ, vel ſabbato mediana.* Fuit autem ita appellata, quia in ejusdem lectione fit mentio Lunæ quartæ decimæ & decimæ quintæ, quæ Lunaris periodi mediotates ſunt. V. Dominicum & Carolum Mactros in *Hierolexico*, in voce *Dominica.*

Meſtaſſini, dicti ſunt apud Romanos, qui nulli certo miniſterio deſervientes, adeoque nec inter ordinarios, nec inter vicarios certam quandam Servorum differentiam conſtituentes, locum penè infimum ſervitutis tenebant : *ſordidioris operæ* Senecæ vocati. Quamvis alter Porphyrio *l. 3. §. 44 ff. de minor.* & Acron, in hunc Horatii *verſum, lib. 1. Epiſt. 14.*

Tu Meſtaſſinus tacita prece rura petebas;

Ubi *Meſtaſſinus* accipunt medios ævi auctores incolam, & in haleatoris officio intelligi poſſe *Meſtaſſinum* putant, ſcut & Priſcianus, qui *in medio* balnei ſtare ſoleant. Reſtius Nonius *Meſtaſſinos* pro balneatoribus, tempore pro miniſtris & curatoribus ædium accipit, quòd *in medio ſtent*, ut miniſtrent omnibus : ſicut in navibus *Meſonautas*. At in agro *Meſtaſſini* ſunt, qui abjectiſſima quæque munia inter ſervos obeunt, V. Ulpianum *l. ſtercus, & l. uſu ff. de ſpec. ſervor.* Cic. in *Caſil.* Columellam *de R. R. lib. 1.* Tit. Fogmam *de ſpris Servorum.* ubi inter *Meſtaſſinos* vult referri, *Heſtiarios, Scoparios, Petuelios, Unctores, Focarios, Fornacarios, Balneatores & his ſimiles*, Laur. Pignorio *Meſtaſſini*, fuere *Aliptæ & Unctores*, miniſtri balneares. Nam, quod Juvenalis *cecinit Sat. 7.* de Poëtis eò deſperationis adactis, ut

Balneolum Gabii, Roma conducere furnos
Tentarent;

Vett. gloſſæ de *Meſtaſſinis* & Piſtor. bus interpretantur. Plinius

lib 29. 1. *Nec fuit ægrotæ quæſtus modus, quoniam Prodicus Selymbria mittos, diſcipulos reſtes, inſtitutens quam vocant Tetrapitgiam, reſtauctoribus quoq; Medicorum & Medaſtinis vectigal invenit.* Hinc vetus Inſcr. Manibus. S. Tito. Flavio. Oleno. Servo. & procurat. Balnei. T. Flavi. Auguſt. Medicastino. V. Laur. Pignotium *Comm. de Servis*

Medicatores, Græcis Μεδικάτορες, dicebantur in Aula Cpolit. qui rebus gerendis in Palatio præerant, ſeu, quibus velut ſequeſtris Principes res ſuas peregebant, Μεσίτης ἀπὸ τῆς Μαμερτινῆς in *Panegyr. Rerum Mirabil.* Mauſilio. 15. Meminit eorum Nicetas in *Manuele* l. 1. n. 3. Cantacuzenus l. 3. c. 15. & l. 4. c. 39. Summus vero rerum Miniſter Μέγας Μεσίτης dicebatur, dignitas in Palatio ſumma, cui Ducis Auguſtarum aut ſororum dignitatem comparat, *cap.* 2. 1. 24. & 8. Apud Barbaros, qui ban ut *Medatores* quibus ve luti *modus*, bonæ mentis nam quæ ex iis comparare ex Latinis licebat, ad Monaſterium, 18 eum per imaginariam dimenſionem eatenus concedentibus, ſibi Monachi comparabant: quæ acquirendi ratio per Manifeſtaria, *Delegatio* appellabatur, uti pluribus in *Gloſſario* docet Cav. du Freſne.

Medica Herba. V. ſupra *Herba Medica.*

Medica Veſtis. V. infra *Veſtis Medica.*

Medica Gallina, maximæ olim expetebantur ad feminium, utrique generi Cicerbitarum, Ἀκκιζομένοις καὶ ἀκκιζομένοις. Athenæus, τοῖς ἀκκιζομένοις ἀλεκτρύοσιν. Et *Perſii* gallis: inde Ἀκκιζόμενος, Περίεργος καὶ ἀκκιζόμενος

M. Vipſanio. Mignioni. Viatori. M. Vipſanio. Quartin. Sucundato-vi. M. Vipſanius. Medicus. factionis. Veneti. Oil. IIII. d. d. &c. Neque verò *Medicos* tantùm, ſed & *Medicas* fuiſſe in uſu, docet inſcr. *Secunda, Iuvilla, S. Medica*, &c. hæ videntur Servancia curaſſe & curam adhibuiſſe miſtrarum pathiombus, habueruntque miniſtrarum loco Tractatrices, ut Tractatores *Medici*: quo reſpexit Seneca *Epiſt. 66. An potius optem*, inquiens, *ut malaciſſandos articulos exoletus meus porrigam? ut muliercula, aut aliqua in mulierculam ex viro verſus digitulos meos ducat? Quidni ego ſolicitem potiùs Mucium, qui ſic tractavit ignem, quaſi illum manumiſſa tractaturi proſiliſſet.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*. Dempſterum *Paralipom. in Joh. Roſini Antiqq. Rom. l. 5. c. 5.* Poſtea nobilis Ars ab ingenuis excoli, & ejus peritiſummo in pretio haberi cœperunt: etiam Jureconſulcis in Academia Ozonienſi præſtanti, vi Statuti A. C. 1384. promulgati, quo *Doctores Medicinales ſententiæ Juris Civilis Doctoribus præferuntur*, regnante Richardo I. I. Spelmanno *Gloſſ. Archaeol.* Poſtquam ab Auguſto jam jure annuli, & Valentiniano I. immunitate donati, atque ſalaria iis ex fiſco conſtituta eſſent. Caruit autem *Medicis* Roma ſexcentis annis, quo tempore, ficut & alibi ante Medicinam conſtitutam factum eſt, ægrotos in forum deportari & præterea nullum de iis ſententiam rogari, motis erat. Apud Athenienſes verò veteri olim Lege cautum fuit, *Ne quis ſervus, neve qua ſeminà artem Medicam diſceret*: Sed cùm Mulieres, quòd obſtetrices non haberentur, vererentur de curandis viris. Agnodice quæ virgo, quæ aſſumto virili habitu artem didicerat, illis ſubveniſſet, priori Legi hanc alteram ſuffecere Areopagitæ: *Ingenua fœmina artem Medicam diſcunto*; ſecundùm quam apud Terentium in palliata e Menandro *Andria*. Lesbia obſtetrix quid facto opus ſit, imperat: Namque & apud Romanos id feminarum genus *Medicis* acceſſionem, docet Ulpianus *lib. 3. de omnibus Tribunal.* Qui autem Athenis Medicinæ ſcholæ præfuerint, *Andocides*, à populo, qui eos eligebat, id conſequebantur: Xenoph. *Apomnem. lib. 4.* fed gratis sales illam facere tenebantur, ut patet ex Ariſtophane *Acharnenſibus*, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Att. lib. 3. tit. 8.* Nec omittendum, *Medicorum* non alios magis Romæ olim, quàm qui è Græcia erant, æſtimatos fuiſſe, quæ cauſa, quòd tum imperatoresipſi, tum Magnates Romani, non aliis uſi legantur. V. Jac. Symonium *Itinerar. Graciæ Epiſt.* 29. ubi aliquot inſcripcionum *Inſcriptionem*, Cyri Livizæ Druſi Cæſaris Medici memoriam ſervantem, exponit. Apud Iſraelitas, inter Præfecturas vigenti quinque Templi, quoque **שמונה על החולים** *Præfectus agrotorum*, ſeu *Medicus* erat: *Sacerdotes* enim, *quoniam in pavimento jugiter ſtabant & carnibus pluribus vescebantur, nec in hora Manuſtersi veſtiam, quæ ſanguine vellerat, aliquo tempore unicam, eamq; ſimplicitorum habebant, aſſiſi; jolebant dolore colice; unde conſtituebatur Præfectus unicus, cujus officium erat eos ſcrutari medendo, eorum morbos quibuscunq. Atq; hanc in rem aſſiduus erat ſub jure alui, qui ex jubarum*, Maimonides *hal. Cels hammic Aadh c. 7. §. 14. & ad Miſn. tit. Sikhim c. 5. §. 1.* apud Joann. Seldenum *de Synedriis vett. Ebræorum l. 3. c. 11. &c.* V. quoq; ſupra, *Architater.*

Medicorum varia ſpecies.

Aſtrologici dicuntur, qui non ſolùm univerſalia in aſtris ſcrutendum, ſed etiam penetralia artis ingreſſi, particularia exquiſite conſiderant: diſtribuentes XII. Zodiaci ſigna in ſingula hominis membra, & ſingonum, ſeu ſingularum numque aſpectum, ſimiliaq; ſolicitè obſervantes.

Botanici, qui virtutis quæ in herbis eſt periti, harum imprimis ope morbos depellit. Hanc Medicinam à Chirone, Chirurgiæ ſola Medicinæ nomine veniebat: cujus Auctor Chiron Theſſalus fertur, Achillis & Æſculapii præceptor.

Chymici ſeu *Medici πυρίπαγοι*, ex Chymiæ documentis principia ſuæ Artis deprimentes, materiem novâ tatione præparât ac adminiſtrant. Quam Artem ab Ægyptiis Arabes ſeu Mauri, qui Hiſpaniam occupantur, acceperæ, à quibus ad Europæos pervenit: eam dein diu ſepultam, quaſi ab Orco revocavit Theophraſtus Paracelſus.

Clinici, qui ægros cubantes ὁ κλίνη, in lectulo invifunt ac curant: unde *Clinici* nomen de toto Medicinæ genere patet. Hujus Auctorem Aſclepium Plut. *lib. 8. Symposiac. cap. 24.* Hippocratem Plinius facit. *l. 29. c. 1.* Aliqui tamen *Clinicen* vocant, illam Medicinæ ſimulam Artem, quam alias *Magicam* ſeu *Coquinariam* appellant.

Cosmetæ, qui pulchrum e. g. vultui colorem concilliant, maculas, ſcabritiem & rugas tollunt, capillis colorem muntant, dentes albos reddunt &c. Quam Artem primùm docuiſſe aiunt Citronem, diſcipulum Acronis Agrigentini, qui apud Reges Regiunasque *Medici* munus obibat.

Diſſectores ſeu Anatomici, qui corpus humanum diſſecando in membrorum omnium ſitum naturamq; exacte inquirunt: Qualis Hierophilus inprimis fuit, Phalaridis æqualis, qui miſſis ſibi è carcere facinoroſis, *ſeptingentos vivos exſecuit, ut naturam ſcrutaretur*, Tertullianus *de Anima cap. 10.*

Dogmatici, qui ratione & experientiâ ſubnixi, tum evidêtes tum abditas cauſas conſiderant, ac præteres partes affectus exactè tum explorant tum. Quæ ſecta maxime in Schoolis regnat, Galeno Auctore.

Empirici, ſolùm nituntur experientiâ & analogiâ ad ſaluria eligenda, infalubria fugienda: adeoque obſervationibus particularibus, & præcepta inde extructis utuntur. Qualis Sextus fuit ſub Antonino Pio.

Jatraiæpe vocitur, qui unguentis ac perfrictionibus morbis medentur. Verùm hæc Ars, quam Prodicus, diſcipulus Æſculapii, inſtituiſſe legitur, *apud Plin. l. 29. c. 1.* tam Medicinæ ſpecies, quàm famula eſt.

Magici triplices ſunt: Quidam enim in occultis naturæ indagandis earumque operationibus prorsùs vendis ſunt fotti: Alii verbis, charactéribus & cæremoniis medendi tribuunt efficatiam, quod jam Trojanis temporibus obtinuiſſe, ex Homero diſcimus: Nonnulli commercio cum Spiritibus utuntur, ad exemplum Pictetæ Cabalichi & aliorum Platonico-*Medicina* ergo, ab experientia; experientiæ occaſio à neceſſitate eſt. Incrementa dedit conſuetudo, quâ antiquis temporibus ægris ſolebant in via exponi, quò rogarent tranſeuntes, eodemue morbo laborâſſent, & quo pacto ſi-mi reſtituti. Artem polire auxit, quam à morbo liberati, quomodo ſanati forent, conſcribere ac dein ad Sacerdotes deferri juſſerunt, ut in templi lacmio remedia deponerentur: Exemplo *Ægyptiorum* memorato. Quod Plinius *l. 29. c. 1.* & Galenus *de Compoſit. Medic. l. 5.* Nec ſtudium magis, quàm remediorum iſtiusmodi præſtantium copia, celeritas fuit templum Ephesinum; ut de aliis nil dicam, contenuisse-tuiſſe hæc de re illuſtrem Plinii locum *l. 29. c. 1. Clara* (Medicina) *Trojanis temporibus, quibus Fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis. Sequentibus ejus nobile deniſſimum latuere usq. ad Peloponneſiacum bellum: cum Hippocrates Asclepiadis genitus in inſula Coo, inprimis clara ac valida & Æſculapio ſacrata. Iſam fuiſſe mos, libratos morbos ſcribere in templo ejus Dei, quâ ſanatum eſſet, ut poſtea ſimiliſtudo proficeret, exceripſſe ea tradit. atq; jam templo cremato inſtitutiſſe Medicinam hanc, qua Clinice vocatur.* Quòd ergo Poëtæ Apollinem & aunt *Medicinæ* inventorem, Solemniſſelligunt, à quo herbarum vires, quibus *Medicina* conſtat, Nec audiendus videtur Pecon, qui *Medicinam Ægyptiorum, Medicorum* ſe-dare diſtuit eſt. Quòd verò Æſculapius *Hippocratem, Podalirium & Machaonem, Medicinæ* peritiſſimos, filii ejus ſuerunt, Homerum Hermæ ſive Mercurio, nonnullis Iſidi, inventi hujus gloriam eunt aſcripturam, inde eſt, quòd antiquiſſimis temporibus Ægyptiis hæc Ars nota fuit. Namque Athothis, ſecundus Rex primæ Dynaſtiæ Thinitarum & Tetorthros, tertiæ Dynaſtiæ Memphitarum Rex itidem ſecundus, Medici inſignes jam fuiſſe leguntur. Ab Ægyptiis ad Græcos Artis hujus pervenit, inter quos, ut in Arte Chirurgica, à quo *Medicina* cœpit, primus fuit Homero celebratus Chiron Theſſalus, panaceæ inventor, & Achillis atque Æſculapii Præceptor. Quem qui tenere reliqui ſecuti ſint, & quibus incrementis *Medicina* ſurrexerit, accuratè exequitur Geth. Joh. Veſſius *de Philoſophia cap. 8. p. 10. 11. 12. 13. & 14.* E quo ſiſtema hæc addam, *primum præcepta medendi claruſſimè tradidiſſe*, Hippocratem, teſte Plinio *l. 26. c. 2.* atque in Arriſtotelum ſic redegiſſe: cui ſuperemum poſtea addidit Claudius Galenus, qui ſub Severo Imp. vixit. V. Cardanum quoque *Subtilit. l. 16.* & ſupra, in voce *Medici*, item *Curiorum Collegium.*

Medicum ſeu Citreum malum, é Perſide vel *Media*, in Græciam ferò admodum allatum eſt, nec niſi medio Comœdiæ Poëtarum ævo. Meminique primus ejus Antiphanes, in *Boeotia*, qui labaſin ſcena dictavit, poſt Olympiadem 98. Verſus ſic habent.

Γ. Α. ἀλλὰ ταυτὶ λαμβάνε
Παρὰτὸ μῆλον. Β. Καλὰ γε. Α. Καλὰ δῆθ' οἱ ἔοικ.
Νύκτ' ὃν τοιαύτην τὴν ἐμὴν ἐχθὲς
Ἐν τῷ Ἀ'ρτεμιδος τῷ ἐν Ἐφεσίοις.
Β. Ὅπως Ἀ'ντιφάνης ἔφασ' ἐν τῇ Φασηλίδι.

A. Φασὶ

Ἀ. Ἐκεῖς τὰ χρυσᾶ μῆλα τῶν ἐσπερίδων τρέφε,
Μίν. Β. Ἐγὼ δὲ λόγον τὸ καλὸν, ἐν ἀνθρώποις
Καὶ τίμιον.

A. *Sed hic cape*
Virgo mala. B. *Pulchra omnino.* A. *Pulchrateriè ô Dii.*
Nisper enim semen hoc absistim
Athenas ut ibi lege magno.
B. *Ab Hesperidibus explimbam, per Auteram.*
A. *Dicam aurea mala ab his carere*
Sola. B. *parum est, quod pulcherum est ubiq;*
Et pretiosum.

E quibus conſtat malis Heſperidum hæc mala ſimilia fuiſſe: imò nihil prohibet, eadem fuiſſe, quæ patrià tantùm ac natali ſolo differrent. Præterea veriſimile eſt, citreum malum, quod primum videre Romani, ab Africa potiùs ipſis venille, quàm e Media vel Perſia. Hæc eſt Ἐτυμολογία μᾶλων. *Sic Punicum malum* appellavere τὰν χοὰν, quòd ab Africa & Perſis hoc genus primùm acceperint, non à Romanis. Huic verò Malo Heſperio vel Heſperidum, *citro* nomen impoſuere Romani, non Graeci; cuius rei fidem præſtat, quòd vetuſti Græciæ auctores, qui *Medici mali* meminerunt, nullam citri mentionem faciunt, &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1015 & ſeqq.

Midinnum, Gr. *Μήδιννον*, ex Hebr. מדי a מדד *i. menſura* & מנה *mando*, menſura ſuit aridorum Attica, capiens ſecundum Budæum duas amphoras: ſecundùm Georg. Agricolam 108. libras menſurales ſeu 48 chœnicas; ſecundùm Anglorum menſuram: *ſeven gallons, a pottle, three ounces, three quarters and an half, and twvelve grains*: notata hoc modo Ms. Dicitur & *Medimna*, i. *dimidia*, eo quòd quinque modiorum menſura ſit, qui dimidius numerus eſt à perfecto denario, Iſidor. Et tantum erat, de quo feminis atque pueris Athenis diſponere dicebat: Quod enim prætium erat debitæ *Medimni* hordei, teſtamento dare legare non poterant, ex lege, cujus meminit Iſæus ὑπὲρ τοῦ Α' ἐπιτλήρου κλήρου. Ubi pro modulo Legislatori fuit pauperiorum cenſus. Idem enim eſt, ac ſi dixiſſet, non licere teſtamento dare legare, quod excedat ſexus annuum cenſus illius, qui teſtamentum ſcribit: Minimus enim cenſus Romæ ille Legislatori totidem drachmarum, quot eſt minima dos. Fuit autem prætium dotis drachmarum centum quinquaginta, quarum menſtruum fœnus exigant obolo novem, qui per duodecim multiplicati efficiebant obolos 108. ſeu drachmas 18. quibus hordei Medimnus venit: 5am. Petitus *Comment. in LL. Atticas lib. c. tit. 6.* Ab eodem menſuræ genere primum τρίμνον ſeu ordo civium in prædicta Rep. *Pentacoſiomedimnorum* nomen accepit. Sic autem appellati ſunt, teſte Pollu. ὅτι τοσοῦτον ἔφερον ἑκάστου ἔτους τὰ τριακόσια μεδίμνους, quod quinquentos *Medimnos* in annos ſimili ſiquidnique conficerent: Hi, utpote ditiſſimi Resp. talentum pendere tenebantur; cum Equites ſemitalentum; Zygitæ, minas decem; Thetæ verò feu proletarii nihil conferrent: In quos 4. ordines Athenienſes univerſos Solon diſtinxerat, V. eundem *Petitum lib. 2. tit. 3.*

Medina Celi, nomen familiæ, in Hiſpania, illuſtris, quæ ramus eſt familiæ *de la Cerda*. In hac enim, cum Ludovici Com. de Claro Monte filia Iſabella nupſiſſet Bernardo Gaſtonis Phœbi Foxii Com. *de Foix* & Dn. *de Bearn*, filio naturali; hinc Henricus Rex Caſtellæ conceſſit *Medinam Celi*, cum dignitate Comitis An. Ch. 1371. Ei ſucceſſit filius Gaſto, atque iterum huic Patri Ludovicus: qui, ex minore filio Johanne, Dominos de Turre Quadrata (*Torre cuadrada*) fevit; major Gaſto, Ludovici fuit parens, qui primus *Ducis de Medina Celi* & *Marchionis de S. Maria* axiomate inſignitus eſt, ac Johannem genuit, hic Ludovicum I. March. *de Cogolludo*, Gaſtonem & Johannem, Patris in Ducatu ſucceſſores: e quibus utimus hic itemma propagavit, non tam per ſecundo-genitum Sanctum March. *de la Laguna*, quàm primo-genitum Johannem, qui ex Johanne Ludovici primi patrimonii filio, aliquorum Ducum genitor; ſed altera Johannis filia Ioanna, à Matre cognom. *de Lara* fortitus, Marchionum *de Larrada* auctor eſt. Ducum genetis hic habet: Ludovicus *de la Cerda*, Dux *de Medina Celi*, ex Catharina Biquia *de Oreſon* ſuſcepit Johannem I. maritum Mariæ *de Silva* & ex ea patrem Johannis II. quo & Johannâ Manuel (fil. Sancii *de Noronga*, Genitus Johannes II. ex Iſabella Aragonia (fil. Antonii *de Aragonia* Dn. *de Montalvo*) ſuſcepit Joh. Ludovicum, defunctum A. C. 1607. Hujus ex Antonia Toletana fam. Dnoula, fil. Johannes IV. *de la Cerda* Dux *de Medina Celi* March. *de Cogolludo*, genuit Johannem V. ſeu, Antonium Johannem Ludovicum *de la Cerda Henrique, Ribera Portocarrero* Duc. *de Medina Celi* & *Alcala*, maritum Annæ Mariæ Luiſæ *Portocarrero* Duc. Alcalæ (Petro Girono Eq. Ord. S. Jacobi & Antonii *Portocarrero* & *Cardenas* March. *d'Alcala* genitæ) & ex ea patrem Johannis de la *Cerda Ribera Portocarrero* Duc. *de Medina Celi* & *Alcala*, atque aviarorem Cachalina de *Sandoval* de *Cardona* Ducis Lermæ & Ceæ: Antoniæ de la *Cerda*, (quæ nupſit Caſparo de *Haro Guzman* de la *Cue*. Duc. *de Carpio*) ac . . . de la Cerda (ux. Joh. Thomæ *Henriquez de Ribera* Admiral, Caſtellæ Duc. *de Medina de Rio ſeco* Com. *de Melgar*) Phil. Jac. Speneru*s Tom. Notit.*

Europ. Part. II. p. 19. & Part. III. p. 83. V. Melchyrna Celia.

Medina de Rio ſeco, tilium illuſtris in Hiſpania familiæ nomen, quæ Henricæ, (*Henriquez*) familiæ ramus eſt. Alfonſus enim, major natu filius Friderici, Patris in Admiralis Caſtellæ officio ſucceſſoris, Comitis *de Melgar* ac *Rueda*, nunus Thalaſſiarchæ (quod primus in hac familia obtinuerat Alfonſus *Henriquez*, Friderici Magni Mag. ordinis S. Jacobi filius & præfati Friderici pater) jad polteros tranſmiſit; qui etiam nomen *Medinæ de Rio ſeco* nacti ſunt, ut ex hac cum ſuperiore familia, Alfonſus Henricus Admir. Caſtell. Com. *Melgar*, ex Maria (fil. Petri Ferrandi *de Velaſco* Com. *de Haro*) genuit Fernandum Admir. Caſtell. Duc. *de Medina de Rio ſeco* : quo & Maria Gironâ (fil. Johannis Telleſii Gironi Com. *de Ureina*) natus Ludovicus I. Dux *de Med. de Rio ſeco*. Admir. Caſtell. uxorem ſibi junxit Annam de *Cabrera*, & *Mondada* (fil. Johannis *de Cabrera* Com. *de Modica*) e qua genitus Ludovicus I. I. *Dux de Med. de Rio ſeco*. Patri in Conneſtabilis dignitate ſucceſſit, matris iuſuper nomine aſſumto, genuitque Ludovicum III. *Henriquez de Cabrera* Admir. Caſtell. Ducem *de Medina de Rio ſeco* ex Anna *de Mendoza* (fil. Didaci Hurtado *de Mendoza* Com. *de Sald.*) Ludovicus Victoriam Columnan (M. Antonio Columna D. *de Paliano*. Pr. *de Tagliacozzo* genitam) cum duniſſet, ſuſcepit ex ea Johannem Admiran. Caſtell. Ducem *de Sandoval* & *Roxas* D. *de Lerma* atque ex ea familiæ propagatorem in qua I. Johannem *Henriquez de Ribera* Admiran. Caſtell. Ducem *de Medina de Rio ſeco*, uxorem ex familia Ducum *Medina Celi* ſibi matrimonio junxiſſe, paulo ſupra vidimus. V. Phil. Jac. Speneru*m Theatr. Part. I. p.* 134. Nomen familiæ, ab urbe cognomine, quæ Latinè dicitur *Methymna Sicca*.

Medina Sidonia, familiæ illuſtris in eodem Regno celebertimæ nomen, ab urbe cognomine, Latinis *Methymna Aſſidonia* dictæ. Ramus eſt Guzmaniæ ſtirpis & quidem primogenitus, quem duodecim eſt Alfonſus Perezius *de Guzman Bono*, Dominus *de S. Lucar de Barrameda*, à Mauris cæſus A. C. 1347. Ejus nepos Johannes Alfonſus, primus Comitis *de Niebla* titulum nactus eſt, & deinceps hujus major filius (nam à minori Johanne poſtbumo etiam Dominus *del Cadojo* ori ſunt) Henricus Johannem Alfonſum primum Ducem *de Medina Sidonia* genuit: A cujus ſtatre Alfonſo, Domini *de Tarifa* & *de Gen* nomine à filio Henrico (ut relia quorum mentio, licet poſtremæ abundarint, in præſens mitteatur) propagata eſt Ducalis dignitas, nunc quoque ſuperſtes, cujus hæres hæc eſt, Henricus *de Guzman*, Dux Medinæ Sidoniæ, ex Leonora *de Mendoza* (fil. Perafani *de Ribera* Com. *de los Molares*) pater fuit Johannis Ducis, qui, junctâ ſibi Leonorâ *de Zuniga*, ſuſcepit Johannem Alfonſum Ducem, maritum Annæ Aragonæ (fil. Alfonſi Aragonii Archiepiſcopi Cæſaraugultani, Hiſpaniarum Primatis, & Ferdinando Catholico genitis, *Vide de Ferdinando*) & ex ea patrem Johannis Clari Com. Niebl.æ: quo & Leonorâ *de Zuniga* ac *Sotomayor*, genitus Alfonſus Perezius Dux *Medin Sidon.* ex Anna *de Silva* & *de Mendoza*, reliquit Johannem Emanuelem Dominicum Perezium *de Guzman* Duc. *de Medina Sidon.* cui Johanna Sandovalia (fil. Francici *de Sandoval* & *Roxas* D. Lermæ) peperit Alfonſum Perezium Com. Niebl.æ: Caſparum Alfonſum Perezium Com. Niebl.æ, quifratrem ab Quinq; Balthaſarem Melchiorem; Luiſam (uxorem Johannis I V. Portug. Regi magnanim itate & prudentia omnes ſui ſexus longè ſuperg reſſam, quippe quæ maritum coronam oblatam accipere cunctantem, egregia oratione ad Regnum capeſſen ium bortata eſt, eoque mortuo, rerum ſummæ magna cum gloria, dum filius adoleſceret, præfuit; obn. 1666.) Franciſcam & Catharinam. V. Phil. Jac. Speneru*m Theatr. Part. II. p. 47. & in Ind.*

Medolanum, Inſubriæ urbs, adde: Poſtquam à Friderico Barbaroſſa, ſolo fale conſperſo, ad ſterilitatem damnata fuiſſet, ſub Friderico tamen II. tantis emertit incrementis, ut altera poſt Romam Italiæ urbs ceſſeretur. Jachonec io ea duæ inprimis erant; Turriani ac Vice-Comites, quorum hi prævaluerunt ac præfecturam in Principatum perpetuum mutarunt. Sed Vice-Comitum hæc familia non diu ſtirpis 55. duravit, extendit in Philippo Maria, qui, cum prole legitima non ſuperſtite, Ducatum quatuor perceſſionis competentibus diſcerpendum reliquit: Friderico III. Imp. ſtatio Imperii; Alfonſo Siciliæ R. ex teſtamento; Carolo, Ludovici Duc. Aurelianenſis filio, ex Valeocia Johannis Galeacii filia, & Francisco Sforttæ genero ſuo, per filiam notham. Quæ occaſione vicini Principes Ducatum omnis à parte dilaceraunt, ac Venetî Placentiam, Cremam, Laudam; Ludovicus, Sabaudiæ Dux Valentiam & Conſtantiam, Caroli Aurelianenſis Aſtam, occupatunt: *Medolanum*, Novara, Como, Alexandria ac Derrona, mutuo ſecuere inito, aliquamdiu ſe contra omnes defendentibus. Donec Franciſcus præfatus, partim fraude, partim vi, Ducatu potitus eſt, qui humili ortus familia, ex gregario militæ, veluti ater Agathocles, ad ſummum faſtigium emeritt, Georg. Hornius *Orb. Imp. p.* 91. Plura V. infrà, ubi de *Sforzia*.

Mediomatrices, adde: Regni Auſtraſiæ ſedes fuit, ſub Merovingis. Childoveus enim Francorum R. etiam deceſſiſſet A. C. 514. prima diviſio Regni facta, illudq; inter quatuor ejus filios ſic diviſum eſt, ut Regnum Franciæ, cujus ſedes Lutetia Pariſiorum eſſet, obtingeret primo genito: reliquis Regnum Belgicæ, cujus ſedes urbs Suellionum; Regnum Aurelianenſe & Regnum Auſtraſiæ,

cujus sedes urbs Mediomatricum. Et quidem Theodoricus Austrasiæ Rex, etiam Regno Burgundiæ, quod magnam partem Galliæ Lugdunensis complectebatur, potitus est A. C. 527. Donec extinctis tribus fratribus, sine prole mascula, superstites solus Chlotarius Rex Suethionum universam rursus Franciam conjunxit. An. Ch. 564. in easdem partes quatuor Regnum Franciæ iterum distributi, nisi quod Burgundia, à *Metenſi* Regno avulsa, Aurelianenſi accesserit, donec A. C. 568. Chlotarius II. extinctis fratribus, iterum Monarchiâ potiretur, à quo tempore aliquoties Regnum Franciæ, in duo Regna, Austrasiæ ac Franciæ, denuo divisum est. Hodie ex Regno Austrasiæ sola, quæ nomen retinuit, Austria superest, Idem *pag.* 115 & 116.

Mediaxumi, adde: occurrunt quoq; apud Servium Æneid. *l.* 3. *Focorum commemoratione inſtantium ſacrificiorum mentio injicitur, quod ita eſſe multis locis docetur. Quidam Aras ſuperorum Deorum voluntaſſe*, Mediaximorum, *id eſt, Maximorum, fuiſſe*; *Inferorum vero minores*. Quæ verba duplici causâ ſuſpecta. Non enim manifesti Dii sunt *Mediaximi*, cùm illi nullo modo ſe à terreſtribus locis excludere possint, aut ea ascendere; sed aërii Dæmones, Diis Cœlestibus inferiores, Hominum animis altiores. Appulejus *de Dogmate Platonis*. *Aliudgenus eſt, quale Aſtra habent, coeteraq; Numina, quos Cœlicolas vocamus. Tertium habent, quos Mediocximos Romani vett. appellant: Quod & jus ratione & loco ſit, ſuſtinere Deos ſupremos, inter mortales, & inter ſimiles mortes.* Ubi ſcribendum, *natura & profectu*, Barthio auctore. Scilicet cùm tales sint, ut neque naturâ neque industriâ in eorum comparationem homines venire possint, *Mediaximos*, inter hominum animos & Deorum cœlestium Numina, medi perhibentur. Scribi igitur idem apud Servium vult, *Mediocximorum, id eſt, aërrorum*. Sed & quid *mundus* ad Inferorum aras? Sane cluſium Mundum Manibus, præter paucos dies anni, habitum Romani superstitione, docuimus à Feſto. Verùm id huc non pertinet. Reponendum itaque apud Servium, *Inferorum tumulos*: quod confirmatur verbis Papinii Statii, ubi *aggeren* pineum Dii factum dicit, *Thebaid. l.* 4. *verſ.* 457. *& ſeqq.*

— *tibi teſtor Averni,*
Quanquam infoſſus humo, ſuperat tamen agger in auras
Pinus —

V. Casp. Barthium, *Animadverſion. ad Pap. Statium d. l.*

Medius Digitus, olim apud Gallos Britannosque annulis ornari solebat, postea solus excluſus. Unde Plinius, de digitis, quibus annuli inferebantur, copiosè disserens, inter alia, *Singulis, inquit, primò digitis geri mos fuerat, qui ſunt minimo proximi. Sic in Numa & Servii Tullii ſtatuis videmus. Poſtea pollici proximo inſedere, etiam Deorum ſimulachris. Dein ſuvis & minimo digito: Gallis Britannisq; id. Sic Mario ſenatus ſententiam exterioribus enarrantur.* Sed hujus rei vix aliud teſtimonium extat. Ideo verò eum Romani vitasse videntur, quòd hic digitus infamis vulgò ac impudicus censeatur, uti legimus, apud Perſium *Sat.* 2. & Martialem *Epigramm. lib.* 6. *Epigr.* 70. Interim proditum memoriæ est, eidem Plinio *lib.* 28. *cap.* 6. ſingultum & ſternutationem ſedari, *ſi quo annulum à ſiniſtra in longiſſimum dextræ digitum tranſferat*: quod ustum verum sit, videant naturalium rerum Indagatores. Sunt hi Lachrimanus *de Annulo. c.* 4.

Medius Locus, verba facientium olim erat; Septimius Rom. *de Bello Trojano lib.* 1. *Tunc Priamus inter Regulos medius aſtans, fatalo ſilentio, optionem Helenæ offert, ſi ei videretur, domum ad ſuos regredienda.* Et *lib.* 3. *Igitur Achilles, poſtquam nihil reliquum erat, Reges omnes adconſidendum hortatur, ipſe medius, atq; inter cæteros exeſſior.* Ammianus *lib.* 23. *Coronad; ceſſarium circumdatus populum, talia aut ſerena differuit ſecus.* Sunitur B. Lucas Actuum Apoſtolic. *cap.* 1. Καὶ ὁ τόπος ἐφίμωσεν τοῦτον ἀπὸ τῶν Πέτρου. *Cùm primò* τὸ μεσίτευσεν, *esset, Et in diebus illis, ſurgens Petrus in medio diſcipulorum dixit.* Hinc Claudianus *Bello Gildon.*

Dictis antè tamen primoſpe confirmat ituros
Aggere conſcripturos: ſtat circumfuſa juventus
Nixa haſtis, pronaq; ferox accommodat aures.

V. quoque Statium *Thebaid. lib.* 4. *verſ.* 683. & Apollonium Rhodium *Argonautic. lib.* 1. Sit locum erat, in *medio* thronum conſtituere. Papinius *Thebaid lib* 8.

Dux Erebi populos poſcebat crimina vitæ,
Nil hominum miſeros, ſtatuens, ſi omnibus umbris.
Stant Furia circum, variæq; exordine mortes,
Sæuiq; multiſonus exercet pœna catenas.

Similiter & perorantium, olim tempus locusque paterentur, ſedes *in medio* componebantur. Et Sulpitius *Dialog. Tum Gallus in medio conſidens ſedentem, qui cùm diu nobis ſuæ verecundiæ ſilentium tenuiſſet, tandem ita exorſus eſt.* Imperatorum porrò in turmis. Lucanus *lib* 1.

Ut nota ſuſpexe aquila, Romanaq; ſigna
Et ceſſus medio conſpectus in agmine Cæſar.

Mediexturicus, ſic enim legi vult Just. Lipsius *in Epiſt. Queſt. lib.* 1. *Epiſt.* 10. cùm aliàs *Mediaſtucus* apud Livium exter, hunc erat Magiſtratus Capuæ, antequam à Romanis deficeret. Joh. Rosinus *Antiqu. Rom. lib.* 10. *cap.* 24. Sic Cn. Magius Atellanus, apud Livium *lib.* 24 *cap.* 19. & Seppius Lasius, apud eundem *lib.* 26. *cap.* 7. hoc munere functi leguntur. Annuum id fuisse, ex utroque loco patet: *Præerat Statius Metius, miſſus ab Cn. Magio Atellano: quo eo anno* Mediexturicus *erat &c.* *ſuccedentium — eo anno Seppius Laſius erat &c.* Et autem *Mediæ*, seu *Mediox*, Oleorum lingua, *Princeps* seu *ſummus Magiſtratus*, apud Ennium; ex Græco μέδων, *impero*.

Medo, genus potionis, ex aqua & melle confectum, aqua mulsa & μέλικρατον Medicis, Germanis *Meth*. Andr. Presbyter, *in Chron. Barara, Commendando, dominus Joannis Apoſtolorum Principi, reliquit in ea imaginem ejus, quæ adhuc ad Ethiopum mandonem.* Beda *de Remed. peccat. cap.* 7. *In unaquaq; ipſiuman tres dies ſine vino & medone & carne jejunent, uſq; ad veſperas &c.* Æthiopibus imprimis in usu, uti docet Dominicus Macer *in Hierolexico*. Ejus potione interdictum pœnitentibus, uti diebus Dominicis, legimus in Concilio Tribur. ann. 895. *can.* 36. apud du Freine *Gloſſar.* V. infrà *Muſum*.

Medulla, Hebr. מוח, *Mohe* dicuntur Arietes, vel Agni pingues, quasi μεγαλομήλους, seu *medullatos* dixeris, ſi *medullas* sit Latina vox, quo modo *medullam*. Occurrit Psalmo 66. *verſu* 15. *Holocauſta medullatorum* (agnorum) *offram tibi cum ſuffitu arietum*. Et Elaiæ *cap.* 5. *verſu* 17. *Et paſcent agni arbitratu ſuo, & ſolitudines medullati* (arietes) *peregrinis deſertor.* Atque ita intelligunt Hebræi fere omnes, qui his locis *agnos & arietes medulla & adipe refertos ſeu pingues obeſos*, reddunt. Sed & eadem phrasis apud Arabes in uſu eſt; qui medullam *much* & medullatum seu pinguem ovem *machicha* vocant. Atramus, *Ovis medullata, id eſt, pinguis evaſit*. Ibidem, *Athamiag* eſt ovis, *quæ propter maſſam ſuam medullo caret*. Et *Zabuk, id eſt, pingue, medullatus de jumento*. Imò & Poëta Ihan, *q.* ut Aliyanabem mollitet vixiſſe docear, dum pater Hector in vivis fuit, ait,

Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, πίων ἀπὸ πάντα βοείων,
Solum adipe agnino vixit, pinguiq; medullâ.

Sic de Achille, *medullis* occisarum ferarum à Chirone Centauro nutritum fuisse, unde ei tantum robur, annotat Eustathius *Il. a.* V. Sam. Bochartum *Hierozoi. Part. prior. Lib. II. cap.* 45. Sed & in arboribus *Medulla* (in quibus *Medulla* inprimis abitis memorabilis) fecilis optima ad intestina opera, Vide ſupra in *Meduſa*.

Megabyzi, adde: V. quoque Helychium & Μεγαβύζαι in Appendice *Bell. Ci vil. lib.* 5. Xenophon Ἀναβάσ. *l.* 5. Μεγάβυζος, ὃ τῶν Ἀγχιάλου ἔθνεσιν ἱερεύς, *Diana Epheſia adituum*, interpretatur. Μεγαλόβυζος Strabo appellat *lib.* 14. ubi Eunuchos, ut dictum, fuisse ſentit. Quod & oſtendit Heraclitii *Epiſtola* ad Harmodorum, apud Polinnaum, castrari & exſecari *Megabyzum* solitum innuens, ne Deæ Virgini Vir sacrificaret, Vide eum *Miſcellan. lib.* 15. ubi pompam Megabyzi (quam inter Apelis opera recenſet Plinius *lib.* 35. *cap.* 10.) deſcribit lucubrater Xenophon Ephesius. In ea ferebantur sacra, canistra, fuſſimenta; ducebantur canes, equi &c. Dalechampius *Not. ad Plinium d. l.*

Megalomeſticus, V. ſupra *Domeſticus*.

Magadacus, apud Guil. Tyrium paſſim, qui Græciæ citerioris Scriptoribus Μέγας Δοὺξ, i. *Magnus Dux*, Μεγάδουκας, Ducæ *cap.* 37. dicitur, penes quem summa Reipublicæ seu classis militaris erat præfectura. C. du Freine *Gloſſar.*

Megabateriarcha, Græcè Μεγαβατηριάρχης, corruptè *Megaliariarcha*, apud Guil. Tyrium *de Bello Sacr. lib.* 21. *cap.* 26. *Erant per idem tempus Hieroſolymis Domini Imperatoris Nuntii Andronicus, Angelus Joannes vir magniſicus Megaltriarcha*: nomen dignitatis illustris, in Aula Constantinopolitana. Sic autem vocati sunt, qui summo imperio præerant *Hateriarchis* seu Præfectis ἑταιρειῶν, i. cohortium Palatinarum, ex *ſociis* Imperii conflatarum; quas ad Palatii & Imp. perſonam tuendam inſtitutas fuisse, dilcimus ex Scylitze in *Michaele Balbo & Anna Comnena lib.* 1. *pag.* 11. apud Car. du Freine *in Gloſſario*. V. quoque Dominic. Macrum *in Hierolexico*.

Megaiupanes, V. infrà in voce *Zupanus*.

Megali ſesserafosti, ἡ μεγάλη τεσσαρακοστή, dicitur hodiernis Græcis quatuor jejuniorum, quæ ab illis quotannis celebrantur, primum & maximè solenne, Paschale vit. quod cum octo duret hebdomadas, haram primâ pisces, ova, lac, caseumque comedendi facultatem habent: unde eam *Tyrni* vocant, voce correptâ ex τρὲς, *Caſeum*. Reliquis verò septem hebdomadibus etiam his abſtinere tenentur, nisi quod piſcium quædam genera, sanguine caſſa, illis permiſſa sunt: præter legumina, oryzam, mel, olivas & olera. In Inſ. Zacyntho maxima Græcorum pars ab o'eo quoque hoc tempore abſtinet. Imò non pauci sunt, qui quilibet harum septimanarum integrum triduum omnimodo jejunio exigunt, nihil penitus cibi sumentes. Alterum jejunium annuum, ſtatos dies non habens, *Agni Apoſtoli*, in honorem SS. Apoſtolorum, dictum, ordiuntur octidno poſt Pentecoſten. Tertium *tu agias Parthenou*, τὸ ἁγίου Παύλου, *ſanctæ Virgini*, incipit Kalendis Augusti, & quatuordecim durat dies, quibus nec carne, nec piſcibus, veſcuntur exceptâ die 6.

die 6. ejus mensis, qui Transfiguratio Christi memoriam celebrant, quam vocant Μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος: illo enim die picium ejus illis locutus est. Quemadmodum quando τὸ μυστήριον πεπληρωται idem illis licet, die 15. Martii; quo Annuntiationis festum, quod Εὐαγγελισμὸν vocant, apud illos recolitur: ut & Dominicæ Palmarum. Quarum & ultimum, τῶν Χαιρετισμῶν vocitatum, incipit quadrageſimo ante Nativitatis Feſtum die, atque eousque durat, ſed non adeo rigidum eſt ac priora, &c. V. Jac. Sponium *Itinere Grac.*

Megalophius, apud Vitruvium, *Nonnullis locis ſignorum* megalographia, *habeni Deorum ſimulachra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Trojanas pugnas, ſeu Ulyſſis erraliones per topia, cœteraq; quæ junt eorum ſimilitudines rationibus à natura procreata.* Græce μεγαλοζωγράφια, quod genus picturæ in rebus magnis & argumentis nobilibus exprimendis verſabatur, ut ſunt Deorum ſimulachra, aedes, Heroes, bellorum hiſtoriæ vett. & id genus. Et opponitur Γυναικογραφία, unde Γυναικόβολοι, qui belluas, arbores, homines, autra, putros & alia id genus, variaq; & minuta, opere topiario exprimebant. V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano.*

Megalitriarcha, apud Guil. Tyrium *lib.* 21. *cap.* 16. pro *Megahetiarcha*, q. od vide.

Megan-Kyrion, Principem Bœotiæ & Thebarum recentiores Græci appellarunt, Dominio, Marte teſte *in Kyrian.*

Megara, Urbs achajæ, *Ludis*: Hodieque nomen ſervat, in ruderibus ſuis, trecenis circiter quadringentisque caſis ægre habitata, à Græcis, non alibi rituum ſuorum tenacioribus, ſed quibus à piratis quotidianæ moleſtiæ. In vicinia ejus arbor eſt, χαλοκαρατία ferens, qui ex ſilium prodigum paſtum eſſe, ajunt: terebinthio non abſimilis eſt, & Augusto menſe fructus maturat. *Inſcriptiones* hodieque ibi non; nec ullæ uſſuntur, inter quæ una inprimis memorabilis, in honorem indigitæ quidam Athletæ celebrium factus, qui, nomine ejus prætexto, Ludorum publicorum variis in locis tum haberi ſoli orum, in quibus ille omnibus victor extitit, mentionem ſervat. Sunt illi, præter *Olympia, Pythia, Nemea & Ilhmia*; *Panathenæa*, Athenis; *Olympia* ibidem, nec non *Panhellenia & Eleuſinia.* Porro *Herculeus agon*, Thebis; *Trophonius*, Livadiæ; *Eleutheria ludi*, Platæis; *Cbyſeus Junonis*, Argis; *Pythius*, Delphis, item Magnetiæ; *Ludi univerſa Aſiæ*, Epheſi: *Ludi Actii*, in honorem Apollinis, Nicopoli; *Pythia* iterum, variis in locis celebrata; *Æſculapii Ludi*, Epidauri: *Capitolinus Agon*, Romæ; *Agon Minervæ Promacha*, ibidem; *Euſebia*, Puteolis; *Ludi in honorem Imperatorum peragi ſolit*, Neapoli. Sed & ibidem elegans ſupereſt *Inſcr.* Sabinæ uxoris Hadriani, facta Julio Candido Achajæ Proconſule; Item alia, quâ S. P. Q. Megarenſis, Herodis Attici munificentiam teſtari poſteritati voluit. V. J. Spondum *Annal. Gratia Vert. ad* 1589. & ſeqq. Hinc Megarica fecîæ nomen, cujus Euclides, ex Socraticis alter dubus tertius, qui novas fecîas condidere. Auctor fuit, de quo V. A. Gellium *lib.* 6. *cap.* 10. & Strab. *lib.* 9. ubi ait: *Habuit aliquando* (urbs hæc) *etiam Scholam Philoſophorum*, qui Megarici *dicebantur*, *ſucceſſores Euclidis Socratici.* Hi poſtea Ἐριστικοὶ ſive *Contentioſi*, atque exinde à nonnullis *Dialectici* dicti ſunt, quod valde in Dialectica, præcipuèque in captiosis argumentandi generibus, exercerent. Auctor iis erat autem Euclidem Eubulides Mileſius, Chtomachus Thurius & Stilpo Megarenſis: Eubulidem Alexinus Elienſis & Apollonius ὁ Κρόνος: cujus diſcipulus fuit Diodorus ὁ Κρόνος, V. Gerh. Joh. Voſſium *de Philoſophorum ſectis cap.* 11. *quod de Megarica tradlat.*

Megaricorum Philoſophorum ſories, ex Veſſio.

Euclides *Megaricus.*	Apollonius ὁ Κρόνος.
Eubulides Mileſius.	Diodorus ὁ Κρόνος.
Alexinus Elienſis.	Chtomachus Thurius.

Stilpo *Megarenſis.*

Mel, V. infrà ablat. *Melle.*

Melanaetus, Græce Μελανάιτος, *i. nigra aquila*, utut aquilarum minima, robuſtiſſima tamen eſt, hinc *Palæria* dicta Romanis. Ejus meminit Homerus *Iliad. φ. verſu* 252. ubi de Achille,

Αὐτὰρ ὅμιλον ἔχεν μελανάϊτος· τῷ ὀφθαλμὼ
Ὀξὺ δ' ἄμα κοίλησι τε καὶ ἀκρεσι πτερυγῆσι.
Aquila impetum habens nigræ, ornatricis,
Quæ altrum simul fortiſſima eſt & colorisima.

Reliquas ejus dotes ita delcribit Philoſophus *lib.* 9. *cap.* 32. Ἐ κ τῶν ἁρπαζόντων κ τῶν πτηνῶν ἐστὶν ἡ μελανάϊτος. ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι καὶ δύσβατον ἔχει τὸν νοσσεὸν καὶ ῥᾳδίως καὶ ὀλίγον ἐφ' ὑψηλοῦ τὸν τόκον. *Una hæc fatius juos alit, atq; educit. Eſt & pernix & agax, ſine invidia, ſine metu ſtrenua, bonis omnibus; neq; clangit, neq; murmurat.* Quam prom cum chrylaeto ita confert Thuanus *de his accipitrar. lib.* 1.

Optima & ipſa equans animis ingentibus illam,
Cujus in ſuperat quamvis ſit mole, nec unquet,
Auſtriſtro cautum valeat, deſitt ve: ſed artus
Non mentita ſuos animo ve obſita virtili,
Accipites collata nothos facit. Hanc quoq; noſtri

Tom. II.

Veterum dicunt Græci μελανάϊτον, atrum
Quod referat roſtro pennis atq; ungue colorem, &c.

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. lib.* 1. *cap.* 6. ubi vocem Hebr. ozniim explicat.

Melanephori, V. infrà *Nigriperdii.*

Melchita, agnomen orthodoxi, poſt Chalcedonenſe Concilium, ab adverſariis adſperſum, ab Hebr. *Melech*, quod *Regem* notat. Ita enim vulgo *Regis* feu *Imperiales* dicti ſunt, qui Imperatoris Cpolitani, acerrimi hujus Concilii defenſoris, ſententiam ſeuuebantur, Niceph. Callixtus *lib.* 18. *cap.* 51. quemadmodum *Chalcedonenſem*, ob eandem cauſam, ipſum Juſtinianum vocitabant. V. hujus Apologiam *lib.* 7. *Cod. de Summa Trin.* Poſtmodum verò hæſitid nominis Græcis, qui, per totum Orientem longe latèque ſparſi, Sp. ritum S. à ſolo Patre procedere ſtatuunt. V. Gabrielem Siouitam *de Nonnullis Orientalium Urbibus cap.* 14. laudatum Carolo du Freſne *in Gloſſar.* & Matteo Frattes *in Hiſtoriolexico*: inprimis verò Joann. Forbeſium *Inſtructiun. Hiſtorico-Theologic. lib.* 3. *cap.* 17. *verſ.* 4.

Melchizedecians, V. in voce *Melchiſedec*, & plura de iis apud eundem Forbeſium *ibid lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. & *lib* 4. *cap.* 6. §. 3.

Melengides, aliàs *Aves Barbara vel Barbariæ.* quia, quo tempore harum avium magna erat rarities & penuria, illis ſummè tertilis fuit Rubri maris inſula quædam, ad barbaram Trogloditarum pertinens. Strabo *lib.* 16. Φασὶ δ' ἀ σπιμίδων δεῖ ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα τῶν τε ἄλλων ἰχθύων καὶ τῶν μεγάλων, &c. Εἶτα μέτ' ὀλίγον καὶ ἀ ὄρνιθες ἔφασαν ἐκεῖ μεγάλοι γίνεσθαι καὶ πολλοὶ, καθάπερ ἐν τῇ Βαρβαρίᾳ· μεταξὺ δὲ τούτων τῶν τόπων ἐστὶν ἡ νῆσος ἡ Μελεγγίδων ὀνομένη, καλὸν δ' ὄρνεον ἡ ἀκανθυλλὶς μεγάλη. *Hinc ad acent tres Insula, quarum dua olim & ſicubua ſentent; una autem his arboribus minus fecunda, in avibus referta eſt, qua dicuntur Melengrides.* Et ut opque antiquior Agathar. hiſtor. *de Mari Rubro lib.* 5. *cap.* 42. Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ τούτων νήσῳ, ἣν δὴ τῇ βαρβαρικῇ ὀνομάζουσι, μέγα ὄρνεον φύεται, ἡ ἀκανθυλλὶς μελεαγρίδων ἐκπεφυκὸς τοῖς ὄρνισι. *Ubi tres Insula adjacent, quarum dua olivas crebras habent, una minus quidem ſylvoſa eſt, ſed avium, quas meleagrides vocant, copiam nubit.* Ut apparet, hanc Insulam illarum avium proventu fuiſſe celeberrimam. Quid verò proprie ſint *Meleagrides* non adeò liquet. Cum Africanis leu Numidicis gallinis, avem eandem elle putant, Varro *Rei Ruſt. lib.* 3. *cap.* 9. & Plinius *lib.* 10. Numella tamen ita diſtinguit, *lib.* 9. *cap.* 2. *Africana gallina eſt, quam pierin, Numidicam dicunt, meleagridi ſimilis: ipſa quod rutilum gallare & criſtam capite gerit, qua utrag; junt in Meleagride cœrulea.* Sed & naralibus differunt. Nam Africana pulquam albis: *Meleagris* v. Græce eſt avis, Heroico ævo jam nota. Et in Græcorum fabulis duplex ejus origo traditur. Alii enim Meleagri ſorores; alii Jocaliidis virginis, in Lero Inſ. à Perſeo familiares has aves mutatas fuiſſe, ferbunt; nonnullis Lerias *meleagrides* cum Ætolicis perperam confundentibus Leriæ enim alebantur, in gratiam Jocalliidis, in Lero Inſ. & Ætolicæ, circa Calydonem & Pleuronem, in Meleagri gratiam. Hinc Statius *Thebaid. lib.* 4. *verſu* 103.

Plerag, cognatis avibus Meleagrias Pleuron.

Et Menodotus Samius, Athenæus *lib.* 14. pavones tradit primò in Samo eſſe editos, atque inde alio tranſlatos, ὡς καὶ ἐν ἀλικαρνασσῷ ὁ τῶ περσῶν καὶ ἐν κολοφῶνι Μηλεαγρίδες, ὁτὲ τὴ Αἰτωλίαν, ὡτὴν Περσίδα γᾶλὶ, & in Ætolia, quæ vocantur *Meleagrides* Ex Clyto Athenæus idem longam habet *meleagridum* deſcriptionem, ita tamen ambiguam, ut neſcias, an gallinam Africanam, ſeu Numidicam (hodie *gallinam Barbaria*) aut Gallo pavonem (Gallis *gallum Indicum*) deſcribat, aut alis tertium genus, ab utroque diſtimile. Quippe neutri convenit, quod alenda meleagridi deſtinatur, ὁ τῶν ἰλιάδος, locus paluſtris. Neque quod legitur, eſſe ἀσκεφὴν σφῦ δ' ἐκτὸς τὸ ὄρνεον, καὶ βλαφερὸν τὸ νεοττίον ὅτε κλάγγαι τὰς ἡφαίνει ἐπιμελὴς ὢν. *Avis ſine ullo in prolem affectu, quaq; pullos ſues ita negligat, ut Sacerdotes neceſſe ſit ſorum curam gerere.* Cœterum quod ſaporem attinet, gallinam Africanam, in vett. cupedis maximè evehunt, Horatius *Epod.* 2. Perſonili. Juvenalis Sat. 11. Statius *Sylv. lib.* 1. *in Domitiani Saturnal.* Martialis *lib.* 3. *Epigramm.* 58. & 76. Alii, De iis tamen Varro, *Ita noviſſima in triclinium gaudentium introiverunt à culina, propter faſtidium hominum.* Et Plinius, *Noviſſime junt peregrinarum avium in menſas receptæ, propter ingratum virtus.* Itaque ſola raritas videtur auxiſſe pretium: quod idem Varro docet, *Veneunt propter penuriam magno.* Petronius item,

Ales Phaſiacis petita Colchis,
Aut, aſſa vulcres placent palato,
Quod non ſunt faciles, &c.

Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poſter. lib.* 1. *c.* 19. V. quoque Salmaſium *ad Solinum & hic paſſim.*

Meles, fluv. adde: Meminit ejus Papinius Statius *libro* 3. *Sylv.* 3.

Smyrna tibi gentile solum, potiusq; verendo
Fonte Meles ——

Homeri pater habitus est, Arnobius lib. 4. *Quis Martem prodidit mensibus in Arcadia tribus & decem vindum? Non Meles flu-minis filius?* Hinc Amastriani nummos cuderunt, alterâ facie bene-thuvim jacentem & lyram tenentem, alterâ bene barbatum & coronatum Homeri caput, adscripto utrique nomine, referentes: qualem exhibent Laur. Pignorius *Epistol. Quæst. cap.* 48. & Laur. Ramirefius *cap.* 15. *Pentacontarchi*; in cujus picturâ malè omissa est corona, illud autem animadversione dignum, quòd Vitruvius *Meles* referat Homerum, ita expressum, ut Patrem haud difficulter agnosceres. Inde *Meletæ charta*, apud Tibullum *lib.* 4. *ad Messallam*, V. ibi Bernardinum Cyllenium & Joann. Passeratium; nec non *ad cit. l. Statii* Barthium *Animadversion. Part. I. pag.* 312. Hodie exiguus rivulus est, nisi cùm pluvius increscit: vix-que duobus *molendinis* verfandis & proximis hortis irrigandis sufficiens. Quòd alii fermè omnibus quoque Persiæ fluviis, Auctum versus fluentibus, contigisse, docent *Interpretum* Auctores. Petrus de Valle, Joh. Baptista Tavernier & Jac. Sponius *Itiner. Græc. Part. I. pag.* 308.

Melgar, nomen illustris in Hispania familiæ, quæ Henriciæ (*Henriquez*) ramus est. Namque Friderico, majori natu filius Alfonsi (qui primus ex sua familia Castellæ Admiratis seu Thalassiarchus fuit) non solum Patri in dignitate hac locatus fuit, sed & Comitis *de Melgar* ac Medinæ Sidoniæ, postea Episcopi Magalonenses seu Monastiopessulani, postquam idem Comitatus in ipsorum ius concessit, A. C. 1197. cudere confuevere: juris hujus partes postmodum vendità Monstispessulani Consulibus ac Dominis, ut habet Cæsar Rerum Occitanæ *lib.* 5. Horum 46. solidos confecisse marcam argenti, patet ex *Charta* anni 1145. apud du Freine : & Plantavitius *in Episcopo Lodov. pag.* 96. teftatur, anno 1188. 60. millia solidorum Melgor. valuisse, 14. m. librarum Turonenses fuisse: *Valebat enim*, inquit idem, *asses ollo Gallicos hodiernos solidos tres unus Melgorienfis*; & *pag.* 119. ait 50. solidos hujusmodi confecisse ann. 1213. marcam argenti *fini, &c.* Sed & etiamnum in Ecclesia Narbonenfi, *solidi Melgorienfium* rationes ineuntur. Inclaruere autem *Melgorienfis* inprimis monetæ officinæ, quoniam, cùm in compluribus Occitaniæ locis fodinæ auri argentique exteriorint, in hoc præfertim tractu opulentæ quædam fuere. Id porro in hâce monetæ jure erat Melgorienfis dominis, ut pro qua eunque, quæ cuderetur libra, tres ei percipere denarios liceret; quos tres denarios, in hæredii fortem, Guilielmus cognom. *de Torroso*, filius fecundogenitus Guilielmi, Domini Montis pessulani, & Sibyllæ, à patre primitus obtinuit, ac Guilielmo Montispessul. Domino, fratri suo, donavit A. C. 1157. &c. Quam in rem V. plura apud Cat. du Freine in *Glossar. ubi de Monetis Bavonum.*

Melias & *Meliades*, apud Hesychium, Nympharum genus, Meλιάδες, νύμφαι. *Epimelides*, Græcè Ἐπιμηλίδες Scholiastæ prisco Homeri, *ad Iliad.* v. ubi de Concilio Deorum Poeta, ipso initio,

Οὗτε τὰς ὃν πηγὰς ἀπίην, ὑδρηΐ Ὠκεανῷ.
Οὔτε ἀξυ Νυμφάων, τάων ἅλσεα κραλὰ τέμενται,
Καὶ πηγὰς πίδακάς τε ροὰς τέτατόν τε πολίθρον.

Ibi enim genera varia Nympharum recenfens, vulgò cum ceteris minùs nota. Αἱ τὰ ἄλση, inquit, κρατυνέουσι Νύμφαι, ἐλατίνδες κραλύπται, αἱ δὲ ἐπὶ Ἴ δύθεον, Ἀγαλυνάδες. αἱ δὲ τὰ τοιμένα Ἴ ὑδάτων Νηϊάδες, καὶ Ἴ δρυάδες. καὶ τέτων αἱ μὲν Κρηνίδες. αἱ δὲ Ἐπιπολαίδες. αἱ δὲ ἐπὶ Ἴ βοτανικοῦ τόπου, Ἐπιμηλίδες. αἱ δὲ ἐπὶ Ἴ ἐρῶν Ὀρεάδες, ὅσαι τοιότοις ἤσιαι, οὐσίας δὲ καὶ ἐπὶ Ἴ ἐλάτ, Ἐλατίνδες. Sicque *Alseides* sylvis, *Hamadryades* arbotibus, aquis *Naiades* & *Hydriades*, & quidem harum alias *Crenides*, alias *Epipotamides*: gregibus *Epimelides*, montibus *Oreades* &c. præficit. Quæ Dæmonia colebantur communi altorum cultu, aris, antris, fpeluncis, fanis etiam & templis, quæ *Nymphæones* perhibebantur. V. Casp. Barthium *Animadversion ad Papin. Statium Part.* 3 *pag.* 253.

Melicratum, Græcè Μελικρατὸν, h. e. *mel latte mixtum*, in evocationibus Manium olim adhibitum. Circe apud Homerum *Odyss.* κ. juslit Ulyssem,

Βόθρον ὄρυξ' ὀρυτὸν πυγάκιον, ὅσσ' ἐπὶ χεῖρα,
Ἀμφ' αὐτῷ σε χοὴν πάσιν νεκύεσσι χεέσθαι,
Πρῶτα μελικρητον, μετέπειτα δὲ ἡδὺ οἶνον.
Foveam fodere, cubiti undiquaq; longitudine,
Inq; illam libamen invergere omnibus Inferis,
Primum mellicrato, *postea dulci vino.*

Silius Italicus interpretatur,

Fundunt mella *super, Bacchiq; & lactis honorem.*

Unde videmus, *mel, lac & vinum*, ad nefanda hæc facra, popolcisse Circen. Adjicit deinde *aquam & farinam albam*, verfu feq.

Τὸ τετάρτον ὦ ξεῖνε, ἐπὶ δ' ἀλφίτα λευκὰ πάσσειν.
Tertio verò aquam infundere, tum farinâ albâ inspergere.

Quæ omnia Statius *Thebaidos lib.* 4. itidem memorat, ubi Sacra talia describit,

Principio largos novies tellure cavatâ
Inclinat Bacchi lactes, & munera verni
Lactis & Actæi imbris, funduntq; cruorem
Manibus: aggeritur, quantum bibit arida tellus.

Ubi Lutatius, *Nectum*, inquit, *scribitur factis in quibus nobiles virtutes fuisse auctos aquâ, & quæ jacta necessaria, colligavit. Actæos imbres*, mel & oleum Atticum simul interpretatur. Sunt Chori Inferorum adhibitum etiam oleum doremur à Maronæ, quamvis infulum dicat is extis jam ardentibus, *Æneid. libro* 6.

Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.

Quòd verò idem Lutatius de *mulso* addit, non rectè loqui videtur. Hoc enim cùm mel sit & vinum, μελικρήτε Homer. non rectè respondet. Id namque *Lac & Mel* designare, ita de adjectio vini & quidem dulcis, convincit. Et fic Didymus in Scholiis, Μελικρήτῳ τῷ μετὰ γάλακτος μέλιτι. Alioqui non necimus, *Mulsum* recte dici & de interpretatur Cyrillus Glossographus, &c. Adde Barthius *Animadversion. ad Statium lib.* 4.

Mellilotus, in Attica laudatiffimus, ubique pascitur in agris & fylvestribus & plurimi olim ad coronas usus apud Vett. fuit, quibus experebatur non flore tantùm, fed etiam foliis breviffimis & pinguiffimis. Unde & *Sertula Campana* nomen apud Latinos occupavit; eft autem *fertula σφόδρα μικρὰ*. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 978. E *mellotis* enim coronæ olim frequentes, utpote oderis fuaviffimi & magnis æftibus valde refrigerantes; uti videre eft apud Athenæum *lib.* 15. qui ideo *mellotos* nominat τὰ ἀεὶ ἐρῶντα μελίλωτον, *semper munions, nempe caput.* Fragrantiam ejus Theophraftus commendat *de Causis Pl. lib.* 6. *cap.* 23. Ὁ δὲ μελίλωτος καὶ ἡ τῶν πόων χρόνῳ δύσοσμος ἀναβαίνει, *At mellotus & ad multum tempus odoratus durat, &c.* V. Car. Paschalium *Coronarium lib.* 5. *cap.* 15.

Melinus Color, Græcè μέλινος, quem fæpe commemorari in veftibus perfontarum Comœdiarum, notat Scaliger *Poetic. lib.* 1. *cap.* 11. non à *melino* pigmento, quod in Media Jos. Scaliger, fed à colore malorum, quæ Græcis μῆλα dictus; lureus eft feu ex albo rufoque mixtus, non parvi fulgoris. At *melinum* pigmentum album feu candidum fuit, uti docet Plinius *lib.* 35. *cap.* 7. de antiquis Pictoribus, *Quatuor coloribus ipsi immortalitatem illis opera fecere, ex albis* Melino, *ex filaceis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris atramento.* Et pro albo *melino* *Cimolium & Spumam optimum in Melo insula, &c.* Non itaque *à terra Melina* feu *pigmento Melino*, vel candido vel cinereo, color hic nomen accepit, fed à colore malorum maturorum, quæ à Sole rubefcunt & colorem rutilum feu palidum induunt. Inde μηλινὸν χρῶμα, qui μῆλον χρῶμα habet, Orpheo & τὸ μηλίζον χρῶμα Diofcoridi. Graci μηλοειδὲς χρῶμα vocant, & μηλωτὸν, τεφρόχλοα κρατὶ, τὸν πυρὸν, ἐν μηλοειδεῖ, ubi frumentum ita vocari tumult, accidere *melinus*: quem proin Græci etiam appellant πυρρόν, quod ruffum eft, &c. V. Salmafium *ad Solinum pag* 276 & *pag.* 699. Hinc *Cerasa melina*, *Melinoporphyrus*, *Rhodomelinus*, in vett. *Charta*. Item *Melinovulris*, in *Epistola* Michaelis Babi Imp. ad Ludovicum Pium Imp. apud Baronium ann. 824 *num.* 30. pannus lutei coloris, forte pro *Melinovenetus*, uti conjicit Car. du Freine in *Gloss.* ubi hanc in rem adfert Fortunati illa, de Floribus faper altare, *lib* 8. *Poem.* 9.

Autreus ordo crocis, violis hinc blatteus exit,
Coccineus hinc rubicat, lacteus inde nitet.
Stat profimo — venetus, pugnant & flora colores,
Inq; loco pacis horrida bella sutet.

Melior, Latinis nomen proprium, uti Græcis Αμείνων. Hinc *Aminon*, Archon Athenis, anno ultimo Olympiadis 87. quo Pericles mortuus eft. Athenæus, Περικλῆς ἐ μόνον ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἦν ὃ τῶν τὸ Πελοποννησιακὸν πόλεμον ἐν Ἀθηναίοις ἀρξάντων, *Pericles autem obiit, anno tertio Peloponnefiaci belli*, Meliore *Archonte*. V. Salmafium *ad Solinum pag.* 157. In plur. *Meliores*, pro Proceribus five primariis Civitatis, eadem ratione, qua *Seniores*, occurrunt paſſim. Tacitus *lib.* 13. *Et commotus his Attilius patricius* Meliorum *imperia* Orofius, *Ille cum ex Gladio superstitio* meliorem *& nobiliorem omnium Ravennatium animum misit.* Radevicus *lib.* 2. *cap.* 30. *Dominus Imperator magna est in gloria, quosdam de* melioribus *ex Mediolano & Brixia in vinculis retinet, &c.* V. Joh. Calvinum *Lexico Jurid.*

Melli leu *Meles*, animal memoratum Plinio *lib.* 8. *cap.* 8. *Alia folertia in meles*: nec minùs *fuffitia* cuti *defitentia* telum *hominum & morsus canum arcent.* Nomen eft ex Græco μελὶ, *mellis* cum avidiffimum eft, unde frequentes ab eo favis insidiæ. Isidor.

Mellitæ

Melitæi Catelli, quos opulentæ mulieres in deliciis habent, Strabonis dicti sunt à nobilente illa *Melita*, quæ Siciliæ subjacet. At Callimachus, Plinius, Stephanus, Etymologus, ad alteram *Melitem* referunt, quæ ad Illyricum pertinet. Neque his deciliu facilis, cùm hodie catelli similes in nostra reperiantur. Apud Arabes canis hujus nomen est multiplex, sed vulgatissimum *Kalaw*; an à Græco κυνάθιον, quod in Adag. *Epigramm. lib. 1. cap. 33. Melitæa* catellæ aptum est nomen, quia in calathio seu quadrio, cæteris

cumfertur: an potiùs ab Hebræo קלב *Kalaw*, quod significat, *membra habere contracta?* Græci plerunque eos κυνίδια vocant & κυνάρια, ut Athenæi *lib.* 12. ubi Timon Sybaritas habere dicit κυνάρια Μελτάκια, ἅτιγε αὐτοῖς καὶ ὑπόδεσιν ὑὸς τὴ γραμέσιν, *catellos Melitæos qui sequuntur ad balneum eunter.* Et lipidetus, in Aviano *lib. 2. cap. 22. Κυνάρια πάντες ἴδης, ἃ πινῶν ἐφὶ σφυρὸν ζώσῃ ἐπιδεῖς, Nonne aliquando vidisti catellos abbiandientes invicem & circa se colludentes.* Quam ob causam Matth. *cap 15.* & Marci *cap. 7. κυνάρια* illa, quæ micas è mensa cadentes colligunt, Vir doctissimus *Melitæos* catellos esse vult: quod Bocharto non probatur, vocem *κυνάρια* ad contemptum ibi pertinere ait. Iverite, ut fi pro homine dicas *hominenium*, & pro muliere, *mulierium*. Nempe meo fidem, quod habemus ibi omnia minutias abiurgantur, fere minoris æstimare sunt: unde Agasæos in Britannia, fagaces canes, qui non sunt magnæ molis, cum his ita confert Oppianus *Cynoget. lib. 2. v.* 471.

Τῶν ἔτι μείζω ἔφυ ἐκείνων ὑπόδειος
Λίχνοις αἰνόθυμος σφακέλοισιν κύνεσσι.
Quorum quidem magnitudo aquabat ursi villosa
Robora, densos, & ferocia pectora, canibus.

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap. 16.*

Melita, adde: Harpocratio ad Cecropidem refert. Templum ibi unum Eurylaci, alterum Melanippo fil. Thesei, tertium Dianæ cognom. Ἀγιοσθλάν, ubi is sepelrebantur, qui carnificis manu interempti fuere, sacrum erat. Extruxerat hoc ultimum Themistocles, qui ibi quoque ades habuit, uti & Phocion, Tragicique Actores, ut pluribus videre est apud Meursium *de Populis Attic.* Sed Hercules cognomen Ἀνέρωτος. Templum ibidem habuisse, dificimus ex Hesychio voce Ἐπακτήριος. Mentionem Demi hujus fervat hoc loco *Inscr. ifta* Athenis,

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΑ ΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΩΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥ
ΟΝΤΟΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΤΟΥ . . .
ΤΟΣ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ
ΚΑΙ ΣΑΤΑΡΑΤΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΝΕΡΑΦΑΝ
Τ. ΑΙΛΙΟΣ ΛΕΥΚΟΣ ΠΑ ΑΝ . . .
ΦΙΛΟΙΤΙΟΣ ΓΑΜΟΥ ΜΕΛΙΤ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
ΣΩΣΙΜΟΣ ΙΣΙΓΕΝΟΙΣ ΙΠ . . .
ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ ΜΕΝΕΚΡ . . .

apud Jac. Spon. ium *Itiner. Græc. Part. 3. pag. 168.*

Melitenses Barbari, Adolphi Schultens *Index Arrian. in verbo* 3. & *fegq.* id eft, Pœni Plerique enim Insulæ illius incolæ, neque Græci, neque Romani erant, sed *Φοίνικες ἢ Καρχηδόνιοι ἄποικοι*, Phœnicum aut Carthaginensium coloni, ut ex Scylace, Diodoro & Strephano conflat. Proinde primo bello Punico, Attilius Conf. Romanus, in navali expeditione contra Carthaginenses, Liparam Melitamque, *insulas Siculas nobiles, pervagatas vertit*, ut docet Orosius *lib. 4. cap. 8.* Et Punicis bellis secundo promissis, *Libyes in insulam Melitam, quæ à Carthaginiensibus tenebatur, trajecit*, Liv. *Decad. 3. lib. 1.* Ipsum quoque *Melites* nomen Punicum eft. Fuere igitur *Melitenses* pars Barbarorum, ut reliquum in Africa Pœni, à quibus tandem, ita regio *Barbaria* appellata eft. V. eundem Bochartum, *Hierozoici pars poster. Lib. III. cap. 2.*

Mellaria, vas diceris aut, quo, in sacris Bona Dea, vinum infertebatur, quod non loo, sed *lactis* dicitur, tum appellare licebat eo quod Dea vinum bibere sibi maritoque fuisset interdicta. Quo fortasse respexit Juvenalis *Sat. 9. vers. 1. 5.*

—*Taceant illi, sed prodere malunt*
Arcanum, quam jubrietipture Falerni,
Pro populo facticus quantum Lesbia bibebat.

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 19.*

Mella, ad plurima usi sunt Veteres, ad esum, ad potum, ad medicinam, ad conservanda cadavera: etiam in sacris, homines superstitiosi. Ejus esum quod attinet, de eo in Scriptura paffim agitur, Deuteron. *cap. 32. vers. 13.* Psalm. 81. *versu 17.* Prov. *cap. 24. versu 13.* &c. & infantili etiam ætati convenire hunc cibum, patet ex celebri loco Esaiæ, *cap. 7. versu 15.* Unde eft, quòd in Baptismo, in quo fideles renascuntur, *lac & mel* prægustandum dabant Veteres. Tertull. *de Coron. Mil. cap. 10.* Sic ex antiquissimus Cretensium historiis narrat Diodymus, Melissæa Cretensium Regem duas habuisse filias, Amaltheam & Melissam, quæ Jovem puerum caprino lacte & melle nutrierint, Lactant. *de falsa Relig. lib. 1. cap. 22.* Neque enim solo lacte, fed & melle tum alebantur infantes. Itaque pueris in morbo fi quid timari esset eb bendum, prius ora pueri *melle* illinibantur, ut consuetum cibum fibi propinari putarent. Lucretius,

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur, &c.

In potu, *Mellis* usu commendatur, Nehem. *cap. 8. versu 10.* in verbione Hieronymi; ubi *mulsi* mentio, quod eft ὑδρόμελι, id eft, potus ex vino & melle confectus, V. infra in *Mulsum*. Primus verò omnium mel vino miscuisse, dicitur Aristæus, apud Plinium *lib. 14. cap. 4.* De *Mellis* usu ad Medicinam, V. Proverbium *cap. 5. vers. 3.* & 1. Sam. *cap. 14. vers. 27.* Eo ad cadaverum pollinduram & condituram Ægypti olim usi. Status in *Propemptico Mercii Celeris*,

Duc & ad Emathiæ manes, ubi belliger urbis
Conditor Hybla perfusus nectare durat.

Id eft, ad urbem Alexandriam, ubi conditus Alexandri corpus servatur, melle perfusum. Et apud Eutychium Alexandrinum, Philemon idem cadaver Alexandriam delaturus, melle illud implevit. Quem ritum etiam à Babyloniis adhibitum, docet Herodotus *lib. 1.* & Lacedæmonii, cum Reges peregre decefferit, eodem referendi erant Xenophon *Rerum Græcar. lib. 1.* V. quoque Lucretium *lib. 3. versu 901.* Sed & Corippus, Justiniani finus defcribens, inter præstantissima ætatis, quibus impp. corpora condebantur, mellis fuum etiam fuisse locum refert *lib. 3.*

Thura Sabæa ferunt, fragrantia mella locatis
Infundunt patris & odore balsama succo,
Centum alia species, unguentaq; mira feruntur,
Tempus in æternum sacrum servantia corpus.

Nempe fcribit Plinius *lib. 22. cap. 14.* mellis naturam talem esse, *ut pura fervere corpora non sinat, putrendæ sapore, atq; non aliter, ubi quam salis natura.* Et Democritus, in ipsum fetum Osiridis, corpora volut melle asservari, apud Nonium & Plinium *lib. 7. cap. 55.* Sacrum mius usum quod concernit, de *Melle* lex habetur, Levitici *cap. 2. vers. 11. 12. Nullum fermentum & mel nullum Deo adolebitis in oblationem igni adjungendam. In oblationem tamen primitiarum ex Domino offeretis. Sed super altare nequaquam in odorem suavitatis.* Cujus interdicti ratio fuit, quòd in Dæmonum facris *Mellis* usus velut perpetuus fuerit. Non enim Baccho solum id obtatum, ut ex Tibullo discimus *lib. 1. Eleg. 8.* unde is *Brisæ* inventi nomen: fed & Deorum alis paffim. Quod Deus Synagogæ Judæorum objicit Ezech. *cap. 16. Fecisti tibi imagines virgineas, ut scortareris cum eis — Et eisdem mensis quas dederam tibi, similam ac oleum ac mel, quibus te edoceram, hoc obtulisti illis in odorem suavitatis.* Nam Deorum vitæ alius fuit, cui mella non nisi legatur libatum. V. de Ambrosia, Antonium Sabellicum *Anthologic. lib. 1. cap. 38.* de Plutone, Silium *lib. 13. vers. 415.* de Hecate, Apollonium *Argonautic. lib. 3. versu 1034.* de Priapo, Calphurnium *Eclog. 2.* de Jano, Ovidium *Fastor. lib. 1. versu 183.* de Nymphis, Eustebium *Præparat. lib. 4.* de Furiis, Silium, ubi supra; de aliis Allos. Adde, quæ de Jove Olympio, habet Pausanias *Bœotic.* & de Persis, Strabo *lib. 15.* Unde eft, quòd Homerus mel vocat, ἔδεσμα θεῶν ἠδυπότον, *Deorum suavem cibum, Hymn. in Mercur.* Cujusmodi facrificia πελάνια & μελισσόπωτα, vocat Plutarchus *Sympofiac. lib. 4. cap. 5.* Ut de frequenti *Mellis* usu, inter inferias & libationes pro mortuis, nil dicam: de quibus omnibus V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poster. Libr. I. V. cap. 12.* & de hoc ultimo ejus usu, supràin voce *Meliceratum*.

Mellita, apud Suetonium de Nerone *cap. 27. Indicibat & pavimentariibus cænis, quarum uni mellitæ placentæ offertirum cantenturent*, ti centena aurcorum millia, ex Budæi fupputatione. Nempe, præter ea, quæ retro diximus, non Pythagoræorum folum interdictum *panis cum melle* fuit, ut auctor eft Athenæus *lib. 3. cap. 7.* quod ex præceptore suo videntur didiciffe, de quo V. Eustathium ἐν τῷ ad inter Regum & Magnatum dapes. Sic enim ad Josephum, Ægypti Pro-Regem, pro animis mittere *mel* mittitur, Genes. *cap. 43. vers. 11.* & Regi David, cùm effet in oppido *Mahanaim*, mel obtulerunt vicini nobiles, 2. Samuel. *cap. 17. vers. 29.* Solomon quoque ita loquitur Cantici *cap. 5. vers. 1. Comedi favos cum melle meo.* Ut Jonathanem taceam, cujus oculi & vires *mellis* ejus refectæ funt. Quibus, fi profana jungimus, *lib. 2. vers. 30.* Hecamedem reperiemus Nestori & Patrocli in convivio μέλι χλωρὸν, *mel flavum*, aut *mel recens*, appofuiffe. Et Ossiis, *vers. 69.* Venerem Pandaræ filiæ nutrivisse πρὶν ἡβῆ μέλιτι γλυκερῷ, *antea ac dulci melle, &c.* Mel namque, non ad satietatem folum conducere, fed & longævitatem conciliare creditum, Diophanes in *Geopon. lib. 15.* Οἱ μέλι τὸ πολὺ ἐσθίοντες, ἧκιστα νοσοῦσι καὶ μακροβίους ποιεῖ, *Mel ut estibus non solum suave est, sed & sanitatem facit.* V. quoque Athenæum *lib. 2. cap. 7.* de Corfis, ut & de Pythagoræis, ubi supra paffim. Unde peculium Pollionis apophthegma, de quo Plinius *lib. 22. cap. 24. Mellis suavitatem longam mille annis nutritis tolerarere, nec, alio ullo cibo, celebri Pollionis exemplo. Centesimum annum excedentem eum Divus Augustus hospes interrogavit, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporisq; custodisset? At ille respondit Panem mulso, forte oleo, &c.* Interim vocem *Mellan*, apud Suetonium, quam habent vulgatæ seditiones, mutavit Calaubonus, in *Mitellita*, quia fic legunt Codices vetuftiffimi: fed, quid *mitellita* fint, ipfe fe ignorare fatetur. V. *supra*. Hodie, post faccharum inventum, multum de *Mellis*

Mellis pretio decefliſſe nemo mirabitur. V. præfatum Bochartum *Hierozolici Part. ead. & libr. cap.* 11. & infrà *Mulſum*.

Mello, nomen celebris in Hiſpania familiæ, è itirpe Portugallica. Cùm enim tres præcipuæ ſimiliæ, ex naturalibus liberis Regum horum, originem traxerint, medio earum Braganſina eſtitit qua Ferdinandus I. Braganiæ Dux, ex tribus filiis, totidem linearum fuit ſtator. Primus namque, Ferdinandus II. Ducalem domum continuavit, ex quatuor reges, aliúque; tertius Alfonſus, Comites de *Faro*, *Odemira*, atque *Vimiero*, cognom. de *Faro* & *Noronha*, ex ſe dedit: Medius verò, Alvarus Du. de *Ferreira*, numeroſæ itidem poſteritatis auctor fuit, in qua aliis cum nomine de *Mello* Marchiones de *Ferreira* atque Comites de *Tentugal*, alii Marchiones de la *Tour de Laguna*, alii Com. de *Gelves*, alii demum Duc. de *Veraguа* ac Marchiones de *Jamaica* dicti ſunt. Et quidem primus quod attinet, Alvarus de *Portugal* præfatus, ex Philippa de *Mello* (ſil. Roderici de *Mello* Com. d'*Olivenza*) genuit Rodericum de *Mello* March. de *Ferreira* Com. de *Tentugal*, quo, & Leonora Almeidà (ſil. Franciſci de *Almeida*, Indiæ Prorege) natus Franciſcus I. de *Mello*, March. de *Ferreira*, Com. de *Tentugal*, ſuſcepit ex Eugenia Braganſina (filiâ Jacobi Ducis Braganſiæ, Ferdinando II. Duce genti) Nunium Alvarum de *Mello*, maritum Mariæ Xmoſio (ſil. Roderici de *Moſoſo Oſorio* Com. de *Altamira*) & ex ea patrem Franciſci II. de *Mello*. M. de *Ferreira* Com. de *Tentugal*, (qui primis ſibi nuptiis junxit Mariam ſil. Lupi Oſorii Com. de *Altamira* ; alteris, Johannam ſil. Antonii Pimentelli March. de *Tahara* : extinctus A. 1641.) Rodericum, Archiep. Ebonenſem, A. C. 1642. Eleonoram (uxorem Emanuelis de *Moura*, March. de *Caſtelrobrigo*) & Johannam (quæ nupſit N. Mauricio de Silva, March. de *Portalegre*.) V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Part. II. pag.* 43.

Melleproximi, in l. 5. *l.* 7. & *l.* 14. *C. de proxim. ſacror. ſcrin.* Briſſonio dicuntur, qui ſubſequenti anno futuri erant proximi conſulatus : Carolo du Freſne, qui à Pronomo Conſulum primo proximique erant, proximè futuri *Proximi* biennio adveniente ; qui Proximos proximè contingebant ; quibus etiam eadem, quæ Proximis, dignitas attributa. *Inſer.* Rom. *D. M. M. Aurelio Aug. lib. Iſidoro melleproximo à rationibus Hermes alumnus & Glyco nutritor & Maximus bene merenti fecerunt.* In alia *Inſcr. Spe Beneficiarius*, idem valet ac *Mello-Beneficiarius*. Hinc *Mello-proximatus*, in *Conſtitutione Imperatorum de Adjutoribus Quæſtoris*, dignitate Mello-proximi, apud C. du Freſne *Gloſſar.*

Melluſium, mel. *Mellolium*, & Bruſcum, aceris tubera, in Vett. elegantiore uſu. Phnius *lib.* 16. *cap.* 16. *Bruſcum interius criſpum : molliſſimi ſimplicius ſparſum & ſi magnitudinem menſuram caperet, haud dubiè præferretur citro. Nunc intra pugillares ſtatorumque, ſolidos aut laminas raro uſu ſpectantur.* Nempe, quòd magnitudinem menſurum non caperet, ex eo fiebant lectiſtri vel laminæ, arboremve alii integi & vitiorum enim ligulamnas inducebant, ex pretioſiori. Idem *lib. ead. cap.* 43. *Hæc prima origo luxuriæ, arborem alii integi & vitiorum ligno precioſiores cortice fieri, ut una arbor ſapius vaniret. Excogitata ſunt & ligni bracteæ. &c.* V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 416.

Meloena Veſtis, apud Papiam, eadem cum *Melochina*, de qua V. infrà.

Melodia, V. infrà *Melos*. At *Melodi*, apud Græcos Byzantinos quinam dicti potiſſimùm fuerint, V. Car. du Freſne. *Not. ad Alexiadem.*

Melones, inter cibos Clodio Albino Imp. familiares, apud Jul. Capitolinum, *Nam & quingentas ficus paſſarias—ejusdem comeduſſe dicit & centum perſica Campana. & melones Hoſtienſes decem & uvarium Lavicanarum pondo viginti, & ſicedulas centum & oſtrea Narbonenſia.* Cui quinquaginta annotatæ Plinii Campaniæ primùm natum, poſtea latiùs propagatum & diligentiùs cultum. *Melopeones* initio dicti & Græcis quoque μηλοπέπονες ; poſtea contractâ voce *Melones*, ut hîc & apud Palladium : qui tamen nihil ad hodiernos, quos omnis vetuſtas ignoravit. Erſi fuiſſe & Vett. *melones* à cupediariis expertos, ex hoc Capitolini loco, & alio in *Galliani vita* poſſis colligere. Meminit & Vopiſcus in *Carino*. V. Columbonum *ad Cupidinem*, inprimis verò Salmaſium *ad Solinum pag* 918. & 959. & infrà *Sicyopepon*.

Meloquinus, monetæ Italicæ ſpecies, apud Cencium Camerarium *in Ceremoniali Rom.* V. infrà *Molochinus*.

Melos, de clangore tubæ, apud Hyginum *cap.* 174. *Tyrrhenus, Herculis filius tubam primus invenit hoc nationa, quod, cùm carne humanâ comites ejus vescerentur, ob crudelitatem meos, circa regionem diffugerunt. Tunc illi ubi quid ex eorum numero deeſſerant, conchâ per tuba buccinatoris, & pagum concinit : poſtatis, & mortuum ſepultura dare, nec conſumere. Unde tuba* Tyrrhenum melos *dicitur.* Ubi tamen de voce *melos* dubitarum olim Barthio, cui nomen *Melos* videbatur illatere, quem ab aliis tubæ inventorem tradi, *ad Statium, Thebaid. lib.* 6. *ver.* 404. auctor eſt Lucatius, V. cum *Animadverſionibus ad Poetam hunc d.l.* Alias Mel Lyricorum proprium. Scaliger *Poetic. lib.* 1. *cap.* 44. *Proxima Heroica Muſicis ſi Lyrica adhibeas ; ut illa à cantu Rhapſoſia &. Epos : ita hæ Ode, & μέλος & μελῳδία. Neq. enim ea ſine cantu accipi aut pronunciabant, unde & Lyricorum appellatio. Odas quoq, à canendo titulum ſuorum librorum ſeu Horatius. Grammatici Pindaricas inſcribſere cantiones. Melos, alii verò melodiam, Eſto, unde diminutivum Idyllion, quia Poemata eſſent rerum quasi ſpecies quædam. Melumbos citat in vita Diogenis Cynici Laertius, qui ſint & Carolla Megalopolita ſcripſit. Quinq; ibi legimus verſuſq; in quibus nomen quidam Tambicus. Quanquam autem μέλος & Lyricum tantum ſuit : Melodia tamen eſt omnium cantuum ſonis attributa. Sic Chamaleon—μελωδίαν που ſolum ait Lyrica, verùm etiam & Archilochi & Heſiodi & Mimnermi, Phocylida & Homeri.* Cùm autem Lyricorum genera multa ſint, *Melos* live Ode κατ' ἐξοχὴν dicitur, quibus curas amatorias decantarat. Quod primum excogitaſſe Alcmana tradunt ; alii id inventi Amerori tribuunt Teiorbenco. Certè in hoc genere plurimus fuit Sappho. Anacreon autem non ſolùm dedit hac *melè*, ſed etiam in iis mella. Alia genera in laudibus Herorum, locorum laudationibus, rerum geſtarum narrationibus, Hilaritates, convivia. Insdem numeris canebantur præmes ſolis Dijs, & hymni eodem argumento, ſed ſtylo demiſſiore. Item ea, quæ ἐνκλεᾶ μέλη vocata ſunt, de quibus decemus infrà in voce *Scolion*. V. plura hanc in rem apud Scaligerum præſtatum locum. Et cap. 3. ubi obſervat Callimachi hymnos & Pæanes eſſe diecies, ſecundo loco poſt *Iſide* & Cordas & Scolia, quæ in virorum fortium laudibus veriabantur ; tertio loco Epica ponit, &c.

Melota, Gr. Μηλωτὰ, ſubint. δορὰ, i. *Ovilla pellis*, ita enim pelleruque vox ſumitur, in Gentilium ſacris celebres fuere. His enim, ſomna captarui de rerum ſuarum eventu, incubabant, ut in templo Amphiarai dictitarum. Sic de Dianæ Cubantis ſano refert Strabo *lib.* 6. *Ἐστὶ δ' ἐνταῦθα μαντεῖον ἀρχαῖον καὶ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος, ὑγκοιμῶνται δ' οἱ τὰ ἐνύπνια θύσαντες ἱερεῖον. Sacrificant autem illi negro colore arietem ventriculatum, & pelli indormiunt.* Calabri idem ad Podalirii tumulum, factitaſſe leguntur, Virgilianque ritus hujusmeminit, cum canit *Æneid.* 8.

——— *Cæſarum ebrium ſub nocte ſicuris*
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoq; petivit.

Idque fiebat in ea templi parte, quam *delubrum* vocabant. In Eleuſinis ſacris quoque, ut & alii, qui polluti erant, luſtrabantur pellibus victimarum, quas Jovi obtulerant, quæque pro in *Δὸς καθὰρ* dicebantur, pedibus iuppoſitis. In aliis inſuper, vitæ negotiis non exiguus *Melotarum* uſus ; Namque & in luctu iis inſudebant, & in convivis, ut procorum Homericorum exemplum docet, & nuptiarum die, quo ſponſi divini lectulo ſe primùm locoli pellibus ſubſtratum, ſignificante ibi curæ fore hoc pacto indigitans. Nec Scytharum omittenda conſuetudo, apud quos cum quis injuriam paſſus eſſet & vindictam parare, bove macato, in ejus ſedebat exuviis, manibus poſt terga reductis, amices auxilium ſuppetiasque poſcens. Tum accedentes, qui bene homini volebant, dextro pede pelli impoſito, de carne aliquid guſtabant, bocque ſymbolo, quod ſacrificium illi ſacramenti loco erat, ſe adjutores fidei ac promiſſi futuros eſſe ſe reddebant. Ita refert Cœlio Rhodigino. V. Franc. Roſſeum *Archæol. Attica lib.* 7. *cap.* 3. *ubi de divinatione per ſomnium ſuper Melotæ, in templis, cum obſervatione dictæ*, prolixè agit. Et *Melota*, præſidia canum, ut Fello vocantur, id eſt, *Milles ſeu Melita*, aut *Mitha*, ut Varroni dicuntur, fieri etiam ſolita fuiſſe, notat ſol. Scaliger, in hæc Varronis de *R. R. lib.* 2. *cap.* 9. *Collare ejusmodi nempe ex corio ferino cum ſtimulis capitatis, Melotæ* ; unde etiam illi nomen, Propertius *Armillas* vocat abſtitvè *lib.* 4. *Eleg.* 8.

Atq; armillatos colla moleſſa canes.

V. Thom. Bartholinum *Schedis de Armillis veterum*, & paulo infrà.

Melotes, hoc eſt, *pellis caprina*, (Namque & ita vox nonnunquam ſumitur, quamvis *melota* à caprarum pellibus expreſe diſtinguat videatur, in hîc Paulo ad Hebræos *cap.* 11. *ver.* 37. *περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν*) una cum cucullo parvo (præter pallium & tumcam, omnium Monachorum communem amictum) Ægyptiis olim Monachis geſtabatur, quibus Europæi non utebantur Alcætæ. Caſſianus *de habitu Monachi cap.* 11. *Nam neq; caligis nos neq; colobiis, ſeu unâ tunicâ eſſe contentos, hyemis permittit aſperitas ; & parvuſſimum cucullæ velamen, vel Melotis ſpatium derijum patrix, quàm abſtinentiam illum videntibus comparabit.* Cùm itaque veteres Monachi, & præſertim Græci, Hiſut & Philoſophi olim, pallium (Græcis recentioribus proprie ἱμάτιον, id eſt, τεβέννος) ſupra omnem veſtem inſicerent, Monachi Ægypti caprinam inſuper pellem ſupra pallium ſumebant. Idem Caſſianus : *Ultimus eſt habitus eorum, pellis caprina, quæ* Melotes *vel pera appellatur.* Hieronymus in *vita Hilarion. pelliceum operimentum* vocat. Quod autem Zonatus, ſanguinem Can. XII Synodi Gangrenſis, ſtatim : Οἱ δὲ τὰς τρίχινας φορεῖν ἐπιτηδεύοντες, καὶ μηλωτὰς ἐπιφερόμενοι : id Baſamo, in ejusdem Canon. ἐκφεύγειν ἐπιτηδεύοντες vocat. Unde Καλυβίτης, pro Monacho, apud Nicetam Choniatem : pro quo in Codice Barbaro Græco, μηλοφόρος habetur, &c. V. Claud. Salmaſium *Notis in Tertullian. de Pallio.*

Melania ſeu Melodunenſis, vulgò *de Melun*, ſtirpis celebris nomen, quæ in duos ramos abit, cùm Johannes Vicecomes Melodunenſis I. de *Melun*, ex Johanna de *Tancarville* & Isabella de *Roteing*. Johannem & Hugonem genuiſſet. Ab illo enim Comites Tancarvillæi & reliqui Vicecomites Melodunenſes : ab hoc deſcendunt Domini *de Anthoing*, quibus Vicecomitatus Gandavenſis

venſis acceſſit, & Principes Spinoji, de *Eſpinoy*. Gandavenſium ſeries hæc eſt: Hugo Vice Comes Gandavenſis Dn. *de Aſthonig* & *Eſpinoy*, ex Margareta (fil. Johannis *de Piquigny* Dn. *d'Ailly*) de quit Hugonem *de Melun* Dn. *d'Antoing*, martium Beatrice *de Beauffart* (fil. Roberti Conneſtabilis Franciæ) & ex ea patrem Johannis I. Dn. *d'Antoing* & *d'Eſpinoy*, Mariam *de Sarbruck* (fil. Roberti *de Sarbruck* Dn. *de Commercy*) ſibi junxit, ex illa pater Hugonis *de Melun*, Vice-Comitis Gandavenſis: cui Johanna *de Horn* genuit Johannem Vice Comitem; ex Eliſabetha Waldecia genitorem Matthiæi Melodunenſis ſeu *de Melun*, Vice-Com. de Gandavo, Baronis *de Cauſmont*, qui nulla ex Anna *Raulin d'Emeries* prole ſuſcepta, illi Johannem, qui nulla ex Anna *de Jac.* Speneram *Theatr. Nobil Europ. Part II. pag. 94.* Spinoji Principes quod attinet, Johannes Melodunenſis Dn. *d'Antoing*, ex Iſabella Lucenburgica (fil. Jacobi *de Lucenburg* Dn. *de Richeburg*, pater fuit Francisci *de Melun*, Princip. *d'Eſpinoy*; qui ubi Ludam Foxam (fil. Johannis ſeu Gaſtonis *de Foix* Com. *Candala*) junxit atque ex ea ſuſcepit Principem Principum Spinoji, maritum Jolandæ Barbanſinæ *de Wernehem* Principem Spinoji, maritum Jolandæ Principiſſæ *d'Eſpinoy*: quo, & Hippolyta Montmorencia, genita Anna *de Melun*, nupſit Philippo Principi Aremb. ge, Ducl Arſchotano & Croiaco, ex eo mater Alberti Ducis Arembergæ Principis Cimaci, qui obiit An. Ch. 1648. Idem *Ibid. pag.* 78. &c.

Membra ſingula, aliquem apud Gentiles Deorum habuere, qui peculiarem cujuſque curam gereret. Sic *Caput* Jovi defectum, Neptuno *peſtus*, *Gaſtrum* Marti. *Frontem* Genio ſacram rebant, Neptuno *auſtus*, *Gaſtrum* Marti. *Frontem* Genio ſacram rebant, Neptuno *pe

Surgentem me ad lanas penso vocatet,
Framam, loquetur domus modo atricem.
Equifire a. hoc capitulum canet non loquacem.
Non garrulam, sed pulchra referentem tranquillitate:

In alio ejusdem, de quadam fœmina, Myro nomine: *aretum, canem, lorum, amorem, & noctuam*, sepulchrali cippo insculpta legimus: In columella Archimedis, *Sphæra & cylindrus* conspiciebatur: quo *memoria* indicio cognovit Cicero, sepultum ibi Archimedem. Apud Jetas, tumulum Homeri demonstravit olim *candida tapyx*, quod Manibus ejus capra ii parentarent, &c. Attamen & *memoria & μνήμη*, etiam de vivis, nonnunquam. Item *Memoria*, pro commentario rerum gestarum, vel vitæ ephemeride. Suetonius, *Augustus in memoria vita sua*. Et inter officia Domus Augustæ, *Memoria Magister: & Memoriales*, qui ad Memoriæ officium apparebant, *ὁ Μνημονικὸς*, de quibus hic infrà. Plura verò in hanc rem V. apud Claudium Salmasium *ad Solinum pag.* 1221.

ad *Memoriam* dictare, apud Flav. Vopiscum *in Caro, Junium Calpurnium, qui ad memoriam dictabat* &c. dicebatur, qui *Memoria dictator* erat; quemadmodum & *procurare ad alimenta*, qui alimentorum erat Procurator. Ita & *parére* atque *obsecundare ad Memoriam*, dicebantur, quos etiam vulgò *Obsecundatores memoria* vocabant. Unde *Obsecundatores scrinuorum*, in *Cod. Theodos. de Proximis Scrinuorum*. *Parere* autem *ad memoriam*, dixit Spartianus, de *Memoria Magistro*, inque, qui ad memoriam dictabant. Sic *Dictator memoriæ*, & *Dictator ad memoriam*, idem omnino erat & isplané, quem Græci vocarunt *Ἀπογραφέα ἀπομνήσεως*. Quatuor enim erant *Ἀπογραφεῖς* sive Dictatores, primus libellorum; secundus *memoriæ*; tertius epistolarum; quartus dispositionum, & totidem scrinia: Qui omnes habebant sub se Librarios & Scribas, & eos, qui scrinium gerebant &c. V. Salmasium *ad Vopiscum loco cit.* Iidem, qui nempe in scriniis Memoriæ inhibitabant, *Memoriales*, dicuntur, in *Lo. Cod. Theodos. de Privil. eorum qui in sacro Palat.* &c. *Μνημονεῦσαντες*, in Concilio Chalcedon. *Act.* 4. quos eosdem cum iis, qui *οἱ ἐπὶ τῆ Ἀναμνήσει* posterioribus seculis dicti sunt, facit Meursius. Vid. quoque supra in *Memoria*.

Memphis, cognomen Agrippi hiftrionis, Veto Imperatori charissimi. Jul. Capitolinus *in Vero*, *Habuit & Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem & ipsum Syria, veluti trophæum Parthicum, adduxerat, quod Celsissimum nominavit.* Casaubonus videtur is esse, quem una cum aliis libertis auleis cæsum, temporibus Commodi narrat Lampridius: cujusque meminit antiqua *Inscriptio* Romani Lapidis hæc:

L. AURELIO.
APOLAVSTO. MEMPHIO
AUGG. LIB. HIERONICÆ
CORONATO. ET. TON. DIAPAN
DON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI
SYNHODI. ET. AUGG.
L. AURELIUS.
PANNICULUS, QVI. ET
SABAÑAS. PATRONO
OPTIMO.

Sed hic, quem ex Syria adduxit Verus, non *Memphius*, verùm *Memphi*, cognominabatur. Præterea, nomen erat illi *Agrippus*, cujus in eo lapide nulla mentio. Potuit itaque *Memphi* ille Hierem esse videtur, cum eo, cujus Athenæus meminit, & quem sua ætate vixisse, scribit *lib.* 1. *Τὸν δὲ φιλόσοφον ἐγχρονίσαι Μέμφιν φησὶν Ἀπολλώνιος ὁ Μολωνος ἐν τῷ πρὸς Ἀδριανὸν αὐτοῦ λόγῳ, ὃς καὶ ἐπιστολὴν ἔγραψε τῷ βασιλεῖ τοιάδε. Philosophum fabatorem, qui nostræ ætate floruit, Memphim vocarunt, agilitate corporis ejus antiquitatem & splendorem conciliantes, ab urbe antiquissima & maxime regali.* V. Salmasium *ad Capitolinum.*

Memphis, nomen fabationis, cujus Socratem studiosum fuisse, dicunt; an fuerit à cognomine urbe dicta, non scribunt. Scaliger *Poetices l.* 1. *c.* 18. *ubi de Satyrica.*

Memphitis, Crocodili Ægyptiis inter alia dicti, quasi *Ægyptii*; quia Ægypto metropolis erat Memphis. Unde apud Epiphanium de *Vita* Prophetarum, in Jeremia; *Τὸν δὲ μετὰ τοῦτον βῶμον, ὃν ἐποίησαν οἱ Ἀγυπτίοι Μεμφῖτ. Ἔλεγον γὰρ τὸν κροκόδειλον, Aquarium fontem, quia vocant Ægypti Nephoth; Græci vero crocodilum.* Abillegunt *Memphioth.* ex Pleudo. Dorotheo *in Synopsi.* Cum à bellis æquaticis turbaretur, quia Ægyptii *memphitæ*. Græci vero crocodilos vocant. Arabibus enim *Memph*, vel *Meneph*, Memphis dicitur. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poster. lib. V. cap.* 8.

Mena, Dea: Ejus meminit Augustinus *de Civ. Dei lib.* 4. *cap.* 2. *Ipsa est Diespiter, qui partum perducat ad diem. Ipse sit Dea Mena, quam præterea mensirum fœminarum.* Credita autem hæc Dea Luna est, quia Luna *Μὴν* Græcis. Vide Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* & præter Tertullianum, Augustinum *Opere præfato lib.* 7.

Menæum, Græcè *Μηναῖον*, liber, continens preces & hymnos in Choro recitandos, in XII. Tomos divisus, pro mensium totius anni numero, in usum Ecclesiæ Græcanicæ. Dominicus Macer *in Hierolexico*,

Menander, adde: Primus olim cum Homero pueris prælectus est. Ausonius *Idyllio* 4.

Perlege quidquid, ait memorabile, prima menebo
Cantica Iliados, & amabilis ora Menandri
Evolvenda tibi. tu flexu & acumine vocis,
Innumeros numeros distin ace ritibus esto,
Affectus & impone legens: distinctio sensus
Angat & ignavis dante inter talia vigorem.

Ubi nota, diversi Vett. in Poëtis lectione usos fuisse, à lectione solutæ orationis, uti supra diximus in voc. *Illus*, *Carmina & Lectio*. Plura v. de celeberrimo hoc & summo inter Comicos Græcos & pæne omnes coeteros Scriptores Aticos, V. apud Cæsp. Barthum *Adversariorum l.* 7. *c.* 7. & *l.* 23 *c.* 23. & *Not. ad Manilium*. At ejus fluxum & delicas his verbibus describit Ovidius.

Quinetiam risides & sequentes etiam
Ne defuisse nocent, repetunt nisumi.
In quos Menander nobilis Comœdus,
Quas ipsum ignorans legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium fluxi,
Linguenq; delibutus, visu tus affluens,
Pentubat gressibus delicatis & languido.
Hunc ille Tyrannus vidit extremo agmine,
Rejectum laudatum; ait, quo tendis proximi,
Audes ventre? Respondentem proximi,
Hic sit Menander scriptor.

Ad quæ verba alludens Tertullianus *de Pallio cap.* 3. *Fuerit*, inquit, *si quis Menandrico fluxu delicatam vestem hum protrahat, audiat pone si, quod & Comicus.* *Qualem demens ipse chlamydem differsti?* Ubi quidem non nisi *Menandrici* legitur, voluntque ut Menandres in vestibus, fuisse Menandri Comœdi ingenium, quæ externas oras flexuoso circuitu ambiret, notarit. Sed Salmasius *Menandrico* reponit, docetque, *Menandrice fluxu vestem delicatam humi protrahere*, nihil aliud esse, quàm *Menandri* Comici more, vestitu delicato & fluente humum verrere ejusque delitias, in veste tali trahenda, imitari. Quòd vero Afer addit, *Audiat pone si quod & Comicus*: legit idem, *pone, si & Comicus*, cum sequentia verba vestium, ex ipsa Menandri Comœdia deprompta, contineant. Licet enim Comicus hic molles & fluentes gereret vestes, idem tamen in aliqua comœdia cinædum ac delicatum quendam, qui similis veste humum verrebat, hoc retigerat verbi:

Οἷον αὐτὸν δεῖ χλαμύδα διαφέρειν;
Qualem demens ipse chlamydem differsti?

Unde videtur satyrice Tertullianus dicere voluisse: Si quis igitur delicatam & ad talos usque fluentem vestem humi trahat, audiat pone si Menandrum, & Comicum, &c. Menandri, vestitum, quo demens appellatur, qui talem vestem gerat: & sic dictum ut ipse accipiat, quod in alium dixit, ac fuomet ipsius gladio jugulatur. Nam & ipse chlamydem sic disperdebat humi protrahendo: dementem itaque semetipsum illo versu Menander appellavit. V. Salmasium *Not. ad Tertullianum loc. cit.*

Mendaces & gloriosi, in Cloacinæ sacro quærendi, Plaut. *in Curcul.*

Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in comitium,
Qui mendacem gloriosum, apud Cloacinæ sacrum.

Ubi Turnebus aliique putant *Cluacinam*, cùm dicta sit à cluendo, quod celebrari & incliytum esse significat, idcirco gloriosorum & alazonum patronam habitam esse, & eorum omnium, qui in suis laudibus jactandis multi sunt. Sed absurdum Salmatio videtur, cùm cloacarum præfectum legimus, *Cloacinam* dicere eum gloriæ animalium patronam, *Cluacinam* quæ scribens. Nam *cloaca* sunt *cluaca*, ab antiquo verbo *cluere*, quod purgare significat: & utroque modo hæc vox scribebatur. Alia igitur quærenda ratio, cur *Mendaces* ac gloriosos in Cloacæ sacro, quæri velit Plautus. Nempe nihil odiosius aut puridius hominis gloriosi ac semet ipsum laudantis oratione, nullum æque *ἀκαιρως* auribus ingratum accidit. Hinc *putidi & flercoci* ejusmodi homines vocabantur, ubi enim fœtebat *σκύπφισμα*. Plautus *Militem Gloriosum*.

Qui hinc ad Forum abiit, gloriosus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii, adulteri.

Hinc Græcis *κομψὸς, μάλακος, κρεῖττον* pro *jactantia*, & *κομψολόγος, κομψὸς, κρεῖττες ῥητὸς, κρεῖττονες*, jactantes & *ἀλαζόνες*. Unde *κομψὸς τὸν τρόπον* apud Lucianum, *superbum alicui dementes*, & *κομψὸς, qui immoderate jactat*, apud Nicetam. Rhetoresque hinc, Sycophantæ, rabulæ, lenones & hujusmodi alii nominum nacti, qui multa ac magna promittunt & minantur, minasque de se prædicant, *Κατεσθίειν & Κατεσθίειν* vulgò dicti. Suidas, *Ἀγοραῖοι οἱ ἐπὶ τῶν δικῶν καὶ ψευδεῖς καὶ κομψευόμενοι*. Exeodem fonte Suetonio *Caprip.* *Κατεσθίειν*, fcurræ sunt, qui deridiculi gratiâ una mutatæ in jactabundas politebantur. Unde & verbum *incoprire*, pro circulatorem agere & fumos vendere. Glossæ Isidori, *Scurra qui incoprias*. Ita Cyprianum olim Gentiles quidam *Coprianum* unâ literâ mutatâ appellarunt,

pellarunt, quòd anseles, ut ipsi volebant, fabulas, & multa mendacia suis locupletiorem reddiret, V. Lactantium *de Instit. lib. 5.* Ab eadem re *Aretalogi* ut iisdem fictæ dicebantur. Juvenal. *Ὁ γοητικὸς, τὸ vert. Glossis : Nugivendus*, apud Juvenalem Scholiastem *Paradoxi* & *Paradoxologi* eadem. *Oratoria*, Suetonio *de Rhetor.* &c. Sic itaque *κακοζηλία* ἢ *κακοηθία* omnes & *Gloriosos*, *Κενοδόξους* & *Καυχησιολόγους* vocabant, atque hinc *Gloucius*, quæ latinarum & Græcarum pestium, hujusmodi flexorum eorum ac putidorum hominum patronæ confebantur : Inde eleganter Tertullianus *de Pallio*, Rupedocles, hominis *γόητος* ac putidæ gloriolæ, & qui se Deum haberi volebat, forores Gloucinas esse finxit. Nam qui Deus erat, Deas utique habuit sorores. Sed talis Deus, haud alias a habere debuit sorores Deas, quàm flexorum & lasciva tum Magistras, quibus flexorem esse ipse putidum ut Deum se jactare non dubitavit. E quibus apparet, quàm magis sese extollebant hujusmodi ὀζύχολοι animalia, tam magis deprimi apud Vett. & rerum iordidissimarum & abiectissimarum vocabulis appellari consueville. V. Salmasium *ad Tertullian. loc. cit.*

Mendax, Labyrinthum condidit, Diodoro teste, quem Regem alii *Maron* vocabant. Salmasius *ad Solinum p.* 475.

Mendoças, primus Lithuanorum Dux. Cum enim Lithuaniæ nomen, ante A. C. 1300. fere incognitum & inter gentes contemptissimum esset, Ruthenum ac Polonorum servitio obnoxia esset, adeo ut propter inopiam nonnisi vilissimas res tributi loco ponderet, primus *Mendogus*, Vir nihilo clarus, principatum gentis opprelæ fumit A. C. 1252. & felici armorum successu eam à vicinorum contumeliis vindicavit. Ei succesterunt compares, brevi omnes Imperio, donec A. Ch. 1279. Vitenen unies, detruncato Domino filio, Lithuanium potestatem. Hunc successit Gedimunus A. C. 1300. qui fines Lithuaniæ longissime per Russos protulit & à finibus Prussiæ, usque ad Pontum Euxinum protendit, unde *Magni Duces* appellari cœpit. Eum excepit Olgerdus A. C. 1325. cujus hin fuerunt Jagello & Skirgello : quorum prior, regno Poloniæ per matrimonium positus, primus omnium Lithuan ani, exterminato idolorum cultu, fide Christiana imbuere cœpit, idque pro tibunali regnorum conjunctorum propleve successit. Sed in conjungenda cum Polonia Regno Lithuania major difficultas. Opponebant se enim illi Skirgello frater & Vidolius patruelis, qui denique fruitra reluctanti Lithuaniam extorserunt, quæ fuos reminut Magnos Duces, aliqe ad A. C. 1501. quo demum tempore Alexander Lithuaniæ Dux, creatus Rex Poloniæ, unionem tam à defideratam ad finem perduxit, à quo tempore idem & Polonia Rex & Lithuaniæ Princeps censetur. Georg. Hartknoch *de II. Imper. p.* 422. De familia Jagellonis vero, V. supra in voce *Lithuania*.

Mendoza, nomen illustris in Hispania familiæ, quæ, ex Alavensi provincia oriunda, in plures sese diffudit ramos. Præcipui duo hi, Dominorum *de Hita & Butrago* (cujus Princeps Petrus *Gonsalez*, in prælio *ad Aljubarrotam*, morte sua Regem servavit A. C. 1385.) atque Dominorum *de Mandoñedo* & *Infantado* (nempe *de Hita*) fecundi. Ex familia Lopezium *de Mendoza* Dn. *de Coslainoso*, genuit Didacum Hurtadum Com. *de Prego* creatum A. C. 1465. quæ hæreditas ab uxore Teresa *Carrillo* obtigerat. In horum illis, Petro Carrillo de *Mendoza*, reliquorum Com. *de Prego* cognom. *Carrillo*, nec non Dominorum *del Termino de Perales*, & Inico Lopezio *de Mendoza*, Dominorū *de Argal* & *Mochales* prolapia incipit. Major au em Inici Lopezii Dn. *de Coslainoso* frater Didacus Furtadus Com. *de Castro* natu, amplorem progeniem habuit. Cum enim ejus filius Inicus Lopezius *de Mendoza*, qui primus *Comes del Real de Manzanares* & March. *de Santillana*, creatus eft, A. C. 1445. feptem genuiffet mares, ex illis primus. Didacus Hurtadus, novum decus genuit natus, *Ducis del Infantadgo* dignitatem nactus. Hic in directa linea primogenitorum, Ducatus titulum, per ultimum Ducis (cujus majore fupra habes, in voce *Infantado*) maritio Didaco (Gomezio, ac tandem ovallæ ftirpi allato, propagavit. Præter quem ftipitem directum, præfati primi Ducis filii, Johannes Hurtadus, Dominorum *de Belmina* & *Valhermoso*, fed Garfias Lalo Dominorum *de Fl unqueira* in *Guadalazara*, cum cognom. *de Lajo*; ulterius in Ducali fenie nepos Alvarus *de Mendoza* & *Luna*, Dominorum *de la Torre* & *Eftevan Ambran*, quibus ab prius Alvari nuru Isabella cognom. *de Alarcon* & Marchionatus *de la Baña Siciliana* obtigit, demum cum Josephus Rodericus novo axiomate Marchionum *de Montes claros*, furculos ex fe dederunt Secundus inici Lopezii M. Santillanenfis filius, Patri cognominis, *Comitum de Tendilla* conditor fuit : cui ex filiis, Inico Lopezio, reliqui Comites Tendillæ & Marchiones *de Mondejar*, præter pures alios, & Petro, Domini *de Robres & Sangurren* orig nem debent. Præterea, alius eiusdem Didacus Hurtadus Cardinalis poltea fuit. Tertius Marchionis fupradicti filius Laurentius, à nia re cognomē *Suarez* Mendocio adjecit ac Com. *de Corrunna* fuit, quod cognomine potentias fervat. Quartus filius, Petrus *Lajo de Mendoza*, obtinuit à conjuge Agnete *Carrillo* dominium *de Mondejar*, fed, ut & feptimus eodem no mine dictus, non nifi filius genuit. Quintus Petrus *Gonsalez de Mendoza* Cardin. & Archiep. Toletanus Ecclesiæ præfuit. Sed ex iisdem ipius Roderici Marchio *del Cenete* creatus eft, dignitatemque per filiam ad primarium truncum Ducum *del Infantado* transmisit: alter Didacus Hurtadus Com. *de Melito* factus, poiteros habuit, *Principes de Melito* ac *Duces Francavilla* (qui titili cum Mendozio cognomine deinceps in familia *de Silva* Ducibus Paftranæ accessere virunt) & cum agnominibus *de la Cerda* additis Comites *de Galvez*. Demum penultimus Inici Lopezii filius Johannes Hurtadus Mendoza Inicum Lopezii Dn. *de Colmenar* & Johann. Hurtadum Dn. *de Frexo de la Torre* auctorem genuit. Quod aterum præcipuum truncum concernit Dominorum *de Mendibil* & *Ribera* ; Fratres fuere Johannes Hurtadus Dn. *de Mendibil* & *Cerçana*. Ab hoc reliqui Domini *de Cerçana* & cum cognom. *de Salzedo*, Dominorum *de Salzedo* & *Legarda* palmes, progerm mariunt. Abillo genitus eft Johannes Hurtadus, ex Maria Caftellana, Johannis Hurtadi Dn. *de Mendibil* & Didaci Hurtadi Dn. *de Cannete* germen : cujus poftem iunt Marchiones *de Cannete*, de quibus *supra*. Illius (qui etiam Comitum *de Orgaz*, cum Germanino epitheto, fator eft, ſi tus *Ruiz Diaz*, Dom. *de Moron*, dedit Alvarum Com. *de Castregeriz*, illius prolapiæ, cui enam cognomen *de Manrique* placuit allumere, autorem & Ruisum Diazium Dn. *de Moron*, patrem Roderici, qui reliquos Dominos *de Moron*, dentum Comitum *de Lodoja* truncum fecit, fevit atque Johannis Hurtadi quinta prolapia Maria cognomen *de Sarmiento* & Comit. *de Ribadavia* attulit. Huic porro ftirpi *de Mendibil* ramus Comitum *de Monteguudo* & Marchionum *de Almazan* (quam fucceffionem Anton a cear ro Cafpar *de Mejorjo Osorio* acquifivit) accefendus erit, atque ſic, qui e poftgenti s eorum omnium, ftolo Dominorum *de Lodarejos* & *de la Vallana*. Hic ialtem exhibere placuit ftirpem ter emi, quos cognom. *de Manrique* allumfle dicimus ; reliquos, qui tuo quemque loco invenies. Alvarus *de Mendoza* Com. *de Castro Geriz*, ex Johanna ſil. Gaftonis *de la Cerda* Com. *de Medina Celi* patre fuit Roderici Com. *de Castro*, matris Annæ Henriquæ & ex ea patris Alvari *de Mendoza Manrique* Com. *de Castro* : qui junctā ibi Magdalena *de Sandoval & Rojas*, genuit Antonium, patrem ex Isabella Velasca Gomezii : cui ex Maria Henrica *de Ribera* fil. Petri *de Ribera Barroja* March. *de Malpica* Martel. Caftillæ) natæ iunt, Isabella, quæ Didaci primum Sarmienti *de Monroy* Com. *de Ribadavia*, exin Conſa vi Fazardi : & Catharina, nupta Johanni Hurtado *de Mendoza* Com. *de Orgaz*, ambæ nominis *de Mendoza Manrique* &c. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nob. Europ. fast. II p.* 48. & in *Ind.*

Mendoza Franciſcus, Lufitanus, Olyſſiponenſis, Jeſuita celebris. Eius inter alia extant : *In lib. Sanctorum 3. Vol. In librum Regum Explicatio. fol.* &c. De eo Aleg. *Nemines, dum viuit, cubantum eum vidiſſe*, memorat. Obiit A. C. 1626. V. Guilelm. Crow *cum Elenchi Scriptorum S. Scripturæ.*

Mendoza Mencia, Marchionis Zenetæ filia ; Valentinā, eruditione celebris : Memoratur Ludovico Vivi, civi ejus, *de Inſt. fœm. c.* 3.

Menerertius, prænom. Julius, ad quem extat Papinii statu Sylva, *Lib. 4. ſilv.* 8. cujus initium,

Pande fores Superûm, virtutaq; templa Sabaïe
Quisbius, & pecudum libru ſpiranibus impie,
Parthenope : clari genus ecce Menerertis augot
Tertia jam ſoboles ——

Muſicus homo fuit, ut plerique omnes, quibuscum res fuit ad pangenda carmina Papinio. Ita enim *in ſeq.*

—— *patrius lauros promiſit Apollo.*

Ad quæ verba V. *Animadverſiones* Caſp. Barthii.

Meniana, à Menio Cenſore dicta. Afconius, *Manilius, quum domum ſuam vendaret Catone, & Flacco Coſſ. ut ibi Baſilica ædificaretur, exceperat ius ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum protineret, ex prædictionibus auſpicibus, unde & ipſe & eius poſteri munus gladiatorium ſpectare poſſent ; ex illa Menia columna vocata eſt, libera Meniana*, nomen invidiæ additum. Cicero *in Catilinam*, *Pauci ex proximis meinianis ſpectabant*, apud Car. Merum *in Hieropolexico*. Sunt autem *Meniana* ſolaria quæ in tegulis planis ſtruebantur. Hieronymus *ad Sunnias & Fretellam*, Δώμῳ in Orientalibus provinciis ipſum dicitur, *quod apud Latinos tectum : in Italiana enim & Ægypto non habent in tectis cuimina, ſed omnia, quæ Roma vel Solaria vel* Meniana *vocant, id eſt, plana tecta, quæ tranſeuntes ſæpe tribibus ſuſtinentur*. Graeus δώματα & ὑπαιθρα & ἠλιακὰμένα, item ἐφοπλὴ : Sed & Latinis *protecta* & *projecta tecta*, ἀναπτύσσω, in Vett. *Gloſſis*, ἀναβαθμὸς ὑπαιθρος ἐν ὑπαίθρῳ. A *Menio* tamen & ἀναπτύσσω ἀυτὸ, videntur de illo tectorum genere accipienda, quæ faſtigata erant & culmen habebant ; nam ἀναπτύσσω Galeno, *Templorum faſtigia* fant. Faſtigata a. tecta & in altum educta etiam ius habuere projecturas, ad arcenda ſtillicidia &c. Salmaſius *ad Spartianum in Pescennio Nigro*, ubi & de vocis etymo aliter. V. infra *Menianum*.

Menippus Pergamenus, Geographus inſignis, de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 870.

Menus, apud Straboném, qui tribus locis ejus templorum memimit, Catalibono idem cum Luna Numen eſt : sed quia nunquam *Μηνὸς ἱερὸν* fine adjecto ponit, verum semper aut *Μηνὸς Καρεινοῦ*, *Μηνὸς Κιδρεινοῦ*, aut *Μηνὸς ἀρχαίου*, non poteſt hinc hi cognominibus Lunam intelleixiſſe. Et *Menem* revera aliam eſſe à Luna,

idem ostendit Strabo, cum scribit: Ἐστι δὲ καὶ τὸ Σελήνης ἱερὸν. Ibi enim mentionem facit *Menis Pharnaca* vocati & ejus templi, quod ἱερὸν non solum Μηνὸς, sed etiam Σελήνης, i. *Lunæ*, esse ait. Nempe totus ille orbis & ὁμώνυμα, quem Luna *modulationibus mensibus*, ut loquitur Tertullianus, *variat*, Μὼν, ut notum est, vocatur Græcis, Latinis verò *Mensis*: & videtur apud ſtultam Gentilitatem Deinomen emeruiſſe. Unde Diogenes, gallinaceum τὸ Μηνὸς ἱερὸν fuiſſe ſcribit, ex ſcito Pythagoræ, quod Plutius vertit, *Menſi ſacrum*: Cujus etiam meminit, ſamblichus in *Vita Pythagoræ lib. 1. cap. 18.* &c. V. Salmaſium ad *Spartianum in Caracallo*.

Menæeum, adde: apud Papin. Statium *Thebaid. l. 7. v. 641.*

——— *ſternunt, alterna furentes*
Hippomedon Sybarin Pylum, Periphanta Menæeum:

Juvenis admodum, Creontis filius; de cujus pietate jam memorata ſic Apollodorus *lib. 3.* Ἐ γάμοις καὶ πολυχρόνιος ὁ Τειρεσίας ἦν· ὃν ὑπὸ Θηβαίων μαντεύσασθαι φασι, πυνθανόμενος ὁ Κρέων· ὁ δὲ ἀφανίσειν αὐτὸν ἔφη τὸν πάντων Θηβαίων ὁ Κρέοντος γενόμενον· ὃ δὲ πυλὰς ἐφράξε. Et Juvenalis *Sat. 14.*

——— *Amor in te eſt,*
Quantus erat Patriæ Decio rum in pectore, quantum
Dilexit Thebas, ſi Græcia vera, Menœceus.

V. quoque Juſtinum Martyrem *Quæſt.* 146. Philoſtratum *Iconum l. 1.* Gregorium Theol. ejusque Scholiaſtas *Orat. 3.* Hyginum *cap. 68.* Lactantium *lib. 3. cap. 12.* & Theodoretum *Therapeutic. lib. 7.* qui, eum adjicit, evolventi Hiſtoricos crebrò occurſuram mentionem hujus nominis, ſocordiam mihi oſtendit Valerii Max. qui tam nobile hoc *pro Patria lethum* Collectaneis ſuis præteriit, in tot utique Scriptoribus viſum. Atque hinc *Sacer & Dies* perlibitus eſt. Idem Statius *lib. cit. verſu 678.*

——— *tum vulgus euntem*
Auctorem pacis, Servatoremq. Deumq.
Conclamat gaudens:

& pro tali adoratus. Fuius verò ejus roſis ſparſum ſertisque, Infra 784.

——— *veris honore ſoluto*
Accumulant artus, patriamq. in ſede reponunt
Corpus adoratum &c.

V. de eo phura apud Caſp. Barthium *lib. Infelicium Heroum & Animadverſionibus ad Statium d. l.* At Fed. Morellius *Notis ad Liban. lib. 23.* Nomi *Menœceus* iſti confundit. Planè ibi enim is alius eſt. Nec omittendum, Heroa hunc avo ſuo, Creontis patri, cognominem fuiſſe; namque & hunc *Menœceum* dictum fuiſſe, ex Pauſania diſcimus.

Mœrates, altor Argiæ & cuſtos ſeu monitor, apud Statium *Thebaid. lib 12. verſ. 204.*

——— *inuuuq. Mœrates*
(Olim hic vinctos cuſtos monitorq. pudoris)
Eligit, & quanquam rudis atq. ignara locorum,
Præcipites greſſus ——— effert.

Cujusmodi *Monitores*, vert. Græcis Ἀυδὲς, dein Ἀγκλήτους; Latinis quoque *Comites* ac *Cuſtodes* dictos, puellis additos, docent vel Scholiaſtæ ἐκτὸς ac Ovidius, Tibullus, Propertius, laudati eidem Barthio ubi ſupra *add. l.* Vid. quoque ſupra in voce *Cantor*. alibique paſſim.

Menogenes Hiſtrio, M. Meſſalæ Cenſorio facile ſimillimus, Solinus.

Menologium, Græcè Μηνολόγιον, i. *Kalendarium*, dictus eſt in Eccleſia Græca liber, in quo notatæ feſtivitates cujusque *Menſis*, ut & Sanctorum acta, quæ ad martirium legunter. Auxit id Baſilius Macedo Imp. & picturis undique, martyria variorum 55. exprimentibus, ornavit. V. Martoni *Fratres in Hierodiacon.*

Menophilus, Vir Conſularis, memoratus Jul. Capitolino *in Maximino*, *Poſt hoc Aquileiam venit, qua contra eum armatus circa muros diſpoſitu portæ clauſit: nec propugnatio defuit*, Menophilo & *Criſpino Conſularibus Viris auctoribus.* Et *in Maximo ac Balbino*, *Si quidem Maximinus, ab oppidanis Aquileienſibus & paucis, qui illic erant militibus, ac Criſpino & Menophilo Conſularibus, quæ Senatu miſſi fuerant, vitiatus.* Quo utroque in loco, *Menophilus* legi jubet Salmaſius, ex Palatina & vet. editione. Memini quoque M. Aur. *Menophili*, verus *Inſcr.* Polæ ſuperſtes.

IMP. CÆSARI L. SEPTIMIO
SEVERO PIO PERTINACI AUG.
PONT. MAX. TRIB. POT. VI.
IMP. XI. COS. II. P. P. M. AUREL.
MENOPHILUS ORNATUS IVY
DICIO EJUS EQVO PUBLICO
SACERDOS TUSCULANUS
ÆDIL. POLÆ CUM MENO
PHILO PATRE LIB. AUGG. N.
N. EX PROCURAT. INDUL
GENTISSIMO
L. D. D. D.

Item *Menophili* Strategi, ſeu Præfecti urbis Thyatiræ, *Inſcr.* Græca ſepulchralis arcæ, quam Fabius Zoſimus, ibidem in loco Urbi vicino, *Sambatho* dicto, ſibi conjugique Aure iæ Pontianæ, extruxit, Proconſule Aſiæ Minoris Catilio Severo, qui Conſul ſub Hadriano fuit A. C. 120. ut videre eſt apud Jac. Sponium *Itinerar. Græcia Part. 3. pag. 68.* & 123.

Menotyrannus, Græcè Μηνότυραννος, cognominatus Attis, Cybeles ilelicum (quem eundem cum Sole eſſe credebant) hoc eſt, Rex *Menſium* 3. anni Moderator. *Inſcriptioni* haud pridem in Urbe effoſſæ:

M. D. M. I.
ET ATTIDI SANCTO
MENOTYRANNO
Q. CLODIVS FLAVIANVS
V. CI. PONT. MAIOR
XV. VIR. S. F. SEPTEM
VIR. EPULONIUM.
TAUROBOLIO. CRIOBO
LIQ. PERCEPTO.
MATRI DEUM MAGNÆ
IDÆÆ. SVMMÆ. PA
RENTI. HERMÆ. ET ATTIDI
MENOTYRANNO. INVICTO
CLODIVS. HERMOGENIANUS
CÆSARIVS V. C. &c.

Hinc corrigenda verus *Inſcr.* quæ inter Gruterianas vulgata eſt, M. D. M. IDÆÆ ET ATTIDI MINOTAURO NOBILISS. pro ATTIDI MENOTYRANNO, vel MINOTAURANNO. Et paulo poſt, TAUROBOLINUS M. D. M. ID. ET. ATTIDIS. MINOTURANI, pro MINOTYRANNI. Attidem verò pro Sole habitum, docet Macrobius *Saturn. l. 1. Solem verò ſub nomine Attinis ornant ſtitula & virgâ* (de Phrygibus loquitur) *ſtitula ordinem ſpiritus inæqualis oſtendit: quia venti inquibus nulla æqualitas eſt proprium ſunt ne Sole ſubſtantiam. Virga poteſtatem Solis aſſerit, qui cuncta moderatur.* Unde liquet, quare *Menotyrannus invictus* dicatur Attis. Verus *Inſcr.* Græca.

Ἄττει θ' ἁλίῳ & συνίδρυ τὸν πάτρ.
Τῷ πάντων κοιρεῖς ἡνιοχεύσαντες πώλοις ψόφοις.
Attini celſiſſimo & omniſcio,
Qui cunctis temporibus quæ vis producis, &c.

Salmaſius *Not. ad Ælium Lampridium. in Vita Heliogabali.*

Mens, Romæ pro Dea culta olim. Cicero *de Legg. Olla, propter qua datur homini afflatus, in cœlum*, Mentem, *Virtutem, Pietatem, Fidem: earum ſi laudum delubra juncta.* Ibidem, *Bene vero, quòd Mens, Pietas, Virtus, Fides, conſecratur manus: quarum omnium Roma deditata templa ſunt.* Idem *lib. 2. de N. D.* teſtatur, *Mentem* in Capitolio dedicatam eſſe, à M. Æmylio Scauro. Et hæc teuuia erant in illa Rep. Sapientiæ ſortia, intra quæ aliquot ſeculis ſubſtitit: donec Punico bello ſecundo, cum Humanioribus literis, Philoſophia etiam ipſa, quæ à Græcis jam diu antè expolita fuerat, apud Romanos emerſit. Quo ſpectant verſus Servii de Romanis, à Gellio laudati *l. 17. c. 21.*

Punico bello ſecundo Muſa pennata gradu
Intulit ſe bellicoſam in Remuli genteni feram.

V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſoph. l. 4 §. 2. 3. 16.* Sed & quorum cunque hominum egregiorum *Mentes* poſt vitam ſecundùm virtutem actam, ab ea ejusque uteritis, in ſiderum, qui antiquiſſimi Gentilium Dii fuere, numerum, recipi, cecinerunt Poëtæ & perſuaſere Philoſophi: Unde Cleo apud Statium *Thebaid. lib. 10. verſ. 631.*

——— *dant clara meantis*
Aſtra lucum, quoties ipſa (Virtus) polis adſignatas ignes.

Et paulo poſt, ſuum Juvenem ipſa his adhortatur *verſ. 638.*

Linque humiles pugnas, non hæc tibi debita Virtus:
Aſtra vocant, Cœlo, animam (ſibi concipe) mittes.

Et Martianus Capella, de Philoſophia Magiſtra vitutis,

Quæ, Platonis Pythagoradq.
Eſſe dediſſe ſidera mentes &c.

V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Statium d. l.* & *Adverſar. l. 14. c. 6.* nec non ſupra, in voce *Anima.* item *Imellethus.*

Menſa Autea, cum ſacris panibus, in Sanctuario veteri, ad Septentrionem æquali ſpatio poſita memoratur Exodi *c. 25. verſ. 23.* Facta erat ex cedro, ac auro obducta, latitudine unius, altitudine unius ac dimidii, longitudine duorum cubitorum. Inſtrata vestibus hyacinthinâ, impoſitisque ei erant duodecim lances, ac incipiendis panibus, totidemque acetræ, quæ thure implebantur, & ſcopæ, vaſibus ejusdem, Exodi *c. 37. verſ. 10.* & Num. *cap. 4. verſ. 7.* Collocabantur autem panes duplici ordine: ut unique ſeni, qui ſibi mutuò incumbebant, interpoſitis ea armis, ut Judæi volunt, ne vitium contraherent: Appellabantur que *Panes facturum & Menſa facturum*, Numer. *cap. 4. verſ. 7.* quod Septuaginta, & ex illis S. Paulus ἄρτος προθέσεως redduut, 2. Chron. *cap. 4. verſ. 19.* & Hebr. *cap. 9. verſ. 2.* Singulis porro Sabbatis *Menſam* hanc adornari & devino inſtituto oportebat: nempe, panis illi Sacerdotibus cedebant, Levit. *cap 24. verſ. 9* thusque tum is impoſitum adolebatur, Leviticæ *24. v. 7.* &c. Gerebat autem Menſa hæc *aurea*, paucis liſtos (Chriſtum figurantes) ſuſtinens,

Verbi

Verbi ac Sacramentorum vim, uti pluribus docet Franc. Burmannus *Synopſi Theol. Chriſt. Part. I. lib. 4. cap. 14. §. 11. & 12.* In Templo Salomonteo pro una, denas fuiſſe *Menſas* hujusmodi *aureas*, legimus *in libb. Regum, &c.* V. infrà in voce *Templum*.

Menſa Canonica, apud Gregorium Turon. *de Vitis Patrum, c. 9. Ut nec ad convivium* Menſæ Canonicæ, *cum reliquis accederet clericis: & Hiſtor. lib. 10. cap. 31.* de Baudino Epiſc. Turonen. *Hinc inſtituit Menſam Canonicorum*: dicitur, ad quam una convivabantur Eccleſiarum Clerici. *Menſa Eccleſiæ*, Gregorio M. *lib. 3. Epiſt. 37.* Unde poſſeſſa *Menſa* dicitur, quidquid ex bonis alicujus eſt, bona ipſa, patrimonium, dominium, denique quidquid *ad menſam inſtituendam*, id eſt, ad veſcendum, ſeu ad vitæ commodà, neceſſaria eſt aut conducit, Gallis vulgò *Menſa*. Quo ſenſu *Menſa Epiſcopalis, Patriarchalis, Regalis* occurrunt paſſim, apud Auctores, laudatos Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Menſa Cypriani, locus fuit Carthagine, ubi is martyrium conſummavit, in cujus memoriam *menſa* ibi poſtmodum erecta eſt: *non, quia his eſt unquam Cyprianus epulatus, ſed quia eſt ibi immolatus*, Auguſtinus *Serm. 113. de Diverſis*. Extant ejusdem Auguſtini Sermones nonnulli, ad hanc *Menſam* habiti. V. Car. du Freſne *in Gloſſar.* Certe in ſepulchris *Menſas* poſitas jam olim, quòd ad eas dies divine fierent ſacro parentali, obſervat *ad Feſtum* Scaliger. Hinc in *Inſc.* Sepulchralibus non ſemel occurrunt illa, *Menſam contra tentium poſuit, 850. c. 1049. 9.* Et in *Marmore* repertò A. C. 1213. in Area SS. Martyrum Fauſtini & Jovitæ, Brixiæ in Italia apud Alcanum Martinengum, in horum *Vita: Fauſtino & Jovitæ Martyribus Victor Maurus ex voto poſuit menſam civibus ſuis, &c.*

Menſa Domini, apud Apoſtolum 1. *Cor. cap. 10. v. 21. ἡ τραπέζα κυρίου μετέχειν τραπέζης τῶν δαιμονίων*: *Non poteſis Domini Menſæ participes eſſe & menſæ Dæmoniorum*: Eſt ipſa Euchariſtia, quam exemplo Pauli Patres ſæpe ita nominant, Optatus *lib. 5.* Auguſtinus *de Peccator. mer. &c. c. Pelagium lib. 1. cap. 24.* Leo I. *de Jejunio ſeptimi menſis Serm. 6.* Græci quoque, ſed cum diverſis epithetis: illis enim ea, Τράπεζα ἀναιμάκτου, *Menſa ex-ſanguis*, in Liturg. quæ Jacobi nomen præfert, Τράπεζα ἁγία, *Menſa ſacra*, apud Chryſoſtomum *Homil. 1. in ad 1. Corinth. cap. 10. verſ. 1.* Μυστικὴ τράπεζα, *Myſtica Menſa*, apud eund. *Tom. 5. Savil. pag. 367. & Theodoretum de Providæ. Serm. 10.* Τράπεζα θρεπτικὴ, *Menſa terribilis*, apud eundem Chryſoſtomum alibi; Λογικὴ τραπέζα, *Rationalis Menſa*, apud Theodoretum iterum *Serm. 6. Θεοῦ κοινωνὸς τράπεζα, Spiritualis Menſa*, paſſim, &c. Nempe propriè *Menſa* erat, in qua S. Euchariſtia adminiſtrabatur; eaque ligna primis ſeculis Chriſtianis. Unde Athanaſius dicebat de Arianis, *in Epiſt. ad Epiſc. Ægyptiorum: Menſa Domini lignea est: ego vero dico τὴν ἁγίαν τράπεζαν, & fores Eccleſiæ, & cætera quæ poterant, furas elata combuſſerunt.* Et Optatus *c. Parmenſem lib. 6. Quis fidelium*, inquit, *neſcit, in veteri ædificio ipſa ligna Antitamino coperiri? Inter ipſa Sacramenta velamen potuit tangi, non lignum.* Eadem vero quoque figura ait Θεοδώρητος quoque, *ſeu Altare* dicta eſt. Propriè enim dicta Auguſto in Chriſtiana Eccleſia locum non habet præter eum, qui in primis Eccleſiæ apud quem, ad quem. *Cur nullas aras habeant, nulla templa, nulla nota ſimulachra? Reſponder Octavius, Putatis autem nos occultare, quod colimus, ſi delubrum & aras non habemus.* Inſignita autem eſt hoc nomine *Menſa Domini*, quia in ea Sacrificii Chriſti fit commemoratio. Quòd item ei imponerentur fidelium oblationes, tam pro Sacramentorum ulu, quàm pauperum ſubventione, uti legimus apud eundem Optatum *Lib. 1.* Matthæus Paris in primis Sæculum Anglicum *de Miſſa Sacri, lib. 3. cap. 14.* Ut verò undique ad Mensam *Dominicam* acceſſus pateret, in medio Templi poſita fuit antiquitus. Auguſtinus *de verbo Domine, ſec. Joann. Tom. 10. Menſa Chriſti eſt illa mundo conſtituta; Quid cauſa eſt, ô Audientes, ut menſam videatis, & ad epulas non accedatis?* Et alia non addam, de quibus prolixe Theologi, Philologique ſacri, inter quos eminet Jo. Caſp. Sucerus, quem V. *Theſaur. Eccleſ. in* Τράπεζα. Hodie Græci, præter inſtitutum Domini, in celebratione S. Eucharitiæ duas *Menſas* adhibent: unam vocant Πρόθεσιν, q. dicas, *Menſam propoſitionis*, in qua ſeponuntur panis & vinum ante conſecrationem, ipſis τὰ Δῶρα dicta: quibus in priore Menſa poſitis tribuunt veneretionem. Dein transferuntur, quæ fuerunt ibi appoſita in alteram *Menſam*, ubi fit conſecratio, & poſt conſecrationem adoratio. *Vacerius*, quæ *Menſam* vocant & *Altare & Agios Bilgius* Archiepiſcopus Cæſabonus *Exercit. 16. num. 36.* V. quoque ſupra in voce *Antimenſum*, ut & hic paſſim, ubi de *Menſa Aurea*, *Menſa Sacra, &c.*

Menſa Facierum, V. ſupra *Menſa Aurea*.

Menſa Frigida, ſeu *Menſa Frigida*, V. ſupra ubi de *Frigidis*.

Menſa Nuciua, V. *infrà*.

Menſa Rotunda, Veteribus in uſu fuit, ne quem ſibi præ latum in cœnâ quisquam conqueteretur, V. ubi de *Convivio*, item *Scolio*. Hinc & Tibiæ convivales puſillæ quidem erant, ſed pares & æquales; Λαῖς ἴσον Homero dicta eſt, *à partiendo*, uti annotat Jul. Cæſ. Scaliger *Poëtices lib. 1. cap. 20.* De *Menſa rotunda*, apud vett. Britones, V. infrà. ubi de *Tabula Rotunda*. Imò omnes *Menſæ* aliquando *rotundæ*, apud Romanos præcipuè; cùm Vett. quadratas eſſent uſi, quæ etiam poſtmodum in Caſtris diu manſere, Varro *de L. L. lib. 4.* Hinc *teretes* eas vocat Papinius Statius *Thebaides lib. 1. verſ. 319.*

——— *pars oſtro teretes auroq; ſonantes*
Emunire toros, aliusq; inferre tepentes,
Pars teretes lavare manu ac diſponere menſas.

Atque propterea everſa fuit eas crates, Petronius *Satyr. Sic me liquentem obſurgavit Gyton mutiſſimus puer & negavit reſte facere, quòd ſenioris conviviam, ſimulq; obitum eſſeci*, Menſam, *quam minamante poſuiſſem, contumelia tollerem.* Et idem Statius *Thebaid. lib. 5. verſu 204.*

——— *vix primus ab ira*
Pallor & impulſis ſurgunt ad prælia menſis.

E quo priore loco colligimus inſuper, *abluties* fuiſſe vett. *Menſæ*, quæ viz. convivio paratio *pœni*, deinceps tutum auferri conſueverint. Id quod etiam indigitat, Auctor *Cyclici Thebaidis*, apud Athenæum *lib. 11. cap. 3.*

Αὐτὰρ ὁ Διωρῆς ἤρως, ξωθὲν πελασθείς,
Πρῶτα μὲν Οἰδιπόδι καλὰ παρέθηκε τραπέζας
Ἀργείοις, Καδμοῖο διάδροις· αὐτὸς ἐπειτα
Χρυσέοι ἐμπλήσας καλὰ δέπαϊ κάδε᾽ οἴνῳ.

& Poſſidonius *ibidem*. Et quidem *ponere* ac *auferre menſam*, ejus erat, qui hoſpitio uno hoſpites excipere, &c. V. *Dapes*. Hinc *ſolicitus menſæ*, Auſonio Antonianus hic Plutarchum, Plinium *l. 8. cap. 15.* Alios; ex recentioribus, Janum Dúzam Partem *Explanation. Plautin. lib. 4. cap. 12.* Guil. Stuck um *Antiqq. Convivial. lib. 2. cap. 17.* Petr. Cacconium aut Fulvium Urſinum *de Triclinio*, Jul. Cæſar. Bulengerum *de Imperatore lib 2. cap. 38.* Alios.

Menſa Sacra, *Cor. cap. 10.* Euchariſtia eſt, cui nomen hoc à loco, quo à CHRISTO inſtituta, eſt inditum, ἱστορικῶς τὴν τράπεζαν, in Jacobi *Liturgia*, ἀναίμακτος θυσία, φοβερὰ τράπεζα Chryſoſtomo: τὴ Σωτῆρ τραπέζα, Palladio in *Vita* Chryſoſtomi, ubi de modo jurandi, κατὰ τῆς Σωτῆρ τραπέζης, &c. V. ſupra. Cujusmodi *Menſa*, ubi S. Cœna adminiſtrata, in Æde S. Sophiæ C Poli, Cedreno ita deſcribitur: *Tunc fecit & Sacram menſam, opus immitabile: Ex auro enim & argento & lapide omni genere & ligno & ex metallo & alio ſpecimine, quæ omnia, ſive terra ſive mare & universum orbem; Cœtum ex omnibus collegiſſet, quæ quidem optima ſunt & pretioſiſſima, largiſus, quæ verò minoris pretii parcius; ſuſilibus ſuis aridam in hoc uſus eſt: Ait, ita eam in typum inſu, am perfecit: ὅτι ἡμῖ πνεῦμα φοιβοβόν ἐμπέσῃ τοῖς ἐκ αὐτὸν ἀντίζοις, Unde tam varia apparuit, ut intuentes in ſtuporem conjiceret.* Quem etiam Χαλκοβίωτον appellavit Suidas, Χαλκοβίωτον, εἶδος λίθου ὁμοίως χρυσὸ. ἴσι δὲ τὸ λεγόμενον ἠλέκτρον (id eſt, ὑποχρύσου) χρυσὸς μεμιγμένος τῷ ἀργύρῳ. ἐκ τοιούτου δὲ τοῦ λίθου ἐποίησε τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, *Chalcobiſtum, electri genus auro pretioſius. Eſt autem electrum ex alieno conflatum, vitro & gemmis mixtum, cujus compoſitionis eſt ſacra* Menſa *magnæ Eccleſiæ*. V. in voce Ἠλεκτρον quoque. Nempe Juſtinianus, ut omnium, quæ à Chriſto largè acceperat, bonorum gratum ſe exhiberet, *Menſam* hanc, quam ibi obtulit, ita ceæmentavit, ut nihil eſſet in eorum natura pretii aliquantùm, quod in ea non elucefceret. Proinde circa eam hæc legebatur *Inſcr. Τὰ σὰ ὧν τῶν σῶν προσφέρομεν οἱ δοῦλοι σου, Χριστὲ, ὑπὲρ πάντων καὶ διὰ πάντων, ἐν οἷς σὺ εὐλογημένος. Tua nempe tibi & Deo, à te, per te, in te, pro omnibus & omnia offerimus ſervi tui, Chriſte, Juſtinianus & Theodora, quæ benevole accipe. Vide & Petrum Dei, &c.* Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poſter. lib. IV. cap. 16.* V. quoque du Freſne *in Deſcript. Aedis Sophianæ.*

Menſa Tapezitarum five Argentaria, mensularia, l. 19. *ff. de Inſtitor. Dominus, qui ſervum inſtitorem* apud Menſam *pecunia accipiendo habuit, poſt libertatem quoq; datam, idem per Libertum negotium exercuit.* Notum enim, majorem fere pecuniæ numeratæ partem habuiſſe Veteres in *menſa* vel depoſitam, pro occaſione uſuras & per partes ergatures, vel ita traditam, ut aliiſce fenori collocaretur: ſic ipſi *Menſarii* ſæneratam habuerint, qui ſuo arbitrio uteretur, ſpem lucri ſectantes. De qua illud accipiendum eſt apud Ariſt. Victorem in *Juliano*: *Cujus Procuratores cùm provinciæ calumnias agitarent, adeò ut unus ex iis diceretur locupletiſſimum quemq; ita convenire, qua habet ad Menſam? alter, unde habes 1 tertiam? pene quod habes?* Non enim cepit Andr. Schottus, duæ voces, inquiens, *ad Menſam*, non bus pertinent: relegandæ ſunt. Profectò hæc pertinent, cum quæ præcedunt & ſubſequuntur. Et l. 20. *de Inſtitor. Habes penes Menſam Patroni mei denarios mille.* Saltem recordatus eſſet verbum Domini *Καὶ διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν; Quare ergo dediſti pecuniam meam ad menſam?* De *menſa* eadem ſurrexit infeliciter homo doctiſſimus, in Appulei *Apolog.* quà narratur, Catonem ſcripſum reliquiſſe, *Cùm in Hiſpaniam proficiſceretur, tres ſervos ſolos ex urbe duxiſſe: quum tam ad villam publicam venerat, partum vilium, qui natuerat: juſſiſſe duos pueros in foro de Menſa emi. Eos quinq; in Hiſpaniam duxiſſe. De Menſa*, inquit, quæ rimus, quid ſit, unde mancipia à mangonibus vendebantur? an

catasta, in qua ereta is pedibus servi venibant: an in mensa subhastatio? an lapis, in quo præco stabat, & præconium faciebat? Sic ille *Objcrvat. lib. 5. cap. 2.* Imò *Mensa* argentarii, ad quam homo loquples Cato haud dubiè grandem pecuniam deposuit vel fenerandam habebat: de hujus scriptura mangonibus solvit: de hac rescripta argentum, quo servus stante empti. Sic enim malevult Gronovius, quàm cum S. Ignoe Gentili, pecuniâ mutuò sumtâ apud Argentarios: quòd credibile non sit, tam diligentem Patrem familias & in parte bene lauta vel nihil habuisse *ad Mensam*, vel ob tantillum sumtum æs alienum fecisse. Anf. Popma. *ad Caton.* in Foro mensas publicas Fuisse ait, à quibus non modò pecuniæ numeratio, sed etiam rerum privatarum venditio fieret. Quæ autem resilæ? aut quæ venditio? Imò, *emere de Mensa* non est compararc, quod Mensa vendit, sed emere pecuniâ *de Mensa* perierpta. Sanè Argentarii præerant auctionibus: Sed hæ nihil ad hunc loquendi modum. Abuntur etiam in hanc rem verbis Appuleji *Metam. lib 8. Erat quidam juvenis satis copulentus & nobilis & disertus, collaticia stipe, de Mensa paratus.* Ubi titubavit etiam eruditus Elmenhorstius, recte, scribens, à Schirado obscrvatum, *Parasitum de mensa dici, quòd ex ea cœnaverit, seu ἀπὸ τοῦ τραπέζης τὸν τῶν συμποτῶν ἔσθιειν καὶ πίνειν.* Non enim puer vel *Juvenis de Mensa* vocatur ille, sed juvenis ille dicitur *paratus de Mensa*. Imitatio Catonis est: subest tamen five catachresis quædam, five translatio. Nam proprie loquendo diversa sunt, nec de eodem dicuntur, *Collaticia stipe parari, & de Mensa parari.* Sed quoniam ad Mensam Veri pecuniam habere locebant, *Mensam* appellat Appuleius *pecuniam communem* ipsorum, seu five flicos communes, quo, quid quisque mendicando corrasisset, in medium dabant. Ea vero *Mensa* feu communis pecunia, tota conflabat ex collatitia, ftipe feu quasillis homines religiosi aliis alii, seu quas ipsi arrusatores ab obvijs exoratas eodem contulerant. Ita quod de communi pecunia mendice ssius fociestatis emebatur & de collatitia ftipe est, de illorum *quasi Mensa* parabatur. Neque Mensa vendidit juvenem, ut volebat Salmasius, sed præbuit argentum, quo emtus est. Hujusmodi autem Trapezitarum seu argentariæ *Mensæ* exercitores, *Negotiatores* dicebantur: quos à Mercatoribus separat Cicero *pro Plancio, Negotiatorios omnes, Mercatoribus blandus.* Propriè enim Negotiatio & *de Mensa* & *Mensa* seu *Menjaria* & de domo fœnerantium: nec aut res ipsa per se inhonesta, aut hoc ejusmodi nimis honestum, partam aptum vestibus juvenem, ut volebat Salmasius, in rem suppeditabat, Joh. Frid. Gronovius *Observ. lib. 4. cap. 14.*

à *Mensa* separati, in Ecclesia Rom. excommunicationis pœnæque species quædam est, apud Clericos & Monachos, quâ qui afficiebatur. *ἀπολογίαν* vocabatur, quòd Abbas: *benedictione* in mensa privaretur, V. *Regulam Benedicti cap. 31.* Ebonem Rem. Archiepisc. &c. Sed & scribunt Saxo Gramm. *lib. 10.* & Sueno in *LL. Castrenfibus cap. 5.* flatuisse Canutum Magnum Daniæ Regem ut Curia ea impositi de mensæ disciplina, ordine, quo quisque Militaris muneris advocationem fortitus fuerat, uteretur, locoque antecelleret, qui prior obsequio foret. Unde, si quis delictum commisisset, non alia ei imponebatur pœna, quàm ut à consueto loco ad inferiorem transferretur, atque adeò tot gradibus discubitu indignior fieret, quot vicibus sodalem offendisset. Quòd si quæsti de quis eodem reatu genere maculaller, discreto à Milite loco, *mensâ* ei obtabatur, donec abstinentiam meminerat cibo aut calice communicare ausus; neque enim ter veniam experto ulteriùs ignoscendum putabat: ita Grammaticus. Sueno verò illustrandi hominem contumacem, extremum omnium locum, suo cuique poculoque contentum, cœteros vero, ossa in eum pro arbitrio suo jactare consuevisse, ait. V. Car. du Fresne *Glossar.* & supra pallim, inprimis in vocibus, *Arma pleraque & Barcalarii.* item de rite ad *Mensam vocandi*, & ille invita in voce *Mensæ.* Imperatoriæ certè Mensæ communicatio maximus honor habitus, uti docet Suetonius *Caligula cap 39. Comperorat provinciolem locupletem ducenta HS. numeraffe venatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur. Nec tulerat moleste tam magno æstimari honorem cœnæ sua. Hinc postero die jodentes in auctione misit, qui ascso quod frvoli discentes millibus traderet, discretq. cognatorum apud Cajaronem ordine.* Et locus Ammiani, Casaubono itidem citatus. Hinc ipius Jovis epulis Domitiani vocationem se præiaturum, gannit Martialis *lib. 9. Epigramm 93.* in cujus tamen convivio nullam jucunditatem fuisse, facilè perfuaserit nobis Juvenalis, magnum pallorem agnoscens, in omnibus ejus amicis, quique tam ad epulas ejus vocabantur, *Sat. 4.*

——— ——— *vocatus?*
Exge in consilium proceres quos cedere ille,
In quorum facie miseræ magnaq. jedebat
Pallor amicitiæ ——

Ita festinare coacti & atroniti ad epulas venisse dicuntur, ab eodem invitati:

——— *Proceres, quos Albanum Dux magnus in arcem*
Traxerat atronitos & festinare coactos.

Sincera magis in *Mensa Davidis* voluptas; cui assidere benè fcit peculiaris loco Mephibolethio, & postmodum Barsillai, datum est oblatum que; Imò *Mensa* hinc imagine adumbrata Æternæ Vitæ gaudia, uti in Sacris legimus, &c. V. quæ non parùm manu adnotavit Jo. Savaro *ad Sidonium lib. 1. Epift.* 11. & J. C. Bulengerus *Commentar. de Imperatore pag.* 508. & 509. laudati Calp. Barthio *Animadversion. Part. I. pag* 361. ut & hic passim, primùm in vocibus, *Amici, Hospes*, &c.

de *Mensa* scriptura solvere, cui opponebatur *de Asca solvere*, quid fuerit, V. supra, *Mensa Trapezitarum.*

Mensa Secunda: dicebantur, cum apponerentur Bellaria, Gr. *πέμματα*, seu *τραγήματα*, quo vocabulo, omne genus *secunda Mensæ* significabatur. puta: Nuces, pyra, poma, ficus, oleæ, uvæ & alia, de quibus multa habet Macrobius *Saturnal. lib. 3. cap. 18. 19. & 20.* ac Varro apud A. Gellium *lib. 13. cap. 11.* Hinc Martialis *lib. 2. Epigr. 74.*

Mensa munera si voles secunda,
Marcentes tibi perrigentur uvæ,
Et nomen pyra qua ferunt Syorum.

Et Horatius *lib. 2. Sat. 2.*

Tum pensilis uva secundas
Ornabat Mensas, *& nuxcum ludibus ficus.*

Interim, quia Veteribus ex pomis conflabant, quo nomine omnia τὰ τῶν ὀπώρων comprehendebant, hinc *Secunda Mensa* dicta est *Mensa pomorum.* Unde Horatio *Satyr. 3. lib. 1.* *At vobis ufque admala:* idem est, ac abinitio cœnæ, ad finem; & Servius *in illum versum Virgilii, Æneid. lib. 1.*

Poscuntq. prima quæ epulis, mensæq. remota:
Romanorum, inquit, *apud veteres quorundam erant Mensæ, una epularum, altera pomorum. Æl. Lampridius de Alex. Severo:* *Pomis, inquit, vehementer indulsit, ita ut Secunda Mensa illi ſæpius poneretur; unde etiam jocus extitit, Nemo Secundam Mensam Alexandrum habeat, sed secundum.* V. Anton. Thysium ad Jac. Oiselium *Notis in Gellii locum citatum.* Ita his *Mensis* Veteres poculis indulgebant, & ut ait Horatius *lib. 2. Satyra 2.*

——— *Endive ad cœnam gaudet Ambivius.*

Unde A. Gellius *lib. 19. cap. 9. Ubi edulibus finis & poculis mos ſecundis datus, tempus fuit,* ut eft, ubi prima *Mensa* lubiata: & Plinius *Hiſter. Natur. lib. 12. cap. 1. Arbores poſtea blandioribus fruge juncti hominem mitigavere. Ex iis recreans membra olei liquor, vitreis potus vini, tot denique ſapores annui ſponte provenientes: Et Meotæ (deplorentur licet earum causâ cum ferâ, & paſtu naufragorum cibyarinus piſcis expectatior) ſecundæ patet Anguſtiæ.*

Unde A. Gellius *lib. 19. cap. 9. Ubi edulibus finis & poculis mos ſecundis datus, tempus fuit,* ut eft, ubi prima *Mensa* lubiata: & Plinius *Hiſter. Natur. lib. 12. cap. 1. Arbores poſtea blandioribus fruge juncti hominem mitigavere. Ex iis recreans membra olei liquor, vitreis potus vini, tot denique ſapores annui ſponte provenientes: Et Meotæ (deplorentur licet earum causâ cum ferâ, & paſtu naufragorum cibyarinus piſcis expectatior) ſecundæ patet Anguſtiæ.* Addam aliquid de *Mensa*, à Puerperis, tota prima hebdomade, olim Junonis propositâ, super quam votivus infans Dius oblatus & commendatus votis, quæ ſuſcepta fuerant, vel ſolutis vel adauctis. Cujus ritus memimit Tertullianus *lib. de Anima. Dum in partu Lucina & Diana ejulatur, dum per totam hebdomadem Junoni Mensa proponitur.* Erat autem ferè ara, in qua ibatum; addebaturque Deæ lectus. V. Jac. Thom. Bartholinum *de Puerperio.*

Mensale, apud Recentiores, mappa, linteum ſtragulum, quo *mensa* insternitur. Unde *Mensale ſcindere seu dividere*, ignominiæ species, quâ is afficiebantur, qui mensâ Principis vel Regis videbantur indigni. Sic Wilhelmo Comiti de *Osnevana*, ſedenti ad mensam Francorum Regis, Heraldus quidam ſcidit & divisit *mensale*, quâ ante ipsum erat, quòd proavunculum suum Wilhelmum Hollandiæ Com. à Friſonibus cæſum non vindicaſſet, A. C. 1295. apud Joannem de Leidis *lib. 13. cap. 70.* Eccedem anno Wilhelmo Com. Hollandiæ, ejusdem Regis Mensæ adſidenti, Feciales laceravit manitle antepoſitum, quòd infignia ejus apud Friſios Orientales eſſent amiſſa, uti refert Guil. Heda. Unde traditur in *Tract. MS. Gallic. de officio Heraldorum*, incumbere his, ut ſi quem proditionis ſuſpectum in mensa Regis adeſſe monearnt, *Mensale* ante eos lacerent, & panem eotum interfant, ne aut ipsi Nobilibus aut Nobilibus ipsi edulare debeant: remunerare videantur, &c. V. Car. du Freſne in *Gloſſar.* Cui ſimile quid feginus de pagi *Marcbe-Ville*, in Lotharingiâ, prope Nanceium, ad montium radices, incolis; quibus, quòd perfidiâ alliquando in Ducem fuum (quem *Fridericum* 11. Hiſtoriæ appellant) notari eſſent, eam ob cauſam, quoties, unque eum reliquis Principibus ſui domeſticis epulari contingit, patiem inversum apponi conſuevi ſſe, refert Hermannus Corniger. *Part. II. lib. 5. pag.* 428. Sed & *Menſale*, in *Provinciali* Eccleſiæ Cantuar. *lib. 3. tit. 8. f.* 137. veſtis ſpecies eſt, aliàs *Supertunica* dicta, quòd teſerret *Menſalis* ſpeciem: vel quòd in ejusmodi veſtibus ſedere ad *menſam* ſolerent, atque ita pretioſioribus veſtibus, quibus hæ ſuperindueræ bantur, parcere, uti habet Lindwodus *ad h. l.*

ad *Mensam* orandi ritus, apud Judæos occurrit in *Succhasim*: ubi

תקנות

inter tria præclara Mosiin veora, vel, ut ipſi appellant, תקנות

recenſetur *Benedictio cibi*, & Deuteron. *cap 8. verſu* 10. quo ex loco Rabbini multa commenti ſunt de ritibus in cibo ſumendo ſervandis: inter quos præcipuus hic eſt, de gratiis Deo agendis, & ſunt in eorum *Ritualibus* formulæ, in cum ulum. Philo quoque de eo more narrat multa, *de Vita Contempl.* Nec pagatis prorsus ejusdem id inſtitutum fuit. In Platonis certè *Sympoſio*, ſtatim in Socrates accubuit, convivæ libationes faciunt, & *ἄδουσι τὸν θεὸν, hymnum Deo canunt.* Narratque Athenæus *lib. 4.*

Nam

Natucratitis morem fuisse, queries conveniebant, ad festi hujusdam solennis, epulas, post quam in trichinis discubuissent, ἐπαυλίσασθαι τὴν τράπεζαν, τὴν ἐφεστηκυῖαν ὄψεσι φαιδρύνεσθαι, *in genua se componere*, *Sacerdos patrias preces recitante*. Quo etiam spectat mos vetus ibat onium ad Meniam. Idem Romanis in usu fuisse, docet Brissonius *de Formul. lib.* 1. pag. 46. in eam rem laudans Livium, ut studque Ovidii *Amorum lib.* 1. *Eleg.* 4.

Tange prece Menſam, tanguni quo more precantes.

Inprimis memorabile præceptum est, apud Strobæum *cap.* 41. Diotogenis Pythagorici, Καλὸν ἐστὶ κατὰ τὸ δεῖπνον ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς τραπέζης, τὸν ἐπιστάτην τῶν ἀγαθῶν ἐπικαλέσασθαι, ἵνα ὁ διοῦρνος τὸν ἀγαθὸν τῆς τραπέζης ἐπιστάτην τὸν ἀγαθὸν ἐπικαλέσασθαι τὸν ἀγαθὸν, ἵνα ὁ διοῦρνος τὸν ἀγαθὸν τῆς τραπέζης ἐπιστάτην τὸν ἀγαθὸν ἐπικαλέσασθαι τὸν ἀγαθὸν, *Deum invitet & quasi ex præsidem convocet: non quia tale quid Nu mini sit opus; sed ut quoq*. Dei *recordans animo sit compositio*. Quod paganus homo cum ferebat, mentio fimile est, reperiri inter Christianos, qui facus faciant. Nam de fua ætate Chrysostomus testatur, fuille nonnullos, qui neque initio, neque in fine cœnæ, Deum Iudarent. *Homil. in Matthæum* 56, qui utinam nulli essent hodie! Quod vero idem habet de Precibus ἐπὶ τραπέζῃ λεγόμενος, hoc est, *quæ mensæ à peragebantur*, eadem *Homil.* non fuerunt Orientalium communes, ut videtur existimasse Vir doctus, fed propria quorundam Monachorum montes incolentium, &c. Calaubonus *Exercit.* 16. *num.* 63.

Menſata, Hispanice *Monſada*, unius *menſis* servitium, quo Milites in Aragonia Regi obnoxii erant, quos inde *Ricos hombres de la Musada* appellabant, ut Hieron. Blancæ obſervat. V. infra in voce *Rici*.

Menſis, ex *metior*, quasi numerus dierum *menſus*: vel ex Gr. μὴν. Idem τῆς Μήνης. Id est, *Luna*, dictus, fi patium illud est, quo Luna Sigmiferum percurrit, & eo lem, unde instituit cursum, revertitur: Cui apud Gaderam in Hispania aram factam fuisse, memini Ælianus *Hist. var.* Originem vocis nonnulli quoque ex Hebr. מנא, vel מונה *i. numeravit*, vel מני *Luna*, arcessunt: Namque & Hebræi, ut inferius videbitur, post exitum ex Ægypto, ad Lunæ cursum *Menſem* metiri soliti sunt. Hunc cum Anno antiquitus eundem fuisse, qui prorsi *Annus Lunaris* dictus, constat: Unde Jovianus Pontanus *Urania lib.* 1. *de Luna*,

Orbibus orbes
Mutat, agens cœlum, & parvum convertitur annum.

Dein bimestris spatio Annus terminatus est, qualem prinum instituere Ægyptii: qui postea *Menſis* appellatus, quippe qui to quatuor Annum fuum fecit incepertur, Plut. *in Numa*. Cares & Acarnanes fex *Menſium* spatio eum claufere, *Cenſorinus de die Nat. lib. cap.* 19. *&c.* Atque hi quidem pro fummo Numine Lunam habentes, ad ejusdem cursus, Annos suos circumscripere, reliquis genetibus cœlestium siderum Ducem Solem agnoscentibus: sed nec hi spat semper in Anno *Menſium* numerus. Romulus decem in Anno *Menſis* posuit, ceh rationes Ovidio *Faſtorum lib.* 1. & 3. memoratas: quibus pothea Numa duos reliquos addidit, eodem docente *Faſtorum lib.* 1.

At Numa nec Janum, nec avitas pratexit umbras,
Menſibus antiquis additit ille duos.

Quod tamen alii tribuunt Tarquinio Prisco. V. Georg. Merulam *in Orat. pro Q. Ligario*. Cumque Principem *Menſium* fecisset Romulus Martium, in Martio, & quo genitus erat, vovebat, bonorum Numa Pompilius, ad naturæ ordinem respiciens, cum post Brumam Sol, progrediendi fine fatio, convertatur & ad nos fe reflectens, quasi de novo cursum fuum ordiatur, Januarium Anni principium esse voluit. Quemadmodum autem Annus Jovi, fic *Menſes* Junoni consecrabantur, teste Plut. *in Problem. Rom cap* 77. et antique ex ordinatione Romuli distributi in partes tres, Kalendas, Nonas & Idus. Kalendæ primi erant cujusque *Menſis* dies: reliqui ad Idus *Nonæ* vocabantur, quarum in quibusdam *Menſibus* quatuor, in quibusdam sex erant, juxta versum:

Mensis sex Nonas, October, Julius & Mars,
Quatuor at reliqui.

Idus verò in quovis *Menſi* octo, dicebantur dies Nonas sequentes: à quibus qui superierant dies, ad Kalendas *Menſis* proximè insequentis referebantur. Elegans de XII. Romanorum *Menſibus* carmen incerti Auctoris in *Anthologia lib.* 1. *cap.* 91. ita habet:

Μὴν ὑπάτιον πέφυκα· τὰ δὲ πάντ' ἀῶλα τέτυκται,
Οὐ πέπλος Δάσπλοιο γένοθ' ὑπὶ μάλοι ὑγείης.
Τεσσάκοντα δεγγίοις ἰοδοκέστοιον ἐικάζω·
Ἐκεῖ ἰοδὸν γένετο· καὶ ἰὸν κέρας κέλευθ πάμεθν.
Οὐ πέ ἐκκαλέσσεται δὲ ἰὸν ἐκ ἰοῦ Νέλευ ἐγκρατὲς·
Οὐδ' ἐς ἀφεσσοβόλον πυδιλοβόν ὑπάτοιο Βάκχου.
Τέλειος δ' οὐκ ἐγὼ μελιεδὲς χάρμα βροτοῖσι.
Ὦ πάντα φίλοι μακάρεσσιν τὰ ἐκάστῳ φωτὶ ἐκάστῳ,
Θνητοῖς δὲ βάσκοσι· καὶ ὑπὸ γῆς ὑγείης.

Menſis conjulum primus (Jan.) *secundus* (Febr.) *sul- ſum fecat:*
Tertius (Martius) *Augustum genus ad pugnam excitat.*
Quartus (Aprilis) *annuntiat rojeam veru horam.*
Sum rosarum genitor (Maj.) *& ego lilia candida porto.* (Jun.)
Hic ligat manipulos, (Jul.) *& mea ala Nilum excitat.* (Aug.)
Hic generoſi amicus eſt Bacchus, (Sept.)
Pavo vinum ego dulce gaudium hominibus. (Octob.)
Mercurius Trismegistus, adde: Hunc auditorem Noachi & primo Præceptorem, deinScribam Chuš; eundemque Osirdis & Jovis, liberorum Chuš, Magistrum fuisse, nonnulli perhibent. Eulebius *præpar. Lib. 1. c. 9.* ex Sanchoniate testatum Saturni Scriptum fe referre: fic Moysis ætatem antecessisse. Scripsit plurima, & quidem 36525. volumina, i. papyri folia, ut auctor est Jamblichus *de Myster. Ægypt. cap.* 1. fed omnia intercidenter: quæ eum hodieque fectantes, *Mercurii* hujus nomine, circumferuntur, meritò jam olim pro fubventaneis & ψευδεπιγράφοις habita funt, ut ex Galeno patet *de simpl. Medicam. Fac. lib.* 6. Eundem dodecatum fuam, fit inundatione Nili peractum, columnis quibusdam inscripsisse Proclus testatur *in Plat.* quas fuo adhuc tempore fuperfuisse refert. Hinc ipsum Pythagoram ac Platonem ex Trismegisti columnis fapientiam sum hausisse, modò memoratus Jamblichus afferit. V. Georg. Hornium *Philos. Hister. lib. 2. cap.* 6. & infra, in voce *Teuthus.*

Merenda, olim cum Prandio eadem fuit: dein, cum luxus & nequitia serpere cepit, & ab ead Cœnam, id eft, a meridie ad vesperam, jejunius est appellata. Sed postea ad unius *Merendæ* locum ac horam successit: *Merenda* verò post eam hora m, unde nomen fumfit, i. post meridiem, producta est, qui mos hodieque obtinet. De eo Justus Lipsius *Cent. 1. Epist 65. Merenda*, inquit, *est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edendus, & proxime cœna, unde & Antecœnium à quibusdam dicitur.* Joh. Scaliger tamen *Notis in Varr. de R. R. lit. Merendium* dictum effe, quòd ea, qui mane ante, h. e. mercenatis data fuerit, adducens fragmentum Calpurnii:

Sera cum Veneris hora Merendæ.

V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 26. & 27.*

Mercurius, feu profitibuli nuptiæ, inter veritas, apud Hebræos, referuntur Josepho *Antiqq. Judaic. 14. c. 8.* ubi hæc habeatur verba, inter Leges apud eum Nuptiales, Ἔστι μοὶ ἡτιμηκέναι τὸν γαμίζοντα τὸν ἀγοράσαντα τὸν γαμοῦντα· ἐὰν δὲ τὸν ἀγοράσαντα ἐπιτρέψῃ τοῖς ἀδελφοῖς, Νέμ. Meretrices *sine nuptiis* (Græcanica) *meretrices sit sine nuptiarum*) *cujus propter injuriam sua corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittit.* Rufinus, *Sed nec, fornicaria sequenda sunt nuptia, pro quibus corporis injuria nuptiales hostias non suscipit summa divinitas.* Sed undenam ille hanc habuerit Legem, aut τοῖς ἐπὶ τὸ γαμεῖν θοίνης (à hostiis nuptiis propriis verbis illis velit tenuit) negat se habere comperturn, Joh. Seldenus *Uxor. Hebr. li. 1. c.* 5. Apud Græcos *Mercurius* à publicis, veftibus fuit distinctus, ex hac Lege: Τὰς ταινίας δίδωσι φορεῖν, *Meretrices floridas vestes induta fanto*: Cinsemuninit Suidas. Hinc Artemidorus *l. c. 3. Γυναικὶ δὲ*, inquit, *πομπὴ καὶ ἀθροὶς ἱδρὼς συμβαίνει· πομπὴν δὲ ἐπὶ τάφους· ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ ἀγαπᾶσθαι ἀθροὶς ἱδρὼς χρῶνται.* Clemens Alex. *Padag. l. 3. c. 2. ὡς τ' ἀγωνίστου τὸν σύγκριτον, ἀστὸς τὸν κηρυκικὸν ἢ ἀκόντιον τὸν ἀκοντιστὴν, βίους ἐμφυτεύων ἡμῖν ἀπὸ ἀδιαστάτου ἀπλάνου ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἀνδρικοὺς ἔρους.* Eandem legem inis Locrenibus posuit Zaleucus, ex Diodorus Siculus auctor est & ait Sanctum fuisse, scribit Phylarchus, apud Athenæum *lib. 12.* Quanquam non ferebant, quoto, Athenienses, Meretrices, non magis quàm eas, in quibus adulteri deprehenfi fuissent, ornatas prodire in publicum, quò alludit Rhetorum illa Lex, apud Hermogenem ἀφεῖται, Ἐπὶ τῷ γεγενῆσθαι φορεῖν, *dimissa sint*: cujus duplex esse potest sensus. Si enim penacute regas, *dimittit*, Legislatoris mens haec est: Meretrix quæ aurum gestaverit, publica esto, id eft, permittatur ingenuorum & servorum passim libitini. Sin antepenacute *dimittat*, tenfus eft: *Aurum, quo ornata fuerit meretrix, publicum fiat & in erarium deferatur.* Veftibus autem & mundo volebant distingui *Meretricem* à pudicis, μὴ μιᾶσαι εἶναι τὸν ἱλαρὸν βίον, μηδὲ τὸν αὐτὸν κόσμον, *Nefimilis esse inguinis iudemq. honoribus afficeretur.* V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 5. cap* 5. Similiter apud Romanos, Matronas à *Meretricibus* in primis diftinguebant, vitæ & crines, ut ex dicto Cinnæ patet, *vitæ notatur privilegium galeri*, Tertullianus *de Pallio*; & de Vittis quidem V. *infra*. De Crinibus, pauca addam: Fuerunt ili capiti adnexi & adnexi, vetuftiffim a Matronarum insignia, quibus poftea virita accessit. Val Max. *l. 1. c. 8. Sanxit, ut semina Veteremento, confessius plus ferip, in stola, quàm in summa fuisse, vetuftiq; eranium insignitus novum vitæ dierumen adjecit.* Ubi vides, crinibus ac vittis Matronas præcipue insignitas fuisse. Quæ duo in facerdotibus quoque Cereris ἀγεσμοῦσι. Aler *loco cit.* ubi per *galerum* intelligitur crinium adtextorum compositio, in modum galeri factis, feu rotundus comatum fuggestus, atque ἱμασθλοις, quibus feminæ, & Matronæ præcipue, caput velabant. Et de his crinibus capienda illa

illa Plauti *in Mil. Ufici gerundum morum cenſeo, & capiundos crines.* Nam quæ nobebant, capiebant crines. Festus, *Sæva crinibus ornantur nubentes, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit.* Sunt nascrinum ſpiras intelligens, quæ in orbem circumvolutæ, & aliæ aliis ſuperſtructæ, formam galeri efficiebant. *Tutulum* quoque Vett. dixere: item *galeam* & *cæſarium*, Græci κεκρυφαλὸν & φενάκην: hodie *perrucam* vulgo vocamus. Non uno autem modo ornabantur Matronæ: Siquidem, præter illam capillorum conſtructionem, quæ adinſtar galeri totum capitis ventrem contegebat, quam *cæſariem* appellabant, vocat idem Tertullianus, aliquando & pone cervices, comarum ſuggeſtum, in modum umbonis aut collyridis cujusdam ſive popani formatum gerebant; cujus ornatus inſtar in mulierum cervicibus multi Vett. nummi exhibent; inprimis Fauſtinam ſic fere ſemper comtam in iisdem videre eſt. Juvenalis tamen hujuſmodi crinium galeros etiam *Meretricibus* tribuit, verbis:

Sed ingrum ſic eo caput aſſyrianibus galero,
Iſtis erit calidum veteri centone lupanar.

Ad quæ verba vetus Scholiaſtes: *Crine*, inquit, *ſuppoſito rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeæ facto, quo utebantur meretrices flavo, nigro nam crine Matronæ utebantur.* Ubi iisdem galeris & pudicas & meretrices ufas innuit: ad diſcernendum verò Matronas nigros, *Meretrices* flavos ſumpſiſſe, docet Servius, *ad verſum illum Æn. 4.*

Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat.

Matronis, inquit, *nunquam flavus coma dabatur, ſed nigra.* Citat deinde verſus illos Juvenalis aliatos. Et tamen apud eundem Serviam ibid. loci adducentur hæc verba Catonis, de crinibus Matronarum: *Comas flavo crine unguibamus ut rutila eſſent.* In quibus etiam flavos crines Matronas habuiſſe conſtat; diverſa ætate ac ratione, ne comæ facile conciſantur. Glaud. Salmaſius *Notis ad Tert. de Pall.* Nec omittendum, uti in aliis, ſic in ſeceſſu quoque pudicarum fœminarum mentitas eſſe *Meretrices* verecundiam, quæ, ut dicemus infrà (ubi de virginibus *Reclusis*) κρυφαίοις proin dictæ ſunt, ad imitationem puellarum virginum, quas tenellis aſſervandas diligentius uvis Poëta noſcio qui ſcribit. Callimachus κρυφαῖον vocat his verſibus:

Παῖδες δὲ κρυφαῖον ἐν ἀγκοίνῃσι φορεῦσαι
Αἰ μὴ τὸν πάππον
Ἐθέλεις ὀφέλειν
Ἐσθέμεν ἔστι γλύκερ.

Sed non alio fine id *Meretrices* æmulatæ ſunt, quàm ut casiis ſe venditarent. Καλλύνεσθαι enim vocarunt Græci, quidquid ita pretioſum eſt, ut fervari diligenter atque claufum teneri mereatur. Unde *catactæ* & *vuſſis* Appuleio. *Mastmorph. lib. 9. 9ve.* Idem. De *Meretricum* ornatu ad ſtatua relato (nam quæ hanc inter ſacrorum quoq; Cerem. nis nonnulli Gentilium habuerunt) V. Tom. Pfannerum *Syſtem. Theol. Gentil. purior.* ut & ſupra in voce *Lupanar.*

Margoroſus, nomen monetæ, in Gallia olim cuſæ, de qua V. ſupra in voce *Melgorenſis.*

Merque, Statutis ſeu *Bravium*, V. ſupra, *Æravius.*

Meridiana, apud Sidonium Apollin. *lib 1. Epiſt 1.* fomnus eſt meridianus. ὕπνος μεσὴ μέσου ἡμέρου, Procopio *de Bello Vandalico lib. 1. cap. 2.* qui Monachis permittitur, in *Regula* Benedicti *cap. 48.* & Monialibus, in *Regula* Monialium B. Matræ *de Sepevvel*, in agro Herfordenſi, in Anglia. Incipiebant autem Meridianæ, in Domiuica Palmar. ut eſt in *Conſuetudinibus Floriac. pag 396. Ætas Iduum Majarum uſq; ita diem Iduum Septembrium*, in *Reg. Pauli* & Stephani Abbatum, in Gallia Senonenſi Octobris eas finiri, adnotat Lanfrancus in *Decretis Ordinu Bened. cap. 1. ſect. 1. & 4.* Meridianæ *tamen ſejunctorum.* ſeu in diebus jejunii poſt Sexram, brevibus eſſe jubentur, in *Statutis* Cluniac. Petri Venerab. *cap. 24. &c.* V. du Freſne *Gloſſ.*

Meridiani, gladiatores erant, qui Σ'ρεῖοι Græcis, quòd in aliorum, qui jam proſtrati erant, locum ſuccederent: *ingens* Apoſtolo dicti ſunt 1. Cor. *cap. 4.* Vel ſic, eo quòd in virtutum locum referuntur, ad certamen inevitabile exitium. Poſtquam enim matutinis horis cum beſtiis homines committi ſoliti ſunt, hi in Meridiem reſervati ſecum invicem crudeliſſime pugnare cogebantur, non alio quàm nudo enſe inſtructi; Unde Seneca, illos cum Beſtiariis comparando, *Quidquid ante pugnatum eſt, miſericordia*, inquit, *fuit. Epiſt 7.* Eorum meminit Suetonius *Claudio cap. 34. Beſtiarii* Meridianiſique *ad bella Thebana. ut etiam Lucas ad Juſtinianum defendens: & Meridie, dimiſſo ad prandium populo, peſſederet.* V. quoque ſupra ubi de *Beſtiariis.*

Meridianus, in Globo Terreſtri, circulum longitudinis denotat. Æquatorem ad angulos rectos ſecantem: quorum integri exhibentur numero 18. dimidiati 36. quemadmodum contra latitudinis circuli ad Æquatorem parallelæ ducuntur, & ad utrumque Polum ubique pertingunt, dena gradibus à ſe invicem diſtantes. Horum ufus in ſignis in ſpeciali ſingulorum terræ locorum deſignatione, quæ ut iuxta debitam proportionem exprimeretur, certa longitudinis & latitudinis menſura Terræ attribuenda fuit: unde & quemque locum ſuæ longitudine pariter ac latitudine donarunt Geographi, quarum illa, *diſtantia eſt loci*

à primo longitudinis circulo ſeu primo Meridiano: hæc diſtantia ejusdem ab æquatore. Sed ubi primus *Meridianus* collocandus, hoc opus, hic labor eſt. Veteres Geographi, & in iis Ptolemæus, eum in Canariarum una, quam *Infortunam* nominabant, poſuerat, Canariasin extremo Occidente ſitas eſſe, à quo ad Orientem longitudo ſumi ſolet. Nec tub initia creſcentis Geographiæ de alio cogitatum eſt: donec poſt detectam A. C. 1492. à Christ. Columbo Americam, ille inter Ferdinandum Catholicum Caſtellæ R. & Johannem R. Portugallæ oborta, ac inter Sacerdotes eorum contineta, circa divitionem novi Orbis, occaſionem de variando *Meridiano* antea à nautis ſumſit: qui aliis rationes Mathematici, ut à declinatione pyxidis nauticæ, &c. petitas, adjunxere. Biaeu in maximo ſuo Globo, monetem *Pico de Teide*, incolis *Pico de Terreira* dictum, in Ins. Teneriffa, Canariarum una pro *Meridiano primo* aſſumit, ut & de Wit *in tabb. ſuis Geogr.* In Alores eum ait reperiunt, & Orientaliores inſulam S. Mariæ & Inſ. S. Michaelis adhibeat, ut Duvallius *in Tabb.* Nonnulli Occidentaliores ſumunt *Corvo & Flores*, velut eum Blaeu facit in Globis ſuis minoribus. Godofr. Wendelinus, à *Meridiano*, qui tranſit oppida Islandiæ Holam & Schattolam, orditur. Alii in loco, ubi degunt, acquieſcunt: uti Landsbergius in *obſerv. Aſtronom.* qui Goëæ Zelandiæ oppido id officii aſſignavit; & Origanus qui Francofurto ad Oderam. Nec omittendum, Ludovicum XIII. Gall. R. juſſiſſe Regni ſui Coſmographos *Meridianum primum* ſtatuere in inſ. Ferro, ſeu *de Ferro*, quæ ab Occidente narrat Riccioli. *Alm tom. 1. p. 1. pag. 745.* Cui tamen differentiæ ſic obviatur. Ut ſi longitudinem loci tui numeres à Teneriffa, alter verò à *Corvo* & *Flores*, totidem gradus iſtius computationi adjicias, 14 $\frac{1}{2}$. circiter item ſi à *Corvo* & *Flores* numerare cœperis, alter verò à Teneriffa, totidem gradus abjicias, &c. V. Auctorem Anonymum *Hiſtor. Orbi Terr. Geogr. & civ pag. 1. §. 12 & 13.* Hornio *Meridianus*, olim in Fortunatis inſulis ſeu Canariis; poſtea in Azoricis primum Meridianum conſtituere Geographi, ob rationem hanc. Poſt Novum Orbem ab Hiſpanis versus Occidentem ac Orientem detectum, eundemque donatione Alexandri VI. Pontif. R. (quod facile ipſi erat de alieno) ad Reges Hiſpaniæ translatum, ne oriretur diſſenſio inter Portugallæ ac Caſtellæ Reges, accepto Papa globo & primo Meridiano conſtituto, ſecundum Ptolomæum, in Inſ. Fortunatis, 180. gradus Geographicos adſcripſit, Regibus Portugallæ, & 180. gradus versus Occidentem Regibus Caſtellæ, hac conditione, ut barbaros ad fidem Chriſtianam converterent. Verùm cùm Portugalli, per ſummam ignorantiam ac imprudentiam exiſtimarent, ſibi ſectam eſſe injuriam, ſe, adhuc ignari Orbem eſſe rotundum, magnâ importunitate exterrarunt, ut primus *Meridianus* ab Inſ. Canariis removeretur, per 300. circiter miliaria versus Occidentem: quo factum ut hodie apud Geographos, non in Fortunatis, ſed in Azoribus, *Meridianus I.* locum habeat: Cujus mutationis cauſa non declinatio eſt acus nautica, ſed hæc ipſa diviſio, quæ primum omnino *Meridianum* pro termino habet. Et ex hac mutatione Luſitani quidem Braſiliam obtinuerunt, Caſtellani verò longè majus inde commodum referentes, ab eo tempore jus ſibi vindicarunt in magnam partem Indiæ Orient. nimirum Inſulas Philippinas, quas hodieque retinent; Moluccas, quæ jam Batavis fubiunt, atiaſque. Georg. Hornius *Orb. Imper.* Novam praxin *Meridianum lineam* inveniendi, V. infrà in voce *Typhus Magneticus.*

Meridianus Dæmon, in verſione Gr. Pſalmo 91. *verſu 5. & 6.* ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, *à ſagitta volitante interdiu: à peſte in caligine perambulante, à lue & dæmone meridiano.* Quod Apollinarius ſic reddit,

Οὐ πτοῆσαι μὴ νυκτὸς ἀφ' ὁπλῆς δαμάσειας,
Οὐκ ἀπὸ μεθημέρου, πτερωθὲν ἰοῖς ἐφ' ἵεσθαι βέλος.
Οὐδ' ἀπὸ πανωλεθρίης σκοτίης ἀβρὸν ἐκ νυκτὸς ἔρχον,
Οὐδ' ἀπὸ δαιμονίου τε μεσημβρινοῦ ἀντιόωντ' ἐπ.

Euthymio, ex priſcis Interpretibus eſt, aut voluptatis, quæ ſequitur fatietatem, cupido; aut torporis incubitus, *Jenus veneri familiaris.* Ita enim is, *Per Dæmonem*, inquit, *meridianum alii accedia Dæmonem intelligunt, eo quòd ille tempore magis nos aggredi ſolent. Alii verò Dæmonem illum, qui turpibus cogitationibus præeſt, atq; incontinentia. Ingravescente enim ventre vehementibus injurgi & in animos hominum graſſatur.* Hieronymus *in eundem loc.* docet, vulgi ſententiam & locutionem fuiſſe, *Dæmones meridianos ſignificare ſub nomine* Meridianorum *conſitas.* Quod utique & Paganiſmo dictum fuit, cujus perſuaſionem ſequitur Papin. Statius *Thebaidos lib. 4. verſu 439.*

—— ingenet inflix terra tumultus
Lucis adhuc medio, ſolaq; in nocte per umbras
Exprat, nigri cùm vana in prælia ſurgunt
Terrigenæ.

Ubi & *in meridie & nocte* ait ſpectra in illo campo Cadmæo tumultuari. Et quidem, de *Nocte*, nota res eſt. De *Meridie*, Panem ibi tumultuum & pavorum Numen, amaruleuto animo eſſe, memorat Theocritus *Idyl. 11.*

Οὐ θύμι, ὁ πατὴρ, τὸ κεπνόβροχὸν, ὁ θύμις ἄπαν
Συγκεῖσθ. τὸ Πᾶσι βδελυκτὸν, ἡ τῷ ὑπ' ἀγρὸν
Ταινιε κεπνοκὰς ἐμπνεύσεται. Εἰνὶ γὰ σπυρὸς.

Certè lævire tum temporis malos Genios, ex Psalmi *loco vii.* Patrum non pauci ajunt, &c. V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium, Part. 2. pag. 1081.*

Meridies, in quâ *meridies*, i. medius dies: vel quia rum putrius micat æther, quasi *merens dies*, septimum est diei tempus, de quo V. in voce *Dies*. Eam non reperiri in XII. Tabb. Plinius ait *lib. 7. cap. 60. Duodecim Tabb. Ortus tantum & Occasus nominantur. Post aliquot annos adtectus est & Meridies. accensa Consulum id pronunciante, cum Curio inter Rostra & Graecostasin prospexisset solem Solem. Cum tamen mentionem illius in XII. Tabb. diserum habeamus apud A. Gellium lib. 17. cap. 2. Ante* Meridiem *causam coniecto*, & Auctorem ad Herennium *lib. 2.* nec non Censorinum *de die Natali cap. 22.* ubi inquit, *Horarum nomen non minus annos 300. Romæ ignoratum esse credibile est: Nam XII. Tabb. nusquam nominatas horas invenias, ut in alia poëtæ Legibus: sed ante* Meridiem: *eò vie, quòd partes diei, hisparium tum dicebis*, Meridies *dividebat.* Quæ in speciem contraria conciliantur J. Goduefredus, Lucem diei in Legg. XII. Tabb. in duas quidem partes πανμερισθεῖσαν distinctam fuisse, ut una, *ante Meridiem*; altera *post Meridiem*, diceretur: *Meridiem* tamen ipsam in Tabb. illis speciatim defignatam non fuisse; quia eo tempore, cùm Leges hæ Decemvirales conscriberentur, nondum observatum fuerit exacte momentum illud, quod medium dividaret diem, ait. Jac. Gisselium JC. *Notis in Gellii locum præfatum.* Hoc quidem certum est, Meridiem, quæ in agris rerum potiti sunt. Post-quam enim, circa A.C. 800. familia Ommiæ, per Abbazidas, Caliphatu Syriæ dejecta fuisset, partim in Africam, partim in Hispaniam superstites se receperunt, ac ibi Caliphatus novos condiderunt. Ex quibus ortiundus Idris, ad montem Atlantem in Mauritania, urbem Fezzam condidit, & in eadem sedem posuit regiam, adsumto *Caliphæ* titulo: cujus successores imperium longe latèque amplificantium fuit, ac eft hodie, in voce *Comitatus*. Ibn-Zeneti familiam Idris penitùs extirparunt, circa A. C. 950. quorum duæ familiæ, Mec- Naza & Magraoa, regnarunt annos 100. & quod excurrit. Horum regno finem imposuerunt, circa A. C. 1052. Lautunii, alius Africæ pop. ad montem Atlantem creato Rege, atque in Africa & Hispania latissime terum potiti sunt. Primus Regum fuit *Abul Taussin* seu Texfus, qui eidem Regni potiti in urbe Aghmat, quæ Africæ Hispaniæque Magistratum quoque regionem sibi subjecit; exercitusque in Hispaniam trajecto, illam penè universam occupavit, ut videre est, apud Roder. Toletanum *Histor. Hispan.* & *Sarac.* Condidit quoque urbem Marocum, quæ Regni sedes, deserta Fezzâ, in posterum esse cœpit. Almoravidas verò hos pepulerunt Almohadæ, circa A. C. 1139. quo Ludmagistiter quidam *Abdalla Elmohadi*, specie Religionis reformandæ, coepto motu exercitu, Abrahamidam, ejusmum Regem Almoravidarum profligavit, ac ad se tantam adegit deliperationem, ut se de rupe quadam cum equo in mare præcipitaret. Ita potitus Africâ Ludmagistiter Regem se fecit, ac paulo post defunctus Successorem habuit Abdelmumen, cujus tanta fuit potentia, ut in sola Africa Regnum ejus in longit. 90. dierum iter complecteretur, & in Hispania, Aragoniam ufque, magnam Castellæ ac Lusitaniæ partem, possideret. Ei Successit Jacobus Almanfor, qui multas adhuc Regno incolumi addidit. Verùm, cùm circa A. C. 1210. Muhamedes Enaxir in Hispania, ad Navas Tholosanas, ingenti clade affectus esset, amissis fuorum 200000. profugus in Africam ac paulo post mœrore animi extinctus, Almoravidarum potentia ad ruinam spectare cœpit. Quam calamitatem auxit diffidium inter filios ejus, quorum cum reliquisset decem dissordes inter se, occasionem præbuerunt defectionis provinciarum, singulis pene præfectis novæ Regna constituentibus. Ita ex naufragio tanti Imperii, nacta sunt varia per Hispaniam & Africam Regna, nim. Regnum Granatæ, Fezzæ & Marocci, Tremesenæ, Tuneti, Tripolis, & alia minora. Et quidem, circa A. C. 1237. Mahomete *Aben- Hud* Rege Andaluſiæ, occiso, Mauri Hispanienses, creato Rege Muhamede Albamaro, sedem regiam ex urbe Almeria transtulerunt Granatam, & quotannis prius conditore fuit Ibrahimus, filius Zachariæ, circa idem ferme tempus. Regnum Tremesenæ, alio nomine *Telensinum*, circa A. C. 1210. invasit Gamzar, filius *Zeyan*, quem Mariana vocat *Gamaranza*, Thuanus *Gomaraxanam*, &c. *Merini* Fezzæ regnum obtinuerunt; atque horum quidem Principatus & Regnum distinguuntur à Scriptoribus. Ille enim cœpit in *Buicar Merino* A. C. 1210. cujus successores *Principum* titulo contenti fuerunt, donec capto Marocco Jacobus, filius Abdullæ, sese Regem appellavit, A.C. 1269. Horum verò Regum integra series non extat, sparsimque tantum eorum nomina, quam vis non omnia, apud Leonem Africanum comparent. Sed & hos tandem Oattafeni pepulerunt, A. C. 1420. *Merinorum*, familiâ extinctâ, Hascenes Scheripihius Regnum Fezzæ occupavit, intra annum dejectus, à Saido Abra, ex familia Oattafeiorum, quæ varia fortunâ regnavit usque ad A. C. 1548. quo Scheripihii imperium occuparunt. V. Georg. Hornium *Orb. Imper. pag. 320. & segq.* ut & infrà, ubi de Oattafenis & *Scheripihiis*.

Merluccis, pisis saporis non boni, eoque vilis pretii: quo nihilominus cum caperetur Hadrianus Pontifex, multi judicium hoc sequuti sunt; ut hic pisis inox supra mediocre pretium divenderetur, ridente Foro Mercatorum Paulus Jovius *ait libro de Piscibus Rom.* Verùm addit, *Adriano facile in admirandis Rep. hebetis ingenii, vel pravati judicii in ejusmodi rebus suisse intelligendum, qui nihil sapientiæ, nihil gustus.* Sed & pro temporibus variare hominum judicia in iis, quæ rem cibariam attinent, ciconiarum videmus exemplo, quæ Cornelii Nepotis ætate in pretio fuere, in eoque manserunt, usque ad imperium Vespasiani per annos centum & decem, post quod tempus cibus is rerum delpectui esse cœpit. Imò si grandi cultum hoc videatur intervallum, *postea mutavisse quidem Macenatem institutis, post eum interisse auctoritatem saporis*, adeoque uno cum homine isidem judicium de eorum sapore natum denatumque esse, testatur Plinius *lib. 8. cap. 43.* V. Gerh. Jo. Vossium *de orig. & progr. Idololatriæ lib. 3. cap. 93.*

Merluciarum, corrige, *Oliverque*. V. Hadr. Valesium *Not. Gall.*

Merovæus, adde: Primus Francorum Rex Marcomirus, circa A. C. 418. Rex Francorum electus, cùm anno sesq. obiisset, Pharamundus ei successit, auctor Legis Saliæ, ut nonnulli volunt. Huic Clodio Comatus successus, sedem suam habuit in castro Thuringiæ Disberga, atque in Galliam irrumpens Belgicam, Cameracum, Atrebates, & reliqua loca Somæ tenus, Romanis eripuit: fed ab Actio & Majorano Ducibus Rom. iterum ejectus, antiquas in Germania sedes repetiit. *Merovingi* dein appellati Francos, primò regnante Gratiano, A. C. 375. in quo tamen haRegnum duravit, usque ad A. C. 750. Conditor familiæ *Merovæus* fuit, qui trajecto Rheno fedes cum suis Francis, ad Axonam fluv. posuit. Inde permixtus Gallis, Romanam linguam cum Germanica, quâ Franci utebantur, in eam faciem corrupit, quæ hodie recepta est. Idem Tornacum, Cameracum, Rhemos, Suessiones, Autelianum, Colonianum Agrippinæ de pene totam Belgicam Regni sui ædes ejecit. Quæ omnia gesta in Provinciâ, à Carolovingis expulsi sunt, fuscinde habes hic infrà. *Merovingi*, nomen primæ Regulis in Gallia familiæ, quæ, à Merovæo præfato orta rerum potita fuit 300. annos integros, ab A. C. 450. usque ad annum 750. In ea primus Rex Meroveus, de quo dictum. Sub ejus filio Childoveo longe majora incrementa Regnum Francicæ fumsit, quippe qui, cunctis inter Sequanam, Rhenum & Ligerim positis potitus, Francorum dominatui ea omnia finem imposuit, ac præterea Thuringiam, Alemanniam, Burgundiam, Aquitaniam & Gothiam Gallicam sibi subjecit. Primus etiam Francorum Regum Christianam fidem amplexus est: ac Regnum maximum & latissimum filiis suis reliquit, nim. universum Rheni tractum, ab ipsis fontibus ejusdem usque ad Oceanum, cum omnibus regionibus in ripa Gallica sitis & trans Ligerim positis Alemannium, usque ad Suevium, atque inde Ratisbonam Danubium, Rhætiam, quæ Regis Sylvii, vulgò *Schwartzwald*, & lacu Brigantino, Algovia & parte Helvetiæ, inter Rhenum ac Ursæ amnes, Franciam præterea Orientalem, h. e. Austrasiam & Thuringiam: quæ regiones uno nomine appellabantur *Francia* & medio Rheno dividebantur in 2. partes, quarum Occidentalis *Westfrasia*, item *Neustria*, & à sermone Latino *Romania*; Orientalis verò appellabatur *Austrasia* seu *Francia Teutonica*, ut videre est apud Goldastum, Gotfr. Viterbiensem Greg. Turonensem, alios. Defunctus est autem Childoveus, A. C. 514. atque tum inter quatuor ejus filios divisum Regnum est hoc modo, ut Regnum Francicæ, in specie sic dictum, cui sedes Lutetia Parisiorum, primo genito cederet; Regnum Belgicæ, cujus metropolis urbs Suessionum, Clotario, secundo ex filiis; Regnum Aurelianense tertio; Denique Regnum Austrasiæ, cujus sedes urbs Mediomatricum, quarto Theodorico, qui etiam Regno postea Burgundiæ potitus est. Sed hæc 4. Regna, extinctis tribus fratribus sine prole *masculâ*, iterum unita Clotharius I. A. C. 558. Eo verò extincto A. C. 564. secunda. Regni Franciæ divisio, easdem in quatuor partes, facta est, nisi quòd Burgundia Regno Aurelianensi accesit, donec A. C. 568. Clotharius I. mortuis fratribus, denuo Monarchia Francæ potitur, à quo tempore aliquoties ea partitio divisa est, in duo imperia Regiæ, Austriæ & Francie, ut apud præfatos Auctores evidere est. *Circa A. C. 687.* primò institui fuerunt Maiores Domus: quod officium complectebatur amplissimam potentiam & *solo Regis titulo* ac coronâ minorem. In quos cùm Regiminis onus omne Reges devoiverent, vilescere ipsorum auctoritas, & ad insequentem Regni mutationem, via sterni cœpit, imprimis postquam Majordomatus potitus est Carolus Martellus, omnisque quotannum Gallia habuit, Principum pugnacissimus, qui multas ablatum *Regis* titulum contemnentes, dicere autus est,

diadæ

Malle se Regis Dominum, quàm Regem esse. Ultimus itaque *Merovingorum* Regum fuit Childericus I. cognom. *Stupidus*; quo a Zacharia Pontif. Rom. exauctorato ac in cœnobium detruso, Regnum ad *Carolingos* translatum est, V. infrà in *Pipinus*: quæ Regui à prima familiâ ad secundam translatio, pro præcipuo Pontificiæ potestatis, quæ ab hoc initio immane quantum potesta crevit, à Politicis ponitur. Sub his *Merovingis* Regnum Galliæ electivum fuisse, probant nonnulli ex eo, quòd apud Gregorium Turon. & Aimoinum Pharamundus, itemque Pipinus eius què liberi Carolus, & Carolus M. electi dicuntur: quòd Ordines Regni Childericum, propter flagitia & libidines pepulerint; ut & Childericium alterum A. C. 578. ac Theodoricum A. C. 697. & A. C. 890. Quòd duo Episcopi, Laodunensis & Bellovacensis, in Regis coronatione, populum rogare soliti sunt, *Num Regem initiatum regnare velint?* hicque respondere, omnibus unoore ter acclamantibus, *Laudamus, volumus fiat.* Quòd Rex novus sceptro militari impositus ac humeris subfultus Populo ostenderetur, quem ritum omnes Scriptores antiqui *electionem* vocant, &c. V. Georg. Pharmundi Reg. *Hist. Franc. pag.* 1. Hinc *Merovingus*, Franciæ Regum dicitur Anonymo *de Mirac. S. Agili lib.* 1. *cap.* 3.

Reges ex Fam. Merovingorum.

Marcomirus , electus primus Rex Francorum , A. C. 418. regnavit ann.	1.	Childericus I. fil.	Clotharii I. 23.
Clodio Comatus, regn. an.	20.	Clotharius I I. fil.,	Childerici 14.
Meroveus.	11.	Dagobertus I.	14.
Childericus I.	1.	Clodoveus II. regn. an.	10.
Clodoveus I. primus Rex Francorum Christianus.	30.	Clotharius I I I.	4.
Childebertus I. Lutetiæ Parisiorum, regn. an.	45.	Childericus II.	12.
Lotharius seu Clotharius I.	1.	Theodoricus I I.	14.
Suessionibus.		Childebertus I I.	18.
Clodomirus, Aureliani.		Dagobertus I I. regn. an.	40.
Theodoricus vel Diedericus I. Metis.		Childericus I I. fil.	Clotharius I V.
		Childericus I I. vel *Hefericb*	1.

Merovingorum ultimus, à Pipino cognom. *Brevi*, pulsus est.

Mersburgum, adde: quasi *Marisburgum*, à *Mare*, præcipuo honore vert. Germanis cultо. Hic item Henricus Aucep's Hungaros, qui omnem Italiam ac Germaniam immanissimè aliquandiu vastaverant, ita cæcidit, ut vix septem internecionis superesse nuntii, quos Imperator manibus, naribus & cruribus truncatos in Hungariam remisit. Quam cladem geminavit Otho I. ejus filius, A. C. 955. ad Augustam Vindelicorum, aliquot Hungarorum Regibus suspendio necatis. À quo tempore Germaniam gens ita intactam pugit. Gerardus Mich. *Imper.* Urbi Episcopalis erat, jam verò *Merseburgium* Episcopatum & Lusatiam infer. possidet Christianus, tertio genitus filius Joh. Georgii III. Elquè ex Ferdinandi Dn. Biberstenii, mortui A. C. 1667. hæreditate, partem dominii, ut *Forst* &c. tanquam dominus feudi, recepit: pietatis studio & prudentiâ Oeconomica inclytus. Ei ex Christina Holsato-Glucksburgia (fil. Philippi Ducis Holsatiæ *in Glücksburg*, natâ A. C. 1634. ductâ A. C. 1650.) geniti sunt, Magdalena Sophia A. C. 1671. Johannes Georgius A. C. 1674. (den. 1674.) Christianus 1675. Augustus 1677. &c. Spenerus *Syllog. Geneal.*

Merulana & *Merulanum*, Romæ locus, de quo V. Dominic. Macrum in voce *Baptijmus*.

Mervuan, Chaliphарum XXI. dictus est, *Asinus Mesopotamiæ*, eo quòd in bello consisteret, *bellici usûs* instar, qui nunquam fugere dicitur, qui habet Elmacinus *Historia Saracen. lib. C. cap.* 11. Idem tamen, ubi Imperio Saffabi Chaliphæ XXII. Ægypti Proregi fuit, quicum gulosus esset mirum in modum, *tantopere delectabatur lusu ovium vivibus, ut quotidiecung, in manus ejus incidisset ovis, continere se non potuerit, quin manum suam, tunica manicâ involutam, in ovis ventrem inserret, veneq; acciperet & comederet. Tunicâ autem illâ deinde exutâ, aliam mutabat. Ayunich, tum primo, quam decem mille tunicas reliquisse, quarum manica pinguedine ovium inquinatæ erant.* Idem Auctor *ibid. lib.* 2. *cap.* 2. & 8. V. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. c.* 13. & 45.

Mesabatene, apud Plinium *lib.* 31. *cap.* 3. ubi de Choaspe & Eulæo fluviis, è quibus solum Parthorum Reges bibere soliti, *Sufianen ab Elymaide discrimine amnis Eulæi, ortus in Media, mirabiliq; fluxu cuniculo conditus ac rursus exortus, & per Mesabatenen lacus circumit ærenti Susorum ac Diana templum augustissimum illo genitilitio rito ea magna ceremonia. Sicubidem Reges non ex alio bibunt & ob id in longinqua portant*: regio est *Mesabatium*, quos Ptolomæus collocat, ubi Uxiis Strabo, in itinere fe; quod à Susis ducit in Persidis interiora. V. Salmasium *Exercitat. Plinian. ad Solinum pag.* 700. & in voce *Messabata*.

Mesani montes, à Pharan, quæ in intimo recessu sinus Arabici est, ad Judæam pertinentes, describuntur Ptolomæo, ubi de *Arabia Petræa*. Ad horum eundorum latus, versùs Ægyptum Saracenorum regionem prætendi, addit idem.

Messeda, V. infrà *Messuina*.

Mesjus Gallicanus, Præfectus Prætorio, sub Tacito Imp. apud Vopiscum.

Mesochori, Græcis τὰ μέσα χωρία, in omnibus Vett. Choris Symphoniacis, erant cœnationis ad canendum præbanæ & modum canendi dabant, *pede* in eam rem pulpitum aut solum tundere solito. Pedem enim levanies & eum fono ponentes, æquali semper ac perpetuo quodam tenore, cantici modulationem temperabant ac moderabantur; quod idem hodieque, sed *manu*, fit ab Musicis Symphoniacorum concentibus, Lucianus de Laconicis Choris, & Tibicine, qui ad Chorum simul flabat & pede terram plaudebat. Καὶ αὐλητὴς ἅμα ἐν μέσῳ κάθηται, κινυνλῶν τοῦ ποδὸς τὸν τοῦδε τοῦτο ἀπλοῦς ὑπηρέτης. ὀρχήσεως πανταπάσι ἐπιδεικνυται σοφὸς μόνος ἐμβαίνειν. Et *tibicen quidem in medio sedet cavens pede ad sonitum eum; hic vero ordine ac invicem sequentes varia schemata exhibent, ad rythmum intendentes.* In Theatris itaque, quo clarior sonus esset, illi, qui pede pulpitum percutiebant ad tecentivum dandum, ligneas soleas sub pedibus habebant, ad hunc fonum sum facias; quas Græci κρηπῖδας, à *pedis plausu* & percussione dicebant. V. fu, ra in voce *Crepezia*, & infrà in *Scabella*. Sed & testarum crepitus, salsandibus Pantomimis, adhiberi solebat, uti vetus Interpres Juvenalis docet, *ad illud, Audiat ille Testarum crepitus.* Quomodo autem manibus idem percuterent, discimus ex Auctore *Epistolarum*, qui sub nomine *Aristenetis* circumferuntur: Digitis, & dextræ manus contractis & in unum redactis, sinistræ subjectæ palmam percutiebant; ut ita invicem complosæ cymbalorum in modum resonarent. Ita enim is, Ἐ'στω ὁ τῆς ἀσῳδοῦ κατηχητὴς καὶ ὁ διδὰς τοῖς δακτύλοις ὑπηχεῖν, ὑπτιάζων τὴν ἀριστερὰν ὑπολυτὸς εἰς ᾧ κοῖλον, ὁ ἄσεις ἀεὶ χεῖρες ἐξόμοια συμπεπτώκασι πάλιν κυμβαλίσων, &c. Stabunt V. in *medio Chori*; inde nomen & c. Salmasius *ad Vopiscum in Carino*, ubi ex scriptis Hefiodi, χορὸν εὖ μέσον *Mesochoros* vocem confirmat esse, addit. Erant autem, qui voce in Choro canebant, palliati vulgò, fymbalorum quæ pallari, apud Veteres, chorum fac ebant. Hyginus, *Pythaules qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt unde postea appellatus est Choraules.* Quemadmodum Citharœdi pallis erant amicti, inter quæ longa erat differentia. Quo nomine meritò Salmasius illos carpit, qui apud Tertullianum *de Pallio* Citharistas aut Citharœdos, qui pallo gestarent, non vero Symphoniacos palliatos, intelligi volunt: Namque nec ipse tibicen, qui tibi s ad chorum canebat, & *Choraules* inde dicebatur, palliatus esse conſuevit. ut Vir illustris docet *Notis in loc.*

Mesocuros, Græcè *Μεσόκωφος*, una ex personis Veterum tragicis. Inter has enim cum mulierum essent personæ undecim, una famularum dicta *μεσόκωφος* est, quòd in *medio* rasa esset. Ei frontis summitas tumore caligato, candor subpallidus, mediocres cæterùm. Illi junior fuit ea, quam *Αὐθέντειραν* vocabant, fronte tumore vacuâ. Duæ præterea, capillorum formâ diversâ. Comatam *κομώσαν* nominabant, comâ ægrè, mœstoq; vultu. Altera, quæ non esset comâ pleniore, sed *μεσόκωφος*. Similis tonsura ei, quam *ἀσχήμονι* dicebant: quidam *recens tonsam*, alii *recens tonsam* malunt; nonnulli *juvenculam* admodum intelligunt, &c. Scaliger *Poëtices lib.* 1. *cap.* 16.

Mesopta, seu *Mysia*, dicitur Græcis hodiernis planities fertilis, ad Ort. & Meridiem montis Hymetti, in Attico agro, sita in qua seqq. vici hodie numerantur.

Vici seu locâ habitata, in parte territorii Attici hodierni, Mesopia dicta.

Mitropis.	Basi.
Keratia.	Lecambasi.
Misochori.	Lambriand.
Chovaradès.	Lambrica.
Marcópoulo.	Palæo - Lampetza , ubi olim *Lampra*.
Coûrsala.	Elimbo.
Phyglia , olim *Phyle*.	Egeaipyrghi.
Cafelà.	Spitia.
Alopécki.	Vrsona. È quibus X. posteriores, tanqum non in rudes tibus, & proin non nisi Zeugalatin, h. e. *pradia*, incolis dicuntur. Jac. Sponius *Itiner. Gracia Part. I. pag.* 248.
Codela.	
Balambasi.	
Bourà.	
Arvato.	
Agoûpi.	
Pikérni.	

&c. 249.

Mesomedes, adde: Meminit ejus Eusebius *in Chron.* Μεσομήδης ὁ Κρὴς κιθαῳδικὸν νόμον μεγιστῳ πάντῃ γραφεὶς ἔτευε, ubi κιθαῳδικὸν νόμον πυθικὸν, est *canticorum scriptor & lyricorum carminum auctor*; unde *Lyricum* eum ibi Capitolinus vocat. Salarium ab Hadriano insigne accepit, quod Pius illi postea imminuit. Extat illius inter vetera Epigrammata carmen Anacreonticum *de vitro*, quod cùm in Trochaicos numeros redegissent Critici, sic restituuit Salmasius:

Τὸ ὑάλου ἐκμαῖον
Κάλλος ἐρασταὶ φάσ.

Ἐ'ι δὲ

Ε'ς δ' πᾶς ἴδοιμι βίλτι
Ω'ς σίνηρον ἀλάστω.
Αἰ δ' ἀλλ' ἄν τις κερὸς
Ε'ξέχοντα πεμφάσσειαν
Φλεξὶ σκιερῷ ἐν ἄλσει βροτοῖς
Ο'λκὸν ὠκὺς ἱστίοις,
Καὶ τ' ἐρεύτει πέμφιγα,
Μὴ πνεῦ διαβαίνῃ.
Ε'ς δὲ βλάβαν ἀκάματον
Χειλῶν ἔπεσε βάλοντι.

Cui simile reperitur inter reliquias Anacreontis; ad hunc modum,

Πᾶς δρεπίοιν τί οἱ μὲ μι
Λεῖπε μάκαρες βλέποντες
Μοῦσαι φόβγος, λυκεὶς δὲ
Μαῖρε πάλιν σφύζει.

Sed & ejusdem Poetæ *enigma* nondum editum, *Notis* suis ad Capitolinum *in Pio*, idem Salmasius, hoc inseruit:

Μετεμψίπεδος.

Ἔστιν πῖμ βίβλοι βαβδοτο κέφ',
Νέδυ ὑφ' ἑρμῆνι θυμαίε λόωτι,
Πτηνέστερα μᾶ δι τε πέφτε, γυνὴ,
Τὰ δ' ἐπέτοι ἐπιπτάμενα ἔπτα θέρι.
Τὰ δ' ἐπέτοι ἐλατηρίζον ἔπτα θέρι,
Οὐδ' ἀνεῖφ' ἀπίστερον, ἡ γυνὴ.
Οὐδ' ἀνεῖ ἄλλο δίμιε, ὅτι θέρ
Ἐκβαλλὸν δ' ὅτε ἐφ' βείμενοτε θέρ,
Φύσιν οὐχ ἁπαξ κεκρυμμένον
Ἀνέδειξε τέλεια μεμιγμένα.

Mesopotites, mulierbris calceamenti genus, apud Pollucem Onom. lib. 7. cap. 20.

Mesosphærum, V. supra *Catasphærum*, item *Malabathrum*.

Messius, nomen illustris in Gallia familiæ, quæ Græcæ stirpis tamen est. Cùm enim Josselinus, filius Jacobi Dn. *de Grolée*, Lugdunensis Senescalli, qui floruit A. C. 1180. Guidonem genuisset & Andream, ab hoc quidem Domini *de Neyrieu*, in tres iterum lineas divisi descendunt: Ille verò tertius Dominos *de Grolée*, *de Vassalieu*, *de Mesplein*, *de Luys*, (qui nunc *Comtes de Grolée* dicuntur) *de Chastoufort*, *de Autreville*. E' quibus, tenam Dominorum *de Mesplein* quod attinet, hic illa habet: Aymarus *de Grolée* Dn. *de Luys* & *Mesplein*, ex Catharina (fil. Henrici Dn. *du Quart* & *Gergy*) pater fuit Arnoldi Dn. *de Mesplein*, qui, Franciscâ *de Chandeu* (Claudio Baron, *de Chandeau* genitâ) ibi uxore junctâ, sulcepit ex illâ Petrum, Dn. *de Mesplein*, matrimonium Artaudæ *d'Arces* (fil. Ludovici, Dn. *de Reaumont*) & ex eâ patrem Benedicti Dn. *de Mesplein*: quo, & Sebastianâ *de Grolée* agnatâ, natus Stephanus *de Grolée*, ex Ludovica *de la Poype* (fil. Gabrielis *de la Poype* Dn. *de S. Iulin*) genuit Gabrielem *de Grolée* Dn. *de Mesplein*. Phil. Jac. Spenerus *Theat. Nobilitat. Europ. Part. II. ut & in Ind. ubi de fam. Grolea.*

Mesilla, inalorum pirorumque generi adnumerata, ut & forba. Ita, ut Plinius habet, *genera, antiquiora, setania, tertium degenerat, tamen ambedeni similius est, quod Gallicum vocant. Setania manu pomum candidius, acini mollore ligno: cortem minus pomum, sed odore præstantius & quod diutius servetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia, antequam decidant, rubescunt: radices multa atq; alta, & ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo, lib. 15. cap. 20.* E' quibus id quod *setinum* dictum, ad nostrum mespilum melius facere, docet Salmasius *ad Solinum pag.* 270.

Mesquites, seu *Matchites*, apud Rodericum Tolet. *de Rebus Hispan. lib. 5. cap. 16.* albique pallim, & in *Epistola* Alonsi I. Aragon. R. *pag.* 789. &c. templum Mahometanorum est; Turcis *Mosfit* seu *Mezzit*, quo nomine propriè appellant templa è lignis fabricata, qualia sc. ab iis exstrue batur, quum nondum Imperii crevissent opes, uti auctor est Leunclavius *in Pandectis Turcico* *dition.* &c. Et quidem C'Poli primum Sanctum Templum Sophiæ Prætorio Imperatoris extructum est, Michaële Balbo imperante, ut tradit Constantinus Porphyrogenitus *de Admir. Imper. cap. 51.* *Masallæ Saracenorum Principu, qui C'Polim obsidebat, rogatu*; quo loco Templum istud *μεγάλον* appellat Constantinus, nisi legendum sit *Μεχίδιον*, ut *Mezzitam* (nam & sic scribitur) intelexerit. Hoc postea diruium & funditus eversum, in quadam fabula, Alexio Augusto Imperatore, Saracenis est Nicææ habentibus *lib. 3.* sed mox instauratum constat, cùm idem tradat à Francis, expugnatâ Urbe, direptum ac incensum. Idem sequenti tempore de novo restauravit Isaacius Imp. in gratiam Saladini, cum quo fœdus interat, uti tradunt Matthæus Paris. *A. C.* 1188 *pag* 104. & Auctor *Historiæ Hierosolym. in Gestis Dei pag.* 1159. Quorum hic, *Dignum, ait, quod urbs illa sub tanto eversa protumberet. Nam si fama credimus, mortis pabulum ex Mahumetis, quæ perfidus Turpinus inducit, ira fieri, ut fidem, quod Turcarum conjuratus, obligatrius confirmaret.* V. Ducam *Historia cap.* 13. *Ornatulum* 4. Leonis Imp. affensio, ubi ex antiquis Auctores magno numero laudatos Car. du Fresne *in Glossario*, cui adde Matros Fratres *in Hierolexico*, ut & supra quæ attinent, in voce *Mahometus*. De hodierniorum verò *Mesquitarum* Turcicarum, quæ vulgò *Moschees* appellantur, ratione adi, si placet, Petrum de Valle *Itiner. Tom. 2.* Origo vocis ab Arabico *Sagad*, i. *incurvavit se, adoravit, rogavit.* Hinc enim *Masgid* & *Mesgeda*, locus adorationis; vulgò *Meschit*, corr. *Moschea*. V. Leunclavium *Exeg. poster.*

Viri illustres.

Messala, Præses Achaiæ, ad quem Decii epistolam habes, apud Treb. Pollionem *in Claudio.*

Messala, prænom. *Marcus*, ædes: Hunc Cicero *lib. 1. ad Attic. Epist. 13. Antronianam domum HS. XXXVII.* (quod est tertio tricies septies, seu scutatum 92. millibus quingentis) *emisse* refert. V. Fred. Gronovium *de Pecun. vet. lib. 3. cap. 16.*

Messarius, custos *messium*, unde nomen & vocarum, Ὀπωρφύλαξ in *LL.* Georgicis *lib. 2. §. 3.* Item dignitas olim in Ecclesia Cameracensi, cui agrorum custodia incumbebat, apud du Fresne, ex *Charta* Gerardi Episc. an. 1145.

Messia Dea, à *messe*, apud Tertullianum *de Spectac. Delchinæ Neptuno vomum columna: Sospites & seminationibus*: Messias, à *mestibus*: *Tutelinas à tutelis fructuum justinent* ; ubi lequitur de columnis, quæ Dearum harum simulachra, in Circo, sustinebant. Numero multitudinis autem istarum nomina enumtiat, veluti iontiens, tot Deas esse Sessias, quot sationes: tot *Messias*, quot melles in diverlis locis orbis universi lateat, &c. Aliter eadem *Segetia* vel *Sugetia* dicitur, à *segetibus*. V. Claud. Salmasium *Exercitationibus Plin. ad Solinum pag.* 912. Petrissæ. *Messo* opimas à Dijs suis Ethnicos, etiam Arnobius testis est *adv. Gentes lib. 6.* Et prolixè Ovidius, hujus rei curam Dijs suis illi (ut rebatur) præfectis his verbis commendat, *Fastorum libro 1. sub finem.*

Frugibus immissis avidos satiate colonos,
Ut capiant cultus præmia digna suos.
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Nec nova per gelidas ista sit herba nives.
Cum serimus cœlum ventis aperite serenis,
Cum latet, arboreis spargite semen aquis.
Neve graves culto, Cerealia dona, cavete,
Agmina le uro depopulantur aves.
——— *Cingite fossa segetem, vallum quoque circa ducite.*
Nec vitio cœli pallent agra seges.
Et nos, desciat macie, nec pinguior æquo
Divitiis pereat luxuriosa fides.
Et careant lolio oculos vitientibus agri,
Nec sterilis culto surgat avena solo.
Triticeas fœtus, passiferæ farra Deæ ignem,
Herdeas, ingrati fœminis, ager.

V. quoque infrà in voce *Primitia*, ut & ubi de *Terris*.

Meskirchia, V. infrà *Wiesensteig.*

Messon, adder: pars fuit urbis Spartæ, Salmasio, unde Alcmæo fuille, tradit Suidas, Ἀλκμὼν Λάκων ὁ Μεσσὼν, καὶ ὁ τὴν Ἐρυθρὰν τῆς Λιβύης καὶ Ἀσσυρίων, Ἀλκμαῖον λέγει ὁ Μεσσὼν, juxta Cratetem vero revera Lydus ex Sardibus. Nempe revera ille Lydus & oriundo Sardianus, Spartanus ἐπώνυμος, ut ex Alexandro constat. V. præfatum Salmasium *ad Solinum pag.* 845.

Mesteci, vocantur in America, qui ex parentibus Hilpanis ac Americanis mixtim nati sunt. Americam enim tria Hilpanorum genera incolunt, *Hispani*, *Criolii* & *Mesteci*. E' quibus *Hispani* dicuntur, qui, in ipla Hilpania nati, inde quotannis in Americam mittuntur. Hi omnes fere dignitates ac ſupremos Magistratus occupant, tam in Politicis, quàm in Ecclesiasticis rebus ac reliquos omnes qui ubique nascuntur, longè antecedunt. Quam fiduciam Rex collocat. *Criolii* vocantur, qui ex Hispanis parentibus, sed in America, geniti sunt. Hi numero quidem ac multitudine prævalent, sed nunquam pervenire possunt in aliquam majoris momenti dignitatem. Unde implacabile inter Hilpanos Europæos atque Americanos odium, adeò quidem, ut Hilpani hi Americani seu Criolii quamcunque nationem Europæam lubmersos admirentur, dummodo ab oppressione Hispanorum Europæorum possint liberari. Atque adeò propinqui Regi Hilpaniæ merussamitrendæ Americæ, ne aliquando Criolii propriam sibi Regem, Hispanis exclusis, imponant. *Mesteci* reliqui dicuntur, qui partim ex Hispanis, partim ex Americanis parentibus nascuntur: qui omnes fere contemtim & servilitet habentur ac mixtam quoque ex utraque gente indolem obtinent. Georg. Hornius *Orb. Polit. Part. I. pag.* 58.

Mesymnium, Græcè *Μεσύμνιον*, inter veteres Tragœdiæ partes. Cùm enim Chorusad quindenos esset ab Æschylo reductus, sic fuit partia & ἔοδε quina, externis versibus: is qui cantum inspiebat, ἐξαρχιστὴς, proximus ἐξαρχίστης, tertius ἔξαρχος, dicebatur. Et quidem, cùm fiebat *μεσύμνιον*, i. *accessio per paria*, terni introducebantur: (tantem fieret per versus, quini sese inferebant. Aliquando etam singulatim fiebat ingressus. Cumque suos quoque partes haberet motus, in Parodis post decem anapæstica catalectica, catalectisum apponi solitum. Tametsi quidem citius, quidam seriùs, quidam nusquam ejusmodi periopas interserunt. Velut Sappbicis, nullo certo numero Adonium: Anapæsticis verò vel filum vel Jambicum. Talia ea quoque fuere, quæ Ἐφύμνια vocarunt: ἐφαιδα, ἴυγξ παιὰν: & ὁ ὀλολυγμὸς, & By-

& *Hymen ô Hymenæe !* Ponebatur autem id post Strophen. Si autem strophe insereretur, *Μεσῳδια* dicebatur. Similia *ἐφυμνια* epiphthegmatica, ut *ὦ μεγα μαι, & Nefas & Heu:* quæ tamen postrema Carieti supervacua fuisse judicant. Jul. Cæs. Scaliger *Poeticæ lib. 1. cap. 11.*

Meta, in Circo, creta erat & terminus, in quo currendi finem faciebant quadrigæ & palmam accipiebant : *Victoria nota*, Solino, quòd ioiæ victrices quadrigæ, quæ metam septimò circumagere anticipassent, eousque decurrebant præmium acceptura. Eidem *locus palmæ*, at Plinio *Creta*, coronæ enim & palmæ ibi loci donabantur victores, qui creta prædictus fuit, quòd non longè abesset à carceribus. Unde *βαλβιδα* Græcitatem imitatus quidam finem cursûs vocant, quia à carceribus, unde exierant, revertebantur & cursum ibidem terminabant, coronabanturque. Pollux, *ἐκ πάντων τῶν τέλους ἐχόντων, ἐπὶ τοῦτο ἀφικνεῖται, ἵνα δὴ βαλβίδι.* Fuere & tum *prima, tum secunda meta*, circa quas ambas pariter cutrebant, & in quarum medio fuit obelisçus. Nifi enim primæ metæ fuissent, pro lubitu suo agitatores contrahere spatia potuissent & brevioribus gyris curtus circumflectere. Præterea, nondum adhuc facis Circus, quum in pariete tribus ad litora campis ludi equestres antiquitus celebrarentur, *meta* semper duæ statuebantur (ilspites primitus ingentes querni & lapides terminales) una, unde cursus aufpicarentur, altera, quam ad finem agerent circumflectere enirque : nam ex ultima meta reverfi, primam quoque circumibant. Statius, de Ludis Equestribus in Archemori honorem celebratis,

Metarum inftar erectæ, hinc madrobore quercus
Olim innixa exuta comas, hinc laxeus umbo,
Arbiter Agricolu.

Et quidem in Circo Cpolitano, *Meta ultima* dicebatur *σφενδὼν* : quòd ea parte Circus in augustias cogeretur, ad instar *fundæ*, quæ in medio latior est, utrinque strictior. Circum namque utrinque claudi in ceretem orbem, dixit Coripus : Quo modo pars prima Circi, ubi primæ metæ, non minus *σφενδὼν* appellari meruerit. An potius *σφενδὼν* Meta illa appellata est, à basi forma, quæ instar *pali* annuli haberet; ita enim & Græci palum annuli vocarunt. Ovatæ certè formæ instar erat; cui similis in Vett. nummis metarum basis, tres obeliscos sustinens, conspicitur. Græci autem mentionem non faciunt, in Circo fuo describendo, nec primarum, nec ultimarum metarū, fed *ὅρους* opponunt *τῇ σφενδόνῃ*, carceres & oftia Circi fundæ ejusdem, *οὐ σφενδόνη, ἀλλὰ τὰ πύλαι ἐστὶ ἐν τῷ ἱππικῷ.* Nec obstat, quòd *Meten* Latini numero multitudinis dicunt, non *Metam*; quia in una Meta, aut dictum, tres veluti erant metæ : Hinc *Metas primas, feu extremas, Metas ultimas, Metas Martias*, & quæ eodem recidunt. Quorum Auctores; qui tres obeliscos superioris metæ vel ultimæ, Saturno, Jovi & Marti dedicatos scribunt : tres inferioris five primæ, Mercurio, Veneri & Lunæ; cùm medius obeliscus, qui singularis erat & maximus, Soli effet consecratus. Crepido verò illa five lugge ius, five agger, qui ab una ad alteram pertinebat, & utramque conjungebat, *κυρτὸς μέσον τὸν ἱππόδρομον, Eurip* nonne, inftar arcus venit, &c. *Meta* aute ad finitimam erat circumflexa : ita in qua proin cùm victoria repofita eſſet, dubium non eſt, quin maximam ad palmam aſpicendi momentum attulerint finitimoriores funales. Quare præſtantiſſimus quadrigæ equus & adprime flecti facilis frænoque docilis, ac cæteris doctior, ad funem finiſter locabatur. Hinc Silius, in ludis Scipionis, cùm cæteratum quadrigarum unum dunta rat equum nomine eumque ut par eſt intelligi, funalem finiſtrum, in quadriga Iberiagitatoria, duos funales nominatim commendavit, *Cantetum & Pelorum*, verſibus quos ita legi jubet Salmaſius :

Tortius æquatâ curretur fronte Pelorо
Cantetus : ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Aſpluſa blandos jonitus, clauſiſque cruento
Spumeus admoſſe gauderet mandere ferrum,
At docilis frani & docilis parere Pelorus
Nonunquam aſſuſum ſpumabat ferrea virus,
Sed lenis ſolo pendens ſtringebat trahite Metam,

Ubi duos, ut dictum, nominat funales in illo curru, Cantesum dextrum, h. e. *δεξιόχειρα*, Pelorum finiſtrum, nusquam demum à meta aberrantem, ſed eam interiore orbitâ doctum ſtringere. Eos *æquatâ fronte currere* ambos dicit, quia fuga ſi uterque. In cerramine verò ſploebundo, ubi ſpes victoriæ allabeſcit, cui incumbendum, tum Pelorum ſolum alloquitur & animare conatur agitator, ut ex quo victoria potiſſimùm penderet :

Attonitus tum ſpe tantâ, genitore Pelore,
Te Zephyro edultum, nunc nunc oſtendere tempus.

Ergò & in certeris quadrigis, qui ſoli totius curſûs nomine laudantur, equi, de funalibus ſiniſtris audiendi ſunt, utpote quibus victoriam acceptum referrent victores, ipſem victi, quantacumque; vincendi habuiſſent, oeberent. Id quod diſertè ex Panchate equo colligas, quem ſolum pro curru ſecundi agitatoris nomine laudavit

— *ſeu ſic alta reparat*
Cornipedum prætenta, & in capita arduа pendens,
Concutat ardentem, quo ; arret ira jecundus,
Panchates ; noceat, adeat cum vertice mixtus.
Tene Aſtur certantes per aqua quum aquore palmam
Erepto, conjunge, vola, per ultere campum.

Ex omnibus unum Panchatem urgens & excitans ad palmam, quia *forebat lora jecundus*, i. quia funalis erat dextertor & Hinc itaque præ cæ pui honoris ac meriti in quadrugis curibus & circo acclitionatis funales ſiniſtri equi fuere. Sed & Heroum ævo *Meta* ſiniſtro gyro circumiri ſoleba; & in ea flectenda ſiniſtri equi prima ac præcipua erat opera. Quare etiam tum equus ſiniſter cæteros optimus effingebatur, quibuſmum in curru locum teneret. Homerus, l. ψ.

— *ἵππος δ' ἐκτὸς ἐὼν ἐπιεὶ ἐπὶ δεξιὸν ἧκεν*
Κ τοτε ἡγεμόνευε, σέλμη δ' ἐπὶ ἔσσυτο ξυγῷ
Ἐλατίνῳ, σε τὸν ἐπ' ἀριστερὸν ἔχεμεν ἡνίοχός.

Quæ eadem ars in Circo in valuit, ſub poſtremis Græcie & Romanum temporibus &c. Plura hanc in rem V. apud Salmaſium *ad Solinii p. 898 & ſeqq.* & infrà paſſim, in primis in *Miſſus, Meta* & *Cacula*. *Meta* Carolus, qui Wilhelmum Britonem, Hyeronymi montes dicit, quòd Carolus Martma ita victricia ulcentus non protuleris. Ita enim is, apud du Freſne, *Principales lib. 11.*

Terrarum quisquis habetter,
A pelago, quod nos bodie aſſignigit ab Anglis,
Usq; ad Hiſpanos fines portusq; remotos
Qui Caroli metæ populari more vocantur.

Metalla, Lib Impp. Gentilibus, habitacula priorum fuere : Clemens enim Epiſc. R. & Martyr Conſtantiam deputatus, 2000. Chriſtianorum & amplius ibi ad metalla damnatorum reperit; fuitque hæc familiaris ac frequens Chriſtianorum damnatio, quæ & libertatem adimebat. *V. infra.* Infimum enim apud Romanos ſervorum genus, compeditı erant hi Ergaſtulani leu Foſſores, quibus per totam diem labore fatigatis *vix cantaborum ſedere ad veſperam* dabatur : ſic autem fuſtuta eos dicebatur panis, quo canes, ne dum ſervi, pafci ſolebant, Haar. Turnebus *Adverſ. l. 15. c. 16.* Illuſtrari poſſo ſi imaginem ex Plauto Laur. Pignotius *Comm. de Servis, V. & ſuprà in voce F. ſſores.* Apud Athenæos *Metallorum* ſodinæ redimebantur *ἀνδρῶν ἀνθεων*, idq; magni, quare non licebat effodere extra fines ſuos, ne alteri damnum daretur. Soli autem cives non redimebant illius modi fodinas, ſed & parijure hoſpites ac inquilini, teſte Xenophonte, *πόροις* atque ſi quis *καπνεμίαν Metallorum* aggreſi velit, teneobatur id indicare Fregenitæ huic rei à populo, ita ſibi acceperint quatuor viros ſeſimam *Metalli*, quod novo illo opere effodiebatur : qui ſecus fecerit, populabatur *ἀγεφῶν μεταλλῶν* ; atque hæc dica, quæ proprie *φασις* dicebatur, ſcribebatur apud Prætorem, Pollux *l 8. c. 6.* Legem, *Metallicas* actiones concernentem, hanc ſuggerit Demoſthenes *ἐκ Παντανετου : Ἐὰν τις ἰδιώτης ἀπὸ ἐργασίας, ἢ ἀφ' ἑτέρου τῳ, ὃν ἐνταῦθα ἐκβάλῃ, ἢ ὑπαφελόμενον ἢ μίσθου ὧτινος, μεταπέσωσ ἀλίφος εἶναι, ἢ ἄλλου ἀλλοτρίου φυτὸν ἐκτεμὼν, ἢ ἐργασάμενος, ἢ ὠφελῆσ τι, ἢ ἐνταῦθα ὀφλήσῃ, ἢ ὑπεσχεθηκὼν

ab Imperatoribus ac Regibus æstimari par sit. Primùm autem Ferrum ac Æs, exin Argentum, serò tandem Aurum effodi cœpisse, ex Plinio discimus. V. quoque Gerh. Joh. Vossium de Philol. c. 15. Agricolam, alios, &c. Addam pauca de præstantissimis *Metallis-dinis*, quæ hodie in America, olim in Hispania fuere, ea quæ tanta *Metallorum*, auri præcipuè ac argenti, in Romanum ærarium copia olim illata est, à triumphantibus, Cn. Cornelio Lentulo, M. Helvio Basone, Q. Minucio Thermo, M. Porcio Catone, M. Fulvio Nobiliore, C. Calphurnio Pisone, L. Quinctio Crispino, Q. Fulvio Flacco, T. Sempronio Graccho, L. Posthumio Albino aliisque, ut meritò dixerit Antonius Augustinus, *Hispaniam ut tempora Romanis fuisse to loco, quo nunc Hispanis America est*, V. Adam. Freytelium *Sinâ & Europâ* c. 30. & supra in voce *Fodina*. De Demonibus, subinde in locis, unde *Metalla* eruuntur, conspicuis, ita quoq; modò memoratus Auctor: *Hic iterum*, inquit, *quæriolet quæ sint illa dæmonia in fodinis obversantia, cur execrationibus & stipulâ ibi se adstimendis? Dæmonia videntur valde operosè laborare, dum sunt mihi movitura, nihil promovent (aliquando vehementiùs agentium & pacem infligunt) id quod subsidit, dum vena indicii. Princeps aëris & universi est Satan, dominatur per inferiora, donec catenis relegetur in abyssum tenebrarum ubi ignis æternus paratur. Habuerit ille Apostatarcha suos profectò ac emissarios ad 4. mundi plagas; Sint ætherei, sint aerei, aquei & terrestres, ipsi famuli; sint regnorum, fluviorum, negotiorum patroni; sint maris, sylvarum, totalenses denig.; sed quo modo gradus istos definire, quos hactenus nemo ex demonstrarit, suffaxe ipse Pragmaticorum & similitudine nostrorum conceptuum. Ubi sub aqua, ego in universitate terræ sunt, illic eamos Elysii, palatia, regia turba & splendores infernales. Injunxerit princeps eorum suis diversissima illa ministeria & jubendo firmarit corpora illis spiritualia, terrena massa expertia, quibus ut instrumentis utantur & exnanire suntio ministeria, eum simul excedant: Sint & thesaurorum custodes aut pervigiles vel adeò vigiles &c.* Hactenus ille. V. quoq; Nicolai Rigaltii Notas ad *Agrimensores* p. 144. Phil. Jac. Maullacum ad *Harpocrationem* p. 149. Jos. Castalionem *Var. Lection.* c. 20. Lud. de la Cerda *Adversarior.* c. 142. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium* passim &c. Hinc *Metallica*, Georgio Agricolæ dicuntur, quæ vel metalla ipsa sunt, vel juxta metalla reperiuntur, vel dum in eorum cubus alia excoquuntur, fiunt: vel aliqua alii præparatione ex eisdem conflantur. *Metallum* verò quasi Metallo addita vocabula putant *l. 8. §. in ministeri, alibi*, q. qui ad *Metallum* (quod inter mediocris pœnæ genera numeratur à Paulo *lib. 5. sent. t. 7.*) erant damnati: Cuiusmodi pœnam à Tarquinio Superbo excogitatam esse, tradit Eutropius *l. 1. c. 10.* Sed jam ante eum Semiramidem *metalla* invenisse eaque per captivos exercuisse, refert Diodorus Siculus & ex eo Suidas. Habebant à Romani *Metalla* multa, ut in Macedonia, Epiro, in Hispania; quibus & Galliæ addit Justinianus *Nov. 22. τὰ ἐν τῇ παλαιωθείσῃ γαλλίᾳ*, præter quæ, *Decimus* quoque & *Troadensis* mentio est, in *l. 9. & 11. de Indulg. deb. in Cod. Theod.* Quò fontes, vinculis additis, ad inquirendas eruendasq; ut dictum, venas, damnabantur. A dimebat autem hæc pœna libertatem & servitutem irrogabat. *l. 8. §. est pœna & l. 17 § 36. ff. de pœnis, l. 5. ff. de his, quæ pro suo, vel pro alio.* Cæterum diversa fuit *in metallum, & in opus metalli damnari, d. l. 8. initio passim.* Nam qui *in metallum* damnati sunt, gravioribus: qui *in opus metalli*, levioribus vinculis premebantur. Hinc refugæ ex opere metallis; in metallum dabantur: refugæ vero Metalli, gravius ac durius coercebantur, *l. 8. §. inter eos, & ff. de pœn. Lpen. in fine ff. de var. &c.* Brissonius apud Joannem Calvinum *Lexic. Jurid* è quo terum *Metallicorum* appellationes technicas, juxta nostram linguam, quoque hic subjungere visum est.

Rerum Metallicarum appellationes technica Latino Germanica.

Æs purum, *Gediegen Kupffer.*
Alveus, *ein Treg.*
Argentum, quod flatim suum est, *Gediegen Silber.*
Argentum rude, *Silber-Ertz.*
Argentum rude puniceum, *Rothgulden-Ertz.*
Argentum rude plumbeum colorem, *Glantz Ertz.*
Argentum rude nigrum, *Schwartz-Ertz.*
Argentum rude purpureum, *Braun-Ertz.*
Argentum rude cinericium, *Grawu-Ertz.*
Argentum rude ruffum, *Rothrendig Ertz.*
Argentum vivum purum, *Gediegen Quecksilber.*
Anthrax, sive vena minii, *Quecksilber-Ertz.*
Caput dimensionum, *Fundgrub.*
Carbones fossiles, *Steinkolen.*
Cartus, *Karren.*
Casa, *Kamm.*
Cæruleum, *Lasur.*
Chrysocolla, *Berggrün oder Schyfergrün.*
Cobaltum, *Cobalt.*
Cuniculus, *Stollen.*
Dæmon metallicus, *das Bergmennlin.*
Declive montis, *das Gehing deß Gebirgs.*
Dimensio, *Maß.*
Exenquere, *Schmelzen.*
Exitus venæ, *das Ausgehen deß gangs.*
Extensio venæ, *das Streichen des gangs.*
Ferrum purum, *Gediegen eysen.*
Fibræ, *Klufft und geschikt.*
Fluores, *Fluß.*
Fodina, *Grub oder Zech.*
Foslam agere, *Schroffen.*
Furis fudtarius, *Steil.*
Galena, sive Molybdæna, *Glantz und Bleyertz: auch Bleyschwaaff.*
Gypsum fossile, *Gyps.*
Jacens, *das Liggende.*
Jutati, *das Geschworene.* (defalien.
Jurati Montani, *Zwoien Geschworene, die ein gebir*
Lapis Specularis, *ein Stein Frauen eyß.*
Lapili nigri, *Zwvitter.*
Ligo, *Keilhau.*
Lithargyrum, *Glett.*
Machina tractoria, *Haspel.*
Magister metallicorum, *Bergmeister.*
Malleus, *Berghammer, Fauftal.*
Metallici, *Bergleut.*
Minium, *Bergzynober.*
Ochra nativa sive Sil, *Berggeel, Ochergeel.*
Ochra factitia. *Bleygeel.*
Pendens, *das Hangend.*
Plumbum candidum, *Zin.*
Plumbum nigrum, *Bley.*
Præfes fodinæ, *Steyger, oder Hutmann.*
Præfectus rationibus, *Schichtmeister.*
Pureus, *Schacht.*
Pyrites, *Kyt.*
Pyrites colore argenteo, *Wasserkyes oder Wasserkyß.*
Pyrites colore aureo, *Ein gester Kys, oder Kupfferkys.*
Pyrites colore plumbeo, *Ein gantz goldfarbig ißt*
Pyrites colore galenæ similis, *ein glantzeter Kys.*
Pyrites cinericeus, *ein grauer Kys.*
Recrementum, *Schlacken.*
Rubrica fabrilis naturalis, *Bergrotel.*
Rubrica fabriis factitia, *Rotel.*
Sandaraca fossilis, *Bergrods.*
Sandyx, *Zinober, Zinnober, Paryzres.*
Saxum fissile, *Schyffer.*
Saxum corneum, *Hornstein.*
Saxum harenosum, *Sandstein.*
Situlus, *Kobel.*
Spatum, *Spat.*
Specus, *Schacht.*
Spleudor, *Glimmer, oder Katzensilber.*
Terminus, *Lochstein.*
Tumulus è fodina egestus, *Halde.*
Vena, *Gang.*
Virgula divina, *die Ruthe* &c.

Metallica Planta, in *Museo* Kircheriano, chymicæ artis Magistrium; quam *Phœnicum rediviviam* Auctor vocavit. Etsin hermeticè occisio vale vitreo, aqua ab omni terminali permixtione depurata, confecta ex cinericus plantæ, quæ *Adianturn* dicitur; cujus cineres in salem chymico magisterio reducti, ea virtute & proprietate pollent, ut eandem plantam reproducant, perpetuæ generationis & corruptionis vicissitudine perennem. Sicbenbatta perpetuò renidens, *phœnicis* istar, vivendo moritur & moriendo vivit: quæres mutis hactenus fructu tenaxa est. Sed & hisce alia conjuncta in peculiaribus phialis Naturæ miracula ostendunt ibidem, quibus integram abietum sylvam, tanquam pertisfimi Artificis penicillo adumbratam, autscalpro exstant, in vitro parvi laboris impendio spectabilem reddit Auctor; usque adeò quidem, ut colore viridi subfuscente, pineis racemis, foliis comatis & cyparissatis, imò radicibus ex terra erumpentibus & intervallo truncorum in terræ superficie mille albuffulis in diverso gramine, interjectis, ipsæ abietum formæ sub aspectum oculi veniant, nec evanescant, nisi fortè fracto vale. V. Georg. de Sepibus in *Collegii Rom. S. J. Musæo cap. 9.*

Metallina Castra, addo: Hinc nomen illustri familiæ, quæ ramus est stirpis *Portocarrero*. In hac enim cum Alfonsus Fernandus, Du. *de Moguer*, duos haberet filios, Martinus successor Patris fuit & per neptem Mariam, in Gironum familiam, hæreditatem suam ac nomen transmisit: alter Rodericus *Comites Medellini* (Hispan. *Medellina*) dignitate auctus est sanè qui filii post se reliquit. Natus enim ex Leonora *de Monroy*, vel Elvira *Henriquez* Beatrice, filia Mariam Pachecam (fil. Johannis Pachecí Gironæ March. Villenæ, qui obiit A. C. 1474.) sibi junxit, atq; ex ea suscepit Johannem Portocarrerii Com. *de Medellin* quo, & Agnete *de Ribera* (fil. Perafani *de Ribera C. de los Molares*) genitus Rodericus Portocarrerus, ex Leonora Tolerana suscepit Johannem Portocarrerum Com. *de Medellin*, maritum Mariæ Olozæ (Johanne Portocarrero March. *de Villanova de Barjas* genitæ) & ex ea patrem Rodetici Portocarrerí Com. *de Medellin*: qui Johanna *de Cardubà* (fil. Ludovici Fernandi *de Cordubæ* March. *de Comares*) genuit Johannem Portocarrerum (cui uxor obtigit Luisa *Folardo*, fil. Francisci Hurtadi *de Mendoza*, March. *de Almazan*) Petrum Portocarrerum Com. *de Medellin* (qui primus sibi nuptiis

pulis junxit Marsam Mendoziam, fil. Garsiæ Raimiri de Cardenas; alteris Annam, fil. Ludovici Ferrandi de Corduba, Carsona & Aragon. Com. de Prades & Ludovicum, Franciscum & Mariam. Spencrus Thuan. Part. I. lib. 7.

Metallum, in variis Veterum matrib. V. supra, in voce *Metallica*.

Metamysteriosis ex Semitico dicitur hodiernus Græcis festum Transfigurationis Domini nostri, quod die Augusti sexto celebrant, durante Quadragesima & *ἀγίας πεμπτῆς*, *sanctæ Virginis*: quæ cum quatuordecim duet dies, quibus nec *carnem*, nec *pisces*, ut aiunt, gustare usi ferum, hoc tamen festo piscium caro illis permissa est. Jac. Sponius *Itiner. Græcia Part. 2. p. 353.*

Metanæa, apud Sequioris ævi Latinos, genuflexio est seu inclinatio, quæ apud Græcos *μετάνοια*, quæ vox Græcis etiam eodem denotat. Duplex autem ea, *μεγάλη* & *μικρὰ*: cum quis tota corpore, sine tamen genuum flexione, se fere ad terram usque antrorsum inclinat, & *μικρὰ μετάνοια* dicitur, cum tantum cervicem inclinat & caput aliquousque. Gerlachius apud Cruium *in Turco-Græcia*, p. 205. Hinc *βάλλειν* seu *ποιεῖν Μετάνοιαν*, *Reverentiam facere*, apud Dorotheum *Doctr. 4.* Decaportam *de Mirac. S. Georgii*, alios, laudatos Carolo du Fraine in *Glossar.* Quia vero Græci, in confessione, forsan *genuflexiones* non *prostrationes* inclinationi inclinationes imponere, hinc est, quòd promiscuè *Metanœa*, tam apud Græcos, quàm apud Latinos Scriptores, *pœnitentiam* illusmodi Ecclesiasticam notet. Unde Petrus Damianus, ubi de pius operibus, ab Ebrentiis in deductorum Fratrum gratiam, impendi solitis, agit, *Cum itaque, frater quidam ex nostro ovili, unusquisque, pro suo sospitem, discipulus, cum multenis sceparum tribus accepit, septuaginta ei laudes facit, reique sospitem per Metanœas*, ubi per *Metanœas*, profundos corporis inclinationes intelligit Dominic. Macer. Sed & *Metanœæ*, alcesserium est pœnitentium Mulierum; cui nomen à celeberrimo Monasterio Alexandrino in idtum, cujus mentio fit in *Actu* Concilii Chalcedonensis &c. V. præterea Mactum in *Hierolexico* & infrà in vocibus *Balmata* & *Pœnitentia*.

Metarius, Custos illyricis jub Valeriano, in *Claudio*, ubi *Metarius* legi vult Salmasius.

Metatores Castrorum, apud Romanos dicti sunt, qui exercitum præcedentes locum castris eligebant: His suberant *Mensores*, qui in castris ad positionem dimetiebantur loca, in quibus tentoria milites figerent, vel qui hospitia in civitatibus deligebant. Magnæ autem id artis opus: unde Aib. Tibullus ad *Messallam* l. 4.

Nunc te non alius belli tuet optius artes,
Quàm decuit, tutum te sine pugna sistam.
Quattuor adversis hostis deligere cervos,
Quem, ubi locum ductis melius it claudere vallo,
Fontibus ut dulces ermpiat terra liquores,
Ut facilis, tuis aditus sit & arcuus hosti.

Et Claudianus de 4. *Honorii Consulatu*,

Bononda subiri
Castra jubet, prabuda vagis ut fallere vallo,
Dicta ubi denjaresuccos, ubi cornua fœtis
Æquinos, aut iterum tendis, qua commoda vallu,
Quæ via difficilis.

Arrem hanc *Grammaticum* vocat Pet. Pichœus *Subjecto. l. 1. c. 14.* sed Gromatica in genere legimus limitum directionem, quæ ex principiis Geometricis fit, denotat, dicta à voce *gromæ*, quæ ex Gr. *γνώμων* orta est. Unde Gromatici Scriptores *Agrim. l. 1. Autores* dicuntur *Gromatici veteres Arvales*, Græcis eadem *οἱ περὶ τὸν Ἀγρίππαν σκοποὶ διόπτραι*. Goth. Joh. Vossius *de Scientiis Mathem. pag. 445.* Quâ occasione de *Metatoribus* in genere quædam simul intertexere visum. Uti autem *groma* interdum in medio spatii, cujus erat mensura capiunda & ad ineam dirigenda, locabatur, tumque in tetrantem poni dicebatur: ita eadem machinâ, in Castrorum metatione delineanda, ut ad medium *groma* vocabatur, quippe præsidente *groma* centro, quia bigroma seu *groma* ponebatur ad dictandas metas; Quæ in tetrantem ibidem tum poni solebat, ut ad medium quatuor viæ convenirent, & quatuor responderent portæ. Nempe, quemadmodum Forum in coloniis, tu medio oppido positum erat, ad quod è quatuor portis viæ erant æquales; ita & Foro quatuor Coloniæ portæ conspiciebantur & in Castris, gromâ in tetrantem posità, ad gromæ ductum è quatuor portis congruebant ac convenichant homines. Atque hic locus in Castris medius Forum erat castrorum, ad introitum Prætorii ubi turba congruebat; ubi legationes renuntii audiebantur, omnisq; administrabantur. Sic positis itaque gromâ, portæ castrorum in conspectu regionis stellam efficiebant. Hygin. *in Gromatico. Sicut in dictatione metarum posito ferramento groma suspenditur, ita porta castrorum in conspectu regionis stellam efficiunt.* Nempe gromâ hoc in terra ferramento interponebatur & super ipsum ferramentum quamcunque in parte mundi hæc pertenta, ad dictandum rigorem & lineas dirigendas: Pertica, fuit, normas habens & perpendicula pendentia; seu etiam filatilve funiculos ac pondera, quod pendule, & prom eadem forte cum Græcorum Chorobate. Hinc de groma, qua agrorum castrorumque *metatores* utebantur. Auct. *Diversum*, *Quæ, quia nostros metatas est impia agellus.*

Et Propertius,

Assiduus parvis pertexit arvis opus.

V. infrà in *Pertica*. Quum igitur tota limitandorum ac metandorum agrorum, qui ad gromam utebantur, nec non constituendorum limitum ac dirigendæ mensuræ ratio, per ferramentum & gromam explicaretur, ut ad veram Solis ortum, i. æquinoctialem, lineam recte capere possent, Meridiem prius excutiebant, qui semper idem fuit: quo deprehenso ortus & occasus Solis de facili posita tenebant; & in Coloniis deducendis agri sique publicè virium dividuntis, linearn ducebant ab hoc ortu usque ad occasum, qui limes ita agrum secans *Decumanus maximus* vocabatur. Deinde illam lineam per medium illam decussatim ac normaliter in rectum ejiciebant, quæ à Septentrione ad Austrum descenderet: qui limes *Kardo* dicebatur. Horum priorum, Decumanus nempe, cum longior tum latior fuit, quàm Kardo; & quidem multi, teste Hygino, agri longitudinem sequuti, qui longior erat, Decumanum faciebant: latitudo eidem, ex Augusti lege, pedum fuit quadraginta, Cardini viginti. Ambobus à quoli vix amplissimis ac regiis in decussem sese invicem secantibus, tota territorii assignati ac divisi limitatio diimebatur & quatuor regiones universæ perfectæ quo nomine totius Coloniæ territorium veniebat, fiebat & Ut. Ut vero, qui spatium condendæ urbi designans mensurum ambitum circumscribebat, visum est ad lineam dirigebat, itumque ædificiorum publicorum delineabat, ea proprie *urbem metari* dicebatur; sic omnino, qui *castra metabantur*, prius ô omnium iolebant; *μετρήσας ὁ ἡγεμὼν τὸν χῶρον, ἀφιστᾶται ἀπὸ τοῦ χάρακος*, *Dux cum metatus esset locum, discedit à vallo*, Lucilius vocat in hisce,

Ingenium.

Dignumabis, ut in castra mensor facit olim.

Unde verbum *metari* quid apud eos ac simpliciter nil aliud significat, quàm *metas ponere & constituere in diagendi* notionem translit, eâ de causâ, quod assignatione quinque tantum sager & pingus atque adeò electilis dabatur. Sic enim Veti. Grammaticus *τὸ metari* explicant, apud Virgilium,

——— seu pinguis agris metabere campi, &c.

V. plura hanc in rem apud Salmasium ad *Solinum pollum*, *interimie pag. 669. & seqq.* ubi totam Veterum metandi tubes, agros, *castra* metandi, limites percipiste, & accurate perlequitur. De Castra metatione porro Hygenus prolixe egit, V. quoque Lipsium *de Mil. Rom.* Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum l. 10. c. 12. &c.*

Metaxa, vel *Mataxa*, ut ibeatius olim scribebant, proprie *filum* vel *serum* significat, unde *lini metaxa*, Lucilio, pro *lini filo*, quod *σῆρες* interpretatur optimum Gloslarium. Postea proprie & absolute *proserici vel subserici* denotabo simi cœpit. Procopius *Persic. l. 1.* Ἦσαν δὲ ἐν αὐτῷ ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν ἱερόδουλοι, οἱ τὰ μάλιστα ἐν ἐσθῆτι μεταξίνῃ, καὶ ἐς σκῆπτρα τὸν ἐλέφαντα ἐσκευασμένοι, *Hos autem elit metaxa, ex qua eaque vestiuntur ossium complectere, quam olim quidem Medicum Græci, jam vero Sericum appellant.* Quemadmodum & *σῆρες* recentiores Græcæ absolute *metaxam*, hoc est, sericum, vocant, cum Veti *σῆρες* quodvis etiam filum & subtemen nuncuparint &c. Salmasius *Not. ad Popiscum in Aureliano & ad Tertullianum de Pallio.* Inde *Metaxarii*, sericorum Negotiatores, in *Lult. Ord. de Prapos. Monachorum*, *Ecclog. 2. c. 60.*

Metempsychosis, Græce Μετεμψύχωσις, Hæreticiqui Pythagoræ rorum imitatione *transmigrationem animarum* asseebant. Chrysologus *Serm. 88. Nemo cum hæc audit. Metempsychos impetet.* Tertullianus *de Anima cap. 11. Itaq; metempsychosin, si non in primo quoq; vitis hujus commeatu omnibus incitus jatisfaciat.* Alii. Nempe ita brevi impius hic error diffeminatus est longe lateque, ut non Judæorum solum complures, circa Chr fti tempora, invaserit, sed & interipsos nec Christianos aliquibi locum invenerit. Uti verò idem inter gentes fuerit Iparsus, & ad nostra usque tempora apud earum non paucas, propagatus vigeat etiam veritam, sue exponit Rabbias Pfanneros *System. Theologic Gentilis pertior.* quem vide. Contrarium huic loquuti dicitum fuit Empedocles, qui *μετενσωμάτωσιν*, Lucretio, *animæ corpus in aliud transformari* docuit, hilce ab eodem Tertulliano irrisis, ubi supra *cap. 32. Plane ut pisci, ne aliqua Japultura condito reputeretur, assum se malus in Ætnam præcipitando, atq; exinde in illo finita sit metempsychosis.* V. Dominicum Macrum in *Hierolexico*.

Meteoroscopium, Græce Μετεωροσκόπιον, Ptolomæo in *Geogr* tam *ἀστρολάβιον*, quàm *σκιόθηρον*, dicitur. Licet enim *μετέωρον* aliud sint, tamen etiam sic *stellas* appellari consueville, constat. Hesychius, *μετέωρα, τὰ ἄστρα. τὸ δὲ ἀστρολάβιον σκιόθηρον*. Alii tamen Μετεωροσκόπιον & Σκιόθηρον distinguunt, ut Proclus ex Gemino, qui tertiam addit Astronomiæ partem, *περὶ διοπτρικῶν*. Et fane Pappus ipse alio loco τὸ σκιόθηρον leparat ἀπὸ τῶ ἀστρολάβου καὶ τῶν μετεωροσκοπίων. Nempe τὸ σκιόθηρον de die tantum valuit, *μετεωροσκοπεῖν* & noctu & die ad interralla, magnitudines ac loca lingularum stellarum signâdas: cujusmodi organa excogitasse Hipparchum tradit Plinius *l. 2. c. 26.* Græci recentiores Α ἀρμάτιον dixere. Sed & Σκιόθηρον quadantenus Μετεωροσκοπεῖον fuit. Nam & Solis ortus ex umbris, & *τὰ κῶ ἐφημερίδι σημεῖα*, & Meridiani per ea deprehenduntur, ut pluribus docet Salmasius ad *Solinum p. 656.* quem, si placet, vide.

Methymna Celia, *Methymna Sicca*, *Methymna Sidonia*, nomina illustrium in Hispania familiarum, V. supra in *Medina*.

Methymna Tafnabia, adde: Alii Mahometem, Mechæ natum, *Methymna* verò lepultum feribuut. Sunt autem duæ hæc in Arabia urbes magni inter Mahumetanos nominis, & Mecha qui dem, prima Muhammedicæ superstitionis sedes est, ad quam e-

universa Asia & Africa peregrinationes quorannis suscipiuntur, ab illis, qui singularem quandam sanctitatem affectant. Sed & alii, ex Lege Mahometis, saltem uni vice per vitam, peregrinatione hac defuncti teneatur, modò iamtus fuerint pubiti, ad lonquinquim hoc iter & dona offerenda, necessitatis: paupertes enim & egenos legis rigor non adstringit, Quòd si quis iter per se obire non possit, per alium id facere tenetur. Non quòd ibi sepultus sit magnus ille Pseudo-Prophera, quem ad modum Europæi fabulantur; nec quòd corpus ejus vi magnetica in aere & in cista ferrea suspensum pendeat, sed quòd ibi Templum pernobilissimum & in eo lapis niger, quem *Kabbam* Hicuntæ summa devotione venerantur, Georg. Hornius *orb. Polit. Part. IV.* p. 57. Tavernier vero, Mahometem hancce urbem, utpote natale suum solum, hac ceremonia honorare voluisse, scribit: addens, credere Turcas id ej; ipsis à Majorib. longâ successione traditum urbem hancce locum illum, in quo Dous Abrahamum jusserit sibi domum ædificare, atque ibi positæ fuerint lioris Auctorem cœlitus Alcoranum accepisse; præterea, ad imaginem Templi Hierosolymitani hoc Templum, præter alterum fandalioram ejus, ibi asservari. Aitera urbs *Medzhymna* seu *Medina Talnabi* est, i. *Civitas Prophetæ*, in qua Mahomedes sepultus, quæque proin & ipsa sanctitatis ergò frequentatur. Sed qui sepulchrum Pseudoprophetæ (de quo monstrosa Turcæ fabulantur) inspiciunt, illi serpes dicuntur excæcare, existimantes nullam in posterum mortalem rem dignam esse, quæ ab ipsis, postquam semel fuerint inspectum illud sepulchrum, conspiciatur. Interim Mecha: longe major veneratio frequentiorque concursus, unde in Alcorano suo Mahometes non nisi hanc peregrinationem præfata solenni (quam *Caravanam* vocant) celebrandam injunxit, conveniuntque facerimæ hujus Legis interpretes in eo, non necessario *Methymnam* aditi, atque Mahometis præcepto, etiam omissâ hac peregrinatione, fieri fatis. Vid. Hornium iterum *loc. prad.* Quod Joh. Baptistam Tavernier *Relation du Serrail chap.* 11. & 20.

Metia Faustina, filia Gordiani Sen. Junii Balbi Consularis Virui xor, apud Jul. Capitolinum in *Gordiano*.

Metiscidum, adde: Quam sententiam Nic. Sampson, contra Raim. Marlianum, locum hunc Corbolium hodie, vulgò *Corbeil*: & Jos. Scaligeram, Melodunum Sconium, vulgò *Melun*, esse, confendentes, Cæsaremi relione ftratagematis Labieni confirmat ac veriſimillimam reddit. In Literis quibusdam A. C. 1293. datis, vicus hic vocatur *Medo, & Simon Major de Medone, Simon de Mudon*: Item *Medun, Moudon & Moldun*, id est, *Modunum* vel *Moldunum* dicitur, à *dun*, vel monte. In Literis anni 1187. *Matthæus de Modun Presbyter* præter ceteros commemoratur, In Literis anni 1203. *Matthæus Dunensis de Modun*, qui & ibidem *Moudon* vocatur; in Literis anni 1217. *Dunensis de Moldun*: ex Valesio.

Metis, adde, V. quoque *Mettis*.

Viri illustres.

Metius Celer, V. quoque *Celer*.

Metius Faleonius Nicomachus, Senator Consularis, cujus orationem exhibet Vopiscus *in Tacito*.

Metius Gordianus, Præfectus, memoratur Capitolino in *Gordianis*; ubi *Macius* legit Salmasius.

Metius Marullus, Gordiani Senioris ex Ulpia Gordiana pater. *Ibid.* V. etiam lampidium *in Alexandro*.

Metochium, ex Græco Μετόκιον, apud Ugbellum *Tom. III. pag.* 493. *Cujusnes Monasteria* & Metochia *relevari destructa & relevata illasa servari*: hodiernis Græcis *Metoki*: cella est Monastica, à Monasterio aliquo principali dependens. V. Pachymerem *lib.* 4. *cap.* 8. *lib.* 5. *cap.* 2. & *lib.* 8. *cap.* 2. Leonem Gramm. p. 472. Theophanem *in S. Nicetæ anum.* 36. Joan. Phocam *in Descript. Terræ S. cap.* 14. Alios, laudatos Carolo du Fresne in *Glossario*. Significat autem *Metocia domigrationem, coloniam*: hæ enim velut *colonia* Monasteriorum sunt principalium. Sed & veteres Græci quorannis Festum celebrabant, *Μετοικία* dictum: quod institutum erat in memoriam Thesei, qui duodecim Athenienſium populos in Reipublicæ formam redegit, & ruris incolas eò, velut in novam Civitatem, confluere compulit. Plut. *in Thesæ. V.* Jac. Sponium *Itinerar. Græcia Part. 2. pag.* 313. & 314. Etiam *Μετοικίων*, summa dicebatur duodecim drachmarum, quam quotannis inquilini solvere cogebantur, teste Harpocratione. Hæus viros 12. fomnias 6. pependisse, refert: quod tributum qui solvere negleXisset, adcives condicitiusque venum ibat. V. I. 4. *Cod. de Jure Fisci lib.* 12. &c.

Metos, adde: Pausaniæ fuit filius, & Olymp. 87. anno 1. Nabonassari anno 317. U. C. 421. solstitium Athenis cum Eudemone observavit: ac eodem vel præc, anno publicavit suam *Ἐπικαετηρίδα μετωνικὴν*, atque ita emendavit Octaeteridem, à Cleoſtrato introductam Olymp. 81. anno 2. & ab Harpalo exactius elaboratam, cum tetraeteride prius, quæ *Eliadensis Olympias* dicta est, Græci utcrentur. Est verò hæc Enneaecdecaeteris dicrum ſoliderum 6940. hodiernæ *Aureæ numeræ* appellatur. Geth. Vossius *de St. Mathem. cap.* 33.

Metoposcopi, Græce *Μετωποσκόποι*, q. *frontium inspectores*, divinorum genus, qui ex facie frontisque lineamentis hominum nosse se mores, atque eis eventura jactant, memorantur Plinio *lib.* 35. *cap.* 10. ubi de Pictoribus claris: *Imagines adeò indifcretas fi-*

militudinis (Apelles) *pinxit, ut incredibile dictu Apion Grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos Metoposcopos vocant) ex ea dixiſſe aut futura mortis annos, aut præterita.* Et quidem Cæsus Spurinna, qui de *Metoposcopia* tractatum edidit, 7. lineamenta frontis in conſideratione venire ait, quorum primum Saturno, secundum Jovi, Martitertium, quartum Soli, quintum Veneri, sextum Lunæ, & ultimum Mercurio, adeoque eorum quodlibet peculiari aſtcui Planetæ ſubiit, illumque præſidem habeat &c. V. ſupràubi de *Divinatione*.

Metragyrta, Gr. *Μητραγύρτης*, Calius vocatur Aristoteli: Rhetor. ad Theodect. lib. 3. *Ἀγυρτὰς δὲ καὶ μητραγύρτας τοὺς τὰ φάσκα γᾶ καὶ πατροφόνους τυγχάν. τ᾽ ὑγιαίνοντα πτοιοῦντας ἐν ἄδοις ἀσπιδες τὸ ὀνομάζειν ἐπὶ τοῖς. Ὡς γὰρ Ἑλλάνικος Κασσάνδρου γάμον, ἀλλ᾽ ὁ Διόδωρος ὁ ἐν τῷ ἀγῶνι αὐτὸν εἶναι, ὁ γὰρ ὁ Μητραγύρτης αὐτὸν καλεῖ, ἀλλὰ Διόδωρος, ἀγῶνα γὰρ οὐδὲ Θεὸν, ἀλλὰ τὸν μὴν πιεῖν, τὸ δὲ ἄλλως.* Quibus verbis ajunt scit Vir doctus, qui in *Nonnum Dionysiaca* severæ lucubrationi tetium attroci ſtylo ſtrixit, cum ita ſcriberet: *Ἀγυρτὰς δὲ καὶ μητραγύρτας τοὺς τὰ φάσκα γᾶ καὶ πατροφόνους εἰς τὸ χρῆσι μεταφέρει.* Ariſtoteles plerosq. *Achæos & Hemiochos, qui circa Pontum ſedes habebant, mores fuiſſe memorat; qui horum rapacitati homeſtum nomen ponere velit, μητραγύρτας appellabit. Dionyſium Jun. Sicilia Tyrannum Μητραγύρτου dixit Athenæus l. 12. nihil enim vilius eſt, quam ſtupem cogere. At Xenophon Callium, qui itidem familias erat Ideæ Matris, Διὸς μήτηρ vocat, lib. 3. de rebus Græcorum. Illi, ut Tyrannis, ita Deum matri ſimulacra fingere, & ea componere, tum, quantum potuit, maximè deturpavit: hic vero plauſibilem ei tribuit, ne contemnere illum videretur, qui publice munere eum alii fungebatur.* Sed ut alia bic omittam, quod de *Matragyrta* adferri, ico; eo ius non quadrat. Ariſtoteles obſervat, Callam, qui Διόδωρος erat Eleuſinæ Matris, per contemtionem ab Ipbicrate μητραγύρτην appellatum, quaſi Matris Idææ Gallum: ſeu quorum ritui ſuperſtitioni ſe addixerat, ut tertio genere mendicantium Varum eodem loco ponit & parat Ovidius *de Ponto lib.* 1. *Eleg.* 1. in qua libtum, Augusti laudes contioenter, rejiciendum non eſſe, contendit:

Eccquis ita eſt audax, ut limine cogat abire
Jactantem Pharii tumula ſiſtra manu?
Ante Deum matres eorum tibicen Acuto, al. adunco,
Cum tener, exſpuat plus ſtria aqua ingt?
Scimus ab impetu ſertini tale Diana,
Undetamen virtus, vaticinator habet.

Neque enim eadem, quæ priore diſtiche *Deum Mater*, poſteriori appellatur *Diana*, quòd neutpe Phrygum & Ephesiorum idem Numen diverſo vocabulo, illud *Rhea*, hoc *Diana*, ut quibusdam placuit. Non ilta enim miſcendi juſsit ſecerium Poetæ, etſi ſub ejus nominibus idem Numen coli docuerint Theologiæ mythicæ Interpretes. Vaticinator hic Ovidii eſt ex illa nota mendicorum, qui in luco Aricino Dianæ Nemorenſis ſive Nemoralis ſtipem corrogaban, titulo Fatorum arcana edicendi; quale genus mendicabula hodieq; nomine *Zygiparum* ſive *Cingarorum* Europam perambulant. Cujus interpretationis auctor Juvenalis *Sat.* 3.

Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur
Judæis, quorum cophinus fœnumq. ſupellex.
Omnis enim, cum ſit gelidum ſub frondibus antri,
Arbor & ægrotis mendicat ſyſtra Camœnis.

Sequente meminit mendicantium ad ædes Atticnos, neque alius *clivus Arcinius* Martiali: *Porto de indem Sat.* 6.

——— *Cophino fœnoq. relicto*
Arcanum Judæa tremens mancipat in aurem.
Interpres legum Solymarum & magna ſacerdos
Arboris, ac ſummiſſa toti nutrix populo:
Implet & illamantum, ſed parcius. Æra minuta,
Qualia cunq, volet Judæi ſomnia vendunt.

In charraceo libro MS. ejus operis, habet Gronnius, *nil tale Deorum*. Posſes defendere, ut ad utrumque numen memoratum Iſidis & Cybeles referretur, quando & mox tautum repetit de *ſiſtro Phrygiq; foramina buxi*. Sed illam habebat Pirchenæ interitus & plurium ſcriptura, neque opus erat plus repetere, quam ſatis commode verſus patetetur. Atque de cauſa Ipbicrates, qui vilium fæturus Callie, bellè *μητραγύρτην καὶ τὸν χρησὸν* εἰς τὸ *Διὸς μεταβολὴν ἀπὸ τοῦ* & *ἀστεῖου ad ἀσελγὲς* & pro Daducho *Metragyrtam* vocat Callam: ſervatitque genus; utroque enim facerdotium Deæ & quidem Matris, contentior. Quem ſalem cum non intelligere ſe ſingeret, regeilit, Ipbicratem *φιλόσοφον, πρόσαντον & non initiatum* eſſe, utpote qui ſacra Deûm Matris & Eleuſinæ Cereris confunderet: quod & ipſum convivium eſt, nec leporè caret. Hæc enim eſt Ariſtotelis, quam nec latis expreſſit Vir eruditiſſimus; qui declaraturus eam, notatin ſacris Idææ Matris honeſtius fuiſſe eorum munus, qui, quod lampades geſtarent, *Δαδοῦχοι* vocabantur: illaudatius eorum, qui eo, quòd pro Magna Matre *ἀτελεσ-*

grusfacerent, Μητροχρέται audiebant. Praevixit utique Victorius: *Munera famulorum Idae Matris plura magnopere inter se differentia fuisse: quaedam fortasse dictione, quaedam honestiora. Praeforte faces honestum putatum; cotere vero stipem, abjectum ministerium. Ipsterates igitur*, inquit, *Calliam debonestare studens, ac deridiculo munere eum appellavereat.* Seneca quidem *de Vita B. cap. 27. Cum aliquis lacunas lacertis fuis exercet, brachia ait, humeros fuspensa manu crudescat, lassatum lentetatim lenet & modo lucernam diu praeferens conclamat, tratum est dicentibus: Demum hanc animo dixit & cum Victorio Athenis. Nou enim δαιδοφόρα isfactis Idaeae, fed Eleusiniae Matris, V. Suidam & Apostolium in Διὸς κώδιν. Quare non fieri honesta κἀκ τὰ βελτίω· τὸν δὲ τὰ χέρα τρανslatio, si Metragyrtam* dactylico nomine digneris: nam utrumque ferviunt quidem Deae Matri, fed non uterq; jactant feftas faces. Nunc ad Noonii doctiffimum Cenforem: is, ut nominibus va riaret, Dionyfium ab Athenaeo Μητραγύρτην vocatum prodit, re vitiari & corrupti, ut infelicitem Tyrannii calum cum fplendore prioris forunae contenderet. Ubi autem vel fimile vel analogum, fine quorum altero nulla translatio exiftit? Nam fi ob fo lam viliatem Μητραγύρτου nomen meruit, etiam *cerdo* & *baiulus* vocari poterit, & hi homines, quia vilifimi, fint & appellentur Μητραγύρται. Jam quod illud genus, quo Tyrannus & famulus Idaeae Matris continentur? nifi forte quod ambo populum quaerfiut habent, illi vi mineteria, hic fuis preftigiis. Omnino Noonii ideam refert Zetanus *Variar. lib. 9.* Ὁ δὲ τὸν Κυβήβης πολλοῖς καὶ πολλαχοῦ χρεκεκμηκὼς βίῳ μόγοβολάς, δὴν τὸν ὑπερβαίνοντα ἀπεμέων, νενδιπνίων δὲ μητραγυρτῶν καὶ κρέκων τυμπάνοις καὶ κρέκουσι κρότῳ. Ὃς ἐ βίου καπηλεῖον, *Ille autem Corinthii, multivariis usus vitae vicissitudinibus, egestate compulsus, tandem* Metragyrta *factus est, & tympana pulsans, nummulis, canonis, vitam egit.* Nulla igitur fi gura, nulla translatio in Μητραγύρτου hic obtenta. Callam tamen Matris Idaeae fuisse non erat, Διοβῆναι vocat Xenophon, pluscuium ei tribuendo, ne contemnere videretur, qui publico munere fungebatur. Ne hoc quidem. Famulum enim Idaeae Matris fuiffe, nullibi dicitur: Διοβῆναι autem fuiffe revera, non per honorem & palpo modo appellatum, probaeu facilmum, ut videre eft apud Joh. Frid. Gronovium *Observat. lib. 4 cap. 5.*

Metrica, tertia Muficae veteris pars, circa Rhythmum quantitates veriabatur, fpecies habens duas breves vel longae ellent. Age erat vetus de quinque biffe tebus, de Elementis, five literis, de fyllabis, de pedibus, de metris, de Poematis. Eius meminit A. Gellius *lib. 16. cap. 18.* cum inquit : *Et & alia fpecies Καινοτέχνου, quae appellatur* Μετρικὴ : *per quam fyllabarum longarum & brevium & mediocrium iunctura & modus congruus cum principiis Geometriae, aurium menfura examinatur.* V. Geth. Joh. Voffium *de Philof. cap. 14.*

Metropolis, addes: Ejus hodie memoria non extat, nifi forte in vico *Tourbale* dicto, quod nomen ex *Metropolis* corruptum fuspicatur Sponius, *Itinerar. Gracia Part. I. pag.* 318. Alias *Metropolis* quid fignificet Hiftoricis Politicisque, notum : Civitatem nempe primariam, quam, velut *Matrem filia*, (ut in Sacris dicuntur paffim) refpicunt minores. Gerin. *Antiquitiani*. Hanc nuncupatam effe, ut tempore Romanis fuffragium eo habeant, volunt Politici, fidem fo eadem requirunt, ut in uno Regno, vel Republica nobili non fit, nifi *una*, per excellentiam fic dicta : Ut fit *populus*, cum ad Majeftatem conciandam, tum ad Magiftratum defendendum : Ut fit *Sacrarium Juris & Religionis*, adeoque omnium facultatum doctiffimis Virisinftructa, ad quos velut Oracula in rebus dubiis fubditi confugere queant : Ut fit *splendidis exornata aedificiis*, prout dictum Principis ac Magiftratus : & *Curvnata aedificiis*, prout dictum Rhetoris *ex Inftitut. Cleric. lib. 2.* Cum enim principi potes eflem & unum haberent Epifcopatum, ac à communi concilio Eccleiae ejusdem provinciae per Synodos regerentur ; dein *Metropolitanum* feu *Archiepiscoporum* nomina nata funt. Erat autem horum officium Synodos provinciales convocare, iisque praefidere & recens electos Epifcopos confirmare : ut primus hunc nonpotius, quam potestate, refpiciis Epifcopis majores eflent. Poftmodum, cum à Conftantino plures provinciae in unam dioecefin redigerentur ; fupra ipfornet conftiuit funt Patriarchae feu Primarii, *Exarchi Dioeceseum* dicti, de quibus infra dicemus. V. Franc. Burmannum *Synopf. Theolog. Chriff. Part. I. lib. 8. cap. 13. §. 14.* Inde *Metropolitana litera*, apud Hincmarum Rem. *Opuc. 17.* pro litteris, quae ab Archiepiscopo Clericis danutur, &c.

Metrum, à Rhythmo, qui differat. V. infra, ubi de Poetis *Rhythmicis & Rhythmo*, item in voce *Numerus*.

Faemina Metrum.

Mezza, feu *Mechtilde de Campen*, familia veteri inter Nobiles Lunaeburgicos (Reposito *Anna Com. de Compenmois* Itala, aliis *Com. de Compiegne*) uxor fuit Ottonis Ducis Brunfuico-Lunaeburgici, qui *Harburgius* levit cum fratribus, in Comit is Augustanis, rem Religionis urfit A.C. 1530. & vita excefsit A.C. 1549 Cui, prae ceteris aliosustriusque texus, in tenera fere aetate exinctos, Ottonem cognoun. *Junnirem* genuiflet A.C. 1528. linea à reliquis agnatis initio agnita non eft, donec auctoritas Caesarea accefsit. Obiit A.C. 1580. V. Bunting. *Chron Brunfuic.* Defecit autem linea haec A.C. 1642. in Wilhelmo Ottonis Jun. filio, Phil. Jac. Speneros *Syllogo Geneal. Hiftor. in Fam. Brunfuic.*

Mezza, fina Johannis Com. Naffovicae, ex Sibylla Ludovici Saxonae Palatini filia (filiorum novem, cito filiarum fecunda matre) omnium natu minima, W olffgango Comiti Zollerenf & Sueviae praefecto nupfit : ex eo, ut perhibent, Marchionum hodiernorum Brandeburgicorum & Comitum Hohen-Zollerenfium Atavia. Soror fuit, inter alios, Othonis, Com. Naffovicae, Toparchae Lopperae, Lauriburgii & Sonnenbergii, ab Henrico I. Imper. cognom. *Aucupe*, exercitui contra Hungaros fumimi Ducis conftituti, à quo vulgatae Genealogiae *Nafforicae* feries initium capit. Ex marito Friderium I. Comitem Zollerenf. genuit ita enim Danckonis, qui arcem Zollerenam A.C. 829. tenuiffe legitur, pofteros, continuâ gradum ferie, enumerant Auctores: Rudolfum, fub Henrico Aucupe, Othonem, W olfgangum *Mezza* maritum, Friderieum I. Fridericum II. &c. usque ad Friderieum VI. qui cum duos haberet filios, Friderieum & Eitelfriderieum, hic Zollerenfium, qui in Principum gradum hodie evecti funt, fuit fator : ille (alius etiam, *Eitelfriderieus* dictus) Burggravios Norimbergenses, atque hinc Marchiones Electores que Brandeburgicos ex fe dedit. Cyr. Leutulus *Geneal. Princip. Naffov.* & Speneros *Sylog. Geneal.*

Metternichia Familia Germaniae, inter Rhenanas Equeftres illuftris, illuftres Eccleiae Romanae Praefules non feinel tulit. Namque hoc lecuio Trevirenfi Archiepiscopatui Lotharium dedit, fub nuper Archiepiscopatui Moguntino, Epifcopum prudem Spirenfem, Lotharium Friderieum, cujus & fratris praedecessores ita funt : N. de *Metternich*, ex N. Rumfchüttelia *de Frimzdorf*, genuit Carolum de *Metternich* ; quo & Sibyllâ Beiffelia de *Gimenich* genitus Dietherus de *Metternich*, libi junxit Margaretam W eyeriam de *Nickeneth*, atque ex ea fuscepit Stephanum de *Metternich*, patrem ; ex Maria de *Metzenhaus*en, Dietheri de *Metternich* : quo, ex Catharini de *Wachendonk*, natus Johannes Gothardus Mariam de *Leyen* in thorum alcivit, atque ex ea genuit Lothatium Friderieum Archiepiscopum, ac Electorem Moguntinum, Epifc. Spirenfem & Wormatienfem ; ac W olffgangum Henricum Baronem de *Metternich*, cui uxor obtigit Anna Margareta Schoenbornia. Phil. Jac. Speneros *Theatr. Nobilit. Europ. Part. III. pag. 67.*

Metis, quae primitus *Dryadum*, poftea nomine gentis, cujus caput erat, *Medomnetrios* dicta erat, vocari coepit circa A.C. 400. urbs Galliae Belgicae infignis, hodieque Epifcopalis. Treviremi Metropoli fubjecta, inclyta. In Not. enim vett. *Civitas Mediomatricorum*, id eft, *Mettis*, reperitur. In Not. Imp. Rom. *Procurator Gynaeci Angustoduni translati Metis*, h. e. Auguftodunum translati Divoduro, aut certe Divodurum translati Auguftoduno. Ibidem invenitur *Procurator Gynaeci Juvaurensis rei privatae, Metis cum gynaecio translata Andutae*. Nec non inter Legiones Pseudocomitatenses, intra Gallias cum L. V. Magiftro Equitum *Gallia*rum, conftitentes, numeratur *prima Flavia Metis*, id eft, legio Pseudocomitatenfis prima Flavia, quae praefidet Mettis, ita enim plerunq; fcribitur. Ad Salicae & Moselae confluentes ftat eft, de qua fic Ven. Fortunatus *lib. 3. Carm. 25. ad Felicium Epiſcopum Metenſem.*

Gurgite cursibus pelagus Mosella relaxat,
Et movet ingentes mollior amnis aquas.
Hinc dextra de parte fluit, qua Salia fortur,
Fluminibus fed fluctus pauperiore trahit.
Hic ubi perfpicuis Muſellam curſibus intrat,
Alterius vires impiet & ipſa perit.
Hoc Metis fundata loco, fpectata, coruſcans,
Pifcibus obſeſſum gaudet utrumq; latus.
Urbs munita minis, quam cingit murus & amnis ipse.

Unde male Paulo Diacono Forojulienſi, à Metis quidam Romano urbis appellationem gratis deducenti, & Gallico nomini Latinam originem vindicanti, per unicum *t.* fcribitur. Treviris, Metropoli ejus, praeponit Ammianus *lib. 15. & 17.* Aimonio ac Hugoni Floriacenſi, inter urbes Belgicae provinciae inclytas, *quanta* ponitur. Caput eft agri *Mettenſis*, Gall. le *pays Meſtin*, Germ. *Mettingerou* dicti, ipſa *Mets* Gallis Germanisque vocatur. Abea Ecclefiaſticam cantilenam dictam eſſe *Mettenſem* vel *Mettiſcam*, Germ. *Mete*, diſcimus *à vita Caroli M.* Reliqua V. in voce *Divodurum*, ut & in voce *Metis*.

Metu extincti non pauci : inter quos Catem quendam, obſeſſa Hierofolyma, cum tantis praecella à Romanis ſubruta proſcideret, rei terrore examinatum eſſe, refert Hegeſippus *lib. 4. c. 3.* Paria exempla plurium hominum, apud Vopiſcum *Caro, Negoni*

non potest, ex tempore, quo perit Carus, fuisse subito constructus, ut mules terrore ipso examinis dicantur. Cujus rei causam docet Alexander Aphrodiæus *Problem.* 16. Cum fit *animam percellens frigus, quam tali rigore defecta*, auctor est Theophrastus *Apophasmatis libro de defectu animi.* V. Casp. Barthium *Animadversa ad Papin. Statium Lact.* 3. pag. 408. & 409. De similibus loquitur Claudianus *in Eutropium lib.* 2. *vers.* 417.

Ecce levis frondes à tergo concutit aura,
Credit tela leo; valuit pro vulnere terror.
Implevitq; sinum jaculi, vitamq; nocentem
Intoger, & falsi formidine fauctus effiat, ego.

Cæterum subiti *metus*, quorum nulla periculæ causa, Pani olim adscripsit Iunt, unde *Panics* appellati, V. voce *Pan.* Item Cosmyanthias, V. Stuart ubi de *Corybantia* mi. Quos adamantem pellere creditum esse, apud Plinium legimus *lib.* 37. *cap.* 4. *Adamas & venena irritat facit & sympathiones abigit, metus, panicos expellit à mente, & ob id quidam eum anaciten vocavere.* Ubi male nonnulli *anacitten* malunt. Nempe ἀνακτεν est, quidquid animum fuæ sponte esse non patitur, unde lymphationes inprimis & *vanimentes*, qui mentibus imanis ab aliquo Numine tractis, creiebantur, *Vaticinia* dicitæ. Hinc qui hujusmodi necessitatis vinculis animum solvere existimatus est Adamas, *Avaγτια* nominen accepit. Salmasius *ad Solinum pag.* 1091.

Mevenates, inter XV. Umbriæ populos, memorati, in vet. *Inscr.* Fulgini fuppliter. Quid Iovis. Iacobillum : quæ ita habet,

C. BETVO. TRO. CILONI. MINUCIANO.
XV. POPULORUM. UMBRIÆ. PATRONO
MUNICIPI.
AMERINI. ASISINATES. FOROFLAMINENSES.

INTERAMNATES. MEVENATES. NARNIENSES. &c.

B. M. F.

Incolæ sunt oppidi *Bevagnia*, quod *Mevania* olim. V. ibi.

Meyrannus, nomen floris à Sinenibus maxime æstimati, quem inde *Regem florum* appellant. Rosa noitrate major, ejusfiguram imitatur, sed folia magis expandit; & odore cedens, pulchritudine superat: spinis caret, colorisque est magis albicantis, quali ex purpureo & albo mixti. Sinenses eram nonnisi quam illa vique reperiuntur. Nascitur in virgulto, lambuco noitrati haud absimili. Colitur per totum illud Imperium in divitum viridariis idque magna arte ac diligentia; in caldioribus quippe locis æstate, contra Solis ardores, umbraculo defenditur. Imprimis verò magna ejus copia in prov. *Suchuen* est, ad urbem *Chungking* cui & in prov. Xensi, ad Jengan urbem. Auctor Anonymus *Sina & Europa cap* 23.

Mexia feu *Mejia Carillo*, familia Hispaniæ, in Regno Gallæciæ, illustris; in qua Conslavus *Mexia Carillo* Dominus de *Santisteban*, duxit Aguetem, filiam ac hæredem Roderici *Mexia* Dn. de la *Guardia*, quo pacto duæ linez coaluerunt. Inter posteros præcipua linea est Marchionum de la *Guardia*: ali cognomina *Ponteiorum de Leon*, & *Guzmannionum* nuncupatur. Marchiones præfatos quod attinet, Rodericus *Mexia Carillo* Dom. de la *Guardia*, ex Maria (filia Roderici Ponce de Leon March. de *Cadiz*) genuit filium sibi cognominem, maritum Majoræ de *Fonseca* (Alfonso de *Fonseca* Dn. de *Cecos* & Mariæ fi. Ferdinandi Alvari Toletani Com. de *Oropesa* genitæ) atque ex ea patrem Conslavi *Mexia Carrillo* March. de la *Guardia*, quo, & Annæ Manricæ (filiæ Petri *Manrique* Com. de *Paredes*) natus Rodericus *Mexia de Carillo March.* de la *Guardia*, uxorem habuit Isabellam de *Mendoza* (filiam Ducis Hurtadi de *Mendoza* March. de *Almaza*) ex qua ille suscepit Conslavum *Mexiam Carillo* March. de la *Guardia*: qui ex Maria de *Cardenas* (Francisco Hurtado de *Mendoza* March. de *Almasan* Com. de *Montesagudo* genitæ) suscepit Rodericum *Mexiam Carillo* March. de la *Guardia* (cui uxor obtigit Ludovica feu Luisa Antonia fil. Ludovici Antonii Portocarreri, Comitis de *Palma*) & Franciscum *Mexiam Carillo*, qui hoc seculo floruerunt, V. Phil. Jac. Speccium *de Nobilit. Hispan. Part. I. pag.* 118. ubi & in Indice, ubi familiæ hujus difpositionem exhibet.

Mexicani, una ex septem Navatlacarum, populi Americæ Septentrionalis cultissimi, gentibus, à duce fuo *Mexio* dictis : in peregrinatione populi prætaci, ex Septentrione versus Auttrum, facta A.C. 820 post diuturnam in itinere moram, reliquis ad lacum amœnissimum delatis, ubi consedere acutbes quæ gens suis conderc cœperunt, quæ *Mexicana*, atque ab illorum Principe *Ina*, quæ vulgò *Mexico* dicitur, in ipso illomedio lacu extruxerunt. Primus ipsorum Rex fuit *Thenuch*, circa A.C. 1325. cui *Acamapixelli* successit A.C. 1375. quem Acosta primum Regem fuisse fatis dixit. Cum verò initio exiguæ ipsis essent vires, tributum vicinis fatis diu pependerunt, donec quintus eorum Rex *Ilcualt*, circa A.C. 1437 arma pro libertate sumpsit, & fœderatos redactis vicinis fub fe gentibus, magnum imperium condidit, quod ab eo tempore tantopere crevit, ut fub Montezuma I. ab uno ad alterum mare latissimo tractu extenderetur. Ultimus Regum fuit Montezuma II. cujus tempore A. C. 1519. Ferdinandes Cortesius cum Hispanis Regnum *Mexicanum* detexit, ac intra biennium, innumerabili multitudine barbarorum occisa, universo nomine Caroli V. Imper. potitus est, in ea ditissima urbis unb opibus in Hispaniam translatis. V. Georg. Hornium *Orb. Polit. Part. III. pag.* 111. & *Orbis Imper. pag.* 526. Utantur *Mexicani* lingua, qua tota fere impulsu linguæ ad dentes exterum palatum attingendo, voces literas T. L. crebertime adhibet. Ut *Tecotl, Mexacxcohitl, Tlilxochitl*, &c. Scripturam verò eorum quod attinet, non à sua ita dextram versus, ut Europæi ac Æthiopes: nec à dextra finistrorsum, ut Hebræi, Arabes, ac pleraque Indi, Malabaris ac Siamensibus exceptis: nec *Boustrophon* ut veteres Græci: nec à superiore parte retta linea ad inferiorem delendo, ut Chinenses, Tatari, Coreani & Japanenses: nec linea ab inferiore parte sursum versus multiplicatis, ut Tanguani, procedunt: sed in formam circuli scribunt, incipiendo à centro ad circumferentiam sursum versus incipienda : V. Purchas. Pelgrim. *lib.* 8. *cap.* 17 Herm. Hugon. *de Org. scribendi*, & *Caput* Adjorem *Historia Orbis Terr. Geogr. ac Civ. cap.* 9. *sect.* 3. §. 14.

Mexius, unus ex septem Ducibus Bavaricarum, qui circa A. C. 820. ex Septentrionali America versus Auttralem migravit, profectionem in multis circumstantiis Israelinarum ex Ægypto in terram Canaanæam itineri non absimilis. Ab illo populi *Mexicani* appellationem hausere, V. supra, ut & in voce *Navatlacæ*.

Mezuza, V. supra *Mazuza*.

M I.

M. I. in notis antiquorum, *Maximus Jovis*: MI. *miles vel militescens*: MI. T. *militis*: MM. *militem*: MMN. *matrimonium*: MMT. *monumentum*, &c. denotat. Fr. Guoldmannus *Lexicon. Lat. Angl.*

Mica, nomen diætæ seu cœnationis aureæ, quam Dominians Imp. extruxit, & à parvitate ita appellavit. De ea fic Martialis *lib.* 2. *Epigramm.* 59.

Mica *vocor, quid sim, cernis : cœnatio parva,*
Exmo Cæsareum prospicis ecce, tholum.
Frange thoros : pete vina : nova de cœpe : ringere nardo :
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

Nempe in hac cœnatione fen tibadio, e tholo, mortui cranium, quod *mortis admoneret*, pependisse videtur, uti Jul. Cæsari Scaligero placet *Lection. Auson. lib.* 2. *cap.* 26. Nisi malis per *tholum* hic foreilgi Mausoleum Augusti, quod cum in vicinia esset, ut confonat huic fidemque facit *Epigramma ex. lib.* 5. potuit mortis admonere, atque ad vitæ usum fructum horari. Ramirezius veró existimat, *Micam* hanc ita fuisse ædificatam, ut ex ipso tricliniolo prospiceretur aliqui tholus ædificii, quod sepulchrum præteriti alicujus Imperatoris continueret; & in specie, Mausolei præfati, quod, quantum quidem ex ejus ruderibus & modo ædificii conjectari nunc potest, in tholum desinebat. V. eum *Not. ad d. l.*

Micciades, Sculptor insignis, apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 5. ubinobilibus operum & artificum in marmore C C X V I. recenset. *Cum ii essent*, (Dipœnus & Scyllis, qui marmore fcalpendo primi omnium inclaruisse dicuntur *cap. prac.*) *tum fuerant in Chio insula Malas fcalptor, deinfimus eius Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cujus filii Bupalus & Anthermus clarissimi in ea scientia fuere.*

Mi-tei, Gothus, ex Ababa Alana, genuit Maximinum Imp. Capitolinus in *Maximinis, Ex patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur. Sed hac nomina Maximinus primus sumpsitus, ipse prodidit ; postea verò, ubi ad Imperium venit, occuli praxipit, ne utrovi, Parentis Barbarogenitus Imperator esse videretur.* Pro *Micea*, alii codices *Micen* habent, cui scripturæ magis accedit Symmachus, apud quem *Micca* legitur. Salmas.

Archangelitus.

Legionarii, qui in Legione aliqua militabant. Hos cives ac in 5. classibus censeo ludicræque artis experteş esse oportuit: Neque arma solum, verum & vallum ac cibaria sepe secum ferebant, Cic. *Tusc. quæst. lib.1.* Cæterum is adritus patebat ad militaria munera, ad cohortem Prætorian, ad prædam, ad dona Imperatoria.

Oftenfionales, V. infrà.

Pilani, erant natu minimi, quorum arma gladius, pila & parma. Addebatur etiam *simplex* caftis. Vide quoque *Velites*.

Prætoriani, *cohortis* Prætoriæ milites, à Prætore h. e. Imperatore corporis, seu custodiæ causâ delecti.

Primani, Secundani, Tertiani &c. in vett. Lapidum inscriptionibus, à numero Legionum, in quibus militarunt nominati sunt.

Principes, Hastatos sequebantur, ætate ac robore cæteris potiores, qui à principio gladiis utebantur. His eadem erat Hastatis arma.

Pterophori, Vid. infrà in voce *Pinna*.

Rorarii, quibusdam iidem cum ferentariis, dicti à *rorando*, quòd, ut ante imbrem fere rorare solet: fic illi ante gravem armaturam incederent.

per Sacramentum, *Græcis οἱ κατάλογοι*, *Milites* dicebantur, qui ab ipfis *Tribunis delecta habito* conscribebantur: Et hoc solum legitimum *Militia* genus erat.

Subitarii, iidem cum Conjuratis.

Triarii, qui in acie tertio ordine ad extremis subsidio deponebantur. Hi cæteris provectiores, inclinatam acien sepissimè restituerunt: instructi iisdem armis cum Hastatis ac Principibus, nisi quòd pro verutis hastas gerebant.

Tyrones dicebantur, qui anno æt. 17. militiæ primum nomen dedere. Hi arma simulturi in jusjurandum adigebantur.

Velites, dicebantur minimæ ætatis fortunæ temeritis militum: q. *volantes*, expediti dicti, quorum usus eo bello, quo Capuâ

Fulvius Flaccus obsedit, reperitus est. Iidem cum Pilanis.

Veterani, qui multa jam stipendia fecerunt. Aliquando pro Emeritis sumuntur. V. supra

Præmia Militaria olim usitata.

Adorea, frumenti fuit genus, apud Vett. in honore habitum, quod eo per 300. annos Rop. Romanus victitasset: hujus certa mensura constituta antiquius, ob eam bene gestam stam, solebant donari.

Armillæ, inter *Militum* donaria fuere: quarum plus 160. L. Siccium Dentatum retulisse, refert A. Gellius *lib. 1. cap. 12.* V. Florum *lib. 1. cap. 1.* Veruin hæ non exteris: sed civibus dabantur. Plin. *lib. 33. cap. 3.* Equitibus inprimis familiares, Th. Bartholinus *de Armillis*,

Bracchialia Livio dicuntur *l. 37. cap. 7.* quæ alias *armillæ*, quod *cap. 7.* quæ alis *armillæ*, quod *cap. 7.* quæ alis *armillæ*, quod *cap. 7.* quæ de iis habet Th. Bartholinus *de Armillis Vett. pag. 51.*

Coronæ, V. supra *suo loco.*

Αγωνία στεφάνη, apud Athenienses concedebatur in bello mutilatis, quorum emolumentum annuus erat inter tres minas ex lege. Τῷ ἀποθανόντι ἐν πολέμῳ ἀγωνία στέφανος, *Mutilati in bello publice aluntur.*

Hasta pura, quæ Cæsoni *donatica*, alio nomine *gramineadicta* est. Vid. Turnebum *Adversar. lib. 30. cap. 20.*

Insignia loco armis ferre Athenis concessum est, cum gloria & bello reversis: datusque in Astu locus.

Monilia, quæ à collo eorum suspendebantur, festis Festo.

Munera militaria Centurionatus, Præfecturæ, Decurionatus, Optionatus &c. Unde & Lex Athenienſium: Μανθανέτω πᾶσιν τὰ στρατιωτικά, *Qui*

egregiam in bello operam præstant, ad majora provehuntur.

Nomen *Cecropidarum*, i. antiquissimorum civium, confertur bene meritis, Athenis.

Pecunia, ante triumphum ab Imppp. diſtributa, teſte Livio *lib. 38.*

Phaleræ, ornamenta equorum in fronte erant, qualib. quinquies vicies donatus legitur præfatus Siccius. *Romanus Achilles* dictus. Ἀριστεῖον, vocat Suidas.

Prætoriæ cohortis communio, quæ nemini niſi civi Rom. permittebatur, ex qua qui fuiſſet, inbenefitiis ab Imp. ad ærarium deferebatur.

Πρωτόκλισια, in Rep. Athenienſi, conſequebantur filii Parentum, qui in bello occubuerant: primas namque in theatris occupabant ſedes, & de publico educati ac inſtituti, *mox* quique inſtructi ad ſua mittebantur negotia, ex lege Solonis, cujus memiuit Laërtius.

Sepulchra magnificè exornabantur: pyram ter circumeuntes commilitones, velut in acie, armati, ſcypeos, haſtas, in ignem vel ſepulchrum conjiciebant. Maximâ autem ex parte in Ceramico publico ſumtu efferebantur.

Spolia populus dividebat.

Stipendia, pro meritis angebantur: ut videre eſt apud Suet. Lipſium *lib. Elect.* ac infra, in voce *Stipendium.*

Torques, quales 83. Dentatus retrò dictus apud A. Gellium, accepit: Erant autem vel Duplares, qui ob virtutem duplas conſequebantur annonas: vel Simplares, quibus una & ſemiſſis tribuebatur &c.

Pœnæ Militares, quæ olim in uſu.

Cenſio haſtaria, cùm *Militi* mulctæ nomine ob delictum militare, indicebatur, ut haſtas daret.

Cibum ſtando capere cogebantur, potumque, apud Livium *l. 24. qui detrectata pugna memores ſeceſſionem fecerant.*

Cinguli ademtio non minima ignominia fuit, utpote dimiſſionis & exauctorationis infamis indicina. Vid. Frecultum *Chron. tom. 2. lib. 3. cap. 15.* & Suetonium *Auguſto* ubi docet: *interdum tunicatos dicit eſſos, nonnunquam eximdecimpedo vel ſtando coſtrum portasse, ſtare per totum diem ante Prætorium juſſiſſe milites.*

Decimatio, totam legionem ſpectabat, cujus antiquiſſimum exemplum extat apud ſuid Livium, ab Appio Claudio Conſule exercitum *li. 2.*

Dimiſſio ignominioſa, quo pacto Cæſar C. Avienum, ab exercitu ſuo removiſſe, apud Hirtium *de bello Afric.* legitur.

Foſſam fodere, tunicis interioribus ſolutis, inſpectante reliquo exercitu, antequam militaris ignominiæ genus ſuſſiſſe, ex Plut. *in Lucullo* diſcimus.

Fuſtibus cædi militem extraneum, quem extra ordinem deprehendit Scipio, diſciplinam militarem ad Numantiam corrigens. Sic Fuſtuarium meruere Legiones, quæ Conſulem deſeruerunt. Cic. *Philipp.* Inprimis inſtigebatur hæc pœna cuſtodibus, ſive vigilibus in *militia*, qui teſſeras non reddidiſſent, aut dormiviſſent, aut locum vigiliæ deſeruiſſent: item qui furto aliquid e caſtris fuſtuliſſent &c.

Heliaſtis plectendus Athenis tradebatur, qui vel militare recuſaſſet, vel ordine exceſſiſſet, vel timidum ſe præbuiſſet, vel clypeum abjeciſſet.

Hibernare extra oppidum cogebantur milites, apud Liv. *lib. 26.* neque propius ullam Urbem 10000. paſſuum accedere hibernando, ignominiæ cauſa, licebat.

Hordeum pro tritico ignominiæ cauſa datum cohortibus, quæ ſigna amiſerant, apud Liv. *lib. 27.*

Mors transfugis ac proditoribus ſæpe irrogata.

Nudis pedibus coram Ducis ſtatue tentorio, vel etiam ceſpi-

Milites, Hæredi, qui alias *Florinian* & *Carpecratian*, ſic dicti, *quia de Militaribus fuerunt*, Philaſtius *de Hæref. Part. 3. cap. 10.*

Militus Chriſti, ſeſe inſcribebant olim Templarii, ou dicimus ex *Manuſſito* Anglic. Tom. II. *pag. 997.* In quibus tam Eccleſiis Occidentibus Gallo-Britannicis, quam Orientalibus Latine, *lib. 7. cap. 8.* appellantur, liquot, maxime in Vienneni, qui duo ſunt, hæc *Militum* nuncupatur, & Lugdunenſi, ubi decem, de quibus V. Joannem de Iserve *in Antiqq. Vienn. cap 14.* & *Chartam* Philippi Regis A. C. 1307. pro Eccleſia Lugdun. apud du Frelne *Gloſſar.*

Militus Gaudentes, dicti iuter Fratres Ordinis Militiæ S. Mariæ Virg. in Eccleſia Rom. V. infra *Fratres gaudentes.*

Militus Glatii, apud Matthæum Luber. *lib. 7. cap. 8.* appellantur, qui, ad imitationem Templariorum, *Chriſti militia ſeje dedentes, profeſſionis ſua ſignum in forma gladii, quo pro Deo certabant, in veſtibus ſuis præferebant.*

Milites Regis, apud Scriptores Francicos dicuntur *Milites*, qui ex domo Regia & ex ejus peculiari familia erant ac ſtipendiis honorati: cujusmodi complures in Vett. *Chartis* recenſentur, Gall. *Chevaliers de l'Hoſtel du Roy.* In *Charta* Alberti Imp. 3. Id. Decembr. A. C. 1299. qua Hugooem de Bovilla Cambellanum Regis Franciæ, in ſuum *Militem* & Domeſticum adſciſcit hisce verbis: *Ad perſonam nobilis Viri Hugonis de Bovilla, maneſtri Principis D. Philippi Regis Francorum illuſtris Camerarii nobi. dilectiſſimi noſtri favoris latius extendentes, ipſum in noſtrum familiarem & Militem dicimus aſſumendum, volentes in ubi, unq, locorum, quæ Romanum perſiſtere imperium, noſtrum familiarem & Militem honoris & gratiæ, libertate & gratia uberiori gaudere, & pro repræſentium teſtimonio literarum.* Similiter & Reginæ aliquæ nobiles fœminæ, *Milites* ſuos habebant. Unde Theobaldus *de Mainy* & Ferdinandus, *Milites Reginæ*, ſubſcribuntur in *Charta* An. Ch. 1194. in *Hiſtoria* Monaſterii Longipontis *pag. 104. &c.* Hodie iisdem qui adſunt, manuinque præbent ad eas deducendas, Gallis vulgò *Chevaliers d'honneur de la Reine*, h. e. *Milites Honorarii Reginæ* appellantur. Quæ tamen in Gallia, qui & tribus militi erat, quibus *Militum* ordini initiabantur, ſeque variis *Militum* generibus, copioſe ac erudite ibidem diſſerit. V. quoque hic paſſim, ubi de *Armis, Bello, Stipendio &c.*

Milites Rotundi, numm., vulgò *Ridders*, dicti in *LL. Conſuetudinicis cap. 21.*

Militia, apud Petrum Diaconum *Hiſtor. Caſin. lib. 4. cap. 35. Curtes, quæ manuſſiſt Imperii erant*, Militiæ & *caſtra Imperii* dicta. Item Teſtimonium *MS. de Ortis Imperial. lib. 2.* Hic (Henricus II. Imp.) *legem inſtituit apud Tentones, ut Militia, more Gallorum & Anglorum, ſucceſſionis jure devolveretur ad proximos agnationis gradus, cum antea perveniret de Principe gratia.* Alios medii ævi Scriptores; alias *Feudum Militis* & *Feudum Lorica*: Item *Terra*, qua *Militem debet in expeditione*, dicitur in *Charta* Balduini Com. Flandriæ A. C. 1119. Galnice *Gentilleſſe*, in quodam vet. *Regiſtr.*, apud du Frelne. *Chriſtianodi* terras non aſſi à *Militibus* poſſideri & teneri potuiſſe, docet is ex *Charta* Sanctii R. Majoricarum, A. C. 1223. qua Raimundo Rubey de Prans concedit, ut tenere poſſit aliquot villas, quæ ab avunculo ex lego conceſſæ fuerant, etiamſi ab eodem Rege teneretur *in feudum & de Militari adjenſiam non Militarem deveniret*, hac appoſitâ conditione, ut Raimundo extincto, villæ eadem ad omni ex filii ejus legitimis deveniren, *qui ſui decente tempore Militi effecerint.* Militare autem Domino teneri ſolitos, qui *Militiam* ac feuda poſſidebant, notum eſt. Unde Dudo *de Actu Normann lib. 3 Richardo infanti manibus ſua date, ſuper ſacroſanctas reliquias, fidem obſequentiæ ſuæ & militationis faciemes, ſponderunt & juraverunt illi, ſe per omnia eſſe fideles.* Et Guntherus *Ligurini l. 8.*

Publica militia vaſſallos munera juſta
Non renuat, domimig, libens in caſtra vocanti

Ens

Aut eat, aut alium proſit ſubmittat iturum,
Arbitrio Domini, vel quem locaverit ille
Compenſet rationis ſuæ, ſumm mercede laborem.

Plura hanc in rem, V. ſupra paſſimin vocibus *Beneficium, Cabalaria, Fundum*, &c.

Militia Cœli, Gr. στρατιὰ τῶ οὐρανῶ, quod Beza mavult reddere, *Exercitus cœli*, memoratur Actor. *cap.* 7. *verſ.* 42. ubi Deum Iſraelitas in deſertotradidiſſe ἐλατρεύειν τῇ στρατιᾷ τῦ οὐρανῦ, *ad colendum exercitum cœli*, Stephanus ait: Quâ voce non angeli, qui tamen & ipſi ἐφύλακες κόσμυ, *excubitores cauſſis*, appellantur; ſed univerſa cœli ſidera intelligenda veniunt, ut diſcimus ex Deuteron. *cap.* 4. *verſ.* 19. *Ne fubleto oculo ad cœlum aſpicias, cumque omnes aſpexeris Solem aut Lunam aut Stellas, illum rem exercitus cœli ſis, tum impellam & incurvans te eis colas ea, quæ imperitus eſt Jehova Deus tuus reliquis omnibus populis ſub univerſo cœlo.* Quamvis enim Sol & Luna, *ano illa magna luminaria*, ut vocantur Genes. *cap.* 1. *verſu* 16. præcipuo honore ab Ifidolatris colerentur non hi tamen ſuperſtitioſi acquievit, ſed ad reliques quoque ſtellas, imò & minora quæcunque ſidera, quorum natura, virtutis ac influentiæ diſtincte non cognoſcerunt, ſeſe extendit. Sic alibi in Scriptura *Militia* ſeu *Exercitus Idolorum* mentio fit; & videntur hujus claſſis eſſe *Cenclavia figurata*, in quibus Ezechiel Prophetæ vidit *omnes formas reptilium & jumentorum deteſtandorum, omniaque ſimulacrorum Domus Iſraelis: ex preſtans* (opus) *in pariete ipſo circumitque*, *cap.* 8. *verſu* 10. Apud Romanos *Pantheon*: apud Gentiles ara. *Dis Alis & Exercitui*, apud *Lipſ. Ant.* ne de quâ forte omittere videar. *Deo ignoto ac peregrino*, ſacra huc facit. V. Thomam God^wynum *de ritibus Hebr. lib.* 4. *cap.* 7.

Milium, omnium frugum ſertiliſſimum, quippe ex cujus *uno grano ſeptingenta ſurgunt*, Plinius *lib.* 18. *cap.* 5. in Campania potiſſimum creſcit, quæ *candidum ex eo pultem facit. Tit. & panis pradulcis. Sarmatarum quoque gentes hac paſtilliorum pulte aluntur, & crudum ſuillum ſeu quem ſolent ſal ſuillum & virum vino admiſta. Æthiopes non aliam frugem, quam milii hordeiq; novere, Ibid. cap.* 10. Cœterum faſtigatur *Milium*, ut & paniculum, in culmum geniculatum & concavum: quæ autho enam, cùm omnium reliquorum fatorum fructus aut ſpicis contineatur, aut lucidatur ſiliquis, aut vaſculis, *tantum pro univerſo & parvis avibus excipitur tunc, indefoſa quippe manibranu continuatur*, Ireturus *cap.* 5. *lib.* 18. Quæ quidem ſententia comprehenſa finibus ea. pulſo videtur *Ibid.* Plinii ætate ex India in Italiam *milium* invectum eſſ, *nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo*, de quo V. ibidem. Purgamenta ejus, ut & panici, ſeſamæ actrici *appludam* dicere, Idem *cap.* 10. &c. Græcis Κέγχρος: unde Κεγχρὶς ὄφις ſerpens, apud Nicandrum in *Theriacis*, quòd inſtar *milii* granorum variatum habeat tergum. Et Κεγχρὶς, ſeu Κεγχρὼς avis, apud Ariſtot. *lib.* 9. *cap.* 1. *Hiſt. Animal.* quæ ſecundum quibuſdam nonnulli confundunt cum *Miliaria* ave Latinorum, quæ inter coturnices in aviariis gaudonum miſſa ſaginabatur, teſte Varrone. Porro verbum κεγχρόω, unde κεγχρώδης, τὰ παιδία κεγχρῶ, quo modo dicebantur in clypeorum ambitu ornamenta, granorum inſtar aſperſa: pariva viz. clavorum capita, ex auro extantia. *Item labra poculorum; numismata* quoque in circuitu ornata, ſi parvis granis factus ſit ornamentum *gratia*, Budæus & &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag* 339. & 340. Sed & in veſtibus κέγχρος dicebantur rotundæ macularum formæ, quibus intertexi ac diſtingui ſolebant, apud Athenæum *lib.* 12. qui aliter ἄστρα, σπυρία, Lat. *clavi, ſigna*, &c. dicebantur. Etiam, uti in auro κόκκος puri puri auri granum vocabatur, ita in argenteis ſolidis κύκκος & κέγχρος dicebantur parva granx meli argentiquæ ad inſtar *milii* granorum in vens inebbant, *conchæ* vel ſic. Plinius. V. Salmaſium *ad Solinum paſſim*, inprimis *pag.* 340. & 1065. ut & ſupra.

Milium, locus in Urbe CPoli, V. ſupra, *Miliarii Agitatores.*

Mille annorum Herba, in Sinenſi Imperio, ad *Kingchew* urbem creſcens, ſic dicitur, quòd ad vitam produrendam valere exiſtimatur, quam proin & immortalem elle ferunt. Eadem aqua macerata ac decocta, ſalubres omnes in nigres commutare dicitur. Ibidem & arbor eſt eodem nomine, incolis *Cinnnien* dicta, in prov. *Suchuen*, urbe *Paoning*, in idolorum templo, tantæ magnitudinis, ut ſub uno ramo oves ducentæ ſtare & circumire facilé poſſint, quas non videas etiamſiad rami initia accedas. Forſan exilis arboribus, quæ per Indiam inclinatis ad terram ramis in varias arbores exerefcunt. Luſitanis dicitur *Keyl*. V. Auctorem Anonymum *Sina & Europæ cap* 32. & 35.

Mille Deorum Deus, vulgò *Tinagog*, incolis cujusdam Aſiæ regionis Deus dicitur, apud Ferdin. Pinto *Itinerar. pag.* 296. Sic Peguani, ſuum *Quiay Lacula*, h. e. *Mille Numinum Numen*, habent, apud Eundem *pag.* 371. Adeò verà *In Uno Deo* ſententia etiam per denſiſſimas tenebras fubinde elucet, &c.

Mille vivat, &c. ſingulis repetitum in acclamationibus militaribus, apud Vopiſcum in *Aureliano.*

Milliarus, vel Mίλιος, ſ. ſtadia fecit, apud Græcos. Apud Hebræos מרת *Barath* dictum, h. e. *prandium*, ſpatium ſignificavit; quod dimidio diei peragrari potuit, quantum nempe inter prandium & prandium interedit. Ejus mentio Genef. *cap* 35. *verſu* 16. ut ſupra dictum, ubi de *Menjuris Inter-vallorum*. Georgio Horatio, menſura horarum apud Græcos, fuerunt ſtadia 125. paſſuum, apud Perſas, Parafangæ 30. ſtadiorum: apud Romanos, lapides 100. paſſuum: apud Reſentiores, *Milliaria*; quorum minima ſunt Anglica, 1250. inde Scotica 1500. Gallica 2500. Hiſpanica, 3000. Germanica 4000. Suecica & Helvetica 5000. Hungarica, 6000. paſſuum. V. eum *Orb. Politic. Part.* 4. *pag.* 4.

Milliarenſis, monetæ apud Romanos nomen. Tulit id primum ipſe vetus denarius, qua milicenna pars feu mille-ſimus in nummis hujus generis erat in libra aur, vel unius ex illis, quibus argenteis millenis juri libra penſabatur. Gloſſæ Nomicæ, Μιλιαρήσιον, τὸ χίλιοστὸν ἢ τὸ χῶνε λίτρας. *mina ſeu ut Pompeius in ſatiris vocabat*. Erat autem, ſicut denarius, trium ſtriptulorum olim, octodecim ſiliquarum: Crevit poſtea, & factus eſt plus quatuor ſcriptulorum, viginti quinque ſiliquarum, creſcente auri pretio, ſicque 48. libram impleb ant, & erant ſiliquifrollium 21. Rurſus dein factâ mutatione, 28. habere ſiliquas argenti & quod excurrit, excepit, cuſtinique eſt aurilibra ſiliquas, unde & Μιλιάρησιον eſt vocatus, ſolidus 24. hi 60. libram efficiebant, quinque aucuam; 12. ſolido taxati; Auctore Conſtantino M. qui ut pleraque alia, ſic & nummos & proportionem inter aurum, argentum, æs, conſuetudine jam latenter immutatam, Imperatorio decreto mutavit, ac inter alia, denarius priſcis abolitis, pro illis *Milliarenſis*, ſolidis graviores, introduxit. V. Joh. Frider. Gronovium *de Pec. vet. paſſim, inprimis lib.* 4. *cap.* 15. & 16. & ſupra in voce *Miliarenſis.*

Millaria Porticus, apud Suetonium *in Nerone*, à pedum menſura. V. ſupra *Miliarii.*

Millenandra, adde: In finibus Biturigum Cuborum. Ejus meminit Jonas, *in vitâ Euſtaſii Abbatis Luxovienſis. In ſul-urbio Biturienſi V. P. Theodiſius cognomine Babelonus Monaſterii ex regulari S. Benedicti inſtitutione extruxit: primus hujus loci juvenum Millenandram, ubi religioſorum Virorum adunavit extervum, aliud Gaudiacum nomine haud procul à fluvio Albeta* (hodie Ture Laurée) *tertium Chriſti Virginum, in loco dicto Caramonio ſuper fluvium jam dictum Milmendram.* Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Milo Crotoniates, inter cognomina militaria Maximini, apud Capitolinum.

Milvius, ex accipitrum genere, *magnitudine diffrunt. Notatium in his, rapacitſimum & fameliconm ſemper alitem milvi eſſe, qui nil reparet unquam ex funerum fercuiis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ſeretium quidem manibus, niſi luguhri municipium immolantium oſſenio*, Plin. *lib.* 10. *cap.* 10. Nempe in funeribus cœna lauta apparabatur olim, quam ad rogum delatam cum defuncto cremarent. Appulejus *Florider. lib.* 2. *Exclamavit hominem vivere: protinus ignis exuberantur: rogum demolitantur cunnam feralem è tumulo ad menſam inferunt.* Hinc autem, ut ſuppoſitum, ubi frequens victima Jovi cadebat, ex ara, nihil raperet credebatur olim *milvus*, ad eas alias notæ rapacitatis, ut in *milvinam menſam* dixerit Plautus in *Menachmis*, & *milvinas ungulas*, in *Pſeudolo*. Iidem *videntior artem gubernandi docuiſſe cauda flexibilis, an calo monſtrante natura, quid opus eſſet in profundo.* Latent autem & ipſi hibernis ſenſibus, non tamen ante hirundinem abeunt, *Ibid. Circanearn avium* nominaverit Vetr. quaſi *novilunium, quod observet ſemper ægros circando*, Scaliger *ad Tibullum*. Cœterum in volatu ea hoc eximium habet, quòd alis prope immotis in aëre omnium avium diutiſſime ibitatur; *ad horam integram*, habet Budæus: quod Italis aucupes *tendere*, Gallı *planare* vocant; elatâ namque pauliſper ala, motum aeris in reliquum corpus excipit, atque ita ſuſtinetur. Eadem ave nulla alia volat alibi. Martialis *lib.* 9. *Epigramm.* 51.

Hinc prope ſummo ravax milvus in aëre volat,
Volando denique non facile delaſſatur. Unde Perſius de *Veſtibulo Sat.* 4.

——*aras Curibus, quantum non milvus oberret.*

Et Juvenalis *Sat* 9.

——*cui tot monnes, tot predia ſervus*
Appula, tot milves inter tua paſcua laſſes.

Propterea מרא Hebr. a verbo מרא, quod *volare* eſt. V. Levitici *cap.* 11. *verſu* 13. ubi quarto loco inter immundas aves recenſetur, & *ad h. l.* Bochartum *Hierozoici Part poſter. Lib.* II. *cap.* 7.

Mimallones, adde: Illas ſequi curtum Bacchi facit Papinius *Thebaid. lib.* 4. *verſu* 660.

Poſt exultantes ſpolia armentalia portant
Semineci, lupos, ceſſoſq; Mimallones *urſos.*

Præcedere jubet easdem Ovidius *de Arte Am. lib.* 1. ubi vidimus. Atque hactenus *Mimallones*, pro Bacchabus habitæ. Auctor *Etymol.* Μιμαλλόνες αἱ βάκχαι παρὰ βοιωτοῖς, *quia tota viribus curriunt & clamant.* Alias peculiare fuit Numinum inferiorum genus, nymfis aut Fatuis, talibuſque aliis par. Sidonius *Panegyr. Anthemium prefat.*

Sed poſt cultricolas etiam meduerita fortur
Cantica ſemidium ſuſtinuiſſe Deas.

Tunc Fauni Dryades Satyrique, Mimallones *apte*
Fudentur lepidum, rustica turba, melos.

Non enim recte ibi Savaronius Bacchas intelligit, quas mulieres humanæ erant. Sed *Mimallones* Sidonio sunt Silenæ, Satiræ, &c. Si ita nominibus loqui licet res, quas olim Græci aliter non poterant, nisi per ambages, quas nos nolumus. Sed & *Mimallones* mediis Numinibus inferiorisque conditionis seminis accenset Strabo l. 10. Πρὸς πολοῖ γ' ἡ Μυσῶν οἱ καταδεδηλῶσθαι πάντες, καὶ ἴδιως οἱ Μαινάδες. τὰ δὲ Α' ἀπὸ τῶν ἐν Θρᾴκῃ καὶ τὸν Ὀρφέα· ὁ Δάρησός φ. ἀλλ' ἐστι μύθος, καὶ ἐκεῖνοι καὶ ἱεροφάνται. Δοκοῦσι δὲ Σειληνοὶ τε καὶ Σάτυροι καὶ Βάκχοι, Λάτοι, Θύιαι, καὶ Μαινάδες καὶ Νύμφαι καὶ Νύμφαι, καὶ Τίτυροι. Ubi Bacchis distincte adscribit *Silenos*, *Satyros*, *Bacchos*, *Latos*, *Thyias*, Mimallones, *Naides*, *Nymphas*, & *Tityros*. V. Casp. Barthium *Animadvers. ad Statium d. l.*

Mimarii, iidem cum *Mimis*, de quibus infrà.

Mimologia, apud varias olim gentes varia fuit. Utenim omittam Tragœdiam & Comœdiam, quæ & ipsæ *μιμήσεις* constant & sub hoc genus cadunt; Lacones *μιμολόγους* vocabant, qui populari vili ferraine homines fierent, aut Medicum exercerent, præcepta ægrotis sua danrem, imitabantur. *Καμικὸν πωλῶν τρόπον πανικὸν* vocat Athenæus hanc speciem; idemque ait, à Syconiis *Φλυακῆσιν* vocari, ab aliis *αὐτοφυδάκαις*, quòd indicra non præmeditata ex tempore funditarent, risûs captandi gratiâ: ab Italis magnæ Græciæ *φλύακες*. Suidas, *παιγνιογράφοι μιμολόγοι*. Idem *βωμολόχους* interpretatur *μιμολόγους*, cujus *μιμολογίαν* quidam primus Stasileus auctor & Græcus fuit Italus. Alterum Æolus, uterque pedestri sermone: frequentibus eos Lysidæ & Simo carmine, under *Lysidæ & Simodis*: quorum illi eidem erant cum Magodis, de quibus V. supra, & plura hanc in rem apud Salmasium *ad Solinum pag.* 108, & 109. In locum autem Comœdiæ *Mimos* succeſsisse, scribit Marcus Imp. in *Vita sua* 5: & sane, quos hodie agunt & vocant Itali Comœdias, *mimi* sunt & planipedes veriùs, quàm Comœdiæ; personas tantùm habent, non fabulam. Nam antiquitus cum variæ species fabularum agerentur, diversæ personæ iis singulis locum habebant, ut in togatis Romanæ, in palliatis Græcæ, privatæ quidem, sed honestæ: in *Mimo*, abjectæ tantùm & viles, unde *mimicæ vilitas*, & *mimi sententiolæ*, apud Apulejum. Sed postquam tota res ad *Mimos* redit, personæ etiam induci in eos cœpêre, quæ Comœdiæ erant propriæ, pedestri sermone componuntur, ut Sophronis Attici. Ita enim ait Tragœdia-scriptor nostras Gallici histriones, & *farcias* appellant, puri puti mimi sunt. Idem *ibid.* V. quoque eum *ad Vopiscum in Aurelianum*, ubi quid sint *Mimarii scurræ*, pluribus exponit.

Mimus, adde: Olim ridicula hæc gesticulatio, aliorum perstringens mores, loco Chori, absoluto Comœdiæ actu, absque foco inducebatur extra argumentum, ut refricandos animos spectatorum, diebatur que ab Atellanis, quod ibi quoque *ἐξόδια*. Personas eis in usu fuisse Pantomimi impensius populo placuissent, ausi sunt feorsim suis auspiciis laudem inde quærere, & artificum nomen sibi vindicare, Scalig. *Poët. lib.* 1. *cap.* 10. Sic natum est ex Comœdia eovum fabulæ genus, *Mimi* nomine, quod constituit speciem quandam ejus, quæ absque foco nudis pedibus gesticulabatur, unde Latinus *Planipedis* dixit: translatâque in Italiam, argumenta *Mimica* adeò dicacitate ac fallibus aucta ut frugalissimus civilium, ne Græciam ea laude spoliarit, Laberius autem elegantiâ sermonis etiam L. ætium ipsum provocarit. Hodie simile aliquid in Comœdiis habetur, quando absolutis actibus singulis mores rusticorum repræsentantur, aliave ridicula *ἀναβάσεις* insperguntur. E scena postmodum Comœdi & Histriones & Archimimi Pantomimique familiares in convivia indúti fint, idque iam inde ab Æsatica illa præda, quæ Romanam indúti fint, idque iam inde ab Æsatica illa præda, quæ Romanam Pompâ Isiaca usurpata perdidit, uti testes sunt Livius *lib.* 39. Augustinus *de Civ. Dei lib.* 3. *cap.* 21. Sallustius *Histor. lib.* 2. & in *Iugurth.* Plinius *Jun. lib.* 3. *Epist.* 1. &c. Nec funeribus defuere, nampque *in exequiarum ordine & pompa Libertos* Archimimus *sequebatur*, *qui personam mortui fingebat*, & *imitabatur*: Mimorum *genere Sisinnam jactabat*: *solus* Archimimus *facta ac dicta Viri imitabatur*, verbalium Gutherii *lib.* 1. *cap.* 24. Hinc Suetonius *Vespasiano cap.* 19. & *in funere Favor* Archimimus *personam ipsius ferens*, *imitando*, *ut mos est*, *facta ac dicta viri*, *interrogatu patrem Procuratoribus*, *quanti funus & pompa constiterit*, *ut audiit HS. centies*, *exclamavit*, *tantum sibi posthumo daret*, *ac si vel in Tiberim projecturus*: quibus verbis avaritiam defuncti delegantissimâ imitatione expressit. Cetterum *Mimi* non erant personati sed fuligine oblici, deagonius amicti pellibus, quæ *Pecica* dicta legimus in Cato. Satiræ Diabolanique in numeris quæ *in personam ejus ferens*, *imitando*, *ut mos est*, *facta ac dicta viri*, *interrogatu patrem Procuratoribus*, *quanti funus & pompa conflatum*, *ut audiit HS. centies*, *exclamavit*, *tantum sibi posthumo daret*, *ac si vel in Tiberim projecturus*: quibus verbis avaritiam defuncti delegantissimâ imitatione expressit. Cetterum *Mimi* non erant personati sed fuligine oblici, deagonius amicti pellibus, quæ *Pecica* dicta legimus in Cato. Satiræ Diabolanique in numeris quæ *in honorem Bacchi*, cujus more victores bederâ coronabantur: instructi canistris & herbis, serpyllo, menthâ, violis, bederâ, corollis. Inde procurrentes obvium quemque subsannabant. Manuum quoque tegumenta gerebant ex floribus confecta & tenuicas albo ad medium distinctas à cinctura, quam cogebat vestium Tarentinum, ad talos demissas, sinuosque per collum ingressi, ubi ad Orchestræ medium evaluerant, convertebant se ad theatrum & loquebantur: Hæc Scaliger, V. quoque Lil. Gyral. dium *Histor. Poët. dial.* 6. At Casalius plures eorum humili ac populo communi loco calceamento, atque illos quidem personatos, à *persona* ſic dictos, (quod indumentum erat, quo caput & os undique tegebatur, unâ tantùm vocis emittendæ vià pervium), quem quam coactis vox magis claros canoros ſonitus emitteret,) exhibet: quorum icones etiam B. Baldulnus transtulit in ſuum *de Calceo librum cap.* 16. Porrum, quoque Liceius, in explicatione Lucernæ Galvianæ, mortuales antiquorum ritus repræſentante, larvam, quæ, in fronte Lucernæ, biante buccâ vifitur, *Archimimum* funeris interpretatur: occasione verborum Juvenalis,

——*Tandemq; redit ad pulpita notum*
Exodium, quum persona pallentis hiatum
In grenio matris formidat rusticus infans.

V. Liceium *de recondita antiquorum Lucernar. lib.* 6. *cap.* 7. & 8. ubi *Mimos* præſcorum ſibi larvas atque perſonas ad os buccis aperitis ideo aptaſſe docet, ut vociferarentur altius atque inclamarent vehementius, *ſub ſin.* Artem verò hanc egregiè delineavit vetus Poëta, quem Pitheus edidit, his *verſibus*:

Nam cum grata chorus diffudit cantica, dulcis
Qua resonat cantor, mimicus ipse probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, ridet, ululat,
Insultrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguæ, quot membra viro. Mirabilis ars eſt,
Qua facit articulos, ore ſilente loqui.

Apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, qui typum quoque personati cujusdam ex hoc grege, expreſſum ex ære olim vetustissimo Aloysii Corradini habet; *pag.* 18. Apud Ambrosium *Hexäm. lib.* 5. *cap.* 15. ubi imaginem mirantur Imperii boni, quam inter ſe grues agitant, vicibus ducentes agmen ac regentes, pro verbis illis, *Antiqua hoc Reip. munus & inſtar libera civitatis eſt*, reponit Gronovius, *Antiqua hic Reipublicæ* mimus & *inſtar libera civitatis eſt*. Nemo enim non videt, quàm bene jungantur *Mimus* & *Inſtar*; quamque bene dicatur hic *Reipublicæ antiqua mimus*. Quo verbiolo non niſi elegantem fert. utuntur quotcunque eo non in re ſua ſed alienâ ſon mendaque munus. Certè quæ vis actio ſicta & veram ſimulans vel referens, *Mimus*, Petronius, *Quid ergo cæſamus mimum comperere?* Seneca *Epiſt.* 26. *Numquid ſimulatio ſuis & mimus, quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium?* Suetonius *Aug. Ecquid is vir deretur mimum vita commodè tranſegiſſe?* Plinius *lib.* 9. *cap.* 12. *Antiocho Regi Syriæ ſ plebe nomen Arcenon in tantum ſimilis fuit*, *ut Laodice conjux regia*, *non ſine ſuſpicione*, *ludibrio*, Mimum *Eunomen commendationis regnig*, *ſucceſſionis peregerit*. Item apud Suetonium *Othon. Ne pœna actrix mimum omnem dirudiarcs*, &c. In eadem voce paſſus injurium Florus videtur *lib.* 2. *cap.* 14. *Quippe Regnum pariter & bellum vix ultima ſortis Andriscus invaſerat*, *duobus liber an ſervus*, *mercenarius certè*: *ſed quia quigo ex ſimilitudine Philippi Pſeudophilippus vocabatur*, *regiam formam*, *regium habitum*, *regium animig*, *regis nomen* ſibi *aſſumpſit*. In ultimæ fortis homine, & falſum, in hoc regium *minimum* fuiſſe. Si habuiſſet, ut ille ſenex Virgilianus agricola, qui Regum æquabat opes animis, regnum non appetiſſet. Sed ſcripſit Florus: *Mimo quog*, *regio implevit*, hoc eſt, ludibrio natura & hominum mendacium ſimulatæ originis brevem ſe & fucatam regalis pompæ turbrydæ imaginem addidit. Quam ſuſpicionem, præter rationem ſenſum, duo iunt quæ confirment: alterum, quòd mox Florus *imaginarium & ſcenicum Regem* appellat: alterum, quòd hic adhibet verbum, *implere*, in ifta re uſurpari ſolitum perinde, ut *agere*, *peragere*, *tranſigere*. Petronius, *Audacius tamen ille tragœdiam implebat*. Ovidius *Metamorphos. lib.* 1.

——*Alii partes aſſenſibus implent.*

Nam & *partes* de genere hoc, nec hinc tenantiam dubites. Elegantèr Livius *lib.* 5. *Fabiam nempe ſtam Veſci bella*, *literatos ad partes paratos*. De quibus ita Gronovius ſubjungit. Perſuadum aliæ erant partes primæ, aliæ ſecundæ, tam in Comœdiis, quàm in *Mimis*. Sed tamen aliqua differentia: in Comœdiis primas attribui videmus perſonis illis, quæ plurima dicerent argerentque & ſæpius reverterentur in ſcenam; ſecundas tertiaſque & denceps, quæ minùs: in *Mimis* una videtur potiſſima fuiſſe perſona, cui cæteræ ſubſervirebant, ejusque actionem imitabantur, ut ille verum. Et quidem de Comœdiis V. Donatum *præfat. in Andriam Enninchum*, *Hecyram*, *Phormionem*: Ciceronem *divinat. in Cæcil. pro Flacco*, &c. de *Mimis* Horatius *lib.* 1. *Epiſt. ad Lollium*, loquens de imi deriſore Lecti:

Sic iterat voces, *ſic verba cadentia tollit*,
Ut puerum credas ſævo dictare Magiſtro
Reddere, *vel partes Mimum tractare ſecundas*.

Suetonius *Caligula cap.* 54. *Mimum Mnesterem*, *quo affecti propiùs ſe ruinâ ſanguinem vomit*, *plures ſecundarum cervatum experimentum artis darent*, *cruore ſcena abundavit*. Feſtus in *Salva res eſt*: *Ait enim ita apellari*, *quòd C. Volumnius*, *qui ad tibicinem ſaltarit*, *ſecundarum partium fuerit*, *qui fere omnibus Mimis paraſitus inducatur*. Quas autem quisque partes agere ſolitus erat, inde appellabantur: Ille primarum, Ἠγεμονικὸς; ille ſecundarum, Δευτερογωνιστὴς; ille tertiarum, Τριτολογιστὴς. Val. Maximus *lib.* 9. *cap.* 15. *Gemeroſiſſimus Conſulatus*, *calligum Lentuli & Metelli fuit*: *qui ambo in ſcena*, *propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectatu ſunt ſed alter ex quadam ſenatorum nomen Spintheris traxit*, *alter ſuis Nepotis à mortibus acce-*

piſſet,

pisset, Pamphili tertiarum, cui similimus esse ferebatur, habuisset. Plinius lib. 7. cap. 12. Eius dem familiæ Scipioni ipsi Cnæo cognomen Salacio minimus dedit; sicuti Spinther secundarum tertiarumq; Pamphilus collegio Lentuli & Metella Consulum, in quo perquam informe fortustum hoc quoq; fuit, duorum simul Consulum in scena imagines cerni. Ex quo eimendandum apud Ciceronem in Bruto cap. 69. Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. Dionysius Lambinus ex tribus MSS. protulit: qui fuit M. Crassi quasi secundarum. Quod parum quidem æstimarum à Viris doctis; sed Gronovius illud, propter singularem ac nobis quidem novam elegantiam, prisci adeò vulgarem, ut cuivis de plebe in ore fuerit, nec spretam principibus, omnino ac solum verum esse censet. Ita enim loquebantur, Ille primarum, Spinther secundarum, Pamphilus tertiarum: pro illa, quæ fuerint integra. Ille primarum partium actor, Spinther secundarum partium histrio, Pamphilus tertiarum partium histrio. Sic mens secundarum, vel propriè, si actor ipse optionis sui mentionem fecisset, vel, ubi translatum erat aliorsum, qui, sive imitatorem sium, sive ab ipse faborotam, sive paratum & adseclam significarent. Sic, M. Favonius M. Catonis secundarum. admodum Latinè dicereturr: neque aliter Cicero, Q. Arrius M. Crassi secundarum. Quam compositionem qui tueantur, secundarium subjungere: ut apud Plinium, secundarius retiarius, quod & Hermolaum impedivit: ut apud Val. Maximum, retiarii vel tertiarii, quod etiam Turnebus retinet, fecere. Etsi in Glossario Secundarius ὑποκριτὴς explicetur. Atque hinc quoque colligas licè, secundus agere forte, facere, pro adsentari, obsecundare, non tam à Comicis primis ac secundis, ut voluit Lipsius, neque ex eo, quòd in Mimis fere secundarum partium esset parasitus, ut Scaliger, sed translatum, quàm unde, quòd minorum Adsentium, qui secundarium essent, imitarentur, eademque dicerent atque agerent, quæ ille prævivisset. Seneca de Ira lib. 3. cap 9. Optimum judicium, quicquid dixisset, quod & secundus agere. Horat. lib. 1. Sat. 9.

——— ——— ——— Haberes

Magnum adjutorem posset qui ferre secundas.

Quod quidem eum à Cicensilius petitum velit Lavinius Torrentius, caute nunc ille quidem: in citro ferebat, non profectò adjuror, fed competitor. Ille autem pronuntiæ Horatio, si ab illo commendatus fuerit, has vices omnibus in rebus applaudendis obsecundandi & subsequendi. Ferre autem partes tam bene dicitur, quàm Rare & impotiere. Plautus Mercatore Act. 2. Sc. 2. Atq. illius hæc nunc simia partes ferat. Terentius Adelphis, Non posteriores ferum. Plautus Asinar. Act. 2. Scen. 1. Sham nunc secundas mihi facis. Ubi Lipsius Lambinum, & ex eo Stephanus Sic tenuus lib. 1. Epist. 2. Secundas fastidit vel timere vel facere. Fatetur verò Torrentius, frigidam fore adulatoris & secundarum histrionis comparationem, si à Comicis, apud quos secundus agere est, proximum à primo locum tenere, arcesseretur, cùm hi non alius aliium imitarentur, sed unusquisque suo loco agerent; sed communicatur genus quoddam hypocritarum, qui in eadem fabula ordinem primi personæ gerunt. Alios modò exprimerent, & solâ imitatione obtectarentur. Ab illis autem justæ fabulæ partibus, qua primæ ut negotio, ita honore præcellebant, secundæ & deinceps minore pretio censebantur, profectum, ut priores partes agere dicerent, pro plus poliro efficere, & sic consequenter. Varro de Re Rust. lib. 1. cap. 4. Priores partes agit, quod utile est, quàm quod delectat. Terentius, Sine illorum priores partes hosce aliquot dies apud me habere. Lucanus, invectus in Septimum Pompeji interfectorem, lib. 8.

Degener at, opera, miles Romane, secunda,
Pompeji dico Sacrum caput ut precidis,
Ut non ipse feras.

Romanum, utpote de populo terrarum primo, in omnibus decebat primarum partium esse & illi subservire altos. At hic leporem alis excitavit: non sine re aut studio, sed aliene hinc indici scelus præcidisse, nec ovum ipse cum optimo spolio intellexit, Pharium ovantem sequutos esse, &c. Joh. Frid. Gronovius Observatio Ecclesiast cap. 25.

Mina, pecuniariæ rei summa apud Græcos celebris, quemadmodum & Talentum. Erat autem vel Major, centum drachmarum: vel Minor, quinque & septuaginta, Ag ie quarum illa Attice fuit, fifty eight shillings four pence farting. Siluti decem Mina, 23 pounds, 3 shillings, 4 pence. Centum Mina, 291 pounds, two nobles and a mark. Sic & erat Talentum minus 60. Minarum Atticarum, majus verò 80. Ita quidem post Solonis ætatem antea namque Minarum fingulæ 75. drachmas habebant, teste Pinciano. Ratione metalli, Mina fuit vel auri, quæ quantitate argenti 100. drachmas, atque adeò centum ἀμυζόνας, quinquagintà χρυσᾶ ἐυ aureos Græcorum nummos essiciebat, idem quod Stater aureus, teste Pollice: vel argenti, quæ 100. facit hac denarios feu 96. drachmarum ex argento. Præter Atticas Minas, quæ celebriores fuit & Æginæa, quæ facit 166. drachmas & 4. obolos, qui respondent uncialibus Belgicis 20. Drachma enim Æginæa, cum 10. haberet obolos Atticos, fex Æginetica drachmæ decem Atticas valuerunt, V. Joh. Frider. Gronovium de Pecunia vet. paslim. Est & Mina medica, quæ habet uncias 16. Libra uncias 12. Uncia drachmas 8. Drachma scrupula 3. Scrupulum obolos 2. Obolus semiobolos 2. Semiobolus siliquam unam cum dimidia. Siliqua grana 40. ita simul & monetæ & ponderis genus fuit. Fr. Gouldmannus Diss Lat. Angl.

Mina, Martis comites, apud Papin. Statium Thebaid. lib. 7. v. 51. ubi auia hujus eleganter describitur,

——— primis saltat impetus amens
Et foribus cæcumq; Nefas, trajq; rubentes,
Exsanguisq; Metus, occultaq; cædibus adstans
Insidia geminumq; tenens Discordia ferrum.
Innumeris stripit sua Minis, strictissima Virtus
Stat medio ———

Quibus ipsi Jovi aliquando minatus dicitur, apud Nonnum libro 8.

——— ——— ἀλλ' ἐπὶ τοῦδε
Ἴσθι τὸ μεσσήεν, πολλὸν βασιλῆα κρέσσω.
Ὑδατίνῳ σοὶ Ἄρεϊ, ἐπὶ χθόνα τηλίθεν ἐλθὼν
Τεύξων ἀλτεροφῶν ὑγρὸν διακτορίοιο πέτηνον,
Ἐν Θρήκες Κρονίωνα μινυρίζοντος διώξω.

V. Casp. Barthium Animadversion. ad Statium d. l.

Minare, de pecore & jumentis proprie. Festus, Agasones, equos agentes, id est, minantes. Idem, Agere modo significat, ante se pellere, id est, minare. Juvenalis Schollastes in Sat. 6. Mane igitur Ja in tantum perfequatis eft Juno, ut per omnem mundum minaretur. Artianus,

Actus qui pecora minare consuevimus.

Aufonius Epigramm. 66.

Agetes inventus cum domum pastor suas,
Suam reliquens me minabat, ut suam, &c.

Quam in rem V. plura apud Bochartum Hierozoici Part. prior. Lib. I. I. cap. 44. Ubi Hebræum נהל minandi voce commodiſſimè reddi docet. Apud citimæ ætatis Scriptores, cuniculos facere notat, Gallis miner: à minu forte feu fodinis, quòd qui in illis operantur, ut metalla eruant, foſſas ſubterraneas, conficere ſue ſolent. Quomodo autem olim ejuſmodi cuniculi fierent, recte diximus V. plura hanc in rem apud Alb. Aquenſem lib. 2. cap. 36. Guil. Tyrium lib. 3 cap. 10. & lib. 12. cap. 11. Gruellum in Hiſtor. Arthuri Ducis Britann. Alios, laudatos Carolo du Freſne in Gloſſar. apud quem hac de re ita quoque Guilielmus Brito Philippidos lib. 7.

——— ——— Certantq; minare
Arte ſibi nota latus & fundamina turris
Parvula proſedi, ne forte ruens ſuper illas
Miſſilium poſſet ſtrepidare turba cavernas,
Donec ut cernebus muri latuere cavati,
Truncus ſuppoſitis ſubito ne corruat in ſe
Pendula pars muri, parient ſibi damna virtuti.
Quos ſimul inciſum ſatis eſt, ſuppoſitur igni,
Et fugiunt ad rota viri, tuic ilsen ingens
Fragmentis ruere ſtrepitum facit, &c.

Hinc Minarii, apud Rigordum Gothum in A. C. 1191. Turris, quæ maledictis dicebatur, & noſtris longo tempore multa mala intulerat, à Minariis, regis fuerat ſuffoſſa, & ligneis ibi poſitis appodiata, ita quòd ad illius ruinam nihil reſtabat, niſi ut ignis ſupponeretur. Et Guil. Britonem præfatum Philipp. lib 2. verſ. 318.

Poſtis jam plenis parmas ad mœnia miles
Appodiat, ſub quo, ſecare Minarius inſtabat
Celeribus &c.

V. ſupra ubi de Cuniculis.

Minerva, adde: Et Memoriam quidem Brachmanes poſt Deos maximè coluiſſe, auctor eſt Philoſtratus de vita Apollonii lib. 3. cujus vocis origo non aliunde, quàm ex Chaldæa, eſt arceſſenda: cui מוכר idem, quod Græcis λόγος: unde & Targumiſtæ Filium Dei creberrimè ita vocant, & eos ſecutus Johannes Theologus. λόγος autem, ut notum ex Ariſtotele t. poſt. Analyt. alius eſt ὁ ἐν ψυχῇ ἐνδιαθέτος: alius ὁ ἐξω ψυχῆς προφορικὸς, quem elegantèr Damaſcenus τὸ ἐνήμερον & ἄγγελον, i. animi nuntium, appellat, ſicut eundem animi portitorem, vocat Joſ. Scaliger lib. 1. Poet. cap. 1. In quo cùm præcipuæ partes Memoriæ ſint, quæ veluti rationis quæſtor eſt, & ipſâ à voce prafata nomen eſt indtium. Hinc itaque non olim ſolùm Minervæ omnis Antiquitas artium inventionem aſſignavit, & Poetæ Muſarum illam ſolam fecere; unde Cicero ſe à Minervæ artes edoctum glioriatus eſt: verùm hodieque loca ſtudiis ac Artibus dicata, Athenæa, à Gr. voce Ἀθήνη, i. Minerva, vocare amamus. Chaldæis enim תנא diſcere eſt ac ſtudere: unde תנאה cum articulo, התנאה eruditio, diſciplina, ipſiſſimum eſt Græcorum Ἀθήνη. & Athenarum urbis, ab initio ſtatim omnis eruditæ ſapientiæ ſedis ac domicilii, nomen. V. Georg. Hornium Hiſtor. Philoſ. lib. 1. cap. 5. & lib. 3. cap. 7. Et inaures dedicatas eſſe olim, videtur colligi poſſe ex antiqua Inſcr. apud Gruterum pag. 1067. Minervæ Aug. L. Callidius. Primus. Brixellanus. ex. arg lib. 2. item L. Callidius. Primus. nures. argenteas. V. S. L. M. Ibi enim vel errore ſculptorum aures, pro inaures poſitas, vel etiam aures argentiæ dictas eſſe, pro auribus, argenteis inauribus ornatis, utpote quæ ex

ex argenti libris duabus conflatæ dicuntur, conjicit Casp. Bartholinus *de Insuribus Vett. sub fin.* Porro *Minervam* Deam elle matrifol. feminam credidere antiquiores, teste Plutarcho: *Minervam*, dicente, *Varrone Athenien. quod femina sterè sit, minimè tamen mulieb rium deditis enervetur*; & apertiùs Valerianus in *Hieroglyph. Mundum universum Æqptii ex mare & fœmina conflare prositebantur: ſolos verò Deorum, Vulcanum & Palladam masculi fœminas affabant.* Quemadmodum Græci pariter Romanique ætate Venerem atque Lunam ambigui sexûs Deos fecere, ita dem ardentem addidiſſe veteres comitem, notum: Unde in ætilium abiturus Demoſthenes cauſſe ſertur, *Minervam tribus immanibus obſtetari ſeris, noctuâ, draconе, & populo.* Et Gyraldus *Synt.* 11. *Palladis Minervæ Cuſtodes Draconem vocatum, cui ex malle placentam obtulerint*, ex Heſychio refert. Plinius quoque *lib* 34. *cap.* 8. *Demetrium*, inquit, *fecit Minervam, quæ Muſica appellatur, quoniam Dracones in Gorgone eius ad ictum cithara tenuiter reſonabant.* Subque quoque *Minervæ* ipſius fur, unde & in galea alphiagem Pauſanias in *Attic.*, *In eo verò templo, quod Parthenona appellant, ex ea parte, quæ aquilo dicitur, ſigna poſita ſunt ad Minervæ natales attinentia: In poſtico, Minervæ & Neptuni de Attica certamen. Dea ſignum ex ebore & auro factum: in galea cono Sphinx eminet.* Rationem rei dilcet ex Pauſania in *Bœotiis*. Eidem Deæ, utpote Artium Præſidæ, non niſi elaboratioris operis dottaria ac munera; à priſcis conſecrata fuiſſe, teſtor Florentium notat *lib. 11 rerum. antiquorum Lauvarii, lib.* 1. *cap.* 4. *ubi aureum Lucernam Minervæ Athenis annum integrum ardentem, explicat.* V. eundem & alibi paſſim, inprimis *lib.* 6. *cap.* 15. *ubi in Lucerna Galvaniana Minervæ, illuſtranda totus eſt*, &c. Porro ejus ita incorrupta atque virginalis fuere omnia, ut etiam ſtatuæ illius oleo incommixto ſungi conſueverint. Callimachus,

Μὴ μόρῳ λυπήσῃς τὸν Παλλάδι σωλῆ ἀλαβάστρου,
(Οὐ γὰρ Ἀθηναὶς χρίεται μύρῳ θείῳ)
Οἴνῳ, μηδὲ λιπαρῷ.

In quibus ultimis verbis, *Speculis* quoque Poëta memoiit; eadem nempe ratio ejus, ne effigiem ex ſe aliam gignere credèrentur. Quam ob cauſam nec in flumine aliquo, naturali ſpeculo, ſeſe conueri illa velle credebatur. Idem contrario fermone,

——— δὲν καλὸν μάτην τὸ τάμα.
Οὐσὲ ὑμᾶς πὰ Ἰὼν Φρὴν ἰδίωξεν ἐμὴν.
Οὐσὲ τὸ Ὀφθαλμὸν ἀκάμαντα θέσι, θεᾷ Σωσίπτρῳ
Ἐλλὼν δίκαι ἐς ἀκάμαντα βλέπειν.

Hinc hoſtiæ eidem non niſi virgines cædebantur. Arnobius *lib* 7. *Quia virgo Tritonia eſt, ideirco ei convenit virginea hoſtia immolari.* Rationem hanc antiquæ Fulgentius *Mythologi. lib.* 1. *cap.* 2. quòd Sapientia neq; *meri poſſit inq; corrumpi. Inuidam & ſine matre natam ajunt, quòd ſua bona contenta Virtus, animo ſolo capiatur & regnet, non aliunde proſudta.* V. de Sacro ei à Tydeo facto, apud Barthium *Animadverſion. ad Statium Thebaid. lib.* 2. *verſum* 919. *& ſeqq.* Inter epitheta illius, *Equeſtris* eſtiquàm verò fuiſſe Neptuni filiam dicebant, de qua Hapocratione, & ex eo Jac. Parthaſio *lib.* 3. *cap.* 15. quæ ſunt infrà. Ibidem ex ebore, Phidiæ opus, Athenis, in Parthenone, hoc eſt, Templo Dianæ virginis, magni olim habita. Idem, ex ære præter Amazonem, Minervam eam eximiæ pulchritudinis fecit, ut à forma nomen acceperit, *κατὰ μορφὴν* dicta. Qua eadem appellationis & vocabuli ratione, *τὰ κρίνινα καὶ ἀρίστα Ἀνείμωδ* ſigna in Academia fuerunt, Pauſan. *in Attic.* Amulius verò, *Minervam* pinxit, quæ Pallas dicitur, quòd eumque aſpiceret, Plin. *lib* 35. *cap.* 10. &c. Nec omittendum de *Ludicro Minervæ*, à Domitiano inſtituto, in quo hymnis certabatur. Ex quidem Papinius Statius ter in eo victor renuntiatus legitur. Sed quòd Publium Mimographum ibidem certaſſe quidam produnt, falſum eſt: cùm is ſub Cæſare Dictatore jam grandis natu floruerit æmulus Laberii. Jul. Cæſ. Scaliger *Poëtices l.* 1. *c.* 34. *&c.*

Epitheta quædam alia Minervæ.

Ægyptia, dicta eſt, quam ſecundam ex Ciceronepoſſimus: Hujus honori dicatam Lucernam nobiliſſimam, ab Hebræo quodam Idololatra, ſtudioſæ familiæ longiſſimo tempore aſſervatam, illuſtrat priolevi Licetus *lib.* 6. *de Lucernis cap.* 13. *& ſeqq.*

Alalcomenis, cujus ſimulachrum, nullo igne ſubjecto, ſpontaneâ flammâ combuſtum eſſe, docet Æſanus *lib.* 12. *cap.* 37.

Aparuria, id eſt, *Fallax*, delubrum habuit in Inſ. Sphæria primùm, dein *Sacra* dicta, extructum ab Æthra Sphæri, quem Pelopis aurigam fuiſſe dicunt, vidua: Quæ eadem inſtituit jus Trœzenionum Virgines ante nuptias Jovam huic *Minervæ* irent conſecratum. V. Licetum *lib.* 6. *cap.* 16. *& ſeq.*

Ἀρίστη, Athenis in Academia culta eſt.

Aventina, V. in voce *Minervæ.*

Britannica, quam Britanniæ ſimilibus præeſſe, inique cujus ædè perpetui ignes concam canefcante ibi favillas, ſed ubi ignis rabuit, in globos ſaxeos vertatur, tradit Solinus *cap.* 24.

Cranæa, templum habuit apud Phocenſes, ad fleam Liſtrem, de qua V. Pauſan *in Phocicis*, ubi inter alia, Sacerdotes ejus impuberes & aram illius circumire ſolitos fuiſſe, tradit. Licetus *lib.* 6. *cap.*

Equeſtris, V. ſupra.

Flava, dicta eſt Statio *Thebaid. lib.* 3. propter ſolium olivæ, ex ima parte flavæ. *Barthius ad l.*

Hoſpita, dicta eſt in Templo, quod in Minervæ prom. habebat infignc. V. Anſon.

Popmam *de uſu antiquo Lucut cap.* 1.

Hygea, ab Athenienſibus culta eſt: nanque & ei non minùs ac Æſculapio ſerpentem aſcripſere, quòd in ſomnis utriſque ægrotantibus ad Medicinæ medicamenta ſignificaret, morbis profuturæ. Hinc etiam *Paonia* dicta eſt: *Setera* quoque Pallas à Galeno antidotus quædam cognominata fuit, notante Gyraldo.

Itonia, ab Itone urbe Theſſaliæ, ubi Fanum celebre habuit; ut in id preſti mabis confugerint Bœotii, velut ab adverſa cum Agefilao pugna, apud Pauſaniam *lib.* 3. Ibidem Pyrrhum, victis Gallis, ſpolia dedicaſſe, memorat idem *lib.* 1. Ludos quoque celebrari conſueviſſe, Callimachus *Hymno in eam*, V. Jan. Parrhaſium *Epiſt.* 57.

Littorea, apud Statium *Achilleidos lib.* 1. *verſu* 285. Minervæ enim grata putabant templa Veteres, unde pro-

Minerva, tutela navis, qui Ovidius vectus; cujus paraſemon ejusdem galea, in roſtro proræ. Ut enim ſua ſingulis Dîis erant inſignia attributa, ſingue ejus Numinis, in cujus tutela navigium erat, pro paraſemo eadem in nave non raro ponebatur: Sic navis Æneæ, cujus tutela *Matris* Deûm fuit, *παρασήμῳ* habuit leones Matris Deûm, &c. Ita autem Ovidius de hac, quâ in Pontum vectus eſt, navi,

Eſt mihi ſtatq; precor, flavæ tutela Minervæ—
Navis, & à picta cuſtode nomen habet.

Nempe *galea* dicta eſt, à Minervæ galea, quæ ejus paraſemon fuit. Interdum v. accidebat, ut una eademque res tutelæ eſſet & paraſemon velinſignenavis, quotieſc. Numinis ipſius effigies, in cujus tutela navigium erat; proinde ſæpiùs accurrit in prora ſæque cum navis nomine illius Dei veniebat, V. infrà ubi de *Paraſemo & Tutelâ.*

Minerva Arcea, apud Martialem *lib* 1. *Epigramm.* 77.

Quid petis à Phœbo? nummos habet arca Minerva,
Hæc ipſit, hæc omnes fœnerat una Deos

Juridicina eſt. Debortatur enim hoc *Epigramma* Poëta Valerium Flaccum celebrem *Argonauticorum* conditorem, à Poëſeos ſtudio, tanquam inutili, & quod plus nimium, quàm deceret, audaciæ promittat: monetque Juridicinæ potiùs & Fetoſæ deditum; quippe quo nullum aliud ſtudium fit quæſtuoſius. Studium autem Poëſeos per *Phœbum*, Juridicinam per *Minervam* deſignat. *Hæc*, inquit, *ſapit, & omnes fœneratDeos*, hoc eſt Deorum dona omnia, ſapientiam, pulchritudinem, potentiam conſert. Ita enim Juvenalis,

Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia ——

Seu, Arcæ patronorum quibuſcunque & cauſæ, quas dedit, quas docuit *Minerva*, nummorum affluxum præbent, unde facile tibi parabis, quæ ab aliis Dîis ægre obtineantur. Perronius.

——*quidvis numinis præſentibus optat.*
Ecquid, ebuſum poſſides arca Jovem.

V. Gronovium *ad l.*

Minerva Obſelicus, inter XIII illos, qui Romæ viſuntur, Alexandri VII. auſpiciis erutos, in Foro Minervæ elephanti lapideo *exadeo* hodie incubat. Georg. de Sepibus *in Deſcr. Muſei Kircheriani pag.* 51.

Mingens ad paſtetem, phraſis uſitata in Sacris, ubi, cùm de domo

Monachæ Veſtis, Græcè *Μονάχη*, in *Periplo* Rubri Maris, *Καὶ ὅλως τὸν ἔνδυτὸν τὸ σκεπαστικὸν, ὃ λεγόμενον Μονάχη καὶ σαγίον τοῦτο καὶ ἁπλοῦν ἅμα καὶ καλόκαγ*; ſingulatis eſt ac indiviſo veſtis vel *ἁπλοῦν*, vel *σαγίον* (*σαγμάτιον*) oppoſita. Vocat autem tunica, vel *σαγμάτιον*, quæ ex ſynthetim compoſitæ non eſſent, ſed ſingulæ tunicæ, quæ in ſynthetim compoſitæ non eſſent, Si eſſent tunicæ ſingulares veſtitæ cum pallio ſic, ex his tantum elegi poſſe per ſyntheſes nempe veſtimenta componebant, ſeptenario ut plurimum numero conſtantes. Sic *μονὴν ἔδυν* contradiſtinguitur τῷ *σαγματίῳ*, quà voce vel tunicæ notantur, ſi quibus ſigmata & ſtragula ſiebant, five ſuerint ex Cera, de quibus ſic paulò poſt Plinius; vel ſtragula veſtis, à quo *σαγματίῳ* diſtinguitur, quæ ad pulvinorum bonitates velandas facta eſſet. An potius *σαγματίῳ* linteum, non in veſtes ſingulares ac varias confectum, ſed in tegumina corpus ipſum linteæ tunicæ ſe reliquum, quo à pluribus veſtibus faciendis ſufficeret; *pectam tela lineo* vulgò Galli appellant. Vide Salmaſium *Exercitat. Plinian. ad Solinum pag. 1170.* ubi tandem concludit, per *ἰδίῳ σαγματίῳ*, vel, ut quoque alter leg. poſſet, *ἰδίῳ σαγματίῳ*, interlinguam, inter ſtragula & ſtragula vel ſtramenta ſcientia, per *μονὴν* verò *ἔδυν*, *ſingulare & eximium linteum*, eique tunicæ hen lontæ, &c.

Monachus, addes: Quod in hac ſecta unusquisque Philoſophorum, hoc in Religione Chriſtiana *Monachi* quoodam fuere. *Ἀναχωρηταὶ* in ſuo quisque genere dicebantur. Artemidorus *l. 4. c. 35. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ φιλόσοφος ἴδιός τις ἐστὶ βίος καὶ τρόπος ἀνθρώπου ἐν ἑκάστῃ τῶν ἀρετῶν, μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἐν κοινῷ τινὶ καὶ ἑνὶ τόπῳ τὰ ἴδια ἕκαστος ἔχει καὶ οἰκεῖα, καὶ ἐν τούτοις ἐστὶν ὁ ἀναχωρητὴς τῆς ἀρετῆς.* Hîc veteris, quibus Philoſophum, *Monachum* quoq; *ἀναχωρητὴν*. Hîc veteris, quibus Philoſophum, *Monachum* etiam dictos Philoſophos, apud Gentiles, quomodo proprie vocabantur à Chriſtianis *Monachi* & quicunque auſteritatis vitæ genus inſtituiſſent. Hæc erat ætatis Chriſtianorum, quam & *Philoſophiam* quoq; dixerunt, ut legitur in Euſebium *Hiſtor. Eccl. l. 6. c. 4.* Hinc & Tertullianus *Philoſophiam* appellat, non omnem Chriſtianorum, ſed eorum duntaxat, qui puriore & exactiore normâ Chriſtifidem colerent, *de Pall. sub fin. Gaude palliurn & exulta: melior jam tu Philoſophia dignitia eſt, ex quo Chriſtianum vultre cœpiſti.* Nempe, qui diſciplinæ Chriſtianæ diligentiores & rigidiores cultores præſtare volebant in omnibus, (quales Tertullianus erat ex Epiſcopi Presbyteriique, & omnium Clericorum, ſic ſtea *Monachi*) uti Chriſtiani Philoſophiam ſtatuebant, & à *profana ſcientia* ſeparabant, *Pallium* vir ſoli inter Chriſtianum Philoſophum apud Gentiles, *Pallium* vir ſoli inter Chriſtianum Philoſophum apud Gentiles, *Pallium* vir ſoli inter Chriſtianum Philoſophum habitare præcipiebat. Ambroſius *Epiſt. 37. Ergumm ipſi (Ægyptii) capita & ſupercilia radant, ſi quando ſtidis ſuſcipiunt ſacra. Si ſortè Corinthiorum vir attentior à crepantia religione veſtem mutaverit, insignum factionis appellant.* Ubi non de quibuſdam Chriſtianis ita loquitur Ambroſius, ſed de eo qui ſacrosanctæ diſciplinæ arcanæ eſſet per quæ verba omnino aſſeruerit, dum eſſet, h. e. *ἐν ἀναχωρητικῷ σχήματι*, ut loquitur Socrates *Hiſtor. Eccl. l. 4. c. 37.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἀναχωρητικῷ σχήματι τοῦτον τὸν βίον διῆγεν, ἀκριβῶς δὲ χρεωστικῶς καὶ τὸ δοκοῦν βίου ἀσκεῖν, τὸν τρόπον φέρει ἀσκήσεως. Ex quo id colligitur, omnes,

Ascetas

Ascetæ, attentiores sacrosanctæ disciplinæ, vestem mutare olim soleru fuisse & pallium Philosophi fumere: quod minime tamen fecisse Silvanum observat Socrates, & hoc tanquam novum in illo notat, Hieronym. *Epist. ad Marcellam, Mos qui fervet vestis non utimur. Monachi judicamur: quia abrimus summos, nec cachinno ora dissolvimus, continentes vocamur & tristes. Si tunica non cambiatis, statim illud à servis, impostor & Graecus.* Hi nimirum erant, qui hoc nomine tacitè notabantur, γνησιώτεροι, quique digito oslendebantur, *Philosophi* nempe Christiani, h. e. Ascetici viri, qui pari cum Græcis Philosophis studio, male quoque propter illos audiebant, quòd pleriique ex eorum numero Philosophos habitu emendirentur & fingerent, cum de cetero pura puta mendacibula essent, & impostores meri. Vid. Quinctilianum *lib. 1. cap. 3.* Nec pallio porro tantum, led etiam sordibus & squalore ingeres tam Philosophi, quam Ascetæ Christiani. Hinc illud Hieronymi, *Si tunica non cambiatis, statim illud à servis, Impostor & Graecus est.* Quod de Philosophis & præcipuè Cynicis accipi debet, qui non solum sordidissimi, sed etiam ut plurimum Impostores, teste Luciano *de Proteo Peregr.* & Philostrato. Atque horum quoque sordes affectarunt olim *Monachi*, qui, quam semel tunicam induissent, nunquam exuebant, pr usquam penitus tota usu detrita & lacera esset, adeò altera habenda cogitum fuerit, *V. Hieron. in vita Hilarion.* Quæ cauta, quòd Rutilius Gallus *Itinerar. lib. 1.* vicem hanc & squalorem *Monachorum* non semel exegisset. De Caprania ita scribit:

Squallet lucifugis Insula plena viris.
Hi sese Graio Monachos cognomine dicunt.
Eralibi de solitario:
Insulæ putas illuvie cælestia pasci,
Sed, pro nil sævis sævior ipse deus.

Et hæc ubi rem Eunapius, Christianorum infensissimus hostis *lib. de Vita Philos.* de iis temporis *Monachis, οἱδὲ δὴ εσὺ νῦν* vocabulo, quod illud animal immundi item in delitiis habeat; Istoque & olentiorem præcipuè gaudeat. Sed & Efrem Judæorum Ascetæ, à quibus *Monachorum* Christianorum origo non quidam reputant, fordare & squalere pulcrum putabant, Porphyr. *ἐπὶ τὸν ἄγων. lib. 3. &c.* Qui itaque tenuio tenuique negotiis renuntiarat, quique sanctiore vitæ instituto se addixerat, Christianus & Clericus fere omnes & *Monachi*, eorum hominum habitum adamasse & adpetisse pure meritoque videntur, qui & ipsi de populo secessetant, sipique vivebant, quales tum fuere Philosophi. Præterea, cùm ex omni vestimentorum genere, quod in usu promiscuo tunc fuit, modestissimum & simplicissimum *ex illum Philosophorum* esset, illud præcipue sibi habendum delegisse, modestiæ & simplicitatis fectatores egregiæ, quæ vestium esset. Quæ quidem modestia, quòd & Apostolorum amor tenuis, quorum vitam imitabantur, sunt habitum eos usurpasse, non longius à vero fit; namque & illos fuisse palliatos constat. Tunicam indutui habebant unicam & unqui pallium amicui, Vid. Marth. *cap. 10. vers. 10.* & Marci *cap. 6. vers. 9.* Quod Domini præceptum, interemque illum Apostolorum, præcepto Magistri, sui consentaneum, studiose observarunt antiqui *Monachi* & præsertim Ægyptii, qui discipulos suos *Nudo & Stab. Monachis lib. 1. cap. 11.* Erat illa tunica sine manicis, unde & *Colobium* dicebatur: sacco similis & corpus prælsule stringens, unde & *saccum* & *fascineam tunicam* Vett. appellant. Ruffinus, de Monachis Tabennesiis, ingentis abstinentiæ viros vocat, *quibus usus est indui colobiis, quasi saccis linea & pelle consectis.* Vide quoque Hieronymum *in vita Hilarion.* alios. Una igitur tunica, eaque sine manicis, solis Ægyptiis *Monachis* in usu erat, quibus locis hyemes fiunt molles & citi temperies major: Europæis, locis hyemes fiunt molles & citi temperies major: Europæis, propter hyemis rigorem, una tunica non sufficiebat, ideoque plures, ut videtur, usurpabant, eaque manicatas. Tunicæ pallium superinjiciebant, quod nigrum fuisse innuit Synesius *Epist. 146.* & Sacerdotibus Alexrisque peculiare, non verò omnibus commune Christianis, quos albatos inceslisse Clemens Alexandr. *Padagog.* suo docet: cùm pallium Philosophorum quos scribit Arrianus Alexæ emulabantur, nulli fuisse coloris certum fit. Cæterum, Tertullianus impestate perpetuum nondum fuit, aut pro regula observatum, ut omnes Clerici pallium sumerent, aut soli illum habitum usurparent. Multos quippe ex Laicis, propter ἀσκησιν, hac eadem vestie usos esse scimus, & ex Presbyteris eos fuisse, qui Ascetæm profiterentur, h. e. qui Apostolicæ humiliati & severiori Christi disciplinæ conguam & conservandam sectam sectarentur. Nondum enim Ascetarum *monasteria*, qui dein postea dicti sunt, certis regulis ac legibus constituta, in notitiam venerat, licet inde originem acceptisse sit exploratum, sed tum vidua, tum vestitus, ut & incessus (hi enim nudipodalii. ibi omnitempore indicebant) diritas, rota arbitraria, nec idem mos omnium, præsertim circa vestium, Ascetarum tum erat, ut de Silvano Hieronymus ante vidimus. Postquam vero, crescentibus Ecclesiæ coetibus & inveterascente luxu, Presbyteris & Ministri Ecclesiæ (quorum fere omnes Ascetæ fuerant) mundiùs ac nitidè vestiri inciperent, factum ut, *qui sacrorum ab usu disciplina*, ut ex Ambrosio supra diximus, *attentiores esse vellent & conversationem Apostolicam imitari, ipsorum παλαιὸν* instituerint & à Clero segregem ac separatam vivendi formam, quæ *Monachi & Monachorum πολιτεία* vocata est. Qui proin & birros, Presbyterorum cum hominibus seculi tunc communem habitum, sibi interdixerunt, ut, qui de seculo recesserant, omnia seculi, ideoque habitum etiam, quanto possent opere, vitarent. Hinc Eustathius quidam, Sebastenorum, ut nonnulli volunt, Episcopus & Ascetices atque *Monastica* vitæ, apud Armenios, auctor, temporibus Constantini Magni, Episcopos Presbyterosque ad antiquam *ἀσκησιν* & pallium reducere, vestemque communem & civilem habitum in Sacerdotibus condemnare conatus legitur, apud Socratem *Hist. Eccl. lib. 2. cap. 33.* & *Epist. Patrum* in Synod. Gangr. fed frustra. Postquam igitur sic *Monachorum* communem habitum rediit, qui nec Clerici essent, nec Laici, ac certa hujus *sectæ πολιτεία* constituta est, legibus quibusdam ac regulis fundata, quas sequeretur omnes, qui in cœtum illum aggregari vellent, illi hominum generi pallium quasi peculiare relictum est & exinde *Monachorum* proprium pallium esse cœpit. Imo nec *Monachis* solum, sed & *Monasteria* pallium habuere, ut videbimus. Præter pallium verò & colobium, omnium *Monachorum* communem amictum, Ægyptii Ascetæ cucullum parvum & meloten gestabant, ut videmus in hac voce. Nec omittendum, *Ἀσκηταὶ* recentioribus Græcis proprie appellari Monachicum pallium, id est, *Τριβώνιον*. Inde *Ἀναχωρητὰς* & *Ἀσκητήρια Monachi, Zonar. ad Can. XII. Syn. Gangr.* in cujus verbis notandum, Eustathium cum suis sectatoribus pallium supra omnia fua vestimenta habuisse, qui nos fuit antiquorum Monachorum & præsertim Ascetarum, apud quos ut & apud Philosophos, pallium supra omnem vestem injiciebatur; at *Monachi* Ægyptii eapriam pallem supra pallium sumebant. Pro *Ἀσκητὴς* autem, quo etiam Nic. Chomiates utitur, in Codice Barbaro Græco *Ἀσκητρίῳ* habetur. Hinc *Ἀσκητρίῳ Monachi*, apud Graecos *μεταβαίνειν*. *Rasum* a. vox Latina & de dicitur in monachum, quod plus non habet, &c. Calcearum quod concernit, cum calceus, Gr. *σκυτάλη* Togæ : soleæ vero, fisdem *σανδάλιον*, Pallio con venerit, antiqui in Ægypto Monachi, calceos, h. e, *σανδάλια* (ita enim Romanis calceos Græce perpetuò vertitur) veluti interdicta reculabant, & sandalia, veluti à Domino permissa gestabant, V. Marcum *cap. 6. vers. 9.* & Matthæum *c. 10. vers. 10.* Unde Cassianus *de Habitu Monach. cap. 10. Calceamenta vero vobis interdicta, Evangelico praecepto recusantes, cum infirmitatem corporis, vel naturalium vigor, seu necessitatum aegritudo, inutilemodo caligis jusserit* (id est, sandaliis, ut Verbo vulgatis reddam) *munimen pedis interpretantes ipsum earum vel Dominica permissione signari, ut, sive loco mundo conjuncti, curis & solicitudine carnis hujus omnimodà exuti esse non possumus, nec ab expensius prevalemus absolvi, saltem occupatione levi & implicatione tenui necessitatem corporis explicemus, &c.* Licet vero tantus ritus ergo *Monachorum* antiquissimus fuerit, illorum tamen nonnullos hodie lectico vehi, mur. Cùm enim, adversus Persas bellum gerente Justinianus Imp. magnopere facere enteretur, quaqua poslet arte, ne Romani suis ab hostibus tam raram speciem, & luxui adeo necessariam eremerent: hæc cum maximè agitanti, commode duo *Monachi*, ex India revertentes, qui ibi plulcium commorati fuerat, sese obtulerunt, retulerunt; ex longiore mora, quam apud Indos fecerant, illiq; fer eum esse in serici faciendi ratione explorasse. Tum de vermibus metaxæ opificibusque ea narrarunt, quæ nunc omnibus & sui jam cognoscimus, deque toto illo metaxæ conficiendæ artificio, utrem fuse narrat Procopius *Gothic. lib 4.* Jussu itaque imperatoris iter rutsus in Indiam capessum illi Monachi, indeque ova bombycum Indicarum Byzantium attulere; quæ fimo coopetta, ut apud Indos folet, vermes excluere, *ὁ μανθὰνει ἀμφοτέρους, metaxæ artifices*; imori folia illis pro pabulo dare : Inde per totam Europam & Occidentem propagata Sericorum vestimium generatio & serici ex iis conficiendi ratio propiata. Theophanes tamen Byzantius, apud Photium, tradit, Persam quendam, imperante Justiniano, Romanis serici inventionem ostendisse, & ova ex India usque Byzantium in furia pertulisse &c. V. Agathiam *ad Turcell. & Pallav. Alii ovigo* Monachorum è persequutionibus Ecclesiæ, quibus grassantibus, primum fub Decio & Valeriano, deinceps etiam sub Diocletiano, Licinio, Julian. persequutionibus, in Ægypti Syriæque solitudines multi fidelium abacti sunt; quorum inde non pauci, etiam remittente Tyrannorum furore, tranquillæ vitæ assueti, usque ad mortem in solitudinibus illis hæsere. Antesignani eorum narrantur, Paulus Thebæus per 98. annos eremi cultor; post quem Antonius non multo minori temporis solitudinum tecola: Hilarion, Eremitæ per Palæstinam ac Syriam primus; cui alii succesiere, qui intero non tam frequentarunt, quam Cœnobiticam vitam egerunt. Eremitæ enim seatrigo fuere Cœnobitarum, in commune viventium, unde & *Monasteria* nata, de quibus V. *infra*: quod institutum primò ex necessitate natum, mox ziii imitati sunt, seu zelo pietatis, mundive cædio: seu Ecclesiarum diffidiis Episcoporum que factionibus ac fastu; seu otii ac meditationum amore : seu cacozelia virorum illorum eximiorum, de quibus supra : vel fastu, vel desperatione tandem permoti. Donec tepescente pietate & fervore, in urbes conjugatum est, circa A.C. 361. quo Eusebium Vercellenem Episc. primum in Occidente id institusisse tradit Ambrosius. Dicti fuere veteres illi *Monachi*, à seculo *Anachoreta*: ab exercitationibus *Asceta* : habitantesque in squalentibus arenis Chalcidis, Nitriæ, & Thebaidis, quæ Syriæ & Ægypto pratendunthur,

degebant in cellulis angustissimis, longè ab invicem distantibus. Ibi inclusi operabantur, victum & cultum labore manuum comparantes, & quidquid à labore supererat, erogantes in egenos. Texebant ac plurimum sisellas ex palmarum foliis, & cauistra pletebant ex vimine, aut humum farriebant, vel vacabant cultui hortorum, quod & hodie faciitant *Monachi Æthiopes*, habentes uxores & liberos. Amplectentibus hanc professionem res minsebat integra, habebantisque facultatem emigrandi ad suos, vel commigrandi quò vellent, si quos taderet istiusmodi: Jejunia erant illis arcta, non omnibus eadem legibus, nec regulæ similes, sed inferiores distinctæ: imò nec Clerici tunc erant, excepto uno Archimandritâ, nec docentium, sed plangentium, cum habebant officium, ut ait Hieron. Talium decem millia, eosque omnes laborantes ac messis tempore metentes sub se habuit Serapion: In Ægypto ac Oriente quotidiè ad Patrem fuum audiendum verbumque Dei hauriendum ad 3000. convenisse dr. V. Hieronymum & Augustinum; cujus posteriori liber etiam extat de *Opere Monachorum*, nec non Franc. Burmannum *Orat. Inaug. de Collegiis*, ut & infrà in voce *Monasteria*.

Monachus ad succurrendum, in Ecclesia Rom. dicitur, qui, dum extrema agit, vel urgente mortis periculo, *monachicam* veste fuduit, quò Fratrum suffragiorum fiat participeps, ut ajunt, atq; ita *salutis suæ fuccursum*. In *Charta* Prioratus S. Ægidii de Modicano: *Quòd suffragium maximum & salutis suæ succursum habeant Monachium* — & Monachus *Monachi effectus est*, ¡Quod fieri ab uxoratis non poterat, absque uxorum consensu, ne de Rogero Salopiæ Com. agens, docet Brompronus, *ad A. C.* 1088. Susceptum verò fit habitum monasticum, si priùs uxor valetudinem recuperasset, dimittere fas non erat, nec uxori, quæ adsensum præbuisset: marito ad sanitatem reverso, eum convellere licebat, nisi dispositione divina intervenisset. Jam de hoc vocabulo *Monachium* indigitato qui, licet habitum Monachicum non induisset, societatis tamen Monachicæ seu fraternitatis participes fiebant eoque nomine Martyrologio inscribebantur. Hinc in *Necrologio* S. Martini Laudun. de Joanne Biennensi Imp. CPolitano legitur, 16. *Ka's. Maji*, *Commemoratio Joannis Imperatoris, hujus Ecclesiæ Fratris ad succurrendum*, quem talem non induxisse vellem Monachicam in eo Monasterio, constat, cùm CPoli obierit, ann. 1143. Quam interim plura, & de *Monachis Lucæ*, qui & *Fratres Lucæ Regulatibus, Secularibus*, qui fit victiorem Regulam non amplectebantur. V. apud Car. du Fresne *in Glossario* ut & infrà in voce *Ordo*.

Monacum, adde: Sedes Electoris Bavariæ est, ex familia Palatina; eique Rudolfus major natu filius Ludovici I. Elect. lineam Rudolfinam seu *Palatinam* communitur dictam incepit: Ludovicus vero V. Imp. frater ejus Bavariam orsus est, inter cujus posteros, dictus Ludovicus, *Monachensis* Auctor fuit Johannes, filius tertius Stephani cognom. *Pius*, cui pater erat præfatus Imperator. Hæc certeris, Ingolstadicnsi viz. & Landshutensi tenuior, demum illis succedit. Johannem excepit fil. Ernestus, cui genitus Albertus cognom. *Pius*, pater fuit Alberti, cognom. *Sapientis*, qui Bavariam, unione partium divisarum & successione Landshuto Ingolstadiensi, iterum conjunxit. Exspes filius Ludovicus Ingolstadiensis Ch. C. Wilhelmum, qui verò major natu, pater fuit Alberti V. qui, Ferdinandi I. Imp. gener, Jesuitis *Monaci*, Ingolstadii atque Landshuti, collegia splendidissima extruxit: interim fiorum precibus A. Ch. 1556. ad tempus indulsit, ut Dominicâ cœnâ integrâ fruerentur, & in Calicis negotio A. C. 1564. ad Pontificem scripsit. Is successit filius Wilhelmus, qui tardiùs Maximiliano filio regimine, obiit in monasterio, A. C. 1624. Maximilianus, Guilielmo Comitio, Palatinorum superiorum jure hæreditario, una cum 4. præfecturis inferioris Palatinatus & diplomate Electoratus perpetui A. Ch. 1628. possidendum à Ferdinando II. Imp. obtinuit: Extinctus A. Ch. 1651. filios reliquit duos, Ferdinandum Mariam Franciscum Ignatium Wolphgangum, natum An. Ch. 1636. Electorem hodiernum & Maximilianum Philippum Hieronymum, A. C. 1638. genitum. Frater autem Maximilianus, Electoratus natus a Alberto, natus A. C. 1584. Maximilianum patrem est Maximiliani Henrici, Colonicnsium hoc tempore Præsulis, & Alberti Sigismundi, qui Friisingensis est Episcopus. V. Philipp. Jacobum Spenerum *Sylloge Genealogica*, *Hesser.* & quæmque horum *sub loco*.

Monarcha, & *Monarchia*, de Episcopo quovis ac Episcopatu, apud Vett. quoslam Scriptores, cujus appellationis hæc occasio. In primitiva Ecclesia, *unus Monarcha*, *unus solum Caput Corporis*, Gregor. M. *Epist.* 36. *lib.* 4. *ἑνὸς κεφαλὴν καὶ μονάρχην*. *Unum & Solum verò Caput*, Basil. *in Asceric. prag.* 390. Dominus noster JESUS CHRISTUS. Episcopi in singulis Ecclesiis constituti, cum suis *presbyteriis* & propriam sibi quisque peculiari curâ ac universam omnes in commune curantes, admirabilis cujusdam Aristocratiæ speciem referebant. Nam singulos Episcopos cum suis clericis Ecclesiis, quibus erant præpositi, in solidum curasse, nequidquam in tenui Capitis agro vilis, vel ex unius B. Cypriani testimonio, ut alia nunc taceam, certum est. Hinc adeò est, quòd Episcopi aliquando reperiuntur appellati *Monarchi*, ut videre est in *Vita* Udalrici Augustæ Vindelicorum editâ: & *Monarchiados*, per similem etiam rationem, legas pro Episcopatu positam. Hilarius Papa Rom. ad Leontium Epist. *Dilectissimo Fratri Leontio Hilarius. Miramur fraternitatem tuam tia lega Catholica immemorem esse, ut quæq; insipa & contra Ecclesiæ nostrorum statuta, in provincia, quæ ad Monarchiam tuam pertinet, si ipse non vis aut non potes, etiam nec nos silentio tui sacerdotii ante permittas corrigere &c.* Vide Isaac. Casaubonum *Exercit. 15. §. 11.*

Monarchia, in genere, status Reip. in quo penes unum rerum summa: Inspecie, Imperium in terris est summum, omnibusque potentiis, vel ita superandis par. Cujusmodi quatuor fuêre Assyriorum, Medorum & Persarum, Græcorum, Romanorum. Sed & *Monarchiæ* dicuntur Regna coæteris eminentiora, qualia ex Ferrario hic exhibebimus. At *Monarchia* Palatii, in libro *de Fundatione Gozecensis Monasterii A. C.* 1133. de Dedone Com. Palatino Saxoniæ, *Unde in expeditione Hungarica per Regem Henricum, in anno Incarnationis Domini* 1040. *facta, quin eundem virum militarem se gratuliit primus Herpo sua Monarchiam Palatii à Rege promeruit.* Et mox, *Eo defuncto, quia filium legitimum non habuit, Monarchiam Palatii Dominus Fridericus Germanus ejus ab Imperatore suscepit*: dignitas est Comitis Palatini, cujusmodi Comitum summa olim erat auctoritas, ut qui vice facta judicarent & supremo jure. Unde Theobaldus Com. Campaniæ, *secundus à Rege* dicitur, in *Chronico* Maurinlacensi *p.* 367. Ode Batocastinus Præsul, *Italis secundus Rex*, apud Odoricum Vitalem *l.* 4. *p.* 521. &c. V. infrà, ubi de *Palatii* ex *Palatinis Comitibus*.

Monarchia à Diluvio ad hinc tempora clariores.

Assyriorum, quæ sub Nino cœpit.

Babylonicorum seu Chaldæorum, à Nabuchodonosore maximè audita. Utraque conjunctim tumta duravit ab anno M. 1789. usque ad ann. 3435.

Medorum, Dario Principe Auctore.

Persarum à Cyro inchoata: Utraque, cujus Auctor secundùm quosdam Arbaces, cæpit A. M. 3445. duravitque annos 207.

Græcorum, quæ ab Alexandro M. sumpsit exordium, A. M. 3644. & duravit ann. 300.

Romanorum, primùm sub Consulibus, dein sub Imp. Quibus addi possunt:

Francorum, cui Pharamundus R. dedit initium, jamque continuâ serie annos 1250. atque amplius gerdurat: per aliquot secula Occidentis Imperio, cum præcipua parte Europæ, potita.

Saracenorum & Arabum, à Mahumete Pseudoprophetæ jacto cœpit, inde per omnes provincias fere pervagata: nunc divisa est in Turcas & Persas.

Turcarum, quam Ottomanorum I. orsus est, jam continuâ successione annos supra 300. durat.

Scytharum, hodie Tartarorum longè lateque per utramque Scythiam & Seres imperantium: quorû maximus est, qui Scythiæ extra Imaum mon-

Monarchici, Hæretici dicti sunt, qui unicam in SS. Trinitate personam, & Patrem crucifixum esse, statuerunt: sub finem sec. 2. cum Victor Epist. esset Rom. *Vide* Augustinum *de Hæref. cap.* 41. Macro, unam ex personis SS. Trinitatis caput reliquarum statuerunt. Vide eum in *Heterodoxis*. Alii Orthodoxi *sensu propriori* in Trinitate statuerunt, quatenus vox μοναρχία seu *Monarchiam* opposita, omnibus tribus personis eandem essentiam, gloriam, potentiam, adeoque Regnum communem, significat. Sic erat Justini Martyris liber περὶ Θεοῦ μοναρχίας. Et Gregorius Nazianzenus Regnum Trinitatis vocat *μοναρχίαν*, *Orat.* 40. negatque πολυαρχίαν, *Orat.* 37. Patres quoque CPolitani, in *Epist.* ad Occidentales, apud Theodoretum *Hist. Eccles. lib.* 5. *cap.* 9. de Fide Catholica ese ajunt ut Patris & Filii & Spiritûs S. credamus ἑμοιωσίν τε ἀξίαν καὶ συναλοιθείαν, *æqualem dignitatem & coæternum Regnum*. V. quoque Athanasium *ε. Gent. & libr. de communi essentia Patris, Filii & Spiritus S. sap.* Quid

Quòd non tres Dii sint, Epiphanium Her. 63. §. 1, Gregorium Nyss. *de Orat. Dominic. lib. 2.* Alios : e quibus elegantia omnino fuit illa Epiphanii, ἡ μοναδικὴ συνεγκλισις. καὶ γὰρ μιᾶς ἐνεργείας ἐστὶν ἡ τριὰς, καὶ μιᾶς ἀρχῆς ἡ τριὰς, καὶ μιᾶς ἐξουσίας καὶ βασιλείας ἡ τριὰς· καὶ ἓν ἐστὶν ἡ τριὰς, καὶ ἓν ἐστὶν ἡ μονὰς. *Non inveniuntur Deorum multitudinem, sed* Monachum *praedicamus. Monachorum autem praedicantes non aberramus, sed to ipsum Trinitatem, unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate, unum Deitatem Patris, Filii & Spiritûs S.* Quam in rem V. plura apud Joann. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. 1. cap. 18. §. 4.*

Monachus, Graecorum, factis unitatem denotat, Angl. *Ace*, ficut fenio fex unitates. Sic : Apud Graecos *Monoes Xios* dictus eſt, ut patet ex Prov. Κῶος· ἀφ' ἑνὸς Χίος, de quo Suidas, ὁ ἀφ' ἑνὸς Χίος, ἤτοι μόνος· ἐπὶ τῶν Κώων τὸ, *Chius quidem vocabat unum, Coum verò sex*, in numinaria ratione *Monas*, Gr. Μονὰς, ſignificavit ſex unitas, ut conſtat ex Anaſtaſio Sinaita : quod primus obſervavit Casaubonus, ſi quique rationem reddere conantur eſt Salmaſius *de Usur. lib. 3.* quorum ſolidus ſex millibus aſſeorum denariorum illius temporis aſſimilatur. Quod videtur hauſiſſe ex Caſſiodoro *lib. 1. epiſt. 10.* etſi interdum ad 7000. interdum ad 7200. hujuſmodi aereolos augeſcerent, ut videre eſt ex Novella Theod. *de pretio ſolidi*. Hinc Scaliger ad Caſaubonum *Epiſt. 84.* ἑφθὸς καὶ ἀνεφθὸς χρυσὸς, de quibus ſequetur Chryſoſtomus *in Acta Apoſt. homil. 11.* id eſt, 60000. aureos calculones hodierni vocant, natorum ſolatorum 86400. 72000. coronatorum. V. Joh. Frid. millionen de Praetorica *Oeconomia tom. 2. cap. 15. ubi de valore ſolidi prolixè diſſerit.* Apud Platonem *Epiſt. 7.* ſacra μονὰς, tributur fabricatori Deo ; qui unus cum ſit, ad ejus exemplum maxima quaeque unica ſunt & ſingularia, ut Mundus, Sol, Luna, Veritas. Dyas ex unitate profecta, materiam procreavit. Tras omnes materiae ſpecies. E' quibus ſunt ſubterius confinuntur in Coenobiis nuncupatis, & V. Car. Paſchalium *Coronarium lib. 9. cap. 14.* quenes nuncupant, & Joh. Pinnemrum *Theol. Gentil. pur. cap 11. de Deo.*

Monaſteria, propriè celle ſunt, in quibus unus degit Monachus, Caſſianus *Collat. 18. cap. 6.* ſed poſtea ipſa etiam Coenobia ſic dicta ſunt. Synodus Rom. ſub Eugenio I. P. Concil. A. C. 816. *can. 27. Abbates per Coenobia, vel in loco tempore nuncupantur*, Monaſteria, *talis conſtituantur*. Nonnunquam ſub Monachis Monachi *Monaſteria* in ea ſola deſignabant, ſed & reipſa Monachi Scripturae vices in conventionibus ad populum aliquibus in locis ſubſtituit. Succeſſit tenia ætas, quæ à Durando de S. Portiano ab anno 1320. uſque ad Gabr. Biel. ſec. ſuper. extenditur, quo temporis intervallo Ariſtoteles & Lombardi, Sententiarum Mag. Commentatores, in Occamiſtas ſeu Nominales, Scotiſtas ſeu Reales, Thomiſtas, Albertiſtas &c. divili, hiſce ſectis tempus fefellere. In ipſa primitiva Eccleſia ratum meritò Abbatiae fec. præt. Reformatores reſtituere omni niſu allaboravit, plurimuſque in locis perfecerunt, ut ex prima fundatorum intentione verae pietatis doctrinæque exercitiis, & ſincerae Juventutis culturæ velut ex poſtliminio vacarent. Quod Johannem Hilten, Ilenacenſem, virum pium & ipſum Franciſcanum fec. 15. praedixiſſe ferunt. Sic Magdeburgenſe *Monaſterium* in Schola Juventutis, *Monaſterium* Auguſtinianorum Heidelbergae, in Sapientiae Collegium : Coenobium Fratricellorum Lugduni Batav. in Theologiae Collegium Eccleſiaſticum, quae Seminarium &c. verſum eſt : ut de aliis innumeris nil addam, V. Franc. Butmannum *Orat. Inaugur. de Collegiis.*

Monaſteria Regalia, vocantur paſſim, *Βασιλικὰ Μοναστήρια* Graecis ; alter *Abbatia Regalis*, *Monaſteria Imperialia*, item *Fiſcalia*, quod in ſiſci regis extructa eſſent, & ab ipſis Regibus dotata, a quibus unde penderent. Haec ab omni jurisdictione Epiſcopali, imò & ab ipſa Patriarchali, exemta, nulli alii, praeterquam Imperatori aut Regi immediate ſubjecta erant : unde unde *Monaſteria libera* paſſim dicuntur. Nec Abbates eorum, *Regales* ab iis dicti, ab aliis, quam ab ipſis ſuipp. aut Regibus, vel certe cum horum natu, inſtituebantur, elegebantur & inveſtiebantur : idque per *baculum* haud aliter ac Epiſcopatus ipſi. Quia v. Abbatiae illae ex fundo Regiis erant dotatae, earum Abbates, *in mittendis ire & Regalitati ſervire tenebantur*, ut eſt in *Diplomate* Henrici Imp. A. C. 1083. pro Monaſterio S. Maximini Treviroſi, quod à Duchesnio deſcriptum eſt, *in Hiſtoria Limburg. pag. 29.* Sed & id juris Regi in hujuſmodi Monaſteriis competit, *quod attendi jure ſuo regio poſſit Monachum vel Monialem in suis, in principali regiorum, poſt ſuam coronationem, ponere*, uti refert Cl. du Frene, ex *Regeſto* Parlamenti *Oſtm.* Praeterea, hiſce Regibus extrum arnaeæ ad Regem ſpectabant, quas Ludovicus VII. Gall. R. Monaſterio S. Victoris Pariſ. conceſſit. Etiam Abbates Regales, perinde ac Epiſcopi, Buticulario Franciæ centum ſolidos exſolvere tenebantur ; cum Abbatialis dignitatis confirmationem a Rege expetebant, vel forte, cum eidem fidelitatis praeſtabant ſacramentum, de quo Buticulariorum jure, & hominis ſacramentique fidelitatis, ab Abbatibus iſtiusmodi praeſtitis Regibus, extat inſigne *Diploma* in Tabulario S. Genovefae Pariſ. quod *Glaſſario* ſuo praefatus Auctor inſeruit : apud quem V, quoque de

Monasteriis Canonicorum, quibus *Monastica* opponuntur: *de Monasteriis Consiliorialibus*, de quibus non nisi in Constitutio Rom. diligenti conlucvit; *de Monasteriis Duplicibus*, virorum sc. & fœminarum, prope invicem positis; *de Monasteriis Patriarchalibus*, quæ solius Patr. CPolitani jurisdictioni subertant, alitisque huc facientibus. Nec omittendum, quod idem addit, *Monasterii* vocem pro Ecclesia Cathedrali non raro sumi, eò quod plerisque in Ecclesiis talibus Monachi olim, non ut hodie Canonici, sacra obirent: unde hodieque vox *Monaster* Germanis, Ecclesiam Cathedralem notare, observatum Nebridio Mundelhemio *Epist. 17. Antiq. Monast.* & Gretsero *Observation. ad Vitam S. Willibaldi c.17.* Sed aliam hujus appellationis rationem suprà attulimus.

Abbates Regales, ex Regesta quodam veteri apud Eund.

S. Dionysii.
St. Germani.
S. Genovefæ.
Ferrarium,
S. Benedicti,
S. Maximini.
Mauritiaci.
S. Mazentii, in Pictavia.
de Burgolio,
Majoris Monasterii.
S. Egidii.
Trinorcii.
S. Columbæ.
Compendii.
S. Medardi.
S. Crispini.
S. Remigii.
Corbeiæ.
S. Richarii. V. eum in *Additionibus ad Glossarium.*

Monasteriolum in Algia, *Montreul en Auge*, locus Galliæ in Normannia, ubi Monasterium nobile. Hadr. Valesius in voce *Algia.*

Monasteriolum Ambianorum, *Monstreul*, seu *le Frodoardo*, primò vicus, dein castellum, tandem oppidum Galliæ Belg. nomen accepit à parvo Monasterio S. Salvii *S. Sauve*, quod Episcopus Ambianorum extructum B. Mariæ titulo donaverat: cum antea *Bratum* dicerentur. Ibidem est & puellare Monasterium S. Austreberræ, cum tit. Abbatiæ. Sedet ibi ora Picardiæ Cæs. ad ostium Cancæ fl. inter Ambianos ad Mer. 16. & Bononiam ad Bor. 8. leucis. Stapulis opposito proximum. Fuit olim sub proprio Comite, habitumque est pro capite pagi Pontivi. Berthæ Philippi I. Francorum R. uxori pro dote & domicilio, post repudium à marito, assignatum legitur. Majorem tum & Scabinos seu Pares olim habuisse docet Hadr. Valesius *Not. Gall.* V. quoque Ferrarium *Geogr.*

Monasteriolum in Argilla, *Monstreuil d'argilla*, locus Galliæ est, in Neustria, Orderico Vitali *Histor. lib.* 10. memoratus.

Monasteriolum Berlati, à parvo Cœnobio & loci domino dictum; vulgò *Monstreuil Belay*, ejusdem regni in Andibus locus est: Hadr. Valesius *Not. Gallia.* In hoc oppido tum munitissimo Gerardum Comes Andegavensium Gaufridus occidit, illoque occupato munitionem diruit. Ademar in *Hist.*

Monasteriolum in Gastina, castrum est Galliæ in Pictonibus. Idem.

Monasteriolum ad Icaunam, *Montreau faut Yonne*, opp. Galliæ, in Campania & partim in Vastinensi tractu, ubi Icauna in Sequanam se exonerat, cum ponte. Hic interfectus fuit Johannes Dux Burgundiæ, jussu Caroli Delphini, qui postea *Septimus* hujus nominis Rex Galliæ fuit. Dictum à quibusdam *Mons Regis*, & diftar 17. leucis à Autessa in Austro, ut 7. à Melodouno, Baudr. V. quoque *Monasterium Senonum.*

Monasteriolum Senonum, municipium Galliæ est, in Senonibus, ad Icaunæ & Sequanæ confluentes, vulgò *Monstereau faut-Yonne*, id est, *Monasteriolum ubi Icauna desinit*, Sequanâ hausius: à Cœnobio S. Martini nomen habet, cum olim *Condate* dicerentur, quo nomine veteres Galli confluentem designasse creduntur. Hadr. Valesius *Not Gall.*

Monasterium, urbs Westphaliæ, adde: Hanc Anabaptistæ occupatam, *urbem novi Regni sui*, Regnum autem, *Regnum Christi, Davidis, Sionis, Sanctorum*, appellabant. Crearunt illi Regem Johannem Bocoldum sartorem Leidensem: cujus tamen, ut & assecratum desperatissimis consiliis, paulo post singulari providentiâ Deus fræxum impositit, G. Hornius *Orb. Imp. p.* 48.

Monastrus, eadem cum *Mantali*. Ita, ut & Monachi; etiam pallium habuere, nec muliebre quidem sed virile, quod tamen prohiberat X I I I. Canon Gangrensis Synodi, his verbis: *Εἴπερ γοῦν τὰς γυναικείας ἀσκοῦσι μεταβάλλεσθαι σχήματος, καὶ ἀντὶ τῶν ἐνυθήτων γυναικείων μαφόρια φοροῦσιν ἀναλαβόντες, ἀποβάλλουσι τὸν, Si qua mulier, propter assesin, vestem mutet, & loco consueti muliebris pallii, virile sumat, anathema sit.* Ad quem Canonem quidquid arguiterur Balsamo, certum est, & Melanum, & ceteras olim famosas *Monasteria*, quæ pallium gerebant, contra illum Canonem feciffe, cum hujusmodi virilem habitum usurparunt. Vocabatur id, sicut Monachorum pallium, *παραδοῦν*, item *μάνδυας*. Niceph. Xanthopulus *in Catal. Patriarch. Constantinop.* de Basilio Diocoro: *Κατεβιβάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνακλήτου ἀγγέλου μέτρος ἔστιν ἐπὶ τῷ ὅτι καὶ αὐτὸν ἐστέρει. ὁ δὲ σχήματι αὐτὸν, ὅστε οἷς κεφαλὴν γυναικὸς ἐπιβάντες τὰ μάνδυα ἐζώσησαν ἐπάνω. Ubi μάνδυα πέμβεν, mallorem quæ objecit pallium*, intelligitur, quæ habitum Monachi lem ejuravit & abjecit. Ῥάκος liquidem etiam *Monasteriale* pallium fuisse, confirmat Palladius, de Taor virgine, in *Lausiaca*: *Ἐκάθητο γοῦν ἐν ἀπόκρυφοις ἀδελφοῖς ἐν τῇ μονῇ ὡς τὰ λεγόμενα ῥάκεα. Illa autem sumto pallio in casa indesinenter operi immorabatur &c.* V. Ispra, ubi de *Monachis.*

Monator, Hesychio *μονάτωρ, κέλης, ἵππος ἀγωνιστής, καὶ ὁδοιπόρος καὶ μονάτωρ, celes, equus & eques, & vectigal publicum & mansator*; Sic enim Latini & Græci dicunt equum singularem & ἄζευκτον, alias *simplum*, in vet. *Epigramm.* de Circo,

Luna bija datur semper, solida, quadriga,
Casforibus simpla tria ducantur equi.

Item *desultorem*. Eodem cesse sensu, *monatorem* vett. Glossæ habent. Sed & *μόναυλος* & *μονάυλιος* Græci ἀπὸ τοῦ *μόνος* vocant: *monaulos* Latinè ad verbum *unicus*, *quasi* enim est *simplum* apud Græcis, Latinis *unus* vel *una*, unde *unarii*, equos singulares vel equeses singulator, &c. Cujusmodi equites in Circo olim, præmii palmæque gratiâ, curfu contendebant. Paulanias. *Μόνατορ, ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ἀγωνιζόμενος ἀνὴρ.* Sed & exhibebantur olim in Circo desultores, qui missus nuntiarent. Cassiodorus *Variarum lib. 3. epist. 51. Biga quasi Luna, quadriga Solis imitationis reperta est. equi desultorii per quos Circenses ministri missus nuntiare existunt, Lunæri prætereuntes vicissitudines imitantur*, apud Salmasium *ad Vopiscum in Carino Imp.* V. quoque suprà in voce *Desultor.*

Monaulos, apud Martialem *lib.* 14. *Epigramm.* 64. cui lemma, *Tibia*,

Ebria nec madidis rumpit tibicina buccis;
Saxe duas partes, sepe monaulos habes:

dicta est singularis tibia, ad differentiam ut opinor, cum duæ simul inflabantur, Inventor ejus, au Mercurius, an Ægyptius fuit geminas Mariyas primus inflituisse dicitur. Scaliger *Poetic. lib. 1. cap.* 20. V. suprà in voce *Calamaules*, & infrà, ubi de *Tibia.*

Monbajon, nomen illustris in Gallia familiæ, quæ Rohanæ stirpis ramus est. Cum enim Alanus VI. Rohanetis dux successisset filios Alanum V I I. & Eonnet, filio genitos est Johannes II. genet Philippi Eburovicensis Regis Navarreni, & mortuus A. C. 1359. Hic communis pater fuit duarum item linearum: Nam ex Alano V I I I. primogenito, reliqui Vicecomites *de Rohan* Com. *de Porhoet* & Princ. *de Leon*, defenderunt, donec ea linea prox. sæculo defecret. Ex Carolo, filio minori, omnes reliqui defcendentia quidem, at obter retur, Ludovicum Caroli fil. genitalle Ludovicum Rohanum & Petrum Com. quorum hic Dn. *de Gié* Mareschalus Franciæ, pater fuit Caroli Dn. *de Gié & du Verger*, cujus posteritas in neptibus defecit ac Petri Dn. *de Frontenay*, Annæ, hæredis primarii Rohanei rami maritî, in cujus posteris retum *Vicecomitum de Rohan* Pr. *de Leon* & Dn. *de Soubrzen* titulus continuatus est, usque ad Henricum Ducem, qui lineam claudit, A.C. 1638. Ille, nempe Ludovicus Magnus, Dominos fevit, veluti unque norarunt, Pr. *de Guimené*, Duces *de Montbazon* & Comites *de Rochefort*, hodieque superstites: nobis medionum series hæc est. Ludo: ius I. *de Rohan* Dn. *de Guimené* & *Montbajon*, genuit ex Maria (fil. Johanna I I I. Vicecom. *de Rohan*) Ludovicum V. *de Rohan* Dn. *de Guimené*, maritum Margaretæ *de Laval* (Guidone X I V. Com. *de Laval*, qui obiit A. C. 1531. genitæ) & ex ea patrem Ludovici V I. *de Rohan* Dn. *de Guimené* Com. *de Montfaucon*, quo & Renatâ Dn. *de Verger* (fil. Fraselci *de Rohan* Dn. *de Gié*) natus Renatus Ludovicus *de Rohan*, Dux *de Montbazon* creatus, obiit A. C. 1654. Ei ex Magdalena *de Lenoncourt*, genitus Ludovicus *de Rohan*, Princeps *de Guimené*, Dux *de Montbajon*, junxit filii Annam *de Rohan* (Princ. *de Guimené* Com. *de Montaubian* Petri Rohanei filiam) atqueex ea susceperit Carolum Rohanæum Ducem *de Montbajon*, (cui Johanna Armanda Schombergia nupsit) & Ludovicum, *Grandem de Rohan* dictum. Pul. Jac. Spenerus *Theatr. Part. I. pag.* 6. V. etiam infrà.

Monesi, seu *Meneso*, inter minores Aquitaniæ pontifices memorat Ennio, forte fuere, ubi hodie *Moneins* aut *Monins*, locus non ignobilis Galliæ, in regione Beneatnensi. Vatesius in voce *Sibutates.*

Monetæ, Junonis cogn. adde: Cujus locus fuit in arce, quæ arx etiam M. Manlii Capitolini fuerat, hic extructa est ædes, anno postquam vota erat. Macrobius *Monetæ* delicatum hoc templum Kal. Junii ait. Servabantur ibi libri lintei, in quibus Imperii Rom. fata continebantur. Sudas, cum Romani pecuniâ indigerent, bello contra Tarentinos ac Pyrrhum, eos Junonem invocasse, quæ ipsos monuerit, si justitiæ utcrentur armis, pecuniam in eos defuturam, cumque id Romanis recte consigillet, *Monetam* Junonem venerates esse ejus quæ rei signum fuisse, quod nomina, à monetis inscripta in eius templo afferaretur, scribit: sed verisimile id esse negat Joh. Rosinus *Antiq. Rom. lib. 2. cap. 6.*

Monetæ Cremonenses, Professor primò Bononiæ, dein Dominicanus: Scriplit contra Hæreticos; item Summam Calsum Conscientiæ *Monetanam* dictam. Leandes Albertus *de Viris Illustrib. Ord. Prad. lib. 5. & dejer. Italiæ.*

Monetæ usus, excogitari cœpit, postquam simplicissimum illud & naturæ maxime, testa Aristoteles, conveniens Mercaturæ genus, quod mercium fiebat permutatione, in desuetudinem abiit. Quia enim alter alterius mercibus non semper opus habebat, *Monetæ* inventa est, quæ pretium rei suppleret: nec profuit quidquam Lycurgi lex, *qui eius singula non pecunia, sed mercium compensatione, pistillum bimorum revocatrius, taxavit, apud Justinum lib. 3. cap. 2.* nec votum Plinii, *nimam è vita aurum abdicari posse! lib. 33. cap. 1.* tra eum mox *Monetæ* amorem valuit, ut non amplius commercium vitæ gerat, ut ait Plato *de Leg. lib. 5.* sed illi ipsius causa ab avidis habendi hominibus quæreretur. Verùm non propterea legimus ejus usus totiliter, quod hominum libido ei delubra arasque, præter meritum, erexit: commodum humanæ vitæ instrumentum est. Materiam ejus triplicem esse, colligitur ex Pomponio lC. 12. *de inde ff. de or. Jur* videlicet, *Æs, argentum, aurum*: unde & Ireb. Pollio in *Victoria Tyr. cujs sunt ejus nummi aerei, aurei, & argentei*, sed hoc distinctius, quod inutio omnium nummorum genus, quod primò comparebatur, apud Rom. demum à Numa Pompilio fignatum] cuderentur: Nequeante victoriam Pyrrhi argentum fignatum Rome in usu effet & aurum in pecunia demum cognoscitetur, cum Carthago & Corinthos effent devictæ. Fr. Patricius *de Republ. lib 3. tit 9.* Ovidius *Fastor. lib 1.*

Ærea donabat olim, moleus nunc omen in auro est,
Proque gravi cœpit villa Monetа nova.

E plumbo, flatim, ferro nummos olim conflatos esse, negat Dempsterus, & *nummos plumbeos*, quorum mentio est Persii *Satyra Trinummo se. Huic ego, Cujinà je. Omnibus & Mœsiliariis &c. Illi butede*: item Martialis l. 1. *Epigr.* 100. & l. 10. *Epigr.* 74. interpretatur *viliffimos*. Vnfrà, At obolum *adnge in lemonia, ferreum lammam*, vocat Iustinianus in lib *Triduum*. e ferro faltem l. *Monetæ* antiquissimum genus primitus conflatile indigitans. Certum quoque Rhodigino nummum *Tarquinium Numam ex ferro & ære primum cudisse nummaria, quæ ex proprio Auctoris nomine sint* Numia appellata: *quum ante illum sortes, & ostracina pecunia impleret usum; quod à Tarquinio fuisse literis proditum, idem tradunt Græci.* Idem addit, *Legimus tamen alicubi, Populo à Numa concessum datum esse, æs ligneum & ferreum (forte antequam æ ferro & ære illos conflare & cæpisset) quibus sortes numeris suis Harunt.* Sed & *Donatus ad hunc ferynum enarrat illud Virgilianum.* Æn. 1.

Taurino quantum possit circumdare tergo:

intelligens, *pecunia fuisse de tergore bubulo* agrum illum à Didone fuisse emptum, quod tamen alii non asseverare ausint, intelligentes hic monetam forte ex metallo, tum temporis impressam habentem. Sed & fabulam de Martya excoriato ab Apolline tanta congessetat, sensim expolitam, sicque eorum ei detractum fuisse, e quo tum temporis nummi fuerint communiter cusi. Sumebatur autem ad *Monetas* has formandas, teste Liceto *de Gemmis Annul. lib.en. 31. non levis pilus tenuior, sed crassior & durior in tergore taurestribus, ad unum diutternorum*: credidque idem, habuisse illiusmodi nummos Romanos ante aurei vel argentei usum; quod à Tanquillo fuisse literis proditum, idem tradunt Græci. Idem addit, *Legimus tamen alicubi, Populo à Numa concessum datum esse, æs ligneum & ferreum* (forte antequam æ ferro & ære illos conflare & cæpisset) *

three half-pence sterling. Ejus mentio Exodi. 30. 9.11.

Kashitah, קְשִׂיטָה *i. e. agnus*, quod effigiem ejus haberet insculptam, secundum Rabbinos; oboli erat valore, quorum 20. siclum impiebant. Ejus mentio Gen. 33. *vers.* 19.

Libella, decima pars Denarii.

Obolus, Gr. ὀβολὸς, Ang. *A penny*, sexta pars drachmæ olim erat.

Quinarius seu Victoriatus, valebat asses 5.

Sembella, dimidia fuit Libella.

Sestertius, dupondium & semissem valebat.

Shekel, seu *Siclus*, Hebræorum

nummus, duplex erat: Regius, in communi vita usitatus, duarum drachmarum valore: & Sanctuarii, qui 4. drachmas pendebat.

Siglus Persicus & Sardianus, Xenophonti valebat 7. obolos Atticos & dimidium: Hesychio 8.

Stater, duplex didrachmon erat, apud Hebræos: apud Corinthios pendebat obolos Æginceos 10.

Terunctius, à tribus unciis assis, quæ valebat, libellæ quadrans.

Tessuncio, Peloponnesius nummus, ignoti valoris apponderis, &c.

ex Auro.

Adarchon. אַדַרְכֹן cujus mētio Esdræ *capit.* 8. *vers.* 27.

דַּרְכְּמוֹן *Drachmon* dicitur Esræ *cap.* 2. *vers.* 69. Drachmas duas Atticas valuisse videtur, & forte à Gr. Δραχμὴ nomen accepit: Sunt tamen, qui *Adarcon*, quasi *Daricon* dictum velint. V. infrà *Daricus.*

Aureus Romanus, sub Consulibus 2. denarios pendebat: à posita Principes 2. drachmarum pondere pro eusserunt. Heliogabalus multiplicavit pondus, quos Severus sustulit & semisses percussit, qui drachmam pendebant. Constantinus, Julianus & alii textule pondere fecerunt. G. Agricola. Paulo aliter Joh. Frid. Gronovius *de Pec. vet.* quem vide. Athenienſis pendebat 2. drachm.

Daricus, viginti drachmarum argēti fuit, par Attico Stateri, Stater. Gr. Χρυσοῦς, sub. στατὴρ, Athenienſis pendebat 2. drachmas. Philippus, Alexander & Successores, ſigoabant pondere 2. drachmarum Atticarum, obolorum totidem, ut & ſiliquastum. Stater à Cræſo percuſſus, pondere fuiſſe 2. drachmarum putatur, ut & Daricus. Sed Cyziceni percuſſerunt obolis 4. & dimidio 2. minutis & decimâ minuti parte.

Trygophorus aureus nummus apud Cyrenenſes, uncialis pondere: Angl. *fifty two shillings sterling.*

Zahab, Hebr. זָהָב *aureus*, cujus mentio 2. Regum *cap.* 5. *verſ.* 5. videtur idem cum Siclo aureo. Vide *Judicum cap* 8. *verſ.* 26. Cujus pondus duæ drachmæ Atticæ. V. Breerwood *de Nummis*, Godvynnum *de ritibus Hebr. lib.* 6. *c.* 10. *&c.*

Monetaria Officina, olim ſub Impp. in Oriente, præter CPolim: *Alexandria* erant, teſte Ammiano: *Antiochia*, ut Lampridius & *Cyzici* uti Sozomenus & ex eo Nicephorus, referunt, qui eomplures in hac urbe tradunt extiiſſe *Monetarios*, qui τὸν τῆς πόλεως τῶ νομίσματος. Et quidem Alexandrinam Monetam, præ cœteris ſpectat nummus æreus Juſtiniani, in cujus averſa facie I. & B. intra Chriſti monogramma deſcribuntur, cum hiſce characteribus: ΑΛΕΞ. qui Alexandriæ officinam denotant, ubi maxima Eccleſia dicata erat Joanni Baptiſtæ, qui diu. & B. indicatur, &c. In Occidente, ſex potiſſimum fabricæ ejusmodi exiterunt, uti docet *Notitia Imp. Sciſcia* ſc. in Pannonia, de qua urbe copioſe egit Triſtanus *Tom. III. p.* 288. *Aquileja & Roma*, in Italia: *Lugduni*, *Arelate* & *Treviris*, in Gallia: quæ quidem ita diſtribuebantur, ut tres intra Præfecti Prætorio Italiæ & totidem intra Præfecti Prætorio Galliarum jurisdictionis limites eſſent. Quarum certè Monetam exiſtiſſe ſemper, notiſſimum. Ad *Aquilejenſem* quidam referendam putant Gratiani, Valentiniani & Theodoſii *Conſtitutionem*, quâ pœna ſtatuitur in monetarum opifices, qui ſe extraneis matrimonio jungebant. Præterea plures nummi occurrunt, in quibus SIS. & SIS C. deſcribitur, quod ad *Siſciam* referri debere, omnes judicant. In Gallicis monetis, prima recenſetur *Lugdunenſis*, in *Not. Imp.* mentioque ejus in ſiquo ſilii Juliani in quo ſine bove in eo effigio legitur, LUGD. OFF. S. id eſt, in *Lugdunenſi Officina ſignata*, vel *Lugdunenſis Officina ſignavit.* Complures etiam habentur, in quibus *Arelatenſis* moneta variis characteribus denotatur. *Treverenſim* verò memorat Trebellius Pollio in XXX. *Tyrannis*, ubi de Victoria, *Cuſi ſunt*, inquit, *ejus nummi aurei, argentei & argentei quorum hodie, forma extat apud Treviros*, V. Orteliun *Itinerar. pag.* 64. Sed & præter recenſitas *Monetas* publicas, alias exſtitiſſe non minus celebres, ſtante etiam ac imperante Conſtantinianâ familiâ, ex nummis colligit Car. du Freſne: quas inter exſtiterit, *Theſſalonicenſis*, *Carthaginenſis*, *Sirmienſis* & *Cyzicena*. Labente dein Imperio, *Nicæa* & *Nicomedia*, in Bithynia, officinas fuiſſe celebres, de quibus intelligenda Conſtantini *Conſtitutio ad Bitty nos*, l. 1. *Cod. Theodoſ. de Monetariis.*

Conjicit denique Marc. Velſerus, fabricam monetariam Auguſtæ Vindelicorum extitiſſe, ex hiſce characteribus, qui Victoria Imp. nummo inſcribuntur, AUPS. quos quidem ita interpretatur, *Auguſtæ Vindelicorum pecunia ſignata. Rerum Vindelic. lib 7. pag.* 339. Cui ſimili argumento *Aurelium* cuſum præcarum illum Magnentii nummum æreum, contendit duJresne, qui in averſa facie Chriſti monogramma præfert, cum inſcr. SALUS DD NN AUG. ET CÆS. in fra AMB. nam & in Gallia eum regnaſſe, ex Scriptoribus in confeſſo eſt. Item nummis Magni Maximi Tyranni & filii Victoris, M. D. P. S. *Aurelianis* pecuniam fignatam, interpretari haud abloeum fuerit: nam Maximus Italiam obtinebat, cùm à Theodoſio fuſus eſt, ac proinde & Mediolanum. Eædem literæ occurrunt in nummis Arcadii & Honorii &c. Sed deſiere tandem ejusmodi Officinarum nomina monetis Imperatoris aſſeruit, poſt Michaelem Theophili filium, uti monet præfatus Car. du Freſne *in Diſſertatione de Inſcriptis ævi Numism. num.* 51. *pag.* 92. ubi etiam, ſecundum ordinem literarum, characteres ipſos, cum eorum vi ac notione, ut adſcripte ſingulis nummiſmatibus earundem Officinarum notæ facilius, ab harum rerum avidis, percipiantur, hoc modo ſubjungit.

Characteres numiſmatum inferioris ævi, quibus Officina Monetaria indicjantur, à Car. du Freſne, expoſiti.

ΑΛΕΞ. *Alexandria*, in nummo Juſtiniani.

AMB. forte *Ambiani*, Magnentii.

AMID. . . . Conſtantiui Magni.

ANT. *Antiochia*, Conſtantini M. & Juliani.

ANTA. *Antiochiæ*, ubi A. annus i. Imp. vel nota Monetarii. Juliani & Eudoxiæ.

ANTB. *Antiochia*, ubi B. annus eſt Imperii ſecundus, vel potius nota itidem Monetarii. Honorii & Heraclii.

ANT Γ. *Antiochia*, Γ. annus tertius vel nota Monetarii: Valentiniani, Theodoſii & Arcadii.

ANTE. *Antiochia*, E. annus iiip. quintus vel &. Valentiniani.

ANTH. *Antiochia*, H. annus 8. Imp. vel &c. e usdem.

ANTP. *Antiochia*, P. nota Monetarii, vel Antiochiæ percuſſa. Valentiniani, Valentis & Honorii.

ANTS. *Antiochiæ ſignata*, Arcadii.

APL. *Cyprenſis Lugduni*, Magnentii.

AQ. *Aquileja*. Conſtantini M. Conſtantii &c.

AQOB. *Aquileja obſignata*, Theodoſii M.

AQPS. *Aquilejæ pecunia ſignata*, vel *percuſſa ſignata*: Gratiani & Valentiniani junioris.

AQS. *Aquilejæ ſignata*, Conſtantini Jun. & Conſtantis.

AQT. *Aquilejæ percuſſa*, ubi T. pro P. perperam ſcriptum: Conſtantini M. & Conſtantini Jun.

ASIS. *Siſcia*, Conſtantini M. Licinii, Criſpi &c.

ATR. *Treveris*, Criſpi: ubi A. ut & in præc. videtur eſſe nota Monetarii.

BI. . . . Conſtantiui Chlori.

BSIS. *Siſcia*, Vetranionis. In aliis PSIS, id eſt, *percuſſa Siſcia.* B. Monetarii nota.

BTR. *Treveris*, Criſpi. B. nota Monetarii.

C. . . . Conſtantii Chlori.

CAR. *Carthagine*, Juſtiniani.

CT. . . . Procopii.

CLC. *Cuſa Lugduni*, Conſtantii.

COM. *Cbelitana moneta*, Theodoſii.

COMOB. *Cpoli monaca obſignata*, Arcadii, Jovini, Placidiæ, Valentiniani, Majoriani, Severi.

CON. *CPoli*, Conſtantini M. Jovinani, Valentis, Theodoſii & Anaſtaſii.

CONA. *CPoli*, Mauricii.

CONF. *CPoli*, Phocæ.

CONE. *CPoli*, ejusdem: ubi A. T. E. Monaſterii nomen ſunt notæ.

CONOB. *CPoli obſignata*, Hannibaliani, Valentiniani, Theodoſii. Aliorum.

CONS. *CPoli*, Conſtantini M. & Conſtantii.

CONSA. *CPoli*, vel Conſtantinopoli ſignata, ubi A. nota Monetarii, Juſtini.

CONST. *CPoli*, T. nota Monetarii, Arcadii.

CONSh. *CPoli*, h. nota Monetarii, Honorii.

CONSP. *CPoli*, Valentiniani.

CONSPE. *CPoli*, E. nota Monetarii, Juliani.

CONST. *CPoli*, Conſtantii, Conſtantis & Valentis.

D. . . . Conſtantii Chlori.

EI. . . ejusdem.

HERACL. *Heraclea*, Juliani.

KAR. *Karthagine*, Juſtiniani.

KART. *Karthagine*, ejusdem.

KR. *Karthagine*, Conſtantii,

KA. *Karthagine*, Constantini Jun.
KONOB. *CPoli. obsignata*, Constantini M.
KONSA. *CPoli*, A. nota Monetarii, Constantii.
KONSAV. *CPoli*, Constantii & Juliani.
KRTC. *Karthagine*, ubi C. pro S. Mauricii.
Mons Celsus, locus Galliæ, cujus mentio in literis Philippi I. Francorum Regis, A. C. 1073. datis, ubi *Sguum Ebonu de Monte-Celso* repertum fit. Valesius *Not. Gall.*

Mons Cenisius, le *Mont-Cenis*, mons Sabaudiæ, juxta Alpium, in ipso limite Pedemontii. V. *Cenisius.*

Mons Cetius, *Calenberg*, mons Germaniæ, in Austria infer. V. *Cetius mons.*

Mons Christi, *Monte Christo*, mons excelsus est Italiæ, in mari Tyrrheno, totam fere Insulam cognominum complectens, cum una aut altera tant tantum, fere inter Pianasiam ad Oco. & Igilium ad Ortum. Pendet ex agro Senensi, à quo 3. mill. distat, in Mer. & subest Magno Duci Hetruriæ. Alias *Oglasa* dicta fuit Insula, teste Cluverio; erat ibi Monasterium celebre, Baudrandus.

Mons Ciminius, *Monte di Viterbo*, mons Italiæ, in utraque Pontificia, prope Viterbum, V. *Cimiatus mons.*

Mons Clarus, *Clermont*, seu per Antenomum, in Gallia, à Sabini ecen ferentare dictum. Item *Clarmont*, castrum Galliæ in Bellovacis, cum tit. Comitatus, unde Borbonia gens profeslit. Item *Montclar*, locus seu idem Regni, in Arvernorum finibus; ut & in diœcesi Carcassonensi. Item *Montclair*, in Delphinatu, proxime Deam: Item *Montclair*, in Ling. nibus, prope Andelanum, &c. Hadr. Valesius *Not. Gall.* V. quoque converlis nominibus, in voce *Clarus mons.*

Mons Dalphini, locus Galliæ, in pago Burbonensi, vulgo *Montdauphin*: nec non in Delphinatu. *Montel*, in Briegio quoque est *Montengle*, forte *Mons melusus*. Idem.

Mons Consultus, vel *Mons Contrivus*, à Fulcone III. cognom. *Nerra*, Comite Andegavensium, conditum castrum est in Gallia, vulgo *Montcontour*: clade olim Wilhelm Com. tis Pictonum ac Ducis Aquitaniæ, deperditæ. Reformatorium celebre, in Pictonibus. Hi Duces Aquitaniæ R. fidius maximus vi cepit ac foloæquavit, A. C. 1314. Est & *Mons Conterius*, in diœcesi Briocensi Britanniæ min. inter Quintinum & Lanbalum, Prioratus S. Michaelis claret &c. Idem.

Mons Cornuti, *Moncornet*, opp. Galliæ, in Picardia, in tractu Tirasc, ac limite Campaniæ, toc iecus à Remis 30. Boreum ad Ila. 8. Alias *Mons Cornutus*. B. C. 57. Cæsar, equorum, nis cæstrium & aprinque levis, *Montem Cornutum Ardenne* dictum: quod & munti plicatu impolitum, & vix adjacet Arsquenæ, inter ipsum ac Ruyent Regium *Rocroy* &c. Idem.

Mons Desiderii, *Mendisar*, opp. amplum Galliæ, in colle, in Picardia prope, me Jugvinter Ambianum & Compendium 7. leucis distans, ubi à Novio dunoto Oco. Baudrandus. Item in Brepta rotus castrum, similiter *Montdidier* appellatum. Prius Galliæ oppidum publ. tum, Aram communem & Majorem finum ac Scabinos feu pub. tum, Aram communem & Majorem finum ac Scabinos feu pub. tum habuit: Ruggerius maximum, Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Mons Dolorolus, poster. *Sterlingutum*, vulgò *Sterling*, opp. Scotiæ, ad Fortheum fluv. à Glasquo 6. Dumbiano Urbibus 20. & 10. mill. Edinburgum in Otium versibus: in quo Reges coronari solebant, Script. Scot. Baudrandus *Lexico Geogr.*

Mons Draconis, *Montdragon*, locus Sabaudiæ. H. Valesius.

Mons Dubelli, castrum Galliæ, ad Odone Dubelig, qui A. C. 1083. floruit, dictum: in Pertico minori, vulgò *Montdubleau* hodie. Memoratur Ordericus Vitali *lib. 4. & 10.*

Mons Falconis, *Monfaucon*, locus eiusdem Regni, Monasterio Monachorum primo in S. Germani honorem, à Baldericio extructo, dein Canonicorum Collegio, celebris; S. Balderici tumulo ac patrocinio gaudet, in dicœ. Remensi, à Mosa fluv. & ab urbe Virdun. circiter leucis distans. Idem nomen datum Galliæ virginis, circa Ambianis, *Montfalcon* dicitur. Est & castrum Trans-Molanum Comit. *Fauquerium*, Belgis *Valckenburg*, Latine, *Falcoburgum*, olim sui Comitis proprio. Forte, quod in monte humili, quem falco non interruptio volatu trahere potest, ibum, inde nomen accepit. Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Mons Ferrandus, *Monsferro* Italis, urbs Umbriæ Episc. sub Arch. Urbinate, inde 10. m. p. in Occasum versus receditus, in monte, cum ejus vicinis urbibus, Ducatus Urbinatis; quæ & *Leopoli*, Ital. *San Leo*, Principio *Feretrus*: quod potius regionis nomen est, Ferrar. Baudrando *Mons Feltre* dicitur, & regionibus est Italiæ, in Duc. Urbinate & ditione Pontificia, ad radices Apennini, juxta Arminum fluv. & confinia Romandiolæ. Ejus caput est Leopolis seu Fanum S. Leonis, urbs Episc. in monte excelso.

Mons Ferrandi, alias *Mons Ferrarus*, vulgò *Mont Ferrand*, locus Galliæ ab Ammiano civitas Arvernorum, & vetus parsequus. Item castrum duplex, quorum unum prope Vaurum, alterum, prope Montem Pessulanum: quæ omnia à Ferrando aliquo, vel Ferranno nomen videntur accepisse. H. Valesius *Not. Gall.*

Mons Ferratus, *Monferrier*, locus Galliæ, in diœcesi Mirapicensi. Item locus, prope Montem Pessulanum castrum. H. Valesius *Not. Gall.*

Mons Ferratus, *Monferrato* Italis, *Monferrat* Gallis, provinciæ Italiæ, Ducatus titulo clara: inter Mediolanensem Ducatum ad Ortum, & Pedemontium ad Occasum, sub Mantuæ Ducis dominio. Ejus caput est Casale *Cusuli*: reliquæ Urbes sunt: Aquæ Statellæ *Acquis*: Nices Palea *Nizza della Paglia*, Alba, & Tridinum *Tridino*. Sed hæc ultimæ Sabaudiæ *Ducis* parent, pace Clarissi confectâ, A. C. 1631. Junctim hic Ducatus Mantuano primum fuit, beneficio Caroli V. Imp. postquam Joh. Georgius Palæologus, qui Bonifacio Montisferrati Marchioni, V. illegimi fratris filio successerat, sine liberis decessisset, & Friderieus Gonzaga Mantuæ D. qui Margaritam Bonifacii sororem in matrimonio habebat, hæreditatem adiuvus, Sabaudo & Saluciarum Principe contrariuret bus, à Cæsare successor declaratus esset: cujus gemi filius Guilielmus à Maximiliano II. Imp. ex Marchione in Ducem *Montisferrati* electus & magnis privilegiis ornatus est A. C. 1573. hujus posteris cum Vincentius Gonzaga

Mons Gemellus, *Lonjumeau*, mons Galliæ, in Parisiorum finibus, ita dictus in vett. tabulis, quòd biceps sit, & duos in vertices duasque in partes divisus.

Mons Genebra, *Mont Genevre*, mons ejusdem Regni, in Delphinatu: pars Alpium est in confinio Italiæ, ad Druentiæ fluvii fontes, V. *Genebra* & *Cottiæ Alpes*.

Mons Gomerici, vulgò *Mont Gommery* vel *Montgomery*, oppidum Galliæ, in finibus Lexoviorum, cum tit. Comitatus. Hadr. Valesius *Not. Gall.* In historia bellorum in Gallia civ. celebre nomen Comitis Montgomerii est, à quo in Torneamentorum ludo Henricus II. lethaliter vulneratus fuerat, sec. præt. V. Thuanum *Histor.*

Mons Gomericus, *Mont Gommery*, oppidum Albionis, in Wallia Boreali, Comitatûs cognomen is caput, 1. mill. à Sabrina fluvio distans, 18. m. p. à Salopia in *Africum*, 30. ab Hereford, in Boream. Baudrandus.

Mons Grandis, *Grammont*, locus Galliæ, in Lemovicibus, ordinis Grandimontensis, ann. C. 1076. à Stephano instituti, caput; Monasterio insignis, non longè à Taurione amnicolo, qui supra Lemovicas in Vingennam decurrit. Suus quoque est Turonibus *Grandis Mons*. Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Mons Hulini, *Montbulin*, arx munita Galliæ, in Picardia, & tractu Bononiensi, 3. leucis à Bononia in Ortum, Teruanam versus, aliàs contra Hispanos exercitata. Baudr.

Mons Incensus, *Montencen*, locus Galliæ, Idem.

Mons Inclusus, *Montenglo*, locus Galliæ in Briegio, Hadr. Valesius.

Mons Jovis, *Momjoye* vulgò, castrum est Galliæ, prope Tolosam. Item *Mont-Jou* vel *Mont Jeu*, summus Penninus, è duo aut tumulcro Jovis olim ei imposito, sic dictus. *Alias Mons S. Bernardi*, Gall. *le grand S. Bernard*. Idem.

Mons Judaicus, vel *Mons* Judæus, *Mon Juif*, locus Galliæ in Brexia: Item in Gothia. Literis ann. 1109. cum P. de Meloa, R. de Monte Olivo, P. de Montcleuro, *F. de Monte Judæo* subscripsit, apud eundem.

Mons Lauri, *Montlaur*, locus est ejusdem Regni, in dioc. Tolosana, laureti nobilis. Item *Montlaur*, in parœcia Caræssiensi, *confinum Montis Lauri* prope Monasterium Crassam: Petro dicitus *de bello Alno*. *ean* 54.

Mons Leo, *Monte Leone*, urbs Episc. Regni Neapolitani, in Calabria ulteriore; alias Vibo Valentia, quod vide. *Mons* Leonis, *Montlun*, locus est Galliæ, in pago Meltuno: item in Turonia, ante annos 480. memoratus. Baudr. Valesius.

Mons Limarii, *Montlimar*, urbs Galliæ, in Delphinatu, ad radices collis, 1. m. p. à Rhodano flu. fere 7. à Valentia in Mer. uti 4. à Fano S. Paulin Septentrion. Dicitur etiam *Mons Aemarorum* Baudr.

Mons Longus, *Montlong*, locus Galliæ, in diœcesi Vaurensi. H. Valesius *Not. Gall.*

Mons Lupelli, *Montlud*, castrum vel municipium ejusdem Regni, in pago Dumbensi, in dioc. Lugdani, binc circiter 7. m. p. vix 3. à Rhodano distans. Idem.

Mons Luzonis, *Montluçon*, castrum Galliæ, ad Carum fluv. non procùl ab Aquis Neri, Idem.

Mons Magnus, *Maimont*, vel *Mermont*, castrum olim oppidumve Galliæ, in Lingonibus, à quo pagus *Magnimontensis* nomen accepit. Idem.

Mons Malus, *Maumont*, locus Galliæ, in pago Cadrelensi, Idem.

Mons Maranus, *Monte Marano*, urbs Italiæ, in Hirpinis, Episc. sub Archiepisc. Beneventano, inde 18. m. p. Nucum versus 26. in prov. Principatus Ulterioris, in regno Neapolitano Ferr. Baudr.

Mons Martiani, *Mont de Marsan*, opp. Galliæ, in Aquitania, ad amnem *Midou*, agri Martiani caput, 5. leucis ab Auro in Bor. Burdigalam versus, Baudr.

Mons Martis olim, postea *Mons* Marevrum, locus Galliæ, ad Lutetiam. Valesius.

Mons Maurilionis, *Montmorillon*, castrum Galliæ, in finibus Pictonum, ad ripam Vartumpæ, qui Croſa recipitur. Item in Seguanis pagoque Forensi superiore, 4. circiter leuc. à Ligeri & Rodumna Seguanorum oppido. Idem.

Mons Maurus, *Montmaur*, locus Galliæ, prope Vasincum: item in dioc. Rivensi. Item *Monmor*, prope Deam, à colore sic dicti. Quemadmodum enim *Brun* Germanis & Gallis, nigredinem notat: Sic *Maurus* Græcis Latinisque *niger* est & obscurus, Idem.

Mons Medianus, *Miegemont*, locus Galliæ, in Lemovicibus; sic appellatus, quòd in monte medio inter duos alios positus sit, Idem.

Mons Medicus, seu Maledictus, *Montmedy*, urbs parva Belgii, sed permunita, in colle, in Duc. Luxemburgensi, ad Carum fluv. Distat 7. leuc. à Virodano in Bor. & fere 3. à Stenaco in Ortum. Capta à Gallis A. C. 1657. ipsis postea remansit pace ad Pyrenæos. Baudr.

Mons Mercurii, locus Galliæ. H. Valesius *Not. Gall.*

Mons Merulæ, *Montmerle*, locus Galliæ, prope Burgum, Brexiæ caput. Item alius, à Bella Villa Arari flumine divisus, Idem.

Mons Mirabilis, castrum Galliæ, monti, qui illuminat imminet, impositum, in Briegio; vulgò *Montmirail*. Inter Campanię Milites Vexillarios Philippi Aug. Dominus *Montis Mirabilis* numeratur. Item unus e Baronatibus Perfici Goëti, *Mon-Miral*. Item in Petrocoriis ad Viseram fluv. *Miraumont*. Item in Arvernia supra *Montmorin*. Item locus non longè à Theminis, ad *Mons Miratus*. Idem.

Mons Morillonis, *Mont Morillon*, opp. Galliæ, in prov. Pictavensi ad Vartempam fluv. 8. leucis à Pictavio in Eurum, versus Marchiam, Baudr. V. quoque *Mons Maurilionis*.

Mons N. ger, *Montnoir*, locus Galliæ, in pago Lemovicino, Gregorio Tur. memoratus.

Mons de Nube, *La Mote de la Nue*, castellum Galliæ, ab altitudine dictum, Order. Vitalis *Hist. Lov.* in Centomanis, Valesius.

Mons Nucariorum, *Noyerenoy*, vicus Galliæ, in Picardia, non procùl à Monte Desiderii, Ejusdem mille annos meminit Auctor *Gesta, in vita Elegii*.

Mons Olimpus, *Mont Olimpe*, arx Galliæ munita, in prov. Campaniæ, juxta Carolopolim, ad Mosam fluv. recèns excitata, in colle, Baudr.

Mons Olivus, *Montolieu*, locus est Galliæ, in dioc. Carcassonensi, pr æsis tabulis anni Ch. 1109. memoratus. Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Mons Orvinus, *Monorvino* urbs Apuliæ Episc. V. Mervinum, in voce *Mons vinum*.

Mons in Pascus, *Mons en Pevelle*, vicus Flandriæ, in monte potius, palustique vicinus, sub Philippus Fulcher acie cecidit. *Alias Mons in Pabula*, vel *in Pabulo*. De pugna Mahudi vulgò *Pevele*, qui cum Austrebanto Flandriæ Galliceæ attributus V. H. Valesium *Not. Gall.* Monasterium Benedictinorum S. Amandi *in Pabula*, memoratur vett. Scriptoribus, quibus & Elno in eodem pago positus. Idem.

Mons Pelisius, alias *Pelosus*, vulgò *Monte Pelose*, urbs Lusaniæ est Episc. sub Arch. Aschetontino, (eam est hodie ab ejus turbido colore nomen, inter Achorontiam & Matheolam, ad lin. p. à Gravina 6. quo à Tricarico, à Potentia 18. Fere. Baudrando ubi est parva regni Neapolitani in prov. Basilicatæ, uno aut altero mill. à Bradano fluvio distans, inter Achorontiam ad Occ. & Matheolam atque Gravinam ad Ortum, in limite agri Barium.

Mons Penſatus, *Mompſat*, castrum Galliæ, à Cruce signati vastatum, in Cadurcis. Sic autem dictum est, à voce *pensare*, seu *pesare*, quòd simile esset ponderi, cui in Italia *Mezzina*, de lin. p. in qua appenditur, implevit, seu sensim ab imo erexit, in sublime. Item in Volcis Arecomicis, non procùl à Nemauso, H. Valesius *Not. Gall.*

Mons Peſſulanus, seu *Peſſulanum*, vulgò *Montpellier*, quòd adversus finitimorum excursiones *peſſuli* loco esset, dictus. Urbs ex primis Galliæ Narbonensis est, ac Occitanæ regionis post Tolosam primaria. Episc. quæ Magalonensi succedit, inter Nemausum ad Occ. & Narbonem ad Ort. 9. leucis, Ferr. Baudr. antiquis Occitaniæ est inferioris, Episc. sub Arch. Narbonensi. *Academia*, studio Jurisprudentiæ olim, deinde Medicinæ, jamque annos 330. ut patet ex *Epist.* 307. Bernardi Abbatis Claravallensis *ad D. Ostiarium*, unde Collegium Medicum ibi amplissimum ab Urbano Nono, Extructum: balneis item, quæ Guilielmus loci dominus A. C. 1266. cum suis redimebat, & cum castris Monsferratio ac Vivianno, Mahudi Ipsotæ propter nuptias donavit, quæ Ioanna ammem *Lez*, Exhaustæ Senonem hoc Urbs, locum ardorum magn que olim nominis, & Comitivæ caput, nunc vicum semidirutum, *Sonſalanum*, mille p. distantem. Arcem habet munitam, *vix* 1. leuca à Magalonensi, in colle, 2. ab ora maris Mediterranei, 7. leucis à Nemauso in Occ. & 15. à Narbone in Orrum. Vide Baudrandum, ac inprimis Valesium *Notit. Gall.*

Montispeſſulanus Diœceſeos loca.

Aniana,	cum Monasterio co-	Lunata, *Lunel*.
	gnem.	Magelona.
Fabricæ *Fabregues*.		Meigerium, caput olim Comi-
Frontenia cum,	vino celebre.	tatûs.
Ioanna cæstellum, *Jtrac de Lez*.		Mons Peſſulanus.
Laureum.		Sextetia.
		Vicus.

Mons Petrosus, *Montperroux*, locus est Galliæ, in Burgundiæ Ducatu, veteribus tabulis notus. Item in pago Burbonensi, item in Arvernia, ad flumen Elaver, quem *Montperroux* appellant &c. Dicti à *saxis*; quibus *Montes* terræ opponuntur, Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Mons Phyſcon, *Monte Fiascone*, urbs parva & oblonga Hetruriæ, in monte Volsinio lacui imminente, in prov. Patrimonii S. Petri, in ditione Pontificia, 8. mill. à Viterbo in Occ. 20 à Cornetorio Bor. Episcopalis fuit est ab Urbano V. sed ejus Episcopatus nunc junctus est Cornetano, Baudr.

Mons

Mons Pici, Mont le Pico feu *da Teyda, alias de Pic de Teneriffe*, mons eſt altiſſimus totius Africæ, in Teneriffa Inſ. unà ex Canariis, in mari Atlantico, versùs oram regni Marochii: Unde primum Meridianum hodierni Geographi ſumunt. V. *Picus*.

Mons Picionis, *Montpaſon*, locus Galliæ, in Cenomanis, non procul à fluvio ac oppido Meduana, prope Curcejum & caſtellum Guntherii ad Turcas, Order. Vitalis *Hiſtor. lib.* 13. V. quoque infrà, *Mons Pinſonus*.

Mons Piligardæ, caſtrum vel potius oppidum munitiſſimum, in Comitatu Burgundiæ, caput Ducatûs cognom. ſub Principe proprio. V. ſupra *Mons Bellegardi*.

Mons Pilofus, *Monte Peloſo*, item *Monte Verde*, tres Urbes Epiſcopales, in regno Neapolitano: quòd in locis herboſis ac memoroſis ſitæ, nomen acceperè, Hi. Valeſius *Not. Gall.* V. quoque ſupra, in voce *Mons Peluſius*.

Mons Pintionis, *Montpinçon*, locus Galliæ, in Normannia, ab ave cognom. dictus, Valeſ.

Mons Placens, *Montplaiſant*, locus ejusdem Tractûs, in Delphinatu. Item.

Mons Poliianus, *Monte Pulciano*, urbs parva Hetruriæ, in ditione Senenſi, Epiſcopalis ſub nullo Archiepiſcopo, juxta Clanim paludem, in colle aſpero; ſub dominio Magni Ducis, in confiniis ditionis Pontificiæ, 28. mill. à Perufia in Occ. uti à Senis in Eurum, Baudr.

Mons Regalis, *Mont-Real*, caſtrum Galliæ, in dicec. Carcaſſonenſi. Item caſtellum in dicec. Auguſtodunenſi, nunc in vicinædactum formam, non longè ab Aballone, vulgò *Monreal*, Item opp. in Comitatu Convenarum, vulgò *Moregau*. Item in Vaſconia, non procùl à Condomio & Neraco. Item in pago Albigenſi, *Redmont*. Item caſtellum, prope Bellum Montem, *Remmont*, ab egregio Monaſterio ibi à Ludovico IX. condito An. Ch. 1230. cùm antea *Cumont* vocaretur, &c. Quæ omnia, partim à Regum operibus, ac munitionibus, partim à nobilitate ac edito ſitu, nomen hoc ſibi conciliarunt. Eſt & *Mons* Regalis, *Monreale*, urbs Siciliæ Archiep. apud Panormum, in monte, inde 4. m. p. tantùm diſtans, à Guilielmo I. Siculæ R. Baſilicâ auguſtiſſimè extructâ & ſumptibus regiis ditata, cujus curatiæ inde Archiepiſcopali à Lucio III. Pontif. exornata. Etiam urbs Epiſc. Liguriæ, in Pedemontano Principat. V. *Mons Vici*.

Mons Regis, *der Vogel*, teſte Lazio, locus inter Carnos & Noricos, intra Alpes *Julias*, P. Diacono memoratus.

Mons Regius, *Konigsberg*, urbs ampla eſt Regni Poloniæ, in Pruſſia Ducali, ad Pregelam fluvium, ubi hicin ſinum *Friſch Haff* ſe evomit: Emporium celeberrimum cum Academia. Arcem habet munitam, & ſplendidæ ædificiis. Prope Brandeburgicos, 25. leucis Polonicis à Gedano in Occ. totidem à Memelio in Mer. 4. ab ora maris Baltici. V. *Regiomons*. Item *Montreal*, oppidum Americæ Sept. in nova Francia, in Inſ. fluvii S. Laurentii, 150. mill. à Quebeco in Occ. ſub Francis, ſatis cultum ab annis aliquot.

Mons Regius, Hiſp. *Monroy*, cognomen familiæ Argonicæ illuſtris Corteſiæ, cui ingens decus conciliavit Ferdinandus Corteſius de *Monroy*, Medellino Extramaduræ oriundus, geſtis in America rebus & obtento titulo Marchionis *de la Valle de Guaxaca*, atque ſuprema Novæ Hiſpaniæ præfectura, inclytus. Ei Martinus Corteſius de *Monroy* Pater, Rodericus Perezius de *Monroya*vus, Rodericus de *Monroy* proavus fuere. V. Jac. Sponerum *Theatr. Nobil. Europ. Part. II. in Ind.* & ſupra in *Corteſius*.

Mons Reſinarius, opp. Galliæ, in Britannia min, in monte, in dioc. Leonenſi. Sic dixere autem olim Galli montem, qui à tergo, quàm à fronte, aperitior eſſet: uti *Montem Reverſum*, in Brexia, locum tit. Comitatûs illuſtrem, quaſi *retroverſum*, Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Mons Revelli, *Montrevrau le petit*, locus Galliæ, in Andibus, inter Bellum Pratellum *Beauprean*, & Glommam, Monaſterio & nomine S. Florentii *Hoverer* illuſtris. Inter Veridarios Milites Turonicæ Philippi Aug. numeratur Rolandus *de mente Revelle*, qui forte locus eſt *Monwreau*, ad Lidericum fluv. Idem.

Mons Reverſus, V. *Mons Relaxus*.

Mons Ricardi, *Montrichard*, oppidum Galliæ, ad Carim fluv. in provincia Turonenſi, & limite Bieſenſi, 12. leucis à Cæſaroduno in Occ. à Bleſis in Mer. Baudr.

Mons Rotarum, *Montroſe*, oppidulum Scotiæ Borealis, in Angusia Comitatu, cum cænobio olim celebri ac potu, in ora maris Germ. 10. milliaribus à Brechino in Orrum 25. ab Andreapoli, in Caeſiam. Marchionem habuit, ultimis temporibus percelebrem & Regi uſo apprimè fidum. Idem.

Mons Roſeus ſeu *Roſelus*, vulgò *Monteroſi*, oppidum Italiæ, in prov. Patrimonii, medium inter Romam & Viterbum, 30. utrinque mill. in ditione Pontificia; pendet in Spiritualibus ab Abbate Trium Fontium, prope Romam. Idem.

Mons Rotundus, *Montrond*, locus Galliæ, in Bituigibus. Item in Gothia, citra Montem Peſſulanum; in Britannia min. quoque, non longè à Ponte Urſonis. Contrà in Helvetiis eſt *Rotundus Mons*, vulgò *Romont*, caput Comitatûs, Murtenſem caſtrum attingentis. V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* Stumpfium *Chron. &c.*

Mons Rubeus, *Montrouge*, vicus Galliæ, Lutetiæ Pariſiorum proximus. Contrà in Burgundia Ducali, *Rubeus Mons*, vulgò *Reugemont*, locus eſt: Item prope caſtrum Dunenſe: Item non longè à Fracta Valle: Item in Brexia, Idem.

Mons Sacer, *Monte di Trvoli*, mons Latii, Tiburi urbi imminens, Baudr.

Mons Salionis, *Mont Savion*, in tabulis corruptè *Mons Augon*, locus eſt Galliæ, ad fluv. Vigennam vel Vincennam, *la Vigenne*. Hadr. Valeſius in *Remorum*. Alibi quoque *Mons Salio* dicitur & caſtellum eſt, in Lugonibus. Idem.

Mons Salvius, *Monte ſalvi*, locus Galliæ eſt, in Arvernia ſup. à ſalvia herba, quæ copioſè ibi naſcitur, dictus, quemadmodum à caſtaneis *Mons* Caſtaneus, *Montchaſtaux*, prope Mantalam, in pago Galliæ Viennenſi, Prioratu ſuo notus: à lauretis *Mons* Lauretus &c. nomen habent, Idem.

Mons Sancti Adriani, *Monte de S. Adrian*, mons ſecretiſſus Hiſpaniæ, inter Iſpuſcoam & Navarram, extenſus ab Ortu in Occaſum, Baudrandus.

Mons S. Gertrudis, S. *Gertruydenberg*, oppidum permunitum Belgii, in Hollandia, in limite Brabantiæ. V. in voce *Gertrudenberga*.

Mons S. Gothardi, *Mons S. Gothard*, pars Alpium in Helvetiis, V. *Adula Mons*.

Mons S. Michaëlis, *Mont S. Michel*, mons Galliæ, in Normannia, dictus *tumba Apparitionis Maria*, quia una leuca à littore diſtat, juxta oſtia Lerræſi. 4. leucis ab Abrincis in Occ. Maclovium versus: cum arce & oppidulo. Baudr.

Mons S. Winoci, ſeu *Winocsberga*, Gallis *Bergues S. Vinox* ſeu *Bergues* ſimpliciter, urbs eſt Belgii, in Comit. Flandriæ, ad Colmam amnem, unà leucâ à Dunquerca, ab ora Oceani in Mer. ſitaliter. *Plurimi* capra ſuit & crecepta, donec Francis natuſit, cum tamen tractus adjacentes, pace ad Aquigranum confecta, ideo 20. m. p. in Ortum diſtat. Valeſio omnino eſt locus, vulgò *Monſalvat*, 130. m. p. à Lugduno, 130. à Vienna, & 81. à Valentia, *Not. Gall.*

Mons Serratus, *Monſerrat*, mons Hiſpaniæ, in Catalaunia, excelſus, prope Rubricatum flue, devotione ergà B. Virginem celebris, VII. leucâ à Minoriſſa in Mer. & 9. à Barcinone in Circium diſtans, Baudr.

Mons Siliei, *Monſilee*, ſeu *Monte Silee*, opp. Venetiæ, in agro Patavino, apud Medoacum ſluv. minorem, amplum, inter Patavium 10. & Arceſtem. m. p. Idem.

Mons Sinai, vulgò *Mont Sinai*, in Arabia: Habet inſigne Monaſterium, in quo 60. Caloperi ſeu Monachi ad minimum verſantur, allervantique, ut fertur, oſſa S. Catharinæ Virginis. Olim Epiſcopum habuit, Petracenſi Archiepiſcopo ſuffraganeum. Vide *Sinai*.

Mons Solis, nunc *Barbonis*, vulgò *Bathe*, urbs eſt Angliæ, in Comit. Somerſenſi, Epiſc. ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad Avonium fluv. 7. mill. ſupra Briſtolium ad Ortum. 30. à Sarisburia in Circium diſtans, Idem. *Olim Aqua Calida, Mons Badonicus & Badonia* quoque dicta. V. *ſuis locis*.

Mons Sorelli, *Montſorau*, locus Galliæ, in confinio Andicavorum, & Turonum, cum tit. Ducatûs, ad Ligerim. Inter Philippi Auguſti Vexillarios Milites Turonicos, numeratur Dominus *de Monte Sorel*, apud H. Valeſium *Not. Gall.*

Mont Tarenſis, *Mont-à Taire*, caſtellum Galliæ, in Bellovacis, non longè à caſtro Credilio Creil, ad Taræ & Iſaræ confluentes. Idem.

Mons Thabor, mons Judææ, Chriſti transfiguratione nobilis. Olim Epiſcop. habuit, ac Cœnobium Dominicanorum. V. *Thabor*.

Mons Thelauni, *Montreſor*, locus Galliæ, in pago Turonico, feu caſtellum, ſic dictum, quòd ad majus Templum Turonicum B. Mauritii pertinerez: à Fulcone III. Com. Andicavenſi conditum: cum tit. Comitivæ. Situm eſt ad Andreſium vel Andriſium amnem, *l'Indrou*. Hi Valeſius *Not. Gall.*

Mons Titanus, *San Marino*, opp. Galliæ Togatæ, in Romandiola, apud Ariminum, inde 10. m. p. V. *Arminum*.

Mons Tricardus, *Montrichard*, urbs Galliæ, in Turonibus, ad Carem fluv. ſic dictum, quaſi *Mons fallacis & tricoriæ*, aut *Mons fallax*, & ut Virgilius ait, *accommodus fraudi*. A Philippo Auguſto diruitur tandem captum, & arx feu turris ejus validiſſimâ everſa eſt, A. C. 1188. V. Guil. Brittonem *Philippidos lib.* 3. Conſiderat autem illud Fulco III. Comes Andicavorum, coguom. *Nerra*, adverſus Odonem Com. Campanienſem alioſque ſuos inimicos. V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.*

Mons Tuniacus, *Montmirail*, mons Hetruriæ, in agro Senenſi, ex pluribus aliis montibus conſtans, versùs confinia ditionis Pontificiæ, inter Suanam, Radicoſanum, & fontes Flotæ Fluvii. Baudrandus.

Mons Vaſconis, *Montgaſcon*, locus Galliæ. H. Valeſius *Not. Gall.*

Mons Ventoſus, *Mont Ventoux*, locus Galliæ, in Provincia. Idem.

Mons Vici, *Monvici*, urbs eſt Epiſc. munita Pedemontii, ad ra-

dices

dices Apennini montis, vers. Ligurian. 2. mill. à Tanaro fluv. 28. ab Aquis Statiellis, 18. ab Alba in Mer. & 15. à Cuneo in Ort. ibi Academia fuit, quæ nunc Taurini est. Nomen ei à *Fico*, loco vicino; sub Arch. Taurinensi. Olim quoque *Mons Regalis* dicta. Fert. Baudr.

Moni Virginis, *Montes Virginei*, opp. Regni Neapolitani, in prov. Principatus Ulterioris, inter Nolam & Beneventum, in quo *Monachi* infignes Monasterium construxit Guilielmus, Ordinis *Monachi Virginis* hic dicti fundator, Idem.

Mons Viridis, *Monvert*, locus Galliæ, in sup. Arvernia, à soli fertilitate, nomen adeptus. Item urbs Hirpinorum olim, nunc urbecula Regni Neapolitani, in Principatu Ulteriori, Epifc. sub Arch. Compsano, ad Aufidum fluv. in finite Capitanatæ & Basilicatæ, 13. mill. à Compsa in Ortum, cotidem ab Acheronitia in Circium. Idem nomen in eodem regno alteri quoque oppido fuit. Ut annotavit H. Valesius *Not. Gall.* &c. V. quoque infra, in voce *Montes*.

Monsonium, vulgò *Moncaon*, oppidulum munitum Portugalliæ, ad Minium, è regione Gallæciæ, pluries fruſtra à Caſtellanis tentatum, 4. leuc. à Tyde in Ort. in prov. *inter Minium & Durium* dicta, Baudr.

Monsterberga, vulgò *Muinſterberg*, urbs Sileſiæ, Ducatûs olim cognomen & caput: Fuit autem *Monſterbergæ* hæc ætate Auctor Boleslaus I. ſimus Boleslai Sileſiæ. Qui ſimulatam in medium controversiam dirimens, Fratrem Henricum Monachum natu, qui Patri in Suidnicio Principatu ſucceſſit. Boleslaus is An. C. 1246. Glacenſem Comit. Johannii Bohemiæ Reg. vendidit, unde huic poſtea tis in Sileſiam principium: Eum tamen Johannis filius Carolus, Boleslai victoris magnanimitatem admiratus, illi reddidit, ſed hac lege, ut coronæ Bohemicæ ſubderetur. In hoc tympano: *Tributarer, ſi nec rem miſericordias tuas, Domine, tre-mitiſti, Nihil mortem paventis*, &c. ſubdorminit, &c. 1242. Iter Nicolai, quo genius Boleslaus II. à motione occiſus eſt An. C. 1277. Huic nati Johannes atque Henricus absque prole deceſſerunt: & Johannes quidem ab Huſſitis A. C. 1429 ad Wilhelmi Villam trucidatus eſt. Sic linea horum extincta, Ducatus ad Bohem. regnum eſt revolutus: donec de eo Georgii Podiebrado Bohemiæ & Silus Fridericus III. Imp. inveſtivit, in quorum familia ad Sapetur usque ſeculum duravit, ſit, demum venditus. V. Sigon. Aventin. *Syll. Gen. Hiſtor. in Tom. Pruſſiæ*. ut & in voce *Munſterberga*.

Monſtra, quæ cuiusbis externus, ter novem Virginibus exparunt olim Romani; cantantibus carmen, & donum Junoni offerentibus, iterarisque hoſtis, ſi primis illatum non eſſet, ex præſcripto Augurum & Quindecim virorum, procurarique. Non exponita tamen, ſed docta fuit, ferro partim, partim igne. Plerumq; in aquam immerſa. Quæ omnia Maſcudo Deos prætinuata, & immineniem iram *Monſtris* monſtrare videbantur. Thom Bartholinus *de Fuerp. Pert.* Inprimis Androgynos, ex Auſu cum diſciplina, moribus Romanorum receptum erat, cum hujus generis *Monſtra* minimè educanda eſſent religionis obtentu, in mare deportare & in profundum demergere, ut non una in loco Jul. Obſequens teſtatur *libello de Prodigiis*, ad verentium, quod impendere inde Reip. verebantur, malum. Jac. Duranius expitionis causâ Androgynos æquoris undis ſuffocatos ait, quòd Veteres ad purganda & expianda mala omnia his aquis frequentiſſime uterentur. Quod tamen in ipſum retorquer Per. La Sena *in Cleombroto, cap. 8.* Quippe projectione & necatione Androgyni mare potius ipſum pollui, verba hæc Ciceronis *pro Rejcio* evincunt: Noluerunt corpus ſuum obijcere, ne beſtiis, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uterentur: non ſe nudos in flumen deferre, ne eum delati eſſent in mare ipſum polluerent, V. Caſpar Bartholinus *Notis in Patru lib præfatum*. Sed hæc de meris intelligenda *Monſtris*, non iſtis, quæ in lege Papia Matri proderant, quæque nec ab Eccleſiaſtica dignitate, quia ſana funt, in Canonibus Veterum, excluduntur. Idem Barthol. Pater. Atque hactenus *Monſtrum*, ſignificat ſeorum abnormem, & vel defectu, vel abundantiâ præternaturali peccantem, adeoque curioſis *monſtrandum*, unde nomen. Aliter ſumitur vox apud Poetas, paſſim, nti ſi dicenius.

Monſtrare, ad Statium *Thebaidos lib. 6. verſ. 121.*

——— *Pelopem* monſtralle *ferebant*
Exortum laceris, carmens, minoribus umbris
Ulcia ——

docere eſt, vec. Schol. Aliquid diviniturà certè verbum hoc infert, apud eundem *lib. 10 verſu 714.*

——— *Sed nec lachrymæ, nec verba moventur*
Diis vatum: nevenem; quin & monſtravibus illis
Fraude Patrem tacitâ ſalus, avertit, timorem.

Et Virgilium *Georgic. lib. 1.*

——— *Unius pœnas* monſtrator *avaris.*

Et *Æneid. lib. 6.*

Dic corpus properet fluviali ſpargere lymfa.
Et ſociales ſocium & monſtrata piacula ducat.

Vel. item Flaccum *lib. 2.*

——— *et tacitus tatis ocyor horis,*
Atq; adeo non illa ſequi miſs ider a monſtrant,
Qua delapſa Polo refixit mare ——

Horatium porro *Arte Poetic.*

——— *dicta per carmina ſortes,*
Et vita monſtrata via eſt. ———

Ac *lib. 1. Serm.*

Oſi ſurnam argenti ſors quam mihi monſtret ——

Divinitus nempe. Unde omina & præſagia. Monſtra dicuntur Statio *Thebaid. l. 11. v. 143.*

Sunt monſtra *Deum, ſic ire parabat &c.*

Ubi in ver. Exemplari explicatio hæc extat: *Præmonſtrationes affirmat non ſortuito, ſed per revelationem Decii venire. Lil. 10. v. 199.* ——— *nec vana in noſtra Quæſtu.*

Nec ſomno compenſe loquor ———

Ubi Barthius, nomine monſtrorum eſtenta intelligit. imaginestrum fumarum, *quæ certa, dum à Dis offeruntur, vana cum à ſomno, V. eum Animadvers. ad h. l. & alibi paſſim.*

Monſtreletus, V. *Enguerandus.*

Monſtriolium, vulgò *Montreuil*, urbs munita Galliæ, in Picardia ad Quentiam fluv. vix 3. leuc. ab ora Maris Britannici. Dicitur quibusdam *Monſteriolum*, quod V. ſuprà. Artem habet munitam; eſtque in finite Artefiæ, 9. leuc. ab Albavilla in Sept. & à Bononia in Mer. ericiter. Banàrandus.

Monſtrum, in *Inventario* Eccleſiæ Bobiac. in *Monaſtico Anglic. Tom. III. p. 175.* idem eſt, quod *Monſtrantia* in *Actis* S. Quirini Martyris *num. 11.* phylacteriorum vox, ut ſatis, inquit Latinæ Eccleſiæ homines reliquias vel Euchariſtiam recondere ſolent. Quo modo *Monſtrances* in Belgio etiam vocantur, quòd hominibus oſculanda præbeantur ac *monſtrentur*, C. du Frene *Gloſſ.*

Montalomagus, vulgò *Mantelan*, locus celebris Galliæ, in Turonibus. *Vicus Montalomagenſis* dicitur Gregorio Turon. *l. 7. c. 47.* qui Eccleſiam quoque à Voluſiano dimiſſitatem memorat. *Hiſt. Francic. l. 10. c. ult.* Ita autem Voluſianus ille leytimus Epiſcopus Turonicus, Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Montani, five *Montenſes*, ab Optato Milevitano appellati funt Donatiſtæ Romani inſolentes, quòd cultu ſuo in *montibus* extra Urbem defungerentur: *Sic Spelunceam quandam foris à civitate gradibus ſepierunt, ubi ipſo tempore conventiculum habere potuiſſent. l. 1.* Eandem ob causam, *Campites & Campenſes* appellati Hieronymo in Chron. Item *Rupitæ* apud Auguſtinum *de Hær. cap. 1. & epiſt. 165.* ubi de quodam Donatiſta ſpecie *Rupitam*, Pruſſiæ *pacis Afris in Urbe Roma* Montenſium *ſive Rupitanorum vocabulum propagavit*, &c. V. in voce *Donatus*. At de *Montanis*, cogas eſt Armeniæ, ſeu potius Ciliciæ Topartcharum, quòd hæc regio montibus ruptibusque aliuſſimis paſſim tegeat, uti docet Cas. de Freine *ad Byzantinum l. 1. n. 11.* V. quoque ubi de *Aſſaſſinis* ſeu *Taſſinis*. Apud Hungaros verò Percerenſes, in quorum territorio monetarii *montani & cupri* effodiuntur, Bonfin. *Rer. Hungaricar. Decad. 1. lib. 1.* tamiſſe dicuntur, in *Schedula* ſubjecta *Decretis* Hungariæ Regum, apud Eund. Ab his diverſi *Montaniſſa*, ſectatores *Montani* Hæreſiarchæ, de quibus V. in hac voce.

Montanus, memoratus in *Epiſt.* Gordiani ad ſocerum Miſſum, apud Capitolinum *in Gordiano I. II.* *Quid facerem, quod ad Maximum vindicem & conſilium eum Gaudium & Montanus habitus? quod laudare aliquos non verecundarer? & illorum conſiſtio quod teſtium, quod duxerat, approbarem.*

Montanſier, nomen Familiæ, in Gallia illuſtris, V. tit. à *Senmaurin.*

Montbajonia Familia, inter Gallias illuſtres, V. ſupra *Monbajon.*

Addo hîc ſaltem, Carolo. I. de *Rohan* Princ. de *Gaumené* Duc. de *Montbaſon*, ex Johanna Armanda Schombergia (fil. Henrici de *Schomberg* Com. de *Nanteuil*, qui obiit An. C. 1632.) genitos eſſe, Annam II. Duc. de *Montbazon*, Johannem Baptiſtam Armandum (dictum le *Chevalier de Rohan*) Johannem (dictum le *Chevalier de Montbaſon*) Annam (dictam *Mademoiſelle de Guimené*.) & Eliſabetham n. An. Chr. 1662. dictam *Mademoiſelle de Montbaſon*. Speneras ubi ſuprà, *Part. III. p. 81.*

de Monte Acuto, Hiſp. *Montesagude*, nomen familiæ celebris in Hiſpania, quæ ſtirpis Moſcoſo-Oſoriæ ramus eſt. Petrus enim Alvarus Oſorius, ex Comitibus Traſtamaræ, Utracam duxit (fil. Rodericī de Moſcoſo Oſorio, ex Comitibus Altamiræ) atque ex eo genuit Rodericum de *Moſcoſo Oſorio* Com. de *Altamira*. Hujus Tetelia de *Andrada* Lupum I. de *Moſcoſo Oſorio* Com. de *Altamira* peperit, maritum Annæ Toletanæ, atque ex hac patrem Rodericum de *Moſcoſo Oſorio* Com. de *Altamira*: quo & Iſabella de *Caſtro* natus Lupus II. ducta Leonora de *Sandoval & Rojas*, filium julcepit Cæſarium de *Moſcoſo* March. de *Almazan* Com. de *Monteagudo* & de *Altamira*, qui ex Antonia de *Mendoza* (fil. Francisci Hurtadi de *Mendoza*, March. de *Almazan*, Com. de *Monteagudo*) ſuſcepit Annam de *Mendoza*, Lupum de *Moſcoſo* & *Mendoza* Com. de *Monteagudo*, Leonoram Monialem, Margaritam de *Mendoza*, Margaritam (defuctam ...) de Francisco Hurtadum de *Mendoza*. V. Phil. Jac. Speneruм *Theatr. Nobil. Eur. Part. II. p. 95.* Ex his Annæ Toletanæ præfatæ Pater fuit Petrus Toletanus Protex Neap. qui obiit A. C. 1513. Antoniæ verò Mendozæ à qua titulus de *Monteagudo* familiæ illatus eſt, progenitores hi fuere: Petrus *Gomiliez de Mendoza*, Dominus de *Almazan* Com. de *Monteagudo*, ex Iſabella ſil. Didaci Lopezii de *Zuniga* Com. de *Miranda*) genuit Antonium C. de *Monteagudo*, Matiæ Angeæ maritum, atq; exilis patrem Job. Hurtadi

Hurtadi *de Mendoza* Com. de *Monte-agudo*; quo & Luisa Favarda genitus Franciscus Hurtadus I. Marci, *de almanza* Com. de *Montesagudo* junxit sibi Mariam *de Cardenas & Tobar*, ex illa patre Fausto Faneisci Hurtadi II. cui Anna Portocarrera Antonium, Caspari *de Moscoso* uxorem, genuit. Spenerus *ibid.*

de Monte Regio, Hisp. *Monterrey*, nomen eidem familiæ in eodem regno illustris. Lupus enim Sanctius *de Ulloa* Dn. de *Ulloa*, cum ex Agnete *de Castro* genuisset Sanctium Sanctium *de Ulloa*, hic ducta Teretia *de Zuniga & Viedma*, fil. Johannis *de Zuniga & Viedma* Vicecomitis *de Monterrey* cognomen hoc suæ familiæ intulit, *Comes de Monterrey* factus: quod tamen, cum unicam haberet filiam Franciscam, cum omni ejus hereditate, transiit in familiam *de Azevedo*, Lusitaniæ originis, sed inde in Castellam translatæ, in qua hodieque durat. Franciscæ itaque præfatæ de *Zuniga, Ulloa & Viedma* Com. *de Monterrey*, nupta Didaco *de Azevedo* (filio A Fonti *de Ivanhoa & Azevedo*) genuit A Fonsium *de Azevedo & Zuniga Comitem de Monterrey*: quo & Maria Pimentellia natus Hieronymus *de Azevedo & Zuniga*, junxit filii Agnetem *de Velasco & Tobar*, atque ex ea fuscitavit Caspar um *de Azevedo & Zuniga* Com. *de Monterrey*, Proregem Mexici qui ex Agnete *de Velasco* & Aragonia (fil. In ci Fernandi *de Velasco* Connetabilis Castellæ Duc. *de Frias*) genuit Hieronymum (denatum . . .) Emanuelem *de Azevedo & Zuniga* Com. *de Monterrey & de Fuentes* (cui uxor obiit gil Leonora Mil. Henrici Guzmani Com. Olivarii) Antonium Luxorem Caspari Guzmanni Duc. & Com. Olivarii) Mariam (nefariam . . .) & Catharinam Monialem, omnes nomine *de Azevedo* seu *Azevedo & Zuniga*. Idem *Part. II. p. 19.*

Montenus, idem cum *Montanus*, de quibus supra; Sic Rome appellatur ius Donatistæ Hæretici, ibi degentes, quibus ex Africa Episcopus mitti solebat. Vide *Montani & hic* infra, in voce *Montesini*.

Montes in genere.

Montes, ante diluvium existisse, argumento est, quod aquæ, ejus, *omnes* Montes *sub universo cœlo operuisse*, leguntur, Gen. *cap. 7. versu* 19. Condit sunt, ut aquam intra sinus & alveos suos veluti concludant, Job. *cap. 38. vers. 10.* &c. Item, ut essent velut protuberantes quædam mammæ tringendo per fontium decursus, Geographo: Et dum superius terræ eminent, inferius atque interius spatiosissima aquarum penuaria continent, quem ad usum constituit *Hydrophylacia* eruditissimus Kirchetus nuncupat; qui idem memorabilem hanc veluti officinam Geocosmicis *Montium* structuræ nomadvertit, quod, illum dum ossium loco veluti stringunt ac continent, annularem quasi catenam à Polo ad Polum ducere nobisque veluti fecatis stringi videantur. Ducit autem hanc *Montium* seriem, à Polo Arctico auspicatus, per Islandiam, Scotiam, Angliam, Germaniam continuato ordine, tectoque tramite usque ad Alpes, quæ veluti nodus sint totius hujus catenæ, quo dicontinuo ordine exeunt *Montes*, inubi aliquam connexionis labem incurrerint, vincti mutur & ad firmiorem consistentiam constringerentur. Ab Alpibus autem, novo veluti annulari ordine implexi Apennino jungunur, quo totius Italiæ mediterranei, haud secus ac spina quædam dorsi, continuata serie per Siciliam *Montibus* Africæ, quos *Luna* vocant, connectitur. Alter catenæ hujus modum, usque ad ultimum Austri promontorium, *Bona spei* nuncupatum, extenditur, quem ordinem haud dubie usque ad oppositum Mundi Polum continuari, ipsa ratio dictat. Ex hoc vero Austrino Polo, per incognitos Australis Terræ tractus, usque ad Fretum Magellanicum diffenditur, & hinc per Andium Americæ Australis ac Bor. immenses tractus, Polo Boreo, unde dimanarat, jungitur. Altera catena ad angulos rectos primam intersecans, ubiensque ex Polo & distendonis fine propagnem per Tartariam derivans, Imaum sibi conjungit, qui per mediam Scythiam, magnum Mogoris imperium, & tandem per medium Indiæ dorsum in Prom. Comorinum excurrit, ubi mediante Maris fundo, *Montibus* Zeilani inf. & subter Oceanum in Polum Austr. distenditur; atque dein tandem per incognitos terrarum Oceanique tractus, priacipio, à quo discessit, connectitur. Quomam vero perpetuus Oceani æstus, fluxusque ex Oriente in Occidentem sub assione nonnullum detrimentum afferre posterat, hinc provida natura transversas *Montium* catenas disposuit, quibus totius Terræ molis machina firmiorem consistentiam adipisceretur. Unde videre est ex Oriente in Occ. ab ultima Sinarum regione *Montes Montibus* ita annexos, ut quos China per transversum propagat, Imaus extra Chinam continuans in Occidentem Scythiæ, Indiæ, Caspi Maris, Ameræ, & Asiæ min. Macedoniæ usque ad Montes Cerauas & Riphæos, continuans *Montibus* conjungat, quas Alpes per Delphinatum, totamque Narbonnensem Galliam continuo committit Alpibus Pyrenæis, quæ hinc tandem in ultimum Occidentis terminum, usque dum suo restituantur principio, ordine mirifico propagantur, Athanas. Kircherus *Mund. Subterr. Part. 1. lib. 2. cap. 8.* Dicuntur autem *Montes* ab interstitio, quod occupant, vel *Juga*, cum vix longo tractu progrediuntur: vel simpliciter *Montes*, cum parvo erroneo ferbuntur spatio; de utrisque paulo infra. Aperturæ & transitus eorum *Portæ* excutiones in Mare *Promontora*, vulgò *Cabo* & *Capo*, appellantur, de quibus *suo loco*. V. Auctorem Anonymum *Hist. Orbis Terr. cap. 7. §. 1. 9.*

Juga Montium celebriora in Oceasmo, in Europa nobis.

Alpes, Italiam à vicinis regionibus separant, vastoque Terræ tractu ea alias provincias, velut brach a, amittunes; quæ sunt Montes Pyrenæi, Maritimæ Alpes, Alpes Cottiæ, Graiæ, Rhæticæ seu Tridentinæ, Noricæ, Carnicæ & pulitimum Julicæ Pannonicæ.

Grampius *Mons* Scotiæ, fuo ab Ortu in Occ. progressu, Scotiam in duas partes dividit.

Herciniun jugum, flexuosis ambagibus varias Germaniæ provincias permeat. In Dn. Brunlueienſi *der Hartze*, nominis sui cenaæ, vocatur; cujus & pars, famosius illic *Mons* Bructerus, *der Blocksberg* aut *Brockenberg*.

Obii seu Rythei *Montes*, à Mari Ab pro gredientes, ad ostium Obii fl. usque, ac Ruffis vocantur *Weetzy Kamenpoyas*, i. est, *magnum Lapideum cingulum*. Apud hi jugum est, Rus. *Zegorta*. Præterea triplex jugum de curtit inter Siberiam & Russiam, à Sept versus Austrum: Ruffis *Coorwinicy Camen*, *Cregenicy Camen*, & *Poowinicy Camen* dicta.

in Asia.

Arabica juga, *Monibus* Sinai ac Horeb, jam olim celebritatem meruere: quorum ille *Tur* & *Lurle* Arabibus, Europæis *Mons S. Catharinæ* quoque dicitur.

Ararat, mons Armeniæ, Persis *agri*. Arabibus *Subalabu*, ob terræmotus, hodie adiru difficilis.

Caucasus, à Ponto Euxino ad Mare Caspium extenditur, intermedio Colchidos Albaniæ Iberiæ districtu, hodie *Cazes*.

Imaus, *cruris* formâ progreditur tam versus Orientem & Occ. quàm versus Austrum ac Bor. dividique Syriam in duas partes. Septentrionalis ejus pars nuoc *Altai*.

Taurus, in Asia min. à Pamphylio Mari incipiens, progreditur ab Occasu in Ortum, usque ad Indiam, ac dividit Asiam universam in duas partes; Septentrionalem, seu *Asiam intra Taurum*, & Meridionalem, seu *Asiam extra Taurum*. Sejungit à latere Antitauro majore ac minore, qui Armeniam majorem ac minorem interclaudit. De peculiosissimo ejus statu, situ V. Herbertum *Itinerario p. 94. 95.* Reliqua *suo loco*.

in Africa.

Atlas, oritur à litore Africæ Occidentalis Oceani, & per totam Africam se extendit versus Orientem, usque ad confinia Ægypti loca.

Lunæ *Montes* seu *Gebsites*, totam Monomotapæ regionem ferè cingunt.

in America.

Andes, quò & Juga *Cordillera* referimus, omnes in toto Terræ rum Orbe montium catenas longe superiores, Americam totam Australem, usque ad Fretum Magellanicum, pervadunt. Vid. Varenium *l. c. c. 10. & Kircherum Mu. S. lib. 2. c. 10. §. 4.*

Montes clariores apud Vett. quorum explicationem P. suis locis.

Acrocerauniі & a. *Monti della Chimera*, Epiri.
Ætna, *Mongibello*, Siciliæ.
Alnus, *Argantero*, Pannoniæ infer.
Amanus, *Monte Nero*, Syriæ.
Antibibanus, *Abellinus*, Cœlesyriæ.
Apenninus, *Apennino*, Italiæ.
Argeus *Monte di Sansta*, Cappadociæ.
Athos, *Monte Santo*, Macedoniæ.
Atlas, *Idacal*, Mauritaniæ Tingit.
Bagous, *Cubucaran*, Drangianæ & Ariæ.
Bepyrrus, *Bonpro*, Indiæ ulteriotis.
Bermius, *Mosso*, Macedoniæ.
Callidromus, *di Lyuadia*, Epiri apud Achajam.
Calpe, *Gibraltar* Hispaniæ.
Candavia *Canovia*, Macedoniæ.
Cabus, *Libon*, Phœnicis. Alter, Palæstinæ.
Caucasus, *Corde*, Iberiæ & Albaniæ: Item Indiæ.
Cemmenus, V. *Gebenna*.
Ceraunii, iidem Acrocerauniі & Caucaso.
Chimæra, Lyciæ, ignivomus.
Choatras, *Cabuso*, Parthiæ.
Cithæron, *Monte di Strivis*, Bœotiæ.
Citorus vel Cytorum, *Monte di Formisto*, Paphlagoniæ.
Coronus, *Bulanos* vel *Bafarasi*, Parthiæ atque Hyrcaniæ.
Cragus, *si sette Cavoi*, Lyciæ.
Cybele, Phrygiæ magnæ.
Cyllene, Arcadiæ, altissimus.
Dicte & Dictæus, *Lasthi*, Cretæ.
Dindymus & Dindyma, *Germian*, Phrygiæ magnæ.
Elephas, *Zelles*, Æthiopiæ.

Emodus, *Maghali*, Scythiæ & Indiæ.
Erymanthus & Eryx, ille *Dimizana*, Arcadiæ: hic *Monte di S. Giuliano*, Siciliæ.
Falernus, *Falerno*, Campaniæ.
Garganus, *Gargano*, Apuliæ.
Gebenna, qui & Cemmenus, *d'Auvergne*, Galliæ, Fert. Baudrando nunc les *Montagnes des Sevennes* seu les *Sevennes* vulgò.
Grampius, *Granzebain* vel *Grambain*, Scotiæ.
Hæmus, *Balkan*, Thraciæ.
Helicon, *Exalia*, Bœotiæ.
Horminius, *di Gallamano*, Bithyniæ.
Hyperborei, *Carnatipsæ*, Sarmatiæ Asiaticæ.
Ida, *Ida*, Phrygiæ. Aliter, *Psiloriti* & *Psilorei*, Cretæ.
Idubeda, *Sierra d'Atienza* & *Monte di Strella*, Lusitaniæ.
Imaus, *Altay*, Scythiæ.
Ismarus, *di Polyffio*, Thraciæ.
Jura & Juraffus, *Faux* & *Fuvat*, Sequanorum.
Libanus, *Libano*, Phœnicis.
Lunæ Montes, *Bed*, Æthiopiæ, trans Æquatorem.
Mænalus &c. Arcadiæ.
Marianus, *Sierra Morena*, Hispaniæ.
Masdoranus, *Chitelur*, Parthiæ & Ariæ.
Mallicus, *Monte Mafi*, Campaniæ Ital.
Nebrodes, *Madonie*, Siciliæ.
Niphates, *Curdi*, Armeniæ maj. & Mesopotamiæ.
Nysa, Indiæ citeriotis.
Oeta, *Buvina*, Thessaliæ seu Phthiotidis.
Olympus, *Lacha*, Thessaliæ, Mysiæ, *Anatoliadeg*, Lyciæ & Cypri.
Orospeda, *Sierra de Molina* & *de Alcaraz*, Hispaniæ Tarraconensis.
Ossa, *Olitza*, Thessaliæ.
Othrys, *Dulacha*, Phthiotidis.
Pangæus, *Caſtagna*, Thraciæ.
Pariedres, & Paryadres, *Leprus*, Armeniæ.
Parnassus & Parnassius, *Liacura*, Phocidis.
Paropamisus, *Calchistan*, Asiæ.
Pelios, *Petras*, Thessaliæ.
Pindus, *Mezzovo*, *Epiri* & Thessaliæ.
Pyleæ & Pylæ, *Monte Amana*, Æthiopiæ.
Pyrenæ & Pyrenæus mons, *les Pirenées*, Hispaniæ.
Rhodope, *Valiza*, Thraciæ.
Riphæi, *Boglovzy*, Sarmatiæ.
Romaricus, *Remiremont*, Galliæ Belg. Fert. Sed hoc castri potius vel oppidi nomen est.
Scardus, *Monte Nero*, Macedoniæ. Alias *Kranz*.
Sarmaticus, *Taffa*, prope Bosnam.
Soracles, qui & Falisiorum, *di S. Oreſte*.
Sudeti, *Fichtelberg*, Germaniæ.
Sypilus & Sipylus, *Sirepno*, Lydiæ.
Taygetus, *di Maina*, Laconicæ.
Taurus, Asiæ, variè nominatur.
Taygetus, *Mittona*, Laconicæ.
Tetricus, *Monte di S. Giovanni*, Umbriæ.
Timolus, *Timolitze*, Lydiæ.
Vesevus & Vesuvius, *Monte di Somma*, Campaniæ.
Vesulus, *Monvis*, Galliæ Subalpinæ.
Vogesus, *Vauge*, Galliæ Belgicæ.
Zygius, *Adilbegian*, Meotæ.
Zametus, *Zemar*, Arabiæ Felicis, &c. Celsiſſimi autem in Genesino *Monte di Mondia*, a modo dicto sinu Adriat. Cyllene, Olympus, Parnassus &c. e Novi Orbis montibus, Picus nigrimis Tenerifiæ, alias *Pico de Terraira* & *Pico de Teide* dictus, qui ad 60. milliaria in mari videtur, & hodiernis Geographis in primum Meridianum assumtus eſt. Dein, *Pico di S. Georgio*, in Alpibus, *Pico de Adam* in Zeilan insl. Figeonjamma, Japaniæ mons, qui nubes excedere creditur, &c.

Montes Clari, Hispaniæ *Montes Claros*, nomen in Hispania Familiæ inclytæ, quæ Mendozæ ramus est, cum tit. Marchion. Rodericus enim, ex posteris Didaci Hurtadi de *Mendoza* (primi Ducis *del Infantadgo* & inter septem filios Inici Lopezii Mendozæ primogeniti) Marchionum de *Montes Claros* conditor extitit, quorum hæc est series. Præfati Didaci Hurtadi I. filius Inicus Lopezius Dux *del Infantadgo*, genuit Didacum Hurtadum II. de *Mendoza* Duc. *del Infantadgo*; quo & Maria Pimentelia, præter primogenitum, qui Patri in Ducali dignitate succeſſit, natus & odericus de *Mendoza* & Luna, March. de *Montes Claros* factus eſt, & ex Francisca Mendozza Du. de *Colmenar* ſuscepit Johannem de *Mendoza* & *Luna* March. de *Montes Claros*, maritum Isabellæ Manricæ de *Padilla*, & ex ea Patrem Johannis Manuelis de *Mendoza* & *Luna* March. de *Montes Claros*: quo, & Luisâ Portocarrera, Isabella de *Mendoza* hoc feculo genita eſt. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. Part. II.* p. 48.

Montes S. Engilberti, *les Monts de S. Inglevert*, in Morinis, quondam Centulensis Abbatis, a vico proximo eiusdem nomitis dicti. Ibidem, sunt quoque *Montes* à Novo Castello & Danis cognominati, *les Monts de Nieufcarel*, & *Dannes*. Hadr. Valesius in voce *Morini*.

Montes Lunæ, seu *Cafates*, montes sunt Africæ, qui totam Monomotapæ regionem fere cingunt; quemadmodum in eadem Orbis parte Atlas, à litore Occid. per totam Africam fere extendit, versus Orientem usque ad confinia Ægypti loca. Atque hos *Montes Lunæ* Kircherius unum ex quodis facit magnæ illius Montium catenæ, quam ille à Polo ad Polum duci godique velinti fecari ac tingi anima à vertit. Dicit hanc in circulum ordinatam ostaram montium primam à Polo Arctico per Islandiam, Scotiam, Angliam, Germaniamque continuatâ montium serie, ac recto tramite usque ad Alpes, quæ sint veluti modus catenæ magnæ, quo discontinuo ordine montes extensi, sicubi nonnullam connexionis labem meuterint, vicinatur & ad firmiorem consistentiam contringantur. At Alpibus dein novo velut ansulari ordine implexi Apennino jungantur, quo totius Italiæ meditullium, haud secus ac spina quædam dorsi, continuatâ serie per Siciliam Montibus Africæ, quos *Luna* vocant, connectitur. Aliter nodus, usque ad ultimum Austri Prom. Bonæ Spei extenditur &c. V. Athanas. Kircherium *Mund. Subter. Part. I. Lib. 9.* Ex Isidem *Luna Montibus* Homitus Niltoriginem arcesit, sed hæc fere vide infrà, sub de *Nilo*.

Montesos, apud Auctorem *Praefiniti lib. I. Hist. 44. Sicut Donatyllus* & Montesos *ex armeniacos vocamus. Donatyllus* à *Monte*, *Montesos* à *monte tabebra*; & *Har. 69. Hi Florentini partibus Italiæ Montesos appellantur, in inferiore Africæ Parmensos, in Carthaginensi Donatyllæ*. Aliter *Montosiens*, apud Commodianum *Instruct. 21. Montesians* inscripta; ubi primus versus ita concipitur,

Montesos Dendaciis, dominentur in duro
Obscurioti mihi, &c.

Iidem cum *Montenſibus* prætaxis, uti ex Auctore *Praefiniti* citato liquet. Epiphanius tamen & Novatianos *Montenſes* appellat: du Fresne in *Glossario* & *Addition*.

Montfortia Familia, inter Germaniæ illustres, jam ſeculo XIII. floruisse legitur. Ex illis Burgantium, patrimonium gentis avitum, Rudolfus, natus ante extremos & ante ubertis mortuus, Leopoldo Austriaco vendidit: nec non Ludovicus, mortuus A. C. 1354. filius Wilhelmo & Henrico, duæ extitere lineæ, quarum hæc extincta eſt A. C. 1574. illa adhuc floret, Hermannus enim Com. de *Montfort*, ex Cæcilia Domina de *Liechtenſtein*, pater fuit Georgii, qui Catharinæ Polonicæ (filiæ Sigismundi Regis Poloniæ, ex Barbara, Stephano Com. Scepus. Palatino Transylvaniæ, defuncto A. C. 1535. genitrix) conjugium meruit. Ex his patronis genitus Jacobus Com. de *Montfort*, Catharinæ filii jussu Fuggeriana (Antonii Fugg. Comitis *de Kirchberg* filiam) in uxorem ex sulcepit Johannem Com. qui obiit A. C. 1619. Pater ex Sibylla Fuggeria conſobrina Hugonis Com. *Montfortii*, defuncti Ao. C. 1602. Hoc & Johanna Eupatoria Trucichelia natus Johannes Mariam Catharinam (fil. Caroli Ludovici Erneſti Com. Sulzenſis) duxit, atque ex ea liberos genuit. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobil. Europ. Part. I.* p. 157. & *in Ind.*

Muntzenbergica Familia, inter Germaniæ illuftres, Hanoviæ ftirpis ramus fuit: hæc enim, cujus inter Wetteravicos Comites à pluribus feculis memoria floruit, poftquam plurium deficientium inftitione creviffet, inde *Muntzenbergica, Rheinenfica, Zeigenhainenfis* (quiteftumedomo exit.) *Liechtenburgica, Bigontina*, tituli. A. C. 1451. Reinhardus obiit, pater Reinhardi I. & Philippi, quorum hic aburore Liechtenburgium dominium, ille, novæ linex, adhuc fuperftitis, auctor fuit: Ille Hanoviam ramum propagavit, cujus extremos palmites, *Hanovianum* Philippus Ludovicus A. C. 1641. *Schwartzenfelfium* Joh. Ernestus A.C. 1642 terminarunt. Ita autem Joh. hujus Ernefti progenitores habent: Præfati Reinhardi I. fil. Philippus I. Com. Hanoviæ in *Muntzenburg*. obiit A. C. 1500. ex Adriana (fil. Engelberti Naffovix Com.) pater Reinhardi II. defunctiA. C. 1521. & Catharinæ Com. novæ Ziegenburgicæ (fil. Guntheri Com.) genitus Philippus II. deceffit A. C. 1529. fuperftite, ex Juliana Stolbergia (fil. Botonis C. extincta A. C. 1570.) filio Philippo III. qui fato functus eft A. C. 1561. Huic Helena Palatina, (fil. Johannis II. C. Pal. Rheni, lineæ Simmerenfis) peperit Philippum Ludovicum Com. Hanov. in *Muntzenberg.* extinctum A. C. 1580. & ex Lucia Magdalena Waldecia patrem Alberti Com. Hanoviæ in *Schwartzenfeld*, qui demortuus A. C. 1636. ex Irmgardi Solmsburgica (filia Philippi Com. de *Ifenburg* & *Budingen*) pater fuit, Johannis Ernefti, totius lineæ *Muntzenbergicæ* ultimi, denati, A. C. 1642. Catharinæ Elifabethæ (quæ nupta Wilhelmo Ottoni Com. Ifenburgico, obiit An. Ch. 1647.) Johannæ quæ primis nuptiis Wolfgango Friderico Rhingravio; alteris Emanueli Princ. Portugalliæ junfta fuit) Elifabethæ, Mariæ Julianæ (ux. Johannis Ludovici Com. Ifenburgici) & Magdalenæ Elifabethæ (quam Georg. Friderico Dn. & Princeps de *Lumpurg* uxorem habuit) &c. Vid. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobiliss. Europ. Part. II. p. 16.*
Munus, inter alia pro dono, quod inter pares mutui officii causa datur; fed & quod ab inferioribus exhibetur, fuperioribus item. Romæ olim *Regia munera* dicta funt, infignia Regia, quæ Sociis Pop. Rom. fubinde conferri folebant. Quemcunque eum principes Senatus, aut etiam Princeps poftmodum Romanus, regnare juffiffet, aut paterentur, hunc honorifica appellatione *Regem* vocabat; cui S. C. quo univerfum Jus regium continebatur, *pro* diplomate erat. Sicque talis hoc permiffu Regem fe & nomina & cultu Regio ferebat. Erant autem infignia illa, Aurea corona, h. e. diadema, regii capitis infigne; aurea patera, qua Rex facrificans Diis munera offerret; fella Curulis, qua federet Regio munere intentus; fcipio eburneus, h. e. ex ebore fceptrum; Toga picta, qua domi uteretur; Sagulum purpureum,

quo militiæ. Ac præter hæc Tunica palmata, Latus clavus, Equi phaleræ, Arma equestria & Sagittæ militaris, quibus Consulibus præberi solita. Qui sane mos dandi & accipiendi *munera* usque eò invaluit, ut illi ipsi Reges, ad quos legitimâ successione Regnum pervenisset, non aliter regiam dignitatem usurparent, muneraque obirent regia: quam Senatus aut Principis concessu: uti legimus de Archelao K. Judæorum, Tigrane R. Armeniæ, Tiridate ejusdem Rege, Vologese, & Parthamaspe Partherum, Deceballo Dacorum, Zeno Latinorum & c. Reg. bus apud Livium *lib.* 10. Suetonium *Tiberio cap.* 9. Suetonium & Xyphilinum *Nerone*, Tacitum *Annalium lib.* 13. Nicephorum *lib.* 1. *cap.* 9. Eusebium *Histor. Eccles. lib.* 2. *cap.* 4. Dionem *Eclog. de Legat.* Agathiam *lib.* 3. Alios. Et quidem hæc *munera* sunt, quibus Principes magnificentiam istam testantur, cujus nullum illustrius specimen, quàm largâ manu dividemata aliis ac Regna conferre. Sed & illos visitîm accipere è subditis munera, præcipuum morisfuit. Et quidem provinciæ integræ, urbiumque ac municipiorum primores id fre quentes egere, ut Regesibus magnis pretiosisque muneribus venerarentur: in quibus potissimum coronæ ac diademata. Exhibebantur illa in pompis inprimis, ad quas magnus hominum flebat concursus, ostentandi ostpoliæ & potentiæ. E qua tot divitiarum ostentatione, in hominum animis, ingens ille batur regi cultus admiratio, veneratio, & ipse metus. Hinc Indiæ pompæ memoratæ Strabo *lib.* 15. in qua consideiebantur lebetes, crateres, mensæ, stellæ, pocula, labra, singula magnam partem sinaragdis, beryllis, carbunculis, inerustata, præter vestes aliasque. Qui mos non folùm in Oriente olim hodieque, *sed & in Occidente*, invaluit. Unde in funere Sullæ, translatas coronas aureas bis mille, dona civitatum, amicorum, ducumque, qui sub ipso militaverant; præter illas, quæ sepulchro ejus impetræ fant, incredibili luxu memorandæ: referre Appianus *de Bell. Civil. lib.* 1. Fiebat id verò inprimis die natali, sicut bodie in Persia primo anni die, & in India, die illo qua Magni Mogoris pondus in statera exploratur. Unde præsidium illum Amafin, ob *munus* coronæ contextæ è floribus, Regi Ægypto, die jusnatali missum, e plebejo in amicitiam Regis, inde in Regnum, adjunctum esse, testis est Athenæus *lib.* 15. Porro propinqui & affines, amici, hospites, subditæ, præsertim civi inviterm mittendi munere habuere, ut inprimis ex Romanorum Saturnalibus Strenisque notum. Amantium præsertim munera coronæ fuere, quas frequentes sibi missitabant. Unde *Simætha apud Theocritum Idyll.* 2. Delphidem non amare solum, sed & redamari, hiac probat, quòd illi domus referta coronis esset:

Καὶ φίλεν οἱ στέφανοι τὰ δ' ἀδηξήτων πλήρωτο.

De *muneribus*, infantibus recens natis offertis solitis, V. ubi de *Infantibus* & *Puerperio*. Ita Deo vero, Deæque, utique ubi de *Anathematis*, *Sacrificiis* &c. Nec omittenda *Munera*, quæ ad integras panegyres mitti consueverunt. Ita legitur in decreto Byzantiorum facto, in honorem populi Athenienfis, in publicis gratulationibus, dona ei Ludorum celebratibus *Mitta*, apud Demosthenem *de Cor.* Ubi inter alia, *καὶ ἀναγορεῦσαι τὸ στέφανον ὃν ἔθηκαν ὁ Δῆμος ὁ Ἀθηναίων τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ, καὶ τῇ Ἥρᾳ, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι, καὶ τὸν ἀγῶνα τιθέντων*, quòd coronam, quam populus Athenienfis Jovi Olympio, Junoni, Minervæ, cæteris Diis omnibus ponebat, quæ hæc autilla civitas ab ea donata fuiffet & c. Quam in rem V. plura apud Car. Pascbalium *de Coronis passim*, ut & hic non uno in loco.

Munus, apud Scriptores Eccl. per excellentiam, pro Spiritu S. Ambrosius *in Symbolum Apostol. Æternitas est in Patre, species in Imagine, virtus est in Munere.* Unde Pascbasius *de Corp. & Sang. Domini*, malet Corpus Christi sore memoreng, quàm non sore. Et ejusmodi *munus* seu *donum*, Spiritum S. Græce τὸ δῶρον. Sed & in *Liturgiis* antiquis & apud Patres, τὰ δῶρα, ἵνα τὰ δῶρα, appellantur oblationes panis & vini, ad S. Communionem in Ecclesia solitæ offerri. Hinc ipsum Corpus Christi mysticum, vel propter jam factam consecrationem, vel propter futuram: Sicque factum, ut pro Sua Cœna Domini vox acciperetur. Certè locis fexcentis apud Patres, *μυστικῶς ἐσθιόμενον ἅγιον δῶρον*, est *participium S. Cœna*, Quæ locutio ita in Ecclesia Græca fuit usi trita, ut Balsamon *ad Can.* 19. *Concilii Carthaginiensis*. vocem & pueris fidelium notam. *Eucharistia*, per istam interpretetur: *Δίδωτον*, inquiens, *ἡ εὐχαριστία, ἤγουν τὰ ἅγια δῶρα*. Accedit, quòd τὰ Δῶρα, *Munus*, aliquandoidem est ac *gratia*, propriè accepta, pro virtute Sacramenti. Itaque regeneratio, quæ est Baptismi fructus, & quò tota via illius Sacramenti spectat, appellatur à Δωρέα, vel τὰ Δῶρα, *Gratia & Donum*, in *Actis Apostolorum*. Unde ad ipsum Baptismum vox translata, à Gregorio Naz. Or. 40. quæ est in *Baptism.* & Basilio *in eund.* Similiter itaque Eucharistia Δῶρον, *Munus* seu *Donum*, appellatur, nempe Spiritus S. cujus efficacia illa communio perficitur, in qua divini hujus Sacramenti fructus positus est. Sed & aliquando sic dicitur, eandem ob causam, propter quam & *Sacrificium* vocatur: quia viz. eft commemoratio Sacrificii semel à Christo oblati, ut videre est in Liturgia, quæ habetur in Clementis *Constitutionibus lib.* 8. *cap.* 12. Hinc Δῶρα ἔνσαρκα, *donum à discedente donatum*, apud Basilium *Hom. de Charitate* : est enim velut pignus præsentiæ Christi post corpus ejus sideribus illatum &c. Isaac. Casaubonus *Exercit. XVI. num.* 51. V. quoque Car. du Freine in voce *Munus*.

Munychia, addè : Ibidem castrum erat cognomine. Hodie verò utriusque vix superstunt vestigia, & de Templo Dianæ hinc cognominatæ nil, nisi rudera quædam in agro proximo visuntur. Cæterùm portus hic à Pirræo terrâ non multum abest, mari vero, ob excurrentes in mare litoris lacinias 2. mill. circuitu opus est, uti docet Jac. Sponius *Itinerar. Gracia Part.* 2. *p.* 230.

Mura, vulgò *Mury*, addè : Nomen loco à reliquis edificiorum Romanorum & *mons* feminitus hæc, ut & *Cbromio Mu*rus diclimus. Cæterùm historia parum hæc est : Cuonradus Comes Altenburgensis, Guntrami gogeom. *Dvitii*. filius, postquam loca vico cognomini *Murensi* vicina cum hoc ipso, præterea Patrocinii, in potestatem sum redegisset: eo mortuo, priores possessiones cum armis suas res repetitum irent, à Cuonzelini filio Rapatone repressi sunt ; qui hic locorum late dominatus est, circa A. C. 1006. Verùm postea uxor ejus Ita, Diethrici Lotharingiæ filia, & V Vernheri Epist. Argentinensis soror, quòduid miseris eregtum erat, confensu martii ægrè tandem obtento in Cuonris Com. Rinfeldii manus confignavit, fedi Romanæ confecrandum. Quòd cùm ille utcunque fecisset, (non enim ipsemet Romam adivit, sed ea Taivillæ, adlacum Tigurinum, B. Mariæ, ac Sancto Petro omnibusque reliquis Sanctis, solemni ceremonia, munera dedit ; Rapato Embricensium Abbatem Eremitanum ad se accersitum cogavit, ut *Mura* Comitibus conderet : quod hic minime cunctatus fecit, & Reginbotum Sodalem suum Præpositum constituit, circa A. C. 1030. qui obiit A. C. 1054. intra quod tempus, defunctus Rapato, in Monasterio rec ens extructo sepultus est. Hujus mox filius V Vernerus Cussenacensia sua bona Cœnobio donavit : cui sub Burcardo, Reginboldi successore, qui illud ad umbilicum perduxerat, accessere alia, in locis *Alkam*, *Brunnwyl*, *Urnhingen* & *Rhinsfridisbeim*. Inauguratum dein templum est à Rumoldo Epiic. Constantiensi A. C. 1083. & quo Præpositi, Abbas electus est Burcardus, qui vita excessit An. Ch. 1073. Ei Ulricus successit, sub quo omni jure, quod in Monasterium habebat Wernerus Com. Monachis cessit illisque Advocationem sibi eligendi veniam dedit ; qui prò eorum Comitem Regensbergium elegere A. C. 1083. donec varias ob causas, VVernerus libi & primogenito semper in posterisuis id juris concinvit: donato Seculi Romano & in Pontificem postea electo Cœnobio A. C. 1089. Ia Romani Imperii protectionem illud recepit, Henricus V. Imp. cum Basilex esset, A. C. 1114. illique donata hactenus literis suis confirmavit : quarum literarum inter alia hic tenor est: *In regnositio Regulare quoddam Monasterium, situm est in provinc. Burgundia, in Epise. Constantiensi, in pago Aergovv, in Comitatu Rore, quod Mure nuncupatum est* &c. Quomodo do porro locus crevrerit, & quæ circa Monasterium hoc gesta, V. apud Joh. Stumpfium *Chron. Helv. & Argovia. lib.* 5.

Murena, piscis pilcis Romanis in deliciis, unde & Licinio *Murena* cognomen placuit : *& apud Baulos, in parte Balanea piscinam habuit Hortensius Orator, in qua Muranam adeò dilexit, ut exanimatam spiritûs creatur. In eadem villa, Antonia Drusi Mura*na, *quam diligebat, inuores addidit: cujus propter famam nonnulli Baulos videre concupiverunt*, Plin. *lib.* 9. *cap.* 55. Ciasius quoque *Muranam* ; quæ, inanibus & omnibus distinctio monili ornata, appellantia vocem agnoscebat, atque ad eum adnatans eleam è manibus ejus capiebat, postquam vitâ excessit, flevit ubertius atque honore sepulturæ affecit, Ælian. *lib.* 8. *cap.* 4. Inprimis verò, quemadmodum pavus è Samo, attagena è Phrygia, grues ex Melo, hædus ex Ambracia, palamis è Chalcedone, aleili Pessimuntii, offrea Tarentina, pectunculus Cibus, elops Rhodius, scari Cilices, sucres Thalie, palæa Ægyptia, glires Illyrici, & *Muræna Tarteffia* ingeniosæ gulæ placuit, teste A. Gellio *l.* 7. *c.* 16. & meminit istiusmodi *Muræna* jam in Βατταγικοῖς Aristophanes. Siculas tamen *Muranas* quoque Varro laudat, apud Macrobium *Saturn. lib.* 2. *cap.* 11. de quibus ita Juvenalis *Satyra* 5.

Virroni Muræna datur, qua maxima venit
Gurgite de Siculo.

Quin & ex ipso hoc loco ad piscinas Magnatum trâducebantur alebantur que: quorum primus *Muranarum* vivarium excogitavit C. Hirtius ante alios, *qui cœnu triumphalibus Cæsaru Dictatoris* 6000. *earum mitua appendit. Nam permutare quidem pretio nolui aliaue mœre. Hujus proin villam (intra quam modicum) quadraginis sipbina vendidernnt*, referente iterum Plinio, *loco præfato.* Quæ summa, Budæo teste, fuit centenum millium Philippeorum vel circiter. De eodem Varro *R. R. lib.* 3. *cap.* 17. *Hirtius*, inquit, *circum piscinas suas circadiis in verdem millia M.S. ejecbat; eam omnem mercedem ejus, quam dabat piscibus, consumebat.* V. Vegetium *cum Annotat. Stewechii*, Polybium *l* 6. Livium *l.* 7. Tertullianum *de Cor. Militis &c.* Cæterùm *Muræna* aliæ dentatæsunt, aliæ edentulæ ; non sexu solùm, ut quidam voluere; fed & genere diverse. Sanè Aristoteles *de Animal. lib.* 5. *capo.* quem *murem muranam* nonnulli exponunt, quemque Philelophus κυνοκέφαλον vocat, quòd dentes habeat, ὡς ὁι τῶν κυνῶν ὀδόντες ; non eundem esse scribit, quod *μύραινα* : nam *muræna* variam & infirmiorem, *myrum* unicolorem & robustum esse dentibusque prædium, sexûs diffimine perinde atque in cæteris. Ei quidem edentulas fuisse Vedii Pollionis Equitis, Rom. mutænas, ad quas ille servum damnaverat, cryftallium fracti teum, legimus apud

Plinium. Veniebant illæ ex gurgite Siculo, ubi capiebantur optimæ, & *Fluta* vocabantur; quòd, præ virium imbecillitate, ubi in summo æquore natantes cutem Sole torrefecerant, pellum redire amplius non possent, nec fundum maris repetere, sed in summo æquore velut examines ferri. Græci antiqui Thunni, eas vocabant, recentiores verò ἰξηρούσιους, ab eadem causa Vid. in vocibus *Fluta*, *Exornistones*, *Myrtos*, & plura hanc in rem, apud Ger. Jo. Vossium de Orig. & Progr. Idolol. lib. 4. & Salmasium ad *Tertullianum de Pallio cap. 5.* qui locus ita se habet: *Immergo ad scalpellum acerbitatis ei, quod Velleio Pellio servus mimarius invadendo obiectabat: novâ scilicet delectatus tertenæ bestiæ, & exanclatæ & excornis: de qua dicam plenius cum cognitum.* Ubi mimarium ignitenia conclusam, bestiarium terrenum vocat, ad discrimen marinæ, quæ in alto mari degit & aquâ fuâ, i. marinâ fruitur. Miratur itaque novam fœvitiam Vedii, aut novum potius fœvitiæ ingenium, qui non solùm de pisce piscinario, feram per vim facere volebat; sed de eo etiam pisce, quipe naturam ferus esse non poterat: imò qui *terrenus*, h. e. lacu & piscina inclusus ac pene mansuefactus. Quomodo autem ii pisces apparaterentur, docet *Apicius l. 10. Rei Culin. cap. 2.* De *Muræna* quoque ex Theophrasto egit, & cum anguillis ac viperis cognationem ei eorum ostendit, Athenæus *lib. 7. &c.*

Muralis Corona, docente A. Gellio *lib. 5. cap. 6.* donabatur ab Imperatore ei, qui primus *murum* ubiisset, inque oppidum hostium per vim ascendisset: quæ proin quòd *muri* finis (aut turris) decorata fuit. Donatus tres meruit Achilles ille Romanus Siccius Dentatus, eodem teste *lib. 2. cap. 12. &c.* Fuit autem aurea hæc corona, de proponebatur ab Imperatore illi, qui murum obsessæ urbis primus ac per vim ascendisset. Livius *lib. 16.* Itaq. *quanquam omnibus omnia debuerat, præcipuum tamen* Muralis corona *decus eius esse, qui primus murum ascendisset. Profiteretur, qui se insignum ducere vellet. Duo professi sunt.* Dabatur autem, ferunt & Vallaris (quod diæ hæ corona adeò militaria esse putarunt, ut ceteri) nonnisi præcedenti inquisitione faftidiosa: idque in omnium oculis. Quam proin, ne ulla fraus obreperet, petere, atque adeò profiteri id, cogebantur, qui hoc decusambibant: nisi in ipsius Imperatoris conspectu res gesta esset. Cujus moris exemplum illustre apud Silium Italicum est *lib. 13.* ubi de Milone, ab Q. Fulvio Proconsule, hujusmodi corona donato:

Fulvius & finem fabulæ adiecit eidem,
Fulgore revocante dedit, jubilimus ab alto
Suggestis, magnis auctor non fastibus auctis,
Lævine generate, inquit, quem sospita Juno
Dat nobis, Milo, Gradivi cape victor honorem,
Tempora muralis cinctus turrita corona.

Ubi *turritam* vocat, quòd pinnæ muri, quæ coronæ hujus insignes erant, extrinsecùs referrent. Qualis alias corona Cybeli, Dedm Matris, tribuitur: quam & ipsam inde *muralem* vocat Lucretius *lib. 2.*

Muralis, caput summum cinxere corona,
Ex imis munita locis, quòd sustinet urbes &c.

Neque verò Centuriones tantùm, sed & ipsos caligatos milites ad id decus admissos esse, ex Suetonii *Augusto* discimus, *Mus* (nempe vallates ac munates coronas) *quam parcissime, & sine ambitione; ne spe etiam caligatos militum contemtui faceret, centurionatu* nonnisi parcè habebant. Plinius *lib. 16. cap. 4. Civicæ corona, militum virtutis insigne clarissimum — Cedunt his* murales *vallaresq; — quanquam pretio antecedentes.* Sed & gramineam idem antefert, *lib. 22. cap. 3. Corona quidem nulla fuit graminea nobilior — Gemmatæ & aureæ, vallares, muriles, rostratæ, civicæ, triumphales. post hanc fuere &c.* V. plura hanc in rem, apud Car. Paschalium *Coronarium lib. 7. cap. 3.*

Muricis meræ, in Circo, eædem cum primis. Varro *de L. L. l. 4. Intimus Circus* ad Murciam *vocatur, ut Porcilius ajebat, ab urceis, quòd in loco esset inter figulos: à qua Murcia*, metis primis nomen; Melius à *Murcia* æde, quæ in ima parte erat. Has inepte cum ultimis metis alicubi confundit Auctor *libri de Circo cap. 2.* qui ibid. ites quoque Circi maximi partes fuisse, fine ratione allerit: *Circum primum ubi prima meta: medium, ubi Mediana: Intimum, ubi meta Murcia.* Si namque medium idem foret, quod *ultimum*; præterea nulle mediane metæ, ut supra vidimus. Inter utrasque verò metas obelisfus fuit in medio Circi centro positus, ut præter alios Vett. *Epigrammatis* auctor id testatur de Circensibus,

Et medius centri summus obliscus abit, &c.

Metis itidem *Muricis* primum obtum, quod & *intimum*, proximum fuit: quo, cùm omnium ultimi quadrigarii constitisent, eodem tempore prosiluerint ex omnibus carceribus equi, qui missus erat, fortis ac loci beneficio, ceteros antevertebat & *occupare* dicebatur. Cui si nihil adverfi accideret, atque inoffensum teneret ad finem curfum: ad ultimum usq; spatium flexumque metæ septimum, haud dubiè vincebat. Sed plerumque eveniebat, ut præ studio obtinendæ ac servandi primatus, quem ab initio fortis munere adeptus erat, præsiantia & consummatæ virtutis quorum, ante septimum curriculum deficeret: palmamque sequentibus traderet, qui in ejus locum succedentes metam septimam, in quo fuit victoria, circumire anticipabant. Unde cauti agitatores in primis spatiis sustinebant equos spiritumque ac vires eorum dispensabant, priusquam ad finem venirent, ut integri & indefecti prægressos jam defessos opprimerent & in flexu metæ septimæ præverterent, ut dicemus infrà, ubi de Circi Offis. V. Salmasium *ad Solinum p. 904. &c. seq.*

Murdrum, apud Anglos olim cædem dolo & clam commissam significabat; item mulctam, eo nomine inflictam. Quoties eædem cadaver aliquod reperiebatur, nec interfectoris erat cognitus, nec occisus ipse poterat vindex extenus superstes fuisset, ut eiquipotuisset unus interfectorem, tum genus suum, necfatis propinquitate, usque ad agnationem & cognationem utriusque generis propagintes testimonio, occisum fuisse Anglicum, aut ejus esse familiæ infortunio occisum, pro alienigena habebatur, atque inde pagus seu Comitatus, in quo repertus est, *Murdri* nomine mulctabatur. Aliàs, si Anglicum fuisse adverterent, multa hujusmodi non irrogabantur. Cujus moris originem Canuto Regi tribuit Henr. de Bractona *de Corona lib. 3. cap. 15.* non minùs ipso jure mirum: *Canutus verò invenimus Murdrorum statutorem fuisse, quòd in diebus Canuti Regis Danorum, qui post Anglium subjugatum & pacificatum, regnante Harduino Anglorum, remisso ad Danum (Danium) exercitum suum, & ipsi Barones Anglia erga ipsum Regem Canutum fidejussores extiterunt, quòd quotquot Rex in Anglia secum retinuerat firmam pacem per omnia haberent, sin quòd, si quis Anglorum aliquem hominum, quos Rex secum adduxit, interfecerit, si is per hoc defendere non possit judicio Dei. Aquâ vel Ferro.* Addit enim tunc purgatione solenni *fuerat de eo justitia; si autem absconderit se, cap. non possit, solvuntur pro eo fecundum lex Marca, & collegentium in villa, ubi quis offet interfectus, & ideo, quia interfectorem non habuerunt, & si in tali villa, propinquiores, colligi non possent, foliguntur in Hundredo* (Centutia, intra quam Villa sita) *in Thesaurum Regis deponenda.* Hoc certam habet mulctæ summam: cum illi de mulcta in genere loquantur, incolis, intra quorum territorium cædes facta, irrogandæ, quæ pro Anglo quidem ejusque familia permissum int. Sic in Archivo arcis Londinensis, inter *Placita Coronæ* Lepius occurrit: *Villata N. Occisus repertus est N. Nulla Englisheria præsentata, ideo murdrum super Villatam in Misericordia.* Cui versus jus Cambrobritannorum seu VVallicum, simile erat, *Walleberia* dictum. Sed tandem in Comitis à Bowardi III. Parliamentariis, Ann. Ch. 1339. ortumque, tum Englisheriæ, tum VVallisheriæ jus, in desuetudinem abiit, & penitus exoleuit, quam est. Aquo tempore pro quolibet homicidio, ex malitia patrato, vox *Murdri* sumi cœpit. V. Jo. Seldenum *de Synedriis lib. III. c. 7. §. 8.* & supra in voce *Cades.*

Murena, leu *Murenula*, mulierum sunt ornamenta aurea, quibus metallo in virgulas lentefcente, quadam ordinis flexuoli catena collum cingebatur, ut scribit Hieronymus *Epist. 15.* Oblongæ fuisse *murenarum* istæ, ait Bulengerus. Meminit earum etiam VVillelmus Abbas in *Cant. Cantic.* apud du Frefne,

Auri murenas argento vermiculatas
Nos tibi nectemus.

Murentius, ad Ægyptum destinatus, sub Aureliano Imp. apud Capitolinum *in Vita hujus.*

Mures, inter animalia, Lege veteri immunda, quòd, præter caulas, quæ cuivis sefe offerunt, inutile & noxium est hoc animal, ac typus cujusdam, qui deest

Nos numerus sumus & fruges consumere nati.

Cyrillus *c. Jul. lib. 9.* καλὸν καὶ μυὸς γεγένθαι παρὰ τῷ ἑαυτοῦς σε ὁ σοφὸς, καὶ ἀκάνθας, καὶ ὑφοδεῖα ἢ κλαῖλαν γένη, *Musela* & *mus* fuerum reperunt simulitatem & imbellis genera ait, ad omnem fere stupitum metamorfia. Quod muri quàm conveniat, Poëta eximius sic docet in Apologo, de mure rustico & urbano, *Satyra sexta l. 2.*

Fabarum pingue farrisque acervum
Currere per totum parvidi conclave, magnis
Examines trepidare simul domus alta molestis
Insonuit.

Nihilominus, uti Hierosolymitanis eorum caro in esum cessit, eâm obsessis summa cum fame conflictantibus: sic ii Cretenfibus, qui ad Hamaxitum castra posuerant, elyperum roseræ ansas & carnium nervos exederunt, apud Ælianum *Historis lib. 12. c. 7.* quod idem de populis Troadi vicinis, Polemo apud Clemenem in *Protrept.* & de Polycratis popularibus, Aristoteles *Rhetor. lib. 2. cap. 24.* narrant. Imò integros populos, Abderitas, apud Justinum *lib. 15.* Troës, apud Plinium *lib. 10. cap. 15.* quasdam Israëlitæ gentes, apud Ælianum: Megarenses & Chalcidenses, apud Heraclidem *in Politiis*: Gyari, unius è Cycladibus, incolas, apud eundem Plinium *lib. 8. cap. 29.* Alios, fœdibus suis pepulisse legunture. Nec adeò mirum, si, quòd dicit quondam Diodorus Siculus, apud Gyaros mures ita abundasse *τὸν ἐν Κυκλάδων καὶ τὸ Αἰθαίας χώρας, ἐπὶ πλεῖστον τόπον ἐπιφανῆ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκ μιᾶς ἁμαρτάνων ἕκαστος, ἀτιμος Carystium & Andrium insula est, nomine Gyarus, in qua mures ferram corrodunt.* Sed & quòd Magicis artibus adhibiti; idque antiquissimis temporibus: immundi habiti sint. Namque *Myomantia* omnium divinationis speciem prima fuisse legitur. Unde apud Ælianum *cap. 66. variæ 17.* inter res Gentium abominabiles, etiam *Mures* recenseuntur: *Qui sacrificant ἰε & qui mundant se in hortis, sequentes aliter alium palam, qui comedunt carnem porci, & res abominabilis*, murisque: *parites* *tamqua-*

tem consumentur, dictum Sebovio. Quæ superstitio ex Oriente transiit in Occidentem, & post Christi quoque tempora sæpe diu inextincta mansit; uti *Murobstrum* patet exemplo, qui, quòd *murra* colerent, inde nomen accepere. An eadem ratione, propitiando Israelis Deo & averruncandæ ægrorum tutelæ calamitati, *Murium imagines aureæ*, inter cætera dona, à Philistæis adhibitæ sint, non liquet. Legimus certè i. Sam. *cap. 6. versu 5.* à Sacerdotibus & divinis eorum Idæ consilium datum esse: *ut facerent imagines murium, quæ corrumpebant terram & essent similes operi Dei Israelis: fortassis fore, ut allevaretur manus Dei super eis, & à Diis eorum & à terra eorum.* Ad quem locum V. Franc. Burmannum in Exegesi & Medicat. Jud. *vernaculo idiomate scripta*: Plura vero hanc in rem, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poster. lib. III. c. 33. & seqq.* ubi alia plurima erudite congesta, reperies; de *Mure Arabico*, Arabibus proprie descripto, qui idem videtur cum Græcorum *Arvicanthe*, de *Mure item Aegyptiaco & Pontico*. Nec omittendum, quòd *Murium* decem milia, mille muscelas, mille scitres, sibi exhiberi justisse Heliogabalum, apud Lampridium legimus. Vide quoque hic infrà.

Mures Moscovitici, animalcula sunt, à *Moscovia*, ubi magno numero reperiuntur, vix vero albi occurrentia: abietum, terræ & radicum latebras incolentes, a muribus noctatibus formâ parvitate absunt; fodrantis odore fragrantia; ut ex musteo compacta & multis pilis videantur. Hinc exuviæ eorum Magnatibus expetitæ, qui ea maximo pretio coëmunt, ut indumentis subsint & adversus brumam clypei loricæque vices subeant, & graves ac terræ olentes auras, odoris sui fragrantia expugnent. Cujusmodi *murium* binæ exuviæ prostant in *Museo Kircheriano*, Auctori à Polonia munera missæ, Georg. de Sepibus in *Collegii Romani S. I. Musæo, pag. 39.* Similiter in pretio pelles uti *Pontinorum*, uti vert, vocarunt, quas Strabo narrat, Aristoteles *Hesych. Etymol. &c.* in Ponto, & in arborum fistulis oblitæ fœtusque fovere. Bochartus affirmabunt, *Scivari Getulici* dicuntur nonnulli à Scriptoribus, nam quæ ut in frigidis locis fere nascantur, tamen in calidis non desunt. Unde Arabs Geogr. *Clim. 1. pars*, 1. in cendo animalium, quæ in intima Africa nutriunt Nigrorum sylvæ, etiam Finnicos mures seu Ponticos habet. *Penetra* Hermolaus vocat, sicut *Pinnices* Agricola, à Veneris & Invidiæ, Populi ad Viriatum in Bortilis, à quibus adhuc defenduntur in pellicearum usum. Unde Arabice *penesche* mus, quia statura & colore Gallis dicitur *petigru*. Sed & *jungiab* Arab. Gallo *scurus est animal cinereo colore, quoque pelle, qua fusculorum ejus vestes, seu potius minorum (sorte, hermellina etiam, Gallis quoque *Hermine*, mus Ponticus Theocrito dictus in *Salomone Hungar. R. cap. 52.* Aliisque: *Ab Armenia*, ut centet Carduel Frosse, qui de hoc animali illustrique pellibus multis agit Dissertat. 3. ad Xenophont. de Re Equit. Hermolaus, *animal est firmum respectu magnæ, degens in summis arboribus, pelli earulea mollissima, qua delicati vestiuntur.* Eorundem pellem calidam, boni odoris in omnibus pelliceorum speciebus odoratissimam, refert Abenbitar Arabs; qui etiegione Sclavorum, in Scythia Europæa, versus Oceanum Occid. ita magno numero illius affert, addit. Eandem *murinam* vocat Alcuinus, *in Poemate de Cuculo M.*

Vestis murina, quique furunt per sylvas ferre cutem marinam.

Cujusmodi pellem collum ambientem etiam Roberto Regi tribuit Helgaudus, V. de Electorum Rom. Imp. vestitu Linnæum *de Jure Publ.* Eli & *Simur* Arab. genus muris, cujus non abhimilis mus. Hesychius, Σίμος ὁ ἄκρος ἀκρόνυχα ἢ νῶτα ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ ἀκρόνυχα χρώτια ἐκ χρῶτος. *Simor apud Parthos vocatur quadam agrestis muris species, cujus pelles colunt in vestium usum.* Aliis tamen, *murinum est Damni ejusmodi filii similes cum pellis mollitie, levitate, colore & pulchritudine sua excellit, ut eã Reges & Magnates induantur*: apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. III. cap. 33.* quem vide.

Mures, apud Martialem *lib. 5. Epigramm. 23.*

Non nisi vel cocco madidi, vel murice tincti
Veste nitos
Et *lib. 13. Epigr. 87.* cujus *Mures*,
Sanguine de nostro tantum pingere lacernas
Didici, & non est hoc satis ejus sumus.

piscis seu conchæ genus est, cujus sanguine seu flore, quem ore habet, mollescisque capuit, vestes olim tingebantur. Alias *biccinum*, & à purpura propter dicta diversum, Plinius *lib. 9. cap. 25.* *Muricum* murices esse *lanarum purpurâ, non, ut puto, ostreorum ore, nitidis in angulis prodeuntis rostro, sed simplici conchæ utroq; latere colligente.* Et *cap. 36. Clavorum est purpuræ vestrum) ad tarbinorum usq; aculeos in orbem intentis fere, qui non sunt buccino. Sed utrosque, ubi tria dum, quæ habeant annos.* Quamvis Poetis ea non raro confundantur, qui & conchylium (tertium conchæ leu ostreæ genus, & quibus purpura elici solita) non raro pro purpura, per excellentiam dicitis sumunt. Neque vero vestibus solum tingendis, sed & libris ornandis, cruor ejus adhibitus. Martialis *lib. 8. cap. 72.*

Nondum murice cultus, asparagi,
Morsu punctus, aridi politus &c.

In escam porro *Mures* cæsi, ut ex ejusdem *d. l.* patet. Hinc à Metello in indice cæsæ Pontificalis, apud Macrobium *Saturnal. lib. 2. cap. 9. Muricis* quoque ac *purpuræ* recensitur. Et quidem *Murex Bajanus* celebris erat, uti colligimus ex Horatio *lib. 2. Sat. 4.*

Murice Bajano melior Lucrinus peloris &c.

Etiam castrandis nobilibus pueris adhibitus erat; Plinius ubi supra *cap. 15. Quibus inhærentibus, planam jucundæ ventris naturam pertingunt nuntiet à Perfando, ut castrentur nobiles pueri; testiculo-que qua id præstiterint, apud Gindorum Venerem colit.* Ubi *Venereos testiculos* leu *Murices* indigitati. ex præcedd. docet Vossius. *Cytherius* vocat Martialis *lib. 2. c. 47.*

Lavior & conchis, Galle, Cytherieus.

Porcellus à nobis spectatus, à *porcello*, ut Xenophon Græcis, quia Χοῖρος & χοιρίδιον, porcus & porcellus, id in mulieris sit, quo mulier est, (quam partem conchæ illi referant) idem tradit Gerh. Jo. Vossius *de Orig. & Progressu Idolol. lib. 4. c. 25.* Sed de *Porcellanis* V. *Sandium*; de *Muricibus* & Georg. de Sepib. in *Collegii Rom S. J. Musæo pag. 18. Murex, quamplures partes non absimiles excellentissimorum ego ubiq; murum ibere, ex quorum humore sua fasigia ante præstantissimum autingendum jucis ex electus, archentur in Mari, ubi purpurissimum, tarbinatis & longis serinqueus habent aculeos; interius vero ex albo purpurissimi. Testam habent gravem, solidam, duram, multosq; conspicuos hamrtenem. Quidam levis sunt & in marmora modum striati ad marginis, labia patula & in medium canalis aperti dilatata.* Quæ ex præcedentibus facile corrigas.

Muri Celpitus, *Valli* propriè Latinis; unde plerique Auctores murum Severi, quo transverso Britannidam munivit, imitatus exemplum Antonini Pii, de quo V. Capitolium; & ante Pium, Hadrianti, de quo Spartian. *vallum* vocarunt. Idem in *Severo*, quasi dubitans, utrum *vallum* appellaret, ac *murum*, utrumque posuit. *Post murum, inquiens, aut vallum nostrum in Britannia.* Cujusmodi *valla* Auctor est crispitior Aurelius, Graci etenim res *Murages* appellarunt, ἢ ὁ αὐτὸς, aut eumdem, *est ses est.* V. Salmasium *ad Hist. aug. postim.* & in voce *Murus.*

Muria, titulus *Epigrammatis 103. lib. 13.* Martialis,

Antiochum salsæ sum sitis hymni:
Essem si jacobri, non tibi missa foret.

Liquamen est sale thynnisalsum. Cum enim tria apud Vett. hujusmodi liquaminum genera essent; primum, quod à scombro; secundum; à tarentum, quod ex thynno sive factum, *muria*; tertium, quod ex quovis mixtum, adeoque determinum erat, *alec* dicebatur. Ubi autem optima *muria*, exstat Plinius *lib. 31. cap. 8.* *Muria* (laudantur) *Antipolis & Thuris, tum vero & Dalmatia*, ibidem *salsugines* eam appellat, *salem durum* Servius; cujus in *Georg.* ad *Virgilium* aliquem fusius usum, notat Scaliger *ad Festum: Virgines tres Psallas maximas, ex Novis Maiis ad pridie Idus Maias, silvanis aubus spicis adornas in corbibus mysticum panem, sacris ejus vasa virginei cornua, simpana, molum: easq; ita molitum coëbant. Ex eo furis Virgines tres in annos maiores sacrant, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus Septembribus, adjecto sale cocto & sale duro.* Dalecnar *ejus Not. ad Plinium ubi supra &c.* Molum vero *Muria* confici endæ hunc tradit Columella *lib. 12. cap. 6.* Sportæ nempe juncea vel spartea sale candido repleta, demittebantur in dolium aquæ pluvialis aut fontanæ plenum & sole expositum, ore patenti: quæ tandiu ibi relinquebatur, donec sal liquefieret. Tum album atque album subinde dum ingerebant, donec in sporta permanereinteger; ex eo intelligebatur, maturum esse muriam. Postea eam in vasa picata diffundebant, & operiam in Sole habebant. Atque hæc erat dura muria; acerrima vis, & salsissima, atque etiam liquidissima, ὀξύρροια inde ἅλμη Græci scriptoribus dicta. Qua de re Vid. plura, apud Salmasium *ad Solinum pag. 143.*

Murices, alio nomine *tribuli*, seu *tribuli* dicti, machinulæ ferreæ terragone erant, aculeis extantibus infestæ, quæ sparsi solebant adversus eruptiones hostiles. *Jo. Rhotius Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 17.* Hostin terram defodit Darius, quâ Alexandrum hostem equitates emissurum esse credebat, apud Curtium *lib. 4. cap. 13.* Quemadmodum Phocenses, Juxta urbem Hyampolim, depressa ingenti fossa, amphoras alle tenues depofuerunt; in quas Thessalorum equi incidentes, fregere crura, apud Herodot. *lib. 8.* Cui simile Dio de Gallisad Alesiam *lib. 40.* *Cunctis nostræ per munitiones Romani in urbem pervenire, magnum detrimentum passi sunt. In iis enim locis, qua equitatu accedi poterant, oculatas fossas Romani duxerunt & defixis in eas stipitibus, superficietenus texerant, ut aquales reliquæ superficies sese ejungerent. In eas fossas equi veriti imprudentes delapsi perirent. Salvinius lib. 6. hæc omnia conjungens, Exercitus pugnatiri, in quit, ea loca, ter qua ventura hostium turmas scirent, aut fovyis intercidere, aut fudibus præfigere, aut tribulis instituere accustum.* Quorum loco, fortissimus Bohemorum Dux Zizka, bufiliem equitatum multerum, quârum maxima in exercitu copia erat pephis impedit. V. Lipsium *Poliorcet. lib. 5. cap. 3. & lib. 2. cap. 2. d.* Hylis cercis: item Rittershusium *ad Solinum verba citata*, Stewechium *ad Vegetium l. 3. c. 24.* &c.

Murilegus, Græce Κερκοφύλαξ, in *tit. Cod.* Theod. & Justiniani, quoque *Conchylieglegi*, dicebantur, qui legendis conchyliis seu muricis, vel purpuræ, ad fucationem seu ad colorandam & tingendam blattam fericam & metaxam, in suum Principis, operam dabant, de quibus copiose *d. tit.* ad quem V. Cujacium & Jac. Gothofre-

thofredum. Erant ii, ut & præfecti baphiorum, textrinorum, Magistri linea vestis, Magistri privatæ. Gynæclarii, alii, sub Præfecto sacri Ærarii, seu, uti postea dici cœpit, sub dispositione Comitiis sacrarum Largitionum; Salmasius ad *Lampridium in Diadumeno.*

Murilegus, apud Guil. Britonem *Philippidos l.* 1.

Cratibus interea, pluteis & robore crudo
Murilegus struitur, sub quo fossura lateret.

Dum studet insidiator fossas implere juventus:

Machinæ bellicæ species est, quæ alias *Catus*, item *Catulus*; Ita etiam vocatæ fuisse recentiores, unde *Murilegina pelles*, in Statutis Abbatum nigri Ordinis A. C. 1249. aliter tamen sentiente Scaligero *Exercit.* 215. In *Foris Ossæ* Jacobi I. Aragon. R. A. C. 1247. fol. 34. *murilegos* de collo suspensus rei, pœnæ genus: *Et tradendus Curiæ. Ita, quas ipsum nudum eum muri lege suspongo in collo, ex parte posteriori duci faciat, ab uno ostio civitatis usque ad aliud, & eundo corrigia sibi ostendo, quod latro & murilegus aquilifer furiantur, diu Ernine in Additum.*

Murina, inter potûs genera mortuis permissa, quorum A. Gellius meminit *lib.* 10. *cap.* 13. Græcis μυρινος ὀινος, vinum erat unguento temperatum, vel cui superinfundebant unguentum, τῳ μυρῳ κεκραμενον. Scribebant quoque *Mosinus*, geminatione solenni cantine literæ, ut Salmasius inquit, qua de re etiam videndus Hadr. Junius *Animadvers. lib.* 3. *cap.* 31. unde Odeum Hadr. *Martinum* quasi *murrâ conditum*, interpretantem, reprehendit, cum sit vinum amarum esset: Potio enim hæc dulcis, ideoque *nectar* Græcis dicta est, teste Festo, qui *Murratum* tamen vinum cum *Myrrino* confundit. Plautus in *Pseudolo*,

Quid si opus sit dulce promat, sit ex fo, tequid dabis? Ch.
Rogas?
Murrhinam pappum, dapsilem, melinum mel enumnedi.

Quibus versibus lubricit Plautus, *Quibus apparet, non linter vina modo* murrhinam, *sed inter dulcia quoq; nominatum.* Extat quidem mentio, apud Dioscoridem vino murrâ conditi, cum pipere, iride & anetho, sed medicamentum illud potius ducendum dicendumque, quàm vinum. Neque verò multum fit conditebatur, sed vinum. Et in aromatitem vel *aquitem*, nihil myrrhæ addebatur, & multum, non vinum, fit conditebatur. Unde femper de mandat, ipse quam optimum dulcedinem essiant fervantibus. Scaliger *in Theophr. de causis plantarum lib.* 6. *cap.* 9. ex mviti baccis confectum voluit. Sed Helychius & Pollux μυρρα μυρρινος οινος, fuisse itidem docent. Addit Festus, *Quidam id dici putant, ex genere vvæ*, Murrinæ *nomine* Meminit quoque Murrinæ Fabius Dosilenus, antiquitus Poeta,

Mitsbam vinum pulium, Murrhinum &c.

Et certè unguentum olim, non olim quisita, non solùm in capitibus ungendis, sed & in faciendo vino, cui admixtum unguentum, ut testatur Catullus *Epigr.* 61.

Quam jucunda mihi murrea libet onyx.
Vester onyx, casto colitis quo jura cubili.

Et Horatius *lib.* 4 *Od.* 12.

——— *Nardo vina merebere.*

Nardi parvus onyx eleatici cadentis, &c.

V. Jac. Oisellium IC. *in Gellii locum.* Thomas tamen Dempsterus aliique *Murinam* leu *Marinam* vinum, cum *Murrhata* potione, de qua cautum XII. Tabb. *ne mortuo indatur*, idem faciunt. In quæ verba scribit Festus. *Murrhatâ potione ejus antiquos fuisse, existimo, rei indicium esse, quòd etiam Ædiles per Suppliciationes Dis addant ad pulvinaria.* Sed nec Hier. Mercurialis, Medicus Patricius celebris, in *variis Lect. lib.* 2. *cap.* 2. quam cum *Murrhata* simulter eandem habet, quid proinde id fuerit, satis explicat, fatem addit, fuisse artificialem quandam potionem, veterum rempestate vulgatissimam, à posteris autem intermissam, unde vix ejus nomen remanserit. Interim magno sumtu confectam fuisse, ex Lege patet. Meminit prisci ritus Augustinus *Confess. lib.* 6. *cap.* 2. *Itaq; cum ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes & panes & merum attulisset.* Paucissime interjectis, *Quia ille potentiam superstitiosam gentilium sensit similima.* Et insequenti versu apud Plinium loci, nempe *Ita.* c. 13.

Panem & polentam, vinum, Murrhinam:

eòdem refsici, credit Dempsterus. *Paralipom. in Joh. Rosinum Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 30. Er. Gouldmannus *Murinam*, vel ut alii scribunt *Murrhinam*, item *Myrinam* & *Myrrhinum*, interpretatur Angl. *a Princely Kind of wine mixt with myrrh and spices wine mixed with the savour of Nectar.* Item *Vervet mots au Hippocras ou spiced wine. Diction. Lat. Angl.* Aliud omnino erat Vinum murratum, μυρρινος οινος, quod e more Judæorum, ducendis ad supplicium, vel in loco supplicii jam consistentibus, propinabatur, uti ex historia Passionis Dominicæ novimus. V. infrà in ea voce. & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 749. & *segq.*

Murrinus, ex familiaribus Heliogabali, apud Lampridium, *In castris vero milites precarii Præfecto dixerunt, se parsimonias Heliogabalo, si impotes hominis — à se dimoveret atq; ad bonam frugem rediret — Romæ sunt denig, ab eo Histriones, Gordus & Murrinus.* Legi vult *Mursinus* Salmasius, quod nomen agitatori mulierum palmarum quærat: Notum enim aurigis & histrionibus, qualium hic fuit unus, ridicula & peregrina ac nova nomina plerunque imponi consuevisse. Sed & lapis seu Ludus, in Basilica Ierarii, Q. VAL. MURSMUS; quæ vulgata lectio ab hoc cognomine neutiquam abludit. V. Salmasium & Casaubonum *Not. ad l.*

Murmur, apud Papinium Statium *Thebaid. lib.* 4. *vers.* 4. ubi Inferæ Sacra deiscribuntur,

——— *letheæq; sacra,*
Et mersum limani, pallor confusa ponto
Majestas, pavidæ matres, & turba nefandi
Visceribus laceris, & ferro suffusus amens.
Gramineusq; nocens, & longo murmure pyrgus.

Vox est Magorum Incantatorumque propria, de qua V. infrà in *Canere.*

Murobrechiarii, seu potiùs *Murobrachiarii* Plauto, qui Μυροβρεχιαροι Græcis. Ita enim *brachium* vocabulum, *Quòd ex brachio fluxe emanet humor*, & *madefactæ* significat & idem planè est, quòd *Rorarii*. Inde *brachiamentum*, pro humore vel aqua potius Fulgentius de *Contin. Virgil. Nam cece etiam ad missis Agrai fonte brachiamento saturior advenit.* V. Salmasium *ad Popiscum in Aureliano* & in voce *Myrobrechiarii.*

Murra, Græcè μυρρα, unde poculа *murrhina*, illa adeò apud antiquos celebria, melius *murrea* & *murrina*; Gr. μυρρινα; occurrit apud Martialem,

maculosa pocula murra.

Et Statium *in Corona Eæi.*

——— *hic pocula magno*
Prima Dei murrina gerunt, ex phialide, pertæ
Candidiore manu ———

Est autem Veterum quibus dam lapis, aliis bunc or dentibus. Plinius *lib* 37. *cap.* 2. *lapidis pretiosi genus, datum præsertim commendabile & colorum varietate insigne, subinde circumagentibus (maculis in purpuream candorem, & tertium ex utroq; ignescentem, velut per transitum colore) purpura rubescente, aut lacte candidissimo.* Ranonio ann. 34. ex Mich. Mercato, ideni olim fuit, quod hodie *Lenzui vel Benvinum*, materia fc. ex myrrhæ arbore incisa fluens, ex quain mallam congerantur, colquibus ad speciem industria arte inde potoria vasa fuerint fabricata. Sed myrrha, Græc. σμυρνα, non μυρρα est, uti *murram* appellari videmus, etiam qui differrimæ scribunt, atque Articisiam. Pausanias in *Arcad.* Ἔστι δὲ καὶ ἡ σμύρνα ἐν Ἀραβίᾳ καὶ μύρρα· καὶ ἐστι ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ δένδρον, ἐκ τοῦ φλοιοῦ τοῦ μύρρα· καὶ ἐστι ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ λίθος πεπυρωμένος, ᾧ τὰ σκεύη τὰ χεσσίνα. Nec confundenda *murrina* natura, cum factitia. Petro Bellonio *murra* piscis est, qui *Corvina Venetis* alias dicitur. Antonio Nebrissensi *cgatbes*, seu Guiberto Meaco Mullipontino *Asperina de Murrhina*, *edita Francofurti A. C.* 1597. oc, & quam ego ex conjectura pro *Murrhina* olim *Murrea* vocari, zonis ramen versicolaribus & aliquam filitrudinem habentibus ad rerum celestem (quas quidem venæ *mudratas*, à vulgo appellari annotat *cap.* 6. unde Car. du Fresne *Mazarina* seu *Madrina* medio zevo dicta, cum *murrhinis* Vet. eadem efficonspicit) conflationem &c. Equi sententiam diverisfate puter, non recentiores solum, sed & Veteres, ignorasse, quod esset, aut quo modo fieret *murrina*, Ita & de *Serico* dictum; quo ilcet antiqui passim usi fuerint: nemo tamen, quomodo illud provenirer, & qui fierer arte, habuit perspectum, usque ad tempora Justiniani, ubi quo demum cognitum est, vermes seriscum apud Seres nere, non ex solus arborum lanuginolis depecti, quæ Vete. sententia fuit. Qui verò tandem etiam murram proximè ad veritatem accedant, videbimus infrà, in voce *Murrhina.*

Murratum Vinum, μυρρινος οινος, de quo Festus in Historia Passionis Domini nostri. Marci *cap.* 15. *vers.* 23. *Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ σμύρνισμένον οἶνον, Et dederunt ipsi bibendum vinum myrrhatum* leu *murratum.* In ipso nempe crucifixionis articulo, ex Hebræorum consuetudine, peculum Servatori nostro vini σμυρνισμένου propinatum est, uti Paulus Fagius aliique Viri eruditi, e libris Talmudicis, & scriptis Rabbinorum, edenderunt jamdudum. Cujusmodi humanitatis genus apud Athenienses etiam in usu fuit olim. Cum enim, qui damnati capitis erant, ad supplicii apud illos exirent, ad supplicium ducendi, cibum vinumque largus fumendi facultatem habebant, atque sirou era quæ vellent cunque proloquendi, Deinde mum ubi edendi bibendique finem fecerant, ore obthurato ad pœnam rapiebantur. Fuisse rat, ut vino potuque obruti tales horrorem supplicii minus arrenerant. Quem eundem in finem Hebræi granum thuris aut myrrhæ vino miscebant, & bibendum dabant eum, qui in eam condemnabant; fortaffe pro *myrrhæ*, cum memiffe Lucas non videtur. Sæpe enim hæ species confundi solent: sed & utraque forte in hanc potionem adhibita est. Atque hæc communis Judæorum fuit mos: qui tamen in Domino notio integre fervatus non est. Namque propinatum illi quidem vinum est, idque *murratum*, in quo humanitatis erat specimen, sed illud dirum & crudele fuit, quòd fel poculo infunderunt, uti legimus apud Matthæum *cap.* 27. *vers.* 34. Neque sanctæ mulieres, quæ Christo præparavérant id vinum (id enim officii puniendis præsertim fœlebat ab honestis & nobilibus matronis) cum ad Dominum accedere non possent: vinum præparatum millibus tradidisse Domino portigendum, hi verò, ut proni erant ad omne scelus, fellesimmixto, illud corrupisse

pisse videntur. Alia erat potio, quæ præter morem, Dominosi-
enti, cùm jam animam acturus esset, porrecta legitur, apud eun-
dem Marcum, ubi supra *vers.* 63. de qua V. aliquid ubi de *Acesto*,
plura verò hanc in rem, apud Isaac. Casaubonum *Exercitat.* 16.
num. 80. 87. & *seqq.*

Murretus, seu *Murettus*, apud Anglicos Scriptores nonnullos
ex tampelinus color est, pallus & ater, ex Anglico *Murrey*, uti de-
cet du Fresne in *Glossario*.

Murrhina Vasa, ac præcipue Pocula, adhibita olim luxuriosis
nepotum convivis, memorantur Martiali *lib.* 14. *Epigr.* 113. cui
tit. *Murrina*, ita enim melius scribitur:

Scealibum potes, ardenti murra Falerno
Conjungi, & melior sit spes in ebo nero.

In quæ verba inquit Servevelius: *Chinæ dicibus*. Ita sine videntur
ex descriptione Plinii *lib.* 37 *cap.* 2. *Oriens, inquit, murrina mittit,*
ex humore sub terra densato. In pretio sunt ob nitorem & coloris va-
rietatem, purpurei, candidi & tertii gingentesimi. Aliqua & in odore
commendatio est, &c. Jos. Scaliger ad *Propert. l.* 4. *versum*,

Murreaque, in Parthis pocula cocta focis.

adversatus Plinio, afferit *Murrina* pocula ex Fluminis cocto apud
Sinas facta esse, quæ non *Porcellana* vocamus, Vid. Pancirolum &
ad eum Salmasium. Lapidem, ex quo pocula *Murrea* adornata, Sal-
masius Græcis *Μίσυον*, Latinis *Murram*, appellatum esse, monet.
Unde non tantum hic *Murræ* meminit Poëta, led & alibi,

——— *Maculosa pocula murræ* :

reprehendit proin Vir Eruditus, qui *Myrrham* & *Myrrhina* scri-
bunt: ac supra omnes turpissime labi Baronium, qui *Myrrhina*
pocula à *myrrha* natum arbore deducit & de myrrha facta interpre-
tatur, contendit. Certe *Myrrhina* fuisse appellata, supra ostensum. Ho-
de Arriano λιθίαι μαῖραι, à μαῖρα, *murra*, quam vocem variis va-
rie accepram esse diximus. Salmasio modo dicto nihil videtur
vero propius, quàm antiqua *murrina*, nostra *porcellana* esse, lecutus
hic Scaligerum *d. l.* Quòd enim ex uno quodam albo & in
fornacibus cocto apud Chinas porcellanea vala fieri contendunt,
nil probibet, quin Vert. *murrhina* fuerint. Id saltem ex diversita-
te denominationum intelligas, quæ eodem tempore illis quo nostris
fierent, esse affe: Uti & de *Serico* videmus. Quam visenim Ar-
rianus τ μαῖρα imeminerit, qua in Diospoli habeat; ut non de
illa pretiola *murra*, quæ ex Carmania & Indiæ advehebatur, led
de vitro *murrhino* id accipiendum, quod in Diospoli Ægypti, ad
imitationem murrinorum fiebat. Cujusmodi vitri etiam Plinius
meminit, ut & opifidani, quod etiam imitabatur lapidem Opi-
dianum, in Æthiopia inventum & Nechepsonthemin ultra ac im-
medicam ætatem, quæ Augusti obtigit, ex *Epistola ad Bassum de Bassis*.
cap. 9. *Video illic crystallinum, quorum accendit flagellus pretium: Fi-*
deo Murrina *pocula, parum felicet luxuria magno furit; nisi quod*
vomunt capacibus gemmis inter se propinarent. Primum Romam
inducta sunt, tertio triumpho, quem de piratis, Asia, Ponto, gen-
tibusque & Regibus variis M. Pisone, M. Messala Coss. de Nata-
lis ioi egit Pompeius, *qui sarpocula ex triumpho suos Capitolino*
dedicavit; *quæ postea in templo pacis transiere, adorna etiam*
ejus ætatis, qualis inde expetitur, exercitus ipse nobilissima, Murre-
no oblegnus jestertio emto capsei plane ad sextarios tres calices, teste
Plinio *lib.* 37. *cap.* 2. Helioghabalus etiam *in Murrinis & onychinis*
vinxit, apud Lampridium. Vide plura apud Thom. Dempste-
rum *Paralipomenis in Joh. Rosini Antiquitates Rom. lib.* 5. *cap.* 30.
inprimis autem Plinium, qui de iis prolixe agit, loco præfatæ, nec
non Salmasium ad *Solinum* p. 204. à quo tamen in hac re non
differam. Bartholinus, quòd porcellanas hodiernas *murrinorum*
vett. genus esse contendit, uti vidimus: Ipse verò lententiam
hac de re non promit, *Animadv. ad Statium l.* 1. p. 333.

Murtiphis, cogn. Alexii Ducæ Imp. C Politan. Græcè Μυρτέφ-
φης, *filos eordis*, Guntherо in *Hift. C Politic. cap.* 8. *Consilio cujus-*
dam cognati sui, nobilis quidem vers, sed parvisi, qui Murtiphis, ad
ejus. Rhi eordis utilia gentis declarior. Ar Nicetas in *Isaac. & Alex.*
num. 4. Ile Aetxum scribit appellatum, νεανίαν ἐκ τῶν ἐπιφανῶν
καὶ λίαν τῶν ἐν Ἰσαακίῳ τιμωμένων, quòd contracta juventa & qua-
si oculis impendentia haberet. Vitharduino dicitur *Mercurius*,
num. 16. V. Car. du Fresne in *Glossario*, ut & in voce *Alexius*
Ducas.

Murus, pro cæterè, in Concilio Tolesano A. C. 1239. *can.* 11.
ubi: *promittamus*, Gallice *mettre entre quatre murailles*, in Conci-
lio Norbon. A. C. 1345. *can.* 5. *Quia ramen in multis locis, tam de his*
tantum in pluribus partibus multitudinum / Albigensium pro Hæ-
retis tantum habitorum) *inventis, ut nullum expensa, sed vix etiam*
lapides aut camenta, sufficere possint, ad carceres construendos, con-
sumus ut eorum numerus tamen, ubi expedire videbitur, differatur, a-
pud eund.

Mus, Græcè μῦς, Hebr. עכבר *achbar*, h. e. *agri consumptor*
& *vastator* (quæ tamen appellatio agresti inprimis muri conve-
nit) inter domuum incolas receptissimi, Plinio *lib.* 8. *cap.* 57. *haud*
ſpernendum in ostentis etiam publicis animal. Arrosis Lavinii cly-
pei argentei, Marsicum portendere bellum: Carbuni Imperatori, a-
pud Clusium, fascis, quibus in calcaria utebatur, exstitum. Hinc
Plautus in *Persa*,

Pater, avos, proavos, abavos, tritavos,
Quasi mures ædare semper alienum cibum.

Tom. II.

Ipsos verò nemo est qui in cibum expetat, cùm alia escæ suppe-
tunt. In *Historia* tamen *Hebraica* Templi Secundi p. 241. cùm Hie-
rosolymitani à Romanis obsessi essent, comedisse *cadaverum canum*
& murum, extremâ vix fame urgente, legimus. Quo in casu, va-
nisse numerum CC. nummum, *Cassianum obsidente Annibale*: eumdę,
qui vendiderat, fame interisse, emtorem vixisse, legas apud Plinium
d. l. Ac apud prifcos Romanos lectissimos in deliciis, *quos proin Cenſo-*
ria leges, frugeqq. & Senatus in Consulatu, non alio modo cœnia
ademere, quàm conchylia, aut ex alia orbe convectas aves. Semiſtrum
& ipsum animal, cui vivarium in delis idem, qui murus, inſtituit,
Ibid. Colores eorum tres, *niger, rufus & albus* ; in quibusalbus
rariſſimus, non tamen ignotus Græcis. Alexander *Hiſtoria lib.* 12.
cap. 5. ubi de Templo Smindui Apollinis, in Troadis urbe Hama-
xito, Τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ἄγαλμα λύκειον μέλαν, *Sub altari nidificant*
mures. Atque in pucantur omnium talentum ; un-
de in Proverbium abiit, Μῦς λύκειος, ἐπὶ τῶν ἀφανῶς ἐπιβου-
λέυοντων. V. Suidam, & quid ex Pauemone habeat Ælianus *Hiſtoria*
lib. 12. *cap.* 40. Latrum tamen oftentum prifcis fecere, Plinius ubi
supra. Plura V. supra, in voce *Mures*. Addam falteqn hic de Sen-
nacherini nouiſima cade, quam Angelo tributant Sacri Scri-
ptores illum Josephum ex Berofo peti divinitus immiſſe, *Muri-*
bus vero egreſſibus Ægyptios in Herod. *l.* 2. c. 141. adtribere. Quod
animde ortum, quia Ἀιγύπτιοι δὲ λοιμὸν, *mus*, in Hetyeho sunt
voces ita vicinæ, ut una potuerit pro altera ulurpari, atque de tri-
bui *muribus* clades à luc accepta. Utut sit. Cretenſibus illis, qui
Hamaxitum Troadis urbem prædictam condiderunt, tale quid-
piam acciditſe me non ratur, apud Ælianum *l. cit.* Veterem Home-
ri Scholiastam *ad Iliad.* α. Auctsteleem *Rhetoric. lib.* 2. *cap.* 24. &
Pollucem non laudarum Clementem *in Protrept.* Quæ cum iis ſimi-
lia ſint, quæ de Aſſyriis referunt Ægypti, illos Cretenſium hanc,
aut Troicam, ſi mavis, hiſtoriam interpelaſſe, patat Bochartus
Hierozoici Part. prior. lib. III. c. 34.

Mus Peregrinus, apud Hieronymum *adv. Jovinianum lib.* 2.
Odoris autem suavitas & diversa thymiamata — & muscus pere-
grini *mures pellicula*: nonnullis est mischus leu muscus animal,
qui proin legunt, & *muscus* è *peregrini mures pellicula*. Videtur
enim illi *muscum* dictum exiſtimare, quòd è *mure* pellicula ſu-
daretur: ut *mus* ſit, unde coradatur, ac non *muscus*. Atqui mus
non eſt, led animal gazellæ ſimile, è cujus ſanguine muſcus ex-
trahitur, ut infrà videbimus. Purantitaque hidem, *muscum cum*
zibetio confundiſſe, quod etiam odoramentum eſt, ex ſudore ani-
malis, ſimilis feli. *Certum zibetticum* vulgò nominant : *murem*
appellaſſe videntur Veteres, qui & ſic paſſim vocarunt ſylveſtres
quosmodi beſtias, quarum pellis ad veſtitum commendabatur.
Meliùs *muſcum* & *peregrini muris* pellicularn junxiſſe videtur
Hieronymus, uti *μῦς* & ζωίτιον ſive γαλῆν Græci interpretes ſe-
vi. Nicetas in *Isaacio*, ἦν δὲ ἐπὶ τῶν ἐκείνου χρόνων ἐφοδευόμενον μύ-
σκος, μᾶλλον, ζωίτιον, μᾶλλον Achmes in *Oniroveritico*, ἐλαύνων μύ-
σκῳ καὶ γαλῇ καὶ τοῖς τοιούτοις. Ubi per γαλῆν intelligit zibetti-
cum odorem, è muris vel muſteiæ peregrinæ pelle per ſudorem
emanantem. Alii. Sic nihil to Hieronymi loco horrit mirandum.
Ubi pellicularn vocat, quia odoris illa ſuavitas ex pellicula emanat
hujus animalis; multis plagis ad ſudorem redtas : cum muſcus è
vomica moſchi emanet, &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 331. &
infrà ubi de *Zibettico Cattu*.

Musa Dea, adde: Corona earum ex pinnis alarum fuit. Quip-
pe memorant, Achelói filias, tuas Junonis aſpis eſſe provocare
Musas in certamen cantatrices: At Musas victrices eis vitis, pinnas ex
alis convulſas, & in ſpecium cornicum vertiſſe, ſuis capitibus impo-
ſuiſſe argumentum victoriæ, & quodammodo in præſentiarum prem.
Quemadmodum Judos & Bactrianos, quod fugitanos valerent,
fugitivis reditimi ſolitos legimus, apud Prudentium *Hamartigen.*
Sed & Callopen, omnium Muſarum præſtantiſſimam, hederâ
coronat Ovidius *Paſtor. lib.* 5.

Tunc ſic neglectus hederâ redimita capillos,
Prima ſui cepit Calliopea modos.

Quod coronamentum genus ab ipſis Poëtis propterea uſurpatum,
Parma porro *Muſas* coronatas, legimus apud Phorcynthum, propter
τὸ πνεῦμα καὶ ὀσφρᾶσθαι καὶ ἀκούειν, καὶ ἀμυνάσθαι καὶ γλυκαίνεσθαι
τὸ ὕπνῳ, *mollitum, ſpectatum, odorem perpetuum, ſentiam, diffu-*
cilem & fidelis dulcedinem, uti ſoquitur, ὡς ἐν Μυσ. Sappho
quoque roſis inſignivit apud Clementem Alex. *Pædagog lib.* 2. c. 8.
Imò & diadematas illas fuiſſe Fulgentius in *Mytholog.* ubi de Poly-
mnia &c. Quam in rem V. d. C. Paſchalium in *Coronarium libri*
paſſum. Nomina earum, Romanis temporibus, palam multiercu-
lis impoſita, quod de maiculis Dris, dempto quidem Apolline,
nondum compertum, obſeriat Barthius. Sic *Muſa* nomen eſt
in Inſcriptionibus, pag. DCCCCXX. ſi, quod virile eram fuiſſe,
nemini ignotum. *Calliope*, legitur libidem DCCXL. 1. &
DCCLXXXII. ſi. *Terpſichore*, DCCCCXLIII. 14. *Euterpe*,
MCXXV. 8. *Melpomene*, XXV. 9. &c. Vide Casp. Barthium *ad*
Statium, *Thebaides lib.* 4. *vers.* 54. Princeps Cho-
ri Calliope notatur à Scholiaste quoque Heſiodi, Joanne Galeno
Diacono, *ſine Allegor. in Theogoniam Comment.* produdtis prifi is his
verſibus,

Κλειὸ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,
Τερψιχόρη τ', Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίη τε.

T Ευκλείαν

Καπιλεὺς δ' ὑπὸ σκορπίου ἐτελεύτησεν
Clauq. Enterpe, Thalia, Melpomene,
Terpsichore, Erato, Polymnia, Uranie,
Calliope, vias inter quæ maxima Musæ &c.

V. quoque Ger. Jo. Vossium *de Orig. & Progr. Idolol. lib. 3. cap. 27.* ubi Ofridi, novem Virgines fuisse. Musices intelligentissimas; iisque præfuisse Apollinem, inde *Μουσήιον* dictum, inter alia, refert. E qua historia Poëtis forte fabulæ occasio; ut in aliis accidisse novimus.

Musa, Medicus Augusti, post Camelium, qui cum lactucarum esum ægrotanti Augusto negasset. *Musa* contrà eum Imperatori suasit sicque valetudini illum restituit; à quo tempore lactuca in pretio Romanis, V. *Actorius*.

Musa, Arbor Ægypto familiaris, Græcis vett. *μῦζα*, de qua multa commentantur ad *Sotadem* Salmasius *pag. 1310. & pag.* Sed & *Musa*, mirabile genus fructuum, quod Baruthi five Berythi Phœnicæ quondam non ignobili urbi, provenit, de quo Baumgartnerus *Itinerar. suo in*: *Musa illic in tanta crescunt copia, ut inde deferantur Tripolim, Damascum, Damiatam & usq. in Ægypt Alexandriam. Fructus ejt colore fubis haud dissimilis, mi quod multo sit grandior, gustu insipidissimo, odore admodum & suavis & salubris. & quasi similem cum malis Persicis habens. Crescit botryatim, id est, plures in uno stirpe, aliquando decem, plerumq; viginti nonnunquam etiam supra: qui, ubi unq; & quotcunq; incidantur, in ustrag; parte incisa, crucem effigiem claré ostendunt. Folia sunt decempedalis longitudinis, latitudinis verò palmaris & semis, in quibus autore patyra ipsum Veteres dicuntur scripsisse.* Etiam in Sinenfi Imperio in prov. Quantonia *Musa* ex quo fingulares reperiuntur, uti adnotat Auctor Anonymus *Sinæ ex Europæ cap. 36. de Fructibus.* Apud Græcos inferioris ævi, *Musa* inter minuteria facta, occurrit, de qua vocis notione V. Meu-fium in *Gloss.* & Leonem Allatium *de Recentiorum Græcorum Templis pag. 149.* nec non *de Concordia utriusq; Ecclesiæ pag. 1604.* Instrumentum quoque Musicum, hoc nomine occurrit, in *lib. 3. Miraculor. S. Dionysii cap. 7.* Gallis *Cornemuse*; cujusmodi instrumento pro tuba in bellis præliisque usi Britones, teftatur Richardus Staniburius *de Rebus Hibern.* ubi illud fic describit: *Utuntur etiam Hibernici, loco tubæ, lignea quadam fistulâ, callidissimo artificio fabricatâ: cui faccus ex corio compositus & cingulo arctissimè complicatus adhæret, Expellu latere dimanat fistula, per quam quasi per tubium fistulator, inflato collo, & buccis fuentibus, inflat. Tum pellicula aere farcta, turgescit: intumescentem rursus premit brachio. Hac impressione duo alia lignea excavata, brevia & longiora, sonum emittunt gravidum & acutum. Adeft item quarta fistula, absinthio loco perforata, quam buccinator tri articulorum volubilitate, quà claudendo, quà aperiendo foramina, moderatur: ut ex superioribus fistulis sonitum seu grandem, seu remissum, quemadmodum ei visum fuerit, facile eliciat. Totius tamen rei prora & puppis est, ut per nullam aliam folliculi particulam, præter fistularum nares, pervadat. Nam si qua vel aere pellis in cute remanetur, actum esse de illo instrumento, quandoquidem follis subitò flaccescens. Hoc genus fistri apud Hibernos bellicæ virtutis cotem esse constat &c.* Apud Germanos idem instrumentum in usu, sed pastoribus agricolisque, qui ejus modulamine gregem demulcent otiumque fallunt, vernaculo sermone, *Sackpfeiffe*. Excogitasse id Lydos, habet Scholiastes Pindari *Olymp. Od. 5.* du Freine *Gloss.* Vide quoque infrà, in voce *Murabaras*.

Masseth, vox Hebraica, quæ occurrit 4 Regum *cap. 16.* unum notat ex tribus in Templo Hierosolymitano locis, quibus oblationes inferebantur. Uti enim *Gazophylacium*, oblationibus Populi & *Corbona*, eleemosynis Sacerdotum & Templi Ministrorum, erant destinata: Sic *Masseth*, à Rege Achazo ædificatum, ærarium erat, ubi Principum Magnatumque dona reponebantur. Inprimis ibi Reges ingredientes quovis Sabbathi die Templum donaria illa inferebant. V. Maer *Hierolexico*.

Musandinus Petrus, Medicus insignis, memoratus Egidio Corbol. qui vixit sub Philippo Aug. de *Medicam. lib. 2. MS.* apud du Freine:

Dulcia Thrisciis resonans modulamina vatis
Tange chely, digitisq; fides percurre sonoras,
Largo Cirrei libamine potas lunæ,
Dryas Musandinas evehit ore dissere leges.

Et libro *de Pueribus*,

Verba Musandino mauseant condita sapore.

Ubi Gentilis, *Id est, sapida & sententiosis auctoritatibus* Petri Musandini, *qui fuit patronus & supremus opifex hujus facultatis, qui a-lium non habuit parem, nec habiturus est sequentem.*

Musarabes, Christiani in Hispania, sub Arabum jugo viventes, dicti sunt, an à *Muza* Arabum Duce, qui Hispaniam domuit, an à voce Arab. *Musa*, qui Christianum notant. In illorum Divino officio seu Missa, *Tom. VI.* Bibl. Patr. *τρισάγιον* ſic pronuntiatur: *Agios, Agios, Agios, Domine Deus Rex æterne tibi laudes & gratias.* Vid. supra in vocibus *Mozarabes & Mixtarabes*.

Musaraus, cognom. Guilielmi Divionenfis Abbatis, ſic dicti, quòd *Musarum* studio seduló incumberet: quin & *Musardi*, in genere bonarum literarum Studiosi ab Adelberone vocantur, Dominic. Maer in *Hier olexico*, ubi ejus hunc versum laudat,

Si Musas celebres clamans Musarde *Sacrades.*

At du Freine otiosum, pigrum, stupidum hac voce denotari confendit, ejus originem arceffens ex Germanico *muss*, id eſt, *otium*, Unde & Gallis *musser*, otiari vel rebus frivolis immorari eſt: & *Musare* Florentinis, eſt ſtare otioſum, ſtupidi hominis inſtar. Vid. Menagii & Octavii *Origines Italicas*.

Musca Canina, leu *Cynomya*, una ex decem Ægypti plagis. Cùm enim certum ſit, *muſcas* ſeu enumero immenſum multiplicari, ut olim apud Eleos, ubi muſcarum copia peſtilentiam attulit, Plin. *lib. 10. cap. 28.* & in Cantabria Romani, pretio dato, *μυιοθήρατα σὺς μιτέσι πάσσαλος ἐπιμήκεις μέλαι, muſcas ad certamen juram venantes vix ferebantur*: id inprimis in *Muſca canina* fieri voluit Deus, cui qua magis noxium hoc animal, cum qua canibus maxime infeſtum, atque ob id ipſum magis odioſum Ægyptiis, à quibus colebatur canes:

Omnigenumq; Deum monstra & latrator Anubis.

Itaque hac clade graviſſimè affligit Ægyptios, permovitque Pharaonem, ut, quod hactenus veritum fuerat, concederet Iſraelitis publice ſacrificandi facultatem. Cui cum regereret Moſes, id non poſſe fieri, quia à ſuis ſacrificiis Ægypti maximoperè abhorrerent, ac prius ut ibi longius, triduí viz. iterare, recedere liceret, petiiſſet, timens ibi hos ſuique ab impetunis illis muſcis, quibus Ægyptus infeſtabatur, tandem & hoc conceſſit. Sic Deus has *muſcas* ex tota Ægypto amovit, ut ne una quidem ſuperfuerit. Sive Angelus, vel ventus à Deo excitatus illas in mare demerſerit, aut in vicina Libyæ deſerta, propulſaverit: quod miraculum prioire majus: Nam Ægyptum ſcatere muſcis, Bellonio notatum *Obſervationum lib. 2. cap. 47.* ubi circa pyramides tantam earum *Oſtiæ* frequentiam deſcrit, ut illis volumibus aër reſonet, Sam. Bochartus *Hierozoici Partis poſter. lib. IV.* c. 16. Contrà, non intrabant *Muſca*, æadem Beel-Sebub ſeu *Dei Muſca*, Acaronæ Philiſtæorum, neque ædem Hercuiis Romæ in Foro Boario, uti Plinius teſtatur *lib. 10. cap. 29.* mirante etiam hac parte verum Deum infernali ſimia, in cujus templum muſcis nullus aditus, ſi Talmudicis creditur, inquientibus, *in domo maſamationis non eſt Muſca, Pirkè Abboth c. 5. §. 5.* Vide plura hanc in rem, ut & de *Muſcarum* ſeptem ſpeciebus in Scriptura aut Verſionibus memoratis, *Muſca* nempe *propriè dicta, apis, veſpa, oeſtro, cynomyia, culice & ſcinipho*, apud eundem Bochartum *Parte II. paſſim*. Hinc *Muſcarium Elahellum*, ad abigendas *muſcas*, quod è pavonis cauda delicatioribus. Martialis *lib. 14. Epigr. 67.* cui tit. *Muſcaria pavonina*,

Lambere qua turpes prohibet tua prandia muſcas,
Aliuis eximia cauda ſuperba fuit.

V. ſupra ubi de *Enmuchu*, hoc enim apud fœminas Vett. eorum officium fuit. Ad ejus imitationem, *Muſcarium Bubulum*, apud eundem *Epigr. 71. lib. eit.* appellata eſt cauda bovis, ad tergendas & excutiendas veſtes: de qua is:

Sordida ſi flavo fuerit tibi pulvere veſtis,
Colligat hanc tenuis cauda revulſa bovis &c.

Muſca in Cerebro, cognom. Conradi *de Lunzelnhart*, cui Principatum Ravennæ tribuit Fridericus I. Imp. apud Conradum Urſpergenſem, ad *A. C. 1167. Muſca in cerebello*, in *Attu* Innocentii III. *pag. 5. eo quòd plerumq; quaſi demens videretur*, ut idem Urſpergenſis ait. apud Car. du Freine *in Gloſſario*.

Muſca, dicti Plauto, qui Horatio *Umbra*, convivæ non invitati, & *ἐφέδρου* verſatum *Muſcarum*, Homero jam notatum, inſtantes: Hæ, quia ſine Bacchi Cereiſque non ſolent accedere, ac ab æde Herculis, in Foro Boario, abſtulle memoriæ traditum eſt, ideo miniſter, qui *Muſcas fugaret*, in triclinio apud Romanos præſto fuit. Hinc Martialis *lib. 3. Epigr. 82.*

Et aſſuanti tenue ventilat frigus
Supina profuſo conchylia pagello,
Fugatq; Muſcas myrrha puer unctus.

Seneca *de Ira lib. 2. cap. 11.* *Quid enim? cur cuſpis alicuius, cur ſternumentamum aut Muſca parum cuiuiæ fugata, nos in rabiem agat?* A Muſca *Muſcarius* Hercules, Gr. *Ἀπόμυιος* dictus eſt, de quo V. in voce *Baal Sebub*. Plura vel hinc in rem ſupra.

Muſcarium Flagellum, V. ſupra *Muſca*.

Muſcarius, Græce *Ἀπόμυιος*, Hercuiis epitheton, quòd *muſcas* ab æde ſua abigeret, Plin. *lib. 10. cap. 29.* & Solinus *cap. 1.* Imò & Jovis, Clemens in *Protrept.* *Ἀπόμυιον Διὸς τὸν Ἡλεῖον, Τὰ μάλιστα οἱ Ἀπόμυιον Ἡράκλεον, Muſcarius Jovi litare Eliaci, Romani verò Muſcario Herculi*. Quòd nempe ex Elide Olympia muſcas abegiſſet, uti habet Pauſanias *Eliacu prior*. Eum ipſum Deum *Myodem* vocat Plinius *lib. 29. cap. 6.* Sed *μυῖα Διὰ, muſcarium Jovem*, legi vult Salmaſius &c. V. infrà in voce *Myagrus* & *Myodes*.

Muſcellinum Unguentum, de quo Fucuſius *ad Myrepſum*. Graecorum recentium *μυρέλαιον* & Vett. *βαλάνινον* eſt ex myrobalano nempe factum, quam & *μυρόβαλανον* Recentiores vocarunt. Sic nucem myriſticam idem *μυριστικὸν* dixere & *μυρεψικὸν* & *μυρεψικὸν* & *μυρωματικὸν*, quæ vulgò *muſcata nux*. Unde & *muſcata glans* dici potuit Vett. *μυρεψικὸν βάλανος*, ex quo *μυρέλαιον*; à quo *μυρελαιου* diverſum, V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1325* & *1328*.

Muſculi, dicuntur Vegetio *lib. 4.* machinæ quædam militares, quibus ſecti milites apportatis lapidibus, lignis & terrâ ſaſſas

fossas complebant, ut turri ambulatoriæ muniretur viam. At Cæsar *Mausolorum* tecto usum tribuit, non viæ aggere supportato muniendæ, sed muri subruendi, lapidesque vectibus subducendi, qui etiam interdum subjectis rotulis impellebantur; cujusmodi *Mausolei* descriptio apud eumdem extat *Belli Civ. lib.* 2.

Musæus, apud Hieronymum *adVersus Jovinianum lib.* 1. *Odoris autem suaVitas & diVersa thymiamata & amomum & cyphi & cinnamba & Musæus & peregrinus myrra pollicua*: est Græcorum μύρον, Latinetiam hinc *moschus*, qui per se odoramentum facit idque fragrantissimum: unde & *musæum* pro qualibet fragrantia & odoris suaVitate; jam Arabobus & Appulejus posuere: Hunc è peregrinis muris pellicula lucet, adeoque hinc dictum esse, idem Hieronymus asseVerare videtur. Acqui, imo non est, sed amomo Indiæ zelloe simile in Regno Pegu & in Regno Ava Indiæ ultra Gangem, è cujus inguine (qui in umbilico ejus seu vomica est) *musæum* extrahitur. Paulus Venetus ita de eo *lib.* 1. *cap.* 62. *Inventitur in hac provincia muscium optimum, & quo melius in mundo non inVenitur. Est enim animal quodam pulcherrimum in hac provincia, cauis habens magnas dentes & pilos grossos, ut cervum, pedes quoque habens angulatos & dentes equatoris, ultra supra & ultra infra, longe undin humbilicum. In ipso umbilicum habet, inter cutem & carnem Vitulum habet sanguine plenum & sanguis is est muscum, & quo tam pauciffimum inVenitur olor.* Adde *lib.* 2. *cap.* 34. 37. & 38. *Gazelam* vocat Jul. Scal. ipr. *Exercit. in Cardan.* 212. § 3. 4. 5. 6. Simeon Sethi, *Tò δὲ μόσχος ἐστὶν ἐλάφιον μικρὸν ἔχον ἐν τῷ ὑπογαστρίῳ αὐτοῦ τὸν καλούμενον μόσχον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάφου πυτιοῦσθαι, ἤγουν τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτοῦ πῆγμα γινόμενον ἐκ τοῦ γάλακτος, ὃ καὶ ὁ ἔλαφος ἀναγκάζεται ἐκβάλλειν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ὀσμήν. Moschus est animal quoddam parvum habens in hypogastrio suo, quod dicitur moschus, quod est coagulum lactis, quod cervus ejicere cogitur propter odorem ejus.* Meſues *vetus* tam *speciues. Optimus ma scitur in urbe quadam Tupara dicta, quæ multo magis, ut Orientalia, quam Occidentalia. Colore autem est subfuluus. Et ipso deterior est, qui ex India advehitur, ad nigrum vergens. Quo rejecto umbilicum, qui deforsum ex asino. Omnes autem generantur in umbilico animalis innocentis mansueti quasi Vituli. Unde & illi Indæ, ubi & Tupara, nobilissima (ulira Chorasan) ex qua moschum optimum adVehi, magno consensu scribunt Arabes: unde in ipsam Indiam & Sinas advehitur, quorum mucus car ſie Tibethiendi deterior, docet Mauridius Scriptor Arabs, apud Bochartum, his verbis: *Musium Tubetensis sinensi præstat duabus de causis: quarum una est, quod capreæ Tubetenses pascuntur spica adoratâ* (nardo) *& aliis aromaticis herbis, circa Tubet in montibus, per quos fluunt rivuli herbis illis aromaticis, quibus pasci dicuntur Tubetenses. Altera causa est, quod Tubetenses muscum non solent è folliculis suis educere, sed cum reliquum super id, quod est. Contrà sinenses eum educunt è folliculis suis.* Quod verò *Musci capreolum* monocerotem facit Sethi, fallum est, cum constanter tradant Arabes, bunc à reliquis capreolis in eo tolum differre, quòd duos dentes habet exeritos, at apri dentes, quos *Musæ* appellat V. leonum animalia apud Damian. Baptist. Taverner *Itinerar. Indic.* Nomen quod attinet, quare aut unde μόσχος dicatur, non liquet. Altàs Pollux *Μόσχον τὸ ὄνομα* meminit, qui acerrimum & odoratissimum vestigium habeant odorem, adeò ut canes maximè proritent & incendant: cùm paulo ante τὸ Ἔλαφειον quoque mentionem fecisset, qui vulgò minores non sint, à gen. e, quam inter Hyracanam & Bactros collocat. Quo pacto & *Μόσχος* vel *Μόσχη* leporis & pecoris fuerint appellati. Et simile additur. Sinenſibus animal Xe, & odor ejus *Xe hiang* appellatur; ut apud quos frequens est, inprimis in prov. Schensian, ut monibus urbis Paoningæ: nec non in Regno *Lu*, unde si in vicinum *Laos* transferatur, instar pilcis exira aquam detenti, emoritur. Maximæ autem eo nobilitatur Sanyvenacir, uti diximus supra in voce *Moschus*. Vide plura hanc in rem apud Sam. Bochartum *Hierozoic. Parte prior. Lib.* 2. *cap.* 26. & Salmasium *Exercitat. Plin. ad Solinum pag.* 379. & *seqq.* ubi de hoc animali fuse.

Musea, inter ædificiorum genera, memorantur Plinio *lib.* 36. *cap.* 21. *Non præterMittendum est & pumicum natura. Appellantur quidam ita & crosa saxa. In ædificiis, quæ Mulcea vocant, dependentia, ad imaginem specus arto reddendam.* Idem *Musei ex margaritis* meminit, *in cujus fastigio horologium erat*, à Pompejo translati trium pilearum, quem de spoliis Ponti, ædificavit; ubi antiquæ regionibus egerat, *lib.* 36. *cap.* 3. Alexandrie olim fie appellabantur Collegia Doctorum, qui publico sumtu alebantur. Ibi enim Marcum Evangelistam cetus atque agmina Philosophantium, lectionibus, disputationibus, mediis fonibus & interpretationibus S. Scripturæ totos dies incumbentium coegisse, memorant Eusebius & Hieronymus: è qua Schola Pantænus, Clemens Origenes, Tryphon, Heraclas, Dionysius, Anacolius, Pierius, Theo, Athanasius, Didymus, Ambrosius, Maximus Philosophus, aliique in numeri prodierunt. Fr. Burmannus *Orat. Inaug. de Collegiis.* Cujus appellationis origo, an à *Musis*, an à loco cognomine, seu colle, Athenis proximo, in quo *Musæi*, Orphei discipulus, carmina fua recitare consueVisse legitur. Ibidem quoque sepultum, babet Pausanias, sed in portu Phalereo tumulum ejus fuisse, docet Vetus marmor. Hodie *Strezio* in colis appellatur vulgò: in quo etiam num conspicitur monumentum ex marmore Cali Julii Antiochi Philoppapi Conf. Rom. sub Trajano, curru triumphali vehenti, præcedentibus iconibus aliquot & sequente Victoria. Suprà imago ejus visitur, sub cujus pedibus hæc Inser.

ΦΛΑΒΙΑΝΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΒΗΣΑΙΕΥΣ.

Ex Bisa nam que, Atticæ oppido ortundus erat: quamvis Syrus genite esset, uti ex columnæ ibidem, *Inscriptione*, in qua dotes & munera hujus Philoppapi commemorantur, docet Jac. Sponius, nec non ex Antiochi Syriæ R. ftatua à latere ei adpolita, *Itinerar. Grac. part* 2. *p.* 204. & *seqq.* Pedem *Musei* hujus lustus lambit, de quo lupra. V. quoque in hra *Musivum*.

Musearius, in vet. *Inscr.* Romæ, *C. Julius Aug. lib. Nicephor. musicar fieri sibi & libertis libertisque, sor.* idem qui *Musivarius* alibi, Græcis Μουσάριος, V. *supra*.

Musicum, vulgò *Musiy sur Aure*, locus est Galliæ memoratus in literis Gaufridi Episcopi Carnutensis, *ubi ait: In loco qui dicitur Strata, distante per tinam leucam a nobili & famoso castello Drocis, juxta Musicum super fluvium, qui dicitur Arva, Rubertus de Donion vir nobilis dedit Monachis in eo loco* (Strata) *habitantibus locum congruum pro suis actionibus, quam homines in vulgari sua Sor Gast appellant*: Situs ejus ad dextram Aivæ tlumi, Stratæ Diocesis, ad alteram ripam conditæ oppositus. Hadr. Valesius *Not Gall.*

Musica, ars nobilis, cujus inventionem, quidam ad aves oscines: nonnulli ad Pythagoram, quem juxta numeros primum obſervasse ex alterius fabrorum ictibus: Poetæ ad Mercurium Apollineique referunt. Sed mutto Pythagorâ antiquior Homereuseit, apud quem crebra *Musices* mentio. At Homero longè vetustior Ars est, cùm en fuerit jam ante diluvium. Tuiopos enim Adami Jubal cithara & tibiâ canendi Artem reperit, Genes. *cap.* 4. *verſ.* 21. Non dubium autem, quin ore prius, quàm organis eecinerint. Unde bene Fabius *lib. cap.* 17. *Tumagines*, inquit, *audiri est, omnium in literis studiorum antiquissimus Musicem existisse.* Interim, quòd eius inventionem Ægyptii *Mariæon* Ægyptio, quem is convivis fuis canebant, ut Auctor est Plut. *de Is. & Osir.* quòd Græci Pythagoræ adscripserint, & defendi potest, ut intelligatur *Musica*, quatenus disciplina est sonos acutos & graves non sensu modò, sed subtiliori etiam ratione perpendens. At notæ sex, quibus vulgò utimur, nec dum fuere ante annos 600. Namque primus ea invenit Guido Abbas Aretinus, qui adversus Berengarium scripsit, temporibus Conradi Jun. Earum nomina in Sapphicis illis Pauli Diaconi iic habent:

Ut queant laxis *Resonare fibris*
Mi ra gestorum *Famuli tuorum*,
SOL ve polluti *L.A bia reatum.*

Cujus hymni occasione nomina ilthæc notis fuerunt imposita earumdeo tum initialem syllabam verſus: tum eam, quæ est post pentemimerim. Aliis hodieque Græci ſignis vocem variare solent, de quibus V. Cruſium *Turcogr. lib.* 2. *annot. in Malaxi historiam Patr.* 6. Finem honestam habet aurium atque animi voluptatem: idem enim dulcedine sua præstat, ac somnus & vinum liberalitas hanstum, quæ tria μέγιστα πώνει, *curas gravesque sedant*, ut Aristoteles ait. Hinc Lacedæmonii ad vitæ auſteritatem modulorum temperandam dulcedine, Musicâ uſi sunt, Athen. *lib.* 14. adeòm infames permulceri, opiſices ac mulieres (quemadmodum apud Hom. Circe) laborem ſolari, bruta quoque moveri videmus. Sic Pytchæras tibicen luporum impetum concitato ac vehementi tibiæ cantu cohibuiſſe, apud Æliannum *Hiſt. An. lib.* 11. *cap.* 18. elephanti *Musicâ* capti manuleſcere, apud eundem *lib.* 12. *cap.* 44. Equæ Libycæ in Venerem incitati, *cap.* 45. delphines canendo obiectari, apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. apri & cervi Artis vim perſentiſcere, apud eundem Æliun. *lib.* 11. *cap.* 46. piscium etiam nonnulli, demulceri tibiis ac ſiſtulis, apud Porphyrium *de abſtin. ab esu animal.* 3. leguntur. Vide etiam Mart. Capellam *l.* 9. & Gyraldum *dial.* 1. *Hiſtor. Poetarum*. Nec parùm valetudini confert. Multos enim ſuâ ætate, ac potiſſimùm Thebanos, tibiæ cantu mederi morbis conſueviſſe, tradit Athenæus *lib.* 14. Ilchiadicis *Muſicam* mederi, à Theophraſto eſt proditum: morbus hominum pluribus Medicinam fuiſſe inventionem Plutarchum, à Gellio auctor eſt *lib.* 4. *cap.* 13. Febrem curaſſe vulnera que cantione Veteres: tubâ furdiſſimis Aſclepiadem ſuccurriſſe, Xenocratem lymphaticos organicis modulis liberaſſe, Thaletem Cretenſem citharæ ſuaviiate peſtem fugaſſe, ægrorum venas Herophilum rhythmorum collatione penſaſſe, literis tradidit Mart. Capella *lib.* 9. Hinc *Medicorum Muſicorum* meminiſſe legimus A. Gellium *lib.* 4. *cap.* 10. In animum ipſum, quamvis Muſica vim habeat, non tam Amphionis Orphæique fabulæ quàm ipſa humana docet vita. Lyræ cantu Pythagoram ac Socratores ejus animum tum ad laborem accenſiſſe, tum ad tranquillitatem traduxiſſe, teſtantur Plut. *lib. de Is. & Iſiride*, Porphyrius in *vita Pythag.* Jamblichus *in eadem cap.* 25. & 32. Cicero *Tuſc. Quæſt. lib.* 4. *in procem.* Seneca *de*

Ira lib. 3. cap. 9. & Quintilianus *lib. 9. cap. 4.* quorum ultimus, Pythagoram concitatos ad vim pudicæ domui afferendam juvenes, jussu mutare in Spondeum modos tibicinis, comperisse, ubique tradit *lib. 1. cap. 10.* Empedocles Agrigentinus juvenem cithara cantu à parricidio cohibuit, teste Interprete Hermogenis *in lib. περὶ ἰδεῶν*: Lacedæmonii tibiæ cantu ad arma concessere: iidem seditione laborantes audito Terpandro in *συστητικὸν* canente, ad concordiam redierunt, ut docet Plut. *lib. de Musica*: A chilem cytharæ cantu mit gatum, exhibet Homerus: Getarum quoque Legati, si pacis vel inducias ergò mitterentur, ubique citra effet opus animos, citharam pulsantes advenichant, Athen. *lib. 14.* Vocabantur autem Cantica quibus animi à motibus purgarentur, Μέλη κατάρτικα, ut discimus ex Aristotele *Polit. lib. 8.* cujusmodi *κλῆσεις* sacra præcipue faciunt cantica, quale inpimis Davidis fuit, quo dæmonem quoque è Saule fugavit, *lib. 1. Sam. cap. 16. versu 23.* Hinc non mirum, si foli Arcadum Cinæthenses ulque adeo fuerint efferi ac crudeles, quando foli eorum à *Musicis* ea fuerint alieni. Sed & *Musicam, ἐν ᾗ τὸ ἐνθουσιαστικὸν τῆς ψυχῆς*, aspernati sunt, teste Diod. Siculo *lib. 1.* & Cynici omnem damnarunt, auctore Laertio *lib. 6.* nec non Ephorus, Iscratis una cum Theopompo discipulus, fædissime de ea scripsit, Polyb. *lib. 4.* At vulgò longè aha opinio atque confuetudo erat Græcis, qui cum Grammatistice & Gymnastice *Musicæ* tota ti, etiam servitia his imbuebant, V. Quintilianum *lib. 1. cap. 17.* Nullam verò majorem fuisse Musicis, quàm apud Arcadas, honorem fuit, Polyb. *lib. 4.* Unde satis liquet, cur Maro in *Bucolicis* dicat:

Ambo florentes ætatibus Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.

Sed Romanorum hac parte longe aliud judicium fuit, ut patet ex Corn. Nepote *præfat.* nec tamè Romana gravitas adeò ab hac arte abhorruit, ut non adolescentulæ primæ diserorum lyrâ canere. Sic Cornelia, filia Metelli Scipionis, *Musicæ* exculta fuit, Plut. *in Pompejo.* Imo & Masurius JC. Utpiano æqualis, *Musicæ* assiduam operam navavit, Athen. *l. 14.* &c. Distinguì a. poteft Ars hæc, vel profono & instrumentis, vel pro modis harmoniæ universis. Sonus vel fractione aquæ fit, circa quem *Hydraulicæ* verfatur: vel aëris, qui iterum vel ore fit, & *Harmonicem* exercet: vel organis, unde *Organica* orta eft. Τριμερὴς ἡ μουσικὴ, adjicere videtur Jul. Pollux *lib. 4. cap. 7.* Modi, pro fine diverso, aliter atque aliter vocem flectunt: variant autem fines illi, pro moribus gentium, quarum præcipue in conside rationem veniunt *Æoles, Dores*, ac *Jones*. Quibus addi præcipue folent *Cantus Lydius & Phrygius*; quos tamen Heraclides ad eos facile revocari poffe ftatuit. Innotuerunt autem hæc duo *Musices* genera Græcis demum, quando utraque gens cum Pelope in Peloponnefum delcendit. Sic etiam minime per omnia cantus ratio fit ? ac ille malculum inspiret animum; alius verò emollvat: plane opus eft difpicere, cujusmodi cantus pro tempore quoque alicui conveniat, ne pro Medicina quis inferat damnum: Hinc *tuba usus in bello, dulcium canticorum in Theatris*, Ammon *in Isagogen Porphyr.* Pulchrum ruijus *in bello Orthion: in concursio Parcemion: Lacedæmonius Embaterion: Athenienssius Cydon: infquenti ssufteni Antigenidas: Anacreontium* Polymnastum: Pythius *Orat. 7.* Porro *Dorius tonus pudicitiæ largitor eft: Phrygius pugnas excitat: Æolius animi tempestates tranquillat: Jastius intellectum obtusa acuit: Lydius contra remissione reparat*, teftos curis animos, Caffiodor. *Variar. lib 2. Epift. 40. ad Boethium*, &c. Nihil verò æque difparem arguit *Musices* vim, quàm quòd ea immutata immutari etiam Reip. forma folita fit. Quapropter Timotheus Milefius, tempore Philippi Macedonis, quum in antiquadis plures adhibuiffet nervos, quàm antea foleerent, in judicium vocatus eft, teste Athenæo *lib. 14.* Vide quoque Ciceronem *de LL. lib. 2.* Nec non Terpandro, cùm chordam unam in cithara intendiffet, præter neceffitatem, multa fuit ab Ephoris indicta, ac pæsillo cithara ejusin rei memoriam fuspenfa: quod & Phrynidi contigit, apud Plut. *περὶ φιλοσοφίας*. Apud Romanos quidem ut parvum fuit *Musices* decus, ita immutatio ejus, Ciceronis, aetate, vel negotia fuit vel nulla: Difquisitio apud Græcos, ubi magnus eius Artis honos; & pluribus Viris cordatis obfervatum, vel cum *Musica* immutatos faiffe mores, ut voluit Plato de *Rep. lib. 4.* vel cum moribus *Musicam*, ut maluit Tullius *de Legg. lib. 2.* &c. Hæc de *Musicæ* antiqua, quæ jam diu degeneravit. Si enim exceperis, quæ fiunt, tum fecundum S. Scripturam, ubi præcipitur, ut Deum Pfalmis facrisque Canticis celebremus: tum ex Medicorum præfcripto, quo *Musicam* ad melancholiæ morbum præclivibus magno cum fructu commendant: pauci omnino hac Arte utuntur ad perturbationes animi fedandas; plurimi ad voluptatem; nec non rarò etiam luxuriem ac proterviam, quo nomine & de fuo jam olim ævo conqueftus eft Athenæus *libro fapius laudato.* V. Gerh. Joh. Voffium *tract. de quatuor Artibus Popular. cap. 4.* De *Musica* in conviviis apud Rom. & *Musicis* utriusque sexus, Thom. Dempsterum *Paralipom. an Joh. Rosini Antiqq. Rom.* ac Laur. Pignoorium *Com. de Servis*, ut & infra in voce *Symphoniaci.*

Varia Musicæ species, earumq; effectus.

Æolius modus superbus fuit ac tumidus; uti etiam ipfa gens, ejusque ritualis ac conviviis amplis, gaudens. Idem & *Hypodorius* dictus, quòd prorsus ad Dorium accederet. Æolius modos etiam Theffali, ut ab Æolibus orti & eandem vitæ rationem tenentes, fequuntur. Animi temperatates hoc *Musicæ* genus tranquillare, fonumque jam placatis attribuere, Caffiodorus dixit *supra.*

Canonica, dicta olim *Musica* eft, non à canone inftrumento, fed à rectitudine. *Siquidem ratio id, quod eft rectum, repetit utendo canonibus sive regulis harmonicis*, Porphyrius *in Harmon.* Vid. quoque A. Gellium *l. 16. c. 18.*

Dithyrambica, in Bacchi facris ufitata animos ad furorem concitandum tibiis accendit.

Doricus modus, pro natura gentis, non diffufus aut hilaris: non varius, aut multiplex, *fed* vehemens, feverus & tertius fuit: *auctoritatis largitor* Caffiodoro dictus. Hic Lacedæmoniis in ufu fuit, animum inspirans bellicum: & ab Ariftotele quoque commendatur, ut qui inter *σωφρονοῦντα καὶ ἀνδρεῖα*, *Habile quid & temperatum.*

Harmonice, propriè dirigit fonum, qui ore fit: ſic *κατ' ἐξοχὴν* dicta.

Hyraulicæ, à Cteſibio inventa, occupatur circa fonum, qui fractione aquæ fit. V. ſupra *ipso loco.*

Jasius modus, *intellectum obtusis acuit & terreno desiderio gravatu cœlestium appetentiam bonorum operator indulget.* Caffiodorus *ubi supra.*

Jonum cantus hilaris ac mollis erat: properea quòd illis dominus Liniu ſ fuit barbari Afiæ Reges, qui mollitie diffluebant. In Jonibus verò Milefiorum ingenium reluebat, qui mollitie reliquos multùm anteribant. Quo factum ut Ægypti ſorte ac Cynici, de quibus ſupra Ariſtoteles in *Polit.* eam animo fuerint.

Lydia *Musica* querula erat: Hæc ſecundum Caſſiodorum *loco eit. contra nimias curas, animadj. tadia reperta, remissione reparabat & obfectationes animos corroborabat.*

Metrica, tertia *Musices* pars, memorata A. Gellio *l. 16. c. 18.* circa ſyllabarum quantitates verſabatur, diſpiciebatque, utrum breves an lôgæ eſſent. Agebat verò de quinque hiſce, i. de Elementis ſyllabicis, 2. de Syllabis. 3. de Pedibus, 4. de Metris. 5. de Poëmatis.

Organica, inſtrumentis fiebat. quorum alia ſpiritu inflabantur, ut Buccinæ, Tubæ, Lituus &c. Alia nervis intendebantur ut Cithara, Barbitus, Nabla &c. Alia pulſabantur, ut Tympanum, Cymbalum, Siſtrum &c.

Phrygia, Hyagnidis Phrygis inventum, gravis erat ac vehemens: & ut Dorica animum inſpirabat bellicum, ſic ipſa ejus bat religionem five ſuperſtitionem potius. In ſacris inprimis Magnæ Matris uſitata, ubi ieciteo non tibiis ſolùm, ſed & tympanis ac cymbalis, ad animos in furorem concitandos, locus erat: quam ob cauſam in conviviis Græci ſyram potius, quàm Phrygiam, quòd ibi ſedatis animis opus eſſet, adhibuere: aliter judicantibus Latinis, qui *ad tibiam, clarorum virorum laudes atq; virtutes, acroumenos canebant*, teſte Cic. *4. Tuscul. initio.*

Rhythmica, *Musica* pars eſt, quæ in voce conſideral celeritatem ac tardiratem, numerans ſyllabas, easq; ad aurium judicium examinans non habita ratione quantitatis. Agit itaque de diverſis temporibus, five quæ primo ſenſu apprehenduntur. 2. de Generibus rhythmicis pedumque differentiis. 3. Celeritate ac tardirate temporum. 4. de Mutatione rhythmorum. 5. de facultate rhythmos efficiendi. Oſſelius *in Gell.*

Saltatoria, Gr. Ὀρχηστικὴ, *Musica* dicta eſt, quæ pedibus ſiebat. Hac non ſolùm populus Dei in eo celebrando uſus eſt, ſed & Gentiles ſuppreſſa ea canebant in ſuorum Deorum ſacrificiis, nec non in turpibus poterant initiari. V. infra in voce *Saltatoria.* Poſſent & alia addi: Nam de Citharœdo & Erico, Dantæ Romiram hiſtoriam refert Saxo Gramm. *lib. 11.* de Hippolyto Medic. Cardinali, qui harmonia apud exteritum agente, Hier. Magius *Var. Lect. lib. 4. cap 13.* de Parthis, qui non cornibus, aut tubis claſſicum canentes, ſed puſtantes ligna cavata & corio obducta, quibus area circum poluere tinctanabula ac ad terrendum hoſtem, fulcum & dirum edentes clangorem, qui aſperiratem conitrus habebat, M. Craſſi cum Parthis pugnaturi exercitum perculere, Plut. &c. Sed in præſens ſatis.

Musicorum ſectæ, & qui de Musica ſcripſere.

Musicorum veterum tria fuere genera; Pythagorici, quo nomen concentum ratione dijudicabant: Ariſtoxenii, qui Ariſtoxenum ſecuti, ſenſum arrendebant, & Ptolemaici, qui Ptolemæo præeunte, utrumque conjunxere. V. Porphyrium *in Harmonicen Ptolemæi*: ubi & aliarū ſectarum, ſed tenuis nobilitati, meminit. Nempe Epigonius, Damonius, Erateliæ, Agenoriæ & aliarum quarun-

quarundam, ante Aristoxenum: Archestratæ, Agoniæ, Philisiæ, Hermippiæ &c. post ipsum. De *Musicorum* diferimine egit quoque Theo Smyrnæus *Mathem. li. c. 1. & ad eum* in Notis Ismaël Bullialdus.

Pythagoras, in Fabrorum ferrariorum officinis, ex malleorum ictibus, primus observavit diateſſáron, diapente & diapaſon. Item Lyræ chordam additit octavam. Refert. quia instrumenta à quibus inventa fint, Vide infrà in voce *Organice*.

Latus Hermionenſis, primus de *Musica* ſcripſit, Suid. & Aristoxen. in *Vitis*. Vixit autem Olymp. 70. temporibus Darii Hyſtaſpidæ.

Democritus Abderita, ſcripſit *de Concentu* & *Harmonia*, Olymp. 80. Poſtea alii atque alii de hac Arte egerunt. In quibus etiam fuit Ariſtoxenus, & Theophraſtus, qui primus 3. *de Muſica* libros, etiam unus *de Muſicis* reliquit, Laert. Thraſyllus, Tiberii Cæſ. temporibus claruit, qui de ipſa *de Muſica* & *Harmonia*, opus edidit. Plut. *I. de Muſica*. Lacedæmonius Dionyſius, Porphyrius *in vita Plotini*, Tacitus *in Annal.* Suet. *in Tiberio* &c.

B. Auguſtinus, e Latinis, poſt Varronem & alios, qui deperiere, 6. de Muſica libros compoſuit, *Retract. l. 1. c. 6.*

Marc. Capella & Aur. Caſſiodorus ſimiliter.

Severinus Boethius inprimis: qui tamen, ut & Veterum alii tantum majoribus tonis uſi fuere, non reperns adhuc minoribus & ſemitonis noſtris. Vide Merſennium *Harmon. lib. 4. mon. 4.* 21. & 22.

Muſica, inter Minervæ epitheta, V. ſupra in voce *Minerva*.

Muſica Eccleſiaſtica, in V. T. & *cantu & organis* peragebatur, uti ex Levitico, libris Regum, Pſalmis &c. patet. In N. T. Cantus facer duo in primæva ſimplicitate ſteti; continente tota Eccleſiâ, tum virorum, tum mulierum, puerisque & innumeris pueſlis nec Davidicos modos numeros, ſed & alios Hymnos Eccleſiaſticos, ſeſonante: Quanquam non una ejusdem omnibus Eccleſiis ratio fuerit. Alexandrini enim, auctore Athanaſio, longo illo vocis tractu ſermonem magis, quàm cantum, referebant. Græcæ autem Eccleſiæ modulos in ſacris admiſerunt, ciendis affectibus. Quorum ſuavitate ductus Ambroſius, illos in Mediolanenſibus Eccleſiis quoque inſtituit: unde in Occidentalium Eccleſiis ſimilis Eccleſiæ quoque inſtitutæ: illæ ſimplex ac intelligibilis, nec animo artificio à Templorum uſu alienus. Poſtmodum introduxit *tum Antiphonæ*, duobus Choris ſimul concinentibus, quas itidem Ambroſius, à Græcis hauſtas, Latinis tradidiſſe dicitur. Quibus acceſſerunt *Reſponſoria*; in quibus alternis cantantes, alter alteri reſpondebat. Quod Latinorum ajunt invenium. Eccleſiaſticum vero cantum, ita multiplicatum, quidniſſe ferunt Gregorius M. inſtituere certo tempore, horisque, quas vocant, canonicis. Cumque operoſior foret hæc Muſica, ac Latinâ lingua conſtaret, paulatim populus ab ea excluſus eſt, conſtitutis certis hominibus, quibus Cantorum officium eſt impoſitum. Addius denique & organorum concentus; quæ tractis numeris vel choris cantantium interludebatur, uti artificiolis modulis vacua Templa perſonabant. Quod Viralani Papæ inſtitutum fertur, A. C. 657. ſed perperam, cum ſerius illud in uſum venerit, conſtet. Dicerium Bellarminus, Eccleſiam octingentos ac viginti annos *Muſica Organica* uſa caruiſſe, usque ad Ludovici Pii tempora, juxta Aimoinum, V. eum *da Bonis Oper. lib. 1. cap. 17.* & Aimoinum *de Geſtis Francorum lib. 4. cap. 114.* Cum autem muſica iſta mele ac voluptuariæ cantilationes in Templis, plurimis viris probis diſpliceniſſent, factum fec. præt. ut Templorum quoq; Muſica paſſim ad veterē & juſtam rationem reduceretur, & Organa cantenus in poſterum adhiberentur, quatenus in Gantu ſacro diſcrimen inſtituman dosque operam conferunt haud exiguam; conformiter præcepto Apoſtolorum, I. Cor. *cap. 14. vers. 26.* Epheſior. *cap. 5. vers. 18, 19.* Coloſſ. *cap. 3. vers. 16.* & Jacobi *cap. 5. vers. 13.* Franc. Burmannus *Synopſi Theolog. Chriſt. Part. I. lib. 7. cap. 17. §. 10. 11. 12.* & 13. Adam de Fulda Organiſtam in Eccleſia, verba Cajetani, *ad Thomam Summ. lib. quæſt. 91. Artic. 2. Notandum, tempore Thomæ Eccleſiam non uſam organis: unde hodie, in eius rei ſignum, Romana Eccleſia, coram Pontifice non utitur. Et quidem apparebit, quòd in Eccleſiaſtico officiu, ad qua ſuſcipiendæ divinæ laudis oratoria diſciplina conveniunt, non ſunt admittenda inſtrumenta Muſica, tanto§, magis excludenda ſunt, quanto divina diſciplina interior, excellentior eſt omnibus diſciplinis humanis, hujusmodi inſtrumenta repellentibus.* Quæ tamen moderatum eorum uſum, quo dictum, non tollunt &c.

Muſicarius, qui voce canetet, medii ævi Scriptoribus dicitur eſt: *Muſica* enim magis proprie de vocis cantu dicitur Salmaſius *ad Tertullianum de Pallio cap. 5.* Apud eundem *Muſicam* pulſare eſt, qui Muſicam pulſu temperat ac moderatur: Symphoniaci enim in Choro, pulſu pedis vocem ſuam moderabantur olim, quod *Muſici* noſtri hodie manu faciunt, & *monſuram percutere* ſe dicunt. Vid. ſupra in hac phraſi, item in voce *Melochorus* ubi hoc paſſim.

Muſilenenſes, apud Ditmarum *lib. 3. pag. 54.* pro *Moſellanenſes*, populi ſunt ad Moſellam, du Freſne.

Muſivaria Arts, cujus opus *Muſaicum*, V. ibi, *Muſeum* ſeu *Muſivum*: a Byzantinis Græcis tranſiit, in ceteras Europæ pro vincias, uti ſcribit Michael Chryſoloras *Epiſt. de vet. ac nov. Roma comparatione p. 112.* quòd Cæſares omnes pene publicæ ac luxæ ædes muſivo exornare eſſent, inquit. *Muſivaria* ita *Muſici artifices* (de quibus *leg. a. Cod. Juſtinian. de Excuſat. Artiſic. lib. 10.* & Jul. Firmicus *lib. 3.*) Græcis πανδαιτεῖς, item Μανιάριοι, peritiſſimi erant: id quod teſtatur Leo Oſtienſis *lib. 3. cap. 27. Edit. Brolii hiſce verbis: Legatos præterea Conſtantinopolim ad emendandos Muſici & quadratarii operis veterus artifices mittit: ut ibi abſidam & arcum atq; veſtibulum majoris Eccleſiæ muſivo compenerent: alii Eccleſiæ totius parimentum pulcrâ varietate conſpergerent. Quibus verò parati iſti artifices fuerint, ex opere ipſorum facile conjici poteſt: cum & in muſivo animatas fere effigies & virentia quæq; de paratas aſpicere, & in marmoribus omnigeni coloris flores pulchrâ varietate vernare videantur. Et quoniam hujusmodi artes quotannis jam ferme annis omiſerat magiſtra Latinitas, tas hujus induſtriâ recuperare promeruere Latinitas.* Equibus clare liquet, *Muſivaria* à *Quadratariis* fuiſſe diſtinctos, & Muſivariam ſpecialem. Quadratariam verò artem ſola ſpectaſſe, quod ſupra ex Salmaſio diximus. Fiebat autem utrumque opus parvis teſſellis, h. e. calculis quadratis, in varios colores tinctis, ad exprimendam aliquam imaginem, aut avis aut piſcis aut hominis aut aliàm quamcunque, cum Lithoſtrota feciis parvulis marmorum cruſtis, ex diverſi generis & coloris marmoribus ſternerentur. Et quidem, cum pavimenta primitus ex teſſellato illiumodi opere ſolúin fierent, ea lithoſtrota expulſa funt, quæ ſub Sulla origine ſimplere, & deinde pavimenta ex humo mota in cameras tranſierē ac muſivi operis nomine appellata ſunt. Hinc *Muſivo ornatas cameras* paſſim apud Auctores legere eſt; quod in ſolo *pavimentum* dicebatur, & *teſſellatum opus*, uti dictum. Plinius *lib. 36. cap. 25. Celeberrimus fuit in eo genere Soſus, qui Pergami ſtravit, quem vocant Aſaroton oecon, ipſum parimenta cœnæ ita pavimento, quòd everri ſolent, veluti relicta fecerat, parvâq; è teſſerulis, tinctis, in varios colores.* Verbo Lucillii uſus eſt, cujus & verſum ibidem citavit.

—— *lex ut compoſte, & teſſerula omnes,*
Arte pavimento, atq; emblemate vermiculatas.

i. *tinctо vel minutо*. Coccum enim & *vermiculum*, Græcis κοκκὸς καὶ κόκκος, jam tum Romanis notum erat. Poſtea vero vitro ornari cameræ cœpere, quod proximè ætatem ſuam incepiſſe, idem Plinius refert. Nempe cameræ ſigninо primùm opere ſolo pavimento ſtat, deinde aut tectorio poſſebantur aut *muſivo* ornabantur, aut vitro decorabantur, aut encauſto pingebantur aut etiam deaurabantur &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1214 & 1215. ut & hic paſſim.*

Muſſium. ex Græco μυσεῖον, quomodo apud Spartianum legi vult Salmaſius, pro *Muſivum*, V. ſupra.

Muſlimi ſeu *Muſulmanni*, h. e. *Credentes*, ſic dicti ſunt, qui perniciabilem Muhammedis ſectam amplectuntur. Ricoldus vocem explicat, *Salvati*; de qua iſe ſic in *Conſut. ſeu Muhammed. cap. 7. Dixit Muhammed, mandavit mihi Dominus, ene gentes expugnare quousq; confitantur, quòd non eſt Deus præter Deum, & quòd ego ſum Apoſtolus Dei. Quod qui confeſſi fuer, ſorum argentum & corpora ſervantur & ſanguinem. Illos & Saracini ſalvati dicuntur, qui enim Muhammedis mandata ſuſcipiebant, ſervabantur, & ab eo & ab eis, qui ſub illo erant: neq; interimebant eos, neq; ſpoliabant: unde & Saracen non vocantur Saraceni, ſed Muſulmani, id eſt, Salvati.* Ejus factionis arceſſit ab Arabico مسلم *fidelis fuit, ſalvus evaſit, pacem habuit.* Unde nomen مسلمان *pax*, & مسلم, *muſſalman*, i. ſalvus ſeu *ſalvatus à periculo*: indèque مسلمانی *Muſulman*, h. e. *ſalvatus per profeſſionem ſidei circa Muhammedica.* Qui namque tum ſymbolum, illud ampleſtebatur

ctebantur, eo ipso liber erat à gladio & spoliatione, dicebatque est *Musulmanus*. Hodie verò pueri inter Turcos, quamprimùm fuerint circumcisi, *Musulmanni* dicuntur, & puella *Musulman*, ubi verba illa solennitèr confessa fuerit, *Non est Deus, nisi Deus* &c. Ab eadem radice *Islamus* idem sese vocant, *i. unanimes, concordes, pacifices*, ut narrat Jo. Leunclavius *Histor. Musulmanæ lib.* 1, quo jure videbimus infrà. Dixi *pernicialibus ausibus*; Longè enim immanior Hunnorum & Scythæ effusione, Saracenorum Arabum erumpitio, velut Oceanus quidam, non Imperio modò, verùm etiam Christianæ Religioni, interitum & excidium ex vastis solitudinibus suis attulit: de quorum antiquis Tobbais sive Imperatoribus Regibusque, *eruditissimus* Pocockus ex professo scripsit. Secta autem *Muslimorum* cepit primùm levibus, ut videbatur, initiis, à Muhamemede, qui genus suum ad Keidarem, Ismaelis filii, referebat; à Successoribus ejus ejus, arroganti *Calipharum* nomine tanto successu propagata est, ut ab ultimis Sinarum oris ad Hispaniæ & Orbis tum cognitis fines, Herculis columnas, cuncta terrarum gentium que in Saracenorum ritus, mores, linguam, corrumpentur. Ac nihilsuperabilis Karoli Martelli virtus obtitisset, raptæ impetu Galliæ totusque fuisset Occidens & Christianum nomen penitùs deletum, cum jam cis Pyrenæos incursiones copiæ effudissque ad Ligerim & Turonum Urbem, cuncta Francorum occupaverint. Donec & ipsi inter se discordes & attriti is interno bello viribus, in V. Imperia five Califatus, Bagdadi, Karawani, Ægypti, Andaluſiæ & Fezzæ, scinderentur: quorum tres priores Persarum Turcarumque potentia absorpsit. Andaluziam successores, in Africæ & Supra Fretæ moribus, Gothorum fortitudo ita debilitavit, ut, nec Christianorum in Hiſpania Regnis Legiones, Navarræ, Aragoniæ, Castellæ & Portugalliæ emergentibus, Mauroruin reliquiæ, in Barbiæ angulum compulsæ, Granatâ captâ, penitùs tandè exciderentur. Sic ut solus in Mauritania Fezzæ Califatus hodie superit, vicissitudine Imperantium & continuis motibus famosus. Manſit tamen interea, hodieque amplissimas Regiones & innumerabiles Gentes *Muslimorum* superstitio occupat, in omnibus tribus Mundi veteris partibus, Asia, Europa, Africa; nondum enim in Novum Orbem pedem intuisse legitur. Hi omnes, quamvis circa explicationem Legis, ut vocant, discordes, & in duas præcipuè sectas generales, quarùm unam à Muhammede ipso, alteram ab Hali, uno è primatibus ejus successoribus, arcessunt, subdivisi, in fundamentalibus Muhammedismi articulis conveniunt. Inter quos, *preces* inprimis sunt *quotidie quinquies vicibus funiendæ & peregrinatio Meccham semel ad minimum in vita obeunda*. Quæ dum sunt, qui diversi sunt *Muslimorum* inter se non tam à diversa Alcorani interpretatione, quàm à diversis circa primos Muhammedis successores sententiis, arcessant, nomen primarii his duabus sectis, *Sunnis & Schiis* imponentes. Prior enim, quam Turcæ sequuntur, contendit, Abu-bakerum immediate Mahometi, utpote Virtutum ejus successibile, hunc exscipsse Omarum, post Omarum fuisse Osmanem, Osmani tandem Aly, Alyi Hasseum, Hasseum Hosseinem, Muhamedis, fuisse surrogatum. Additque, Osmanem Muhammedi fuisse à secretis, & ingenio non minùs acri, ac res religiosas, præditum; insuper omnes illos, armorum gloriâ insignes, Legem Eorum potius ope, quàm à gumentorum pondere, propagasse. Quæ tu, ut in Secta hac *Summorum* omnis disputatio de Lege probanda, neque aliter quàm arris Religionem defendendam esse, constans opinio fit. Posteriores sectæ cultores, inter quos Persæ præcipui, tres primos Muhammedis successores, Abubakerum, Omarum & Osmanem abominati, eos Muhamme dis successionem Ali, nepoti ejus ac genero, jure debitam, vi, surpasse affirmunt: successionemque hanc X II. his Pontificibus, quorum caput ac genitor Ali fuerit, continuasse aiunt. I. erat Ali, fil. Abouialeb. II. *Hocen*, fil. Ali. III. *Hussein*, alter ejus filius: quorum duorum memoriam ita sanctè ingenti fletu ingemiscunt, ut celebrant. IV. *Imam Zin el Abedin*. V. *Mehomet–el–Baker*. VI. *Jafar–el–Scadek*, quo auctore confuetudo introducta in Persia est, ut, quicunque Muhammedanum se fecisset, hoc ipso ex aſſe totius familiæ bares fieret, omnibus ejus forotribus fructibusque exclusis. VII. *Mouſa–Kazym*. VIII. *Ali el Rezza*, cujus sepulchrum, quod in urbe *Mechhed* est in prov. Corasana, non multo minori, ac Muhammedis, veneratione excolitur. IX. *Mahomet–el–Techi*. X. *Ali el Hadi*. XI. *Hocen el Askeri*. XII. *Ben hammed el Mohadi Saheb – Zaman* : de quo Persæ idem, quod Christianorum quidam de Enocho & Elia sentientes, non raro, inorituri ei domus omni suppellectile instructas, eaque aliaque necessaria ad ministerium ejus, cum redierit, legare solent. Quæ vero gentes alteruter sectæ addictæ porro sint, infrà videbimus, unde simul patebit, quam late pestis hæc fuerit hactenus grassata. In Turcica secta, *Monsis* per totum Imperium Legis habebatur caput & Alcorani Interpres, qui Constantinopoli residens *Magni* cognomine distinguitur, à reliquis in Turcia *Mouftis* nomine insignitis, in quos tamen illi nihil juris est, cùm quisque eorum non nisi à loci Magistratu dependeat & inter Turcas nulla toleretur hierarchia, aut superioritas Ecclesiastica. Interim Magnus ille *Mufti* à reliquis omnibus maximi æstimatur & præcipua in veneratione apud Turcas est : ejusdem consilio, in gravioris momenti rebus, Imperator utitur illique fosi advenienti assargir. Muftos sequuntur *Cadilefci*, qui causas militares discerpant, *Judices* proin *exercituum* dicti. Hos excipiunt *Molla* vel *Mula–Cadi*, qui in majoribus oppidis jus dicunt, Cadilefcis subdelegati, ad quos proin ab iis provocatio est in civilibus negotiis : cùm enim de capite agitur, quisque etiam infimorum judicum fert sententiam ure vocandi fiter. *Cadi* post Mollas sunt, & legum municipalium cujusque loci periti esse debuerit. His inferiores *Naipi*, justiciam per vices administrant. Apud Turcas namque Leges civiles, Religionis pars habentur, Theologique eorum illorum quoque juris consulti sunt ; ut qui firmiter credant, Leges has, à Muhammede ipso datas, ipsum Deum auctorem habere, & proin coeam posse obedientiam, neque tam pœnæ metu, quàm ex devotione, illis parendum esse. *Imami* porro seu *Emâmi* Sacerdotes eorum sunt, & veluti Parochi Mohebearum : *Hogia*, sunt Doctores Legis & Juventutis Præceptores; *Schoiki*, concionatores sunt & publice sermonem ad populum habent; *Muezzim*, in Molcheariis Minaretis vociferantes clamore suo populum ad preces convocant, campanarum enim nullus apud eos usus est. *Dervisfi* tandem, Turcarum sunt Monachi, qui pauperratem profeſſi, mire veſtitu, cultuque & plerique magni impostores sunt. Apud Persas, licet in Politicis primus Minister est *Athemat–doulet*, ita sacrorum primatus administer, & Legis Caput *Sedre* vocatur, qui in consilio vel pompa publica Athemat-douletum sequitur. Inter hunc autem *Sedre* Perfarum & Turcarum *Moufti*, ut & inter reliquos utriusque gentis factorum ministros id discriminis est, quòd apud Turcas, sacrorum Ministris ad Imperii magnates, dignitatemque & plenitudinem magni impostores sint

superiora Persiæ incolunt, Caspium mare versùs, ut & Tartariones Turcium commeant, inde Aleppum, atque sic cum numerosioribus Caravanis, quæ Aleppi congregantur, per Desertum, Meccam tendunt. Similiter *Muslimi* Europæi per Aleppum in desthinatum locum veniunt: *Afri* vero Cairum primò, indein per desertum delati, 13. dierum itinere Meccà procul Aleppensi Caravanæ se jungunt, hic, & quam primò, quam per occultimeanslem Meccam usque Muhametis, ejus mausoleæ deinceps fingitur, receptus, atque ibi cum frequenti Meccam appellunt. Et hæc quæ Castro venit Caravana reliquis omnibus numerosior est, cujus Præfectus non rarò ad 100000. Imperiales lucratur. Cùm itaque Caravanæ omnes Meccam convenerunt, munera quisque, Principes inprimis atque in his præcipuè Turcarum Imperator, magnificentissima offerunt, & sacra, quæ 17. durant dies, incipiunt. His diebus Summus Sacerdos, omnibus sororum Ministris stipatus, nodosæ intertextaque funibus & ceremoniis consuetis defungitur. Interea peregrinantes, postquam aliquot dies Meccæ fuere, Gebel-Araffam, urbem biduo inde distantem & in montanis situm (ubi Turcæ Evam ab Adamo quingentesimis, postquam creata esset, inventam fabulantur) fe conferunt, & quibus ex eorum numero media suppetunt, aretem quasque sacrificant, carne inter paupores distributa, exceptis duabus libris, quas pro se quisq; feminæ coquendas, quod facere qui negaverit, nec caput à posterum radendi, nec ungues amplius resecandi, venia est. Inde Meccam revertuntur, ubi ratio temporis, quo Caravana appulit, initur; nunquæ terrestri itinere eo delati 17. illos dies, de quibus dictum, Pontificis fumtibus alantur; qui verò nati eodem pervenerunt, gratis ibi, quamdiu volunt, vivunt. Decimo ergo septimo die exorto omnes convenunt ad tentorium Cheki, quin eius adito, quisque Cabellio, ut ab omnibus conspicuus, precesfundit, & sermone ad eorum habito ei benedicit, dimittique his verbis: *Deus vos inpace ad vestros Lares reducat, quemadmodum inpace hùc venistis.* A quo quisque fuis impensis iterum vivit, & in patriam redirum parat. Ne verò damnosam hanc pompam Cheko, qui tantam hominum multitudinem septendecim dierum spatio alere tenetur, exilimes, notandum Principes ipsos esse, qui fumtus agant omnes. *Muslimes* venerationem, ita potentiâ & opibus maximum: quod vel ex muneribus colligas, quæ, cùm quotannis à Principibus Muhammedicis eò mittantur magnificentissima, durante quidem anno sepulchrum Pseudo Prophetæ exornant, eo autem exacto, recentibusque fumtuibus, Checko unicè eadunt: item ex donis reliquorum peregrinantium & immensis argenti fummis, quas undique accipit, pro abitu suo, inter quæ pretiosissimi Sapientum profiteri, Pharetrum, Vitorium & *Mosinum* suas Regiones Solus Turcarum Imperator quotannis ingenti pretii tentorum & tapetum Meccam mittit, ut hoc Muhammedis tumulus obtegatur, illud verò Pontifici inservit, qui ex hoc tentorio, quod è regione sepulchri erigitur, totis his 17. diebus ne lauum quidem unguem recedit. Quæ ambo, cum, anno finito, Pontifex iint, ille eadem porro sibi lucrosa hoc modo reddit. Polt novum Turciei Imp. decursum 17. dierum Checkus veterem tentorii faciem, atque ingens sacrarium, Principibus fuæ sectæ mittit, illis perluadens, contra Infideles nunquam non victores illos fore, si istiusmodi fruftum tentorio quisque suo affuisset: qui prorsum grande donum mirâ veneratione excipientes, magnifice ipsum remunerantur. Majus confequitur præmium, cùm integrum tentorium alicui muneri mittit, quod tamen nemini contingit, nisi Magno Chamo, vel Magno Mogoli, idque singulis tantum decennalis aut duodecennalis, modò hic, modò illi; ut alia omittam: è quibus facile videre est, Caput hoc Muhammedicæ fectæ, quod speciem quandam dominii in omnia ejus membra obtinet, cum Principum gentiumque omnium Muhammedicarum dispendio immensum diteficere. Adjiciendum aliquid, de horribili færeæ hujus, fi Dijs placet, peregrinationis effectu, in plurimis eorum, qui inde domum redierunt. Neque hi, facer rimo anno rarò fanctæ, ac cruentæ, pro Lege zelo, corripi folent, Indiæ Fakiri inprimis, atque tum strictò venenato pugione, quem *Crie* vocant, (cujusque figuram Tavernier exhibet *Itiner. Ind. lib. 3. cap. 24.*) infanorum more per vices ruentes quemque obvium, qui *Muslimus* non fit, confodiunt, rem gratam Deo & Muhammedi fe facere, talibusque viam fic ad falutem le pandere, tati. Qui furor duxat eousque, donec ipsimet ab aliis occifi fuerint, quod Machum, à reliquis fuæ fectæ talis magnâ exercitionis tumultur, pro Sancto habetur, atque ad ejus sepulchrum largæ distribuuntur eleemolynæ; ut pluribus docet aliquoties laudatus Tavernier *loc. cit.* Vide quoque ejus *Itinerar. Perfic. & Relat. de Serrail* paffim, &c. ut & infrà in voce *Mujulmanni.*

Gentes Principesq; Muhammedica fecta addicti.

in Europa.

Imperator Turcarum, & Kamus parvæ Tartariæ.

in Asia.

Imp. Turcarum, qui usque ad fontes atque oftia Tigris; ut & 3. Septentrionalem versus Mengrelíam usque, in Asia, dominatione fua omnia cêmpleditur.

Tripliciis Arabiæ Principes, aliique.

Rex Persarum.

Magnus Mogol.

Reges Vifaporæ, Golcondæ, Malabarum, quorum præcipuus eft Rex Comorinus.

Magnus Kamus Tartaræ.

Reges Montanorum, ad Sept. ejusdem Tartariæ, usque ad Imper. Sinicum: imò & hodiernus Sinenfium Imp. poftquam Tartari hic rerum potiti.

In Insulis Orientis, Rex Maldivarum, Rex Acemi, vel Sumatræ, Imperator Javæ, Rex Bautami in eadem Insl. & Rex Macaffaræ.

in Africa.

Rex, maritimæ oræ dominus, *d'Abex* Gallis dictæ, quæ Arabiæ Felici oppofita eft, usque ad Promontorium *Guardafui*; cujus potentia ad Mare Rubrum & Occanum longè latèque patet.

Præfecti Turcarum Imper. in mediterrum fequi.

Ægypto, Insulis Maris Rubri, & Barbariæ ora, Tripoli, Tunetı & Algerii, qui *Regio* titulo infignes funt.

Fezzæ porto & Maroci Reges, E quibus omnibus Reges Perſiæ, Vifaporæ, & Golcondæ, ſectam Hali, aliàs Scheidam, amplexantur. Reges Montanorum Tartariæ antiquæ quidam pecunares habent ſectas. Sectæ verò à Muhammede ἀφ' ἑαυτοῦ dictæ, funt Imper. Turcarum & reliqui ſupra nominati, qui prorſus Perſicæ hæreticæ habent. Sed & hoc notandum præter Turcarum Imp. Perſarum R. Principes Arabiæ & Tartarorum Kamum, reſiqueos omnes præmiſſos non nili Idolatras habere ſubditos, ſi ſolosque Magnum Principem ac Milites Muham.

in Africa.

Muſsonius, Vulſuius &c. adde: Hunc eundem cum priore facit Jonſius *de Scriptor. Hiſtor. Philoſ. lib. 3. cap. 7.* nixus autoritate Tacit. *Annal lib. 14.* ubi de Paulo morte a milius perculſoribus affecto ſcribit, cum hoc nuntio nihil permotum, dudum enim ei *Doctores ſapientia Cercanum Graca*, Nomium *Timæi generis, conſtantiam oppreſſendæ mortis pro incerta & trepida vita, ſuaſiſſe.* Hinc enim colligit Jonſius, *Nomium* Stoicum illum Philoſophum & Muſonium Thuſcum ſive Tyrrhenum, munitionum Præfectum, ut eum Suidas vocat, unum eundemque fuiſſe; quandoquidem hic *Muſonius* Stoicus eſſe cognoſcitur, e conſilio de morte conſtanter ferenda. Revocatus eſt is ab exilio, in quod à Nerone, ob nimiam ori libertatem, ejectus fuerat, refte Xiphilino *lib. 2. ubi de conjuratione in Neronem*: per Veſpaſianum Imp. ut patet ex Tacito *Hiſtor. lib 4.* Xiphilino & Zonara. Alter quoque *Muſonius* fuit, Juliani tempore, cujus meminit Eunapius *in vita Proæreſii.* Vide Anton. Thyſium & Jac. Oiſelium *Notis in A Gellii l. 1. c. 1 l. 4. c. 2. & lib. 16. cap. 1.* nec non Georg. Hermium *Hiſtor. Philoſ. lib. 5. cap. 7.* ubi, probionente Juliano Chriſtianis Sapientiam profiteri, Proæreſium, Victorium & *Muſonium* suas Roscholas claufiſſe, refert. &c.

Muſſæa, Fam. de la *Mouſſaye*, inter Gallias illuſtres, Gobionię *Goyon* ſtirpis ramus eſt. Alanteum II. filius Stephanus, cum treſ genuiſſet filios, Bertrandum Dom. *de Matignon*, Ludovicum Dn. *de Launay* & Stephanum Dom. *de Launay Goyon*, à primo deſcenderunt Com. *de Thorigny* Domini *de Matignon*; à tertio (medio enim ſucceſſio deſcen) Marchiones *de la Mouſſaye*, Comites *de Quintin* & *de Plouer*, quorum ſeries hæc eſt: Ludovici *Goyon* Du *de Launay* obiit A.C. 1538. ex Ludovica *de Chaſteaubriant Beaufort* pater Almerici I. Gobionii Baronis *de la Mouſſaye* Du. *de Launay*: quo & Catharinâ Madeæ genitus Carolus Gobionius Baro *de la Mouſſaye* Com. *de Plouer*, junxit ſibi Claudiam *du Chaſtelat* quæ ex ea ſuſcepit Almericum II. March. *de la Mouſſaye*, Catharinæ *de Champagne* maritum atque ex ea Patrem Almerici III. Marchionis *de la Mouſſaye*. Huic Hermes Catharinæ *de la Tour* (fil. Henrici Turrii Duc. Bultonii Prine. Sedanenſis, defuncti An. Ch. 1623.) peperit, ... Com. *de Quintin* & fratres. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag. 114.*

Muſſabar, apud Arabes Scriptores, avis eſt, quæ poſtquam totâ die in quærendo victu occupata fuit, totam noctem ducit inſomnem & perpetuâ modulatione audientes ita afficit, ut eorum nemo ſit, qui de ſomno cogitet: dicta quaſi *excitans*. Vide Sam. Bochartum *Hierozoiti Partejpleriori lib. VI. cap. 14. ubi de Avibus fabul. apud Arabes.*

Muſſare, à boum voce *μῦ μῦ*, propriè de hoc animali. Virgilius,

—— *Muſſatq; juvenca.*

Inde ad homines translatum, *qui cum occulte & deprefsa voce loquuntur, quod celatum velint, muſſare* dici cœperunt. Nonio teſte. Varro verò à murorum ſono dictum mavult, cum ait: *di L. l. lib. 6. Muſſare dictum, quòd muti non amplius, quàm μῦ dicunt, à quo idem* (Ennius) *dicit:*

Quod minimum eſt, neq; ut ajunt, μῦ facere audent.

Idem Nonius *muſſare*, & *murmurare* diſtinguit: quòd hoc apertius, illud magis in occulto fiat. Ennius, *In occulto muſſabant.* Virgilius *Æneid. lib. II.*

Quid Fortuna ſerat populi, ſed dicere muſſant &c.

Poſtmodum *Muſſare* & *Muſſitare*, Engaſtrimythorum proprium factum eſt, ut & Vatum Necromanticorum, qui mortuorum umbras evocare ſe jactant: Hos enim exili & ſubmiſſa voce loqui, inter alios, Nonnus docet, *Dionyſiacôn l. 4. v. 272.*

Καὶ κεφάλη μάντιν ὑπὸν ἀτιναζομένη ὑπνώοντι φωτὶ ἐπέστη ἔφρι ἀλαλητὸν

Et magicum hymnum resonavit occultâ voce sacrâ
Exile murmur edens.

Qualem etiam Dæmonibus vocem tribuunt hujus artis inventor. Plutus de Dæmonibus, Σ Ἐστὶν δὲ τὸ φθέγμα τῶν δαιμόνων τοιοῦτον, ἷον ἐν ᾧ τὸ ἀνωφελὲς ἢ φωνὴς ἢ τῶ ψεῦδος ἀσαφὲς ἐχουσι λόγου. Data opera hoc genus exili jono loqui fludat, ut per vocis obscuritatem mendacii reprehensionem effugiant. Unde Alcimus, *Attabalitudo, responsa dæmonum, & vocis lenis repercussio*; quibus sc. putarat olle dæmonum. Item, *Alacispo, vox dæmonum, i. levis sonus, qui nullis auditur in obscuris.* A quo monti nomen in Dalma, 12. mil. a Macedonia Dimonis subiit credunt sepe audiri. Sic apud Petr. Crinium de *Hon. discipl. lib. 6. c. 11.* profitetur Hermolaus Barbarus, *vocem se Dæmonis pertenuem audisse, quâ ille de Aristotele forte Eutelechia interrogatus sibi ipsi & Georgio Placentino responsitarit.* Quod nominatim affirmat Procoplus de Dæmonibus, qui animarum vicem præstant, cum ante Necromantici exsuscitur: Διὰ τὸ λεπτὸν, καθαρὸν ἐν τοιούτοις εἶναι τὸ δαιμόνιον, ὑγρὸν τῆς καταψυχῆς ἀπεκρυμμένον. Extiterunt gentes ut Dæmones, qui simul aut ipsi animam, quæ per Necromantiam evocantur. Hoc erat cum Poëtæ mortuorum umbris tenuem hanc loquelam affignant. Hinc, cum Æneam viderunt in luferis, apud Principem Pœtam, *lib. 6.*

——— *parsi tollere vocem*
Exiguam, inceptus clamor frustratus hiantes.

Et Horatius *lib. 1. Sat 8* Sagana in mufteis deferipsit, quibus artibus ufæ fint Canidia & Sagana Veneficæ, ut elicerent animas responfa daturas. addit:

Singula quæ memorem, quo pallè altera loquentes
Umbra cum Sagana reperirent triste & acutum.

Strideret, Græcis eſt τρίζειν, qui voce Homerus ufus eſt, in argumento fimili, in eo Pſeudomantio. Ἰδὼν ἐπὶ τοῖσι ἐπέπτατο ψυχὴ ἀνέρος ἀϊδηλος, καὶ ἐφθέγξατο τρίζουσα ποτιόντα

——— *Hæ autem invidentes sequebantur,*
Ut cum vespertiliones in sua intime antri ingentia
Stridentes volant.

Ubi μυόπτας, ut Euſtathius ait, τὰς νυκτερίδας τὰς ἐπὶ τοῖς δόμοις λεγομένας ἐτεροπλεύρους, fabulæ animabus tribuitur ſtridor, quæ ſermone articulato carent, &c. Bochartus *Hierozoic. Part prior. Lib III. cap. 2.*

Muſtaceus, apud Juvenalem,

——— *Muſtacea perdas:*

idem quod dulcia i ver. Scholiaſtes, *Solebant enim ante nuptias dulcia vendentibus erogare pro apotheosi.* V. *ſupra*. Ex farina & *mu*ſto factam placentam, docet Cato *R. R.* ex eoque Domitius & Alii.

Muſtela, inter Numina Thebanorum, apud Clementem Alexandr. *Protrept pag.* 19. contrà in cibis, apud nonnulles, ut ſcribit Damir *cap. de Reptilib.* In tecto vila, Romanis infaufium fuit omen, uti ſuadas tabet ex Telegono i. Cereſque animal eſt ferax, quadrupedum ſimile, & murium non minus infeſtum. Quòd verò auribus concipere, & ore parere dicitur, falſum eſt, cosque qui id aſſerere aufi, Ariſtoteles non refellit modò, ſed & fabulæ originem aperit. *de Generat. Animal. lib. 3. cap. 6.* ubi, poſtquam mulieræ vulvam eodem modo ſe habere dixit, quo quadrupedum reliquorum, neque inde fœtum ad os poſſe perveniri, addit, na tam eſſe hanc opinionem, διὰ τὸ τὸν τοιοῦτον τόπον ἐν τοῖς ἀφροδισίοις κινεῖσθαι καὶ ἐπὶ τὸν ἀκροατὴν μεταφέρειν τὰς ἀκοὰς, ex eo quòd muſtela catulos parit partus admodum, cosdy ore ſæpe transfert. At Bochartò verisimilius, ad muſtelam id tranſtatum, quod in muſtelo piſce Vetti. obſervaverunt. Quippe etiam ὁ γαλεὸς ſeu muſtelus piſcis creditur ore parere. Athenæus *lib. 2. cap 15.* Ὁ γαλεὸς ὀδοῦσι λεπτοῖς ὁ ὄφεως ὁ τὸ θαλάττιος, *Muſtelus in mari per os parit.* Et *lib. 9. cap. 61.* Οἱ κυνόβατοι καὶ ὅσοι ὄνυξι ἢ ὀδοῦσι γαλεὸς φασιν ὑ τῶ πόνω κατὰ στόμα τίκτειν τὰ ἐμβρυα τοῖς ἰχθύσι. Diarrhæa Dorionis nempe & Prot ptine.) *Sacerdotes ajunt muſtelum piſcem hun quam edere: nec, enim mundum eſſe cibum quis ore parit.* Ideò verò is creditur ore parere, quia parvulos ſuos quandoque in os recipit, unde exeuntes qui vident, hunc partum ſuum eſſe putant: Quod ipſe Philoſophus obiter tangit, cùm de muſtelis ſeu galeis piſcibus, & cit *Hiſtor. lib. 6. cap 10.* Ἐξαίφνης καὶ ἀφανεῖς οἱ ἰχθῦς τὰς κοιλίας ἔχουσι πλήρεις, ὥστε συμβαίνειν ἐνίοτε ἐν τοῖς στόμασιν ἔχειν τοὺς ἁλιεῖς. Subitò in ſtomachis eorum ſpecies, quòd ſæpe minds ea ſint, ut

Astrarchico. Significationes nempe ac divinationes ex astrorum motu, obitu atque exortu, Astrologis atque Astronomis petitas notum est: quæ itaque nec oriuntur nobis nec occidunt, nec unquam conspiciuntur, *muta* plane censentur, ut ex quibus nihil significationis aut divinationis possit elici. Sic *muta* exta vocabant Arufpices, ex quibus nihil divinationis animadvertebant &c. Salmasius *ad Solinum pag.* 660.

Mutationes, loca in vestregalibus, ubi vereri vel animalia apud Romanos olim, *mutabantur* in Curia publico, ut & equi ipsi: in *L. L. 24. 36. 53. 58. 60. de Cursu publ. l. 9. de Tribut. Cod. Theodos. alibique passim*: Græcis *Αλλαγαὶ*, apud Annam Comnenam *pag.* 139. Liebat autem *Mutatio* veredorum in singula fex millia. Græci, Καὶ ἐν παρόδῳ ἑπτακαίδεκα ἐν ἑκατοντάδι ἀφ' ἑκάστου ἀλλαγὴ ἕως τριακόσια μίλια εἰς ἄγειν τοὺς ἀπὸ ἑσπερίων τόπων. Itaque legitimum erat tres aut quatuor *Mutationes* fieri in unam Manfionem: ait *Itinerario* Hierofolym, ut plurimum duæ *Mutationes* pro una Manfione recensentur. In Syria *ab Antiochia Tyrum usq. in millia* CLXXIV. *mutationes* XX, *manfiones* XI. Et in Italia *sic summa ab Ancona usq. Capuam millia* CCLXXXIX. *mutationes* XV. *manfiones* XIII. Et sub finem. *Fit omnis summa ab urbe Roma Mediolanii usq. milia* CCCCXVI. *mutationes* XLII. *manfiones* XXIV. Quo pacto femel tantum *mutare* licuit solitis. Alibi tripliciter numerantur *Mutationes* ille Manfiones, ut in Gallis: *A Burdigala in Arelatum usq. milia* CCCI. XXI. *mutationes* XXX. *manfiones* XI. Item, *ab Arelato Mediolanum usq. milia* CCCLXXV. *mutationes* LXIII. *manfiones* XXII. &c. Salmasius *ad Solinum pag.* 495. Vide quoque supra, in voce *Manfio*. Ac apud Scriptores Ecclesiæ Rom. *Mutationes Presbyteri*, quæ alias *Introitus*, Græcis Εἰσοδικὰ, præstationes sunt, dominio loci, in quavis mutatione Sacerdotum seu Curionum fieri solitæ, uti docet Pater in *Glossario*.

Mutatoria, apud Hieronymum *Consuetud. Clunias. lib. 2. cap.* 13. seu *Mutatoria Vestes*, apud Cognatum *in Vita* S. Gerardi *lib. 1. cap.* 34. ἐδῶν ἐδωδαγὴ, seu ἐδωδαγὴ ἱματίων, Græcis apud Gregorium Naz. *in Julianum Oratione* 2. ἡ παλιμμετρία *lib. 7. cap.* 29. vestes sunt, quæ anni *mutantur*; Præterim vero vestes tunt, quæ aliis minoris momenti ac pretii mutantur, de quibus V. infra, ubi de *Symbolo* & *Symbolo* vestium agetur.

Mutator, Divinatores, apud Pafcafium Rathert. in *Vita* Arfenii *lib. 2. cap.* 9. idem forte cum Engastrimythis.

Muti Lapides, i. fine inscriptione, vice terminorum positi, Vide supra in *Bonna*.

Mutilandi cervos mos, Veteribus usitatus, memoratur Lycophroni *Cassandræ*,

Πανοῦς δ' ἀνάγνως χηρὸν ὡς κοπὶς κτενεῖ,
Λύσσητι κινήσουσι χαυνώσει βίᾳ.
Ὅπποι γε σπαλὶς εἰδὼς ἐν ἁρπαγαῖς πόνοι
Ἕκτορα ἑρυσθὲ χαῖτας ἐν δίνῃσι κόνεως.

Utri Scaliger reddit: Meutius mavult reddere, *ignominiosi truncatos*. Nam ita folebant illis facere, quos e medio tustulissent, ne à Manibus eorum quos vagari & homines maxime inimicos noctu interficere credebant; intelligatur 5 atque id vocabuli μορμολύκειον. Scholiastes Sophoclis *Electr.* Ἐνίοτε καὶ ἀγωνιστὰς ἐμβρίθεις ὄντας ἀμφιπλεκόμενοι τοῖς ἀναβεβηκόσι, ὡς πυγὴν μᾶλλον τὸ τύπτειν ἢ ὄπισθεν ἐκκόπτειν, καὶ ἀδεεστέρους ἐκείνοις τοῦ ἄνωθεν ὄντας, ἢ ὅτι τὸν ἀδύνατον ἐκείνων ἀφωπλισμένον. Δηλῷ τὸ μὴ πάλιν εἰς ὀφθαλμὸν ἐλθεῖν τοῖς ἐκείνου ὀφθαλμοῖς τὸ ἄκρον, ὃ καὶ μορμολύκειον ἔλεγον. *Solebant ii, qui eadem inter commissarent, accipertum extremitates, è totius corporis integrum membrorum abscindere & eo ipso fere tantum vitæ spatio, velut amputantes hoc pacto illis etiam, sibi in posterum nocendi—Id quod μορμολύκειον dicerunt.* Ἐξαίφνης ἡ *profopinna*, vocat Apollonius *lib. 4.* hujusmodi extremitates: mortemque plene describit Virgilius *Æneid. lib. 6.*

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas, populatas, temporaq; cassis
auribus & truncas inhonesto vulnere nares.

Vide quoque Statium *Thebaid. lib. 1.* Terentium *Hecyrâ Act. 1. Sc. 1.* Quintilianum *Decl.* 12. & 14. Salustium *Hist. lib. 4.* &c. e quibus posterioribus, etiam Romanis id non inusitatum fuisse, colligitur. Sed nec occisis solum id faciebant Veteres, verum & vivis, quos punitos volebant. Justinus *l. 11. inter hæ* DCCC. *admodum Græci occurrunt Alexandr.* ; *pœnam capitis vitatis truncatis corporum partis tolerant.* Quæ ex usu de Ægyptio historia, de Mecebo Pygrammus 31. Martialis *lib. 2.* ubi variibus auribusque; alibi, ubi genitalibus, *mutilati* id nominum genus consueviste, legimus. De manibus, *Vulnera*. Atque eo modo mutilati *Lateri* dicebantur, Asconius 2. *Verr.* & Festus & C. V. plura hanc in rem apud Joann. Meursium *ad Lycophronem l. 1.* & supra ubi de *Cadem lustrandi ritu*.

Mutilati in bello, de publico olim Athenis peculum accipiebant: ex lege Justiani. Τὰ σώματα τῶν ἐν πολέμῳ ἀμυνομένων τελέως, *Mutilati in bello publice aluntur*, quam æmulatione & exemplo Solonis tulit, ut refert Plut. *in Solone*, ubi Theseppo primum id contigisse, interalia docet. At non quivis *Mutilati* fic alebantur: Excipiebantur enim ill, quibus divitiæ domi fupperebrent: unde Lysiana illa ἐκ τοῦ Δ' Λόγου, inter cetera quæ asseruntur argumenta, cur non oporteat Δ' ἀνάγνως ἀναβιῶναι τὸ σῶμα τὸ πάλαι ἀφ' ἡμῶν, hoc non parvi momenti legitur, posse eum vivere ἄνευ τῆ δόσεως ταύτης. Itaque folis illis lex consulit, quorum reditus annuus erat intra tres minas tantùm, Harpocratione teste: quare etiam ἐδωδιμέλεσιν, apud Quingentorum Senatum, non tantùm, an essent *Mutilati* & revera ἀδύνατοι, ut videri volebant, fed etiam, an annuus eorum reditus effet intra tres minas seu 300. drachmas, vel major. Pecunia, quam indies accipiebant ἀναβιῶναι, obolus erat, ut ex Aristotele docet, modo memoratus Auctor, & teftatur Lysias *loco cit.* Philochorus tamen auctor est, 9. drachmas seu 54. obolos in menses singulos eos accepisse: Alii quoque duntaxat illorum duos fuisse obolos contendunt: unde forte colligi potest, fubinde mutasse rationem, & modum hujus τῆ δόσεως ἀναγέτης τῷ ἔτει. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 8. tit. 3.* Alias *Mutilati*, inter mares omnatos erant: Eunuchi ingratiis & claudi; quorum proin occursus mane, aut in quolibet principio, infaustus habebatur. Sed & nec Sacerdotes eligi poterant, nec victimæ, quæ integræ non essent, ut alibi videmus. Vide Heraldum *Not. ad Martialem lib. 7. Epigr.* 87.

Mutina, adde: Propter castellum *Borselli*, Ducis Mantuani, atque hoc nomine calcatum par ei præstare tenentur. Idem jus Mutinæ Clemens *Comarchio*, quam Papa in dotem suis vindicat, unde iis cum Sede Rom. controversia. Idem *Part. II. pag.* 70. Origo vero Ducatus hæc. Triennio postquam Radolfus I. Imp. Italiæ Urbibus libertatem conceisisset, Opizo I. Marchio Aestinus *Mutinam* & Regium sibi eodem permittente jubilet, Sigon. *de R. I. lib.* 10. & Job. Baptista Pigna *lib. Aestinis*] 3. Ex quo illicere etiam est, An. Ch. 1211. Franc. Picum Mirandulanum, ab Henrico VII. Imp. *Mutina* Vicarium constitutum esse: Inde Pallarinum & Butironem Bonecuisium tyrannos urbem invasisse: adannum Ch. 1327. quadriennio post Manfredum Pium à Johanne Bohemiæ R. Vicarium Imperii constitutum, Principis nomine assumto, ab boc dein Urbem Oprizoni II. Ferrariæ Marchioni concessam An. Ch. 1336. & in familiæ illius Aestitiæ ditione permansisse, donec An. C. 1510. Julius II. Pont. à te captam Maximiliano I. Imp. cessit: Hanc vero illam quatto postannos Leon X. decem (Guicciardinus *lib.* 12. scribit, *quadraginta*) aureorum millibus auctori dedisse, sed iterum ab Alfonso I. Aestitio eam recuperatam, A. C. 1527. possessione per auctoritatem ac sententiam Caroli V. Imp. confirmatâ, mutium licet fremente Clemente V II. & ex sententia Cæsaris oblatam à Ferrariensi pecuniam repudiante. Quotempore eidem Idem Carolus *600.* aurilibris acceptis, Carporum oppidum, de quo diuturnâ lite cum Alberto Pio contenderat, concessit, Guicciard. *lib.* 20. Quæ primi Imperatoris supplida, cum Alfonso II. A. C. 1597. mortuo extera Clemens VIII. Pontifex fiduciario jure: pro quo impetrando numerata Imperatori 200000. fcutatorum, fenatori à Gentantibus lumta, ut hodieque fupplentur Duce 16000. quotannis inuluram pendere, tradit Auctor *Comment. de Principatibus Italiæ* à Thoma Segthio editus, apud Conringium *tract. de finibus Imperii cap.* 23. In *Mutinensi* Bargio static Vulcanq; deibus, ignem extre, tradit Plinius *lib. 2. cap.* 107. apud Fortun. Licetum *de Lucernis lib. 1. cap.* 1.

Mutines, Annibalis decum unus, memoratur Livio *lib.* 25. *cap.* 40. *Duces reliqui prioris belli, & tertius noviis ab Annibale—missus, Iapygiam penitus genus Hippinatres (Mutinensi populares vocabant) vir impiger & sub Annibale Magistro militandi bene artes edocius.* De cujus præclare gestis, idem *lib. 26. Iapygiatque est hostium agros, ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis sui: nec ipsi alia major apud faventes vobis Carthaginiensium esset.* Hinc in videntes ei duces reliqui duo, Hanno & Epicydes, eo absente, contra consilium ejus, conflixerunt cum Marcello, fed infelici succesfu, *ipsi fin. libri.* Quare ipse postmodum partes adversas atuplexus, ob merita erga populum Romanum, *Civis Romanus factus est*, ingratione *ab Tribuno plebis ex auctoritate Patrum ad plebem lata, lib.* 27. *cap.* 5.

Mutinus, adde: Nonnulli *Tutunus*, apud Arnobium, legunt; idemque *Mutinus* dicitur in *Priapeia*, & apud Festum, Erat autem Numen σεμνοῦ, quod utrinque obscœni appellationem habuisse, ideoque *Mutini Tutuni* nomine à Romanis Matronis sultatum, vule Polybitor Salmasius. Quidquid sit, Priapi erat signum, qualem exare e Mufæo Parentis exhibet Caspartus Bartholinus *Notu in Parentis Thoma libr. de Puerperio Vet.* Istiusmodi Fascinus, seu *Res inproprie*, in collo et annulo appensa infantibus, Sagas & Strygas pueris infidiantes abigere credita olim est: Idem iis poculis eodem meru frequentatum, more Deabus familiari. Ob turpitudinem enim fascinantium oculos avertere, ne alpicerent infantes, dicebatur. Idem *Hadam.*

Mutius, cognomen datum Gordiano Africæ Proconsuli, apud Jul. Capitolinum *in Gordiani, Mutatus est, ab Apio, tia ut nimo antea proconsulum : ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii, multi* Mutium, *ac Rutilium, aut Lalium dicerent.* Et quidem *Mutii* in vet. historia Rom. multi occurrunt, viri clari & virtutibus insignes: sed hic Q. *Mutius Scævola* intelligitur, qui ex Consulatu

A flam nactus tantâ eam integritate rexit, ut ejus administratio pro exemplo & forma officii cæteris, qui in eam provinciam postea profecti sunt, à Senatu fit proposita. Cæsarbonus ad t.

Muto, Gallicè *Mouton*, item *Vir in 2 Pisgnel*, species fuit monetæ aureæ Francicæ Regum, de qua V. suprà in voce *Multo*. Item machina bellica, apud Froissardum *Volum. 3. cap. 102.* quæ *Aries* aliis.

Mutonus vel *Muttunnus*, Numen τετελεσμένον, *Mutuni Tutini* nomine Romanis matronis culeum, quod utriusque obscœni appellationem videtur habuisse. *Mutto* enim, unde turpi hanc Deasero nomen, Græcis τὸ γονοκτόνον propriè significat, quam tamen *mutunum & mutonum*, ex eo *I.* Almi pro utritrantum usurpent. Huic similiter novas nuptas confuevisse, Arnob. docet *l. 4. Etiamne Tutunus, cujus immanibus pudenda horrentia, fascino vestras incuciatur matronas & auspicabile ducitis & optatis.* Et paulo post, *Sapplices Muttuno procumbentes aræ, Tutuno.* Nempe Satyrica ista usmodi figna, uti Plinius vocat *lib. 19. cap. 4.* olim horto dicata, cùm *vallum* significaret: postea eadem superstitio duravit, ut horto dicaretur totum tum, cùm aliud hæc voce significari cœperum est. Salmasius *ad Solinum p. 310.*

Mutorum Pœna, apud Anglos Panis fortis est. Cùm fc. quis de felonia accusatus, accusatori, aut judici respondere renuit, aut *mutum* se fingit, vel certè os aperite aut loqui non vult: tum pœna ea filimponitur, donec Judici tatisfaciat, ut in carcerem tetrum conjiciatur, in eoque lolo pane, duro ac mucido alatur. *Fortia* autem is dicitur, qui adeò pœnæ constantiæ est & gravis, ut illum ferre aut fuffinere vens nequeat: *durus* verò, qua toto vice tempore non alio talis vescí cogitur. Qua de re fic Cowvellus *Institut. lib. 4. tit. 18. §. 35. Reus in loco aliquo infra carcera ex tenebricoso conflitutur, nudus super nuda terrâ, pedendis tantum tectis, brachiis, & pedibus funè in quatuor domuncula angulos tractis, ju pinnes extenditur. In hunc modum legatus, tanto fortí saxoso pondere pectori impolito onerator, qui adeò continuo torquetur fervith. Die sequenti tres panis hordaceis finistra sine potu sumit: nudus tertius bibidem aqua hauftus quantoscunq, diummodo non profluentis, qui carceri proxima repetitur, fed sine pane: atq, ita per vices pane & aquâ ufiusmodi quotidie vescitur, donec emeto, frigoris atq, famis cruciatu extinguitur.* Ad cujusmodi pœnam, Vicarium Wintringhamensem *obmutescentem* adjudicatum fuisse, memorat Hieron. Knyghtonus *A. C. 1382.* apud Ulitium voce *Famis Fortis.*

Mutum Sanguis, apud Tiberium Statium *Thebaid. Lil. v. 284.*

—— *at ira (pudet) hostia Regni,*
Hostia, nate, jacet, ensu mutus & egrego sanguis:

ignobilis, plebejus eft, nullius carmine encomiosque celebratus. Ufi apud Horatium, ubi de primis hominibus & terra procedentibus *lib. 1. Sat. 3.*

—— *proreperemus primis animalia terris*
Mutum & turpe pecus, glandem atq, cubilia propter
Unguibus & pugnis, mox fustibus, atq, ita porro
Certabant armis.

Nempe, quia rum nulla adhuc erat Nobilitas. Contrà *Senoram Phœtidem* idem Statius alibi dixit, quia *nobilis* erat Oraculo Delphico: & *Delon sonantem*, ob famæ celebritatem, *Thebaid. lib. 5. vers. 55. &c. Surdum* eodem modo ufurpavit, idem Poeta *Thebaid. libr. 4.*

—— *surdum atq, ignobile murus*
Firmat opus.

Ad quæ loca V. Caspar. Barthium *Animadversion. lib. 3. passim & Advers. lib. 33. cap. 4.*

Mutuia, adde: Hinc eum aliis mercibus etiam plures margaritas afferri, teftis eft Auctor *Periplí*, apud Salmasium *ad Solinum*: qui multa de portu hoc & emporio maximè celebri, habet *pag. 1185.*

MY.

Mycale, Græcè Μυκάλη, urbs Cariæ, & mons, apud Stephanum: Μυκάλη, πόλις Καρίας. Λέγεται δὲ οὕτω ἀπὸ τῆς Μυκάλης βασιλίσσης. Ἑλλάνικος δέ φησι, ὅτι ἐν μυκτῆρι λέγεται τὸ τῶν κυνῶν ὄζημα, ἀπὸ τῆς μυκάλης πλείονος ἀναφερομένης. Οἱ δὲ Μυκάλην αὐτὴν φασι, ὅτι ἐν μυκῷ κεῖται ὁ Καρικὸς ἀνὴρ. V. Calp. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium Thebaid. l. 9. v. 281.*

Mycerinus, adde: Hunc fecerim fuiffe Salomonis Ifraelitarum R. fapientiffimi, reftatur in magno fuo volumine *de temporum ævo*, Hieron. Vecchietus Italus, fed ab Ægypto cognominatus, quòd illam regionem ulita 40. annos integrè incoluerit, obfervatis, quibus ceteriffimus non nunquam nubilo, & libris Ægyptiorum Sacerdotum evolvendis continuò vacans. Ait enim *Orat. Hist. cap. 12.* Myceri num hunc *Ægypti Regem, fuiffe Pharaonem illum, cujus filiam duxit uxorem Salomon*: apud Fortun. Licetum *de reconditis Antiqq. Lucernis lib. 1. cap. 13. ubi multiplicem Regis hujus Lucernam illam imprimis, qua perpetuò arderet ad cadaver alterius filiæ, in signea lorve mumiridi sepulta, ad Sabbat. profectæ explicat.*

Myconæ, adde: Nunquam fuiffe lub Venetis hanc Infulam, fed forte femel atque iterum excenfionem ibi feciffe, docet Cl. Spon. Sed neque Turcis illa, cùm caftrum nullum habeat, fitcolitat; ne piratis illuc fæpe appellentibus in prædam cedant. Venlunt tamen illò quotannis trieremes Turcarum Imperatoris, qui capitis tributum, quod *carasch* appellant, exigant ab incolis, quorum circiter bis mille vicum, qui in tota Insula unicus eft, inhabitant. V. de Horum veftitu, moribus, vivendi genere, præfatum Auctorem *Itinerarii Pars. I. p. 191. & seqq.*

Myes, Græcè Μύες, appellatio offrei margaritiferi: in quo genere, qui majores funt, μύωνες dicebantur, ut minores μυίωνες vel μυΐσκοι, Latinè *mytili*, non *musculi*, ut quidam reddunt. Unde miratur Salmafius, Ennium in *Hedyphatheticâ*, cùm verfus Archeftrati verteret, *Mire reddidiffe mures*, quum illi *mytes*, retentâ voce Græcâ, vel *mytilos* Latinè.

Τὸς μὲν Ἀθήνησι ἐν μεγάλαις, ὥσπερ δ' Ἀνδρότιων.

Ita vertit Ennius verfibus, qui apud Appuleium leguntur:

Omnibus ut ciupâ profint muffella marinâ,
Mures sunt Ætnæ asperæ strepitum plurimo Abydi &c.

Dictæ autem μυῖαι conchæ tum, ὅσαι τὸ μῦς, quòd *claudant* fe atque aperiant, quando libet, ut faciunt omnes conchæ duplices ac bipartitæ. Unde μύσται, pro *claufis*, quòd ex illis conchis figuræ ac cochlearia fierent. Item μυσίον & μυσίδιον, *panis cavatus, ad excipiendum & hauriendum jufculum.* Grammatici exponunt, κοῖλον ψωμὸν ὡς ὄτου καὶ χοῆ ζωμὸν βαθύνειν. Eodem nomine concavum manus appellarunt. Pro μῦς vero vel μῦσς, Sicuti μυτίλος dixere, unde Latinorum *Mytilum*, vel *Mytilus*, ut dictum. Ab iis diverfæ pinnæ & pectines, unde Salmafius, *Pinna, inquit, fcabines & myaces, dives, fuit conchyliorum Deus, in quibus margaritum gigni Veteres prodidere. —Omnium præstantissimi sunt margaritas habentes ea, quæ lævi sint & candida. Eadem porro sunt, quas pinnis similes aut pinnas, dixere antiqui. V. eum Exercit. Plin. ad Solinum pag. 1128.*

Mygale, pro Numine Athribitis. Strabo *lib. 17.* ubide Ægyptiis, Ἄνθρωποι δὲ (inquit) λέοντες εἰσὶ λιοτροφούμενοι αὐτοῖς ἐν ἱεροῖς καὶ μυγαλῆς καὶ ἀκτέοντες καὶ ἄλλα τοιαῦτα ζῶα. Aquilam Thebani (colunt) ut Deum. *Leontopolitani*, *Leonem*: Item *Mendesii*, mygalem *Athribita*, alii alium. Dicitur autem quafi μυοχάλη, ut recte cenfet Nicandri Scholiaftes: fed perperam ex Amynta tradit, fic vocari, quia ἐν μυσὶ καὶ γαλαῖς γίνεται, ex *mure & mustela generatur.* Cum mure enim muftelam aut felem conjungere, inter quæ animantia tantum eft diffidium, abfurdum. Verifimilius multo, inde hoc nomen effe, quia partim murem, partim muftelam, figura & colore refert. Ut autem divino honore, teftem etiam habemus Plutarchum *Symposiac. lib. 4. quæst. 5.* ubi in cauffa tanti honoris excitatam ait effe, quia tenebras lucefantiquiores exiftimarent. Item, quòd dentibus quinti nafcatur ætate in Novilunio: & quòd jecur ejus decrefcente Luna, deficiat. Unde videmus, qualibus miferæ gentes rationibus inducâæ fint ad colendum pro Conditore cretarum, Gerh. Jo. Voffius *de Orig. & progr. Idolol. l. 3. c. 6.*

Myiacores, Græcè Μυιάκορες καὶ Μυιοκόρες *lib. 29. cap. 6.* Deus eft muícarum everritor, ὁτὸ τὸ καθαίρειν καὶ κορεῖν τὰς μύιας, dicitus, Elisin veneratione. Aliusabi o Jove Ἀπομύιος, qui Olympiæ tantum colebatur, ad expellendas muícas, quæ tempore facri certaminis, propter facrificia, magnâ multitudine Olympiam advolabant; quod fingulis tantùm luftris foleba fa&itari. At Elii ex Elidenles quotannis facra faciebant Deo Μυιάκορι, ut muícas exterminaret, quarum copia acris tractum pelli cum fpiritu contumpebat: unde & Arcades Eleis contermini Μύιαγρον Deum colucre, ut importuni & improbi animalis molestia liberarentur, &c. Salmafius *ad Solinum p. 12.*

Myiagrus feu *Muiagrus*, non *Myagrus*, ut alii fcribunt (*myagrus* enim non eft muícarum venator, fed malorum) Græcè Μυιάγρος, Deus fuit, feu potius Heros, in Elide, apud Plinium *lib. 10. cap. 28. Petunculi Elei* Myagron *Deum muscarum exterminatorem pellendi causa adjurente: qua protinus intereunt, postquam Eleorum ejs ille Deus.* Ubi tamen *Myiacores* legi mavult Salmafius, ut vidimus; qui Arcadum Numen *Myiagrum* facit: quamvis non multum repugnet, quòd minus & *Myiagorem*, pro *Myiagrum*, vitiofe & imitatio fcribendi genere obrepfiffe videri poffit. Paufanias tamen in *Arcadicis* diferte docet, non in Elide, fed Elidenfibus Arcadize uribe, hunc *Myiagrum* fuiffe in venatione. Videntur autem hæc facra translata fuiffe, ex Acerone Phlifiæorum, ubi *Bel. Zebub* feu *Deus Muscæ* cultus, V. *suprà.*

Myingrus, inter Statuarios nobiles, memoratur Plinio *l. 34. c. 8.*

Myiodes, apud Plinium *lib. 29. cap. 6. Nullum animal minus docile exsiftimatur, meteorvæ intellectus: quo minus dicis est Olympico stero certamine, nubes earum immolato tauro Deo, quem Myioden appellant, extrà terminum ita effugas: quibusdam idem videtur cum Jove Ἀπομύιῳ, quem colebant apud Eleos Arcadici ritus, ut in facris bilæ muícas abigerent. Sed nihil inquit Scaligerus, tam contrarie fignificationis, quàm μυιάδης & ἀπόμυιος· μυιάδης enim propriè locus eft, quem muícarum infeftat multitudo; ἀπόμυιος vero muscarum abigens, quafi ἀπελαύνων τὰς μύιας. Itaque legendum in Plinio putat, quem ἀφόμυιον Dia vocant, h. e. Ἀ ποπομπὸν Δία, aut etiam Μυῖα Δία, i. *Jovem muscarum*, aut *muscarium.* Quippe & muícis ipfi Olympiæ erat omnia ficrificari foliturn, ut inde abirent & in poftetum moleftæ non eflent, fcribit Antiphanes Comicus apud Athenæum his verfibus, quos idem in numerus fuos iræ reftituit, *ad Solinum d. l.*

— Οὗτοι δὲ τῇ τὸ πάλαι
Τὸ θεῖον ἀφορῶσι, καὶ πάντας ἀξίους
Ἐπὶ τοῦτ' ἀλείτους εἶναι τὸν κεκτημένον
Πορεῖν σεφῶς τ' ἄγαγε, καὶ θ' ὁσιῶς
Ὁ γὰρ μισῶν ὄφιν τοὺς μύλους τρίβει.
Βέλ· τοῖς ἀκάκτοις ἀφροσύνη πάντων.

Mylasia, adde: Sponio dodie *Melasso*, etiamnum insignis est columna egregia, quam incolæ olim in honorem Menandri, nepotis Euthydemi erexerant. Ejus inscriptio hæc est,

Ο ΔΗΜΟΣ ΜΕΝΑΝ
ΔΡΟΝ ΟΥΑΙΑΔΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΤΗΣ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ
ΕΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΓΕΓΟΝΟΤΑ.

Erat is Euthydemus, Orator celebris, & unus ex primariis urbis hujus civibus, qui circa Julii Cæsaris tempora floruit, V. Strabonem *l.* 14. Sed 60. stadiis ab ea ubi hodie sit, videre Templum Jovis adhuc integrum, cujus iconem, ut & columnæ præfatæ, habes apud Auctorem laudatum *Itinerar. Part. I. pag.* 362. & *seqq.* Mentio hujus Templi, in nummo est Hadriani, cui caput Jovis insculptum, cum Insc. ΜΥΑΛΕΩΝ, apud eundem *Part.* 3. *pag.* 194.

Mylites Lapis, V. supra in voce *Molaris Lapis.*

Mylitra, adde: Bocharto eadem cum Lucina & Ilithyia, ab Hebr. מלט, quod est *liberare*, uti multis probat Johannes Seldenus *de Diis Syris*, laudatus Bochardo *Hierozoici Part. prior. lib.* II. *cap.* 30. & *poster. lib.* III. *c.* 16.

Myrica, apud Virgilium *Eclog.* 4.

Non omnes arbusta juvant, humilesq; myrica.

Fruticis genus est, de quo Plinius *lib.* 13. *cap.* 21. *Myricem & Italia, quam alii tamaricen vocant, Achaia autem bryam &c.* Conveniens coronamentum illorum olim, qui insigniter essent improbi. Hinc in Legibus Charondæ altero loco hæc fuit, ut, qui calumniæ, dolique mali crimine convicti essent, per urbem circum vectarentur, coronati *myrica*, apud Diodorum Siculum *l.* 12. ut omnibus fe. innotescerent, ianquam fraudibus insidiatrices insignes. Et Strabo tradit, Leucadem Persarum, quoties illas diuturnas diras alicui imprecabantur, tenere *solitos* falciculum virgarum myricinarum tenuium, *lib.* 15. Nempe & ἄκανθα & hæc planta, & insuiti tempore ominis habita est. Hinc cum in funere Achillis propositum fuisset certamen *lucrativum*, Teucer, qui inibi erat, ut metam attingeret, *myrica* implicitus lapsusque, victorem Ajacem tradidit, Q. Calaber *lib.* 4.

— Τὸν δ' ἐκ Θεὸς ἄλλοι, ἢ τις σῆμ'
Οἷζυν ἐς ἀλγεινὴν βαθμηδὸν ἔτευξε μογῆναι,
Τῷ δ' ἀν' ἡϊ ὑγκεφάλῳ χαμάδις πίον —

— *Hunc Deus aut certe noxia impegit*
In tristem vanum alta radice haerentis myrica.

Hæc enim impicitus lapsusque, victorem ejecit.

Vates tamen per myricam varicinatores esse, lege ipsius Apollinis præscripta, docet Scholiastes in *Theriac. Nicandri.* Unde insigne dumenum myricinum ἀμέτρως, i. *materm*, dixere. Atque adeo Magi & Scythæ, tum in Europa complures, lignum myricinum tenentes, futura prædicebant. In Lesbo quoque Apollo ramos *myrica* gestavit, unde Μυρικαῖος ib. & *Myricimus*, appellatus est. Denique & Ægyptios, im pompa Jovis, ut & Magos, apud Medos; myrica fuisse coronatos, legimus & cc. Vid. Car. Pafchalium *Coronarum lib.* 7. *cap.* 6.

Myrmex seu *Myrrhinus*, Gr. Μυρμὴξ ἢ Μυρρῖνος, vinum Græcis dictum est, temperatum unguento, vel cui superinfundebatur unguentum, ὑπὸ μύρου κεκραμένος, idem cum *murrhina* Latinorum. Nam inter dulcia *murrinam* numerant prisci Comici Latini. Plautus in *Pseudolo*,

Quod si opus fiet, ni dulce promat indidem, ecquid habet?
Murrinum, passum, defrutum melinum mel cujusmodi.

Quibus versibus citatis Plinius subjicit, *quibus apparet, non inter vina modo murrinam, sed inter dulcia quoq; nominatam.* Ubi contra Scipium facit, ut qui *murrã* conditum vinum interpretatur. Atqui notus est amor myrrhæ, quæ proin deliciosæ & dulcibus potionibus nunquam admixta est. Quod enim mentio extat apud Diofcoridem vini murrã conditi, cum pipere, iride & amomo, medicinarum id potius, quam vinum est. Nec mustum sic conditebant, sed vinum. Atin aromatiten vel μυρίτην nihil myrrhæ addebatur, & mustum, non vinum, ita solebant conderi. Unde semper dulce manebat, ſpeciebus aromaticis ei dulcedinem fervantibus: atque hæc est *Murrina*, qui Comicis Græcis μυρίνη absolute, vel μυρίνης οἶνος dictus, ὀλὸν τὸ μέρος, ut μυρίνη herba & μυρίνη ἄλη &. Aliud erat vinum *murratum* seu μεμυρισμένον, quod ex more Judæorum ducendis ad supplicium vel in locos ſupplicii jam conſtitutenibus propinabatur, uti in Evangelio legimus, de quo V. Cafaubonum *Exercit. ad Annales Baronii.* Plura hanc in rem vero apud Salmaſium *ad Solinum p.* 711. & ſupra in vocibus *Murina & Murratum Vinum.*

Myrmecoleon, Græcè Μυρμηκόλεων, q. *Formicales*, apud Judæum *cap.* 4. *vers.* 11. juxta LXX. Interp. *Μυρμηκόλεων ὅλατο ἄφθρα τὸ μὴ ἐχθὲς βορὸν, Myrmecolio periit, eo quòd non haberet escam*: Gregorio in *Job* um, animaleulum eſt formicis inſidioſum, quaſi leo formicarius; Euſtathio in *Hexaem.* eſt animaleulum, priora leonis, poſteriora formicæ ſpecie, habens: Euſogio Alexandrino in *Nov. anos Ioh.* 4. non verum eſt animal, ſed Diabolus hæc vocat ἀλληγορικῶς &c. Bocharto, leonis ſpecies. Sic enim habet in Vulgata verſus proxime præcedens: *Rugitus leonis & vox leænæ & dentes catulorum leonum contriti ſunt.* Et Græci in hoc ipſo loco, poſt verba laudata, σκυμνοὶ δὲ λεόντ' ἔπιπτον ἀλκέλοι, ἔφ catuli leonum defecerunt ad invitem. Et verò pro *Myrmecoleones*, Hebraicè legitur לביא, unum é Leonis nominibus, quod ab Aquila redditur *Alis*, iisdem prope literis. Quæ rationes Mercero hanc confeſſionem extorſerunt, *Ego myrmecoleontem potius genus quoddam leonis eſſe putaverim.* Certè inſignis eſt confirmat locus Agathachidis *cap.* 34. ὃ δὲ μυρμηκολέοντας, qui annexus eſt capiti de Leonibus Arabicis, ubi ſic habetur: Τὰ δὲ κακοδαίμονα μυρμηκολέοντ', οἱ μὲν πάντα τὸν ἴδιον τοῦ λοιποῦ ἀλὸν ἐπιπόθεοι, τὸν ἐς τὰ σώματα φύσει ἀπεπεφυκότα ἔχεσι, ὑπαίθιον τῆς ἄλοιος, Eorum autem leonum, qui vocantur myrmecoleontes, *plerig; à reliquo ſpecie nihil differunt*; *Genitalia tantùm habent averſa, contra quàm alii.* Μύρμηξ ἡ formicæ, ſimpliciter vocat Strabo *lib.* 16. ubi cervorum aceo & minùs villoſos, quam Arabicos, in Arabia Troglodytica magno numero reperiri ait. Et Æliamus *lib.* 17. *cap.* 42. Ἐν τῇ βαθυλωνίᾳ γῇ γένοι μύρμηκες κυνῶν ὄγκον τὸ σῶμα εἰσὶ τοσοῦτον μεγεθυνόμενοι, ὅσον τοὺς ἀλωπέκων, ἢ ἰκτινέων, *In Babylonia terra formica naſcuntur, quarum genitale membrum retro averſum eſt, contrario quàm in aliis modo.* Cum quibus Arabicis & Babylonicis formicis hiſce, quæ leonum ſunt ſpecies, commune nihil habent formicæ illæ majores, quæ aurum in India eruunt & ſervant, ſi Herodoto *lib.* 3. credimus & Nearcho, Daimacho, ac Megaſthenì, quibus vel hoc nomine fidem derogandam cenſet Strabo *lib.* 2. & 15. Solinus tamen *cap.* 30. τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ ὄλλοι, ex utroque animali novi procudit monſtrũ dicens, in Æthiopia formicas eſſe, *ad formam canis maximi, arenas aureas fodibus eruentes, quos leoninos habent.* Aqui formicas χρυσοῦχους neque in Æthiopia fuiſſe, neque leonum pedes habuiſſe quisquam ſe ſciverit, ſi formicarum potius ad eſſodiendam terram. Proin dubium non eſt, quin verum que hoc ſumſerit Scriptor parùm accuratus ex hiſtoria *myrmecoleontis*, ac ſi hic idem eſſet cum formica Indica χρυσοῦχος. Cui ſimili errore Heliodorus *Hiſtor. Æthiop. lib.* 10. Troglodytas Regi Æthiopum offerre fingit, χρυσὸν ἢ μυρμηκίαν, *aurum formicinum*; quaſi *myrmeces* Troglodytici inter leonum ſpecies, idem eſſent cum Indicis formicis, qui aurum colligendum. Vide Samuelem Bochartum *Hierozoici part. prior. Lib.* IV. *cap.* 2. ubi de nominis etymo triplicem hanc conjecturam affert. Vel enim, inquit, ſic dicti ſunt hi leones, à *Marmacthus*, Æthiopiæ pop. vel à formicarum, quo delectantur, eſu, vel ab Arab. *hirmas* vel *hirmis*, qua voce indigitant validum leonem in homines inſilientem. At animal Indicum eatus magnitudine, cur *μύρμηξ* diceretur, cauſa non fuit veros ſimilitudo, ſed rei. Namque in India verè dicitur eſſe animal ſtaturã canis & formicæ ſpecie, ut Thuanus inter alios docet *lib.* 24. *A. C.* 1559. ubi inter munera, à Thamo Perſarum R. Solimanno Turcarum Imp. per Oratorem ſuum oblata, formicam Indicam cauis mediocris magnitudine, animal mordax & ſævum, fuiſſe dicit. Quod Busbequius confirmat *Epiſt.* 4. de eadem legationeagens: licèt ambo ex fama ſolùm, ut ibidem Bochartus addit, *Ibid.*

Myrmex, Philoſophus Dialecticus, ex oppido Henero Paphlagoniæ, apud Steph. ex Diogene Laërtio *Hiſtor. Philoſ. lib.* 2. V. Salmaſium *Exercitat. Plinian. ad Solinum p.* 889.

Myrmilo, nomen gladiatoris, *Murmillo* aut *Murmillio* ſemper in ſcriptis Plinii, atque apud Feſti Abbreviatorem, in antiquiſſimo exemplari MS. ubi *murmillionica ſcuta*, & alibi, *Retiario adverſus Murmillionem pugnanti*, & *Murmillionium armatura genus Gallicum eſt*: quod de propinquo vocis illius originem oſtendit. Nam Μορμόνες Græcis dicti videntur hi Gladiatores, quòd μόρμωνον piſcem in galeis effictum geſtarent. Hinc Retiarius, qui adverſus Murmillionem pugnabat, cantare ſolitus erat: *Non te peto, piſcem peto, quidme fugis Galle? Murmillones* enim, ut notat Feſtus, antea *Galli* vocabantur, quòd genere armaturæ Gallico uterentur: Quemadmodum *Samnites* gladiatores ab eadem cauſa dicti, quòd Samnitum more arma gererent armati. Cujus autem piſcis effigiem in galeis *Myrmillones* haberent, ab antiquis non eſt proditum: Sed ex notione nominis plane colligitur, μόρμωνον fuiſſe, hinc namque Μορμόνες, *murmilio*, ut ex λόφος, *lilium*, faciti unius liquidæ in alteram lapſu. Ovidius,

— *pictæ mormyres & auri*
Chrysippho imitata decus —

atque inde forſitan cum reliquis compoſiti, quaſi qui piſcem quo ornata erat galea *Myrmillonum* captarent, dum eos rete ſtudebant impedire. Salmaſius *Exercitat. Plinianis ad Solinum p.* 43.

Myrobalanus, Martiali in *Apophoretis*, nec inter fructus edules eidem relata in *Xenio*, ubi locum habere debuiſſet cum Caryotis. Cottanis & Damalcenis, ſiquidem eo nomine tum intellexiſſent,

quod nobis hodie in usu est. Vett. de glande unguentaria tantùm vocem usurparunt, quæ aliàs *balanos myrepsicon* & *nux muscata*, Græcis μυροβαλον κάρυον, cujusque tantùm cortices Unguentarii, Medici verò nucleos usurpavere. Factum autem inde *βαλανίνον* Vett. & μυροβαλανον recentiorum, quòd de diximus aliquid supra, ubi de Unguento *nucellino*, V. *Salmasii ad Solinum p.* 1319. & *seqq.*

Myrobyta, cognom. Dominici, Martyris & Sanctæ Graecinæ, è cujus lequi chro liquor fe autire dicebatur in morbos quoscunque validus: à μύρον, unguentum, & βύλλω, fatuio. Dominicus Macer *in Hierolexico.*

Myrobrechiarii, V. supra, in voce *Murobrechiarii*, ut & suo loco, in *Myrobrechiarii.*

Myrophora, Græcè Μυροφόρεια, i. *Unguentorum latrices*, dicitur sunt tres mulieres, quæ ad Dominicum sepulchrum, unguenta ferentes advenierunt, ut resurrectio corporis inungerent. Ab his Græci Dominicam tertiam post Pascha, *Dominicam Sanctarum Myrophorum* appellant. Sic enim in *Typico S.* Sabæ legitur. Idem *ibid.*

Myrrha, Græcè σμύρνα, aroma, inter munera DOMINO no ftro à Magis oblata, memorant Matthæi c. 2. v. 11. Καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. *Et clim aperuissent tos fauros fuos, obtulerunt ei dona, aurum, & thus & myrrham.* Ubi notare viz. Orientalium, qui non nisi munera ferebant, ne muere eorum fuis Regibus illisque, quibus honorem vel debebant, vel habebant. Et quidem *myrrham* Christo, ut homini mortuto & refuicitando; ficut aurum, ut Regi, thus, ut Deo; oblatam fuisse, Poctarum Chriftianorum Prudentii, Juvenci, Sedulii mens fuit. Alii, ut autumpellendæ pauperrati; thus, fœtori foci, & *myrrham*, conlolidandis teneris infantis membris oblata, ut more viz. Orientalium, qui non nisi colebant corpora fine muere eorum fuis Regibus illisque, quibus honorem vel debebant, vel habebant. Et quidem *myrrham* Chriſto, ut homini mortuto & refuſcitando; ſicut aurum, ut Regi, thus, ut Deo; oblatam fuiſſe, Poctarum Chriſtianorum Prudentii, Juvenci, Sedulii mens fuit. Alii, ut autumpellendæ pauperrati; thus, fœtori foci, & *myrrham*, conſolidandis teneris infantis membris oblata, ut more viz. Orientalium, qui non nisi *myrrha*, & *thus* & *myrrham*, corpora à putredine conſervaſſe; unde Joannis *cap.* 19. *verſu* 39. myrrham adfert Nicodemus, ad condiendum Domini corpus. Sed & per *Myrrham* amantudines ingentes fuiſſe deſignatas dicere poſſumus, quibus Chriſtus ſu ſtatu Exinanitionis iæ obnoxius fuit; quum *myrrha* infigniter amara ſit; unde non ſine cauſa mitres dicuntur exhibuiſſe Chriſto *εἶνο ἰσμυρνισμένον*, *vinum myrrhatum*, Marci *cap.* 15. *verſu* 23. imo & allegoria hinc ducta poſſet, ad indigitem Chriſti ſuaveolentiam & fragrantiam: *Myrrha* enim, Leamino teſte, *mirè odorata*, eſt & infigniter amara ſit. Hinc *madentes myrrhâ crines*, apud Virgilium *Æneid. lib.* 12. Illaque prius non tantùm adhibita ad thymiama ſacrum, Exodi *cap.* 30. *verſu* 23. ſed etiam puelæ; copulandæ Ahasveto, ſex ante menſibus te oleo myrrhino ihunt ille leguntur, Eſther. *cap.* 2. *verſu* 12. Sic myrrha Sponſi veſtimenta inundâta dicuntur, Pſalmo 45. *verſu* 9. quorum eſus fragrantiſſima dicuntur, pars altiuidior, quæ remanebat, & unde σμύρνα expreſſione eliquata fuerat, σμύρνα eſt dicta; quòd in offas convolveretur. Id enim σμύρνα & σμύρναι ſignificat, uti diſcimus ex Dioſcoride *de Myrrha generibus.* Sic, ut ſtax & ἀσὰ gummium odoratum, ſic myrrha nomen peculiariter ſibi apud Græcos vendicans, quæ cauſa, quòd ſtacten à myrrha diſtinguat Heſychius, Στακτὴ, ἡ ὀσμὴ τῆς σμύρνης. Et alibi, ὀσμὴ τῆς σμύρνης, ἡ στακτή, ἡ σταγών. Ad Latini *myrrham* quòd attinet, quòd ſtacten Græcorum, Virgilius *Æneid. lib.* 12.

——— *Vibrati calido ferrè, murrâque madentes.*

Propertius,

Aut quid Orontea crines perfundere myrrhâ.

Varro quoque, *Magiſtratus myrrhâ act.q. unguentis unguntur* &c. Certeſum optimum *Myrrham* guſtu probari dicit Theophraſtus, ut ſit nimirum leniter amara, utque non ſit varii coloris, ſed μιᾶς χρόας ἐξώχρους. Ipſa verò arbor humilis admodum, nec ultra quinque cubita aſſurgens, ſimilis ſpinæ Ægyptiæ, contortis admodum ramis, ſpinis acutis & longis armata, ut Saba & Arramosa, (ubi ligno ejus in ebur condiendi usurnitur) Peiquens: Qua de V. pluribus ageſem Plinium *Hiſtor. Natur. lib.* 12. *cap.* 15. & 16. & *Solinum cap.* 33. caſtigatos à Salmaſio *Exercitationibus Plinian. pag.* 512. & *ſeqq.*

Myrrha, Græcè μύρρα, herba eſt, *ſimillima cicutæ, caule foliisq; & flore, minor tantùm & exilior, cibo non injucuo*, Plin. *lib.* 24. *cap.* 16. ſic dicta, διὰ τὸ μυρίζειν καὶ ἡδύνειν, ob *fuaveolentiam* ejus *fragrantiam*, quam in re præſert, Diolcoridem. ἰδίως δὲ καὶ ἀπαλώτερα, ἀπαλὸν, ἀσθενὲς, ἡδύνον. Unde μυρίζειν mentis ſcribitur. Certè μυρίζειν eam vocant dicere Plinius, cum *myrizam* quoque appellatam eſſe ait. *d. l.* Idem cum geranio eam perperam confundit, *lib.* 26. *cap.* 11. uti docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 707. Cæterùm *myrrham* quoque ſolem odoratum coronatis adnumerari; ſcribit Paſchalius. Certè coronas hinc fuiſſe nexas, planum fit ex Athenæo *lib* 5. quo auctore Demetrius ſil. quotidie magnum hominum multitudinem convivio exceptam multis rebus donabat; In quibus erant coronæ è thure ac myrrha, cum auris monilibus hominis longitudine, loco lemniſcorum ab tæniarum. V. eum *Coronarium lib.* 3. *cap.* 17. Verum non de herba aut flore hujus nominis, ſed de *myrrha ſuccis*, ſeu lacryma arboris, de qua ſupra dictum, locum Athenæi potius accipiendum, varia ſuadent. Namque Rex ille, qui plus potuis profundebat, quàm donabat, convivis quim pretioſiſſima quæque donari voluit. Addit è *thure* & *myrrha*, quæ aromata frequenter etiam in ſacris junguntur. Notum inuper, convivialibus coronis, eruditiore jam luxuriæ parata, addi unguenta conſueviſſe, quibus ex aut rorarentur aut etiam mergerentur; ut gratiæ flotum, quæ aſpectum pafcit, acceleret odoratus voluptas. Qui mos unguenta cum coronis miſcendi eusque eò percrebruit, ut vix unquam ferme fine unguentis mentio fiat, Horatius *Carmitis lib.* 3. *od.* 14.

Ipsæ unguentum, puer, & coronas.

Vide quintem *lib.* 2. *od.* 7. & *lib.* 3. *ep.* 29. Clementem Alexandr. *Pædag. d lib.* 2. *cap.* 8. Athenæum *lib.* 15. Alios, laudatos Paſchalio ubi ſupra, *lib.* 2. *cap.* 4. Niſi mavis (ut myrrha *thymiamate* dicitur ſacrum, cujus ut & thuris odoribus coronæ illæ perfundi ſolerent, Euripides certe ἀνθεσιν ὄμοιον ἐστεφανωμένοι vocat, *Troad Actu* 4.

——— σμύρνης ἀπλεκτὸν τι κισσῖτιν.

Et fumum ejus usque ad Phœbum aſcendere, alibi dicit &c. Vide ſupra.

Myrrha, ſeu potius *Murra*, Græcè μύῤῥα, mel. μύῤῥα, lapis. unde & quæ *murrina* & *murrhina* dicuntur. Etenim enim quæ *murrhina* à *myrrha* aromate deducunt & *de myrrha ſuctis* interpretantur: ita autem Græcis ἀπὸ τῆς σμύρνης, *myrrha*, σμύρνα aut σμύρνα dicenda eſſent: atqui μύῤῥαν hunc lapidem paſim vocant, etiam qui diligentiſſime ſcribunt, atque attenſiſſant. Paulanias *in Arcadicis*: Ἄλλως μὲν γὰρ καὶ κρύσταλλος καὶ περὶ μυῤῥὸς καὶ ὅσα λίθοι ἀνθρώποις, ἄλλα λιθογλύφοις, περὶ τὰ σκεύη τὰ κεραμεᾶ. Ubi, uti κρύσταλλος Paulaniæ, unde *cryſallina pocula*, ita & μυῤῥὸς lapis ipſe, unde pocula *murrina* & *murrhina* dicuntur. Martialis *lib.* 14. *epigr.* 113. imo *lib.* 10. *Epigr.* 80. & Statius in *Coma Earini.* Ita enim ubique ingenuum, non *myrrha*; Græci, ut dictum, μύῤῥαν & μύῤῥινα: Artiano λιθὸν μυῤῥῖνον. Sed nec minore funt in errore, qui *murrina* Vett. ex onychis gemmis fadtitara fuiſſe, ſibi perſuadent. Ut enim alia omittantur: Si murrina Vett. ex onyche fierent, cur *murrina* vocata ſunt, ut quæ hujus appellationis ratio? Cur denique *murrina* ab onychinis, ubique diſtinguuntur, cum certè in *Heliogabalo*, in *murrinis & onychinis mixtis.* Vero propius eſt, antiqua murrina eſſe *porcellanea* & ſtra, quocunque modo hodie fiant. Quòd enim ex luto quodam albo & in forpzeibus cocto, apud Chinas, porcellanea vaſa hodierna fieri contendunt, nihil probibet, quin Vett. murrina fuerint. Nam quòd Vett. quidam lapidem eſſe *murram* ſcripſerint, alii humorem ſub terra conſiſtum, certe ex propoſito ignorabile ſtoqui, quid ſtemi aut quomodo fierent hæc pocula. Quemadmodum Serterium omnia mirabiliquitas paſſim habuit & geſtavit; cum tamen nemo tum noſter, quomodo id proveniret & quâ fieret arte: donec ſub juſtiniano demum cognitum eſt, vermes ſericum apud Seres nere, non ex foliis arborum lanuginoſarum depaſti, quod hactenus credebatur. Meminit quidem Arrianus τῶν μυῤῥίνων, quæ in Dioſpoli fiebat: Sed cave putes intelligi, de illa pretiuſa murra, quæ ex Carmania & India advehebatur; ſed de murrinis ſimplicibus, quæ quod in Dioſpoli Ægypti, ad imitationem murrinorum fiebat, Sic enim is, Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑακίνθινος ἐστιν καὶ πάντα μᾶλλον ἢ φοινικοῦς ἢ ἁλουργὸς ἢ ὁποῖος ἄλλος· ubi dicit *aliud murrinum*, ad diſtinctionem veri. Niſi potius legendum, καὶ τοῖος μυῤῥίνος, *& vitri murrini*: cujus Plinius meminit, ut & opiſtiani, quod etiam imitabatur lapidem. Oſt Latium in Æthiopia inventum, quem Gigei ſtemate vocabant, quòd gigantum illi ſepulcris ſtemina ingenerentur, ut *ofſa* & ex cuti pupilla &c. De utrisque tam cryſtallinis quàm murrinis, *frigidi potûs* eſſe, dixit Plinius, adeò, calidum pati non poſſe, intellexit. Contra Martialis, de murrinis, calido potui ea convenire, exiſtimavit, ſub lemmate *Murrinorum.*

Si calidum potas, ardentis murra Falerni
Convenit, & melior ſit ſapor inde mero.

Certè ſi contrarie cauſe cryſtallum & *murram* excludit, frigus & calor, contrariæ etiam affectiones ſentiendæ ſunt. Unde ſi cryſtallus, ideò caloris impatiens; quia ex gelu vehementiore creta ſit; neceſſe eſt, ut murrina, quæ calore denſantur ſub terra, juxta eandem rationem calido potui ſetentio potius, quàm frigido, apta videantur. Verum nec Veteres latis explorate vidisse noviſſe, qua ratione formarentur murrina, quæve modo fierent: & ſcripſere nonnulli, cryſtallum non frigore, ſed calore denſari, quod alias ſtilique diſputandum & Plinium ſum datis conciliandum, Salmaſius *ad Solinum*, p. 103. & 204. V. quoque ſupra, ubi de *Murrâ* & *Murrhinis poculis.*

Myrrha, cognom. Veneris, quia *myrto* præ eſſe creditis, cujus inſum in nuptiis fuiſſe, dicemus infra; inde *Murcia* poſtmodum quibusdam dicta. Plutarchus. Καὶ γὰρ ὁ τῶν Μυρτίων Ἀφροδίτης κρόνος. Μυρτιὰς τὸ σπάνιον, ἢ ἐπεὶ ἀνθρῶπος ζῶν. Etenim quam nunc *Murtiam Venerem* vocat, Myrtearn etiam, ut videtur, appellabant. Plinius,

nius. *Quin & ara vetusa fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murciam vocant* &c. Alii tamen *Murciam* illam conlent cognominatam, quasi *murcoris Deam*, quod homines *murcos*, i. murcidos vel marcidos, h. e. defides & ignavos redderet. V. *supra*.

Myrtea Corona, Latium olim fuit; quos *myrto* & rore marino redimiri conflet ville, docet Horatius *Carmin. lib.* 3.

Parvos coronantem marino
Rore Deos, humilis, myrto.

Item fupplicum, de quorum apud Athenienfes more fic Ariftophanes *Veſpis*,

Ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω,
Κοῦ μυῤῥίνας, ὡς ἂν ἀλσώμενοι ἐνδῶσι,
Ὅπως ἂν ὑδρίαμμα σπάνιν τοῦ δεῖν,
Sed quam celerrime ignem aliquis afferat,
Et myrtos, & illius intus,
Ut ſupplicemus primum Deo.

Magiſtratuum quoque, in eadem urbe: unde *μυῤῥινᾶν* dicebatur ἀρχὴν καταγεῖν, *candidatus Magiſtratus*, apud Dionyſium *Halicarnaſſ. lib.* 2. Pancratiaſtarum portio in Iſthmicis Luſis, uti diximus e Pindaro *Iſthm. Od.* 8. ubi μυρσίνου στέφανοι, *myrti coronam* Cleandri præmium fuiſſe ait. Atque inter Victorum triumphalium, apud Romanos unde Papyrium in monte Albano primum de Corſis triumphaſſe, & myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum, ait Plinius *lib.* 15. *cap.* 29. & de ovantibus res notiſſima. Quas ob cauſas, coronam *myrteam* Cæſari Auguſto Virgilius tribuit, velutiſtor gentium, æmulorum, ſervitii publici, victori, denique ut Numini, *Georgicorum lib.* 1.

——— *& te maximus orbis*
Auctorem frugum, tempeſtatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto.

Nempe & Veneris *myrtus* fuit, nec procacis ſolum illius & libidinoſæ, de qua poſtea; ſed illius bellacis, victricis, triumphatricis: Martis quinetiam & Herculis, Palladis item & Apollinis, fortiſſimorum Numinum, uti pluribus docet Car. Paſchalius *Coronarum lib.* 10. *cap.* 16. Sed & Virtutum, Cor venarium, Amantium coronæ, ex eadem petebantur: utpote Apollinis, Bacchi (qui eadem delectatus eſt) Veneriſque & Cupidinis, alumnorum, de quibus idem paſſim pluribus agit. Nec omittendus *Myrtea corona* in ſacris usus. Certe, in ſacrificali apparatu, ſrons haec fuiſſe legitur, apud Ariſtophanem *Acharn.* & inter facia coronamenta *μυρσίνου στεφανώσαι κράνος*, *myrteum coronarium ibitre*, monte fuiſſe, docet Plinius *lib.* 15. *cap.* 29. Sed & Virtutum in Lege, Victoriæ in *Longum*, apud Athenienſes *lib.* 15. texiam è myrto coronam vocari ait *Ælius*, ambitu cubitorum viginti; eamque in Elloriorum feſto, quod apud Corinthum ſolenne erat, in pompa vehi conſueviſſe, cum oſſibus Europæ, quam Ellotida Corinthii dixere. Claudianus quoque *de Nuptiis Honorii*, in ſacris Nuptialibus, fores myrto coronat; uti & anbi, ubi de Nuptiis Martis & Veneris ei ſermo eſt:

——— *ſiſtit ſponſentia myrto*
Limina cingentur ſæ.

Vide iterum Paſchalium ubi ſupra *cap.* 18. & *ſeqq.* nec non, quæ hic ipſa dicemus.

Myrteus Color, idem cum *preſſo*, Servio & Iſidoro: *Myrteum, quem purpura preſſum vocamus*. Eſt autem *preſſus* color, qui alter *ſaturnus* aut *ſaturatus*, Græcis σφοδρὸς dicitur, quo nomine intelligimus rem & plenam & diutius appellam. Porphyria *Myrteus color* medius eſt inter flavum & nigrum. Cynaræ flos, quem *myrtoolum* Columella vocat, Dioſcoridi σκυάνθος dicitur, ac Plinio *Myrteus*. Καῤῥὸς autem & κύανος, color eſt, in fuſcum & lividum vergens. Sed & , ubi Servius *Georgic. lib.* 3. *Spadices*, inquit, *glaucique, quos phœnicias tatos vocant, preſſos myrteos*. Lege, *preſſi, myrteos*. Preſſus igitur & *myrteus* color idem, neque ſubfuſcus, ut Scaliger opinatur. Janus Philargyrius: *Spadix phœniceus eſt, qualis ſunt ſrudus palmarum, neq; ſatis diluti coloris, neq; nimium preſſi*. Idem ad illud *Georgic. lib.* 4.

——— *Hyali ſaturo fucata colore.*

Saturo, ait, *id eſt, vino & ſaturo ebrio, id eſt preſſo colore, ut in conſuetudine dicimus, meracius ſaturat, qua puriùs & meracius lucent.* Eundem colorem etiam *plenum* Latini dixere; quod Caſtalionis in voc. *Ælius*, *Nam & hoc ipſum, myrteus ad plenum colorem comitum natura eſt*, item *adſtrictum*. Plin. *lib.* 9 *cap.* 48. ubi *adſtrictum* colorem, qui & preſſus ac nigricans, *excitato* opponit, h. e. claro & acuto, quem Græci ἐξὸν dicunt: illumque purpuræ *nigranti roſæ colore ſubiucenti*, hunc colore: utrumque Tyriæ purpuræ attribuit, utpote acumen lumenque edens, & nigritiam faciritatemque purpureo nigræ ſimul habenti. Porro *auſterum* Latini & *nigrum* dixere, quod maxime ſaturum. Plinius *lib.* 9. *cap.* 36. *Sed unda concelyis pictis, quæ vitro gravi in ſuſco, color auſterus in glauco.* Et *cap.* 8. *Nimia eſt, ipſa nigritia dat auſteritatem illam intercrenis, qui quæritur coci.* Ubi *auſteritatem* vocat ſaturitatem & ſuperbiam nitoris. Si cuſdem de Scythicis ſmaragdis meracius ac improbius virentibus, *cap.* 5. *ejusd. lib. Nullis major auſteritas, nec minus vitii.* Hinc Græci, quod *auſterum* in coloribus Latini dicunt. *Superbum* quoque in eodem ſignificatu: Unde *ſuperbia* umbræ Vitruvio. Auſteritas ἐφ' ὑδατος & λιθίνης &c.; & *ſuperbum oſtrum* Virgilio,

Arte laborata veſtes oſtroq; ſuperbo.

Improbum item: quo nomine Latini inſignire ſolent, quidquid ſupra modum excollitur atque eminet. Sic *improbior ſtatura*, *improbiora labra*, & hinc *improbus color*, de purpureo per excellentiam &c. V. Salmaſium ad *Tertullian. de Pallio* c. 3.

Myrti vel *Lauri* tunus feu virga, in conviviis olim, pro lyra circumferebatur, cum quo accumbentes, qui fidibus neſciebant, ſcolia, i. convivialia carmina cantarent. Heſychius μυρσίνης κλάδος ἢ ἑλάτης ᾠδὴν ποτὲ ἢ σύντῃ ἀνέλυσε τῆς κῶμαζομένης ὑπὸ τῶν ἀρχόντος ὑπὸ τοῦ ἀεὶ ἄρχοντος, Vide quoque Athenæum & Ariſtophanis Scholiaſtem. E quibus colligere eſt, nulla unquam carmina cani olim aut recitari ſolita, absque lyra aut virga feu lauri feu *myrti*. Et quidem Lyrica ad lyram cantabantur, vel in convivio, ſi quis citharizare neſciret, virgam *myrteam* seu cantebat Epici veró Poëtæ, qui privatim, qua publice, cum virga laurea carmina ſua recitabant. Salmaſius ad *Solinum pag.* 868. Hinc natum apud Græcos Prov. ἀνευ σφῦρας μυρίνου, *canere ad myrtum*. Nempe antiquitus conviventes Bacchi cantum primo communiter, & ſimul omnes una voce πανσυδηὶ, decantabant. Alterum dein cantionem ſingulis canebant, poſtquam *myrti* ramus unicuique fuerat traditus eſſet, quem κῶμον dixere, ἀλφ τὸ κόπτειν ἢ ἀφαιρεῖν, *quod, qui eum ramum acceperat, ſanabat*. Noo autem ordine is erat, ſed qui primus in ſecto principe cecinit, dimittebat eum ad illum, qui in ſequente ſecto eſſet primus; ille rurſus ad eum, qui in tertio ſecto eandem locum obtineret. Sic reverſus ad primum lectum, debabat ei, qui ſecundum in illo locum occupabat; ab hoc mittebatur ad ſecundum alterius ſecti & ſic conſequenter. A qua diverſitate & multiplicis ſtatus ratione carmen hujusmodi σκολιὸν, *obliquum*, dictum eſt, uti habet Pintarchus *Sympoſ. Problem.* 1. Secundum Scholiaſten vero Ariſtophanis *in Veſp.* qui primus ſedebat, tenens laurum aut myrtum canebat verſus Simonidis aut Sreſichori, donec ei ibitum. Poſtea eum ramum, cui volebat, tradebat, neo quomodo ordo poſceret. Tum is, qui à primo acceperat, *perſe* quebatur ceteros: rurſusque tradebat, cui ibitum erat, ramum. Quo modo ſolum, ut, cum omnes præter ſpem canere aclogui neceſſe haberent, hi verſus σκόλια dicerentur. Λεῖ τὸ ἀγωνιζόμενον, *ob difficultatem*. Et hoc accipere σκόλια, dixit Comicus ubi ſupra; *Myrtos* autem ſic canentes dexterà manu circumferebant &c. Vide infrà ubi de *Scolio*, & plura hanc in rem, apud Car. Paſchalium *Coronarum lib.* 2. *cap.* 4. Ideo autem ramus *myrti* in hunc uſum adhibebatur, quod hac plantà, (utpote laetiæ ſymbolum) non Bacchi modò, quàm Veneris, ſacra eſſent. Unde & corona convivialis è myrto facta ipſe dicebatur, uti ſupra innummus. Sed & *Myrti ramum* Lesbii olim floribus intexebant, & *hepathymiàda* vocabant, qua de voce Vide ſupra.

Myrtus, arboris nomen, *qua in Europa exteriori cælo, quod à Ceraunio montibus incipit, primùm Circeja, in Elpenoræ tumulo, vita tradatur*, Plinius *lib.* 15. *cap.* 29. Fuitque, ubi nunc Roma eſt, antequam Roma conderetur, *Quippe ita traditum, myrtetis abundantia Romanos Sabinosq; eam propter raptas virginibus dimicare voluiſſe, depoſita armis pugnatos: in eo loco, qui nunc ſegnia Veneris Cloacina habet*: Ibid. Adhibita autem illa, quod Veneri, conjunctionis præſidi, ſuit dicata, unde huic nomen *Myrtia*, quod poſtea in *Murtiam* abiit, teſte Plinio *lib.* 15. & Plut. *quæſt. Rom.* 20. Hinc voluptatis illa hieroglyphicon eſt, docente Valeriano *l.* 50. unde Pelopem, quod Venere unice chaream ex Jove poſſeſſa eſſet, Hippodamiæ nuptiis pontum; ipſamque Venerem in judicio Paridis *Myrto* coronatam adſtitiſſe, & proin arbuſculam hanc Junoni Palladique exoſam, refert. Unde etiam, cum omnibus aliis germanantibus & floreutibus in ſacris Bonæ Deæ uti liceret, *Myrtum* ſolam adhibere neſas fuit, Joh. Roſinus *Antiq. Rom. lib.* 3. *cap.* 26. Cæſar quoque ovantes Urbem ingrederentur, quando bella nempe aut non rite indicta, neque ſolemni more, aut bello geſta erant, aut cum hoſtium nomen humile & non idoneum eſſet, ut ſervorum piraturarumque aut deditione repente factà, ſine pulvere incruentaque victoria obveniſſet, quòd non Martius is, ſed Venereus potius triumphus eſſet, *Myrto* coronatos ingredi neceſſe erat: Soli M. Craſſo, bello fugitivorum confecto, cum myrteam coronam aſſeruerit gerere, lauro uti conceſſum, Idem *lib.* 19. *cap.* 28. Sed & hilaritatis indicium erat, ramus *Myrti*, quem Veteres inter vina alter alteri porrigebant: ut eo circumlato unusquisque diſcumbentium ad cantum excitaretur, de quo more late diſputat Plut. in *Sympoſiacis*. Unde Horatium quoque legimus, ubicunque conviviorum lætitiam celebrat, coronæ è *Myrto* inſerti curaſſe. V. Fulvium. Licetum & *Gemmis annularibus*, *Schem.* 50. & ſupra, ubi de *Myrti Rauto*. Nec certè alia arbor certius ſymbolum lætitiæ, quàm publicæ, qua privatim fuit; uti ſupra videmus, ubi de corona *Myrtea*. Unde & in ſepulchris ejus ulus, quod mortui conſentur victores humanarum miſeriarum. Certe apud Euripidem Electra queritur ſepulchrum Agamemnonis, Patris ſui, nullum acceppiſſe, neque libamen, neque ramum myrti, *Ἄδην*,

Ἀ χαμύνων δ' ἀλὶ πλόῳ ὑπεσχεθῆ
Οὐ πάντα, ἢ χοὰς, οὐδὲ κλάσμα μυρσίνης
Ἔλαιάς ———

De eadem in Nuptiis adhibita, jam dictum aliquid. Addam hic quòd *Myrtus* etiam apud Hebræos, Sponſis olim prælata. In ritibus

enim illorum nuptialibus coronarum primò vetustissima est *in Musa* mentio, quarum usus in ipsa fuit deductione seu nuptiis. His namque orabantur Sponsi in nuptias; & quidem Sponsi coronâ erat five aurea five argentea, five ex Sale tosto formata ato; fuphure depicta, five rosea five *myrtea* five oleagina: Sponsæ verò corona aurea erat seu aurata erat, &c. formâ עטרת שושן. *Urbis auream* seu turrita, qualis Deûm matri vulgò tribuitur. Rami dein *Myrti* ac palmarum cum eadem Sponsis præferebantur: frumentum ferebatur five spargebatur: velaminibus obtegebatur Sponsi &c. E quibus, sub tempus invationis Vespasiani ac Titi, nonnulla exoleverunt. Namque de coronis Misna. *Tempore, quo Vespasianus armis nos aggressus est, intercidit Sponsorum jure corona, ut etiam sympana* (quorum usus in Choris nuptialibus) *atq; Tibicines invadeante, intercidit & sunt etiam corona Sponsarum.* Nolebant fe. exterorum armis hostilibus oppressi, splendidum illum Majorum in nuptiis celebrandis ritum diutius retineri. Idem de ritu ramorum *Myrti* ac Palmarum, legitur in Hebræorum Commentariis, *Sepher Juchasin fol. 103. Myrtum & ramos palmarum Sponsis in pompa ducisse non sine præfentidis &c.* V. Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic. lib. II. cap. 15.* Cæterùm jungebatur in coronis *Myrtus* rosæ, hyacinthis, croco, acantho, illis, lauro, aliis, uti videre est apud Virgilium *Cul.* Ovidius eam sifymbriis sociat, *Fastorum lib. 4.* Theocritus lauro & cupresso, *in Epigramm.* Horatius rori marino, ut vidimus &c. Neque verò parum naturæ visum est date myrto odorem, teneritudinem & pulchritudinem, ob quas dotes in usus præfates est adhibita. Eam insuper solido robore cumulavit. Unde Virgilius *Georgicor. lib. 2.*

—— *solido Paphia de robore myrtus.*

Hinc bacili ex myrto, de quibus Plinius *lib. 15. cap. 29. Virga quoq; myrti gestata manu, viatori prosunt in longo itinere pedisi.* Eadem hastilibus electa. Virgilius ubi suprà,

Viminibus salices fœcundæ, frondibus ulmi,
At myrtus validis hastilibus ——

Et *Æneid. lib. 3.* ubi tela, quibus Polydorus confixus est, *myrtea* facit. Constantinus quoque Cæsar *lib. 11. cap. 8.* myrtum confitendis sagittis aptam esse, diserte tradit. Sic *Geoponicon lib. 1.* tradit Didymus, urinâ hominis, ovina præcipuè, irrigatam, ita rectam præcelsamque exire, ut non valis tantùm textilibus, fed jaculis etiam ballistique aptæ evadat. Porro Pastores é myrto clavis uti folites, indicat iterum Virgilius *Æneid. lib. 7.* ubi parem dat Camillæ, fed ipsiuo præstans.

—— *Lyciam ut gerat ipsa fagittam*
Et pastoralem, præfixa cuspide, myrtum.

Inde *pastoralis truncus*, apud Statium *Thebaid. l. 4. v. 301.*

—— *hi Paphios myrteo à stirpe recurvant,*
Et pastorali meditantur præda trunco. &c.

Atque hanc ob caulam verisimile est, fi, tum esse, ut corona *myrtea* symbolum haberetur fortitudinis. Certè é Claudio Saturnino Tertullianus tradit, myrtos milites dedimi solitos *de cor. milit.* Ipse Herculanis myrti coronatus, memoratur Euripidi *Alcest. Act. 4.* & ejus imitatione, alii viri fortes, *Eleft. Act. 4.* Alcestis quoq; pro viro moritura, votis ad omnes aras factis, eas multis vinxit myrti ramis, apud eundem *Act. 1.* Sic apud Athenienses, post Persas devictos, Eleutheria legimus instituta, in quorum pompa confpectifiunt currus pleni *myrto* & coronamentis, Plut. *in Aristide.* Imò & in publica lætitia, propter fubitanum tyrannum, Syfannicidas geftaffe gladios *myrto* redimitos, in fignum victoriæ omnium pulcherrimæ, quâ ad libertatem ituræ, narrat ur *in Fragm. Ale.* Unde ad Triumphantes ejus usus transiit, apud Romanos, ut suprà dictum: *Bellicis ita se rebus inserens*, uti Plinius ait *d. l.* Quo pacto, & *Myrtum* Veneris arbotem dixeris, fed non procacis illius, ac libidinosæ, ut vetium bellacis, victricis & triumphatricis; ejusq; nomen cum Marte & Victoria, tropæis fuis, paffim legentem, de Antebelao victoriam, infcripfiffe Sulla dicitur Plutarcho in *Vita* ejus &c. Vide plura hanc in rem, apud Carol. Pafchalium *Coronarium lib. 8. cap. 7. & fqq.* Cap. Barthium *Animadversion. ad Statium d. l. & ex* Vett. Plinium *lib. 15. cap. 29.* ubi de ufu baccæ ejus, apud prifcos, loco piperis; de generolo obfonio, inde *myrtati* nomine infignito; deque ipfa arbore, ejusque multiplici usu varia. Adde, quæ diximus fuprà paffim,

Myrtus, Gr. Μυρτος, *myrtea* dentata eft, μυρσινόφυλλος proin Ariftoteli, utpote dentes habens ἐξωθεν πριόνωδη. Murænarum enim aliæ dentatæ funt, Athen. *lib. 7.* ubi ait, τὰ μυρσινῶν δικτύων ἄτινα ἐχει τὰς ἰξὰς, aliæ edentulæ. Quas ita quidem nonnulli distinguunt, ut marem effe, qui dentes haberet, fœminam dentibus carere, proderent: melius verò alii genere diveras tradunt. Sanè Ariftoteles *de Hiftor. lib. 5.* Μυρσῖνον non eundem effe fcribit, quod μελανουρον, nam hanc varias & infirmiorem, illum unicolorem & robuftum effe, dentesque intra & extra os habere, fexus difcrimine perinde atque in certeris. Et quidem fine dentibus Murænas in vivaiis fuisbahuit Pollio, de quo fic Plinius *lib. 9. cap. 23. Invenit in hoc animali documenta favitia Vedius Pollio, Eques Rom. ex amicis Divi Augusti, vivaria earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non fufficientibus, fed quia in alia genere totum parvæ hominum diftrahi fpectare non poterat.* Nam fetæ, quæ dentes habent, fi quid invadunt, mordicatim id prius contruncant & dentibus comminuunt, non totum partem diftrahunt. Veniebant autem hæ murænæ Romanis ex gargite Siculo, ubi capiebantur optimæ & fua ora litoria Rhenicapi feribit; V. eum *paffim.* Memorii hujus generis Martialis, cum de Muræna fluta ait:

Quæ natat in Siculo pinguis muræna profundo,
Non vales exuftam mergere Sole cutem.

Archeftratus δωρεὰν τὸν ὄνον ἂν dicit effe murænam talem, Caffiodorus *regium cibum appellat, & approbatum gratamq; pangustinem.* Murænæ verò dentata, Caffiodoro fimpliciter *Muræna*, murænæ flutæ feu exoriuftoni fimilis ac compar corpore erat, fed colore diftabat: & adeò quidem fimilis, ut Vett. nonnulli, quemadmodum diximus, exiftimaverint, murænam, quæ dentes haberet, marem effe; quæ non haberet, fœminam. Sic colore folo diftabant: nam muræna dentata unicolor erat, edentula varia, acinfirma, Athen. *l. c.* Hinc Ariftoteles *de Animal. lib. 5.* Μύραινα δὲ ἐστιν ἐχιδνῶδες γένος· ἡ δὲ μὴ ἔχουσα ὀδόντας ἐστὶ μὲν ποικίλη, ἀσθενὲς δὲ καὶ ἀσθενῶς ἐχουσῶν. Et hanc murænam, quæ dentata erat & valida & robusta, proprie Μύραιναν Græci appellabant, & ἀκὸν τὴ μυρσίνη diftinguebant. Μύραιναν tamen quoque vocat Nicander Θηρ.

Μυρσίνη δ' ὑπὸνηλεὲς ἀτὴ μυρσίνης πλάτανος
Πολλάκις ἐνδέξασθαι ἐπ' ἀγκυλοχείλεα πτώσσων
Ἐν ἁλὶ φοιζήσαντος·

quod murænæ flutæ aut exoriuftoni nequaquam convenire queat. Hefych. Μύραινα ἰσὸν τῷ ταμὶ λάθραι, ὃν ἐχεῖνα, Μύραινα *in malam partem dicebatur, ut echidna*, quòd malefica nimium dentibus eller. Unde & inter δακνὰς numerabatur. Latini nomen *murænæ* de utraque fpecie ponunt indifferenter, qui *Myrum*, ut Græci, non agnoscunt. At Græcorum etiam nonnulli Μύρωνα de genere illo molli & innoxio murænarum, quod nec dentes habet, nec irritat, ufurparunt. Athenæus *lib. 7.* Δοφίας ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τῶν Δήλῳ συνόντων ἐσθ' ὅτε ἐχθὲς, ἐπὶ τῷ ὅλον σῖτον χρωτὸς καὶ μυρίων ἄλλων ὠνεῖσθαι· Qui certè Dorionis *myrus* omnino idem ille debet cum murænæ flutæ & exoriuftone Caffiodori, quam *confitread licatitudine præditam, alioq; ex fuavi liquore coagulatam* effe dicit. Hoc enim eft, quod Dorion de *Myro* fcribit, ὅλον ἀπαλὸν εἶναι καὶ χαύνωμα & ἀτιτὸν in totum carere. Hinc à murænis eas diftinguit Caffiodorus, quæ murænæ, ut vidimus, quæ dentes habent, irritæ & *acerbæ*. Sic ex illa molli atque exoili fpecie murænarum fluta fuerunt & exormiftones, quas Dorion μύρους appellat, qui & duas earundem fpecies facit, fed colore diftantes: εἰσὶ δὲ μύρ, inquiens οἱ μὲν μέλανες, οἱ δὲ ποικιλόχρωτοι· χρήσεσθαι δ' ἑκάτῳ οἱ μαγειρικοὶ τρόπῳ, &c. Vide Clarif. Salmatum *Not. ad Tertullianum de Pallio cap. 5.*

Myxus, adde: In hac regione herbam reperiri, quâ oleum, quod vocant *Medicum*, infciatur, tradit Solinus *cap. 23.* Cujus naturam fic exprimit Dion. *Afer de fitu Orbis*,

Et Mali Thracium boreæ in finibus orti,
In quorum terris, quas ponti perfluit unda,
Ignotoves oleo commissa gignitur herba,
Medica cui nomen; cujus compescere flammas
Si quis aquis cupiat, plus ignem pascit in illis;
Pallvens huic ardor potis eft extinguere flammis.

Myrtifolius, fecer Gordiani III. vir doctiffimus, *quem cujus eloquentia dignum parentela fuit hic putavit & præfectum flatim fecit*, uti habet Jul. Capitolinus *in Vita Gordiani V.* Salmafium & Cafaubonum *ad h. l.*

Myrtiarchus, h. e. *Sacerdotum præfectus*, titulo Archiepiscopi in Hifpania Toletani, apud Mactium *in Hierolexico.*

Myfteria Romæa, Ciceroni *in Epift. ad Atticum* ter memorata, in fui explanatione dudum occupavit tenuere limnios Vates. In uti. *lib. 5. Quum fcies, Rome intercalarium fitme ne, velim ad me fcribas certum, quo die* Myfteria *futura fint. Sic Epift. 1. lib. 6. Facies, me, in quem diem Romæa incidant* Myfteria, *certiorem, & quomodo hymnaris. Cura ut valeas. Poft Leuticiacam pugnam die DCCC XV.* Tandem *lib. 15. Epift. 15. De meo interre ovaria sententia, multi enim ad me, fed tu incumbe quæ in eam curam magnam eft. Ap probas, fi ad Kal. Januarias equitatus, & omnes ordines eft aqua, fic tamen, ut finibi effanfonis fit. Et ea de re tum fcies, qua die olim pisculum:* Myfteria *fcilicet. Ut ut fit res, cujus conftitutionem noftri itineris judicabit. Dubitimus igitur, eft enim haberna navigatio obligata voq, ex te quæ fiuram* Myfteriorum *dum.* Simeo Boffius intelligit eum diem, quo *Mandus patere* dicebatur: quod ter in anno hebat, poftridie Volcanalia, ante diem tertium Nonas Octobres & ante diem tertium Eidus Novembres. Ac de hiemalibus *Myfteriis* egiffe Ciceronem declarant, ait, in poftremo loco, quæ mox ipfe fubjicit de hiberna navigatione. Sed explicatio ea nec hæc, nec prioribus locis quadrat. Quam ex libro 6. notavimus, fcripta eft VI. Kal. Martias, biennio poft eædem Clodii. Non eft enim alia pugna Leuctrica, quàm Miloniis & Clodii ad Bovillas: prior etiam anterius

anterius. Volcanalia autem incidunt in XII. Kal. Septembres. Nimia profectò ac incredibilis solicitudo, Proconsulem mense Februario quærere de die navigationis instituendæ, mense Sextili vel Octobri vel Novembri: cogitaret potiùs de negotiis provincialibus, quæ cumulo adhuc turminebant, aut de æstivis incipiendis, quàm de die discessus. Deinde fateretur, ex sententia Bosii, se ad Kal. Januarias respicere, ut nulla sit opus cautelâ in vitando die religioso istorum mensium. Adde, quod aperte indicat, ambiguum fe esse de die, non de religionem patentis Mundi, sed ob metum librariæ navigationis. Sed & cur adjeciat, *quo die olim placuit*? Nam religio Mundi patentis utique tempore etiamnum illo durabat, uti ex Festo & Macrobio, qui Varronis utitur testimonio, patet. Denique, ratio nulla, cur uti religiosi dies, præter cæteros, in tanto numero festorum, dierum dicantur *Mysteria Romana*. Bosio tamen facit secundas Dionysi Petavius, cum ait *Rom. Mysteria* facta quadam occulta festa, quæ tum celebrabantur, cùm *Mundus patere* diceretur; ac tum fuisse nefas arbitratos, publicè privatimque quidquam expedire, *de Deor. Temp. lib. II. cap.* 32. Ausonius Popma in prioribus locis intelligit Consulia, quæ mense, inquit, Martio magnâ celebritate peragebantur: idque eo magis, quia dies epistolæ scripræ fit paulo ante Consulia III. Non. Martias Paulo & Marcello Coss. ad quem numerantur DCCLXV. diem à Condita nece, III. Kal. Februario anno perpetrata. Sed id iterum duplex habet locus. Primùm quòd Consulia ponit Martio mense, quæ Kalendarium Rom. Plutarchus, omnes in Sextilem conferunt; nisi Equiria cum Consulibus consulit. Deinde, si lum est, scripram esse epistolam III. Non. Mart. & Clodium occisum III. Kal. Febr. Id enim factum XIII. Kal. Febr. teste Tullio *in Milon.* adeoque data est Epistola VI. Kal. Mart. uti dictum. Quod cùm ipse potest ab animadvertisse, *Notis ad Vellei. ait*, Liberalia intelligi, celebrata solita *Regnabant Idibus Martii*: quia ea quæ scripsisse Ciceronem, quia Quinctio Ciceroni fratris filio togam puram illis dare constituerat. Ita recte κατ' ἐξοχὴν *Mysteria Rom.* dicit, quia Cicero eadem in re alibi verbo utitur eodem, & apud Virgilium, *Mystica vannus Iacchi*. Ille quoque mendosum, constitutum Ciceroni eo die, de quo quæritur, quemque *Mysteria Romana* appellat, togam puram induisse Quinctio fuisse. Verba sunt: *Quinctio Ciceroni Liberalibus togam virilem dare mavult pater, an sic observabo, quasi intercalatum non sit.* Apparet, non ei fuisse ignotum hunc diem: & cur roget de intercalatione ejus causa, quem scie profitetur observaturum, quasi intercalatum non sit? Nec probant, quæ allegat, illa Liberalia præter cæteros festos dies *Mysteria* nuncupata. Nam *lib. de Nat. Deor.* accipitur vox generaliter pro quibuscumque festis Sacrorum operis deorum. Apud Virgilium non sert, quòd apud Tibullum:

Casside Liber ades, sic te tibi mystica viti.

Et Statium *Thebaid. lib. 8.*

Nec prius astra fubit, quàm mystica lampas & insons illustret multa purgavit lumina lympha.

Ita enim legendum, ubi vulgò inepte: *Ilisus.* Oppianus, ὡς πάλαι ἐν ναοῖσιν ἀγείρομεν. Simplex descriptio est, vanius, cujus instar habetur in sacris Bacchi, quàm Bacchio facta est. Sic Lucretius *lib. 6.*

Nec res ulla magis, quàm Phœbi Delphica laurus Terribili somitu flammâ crepitante crematur.

At multo infelicior est correctio Poppæ *in lib. 15. ad Attic.* scribentis: *quo die Olympia tum mysteria.* Ut dicat: Ego animo æquo & patiente tum, five maneam in Italia, five in Græciam profecturi, modò tamen nihil in manifesto metu vel profectione fit offensionis, de nihil sane molestiæ. Quartenti enim mihi, quo die *Mysteria* futura essent, respondebit illis diebus, quibus Olympia celebrantur. Unde incurrerem in vituperationem, me tam mitero Reip. statu ad Olympia profectum. Quæsiram autem ex te *Mysteriorum* diem, ne rediens è Græcia inciderem in hibernam navigationem, quod fieret, si post *Mysteria* profectus fuissem. Verum, quo pacto lenisus hic è verbis Ciceronis emanavit, apparet. Quòd enim animo æquo se esse dicit Cicero, non referendum ad profectionem aut manfionem, sed ad dilationem diei, quo redire constituerat. Negat enim se festinare valde, propter exiguam spem de Republica; ideoque ait, fusque deque habere, five admoveatur paululum five prolaterur ille dies. Nec quid refert, eum Rempe agerent Attici, cur quæreret ex eo Cicero, quo die Olympia Pisæ; Athenis mysteria celebrarentur: quorum de diebus ex intercalatione Romana nulla ambiguitas. Quòd si longer Olympiadum diem ab Romanis intercalatum putat ob quadriennium solare: eo die aliqua *Mysteria* facta, ante quæ nefas esser aliquid suscipere; ideo Olympiadum diem & *Mysteria* pro isdem pont: ideo verò Ciceronem itineri se accingere non autum, quòd omnis intercalationis dies religiosus, nefastus & infaustus haberetur, *lib. 2. de Emend. Temp.* Atqui, *siad Kal. Januarias cogitat*, quid opus Olympiorum diem verere, quæ non ante Solstitium celebrabantur. Vecabulum autem *offensionis* non posse ad religionem trahi apparet inde, quòd eundem diem Kalendas Januarias & quemvis commodum destinat haceonditione, si tamen nihil sit offensionis: ipsis igitur Kal. Januariis offensionem, quàm timet, obtingere sibi posse confitetur. Non igitur religionem illa significat, quæ illo die eundi quò quis vellet nulla erat. Nec probare possunt Etudii, quod Vir maximus in postremo loco scribit: *A. D. Olympia*, idque sic interpretatur: Si Cicero migrasset Olympiadum die, quòd is ἀσύμβολος & sit & peregrinationi non idoneus, difficile fuisset ipsum effugere vituperationem populi religionem illi objicientis. Scilicet hic Superis tum labor, ea cura quietos solicitabat, ut ex turbata & sursum deorsum rursum protium mista ac reciprocata Rep. solus Augur Cicero servaret integram eandem religionem, iter fulpendens ferris Græculis Olympiorum, ut Judæus Sabbato. Necdum observatum, dixisse Latinos, *ante Diem Olympia*, si dies Olympia Romanis in Fastis fuit: necdum placet, *ante diem Kalendas*, pro Kalendis ipsis, etsi id à Virgis doctis alicubi inculeatum, Omitto plura. Megalesia aut Cerealia cur interpretetur Lydiates, cùm ipse nullam rationem edat, nec nobis agendum muteri, cur ea intelligi non possint. Nam quòd *Idus*, agnoscit *Olympias*, perinde ut cæteri, vitiosâ lectione deceptus est. Sam. Petitus *Miscellan. lib. 3.* posteremum locum ita concipit: *Et tu etiam scito, quo die olim pinelum Mysteria. Ilicet, utu reis sit, easue consilium itineris nostri judicabit.* Ita autem interpretatur: Priora duo loca antecedere emendationem anni Julianum, ultimum sà esse posteriorem. Nec isse Ciceronem, ante emendationem Julianam, an mensis Merkedonius esset intercalatus, an dies Merkedonii imminuti essent, & hoc utrumque esse ei *intercalatum*. Quærere igitur, an intercalatum sit exempto quæ ex mensibus dies Merkedonii mensis Quintilis & Septembris item que Novembris: unde dicat, ia quem diem eadant *Mysteria*, quæ, nisi dies Merkedonii eximerentur, incidarent semper in eundem & statum Novembris diem. At quia eNovembri dies essent eximendi, quod pro Pontificum arbitrio, non è periodi lege, sæpius fieri, quærere illum, in quem diem incidant *Mysteria*, quas apud Plutarchum *Martello* appellari δαιμόνιος καὶ ἱερὰς ἡμέρας, five infernas Manibus Græci & Græcæ, Galli & Galiæ, tumultu Gallico in foro Boario defossorum. Quòd autem emendato jam anno quærat eundem diem, factum ideo, quia post Cæsaris cædem, antequam Augustus manum admoverit, non videatur à Pontificibus anni modus religiosè observatus. Contra quod Gronovius tantum dicit: Verum eit, ante emendationem anni Julianam scripta priores, quippe Coss. Iunio Claudio & Lucio Pisone, quam quidem Idibus Februariis, alterum VI. Kal. Martias: unde clarum est nò de diebus Merkedonii, tam remotorum mensium, sed quia tuh bissextilis fuit annus (quod confirmat ipse Vir doctissimus *Diatr. ieq.*) de intercalatione, quæ mense Februario fiebat, quæritur. At verò illum diem, quo memoria celebratur, *sacer*, ut meritò Livius appellat, *minimè Romani*, dici præcipue *Mysteria Romana* eò fit verisimile, quòd Cicero ipse præfatus Gronovius, ubique *Mysteria Romana* appellari facta Bonæ Deæ, quæ fiebant Kal. Majis. Quia enim id Sacrum febat, pro salute Populi Rom. cærimonia sanctissimâ, jure κατ' ἐξοχὴν *Mysteriorum* vocabulo id honoravit, quod nomen apud Græcos proprium Eleusiniorum, venerabilis etiam maximè facit. *Orat. de Haruspic. Resp. De sacris publicis, de tutis maxumis, de Deorum Penatium, Vestaq. maxuma cærimoniis, de illo ipso sacrificio, quod, si pro salut. Populi Rom. quod post Romam conditam huiusce annisacrificatum Religionum scitis violatum est.* Et rursum, *Etenim quod sacrificium tam vetus est, quàm hoc, quod à Regibus aquale huic Urbi accepimus. Quod autem tam occultum quàm id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quò non modò improbius, sed ne impudentius quidem posit intrare? &c. quod sit per Virgines Vestales, sit pro Populo Rom. sit in ea domo, qua est in imperio, sit incredibili quadam religione, sit Dea, cujus ea nomen quidem Vires seire fas est.* Denique ibidem infestus de Clodio: *Deorum ignes, solennes minusa, adultos accepentales foci, accensa & maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra, inexpiabili scelere per versit.* Hæc autem, ob incerta Fastorum, loco suo mota interdum fuisse, certissimum argumentum præbet Plutarchus *in Cicer.* ubi narrat, quo die Lentulus Sura & cæteri Catilinæ populares in carcere convicti erant, Ciceronem Ciceronem deductum in ædes vicinas fuis: has enim tenuisse mulieres, quæ sacris *Bonæ Deæ* operabantur; confirmatumque Ciceronem animum & solicitum ostento flammæ subitò ex cinere & desuis corticibus, igne jam sopito, emicantis. Is dies erat ante diem pridie Non. Decembr. Hæc igitur intelligi *Mysteria* præcipue firmat postremus locus, quandoquidem in duobus prioribus causam rogandi de illo die ignoramus. In quo capitalis error nonnullorum, quòd de discessu dixerint die, quo de futuri redius consilio jam ante excessum ex Italia Cicero pronuntiat. Hoc solo revicto illorum explicationes uno impulsu evertuntur. Scripta hæc Epistola est anno U. C. IↃCCX. eo tempore, quo post necem Cæsaris perterrefactus Antonii, actionibus abesse longe à Rep. decreverat, & evitare tot oculorum *multitudinem* in eumque finem, ut ait Plut. festinavit eum Dolabella Legatus in Syriam navigare. Acceperat igitur libertam legationem & potestatem eundi, manendi, quò, ubi vellet, in quinquennium, ut ipse scribit *lib. 15. Epist. 11.* De discessu non hic agi docet Epistola sequens 26. ubi narrat, se itinera sic compositisse, ut Nonis Quintilibus Puteolis esset, unde erat consecendeadum, sine illo mutati consilii aut dei vestigio. Acceptâ hac laxissima libertate, nec cu-

rationes à Proconsule mandandas meteuens (unde *Epist.* 19. *A Dolabella mandata habebo, qua mihi videbuntur, id est, nihil*) deliberat cum Attico de reditu suo. *Si ad Kal. Ianuarias cognitamus*, belle explicatur *l.* 16. *Epist.* 6. *Scribis enim, in coetum fieri profectionem meam: sed ita, si ante Kal. Ianuarias redeam.* V. quod *Epist. prox.* & *Philipp. I.* Cum Epistola ista *vera libro* 16. ferliberetur, jam consulta & decreta res erat, discepe Batius tendictus: fecus cum primum illud, *in Epist.* 15. tum enim variabant etiam sententiæ. Et quidem vellet redire Cicero ad Kal. Januar. si tamen aliqua melioris Reip. spes adfulgeret, hoc est, *si tamen, ut nihil offensionis fit.* Atticus inter dubitationem istam fusserat, ut vel Kal. Majæ termini peregrinationis essent. Quod nec improbat Cicero, sed tutius ita, ut à casu & fortuna Reip. consilii exitum subjendat, Idque eo magis, quia navigatio liberna, tentanda utique fuit ad Kalendas Jan. Romæ esse vellet, odiola videretur. Significatque haud obscure, Idem, quod Atticus voluerat, sibi quoque in mente fuisse: atque ideo *Mystiorum*, quæ in Kal. Majas incidebant, diem ex eo se quæstuisse. Hæc œconomia hujus Epistolii est. Porro Atticus, non contentus Kalendas Majas appellare suo nomine, elegenter & jocosè circumscripsit illas, in gratiam Ciceronis, quem delectari scierat nimiæ accuratrimi: Ut se prostrati mentione, Clodii dico: adeò ut olim in die, quo Epistolas dederat, signando à pugna, ut ait, Lucilicea seu Bovillana, dies computaret. Suasit igitur, ut circiter eum diem esset profectio, *quo die olim pinclum*: id est, quo die nefario Clodii inesto facta Bonæ Deæ violata esset, seu ipsis *Romanis Mysteriis* five Kalendis Majis. Quo loco nihil restius, nihil magis ad Tullii gustum. Quod autem Pupia de Olympiadis sententiam suam ferat, *de lib. 16. Epist. 7.* nihil ad rem. Refert enim ex ore Bruti: *Se latari, quòd effugissem duas maximas vituperationes, unam, quam timere faciendo me intelligebam, fu scipere, desperavimus ac relictionis Reip.* (*cuntes meum nullo quereberentur, quibus de meo relicti relictus*) agnoscis confitetum fuisse) *non probabant literam, de qua Brutus & qui mihi erant (multi autem erant) laudabantur, quòd eam vituperationem effugissem, ne existimaret ad Olympiadem, id est, ad nimium nihil turpius quam ad tempus.* Ubi alterum dictum Attici unius laudat Cicero, tanquam jucundum sibi: alterum Bruti & comitum abominatur & vituperationem maximam meludete fatetur ac primus Attico fignificat. Adeò re non infecta, propter quarundam literarum affinitatem, collum huic loco torserunt, pro Olympiis in illum indicandis. Favent præcedentibus Excerpta Appiani, qui narrans idem placuisse Sacra Bonæ Deæ *ἐν τοῖς ἀγῶσι*, *quibus celandum, qui audiunt*: nempe, ad tervandum silentium. In Scripturis aliquando tota doctrina Christiana vocatur *Mysterium*, aut *Mysteria*, Matth. *cap.* 13. *vers.* 2. Luc. *cap.* 8. *vers.* 10. Marci *cap.* 4. *vers.* 11. & Paulo fæpe, in *Epist.* ad Ephesios. Deinde æterno Abrondidum apud fe quum habuisset, tempore suo mortalibus patefecit. Hinc Apostoli *Mysta*, 1. Tim. *cap.* 3. *v.* 9. & *Dispensatores Mysteriorum Dei*, 1. Cor. *cap.* 4. *v.* 1. Verbi nempe, Sacramentiorum & totius doctrinæ Christi. Aliquando *capita quædam doctrina Christiana* intelligit Ambrosius, ut 1. Cor. *cap.* 15. *vers.* 51. Ephes. *cap.* 5. *vers.* 32. & 1. Tim. *cap.* 3. *vers.* 16. In potter. Theffalon. *cap.* 2. *vers.* 7. denique quamdam Antichristi Mysteria. *Mysteria vitam inquinatiffa*, & occulta quædam iniquitas, alita, profunda & numeris omnibus absoluta: quæ vis locutionis etiam apud Josephum *B. I. lib.* 1. ubi de Antipatro fil. Herodis, & Dionys. Halicarn. *Epist. ad Pompejum*, observatur. Diverso sensu apud Herodianum *lib.* 8. ὁ τραπεζικὸς λόγος, *jusjurandum*, *quod præsabant Legiones*, dicitur *ille Imperii Rom. gravis mysterium*, five, ut loquitur Tacitus, *arcanum dominationis*: quocirca id jusjurandum Romanis *Sacramenti* dicebatur. Certe de ἀγωγίοις apud Græcos & *Sacramentum*, apud Romanos, voces tunt religionis, reverentiæ cujusdam & Majestatis plenæ. Quam ob causam jam inde à principio Ecclesia illarum usum sibi vindicavit, neque solum in communione omnis Religionis arcana nominavit *Mysteria* & *Sacramenta*: sed peculiariter dostrinæ illi, quam *de Signu* Augustinus & Lombardus appellant, Græci Σφραγῖδα Θεολογίας, eas dictiones accommodavit: Batinus de arcano Christianorum Rom. VII. *Sacramentum* à *per ad verba, loquimur Sapientiam, quæ abscondita est.* Eadem *Teletas* & *Myslagogiam* appellavit: translatis vocabulis, ex iis Gentilium Sacris, quæ Græci Μυστήρια nominabant, & Latini etiam *Mysteria*, aut *Initia*, aut interdum *Sacra aperiamea*, ut Plinius, aut *Sacra aperta*, ut Flaccus. Nempe primo Religionis Christianæ Antistites ut opinionem novitatis doctrinæ fuæ à Gentilibus alperiæ demerent, antiquissimos pietatis nostræ ritus cum iis comparantes, qui prius erant apud paganos, multa nomina antiquæ superstitionis, multos ritus & ceremonias retinuere, sed pli interpretatione omnibus in melius verfis: quo pacto, *pertinaci*, ut Beda ait, *paganismo mutatione subventum est, quum res in totum sublato populus irrisisset.* Nisi potius dicas, veteris Ecclesiæ ritus, quos inter paganos Deisimia quà pote imitando exprimere conata est (namque à Templi multiplicibus velis facra fua obtegendi Gentilibus oceasio) Nil Teft. Ecclesiæ hac ratione fuisse adaptatos, quæ ipsis Gentilibus non erat inusitata. Miram autem dictu & cogitatu horrendum, quantopere olim Satan, per hæc pagatorum *Mysteria*, hominibus illuserit. Quoniam enim nescio quæ veritatis incitilata inter fœda alioqui mendacia & denfiffimas tenebras micabat; tanti hæc facra facta fuit, ut fi-lein omnem res superet, vereque scribat Augustinus *de Trin. lib.* 3. *cap.* 10. *Diabolum animas decipas illusione præcipitasse in eum pulcherrimæ purgationis errorem, quæ Græci Τελετὰς appellant, transferendo ex in Angelum loca, per multiformem machinationem, in signis & prodigiis mendaci.* Erant verò Sacra hujus generis apud Græcos (nam Romani non ita apud fe coluerunt, nocte enim peragebantur præcipui horum ritus; Romani autem facra nocturna semper improbarunt, ut Cicero *de LL. lib.* 2. teftatur) plura & diversa: Mat tis Dei hm, in Samothracia; Hecatæ, multis in locis; Cereris & Proserpinæ, Eleusinæ in Attica; Bacchi, in Bœotia; Minervæ, in Asia: Apollei, passim in Græcia; Isidis, in Ægypto & multis alis in locis, teste quoque Appulejo, qui *Teletas* vocat. Et erant alia *Majora*, alia *Minora*, quibus initiandi aditus præparabantur. Ipsa facra μυήσεως dicta; operatio facrorum μύησις, & qui percipiebantur, μυούμενοι, νεόμυστοι & μύσται. Nam locopum Sacrorum dicebantur ἐποπτεῖαι & ἐποπται. Et autem inter celebrandum, perdoctissimo Animæ ad unum flatum, ne quæ erat, priusquam ea celebrandi ordiretur, Olympiodor. in *Platonis Phædonem* quo apparet verisimilium illud Tertulliani *Apolog. cap.* 47. *Omnia adversus veritatem diaboli versutia conflictata esse, operantibus æmulationem istam Spiritibus erroris.* Nam ναὶ illud Olympiodori, quid aliud est, nisi tutus perfectionis, ex quo exeidimus in vet. Adamo, & in quem ut multo melioren, per novum Adamum fumus: futuri. Illum verò ultimum & fruitum horum *Mysteriorum* dicebant: ese, quòd initiati post mortem cum Diis esiem habitarunt: quum non initiati in cœno ae luto, & ut vetus Poeta ait, βορβόρῳ κεῖσθαι, fese esiem voluerunt, V. Plat. *Phædr.* Plut. Diogenium Laertium *Antisthen.* & *Diogene Cane*, Arrianum *Dissertat. Epict. lib.* 3. *cap.* 20. inprimis Ciceronem *l.* 2. ubi interalia, *Initia*, inquit, *ita nobis peperisse vitæ exitus cognovimus, nec, jolum cum lætitia vivere, sed etiam meliori animo mori accepimus, sed etiam* Sacra *illa* (ubi Sacra? Sed Eleusinia intelligi tonici, cum hujusmodi Sacrorum, tum universe, ut ipsi appellabant, Θεωρητικὰ ἀκρόπεια, finem statuerunt, ut evaderet homo quàm simillimus Deo, atque adeo Deus fieret. V. Cafaubonum *Distr. de Communione.* Et loopus quidem ac finis ultimus horum *Mysteriorum* iste erat; ratio verò eorum Sacrorum illam intelligendi hæc est, ut, qui le discipli na imbuendos tradederet, paulatim purgati ab hujus vitæ sordibus, ad ipsum Deum accederent. *Per certos gradus & definita temporum intervalla*, ad nefcio quorum ingentium arcanorum perceptionem atque notitiam perducerentur. Olympiodorus: Ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἀρχὴ μὲν ἡ τῶν ἀκαθάρτων ἔκστασις· ἔπειτα ἡ τῶν ἁγίων καὶ καλλιτέρων ἕξις· μετὰ ταῦτα ἡ τῶν ἀνωτέρω κρεττόνων θεωρία· τὸ τέλος ἡ ἕνωσις. *In Sacris præcedebant publicæ purgationes, deinde hæ excipiebant aliæ recondiliores: post has aggregationes: tum sequebatur initiatorum: ad extremum fruitio.* Et hæc facrorum omnium plena participatio. Ἔπειτα enim eft, percipere quid quid in facris tacerimum; neque quidquam ulterius fuit, quàm ut fieret eliqua Epopta. Tertullianus in *Valentin.* auctor eft, Mysttas, qui tradebant facra Eleusinia, *Epoptas ante quinquennium non inslituisse, ut opinionem suspendio cognitionis adjicerent.* Sane gradus propounatur hic ab Olympiodoro quinque, quibus totalle teraperabantur hoc quinquennium? Prægustationem, *purgationem*, *purgationes recondiliores*; Συνόψεις; *Initiationes* & Ἐποπτεία. Peragendis autem hæc initia, adhibitis quibusdam fymbois, quæ ad ea ordationem erant instituta rerum cer arum: de cujusmodi fignaculis habes multa, apud Clementem *Protrept.* Arnobium *lib.* V. & fal. inprimis Firmicum, qui ex profello de his *Mysteriis* fcripfit. In nonnullis facris *aqua* adhibebant, in fimilitudinem Baptismi, Augustini, *de Baptism. c. Donat. lib.* 6. *cap.* 25. Ad alia facra adhibuerunt Myitæ fymbola quædam peculiaria: ut *panem*, quem, κερνοφόρον. Juftinus *Apol. II.* narrat malos Dæmonas, in Mithiæ mysteriis S. Eucharistiæ æmulationem quandam tradidisse: Ἄρτον τε, inquiens, καὶ ποτήριον ὕδατος πῆξ ἐν τοῖς τῶν μυουμένων τελεταῖς παρ' ἑαυτοῦ φέρει· ἃ γὰρ καὶ ὁ χριστὸς ἐποίησε, δεῦτε καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε. *Ecce panem, & poculum aqua*: ecce verbalofenoni super fymbolis profem fu-bis, *Ant nos, qui nos postpo*. Etiam dirtinus *l.* de facris *Mysteriorum* voces commemorat, quibus magna cum reverentia excipi foliras oftendit: Τῶν ἁγίων καὶ θείων μυστηρίων τὰ ἀκούσματα. Ita fanctis quàm mito fymbolorum genere communio, quæ eit omnibus animantibus inter se, exprimi consueverit, exponit Porphyrius *de Abstinent. ab esu Animal. lib.* 4. Sed &, præter hujusmodi signa, quibus utebantur in ipfo actu initiationis, alia quoque symbola habuerunt, quæ pro reliera erant Thisiotis eorundem Sacrorum, per quæ fele invicem agnoscerent. Talia sunt apud Clementem, Ἐκ κυκεῶνος ἔπιον· ἔλαβον ἐκ κίστης, κτλ. *Ex cymbio bibi: è cymbalo, fui cirnophorus & sacrum vas gestavi; sacrum ala-*

lumini

lamum aut ebrium subiit. Apud Firmicum, Ὀσίριδι πέφρικε, *Deus ex lapide.* Apud utrumque, Ταῦρῳ ἀγορεύοντι ἐξ ἑξαπόδων Ταῦρῳ σπείρῃ, *Taurus declamans & draco taurinpare.* Jam ad *Mysteria* admittendi, *confessionem* peccatorum, labem graviorum, prius edebant, Vide Plut. *Apophth. Laon.* Hinc vetus formula, excommunicationis vim habens: Ἔστω, ὡς ὁ τὸν ἀνδρὸς, *Frustra hinc procul sis profanis:* & nota historia, de Neronе Augusto, ad sacra Eleusinia, post scortum platum, accedere non ausio, Suetonius. *cap. 34.* Ad haec *Mysteriorum* cupidos *solemnia* ac certum tempus indicebantur: Qui vero in *cellas* erant, *humi cubitiones* exercebant, à multis *cibis* abstinebant, & σκληραγωγίαν, mutatque instituta frigide illime observabant, ut Apuleius, Porphyrius, aliique passim testantur. Auctor est Lilianius *in Cornithorum ad* Mystagogos summa di gentes à tertiondie ante omnia monuisse, *ut manus purae ac animus, servarent ipsum ad ea quae Deum decent, ejusque in sermone Graeci ἐφράστικοι.* Denique lubricae, lingulas prius ab esse interrogatos (nunc vix cum pecca a confiebantur) τὸ αἰτὸ καὶ τὸ μὴ εἶναι ἐν ἑνὶ ἐγκλείσαι ἀ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα, *an legitimum cibum comedisti & abstinuisse à stimulis? an pure ad sacra?* Cruditatibus *lib. de Jejun. c. Psychicos*, obtare meminit. *Xerophagia vero novum assidatis officii nomen & proximum Eleusinae jejuniis, quae ales castimonia, opus, studium, & Magnum Matrem certorum excepto in supplicando.* Et non tantum certain coena & impositionem pectoratem habuerunt illorum Sacrorum Hierophantae, ut praeteamos ostendit Arnaeus *Differtat. lib. 3.* Obfervavit etiam Casubonus in *Mysteriis*, populum aut initiatorum turbam Sacerdoti bus respondisse, quod in Historia Eccles. dicitur ἀπόφασις λαοῦ, vel ἄθλιε ἀπόφασις, ut apud Soc. *lib. 6. cap. 8.* Scribe eum Aristophanes Graecus interpres, in quibusdam sacris Bacchicis, Eleusiniis aut aliis Mysteriis sacrorum initiosa admantium coronam ita compellare, *Abeas Deo. Laudate Deum:* illos autem respondisse, Σαμβαῖ ὦ Βάκχε καὶ Βάκχη, *Semela fili Jacche quam largiter*, quod videtur fuisse principium hymni alicujus, in honorem Liberi Patris. V. quoque Eusebium *Hist. lib. 2. cap. 17.* Supra omnia diligentissime caveri solitum, ne rudium sacrorum arcana *mis ignotis*, b. e. *Religionis imprudentibus*, quos *profanos* vocabant, committerentur. Itaque Heraclitus ephesius, Plutarchus Eunapius, alii, quum in eorum mentionem incidissent, negant sibi fas esse ea loqui, quae sciant. In quam rem Graecis elegans locutio crebro in usu fuit, ὡς τῷ μυηθέντι μὴ κακῶς, quā significabant, perperam eos oreuti, loqui, qui *Mysteria* evulgant. Atque hoc quiferebant, ἱερῷ δὲ τῷ μυήσαι μηδὲ ἐπιθεῖναι, id est, *irreverenter habere, strate proferre*, pu pit ex ytatione sacrorum ex regione Aristotelis *in Politia Dialogo.* Atque hujus *Silentii* canta fuit religio, ut nec qui violaret, nec qui oculos curiosis in haec sacra immitteret, impunitum ret. Vide historiam memorabilem, de duobus juvenibus Acaranibus apud Livium *lib. 31.* & nemini ignora Pentheī, propter *Mysteria* subpecta, anatio, &c. De quibus cum plura adferri poffiet, ea duntaxat attingere hoc loco volumus, quae ad eum fanctiffimum Chriſtius nomen pertinere videntur. Quod pii Patres cum intelligerent, quòd facilius ad veritatis amorem corruptas ſuperſtitione mentes traduceremus, & verba ſacrorum illorum quamplurima in ſuos uſus tranſtulerunt & eum doctrinae verae capitis aliquot ſic tractarunt, tum ritus etiam nonnullos ejusmodi inſtituerunt, ut videantur cum Paulo Gentibus dicere voluiſſe, *a ἀγνώστῳ θεῷ τοῦτον κατηχοῦμαι ἐγὼ, quem ignoratum creditis ſacrificatis, is ſum ego, ea quae ignoratis ac abhorretis vos credi ſuevi, ut ſitis vos ea pii, quae docere volumus.* Hinc igitur eſt, quòd Patres Sacramenta appellaverunt vocibus è Paganismo petitis: Hinc quòd Dionyſium cap. 5. univerſam τὴν ἱερατικὴν τῶν ἱερῶν, *Sacramentorum traditionem*, in tres ab itiones diſtinxit, tribus & temporibus diverſis, Καθαρσίῳ Purgationem, Φωτὶ Illuminationem, & Τελεσμῷ Conſummationem, quam & Ἐποπτείαν ſæpe *Initionem*. Et ut quicquid diximus fuiſſe præparatos, qui futuri erant Epoptæ, ita in ritibus Eccleſiæ priſcæ duplex temporum obſervatio non parum diverſa animadvertitur. Prior citra illos, qui fieri Chriſtiani primò cupiebant: Altera, circa lapſos, id eſt, eos, qui gravitore aliquo peccato admiſſo, communione ſuâ fidelium amiſerant; deinde pœnitentes reſtituit in priorem locum optabant. Et quidem, quòd ad priores, tempora illis conſtituebant ſacra ritu, neque illa quinquennii neceſſitas: interim inſtis certa temporum intervalla ſunt obſervata, & prius quàm ad panem cum fidelibus frangendum aliquis perveniret, ſtadium conſuetæ exercitationis fuit decurrendum. Primò igitur fiebant *Catechumeni*, deinde *Competentes*, poſtremò *Fideles* ac *Chriſtiani*. Circa Lapſos diſciplina tuit admodum severa & prorſus antiquata, atque, uti in admittendis Catechumenis quinque gradus diximus fuiſſe obſervatos: Similiter veros Eccleſia, in admittendis ad Sacram Communionem lapſis, quinque gradus ſervavit, five, ut loquuntur Scriptores Ecclesiaſtici, Τέσσαρας τόπους ὑπηκόων ἀνάβασις, *quatuor locapœnæ obiri* præcepit, antequam perveniretad ipſam Communionem. Primus locus dicebatur Πρόσκλαυσις, cùm in ipſo primo aditu Eccleſiæ, ſeparati non ſolum à Fidelibus, ſed etiam à Catechumenis, tres ut plurimum annos manebant, pœnitentes in ſqualore & pudore; *omnibus fidelibus legationes deprecationis injungentes*, ut ait Tertull. *de Pœnit.* Proximus, Ἀκρόασις, ubi ut plurimum ad alios tres annos admittebantur pœnitentes, tantùm ut *audirent* verbum Dei, quando in Eccleſia legebatur: ſtabant autem intra portam, ἐν τῷ πρόθυρῳ, Greg. Neocæſar. in *Epiſt. Canon.* præcipus tamen Eccleſiæ interesse non audebant. Tertius, Ὑποπτωσις, ea fuit quædam interior admiſſio: ubi tres ad annos ſtabant pœnitentes, precum Eccleſiæ participes, ut & Catechumeni, quibus exeuntibus ipſi quoque exibant. Quartus, Σύστασις, quæ vox *Myſterii* genuinum accepta, ubi pœnitentes duos perſepe annos agebant: quod ad cæteras ejusdem conditionis cum fidelibus, neque jam cum Catechumenis exeuntes, ſolâ participatione Myſteriorum cæteris fratribus inferiores. Tandem Μίσξις dicebatur ius communicandi, & ut loquitur Baſilius aliquoties, in dei ritione harum pœnarum, ἡ κοινωνία τῶν ἁγίων, *Communicatio ſanctorum*: Nam *bonum* eſt ipſa Euchariſtia. Alii eodem ſenſu dixerunt, τὸν ἐπὶ τὸ τέλειον, *pervenire ad conſummationem* five *ad Epoptiam.* Quemadmodum porro Epoptæ, quinquennio inſtitutionis fuæ, docebantur cum ingenti cupiditate epoptiæ fuæ tempus expectare; unde illa *ſuſpiria Epoptarum*, apud Tertull. *c. Valentin.* ita eruditebantur Catechumeni, ut magna cum avidirate Communionem peterent, unde illis *Competentium* nomen, uti docent Auguſtinus, Iſidorus, Alii; & hinc manat in publicis lacræ Liturgiæ precibus Sacerdotis pro Catechumenis Deum orare, *ut eis deſiderium regenerationis inſpiret*, ſeu loquitur Auguſtinus *Epiſt.* 107. V. quoque Chryſoſtomum *Homil. 1. in poſ. ad Corinth.* De ſymbolis Sacramentorum, per quæ divinæ illæ ceremoniæ celebrantur, nihil attinet dicere: Illud vero, quod eſt & appellatur *Fides ſymbolum*, diverſi eſt generis & fidelibus teſſeræ præſtat ium, per quam ſe mutuò agnoſcerent, qui pietati ſacramentum amicti: cujusmodi teſſeraq fuiſſe etiam in paganorum myſteriis oſtendimus. Formulæ illi in *Myſteriis* frequenti,

Procul eſte profani:

reſpondet in Liturgia hæc, per Diaconos pronuntiari ſolita, Ὅσοι κατηχούμενοι ἀπέλθετε, vel ἔξω βαπτιστοῦ ὅτι οὐ χρὴ μένειν, ὅσοι ἀμύητοι. *Omnes Catechumeni foras abeeuite, omnes profani ſemnes non initiati*; alias alter tam formulam conjungit. Ut quæ non noverunt in *Myſteriis* non pauci peragebantur, ſic nocti Chriſtianorum quæ imitatio inchoabatur, Auguſtin. *de Symbolo ad Catechum. lib. 2.* Hinc, quæ in Catechetica Myſtagogica prima Cyrilli Hieroſol. dicitur τετάρτη τῶν βαπτιζομένων, Gaudentio *tract. 5.* nominatur, *Symbolidiſſima nox vigiliarum.* Quod autem dicebamus de Silentio, in facris operantes ſervato a Gentilibus ſolito ; id inſtitutum vetus Chriſtiani ſic pectarunt, ut religiosè ejus obſervatione Myſtas omnes longe ſuperarent. Hinc ad ogrim illa tationem, univerſam doctrinam Chriſtianam Vett. diſtinguebant, in τὰ Ἐσώτερα ſeu ea, quæ enuntiari apud omnes poterant, & τὰ Ἀπόρρητα, arcana temerè non vulganda: de quibus neque in familiarious colloquis, neque in catechetibus, neque in concionibus verba fecere ſi ecebant, coram Paganis, Catechumenis, aut quibusvis aliis non initiatis. *Homines de Spir. S. cap. 27.* eodem ſenſu doctrinæ Chriſtianæ duas fuiſſe partes, ex Κηρύγματος *Præconio & τῆς Διδαχῆς.* Nec quis ita nugibus ſe in Patrum lectione, cui ſit ignota formula, in mentione Sacramentorum potiſſimum uti trita, Τελετὴ εἰ μεμυημένοις, *Norum initiatis*: Hæc enim in rerum ſolendarum numero præcipue fuiſſe, vel appellatio ipſa *Myſteria* declarat. Nam, ut verè ait Niceras Choniates *lib. 3.* de Alexio Imp., tuæ vitæ Euchariſtiæ *Myſteriumeſt Myſterium*, quando ἀρρήτοις & curioſis omnes quæſtiones repuamus. Cum enim in Sacramentis tria hæc occurrant, *Symbola* ſignificantia, *Res* Symbolis ſignificatæ & *Ritus* celebrandorum Sacramentorum; non tam Res in Sacramentis ſignificatas, & efficaciam illorum ſilluit vetus Eccleſia, ac Symbola ipſa & Ritus celebrandi Ritumque cauſas. Prout leginus apud Theodoretum *Dial. 2.* Symbola quidem arcanitatice proponi: *Panem* enim ex circumloquitur, Τὸν ὡς ἐπὶ τράπεζαν προφερόμενον ἄρτον, *alimentum è talibus ſeminibus*. Alterum Symbolum ſic delectbit, aut potius occultat: Κοινὸν ἐκ τῶν ὑγρῶν, ποτὸν δὲ ἑτέρωθι, *Communis hoc quod, potionis ſpecium ſignificans*: quæ quidem mera enigmata ſunt. At Res Symbolis illis ſignificatæ, ſine ulla diſſimulatione, palam expromuntur. Quæris Eranides, *Reſt conjectationem quomodo hæc appellas?* Reſpondet Orthodoxus: *Corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti.* Vide Auguſtinum *de catechizandis rudibus cap. 8. & de Trin. lib. 3. cap. 10.* è quo poſteriore inprimis loco diſcimus, pios illos antiquos, apud non initiatos, rem quidem ſymbolis ſignificatam non ſolitos facere, imo contrà auctoritate grammatica conſuevisſe affirmare, Sacramentum, quod celebrabant, eſſe corpus Chriſti communionem & præſentem Chriſtum facrae actioni intervenire: ritum vero peragendi Sacramenti, naturam Symbolorum & modum præſentiæ, ſolis initiatis aperuiſſe. Confirmat idem Maximus Madaurenſis *Epiſtol. ad Auguſtin.* è cujus verbis eſſe cimus etiam non initiatos atque adeò etiam paganos, tantum de S. Euchariſtia notum habuiſſe: Chriſtianos, cùm ad frangendum panem convenirent, Denm tum Chriſtum præſignitum adorare & videre (in *Myſteriis* nempe & ut Chryſoſt. ait, *fidei oculo*) ſed rationem celebrandi Sacramenti ignorauſſe. Etiam illud, quod Patres Paganorum, quoties inquirere auderent modum Sacramenti hujus, erat fuiſſe à Chriſtianis elufum. Idcirco enim

tantâ contentione petitab Augustino, ut, missis ambagibus, rem ipsam sibi velit explicare; quod tamen ne sic quidem impetravit, ut docet Augustini replonsio. Similis & circa Baptismum fuit observatio Dionysii Areopagitæ, *tr. de Baptismo*, quem ipse vocat Θεογενείαν: ubi quoque exempla enumerat eorum, qui propter temerata sacra pœnas dederunt. Vide quoque Chrysost. *ad Galat. cap* 4. Jam quod ad Ritus attinet, certum est, non solum ipsos Paganis & non initiatis fuisse occultos, sed etiam causas Rituum paucis Fidelium fuisse notas. Quare Basilius inter arcana Ecclesiæ ponit varios Ritus, ut *trinam mersionem in Baptismo, conversionem ad Orientem inter orandum, morem standi die Dominicâ, cùm preces fundenturtur.* & id genus alia. Et Chrysostomus in Catechesi *baptizand.* ita: *τετυπωται Baptismi* habere μὲν καὶ τὸν καιρὸν καὶ βάπτισιν *mysticam aliquam rationem, verbis minimè vulgandam.* Etiam *Ordinationem* Episcoporum & Presbyterorum inter Sacramenta veius Ecclesia ponit, propter impositionem manuum & Spiritus S. invocationem atque acceptationem: quare hujus quoque formulas eam habuit & Solis Fidelibus notas esse voluit, V. Chrysostomum *in poster. ad Corinth. Hom.* 14. Præterea: fuere & alia, quorum cognitio nisi initiatis non patebat. Chrysost. 1. *ad Tim. Hom.* 7. Τὶ δὲ ἐν τῷ, σταῦτα πάντα ; τυπίκη ἐστὶ τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ τὴν ἰσταση εἰ μύστης, καὶ τὸ κλῖναι τὴν κεφαλὴν καὶ ὅσα ἑτέρα καὶ ὅσα σεμνὰ. Quid est, quod ait, *Apostolus* primum omnium ? *hoc est, in cultu quotidiano : & hoc scimus initiati, quomodo quotidie stat & vadet & manè.* Non videtursignificare, & in vespertinum Liturgia & in matutina *Sanctus* quædam, ad quas soli fideles admitterentur, & de matutina quidem res clara est, de vespertina non usque adeò constat. Non recensco, inter silenda *Mysteria* doctrinam, de SS. Trinitate, de Incarnatione Jesu Christi & similia capita Evangelicæ prædicationis, sine quorum notitia Christianus esse nemo potest. Interim, in *Trinitatis* mysterio tradendo, summopere caveræ Veteres, ne apud paganos, aut Christianos adhuc infirmos, Trinitatis arcani ratione temere verba facerent. Undetetiam Greg. Nazianzenus *de Spir. S. Orat.* 44. loquens, sic dignitatem ejus asserit, ut de appellatione Dei contendere non audeat. Quod jure quis miretur, quum tot expressis Scripturæ testimoniis doceamur Spiritum S. esse Deum. Sed Patres studio veritatis parem semper charitatem jungentes, eam quam vocabant συγκατάβασιν, *condescensionem* & dispensationem prudentiam, plusquam semel usurpant. Minus mirum, quòd iidem voeibus, *Trinitas*, Ὁ μονὰς & similibus, etiam pepti Concilium Nicenum, per aliquod tempus apud infirmes abstinuerint, φοβούμενοι, inquit Basilius *de Fide*, μυσήριόν τι ἀκούσαι ἐκείνων, ἃ λίγειν αὐτοῖς σὺκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ χαρᾷ. *Parcentes uti nominibus illis, quæ non ipsis auditoribus in divina scriptura extant.* Est & aliud genus rerum, *quas in* Mysterio *dobemus semper intelligere, parcius autem ore proferre*, inquit Augustinus Epist. 101. *ad Aylette*, ubi Lector studiosus earum rerum exempla luvenit : Sed nos res ejusmodi inter illa non refertmus, quæ tanto studio ab antiquis Patribus constat fuisse occultata, &c. Silentii verò causæ ites ipsæ præcipuæ fuere. 1. *Subtilitas* earum, quæ occultabantur, & ut Cyrillus Hierosolymit. loquitur, τὸ ὑψηλὸν τῆ διδασκαλίᾳ. Nam quis à fide alienus, paganus aut Catechumenus, in fide nondum confirmatus, *Mysterium* nobita per eorum verborum notionem aut manducationis carnis Christi, in Cœna Domini, sine scandalo aut risu, audiat ? Hinc itaque non initiatorum aures reverti, de talibus coram illis vel verba plane non fecerunt, vel figurate & crypticè locuti sunt. II. Ut *accenderetur* hoc pacto cupiditas Catechumenorum. Hinc Augustinus *tr. in Johann.* 96. Etsi, ait, *Catechumenis Sacramenta fidelium non produnntur, non idcò sit, quòd ea ferre non possint : sed ut ab eis tanto ardentiùs desiderentur, quanto honorabiliùs celantur.* III. Studium *vindicandi à contemtu res sacras*, & contrà Majestatis opinionem illis concibandi. Quem scopum, uti Gentium babuisse Mystas, testatur Tertullianus *c. Valentin.* ita & vett. Christianos sibi propositisse, docet Basilius Magnus *l. c.* Atque hæc omnino ratio est, cur nonnulli Patrum, eximiè verò præ cæteris Dionysius, quem *Areopagitam* vocant, de Sacramentis novo quodam & insitato genere docendi scripserint ; quod à cotidiano Tragico vel Dithyrambicis ampullis non multum videatur distare. Sciebat viz. Dionysius, tali stylo Gentium *Mysteria* tractari consueviste, ὡς ὑποπτεύειν καὶ φόβου ἅπασι τὸ δεῖν τὴν νυκτὶ, *ad terrorem & horrorem, tanquam in aedis & nocte*, uti loquitur Demetrius Phalereus. Ad quam prorsus ideam totus Dionysii *de Sacram.* liber, ut & reliqui sunt compositi. Consuetais namque & usu Ecclesiæ receptâ vocabula studiosè refugiens, lavacrum Regenerationis non vocat *Baptismum*, sed θεογενείαν ; neque Communionem *Cœnam Domini*, sed τελετὴν τελετῶν, & ἱερουργίαν τὴν ἱερωτάτην & μυστικὴν τὸ πάντων ἱερουργούμενον, ut alia præteream. V. Isaac. Casaubonum *Exercitat. XVI. ad Annales Eccles. Baronii num.* 43. Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. pur. pasim*, & infrà, in voce *Silentium*.

Mysthologia & Mythologia, V. supra *Cyclus Epicus*.

Mytilene, adde: In nummis *Mytilenensium* Sappho olim exprimebatur, civis eorum, uti discimus ex Julio Pollace & Aristotele: hodieque loci incolæ id confirmant. Baptimebatur autem manu lyram tenens, quod Poëtarum Lyricorum insigne fuisse, notum, in quorum censu filia eximiam laudem meruit. Nummum hujusmodi *in Iconibus Virorum illustr.* exhibet Ursinus, in cujus una parte caput Sapphus, in altera polypus visitur, cum literis MTTIA. Alium Sponius, in cujus antica caput Nauficaæ, Alcinoo genitæ, cum *Inscr.* ΗΡΩΙΑΔ ΝΑΥΣΙΚΑΑΝ, in postica Sappho sedens cum lyra, & verbis ΕΠΙ CTΡΑ ΙΕΡΟΚΑ ΜΤΤΙΑ. quæ ultima verba docent, fuisse hanc nummum cusum, cùm Mytilenæum quendam Strategum, feu Ducem exercitus haberent, V. eum *Itin. part* 3. *pag.* 166. & 169.

Mytilus, apud Martialem *lib.* 3. *Epigr.* 60.

Ostrea tu sumes ſpongo saturata Lucrino :
Sugetur incipe mytilus ore mihi.

Sicula dialecto *μυστὶλος*, vel *μυτὶλος*, communiter *μύες* Græcis, concha cluſilis est. Plin. *Inest in esca, mordaces, elusilesq; concha, ceu* mytilos *videmus.* Athenæus *μύτλον* vocat, & *στρόμον* interpretatur, *lib.* 3. *Mutulum* inde facti Horatius lib. 2. *Sat.* 4.

—— *si dura morabitur alvus,*
Mutilus & vviles pellent obstrantia conchæ.

Ubi tamen *mutulus* nonnulli leguntˇ&c. Sunt autem illi vel marini, vel fluviatiles; namque in omnibus etiam parvi *mitty li* reperiuntur; imò & in rivuis quibusdam sæpe videntur, in quibus piſcium capiuntur minutiæ. Vide Salmaſium *ad Solinum pagina* 2. Sensus verò versum Martialis : *Tu ostrea sumes, quorum testas nihil opus ori admovere: ego* mytilos, *qui fugi nequeunt, nisi ipsis ori admotis ; itaq. accidit interdum, ut ea aliquantum semdmur.* Res enim illi in hoc Epigrammate cum Pontico est, qui Poëtam quidem ad cœnam rectam invitaverat, non autem nisi viliora ipſi apponebat, melioribus sibi usi servatis &c.

Myxa, apud Martialem *l.* 14. *Epigramm.* 41. cujus lemma *Lucerna polymyxa :*

Illustrem cùm tota meis convivia flammis,
Totaq. geram myxas, una lucerna vecor.

idem, quod *λυχνίον* est, seu fumus lychni & lucernæ. Erant autem *Myxæ* lychnorum, formæ oblongæ, unde *Μύξαι* vel *Μυξάρια* Ægyptii, quibus *Μυξὼν* nobile nomen, quòd fructus hic *myxæ* ũmilis sit. Inde *Lychnus binyxus, trimyxus* &c. à totidem *myxis*. Qui autem ſtupas lini producit, *σχοινοπλόκος λύχνου* dicitur, & *σχοινοτρὺφ*, apud Plutarchum. Unde apud Heronem *in Pneumaticis* tactio tradiur, qui lychnus fieri queat ἄνευθεν *σχοίνου*, cujus ellychnium ponte prominet aut ac producatur : *σχοινὸς λύχνικος*, idem *ibidem* dicit. Ariſtophanes,

Κἀγὼ δ' ἐμπεσὼν τοῦ τὸν λαβὼν, ἅ λύχνου σβέσουσι.

Moreti Auctor de lucerna,

Et producit acus ſtupas humore carentes, &c.

V. Salmaſium *ad Solinum pag* 1315.

Myxus, quidam Cereris sacerdos, qui cùm esset alazon & gloriosus, hinc Prov. orum ; *βωμὸς μύξου*, *ὡς τὸ μεγαλαυχούμενον* : Ira nonnulli. Salmaſius verò *μύξου* appellativum esse docet idemque ſignificare, quod *jactabundus & gloriosus* : à *μύξα*, quod, idem cum *κορυζα*, *βλίττα*, *κορύζα*, quæ *jactantiam* denotant. Unde Καστόλογοι, Καστρίοι, κορύζης μοιοι, κορυζάντες, *jactantes ac inanes* : κορύζα ἡ οὐ μόνον ἡ ματαιὸς, *ſastus Italicus*. Et Rhetores, Sycophantæ à Rabulæ, Scurræ & subjuscondi toti hominum natio, qui multa ac magna promittunt & minantur ; nil raque de se prædicant, Καστόλογοι & Κόσκινα vulgò appellati. Item Σκωπτόμυξαι, apud Epicharmum ; Πύξμυξοι, apud Comicum ; *Arrogantes* apud Juvenalem, quod multa falsa de suis virtutibus prædicarent, ad ipſum collendum ; Ὀρφνόμυξαι quoque, in Vett. Glossis : *Neminologi*, Vid infrà : *Sacrificuli* Arnobio, quòd buccas infiarent *ei κακῶς ποιοῦσι* & Thrasonidæ. Perſius,

Hinc mendoſa tavri ſpirant mendacia ſolles.

Quo modo feurre etiam *Busonei*, h. e. *φυσίγγαι* dici posſunt, inflati nimirum & jactanticuli & futiles &c. Dicti autem tales sunt, Καστόλογοι, *Copria*, *Μύξαι*, quia nihil odioſius aut putidius hominis glorioſi ac semetipsum laudantis oratione, nullum æque *ἀνεκτὸν* sanctiores ingratum accidit; unde merito *putidi* inac *sterotes*, nihil enim stercore *ευχρηστότερον*. Hinc quoque Cloacinæ, quæ latrinarum & cloacarum erant præſides, hujusmodi ſtercoreorum ac putidorum gloriæ animalium patronæ confebantur ; utjegitmus apud Tertullianum *de Pallio*. Vide Salmaſium *Notis ad illud.*

N NA

Literam, loco nominis proprii poni cœpisse paulo ante annum Christi millesimum, observat Hugo Menardus, *ad librum Sacramentorum* Gregorii: cum nota hanc illi. 1. *ille*, prius poneretur, ut ex *Formulis* Marculfi & vett. aliis Codicibus, patet. Joannes Mabillonius verò, tum ex variis MSS. tum ex Frothari Epist. T. ull. editis *Epistolis* ante annos 800. jam hanc literam eo sensu adhibitam contendit, Cæt. du Fresne *Glossar.* Eadem litera, si primum in dictione locum obtineat, aliquando G. simit. ante se: Ut *Natus*, *Gnarus*: *Navus*, *Gnavus*, unde *Ignavus*. In compositione nonnunquam I. litera, quæ ita etiam N. subtequitur, in G. vertitur: Ut *Quadringenti*, pro *Quadricenti*: sed in quibus N. non fuerit, servatur: ut *Decenti* &c. In notis antiquis *num*, vel *nec*, vel *non*, vel *nomen*, vel *nepos*, vel *Nonius*, vel *noster*, vel *numisma*, vel *nummorum*, vel *nascitur*, vel *nisi*, vel *numerator*, vel *nostrs*, vel *nostrum* &c. N B L. *nobilis* &c. denotat, Fr. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

NA,

Nabathæa, adde: Populos hos non alio calceamenti genere; quàm sandaliis, usos esse annotavit Strabo Amasenus *Geogr. Lib.* quod mulieribus convenire & mollitiei argumentum esse indicat Aelianus *in Hist. var. libro.* Iosephus & Apollinis Sandaliarii in antiquo lapide memito est, & ultimi sandaliorum Romanis Graecisque etiam fuisse, testantur Menander, Cratinus in *Lege*, & Eupolis *in aur. at.* referente jul. Polluce *Onomast. lib. 7. cap. 22.* quibus addi potest Cephilodorus *in Τροφωνιῳ*,

Σανδαλιὰ τε ϗ κιτωνίσκια,
Ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ τῶν ἴσων ἀΐρηκε.
Sandalia vero tunicasque detorsorum,
Quibus aurei ingentes florent.

Plura de Sandaliis, V. infra, *suo loco.*

Nabua, Ægyptiis hodie, alter Oenophia, eadem cum Vett. Canaro, sive loto Cyrenaica, spinosa instar acaciæ, latioribus foliis quàm zizyphi, fructu gaudet rotundo, jugland is nucis magnitudine, dulci, odorato. Dicta autem hæc Lotos *Cyrenensis* est, quod per totam Africam diffusa, & Ægypto quoque Cyrenensis ægrè contemnatur, familiarissima. Quadrimi spongeæ vocabantur, quod succis ter maturescentis plurimum celebrabatur. Curabatur hic fructus solicitè, & ad cibos condebatur dolis, cortibus prius & in massas redactus. Agathocles, Τοῦτο ἐν χλωρῷ ὀφρῶσι, καὶ ἐὰν αὐανθῇ πάντες ἐν τῷ πλόσῳ, καὶ πάντων τούτων ἐ μεθέντες, ἐν ὕδατι ἀβλαπτες, ἀλλὰ ζωὴν ἀσφαλῆ ἔχουσι. Quæ verba per peram nonnulli accipiunt, quali ex ficus hujusmodi fructibus farina fieret apud Ægyptios. In massis pedibus calcantes hunc fructum portas fodiginibus & dolis condebant, ut servaretur. Cujusmodi massas *ἀλάδας* Auctor vocat, quales hunc ex farina conspersa. Qua de re V. plura apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1037. & *seqq.*

Naba, nomen feræ apud Æthiopes, quæ *Camelopardalis* Romanis. Plinius *lib. 8. cap.* 18. postquam de Camelis dixerat, *Horum*, addit, *aliquâ similitudo in duo transfertur animalia*: Nabim *Æthiopes* vocant, *collo similem equo, pedibus & cruribus bovi, camelo capiti, albis maculis rutilum colorem distinguentibus*, unde appellata *Camelopardalis*, *Dictatoru Cæsaris Cirtensibus ludis primùm visa Roma.* Et Solinus *cap.* 30. *Quæ locorum Æthiopes tenent, feru plena sunt, à quibus quam* nabim *vocant, nos camelopardalim dicimus.* Ubi scripti *Nabum* habent; ut & Plinianí. Sed & Nabuna in quibusdam legitur. Salmasius *ad Solinum pag.* 388. Vide supra in voce *Camelopardalis.*

Nacara, lege *Nachara*. apud Spartianum *lib. 2. part. 4. cap.* 20. & 21. *Sint quatuor Tubatores*, *tibicines*, *tibiatores*, *& qui sciant pulsare* Nacharas, *Tympana* seu *Tamburila*: crotalum est vel tympani species, quâ equitatum militarem Alemannian, Septentrionalem præsertim, uti solere, tradit Petrus de Valle *Epist. 6.* Gallis *Tymbale.* Turcis & Saracenis tribuitur, sin *Gestis* Ludovici VII. Regis Francorum *cap. 8. Tympana* & *Nacaria* & *aliis similibus instrumentis tu rcis usitatis*. Vinc. Joinvillam in S. *Ludovico p.* 28 Frossardum *Vol. I. c.* 147. & Ortonvillam in *Hist. Ludovici Decu Bonon. cap.* 76. apud quos hujusmodi tympana *Nacaires* dicuntur, sicut *Nacres* Raimundo Montanetio in *Chron. Aragon. cap.* 19. 139. & 220. A Turcis ea Francia accepere, quibus non semel tributum, à Scriptoribus laudatis Carolo du Freine *Not. ad Joinvillam*: ubi idem observat, ab iis *Anacaires* appellati, ut & apud Graecos Ἀνάκρες, Codino *de Offic. cap. 6. num.* 15. & Ἀνακρεῖον, Nicetæ. Hinc certè Ἀνακρεῖται Tympanistæ dicti eidem Codino *l. cit.* & Nicetæ *in Manue. le lib. 5. num.* 7. qui viz. ejusmodi tympana pulsabant, Id. *Gloss.*

Naccæ, Varroni, Festo & Paulo vulgo Fullones dicti, *quod omnis fere opera ex lana*, *nacæ dicuntur à Graeis.* Nacæ enim & ναυκᾶ, pro *capra pelle*, palàm usurpatur Homero *Odyss. ξ. vers.* 530. & Theocrito *Idyll. 5.* pro *vellis vellere*, Simonidi. Quo quidem nomine apud Suidam ita carpitur, Νάκη, τὸ ἀφ' ἑνὸς σῴζεσθαι· νάκλη, τὸ σκύτος ἕστε καὶ τὸ ὃν Κλεομένης νάκον· ῥητῶν κακῶς ὃν Σιμωνίδης νάκα· φησὶ, *Caprina pelle est* νάκη, *ut ovilla* νάκλη. Itaq; *Colchicum vellus non intendum est* νάκον. *Male igitur Simonides* νάκα· *appellat.* Simonidis tamen exemplo νάκα· pro *vellere* ab iis usurpari videmus, qui puriffimè loquuti sunt. Sic apud Herodotum *lib. 2. cap.* 42. Thebani Jovem fabulantur, ariete cæso, & σὺδένι τὸ νάκος· *vellere illius assumto*, Hemicalli apparuisse. Et, in Syria Luciani Dea, quisquis illi sacra ficit, ove mactatâ, τὸ νάκος γκαμψὶ ἡμῖν· ἐπὶ τούτοις ἐς γῆν ἔζη· *vellus humi sternens*, *super hoc in genua procumbit* &c. Et Archippo, καὶ πόκον ἔλλ, *vellera attondere*, aut *vellicare.* Et Philemoni καὶ νάκος, *vellerâ evellisti.* Et Cratino, καὶ νάκος ἐκ ἐκ κυνέου μου, *qui vellera instar vulpis est*: quæ omnia apud Pollucem *l. 7. c. 9.* Suidæ etiam & Cyrillo, apud Bochartū, manuscripto. Ἐκ ἐκ ἐκ ἐκ, *ovium tonsores*. Et νάκος· huic κώδιον, *vellus*; illi δορᾷ ἐκ ἐκ, *ovilla pellis*: & Glossatori vet. Pellis lanata, νάκος. Unde *Nacca*, ut videmus, Imò, ut de capræ pelle, & de ovillo vellere, repertur: fic de *vellere* primò videtur dicta vox, inde ad caprinam pellem transfura. Sam. Bochartus modò laudato, quem V. *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap.* 42. Salmasius tamen *Naccas* dici Varroni Fullones mavult, κοὶ τὸ νάκος, *à prendo & dens fando*: unde *Nassina*, fullonis uxor, apud Appulejum, & τὸ νακεῖν *tondere.* V. eum Exercitat. *Plinian. ad Solinum pag.* 193. Sic *Nacium* vel *Nactus*, legit du Freine, apud Jac. Stephanellum Cardin. *de Coronatione Bonifacii VIII. cap.* 9.

Post ipsum quadrarius equus, *detextus ad amussim*,
Pictatus, *rubro fartilis tergora nactio*,
Cyprium ad dextram vehitur.

Et infra,

Cornipedumque, *sedem niveum sub tegmine nacti.*

Et apud Innocentium III. *lib. 1. Epist. pag.* 34. *Denique*, *ut Pisanæ civitas amplius honoretur*, *equo albo*, *cum nacto albo*, *in processionibus utendi tibi licentiam damus*; ubi Vossius *nactus* retinet, & à νάκος· *vellus* vel *lana*, deducit: Stragulumque intelligit, quo torus equus instternitur, V. eum *in Glossaria* & Dominic. Macrum *in Hierolexico.*

Naco, frater minimus natu Micisiæ, Regis Herulorum, filius Billungi seu Mistævoji, quem à Vifula ad Visurgim imperitasse dicunt; Ottonis I. hostis, cum fratribus, paganam superstitionem tutatus est: postquam Avus; ductâ Vagonis Episcopi Oldenburgi Vagrize forore Christianam fidem amplexus, fed iterum eam deiertam perfecutus est, Phil. Cluverius in *Germ. Antiquâ.*

Nafelius, vel *Navalius* vicus, Helveticæ, in agro Glaronensi, dim. infrà Glaronam militari, in planitie vallis, undique montibus altissimis cinctæ; fitus, alter *ad Navalia* dictus est, eo quòd olim navigia Lindemago eousque subvehentur, Germ. *Nafels*. Hic vallem, quâ prope hunc vicum liber in illam adítus patebat, ob beneficii militaris metum, muro fulloque ita clausere Glaronenses, statim à quo Helvetiis facramentum dixere. Celebrè id in hodiernum usque diem infigni Glaronenfium de Austriacis victoriâ; parta tertiâ feriâ Aprilis A. C. 1387. Postquam enim Leopoldus ad Sempachium victus effet A. C. 1386. capto ab Helvetiis oppido Veſenâ, induciæ usque ad initium carnisprivii sequentis anni factæ sunt. Quibus finitis, Glaronenſes præfidium misere Veſenis, qui facramenti fide violatâ hostibus noctu portis apertis, è præfidio pleriosque cæciderunt. Aprili in mense, die dictâ, Austrii exercitum 15000. ad *Navalia* duxere, vallumque perrupere; quibus ſese 350. homines è Glaronenſibus, & 30. è Suttiis, oppenentes, hoſtem memorabili prælio vicere, captis 11. ſignis primariis, cæſis autem bis mille quingentis, præter eos qui in aquis perierunt. Memoria victoriæ quotannis celebratur à Glaronenſibus magnâ ſolennitate, ferâ quartâ primæ ſeptimanæ Menſis Aprilis; ubi illum Paſcha proximè antecedat, tum enim in ſeptimanæ, Paſcha ſequentis, feriam quartam differtur; quemadmodi probat Propositentem vide ſis Joſ. Simler. *Idoſe. Helvetiis*, cui adde Stumpfii *Chr.*

Nænia, an ex ſono vocis, quem ſientes emittunt: an quòd eam vocem fleudo efferimus; an quòd chordarum ultimas Graeci *Νήτας* dicunt, extrema cantionis vox ſic appellata eſt? Scaliger ex Hebr. נהה, *plange*, *plange*, Exech. *cap.* 32. *vers.* 18; ducit, ut Phryges & poſt eos Graeci veteres *νηνεῖν* vocarunt; Carmen erat, quod ad rogum dicebatur. Unde Nonius Marcellus; *Nænia*, inquit, *eſt carmen inepſum ac incondituni*, *quod à fol-*

ducta muliere, qua Prafica diceretur, ita quibus propinqui non essent, mortuos exhiberetur. Et Quintil. *lib. 8. cap. 2. Carmen funebre priè Nania dicitur.* Alicer *Nænia i. extremum* : quem admodum tibium, quæ in funeribus adhibebatur, Neuiæa vocâvit Pratinas Phliasius. Phrygum inventum esse, suggerit Hipponax. Et quia hoc ultimum erat postquam defunctis canebatur, Plautus vocabulum pro fine alicubi usurpavit : *Id, ajens, fuit Nania ludo.* Improprié dein & propter nugas, quæ in mortuorum laudem, præcipue in funere infantium, canebantur, pro inepta cujuslibet cantus aut sermonis similitur. Sic Horat. *Carm. lib. 1. Od. 1.*

Sed ne relictis Musa procax jocis
Cea retractes munera Næniæ.

Simillter fabulas suas Nanias per modestiam appellat Phædrus *lib. 3. Prologo ad Eutych.* Hinc & Jovianus Pontanus vocem ad Nutricias cantilenas traduxit : propterea quòd vulgus alicubi in Italia *Nenias* dicunt, ut opinatur Scaliger, à cantunculis, quæ sint similes cantibus Præficarum : Cujus carminis angustiis divinus ille vir ita clausit laciviam immensi ingenii, ut aliorum exclusferit audaciam. Imò jam Horatius fic usurpavit l. 1. *Epist. 1.*

Rescia, die sedes, melior lex, an prærorum
Næniæ, quæ regis regnum facientibus affert,

Et Arnobius *lib. 7. Somno occupari ut possint, leves audienda sunt nænia.* Nec κῶμῳδικοῖς τοῦτο solùm veteres Nutricum cantiones, sed & Nimæa, Græcos appellasse, teste est Franc. Rossæus *Archæol. Att. lib. 5. cap. 7.* Quale illud apud Tibullum,

Ευδετ' ὑμὲ βεμβὲκ γλυκερὸν κεῖ ἐλέφαντος ὕπνο,
Ευδετ' ὑμὲ ψυχὲ, δὸς δὲ μοι ὕπνον ἐυτεκνε τέκνε,
Οἰκέοι κυνάξεσσι, κεῖ οἰκέοι ἀὸ ἰκριόπε.
Infantes placido componite lumina somno,
Dormite ô animæ dulces, dormite gemelli,
Crastina dum vobis latus affulserit Eos &c.

V. quoque infra *Nenia.*

Gn. Naviæ, adde : Propter maledicentiam Scipioni Africano & Metello invisus, in carcerem compactus est à Triumviris Capitalibus, ubi duas fabulas, *Hariolum* & *Leontem* conscripsit, in quibus *quum debilia sua & petulantius dictorum*, ut ait A. Gellius *lib. 3. cap. 3.* diluisset, à Tribunis plebei vinculis exemptus est. Metuisit ejus incarcerati Plautus *Stilus Gloriosi*, cum ait,

Nam ea columnarum Poeta inscitus audivit barbare,
Cui hinc custodes fuimus, ille intus occubant.

Navium enim hic innuit, quem Græco more *barbarum*, id est, Latinum Poëtam vocat. Huic *columnarum os* tribuit, an quia brachium velut columnam fustulserit mento, dum fabulas scribebat: An quia vincula columnæ simul & capiti ejus annexa fuere: An potiùs ad Mæniam columnam respexit, ubi judicia à Triumviris exercebantur, telle Cicerone in *Cluentianam*. Descripsit bellum Punicum, cujus ipse pars fuit, ex libris Saturninis, ut Festus testatur : quod carmen postea Gaius Octavius Lampadio divisit in libros septem, ut Suetonius inquit *de Illustr. Gramm.* Hoc cùm vitio ipsi vertisset Ennius,

Scripsere alii rem
Versibus, quos olim Fauni vatesq; canebant,
Cum neq; Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

Ipse tamen eum imitatus est, telle Cicerone *in Brutco.* Inter Comicos tertio loco illum ponit Sedigitus, apud A. Gellium *l. 15. c. 24.* post Cæcilium Statium & Plautum, his verbis,

Dein Nævius, qui fervet, pretium tertium est.

Ipse superbo sibi Epigrammate, *quod testimonium esse justum potuisse, nisi ab ipso dictum esset*, sententiâ A. Gellii *lib. 1. cap. 24.* parentavit :

Mortalis immortalis flere si fervet fas;
Flerent divæ Camœnæ Nævium Poëtam.
Itaq; postquam est Orcino tradutus thesauro;
Obliti sunt Romæ loquier Latinâ linguâ.

Campanum eum fuisse, ibidem loci innuere Gellius videtur, cùm Epigramma hoc *plenum superbia Campanæ* vocat. Vid. Ant. Thysium & Jac. Oiselium *Notis in A. Gellii loca citata.*

Naffus, arca lignea seu farcophagus, in quo conduntur corpora Sanctorum, pallis exornata, Gregorius Turon. *de Glor. Confess.*

Nahar, vel *Nohar*, animal est fabulosum, apud Arabes Scriptores, de quo sic Ibnoiahia : *Animal est nohar in quarto cœlo, quod quotidie introducit Angelos, ut nubes in eo colligantur, deinde educit. Et executionibus excussionis ejus : inde exeunt jugulanta guttarum millia. Ex his totidem Angelos creat Deus, quibus imperat, ut circumplens domum Mamur ; quod illi faciunt, nec revertuntur ad Deum amplius. Sed inter cœlum & terram jugiter manent Deum laudantes, usq; ad diem resurrectionis.* Ubi *Domus Mamur* illi est domus cœli, cui subesse Mechanum templum & ad ejus exemplar factum esse, fabulantur Arabes. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. Lib. VI. cap. 14.*

Naja, memorata A Gellio *lib. 13. cap. 22.* cùm ait : *Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Curiam Quirini.* Najam *Vilcam, Herion Junonis* &c. Sic Stephanus primum edidit. God. Tornæt. & Vett. Edd. habent, *Majam* : Ms. lectio ad marginem Vossiani codicis notata, *Manum.* Quæ quid sibi velint, in obscuro est. Ad Majam quod attinet, illustratur loco Macrobii *Saturn. lib. 1. cap. 12. Cincius monitum* (Majum) *nominatum putat à Majo quam Vulcani dicit uxorem ; argumento, utitur quod Flamen Vulcanalis Kalendis Maiis lotis Dea rem divinam facit : sed ejus uxorem Vulcani Majestam, non Majam dicit vocari.* Interim Cincius cùm Majam Vulcani uxorem appellarit, ex Pontificalibus indigitamentis, è quibus verba sua deprompsit Gellius, id haud dubiè hausit : unde firmari potest *Majam* pro *Najam* legendum, V. Jac Oiselium *Notis in locum.*

Najades, adde : Has Bacchi fœcerdotes fuisse, testatur ex Strabone *lib. 10. cap. 13.* Mythologus ; Sunt autem verba Strabonis *lib. 10.* hæc : *Administris porro Musarium tum, cum dissimules, tum peculiariter Musici : Apollinis, & hi & divinatores : Cereris, myste fatigeri, sacrorum enarratores : Bacchi, Sileni, Satyri, Lenæ, Thyiæ, Mimallones*, Najades, *Nymphæ, Tityri.* Unde *Najades*, Tritones & conchas marinas rectiùsne poni ad ornamentum lucernæ Bacchi, qui multæ navigationis Deus ab Etruscis existimatur, magisque præclara facinora gessit, censet Fortun. Licetus *de virondatis Antiqq. Lucernis, lib. 6. cap. 27. ubi Lucernam, Bacchi Ægeboli historiam priscam referentem, explicat.* Vid. quoque Janum Parrhasium, ad illud Claudiani, *de Raptu lib. 2.*

— *Quales referunt Baccho folennia Nymphæ.*

Najagenses, horda Tartarorum celebris, emeritæ circa A. C. 1440. Posfquam enim Mogoles Tartaria potiti sunt, An. C. 1187, *Jengus* Khani asiscipiens, quatuor filiorum pater, primogenitum *Mangum* Chanum appellari voluit, cui successiones hodieque titulo isto insignes sunt. Reliquis tribus Imperii aliquam partem concessit, fed hâc lege, ut omnes primogenito subessent : Itaque Tukti, omnes provincias Occidentales ad fluv. Volgam accepit : nim. *Deschti* five Tartariam Desertam, Ruthiam, Cumaniam, Bulgariam, Gothiam, Alaniam, aliasque. *Schagadai*, filiorum tertius, Orientalem Tartariæ partem nactus, provincias *Mawaranahar*, Corasmium aliasque. *Schagadai* nomine ab isto postea dictas, tenuit. Septentrionales Regiones ultimus accepit. Sed cùm horum posteri variè inter se colliderentur, non manet diu divisio ista, verùm procedente ævo alia atque alia Regna inde emerisere. Et Occidentalis quidem Tartaria, circa An. Chr. 1400. discerpta est, in Regnum *Zavolhensis* & *Crimensis* five *Præcopensis*, occidone expeditionis à Tamerlane in Tartariam Desertam bellum feu Occid. fulcipiente. Cùm enim is Tuktamisshum imp. Tartariæ defertæ evertisset, Crimenses, peculiare sibi Regnum fecere, Zavolhensibus ab illo tempore subesse nolluerunt. Mox ex Zavolhensi Imperio alia tria Regna orta sunt, hordarum variarum defectione : nim, *Casanense, Astracanense & Najagense*, quod postremum, circa A.C. 1440. ut dictum, hac occasione originem nactum est. Cùm Imperator Zavolhensium interfecisset Okkabum, virum quendam Magnatem & fortitudinis laude inclytum : hunc progenita, quos reliquerat, filii Precopenses fcili, juxta cultum *Sarai*, defecerunt & brevi tempore adeò creverunt, ut hodie pro numerositima & maxima Horda habeantur. Dividuntur autem in tres provincias, *Cassunensem, Schichmamensem & Schidajensem*; hodieque subsunt Russorum Imperatori, à tempore Johannis Basilidis, ied à tributo immuni. S. Hornius *Orb. Imp. p. 295.*

Naid, adde : Urbem contra vim exterorum munitam, quam primus condiderit Cainus, quamque *Hanochiam* facer vocat Codex, ita appellat Josephus *Antiqq. Judaicarum lib. 1. cap. 3.* dubio procul ex LXX. verfione, qui illud בארא נוך verterunt, ὡς γῆ *Naïδ*, Georg. Hornius *Hist. Philo/. l. 1. c. 9.*

Najera, nomen illustris in Hispania Familiæ, cum tit. Ducatus, quæ Manricize (*Manriquez*) ftirpis ramus est. Cùm enim hæc in duas præcipue lineas, *Cassanensem & Trelmnensem* dividatur; in hac posteriore, quæ cogn. de *Lara* allumpit, celebris fuit Petrus Manricius Judex Legionis, Dn. *de Trevinno & Hermisso*, qui ex Leonora Castellana plures fi ios fuscepit : e quibus primogenitus Didacus Gomesius Manricius primus Comes Trebinnensis, Fortunam genuit primum de *Najera* Ducem & reliquorum fatorem ; cujus absneptis Luisa Ducatum Bernardino *de Cardenas* Duc. Maquedensi attulit. Frater minor Didaci, Rodericus, Comes *de Paredes de Nava* nuncupatus est, beneficio Johannis II, Regis ; è cujus primogenita orta Agnes, *Com. de Paredes*, ad maritum Henricum Manricum, ex *Najarensi* linea agnatum, successionem transtulit. E reliquis verò ejus filiis alia linea oriunda fuit. *Najarensi* autem quod attinet, series eorum hæc est. Didacus Gomesius *de Lara* Com. *de Trebinno*, ex Maria (seu Johanna fi. Didaci Gomesii *de Sandoval* Com. *de Caft.*) pater fuit Petri Manricii *de Lara* Duc. *de Najera* : quo & Guiomar *de Castro* (fil. Alvari Perezii *de Castro* Com. *de Montsanto* genitus Antonius Manri. ius *de Lara* Duc *de Najera*, junxit filii Johannam *de Cardona* (fi. Joannis Raymundi Folch, Duc. *de Cardona* & *Cardonæ*, ex uxore Johanne I. Manricium *de Lara* Duc. *de Najera* ; maritum Luisæ *de Aragon & Portugal* Com. *de Valencia*, & ex ea patrem Johannis II. Manricii *de Lara* D. *de Najera* ; cujus ex Maria Girona de la *Cueva* (fi. Joh. Telleíii Gironi Com. Ureuæ, qui obiit A. C. 1558.) filia unica Luisa Manricia *de Lara Manuel*, nupta Bernardino *de Cardenas* Duci *de Maqueda* March. *d'Elche* paternam successionem attulit, ex eo Mater Bernardini March. *d'Elche*, Georgii Duc. *de Maqueda*, Jacobi Manuel, Johannis. Petri, Mariæ (quæ nupsit Joh. Andreæ *de Mendoza* March. *de Camete*) & Annæ Mariæ. V. Phil. Jac.

Spenerum

Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag. 41.* cujus tit. *de Cardenas Duc. de Maqueda & Manrique Duc. de Najera* : ut & in *Iud.* ubi familiæ disputationem evehit, in voce *Manrique.*

Nambipaya, vocantur Brasiliensium ligneæ seu ossææ potiùs instrumenta, de quibus ita Georgius Margravius *de ustione & curatu Brasilienſium lib. 8. cap. 6. Auriculas*, inquit, *perforant in tantum, ut digitum immittere possint foramini. Huic immittunt vel os aliquod cerapitheorum & vocant* Nambipaya : *vel lignum aliquod digiti humani magnitudine, filis gossypinis circumvolutum.* Illiusmodi ornamenta virtuosi ejusdem regionis incolas etiam in labro inferiori ab adolescentia perforato usitata, é magno Purchasi Itinerario, refert *Iohannes Ker. To. 8. dafer. libr. 11. cap. 16. & 17.* Mulieribus neutquam, quibus magis volupe foratis auritis lignæos globulos suspendisse. Cæterum & olim ossæas atq; ligneas maures vel paupertoribus quibusvis vel tantùm Orientalib. Gentibus usitatas, credit Casparus Bartholinus *de Inauribus Vett. pag. 68.*

Namnetes, memorati in Hiſtor. Miſcellæ MS. *libros.* Ptolomæo Νάμνητες) *Namnetæ* : Straboni *Namnitæ*, *Namnitæ* ; Iul. Cæſari *Comm. bell. l. 3. Namnetes*, & Plinio ; vulgo *Nantois*, populi sunt Galliæ Celticæ, in ora maritima, quorum urbs à Ptolomæo appellatur *Κονδιουικον*, *Condivicum*, Gallico nomine, compoſito ex *Condate*, quod confluentes deſignat, & *Vicum* vel *Juicum.* Eſt enim poſita ad confluentes Ædræ interfluentis & Ligeris aliuenis : contra oſtium Separis *Namnetiæ* cognominati, hodieque *Namnetæ*, nomine Gentis, appellatur, in locis Nauel Ptolomæo tab. 7. Item *Portus Namnetum* memoratur apud, quod ex provinciis locisque maritimis eò merces adverſo Ligeris important majora quæque navigia, eſtu Oceani ſubiata : & in vett. Notitiis Prov. Civitatumque Galliæ plerisque, in prov. Lugdunenſi tertia quinto loco ponitur. Caput eſt agri cognominis, vulgò *le Nantois*, qui totus fere eſt Ligerim eſt : Interim Scobritum ſeu S. Vitalis, Monaſterium Deæ vel S. Filiberti de Grandi lacu in pago Herbatilico & Machicolium, locus pagi Ratenſis trans Ligerim, in ejus finis diœceſi. A pago Comitatuque hoc *Namnetico* ſolo nomine videtur differre Media five Comitatus Mediæ, quem cum urbe Regi reddidum eſſe, tradit Robertus de Monte *in Chronico ad A. C.* 1158. Sed jam antè, regnante Carolo Calvo. Redonæ ac *Namnetæ*, cum Ratenſi pago Britannicæ acceſſere : quas urbes Nomen opus Britannorum Regulus armis occupavit & Carolus Hertipojo ejus filio ſucceſſoribque condonavit. Nihilominus Ligerim, ex ejus fluminis cæteris, poſtea Britannia diſtingui non deſiit. Hinc in literis Alani Britannorum Comitis & Ermengardis ejus uxoris, *Britannicus & Namneticus Conſulatus* : inque Fulconis Com. Andegavenſis *opere de Coſſ. Andegav. Hoellus Comes Namneteniis, à Britannorum Comitibus*, circa A. C. 1080. aperte diſtinguuntur, hodieque ſuus eſt *Namnetis* totiquæ ejus pago Rector, à Britannicæ Rectore diſtinctus, Hadr. Valeſius *Not. Gall.* V. quoque *Namnitæ.*

Namucum, ubi S. Maximinus, inter Deonantum & Hojum, Comitatus ac novi Epiſcopatus tuius inſignis, vulgò *Namur* : cujus incolæ *Namnienſi.* Olim *Mamucum caſtrum* dictum eſt, prope quod Gislemarium, Præfectum Palatii, Pipini Ducis copias fraude ac perjurio deceptas oppreſſiſſe, ac plurimos Auſtraſiorum nobiles viros interfeciſſe, legimus *in Geſtis RR. Francorum.* Poſtea transpoſitis literis *Namucum* dici cœpit : donec corrupto nomine & inverſo *r. Nam ucum & Namurum* appellatum eſſe quod ante annos nec, jam in vulgari uſu fuiſſe, patet ex literis Comitis Sueſſionenſis ad Ludovicum Francorum R. ejus nominis ſeptimum, ubi *Comitem de Namur* commemorat. Caſtrum hoc muniſſe quendam Rorbertum, ex hoſtibus Brunonis, refert Frodoardus *in Chron. ad annum C.* 960. Vide Hadr. Valeſium *Not. Gall.* & in voce *Namurcum.*

Nancium, adde : Meliùs *Nanceium.* Caput eſt Lotharingiæ Moſellanæ ducis. Ducumque ejus tedes, Cameriaco, capite Ducatûs Sabaudiæ, haud multò clarius ac vetuſtius. Facit mentionem ejus Johannes Pariſienſis. *Memorial. Hiſtor. Philippi IV. R.* ante annos 370. compoſito, & Lotharingiam Moſellanam *Ducatum Lotharingiæ* ſeu *Nanceii*, ſemel atque itevum appellat : non quòd Mettis, Verodunoque Tullo urbibus, quas eidem Lotharingiæ attribuit, *Nanceium* præferi deberet, ſed quòd Dueum eſſet ſedes : Hadr. Valeſius *Not. Gall.* Id male cum Natio confundi, V. infrà in voce *Nanceium.*

Nandi petitia Heroïcæ olim adoleſcentiæ à teneris unguiculis cordi fuit. Unde Literarum jungebatur ſcientiæ. Ariſtides *Platonicè* 2. Καὶ τὸ παιδικὸν πᾶσιν) κοινὸν τὸ ὠσὶν αἰτίαν εἶναι ἀνδρὶ, ὅτι σοφὸς γενήσεται· ἀλλ' ὡς τὸ παιδίον ἤδη τοῦτο, ὅτε γέγραπται, καὶ τὸν ἐπὶ τῶν ἐλεγῶν ἀλγῶν. Quibus verbis, propriùm contentum Græcorum, ὅτε γέγραπται, ὅτε τὸ βιβλίον, *Nandi literas nec ſtatim didicit*, in hominem dictum omnis eruditionis experteim ac rudem. Quæ cauſa, quòd Neceſſarios ſuos ipſummet *natare* docuiſſe Auguſtum, legimus apud Suetonium *in eo cap. 64.* Idem verò pro miratre, Caligulam, ad alta omnia docilem, *natare* neſciviſſe, ſcribit, *in Vita* ejus *cap. 54.* Inprimis enim exercitum hoc apud Romanos viguit ; more à Græcis accepto. Apud quos Spartana maximè Juventus eidem maturè aſſueſſebat. Unde *rigidi natator Europæ*, inter Oebali elogia, occurrit apud Papinium Statium *lib. 10. Theb. l. 431.*

—— caſiq; ruunt in limine primo
Incola Taygeti Æmoneus, rigidiq; natator
Oebalius Eurota.

De Taygeto autem monte, & Eurota ſumme Laconum notiſſimum negotium. Uti verò inter natandi rudimenta fuber erat feu cortex, quo nixi tyrones animoſius aquas ſulcabant : Sic cùm jam exercitati aquas ſubirum erant, ungi prius conſuevere, contra frigus aquæ & torporem membrorum, quo remigum cruum & brachiorum agilius eſſet. Imitatione luctatorum, qui ſimiliter adversus articulorum luxationes, fracturas membrorum & antipalorum apprehenſiones, oleo le munebant. Ante ſecula aliquot imprimis celebris fuit natator, ſeu conviva, in Sicilia, *Nicolaus* nomine, qui contracte *Colas*, & addito pilcis nomine, quòd piſcem potius, quàm hominem, ubi in aquis frequenti morâ referebat, *Piſce-Colas* indigenis dictus, in quem charybdim ſe immergere ſolebat, ubi & tandem perit. Hic tanta à puero natandi conſuetudine mari diu nocteque immeratus eſt, ut, ſi aliquæ iaberetur dies, qui natando non fuiſſet exercitatus, corde animoque angeretur quamplurimum. Hic itaque quotidiano exercitatu meuto tantam vim corporis ſuperat aſſecutus, at quingenta & amplius ſtadia perpetuo natatu præteriberet, dies & deinque integros, inter maximas indeſinenter fluctus, nullo procellarum reſpectu, verſatus. Occurſabat non raro navibus, ibique perbenigne ac comiter convivatus : in fluctus reſilit : tandem ab Alfonſo Rege, aureo cratere inv tatus, ut denuo in charybdim ſe demergeret, unde jam ſemel feliciter eluctatus fuerat, tunc non iterum reverſus eſt : an voragine abſorptus, an à menſtruis marinis diſcerptus. Auctor Anonymus *Sinæ & Eur. cap. 4.* Similes Ichthyophagos, *natantes, ceu maris animalia*, Plinius memorat *lib. 6. cap. 29.* Vide quoque infrà in voce *Natare*, item ubi de *Urinatoribus.* In Honorio, Claudiani ore, artem his verbis laudat Theodoſius Imp.

Calcatur ſpirgra palus, tunus ante profundum
Protentat ſcopre ; fluvius tu protere curtus
Horrentes glacie, liquidos tu ſcinde natatu.

Nanſiacum, vicus Lotharingiæ duplex, *major*, vulgò Grand *Nanci*, non longè à fluvio Orna, in Duc. Barrenſi, à Commerciaco ac flum. Moſa 4. circiter leuc. diſtantes : *& minus*, vulgò *Petit Nanci*, ad ejusdem fluminis ripas : quorum alterutrius, prioris inprimis ſitus, in Naſſium antiquorum quadrat. Per Lingonas etiam & Andeianum *Andelo*, Tullum Leucorum, Barrumque ad ægro Barrenſi Leucis contributo, uti Claudio Ptolomæo Æthicoque Naſium deſcribitur, poſitum eſt. Hadr. Valeſius in voce *Tullum Leucorum.*

Nantogilum, vulgò *Nanteüil*, nomen variorum Galliæ locorum, cui origo à *Nanto*, veteri vocabulo, quo Galli & Britanni rivum aquæ decurrentis & multitudinem aquarum confluentium deſignavere. Sic loquitur Martoræ flum. inter Firmitatem ſub Jotro & Caſtellum Theodorici, fed hue quàm ille propior, *Nantogilum* dicitur, *vicus, famoſi nominis Nant*, nec non *pradium Nanti* appellatur, *lib. de Mirac.* S. Wildeberti Abbatis Luxovienſis. In pago Vadenſi, *Nantogilum* eſt *Hilduini*, vulgò *Nanteüil de Haudoin* : cujus mentio, apud Auctorem vitæ *Ludovici Pii*, qui illud inter Monaſterium S. Dionyſii atque Carifacum villam regiam, Noviomago proximam, ponit conventum ſtu. Eſt & *Nantogilum*, in pago Porcenſi vel Reineſſeno, ad flum. *Arva*, inter Belzette & caſtellum Portianum poſitum, *Nentuëil* vel *Nenteville* an *Retelois* nuncupatum : quod *Nantolium* quoque dicitur, & inter villas, ad Remenſe Monaſterium S. Remigii pertinentes, numeratur in *MS. codice* ejus Monaſterii. Nimirum *Nantogilum*, *Nantolium* & *Nantolium* una res eſt. V. Hadr. Valeſium *Not Gall.*

Nantuadus, Monaſterium Galliæ, memoratum in Statuto Imp. Ludovici Pii *de Monaſter. regni Franc. A. C* 817. & in *Chron. S. Benigni*, uti Carlos Calvus in Monaſterio Apoſtolorum Petri & Pauli, loco qui dicitur *Nantoviæ*, à multitudine aquarum ibi confluentium, ſepultus dicitur. Itaque locus hic Monaſterio veteri inſignis ab aquis ibi confluentibus accepit nomen, quâ de re V. pauio ſuprà. Et eſt poſitus inter duos lacus, ex quibus rivus paulo infra *Nantuadum* in alium amnículum decurrit illumque auget. Sylveſter Giraldus Britto, qui circa A. C. 1200. floruit, narratuſque erat in Cambria feu Walia, in qua Britanni ſedes habebant, poſt adventum Saxonum & Anglorum in Britanniam Ins. *Itinerarii Cambriæ lib 1. cap 3.* nomen illud interpretatur his verbis : *Nant, rivus dicitur aqua decurrentis. Unde usq, hodie ab accolis ejus ſile lingua Cambrica* Lande-wi Nant Hodeni *vocatur, id eſt, Eccleſia Davidis ſuper rivum Hodeni.* Eadem autem lingua Vett. Gallorum & Britannorum fuit, ut Cluverius alli que docent, quæ hodieque in Britannia in. & in Walia ſeu Wallia ſeu Britannia, in uſu eſſe perſeverat. Poſtea *Nantuactum*, & truncato nomine *Nantua* dici cœpit, locusque eſt in Brexia diœceſique Lugdunenſi, veteri Monaſterio ad Cluniacum pertinente, inſignis. Idem.

Nantuates, adde : Meminit eorum Jul. Cæſar *Comm. lib. 3.* ubi *Nantuates*, Veragros Sedunoſque conjungens, *qui à finibus Allobrogum & lacu Lemano fluminisq, Rhodano ad ſummas Alpes*, id eſt, ad fontes Rhodani, pertinent : Servium Sulpicium cohortes duas in *Nantuatibus* collocaſſe ait, & incolumem in *Nantuatis*, inde in Allobroges perduxiſſe. Idem *lib. 4.* Rhenum ortu ex Le-

pontius, & longo ſpatio per fines *Nantuatum* & Helvetiorum ferri, ſcribit. Strabo quoque *lib. 4. Ad Rhenum*, inquit, *primi omnium habitant Nantuates*: & alibi, *apud* Nantuates *Rheni ſunt fontes in Adulamonte*. Unde colligit Joh. Bapt. Planinus, *Nantuates* hos. Helvetiorum finitimos, quippe quibus à Septentrione interpoſitis tamen Alpibus, Uranico & Glaroneenſes hodiernos opponit, fuiſſe populos Alpinos, ad Rhenum anteriorem *vordenRhyn* habitantes, ubivunc Cœnobium Pfeffers & vicus *Tavetſch*. quem Latini Scriptores *Ætnatium* (ex vitioſa Strabonis lectione, ubi ἀκόμη ἐνθάδε, pro ἀκόμη τοῦθ' ὅπερ) quædam exemplaria corruptè habent, ut Xylander vidit, annotante Caſaubono *in locum*) vocant. V. cum *Helv. Nov. Antiq.*

Nantua, vulgò *Nanteuil*, locus Galliæ *ſy ſicus in pago Conſtantino*, ut dicitur *in Vita S.* Marcelli Abbatis, qui eum cum omnibus ſuis reditibus à Childeberto Francorum Rege ſit ac obtinuit, ibique Monaſterium condidit. A vivo decurrente nomen accepit; *Nant* enim Britannicè olim rivum vocarum eſſe, dux mus ſuprà, in voce *Nantuadis*. Hermiricus alterius *Nanti*, in pago Meldenſi, memi-nit; ubi S. Waldebertus Abbas Luxovienſis natus eſt: Uterque & *Nantegilum* & *Nantoilum* haud dubiè olim eſt appellatus, ut docet anchorum locorum vulgaris appellatio. Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Nanus, pro pumilione, Laberio in Mimis dictus, apud A. Gellium *lib. 16. cap. 7.* Græcæ originis vox eſt, eodem docente *lib. 19. cap. 13. Nanos enim Græci vocaverunt brevi atq; humili corpore hominis paulum ſupra terram extantes.* Feſtus quidem, *Nanum*, inquit, *Græci vas aquarium dicunt humile & concavum, quod vulgò vocant ſitulam barbatam*, unde Nani *pumiliones appellantur*. Sed *Nanum* omnino eſt à Græco νάνος, quod idem notat. Scholiaſtes Ariſtophanis ἐπὶ ξένῃ τὸν λέγοντα τὸ ὑπόκωφον τῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὸ κολοβὸν τὸ τῶνων, ὅπου λέγεται. V. Jac. Oiſelium JC. *in rerum q. Gellii locum*. Iſtiusmodi homunciones utriusque ſexus, Nani & Nanæ, Sybaritarii delitiæ, Mortombius collaui, neſcio qui Veneris Romanis olim habere viſi ſunt. Suetonius *Tiberio cap 61. Annalibus ſuis vir Conſularis inſerunt, frequenti quondam convivio, cui & ipſe affuerit, interrogatum eum ſubito & clarè à quodam Nano aſſumtis mentis inter cœtera, cur Pacorum Marſyam tam tam diu virare? Lampridius *Alex. Severo*, Nanos & Nanas & *Moriones* & *veales exoletos & omnia acromata, & Pantomimos populo donavit*. Hæc autem fuerant Heliogabali miniſteria, quæ Imp. Alexander averſabatur, ad Auguſti forraſſe æmulationem, qui *pumilos atq; ſyſtorios & omnes generis ejusdem, ut luſibria natura, malitiq; omnis, abhorrebat*, teſte Suetonio *cap. 8.* Sed & hodie iſtiusmodi Salaquelleorum in Principum aulis ſæpiſſime ſpectata paſſim ſunt via. Fuit que ille adeò delectatus Catharina, Joachimi Prid. Electoris Brandeburgici prima uxor, ut integrum ferme illorum contubernium alerer. Nuptias quoque inter illos conciliavit ſpe inde ſuſcipiendæ prolis, ſed ſterili eventu. Quod idem feciſſe Catharinam de Medicis Galliæ Reginam, refert P. Meiſius *Var. Lect. lib. 5. c. 3. cap. 6.* ubi illam ait ſua memoria para humoiſorum talium ſtudioſe foviſſe conjugiſque legitimis copulaſſe, ſed non feliciore eventu. Nihil enim ex ejusmodi fuit, Deo præcludente opera ſua arbitrium curioſitati hominum minimè permittente. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, Vocitum *Volum. 1. Diſput. de Cruat. part. 8.* Auctorem Anonymum *Hiſtoria Orbis Terr. cap. 9. ſect. 2. de Charact. Exterarum Gentium, §. 12.* Aulonium Popmam *de Inſtrumento Fundi cap 7.* Phil. Beroaldum & Joannem Paſſeratium *ad Propertium lib. 4. Eleg. 14.* Joahn. Savaronium *ad Corticenem Sidonii lib. 7. Epiſt. 9.* Scutum Servium & Theodorum Marcilium *ad Spectaculа Martialis*, & ante hos dicendum Lipſium *Saturnal. lib. 1. cap. 4.* ubi ſuprimis de *Nanis*, munere gladiatorio à Domitiano commiſſis. Cujusmodi pugnam memorat quoque Papinius Statius *lib. I. Sylv. 6.*

Hic audax ſubit ordo pumilorum,
Quos natura brevi ſtatu peracto
Nodoſum ſemel in globum ligavit:
Edunt vulnera, conſurunt, dextras,
Et mortem ſibi (quæ mana?) minantur.
Ridet Mavs pater, & cruenta Virtus:
Caſurasq; vagis grues rapinis,
Mirantur pumiles ferociores.

Ad quem locum V. Caſp. Barthii *Animadverſiones p. 151.*

Napæa, ſeu *Mappæa*, officium in Aula Regia, cui incubuit *mappas*, canabum, manutergia & ſimilia curare, in *Flora lib. 2. cap. 19.* à *napa*, quâ voce Recentiores utuntur pro *mappa*. Vide ſuprà.

Nape, Ornatricis nomen, apud Ovidium *Amor. lib. 1. Eleg. 11.*

Colligere incertos & in ordine ponere crines
Docta, nec ancillas inter habenda Nape.

Quemadmodum Cypaſſidis, eodem miniſterio fungi ſolitæ; idem memorat, *Amor. lib. 2. eleg. 7. & 8.* Vide infrà in voce, *Ornatrix*.

Napellus, herba venenata, à figura *napi* in radice apparentis nomen accepit. Ejus in necandis hominibus tanta vis, ut nullis fere antidotis occurri poſſit, niſi præſentiſſimè: & quidem cum tota planta peniciliabilis admodum ſit, radix ceteris omnibus atrocior eſt; adeò, ut manu aliquandiu retenta, quosdam incaleſcat, præſimat tenentem. Quinetiam paſtores necatos compertum, qui aſſandis avicuiis, *napelli* caule, pro veru temere uſi ſunt. Rei experimentum illuſtre Clemens VII. cepit Romæ A. C. 1524. Qui, cum decreviſſet, olei præſtantis admodum, quod Georgius Cavarita Chirurgus contra delcteria medicamenta & venenoſorum animalium quorumcunque morſus paravetat, vires experiri, juſtit venenum dari ſuobus latronibus, quos leges damnaverant, ut ſuſpendio facinorum ſuorum pœnas luerent. Horum alterum, qui *napelli* plurimum ſumpſerat, dulciariis panibus commixtum, Pontificii Medici ſtatim oleo inungendum præbent, qui poſt tertium diem, non ſine formidabilium ſymptomatum acceſſione, tandem tamen incolumis evaſit. Alterum verò, cui longe minus venenati panis exhibuerant, oleo inungi vetant, ut affumti venenî fævitiam meliùs cernerent. Hic paucis poſt horis morte correptus, ejus vim atque effectum teſtatum reddidit, planè ſecundum Avicennæ (qui de hac planta accurate agit) deſcriptionem. Auctor Anonymus *Sinæ & Ser. cap. 31.*

Naphtha, circa Babyloniam & in Auſtragenis Parthiæ profluit, fluminis liquidi modo. Ei magna cognatio ignium, tranſiliunt. que protinus ea eam undecunque viſam. *Oleum vivum* hinc Gratio.

Vulcano condita domus, quam ſubter ſuimi
Stagna ſedent venu olocd, madentia vivo.

Nempe *naphtha* oleum eſt veræ naturalis, quod quidam bituminis liquidi genera adſcripſerunt; in Suſiana inprimis ſcaturire Strabo *lib. 15.* ubi de liquido bitumine, ὃ ἐν τοῖς ὀρύγμασι, νάφθαν, ἔνιοι δὲ τὴν Σουσιδ. ὃ δὲ ἔσχε φύσιν ἀσφάλτου, ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις. Hinc de Arecczeis campis, in quibus *naphtha* fontes, Tibullus:

Ardet Arecczeis aut unda perhoſpita campis.

Ad Suſianem autem Areccam pertinuiſſe, ſuprà diximus. Idem Strabo nigri candidique bituminis hujus fontes in Babylonia fuiſſe, memorat &c. Et quidem notum experimentum *naphthæ* ab Alexandro Macim Babylone eſſet, in puero nobili, non ſine pernicie hujus, captum. *Ita fortur. a Medea peliicem crematam poſſimulato ſacrificatore, ad ſenem interficiendum, & naptæ*, Plin. lib. 2. 107. Unde ſunt, qui eum oleo Medeæ idem factum. Sed *naphtham* addi conſueviſſe oleo communi herbâ quadam infecto, è quo oleum Medicum componebatur; docet Salmaſius *ad Solinum pag. 242. & ſeqq.* Etiam Tigranocertanos *naphthæ* ſefe inter cœtera defendiſſe, Lucullo urbem oppugnante, Xiphilinus ex Dione refert &c. Vide Dalechampium *Not. ad Plin. & Andr. Baccium de Thermis lib. 5. cap. 13.*

Napi, titulus *Epigramm. 20. lib. 13.* Martialis,

Nos Amiternus ager ſalicibus educat hortis:
Nurſinas patera pareius eſſe ſiles.

Inter naſcentia in hortis memorantur Plinio *lib. 19. cap. 5.* ſimiles rapis, quorum ſemina in ſe mutuò permutantur nonnunquam, ſed iis minores. Rotum quinque genera; *Corinthium*, *Cleonium*, *Cnidium*, *Bonticum*, & *quod per ſe viride dixerunt. Ex in in amplitudinem adoleſcit rotundum, nullâ fere radice*—*Bonticum dulce eſt, rotundıtate etiam brevi intabile, neq, ut Cleonium prælongum*—Palma Roma *Amiternina data eſt, inde Nurſinis &c.* Fuit autem hæc Amitorum urbs, Aquilejæ vicina: *In qua palude* (inquit Sidonius Apollinaris *Epiſt. 8. l. 1.*) *muri cadunt, aquæ ſtant, turres ſtuunt &c.* De vino ex *napis*, V. eundem Plinium *lib. 14. c. 6.*

Napogenſis, vel *Naconenſis* Colonia, *Itin. 9. ff. de cenſib.*

Narbo, inde: Valeſio ultro percurſo & illuſtrato Volcarum Tectoſagum fuit, quò Porcio Marcioque Conſ. dedu&a eſt Colonia Rom. à Licinio Craſſo Oratore anno U. C. 636. prima omnium in Gallia, poſt triennium quàm Carthago extra Italiam prima deducta fuerat. Tum *Colonia Narbo Martius* à Romanis cognominari cœpit, an à *Marte*, an à *Martia* decima legione, *Documanovium* enim *Colonia* erat. Ciceroni *pro Fonteio dicitur*, *Narbo Martius Colonia noſtrorum civium*, *fascula populi Romani, ac propugnaculum ipſis barbaris*, Gallorum *oppidum & objectum*. Eidem ibidem & *in Bruto*, vocatur *Narbonenſis Colonia*. C. Jul. Cæſar Dictator *lib. 3. de bello Gall.* commemorat *Narbonem*, quò is iterum Coloniam miſit & à Tiberio Claudio Nerone, Tiberii Auguſti Patre, deducendam curavit; teſte Suetonio *in Tiberio*. Quare ab eo *Colonia Julia* dicta eſt. In veteri monum. C. I. P. N. M. Jac. Sirmundus, *Coloniam Julium Paternam Narbonem Martium* interpretatur: Joſephus Scaliger inſcriptione marmoris *Narbonenſis* vulgatâ, literis hiſce C. I. P. N. M. his adſcripsit, *Coloniam Julium Paternam Cujum Narbonem Martium*, &c. Plutarchi. Ibidem effoſſo marmore A. C. 1566. *Coloni colonæ*, C. I. P. N. M. ſeu *Colonia Julia paterna Narbonis Martii*, & *ara Narbone in foro poſita Imp. Cæſari Divi filio Auguſto*, ſeu *ara Nomini Auguſti poſita Aplebe* Narbonenſi fuſe memorantur. In numno Tiberii *Col. Narbo Mart. Decumanor.* dicitur, &c. Strabo ad oſtium Atacis lacuſque Narbonenſis *Narbonem* ponit, qui lacus Mellæ & Plinio *Lacus Rubreſius* aut *Rubrenſis* dicitur, vulgò *l'eſtang de la Rubina*. Ab Anonvero Coloni incolæque *Atacini*, quoque appellati ſunt. *Clara urbs* Ptolomæo, *Emporium Narbonis* Straboni ac Stephano, quò ut & Maſſiliam è Britannia Inſ. ſtanuum per Galliam equis con-

vehi solitum fuisse, scribit Diodorus Siculus *Hyser. lib.* 4. Ausonius quoque in *Narbone*, clararum Urbium 12. ex Oriente, ex Africa, ex Hispania, ex Sicilia & toto Orbe classem seu cataplum huc appulisse, narrat. Fuit ita *Narbo Martius*, primum Volcarum Tectosagum urbs, dein Atacinorum Decumanorumque Colonia, demum Septimaniæ seu prov. Narbonensis prima clarissima Metropolis ac caput: quam Atax è Pyrenæo monte demissus, navigabilis amnis, attingit, olim spatiolo admodum lacu Rubreto vel Spiniano sit acceptus & in mare emissus: Sed is hodie lacum minime permeans fosse per Narbonem ductæ, vu'gò *Robine*, immittitur & in mare ad 7. ab urbe milliare effunditur. Circa urbem Berbyces quondam, à quibus Bithynis *Bebrycia* dicta, ad mare habitalle, colligimus ex Marciano *in Gallia Lyrpho*. Hinc & Rufus Festus Avienus, in *Ora maris. libro* post Pyrenæum ingum & annis Rusconois ostium, regionem Narbonem describit, subjiciique.

Genio, Bebrycum prius
Loca hæc tenebat: atq; Narbo civitas,
Erat ferocis maximum Regni caput.

Silius etiam à Pyrene Bebrycis Rubia, Pyrenæi montibus nomen Imposuim, contendit. Capitolium hic, præter alia Romanorum opera, quorum non exampla reliqua sunt vestigia, ex marmore fuit egregium, quod tamen similiter ut ætate non durasse, scribit Ausonius. Tamen in Addis concordat A. C. 1251. inter inter Guilielmum loci Archiep, & Amalricum Vicecomitem seu Procunsulem urbis, *Dominus Vicecomes Capitolii civitatis Narbonensis à Bertrando de Capitolio recognitionem recepisse & illud omisse ad id.* Bertrando, dicitur. Anno quoque 1036. quidam legitur Guillelmus Archiepiscopus de Narbona Berengarius Vicecomes Civitatis *auferret* ei *ipsum Capitolium*. Petrus Archiep. de Amalrico Vicecom. A. C. 1242. conquestus est, quòd per vim occupasset *medietatem tinctura pannorum granet, & medietatem mentæ*: quorum alterum ad *baphium Narbonæ*, alterum ad monetam ibi olim percuti solitam pertinet. In Not. enim Imp. *Procurator baphii Narbonensis* memoratur, ob gratum infectorum coccinis usum. Nec Capitolium autem solum, sed etiam portam Regiam, & portam Aquatiam, cum suo quamque cultro, portam Episcopatum & portam Bibali, præter cæteras; item Palatium novum: Turrim Mauricam, à Mauris, qui eam aliquandiu tenuerunt ac quibus fuit oppositæ, dictam, & castrum Amalrici, *Narbone* fuisse, docetur contentiones, inter Archiepiscopos & Vice Comites *Narbonenses*, A. C. 1056. 1140. 1150. 1251. & 1252. Vetus, Novetus prov. civ. Galliæ 1242. 1250. 1251. & 1252. Vetus, Novetus prov. civ. Galliæ *Metropolis Gr. Narbonensis* vocatur, & ponitur in prov. Narbonensi prima, inter & caput Urbium: Posita ademtam fibi Tolosam & in Metropolim evectam, io. habet Episcopos Suffragantes, Carcassonensem, Biterrensem, Agathensem, Leutevensem, Magalonensem, Nemausensem, Uzetichensem, Elenensem, S. Pontii Tomeriarum & Electensem. De Ecclesiæ hujus Archiliacenibus Sidonius, *Narbonem nuper Martium factum* propterea dicitans. *Narbonensis* mare Stræboni, vocatur Mare Gallicum, antè provinciam *Narbonensem*: quemadmodum Fortunatus *Mare Rhotomogense* vocat Oceanum Gallicum, in quem Sequana effluit à vicino & clara Urbe Rotomago. Vide Hadr. Valesium *Not. Gall*, Hornio hæc sedes Gothorum fuit postquam ex Italia primum migrarunt, duce Ataulpho, Galliam *Narbonensem* sive Provinciarum, A. C. 412. quibus tum totus ille tractus *Land- Gothia*, id est, *regio Gothorum* vel *Gothlandia*, appellatus est: quæ vocabula, progressu temporis, corrupta sunt in *Languedociam* & *Catalonian*. Sic *Narbona* sedes West- Gothorum Occidentalium aliquandiu fuit. Ex *Narbonensi* postmodum Gallia, Wallia Regis auspiciis, in Aquitaniam seu Vasconiam se effudit, ubi Thiodefa Regni seu sedes facta, circa A. C. 419. & Toleti sedes fixa. A quo tempore West- Gothorum seu Visi- Gothorum Reges perpetuum *Flavii* cognomen assumpserunt, tandem rota Hispaniæ potiti, sub Flavio Recaredo seu Richardo, A. C. 587. qui, quòd Gothorum Regum primus Orthodoxus fuisset, primus Hispaniæ Regum *Catholici* nomen obtinuit. Complectebatur itaque Regnum hoc Gothorum Aquitaniam & Galliam *Narbonensem*, totam insuper Hispaniam magnam præterea Africæ Tingitaniæ seu Mauritaniæ partem, & sub generali *Gothis* seu *West- Gothis* nomine, *Gothiam Galliam, Gothiam Hispaniam & Gothiam Transmarinam* continebat: donec sub ultimo Rege Roderico à Mauris destructum est, An. Ch. 713. Vide Georg. Horn. *Arc. Imp. p.* 138. & *segq.*

Ecclesia Narbonensis Archidiacesan.

Archidiaecesus major *Narbonensis*.
Archid. Corbariensis, cui nomen dedit *Villa Corbaria palatium*, *in App. Chron.* Fredegarii memoratum, prope Birram fluvium 3 vulgò Corbieres: unde montes proximi des fuit Fenolleum, vulgò *Fenouillet*. *Ex actu apud Narbonam in Eccl. BB. Martyrum sub Ludov. VIII.*

Loca ad diœcesim Narbonensem spectantia.

Caput stagni *Capestan*.
Castellum Maurum *Castal Maure*.
Juncariæ. *Jonquieres*.
Leucata *Leucata*.
Licinium *Lesignan*.
Mons Pensatus *Mont Pesat*.
Narbo, Metropolis.
Palma *la Palme*.
Petriscum, in pago Minervensi *Peyrac de Minerbou*.
Podium Sorcatium *Puy Sergnier*.
Rupa Alta *Roquehaute*.
Revi *Rieux*.
Rufiacum *Rofiac*.
Villa Sicca *Vilesequo*.

Narbonensis Gallia, adde: Una dutitim è fuit, ac postremò in provincias quinque divisa est, *Narbonensem 1. Narbonensem I I.* Viennensem, Alpes Graias. Alpesque Maritimas. Hadr. Valesius *Not. Gall.* V, quoque in vocibus *Gallia* & *Lugdunensis Gallia*.

Narcissus, puer forte olimus, adeo: Sed cum nihil absurdius fingi possit, quàm simplum, omnis colonis expertem, omnisque hilaritatis oculos tangentis, adamati, præ que in aqua conspectam, mentò insipecta Eruditis fabula est. Quidni enim modo leous notabilis apud Paufanian *lib.* 9. qui hic habet: *In Thespiensium finibus rivus est, qui Hedonacrus perhibetur. Tribs fons Narcissi vocatus, quòd in ea aqua se Narcissus contemplatus dicatur, donec ipsum ejus umbram non intelligens. Ipse ipsum amore amplexandi incenderetur, atq; indidem ad eum fontem extabescerit. Mihi verò aliud dum videtur, eò statim ratio prolabi quinquam posse, ut ipse forma amore capiatur, neq; possit præ ipso dijcernere, quid dominum sit, umbram interim. Alium ergo, omnibus vulgatum, de Narcisso fabulam referam, & ipsum jus nitentem adjectoribus. Sorores ajunt ei geminam fuisse, cleum ora specie omni ex parte similem, tum nod, vestitu, neq; capillitio differentem: Solitas simul venari, ea occasione factum à fratre adamari captum Puellâ præmortuâ, fontem sæpe accedere consuevisse puerum, ubi, cùm suam umbram conspiceretur, neq; tamen suam ejse ignoraret, ob similitudinem tamen, qua inter amantes fuerat, velut non propria. Sed ab, cenis ferorum imaginem cernere; frustraq; inde solatium desiderii capere. Narcissum verò fortem, longè ante terris prodatum, vereijmile fuisse. Pamphilis carmina Nanaq; Dionysiacorum, multis ante ipsum ævum Thespiis genitum Creteusis à Dictæ raptam serupisse, dum ludensiores ignores, deteptam, non tam violatum, quàm narcissum collectione.* Hæc Pausanias.

Narcissus, Commodi strangulator, leonibus objectus, sub hoc præconis eloquio: Hic Est Qvi Commodvm Strangvlavit, Cafaub. *ad Spartianum in Severo.*

Narcissus, flos autumnalis & coronarius, *nunc argente fulget, nunc colore splendidiori ornato. Hic herbam, instar acuis se diffundit, folio tamen nonnihil crassiori ibus, latioribus q. Quina nonnunquam; senaq; confciunt flori ambitum, medium q; coronant calicem, qui latius inter folia, aut delicate lasciscit. aut splendide pallescit decolor, aut circa summum oram croco illuam lepide rubescit—longe formosissimus— qui multiplici seris foliorum in cinctuncos sese blandè modificat, crispantium, alba affagie rosa suaviter offoresset. Odor es non ingratus, rutæ caulis, nonnihil plantæ, ac spongiosi, cujus summum, nunc se flos unicus pandit, nunc forum fasciculus pendet, capitibus deorsum cleminter inflexis.* Fr. Pomey *Discription. dirv. Λειρίου* quibusdam Græcis, Theophrasto auctore, b. c. lilium, quòd ei haud quaquam absimilis est. Cereris & Proserpinæ coronamentis olim adhibitus, legitur apud Scholiastem Sophoclis in *Oedipo*, ubi eum, κρόκου θεῶν ἀγίων ὄζοις, *magnarum Dearum fersorum coronamentum*, hic appellat. Et quidem Proserpinæ, tamen raptum, hoc flore apprimè delectata est: post cum verò & ea & mater illum averlatæ funt quàm maximè. Etiam Furiarum, seu Eumenidum, Erinnyumque sceta ex *narcisso* plecti confueverunt uti docet idem Scholiastes, è quibusdam verfibus Euphorionis, & Clemens Alexandr. *lib. 2. cap. 8.* An, quia ut plurimum circa monumenta nascitur, an quòd hæ Deæ terrore afficiunt, aut torpore? A'νάρκη certè, quòd *fluporem* designat, nomen est datum Philtris docet *lib. 21. cap. 19.* & Plutarchus *Sympofiac. 3.* Unde Clemens iterum *d. l.* Νάρκισσον δ' ἄνθος ἐπὶ τῶν ἀδῶν, ὑλήνης δὲ ὠνὴ ἡ σπογγώδη, καρδίαν ἐπιπλήττουσα τοῖς πόροις. *Narcissus est grativolens flos. Hoc probat appellatio, stuporem inijciens nervis.* Coterum, quod de viola, rosa & lilio legimus, etiam *Narcissus*, propter pulchritudinem, florere dicitur, ac ceteris exemptus nominatur. Virgilius *Ecl 9.*

— *aurea dura*
Mala ferant quercus; narcisso floreat alnus.

Hinc καλὸς νάρκισσος, Theocrito *Eid. 9. pucher narcissus*: Virgilio *purpureus*, *Ecl. 5. suave rubenti*, in *Cerr.* Ovidio *croceus*, *Metamorph. lib. 3.* Oppiano *Cynegetic. lib. 2.* ἐρεύθων χρόα φωβῶν ἰδὲ, *amabilis color*, *affectus spectatus &c.* Sed & odorem ejus commendant Poetæ: è quibus Theocritus ἥδιστον eum vocat, *hinc ac suavitet spirantem*, *Eid.* 18. & hujus frequens imitator Virgilius, illum calice jungit *in Cir.*

At nutrix patula componens fulphura festa
Narcillum cæspanæ, herbus intendit olentes.

Qua-

Quæ cum Clementis *loco cit.* fic conciliat Paschalius, ut Poëtas magis elegantias dicat fectari, *Coronarum lib. 3. cap. 9.* ubi de hoc flore pluribus agit. Nec omittendum, quòd ad Plinii v ciba, de Narcisso, *hujus alterum genus flore candido, calice purpureo*, observat Salmasius, *florem* proprie Plinio appellari, quæ in ambitu funt, falsa candida: *calicem* vero, purpureum illud vel croceum, quod intus habet, quodq; effigie calicis eft & velut contentum, in orbem currit croceum. Quâ notione, *calix* non eft Græcis κρωτὸς, quod inter alia fignificat florem rofæ adhuc conniventem & nondum apertum: Sed κάλυξ, unde nempe, quo bibitur; à cujus fimilitudine dicti *calices* in floribus, quos *calathos* alii dixere &c. V. eum ad *Solinum pag.* 102.

Nardus, νάρδος, ex Hebr. נרד genus herbæ odoratiffimæ, Cantic. *cap. 4. vers. 14. & alibi. Nardus piftica*, Joh. *cap. 12. vers. 3.* & Marci *cap. 14. vers. 3.* νάρδε πιστικῆς. Vulgata vertit. *Nardi fpicati.* Beza, *liquida*. Ἀπὸ τοῦ τὸ πίνειν, quafi *potabilem* dicas. *Nardum* enim propriè *nardino unguento* paffim ufurpat Athenæus. Et convivia unguenta convenium, quibus perfundantur convivæ: non autem fpifia, quibus linantur. Quod tamen luxuria tandem invexit, ut ex his Plinii *paret lib. 13. cap 3.* Quamvis, inquit, *craffitudo maxime deteftat, linitrix jam, non folum perfunda unguenta gaudent.* Unde illius Flacci in *Sat. Nec fpret fimplex Numa nullam convivia prabebit aquam.* Æfchylus autem ὁ Δαιμόνιος, vocat φιλοῦμεν μύρῳ, *liquida* & quæ potanda præbentur: ut dicuntur ἄφεπτα, quæ edantur & χρίσιν, quibus ungimur. At apud Aristimidorum *lib. 2. cap 35.* legimus, γυναῖκα πιστικὸν ἀνάμιξε καὶ σωθρὸν μύρον τῷ ἀνδρὶ, aut omnino videtur *fida* mulier fignificari. Quam in partem tamen eam ufurpet Græca reliqui. Sic Euripides *Hercule monfte. Eurip. lib 8.* unum myfticum SS. Euchariftiæ vocat πρὸς πιστικὸν ἐ πικτὸν λόγχαισι, & πιστικὸν βαθμὸν repertimus in litt. Emanuelis Imp. ad Fridericum Imper. Etiam de perfona fæpe occurrit, ad Cedrenum pro πιστὸς, *pag. 545. 577. 596.* & Ixpe alibi, ὁ πιστώσατος & ὁ διαφανέστατος, *fidelifimus. Manifeftum* & melior Heilenimus πιστότατος. Hinc Theophylactus πιστικὸν interpretatur ἀδόλον, *fine dolo, germanum*, & *minimè adulteratum*: quam partem Tibullus vocat hoc *verè.*

Illius puro diffilient tempora nardo.

Et Ovidius, *de Arte lib. 3.*

Nec coma vos fallat liquidâ nitidiffima nardo, &c.

Joh. verò Hattungus *in Criticis fua Decad. 3. cap. 6.* ex Athenæi *l. 13.* prope Babylonem fuiffe oppidum Opis dictum, ubi pretiofiffimi *nardi* unguenta conficerentur, & illinc depotata fuerint, docet. Itaque non dubitat, germanam lectionem fuiffe apud utrumque Evangeliftam Ὀπικὸς: quæ vox quia Librariis minus nota, omiffa literâ initiali, fcripfiffe πιστικὸς; ficque infcitiâ fuâ Virie eruditis crucem fixiffe, in qua cogitationes eorum vexarentur, contendit. Additque, fubodoratos quidem aliquid hac de re jam Auguftinum olim & Cyrillum *in Joh.* fuiffe, à loce nempe quo piam *piftacum Nardum* dici, *lib. 6.* Faver Hirtius *de bello Hifpan. Ipfe de tempore convenit, vinum & nardum identidem ibi infudit.* Ac microfitr analogia hæc: Ἔστι γὰρ οἶνος (cujus Joannes & Marcus commeminit) ἀπὸ λιμένος, fi inde aliqua forte nobilitatis pars trahatur. Sed nec ab Ὀπὶς (ita enim ab Herodoto & Strabone fcribitur) fieri poteft ὄνομα, falvâ analogiâ, verius ἀπὸ τόπου. Neque etiam mentio Opis ubi apud Athenæum, qui lib. quidem 15. ex. 5. ex profeffo de variis locis agit, in quibus meliora quæque unguenta fierent, addens: Νικάνδρου τὸ ἀπὸ Τάφου; nullum tamen ibi, ne tantillum, vel etiam alibi, veftigium, unde *Nardus piftica* exprimatur, oftendit. Imò nec apud Strabonem, Dioficoridem, Plinium, qui *Nardi* Celticæ, Italicæ, Syriacæ, Indicæ meminerunt, ac *Opificium* unguentarium fimilitio præterierint. Ergo πιστικὸς revera à πίνω eft, & νάρδος πιστικὴ fic dicta, tanquam *potata, bibita, integra, fine admiftione alterius*: quemadmodum contra *pfeudonardus*, apud Plinium *lib. 12. cap. 12.* ita vocatur à ψεύδομαι, id eft, *fallo*. Hinc vetus Lexicon. *Nardum piftícum dicitur, id eft, fidele, purum, fine omni impofitura & commixtura compofitum, non adulteratum alio herbæ.* Et hoc ipfum in cauda, cui idem unguentum Johanni μάλιστα, Marco μᾶλλον dicatur. Bene enim Jacob. Vendam. *Diatrib. in Marcum* ad hæc: *Nardi pi ftici & cognati quod lib. 13.* Plinius tradit, *videlicet nomen barbarum fpecies effe, quæ nardum imitentur & adulterent. Unde intelligimus, in tanto fraudis materia, ufum loquendi obtinuiffe, ut piftica nardus diceretur, quæ fincera & abq; vitio effet, ἀπὸ τοῦ πίνειν, à fide, & φάλλω ἀδολῶ, h. e. germana. Ut ait Erafmus & nulla arte vitiata. Proinde & Hermolaus libro Corol. 1. πιστικὸν, h. e. probatu & fidelem exponit & qua adulteria non fit, ficuti Marci 14. & Johannis 12. accipitur. Hieronymus fuper 26. cap. Matthæi piftícam, plantæ verum & abiq; dolo expofuit.* V. Becmannum *de Originibus l. 1.* Hoc autem *nardinum* unguentum magnitum fuiffe pretii, etiam eo fit probabilius, quòd illis temporibus unica fuit urbs Lacedæmonia, quæ unguentum hujusmodi cum laude conficeret: nec multo ante Galeni ætatem in alia quoq; urbibus fieri cœpit, quod commendaretur. Vide eum *lib. 6. τ. φαιν.* Hoc itaque tam fincero, tam pretiofo unguento, mulier illa pedes JESU deliburos reddidit, pro more variarum tum gentium, quibus pretiofiffima unguenta in frequenti ufu fuere, maximè cùm in triclinariibus lectis accumberent. Niff potiùs in ifta facrorum Domini pedum unctione, non tam motus communis habendam effe rationem animi, quàm latentis myfterii: quod etfi fatis capere nequimus, nendum fatis explicare valemus, ineffe tamen credimus & humili filentio adoramus. Scimus antiquis in more fuiffe pofitum, ut teftandæ reverentiæ & cultui religiofo, vel qui proximè ad religiofum accederet, oleum vel unguentum effunderent Sic Jacob lapidi, quo erat ufus pro cervicali, oleum fuperfudit, Genef. *cap. 28. vers. 18.* Idemque ftatuam eo loco erectam, ubi Deus cum ipfo erat locutus, fimili veneratione profequitus eft. Sic *lapides unguine delibutos*, ut loquitur Appuleius, pagani in trivio colluerunt, quod multi Scriptores teftantur, Clemens quique Alex. λιτανείαν propterea λίθων, illus vocat. 7. *Strom.* Sic animalia, quæ Dius confecrabant & libera finebant abire, vel quæ aliquando à modum admirabantur, unguentis linebant, ut multis exemplis ad *Suetonii lib. 1. cap 80.* probat Cafaubonus. An igitur hæc unguine mulieres Sacrificio, quod nunc Romano, quam effe Deum adhuc ignorabant, aliquid tamen fupra hominem admirafentur, devotionem fuam hoc facto fuis teftatæ? Hoc certè videtur voluiffe Chryfoftomus, cum feribit de una illarum, *in Matth. Homil. 8.* Ποῖόν τι ἐνδυσάμεναι τὸν σῶμα; ὁ σταυὸς, *Magnâ erat hujus mulieris reverentia & fiudium erga Chriftum vultu innotuerabile.* Ac mens quidem illarum hæc erat; divina vero Providentia, quæ illas regebat, altiora myfteria molichatur; ficut ipfius Chriftí verba innuunt, Mat. *cap. 14. vers 8.* Quod vult, *ipfa fecit: antevertit unguento inuere corpus meum ad pollinduram.* Hinc Eucherius Lugdunenfis in *Matth cap. 26. vers 12. Significabio*, inquit, *eft, non perditio: in proximo paffurus fum, ideò mulier hoc unguentum mihi attulit ad fepulturam. Mos enim antiquitus fuit, ut nobilium corpora fepelienda unguerentur, & cum aromatibus fepelirentur.* Idem Scriptor alibi: *Myrrhæ vis mortificationem, in qua mors & fepultura cùti fuæ fignificatur.* Vide Laur. Cafaubonum *Exercit XIV num. 12. & 13.* & Salmafium *ad Solinum paffim.* Eoque hoc loco addo, cum *nardus* Plinio alia fit Celtica, quæ in Iftria & Liguriæ Alpibus nafcitur, *Cambul Rumi* Arabibus, hæc *Spica Romana* (quæ fortaffe *Pfeudonardus*) dicta; alia Indica; alia Syriaca feu Ciriffa: folam medilan & *Marci* ob excellentiam (cùm aliquæ nardi fine adjuncto loci nomine, non foleant nominari) & *Spica* propriè nomen, quòd στοιχεῖα ἐν ἴσοις ἑστατα fit, habuiffe. Contra V infra, in voce *Spica*. Nec omittendum, licèt *nardum Celtica* adeò brevi folio effet, ut vix nedi quidet, tamen & illam, & inluper *Indicam* luxui in coronas placuiffe. Idem Salmafius *ad h.*

Nare, & literas, à primis annis Lacedæmone olim, & Romæ docebantur Juvenes, V. fupra *Nardi pectita.*

Nares, in Hiftoria naturæ animalium, per fingula membra, memorantur Plinio his verbis *lib. 11. cap. 37. Infra eas* (genas) *hirtæ tenuiffimi rifumi, indicantes bucca. Et altior hominis tantum, quem novi mores, fubdola rerifumi dicaverit, naſus.* Non alii *animalium naves eminent: Avibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum adeſſe dicas, ſine naribus. Et hinc cognomina ſimorum, ſilorum &c.* Ubi, quod *da tenuiffimi rifu*, conſtimatur illo Horatii,

——— *naſo ſuſpendis adunco.*

Vid. infrà in voce *Naſus*. Inprimis verò vultum hominis decent *nares*: unde in bello quoque cum cura teftæ gales, Sidonius *Panegyric. Anthemio*, de Roma.

Obundit tenoras circundata faſcinares,
Ut galeis celent ———

Et earum abfciffio inter præcipuas pœnas, apud Occidentales olim populos, Wiligothos, Longobardos, alios, recepta, uti infrà dicemus. Vide Caſpar. Barthium *Animadverſion. ad Statium Thebaid. lib 4. verſ 224.* de *Narium* verò *annulis* fupra.

Nares Canalis, apud Vitruvium, pro extrema cana is parte, qua humor egeritur. *lib 7. cap 4.* Sic autem aliquis *partes perpetuas habuerit humores: paulum ab ea recedatur & ſtruatur alter tenuis ſtatim ab eo, quantum res patitur, & inter duos priores canalis ductus inferior quàm libramentum conclavis fuerit, habens nares ad locum pantelum: Poſtea, item ultimum in altitudinem perſtruatio fuerit, ſubſequantur ſtrationes, & eum nares ſuperiores ad eum & in eum & in ſummo habuerit canalem, non minus in novis ſtructuris ſeſſiones.* Mox, *Si autem locus non patiatur ſtructuram, canales ſtant, & nares exeant ad locum patentem.* Idem ſtpiramenta alioi vocat: Græci ἀναπνοὰς. Unde vetus Auctor Glofſarum *aluem ἀναπνοὴν* interpretatur: *aluus autem* dicebantur *nares* aquatiorum illorum fulcorum, quibus aqua é lyris educebatur. Idem Græci πόρους quoque dicebant, unde ῥινόπορος appellat Strabo cloacas, quæ *nares* in mare apertas habent, quibus aqua exonerantur. Cujusmodi cloacarum

carum barbus obturatis, Lysimachus adjuvit dilutium ex ma-
gnis & continuis imbribus lupei venientibus ortum, quo antiqua
Urbs Ephesus submersa est, de quo imbre Duris Elisia intellexit in
Epigrammate, quo Ephesii idum apud Dianam deplorat:

Η'ελμι πόλιαι πόλι υδατι πάσαι πόλεσι,
Κωκυτὸς δ' ὀρυμδὸν πάντα κατέκλυσε.
Οὐ Λύκιος Ἐφέσῳ δῆ τὸ πάρος πολιοῦτο
Ἀλλὰς, ἡ ἀφθίτου ἐξ ἐτίων κτίσεα.
Πῦ δὲ τὰ τοῖχοι τάτα, ἡ μάκαρες ὑψόροφοι ἀγυιαὶ,
Αἱ τὸ πάρος πολλὸι ἀνδράσιν ἀνδρόεσσαν
Κέκυα ἡ γυναικείων κεκλυδόμεθα ὕδασιν ἄμφις
Ἐν ἀλὶ καὶ σὺν πασσυδίῃ ἔδοχμα πολίσσεσι.

Vide Salmasium ad Flav. Vopiscum in Probo Imp. & Exercitation. Plinian. ad Solinum pag. 869.

Narro, in Gallicum vertit, *jub, annator*, qui sc. *narima* adnecis omnia susp nitere, quod Graeci *ψυχ* vocitant. Achanus de Perafito, *Κακὸ μὲν ἀδικεῖν ἀφόβως φεύγει, ἢν μὴ ἀνθρώπους, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς ἐπίστηται*. Quod veritimi perperam *Κακὸ* & *ἀσεβεῖν* vult Scaliger *Conjectan in Varr. de lingua* interpretatur, cum sit *κακὸν μὲν*, *Anarbus* Verba autem illa Menandrici parafiti, apud vet. Grammaticum reperit Salmasius, ex Menandro,

Ἐγὼ δ' ἐπίτηδες

Ψεύδη

V. eum *Notis ad Aelium Spartianum in Antonino Geta.*

Navisti, apud Capitolinum, *in Marco*, *Guntes omnes ab Illyrici limite usq. Galliam confluxerunt, ut Marcomannis*, Narisi, *Hermundu rus &c.* *Navisa* (sunt Dioni, *Ὀυαρρὼι* Ptolemaeo, unde et hic *Varisa* legeretur. Salmasius.

Narona, colonia illustris Illyrici, appolita cognomini fluvio *Narone* vel *Nari, Itiner. Antonini I.*

Narratores, apud recentiori ævi Scriptores, Advocati seu Patroni causarum, du Freine in *Glossario.*

Reges & Principes.

Narses, Persarum Rex, adde: *Ναρσῆς* Agathiæ, Aur. Victori & Ammiano *Narseus*, *lib. 23. Maximianus ante hæc Galerii, cum* Narseo *Persarum Rege jam congressus.* Ita etiam MSS. ubi editur *Narsa*. Idem non semel in Festo, *lib. 14. Cum Tigrane & Sanatruna & Narseo, potissimus Ducibus.* Sic eidem, *Persius, Persæ, Persa.* Augustinus de Civ. Dei *lib. 18. cap. 11. Retulerunt talem signum & Antiochi & Persidis Reges, ubi eorum apparuisse figmenta.* Ubi pro *Persidis* ait *Xerxes*: Lud. Vi es *Persis* sed memb. me *Nerxes Persis*. Idem verum. Similiter *lib. 8 c. 18. Et signini Regis Troja Persius Xerxes Rex nonne ejusmodi spectacula sibi Sthenidarum ibi quippe in diversis Audoribus inveniuntur.* Eadem tamen est nomen, ut suppeditaque quarta terminatio, Stenelaus, quæ extat apud Polybium *lib. 4.* &c. V. Joh. Frid. Gronovium *Observ. lib. 4. cap. 15. ubi plura habes in eum rem egregia.*

Narses Persa, adde: De eo latius Varnefridus *lib. de gestis Longob. 2 cap. 3.* Hic *Narsis*, *inquit, primi quidem Chartularii fuit, deinde propter virtutem meritis Patriciatus honorem meruit.* Eundem *Italiæ Exarchum* fuisse praterea, docet *Paulus Diaconus, in Septimo*, *ad Eutrop. lib. 16.* Versus marmor apud Onuphrium Panvinium: *Imperante. Dn. Pio, semp. ac triumphat. Justiniano. PP. Aug. anno* 38. *Narses Vir. glorios. summus. ex. Præposito. sacri. palatii. Exconsul. ord. Patricius post. victoriam. Gothicam. ipsis. ex. eorum. Regibus. celeriter. mirabi. confectis publicos. pacatæ. libert ate. urbis. Romæ. ac totius. Italiæ. restituta. pontem. via. Salaria. usq. ad. Aquam. Acet. nullo. tempore. Totila. tyranno. destructum. pecunia. sua. impensa. in. melioram. faciem. quam quondam. fuerat. reformavit.* In altera part eponeis hi versus egumtur:

Quam bene cur vatis diratæ est fomita pœnis
Alty, intercuptum continuetur iter.
Calcamus rapidas julpeli gurgitis undas,
Et libet ratis cernere murmur aqua.
Ite igitur facilis per gaudia cuncta Quirites,
Et Narsis rejonans plausus ubiq; canat.
Qui potuit regilas Gothorum fiectere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre jugum.

Narsinga, adde: Horum tactus ille, quem nautæ vulgo appellant *Coromandel*, complectitur Regna *Narsinga*, quæ etiam *Bisnagar* appellentur, nempe *Negapatanum*, *Maliparianum*, *Bisnagarium* & *Orixam*. Idem refert, Regis *Narsingæ* tantam potentiam esse, ut Regnum quo intra fex menses circumiri vix possit. Cæterum historia non hujus modo, verum & aliorum per Indiam Regnorum, tota fere adhuc nobis ignota est, Mercatoribus Europæis, qui eò commeant, potius de pipere, quam de historia solicitis. Nomen & titulos Regum ejus *Virapanai*, sicut Regum Malabaricæ *Vargalarir*. V. eum *Orb. Imp p* 405.

Narsa Guagume dici ut solear ligneæ genus, quibus Scriffinni bis conveniunt genes ornatur in transitu ferendi glacie, altiffimisque rivibus. Nil autem alia sunt, (siquidem ex iis, quæ Lugduni Batavorum in Theatro Anatomico, affervantur, argumentari licet) quam lignum tenue & longiusculum, anteriori sui parte incurvum, in cujus medietate ansa est ex corio, cujus inferitur, subjecta ex contorto vimine sita, qua pesteriora pedis firmantur. Simplicissimæ sunt ex, quas Lugduni offendi diximus; ita-

Tom. II.

gitur sine septenûm pedum, latitudine pollicum quatuor & quod excedit: fuereque fine dubio proceri ac adulti homines illæ laleæ. Id enim provide homines illi agunt, ut in fabricandis suis *Narsis* eam rationem longitudinis servent, quæ hominis est, cui interviunt. Cultum tamen reclpit hoc lolearum genus, nec quidquam impedit, quò minus Rangiferorum pellibus, vel quâ hinc inde matetia obducantur, ad prom ovendam cursus celeritatem, ignisque subsidium tam: Illud quidem, quod linguam vitant, facitque parum, sine ulla notabili differentia quod longius item, fuperest rebus vel pice obductum erat. Astam ilmusmodi *Na tarum* defcriptionem Tittacus nobis dedit, in fuo *de Antiqu. habitu* libello, quæ si vera est, aliud *Narsarum* genus in ulu Scrichmanis fuerit, quo altiffimas nives & cacumina montium: aliud, quo aperiam planitiem, & lubrica glaciei pertranfeunt. Atque ab hoc ultimo genere deducta forte illa Carolo, a quibus Belgæ ei contentibus figere hyberno aquas quàm velocissimo curlu inabundè quaquaversum oberant: *Schnaisen* vulgò. Omnium leonem habes apud Bened. Balduinum *de Calceo antiquo cap. 6.* V. quoque Olaum Magnum *Wormianumque.*

Narthex, Græc *Νάρθηξ*, *ferula* propriè. Plinius *Nat. Hiflor. lib. 13. cap. 22. Ferula caulis majestur bris ater, trans mariu gentes latior nodata gaju. Duo ejus genera*, Narthex *a Græcis vocatur assiliginem in virtutibus Narthecium verò semper humilius.* Ita apud prima medicamentorum vascula eft ibantur, factum, ut dein quæ libet vascula ex quâcunque materia, in quibus medicamenta recondebantur. *Narthecia* in Cs sint, apud Ciceronem *de Finibus lib. 2.* Hinc Martialis *lib. 14 Epigramm. 68.*

Artis chiri medicæ narthecia *cerne habere*, &c.

Sub Imperatoribus nonnulli centonibus *Narthecii* Ferula, ut licenset Cangius Freline *Dissertat de inser. ead. Narthecius, num. 11.* id dictum eft, quod prius *Labarum* vocabatur, Imper. vi cher et geftamen, formâ tamen actiguâ cum parvi nimmutata. Labarum quippe quadratum fuit, ex panno auteteo confectum, Conlti in gotum monogramma mate: *Narthex* vero ferulæ fublte fpecimen præbuit, quæ paulo longior quàm autor fuit. Unde Medices quosdam *Νάρθηκας* longos fuos nuncupalle legimus, quod libenter fedulæ cum no ipecimen præbuit. Eiffdem de re plura habes apud Balduinum II. Imp. C. Politani, diplomati A. C. 1241. appenía in qua Balduinus, Imperatrice habitu fedens, dextrâ virgam erect, in cujus parte fuperiori nefcio quid quadrarem, bloug us eminet, fimbriâ circumdatum & ad extremos angelos globulis vel margaritis exornatum: ab inferioribus verò anguli pendent vittæ, margaritis pariter diltinctæ. Hafte extremum caudi globulus feu margaritæ gradatim, cui minor infiftit. *Narthecium* ipfum exteriorem exornat, ut videre eft in numismatibus contextus. Artin *Narthecium*, qui exhibentur in nummis, apparent fere femper in quincuncem dispositæ margaritæ: ita ut liquido evincatur, did fervatas Labari figuras five Thymatis Monogrammatis re iquias. Scribit Codinus *de Officiis cap. 17. num. 37.* mos e ffe, ut quando imperator geftat ftemma, dextrâ Crucem, finiftrâ *Νάρθηκα* teneat. Simeon verò Theffalonic. Ferulam gestari ab imp. tradit, in potestatis ejus indicium populos caftigandi fymbolum: quali Pædagogi ferulam hæc vox notaret, quâ revera Labarum indigitabatur. Vide eundem du Freine *Not. ad Alexiadem.* Sed & *Narthex*, cetrus in Græcorum Templis locus erat, porticus viz. vel atrium ante Baffilicam, ad deambulandum factum, tam iongum, quàm ipfum templum latum, continenti ædificio cum ipfo Templo & eodem ambitu cinctum, ab Ecclefia tamen velut feparatum: Alue enim *Narthecis* fores à Templi fecludit, & qui intra *Narthecem* ftabat, extra Templum conliftere cenfebantur. Hic audientes locum habebant & fecundi gradus Pœnitentes. Græci, Ὁ *νάρθηξ* ἐστὶν μέρος τῆς ἐκκλησίας ἑκτὸς, ἐν ᾧ συγκρίνεται ὁ κατηχούμενος, *Audiens intra quidem* Narthecem *fiat, at penitus ingredi non audeat.* Idem κατήχησις ἐστὶν ἀκρόασις ἀκήκοως, ἐν ᾧ τὸν μὲν βαπτισθῆναι ἢ ἐκκλησίας ἐστὶν ἀκοῦσαι, *Cum autem intra audiuntur ab iis qui ad Baptisma fores fiant.* Unde diximus, poft *Narthecem* fequi portas Ecclefiæ, cujus introtus fine erat Narthecis. Paulos Silentiarius ἀκάνθα vocat, Hesychius ἀκὴ interpretatur: *Νάρθηκα* autem nomen accepit, quòd longa effet ifta porticus & angufta: vel à culmine figura, quòd ferulæ dimidiatæ inftar exhiberet. Latini *Paradisum* dixerunt voce Græca, quæ locum etiam fignificat ad deambulandum factum; &c. Hic tandem Pœnitentes ftabant, ipli in Baffilicis ac Templis Chriffi non iin dicatis: Antiqua Græcia in Templis Deorum fuorum ἀφίδας vocabat, ἀφίδων atque etiam ἀφιδίων. Sed alia forma fuit vett. Græciæ ædium ac Baffilicarum Chriffianorum. Ædes ipfa namque *ναὸς*, item *δόμος*, Latinis, ut Vitruvio, *cella dicitur*: in fronte ædis, ἀφίδιον, vel etiam ἀφιδίωμα, qui *Νάρθηξ*, in Templis Chriffianorum. Verùm ædes Græcorum plerumque etiam ἐπιστύλια habuere ad idem inftar in poftico ædis factum, ut in fronte. Sed neutrum genus ἀφιδίου fuit, aliquot fpecies & modos refert Vitruvius. Primum dicebatur *in Antis*, funt autem ante quadræ columnæ vel pilæ, quæ ad latera oftiorum utrinque ponuntur, atque iftiusmodi ædes appellabatur *ναὸς* ἐν ἀντάσιν. At ἀφίδιον vocabatur ea, quæ contra Antas duas columnas angulares habuit, & fupra Epiftylia & dextra & finiftra, ad verfuras fingulas. Ἀμφιπρόστυλος autem, quum in po-

Y ftico

ſtico ad eundem modum columnas & faſtigia habebat, ut in fronte. Porro ἀβάσιλευτον vocatum eſt id genus ædis, quæ non ſolùm in antico & poſtico, ſed etiam ad latera habebat columnarum ordines ſive porticus; unde hodieque columnata templorum latera *alæ* vocantur; utalia omittam. Fiebat autem σφηκωμα, ſeu frons ædis, cum columnis & faſtigio, pierunque ipſo *oneſa* ſeu ædis cella, major ampliorque. Strabo lib. 17. Μετα δε κεφαλαιον ὁ ναος κειται ἐχων μεγεθος, καὶ ἀξιολογον· ἡ δε σκηνη κατασκευη, ἐοικυια ἐπι πολυ, ἡ ουκ ολιγον παραφερουσα, αλλα ἡ ὁλοχρυσος ἐκεινη τοις. *Poſt veſtibula adeo ſequitur, pronaum habens amplum & magnificum, cellam autem adeo modicam, &c.* Quam in rem Vide plura apud Salmaſium *ad Solinum p.* 1116. & ſeqq. *Ad Nantheum* Chriſtianorum ut redeam, hodie apud Græcos, *Narthex* in ædibus Monachorum ſactis, laicorum ſtationi inſervit; in reliquis, locus eſt mulieribus aſſignatus, cancellisqb, tranſenis & cratibus obſeptus, ut ſe per totum Orientem obſervaſſe, ait Dominic. Macer; qui à Salmaſio diverſum ſenſeras, *Narthecem*, non in portica, ſed intra ipſam ædem ſacram, prope portam, collocat, *in Hierolexico*, eumque Porrittenſium, Catechumenorum & Energumenorum ſedem facit, modo certum ſit Catechumenis ſacræ ætire conſuevetrint, hanc in rem laudans Leonem Allatium in Tract. quem *de Narthece* compoſuit, quem & placet adeat harum rerum avidus Lector.

Naxyx, urbs Opuntiorum; imò ſecundùm Servium urbs ipſa Opus, ita enim is: *Alii Narycios Opuntios eosdem & Epicnemidios dicunt: nam Opus prius Naryx, Opus poſtea dictum eſt, eadem & Epicnemidia vocatur, ad Æn. lib. 3.* Sed falſum id, ut Salmaſius docet *ad Solinum pag.* 66. V. in voce *Naryca*.

Naſachæi, memorati Epiphanio *Panarii lib.* 1. nomen ſectæ apud Judæos obſcurioris: quemadmodum & Doſithei, qui ambo errore Pythagoricorum de Μετενσωματωσει, & abſtinentia ab eſu carnium, quoque imbuti erant. Georg. Hornius *Hiſtor. Philoſ. lib.* 4. *cap.* 21.

Naſcos, ſive *Natio*, Dea apud Romanos, quæ naſcentibus præeſſe credebatur. Ejus meminit Cicero *de Nat. Deorum lib.* 3. *Naſcio quoq. Deæ putanda eſt, cui, cùm Fana circumimus in agro Ardeatino, rem divinam facere ſolemne*, V. Joh. Roſinum *Antiquit. Rom. lib.* 2. *cap.* 19.

Naſi, Hebr. נשיא; proprié dictus eſt in hac gente *Princeps* ſeu *Præſes* Synedrii Magni ſeu Septuagintauniusviralis, aliàs אב בית דין *Patris Synedrii*, ſeu *Principis ſecundi*, quibus reliqui ordine ſuo adhidebant. Similiter in Synedriis Vigintiriumviralibus erant ſemper, qui ſimili fruerentur dignitate. De utrisque ſic Maimonides in *Jad. tit. Sanhedrim cap.* 1. §. 3. *Qui ſapientiæ* (Theologiæ & Jurisprudentiæ) *præſidant, conſtituendum eſt ſuper ſe Caput, adeoq; is erat Conſeſſus ſeu Synedrii quod* (ראש ישיבה) *vocatur, idem quem Sapientes appellant ubiq. Principium* (נשיא) *Atq; is conſtituebatur loco Moſis Magiſtri noſtri. Conſtituebant etiam Virum in LXX. reliquis eminentiorem, Capiti ſecundum, cujus jedes erat à dextera illius. Is vocitabatur Pater Synedrii. Reliqui verò ex* LXX. *ſedebant coram binis hiſce juxta dignitatem ſuam. Et quia, ut locum ſuum ſapientia excellunt, eo proximiores erât Principi ieu Naſi à ſiniſtra eius. Sedebant autem in ſemidiatu & ſemicirculari, ut Princeps & Pater Synedrii eum videre poſſet omnes.* Unde colligere eſt, reliquos omnes, præter Patrem Synedrii, à ſiniſtra Principis ſeu *Naſi* conſediſſe, adeoque ipſum cum Patre, ad ſemicirculi ſiniſtram intuenti parti, locum habuiſſe, cæteroſque ſemicirculi reſidum, ſecundùm dignitatem ſuam, occupaſſe. Atque ita ſane conſeſſum Rabban Gamalielis *Naſi* ſe habuiſſe in Jabue (poſtquam illue Synedrium Magnum transitum eſt) reperimus in *Theſophta ad cap. de Sanhedrin* & apud Joſ. Karo *in Ceſeph Miſna ad tit. Sanhedrin cap.* 1. §. 3. Interim receptio ſententia eſt, de formula confidendi uſitatiori ejusmodi, ut Princeps & Pater in medio ſemicirculi ſederent, reliquique à dextris & ſiniſtris, juxta dignitates ſuas, nec ſine Scribis binis aſtantibus: cujus conſeſſus ichnographiam ac figuram integram, habes apud Seldenum *de Synedriis Vet. Ebraor. lib.* 2. *cap.* 6. Hunc autem *Naſi* cum Rege minime eſſe confundendum, optime notat Caſaubonus *contra Baronium ordinario* Regem in Synedrium aſciſci moris minime eſſet, ob ſummam dignitatis Regiæ eminentiam, à qua *prout diſſentire aut cujus verbo contradicere non eſſet permiſſum*, Majmonides *tit. Sanhedrin cap.* 2. §. 4. Sed nec iidem neceſſario Pontifex Max. fuit, cùm hic quidem Synedrii pars eſſe poſſet, ſed & non raro inter Synedros plane locum non haberet. Exhibebatur verò huic *Naſi* ſumma à reliquis reverentia, unde Gemara Babylonica, *edit. Hieroſolyb. cap.* 3 *fol.* 13. 2. *Tradiderunt Rabbinici, univerſum Populum aſſurgere ſolitum, quoties ingrediebatur Naſi, nec reſidere, niſi, dum dixerat ille eis, ſedete. Quando Pater Synedrii ingrediebatur faciebant ei ſemitam alterutrinq; &c.* Interim Principes hoſce Synedrii ſummotos interdum fuiſſe perinde ac Pontifices (qui nunquam quà tales, ſed qualcù Pontificatu, tum Principatu ac Regno, ut ſub tempio ſecundo, maximè ſub Haſmonæis & tempore ulque ad exidium Urbis ſubſequente, diverſimode gauderent, ita rebus præſuerunt, ut ejus potuerint, juxta etiam ac Reges, ſaltem Judæ, *Naſi* nomine Synedrio præſidere aut ſorte aliam, eodem nomine, ut vicarium, ſibi ſurroga-

re) idque inprimis ſeculis illis recentioribus, quibus Reipublicæ Imperii, jurisdictionis facies, pro dominantium victorumque arbitrati crebrò mutabat, certiſſimum eſt. Hoc tamen diſcrimine, quòd Pontifex depoſitus, licet ſacro munere non amplius fungeretur, dignitatem tamen retineret: at Naſi, *poſtquam dignitate exutus eſſet, plane inter privatos ceſſerunt.* Obad. Bartenoras *ad Mishnam tit. Horaioth cap.* 3. Unde, ſi poſtea ambo peccaſſent, Pontifex juvenculum nihilominus offerre tenebatur, Princeps verò non aliud ſacrificium, quàm quod à privato quopiam debebatur, V. Levitic. *cap.* 4. *verſ.* 3. & 23. Fuiſſe autem Principis, ut & Pontifices, ſecula inprimis illa ſequioribus, dignitatem mnis deſiſtoriam, ac divertimodè collatam, erroptam, reſtitutam, multis probari poſſet. Etiam conſtitutos ſubinde à Romanis legimus, prout gubernandi ratio exigebat. Hinc diſerte R. Gedalia *Shalshalet ſol 27. 1. Tmos conſtituit Rabbi Gamaliel an Ben Zacai Principem:* Succeſſorem nempe Simeoni Gamalielis prioris filio, in ipſo urbis excidio interemto, Antea verò juris hæreditarii hanc dignitatem fuiſſe, idem contendit *ſol.* 26. 2. atque in Hillelis poſteris juxtapoſitos, in Catena Principum à Majmonide exhibita, cernitur. Ita verò Synedrii Magni continuatio, una cum Lege orali catena traditione, ſecundùm illos, habuit. Moſes, *Naſi* ſeu Princeps Synedrii Magni primus, poſtquam Legem explicatam edidit, dicit *Scripta* Codices ſuâ exaraſſe manu X III. quorum X II. Tribuum ſingulis diſtribuerit, decimum tertium in arca repoſuerit: Oralem verò Joſuæ tradidiſſe, à quo id certeros Principes illi fuerint deprompta. Jolua Synedrii Magni Princeps fuerat, ex quo Ephraimitide, fuit; in cujus locum qui ſucceſſere Judices, ac Helisæus ſimiliſque exemplum, Principes fuere Magni Synedrii, quarum minimum restunc turbidiſſimæ tribunalibus ordinariis, adeoque Synedrio huic ampliſſimo, locum permitterent. Unde & Abatbinel & David Ganz, Judices usque ad Samſonem pro Cabalæ Legis Succeſſoribus continuis enumerant. Idem de Eli & Samuele, eodem Maimonides *in præf. ad Jad Chazeka*. V. quoque Gul. Fortilium *ad Tzemach David p.* 111. b. &c. Atque ad hæc ſatis ſuperq; ſcimus, ſempet obtinuerat, ut idem eſſet Princeps Populi, ac *Naſi*, ſeu Princeps Synedrii M, quod & poſtmodum ſæpius, tametſi non ſemper, obtinuit. Perguut inde ad Davidem: ſed jam ante Davidem etiam, apud Talmudicos, reperitur Saul Rex, Synedrii M. Princeps & Jonathan, ejusdem Pater. Imò, quamdiu aque quarentus Regnum live Judaicum live Iſraeliticum, ante captivitatis infortunia, ſuorumque exilia, *Naſi*, & ejus quidem, qui vivitur, ad Moſis, qui Princeps primus, exemplum, V. præter alios, Abr. Zacuthum *Sepher Sichron fol.* 22. *col.* 43. Unde videmus, amplißimum & velut nullà inferiorem minorem ve habitam Principis illiusmodi dignitatem, non ſolùm, quando ea ſimul etiam Regia erat, verum etiam, quoties pro variante rerum ſtatu, alii quicunque ea tam ſine ſubvecti. Captivitatis porro Babyloniæ tempore, Synedrii M. adeoque Principum aliorum, præter Æchamolarchas, qui hic nonnullum ſpectant, nullus, quin ſe verò fuerit Synedrium Etræ, qualia item tempore reſtitutionis, ſeu ab initio Templi ſecundi, alia, elicere haud adeò difficile videtur, ex diplomate Artaxerxiano Eſræ *cap.* 7. *verſ.* 9. Nempe eum perquam eſt verſimile, utpote juris Patrii calleotiſſimum, ſic Judices ac Præſides, ex indulto illo Regio, prout respſa in tenaſcente Repoſerre potuit, conſtituiſſe, ut tum Synedria minora, tum amplißimum illud Magnum, ſedem ſuam penes ſe retinendo, ſuperviverent. Sicque primum in Rep. reſtaurata *Naſi*, ni fallar conjectura, habemus Eram: poſt quem Simeon Juſtus; poſtremus Virorum Synagogæ Magnæ) Alexandro M. coætaneus, Antigonus item Socbæus, inter Principes quoque Synedrii Magni recenſentur. Reliquos quod attinet, usque ad gentis Synedriorumque in Terra ſancta legitimorum excidium, in hujusmodi exhibentur nomium, tum Principum, tum Patrum Synedrii Magni, ſacie.

Principes & Patres Synedrii, ab Antigono præſeo, usq; ad Gentis excidium.

I. Joſe Ben Joazar Tzeraditæ, & Joſeph Ben Jochanaan, Hierosolymitanus.
II. Jehoſua Ben Perachiah (qui & Judæ fabulantur fuiſſe Magiſtrum D. N. J. C. ejusque in Ægyptum fugæ comitem: cum certum ſit, ſub Johanne eum Hyrcano Haſmonæo, adeoque ante Chriſtum natum ſeo. circiter annos floruiſſe) & Nithaia Arbelitæ.
III. Jehuda Ben Tabai & Simeon Ben Shatach.
IV. Shemajah & Abtalion, qui *Præſultus Juſtitiæ* dicitur, inſciuanter enim, paulo antee exidium Imperio & Diſciplinæ priſtinæ Judaicæ, Profelyti etiam in Synedria, contra mo-

rem priſcos, admiſſi ſunt.
V. Hillel I. & Shammai. Atque in his quinque jungis, quilibet at *Naſi* ſeu Princeps erat, aut Pater Synedrii. Quin exceptis, qui numero huic tertio conjugantur, de reliquis cuiibetMagiſtri pronunciat eum, qui prius nominatur, fuiſſe *Naſi*, qui poſterius, Patrem. Quod ad tertium jugum attinet: receptior ſententia eſt, Simeonem Ben Shatach (qui ſub initia Haſmonæorum & diu poſt floruit) Principem; Jehudâ verò, Patrem fuiſſe.
V I. Rabban Jochanan Ben Zacai & Rabbi Simeon Ben Hillel. Quorum ille *Naſi* fuit, ſed non ante excidium Urbis

Urbis Templique sub Vespasiano. Successor fc. (in Synedrio Jamniæ quadcunque) Simeoni Gamalielis I. seu Senioris filio, in ipso excidio peremto, qui numerum hic tenet octavum. Is verò, qui jugatus est Jochanani huic, Simeon Ben Hillel, juxtà nonnullos etiam Principis fuit patrique Hilleli proximus successor. Sed verò ut ordinem perpetuum Principum, qui receptior est, pertexamus; Hilleli Principi perunque successor proximus fit Rabbani Gamalliel. Ergo sequitur

VII. Rabban Gamaliel I. seu Senior, Hillelis ex fil. Simeone nepos, D. Pauli, ut putatur, Præceptor: cui Patrem adjicunt Josuam Ben Chanania, ex discipulis Jochanan Ben Zacai.

VIII. Rabban Simeon R. Gamalielis fil. in ipso excidio Urbis, peremptus: quem seculus est prædictus R. Jochanan Ben Zacai, 6. loco in hac catena positus, quæ potiùs primarios eorum, qui ad posteros Legis scientiam transtulerunt, quàm Principes Synedrii quà tales, recipit.

IX. Rabban Gamaliel II. Simeonis filius, alias quoque *Jafnenjis* dictus.

X. Rabban Simeon Gamalielis II. fil. quocum fuit R. Nathan Babylonius Pater Synedrii.

XI. Rabban Jehuda Hakcados, Simeonis fil. quem etiam Patrem Synedrii Gamalieli fuisse quidam existimant.

XII. Gamaliel Jehudæ fil.

XIII. Jehuda, Gamaliel fil.

XIV. Hillel II. Jehudæ fil.

XV. Gamaliel Hillelis fil. Adeò ut ab Hillele I. (excepto tantùm Jochanan Ben Zacai & Rabbi Jehuda Azai (quem quidam interferunt) dignitas hæc velut jure hæreditario ad filios nepotesque, juxta Magistros transmitteretur. Vide *Juchasin f. 32. 2. 51. 2. & Shalshalelet Kacabalia fol. 17. 2.*

Summa igitur est, Mosen, Josuam, Judices & Reges, Principes fuisse Synedrii M. fs. ut interdum, alia ab eis mandatam forte jurisdictionem ac imperium, cum dignitatis item nomine, acceperint. Post redditum autem, & captivitate Babyl. usque ad Jesu ben Joazar, seu ætatem istius Hasmonæorum antevertentem, Ezram, Simeonem Justum, alios, quorum nomina ignoramus, eandem tenuisse dignitatē &c. Interim, ut dictum, pauca eventant hujus Pontifices Summi, gratiâ dominantium pollentes, nunc Reges ipsâ, Principum Synedrii M. locum occuparent, idque eorum ipso jure, qui in Catena præfata enumerantur. Ut enim illud in Evangeliis, de Anna & Caipha Pontificibus, in judicio DOMINI NOSTRI alibique alibi in N.T. velut Principis & Patris Synedrii partes agentibus, præterea; in judicio ille capitali Jacobi Justi, *Fratris Domini* dicti ac Episcopi Hierosolymitani, circa A. C. 60. fcte mo in Synedrio habito Sanhedrin invasisse videtur Ananus cognomo. *Junior*, Pont. Max. quo tempore, aut R. Jochanan Ben Zacai aut R. Gamaliel, illum jure obtinebant, V. Josephum *lib.* 20. *cap.* 8. Similiter Ananiam Pontificem *Nasi* locum tenuisse, videtur satis aperte colligi, ex Actis Apostol. *cap.* 23. *vers.* 2. quando causam suam ibi agit D. Paulus. Nam *Pontifex simul ac Princeps Populi* expresse nominatur, V. ibid. Hug. Grotium *ad eumdem* t. Et Lex facta, quam citat Paulus, ut ad Pontificem hunc tum spectantem est Exodi *cap.* 22. *vers.* 28. נשיא בעמך לא תאור *Princeps in populo tuo non male dices.* Ubi idem ipsum vocabulum ufurpatur, quo Principes Synedrii Magni denotari consuevisse, bafnus distimus. At verò tunc tempestate aut Rabban Gamaliel I. aut Rabban Simeon ejus filius, juxta Magistrorum scita atque ipsa Hillelianorum in Principatu hæreditarium Synedrii Magni legitimus Princeps erat, ut ex catena exhibita liquet. Habentūs quidem in *Catena Traditionis Oralis* nomina alia, velut Synedrii M. alicubi in Terra S. Principum, qui & *Patriarcha Judæorum* dicti, usque in Hillelem Jehudæ posterem filium ejusque filium Gamalielem, adeque ne annum C. quidē 430. seu Valentiniani III. Imperium. Sed cùm post Urbis illud Templique excidium, nullibi judicia capitalibus locus, in Rep. illa Judæorum qualicunque, nondum pro penitus excisâ sumtâ, maneret, eò quòd locus Synedrio Magno, ad Templum, proprius esse deberat; cùm etiam, ut antè in migrationibus liquet, post Urbis excidium, alibi in Palæstina, Synedrii M. prout dominantium arbitrium permitteret, facies ejusmodi fuit, ut exceptis certis capitibus, causas omnimodas fecundùm Leges suas definirentcum item annos ab excidio illo amplius 50. seu sub Hadriano Aug. *religuia illa crvitatis, qua manserunt*, Hieron. *Epist* 129. deleta sint, *Judaorumq; gens enervatum cæso, finibus Judæa esse expulsa*, ut idem ait *ad Daniel. cap.* 9. adeò ut Synedrium eorum illic intermissiones & cessationes, necessarió & nunc temporis & postea, pro Romanorum lubitu, fecisse queruntur; certè utcunque Principatus, ut & Synedrii Magni ejusque Principum successio ante tradatur, intelligenda nisi iidem ius ea est solùm, ut tum diminutionis ejusdem, etiam ex ipsâ Hebræorum disciplina, Imperii & Jurisdictionis eminentioris, circa capitalia versantis, tum cessationum intermissionum que subinde intervenientium ratio omnino habeatur. Ut autem eruditis observatum, Synedrii Magni initia, Areopagi apud Athenienses institutioni seu judicii illic primis quæ æquala fuisse, sic diuturnitate quod advertatur, Areopagi etiam finem, cum splendoris & prisitinæ amplitudinis illius Synedrii M. singulari occasu illo, qui per excidium Urbis Templique adeoque capitalium judiciorum omnimodam illic cessationem evenit, non parùm convenisse, Vespasianus enim, sicut alius Græciæ regionibus, ita Achaiæ (in qua Athenæ cum Areopago suo, quem usque in Apostolorum tempora duravisse ille ex Actis *cap.* 17. *vers.* 19. icimus) *libertate admisit, in Provinciarum formam redegit*, Sueton. *Vespas. cap.* 8. Quæ verò post excidium subinde renovata Synedria legimus, non nisi umbræ prisitinorum fuere, ut visum, & Scholarum potiùs illustrationem (in Palæstinæ regionibus quæ alias, præsertim Neahardææ alibique) faciem ac potestatem, quàm Curiarum, induerunt, &c. E quibus prædictis de Sceptro apud Judæos, de quo disputationes obvias sunt, continuato, facilius dijudicare est. Scripserat quidem H. Grotius *de Jure Belli lib. 3. cap. 15. Apud Judæos mansit Sceptrum, in Synedrio* (Magno) *usq; ad confessionem Archelai, quæ Christi nata ex paulò antevertit*, V. Joseph. *lib.* 18. *cap.* 3. Postea verò correxit ex bello illo *usq; ad extremum exitum*, ut quidem res ipsa postulat &c. Quod autem superius dictum, de Regibus in Synedria non cooptari solitis, ita videtur intelligendum, ut nec in colliega prorsus sive Magni sive Minorum ; nec in Minorum sive Principis sive Patris locum, omnino ascisc endus esset Rex; idque ob dignitatem ejus summam : cùm interim Synedrio M. ut *Nasi* ea Principum quæ idque eum legitimè præsidere Magistros, ut videre est in ipsa serie Catenæ

Decia: Beiffletnium enim Decienſi; Weſterwaldia & huic & Hadamarenſi accefiit. Appellatio veró *Naſſovia* an arci & oppoſito oppido, à dittione, an dittioni ab arce oppidóque venerit, & hinc illuſtriſſimæ *Naſſoviorum* Principum Comitumque familiæ, incertum eſt. Circa ipſam nominis primam originem non minus variant Auctores. Quidam enim à prato humentibus, *Naſſe auw*, regionem dictam volunt; alii quod hæc gens pars Cattorum, qui deinceps *Haſſi* dicti eſſent, dittionem primó *Carzavvi* five *Haſſavvo*, poſtmodum *Naſſau*, appellatam contendunt: A *Naſſau*, Suevorum Duce, cujus apud Jul. Cæſarem mentio *de Bello Gall. lib.* 1. ubi cum Cimberio fratre C. pagos Suevorum ad Rheni ripam duxiſſe, & impreſſionem Treviris minatus fuiſſe, legatur, vocem non pauci derivant. Quæ ſententia duobus impriſmis fulcris his nititur, tum quód Treviris oppoſitus *Naſſovia* tractus, tum quód nomen *Naſſau* voce *Naſſau* parùm abludit. Familia hinc nomen trahens, Comitum Principumque titulis perilluſtris eſt, jamque olim dignitate Electorali, quà nihil in Imperio poſt Imperatorem celſius, conſpicua. Dietherus enim Comes, Trevirorum Elector & Antiſtes fuit, An. Ch. 1293. Gerlacus, Moguntinenſium, A. C. 1354. Adolfus I. eorundem, A. C. 1381. quem 16. poſt annis in eodem ſubſignio frater Johannes excepit. Imó & A. C. 1462. eandem juſtulam Adolfus II. geſſit. Supra quos evectus alius Adolfus, ipſum axioma Imperiale merſit, V. *ſub loco*. Originem familiæ primam à Theodorico vel Dietericó Textor arceſſit, ſeculo ſeptimo ſtorente, & ab auctore *Naſſovia* Comites cujus ſucceſſores, ad Ottonem uſque Magnum, à quo certiorem ſeriem, quique caput omnium eſt, quæque hodie exſtant, Ritium enumeratio, Adolfus, Hadiæ Præfectus Comit. *Naſſovia* tenuit, annos 21. ſub finem ſeculi VII. Pater ex Clodunda, Veibrechti Saxoniæ D. filiâ, VVeibrechti Niedæ & Diederici *Naſſovia*, Comitum: quorum hic, itidem Hadiæ Præfectus, à Gertrude, Engelberti Com. Altorfi filiâ, Othonem inter alios ſuſcepit, patris in Comit. hæredem, circa An. C. 703. Otho Hadiæ quoque Præfectus, ex Irmentruda Guilielmi D. Arelatenſis filiâ, Johannem genuit, circa A. C. 718. qui ex Oda, Hannoniæ Com. fil. circa An. C. 735. Georgium ſuſcepit, Hadiæ Præfectum: quò ſine hærede defuncto, Comitatus ad VValravium Laurbergii T. oparcham devolutus eſt. Huic VValravio, ex Helena, Johannis Arduennæ D. fil. ſucceſſorem aſſignant Dietericum, patrem ex Elisabetha (fil. Toparchæ Breuburgi) Henrici: avum Joannis, proavum VValravii, quo ex Barbara Guilielmi D. Arduennæ fil. Johannes VValravius ſucceſſor, & Arnoldus, Hámbergenſium Comitum ſator; VValraviſſe, ex Agrete Com. Deckenbergenſi, filius unicus Johanter, Magdalenam Com. Schwarzenburgicam ſibi junxit, ex ea que complures ſuſcepit liberos, inter quos VVaremundus & VValravius Patri ſucceſſerunt. Et quidem, illo ſine prole mafculà occiſo, hic ex Catharina (fil. Ludovici Com. Rodenforti) Friderici genium patris, ministeriis militaribus Ludovici Imper. (immortui) Friderici (qui Sainæ nomen dedit) & Everhardi ſucceſſoris: cujus ex Gerhardó fil. nepos Philippus ærem Solmenſem extruxit, & primum ex Catharina Hanóvica ſuſceptum fil. Othonem, *Solma Comitem* primum pronunciavit; quæ hodie-norum Com. Solmenſium origo. Frater vero Philippi maximus natu Arnoldus, Patri ſucceſſit, quem excepere Fridericus & VValramundus filii: Et ex priori, Wilhelmus, Wilhelmundo genitus, Everardus Dietrici filius, Joannes Everardi frater, hocque geniti Georgius & Otho, (quorum ſoror Metta, Marchionum Brandeburgenſium & Comitum Hohen-Zollerenſium ætavia fuit, V. *ſupra*) E quibus Georgius Adolfi pater fuit, qui ex Iſabella (Henrici Com. Saarbaufini & Iſarlopi filiâ) ſuſcepit Othonem, ipſo die nuptiarum cum Adela Catiſelæ Domina, & Comitiſſa Lochamundæ, conſtitutum. Hic Otho, fine liberis defunctus, Comitatus ad Othonem propatrium, Johannis proavi filium, avi Georgii præfati minorem natu fratrem, pervenit. Hic OTHO, à quo, uti dictum, vulgatæ genealogiæ ſeries initium capit, *Comes Naſſovia, Toparcha Lopperæ, Laurisbirgi & Sonnenbergi*, patri ex Sibylla (Ludovici Saxoniæ Palatini filiâ) genitus, ab Henrico I. cognom. *Aucupis* Imp. exercitui contra Hungaros præfectus eſt, qui in expeditione re præclare geſta famam meruit ſempiternam. Ex Adelheida (Siegfridi de Northeim fil.) ſucceſſit, ex Magdalena (VValravii Com. Sponhemii filiâ) VValravius I. quo extincto, prima ſtemmatis in ramos diviſio facta eſt: altero filiorum Patri in dittione *Naſſovica* ſuccedente, altero Othone, *Geldria* Principatum adepto. Sic ex arbore hac, ſeculo XI. ramus exiit *Gelricus*, cùm Otho hic, ab uxore Geldriam ac Zutphaniam Comit. nactus, novum ſtirpem ordiretur: quæ defecit in Rainaldo Geldriæ Duce A. C. 1423. mortalis proles ad Comitem ſes ſcentioso jure ditionibus. Frater ejus major natu, Patri cognominis, qui egregiam Othoni Imp. contra Hungaros operam navavit, obiit que A. C. 1020. ex Comite Arnſtenia, Robertum ſuſcepit, defunctus A. C. 1068. Robertus, arcis *Naſſovia* inſtaurator, deceſſit A. C. 1110. Ejus filius VValravius III. ftrenuus Conradi Imp. miles, obiit A. C. 1156. Quo genitus Henricus, *Primeps* nomine aliquoties in præſcti Annalibus inſignitus, reperitur: fato functus, An. Ch. 1218. Eum excepit, ex Agnete Stromberguſii Burggravi fil. filius Otho, qui præter *Naſſovicam* ditionem & prædia Noribergæ ruſtica ac urbana, à Majoribus hæreditate tradita, etiam Suabachiam & Cadelbergiam poſſedit; Obiit A. C. 1213. patet é Com. Varnenburgenſi HENRICI cogn. DIVITIS, defuncti An. Ch. 1254. in cujus filii altera familia diviſio cecidit. Cùm enim is, ex Mechthilda (Dieterici Geltiæ & Zutphaniæ Com. filiâ) duos genuiſſet filios, VValravius primogenitus, primus *Weubada*, *Wellburgs* & *Iſtenii* Comes fuit; alter vero Otho, *Dillenburgicus* Comites orſus eſt, Rudolfo I. Imp. terum potiente. VValravii filius Adolfus, ad ſupremum honoris culmen familiam evexit, factus, poſt Rodolfum modò dictum, Romanorum Imperator, in cujus nepotibus nóva cepit diviſio. Ejus enim ex Imagina (Gerlaci Com. Limburgenſis fil.) filius Gerlacus, qui obiit A. C. 1361. ex Agnete (fil. Comitis Hafiæ Landgravii) inter alios genuit Adolfum & Johannem: quorum is hæreditate cum fratre diviſa in VVeisbadenſi & Iſtenio Comit. Partis ſucceſſor, *Wisbadenſem* ramum, qui in Johanne Ludovico exarſit An. Ch. 1605. hic verò, primus VVeilburgi Comes, *Wellburgicum* produxit: quorum hic, cùm Sarrapontanus Com. per uxorem acceſſiſſet, denuo in duos palmites, *Sarapontanum* & *Wellburgium* abiit: Sed illi defuncti hic ſuccefit, A. C. 1559. Nunc totus hic *Naſſovia* arboris truncus, in tribus ramis ſubſiſtit, qui, in comitia Patri de Ludovico A. C. 1607. mortuo, coëunt. Nam ex hujus filiis, VVilhelmo Ludovico *Sarapontum* I. *Savbrücken*, Johanni *Wubada* cum *Iſtenio*, Ernesto tandem Caſimiro *Weilburgium* obligit; unde totidem lineæ. E quibus primogenitis foboles novam diviſionem orſa eſt: cùm ex filiis ejus, Joh. Ludovicus habitet in *Ouvveiler*, Guſtavus Adolfus in *Saarbrücken* & minimum natus Adolfus in *Ilfingen*, de quibus omnibus, V. *ſuis locis*. Alteram ſtirpis deſcendentem quod concernit, orſus eſt eam Otho, minor filius Henrici Divitis, cui Comit. *Dillenburgicus* cum *Beilſtenio* ceſſerat. In hujus poſteris prima diviſio facta eſt; cùm é trunco principali exiret ramus *Beilſtenius*, qui Patrum memoriâ defecit. Ortus enim ab Henrico minore filio Henrici (Com. Othonis præfato genito) defuncti Johanne III. ramus: unde ad themata Dillenburgicum revolutum Beilſtenium fortito obrigit Guilielmo Ludovico Friſiæ præfecto, VVilhelmi Prine. Auriaci, ex Johanne Senioke fratre nepoti. Qui hodie ſuperſunt, omnes ſe referunt ad VVilhelmum Seniorem, qui extinctus eſt A. C. 1559. Quod enim diviſionem attinet, inter Johannis A. C. 1475. demortui filios, Engelbertum & Johannem factam, quorum is (Rheno dominio, quæ Nassavia nuncupatur, ſimul interverſo) Dillenburgicum, ceteri Gallia poſtra; hic veterá & in Germania ſita, nactus eſt: minimè ea diuturna fuit, Engelberto ejus fine hæredibus extincto, dittones ad fratrem revolute funt. Similiter cùm hujus filii, Henricus in bona Engelberti patrui ſucceſſiſſet, Guilielmus Dillenburgum & cætera in Germaniâ loca creviſſet, diviſio ſolùm ad Renati Cabillonenſis, Henrico geniti, obitum duravit, à quo VVilhelmi Senioris maximus, patri é Egmontii, hæres inſtitutus eſt. Ergo VVILHELMUS SENIOR præfatus ex Juliana (fil. Bodonis Com. Stolbergi) genuit Guilielmum I. Arauſionenſem Principem, & auctorem Belgicæ libertatis, à quo ramus Principum *Arauſionenſium* feu *Auriacorum* feu *d'Orange*, qui hodieſq; in Belgio ſuperant, productus eſt & præter alios complures Johannæ patris in Germania ſucceſſorem, ac reliquorti omnium auctorem. Hic JOHANNES cognom. SENIOR *in Dillenburg*, cùm ex duplici matrimonio numeroſam ſuſceſſiſſet proſapiam, ea mortua hæreditas ſic diviſa eſt, ut primogenitus VVilhelmo Ludovico Dillenburgum, Herborná, Dringenſteinio, Ebersbachio & Hegera adjectis; Johanni, Sigenæ; Georgio, VVeiſterwaldia; Ernesto Caſimiro Dietza & Naſſovia; Johanni tandem Ludovico, Hadámaria; obvenirent, ſicque Dillenburgenſis Comitum linea, in quinque Principatuum ſtirpes ſecta, quinque diverſas imperantium ſedes; *Principatûs* titulo ſolùm ſummo ſibi asſumtis. Hæc ſubſistentem Johannes hic Senior A. C. 1606. Verùm cùm ex filiis ejus, VVilhelmum Ludovicus ſine prole deceſſiſſet, A. C. 1620. ad IV. ramos hodie que ſuperſtites, familia rediit: portione VVilh. Ludovici; ad terti fratris Georgii filios devoluta, qui, ut primogenitorum locum ſategá hæreditate capta obtinerent, Johannis ſecundè geniti liberis Beylſtenio, & VVeiſterwaldiæ ceſſerunt. Iraque primus ramus *Sigenius*, Johannem, ſundum A. C. 1623. cujus filius Johannes Ludovicus primæ ſimplexq; eſt: Secundus *Dillenburgicus*, Georgium, eodem anno exſtinctum: Tertius *Dietzensis* I. in *Dietz*, Ernestum Caſimirum, qui obiit An. Ch. 1632. Quartus & ultimus *Hadamarenſis*, Joh. Ludovicum, qui deceſſit A. C. 1653. auctores habuere, Vide quemque horum *ſub loco*. E quibus, ultimus hic, ad Latinam quoque Eccleſiam ſe applicuit, & *Principe Imperii* Hadamarenſi, ad Lahnam eſt, à Ferdinando I. anno C. 1650. quæ dignitas ad reliquos quoque ramos extenſa, ſicque *Naſſovii* omnes, præter Sarrapontanos, in Principum ordinem relati ſunt; A. C. 1691. quanquam teſtentur, ſe jam Adolfi Imp. tempore, Principes fuiſſe, titulo ſalem hactenus non uſos. Incrementa *Naſſovica* ditionis quod attinet, Otho Magnus, ut dictum, Comes fuit *Naſſovia*, *Toparcha Lopperæ*, *Laurisbirgi & Sonnenbergæ*. Ejus filii, minor natu Otho, *Geldriam* adepus eſt, qua ſtirpe ejus extincta è familia iterum exiit. Ex VValravii majoris natu poſteris Otho, præter ditionem *Naſſovicam* & *prædia Noribergenſia*, à Majoribus accepta;

citatis

etiam *Suabachium & Cadelbergiam* possedit. Henrici dein Divitis pronepos Otho, per uxorem, *Comit. Viana, Baronatum S. Viti & partem dominii Grimbergensis*, avitæ ditioni adjecit. Nepos vero hujus, ex Johanne filio, Adolfus, *Dietzæus*, hujusce Comitatus hæredè ductâ, insuper acquisivit: quæ tamen, per sinum, mox ad Diepstenios & Königsteines Comites transiit. Adolfi frater Engelbertus, uxorio jure, *Bredani, Polane & Leccam*, avito dominio adjunxit: Pater Johannis qui *Comes Nassovia, Viana, Baro Bredæ, Toparcha Lecca, Frafellus Brabantiæ*, cum Mariam (Johannis Com. Lonæ & Heinsbergæ filiam) sibi junxisset, diu ones variis, interque quæ tertium *Frafellatus* fibi attribuit. Hinc filii ejus Engelbertus & Johannes patrem hæreditatem sic divisêrunt, ut quæ ex Rhenum essent Johannes; quæ trans. Engelbertus, tenerent, quemadmodum diximus. Idem Johannes *Cattimelibocensis Com.* & reducto *Dietzeo*, sinea xuit, ductâ Elisabethâ, Henrici Landgravii Hassiæ & Annæ Comit. Cattimelibocensis hæredis, filiâ. Verum cum Hassiæ Landgravii Comitatum hinc vindicarent acerrimeque prælio pugnarent, videbant Philippo Landgravio e captivitate redeunte, restra compositia, ut Hassio & *Nassovio* tituli insignisque Cattimeliboci & Dietzæ commun a remanerent; Dietza soli Nassovio cederet; pro Cattimelibocensi verò Comit. Hassiis persolveret certam summam pecuniæ. Sub Renato, Johannis modo memorati, ex majore nate filio Henrico nepote, ac cesit Principatus *Arausionensis*, qui dein testamento ad Guilielmum, Bentati patruelem, & ex Wilhelmi Sen. filium primogenitum transiit, hucusque in hujus posteris, cum amplissimis aliis in Belgio & Germania (ubi Meurisii Comit. aliisque acceffêrunt) remanet. Et quidem, cùm Belgæ Hispanorum excutissent jugum, familiam illi Arausionensem inprimis elegerunt, cui tegi men provinciarum & mittis terrâ marique committeretur A.C. 1588. Mauritius creatus fuit Marchio Veræ in Vflachiæ Zeelandiæ, Tbuan. *lib.* 89. aliisque dignitatibus, Meurisii inprimis Comitis, est auctus, Iuem *lib.* 11. A. 1618. Fredericus postmodum Henricus, Mauritii frater, titulo *Celsitudinis* five *Hoogheyd* donatus est A. C. 1630. à Ludovico XIII. Gall. R. &c. Vyt aeter Cyr. Lentulum *Principum Gentis Nassovia Generat. MS.* Textorem, & Phil. Jac. Spenerum *Theatr Nobil. Europ. passim*. Ad meliorem intelligentiam, subjicere in tabella hæc placuit ramos filios VII, in quos arbor hæc frondosa, cum tempore, seu ex æquivi, omnes multis nominibus illustres.

Familiæ Nassovicæ rami vesc. VII, quorum quidam exaruere, reliqui hodieq; splendidè virent.

Dillenburgensis in 4. alios hodie subdivisus, primum habuit Othonem Henrici, ut dicti, filium, A. C. 1292. perpetuâ succedendi serie, & virtutum encomio ac Famæ per Europam aliasq; orbis partes præconio, maximè in societatem adscitis Austriacis, ineligitis.

Geldericus ac *Zuifanensis*, ortus ab Othone, V Valravii fi. Othonis M. nepote A. C. 1220. (qui, ductâ Adelheidâ, V Vilchardi Geldriæ Præfecti filiâ, primus *Geldria Comes* adhibendo eo Auctore pretentiatus est) potentiæ titulorumque amplitudine conspicuus, post annos circiter 336. in Rinaldo vel Eduardo III. Geldriæ Duce exspiravit.

Wiedandici & Isfienses, eodem cum Dillenburgensi tempore, à Valravio Com. originem habuit: desitit in Joh. Ludovico, Johannis Com. Dillenburgensis genero. Adolfo helmus II. Wilh. Henricus.

Imp. & Electorum numero nobilis.

Sarasentanus, à Johanne A'olphi Imp. nepote incboatus? duravit, usque ad Philippum, Johannis Ludovici filium, quo extincto in Albertum V Velburgium Com ditio transiit; A. C. 1605.

Wellburgius, ortus à Philippo, A. C. 1429. cessavit in Ludovico A. C. 15.9. Mariæ, Ludovici Hasiæ Landgravii filiæ, marito. Seu potius, ortus à Johanne, minore filio Gerardi, exstinctis An. C. 1361. duravit adhuc, V. *supra*.

Beilsteinius, ab Henrico, Henrici Com. filio ortus, defecit in Johanne III, à quo ad Dillenburgicos successilio devolutа est.

Arausionensis seu *Uranicus*, originem trahit à Guilielmo I. Libertatis Belgicæ auctore, quarto jam gradu floridus. Ei quarto jam successere Mauritius & Henr. Fridericus filii, V Vilhelmus II. Wilh. Henricus.

Nassovia, in antecessis Veterum. Lampridius *in Heliogabalo*, *Barbas sanè mullorum tantas jubebat exhiberi, ut pro nasturtiis, apiastris & fœnugræco & fœno græco exhiberet plenu fabatariu ac disiu.* Et certe inter herbas, quæ sapore acres sunt & acutæ, adeoque orexin excitantes, Theophrasto ac Plinio recensetur, & in libris Medicorum fœno-græco non raro jungitur. Sed cùm legitimi huic libri non fuerant, Platarius etiam eodem pro *nasturtio* habeat *nasturtii*, conjicit Salmasius, *adjuntia*, pro *absinthia*, omnino legendum esse, *Not. ad l.*

Nassus, ari à nare, an à Gr. νασεὺς, propter *fluorem* muci: an utrumque à *nando*, quòd per ea innaret & enatet spiritus; pars animalis, in homine tantum eminens, de qua Vid. aliquid *supra* in voce *Nares*. Hinc pro judicio, seu *sagacitate*. Sagacitatis enim hæc sedes. Martialis *lib.* 1. *Epigramm.* 42.

Non cuiusq; datum est habere nasum.

Laudat qui subtile protacitate.

Utrî enim dextra fidei, genua miseri cordiæ, supercilia gravitati & fastui &c. ita *nasus* dicatus est, non irrisioni solum, uti diximus *supra*; sed & judicii ἀναφόρος, uti hic Martialis ait; Imò & censuræ. Ut idem *Epigramm.* 4. *lib. eiusd.*

Nescio, bus nesci, domine fastidia Roma:

Crede mihi, nimium Martia Roma sapit.

Majores nunquam rhonchi, pressiq; senatis,

Espueri nasum rhinoceros habent.

Ubi indigitare vult, pueros sibi ostiam jus cenendi, damnandique Romæ sumere. Nec mirum,

Nam facilis rigidi cutiois censura cachinni:

Ut Juvenalis ait *Sat.* 10. Sed & tram spiritus, & flatus, per eum vehementior prodit. Unde Prov. Arabum, *Pungit se in naregranum piperis.* Et de equo Hobi locum, *cap.* 39. *vers.* 22. ubi alii habent; *terroris est vehementia spiritus ejus*: Chaldæus Interpres, Hieronymus, Pagninus, Arias, Montanus, Mercerus, Castalio, Drusius, Tigurini, Genevenses, Alii; redduut, *Decor narıs ejus terrors est.* Et certe Hebr. הדר *habet*, quod in textu est, & *alii fremitum* reddunt; ad Latinam *Narium* vocem proximè accedit, Decora autem naris in equo, est naris patula, quæ unique habet aliquid terribile. Xenophon *Magistr. Equit.* ἐὰν δὲ ἀναπνέῃ μᾶλλον ἢ σμικρὸν ἀναπνεῖν ὑποκινοῦσι τοὺς ἵππους οἱ ἱππεῖς τὰ ἐν τῷ σώματι ὅσα ἀναπνεῖ· ὃ δὲ τοῦτο ἐργάζεται ἐν τῷ σώματι ὑγιὲς ὂν ἰσχυρὸν ἐμποιεῖ τὸν ἵππον· ἐὰν δὲ ὑπερπνέῃ μᾶλλον τοῦ μετρίου, ἀσθενῆ. Et nares patulæ compressi ad spiritandi jussi faciliores, & equum terribilorem exhibent: ejus enim equi cum irascitur, ὀφ in equitatione excandescit, nares diducit magis. Unde Lucretius *lib.* 5.

Et fremitum patulæ pariter sub naribus edit ad arma.

Et Claudianus *IV. Cons. Honorii*,

Ignescunt patulæ nares ——

Similiter de urso Martialis *lib.* 6. *Epigramm.* 64.

—— *rabido nec perdimus ore*

Fumantem nasum vitri tentavitra ursi &c.

Ejus absciffio inter pœnas apud Occidentales receptas. V Visigothos Longobardos, Anglo-Saxones, alios. Hinc in L. Stranic *lib.* 5. *cap.* 22. apud Andr. Suenonis Archiep. Lundenfem, *In membrorum abscissione rei est, quod membrum fuerit amputatum. Quorum enim amputatio majorem generat deformitatem, amplioremetiam requirit emendationem, unde cùm amputatio nali plerumiom hominem adeciat & deformet, flatuium eli ut homicidio in emendatione debeat adaquari.* V. supra in voc. *Demidium*, item *Nares*.

Natale, a clamatio Galli o im Dionysius, in Latina publica; vu go *Noel. Noël* in *Chronico* Beccensi *A. C.* 1390. *Receptus eum gaudio magno, cuntis clamantibus, Noel, Noël.* V. quoque Monstrelletum *Volum.* 1 pag 32. 52. 125. 147. 208. &c. Bertium in *Historia Caroli VII. A. C.* 1427. & ibi Andr. Duchesnium. A iis latadatos Carolo duTresne *in Glossario*. Hinc Frodoardus de Pontificæ Rom. *in Leone III.*

—— *Vrbem præconia Christo*

Lata ferunt, Regiq; Poli Natale frequentant.

Natalis Dies, five die natus qui est, five nocti, dicitur, ut fusè explicat Varro, apud A. Gellium *Noct. Attic. lib.* 3. *cap.* 2. cùm inter alia ait: *Homines, qui ex media nocte ad proximam mediam nocte in hu bus triginti quatuor nati sunt, non die nati dicuntur.* Propterea ut tenuitur, qui naturali generatione in lucem prodierunt. Namque & adoptivi filium habebant nativitatem, quâ elegebantur: Unde Ælius Sparcianus in *Adriano, Quinte*, inquit, *Iidium Augusti Legatus Syria literas adoptimi accepit: quando Natalem adoptionis celebrari jussit.* Urbibus quoque fuos *Natalis* cum assignatus sit, decretum est, ut dies, quo Romanum occpisset Imperium, *Parilia* vocaretur, quæ festa in fuere, unde anni urbis Romæ numerabantur: Quod exprelle Ovidius *Fastorum l.* 4.

Per flammas salisse pecus, salisse colonos,

Quod sit Natali nunc quoq; Roma tuo,

Habebant & navigationes suum *Natalem*, & Reges, quando ad regnum admittebantur. Sic Herodoto teste *lib.* 9. Xerxes diem, quâ Rex dictus fuit, tanquam Imperii *Natalem* singulis annis ingeem celebravit, quo rotnam etiam Proceribus suis dabat, quæ Perfice *Tekta*, Græcè τύκτα appellita est. Quæ tamen Nativitatum festa à Comneno sublata, quanquam æra inde Imperii dependeret. Nascebantur præterea særis initiati, pueri præteream fumentes, & Consules; qui ubi officio illo fungi incepere; *nasci* dicebantur: Martialis *lib.* 8. *Epigramm.* 66.

Augusto pia turea, victimaq;

Pro nostro date Silio Camœnæ.

Hic fanos jubet en redire sacros

Nato Consule.

Nec dissimili usu Martyrum passio vocatur *Nativitas*, quâ ad gloriam nascuntur. Namque & Seneca, diem mortis æternæ dicit *Natalem* vocat, & Prudentius *Periftph. Hymn.* 11. *depassione Hippolyti Martyri ait:*

Jam cùm fervenvat de cursu mensibus annus,

Natalemque dies mi Passio festa refert.

Unde & Baptismus. *Quin Natalibus* reddunt ur plebeii, ad nobilitatem evecti, aut quovis gaudio elati. Ad Superos denique translata voce, *Natales* festa appellantur Deorum, & Christianis in communione Rom. *Natalis* Calicis V infrà. Redeo ad veram Nativitatem: Postquam natus est infans, si primogenitus fuerit, Fortuna *Natalis* Primigenia, cujus memor am marmora non pauca servant, lacrum meruit. Die dein tertio, apud Romanos: quanto apud Græcos, coronæ *Natalitiæ* foribus fuspensæ funt, domestici gaudii indices. Ad quem morem respicit Juvenalis *Satyr. 9.*

—— —— —— *Foribus fuspendis coronam,*

Jam Pater es.

Idcoque, notante Meurfio *Attic. Lect. lib. 4. cap. 10.* Puerperæ domus *coronata* quoque, Στεφανηφόρος, dicta eft. Erant autem eædem fere, quibus Nuptialium feftis frontem crinesque hafta compofitos cinxerat nova Nupta, in honorem Junonis familiaris, qui foribus præfidet velpotius ad Veftam, cui poftes facri, quæque in puerperio vita fibi erat læta, propitiandam: Athenis maculis ex olea, elana fœmellis; Romæ verò e lauru, hedera aptoque, quam circa coronas *Natalitias* varietatem Hefychius fuggerit. Quinto die emergente inftituta λουτρὰ παλιγγενεσία. ad manus cafu ablueudas, quæ obftetricatæ fuerant, ipfiusque Puerperæ: quo more poftea fole nonnulis *Natalitia* fuere, lavabrum manus, in poluibro & gutto, quam epulas inftruerent. Sequebantur eadem luce munera *Natalitia* puero oblata, (ut apud Capitolinum Commodi ad Albinum literæ teftantur) polypi, fepiæ, coronæ, gemmæ: extendebatur que liberalitas, ad Puerperam, cui umbellas, armillas &c. donabant Mariti; nec non ad Puerperin miniftros, fervos quoque ac liberos. Terentius *Phorm. Act. 1. Sc. 1.*

—— —— —— *Porro autem Geta*
Peristur alis minores, ubi ira paperis.
Porro ais autem, ubi erit puero Natalis *dies.*

Ultimo poftea hebdomadis primæ die natis infantibus tabellæ fata infcripta, vel virgæ *Natalitiæ* hunc compactæ, quæ cum nato adolefcerent. Domitius in vita *Fergilii. Virga pajcua mora legionis in puerperio natem fatum loco depatita ita brevi coaluit ut mirito antè fatas populos adequarit: quæ arbor Virgilio ex dicta arg, confecrata eft, fumma gravidarum religione, fufcipientium ibi & folventium vota.* Atque hunc morem Veteres figuihaffe videntur, cum *Fata feribunda advocare* dicerent, apud Tertull. *de Anima cap. 39.* Alias hæ virgæ e quercu fuere, &c. Adulto dein, qui natus erat, memoria *Natalis* diei quotannis redit, fefto Genethlio. eo folemni, Principum progenies, fi propio, mox aliis, imò & Philofophis, non viventibus folum, fed Fato functis, idque religione maximâ. Planctus *Perfii*,

—— —— —— *Hoc age, accumbe,*
Nunc diem ju avem meum Natalem *inter nos egiterimus amœnium.*

Cic. *Philip. 2.* Hodie non *defendis Antonius. Cur* ? dat Natalitia in Herto. Convivia autem hoc die agitabant, ut inprimis ex A. Gel lio *lib 19. cap. 9.* & hiftoria Heroicis in Evangelio, patet: neve id in demortuis quoque omitteretur, ufuræ ad folvenda convivia inftitutæ funt, cujus rei teftimonium illuftre eft Marmorea tabella Bergomi in æde Benedicti: Et mutuati hinc Chriftiani *Natalis* Sanctorum & Servatoris noftri videntur, in quibus varia fuit Ecclefia vetus. Munera porro ab amicis *Natalitia* miffa, pro cujusque arbitrio. Virgilius *Ecloga 8.*

Phyllida mitte mihi, meus eft Natalis, *Jola.*

Plinius *lib. 4. Epift. 9. Multis enim, aut etiam Principi diverat, fola fe munuscula, duntaxat* Natali *fuo aut Saturnalibus accepiffe ac plerunq; miffe.* Quare Martialis *lib. 8. Epigr. 64.*

Ut pofcas Clyte munus, exigas,
Uno nafcero oftias in anno.

Imperatoribus nuncupatorium pretium placuit: Viri uxoribus, quod donatio cenferur, Parentibus Cognatisque Tutores ex pupilli bonis donarunt, clientes Patronis, amicis amici. Idem *Natalibus* anni in ftrenis obtinuit. Munera ea varia: Annulus, quem tum geftabant, inauris, armilla, umbella, veftes cubitoriæ cenatoriæque, equi, coronæ, aves, libri, Poëmata, à liaque: Exhibiti ludi Theatrales, Circenles & Venationes: Cructaria fepulti Floralibus quoque honoratus fuit *Natalis*: lecti ftrati, & albatis veftibus Genio indultum, quod in Chriftianis vetr, quoque Canones reprehendunt. Vifto afperfi, præter pueros & coronari coovivæ &c. Vide de Ludis illis *Natalitiis*, Æl. Spartianum *in Adriano*, & Dionem *lib 54. ubi de Auguflo*. A fanguine tamen & cæde animalium Romani abftinuere, Solin. *cap. 2.* omin s feliciorisergo, primis temporibus, & *pulis ftrilla*, an *ftrilla*, Plin. *lib. 18 cap. 8.* Ianicas peregerunt: Sed fequentibus hoftius pereuit. funt. Genio immolatum, cui floribus fupplicatum, vino, libo, thure, lacte, mulfo: inter quæ Dius commendabatur ille, cujus *Natalis* erat, quod *Natales infantis commendare*, Spartiano dicitur *in Geta*; Chriftianis voto pro folennitatem peragentibus. Thom Bartholinus *de Puerperio Vett.* Nec omittendum, quemadmodum antiqui diebus funeb ribus ardentes lucernas intra fepulcra claudebant, ita vice verfa diebus *Natalitiis* eas ad feneftras & in januis fuípendiffe, ut oftenderent ortus interitusq; conrari teatem. Quare Tertullianus, monftrare volens, tempore nafcentis Chriftianismi Idololatriam extinctam effe: *At nunc*, inquit, *lucent taberna & januæ noftræ, plures jam Ethnicorum fores fine lucernis & laureis, quam Chriftianorum.* Sed & mos ifte die *Natalis* in fenectis lucernas accendendi, noctaru à Perfio *Sat. 5.*

Heroûm venere dies, unctiaq; feneftra

Difpofita pingues nebulæ vomuere lucernas, &c.

Vide Fortunam Lucium *de Lucernis Antiqq lib 3. cap 32.* & *quo Lucernam Cominum Ferrara rejertem eruditio Commentario illuftrat.* At nihil horum fecere Thraces, fed reliquis omnibus contraria figentes veftigia, velut poliiioris Orbis Antipodes hominum *Natales* flebant, exequias eorundem hilares præfequebantur, Caufinorum ritu, a quibus ufus fibiarum ftuxit in funeribus. Teftis Herodotus *lib 5.* quo referente, Thracesinfantum nec ens natum circumfedentes plorant, a fatis jam præfequebantur, commemorantes, quot & quantæ illi, hanc vitam ingreffuro, calamitates argumentantes fubeundæ eflent. Contrà autem vita defunctum cunctis & cripudiis efferebant, narrantes quantis malis, & arumo nisile liberatus eflet. Cui fuffragatur Valer. Maximus *lib. 2. cap. 1.* ut & Sollinus *cap. 16.* qui prom *ineffuga* Thracum *puerpera* vocat. Nec id tamen fine fapientiæ elogio: namque & Salomonem *mortuum pro vivis laudandum*, quod ecclefiaftitus Ecclef. *cap. 3. verf. 24.* & recens nati infantis plorarus, *Natalitia* catibus ita adverfo refpondentes, triftia miferæ vitæ exordia loquuntur. Verum nil obftat, quò minus, utrosque mifceamus, & miferæ humanæ fenfu fic affectum, ut tamen lætantes gratias Deo agamus, *quòd homo fit natus in mundum*, ficque *triftitia noftra evadat in gaudium*, Johann. *cap. 16. verf. 20. & 21. &c.*

Natalis Calicis, in Ecclefia Rom. dicitur Feria V. in Cœna Domini, quòd eo die S. Euchariftia à Domino fuerit inftituta. Eligius Epift. Noviomenfis *Homil 10. Peractur hæc dies Cœnæ Dominivocatur & Natalis Calicis: & meritò tantum præfulget miraculo, quia hac eadem die myfticum Pafcha Dominus cum Difcipulis celebravit Sacramenta corporis & fanguinis in illis atq; per illos nobis trabidit, & ipfe celebrationis inritium fecit.* Meminit eiusd. Felix Auctor *Vitæ S. Genovefæ num 31. A die Sanctæ Euchariftiæ, quæ, ad Natalem Calicis, qui eft Dominicæ Cœnæ &c.* Extant præterea *Natalem Calicis* Homiliæ ab Avito Vieno, confeript æ fragmenta, inter opera illius, uti docet du Frefne in Gloffar. Dominicus Macer eundem diem, quoque appellat *Diem panis & Diem lucis*, à Chryfoftomo; *Diem Indulgentia*, à Maurino Abb. *Diem Natalem Euchariftiæ*, à Ludtpho *Diem Sacrarium*, à Syro, addit in *Herolaicos*. Vide & fupra, *Feria V. in C.* Hinc & *Natalis* Cathedræ S. Petri, feftivitas ejusdem, communionis, de qua V. Bolandum *ad 18. Januarii* Sed & *Natalis*, ibidem dicuntur qua nur præ ipsas Annifeftivitates, Gaiis *Jours Nataux.* Alias *Natalis*, feftus quilibet dies Sanctorum in eadem E. clefia cultus, quàm vocem à *Natrivitate* fic diftinguit Beletus *de Div. Officiis cap. 4.* ut *Natalem*, vel *Natale* vel *Natalitium* dicat apperiam Sanctorum ex hoc fæculo commigrationem (quam alii *diem paffionis* vocant; *Nativitatem* verò feftum illius nartivitatis, quà quisin mundum nafcitur: quo modo folum dici *Nativitatem Chriftî, Beatæ Mariæ & Joannis Baptiftæ*, quòd horum Nativitates duntaxat ab Ecclefia celebrentur. Antiqui certè *Natales* vocarunt omnes dies, propter aliquem lætitiam infignem sibi folennes, Hegio Plautinus, cum audivillet advenifle filium fuum captivum,

Dii immortales, inquit, tetvum natus videor, fi vera autumas.

Navis, cujus inventum fuerit, diximus ſuprà. *Longam* primus Jaſon exſtruxiſſe dicitur, circa Pelium monrem, & magnitudine & reliquo apparatu confuetum eo tempore modum excedentem, quòd illius ætatis homines ratibus ſere & parvis actitis vehi mos eſſet. Diodorus Sic. *Biblioth. lib* 3. Nomen navi *Argo* fuit, quam ab *Argo* equidam architecto idem & Apollonius *Argonautic. lib.* 1. Phryxi filio Pherecydes; à Græca voce ἀργὸς, i. *celer*, alii; Cicero inde, quòd Argivi in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis, ſic dictam ait *Tuſculan. I.* Incitabantur hæ navés remis. Livius *Dec. 3. lib. 7. Inde Tarentum profectus in ipſis fauciibus portus poſuit caſtra, naves, quas Livius jumenta commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat apparatuq; munitum oppugnandum, partim tormentis & jaculis omnis muſſilium telarum genere inſtruit, cum ipſe quoq; non eas ſolum, quæ remis agerentur.* Et μακρὰς πλοῖα appellabant ut Græcis. Polybius *lib. 6.* Appiano *de Bello Civ.* Alius ἐρεσσεῖα νῆα Herodoto in *Clio*, ad differentiam φορτηγῶν ſeu onerariarum, cum Phœcenſes, Græcorum primos, longis navigationibus uſos, Adriaticum Tyrrhenumque mare, Hiberniam atque Tarteſſum occupaſſe, dicens, πεντηκοντόροις δὴ, inquit, ἐρεσσεῖαν ναυσὶ, πλὴν πεντηκοντόρου, *navigabant autem non onerariis navibus, ſed quinquaginta remis agerentur.* Et quidem minores plerunque vigenti, triginta aut quinquaginta remis agebantur, dictæ hinc Græcis ἑικόσοροι, τριακόντοροι, & πεντηκόντοροι, cujusmodi fuit ea, quas Venedi *Barens longas* vocant. Eadem communi appellatione μακρὰς vocabantur, quoniam, licet pluribus agerentur remis, unico tamen per trajectu & ſedilia remo, non binis aut ternis aut etiam pluribus ſimul in tranſtro, ut poſtea factum, ſed unam dicte ſolum quis cebilibus translatione ſumtâ; item μονήρεσι, Strabone *lib. 7.* Iliæ vero, quæ binis remis agebantur, à Romanis dictæ ſunt, *Biremes*; Græcè δίκροτοι πλοῖοι, *dicrota* quoque Ciceroni *Epiſt. ad Attic. lib.* 16. *Nam & ipſe Domitius bona habet plane dicrota, ſunt & navigia praterea luculenta Sex. Bucula.* Vid. etiam A. Hirtium. Biremes autem leves uti vocat Livius *Dec. 3. lib. 4. Liburnicæ magiſtratus eſſe dicti Romanis*, Appianus docet *in Illyrica.* Quæ trinis incitabantur, τριήρεις Græcis, *triremes* Latinis vocatæ ſunt, quales primùm apud Corinthum in Græcia ædificatas eſſe, ab Aminocle, legimus apud Plinium. Quæ quaternis, τετρήρεις, i. *quadriremes*; cujusmodi navem inſignem Tullius memorat 7. *Verr. Principis Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela ſieri, bracchi ancloras imperavit: & ſimul ut ſe ſequerentur, ſignum dari juſſit. hæc Centuripina navis erat una de his celeritate notis, nam ſæpe ipſe Praetor nemini celerior, quid quæſo navis remis facere poſſet.* Et paulò poſt. *Erat enim ſola navium conſtrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris eſſe poſſet.* Ubi eum *conſtratam* eam dicit, videtur eadem fuiſſe cum illa, quam *tectam* appellat Cæſar *de Bello Civ. lib.* 3 cujusmodi tectas longas invenere Thaſii. Nam antea ex prora tantum & puppi pugnabantur, Plin. ubi ſuprà. Sed & minores nonnunquam regi conſuevêre inventum. Conſtatæ vero navés Græcè κρυπτοφόροι, ſubeburtor ei quòd habeltum τὰ κατρώματα, ad quos quadrirremes maximè erant aptæ &c. Dereliquis V. ſtrictim agentem Plinium *loco cit.* & prolixius Bayſium infrà laudandum. Addam ſaltem, Ptolomæum Philopatorem 40. ordinum navem ædificandam curaſſe, quæ in longitudinem quidem producta ad cubitos 280. altitudinem autem ad ſummitatem uſque navis, duodecim quinquaginta cubitorum: inſtructa erat quadraginrentis nautis, extra remiges, qui ad 300. numero erant. Capiebat præter hos in adtibus una & cataſtromate armatos milites paulo minus ter millenis. Verùm ſpectaculo illa magis, quàm uſui fuit, Athen. *lib.* 5. Solebant autem navibus Veteres imponere turres ad libram, quæ ob id *turrita* dictæ Virgilio; idque non ſolùm ad prorum, ſed etiam ad puppim, uti legimus apud Appianum. Cujusmodi turres habuiſſe Antonianos, in pugna Actiaca, liquet ex Dione. Addebant & roſtra, non ſolùm majoribus, ſed & minoribus actuariis; quæ quia ſine ſedendi, hinc *roſtrata*, à roſtro *erant*, ab ære, dictæ ſunt. Appianus Χαλκωμάτους vocat *in Mithridatico.* Prætorum verò navem, Græci πομπεῖον vocant, Itali vulgò *Capitanam.* Sed & prædatoriæ erant, quæ longis meritò annumerandæ: de quibus Livius *Dec. 3. lib. 9. & Dec. 4. lib. 4.* ubi *piratica* illas vocat. Idem *Celeres* appellat & *Lembos*, *Dec. 3. lib. 1.* ubi tamen videtur celeres ponere, inter eas, quæ non erant longæ, *Myoparones* Tullius 5. *Verr. Phaſelos*, Appianus: ſed & quo conjicias, phaſelos habuiſſe formam mixtam ex oneraria & longa triremi: quales *galeonei* recentiorâtas dixit. Porro ad belli uſum neceſſariæ fuere & ex naves, quas *hippagines* dixerunt, Græcè ἱππαγωγὰς, Polybius *lib. 1. hippagoges* Livius *Dec. 3. l. 4.* à transportandis equis; quæ remulco trahebantur &c. Atque hæc de *Longis navibus.* At quæ oneri ferendo erant, *Onerariæ* Latinis, *graves* Cæſari, φορτηγὰ Græcis dictæ, item γαυλοὶ, remis non agebantur. Quarum, quæ ad frumentum vehendum aptæ, *Frumentariæ* apud Latinos, σιτηγοὶ apud Græcos, occurrunt vocatæ: Thucydides ἀκάτους vocat *lib.* 6. Ὀλκάσπερνοι verò eidem *ibid.* dicuntur, quæ ad vehendos milites paratæ erant; quas & σφενδόνας vocat *lib.* 8. Erant & Corbitæ, & Cybeæ inter onerarias, quarum mentio apud Ciceronem *lib.* 16. *ad Attic.* & 7. *Verr.* Navis vinaria, memini Ulpianus *l. Mul-ger. ff. de furti.* Palearum navis, Cicero *de Fin. lib.* 1. Præter has *Pinacotria* navés, quæ picturis ſplendorum causâ paratæ ſunt, occurrunt, apud Livium iterum *Dec. 3. lib. 3.* inter quas Cymbæ ſuere, Cic. *de Offic. lib.* 3. & Lenunculi, Cæſar *Bell. Civ. lib.* 2. item Scaphæ, Juſtin *lib* 2. Sed & *Actuarias voluptatis causâ* memorat J. C. *l. 2. tr. de captiv. &c. lib.* 49 *ff* & ante eum Cicero *pro Cluio.* Dicta autem *Actuariæ* navigia lint, quòd remis agerentur, Liv. *Dec. 3. lib.* 10. quæ tamen à Longa multùm diverſa, diſcas ex Cæſare *Commentar. lib 3. Veſtæ* in eum ſenſum legenda ex vocat, etiam à remis agerentur. Graci ἀκατίδας dixe e quasi ad ἀκατὰς ſolùm, *Actores*, trajiciendo: item κουπεῖα. ut Thucydides maximè & Plut. De *Voluptuariis* autem, actuariis intra dicemus. Et hactenus quidem dictarum materia *prima* antiquitus fuit. Ut & *Flaviuſtribus* aliquid addam, πρῶτα μὲν πλοῖα vila vocat Diodorus *lib* 20 ubi Semiramidem hujusmodi navigia *ἀλόγιστα καὶ πλοῖα ἀσυμβόλητα, quæ facile ſolvuntur & iterum, ſine opus eſſet, compingentur*, conſtrui curaſſe tradit. Strabo σάκτας vocat *lib* 17. Perſarum hæc *Lintres*, quæ remis agebantur, memorat Cæſar *lib* 7. Quem in uſum flebant naves virides è corio, in Britannico Oceano, Piſitu tempore: in Nilo, ex papyro & ſcirpo & arundine. Herodotus in *Clio*, ejusmodi naves Babylonioram, circulari formâ easque exaluta, pulchrè deſcribit, quem vide. *Rates*, *Scaphæ*, aliæ. Quarum picturatique ecorem, ex antiquis monumentis, ut & plura hanc in rem, ſuprimis etiam de *Navium* partibus, exhibet Lazarus Bayſius *lib. de Re Navali.* Vide quoque C. Erasmum Michaelium Lætum *de Re Nautica* Joann. Meurſium *ad Lycophronem*, Salmaſium *ad Solinum pag.* 10 & ſeqq. & hic paſſim. De ornatu *Navium* diximus aliquid ſuprà, in voce *Naufragium.* Adjiciam aliquid de coronatione earum. Et quidem, Athenienſes, inſtructâ claſſe, adverſus Syracuſios, cùm adhuc eſſent in portu, inter cetera alacritatis argumenta, ſtatcoronarunt, apud Diodorum Sic. *lib.* 13. Hinc Virgilius, *Æn. lib.* 4.

——— *vocat jam carbaſus auras,*
Puppibus & læti nauta impoſuere coronas.

Magis, poſt navigationem feliciter peractam. Propertius *l.* 3.

Ecce coronate portum tetigere carinæ.

Inprimis, quæ victoriam eſſent adeptæ. Unde apud Silium Ital, *libr.* 11.

——— *Lauro redimita ſubimat*
Optatos puppis portus; pelagoq; micabant
Captiva arma procul celſa ſulgentia prorâ.

Sed & quæ ſacra veherent, θεωρίδες ſeu Ἱερατικαὶ dictæ Græcis: uti de nave, quæ Delum Athenienſium vehebat, ſcribunt apud Ovidium *Faſtor. lib.* 3. de lintribus ſacras epulas ferentibus *l.* 6. de nave Athenienſium, quorannis Delum mitti ſolita, de qua diximus in voce *Theori.* Neque ſolùm *Naves*, ſed & *Tutelæ* coronabantur, h. e. Numina illarum tutelaria. Val. Flaccus *Argonaut. libr.* 1.

Vita coronate fulgens tutela carina.

Ipſi quoque navigantes, uti de Carthaginenſium illo Navarcho legimus apud Plut. in *Timoleonte*, qui, ut imponeret Syracuſanis, juſſit nautas coronâri, ornavitque triremes ſcutis Græcanicis & Phœnicium, eoq; ornatu Syracuſas navigavit. At qui longinquæ navigationi ſeſe permittebant, velut naufragii pericula adeuntes, à coronis abſtinebant, atq; tum, cùm è portu egrederentur, plauſu excitato, multas Diis Servatoribus preces fundebant, Βοῶσι γὰρ πάντες ἀπὸ πρώτου κλύδωνος, ὡς ἐν προφάσει τοῦ ναυαγίου τὰς ἱκετηρίας. Achill. Tatius *lib.* 3. e navi infuper coronam ſuſpendit, ut de Adelphade ob ſervavit Scholiaſtes Apollonii Rhodii. In quo ritu veſtigium fortè veteris hiſtoriæ ſacræ, de columba Noâhi &c. V. Paſchalium *in Coronarii libris*, & hic paſſim, in vocibus *Acroſtolion*, *Parasema*, item *Tutela.*

Navium ſpecies quadam, quarum nonnulla jam memorata, & celebriorum aliarum nomina.

Alexandrina, in ſpecie dicta eſt, quæ prius *Syracuſia* appellata, ab Hierone Siciliæ R. dono miſſa eſt Ptolomæo Philopatori. Hujus auctor Archimedes, materia ex Ætna, qq ad triremes 60. ſufficeſſet: remiges ex Italia: tudentes ex Iberia: cannabis & juniperus è Rhodano, cætera ex aliis orbis partibus petita. Reliquam ejus deſcriptionem V. apud Preyelium *lib. cit. p.* 626, & ſeqq.

Arca Noâhi, navium omnium primigenia, cujus adhuc rudera quædam in Armenia aſſervari dicuntur, deſcribitur Geneſeos *cap.* 6.

Argo, quam Lycophron Χαλκόξεστον κλεινὸν, i. *loquacem pinacam* vocat, quòd loquacem malum è querco Dodonæa habuerit; Græcorum opi-

hione, *inhospitalis prima Ponti sinus patefecit*, Phædr. Ejus naupegus Argus, gubernator Tiphys, dux Jason fuit. Vide *suo loco*.

Baris, Ægyptii navigii genus, quo cadaverà demortuorum in locum sepulturæ deveheabantur. In cujusmodi navis genere Orum seu Harpocratem facentem, exhibet gemma Nic. Fabricii Peireici, apud Bartholinum *de puerp. Vett.*

Bernæ A. C. 1462. inventa navis est subterraneis metallorum cuniculis fodiendis, subima terra ad brachia 100. lingneæ fuit, anchora ferrea, vela ex tela, sed omnia vetustate consumta: Vitebantur tamen adhuc quadraginta hominum ossa, Bapt. Fulgosus, apud præfatum Preyelium *pag* 634.

Bubulis utribus contabulatarum ratium, meminit Solinus *cap* 60.

Bucentaurus, særa Venetorum navis est, qua in urbem advenientes exteri Principes vehit: & quotannis Dux, cum Senatu, die Ascensionis mare lubrire, illudque magnâ pompâ sibi desponderre, injecto annulo aureo, cum supplicationibus devotis, solent. V. suprà suo loco.

Cacosfoga, navis Hispaniæ nomen, quæ præter gemmas ac unciones inpimis, optimi auri 80. libras, argenti fignari factique 35. æreas & argenti infecti vim tantam, quanta navi in faburram sufficeret, vehens: cùm in Fr. Draki Archithalassi Anglici manus pervenisset, mediastini Hispani jocus non illepidus ad Victorem: *Vestra navis vestrum nomen jam tua vestrumque: nostra* Cacoplata, *tua est*, Argenticaea *deinceps vocabitur: tua autem* Cacofoga, *i*. Ignicaca *ut vocaretur*, *capta nostrâ*, *mersit*. Lauñus *Orat. pro Britannia*.

Cæsar, vidit in Pharsalia Pompejo, interfpolia, navem reperit dumetis consitam in qua omnis generis pomiferæ arbores, pendente è ramis fructu. Preyelius *p.* 632.

Cajus Caligula de cedris Laburnicas gemmatis puppibus, verticoloribus velis, magnâ thermarum & tricliniorum laxitate, vitium insuper arborumque varietate, fabricavit, quibus diebus demum de die inter choros & symphonias, histora Campaniæ peragraret. Idem *pag* 631. Eiusdem jussu ab Ægypto navis Oftiam advecta, 120. modios lentis pro faburra habuit: fubmersaque maximam partem Oftiensis portus tenuit. Idem *ib.*

Caudicariæ dicti sunt, Scaphæ minores quæ ex tabulis crassioribus factæ, annonam navibus majoribus ex variis Orbis partibus Tiberim usque advectam, porro in Urbem devehebant. Joh. Rofinus *lib.* 7. *cap.* 38.

Celoces, naves breves, à celeritate dictæ. Idem *lib.* 10. *c.* 20. At Monimutenfi *lib.* 6. *cap.* 20. naves longæ 3. quibus Britannicam primò Saxones sunt ingressi, ducibus Horfo & Hengisto, *Celoces* & in MS. *Cirri les* dicuntur, apud Spelmannum *Glossar.*

Conchas Indici maris, inter Insulas Rubri præcipuè maris, cymbarum loco inservire, refertur Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. & *lib.* 6. *cap.* 22. *ac* 23.

Dionysius Tyr. olim Siciliam fugeret, navi 6000. hominum capaci exceptus est. Preyelius *pag.* 632.

Dromo, ὁ δρόμων, quasi *navis cursoria*, cujus meminit Calliodorus *Epist. Epiftol. lib.* 5. *Epift.* 6. & 17. idem ut longibo videtur, Dempfsero *in Rosinum l.* 7. *c.* 32.

Falcella scirpea, in qua Moyses expositus, navigii quoque formam habuisse videtur, ex papyro. Quod genus Nilo familiare fuisse, patet ex Esaja *cap.* 18. *vers.* 2. ubi Vulgatus, *Qui mittit in mare legatos & in vasis papyri super aquas.* Unde Lucanus, *Sic cum tenet omnia Nilus, Consertur bibula Memphitis cymba papyro*, Hemsterhusius, apud Appianum *Mithrid.* quæ à puppi ad malum binis remis, à malo ad proram unico tantùm per transitra remo agebantur.

Hiero, V. *lapis Alexandrinus*.

Lembus, navis *ex Puppere Vett.* Hemsterhusius, apud Appianum *Mithrid.* quæ à puppi ad malum binis remis, à malo ad proram unico tantùm per transitra remo agebantur.

Lembus, navis *ex Puppere Vett.* Hemsterhusius, apud Appianum *Mithrid.* quæ à puppi ad malum binis remis, à malo ad proram unico tantùm per transitra remo agebantur.

Hiero, V. *lapis Alexandrinus*

sublime suscipiens, explebit, simul prandio centum libras ei ex auro pu-
to obtulit; Rex quoq; pares tantum auri naves ex illo sumsit; formavit, uterq; pacto amicitiæ vedere ad propria. C. du Fresne *Glossar.* V. quoque Salmasium *ad Solinum p.* 116. *& seqq.*

Navis Fracta seu naufragium passa. Fiiet olim hodieque apud varias gentes. Refert Sopater & Syrianus *in Hermogenem pag.* 107. Curius Fortunatus *Art. Rhetor. lib.* 1. *pag.* 46. Alii, non res duntaxat naufragio deperditas, sed & quæ *naves* naufragium passe continerent, Publii anorum fuisse, tauquam quæ ad Fiscum pertinerent. Unde Juvenalis *Sat.* 4.

Res fisci est, ubicunq; natat ——

Quod quidem adeo verum est, ut, omni licet humanitati repugnare, miserosique ac afflictos insuper durius atteresert, nullaque causa præcedente probabili dominium suum auferre alicui, mega injuria sit: unde bene Euripides *Helenâ*,

Ναυαγὸς ἥκω ξένος, ἀνόσιον γάμον,
Sum naufragus, spoliare quod genus est nefas:

in omnibus tamen fere regionibus jus istud receptum fuerit, quod nec Leges ipsæ subinde à Principibus Romanis latæ abolere potuerunt. Serbirij, Pudum Rheni *L.* 3. *cap.* 35. in Regno *Eli* vocato, si quando navis aliqua onerata, præter vectorum ejus intentionem ad illam provinciam appulerit, puta tempestate aut aliâ necessitate id cogente, habitatores ejus rapere, quidquid in navi inveniunt, gubernatoribusque ejus dicere: *Institutebatu ad alium divertere provinciam, cum mercibus vestris, sed Deus noster & Fortuna vos ad nos direxit; & idcirco accipimus, quod Deus & Fortuna nobis dederunt &c.* Cum igitur indubitatum sit, nullam iste in naufragis mos aboleri non posse, utpote apud omnes ferme gentes receptus, factum inde ut pro Lege maris consuetò haberetur. Atque ita intelligendam putant plerique celeberrimam *L.* 9. *D. ad. Rhod.* ex Volusio Mœciano, ubi portectis Antonino Augusto libellis supplicibus, à quibusdam, qui in Augeo marti naufragium passi & à Cycladum Publicanis expilati fuerant, Imperator respondit: *Ego quidem Dominus, Lex autem maris* (sic habent Florentina, Basilica & vetera Græca) *æquissima est, ut quæ navis fregit, ea ejus, cujus fuerit, esse debeant.* Quo referri possunt, Euripidis cirra Exinde Justicolli, passim decrevere res, quas mare ad litus ejecisset, vel quæ navis levandæ gratia in ipsum mare effecta projecta, non pertinuisse relicta, sed pro peritiis, debere haberi, ita ut, si inveniantur, possessoribus earum restitui debeant, *l.* 21. *D. de Admitt. possess. lib.* 44. *de Acquir. rer. dom. l.* 1. 3. &c *de Incend.* Cujusmodi Jurecoll. & Impp. decreta ac statuta intelligit Honorius II. apud Hildebertum Cenoman. *Epist.* 67. quem vide. Testatur tamen Paulinus *Epist.* 37. adhuc sua & Theodosii M. ætate obtinuisse pravum hunc morem, quod Publicanorum, Fiscalium atque adeò plurium Præfectorum avaritiæ ac prædationibus plerique attribuant, qui jus à vicinis sibi nationibus receptum & perceptum æqué potenter dimittere. Communi insuper Theologorum sententiâ definitum, ejusmodi prava Principum statuta, à restitutione neutiquam excusare, *Summula* Raimundi,

Qui bona naufragium patienti, sive ruinam
Tollit vel rapuit, ubicunq; fit, nisi reddat,
Eili vera æterna premia: præcepta, statuta,
Nec consuetudo terræ, nec Principis illum
Excusat: deponatur, si Clericus hic est.

Idem Pontifices fecere, magnâ cum ab hibitâ, ac inprimis Gregorius VII. in Concilio Rom. ann. 1078. & Alexander III. in Lateranensi III. *can.* 24. ipsique Impp. Occidentis, maxime Fridericus II. passim. Quorum tamen *Statutis*, Publicanorum & Præfectorum deprædationes, in Regni Neapolitani litoribus, non desinunt cessare, quin identidem exercereatur, liquet ex *Constitutione* Honorii IV. apud Rainaldum *in Annalibus Eccles. ann.* 1285. *num* 40. quâ rapinæ hujusmodi de novo prohibentur. Tandem tamen abolita fensim consuetudo barbara, & in Gallia quidem, variis Proceres, ipsique Philippus Augustus R. Wilhelmi Campaniensis Rem. Archiepiscopi precibus, id quod in sua litterubus hactenus in naufragos jus babebant, remiserunt, eique nunquam direxunt, binis super hac re exaratis Tabulis A. C. 1191. In Anglia, primus Ethelredus, in eo *Fœdere*, quod cum exercitu Anlavi pepigit, *capp.* 2. 3. & 4 *Edit Saxon.* apud Lambardum, pacem ac fe curitatem indixit navibus & naufragis in dominii sui provinciis. Eum secutus est Henricus II. apud Wilhelmum Neubrig. *lib.* 3. *cap.* 26. primisque regni sui annis, *hominibus* ab æquoreo diferimine liberatis, humanitatis officium exhiberi præcepit. Idem Richardus I. filius fecit, cum iter Hierosolymitanum aggressus est, Messanæ in Sicilia, A. C. 1190. ut habetur Rogerus Hovedenus & Bromptonus; quod firmatum est alio Henrici III. *Statuto*, dato Merwelii anno Regni 28. non modò pro naufragiis, quæ ad Angliæ, fed etiam Aquitaniæ & Pictavorum littora, accidèrent. In Orientalis Imperii provinciis similiter Andronicum Comnenum Tyrannum ejusmodi deprædationes inhibere conatum fuisse, gravissimis propositis pœnuis eos, qui naufragorum bona diriperent, ex Niceta docemur *in Andronico lib.* 2. *num.* 5. In Dania, Christiernus II. idem jus, licet plus centum aureorum nummorum esset dimisit, ut auctor est Isacius Pontanus. V. *LL. Scanicas* Andreæ Suenonis *lib.* 8. *cap.* 2. Quod tamen haud pridem in Suecos, à Bornholmiam naufragium passos, exercitum dicitur &c. V. Plura hanc in rem, apud Hug. Grotium *de Jure Belli & Pacis lib.* 2. *cap.* 7. Car. du Fresne in voce *Lagan*, ut & supra, nec non in *Wrecum.*

Naulium, seu *Nablium*, instrumenti Musici genus, quod, sicut Cithara, cæteraque instrumenta Musica, Syris potissimum debere originem arbitrantur Eruditi. Hinc Strabo *lib.* 10. instrumentis Illustrnodi plerisque nomina dixit esse barbara, ἕκτα Νάβλα, καὶ Βαρβάτον καὶ Βάκτρια καὶ Μαγάδις: & quidem, ut reliqua omittam, ex Hebr. נבל *nebel*, ortum esse *Nablium*, cujus mentio Davidis *cap.* 3. *vers.* 10. nemo dubitat. Latinus interpres ibi *Psalterium* reddit. Cymbalorum figurâ *Naulia* fuisse, Ovidius videtur indigitare, *lib.* 3. *de Arte am.*

Discr etiam duplici genialis Naulia palmâ
Verrere, cymbalicos elicitura sonos.

Cymbala enim collidi folita fuisse, docet Amalarius Fortunatus *lib.* 3. *cap.* 3. cùm ait: *Cymbala invicem tanguntur, ut sonent: ideo à quibusdam labia nostra comparata sunt*: & è scalpturis Bacchanalium facrorum *Cymbalistrias* utraque manu quatientes cymbala exhibet Laur. Pignorius *Comment. de Servis.* Sed an eadem *Naulia* figura fuerit, affirmare non audeo: ac fatetur, verba Ovidii lauderi vide implicita esse, & elegantiæ aliquæ Alexandro, qui non gladio difficet, fed explicet calamo atque diffolvat. Hinc Hieronymus *lib. de Tintinnabulis cap.* 17. dicit, *Naulia* esse, quæ vulgò Organa dicantur & concentus Musicos harmonicosque edant. Vide Politianum *Miscellan.* 14.

Naulum Charonis, dicebatur olim obolus, qui defunctorum ori in ai folebat, ut animarum portitori Charonti merces solverentur. Non enim solum in eos injecta est gleba, ut patet ex M. Tullio *de L.L.* 2. & Festo *lib.* 14. fed & five in tumba, five in pyra condito cadavere vultu cœlum versus directo additâ numifma est, eo fine, quem diximus, Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 3. Fuit id apud Græcos appellatum δανάκη, quia δανεῖς, *mortuis*, à voce δανὸς, *aridus, siccus*, dabatur: Unde apud Scholiastem Aristophanis *Ranis*, Charon rogat hominem, ut expectet τὸν δανὸν τοῦτον ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντα, *ex quibus aridis sunt defuncti*, nomen accipit. V. *Scholiast. Aristoph. Acts lib.* 3. *cap.* 20. Vide quoque Lucianum *tom.* 2. *dial. Charontis.* Et quidem de plebe hominibus obolus sufficiebat, at cum cadaveribus Principum Virorum, ingens fæpe pecuniarum gaza contumulabatur: ut patet ex Lucerna Fefchiana, A. C. 1633. prope Romam erutæ, ex antiquo fepuchro, in quo simul varii nummi inventi sunt integerrimi, apud Fortun. Licetum *de Lucernis antiquis lib.* 6. *cap.* 91. Item Lucerna fictili Gladiatorem Magnum in quo præter cadaver Regis equi, quo usus fuerat, offa, cum armatura quibusdam aliquot antiquis, quam ab Andrea Moretto Brixiensi fecum communicatam, idem erudite illustrat *lib. præfato c.* 157. Alia ratio reconditorum in monumentis funebrib. thefaurorum apud Israelitas fuit, de quibus Josephus *in Antiqq.* varia. Ante annos circ. 20. cum prope Tortacum terra foderetur, repertum sepulchrum est Childerici Francorum R. Patris Chlodovici Magni:

dctur colligi posse, ubi refert, Romanos, bello Punico Carthaginensibus mari bellum indicturos, milites in navali disciplina exercuisse. Quemadmodum & Augustum, dum contra Sextum Pompeianum erat, *in porta Julia, apud Bajas à se effecto, milites in navali exercitatione totâ unâ hyeme detinuisse*, docet Suetonius. Hujus itaque studii gratiâ, *Naumachias* instituisse videntur, & non modò *penteni Naumachiarium* ea ratione nuncupatum, quòd *concrematum ex lacrice in Rhetia cæsa Tiberium refersisse*, scribit Plinius *lib.* 16. *cap.* 39. habuisse, verum etiam locum peculiarem, cujus vestigia adhuc durant, quemque tempore *Naumachiæ* tantâ aquâ replebant, ut navis ibi navigare non posset videretur: Sicut Martialis, *Naumachiam à Domitiano Imp. editam describens*, venustè demonstrat, *Lib. de Spectac. Epigr.* 26.

Si quis adeo longis ferus spectator ab oris,
Cui luxi primus sacri muneris ipsa fuit
Nec decipias ratibus navalis Emo,
Et par unda fretis: hic modò terra fuit.
Nunc rigat: hic spectat, dum laxent aquora Martem:
Parva mora est; dices, hic modò pontus erat.

Simulachrum aliquod *Naumachiæ*, jam ab Ænea Trojano, in Anchisæ funere, exhibitæ, an ex vero, an ad veri imitationem, habes apud Virgilium *Æneid. lib* 5. Vide Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib* 3 *cap.* 13. *ubi quod, exercitationem hujus, ex antiquo lapide dum ad numorum Omophrii Pantvisii monumentis . graphicam ab Antiochenorum Academia exhibet*, Jac. item Spon *Itinerar. Part. I. pag* 179. ubi de *Naumachia Delphica*. In Bibliotheciis multis Basilii Patricii & ΔρακοντομαχίαΝ leu Præfecti Cubiculo Imperatoris, *Naumachiæ* repertæ docet Gerh. Joh. Vossius *de Scientiis Mathemat. cap* 48. § 26.

Naumburgum, adde: Hodie sub proprio Principe, ex familia Electorali Saxonica. Cum enim Johannes Georgius I. Electior, qui decessit A. C. 1656. ex Magdalena Sibylla Brandeburgica, quatuor filios reliquisset: Primogenitus quidem Joh. Georgius II. Patrin Electoratu successit, reliqui verò portionem aliquam paternæ hæreditatis sic nacti sunt ut Augustus, natus An. Ch. 1614. Coadjutor Magdeburgicus Barbiensem Comitatum nactus sit: Christianus Merseburgum Episcopatum & Lusatiam inferiorem possideat: minimus tandem natu Mauritius, *Naumburgium* Episcopatum & Curiam. Natus hic A. C. 1619. prudentiæ & multæ virtutis laude insignis Citizæ, ubi arcem *Moritzburg* dictam condidit, habitat, & nuper in militia tuendo Imperio conscriptâ legionem Equestrem, Circuli Saxonici super, nomine, ducendam susscepit. Primis nuptiis Hedvigem Sophiam Holsatam sibi junxit A. C. 1650. quæ fine prole decessit An. C. 1652. Alteris Dorotheam Mariam agnatam ex Vinariensibus (si. Wilhelmi Ducis Saxoniæ in *Weimar*, defuncti An. C. 1662. Eleonoram Dorotheæ Anhaltinæ quæ A. C. 1656. duxit Eleonoram Magdalenam (n. 1618. den. 1681.) Wilhelminam Eleonoram (n. & den. 1659.) & tres filios genuit, defuncta A. C. 1675. In cujus locum succesit & desiderium defunctæ, quam matrem omnes subditi colebant, leniit tertia uxor Sophia Elisabetha Holsata. Vid. Phil. Jac. Sy nerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I. pag.* 162. & *Sylloge Geneal. Hissor. in Fam. Saxon.*

Nauplius, adde: Hodie incolis *Epatloi*, de cujus statu hodierno, Vide inprimis Jac. Sponium *Itinerar. Græcia Part. 2. pag.* 28. *& seqq.*

Nauplius, adde: Incolæ *Nauplienses*, quos ab asino ἀμπλοδίμους, id est, *putationem vitium*, didicisse, cum videlicet advertissent, vitres ab eo arrosas lætius crevisse, tetis eli Pausanicas *in Corinthiacis*, traditique ideo Silenum, Liberi Patris comitem ac cultorem, asino imponi à Poetis. V. Gerh. Joh. Vossium *lib. de 4. Artibus Popul. cap.* 4. *quod est de Musica* §. 4.

Nausicles, adde: Ejus memoriam servat nummus rarissimus, quem Bononiæ in Musco Viri illustris Nigri, asservari docet Spon. *Itiner. Græcia Part. I. pag.* 130. Ejusdem caput exprimi solitum est, in moneta Mytilenensium: cujusmodi nummum idem exhibet *Part. 2. pag.* 167. in cujus una parte, mulier sedens cum Lyra, in altera vultus *Nausiclis*, cum *Inscr.* ΗΡΩΙΔΑ ΜΑΥΣΙΚΛΑΑΝ. Vide *supra*, in voce *Mytilene*. Eidem inventum saltationis Δακτυλισμὸς tribuitur. J. C. Scaliger. *Poëtic. l.* 1. *c.* 18.

Nauta, durum hominum genus. Idem *lib* 3. *cap.* 10. ubi Poëtam futurum instruit, quod in cujusque officii descriptione decorum servandum: *Illud in nauta peculiare, duros ut facias, sæpe etiam pertinaces. Meminerit Monstem & agricolæ & montium à suo Principe, parere nolusse. haud secus facit sussa: Sed*

Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.

Deum ipsum prolubo in tranquillo cursu, in adverso. pro hoste aut pro pecude habent. Quas non audivimus contumelias, qua non execrabilia verba? haud multum abest illud Palinuri.

non si mihi Jupiter auctor,
Spondeat, hoc sperem Italam contingere cœlo.

Item, imperio jam perjuram nauticum in Charonte quog notabis,

Quisquis es amarus, qui nostra ad litora tendis,
Fare age, quid venias. *Sato erat addidit,*
Jamque istinc: *& amplius*, Et comprime gressum.

Nihil sanè præterea potuit: nisi duros, Abi. Eorum vestitum pinxit Plautus in *Milite*, *eausiam illis ferrugineam & pallidum ferrugi neum* tribuens: Nam his color thalassius. Romæ certè *Nauticum* populus, in Circensibus, Veneto colori favebat, quòd is maris color esset: sicut viridis & prasinus terræ, cui proin terrestris & agricola plaudebat. Cassiodorus, *Transit Prasinus, pars populi maxet*: vincente prasino partem populi *nauticam* & maris commercia dedituam in mœrore fuisse sic indigitans. *Præcipit Venetus, & totius turba civitatis affligitur*: namque universa civitas vel saltem pars maxima Civitatis, prasino favebat. Juvenalis,

— *Etruscum viridis quòd populus pannis:*
Nam si deserere, maxima atonitiamq; videres
Hanc Urbem —

V. Salmasium *ad Solinum pag.* 903. & *hic passim*, ubi de *Circensibus, Factionibus* &c. Porro in turba Nautica ordines fuere, quorum tres Aristophanes *Ranis* indigitat, Θρανίτας, Ζυγίτας & Θαλαμίτας. Et quidem Θρανίτης vult Enarrator ejus fuisse remiges in superiori parte navis, qui quantum remos longiores trahebant, gravioreque labore vexabantur, à Triterarchis, præter stipendium publicum, donativum consequebantur. Stipendium autem publicum erat drachma in dies singulos. *Bovylus* idem in media, & Θαλαμίτης, in infima parte navis constituros ait. Sed cùm ista ad triremes solum quadrarent: mavult Bayfius per Thranitem, qui ad puppim remigat, per Zygitem, qui in media navi; per Thalamitem, qui ad prorain, intelligi. Quo pacto etiam in τετρηρεσιν & infra vel supra, triplici hic ordine remigum, ad quinquiremem esse potuit. His omnibus præerat Magister Navis, seu *Magister* absolutè &c. V. Laz. Bayfium *de Re Navali sub fin.* Nec omittendum, quod de incolis Taprobanes ait, refert Plinius, ad *navium, quas secum vehant, imitentes sapina*, non verò siderum, cursum, navale suum iter dirigere, *lib. 6. cap.* 22. De clamore eorum, dirimius *supra* in voce *Celeusma*. Sed & in *Commentariis* Archiepiscopatuum Acharnensium, Νεὼς πρὸς ἱερὰ legimus de μίλῳ quodam musicum & nauticum ΔρομικὸνΜέλος, de quo V. Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap.* 55. &c.

Nautica Ars, Statices beneficio, navem compingit & in mare vel fluvium deducit, ac in velificando felicius æquora ventosque fecat. Namque & extrui navem oportet ex hypothesi circuli, sic ut malus sit diameter ex navis centro estirgens: & navim Hieronis Regis, integri anni spatio confectam, quam & gemmis ornatum turba non parcit in mare deducere, solus Archimedes paucis demisit instrumentis; Usus nempe ad id cochleæ seu helicæ infinitâ, cujus vis τὸ ὑδὼρ συνάγει τὸ ὑδὼρ βιάζει κάτωθεν, *Datâ potentiâ datum quodlibet pondus movere:* (quo modo id sanè facilius fieri poterat, quam Βαρουλκὸν Heronis: quod est apud Pappum *Collect. Mathem. lib. 8. propos.* 10.) Et in velificatione tandem sive rudibus obliqua, non exiguus Statices usus est. Siquidem eò validius velocioque est navis motus, quò altius à centro summa antennæ alligatur: unde cùm naves remuleo trahuntur, non alligatur funis imo vel medio, sed summo malo; & cùm remotiffimus à centro clavus sit, eò validius cum fluctibus illidit navi, ejusque saburram atque onus propellit: juxta Mathematicorum axioma, *Virtus qua movet, eò fortior est, quò longius abest à centro.* Etiam Mechanices in re *Nautica* utilitatem indicat doctrina pyxidis *nauticæ*. Magnetis virtute ad polum confertæ: quem solum Johannes Goja Amalphentis (Alex. Sardo *lib. de Rerum Inventoribus*, dictus *Flavius Campanus*) reperit: Unde Anton. Panormitanus:

Prima dedit nautis usum magnetis Amalphis.

Goropio Becano inventum id Cimbris Teutonibusque vindicante, ut videre est, apud Ortelium *Geogr. tab.* 6. Sed & apud Arabas legas, anno Hegiræ 670. *nautas* Mecha per mare Rubrum in Æthiopiæ, ita Indiam vocant, proficiscentes, magnetico quodam instrumento, quod Canopum semper ostenderet, navis cursum direxisse: ut de aliis taceam, de quibus V. *supra* in voce *Navigatio*. Et hactenus quidem subalterna hæc ars Mechanicæ est sive Statices: At quatenus tranquillum navigandi tempus ex fideribus attendit, sub Astrologiæ locatur. V. Vossium *de Scientiis Mathem. cap.* 47. Quod de magnete modo dictum, confirmat idem *in Addendis operi præf.* docens, Europæos bene ejus usum non invenisse, sed didicisse à Barbaris. Sanè Vascus Gama, qui primus detexit prom. Bonæ Spei, in naves Barbarorum, quibus acui magnetem usus furet, incidisse legitur. Apud Sinenses etiam jam anno Ch. 1260. obtinuisse, colligi videtur ex Marco Paulo Veneto; quade re V. plurimus differentem Athanasium Kircherum *de Magnete, lib. 1. cap.* 1. Idem Vossius ibidem addit, eximium nautis usum esse tabularum Hydrographicarum; in quibus omnium maris ora, ut, in Geographicis, ifi exprimunt, sed solùm in li ore pe sita, præcipuè ad portus inveniendos, unà cum rhombis sive lineis *nauticis* ventorum indicibus. Iurerim Astrologiæ illam pluris à debere contendit: Præfertim si Veteres cogiremus, qui ante cognitam chalybodixin, noctibus tenebricosis fis ingenti periculo navigarunt: de die autem, vel illustri nocte Siconi navigabant ad Cynosuram, quia certior; Græci ad Helicen, quia clarior. Et quis pro sudicio etiam sunt naves, præfertim longum iter expeffentibus, (imò integras istiusmodi civitates in aquis fluctuantes, apud Sinenses, reperiri deprehendimus) Geometricis ac Astronomicis principiis *Naupego* opus est. In eveni se autem artem *Nauticam* rede dun

dantur Phœnices: ab his accepisse Ægyptii, ab illis Græci, ac primi ex his Cretenses, teste Plinio *ubi supra*. V. Hadr. Mettium Alexandrinum *Sphæricorum lib. 3. quo partim agit de Terræ dimensione ac dissimilibus per climata, partim de Arte navigandi*, & Voſſium de Idolol. lib. 14.

Nautis, adde: Hos sacrorum Minervæ administrationem ac Paliadii custodiam sibi vindicasse, tradit Schol. Virgilii *in versum* 704. *Æn. lib* 5.

Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit.

Vide de eorum familia Turnebum *Adversar. lib.* 26. *cap.* 17. ut & in voce *Nautes*.

Nautilos, alias *Pompilos*, piſcis eſt inter præcipua miracula: *Subjunxi in summa aquarum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissis omnes per fistulam aquas, inde exonerati sustinet, facileque navigat.* Poſtea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa mira tenuitate extendit. *Quâ velificante in aura exteris subremigans brachiis, media caudâ, ut gubernaculis, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine, cæ, si quid pavoris interveniat, hausta se mergens aqua*, Plin. *lib.* 9. *c.* 29. Ad quem I. V. Dalechampi *Notas*. Idem verò Plinius de *Nauplio* piſce ſimilia tradit, *cap. seq.*

Nazarei, adde: De prioribus prolixè agitur, *tito cap.* 6. Numerorum, *versibus ipsimis* 4, 5, 6. *Omnibus diebus Nazireatus sui novacula ne transibit super caput ejus usq; dum compleantur dies illi, quibus vovebit se Jehovæ Nazireum fore, sanctus erit, sinendo crescere comam capillos capitis sui. Omnibus diebus, quibus se Jehovæ Nazireum fore vovebit, ad cadaver mortui ne accedito*: Et in prioribus. *Omnibus diebus Nazireatus sui, ac nulla re, qua sit ex vite vinifera, vel ipsis nucleis acinorum & cute comedito.* Eorum autem, qui ad tempus fe hoc modo feparabant, *Nazireatus* diebatur *Nazireatus dierum*, qualis erat Pauli Apoſtoli, & quatuor cum illo Virorum, de quibus Actorum *cap.* 21. *versu* 24. Qui in perpetuum, *Nazireatus seculi* qualis Simſonis, Judicum *cap.* 13. & Johannis Evangeliſtæ fuit. Numerus dierum, quouſque ſe prioris generis *Nazirei* ſeparaverint, in Sacris Literis expreſſi non eſt: Hebræi tamen Doctores ad tricesimum usque dem extendunt, occasione Joan. *cap.* 6. *vers.* 19. ubi Græcum πενθῆς τριάκοντα *stadia* vocabulo dicunt triginta dies continere, Schindelius *in Pentaglot.* Thom. Godwyn *ex Rittibus Hebr. lib.* 1. *cap.* 8. V. etiam infra.

Nazarei, quoque Chriſtiani, adde: His nomen id hæſit, a voce נצר *Natſar*, unde *Nazareth*, oppidum Galilææ, CHRISTI fan ctiſſimâ conceptione myſteriorumque plenissimâ educatione insignis; & ipſe *Nazarenus* dictus, Matthæi 2. *versu ult.* & qui ejus doctrinam ſequuntur, *Nazarei* ſunt, Actorum *cap.* 24. *versu* 5. ubi Paulus Apoſtolus *Principem Nazarenorum ſectæ*, à Tertullo appellatur coram Felice Præſide. Poſtea vox degeneravit, iisque dari cœpit, qui, ad imitationem Samaritanorum, Judaicas ceremonias cum Ethnicorum ritibus miſcentium, Chriſtum cum Moſe, Legem cum Evangelio, Baptiſmum cum Circumciſione confundere non dubitarunt. Horum jam actor is primordia videntur initia ejus, *versu* 11. ubi legimus: *Vero quidem, quo ad electionem erant, à Judæa, dilectum Fratres*, & dicebant, *Nisi circumcidamini ritu Mosis, non poteſtis ſervari*. Dicti autem bi *Nazarei* ſunt, à Judæis, vel odio diſcipulorum Chriſti, quos hac ratione magis exoſos redditum iri ſperabant; vel à priori conditione, quòd prius quidem veri *Nazarei* ſeu Chriſtiani eſſent, poſtea verò à Petro Judaizante ſeducti fuerint, Gal. *cap.* 2. *vers.* 11. Quare factum, ut Eccleſia Antiochena, *Nazarenum* his nomine tectio, *Chriſtus nomen* adoptet ne quis putet, ſe cum his quibus ſe comparat, fore.

Actorum *cap.* 11. *versu* 26. Symmachus poſtea celebris ille Vet. Teſtamenti Interpres inſignis Sectæ hujus hyperaſpiſtes fuit, unde *Symmachiani* iidem ſequenti ævo dicti ſunt, Auguſtin. *c. Faustum Manich. lib.* 19. Quos non minori, ac Samaritanos olim, odio proſequuti Judæi, quotidie tribus precationis temporibus, mane, meridie ac veſperi, ſolenni hac formulâ, *Maledicto domino Nazaræo*, eluntere ſolunt legunturi. Vide Epiphanium *Tom.* 2. *Hæres. lib.* 1. *Hær.* 29. Franc. Junium *Parallel. lib.* 1. 8. Thom. Godwynum *loco prad.* Et de *Nazaræis*, qui, quòd à Canone Pentateuchum, velut minus divinum, reſecarent, à voce נבל *abolevit, reſecuit*, nomen accepere, iterum Epiphanium *lib.* 1. *Tom.* 1. *Hær* 18.

Nazaritus, Aſſyrius, memoratus Alexandro, apud Clementem I. *Strom.* Pythagoræ inter alios, in Ægypto, Præceptor fuit: quem Ezechielem Propheten fuiſſe quidam literum, de ejus ſententia, ita Joh. Seldenus *Synt.* 2. *de Diis Syris cap.* 1. *Certè insigniter, nemo unquam dubitavit, Ezechielem & Pythagoram inter* 50. & 51. *Olympiadas ſimul floruiſſe docet. Ideo & Nazaritus ille quem Ezechiel fuerit, non adversatur tempori ratio, & is est ipse Ζαθραυστ, quem à Malcho, in Pythagora vita, appellatur ejus Præceptor. Nec Conr. Rittershusius aliis, quam in Nazaræo. Zabratum ibi quarere debuit. Corruptus igitur eſt, aut Malchi id eſt. Porphyrii (nec enim alius is Auctor eſt, quod ex Eunapii vita Porphyrii & lib.* 3. *Cyrilli ad V. Julianum, unde & Malchum Rittershusianum, & emendes & augeas, facilè deprehendimus) aut Clementis codex. Reſcribe igitur aut in Malcho* Ναζαραῖον, *aut in Clemente* Ζαθραυστ. *Malim Clementem emendes. Nam* Ζαωρᾶτος *Pythagoræ Præceptor memoratur apud Plut. in ἐκδ. τ' ὁν πλατῶν ψυχαγωγίας. Anne Zaradum voluerit Scriptores illi? id eſt, Zoroaſtrem Magum: qui Zaradas etiam dictus eſt. Teſtes ſunt incuntes ſtimi. Theodoretus Serm.* 9. *& Agathias Hiſt.* 2. *Certè Pythagoram, Zoroaſtris ſectatorem ſtirpi, ut dicit Apuleius, ſanè arbitrati, atq; illum, cujus doctrinam magis ſubtilitèr Philoſophus, Præceptorem ejus poſtea tas for jan æſtimabat. Audire Zoroaſtrem non potuit, quippe eo aliquot ſeculis poſterior.* V. Georg. Horn ium *Hiſtor. Philoſ lib* 3. *cap* 11.

Nazarenus, à נצר per *Zcade*, cognomen DOMINI NOSTRI, ob educationem in oppido Nazareth inditum, Matthæi *cap.* 2. *vers. ult.* Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν Προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Et *venient* (Joſephus cum Maria & puero JESU) *habitavit in oppido, dicto Nazaret. ut impleretur quod dictum eſt per Prophetas*, & Nazarenus *vocabuntur*. Ubi, quo pacto intelligenda ſint verba illa, *quod dictum eſt per Prophetas*, hæreut Interpretes. Chryſoſtomus in h. l. indubitanter ſcribit, Prophetarum ſe Prophetas, quod & evangeliſta laudat, jam non exſtare: multorum etiam veterum Prophetarum ſcripta, vel propter Judæorum incuriam, vel propter Barbarorum in Judæam impreſſiones, periiſſe. Verùm, ſi tempore illo, quo Matthæus ſcribebat, deûderabantur Vates illi, qui laudantur, quæri poteſt, cur teſtimonio utatur Evangeliſta Auctorum admiſſorum? Sin rempore illo adhuc horum Propheratum ſcripta ſuperarent, difficile creditu eſt, libros horum Prophetarum prohibere ſervari ab interitu non poruiſſe, quum Eccleſia Dei, cui vivia oracula præcipuæ ſemper curæ fuere, & vitæ ipſa chariora (quod declarat inprimis hiſtoria rerum geſtarum adversùs eos, qui *Traditores* ſunt dicti) omnes perſecutiones & calamitates elucrata, fuerit tandem ſervata. Fortaſſe igitur melius fuerit, credituri ejusdem Patris obſervationem huic Matthæi loco accommodare. Obſervat is enim uno in loco, verba illa, τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, *hoc ſcriptum eſt*, & ſimilia in novo Teſt. ſæpiſſimè adhiberi, non aliter accipi debere, quoniam eorum, quæ ſic laudentur, alia verbis iisdem aut non diſſimilibus, ſcripta reperiantur, ſed rebus ipſis tantùm expreſſa; aut ipſo eventu confirmata deprehendi. quæ ſcripta nusquam extent: hoc de illis dicatur, *ut ſcriptum eſt*. Hinc Idem *ad vers* 9. 1. *ad Corinth.* Καθὼς γέγραπται· ἃ οὐκ ὀφθαλμὸς εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος· *At ubi hæc ſcripta ſunt? Dicitur* ſcripturum eſſe alloqui, *etiam tunc, quando non verba illa, ſed rebus ipſis expreſſum fuerit in hiſtoria: cum quando non ſit quidem eſſ expreſſa, licet verbis non iisdem. Et Homil.* 41. *ad quosdem Epiſt. cap.* 15. *vers.* 45. Καὶ οὕτω γέγραπται, πνεῦμα γέγονεν· ἀλλ' οὐκ ἐστὶν, ὃν γέγραπται· ἀλλ' ὃν τὸ πνεῦμα ἐνδείκνυται κατὰ μετάβασιν, ὅταν τὰ ὑπ' αὐτοῦ συνεχῶς πραττόμενα, δι' ὧν μὴ πλατα ἐν βίβλοις ἔχομεν λαβεῖν. Hinc ſatisfactione ſi ſtuti volumus, in explicatione loci Matthæi, neque eo fuerit opus effugio, ut dicantur perſiſſe Prophetæ hic laudati: neque in anſi labore quærendum hoc vaticinium in veteri Scriptura. Nam verbis quidem ſcripturam nuſquam legitur, Chriſtum vocarum iri *Nazarenum*: at invenitur Ὅλῳ τῷ σώματι κεκήρυκται, ut loquitur Chryſoſtomus, id eſt, *rebus ipſis expreſſum*. Ut ſi quis crumenam auro plenam amici collo appenderet, aut in ſinum illi conjiceret, nec tamen verbis exprimeret, ſe hoc ili donum dare, quum revera tamen daret; veré dici poſſet, donaſſe illi id munus, utut formulâ datibus ſolenni abſtinuiſſet: ſic, veré dici poteſt, præditum atque ſcriptum fuiſſe, Meſſiam hoc vel illo nomine fore appellandum, ſi ita nominatus reperiatur in ſcriptis Prophetarum. Quod igitur Matthæus ait, præditum fuiſſe, ut Chriſtus appellaretur *Nazarenus*, ex Eſaiæ *cap.* 11. *vers.* 1. & Zachar. 6. *vers.* 12. communi illi loco, ſatis conſtat. Auctor ille Hieronymus non uno loco, oppido *Nazaret* fuiſſe id nomen inditum, ab Hebr. voce נצר, quam alii *ſurculum*, alii *florem*, interpretantur. In illo, quem indicavimus Iſaiæ loco, Meſſias diſertè vocatur *Neſſer*, id eſt, *flos*, ut vetus Interpres vertit, & Græci ἄνθος. Et conſentit Hieronymus, ſcribensad Marcellam: *Ibimus ad Nazaræos, & ſiſtata interpretatione nominis ejus, florem videbimus Galilææ.* In loco Zachariæ expreſſa verba dicit, nomen Meſſiæ fore *Germen*, שמח *germinans*. Etſi autem nomina ſint diverſa, *ſurculus* ſive *flos* & *germen* ſunt tamen ſignificatione affinia, & ut Græci dicunt, *τὰ αὐτὰ ἰσόπεδα*, cujusmodi nomina ſæpe permutari ſolita, ut alterum proultero ponatur, nemo eruditus dubitare poteſt. Græci Critici appellant Metaleſin duplicem, vel triplicem: ut cum γλαῦξ, quæ vox *oculi pupillam* ſignificat, ponitur pro *puella*: quæ pupilla oculi etiam κόρη, *puella*, dicitur. Sic in illo Poetæ, ἧϊε κούρη, vox γλαῦξ ponitur, cum vox τὸ κόρη, per iſtiusmodi figuram, quam catachreſin explicat & Vetus exemplis illuſtrat Euſtathius *ad verſum Poetæ II. a.*

Σπάνιαι λαείων ὁμοίως μεταλήψεις.

Quare nihil mirum, ſi Prophetia præſer im ænigmatica, promiſcue has voces fuiſſe uſurpatas. Il. Calaubonus *Exercitat c. Baronii II. n.* 2. Spanhemius tamen loco hoc, ubi Ναζωραῖος ſignantet Chriſtus, non verò Ναζαρηνὸς vocatur, hic ad votum *Nazaræus* reſpexiſſe vult Evangeliſtam: concedens interim eum alibi Ναζαρηνὸν vel ἀπὸ Ναζαρὲτ appellaſſe, quando Spiritus S. non directè ad hoc myſterium reſpiciat, id quod probat pluribus, *Dub. Evangel. tom. II. Dub.* 87. & *ſeq.*

S. Nazarii, vulgò *S. Nazere*, vicus ell Galliæ, reliquiis *Nazarii* Martyris, uti vulgò creditur, & veteri Monasterio seu Abbatiâ insignis, ad Ligerim, in pago Namnetico, non procul ab ostio fluvii, sive à vico Cruciaco, *le Croisic*, & à castro Grannonensi *Garande* vel *Guerande*, in Britannia min. Ejus meminit Gregorius Turonensis lib. *de gloria Martyrum*, *cap. A. C.* 1080. *In territorio urbis Namnetice, in vico quodam supra ri vum Ligeris B. Nazarii reliquiæ continentur* &c. V. Valesium *Not. Gall.*

Naziræus, Hebr. נָזִיר *separatum notat*; peculiari vis. sanctitate à reliquis discretum & certo vitæ generi ac ordini adstrictum. Unde, קָרְבָּן *tales dicit, munus ac domum*, quasi Deo consecrati. Erant hi vel *Nativi*, qui seu Dei jussu, seu Parentum oblatione, ante nativitatem eorum facta, tales erant: Ut Simson, Judicum *cap. 13. versu* 3. alii; vel *Votivi*, qui proprio voto scipsos facrabant idque fere ad certum tempus; quod si expressum non esset, menstruum erat, ut Judæi colligunt, ex Numerorum *cap. 6. vers.* 5. Erant autem hæ *Naziræatus* Leges, ad humiliationem & abnegationem sui facientes. I. *Ut abstinerent vino*: quod ad ipsas uvarum pellicolas & acinos Hebræi extendunt, omnisque potu inebriante, שֵׁכָר, qualiscunque ille liquor, ac tandemque exprimus fuerit. II. *Ut comam alerent*; tantâ quidem religione, ut nepilum quidem unicum abradere vel evellere fas foret, nisi tempore voti peracto. Quo facto attondebantur, oblatoque sacrificio votivam cæsariem (unde ad Gentiles mos transiit) tanquam rem sacram, in peculiari Templi concavi coacrebandam. III. *Ut ad cadaver mortui non accederent*, Num. *cap. 6. versu* 2. 10 Quod & Pontifici interdictum legitur, Levit. 6. 21. v. 11. Quòd si proinde improvisò mortui vel morticini attactu polluerentur, votum redintegrandum & de novo *Nazireatus* tempus implendum erat. Veltem quod attinet, an & illa *Nazireis* peculiaris fuerit? id quidem nullibi legitur. Nam quod de Johanne Baptista dicitur, cum habuisse *vestimentum suum ex pilis camelinis & zonam coriaceam circa lumbos suos*, Matthæ. 3. *vers.* 4. id non *Nazireorum*, sed Prophetarum, ac præsertim Eliæ, exemplo factum eft. Unde Elias describitur, *Homo pilosus & cingebat pelliceo accinctus lumbos suos*, 2. Reg. c. 1. v. Icon. Zachariæ c. 13. v. 5. & Matth. c. 3. v. 15. Aliquam tamen eorum cum Prophetis in vestimonio convenientiam fuisse fortè à vero non plane abludit. Quæritur hic inprimis de Josepho Patriarcha, de Samuele Propheta, & de DOMINO NOSTRO, an & illi *Nazirei* fuerint? Resp. Primum, cùm Lex illa tum nondum fuerit lata, non quidem *Nazireum*, sed eximium inter ftatres consimque coronam fuisse ac decessi quod innuitur, cùm appellatur נְזִיר אֶחָיו Geneleos *cap. 49. vers.* 26. & Deuteronom. *cap. 33. vers.* 15. Secundum autem veré *Nazireum* fuisse, ex matris voto, 1. Samuelis *cap 1. versu* 11. *Si dabis ancillæ tuæ femen masculum, dabo ipsum Jehovæ omnibus diebus vitæ ejus; & non ascendet novacula super caput ejus*. v. 22. & 28. Licet autem appellatur vir נְכִבָּר *honoratus*, 1. Sam. *cap. 9. vers.* 6. & in scripturæ conviviis hominum veratus fit, *cap. 9. v.* 13, 23, 24. ac Israëlem judicasse legatur, 1. Sam. *cap. 7. vers.* 15, 16, 17. CHRISTUM vero SERVATOREM nostrum quod attinet, si externum votum spectes, *Nazireum* non fuit, cùm vinû biberit & mortuos tetigisse legatur: nec *Nazireus* à נזיר per Zain, sed *Nazaræus*, à נצר per Tzade appellatus est, quæ vocabula totâ radice differunt. Fuit autem *Nazireus* spiritualis ac longè sanctiore modo, cùm à peccatoribus *separatus* ac sanctissimus fuerit, *Ponitfex plus sene visio non cognominatur, separatus à peccatoribus & altior cœlis factus*, Hebr. *c. 7. v.* 26. Quæ quis incomparabilis sanctitas, per typicum *Nazireum*? Veteris est interpretri sanctitate fuit adumbrata: cum quo nos omnes quoque *Nazireos* & Deo peculiari religione sacros, ac à Mundo diversos esse decet. *Nazireatus* autem veri disciplina est, curare per omnem vitam sobrietatem & humilitatem ac incumbere iis rebus, quæ ad regnum Dei & justitiam ejus adipiscendam faciunt. Ut fructus sint illi, qui partem Ecclesiæ tantum sanctam nuncupant & Monachorum futorum vota ac institutа cum sanctimonia Vett. *Nazireorum* cunt comparatum. Vota enim utrobique minimùm quàm disparia sunt: & quæ ab hisce vovenrur, pleraque superyacanea sunt, neque ullo divino præcepto, quale de *Nazireis* Vet. Teit. legimus, nituntur. Franc. Burmannus *Synop. Theol. Lib. IV. cap.* 10. §. 1. & *seqq.* V. quoque Frid. Spanhemium, *Dub. Evangel. part. II. Dub.* 93. 94. Cœterùm *Nazireus* genus quoddam Monachorum, vel Ingens, *Sacerdotium*, etiam apud Turcas esse, docet Laonicus Chalcondylas *l. 7.* ex cæsorella *Nazireorum* vett. fine dubio ortum. *Nazireis* verò Vet. Teit. affines erant Rechabitæ, qui à parente suo Jonadabo, filio *Rechabi*, peculiaria quoque vitæ institura varia acceperunt, uti legimus Jeremiæ *cap.* 35. Sed de his V. *infrà*.

NE.

N. C. C. in notis antiquis, *non calumniæ causâ*: N. E. G. *Negotiator*: N. F. C. *nostræ fidei commissum*: N. F. N. *nobili familiâ natus*: N. H. *notus homo* &c. denotat, Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Anglic.*

Ne valeam, apud Martialem *lib. 2. Epigramm. 5.*

Ne valeam, si non vis, Dotiane, dicbus,
Et tecum tolis noctibus esse velim.

Et *lib. 4. Epigramm. 30.*

Ne valeam, si non res eft gratissima nobis,
Et volo te charis inseruisse meis.

Formula jurandi, execrandique, Romanis in usu, cui fimilis *Dispeream*, apud eundem *lib. 1. Epigramm. 40.*

Dispeream si non hic Decianus erit.

Neanicologi, alii legunt *Neanilogi*, vulgò *Neanici*, hoc ex Νεανίας &c., apud vet. Interpretem Juvenalis *Satyra 8. versu* 190. *Planipedes audit Fabius Nobiles Neanicologa vel Neanilogia*. Iidem cum *Areadogis*, quo nomine scurræ olim sui coprix, id eft, homines putidè gloriosi ac jactabundi dicti sunt. Juvenalis,

— — *Ut mendax Areadagus.*

Quòd enim multa falsa de suis virtutibus prædicarent, ad rifum tollendum, fic furrarum quoddam genus appellatum esse, docet Suetonius *Augusto*. Idem *paradoxologi* appellati sunt, de qua voce V. *infra*, & supra in hanc rem fupra, in voribus *Cloacinus*, *Caprea*, *Myiæ* &c. Salmasius *Not. ad Tertullianum de Pallio cap. 4.*

Neapolitanum Regnum, adde: Gensin rebellionem maximè prochvis, ut quæ intra annos 460. vicies octies contra Principes suos insurrexit. Et quidem famosa eft imprimis duplex rebellio, quarum prima incidit, in A. C. 1570. de qua Thuanus *Histor.* altera A. C. 1647. cum præcator quidam, Thomas Angelus, five, ut Itali loquuntur, *Mas Angello*, totam civitatem Regni metropolim, horribili tempestate ac tumultu commovit ac plusquam 200000. civium folo nutu gubernans, pro arbitrio dominatus fuit, cùm Dux *d' Arcos* Prorege magebat. Duravit hæc rebellio non amplius 10. diebus, intra quos *Mas Angello* brevi fumi, fed ita absolutum, ut vix par invenias, imperium, à fcariis occisus, terminavit. Cujus rei historia extat à variis defcripta, totque miranda ref ra casi bus; ut *nisi* nostris temporibus accidiffet, fabulis potuiffet adnumerari. Quatropter Reges Hispaniæ, cùm *Neapolicanos* vulerent, tanquam ferocem aliquem & effrenem equum, levissimo impulsu in furorem & cursum abripi, nam etiam *equo effrani* pro insigni & symbolo utebantur; tribus castellis firmissimis, tanquam frenis quibusdam ac ephippiis, ferocientem hunc equum caltigarunt, & fessorem b. e. Regem suum, pati docuerunt. Quemadmodum ea de re Traianus Boccalinus pluribus vicibi potest. V. Georg. Hornium *Orbe Politic. Part. I. pag.* 99. & 60. Nec omittenda *Neapolitana*, nempe *Neapoli* olim Inftituta Quinquenalia & fasta & Mufica quæ agonem ærarbo dicit esse *ἀνάπαυλα τῶν ἀγώνων τῶν ἐν Ἕλλάδι*, *lib. 5.* An eadem cum iis, quæ postea apud Surrentum celebrata fuere, *Parthenopæorum* nomine? de quibus Statius *lib. 3. Sylvæ 1. versu* 151.

— — — *videtq; benigna*
Parthenope gentile facrum, nudosq; virorum
Certatus, & parva sua simulachra coronæ.

Ad quem *l. V.* Barthium, adde Per. Fabrum *Agonift. pag.* 646.

Nebilas, apud Benjaminem *Itinerar.* Sichem eft. Sic enim is נבלש היא שכם *Nebilas & Sichem*, oppidum Samariæ olim celebre, alias *Sichar* quoque, quodà Samaria distabat, duo miliaria, feu duas leucas, ut arias Montanus, apud Benjaminem Tudelenfem vertit. Atque ita quidem fenfit olim Hieronymus, qui proin Joh. *cap. 4. versu* 5. pro *Sichar* legi voluit *Sichem*, V. eum in *Epitaph. Paulæ Matris*. Idem tamen Vir fummus alibi utramque appellationem agnoscit ac deoque ceu nomina diversorum locorum, *Sichem* & *Sichar*, recenset, de *Locis Hebr. lib.* 10. fecutus in eo, ut fere in toto illo libello, Eufebium, cujus verbis, ex verfione Hieronymi, illa funt: *Sichem* (liber vetus Hebræi Biblioth. Reg. Gall. *Sychar* habet) *& Sichar que Latine & Græce Sicima vocata eft, civitas Jacob, nunc deserta eft. Ostenditur autem locus in suburbano Neapoleos, juxta sepulchrum Joseph, quam subvertit Abimelech, & feminavit in salsuram, sicut in libro Judicum scriptum eft. Postea vero instaurata eft Hieroboam, ut Regnorum narrat historia: & fitaeft in finibus tribus Ephraim. Sed & filius Emmor appellabatur Sichem, à quo & locus nomen acceperat. Fuit autem & altera Sichem, in monte Ephraim, civitas fugitivorum.* Hæc de Sichem: fequitur de Sichar, Eufeb. *Sichar* (ita quoque in accuratiff. Chryfoftomi editione & apud Anaftum Paraphrastem) *οὐδὲ τὰς Νέας πόλεως, πλησίον ἡ χωρὶς κτλ.* ex verfione Hieronymi, *Sichar, ante Neapolim, juxta agrum quem dedit Jacob filio fuo Joseph in quo Dominus nofter atque Salvator fecundum Evangelium Johannis, Samaritanæ mulieri ad puteum loquitur: unde nunc Ecclesia fabricata eft*. Unde videmus tam Eufeb. quàm Hieronymum & Sichem & Sichar collocare ad Neapolim: at qui poltetius fcripferunt, ipfam Neapolim diverunt effe Sichem, inter quos Benjamin laudatus, cujus *Nebilas* eft ipfiffimum nomen Neapolis, fed depravatum, ut fexcenta apud Syros & Arabes quibus folemne eft literam, in b. vertere, Cafaubon. *Exerc. XIII. Num.* 28.

Nebo, feu *Nabo*, idolum olim Affyriorum, cujus oraculum consuli consueviffe, docet Hieronymus in *Ef. cap. 46. v. 1.* & *ipsum idolum*, quod *interpretatur Prophetia & Divinatio*: ubi nominis fimul etymon aperit. Proximum id dignitate Beloe erat, unde ficut *Belus* Sol, fic *Nebo* Luna fuiffe videtur

Vossio *de Idol. l. 2. c. 8.* ubi plura hanc in rem. Uti verò aliæ Numinum appellationes, ita *Nabo* quoq; in virorum Principum nominibus inveniitur, ut *Nabonassarus*, *Nabuchodonosor*, *Nabuzaradan* &c. *ibid. cap. 22.*

Nebridæ, nomen familiæ, quam in Attica collocat Arnobius *lib. 5.* de Cerere errabunda & filiam quærente, *Orasin venit ad Atticas, tritice & attulit fruges? Nebridarum familiam pellicula cohonestavit himulei & illud spectaculum maximum Bauboniis in ingambilus rito.* Sed falso, in Coo Ins. enim floruit hæc familia, è qua Hippocrates oriundus, uti discimus ex Stephanojo *Kos.* Itaque Arnobius vel Auctor ille, unde sumpsit, quem legisset Νεβρίδων familiam in Coa Ins. eam in Atticam transtulit, quia Cereris sacris qui initiabantur, hinnulei pelliculâ, quam Græci νεβρίδα vocant, cingerentur. Bacchus enim vel Jacchus, in illis initiis Cereris Atticis, simul colebatur, cujus ministri & Bacchæ νεβρίδας gestabant, ut ex infinitis Auctorum testimoniis constat: unde νεβρίζειν & νεβρισμὸς, in qua voce V. Harpocrationem. Attulla propria fuit *Nebridarum* in Attica, uti Eumolpidarum familia: sed omnes, qui mysteria ista suscipiebant, νεβρίδας induebantur. At Νεβρὶς ea in Coo, non ab ulla *nebride* aut pelle hinnuli appellati, sed à *Nebro*, familiæ primo auctore. Sic enim & in aliis urbibus notissimæ familiæ à suis auctoribus nomina perpetuarunt: Athenis, *Eumolpidæ*, in Thessalia *Alevadæ* & *Scopadæ*; Corinthi, *Bacchiadæ* &c. V. Claudium Salmasium *Exercitation. Plinian. ad Solinum pag.* 864.

Nebris, adde: Apud Statium *lib. 1. Sylv. 2. versu* 226.

Hic chelys, hic flavo nitidum suspensa nebrida tergo,

Barthius pellem tigris interpretatur Hesychius vero cervinas pelles exponit. Sic Ovidius *Metamorph. lib. 6.*

Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
Sithonia celebrare nurus. Regina, Deique
Ritibus instruitur, furialiaq; accipis arma.
Vitis caput tegitur, lateri cervina sinistro
Pellera dependent ——

At Bacchas gestasse pelles damarum, sic dictas, tradit Lutatius *ad Thebaid. lib. 2. versum* 664. Erantautem illæ variegatæ multis maculis, qualestigrium, si non hæ ipsæ. Eas insuper *auro aspersas* ait idem Statius *Achilleidos lib. 2. vers.* 42.

——— *Nebrida fulvo*
Ille auro.

H. e. hinc inde auro variegatas. Unde Claudianus,

——— *latusq; simul procedit Jacchus,*

Et

——— *quem Parthica velat*
Tigris & auratus in nodum colligit unguet.

Cujusmodi maculis, uvarum varios colores indigitatos fuisse in Bacchicis hisce sacris, docet Eustathius *in Dionysium Periegetem versu* 702. Ζάκυνθος ἡ νεβρίδων ἐπὶ σπέρον βακχίοις. Ἰσέον δὲ, ὅτι ἐν βάκχαι αἱ ἢ Διονύσε ἱερεῖαι, εἰς μυστήρια ἐκάλουν. σημεῖα δὲ αὐτῶν ἦ οἱ εἰς ὀλολυγμὸν ἐγείρειν. Αἱ δὲ Διονυσιακαὶ νεβρίδες, τὴν ἔ ποικίλην ἐσχήκασι πίστιν? ποικίλαι γὰρ ἦσαν αἱ Νεβρίδες, ἢ ποικίλαις ἦσι κέχρηνται. V. præf. Casp. Barthium *Animadversion. ad Papin. Statium* passim & supra in voce *Nebrida*. Nec que verò Bacchæ tolam, sed & qui Eleusiniæ Cereris sacris, in Attica, initiabantur, *nebride* cingi consuevere, uti dictum supra in voce *Nebrida*, cum mysteria hæc Cereris & Jacchi communia effent. Unde *Epigramma* Phalæci ἀνάθημα τοῦτο, quo continentur omnia instrumenta Bacchica, ab Evanthe dedicata, fic habet:

Στέφανοι βακτηρίαι ἰρὸν θιάσοι κώνοι,
Καὶ τύμπανα μαρμάρεα σκεύη ἀγκάλεα.

apud Salmasium *ad Solinum pag.* 864. V. quoque eum *pag.* 221. & 224. ubi νεβρὶς Græcis proprie fuisse anniculos cervos docet. Cœterùm de antiquissimo vestiendi modo, qui pellibus fiebat, dicemus infra in hac voce.

Nebuchadnezar, adde: Cum hoc recentiores Judæi Hadrianum Imp. comparant, quiad diem 9. mensis *Ab* (qui circa Julium nostrum) edicto vetuit, ne *Judæi ingrederentur Jerusalem*: unde in Kalendario Judaico, ad diem hunc fatalem, Adrianea hæc Terræ interdictio inprimis annotata est, quamvis & de multo vetustioribus ejusmodi interdictionibus aliquot, cunctis velut ad eundem diem attinentibus, decretum illud fumi possit. Hinc in diei hujus Ritualibus, hymnus est, in quo quidem *Nebuchadnezar* & Adrianus (quem illi אַדְרִיָנוּס ieri bunt) vetusti miteriarum similium auctores multorties memorantur, semel tantùm in eodem Vespasiani & Titi nominibus adhibitis, fed Adriani ut *Nebuchadnezaris* quasi vices, alternatim ad hunc modum, *Machzor part. I. fol.* 189. *col.* 1. *Recordare Domine, qualis fuerit nobis Nebuchadnezar, qui punivit nos ut veneficos, ipse augurijs usus, præstigiatorum instar, disciplinâ extraneâ infatuatus & consulens Teraphim. Recordare Domine, qualis nobis fuerit Andrianus* (pro Adrianus) *crudelitatis consilia amplexus consuluit ibi dolose per vertentia & combustis quadringentas & octoginta synagogas.* Cujusmodi alia ordine infunt continuo, uti & memoria Principum illorum, à quorum utroque calamitates eodem die Judaicæ evenerant, in quibus etiam è patria seu Palæstina integra, exiliu*m. V. Joh. Seldenum de Synedriis Vet. Hebr. in Addendis Lib. II. pag.* 727. & 728. De hoc autem interdicto plura suprà ubi de *Judæis*.

Nebula, inter meteora infimæ regionis notissima, memoratur Plinio *lib. 2. cap.* 60. quam denfam in bello maximi momenti esse, discimus ex Livio *lib. 22. cap. 4.* ubi de Flaminio Conf. ab Annibale circumvento *Eo magis*, ait, *Romanis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo quam mansibus destitor jederat, asminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter se satis confpicta, unique magis pariter deconcurrerent. Romanis clamore prius undique orto, quam satis cerneret, se circumvenum esse, fensit &c.* De *nebula* Dius Homericis circumfusa, V. infrà in *Orcigalea*. In *Fragmentis* Petronii, *Putâm prostare nudam in nebula linea*; Ita enim legendum, pro *lanea*: Vestis tenuis ac subtilis est, sic dicta, quòd transparcat lubilla corpus, ut colchum sub nebula. Hesychius, Φᾶρος, ὑφάσμα. Fulgentius *Mythol. lib. I. Afferunt itaque sirmate nebulofo lucida terre viragines, &c.* Quidam *Nebulonis* cognomen vocat ὁ ἐγκὰ ἐκ τὰ ἀναξίου) ὁ ἐπίκλην τὸν μονοκῶλον. Hesychius & alii, Λακωνικῶς ἐγκὰ, Laconica tunica. Ita *Coæ vestes* apud Horatium *lib. 1. Sat. 2.* arancarum modo textæ. Plinius *lib. 6. cap. 17.* bombycinas factas ait, ut *in publicos matronæ transluceas*. Ammianus *lib. 14. Sudans sub pomeridius tacernarum, quas collis insertas singulis ipsis adnectimus, nimis subtenimum tenuitate perfabiles*, du Freine *Gloss.* V. quæ de his prolixiùs discimus, ubi de *Pellucidis* vestibus. Nec omittendum quòd ifthusmodi nebulis circumfusi pro uxoribus has habuerint Mogolem Monteasque ducentes, fpectare, aliisique, quos interiori amicitiâ dignatur, quandoque fpectandas exhibere consueviffe, annotat Joh. Baptista *Tavernier liber. Ind. Sed & Nebulæ* apud recentioris ævi Scriptores panes tenues. Gloss. Bibl. MSS. *Tipsanas panes, qui dicuntur nebulæ.* Gloss. Lat. Gall. *Nebula: Oublée, mente.* Gloss. MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Fabricæ buccellæ, quas fiunt super ferrum, in nebulæ. Erat mus in Gracismo,*

Aeris ex imbri, nebulæ de flumine furgunt,
Ac panis nebula illi subtilissimus erat.

Bernardus Mon. in *Consuet. Cluniac. MSS. cap.* 77. & ex eo Udalricus *lib. 1. cap.* 49 *Vel ea, quæ in ferramento caraciberato de confperfione farinæ tenuissimæ fiunt & ab hominibus Romanæ linguæ* Nebulæ, *à nostratibus appellantur Oblatæ.* Veteres Statuta Canonicorum *S. Quintini*: *Ad postmeridiem debet nebulas & oblatas & mortum & vinum Præp. debet ligna & sal.* Infrà, *Debet habere unumquoque privatus* to. nebulas & *oblatas*. Et Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis, ubi de festo Purificationis: *Et ad incipiatur, Proni creator, proficiuntur per familiares Thesaurarii existentes in deambulatoriis inferioribus turrii, ante Crucifixum fallet inferiores, & quam poterunt infra chorum folia quercuum*, nebulas & *flappas ardentes in magna quantitate. Et à Gloria in excelsis, emittent volare versus chorum aves parvas & mediocres cum* nebulis *ligatas ad tibiam, in competenti numero & continuatum præmissa, usque ad Officium Missæ, necessitum, nisi dum dicetur Evangelium. Et hac omnia sunt exposita Thesaurario & Capitulo, aperti partibus.* Qui quidem ritus in aliquot Galliæ Ecclesiis etiamnum obtinet. V. Joh. Bruyerium *de Re Gibar. lib. 6. cap. 9. pag.* 420. C. du Freine *Glossar.* & infrà, in voce *Oblata*.

Necepsò & Petosiris, Astronomi antiquissimi: Firmicus *lib. 4. cap.* 16. ex Salmasii lectione, *Sic & Necepsò, Ægypti justissimus Imperator & Astrologus valde bonus, per tres libros Decanos, omnia vitia valetudinisque collegit, offendens quam valentiorem quis Decanus efficeret, & quid natura, aliâ Anatura vincitur, & quia Deus fecit, quemve alius Deus vincit, ex contrariis ideo natura, cum contrariis potestatibus omnium agritudinum medelas divina ratione magisterijs invenit*, &c. Ubi Deum, h. e. *Decanum* esse appellatum ἀφ' ὁρῶ ὅτι, qui nascentiæ præest, innuit, & vetustissimam eorum observationem, ac cum ipsis γνησιωτάτως ineunabulis apud Græcos & Chaldæos natam esse, indigitat. Vide suprà ubi *de Decanis Dii*.

Necessitas apud Vett. Ἀνάγκη Græcis dicta est, quidquid animantium fuæ fponte esse non patitur. Ira, dolor, voluptas, mœrus, aliaque animi *motus*, totidem illis fuere ἀνάγκαι. Et enim animi affectus rapiunt nos ac trahunt, quò ire nolumus. Sed & cum aliquid facere cogimur aut pati, præter animi voluntatem, id etiam ἀνάγκη. Unde ἀναγκαστὸν & ἀναγκαῖον dicti, qui non ad libitum fuum, fed alieno arbitrio, comederent: quemadmodum Pugiles, de quorum ἀναγκαστῇ diximus aliquid suprà, sub die *Arida lixiviatione*. Indidem *Feri necessitas*, Horatio, ἀγρίη ἀνάγκη, Herodoto. Item egestas, qua notione vox capienda apud Diodorum. Sic ἀνάγκαιος ταμιεύειν & τὰς ἀναγκαίας ἀναλίσκειν. Et Cyprianum, *Necessitas pauperum fublevanda*. Porro vincula & carceres. Unde ἀναγκαῖος, *necessarium*, locus carceris. Morbus, in Concil. Gangrensi, ὃς δὲ χρείᾳ σωφρόνως ἀνάγκῃ ὑπεχθανόντι. Contumelia, apud Epiphanium de Audio, quem schisma facere coactum dicit propter τὸν ἀνάγκῃ ἢ ὕβριν. Inprimis verò in amatoriis vox usurpata de his, qui philtro in amorem per vim abducuntur: item de ipsis philtris & amatoriis, ἀνάγκαι & ἐφ' ἁρμάγματα, item ὑπάγκαι Synesio alisique. Unde herbæ, quâ ad amatoria Thessalæ mu-

læ mulieres olim usæ, *Catanances* nomen, apud Plinium in limphationibus randem & variis metibus, V. supra passim & plura hanc in rem apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1085. Hinc *Necessarium*, quod, præter significata, quæ jam innuimus, caro quoque ac pretiosa olim oppolitum: medio avo contrariam notionem induere cœpit, uti diximus supra in voce *Ambitus*. Apud Recentiores, Monasticæ Rei Scriptores impimis, *Necessaria*, item *Necessarium*, latrina, fœssus est. Lanfrancus *Decr. pro Ord. S. Benedicti cap.* 4. *Unus eorum in dormitorio debet lectos circumire omnium & omnia sedilia in necessariis; officiæ considerans, ne forte aliquis Frater dormiens ibi remanserit.* Quæ non nisi cooperto cauæ intrari, jubet Liber *Ordinis* S. Victoris Paris. *MS. cap.* 22. apud C. du Fresne *Glossar.* ubi etiam corio involvi & panno obduci hæc fedilia, addit ex vet. *Computo*. Eodem modo χωνεῖα Græci ulurpant, ut inter alios, apud Artemidorum *Oneirocritico* videre est *lib.* 1. *cap.* 2. De reunditiæ laudabili horum locorum in Aula Turcica, V. Joh. Bapt. Tavernier *in Defcr. Serrafii.*

Necessitas, & Violentia, Corinthiis pro Numine: Sed à fano arcebantur omnes, nec ullis aditus dabatur in Templum. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 1. *cap.* 14.

Necrologium, Græce Νεκρολόγιον, dicitur defunctorum catalogus, Bedæ *Hiftor. Angle. lib.* 4. *cap.* 14. Aliter *Obitorium* seu *Obituarium*, item *Calendarium*. Anfelmus *lib.* 1. *Epift.* 21. *Vis ille, qui à nobis nuper in nouriens mutachym famsis habitum. Si etiam benedictionem assumpsit, mandate nobis nomen & diem obitus ejus ut in nostro calendario scribatur*, &c. V. quoque supra in *Martyrologium*.

Necromantici, posterioribus seculis dicti sunt, ex sententia Hornii, quos Moyses Genef. *cap.* 6. *versu* 4. נְפִילִים vocat, quique vulgò *Gigantes* redduntur: Unde Poëtarum inde fabulas de Gigantum Titanumque audacia sunt qui deducant. Ira enim vocem hanc explicant Rabbini. Sed ratio, quam Kimchius affert, minime solida est: quasi quia alii eorum pavore conciderint, inde ipsi *Cadentes* fuerint appellati: Neque ea, quæ Gerundensis affert, satis sunt firma. Namque Bilgamus Numrier. *cap.* 24. bis נפל id est, *Cadere* appellatur, quem Magum famosissimum, fortis comitat, *Gigantem* nemo dicit. Probabile itaque, נפלים dictos esse, non tam ob vastitatem corporis, quàm ob Magiæ atque incantationum peritiam, quam hi Kaini fectatores palam exercebant. Talis enim & Bilcamus prædictus fuit, tales & Νεκρομάντεις ac Νεκυομάντεις sequentibus annis appellari, quia mortuorum cadavera, à Dæmone animata, his responsa dare cogebantur, de quibus 1. Sam. *cap.* 29. & apud Lucanum *lib.* 6. agitur. נפל autem & נפלה, ut & נבלה, *cadaver* denotare, norunt Hebræorum filii. Georg. Hornius *Hiftoriæ Philof. lib.* 1. *cap.* 9. *fub fin.* Utebantur hi, more Theffalorum, olle aliquando aut venâ defuncti hominis: nonnunquam fervefactum cruorem cadaveri, ut responsa inde elicerent, affundebant. Quemadmodum Jericho apud Lucanum,

——— *Dum vocem defunctis in corpore quærit,*
Protinus africtis caluit cruor, atraque foris
Vulnera &c.

Et quia Spiritus vel anima hominis fato functi hac arte videbatur in corpus revocari (unde Hor. *Animas responsa daturas*) νεκρομαντεῖα quoque atque etiam Σκιομαντεῖα hinc dicta eft. Is vero qui responsum exfectabat, tenebatur cernus esse de cadavere, cujus oraculum, (i Dis placet, hoc modo folici abat, ait ipse Lucan. Quare Meliffa Periandri uxor, marito, qui ad Thesprotos, Acheruntis fluvii accolas, nuntios miserat, ſciſcitatu *Necyomanteon*, de hospitii deposito, appar. ns, negavit se responsuram de quæſito, quoniam ipsa algeret ac nuda eſſet: nihil enim ibi prodeſſe velles, cum quibus ſepulta fuiſſet, utpote non concrematas, apud Herodotum *Musa quinta*. Etiam luſtrari prius ſcifcitatuum necesse erat, unde Tireſias Thebanorum Regem apud Statium *lib.* 3. ut luſtratione rite defungatur, monet, ne ſibi ipſi damnum afferat. Franc. Roſſæus *Archæol. Attica lib.* 7. *cap.* 1. V. quæ supra in voce *Divinatio*, & infrà *Necyomantia*, ut & alibi paſſim.

Necrophorium, V. hic *Arca*, item *Sandapila*.

Nectar, vinum pigmentatum. Ungutioni, potionis delicatioris ſpecies, interdicta in *Statutis* Ordinis Cartuſienſis A. C. 1368. 2. *part. cap.* 5. § 30. Nectar *quoque aut quatibet alias vini & ſpeciarum confectiones nullo unquam tempore in refectorio miniſtranus*. V. infrà in voce *Pigmentum*, & ſupra in *Marina*.

S. *Nectarii* ſacellum, in Gallia, vulgò *Semuſtere*, corruptè pro *Semeſtere*, locus eſt in Chartario Brivatenſi memoratus, ubi *Caſtro de S. Nectario* vocatur. Arverni, apud quos eſt, idiomate ſuo S. *Nectaire* appellant, pro S. *Nectaire*. Hadrianus Valeſius *Notit. Gall.*

Nectendi Coronas artificium, à Sicyonis manavit, Plinio au ctore. Primò namque flores, ut diſcriminatim legebantur, ita ex indifinctis coronam ſibi ſeu coronam quisque plectebat, nullo aut exiguo colorum, odorum, nitorum judicio: cujusmodi coronas *χαῦ λιας* vocarunt ſolertiora ſecula. Poſtmodum aliquis delectus haberi cœpit, & ſenſim *nectendi* pulchriores & operoſiores coronæ artificium, exortum eſt, ex Pauſiæ Pictoris & Glyceræ coronariæ, illi admodum delicatæ, certamine. De quo ſic præfatus Auctor *lib.* 21. *cap.* 2. *Arborum ramis coronari, in ſacris Certaminibus, mos erat primùm. Poſtea variari captum miſturæ viroſcolori: Florumque invicem odores colores que accendere Sicyonii, ex ingenio Pauſiæ—atque Glyceræ—cum opera ejus pictura imitatur & illa provocata variatas ejuſque coronarum artis ac naturæ*, V. quoque *lib.* 35. *cap.* 11. ubi in ventricem coronarum propter rea hanc Glyceram vocat, ut & infrà in voce *Stephanoplocos*. Eius poſtmodum imitatione prodierunt aliæ στεφανοπλόκιδες, ſeu στεφάνων ventitrices, eædemque στεφανόπλοι, ſeu ὀπίσεις earum, qualem Horatius vocat Europam *Carmin. lib.* 3. *od.* 27. Mulierbre enim munus id fuit propriè: in urbe quidem harum στεφανοπλοκίδων στεφανοπλόκιον; turi verò puellarum & virginum; præſertim cùm illa ſerta impoſitantur agreſti alicui Numini. Unde apud Longum, Daphnis effiuſus in queſtus, ob raptam Chloën, ad Nymphas, hæc, inquit, illa erat, *κ τὰς στεφάνες ὑμῖν πλέκων, χαε νοῦν, ὡς ἐμοὶ πλέξεθαι coronas*, *lib.* 2. Dicebantur autem non ſolùm πλέκειν, ſed & ἀνάγειν, & ἀναπήγειν τὰς στεφάνες, *nectere & ſtringere coronas*. Unde ἀνάγκε χρυσῶν στεφάνων, *nexus auraorum coronarum*, apud Etymol. ἀνάγκη. Quod opificium tantâ aſſiduitate exercebatur, ut eo paupercule mulieres ſeſe ſuſtentarent, ut ſupra Plinius tradidit. Ideoque illud Plutarchus vocat τὸ ἐν τοῖς ἀβροῖσεργον ἐν τῷ ἀσκεῖν ἔργον, *dulce quidem, ſed diuturnum & infruſtuoſum opus*, h. e. tenuis admodum lucri. Ita enim mulierilia Ariſtophanes *Thesmophoriazus*. de quinque libetis, ſibi marito mortuo relictis, loquens,

——— *ἃ γὰ μόνας*
Στεφανοπλοκεῖσ' ἐβιοτῶν τὸ τῆς μυρίπνες.
——— *quos ego vix*
Coronaria quæſtu parvis in myrtitia.

Porro hoc artificium conſiſtebat in floribus, foliis, herbis ramuliſque in orbem nectendis, quò ſic nexi redimendo capiti eſſent idonei. *Nectebantur* autem in filo & in ſtupo, uti habet Tertullianus, *de Cor. mil.* ubi *ſcirpum pro philyra* ſuſpuratum cenſet Paſchalius: philyra enim & filo omnis illa coronaria materia nectebatur, Tertullian. *de Pallio*; quemadmodum elephantorum teræ, apud Indos, & membranæ tenuiſſimæ tiliæ, apud nos, in ſimiles usus adhibentur. Philyria poſtmodum ac ceſſere lemniſci, quibus illæ involvebantur, quò & corona firmior ac tota res alpectui gratior eſſet, uti diximus ſupra, ubi de *Lemniſcis*. Sed & Viti coronas *nexuiſſe* & vendidiſſe ſubinde memorantur, qui στεφανοπλόκται & στεφανοπῶλαι hinc dicuntur Plutarcho πολλαι. παραγγέλμα. Verùm mulierum id propriè munus, ut dictum. Ad quarum exemplum *Compſiones gemmarum* exorti ſunt, uti Plinius docet *lib.* 37. *cap.* 6. &c. V. hanc in rem plura, apud Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 2. *cap.* 12. Vim verbi quod attinet, *nectere* continuare eſt. Statius *Thebaid. lib.* 9. *verſu* 667.

Sidoniisq; ſimul nectebat *vulnera Mavors.*

Unde *nexa*, quæ non int rupta. Ut *catenati labores*, apud Auſonium.

——— *Irataq; inſidias & catenatis labores,*
Mutandos ſemper gra viaribus ——

Et *cauſas nectere*, id eſt, aliam ex alia deducere, Virgilianum eſt. *Oratoris* vero *nectere*, apud eundem Statium, *comminiſci eſt & per dictum compingere*. V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Stat.*

Necyoman'ia, ſeu *Necromantia*, aliter *Anagogitis*, Plinio, ab evocando Deum Manium imagines. Cicero 1. *Tuſc. Indeæ. quæ meus amicus Appius* Necyomantia *faciebat: Inde in vicinia noſtra Averni lacus:*

Unde animæ excitantur, obſcura umbra, aperto oſſio
Alii Acheruntis ſalo ſanguine, imagines mortuum.

Non verò omnes omnino, ſed ſolas ἀόρατ, qui *ſunere acerbo abrepti & Barbarâve, qui violento mortis genere præreptæ eſſent*, animas in *Necyomantia* Magicis artibus evocari, creditum nonnullis, quia de propinquo evocarentur, nec avellendæ eſſent ex intimis fedibus Inferorum, ubi quieſcere ſolum Animas maturâ ætate ſolutas, placidâ morte ſeparatas atque etiam ſupremata honore donatas opinabantur. Pleriq; n. dubitarunt etiam Paganorum, an ex imperio & arbitrio Magi animæ abſolutis ipſis evocari poſſent, ad oracula reſpondſitanda. Non autem recepto reſpondere eſſe Inferis, qui ſunere acerbo, vel violento mortis genere eſſent abrepti, aut qui ſepulturæ honore caruiſſent, multorum fuit ſententia. Aliam rationem ſuggerit Tertullianus *de Anima*, *itaque invocantur quidem Abori & Biothanati, ſub illo fidei argumento, quod creditiſſe videtur, eas poſſiſſimum animas ad vim & injuriam facere, quæ per vim & injuriam ſuæ & immaturus finis exſorbſit, quaſi ad invicem offenſæ*, &c. V. hanc in rem Salmaſ. *ad Solinum p.* 1091. & 1119.

Necyia, idem quod Geneſia Ammonio, h. e. *Parentationes*, de quibus V. infrà, plura verò apud Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lect. lib.* 17. *cap.* 21.

Neidfri, in *Capitular.* Caroli M. prohibiti an facrilegi iſti ignes ſunt, quos in myſteriis ſuis, arte Magicâ & neſcio quibus præſtigiis excitabant pagani Saxonum? ut auctoritatem ac reverentiam ſacris ſuis conciliarent, de quibus V. Henricum

Valesium, *ad Eusebium de Vita Constantini lib.* 4. *cap.* 10. & infrà in voce *Nodyes*.

Neelle, nomen illustris in Gallia familiæ, quæ Lavallææ stirpis ramus est. In hac enim præter ramum principalem (cujus hæres Emma Guidonis VI. an VIII. filia Matthæo II. Domino Montmorencio marito bona avita nomenque attulit; quibus gentibus Guido *de Laval*, Dominus ac Comites postea *de Laval*, nomen promiscuè *Guidonis* nomine usos, continuavit, usque ad Guidonem XII. cujus filia Anna, Johanni Montfortio nupta, in hanc domum nomen familiæ intulit; in qui hodieque floret) alii furculi juxta enati sunt, quorum unus Dominorum *de Lone* denuo plures palmites dedit, Dominoium *de S. Aubin, Boisdauphin, la Faigne, Tartigny, Brée.* Quos omnes primogeniti Dn. *de Lone*, qui etiam Vicecomites de *Broce*, Comites *de Joigny* ac *Mailli*, & Marchiones *de Nesle* facti sunt, dum superfuere, antecedebant. V. supra, in vocibus *Joigny* & *Loue*.

Nefandus, apud Papin. Statium *Thebaid. lib.* 4. *vers.* 147.

Et triplicis mundi summum quem sæpe nefandum,
Illum sed taceo.

Est cujus notitia non est effabilis. Loquitur enim hîc de Cœli; Terræ & Oceani, ac Inferorum *Domino*, *Imperatore*, *Rege*, qui habet Glossa *MS.* apud Caip. Barthium *Animad. ver.* ad 4. Sic Interfabile dicunt Judæi nomen D. i proprium יהוה qui proin cùm jam olim per ineffabilem primùm, postmodùm per superstitionem à pronuntiatione ejus abstinuerint, perdita & incognita, aut falsa tem incerta multis, vera & genuina ejus lectio videtur. Verùm tempore Mosis nominis hujus pronuntiationem, non solùm in sacris usurpatam, sed & publicè fuisse notam & pervulgatam, imò apud vicinas quoque gentes eius damnasse, discimus ex Numeror. *cap.* 6. *versu* 23. Levit. *cap.* 24. *vers.* 11, 16. 1. Regum *cap.* 17. *versu* 12. &c. Addequod ad idola sua facum illud nomen Gentiles nefariè traduxisse, patet ex nominibus Jaw, Jawè, Jovis, Ἰαὼχ & Ἰαὼ ἄναξ, quæ Bacchi nomina; ut & Jani ac Dianæ appellationibus: Interim quòd Græcis literis exprimi non possit, πάντη rectè dictum fuit. Franc. Burmannus *Synops Theol. Christ. Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. §. 5. & *seqq.* V. quæ infra *de Silentio*, in Sacris, dicemus, alibique passim. Alia vocis notio, apud eundem Statium *Thebaid. lib.* 1. *versu* 273. ubi de Jovis Lycæi in Arcadia Templo;

Arcades hic una (nec pudor est) delubra nefandis
Impiaque sacris.

Hîc enim *nefanda loca* vocat poëta, in quibus homines gustato sacrificio, quod immolato puero Arcades Deo suo Lycæo facere solebant, in lupos mutari credebantur, ut ex Plinio *lib.* 8. *cap.* 22. notant duo Augustini *de C. D. lib.* 18. *cap.* 17. Scholiastæ Lud. Vives & Leonardus Coquæus. Sed & idem Templum qui intrassent, necari consuevisse, docet Higinus *Poët. Astronom. in Arctophylace*. Ergò *nefanda*, h. e. *infelicia*, *horrenda* Cic. Ceteris vocis significationes, V. apud Caipat. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium passim*, ubi & multa de voce *Nefas*, ei affini, & in Sacris Gentilium multùm usitatâ.

Nefas, inter Matris comites, recenset Papinio Statio *Theb. lib.* 7. *cap.* 5. ubi de Aula Martis fub Hæmo,

Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
Laditur adversum Phæbi jubar, ipsaq; sedem
Luximus, & ritus contristat sidera fulgor.
Digna loco facies, primâq; foëda Gorgone nemo
Ejus horribus, cæcumq; Nefas, & ira, rubentes
Exsanguesq; Metus.

Ubi Scholiastes, *Cæcum Nefas*, inquit, *id est, nullo respectu pro habitu omnia facions.* V. Barthium *ad l.*

Nefasti Dies, diecbantur Romanis, quibus non licebat Prætori verba illa solemnia fari, quæ Fastis obtinebant: *Do, dico, addico.* Fastis enim diebus, dabat actionem, *dicebat jus*, *addicebat* tam res, quàm homines, Joach. Cameratus *pro Macedone*, qui quum trium cellen genetium, constituerunt iii anno dies 287. præter quos reliqui omnes erant nefasti, ubi solemnia illa tria obtiecurunt, interim causas agerè, concionem habere & legem promulgare licuit. Erant & alii, *Nefasti primò* dicti, quibus quidem horis matutinis jus dicere non licebat, postmeridianis autem erat permissum, notati in Kal. literis *N. P.* quibus contrarii erant Fasti primò, *F. P.* cùm post meridiem justitium erat, manè autem fari licebat. De *Nefastis* Ovidius *Fastorum lib.* 1.

Illa Nefastus erit, per quem fera verba fluentur,
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Sunt qui *Nefastos* cum aitris confundant, & Suetonius Tacitusque *Nefastos* pro atris nonnunquam ponunt: Sed, accuratè loquendo, ita distinguuntur, ut omnis quidem ater *Nefastus* etiam sit, sed non contrà omnis *Nefastus* ater. Nàmque & dies festi, *Nefasti* erant, atri autem non erant. Græcis *Nefasti* dies etiam ἀποφράδες dicuntur, qui cum ἡμέραις sive atris quoque Dioni Caffio confundantur, ut & Luciano, aliisque. Plato de *LL. lib.* 6. *Οσα μὴν ἱερὰ ἢ ἀφίερα ἡμῖν ἐστιν ἀποφράδα ἔστω. A.* ἀποφράδες tamen dies proprie *Nefasti* apud Græcos Scriptores, qui de rebus Romanis scribunt. Hinc Dionysius Halicarnæus, *Antiquit. Rom. lib.* 1. ἀτραμ diem πέλαμον καὶ ἀποφράδα vocat. V. A. Gellium *lib.* 4. *c.* 9. *cum Notis* Antonii Thysii JC. item *lib.* 5. *cap.* 17. ubi rationem reddit, cur dies primi post Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperité *Nefastos* dicebat, atri fuerint habiti. V. quoque Joh. Rosinum *Antiquit. Rom. lib.* 4. *cap.* 3.

Negatores, in Ecclesia olim non unius generis. Ex iis enim, qui premente Gentilium persequutione, in Christi confessione, non fteterant, nonnulos etiam *abnegatores* fuisse, alii dicti sunt, *Prævaricati* & *Sacrificati*, qui sc. idolis immolaverunt; alii *Libellatici*, qui libellis conscientiam suam maculaverunt, uti loquitur Cyprianus *lib.* 4. *Epist.* 2. Atque horum iterum duo fuere genera; quidam enim cùm libelli hujusmodi conficerentur, ipsi præcentes fuere, alii eos saltem fieri mandarunt, ipsi interea absentes. Contra quos Presbyteri & Diaconi *Epist. ad Cyprianum*, *Cleri totius*, aiunt, *fidei Sacramentum in confessione Christi nomini intelligatur esse dignum, qui fallaces in exculatione præsidiis quæri, negavit: Et qui vete vi. deri propositi ad veritas Evangelium vel edictis vel legibus, fatisfecit, hoc ipsi jam parvit, quod videri paratus fuit se velle.* Imò & inter *Negatores* habiti, qui *involuta responsione* Christum profitebantur, ut ait Ambrosius *Comm. in Lucam cap.* 22. aut *sub silentio se absconderent tacebant*, *cùm vestitere deberent*, ut Gregorius *Homil.* 14. *in Evangel.* ἀρνούμενοι *cùm ore*, *cum omni libertate*, id facicendum, Eusebium *cap.* 4. *versu* 29. laudc notat Eusebius *Fisson. Eccl. lib.* 5. *cap.* 1. Verum Martyrem confessum ἀρνήσεως φωνῇ, *clarissimâ voce*, esse se Christianum: & hoc Martyribus in ore fuisse, *Christianus sum*, *Christiana sum*. In quam sententiam Basilius M. *Moral. reg.* 6. Ὅτι δὲ ὁμολογεῖν τὸ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐστὶν ἀπαρνήσασθαι τὴν πίστιν, ἐξὸς ὧν τῆς ἀληθείας τὸ κυρίως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὸν ὁ λόγος σαφῶς δὲ κ. V. Jo. Förbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib.* 12. *cap.* 1. *num.* 9. & *seqq.*

Negotiantes, Ciceroni feneratores, *lib.* 5. *ad Attic. Epist.* 21. *Præfectum pecuniæ*, *negotii me cuiquam negotianti dare*. Ubi loquitur de M. Scaptio, familiari Bruti, qui Salamiuis pecuniam fœnori dederat & exigebat quaternas centesimas acerbissimas fœnerator. Et sic accipit, quando *Negotiatores* à Mercatoribus separati ut *pro Plancio*, Negotiatoribus *comis*, *Mercatoribus insuavis*. Ulpianus ad *Edictum Prætoris*: *Argentariæ mensæ exercitores variis nem*, *quæ ad se pertinet*, *eadem adjecto die & Consule*. Ad quod caput Edicti Ulpianus ita commentatur *lib.* 6. *n.* 3. *de Edend. Rationem autem ipsi Labeo ait utero citra dandi*, *accipiendi*, *obligandi*, *solvendi sui causa negotiantur*. Ita ergò Trapezitarum leu argentariæ mensæ exercitorum *Negotiatio* est. Sic *lib.* 19. *n.* 1. *de Institor. Dominus*, *qui servum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit*, *post liberitatem quoque datam*, *idem per liberum negotium exercuit*. Et certè pecuniis fœnori locata instar mercis ipsâque fœneratoris species est ἐπιβολὴ τοῦ ἐργαλείου five Negotiatiotis. Unde apud Julium Firmicum *lib.* 4. *cap.* 7. *Si vero à Mercurio defuens minuta lumine Luna ad Jovem feratur*, *aut Saturnius aut Jovius negotiationibus facti esse prædicitur.* Ubi de apud Val. Maximum *lib.* 4. *cap.* 8. *Jovius negotiant*, uti Lipsius legit, vel *nummatione* aut *mundinatione*, prout alii, reponit Gronovius *Negotiatione*: *Opportune mirisficque usurius*, *nummosum siorum*, *non civilis sanguinis se esse fœneratorem. Jam qui hos præcipue* negotiatione *delectantur*, *cùm pecuniam cruentam omnem vetuerint*, *quam improbando gaudio exultent*, &c. Notum autem, majorem fere numeratæ pecuniæ partem habuisse Vett. Romanos in mensa, vel depositam, pro occasione usuros & per partes erogaturos, vel ita traditam ut illis fœnori collocaretur aut ipsi Menfarii fœneratam haberent, quâ suo ittbenio uterentur, ipsum lucri sectantes. Quam in rem V. quæ supra de variato Gronovio statis prolixè diximus, in voce *Mensa*. Alias *Negotiatores*, dicti funt Octavio Ferrario Mercatores locupletiores, quâlem *Negotiatorem magnarium*, Apulejus appellat *lib.* 1. Hi mercaturam amplam, sive *Negotiationem* exercebant, qualis *Negotiatio Sagaria*, *Leg.* 52. §. *quidam D. profis.* item *Negotiatio lignaria*, apud Capitolinum, &c. Et ab iis Institores mercium parteni emebant, quas minutim & carius distraherent. Proprie enim Institor πεκαπήλης. Labeo, *Eidem ea Institores dicendos placuit*, *quibus Vestiarii & Lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam*. Hos itaque, ex occasu Vergiliarum, qualis futura esset hyems, conjecturam faciences, *Negotiatorum* avaritiæ insidiari fuisse folitos, docet Plinius *lib.* 18. *cap.* 25. Nam si nubilus occasus fuisset, quod pluviosa hyems immineret, plus Lacernatum, quàm reliquæ vestis, emebant, eâumque pretium augebant: Sin verò occasus fuisset serenus, augurantes futuram hyemem infestam, allas vestes, ut Chlamys, Endromidas, Gausapinas emebant, pretio eatum intento; sicque lucrum, quod Institutus aliàs *Negotiator* erat, avertebant. Ita autem habent verba Plinii: *Hocinfo Vergiliarum Occasu fieri putavi. Aliquid ad id libro Nov. ut diximus*, *serenis*, *quoniam id fidus etiam vestis Institoris est*, & *est in cato matutu facilimum. Ergo ex occasu ejus deliberandum erit*, *quibus ejs cura insidiandi*. Negotiatoris *avaritiæ*, &c. V. præfatum fœtrarium *de Re Vestiar. Parte* 2. *l.* 1. *c.* 5. Hottomanno *Negotiatores* dicebantur cives Romani, qui in provinciis fedem ac domicilium fortunarum fuarum habebant; neque Romam fere, nisi census tempore, hoc est, quinto quoque anno

venire

venichant. Ât *Mercatores*, Romæ domicilium familiamque suam habebant, inde nonnunquam ad menses aliquot in provincias excurrentes, mercium exportandarum vel importandarum causâ. Ex *Negotiatoribus* 2. in provinciis Conventus constabant, hoc est, Proprætores ac Proconsules, cùm Forum haberent: ac jus dicebant, in privatis quidem causis, atque ex eorum numero Recuperatores dari solebant. Imò & in capitalium rerum quæstionibus, in consilium iidem adhibebantur, & , si cui Patronus dandus esset, ex eodem numero rogatus aliquis dabatur. Ab his *Publicanos* distinguit Cicero *Epist. 1. ad Q. Fratrem*, *Constat ipsa ex eo genere civium, qui, aut quod Publicani sunt, nos summâ necessitudine attingunt: aut, quòd ita negotiantur, ut locupletes fiant &c.* Et in *Manil. Nam Publicani suas rationes & copias in illam provinciam contulerunt: deinde cæteris ex ordinibus homines quasi è lectissimâ partim in ipsa negotiantur partim suas & suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent.* Sed & tum ex hac, tum ex *stat. pro Fonteio* constat, *Negotiatores* dici Aratores; præsertim & Pecuarios. Publicanos verò eos fuisse, qui ab Aratoribus decimas, à Pecuariis scripturam, à Mercatoribus autem portorium exigebant. Sub iis verò *Fœnerantes* & *Argentarios* comprehensos fuisse, ex eadem *pro Fonejo* patet: *Referta Gallia* Negotiatorum: *plane civium Rom. nemo Galloriam sine vive Rom. quicquam negotii gerit: nummus in Gallia nullus, sine civium Rom. tabulis commoveitur, sine tabulæ proferuntur, in quibus vestigium ullius rei, quod significes pecuniam Fonejo datam, nomen ex eo Negotiatorum, Colonorum, Publicanorum, Aratorum, Pecuariorum numero ipsum proferunt.* Cùm apud Joann. Calvinum *Lexic. Jurid.* ut & supra. Theod. Marcilio *Negotiatio Mercaturâ* honestior. Qua utraque cùm interdictum Romæ esset Senatoribus lege Claudiâ primùm, deìn & Juliâ: Equibus tamen *negotiatio publicorum* seu *vectigalium* honesta erat; in rebus privatis verò mercaturam exercere non solebant, nisi in re sua, ut prædiorum suorum fructibus; quales *Novius Aug.* Interpreti Aristophanis in *Plutum*. Plebeji autem *Mercatores* erant: quibus tamen & ipsis *nonnunquam quod plurimi prædia distrahat*, turpe habitum. V. cùm ad *Pro Plancium Suetonii cap. 16. de Negotiatoribus Servii*, & ancillis *negotiationi* à dominabus propositis, vide paulo infrà. Cœterùm Mercurium inprimis *Negotiatores* coluisse, diximus in voce *Mercatura*. De Servis, *Negotiatores* fuisse, indicat Marcianus, *leg. 65. ff. de Leg.* cùm inquit, *Legatis Servis, exceptis* Negotiatoribus, *Labeo scripsit* &c. qui, quoniam *negotiationes* multæ erant, singulari quisque nomenclatura leguntur insigniti. Hinc Boarios, Pullarios, Ferrarios, *Ferrarii*, Frumentarios, Vinarios, Vestiarios, Sagarios, *Negotiatores* legimus non semel, aliosque non paucos. Pulchrè Cassiodorus *Variar. lib. 6. c. 7. Negotiatores, quos humana vita confitat necessarios, huic præsidii manifestum est esse subjectos: Nam, quidquid in vestibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quid quid in gemmis ambitio humana potest habere pretiosum, iuis ordinationibus obsecundat &c.* Erant autem servi hi præpositi negotii exercendi causa, veluti ad emendum, locandum, conducendum. Sed & ancillas *Negotiationi* dominabus fuisse præpositas, Justinianus testatur *l. 7. & 8. ff. de instit. act. l. 5. §. 2. ff. de tribut. act.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & Tit. Popmam *de operis Servorum*.

Negotiantes Vini Supernatis, in *Inscr.* vet. Romæ memorantur; quam Sponius sic exhibet:

Q. ERENNIO ETRUSCO MESSIO DECIO
NOBILISSIMO CES. PRINCIPI IUVENTUTIS
COS. ITERUM IMP. CÆS. C. MESSI Q. TRAIANI DECI PII FELICIS INVICTI
AUG. ARGENTARII ET EXCEPTORES
ITEMQ. NEGOTIANTES VINI SUPERNÂT.
ET ARIMIN.

DEVOTI NOMINI MAIESTATIQ. EIVS.

Itiner. Part. 3. pag. 38. Dictum autem est *Vinum Supernas*, quòd ex ora maris Adriatici (hoc enim *mare Supernum* appellabant) advehebatur. V. in voce *Maris*.

Negotiatorium Aurum, apud Lampridium *in Alexandro Severo*, V. supra *Aurum Negotiatorium*, item *Aurarius Canon* seu *Auraria præstatio* sive *præstatio*, uti in *Constitutionibus* Imp. dicitur. Erant nempe tria *Negotiatorum* onera, *Præstatio Monopolii*, cùm viz. certæ alicui personæ vel certo corpori Princeps concessit; ut ei soli jus vendendæ mercis certæ esset (quæ concessio Principis non erat improbata, ante *Constitutionem* Zenonis *de Monopoliis*) sub ontre conteinendæ in fiscum pentionis certæ. Alterum fuit, *Aurariæ functionis* onus, five luitralis auri & argenti collationis, de quo est *primus titulus Lib. 12. Theod.* Tertium, *Siliqualici*, de quo ita Cassiodorus *Variar. lib. 4. Siliquaticæ præstationis rebus omnibus nundinandis provida desinivit antiquitas*, Cujacius *Observation. lib. 16. cap. 23.* V. quoque Casaubonum *Not. ad Lampridii locum citatum.*

Nehustan, 2. Regum *cap. 18. vers. 4.* ubi de Ezechia R. *Ipse amovit excelsa & fregit, & statuas & excidit lucum: contudit etiam serpentem æneum, quem fecerat Mose, eo quod usq, ad dies illos adolerent ei suffitum, quem vocavit Nechuschthanum*: denotat, *æneum opus*, quod nomen serpenti huic pet contentum inditum a pio Rege, ut hoc pacto Israëlitis idololatriam, quam hactenus circa eum exercuerant, exprobraret, atque pectoribus eorum penitùs eliminaret. V. infra *Phunon*. Historia ejus à Mose erecti habetur Numer. *cap. 21. versu 4 - 10.* Murmure n. populi coorto, ex longinqui itineris tædio, cùm nec panis, nec aqua, amplius superesset, ac cœlestis mannæ fastidium eos caperet, immissis serpentibus, quorum in deserto illo magna copia erat, puniti sunt: qui שׂרפים & *præstres*, aut potius hydri vel cherydri fuisse videntur. Mirabilium autem poenæ remedium fuit. Dum erectâ æneâ serpentis imagine, sive, ut illa longè in castris refulgeret, sive ut serpentum rutilantem in Sole pellem imitaretur: quicunque serpentum morsu vitrus traxerant, ea aspectâ sunt sanati. Qua in re insignis imago crucifixionis Christi fuit, ut ipse SERVATOR explicat, Johannis *cap. 3. versu 14.* & *cap. 12. versu 32.* V. quoque Elajæ *cap. 11. versu 10.* In quo ramen disquirendum, an Serpens ipse figuram Christi gesserit (quod plurimis placet;) an verò ille Serpentem antiquum potius significaverit; qui, veneno omni exuto, in cruce Christi palam exponendus & ostentui habendus fuit, Colossensium *cap. 2. versu 15.* præcipua figuratio in erectione serpentis fuerit; qui, à Mose in oblongo ligno suspensus, Christi in Cruce exaltationem vi itidem legis ac maledictionis Mosaicæ factam; adumbrabat; quâ pariter lanarentur illi, qui lethaliter à veteri serpente idi fidei oculos ad Christum intenderent, illoque in visu inconnivo aspectu hærerent &c. Hic itaque serpens, quem non externo aspectu, sed labe portûs & animi vitio, contingere necesse erat; quique non ipse faucios fanabat, sed Dei verbum, fide acceptum: ingratiorum morumq, Populi ad Idololatriam nimium quam proni, tandem divinis ab eo honoribus affectus est: quam abominandam superstitionem sustulit Ezechias, veroque ei nomine imposito, miserum popellum, non Numen eum esse, sed id quod erat, *æneum opus*, docuit. V. Burmannum *Synopf. Theol. Christ. Part. 1. lib. 4. cap. 32.*

Nelcyda leu *Nelcynda*, apud Auctorem *Peripli*, Plinio gentis nomen est, quorum portus Becare: *aliis portus ipse portus*, à Becare diversus, ubi Pandionem regnasse idem Plinius tradit: quod & *Peripli* Auctori proditum, ὁ δὲ Νελκυνδῶν βασιλεὺς τότε ἐτύγχανε, ὁ Πανδιών, *Nelcynda vero alterius Regni est, Pandionis scilicet*; qui tum, cùm Auctor hic Periplum scribebat, regnabat. Nec enim putandum, omnes inde loci Reges *Pandionas* fuisse nuncupatos, ut Ægypti *Ptolemæos* & gentis Præsæ, *Pallisothros*. Studiosè namque Auctor ille Regum nomina commemoravit, quii tum in præcipuis Arabiæ & Indiæ locis regnarent; quum illa literis mandaret ut Eleazum, Charibaelem etiam Tharibaelem, alios: quin & mutationes Regum in illis regionibus interdum accurate notat. Erat autem *Nelcynda*, emporium Indiæ flumini Baris appositum, sed longiùs à mari situm, quàm Barace, seu Becare, quò, è Cottonara regione, piper optimum finitribus mònoxylis per fluvium convehi solitum, Plinius scribit. Hinc ex *Nelcyndis* linires defcendebant, in Baracen, in ipso ostio flumnis ad mare sitam, quæ piper ex Cottonare vehebant: Statio à navium ad Baracen hærebat &c. V. Salmasium *ad Solinum pag. 118.* & *187.*

Nelsa, vulgò *Neausle*, vel *Neaiisle*, locus Galliæ in Velliocassibus seu in parœcia Rotomagensi, Gisortium inter & Dangutum sita, ad Iram flumen, à Fredoardo *Histor. Rem. lib. 3. cap. 26.* memoratus: *Villa Rotomagensis Episcopi, quæ Nelsa dicitur. Nelsa*sam villam vocat, & S. Germano ad luminaria Basilicæ datam esse, dicit Irmino Abbas Pratensis Monasterii S. Germani, *in libello, quo sub Carolo M. villas, ad Ornbium sumptus pertinentes, literis mandavit.* Dicitur etiam *Neausle en Vexin*: ad differentiam alterius *Nelsæ* duplicis in Carnutibus, quarum altera alteri próxima, non longè à castro Monteforti Amalarici: major *Nelsa castellum*, vulgò *Neaufle le Chasteau*; minor *Nelsa villa*, vulgò *Neaufle*, vel *Neufle la ville*, cognominatur. Alluit hanc posteriorem Maldra fluvius, unde & quibusdam *Nelsa Aquosa* appellatur, *Neaufle l' Aiveux*. Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Noma, vox è Græco Latinis usurpata, unde *Noma fericum* apud Jurisconsultos; in vetustis libris, *Nima fericum*; & hinc verbum *nemare*, quo utitur Tertullianus *de Pallio cap. 1.* ubi de Bombyce: *Proinde si necaveris*, nematam *jam, flamen evolves*: ubi alii, fed perverse, *animatam* legunt. Sic à fagma, *fagmare*. Glosse, *fagmat, ὑφαίνει ἱστὸν, fagmata, ὑφάσματα*; ut heic *nematus*. Ita & *plasmare* & *plasmatus*, ἀπὸ τοῦ πλάσσω, *plasmare* & *plasmatus*, à τύπτω, *de christmare*, pro ungere, à *chrisma*, *ephalmare*, ab ἔφαλμα: unde *ephalmatores*, apud Firmicum &c. Eodem prorsus modo *nemare* verbum factum, ἀπὸ τῆς νήμης. Vocat autem Tertullianus *nematum* vel *nimatum* bombycem, *nemate* coopertam, monteque necandam esse bombycem, cùm jam *nema* fuum reddidit: nam nisi tunc necetur, nidum fuum textilem postea pertundit & evolat; fumtis pennis jam factus papilio. Quod fi expectetur, longè detcrioris norae bombycinum carpitur & ad delicatiores texturas minùs idoneum. Vide Claud. Salmasium *ad Tertullian. l. c.* & *Not. ad Vopiscum in Aurelian.*

Nemausius, adde: COL. AUG. NEMAUSUS, in nummo Augusti; non tam à *Nemauso* Heraclida, ut Stephanus memoriæ prodidit, Parthenium scripsisse, quàm à fonte, de quo *infrà*, dicta. *Civitas Nemausensium*, in vett. Notitiis provinciarum, ac civitarum Galliæ, appellatur. Amphitheatri ejus, quod vulgò *Arenæ* vocant, meminit Julianus Toletanæ sedis Archiepiscopus, *de expedit. Wambæ Regis Gothorum in Gallias*, ubi *Arenas vallidori muro cinctas*: Item *castrum Arenarum*, & *claustra Arenarum* vocat; *Gradus marmoreos* loci memorat, & *cavernas* vel *abditas Arenarum*, quò & latius rebellis cum suis receperat, atque extra civitatem *Arenas* fuisse, indicat. Solebant enim, qui bellum gerebant, Amphitheatra Urbium & cœtera opera Romanâ arte & naturâ munita, Ecclesias etiam majores Christiani pro castellis habere, & insignibus operibus communire: quemadmodum de Templo Hierosolymitano legimus. Unde Animonius scribit, *Treviricis in Arenis civitatis locato præsidio*, *amabilibus Chroci Regis vestitibus*. In literis Bernardi Aconis, Vicecomitis *Nemausensis*, datis A. C. 1114. *visitatum de Nemauso* & *castrum de Arenis propè civitatem*, repetimus. Item *omnes habitantes in Nemauso & in Arenis*, tanquam in locis diffinctis. Namque Amphitheatra plerumque extra urbes erant, ab arena feu gaveа, parte sui, *Arenæ* Gallis plerumque vocata: Cavea autem feu Arena, Amphitheatri area erat, à cavitate prius, à bibalum ejus sparganbatur, posterius nomen adepta. Insigne ut urbis ejus ornamentum *in Tabulæ MS. S. Benedicti*; *Et tempestate urbis eadem murorum & ejusdem turrium præcelsimo ambitu & firmitate, sicuti compagine quadratorum, erat conflicta, civium frequentiâ & inhabitatione nimium populosa, & mercimoniis diviliarum undiq; advectis supra modum opulenta*. Theodulfus *Paræneſi ad Judices*,

Inde Nemauſicæas ſenſim properamus ad arces;
Quæ ſpatioſa urbs eſt, *rebuſque operoſa ſuis*.

Caput eſt agri *Nemauſenſis*, de quo Plinius loquitur *lib. 9. cap. 8.* ubi *prov. Narbonenſis*, *in* Nemauſenſi *agro ſtagnum*, Lateranam *appellatum*, anguſtiis flucibus, captura mugilum nobile, celebrat. Hic longè lateque patuit olim ad Rhodanum & ad Narbonenſem mare: ſi verum eſt, quod idem ait Auctor, *Arecomicorum oppida ignobilia* 24. Nemauſenſibus *attributa fuiſſe*. Hadrian. Valeſius *Not. Galliæ*. V. quoque in voce *Volcæ Arecomici*: de *Nemauſo* autem Deo tutelari, Voſſium *de Idol. lib. 1. cap. 35.*

Nemauſus, à Auſonio in *Tabulâ Alæ* Veteribusque memoratus, fons Galliæ eſt, in Volcis Arecomicis, unde *Nemauſi*, quæ inde nomen hauſit, hodie *la Fôſſe*, & *Vivers*, quòd more vitri purus, ſplendidus atque perſpicuus ſit, dictus. Hic, ſi qua Catello & tabulis fides, vivum feu fluvialem facit, qui per faſſam Nemauſenſis Urbis decurrens, alluit vicos Burgum *le Bourg*, Viridaria *Vergeres*, Veſtricum *Veſtric*, Vallem Viridem *Vauvert*, Salmoſam *Salmoze*, & non procùl ab Aquis Mortuis, in maritimum ſtagnum Larenam five Taurum paludem *l'eſtang du Tau*, ſe effundit. Hadr. Valeſius in voce *Volcæ Arecomici*.

Nemea, filia Jovis & Lunæ, à qua nomen Argivorum regioni. Alii tamen à paſcuis armentorum agri, quæ Junoni facra eſſent; vel à Danai liberis, iſtam ſic nominatam volunt. Hinc Ludi appellatio, de quibus mox dicemus. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poëtic. lib. 1. cap. 25.*

Nemea, adde: de tempore, quo hæc ludicra peragebantur, diſputat Petitus, oſtenditque ex Diod. Siculo *lib. 19.* ad annum 2. Olympiadis 116. Praxibulo Archonte, *Nemea* à Caſſandro celebrata fuiſſe, contra Virum Eruditum, qui tempus peractorum ludorum in annum primum Olympiadis 117. ex ejus auctoritate Livii *lib. 27.* Adeoque ſecundo quoque anno vertente Olympiadis inſtaurari fuiſſe ſolita, docet: quemadmodum & Pythia, quibus tamen *Nemea* priora erant. De eodem ita Scholia Pindari ad *Nemeonicas*: Προέκειτο δὲ τὸ ἀγώνισμα, πρῶτα μὲν διακόσιοις, εἶτα τριακοσίοις. Καὶ ἐκεῖ πεντέτις τελουμένου μετὰ τοῦτο, διὰ τριάκοντα, *Præfuerunt autem agoni primum Decletates*, *dein Corinthii. Tertio quoque anno inſtaurabatur*, *menſe Panemo* (qui Hecatombæonis reſpondebat) *die duodecimo*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Att. lib. 1. tit. 1.* De Auctore ludorum, tes ita habet: Dices illi ſeptem, qui cum Polynice Thebas oppugnatum ibant, in *Nemea* ſylva ſitientes, inciderunt in Hypſipilen, quæ, cùm eſſet nutrix Opheltis, eum inter herbas ludentem reliquerit, Achivis aquam oſtendit. Interea ſerpentis ictu interiit alumnus, quare Duces reverſi ad eum locum, ſepelierunt puerum & in ſolatium Nutricis, ludos hos circa rogum inſtituerunt. V. Boccatium *lib. 3. cap. 29.* Opheltem autem *Archemorum*, in exequiis ejus, vocavit Amphitryo Graiarum, tanus Graiarum illorum Ducum, quòd eſſet hic luctus ἄχος ἄχεος, quandoquidem infeliciſſimè pugnaturi eſſent. Hoc ſpectaculum, quum poſtea Hercules Leonem Nemeæum in eadem ſylva occidiſſet, mutavit, dignitate & amplitudine honorum augens. Itaque à Græcis Ducibus *Nemei* ludi inſtituti & Archemoro conſecrati: ab Hercule verò illuſtriores redditi & *Nemeo* Jovi dedicati ſunt. Ælianus tamen *Var. Hiſtor. lib. 4. cap. 1.* Septem Duces ad Thebas Pronachi ludos hos inſtituiſſe, gratiam referentes, ſcribit: quam ſententiam priori præfert Auctor *Commentar. in Pindar.* Celebrati ſunt in Argia, in qua *Nemea* ſylva eſt, quam prolixè deſcribit Strabo *lib. 8.* ut & Pauſanias in *Argolicis*, ubi inter alia, Leonis ſpecum adhuc ſuo ſeculo oſtenſam fuiſſe, & *Nemeam* regis unculam inde ferme 15. ſtadiis abeſſe, refert. Victores primitus oleâ coronati fuerunt, usque ad bella *Medica*: Poſtea apii uſus invaluit, & ex χλωρῶν σελίνων ſerta iis conficri ſuevrunt. Et quoniam à Græcis militibus Thebas proficiſcentibus primùm fuere inſtituti, primis temporibus milites ſolùm ac eorum filii, ad ſpectaculum admiſſi ſunt: poſtea demum populari quoque turbæ ſpectandi venia data eſt. Præerant illis Judices Argivi, Vide *ſupra*, & quidem pullati, ἅμα τοῖς ἐπιτελοῦσι τὰ ἱερὰ, quo originem ſacrorum declarabant à luctu promanaſſe: Agonique cùm primùm fuiſſet Equeſtris & Gymnicus ac ἱππόδρομος, admiſſa poſtmodum ſunt omnium certaminum genera, Pentathlon, ſtadium, diſcus, ſaltus, luctæ, pugilatus. *Nemeonicas* carminibus extulit Pindarus, quem vide, cum *Scholiis & Commentariis ejus*. At hanc in rem plura, apud Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap. 35.* Car. Paſchalium *Coronarum lib. cap. 26. & 27.* Caſpar. Barthium *Animadverſion. ad Papin. Statium* paſſim, Alios.

Nemeſa, adde: Schonecknium, Villarim, *Villers*, & Bidburgum caſtellum attingens, Pronea ſeu Prumiâ *Pruym*, unde illuſtri Monaſterio ad caput ejus ſito nomen, excipitur, & cum illâ Suram augens, tandem in Moſellam labitur. Auſonius *in Moſella*,

Namq; & Pronea Nemeſæ, *adjuta nautis*
Sura tuas properat non degener ire ſub undas.

V. Hadr. Valeſium in voce *Sura*.

Nemeſianus, conſcius cædis Antonini Caracalli, à Macrino interempti, apud Spartianum *in Antonino Caracallo*.

Nemeſis, adde: Promiſcuo cum Diis genere, ut aliæ quoque Deæ, efferri videmus, apud Senecam *in Hercule Fur. Act. 2. Sc. 3.*

Dominare humidus, *Spiritus ætheos gere*,
Sequitur ſuperbos ultor à tergo Deus.

Alb. Tibullus,

Hic Jovienis quondam miſeroſo ludebat amantes,
Neſcius Ulторem poſt caput eſſe Deum.

Inter Deos militiæ præſides fuit Romanis, qui quo pacto illam coluerint, tum alii, tum Pomponius inprimis Lætus; ac Ammianus docent. Et hic quidem, *Nemeſis*, inquit, *Dea eſt, ultrix facinorum impiorum honorumque præmiatrix*, *arbitra rerum*, *Regina cæteſtium*, *quam Theologi veteres ſingentes Tullitiæ filiam*, *ex abditis quadam æternitatis tradidunt*, *omnia diſpectare terrena*. Ille verò, *Romani*, ait, *profectûri ad bellum*, Nemeſi *ſacrificabant & munus gladiatorium edebant*: *quod non ſine ratione factum arbitramur*. *Romani enim ſemper juſta movere arma*, *cæteras nationes odio & malevolentiâ*, *livoreque*, *quòd imperium tantæ urbis juſtitiâ augeretur*, *tela in Pop. Romanum capiebant* &c. Effingebant eam nonnunquam, cum fræno & menſura cubiti, ut indigitarent, nihil hinc menſura & freno agi oportere. Culta fuit, Romæ in Capitolio, ut Plinius 36. lib. 4. cap. etiam temp lum habuit, ſi P. Victori credimus. Meminit coronæ ejus, in qua cervi & ſigilla victoriæ; quorum illi fugientes Perſas, hæc robur & felicitatem univerſæ Græciæ, deſignaverint, Car. Paſchalius *Coronarum lib. 9. cap. 10.* ex Pauſania: qui & dextrâ fraxinum geſtare ramum, ſiniſtrâ phialam, Æthiopibus inſculpta, addit. Declamationes *Not. ad Plinium d. l.* Aurem dextram eidem dicatam eſſe, vel potiùs locum ſecus aurem, hinc *locum Nemeſeos* dictum, quem proin proximo à minimo digito tangimus, quoties veniam poſcimus ſermone alio divinum. Addam hoc unum, eam Deam, ut comitem perpetuam rerum lætarum, καὶ τῶν ἐναντίων, habitam, cujus proin ut tela effugerent, variis modis pitici propriæ felicitatis quaſi cumulum ſibi diruebant. Sic Auguſtus, *quotannis die certo emundicabat à populo*, *cavam manum aſſes porrigentibus precibus*; (geſtu planè ac more mendicorum) ejus indignationi avertendæ, ut legimus apud Suetonium *cap. 90.* nimiæ enim felicitati invidere credebatur, ut ſupra diximus non uno loco. V. Joh. Roſinum *Antiqq. lib. 3. cap. 10.* & *in lib. 4. cap. 5. Paralipomena* Thomæ Dempſteri, uec non ſupra ubi de *Factoribus*.

Nemeſis, opus Agoracriti è marmore, de qua ſic Plinius *lib. 36. cap. 5. Ejuſdem* (Phidiæ) *diſcipulus fuit Agoracritus Parius. Certavere autem inter ſe ambo diſcipuli in Veneris faciendâ. Vicluque Alcamenus non opere, ſed civitatis ſuffragiis, contra peregrinum civi ſuo favenlis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſin. Id poſtium eſt Rhamnunte pago Attice, quod M. Varro omnibus ſignis prætulit.*

Neneſitius Deus, *nemorum* præſes, de quo V. Voſſium *de Idol. lib. 2. cap. 62.*

Nemoralia, ſacra erant in honorem Dianæ celebrari ſolita. Gratius *Cynegetic.*

Spicatasque facet Sacrum ad Nemoralе Dianæ
Siſtimus, *& ſolito cæuli velantur honore*.

Hinc & ipſa *Nemoralia*, Statio *Thebaid. lib. 9. verſu 627.*

——— *quid in noſtris nemoralia Delia ſylvis*,
Manibus hoſtilis, *Thebanaq; Numina regnant?*

Nere-

Nempe illa, *Atemitium eufes nemorumq;* ——
apud Horatium *Carm. lib. 3. ode 22.* hinc que *Nemus nafi λέγεσθαι* dicta ædes ei facra, in Atico nemore, de quo V. infrà in voce *Nemus.*

Nemorofia Familia, V. hic infrà.

Nemus, vulgò *Nemours*, oppidum Galliæ, à re nomen habens. Eft enim in Senonibus, proximum nemori vel filvæ Bieriæ, veteri Ducatus titulo infignе, ad fluvium Lupam. *Nemofium* & *Nemofium* Rigordo aliisque, corruptè. Meminit loci Hugo Pictavius, *nemus Vicelaicenfe, ante annos* 500. cùm inquit: *Egrefi funt omnes cum Rege & Optimatibus fuis*, in Nemore *condito fupra Moretum, ubi cum Abbas* (Guilielmus) *reverteret &c.* Monacho Cœnobii S. Dionyfii, qui Chronicon Sodalis fui Guilielmi Nangiacenfis, ad A.C. 1368. deduxit, *Nemofum in Paffinos* appellatur, non inepte: Eft enim fitum in pago Waftinenfi, inter fylvas Bieriam & Montis Argifi, Bieriæ tamen propius: Olim verò antequam pars nemoris excideretur, in ipfa fylva: neque enim Nemus dictum effet, nifi fuiffet in nemore. Hadr. Valefius Not. *Galliæ*. V. quoque in voce *Nemofium*. Hinc itaque *Nemorofia* Familia, Gall. *Nemours*, quæ perilluftris ftirpis Sabaudiæ ramus eft. Patrum enim memoria duo ftirpis hujus præcipuæ rami; *Nemorofius* feu *de Nemours*, à Philippo, qui in Gallia fedem quæfivit, fed, nifi quod fœminas attinet, A.C. 1659. in Henrico primi auctoris pronepote, exciffus; & principalis Ducum Sabaudiæ à Carolo, dicti Philippi *Nemorofi*, fratre (qui ambo Philippi Ducis A.C. 1517. extincti, filii fuere) propagatus Ducatus; quorum hic ramus in filios puberes abiit, ut infrà videbimus. Reliquit autem Henricus præfatus, filios duas, quarum progenitores, ab aliquot feculis, hi fuere: Ludovicus Dux Sabaudiæ, qui deceffit A.C. 1465. maritus fuit Annæ Luſinianæ (Jano Cypri R. genitæ) & ex ea fufcepit Philippum Ducem, defunctum A.C. 1517. quo & Claudiâ Pentheuriâ (fil. Johannis de *Breffe*, Dn. de *S. Severe* & Nicolaæ Britanniæ Com. Pentheuriæ) genitus Philippus Dux *Nemorofius*, obiit A.C. 533. Pater ex Carola Aurelianenſi (fil. Ludovici Aurelian. Duc. Longavillani & Johannæ Rœtelanæ) Jacobi de *Sabaudia* Duc. *Nemorofi*, defuncti A.C. 1587. Hujus ex Anna Ateſtina (fil. Herculis Eſtenſis Duc. Ferrariæ & Renatæ Francicæ) filius Henricus *de Sabaudia*, Dux *de Nemours* & *d' Aumale*, deceſſit, A.C. 1632. relicto, ex Anna Lotharingica (fil. Caroli Ducis Aumalæ, ex familia Lotharing.) filio Carolo Amedeo de *Sabaudia* Duce *Nemorofio* & Aumalio, qui ultimus maſculus fuit rami denatus eſt A.C. 1659. Pater ex Elifabetha Vindocina (*de Vendôme* (fil. Cæſaris Borbonii, Henrico IV. Gall. R. geniti) Mariæ Johannæ Baptiſtæ, quæ nata A.C. 1644. Carolo nupſit Emanueli Sabaudiæ Duci haud pridem extincto; Mariæ Francifcæ Eliſabethæ, quæ genita A.C. 1646. primis nuptiis ſanctæ eſt Alfonſo Portugalliæ R. nunc Petrum fratrem ejus, Portugalliæ Regentem, maritum habet; Franciſci (qui natus eſt & denatus A.C. 1630.) & Caroli Amedei (qui fimiliter annum fequentem & natalem & emortualem habuit) omnes *de Sabaudia ibi. Nemorenſes*. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. III. pag.* 4. ut & *in Indice.*

Nemus, fylva amœna: cujusmodi locis adeò capiebantur olim elegantiores Romani & *Φιλόκαλοι*, ut etiam in urbanis ædibus, fi alio loco nequirent, ſaltem in tectis haberent. Ecquidem, uti in Xyliſpere hyberno Solem de rebus gravibus, vel inter ambulandum, vel ſedentes tractabant: Sic in *Nemoribus* per æſtatem umbram de opaciatem captabant. Caſaubonus ad *Suetonium Auguſtus cap.* 72. Sed & Idololatris olim in frequenti uſu, unde apud Romanos *Nemus Aricinum* adeò celebre, ubi Dianæ ſimulachrum ex Taurica advectum magna in veneratione fuit, quod & ſimpliciter *Nemus*, apud Strabonem, Τὸ δ' ἄρτεμισιον, ὃ καλοῦσι Νέμορ, ἐν ᾧ ὁ ἱερεὺς μένων ἀεὶ ὁπλῖτης ἐστὶ φονεὺς ἀντὶ τοῦ φεύγοντος· ὃ δ' ἄρτεμις τὸ ἱερὸν λέγουσι ἦναι ἀφιδρυσαι τὴν Ταυροπόλον. *Templum Dianæ, quod vocant* Nemus, *in ſiniſtro latere viæ Aricinæ ædificandi est.* Nempe Latini Dianæ Aricinæ templum ita propriè vocitant, Nemus. Unde & ipſa Diana *Nemorenſis* indigetabatur, & Sacerdos ejus dicebatur *Rex Nemorenſis*, ut eſt apud Suetonium. Plinius *lib. 35. cap. 7. Pingi autem gladiatoria atque in publico exponi cœpta à C. Terentio Lucano — is mortuo avo ſuo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in Foro per triduum dedit, tabulamque picturæ in* Nemore *Dianæ poſuit*, i. e. *ad Aſylæum*, quod Nemus vocabatur. Vitruvius *lib. 4. cap. 7. Item generibus aliis conſtituto, & ex itinere ſymmetriis ordinatæ, & alio genere ſiſſiliorum habentes, uti in Caſtoris in Circo Flaminio, & inter duos lucos Veioris: item aregutius in* Nemore *Dianæ, columnæ adjectis dextrâ ac ſiniſtrâ, ad humeros pronæ*, &c. E' quibus locis conſtat, *Nemus* propriè vocatum fuiſſe, Templum illud Dianæ Aricinæ, quod in *nemoribus* poſitum eſſet. Ovidius,

Ecce ſubeuntem templum nemorenſe Diana.

De eodem loquitur Silius *lib. 8.*

Quique immim Nemus *Triviæ*, &c.

Hic Scythicæ Dianæ ſeu Ταυροπόλου imago. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 67.* Ibidem Hippolytus quoque colebatur, & Egeria cum Numa nocturnos olim congreſſus. Equis illud ingredi non licebat, ob Hippolytum ab iis diſcerptum: Meminit ejus Ovidius *Faſtorum lib. 3.*

Nympha mone, nemori ſtagnoque operata Dianæ,
Nympha Numæ conjux ad una ſofita veni.
Vallis Aricinæ ſylvâ pracinctus opaca
Eſt locus, antiquâ religione facer.
Hic jacet Hippolytus ſurdis direptus equorum:
Unde Nemus nullis illud mirue equis.
Lucia dependent lunga velamina ſepes:
Et poſita eſt meritæ multa tabella Deæ &c.

V. in voce *Aricia*, & ſuprà in voce *Luci*. Sed & Muſarum hæc olim domicilia fuere, unde poſtea in ſuperſtitionem verſa. Magna enim ingenia & naturæ capacia *Nemorum* umbris fontibuſque gaviſos, *primâ* ſtatim *Ode* ſui operis docet Horatius:

—— —— *Me gelidum* Nemus,
Nympharumq; leves cum Satyris chori,
Secernunt populo.

Et *lib. 2. Epiſt. 2.*

Scriptorum chorus omnis amat Nemus, *ac fugit urbe.*

Hinc de Abrahamo Patriarcha jam legimus, Geneſ. *cap. 13. verſu ult.* habitaſſe eum *in convallibus Mamre*, quæ fuerunt multis arboribus conſitæ. Idem juxta Beerſabæ fontes, locos ſibi ac amœna vireta plantaſſe legitur. Georg. Hornius *Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. 7. cap. 3.* Pertinent huc Indorum Philoſophi *Hylobii* cognominati: de quibus Strabo *lib. 15.* & fere ſic Clemens I. *Stron.* Δεῖται γ' τούτων (Γυμνοσοφιστῶν) οἱ ὑλόβιοι, οἱ καὶ Σαλανοῦ ἀκούσαντες· οἱ γ' Βραχμᾶνες καλοῦνται, ἢ τὸν ἀναχωρητὴν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τοῦ ἀναχωρεῖν ἀνθρώπων ὄχλου. εἰσὶ δὲ τοῦτοι οἰκοῦντες ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ Ἰνδοῦ καὶ ἀκροδρυοτροφοῦντες, εἶναι δὲ ἀκτήμονες καὶ ἄοικοι. *Egent autem horum Gymnoſophiſtarum nomen, de Philoſ. Sectis cap. 1. & 19.*

Nendi Artificium, inter Palladis inventa, ut & ars texendi, V. infrà.

Nemus, carmen lugubre, cujus primum auctorem Linum ferunt: Græcè νόμος, item νόμιον, i. *extremum*. Unde non rectè per diphthongum ſcribi, monet Scaliger. Ad lætea id tranſtulit primus & poſtremus Euripides. Jovianus Pontanus, ad nutricias cantilenas: propterea quod vulgus in Italia, quas uno in loco *Bellas*, alio *Ninas* nutrices vocat, à cantiunculis, ut vitetur, quæ ſint ſimiles cantibus Præficarum. Cujus caminis angufti ſis divinusille Vir ita claruit laſciviam immenſi fui ingenii, ut aliorum excluſerit audaciam. At Vett. nutricum cantiones καλλιλεκτους nominarunt, Baueis enim nomen in re futili. *Neniam* verò (unde & νοιδεῖν tibia funebris) inventum ajunt Phrygum, cujus rei meminerit Hipponax. V. præſtatum Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 50.* Certè inter vocabula Phrygum, quæ è Paleſtina illi habuerunt, *Νοῖκον* feu *Neikon*, quoque recenſet Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prim. lib. II. cap. 36.* Vide quoque ſuprà *Nenia.*

Neo, Græcè Νέων, nomen viri. Lampridius in *Alexandro Severo*, *Grammaticum in parvia Græcum* Neonem *habuit*: Sic enim legi vult Salmaſius, cùm vulgati Codices habeant *Nebonem*, quod nomen Syriacum eſt, Palatinus liber legat *Nebuem*. Vetus *Inſcr.*

C. CLODI. C. L. HILARI
AMINÆ. CLODIÆ. L.
NEONIS. CLOD. PHILADOR.
POSIDIS HELENI. ⊖.

In alia *Neonianus* quidam, Cæſaris verna, nominatur. V. Salmaſium *ad l.*

Neoburgum, urbs Bavariæ, ad Danubium, adde: Ortum Principatui huic bellum dedit Bavaricum, inter Rupertum Palatinum cognom. *Virtuoſum*, filium Philippi cognom. *Ingenui*, Electoris, & Albertum Bavariæ D. geſtum, ſub initium ſeculi XVI. occaſione teſtamenti, quo Georgius cognom. *Dives*, Dux Bavariæ, Landshutenſis lineæ ultimus, unicam filiam Eliſabetham, & per eam generum Rupertum, hæredes omnium bonorum & ditionum ſcripſerat. Quo durante bello Rupertus à Maximiliano I. Imp. & mox Patre Philippus A.C. 1504. proſcripti, Rupertus ad Ratisbonam victus, Palatinatus miſere laceratus, arreptique tandem Philippus in gratiam receptus & Ruperti filiis patris aliqua avitæ hæreditatis, inter Nabum & Danubium, quæ *Neoburgenſis Principatus*, (aliis *Palatinatus Junior* appella ur) conceſſa eſt. Ita Principatum hunc primò tenuerunt filii Ruperti Otto Henricus, poſtea Electior, & Philippus cognom. *Bellicoſus*, quorum is Alberti filiam Suſannam duxit, A.C. 1529. hic Viennam contra Solimannum, fortitudinis memorabili ſpecimine edito, defendit eodem anno; ambo autem ſine prole deceſſerunt. E' quibus prior, ditionem ſuam bello Smalcaldenſi amiſſam, A.C. 1532. transactione Paſſaviensi recepit, poſteaque Electior factus, cùm

cùm improlem ſe moriturum videret, teſtamento transmiſit ad Wolffgangum Bipontinum, Electoratûs hæredeFridericoSimmerenſi, A.C. 1559. Hujus dein Wolffgangi filius primogenitus Philippus Ludovicus, poſtquam *Neoburgici* Principatus adminiſtrationem, vivo patre, ſuſcepiſſet A.C. 1560. *Neoburgicam* lineam, hodieque ſuperſtitem, orſus eſt, extinctus A.C. 1614. accepto de conſilio filii nuntio, & Lauingæ ſepultus: Pater ex Anna Juliacenſi (unde prætenſio ei nata in Ducatus Juliacenſem, Clivenſem & Montanum, è quibus primum & ultimum obtinuere Neoburgici) Wolffgangi Wilhelmi, qui *Neoburgicam* lineam continuavit, Auguſti qui Sulzbacenſis rami auctor eſt, & Johannis Friderici, qui *Hiltopoſtein*, *Haydek*, *Allenſperg*, & *Gizzin* accepit, fine hærede extinctus A.C. 1644. Wolffgangus Wilhelmus, cùm A. C. 1613. uxorem duxiſſet Magdalenam Bavaricam, ſequente anno Latinos ritus amplexus eſt, & Patre extincto, dationes ſubjectas in partem eandem petraxit, Fratribus & Matri ob religionem gravis. Obiit A.C. 1653. unico relicto, ex præfata conjuge, filio Philippo Wilhelmo, qui natus A.C. 1615. patri mortuo ſucceſſit, Princeps magni animi & prudentiæ, ac ſuæ Religionis acerrimus aſſertor, tum Equeſtrium exercitationum peritiſſimus. Prima ejus uxor Anna Catharina Conſtantia Polonica fuit (Polonicæ hinc regno, poſtquam Joh. Caſimirus Rex Regno ſe abdicaſſet, plurimorum votis deſtinata: imò & quoniam interregno, expectiti a non paucis) altera Eliſabetha Amalia Haſſiaca, ducta A.C. 1653. & conſtitim ad ſacra transgreſſa: quarum ifta ſterilis, hæc numeroſa quole domum auxit. His enim Parentibus nati, Maria Anna Joſepha (genita A. C. 1655. & Leopoldo I. Imp. tertium marito A. C. 1677. junctа) Johannes Wilhelmus Joſephus Ignatius, magnæ ſpei Princeps (qui natus A. C. 1658. nuper, minorem natu ſororem modò memorati Auguſti, uxorem meruit) Wolfgangus Georgius Fridericus Franciſcus (n. 1659.) Ludovicus Antonius (n. 1660.) Carolus Philippus Alexander Sigismundus Franciſcus Ludovicus, Fridericus Wilhelmus & Philippus Wilhelmus, V. Phil. Jac. Spenerum *Syllog. Geneal. Hiſtor. in Familia Palatina.*

Neocæſares Cappad. adde: Sub Conſtantino & Miltiade Epiſc. Rom. quidam A. C. 318. Synodum hanc, quæ Ancyranam ſuppleviſt, itidem provinciales, habitam eſſe, ajunt; Baronius in A. C. 314. rejicit. *Canones* habet XIV. qui quoque in Codicem Canonum ſunt relati. V. Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccl. num.* 23.

Neocores, apud Firmicum *lib. 8. Sm certè Neocores vel Sacerdotum Principes*: iidem qui *Neocori* aliàs, h. e. Templorum Cuſtodes, de quibus V. ſuprà ubi de *Ædituis*. Idem nomen datum eſt Civitatibus, in quibus celebre quoddam Templum, quemadmodum fuit illud Dianæ Epheſinæ, in Actis Apoſtol. cap. 19. Ipſis item Imperatoribus &c. Macer *in Hierolexico*. V. hic infrà.

Neocori, Eccleſiæ ædituus, Νεωκόρος. Jul. Firmicus *lib. 4. Mathes. 7. Aut ſimulachrorum conſecrateres, ſeu certè* Neocoros (ſic. quoſcis) *vel Sacerdotum Principes*. VoxGræcis Scriptoribus noviſſima, ſed quæ negotium jure faceſſit rei Antiquariæ & Nummariæ ſtudioſis, in vett. numiſmatibus, ubi hæc voces A. vel B. vel Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ epiteton populis integris aſcribitur, tanquam publici Ædituі fuerint alicujus, atque adeò publici etiam Templi; quemadmodum Phlegon Trallianus *lib. περὶ θαυμασ.* Νεωκορεῖν τῇ Ἀτταλείᾳ ait fuiſſe ἱερὸν ἡρῶον τῶν Ἐφεσίων, nili legendum ſit, ὃ ἱερὸν ἱερὸν κλέος, pro ὃ ἱερὸν, ita ut Græcæ populi ejuſce communis Templi vicilim Νεωκόροι fuerint. Sed & Actorum *cap.* 19. *vers.* 35. Epheſios dicitur Νεωκόρους τῆ μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς, quod Beza vertit, *Aedituam magnæ Deæ Dianæ, & ſimulachri à Jove delapſi*. Vulgatus, *Cultricem magnæ Dianæ Jovisq; prolis*. Ita Νεωκόρος, *bis Neocorus*, dicitur Perinthus urbs in vett. *Inſcr.* factâ in honorem Decii Trajani Imp. apud Sponium Itiner. *Part. 3. pag. 98.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙ
ΣΑΡΑ ΓΑΙΟΝ ΜΕΣΣΙΟΝ
ΚΥΙΝΤΟΝ ΔΕΚΙΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΕΥΣΕΒΗ
ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
Η ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΔΙΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ
ΠΟΛΙΣ.

Ubi, pro numero Templorum celebrium, bis autter *Neocorus*, civitatem aliquam appellari conſtat viſſe, nonnulli volunt; alii, pro numero feſtivitatum, id fieri ſolum contendunt. Sic in nummo Caracallæ & Nonæ *ſecundo Neocori* Sardiani dicuntur, apud cund. pag. 188 Νεωκόρων Σαρδιανῶν, in veteri *Inſcr.* Smyrnæ, pag. 130. ejusd. *libri*. V. Antonium Auguſtinum *Dial.* S. Sebaſt. Erizzum de *Numiſmat. vet. part. 2.* Adolph. Mekercum *de Pronunt. Ling. Græcæ pag. 53.* Nonium, Goltzium, Caſaubonum *ad Monum Ancyranum*, Seldenum *ad Marmora Arundelliana pag.* 104. & Alberum Rubenium *Diſſertat. poſteriari*, citatum Cl. Sponio ubi ſuprà, qui Nicolaum Bon Cretenſem Venetiis agentem, integrum de munere hoc tractatum meditari, numiſmatis & *Inſcripsimiens* antiquis illuſtrandum, addit.

Neogarten, Germ. *Neugarten*, nomen in Pomerania caſtri, & ditionis adjacentis, cujus tit. Dominii, ſub proprio Comite ex familia Eberſtenia; quæ Eberſtenize, inter illuſtriſſimas Saxiæ tractus jam olim numeratæ, ſtirpis furculus eſſe videtur. Tabulam familiæ Spenerus hanc exhibet: Otto Comes Eberſtenius Dn. de *Neugarten* ex Anna Sophia de *Gleichen*, genuit Ludovicum, Annæ Eliſabethæ Com. Manderſeiteidiæ maritum, & ex ea patrem Ludovici: quo & Walpurgi Honſtenia, natus Georgius Com. Eberſtenius Dn. in *Neugarten*, deceſſit A.C. 1573. Pater ex Walpurgi Schlickia (fil. Caſpari Com. Schlicki *in Paſſaun in Schlakenwerth*) Ludovici Com. extincti A.C. 1590. Hujus ex Anna Manſfeldia (fil. Caſpari Comitis) filius Georgius Caſparus, multorum liberorum fuit pater. V. præſatum Spenerum *Theat. Part. II. pag. 16.*

Neomenia, Græcè Νεομηνία, ſeu *Novilunium*, dies erat apud Hebræos, non quidem proprie feſtus ac facer, aut tam rigidè quietis, ac Sabbatum, celebrandus, interim peculari ſacrificiorum tignus, Numeror. *cap.* 28. *verſa* 11. ac porro conveniis & quiſtis tranſigi ſolitus, 1. Sam. *cap.* 20. *verſe* 5. Adde, quòd & ad Prophetas conſulendos pii tum convenire conſueverint, 2. Regum *cap.* 4. *verſa* 23. V. quoque Numer. *cap.* 10. *verſa* 10. *cap.* 28. *verſa* 11. Ezech. *cap.* 26. *verſa* 1, 2. Chron. *cap.* 2. *verſa* 4. & c. Inſtitutæ autem funt *Neomeniæ*, tum in creatæ lucis memoriam, utque populus à Gentilium ſuperſtitione, & Planetarum cultu avocaretur; tum expiandis noxis præterlapſis, ſacrificium illis dici ſpectabat, tum denique adumbrandæ innovationi omnium rerum & novæ luci, quæ Mundo ac Eccleſiæ per Meſſiam olim oritura erat, Iſaiæ *cap.* 66. *verſa* 23. 2. Cor. *cap.* 5. *verſa* 17. & Coloſſ. *cap.* 2. *verſa* 16, 17. Computabant illas vett. Judæi à Luna phaſi ac prima ejus apparitione, cui obſervandæ certi quidam Sacerdotes præfecti erant; hodierni verò, ab ejus conjunctione cum Sole. Unde olim cùm incerti eſſent, unde novæ Lunæ exordium eſſet ſumendum, bidui ſalem ſtatuere ſolebant, *eo diſcrimine de luminaribus*, ut Judæi loquuntur. Quod & I. Sam. *cap.* 20. *verſa* 24, 27. factum videtur &c. Fr. Burmannus *Synopſ. Theol. Chriſt. Part. I. lib. 4. cap.* 17. §. 19. & *ſeqq.* V. quoque infra in voce *Novilunium*.

Neomenice, ſeu potiùs *Nemenicæ*, Vidores dicebantur in *Neomeniæ*, uno ex quatuor celebrioribus Græcorum Ludis genere: quorum præmium *victor*, i. *corona ex apio*, unde Νικεῦν ἀπίῳ apium, Sibyllinorum *Orac. lib. 8.* ubi de Trajano Imp. qui Selinunte obiit. Cilicie urbe,

Οὐ κἀνὲς ἀλοιτρὸν κρίζει πνεῦν ἀπὸ Νεμέου
Ἀπὸ νέκτος ἐχνεῖα.
Quem putris peregrinus tegat mortuum, Nemeì
Floris (Græcè πνθίου) *nomen habens &c.*

V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano*, ut & in voce *Nemea*, *Neophytus*, Gr. Νεόφυτος. Iſidorus *lib. 8. Neophytus Græcè, Latinè Novellus, & rudis fidelis*. Papias, *Neophytus, nuper renatus, nuper ad fidem veniens vel noviter*. Quo nomine etiamnum in Gallia, in Comitatu Provinciæ, vocantur novelli Chriſtiani è Judæis facti; quo Luſitani *Chriſtianos nuevos* vocant, à quibus Ludovicus XII. Rex 5000. libras ad bellorum impenſas exegit, die 21. Dec. A. C. 1511. Sed & *Neophyti* in Communione Rom. dicuntur Novitii Clerici & nuper è Monachorum vel Laicorum numero in Clerum aſcripti, iu Concilio Sardic. *can.* 13. & apud Zozimum Pontif. *Epiſt. ad Patroclum*. Eorum namque duplicem ſtatuit ordinem Synodus VIII. *can.* 7. καὶὸν τῶν νεοφύτων ὁρίζομεν, τὸν μὲν ἐν λαϊκῷ τάγματι κείμενον, τὸν δὲ ἐν τῷ κλήρῳ τοῦτον. Gregorius I. Pontif. *lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 112. Sicut autem tunc* Neophytus *dicebatur, qui initio in ſanctæ fidei erat converſatione plantatus: Sic modò* Neophytus *habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſerit*. Etiam Novitii in Monaſteriis, *Neophyti* dicuntur Orderico Vitali *lib. 3. & lib. 6. Novitiorum copiam Monachali normæ mancipavit, Neophitisq; optimos vitus rigidæ converſationis tradidit*. Idem *Neophytos* dicit novos inductos Monachos *lib. 8. Rinus Clunienſium — Imitatus non eſt, ſed modernas inſtitutiones* Neophytorum, *prout ſibi placuit, amplexatus eſt*. V. du Freſne Gloſſar. & Macros Fratres *in Hierolexico*. Quorum hi Photium Patr. Conſtantinopolitanum ab Ivone Carnotenſi *Epiſt. 285.* & Landulphum Epiſc. Capuanum ab Auctore *Chronici* Caſin. *lib. 2. cap. 41. Neophytos* appellari, quòd, nullo Eccleſiaſtico ordine præviо, ad eas dignitates aſcendiſſent, addunt.

Neopotolemus, adde: Hinc apud Recentiores, prout hinc. Cuntados Fabarienſis *de Caſtilæ & Galli. cap.* 14. *Junior fratre Neopotolemus, in Curia, ſtruter Imperatoris matrui — Cremone factus, auxilio venerabilis Curienſis Epiſcopi & Abbatis noſtri, cingulum militare morum decoravit honeſtate*. Ubi legit du Freſne, *à fratre Imperatoris &c.* Quod de *Cingulo* hic Cuntadus ait, reſpicit ritum veteris ævi, quo novi iſtiusmodi Milites initiabantur. Ut enim apud Romanos, qui militiæ dignitatem aliquam conſequebantur, cingulo diebantur donari: quo etiam perſæ ab ipſomet Principe, ſi altioris, à majoribus verò Magiſtratibus, ſi inferioris eſſent ordinis, accingebantur: ita poſteriore ævo, qui militiam aut ex dignitate, aut ex beneficio ſeu feudo Do-

mino debebat, armis omnibus ab eo instruebatur, quò Militis fui in posterum partes ageret, atque ita *adoptabatur in Militem*, unde Gallorum phrasis, *Addubar au Chevalier*. Accesit apud Christianos armorum ipsorum benedictio in Ecclesia, à Sacerdotum Ministro facta, & vigiliæ jejunia, quibus novus Miles, in ipsa sacra Liturgia, sese accingebatur : quod maximè apud Anglos obtinuisse, memorat Ingulfus. Idem vero, ut alia quoque addam, priusquam militiam consequeretur, balneum ingrediebatur, indeque lotus prodibat, uti supra diximus. Ita Ioti Trinoes, in Ecclesia pernoctabant, orationibus vacabant, & castimo dedi quunt, facræ intererant liturgiæ, uti jam attigimus. In quibus locis earumdem singulas militiæ conferendæ tur novo militi ab aliquo Principe aut Magnate, data, ut solennè erat, alapa *militari*, sacra faciente Episcopo ensique bene dicente. V. Magnam *Chron. Belgicum* A. C. 1247. ubi de militia Wilhelmi Com. Hollandiæ imper. electi, & apud Vinchantium, *Annal. Hannoniæ* cap. 37. ubi de militia Wilhelmi Hannon. Com. Othrevani, & supra, ubi de *Alapa militari*. Ensis porro, quo accingebatur miles, ab plomet alitari impenebatur, uti discimus ex Joh. Sarisberiensi *Polycr. lib. 6. cap.* 10. unde ipsemet interdum miles, siquidem majoris dignitatis Princeps esset, acce ptum latei fuo aptabat, uti de Rege Fernando scribit Roder. Toletanus *de Reb. Hispan. lib. 9. cap.* 10. Sed etiam in occasionibus bellicis milites creabantur, cujus rei exempla suggerunt Fulcherius Carnot. *Lib.* 2. *cap.* 10. Froissardus 2. *vol.* 1. 125. 150. 3 *volum. cap.* 14. 75. 4 *Volum. cap.* 18. Tillius & Savaro *tr. de Regia Francica pag.* 27. Ad militiam autem capessendam nulla fere ætas definita erat. Interdum enim *prænascis* dabatur, ut de Æthelstano Anglorum R. narrat Wilhel. Malmesburiensis *lib.* 2. *cap.* 6. Interdum, ubi *per ætatem licebat*, ut de Wilhelmo Notho idem tradit *lib.* 3. *pag.* 95. Sæpe *intra ætatem* h. e. ante annos *majoratis* seu annum 21. ut de Principe Antiocheno annotat. 16. Miræte facto à Ludovico IX. Gall. R. refert Joinvilla *pag.* 98. At gentis & natalium nobilitas, ut quis militiam consequeretur, inprimis apud Francos, necessaria erat. Unde Guntheus Ligurinus *lib.* 2. de Langebardum gente, ubi ita minùs exactè observabatur :

> Ut, *fois omnem depellere fetibus hostem*
> *Posset, & armorum patriam virtute tueri,*
> *Quosdam ex humili rudi, quos Gallia fudum*
> *Judicat, acclogi gladio concedit equestri*, &c.

Plura V. apud Carolum du Fresne *Glossar.* in voce *Miles*, & infrà in *Tiro*.

Neustasium, Germ. *Neustast*, castrum Germaniæ, in Duc. Wirtenbergensi, sub proprio Principe, ex illustrissima hac Familia. Fridericus enim Dux, qui obiit A. C. 1608. communis omnium eorum, qui nunc in ea superstites sunt, pater, cum tres habuisset filios, primogenitus Joh. Fridericus *Stutgardiensem* lineam incepit, atque præter Eberhardum, maximum natu, alios que, Fridericum genuit, ex Barbara Sophia Brandeburgica (fil. Joachimi Friderici Elect.) Hic natus A. C. 1615. à fratre *Neustasium* (ubi fedes tumta) Wirtenbergam & Mekmublam accepit: Et hactenus post labores, otium exercipit, curis & ludiis Principe dignisque eorum aliquorum fidem Hophotheca, impressorum scriptorumque voluminum Bibliotheca (in qua ultra 20000. librorum numerantur) & Cimeliarchium, instructissima, quotidianisque augmentis crescentia, facere Neoftadii possunt, condivit. Pater è Clara Augusta (fil. Augusti Ducis Brunsuicensis Judicæ A. C. 1633. numerosæ prolis. His enim parentibus, præter eos infantes, qui ad meliora properarunt, prosati sunt, Fridericus Augustus (n. 1654.) Albertus (n. 1657.) Sophia Dorothea (n. 1658) Ferdinandus Wilhelmus (n. 1659.) Antonius Ulricus (n. 1661.) Christophorus (n. 1666.) Carolus Rudolfus (n. 1667.) &c. Fratres & sorores germani, *Duces Wirtenbergiæ* &c. in *Neuenstatt*. Phil. Jac. Speneras *Theatr. Part. I. pag.* 163.

Neustenium, Germ. *Neuenstein*, castrum Germaniæ, in Francomia, sub proprio Comite, ex Familia Hohenloica, fra mi *Langenburgica*. Cujus enim præcipua hujus stirpis divisio hodie in Langenburgicum & Waldenburgicum ramum, in illo Wolffgangus tres filios fuccessores habuit; Georgium Fridericum in *Weickersheim*, Cratonem in *Neuenstein* & Philippum Ernestum in *Langenburg*. Quorum medius, qui obiit A. C. 1641. ex Sophia Palatina, (fil. Caroli Com. Pal. Rheni in *Birckenfeld*.) numerosam prolem suscepit. Sunt illi, Sophia Magdalena (n. 36. 16. den. 1627.) Johann. Fridericus (n. 1617.) Chato Magnus (n. 1618.) Sigfrid (n. 1619.) Anna Dorothea (n. 1621. uxor Joachimi Ernesti Comitis *Oettingensis*, den. 1646.) Wolffgangus Julius (n. 1622.) Carola Diana (n. 1623. den. 1632.) Johann. Ludovicus (n. 1624.) Margaretha Hedvvig (n. 1625. nupta Carolo Orhoni Com. Palat. Rheni, ducta 1658.) Carola Susanna Maria (n. 1626. uxor Ludovici Com. Lœvenhauptii) Sophia Magdalena (n. 1628.) Eva Catrolina (n. 1629. den. . . .) Philippus Maximilianus Johannes (n. 1630. den. 1658.) & Eleonora Clara (n. 1631. uxor Gustavi Adolfi Com. Naffovii, ducta 1662.) omnes *Comites de Hohenloë & Langenburg* &c. *in Neuenstein*.

Tom. II.

niæ. Idem, *ibid. pag.* 120. E' quibus Johanni Friderico, ex Dorothea Hedvvige Duc. Holsatiæ *in Itzenburg*, genitus est Fridericus Crato Com. *de Hohenloë*. V. eundem *Part. III. pag.* 89. ut & *Ind. Part. I.*

Neoterici Auctores, apud prisços Grammaticos, opponuntur *idoneis*, hoc est, classicis & locupletibus, quibus veteres hoc meritum arrogavit. Hinc quòd Persianus teslimonio Solini uritur, hunc non recentem tumfuisse, colligit Salmasius *Prolegom. ad illum.*

Nepas Regis effigies, in Musæo Kircheriano Romæ, Georg. de Sepibus in *Descr. eius pag.* 7.

Nephritium Poculum, ex ligno cognomine, exhiberur in *Musæo* Kircheriano Romæ : cui qualemcunque liquorem infuderis, si paululum consistere permittas, mox in cerulleum colorem abiisse deprehendes. Adversus calculum rerum inde bibentibus maximè efficax. Georg. de Sepibus in *Collegii Rom. S. J. Musæo pag.* 344.

Nepos, an quia *natus post*, prius enim filius nascitur, dein *nepos*, Isidor. & Festus; proprie ex filio genitus, filiave: hinc ex fratre vel sorore natus. Olim de posteris omnibus vox usurpata. Unde Claudii Imp. successores usque ad Domitianum eâ insignit Papinius Statius *lib.* 3. *Sylv.* 3. *vers.* 78.

Nondum stelligerum senior demissus in axem,
Claudius & longo transmisit habere nepoti.

Ubi Neronem, qui Claudii privignus erat; inde Galbam, Othonem, Vitellium, Vespasianum, Titum, Domitianumque, qui continuâ serie Claudio succedere, *Nepotes* vocat. Sed & in allusionem adulatio fubest, qui *longi Nepotis* appellatione generositissimis Cæsaris & Antonini familia fic insignitur. Porro agnatos cognatosque generatim *Nepotes* dictos, ex eodem Poëta colligitur *lib.* 2. *Sylv.* 1.

——— *nec, enim magis ille trahentem*
Spernit & ignota credit de stirpe nepotum.

V. Barthium *ad t.* Qui vocis usus non obvius, obscuriora hactenus quædam Jurecons. loca adjuvare possit. Subditos quoque, utpote quorum Reges parentum illis loco fuit, unde toties *Pater & Rex* Poëtis jungunturex Catullo, *ad Ciceronem*,

Disertissime Romuli nepotum.

Et eodem de sua Lesbia,

——— *in trivis & angiportis*
Glubit magnanimos Remi nepotes &c.

Ad propriam vocis notionem ut redeam, Avis gratissimi *Nepotes* sunt; quibus quomodo abblandiantur, multis locis exemplo est Au lonius, nullibi dulcior, quam cum garrit cum dulcissimis suis nepotibus. Unde illi,

Succedunt puribus feri, nova cura, nepotes.

Verùm, quòd eorum indulgentia plerumque corrumpuntur, hinc *Nepotes* dicti, luxuriosi, Græcè ἄσωτοι, & *nepotari*, iisdem ἀσωτεύειν est, ἀσώτως agere. Indidem divinè vindictæ ratio conflat, quæ avorum non raro fcelera in *nepotibus* ulciscitur. Horatius Convitio *Belli Civ. Epod.* 7.

Sic est, acerba Fata Romanos agunt,
Scelusq; fraterna necis,
Ut immerentis fluxit in terram Remi,
Sacer nepotibus cruor &c.

Quam in rem V. iterum Barthium *Animad versionibus ad Statium Thebaidos lib.* 3. *versu* 244. Hodie in Aula Pontificia, *Nepos* vocatur ex Cardinalibus is, qui apud Pontificem, *primi*, ut vocant, *Ministri* vices fungitur, ut notum.

Nepunalea Ludi, mense Julio apud Romanos celebrari soliti, memorantur Tertullianus *lib. de Spectaculis cap.* 6. *Cui superstitioni utrinsque generis ludi notarentur, Megalenses & Apollinares, item Cereales & Neptunales & Latiares & Florales, in commune celebrantur.* Extat mentio in vetusto marmore, cujus fragmentum hoc: *Flaviæ. Q. F. Saluti. Conjugi. charissimæ. L. Publicius. Basilicus. dec. orn. sibi. posuit. quam. ipse. exsuxit. die. Neptunalioru. Parentibus. Spor—— libti. dividentur. & decur. XXVIII. S. n. —— cinzoni. quinquagesi. V. soliti. arcam. Publicionem. Flaviani. & basili. filiorum. & arcam. in. qua. posita. est. Flavia. Saluariæ uxor ejus. rogi. — die X. V. sacrificent*, apud Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib.* 4. *cap.* 11. Incidebant autem *Neptunalia*, seu ferias Neptuni, ut illas vocat Varro *de Ling. Lat. lib.* 5. in 10. Kal. Sextileis. Rosinus *cap. cit.* V. quoque Vossium *de Idolol. lib.* 1 *cap.* 15.

Neptunus, adde : Hunc quòd navigandi artem invenisset, classem instituisse, quisque præfectus à Saturno factus esset, poëtis traditum est, atque imperatæ facraque ei à navigantibus facta, quidam volunt. Sed melius Clarisi. Vossius, occasione diversi orbis inter res Noahi filios, Semum, cui Orientis Chamum, cui Occidens : & Japhetum, cui Insulæ obrigere, hanc de divisione orbis inter Saturnidas tres, Jovem, Plutonem ac *Neptunum*, fabulam ortam esse, eruditè ostendit, *de Orig. & Progressu Idolol.* Eum *Eunsfegaon* & *Silichthona* Poëtas veteres & Theologos nuncupasse, testis est Ammianus Marcellinus: Quò alludens Virgilius, *Æneidos lib.* 2. inquit,

Neptunus *muros, magnoq; emota tridenti*

Fundamenta quatit.

Quare non immeritò commune cum Terra templum habuit, ut ex Musæo apud Paulaniam notavit Marc. Donatus in *Dilucidat.* Hinc etiam, quòties tremuisset, fupplicationes decerni, ferias indici, juftitium fieri, dum facra peragerentur, incerto neque nominato alii Numini, ioltium fuiffe olim legimus. Ideo autem Numen nominari noluerunt, ne, cum certum fit Terræ aliam aliam Maris poteftatem effe, & tamen in Terræ motibus aqua plurimum valeat, unum pro alio forte nominantes, falsa religio ne populum devineirent, Æliánus *Hiftor. var. lib. 6. cap.* 76. Lycophron eundem cum Tritone *Neptunum* facit, unde verfus Æftii, apud M. Tullium in *N. Deorum lib.* 2.

Aut ferit Triton fuícina everrens ípecus
Stabiet radices, penitus undanti in freto,
Molem ex profundo faxeam ad cœlum vomit,

ad *Neptunum* trahit Dempfterus. Falfam autem fabulam de equo ab eo producto in contentione cum Minerva initâ, cum nomen Athenis imponendum eflet, contra Servium *mad init. lib.* 1. *Georg.* oftendit Bayl. Ignatius *Rationarium cap.* 8. ubi Palatem quidem oleam, *Neptunum* verò non equum, fed protinus, prolicuiffe docet, idque confirmat verbis Ovidii *Metamorph. lib.* 6. *fab.* 1.

Stare Deum pelagi, longoq; ferire tridente
Aípera ſaxa facit, medioq; è vulnere ſaxi
Eliciſſe freenum, quo pignore vindicet urbem.

Ubi alii legerunt, *Ferum.* Salaciam ei uxorem Varro tribuit. V. quoque A. Gellium *lib.* 13. *cap.* 21. Eundem à primis urbis initiis Romani coluere, *Conſi* nomine, teftibus Dionyfio, Livio, Plutarcho, aliisq; quamvis aliqui Conſum à *Neptuno* diftinguant. Hinc fimulachrum ejus in pompa per Circenfes Ludos cum aliis Deorum fimulachris circumferebatur, unde non de Vehi, pannis agitatore, fed de fimulacro ifto, intelligit Salmafius verfum Ovidii,

Plaudite Neptuno, nimium qui fidibus undis;

i. nautica turba, de qua aliquid fuperius, i Sic miles Marti plaudebat, Cereri agricola, Phœbo vates & augures, Veneri amatores &c. nec quidquam eorum, quæ recentiores Græci philofophari funt, fuper Circi partibus & coloribus, apud Veteres, nequeturne hæ rationes cogitatæ fuerunt fuper ftudiis & favoribus, quos finguli colores factionum Circi provocabant. V. Salmafium *ad Solinum pag.* 903. Græci quoque inter Genethlios Deos venerati funt, quod humore fuo nativitatem promovere crederentur: unde Natalitiæ ejus ædes, Lacedæmone, Thom. Bartholinus *de Puerp. Vet.* Nec Cananæis populis ignotum hoc Numen, namque Dagonem Philiftæorum, de quo V. 1. Sam. *cap.* 5. *verſu* 4. ab Hebr. *Dag*, quod pifcem fignificat, appellatum, quemque fuperiore fui parte hominem, inferiore pifcem retuliffe, contendit R. Da. *in locum ch.* Neptunum vel Tritonem fuiffe, haud vane dixeris: nec abfimilem Triton habuiffe figuram fingitur,

Frons hominem præſert, in priſtem definit alvus.

Pierius *Hieroglu. lib.* 1. *pag.* 28. Pectus ei facrum fecere Gentiles. V. Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. lib.* 4. *cap.* 4. & plura de *Neptuno*, apud Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 13. *& lib.* 4. *cap.* 11. *cum Parallipom.* Thom. Dempfteri. De coronamento ejus, quod ex pinu erat, V. Cæl. Michalium *Coronamen lib.* 6. *c.* 27. Hodieque fimulachrum ejus afervari in Mufæo Kirkeriano, Romæ, refert Georgius de Sepibus in *Defcr. ilius pag.* 8.

Epiſtola quædam Neptuni.

Ἀσφάλειος, Athenis colebatur, ut navigantibus *ἀσφάλειαν* præberet, id eſt *ſecuritatem*, concilians: vetus utriusbibliusclariſſimæ Patronus, Ariſtophan.

Conſus, à conſilio dando, Romæ in veneratione eximia fuit: Inprimis à quo Romulo de rapiendis Sabinis conſilium fuggeſſit. Habebat autem eam fubterraneam juxta Circum Max. in qua ipſi facra fiebant Conſualia, Feſtus. V. *ſuo loco*, uti & Dionor. *l.* 6. *c.* 15. Plut. Dionyſ. *l.* 2. &c.

Dagon, Philiſtæis dictus eſt, ab Hebr. *Dag*, quod pifcem notat, V. *ſupra*.

Ἐπωσίγαιος, Gr. *Ἐπόσιγαιος*, à concuſſione terræ, appellatus eſt: quà voce Juvenalis, *Sat.* 10 *verſu* 182. uſus eſt, *Ipſum compeditibus qui vinxerat Emnoſigæum.*

Equeiler, Gr. *Ἵππιος*, primus equos donandi artem quòd tradiderit, dictus, ut Diodorus teſtatur *lib.* 20. apud Rom. quoque cultus eſt. Unde in ludis Circenſibus, *Neptuno* ſacris, ſtan celebris equorum pompa & equeſtrium decurſionum certamina tam frequentia fuere. Godvvynus *Antiqu. R.*

Hippius, idem cum Equeſtri, V. ibi.

Natalitius, Lacedæmone templum feu ædem habuit, cognominatus à nativitate hominum, quam humore fuo juvare ac promovere credebatur: ut *ſupra* dictum.

Redux, in nummis quibusdam antiquis vocatur, quorum unum, qui T. Veſpaſiani Imp. eſt, exhibet Jo. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 13. in quo icon Neptuni, dextrâ delphinum, ſiniſtra tridentem tenentis, cum inſcriptione, IMP. T. VESP. AUG. REST. Habuit autem *Neptunus* Romæ templum, in regione urbis nona: item ædem, cujus meminit Publius Victor.

Sativus, apud Græcos colebatur. Plut. *Sympoſiac. lib.* 5. *Problem.* 3.

Secundus Jupiter, à Nymphis vocatur, apud Claudianum *Nupt. Honorii verſu* 176. V. quoque Statium *Achilleid. l.* 1. *verſu* 48. & *de Neptuno Juve*, notata J. Bernartio *lib.* dictum eſt, *ſuo loco*, &c.

Neptunus, Dæmonis quoddam genus, apud Gervaſium Tilleberienſem MS. *de Otiis Imperiat. lib.* 3. *cap.* 63. *Anglia Dæmones quoſdam habet, Demone, inquam, ſolitarios, in ſecretis & ignota generationis effigies, quos Galli*, Neptunos, *Angli Portunos nominant: Illis inſtium eſt, quos ſimplicitatem ſeminarium colonorum ampleCtuntur & cum nocturnas propter domeſticas operas equum vigiliæ, ſubi & claſſis tanuis ad ignem calefuns & ramuncul as ſimis proje Cis primis impoſitas comedunt, ſic vili victu ſatæ contigua, fiatura puſilli dimidium poſtic is non habentes, pannucatis conſenis indumentur, & ſi quid geſtandum in domo fuerit, aut onerioſis operis agendum, ſe ingerunt cultus, humana facilitate expeditum. Idillis inditum eſt, ut ob ſpui poſſint & obeſſe non poſſint. Verumtamen unicum nocendi mandatum habent: cum enim inter ambiguos nullis tenebrarum Angli ſolitarii quandoq, equitant, Portunus hominumquam invijis equitanti ſe opulat & cum diutius comitatur, eundem tandem loris avepis equum in luimn ad manum ducit, in quo dum inſixus volutatur, proinus exens cachinnum facit, & ſic hujuscemodi indebito humanam ſimplicitatem deridet.* Adde, quæ de ejusmodi *Neptunis* refert Thomas Cantipratanus *l. de Apibus, c.* 57. *num.* 10. 11. C. du Frene *Gloſſar.* Simile quid Sirenes fuit, Nereides, Tritones, Centauri, Silvani, Satyri, Fauni, Strygæ, Harpyiæ, Cobali, de quibus multi multa: Voëtius *Pol. t. Diſput. de Græc. part. III.* Aut fuiffe monſtra humana individua alicubi conſpecta, five ex nefario hominum cum beſtiis concubitu, five ex alio Naturæ errore genita: aut ſpectra Diabolica, quæ hominibus ſubinde ea forma apparuerint; aut ſpecies brutorum, fimias ſimilesve, quæ aliqua ex parte ad figuram humani corporis accedant: Nec pauca eorum, quæ de illis feribuntur, ad fabulas & otioſorum hominum figmenta referenda, ait. Parcelius tamen in hiſce talibus alia quatuor hominum genera certa ponit, quæ Deuti præter homines Adami poſteros carne, oſſibus & ratione inſtruxerit, ac in ſingulis elementis collocarit, in *Terræ* viſceribus *Pygmæos* & *Gnomes*, in *Aghis Nymphas & Undenos*, in *Aere*, *Silvanos & Metuſinas*, in *Igne*, *Vulcanos & Salamandras*; incertumque eſſe cui horum genera vifa des in D. um fit data & via ad falutem patefacta, *Epiſt. ad Athenienſ. f. de Occulta Philoſ.* Sed luxuriantis ingenii ſuava fomnia ſunt. V. Godelmannum *de Magis, de Dæmonibus & Lamiis lib.* 1. *cap.* 8. *& lib.* 2. *cap.* 27.

Neptunus Color, idem cum *malo*, de pallido fuſcoque, cui *improbus & ſuperbus & arrogans* oppoſitus, Salmaſius *Not. ad Spartianum in Pescennio Nigro*, ubi de veribus illis, *Oris reverendi & ſemper rubidi*: V. quoque infra in voce *Nibling.*

Nereationes Peſcennius, unà cum Feſto & Aureliano fratribus, inter Nobiles Romanos, fine cauſæ dictione, juſſu Severi Imp. occiſos, memoratur Æl. Spartianus *in Vita hujus Imp.*

Nereius Priſcus, adde: Admodum familiaris Imp. Trajano fuit, & *Memorianum. Reſponſorum* ac *Regularum* libros conſcripſit, utex Jure Civili liquet. Meminit quoque ejus *de Nuptiis* libri, A. Gellius *loco cit.* qui quidem in Jure Civ. non laudatur; ſed huc referri poſſe videtur, quando *Nereius* citatur leg. 5. & leg. 20. *D. de jure dotium.* V. Anton. Thyſium *Notis in A. Gellium.*

Nereis, apud Papinium Statium *Achilleid. lib.* 1 *verſu* 24.

——— *quà condita Ponto*
Fluctibus inviſa ſum Nereis imperat Helle.

Græce Νηϊάς, *una eſt ex Nymphis marinis, quæ dicuntur Nereides*, ver. Schol. à *Nereo*, cujus filiæ fingunturex Doride ſorore ejus. Earum regina & caput Thetis fuit, cui malè habenti infinitæ *Nereides* comites dantur, apud Homerum *Il. s.*

——— *θοαὶ δ' ἅμ' ἀμφιπένοντο*
Νῆες, ὅσαι τρόφι θεὸς ἀλὸς Νηρεὺς ἔτεκε.

Qui mox recenſet nobiliorum chorum, & *ſororesi* ipſas vocat:

Κάδη τε μετωπίη τε Νημερτές τε.

Erant autem Numina maris, & adorabantur pro talibus. Imò *Nereides* docuiſſe ſacra Bacchi, Proſerpinæ, Apollinis, Calliopes, memorat Orpheus. Vide Orphei *Inſiglientia Hymno* 23. qui paulo antè matrem fis affignat Tethyn, *Hymno* 21.

mino 21. Pectus nudum iis tribuit idem Statius ubi supra v. 77. de Theide,

Orabat laniata comas & pectore nudo
Carrutelis obsidua equis ——

Cujusmodi forma illas visas olim, Catullus arbitratur,

—— *illa videram luce marinas*
Mortales oculi, undato corpore, nimfas,
Nudicium unus exantes de marmore cano.

Id est, usq; ad papillas, vel cum ipsis &c. V. *ad b.l.* Casp. Barthii *Animad verf.* ut & in voce *Nervus*.

Nericos, Græcè Νήριχος, urbs Leucadiæ, quamvum *Nerito*, monte Ithacæ, malè auctores quidam confundunt. Hæc cùm à mari longius prius esset remota, postea perfossio ab incolis isthmo & portu ejus loco effecto, qui ponte iunctus erat, ad insulæ tectum manu factum translata & *Leucas* appellata est. V. suprà in voce *Leucas*.

Nerlene, V. *Nerio*.

Nerienses, cognom. Celticorum, à prom. *Nerio* seu *Celtico*, quo ab aliis Celticis, qui *Pasamarci* dicebantur, distingui solebant: erant autem illi in Hispania Tarraconensi. Salmasius *ad Solinum pag. 276. & 278.*

Nerius, V. *Nervius*.

Nerius, Dux Athenarum, post Antonium Acciajolum fil. nothum Rainerii Acciajoli Genuensis, quem pater Chalcocondylas populit. Et successit frater Antonius *Nerius*; quem cùm a*lius*, *Nerius* quoque dictus, excepisset, hic filio in tutela Matris relicto decessit. Mater, amore correpta Veneti cujusdam Nobilis, Petro Palmerio geniti, cui Præfectura Naupfii credita erat; eum spe nuptiarum ac Principatu Athenienfis, ut facto ab uxore fui divortio se ducere; pellexit. Unde cùm gravissimæ primò lites, inde cædes orirentur, Franco Acciajolo, pupilli consobrino, ejus tutelam ac Ducatûs adminiſtrationem sibi vindicante: hic tandem superior, Ducis titulum ab Imp. Turcico Mahomete, Amurathis II. fil. nactus est. Sed cùm Imperator illum cum Principe Bœotiæ consilia communicare paulo post intellexisset, Omarem, Thessaliæ Præfectum, Athenas occupare & præfidium ejus ducere jussit, quo tempore Urbs Turcarum jugo subdita gemit, V. Chalcocondylam *lib. 9. pag. 259. 300.* Fr. Rossæum *Archeol. Attic. &c.*

Nero, Syris & posterioribus Græcis, locus ille delitiis famosus prope Antiochiam, *Daphne* dictus olim, abolitâ appellatione istâ, vocari cœpit, propter aquarum scaturigines: נהר n. Syris & Arabibus idem, ac Hebræis נהרים *fluvius*; unde Νηρὶς hodieque Græcis est aqua. Hoc autem nomen antiquissimæ ejus appellationi consentit planè: Nam Numnorum pag. 34. qui locus dicitur cùm à Mole, tum ab ejus paraphraſte Oniade לו ענין *fons*, aliis Interpretibus Hebræorum est דפני *Daphne*. V. suprà in hac voce, & Casaubonum *ad Capitolinum in Marco Philosopho*. Imò Græci non insimæ solùm ætatis, sed etiam antiquioris νηρὸν & νηρὸν aquam vocavérunt: Et νηρὸν, locus est aquis irriguis, unde νηρώδης, λιθώδης, seu νηρώσιμος. de quo mox, Salmasius *ad Solinum pag. 1105.*

Nervianus, apud Auctorem *diſtichi*, quod in seculum Constantini factum est,

Saturni aurea ſecla quis requirat?
Hæc ſunt geminata, ſed Nervianus:

excellentiſſimus est Smaragdus, Græcè Νηρώνιος seu Νηρωνιακὸς. Hæc enim sunt gemmea secula longe utique aureis anteferenda, sedex qua gemma facta? ex *Nervviana*: hic sensus distichi. Nomen ei, non à *Nerone* Imp. nec Domitiano, ut quidam volunt: nam Plinius, ut eorum ætati proximus, mentionem illius feciſſet sine dubio. Ita autem is de optimo Smaragdo *ad cra ſtiudinem ſui facilitate transitiuſa, quod etiam in aqua non mutat*; quod ad Neronianum Epigramma refert, Καὶ τὸν Νερωνιανὸν σημεῖα τῶν αὐτῶν ἐφύλαξε χωρὶς ὕδατος, βιβάδει τὸ εἰκόνι. Sed à *Nerone*, artificiose lapidum politore: aut potius à νηρὸν, de quo paulò superiùs. Interim præfatus Auctor figuratè dicere vult, Constantini tempora *Neronianis* esse similia, quòd uxorem & natum occidiſſet. Salmasius *d. l.* Oleo, quo smaragdi meliores fiunt, etiam hanc smaragdi speciem optimam procuratam fuiſſe, idem Epiphanius tradit, &c.

Nerica, Oliverio *Neriſcus*, vulgò *Neers*, fluvius est Geldriæ, in Belgio, memoratus *Chronico* Monaſterii Laureshamenſis seu S. Nazarii, ubi de Lothario Augusto Ludovici Pii filio ita extant: *Lotharius Anſfrido tunc Palatino Comiti, illuſtri & ſpectabili viro ob egregia merita, prædium ſuum in Geldzflurt, in pago Hattuariorum, ſuper fluvium* Nerle, *& in pago Laumenſi, in villa Sudeja, ſuper fluvium Geldilone, jure proprietatis contradidit: quod poſtea idem Anſfridus Laureshamenſi Monaſterio ſub Abbatiſſa Ditrikbo contulit.* Qui eadem de re ita Lotharii ipsius *litteræ: In pago Hattuariensi & in villa quæ dicitur Geldzflurt, ſuper fluvium Nerle*: Et Anſfridi *litteræ, in pago Hattuariensi in villa quæ dicitur Geldzflurt, quæ ſita eſt ſuper fluvium* Nerſa &c. Desfluit is inter Rhenum ac Mosam medius & Wachtendoncam, Gelram caput & Ducatûs, Goch, aliaque Cliyensium oppida præterlapsus, decurrit in Mosam, apud Gennapham: Proximus Batavix & pago olim Mosano fuit. Itaque cùm in *Geſtorum* Francorum *cap. 9. Dani per alium mare Galliæ appoſitæ & Theuderici pagum Auvarios, vel alios devaſtaſſe*: Cùm quoque in vit. Antonides Galliciis, A. C. 715. Saxones *devaſtaſſe terram Austriariorum*; dicuntur: utri Attuarii utrobique designentur, Cisrhenani ad Nervium, prope Batavianam, an Transrhenani, incertum est. Vide Hadrianum Valesium *Not. Galli.* in voce *Attuarii*.

Nervii, in fidibus (citharæ id genus) chordæ, Varroni etiam *nervix*, apud Non. & A. Gellio *lib. 9. cap. 7.* Item id, quo arcus tenditur. Ovidius *de Ponto lib. 1. Eleg. 2.*

—— *Intentus nervo teveris arcus equinus.*

Veretro camelino optime hoc fine uti populos Orientis, Aristoteles docet *de Animal. lib. 5. cap. 2.* Præterea funes è nervo torqueantur, qualium Vitruvius meminit *lib. 1. cap. 1. & lib. 10. cap. 15.* ubi docet, iis brachia catapultarum contineri. Plautus similiter *Curcul. act. 5. ſc. 3.* Antiquitus porro & inde vincula fiebant cervicum ac pedum; manuſque poſtmodum etiam ligneis, & tandem ferreis, nomen, ut infrà videbimus. Sed & *bubulis nervis* flagella fere erant, quæ *Nervia* ſæpe Martyres legimus &c. Gerhard. Jo. Vossius *de biolol. lib. 3. cap. 71. De Nervis Arcuum*, ut aliquid addam neceſſitate urgente, ex capillis mulierum, ſuffi mentorantur Capitolinus *in Maximino Jun. Præterea undam ne illud quidem eſt, quod tam ſæpe Aquileja tenuit Maximinum pro Senatu ſuerant, ut funes de capillis mulierum faceren t, quum deeſſent* nervi *ad ſagittas emittendas: quod aliquando Romæ dicitur factum. Unde in honorem Maximum templum Veneri calvæ Senatus dicavit.* Ubi hiſtoriam, in quam digitum intendit, habes apud Vegetium *lib. 4.* Lactantium *lib. 1.* & Servium *ad 1. Æneid. Hodie nervo* arcus fauces Magnatum, imò & Imperatorum nonnunquam, cludere apud Turcas in usu est. Quid vero sit *nervis incedere*, dicemus infrà in voce *Nervosus*. De verbo Artis Gymnasticæ νωρῶν, i. *robuſtum* validumque redderе, hinc, orto Νώρων, Nero, V. Casaubonum *ad Suetonium Tiberio* c.

Nervus, Feſto ferreum fuit vinculum, quo pedes impediebantur; aliis ex ligno fuit, unde βυλανιὰ apud Plauto: qui eo etiam cervices vinciri ſolitas eſſe, docet. Mentio ejus *in Legg. XII. Tabb.* ubi deco, qui ſolvendo non erat, *Vincito ait Nervo aut compedibus quindecim pondo, ne majore, aut ſi volet, minore vinciо*. Et apud Plautum *aſſinaria*: *Qui ea vereſus ſtrictibus clunibus, crucesque compedesque*, Nervos, *catenas, cateres, manuellas, pedicas, boias &c.* In priorem locum, notat Oiselius IC. *ad A. Gellium lib. 20. cap. 1.* ad Compedes pondus referendum, non ad *Nervum*. Cùm enim Compedes, Græcis πέδαι, vincula pedum eſſent ferrea, inde in iis pondus ſpectabatur. Demodorus in Medea, apud Pollucem,

Τέσσαρας ἐπέβαλον δοὶ σιδήρεα πέδας,
Τρίχα δ' ἄλλους ἔδησαν ἰνώδεσι σφυρόδεσι.

Et apud Plautum, *Craſſe & ponderoſæ compedes*. *Nervus* autem pergit, vinculum quidem etiam erat pedum, sed ligneum, non ferreum. Auctor ei ſententiæ hujus fuit Salmasius *de M. U. cap.* 18. ubi *nervo* pedes immiſſos & nervis in eo ſtrictos eſſe, docet. Unde Glossæ Philoxeni *Nervum* interpretantur βυλανιὰ seu ἕδρα Græcis absolutè βύλον dicitur, & ex βύλῳ δεδέσθαι, qui nervis vinciebatur. In lege Solonis πεδοσπάστου vocabatur, explicante Lysia *in priore c. Theomneſtum*, ubi ex lege quadam Solonis hæc verba referens, Δεδέσθαι δὲ οὐ τὸ πεδοσπάστου ἡμέρας ἕξω τῆς πόλεως, ἢ μὴ πεδόμενον ὁ Θεόμνηστος αὐτὸ τοῦτο, ὃ ἄνδρες, ὁ νῦν κελεύει ὁ νόμος δεδέσθαι, id eſt, *πεδοσπάστου, non idem eſt, ὁ Theomneſtus, quod nunc vocatur, in Nervo vinciri*. Eodem loco ſimiliter obſervat modo laudatus Heros, Comicos Latinos, qui pallatas docuerunt, quas verterant ex Græco, pro ἐν ξύλῳ δεδέσθαι, poſuiſſe *in nervo vinciri*: Unde contendit, errare eos, qui Feſtum ſecuti, *Nervum*, ferreum eſſe eſtimant. Quod verò *Nervo* colla etiam vinciri è Plauto notavit Feſtus, id inde factum, quia eodem vinculo tam cervices, quàm pedes & manus aliquando necti ſolebant. Habebat enim idem lignum quinquelocis foramina, quibus collum, manus ac pedes inſerebantur. Unde & πεντεσύγγυον ξύλον vocatur, ab Ariſtophane *in Equitibus*.

—— —— —— —— *Τυβὶ*
Δότην ἐκλαβὼν πεντεσύγγυον ξύλον.
—— —— —— —— *Ilum*
Vincire juſſit quinque ſiſtulari ligno.

Ubi vetus Scholiaſtes πεντεσύγγυον interpretatur, κύκλα ἐκκλησίας ἐν οἷς τοὺς πόδας, τὰς χεῖρας καὶ τὸ στόμιον συνέλαβον, id eſt, *quinque foramina habens, per quæ pedes, manus accervix immittebantur*. V. quoque Heſychium, & plura apud Salmasium *ditto cap.* Hinc in *Nervum dare*, apud Livium *lib. 6. cap. 36.* ubi de debitoribus obæratis, *ab placens ſumore circum ventum ædem, potitur, quam ſorte creditum ſol vat, corpus in nervum ac ſupplicia dare*: id eſt, obligationis jure & conditione capi, atque in ergaſtulum abduci. De quo veterum rigore, diximus aliquid ſuprà, ubi de *Debitoribus*. De *Nervorum* vero corporis humani curatione à Galeno inventa, V. Geſnerum in *Vita* ejus

Nefis, adde: In *Nefide* inſ. in Neapolitano eratere ſita, ſepulchro marmoreo Romani cujusdam, circa A. C. 1550. reperto reclusoque, Lucerna adhuc ardens, in illo inventa eſt, quæ rupta, & ære expoſita, mox eſt extincta, teſte Joh. Bapt. Porta *lib. 12. cap. ult.* qui eam ante Redemtoris noſtri tempora monumento illi incluſam fuiſſe, addit. Fuit autem intra phialam vitream undique clauſam, in qua quomodo accenſa fuerit flamma, hoc opus hic labor eſt, Fortun. Licetus *de Lucernis antiqq. l. 2. c. 27.* qui *c.29. mox ſeq.* docet, id uni huic *Nefidæ* lucernæ contigiſſe, cum aliæ omnes intra urnas ſictiles, easq; vitro nec intrinſecus, nec extrinſecus illitas, aut intra terræ cayeas aut intra ſepulcra, cum per occultos poros, tum etiam per cœcas rimulas æri externo pervia, fuerint olim reconditæ. Idem *cap. 3.* poſt tot annorum ſeriem, Lucernæ hujus flammam igne rutilo ac miræ ſplendenti arſiſſe, teſtatur: & phialam, in qua ſupra 1500. annos Lucerna ardebat, limpidam fuiſſe ac omni ex parte perſpicuam, nullibi maculâ ullâ infectam, *ait lib. 3. cap. 23.* adeoque ſumum non excitaſſe eandem hanc ignem colligit. Cumque nulla ejus icona Porta retulerit, ſuſpicatur Licetus eam fuiſſe, cujus imaginem è Gazophylaco Cioffi, ſub imagine rotundi vaſis, cui Siren inſidet, Lectori ſiſtit *lib. 6. cap. 35.* Namque & facile fuit eam vitreo vaſe concludi, & Siren ſymbolum Neapolis eſt, à Parthenope, Sirene eo loci ſepulta dudum, nomen trahens. Unde cum Parthenope fortaſſis incola *Nefidæ* inſ. vel potius Sirenuſæ in freto Sicilo fuerit, concludit ex ferre hanc Lucernam ſepulcrum ejus, quæ monumentum habuit Neapoli Urbe Metropolitana, ſub cujus ditione *Nefis* eſt cum Sirenuſis & aliis, ubi dudum Sirenes habitarere. V. cum *vno illo cap.*

Nefis, Inſ. minuta Campaniæ, quam olim pelago fluctuaſſe, poſt fixam eſſe, fabulantur Papin. Statius *lib. 3. Sylv. 1. v. 148.*

Spectas & Icarii memoriſus paimite Gaurus,
Sylvaq́, quæ ſixam pelago Nelidia coronas.

Circa eam æerem gravem eſſe, imo gravi ſimum & peſtilentem, tradit Lucanus *lib. 6.*

Traxit iners cælum fluidæ contagia peſtis
Obſurum innubem. Tali ſpiramine Noſis
Emiſit Stygium nebuloſis æra ſaxis,
Antraq́, lethiferi rabiem Typhonis anhelam.

V. Hermolaum Barbarum *ad Plinium lib. 4. cap. 12.* & *lib. 19. cap. 18.* Iſaac. Caſaubonum *Commentar. ad Strabonem lib. 13.* Auſonium Popmam *Not. ad Ciceronis Epiſt. ad attic.* Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Statium*, &c. nec non ſupra in voce *Noſis*.

Noſtis, regio Illyrici, cujus incolæ *Noſti*, Græce Νῶσι, à fluvio cognomine ſic dicti, V. *ibi.*

Noſtorens Crater, memoratur Martiali *lib. 8. Epigramm. 6.* ubi invectus in vanam Eucti vaſorum oſtentationem, hinc pocula priſcis celebrata laudandi occaſionem ſumit,

Hoc crater ferox commiſit pralia Rhæcus
Cum Lapithis; pugna debile cernis opus.
Hi duo longævo cenſentur Noſtore fundi.
Pollice de Pyliogenia columbo nites &c.

Fuit nempe is geminus, Græcè ἀμφιπώτηριος, *habens duas ſundos*, anſas quatuor & earum ſingulis inſidentes binas columbas, de quo pluribus agit Athenæus *lib. 11. cap. 12.* & *13.* V. quoque Homerum *Il. 11.*

Noſturni, adde: Quinque obſervant Jejunia annua ſeu Quadrageſimas, Quarum primam & maximam ante Paſcha incipiunt Dominicâ Quinquageſimæ. Secundam, quæ eſt SS. Apoſtolorum, auſpicantur à feria 2. poſt primam Dominicam Penteceſtes: Tertiam Aſſumtionis, à Kal. Auguſti: Quartam Nativitatis Chriſti à 25. die ante Feſtum: Quintam exigunt in hebdomadeante Septuageſimam, feriâ ſecundâ, tertiâ & quartâ, quemadmodum Jacobitæ, eamque *Ninives* vocant, vel *Jone*, in memoriam pœnitentiæ Propheta hujus. Et quidem in prima nec piſces comedunt, nec vinum bibunt. In ſecunda, Sabbatho ac Dominicis non jejunant. In tertia, à lacticiniis non minus, quàm carne, abſtinent, excepto Feſto Transfiguracionis. Quartam & quintam eodem modo obſervant. V. Car. du Freine in voce *Quadrageſima.*

Nehinæi, dicebantur apud Iſraelitas, *ſervi putantes ſigna achantvientes aquam prodomo Domini*; Non ex Levitarum, aut Iſraelitarum numero: ſed ad id officii damnati erant Gibeonitæ, qui Joſuam, dicendo longinquoſe eſſe, cum tamen in medio Iſraelitarum habitarent, fraudulenter deceperant, V. Joſuæ *cap. 9. v. 22.* Hæ poſtea id nominis hæſit, ab Hebr. נתן *Nathan*, i. *dedit*, ut, quaſi *dediditi ſeu aſcripitii*, ſic dicerentur. Dati enim erant ad ſervitium Templi; qui Levitis, Sacerdotum Miniſtris, inferviencs, viliora obirent miniſteria. Illis Davidis ac Salomonis tempore, alii ex deviciis Cananæis acceſſere. Frank. Burmannus, *Synopſ. Theol. Part. I. lib. IV. cap. 9.* Quod miniſterium, quàm vile fuerit, patet ex locutione proverbiali, cujus mentio Deuteronomii *cap. 29. verſu 11. Parvuli veſtri, fœmineq́ veſtræ & peregrini, qui eſt in mediocaſtrorum tuorumtum in qui potas ligna tua: tum qui haurit aquam tuam.* Dici autem cœperunt *Nethinim*, circa Davidis tempora, & ab Eſra ac Nehemia hoc nomine perpetuò inſigniuntur. De iisdem ab Iſraëlitis conjugiis arcendis, duo Majorum ſuorum decreta, tradunt Magiſtri, alterum Joſuæ, quod temporarium fuiſſe ajunt: alterum Davidis R. quo arcebantur in perpetuum, quod & inde natum eſſe ajunt, quia adeò crudeles ſeſe exhibuerant Gibeonitæ, ut fine ſuſpendio ſeptem filiorum Saulis Regis nollent placari, V. Johan. Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta Diſcipl. Hebræor. lib. 5. cap. 14.* Eodem modo, Beutii, quod Annibali, quamdiu in Italia verſabatur, adhæſiſſent, litteres Magiſtratuum: & Piceni, curſores, à Romanis, effecti ſunt. Imprimis vero cum Lacedæmoniorum ſervis, qui Helotæ dicti, magna *Nethinim* iſtis affinitas fuit. Illi enim, ex Meſſeniis captivi, cum ſæpius à Lacedæmoniis victi ſuperatique eſſent, ſimiliter ad publica miniſteria populo exhibenda, aquam eriam hauricendam ac ſecanda ligna, damnati leguntur, apud Scriptores Græcos. V. Thom. Godvynum *de Ritibus Hebr. lib. 1. cap. 5.* Franc. Burmannum *Expoſit. loci Joſuæ cit. Sec.*

Nemi, ſimulachrum Martis, radiis ornatum, Aceitanis in Tarraconenſi Hiſpania maximâ religione cultum, memoratur Macrobio *Saturnal. lib. 1. cap. 19.*

Neufville, nomen illuſtris in Gallia Familiæ, quæ præcipuum decus debet Nicolao Villaregio ſ. Domino de *Villeroy*, qui 56. annis ſub quinque Regibus Franciæ regni negotia geſſit, Miniſter & Secretarius Status. Series familiæ hæc: Nicolaus *de Neufville* Dn. *de Villeroy* ex Johanna *Prunthomme* (ſil. Domini *de Fontenay*) patre fuit Nicolaus *de Neufville* Dn. *de Villeroy*, cui ex Magdalena Alpa pinæa genitus Carolus *de Neufville* March. *de Huincourt*, Jacobam ſibi junxit Harlæam, atque ex ea ſuſcepit Nicolaum *de Neufville* Duc. *de Villeroy*: quo & Magdalenâ *de Crequy & Lesdiguieres* (ſil. Caroli Duc. *de Crequy & Lesdiguieres*, defunctiA. C. 1638.) genitus Franciſcus *de Neufville*, M. *de Villeroy*, Mariam Margaritam Coſſeam (ſil. Ludovici *de Coſſé Duc. de Briſſac* extincti A. C. 1661.) uxorem habet, liberorum aliquot ex illa pater. Spectenz *Thuan. Tom. III. p. 738.*

Nevidunum, opp. pagi Bernenſis, adde: Baude. Tribus circiter miliariibus à Geneva, locat Plantinus, Gall. *Nyon*, Germ. *Newvis*. Cujus mentionem licèt Cæſar non faciat, antiquum tamen id eſſe variæ probare conatur Guillimannus, qui illud inter XII. oppida ab Helvetiis combuſta fuiſſe cenſet; auctoritate nixus Chronicorum Vaudenſium, hoc oppidum ante Jul. Cæſarem *Benevis* vocatum, & à quodam Beneno Helvetiorum Regeſumptuoſe extructum variisque privilegiis exornatum fuiſſe, aſſerentium. Sed ſi jam ante Cæſaris tempora Helvetiorum hoc oppidum fuit, quâ ratione ejus non meminerit Cæſar, qui Genevæ per aliquot tempus manſit, non video. Ex iisdem Chronicis, de *Nevidumo* ante Cæſaris adventum deſtructo, & ſub Veſpaſiano, à quodam Centurione *Nymo* reparato, fabulandi anſam ſumſit Me cator. Cluverius *lib. 2. cap. 4.* ſupponens, Cæſaris mutum hac in parte fuiſſe, credit, ex pluribus caſtellis à Cæſare extructis primum lacuique proximum haud dubiè fuiſſe, quod poſtea in oppidi modum excreverit, & Colonia, cognomen *Equeſtris*, factum ſit. Quin hinc militum præfidium à Cæſare contra Helvetios lacu impoſitum, vult idem. Unde Lucanus,

Cæſar ut acceptum tam prono militebellum,
Fataq́, ferre vides: ne quo languore moreatur
Fortunam, ſparſas per Gallica rura cohortes
Evocat: & Roman metis petit undiq́, ſignis:
Dejectare cavo tentoria ſixa Lemanno:

quæ tentoria fuiſſe creduntur, inter *Nevidunum* & Rotulum, annotante Gaudando & Sc. Burgundico bello, oppidum ab Helvetiis occupatum eſt: bello dein Sabaudiæ Ducis contra Genevenſes, prope illud, memorabili prælio, à 415. Helvetiis, qui Genevenſes adjutum venerant, exercitus Ducis victus eſt cæſuſque. A. C. 1536. die 10. Nov. Stumpfius *Chron. Helvet. lib. 8. cap. 34.* & *36.* à quo tempore, cum tota regione circumjacente, tranſit in Bernenſis Reip. ditionem. V. Joh. Bapt. Plantinum *Etel v. Antiq.* & *Nov.* ac reliqua in voce *Equeſtris*.

Nouna, Græcè Νοῦνα, apud Scriptores Eccleſiaſticos mediî ævi, cantum notat ſuavem admodum & ſpiritualem, quo vix verba exprimebantur, dum longâ pausâ quæque ſyllaba protrahebatur, ita ut ex oris tantùm apertura ac canentis *motus* motuque, intelligerentur verba. Quæ cantus ſpecies præcipuè adhibebatur, in Natali Domini, unde recentiores Muſici, in ea nocte, pro *Noel*, quod Natalem Gallicè notat, contractè *Nwe*, pronuntiant. Antiquitus tamen in Choro *neuma* canebatur ad *Kyrieſolon*, vel ad diſcinorem *Hierogl.* quia ad eccleſiam patriam ab omnibus ſuſpirare, Rupertus *de divin. Offic. lib. 1. cap. 35. Jubilamus magis, quàm canimus, unamque brevem digni ſermonis ſyllabam in plurimas neumas vel neumarum diſtinctiones protrahimus, ut jucundo auditu mens attonita reſpeiatur & rapiatur in gloria.* Eadem interjectio ſæpe in cantu *Alleluia* apud Græcos poſt Epiſtolam frequentatur, Dominica Macer *in Hieroteuco*. V. ſupra in voce *Pneuma*.

Neurobates, apud Vopiſcum *in Carino*, *Num & neurobatem, qui velut in ventis celsuorsus ferretur evhiduis*: Græce Νευροβάτης, qui nervis incedebat, dictus eſt. Nempe inter Vett. *Neuροβάται*, non ſolùm fuere ſchœnobatæ ſeu funambuli, ſed

sed etiam ὑποβάπτας, quales hodie fortean nullibi visuntur. Et quidem σχοινοβάπται erant, qui super funes crassiores inambulabant & saltabant, ut fieri etiamnum videmus. *Neurobatæ* vero longè majorem artem & audaciam professi, nervis ac fidibus in eodebant ac filis tenuissimis, ita ut vix apparentibus præ subtilitate filis, super quæ ambulabant, quasi in ventis ferri viderentur. Certe Funambulos à *Neurobatis* distinguit Firmicus *lib. 8. Eruunt funambuli, urbitæ, neurobatæ, & qui salsa petrarchenæ*: quorum hos Tertullianus expressiùs elegantèr *libr. de Pudicitia, ἀγε in funambule pudicitiæ ac castitatis, & omnis circa sanctitatis, qui semissimum filum disciplina ejusmodi veri avia pendente vestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam side moderans, oculorum metu temperans.* Ubi generaliore *funambulum* dixit vocabulo, qui verius erat dicendus *neurobates*. V. Salmasium *Not. ad Vopiscum in Carino Imp.*

Neustria, adde; Secundum Valesium, post Chlodovei mortem, nova nomina Francis occupatis & Galliarum provinciis Belgicæ ac Lugdunensi imposita sunt. *Austriam* vel *Austrasiam*, appellavere partem Galliæ ad Ort. quæ Rheno ac Mosâ continetur; *Neustriam* vel *Neustrasiam*, nonnunquam *Nepricum* vel *Neptriam*, quæ ad Oc. vergens inter Mosam ac Ligerim interjacet: Burgundiæ verò & Aquitaniæ sua nomina reliquere. Et quia *Neustria* ac *Neustriæ*, primæ in Gallia Francorum sedes fuere, hinc seu junctim, seu separatim, communi nomine sæpissimè *Francia Occidentalis* Hermanni, *Francia* quoque Historicis Gallicis, & *Neustriæ* Burgundiæque una incolæ, pleumque *Franci* dici cœperunt, cùm anteà solis *Neustriæ* & Austriæ nomen *Franciæ* tribuerint ut : *Franciam Sequanorum* vocat *Neustrian*, Auctor *lib. de conversione S. Huberti*, id est, *Franciam ad Sequanam fl.* Postea, circa Principatum Caroli M. *Neustria* immunis, & quæ priùs à Mosâ ad Ligerim pertinebat, Sequanâ ac Ligeri claudi cœpit, qui olim Armoricæ fines fuerant : & hic *Ducatus inter Ligerim ac Sequanam* appellatur, in vett. Gallorum *Annalibus*: Quem Lambertus, Rotberius, Hugo, *Abbates vel Clerici* cognominatus, Odo Rotberti filius, qui postea regnavit, Rotbertus, Hugo Magnus ejus filius ac Hugo Hugonis fil. antequam regnaret, obtinuere. Ex quibus aliqui, inprimis Hugo Magnus, *Duces Francorum* vocitati sunt, ipsaque *Neustria* sæpe *Francorum Ducatus* audiit, cujus incolæ Historicis, qui Principatu Caroli Calvi, ejusque posterorum, scripsere, *Transsequani & Transsequanenses* appellantur. Eum in modum arctis *Neustriæ* limitibus, pars quondam ejus, inter Sequanam, Scaldim ac Mosam jacens, *Francia* appellata est: & quoties Francia à *Neustria* & Austrasia Gallici Scriptores distinguunt, haud dubiè hanc Franciam, portionem veteris *Neustriæ*, designant, quæ hodieque ex parte appellationem *Franciæ*, circa Lutetiam & trans Sequanam, retinet. *Medium Franciam* videtur eam vocasse Ludovicus Pius Aug. ejusque *Francia* Carolus M. in divisione Regni inter filios, Annales Bertiniani in rebus anni 860. Abbo *lib. 2. de obsid. Lutetiæ*, meminerunt. Tandem, uti Armorica, quæ Sequanâ & Ligeri olim terminabatur, pro sola postea Britannia min. accepta est: Sic *Neustria*, quæ Mosâ primùm ac Ligeri, deinde Sequanâ ac Ligeri, claudebatur : iterum minor facta & pro regione, quæ hodie *Normannia* dicitur, fuit cœpta est; nomine quoque veteri sensim abolito, postquam Carolus Simplex eam Rolloni, Normannorum Duci, habitandam concessit, A.C. 903. Quemadmodum Austrasia *Lotharingia* vocari cœpit. Cæterum quòd Aimoinus & Hugo Floriacenses Monachi ac Bernardus Guidonis aliique Rheno & Mosâ veterem Austriam claudunt, Mosâ ac Ligeri priscam terminant *Neustriam*, haud usquequaque exactè dictum est. Quippe eis Mosam est Campania Gallica, Austriæ olim portio non contemnenda, & Mosomagum, Duciacum ac Maceras ad Mosam; ad Axonam Sindunum, Attiniacum, Reitestæ, Castrum Portianum ac Pontem Varenfem habet; ad Vidulam Durocortorum Remorum & Fines: ad Matronam Catalaunos & Sparnacum; ad Albam flumen Barrum & Arciacum : quæ omnia oppida, & castella ac loca usque ad Albam, ad Austrasiorum Reges pertinuere. Sed & Portico, in Campania, villa erat Regia Regum Austrasiæ, & celeberrimum palatium, quod vulgò *Ponsion* hodieque appellant, parùm distans à Victoriaco Incenso. Eidem Campaniæ contribuebatur Lugdunum Clavatum, Ducum Campaniæ Austriacæ olim sedes, non longè à Ponte Varensi & fluvio Axona. Jam Cameracum oppidum ad Scaldim nobile, Theodorico, ejusque filio ac nepoti, atque etiam Childeberto Austrasiorum Regibus paruisse constat: quod eis Mosam est, & ab eo flumine mutis millibus distat. Hadr. Valesius *Notis, Gallic.* De illa ſic Guil. Brito *Philipp. lib. 8.*

Quæ prius antiquum caput Neustria nomen haberet,
Post à Normannis habuit Normannia nomen,
Quo gaudent patrii memores idiomatis esse &c.

Neuville, nomen castri & familiæ Principum Salmensium, quiex illustri, in tractu Rheni, Rheingraviorum seu **Comitum** Rheni stirpe oriundi sunt. Johannes enim Johannæ Sarverdensis maritus, qui exeunte seculo XV. vivis excessit, cùm duos susceppisset filios, Johannes quidem *Ardorfingensem* seu *Kirburgium* ramum orsus est: Philippus verò *Dauvilum* emsit, qui iterum tres præcipuè palmites habet, *Salmensem* & de *Neuville*, *Grumbachium*, & *Dammensem*. E' quibus primi probatio hæc est: Johannes Com. Sylvarum (nam hic titulus postea accessit) & Rheni, defunctus A.C. 1476. ex Elisabetha Hanovica, pater fuit Johannis, qui obiit A.C. 1491. Hoc & Joanna Com. Salmensi genitus Johannes junxit sibi Johannam Com. Sarverdensem, obitque A.C. 1499. Pater Philippi Com. Sylv. & Rheni *in Daun*, qui decessit A.C. 1541. relictis ex Antonia de *Neufchatel*, Philippo Francisco, defuncto A.C. 1561. Huic ex 4. conjuge Maria Æggptiaca Oetingensi genitus Fridericus Com. Sylvarum & Rheni, *in Neuville*, extinctus est A.C. 1608. ex Anna Amalia Erpachia, pater *Friderici* Magni (qui Gubernator Trajecti ad Mosâm, ante annos aliquot, obiit, relictis ex Margaretha fil. Trissardi Bar *de Tournelem*/uberis) Annæ Mariæ (ux Henrici V. Senioris Ruthenî Dn. *de Plauen*) & Franciscæ, qui omnes *Comites Sylv. & Rheni &c. Liveæ Neuvillanæ* fcti *Salmenſes*. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I pag 38. & in Ind.*

Nexi, dicebantur apud Romanos, homines alàis liberi, sed qui, ob æs alienum, in vincula dabantur, apud Creditorem, ut ei servirent, donec debitum diffolvissent: Ita quidam. Sed negat id Salmasius, *Nexum*, ex Varrone *de L. L. lib. 4.* non vinculum, sed simpliciter corpore obligatum vel oppignoratum, dictum esse ostendens, docensque, eodem modo *Nexum* ipsum debitorem vocatum fuisse, cujus corpus pro pecunia credita obnoxium est, quemadmodum bona nexa, quæ sunt obnoxia & oppignerata. Unde in *Legg. XII. Tabb.* de eo, qui post 30. dies justos, nondum satisfecerat, dicitur: *Pecito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo* &c. non verò, *Necito*, quod alàis dixisset Legislator, si eidem *nectere* idem fuisset, quod vincire. V. Jac. Oiselium *Notis in A. Gellium lib. 20. cap. 1.* ut & suprà, in voce *Debitor*. Adde insignem Livii locum *lib. 2. cap. 23.* Duravit autem mos ille usque ad Consulatum C. Pœtilii, L. Papirii Mugillani, ſub quibus is desiit, hac occasione. Idem *lib. 8. cap. 28. Eo anno plebi Romanæ, velut aliud initium libertatis factum est, quòd ligari nexi desierunt: mutavum autem jus ob unius fœneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem. L. Papyrius is fuit, cui quum se C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dedisset, quæ ætas formâq; misericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accendentem — pulsquam assernabantur flagellum auree — nudari jubet, verbera q; afferri. Quibus lacerato juvenis cùm se in publicum proripuisset — raptum eo die ob impotentem injuriam nullis ingens fidei vinculum: ipsius, consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, in compedibus, aut in nervo teneretur. Pecuniæ credita bona debitoris, non corpus obnoxium esse. Ita nexi solvi: cautumque in posterum, ne necterentur.* Hoc omittendum, quòd, quum in Nexos flagris animadvertetur, tibiæ tonum adjungi consuevisse, notat Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 20.* Cæterùm, olim *Nexum* dictum est, quodcunque per æs & libram geretur; unde *Nexum*, quasi *Nec suum*. Varroni de *L. L.* Hinc in *LL. XII. Tabb. Ut cum Pater familiâs super familiâ sua tegaret*, Nexum *faceret, postea ea res & libram familiam mancipavit, ut prater libripendem cives Romanos puberes ne minus quinq; adhiberet.* In quæ verba Rofinus notat, tria fuisse apud Romanos Testamentorum genera, unum quod calatis Comitiis: alterum quod in procinctu: tertium, quod per æs & libram appellatum fit, cùm nempe Paterfamilias ei, quem velet succeſſorem relinquere, familiam suam & universum jus Patrisfamiliâs mancipio vendere & primi hæredes nuncuparet. Fiebat verò mancipatio familiæ, quæ imaginaria venditio erat, hoc modo: Quinque aderant testes, & libripens. cives Romani ac puberes; quibus præsentibus, is qui succeſſor delecti erat futurus, patrimonium mortiturì emebat, verba quædam dicens solemnia, nempe: *Hujus ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære æneaque libra, Jure Quiritium meum esse aio:* dein ære percutiens libram, dabat, imaginatiri pretii nomine, nummum æreum ei, à quo hæreditatem expectabat, sicque dicebatur familiæ emtor. Et hoc Leges dixere, *Nexum faciere*. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 6.* Idem in reliquis etiam contractibus obtinuit, in quibus Libripens, id est, qui libram æneam

tenebat, simsiliter adhibebatur, eámque emptor tradusculo sive ære gravi ferebat; Tumque res incontractum deducta, mancipio *Nexu jus* fieri dicebatur. Unde *in Legg. XII. Tabb. Raudusculo libram ferito.* Nempe seculo Decemvirali libra in contractibus dominabatur, quá opus erat, ut ílipem five æs grave adpenderent: Sed & postmodum recepto jam pecuniæ signatæ five numeratæ usu, libram tamen consuerudo permansit, ut conflat è Plinio *Hist. Nat. lib. 33. cap. 3.* cùm ait: *Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, Libripensatores dicuntur, quá consuetudine in his emisionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra feritur.* Jac. Oiselius ad *A. Gellium lib. 15. cap. 13.* Et Sylvius *in Orat. Cic. pro Murænâ*, ubi legis incertæ *de Nexis* mentio fit, eandem rem exemplo servi, qui venderetur, explicat: Præsentibus enim quinque testibus, & Libripende, emtor manu tenens æneum nummum, dicere solebat, *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, isq; mihi emtus est hoc ære*: tum nummo libram feriens, dabat eum venditori. Quod emtionis genus isdem *Nexum* dictum fuisse ait, quia *nexi*rem Venditorem, ut pecuniam judicii præstaret: Ita enim lex illa cavit. *In his rebus quæ mancipi sunt, is judicii periculum præstare debet, qui se Nexu obligavit.* Idem ritus *Venditio per æs & libram*: Item *Mancipatio*, vocabatur. Cal. Var. *Nexum* dicit, abalienationem fuisse civilem, quæ fiebat per æs & libram, id est, ære nummovealiquo percusâ libra, quo pacto solutio repræsentabatur, apud Fr. Gouldmannum *Diction.* &c.

Nexûs Corona. V. supra ubi de *Sertandi artificio.*

Nexus, συμπλοκή in luctâ in quo genere; inprimis in pancratio; soli enim pancratiastæ *nexus* hami implicabant & explicabant, quod optimè calluisse Antæum, cui cum Hercule aliquando res erat, refert Solinus: *τέρπεται χαιτῇ* hujusmodi luctandi modos vocabant Palæstritæ. Græca Eusebii, *τὸν λεγόμενον ὄφιον, ᾧδε τὸ ὑπεκφυγεῖν εἰπὼν ἢ ἀνατροπὴν παρὰ τοῖς παλαισταῖς τέρπεων καλεῖ, ὡς δηλῶ τὸ μαχητὸν τῆς βουθόκλωστος δυνάμεως.* Mox, *ὁν Ἡρακλῆς ἰσχυρὸς ὢν μὴ ἀφειδοῦσιν, ζῶσαι τοῖς ὁμοίοις τὸ μέλιμφθαι διυχῶσιν.* Dicit, Herculem nati vis pollentem viribus, arte illâ palæstricâ & modis illis luctandi, qui hunc exercebantur, non indigusse & comprehensum Antæum, qui *nexuum* hami compliendorum apprimè peritus erat, fublimem, ita ut terram amplius non tangeret, elatum interfecisse. Et in hoc à Lucta differebat pancratium, quòd luctæ omnis ad victoriam ratio consisteret, in subvertendo adversario ejusque finis esset *τὸ καθεδᾶσαι*, quod proprie *ῥῆξιν* dicebant, i. *stantem deijcere ac solo illidere*: Pancratium vero hunc inter jacentes paragerebat. Unde Pancratiastæ *τὸν ἐπὶ γῆς ἀνατρέποντα καὶ μὴ ἀνιέντα συγχλίνειν* vocat Pancratiastas, qui hanc artem habebant, ut vincerent velut in terram cadentes & resupinantes se: Cujusmodi *ἐπιπλοκὰς* non tutos esse luctantibus, ait Plato *in Eutbydemo*; quia præcipuum in lucta primumque, flare firmitèr inconcussum atque non cedere: at, qui sese resupinat, ut in pendenti est, facilè impelli potest, & lapsui obnoxium se magis facit. Scilicet, quod in lucta intutum est, in pancratio artis pars non parva. Ab his autem *nexibus* in terra complicandis, *Κολυκρὶ* dicebantur, qui hac arte valebant. Hinc *ὁ κολυκρίστων* Plutarchus, *οἷον τὰς κολυκρὶς* plurimùm versati dicit. *Sympofiac. lib. 2. cap. 4.* *Οὐτὸ γὰ δέρμον, ἐπὶ πυγμὴν ὁ παλαίσιος ἀξιοπίστων, ἀπὸ παλαὶ τὸ παγκρατίου τὸ ἀπὸ τὰς κυλίσεις οὐ γὰρ μόνοντα τὸ παγκρατίον ἐκ τὸ συγχίνε τὸ πάλης δόλο, &c.* V. Claud. Salmasium *Exercitat. Plinianis ad Solinum pag. 930. & seqq.* ut & hic passim, in *Luctâ, Pancratium, Volutatorio pugno.* Addo silatem, *Nexûs* illiusmodi, qui & *nodi*, propriùs fuisse luctaminis & pancratii voces, in pugilatu enim iis uti non licebat: Græcè que *ἄμυξις* dici. Glossæ, *Nexum, ἄμυξιν τὸ παλαίσιον ἀξιοπίστων, ἀπὸ παλαὶ τὸ παγκρατίου τὸ ἀπὸ τὰς κυλίσεις.* Tralatitiè vocem adhibuit Ammianus Marcellinus *lib. 15. Et Paulo quidem, ut relatum est supra, Cæsenæ indium est cognomentum, eo quòd in complicandis calumniarum nexibus eras indefinabilis, miram in nodorum varietatem fefe dilabentem, ut in colluctationibus callere nimis quidam aristices folens palæstritæ.*

NI.

Niblatur, apud Joann. Diaconum, in *Vita S. Gregorii cap. 83.* & 84. ubi de indumentis Sylviæ, matris ejus, *Ferens in capite mundum nitrum candemis brandei variate niblatam*: mendosè positum est, pro *nebulatus*. Erat enim velum tenuissimum, capitiejus matronæ involutum, instar Turcici turbantis, uti apparet ex imagine ejus, quam fuo *Hierolexico* inferuerunt Dominicus & Carolus Macri.

Nicæa, urbs, adest. Canones Synodi hujus Oecumenicæ quorum XX. fatem genuini, ut patet ex *Codice Canonum Ecclesiæ Universæ*, primo loco in hoc comparent, licèt Concilii Ancyrani Canones vetustiores sint, *δεῖ τῶν ἐν οἰκουμένῃ συνόδων ἀδόξασαι, propter auctoritatem Synodi Oecumenicæ*, ut habetur in d. *Codice*. Et tum quidem ceptum esse Collectionem Canonum probabile est, ita ut Canones Nicæni primo loco ponerentur, iisque subnecterentur Canones Nicænis anteriores, Ancyrani, Neocæsarienses, Gangrenses & Laodiceni; hoc enim ordine in laudato *Codice* occurrunt. Verùm non diu Ecclesia Romana *solis Nicænis*, & qui cum iis ambulabant, usa fuit: fed eodem cum Orientalibus studio, colligere perrexit, quibus cum communibus hostibus depugnaret. Eos autem conquisivit ex Oriente & in Latinam linguam vertit, jam ante Dionysium Exiguum, de quo *supra*. Nam *Codicem Canonum* in Ecclesia Romana jam tum fuisse, apparet inter alia ex fiaudulenta illa *Collectione* Zosimi Pontif. qui A. C. 417. ad Synodum VI. Carthaginensem 217. Episcoporum, Fausium, Philippum & Asellum misit, eo fine pontificium, ut Episcopi Africad Romanum appellarent. Quod ut fieri debere putarent, laudavit Canones Synodi *Nicænæ*, fed ex sua Collectione, quæ continebat Nicænos Canones vigenti, Ancyranos viginti quinque, Neocæsarienses quatuordecim, Sardicenses viginti & unum: qui simul computati faciunt Canones octuaginta. Atque hanc collectionem Zosimus, nomine *Canonum Nicænorum*, obtrusit Patribus; quibus sc. à portiori parte probatis, adjunxerat Canones Sardicenses, ab Orientalibus & Africis repudiatos, iisque, veluti Nicænis, adstruere jus appellationis ad Romanum Sedem volebat. Quæ res ultimum negotii Patribus fecit, ut, pro detegenda fraude, ad Constantinopolitanum, Alexandrinum & Antiochenum Episcopos mitterent, Canones Nicænos authenticos petitum, V. Mornæum *Myster. Iniquit. pag. 51. edit. Daventr.* Inde natus error de LXXX. Canonibus hujus Concilii: è quibus XX. tantùm, uti dictum, genuini, quos, præter Codicem Canonum Eccl. Cathol. probant ejus versiones variæ & Historia Ecclesiastica, V. Theodoretum, Socratem, Stephanum Papiam *cap. 13. edit. 16.* Sed nec illi Canones LXX. quos Alphonsus Pisanus & Franciscus Turrianus Jesuitæ edidérunt, ex Arabico translatos, non spurii ac suppositi sint; accepere autem illos, ut fertur, à Patriarcha Alexandrino duo Legati, quos ad eum miserat Pius IV. ut eum ad Concilium Tridentinum invitarent &c. Gerh. von Mastricht *Histor. Juris Ecclesiastici num. 36. 35. 58. 68. & 69.* V. quoque de Canonum horum auctoritate *num. 104.*

Nicæa, Liguriæ opp. adde: Hanc Lucanus *lib. I.* Plinius *lib. 3. cap. 5.* Ptolomæus quoque in Italia ponunt: contrà Strabo Narbonenfi Galliæ adscribit, licèt Varum, Galliæ terminum, inter Antipolim & *Nicæam* fluere fateatur. Idem Mella facit *lib. 2. cap. 5.* Trans Varum ergo urbs est, ita dicta à Massiliensibus, quòd eam ceu victoriæ de Liguribus Alpinis recens deportatæ monumentum condidissent. Sic & Cemenelæum, ultra Varum quoque positum, Æthicus Galliæ adscribit: verùm ita Varus pro Italiæ Galliæque termino habendus non erit. Sanè *Nicæam* Gallis Provinciæ urbem à Vitige Gothorum Rege, Francorum Regibus concessam, docet Gregorius Turon. *lib. 4. cap. 37.* ubi Langobardos, partim per *Nicæam* urbem, partim per Ebredunum, Galliam ingressos esse ait. Et *lib. 6. cap. 6.* ubi *Hostilianum Reclusum apud urbem Nicensem*, adventum Langobardorum in Gallias prædixisse scribit, *Auctudumq*, tum Episcopum *civitatis Nicensis* appellat. Synodo quoque Arelati habitæ justu Constantini M. inter Episcopos, Presbyteros ac Diaconos Gallicanos, subscripsere *Innocentius Diaconus, Agapius Exorcista ex parte Nicensis*: Concilio Aquileiensi, sub Gratiano, *Amantius Nicensis Episcopus*, inter Antistites Galliarum; Concilio Aurelianensi V. anno C. 549. habito, justu Childeberti Franc. Regis, Actius Presbyter, missus *à Magna Episc. Ecclesiæ Comenelensis & Nicensis*: Concilio Matisconensi II. Guntchramni R. justu coacto, quidam vices agens *Catullini Episcopi à Nicia*. Itaque jam tum Gallicæ urbs habebatur, parebatque Francorum Regibus, qui in Italia nihil obtinebant. Hinc apud Eginhardum *ad A.C. 813. à Monasterio Nicasan, prov. Narbonensis civitate*, vallum esse legimus: Cùm enim civitas esset provinciæ Alpium Maritimarum, quæ Galliæ Narbonensi olim fuerat attributa, recte huic ab Eginhardo tribuitur. Quin & Robertus in *Chron. circa A.C. 1210. composito, civ. Nicæam*, in Alpibus Marit. quarto loco ponit, & Gervaf. Tilebereinsis *sub Ebredunensi Metropolitano Nicensem Episc.* secundo loco collocat; hodiedq; is Ebroduni capitis Alpium Maritimarum Archiepiscopum pro Metropolitano suo agnoscit. In vett. autem Notitiis prov. ac civ. Galliæ ponitur *civitas Cemenelensium*, omisso *castello Nicensis*, quoniam uterque locus non nisi unus Episcopum componebat, prævalente tum *Nicæa* Cemenelco. Constat certè *Nicæam* postea ad Comites Provinciæ pertinuisse, partemque Comitatus Provinciæ & Forcalquerii fuisse: donec A.C. 1388. *Nicenses* ab exercitu Ludovici II. Regis Siciliæ ac Provinciæ Comitis obsessi, quoniam à Ladislao R. nullis auxiliis juvabantur, Amedæo VII. Comiti Sabaudiæ fese dediderunt: quo factum, ut hodieque Duces Sabaudiæ se *Nicææ Comites* vocent, & regioni Subalpinæ seu Pedemontanæ urbs pridem adscripta fit, quam nihilominus Historici conflanter *Nicæam Provinciæ* cognominant. Posita est autem illa ad ostium Paulonis, amniculi trans Varum fluentis, qui accolis *Paillon*, Gallis *Paillon* nuncupatur, Mellæ *lib. 2. cap. 4.* & Plinio *lib. 3. cap. 5.* memoratus, Caput Comit. cognominis, qui, divisus in quatuor Vicariatus, *loca* plus 30. muris clausa continere dicitur, ac in longitudinem millia 22. in latitudinem 11. patet. Ibi emines *Nicæa* hæc, Gallis *Nice en Provence*, Italis *Nizza* aut *Nizza di Provenza*, urbs muris validis & propugnaculis atque arce munita, amœna ac frequens,

frequens, domibus quinùm aut senùm tabulatorum conspicua, vicisque velut ad perpendiculum directis spectabilis. Inter reliqua pagi Comitatusve ejus oppida, non ultimum tenet locum Villa Franca, castrum portus sui commoditate notabile. Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Nicanor, Samius, addit: in qua Sibyllæ Perficæ mentionem facit.

Nicephorius, Græcè Νικηφόρος, cognom. Jovis, ab urbe *Nicephoro*, circa Edessam ubi fanum habuit, & ejus responsum accepit Hadrianus, apud Spartianum in *Vita* illius, *Habuit autem præsagitionem Imperii mox futuri ex fano quodam, Nicephorii Jovis manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit.* Aliud est Νικηφόρος, ejusdem Dei cognomen, quem multis locis cultum esse constat. V. Salmasium *ad Solinum d.l.*

Nicerus, Atomatogia celebris, à quo *Nicerusana* unguenta, memorata Martiali *lib.6. Epigramm.55.*

Quòd semper caput, & comantes,
Et nido niger ales imperbe
Fragras plumbea Nicerusana &c.

Ubi *plumbea* vocat, quòd in vasis plumbeis in umbra coquerentur, uti docet Plinius *lib.13. cap 2.* Et *lib.10. Epigramm.38.*

Lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerusanis.

Quippe & lucernis unguenta, quò suavius olerent & arderent simultosiùs, adhibita fuisse, notum. Item Pictor nobilis, apud Plin. *lib.35 cap.10.*

Nicetas, Heraclææ Episcopus, edidit in Hiobum *Catenam Patrum*, ex scriptis scilicet

Apollinarii,	Ephrem Syri,	Nili.
Athanasii,	Eusebii,	Olympiodori.
Basilii,	Gregorii Naz.	Origenis.
Chrysostomi,	Greg. Nysseni.	Polychronii.
Cyrilli Alex.	Hesichii,	Severi.
Didymi Alex.	Julii Halicarn.	Theophilii Alex.
Dionysii Alex.	Methodii.	

Quæ extat Gr. Lat. operâ Patricii Junii Scoti fol Londini A. C. 1637. Ejusdem extant: *In Psalmos: in Canticum Cantic. Basilea 1552. in Evangelia Catena: in Acta* similiter, ex diversis Patribus. V. Guil. Crovæum *Elencho Scriptorum in S. Scripturam.*

Nicetorium, Gr. Νικητήριον, proprè corona dicta est, in signum victoriæ olim conferri solita; quod tantæ æstimationis fuit, ut factum quandoque sit præmium illorum, quibus ob præclaritissima merita remuneratio debatur. Hinc Jasonem *edixit*, apud Xenophontem *Histor. Græc. lib. 6. & Nicetorium, aureum coronam fore, si quis è civitatibus bovem dulcrorem pulcherrimum Deo alteret.* Nempe huic, ut victori aliorum omnium, qui id ipsum susequissent, hæc veluti merces amplissima promittebatur, ficuti eam vocat Lactantius, ubi de certaminc, quod anima adversùs carnem instituit, loquitur *de vera Sap. lib.4.c.26.* Fuit autem hæc corona aurea; unde Sullæ Tarenti sacrificanti, cùm in capite virtulini jecoris similitudinem coronæ aureæ vidisset, Posthumium Aruspicem respondisse, *præclaram ei victoriam significari*, refert Augustinus *de Civ. Dei lib.2. cap* 24. Et quidem, prisco Græcorum more, qui in bello strenuè quidpiam fecissent, primùm à commilitonibus fuis in exercitu, mox à Magistratibus coronâ donabatur, uti docet Plato *de Rep. lib.5.* eaque insignis per urbem incedebat, uti indigitat Hieronymus *lib.2. Epist.6.* Interdum tamen & laurea erat corona hæc νικητήριος, ut vocat Euripides *Troad. Actu 2.*

Μέλεῳ νίκαζε κρῶν' ἐπὶ κεφαλῆς.

Seu κεκόνικα, ut idem appellat *Iphigen. in Taur.*

Τὸν κεκόνικα τέρμονα Ἴστε δίκαν
Λεκτὸν Ἀχαιῶν τ'ἄν.

V. Car. Paschalium, *Coronarum lib.7. cap. 5.*

Nichitasinitæ, Hæretici, qui negabant CHRISTUM esse aliquid, quorum auctorem Petrum Abaelardum statuit Gualterus de S. Victore, apud du Fresne *Glossar.* & Macrum *Hierolexico.*

Nicolai Panes, dicebantur, panes ingentis magnitudinis, seu placentæ mellis subactæ, à *Nicolao* quodam Damasceno, Julio Cæsari, cui familiaris quàm maximè fuisse dicitur, oblati, unde nomen dein omnibus panibus, qui magnitudine reliquos excederent, Suidas. Memoriæ quoque eorum Palladius in *Histor. Lausiaca cap.52. Uvæ & mala Punica & ficus & nuces, omnia integrè simplicissimo genere quondam inventos mellis favos & varium necessitatis & Nicolaos panes maximos & mundos & calidos, è regione externa.* Athenæus *Deipnos. Nicolaæ* dicuntur *lib. 14. cap.23.* V. Macros Fratres in *Hierolexicon.*

S. *Nicolaus*, præcipua apud Russos in veneratione est, cui omnes victorias placato, clades irato, adscribunt. G. Hornius *Orb. Polit. Part. I. pag. 37.*

Principes ac Viri illustres.

Nicolaus, filius minimus natu Boleslai V. Ducis Oppolienfis, Hussitarum fautoris, extinctus A. C. 1465 ex duabus uxoribus Magdalena Lignicia & Elisabetha Brandeburgica, ultimos familiæ reliquit: *Nicolaum*, Johannem & Henricum. E quibus primus, non satis compos mentis, cùm Casimirum Teschinensem Capitaneum Silesiæ, & Episcopum Vratislaviensem, in diæta Principum Nesiæ habitâ, literas ab illis, in quibus se rebatur accusari, legi conspicatus, ex suspicione cum pugione adortus esset, A. C. 1497. à Scabinis urbicis condemnatus & capite truncatus est. Ita qui solus superites fuerat, Henricus etiam præmortuo, Johannes, moderati animi Princeps familiam, successore Ducatus Ferdinando I. Imp. clausit, anno Christi 1532. Phil. Jac. Spenerus in *Fam. Piastea.*

Nicolaus Cusanus, addè: A vico *Cusa*, ubi in lucem editus est, in diœcesi Trevirensi, ad ripam Mosellæ, è regione Ursisatri, nomen habuit, Episcopus Brixiensis, & demum Cardinalis factus. Obiit Tuderti in Umbria, Romæ sepultus. Labbe.

Nicolaus Henningius, Danus, patriâ Lalandensis, pago *Embolde* natus, Canonicus Roschildensis, Theologiæ Doctor inter suos celebris. Ejus extant: *In Psalmos* 21. *pr. Enarratio* 8. *Genesæ* 1617. *In Psalmum* 81. *Hafniæ* A. C. 1576. *In Pr.* 31. 84. *In Prophetas minores, Lipsiæ* A. C. 1588. *Ex Evangel. Dominicalis indubitatæ veritatis de Jesu Christo, in octavo Hafniæ* A. C. 1571. *In Johannem Comm. fol. Basileæ*, 1590. *In omnes tam Pauli, quàm Canonicas, Comment. fol. Lipsiæ* 1572. &c. Natus A.C. 1513.

Nicolaus I tyranus, addè: A *Lyra*, Brabantiæ oppido, illum quidam dictum volunt: Thomas Fullerus, cum Anglum faciens, refert. Ejus *Glossa ordinaria* five *Commentaria in S. Biblia*, extant fol. 6. Vol. Basileæ A.C. 1501. 4.tom. fol. Venetiis, A.C. 1588. 6. tom. fol. Parisiis & totidem Lugduni, A. C. 1520. & 1590. 6. tom. fol. Duaci A.C. 1617. totidem Antverpiæ A.C. 1634. Item, *de differentia translationis nostræ ab Hebræa litera*. Rothomagi, Guil. Crovæus *in Elencho Scriptorum in S. Scripturam.* De eo Raynol dus, *Vir sanctæ, simplicis puræ, veræ, germanæ S. Scripturæ scientiæ præditus, ut in illa expirenda nullum habeat fere temporis parem*, apud Eund.

Viri Principes.

Nicolaus, filius minor natu Buthues, Herulorum Regis, frater Pribislai fuit: qui ambo Idololatræ & Christianorum persecutores, Conuto, qui Vandalici regni jus ac titulum sibi beneficio Lotharii Imp. vindicaverat, a Suis occiso, avitum regnum recuperarunt. Verùm iste à Rugiis captus & in custodia mortuus est: ille, nempe *Nicolaus*, ab Henrico Leone, Saxoniæ D. & Alberto Ursi March. Brandeburgico, toto pene regno exutus ac in prælio occisus est. Pater Vratislai, quem captum, quòd fratrem incitasset ab bellum, Henricus præfatus suis gendus servavit, & Pribislai, qui ultimus gentis Rex, à Pomeranis restitutus, acre cum isto bellum gessit: A vus ex Henrico cognom. *Burvino*, & ex Henrico cognom. *Jumiove*, nepotum, quibus similiter *Nicolai* nomen: Horum ille, domo corruente oppressus, de isto V. *infra*.

Nicolaus, filius Henrici Jun. præfati, Vandaliæ dominus, rami Vandalici, sicuti frater ejus major natu Johannes cognom. *Theologus*, Megapolitani conditor fuit. Obiit ut & ita Vandalia Gustrovium, Plaviam, Ribenitiam, alia: subdatus à filiis Henrico, ob id exule, & *Nicolao*, parricidii pœnitentia confecto. Præter quos genuit quoque Johannem, quo inter alios genitus est *Nicolaus* Rugiorum ac Brandeburgiorum victor: qui moriens A.C. 1316. Johannem cognom. *Seniorem*, reliquit, è cujus posteris *Nicolaus*, novæ lineæ auctor fuit, quæ A.C. 1414. extincta est: alius ejusdem nominis, à pietate, prudentia ac patrimonia laudatus, frater fuit Johannis ac Christophori, in quibus familia defecit Vandalica, hæredibus Megapolitanis, A.C. 1430.

Nicolaus, cognom. *Puer*, filius Waldemari, Burvino Vandaliæ Duce gen ti, à Brandeburgicis, quòd Marchionis filia relicta, duxisset Pomeranam, bello afflictus, ultimus fuit lineæ: cujus Burvinus, filius tertio genitus Henrici Jun. in divisione paternæ hæreditatis, Rostochium nactus, auctor fuerat; Sicque eo defuncto Rostochium Danis se subnisit. V. Phil. Jac. Spenerum *Syll. Geneal. Hist. in Fam. Vandalica.*

Nicomedes Apollonius, inter Præceptores Marci Imp. apud Dionem: Item educator Veri Imp. apud Capitolinum.

Nidda, Comitatus Germaniæ, sub propriis olim Comitibus, quorum ultimus, Engelhartus, vita defunctus A.C. 1329. cognato Joanni Zigenhainensi locum fecit. Sed hujus etiam progeniæ defecit A.C. 1453. Ludov. Mitis Hassiæ Landgravius emtionis, ut perhibetur, cum Joanne multis debitis benè onusto, Landgravio obstricto, contracte titulo, utrumque Comitatum sibi junxit. V. Cyriac. Spangenbergium *Hassiæ. Chron. lib.3. cap.* 4. apud Pfannerum *de præcipuis Germaniæ Principum genitibus, cap. 8. ubi de Genu Hassiaca.*

Nidgyvinus, Germ. *Nidwy*, oppidum Helvetiæ, in agro Bernensi, ad effluxum lacus Biennensis, insulæ instar situm, cum arce: Olim sub propriis Comitibus, equitibus Ludovicus in comitatu fuit Friderici I. Imp. circa A.C. 1160. Cujus successores, cum Episcopo Basiliensi, contra Bernenses, fœdere inito circa an. 1367. ab eo oppidulum *Olten* muneri acceperunt. Extincta familia est A.C. 1374. ultimo Comite ab Anglis, qui tum in Argoviam irruperant, occiso. Cujus agnati proximi cùm hæreditatem adissent, Comes Kyburgius & Com. Tierstenius, Episcopus *Nidovivum*

vium rapuit: fed ab iis victus, reddidit. **Oppigneratum dein**, ad idem Comitis hæredumque debita folvenda Auftriacis, in horum ditione manfit, usque ad A. C. 1388. quo à Bernensibus ac Solodurtis, poft proftratas iis in locis Sempacenfi ftragæ Auftriacorum vires, occupatum eft, à quo tempore Reipublicæ Bernenfis imperium agnoscit. V. Joh. Stumpfium *Chron. Helv. lib. 8. cap. 20.* Per Præfectos adminiftratur, illuc à Magiftratu Bernenfi initio fquitos, fol. Simlerus *de Rep. Helv.*

Nitus, avium domicilium proprie, Nunio: Quas inter balcyonum in primis *nidi admirationem habent, pilæ figura, paulum eminentiore pergamo angufta* (ut, etiam fi in ventum, nunc non inftant, *grandium ftomgiarum ftmilitudine, ferro intercidi non queunt — nec unde conftringantur, inveniuntur*, Plin. *lib. 10. cap. 32.* Addec, quæ de picarum nidis Auctor Anonymus *Sinæ & Eur. cap 37.* de ftruthionis, Bochartus *Hierozoici Part. poster. lib. II. cap. 17.* de alaudarum avium folertia in nidificando, *neq;* enim *alia parte ingenia avium magis admiranda*, idem Plinius habet *lib. 10. cap. 33.* Quibus ramen omnibus magis memorandi *nidi nidules*, avium quarundam, hirundinum magnitudine, quæ in Afiæ quatuor infulis, veralis quam Cochinchinæ, nec alibi usquam, reperiuntur. Sunt illi nec opaci omnino, nec planè pelluciді, quippe, cæparum inftar, multiplici pellicula conftipati, & ex certo quodam gummi genere conftantes, quod in aqua tepente diffolutum & condiendis cibis adhibitum, omni aromatum genere efficacius deprehenditur. Unde *Nidorum* horum commercium per totam Indiam, Tunquinenfe inprimis Regnum, Cochinchinæ conterminum, celebre eft. Joh. Bapt. Taverno *in Relation nouv. du R'yaume de Tunquin chap. 3. &c.* Tralatitiæ vox ipfam publicum notat, Deuteronomii *cap. 32. verfu 11. Ut aquila excitat nidum fuum*. i. pullos fuos. Quod loquendi genus Romanis frequens. Virgilius de merope & hirundine, *Georgic. lib. 4.*

Ore forum dulcem nidis immifiibus efcam.

H. e. *crudelibus pullis*, ut ibi Servius. Et Columella in *Horto* id fequutus,

Veris & adventum nidis canturis arundo.

Etiam apud Hebræos inter Templi præfectos, **ממונה שעל הקינים**, unus dicebatur *Præfectus fuper nidos*, i. fuper aves, qui viz. præerat iis qui columbas vendebant facrificaturis: in cujusmodi lucriones jure merito irratus Chriftus, cathedras eorum fubvertit Matth. *cap. 21. verf. 12. &c.* V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poster. lib. I. cap. 5.* Idem porro nomen fuit cœnæ Cæii Principis, quam ille in platano ampla ftruxit, Plinius *lib. 12. cap. 1. Nunc eft clara* (platanus) *in Lycia — domicilii modo cava — tam digna miraculo, ut Lucinius Mucianus ter Conful — prodendum etiam poftcris putarit, epulatum intra eam fecum duodeviceftmo comite — aliud exemplum Cæji Principis, in Veliterno rure, nitrati imitus tabulata, laxisque ramorum tranibus faimna patula & in ea epulati, cùm ipfe pares effet annos, XV. convivarum ac miniftrii capace triclinio, quam canam appellavit ille Nidum.* Sed & *Nidi*, forulı appellati funt librorum, in quibus, velut capfis, certo ordine graduque reponuntur. Martialis *lib. 1. Epigramm 118.*

De primo dabit, alterove nido
Roftam pumice purpurave cultum,
Denarii tibi quinq; Martialem.

Ubi de *primo nido*, eft de fummæ capfa feu armario: in quo optimi libri recondi foleban. Sicut *in imis* feu ultimis *nidis* libri parvæ æftimationis collocabantur. Idem *lib. 7. Epigramm. 17. verfu 5.*

Hos nido licèt inferas vel imo,
Septem quos tibi mittimus libellos &c.

Nlebla, nomen illuftris in Hifpania Familiæ, quæ Guzmaniæ ftirpis ramus eft. In hac enim Alfonfi Petrezii *de Guzman Bono*, Dn. de *S. Lucar de Barrameda*, à Mauris cæfi A. C. 1371. nepos Johannes Alfonfus primus *Comitis de Niebla* titulum nactus eft, cujus major natu filius (nam à minori Johanne poftbumo etiam Domini *del Cadofo* orti funt) Henricus, Johannem Alfonfum primum Ducem de *Medina Sidonia* genuit. Hoc genitus Henricus *de Guzman* Dux Medinifidonius, ex Leonora *de Mendoza* (fi Perafani *de Ribera* Com. *de los Molares*) fufcepit Johannem Ducem, Leonoræ *de Zuniga* maritum & ex ea patrem Joh. Alfonfi II. Ducis; quo & Anna Aragonia (Alfonfi Aragonii Archiepifc. Cæfarauguftani, Ferdinando Catholico R. geniti, fil.) natus Johannes Clarus *de Guzman* Com. *Niebla*, junxit fibi Leonoram *de Zuniga & Sotomayor*, & ex ea genuit, Alfonfum Percezium *de Guzman* Duc. *Medinæ Sidoniæ*, qui obiit A. C. 615. Pater ex Anna *de Silva & Mendoza* (fil. Roderici Gomefii *de Silva* D. Paftranæ Princ. *Ebuli* & Annæ *de Mendoza* & *de la Cerda*) Johannis Emanuelis Dominici Perezii *de Guzman* D. *Medinifidonii*: quo & Johanna *de Sandoval* (fil. Francifci *de Sandoval* & *Roxas* D. Lermæ) genit funt, Antonius Perezius Com. *Niebla*, Cæfarus Alfonfus Perezius, poft fratris obitum, eundem titulum nactus, Balthafar Melchior, Luifa (uxor Johannis IV. Luficaniæ Regis, defunctæ A. C. 1666.) Francifca & Catharina. V. Fhil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag. 47.*

Nigella, addit: Meminit *Nigellæ* caftri Hermannus Monachus *lib. 2. de reb. ac. S. Martiæ Lauduncnfis*, & *dominum Radulphum, patrem domini Ivonis, ejusdem caftri Principem* vocat. Inter Philippi Aug. vexillasios Milites Flandriæ, poft Comitem Hollandiæ, fecundum locum obtinet: *Johannes de Nigella*, & cùm aliis magnis Proceribus, *Caftellanis, Advocatis, Vicecomitibus* ac *Præpofitis*, tum inprimis Comiti Guinarum feu Guinarum præponitur: ac inter milites Veromandiæ ultimus numeratur *Caftellanus de Nigella*. Pro Hugone de Gaftina, apud Pontem Brovinum A. C. 1214. capto, Philippus Rex Fr. Johannem *de Nigella*, de centum marcis prædem accepit; quem Regordus *Milliem procerum & formæ venuftiffimæ* appellat. Matthæo quoque Abbati S. Dionyfii & *domino Simoni de Nigella*, Ludovicus IX. Francorum R. rerum mare tranfiturus, curam ac tutelam Regni fui delegaffe legitur, A. C. 1269. & quum Philippus, ejus filius ac fuccefior bellum Aragonenfium Regi intulit, fecum duxit Radulphum *de Nigella*, Francia, ut aiunt, Conftabularium; à quo, aut certè à Simone ejus patre, *domus Nigellenfis*, apud Lutetiam, *L' Hoftel de Nelle*, nomen accepit: quæ portæ urbis, cui proxima erat, fuum nomen dedit, *la Porte de Nelle*. Oppidum itaque *Nelle* dicitur vulgò, quaſi *Nielle*, id eſt, *Nigella*, quo modo Galli rubiginem vocant, cui frumenta hujus loci maxime erant obnoxia: vel, quòd eius ager melanthio, femen nigrum fœnere fructu, abundaret, *Nigelle* accepit nomen. Alluitur fluvio vel potius rivulo Lingonæ, qui nunc *Ingo*, vulgò *Ingon* appellatur, & in Suminam defluit. Nec ore tenus celebre legium Canonicorum *Nigellæ*, cujus domini veteri Marchionum titulo fruuntur, Hadr. Valefius *Not. Gall.* Item flur. Gallicæ, V. infrà, in voce *Nigra aqua*.

Nigellum, encauftum nigrum vel fubnigrum, ex argento & plumbo confectum, quo cavitas fculpturæ repletur, ut defcribitur à Vafario *in Vitis Pictorum cap. 33.* Italis *Niello*. Gloſſæ vett. *Nigellum*, *μελανία*. Leo Oftienfis *lib. 2. cap. 111. Laurum argenteum magnum liberarum quinque cum nigello.* Et *lib. 3. cap. 5. Scrinium argenteum fuper altare cum nigello librarum novem — fcutellam argenteam cum nigello &c.* Et *Cap. 115. Fontis argenteum cum nigello.* Anaſta us in *Sylveſtro Pontif. Scriptum ex litteris patris nigellis.* Hinc in *Hiſtor. Epiſcop. Autiſiod. cap. 20. Nigellatus*, id eſt, nigello diſtinctus: *Bacchonicam anaſtæam circulatam & nigellatam.* Item, *Statella nigellata*, *Rotella nigellata &c.* Etiam *Nidulatus*, in Teſtam. Leodebodi Abbatis, apud Helgaudum *in Roberto R. Scnteller 2. minores Mediolanenſes deauratas, quæ habent in medio cruces nidulatas.* Quod idem forte cum Gallorum *Noelle*. V. du Freſne *Gloſſar.* Sed & *Nigelli*, in Charta Communiæ Creſpiacenſis, A. C. 1223. monetæ genus notant. *Solidos* nempe *nigros*, Gall. *ſols nerres*, h. e. æreos: *Moneta enim nigra*, ærea eſt vel ære mixta, cui *alba* ſeu argentea opponitur. Martialis *lib. 1. Epigr. 100.*

Ut convivia ſumtuoſiora,
Tuto quæ ſenes apparas in anno,
Nigræ fordibus expiles monetæ.

Ubi æream monetam intelligi cenſet Salmaſius &c. apud Eundem.

Niger, Præfectus Prætorio, per 6. tantùm horas, ſub Commodo. Lampridius in *Vita* hujus, *Et in potenia quidem Cleander Perenni ſucceſſerat: in præfectura verò Niger; qui jex tantùm horis Præfectus Prætorii fuiſſe perhibetur: Mutabantur enim Præfecti Prætorii per horas ac dies, Commodo pejora omnia, quàm fecerat antè, faciente.*

Niger, ſeu Ater, pro inauſpicato infauſtoque, ſecutalbus color fauſtus, bonus fortunatusque habitus eſt. Unde Porphyrion *ad Q. Horatium lib. 1. Sat. 4. niger*, inquit, *id eſt, malus.* Servius *ad Æn. lib. 4. verſ. 514. nigerum*, exponit *noxium*: & *lib. 9. Æneid. atrum*, *timorem*, exponit *inauſpicatum*. Hinc à rerum naturaliſum Scriptoribus cornices, corvi, bubones, ſiſci coloris aves, inter inauſpicatas numerantur. Ovid.

Nigraſque ſiniſtrum cornicis cantilis omen avis.

Et Apulejus *Metam. lib. 2. Fatis avibus Lariſſam acceſſi, peregrinatus Theſſaliâ.* Ac quemadmodum Deorum filios, ipſos Deos aut inter Deos relatos, albos candidoſque effictebant: Unde de relato in Deorum numerum, nomine *Daphnidis*, Cæſare, Virgilius *Eclogâ 5.*

Candidus, inſertum miratur lumen Olympi,
Sub pedibuſque videt nubes;

Ipſe quoque ſtatuæ candid de veſtiebantur: Sic contrà, mortem *nigram*, Inferos atros veteres fecere. Ita legimus apud Æl. Lampridium *in Commodo*, certiſſimum mortis ipſius omen inde deductum, quòd *in veſtimentis nigris* ſeu *pullis in ludis præſidiſſet*. Ipſos mortuos *nigror* vocat Juvenalis *Sat. 1.*

Per famam & populos nigros offerre maritos.

Paludem *nigram*, Thubſucum *lib. 3. deg. 3.* Lethæn *atram*, Statius *Thebaid. lib. 6. verſu 498.* &c. quo perſuaſa Antiquitas, in capitalibus ſententiis ferendis, *nigris* calculis lethale ſupplicium indigitavit. Ovidius *Metam. lib. 15. fab. 1.*

Mos erat antiquis nives atras, & capillis,
His damnare vos, illis &c.

Quod à Thracibus ortum esse, videtur innuere Plinius *lib. 7. cap. 40 Calculos pro experimento cujusque diei in urnam conjici, ac supremo die separatos dinumerari, atque ita de quoque pronunciari.* Unde Horatius *lib. 1. ode 36.*

Thressa nec careat pulchra dies nivâ.

Idem color cladis luctusque indicium erat. Sicut enim currus triumphantis, & vestis & equi & pueri ad habenas, & victimæ, & sacrificantium provitoria habitus candidus fuit, ut dictum: Sic contrà clade afflicti *nigra* vestimenta sumsere. Hinc Lentulus Prætor à Ciceronæ acculatus, *veste purpureâ Magistratûs sui indice depositâ, funestum* induxit, quod omnibus reis adeò necessarium credebatur, ut Milo, quòd id non fecisset, propterea in exilium fuerit relegatus, ut narrat Plutarchus, *in Ciceron.* Idem observatum in Deorum sacrificiis: uti enim Diis Superis albæ, sic Inferis *nigræ* offerebantur victimæ, Plutarchus, *de Inferorum sacris*, Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1. de Paterin Publicola &c.* Quare Donatus Grammaticus, ad illud Virgilii *Æneidos lib. 6.*

— — — — *Ipse atri velleris agnam*
Æneas matri Eumenidum:

Inquit, *Omnia nigra Inferis mactât* &c. Quod in sacrificio funebri obtinuit, in quo quippe Diis Manibus (quos, similiter *nigro* finxere) parentabant. Statius in exequiis Archemori *Thebaid. lib. 6. versu 264.*

Cinxum ibi nigrantes armenti robora tauros
Lenâ mole trahunt, idem numerusq; color q;
Matribus.

Et in Magicis ritibus idem mos invaluit, ut patet ex Virgilio *Æneidos lib. 6.* &c. Pauperes etiam & plebeii pullati, id est, *nigrâ* veste induti erant, cùm contra divites, sed præsertim Senatores, Equites, Magistratus, candidis togis uterentur, qua de re V. infrà in voce *Pullati toga.* Quæ omnia è sepulchrorum, in quibus mortui reconditi, umbris originem traxisse videntur. Eandem tamen colorem Pileo Doctorali Theologorum, apud Germanos tribuit Middendorpius *de Academiis lib. 1. cap. 13.* ut & Maximil. Sandæus *in Theologia Jurid. Commentat. 50.* sed, ad innuendum, eos mundo mortuos esse: Cùm contrà Pileus Jurisconsultorum ruber sit, eò quòd adfint Regibus ac Principibus terræ: Medicorum verò & Philosophorum violaceus, aut cœruleus, ut moneantur oculos suos non declinare in terram, apud Anselm. Solerium, *de Pileo fasc. 10.* Calceos tandem Virorum vulgò *nigros* olim fuisse, innuit Horatius *Sat. 6. lib. 1.*

— — — — Nigris *medium impedit crus*
Pellibus.

Imò Nobilium ac Senatorum, teste Juvenali *Sat. 7. versu* 190.

— — — — *Nobilis & generosus*
Appellat nigræ Lunam subtexit alutæ:

Quod inde factum autumant Eruditi, ut nitoris studio sequiori sexui relicto horridam se Virtutem amplecti testarentur. Quam ob causam *Exigarum. 33. lib. 7.* Cinnam reprehendit Martialis, quòd præter morem calceos habuerit albos, qui mulierum tum proprii erant, sicque præposterè nitorem in calceis affectaret. V. Ben. Balduinum *de Calceo antiquo cap. 8.* & plura de calore hoc, apud Dempsterum *Paralipomenis in Johann. Rosini Antiqq. Rom. lib. 4. cap. 9.* & Casparum Barthium *ad Statium* passim.

Niger Deus, apud Slavos olim, Satanas dictus est. Helmoldus *lib. 1. cap. 52. Est autem Slavorum miserabilis error; nam in conviviis & computationibus suis pateram circumferunt, in quam conferunt, non datam confecrationis, sed exfecrationis, verba, sub nomine Deorum, boni felices & mali, omnem prosperam fortunam à bono Deo, adversam à malo dirigi profitentes. Ideo etiam malum Deum sua lingua Diabol, sive Zcerneboch, id est, nigrum Deum, appellabant.* Nempe nigro colore omnia infernalia censeri consueviit, notum. Ita *aera atria* Proserpinæ sunt, apud Appulejum. *Niger Deus*, apud Silium Italicum *lib. 8.*

Nigri per Styga, vel sacrata regna laborant,
Atq; atri solis thalami

Et *Niger*, hostis infensissimus humani generis, apud Christianos Auctores. Sedulius *lib. 3.*

Quin etiam rabidus nigrorum depulit ira
Verminum.

Vide quoque Prudentium *lib. 2.* & Aratorem *lib. 1.* Certè tali colore in visionibus Dæmones — — — visi Viris Sanctis, refert Zacharias Pontifex in *Vita S. Benedicti* — — — Gregorius *M. cap. 4.* Εἶδεν ὁ ἅγιος, ὅτι ὑπὸ τὴν ἑστίαν τῆς ἐσθίειν κουζίνας ὁ πλοῦτος ὁ ἄπορος, ὁ μελανὸς ὁπλὴν τὸν ὦν τὴν προσευχὴν προτεῖναι τὴν δυναμιν, ἠθέλησεν ἐξω τὸ ἐκκλησίας. *Vidit sanctus & ecce, in venis quidam Æthiops adstabat ala corripit vestis fratris illius, qui in oratione perse verare non poterat, venit, extra Ecclesiam.* Cujusmodi Æthiopem Stutio lucubranti in campis Philippicis sequuturam mox clademac mortem denuntiasse, in Romana legimus Historia. Hinc *Nigri* dicebantur & mortui, quòd apud Inferos degerent. Servius *ad Eclogam 5. Cunicluti, id est, Deus, ut contra mortuos nigros dicimus.* Ad quem V. non inamœna, apud Martinum Roam, *Singularium lib. 6. cap. 15.* Plura vero hanc in rem supra.

Niger Pullus, locus Belgii, memoratus in tabula Peutingeriana, *Fin vins Ichenus, Lugduno XI. Prætorium Agrippinæ II. Mansione F. Aldamanas XII.* Nigropullo V. &c. exponitur *Voerden*, oppidum Hollandiæ. V. *Voerda.*

Nigra Aqua, unus è quatuor amnibus, qui apud Abrincatos, in Gallia, colle Brimbalio *La Bute de Brinbal*, orti, suo quisque alveo in diversa decurrunt, quorum reliqui Egrannia, Seva & Viria. Dicitur vulgo *Noireau*, à colore aquarum, vel *Noreau*, ac aliubi Tenerchebraym *Tinchebray*, & Condæ Baiocassium *Comté sur Noireau*; atque supra Pontem Dolliacum *Pont Dauilly*, Olinæ accipitur. Est & *Nigella*, vulgò *la Neele*, fluvius unus è primis in Garumnam defluentibus, & *Nigra*, vulgò *la Noire*, in Biturigibus Cubis; cui Albinæcum adludet, & quem Salera major *Grande Sauare*, in Carum defert: quibus auribus fluviis aquæ suæ color & nigredo nomen imposuit, sicuti contra albedo Albæ amni cauta nominis fuit. Quamquam *Nigella* iste Garumnicus, à quibusdam Latinè *Nelius* dicitur, ita ut *Nelle* potius videatur nuncupandus, Hadr. Valesius *Not. Gall.* in voce *Adnocatani.*

Nigra Processio, in Ecclesia Rom. Litania dicitur, quia *nigro* tegmine in ea homines coopertiincedebant. In Conventuali certè Ecclesia Equitum Melitensium, ubi in Festis festis per annum solet fieri processio, cum ligno crucis, post solennem de eadem Cruce missam, faciem totius Cleri nigro velo fuisse concectam, iste puero adhuc, notat Car. Maccius *in Hierolexico.*

Nigri, pro lugentibus, apud Statium *Thebaid. lib. 12. versu* 111. pro infelicibus *lib. 5. versu* 175. pro obscuris & infamibus, *lib. 10. versu 26.* pro mortuis, apud Servium *ad Virgil. Ecl. 5.* &c. V. *Supra.* Apud Recentiores *Nigri*, iidem cum *Nigellis*, de quibus supra, genius fe. monetæ; cui unde id nominis hæserit, exponit Nicol. Orefmius Epist. Lexov. *de Mutat. Monetar. cap. 3. & quoniam aliquoties in aliqua regione non satis competenter habetur de argento — imo portiuncula argenti, quæ justæ deri deberet, pro libra panis vel aliqua tali, efist minus bona pulpabilis, propter nimiam par vitatem, ideo facta fuit mixtio de minus bona materia cum argento: & inde ortum habuit* Nigri *monetæ, quæ est congrua pro minutis mercaturis*, V. C. du Fresne Glossar. in hac voce, ut & in voce *Moneta*,

Nigri Monachi, in Communione Rom. qui *Nigromonachi* in *Gesta* Innocentii Pontif. dicuntur Monachi Benedictini, à nigro habitu, quo utuntur. V. infra *Nigrorum Ordo.*

Nigrigenuli, Græcis Μελανόφθαλμοι, quæ vox in veteri monumento,

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕΡΕΥΣ ΤΕ-
ΝΟΜΕΝΟΣ
ΕΝ ΤΩ ΕΠΙ ΝΑΥΣΙΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ Ε-
ΝΙΑΥΤΟΥ
ΚΑΙ ΟΙ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΘΕΡΑ-
ΠΕΥΤΑΙ ΥΠΕΡ
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣ. ΥΝΙ
ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ.

GAJUS GAJI F. ACHARNENSIS SACERDOS FACTUS
IN NAUSII ARCHONTIS ANNO
ET MELANEPHORI ET MINISTRI
PRO
POPULO ATHENIENSIUM ET POPULO
ROMANORUM ISIDI JUSTITIÆ DEDICARUNT.

Munus aliquod denotat, ad *sacra* Isidis, Serapidis, aliorumque aliquot ex Ægypto manantè Deorum spectans: quodnam autem illud fuerit, non adeò liquet. Legitur Inscr. Græca in Petri Bembi *Epistolis Ital.* ubi Theophilus Theo; hili fil. Antiochenus dicitur Μελανόφθαλμος Serapidis, Isidis, Anubidis, Harpocratis, Seleuco Andronici Rhamnusii filio Sacerdote. Neque extra Inscriptiones vox hactenus observata: Interim ex his facilè colligitur, Melanophoros hos feu *Nigrigenulos*, in pompis sacris. Numinum ornamentis gestandis fuisse præfitutos, indeque nominatos. Sic Hierophori, Thyrsophori, id genus alii. In Isidis autem ornamentis erat, *quæ longè longeque* ut copulejus *Milesiar. II. etiam meum confusabat obtutum, Palla nigerrima, sparsi endelons ara nitore, quæ circumitera remeans* &c. Unde Lat. Pignorius *in Isiacis pag. 10. Et quidem in tabula universa nigror hic maxime conspicitur, argento fere semper discreus, qua mente Appulejus eidem (Isidi) præsentem stipolorem & Pallam nigerrimam*

auſignavit. Ita ergo Theophilus hic fuerit ex Melanophororum ſodalitio, cujus munus erat *pallam* illam *nigerrimam* geſtandi. Quò proculdubio ſpectat illud Plutarchi de Iſide, eam pro Luna ſumi & cornua imaginis ejus pro illuminationibus fallacis: ὡσὰν ταῖς βῆ, inquit, *lib. de Iſide & Oſir.* μελανοῤῥόποις ἐκφαίνουσι τοῖς κέρασι τὸ τῆς σελήνης ὡς τὸ διακοσμοῦν τὸν Ἥλιον, *Nigrantibus veſtibus occultationes ejus & obumbrationes deſignant, quibus Solem deſiderans ſpectatur*, &c. V. Joh. Seldenum *de Synedr. Vet. Hebr. Lib. II. in Addend.*

Nigrina, nomen variarum in Republica Rom. gentium, circa tempora Hadriani Imp. Avidiæ nempe, Pontiæ, & Domitiæ, è qua poſtrema is fuit, qui Hadriano inſidias ſtruxit, apud Spartianum *in Vita Hadriani*, *Nigrini inſidias, quas ille ſacrificanti Adriano, conſcio ſibi Luſio & multis aliis paraverat, quum eum etiam ſucceſſorem ſibimet Adrianus deſtinaſſet, evaſit. Quare Palma Terraciнæ, Celſus Bajis*, Nigrinus *Juventiæ*, *Lulius in itinere*, *Senam jubentes*, *invito Adriano* (*ut ipſe in vita ſua dicit*) *occiſi ſunt*. A quo tempore Hadrianus, in Græcanicis ſæcris, veterem luſtralem morem, per quem ſolici multi cultros in ſacris habere ſolebant Imperator Lucium Verum, *Nigrini* hujus, ductâ Domitiâ Lucillâ, filiâ ejus, generum, adoptavit. Meminit & Galenus Domitii cujusdam *Nigrini*, *de Compoſitione Medicam. κατὰ γένη*, *lib. ſeptimo* V. Caſaubonum *Not. ad Spartianum l. cit.*

Nigris, adde: Fluvius eſt Africæ, Nilo non minor, ſimiliſque cum eo naturæ; eodem enim, quo Nilus, tempore adjacentes eum regiones inundare, Leonitara docent. Quod *Leonitara* quoque, fluvio Aſiæ Boralis, cujus inundatione durante ſtatequoque, fluvio Aſiæ Boralis, cujus inundatione durante ſtate incolas in montanis morari oporteat: Item *Coppuno*, fluvio Regni Pegu: & *Menamo* fluvio Regni Siamenſis, Auctor *Navig. Bdg.* Blancus *part. 1. cap. 19.* & Schoutenius *deſcr. R. Siam* aſcribunt. Alluit regiones Guangaram, Zanfaram, Caſſenam, Tombutum, Mellum &c. & poſtquam, more Anæ Hiſpaniæ fluvii, per ſubterraneos meandros altiſſimorum Montium aliquandiu lapſus eſt, ad prom. Viride egreditur. V. Athanaſ. Kircherum *M. S. Lib. 2. cap. 15.* Blancum *part. 2. cap. 1.* Aloyſium Cadamuſtum *Navig. cap. 14.* Auctorem Anonymum *Hiſtoriæ Orbis Terr. Georg. ac Civ. cap. 3.* §. 15. &c. ut & in voce *Niger*.

Nigrita, adde: XV. eorum Regna habet Hornius, atque ex iis notiſſima præcipuaque *Gnalata*, *Tombuto*, *Senega*, *Melli*, & præ his *Guinea*m. Eandem regionem fluv. Senegam, Nigro ſimilem, inundare addit, *Orbis Poliſic. IV. pag.* 72. Ad eosdem *Nigritas* referuntur Inſulæ Fortunatæ, ſed harum res antiquæ, non minus acrelliquorum Regnorum, ignotæ ſunt: Id ſolum conſtat, citra A. C. 1430. in Magna Canaria duos fuiſſe Reges, quorum uni nomen *Doramas*, alteri *Guavartema*, qui dum civili bello collidebantur, occaſionem Hiſpanis Canariæ expugnandæ præbuerunt: reliquas Inſulas paulo ante Franci occupaverant, qui tandem jus ſuum in Hiſpanos venditione transtulerunt, Idem *Part. III. pag.* 110.

Nigromantia, pro *Necromantia*. Ebrardus *in Græcismo cap. 8.*

— *Mors nigrom eſt*, Nigromantia *dicitur inde*.

Et *cap.* 10.

— *Denigris proprie* Nigromantia *dicitur eſſe*.

Hinc *Libri nigri*, id eſt, *Necromantici*, apud Ekkehardum *de Caſibus S. Gall. c.* 2. V. ſupra *Necyomantia*.

Nigrorum Ordo, in Eccleſia Rom. dicuntur Caſinenſes Monachi & aliæ Congregationes Ordinis S. Benedicti, à *nigro* habitu, quo uti conſueverunt Seculares Clerici, qui tamen ante regimen illius Eccleſiæ, à Benedictinis diu retentum, violaceum colorem adhibebant. Olim enim Benedictinorum religio in tantum invaluit, ut haberet ex Caſinenſi Congregatione octo Pontifices, & ex aliis, quatuor: item bis mille Cardinales, ſepties mille Archiepiſcopos, quindecim v. Epiſcoporum millia; porro Sanctos canonizatos 5570. ut Tamburinus habet, vel 5555. ut Joannes XXII. Papa. Monaſteria ejusdem ordinis hæc inventa ſunt: Abbatiarum triginta tria millia, Præpoſiturarum quatuordecim millia, Mulierum Cœnobia innumera. Ab hoc Ordine per 500. annos Romana Eccleſia guberna eſt, tantaque ejus fuit auctoritas & ſanctitatis opinio, ut Imperatores ac Reges non pauci, depoſito diademate, in hoc inſtituto vitæ reliquum exegerint. Eadem cauſa eſt, quòd Seculares Clerici, uti dictum, *nigrum* habitum, violaceo ſepoſito, aſſumſerint, &c. V. Dominicum & Carolum Macros in *Hierolexico*, ut & ſupra, ubi de *Caſinenſi Abbatia*. Sed & apud Græcos Monachi etiam Nigri μελανοφόροι dicuntur, in Synodo Trullana, *can.* 42. Car. du Freſne in voce *Nigromonachi*. Vide quoque ſupra ubi nata eſt *Melanchlæ*, eorumque veſte &c.

Nihil fecit, in acclamatione Claudio II. factâ apud Trebellium Pollionem, *Claudi Auguſte — tu nos à Palmyrenis vindica* (*dictum quinquies*) *Claudi Auguſte, tu nos à Zenobia & à Victoria libera*: (*dictum ſepties*) *Claudi Auguſte*, *Tetricus* nihil fecit: (*dictum ſepties*) ubi alias, ſed ſine ſenſu, legebatur, *Nihil ſuit*. Nempe Senatores, quorum iſthæc ſunt acclamationes, *videntur* æquiores fuiſſe Tetrico, qui (licèt inter XXX. Tyrannos) & ex ipſorum erat corpore & Vir Conſularis, quique multa feliciter egerat & olim imperarat. Idcoque cùm acclamationibus ſuis poſſulent, ab Aureolo vindicari & à Palmyrenis, à Zenobia & Victoria liberari, contra Tetricum tale nihil poſſulant, ſed illum *nihil feciſſe* acclamant, h. e. nihil commiſiſſe, quare ab eo liberari vindicarique meritò deſiderare poſſint. Idiotismus autem planè eſt, *Nihil fecit*, eo ſenſu: Sed notum, acclamationes hujusmodi magnam partem vulgari idioticoque ſermone conceptas fuiſſe. Sic planè accipitur, apud Juvenalem *Sat.* 6.

O demens, ita ſervus homo eſt! nil feceris eſto,

i. nil commiſeris dignum pœnâ, nihil deliquiſti. V. Salmaſium, *Not. ad Pollionem*, & *hic inſrà*. Apud recentiores verò aevi Hiſtoricos, *Nihil fecit*, cognomen eſt aliquot Franciæ Regum primæ & ſecundæ ſtirpis, quòd deliciis Palatinis dediti, rerum civilium & militarium ſummam Majoribus. Domus demandarent: quanquam non deſunt, qui illos ab hujusmodi Scriptorum calumniis vindicare conentur. Hinc vox nata Gallis *Fainans*, pro ignavo. Harigerus Lobigeniſis de *Vita S. Ursmari*, apud Mabillonium, *Seculo 3. Tom. II. p. 610.*

Tunc fratres gemini Dagobertus Rege creati,
Francorum genuen ſimili nec ſorte duellem
Secernunt ſceptris, Chlodoveus Belgica ſegnis
Regni ſceptra tenens, ſed nil laudabile linquens,
Tres iisdem ſegnes proprio de ſemine fratres,
Liquis Hlotarium, Hildricum & Theodoricum, &c.

Maximè verò Ludovicus Balbus Caroli C. filius ita indigitatur. Aimoinus de *Miraculis S. Benedicti cap. 1. Pater Auguſto Karolo regnum humanis exemptis, filius ejus Ludovicus ſortitus, qui* Nihil feciſſe *nomen fortitus eſt, ſive quòd vix duobus annis regnaverit, ſive quòd ſenile, ſive quòd Sanctimoniatem quandam, ſtenti à Majoribus acceptam, Kale Monaſterio puellarum abſtractam conjugio copulans ſuo, peccatum, quod* Nihil *eſſe dicitur, perpetravit*. Geſta Conſulum Andegav. *c. 2. n. 5. Ætate Ludovici Balbi, cognomento Nihil facti*. Et *cap. 3. num. 1. Tempore Ludovici Regis Nihil facientis*, du Freſne *Gloſſar.* Jean de Serres in ſuo *Invent. Genev.* Reges *Nihil facientes* ſeu *Roys Fainans*, ex familia Merovingorum, vocat hujus ſtirpis ultimos, *Theodoricum* I. (ſub quo Ebroinus Magiſter Palatii ſeu Major-Domus rerum potitus eſt, ab Ermenfrido Nobili poſtea occiſus, & Pepinus potentiæ ſuæ fundamenta jecit, in Ebroini locum ſuffectus:) *Clodoveum III. Childebertum III. Dagobertum II.* (ſub quibus omnibus, integro 40. annorum ſpatio idem Pepinus potentiam firmandi tempus habuit, defunctus Dagoberti adhuc regno. Itaque in ejus locum filius illius nothus Carolus Martellus, vere *Regum Rex*ut Hiſtorici vocatur, poſt obitum Dagoberti, filio ejus primogenito ſchema Regium impoſuit, eumque inter Reges *Nihil feciſ* collocavit) *Childebertum III.* ſc. cui ſucceſſit *Theodoricus & Dietricus II.* (ſub quo Martellus, rebus contra varios hoſtes præclarè geſtis, è Majore Domus creatus Dux Francorum, Caroloyingorum Monarchiæ propiorem viam ſtravit) Theodoricum excepit ultimus Merovingorum, *Childericus IV.* quiſub Carolo Martello 5. annos, & 4. ſub hujus filio Pepino, cum præfuiſſet, Pepino anuitente, à Zacharia Pontif. Rom. exauctoratus & in Cœnobium detruſus, Pepinus autem Regnum, quod filius ejus Carolus M. in ſummam poſtea amplitudinem evexit, adjudicatum eſt. Quod exemplum Pontifices ſequutis temporibus in conſequentiam trahentes, per eos feciſſe Reges creare, ac deponere, facti hujusargumento, contenderunt: præcipue in cauſa Henrici III. quo Regum Galliæ vix alius propius Chilperico accilit. Et certè hæc Regni ad Carolingos tranſlatio, tanquam fundamentum Pontificiæ potentiæ, meritò à Politicis habetur. V. Georgium Hornium *Orbe Imperante pag.* 117. & Regum horum quemque *ſuo loco*.

Nihil vos moramur, Patres Conſcripti, formula apud Romanos dimittendi Senatus: quemadmodum concio diſſolvebatur verbo *Diſcedite*. Jul. Capitolinus *in Marco Philoſopho*, *Comitiis præterea etiam utique ad noctem frequenter interfuit*, *neque unquam recuſſa de Curia*, *niſi Conſul diviſſet*, *Nihil vos moramur*, *Patres Conſcripti*. V. Caſaubonum *ad h.*

Nilides, lacus Cataractæ in Nilo, ab Juba dedicatus, ob hoc argumentum, quòd Nili origo credatur eſſe, Plinius. Ubi intelligit, ſimulachrum vel picturam illius lacus ab Juba fuiſſe dicatam, in templo Iſidis, apud Cæſaream Mauritaniæ urbem, V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 418. & in voce *Nilis*.

Nilos, Græcè Νεῖλος, ſeilum Ægyptiorum, ſub ortum inundationis *Nili*, in hujus honorem, celebrari ſolitum, unde & nomen. Heliodorus *Æthiopicorum lib. 9.* Καὶ γὰρ τῶν νομίμων Νείλια τότε τὰ μυήσια παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτὴ συνέπιπτε κατὰ τὰς τῶν ὑδάτων ἐπιδόσεις· ἐπὶ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερέων τελουμένοις ἐπιφανὴς ἐγίνετο πομπὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ ἅρματος ἀγομένου· ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι Λιγυστίων ἐπεθεώρουν. — *Et accidit*, ut Nilea *tunc*, maximum *apud Ægyptios festum imminerei*, *circa Sollſtitium quidem maximè æſtivum*, & *cum inundatio fluvii initium ſumit*, *celebrarijo-lium*, *cujus ſupervelbona omnia Ægyptiis cura eſt*. Ab eo genere enim Nilus *Fluviatilis* (ſi Laërtio fides habenda, qui tamen fallitur, cùm hoc nomen Perſicum ſit, quo Kalendæ deſignantur) hoc eſt, Jupiter vocatus eſt, divinique ei honores habiti ſunt, uti diximus in voce *Nilus*. Hinc idolum ejus ſuper

super aggere recubantis, in nummis visitur. Idem verò fluvius *Trium* dictus est aliquando. Lycophron *Cassandrâ*, de Proteo,

> ὁ Θόρικος ἐκ τοῦ τριπλεύρου
> Τρίτωνος ἐκβαλόντα πλουσίοις
> Λίμνην περιρρέοντα —
> —— *qui olim littoralem ex Tritonia*
> *Emicuit opinatam Mulonis fluctibus*
> *Humum pererans* —

Item *Astos*, *Aegypsus* & *Oceanus*; donec *Nili* accepit nomen. Inundationis causas habes, apud Solinum inprimis *cap.* 35. ad quem omnino vide *Exercitationes Plinianas* Saimasii.

Nilosopia, vel *Nilometria*, v. infrà.

Nilus, adhuc *Milo* quoque Festo dicitur, ut & Ausonio *Epist.* 4. ubi *Meloniis* album paginam vocat chartam ex papyro frutice, in paludibus *Nili* tipis, ubi etiam calami ad scribendum apti nascebantur, proveniente confiteri solitam. De fontibus ejus ita Kirchetus: *Provincia, ubi oritur, vocatur Agaos, vicina Regno Gojam: Terra, in qua oritur, Sagela dicitur: fons ejus geminus, vel imus duobus oculis donatus, jactis lapidis fere dissitantibus. Fit in apice montis sui, in plano arboribus undique circumsitus, fundumque habens inexplorabilem, nec ita exiguo in summa montis planitie, verum in ratione, terraquae totae ejus ex comparatione, tremulus est.* Cujus rationem ingeniosè explicans pergit: *Verisimile esse, magnam olim hujus campi partem apertum fontem, velut in cratere montis conventum fuisse, & successu temporum, succrescentibus herbis & virgultis intus missis, cutem veluti quandam contraxisse, quà recentiora fine obtuto statum planitiem tremulam primaevi fontis faciem mox manifestaturam. Porro vivum fontis, qui infra montem erumpit, in Orientem fluvio jactis lombardae vergere, dein facilio declinando hominum patere & post quatuor circiter leucae parem novum sese effervere vivum & saxis scopulisque obvallentem, cui paulo post se jungant duo alii vivi ex Orientis plaga erumpentes & sic deinde actis atque aliis idemidem collectis notabiliter* Nilum *crescere. Lacum deinde invenire, post ingentibus duabus ruptibus veluti absorberi, demum fluxu suo Regnum Gojam repetere, adeo ut non nisi unius diei itinere à fonte fino distare comperiatur; Tunc versus Favali & Ombered Regnum Gentilium tendere, inde ex Oriente in Borram declinare, atque sum in Mare Mediterraneum pervenire.* Quae debentur oculari inspectioni P. Petri Pays A. C. 1618. manu ducente eum ipso Abyssinorum Imperatore, qui proin gloriabundus de se scribit, *se famam cum animi voluptate id vidisse, quod Cyrus, Cambyses, Alexander M. & Julius Caesar nullis visis consequi potuerim.* Aliis tandem idem jam fabuliste, colligere est ex Itinerario le Blanc part. 2. *cap.* 6. ubi *Nilum*, in Regno Goyam orti, bis disserte scribit. *Nilus* verò spoli dernum in progressu fuo à lacu *Zambre* & *Zaire* excipitur, inde post 700. milliaria, Insulam Meroën efficit ac in Aegypto subtequam in alveos discedat, Urbem *Cairo* feu Memphim alluit, Arabibus *Abbai* dictus. Incrementi ejus causam in pluviae abundantiam, Aethiopiae totis quinque mensibus, Aprili, Majo, Junio, Julio & Augusto incumbentis, plerique hodie Eruditi: de la Chambre, in quae ejus nitrofitatem refert, quod negotium integro libro, cui tit. *Discours sur les causes du debordement de Nil*, profequitur. Et quoniam incrementis hisce Aegyptii foecundiatem terrae suae deberi videntur, ideo in oftis fluvium encomiis adscere, ac modò Deorum semen, modò Jovis donum vocantes, coelitus eum delabi, dixerunt. In ipso ejus Graeco nomine aliquid mysterii quaesitum, quòd totidem id numeris constare, quot dies in anno, observarunt. Nempe,

N.	50.
E.	5.
I.	10.
A.	1.
O.	70.
S.	200.
Summa	365.

Quodque tam certi essent beneficii hujus, instrumenta etiam condi placuit, quibus gradus promissae fertilitatis praevideretur; Quorum auctor Josephus Patr. fuisse creditur; Ea posteri *Nilosopia* & *Nilometria* vocavere: Quale fuit in Elphio Ins. in cujus medio posita columna marmorea numeros cubitorum gerebat, quorum decimum octavum si excederet, aut infra duodecimum maneret, creditum fuit, sitic exceffu, hic defectu, famem ac calamitatem importari. Iconismum & pleniorem ejus descriptionem V. in Kircheri *Oedip. Aegypt. Symagm.* 1. *cap.* 4. in *Praefectura Heracleopolitana*, & *Symagm.* 15. *cap.* 1. Idem Sphingibus factum fuit, hoc est, biformibus statuis, anteriusnominem, posteriusLeonem referentibus, quarum aliquas ingentis molis in celeberrimibus Aegypti locis stantiere, de quibus videndus iterum Kircherus *cit. Symagm.* 15. *cap.* 1. Oftia ejus quoque septem enumerat, praefatus Auctor Anonymus, quibus post Aethiopiam & Aegyptum, ut & insulas 700. circuitas, ut ait Diodorus Siculus, in Mare Medit. abit: Nempe Canopicum, seu Heracleoticum & Agathodaemon fl. Bolbiticum & *Taly* fl. Sebeniticum & Pharmuticus fluv. Mendesium, Pathmiticum & Busiriticus fluv. Taniticum & Pelusiacum. Quibus accuratiores tabulas oftium Pineptimum, tanquam pseudostoma & Dioleos pseudostoma addere ait, *loco cit.* Hodie tamen duos tantùm alveos navigabiles habere, tradit P. Bellonius *lib.* 2. *cap.* 32. De VII. vero illis praefatis nota, diverticula illa & ectoopas, quae ex alveo ipso Nili derivabantur, perpetuorum & magnorum amnium instar obtinuisse, atque alia nomina in decursu habuisse, alia in exitu & oftiis ipsis. Oftia enim nomen fortita sunt à locis marivicinis, ubi ipsae ἐκφύσεις fieri solitae: aliud porro iis nomen, ubi ἐκπτώσεις fiunt & in decursu. Nempe Nilus, ceteram Aegyptum permeans, unico alveo, ubi ad Delta venit, in duas partes scinditur, ac duo flumina, quorum alterum Occidentem petit, alterum ad Orientem pergit. Pars illa, quae ad Occaium tingit, major est, ac veluti flumina corpus, *Mayor* Arabibus & μεγάλη πόλυσις hinc, item *Ayamba Baienos*, Graecis dictus, at in oftio ipso quo in mare exit, *Καλὸν ὄνομα* & *Ηρακλεωτικὸς*, alo cisibi mari vicinis. Pars altera minor est, de δεύτερος centebatur, ac velut brachium sive ramus è corpore fluminis majoris erumpens & δεύτερος πόλυσις dicebatur: cujus exitus in mare *Πηλουσιακὸν στόμα* vocitatum est, ab urbe Pelusio. Eadem porro ἐκφύσεις alias atque alias subinde ectfoopas generat, quae per divitos cursus in mare evolvuntur. Nam minus Delta vocabatur, ubi Bubastiacus amnis dividus fit in Busiriticum, qui per Pathmiticum oftium in mare exit. Est & tertium Delta, ubi Bubastiacus se findit, in alia duo divertícula, quorum alterum per Athribin urbem effunditur in mare, alterum per oftium Pineptimi: quae duo oftia Ψευδόστομοι sunt. Ceterum ad ipsum Delta vertitem alixe duae sese findunt ectfoopae à majori oftiorum, quae Septentrionem rectà petunt. Harum altera dicitur πόλυσις Θερμουθιακὸς & per Sebennyticum oftium exoneratur: alteri nomen est Tάνις, quae per Bubastinum exit. Et quidem Sebennyticum, quo medium scinditur Delta, (unde & tripartitam alii primam Nili divisionem faciunt) rursus in Mendesium ac Saiticum abit. Sic reliqui omnes *Nili* decursus ἐκφύσεων vice censebantur, folus Canopicus principalis alvei instar obtinebat: quo excepto reliqua oftia Nili χειροποίητα ὄντα πόλυσις εἶναι, *manu facta & non naturalia esse* videri, ait Artifoteles *Meteorologic. lib.* 1. *cap.* 14. Quamin rem V. Salmasium *ad Solinum pag.* 477. & *seqq.* Ceterum proprium fluvii nomen *Siris*, & eundem cum Api, adeoque pro Deo, nomine *Serapidis*, ex *Siri* & *Api* compositio, cultum esse olim, eidem *Bubastis* quoque fuisse nomen, docet Fortun. Licetus, & de nobili hoc fluvio prolixè ac eruditè disserit, *lib. de Lucernis antiqq. 6. cap.* 87. *seq.* in quo *Lucernam pensilem*, in effigiem capitis *Aegyptii Sacerdotis* ras effigiatam, explicat. Et ispi divinos honores, quod Σωτῆρας τοῦ Αἰγύπτου, *Servatorem Aegypti*, appellatum esse legimus, apud Heliodorum *Aethiopicis lib.* 9. quae appellatio Dis propria, V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Johann. Rosini Antiqq. lib.* 5. *cap.* 30. ut & Isparà.

Nilus, nomen poëmatis, memorati Capitolino, in *Gordianis*, *Adolescens quum esset Gordianus*, — *poëmata Crispi, quae omnia extant & cuncta illa, quae Cicero ex Democrito & Arato, & Aeschylus & Uxorium & Nilum*: *quae quidem ad hoc scripsit, ut Cicernis poemata nimis antiqua viderentur.* Sed pro *Nilus*, Cafiubonus *Limon* scribendum esse conjicit, quod nomen cuidam Ciceronis poëmati, cum apud Donatum in *Vita* Terentii, tum apud alios, V. eum *Not. ad h.*

Nima fericum, apud Tertullianum *de Pallio*, in vetustis codd. pro *Nema*, quod vide.

Nimrod, adde: Ex posteris Chami fuit, *potens venator coram Jehova*, Genesis *cap.* 10. *versu* 8. 9. Sicut venatus vett. Heroum peculiare studium erat. Quae tamen verba alii de Regnorum venatu & infana hominis cum Deo accipiunt, quam religionis studio & nomine *Jehovae* velaverit: tanquam paternae traditionis de vero Dei cultu stabilitendae causa, Regna & Imperia agitaret, ut isto munimento sanctam Patrum fidem praservaret à corruptione. Primus enim hic fuit, qui exutà aequalitate Monarchiam erexit: *Et exilii principium Regni ejus Babel &c. versu* 10. V. Francifcum Burmannum *Synopsi Theolog. lib.* 3. *cap.* 8. *§.* 22. De eodem sic Hornius *Orbis Politic. Part. III. pag.* 120. *Primus aequalitate exuta*, Nimrod, *Graecorum Bacchus, venationis obientu, ex Arathum defertis, in amoenissimos Babylonicae campos progressus, cum vires suas circumspiceret, ejus urbis imperium rapuit, ac brevi magnum Regnum constituit. Hoc auctore additilibus regnari coepium, & ut in praerupta atque urgente fer virtute, captivitates Urbium ac provinciarum sequebantur. Neque tamen diu firma Nimrodo potentia: quem, vel ejus filium aut successorem, hoc illo fastigio demovit Assur qui & Thuras, Belus ac Ninus, Nineves conditor, atque etiam in praelio obtruncavit.* Sic alius fuerit *Nimrod* à Belo quod & temporum series evincere videtur: adeoque *Nimrodi* potestas citò in Assurem, & ad Semi *Cujus* filius Assur familiam translata jugumque Chamo impositum est. Facit huc, quod Julius Africanus & Diodorus Siculus ajunt: Ille quidem, *distincta initio Imperia fuisse Assyrium & Babylonium, ac Belum, Assyriorum Regem, Babylonios debellatis, suum illos sub potestatem redegisse*: Hic verò, *Ninum, Assyrio R. Babylo-*

nios in vasis fictilibus Reges eorum interemtis tributa pendere cogisse, &c. Ejusdem tempore sapientes ex Noachi schola viri in campis Babyloniæ *Senaar*, Philosophiæ dediti, inprimis Astrologiam excolebant. Quod, præter Mosen, etiam Gentilium eruditiores, ex Chaldæorum traditione non ignorarunt. Ita etiam Favorinus apud A. Gellium *lib.* 14. *cap.* 1. *Si Principes Chaldei, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus & vias & diffinitiones & causas, humanique quid ex iis efficeretur, observaverunt* &c. Illorum autem Princeps *Nimrod* fuit; qui propter Astrologiæ insignem peritiam, primus imperio feroces regere populos aggressus est. Unde & נִמְרוֹד בִּגְבוּר לִפְנֵי יְיָה *Nimrod Gibbor lifnei Jehovah* fuisse dicitur. נִמְרָאִיד autem *virum verum inquisitione celebrem* notat, quem Paulus I. Cor. *cap.* 1. *versu* 20. *ubi sophi & astrologi* vere eleganter appellat: Hebræi אִישׁ מַחְקָר *Ish Machkar*. Unde post obitum tantam sibi admirationem reliquit, ut, inter Deos relatus, *Beli* nomen primus meruerit. Hinc & Plinius *lib.* 5. Astrologiæ inventionem Belo attribuit. Hic proin ut eò exactius astria contemplaretur, coque facilius tyrannidem tutari posset, auctor humano genere ausi fuit extruendæ turris, quæ caput inter nubila conderet: qui imbo finem hinc dubio præcipui stupendæ hujus molis fabricæ. Sed alio vulgus stimulandum erat, dulcedine nimirum perennantis famæ, unde verba illa: *Agedum, extruamus nobis turrim, cujus fastigium assurgat in cœlum, ut nobis faciamus nomen.* Assyriacæ *Nimrod* Monarchiæ auctor, regnavit secundum Helvicum annos 55. ab anno Mundi 1723. circiter usque ad annum 1778. Et succedit fil. Ninus. Ab eo *Nimrodiani* dicti possunt, qui ejus Philosophiam secuti sunt, Chamitæ nempe & Japhetidæ: à quibus Semi posteri, meliùs à Semo ac Noachio edocti, secessionem fecere, nomine proinde discretivo *Ebræorum* insigniti: Unde Sem *Pater omnium filiorum Eber* vocatur, Gen. *cap.* 20. *versu* 21. in cujus proin familia purior aliquantiu Philosophia hæsit, donec ingruenti barbarici & ipsa cederet. Georg. Hornius *Histor. Philof. lib.* 2. *cap.* 2.

Nimbus, apud Virgilium *Æneid. lib.* 2. ubi de Pallade,

—— *nimbo effulgens & Gorgone sæva:*

Servio, *divina sit nubes: ut enim fulvidum lumen, quod capita Deorum tinguit. Sic* apud eund. *Æn. lib.* 3.

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Propriè, addit, *Nimbus est, qui Deorum vel Imperatorum capita, quasi clara pluvia, nitore fingitur.* Cujusmodi circulis sanctitatis indicibus, capita Impp. Constantii ac Constantis & Theodosii Jun. ut & Placidii Valentiniani, ambiri conspicimus, in nummis eorum Consularibus: qui quidem videntur Consularibus insignibus accenseri à Mamertino, in *Panegyrico Maximiano dicto*; *Trabeæ vestræ triumphales & sella curulis & hæc effulgentium stipatio & fulgor & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, restrorum fuit ornamenta meriorum.* Ubi quod Virgilius *Nimbum*, ille *Lucem* appellat. Quod Honorius Augustodun. *lib.* 1. *cap.* 133. *Lumina, quæ circa capita Sanctorum in modum circuli depingitur, designant, quòd lumine æterni splendoris coronati fruuntur. Idcirco vero secundùm formam rotundi sinu pinguntur, quia divina protectione, ut scitis, nunc muniuntur.* Et Isidorus, *lib.* 19. *cap.* 31. *Lumen, quod circa Angelorum capita pingitur*, Nimbus *vocatur: lucet & nimbus sit densius nubis.* Sic quod in Anastasii quoque Consulis utroque diptycho, Leodiensi & Biturigensi affingitur, in conchæ figurani radiatum, *Nimbus* videtur. Ejusmodi autem luminibus circuli capita sua ambiri voluere Augusti, ipsi etiam poftea cum Consulibus communicatis, ut divinitatis speciem quandam sibi afferrent, cùm *nimbis* seu claris nubibus: Deos suos ita in picturis ac tabellis Vett. cingerent. Hinc tam frequens *Divinitatis*, *Numinis* ac *Æternitatis*, ab iis vultipata vocabula & epitheta, quibus Imperatorum *LL.* plenæ sunt, V. Filefacum de *Idol. Polit. lib.* 1. *cap.* 1. Verùm hæc veniam mentur in Augustis, quorum adeò ampla fuit potestas, ti recentium Impp. expendatur ambitio, qui hominum omnium vanissima ce omni facinorum genere contaminatissimi, provinciis setam fuis exuti & intra Urbis mœnia, paucorumque civicum jacentium oppidorum limites coërciti, *Sanctos* sese fa subditis, atque adeò ab ipsis Civilitanis Patriarchis cœterisque Pontificibus compellari voluerunt, uti ex Pachymere docemur *lib.* 6. *cap.* 31. *lib.* 9. *cap.* 5. & *lib.* 10. *cap.* 11. 29. 32. Unde formula compellationis vulgata, *Δέσποτα μου ἅγιε, Dominemi Sancte*, de qua nos suprà. V. hanc in rem plura, apud Car. du Freine *Disserta. de inferioris ævi Numismatibus rum.* 15. Hodie in Ecclesia Rom. *Nimbus*, diadema d'o, quod Sanctorum canonizatorum imaginibus circumfundunt: Sed hujusmodi diadema in antiquis nonnullis picturis quadratâ formâ conspicitur, cujus rei rationem hanc exhibet Durandus *lib.* 1. *cap.* 3. *Cùm aliquis Prælatus aut Sanctus vivus pingitur, non informa scuti rotundi, sed quadrati, coronam ipsa depingitur, ut quatuor virtutibus Cardinalibus vigere monstretur.* Sic Romæ, in Ædè S. Praxedis effigies Paschalis & in via Numentana, Honorii I. imago, conspicitur. Etiam in tribuna Ædis S. Cæcilie Transtiber. idem Paschalis, musivo opere se vivum depingi curavit, cum quadrata ittiusmodi corona in capite, & hac *Legr.*

Hæc domus amplamicat, variis fabricata metallis,
Olim qua fueras confracta sub tempore prisco.
Conditilis in melius Paschalis Præsul opimus,
Hanc aulam Domini formans fundamine clarum.
Aurea gemmatis vesplendunt hæc Dinamina templis.
Actus amore Dei, hic conjunxit corpora sancta,
Cædibe & sociis, nutilat hic flore juventus,
Quæ prioem in Cryptis pausabant membra beata.
Roma resultat ovans semper ornata per ævum &c.

apud Mactros Fratres in *Hierolexico*: ubi Græcos in *Nimbo*, qua Christi imagines circumdant, solere inscribere, Exodi verba, Ὁ ὢΝ, QUI EST, addunt.

Nimbus, apud Martialem de *Spectaculis Epigramm.* 3. ubi exomni Orbis parte, confluxisse gentes Ludos, à Domitiano editos, spectandi studio, indigitat:

Festinavit Arabs festinavere Sabæi;
Et Cilices nimbis hic maduere suis.

est τὸ κόνις ἐπικονίσεως, *aspersio croci aquâ diluti*, quæ in Theatro vel Amphitheatro fiebat, è rubis ad id paratis, arque spectatores, *nimbi* instar, irrorabat. Cilicia verò croco nobilis, unde Cilicios *nimbis* suis madefecisse Poëta. Idem *nimbum rubrum* vocat *lib.* 5. *Epigramm.* 25.

Hæc, rogo, num melius, quàm rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso pernadidere croco.

Appulejus *imbrem odoratum*: Alii *undam croco dilutam*: Glossæ *Sparsionem*, κόνιν τὴν ἐπικονίσεως &c. V. suprà, ubi de Croco & hanc in rem plura, apud Justum Lipsium *in Amphitheatro.*

Ninevetæ, maledictio apud Hebræos gravissima, de qua 3. Regum *cap.* 2. Quinque n. verba contumeliosa continebat, quibus David fugiens à Simei furiat impetitus: Primalitera Nun, *Nodi* designat, i. *adulterum*; secunda Mem, *Mothium* sonat tertia Resch, *Rasa* significat, hoc est, *impium*; quarta Zain, *Zara*, i. *leprosum*; quinta Tau, *Tenebrosum & abominabilem.* Ita Dominicus Macer in *Hierolexico*, voc. *Maledictio.*

Ninive, adde: In literis A. C. 1138. *Ninive* dicitur, locus est Abbatiæ insignis, à quo Johannes Despauterius Grammaticus, ibinatus, *Ninivita* cognominatus est, cùm *Ninivensis* potiùs appellandus esset. Vulgò *Ninoven.* Hadrianus Valesius *Not. Gall.*

Nimii, gens Campana. Unde apud Livium *lib.* 23. *cap.* 8. *Diversa tuis est apud Nimios Celeres, Scenius, Pacullumque inclitos nobilitate ac divitiis. Et Livius Calavius cui quo ante diem 18. propatoris, harum auctoritas & hic valet. Etiam lib.* 39. ejusdem Auctoris *cap.* 13. ubi variant MSS. Barberinusque habet, *Pacullam animam eam sopanam sacerdotem.* Petav. *Pacullam animam sopanam.* Naud. *Pacullam animiam sopanam*: Gronovius & *Pacuvium* legit & *Nimiam* restituendam putat additque: Videntur & dubitasse Librarii, *Campanam*, an *Soranam*, vellent. V. cum *Observat. lib.* 4. *cap.* 4.

Niobe, adde: Eam primam omnium mulierum à Jove amatam, sicut ultimam Alcmenam, quæ edecim ætatibus à fe invicem differrunt, fabulati sunt Vett. uti refert Diodorus *lib.* 4. Sed illud de *Niobe*, omnino falsum putabat Barthius, longè enim antiquior, inquit, Jovis in Callisto amor: quippe cujus filius Arcas fuit, non solum Niobes ævo, sed ipsius Cadmi, qui Thebas condidit, multo profundior. Qua de re V. Casp. Barthium *Animad version. ad Papinium Statium Thebaid. lib.* 10. *versu* 597. Volsius verò distinctione rem expedit, infrà laudandus. Ejusdem cum liberis simulachrum è marmore inter opera Scopæ, an Praxitelis, celebre olim memoratur Plinio *lib.* 36. *cap.* 5. *Ignoratur artifex ejus Penteri, quam Pessfaianus Imperator his operibus Pacis fuæ ædibus sit — Par hastitio est in templo Apollinis Sosiani, Niobem cum liberis morientem Scopas an Praxitelesfecerit &c.* Plura de *Niobe* gemina, *Argiva* viz. *Phrygiaque*, apud Gerhard. Johann. Volsium de *Idolol. lib.* 1. *cap.* 14. ubi priorem ex Api trarre, Phoronei filio ac successore, adeoque *Jove Argivo*, Argum suscepisse, contendit.

Nionium, adde: Valesio *Nionum*, clarum in Pictonibus castrum est; ad ripam fluvii Separis, quem ut à Separe Nannetico distinguant, *Separim Nionten sem* cognominant, *la Sarre Nionois.* Caput est agri cognominis, & de Nionois. Vocatur *nobile Castrum*, in *Gestis* Ludovici VIII. Francorum Regis. Meminit quoque ejus Guilielmus Armoricus *Philippidos lib.* 8.

Laudamung, ferax Cereris Bacchiq, Nionum.

Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Nisæi Equi, olim illustres, in Mediæ campo, *Nisæo*, qui proceri admodum erant corporis. Herodotus in *Polyhymn.* Ἐστι πεδίον μέγα ἐν Μηδικῇ, τῷ οὔνομα ἐστι Νίσαιον· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τρέφει μεγάλους ἵππους ἐν πεδίῳ τούτῳ. *Mediæ campus est magnus, Nisæus nomine: in quo pascuntur equi first campus ille.* Proin idem *in Thalia*, alterit Indica animalia ceteris esse majora, τὸν δὲ Ἵππον, *excepto equo*, qui in Media majores. Unde Reges iis usos fuisse, Strabo ait *lib.* II. Τοὺς δὲ Νισαίους ἵππους, οἱ ἐγχωριοὶ οἱ βασιλικοὺς, δρόμους ἐπὶ πολὺ τρέφουσι. Præter magnitudinem namque summa iis vis. Ammianus, ubi de Media *lib.* 23. *Sunt apud eos pirata virentia, fortasse equorum nobilium, quibus — inventus pralia viri summa vi velis exultantes salunt, quos Nisæos appellant.* Etiam celeritas singulos; Suidas: Νίσαιον, τὸν ὦ. Περσῶν, ἵππον, ἀπὸ τοπου ἀκουσθεν γένοντα, Νισαίου λεγόμενον, *Nisæum, locus Persidis, unde equus fuit nobilissimus.* Nisæi dicti. Unde est, quod camelos, dromadas videlicet, esse perniciissimos, eo argumento probat Philosophus *Histor. Animal. lib.* 9. *cap.* 50. quòd Νίσαιοι ἵππων τοῖς Νισαίοις ἵππων ταχὺ, *Nisæis etiam equis multo citiùs currunt.* Sed & decorem fuisse eximium, colligas ex Synesio *Epist.* 40. *ad Tarantium*, ubi, postquam multis laudavit equum apprime à natura factum, ad omnem dotem equo congruam, u um excipit, quòd, Νισαίων ἐστὶν ἵππων ἐξ ἀκοῆς ἐπῶν. *Nisæis equis specie sit deformior.* Describit autem formam eorum hinc, Oppianus *Cynegetic. lib.* 1.

Καλὸς δ' ὃν πάϊσσι πέλει παυνύφορος ἵππος·
Νισαίων, ὅν τε φῦλα γενειάδος ἄκριτα βαλύπει,
Καλὸς ἰδεῖν, ἀβλαβὴς δὲ θέρος ὑπερδὺς ὑπαυλῇ,
Βαιὸς μὲν κεφαλῇ, κοίλας δὲ βαθύτριχας ἀμφὶ,
Κυδάνει ὑψηγενὲς πάντρομον ἠδὲ μέτωπον.
Quem tumidi Reges equitant, longè omnibus antè,
Nisæa telluris quem gratia formæ est,
Et grossus facies, cedentiaque ora lupatis,
Argutum caput, atque jubæ per colla profusæ
Luxuriant; auratque, auri fulgore micantes.

Nempe flavi plerumque equi: quin apud Suidam, in Νίσαιον· Νισαῖον, Grammatici Nisæas afferunt, οἱον ξανθοὺς πάνυ, *omnes esse flavas.* Proinde Polemonem ibidem arguitur, quòd Nisæum equum album vocaverit. Præter Polemonem tamen, Philostratus etiam, *Apollonii sui lib.* 1. memorat Λευκὸν ἵππον ἐν τοῖς Νισαίοις, *Nisæum equum maxime candidum.* Et in *Rhodogyne Iome*, apud eund. *Amicia est ei*, inquit, *Nisæa equa nigra, cui, ad candida crura, niveus pene cornu fulget.* Habitum autem *Nisæi campus* nomen, à *Nisa* vel *Nesa* (nam Νισαῖον scribunt Philegon Arrianus, Stephanus & Hesychius) quod Chaldæum sit נשא, vel נסא, *augere*, & *locum deprofum ac in declive tergentem* denotat. Cùm enim Media cella pleraque eller & frigida, beata admodum pars, quæ sub Caspiis portis, ut quæ eller in loco depresso & concavo, uti habet Strabo. Idem situs prætiuste Hippoboti. in quo equi Nisæi pascebantur. At alibi is ipse locus vocari traditur *Catasfegona* vel *Catasfigona*. Helych us, Μέρος ἡ Σατασίγη, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Βαβυλωνιακοῖς. ὅτερ Ἕκατος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ Ἑλλάδος τὰ αὐτὰ φησιν γεγονέναι, *Inter Susianam & Babylonian locus est Catasfegona, qui Græcè Nisæi dicitur. Ibi sunt prastantes equi.* Ita etiam Palegontis Scholiastes & Phavorinus. Catasfigona autem hodie dicteretur *Kuisthan*, i. *herba Mediæ regio*, quâ locum hunc abundasse, quaque locorum incolas equos suos faginasse, diserte testatur jam laudatus Strabo, Τῶν βασιλικῶν, τῶν μάλιστα τρεφόντων τοὺς ἵππους, κατὰ τὴν κατασκευὴν σπουδὴν, Ἵππων Μηδικῶν κρατίστων. *Herbam, quæ maxime equos alit, ex eo quod ibi abundat, propriè Medicam appellamus.* Quibus late porro patuerit *Nisæus campus*, memoratu dignum est latissime patuisse optimè, si de illo vera sunt hæc Diodori, Ἔν ἡ (χώρᾳ) τὸ καλούμενον ὑπερδὺς πεδίον ἐστὶν ἀμφὶ τοὺς σταδίους ἑξακισχιλίους· κεῖται γὰρ ἐπὶ πολὺ παρὰ τὸν Ἀλεξάνδρειον παραπόταμον ἐπὶ μῆκος σταδίων ἑξακισχιλίων, *In quo loco fusile olim ajunt equorum armentalium centum & fexaginta millia; sed, cùm Alexander eo se contulit, non nisi fexaginta millia numerata sunt.* Strabonis tamen ex vo non pafecbantur ibi Perfarum Regibus, supra equorum quinque myriades. De vero situ tam celebris Hippoborii, Georgii phi hodieque certant. In Perside collocatur à plerisque, Strabo prope Caspias portas ponit in via, qui venitur è Perside & Babylonia: unde *in Phaleg* suo colligit Bochartus, hunc esse campum magnum, quem describit Iiber Judithæ, τὸ πεδίον Ῥαγαυ, *in finibus Ragau*; è qua Mediæ urbe Alexandrum unà die ad Caspias portas veniste, cum Darium magnis itineribus insequeretur, scribit Arrianus *lib.* 3. Et paulum interiectum est Stadiorum 500. vel ut alii leguntur 800. id est, L.XII. vel C. passuum mill. eidem Strab. In quo interititio potuit esse campus Nisæus &c. Idem tamen Bochartus re perpensâ accuratius, inter Susa & Ecbatana, in ea parte Mediæ, quæ Susianæ est confinis, eum collocat, ex Diodoro & Arriano; quam in rem nihil illustrius afferri posse ait, quàm iter Alexandri, quem, eumtem Susis Ecbatana, Diodorus narrat ibi triviste menfem integrum & equarum reperiisse fexaginta millia, atque inde profectum septimâ die venisse Ecbatana: neque his dissimilia ab Arriano traduntur. Sed nec dissentit Strabo, qui hoc pratum Hippobotum apertè distinguit à parte Mediæ ἐπινεύρῳ, quæ est sub Caspiis portis. Heiychium alioquè quod attinet, à quibus campus ille describitur, μεῖξαι ἐν Σουσοῖς καὶ Βακτριανοῖς, omnibus id fumtum est ex Alexan.fri historia, & pro Βακτριανοῖς, teponendum Ἐκβατανοῖς. Neque mirum, eundem campum alios Mediæ, alios Perfidi assignare, cùm sit in utriusque confinii, nempe in ea Mediæ, quæ Susianam attingit, parte: Susiana autem in Strabone pars est Perfidis. At Ptolomæi Nisæa urbs in Margiana, & in Aria *Nisæi* populi, cum *Nisæo hoc campo* Hippobotocommune nihil habent: quem si alii Armeniæ & Parthiæ adscripsere, Plinius & Isidorus Characenus, fadum id, quia & in Armenia & Parthia nobiles equi fuere & *Nisæi* fimiles &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* II. *cap.* 9.

Nisæe, apud Plinium ut ternûm funt feu quaternûm oculorum viri: *non quia sic fint, sed quia fagittis præcipua contemplatione utuntur*, V. Salmasium ad *Solinum pag.* 587.

Nisæi, apud Josephum *Antiqq. lib.* 3. *cap.* 10. Τῷ ὄντι τοῦ Σαούλου, ὃς Νισαῖος παρ' αὐτῶν καλεῖται, *Menfe Xanthio, qui Nisæi apud nos vocatur.* Menfis est Hebræorum, qui alias *Adsbi*, seu *Nisan*, ubi vocalis longa fupplet defectum ה *dagesch*; ut fæpe in נִיסָן, *nisin*, pro נִסָּן, *nissin*, i. *rebellis* fignis seu vexillis, quæ illo menfe primùm eduuntur, nomen accepit. Quinque hoc isfum tempus Hebræi intelligunt in his 2. Sam *cap.* II. *versu.* Et *factum est, vertente anno, quo tempore Reges solent ad bella procedere.* Menfe *Adar* 6. anno revoluto & aboluto, alius annus primo vere succedebat: menfe hoc *Nisan*, quod bell gerendi tempus est commodissimum & ust maxime receptum. Unde est, quòd Julianus Imp. ut Persas in arato aggrederetur, hoc tempus antecepit, apud Socratem *Histor. lib.* 3. *cap.* 21. Fari de causa veri menes priores duo Bithynis dicti sunt Δύστηνος & Ἄτεκνος, ut Romanis *Martius*, à *Marte*: qui proin apud vet. Poëtam sic loquitur,

Ἀρχὴ δὲ μοι ἔστω, ὃ δύσπε μὴ γλάγ' ἄνθ.

Martii principium, lucifer, & floribus à me est.

Similiter de Ægyptio menfe *Phamenoth*, qui fere Martio respondet, versus alius vetus habet:

Ἀρὴ· ὅτ' ἂν φέρῃ Φαμενὼθ ἄνεμον παχυβλῶτα.

Mitissibus Phamenoth Mavortia tela minuntur.

Cur idem v. *Alib* dictus sit, V. in hac voce. Hic porro menfis *Adsbi* seu *Nisan*, cùm antea septimus esset, post exitum ex Ægypto, scripit pro primo haberi, Deo sic fanciente, Exodi *cap.* 12. *vers.* 2. quod tamen non obtinuit, nisi in rebus sacris. Judæos enim omnes sciunt, annum habuisse duplicem, civilem unum, unum; hujus menfe *Nisan*, circa ver. V. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* II. *cap.* 50. ut & in voce *Nisan*.

Nisus, Megarenfium Rex, adde: Nempe arcana Regni, & Patriæ regis consilia, Scylla hosti prodidit, quæ *purpureæ* comæ ichemate Poetis indigitantur. Sed & latet in fabula hac vestigium sacræ veritatis, de coma Samsonis Judicis Israelitarum sor issimi, quâ Delilæ astu refectâ, defecerunt vires ejus, & ille hostibus Philistæis prædæ fuit. V. supra in voce *Cesarles*, nec non ubi de *Samsone*. Cæterum ejusdem nominis mons, in eadem regione, memoratur Statio *Thebaid. lib.* 2. *versu* 382.

Hinc præter vellus Nisum, & se milite Eleusin
Læmus habet ——

Ad quem locum, V. Lutatium. De *Nisa* verò urbe Ibid. in voce *Nisæa*.

Nisa, fluvius cognom. *Germanicus*, vulgò *die Teutsche Nide* vel *Nied*, Gallis *le Nied Allemand*, aliàs *la Nied Alemande*, proprerea quòd ejus accolæ lingua Germanica utuntur, oritur in fylvis Lotharingiæ, multosque vicos ignobiles præterlapsus, accipit *Nisam* cognom, *Gallicum*, propter accolas Gallice loquentes, *le Nied Françoise*, Germ. *die Welsche Nide*, hoc est, Nitam Romanum, qui præ exteris vicis Aldonisvillam *Haudonville*, Stagna *les Estangs*, locum flagnis adjacentem, ac Nitæ-Burgum *Nideburg*, à fluvio præfabente ita dictum alluit, ac demum *Nitam* hic Bodonis vel Besonis Monasterium, titulo Abbatiæ locum insignem, *Besonville*, attingit atque in Saravum defertur. Ab eo, nomen habuit pagus *Nisensis*, cujus primus omnium meminit, ante annos 870. Eginhardus de *translat. Martyrum Marcellini & Petri lib.* 3. *cap.* 15. & *Nitagow* ex Germanice appellavit. In divisione Regni Lotharii inter Ludovicum & Karolum factâ A.C. 870. *Nitachuna* vocatur, atque inter *Bedagowam & Saracbowam inferiorem* collocatur: Wormacensi, velut situ proximus conjungitur, in *Annalibus* Fuldensibus; nampque à fluminibus Nava, Saravo ac *Nita* non procul Wormatia ista est. Sunt & duo alii ejusdem nominis fluvii, nim. *Nisa* vel *Neisa*, *Nisa major*, alter *minor*, cognominati: qui nomen hodieque servant in Campania Brabantina, *Kempeland* vulgò dicta, & ad oppidum Brabantiæ *Isell* olim, *Liram* nunc, vulgò *Lier*, appellatum, coeunt. Inter utrumque flumen silvæ Baldrici Comitis & Baldrici Epiic. Leodiensis memorantur, *in literis* Henrici R. A.C. 1008. Est quoque *Nisa* fluv. *Neisa*, qui paulò infrà confluentes Mosellæ & Rheni recipitur Rhenò, Autumnaco non

procul. *Nitæ*, Eiffienſis rivi, meminit etiam Brouverius. V. Hadr. Valeſium *Notit. Gall.*

Nithing, apud Matthæum Pariſ. A.C. 1089. idem quod *Nequam* Latinis: in *Annalibus*. Waverii *MSS.* eodem anno, apud Spelmannum, *Rex. Wilhelmus jun. miſit per totam Angliam & mandavit, ut quicunque foret Unnithing, ſive Francus ſive Anglibus, ſive in burgo, ſive extra, veniret ad eum: & adunato magno populo, ivit ad Roveceſtre, & obſidit caſtellum.* Ubi vox ſcribitur characteres Saxonico. *Leges Conviviï*, in memoriam & honorem Eitri Regis Ringſtadienſis olim celebrati: *Si confratrem ſuum, propter timiam ſtultitiam ſuam & negligentiam & longæva ramore exiſtense confratrem occiderit, exeat à conſortio omnium confratrum, cum malo nomine Nithing & recedat.* Wilhel. Malmesburienſis *in Wilhelmo II. pag.* 121. habet *Nidering* vel *Nidernig*, ſimiliter pro *nequam* & *ignavo* Gall. *Faineant*, docetque, *Anglos nihil miſerius putare, quam hujuſce vocabulo dedecore adnari.* Runicam dicunt vocem eſſe, Runicè enim *Nidingar* contemptus eſt, inhumani alicujus parator. V. *Lexicon Runicum* Wormii *pag.* 22 - 92. Eiusdem notionis eſt vox *Nithing ſorth*, apud Suenonem *in LL. Caſtr. cap.* 10. & 11. de qua Steph. Stephanius *Suemmis editor pag.* 174. Janus Polmerus ad *Jus Aulic. Nor vegiſef. vetus cap.* 37. & Pet. Retenius ad *Jus Aulicum Canuti II. Regis Danix cap.* 4. du Freſne *Gloſſar.*

Niti haſtis, ſolebant olim milites, cum Imperatorem dicentem audirent. Claudianus,

——— *ſtat circumfuſa juventus*
Nixa haſtis, *pronaque ferox accommodat aures.*

Iidem fecuri velut, & facilè hoſtem confecturi, eum *adnixi jaculatis* exſpectabant. Papinius Statius *Thebaid. lib.* 2. *verſu* 525.

——— *hoſtemq; ſuperbum*
Adnixi jaculis, & humi poſita arma tenentes
Expectant dec.

Nitiobriges, apud quinque hominum millia, ad Aleſiam obſidione Romana liberandam, imperata fuiſſe, ſcribit Cæſar, *lib.* 7. ubi *Teutomatum Ollovicnis filium, Regem* Nitiobrigum, *cujus Pater ab Senatu Rom. amicus erat appellatus, cum magno equitum ſuorum numero & quos ex Aquitania conduxerat, ad Vercingetorigem pervenisſe*, refert & inter Celtas illos ponit. *Tarne amne à Tolosanis* illos diſcernit Plinius, quod in Agninnenſem omnino pagum cadit, quem Tarnis fluv. à Tolosano agro diſtriminat: unde *Nitiobriges* non alios, quàm Agninenſes & Agininenſis pagi incolas eſſe certum eſt: quorum caput Claudius Ptolomæus etiam *Αγινιον* ſeu *Aginnum* vocat; inter provinciæ Aquitanicæ ſecundæ ſeu Burdigalenſis 6. civitates ſecundum à Burdigala Metropoli locum tenens, præpoſitumque, quod mireris, civitatibus Santonum atque Pictavorum, multò nobiliorum ac validiorum populorum, *in vett. Notitiis* provinciarum aeque civitatum Galliæ. Quem errorem recentiores Notitiæ correxerunt, & ſub Metropolitano Burdigalenſi Pictavenſem epiſc. primo loco, Santonenſem ſecundo poſuerunt, Aginnenſi poſt Eolimenſem etiam atque Petrocoricenſem in ultimum locum rejecto. Meminit Phœbadii, Agenni Galliarum Epiſcopi, Hieronymus *de Script. Eccl.* Dicitur Aginnum, vulgò *Agen*: caputque eſt pagi cognominis, quem inter pagum Caducricum & Petrocoricum locat Fredegarius, ac Aimoinus *lib.* 3. *cap.* 19. hodie *L' Agenois* vel *le pays d' Agenois*: Cujus pars trans Garunnam poſita, erat in finibus provinciæ Novempopulanæ vel Vaſconiæ, circa Condomium. Unde, in vetuſtiſſimis *annalibus*, legimus, regnante Pipino, pluiſſe frumento, *in pago Agininenſi ultra Garunnam*, ideſt, in Vaſconiæ pago Condomienſi: Et Senescalcia Aginnenſis duos Epiſcopatus continet, ei Garunnam Aginnenſem, trans flumen in Vaſconia Condomienſem. Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Nitor, in vultu & corpore, *τὸ ἐυχρων*: in palæſtra, bonus color. Cicero, *Sine nitore & palæſtra*, quod inde ad orationem translatum. Graecis *ἀνθινον*, ab eadem palæſtræ metaphora. Petronius *nitorem* ab'olute de minio dixit, quia inter colores pretioſos & floridos eſt, quos Graeci *ἀνθηρὰ* vocant. Ita autem is,

Heſperium coccum miles laudabat, eadem
Quæſitus tellure nitor cervaverat oſtro.

Sic Solinus de Hiſpanis, *Depurgant in minium nitelas pulveris, ἀμμῳ λαμπρυνόμενος.* Infra, *Inperiis auveis umbilicis inceſunt, in nitelam pinguiorem.* Ubi *Nitela*, Graece *σανδαρὰκη*. Similiter, Manilio *lapidum nitor*, de margaritis: & Virgilio, *nitor auri.* V. Salmaſium *Exercitat. Plinianis ad Solinum pag.* 1041. In vita *Aviæ*, ſplendorem notat, luxuriæ non cedentem, neque avaritiâ vicſum, apud Papinium Statium *lib.* 5. *Sylv.* 2.

Tunc hilaris probitas & frons tranquilla nitorq;
Luxuriæ confine timens; pietasq; per omnes
Diſſenſata modos ——— *ſenſim*

Ubi Barthius legit, *confine timens*; ne illo viz. tam vicino vitio mergeretur: exemplo illius Maronianí,

Arctus Oceani metuentes æquore tingi &c.

V. eum *Animad verſion. ad d. l.*

Nitria, adde: non admodum longè à Muziri emporio; cujus incolas *πυγμαῖους* vocat Ptolomæus, nomen populi fuiſſe indicans; cùm urbes eorum tàm maritimas, quàm mediterraneas, recenſeat. An inde, quòd *piraticam* exercerent? Ita certè Plinius exiſtimaſſe videtur & Ptolomæus ipſe. Meminit etiam eorum *Periplì* Auctor: *καὶ οἱ γύμνοι ἀνὴ πυγμὴν δύο.*

Nitrum, multi uſus in lotionibus Veterum. Unde *Nitrum* & lumentum, in re balneari, ſæpe junctim legere eſt, ut apud Ciceronem *Epiſt. ad Famil.* Cyprianus *Epiſt.* 76. *Nos, enim ſic in Sacramento ſalutari deſiderum contagia, ut ſic lavatro carnali, & ſecundari gorder cutis & corporis abluuntur, ut aſſentiris & cæteris quoque lumentis & ſolis & piſcinæ opus ſit.* Ubi perperam hodierni Codices, & *cæteris quoq; adjumentis.* Vett. libri ibi habent, *jumentis*, unde *lumentis* fecit Salmaſius. Vetus Juvenalis Interpres, *ad illud*,

——— *Et gravis eſt rationibus* ———

In lumenis, inquit, *& balneariis peculiam erogando*, quod prave mutant etiam eruditi Viri. *Lumentum* enim ſomentum eſt, *τὸ σμῆγμα, τὸ πίτυωμα.* Sic *virgunculæ* apud Plautum idem quod *βάκτρα*, quo nomine in *Gloſſis* porrigo indigitatur. Cum enim pectitur caput ac deſtringitur, ſquamulæ illæ à cute reſolvuntur ac occidunt. Serenus Sammonicus,

Cùm capiti immenſa pexum porrigine ningit, &c.

V. Claud. Salmaſium *ad Tertullian. de Pallio, cap.* 5. Eſt autem *Nitri* natura, non multùm à lale diſtans: optimumque ac copioſiſſimum *in Aegypti Macedonia*, quod vocant *thalaſſicum, candidum, purumque, proximum ſali. Lacus eſt nitroſus, exiſtente à medio dulci ſimilculo. Ibi ſit nitrum circa Canis ortum novenis diebus, inidemque ceſſat, ac rurſus innatat & deinde ceſſat* ——— *In Aegypto autem conficitur multo abundantius, fed deterius. Nam fuſcum lapidoſumque eſt. Fit penè eodem modo, quo ſal, niſi quod ſalinis mare infunditur, Nilum autem nitrarii.* ——— *Ipſum autem condium in acervis durat* ——— *In nitro optimum, quod tenuiſſimum, & ideo ſtuma melior. Ad aliqua tamen ſordidum, tanquam ad inficiendas purpuras tinctinarias, omnes* ——— *Nitrariæ egregiæ Aegyptiis* ——— *circa Nitocratim & Memphin, fed circa hanc deſertiores. Nam & lapideſcit ibi in acervis, multiq; ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei. Faciunt ex his vaſa* ——— *Aphronitrum* ——— *optimum putant Lydium, probato, ut ſit minimè ponderoſum & maximè friabile, colore vero purpureo. Hoc in paſtillis aſſicrunt. Aegyptium in vaſis picatis, ne liquefiat &c.* Plinius *lib.* 31. *cap.* 10. Alia vocis notio eſt, apud Martialem *lib.* 9. *Epigramm.* 60.

Et turbet nitrum quoſtius craſſitudo nitro:

Uti legit Gruterus ex Palat. Hic enim cryſtalli vitium denotat, quod *ſalem* vocat Plinius, vitium nempe fali ſimile. Quod vitium & in aliis gemmis hoc eodem nomine appellabatur. Salem porro etiam *nitrum*, Graecos *ἁλυκέρας* vocaſſe, notum. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 204. Nili inundationem *nitroſitati* aquarum ejus attribui a nonnullis, diximus retro, in voce *Nilus.*

Nivei Tauri, præ cæteris olim Diis accepti putabantur. Unde ſcripſit Poëta ialiſſimus eorum temporum, in Marcum Antoninum, ſacrificatorem magnum, nomine talium,

Ai βόες οἱ νιφόεσσι Μάνης ἀγὴ Καϊκασος χάϊσται,
Ἀν θ' οὐ νοκίοντε, ἀμώμητ βάσκομοι βοῦται.
En! nivei tauri Cæſar te Marce ſaluentes,
Quòd ſi victor eris, perdita turba ſumus.

Quo fine Clitumno amne crebrò perfundebantur; alba enim eum armenta facere, multis notatum *tuti* videmus in hac voce. Plinc & Statius *lib.* 1. *Sylv.* 4.

——— *Quà mare ſibi pauper aperta*
Digna ſitem? nec ſi cæſtes Mevania valles
Atq; præſtent niveos Clitumna rovalia tauros,
Sufficiam ———

V. quoque B. Briſſonium *Formular. lib.* 1. Gregor. Bersmanum *Commentar. ad Georgica Virgilii lib.* 2. J. Palleratium *ad Propertium lib.* 2. *Eleg.* 19. Calp. Barthium *ad Claudianum VI. Conſul. Honorii*, Alios, nec non hic paſſim, ubi de colore *albo, Candido*, Nivco &c.

Nivernum, adde: Hinc illuſtri Familiæ nomen, quæ, Gonzagæ ſtirpis ramus, Mantuano Ducatu hodie potitur. Ludovicus enim Gonzaga, filius minor natu Ducis Mantuæ, defuncti A. C. 1540. ductâ Henrici Clivi, *Nivernii* Ducatum obtinuit, atque ex eaſuſcepit Carolum I. Gonzagam, qui, mortuo principalis ramiſ ultimo Vincentio, in Ducatu Mantuæ ac Montiſerrati, non ſine gravi bello, ſucceſſit: Pater ex Catharina Lotharingiæ Carol II. D. *Nivernii*, ante Patrem mortui A.C. 1631. Alonſiæ Mariæ (quæ Vladiſlao & Caſimiro fratribus, Regibus Poloniæ) & Annæ (quæ Edoardo Com. Palatino Rheni nupſit) è quibus Carolo II. genitus eſt ex Maria Gonzaga Mantuana (fil. Francifci Gonzagæ D. Mantuæ, qui deceſſit A.C. 1612) Carolus Gonzaga III. hodierni Ducis (cui valetudo imbecilla, nullique liberi) Parens. V. ſuprà, in voce *Mantua*. Edoardus verò ex Anna ſuſcepit Ludovicam Mariam, Annam (quæ nata A. C. 1647. maritum habet Henricum Julium Ducem Anglianum) & Benedictam Henricam (quæ in A. C. 1648. uxor eſt Johannis Friderici Duc. Brunſuici & Lunæburgi, qui Hanoveræ ſedem habet) omnes *Com. Palatinos Rheni in Nivers*, ſeu *Ivernie.*

Nivernia. Restant enarrandi Mariæ Cliviæ, à qua Gonzagarum familiæ titulus illatus est, progenitores. In Clivia familia, cui postmodum Juliacensis ac Montanus Principatus accesserе, ramas ditissimas & præcipuas defecit in Johanne Wilhelmo A.C.1609. mortuo. Ex minoribus filiis descendere lineæ *Ravenstein* & *Nivernia*, quarum illa fit habet : Adolfus I. Dux Cliviæ, nepos Adolfi Marcani (qui à conjuge Margaretha seu Maria Clivia jus successionis Cliviæ in domum suam transtulit) defunctus A.C. 1448. ex Maria (filiâ Johannis cognom. *Intrepidi* Duc. Burgundiæ) genuit Johannem I. Ducem Cliviæ, extinctum A.C. 1481. Hoc & Elisabetha Nivernii feu de *Nevers*, *Eu*, *Reth*, &c. (fil. Johannis *de Burgundia* D. Brabantiæ Com. de *Nevers*, qui obiit A.C.1491.) natus inter alios Engelbertus de *Clivia* Com. *Nivernii* materno jure fuit obiitque A.C.1498. fecundum alios 15.6. Huic ex Carola Borbonia (fil. Johannis II. Borbonii Com. Vindocini) natus Carolus de *Clivia* Com. de *Nevers*, Mariam fibi junxit Albretanam (fil. Johannis Albretani Com. de Ret. Dn. Orv.) atque ex ea fuscepit Franciscum I. de *Clivia*, Ducem de *Nevers*, defunctum A.C. 1561. Quo & Margaretha Borboniæ (fil. Caroli Borbonii Ducis Vindonici & Franciscæ Alenzoniæ) geniti funt, Franciscus II. Dux *Nivernii* feu de *Nevers*, (maritus Annæ, Ludovico Borbonio Mompenserio Duce fatæ, qui obiit A.C. 1562.) Jacobus Dux *Nivernii* (qui uxorem habuit Dianam fil. Roberti *de la Marca* Duc. Bullionii, at que deceſſit A. C. 1586.) Henrica *de Nevers* (uxor Ludovici Gonzagæ, ad cujus poſteros, ut dictum, Ducatus delapſus eſt) Catharina Com. *d' Eu* (uxor Antonii primum Croii Principis Porcean : exin, Henrici Lotharingi Duc. Guiſii) & Maria March. *d' Isle* (nupta Henrico Borbonio Prine. Condæo nupta, obiit A.C. 1574.) omnes *Domus Cliviæ* feu de *Cleves*, hiuſce luæ ultimi. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I. pag.39* & in *Ind.* voce *Gonzaga Part. II. Ind.* voce *Juliacum*, & *Part. II. pag.*& 38. De urbe vero plura, infrà in voce *Novio-dunum Æduorum.*

Nives, titulus *Epigrammatis* 17. *lib.* 14. Martialis, quod ſic habet :

Non potare nivem, ſed aquam potare rigentem
De nive, commenta eſt ingenioſa ſitis.

Nempe aquâ nivatâ feu gelidâ è nivibus expreſſâ, vina generoſiora diluebant Romani. Idem *lib.5. Epigramm 64.*

Sextantes, Calliſte, duos infunde Falerni,
Tu ſuper æſtivas, Alcime, ſolve nives.

Vel decoctam, vitris demittebant in nives, ut refrigerarentur. Neronis inventum. De quibus deliciis Seneca *Epiſt.* 79. *O infelicem ægrum! Quare. Quia non vino nivem illuit : quia non rigorem potionis ſuæ, quam capaci ſcypho miſcuit, vomuit, fractâ inſuper glacie.* Sed & mentam *nivem* bibebant, ut ex *Epigr.* ſuprà laudato colligere eſt. De qua utraque conſuetudine Plinius *lib.* 19. *cap.* 4. *Et ipſa*, inquit, *Natura elementa, ut pecunia, dividere ſuni. Hi vivere, illi glaciem potant, panaſique montium in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor alibius, exvigilatur, ut alienis menſibus nix algeat.* Erat autem *Nix* ad hos uſus venalis : quæ quomodo ſervari conſueverit, V. apud Plut. *Sympoſ. problem. lib.6. probl.6.* Certè *Nivium* Mons, in viridario Heliogabali. Lampridius in *Vita* ejus, *Montem nivium in viridario domus ſuæ aſſtuit, advectis nivibus* &c. V. plura hanc in rem infrà, in voce *Nix.*

Nivetus Color, olim relatus inter Regales. Ita Joh. Laurentius JC. *Notis in Phædrum lib. 5. fab. 7. verſum,*

Princeps ligato crure, niveâ faſciâ,
Niveisque *tunicis*, niveis etiam *calceis.*

Hinc Pompejo iſtiusmodi faſciâ crus alligatum habenti, Favonius, *non vereor*, inquit, *qua in parte corporis ſit diadema : Reveant Regiæ expiobranæ, cavillatione panni exigui*, apud Valerium Max. *lib.* 7. *cap.* 2. Diadema enim, agens de Syphace Silius *lib.* 16. A fricanis Regibus album fuiſſe oſtendit : quale etiam Juliotribuit Suetonius *cap.* 75. Unde *album faſciam* id Lucianus vocat *in Navigio.* Ex cœruleo & albo interſtinctis Perſarum diadema conſtitiſſe, Curtius habet *lib.* 3. &c. Translatus color ad ſummam in ſacrificantem. apicem mimirum Pontificalem, quem *cæleſtem*, & *albogalerum* dixere, quorum ii cuivis Sacerdoti, hic Flamini. Dividemus enim, agens de Syphace Silius *lib.* 16. A fricanis Regibus album fuiſſe oſtendit : quale etiam Juliotribuit Suetonius *cap.* 75. Unde *album faſciam* id Lucianus vocat *in Navigio.* Ex cœruleo & albo interſtinctis Perſarum diadema conſtitiſſe, Curtius habet *lib.* 3. &c. Translatus color ad ſummam in ſacrificantem. apicem mimirum Pontificalem, quem *cæleſtem*, & *albogalerum* dixere, quorum ii cuivis Sacerdoti, hic Flamini. Dividemus enim, agens de Syphace Silius *lib.16.* A fricanis Regibus album fuiſſe oſtendit : quale etiam Juliotribuit Suetonius *cap.75.*

seu montes altissimos, *ni vibus* opplet os, inhabitent, à Joh. Sarisberiensi *Policrat. lib 2. cap 27. Cum adversus* nivicolinos *Britones Regia ejus expeditio produ enda esset.* Eorum meminit etiam *lib.6.c.6.* ubi & Wallorum regionem *Nivium Collem* vocat, & *cap.16.* ubi *Wallenses* eos nominat: quibus verbis expressiè Wallica ista, *Craig Eriey*, id est, *nivseros montes*, qui potissimùm in ea sunt Wallia regione, quam *Carnarvonshire* Angli dicunt. V. Camdenum in *Britann. pag.539.3. Edit.*

Nix, frigore concrera, ardentissimis astatis caloribus, ut & Plinius *lib.9. cap.4.* Nives, *illa glaciem potans, ut quotannis montium in valibus quàe verunt s Eer vatur aliqu aestibus exoglaturus, ut alienis mensibus Nix adgeat.* Ubi in MS. codice, *fervatur Ligur æstibus*, magis appositè, quòd *Nivem* hanc aut glaciem ex Alpibus vicinis Liguriæ Romam transferent. Eum secutus Plinius Jun. *lib.1. Epist.15. Promittis ad eanam*, inquit, *nec venis, dicitur jus, ad assem irapensilum redder, nec id medicium: Paratæ enim lactuce singulæ, cochleæ ternæ, ova bina, allica cum mulso & Nive, nam hanc quoq; computandis, imò hanc in primis, quæ pœrè in fercalo.* Imò meminit jam consuetudinis hujus Lucilius, apud Ciceronem *lib.2 de fin. bon. & mal.*

Cùm nil demsit Nix, & facculus absuluerit nil.

Accius quoque Plautus *Curculione*, *fi. date viam*,

PH. *Viden? ut expalluit? dasin' isti sellam ut assidat ciò,*

Et aquulem cum aqua? Properatin' aqua? Cyus? Cui. Amino male est.

PH. *Vin' aquam? CU. Si frustulenta est, da obsero hercle, obsorbeam.*

Ævo inprimis Martialis maximè viguisse, *ex Epigramm.* ejus patet, inprimis *lib.6. Epigr. 86. lib 9. Epigr 23 lib.12. Epigr.17. lib.14. Epigr.117.* &c. Sed id non tàm ingeni fanitatis factura, ut docet Macrobius *Saturnal. lib.7. cap 12. Jam dudum nosse æveo, cur aqua, quæ obsita globis nubium, perduciter ad nivalem rigorem, non minùs in puro nosa sit, quàm ex ipsâ nive aqua refusa. Summas enim, quia gravitatepse nexæ cpsis Nivis humore nascuntur.* Ubi tamen *globis nivium* legit Dempsterus, & particulam non extinguì debere, contendit Antonius Muretus *Var. Lect. lib 9. cap. 9.* At A. Gellius *Nivis aquam potui posiimam esse*, cx Aristotele probat *suo cap.5. lib.19.* V. quoque Senecam *Epist.78. 96. lib. 4. Nat. quæstion. lib. de Provid. cap 3.* &c. Quarenovum inventum Neronis Imper. refert Plinius *lib.31. cap.3. Neronis Principis, inquiens, inventum est, decuquere aquam, vitroque demissam in Nives refrigerare: Ita magna frigoris contingi, sine vitio Nivis. Omnem usque decoctam utiliorem esse convenit. Item calefactam magis refrigeram, subtilissimo invento.* Unde & Juvenalis *Sat.5.*

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis, &c.

Qui illam conviviantibus ministrabat fervus, *Gelidæ minister* dictus est, cujus meminit Seneca *de bra lib.2.cap.25. Perpetiemur hic famem & alii ex expeditionis stim, qui paveo male diluenti Nivem lractatur.* Sed in potu non tàm, verum etiam ad abluendas manus *Nivis* usum fuisse, discimus ex Petronio, cùm ait: *Discubuimus Alexandrinis pueris aquam, ni vatam in manus affundentibus.* Quæ, ut defæcatior esset, solebat percolari ac facco transmitti. Martialis *lib.14. Epigr.103.* cujus lemma, *Colum nivarium*,

Setinos mitto nobis à Nive frange trientes,

Pauperiore mero tingere lina potes.

In quæ verba Schol. *Calorem*, inquit, *optimorum vinorum temperari jubet, transmittendo per colum. Nivibus dispensatum: vel à vinum facco linteo attenuari* de quo facco *Nivario* sequens Epigramma sonat. Modum verò servandæ per æstivos dies *Nivis* ipse fuggerit Seneca, dum in has delitias facunde invehitur, *Nat. quæst.lib 4. cap.xii. Nos vero quæramus potius, quo modo servandæ Nives, quam quo modo fervantur: quoniam non concenti vina fundere veterana, & per saporem ætatesque disponere, invenimus quomodo sispaternus Nivem, ut ea asstatem vincere, & contra annifervorem defendere tui frigore, &c.* Sinentes Nivem glaciemque etiam servare ad delitias, non tamen ad potum refrigerandum, quem semper calidissimum adhibeant, docet A. Prevelius *Sine & Europæ cap. 45. ab initio.* Plura de Nive, V. inprimis apud Thom. Bartholinum *in peculiari opusculo*, & Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib.5. cap.30.* Sed & in Nive Veteres corpus verbabant, illud exercendi causâ, ut videre est supra, ubi de variis modis Vett. exercendi *Corpus.*

Nititi, adde: Nixii Dii tria signa appellantur in Capitolio, antè cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Quæ signa Antiocho Regè Syriæ superato, Marcum Attilium Romam deportasse, ibique posuisse, nonnulli memoriæ tradiderunt. Joh. Rosius *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 19.* Hi, si partus difficilior, nec non si gemellorum esset suspicio, invocari solebant, operto capite & manibus lotis. Bartholinus *de Puerp. Vett.* Meminit eorum Aulonius *Epiclis 12. in fine*,

Sed nono incumbens signo, cunctamoia Matrum

Vota levas, signoq; vires fidante fequemi,

At si difficilis trahit Lithyia labores,

Tetragonis abstivet: thebiarum vincla moramum.

Ovidius quoque, Alcumenæ Herculem patientis historiam describens, *Metam. lib.9. fab.5.*

Dum luguor, horror habet, parisque est meminisse doloris,

Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,

Fossa malis, tendensque ad cœlum brachia, magno

Lucinam, Nixosque *pares*, *clamore vocabam.*

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosini locum præfatum*, ut & Hadr. Turnebum *Adversariorum lib.7. cap.8.*

NO.

NO. in notis Antiqq. *nostrum*: NOB. G. *nobilis generatus*, seu *nobilis genere*: NOB. F. N. *nobili familiâ natus*: NOBB. *nobilibus*: NON. *Nonarum*: NON. APR. *Nonis April.* NOR. *norrorum*: N. P. *nihil potest*, vel non *possit*: NQ. *nusquam*, vel *neque*, vel *nunq*, vel *nunquam*: NR. *nofter*: N. S. E. *non sic est*: N. T. *nominatus*, vel *Novum Testamentum*, vel *nostri temporis* &c. significat. Fr. Gouldmannus *Diction Lat. Angl.*

Notitia Præcepta septem, quorum observatione Ecclesiæ anteLegem religio consisterit, crebra ac celebri in mentione sunt apud Judæos. Videlicet,

I. *Cavendum esse ab Idololatria.*
II. *Numen verum benedicendum.*
III. *Sanguinem non effundendum.*
IV. *Turpitudinem nõrevelandam.*
V. *Rapinâ abstinendum.*
VI. *Judicia recte administranda esse.*
VII. *Membrum vivi animalis non esse edendum.*

Quorum prio a fex ab Adamo esse, septimum à *Noacho* additum volunt: & quidem sine his in Rep. Judaica nemini olim vitam relictam, illa autem obſervantes, quanquam præpuatos, omnes futuri fœculi participes fore contendunt. Verùm præcepta illa vel Adamo vel *Noacho* fata esse, nullibi ex Scripturaconstat, & de septimo contrarium verum est. Unde id omne pro Talmudicorum commento habendum, qui, sueta Magistris Istis menteindi libidine, illustriora quæque ad Patriarchas vel Prophetas auctores referre solent. Sunt enim pleraque jurisnaturalis dictamina, ex Decalogo repetita, eodemque ordine dispositа, inque Israelitarum, ut videtur, Republica olim usurpata, quæ Patribus, ante Legem vel etiam Gentilibus in Judæa degentibus, non magis salutem dare potuerunt, quàm Philosophorum de Virtutibus præceptiones pierisq; Ethnicis. Ultimum autem plane cæremoniale erat, & nec Gentilibus imponi, nec ad salutem facere quidquam poterat. Unde Ecclesiæ ante Mosen fides ac religio iis absolvi non potuit: cùm juxta ipsosmet Judæos, qui ea observabant, *Profelyti portæ* tantùm, non autem *Profelyti justitiæ*, appellarentur. Interim sub *Noacho*, altero Mundi parente, Ecclesiæ inſtauratæ Theologiam magno luminis accessu auctam esse, certum est. Cùm enim ante tres ejus jam vigerent partes, *Promissio gratiæ*, *Lex naturæ*, & *Cultus institutis præscriptis*: novâ Noacho revelatione facta (à quo *Noachicus* Deus accipere & fœdus sum cum eo renovare dignatus est) prima multùm aucta, secunda pleniùs expolita, & tertia ulteriùs stabilita est. Promissioni namque accessit *Federis* nomen, Legi præcepta varia, *de abstinentia nempe à sanguine*, Gen. *cap. 9. vers.4.* & *sanguinis effusione*, *vers.5.6.* (quibus male superadduntur alii *arbitrarii*) illa septem præcepta, de quibus visum) cultui denique instituto novum Fœderis signum, *Iris.* Posl quæ tempora, Ecclesia *Noachica* per Babylonicam five Nimrodicam apostasiam sensim corrupta, cùm Idololatria (cujus primam mentionem invenimus, incognatione Abrahami, Genes. *cap.31. versip.* quanquam jam ante illius tempora invaluisse videatur) in dies creſceret & nequitia ac impietas hominum vires fumeret, omni alia reformationis spe decollante, novam Ecclesiam, novæ revelationis instructam, erigere Deus constituit: quod factum est in vocatione Abrahami, antis ciretur a Diluvio 426. quo intermedio tempore Theologia *Noachica* obtinuit. Franc. Burmannus *Synopf. Theol. Tom.I. lib.3. cap.5. §.3.4.* & *cap 8. quod. lib.1. §. 19. &c 29.* V. quoque infra in voce *Noe*, item in *Profelytus*, & plura hanc in rem apud Seldenum *de jure Nat. & Gent.*

Nobile, genus monetæ Angliæ, vulgò *Noble à la rose.* Lexicon Cambro-Britannicum, *Nobl. aureus*: Henricus Knyghton sub A. C. 1344. *Eodem tempore* Nobile & *Obolus & Farthing de auro fluvio cuperam in regno*, Chronic. Windelcem. *lib.1. cap.31.* Centum Nobilia *dedit Monasterio* Sec. V. Lindwodum *ad Provincial. Eccles. Cantuar. lib.13. tit.13.* Eadem notione *Nobilus* reperitur, apud Etiorum Upsaliensem *Ecclesiæ Stat. Sec. lib. 4. pag.144.* da Freſne *Glossar.* V. quoque infra *Noblitt.*

Nobiles, apud Romanos dicti sunt, qui Majorum suorum habuere imagines. Est autem imago, docente Polybio *lib.6.* insignis alicujus Viri simulachrum, oris similitudinem artificiosè effictam, coloribus pigmentisque adumbratam, referens; quod in insigniori ac celebriori domûs parte ligneo armario includebant. In atrio nempe: quò respiciens Valerius Max. *lib 8. cap.15. Imaginem*, inquit, *in cella Jovis O.M. positam habet, quæ gentes cunq; fuum aliquod Cornelie genti celebrandum est, inde petitur; undique*

unique illis instar atrii Capitolium est. Unde quia Atrium dictum est, *quod atrum esset ex fumo*, Servius *ad Æneid. lib.1.* hinc Seneca *famosas Majorum imagines*, vocat *in Epist.*. In quarum loculamentis prægrisile lignea exterorum artificum, æra & marmora, conquerit hac Plinius *lib.35. cap.2.* idemque notavit in atrio Timachionis Pœstrinus. Non vero omnibus imaginem sui ponere licebat: sed iis tantum, qui Magistratus Curules gessissent; quales fuere primum Ædiles Curules, Prætores, Consules & Consulares. Cumque hi Magistratus olim solis Patriciis tenerentur, sequitur etiam Patricios primum solos jus imaginis habuisse: Et certe Corn. Fronto ac Servius *ad Æn. lib.5. versu 117. Nobiles familias*, ajunt, *constat antiquissimas habitas, quæque ex Trojanis originem deduxerunt.* Has Romani festis diebus, apertis armariis, exornabant, cumque ex domesticis quispiam esset mortuus, eas in funere prætexerunt; addito, ut magnitudine quam similimæ apparerent, reliquo corporis trunco. Exornarunt autem veſtibus, si Consulares aut cum Imperio fuissent, prætextis: si Censorii, purpureis: si Triumphales, auro interextis: atque curru, fatebius, secundus alii usque Magistratuum insignibus antelatis, sicque in Rostra assurgebant, qua de re V. quoque insignem locum Plinii *lib. 35. cap.2.* ubi inter alia docet *Expressas ceræ vultus fuisse, cum adstantibus ipsorum, quæ nec amori refragare liceret, & dominis mutatis domus tamen ornamenta manerent.* Ideo autem illas cum titulis fuisse, in prima ædium parte, collocatas, *ut eorum virtutes posteritatem ad imitandum incenderent, ad gloriam invitarent, ait Val. Maximus: Sicque nobis quotidie exemplorum immobilem dominum intrare in triumphum autorum*, ut iterum Plinius *loco cit.* Horum *Nobilium* maxima laus erat, plures habere Clientes, tam hæreditariarum clientelarum, quam virtute propriâ partarum, inter quos ingens, ne mutua gratia ac benevolentia vincerentur, certamen erat. Nec in urbe modo, sed & in agris villisque, urbibusac provinciis, celebres hæ cl entelæ erant, quæ ultro in potentiam *Nobilis* alicujus potentis cedebant, cujus præsidio protegerentur. V. Jos Rosinum *Antiqq. Rom. lib.1. cap. 19. & lib. ead. cap.16. cum Paralipomenis* Thom. Dempstert, ut & suprà in voce *Clientes*. Apud Athenienses *Nobiles* dicti Εὐπατρίδαι, contradistinguebantur Geomoris & Demiurgis, in quatria hominum genera antesolonem populus erat divisus: Vocabantur autem Eupatridæ, qui ex præcis illis Heroibus, quorum in Historiis encomia extant, descenderunt, ut *Praxiergidæ, Eteobutadæ. Alcmæonidæ, Cynidæ, Ceryces* &c. quorum omnium multiplex prærogativa fuit. Franc. Rollicius *Archæol. Att. lib.1. cap.4.* & Pollux *lib.8.* num.111. *Nobilitati* indicia in ctinibus, *cicadam* Corn. Gallus in Ceiri de Nilo, *versu* 129.

Ergo omnis caro residebat curva capillo,
Aurea solemni conum quem fibula rim
Mopppin, sereti nectebat dente cicadæ.

Quemadmodum Alcumena introducitur à Statio *Thebaid. lib.6.*

——— *tergemina crinem circundata Luna.*

Romani verò in cæteris *Ionicas* eadem fini habuere &c. Germanorum *Nobilitas* multiæ originem debet. Quò enim perpetuo milite quali præfidiario inſtructum eſſet Imperium, ita qui bellicâ virtute præſtabant, certa bona ſolemni ceremoniâ aſſignata ſunt à principi Imperatore, hac lege, ut ipſi coramque maſculi iis fruerentur quidem, ſed ii vicißim ad militiam ſubeundam cum uſus exigeret, parati eſſent. Hinc etiam hodie *Ritter und Roß-Dienſte* vocantur: quod inſtitutum ſub Regno Francorum cœpiſſe videtur. Addita inſignia quorum ante quiſſimum apud Germanos nium ex Tacito obſervamus, cum ait *de mor. Germ. Scuta tantùm ſimis coloribus diſtinguunt: More*, ſi veteribus Hebræis, per ſingulas tribus vexilla propria diſtincta quæ habebat, quibus imaginibus Jacobus Patr. liberorum ſortem fortunamque per domos ſingulas diſtinxiſſe legitur, Geneſ. cap. 49. ad alias deinde genes derivato. Unde potius inſignium originem accerſas, quàm à Carica gente, cui inventi hujus gloriam tribuit, Herodotus *lib. 1. cap. 171.* Omnium itaq; antiquiſſima ac maxime genuina *Nobilitatis* apud Germanos inſignia ea ſunt, quæ ſimpliciſſima certisque duntaxat ſpatiis ac coloribus diſtincta iunt: id quod fere duplici ſit modo. Nam vel *πλαπθὶς* interculi ſunt ſive chrombi, vulgo *ramen* vel *wreehen*: vel *ῥάβδοι* virgæ, lineæ, trabes, Germ. *ſtrich oder balcken*. Civitatibus tamen, ſive nationibus, Principibusque auguſtiora ea fuere, appictis animalium, quæ Germania fert, imaginibus, putà equis, tauris, urſis lupis, cervis &c. quod notavit jam olim Diodorus Siculus *lib. 1.* Hinc imaginum galli in ſcuto Marii Cimbri pictam, refert Quintilianus *lib. 6. cap. 3.* & de Wirikindo Saxonum Rege narrat Cranzius *lib. 2. cap. 4.* cum ejus inſignia, quæ militaribus ſignis præcerebat, pullum pius equinum haberent atrum, placuiſſe poſtea Carolo M. poſtquam de tenebris Gentilismi in lucem pervenit veritatis, ut candidum acciperet. Poſt-rioribus ſeculis animalia privorum quoque *Nobilium* ſcutis adreperunt: ita tamen, ut haud integrum aliquod, ſed dimidiata duntaxat ejus pars anterior, vel etiam caput, autpes ſolum modo effigiaretur, quò ſua Principibus maneret dignitas. Donec tandem integrorum quoque animalium imaginibus uti *Nobiles* incipierint: de quo, ut & aliis Inſignium abuſibus, vide queruntem Phil. Cluve-

rium *Germ. antiq. lib.1. cap.44.* & plura de *Nobilibus* Imperii; tum Immediatis, tum Mediatis, apud Auctorem *Limnei Enucidati lib.3. capp.27.28.29.* & *30.* de *Nobilibus* Franciæ, in voce *Seniores* de *Nobilibus* in genere, apud Matth. Berneggerum in *Tac. Germ. qnæſt. 23. 31. 33.* & *72.* &c. Addam hic ſaltem, de Vett. conſuetudine, qui *Nobiles* & potentiores in monitibus aut ad eorum radices ſepelichant. Lycophron *Caſſandrâ*,

Τεῦχος δ᾽ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ κρημνοῦ πυπὸς
Κοιλάσιν.

Lucanus *lib. 8.*

Et Regum vivres extruſo monte quieſcant,
Cum Ptolomæorum patres, ſeriemq; pulandam
Pyramides claudant ———

V. quoque Iſidorum *Origin. lib. 15. cap. 11.* & Aurelium *de origine gentis Rom.* laudatos Joanni Meurſio *Commentar. in Lycophronem pag. 284.*

Nobiliarum. opp. Marchiæ, adde: Nunc *opphium S. Leonardi*, vulgò *à Lenard* dicitur, à veteri Monaſterio S. Leonardi, quod in Collegium Canonicorum muratum eſt, & ad flumen Vingennam ſupra Lemovicas urbem eſt poſitum: Alterum *Nobiliacum*, in quo Monaſterium S. Vedaſti extructum eſt, ad ripam Crientæ vel Crientionis fluvioli vulgò *Crinchon*, civitati Attebatis ita demum acceſſit, ut muris tamen & portis ab ea dividerentur, & alterius urbis inſtar efficeretur: quarum hæc *la Ville*, illa *la Cité* dicitur. Eſt & *Nobiliacum* in Pictonibus, Abbatiali Monaſterio inſigne, vulgò *Nouillé*: 2. m. p. ab urbe Pictavis, ad Clenni & Medioximi confluentes poſitum, *in Civitate pago Anjoſian.* Plures *Monaſteriorum Novaliacenſe*, vel *Novaliacum*, appellanti *Monaſterium Novilliacum*, Ludovicii II Aug. *Vita*, apud Hadr. Valeſium *Not. Gall.*

Nobilis, aureâ nummi apud Anglos genus, ante noſtram memoriam exolerum. Ejus valor A. C. 1360. & 34. Eduardi III. fit apparet, in literis Johannis Regis Franciæ, tranſitu pacis Cannoti habitum inter dictos Reges confirmantibus, *Articulo* 13. Item, *accordé eſt, que le Roy de France payera au Roy d'Angleterre, trois millions d'eſcus d'or, dont les deux valent un* Noble *de la monnie d'Angleterre*, apud Henricum Spelmannum *Gloſſario Archeol.* Sed & in Gallia monetæ aureæ, vulgò *Noble à la roſe* dictæ, quod *roſam* in medio præferret, pond. 6. den. val. 102. ſol. Item alterius, *Noble Henri*, appellatæ, in cujus una parte Rex throno inſidens cum enſe in manu, in altera crux expreſſa cum *lis. H.* in medio, pond. 5. den. 10. gr. val. 4. *lib.* 14. ſol. quæ utraque ſub Franciſco I. in uſu fuerit, meminit P. Richelietus *Diction.*

Nobiliſſimus, titulus *Illuſtri* ſublimior, dari olim poſtibus præcipuis Proceribus. Proprie autem & peculiariter ſic appellabatur Imperatoris Collega, aliàs *Cæſar* dictus, & indubitatus Imperii hæres, teſte Pancirolo in *Notit.* Temporibus Conſtantini M. tribui cœpiſſe illis junioribus Imperatorum, ut obſervavit Martinius ex *Ammiano*. Hinc *Nobiliſſimæ* dictæ ſunt, imperatorio ſanguine prognatæ fœminæ, quibus purpura ferendæ jus erat, &c. Imò epitheton hoc honoratum tribuitum Imperatorum filiis, qui interdum *Nobiliſſimi pueri*, nudè appellantur, in *Conſtitut.* Impp. hiſce literis *N. P.* ut obſervatum a Cujacio *ad l. 4. C. de Priv il. eorum qui in ſacro pal. mil. lib. 12.* interdum hiſces *Nob. P.* ut eſt in *Notis* Magnonis. Similiter *Nobiliſſimæ*, dictæ Auguſtorum filiæ, ut ex C. Theodoſ. colligitur *l. un. de privil. domus aug. &c.* à quibus *domus* ipſæ *Nobiliſſimæ* dicuntur, in *Conſtitione Gratiani*. Sed Cæſaribus poſtiſſimum id honoramentum deineceps. In *Paſſione* Perpetuæ & Felicitatis: *Nobiliſſimus Cæſar* dicitur in nummis, quos C. du Freſne deſcripſit, *Nobiliſſimi Cæſares* paſſim appellantur, qui poſtea nude *Nobiliſſimi*. V. Gualterum *in Tabb. Siculis n.* 179. Sed & interdum *Nobiliſſimi* dicti ipſi Auguſti. In *Collat. Legis Moſaïcæ cap. 15.* Diocletianus & Maximianus *Nobiliſſimi A. A.* inſcribuntur. Diviſa poſtmodum *Nobiliſſimi* dignitas a Cæſarea. Nam ut auctor eſt Zozimus *lib. 2.* Conſtantinus M. Conſtantium fratrem & Anabalianum ex fratre nepotem *Nobiliſſimos* creavit: Verus Junior Belluni in Templo S. Petri, *Imp. Cæſ. Fla Valer. Conſtantio Nobiliſſimo anno XX. DD.* Apud Philoſtorgi in *lib. 8. cap. 8.* Jovianus alterum è filiis Varronianum ἐνεφανίσατον, ὄνομα Πουπλίου τοῦ Νωβελλισσίμου ἀδελφὸν) renuntiat. Apud eundem *lib. 12. cap. 10.* Honorius Valentiniano, Conſtantii filio, ex ſorore nepoti, τὸν ἐνιαυτὸν ἀξίωμα, ſcu, ut habet Olympiodorus, Νωβελλισσίμου, contulit: qui quidem Valentinianus poſtea *Cæſar* a Theodoſio dictus eſt. Eſtque ſtatuit *Nobiliſſimi* dignitas a Cæſarea diverſa. Marcellinus Comes: *Juſtinus Imp. Juſtinianum ex ſorore ſua nepotem jamdudum à ſe Nobiliſſimum deſignatum, Regni quoque ſui ſucceſſorem creavit.* Qua poſtea dignitate donati ſubinde Imperatorum liberi, vel Fratres, ut ex *Stemmatibus Byzantinis*, quæ du Freſne edidit, colligere eſt. Imò & alii interdum ex Proceribus, ut videre eſt apud Annam Co nenam in *Alexiade pag. 274.* Abbas alia formata Πανυπερσεβαστος, de qua modo laudatus du Freſne aliquid attigit *Notis ad eandem Alexiadem, tibi.* A Græcis vero ad Imperatorum Regumque Franciæ filios id honoriticum epitheton tranſiiſſe videtur. Unde in veteribus Litaniis ſub

Carolo M. apud Joh. Mabillonium *Analector. Tom. II.* legimus *Pipino & Carolo Nobilissimis filiis ejus vita*, C. du Freine *Glossar.* Simile quid in Zeelandia, unâ ex provinciis Fœderati Belgii, ubi dignitas, *Primi Nobilis*, Gall. *du Premier Noble*, collata Principi Arausicano, &c. V. quoq; Macros Fratres *in Hierol.*

Nobilitas, in Imperio Romano-Germanico, liberum denotat & ab omni Principum Civitatumque dominio exemtum, sulique Imperio subjectum Ordinem Equestrem, qui in sibi subjectos merum imperium habet. Germ. *die freye Reichs von Adel, die freye Ritterschafft* (in literis, quæ ad quemvis eorum exarantur, inscriptio habet, *dem Reichs Freyherrn Edelgebornen*) Originem habent à Principum interitu (unde in utraque Bavaria, Saxonia, aliisque in locis, ubi ex familiis Principum priscorum posteri & successores superstant, non nisi *Nobiles mediati* reperiuntur) ac dividuntur in tres Classes, *Franconicam, Suevicam & Rhenensem*; quibus olim *Bavarica* quoque fuerat addita, sed *Nobilitas* illa Principibus hodie ac Civitatibus subjecta est, G. Horni *Orb. Polit. Part. II. pag.* 102. Et quidem Franconicam quod attinet, licèt olim Franconia suo quoque habuerit Ducem, eorum tamen jus postea accrevit Imperio, ut ex mediatis hinc immediati Nobiles facti fuerint: de quorum privilegiis à Ferdinando I. Imp. collatis, & à Maximiliano II. ac Rudolfo II. confirmatis, V. Limnæum, infrà laudandum. Suevicam quod spectat, fuere illi Ducibus subjecti, quamdiu Suevicus Ducatus unius corporis nomen merebatur; postea verò hoc, Pentheï instar, in plura discerpto membra, Ducatus ipse unâ cum Ordine Equestri Imperio accessit, nec ulli alteri posthac ex integro datus est (quamvis ejus titulum ad filium suum transtulerit Rudolfus I. Imp.) à quo tempore Suevica *Nobilitas* libertatem & immediatam subjectionem acquisivisse videtur. Inprimis circa A. C. 1269. quo unà cum Conradino illustrissimum Sueviæ Ducum gen^m, & potentissimus Ducatus, finistro simul corruerunt Fato. De hujus Classis privilegiis, v. *Ibid.* Rhenanatandem (sub quo Alsatica quoque Nobilitas, licèt ejus in Recessibus Imperii nulla fiat mentio, comprehenditur) eodem modo orta videtur. Tractus enim Rhenanus, præter Sueviæ Duces, nullos alios certos Dominos, quàm qui conclusum (ut vocant) habuerunt territorium, agnovisse videtur: donec ibi Serenis. Electoris Palatini dominatus succevit, ut Freherus docet. Hi omnes, cùm animadverterent, singulos sibi non sufficere, societatem inter se instar Reipublicæ, fœdere & pacto solenni, instituerunt: habentque etiamnum Senatum Equestrem (*Ritterrath*) Concilia (*Ritterstage*) Magistratus (*Oberhauptmann und Unterhauptleute*) aliaque Reip. instituta. Quæ omnia modo orta videntur. Tractus enim Rhenanus, præter Sueviæ Duces, nullos alios certos Dominos, quàm qui conclusum (ut vocant) habuerunt territorium, agnovisse videtur: donec ibi Serenis. Electoris Palatini dominatus succevit, ut Freherus docet. Hi omnes, cùm animadverterent, singulos sibi non sufficere, societatem inter se inst

rem Lectiones, cum suis Responsoriis, in solemnitatibus. Rupertus *de divin. Offic. lib.* 1. *cap.* 10. *Vigilias in tribus dispertimur Nocturnis.* In tres autem *Nocturnos* ejusmodi officium distinguitur, quòd ter in *nocte* surgerente psalli Christiani, ac diluculo Deo Laudes persolverent, ut notavit Durandus 1. 6. *num.* 17. ad imitationem Excubitorum militum, qui etiam in 4. vigilias noctem divisam habebant: quæ de re V. quæ supra diximus, sub de *Horis.* Donec tepescente hominum zelo, tres unâ vice Nocturni cum Laudibus simul recitati cœperunt. Quæ quatuor Matutini partes, inclusis Laudibus, *Canticinium, Intempestum, Galli cinium* & *Antelucanum*, juxta noctis divisionem, appellantur ab Hugone de S. Victore. In diebus autem festalibus unicum *Nocturnum* XII. Lectionum recitant, cujus rei rationem exponit Cassianus *Institut. Cœnobit. lib.* 3. *cap.* 4. Monachale tamen officium quatuor Nocturnos habet &c. V. hanc in rem quædam etiam supra, ubi de *Canonicis Horis* &c. Hinc *Nocturnales*, in quibus *Nocturni* matutini continentur. Acta Murensis Monasterii p. 32. *Stent & hic quinque* Nocturnales *libri, quorum primus habet summum Lectionem ab Adventu Domini usque ad Pascha, secundus autem a Pascha usque ad Adventum Domini, tertius vero habet tantum Lectiones de diversis per circuitum anni: alii duo pleniter scripti sunt.* V. du Frene *Glossar.* & Macros *in Hierolex.*

Nocturna Vestis, five *Cubitoria*, ut vocat Petronius, olim quoque è lino fuit. Dionysius namque Episcopus Alexandriæ apud Eusebium *Histor. lib.* 6. c. 40. de curiosis ait se capendum missis: Κἂν μὲ, inquit, κείσει ἐν δόκοις ἢ ἐν λαγνὶ ἐνύχῳ, πρότερον ἐκτινάξαντα τὴν ἀσκηνὴν ἐξ ἀμελείας ἀδικεμάτων· μᾶλλον δὲ τὰς ἐνύκτας ἐν ἡμέρᾳ γενέσθαι τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγρηγορόσι τὰ λοιπὰ τῶν ἐν πικρίαις ἀσκήσεις ἐποίησε. *Et quidem, si vis Deus, quum prius pararem lustrones effe qui ad prædam & rapinam venissent, manent in lecto, ubi eram nudus in veste linea: reliquum vestem prope me positam, ipsa perrigebam.* Uti observavit Casaubonus ipsi proin admodum probabiliter censet. Juvenem illum, memoratum Marc. *cap.* 14. *vers.* 51. in historia passionis DOMINI nostri, quemque Theophylactus & Euthymius ex illa ipsa domo, ubi Pascha comederat Christus cum Discipulis, fuisse statuunt; tindonem, cum è lecto se propteret, absluisse secum, Christumque, de cujus periculo aliquid inaudierat, fequi cœpisse. Quod enim è lecto surrexit, nudus arguit, cujus cutis probabilis ita exagitari vix potest, neque hoc à temporis circumstantia alienum. Ut enim è Theophylacto discimus, nox erat provecta & altera jam vigilia præterierat. Sindonem aut in lineam fuisse vestem, certum est, vel è hyssopo: nam *ενδόσιν βυσσίνῳ* apud Herodotum alios quelegas, &c. V. Isaac. Casaubonum *Exercit. XVI. ad Annal. Baron. §. 66.* Antiquissimorum verò hominum eadem *Nocturna* diurnaque vestis fuit, ut de Romanis divinus in voce *Toga*: quem ingrem Stoici etiam delicatiore jam avo retinuerunt, V. in *Triconinum* Calcagnus primo Nocturnas, deinde Diurnas vestes, *Nocturnales* hinc dictas Gall. *Mulets*, feu *Pannoufles*, quibus hodieque nocte utimur. Lanfrancus in *Decretis pro Ord. S. Benedicti cap.* 2. *Craffina die* Nocturnales *fous calcient.* Et *cap.* 23. *Calcinum saltgis supradictis panno factis, usque ad genua attingentibus.* Capitulare Aquisgranense an. 817. *cap.* 22. *Calcamenta diurna parva duo subtalares per noctem in aestate dicat, in hyeme vero fecos &c. Soulares diurni & nocturnales,* apud Guigonem II. in *Statut. Cartusiens. cap.* 57. & *alibi.* Vulgò Bezæ dici confuevere, ut colligere eft ex *Tabulario* Marmuti de Campis. V. du Frene *Glossar.*

Nocturni Cœtus, ad facra convenientium, Virorum Mulierumque, ordinatis in Ecclesia, non occurrunt, apud Scriptores. Namque & Chriftus erat *diurnis temporibus* (τὰς ἡμέρας) *in Templo docens: noctibus vero exiens diversabatur in monte. Et omnis populus mane veniebat ad eum, ad audiendum eum in Templo,* Lucæ *cap.* 21. *versu* 37, 38. Et fub Apoftolis, ordinatiæ congregationes non nisi diurnæ erant; *Καθ' ἡμέραν τε, & quotidie perseverantes concordantes in Templo & frangentes domatim panem capiebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis*, Actor. *cap.* 2. *versu* 46. Nempe foluto publico conventu difcedebant ad suas ædes & cum gaudio cibum sumebant: ficut fi ciffe populum Israëlitarum, commemoratur Nehemiæ *cap.* 8. *versu* 12. Quem morem etiam succedens Ecclesia fervavit. Licèt enim, atrroci perfecutione ardente, Chriftianos folitos effe ftato die ante lucem convenire, earmenque Chriftо dicere, fe ex quibufdam transfugis didiciffe, fcribat Plinius Sec. *lib.* 10. *Epift.* 97. idque ipfum ex eo repetit Tertullianus *Apologet. cap.* 2. illud tamen non alio fenfu multi accipiunt, nifi quod diurnos fuos Conventus, die Dominico, matutè inchoaverint, ficut *cum populus veniffe multo mane, ad audiendum Chriftum, in Templo*, dicitur apud Lucam *cap.* 21. *verfu* 38. V. eundem Tertullianum *Apolog. cap.* 39. & Juftinum *Apolog. fub fin.* Poftmodum quoque cùm invaluiffet confuetudo, ut veniret in Ecclefia viri fimul & mulieres nocte illâ, quæ diem Paschatis antecedebat, ibique precibus invigilarent, velut expectantes adventum Domini fummo manè refurgentis, de qua vigilia Paschatis agit Tertullianus *ad uxorem lib.* 2. *cap.* 4. mosque is in aliis etiam Festis & Martyrum Natalitiis inoleverat fenfim: vifa res digna quæ argueretur, Vigilantio primùm, mox ipfi Hieronymo. Quare abrogatis nocturnis vigiliis jejunari cœpit pridiè cujusque Festi, retento *Vigilarum* vocabulo, quamvis diurno tempore observarentur; ut monet Polydorus Vigilius de *Rerum Invent. lib.* 6. *cap.* 4. V. quoque Concilium Sabinense, in Hispania celebratum, A. C. 1322. *Parte II. Tom. VII. Conciliorum edit. Parif. cap. de Judaei & Sarac.* Concilium Aquilejense celebratum A. C. 1596. *Tom. XI. Conciliorum, cap. de Ecclesiis & jus in iis versandi modo, pag.* 709. & 710. Bellarminum de *Eccl. Triumph. lib.* 3. *cap.* 17. Alios. Sed & Ethnicorum non paucis conventus ifti nusmodi nocte habiti difplicuere. Hinc Cicero de *Ll. lib.* 2. poftquam commemoraffet Legem hanc Rom. *Nocturna mulierum facrificia ne funto, præter olla, quæ pro populo rite fient.* Addit, *Quid autem mihi displiceat in nocturnis, Poëta indicant Comici. Quid licentia Romæ data quidnam egiffe ille, qui in facrificium cogitatam libidinem intulit: quo ne impunitatem quidem ocalorum adjici fas eft? Dryfdo diligentiffimè fanctumque eft ne muliercula fumum mioitumve ibi ex clara caftoliat. Quo in genere feveritatem majorem Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus & Conjulum exercitu adhibito quæftio animadverfionque declarat. Atque omnia nocturna (ne nos duriores forte videamur) in media Græcia Dyagoniæ Thebanus lege perpetua fuftinuit &c.* Extra ordinem tamen, in domo Mariæ multi congregati & orantes, nocte illa, quâ poft recentem Jacobi Apoftoli necem, Petrus etiam in arcta cuftodia detinebatur, pofitridie ad lucem ducendus, memorantur in Actis *cap.* 12. *verfu* 12. & *feqq.* Et certum facrum Troadæ coactum Diurnis poftridie abiturus erat; in nocte, usque ad fequentis diei auroram, detinuiffe legitur, Actor. *cap.* 20. *verfu* 7. & 11. Interim quemq; noftrum *recordari Domini super ftratis fuis & de illis meditari in vigiliis*, cum Dominicæ Paschæ Pfalmum 63. *verf.* 7. convenit. Adde Pfalm. 4. *verf.* 5. & 6. *verf.* 7. & 119. *verf.* 62. &c. Plura vero hanc in rem V. apud Johannem Forbefium *Inftructionum Hiftorico-Theologic. lib.* 1. *cap.* 37. ubi de coitionibus nocturnis Carpocratianorum, Adamitarum, Priscillianæ & ejus fectatorum, calumniadi; hinc Paganorum, Hæreticorum ipsorumet Chriftianæ Religioni inique impingentium, pluribus agit, ut & infrà in voce *Nychia* & *Nyctelia.*

Nocturnum, Magica Gentilium illufio, quæ *noctu* fiebat, memorata Augustino *Serm. de temp. Barbar. cap.* 4. *Annos facrificavit qui imagines Idolorum per noctem ludentes, quod* Nocturnum *vocant, uberiùfque fpectavit.* V. C. du Frene *Glossar.*

Nocturnus, apud Statium *Thebaid. lib.* 6.

Rofcida jam nivies cælo dimifcrat aftra
Lucifer, & vaidem Lunæ prævenerat ignes,
Mutato Nocturnus *equo* ——

Hefperus eft, cui equum furvum tribuit Ovidius *Faftor. lib.* 2. ficut Lucifero album, *Amor. lib.* 2. *El.* 11. unde Lucatius *ad. Lucifer & mane vertur & vefperi, fed mutato equo.* Aliàs communi nomine *Vefperi*, & matutinum & vefpertinum filus complexus eft Horatius *Carm. lib.* 3. *Od.* 9. ficut *Eoi*, Auíonius *Idyll.* 6. Sed & Boëthius diftinxit *lib.* 1. *Met.* 5. Statium fequutus, qua de re V. Voffium *de Idol. lib.* 3. *cap.* 31. nec non Ivonem ubi *de Nocturno Deorum in terrae defcenfu*, eandem *ibid. cap.* 1.

Nodfres, aliàs *Nodfri*, facrilegi ignes, prohibiti funt Synodo fub Karlomanno Duce & Francorum Epifcopis habitâ A. C. 742. *Capitular. lib.* 5. *cap.* 2. quem in locum Lindenbrogius, *Ruftici*, inquit, *homines in multis Germaniæ locis fifto S. Johannis, palo ex fepe extracto funem circumligant, illumque hoc illuc tincunt, donec ignem concipiat: quem ftipula alteque aridoribus ligni aggeftis cuvant ignem, ac cineres collectos fupra ulcera ftergunt, hoc modo curari adjiciunt, qui poffe mani fuperftitione credentes. Eum ergo ignem* Nodfyr, *quaft neceffarium ignem, vocant.* Spelmannus vero à præpof. Saxonico *Nead*, quod obfequium fonat, vocis originem arcefit; ut *Nodfres* fint ignes, in obfequium Numinum Ethnicorum editi. De his Concilium Conftant. in Trullo *cap.* 69. *Qui in Novilunio: ii à quibusdam ante fuas officinas accendunturrogi, super quos exiguntur, nisi quod consuetudine quadam jam invaluit, ut adeantur folem, imbecillus demcepsceffare. Quisquis igitur tale quid fecerit, ifte ſi Clericus, deponatur: ſin autem Laicus, fegregetur.* Ibi Rhingravius, *Hanc impiam consuetudinem hodie in Germania, in festo S. Johannis Baptistæ observari quidam, ut in plateis excitato igne super ipsum saliant. Sed pii Evangelici Magistratus Urbis tales ignes dissipant & deliberantes de platea abigunt.* V. Spelmannum *Glossar. Archaiol.* Horum ignium veftigium aliquod fupereffe videtur, in Gallia, in lufu puerorum, quem vocare folent, *des petis Feux* &c.

Nodi Crinium, globi; invicem implexi & calamistro intorti, Græcis Grammaticis κόκκοροι dicti funt, & βόστρυχοι. Hefychius, Πλόκοι καὶ κόκκοροι καὶ τὰ τοιαῦτα κόμης, quidquid in nodum excuberat, κόκκοροι Græci vocabant; unde in digitis κόκκοροι partes, quæ in juncturis eminent velut nodi. An eodem fenfu Nodos dixit Martialis,

Rhenig nodos, *aureamq; nitelam:*

per *Rhenindos* intelligens, Germanorum cirros, in nodum fubftrictos? Idem,

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Aut, aliter tortis crinibus Æthiopes.

An *crines in nodum torti* dicit, ad fpeciem nodi vibratos & intortos? ut *nodus* ipfa fit κόκκος. Sic certè vulgò locum illum exponunt

nunt. Sed hic mos nunquam fuit Germanis calamisto iuurere, aut alio modo ornare. Clemens Alex. Τὸν ὄπισθεν κόλπον ᾗ κε Σκύθαι κομῶσιν, ἀπὸ τοιούτου, *comas alunt*, non *ornant*. quod Phrygum fuerit proprium & effeminatarum gentium, quibus hoc probrum passim objectum, quòd haberent comas,

Vibratas calido ferro, murraq; madentes.

Longè hoc a Germanis; qui simplicissimus fuit modus, in nodum crines cogebant, ex ipsa nim. coma, quam satis longam nutriebant, nodum facientes. Quia verò non datur in capite nodum ex crebellæ capere, nisi torqueatur, ideo *torsus in nodum crines* dixit Martialis, in nodum cedros & fubtricibus nodo. Tacitus de *Mor. Germ. Insigne gentis obliquare crinem* (h. e. torquere) *& modo fubstringere*. Quem locum perperam capiunt, de crine calamistris vibrato. Nec altera melior interpretatio, ut crinem non in rectum passi fuit descendere, sed reducere in posteriorem verticem & obliquarite. Obliquant n. crinem & nodo fubstringunt, quia nodo aliter fubstringere non possunt, nisi obliquatum ac torsum. Ideò *obliquandi crinis* mentionit, ut ostenderet, ex ipso crine nodum eos facere consuevisse, qui non alio vinculo nodare. Nam vincula aut tænia poterit nodari ac religari crinis etiam rectus & in rectum descendens: at ex ipso crine nodus fieri non potest, nisi obliquetur ac torqueatur. Et certè, *nodo fubstringendi crinis morem*, non etiam flectendi, ac ferro calido rotandi, Germanis auctores passim tribuunt. Seneca *de tra. Non est Æschiopis insignitus inter suos color, nec crinis rufus & in nodum coactus, apud Germanos.* Idem *Epist.* 126. *Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel asperrimi mores barbarum, vel nodo Germanorum vinxerit, vel ut Scythæ solent, sparserit.* Nec alia mens Juvenali, cùm ait,

Cærulea quis stupuit Germani lumina, flavam
Cæsariem, & mallido torquentis cornua crine?

Torquent namque *cornua mallido cirro*, qui comam obliquant, ut in cirrum eam ac nodum cogant. *Cornua* autem vocat longas crinium ferras, quæ torquentur, ut possint in nodum mittere ἐφ' ᾧ Græci quoque appellant; *inde & cornua & crines* in flumina buis. Ἀκουσίλαος δὲ καὶ τοὺς ποταμοὺς τοὺς βαρβάρους, *vel nodo Germanorum vinxerit, vel ut Scythæ solent, sparserit.* Nec alia mens Juvenali, cùm ait,

Cærulea quis stupuit Germani lumina, flavam
*Cæsariem, & mallido torquentis cornua cirro

modiam ſuæ. dicit, quia *ſuæ*, præter *dorſi ſpinam*, etiam *colli vertebras* complectitur, aut *os colli*, qualecunque ſit. Hyænæ namq; collum pro vertebris os continuum habere creditur, unde ſlecti, ſiſti totius corporis circumactu, non poſſe, Plinius & Solinus ajunt. Quod ſi verum, ob id ipſum primam hyænæ vertebram ampliorem eſſe oportuit, ut continuum illud os excipere, & tanquam *modio* fortiùs devincirete. Nodus porro ille recte *Atlanteus* dictus eſt, quia prope humeros ſitus, quibus onera, tanquam *Atlante*, ferri notum eſt: Unde eſt, quod in homine vocatur ἄτλας, ſeptima colli vertebra, dorſo proxima, Pollux *lib. 2. cap. 4. §. 18.* V. omaino Bochartum pra fatum *Hierozoici Parte prior. Lib III. cap. 11. ubi de* עכבר, ſeu *Hyæna.*

Nodus Magicus, ſeu *Deſixio* dicitur, quum quis aliquo in actu, vi Magicæ artis, prohibetur facere quod vult, aut impeditur à functione aliqua naturali, five id fiat *nodo* aliquo adhibito aut ligatura, ſive ſimplicium herbarum aut verborum potestate, ſive aliquo alio modo. Græcis πέδαι, item ἀνάδεσμοι; quippe, qui ἀναδεσμεῖσθαι, haud magis ſuæ ſponte eſt, aut arbitrio ſuo utitur, quàm ſi *deſixus* aut vinculis conſtrictus eſſet. Ἡκιλλε ἀνάδεσμον dixit Orpheus hanc πέδαι, ſui Magicum hunc πεδοδέτησιν. Paulus *Sententiar. lib. 5. cap 23. Qui ſacra impia nocturna ve, aut quem obcantarent, deſigerent, obligarent, feciſſe*, &c. Interimis autem *Nodus Magicus*, fortilegium id eſt quo in Nuptiis ſuis aliſque prohibentur officium facere virile, quade re V. Antiq. ubi *de Nodo Veneris.* Quibus in malis *Nodi Magici* ſiebant, iisdem iterum ſolvebantur, tactibus ſc. herbisque, quæ duo præcipue nominant Poetæ. Unde Sortilegium Callus *Charme, i. carmen*, & carminibus devovere aliquem ac deſigere *charmer*, quaſi *carminare* &c. V. Salmaſium *Exercitat. Plin. ad Solinum pag.* 1088. & ſuprà in voce *Deſixio*, adde *Plin. lib. 28. cap. 4.*

Nodus Veneris, hodie quibusdam dicitur, quum quis in nuptiis suis virum mulieri fuæ fungi maleficâ arte prohibetur. Ad quam rem Latini generali vocabulo, quo omnia maleficia Magica deſignare conſueverunt, uſi ſunt, *deſigere* hoc & *obligare* appellantes; quod huic veneficio apprime convenit. Cui n. arte Magicâ membra illa ſic præpedimuntur, ut vim tuam exercere non poſſint, *ligatus* & *deſixus* intelligitur. Quod proin verbum hac ipſa in re ſuſurpavit vetus Auctor Appuleius *Deus Amor & in Herbario ſuo*, de herba Leontopodio: *Si quis devotus deſixaque fuerit, in ſuis nuptiis, ſic eum reſtiveo.* Exemplum habes, apud Tibullum, Ovidium & Petronium, quibus tales dicti, ut ex Appuleio modò laudato attulimus. Sed & Tibullus,

Admoniit noſtræ, deſeruitq; Veneri.
Tum me diſcedens devotum femina dixit.

Idem,

Num te carminibus, num te pollentibus herbis
Devovit tacito tempore noctis amus.

Virgilius in Ciri,

——— *Infelicis animum deſigere vult*, &c.

Bene autem hæc omnia *Nodi* nomine veniunt, quod pro qualibet *vinctura* & *impedimento* poni Latinis notum, ex Floro *lib. 4. cap 2.* Prudentio *Hamartig.* Aliis. V. Salmaſium *ubi ſuprà*, & de *Veneris Nodo* plura ſupra in *Ligula.*

Noe, adde: Alter hic Mundi parens, antequam ſilii nepotes duc deſtinatas quisque ſedes peterent, Numine plenus, fata linguarum omnium quæ imperiorum origines & ſucceſſiones his verbis aperuit: *Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit Patribus ſuis. Benedictus Jehova Deus Semi, vivig, Chanaan ſervus illius. Dilatabit Deus Japhetum, ut habites in tentoriis Semi, erisque Chanaan ſervus illorum*, Genes. *cap. 9. verſ. 25, 26, 27.* Quo vaticinio ſanctiſſimus Vir Imperium Orbis & ſupremam dominationem primò quidem Semi, inde Japheti poſteris tribuit, Chamæis perpetuâ, ve ſua, vel alienâ ſervitute preſſis: quod etiam ad noſtra usque tempora conſtanter duravit. Nam principio penès Aſſyrios & Perſas, id eſt, Semi progenies, ſumma poteſtas fuit. His Japhetæi, Græci, Romani, & qui hodie regnant toto Orbe potiuntur, Scytharum nationes, ſucceſſerunt. Quòd ſi interdum ſive Ægyptii, ſub Rhamſe & Seſoſtri; ſive Æthiopes, ſub Tirhaka vel Tearcone; ſive Karthaginenſes & Pœni, potentatum in Semi & Japheti prolem exercuiſſe videantur, id breve ac tumultuarium, fulgetri inſtar mox evanuit, & nec populorum multitudine, nec terrarum ſpatio, nec diuturnitate temporis, cum illorum Majeſtate, comparandum fuit. Et magnum hodieque ſervitutis argumentum eſt, Æthiopas mancipia ſemper eſſe, quos inuper natos, aut coloretos, ſive id ex divina maledictione, ſive ex peculiari corporis habitu ac nobis penitùs incognita ratione, neque enim, ſuper hoc à Naturæ conſultis conſentitur, originem traxerit. Etiam, licèt Nimrodus, Chami progenies, in amœniſſimos Babyloniæ campos progreſſus, paulo poſt turrim *Babel* deſtructam, ejus urbis imperio rapto, brevi magnum imperium conflaverit, haud tamen diuturna illa potentia fuit, brevique poſt, vel ipſe, vel ſucceſſor ejus, ab Aſſure victus, Semi poſteritati, cui id debebatur, loco ceſſit, jugumque Chamo impoſitum eſt. Georgius Hornius *Orbis Polit. Part. III. pag.* 434. &c. V. quoque ſuprà, in voce *Nimrod.*

Idem Philoſophæ verè inſtauator, eam non modò, in familia ſua, vivâ voce docuit, ſed & illius præcepta, ſi Beroſo credimus, literis conſignavit, æmulatus ex progenitoribus ſuis Sethum, de cujus columnis nonnus eſt Joſephi locus. Conſedit autem in Armenia, ubi montes, qui à Moſe *Ararat*, ab Onkelos *Kardu* appellantur: etiam Curtio memorati, qui illos *Coruæos*, ut alii *Gordiæos*, *Gordienos* vel *Gordenos* vocant, ubi hodieque reliquias arcæ conſpici volunt, de quo V. Joh. Maindev. *Itinerarii cap.* 54. Nicol. Damaſcenus manſionem illam *Barin* vocat, apud Euſebium *Præpar. lib. 8. cap. 4.* Hinc idem Beroſus, ſolis apud Armenios & Scythas Sacerdotibus, *Noachi* Philoſophiam & docere & legere las fuiſſe tradit: docuiſſe autem curſus aſtrorum & annum diſtinxiſſe ad Solis motum. Quo factunt, quæ Gentiles de Jano, quem alio nomine Saturnum vocavere, literi prodiderunt: quibus nominibus *Noachum* fuiſſe infignitum quidam aſſerunt, alijs Janum à Saturno diverſum facientibus. Prometheus enim, quem nonnulli eundem quoque cum *Noacho* faciunt, eò quòd apud Æſchylum inter alia gloriatur, repertum ſuum eſſe curruſilos nauticos, qui lineis alis vagentur per mare, V. Muretum *Var. Lect. lib. 1. cap. 9. Noachi* potius nepos, Japheti nempe filius fuit. Filios *Noachi*, Sem, Cham & Japhet ipſos Orbem inter ſe diviſiſſe, & Patrem cum iis in Pontum appulſum, colluſtratis litoribus maris Mediterranei, Semo monſtrat ſe Aſiaticum litus, Chamo Africam à Nilo ad Oceanum usque Gaditanum, Japheto Europam omnem cum minore Aſia, adjacentibus, Pſeudo Beroſo refert, V. quoque Polydium, Beroſidum, & ante illos Epiphanium in *Anchoratus*: Sed veriſimilius Hornio videtur, non ipſos *Noachi* filios in diverſas has orbis partes transgreſſos, verùm poſteros demum, cùm jam in Oriente homines multiplicarentur, eò colonias dusſiſſe: quarum cauſæ eſſe ſolent, abundantia hominum, & natalis glebæ anguſtia. Idem nurus ejusdem Patriarchæ *tum* Antiquitate *Sibyllas* non male vocari cenſet: alio nomine à Chaldæis *Sambethas* vocatas. Hinc & Sibylla Erythræa, quam inter omnes præcipuam fuiſſe conſentiunt, *lib. 3. Noachi* ſe nurum profitetur,

Τῶ μὲν ἐγὼ Νώεμ̃ν.

Et *lib. 1.* cum eo, in diluvio ac arca fuiſſe ſcribit &c. V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſ. lib. 2. cap. 1.*

Noetiani, Hæretici, à quodam *Noeto* dicti, Chriſtum eundem cum Patre ac Spiritu S. nec Trinitatem perſonis, ſed officiis tantùm, diſtinctum deliruranr: unde & *Patripaſſiani* vocati, quòd Patrem paſſum eſſe dicitarent. Quemadmodum & Sabelliani docuerunt, qui ab eodem Noëto originem traxiſſe dicuntur. Iidem *Unionitæ* inſuper appellati ob eandem rationem, de quibus Prudentius *tit. c. Unionitæ* ita,

Cede profanator Chriſti, jam cede Sabulli
Depoſitor Patris, Noëti, inſane negator,
Nonne Patrem violat, dum Natum ſcire recuſas.

apud Cav. Macrum in *Hæreſiexico.* V. in voce *Noetus*, & plura hanc in rem, apud Jo. Forbeſium *Inſtructionum Hiſtor. Theologic. lib. 1. cap. 2. §. 5.*

Noffus ſeu *Nauſus.* Gloſſ. Pithœi: *Nauſo, farcoſago ligneo*; quibusdam, quod *navis* formam referret, quæ Gallis olim *Nau* dicta: C. du Freſne *Gloſſar.* Et hæc navis erat ſeu cymba Charontis, quâ demortuorum Animæ, trajecto fluvio Infernali, ad campos Elyſios deferebantur. V. *ſuo loco.*

Nola Urbs, adde: Sed Tyrios in Italia colonias condidiſſe, nusquam legitur, proin ſcribi jubet apud Solinum Salmaſius, Nolà à *Thuriis*. Thurii autem Gr. οἱ Θούριοι, ab oppido Thurio, qui inter Crathin & Sybarim amnes ſitum erat, olim & ipſum *Sybaris* dictum, nomen accepere. Stephanus, Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἡ σεσῆκωμένη Σύβαρις. *Thurii urbs Italiæ, quæ prius Sybaris. Thyrios* verò apud Solinum ſcripſere libratii, pro *Thuriis*, ut *Thyſien*, pro *Thule* & ſimilia. Chalcidenſium colonos, Nolanos fuiſſe, refert Juſtinus *lib. 22.* cui alii ſuffragantur, uti dictum, V. præſtatum Salmaſium *ad Solinum pag.* 72.

Nola, tintinnabuli parvi genus, quod Polydorus Virgilius *de Inventor. rerum lib. 3. cap. 18.* dici vult, à Nola Campaniæ urbe, cujus Epiſcopus Paulinus illius fuerit inventor. De quo etiam Franc. Sweertius *Notis in Hier. Magium de Tinnitnab.* ſic ait: *Paulinus Epiſcopus Nolanus, (quæ urbs Sidicinum olim, teſte Plinio lib 3. cap 5.) Di ri Hieronymi æqualis, vir vitæ ſanctiſſimidi ſpectabilis, primus in ſuam Eccleſiam campanæ uſum invexit: ovexit vir ſanctiſſimus idipſum Gentilium ſacrorum & ad pia omnia erudiſſit, ut nimirum ejus ſtrepitu excitati populi ad concionem precesq; ſemſiles habitantes. Atq; hinc fortaſſe tenuit conſuetudo, ut Noiæ vocabulo conſerenter tintinnabula ab hac Campaniæ Nola, cujus apud Polybium Livioinque ſit mentio.* E quibus tamen colligitur, non inventas à Paulino hoc, ſed tantùm in Eccleſiam ſuam invectas Nolas fuiſſe. Nam & ante eum, de quo Gennadius in *Additam. ad D. Hieron. de Viris Illuſtr.* nihil tale profert, *Nolæ* mentionem ſecit Quintilianus, qui Domitiani Imp. ætate floruit: & ſatis tritum ſermone proverbium eſt, *In cubiculo Nola*, Hier. Magius *loco cit.* Coel. Rhodiginus &c. Gr. ἠχεῖον, κώδων, Angl. *a little bell, a Sainte, fance or Sacring bell.* Earum enim uſus jam in ſacris Cyrcles Matriſque Deum receptus fuit, ut ex variis Auctoribus probat Hadr. Junius *Animadverſ. lib. 3. cap. 11.*

Erant & in officiis, ad pulsum clendum, quo Janitores evocarentur, ut annotarunt Viri docti ad Suetonium *Augustus cap.* 91. Excubitores quoque nocturnis vigiliis *Nolam* antiquitus pulsasse, ad cujus pulsum illico respondendum fuerit, discimus a Suida in voce *Καθαυδοῦσιν*, ex Aristoph. Interprete, οἱ ὄρνιθες· ἐγχρίβονται τοὺς φύλακας καθεύδειν ὅταν δ' ὕπνου πνεῦσαν ἔθνη τὰ ὄρνιθα· ἤγουν, ἐν οἷς φυλακτικοῖς καθεύδουσιν. *Feminæ ad custodes* Nolas *habebant, quibus sui fonarent impetus dormientes tentarum & refonium petierunt.* Qui mos etiamnum apud Icenum portum (Caletum hodie) aliisque locis præfidiariis obfervatur. Similiter, si quâ vis ingrueret, Campani arâ tinnitu indicium ejus rei dabatur olim, quemadmodum & hodie plurimis in locis. Unde eleganter Statius *Thebaidos lib.* 6.

Procul auxiliantia gentes
Æra crepant.

Præter hos Codonophoros, qui Excubitores circumirent, (quos hodie *Rondam* forte dicimus) erant & alii, quiatrati funus præcedebant, Suid. & Guil. Budæus. Etiam *Nolæ* signo homines elecmosynam petentes, habet *Chronic.* Montis Ser. A.C. 1128. Sed & apud Græcos è fontium collo *Nolæ* fuspendi moris erat, ne ex eorum improvifo contactu quisquam pollueretur. Unde Zonaras factum credit, ut Imperatoris triumphantis currui tintinnabulum cum fcutica five flagro adalligaretur: Ita enim in *Annal. tom.* 2. *Ne Triumphator superbiore fupra quàm par esset, fed ut scires, se legibus subditum, & posse vel extremo affici supplicio*, aut Nolam *sonitibus appensam* gestare &c. De fontibus autem fonat locus Plauti *Pfendolo Actus* 1. *Sc.* 3.

Lavios inde arcessam duos cum tintinnabulis,
Eidem duos greges virgarum ulmearum adegero,
Ut hodie ad litationem huic fuppetat fatis ad Jovi.
In malam crucem istic ibit Jupiter leonimus.

Et quidem Icenem hominis, cum *Nola* ad fupplicium ducti, exhibet Hier. Magius *lib.* 1 *præf. cap.* 21. Avienus de cane, quoque vocem usurpat:

Hunc Dominus, ne quem probitas simulata lateret,
Fusserat in rabido gutture ferre nolam.

Fridericus II. Imper. *de Arte Venand. lib.* 2. *cap.* 41. de campanula, falconum pedibus alligari solita: *Sequitur de campanella, q ae etiam* Nola *dicitur &c.* Ita porro appellant Scriptores retum Monafticarum campanulam, quæ in refectorio ad mensam Abbatis appenditur, quâ is, vel lectionis, vel convivii, finem fignificat. Unde *Nola refectorii* dicitur, in Stat. Ord. *de Sempringham pag.* 770. &c. & *federe ad Nolam in refectorio*, eft Abbatis ibidem munus exercere. Unde in *Vita* Wilhelmi Abbatis Roschildenfis *num.* 20. *Wilhelmus animatus zelo Ordinis & amore juftitiæ, post ingressum refectorii præsumtorem illum* (Priorem) *ad nola submovit, & Subpriorem adhibuit.* Extant in *Nolam* Capituli antiqui, apud Canifium, hi verfus:

Præcantor fractus hoc figno non vocat omnes,
Exemplo Domini cum lavis unda pedes.
Nec non confultum conflat fi forte gerendum,
Hoc monitu figno conveninnt fubito.
Laudibus & noctis interdum ritè peractis,
Captamus somnum, si duderis sonitum.
Caperis & radiis Phœbus conspargere lucem,
Hoc refonante fopor oculis omnis abit &c.

apud du Freine *Gloffar.* Hinc *Nolarium*, de qua voce V. Marcos Fratres in *Hierolexico*, ubi multa de convocandiad Mesquitas populi ritu apud Turcas.

Noli me tangere, arrogans Novatianorum vox, apud Ambrosium *de Pœnitentia lib.* 1. *cap.* 7. *Sed hoc insolentis arrogantiæ, non sancti timoris est, ut sacilidio vebis sint, qui volunt agere pœnitentiam. Perpeti videlicet flentium lachrymas non potestis. Non ferunt oculi vestri villa vestimentorum, illa vilem foridatorum, superbo oculo & tumida corde delicati mei, arrogansi voce dicamus singuli*, Noli me tangere, quia mundus sum. *Dixit quidem Dominus ad Mariam Magdalenam*, Noli me tangere: *sed non dixit*, quia mundus sum, *qui mundus erat. Tu audes Novatiane, mundum te dicere, qui, esi operibus mundus esses, hoc solo verbo fieres immundus.* Nempe Novatiani seipsos καθαρούς, i. *mundos seu puros* vocantes, reliquorum occursum velut immundum averfabantur, & lapsos, etiam post seriæ pœnitentiæ signa luculenter edita, recipere nolebant. Vt ubi de Novato, & ejus affectis, ut & supra ubi de *Montibus Coronatis* P. 77. Eadem superstitio & arrogantia apud Indos inpimis hodiernos, qui non solum à Christianis tangi, vel res eorum, nisi probè lotas priùs, tangere abominantur: fed ipsi inter se, pro puritatis mundit iæque, quos sibi in fectarum gentis suæ multiplici varietate fingunt, gradibus, à mutuo contactu magnâ anxietate abstinent, uti videre est apud P. de Valle & Joh. Baptistam Tavernier *Itinerar. Indiæ.*

Nomen, infantibus impositum, peractâ Circumcisione Judæis, aliis post lustrationem: Omnibus enim gentibus *Nominis* fua erant feu vocabula, aliis figna, præter Atlantes, de quibus Pomp. Mela *lib.* 1. *cap.* 9. *Ex his, qui ultra deserta esse memorantur, Atlantes Solem execrantur, & dum oritur & dum occidit, ut ipsis agris & pestiferum.* Nomina *singuli non habent.* Iadebantur autem apud Ebræos die octavo masculis, fœminis tritio mensis: Apud Romanos similiter octavo masculis, fœmellis nono. Græci variabant, ut in Lustratione: Aliàs quidem quintus, aliàs decimus huic ritui destinabatur, V. Suidam & Artiosph. *in Arifbus.* Sunt qui septimi meminerint, ut Aristoteles *Hist. Animal. lib* 8. *cap. ult.* tum ob mutationis eo die certitudinem, tum ob lucum numerum. Unde Græcis omnis septimus à nativitate festus. Christianis nulla nec olim nec hunc certa *Nominis* dies. Fiebant a. Romanis *Nominalia* magna cum ceremonia, qua de re V. illustrem locum Tertulliani, ubi *Nominalium solemnitatis* memini*t lib. de Idol. cap* 16. Ritus hi fuerunt: Convocabant amicos, eligebant qui præesset *Nominis* impositioni, ut nunc apud Christianos fit, *Nomen* dabant infanti, crines tondebant, Diis sacrificabant & agitabant conviria. Ex luminum accensorum Fato *Nomen* auspicatum eligere gaudium. Hinc P. Lobbetius *lib.* 3. *de Pece. Primog.* tradit, Veteres *Nomina* infantibus imposituros, quasi vitam longam proli quærerent, cereis accensis appendisse varia *Nomina*, eâ lege, ut *Nomen* ejus, qui diutius arsisset, vitæ producendæ spe votoque infanti ederet: quem ritum antiquum defignat Chrysostomus in *Epist.* 1. *ad Cor. cap.* 2. V. Casaubonum *ad Perfium Sat.* 2. Judæi fanguine cuncta fignabant. Numerus varius: Hebræis plerunque unus, raro duo. Graeci simplici *Nomini* addidere patrium, quod fecit & Ægyptii. Romanis tria *Nomina* ipsis Nominalibus fuebant, de quibus legi meretur Isidorus, *Origin. lib.* 1. *cap.* 6. *Prænomina* & *Cognomina* erant propria, *Nomina* familiæ. Eligebantur autem Prænomina honestæ nomenclaturæ, quia de eo primum scleris quæstio habebatur, qui turpius *Nomen* possideret. Et quidem patres Romani suum majori natu imposuerunt, Avi nomen reliquis. Xanthii à matribus mutuabantur: Fœminæ & servi filis fere gaudebant *Nominibus*, interim & illarum prænomina agnoscit Festus, cum ait: *Prænominibus feminæ esse appellatas testimonia sunt Cæcilia & Tarratia, quæ ambæ Cæsæ solitæ sunt appellari: pari modo Lucia & Titia*, V. de his disputantem Pet. Servium. Quartum deinde *Nomen* adulto puero superadditum, *Agnomen*, à fortuna vel virtute. Profitebantur dein Patres puerorum *Nomina* publicâ contestatione: (quò alludens Appulejus, *Pater*, inquit, *natum sibi filium cæsarorum more professus est*, vocatque hanc natalem professionem πανδημοφανῆ Modestinus) similique in *Ærarium* lustrique nummum inferebant. Mos intra tertium ab eo impositio diem, relata à Præfecto Ærarii non *Nomina* tantùm, sed ad confusionem vitandam, etiam Cognomina, nec non dies Nativitatis & Consul, in Actis publicis. Unde Jul. Capitolinus *in Gordiano*, *Cum apud Præfectum Ærarii, more Romano, professus filium, publicis Actis ejus* Nomen *inferres*, V. quoque Brissonium *Antiq. lib.* 1. *cap.* 5. Quod & Indis olim & Europæis hodie quoque non infrequens: Affervabanturque illa Acta, alias *Fasti*, *Tabulæ*, & *Charta dicti*, in templo Saturni, cæteris servio in *Georgicorum lib.* 2. V. Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* Apud Athenienses, postquam quinto à Nativitate die circa focum solenni ritu Infans gestatus & sic Amphidromia peracta essent, die septimo, vel ut plurimùm decimo, *Nominalia* celebrabant: quod festum illis proin Δεκάτια dictum est, Aristoph. *Avibus*,

Οὐκ ἀλλὰ θὲν τὸν δεκάτευτον παῖδ' ἐγὼ,
Καὶ τοῦτ' ἀπαιτῶ κἀπὸ τῶν φρατόρων.

Sacrificio enim peracto, præsentibus Cognatis, quod & apud Romanos Hebræosque fiebat, *Nomen* imponere solebant. Quod quidem in arbitrio Parentis fitum erat, ut Iustr. docet *in Iliad.* 1. Plerumque tamen maximo natu Avi dabatur *Nomen*. An autem uno, an pluribus illi ufu fuerint, non admodum liquet. Mutabant enim subinde *Nomina*, prout ftatus illorum variabat. Hinc Protei filiam, cùm aerate ac fapientiâ creviffet, *Theonoes* nomen affumfiffe: Leucippen, poftquam vendita eft, *Lacænam* fuiffe appellatam: Iimenium in Atracen transiiffe, apud Euripi. *Helenâ verfus* 13. Achillem Tatium *lib.* 5. Euft. *lib.* 9. legimus. Servis inprimis novum ab heris imponi folebat *Nomen*, idque vel à gente, ut ὁ Σάβος, vel à complexione ac colore, ut ὁ Ξανθὸς feu ὁ Πυῤῥὸς: vel à doribus eorum, ut ὁ Πιστὸς, ὁ Δοῦλος: vel à tempore, quo emebantur, ut ὁ Νεομήνιος, Photius *Bibliioth. cod.* 279. quod dein cùm manumiffi erant, iteium mutabant. Apud Perfas, cùm Reges: apud Romanos, cùm Dii fierent homines, fimiliter alia fumebant *Nomina*: Quod *Palæmonis*, *Quirini*, *Ifidis*, *Pyrami*, *Lucuciæ* &c. exemplis patet. V. Fraic. Roftkium *Archæol. Att. lib.* 6. *cap.* 8. Intra feptimum dein annum, *Nomine* pateno, in *vas Φορίσιον* allum, inferibebantur, V. Sam. Petitum *Comm. in Leges Attic. lib.* 2. *tit.* 4. &c. ut & paulò infrà. Sed & *Nomina* mutabant Hebræi, cùm è gravi morbo convaluiffent, velut novam exorfi vitam, Buxtorf. Apud Chriftianos, Romæ Epifcopi *Nomina* mutabant, à tempore Sergii Papæ, quem primum id feciffe, quòd *Os porci* vocaretur, tradit Mich. Scotus *Menfæ Philosoph. lib.* 4. *cap.* 25. Etiam Monachi olim hodieque, aliquot in Ordinibus Eccleſ. mutant *Nomina*. Chronicon Malliacenſe A. C. 1080. *Hoc anno perfectus eſt introitus Abbatiæ* (S. Maxentii) *ſicut ſcribitur in verſibus:*

Anni

Anni

Anni tunc mille Christi sunt 80.
Iisdem confratres eadem domino faciente,
Ad Christum precibus ducat Maximinus almus,
Qui prius Aquitor, Baptismi lege, vocatus,
Post me mosaetur, Maximinus ultro vocatur &c.

V. Procopium *Perside lib. 1. cap. 25.* Interdum *Nomina* personarum mutabantur, cum ea commode efferri non poterant, abea natione, ad quam vel nuptiarum, vel alterius occasionis gratia secedebant. Liber de fundat. Monaft. Gezzecensis A.C. 1083. *Haec propria nomina dicta fuit Pillarda, sed quia Hungaris Teutonica non facile promit Latina vocabula, nomen mutavit Ida.* Inprimis tolemne fuit Graecis Byzantinis, & praecertim ipsis Augustis, cum sibi ex Latinorum gente uxores asciscerent, earum *Nomina* mutare. Ita Johannis Comneni uxor Ladislai Hungariae Regis filia, quam *Pyrrisam* vocant Thyvrzozius, Bonfinius, Pistorius: & Bertha Conradi imp. filia, Manueli, Johannis filio, nupta, *Irenes*: & Agnes Lodovici VII. Franc. R. fil. Alexii Comneni conjux, *Anne* nomine donatae funt. Cujusmodi alia exempla complura fuggerit du Fresne in *Familiis Byzant.* Quod quidem fi, non tam ob nominum exoticorum & quae aegre efferri poffent, *κακοφωνίαν* factitabant, quàm quòd in iis Latinae originis atque adeò cultus Romani notam omnem abolere ftuderent: adeò ut priusquam in manum convenirent, iterati Baptifmi, in quo nomina dari vel mutari confueverant, fpeciem quodammodo, in Latinis uxoribus, adumbrarent, quod Graecis certe objectum ab Anfelmo Epifc. Havelbergenfi *Dial. lib. 3. cap. 2.* *Sicut audio, confuetudo apud vos eft, ut fi quando Graecus Latinam uxorem ducere voluerit, fine plerumq; fi & fuus etiam inter perfonas Auguftales fape factum dignofcitur, quod prius oleo fanctificato in vafe aliquo infufo eam perfundilis & per totum corpus chrifmate & fic demum quaft in vitam & tegem veftram tranfiens matrimonio copulatur: quod quare fiat, fi tamen fic, oppido fcire vellem; videtur enim quodam forma effe rebaptizandi, &c.* Addam verbum de Ethnicis ad Chriftianifmum nomen converfis. Hi *Nomen dare* dicebantur baptizandi, cùm nuncio affuncto in Ecclefiam fe anfinum moliebantur. Quod non uno tempore fiebat: Tribus menfibus ante Baptifmum, factum fuiffe, dicimus ex *Epiftola 3.* Clementis Pontif. *Accedatur autem qui vult, ad Sacerdotum fanum, & ipfi det nomen fuum — ut tribus menfibus jam confumtis in die poffit baptizari.* Quadraginta ante dies vel amplius, habet Siricius *Epift. ad Himerium cap. 2.* Poftetioribus feculis nomina demum impofuerunt inter ipfa Baptifmi folennia, ut notum &c. Nec omittendum, *Nomina* eorum, qui facris ordinibus inciffent, in Commentariis referri confueviffe: adeò folic te ac ferupulofe in iis peragebantur omnia: quem morem Philo aperit *περὶ ἀρχῆς* Οἱ τὰς γένας ἀρχόντων ἢ ἀδοκίμων ἢ μὴ ἐν ἐπωνυμίαις ἢ περιοδονίκαις γράφων, *Qui generis auctores, propter athleticam fortitudinem fcribuntur inter Olympionicas, aut Periodonicas.* Certè Athleta vidor inferibebatur *Nικητὴς* &c. Idem alibi. Sed & *ἐπιδείκτοις γραφαῖς*, *incidi fient in columna, publicis monumentis, fedebant, uti videre eft apud Car. Paschalium Coronar. lib. 6. cap. 18.* De *Nominis* dandi in delectu beneficio, pernaque eorum, qui ad nomina non refpondiffent, V. Livium *lib. 3. cap. 69. & lib. 7. cap. 4. &c.*

Nomina Virorum apud Romanos varia, eorumque vices.

Praenomen dicebatur, nomen, quod *Nomini* totius alicujus Gentis praemitti ſolebat: *Nomini* apud nos proprio reſpondens. Hoc diu poſt *Nomen* in uſu eſſe coepit, nec niſi circa annum aet. 17. cùm virilem Togam ſumerent, imponi ſolitum eſt: Erant autem talia 18. V. infra in voce *Praenomen*. Interim aliquando Praenomen fatim eſſe *Nomen*, docet Priſcianus, exemplo *Tullii Servilii*, *M. Tullii* &c. Nonnunquam ſecundo loco ponebatur, ut *Attius Tullius*, *Manlius Torquatus*, *Tullius Metius* apud Liv. Imò in ultimum locum rejecto ſub Impp. *Nomine* proprio, Praenomen pluribus commune eſſe coepit.

Nomen, dicebatur nomen Gentis Stirpisque omnibus inde deſcendentibus ramis commune, reſpondens Patronymiteis Graecorum, ut teſtatur Priſcianus *lib. 2.* Sicut igitur, Aeaci poſteri omnes Aeacidae, apud Graecos: ſic qui ab Julo, Aeneae filio, deſcendebatur, *Julii*, qui ab Antonio, *Antonii* dicti ſunt. Unde etiam notandum, *Nomina* haec Gentilitia omnia, propriè Adjectiva fuiſſe & in uſu deſiiſſe, excepris, *Peducaeus*, *Poppaeus* & *Norbanus*. Et hoc ſecundo loco communiter poni ſolebat: aliquando tamen Praenomini praepoſitum, aliquando quoque Cognomini poſtpoſitum ſeprehenditur.

Cognomen, propriè *Nomen* erat certae alicujus familiae, vel rami, in aliqua Gente: ut ait Livius, quum Gentem Potitiorum in 12 familias diviſam fuiſſe refert. Sic *Julius*, nomen Gentis; *Caeſar*, cognomen familiae; *Cajus*, nomen proprium ſeu praenomen, erat. Plerumque tertio loco poni ſolebat; aliquando tamen *Nomini* praeponebatur, ut apud Cic. *Gallo Fabio*, *Balbi Cornelii*, *Papum Aemilium* &c. Nonnunquam etiam in *Nomen* mutatum eſt, teſte Valerio Max. cùm ait: *Quintiam Cognomina*, *in* Nomen *verſa ſunt*. Imò Praenominum & Cognominum *perplexum uſum in Conſulum Faſtis* idem Autor animadvertit *lib. 10.*

Agnomen quidam addunt, à Fortuna vel Virtute inditum: Ut cùm Scipionum unus, ab Africa devicta, *Africanus*; alter ab Aſia *Aſiaticus* dictus eſt. Meminit quoque Agnominis Auctor ad Herennium: Nihilominus ſub Cognominibus A-Lipſius &c.

Quibus porro qualia Nomina impoſita?

Foeminae olim habebant *Nomen* proprium ac peculiare, teſte Varrone: ut *Caja*, *Caecilia*, *Lucia*, *Marca*, *Voluminia* &c. Quae nomina, notante Quintiliano, inverſis literis ſcribebantur, Q. T. W. &c. Poſtea illis dari deſierunt: at que, cùm unica in domo erat filia, illa Gentilitio nomine contenta erat, ut *Tullia*, & per diminut. *Tullina*. Cùm plures eſſent, una *Major*, altera *Minor*: vel *Prima*, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta* &c. dictaſſunt. Reperiuntur tamen, quae & Praenomen, V. *ſupra*: & Cognomen habuere. Namque filia Sullae, Miloni nupta, *Cornelia*: & Paula quaedam, apud Cic. *in Epiſt. Valeriae* cognomen habuit.

Liberi Adoptivi, *Nomina* & Cognomina eorum, à quibus adoptati erant, accepere: additio in fine nomine fuae Gentis, vel Cognomine alijus familiae fuae peculiari. E g. *M. Junius Brutus*, cum adoptatus eſſet à Q. Servilio Caepione Agalone, vocavit ſe *Q. Servilium Caepionem Agalonem Brutum*. Octavius contrà, adoptatus à Jul. Caeſare, *Nomine* ſuo Gentilitio retento, illud in Adjectivum mutavit, nominaque voluit C. *Julius Caeſar Octavianus*. Imò & Agnomen retinere poterant: Sic Articus, adoptatus à Q. Caecilio, *Q. Caecilius Pomponianus Articus* dictus eſt: Vel novum Agnomen virtute mereri, quemadmodum Octavius *Auguſtus* poſtea Agnominatus eſt. Huc pertinet, quòd Tiberius, adoptatus à M. Gallio Senatore, bonama quidem ejus, non verò *Nomen* aſſumere voluiſſe, legitur apud Suetonium: Quodque apud Tacitum Criſpus Salluſtius, fuo è ſorore ſcriptae, cui tit. *Nouvelle Methode, pag. 656.*

Nomen Proprium, apud Romanos, liberâ Republicâ, non aliud quàm Praenomen erat, ut *ſupra* vidimus: Hoc fratres cognatique à ſe invicem diſcernebantur, ita, *M. Tullius Cicero* & *Q. Tullius Cicero*. Sub Imperatoribus verò, *Nomen* per *prium*, perſonas varias à ſe invicem communiter diſtinguens, ut minimum in locum rejici coepit; ut *Flavius Veſpaſianus* & *Flavius Sabinus*, fratres apud Suetonium. Quod ſequenti inprimis exemplo clariſſimè oſtenditur: Seneca enim Pater, Rhetor inſignis, cùm nonagnomina iſtiusmodi comprehenſa fuiſſe, teſtatur Salluſtius, cùm de Scipione ait: *cui præter Africano Cognomen fuit à Virtute*. Nec aliunde Cognomina, imò quoque antiquitus frenon inaquam ab hujusmodi caſu, fortuna, aut peculiari aliqua circumſtantiea originem habuere. Aliquando quoque Cognomina mutabant Romani, vel novum addebant; è Tribu Domove nonnunquam petitum, quod Ablativo caſu efferebant, ſic: *C. Verres Romulea*, *Servius Sulpitius Lemonia*, ſub. ea *Romulea*, *ex Lemonia Tribu*. *Signonius* &c.

Quibus nomen impoſitum?

Liberti, uſurpabant Praenomen ac *Nomen* Domini, non autem Cognomen ejus, cujus loco Nomen ſuum proprium retinebant. Hinc erudtus ille Libertus Ciceronis *M. Tullius Tiro* dictus eſt. Idem obſervabant ſederati, ac extranei, qui *Nomen* ejus, per quem in Civitatem recepti erant, ſuum facere erant ſoliti.

Servi olim non aliud, quàm Domini fui, habebant *Nomen*: ut *Lucipor*, *Manciporis* id eſt, *Lucii puer*, *Marci puer*. Poſtea tamen iis *Nomina* ab obtigere propria, & *in Servis intercidit illud genus*, *quod ducebatur à Domino*, ut ait Quintilianus *lib. 1. cap. 4.* Nactiautem plerumque ſunt *Nomina*, à natione, regioneque qua oriundi erant: ſic *Dacus* & *Geta* — *Aſſyrius*, *Syrus*, *Phrygus*, *Lydus*, *Thrygus*, &c. appellari ſolitos fuiſſe, docet Strabo *lib. 5.* Et Varro *lib. 7. de L. L. Tres cum emerunt Epheſi ſingulos ſervos, nonnunquam alius declinat nomen ab eo, qui vendit ar-tenidorus atque Artemon appellat: Alius aut ab regione, quod ibi erat, ſystem: aut ab urbe Epheſo, Epheſium: Sic alius ab alia aliqua re, ut Viſumſeft.* Qui mos hodieque in Gallia aliquo modo obtinet, cùm Pediſſequorum unum *Champagne*, alium *Baſque*, aut *Picard*, quòd ex Campania, Biſcaja, Picardia oriundus ſit, vocant. Cùm autè libertatem adepti ſunt Servi, novum nomen accepere, ut *ſupra* viſum: quò forte alludit Apocalyſ. *cap. 2. verſu 12. &c.* V. Laut. Pignorium *Comm. de Servis*, & praeter Auctores ſuperius laudatos, Auctorem Grammaticae Lat. Gallico Idiom.

nomen Proprium, apud Romanos, liberâ Republicâ, non aliud quàm Praenomen erat, ut *ſupra* vidimus: Hoc fratres cognatique à ſe inviccm diſcernebantur, ita, *M. Tullius Cicero* & *Q. Tullius Cicero*. Sub Imperatoribus verò, *Nomen* per *prium*, perſonas varias à ſe invicem communiter diſtinguens, ut minimum in locum rejici coepit; ut *Flavius Veſpaſianus* & *Flavius Sabinus*, fratres apud Suetonium. Quod ſequenti inprimis exemplo clariſſimè oſtenditur: Seneca enim Pater, Rhetor inſignis, cùm no-

minaretur *M. Annæus Seneca*, filiorum ejus trium unus *M. Annæus Novatus*, alter *L. Annæus Seneca*, Philosophus, tertius pater Lucani Poëtæ, *L. Annæus Mela*, dictus est: Quæ ultima eorum nomina ita illis pectuliaria erant, ut non saltem reliqua communia haberent, sed etiam Seneca Pater sæpius tum sibi, tum filiis, non nisi ultimum horum Nominum tribuerit, ut ex interpretione libri Controv. elucescit: *Seneca Novato, Senecæ, Melæ filiis salutem.* Maximus quoque natu horum Novatus, cum a Junio Gallione adoptatus esset, *Junius Annæus Gallio frater Senecæ*, apud Eusseb. vocatus reperitur; Seneca tamen frater ejus in *Epist.* & *alibi*, ipsum non nisi ultimo trium horum nomine, quod ipsi proprium erat, compellat; quemadmodum & a Luca Evang. in Actis Apost. *cap.* 18. *versu* 12. simpliciter *Gallion* appellatur. Hinc porro factum, ut non nisi ultimum Nomen Viris dignitate eminentissimis, primis Ecclesiæ temporibus, utpote illos satis ab aliis quibuscunque discriminans, dari soleret. Proin S. Hieronymus *Præf. Commentar in ad Galatas*, de Victorino, celebri illo Romano, differens, *C. Marium Victorinum*, quidem appellatum esse notat, ipse tamen *tr. de Scr. Eccl. cap.* 101. ut & Augustinus *Confess. lib. 8. cap. 2.* non aliter eum quam *Victorinum* apellat. Sic, quamvis S. Paulinus, Episc. Nolanus, vocaretur *Pontius Meropius Paulinus*, hoc ultimo tamen solo ab Augustino aliisque, utpote ei proprio, insignitur. Ruffinus quoque perpetuo *à S. Hieronymo & Augustino & S. Paulino* nonnisi *Ruffinus* dictus est. Similiter *Tyro Prosper*, *Claudius Rutilius Numatianus* dictus est. Similiter *Tyro Prosper*, *Cæsonius Rufinus Volusianus*, Romæ Præfectus, *Amicius Boëthius* non nisi *Prosperi*, *Volusiani*, *Boetii* nomine, apud Auctores veniunt. Excipiuntur tamen, annotante Sirmondo *ad Sidonium Apoll.* tres sequentes: *Palladius Rutilius Taurus Æmilianus*, *Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius*, *Callisodorus Senator*, qui *Palladii*, *Macrobii* ac *Cassiodori* nominibus folum celebres sunt: Nisi dicas, ordinem hunc præpostorum negligentiæ illorum tribuendum esse, qui, non observato discrimine liberæ Reip. & Monarchici Reginiinis, unum solum Auctorum horum nominum in titulis operum adponere volentes, primi, loco ultimi ac proprii Nominis, mentionem fecerunt. Idem Sirmondus observat, cum apud Veteres *Nomini proprio* perpetuò Cognomen, seu Nomen familiæ jungi mos esset, sequenti ævo non *Nomen* tantùm *proprium*, sed etiam reliqua, quibus aliquis insignis erat, in singulis variatis, excepto forte Nomine, quod unicæ Majoribus celebrioribus proprium erat. Ita Symmachi Oratoris filius, nomine *Flavii*, patrui sui, & nomine *Memmii*, sui avunculi, assumto, vocari voluit *Q. Flavius Memmius Symmachus*: S. quoque Fulgentius, Patris nomine *Claudius*, & avi *Gordianus* appellari amans, nominatus est *Fabius Claudius Gordianus Fulgentius*: quo factum, ut non raro antiquarum familiarum vestigia perierint &c. V. Autorem retro laudatum.

Nomenclator, alias *Monitor*, item *Farsor*, nomen fervi apud Romanos, quorum plures, ob frequentes falutationes ac prenfationes aderant Domino, qui nomina transeuntium falutanti-umque illi fuggererent. Horum laus erat, plurimos noffe. Unde elegans extat Scipionis minoris apophthegma, qui, cùm Appius Claudius, ejus in ambiendâ Cenfura competitor, jactaret fe, quòd ipfe citra *Nomenclatorem* (namque & fic *Nomenclator* dicebatur) cives omnes nominatim citaret, ipfe autem propemodum noffet neminem, *Vera narras*, refpondit, *nam, mihi ftulto fuit, ut non multos noffem, fed ne cuiquam effem ignotus. Nomenclatoris laus eft, quamplurimos noffe: at egregia Ducis eft, ob egregia in Rem. merita nulli civium effe ignotum.* Horum enim operâ apud Rom. Candidati in conf equendis fuffragiis uti folebant, qui nomina civium, qui omnes prenfandi ac rogandi erant, ipfis fuggerere, atque clam ipfi aures infarcire. Quem morem Cato, quòd per feipfum nominatim falutaret cives, laudatus, exemplo fuo luftulit, jam lege, quæ *Candidato Nomenclatorem adeffe* vetabat, prohibitum. Meminere *Nomenclatorum* Ulpianus *leg. 7. §. debitur ff. de oper. lib.* ut & antiqua Infcr. Romæ: *C. Egnatius. C. L. Euripus. Nomenclator*: & alia Tiburæ apud S. Georgium, *D. M. Aurelia. Primitivæ. Conjugi. Charissimæ, fecit Zosimianus. Aug. Libert. Nomenclator. à. cenfibus. fibi. fuisque. liberis. libertabusque. corum. H. M. H. N. S.* Οἰκονόμος ταμεῖον ἐλεήμων, ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐπιστάτης

τραγῳδίαι ἀλλων χείρω κτλ. Qui omnes cùm Poëtæ simul & Citharœdi fuerint, patet, Νόμων in Poësi, quam Μελικὴν vocant, in hâc esse aliqui, quam carmen vel canticum, in honorem Deorum alicujus compositum, multicis modulis instructum, quod ad citharam vel tibiam canitabatur. Unde inter cantica, in Deorum laudem composita, ὕμνοι πανηγύρεις, παιᾶνες, Νόμοι, aliaque refert Proclus *in Excerptis χρηστομαθίας*, apud Photium. Sic apud Philostratum *in Heroicorum*, Ἀνοιγομένου νόμου, sunt cantiones vel carmina, ad lyram cani solita. Et Suetonius *in Neronc, Ac ne concussis quidem*, inquit, *repentè motu terræ theatro, unde cantaturus discurrit, quam inchoatum ἀθρήνητον nomon*, i. canticum. Græci Grammatici Νόμους, τὰ κιθαρῳδικὰ μέλη exponunt. Ut enim μέλος & melicum carmen significat *& modulos melici carminis*, sic & Νόμος, nam & τὸ κιθαρῳδικὸν μέλος denotat & modum τῆς κιθαρῳδίας: Quemadmodum μελοποιὸς, non tantùm carmen est vel μέλος componere, sed etiam carmen compositum modis temperare & musicis notis expedire &c. Salmasius *ad Jul. Capitolinum in Pio*. Uti autem Comœdi ac Tragœdi actores fabulas, quales a Poëtis acceperant, agebant, nihil iis de suo addentes: ita Lyrœdi quoque ac Citharœdi *Nomos* & Cantica, quæ Poëta Auctore facta, ad citharam vel lyram decantabant. Concepta quippe & Tragœdia integrum carmen, quod initium habebat & finem: *Nomi* quoque *Citharœdici* & omnia cantica Lyrica, cujuscunque tituli & argumenti essent, perfecta habebantur initio & fine. At qui Epica pœmata rhapsodiabant, quia per partes ea simebant cantillanda, quibus nec finis esset, & initium alicunde sæpe penderet, ut perfecti operis haberent imaginem, iis plerumque de suo finem aliquem aut principium accommodabant & adsuebant. Unde Pindari & ex eo exordia sæpe à Jove sumsisse, dicit Pindarus, qua de re V. infrà, & Salmasium *ad Solinum p. 866.*

Nomicus, Græcè, Νομικὸς, item Νομοθέτης, in *Vitis Patrum*, Dispensatorem significat, fortè quia in distributione *LL.* Monasticas præscriptas, quæ Græcis Νόμοι, observavabat. Alii Cantorum Præfectum fuisse volunt, Macer in *Hieroi.*

Nomina Urbium, in nummis recentioris ævi, V. infrà in voce *Urbium Nomina.*

Nominales, quarta Scholastticorum in Comm. Rom. Sectæ, post Albertistas, Thomistas & Scotistas, exorti auctore Guil. Occamo Anglo, à quo etiam *Occamistæ* iidem sunt vocati. *Nominales* autem dicti sunt, quòd Occamus & Rucelinus quidam, Universalia mera esse *nomina*, non res, contra Scotistas, defenderent. Seu: ut ait Aventinus *Annal. Bojorum lib. 6. quòd avari rerum, prodigi nominum atque motuum, verborum viderentur esse asperores*. Sic, quòd jocus Heremannum & *Restaurat. S. Martini Turnac. c. 2. in voce, non vera mora, sed à magnorum virorum Doctorum, in re Philosophiam profitebantur ac docebant, qui inde Reales dicti. i.* Nominalium quidem Dialectica *ad exercitium disputandi est inventa, ideoque, imo loquaciualis ac facundiæ* potissimùm utilis habebatur, ut ait idem Scriptor. Eos porrò *Dialecticæ Hæreticos* appellat Antelmus Cantuarien. *l. de Verbi incarn. qui nominis flatum, inquietus, aut versellus putant esse substantias.* Joh. Sarisberiensis *Polit. c. 26. Nosti pridè* Nominalium *nonnullos ratiocinia mihi placere fatentibus, quòd in sermonibus tota consistens, utilitatem rerum non assumserit, cùm veteres Sapientibus indubium sit, quòd res quæ in Philosophia, non verba. Ut ergo compendiosius agam tecum meorum mihi Realium &c.* Idem *in Metalogico l. 2. c. 2. c. 10. Adhæsit Magistro Alberico, qui inter cæteros opinatissimus Dialecticus eminebat, & erat vera* Nominalis *fecilæ acerrimus impugnator.* Adde *cap. 17.* Dicuntur *Vocales*, in Fragm. *Hist. Franc.* sub Roberto Rege: *Dialectica quoq; hi potentes exuerunt Sophistæ, Johannes, qui eandè artem Sophisticam vocalem esse diffentit, Roberto Parisiensis & Ebrardus Bethuniensis Graecismo. Cf. Alcuinus. Nominales Porretanis* opponit. V. quæ de eo tuque fecit, egit Cæsar Egassius Bulæus *de Universitate Paris. tom. I. An.* 1007. laudatus C. du Fresne *Glossar.* Hinc itaque duæ novæ sectæ, *Realistæ & Nominales*, originem traxerunt, inter quas tantæ contentiones ac odia ferbuerunt, ut non raro à verbis ad verbera, à syllogismis ad fagas devenirentur. Id quod Heidelbergæ, factum fuisse, ubi contigua habebant collegia, five ut tum loquebantur Burſas, Aventinus testatur *Annal. l. 6.* Adeò tum miserabilis Philosophiæ facies fuit, cùm homines, orto abundantes nec ingenio destituti, portentosis rixis & tenebris plusquam Cimmeriis earum involverent; quod vel volumina ævi ejus, non mole minùs, quàm barbarie, formidanda ostendunt. Nec abs re omnino erit, Philosophicum illud bellum, quod A. C. 1364. gestum est, hucreferre. Cum enim Gerhardus Baro à Berg, qui insignis habebatur Rhetor, Magno Brunfuisensi. Duce pacto superato, inter alios, Alebeitum Halberstadiensi. Epiſc cujus vim fecisset, qui subtilis Logicus habebatur, *Logicam & Rhetorica victam esse*, vulgari dicterio increbuit, Georg Hornius *Hist. Phil. l. 6. c. 5.*

Nominalia, V. suprà voce *Nomen.*

Nominari Indignus, inter summa convitia. *Testamentum ve*tus Grunii Porcelli, *Nec nominando coco, do, lego ac dimitto pojam ac pistillum, figo sibi collum de vesle.* Sulpitius Sev. *fine Dialogorum: Quid si vel te quondam, vel me semper audire voluisset, & Martinum magis, quàm illum, quem* nominare *nolo, fuisset imitatus, nunquam à me tam crudeliter discruciatus fuisset.* Gallienus Imp. apud Vopiscum *Probo, Habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante possim esse securus. Qui si suffuisset, nunquam ille, ne nominandus quidem Tyrannus sibi usurpasset Imperium. Hom. Odyss. τ.* Ὄφρ' ἐτεὸν μῦθον· κρυπτάδιον εἰπὲ γυναικί.

Papin. Statius *Thebaid. lib. 3. versu 215.*

multumq; nefas Eteoclis acerbat

Crudelem infantem, q. vocant ——

Alii. Quòd facit, quòd diem suum natalem non numerandum, non memorandum, vocet Beatus Hiob *cap. 3. versu 6. & extremo* ævo Ordericus Vitalis *Hiſtoriæ Eccl. lib. 3. Infandi hominis*, inquit, *dum Ulticensi Ecclesiæ consurgeret, caperunt varias simulatiuum causas colligere.* Hodieque apud Waldenses infensissimum humani generis hostem *nominari* nefas habetur &c. V. Casp. Barthium *Adversar. ad Statium d. l.* inprimis V. *Comment. de Superstit. Vet.*

Nominatores ad pennam, dicti in Academia Parisiensi Philosophiæ Professores, qui scripta sua Discipulis dictabant. *Hiſter.* Academiæ Parisiensis *Tom. IV. p. 948.*

Nomisma, Demosthenis cœterisq; Scriptoribus Græcis *conflatus dinem*, *norem* & *legem non scriptam* notatinde nomen hæsit *nummo*, quia ex privatorum more & consensu sit institutus. Maximè verò usurpatur vox, de nummi figura ac imagine. Glossarium Lat. *MS.* Regium: *Numisma, figura quæ in nummo sit, vel nummi percussura, id est, denarius.* Ita pro monogrammate, quod in monetis delcribitur, in Otton. Colmar. *l. part. an.* 1274. *Rex Rudolfus fecit novum monetam, imprimens numisma Regis coronati.* Sed sæpius pro ipso nummo adhibetur. V. quæ nonavit du Fresne *Dissertat. de Nummis Byzantinis* & Paschasius Robertus *in Epitaph. Wale Abbat. Corbeiensis* p. 313. plura v. ubi de *Moneta &c.*

Nomocanon, collectionis Canonum genus. Cùm enim hos collegendi ac digerendi varii modi sint, ille artificiosior reliquis est, cùm sub certos titulos & rubricas referuntur & digeruntur diversorum Conciliorum Canones, qui *de iisdem* agunt rebus. Verùm hic iterum duplex, Aliquando n. Canones diversorum Conciliorum unius tenoris & sententiæ, seu de iisdè rebus agentes, sub uno titulo aut rubrica digeruntur & citâtur tantùm, ut quis sciat concordantes esse, verba a non recitantur, quod vocant *Vett. Breviarium Canonum*, & istiusmodi Collectiones *Breviaria*, quale Cresconius edidit. Aliquando insuper recitantur verba, quod appellant *Concordantiam Canonum.* Cui recitationi Canonũ diversorum Conciliorum sub certis titulis, cùm subjungantur concordes Impp. leges, Collectio hujusmodi *Nomocanon* appellatur, quia *Leges Nomos & Canones* sociantur: Cujusmodi *Nomocanones* compositere, Joan. Antiochenus Scholasticus & Photius, ambo Patr. CPolitani. Et quidem ille, post quam elaborasset Συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον, *Collectionem Canonum*, in quo opere omnium Conciliorum Canones, *in Codice Ecclesiæ Univ.* secundùm tempotis rationem se consequentes, in titulos digesit: postea *Nomocanonem* quoque edidit, h. e. Epitomen Collectionis *LL.* istorum capitum seu titulorum, omissis integris Canonibus, adnotatâ solùm sententiâ & numero, quibus ὃ κανὼν οὗτος νόμοις, concordet *Leges*, potissimùm Justiniani Imp. Novellas Constitutiones adjecitcuius operis meminit Balsamo *ad, Canonem I. Concil. CPolit. in Trullo habiti.* Ista inter alia complura, similiter *Nomocanonem* publici fecit juris, qui continet elementa totius Juris Canonici Græci, tantique à Græcis fit, ut omnibus collectionibus eum præmittere soleant, etiam ipsi Codici Canonum. Divisus est, in XIV. Titulos, hiq, iterum in certa capita. Congessit in eum, ut *Prolegomena* docent, nunc demum in *Bibliotheca Juris Canon. ves.* vulgata, Canones Concilio rum, Patriarcharum, Epi scoporum & Patrum, quorum clenchum habes apud Gerh. von Mastricht *Hiſt. Jur. Recent. n.* 241. His subjiciuntur *LL.* Impp. Ecclesiasticæ ad eosdem titulos & capita pertinentes & quidè, Canon. sub titulis citantur tantùm, leges non ego, qui diu desideratus, tandem ex *MS.* Bibliothecæ Oxon. in lucem prorractus est, à Justello filio *d. ex* cujus fine colligere est, Nomocanonem hunc collectum esse, annoMundi incondito Græcos 6391. æræ Christianæ 883. Eum commentariis illustravit Balsamo: Latinæ verſiones extant duæ, una quam Gentianus Hervetus, altera quam Henr. Agylæus elaboravit, quæque priore plenior & ad Jurisconsultorum ſtylum propiùs accedit. Primus Gr. & Codice Bibliothecæ Palatinæ edidit Christoph. Justellus A. C. 1615. postea Gr. & Lat. prodiit Parisiis, cum *Commentar.* Balsamonis ex Typographia Regia & interpretatione Hervetı. Patris dein labores reptetens filius Henric. Justellus *in Bibl. Jur. Canon. lib. 1. c. 3.* accuratiſſimè Gr. & Lat. ex verſione Agylæi, cum iisdem Commentariis, evulgavit; additis diu desideratis ipsius Photii *Prolegomenis*, ab Usserio & aliis è MSS. citatis, V. *Prefationem Bibl. cit.* Atq, ita quidè *Nomocanones* apud Græcos in usu fuere, hactenus Occidentalibus ignoti, qui Canonibus Ecclesiasticis contenti, *LL.* Impp. Ecclesiasticas quidem sequebantur, sed Codici Canonum aut Collectionibus eas nondum inferuerant, aut ſuffragere arbitrabantur Caroli & aliorum Capitularia, in quibus ea simul habebantur: usque ad Ivonem Carnutensem, qui opere Burchardi Wormatiensis accensus, quòd ejus Collectioni *LL.* Civiles & Jura Rom. deesse cernerct, *Decretum* edidit, de quo

V. *fusolaco*. Plura autem hanc in rem, apud præfatum *Hiſtor. Eccl.* Auctorem, *num.* 149. & *ſeqq.* item *num.* 266.

Nomophylaces, quinam olim dicti ſint, docet Columella, *lib.* 12. *cap* 3o *fin* cum ait: *In bene moratis Civitatibus ſemper oſt obſervantium, quarum Primoribus atque Optimatibus non ſatis visum eſt bonas leges habere, niſi Cuſtodes earum diligentiſſimos teres adhibuiſſent, quos Graeci Νομοφύλακας appellant.* Et Cicero de *LL. lib.* 3. *Legum cuſtodiam nullam habemus. Itaque hae leges ſunt, quas Apparitores noſtri volunt, à Librariis petimus, publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus, Graeci hoc diligentius, apud quos* Nomophylaces *creantur.* Tales porro cum Romani non habuerint, male à quibusdam confunduntur cum Ἰερομνήμοσι, ſeu ſacrorum Scribis, quos dixit Scævola, *lib.* 2. *de omnib. Tribunal.* & *Hieraphylacibus*, quos Ædium ſacrarum cuſtodes, Ædituos vel Ædituorum Hadrianus Turnebus *Adverſ. lib.* 14. *cap.* 12. *Ἱεροφύλακας*, id eſt, *Sacrarum ceremoniarum Doctores.* Jul. Pollux & Plut. *in vita Numa*, vocant. Sueton. *Auguſt cap* 3. *Se ipſe poſſeſſorem ac veluti Ædituum* (i. cuſtodem) *ſibi, quod Divus Auguſtus naſcens auxiſſet.* V. Tho. Dempiterum *Paralipom. in Joh. Roſini Antiqq. lib.* 3. c. 31. Nempe apud Athenienſes, propriè, *Nomophylax* Græce Νομοφύλαξ, i. *Legum cuſtos*, officium à Nomothetis diverſum, magnique honoris nomine fuit. Fuit ille enim à Nomothetis Leges credebantur exploratæ, probatæque, nifi præſeripti illarum eſſent uſus & ſecundum eas judicaretur: quod *Nomophylaces* ut fieret curabant. Illorum officium diligenter exequitur Cicero de *LL. lib.* 3. ubi porro, *Graeci*, inquit, *hoc diligentius, apud quos Νομοφύλακες creantur, nec ii ſolum literas* (*nam id quidem etiam apud Majores noſtros erat*) *ſed etiam falſa hominum obſervabant ad Legeſque revocabant.* Et quidem ſecundo dignitatis gradu erant, ut qui Proceſſis adhibe rent, ſtrophio quoniam linteo capita redimiti, Joann. Calvinus *Lexic. Jurid.* In Imperio CPolitano idem nomen in uſu fuit, unde Conſtantinus Harmenopulus, *in lib. Epitomes divin. Canonum*, appellatur Πανόπλης Σοφωτὰτος Κανὼν Οικουμενικὸς, *Protoſebaſtius*, *Nomophylax* & *Judex Theſſalonicae*; & Theodorus Balſamon inter titulos ſuos, ſimiliter *Nomophylax* & *Charophylax* vocitatur: ſed quale proprie *Nomophylacis* CPoli officium fuerit, hodie non ſiquet. V. Jul. Cæſar. Bulengerum *de Imperio Rom. lib.* 1. *cap.* 109. ut & ſupra *in Nomicae*.

Nomothetae, Græce Νομοθέται, h. e. *Legislator*, quis dictus, V. ſupra ubi de *Legibus*, & plura, apud Alciatum *Diſputat. lib. 2. cap.* 8. Budæum *in l. 1. ff. de juſt. & jur.* Poſtellum *de Magiſtratibus Athenienſium lib.* 1. c. 5. Meurſium, Petitum, Alios.

Nona, æ, Meridies, tempus prandii, ſæpe in antiquis Manetiorum membranis: Unde Meridies Anglis *None*, & *Noneſide*, quod Saxonice eamen expreſſe ſonat horam nonam, id eſt, pomeridianam tertiam; non Medium ratione à Romanorum Coena ducti, qua hora diei nona fuit, ante quam ſolemniter non comedebant. Quod enim Prandium vocatur, levius parciuſque ſumebatur circa Meridiem, unde & nomen. Nam *ἀριστο* apud Plut. *in Synopſ.* tempus Meridianum ſignificat: & quod poſtea *Jentaculum* nuncupatum eſt, olim *Prandium* fuit appellatum. Sed & Clericis ante horam tertiam, non licuiſſe convivia inire, apparet ex S. Martini Bracarenſis *Collect. Orient. Canonum cap.* 65. Hardeuinus autem Prandia Curialibus iuis in die appone bat: Regem vero Anglo Normanni, ætate H. Huntingtonis, ſemel tantum in die ſuis telcam ante prandium, Huntingtonus *in Hardecnuto pag.* 365. *l.* 6. apud Henr. Spelmannum. In Eccl. Rom. præter Officium Eccleſiaſticum diurnum, quod hora diei *nona* peragi & decantari mos, teſte Durando *lib.* 5. *cap.* 8. ſignificat vox quoque partem fructuum *nonam*, quam ex agrorum cultu perſolutam eſſe, docemur ex Capitulis Caroli M. *l.* 5. *cap.* 147. *De his, qui agros dominicos propterea neglexerunt excolere, ut Nonas ſvinde non perſolverint, & alienas terras ad excindendum propter hoc accipiunt, volumus, ut de villis annis ipſam Nonam cum ſualege perſolvant.* Ubi *Nona*, eſt *nona* ut loquimur, *gerba*, quæ præſtatur ab eo, qui agrum dominicatum & in benenicium datum colit: unde ſtuxit apud Gallos ejusmodi *gerbarum* præſtatio. Ex quibus intelligendus Harigeus in *Vita S. Landolini num.* 13. *Delegavit ad ipſam quietis eorum Baſilicam nonam fructuum ſuorum portionem, quia decimam alterius conſtaret eſſe Eccleſiae.* Decima nempe fructus agri eſt Eccleſiæ, cujus eſt diœceſis: Eccleſiæ alteri delegatur, intuitu patroni ac ſigure precariocjus olim fuiſſet. Interdum vi na ſimul ex prædiis *Nonæ* & decimæ perſolvebantur, Eccleſiis ſe. quorum ea fuerant quæq; ab iis in beneficii vel precario data fuerant, ac *Nonæ* quidem jure colonario, *Decimæ* verò jure Eccleſiaſtico, qua de re V. prolixè agentem C. du Freſne *Gloſſar.* A *nona* dictum *Nonagium*, pars nona mobilium defuncti, quam ad ſe ſpectare contendebant Parochi, ſub ſpecie de ea diſponendi ad pios uſus. Extatque Bulla Clementis VI. data Avenione anno 4. Pontif. qui *Aforarium* ſeu tertiam partem bonorum mobilium, quæ & *Terciagium* dicebatur ac Epiſcopis & Clero penſitabatur ex bonis defuncti orum parochianorum ſuorum, ad nonam tantùmeorundem mobilium partem reducit, quam *Nonagium* idem vocat. apud eundem, V. & hic infrà.

Nona Horologiorum, apud Romanos *Suprema* dicebatur. Quamvis enim antiquiſſimis temporibus *Suprema* dicebatur de Sole jam occidente, poſteri tamen ante Solis occaſum, eam ponebant. Prætorius Tribunus Pl. ſcitum fecit, ut *Prator Urbanus utque ad Supremam jus inter cives diceret.* Ubi *Suprema*, accepere de Sole jam inclinato ad veſperam, quam Sol à columna Mænia ad caſtrorum radios mitteret: quod ubi videbat Accenſus, *Suprema* pronuntiabat, Poſt hanc cum Cenſorius ſequi faciat veſperam, dein crepuſculum, inde *Noctem*, tum *Nonam*, tum *Suprema*, tum horam nonam horologiorum reſpondiſſe. Nam poſt *nonam* Sol inclinabat, & veſperaſcebat dies: quæ hora, inter legitimas horas orationis iam à primis Eccleſiæ temporibus locum habuit. *Canon.* 18. Concilii Laodic. Περὶ δὲ τῶν αὐτὸν λειτουργῶν ἢ ψάλλειν, ἢ ὡς δεῖ ἐπὶλαὸν ἢ ὡς δεῖ ἐσπέρας. *Eadem ſupplicationes ad horam nonam & veſperam operare celebrari* &c. Salmaſius *ad Solinum pag.* 649. V. ſupra, in hac *Cannicae* & *Nona*. Contra ad *Nonam* ut plurimum patebant balnea, & ante Solis occaſum claudebantur. Lamprid. *in Alexandro Severo*, *Addidit & alium luminibus thermarum, cum ante & ad nonam paterent & ad Solis occaſum claudeventur.* Eadem horâ & tabernæ vinariæ & lupanaria aperiebantur: unde *Nonaria* meretrices dictæ, quòd ad *nonam* proſtarent. Vetus Interpres Perſii, *Nonaria dicta meretrix, quia apud Vat. a nona hora proſtabant, nevnare omiſſa exercitatione illo brevi adoleſcentes.* Tertullianus, *Apud quadam vero colonias propterea annuntiatis ſacris velati & cinere ſuperſtitioſi ſuis invidiam ſupplicem objicium, balnea & tabernacula in horam nonam laudantur, nunc in publicis ignis apud aras, aqua nec in lanciibus.* Sed hoc in Coloniis Romæ v. nunquam ante *nonam*, tabernæ, balnea, lupanaria patebant, usque ad Hadrianum Imp. qui octavam thermis aperiendis videtur conſtituiſſe. Sic Martialis,

Nunciat octavam Pharia ſua turba juventæ,
Atq; pilata trilis ſamoſ, ſabbata, chori,
Tempora ſola deerant.

Ab octava igitur ad nonam hora lavandi: ubi nona ad *decimam* cenandi &c. V. Salmaſium *Not. ad Spartianum in Hadriano.* De *hora nona*, ſacrificii veſpertini & publicæ orationis, à Deo inſtitutæ, tempore apud Hebræos, quæ tertiæ noſtræ pomeridianæ reſpondet, quaq; Petrum & Joannem Templum frequentaſſe legimus, Act. c. 16. v. 15. V. A. Rivetum *Sum Contr. tract.* 2. *Queſt* 35.

Nona & Decimæ. Juxta quorundam opinionem. Decimas omnes Eccleſiæ debant, *Nonæ* pii quidam, ex proprietate in Deum animo, Concil. Valent. 85. *can* 10. Concil. Mogunt. anno 813. *can* 42. Concil. Meldenſe A. C. 845. *can.* 26. &c. Quam ſententiam explodens Jo. Seldenus, qui *Nonas* cenſum ſeu reditū illum agrarium fuiſſe contendit quem Elocator à Conductore percipiebat, ſatis ſuperque probavit, ab Henr. Spelmanno *Gloſſar. Archaeol.* V. quod, ſupra.

Nona, *arum*, tertia Menſis pars inter Kalendas æq. Idus interjecta. Dictæ vel à *nova* Luna, quòd in eas Lunæ incurreret primi ejus Vel, quòd initium eſſent *novæ* obſervationis, ſicut Rutilius ſcribit, Romanos inſtituiſſe, ut octo quidem diebus Ruſſici in agris opus facerent, *Nono* autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legesq; accipiendas Rom. venirent. A iis ſic appellatas volunt, quod ab eo die ſemper ad Idus, *novem* dies putētur. A iii, quòd ut novus annus Kalendæ Januar. à novo Sole appellatæ : novus menſis, à nova Luna Nonæ Varr. Ita ergo vocabantur dies, qui proximè Kalendas inſequebantur: Horum in Martio, Majo, Junio aq. Octobri ſex, in reliquis quatuor, jam inde à Romuli temporibus fuere. In enim, quum ita menſes diſtribuiſſet, ut alii eſſent dierum triginta unius, alii undectriginta; tum, ut ex die *Nonarum*, Idus nono die eſſent, & inter Idus ac ſequentes Kalendas ſeſtecim dies intercederent, in menſibus illis, qui 31. dies habebant, inter Kalendas & *Nonas* interjecit duos illos, quibus menſis augebatur, dies; Unde ſiebat, ut tales menſes ſex, reliqui quatuor *Nonas* haberent: quod etiam Cæſar, cum annum aliter ordinaret, obſervavit, ne ſtati ſacra, quæ à primis initiatis inſtituta fuer, transferrentur. Illi diebus populus ex agris in urbem, uti dictum, conveniebat, in arcem, ibiq; Rex ſacrorum prædicebat, quinus (vel *privus*, ut Joſepho Scaligero placet, id eſt, *ſingulus*) ferias menſium, ut ſciret quid eo menſe illiceſſet faciendum, Macrobius. V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. l.* 4. c. 4. Nuptiis non convenire olim viſæ ſunt *Nonæ*, ſicut nec Kalendæ, nec Idus; Ratio, quia primus Nuptiarum dies verecundiæ dabatur: Poſtridie autem nova Nupta in domo Mariti dominium incipebat adipiſci & rem divinam facere tenebatur, quod poſtridie *Nonarum* fieri non poterat: Omnes enim poſtridiana ſex poſt Kalendas, *Nonas* Idusque atri habebantur. V. Macrobium *Saturnalium lib.* 1. &c. In nullius Dei tutela *Nonas* fuiſſe, indicat Ovidius, canens:

Nonarum tutela Deo caret;
cùm Kalendæ in Junonis Idus, in Jovis patricinio eſſent. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. ead. cap. ſeq.*

Nona totius Anni apud Rom. celebriores.

Nonis Februarii, Cn. Octavius Auguſtus Pater Patriæ cognominatus eſt, V. Suetonium, Dionem, alios. Ovid. *Dum canimus ſacras alterno peſtine Nonas, Maximus his factis accumulatur honos.*

Nonis Junii, ſacrum ſiebat Deo Fidio, de, quo idem *Faſt. Nonis*

Nonis Quintilibus, quæ & Non*æ Caprotinæ* dictæ, in Latio Junoni Caprotinæ* mulieres sacrificèabsit sub caprifico, virgam ex hac arbore adhibentes: ob quod toga illis præsexta data est, Varro de *L. L. lib.* 5. Vocat fœtum illud *Ancillarum* Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 11. ob memorabile ancillarum Rom. facinus, de quo V. in voce, *Caprotina Juno.*

Nonis Decembribus, Fauni fœtum erat, quod Faunalia appellabatur. V. Horatium *l.* 3. *Carm. Od.* 18.

Non gensi, aliàs *Custodes* quoque vocati, dicebantur teste Plinio *lib.* 33. *cap.* 2. apud Romanos, qui cùm rogarentur Leges, cistis suffragiorum cultodiendis erant præpositi. Postquam enim diribitæ vel distribuæ cutiq; ne duæ essent tabulæ, quarum una his duabus literis *U. R.* id est, *uti rogas*; altera lit. *A. t. antiquo*, signatæ erant: Appositi fuere in qualibet Tribu aut Centuria ponites, ideft, mensæ quædam angustæ, similitudinem pontium habentes, ut per suum singulæ pontem suffragium ferrent. Pontibus autem his impositæ erant duæ cistæ oblongæ, una in qua accipiebant, altera in fine, quas *Nongenti* custodiebant: fiebque per pontes transibant ad lationem suffragii, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent, Joh. *Rosinus Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 2. Erant Custodes hi ex omnibus felectis, unde alius se *Nongentum*, alius *Selectum* appellavit, Plinius ubi *supra*. Hi, postquam omnes tabulæ, in ultimam cistam erant conjectæ, illas inde eximentes, numerabant suffragia, & quot quisdem sententiæ deprehendebant, totpunctis in tabella quadam vacua annotabant, eadem Tribus aut Centuria; voluntatem cognoscebant, quia à Præcone postmodum clarè voce renuntiabatur: qui rationem in reliquis Tribubus aut Centuriis servatà, ex majore tandem Tribum aut Centuriarum numero, antiquabatur vel fcifcebatur lex. Neque solùm in per erendis Legibus, fed etiam aliis magni momenti negotiis, id moris obtinuit. Unde phrases, *Suffragiorum puncta non tulit sejsem. item Omne tulit punctum.* V. quoq; Thom. Godwynum *Antholog. Rom. l.* 3 *fect.* 1. *c.* 2.

Noni, prò *Monachi*, in *Monachia*, & *Nonis*, pro *Monis*, Virgo Moniali, V. supra in voce *Moni*.

Nonia Celsa, adulteriis intamis, tandem Macrino nupsit, ex eo mater Antonini Diadumeni: Unde versus in illam, apud Jul. Capitolinum *in Opilio Macrino*,

Vidimus in somnis ores (nisi fallor) & istud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui pater venali genitus, fed matre pudica:
Omnem nam macchus passa est, ensumq; vagavit.
Ipsa tibi carnus matchus fuit, inde Marinus &c.

Nonigentum, } V. infrà *Novigentum*.
Viri Illustres.

Nonius, Senator Romanus, de quo ita Plinius *lib.* 37. *cap.* 6. *ubi de Opalo gemma*: *Magnitudinem avellanam æquat, insigni apud nos historia. Siquidem exas hodieque hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius Senator est. filius Strumæ* Nonii *ejus, quem Catullus Poeta in sella Curuli visum indigne sulit, avusque Sorilli Nonius, cum Consulem victimas. Ille fugiens proscriptis omnibus, forunsis fuis hunc & fortunis fuis omnibus annulum abstulit secum, quem certum est sestertii viginti millibus æstimatum: Sed mira Antonii feritas atque luxuria, propter gemmam proscribentis, nec minor* Nonii *contumacia, proscriptionem suam amantis, cùm etiam fere abrosæ partes corporis reliquam, propter quam periclitari sesolunt.* Vide de valore gemmæ hujus disputantem, contra Vitum doctum, qui viginti mille sesterria, contendit esse decies centena millia Bornhovrius, Joh. Frid. Gronovium *lib.* 2. *de Pecunia vet. cap.* 2. & plura hujus generis apud Meurfium *de lusu Rom. cap.* 5.

Nonius Gracchus, Nobilis Romanus sine causæ dictione, jussu Severi Imp. interemptus, apud Ælium Spartianum *in Severo.*

Nonius Marcus, memoratur Julio Capitolino *in Clodio Albino*, inter eos, qui malè de Commodo apud milites loquebantur. Ita enim ibi Commodus *Epist. ad Albinum, Audio enim & Septimum Severum & Nonium* Murcum *male de me apud milites loqui, ut sibi parent. flationis augusta procurationem.*

Nonnia, Moniali, Sorore Patris, fecit *Nonnus* Monachus. Hieronymus in *Epist. ad Eustochium*: *Et quia*, inquit, *maritorum expers & dominatum, vidualitati præferunt libertatem, cassæ vocantur*ę Nonnæ. In quem locum Erasmus, *Apparet*, ait, *hoc verbi ab Ægyptiis in vulgi sermonem veniss; quorum lingua puto Monachos & Sanctos* Nonnos *fuisse vocatos*; *Monachas & Virgines* Nonnas. *Nam memini Suidam* Nonni *cognidam Ægyptii*, qui *Parthenejum Theologum versionis interpretatus*: *Et Parthenos Græce Virginem sonat, quasi Virgo scribens in Virginem.* Apud Henr. Spelmannum Amerbachius *Not. ad Capitul. in Constitut. Caroli M. quod in scribitur Clericis & Nunnabilus* ; vel edit. Lindebrogiana *Capitular. lib.* 1. *cap.* 17. *Clericis & Nonnabus*, vocem docet à Germanis acceptam, per translationem, propriéque significare contendit *Sueunsstratam*; *Sicut contrà Græca vox equos castratos nominamus eos, qui se castrant propter regnum Dei*, verba præfati Spelmanni *Glos. Archaiol.* voce Nonna, Vossio vero Hebr. נון *nin* & Ægypt. Non, filium notat: unde *Nonni* & *Nonnæ*, quibus præerat Abbas, h. e. *pater*, dicti. V. eum de *Idolol. lib.* 1. *cap.* 24. Hinc *Nonnatus*, cognom. Arnoldi Com. Asiaticensit, cujus meminit Charta Condomensis his verbis: *Arnoldus Comes Asiaticensis cognomento Nonnatus, quòd cujo Matrisi ventre extractus fuerit*, apud C. du Fresne Item Raymundi Cardin. ob eandem rationem, apud Marcum *Hieroslexico*. Idem se erit cum voce *Cæsar*, de qua alibi: & *Nonnus*, sorte *Nonnanes*, Matricularii Ecclesiarum, id est, pauperes fenes, in *Præc.* pro Abbatia S Germani Autisiodor. A. C. 864. apud eundem. V. ubi de *Matriculariis*, & plura infra.

Nonnus, Papiæ *major*, *ob reverentiam*. Regina S. Bened. *cap.* 62. *Juniores autem Priores suos* Nonnos *vocent*, *quod intelligitur paternæ reverentiæ.* Synodus Aquisgr. A. C. 817. *c.* 54. & ex ea Additio 1. Ludovici Pii. c. 74. *Utique præponuntur* , Nonni *vocentur.* Quà notione Cæsarius *lib.* 1. *cap.* 7. & 27. *Nonni* vocabulum quandoq; præmittit Monachorum seniorum appellationibus: *Sicut mihi dicere solitus erat Nonnus Convadus senex Monachus noster.* Alibi, *Hæc mihi dicta sunt à Nonno Friderico Monacho.* Ubi *Nonnus* idem, quod *Dominus*, valere vult du Fresne. Sic *Vita* Caroli Abbatis Villariensis num. 13. *Una cum Nonno Waltero, tunc temporis Monacho, postea Abbate Villariensi.* Salomon Epitc. *ad Dadonem Epist.*

Ut sicut Nonnus *scripsit filius, Sacerdos*
Hieronymus noster, sanctius sapiens, Magister, &c.

Hodieque Italis *Nonno*, avus dicitur, patet patris vel patet matris, ut avia *la Nonna*. Hinc *Nonna*, Sanctimoniales, præfertim fenes virgines aut sacræ viduæ: sicut enim *Nonnus* reverentiam patrem am, ita *Nonna* maternam denotat. Hieronym. *Epist. ad Eustochium*: *Ille interim, quæ Sacerdotes sui viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam, & quia maritorum expers dominatum, vidualitati præferunt libertatem*, Castæ *vocantur* & Nonnæ, *& post canam dubiam Apostolos somniant.* Adde eund. in *Præf. ad vitam S. Hilarionis*, &c. Pro *Nonna*, legimus *Numa*, in L. L. Alvredi Regis West Saxiæ *cap.* 20. apud Brompton & Henr. I. Regis Angl. cap. 73. & in *Gloss.* Æfrici. V. Rosvveidum *Onomasl. ad vitas Patrum.* Idem *Nonnanes* & *Nunnanes*: quo nomine quidem Monachi veniunt, in Concil. Cloveshoensi A. C. 747. *cap.* 19. Capitul. Caroli M. *c.* 7. & 8. Tra it. Fuldens. *l.* 2. *c.* 38. Monachæ vero in iisdem Capitul. Caroli M. *c.* 789. *c.* 3. &c. apud du Fresne *Gloss.* Origo horum *Nonnorum* feu Monachorum ad fecula N. C. tertii medium pertinet, quo Paulus Thebæus, Eremita primùm, dein Monachus in Ægypto factus est, occasione decimæ persecutionis. Cujus vestigia cùm in eadem Ægypto Antonius premeret, ex hujus fectatoribus Hilarion fuit, quem multis porro insequitis, duo prodierunt mox Monachorum genera, *Eremiticorum* & *Cœnobiarum*. Ex Ægypto verò brevi tempore propagatum institutum est, in Palæstinam per Hilarionem: in Armeniam, Paphlagoniam, Pontum, per alios in Græciam, per Athanasium, qui in exsilio Trevirorum *Nonnos* vixerat: Hunc sequutus est Gregor. Nazanzi Basilius M. se adjunxit, Monasteriorum in Oriente strenuissimus propagator. In Occidentem serius paulo Monachatus introductus est annitente maximè Hieronymo, in Syriam prope Bethlehemum ideo se conferente. Augustinus et. vitam hanc alicubi commendat, quamvis nec ipse Monachus fuerit, nec regulas iis tradiderit. Nec fequior fexus, qui hisce in rebus sæpe primas tenere solet, huic instituto defuit. *Nonnarum* n. seu Virginum in eo statu ad finem vitæ perseverantium & illibatam virginitatē servantium, jam Tertull. & Cyprian. meminere, quæ tum *Asceticæ* dictæ, V. *f.* 1. Monasteria verò earum & collegia primitus deprehenduntur sub Athanasio in Ægypto, unde ingruentibus mox Arianorum persequutionibus, ab exulibus Ægyptiis Romam instituram delatum est; impellente præcipue Hieronymo Romam reverso, qui Marcellam aliasq; matronas illustres fecerat nonnas, animo forsan non malo, sed *instituto* parum convenienti, in Orientem, ad Monachatum fecum abduxit, & scriptis insuper suis id in Occidente longè latèque propagavit. Quærebatur autem eo tempore ab utroq; fexu solitudo, ut sanctitati unicè operam darent; neque Monasteria aliud quid tum erant, quàm Scholæ, in quibus omnimoda eruditio ingenti studio tradebatur, nec inerti otio Monachi diffluebant, fed manuum labore tolerabant vitam idq; citra omne votum, aut ciborum vestiumq; discrimen, aut humanarum regularum excellos. Quare etiam eximii Viri ex Monasteriis illis prodierunt, Virgineq; votis legibusque non magis erant addictæ, fed Psalmis Deum laudabant & verbum ejus vernaculo sermone legebant. In Occidente Monachorum collegia primus erexisse legitur Benedictus Nursinus, qui eorum vitam tribus votis ille adstrinxit ad cujus exemplum, fœminis & Virginibus ejusdem facti dux fuit fœmina, soror ejus, *Scholastica* nomine; quæ instituti ratio brevi per totum Occidentē dimanavit; ut ab hisce mox temporibus, non interrupta ferie, ed nonum usq; seculum Ordo *Benedictinorum* floruerit. Seculo verò X. ordo hic in varias familias dividi cœpit: quibus seculo XII. accesserunt varii Ordines Equestres, ut *S. Crucis &c.* Per quæ incrementa fenfim prioris Monachat ingritas collapsa est. Exorti porro medio seculo XII. *Ordines Mendicantium*, quorum quatuor præcipue sunt familiæ: *Augustinianorum*, *Carmelitarum*,

Dominicanorum seu *Praedicatorum* & *Francifcanorum* seu *Minoritarum*. Qui licèt ordine poftremi, fœcunditate mox primi evaferunt & immenfum in numerum excreverunt, per Francifci, quæ ipfi attribuunt, miracula & audacem inter CHRISTUM & illum fimilitudinem ac utriusque comparationem. Poftea nato inter Dominicanos & Francifcanos fchismate poſteriores hi in variasterum fectas fcifi funt, quarum principes tres hæ: *Conventualium*, *Fratrum de Obfervantia* & *Capucinorum*. E' quibus fectis, licèt aliquæ magnam inter fe fæpe fimultatem exerceant, in id unum tamen omnes conjurarunt, ut ftrenuam Pontifici navarent operam, præcipuaque Latinæ Eccleſiæ dogmata & Theologiam Scholaſticam ubique inveherent. Ultimus fuperadditus eſt prioribus ordo *Jeſuitarum*, circa A. C. 1535. poſtquam jam longe lateque à fuis ruit aliquot Evangelica doctrina effent annuntiata, auctore Ignatio Loiolâ, nobili Hiſpano; qui infeliciter aliquandiu militem profeſſus, ad auſterius vitæ genus ſe contulit & tribus ordinariis votis quartum, *de casu & ſpeciali erga Papam obedientia*, adjecit, &c. His Ordinibus ſacris factum regimen & Hierarchia conveniebat, de qua proin anxiè diſputatum eſt in Concilio Tridentino; *An in Ordinibus ſolis; an etiam in Jurisdictione conſiſtat; an in utriusque commixtione* quæ vulgatis ſententiis eſt. De forma ejus quoque laboratum, dictumque a nathema eſt negantibus, Hierarchiam in Eccleſia firmatam inſtitutione divinâ, quæ conſtat Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis &c. Franc. Burmannus *Synopſ. Theol. Tom. II. lib. 8. cap. 12.* V. etiam ſupra in *Monachi*.

Nomina Panopolita, adde: Natione Ægyptius, patriâ Panopolitanus fuit, vixitque in Græcia circa A. C. 500. Petræo. De nomine ejus conjecturam Erafini, V. ſupra in voce *Numa*, *Ejus in Johannem Evangel. Paraphraſis* prodiit Græce & Latinè, cum *Notis* Petri Nanſii, & Lugduni Batavorum A. C. 1589. Græcè & Latinè cum *Notis* Sylburgii, 8. ex Typogr. Comeliniana, A. C. 1596. octav. Græcè & Latinè cum *Notis*, Pariſiis A.C. 1623. octav. Græcè & Latinè, cum Heinſii *Exercitationibus*, Lugduni Bat. A. C. 1627. *Paraphraſis erudita*, Neandro: *Genii mirabilis Poëta*, Dempſtero: *Ægyptius eloquentiſſimus*, Poſſevino.

Norax, & *Norbanus* Rex, apud Solinum, V. *Nora*.

Norbana, & *Norbanus*, inter eos, qui, poſt detectam contra Commodum conjurationem, hujus juſſu, funt interfecti, apud Æl. Lampridium *in Commodo*.

Nordburgum, caſtrum Duc. Sleſuic. ſub proprio Principe ex familia Oldenburgo Danica. Johannes enim minimus natu filius Chriſtiani III. Danic R. frater Friderici I. Regis, cùm numeroſam ſuſcepiſſet prolem, è duabus conjugibus, Elifabetha Brunſuico-Grubenhagia & Agnete Hedvige Anhaltina, ex filiis Johannes Adolphus natus A. C. 1576. *Nordburgum* inhabitavit, vitâ defunctus A. C. 1624. Ei poſtea ſucceſſit frater Friderieus, qui natus A.C. 1581. *Nordburgum* linquens hodieque ſuperſtitem orſus eſt, extinctus A. C. 1658. Eo nati, ex priori conjugio Julianâ Saxo Angrivarià ductâ A. C. 1627. Johannes Bogislaus, qui privatus *Nordburgi* vivit: è poſteriori matrimonio A. C. 1631. inito Eleonoræ Anhaltinæ, Chriſtianus Auguſtus, qui Anglis militavit & Hierofolyma inviſit, ac Rudolfus Friderieus, qui in Belgiolegioni præfuit: tum ex altero ſexu Elifabetha Juliana (n. 1634. Antonii Ulrici Duc. Brunſuicenſis) Dorothea Hedvig (n. 1636. Joh. Friderici Com. Hohenloici) & Luiſa Amœna (n. 1643. Joh. Adolfi patruelis uxores), omnes *linea Sonderburgica in Nordburg*. V. Phil. J. Spen. *Syllog. General. Hiſt. in Fam. Danica.*

Noribergæ, adde: Poſtquam Electoratus Brandenburgicus ad Burggravios *Noribergenſes* translatus eſt, A. C. 1417. Friderieus Burggravius à Sigismundo Imper. Marchiam emit 400000. florenis, quam ſummam ut conficeret, Burggraviatum vendidit 180000. vel, ut alii, 240000. floren. reſervatis ſibi fuisque aliquot Regalibus, quæ cum tempore Hohenius exſtirpaſſe dicitur. Hæc credita & atrocia bella inter Ordines Brandenburgicos ac *Noribergenſes*, cùm hi nullum titulum concederent, regalia ſibi reſervarent: Primumque bellum exortum eſt, A. C. 1448. in quo admirabilis eluxit fortitudo Alberti Achillis, de quo Æn. Sylvius *in Europa cap. 39.* Alterum exarſit A. C. 1552. Duce Alberto March. Culmbacenſi & Onoldino, in quo *Noribergenſes* & Socii Blaſſenburgum, munitiſſimam Alberti arcem oppido *Cuimbach* imminentem expugnarunt A. C. 1554. & funditus everterunt: ſed Alberto extincto, judicio Ferdinandi I. Imp. fuis ſumptibus reſtaurare coacti, Sleidanum *lib. 24.* & *25.* Thuanum *Hiſtor. lib. 2.* &c. Georg. Hornius *Orb. Polit. Part. II. pag. 75.*

Norma, inventum Theodori Samii, Plin. *lib. 7. cap. 56.* Græcis γνώμων, eſt quâ angulexiguntur, an recti ſint, ut perpendiculum, quo altitudines: linea vel regula, quâ longitudines explorantur. Lucianus *in Harmonide*, Ὁ γνώμων ὅμοιός ἐστι κανόνι καὶ στάθμῃ, *norma & regula ſalium*. Gloſſæ, *norma*, κανὼν, τὸ κατ' ὀρθὸν γνώμων. Cicero *Academ. 2. Atqui ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis*: κανόσι καὶ γνώμοις, κανόσι. Componitur ex angulis rectis & Latinæ literæ *L.* formâ repræſentatur: unde angulus rectus *Normalis* propriè Latinis dictus, qui ex rectis lineis comprehenditur; acutus, qui compreſſior recto, *minus Normali* & obtuſus, quia recti excedit normam, *plus Normali* appellatur. Quam in rem V. Salmaſium *ad Solinum pag. 669.* & ſupra in voce ὀρθὸν derorti, *Groma*. Monaſtiæ Rei Scriptoribus, *Norma*, regula Monaſtica eſt, Tartarius Floriacenſis *de S. Mauri Translat.*

O decus Abbatum, lampas clariſſima Patrum,
Antiſtes tantum, quantum decet eſſe Magiſtrum,
Te, tuorum, facra directo tramite Normam
Obſervare, pius quam conſtituit Benedictus, &c.

Hinc in *Charta* Donationis ſeu fundationis Abbatiæ Aganenſis apud C. du Freſne, *Norma* dicuntur turmæ Monachicæ, ex variis Monaſteriis erutæ, quas in recens à ſe extructum Aganiense Monaſterium induxerat Sigismundus, eorumdem, ut indicienſes eſſet Hymnodia, cæquè in obeundis Eccleſiaſticis & Canonicis Officiis vicißim ſibi ſuccederent. Appellantur vero ipſi ſingulæ novem turmæ, *Normæ*, quòd ſingula Monaſteria (*Granenſe, Iſiamum, Jurenſe, Malvenſe &c.*) unde accerſitæ erant, luis regerentur *Normis* ac regulis. Locus ſic habet: *Sanctus Florius, Gratianopolitanæ Urbis Epiſc. ait* —— *Recte mihi videtur, ut ſecundum pleniſſimam de votiorum Domini Regis & præſidenti inſtitutionibus, ſtant novem* Normæ, *videl. Granenſis, Iſiana &c. in ſuccedentes ſibi in Officiis Canonicis, id eſt, Nocturnis, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpertina, Missa, ita ut nullatenus inordinenter Domino famulentur.* Item, *Quidquid à Prioribus ordinatum fuerit; juniores ſine murmuratione expleant & per ſingulas* Normas *Decani conſtituantur digni ex Abbas divi ſi ponere, de providentia eorum ſit ſecurus.* Unde in *Formulis vet.* Lindenbrogii, 21. 22. *Ubi illuſtres Cuſtrix præſſe videtur*, una Norma *piurium ancillarum Ibidem conſtitentium.* Charta Chilperici Regis apud Meurifſium *in Epiſc. Metens. pag. 146. Ubi venerabilis vir Leuthericus Abba, una cum* Norma *plurium Clericorum deſervire videntur*, &c.

Normannia, adde: Dicitur quoque prov. *Lugdunenſis* II. ſub ingreſſum Normannorum *Neuſtria* appellata, quæ à Moſa ad Ligerim primùm, deinde à Sequana ad Ligerim pertinueratum verò nomine ſoli Lugdunenſi II. attributo. Data eſt hæc provincia, quæ 7. Civitates continet à fluvio Ita ad fines Britanniæ, Rolloni A. C. 896. qui jam Metropolim ſejus occupaverat. A quo tempore *Normannia*, Barbinus ex eum Ducibus initiari, ibi conſedere, ſuo regioni nomine impoſito, ita ut nunc veteri nomine *Neuſtria*, nunc novo *Normannia*, promiſcuè appellarentur. *Normannia* nova dici poteſt, ut diſtinguatura *Normannia* veteri ſeu Norvvagia, patria Normannorum. Sigebertus *in Chron.* eam *Normannium Francorum*, id eſt, in Regno Francorum poſitam, vocat, cùm ait: A. C. 1032. *Rodbertus & Richardus à Normannia Francorum diverſitæ, Apuliam petiſſe, & A. C. 1038 copiis ſuis rex Normannia paulatim adauctis, oſtendit & ipſe Aquilæ aut draconi ſua vexilla expoſſe.* Cæterum Rollonem, de quo ſupra, Frodoardus *in Chron.* appellat *Principem*; ut & Wilhelmum ac Richardum: Glabr Rodolfus *lib. 2. cap. 7. Ducem Rotomagorum Ricardum*: & alibi, *Comitem Rotomagorum*: Sigebertus *ad A.C.1006. Richardum Comitem Northmannorum* &c. vocat: Sæpius tamen *Duces Northmannorum* ab Hiſtoricis Galliæ, aliquando tamen etiam *Marchiones*, nuncupati deprehenduntur è quibus Guilielmus A. C. 1066. Haraldo Rege Anglorum fuſo acie & cum multis ſuorum nobilibus cæſo, Angliæ ſiegaum occupavit. Dux Northmannorum autem inter latcos Duces, Pares Franciæ, ultimum ſemper locum tenuit, Ducibus Aquitaniæ at que Burgundiæ vetuſtatis ac ſplendoris causâ præcedentibus. Hadrian. Valeſius *Not. Gall.* ubi hoc de *Normannia* clogium ſubjungit: *Hæc eſt Normannia Apulia & Calabriæ patria quondam; Hac in Sicilia dominata, terrori etiam fuit Imperatribus Orientis; hæc Antiochia etiam Principatum obtinuit.* Idem, in voce *Rotomagus*, provinciam maximam & opulentiſſimam vocat, præter 6. ſedes Epiſcopales Rotomago Metropoli ſubjectas, magnum appidorum, caſtellorum & portuum numerum continentem. Ibidem, longitudinem ejus 6. dicrum iter, latitudinem 4. expeditopatere, quanta Britanniæ & Armoricæ longitudo atq; latitudo eſſe dicatur, addit ex Alano Catterio *in Carolo VIII.* & Nicolao Ægidio. V. quoque infrà in voce *Normanni*.

Normanni, adde: Valeſio inter Septentrionales Europæ nationes maximè olim eminere Dani, Suethidi atque *Normanni*, qui ſubactis finitimis populis, tria Regna non obſcura condiderunt, & Germaniam, Britanniam loſ. ac Galliam multis ac fæpe incurſionibus vexaverunt, ex Jornande *de orig. & geſtis Gothorum*, qui Danorum Suethidorumq; memine & inter Scanizæ fuæ 28. nationes numerat: Scriptoribus item *veterum Anglic.* qui Danorum, Suethidorum *Normannorumq.* mentionem faciunt, quorum ultimos notiore ac recentiore nomine *Norvvagenſes*, *Norvvegenſes*, appellant, ut ex Henr. Huntintonienſi *prol. lib. 5. Hiſtor.* & Rogero Hovedeno *Annal. part. prior.* patet. Et Dani quidem, abipſimet de *Danske*, à Germanicis de *Daenen*, à Gallis *Danois*, Suethidi autem patriâ linguâ *de Sveenſker*, Germanis *die Sueden*, Gallis *Suedois & Sueder*, hodiéque appellantur. *Normannorum* verò vel Norvvagenſium regionem Magiſter Adamus, qui circa A.C. 1080. ſcripſit, modò *Nordmanniam*, modò *Nordvvigiam* vocat: Ura-

Ut alios taceam. Eosdem *Suecones* olim dictos esse, docet Eginhardus de *Vita Caroli M.* & Rembertus *de Vita S. Anskharii*, ut fic *Suethidi* veteres, qui hodierni *Suedi*, cum *Suecinibus* priscis male à quibusdam confundantur. Et certè Suecones cum Gallis in curriosibus suis vexare coeperunt, quod factum Caroli Magni Principatu; jam tum *Normannos*, i.e. *Aquilonares* sibi vocabantur: quod nomen licèt omnibus Septentionalibus Aquilonaribusque ex æquo convenire posse nationibus videretur, tamen Suecinibus præcipuè, atque nonnunquam Danis, nec non Russis, à Germanis attribuebatur, testibus Eginhardo & Aimoino: Qui ambo cum Abbone aliisque promiscuè nunc *Normannos*, nunc *Danos* vocant, quòd, ut finitimi alteri alteris erant, ita alteri alteris junctí sæpe piraticam exercebant: adde, quòd Dani Gallis propiores erant, adeoque notiores. *Cynocephali* porro per locum dicti; leguntur à Gallis, quod more canum capita plana haberent: ut hodieque *in* eorum posteris apparet, cùm capite tum naso. Certè Monachus Sanctigallensis *lib. 2. de gestis Caroli M. cap. 21.* cum Principem, de Godefridi Regis Nordmannorum cæde ac copiis hac illacque dilapsis, ita loquentem introducit: *Videre non mernit, quomodo Christiana manus mea cum Cynocephalis illis luserit.* Iidem & *Bigothi* à Francis dicti sunt, properata quòd Rollo, Illorum Dux, *in Goth*, id est, *per Deum* juraverit, & pedem Caroli Francorum Regis acceperit Neustria minimè osculatorum, ut legitur *in Chron. ad A. C.* 1137. vel quia is, acceptâ provinciâ à Carolo Simplice, jam baptizatus cum suis, patriâ linguâ fidem Regi per Deum juraverit pollicitusque sit, ut refert Guil. Nangiacensis ad *A.C.* 896. A' quo tempore per jocum, & ex ignorantia linguæ *Bigoti* seu *Bigni* vocati sunt: Gallicâ linguâ *Normis* quandoque dicti. Fulcherius Carnotensis *Hiſtor. Hieroſ. lib. 2. Normen*, is vocat: Math. Westmonasteriensis, nunc *Normagenes*, nunc *Normenses*: Radulfus de Diceto aliique *Norregenas*; quidam *Norienses* quoque: *Ethelwerd. Saxo Grammaticus*, nunc *Albigenses*, nunc *Geniles*: alii similiter *Paganos*, ab idolorum cultu appellant &c. Hæc varia *Normannorum*, quos Norvegia olim Regnum, nunc Regni Danici provincia, frigore ac nivibus squalida & maximis sylvis ac montibus à Suecia divisa, per annos amplius centum Gallias immisit, nomina sunt. Et quidem, ut dictum, Carolo M. imperante primùm piraticam exercuere: deinde majore classe contractâ, *Ludovico Balbo*, Germaniæ *Rhipheos* montes timas, ac litora Galliæ vastavere. Regnante Ludovico Pio, idem ab iis factum, & ora Galliæ, quâ Oceano alluitur, cum Insulis Frisiaque vexata, ac tributum ab incolis exactum. Mortuo deinde Imp. ortoque inter tres ejus filios bello graviſſimo, câ occasione usi multo quàm ante atrocius crebriusque sævierunt, & nunc junctis in unum viribus, nunc diviſis classibus, uno tempore diversis ex partibus Gallham aggressi sunt, ac majoraflumina adversa subeundo, locaque ipsis fluviorum adjacentia igni ferroque vastarunt. Tum pauciſſimis urbibus callidiſque detectis remanentibus, sacra profanaque direpta, innumeri homines cæsi, capti, decimati: Spoliatisque miseris incolis tributum impositum est, quo accepto prædones domum reverterentur. Eadem sub Carolo Calvo, ejusque filio ac nepotibus, à variis *Normannorum* Archipiratis ac Regulis, Gallia passa est: è quibus Rollo cùm ferocitisimè Gallorum jugulis imminaret, Carolus Francorum R. quem vulgò *Simplicem* cognominant, Caroli Calvi nepos, eum cum suis, dummodo Christiani fierent, in Galliæ finibus collocare constituit, confœntientibus Optimatibus universis. V. Hadr. Valesium *Not. Gallic*, & ſupra, in voce *Normannia*.

Norvegia, adde: Habet ab Or. Sueciam, ab Austro Daniam, ab Occ. & Sept. Oceanum. Ex ejus Præfecturis Warthuſienſis, in extremo Borea, poſt Sueciam & Lappiam ad 73. gr. Elev. Polli ſita eſt, à qua haud procul abeſt Caput *Nortkyn*, olim prom. *Rotubæ*, quod maximæ Europæ latitudinis unum terminum ponunt Geographi. Juxtà hoc Regnum Daniæ Regno Olaus V. Rex Daniæ in locum Waldemari III. electus, & Haquini Regis *Norvegiæ* ex Margarita, celebri illa Arctoa Semiramide, filius, quòd factum circa A.C. 1377. V. Pontanum *Hiſtor. Danicæ lib.* 8. Unde hodierni Daniæ Reges Daniæ, *Norvegiæ*, Vandalorum & Gothorum Reges dicuntur, & licèt Duces Holſatiæ à *Norvegia* quoque denominentur, *Herdmani* lingulari id fit nomine: Inſignia Regni Leo cum bipenni, ejusdem Regis inſignibus, quæ numerosis abundant imaginibus, inſerta conſpiciuntur. Imprimis autem *Haredes* ſe *Norvegiæ* dixere Dani, à quo maxima libertatis parte *Norvegi* à Chriſtierno II. multati tunt, ob fedi tionem conciatam ab Hermolao ſeu *Herlof Hudſad*, quem captum conſilio & ope Matthiæ Epiſcopi Opſolienſis roræ Rex imposuit, fruſtrà Sueciis contra nitentibus, & Loſâ, Elsburgo ac Doreſtenâ captis ac deletis. Ipſe tamen poſtea, cùm regno aliquandiu extorris, tandem militibus in Friſia conductis & Hollandis, juſſu Caroli V. Imp. auxiliantibus, illud recuperavit, in Sedandiam appellere conatetur, in *Norvegiam* reiectus, & poſt Aggershusam fruſtra obſeſſam, à Canuto *Guldenſteyn* victus capitusque eſt, Phil. Jac. Speneras *Syllogæ General. Hiſtor.* Nec omittendum, inter Daniæ Regum Dynaſtias, de quibus compendiose agit Svvaningius in *Chronol.* prolixius Pontanus *lib. 1.* poſt Dynaſtiam Danorum, ſeu Selandorum, Dano-Sueeorum, Gothlandorum, Scanorum, duas *Norvegiorum* Regum ſequutas eſſe, quarum prior ab Olao Vegeto, ad Sivardum *Ring*, Regent ſexageſimum tertium, annorum fuit 485. Regesque habuit 22. Poſterior, à Sivardo II. ad Suonem Eſthritium, Regem octogeſimum, per annos 277. extenſa, 17. Reges dedit: Cui ſucceſſit Dynaſtia Anglo Danorum ſex Suconidarum, & Oldenburgica, hodieque durans, &c. V. Alb. Crantzium *in Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ Chron.* Stephanum Joh. Stephanium, *in Tractat. variis de regno Daniæ & Norvegiæ inſulis adjacentibus*, Joh. Martinum Schlangenpenſem *in Chronico Norvegiæ*, Auctorem Anonymum *Hiſtoriæ Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap. 5. de Regno Daniæ*, Phil. Jac. Spenerum *libro locoq; ſupra cit.* &c. ut & ſupra, ubi voce *Norimanni*. Hornio antiquitus *Norvegia* ſub variis fuerat Regulis, tempore Carolovingorum *Nordmannia* dicta (unde circa A.C. inprimis 800. immenſa illa Nordmannorum agmina per Gallias, Britannias, Germanias diffuſa) Primus univerſam regionem Imperio complexus eſt Haraldus præfatus, circa A.C. 878. conditor regiæ *Harfagerorum*, id eſt, Comatorum, familiæ, quæ per 6. ſecula continua regno præfuit, usque ad Olaum, de quo *ſupra*. Ex *Norvegia*, Islandia colonos accepit, circa A. C. 900. cum pulſi ab Haraldo Regali aliquot cum familiis ſuis ad fe receperunt, confluentibus aliis paulatim auctis. Et quidem Iſlandi hi initio liberi fuerunt, ſuamque habuerunt Remp. donec *Norvegiæ* Regesjus in eos, tanquam originis ſuæ, prætenderent, in quorum etiam poteſtatem poſtmodum illi ceſſerunt. Mexicanos verò, dum *Norvegarum* ſeu *Norvegorum* per Gronlandiam propaginem eſſe contendit Hugo Grotius, Abrahamum Myſium ſequutus, aſſenſum non impetrat, extantque contrà doctiſſimæ Johannis de Laet obſervationes, ubi oſtendit nec rationem temporum, nec morum, nec linguæ, nec antiquorum traditionem Gothicam, eas cum Mexicanorum & Gronlandis ſuſtinere. At Orcades & Hebrides Inſulæ ad Scotiam ſitæ incolas ex *Norvegiâ* acceperunt, ac illius proin Regibus diu ſubjectæ fuere: donec, bellis aliquoties inter Scotos ac Norvegos de poſſeſſione illarum ſæpe crudeſcentibus, tandem Aquinus Norvegiæ R. eas Alexandro III. Scotiæ Regi conceſſit. Quo facto cùm nihilominus controverſiæ minimè ceſſarent, Chriſtianus I. Dan. R. Jacobo III. Regi Scotiæ, eas cum filia ſua in dotem dedit, & quæ transactione authenticas fe vidiſſe tabulas, refert Buchananus. Hiberniam quoque *Norvegus* ſub poteſtatem redegiſſe, docet idem Ericus *Orb. Pol. Part. III. pag. 62.* Primus ſidem Chriſtianam genti tradidit Olaus I. Haraldi aliquoties dicti nepos. Nec omittenda Helſingiæ mentio, quæ potens olim per Norvegiam & Sueciam Regnum, & à Scania usque in Potniam, Lappiam ac Scrito-Finniam extenſum, tandem à Regibus Sueciæ deſtructum atque in provinciam redactum eſt; unde hodie nulla ejus memoria ſupereſt, niſi in Helſenburgo & Helſinora, ad Sundam, caſtris. Idem *Orb. Imper* pag 238 239.

Norunt Fideles, *ſeu Quod norunt fideles ſeu Norunt initiati quod dicitur, ignoti ac μυστικόν*, formula frequens in Patrum ſcriptis, in mentione potiſſimùm Sacramentorum uſu trita. In unios Chryſoſtomi *Homilias* aliisque ſcriptis minimùm quinquagintà in locis obſervavit Caſaubonus; neque multò rariùs, apud Augustinum *in Epiſtolis, Enarrationibus in Pſalm. Tractatibus in Johan. Homiliis* &c. Inter alia Chryſoſtomus *in Geneſ. ad illa verba* c. 49. *verſ. 1. Lavabit in vino ſtolam ſuam*: Οἶσθα, inquit, πῶς ὄντως ἡμῖν αἱ τοιοῦτοι αἰνίγμασι λεγόμεναι ἱστορίαι οὐ μυστικῶς ἀλλ' ἀναφανδὸν; *Ecce quam totum myſterium nobis hic indigitaverit: Norunt initiati, quod dicitur.* Habes alterum teſtimonium *in Homil. ejusd. Op. 27.* p. 214. 34. *Comm. in Pſalmum* 140. ubi de linguâ loquens, Ἐπειδὴ, ἐὰν τύχῃ τι μυστικὸν, διὰ τοῦτο ἀνάγκη πάντα γλώσσαν ἔσεσθαι τὴν σὴν καὶ λαγγάβαν; *Cogita hoc illud eſſe membrum, quod mysticum ſacrificium exhibuisse Scitum ſolebat, quid dicam.* Idem *Homil. in Matth. 72.* Λέγω γὰρ πολλάκις πρὸς ὑμᾶς, πάντες φιλόχριστοι ὄντες οἱ μυημένοι, *Ipſum hoc myſterium quamvis miſericordiæ, quanvi amoris? norunt initiati.* Et *Homil. 40. in 1. Corinth.* locum Pauli exponens *cap. 15. verſ. 29.* de iis, qui baptizantur pro mortuis: Βούλομαι καὶ αὐτοῦ τοῦτο ἐπιτεῖναι τὸ λόγον, ἀναγκάζων ὑμᾶς καὶ γὰρ ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν πολλοὶ τὸ λεγόμενον, *Cupio quidem perſpicue vos dicere, ſed propter non initiatos non audentem, & interpretationem nobis relictam diſſicilorem, dum non cognitis aut perſpicuis non dicere, aut arcana, quæ tacere ſolemus, apud ipſos efferre*: Deinde addit, ſe quo poterit modo dicturum εἰ καὶ τὰ σαφῆ ἀπόκρυφα ἀκούσεται τινὲς, ἀλλ' οὖν τοὺς εἰδότας ὠφελήσω, ut apud Theodorctum *Dial. 2.* nega: Orthodoxus, de Eucharistia ſas eſſe aperte loqui, quamvis ἀπόκρυφα ſint, ne adſint non initiati: Οὐ γὰρ σαφῶς ἀπὸν ἀκοὴ γὰρ τυφλὸς ἀμυδρὸς παρέπεμψε. Deinde reſpondet Eranista: Ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ κάλυμμα τοῦ λόγου, *Æniagmatica reſponſio ſat.* Et *Dial 1.* diceras jam Orthodoxus, quum mentio de Myſteriis incidiſſet, Ἀξιῶ σε συγγνώμην ἔχειν ἐπιλαθομένῳ, τοὺς δὲ ἔξω ἀκοῦσαι παρεγκλίνω, *Rogo te paulo oblivioſo reſpondere, quidam enim forte non initiati præſto ſunt.* Iterum Chryſoſtomus *Catech. 1. ad Baptiz.* de caſice S. Eucharistiæ, Ἐπειδὴ οἱ μυημένοι τὸ κύνειον τῦτο πλὴν ἰσχυρὸν ἀπόδοτε γὰρ ὃς ὑμεῖς μικρὸν σῶμα, Sci-

uni initiati vim hujus poculi. Scietis & vos paulo pòst, &c. Similiter Augustinus, non solùm Episcopis, Presbyteris, aliisque Ecclesiarum Ministris, curæ fuisse innuit, *ut pæsim caventi nudare mysteria*: Sed & ipse adeò de arcano isto solicitus fuit, ut quoties de Eucharistia loqueretur, non facilè proprio eam vocabulo, sed his omnino verbis, *Quod norunt fideles*, præcipuæ designaret. Ut innumera alia omittam. Nempe *sanctiora sacrorum secreta initiatis voluerunts esse nota*, ut Seneca ait, distinguebantque universìm doctrinam Christianam, in τὰ ἐκφερόμενα, *i. ea quæ enunciari apud omnes poterant*, & τὰ ἀπόῤῥητα, *i. arcana temerè non enuncianda*: de quibus neque in familiaribus colloquiis, neque in catechesibus, neque in concionibus verba temerè faciebant, coram paganis, catechumenis, aut quibusvis aliis non initiatis. Unde Cyrillus Hierosolymitanus *in Procatechesi* eleganter ait, Catechumenos, quibus fas non est cognoscere sacra mysteria, ἀδεκτοὺς, *vocem circumsonantem audire*; postea verò, quàm facti sunt fideles, ἀκούσταις, *intus audire*. Deinde verbis distertis præcipit suis Auditoribus, ne, quæ didicerint, postquam fidelibus fuerint aggregati, Catechumenis, quos ponit inter τοὺς ἔξω, *qui foris sunt*, enuncient. Atque hinc *Catechiſarum* & *Catechumenorum* nomen profluxit, à κατηχεῖν dictorum, quòd olim nefas esset, mysteria literis committere, voce tantùm tradenda, ut id Erasmus docet *in Hieron. Apol. ad Dominion. verò.* Κάλλιστον, addens, fe in antiquissimo quodam Codice legisse, Pontificem quemdam, quæ Romæ, in literis fuit, cùm multa docuisset eum, à quo fuerat interrogatus, de Sacramentis, subtraxisse verba, quibus sacrum oleum consecraretur, ne Mysterium, literis commissum, aliquo modo ad profanos promanaret. Quin & vivâ voce informantes Catechumenos, cà fuisse usos cautione, ne omnem mysteriorum doctrinam illis præmaturè propalarent, etiam ex Ambrosio apparet, qui Baptismatis lavacro jam ablutos aliquenus, *de his qui Myster. init. cap.1. Nunc*, ait, *de mysteriis dicere tempus admonet, atque ipsum Sacramentorum rationem edere, quam ante Baptismum, si putassemus, insinuandam nondum initiatis, prodidisse patiès, quam etiàm edidisse, æstimaremur.* Imò Cyrillus præfatus *in Prologo*, fideles adjurat solicitè, ne librum Homiliarum fuarum Catechetìcarum vel Catechumenis, vel aliis non initiatis, velint tradere; alioqui factì rationem Deo reddituros. Idem *Catechesi 6.* Πιεῖν μυστηρίων, inquit, ἐπὶ κατηχουμένοις, ἀνυπόῤῥητον ἀλλὰ πᾶσιν πολλάκις λεχθὲν ἐπιτηδεύομεν, ἵνα οἱ ἀζύμοις πεφυτευμένοι, *De Mysteriis, præsertim si sint Catechumeni, clarè non loquamur: sed sæpe multa dicimus tectè, ut qui norunt fideles intelligant*, &c. Quod fi verò quis fecisset, dicebatur ἐξεφέρειν τὰ μυστήρια, item σταγόδην τὰ μυστήρια. Uti enim ἐξορκίζειν τὰ μυστήρια dixerunt pagani, de iis qui arcana mysteriorum evulgabant: ita dixit Dionysius Areop. *Hierarch. cal. fub init.* Λαὸν ὅσῳ, ὅτιως ὅσιον ἐξεφέρειν τὸ ἅγια ἔ ἁγίοις, *Vide, ne enunties, ans parùm reverenter habeas sancta sanctorum.* Et B. Athanasius, cùm inimici ei objicerent, quòd calicem mysticum per irreverentiam fregisset, at, que ineo crimine exagitando tragœdiæ ingentes cierent: contrà illos *apolog.2.* gravissimè accusat, quòd de mysterio cœnæ Dominì, coram Catechumenis atque etiam Græcis & Ethnicis verba facere non eruberint. Καὶ ὅτι ἀσεχημόνησα πωῦτα ἐπὶ κατηχουμένων, ἢ τοῖς ἔξωθεν ἐπὶ Ἑλλήνων σταγόδην τὰ μυστήρια. Palladius quoque *in vita Chrysostomi*, pro magno scelere narrat, quòd tumultu excitato contra Virum sanctum, ab ejus inimicis irruptio facta fit in Ecclesiam, & quidem non initiati oculis usurparint, quæ erat illis nefas videre, &c. Quæ causa vero fuerit tam religiosi silentii, ut & plura hanc in rem, diximus suprà, in voce *Mysterium*: Consulantur insuper Isaac. Casaubonus *Exercitat. XVI. ad Annales Eccles. Baronii §. 43.* & Tob. Pfannerus *Theol. Genil. Purior. cap.1. §.9. & ſeqq.*

Nofides, inter fœminei calceatus genera, cum Aphractis, Opisthocrepidis, Canabisis, Nudipedìis, Nyctìpedibus, Mesopercis aliisque, recenſentur, apud Jul. Pollucem *Onomaſt. lib. 7. cap.22.* V. Ben. Balduinum *de Calceo antiquo cap.20.*

Nofocomium, locus, in quo ægrotantium publicè cura habetur. Hieronymus *Epiſt. 39. Et primò omnium*, Nosocomium, *id eſt, languentium villam inſtituit, in quo ægrotantes colligerét de plateis, & conſumpta langvoribus ætas, inveſtiſ miſerorum membra refoveret.* Vulgò *Hoſpitale*, V. *ibi*, ut & in *Epitaphio* Fabiolæ, cujus id invenium.

Noſtos, Græcè Νόστος, *Reditus*, nomen operis antiqui. Legitur enim apud Pindari Scholiasten *in Olympionicis*, Eumolpum Corinthium ſcripſiſſe Νόστον τῶν Ἑλλήνων, *Reditum Græcorum* ; ubi omnino *Eumelum* reponendum eſſe, cenſet Salmaſius. Sed nec unum id opus, nec unius Auctoris titulus hic. Alii hoc nomine reditum Græcorum ex Ilio, alii Argonautarum ex Colchide, profequnti funt. Lyſimachum quidem in *Nóσοις*, nonnulli Antiochidem laudant ; Τὰ Νόστου fragmentum, quod extat in argumento Medeæ Euripidez, de Argonautis & Minyarum rebus agit & fortean pars fuerit τῆς Καταβάσεως Eumeli. Fortaſſis etiam peculiari carmine deſcripſerit reditum Argonautarum : quæ tamen omnia incerta. Et certè, quaſi dubii Auctoris citat illos Νόστους Apollodorus &c. Salmaſius *ad Solinum pag.859.*

Nota, cantus, quomodo Galli vocem *Note* uſurpant. Tidericus Langenius *in Saxonia*,

Reſtant alaudæ, quæ ſubſiſtunt ſine fraude,
Perdę ſuas Notas rudes ſiſtum ſilvas.

Qualisautem fuerit olim cantus, quem *Gregorianum* dicunt, & an *Notis*, quæ vulgò in uſu, *Muſicis* conſtiterit, non omnino liquet: quanquam id minùs vero conſectaneum videtur, cùm ejusmodi notas multo pòst adinventas tradant plerique. Incertum etiam, an earum vice aſperſa fuerint literis alphabeticis, quæ vocis tonos denotarent, Antiphonaria & Gradalia, uti poſtea factitatum palam eſt: etſi videatur id diſerte indicare Ekkehardus Junior *de Caſibus S. Galli cap.4.* ubi de Petro, uno, uti vult, è Cantoribus, quos Romà ad Carolum in Galliam miſerit Hadrianus Pontifex, verba facit: *In ipſi quoque* (Antiphonario) *primas ille literas Alphabeti ſignificativas notulis, quibus vſum eſt, aut ſuſum aut inſum, ani ante tria, aſſignari exogitavit: quas poſtea eiudem amico quærenti Notker Balbulus elucidavit.* Quod Notkeri opuſculum extat Canſii *antiquarum Lect. tom.V. part.2. pag.739.* cum hocce titulo: Notker Lantberto fratri ſalutem. *Quid ſingulæ literæ in ſuperſcriptione ſignificent cantilenæ, prout potui, juxta tuam petitionem explanare ſtudui.* Singularum verò literarum in Muſica quæ vi fuerit, infrà, ex eodem Notkero, exhibebimus. Cantum certè Gregorianum quodadmodum, *Notis* conſtitit, quæ Muſicæ & cantandi tones indicarent; hæ *Romanæ* vocabant. Monachus Egolismenſis A.C.787. *Tribuit, antiphonarios S. Gregorii, quos ipſe notaverat notâ Romanâ.* Infrà, *Omnes Francis Cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant Francisam.* Hæc porrò Notæ ſingulis ſyllabis adſcriptæ erant *Chronicon* Trudonenſe *lib 8. Graduale unum —— ſcripſit, illuminavit, Muſicisque notavit, ſyllabatim, ut ita dicam, totum in ſuis prius à ſenioribus, ſecundum antiquam eorum Gradualia, diſcendum.* Cujusmodi vetus Graduale hîsce notarum characteribus ſeu *Notis* inſignitum, extat in Bibliotheca Monaſterii Corbeienſis. Ejusmodi etiam deſcripſit Menardus *ad lib. Sacram. Greg. pag.76.* an verò eædem ſint, quæ Petri Cantoris vel Notkeri, id verò certum non eſt. Nam extremis ſeculis, ut ait Hugonis Reutlingenſis Interpres, ei, ut putatur, coævus, *in Proem. proceſſu temporis quidam Alemanni, & præcipuè Monachi Ordinis, qui cantum Muſicum non ſolùm ex arte, verùm etiam ex uſu & conſuetudine perfectè & correctè addiderunt, ipſum, amiſſis clavibus & lineis, quæ in neuma ſeu nota & Muſicali requiruntur, ſimpliciter in libris eorum notare caperunt, & ſic decantaverunt deinde, juniores & ſuos diſcipulos ſine arte, ex frequenti uſu & ex magna conſuetudine cantum informare, qui cantus ſic per conſuetudinem doctus ad diverſa per veneris loca. Unde jam non Muſicæ, ſed uſus eſt denominatus*, &c. Utut ſit, pro certo habeatur, *regulas, claves & notas* Muſicas hodiernas, Guidonem Arretinum Monachum A.C.1032. adinvenisse, ut poſt Vincentium Belvac. *lib.25. cap. 14.* & alios, obſervat Baronius *ad h. an. num.20.* Is enim ſyllabas, ut, re, mi, fa, ſol, la, reperit, quibus ſeptem diſcrimina vocum vulgò deſignantur: quod longè antea ſimiliter factitaſſe Ægyptios & ſeptem vocalis ſonos hos expreſſiſſe, teſtatur Dionyſius Halicarnaſſaeus *lib. de Compoſitione*, qui vulgò Demetrio Phalæreo aſcribitur *pag.35. Edit. Morell.* Sed & Auctor *Vitæ S.* Bennonis Epiſc. Miniſnſis, *cap.16.* apud Sylvium *Tom. VII.* (vixit autem Benno A.C.1066.) tradit, *docuiſſe Notas Muſicales regulare & ſic cantare in Eccleſia Miſnenſi.* Chron. Trudonenſe *lib.8. Inſtruxit etiam eos arte Muſicæ, ſecundum Guidonem &c.* Porro *Notæ Muſicæ*, ut dictum, in libris Eccleſiaſticis, ſingulis vocum ſyllabis ſuperadjebantur. Capitulare Aquisgran. A.876. c.70. & Capitulare Caroli M. *lib.2. cap.6. lib 6. cap.277.* Unde Ademarus *in Carolo M.* A.C.787. *Et omnes Francice Cantores didicerunt Notam Romanam, quam nunc vocant Notam Francisam: excepto quòd tremulas vel minutias ſive collgibiles, vel ſocaliter vocis cantus non poterunt perfectè exprimere Franci: &* Ingulfus pag.886. *Miſſæ, quæ cum nota canuntur*, id eſt, *cum modulatione Muſicæ, libro notis Muſicis notato coràm propoſito.* Hinc notare, pro, Notas Muſicas Libris Eccleſiaſticis adſcribere, apud S. Anſelmum *lib.1. Epiſt.21.* Ademarum *in Vita Caroli M.* aliosque quos laudat du Frene *Gloſſario* in voce Nota, V. & ſupra *in Cantus Rom.*

Singularum Literarum in Muſica vis, ex Notkero.

A. in ſuperſcriptione cantilenæ,	*G. ut in* gutture *gradatim gar-*
ut alibi *elevetur, admonet,*	*ruletur, geminè gratulatur.*
Notkerus *nihil ſupra.*	*H. ut tantùm in ſcripturâ aſpi-*
B. in eadem, *ſecundum literas,*	*rat, ita & in nota id ipſum*
quibus adjungitur, ut bene,	*habitat.*
id eſt, multum exoltatur, vel	*I. ipſum vel inferius ſignificat,*
gravetur, five tenetur, legi-	*gratiſudinem, prog ineridum*
tur, libid.	*indicat.*
C. ut civ *vel* celerier *dicatur,*	*K. ſicis apud Latinos nihil vale-*
certificat. lb.	*at, apud Athenienſes pro X.*
D. ut deprimatur, demonſtrat.	*Græca poſtrema, Clonche, i.*
E. ut æqualiter ſonetur, eloqui-	*Clange, clamitat.*
tur.	*L. levare latatur.*
F. ut cum fragore ſeu ſtrendore	*M. mediocriter melodiam mode-*
ferianur, efflagitat.	*rari mendicando nummos.*

N. nota.

N. notare, hoc est, notitiæ significat.
O. figuram sui in ore cantantis ordinat.
P. præsentem vel præcisionem præducat.
Q. in significationibus notarum cur quæratur? cum etiam in verbis ad nihil aliud scribatur, nisi ut sequens *V.* vim suam amittere queratur.
R. rectitudinem vel rasuram non abolitionis, sed crispationis re-gitat.
S. Sursum vel susum scandere bilat.
T. trahere vel tenere debere ostatur.
V. licet amissa in sua voluit valore de Yau Græca vel Hebræa vellificat.
W. omnit Notkerus.
X. quamvis Latina verba per se inchoat, tamen expetitare exposuit.
Z. similiter omisit.

Similter.

Notæ, & *Notulæ*, dicitæ olim sunt brachygraphicæ, hoc est, compendiosæ scriptionis characteres, quibus Scribæ & Cancellarii Principum dictata illico confingabant, al. *Sigla*. His Jurisconsultos in exhibendis legibus usos fuisse patet, ex Manilio *lib.* 4. quod obtinuit, usque ad tempora Justiniani Imp. qui, ne error ullus subreperet, ut vocabulis integris scriberetur, justit, *lib.* 1. *Cod. Tit.* 17. *de vet. Jure enucleando leg.* 1. Et *Tit. cod. leg.* 11. quod idem in Græcis Codd. fecit Basilius Imp. Quam antiqua autem harc ratio scribendi literis singulis seu Siglis fuerit, oftendit Cicero *pro Murænæ*, *Illi Furiosissimi, ne alterum ratione pervulgata & cognita, sine fua ope posset lege agi*; Notas *quasdam compositorum, ut ipsi omnibus in rebus interessent.* Presius Romanis *Notæ* dicuntur signa incognita, quarum 1100. invenisse creditur Ennius: quibus postea plures adjecit Tyro, Ciceronis Libertus, Isidor. *Orig. lib.* 1. *cap.* 21. Post eos multas repperit Annæus Seneca, ita ut numerus *Notarum* excreverit ad quinquies millenas, V. Paulum Diaconum *prologo in Notarum ad Comradum I. Imp.* Illiusmodi *Notæ* Davidicum Psalterium exaratum affervatur in Bibliotheca Argentoratensi: cui à Sciolo quodam inscriptum, *Psalterium in Armenia lingua*, ut refert, qui vidit, Trithemius. Volumen *Notarum* Tyronis ac Senecæ vulgavit Janus Gruterus. Peritissimus *Notularum* Ekkehardus, tempore Ottonis Imp. fuisse legitur, apud Spelmannum *Glossar. Archæol.* V. Joh. Gerardum Vossium *de Arte Gramm. lib.* 1. *cap.* 41 & 42. Isidorum *Orig. lib.* 1. *cap.* 20. *ubi Notas fententiarum nota, vigiuti fex, offeri de explicat*: Forum. item Lucium *de Lucernis lib.* 6. *cap.* 48. *ubi Lucernas Ifidori ac Cafalii Notam* ℞ *habentes infculptam erudito Commentario illuftrat &c.* Solebant porro Veteres, inter legendum, ad libri oram *Notas* quasdam appingere, quibus indicarent, quæ ipsis loca notatu & observatione digna, vel etiam corrupta aut vitiosa aut etiam improbanda viderentur. Laudis, ut vocat Gellius, seu Laudabilium *Nota* duplex L. apud Latinos reperitur: Unde apud Paulum Diaconum in *Notis Liter. LL. Laudabiles Lect.* Alibi etiam eft L. S. *Laudabilis fententia*. Contra *Notam* literæ X. apponebant, quæ χρῆσις seu χρήσιμον fignificaret. Hinc Diogenes Laertius *in Platone* : Χ ἐπεσημήναντο ὅσοι τῶν ἐπιλογῶν ἢ κεφαλαιωδῶν, inquit, *προσῆκεν*. Et Cassiodorus *Divin. Lect. lib.* 1. *Ticonius Donatista in eodem volumine quadam non refpuenda fubjunxit, quædam vero venenofa dogmata juxti permifcuit. Qui tantum in bonis dictis Chryfimon, in malis Achrefton, quantum tranfiens volui aperire, ut arbitror, competenter adfcii.* Χρῆσιν enim Græci adscribebant ea quæ improbabant: Gellius *Culpæ admonamenta* vocat. Ut enim *Laudis* nomine Laudabilia, sic *Culpæ* contraria appellat. Similiter Ausonius *Ludo Sep. Sap.*

Palmas, non culpas esse putabo meas.

Horatius *de Arte Poet.*

Vir bonus & prudens versus reprendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, obscurum dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus.

Ubi Acro: *Notam culpæ significat: Nam notare versum male formatum dicimus.* Hinc & alibi Gellius, *decuplatum verbum* dicit, pro rejectitio & culpæ *Notis* compunctio atque damnato. Erat autem culpæ *Nota* ut plurimum obelus. Isidorus *Origin. lib.* 1. *cap.* 20. *Obelus, id eft, virgula jacens, appanitur in verbis aut enteniis fuperflue iteratis, five ubi lectio aliquas falfitate notata eft, ut quafi fagitta fuperfluas & falfas.* Quintilianus proin *Cenforium* virgulam vocat. Sed ad eandem rem etiam literæ Græcorum Θ. adhibitæ erant. Sidonius Apoll.

Ifti qui valet exaratoni
Dilinctum bonus applicare Theta.

Persius *Satyra* 4.

Et potis ift vitio nigrum præfigere Theta.

Quod ad exemplum Judicium factum videtur, qui, ut notat ibidem vetus Perfii Scholiastes, *literam* Θ *in apponunt, ad eorum nomina, quos fupplicio afficiunt.* V. de hujusmodi similibusque Veterum *Notis*, præter Auctores supra memoratos, apud Wouveum *de Polymathia cap.* 17. Thom. Reinesium *Variar. Lect. lib.* 3. *cap.* 7. Jac. Oiselium JC. *Notis in A. Gellium lib.* 17. *cap.* 2. &c.

A' *Notis*, dicti Notarii & Notariæ, apud Romanos, de quibus paulò *infrà*.

Notæ Genitales, apud Ammianum Marcellinum, ubi de bove Ægyptiorum sacro, *lib* 22. *Eft enim Apis bos diverfis genitalium notarum figuris expreffus, maximæ, omnium cornicularis Lunæ fpecie dextro latere infignitus*, ubi alii legunt, *maximè omnium*: funt *ita quibufdam notatis*, Sic tonio *genitivus*, Solino *ingenitæ* & *ingenuæ notæ*, quibus Apin bovem infignem esse oportebat. Cantharum fub lingua, inter easdem recentet Plinius *lib* 8 *cap. de eod. bove*, *Infigne ei dextero latere candicans macula cornibus Lunæ crefcere incipientis; nodus fub lingua, quem cantharum vocant, hi. e. fcarabæum.* Hæ enim apud Ægyptios Soli sacer, ut & bos Apis, ut unanimi consensu scribunt Auctores, unico refragante Ammiano, qui Apim Lunæ, Mnevim Soli consecratum scisset; forte propter notam cornicularæ Lunæ, quam præcerebat: Atqui & scarabæum, h. e. nodum sub lingua, scarabæum referentem, qui Solis erat signum, habebat. Lunaribus autem radiis divinitus conceptum credebant, unde cornicularæ lunæ speciem dextro latere gestabat. Nempe Lunam masculum Deum, ut plerique omnes in Oriente populi, Ægyptii ducebant: ex quo & bove fecimina conclipi Apim bovem sibi periuadebant, ex masculo mortali & immortali fœminæ nihil gigni posse affirmantes &c. Salmasius *ad Solinum pag.* 438. Inter homines, non pauci *Notis* illiusmodi *Genitalibus* infigniti occurrunt. Quo pertinet, quod de Seleuco habet Justinus *lib.* 15. *cap.* 4. *Admirabilem fide hunc virfum & annulus, qui poftera die —— in lecto brevenus eft, & figura anchoræ, quæ in femore Seleucinata cum ipfo parvulo fuit* —— *Originis ejus argumentum etiam in pofteris manfit: Siquidem filii nepotesque ejus, anchoram in femore, velut notam generis* natura-em, *habuere.* Unde Ausonius de Antiochia,

—— —— —— *illa Seleucum*
Nuncupat ingenium, cujus fub anchora fignum.
Qualis inuffa fleti generis nota tertia, per omnem
Nam fubolis ferlem nativa cucurrit imago &c.

Nota Vestium, apud Ovidium, eædem cum *Signis*. Virgil.

Purpureasque notas filis intexuit albis:
—— *pallam fignis auroq; rigentem.*

Græcè σημεῖα, aliter *clavi* Latinis, item *plumæ*, *tefferæ* &c. Variis enim figuris, quæ rotundis, quà quadratis, fuis Vest. in vestibus auro purpuræve illudentis luxuria, quarum quæ rotundæ & in circulum flexæ, *plumas* Latini vocitant, & fortaffe etiam *clavos*, clavorum enim capita rotunda; *oculos* item. Quæ verò quadratæ erant, *tefferæ* dicebantur, & recentioribus *tabulæ* &c. Cujusmodi *notas* qui vestibus infucbant & intexebant; *Plumarii* dicebantur, V. *hic paffim*.

Notarii, dicebantur apud Romanos servi, qui acta & dictata in judicio, vel extra judicium *Notis* vellteris excipiebant. Notas enim, de quibus supra, à literis non fine ratione separat Manilius, cùm ait:

—— *Cui litera verbum eft,*
Quig, Notis linguam fuperet.

Eorum meminit Scævola *leg.* 41. *§. Sejo, ff. de fidecomm. Libert. Sejo auri libras tres & Silchum* Notarium, *quem peta manumittas.* Paulus *lib.* 2. *Refponf. Lucius Titius miles* Notario *fuo teftamentum fcribentium Notis dictavit, & antequam literis perfcribetur vitæ, vifa fanctius eft &c.* Commendabantura velocitate excipiendi: Manilius *lib.* 4. *verfu* 197.

Hic & Scriptor erit velox, nifi litera verbum eft,
Quique notis linguam fuperet, verfumque loquentis
Excipiens, longas nova per compendia voces.

Seneca *Epift.* 90. *Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipiuntur oratio, & celeritatem linguæ manus fequitur? Vitruvius mancipiorum ifta commenta funt.* Quæ verba imperite videntur dictum Isidori, qui afferit Senecam contrahto omnium digeftoque, & aucto numero totius effecisse in quinque millia Notarum, ut fupra vidimus, *Origin. lib.* 1. *cap.* 21. Basilius quoque *in Epift. ai λεγαι*, ait, *τὸν ἀφῶν τρισχίλιον ἐγκατ. ἀλλ' οὐ τὸν σημεῖον χρείαν, ἀπ' ἐκείνων αὐτοῖς ἐκεῖ ἢ τὰς ἀφ. ἀ ἐκ τῶν σημείων αὐτοῖς ἐκεῖ* &c. Ubi per *σημεῖα*, non literas, fed *Notas* intelligit, quarum inventionem nonnulli Tullio Tyroni, alii Mæcenari, alii aliis tribuunt, ut vilum, Martialis quoque velocitatem *Notario* peculiarem facit *lib.* 11. *Epigramm* 62.

Nec calculator, aut Notarius *velox*

Quandoque tamen pro Amanuensi *Notarius* sumitur, ut ex Plinio *lib.* 9. *Epift.* 36. & Gregorio *Dialog.* discimus. Alii ab his *Notarii* Principis fuere, quorum meminit Cassiodorus *lib.* 6. *cap.* 16. erant enim hi Principi à Secretis, ut olim Scribæ apud Græcos, teste Corn. Nepote *in Eumene*. Erant autem *Notarii rum* thecæ, quibus includebantur ilyli & pugillaria. Ammianus *lib.* 28. *Maximè cùm loci eadem numerantes*, Notarii *prope* 30. *affiftant cum thecis & pugillaribus tabulis*, V. infrà in voce *Pugillaria*, & plura hancin rem, apud Laur. Pignorium *Comment. de Servis*, ubi etiam *Notariarum* meminit, & Tit. Popmam tr. de *Operis Servorum*, nec non infrà in voce *Tachygraphia*.

Notarius, apud Ingulfum pro *Cancellario*, cujusmodi homi-

num

num generis, ſub priſcis Imperatoribus, nulla omnino erat dignitas, neque enim publici muneris fuerat nomen, ſed tantùm miniſterii in aulis Principum aliorumque Procerum. Erat quippe moris, ut Magiſtratus de negotiis tractaturi, convenirent in aliquo loco, qui quòd à vulgo ſecretus eſſet, *Secretum* vel *Secretarium* dicebatur. Hæc ſecreta in primo aditu vela, & dein cancellos habebant, quorum illa qui ſervabant, dicebantur *Velarii*; iſti *Cancellarii* ſi voce non admodum antiquâ, ut cujus nullam in Digeſtis mentionem fàctam, notant Viri docti, in Codice verò lit. de *Aſſeſſoribus*, & alibi ſæpiùs legas. Præcipuum tum eorum munus, docente Agathiâ *lib.*1. ut ad cancellos hærerent, admiſſiones curarent, &, ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, oriretur, proviſerent. Acceſſit poſtea aliquid dignitatis, ſed multo poſt. Carini imp. tempora, quem nonnulli Populi ſecus, quòd Præfectûrum Urbis uni ex ſuis Cancellariis dediſſet. Caſſiodori enim ætate, Cancellarium, non ut olim, Oſtiarii munus ſuſtinuiſſe, verùm ex parte etiam eorum, qui à *Secretis* hodie in aulis Principum vel à *Libellis*: *ſupplicibus* nominantur, fuiſſe, diſcimus ex ejus *lib.*11. Adhuc tamen, ut ibi dicitur, *lucidas ſuas tenebat & daulira patentia*. Sic paſſim, apud Scriptores citimæ vetuſtatis, legimus fuiſſe in obſequiis Imperatorum, Regum & majorum utriuſque Imperii Magiſtratuum, Cancellarios eorum miniſterio variè uſtatos. Nam Præfectum Prætorio, cui inter cætera annonæ totius ſumma procuratio incumbebat, habuiſſe in officio Cancellarios, quos per provincias dimittebat, intelligimus, ex eodem Caſſiodoro *lib.*12. Præfectum quoque Urbi Cancellarium eum ſcribis in officio habuiſſe, indicat antiquum Edictum, ex auctoritate Turcii Aproniani Præf. Urb. propoſitum, quod extat apud Briſſonium *de Formulis lib.* 3. & *Inſcr. pag.* 647. In Imperio Orientis etiam Quæſtori ſuo fuiſſe Cancellarios, apparet ex Novella X. Conſtantini *Tom. II. Juris Rom.* p.354. etiam *in Conſtit.* Karoli M. Cancellarius ſimpliciter pro Scriba & Actuario uiurpatur: cui ordini qui præpoſitus fuerat, ſummus & primus Cancellarius, in quanta fuerit dignitate, ex Adalhardo Abbate Corbeienſi, Karoli propinquo, docet Hincmarus *Epiſt* 3. *cap.* 16. *Apocrifiario* — *ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à Secretis olim appellabatur, evanuit, illi ſubjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia ſcriberent & fervens illa fideliter cuſtodirent*. Tandem verò ſub Imperatoribus citerioribus, ut & ſub Regibus Francorum, eò aſcendit Cancellarii dignitas, ut, quo munere olim apud Romanos Quæſtor Sacri Palatii, vel Logotheta apud Conſtantinopolitanos, eodem hodie in Aulis Principum & Regum utatur Cancellarius: quâ voce etiam Λογοθετὴν interpretatur Nicetas Choniates *de rebus geſtis Manuelis Comneni lib.*7. Imò illi tres ad Rhenum Archiepiſcopi Electorales, pro tribus Imperii Germanico-Romani Regnis, quæ olim corpori Imperii Occidentalis inſerta erant, hoc titulo infigniuntur; ita ut Antiſtes Moguntinus per Germaniam, Trevirenſis per Galliam, Colonienſis per Italiam, *Cancellarii & Archicancellarii* nomen & dignitatem uſurpent. V. Joh. Kirchmannum *de Annulis cap.*9. & in voce *Cancellarius*. Præterea, *Notarii* dignitas varia ac diverſa in Palatiis Imperatorum fuit. Alii enim & in his præcipui erant, qui *Notarii & Tribuni* ſeu *Tribuni Notariorum*, dicebantur, de quibus in voce *Tribunus*. Alii erant *Tribuni & Notarii Prætoriani*, qui ex Corniculariis & Primiſcrinis officii Præfectûræ Præt. ad eum locum pervenerunt ut docet Senator *lib.*6. *Epiſt.*3. & *lib.*11. *Epiſt.*20. Tertii denique erant, *Notarii & Domeſtici*, ut eſt in *l.*2. & 3. *Cod. Th. de Primicerio & Notariis*; de quibus ſingulis multa congeſſere Pancirolus *Notit. Imper.* Gutherius *de Officiis domus Aug.* Sirmondus *ad Sidonium*, Henric. Valeſius *ad Marcellinum libr.*17. Cujacius, Jac. Gotofredus *ad Cod. Theodoſ. &c.* In *Notit. Imp. pag.*61. 146. & apud Senatorem *lib.*6. *Epiſt.*16. occurrit *Primicerius Notariorum*, qui & apud Anglia, feu *Hiſpania, non ſolùm in terris eis ſpecialiter ſubjectis, ſuo officio uti & inſtrumenta conficere &c.* ut habet Speculator tit. *de Fide inſtrum.* §. *Reſtat*, n.131. Atque id quidem neceſſariò obſervandum fuit, quòd vulgò quæritur, cur Acta publica paſſim regionum exarata, confecta dicantur à *Notariis* Apoſtolicis & Imperialibus, V. Petrum *de Vineis lib.* 6. *cap.*32. &c.

Notarii Eccleſiæ Rom. apud Gregorium M. *lib.*2. *Ind.*11. *Epiſt.*54. Epiſtolis Pontificum ſubſcribebant. Id. *lib.*4. *Epiſt.*25. Horum Primicerius, dictus eſt poſtmodum *Protonotarius*. V. infrà in hac voce.

Notarii Epiſcoporum, eorum Scribæ, qui ut plurimum aſſumebantur ex Clericorum ordine, & in Eccleſiis munia alia obibant Eccleſiaſtica: qualia erant, *cereos portare*; Gregor. *lib. Sacram.* item *Baculum Epiſcopi*, Meſſianus Presbyt. in *vita* Cæſarii *Arelat.*

Notarii Regionarii, dicti ſunt VII. *Notarii* Romæ, à Clemente Pontif. primùm inſtituti: quorum erat *geſta Martyrum ſolicitè*, quemque per regionem ſuam, *perquirere*. Iidem etiam inter coetus Populo per Urbem (quod hodie *Curſores* faciunt) denuntiabant, quandò Papa Litanias facere, aut ubi Miſſarium celebrare, vel ſtationem indicere conſtituiſſet. Præterea nomina & numerum baptizatorum Pontifici referebant. V. Gregorium M. *lib.*7. *Ind.*1. *Epiſt.*37. Poſtea auctò eorum numero, qui ex VII. illis primis fuerunt, *Notarii Regionarii*, vel *Protonotarii* vocati ſunt, reſquis ſimpliciter *Notariorum* nomine relicto. V. quoque Macros Patres in *Hierolexico*.

Notarii Regis, apud Gallos, alii olim fuere ab iis, quos *Secretarios Regis* vocabant, quod potiſſimùm colligitur ex *Statuto* dato Lotringi pro Hoſpitio Regis Philippi M. A.C. 1317. quod extat apud du Freſne *l.*6. Præterea ex Edicto Caroli V. tunc Regentis Franciæ A. C. 1359. 27. Febr. quo magno Officiariorum numero reſciſſo, ex *Notariis* quinquaginta tantùm reſervavit, atque in iis octodecim in Aula ſua munus exequturos. Sed poſtmodum unita fuere omnia munia.

Notarius Secretorum, apud Vopiſcum, *in Divo Aureliano*, *Accidit autem — ut Miniſter, um quendam, quem pro Notario Secretorum habuerat, libertum, ut quidam dicunt, ſuum, inſoſpitorem ſibi minanda redderet &c.* id eſt, quem Zoſimus vocat τὸν ἐξωθεν θησαυρὸν κοινολέγων μυστῆρι: quod erat propriè munus Secretariorum. Vulgò à *Secretis* vocabant; Græcis citerioribus Ἀπορρήτων, item Λογοθεσίων & Ἀναγνωστῶν appellantur. V. Salmaſium *Notit ad Vopiſcum loco cit.* & hîc paſſim, in vocibus *Apocriſiarii*, *Referendarii* & *Reſponſales*.

Nugerus, adde: Clariſſ. *Nugerus* Abbas Monaſterii S. Galli, A.C. 845. Principatu Lotharii, Ludovici Pii filii; Inventor, ut creditur, Sequentiarum, quas Papa Nicolaus I. ad Miſſas decantari juſſit. Ejus inter alia celebratur *liber de Muſica ac Symphonia*, Gerh. Johannes Voſſius *de Scientiis Mathem. cap.*60. §.4. Vide quoque Stumpfium *in Chron. Helv.*

Nothus, apud Athenienſes dicebatur, qui matre erat natus non erat, juxta legem: Νόθοι εἰσὶν οἱ μὴ ἐξ ἀστῆς γεγονότες, cujus meminit ἰσοκλέους ὑπομνήματος *lib.* 3. Caryſtius. Unde qui ex peregrina, vel pellice generabantur, *Nothi* erant, ſoli verò illi legitimi habebantur filii, qui ὁι γνησίως ἀστῆ τε γαμετῆ, τίθεν ὁι νομίμων γάμων, *ex ſuæ legitimâ uxore*, Eſtate ſuſceptî, Eu ſtathius *ad Il.* 2. Erat autem *Nothi* Nothorum cognationis ius nullum, nec in iis quidem ipſis, quæ ſive ſacra ſive publica ſpectabant, ex lege Iſæi laudata: Μετὲ νόθῳ μετὲ νόθῳ ἀγχιστέοιε εἶναι μετ ἐμοὶ μηθ' ὁτίων ἀν' Ἐυκλείδῃ Ἀρχεῖν. Ipſi tamen ſua habebant ſacra, & faciebant Cynoſargis, ut ex Alcibiadis ſephiſmate conſtat. Et quidem id primùm à Solone cautum erat, ut docet Ariſtophanes *Avibus*:

Ἐεῖθ ὁι δὲ νὸ χὼ Σόλωνὸς ὁυ νόμῳ,
Νόθῳ δὴ μὲ εἶναι ἀγχι — φύσει:

Inſtauratumque denuo à Pericle, ut quidem videtur cùm ſenſim abrogata eſſet lex vetus. Ariſtophon, five quis alius eſt, qui ſcripſit hanc, cujus ex ſtheo meminimus, legem tulit eamque voluit obſervari, & judicia ex illa reddi, ab eo quo Prætor tute Eucleides, anno poſt exactos Athenis XXX. Tyrannos. Nihil igitur facri, nihil publici commune habuerunt *Nothi*, cum Patre, qui eos tollebat, aut cum ejus adnatis cognatriſque, ut qui inter eives non conſerentur, ac ne quidem, eius nomine, qui genuerat, niſi illis ſubveniretur *adoptime*. Hinc nec φρήτορα albo inſcribebantur, ut iterum Ariſtophanes docet de Hercule loquens, *Com. cit.* Habebatur tamen illorum ἀνάκρισις ὑ δικαστηρίῳ Cynoſargis, & inquirebatur, an vere eſſent Patris illius, cujus dicebantur liberi *Nothi*, teſte Nonno *in Nazianz.* apud Sam. Peritium *Comm. in Leges Attic. lib.*2. *tit.*4. Porro, nec hæretditatem hereſiere *Nothi* potentant, extante vel unicè filiâ legitimâ, ex lege Scholiaſtî Comici ad *Ayes* laudata: Ἐνιοτὲ μὲν ὁυν ὁυγγενῆς, νόθε ὁ ὁὺκ μὰ κληρονομῶν τὸ Νόθου τὸ κατ' ἐκεῖνον. Ac ut ullo quidem modo ac jure *in* bona parentis veniebant. Nam Cognati ἀγχιστεῖαι jure ab inteſtato hæreditatem cernebant illius, qui deceſſiſſet, nullo ſuperſtite legitimo libero, quanquam *Nothos* ſuſtuliſſet. Unde apud Comicum negat Piſtherteus Herculem Jovis hæreditatem poſſe adire, quia *Nothus* ſit, & minatur. Neptunum eam ſibi ἀγχιστέαν jure vindicaturum & aſſerturum, ut qui ſit Jovis frater:

Οὔτοι ὁ Παυσὼν σφῶϊν, ὃς ἐκαλεῖτο σὺ νῷν,
Ἀδελφεὸς σὺ τ' ἀμφοῖν γεγωνέναι,
Φάσκων ἀδελφὸς οὐτὸς εἶναι γνήσιος.

Non tamen omnino expertes partis de paternis bonis: Nam potentant illis dari ad quinque minas τῷ Νοθίων nomine, ex lege, quam habemus apud Ariſtophanem *Avibus*, Τὰς Νόθους μίσγειν πατὴρ

minas five mille drachmas in *Nobilia* dari placuit, ut de Pentacostiomedimnorum dote, quam ταῖς ἑαυτοῦ δόναις dabant, adnotat Aristophanes Grammaticus: Tot enim in *Nobilia* drachmæ datæ videntur, quot impendebantur in clocandis & dotandis orbis puellis. Sed folis *Nothis*, qui illius veræ liberi Nothi erant, & *Nobilis* dabantur, unde illorum δοτὰ γαμετὰ Cynofargis inftituti fuiffe folitum fupra dximus: & quidem in manum dabantur illi a Patre, cum adhuc in vivis eſſet, quo munere ibi quidquam ex ejus bonis poſtulare non audebant, V. iterum Petitum *Opere cit. lib. 6. cap. 6.* Habebant hæc *Nobilia* affinitatem aliquam cum *donis*, מהר *quæ Abrahamum filiis concubinarum fuarum dediſſe legimus Geneſ. cap. 25. verſu 6.* Meminit tamen Demoſthenes περὶ Μακρ. ἔστιν οὐχ ὅτι δοῦναι τὴν θυγατέρα, *parem capere debebat patrimonii*, ſed eo eſſe, ſi legitimi liberi non adeſſent. Et hæc inter privatos obtinebant; Principum vero *Nothi* meliori conditione erant, ut Euſt. docet *ad Il.* 1. loquens de Teucro. Hinc Servius, *Conſuetudinis Regie fuit, ut legitimam uxorem non habentes aliquam liceat capi vxam pro legitima habereut, ut liberi ex illa nati ſuccederent*: Et Guillielmum Conqueſtorem Angliæ R. *Nothi* nomen fibi non indecorum duxiſſe, diximus in voce *Baſtardus*. Romæ omnis generis *Nothi* expoſiti fuere, quemadmodum ſpurii ſolum Athenis Cynoſargi, ut Joh. Taetzes *Feſtivo Exhil. 13. cap. 489.* oſtendit, quod Thom. Bartholinus in *de Puerp. Veterum* &c. V. quoque Jo. Meurſium *Not. ad Lycophr.*

Notitia, Inſtrumentum, quod de reinter præſentes in re qualiam geſta, nec ſcripto mandata, aut in chartas relata, ad hoc vocatis teſtibus, conficiebatur, ut præſentibus poſteriſque *notæ* fierent & in poſterum nullus de ea dubitandi locus oriretur. Nam cum primis iſtis ſeculis ea eſſet fidei inter homines integritas, ut ſolo verbo certiſque traditionum ſeu inveſtiturarum adhibitis formulis & ritibus, prædia Eccleſiis aliisque conferrentur, ac traderentur, interdum & ob pluribum coram teſtibus, ad majorem firmitatem, donatariis ita poſtulantibus, Charta conficiebatur ad poſterorum *Notitiam*, quæ tem donatam ac collatam, Donatoris nomen, traditionis ritum ac formulam, teſtes qui adfuerant, annumq; menſem ac diem continerent. Unde *breve memorandum* ieu *recordationis* crebrò appellatur, in *Tabularii* vett. &c. Porro *Notitiarum* nonnullæ ab ipſis partibus, i. donatoribus & donatariis, atque adeo ab ipſis teſtibus, qui in re geſtæ fidem advocati erant, fubſcribebantur, cujusmodi unam ex *Tabulario* Belliloccenſi Ch. 144. his verbis affert du Freſne: *Notitia traditionis vel confentionis, qui hanc notitiam jubsis firmaverunt, qualiter venientes aliquis homo, nomine Aicaradus — manibus tradidit ipſam villam — Garulfo Abbati — per cordam ſigni & per luſtium domo — ſicut in Charta teſtamenti loquitur & tunc neceſſe fuit ipſo Abbati vel ad ipſos Monachos, ut exinde notitiam eligere inter manus & ſe retinere, ut in meſe Octobro an. 3. Caroli Imperatoris, S. Aicardi, qui traditionem ita firmavit S. Adelgario. S. Adraldi*, &c. Aliæ vero ab ipſis donatariis interdum deſcribebantur, ut eorum poſteris nofum fieret, qualiter præſita ipſi & a quibus, quibusque præſentibus teſtibus, eſſent collata: quæ quidem nudam rei geſtæ narrationem continebant, nullis adhibitis ſignaculis ac fubſcriptionibus, cùm eas in polyptycha ſua referri ſatis eſſe ducerent, ut eſt apud Gregorium M. *lib. 7. Ind. 2. Epiſt.* 20. cujusmodi paſſim exhibet *Chron.* Beſiſenſe. Atque hæ quidem *Notitiæ* vim diplomatis habebant. Charta Henrici Imp. apud Ughellum *Tom. IV. pag.* 808. *Et cætera, quæ in præcepiis & notitiis Anteceſſorum noſtrorum continentur.* Alia Lucii Pontif. *ibid. pag.* 817. *ſicuti continentur in præcepiis & in ſuis notitiis.* Poſt annum vero 1100. rarius occurrunt. Plura de voce *Notitia* V. apud Pancirolum *ad tit. Notitia Imperii*, Jub. Mabillonium *Tom. V. Vetarum Ord. S. Benedicti, pag.* 761. & C. du Freſne *Gloſſar.*

Novaria, apud Trebellium Pollionem, Epiſtola, quâ aliquid Principi aut Magiſtratui ſcebat notum. Ita enim is in *Claudio*, ex Epiſtola ejusdem Claudii: *Nihil me gravius accepit, quàm quòd* Notoria *ad animoſtri, Claudium parentem amicumque noſtrum infinuatis ſibi falſis pleriſque gravitet trafci.* In *Gloſſis* Iſidori: *Notoria, ſtoglorii, texum malorum dicterum, quod* Notoriam *dicunt*, appellatur ie. libellus accuſationis, tic dictus, quòd in eo reus *notaretur*. Ita uſurpat Auguſtinus *Epiſt.* 159. *Qui non accuſationibus noſtris, ſed libellorum notoria, ad quæ remedia pacis vigilantia pertinebat, præſentari videbantur.* Idem *Epiſt.* 160. *Præmiſſa Notoria, ad judiciales leges que pertinebit.* Adde *l. 7. Cod. de Accuſ.* Appule jum *lib. 7.* Paulum JC. &c. Et quæ obſervant Marcilius *ad Sueton. in Tito*, Jurctus *ad Symmachum lib. 10. Epiſt. 4.* Jac. Gotofredus *ad l. 31. Cod. Theodoſ. de Epiſcopis &c.*

Novara, vulgò *Nore* fluvius Galliæ, præter cœteros, cum Tolvera *Turvre* magni amne nominis, ſed breviſſimi curſus, Caratonio fluvio recipitur. Vita Caroli Magni à Monachis Encolimenſi ſcripta, *ſuper fluvium Tolveram Magnadum & Juvenacum Rollacum ſuper fluvium Noram*, inter res ad Monaſterium S. Eparchii pertinentes, quas Carolus literis ſuis confirmavit, commemorat Hadrian. Valeſius in voce *Carantonus.*

Novinghamia, adde: in hac urbe & Comitatu obtinet lex *Burghenglish* dicta ſeu Conſuetudo vetus, in Burgo veteri, in quo ſi pater relictis pluribus filiis decedat, fecundogenitus ei ſolùm ſuccedit in terris & tenementis, quibus ſatisfus erat in burgo, cùm deceſſit, uti habet Chriſtoph. de S. Germano *in Dialogo de LL. Angliæ cap. 9.* Quod in illuſtri Belgii Familia Hochbratana quoque obtinuiſſe, auctor eſt Lud. Guicciardinus *Deſcr. Belgii.*

Nouæ, adde: Venius eſt pluvius & turbulentus, Græcis hodienis etiamnum *Νοὺα*, Italis *Oſtro*, Provincialibus *le Marin*, Gallis *vent de Midy*, Germ. *Sud.* In turre Octogona Andronici Cyrrheſti, quæ, Athenis extructa, memorator Vitruvio, etiam conſpicuus, de qua V. Cl. Sponium *Itin. Græciæ Part. 2. p. 176. & ſeqq.*

Nova inquirere, lege Locrenſium vetitum, Plut. de *Curioſitate.* At Athenienſes τὸ θεῖον τοῦτο ἐνόμιζον, ὃ λέγουσι τὸ παλαιὸν ἀρχαῖοι, Actor. *cap. 17. verſ. 21.* qua de re alibi.

Nova Albion, adde: Factum id A. C. 1580. regioque eſt ſupra Californiam Hornio, cujus Rex Eliſabethæ Anglorum Reginæ ſe ac ſuos ſubmiſit, de Draconi coronam impoſuit. Sed propter nimiam diſtantiam atque etiam ſoli ſterilitatem, ejus curam Anglihactenus abjecerunt. *Orb. Imp.*

Nova Anglia, adde: culriſſima totius Americæ, magnum incrementum ſumſit, circa A. C. 1636. quo & ſequ. piusquam duecenta millia hominum, ex Anglia in illas partes migrarunt, ibique & paſſim per Inſulas Americæ, ab Hiſpanis delertas, fuæ gentis colonias duxerunt, quarum præcipua ſedes, in inſ. Bermuda, *Nova Anglia* & inſ. Trinitatis. Præter Bricholum *Novum*, *Novumque* Londinum, regionis metropolim, inſuperibi urbes ſunt Boſtonium, *Novum* Plymmouthum & *Nova* Cantabrigia, quæ urbs Academiâ inſignis eſt & ab Anglis ſtudiorum causa frequentari ſolet. In eandem regionem, bello intellino Anglicum turbante, Independentes magno numero receſſerunt. G. Hornius *Orb. Pol. Part. IV. p.* 77.

Nova Cantabrigia, urbs *Novæ Angliæ*, Academiâ inſignis, V. hic *ſupra.*

Nova Francia, adde: Eodem refert Hornius terram Corterealis, terram de *Bacalees* & *Norumbega*; ſed nomina hæc jam in defuetudinem abiiſſe, regionesque illas, quæ ante circiter 30. annos *Nova Francia* appellabantur, ab aliis *Novam Britanniam* dici ſub eaque Novam Angliam & Novam Scotiam contineri, tradit Idem *ibid. pag.* 76.

Nova Granada, pars Americæ Meridionalis, complectitur provincias, *Bogota*, *Thuniam* & *Panches*. Metropolis eſt Civitas S. Fidei *S. Fé de Bogota*. Reliquæ urbes, Thunaja, Merida, Pamplona, Idem *ibid. p.* 79.

Nova Hiſpania, adde: Cultiſſima Septentrionalis Americæ regio cenſetur, è qua Hiſpani tantum auri argentique ad nos deferunt. Tota coloniis Hiſpanorum occupatur, qui indigenis vel extinctis, vel iisdem permixti, eam proaltera ſua patria habent. Præter urbes memoratas, ibidem ſunt, Granada, Guatimala, Karthago, Nomen Dei *Nombre de Dios*, Panama, & Segovia. Idem *ibid. pag.* 78.

Nova Nupta, V. infrà *Nupta*, item in voce *Sponſa.*

Nova Religio, Romuli Lege prohibita: æquo fonte hauſit Cicero *de L. L. 2. Sunto, Deos ait novos aut alienigenas coli, conſuſionem habet religionum, & ignotas carimonias. Non à Sacerdotibus, non à patribus accepta Deos (ita placet coli, ſibique Legi parueriut ipſi.* Suadet nempe illis verbis Legem, quam rogabat, hanc *Separatim nemo habeſcit Deos, neve novos, ſed ne ad veteres, niſi publicè aſciteis privatim colunto.* Et certè ne quis novos haberet *Deos* ſed patreiet νόμον, intercrat Reip. ut eſt ad Auguſtum Mæcenatis monitum apud Dionem *l. 52.* Τὸς ἓ ξένους καὶ τὰ νέα θεῖα, ἢ μέχρι ἓ πλεῖς, μὴ μόνον ἓ θύειν ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ἱδρύεσθαι, ἀπὸ τοῦ πατρίου νόμου ἐκώλυσε. Quod ſi quis ſacra ſua ſine publica auctoritate ſuſciperet, ſeu ea ſacra ſeu ſacrificia, ſeu ritus, ſeu ſacerdotia, ſeu templa, ſeu aras, ſeu ſigna, ſeu loca religioſa, ſeu quid aliud, ſine publica auctoritate ſuſciperet, ea omnia jubebat ad patrium morem redire. Quid verò in religione quid innovare, *novare* & *puni*, non *ſolum*. *Deorum causâ*, quæ qui *contemſerit nihil aliud magni affimabit: ſed & quia nova introducunt Numina, multos & externos Deos* eum abducunt, unde conjurationes, ſeditiones & coitiones eiandeſtinæ. Sed & apud Græcos hoc unicè obſervatum volebant Vett. ne quid temerè immutaretur, in Decorum ceremonijs, Hoſt. in Areopag. unde lex Draconis, ἐάν τις ἄρχων ἢ ἰδιώτης ἐπὶ τυραννίδι, ἢ ἐπὶ τῷ καταλῦσαι τὸν δῆμον ἢ τὰς ἀρχὰς ἢ τοὺς νόμους ἢ ἄλλο τι ἐπὶ κακῷ τοῦ δήμου ἢ τῶν ξυμμάχων ἢ τῆς πόλεως ἐπιβουλεύῃ, ἐξεῖναι τὸν βουλόμενον τῶν ἐνδέκα ἐπὶ τὸν ἄνδρα ἄγειν, ἐὰν ἐπὶ τῷ ἀδικεῖν ἁλῷ, τὸν θάνατον ἀποτίνειν. *Si quis Archon aut privatus regnum affectet, vel ut Senatum aut leges aut quid aliud in Republica malè vertat, ſi quis id deprehenderit, licere cuivis ex undecim virorum collegio in eum animadvertere, ſi manifeſto deprehenſus fuerit.* Ita Demoſthenes *in Timocrat.* Ita Lycurgus *in Leocrat.* Ita Andocides *de Myſteriis.* Ita Plato *l. 12. de Legibus.* Ita Xenophon *Memorabilium l. 1.* Ita Cicero *pro Domo ſua.* Ita Livius *l. 39.* Ita Dionyſius Halicarnaſſeus *l. 2.* Ita Valerius Maximus *l. 1. c. 1.* Ita Gellius *l. 4. c. 9.* Ita Ulpianus *l. 1. §. 1. ff. de Orig. Juris.* Ita Paulus *l. 1. §. 1. ff. de Orig. Juris.* Ita Modeſtinus *l. 2. §. 1. ff. de Orig. Juris.* Ita Gaius *l. 1. §. 1. ff. de Orig. Juris

dam, ut Dionysius vocat, qui ἐπὶ ζωῆς τινι novaculam defossam refert. Atque hæc est ara Comitii, ad quam Plinius enatam dicit ficeam ficum, de qua proximus supra; ubi de *Navia Fica*. Nec non longè ab hac ficu fuisse aram illam, Dionysius indicat. Sed nec fine religione aut cæremonia aliqua defossa est *novacula*, quæ tantum ediderat miraculum, ad confirmandam Augurii majestatem, quam Rex deludebat: verùm & factum factum est in ea defodienda & ara defuper imposita. Qua dere V. plura, apud Claud. Salmasium *ad Solinum pag.* 1137. & *seqq.* Dicta autem *Novacula* est à *novando i.* radendo vel lævigando barbam. Arnobius, *quid novatio & retractatio judaicum? Sic novatum nuncupare lymphæ*, pro extergere, nitidare & quasi *nova* facere. Valerius Flaccus,

Hæc sate purpureo, vivaq; nitentia lymphâ
Membra novas, &c.

V. eundem *ad Lampridium in Heliogabalo.*

Novæ Puellæ, apud Capitolinum *in Marco*; *Novæ puellæ Faustinianæ institutæ, in honorem uxoris morituræ*: quæ nam dictæ sint, ambiguunt eruditi. *Novi & puella novorum nominum*, occurrit apud Jul. Capitolinum supra, *Ob hunc conjunctionem pueros & puellas novorum nominum frumentariæ perceptioni ascribi præceperunt*: qui idem cum *novis*. Nempe, ut Salmasius judicat, primus pueros & puellas alimentarias constituit Trajanus: quibus liberalitatis incrementum adjecit Hadrianus. Pius etiam, in honorem Faustinæ novas puellas adscribi fecit, quas *Faustinianas* appellavit. Postmodum Marcus & Verus, novorum nominum pueros & puellas additamentis nimiùm daterat nomina sua, qui asscribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri puellæque ideò *novorum nominum* Auctori huic dicuntur, quòd præter illos & illas, quarum nomina jam habebantur adscripta, *novi* isti adscribebantur. Salmasius *ad l. V.* quoque supra, in voce *Alimentariæ.*

Novaliciæ, adde: Seu *Novaliciam aut Novaliciensis oppidum*, vetterrimo Monasterio, quod S. Petrum Patronum habuit, illustrat admodum fuit ac opulentum, villis & cellis cùm in Gallia, tum in Italia dives, situm in valle Segusina, inter Montem Cinisium le *Mont Cenis* & opp. Segusium, ab utroque paribus distans intervallis. De quo ut & Cœnobii ejus Abbatibus fusè agit Chronicon Monasterii in 6. libros divisum, & ad annum C. circiter 1050. seu ad Henricum II. Imper. deductum; è quo dilcimus, multa olim templa, domosque multas eo in Oppidulo ac Monasterio fuisse, quod in nomine ludens Auctor *Monasterium Novæ lucis* ibidem appellat, & à Saracenis direptum atque incensum esse feribit, apud Hadr. Valesium in *Gall. in voce Novaliacum.*

Novares, adde: Historiam utriusque breviter hisce complexus est Hieronymus, *Catal. Scriptorum Eccles. cap.* 80. *Novatianus, Romanæ Urbis Presbyter, adversus Cornelium cathedram Sacerdotalem contra invadere, Novatianorum, quod Græcè dicitur Καθαρῶν, dogma instituit, volens appellatas fuscipere pœnitentes: hujus auctor Novatus Cypriani Presbyter fuit.* Plura de utroque, V. apud Jo. Forbesium *Instructionum Historico Theol. l. XII. cap.* 10. & *XIV. c.* 3. ut & supra, ubi de illorum superba voce *Nolo me tangere.*

Novellæ, nomen junonis, apud Romanos, quo calabatur, id est, vocabatur in mensium Kalendis à Pontificibus. Varro, Joh. Rosinus. *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 6. Idem nomen fœminæ eundem in Italia eruditæ fuit, de qua fic Leander Albertus Bononiensis, *in descr. Romanulæ pag.* 515. *edit. Colon. A. C.* 1567. *Mulieres*, inquit, *etiam illuvis eruditas, ornatasque Bononia tulit: inter quas Joanna, Matthæi Blanchetti filia, Bonfignorii uxor: quæ & elegantèr Latinè loquebatur, & Germanicæque linguæ habebat usum.* Novella, *Johannis Andreæ filia, Johannisque Elizani conjux, Patrevecuspam, munus ejus ex suggestu docendi fustinebat*, V. Gerh. Joh. Vossium *de Philol. cap.* 2.

Novellæ, fic dictæ Cedreno *in Justiniano*, quòd nova eis atque à Vett. dissidentia jura constituta sint. Sed id e. g. 91. & 92. non competit. Meliùs itaque Cujacio fic appellatæ sunt, quòd *novissimæ* fint promulgatæ ab Imperatoribus, post Codicem Justinianeum repetitæ prælectionis, unde Græcis Νεαραὶ μετὰ τὸ Κῶδικα. Ita olim nuncupabantur Constitutiones quasdam Theodosii, Valentiniani, Leonis, Marciani, Majoriani, Severi. *l. quotiam Nov. Cod. de inoff. Testam.* Quia sc. promulgatæ erant, post Codicem Theodosianum. Etiam sic dicebantur Justiniani Constitutiones quædam, quæ sc. promulgatæ erant, post primam editionem Codicis, *lib.* 1. *§. fed cum Novell. de emend. C. Just.* Ex his verò, quæ nunc sunt in Codicem relatæ, *Novellæ* esse deficrunt. Ita enim propriè appellantur, quæ in ipso volumine Constitutionum Principalium non continentur, extemergentibus postea causis factæ, quæ extra Corpus Constitutionum vagantur. Atque ita quoque, post libros Βασιλικῶν, Constitutiones Leonis Nicephori, Michaelis Alexii, & aliorum quorundam Imp. dictæ sunt. Et hæ quidem *Novellæ*, vulgò plerisque libris uno volumine continentur, additis etiam quibusdam formis Præfectorum Prætorio, quæ dicuntur Ἐπαγγελικά. Formas enim Præfectorum hujusmodi vim habuisse legis, patet ex *l.* 2. *C. de Offic. Præfect.* apertiss. *C. de Judic. l. penult. C. de Usufruct.* Edictas illas esse consuetudines, omnes consentiunt: eas igitur Methodicè & in artem hac via redigi posse putat Pardulfus Prateius. Primum omne fuit in *publicum & privatum* distributi debet: ad *Publicum* pertinent Sacræ, Sacerdotes, Magistratus. In primo genere collocanda e. Constitut. 140. *adv. Ebionitas*, *l. de Hebræis*, de interpretatione librorum Sacrorum, cui subjicitur, Nov. 131. c. 1. de Canonibus Ecclesiasticis. Subsequentur Episcopi, & Clericorum Ordines reliqui, Nov. 131. & 56. & 6. 133. & c. 2. 175. Subnectenda sunt Orationis domus & Templa, Nov. 58. quibus adjicias res Ecclesiasticas, Nov. 7. 120. & 46. Earum privilegia, Nov. 131. §. πρὸς τούτοις & Nov. 131. Sacra Sacerdotesque sequuntur Magistratus, Ordines, eorum Officia, Nov. 145. 80. 35. 11. & 13. post hos Judices, Nov. 82. Præsides Nov. 8. Mandata 17. & Civitatum Defensores, Nov. 15. Magistratus cetquuntur crimina: Ideoque ponatur hic Nov. 79. puniunt Hæreticos, Nov. 42. Ad milites & eorum transitum perveniendum, ideoque ad Nov. 116. Hi arma tractant, & proin Nov. 85. subjicienda est. Subsequantur Decuriones, Nov. 101. & 70. Tabelliones quoque sunt personæ publicæ, proindè hic ponatur Nov. 44. Hi scribunt Testamenta, idcirco huc referatur Nov. 1. *sub prim.* Quantum liberis testamento relinqui debeat, constituit Nov. 8. Testamenta inter liberos, Nov. 107. Hi instituendi, non prætereundi ne Parentes, Nov. 115. Tutores Testamentarii Nov. 117. Fidei commissa, Nov. 108. & 159. Eis deliberandi 158. post testatos collocavit Prætor intestatos, sic Imp. Nov. 118. 84. 127. & 68. Hactenus de Jure publico, sequitur *Privatum*. Porro o. mne Jus, quo utimur, vel ad *personas*, vel ad *res*, vel ad *actiones* pertinet. *Personas* quod attinet, à Nuptiis incipiemus, Nov. 21. Nefariæ, incestæ, damnatæque nuptiæ, Nov. 12. & 134. de ea, quæ raptori aubit, Nov. 150. Nuptiarum comes, dos: de hac Nov. 90. 61. 109. & 112. 2. 5. *fin.* & 120. 91. 119. & 158. Ex nuptiis Liberi, de quibus Nov. 89. & 74. Nati ex libero & adscripticio, Nov. 54. explicatur Nov. 156. Infantes adjecti Nov. 153. Libertis dantur Tutores, & fic Tutelæ, Nov. 94. 72. & 155. Clarigatio Nov. 52. Pervenianmusad *Res*, ideóque ad Contractus, Obligationes & Actiones, Nov. 32. 98. 88. 136. & 119. Solutiones Nov. 4. *Actiones* in judicio proponendæ, §. 1. *Inflit. de Act.* de hoc Nov. 96. Qui prius conveniatur, Reus an Fidejussor, Nov. 4. Per Procuratores agi posse, Nov. 71. Juris ignorantiam, Nov. 124. Quæ si Actor abfit, Nov. 53. atque ibi qui expliciunt Judex? Manehi apud quos conveniendi? Nov. 79. Judex competens Præses, Nov. 69. de Præsidefuperbo & negligente Nov. 89. Litigiosa res, Nov. 112. Testes, Nov. 90. Sententia Nov. 82. Appellatio, Nov. 82. 22. & 115. Executio Nov. 134. Hæc Pardulfus Prætejus apud Calvinum *Lexic. Jurid.* Cœterùm *Novellarum* nomen novum non est, cùm ipse etiam Imperator *in 3. Conflitut.* quæ Præfationis loco repetitæ Codicis prælectioni præmittitur, hoc nomine in futurum id operis confirmet. Et ideò teftatur ex *Novellis* in collationes collectas constitutiones, quæ hodiè in Scholis ac Foro versentur: Rursus etiam ante quadringentos annos *Novellæ* in usufunt habitæ, si non omnes, attamen plerasque, ipse Imperator extant, & *Hinc* Anton. Augustinus, *Nomen*, inquit, *hoc vetustissimum est & à pluribus Imperatoribus post Theodosianum Codicem editum & usurpatum, & quo Justinianus ipse usitate frequentius in his etiam Legibus appellandis.* Accurfius autem cùm appellat *Novellas*, Julianii editionem intelligit, cùm ba-baram translationem, Bulgari tempore factam, *Authenticam* vocarit, C. du Fresne *Glossar.*

Novelli, apud Pollionem *in Claudio*, ubi de sorte, quæ emersit, cùm consuleret factus Imperator, quamdiu imperaturus esset,

Tu qui nunc patrias gubernas oras,
Et mundum regis arbiter Deorum,
Tu vincz veteres tui nouvelli:

uti legit Salmasius, pro ne potibus huic sunt aut minoribus. Quæ si dixiffet tors, Claudium veteres omnes Imperatores, non quidem vitæ & Imperii fui longitudine, fed *novelli* fuis fuperaturum, h. e. nepotum fucceffione. Sequitur n.

Regnabunt enim tui minores,
Et Reges facient fuos minores.

Novelli Certè Ψευδώνυμα Quarolo Plauti, funt tirones & pueri adhuc in prima difciplina conftituti: *Quid ad hæc vos dicitis novelli atq; incipientes nunc mei?* Græci Νεαρίσκοι vocant, &c. Salm. *ad d. l.*

Novem, numerus Manium venerationi à Papinio Statio accufus, *Thebaid. lib.* 4. *verf.* 421. ubi de facro Inferis facto,

Ipfe manu trahens, nota, fi limine ftirpe,
Principio largos novicis tellure cavatis
Incinus Bacchi latices &c.

Quibus refpectum videtur ad *Novemplicem* Maronis *Stygem*, *Æn. lib.* 6. Cupiditatibus & Virtutibus fic indicatis, fiquidem fides iis, quæ tradit *adeum locum* Servius: *Quia qui ultius de Mundi Ratione quæ fervent, dicunt, inira novem hos Mundi circulos incinctas effe virtutes, in quibus & irrationdæ, funt & cupiditates, de quibus triplicia majoribus, id eft, Styx. Et dicunt ultas ejus purgationes extra hos circulos poffitutas. Aliquin etiam finis omnium rerum, qui ad Manes fpectat, hoc Novenario numero indicatur, quoniam primi verfus trimembri unes, & Mors fic appellabatur. Primus autem verfus numerorum eft trig, ad decimum.* Sic Martianus Capella *l.* 7. *Emnes quoq; perfectas eft, & perfectior dicitur, quoniam ex tradate tertia formaeius multiplicata perficatur. Deinde quod primi verfus finem tenet, & idco Mors appellata, a qua finis omnis rerum.* Non minus novem *Musas* dicere. *In mundo etiam novem ſunt Zonæ, id eſt, Sphæra & Decem ſe-*

piem

piem, & terræ. Eodem ex parte spectant, quæ tradit Favonius Eulogius, prisicus *Somnii Scipionis* interpres, apud Ciceronem, præcipue cùm ad Mortis jus attinet, ubi ait: *Inter cælum & terram novet intervalla ipsi conficeres lices, sic: Quoniam primi veritas absolutio novenario numero continetur. Neque ipsa decimum circulum Naturæ requirebat.* Sed & in Sacris Romanorum magnus numeri hujus usus, ut ex *ver novem Virginum procissione*, in creperis Reip. rebus apud Liv. conflat. V. quoque Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. ubi de numeri hujus in Magia Vett. efficacia: & *Commentatores* Virgilii *ad lib.* 4. *Noctis vivina tedia terræ amaryllidi colores.* Nec omittendum, Disciplinas Liberales Veterum nonnisi novem eodem numero, totidemque libris Commentariis absolvisse: in quibus à Varrone unum habuisse, Architecturæ illustrationem, indicat Vitruvius *Proæm. lib.* 7. V. Barthium *ad Statium.* Etiam apud Burgundiones, Alemannos, Bojarios, Frisonesque olim, pro re qualibet furto ablata, tres *noxias* ejus pretium reddere tenebatur; quæ multa hinc *Novigildium* seu *Novigildum* dicta est, uti legitur in Burgund. *tit.* 8. & 2. *L.* Alemann. *tit.* 7. §. 1. *L.* Frisionum *tit.* 20. & apud Guillimannum *Rerum Helvetic. lib.* 1. *cap.* 9. &c. de opinione vero vett. Platonicorum, *septimo quolibet anno variare corpus: ut nonaquovis immutati animos nostros, hocque in novenariis fieri, utsupra dum & hoc numero duplicato, ut vies novenis annis mens à se abeat*, docentium, V. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 20.

Novembr. Mensis, quòd nonus esset à Martio, olim anni principe, dictus, additâ postea duobus, nomen nihilominus retinuit, usque ad Principatum Commodi, cujus adulatores, ut reliquorum quoque Mensium nomina immutarunt, ita *Novembrem* vocaverunt *Exuperatorium*; Unde apud Lampridium, *ingam virilem accepisse, & cum Patre salutatum esse Imperatorem* 5. *Kal. Exuperatorias*, legimus: Sed id diu non obtinuit. Fuit autem in tutela Dianæ, & habuit ex ordinatione Romuli ac Cæsaris triginta dies, cùm ex Numæ constitutione 29. dierum esset. Joh. Rosinus *Antiqv. Rom. lib.* 4. *cap.* 15. Ita apud Athenienses, secundum Petitum, respondit *Μουσοφιλεῖον* à Jove Mæmactæ sic appellatus: apud Hebræos, ex parte *Marcheschvan*, ex parte *Chisleu*, V. Franc. Rosiæum *Archæol. Attic. lib.* 2. *cap.* 10. & Thom. Godvvynus *de Ritibus Hebr. lib.* 3. *cap.* 1.

Dies mense Novembri festi apud Romanos.

Kal. *Novembribus*, Jovis epulum celebrabatur quod medius in Idus referas.

VII Idus, Mundus patere dicebatur: quod etiam postridie Volcanalibus, & antidiem 3. Non. Octobr. fiebat. V. Catonem *in Comm. de Jure Civili*, & Macrobium *Saturn. lib.* 1. *cap.* 19. ubi sacrum Diti Patri & Proserpinæ diebus certis, proin tribus his in anno diebus, neque cum hostemanus conferre, neque quidquam in Rep. nisi extremæ necessitate urgente, gerere Romanos solitos fuisse, docet.

IX. Idus & seqq. diebus sex Ludi erant.

III. Idus, Maria claudi, habet Vegetius aliique.

Idibus *Novembris* Epulum in *Novemhillatis*, Græcè Ἐνάπτηρα, apud Lycophronem *Cassandra*,

Γυναικὶ δ' ἓξ ἓσσ τελεσίκροτοι μῆνες κεῖ,
Ὑπδὲν τὸν ἀνάπτηρα λίκνον τρέπον.
Et feminis lex semper indulgenis erit,
Cubitum novenum flere tertium Actæ &c.

Achillis epitheton, non quòd tot præcisæ cubitorum proceritate esset, ut contendit Parrhasius *Comm. ad Claudianum*: sed simpliter quòd procerus. Unde Philostratus Ἡρωϊκοῖς, Ἀχιλλεὺς δὲ ἦν, inquit, ὁ τοῦ ἡρωϊκοῦ, αὐξάνει τε μέγα, καὶ ἅμα τοῖς παισὶν ἄνδρα, Πνεῦμα αὐτοκαυτὸν ἅπαντα στὰς ἐκελίωσεν ἀναβλέπει, ἀμφὶ ὦμοις ἐπὶ ἀνάπτηρα. Hinc Ἀχιλλεὺς, & ab Achille genus ducere dicti sunt, proverbiali loquutione, qui reliquos corporis mole anteirent, uti discimus ex Heliodoro *Æthiopicorum lib.* 2. Συνήκουε γὸ τὰ ἀδύξωμα τὸ πανικοῦ μοι ἀλλοῦς ἰδαζεῖς Ἀχιλλεῖς ἐκ ἐμέτρουν, ἐκ ἐσ ἰσεῖν μορφὴν καὶ ἐκ ἐσ ἰδεῖν ἐδὲν ἐ μέγεθος. *Incidi prudite in adolescentem, qui vere Achilleidas referre videbatur, cum facie corporis, tum proceritate.* Eodem sensu ἀνακτηρα Homerus vocitantur Otus & Ephialtes *Od.* λ.

Ἔνθα μὲν Ὦτόν τε βίην ἀμύμονα θεῶν
Εἰσεῖδον, κρατερὸν τε Ἐφιάλτην τε μέγαν τε.

Ubi servata proportione longitudinis triplà ad latitudinem, ἀνακτηρες seu *novemcubitales* in latitudine: ἐνεαπήχεις in longitudine.

los fuisse ait, ingenti & procerâ valde staturâ insignes indigitans, Hesych. V. Joh. Meursium *Commentar. ad Lycophr. d. l.*

Novemsides, apud Marium Victorinum, qui *Novemsides* Servio, diti sunt apud vett. Romanos Deorum *ἀναθέσει*, qui de hominibus in Deorum concilium & collegii allegebantur: quòd eadem *side* cum iis præditi essent, quasi adsessores & *vvitnesses*. Ita autem is, *Novemsides sive per libros per disseribendum. Communionem enim habuerunt hæ liter æ apud antiquos, ut linguam & dengnam: daricimis & lacrimis: capitolium & capitolium & sella a side* &c. Pòth. *Novemsides autem, quos Graci σύνεδρους, a novem, assidendo, id est, eadem side præditi*: quòd *novem* in eadem *side*, hoc est, in eodem templo collocati essent. V. Salmasium *ad Ælium Spartianum in Hadriano*, & hic passim, inprimis in vocibus *Parædri*, item *Synodus*.

Novempopulonia, adde: Aliàs *Novempopulana provincia*. Sic hodie Aquitania vetus ac propriè vocata, quam Cæsar Garumnâ & Pyrenæo, Oceanoque terminari scripsit, dicitur. Illa enim, quam Augustus postea usque ad Ligerim 14. gentium adjunctione promovit, postquam diu una manst' provincia, tandem à Constantino Magno ut videtur, ab duas, Aquitaniam nempe & *Novempopulanam*, divisa est: Sequentique tempore, cùm iterum Aquitania divideretur, tres ex ea factæ sunt, Aquitania I. Aquitania II. & *Novempopulana*. Quæ casa, ut ista à quibusdam *Aquitania* III. inprimis ab Isidoro, qui circa A. C. 800. Notitiam quandam Gallicam edidit, non inepte dicatur. Hanc Rufus Festus *in Breviar.* appellat *Novempopulanam*: Notitia Imp. Gall. nunc *Novempopulaniam*, nunc *Novempopulos*: Concilium Aquilejense & Edictum Honorii Aug. ad Agricolam Præfectum Prætorio *Novempopulaniam*, &c. à novem populis, de quibus suo loco: qui hodieque provinciæ hujus populorum clarissimi sunt, exceptis unis Elusatibus. Nam Benarnenses, Aturenses & Eloronenses, qui ejusdem provinciæ finibus continentur, nomina Urbium sunt, non populorum, quos Geographi norunt. Ortelius novem populis Vivisco accenset, gentem Aquitaniæ II. clarissimam & Medulos ac Bojos, populos obscuros & ignobilesac ab Ausonio & Paulino primum *Iuis* nominibus appellatos, sed Burdigala, caput Biturigum Vivisco rum, & Medui ac Boji ei subjecti, licèt trans Garumnam sint in *Novempopulana* finibus, tamen Aquitaniæ II. attribuuntur. Vocatur reg. *Novempopulana* à quibusdam Prov. *Auscensis* vel *Augitana*, à capite & Metropoli provinciæ. Livius partem *Novempopulanæ*, appellavisse videtur *Aquitaniam subjectam montibus Pyrenæi*: Sulpitius Severus, *Hist. Sac. lib.* 2. *interiorem Aquitaniam*. Tandem à Vascombus, qui eam occupaverunt, dicta *Vasconia* est, quod Eadem circa æratem Gregorii Turon. ante annos circiter 1100 vetiam nomen in *Gasconne* appellitatur. Vascones enim, gens Hispaniæ Tarraconensis, provinciam hanc regnantibus apud Francos Chlotarii M. filiis ac nepotibus vastavere ac fensim fines suos profe rendo fere omnem tandem, Francis sub Majoribus Domûs bello civili laborantibus, occupavere, nominèque suo illi imposito, Ducem suæ gentis jurisq; habuerunt: donec missò à Theodeberto ac Theodorico exercitu victi, domiti, tributariique facti sunt, Duce illis Genialì præposito. A' Charibertо quoque postea, Dagoberti fratre, stipendiarii facti, deinde à Dagoberto ipso præfio superati & ad deditionem fidemque promittendam Aighina Duce compulli sunt: quemadmodum & Lupus Dux Vasconum A. C. 709. seipsum totamque terram suam, cui præerat, Karoli Regis ditioni potestatique submisit, ut Eginhardus aliiq. literis prodidere. Sed nonandum, Historicos Karoli M. æquales Vasconiæ nomine fæpe abutentes, eo vocabulo non prov. *Novempopulanam* modò, à Vasconibus fere omnem occupatam, sed etiam totam reliquam Aquitaniâ usq; ad Ligerim impropriè vocitare, ut in rebus Caroli Duc. Francorum adversus Eudonem, & Pippini Francorum R. adversus Waifarium Aquitaniæ Principem, observavit Valesius. Indigenis *Guascoigne* dicitur, & Elusam olim, nunc Augustam Ausciorum Metropolim habet. Gervasius tamen Tilsberiensis duas Vasconiæ Metropolin facies, non modò prov. *Novempopulanam*, sed etiam prov. Narbonensem primam, seu Gothiam Septimianiamve Vasconiæ attribuit, more Ecclesiæ Romanæ quod etiam quædam Notitiæ & Vitæ Sanctorum faciunt. At aliæ, Notitiæ Vasconiæ Archiepiscopatum solùm Auscitanum ascribunt, unà cum decem fedibus ei suffragantibus. Porro Arnaldus Oihenartus *Novempopulanam* dividit in Superiorem ac Inferiorem, atq; in varios utrobique Comitatus ac Viceomitatus, V. Hadr. Valesium *Not. Gall.* ac paulo *infrà*, ut & in voce *Vasconia*.

Novempopulanæ superioris seu Vasconiæ propriè dictæ, aliàs majoris vel ulterioris, Diœceses ac ViceComitatus.

Aquensis Diœcesis.	Leportetanus vel Lebreten-
Aquensis Viceeomitatus.	sis Viceeom. nunc Ducatus.
Aturensis Diœce.	Lupanerien sis Viceeom.
Gavarritanus Viceeom. vulgò *le Gabardan*, à Gavarito *Gabarret* capite suo.	Martianen sis. } similiter Vi- Tarrafensis. } ceeom.
Juliacensis Viceom.	Vasatensis Diœceſis, V. Oſ-
Lactorensis Diœce.	henartum suprà memora-
Lecomœnsis Vicec. *Lomagine.*	tum.

Novempopulanæ Infer. sed Vasconiæ citer. Diœceses ac Comitatus.

Aftariacenſis Comit. *Aſtarac.*
Benearnenſis pagus.
Bigerricus Comit.
Convenenſis Comit.
Fidentiacum.
Gaura.
Inſulanus Comit. ab Inſula Jordanis cognomi natus.
Lapurdenſis Præfectura.
Manhoacenſis vel Majenna-cenſis Comit. *Magnoac.*
Vaſcorum regio ſeu Vaſcitania : E' quorum Fidentiacenſi Comitatu Armaniacenſem *Armagnac.* ; ex Aſtariacenſi verò Pardiniacenſem *Pardiac.* Comitatus eſſe deceptos atque detractos, innotavit idem Sibbaldus, apud Valeſium *Lcit.*

Novem viri, apud Athenienſes fuere inter præcipuos eorum Magiſtratus, qui annuo impetu defungebantur ſic : ut unus illorum *Archon* diceretur Faſtosque ſignaret, alter Rex, tertius Polemarchus, reliqui ſex Thesmothetæ ; teſte Pollucе *lib.* 8. *cap.* 9. Quos Magiſtratus cum fortiti eſſent illi, quos Populus deſignaverat, oportebat in eorum vitam inquiri, antequam Magiſtratum capeſſerent, idque ſtebat prius apud Quingentorum Senatum, deinde apud Judices : cujus utriuſque *ἀκκισεῖσιν* eadem erant Kapita, quorum nonnulla etiam hodie leguntur. Ex Polluce iſta habe : Εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶ γεγενημένοι καὶ πατρῴαν τὴν ἐξ ἀρχῆς θεὸν, καὶ ὅ Ἀπόλλων ἐν τοῖς πολίταις καὶ φράτορας Διὸς Ἑρκείου, καὶ ἱερὰ Ἀπόλλωνος πατρῴου καὶ ἑστίαν ἐν ἀγορᾷ ; Ἔστι τοῖς ἐκ γένους ἐπὶ τοῖς ἀφανέσι τὸν ἐγγυτάτω ἀγχιστεύειν καὶ ἐπιδικάζειν τὰ ἀφανῆ ; Ἔστι τοῖς ἐπικλήροις ἐπιδικάζειν ἐν τοῖς ἐπὶ τῷ ἐπικλήρῳ

Constantinus, quomodo etiam in nummis ejusdem Augusti, dicitur. Eadem dein nomenclatura donatus est à patre Heraclio, filius ejus cognominis primogenitus, dictus *Heraclius Novus Constantinus*, ut ex subscriptione *Novellæ* Heraclii liquet, quæ data legitur *VIII. Kal. end. Majas CP. Dominorum nostrorum piissimorum Perpet. Aug. Heraclii anno IX. & Heraclii Constantini Novi filii ipsius anno VII.* ut & ex subscriptione *diplomatis* Honorii P.Rom. apud Ughellum in *Episcopis Bobiensibus*. Neque tamen Tiberio & Heraclio peculiaris fuit hæc appellatio, nisi quòd cognominis vice propriè videatur iis indita, Tiberio quidem à Justino profecero; Heraclio verò Juniori à parente, cum hanc fere ceteri ambirent Augusti. Manasses enim Angelo *Novo Constantino* non fecmel acclamatum legitur, in Concilio Chalcedon. *actu* 4. & 6. Justino item, Justiniano, Constantino Pogonato & Constantino filio Irenes, in variis Synodis. Quin etiam posterni Imp. idem nomen ambitiosè quasi vexarunt, quod de Michaële Palæologo testatur inscriptio, in ade Deiparæ Peribleptæ Constantinopoli, quam profert Leunclavius, firmatque Georgius Pachymeres. Imò è Francis genite Impp. Constantinopolitani eandem appellationem usurpasse videntur, uti de Balduino Flandrensi docet Car. du Freine *Dissertat. de Imper. Avi Numismatibus num.* 39.

Novi Dii, V. supra *Nova Religio*.

Novi Homines, apud Jul. Capitolinum *in Marco*, *Antonini mox ipse nomen recepit — & Verum eum appellavit — ob hanc conjunctionem pueros & puellas* novorum hominum *frumentariæ perceptioni adscribi præceperunt*. Vito Erudito funt Christiani, quos ad frumentationem ab Imperatore admissos fuisse, contendit, sed fine ratione, cùm Martium non solùm alienum fuisse, ab iis, qui Christo dissident facramento, sed & exquisitissimis sæpe suppliciis in eos sæviste, conster. Casubono sunt, qui recènsex lege Pii civitatem nacti, cives quidem erant, sed conditionis deterioris, quàm alii ab antiquo cives Romani. Ita enim de illis Plinius Panegyr. *Hac manfuetudo legis veteribus civibus servabatur*: Novi *, seu per Latium in civitatem, seu beneficio Principis renascenti, nisi simul cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur, quicunis conjunctissimi fuerant.* Verum aliud *Novi Cives*, aliud *Novi Homines*; quos nomine non alios, quàm qui ex humili loco ad summa evecti, merito fuo vel Principum favore, natalibus suis nihil debent, appellari à Latinis Scriptoribus, moris est. Adde, quòd sub Trajano, qui primus alimenta constituit ejusmodi puellis & pueris, illud novorum civium genus nondum fuerit. Itaque *novorum nominum* legi vult apud Capitolinum Salmasius. Cùm enim darent nomina sua, qui adscribendi erant huic frumentariæ perceptioni, pueri hi puellæque, si quos Marcus & Verus ascribi præceperunt, ideo *novorum nominum* dicuntur, quòd præter illos, quorum nomina jam habebantur adscripta, quosque jam instituerant priores Imp. Trajanus, & Pius, novi isti fuerint postmodum ascripti. V. cum *Not. ad l.*

Novigentulum, vulgò *Nogentel*, locus Gallicæ, in pago Briegio, proximus Novigento Artaldi, Hadr. Valesius *Notit. Gall.*

Novigentum, in priscis codicibus sæpe *Novientum*, Manassi Suessionensi Episcopo *in lit. anni* 1107. *Novientum*, nomen est multorum in Gallia locorum; quæ cognominibus à se invicem discriminantur, ut infrà videre est. Simpliciter ita dicitur, locus ad Matronam in Parisiis, non longè à Confluentibus, Nogent villa olim Regia, Idem.

Novigentum, vulgò *Nogent en Anjou*, locus Gallicæ, in pago Andicavensi, Id.

Novigentum Artaldi, *Nogent l' Artaud*, vicus ejusdem Regni in Briegio, ad Matronam fluvium, proximus Novigentulo, de quo *supra*. Id.

Novigentum ad Auturam, vicus ejusdem Regni, à fluvio, cui assitus, nomen habens. Vulgò *Nogent sur Eure*. Id.

Novigentum Bernardi, *Nogent le Besnard*, vicus Gallicæ, paucis millibus distans, à *Novigento* Perticensi vel Rotroci, de quo *infrà*. Id.

Novigentum, Codiciaco castro subjectum, vulgò *Nogent sous Coucy*, villa fuit publica pagi Laudunensis, à finibus Suessionum Aquisii annæ divisa, ut docet Guibertus ipse *Novigenti* Abbas. Ejus mentionem Auctor *rerum gestarum Ebronis*, Theodoricum Regem Francorum ac Leudesium Majorem domûs Regiæ incautos perfequentis. *Noviandum* dicitur Manassi Suessionensi Episcopo, de quo *supra*.

Novigentum in Pertica, Orderico *lib.* 13. *Nongentum in Perticensi pago*, Guilelmo Brittoni, *ad A.C.* 1189. idem cum *Novigento Rotroci*. V. mox *infrà*.

Novigentum Regis, *Nogent le Roy*, to. aut 12. leuc. à *Novigento* Rotroci, ad flumen Auturam, cognomine suo Novigento Rotroci Comitis velut oppositum, ab eoque distinctum. Dictum exinde, quòd ibi Philippus VI. Francorum Rex obiit A. C. 1350. Quidam tamen, *Novigentum* Memberti vel Eremberti, ab Isabella Blesensi Philippo datum, atque inde mutato cognomine *Novigentum* Regis dici cœpisse, affirmant. Idem *ibid.*

Novigentum Rotroci, *Nogent le Rotrou*, à Rotroco Comite Pertici, possessore suo ac Fundatore, nomen accepit: quem quidam *Rotroldum* appellant, inprimis Britto *Philippid. lib.* 3.

Pertica Rotroldo gaudet nemorosa recepto.

Orderico *Novigentum in Pertica*, ut suprà, vocatum. Hæc optimè sunt eulti, qui non à loco, fed à pago ipso sive Regione *Perticenses* vocantur, vulgò *contrata Perguis*. Ab eo paucis millibus distat *Novigentum* Bernardi, de quo suprà.

Novigentum ad Sequanam, *Nogent sur Seine*, oppidum est non ignobile in Tricassibus. Dicitur aliis *villa Novigentum*, in pago Mauripeusi, & ad Monasterium S. Dionysii pertinebat: de quo Annales Bertiniani, *Anno* 859. *ossa B. Martyris Dionysii, Rustici & Eleutherii, mitsa Danorum in pagum Mauripensem, in villam sui juris Novientum devecta sunt*. Erat & alterum ad eundem fluvium *Novigentum*, quoque in Parisiis annexum. Chilodoaldi *S. Clodoaldi* nomen ferens. Idem Valesius *Not. Gall.*

Novigentum Virginum, *Nogent les Vierges*, locus est Galliæ, in Bellovacis, ad Isaram flum. oppositus Credilio. Idem.

Novilunium, ab Athenien sibus religiosè observatum, ante quod copias contra hostem educere non licebat, cà lege: Σκεψάσθω μὴ ἐξάγει στὸ τὸν Νουμηνίαν, *Cupiat ne educentes ante septimum mensis diem*; cujus meminit Hesychius, Zenobius item *Cent.* 3. *Prov.* 79. cùm contra Lacedæmonii τὸν ἐν πανσελήνῳ ἐξὶ Πανδίωνι μὴν obtervarent, Sam. Petitus *Comm. in LL. Attic. lib. VII. tit.* 1. Iisdem οἱ Νουμηνίαι seu Νεομηνίαι facratissimæ erant, teste Plut. de *vitando ære al.* quamvis inter festa non censerentur. Suidas, ἔξω τῶν ἡμέρων τινὲς ἑορτῶν· Ἀθήνησι Θεσεῖα τοῖς, εἶτα Νουμηνία τῷ ὀγδόῳ, Ἀκταίωνος. *Extra festa, dies quidam fasti habebantur apud Athenienses Diis quibusdam, ut Neomeniæ & septimæ dies Apollini*. Corrige, non tam Apollini, quàm omnibus Diis. Schol. Homeri ad *Odyss. lib.* 14. Τὸ Νουμηνίαν πάντων τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι· τοῦτ' ἔστι γὰρ οἱ ἑπτὰ τῆς ὄντες ἀπόδοσις, ἀφ' ᾗ τὰ σύμπαντα αὔξεσθαι εἴωσι τῇ φύσει, Novilunium omnium Deorum existimant esse: *Hoc enim Majores Dies consecrarunt, quod prima esset dies mensis*. Idem Plut. confirmat in *Quæst. Rom.* Ἕκτωσε τῶν Νουμηνίαι τὸν θεὸν σεβόμεθα, τῶν δ' ἑνὸς ἕβδομαι· τῶν δ' ἀνόμων ἀποδόσεως. V. suprà in voce *Kalendæ*, ubi quoque Romanorum circa Novam Lunam ritus strictim attigimus. Apud Hebræos, qui habet Neomenia solemnitate aliquâ similiter insignis erat, & fine dubio, ab hac gente ad reliquas *Novilustrium* celebritates, ut & plurimi alii ritus, fluxere. His enim diebus ad Prophetas audiendos, non aliter ac Sabbathi die, confluisse populum, discimus ex 2. Regum *cap.* 4. *versu* 23. *Qui dixit, quare istas ea ad eum* (Elisæum) *hodie, cùm non sit Novilunium, neque Sabbatum*. Eodem neque vendere, neque emere licuisse, docet Amos *cap.* 8. *versu* 4. *Quando transiverit hoc Novilunium, ut vendamus commeatum? & Sabbathum, ut aperiamus frumenti horreu*. Sacrificia quoque peculiaria illo oblata fuisse, habetur Num. rorum *cap.* 28. *versu* 11. *Item in initiis Mensium vestrorum offerte Jehovæ holocaustum: juvences fubrumos binos & arietem unum, agnos annículos septenos integros*: cum *vernis decimis similæ, in juvencum unumquemque, binis, decimis in arietem unumquemque, & libaminibus, hircoque in peccatum Jehovæ offerendo*, de quibus agitur *versibus seqq.* Tria autem cùm in Novilunio quolibet consideranda veniant, Σύνοδος, *Lux Conjunctio Lunæ cum Sole*, Ἐξουσία-Ἀναβίωσις *Incrementum Lunæ*, & Σχῆμα μηνοειδὲς, seu *Figura ejus cornicularis*, annotante Jos. Scaligero *de Emend. Temp. pag.* 264. Item *pag.* 105. omnibusque in his tribus gradibus mutationis Lunæ, Veteris Novæque, aliquod commercium fit, Hebræi duos semper dies, ultimum mensis cujusque, & primum proximè sequentis, observare soliti sunt: Et quia trigesima dies, ultima erat in longissimis eorum Mensibus, hinc Horatius hosce dies, *Trigesima Sabbata*, vocat; primi autem Neomeniæ dicebantur. Hospinianus de *Orig. Festorum cap.* 4. Inprimis autem *Novilunia* mensis Tisri, qui anni Sacri septimus, anni verò Civilis primus erat, celebris apud Israëlitas fuit: Illo enim *Festum Tabarum*, de quo *suo loco*, peculiaribus ceremoniis, divino jussu, celebrari solitum est. Sed hæc, velut umbra rerum futurarum in Novo Testam. Messia jam exhibito, abolita esse, docet Apostolus Colost. *cap* 2. *versu* 16, & 17. *Ne quis igitur vos damnet ob cibum vel potum, aut respectu festi aut Novilunii, aut Sabbathorum. Quæ sunt umbra rerum futurarum, at corpus est Christi*. V. Thom. Godwynum *de Ritibus Hebr. lib.* 3. *cap.* 7. *ubi de triplici transitione dierum apud Judæos, Lunari, Civili ac Mixta, pluribus disseritur, ad ritus eorum circa Novilunii celebrationem plenius inuendegendos*. Sed & Trojam *Novilunio* captam esse, Virgilius indigitat *Æneid. lib.* 2. *versu* 215.

Jamque Argivæ phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ,
Litora nota petens.

h. e. *nova Luna*, quæ in ipsa *cuvódῳ Luna silens* vocabatur: aut certè quum exiguus ejus esset fulgor, quod testimonio Lunam appellat Servius *in locum*, *Sciendum septimâ Lunâ captam esse Troiam, cujus simulachrum apud Argos est, quod relata victoria est constitutum, ab imagine ejus quæ tunc erat dividuo orbis modo*. Petronius tamen *in Satyr. pag.* 45. plenâ Lunâ Trojæ halosin contigisse ait. V. Thom. Dempsterum *Paralipomenis in Joh. Rosini Antiq. Rom. lib.* 2. *cap.* 9.

Noviodunum Æduorum, memoratur Cæsari *de bello Gall. lib.* 7.

Erat, inquit, *oppidum ad ripas Ligeris opportuno loco situm. Hunc Cæsar omnes obsides civitatum Galliæ, frumentum, pecuniam publicam, suorum atque exercitûs impedimentorum magnam partem contulerat: huc magnum numerum equorum, hujus belli causâ in Italia atque Hispania comtorum, miserat. Eprovedorix Viridomarus-que Ædui, interfectis* Novioduni *custodibus, quòd, ex negotiandi aut itineris causâ convenerant, pecuniam atq; equos inter se partiti sunt: oppidum, quod ab se teneri non posse judicabant, ne cui esset usui Romanis, incenderunt. Natisdunum Aiduum*, vocatur Dionis lib. 40. Potitum est ad confluentes Niveris & Ligeris, ac à Nivere vel Nevere *Nivernum*, poëta *Nivernum*, depositâ veteri appellatione, est nominatum: Unde Jof. Scaliger *Novioduno*rum quoque *Nivernen*sium, in quadam Notit. provinciarum Galliæ, quæ Cuiacii JC. fuit, appellatum fuisse, refert. Guido Coquillius *Antiqq. Nivern.* prodit, *Nivernum* veterem fuisse urbem, ad Ligeris & Niveris confluentes in Æduis, distantem ab Elaveris & Ligeris confluente 3. m. p. quæ *Novioduno*rum opp. Æduorum à Cæsare vocitetur, à Nivelli municipio, qui ita leuc. aut circiter 30. m. p. percurrat, novum nomen acceperit: ipsum Nivernum in Not. Prov. Civitatumque Galliæ Civitatibus prov. Lugdunensis nequaquam adnumerari, quòd civitati Æduorum sive Augustodunensium tum parebat, stante adhuc Imperio Rom. quidquid porro veteribus ejus muris altis & latis validisque includitur, *Civitatem* vocari, ibi esse majorem Ecclesiam matrem cæterarum; ibi Ecclesiæ opum & Canonicos habitare; ibi dominium Ducis, *Castellum* vulgò nominatum, ibi Dominicanorum & Franciscanorum Monasteria, ibi complures cerni privatorum domos, parœciis five Ecclesiis Baptismalibus S. Servatoris & B. Jehannis attributas: quodque *Civitatis* nomen & major Ecclesia cum Episcopi domo indicant, vetus ibi Nivernum fuisse, & hanc urbis partem, ut vetustissima erat, semper Episcopatus sedem extitisse &c. Ab Aimoino Floriacensi Mon. inter præcipuas Galliæ Lugdunensis Celticæque urbes, ac ipsius ætate notissimas, ultima ponitur: similiter inter opulentas hujus Galliæ urbes ultimam, recensèt Hugo Floriac. in Senonensi prov. octava ac ultima ponitur, à Roberto Mon. Autissiodorensi *in Chron.* In Not. MS. in prov. Lugdunensium IV. civitates octo, ultima ac recentissima memoratur, in alia itidem MS. quarto loco constituitur, ante Tricassium, Aurelianorum, Parisiorum Meldorumque civitates. Gervasius Tilleberiensis *lib. de Otiis Imperialibus ad Ottonem IV.* inter Episcopatus Metropol. Senonensi subjectos, post Parisiensem, Carnutensem & Aurelianensem, quartum *Nivernensem* collocat, & Autissiodorensi, Tricassino Meldensique, licèt vetustioribus, anteponit. Jonas quoque in *Vita Columbani* & *Eustasii*, ante annos mille, *Nivernense oppidum* nuncupat, & juxta illud Christi Virginum Monasterium sub B. Columbani regula à Theodulfo Babeleno extructum esse tradit &c. Urbs ex Comitatu & Pariatu in Ducatum & Pariatum à Francisco I. Rege A. C. 1538. cum tribus pagis Nivernensi, *le pays & Duché de Nivernois*, cujus mentio fit in divisione Regis Caroli M. inter filios, item *in Capitul.* Caroli Calvi apud Silvacum A. C. 873. editis: Continet is Urbes, oppida ac castella varia, sed latior Diœcesi est Nivernensi, 270. parœcias continente, ut infrà videbitur: in qua cùm inter Ligerim & Elaver Shuma sint quoque S. Petri Monasterium, Castellum Novum ad Elaver, aliaque loca *Æduis* attribuenda, colligitur obiter, Æduorum fines latiores fuisse, quàm ut unius provinciæ terminis possent contineri, adeoque quasdam ejus civitates in prov. Lugdunensi I. quasdam in IV. comprehendi: neque ad Ligerim modò, sed etiam ad flumen Elaver pertinuisse. Habet, ut & hoc addam, quatuor tantùm portas Nivernum, quarum una à fluvio præfato *Nivernensis*, vulgò *la porte de Nieure*, dicitur: Præterea hic pons impositus est Ligeri, 20. arcubus & pilis è lapide constans, omnium ad fluvium hunc pontium latissimus, celsissimus atque pulcherrimus: cujus proin pars extrema validâ turre munita est. V. Hadr. Valesium *Notit. Galliæ.*

Urbes, oppida ac castella pagi Nivernensis sub Novioduno sita.

Castellio, in agro Bassensi, *Chasillon su Bassois.*
Castrum Censorium.
Climiciacum *Clamecy*, in diœce.
Autissiodorensi.
Condate *Cusse*, similiter.
Corbiniacum ad S. Leonardum *Corbigny.*
Cuziacum.
Dececia.
Donziacum vel Domzejum, caput pagi cognominis, *Donzi.*
Dreva.
Interamnis, aliàs mendosè *Interannis*, tota fere stagnis cincta, *Entrain*: Sed hic locus ad diœc. Autissiodor. pertinet, licèt sit in agro *Noviodunensi.*
Luciacum *Luzy.*
Molæ vel Molinæ Engilbertorum, *Moulins les Engilberts.*
Novioduni Æduorum, seu Nivernum, caput regionis.
S. Petri Monasterium *S. Pierre le Moustier.*
Primariacum *Premery.*
S. Salvius *S. Sauve.*
S. Servatoris, *S. Sauveur en Puisaye* &c. è quibus etiam alia quædam loca, præter tria superiùs memorata, Diœcesi eos *Autissiodor. Noviodunum* Biturigum, memoratum Cæsari *lib. 7.* quod, Genabo Cantum Avaricum Biturigum petentibus occurrens, animis prolatis, equis pro fractis, oblidibus datis in deditionem accepit: Nunc fervare partem veteris sui nominis dicitur, & appellari vulgò *Neuvy sur Baranion*: ad fluvium enim hunc situm est (qui in Avarum *Eure*, influit, inter Magdunum & Virsionem, Avara in Carum, Carus in Ligerim) inter Albiniacum & Virsionem. Alter ejus loci, ad Ligerim flum. inter Condate *Cusse*, & Brivodurum *Briare*, dictus *Neuvy* vel *Neuvy*, quem & *Novioidunum* olim vocatum esse, putat Valesius: *Noviodunum* nempe *Senonum*. Nam Diœcesi Autissiodorensi attribuitur Neuvy, Autissiodorum autem pars Senonum est. Sed hunc posteriorem locum Amianus *Novum vicum* appellat, his verbis: *Teutagusius quidam in Novo Vico, qui est super Ligerim flum. admodum infirmus.* V. Hadr. Valesium Not. *Gall.* in voce *Noviodunum*, ubi interalia & hoc notat, *Noviodunum* & *Noviomagum* semper ellenoma diversa, neque unquam alterum pro altero poni consueviffe.

Noviomagus Batavorum, ad Vacalim fl. in Inf. Batavorum, memoratus in Tab. Theodof. inter Corvonem *Crave* & Arenatium *Arnheim*: villa fuit Regia, jam indè à Carolo M. in qua hic Palatium operis egregii inchoavit, Pascha celebravit A. C. 777. Imp. Ludovicus venatu fe exercuit, A. C. 817. idem Conventum habuit A. C. 821. tefte Eginhardo: quæ omnia Imperatores ac Reges Francorum in Villis publicis factitare consueverant. Eodem modo *Noviomagum*, penultimâ producta & Poeta Saxo in anno 776. fimiliter exstitit, quorum hic ex nomine dactylum ac fpondæum effecit. Incolis dicitur *Nimegen*, & nonnunquam contracto nomine *Nimmeghen*, aut *Nimegen*; Gallis *Nimegue*, interdum *Nimaye*: Gelriæ Batavicæ caput. V. Hadr. Valesium Not. *Gall.* ut & in voce *Noviomagus*, *urbs infignis Germ. inf.*

Noviomagus Nemetum, quos nomen Germanos dedisse, qui à Slavis *Niemcy*, ab Ungaris *Nemetek* appellari folent, refte Cluverio, fufpicatur Valefius, inter Borbetomagum & Tabernas medio loco ponitur, apud Ptolomæum, illinc 12. m. hinc 11. m. diftans. Commemoratur autem Nemetes à Cæfare, Plinio, Tacito & Ptolomæo junctim cum Vangionibus & Tribocis Trebocisve; è quibus Plinius ac Tacitus hofce tres populos *Germaniæ gentes* appellant, & Rheni ripam accolere in prov. Belgica fcribunt: Ptolomæo ponuntur in fuperiori Germania, quæ veteris Belgicæ pars eft. Nimirum ea triga populorum, ut de Allis nil dicam, ante Cæfaris adventum in partè Belgicæ Rheno flumini proxima confederat, ex Germania in Galliam vel translata, ut de Tribocis ait Strabo, vel fponte profecta. Horum itaque caput *Noviomagus*, quod plurimis aliis Galliæ urbibus accidit, veteri ac proprio nomine depofito, Gentis appellationem recepit, atque à Nemetibus *Nemetæ*, tractu temporis, dici cœpit: uti ab Arbatabus Arbatæ, à Triciafibus, Sylvanectibus, Bodunis, Nanmetibus, Lingonibus, Eburovicibus, Bajocaffibus, Senonibus, Sueffionibus, Biturigibus, Caturigibus, Triciaffe, Sylvanectæ, Redonæ, Namnetæ, Lingonæ, Eburovicæ, Bajocaffiæ, Senonæ, Lemovicæ, Sueffionæ, Biturigæ, Caturigæ. Certè *Noviomagus Nemetum* ab Amm. Marcellino *lib.* 15. & 16. & ab Hieronymo *Epift. ad Ageruchiam*, non aliter appellatur, quàm *Nemetæ*. In Not. Imp. Rom. *Nemetes* dicitur: *Præfectus militum Vindicum Nemetes*. In Notitiis provinciarum ac civit. Galliæ *Civitas Nemetum*, inter prov. Germaniæ I. civitates tertium obtinens locum, nuncupatur. Imò & tertium accretionis nomen Notitiæ hæ adjiciunt: *Civitas Nemetum Spira*, item, *Civitas Nemetum, id eft, Spira.* Zacharias Epifcopus Urbis Romæ, nunc David *Spironenfem Epifcopum*, nunc *Civitates Wormatiam Spiraciamque* commemorat. *Spiram* vocat & Nithardus, *lib.* 3. Unde colligitur, *Spiram* aut *Spiraciam*, atque etiam, nifi mendum fubeft, *Spironam*, ante annos 900. appellari hanc civitatem occupiffe, quo nomine hodie quoque cenfetur, & Germ. *Speir*, Gallis *Spire* dicitur: nomine, à fluvio *Spira*, Germ. *die Speyr* vel *Spier*, qui 5. mill. emenfus urbem interluit ac Rheno ibi confunditur, accepto. Ipfe autem amnis *Spira* nomenclationem fortè à flexuofis recurfibus & gyris, fpiras ferpentium referentibus, nactus eft. Pagus Nemetenfis vel Nemeticus, *in Annal.* Bertinianis, compofito nomine vocatur *Sperhgouui*, id eft, *Spirenfis pagus*, & in Duc. Ripuariorum pœni videtur, his verbis: A. C. 839. *Ducatum Ribuariorum, Wormacfelda, Sperhgouui* &c. apud Hadr. Valefium Not. *Gall.*

Noviomagus Trevirorum, locus eft, in prov. Belgicæ primo intuitu, celebratus ab Auforio in *Mofella*, qui *per* flumen Navam & *veterem Vicum* novis mœnibus reparatum, id eft, Bingium, perfque *arentem Dumuiffam* & *Tabernas perenni fonte irrigatas*, itæ fe feciffe fcribit, deinde *Noviomagum* vidiffe, Auguftam Treverorum, quæ fedes Imp. Valentiniani ac Gratiani erat, petentem. Verfus ita habet,

Et tandem primis Belgarum confpicor oris
Novomagum, *Divi caftra inclita Conftantini.*

Ubi *Novomagum*, vel, ut alii legunt, *Noviomagum*, vocat *caftra Divi Conftantini*, vel quòd ibi Conftantinus M. caftra olim pofuerat cum Francis pugnaturus, vel quòd eo loco caftrum condidcrat,

rat, ad Germanorum incursiones reprimendas. Urbem esse propinquam Treviris quidam dicunt: verius Cluverius *vicum nunc esse* ad Mosellam sit, vulgo *Numagen* nuncupatum. V. Hadr. Valesium *Not. Gall.*

Noviomagus Veromandurum, Martiano, Masso, aliisque est *Oppidum Suessionum Noviodunum* Cæsari memoratum: sed male, ut Samson ostendit, cum non in Sueßionibus, sed in Veromanduis *Noviomagus* hic, utpote in Augustæ Veromandurum dirutæ locum ßuccessus, fit. *Nyomus* potius proin est, cujus diœcesi storum Veromandorum agrum complectitur, Veterum nulli *Noviodunum* unquam, sed *Noviomagum* dictum. Roberto Mon. in *Chron. civitas Veromandurorum, quæ & Noviomum*, id est, cujus sedes Episcopalis translata est *Noviomagum*, à Meadro, si Sigeberto credimus, aut potius ab aliquo recentiori Antistite. Audoeno *in vita Eligii*, dicitur Eligius *constitutus custos urbium seu municipiorum, Veromanduensis, quæ est Metropolis urbs, Tornacensis, Noviomagensis, Flandrensis, Gandensis etiam & Courtracensis.* In vetustissima B. Medardi *vita*, *castellum Noviomacum* vocatur: *Nojnem* appellavit Henricus II. Anglorum R. Recentiores truncato nomine ex more *Noviomum* nuncupavere, utiex Rotomago fecerunt *Rotomum* ac *Rodomum*. Vulgo *Noyon*: quod *Noviomagum Vadlesilium* gratis esse vult Jos. Scaliger. Situm *Noviomagi* diligenter delcripsit ante annos 500. Radodus Epiſc. de vita *S. Medardi* : *Ipſe inter duos virtutes conſtitutus eſt Noviomum* &c. *Gallicis, ab occidente Margarera circumfluitur, quos ambos vertus ſuſcipit, qui Verſa nominatur : & ſic parteſcentes confluentes, non longe à mœnibus illius in ſparam, qui magni eſt nominis, delabuntur.* E' quibus Galliolam, *la Golle*, Margaretam *la Marguerite*, Versam *la Verſette* hodieque vulgo nominant; uti Carolus Cointus obſervavit. Fuit in hac, ut in claris Galliæ Urbibus, ſuum olim Regibus Galliæ Palatium, quale antea Imperatoribus Rom. fuerat. Certe Chlotharius Chlodovei Jun. filius, Dagoberti nepos, Pipini nobili Virgini, ſuum *Noviomagenſe* Palatium, cum ſuburbano Oratorio Georgii Martduasque Villas ſiſcales, ac aliquot puellas regendas, dediſſe legitur. Cœterum *Noviomagenſis* Epiſcopus pictos in ſcuto ſuo præfert duos baculos ſeu virgas Epiſcopales, cum 8. lilliis, propterea quod ab Aichario, per annos fere 500. Turnacenſem quoque Eccleſiam olim Epiſcopi hi rexerunt, & *Noviomagenſes* ac Tornacenſes conjunctim ſunt vocati. Caput eſt pagi *Noviomagenſis*, qui & *Novimagi* recentioribus, vulgo *le Noyonois* dicitur: Memoratus Frodoardo *Hiſt. Rem.lib.* 2. qui *Farina, Trapaci & Jeruſalem locorum trans flum. Iſaram*, in hoc pago ſitorum; meminit. Eſt & ad Indellam fluv. vicus non procul à Ponte Arcus & Sequana, *Noyon ſur Andelle*, alius *Nogent* vulgò, appellatus: quem olim *Noviomagum*, dein truncato nomine *Noviomum* dictum, exiſtimat Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Novioregum, adde: Memoratum Æthico in itinere à Burdigala Augustodunum, ubi occurrere ait *Blavatum m.p.19. Tamnum* 16. *Noviregum* 12. *Medielanum Santonum* 15. & quibus *Novioregum*, esse *Royan*, quod hodie *Regianum*, castrum Gallix in agro Santonico, suspicatur Hadr. Valesius *Notit. Gall.*

Novitii, ferviproprie dicti sunt recentes : *Veteratores* verò five *Veterani*, reliqui. Ulpianus *lib.37. ff. de Ædil. Ed. Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veneat. Item, Quia Venalitiarii ſciunt, facile decuerri ad* Novitiorum *empionem, dicirco interpolant veteratores, & pro* Novitiis *vendunt.* Quod quibus artibus factum fuerit, diximus alibi. Sed Venalitius in *l. ult.* rem ſubtilius explicans, veteratorem ait, fervum eſſe turpi alicui ac ſordido miniſterio, quamvis recèns addictum ; *Novitium* verò, qui vel nulli adhuc, vel nobili alicui & liberali homine dignæ arti, quamvis multo ante, deditus fuit : veluti Pictūræ, Medicinæ, Muſicæ, &c. V. Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* In Communione Rom. *Novitii* dicuntur, qui in Monaſterio religioſæ vitæ experimenta ſubeunt, & probationis elapſo tempore, ſi idonei fuerint inventi, ad profeſſionē admittuntur. Conventus Aquisgranenſis an. 817. c. 34. ut *Novitio non facilè in Monaſterium tribunatur ingreſſus.* Guigo I. Prior Portarum *Epiſt.* 3. *Incipientes, quos* Novitios *vocant &c.* Horum diversitatem Udalricus exponit *Conſuet. Cluniac. lib.* 2. *cap.* 1. *Aliqua diverſitas eſt eorundem Novitiorum : Nam non ſolùm aliud, habitus veſtium, ut Laici & Clerici, ſed etiam cum habitu, & Monachi jam facti : & tales triſariam ſunt differentes. Quidam ſunt de longinquis & alienis Monaſteriis, & ad hoc veniunt, ut rurſum profitiantur & de certo manendi nobiſcum, & ſtabilitatis cellis ſuis ſervirent, & vel ſic ſuis, vel loci longinquitate, benedictionem jam à Domno Abbate acceperant, profeſſione interim dilatâ, & ad noſtrum locum usque reſervatâ. Quidam ſunt de tali Monaſterio noſtro, quod absque D. Abbate proprium habens Abbatem, ubi eſt benedictionem accipiant & profeſſionem faciant, tamen habentur à nobis per omnia in via & poſt vitam, ac ſi apud nos fuiſſent : Et ſi, cum primùm venerint, ſtudiuntur & absque mora intrare, & ſecundùm tempus, quo in priori Monaſterio ſunt recepti, hic etiam ordine ſuo non carebunt. Reliqui omnes non permittuntur intrare, niſi prius juxta verbum S. Benedicti vel unam noctem in hoſpitiis morentur : prius quoque quàm intraverint, ſuſtruendi ſunt, quemadmodum faciant petitionem ſuam &c.* In eodem porro Conventu Aquisgr. ut Novitius *nec tonderetur, nec veſtimenta priſtina immutet, priusquam obedientiam promittat*, præcipitur. Vide *Formulam 32.* ex Baluzianis & Haeftenum *Diſquiſit. Monaſtic. lib. 4. Diſquiſitione prima.* Sed & *Novitius* fieri apud Monachos dicebatur, qui, in poenam, in *Novitiorum* ordinem redigebatur. *Statuta* antiqua Ordinis Cartuſienſis *part.II. cap.14. §. 9. Alias rerò ſi Prior fregerit* (jejunium) *vel fecerit frangi, ſit extra ſedem ſuam in Eccleſia, per 40. dies. Et ſi Vitarius idem fecerit, ſit* Novitius *per 40. dies.* V. du Frefne *Gloſſ.* Pauca de Jesuitarum Novitiis in specie adſpergam. Aluntur illi in eorum Collegiis, ne Societas tandem deficiat, (quod & de aliis Ordinibus dicendum) membrisque quibusdam fatiſcentibus ut recentiora ſurrogentur. Eorum autem eſt, cujuscunque ordinis, ſtatûs vel conditionis, ante ingreſſum, fuerint, *Mundum* (ut ajunt) *deſerere*, ſeipſos abnegare, bona ſua reliquere, à Parentibus aufugere, Amicis valedicere & ab omnibus, quæ Mundus amat, abhorrere; naturalem Parentum affectum, in ſpiritualem, h. e. in Societatem amorem convertere; omnium fuorum atque adeò ſui ipſorum quoque oblivißi: præterea à corporis obſequio & indulgentia quàm longiſſimè recedere ; ſenſibus repugnantia appetere, carnis ſocietatem diſciplinis ſeveris, puta flagellis, ferulis, flagris & aliis ſpontaneis corporis ſuppliciis, ejicere. In quibus omnibus *Novitiorum Magiſter* eos exercet & acriter admodum habet, donec ſibi ipſi toti emoriantur, atque non amplius ſibi, ſed Pontifici, ac Jeſuitarum Patribus vivant, quod illi dicunt *Deo vivere, Chriſto inſeri & in morem ejus hapitari ac ſpoliari.* In primis verò Patres hi *Novitiis* ſuis intellectum ipſumque ſenſum ut ligent, omnem navant operam. Ordinis hinc fundator Ignatius Lojola, *Epiſtolâ* illa, quæ in Jesuitarum Collegiis, ſingulis menſibus, ad menſam legitur, monet mandatque ſerio, ut ea, quæ Superior jubet, cæcâ obedientiâ ſimpliciter perficiant; quæque ipſe facit, cæco judicio præcerant: non conſiderantes, an bonum vel utile ſit, nec ne, quod præcipitur : *Quæque Superior jubet, quæque ipſe facit, non ſolùm non judicando, multoq. minùs reprehendendo, ſed etiam tanquam bona & ſanctâ præſuppoſitione.* Ut autem *Novitii* Jesuitæ rectius, quæ nam ab illis obedientia requiratur, intelligere poſſint, iis, in Muſæis & cubilibus, ob oculos hujusmodi imagines proponuntur. Eſt in medio pictura puer, qui dorſum incurvat, quo humeris impoſitam fert trabem, cui inſcriptum eſt, *Fortiter*. Portat deinde citharam, qui volunt, obedire debere cum *Hilaritate*. A' dextra illius aſſurgit cattulus, ut obediat *Velociter*. Pectus gerit aperturam, ut obediat *Toto corde*. Os tenet clauſum, ut obſequatur *Sine murmure*. Bajulat res viles & abjectas, ut obediat etiam in *Rebus ſenſibus repugnantibus*. Pedibus fert ocreas, ut obediat *Conſtanter*. Ambabus manibus vaſa tenet, ut obediat *Sincerè ſeu Integrè*. Aures habet obſeratas, ut obediat etiam, in *auditu non jucundo*. Caput tandem inclinat, ut obediat *Humiliter*. Contra quas obedientiæ formulas & conditiones ſi forte *Novitius* peccet, huic, pro qualitate delicti, poena injungitur, quam ipſi *Pœnitentiam* vocant. Verbi gratia, Magiſter *Novitio* mandat, quem ſuperbum eſſe retur, ut abeat & iocum ſecretum, aut caligas decrepitorum aut matullas aliaque vaſa immunda expurger. Qui, ſentiens ſtas res ſenſui ſuo repugnare, ſi ſe excuſet, murmuret aut etiam operam ſuam deneget, coram reliquis, prandii vel cœnæ tempore, ſuam profiteri culpam cogitur & in genua projectus dicere: *Reverendi Patres, alicubi Fratres, deo vobis meam culpam. Hodie inobedienſ fui, neque cloacas, vel quid aliud, expurgavi. Quare mihi data eſt panitentia iſta: Primùm, in mi Refectorio circumeam, vobisque monſtrem, quomodo me exciſaverim & rebellem declaraverim. Horrendum viſtens, vocoque unus ſientorea, ſpudibus quatiens, ajebam: Nolo hoc facere. Quid hoc ad me ? quid aliorum caliga? expurgent illi, qui eam eas replerunt.* Quibus dictis, in Refectorii medio conſiſtit & ſecum habet caligas aut vaſa immunda, usque dum coeteri cibum ſumpſerint: & tunc nihilominus tenetur abire ac juſſa exequi, &c. Plura in hanc rem, inprimis de *Regulis* Magiſtri Novitiorum, de *Libris* ad uſum ejus accommodatis, de *Inſtitutione & Regimine* Novitiorum, de *Examine* ſemeſtri, de *Ordine* domus Probationis, de *Examine* eorum, qui biennium Novitiatus, per actis experimentis, expleverint, in Scholaſticos approbatos admittendi, aliisque huc ſpectantibus, V. apud Lud. Lucium *Hiſtor. Jeſuit. lib.1. cap.3.*

Novius Rufus, inter Nobiles Romanos, fine cauſæ dictione, juſſu Severi Imp. occiſus, apud Spartianum *in Severo*

Novusaſtrum, quibusdam *Orrhea* Vett. vulgò *Neucaſtle*, oppidum Magnæ Britanniæ, in Comitatu Northumbriæ. quò Carolus I. M. Brit. Rex A.C. 1646. perfugium habuit. Cùm enim perpetuis Parlamenti victoriis, quidquid Regi militum reſtabat, in extremum Cornubiæ angulum compulſum, ibique quinque equitum millia in deditionem accepta, & paulo poſt Oxonium deditum eſſet, Rex paulo ante obſidionem murato habitu in exactra Scotorum evaſit, atque ab illis *Novocaſtrum* perductus eſt. A' quibus non hoſtili animo, neque ut captivus, ſed ut Rex exceptus, mox motis caſtris cum toto exercitu eodem venit, atque denùs vires reſumſiſſe viſus eſt. Verùm cùm Rex varias pacis conditiones poſcentibus hoſtibus, non magis exorabilem ſe, quàm

quàm hactenus fecerat, præberet, hæc ipsius lentitudo Scotos flu-dio ejus subinitia flagrantes, multum alienavit, quamque Angli Regem, tanquam in suo solo & à suis stipendiariis captum, repo-sceret, Scoti primò reluctati, paulatim manus dare, tandem accepti ingenti pecuniâ Regem in Anglorum manus tradere, &c. G. Hornius *Orbis super. pag.* 231. *V. Novum Castrum.*

Novogardia, urbs Moscoviæ, adde: Ejus quanta olim fuerit potentia, ex Proverbio patet antiquo, *Quis possit contra Deum, & magnam Novogardiam?* Verùm non solùm à Johanne Basilide, A.C.1477. sed & à Suecis, A.C. 1611. expugnata, vanitatis humanæ memorabile specimen esse cœpit. Hi enim duce Jacobo de la *Guardia*, Basilio Ibanovitze Zuscio, contra Pseudode-metrios à Polonis defensos, auxiliatum venientes, insolens hoc ac superbum verbum in ritum redidderunt, cùm à sex eorum mil-libus ingens Urbs, in qua amplius 100000. Russorum, apertâ op-pugnatione, caperetur. Mox verò, cùm Pseudo-Demetrio IV. etiam occiso, Moschi sibi consulerent, ac Michaël Federovitzius Imperator Russorum electus, rerum potiretur, Sueci, Magno Ducatu *Novogardiæ* ei restituto, Livoniâ verò, Ingriâ, Careliâ aliisque ad Mare Album provinciis retentis, pacem cum eo fece-runt. Idem *Idid. pag.* 250. & 257.

Nous, apud Capellam Hymno ad Palladem, *de Nupt. Merc. & Philol. lib.6.*

Virgo, armata, decens, Rerum Sapientia, Pallas,
Æthereus Fœmes, Mens & Solertia Fati,
Ingenium Manuâ, Prudentia sanctaTonantis,
Ardor doctrinæ, vafritæq; industria Sortis,
Ac Rationis Ars ex, divinique hominumq; facer Nûs,
Ultra vergo means rapidi ac splendentis Olympi;
Cultor una Jove &c.

Conditricem & conservatricem rerum Animam Universi notat Barthio, de qua pulchrè Ausonius *inizio Arati.* V. Casp. Barthi-um *Animadversion. ad Pap. Statium Thebaid. lib.2. versu* 242. & suprà in voce *Mens.* Idem nomen rivo est, apud opp. Cælsum, in Cilicia, ex *quo bibentium fabulæ fontibus fieri*, M. Varro tradit, apud Plinium *lib.31. cap.2.* quem cùm *Knus* vocet Suidas, V. con-jecturam Vossii *de Idolol. lib.2. cap.72.* Sed & Nilum ab Ægyptiis *Nûs* dictum, atque hoc *nûs* significare, est apud Philippum, Oti Apollinis interpretem, *lib.1.* ubi de Nili accessu & exundatione. Quò respexit fortè Hesychius, cùm ait, Νῦς, ψυχὴ, πνεῦμα· ἢ ἡ μνήμη, *Mens, anima, flumen & unitas*: nisi malis his verbis Ci-liciæ rivum denotari, quem *Nûs* dictum, ex deperdito *Æsiaticorum* opere Paulanîæ, etiam Eustathius docet *in Odyss.a.*

Novum Castellum, nomen variorum in Gallia locorum, quæ singula *Chateau neuf* aut *Castelnau* dicta: Sicut & multæ *Novæ Villæ*, & *Villæ Novæ*, additis variis cognominibus distinctæ, & *Neuville* ac *Villeneufve* quæque nuncupatæ. Inter illa, *Novum Castellum* Arduennæ proximum, quod jam non *Novum*, sed *Vetus* dici deberet. Quippe A.C. 741. Carolomannus Dux & Princeps Francorum, consentiente Pippino fratre, Gripponem fratrem suum, in eo custodiri justit, ut veteres Gallic. rerum *Annales* do-cent. Vocatur hodieque *Neuf-Chastelle*, nec multum abest à sylva Arduenna, & à Monasterio S. Hucberti. Aliud *Novum Castellum* in pago Cameracensi, memoratur Auctori *vitæ Lie-berti Cameracensis Episc.* à re nonnen habens, quòd esset omnium circà *Castellorum* recentissimum atque novissimum. Nunc, sub-lato *Novi* cognomine, appellatur Gallis *Castellum in pago Came-racensi*, vulgò *Chasteau en Cambresis*, vel *Casteau Cambresi*. Her-mannus de *Mirac. S. Mariæ Laud. cap.20.* meminit *Canobii S. An-dreæ de Novo Castello.* Unde de Lietberto, qui *Dominus & Domi-nus & Princeps Patriæ*, & *Patronus*, & *Princeps*, apud prius lau-datum Auctorem passim vocitatur, ita hic porro, agens de eo in-tonsio adhuc, sicut ex peregrinatione Hierosolymitana redierat: *Erat in animo ejus fixum, non prius intrare Cameracum, quàm re-versuris* Novum Castellum, *sui Principatus fidele municipium, quod ad S. Andreæ* (Apostoli) *memoriam diligentius excolebat.* Is Novum Castrum & *Abbatiam S. Andreæ A. & Canobium S. Humberti semper fovit.* Ubi Novum *Castrum*, locum vocat, quod *Novum Castrum S. Mariæ*, ac absolutè etiam *Novum Castrum* vo-cant Literæ Gerardi Cameracensium & Atrebatensium Episcopi, datæ A.C. 1046. Literæ Imper. Conradi, non minùs prioribus pro Decâe, *Castrum S. Mariæ*, quod ab Hetluino Episcopo, faven-te Ottone III. Imper. extructum esse ajunt, adversùs finitimorum incursiones. coque castro villas suburbanas, Peronam Cœnobio seu Abbatiâ S. Andreæ nobilem & Vendelgejas *Vendegies*, majo-ri ex parte inclusas fuisse. Ab eodem loco Archiepiscopus Ca-meracensis, qui *Cameraci Dux*, *Comes Cameracesis*, (id est, *Ca-meracensis* pagi) appellatur, *Marchionem* insuper *Castelli* (hoc est, *Novi Castelli Cameracensium*) se hodieque infigniter folet. V. Hadr. Valesium Notit. *Galli. &c.*

Novum Londinum, *Novum* Plymmouthum. V. suprà *Nova Anglia.*

Novum Nomen, Apocalyps. *cap.2.v.17.* Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ λαμβάνων, *Victori dabo edere ex Manna illo abscondito: & dabo illi calculum album, & in calculo* novum nomen *scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit.* Ubi alluditur ad calculum, quem A-thletis in Theatro decertantibus dari consuevisse, notat Arethas. Sed & milites, qui strenuè se in bello gessissent, novo *Cecropi-darum* nomine honorari consuevisse, diximus suprà, ubi de *Militum præmiis.* Etiam apud eosdem Athenienses, ut & Ro-manos, servi, postquam libertatem adepti; quemadmodum apud Hebræos, qui è periculo mortis convaluissent: *novum* accepe-re *nomen*, uti videre est retro in hac voce.

Novus, pro insolito, & inaudito, apud Prosperum Aquit. *in B. Augustini Sententiis*,

Insolitum fi quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit habetque novum.

V. Casp. Barthium *ad Claudianum.* Adeoque monstrofo, apud Statium *Thebaid. lib.6. versu* 658. ubi de monili Hypsipyles,

—— *longa est series, sed nota nostrorum*
Prosequar, unde novis tam sæva potentia donis.

Et magno. Idem *Thebaid. lib.8. versu* 19.

Dissiliisse novo penitus telluris hiatu
Tartara.

Sed & rudem vox notat facilèque credulum, ob juventutem & simplicitatem, apud eundem *lib.5. versu* 457.

—— *laudus Jasón*
Virginibus dare vincla novis

Et juniorem ceteris, apud Quintilianum *lib.2. cap.6.* ubi *Novi Scriptores* sunt juniores, Statiumque ite.um *Thebaid. libr.* 11. *versu* 687.

—— *Nunquamne priorum*
Hærebunt documenta novis? &c.

Plura de hac voce V. suprà.

Novus Burgus, locus Galliæ, in Normannia, Neuf-Bourg, in-ter flumina Rislam & Sequanam, medio fere intervallo, situs: Haricuriæ vel Haricorii proximus, ab Orderico Vitale memo-ratus *Histor. lib.12.* apud eundem.

Nox, adde: Hanc inter Genitales Deas olim recensitam fuisse, docet Thom. Bartholinus *de Puerp. Vet.* cùm ait: *Gracis Diana Lucina & Lucifera eadem cum Luna, Levana* לוֹבָה, *ex Hebræo-rum origine, cunctis ad partum, tanquam nobilis præses & fœminarum fidus conferens. Nam Nox Genitalis Deæ juvat liberorum fructi-um. Formula invocationis tre magnâ voce fuisi repetita, & extensis brachiis. Huic aliàs in ara sacrificatur, polito fabario & tarido, nec unquam ignis ultricibus reliquatis, nunquamque parti fœtus.* Alarum ejus meminit Eutipides *Orestæ versu* 178.

Ἱστοῖ Νὺξ μάκα κελαινεῖς ὄφ-

Sed & curru nonnunquam invecta fingitur, Somno aurigante, Statius *Thebaid. lib.2. versu* 59.

—— *Sopor obvius illi*
Noctis *agebat equos*

Et *lib.12.* ubi Juno Lunam alloquitur,

—— —— *evere quadi*
Cornua & affueto propior premat orbita terram.
Hunc quoq; qui curru matutina tibi pronus habenas
Ducit, in Aonias vigiles dimitte Soporem.

Claudianus *Bello Gildon.*

Humentes jam Noctis *equos Lethæa, Somnus*
Fræna regens tacito vel obstat fidera curru &c.

Sed & coronamenti ejus meminere Poëtæ, quod ex papavere fuis-se, ait Ovidius *Fastorum lib.1.*

Interea placidam redimita papavera frontem
Nox venit & secum somnia nigra trahit.

Nempe papaver conciliandi somnum vim habere notum, Car. Paschalius *Coronarum lib.3. cap.16.* &c.

Nox, feu *Tenebræ*, pars diei civilis, qui viginti quatuor con-stans horis, apud Romanos à media *Nocte*, ad mediam *Noctem* fese extendebat, teste Ter. Varrone: quum Athenienses ab oc. Sole, Babylonii ab eodem oriente, Umbri à Meridie diem in-choarent. Hanc primò in quatuor partes divisêre, id quod te-statur similitudo illa militaris, cùm *Vigilia prima*, *secunda*, *ter-tia*, & *quarta* dicitur. Postea vero, ut Diem, ita *Noctem* in plura tempora dispescuerunt, prorsus discrepantes nominibus, de quibus ita Macrobius *Saturn. lib.1. cap.3.* Ita Noctem *divisêrunt*, ut *ille diei nuvisimum tempus suprema tempestas vocaretur: Inde Vespe-ra, ab hoc tempore Fax, deinde* connubia *Nox & inde Intempesta, quo non habet idoneum tempus rebus gerendis. Post mediam No-ctem media *Noctis inclinatio*, deinde *Gallicinium*, inde *Conticinium*, cùm & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt, deinde *Diluculum*, id est, cùm incipit dies digoscî, inde *Mane*, cùm dies clarus est. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.4. cap.3.* Jac. Offe-lium J.C. Notis *in A. Gellium lib.3. cap.2* &c. Vigiliarum præfa-tarum cùm quælibet ternarum horarum effet, prima Noctis vigilia, incipiebat ab hora sexta vespertina, ultima verò sexta matutinâ terminabatur: Cornuumque vel tubarum sonitu quælibet indica-batur, ut fciri facile possit, quota esset vigilia, Alex. ab Alex-andro *Genialium dier. lib.1. cap.12.* Apud Hebræos *Nox*, oppo-sita diei artificiali, quem à Solis ortu inchoantes in Solis occasu termi-

terminabant, similiter in 4. quaterniones, seu majores horas, *Vigilias* dictas dividebatur. Quarum prima, *Cujus vigiliarum* vocitata, seu *Principium vigiliarum*, Threnorum cap. 2. *versu* 19. *Surge, vesterete de nocte, in principio vigiliarum*: Secunda, *Vigilia media*, Judicum cap. 7. *versu* 19. *Advenisse itaque Gideon & centum viri, qui cum ipso, ad extremitatem castrorum illorum. principio vigiliæ mediæ*: Non quòd tantum tres *Noctis* vigiliæ essent, ut Drusius in loc. contendit, sed quia secunda hæc vigilia ad mediam nocte tempus pertingebat, dicta. Tertia, à media nocte initium ducens, ad tertiam matutinam, se extendebat, memorata 1 ucæ cap. 12. *versu* 38. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit.* Quarta dicta *Vigilia matutina*, Matthæi cap. 14. *versu* 25. ex tertia matutinâ finiebatur. Hujus meminit Matthæi cap. 14. *versu* 25. Græcè eædem, in Novo Test. vocantur, Ὀψὲ, Μεσονύκτιον, Ἀλεκτοροφωνία & ἧμερι, id est, *Vesper, Media nox, Gallicinium & Mane*, Marci cap. 13. *versu* 35. Apud varias Gentes autem Nox magnâ in veneratione fuit, unde Athenienses, & Libyes, præter Judæos, à Sole occasio initium diei duxere, ut Siobæus ex Nic. Damasceno refert *Serm.* 169. Quos Germanos imitatos esse, docet Tacitus *de Mor. Germ.* 11. *Noctem dierum numerum, ut nos, sed* Noctium computant. *Sic constituunt, sic condicunt, ut Nox ducere* diem videatur. V. Lindebrogium in *Vocabul. ad LL. Germanicas*. De Gallis idem testatur Cæsar *lib.* 6. ubi simul causam reddit, *quòd à Dite Patre prognatos se prædicarint*. Atque hæc ex Mundi prima origine Gentilibus tradita videntur, cùm tenebræ primò incumberent terræ, antequam lux fieret. Quo respexit Hymnographus antiquus *Hymno Noctis*,

Nox, & dies à principio res una fuit, sibi & sub qua,
Nocturna cunctorum genuerim hominum, & Deum.

Sed & vetustissimum esse Arabum institutum, in ratione temporum non dies, sed *Noctes* putare, Abraham Ecchellensis tradit in *Ysiffor. Arabum cap.* 11. rationemque reddit, quòd à Neomenia suas imputationes exordiantur & Lunam, noctis Dominam, sequantur, lidem creationis opus etiam à vespere incepisse, ex his S. Scriptura verbis colligunt: *Factumque est vespere & mane dies unus*, qua de re V. infra in voce *Vesper*. Similiter, præter Gallos olim ac Germanos, jam memoratos, Francos quoque aliosque populos Septentrionales, spatia temporis, non dierum sed noctium numero distinxisse, ac finisse, testantur Leges, Salica, Bajovar. Ripuar. Capitulare Pipini Regis Italiæ, Lex Longob. pluribus in locis. V. quoque Capitulare 3. Ludovici Pii A.C. 819. *cap.* 1. Capitulare Caroli M. *lib.* 3. *cap.* 45. Edictum pistense Carolini Calvi, *cap.* 33. Formulas vett. Bignonii cap. 38. Formulas vett. secundum Lindenbr. cap. 40. Sic Hinc & Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii apud Dubletum *pag.* 709. *Si quis vero contra præcepta anteriorum Regum, vel nostra aliquid fecerit, vel contraire voluerit, hunc Missus noster vel Comitis super Noctes viginti una ante nos per bannum nostrum venire faciat in rationes contra Missis S. Dionysii & Feleradi Abbatis.* Notitia vetus ex Tabul. Perisenii: *Proinde iussit Fredelonus publicanum fuit, ut tale testimonia ex eensibus in proximo mallo, post 40. Noctes, quem ipse Comes in Augustissimevitæ servet, ut facinorum Legem, suum Sabium asperabet, sicut superius pollicitus est, autfaciat, quod lex est.* Anonymus in Vita Sancti Goarisaq. II. Quæ Noctes *habes insans ipse?* Apud Saxones item obtinuisse, colligitur ex Speculo Saxon. *lib.* 1. *art.* 2. 67. Islandos, per *Noctes*, natalitiorum ætates computare, auctor est Olaus Wormius in *Fastis Dan.* Etiam inducias, per *Noctes*, dinumeratas fuo ævo testatur Gaufredus Vindocinensis l. 2 *Ep.* 27. *In hoc tamen non Noctes, secundum consuetudinem Latorum, sed secundum Institutia Gentium, treuga debuerant.* &c. du Freine *Gloss.* Habuerunt porro hoc tempore quoq; sua festa Romani, qualia Baccho sacra, quæ festè Servio video quoq; *Nyctelia* appellata fuut. Hinc A. Gellius l. 2. *c.* 2. *Sapra ch. Sacra sunt Romana, inquit, partim diurna, partim nocturna: Sed ea, quæ inter Noctè fiunt, dubius addicentur, non nobilius &c.* Apud Græcos quoq; testè Aristophane, eidem Bacchо, litatum est, ut & Erinnyi, quæ Σεμναὶ θεαὶ dictæ sunt. Athenis, tempore nocturno Æ. chylus tamen solas Erinnyes, nocturnâ sacrificio, *Nocte* mediâ offerri solito, placari solitas fuisse docet, in *Eumen.* p. 276.

Καὶ νυκτέρωσι θύπινα ἐν ἰαχήσι τυχεῖ
Ἔδνων ἄκρατ' ἐδέσσε νηφύτου θεοῦ.

In quæ verba Scholiastes: *Ἐν τῷ τὸ μεσονυκτίῳ*, inquit, *μέρους Βακχείου ἀναφέρει*). *In media nocte filis Erinnyis primitiæ offeruntur.* V. eundem in *Oedipo Col.* Nec omittendum, Tribunos plebis *Nocte* non missis, quam interdiu, januas, tanquam asylia miserorum, Romæ debuisse habere apertas, unde abundare illis non licebat: quum illorum officium esset, sui præsentiâ atque intercessione, injurias Populi prohibere. Livius tamen scribit, Tribunos in Siciliam missos ad P. Scipionem ex illa Insulæ retrahendum, nisi tum nondum Lex hæc lata fuerit, vel quod verisimilius, lege fuerint solum. V. Gellii *Notas in loc. cit.* &c. Quæ v. de *Noctis*, apud gentes variàs, prærogativa retrò diximus, confirmat pluribus Martin. Berneggerus in *Taciti Germ. quæst.* 43. ubi hodieque apud Germanos veteris consuetudinis vestigia superesse monstrat, eum feriarum quarundam nomina à *Nocte*, non die, sumantur, dicesque illi 12. qui Natalem Christi sequuntur, appellentur die *Wyhenachte*, quasi *sacratæ noctes*: & Lupercales illi dies, qui tempus Quadragesimæ præcedunt, *Fastnacht*, tanquam, *noctes ejunio vicinæ*. Idem ex antiquissimo illo Gentium more, Bohemos, Polonos, Silesios, Marcomannos, alios, à Solis occasu ad proximum Solis occasum diem ducere, eorumque priori horologia, cùm Sol occubuit, 24. ictus edere, qui vigesimæ quartæ horæ, id est, totius diei, finem indicent, narrat. V. quoque Cujacium *Observationum lib.* 15. *cap.* 32. & Bodinum *de Republ. lib.* 4. *cap.* 2. Nec omittenda femilucentium temporum consuetudo, quæ Dominus, cùm vasfallo Feudi possessionem renuntiat, *vivum noctium* illi solum spatium possessionis indulget. Docet id Dudo Sanquintinus *Histor. Norm.* l. 3. *Rex decepticulis querimoniis infigatus, precatus est Bernardum, ut dares sibi consilium his rebus. Tunc Bernardus, Mitte legatum ad Hugonem Ducem Magnum, qui Bajocensia rura illi contraditat & non possidere finsquàm tribus noctibus, & dicat non teneresea se amplius, quia malo usus est consilio &c.* Quomodo verò *Noctium* & Dierum magnitudinem indagaverint Romani, legas apud Plinium *l.* 36. *c.* 10. quem videat & Dalechampium *Notis ad eum.* De more Areopagitarum, *nocte judicandi*, cæterorum Athenientium *noctu consultandi*, Romanorum, *noctu convirandi & spectaculo edendi*; Spartanorum *noctu sine tædis ambulandi rein item capitale supplicium irrogandi*, aliisque, V. apud Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib.* 3. *cap.* 5. Cæsaubonum ad *Suetonium Domitianocap.* 4. Alios, & infrà *Vesper*.

Nox Prima, primo die posterior fuit, uti videbimus infrà, in voce *Vesper*. Medio avo Jus *primæ Noctis* in sacripitios seu servos, qhæbat, vulgò *Bathmolium*, quasi *Brideod*, i. *Lecti necessitas*, à Dominis urgebatur, quod erat præstatio pro redemtione primæ noctis nuptiarum, à servis exsigi solita: cujus vestigia etiamnum superesse, in Belgii, Frisiæ & Germaniæ aliquot tractibus, docet Dan. Papebrochius ad *Vitam S.* Foranni Abbatis Walcidor. Similiter in Anglia villanos, pro filiabus suis, ne illarum pudicitia à Dominis libaretur, Nuptiali nocte, 32. denarios iis solvere consuevisse olim, discimus ex Bractono *lib.* 2. *cap.* 8. §. 2. Vet. *Schol.* ad apud Spelmannum, Alia. Apud Scotos vero infâmia Eveni lege, cum prima novæ Nuptæ, etiam liberorum hominum, non Proceribus per gradus deberetur, Malcolmus III. uxoris fuæ precibus concessit, ut contumeliam illam Sponsus dimidiatâ argenti marcâ redimere posset, quæ pensio inde *Marcheta* appellata est, V. supra in hac voce.

Nox Sacrata, quæ diem Paschatis præcedit, in qua Baptismus conferebatur, apud Augustinum *Serm.* ad *Catechum.* Senator *lib.* 2. *Epist.* 33. *Cum die sanctæ Noctis precem Baptismatis cæperit sacerdos offundere.* In ea vitos & mulieres convenire olim in Templis solitos, ut precibus ibi invigilarent, velut exspectantes adventum Domini summo mane resurgentis, legimus apud Tertullianum ad *Uxorem lib.* 2. *cap.* 4. ubi eam hortans, ne post obitum suum viro nubat infideli, hoc inter alia adhibet argumentum: quòd talis maritus non patienter laturus foret uxoris suæ ablentiam, in anniversario Paschatis pervigilio. Quimos cum in aliis quoq; & Martyrum Natalitiis fuceffii temporis inolevisset, fenfimq; in varios abufus degenerafiet, tandem fubfatus eft, uti diximus fupra, ubi de *Nocturnus Cæsibus*. Cœterum præconia *Noctis Paschalis* habes apud Rupertum Tuitienfem de *Div. Offic. lib.* 6. *cap.* 26 Sed & *Sancta Nox*, quæ Nativitatem Domini, quæque Pentecoftem antecedit, dicta eft, Helgaudus in *Roberto* R. Francor. *Sanctæ Noctes h. e. Nativitatis Domini*, Jancti *Paschæ & Pentecostes, fic intus ducebas infomnes, in me fciens vel ftans fimmum capere*, &c. V. Rabanum de *Inftitut. Clericor. lib.* 11. *cap.* 30.

Noxialis Stipes, Prudentio *Exuleus* dicitur. V. fupra *Exuleus*.

Noxii trecenti, cum auratis chlamydibus in arenam miffi, apud Auct. *Spart. in Hadriano*, *Quum à Pharasmane ipse quoq. ingentia dona accepisset, atque inter hæc auratas quoque chlamydes, trecentos noxios cum auratis chlamydibus in harenam misit, ad munera ejus dereliendæ*, Solebant enim *Noxii* per amphitheatrum in auratis tunicis & purpureis togis traduci: *Donec confixi & flagellati & ingnem emittenter ex floridavilla ac preciosa vefte conflicraentur*, Plut.

N U.

N. U. in notis antiquorum, *Non vir.* vel *non valet*, vel *non vatat*: NU. *Nuptias* denotat &c.

Nubes, in Sacris, à Deo sæpius adhibita reperitur, cùm Populo fuo placuit fe manifeftare. Inprimis memorabilis fuit *Columna Nubis*, quâ Ægypto egreffos Ifraelitas Deus per defertum duxit. Exodi cap. 13. *verf.* 21, 22. *Dominus autem præcedebat eos, ad oftendendam viam; per diem, in columna* Nubis; per *noctem, in columna Ignis: ut dux effet itineris utroque tempore. Nunquam defuit columna* Nubis *per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.* Ubi itaque columna illa ftabat, ibi caftramentandum erat; illâ progrediente, ipfi quoque faciebant iter; & proin, cùm Ifraelitis apparuiffet, ftatim poft exitum, illa ftationes eorum partiebatur: quarum fecunda fuit in *Sucoth*, tertia in *Etham*, quod ftum erat in fine deferti, id eft, in ultima folitudine, adjacente Mari Rubro. Licèt autem duplex videatur fuiffe columna *Nubis & Ignis*, unam tamen fuiffe apparet, ex Exodi cap. 14. *verf.* 19. *Erat* Nubes *tenebrosa & illuminans noctem, ita ut ad fe invicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Ubi unam & eandem *Nubem* ab una parte, nempe Ægyptiorum, tenebrosam; ab altera autem lucidam, in gratiam Ifraelitarum,

habemus. V. quoque Num. *cap. 9. v. 21.* Confentit Philo, *Fertur*, inquit, *illo tempore ingens accidiſſe miraculum, quale nunquam audiverant patres poſt hominum memoriam. Præcedebat populum Nubes magna, in columnæ ſpeciem, ſolaris ſplendore lucens interdiu, noctu vero flammeo, ut ejus ductûs, absque periculo erroris, incederent.* Ubi tamen, ſine Scripturæ auctoritate, nubi illi ſolareu ſplendorem tribuit. De forma *Nubis* hujus deſtructricis, dubitare non ſinit nos *columnæ* nomen: oportuit ergo columnæ fuiſſe ſimilem, quantum ad rectitudinem & figuram, ut & quod ad craſſitudinem anguſtam. Nam baſis illius tantùm tegebat & obumbrabat Tabernaculum DOMINI. Quod ad altitudinem autem, oportuit valde porrectam eſſe cœlum verſus; *Si enim in latum ſe admodum extendiſſet*, liberum prohibuiſſet cœli & aëris afpectum: Nifi verò admodum excelſa fuiſſet, non potuiſſet longè lateque qua ſe cumque caſtra porrigebant, conpici. Sed diſficile explicatu, quomodo columna potuerit ar iorem Solis dedic ab Hebræis repellere; cùm enim maxima eſſet multitudo & latè extenderetur, oportuit figuram *Nubis* de die protegentis & caſtra eorum obumbrantis, fuiſſe expanſam: quod etiam Plaltes teſtatur Pſalm. 104. Ideò ſunt, qui aliam fuiſſe *Nubem* protegentem, aliam dirigentem, velint; Alii Nubem illam ita à Deo directam dicunt, ut noctu exſurgeretin figuram pyramidalem: ſpeciem, die verò eadem Dei virtute expanderetur in modum *nubis*. Materiam illius quod ſpectat, ſine dubio & illa plane fuit extraordinaria ac miraculoſa. Motorem habuit Dei Angelum, ut conſtat ex verbis Moſis *cap. ſeq. Tollens ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael*; nempe in ipſa nube. Unde Philo, *Credis*, inquit, *poteſt, aliquem ſummi Regis præfectiſſe, Angelum nube involutum, eos duxiſſe, quem nec ſi ſe aſſicere mortalibus oculis.* I gois verò non verus fuit, ſed tutelaris ſulgor (qualis apparet in nubibus denſioribus, in quas ſe opportune radii ſolares inſinuant) quem ſub noctem columnæ inſti Deus indidit, & quidem tantum, ut omnibus Ebræorum caſtris illuminandis ſufficeret. Ratio autem ductûs iſta videtur fuiſſe: Poſt extructum Tabernaculum, columna *Nubis*, quieſcentibus caſtris, ſuper Tabernaculo manebat; cùm movebatur autem, antecedebat caſtra. Et quia tribus Juda cum vexillo ſuo primum tenebat locum, ideirco vel ſuper vexillum tribus Judæ, vel paulò ante ipſum collocabat ſe & veras cum locum, in quem tendebat, uniformia caſtra iter ſuum dirigebant. Sed cùm quieſcendum eſſet, recedebat à vexillo tribus Judæ, & ab anteriore caſtrorum parte: refrebbat ſe in medium caſtrorum locum, ut ſuprà Tabernaculum reſideret: quod, cum ſum quieſceret, quàm cùm moveretur, ſemper medium tenebat locum. Cùm autem columna ſignum proficiſcendi dediſſet, tum juſſu Moſis Sacerdotes filii Aaron clangebant tubis, ut Populus colligeret & convaſaret ſua, migrandi causâ, omnibus; ad iter expedirix, levabant Sacerdotes arcam Domini: quâ elevatâ, ille ſecbat Moſes, *Surge Domine & diſſipentur inimici tui &c.* depoſita verò, *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael*, Numer. *capp. 3. & 10.* Quando cœperit, aut deſierit apparere hæc columna, etiam non extra controverſiam eſt, Quia mentio *l. c.* ubi agitur de tertia manſione, ejus primùm fit, Hieronymus hinc conjicit, tum primùm apparuiſſe, *Epiſt. ad Fabiolam de Al. manſion.* Deſeciſſe autem alii volunt poſt mortem Aaronis, utpote Scriptura de illa in poſterum ſilente. Sed neutrorum ratio ſolida, nàmque & deportationis oſſium Joſephi mentio ſit in recenſu demum ſtatione, cùm tamen neceſſarium ſit, ea ex Ægypto fuiſſe allata: Nec verum eſt, quod dicunt de ſilentio Scripturæ, poſt mortem Aaronis; cùm Deuteronomii *cap. 33. verſ. 4.* columnæ iterum mentio fiat, Moſe morti jam proximo. Probabilius proin, uti Deus ab initio peregrinationum hanc directionis ſuæ teſſeram Iſraelitis dare voluit, ita ad finem usque perduraſſe. Alta fuit, *Nubes*, ſed & illa à Deo ordinatæ excitata, in cujus deniſcitate ad Moſem ventarum, dicit Deus Exodi *cap. 19. verſ. 9.* atque quæ *coperiebat montem, verſ. 16.* in quo Legem Populo promulgavit. *Nubes* enim, quæ interdiu Iſraelitas comitabatur, non dicitur *Nubes denſa* vel *caliginoſa*, ut hæc; neque in monte ſubſiſtebat, ſed incumbebat caſtris Iſraelitarum &c. V. Andr. Riverum *Exercitat. in Exod. ad loca cit.* Nec eadem fortè cum *Nube, & Igni* five *Nube*, medio ſinu igneam ſpeciem complexâ, quæ ex nube illa divinum in modum coruſcabat, atque Arcæ Propitiatoriam explebat. Inter Cherubinos enim ſedes ac thronus Dei erat, qui locum iſtum gloriâ implebat ſuâ, cujus exterum ſymbolum erat *Nubes* & *Ignis*, quæ inde *Gloria* Dei appellantur, Exodi *cap. 40. verſ. 33. 34.* coll. Num. *cap. 9. verſ. 15.* eo quod hic ſive ignis ſive lux glorioſum præſentiæ ejus ſymbolum eſſet, V. Exodi *cap. 24. verſ. 16.* Num. *cap. 16. verſ. 42.* & conf. Lucæ *cap. 2. verſ. 9.* Matth. *cap. 17. verſ. 5.* Actor. *cap. 7. verſ. 55.* & *cap. 22. verſ. 6. 11.* Apocalyp. *cap. 14. verſ. 14.* Atque hic locus ſupra citatus, quem Cherubinum alæ amplexu ſuo incingebant, & *nubes* illa auguſtum in modum medium adimplebat, propria Numinis ſedes erat, *Quia in Nube apparuo ſuper operculum illud &c.* Levitici *cap. 16. verſa 2. Dominus Rex factus eſt ſedens in Cherubinis*, Pſalm. 99. *verſ. 1.* In quo viſibili ſigno erat præſens ac peremtibus dabat reſponſa, Exodi *cap. 25. verſ. 22.* & Numer. *cap. 7. verſ. 89.* Hebræis שכינה ſeu *gloriosa Dei in terris habitatio*, quam Judæi tantopere celebrant. Cùm verò in Tabernaculo omnia Myſtica eſſent, *Nubes*, inque ea Ignis ſpecies, quid niſi Divinæ Naturæ in vili Carne inhabitationem teſtabantur? quam tamen igne ſuo & divino ſulgore impleturus, atque ex humano corpore, tanquam ex adyto, certiſſima reſponſa daturus foret. *Sermo cum factus eſt ſe, inhabitavit in nobis: & videmus gloriam ejus &c.* V. Franc. Burmannum *Synopſ. Theolog. Part. I. Lib. 4. cap. 14. §. 21. 22. 23. & 29.* De Baptismo vi. in *Nube* & Mari, ejus mentio: 1. Cor. 10. Jo. Seldenum de *Syndr. Lib. I. c. 3.* Atque hinc forte ortum, quòd *nubes* coluiſſe Judæi crediti: de quibus Juvenalis *Sat. 14.*

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nil præter Nubes, *& cœli numen adorant.*

Quod idem de Chriſtianis exiſtimarunt, Unde de utriſque Tertullianus, *Apologet. cap. 24. Alius ſibi loc putatis, nubes numeris orant, alius lacunaria.* Niſi hoc malis inde arceſſere, quòd oculis in cœlum ſublatis orare ſoliti utriq;, unde Gentilibus occaſio iſta fingendi nata. At Socrates apud Ariſtophanem diſertè *Nubes* vocat *εισμας θεας, venerandas Deas*, illasque cum Aëre & Æthere ſic affatur,

Ω δέσποτ' ἀναξ, ἀμήχανον ἀλλ' ὃς ἔχεις τὸν
γῆν μετέωρον,
Αἰμυτικὸν τ' ἀέρα, καὶ φῶς ἀκτινοβολοῦντα,

in *Nub.* Qua de re V. Ger. Jo. Voſſium *de Orig. & progr. Idolol. lib. III. cap. 13.* ubi de *Nubibus*, illarumque multiplici utilitate, tripliciinprimis effectu, *Plinio, Nive & Grandine* complura.

Nubes ſuper ſupercilia, apud Phil. *Feſtor. Animal.* ubi de leone, πρὸς τοις ὀφθαλμοις τὸν φῶν μετεωρε, ὑπονηφοι τοιαυτοις, *ſupercilia & naſo ſubſtante, tanquam nubes incumbit*: elegantiæ captiosè vocatur epiſcopi in ira demiſſio, quo & oculi pars obtegitur, & vultus, tanquam nube obductus, ſit triſtior & moroſior. Hinc de Simene Sophocles, in *Antigone verſ. 533.*

Νεφέλης δ' ὀφρὺν ὑπὸ φάρεσιν
Πάθος ἀκάμπτου
Nubes *autem ſuper ſupercilia cruentans*
Facies deformas

Et Euripides *in Hippolyto*, de nutrice Phædræ,

Ἀστυγεῖ δ' ὀφρὺν νεφέλη σκότου.
Triſtis ſupercilierum nubes *augetur.*

Et in ejusdem *Electra* Clytemneſtræ imputatur, quòd cùm res Trojanorum malè cederent, illam videretur συσσέβειν ὀφρύσι, *ocultos obnubilantem.* Et in *Phœniſſis*, Regem Creontem συννεφῆ πωλοῦντα, *triſtem & moroſum* appellat Chorus. Quale illud Ciceronis *Orat. 37. in Piſonem, Frontis tua nubeculam perimeſcrem.* Et Horatii *ad Lollium l. 1. Epiſt. 18.*

Deme ſupercilio nubem &c.

V. Boch. *Hieroz. Part. prior. L. III. c. 2. &* ſuprà in voce *Epiſcynii.*

Nubunanga, Rex Japoniæ celebris. Cùm enim Japonia in 33. Regna divisa, uni paruiſſet olim Monarchæ, qui *Dairum* appellabatr horum auctoritas jam inde ab A. C. 1500. propter inteſtina diſſidia, multùm diminui cœpit, Regesq, Provinciarum paſſim rebelles, propria ſibi conſtituere Regna. E quibus præcipu' fuit *Nubunanga*, Rex Voaris, qui captâ urbe Meaco, A. C. 1570. potentiſſimus totum Japoniæ Rex evaſit ita tamen, ut adhuc Dairi auctoritatem agnoſceret. Et ſucceſſit eodem titulo Taxiba Quaba Condon' A. C. 1586. Quem cùm exceſſiſſet Taikoſamma, Imp. hic Japoniæ à Dairo, ſponte ſe abdicante, declaratus, A. C. 1600. novam Monarchiam condidit, Georg. Hornius *Orb. Imper. p. 311.*

Nuca Johannes, ultimus Juſtitia Aragoniæ, ſecuri percuſſus antiente Philip. II. Hiſpan. Rege. Fuit autem *Juſtitia Aragonum*, Magiſtrat' in eo Regno ſupremus, coram quo Reges in genua procumbere, & capite aperto jurare tenebantur, ſe omnia privilegia & leges Aragonum ſancte obſervaturos, quo facto formula hæc pronuntiabatur à Prætore nomine Populi: *Nos qui tanti ſumus, quanti vos & plus quam vos poſſumus, Regem vos eligimus his atq; his conditionibus; Inter vos & nos unus eſt major Imperio, quam vos.* Apud eundem Rexà quolibet ſubditorum ſuorum poterat accuſari, erat, penès eum abſoluta poteſtas explicandi leges, cui explicationi ſine ulteriore provocatione erat ſtandum. Quod ſi rarnum potentiæ ſuæ impoſitum aegè ferentes jam antiqui Aragonum Reges variis artibus Magiſtratum hujus viri coevare ac tandem everſere conati ſunt. Igitur A. C. 1349. ſpecioſo libertatis titulo imperatum, ut quotannis inſtituerentur Cenſores, qui examinarent Juſtitiã, inter multos Cenſores facile aliquos ſibi conciliare poſſerari, quorum auxilio tam formidabilem ſibi potentiam infringerent. Conſtitutum ergo fuit Collegium XVII. Virorum titulo *Inquiſitionis cui Juſtitia* Aragonum quotannis rationem factorum redderet teneretur, Tandem *Philipp' II.* Anton. Perezio, qui intimus ei Secretarius fuerat, in Aragonum patriam, ob iram Regis, profugo, & à Philippoad Juſtitiam provocante, cùm à Juſtitia, ranquam ſuſpecto, ad Collegium Inquiſitionis pro vocaſſet hoc, etiam modo nihil efficeret, exercitu comparato, Cæſaraugustam expugnavit, antiquisq; Aragonum privilegiis ſubvertis, *Nucam* ſecuri percuſſit, poſt ſublatum Libertatis vindicem, reliquis in ſervitutem redactis, A. C. 1592. Idem p. 171. & 187. V. quoque *Levic. Univ. Tom. I.* in voce *Juſtitia.*

Nucevetum, vulgò *Narroy*, locus est Galliæ, in pago Vabrensi, in Comit. Scarponnensi, vett. Tabb. memoratus, apud Hadrian. Valesium *Not. Gall.* in voce *Vadrenses pagus*.

Nucatus, in vet. *Inscr.* NUCATÆ DE SELECTIS EX X. L. PROFUNDANTUR. ubi vulgò male scriptum, MICATÆ: Græcis κραυνοὶ sunt, *caryotæ* quoque Solino, h. e. *caryotæ palmæ*, quod integrum est, ut Græcis κραυνὸν φοινικῶν. *Caryotæ* absolutè Ovidio,

Hoc linitur fusto Jani caryota Calendis.

Sparsionis certè nucum, in dedicationibus ftatuarum & tumulorum solemnibus frequens mentio. Hic *Nucatæ*, i. caryotas palmas ex dentitis quinquaginta profundi spargique jubetur. Sabinus *ad Solinum pag.* 319.

Nuces, inter pueriles lusus, numerantur Martiali *lib.* 13. *Epigramm.* 1.

Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus.

Et *lib.* 14. *Epigramm.* 18.

Alea para nuces & non damnosa videntur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nites.

Qui Saturnalibus inprimis iis indultus. Unde *Saturnalitiæ nuces*, eidem *lib.* 5. *Epigramm.* 30.

Commodius nisi forte tibi, potiusque videtur,
Saturnalitias perdere, Varro, nuces.

Vatrè autem id fiebat, ut infrà videbimus addo hic faltem *castellatis nucibus ludendi* modum, Suetonio memoratum *Augusto cap.* 83. *Animi laxandi causâ modo piscabatur hamo, modo talis aut castellatis nucibus inclusis*: quod genus lusionisex veteri consuetudine pueri noftri hodieque utuntpant, cùm viz. ut Ovidius ait, *fuppofiti additur nux viribus* &c. Atque hinc *Nuces ſpargendi* ritus, in Nuptiis. Sponsâ enim in thalamum apud Romanos deductâ, foribus que occlusis, Juvenius aderat cum nucibus, quas cum ftrepitu, ſemitu, cantu ſpargerent, ut legere eſt apud Virgilium & in *Epithalamio* Catulli. Non tam, quia quafi tripudium faciunt jactæ nuces; vel quia putamine, cute, teſtâ, corio medullam tegentes, parfimunimento à conjugibus ſœtus protegi indigitant: quàm ut omnitendas eſſe animi laxationes novaque œconomiæ ſtudia ſuſpicanda, hoc modo Vett. teſtarentur. Certè Perſius per illa verba,

——— *Nucibus facinus quæcunque relictis,*

è primoriætate egreſſionem denotat. J.C. Scaliger *Poetic. lib.* 3. *cap.* 101. Sed & *ſparſis nucibus* inter ſtratagemata; hoc enim modo non paucas urbes, atque inter illas Ambianum, Picardiæ metropolim, ante finem præt. ſeculi, ab Hiſpanis, captam eſſe, legimus. Contra *nucibus* Catilini, tempore obſidionis, vitare: *quas ſtultas ab Romanis cùdria, quando medio annis ad Caſtilium deſſuerent, crutibus excipiebant*, apud Livium *lib.* 23. *cap.* 9. &c. De *Nucium ſparſione* in Dedicationibus, alibi. V. plura infrà, in voce *Nux.*

Nucetulum, vel *Nucetellum*, vel *Nucetum minus*, vulgò *Noiſiel*, item *Noiſel* & *Noiſeau*, ut & *Noiſſe le petit*, locus eſt Galliæ, in agro Pariſiaco, quem Ibidanus II. Pont. *in literis A. C.* 1097. *Nucetum minus*: Eugenius III. *in lit. A.* 1147. & Lucius P. anno 1184. *Nuiſetum villam* corruptè nuncupant. Haud procul à *Nucetto*, de quo *infrà*, in Carentonio tum eſt Carentonium, villa *Charentcau* vulgò dicta: Campiniaco magno *Champigni*, proximum eſt Campiniacum parvum feu Campigellum, villula *Champignel* vocata &c. Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Nucetum, vulgò *Noiſſe*, vel *Noiſſe le Grand*, ad differentiam *Nucetuli* de quo modò, Villa Gallæ Regia quondam, reguante apud Francos Childerico, nepote Clodovei Magni, nunc anno 1100. in agro Pariſiaco, à nucetis ſuo appellationem trahens. *Nucetum villam* Ibidanus III. *in literis anni* 1147. numerat, inter Eccleſias Pariſienſis Monaſterii S. Martini. Henricus Francorum R. *in diplom. anni* 1060. *Noiſſacum ſuper Maternam*, (id eſt, *Matronam ſluvium* vocat. *Noiſſacum Magnum* vetus ac recentius polyptychon appellat atque in Decanatu Latiniacenſi ponit. *Nucetum* genuinâ voce effert Gregorius Turon. *Hiſt. Franc. lib.* 5. *cap.* 40. cùm ait: *Ipſe Rex* (Chilpericus) *Calam Pariſiacæ civitatis villam advenit. Regina* (Fregedondis) *vinctum inſtit eum* (Chlodovcum) *tranſire Matronam ſluv. & in Vida. cui Nucero nomen eſt, cuſtodiri: in qua cuſtodia duos proceres ſuos. Interiit, ipſumque in loco ſepultus eſt.* Nempe hic Chlodoveus, juſſu Fregedundis noverca, ab uno è cuſtodibus ſuis cultro perculſus ac ſub ſtillicidio Oratorii ſepultus eſt: In vicum autem Cala, tranſeundus eſt Matrona, ut ad *Nucetum* ripæ ulteriori fluminis adjacens perveniatur. Aliud *Nucetum*, ſeu *Nuciacum*, vulgò *Nuciacum Slecum*, Gall. *Noiſſie Sec*, quòd nullis aquis irrigetur, in eodem agro eſt, in Decanatu Monaſterioli. Aliud ſluvio Ederæ adjacens, in Britegio, inque Pariſiorum ſi nibus, non procul à Caſtro Braja Com. Roberti ſtum eſt, & *Noiſſe* quoque appellatur. Vocatur hoc *Nucium*, h. e. *Nucetum ſuperius*, in Actis Synodi Sueſſionicæ an. 862. habitæ, atque inter villas numeratur ad Regale Monaſterium S. Dionyſii pertinentes, ut hodieque pertinet. Ita autem dicitur à ſitu, poſitus enim vicus eſt trans montes Pariſiorum ſuburbanos non longè à ſylva Bung: ienſi vel Liberiacenſi: Sicut Clippiacum in Alneto *Gyſia* Dagoberti Francorum Regis, eandem ob cauſam, *Clipiacum ſuperius* nuncupant, ut diſtinguant à Clipiaco Sequanæ appoſito. Aliud ejuſdem nominis, in eodem Pariſiorum agro eſt inter Carolivenſam & Villam Petroſam, trans Sequanam fluv. vulgò quoque *Noiſſ*. Item villa ad ripam fluminis Itaræ, in Belloviacis, inter Moranvaicum *Moravcy* & Bellum Montem, nec longè à Luſarcha *Luſarche* & à Camillaco vel Camilacо *Chambly*, unde pago Camliacenſi in *Geſtis* Dagoberti Regis attribuitur. Item vicus, qui *Noſiacus Siccus* dicitur, circa Melodunum caſtrum, *in lib. de vita Burchardi Comitis*, &c. Ut alia omittam quæ omnia à *nucum* copia appellationem traxere. Inprimis ad Brieniſem Matronæ ripam, cui rei indicio ſunt vici, *Nucetum majus*, ac *Nucetum minus*; item vicus dictus ad S. *Germanum de Nucibus*, vulgò *S. Germain de Noyers*, & Villus, appellatus ad *Nucem*, vulgò *le Noyer*, nec non Malanoda, *Malenoye*, hoc eſt *Malum Nucetum*, vicus Monaſterio inſignis. V. Hadrian. Valeſium *Not. Gall.*

Nucuna Ligna, arte colorem nitoremque accipiunt. Unde hodieque menſæ & alia ineſtima opera ex *nuce* facta, oleo unguntur, & linteis fricantur, ut ſplendeant. Et certè menſæ ex hoc lignoetiam olim in pretio, præcipuequeex nuce montana. Strabo *lib.* 12. *Τὰ δὲ ξυανώτατα καὶ σφόδρα καπνοῦ φύσει, ἢ ὑφάσμασιν ἢ ἐν τοῖς τορνευτικοῖς τίμιοντα, δύσπρα ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι τοιούτων, ἐκ τῆς Μηδικῆς καὶ τῆς Ἀτροπατηνῆς.* Ligna quæ maximè nucina ſint montana, ex qua menſæ conficiuntur. Itaque apud Romanos quoque, fed priusquam citrææ, h. e. *thiinæ*, in notitiam luxuriæ veniſſent. V. Satyricum in illis,

——— *Si forte nucem dejecerat Eurus.*

Ubi *nucinas menſas* vetus Scholiaſtes vocat, quæ ex *nuce* fiebant, V. Salmaſium *d. l. p.* 1040. & 1041.

Nucleus Scriptori eruditio *lib.* 2. *Contra Jovinianum*, memoratus, his verbis: *Rari ſpectate, crebrius rubite. Non enim poteſſis ampiectere opera martyrum, niſi mulſum & carnei & Nucleum conſpexiſti, viribus opus eſt ad libidinem*: quod ſibi velit, non ſatis ſe videre ait Erafmus, niſi quòd quidam *nuclei* putentur ad Veneremfacere. Gronovius accipit per ſynecdochen, pro quibusvis fructuum deliciis. Martialis *lib.* 11. *Epigramm.* 87.

Mella dari nucleasq; jubet dulcesq; placentas,
Et quidquid puero non ſinit eſſe nuces.

Volueri equo Præſino *paſſas uvas & nucleos*, in præſepe poſuiſſe Verum, refert Julius Capitolinus. Gilda in *Quarolo*, *Quas illi tamen, quas plumbus videas, niſi nummos abſpherſis? Nam ſi inſuper nuces & ſorba dederis, totum pupillum coperis.* Quem locum abſurdum & pene ἀσύνθετον quærunter Eruditi. Propriè convenit in eos, qui pupillos venabantur, ſive bonorum causâ five ob florem ætatis. Semper enim expoſitum fraudibus ſimplex & incautum hoc genus: unde Verris dictum quoque emanavit, *Pupillos & pupillas cerviſſamum eſſe prædam Prætoribus.* Plautus *Aſſinar. Aucepsquando concinnavis aream, offundit cibum. Aves aſſuefacunt. Neceſſe eſt ſacere ſumtum, qui quæris lucrum.* Sic, inquit, ſi muſculus hujusmodi captaverit pupillum, totum eum capies & in poteſtatem rediges. Serenus Sammoniacus eadem etiam Medicinæ causâ pueris data indicat:

Proderit & pueris, quos dentis origo fatigat,
Caſtaneæ toxiſſe nuces & ſorba veluſta.

Quam purpuram ex aliquo antiquiore quoque ſumſiſſe videtur. Nam, ut apparet, id proverbium inde tranſlatum in quosvis jactare eſt, qui monentur ceſam imponere hamis illam quam appetant pilciculi. Acetbos, inquit, habubis, nili nummos dederis: quod ſi præter hoc etiam convivia & ciborum delicias præburtis facies discilſimos & plane tuos, eodem eventu, quo *muſculus* & ſortis pupillus demerentur. V. Gronovium *Obſerv. in Eccleſ. cap.* 19. De *nucleo* varium quem Græci δ᾽ γλυφὸν, & olearum, quem τὸν ψιλὸν, vocant, V. Caſaubonum *ad Obſervinm Sororiæ cap.* 76.

Nudandi Pectus, inhumiliitatis ſignum, mos occurrit apud Suet. *Octavio c.* 52. *Diſtaturam genu nixus depeſtad humeris toga*, nudo pectore *deprecatus eſt*: i. e. γονυπετήσας ἱκέτευσε ἐκπεσὼν, ἀπὸ τῶν ὤμων τὴν ἐσθῆτα ἀποβαλὼν. Apud Hebræos quoque & Græcos in frequenti uſu, quos in omni graviore incommodo veſtes lacerafle, ex omnibus ſcriptoribus notum. V. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 2. *cap.* 19. Sed & *Nudi*, ad Gymnica certamina deſcendebant olim Athenæ, ex He: culis inſtitutо, uti docet Apollonius, cum Gymnoſophiſtis Ægyptiis diſputans, apud Philoſtratum *Vita Apollonii lib.* 6. & ipſum certaminum nomen indicat. Et quidem antiquiſſimis temporibus, coetera *nudis*, *Cæſtu* tamen habebant circa corporis velanda: ita, poſtquam illo in agone ſolum Oriſippus impeditus victusque eſt, in poſterum penitus nudi eſſe coperunt: factum autem id paulo poſt 14. circiter Olympiadem, ut habet Euſtathius *Commentar. ad Homerum Il.* ψ. qui ab eo tempore Γυμνασία nomen in crebuſſe addit. Paſchalius tamen rem aliter refert ex Etymol. γυμνάσιον. Clem. Alexandrino *Pædagog. lib.* 3. *cap.* 5. & Q. Calabro *lib.* 4. quem vide *Coronarium lib.* 6. *cap.* 14. Utut autem id de reliquis Athletis habuerit, in Muſicis Certaminibus, *nudi* non prodibant, ſed coronati, qui quisque coronâ, aureâ laureaque potirat, Idem *l.* 6. c. 12. Neq; vero vitos folum, ſed & virgines in palæſtra nudari. Lacedæmone inprimis, moris fuit, quem Platoni *in libr. de Rep.* approbatum, meritò reprehendunt, quorquot *nuditatem* homini in pœnam, ignominiam & ſcandali

occasionem servire, habent perspectum. Unde apud ipsos olim Persas nudum conspexisse hominem capitale erat, qua de re V. Alexandrum supra laudatum *lib. 6. cap.* 25. Quanto sceleratius in Ecclesia Dei, oborti quidam, olim hodieque, Hæretici impudentissimi, Floriniani, Gnostici, Carpocratiani, Adamitæ, Anabaptistarum nonnulli, Alii, in cœtibus suis nudi esse consuevere. Inter quos Pritcellian® inprimis memorandus, quem *Evodius vir acer ac severus* (à Maximo Tyranno Treviris tum agente ad id delegatus) *gemino iudicio audiendum, convictumque nudisse, nocti simum obiicientis & studiosissimæ doctrinis, noctumos etiam turpium factorum copiæ conventus, nuduumque orare solitum, nocentem promuntiasse — Imperator* dein *cum socis capitis damnasse* legitur, apud Sulpicium Sev. *Histor. Sacr. lib. 2.* Quam in rem V. plura, apud Jo. Forbesium *Instructiones. Historico-Theologic. lib. I. c.* 37. Addam falcem infignem hunc de *Nuditate* hominis lapsi locum Franc. Burmanni, *Synopsi Reclig. Christ. Part. I. lib. 2. cap. 7. §. 4. Apparuit mox à lapsu nuditatis sensus, & pudor, qui quidquid pudendum in homine extare arguebat, quale in primævo Deo opere non sine contemtoris conumelia cogitari posset. Unde naturalia velare, veteri libidinis stimulis impar instinuit: quæ nihil, nisi peccati in membris jam dominantis, erubescendæ confessio erat, quibus nec abuente spiritu duscatius pan cesserat.*

Nudi Pedes, viriles magis, quàm in calceis, verba Tertull. *de Pallio.* Ubi, si quid calceatum inducitur à palliatis, fandalia esse, nihil non calceos, quæ res manifestissima est: frequentius tamen nihil non calceatus inducere, sed *nudipedes* agere, hocque virile magis esse, ait. Clemens Alex. *Pædag. lib. 2. cap. 11.* Ἀνδρὶ γὰρ μᾶλλον ἁρμόττει ἀνυποδησία, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς ἐν φρονήσει, ὃ δὲ πᾶς ἔγγυς τῆ ἀνδρείᾳ ἕστηκε. Ἀσκληπιὸς γὰρ ὁ τῆς ὑγιείας χρηὸς ἐκ τοῦτο τὸ σχῆμα τῆς ὑγιείας τοῖς ἀνθρώποις ἐπέδωκε, ἵνα μὴ ἀσθενῶσι βλάπτωνται. De Cynicis autem loquitur Tertullianus, qui, si quid calceatus inducebant, socis aut blautis calceabantur, pluribus tamen ex his *Nudipedalia* magis celebrantibus. Ideo dixit, pallio Cynico amictos, si quid calceatis gererent, mundissimum opus esse, *nudos* tamen magis pedes habere, h. e. ἀνυποδήτους. Nam Cynici plerumque tales, ut Afcetæ: nihil autem ἀσκητικώτερον, quàm ἀνυποδησία, quæ propria erat Cynicorum & omnium Philosophorum, qui paulo asteriorem afcesin profiterentur. Aristophanes in *Nubibus.*

Αἰσὰ νοσεῖ γ᾽ αἰδοῖος ἀλαζόνως
Τοῖ ὀρχεσταῖσιν, τοῖ ἀνυποδήτοις λέγων.
Ὦ κρηδεμνίων Σωκράτους & Χαιρεφῶν.
Pah mali, novi arrogantes illos,
Illos pallentes, illos nudipedes ais,
Inter quos infelix Socrates & Charephon.

Eandem quoque ἀνυποδησίαν Pythagoritæ exercebant, sed omnium maxime Cynici Philosophi. Lucianus de Cynico, ὡσχεμεῖ, ἀλλ᾽ἐοι οἱ ἀνυπόδητοι, *nudipedes* V. & Dionem Chrysostomum in ea ἀφορμᾶσθαι. Quare erat vir eruditus, qui *pedes nudos magis* hic de loletatis accipiendos censet, quorum pedes incedi & nudi. Nam folea pedem non tegebat, fed plantam pedis tantùm. Tacitus *Annal. 2.* de Germanico: *Pedibus inscelis pars cum Græcis amictus.* Græci quoque, cùm res Romanas tractant, ἀνυποδήτους interdum vocant non qui prorsus carent calceatu, fed qui calceos Romanos non habent, licèt Græcanicas soleas induti fint. Nam ὑπόδημα proprie calceos vocabant, ad distinctionem ἐνδρομίδων. Sed hoc loco ita accipi neutiquam potest, cùm hoc fenfu Græcionnes ἀνυπόδητοι effent, utpote cùi foleis & crepidis incedentes &c. Philosophos hos fecuti Afcetæ Christiani non folùm more illorum, humillimâ & vilissimâ veste, qualis erat τριβὼν Philosophorum, contecti contentique agebant, fed & *Nudipedalia* fibi omni tempore indicebant, ut de Heracla Presbytero narrat Eufebius: Quod tamen totum tum arbitrariùm erat, utpote nondum ullâ Afcetarum πολιτείᾳ, qui *Monachi* poftea dicti funt, certis legibus ac regulis, præfco illo ævo conftitutâ, licèt inde originem accepiffe iis exploratum, ut pluribus exponit Salmafius *Commentar. de orig. vita Monastica.* De *Nudipede* Leviro apud Hebræos, qui Fratriam ducere femenque Fratri defuncto excitare renuebat, fuo loco. V. quoq; Sam. Bochartum *Hierozoici lib. II. c.* 50. & hic infrà.

Nudipedalia, adde: Idem feftum, apud reliquos quoque Græcos, Romanos, Barbaros, fuit in ufu. Tertullianus *Apologet. cap.* 40. *Denique cùm ab imbribus æstiva hiberna suspendimus, & annus in cursu est, quidam quotidie pasta, fluminique prænisi, balneis & cauponis & Lupanaribus renunciatis, Cynicitia Jovi immolat,* Nudipedalia *populo denunciatis, solum apud Capitolii quæritis, nubila de laqueari lubeis expectatis, averfa ab ipso Deo & cælo.* Ubi cautaminstitutorum *Nudipedalium* indicat, ut nempe cœleftium aquarum defluxum, terrâ arefcente, poffent impetrare: ductâ, ut credere pareft, imitatione à facris *Nudipedalibus* Judæorum, quæ nudis peragebant pedibus, facco indutiac in pulvere volutati. Unde Jofephus *de bello Jud. lib. 2. Baronium Reginam, ut Deo vota fol vere poffint, Hieroshymos venire & primos patrio, hoftiis cæfis, capillitioque derafis nudipedem ante tribunal ftetiffe.* Et certè præceptum Dominiad Mofem Exodi *cap. 3. verfu 5.* & Angeli ad Jofuam, *cap. 5. verfu 16. Solve calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt*, docet puritatem ac fimplicitatem animi, terrenis affectibus exuti, facris quàm maximè convenire. Hunc itaque ritum ab Hebræis mutuati Gentiles non in præditis fo lùm facris, fed aliis quoque, excalceati inceffere. Namque obfervavit Juftinus *Apol. 2.* in quibusdam facris, fi quando Deorum ftatuæ per plateas & vicos circumferrentur, difcalceatis nudisque pedibus eas tu bam comitari fo litum fuiffe. Hinc Prudentius *L. Periſteph. hymn. 14. verſus 154.*

Nudare plantas ante carpentum ſolo
Proceres togatæ matris Idææ ſacris.
Lapis mugilem evehendus effedo
Mulicbris orie lanjus argento ſedet,
Quem dum ad lavacrum præeundo ductilis,
Pedes remotis attorentes calceis &c.

Similiter Matronæ Rom. ubi vota Deæ Veſtæ concipienda erant, ejus ædem nudis adiere pedibus, teſte Ovidio *Faſtorum. l. 6. Hinc pede Matronam nuda defendere vidi.*

Bello quoque Gallico, *Virginei ex Sacerdotio Pyſiæ, nudo pede ſagientia facra comitatas fuiſſe*, Florus refert, *Hiſt. lib. 2.* Quo fenfu & Juvenalis accipiendus *Sat. 6. verſu 525.*

Inde ſuperbi
Totum Regis agmen nuda & tremebunda cruentis
Erepta genibus, &c.

Tranfiit mos ad Chriftianos etiam, quos in fupplicationibus ſolemnibus *nudis pedibus* ædem proceffiſſe legimus. Ita Theodofium Jun. Glicas *parte 4.* ut & Procium Patr. Conftantinop. *difcalceatos* proceffiſſe tradit, cùm civitas gravi & diurno terræ motu quateretur. Simili modo Juftiniano imperante, concuſſâ terræ motu Antiochiâ, cives, qui reman ferant, *difcalceatos* omnes Litanias feciſſe, clamantes Κύριε ἐλέησον, narrat Paulus Diaconus &c. V. quoque Conciliu m Moguntiacum, celebratum fub Carolo M. A. C. 813. Imò primi Chriftiani quafi perpetuò facris operantur, publiceve fupplicaturi proderent, calceis ut plurimum non utebantur, *nudis pedibus* intendentes, teſte Tertulliano *lib. de Pallio cap.* 5. Unde Lucianus in *Philopat. paulo ante fin.* habitum hominis Chriftiani defcribens, ut irrideat: *Pallium*, inquit, *putre, ſine calceis & tegmine, capite detonſo incedens.* In fuperftitionem *nudorum pedum* ufum porro verſum eſſe, ex Plinio difcimus *lib. 17. cap. 28.* ubi *Prævatim contra arcuas ambiri arbores ſingulas, a mutilere incitati mentis multis pollices*, ſolitas fuiſſe ait. Quod in fuperſtitionibus quoque obſervatum, docet Suetonius *Auguſto cap.* 100. *Religiuſius legerunt primores Equeſtris ordinis tunicatæ & aſſerti ſpectibusque nudis ac in Manſoleo conſiderunt.* Ad imitationem Hebræorum, quos idem factitaſſe, apud Ezech. *cap. 24. verſus 17.* legimus. In facris verò Magicis veneficæ unum tantùm pedem exuerunt. Virgilius *Æneid. lib. 4. verſu 518.*

Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta.

At Horatius, præter facrorum horum facrimorum morem Canidiam, *pedibus nudis*, ea peregiſſe refert *lib. 1. Sat. 8.* Sed Virgilio affentitur Ovidius, apud de Medea *Metam. lib. 7.* & Seneca, ubi de eadem *Actu 4. Sc. 2.* Occaſionem iſtius modi *Nudi pedalium* variorum licear, præter jam dicta, pauca attexere, de *pedum nuditate*, aliis quoque in occaſionibus. In bello populos quosdam uno tantùm pede calceatos fuiſſe legimus, unde bellaces Ætoli μονοκρήπιδες dicti funt: quod ad Hernicos Italiæ populos tranſtulit Virgilius *Æn. lib. 7. verſ. 689.*

Veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis; crudus vegit altera poro.

Et certè, ſi militiæ conditionem excipias, nonita incommoda *pedum nuditas.* Hinc Philoſtratus adolefcenti delicatulo, cujus pedes fandalia læderant, urbanè ſuadet, ut deinceps ἀυποδητὸν ambulet. Sed magis ferìò Clem. Alexand. *optimum exercitationis genus eſſe, nudis uti pedibus*, docet, *Ep.* 22. V. quoq; Stobæum *Pædag. l. 2. c. 11.* ubi Tabellariorum Curſorumq; exemplo id illuſtrat. Non mirum ergo, fi de Phocione apud Plutarch. de Catone apud eundem aut & Horatium, *l. 1. Ep. 9.* de Socrate apud Laërtium, de Laconibus mo nio rum pueris, apud Alex. ab Alexandro *Genial. diver. l. 5. c.* 18. de P. Scipione & Germanico, apud Tacitum *Annal. l. 2. &c.* idem legamus. Imò nafcentis Reip. apud Romanos initio Senatores ipſos nudis inſtitiſſe pedibus, teſtatur vetus Scholiaſtes Juven. *ad Sat. 1. v. 101.* nec hoc ſolùm, ſed & cruta femorag; nuda, quæq; non niſi toga demiſſa tegerentur, habuiſſe, patet ex ſtatuis, columna Trajani & Suetonio *in Aug. c.* 82. quod de Platone Hieronymus *in Matth. c.* 10. de Athenienſibus Plut. de Cratete, Achille, Ajace, aliis, antiquioribus, Philoſtratus in *Epiſt.* de Hebræis, & apud eos inprimis Sacerdotibus, Apoſtolis, SERVATORE ipſo, quoque docet Cornelius à Lapide *in Exod. c. 28. n.* 42. Sed & captivi, ac ſervi venales pro more *nudi*. Juvenalis, de Cappadocibus ac Bithynis Rom. venum adductis, *Sat. 7. v. 16.*

Alacra quos nudo traducit Gallia talo.

Hæc ſiquidem nota fuit venalitorum, ut exalceatis pedibus eſſent, ſiscq; certatis feu gypſatis, ut colligere eſt ex Juven. *eodem Sat. 1. v. 111.* Ovid *El. 8. l. 1.* Tibullo *Eleg. 3. l. 2.* Propertio *Eleg 5. l. 4.* Plin. *l. 35. c. 17. &c.* Sic itaq; captivitatis ſervilisq; conditionis argumentum etiam fuit hæc *pedum nuditas.* Adde & ignominiæ, unde apud Romanos militibus, cùm exauctorarentur, ut militiæ prin-

vilegiis

villegiis ac honore indigni, inter cætera calcei solebant detrahi, auctore Tertulliano *de Cor.mil. c.* 1. quod apud Anglos quoque olim obtinuisse, testatur Valsingamus *in Edwardo II.* Apud Hebræos, is qui noluit uxorem fratris sine liberis mortui accipere, à muliere, coram Senioribus, altero calceorum spoliatus est, sicq; judiciali novatus infamia, exlege Mosis Deuter. *cap.* 25. *vers.* 7. confer Ruth. *c.* 4. *v.* 7. ubi idem situs cessio in sui juris, & translationis in alium dominii, symbolum quoq; fuisse docetur. Contrà tamen apud Arabes hæc calcei detracti in alium conjectio servatæ fervandæque fidei signum ac pignus certissimum fuit, quod eleganti historia Rahi ejusdam Benxamutii Arabum Ducis clarissimi, demonstrat Lipsius *Mon. & Exempl. Polit. cap.* 17. Cùm enim hic, Lustanis hostibus impar, uxorem charissimam captivam abduci passus esset, illa autem recedens perfidiam marito exprobrasset, acrioribus incitatus stimulis, statim, ut in more Gentis erat, calceum sibi detractum in illam jecit; simulque equites suos, quos ad septuaginta raptim collegerat, animosè cohortatus, tanto impetu in Lusitanos irruit, ut iis dissipatis cæsisque, uxorem receperit, eo facto voces omnium & laudes in se vertens. Et certè non inepta uxoris recipiendæ propositi, per calceum detracti conjectum, significatio est. Cùm, ut observavit Rabbi Immanuel *in Psalmos*, ubi Reges olim urbem obsidebant, in eam propiores chirothecam solerent, signum, se ab obsidione, priusquàm urbe potirentur, non recessuros. Quod enim hic per chirothecam factum ait, alii per calceamentum malunt, eoque Psalmo 59. *versu* 10 Davidem spectasse volunt, ubi cecinit: *In Idumæam extendam calceamentum meum*; quasi dicat, in Idumæam belli signum conjiciam, cui finem dare non est propositum, nisi eam in potestatem meam redegero, &c. Nec omittenda hic, inter Ægyptiorum confuetudo, apud quos puellis nondum nuptis calceos gestare antiquis temporibus neutiquam licebat, ut sic evagandi cohiberetur licentia, cùm illis *nudo pede* extra septa prodire esset nefas &c. V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 36. Ben. Balduinum *de Calceo antiquo cap.* 23.24. Jul. Nigronium *de Caliga veterum cap* 2. *§.* 9. *& seqq. &c.*

Nugarum, inter Fœmineorum calceorum genera, recensentur Polluci *Chron. lib.* 7. *cap.* 23.

Nugivendi, Latinis dicti, qui *nugas* vendebant, quo nomine res omnes mundi muliebris indigitare solebant. V. suprà *Jocula*. Sic unguenta, *nugas peregrinas* vocat Martialis *lib.* 3. *Epigramm.* 55.

Nolo peregrinis placeat tibi, Gellia, nugis.
Scis, puto, posse meum fic bene olere canem.

Nempe, quibus tinc incommodo carere possumus, omnia *Nugæ* dixere Veteres. Ramirefius *ad l.* Propriè verò *Nugæ* erant carmina Præfecarum, quæ in mortuorum laudem canebantur. Plautus *Asinariâ*,

Hæc non sunt nugæ, non enim mortualia.

Quod & origo vocis declarat. Nam *nugæ* Hebraicum & Syriacum vocabulum, quod *mærorem* sonat, sicut *nænia* planctum eadem lingua, Scaliger *ad Varronem*. Hebr. enim נגה *nuga*, est *dolore affectus*, ex יגה. *V. Idid.*

Numa Pompilius, adde: Celerum custodiam deposuit, primus templum Jani clausit, collem Quirinalem urbi includens pomœrium ejus protulit, sacra ipsemet obivit, &c. Ejus leges, *de opimis spoliis, de parricidiis, de pellice, de politeliis* &c. V. apud Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. passim.*

Numella, genus vasculi fuit, nominatum à forma *numorum*, quos articuli sive ligamenta muruò juncta repræsentarent, Beccmannus in *Orig.* ubi proin carpit Hadr. Turnebum *Adversar. lib.* 23. *cap.* 21. qui ita de illa: *Vinculi*, inquit, *genus est ligneum, quo collum inferum compreheudebatur. Nomen habere videtur inde, quod qui eo vinculo constricti erant*, nuere, *demisso, capite esse cogebantur.* Numellam igitur, *quasi* Nuellam, *cum M. inserto, intelliges*, à nuo: ut Luellam à luo. Hæc ille. Ejus meminit Plautus *Aulul. Actu* 4. *sc.* 10.

Numen, idem propriè quod *nutus*: hinc *Numen divinum*, & *Numen τοῦ ἀντιπροσώπου*, vis, potentia cujusque Dei, apud Scriptores Ethnicos, qua de re V. Casp. Barthium *Adversariorum Comm. lib.* 24. *cap.* 10. Item veneratio, quæ pro Numinibus debatur arboribus eminentioribus & lungo cultu consecratis. Statius *Thebaid. lib.* 9. *versu* 587.

Nota fere Arcadias felici robore silvas
Querens erat, Trivia quam desaceraverat ipsa
Electam turba nemorum, Numenque colendo
Fecerat.

Nec non statuis; in quibus *Numina* habitare credebantur. Lucanus *lib.* 1. *vers.* 596.

Indigetes flevisse Deos, Urbisque laborem
Tostatos sudare Lares ——

ubi de flentibus illorum statuis; cujus rei exempla obvia in Antiquitatis lectione. Propriè verò consilium & voluntas Dei. Virgilius,

—— *non hæc sine Numine divûm.*

Hæc enim velut *nuit*, i. annuit, dum vult; & abnuit, cùm non vult. Atque hinc providentia divina &c. V. de Numinibus Gentilium suprà, in voce *Dii*. Addam solùm de pondere eorum. Fingebant ea addmodum ponderosa Poëtæ. Unde immane pondus Herculis in causa fuit, cur ab Argonautis exponeretur, uti Theodorus Atheus de se Athenis profugo habet, apud Philonem Et Atlas, eo pondere pressus, nonnunquam respirare dicitur à Statio *Thebaid. lib.* 5. Nempe ea fuit horum hominum stultitia, ut *Numina* sua secundum *gravitatem corporis* sic æstimarent. Sic cùm divinitatem Neroni pollicitur, Lucanus ei accinit,

tibi Numine ab omni
Cedetur.

Et,

Ætheris immensi partem si presseris unam,
Sentet axis onus ——

Claudianus *Consul. Honorii III.* Theodosio cœlum scansuro,

Quamvis emeritum peteres Natura reverti
Numen, & auratas astrorum panderet arces,
Nutaretque oneri ventura conscius Atlas.

Calpurniusque *Ecl.* 6. inde *pondus Olympi* vocat Principem Romanum, olim consecrandum, V. quoque Ovidium *de Herculi lib.* 9. Quos proin ipse Juvenalis salse rider *Sat* 13.

consentaque sidera panci
Numinibus, miserum urgebat Atlanta minori
Pondere &c.

V. plura apud Adrianum Behotium *Apophoret. lib.* 1. *cap.* 9. Casp. Barthium *ad Claudianum*, & *Animad. versus. ad Papinium Statium passim*, inprimis *Thebaid. lib.* 4. *versu* 796.

Numen Augusti, & *Majestas Augusti*, semper junctim posita leguntur, in antiquis Inscr. N. M. Q. E. D. *Numini Majestatique ejus devotus*, V. suprà in voce *Majestas*. Hinc debitam devotionem qui non præstarent *Principibus*, in tantam divinitatem majestatemque peccare existimabantur & *inducti* ac *laesæ Majestatis* rei diebantur. Quales sunt, qui in vitam Principis conspirant, qui rebellant adversùs Principem, tyranni, perduellionis, rebelles, antartæ & ejusmodi, quos Græci *ἀποστάτους* appellabant. Uti autem *Numen* de Imperatoribus usurpari cœpit, sic *Oracula* Principis, ejus rescripta vocitata: Quæ semel ubi invaluere usu, ne tum quidem desita sunt, cùm Religionem Christianam Imperatores sunt amplexati; ut fèiunt, qui eorum Constitutionibus legendis operæ aliquid impenderunt. V. Casaubonum & Salmasium *Notis ad Trebell. Pollionem in Gallieni duobus*, Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 17. ut & suprà in voce *Nimbus*.

Numenius Nigrinus, Præco facer Cereris & Proserpinæ, memoratur Jac. Sponio, qui in basi columnæ, quam Cereris statuæ olim inservisse conjicit, in agro Eleusinio reperræ, hæc verba legit, Nov ΠΙΤΡΕΙΝΟΣ ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ: instà pompa Daduchorum sculpta est. Haud procul idem incidit in fragmen statuæ Cereris, e pulcherrimo marmore, ingeniosè admodum elaboratæ, quam Praxitelis opus fuisse judicat &c. V. eum *Itinerar. Græciæ Part.* 2. *pag.* 282. *& seqq.*

Numerandi Ratio, apud Hebræos plane singularis fuit, cùm sive in sortitionibus munerum Ecclesiasticorum, sive aliâ occasione, hominum numerus incundus esset. Ministeria enim universa in Templo quotidiana, ex sortitione peragi fuisse solita, docet Maimonides, apud Seldenum. Scilicet juxta Ephemeridarum vices, quoliber summo mane convenirent in *Lischat hagazith* (loco ad Templum Synedrii Magni, ante ejus sessionis horam) & indue bant ibi vestes sacras Sacerdotes illi omnes, qui ad præsentem Ephemeriam spectabant. Jam verò, ne Ministeria sacra turbarentur, si suum cujusque officium quisque non satis dignosceret, collocabantur illic in gyro universi illi, quos facile dignituens Præfectus Sortium (munus in Templo celeberrimum & hanc in rem constitutum) pro arbitratu suo, unum eorum alia signum dabatur, ut is in sortiendo velut terminus à quo reliquis fieret. Dein consentiebant in numerum aliquem, tum ministeriis diurnis integris, tum sortitioni idoneum, velut sexagintæ, octaginta &c. Sic sortes inibantur quatuor, I. de Altari cineribus alterque purgando eoque apparando & igne struendo. II. de Immolationibus aliisque Sacrificiorum solennibus plerisque. III. de Suffimentis. IV. de levandis membris Sacrificii in Altare. Tunc dicebat eis Præfectus, *Digitos extendite*. Quo dicto, extendebat quisque digitum sive unum, sive duos, sive etiam tres, dum autem *διαλογισμὸν* ejusmodi fiebat, Præfectus *numerabat* digitorum ab eo, cujus pileum prius exuerat, numeratisque sic digitis extensis, usque dum compleretur numerus, in quem consenserant, is qui numerum illum compleverat, primus erat ex sorte in ministerium futurum, &c. Joh. Seldenus *de Synedriis Vet. Hebr. lib.* III. *cap.* II. §. 4. Non autem personæ, sed digiti, numerabantur, ex eo, quòd receptum erat, Israelitas, veluti capite censos, aut per se, *numerari* fas non fuisse: unde hîc ex digitis extensis conflabatur numerus, quo personarum etiam dignoscebatur quidem, sed ut ex re alia, quam ipsorum personis. Maimonides *in. Thamidin Wemosphin cap.* 6. §. 1. *Et undenam sit, ex*

numerarent numerum, in quem consentirent, per digitos sic extensos, & non per homines ipsa. Quoniam illicitum erat numerare Israelitas, tas aliter, quam per vem (a personis) *aliam , juxta quod dicitur* (1. Sam. *cap.* 15. *vers.* 4.) *& numeravit eos per agnos, ducentos pedibus &c.* Ubi Salomo Jarchi, *Præcepit* (Rex Saul, de quo ibi sermo) *ut quilibet agnum caperet ex gregibus regis & pollmodum, ut agnos numerarent* (ad numerum unum inde dignoscendum) *Quoniam illicitum est, numerari Israelitas ipsos , ex eo quod legitur, nec numeralitur* (Populus Israelis) *multitudine &c.* Paraphrastes Chaldæus *l. c.* habet, *& numeravit eos per agnos Paschatis*; quasi tempore Paschatis res facta fuisset, V. ibi David Kimchum. Paridc juxta Talmudicos aliquos, habetur ante in Sa muele, *lib.* 1. *cap.* 11. *ver.* 8. ubi de Saule dicitur, *& numeravit eos* בבזק; quod *Bezek* pro fragmine testaceo ibi fumunt, quasi fragminibus ejusmodi tunc numeratum fuisse, ut postea agnis. Cujusmodi alia apud Magistros reperies: Quò quoque spectare videtur id, quod habet Josephus *Halof. lib.* 7. *cap.* 13. de populo Israelitico numerato, rogatu Cestii, sub Nerone. Is tu numero illo Neroni gratificaretur, *καταλεγόντες τοὺς ἀρχηγοὺς, κἀκεῖνοι ἀνὰ πᾶν τὸ πλῆθος ἐξαριθμοῦντες, ἐπὶ Ποντίοῦ Πιλάτου, ὡς ἐφ᾽ ἑκάστου ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν ἐλθόντες.* *Ad Pontiffcium Pilati, ut ſi quo modo poſſent, multitudinem numerarent.* Quod præstitere hi quidem, fed eadem ipsa ratione, quæ apud vetustiores erat in usu. Non enim personas ipsas aut capita, fed agnos Paschales (nam Pascha tum agebatur) & comedentium contubernia numerabant, unde conflatus est numerus quasi 2070000. præter immundos nec Paschati idoneos. Hactenus Magistri, apud præfatum Seldenum 5. c. qui proin Davidem Populum numerasse dicit 2. Sam. *cap.* 24. *fub init* in hoc peccasse contendunt, quòd Populum numeraverit per capita, non per res alias, agnos puta, aut testas. Sed commentum hoc Talmudicum quod attinet, certum est, morem numerandi per agnos Paschales (singulis agnis denos homines annumerando) postea inoleviſſe, verùm nec divinæ institutionis, nec ad Saulis Davidisque ætatem referri posse. Sapius enim divino justu, Populum ipsum numeratum legimus, cùm res aliqua gravior, sive sacra, sive politica urgeret. V. Exodi *cap.* 30 *vers.* 12. & *cap.* 38. *vers.* 25, 26. Num. *cap.* 1. *vers.* 2. & *cap.* 26. *vers.* 1. Quòd autem adduxit quidam, Populum nunquam numerari licuisse, nisi quivis dimidium ſiclum solvisset, de quo Exodi *cap.* 30. *vers.* 12, 13. atque ad hoc hujus circumstantiæ negligetu, Davidem peccasse volunt , non minùs incertum est, ex Sacris certè minimè liquet. Quotannis enim in Ærarium sacrum, eorum qui supra 20. annos erant, in ferebatur dimidius ille ſiclus, non verò, cùm exigu ordinem numerabatur Populus, &c. Ita Franc. Burmannum *Utlieggynge ande Buraegtinge van het II. boek Samuel.*

Numerarii, qui in Notitia Imperii, *pag.* 13. 53. 119. inter Officiales Judicum seu Magistratuum recententur, erant ii, *Qui publicum nummum ærario inferebant , h. e. qui pecuniam regiam ex tributis & portoriis & vectigalibus partam in ærario inferebant* , ut est in *Glossis* MSS. ad Cod. Theodos. & apud Isidorum, *Origin. lib.* 9. *cap.* 4. Ita ex Novella Valentiniani *de Officio & Numerariis P.P.* Sidonio *lib.* 1. *Epiſt.* 11. *lib.* 2. *Epiſt.* 1. Senatore *lib.* 12. *Epiſt.* 13. 23. & aliis, *Tributaria ſu ſtitioni* operam dediſſe, & Præfectorum Prætorio vel Rectorum Provinciarum Officiales fuisse, observare est, ut & *ἀναφέρειν* & *διαφέρειν* appellatos, à Basilio *Epiſt.* 250. Eunapio, Suida &c. *Numerariorum* præterea mentio est, hac notione, in Cod. Theodos. *tit. de Numerariis, adluar &c. lib.* 8. ubi multa Jac. Gothofredus *in Parratit. & ad leg.* 4. *eod. tit.* in Nov. Theodos. *de Poſtulando*, apud Evodium *de Miraculis S. Stephani cap.* 3. Gregorium Magnum *lib.* 10. *Epiſt.* 18. in Concilio Toletano XII. & in Concilio Cæsaraugustano II. in *L.L.* Wisigoth. *lib.* 2. *tit.* 26. *lib.* 12. *tit.* 1. §. 2. &c. At *Numerarius*, in Gloss. Lat. MS. *Arithmeticus*. Augustin. *Pſalm* 146. *Excedit omnes* Numerarios , *intelligentia ejus numerari a vobis non poteſt.* A' quo *primus Numerorum arenarius* , Tertulliano *de Pall.* memoratus , fuit diversus. Ita enim dicebatur apud Romanos, qui primo calculo pueros imbuerer , ab Arithmetico distinctus, ut Logistica ab Arithmetica. Nihil aliud itaque is docebat, quàm æra five calculos (unde & *Calculo* dictus) in tabula ducere & reducere , ad summam aliquam computandam & rationem purgandam. Idem digitorum quoque computum docebat , qui veteribusin usu fuit , de quo librum Græcè scriptum , quem Beda Latinè vertit, se habere , refert Salmasius. *Arenarius* autem talis Afro Scriptori appellatur *Ψηφίκιος* five *Λογικὸς*: Nam arenæ *ψῆφοι* sunt five calculi , quibus olim ad computandum utebantur. Quòd qui de scholastico vel erudito pulvere accipiunt, inolitum fuiſſe, Nam Calculo five Logistes , de quo hic , nihil negotii habebat tum ille erudito pulvere (in quo linea Geometricæ ducebantur) sed tabulam tantùm & æra verſabat. Sed & Arithmeticæ in abaco, vel mensula pulvere conspersa, numerorum notas delineabant. Persius *Satyra* 1.

Ne qui abaco numeros & ſcita in pulvere metas
Stet triſte voſter.

Ubi de contemptore Philosophiæ loquitur , qui Arithmeticam & Geometriam ridet : figura autem *in abaco & ſcite pulvere*, h. e. in abaco pulvere conspersio & multis lineis Geometricis ac numerorum notis ſcripto. Etiam Aristophanes abacum pulvere conspersum utrisque ſcripsiſſe, innuit in *Nubibus* ,

Καὶτὰ γεωμετρῶν κομψότατόν ἐστιν νόημα,
Κἀμὲ μὲν ἐδίδαξεν πολὺν ἀξιόλογον χρόνον:

Ubi de Socrate agit. At Logistica & Calculonibus abacus & æra præsto fine pulvere. Fuit verò *primus* hic *Numerarius Arenarius* , inter primos puerorum Præceptores & Ludimagistros, quorum tres memorat Tertullianus *l.c.* verbis hisce: *Ex primus informator literarum & primus numerarius , & primus numerum arenarius.* E quibus primus , Latinis *Literator* , Græcis *γραμματιστής*, primis literis pueros imbuebat. A liter iisdem legendi & rectè pronuntiandi, i. articulatè & expresse singulas voces enuntiandi , atem tradebat. Tertius, calculare monstrabat. At quæ hæc tria munera unius ejusdemque Doctoris ferme fuerunt , qui tria tria *ſcribere , legere , calculare* , simul unus docebat. Unde Suidæ in *Καικίλιος*, Grammaticæ fuit Calculones, & apud Jul. Capitolinum *in Pertinace* legimus , *Puer literis elementariis & calculo imbutus.* A' diversis tamen Præceptoribus aliquando hæc tradita , Tertullianus *l. d.* testari possit : nisi verba ejus ita accipias, ut primus Informator literarum idem fit quoque & primus Enodator (pro quo alii *Edmarzor*) vocis, & primus Numerorum Arenarius ; quo pacto unius eiusdemque hominis officium in hæc tria deduxerit. V. Salmasium *ad locum. Nomenclator* vero recentiori ævo , dicti sunt illi , qui dominis ſcudalibus ſtatuebantur , ad numerandas in agris mergites seu *gerbas* , pro *decimis* vel *campi partes*. Charta A. C. 1179. in *Tabul.* Eccl. Carnotensis apud C. du Fresne , *Additum eſt etiam , quòd tempore meſſionis homines noſtri à Domino de Bellovillari ſibi poſſulare debeant aſſignari, quorum unus apud Lu & Martis villam , alius apud Bellovillare ſungatur officio numerandi , quos vel eorum aliquem ſi noſtris hominibus negare ad quartum diem dilituerit , aſſignare licebit , hominibus noſtris Numerum ipſe carruthum , in quarto die & deinceps adhibito duorum teſtimonio & eorum teſtium juramentis, Domino de Bellovillari ſolvere campi partem. Qui vero ad Numerationis officium vocabuntur , accitis hominibus noſtris , in præſentia domini de Bellovillari talibus ſacrifantibus juvare videbunt, ut , quid nec ſpe tueri , nec amoris aut odii cauſa ſine differtne Numerationis officium adimpere , &c.*

Numeri, à Minerva inventi, ut olim creditum: Unde Romanis lex ferirur , ut qui Maximus Prætor esset , clavum ixxta hujus Deæ ſimulacrum, in Capitolio , pangeret , quò *numerus* annorum inde cognoscereiur, Livius. *Numeræ* v. Deæ , quæ *numeros* docere credebatur , meminit Augustinus *lib.* 4. *de C.D cap.* 11. At eorum rationem ab Abrahamo Patr. Ægyptiæ hausiſſe, hinc que ad alias transiiſſe gentes, docet Vossius. Dicitur autem *Numerus* , non à *nomo* , ut putavit Isidorus *Origin. lib.* 1. *cap* 3. ante *nomum* enim *Numerus* fuit, fed à Gr. *νέμω διανέμομαι*, qua quod multum eſt , in unitate dividitur. Sic *ἀνάλογος* , quaſi ἀνὰ λόγον , ab ἀνὰ , *apo , coagmento* , ſic enim ex *συνάλογος ἀσυλλόγιστος*, *inſtitutum conjunctione.* Aliter Latinis *Siphra* ; (pro qua perperam alii *Siffam* ſcribunt) voce non ab Indis, ut Georg. Valla retur , ſed ab Arabibus five Saracenis , qui in Hispania vixere , acceptâ. Namque & Hebræis סִפְרָא *ſiphar* , idem quod nobis *Numerus* eſt. Hos ſcire , Pythagoreorum iudicio , primum Sapientiæ opus eſt , ut ait P. oclus: Τῶνδ᾽ γὰρ λόγων, σοφώτερόν τι οὐκ ἔστιν ἢ ἐν ἀνθρώποις ἢ θεοῖς, δόκησιν δ᾽ ἐν τοῖς ἀνοήτοις ἔχουσιν , *Eorum quippe in ſermo eſt , ſapientiſſimum eſſe , qui repererit* Numeros *proximum , qui nomina impoſuerit.* Unde *Hominis proprium eſſe numerare*, docet Aristoteles in *Problem ſect.* 30. *quæſt.* 7. meritoque ſtoliditatis damnatur eſt Amphitheus , quem Plato docet , ut qui Numerum numerare didiciſſe, nec progredi posſe ulterius, narrat Suidas in Πλάτων. V. Vossium *Scientiis Mathem. cap.* 7. *ubi de Arithmetica in Grammatiis* , *Poëſi , Muſica* , 5. 1. *in re Oeconmica §. 6. in Architectura §. 7. in ipſa Theologia §. 9 utilitate , egregiè diſſerit.* Hanc , ut ex ejusdem *cap.* 9. plusçula quædam adiiciam , Pythagoramab Ægyptiis , hosque a Patr. Abrahamo, ut d ctum, accepiſſe vult Josephus : cui Plato *in Phædro* , Ægyptiis tribuens *τριάκοντα καὶ ἑπτακόσια ἔτη ἀπὸ τοῦ ἀποδημῆσαι Θεύθ*, *annos ducentos & septingentos* , ante Christum *natum* , *Thoth* , *Mercurium* , *Ægyptiorum Regem* , *primum Numerum , arithmeticam & Geometriam , Astronomiam , Musicam , Ludicram , Literas invenisse* , ait Ægyptius Sacerdos apud Platonem *in Timæo*. Ita & Diodorus Siculus *lib.* 1. *Bibliothecæ* , *Mercurium* , *Numerum , Geometriam , Astronomiam , Literas , Musicam , Palæstricam , Venationem , Medicinam , Rhetoricam , Gymnasticam , Navigationem , Militiam , Nummum , Mensuras , Nundinas , Ludos , Venerem , Palæstram , Lyram , Gymnasia , Exercitia , Pugilatum , Pancratium , Pentathlum , Cursum , Saltationem , Theatrum , Chorum , Pompam , Sacrificia , Templa , Pietatem , Oracula , Divinationem , Somnia , Augurium , Aruspicium , Ægyptiis tribuit. Sed cùm Phœnices tanti fuerint in hac Arte , eo quòd negotiarentur penè cum omnibus nationibus , quæ mare Mediterraneum accolunt , malunt quidam ejus inventionem huic genti adscribere. Idcirco , utab Ægyptiis Geometriam , à Chaldæis Astrologiam , sic à Phœnicibus Arithmeticam *ex numerandi Arte*, dicisiſſe Pythagoram , testatur *in ejus vita* Malchus. Qui verò primum *Numerorum notas* in Græciam intulerit , Cadmus Phœnix esse , literarum iisdem auctor , quibus pro numerorum notis uti Græcos solere, notum eſt. Proin & in legibus Solonis, pecuniarias multas literis Alphabeticis fe vidiſſe indicatas, refert Herodianus, atque addit idem (vixit autem sub Commodo ; quippe filius Apollonii Dyscoli , qui sub M. Antonino Romam venerat) *Καὶ ἐφάνη τὰς παλαιὰς καὶ ὑπερβεβλημένας , τὰς νόμων πολλὰ, ἔτους ἑκάστου ἐφεξῆς , Columnas veteres , & decreta , & leges multas , cum ejusmodi eſt notis inveniire.* Romani quoque, pro Numeri figuris, uſi literis sunt, in quorum characteribus antiquiſſimos effe censet Vossius illos Μοσὸ Δυὸ Τρὶ Τετρὸ Πεντὸ Ἑξὸ Ἑπτὸ Ὀκτὸ *tis, denarii, centenarii.* E' quibus Μοσὸ nota I. Δυὸ V. Τρὶ X. Τετρὸ

Ἑξακισχίλιοι & c fuit. Sed quia molestum videbatur, ab unitate usque ad denarium semper uti lineolis simplicibus, & a denario ad centenarium decussatis: præterea grave erat, toties uti litera C. usque ad quingentos, imò millenos atque ultra; primum placuit notam commiscri inter Μονάδα & Δεκάδα: deinde inter Δεκάδα & Ἑκατοντάδα: denique inter Ἑκατοντάδα & Χιλιάδα nota inveniendi erat, unde quinque, quinquagenarii, quingentenarii ac millenarii notæ, *V. L. D. M.* enatcrunt, de quibus *V. infrà.*

Barbaras autem quod attinet *Numeri* notas, vulgò *Siphras* dictas, quidam ex figuris Græcanicarum literarum corruptis arcessiunt: Ali verisimilius censent, Europæos cœteros ab Hispanis, eos à Mauris, illos ab Arabibus, hos à Persis vel Indis accepisse, idquecirca seculum demum decimum tertium. Quo fundamento, grandem illum argenteum nummum Marquardi Freheri, qui effigiem habet Constantini Imp. quòd in eo compareient notæ hæ Arithmeticæ, 234. antiquum esse, jure negavit Josf. Scaliger: cùm hujusmodi characteres, in libris Græcis Astrologicis & Logisticis vel computis Ecclesiasticis, multò ante captam Constantinopolim exaratis, non sit reperire. Sed & immutationem in istce etiam notis aliquam contigisse, patet ex lapidibus librisque, in quibus ante annos 200. exaratam videtur A. pro 7. X. pro 4. Idem Vossius *cap.10. ejusdem Operis*, inter claros Arithmeticæ Scriptores, è Veteribus recenset, Euclidem, Diophantum Alexandrinum, Theonem Smyrnæum, Mich. Pselum, Græcos omnes: Varronem, Appuleium, Severi Boëthium; è recent. Alexandrum de Villa Dei Dolensem, Cuthbertum Tonstallum, Hier. Cardanum, Henr. Glareanum, Franc. Maurolycum, Gemmam Frisium, Petrum Ramum, Christoph. Clavium, alios, Latinos: Mahometem Mosis fil. Arabem, R. Abraham Cai Hebræum, V. quoque Hug. Sempelium *Indice, quem subjunxit tr. suis de Mathesi. libris*, Camerarium *in Explic. lib.x. Nicomachi, ubi nomina* Numerorum *Pythagorica optimè exponit*, Joh. Meurlium *in Denario &c.*

Notæ *Numerorum apud Romanos.*

I. nota fuit Μονάδος seu unitatis, non quia princeps est litera in ipsa *itis*, ut voluit Priscianus, sed quia simplex ductus simplici *Numero* convenit.

V. nota Quinarii: cui, ut & Quinquagenario, cum dandi effet nota duarum linearum, quia centenarius, utpote major, erat trium: placuit, ut quinarius, sicut dimidium est denarii *X.* sic dimidium exprimeret, partem viz. superiorem. Nam, quòd *V.* quinque significet, quia quinta sit vocalis, ut idem arguatus est Prisicianus, merito rejicitur.

L. figura Quinquagenarii est: non quia Græcis *N.* valeat 50. & Latini quandoque *L.* dicant pro *N. ut Lysippo*, pro Νύσσιππος, quæ conjectura Prisciani iterum fuit sed quia quinquagenarius *Numerus* dimidium est centenarii, tribus lineolis ⊏ exaratî, vitium est lineam auferre superiorem, ut remaneat *L.*

C. Centenarii character est: ad facilitatem manus, factus ex ternis lineis ⊏, quibus centenarium numerum olim expressere. *Ut* decipiantur, qui cum Prisciano putant *C.* valere *centum*, quia sit princeps hujus vocis litera.

D. quingenta notat: factum ex lineis 4. hoc modo I⊐. sive I⊃. unde postea *D.* coaluit. Non enim semper *D.* fuit, neque proin hoc characterc ideo signatur dimidium millenarii, quòd initialis litera sit vocis *dimidium*. Sicut autem centenarius erat ex lineis tribus, sic quingentis nota data est ex lineis quatuor.

M. Millenarii figura est, cui literæ datæ primitus sunt quinque, hoc modo | ⊐ | vel ob facilitatem manus ↀ. item C|⊃ quia dimidio extuperaret is numerus quinquentos, cujus nota erat I⊃. Postmodum quinque hæ lineæ degenerarunt in hodiernam notam *M.*

Apud Christianos olim, per Alphabeti literas *numerandi ratio* in usufuit, ita ut unaquæque litera certum quendam numerum denotaret; de qua V. Valerium Probum, Paulum Diaconum, & alios, qui de Numeris scripserunt, inter Grammaticos antiquos *pag.168.* Sed & exarati prostant versus, qui totius Alphabeti characteribus eosdem numeros assignant, quos descripsit Baronius, & ante eum, Joannes Noviomagus *de Numeris lib. 1. cap.10.* paulo diversos ab iis, qui habentur in Ugutione MS. a. apud du Fresne, *Nota, quòd quælibet figura literarum reperitur, aliquem numerum representans, quamvis non fit in frequenti usu, qui illis vocibus distinguitur.* Primus autem sic concipitur,

A. hic *infrà, & de Numerandi Preces ratione*, suprà in voce *Capellania* alibique passim.

Literarum Alphabeti in numerando olim vis ac valor.

A. litera numeralis, designat 500. Quòd si rectam ei lineam superaddas, 6000.

B. 300. & cum recta linea superaddita 3000 Unde versus:

Sit B. tercentum filii cognatum retinere.

C. 100. unde versus,

Non plus quàm centum C. litera fertur habere.

cum linea verò 100000.

D. 500. Unde versus,

Alpha D. compar duo sit tria nomina portat,

& cum linea 500000.

E. 250. Unde versus,

E. quoque ducentos & quinquaginta tenebit.

F. 40. Unde versus,

Sexta quater denos gerit F. que dictas ab alpha.

Eidem literæ si linea superaddatur, 40. millia significat.

G. 400. Unde versus,

G. quadringentos demonstrativa tenebit:

& cum linea superaddita, quadringenta millia.

H. 200. Unde versus,

H. quoque ducentos per se designat habendos:

cui si lineam superaddas, 200. millia notat.

I. denotat 100. Unde versus,

I. C. compar eris, & centum significabit:

in Notis verò antiquis *unum* valet. Eidem si rectam superadas lineam, *mille* significat.

K. 150. Unde versus,

K. quoque centenos & quinquaginta tenebit.

Cui adsentiuntur Notæ numerorum ex antiquo Codice descriptæ, ubi *K.* 151. efficere dicitur. Quòd si lineam superaddas, habes centum quinquaginta unum millia.

L. 50. significat; unde versus,

Quinquies L. denos numero designat habendos.

cum linea superaddita, 50. millia denotat.

M. denotat in hac numerandi ratione 3000.

M. caput est numeri, quem famus mille tenere.

cum linea, millena millia.

N. significat 900. Unde versus,

N. nonaginta capiti, quæ sic caput esse videtur.

Si lineam ei superponas, 90. m. efficies.

O. it. facit; justa versum,

Undenos facit O. cognoscat sic numerando.

Eidem si lineam superaddas, habes 11000.

P. denotat 400. Ita Notæ antiquæ numerorum *P. CCCC. quadringenta* & versus versus,

P. similem cum G. numerum monstratur habere.

At Baronius, apud præfatum du Fresne pro *G.* habet *S. ita* ut *P.* septerarium nomen tantum confecerit, *V.* hunc in *Glossario in lit. P.* Cum linea verò 400. m. significat.

Q. 500. juxta versum,

Q. vetus A. cum D. quingentos rutt retinere,

cum linea superaddita 500. millia.

R. denotat 80. unde versus:

Octoginta dabit tibi R. si quis eam numerabit.

Eidem si superaddas lineam, 80. millia.

S. significat 7.

S. verò septenos numerabis significabit:

cum linea superaddita, 70. m.

T. 160. juxta versum,

T. quoque centenos & sexaginta tenebit.

& cum linea 160. millia.

V. 5. significat: unde versus,

V. vero quinque dabit tibi, si recte numerabis:

cum linea suprascripta, 5000.

X. decem significat, hinc versus,

X. duplex decies numero tibi dat retinendos.

Eidem si superadditar linea, decem millia.

Y. 150. juxta versum,

Argolicus centum quinquaginta facit que character.

Et cum linea, 150. m.

Z. 2000. efficit:

Ultima Z. canens finem bis mille tenebit.

& cum linea superius adscripta, bis millies mille.

Numeri, cohortes: vox Ulpiano, Vopisco, Ammiano; aliis nota. Optatus *lib. 3. reversi sunt vexati milites ad* Numeros *suos.* Apud Vitlh. Tyrium *lib.2. cap.20. Numeri militares.* Ita Nostro recentiores usurpant Græci. *Martyrium* S. Niconis: Στρατιώτου ὃς Νουμέρῳ τινὶ ἐφιλοτιμήσατο ἐν σπάθῃ, Palladius *in vita Chrysostomi pag.52. Ἤθελε δὲ κἀγὼ ἀνδρὶ ἑνὶ Νούμερι δὲ pag.84.* Adde Chronicon Alexandrinum *pag.690.* Metaphrastem *in Martyr. S. Georgii num.2.* Constantinum de *Adm. Imp. pag. 192.* Alios, Meurlio & Fabroto *ad Cedrenum* laudatos. Eadem notione ἀριθμὸς adhibuerunt Sozomenus *lib. 2. cap.7.* Nicephorus Call. *lib.6. cap.9.* Leoin *Tactic. cap.6. §.28.* Zonaras, & alii. V. quoque quæ Colli Frelne annotavit *ad Alexiadem p.433.* Vopiscus *in Probo*, à limitaneis militibus *Numeros* distinguit, *accepit præterea sedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias disparsit, ita ut* Numeris, *vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos interseret, dicens &c.* Ubi *vel* pro & politum esse, docet ex multis *Historiæ Aug.* locis Salmasius. Et itaque *Numeri* sunt legiones, seu legionarii milites, qui per provincias dispositi in castris & *stabulis*, ut tunc vocabantur, degebant: Sicut Limitanei, per cuneos auxiliaque constituti, limitem tuebantur. Sic in

in *Cod. Theod* multis itidem locis *Comitatenſes Numeri* & *Ripenſes*, item *Militia Comitatenſis* & *Ripenſis*: nec non *Comitatenſes* & *Limitanei*, diſtinguuntur. Ubi *Ripenſes* itidem cum *Limitaneis* ſunt & *Comitatenſium* nomine Legiones intelliguntur, ac *Comitatenſes Numeri*, quos hic ſimpliciter *Numeros* vocat Vopiſcus. Unicum adduxiſſe, ſufficiat. *Cod. d. de Tironibus l.8. Completis quinque annorum ſtipendiis, qui Comitatenſibus* Numeris *fuerit ſociatus, patris quoq; & matris nec non & uxoris ſue capitationem meritis ſuffragantibus excuſabilis. Si vero, qui in ripa per cuneos auxiliaſq; ſtatuti conſtituti, cum proprio capite meorum ſuum lactum poſt quinque annos ac dictum eſt præſtiterit immunem* V. Salmaſium *Not. ad Popiſcum*, & ſuprà, ubi de *Comitatenſibus* &c Addam, hic ſaltem, ad triplenſem militiam non eandem in milite ſtaturam nec idem corporis robur, exigi confeſſiſſe, quod in Comitatenſi vel legionaria. *Cod. eod leg 8. de ſtatu militar. appar. Etenim hi, quibus vel corporis robur, vel ſtatura deficerit, qua Comitatenſi digni poſſint eſſe militia, ripenſi poterunt copulari.* Sed & milites ſinguli *Numeri* dicuntur, apud Amm. Marcellinum *lib.*23 ſy. 27.29 & 31. Porro ipſi militarium officiorum gradus, apud Capitolinum *in Maximo & Balbino*, Treb. Pollionem *in Mario Tyr.* Tandem matricula quoque, in quam inſcripti milites, apud Plin. *lib. 3. Epiſt. 8.* uti docet Marcilius ad *Suetonium Veſpaſiano cap. 5.*

Numeri lege ſoluti, apud Horatium, Lyricis tribuuntur. Cùm enim omnis ſtructura & copulatio vocum aut *rhythmus* ſit, aut *metrum*; ille ſpatio temporum conſtat, illud ordine etiam: in illo quantitas tantùm, in iſto qualitas inſuper obſervatur. Parvi pendit Rhythmicus, dum ſibi conſtet temporum ratio, quo pedes ordine colloceт: At Metricus non ſatis ſecurus eſt, niſi & rationem ordinis ſervet. Rhythmico indifferens eſt dactylus & anapæſtus, jambus & trochæus, ſunt enim τακτοσημοι hi pedes: Metricus verò non auderet anapæſtum locare, ubi dactylus exigitur, nec in ſede trochæi jambum ponere, quamvis uterque pes ſit ισοχρονος eandemque habeat quantitatem. Rhythmus ſolum tempus metitur, atque aliam pro alio pedem facilè admittit, modò ejusdem temporis ſit, ut viſum: quæ metrorum ratio reſpuit, quæ nec ſpondæum quidem aut dactylum alterum pro altero uſurpat, licèt temporum ſpatio æquales ſint. Unde longe major licentia fuit in lyricis cantionibus, & Muſicorum canticis, quàm in metris. Et hoc eſt, quòd Lyricos vet. *numeris lege ſolutis ferri*, dixit Horatius. Solutiori tamen pede ambularunt mediævi Poetæ illi plebeji, qui in componendis cantici & ſalutationibus hymnisque, de quibus diximus ſuprà, in voce *Baliſtea*; quorumque meminere aliquoties *Hiſtoriæ Auguſtæ* Scriptores, operam poſuerunt. Hi enim legis metricæ nullo reſpectu habito, modulationis & numeroſæ verborum compoſitionis, quæ ita ad aures accidit, ut formam videatur habere veri legitimique metri, rationem habuere. Imò nullâ prorſus lege teneri ſe paſſi ſunt. Nec enim ulla ſyllabis temporis aſſignarunt, nec brevium longarumque differentiam agnoverunt, ſed omnes indifferenter fecerunt longas & breves. Genus igitur eſt medium quoddam inter Metricos & Rhythmicos, ita ab utrisque diſtans, ut magis videatur accedere ad Rhythmicos, ſolo licentiæ nomine, quam imperitiâ non ratione affectarunt, ſi ulla in imperitia affectatio eſt. Numerum ſane ſyllabarum & pedum ſatis anxiè cuſtodiebant. Nec enim plus pedum aut ſyllabarum reperies in vulgarium hujusmodi verſificatorum trochæo, quàm in veniuſto & ad legem ſacto: quod vet. Rhythmici magnopere negligebant, quibus in uſu & more fuit duas plerumque ſyllabas breves loco unius longæ ponere; quia idem eſſet temporis ſpatium in duabus brevibus & in una longa. Obtinuit tamen, ut *rhythmus* talium Poëtarum compoſitio diceretur & ipſi *Rhythmici* vocarentur: eo quòd rhythmi proprium ſit, breve tempus, plerumque longum efficere & longum contrahere; id quod metro non licet. Quam in rem V. infrà plura. ubi de *Rhythmo*, & apud Salmaſium *Not. ad Popiſcum*, ubi de puerili cantilena in Auctianum compoſita & ſaltata, verſuque inprimis illo,

Tantum vini habet nemo, quantum fudit ſanguinis.

Iſto enim metro ut plurimum jocos militum, quâ à tripudiantibus exultantibusque in triumphantes Duces jactabantur, concipi moris fuit, ut ex Suetonio quoque liquet, *in Julio Cæſare*: Item vulgaria dicteria, quæ ipſe populus in aliquem joculariter jactata canebat &c. V. quoque hic, ubi de *Baliſteis* & *Politicle verſibus*.

Numeria Dea, quæ *numerandi* artem docere credebatur, vel ad *numeros* pertinere, memorat Auguſtino *de Civ. Dei lib.* 4. *Cap.*11.

Numerianus Ludi magiſter, qua ratione ducûs incertum, relictâ Româ in Galliam profectus, Severi nomine ad collegendum exercitum ſe miſſum ſimulavit, ſicque parvas primùm copias comparavit, quibus profligavit aliquos partium Albini equites. Quod cùm Severo nunciatum eſſet, & reverâ Senatorem eſſe crederet, miſſis ad illum literis, quibus gratias ageret, laudareque inſtituтum, mandavit porro, ut majores copias congregaret, quibus facilè collectis multa præclara & fortia facinora fecit, redegitque χιλιας κ' πεντακοσιας κ' πενηκοντα μυριαδας δραχμων, ut habet Dio, *mille ſeptingentas quinquaginta drachmarum myriades*, quas Severo miſit. Cumque ab his ingentibus factis ad ſummos poſſet honores divitiasque pervenire, modico contentus, in agello quodam, quem ipſi in Gallis dimiſerat Severus, ut reliquius vitam tolleret, conſenuit. V. Æl. Spartianum *in vita Severi* & ad eum Salmaſii *Notas*.

Numerus Aureus, Computiſtis dicitur Cyclus Lunaris ſeu Decemnovennalis, in cum finem inſtitutus, ut, quatenus per totam feriem Calendarii deducitur, omnia demonſtret Novilunia, ac illud ſpecialiter, à quo ſupputata Luna 14. indigitat Paſcha, Quippe anno 1. Cycli, v.g. ubicunque in Calendario, ac per menſes ſingulos inſeri potuм videtur *aureum Numerum* I. ipſe indicat, Novilunium eo die contingere, vel contigiſſe; ac pari modo anno 2. ubicunque vides *aureum Numerum* 2. anno 3. atque ita porro, quousque annis Cycli expletis tum ad unitatem redeatur, tum Novilunia iisdem dibus eodemque ordine recurrant. *Aureum* autem appellari ajunt *Numerum*, ſeu quòd olim aureis literis inſcribererur, ſeu propter inventionis & uſus ejus excellentiam. Græcis *δεκαεννεαετηρις* dicitur primùmque ab Anatolio Veronen. habet. V. in voce *Meton*, & plura hanc in rem apud Dunandum *Ration. lib.* 8. *cap.*11. Voſſium *de Mathematic.* & du Freſne *Gloſſario*, qui de uſu ejus verſus ſatis antiquos hos ex Codice MS. Victorino exhibet:

Aureus hæc aſtra Numerus monſtrautor aperte,
Principium jam qui volvis eſt caput anni.
Tercia ſeptem tetrias, ne poſtrema nimio vacillet.
Majori numero ſedentur terna nona.
Si minor aſſequitur numerus, tunc continuatur.
Exilpe ſex menſes, Julium prius, atque ſequentes.
His quam vis creſcat undenis ſumma propinquat.
Octavus numerus ſequitur, nec continuatur.
Tres Februi quarto Nonarum continuato.
Quarto apponas ſub Aprilis priſtæ Nonas,
Tu Junius Octavis, ubi Nonas quatuor aptat.
Auguſti capite tres debes continuare.
Quatuor Octobris laterarum pone Kalendis.
In quarto Nonis duodeni denique menſis,
Linea tredecimum tenet una, ſimulque ſecundum.

Numerus Par, mali ominis habitus, apud Romanos; impar, plenus & fauſtior. Salmius cap.1. *Græci ſingulis annis XI. dies & quadrantem detrahebant, eosq; ἐπάγειν multiplicatos in annum novum vel redant, ut contrahi magnorum numerus in tres menſes, pertricona dies, ſinderetur: qui anno nono reſtituti efficiebant dies quadringentos quadraginta quatuor, quos emboliſmos vel Hyperbolæſmas nominabant. Quod cùm in initio Romani probaſſent, contemplatione* pariſis numeri *neglectum brevi perdiderunt, translatâ in Sacerdotes intercalandi poteſtate* &c. Sic Joannes Laurentius Lydus, Περ' Ἰανουαριου ὁ μὲν ἐνιαυτος ἐκ τριακοντα ἡμερων, καὶ ἑξαπλασιων ἡ ἑβδομη τοῦ κυκλου τῶν ἡμερων, ὡς ἐμπλησαι ἀν ἡ ἑβδομη τὸν ἐνιαυτὸν ἐν ἔτεσιν ἑπτὰ ἐνὸς δεουσιν ἑβδομήκοντα μησὶν, ἀφ' ὧν ἐπαγομενων ἡμερων ἐν τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν ἐπὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν, ἀλλ' ἡ παντελὴς ἐκλειψις τῶν ἐνιαυτῶν. Interim ſallum cenſet Salmaſius, contemplatione hac factum eſſe, ut Romani morem illum intercalandi deſerent, quum utique ſemper pariem numerum in anni ſui computatione vitaverint: Statim enim à Numa, qui annum Romuli correxit, unus dies abundavit, aut per imprudentiam, aut eâ ſuperſtitione, inquit Cenſorinus, quâ *impar numerus* plenus & fauſtior habebatur; ut ipſe Salmaſius pluribus docet *ad Solinum pag.*19.

Numidia, adde: *Numidæ* non ſolùm naturalem cæſariem alere, ſed etiam alienа cæſarie, equinis nimirum jubis, caput ornare conſuevisſe, diſcimus ex Tertulliano *de Pudlio cap.*4. cùm ad ſuos Carthaginenſes, *Unde apud aliquos Numidas*, ait, *etiam equis cæſariatis juxta catem tonſor & cultri vertex ſolus immunis?* Ubi Salmaſius legit, *aliqua Numidas*, id eſt, *aliquatenus Numidas*, ſicque Carthaginenſes Tertulliano dici vult, propter vicinitatem Numidarum. Imò & *Numidiam* partem eſſe Africæ minoris, in qua Carthago ſita, ſcribit Ptolemæus. Senſus ergo verborum horum eſſet: Unde apud meos, qui vicini Numidis & pæne Numidæ eſtis, juxta eatem tondentes meos inolevit, cum Numidæ, vicini veſtri, non tantùm naturalem cæſariem alant, ſed etiam equinis jubis caput ornare ſoleant? Non igitur ex vicinis & conterraneis veſtris Numidis hic mos apud vos indactus, ſed ex Græcis. Accepere quidem hæc verba, *etiam equis cæſariatis*, omnes ità, quali Numidæ non ſuam tantummodo, ſed etiam equorum ſuorum cæſariem aluiſſe dicantur. Sed hoc multis modis ineptum eſt & ferri non poteſt: nam cæſariatus non nisi dicitur, & ſi maximè diceretur, non ſoli Numidæ in equis ſua cæſariem nutriebant, ſed ipſi Græci quoque, etiamſi ipſi ſtridim tonderentur, equos tamen ſuos jubatos & cæſariatos, ut ita loquar, eſſe finebant. Virgilius,

Denſa jubæ & dextro jactata recumbitin armo.

Nihil

Nihil notius. Quare hæc in parte nihil prædiare Numidis fuit, quod Græci non habuerint & pleræque omnes nationes, apud quas equi habiti. Nam equorum ornatus juba, aliter in homine est: nec enim apud omnes gentes eadem super hac re conluetudo, aut opinio. Græci elegantiores strictim tondebantur: *Numidæ* contraria omnia sequuti, non solum capita sua non tondebant, nec strictim, utcper pectinem, sed etiam præter naturalem cæsariem, equinas caudas, quasi alteram cæsariem, in capite gestabant. Hoc est, quod ait Tertullianus, *Numidas equis æstariios esse*, equinis se jubis aut caudis crinitatos. Poëta,

crinitaq; hirsutus equina.

Ἵππιον Græci vocant ἅπερ ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἵππου σεσαγμένον ἢ κόσμος ἵππου. Itaque Numidæ, utpote militares, & cæsariati ipsi, & galeas equi cæsariatas gerebant, h. e. equinis pilis ornabant: Quos cum propter vicinitatem imitari debere videremur Carthaginenses, Græcorum potius delitias & mundities affectabant, pubius strictim & in orbem tonderi moris erat Salmatiis *ad Tertullian. l. c.*

Numidica seu *africana Gallina*, apud Petronium,

Tuo palato pavo clausus pascitur,
Gallina tibi Numidica &c.

Statium *Sylv. lib. 1. in Domitiani Saturnal.*

Inter qua subito caduit volatus,
Immensæ volucrum per æthra nubes,
Quas Nilus facer horridusq; Thasis,
Quas ade Numidæ legunt solo Gaditro &c.

in Vett. fuit expeditis, Vbi quoque Horatium *Epod.* 2. Juvenalem *Sat.* 11. Martialem *lib.* 3. *Epigramm.* 57. & 76. &c. Quas Romanis magis cognitas, utpote ex propinquo allatas, Græci parum videntur noviſſe: quorum ſi qui fama ad ſe perlatas memoraverunt, Μελεαγρίδας illas appellaverunt, à ſimilitudine, quam cum *Meleagridibus* habent. Interim & apud Romanos non niſi ſero in uſu receptæ fuit. Varro, *Ita noviſſime in triclinium gaudiorum introierunt è cadina, propter faſtidium hominum.* Et Plinius, *Noviſſime ſunt peregrinitatis avium recepta, propter ingratum virtus.* Unde patet, ſolam raritatem pretium auxiſſe: ut idem docet Varro, *Primum propter pecuniam magno.* Petronius item,

Ales Phaſiacis petita Colchis,
Aut, Afra volucres placent palato,
Quod non ſunt facile &c.

V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Part. poſter. lib. I. cap.* 19. Galli hodie vocant *gallinas Guineæ*: in capite tuber habent ſive gibbam ruſſam, unde *gibberas* eas elle Auctores tradunt. *Guiaræ* porro dicuntur Martiali *lib.* 3. *Epigramm.* 57.

Et picta peridix Numidica q; guttata,

h. e. albæ nigris intervenientibus punctis, V. ſupra in hac voce, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum* paſſim, inprimis vero *pag.* 872.

Numidici Uri, apud Solinum *cap.* 26. *Numidici uſu cæteris feramꝫ præſtant*, Lipſio leones ſunt; eo quod Plinius negat, Africam urſos habuiſſe, miraturque adſcriptum Annalibus M. Piſone & M. Meſſalla Coſſ. Domitium Ænobarbum Curulem, *urſos Numidicos centum dediſſe*, cùm in Africa urſum non gigni conſtet. Sed contra Plinium ſtant multi teſtes & vett. Græcis Latinisque, Herodotus, Strabo, Virgilius, Juvenalis, Martialis, Alii, qui omnes urſos Africæ dant & *Libyes Numidicæque* vocant. Ariſtoteles ipſe inter animalia Africæ negata, urſorum non meminit, V. eum *Hiſt. Animal. lib.* 8. *cap.* 28. Quòd verò in Domitii nummo, in memoriam Æditalitatis ejus culo, venator cum leone expreſſus eſt; ideo id factum ſine dubio, & cùm in muneribus iſtiusmodi beſtiarum omnia genera edi ſolebant, leo potius in eoformatus eſt, quàm urſus, quia nobilior fera & ratior quæque magnificentiam muneris magis teſtaretur. Nam urſi paſſivi tum & communes. Ex pluribus enim Europæ locis ad vehebantur, Alpes uſis referæ: tm propinquo etiam habebant Lacunos urſos. Ænobarbus verò *Numidicos* exhibuit, quia rariores: utpote qui è longinquiore regione petiti, rabie inſuper & villo proſundiore cœteris præſtabant &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 311. adde, quæ præclara hanc in rem congeſſit idem *ad Lampridium d. l.*

Numina, in ſylvis ſeu lucis culta ab antiquis, V. ſupra in voce *Lucis*: ut colupa in omnibus ſacris ſuere, Janus & Vesta; unde in præcibus, quas Sacerdotes ſolemni ritu antemadducta araque prehenſa, ſtatus ſunderſolebat, principium precationis ab iis fieri oportuit, utpote quod in omnibus ſacris præcipua *Numina* eſſent, perque eos ad cæteros aditus patere crederetur, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 3. *cap.* 39. Plurima fuere Gentilibus, qua de re V. ſupra in voce *Dii*, ut & *Numen*.

Numisma, à Gr. Νόμισμα, quâ voce utitur Epicharmus, ut & Ariſtoteles alibique, latinum non eſt, annotante Beemanno *in O. virgil.* Aliter *Nummus*, nempe à Gr. νόμος, νόμισμα, &c. Τὸ δὲ νόμισμα τοῦτο ἀπὸ τοῦ νέμειν ἐστὶν ἐπωνυμία, ὅτι ἐν τῷ νέμειν ἐγένετο, ἐπειδὴ οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶν, ἐπειδὴ καὶ ἀφανὲς ἐστὶ καὶ ἄχρηστον ἄνευ τοῦ νομίσματος. Ariſtotel. *Ethic. lib.* 5. *cap.* 8. Vel, ὅτι ἐν φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶν, quoniam non natura, *ſed ex inſtituto ac lege valet.* Duo enim requiuita, ut valeret *Numisma* ſeu potiùs *Nummus*, proba materia, & vultus Imperatoris (qui viva Lex eſt, auctoritatem ac valorem nummis concilians) ei impreſſus, Cœl. Rhodiginus *Antiqq. Lect. lib.* 10. *cap.* 2. Unde Claudianus *lib.* 2. *in Rufinum*,

Et quod poſt vota daretur,
Inſcribi proprio aurum fatale figuris.

Meritò proin Sciaſger *in Colleſtanels*, Suetonium Tranquillum à *Numa nummos* appellatos, inepte ſcribere affirmat. Aliter Græcis Χρήμα, *ab utendo*, quòd monetâ ad omnia comparanda utamur: Item Κέρμα, quod vocabulum minutis attribuitur monetis *X.* Latinis *Moneta*, à *monendo*, quòd ſignis in eam impreſſis de ſecuti, in quo cuſa, moribus admoneamur. Item Pecunia, à nota *pecudum*, quâ Servius Tullus æs ſignavit: Plinio, Varroni & Feſto, à *Pecu*, quòd *pecoribus* apud Antiquos opes & patrimonia conſtarent. Æs quoque, quod ex *are* Romani primùm cuderent *X* unde *Ærarium* &c. Et quidem æs argentumque olim appendebatur, ut ſcribit Plinius *lib.* 30. *cap.* 3. neque ſignato *Nummo* antiquitus utebantur Romani. Locus ſic habet: *Populus Rom. ne argentes quidem Nummo ante Pyrrhum Regem devictum, usus eſt. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & libripondium appendebatur aſſis, quare aris gravis pana dicta eſt. Et adhuc expanſa in rationibus dicuntur, item impendia impendere. Quin & militum ſtipendium, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores Libripendes dicuntur, quâ conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur.* Sed de his vide plura, ſuprà in voce *Moneta*: Adjiciam hic ſaltem quædam, ibi emiſſa. Ex plumbo *Nummos* olim nullos conſtitiſſe hactenus creditum eſt, *Plumbeos* eentum, Martialis *Epigr.* 74. *l.* 10. quos idem *l.* 3. *Epigr.* 7. *Sextorum* quadrantes appellat: *Plumbeam ſeſtertii* ejusdem Auctoris *l.* 1. *Ep.* 99. *Nummum plumbeum* Plauti *Caſina Act.* 2. *Sc.* 3. & *Trinummo Act.* 4. *Sc.* 2. Item *Moſtellaria Act.* 4. *Sc.* 2. de vili & minuta pecunia Eruditi interpretari ſunt: Ut apud eundem Martialem æpius cit. legimus, *Plumbea vina & plumbea mata*. Sed monetam plumbeam candidè agnovit Juſtus Lipſius *in Sobeis*, & iſtiusmodi *Nummos* aliquot veteres, Romæ ſibi jure cuitos, plumbeos omnes, fibi à Fortuna favente oblatos fuiſſe, quos averſos & adverſos in tabellâ exhibet, natrat Laur. Pignorius *Comm. de Servis*, V. inprimis p. 248. & ſtanno & cupro, Præfectum Chriſtianoſtadii, urbis Scanicæ Inſulæ, à Suecis obſeſſæ A.C. 1676. *Nummos* cudiſſe, ut ſtipendium militibus ſolveret, ſoluta obſidione melioribus permutandos, *Relatio Franoſfurt.* nuper attulit. Nec omittam, vocem *Nummi* apud Romanos pro ſeſtertio, vulgatiſſimi uſus, abſolute ſæpe uſurpari. Unde Ch. Hegendorphius *in Vet. V. Mille hujusmodi Seſtertii vel Nummi, faciunt summam Seſtertium in centum genere, & conficiunt plus minus viginti quinque coronas.* Ideo Plut. qui Ciceronem narrantem, Roſcii bona, quæ erant ſexagies, *duobus millibus nummum* emiſſe Chrytogonum Sullæ libertum, διχῶς ἐν ἑξήκοντα interpretatur, notat Scaliger, quando *Nummus* & Seſtertius apud omnes utriusque linguæ Auctores paſſim ἀνώνυμος: doctique, quoties dicunt Latini, *mille nummum, duo millia & decies nummum*, tum eos non alios, quàm Seſtertios, ut erat in formulis, *Nummi unius, aſſium quatuor*; intelligere, apud Gronovium *de Pecunia vet. l.* 4. c. 11. A' *Nummo*, adjecto. *Nummarius*: Hinc *Nummarius* leges, apud Rom antos, quarum quatuor fuere, ad quas meliùs intelligendas hæc præmitto. Servius Rex, ut dictum, primus ſignavit æs, cum antea rudi ſolùm utetentur: ſuitq; eo lege maximus cenſus CX. M. aſſium, quæ proin prima claſſis. Argentum ſignatum eſt A. cendiæ Urbis 490. Q. Ogulnio, C. Fabio Coſſ. quinque annis ante primum bellum Punicum: & placuit dena ius pro 10. libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertius pro dupondio ac ſemiſſe. Libræ dein pondus imminutum bello Punico I. cum impenſis Resp. non ſufficeret: conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum: Fuit autem nota æris ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis, in tricine verò & quadrante, rarò. Quadrans ante à tribus uncijs *Triunciis* dictus. Poſtea Annibale urgente, C. Papirio Max. Dictatore, aſſes uncíales facti ſunt placuitq; denarium 16. aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Ita bello dimidium lucrata eſt: in militari tamen ſtipendio ſemper denario pro decem aſſibus valente. Nora argenti fuere bigæ atque quadrigæ & deinde *Bigati Quadrigatique appellati*. Mox lege Papiriana ſemuncíales aſſes ſunt facti. Livius Druſus in Tribunatu Pl. octavum partem æris argentomiſcuit: Qui nunc *Victoriatus* appellatus. Lege Clodii peceuſſus eſt, cùm antea hic *Nummus* ex Illyrico advectus, mercis loco haberetur, à *Victoria*, quâ ſignatus, nomen trahens. Aureus *Nummus* poſt annum 61. percuſſus eſt, quam argenteus, ita ut ſcrupulus valeret ſeſtertiis viceniis, quod efficit in libras, ratione ſeſtertiorum, qui tuncerant, ſeſtertios 790. Poſt hæc placuit 40. m. ſed ſignati ex auri libris, paulatimque Principes imminuêre pondus, minutiſſimus verò ad 45. m. ex Plinio *lib.* 33. *cap.* 3. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 20. & infrà in voce *Obolus*.

Leges Nummaria apud Romanos.

Papiriâ lege cautum fuit: *Ut municiales fierent.* Lata fuit autem à C. Papirio Carbone Tri-

ne Tribuno D. L. Com. Scipione. C. Lælio Nepote Coss. anno 563. ut Hotomannus recenset.

Livia, à M. Livio Druso Trib. Pl. an. 632. Cn. Dom. Ahenobarbo, C. Fannio Strabone Coss. lata, *Ut octava aeris pars argento misceretur*, voluit.

Clodia vel Claudia fuit, *Ut Vi Horlatius* Nummus, *qui ex Illyrio advectus mercis loco habebatur, Romæ percuteretur, & eadem Victoriæ nota obsignaretur.*

Maria Lex, à M. Mario Gratidiano Prætore fancita, L. Sulla Dictatore, anno U.C. 672. *Ut nummi certa tum accepti ratione probarentur* Jactabatur enim tum Nummus, ut quidi haberet, nemo.

Numisma Cenſus, cujus mentio Matth. *cap.* 22. *vers.* 19. non certum fuit *numismatis* genus, quo ſolo tributa ſolverentur, ſed pecunia Romana, quæ ſola ab exactoribus ejus tributi acciebatur. In Græco eſt, τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου, quæ vox κῆνσος, etſi Latina eſt dictio, non tamen ex uſu Latine ſcribentium uſurpatur. Romanis Scriptoribus *cenſus* eſt deſcriptio agrorum & reliquarum fortunarum, in cenſum deferri ſolitarum, ut videre eſt apud Cicer. *in Verrem* & auctorem *Gloſſar.* Et olim quidem muneris Cenſori pars erat, habere & ordinare cenſus; ited poſtea, Cenſoribus ſublatis miſſi iant per provincias, quos vocabant *Cenſitores* ; qui modum agrorum, quem quisque poſſideret, metiebantur & in tabulas cenſuales referebant : ex quibus tributi pro ſua virili cuique præſtandi ratio conſtabat. Gloſſar. *Cenſitor*, Ἀπογραφεύς, Τιμητής. Gregorio Naz. *Ἐξαημέρ.* in *Cod.* Theodoſ. *Præceptor* talis. Quum autem penſitationis præſtandæ modus penderet à cenſu, obtinuit in provinciis,ut ipſum tributum appellaretur *Κῆνσος*, *cenſus*. Unde in Evangelio κῆνσος idem quod δόσις est, ut Lucas hunc poenam interpretatur. Cujus vocis Rom. proprii tatem cum Græci non intelligerent, genus pecuniæ, quo ſolveretur annuum tributum, ſic dictum putarunt voce Græcâ. Unde Suidæ, Κῆνσος· ὁ νόμισμα, ὑπὸ Ῥωμαίων, παρὰ δὲ Ἕλλησι τὸ κῆνσον. At Dominus, cum dicit, ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τὸ κῆνσον, *Oſtendite mihi* numisma *cenſus*, manifeſte diſcrimen ponit inter cenſum, h. e. tributum, & pecuniam, quæ tributi nomine penſitabatur. Similiter Moſcopulus: Κῆνσος· τὸ νόμισμα ὃ ἐκτίνουσι τὰ χωρία, *quo genitia drachmam*; ubi per drachmam denarium intelligere videtur, quem Plutarchus aliique Scriptores, Græci voce δραχμὴ exprimere ſolent. Exiſtimavit nempe hic Grammaticus cenſum fuiſſe dictum pecuniæ genus, quo tributum ſolveretur ; & quia mox petenti Domino numiſma cenſus, denarius oſtendebatur, putavit, nummum, qui appellatur *cenſus*, fuiſſe denarium Romanum, five drachmam Græcam. Sed quòd Domino de tributi nummisate quærenti denarius oſtendebatur, non hinc colligitur, quod is contendat, Dominus enim Chriſto oſtendiſſet, vulgat in exemplum pecuniæ Romanæ (in qua tributum Cæſari pendendum exigebatur) non ut peculiare aliquod moncteæ genus, ad tributi ſolutionem cuſæ. Nec hinc bene concludunt Barbinus & eum ſecutus Luc. Brugenſis, legitimum tributi modum, quod à ſubditis ſuis exigebant Romani, fuiſſe denarium : Confundunt enim tributum, quod pendebatur pro modo agri quem quisque poſſidebat & aliorum bonorum, cum capitationi, quæ capitibus ſingulorum fubditorum aliquando imponebatur, & genus fuit exactionis graviſſimæ, ut ex Ammn. Marcellino conſtat. Poſtea verò Alexandri Imp. peculiare inſtitutum fuit, de quo V. Lampridium *in eo.* A' Nicephoro quoque, Phoca juſſum fuiſſe cudi pro millibus levioris moncæ gens, tributa verò in graviore pecunia exacta Curopalates, Cedrenus, alii, ſcribunt. V. Iſaac. Caſaubonum *Exercit. XVI. §.* Seldenum *de I.N. & Gent. lib. 6. cap. 17. & Salmaſium ad Lamprid.*

Nummus Sacrum, in Communione Rom. dicitur, quod in coronis homines appendere ſolent, qui ritus originem accepit circa A. C. 1566. occaſione memorati à Faniano Strada *de bello Belgico lib. 5.* dicendi 1. Quam vis jam prius iſtiusmodi nummata ex plumbo ſtannove peregrinantium religionis ergo pileis le gunturaffixa, quæ iis Romæ vendebantur, circa A. C. 1300. *in Epiſt* 533. Innocentii III. in quibus ex una parte erat effigies Sancti alicujus, *Petrum*, *Petronillæ* &c. V. quoque Pontificis hujus Bullam, & plura hanc in rem apud Dominic. Macc. *in Hierolex.*

Nummaria Leges, V. ſuprà *Numiſma, à nummo* dictæ. Indidem *Nummata*, apud recentioris ævi Scriptores pretium rei per nummos, ut *Denariata*, per denarios, *Librata*, per libras &c. Item nummus ipſe vel valor nummi ac pretium. Porro merces ipſæ, *Denariatæ*. Gall. *Denrées*. Nã nummi & denarii, idem ſuntque parcex

Cod. Theodoſiano non ſemel. Etiam Fulbertus Carnutenſis *Ep. 9. Unum caballum à famulo noſtro Deodato debuit comparare 32 ſolidis, pro arrahone datis 12. nummis. Et Ep. 15. Dabis verò pro hoc negotio mille libras denar. & centum palleas & dominæ Reginæ quingentas libras nummorum.* Ubi *denarii* & *nummi* omnino idem. Matth. Weſtmonaſter. A. C. 1095. *Cum verò eſſent plus quàm* 300. *armatorum milita* (in Terra Sancta) *tanta eis ſuppetebat copia, ut aries uno nummo bos vix* 12. *venderetur*. Vetus Charta Angl. *Dedi*... 12. *nummos vedtivs in le eſſpret* — *quicunque hanc tinuram venit, poſt obitum illius ſuper altare, in die ſuſti S. Mariæ Magdalenæ annuatim reddat* 12. *denarios*. V. du Freine *Differt. de Nummis Imp. Conſt.*

Nummius Albinus, ex fratribus Didii Juliani, apud Spartianum in vita hujus ; ubi alii *Numius*, V. ibi ; alii *Numinius* habent. Sed rectùm eſt *Nummius*. Ita enim vetus lapis,

IOVI
SERENO
NVMMIVS
ALBINVS
EX VOTO:

apud Salmaſium *ad Spartianum d. l.*

Nummo locare, locutio rara & elegans, apud Plin. *l. 9. Ep. 37. Occurrendum ergo augeſcentibus vitiis & malentium eſt. Attendeti una vacatio eſt, ſi non nummo, ſed pluribus locem, & deinde ex meis aliquis operis exactores, cuſtodes frueſtibq; ponam.* Eſt autem *nummo locare*, eam legem fundorum locationi dare, ut conductores annuam penſionem nummorum præſtent poſſeſſori: id quia ante hac factum, malè ſolventibus colonis reliqua creverunt. *Partibus locare* verò eſt ita locare, ut provin tis percipias partes, veluti ſeptimas, octavas, nonas, decimas, prout convenerit *Partes* nempe nõ ſunt agrorum, nam ne prius quidem unum ex conductorem omnia prædia paluiſſe apparet, ſed fingum, quã vocem ſemper intelligere oportet, quum apud Cicer. *Ep. 1. 13. ep. legimus, Decumas debere, exire, venire, ſeigi, ſingulas decumas, alteras de nonas, ternas decumas.* Item, *Ut qua dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur.* Quod indicat ipſe cùm ait: *His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam ſtultus, qui decumas tanquã arbitretur? qui aratori non partes reliquas factas eſſe exiſtimet?* Similiter capiendum, cùm Crotonienſes in bello apud Sagram Apollini *decimas prædæ*, Locrenſes nonas vovifſe, legitur apud Juſtinum *l. 20.* Sic *tertias prædæ* Plin. *l. 34. c. 5.* habet &c. Hoc unicum itaq; remedium contra reliqua eſt, ut ipſe poſſeſſor quot annis fuas partes aut per ſe aut exactores illos redigat neq; ei quis. quam niſi ipſe ſibi in mora eſſe poſſit. At ubi *Nummo* locatum eſt, ut maximè diligens ac fidus ſit manceps, poteſt injuria anni & perfidia terrarum aut hujusmodi caſus ſic illum affligere, ut remiſſiones petere & reliqua facere neceſſe habeat. Ideo addit Plin. *cuſtodes frueſtibus ponendis*, ſi partibus, non nummo locaſſet ; quia fere, intereat ejus tumque fructus diminuturetur. Idem, ſi non nummo interit : *Et alioqui nullum juſtius genus eſt reditus, quam quo certa res tuam, annus refert*; denotans, poſſeſſores ſanctius ipſius terræ reditu in parte frui quam locato fruendo aliis toto ergo pecuniam pacifci. Et hi *Partiarii coloni* dicuntur, qui ſic conduciuni. Cujus *l. 25. ff. de Loc. Apparet autem de eo non colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conuvit. alioqui partiarius colonus, quaſſociet as ipare, & damnum & lucrum cum domino fundi partitur.* Ubi habet utrumq; genus conductionis, ut apud Plin. ut nunq; genus *locandi*. Cato de *R. R. c. 16. Caveat partiario cognendam qui dent ita dam. Sic. paſcenda pecora partiaria, h. e. ut farina eorum pordinibus quibus placuit, inter dominum & paſtorem dividatur*, inquit Imp. Antoninus *l. 8. Cod. de Pactis*. V. Jo. Frid. Gronovium *Obſerv. l. 4. c. 16. in fin.*

Nummularii, Gr. Κολλυβισταί, Matth. *c.* 21. *v.* 12. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξέβαλεν πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψεν. Et intravit Jeſus in Templum Dei & ejecit omnes, qui vendebant & qui emebant in Templo: mensas, & Numulariorum ſubverſit &c. Alter Ἀργυραμοιβοί, *Campſores*, dicuntur qui nummulos & minutos nummos pro magioribus dabant iis, qui neceſſe habebant majores minoribus adu lum facrum permutare. *Gloſſ.* Gr. Lat. χαλκόγλωσσον, *Nummularius Æſculator*. Gloſſ. Lat. *MS.* Reg. *Nummularius, Collectarius, Menſarius*. V. *l. 19. ff. de Edendo*. Sed & eadem voce Monetarii deſignantur in *Tab.* Eccleſiæ Gratianopolit. *Brevis, vel computatio de confuetudine, quam Epiſc. Gratianopolitanæ Urbis — habuerunt in Eccleſia S. Donati Cuſtodibus*— *Eſt & inquer alia conſuetudo in pra dicta Eccleſia, vel in ſupra dicto loco, ut in ſuo cymiterio Nobiles & potentes, divites & pauperes, ſine ulla contradictione, ſepeliant*, Nummularios, *hoc eſt, Monetarios habeant*, apud du Freine *Gloſſar*, V. quoque infrà in voce, *Trapezita*.

Nummulus, nuptialis apud Hebræos arrha. Et quidem Spanfalia ex pecunia feu *Nummulo* dato, quæ קִדּוּשִׁין כֶּסֶף, *Sponſalia argento facta* appellant, ita fiebant. *Nummulo*, aliove bonorum genere, quæ nummulum ſaltem valerent, velut arrã, legitimè dato, puellæ conſentienti diceret is, qui adſtantibus teſtibus ſpoponderat, *Ecce tu mihi es hoc ſponſa ſa*, aut *Sis mihi in uxorem*, aut horum verborum quid ſimile. At ſi puella diceret, *Ecce ego tibi ſponſa ſum*, nummulum ei donans, aliisve quibuscunque conventionis matrimonialis verbis fuerat uſa, res irrita erat. Quod itidem dicendum, ubi nummulum donante illa ille verba

verbo protulerat &c. Ritus originem arcessunt è fundo, quem pretio appenso emit ab Ephrone Abraham Genes. *cap. 23. versu* 9. perinde ac si, ut ille fundum, ita heic Sponsalia sponsam emeret. Dictus est autem *Nummulus* hic *Prata & erat* oblata *pars Asiaræ Italicæ*, uti legitur in *Misna tit. Kidduschin cap.* 1. ubi *Asiara* idem forte nummuli minuti genus est, quod in passerculorum pretio memoratur, apud Evangelistas, *ἀσσαρίων* nomine, Matthæi *cap.* 20. *versu* 29. & Lucæ c. 12. v. 6. de quo apud Magistros legitur, è Vett. esse traditione receptum, *Numulum hunc Prata dictum posse derare dimidium grani argenti puri*. Scilicet nummorum genus erat minutum, in tanta valoris minutiarum exportatione quod Sponsalium nomine heic donabatur: cujus in locum seculis recentioribus Annulus successit, ex aliarum gentium imitatione. Sed verò non omnimoda bona, in Sponsalibus contrahendis, *Nummuli* locum legitimè obtinebant. Nam aut si res eo nomine data aut esset aut fermentum tempore Pafchatis, earo inJudæa, idq; genus cœtera, ex Lege vetita, irrita planè Sponsalia habebantur. Parile jus obtinuit, ubi Sacerdos ex edulis, quæ *Sanctorum* nomine genere Sacrificiorum debebantur, partem sui deinuntii quampiam sibi defponsatæ dedit. Non diffonas huic Hebraico mori conjugium contrahendi apud Romanos modus erat, qui *per Coemtionem* fieri dicebatur: ubi etiam pretium interveniße, uti Sponsalibus apud Hebræos *Nummulo* ejusque valore initis, ipsa vox indicat. Et appositè heic Brissonius de *Ritu Nupt. Coemtionem*, inquit, *Imaginaria venditionibus peractam, ut & Adoptionem, credibile est, in eaque faciendi* Nummos aliquos dici causa interveniße. *Id enim in aliis legibus videmus observatur, in quibus & testatur ipse de patrimonium fidemia repræsentanda erant.* Atque emptas pariter uxores, in ipsis Sponsalibus, Nuptiisque, notat ex *LL.* veti. Burgundionum & Saxonum; qui mos & in Christianismo retentus, apud aliquas gentes, hodieque obtinet. Certè & Varro, ubi Coemtionis ritus diligentissimè percurrebat, de *Vita P. R. lib.* 2. *Nubentes*, ait, *veteri lege Romana affes tres ad maritum venientes ferre solitas; atque unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi causa à marito dare, alium quem in pede tenerent, in fisco Larium familiæ viam ponere, tertium in faciperio cum candidissimi, compito vicinali solere reponere.* Sic embat, aut quasi, Sponsa Sponsum; quam ad rem etiam affert, Varronis hæc citans, Nonius Marcellus illud Virgilii, quo Tethys, nomine filiæ, *generum emere sibi* dicitur *omnibus undis*. De Germanis quoque Tacitus, *Dotem non uxor marito sed uxori Maritus offert. Interfunt Parentes & propinqui accumerata probant. Munera non ad delitias muliebres quæsita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & frenum & scutum cum framea gladiumque. In hac numera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur.* Ubi planè Coemtio nuptialis. Et de phiala Sponsio Sponsæque, ex Græcorum aliorumque in Oriente popularum more, dari solitâ, videsis quæ notavit Isaac. Casaubonus ad *Athenæum lib.* 13. *cap.* 8. &c. Plura hanc in rem V. apud Joann. Selidenum *Uxor. Ebraic. lib.* 2. *cap.* 2. & 20. adde ejusdem *lib. cap.* 25. ut & quæ infrà dicemus, ubi de *Nuptiis*.

Nummium inferendi ærario publico, triplex apud Romanos ratio olim. Referenim Dionysius Halicarn. *lib.* 4. ex instituto Servii Tulli, nascente aliquo *nummium* inferri consueviße, in ærarium Junonis Lucinæ: dein quopiam virilem togam assumente, *nummum* fuiße delatum, in juventutis: moriente tandem aliquo, *nummum* à propinquis illatum, *ὡς ἀφαίρεσιν ἀναγκαίαν τῶν ἐν ἄδου κακῶν γινομένην, ἀν ἀποτιμήσωσιν ἀλλήλοις, ἐν ἀναγκαίῳ τόπῳ*, in ærarium *Veneris in Iugiliium*, quem *Libitinam* Appellant. Quæ tamen inferendi nummi consuetudo post modum desiiße videtur, ut cujus nullas amplius Scriptor meminit: fed mortuorum numerus ex Libitinariis cognoscebatur, Sueton. *Neronæ cap.* 93. V. Gerh. Joh. Voßium *de Orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 27. qui etiam de *Nummis sorteis* Antiquorum, *lib.* 3. *cap.* 70. plura v. de *Nummo*, ejusque generibus variis, hic paßim, inprimis fupra voce *Monetæ*, item *Numisma*.

Nunc dimittis, in Ecclesia Romana, tertium est Evangelicum canticum, quod in Completorio recitant; *quia ad modum commendationis animæ est, quæ Deo porrigitur, ante sacrum, æternitatis symbolum*, Amalarius apud Macros in voce *Canticum*.

Nundina, adde: Festum, cui hæc Dea præerat, Suovetaurilibus peragebatur, & circumitione. Circumferebantur autem puerperæ Obstetrices, vel Miniftros circa focum, unde *Ἀμφιδρόμια* & *ἀμφιδρομίαι*, per metathesin. V. supra in voce *Lustricus dies*.

Nundinæ, Feriæ erant apud Romanos publicæ, paganorum, id est, rusticorum, quibus conveniebant, negotiis propriis vel mercibus proviseri, Macrobius *Saturnalium lib.* 1. *cap.* 16. Unde Sextus Pomp. *Nundinas*, inquit, *feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, si interesset populo agi, interpellaretur Nundinatores*. Interim negotiis veterum quesdam, *Nundinas* feriis esse, idem Macrobius docet, Titum, nempe Julium, Modestum & Trebatium, affirmantibus contrà Julio Cæsare & Corn. Labeone, additque hujus varietatis causam, apud Granium Licinianum *lib.* 2. inveniri, his verbis: *Is ait*, Nundinas *Jovis feriæ esse, si quidem Flaminica* Nundinis *in regia Jovi arietem solet immolare. Sed leve Hotomfki effectum, ne fasta efsent, uti rustici, qui nundinandi causa in Urbem venirent, diei componerent. Negotia enim die Pratori fari non licebat. Ergoqui feriæ dicere, amendatio vini, dicantur, patrocinio vexisti: qui contrà feniunt, affimtam aiunt, quæ legem sectus est, vera de promunt &c.* De origine *Nundinarum* ita rursus Macrobius: *Nundinarum*, inquit, *originem quidam Populo assignant, quem communicato regno cum T. Tatio, sacrificiis & solemnitationibus instituit*, Nundinas quoque adjecisse commemorant, situt *Tullius* ante *affirmat. Sed Cassius Sev. Tullium fecisse* Nundinas dicit, *ut in Urbem ex agris convenirent, urbanitas rusticanitate vexaretur naturi. Geminius ait*, diem Nundinarum exactis tam *Regibus* expulsis celebrari: *quia plerique de plebe, repetitâ à Servii Tullii* memoriâ, *parentarent ei* Nundinis. *Rusilius scribit, Romanos institutiße* Nundinas, *ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die* (& hinc *Nundinarum* nomen) *intermisso ruræ, ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent, & ne ita, utque consultationi populo referrentur, quæ trinundino die propositâ, à singulis atque universis facilè non cognoscerentur. Eâre etiam Candidatis nundinis fuis in Comitium* Nundinis *venire & in colle conssistere, unde cordem possent ab invitatis videri. Sed hæc omnia negligentiâs haberi cœpta & post abolita, postquam in trinundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adeße cœperant.* Verùm quæ de octo diebus apud Macrobium Rutilius habet, ex Dionysio Halicarnaßæo corrigenda *lib.* 7. qui fic de *Nundinis*: Αἱ δὲ ἀγοραὶ κατέστησαν τρίτοις ἕκαστον μῆνα, ἐν αἷς ἐξῆν τοῖς ἀγροίκοις ἀστυγείτοσι γενέσθαι, ὅτι τῆς μέχρις ἡ κρὸ ἑνὸς ἡμέρας ἀγορᾶς, ἣν ἐπώνυμον ἔσχον· Ἐν ἧ γὰρ ἐξῆν τοῖς ἀγροίκοις ἐν ἄστει ἐπιδημεῖν, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὸ ἄστυ ἦλθε τὸ πλῆθος ἅπαν· ἐν ἧ δὲ ἐξῆν τοῖς ἀστοῖς ἐπιδημεῖν ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἐν ἐκείνῃ τὸ ἄστυ πᾶν ἐκλιπὸν ἐπεδήμησεν ἐν τοῖς ἀγροῖς· ἐν ἧ δὲ ἐξῆν τοῖς ἀγροίκοις καὶ τοῖς ἄστεσιν ἀλλήλοις ὁμιλεῖν καὶ συναλλάσσειν ἀλλήλοις, ἐν ἐκείνῃ τὸ μὲν ἄστυ τὸ πρὸς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὴν ἡμέρας, αὐτοχειρίᾳ ἅπαν ἐπεδήμει ἐν ἀγροῖς, ὁ δὲ ἀγρὸς ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὴν ἡμέρας ἐν ἄστει ἐπεδήμει. Id eſt, *Nundinæ autem Romæ* nono quoque die celebrabantur, *ne nunc etiam, sic* Nundinis, *dicto agresti in urbem confluebat, venationique permutabat & fortunæ se agrestes, & suffragia celebrabant de negotiis publicis, de quibus vel leges ei permitterent arbitrium, vel Senatus ad eam referret. Septem autem intermediis diebus rura degebat, quod magna pars ob paupertatem operaretur suis manibus. Cui adstipulatur Varro de R. R. lib.* 2. *Viri magni, nostri Majores, annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanus res ufurparent, reliquis septem, ut rura colerent.* Nempe ab unis Nundinis ad alteras dies tantum septem intermedii erant, primusque dies & nonus *Nundinas* habebant, quo factum ut *Nundinæ* nono quoque die celebrari dicerentur. Hinc trinas *Nundinas* continuas, feu *Trinundinum*, ut alii dicunt, quibus ad Prætorem in Comitium prodire debuerant obærati, quantæcque pecuniæ judicati eſſent, prædicebatur, non bene Hotomannus *ad Leges XII. Tabb.* alliquepoſt eum, ſpatium 27. dierum fuiſſe dicunt, ex eo, quòd *Nundinæ* nono quoque die Romæ celebrarentur: Imra 17. enim dies tres *Nundinæ* fieri ſolebant; A primis enim ad ſecundas ſeptem intercidebantur dies, ab his ad tertias totidem, quibus ſi adjicias ipſos *Nundinarum* dies, qui ſunt tres, prodibit numerus dierum ſeptendecim. V. Jac. Oiſelium JC. *Notis in A. Gellium lib.* 20. *cap.* 1. Idem intelligendum de trinundino ſeu tribus *Nundinis*, quibus Lex à Legislatore promulgabatur, advocatæque concione recitabatur, ut de ſingulis doceretur, regaretureque ut eam acciperevellet, utque prodità die, qua Comitia habebantur legis ferendæ, ad illam diem frequensadeßet, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 13. Iſſo autem *Nundinarum* die ferre legem non licebat, auctore Macrobio *ubi ſupra*: ſed poſt tertias dein *Nundinas* id fiebat, ut videre eſt, apud modò laudatum Roſinum *lib.* 8. *cap.* 2. &c. Sed & apud Euggipium in *Vita* S. Severini *cap.* 9. voce hæc vices denotabatur: *Cuidam conjugeliberisque volentes, præcipis transvadare Danubium, ut hominem ignotum in Nundinis quæreret barbarum*, ut obſervavit Veſſerus: quòd ſcilicet Germanis *Marti* appellentur tum *Nundinæ*, tum vici ejusmodi, ut Emporium Græcorum. *Epulas* ſignificat, apud Ulpianum *lib.* 69. ff. *pro Socio*, uti V. Dionyſium Gotofredum. Decurſiones militares ſeu Haſtiludia, quæ vulgò *Turneamenta* vocantur, notat in *Decret.* Eugenii II. Pontif. Rom. *cap.* 7. *Temerarium multorum audaciam, qui ad deſtabiles Nundinas ex conditio venire ſolent, ad oſtendendum virium ſuarum, omnino & ſub anathemate fieri prohibemus. Quòd ſi quis ibidem mortuus fuerit, ſine pœnitentia & viatico illi non negetur, Eccleſiaſticâ tamen careat ſepulturâ.* Exquo loco patet octavo ineunte ſeculo atque adeò Ludoviſeo Pio imperante, obtinuiſſe ejusmodi Haſtiludia, quod etiam ex Nithardo firmat Car. du Freſne *Diſſertat. 6. ad Joinvillam*, atque ulterius, *Nundinarum* appellatione donatas deinceps fuiſſe militares ejusmodi & equeſtres decurſiones, ut & in Concilio Remenſi A. C. 1131. *can.* 12. apud Lambertum Ardenſem *pag.* 13. 29. Theodoricum Abbatem in *Vita* S. Bernardi *lib.* 1. *cap.* 11. Cæſarium *lib.* 7. *cap.* 39. *lib.* 12. *cap.* 17. Alios. Sed & prædia & bella civilia ita appellat Bernardus Clarevallenſis Abbas *Epiſtolis ad Stefanum Abbatem S. Dionyſii Tom. IV. Hiſtor. Franc. pag.* 516.

H.mines namque illi, qui reverſi ſunt,maledictas illas Nundinas *poſt feſta Paſchalia præſcverum & ſtatuerunt taxatis habenis Dominus Henricus illius Comitis & Dominus Robertus frater Regis, ut iterum & interfriantes ſemeſipſos*, apud du Freſne *Gloſſar.* Quæ omnia ex *Nundina* originem accepere. De quibus plura earum inprimis inter Chriſtianos ortu & progreſſu, V. in voce *Feria*, ut & infrà in voce *Stapulæ* : De die autem poſtridie *Nundinas*, tanquam infauſto, vitato ab Auguſto, Catalb. ad *Sueton in eo c.* 92.

Nundinæ in Europa celebriores.

Aſtracanenſes, in Ruſſia extrema.

Bellicadenſes, in Gallia.

Campanienſes, in eodem Regno olim clarißimæ fuere, vulgò *les Foires de Champagne* Fueres autem illæ, *la Foire de Mayo de Provins, de S. Jean de Troyes , de S. Ayoul ou S. Ermoul de Provins, de S. Remy* , aliàs *la Foire froide de Troyes, de Troyes , de Lagny ſur Marne*, & *la Foire de Bar ſur Aube* , uti illas ex *MS.* Codice exhibet Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Epereniēſes, in Hungaria.

Francofurtenſes, in *Germania*, quæ Francofurti ad Mœnum binis quotannis vicibus habentur.

S. Germani , *à S. Germain*, in Gallia.

Jaroslavienſes, in Polonia.

Lipienſes , in Miſnia, ter quotannis haberi ſolitæ.

Lugdunenſes in Gallia. *de Medina del Campo & Medina de Rioſeco* , in Hiſpania.

Naumburgenſes , in Germania.

Placentinæ , in Italia.

Vercellenſes ,

Zuracenſes, Zurzaci ſeu in Foro Tiberii naberi ſolitæ, bis quotannis in Helvetia &c.

Nundinatis Dierum orbis, ogdoade apud Rom. finiebatur, non hebdomade, unde ogdoas in dierum tributione ſervabatur, in Romanorum Calendario (ut maximè videre eſt in eo , quod ſub initio Cæſarum ſaxo inciſum, quantum ad hanc rem , tam ante, quàm poſtea diu fuit in uſu) propter *Nundinas* ſeu nonidici reditum , ut Hebdomas apud Judæos, propter Sabbatum & apud Chriſtianos , propter diem Dominicum. Hinc uti literæ, quas *Dominicales* vocitant Chriſtiani , ideò *ꝟ G.* ſeu numero ſeptenario , in Calendariis noſtris, terminantur ; ita ad obſervandum Nundinarum reditum , in Calendario Romanorum veteri *ꝟ H.* finiebantur ſeu ogdoade : cujus Calendarii , quod etiam *Coſtianum* dicere ſolitus eſt Joſephus Scaliger atque etiamnum Romæ , in ædibus Maffeianis , ad Agrippinam viſitur , exemplar operi ſuo *de Jure Nat. & Gentium juxta diſcipl. Ebræor.* inſtruxit Joannes Seldenus. A Scriptoribus dici ſolent hi *Faſti Kalendarres* ; quales Cn. Flavius publicaſſe & Populo Rom. tradidiſſe credidirur, quosque Ovidius 12. *libris* deſcripſit. Habentur apud Aldum Manutium *ſubjunct. lib. de Orthogr.* à Paulo Patre explicati , Janum Gruterum *Inſcript. p.* 133. Hub. Goltzium *Thеſaur. Rei antiq. p.* 122. Joſ. Scaligerum *de Emend. Temp. lib.* 4. Sibrandum *Faſt. Kal. lib.* 1. Car. Neapolitum ad *Ovid. Faſtorum* 1. Alios. Sed & fragmenta etiam Kalendariorum feculi illius veteris reperiuntur alia, quibus dierum ogdoades literariæ pariter annotantur. Atque nono quolibet die ſic *Nundinæ* ſeu urbani ruſticorum conventus habiti ſunt : ita tamen , ut per intercalationem ſeu per translationem caveri foleret , ne mali ominis causâ, Nundinæ in Kalendas Januarii aut Nonas alicujus menſis inciderent. Sententiarum autem , etiam apud Vett. de *Nundinali Orbe* diſcrimen eſt ; aliis ogdoade in ipſa continenti Nundinas volentibus (quòd facile concipitur , ſi terminus poſteriori ſemper iteraretur & ſicut ſequentis ogdoadis initium) aliis interea diem nonum, ogdoadis orbem proximè ſequentem, pro Nundinis habentibus, adeoque Nundinas enneade dierum integra claudentibus : qua de re V. pluribus agentem præfatum Seldenum *d. l. lib. III. cap.* 15. Fuere v. *Nundinæ* illæ Feriæ olim, five Jovi five Saturno ſacræ , adeoque nefaſtæ. Sed poſtmodum *L.* Hortenſia factum, ut faſtæ eſſent, niſi feſtus aliqua dies redeuntem ſic diem nonum nefaſtum redderet &c. V. *Idid.* & ſupra in voce *Nundinæ*.

Nundinia ſeu *Nundina* Conſulum , occurrunt apud *Hiſtoria Aug.* Scriptores aliquot locis. Lampridius *Alexandro Sev. Conſulatum ter iniit tandem ordinarium : ac primo nundino ſibi alios fenſper ſuffecit.* Vopiſcus *in Tacito , In eadem oratione fratri ſuo Florіano Conſulatum petiit , & non imperavit idcirco quòd jam Senatus omnia nundinis ſuffectorum Conſulum claſſeras &c.* Ubi Caſaubonus notat, creationem Conſulum vett. Latinis dictam eſſe *Comitia Conſularia*; poſtea ſubtàris Comitiis appellari cœpiſſe *Ordinationem Conſ.* ut apud Dionem Caſſium ; deinde etiam *Nundinum Conſulum* : cujus tamen appellationis rationem ignorare ſe fatetur. Sed nec ei magis liquet, quænam illa *Nundina* & quot numero fuerint : quod dubium ſic expedit Salmaſius. Certum eſt ſub Impp. jam inde à Claudio bimeſtres Conſules fuiſſe, ita ut XII. in annum ordinarentur. Quòd ſi variatum aliquando pro libidine Principum quorundam & plures ordinati , tunc tamen numerum & ordinandi modum temnerunt Principes plures & meliores : ſeaque ſex *Nundinis* vel Collegia Conſulum fuiſſe. Etorum erant, primum Nundinium ordinarium Conſ. à Kalendis Januariis usque ad Martias ; ſecundum Nundinium ſuffectorum à Kalendis Martiis ad Majas ; tertium à *Majis* ad *Julias* quartum à Juliis ad Septembres ; quintum à Septembribus Kal. ad Novembres ; ſextum & ultimum in reliquos duos annimenſes : Atque hæc ſunt omnia ſuffectorum Conſulum Nundinia, quæ ſic vocat Vopiſcus, quæcumque jam Senatus clauſerat, ſic ut omnibus Conſ. totius anni jam deſignatis ordinatisque vacuus locus nullus eſſet, pro Taciti fratre. Hinc legimus de Alexandro Sev. *d. l.* eum Principem *Conſulatum iniiſſe tertantum ordinarium, ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffeciſſe.* Nempe primum Nundinum, ut diximus , fuit Conſulum Ordinatiorum qui Kal. Jan. Conſulatum inibant & nomen Faſtis dabant : quo primo nundino ſemper alios ſibi ſubſtituebat Alexander , nec Conſulatum generatorios illos duos integros primi nundinii menſes. De eodem Severo refert Spartianus , Conſules eum & ordinarios & ſuffectos , ex ſententia Senatus nominaviſſe & *vetera Nundinia exordine inſtituiſſe* , hoc eſt , cum ordinem & modum Conſul. rum ordinandorum revocaſſe, qui ſupra deſcriptus eſt. Eum enim multi ante Alexandrum Imperatores , jam inde à Commodo , ſub quo XXV. Conſules uno anno fácti ſunt, adeò parum obſervabant, ut alium ejus rei morem agnoſcerent nullum , ſibi quem lubi libido ſtatuiſſet : id quod ab Alexandro mutatum, & Nundina ex veteri more reſtituta ſunt. Quæ autem *Nundina* appellata vices iſtæ & ordines ſuffectorum Conſulum, ratio forte arceſſi poteſt , ex vet. more creandorum Conſulum , cùm penès populum Comitiorum & Campi jus erat. Tribus namque *Nundinis* , vel in trinundinum indicebantur Comitia , creandis Conſulibus. Sed & Candidati ipſi Nundinis in Comitium veniebant & populo ſeſe oſtendebant ſingulosque prenſabantur quod ipſum etiam trinundinum faciebant. Ad eam rem igitur trinundini tempus dabant petituris Conſulatum: Cic. de Cæſare , *Neque jam velle abſentis rationem haberi ſui: ſe præſentem trinundinum petiturum.* Mutato dein more , & jure deſignandorum Conſ. à populo in Principem translato , mos tamen idem videtur remanſiſſe, ut Candidati nundinis in Comitium venirent & ab omnibus viderentur. Hinc *Nundinium* vel *Nundinum* , pro Conſulium ordinatione uſurpatum , Salmaſius *Not. ad Vopiſcand. l.*

Nunna , idem cum *Nonna* , V. ſuprà.

Nuntiatio novi operis , per jactum lapilli. *Charta* Occitanica A. C. 1407. de Carmelitis , qui Monaſterium in loco de Mortesquivo Rivenſis Diœceſis ædificare cœperant : *Propter quod denuntiabat prædictis Carmelitis novum opus & inſignum hujuscemodi demuntiationis & prohibitionis , prædictus D. Rector ſeu Vicarius ibidem & in continenti per jactum unius lapilli dixit & verbo proprio , dirigendo verba ſua Carmelitis prædictis , in dicto novo opere existentibus : Denuntio vobis opus novum. Item per jactum ſecundi lapilli dixit : Ego denuntio vobis opus novum & inhibeo vos antedictos Carmelitas & quemlibet veſtrum ne continuando de jure poſſitis & debeo & mihi eſt permiſſi, ne ulterius in dicto hoſpitio conſtruatis : Poſt ea, difficeli & ne etiam ulterius procedatis*, &c. V. in voce *Denuntiatores*.

Nuntii Deorum , apud Poëtas , tres , Jovis Mercurius , Junonis Iris. Lunæ ſeu Dianæ Ops , de quibus V. Jul. Cæſ. Scalig. *Poetic. lib.* 3. *cap.* 26. Inter perſonas Tragicas , tres Servorum eidem recenſentur , quorum duæ *Nuncios* exprimebant. Et quidem horum unus , ut in Comicis , *εφοπλισμένος* dictus , vegetâ ætate , frontis ſummitate lata & tumidâ , ambitu depreſſo , flavus , aſper , ruber erat. Alter reſimus , fronte tumidâ , flavus , cui è medio vertice paſſi crines : imberbis porro & ſubnuber, *Ibid. lib.* 1. *cap.* 16. Veſtis penula fuit *lib.* 1. *cap.* 13. &c. V. hîc paſſim, inprimis in vocibus *Curſor* , *Mayores* , *Pterophori* &c. ut & de variis modis illos fecretò mittendi , ſupra ubi de ratione mittendarum *Literarum*.

Nuntius Cameræ , V. ſupra *Camerarius*.

Nuntius Regis , in *Decretis S.* Ladislai Reg. Hungar. *lib.* 3. *cap.* 1. &c. V. ſupra *Miſſus Dominicus*. Idem nomen uni ex Pontificiis hodie Miniſtris eſt. Miniſtros enim trium gentium ad Principes mittit Pontifex , *Legatos* , qui velut Ambaſciatores Extraordinarii mittuntur cum Bullis: *Nuntios* , qui à Conſiſtorio ordinarii, Brevibusque inſtructi , in Aulis Principum idem obeunt munus, quod Ambaſciatores Principum ſecularium, atque, ut illi, in *ordinarios & extraordinarios* dividuntur : de *Internuntiis*, qui ſunt velut *Miſſi Extraordinarii* Principum. Habet autem is *Nuntior* in Gallia , Hiſpania , Luſitania , porro Viennæ , Venetiis, Neapoli, Taurini, & aliquando vel *Nuntios* vel *Internuntios* in Polonia , Bruxellis & Colonię. In quibus omnibus locis, Gallià excepta , ii jurisdictionem functionemque Eccl. exercent &c. Primus autem hoc nomine in Germaniam miſſus eſt Card. Commendonus A. C. 1555. quamin rem V. plura apud Vicquefortium *Tract. Gall. des Ambaſſadeurs* : ubi etiam *Nuntios Terreſtres* , in Polonia , Deputatos provinciarum appellari , addit.

Nupta , id eſt, Sponſa rité deducta , Hebræis נשואה , nuque ante dicebatur , tameſſi ex ſponſalibus plan è matrimonium eſſet ſatis contractum inſumpſit Sponſum appellabant אירס & מקודש. Sponſam. מקודשת & מאורסת : poſt deductionem , per ſeptem Epuli nuptialis dies (de quo infrà) hæc כלה , ille חתן ab omnibus, etiam poſt illos expletos, ſemper

perâ Parentibus appellabatur. Inde etiam ipsum conjugium חתונן dicebant, ac interdum quoque שדוך & nuptiæ, רתון: Patres item conjugum indese mutuò מחותן & proprio nomine חתן. De *Nupta* v. nova, præcepta virginitatis accusata, Lex sacra sic habet, Deuter. cap. 22. *vers.* 13. *& seqq. Si quis duxerit uxorem & ingressus fuerit ad eam, & odio caperit eam habere, & imposuerit ei opprobrium verborum, protulerit-que contra eam nomen malum feu infamiam, ac dixerit, Hanc duxissem mulierem illam & ingressus essem ad eam, non inveni in virginem ejus: tunc pater puellæ & mater ejus proferant signa virginitatis* (הבעל) *puellæ ad Presbyteros Civitatis, qui sunt in porta dicentque pater puellæ ad Presbyteros, hanc filiam meam dedi viro illi in uxorem cæpitque eam odio habere; & ecce ipse imponit ei opprobrium verborum, dicens, non inveni in filia tua virginitatem seu virginitatis signa; hæc vero sunt signa virginitatis filiæ meæ; & expandent vestimentum coram Presbyteris Civitatis, accipientq; Presbyteri Civitatis virum illum & castigabunt eum, condemnabuntque eum centum argenteis (ficlis) quos dabunt patri puellæ eo quod produxit nomen malum contra virginem Israel, habebitque eam in uxorem, nec poterit dimittere eam cunctis diebus fuis. Quod si verum est verbum illud & non inventa fint signa virginitatis in puella, ducent puellam ad ostium domus patris sui obruentque eam viri Civitatis illius lapidibus, moriturque, quia fecit nefas in Israel, fornicando in domo patris sui, sicq; vehoque malum de medio tui.* Quam Legem nec ad minorennanis duodecim ac die unico, quam קטנה nuncupant, nec ad majorem annis, præter sex menses duodecim, quam בוגרת appellant, id est, *plena pubertatis puellam*, attinere volunt Magistri tumò non ad puellam, quæ ex ipsa origine non esset Israelitis, aut cui dos ex solemni feu Zuzorum 200. non erat ex more ante nuptias præstitunda; nec demum ad virginem, quæ ante sponsalia erat violata. Adeò, ut nisi inter Sponsalia & primos amplexus conjugales polluretur, querelæ huic nullus esset locus. Intentabatur autem hæc actio *coram Presbyteris civitatis*, feu Τριοδίς ac Senatu, ut Philo interpretatur, Synedrio viz. XXII virali, penes quod erat judiciorum capitalium potestas omnis, in qualibet ac de quolibet. Formula hujusmodi: *Cum juvencula hac feu puella nondum plena pubertatis ita maritum accepisset, & minimè in ea reperi virginitates (ut ajunt) & inquisitione ea de re facta innotuit mihi filium stupri reum fuisse in me, postquam desponsata eft mihi & hi sunt testes oculares, quod stupri hujusmodi rea sit.* Sic puella pro tribunali auditâ, examinabantur testes qui si eam convicissent, lapidatione illa puniebatur, si non ex genere esset Sacerdotali. Tunc enim vivicomburi pœna erat, Levitici *cap.* 21. *vers.* 9. Sin perjurii rei testes deprehenderentur, absolutâ uxore, pœna mariti utraque. Lege scilicet Mosaïca, & relicta perjuri legislabantur. Idem jus obtinuit, si denuo perjurii à testibus alijs à marito adductis convincerentur adducti à Patre feu proUxore: etenim tunc & hi uxore rea peractâ, morte itidem plexi. Cœterùm, uti inter vulgi errores à Medicis, Jurisconsultis, ac Theologis summis rejectum, in cunctis aut ita haberi, ut indubitatum Virginitatis signum (ut de perpetua nymphæ feu hymenis virginei admissione verba præfata quidâ explicant) aut haberi omnino; Proin receptiorem sententiâ, *Virginitatis signa*, explicantur, de testibus virginitatis (Paranympha nempe Vxoris) qui ea finxerint aliterque rem in Foro expeditam probatamque dare contenderint. Certè Josephus heic de Marito tantùm ait, Δίκην λαμβάνει ὁ γαμήσας γάμου· ἐὰν δὲ ψεύδηται οἷς ἐπ' ἴσης τεκμηρίοις, *Actionem luendas Ipse & accusat, eis quæ habet signis ufus.* Neque sanè ille aut Philo, *lib. de Spec. Leg. de Adult.* ubi hæc de re loquitur, quicquam de testimonio in testimonium afferenda habet. Quæ quidem materies ex Matrimonialibus præcipuè probandam concernit, V. præter alios complures Zachiæ. Pasquillum *Decif. Morab.* 221. & 222. Si Parentes verò deessent, qui de filia diffamata quererentur, Curatorem dabant Judices: quo casu quoque, non Patris hæredibus, fed puellæ ipsi, innocenti repertæ, centum ficli cedebant. Pœna autem Mariti, verbera erant: Josephus *antiqq. lib. 4. cap. 8.* Τῇ δ' ἀκολουθῶν ἡ ἀσωτείαν ἐπιτιμίᾳ ἀργυρίου ἀσεβεῖ ἡ ἀμαθεῖ ἐπιγραφομένῳ κακῶς ἐπὶ τῇ γαμουμένῃ παρθένῳ· *Pro temeritate & petulantia in virginem deducta, panas inat quadraginta una minus plagis accepit & quinquaginta ficlos puellæ patri nomine mulctæ persolvat.* De quo numero verbum Magistri consentium. Ubi verò reperta sunt manifesta virginitatis signa, non sine benedictione solemni ea summa cum lætitia fcholarum agnosci, si fides Ritualibus, in quibus benedictio hæc occurrit: *Benedictus es, Domine Deus noster Rex Mundi, qui statuisti nucem in horto Eden seu in paradiso, illumque conclusum. Non dominabitur alienus in sinu ejus.* Propterea cerva amorum & vas visantium semen in mundicia & statutum nos vidavit. *Benedictus es Domine, qui elegisti Abraham & post eum semen ipsius.* V. *Sepher Thephilloth* Judæorum Hispanieni. *pag.* 371. Ubi ex lege capitali, in novam Nuptam præreptæ virginitatis nomine agere aut nolebat, aut nequibat Maritus; integrum ei erat ex receptis moribus, sui dumtaxat affertione, postulare eam five ejusprimæ

ptæ, sive primo amplexu sibi non compertæ; non verò criminaliter, sed ideò duntaxat, ut *Sveluti* condictione indebiti, dotem ei, *Virginis* nomine constitutam, quæ dupla erat ei, quæ vitiatæ debebatur, aut refcinderet; aut pro varia causæ qualitate minueret. Nam non ad aliam omnino Virginem, præterquam, cui dos virginalis seu L. siclorum aut CC. Zuzorum sub Sponsalia debebantur, attinuit hic mos, &c. Pinta apud Seldenum *Uxor. Ebr. Lib. III. cap.* 1. & 2.

Nuptiæ, à *nubendo*, quòd nova Nupta seu Sponsa flammeo obnupta seu obvelata ad Sponsum olim deducebatur, Al. *Matrimonium*, *Conjugium* &c. erat vir & mulieris conjunctio legitima, vitæ societatem continens, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 9. *c.* 3. Quod Cornicum, fortunatissimum in his, omen significat: *Ea enim*, inquit Alexand. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 2. *Cornicum fœcundas esse, ut ex duobus foetis alterâ exinctâ altera perpetuò vidua maneat.* Magnâ olim pompâ ac folemnitate peragebantur, unde *Nuptias celebrare* vocat Phædrus *lib.* 1. *fab.* 6. & Tacitus *Annalium lib.* 12. *Solemnia Nuptiarum*, Imperator in *l.* 22. *C. de nupt. Nuptiarum celebritatem* vocat, de quibus paucæ hæc. Romæ, priscis temporibus in more fuit, ut uxorem ducturus, ab eo, unde ducenda erat, eam in matrimonium datum rogaret iri ftipulatur, idque, qui nuptum daturus erat, sponderet: qui contractus *Sponsalia* vocabatur, de quibus V. infra *fub loco.* In argumentum eorum contractorum, Sponsæ à Sponso arcbæ dabantur: Quin & annulus ei pignoris mitebatur, quem *pronubum* Tertullianus *lib. de cultu Fœminarum* vocat. V. infra, in voce *Sponsa.* Non autem Romanus, nisi Romanam, ducere poterat, id est, jure civi tatis donatam. Nec Patricius cum Plebeja antiquitus connubium erat, donec id evicerunt Tribuni Pl. anno U. C. 309. Nec Ingenuus Libertinam ducere poterat uxorem, ante legem Papiam Poppæam, quæ id primùm concessit, ut hæc omnia luculentissimè explicavit Bern. Brissonius *lib. fing. de Jure Connubiorum.* Sponsalibus factis *Nuptiis* dies dicebatur, quâ in re admodum accurati, vel potius superstitiosi fuere. Kalendarum certè & Nonarum Iduumq; posteros dies omnes à *Nuptiis* habitos fuisse alienos, auctor est Festus: ipsas imò Kalendas, Nonas ac Idus, Macrob. *Saturn.* Menfem verò totum Majum infaustum illum Iisdem ac in aufpicatum fuisse judicatum, testatur Plut. in *Quæst. Rom.* 9. 86. Unde Ictrium illud: *Mense Majo nubent malæ.* Parentalibus quoque, quæ menfe Februario celebrabantur, *Nuptias* vitandas esse, fuadet Ovidius *Fastorum lib.* 2. quam vis Pomponii celebratas fuisse pridie Idus Februarii indicet Cic. Epist. *ad Q. Fratrem lib.* 2. *Epist.* 11. Saltorum quietiam dies festos folcite vitarunt, ut iterum Ovidius ubi *supra* dicit. Contrà aptissimum *Nuptiis* tempus, quod Idus Junias sequebatur, existimarunt. Ovidius *Fastorum lib.* 6.

Tunc mihi post sacras monstratur Junia Idus,
Utilis & nuptis, utilis esse viris.

Ad quem dierum delectum refert verba Ciceronis *lib.* 2. *Epist. ad Q. Fratrem: de nostris*, inquiens, *Tullia tui meherculè amanuissima, sperò cum Crassipede me non confecisse. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi. Cæterùm conjectum est &c.* Duo autem fuisse Laborum genera Cic. in *Topicis* docet, unum quod poprie dicebatur, Uxor, alterum quod *Matersamilias* : quem ad locum Boëtius, *tribus*, inquit, *modis Uxor habebatur, usu, farre, coemptione, sed conservatio libis Pontificius conveniebat. Quæ autem in matre per Coemptionem venerant, hæ Matresamilias vocabantur: quæ usu vel farre, minimè.* Sed ufu etiam, nedum coëmptione, Uxores in manum conveniße, docet ipse Cicero *Orat. pro Flacco.* Proin Jac. Ravardus *Variar. lib.* 4. *cap.* 16. ita Ciceronis locum interpretatur, ut dicat, eum, per duas Uxorum formas, intelligere, Uxorem ipsam & injustam, ut Jurisconsulti loquuntur: Justamque esse eâ, quæ in manum viri convenit usu, farre aut coëmptione, quam Cicero *Matremfamilias* appellat; Injustam, quam fola consuetudo uxorem fecerit & cum qua jus esse communemque Uxor capta apud Virum fuisset per annum integrum nullo interrupto usu, quod fiebat, si per trinoctium à viro absuisset) legitimi Matrimonii rationem antiquissimam fuisse, & à raptu Sabinarum initium sumsisse, Ravardus ipsa memoratorum arbitratur, putatque, quia felicitèr hos raptus Romulo cesserat, institutisse eum, ut non vero, sed simulato quodam raptu omnis legitimi connubii ritus in posterum perageretur. Verba ejus sunt *in Comm. XII. Tabb. cap.* 21. *Quo quidem tempore ea fuisse videtur Matrimonii conjunctio, ut ipsa quisque virginem ex gremio matris, aut ex proximanecessitudine vi simulata rapuam, non abitur suam faceret, quam Romana plebis Sabinas olim virgines.* Et hunc rapiundæ Virginis ritum, elegantèr exponit Apulejus *Metam. lib.* 4. V. quoque Tertullianum *de Spectac.* In Confarreatione verò Dionysio, sacras *Nuptias* scribenti *Farrada* esse dictas, eodem farre Conjuges vescebantur, quo etiam victimas respergebant: Et Ulpianus *lib.* 10. *Institut. Farre*, inquit, *conveniuntur in manum certis verbis & solitis* 10. *præstitibus, solemnique sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Quo vinculo nihil religiosius, novaque Nuptæ farreum præsenti folitum fuisse, docet Plinius *lib.* 18. *cap.* 2. Sed hanc confarreandi consuetudi-

nem (per solos Pontifices peragi solitam , quo sensu Boëtius, eam solis his vindicans, capiendus) aut omissam ant inter paucos retentam fuisse, refert Tacitus *Annalium lib.* 3. In Coëmptionis ritu, præter mutuam interrogationem & responsionem , Mulier *nubens* affes tres a d Virum ferre solebat : atque unum quidem quem manu tenebat, tanquam emendi causa , dabat marito ; alium, quem in pede, in loco posebant Larium habebat familiarium: tertium in faeciperio condumum, compito vicinali donabat ut Justus Lipsius *Antiqq. Lect. l.* 5. c. 22. apud Nonium Marcellum legi vult, aut apud Palmerio *in Spicilegio*, placet, rezonabat, h. e. solutâ zonâ proinebat. Meminit ritus hujusmodi Cicero *pro Murœna*, ubi ait: *Puta nos Jurisconsulti, omnes Mulieres , quæ coëmptionem fa cerent*, Cajas *vocari*. Quemadmodum Mariti *Cajæ*, in memoriam felicis conjugii Cajæ Cæciliæ , cum Tarquinio Prisco. Unde Ovid. *Ubi is Cajus ibi ego Caja*, quod exponit Erasmus, *Ubi tu dominus, ibi ego domina*. Quo modo quæ in Mariti manus venie bat , proprie *Matrimoniales* appellatam esse, annotavit Cæl. Rhodiginus *lib.* 28. *cap.* 17. Quibus adde quartum Conjugii contrahendi modum , *per Servitionem* , cujus meminit Suetonius *in Tiberio cap.* 35. V. Signonium de *Jure Rom. cap.* 6. *lib.* 1. Cùm nullus horum modorum obtervaretur , *Nuptiæ innuptæ* dictæ sunt &c. Fiebant verò non nisi captatis prius auguriis *Nuptiæ*, quibus factendis Augures olim interpolitos fuisse , docet Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. Unde illud Tullii pro Cluentio : *Nubit genero socrus nullis auspiciis , nullis Auctoribus*. Senis dein ritibus ornabatur *Nuptæ*, five quod is ornatus vetustissimus esset, five quòd eo Virgines Vestales ornabantur , quarum castitatem Viris suis *nubentes* spondebant , ut Sextus Pomp. tradit. Cœlibari prætere a haitâ quæ in corpore Gladiatoris abjecti occisiq, fletisset , *nubentis* caput , à Marito comebatur : an quia Matronæ in Junonis Curitis stitelaretant : an ut viros fortes Sponsam genitu ram ominarentur , an ut vinculum Conjugii intolubile & non nisi summâ violenti, per hastam indigitatâ , rumpendum fignificarent, an ut notaretur, primas *Nuptiæ* bello & pugnâ fuisse contractas ? V. Plut. *in Romulo* , Item *in Quæst. Rom. quæst.* 87. Ovidius *Fastorum lib.* 2.

Nec tibi quæ cupidæ maturæ videbere Mavri,
Comat virgineas hasta recurva comas.

Coronâ inde nova *Nuptæ* redimiebatur, Tertull. de *Coron. milit.* Catullus *in Carm. de* Nuptiis *Julia & Manlii*,

Cinge tempora floribus Suaveolentis amaraci.

Rectâ item tunicâ indiebatur, qualem prima Caja Cæcilia texuit , Plinius *lib.* 8. *cap.* 48. cingulo que , ex lana ovis facto, cingebatur , quod Vir in lecto solveret, Festus. Eadem coronam ex verbenis à se lectis compositam sub amiculo ferebat , testeeodem : luteosque focos gestabat , ut Catullus *ubi supra*, Jupiciam dum reliquit. Solebat autem velo obnubi, quum ad Virum ducerentur, ut supra innuimus , quod *Flammeum* vocabatur, de quo V. *suo loco*. Unde Lucanus de *bello Pharsal. lib.* 2.

Non timidum Nuptæ *leviter tellura pudorem,*
Lutea demissis velarunt flammea vultus.

Hoc modo ornata in Viri domum deducebatur vespere, à prætextatis pueris patrimis tribus , quorum unus facem præferebat ex spina alba , reliqui duo *nubentem* tenebant. Quinque faces, seu tædas jugales *in Nuptiis* accenlas fuisse, Plut. docet *Quæst. Rom. quæst.* 2. atque alia omittam , quòd matrimonium contrahentes quinque Deorum opi, Jovisadulti , Junonis adultæ, Veneris, Suadelæ ac Dianæ five Lucinæ indigerent? Deducti am præfato modo Sponsam colus compta cum fuso & ftamine comitabatur , cujus ritus Tanaquil , quæ eadem *Cæcilia* vocata est , auctor apud Plinium *lib.* 8. *cap.* 48. Utensilia mulieris, puer impubes *Camillus* five *Camillus* dictus , in vase operto, *Cumero* appellato, gerebat. Quo comitatu eum ad Mariti ædes flobribus frondibusque ornatas accessit , præ foribus interrogatus, quæ nam esset, *Cajam* fe esse , respondebat : postes dein januæ lanâ rangens , adipe lupino inungebat . unde Uxor, quasi *Unxor*. Transiliebat postea januæ limen , quod ipsi contingere religioni erat vel potius, sublata trans limen intro crebatur à Pronubis, ut vi llara videretur. Ingressæ claves dabantur , vel ad partûs facilitatem deligandam , vel magis , ut fignificaretur ei rerum omnium domesticarum curam ac custodiam reique sic familiaris administrationem , in se susceptam esse. Statuebatur quoque in pelle lanata , ignisque & aquæ sacramento *Nuptiæ* firmabantur in limine, unde & *hodie faces præcunt , & aqua pelita de proximo fonte per pueros felicissimum vel puellum , quæ interest nuptiis , de qua solebant nubentibus pedes la vare* , verba sunt Varronis apud Servium *in Æn. lib.* 4. Quæ dum peragerentur, inprimis , dum à Marito , ut quidam volunt, Sponsa trans limen portaretur , acclamatum ab astante cœtu , *Thalassio , Thalassio*, de quo V. Plut. *in Pompejo* : quemadmodum apud Græcos, *Hymenæe, Hymenæe*. Adhibebantur autem his ceremoniis singulis Dii peculiares , teste Augustino de *Civ. Dei lib.* 4. *cap.* 11. ut cùm Mas & Fœmina conjungerentur , Deus Jugatinus : cùm *Nuptæ* domum duceretur , Domiducus : ut in domo esset , Domitius: ut cum viro maneret, Manturna : cùm postes ungeret , Jugo Unxia &c. Acceptæ porro fic Sponsæ & comitibus ejus in cœna dabatur epulum à novo Marito , quod *Cenam Nuptialem* vet. vocare sunt *foliti* , in quam aliquanto majores sumptus, quàm in alia convivia , facere , legibus Licinia & Junia fuit permissum. Tibiam interveniſſe , Plauti , Terentii , aliorum non pauca demonstrant locа. Nuces à novis maritis jaci & pueris spargi consuevisse , indicat Catullus *in Carm. supra laudato* , & Virgilius *Ecl.* 9.

Sparge Marite nuces:

de quo ritu V. infra, in voce *Nux*. Post hæc *nubenti* prætexta depolita , & à multitudine puerorum obfcœna acclamata sunt, verfusque Fescennini occentricque dum fiebant, lectus *Nuptialis* componebatur , quem proprio nomine *Genialem* vel *Adversum*, appellatum esse , Servius ostendit *Æneid.* 6. Hunc togâ ritenu & Maritorum Genios advocati consuevisse , Arnobius *adv. Gentes lib.* 3. docet : unde forte *Jurii Genium* lecti Juvenalis dixit *Sat.* 6. Novâ *Nuptæ* in cubiculum deducta , prætextari ritus , qui *Pretexta* dicebatur , teste Festo, fax tapi solebat ab utriusque amicis , ne aut Uxor eam sub lecto Viri ea nocte poneret , aut Vir in sepulchro comburendam curaret, quo utroque mors propinqua alteruttius captari putabatur. Servius coenas has faces, quòd diutissime lucerant tanquam vitæ præsidia , raptas fuisse, cosque, quis his potiti funt , diutius vixisse , ait , apud Jos. Scaligerum *Cafligat. in Festum*. In cubiculum simul inferebantur simulacra Deorum, Virginensis Deæ, Subigi Deæ, Pertundæ, Veneris & Pupæi, Augustin. de *Civ. Dei lib.* 6. *cap.* 9. Sponsaque per gradus eburneos ad hujus simulachrum ascendere eique insidere tenebatur. Quo facto lectum Viri adibat, in quo Pronubæ eam collocabant , id eſt , Matronæ ſpectatæ pudicitiæ & quæ , uni duntaxat Viro nupsilent , quò Matrimonii perpetuitatem auspicarentur. Inde Cingulum virginem Maritus Sponiæ solvebat : Erat autem id Herculano nodo vinctum, quod Vir solvebat ominis gratiâ, ut fic ille felix esset in procreandis liberis Hercules ad instar , qui 70. liberos reliquisse dicitur. Hinc Cinxiæ Junonis venerabile in *Nuptiis* nomen. Quo pacto , quæ Sponsa fuerat , fiebat Uxor. Postridie *Nuptiarum* apud novum Maritum rurfus cœnabatur , unde *Repotia* is dies dictus : Quo eodem , nova *Nuptæ* munera à Cognatis & Propinquis mittebantur , quæ *Nuptialia dona* Jurecosi. vocant : Apud Ciceronem tamen *pro Cluentio* & Apulejum *de Asino Aur. lib.* 6. hoc nomine ea veniunt, quæ ante contractas *Nuptias* Mulieri à Viro offerebantur. Eodem die , nova *Nupta* libertatem auspicata Uxoriam in domo Viri rem faciebat divinam, teste Macrobio *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 15. Quòd si procedente Matrimonio aliquid litis inter Neogamos accidisset, ad Deæ Viriplacæ facellum itum est, Signonius *de Jure Rom. lib.* 1. *cap.* 6. V. Andr. Tiraquellum *de Legg. Connubial.* Pet. Gregorium *Syntagm. Juris Univ. lib.* 9. Th. Trevisanum Venetum , Thadeum Pisonem Soaccium *tr. de Sponsal. Matrimonio , & earum privilegiis* , Carolum Signonium *de Jure Rom.* Salmuthum *in Pancirolum lib. 1. rerum deperdit. cap. de Nuptiis* Cœl. Rhodiginum *lib.* 28. *cap.* 17. alrosque laudatos Joh. Rofino *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 37. *in quod edidit Paraliponeis* Thom. Dempsterus addit, celebritati *Nupiali* pleniluium aptiliimum fuisse habitum, quo tempore & Græci nundinas fuas celebrarant publicosque concilius frequentabant , V. *infra* : Signatis pactis dotalibus, dictum *Fidicier* : in Reportiis non amicos solum, familiares , fed Principes quoque exemplo Augusti & Caligulæ , adhibitos ; honeſtioribus porro cœnam , vilioribus ſportulas datas: imò aliquando pecuniam quoque vultibus Mariti aut Uxoris fignatam , inter convivas diſtributam fuisse. Unde Symmachus *lib.* 4. *Epist.* 4. & *lib.* 9. *Epist.* 96. *Non eadem tamen facilitate purgabis, quod stilus nitori Minervii Nuptias aliorum votivo relatu , quam literis tuis comperi ? An veritus es , ne ea numisma cuſtum deſideraram ? potui jactitaram ſportula facere.* Prætercea, annotavit in primis limine aquam exhibitam fuisse , cui titio immergeretur , ex Varrone apud Tumebum *lib.* 29. *cap.* 27. Faces item à s. pueris prælatas , quæ ex pina vel ſpina alba : Jugum quoque utrumque Conjugum fubiisse , dextrasque junxisse &c. Plerosque *Nuptiales* ritus Lucanus exhibet *lib.* 2. de *bello Pharsal. in nuptiis Marcia & Catonis*: Quorundam meminit Seneca *Oëtavia Actu* 4. *Sc.* 1.

Vidit attonitus tum
Formam Senatus, thoris cum Superis dares,
Sacrate, genus fungeretur ut mero,
Velata flammum flammeo tenui capiat,
Et ipse lateri junctus , atq, hæres tuo
Sublimis inter civium lata omina
Incedis , habitu atq, ore latitiam gerens
Princeps superbo.

Aurelii nummus exhibet Imperatorem, auſpice Concordiâ, Faustinam ibi matrimonio jungentem : quorum is finiſtrâ nuptias lectabulas , dextrâ dextram ſponſæ prehendit : hæc junctâ manu fidem, flammeo pudicitiam , digito ori admoto obſequium ac taciturnitatem pollicetur, apud Solerium *de Pileo fœt.* 6. Apud Athenienſes, poſtquam licenter admodum, ſoluteque diu vixerant, primus volgivagam Veneiem Cecrops, hinc Δυῶν dictus, lege compeſcuit, & ſanxit , ne quis binas *Nuptias* eodem tempore conſtitutas haberet: Ἕνα ἀνδ ϱα μίαν γυναικὸς ἔχειν, *Unam tantùm quisque Uxorem ducito* , Athenæus *lib.* 13. Poſtea circa Socra-

tis tempora, ob Virorum inopiam, Plebiſcito, præter Uxorem, è peregrina & pellice quoque licebat liberos tollere, *ibid.* Uxor autem legitima non erat, niſi civis, inter quos tamen peculiari Legè Pallenæi exiſtebant Agnuſios, qui inter ſe connubia non contrahebant; Plut. *in Theſeo.* Collapſum jus vetus, de civibus diu endis, reſtituit Pericles, quod tamen peſſimo ejus exemplo paulo poſt obſoleviit, donec tandem Ariſtophon Euclide Prætore Athenis, ſcripta lege, ſolos vivos Athenienſes eſſe ſanxit, qui utroque parente cive nati eſſent: Nam adea tempora civis enſebatur, qui Parentum alterutro cive natus eſſet. Habebant vero legitimum celebrandam *Nuptiarum* tempus Brumam, Ariſtoteles *Polit. lib. 7. cap. 16.* ex inſtituto Cecropis, ut videtur: nempe menſe Gamelione, (unde nomen invenit) id eſt, diebus Brumalibus. Unde apud Terentium *in Phormione*,

Ariſtoxe vetus ame Brumam autem quid novi
Neguid inſipere, qua ea ſpá ſit, jubiſſima.

Ætas hominis, *Nuptiis* celebrandis, Solonis ſententia, annus fuit triceſimus quintus: ex Ariſtotelis, biennio maturior. Nec quasvis Uxor legitima habebatur, ſed illa tantùm, quæ legitimè deſponſata eſſet, vel à Patre, ſi viveret, vel à germano fratre, ſi Pater obiiſſet: vel, neutro horum ſuperſtite, ab Avo paterno. Interim Soror ex germanam in matrimonio habendi veniam dabant. Præcipue autem inter Gentiles conſtituæ erant *Nuptiæ*, quminus Exiziæ Virgo ſolis Gentilibus & Cognatis *nuptum* erat danda, V. ſuprà in voce *Epiclera*. Inter Servos autem, ſicut & apud Romanos, proprie non erant *Nuptiæ*, ſed *contubernia*, neque illæ, quibuscum conſueverunt, *Uxores*, ſed potius *conjunctæ conſervæ*, & *quibus habuerint filios*, ut eleganter Varro *de R. R. lib. 1. cap. 17.* dicebantur &c. Celebrabant *Nuptias* Græci, tempore plenilunii, quo & Nundinas ſuas celebrabant, publicoſque frequentabant conſeſſus, ut Thucydides docet *lib. 1. fub fin.* An quod inde boni ominis non nihil ex plenâ Lunæ facie auſpicarentur: an ut frequentiam & civium celebritatem haberent, *Nuptiarum* pompa celebrior eſſet? Menander, Anaxandrideique Comici, Pindarus, Hephæſtion, Demetrius Phalereus, laudati à Bern. Martino *var. Lect. lib. 1. cap. 14.* conſectudinem hanc abunde probant: quibus addendi Pindarus *in Iſthmiis* & Euripides *in Iphigenia*, ubi Agamemnon, rogatus ab Uxore Clytemneſtra, quando filiæ ſuæ vellet celebrari nuptias, reſpondit,

Ὅταν Σελήνη φῶς ἐν ἕβδομῃ τελῇ.
Quando Lunæ fœrumnatæ veneris circuitus.

Ritus autem fuere illi, quos Erato invenîſſe dicitur, apud Cœl. Rhodiginum *lib. 7. cap. 4.* Poſtquam Sponſus Sponsæ, præſentibus aliquot teſtibus, promiſſiet, juxta Latinorum formulam, *ſe ſponſum poſt consubium in vita non deſerturum*: ſplaque viciſſim ei à parente vel Tutore, deſponſata eſſet, juramentum quoque aliquando, in Templo, interveniſſet; ut de Clitophonte ac Leucippe legitur, in Tyriorum Dîi ei ſuperum ille juravit, ὀμνύω τοῦτον τὸν θεὸν, ἢ μὴν γαμήσειν σε πατρὸς ἐκ γνησίου, (ut de populo conjugii, apud Galatas uſitato, quo à Camma Syronix propinato veneno intercimtus eſt, apud Alex. ab Alexandro *Genial. diet. lib. 2. cap. 5.* Item de pane in duas partes enſe diſſecto, quo ſi apud Macedones obtinuit, Curt. *lib. 8.* nil dicam) ad *Nuptias* utrique ſe accinxit. Et quidem Sponſa à Parentibus in Templum Minervæ *ἀνάθημα* ſeu *Virginitatis* ducta, conjugii ab ea veniam petebat, ſimulque juvencam, jugi experitem, ei ſacrificabat: Unde apud Euripidem *Iphigeniâ Aul. verſu 11, 12.*

Μέλλει σφ' γάμων, ὡς δὴ πατὴρ χρεὼν
Ἀχιλλεῖ.

Offerebat inſuper canifirum variis elegantiis referrum, quem ritum, *κανηφορικὸν* dictum, Suidas prolixè explicat: additis præcipuis, *Ἀρτέμιδι πάντων, Νυμφίοις τε Diana, Theocr. Idyll. 27.* ſiquis ſit, ſacrificabat ὁ δὲ ἐπιδημῶν βοῦν Διὶ Γαμηλίῳ, ἢ Ἥρᾳ, ſacrificatum ſibi conciliabat. Præterea Venerì & Gratiis, ob præteritum: Junoni inprimis *Γαμηλίᾳ* ſeu *Pronubæ*, ob præſens; eidemque tinquam Lucinæ vel Matrifamiliàs, ut Plauto vocatur *in Amphitruone*, ob futurum tempus, ſimiliter ſacra faciebat: Paris quoque aliquando à nova Nupta ſtabatur, ut vitæ ſuæ filium eo iongiùs producerent. Sed nullum *inhonii* ſanctius ſui nomen, cujus ſacra variis nominibus: Ἡμεγάμεια, πρωτόγαμια, πρόγαμια, ἀγάγια, ἐπόγαμια, item *ἐπιγάμια* dicebantur. Ipſum ejus nomen frequentium ore, ſic licet *Jovis* quoque, ab amantibus uſurpatum. Unde Senex ille apud Plautum *in Caſina Actu 1. Sc. 3.*

Ἐγαμεα Ἥρα, non decet te eſſe tam triſtem tuo Jovi,

Dixere hanc Ἥρα τέλειον Romani *Junonem adultam*, quæ cum *Διὶ τελείῳ*, id eſt, *Jove adulto*, utpote *πεφθέντι ὀψὲ τὸν γάμον*, verbis Suidæ, in *Nuptiis* præcipue honorabantur, in utraque gente. Sed & *Παῖδειαν* vocantur à Demoſthene mutera, quæ Sponſa in Marìti Tribum recipienda *ὑπὸ φράτερων* mittebat, ad epulum celebrandum præter quæ die *Nuptiarum*, *ἑδνα* à Sponſo donata, ipſi viciſſim *ἴδνα χαριτὰ* ac *φέρνας* dabat; ipſa iterum *ἐπιφέρνια* recipiens. Quemadmodum Cognati poſt *Nuptias* eidem *μελλὸν ἐγγυᾶν* dare largiebantur. Primâ autem vice, quâ ad conjugem Sponſa venitebat, ab eo ejusque Cognatis ὦ Ἀναγκαλυπτήριον, alias Θεὰ ἐπίκλησις, *Suidæ*, & Ἀθήναιος, accipiebat, ut *pateretur ſe videri*, Victorius *Var. Lect. lib. 25. cap. 3.* quam ob cauſam Jupiter Proſerpinæ autem Thebas donaſſe legitur, apud Schol. Euripidis *in Φοινίσσαις*. Sed & ipſa dies, quo id fiebat, Ἀναγκαλυπτήριον dictus eſt, V. in voce, *Anacalypteria*: Prius enim Flamineo obnupta erat, ut diximus *ſuprà*, (cujus ritus veſtigia antiquiſſimis temporibus jam conſpicua ſunt, V. quæ de Rebecca Genes. *cap. 24. verſu 65.* contrarium tamen Lacedæmone obtinente. Cauſam ritus forte Nonnus dixerit,

Καὶ πλοκάμοις ἀσκηθὲς ἀκαλυπτώπιος αἰδοῦσα,
Ἐς δαῆναι τελετὴν μαθέειν γενεσιάδα νύμφαν.)

At Hermocrates Sophiſta, cui imperator Severus uxorem conciliaverat, non optimæ formæ, poſtulatus Ἀκαλυπτηρίῳ, illam Ἐγκαλυπτήριος portius opus habere, lepidè reſpondit, Solebat porro Sponſa è Parthenone (cubiculo Virginibus deſtinato) ad Maritum curru vehi, Juvene, qui aurigæ officio fungebatur, ſæpe dum manu præcedente. Eurip. *in Helena verſ. 728.*

Λαμπτῆρ' ἐν μεσονυκτίῳ σὺ δὸς ἑστῶσος
Ἐκ πατρὸς ἀρτίως σὸν ὀχεύμασιν σὺν ὀχήμασι
Σὸν τῷ δὲ Νύμφῃ δῶμ' ἵκνεῖ ἐλθεῖν ἐλθέσθαι.

Interea canebatur ὑμέναιος ἀείδετο: axis dein currus, poſtquam nova Nupta ad Mariti pervenit ædes, ἵγνι δάπτειν, *ut ſignarent illam ibi perpetuò manſuram, neque inde ullâ tempeſtate traſſiguram*, Alex. ab Alexandro. Vehebat autem comitata Paranympho (ſecundis *Nuptiis* ipſe Maritus Sponſam domum deducebat Jut & Cognatorum aliquibus, ac inprimis Νυμφεύτριαι ſeu Pronuba frequentiâ. Ipſa, gemmis ornata, purpuraque indutà, *domum* Sponſi *totam laureis obſtiam*, ut Apiculus ait *Metam. lib. 3.* invenîebat, neque abs re, namque & ipſa ſerto ornata erat. Unde Clytemneſtra ad Achillem apud Eurip. *Iphig. in Aul. verſu 705.*

Σοὶ κηδεύσασ' ἐγὼ τὸν ὄγκον γαμηλίοις.
Tibi ſerto exornans ego illam adduxi; ut nupturam.

Imò & Sponſum ſimili ornatu inſignem fuiſſe, à Patre nempe ſerto ornatum, ſicut Sponſa à Matre ſolebat, Libanius docere videtur *Declam. 19.* quæ coronamenta ex verbena, in Italia: ex aſparago in Bœotia ex iliſy mbrio papavere, ſeſamo Athenis confiebant, V. Scholiaſten *Ariſtoph. Pace.* Morad Chriſtianos quoque transiato, quos dehortatur Tertullianus *de Coron. Militis c. 13. Chriſtianus*, inquit, *nec laureis jamam infamabitis.* Præter hoc ſertum, *Σπόνδιλα* vocatum, ſtrues quoque ſeu placenta *Nuptiarum* die, *Σπονδικὸς* dicta, parabatur. Ariſtoph. Pace,

Ὁ πλακοῦς σπονδὴ γ' ἐστὶ τοῖσι γαμοῦσι πλακοῦσι.

Fiebat autem ex ſeſamo, μέλι & σπόνδυλοι, boni ominis causâ. In domum Mariti, ut apud Romanos, trans limen Sponſa portabatur, ne ſponte videretur irrupiſſe: quod dum fiebat, puerì puellæque aſſtantes caput illius ficubus placentisque perpluebant, Ἐνθλίμματα, ut Rhodiginus ait ex Theopompo, ἐφόμενα ἀμφοτέρωθεν καὶ ἔνδοθεν διδόντες καὶ ἐσθίοντες ἐν ἑστίᾳ ἑκάστου. Quæ ſacra tanta in veneratione erant, ut illa ne Judices quidem diſturbare auderent, V. Photium *Cod. 608.* Poſt Deos, Genii præſertim, epuloque *Nuptiali* vocabatur: in quod panis intinctorii ſolebat à puero quodam in eo, ſino floribus, ſpinis quernisq; ramis obſito, qui canebat: Ἐκφέρετε κανᾶν, ἔκφερε κάνεον, *Effugi malum, invenî melius.* Durante convivio, Muſicos perſonabat concentus ἀμφίσβητοι, *alternis*, ἔνιοι, & ἄλλοι δ' ἄλλοι, Lat. *Hymenæus* dictus: Quod etiam ſiebat, cum ex Patris ſui ædibus ad Maritum ducebatur. Unde Comicus,

Age tibiicen, dum illam educunt hanc novam Nuptam foràs,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam, Hymenæe!

In thalamum, τὸν θάλαμον & τὸν παστάδα, cùm Sponſa deduceretur, oſtendebatur ipſi locus, in quo in poſterum ipſi commorandum, ſimulque introferebatur cribrum, & janua: pilillum appendebantur, σωφρονιστήριον, ut Pollux Solonis Lex referenda: Τὰς Νύμφας ἵστασι ἐπὶ τῷ γάμῳ, φρύγειον φέρειν σωφῖνα, *Sponſæ cum domum Mariti deducuntur*, phrygium *inſignem ſertum*: id eſt, ut Heſychius interpretatur, ξυλόφορον ἐκ ἐκάνου ἢ πεφρυγμένας κρίθας, *piſtillum quo molitabantur ſua hordea.* Cùm dein Sponſus quoque thalamum ingrederetur (prior enim Sponſa intrabat) ambo malum cydonium guſtabant, quod iterum lege cavit Solon, ut ſic indigitaretur dulcedo & gratia linguæ, quæ maximè Conjuges decet. Nequeſic tamen Conjugium conſummabatur, ſed manebat χάρις ἀπέρατος, ſi forte cornix graye cornicaretur: quod Val. Flaccus teſtatur, cùm ait,

Conjux miſeranda Cajro
Linqui-

Linquitur & primo domus imperfecta cubili.

Quod proin infaustum omen ut averteretur, pueri clamabant: Κάϱυ κακὸυ κάϱυ, idque in singulari, sic enim Cornix habebatur infausta. Cùm verò par cornicum apparebat, fausti ssimum habebatur, Σλαῦ ϑ' πολεῖσιν. In Cubiculo duo stabant lecti, Καλαμωτὸς, & Κλίνη παφϑένιος, dicti: neque priùs Marito se jungebat Sponsa, quàm ναμφικὸς λέκτϱ, *nuptiali lectus*, corpus laviffet. Cui interviebat aqua è fonte Callirrhoe olim, postea ex eo, qui Ἐνν ά κϱουν ϑ ϱ, quafi *novem fistulas habens*, vocabatur, petita, nisi utrumque ejusdem fontis nomen dicas, V. Pollacem *lib.* 3. *cap.* 3. Statius *Thebaid. lib.* 12.

Et quos Callirhoe nonis arcessitur undis
Implicat.

Hoc modo cùm ablata esset Sponsa, Mater ejus crinali seu vittâ arrepta, unique tædarum, (ipsi enim solebat ϑ ἀϱχιτϱ ., i. *faces* Nuptiales ex corylo, laricea spina alba confectas *ferre*) cir. umvolurâ illam comburebat, atque de novo filiæ ornabat crines. Hinc Jocasta apud Senecam *Thebaid.*

—— *Non te duxit inhalatmos parens*
Comitata primos, nec sua festas manu,
Ornavit aures, nec pudi latas faces
Vitta revinxit.

In thoro tandem collocabat, zona à Marito solvebatur, de qua re V. in voce Ζωνα, at & suprà, ubi de Romanorum egimus ritibus: præque thalami foribus pueri puellæque, quos *filios Nuptiarum* Evangelista vocat, Ἐνϑαλάμιοι seu Γαμήλιοι dicantur, aliquis quoque ex Sponsi amicis, ϑυμπὸς dictus, for sexpectabat, qui Mulieres in thalamum irrumpere volentes moraretur. Postridie *Nuptiarum* instaurabantur epulæ, donaque solemni pompâ, præeunte puero candidâ vestè amicto & tædam ferente, gestabantur: velles nempe, & omnifaria suppellex; tanto quidem olim cum luxu, ut Solon Legem ferre fuerit coactus: Ἴνα μὴ ἐλαὶ ϖ κτνὸν μικϱῷ κοιμήσαϑαι ἀξίαι, ἐπτὰ ϑ μόνοι ἱματίοις τὸν γαμβϱὸν τὸν ϕέϱυσι, *Tres tantùm vestes & vasa aliquot non magno constantia Sponsa ad Maritum deferto in domum.* Dicebantur autem Ἐνϑαλάμιοι, item Διακϱαβίται, & distinguebantur à Πϱοσωπόϱοις & Ἀκολούϑοις (cùm vestis ἀκολούϑιος dicta, Sponsò à Sponsa dari solita, unde quidam tres Παϱανύμφους dixerint, quos Ἀκολούϑους tu.)

tuis. In Italia cùm hodierni Judæi ad *Nuptias* aliquem invitant, solet hic respondere מזל טוב *Mazal tob*. quod quidam interpretantur in genere, *felicitera*: alii specialem hic intelligi benedictionem, libro rum præcretionis, autumant. Namque & connubialis annulus hæc verba inscripta habet, Munsterus *Genes. cap.* 30. & Hebræi Saturnum, cujus influentiam generationi aptissimam credunt, *Mazal* appellant. Sed vocem hanc ailum etiam quemcunque Planetam Stellamque denotare, patet ex Hebræorum veiverbio: *Non est sibi ulla herba inferius, sui non sit Mazal in Firmamento, & fecit, ipsum Mazal, & dicit, Cresce &c.* Idco illud *Mazal tob* idem vult, quod esse, ac *Stat felici statere*. Tempore porrò *Nuptiarum*, Sponsus Sponsæ porrigebat dotalitias tabulas, à Scribis exaratas, quas ipse solvebat, simulque dotabat illam, si virgo esset, 200. denariis seu 50. siclis, sin vidua, 100. denariis seu 25. siclis: quod dicebatur *Caput dotis*, quæ minor esse non poterat, poterat tamen esse major ad auri talentum usque, *V. supra in voce Dos*. Tabulis signatis Sponsalibusque consummatis Sponsa à Marito futuro tria sibi vindicabat, *alimentum, querimentum & concubitalium*, ex Exod *cap.* 21. *versu* 10. quòallucere videtur Apostolus 1. Cor. *cap.* 7. *vers.* 3. Primò autem vi ex eum Sponsa fe fisteret Sponso, caput obvelata erat peplo, in signum subjectionis, Genes. *cap.* 24. *versu* 65. unde Apostolus, hujus rei causa, *mulierem potestatem habere, in capite vult. propter Angelos*, 1. Cor. 11. *versu* 10. Ubi velum hoc, quod signum subjectionis erat, *potestatem* vocat, respiciendo ad vocem Hebr. רדיד *Radid*, i. *velamen mulieris* quæ à radice defcendit רדד *Radad*, i. *Imperium & auctoritatem habere*: Subjectionem illa fpecies erat potestatis ac protectionis à Marito in Sponsam derivandæ, cùm prius nullius dominii esset particeps. Unde in examine Zelotypiæ, Uxor tenebatur ftare בלא ריוח *sine Radid*, id eft, *sine ligneis*, quod Latini reddunt, *retecto capite* Numerorum *cap.* 5. *vers.* 18. ut indigitaretur, fiquidem rea deprehenfa esset, illam impostermum fore privatam omni dominio ac potestate, quam benefico Mariti antea habuerat, &c. V. Stuckium *de Conviv. l.* 2. c. 3. Talmud Bab. Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. lib.* 6. *cap.* 14. &c. De confuetudinibus apud alias Gentes ufitatis, V. infrà ubi & de quibusdam ritibus prolixiùs: necnon apud Autores *supra & passim laudatos*, ut & Barthium *Animad verfion. ad Statium*.

Nuptiæ, ſignanter in LL. Burgundionum *tit.* 14. & 34. & Saxonum *vet. tit.* 6. 9. 17. diebatur pretium, quo Uxores Maritis à Parentibus vel Tutoribus solebant emi. A' quibus mo rem, *tredecim nummorum numerativo*, Uxorem in Gallia emendi fluxille, vult Briſſonius *de Ritu Nuptial.* qua de re diximus paulo ſupra, in voce *Nuptiæ*. Vide quoque infra ubi de *Nuptiali munere*.

Nuptiale Epulum feu *Latitia epularis*, apud Hebræos, Deductionem ſequebatur. Epulum enim à Sponſo ſive calibe ante five viduo, five uxori etiamnum ſuperſtiti conjuncto, latè lautèque celebrandum erat, per dies à Deductione minimùm ſeptem, ubi Virgo cratSponſa (exemplo vetuſtiſſimo ſumto, tum ex Jacobi & Rahelis nuptiis, tum ex Samſonis) per tridium minimùm, ubi Vidua ſeu Viriata ducebatur. Atque hoc Epulum ejusque celebratio, שמחה תשואין *Latitia Nuptialis* dicebatur, qua de pluribus ſupra egimus, in voce *Latitia*. Apud Tobiam *cap.* 7. & 8. dies quatuordecim *Nuptialis* convivii habentur, qui quidem ex moribus receptis intra triduum coerciſi ſolebant. Nam Sara ibi vidua dicit: Sed ampliatur hoc quidem mimis non licet, non minuere, absque moris Majorum violatione. Primo autem convivii deductio fiebat in thalamum, unde abiolutæ undiquaque Nuptiæ. Sed tridium totum, ubi Sponſa erat vidua, atque ſuſpectum, ubi virgo erat, lætitiæ ſummâ lautitiaque, pro Sponſorum fortuna, etiam & ſingulari eorum dignitatis obſervantia, à convivis erat celebrandum, retento interea in officiolis compellationibus, etiam Sponſi & Sponſæ nomine, usque dum finitetur ejusmodi ſolennitas. Unde Rabi Eliazer in *Pirke cap.* 16. *Sponſa*, inquit, *eſt Regi comparanda: quemadmodum Rex foràs non egreditur incunitatus, ita nec Sponſus. Quemadmodum Rex veſtibus utitur ſplendidis, ita & Sponſus etiam per ſpatium Convivii nuptialis dies, Quemadmodum Rex ab univerſis celebratur, ita & Sponſus per id tempus Sponſus. Quemadmodum voltus Regius lucidus eſt, ut Sol ita Sponſi voltus, juxta id quod ſcriptum eſt* (Psalmo 19. *verſu* 5.) *Et ipſe tanquam Sponſus egrediens è thalamo ſuo &c.* Et de Sole dicitur, cui Sponſi è thalamo ſuo tum ſplendidis veſtibus, tum nuptialibus comitum officiis, iisque lætiſſimis, durante nuptialis celebritatis tempore ornati, progreſſus comparatur. Et ad hanc Deductionem ac ſolennem convivium ſpectat illud in Evangelio Matt. *cap.* 25. *verſ.* 10. de decem Virginibus: *Dum irent emere, venit Sponſus: & qua paratæ erant, intraverunt cum eo ad Nuptias & clauſa eſt janua*. Omnibus ſe, convivis futuris Sponſus & Sponſa, quæ jam deductæ in Nuptias, ſolicitè expectant erant, obſervandique. Id enim quod ibi *ad Nuptias* clauſum, ut in Græco *εἰς τὸν γάμους*, à Syro redditur לגירת חלולא *in domum Chori, lætitiæ* ſeu *Nuptiarum*, cui etiam alibi ſæpius, ut Jo. *cap.* 2. *verſ.* 8. & 3. Luc. *cap.* 12. *verſ.* 36. & *cap.* 14. *verſ.* 8. ut γάμος, ſeu *Nuptiæ*, משתותא. quod ipſum eſt Ebræorum משתה ſeu *Symposium nuptiale*, nuncupatur. Atque eam eſſe vocabuli ſignificationem, in Hiſtoria ſacra (de Nuptiis in Cana Galilææ) palàm liquet. Sed & tum 'convivarum, tum miniſtrorum etat, officia nuptialia Sponſi, durante illo five tridui, five ſeptidui tempore, præſtare, unde *ſocii. &c ἀνάκλιτοι & Νυμφίοι*, Syrus habet *mocsumim* ſeu *obvium Sponſo & Sponſæ*, prodire dicuntur. Eodem pertinet illud, *Nunquid* poſſunt *οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος* πενθεῖν ſeu *πενθοῦν*, *filii thalami nuptialis* ſugere ſeu *jejunare* (ubi *filii Nuptiarum* habet Vulgatus) *quandiu cum illis eſt Sponſus?* Atque ad ipſi ctur. *Veniem autem dies, cùm auferetur ab eis Sponſus & tunc jejunabunt*. Nec præmittendum eſt, morem hunc latiùs ac deductionis alibi item, quam apud Ebræos, pariterque in Oriente vicino, obtinuiſſe, ex Vett. liquere. Legitur enim 1. Maccab. *cap.* 9. *verſ.* 37. *Filios Jamri fuſtinere magnas nuptias duxiſſe Sponſam in Maadba, filiam unius de magnis Principibus Chanaan* (opp. ſeu urbem *Gabatha* vocat Joſephus ac Sponſæ patrem illuſtriven inter *Arabas*) *cum pompa magna — Et ecce tumultus & apparatus multus & Sponſus proceſſit, & amici eius & Fratres eius obviam illis cum tympani & Muſicis multis*, &c. Convivii porrò apparatum, miniſtros atque ordinem diſpenſabat Architriclinius, ſeu Triclinii Præpoſitus, Johann. 2. *verſu* 9. qui an neceſſario fuerit ex ordine Sacerdotali, ut Gaudentius ſpiſc. Brixianus *Tract.* 9. ſcribit, compertum non eſt, ut alia omittam. Tranſiit. ſe hunc morem ad Mahumedanos Africanos Leo prænom. Johannes refert *Deſcript. afric. lib.* 3. *cap. qui in Matrimon.* ubi, *Poſtilli in thoro Sponſi, ait, apparatur convivium & famina quædam pro ſimbus expectat, donec deviginiata Sponſa timeatum ſanguine tinctum illi porrigat, quod manu geſtans hoſtibus objicit, aliâ voce clamans, virginem hactenus incorruptam fuiſſe* &c. V. Joh. Seldenum *Uxor. Hebraic. lib. II. cap.* 11. & 13.

Nuptiale Poculum, inter Græcorum nuptiales ritus. Cùm enim apud hos duæ potiſſimum formulæ facræ habentur, altera Sponſalium ſacrorum, ſine celebritate Nuptiali, altera Nuptialium facrorum, poſterior hæc *Λειτουργία τῶ στεφανώματος* vocatur, *Ordo facer coronamenti*. Atque tum, cùm, qui deſponſati ſolenniter fuerant, cetiam coronari volunt, intrant in facrarum cum ecteis accenſis, præcunte Sacerdote cum thymiamate & Pial. 128. recitante adduntarque Pſalmi alii, plebis doxologia, preces *Συναπὴς* vocatæ à Diacono dictæ ad quas à Sacerdote, quibus à Numine petuntur, quæ felicitatem & vitam proſperam conjugum ſpectant. Et dein, inquit Sacerdos, *Σὺ ζεύξον ὦ ὁ τὸν ἀγαπήσαντα τὴν ἐκκλησίαν σου καὶ τὴν σὴν μίαν γενεὰν ἐπὶ τὸν ἀγαθὸν καὶ ἐπιθυμητὸν ζυγὸν τῆς ἀγάπης σου, καὶ ἐλέησον τοὺς ἀκολούθους σου, Conjunge ea in unanimitate, corona eos in carnem unam. Da ei fructum ventris & ut prole ſimantur ſarcendi*. Doxologia ſubjecta, *Μετὰ τῶν ἁγίων κοίμησον ὁ θεὸς τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου, ὅτι μόνος εἶ ἀθάνατος ὁ ποιήσας καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ὁ θεὸς ὁ δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδες καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαι, ὁ δὲ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐξόδου ἡμῶν ἐπίσκεψαι ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς σου, Simulcum Amen dicitur, Sacerdos coronat famum, coronat primò Sponſum, dicens; Coronatur his Servus Dei N. N. in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Isdem verbis poſtea Sponſam alloquitur atque his peractis ter utitur hujusmodi benedictione, *Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν δόξῃ τῇ δεξιᾷ σου στέφανον ὦ ὠνίσε, Domine Deus gloriâ & honore corona eos*. Legitur tunc, quæ de officio conjugali habentur, in Epiſt. ad Epheſ. *cap.* 5. *verſ.* 22. item illud Evangelii de nuptiis in Cana Galilææ. Et poſt preces alicuot alias περσφέρει ὁ κύριος ποτήριον ᾧ ἐκοινώνησαν αὐτῷ ὁ ἱερεὺς, *offertur* Commune Poculum, *quod benedicit Sacerdos*, ad hunc modum, *Καὶ ὁ ἱερεὺς, ὁ κύριος τοῦ ποτηρίου δίδε συναθῆναι αὐτοὺς γάμῳ κοινωνίαν ὑλοχύτου ἑνὸς τῆς πανοικησίας, Etiam & Poculum hoc Commune exhibentium eis, qui in communionem matrimonii conjunguntur, fibi mutuâ benedictæ benedictione*. Ter dein illud eis porrigit, primò Marito dein Uxori: ac prehendens eos quaſi in circulum circumagit pſallens, dum coronas tenent, ter go Parasympſi, quæ capitibus Sponſorum iterum non fine benedictione ſolenni apatan ur, usque dum poſt orationem unam atque alteram vitæ conjugali propriam conjuges dimittuntur. Apud Moſcos tamen, licèt in re Eccleſiaſtica fermè Græcis congeneres, *Poculum* hoc non adhibetur. Nimirum quærebat Hypatius Pocieji Moſcorum Archiepiſcopus à Petro Arcudio Corcyræo, quid hac cerimoniâ Græci velint. Arcudius autem *de Concord. Eccleſ. Occid. & Orient lib.* 7. *cap.* 32. *Paſſus tum me ignorare, nihil ſanè ſuſpicabar ipſum ſacraſſimæ communionis mentem tractaſſe. Cùm enim à prandii atque domi etiam permixti matrimonia contrahant, loco vitæ, actione pare minùs apto ad Euchariſtiam adminiſtrandam & percipiendam, ajebam inſtar communionis hanc ceremoniam fortaſſe introduſtam eſſe*. Quam conjecturam ut firmet, conſuluiſſe ſe ait Euchologium vetuſtiſſimum Patriarchale, quod aſſerveturin Monaſterio Crypæ Ferratæ, ubi legatur de Sponſis, qui ſecliet coronandi introducuntur, *Καὶ ἀδιάλυτος ὁ τῶν συνδεσμῶν*

σεως Χριστιανοι αλλιλων τας χειρας κ) ἴσιαζ) αὐτ) ἔ ἀγιων θυ-
σιων. Ἀπόκει) ὁ ὡ τὴν φακηλίζ) κατεσθιειν ἐχει αὐτοκρα-
τειαν κ) ἀνδρισμὸν ἐν τ) κεφαλ) ἐπὶ τ) ἀκρης αὐτ). Ex-
postquam venerint ante Sanctuarium, manus non amplius teneri
conjunctas, sed stant pro sacris victimis. Repositum est autem super di-
vinam mensam poculum habens Præsanctificata & coronæ duæ, item
Poculum vitreum vini plenum. Et paulò pòst, Καὶ κρατῶν ὁ πρ-
σβυτερ λεγει ὁ ἀσπασμὸς τ) ἁγιων ἐν κυριῳ αὐτ)ς. Accipiens presbyter dicit Salutatio Sanctis. Et eos participes facit communio-
nis. Finita dein oratione & ter exhibita ablutione (ita in Ru-
chelogio ilio) κατεβιβασεν ὁ πρεσβυτερ ἐπὶ τ) ἁγ) ἐπὶ τ) ἁγ). Reflexit presbyter alicui, seu, ut volunt nonnulli, frangit. Ubi, inquit, per Poculum, intelligit vitreum, non autem calicem, in quo erat communio præsanctificata. Adeò, ut trina ablutio etiam, id-
que ex vino, in poculo hoc vitreo, inter ritus nuptiales fit Christianorum, &c. V. Seldenum ubi suprà lib. 3. cap. 24.

Nuptiale Tempus, accurate semper observatum. Et quidem apud Hebræos, dote constituta, deducere Sponsam Sponso li-
cuit, ita tamen, ut tum temporis more ratio haberetur, tum dierum Deductioni ex more præstitutorum. Nempe minor in
potestate patris desponsata, nisi tam ipsa, quàm pater, assenti-
retur, deduci nequibat à Sponso ante duodecimum annum, seu antequam נערת ea *Juvencula* facta fuisset. Quam si postea rogaret Sponsus, ut libenter deduceretur, potuit ea per menses duodecim à die, quo rogavit is, putando, pro arbitratu suo, de-
ductioni ac nuptiis rite satis obsistere, idque ut interim se futuræ vitæ communi personarat aptaretque. Stidem rogaffet Spon-
sus, postquam è minore ætate Sponsa in puberta tem pervenit eu annorum duodecim & sex mensium ætatem excessisset, inte-
gumen ei erat non deduci per XII. itidem menses, ab ipso plenæ pubertatis die. Ubi ipso plenæ pubertatis die, aut postea intra annum ab eodem die Sponsalia inita erant XII. menses etiam à pubertatis die putandi. At verò, si annus à pubertatis plenæ die præterisset, ante Sponsalia, & demum deductionem postu-
lasset Sponsus, triginta duntaxat dies ab ipso, quo postulatum est, tempus erat more legitimæ, quâ Sponsa pro tuti potuit arbitrio. Quod itidem de Sponsis universis, quæ Virgines non erant, dicendum. Eadem ipsa ratio, juxta sententiam receptio-
rem, obtinuit de Sponsa, ubi rogaret Sponsa deductionem. Quòd si ultra tempora præstituta deductione ipse abstineret, ali-
menta inde ab eo Sponsæ erant præstanda, nisi aut eorum alteru-
ter morbo interea corripertur, aut deductionis dies in eorum a-
liquem, in quibus deducere fas non erat, incideret. Temporis autem XII. mensium seu Mœræ circuitum observant nonnulli ad illud de Samsonis Sponsalibus ac Nuptiis, Judic. cap. 14. vers. 7. *Descendens autem Isaacus in quo faminam, quæ placuit oculis e-
jus. Et reversus post aliquos dies, ut illam acciperet, declinavit ut vi-
deret cadaver leonis &c.* Ubi videtur, inquit, Levi Gersonides, *Permissis ea puellæ XII. menses quibus se ornaret.* Deductionem verò quod concernit, neque Virginem, neque Viduam, neque Vitiatam, rite deduci, ajunt Magistri pridie Sabbathi aut postri-
die, nedum ipso Sabbato aut die alio festo. Quin nec intermediis sive Paschatis sive Scenopegiæ diebus, quos *Virginum parentes festi-
nunc quantèle*, diebus quinque, qui inter Pascha & sequentem fe-
stum primum, & sex, qui inter Scenopegiam & octavum habentur. Non Sabbato, ob dici reverentiam & ne ex apparatu epulari, qui Deductionem ex more præcederet, sive initio Sabbati sive fine proximante, forte violaretur festum. Non intermediis Pa-
schatis ac Scenopegiæ diebus, tametsi velut profesti, non facti haberentur, ne lætitia lætitiæ commiseretur. Virginis autem de-
ductioni feria quarta seu Mercurii assignatur, sub Templo fecun-
do præstituta est, ratione ab affluctis Foro Sessionum diebus sumtâ. Viduæ verò ac Vitiatæ deductioni quinta seu Jovis ma-
ximè idonea habita est: Quæ omnia in conilio potiùs, quàm instituto erant. Interim nec Vidua, nec Repudiata rite ducen-
da erat ante XC. dies seu tempus trimestre, sive à Maritiorte, sive à libelli divortii scriptione elapsum, ut interea certum fieret, an gravida fuerit nec ne, atque an è priore an è posteriore marti-
to. Nova item Libertina ac Proselyta nova tot etiam mensibus ab Israelitarum nuptiis arcebantur, ut scilicet distingueretur, in-
ter prolem concepram in *sanctitate*, & eam, quæ concipertur ex-
tra *sanctitatem*, seu antequam facta esset Libertina seu Prose-
lyta. Quin & ob eandem rationem, ubi Proselyti uxor fie-
ret Proselyta, à marito per tantum tempus separanda e-
rat, &c. Deductionem autem primo Epulì Nuptialis die factam esse, diximus suprà. Ab Hebræis ad Paganos ut transeam, religio illis fuit nubere tam mentibus aliquot integris, quàm fe-
stis diebus & quibusdam cujusdam mensis, aliisque aliquot to-
lùm mensibus, ut pro inauspicatis habitis: De Martio & Majo mensibus, Porphyrio in Horatium *lib. 2. Epist. 2.* Romulum ait Lemuria, id est, Remo parentalia, institutisse, *quæ mense Majo per tridium celebrari solent, ante additum anno mensem Februarium; ob quamrem Majo menseretligio sfinubere, & item Martio, ita quòde nuptiis habito certamine à Minerva Mars victus est, & obtenta vir-
giniate Minerva Nerine appellata.* Ovidius tamen non per totum mensem Majum, sed per Lemuralium tantum triduum, (id est, IX. X. & XI. diem) nuptias inauspicatas esse, velle vi-
detur, *Fastor. 5.*

Nec viduæ tædas, eadem nec Virginis aptas
Tempora: quæ nupsit, non diuturna fuit.

At Plutarchus *Probl. Rom. 86. disserit: Uxores non ducunt Majo, usque in Junium non differentes.* Quod ad Martium, Ancilium in illo festo, inter dictæ itidem apud Romanos Nuptiæ fuere: nec enim per Martium integrum nuptias non contrahi licuille, fed diebus tantùm, *quibus Ancilia in Templo Martis* nondum *condita* feu repolita erant, ait Alex. Neapolitanus *Genial. Dier. lib. 2. cap. 5.* fed, ut Majum totum Lemuria, fic Martium Anci-
lium hoc festum, nuptiis nequaquam idoneum reddidille, cre-
debant alii, ut idem Porphyrio Scilicet nec adeò solennis armo-
rum celebritatis, nec Lemurum sacrificiorum tempora, molliо-
res conjugii ritus bene admittere, nec quidem ita vicinos ut eo-
dem haberentur mense. Feriatis autem feu festis di bus nubere ut-
am nefas habitum, Virginibus scilicet, non Viduis: nam *festis vim culpam fieri placulare*, Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap. 15.* Hinc etiam cujusibet mensis Kalendis & Idibus, Nuptiæ veti-
tæ, ex vet. Jure Pontificio, quia dies illi festi. Pariter etiam Nonarum jus, fed alia ex ratione, quoniam postridianus dies ater habitus, quo itidem Nuptias contrahere non licebat: imò nec solemnem immolationem pro more facere, fi pridie contra-
ctæ fuissent. Porro Macrobio ac Festo quartus quoque Ka-
lend. Non. & Iduum fingularum ater ad eoque actibus solenni-
bus, ex Pontificum decreto, interdictus habitus, voce *Nonarum*. Adde dies, quibus patere Mundus dicebatur, nempe ter-
tridie Volcanalium, Volcanalia ipsa (XI. Kal. Sept.) & dies lex-
tum mensis Novembris; quoniam scilicet tunc Deorum triftium atque inferorum quasi janua patere credebatur, nec aliquid om-
nino tunc administrabatur, nisi quod ultima admoneret ne-
ceslitas, V. Macrobium *Saturnal. lib. 1. cap. 16.* Apud Per-
fas, moris fuisse Nuptias celebrare, κατὰ τὰς ὥρας τ) ἐτους ὑμεναίους, *sub limitum æquinoctii verni*, Strabo refert *lib. 15.* In-
terim non ait, reliquo anni tempore non licuille, ut recentio-
rum aliqui, V. Alexand. Neapolitanum *Genial. Dier. lib. 2. cap. 5.&* Jof. Scaligerum *Emend. Temp. lib. 3.* pag. 396. *D.* Erat autem illis veris initio, uti hodieque eft, Feftum celebre, mum, *Νεάτευς*, id eft, *Novus dies*, quem ut Anni initium, temporum-
que civilium Epocham ftatuunt, epulisque & pompâ profe-
quuntur. Chriftianos quod attinet, in Synodo Laodicena, fub A. C. 320. feu ut alii quadragintæ poft habita, veratur in Quadragefima *γάμους κ) γενέθλια celebrari, Nuptias aut Natalitia celebrare.* Tantundem occurrit in Nicolai Papæ refponsis ad Bulgaros. Tribuitur autem Concilio Ilerdenfi, fub A. C. 524. celebrato Canon, quo prohibentur Nuptiæ à *Septuagesima, usque in octavas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Johannis Baptiſtæ & ab adventu Domini usque post Epipha-
niam.* Et adjicitur, *quod si factum fuerit, separentur.* Dominicis i-
rem diebus, prohibentur Nuptiæ, in Synodo Aquisgranenfi fub Ludovico I. Imp. habitâ A. C. 836. Jejuniis porro celebrio-
ribus feftifque non ita pauca, eorumque vigiliis ex dem inter-
dicte funt, Synodo Salegunftadii convocata, fub Henr. II. Aug. Confuetudo Romanæ Ecclefiæ olim fuit, à tri Septuagefima u-
que in feptimum quidem poft Pentecoften diem celebritas nu-
ptialis non permitteretur, trium quasdivinus hebdomadum ante Feftum S. Johannis ratione habitâ, alia nulla, qua de re V. Epi-
ftolam Clementis III. circa A. C. 1180. *Extravag. tit. de Feriis cap. 4. Capellanus.* Thomas Aquinas *in Lombard. Sent. 4. Diſt. 32. quæſt. unic. artic. 4.* tribus tem poribus Nuptias non celebrari tra-
dit. *Quorum primum eſt ab Adventu usque ad Epiphaniam, propter Communionem in Nativitate; Secundum, a Septuagesima usque ad octavam Paſchæ, propter communionem Paſchalem. Tertium, à tribus diebus ante Aſcenſionem* (feu à Dominica Rogationum) *usque ad octavam Penteccſtes. His enim temporibus tribus, ſecundùm antiquos Canones, tenebantur communi are fideles.* Sed idem ipfum ferme, quod Patres illeidenfes, ftatuit Synodus Lingonen-
fis, fub A. C. 1404. uti & Senonenfis, Carnotenfis, Parifienfis, præter Lingonenſem aliam. Donec Synodus Tridentina, an-
tiquorum folemnium Nuptiarum prohibitionum nomine, binâ tan-
tùm tempotis ſpatia retineri heic voluit ab Adventu usque ad Epiphaniam, & à Feria quarta Cinerum, usque ad octavam Paſchæ inclusive. *In aliis temporibus Nuptiæ ſolemniter celebrari permittens*, Seſſ. XXIV. *de Reform. Matrim. cap. 10.* Quod itidem à Synodo Meldunenſi, A. C. 1580. in Gallorum mores poftea eft receptum & in Ritualibus Pontificiis obiter adnotari ſolitum. Matrimo-
nium autem ipfum, fine ſolemnibus ſacris, deductione, convivio nuptialibus, omnino more rite contracti poſſe interim permit-
tur, idque coram Parocho & teſtibus. Quod ipſum à Concilio Gallicanis, velut Aquenſi, Rothomagenſi, Bituricenſi, Turonen-
ſi, Burdigalenſi, pariter ſtatutum eſt, circa eundem annum. In *Exceptionibus* autem Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis, no-
cte Dominicâ, quartâ ac ſextâ feriâ, atque Quadragefimâ, Nuptiæ non fine poena celebrare: Sed in vetuſtiſſimo Con-
cilio Anglo-Saxonico, ſub A. C. 1010. Æthnamæ habito tempo-

tempora hæc sunt ab Adventu usque in octavam Epiphaniæ & à Septuagesima ad diem post Pentecosten decimum quintum. Rituales verò libri Angl. vet. *Sciendum est, quòd licèt omni tempore possint convahi Sponsalia & etiam Matrimonium, quod sit privatim sine consensu, tamen Traditio uxorum & Nuptialis solennitas certis temporibus fieri prohibentur, viz. ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ, & à Septuagesima usque ad octavas Paschæ, & à Dominica ante Ascensionem Domini, usque ad octavas Pentecostes. Inoctavatamen die Epiphaniæ licitè possunt Nuptiæ celebrari non tamen in octavis Paschæ. Similiter in Dominica proximè post festum Pentecostes licitè celebrantur Nuptiæ, quia dies Pentecostes octavum diem non habet.* Sic item diserte Guil. Linwodus, aliique, tametsi non deliciter eos controverti, de ipsa Dominica Trinitatis, seu ea, quæ Pentecosten proximè sequitur. Verum aliter atque aliter tempora hæc observata, idque pro seculorum, locorum, opinionum discrimine, ex dictis liquet. Et sanè in Manuali veteri, apud Anglos, secundùm usum Eboracensem, negatur libertas matrimonii celebrandi, in Dominica Trinitatis. Sed mos ille ex Rituali Anglicano modò obsensus, etiam post exutam Romani Pontificii hic potestatem, in hac usque tempora ita duravit, ut dirum spiritu præfatis nemo impune Nuptias celebrare possit, citra tutelam Episcopi. Etiam in Reformatis aliis quibusdam Ecclesiis, ubi plane Canonum illorum vis evanuit, statutur, ut diebus, quibus celebratur coena Dominica, solennitate Nuptialis abstineatur. Temporibus autem jam dictis Nuptias interdictas esse palam liquet, easdem terre ob causas, ob quas olim apud Hebræos &c. V. Seldenum *Uxor. Ebr. Lib. II. c.* 8. 11. 22. & 30.

Nupiales Velum, V. *Velum Nuptiale* infrà.

Nuptiales Mores ritusque præcipuè apud Ebræos, Paganos & Christianos, solennes sunt contrahendi nubendique *Formulæ, Arrarum* item *ac præsiti* Nuptialis, *Annuli*, ac *Coronarum* usus, *Benedictiones & Sacra* Nuptialia, *Tempora* denique, quibus celebritas Nuptialis vetita. Et quidem de Temporibus modò actum, de Annulo, Arra, Benedictionibus, Coronis ac Sacris Nuptialibus, infrà prolixè, restat ut de Formulis nic agamus, de reliquis tamen etiam quædam, ubi res poscit, sparsim interseruri. *Formulam* nuben ti apud Hebræos infrà dicendis passim reperies. Apud eosdem, in ritibus Nuptialibus Coronæ, Myrtus ac Palmarum rami præferebantur, & Frumentum sive ferebatur sive spargebatur; Velaminibus item Sponsi obtegebantur, sed & de his suo loco. Nascente Christianismo, ut vel ipse Judaismus erat Reformatus, non est dubitandum, quin mores ritusque Ebraici, circa Sponsalia quoque & Nuptias, retenti fuerint ac planè obtinuerint, idque per annos 30. amplius, post Aicensionem Domini Nostri, qua de re Seldenus de *Anno Civili Judæorum c.* 21. Post quam autem Gentibus Evangelium, quàm à Judæis Christianismo receptus est, & utrorumq; mores, ut ipsi, in vicem sunt commissi, partim mores ritusque Judaici, partim Paganici, quotquot fe, cultui Christiano non omnino refragarentur, ut in aliis, ita in re Matrimoniali, variè sunt admissi. Jure Romano fere passim tum ucebantur Gentes, in quibus Christiani reperti; saltem non aso, quàm quod Romanis victoribus placuit. Et quidem Confarreationis, quod Cænibus fuerat *Romanis* Nuptiarum genus, solennia prisca in deductudinem abierant etiam inter Paganos, ut dictum supra & tandem evanuere, Coëmtionis item ritus non ita observati, quin aliter atque aliter se habuerint. E' quibus Christiani vett. omnino Confarreationem, quâ faltem ex ipsis Paganorum sacris constabat, rejecere: Coëmtionem eousque admisere, quòd coris donationisque propter Nuptias interventu simplicitori peragi posser. Quin & palam satis est, Christianos Sponsalia ac Nuptias Paganorum, qui poste CHRISTO nomen dederant, proratione habuisse, nec omnino iterasse. Usu autem habuisse uxo em simplicisquod tertium erat apud Romanos nuptiarum genus, nec tabulis donatibus nec Nuptiarum aliquâ solennitate adhibitâ, nihil aliud ceniebatur, quàm Concubinam, i.e. hic justam satis, licet non rite conjunctam thori consortem habere, qua de re Seldenus *de Jur. Nat. & Gent. l.* 5. *c.* 7. & 17. Solennitates verò Sponsalium ac Nuptiarum contrahendarum formulæ, in celebritate sacra maxime cernuntur, habentur q. apud *Orientales* Christianos aliæ, aliæ apud *Occidentales*, Orientis dico maximè Græcos, quibus *Orientalis Ecclesiæ* nomen tribui soletin quorum *Euchologio fol.* 66. binæ habentur potissimùm huc spectantes, altera *Sponsalium sacrorum*, sine celebritate Nuptiali, altera hujus Celebritatis quarum prior dicitur Ἀκολουθία γινομένη ἐπὶ μνηστοῖς ἤγουν τοῖς ἁρραβωνισθεῖσι, *Ordo Sacer, qui adhibendus in Sponsalibus seu arrarum Sponsalitiarum*, V. infrà ubi de *Sponsalibus*. Posterior, Ἀκολουθία τῶν στεφάνων, *Ordo sacer Coronamenti*, de qua plerasque jam præliba vimus, in voce *Nuptiale Pocalum*, V. infrà, quæ infrà, in *Nuptiales coronæ*. Sed & Ordo de Digamis Trigamisque in *Euchologio* adjicitur, qui haud admodum alius est, si rem ipectes, ante triennium tamen elapsum sacrorum mysteriorum participes illis non sunt: Tetragamorum autem nuptiæ prò nullis apud eos habitæ. Apud eosdem itaque Coronarum usus, sed & Annulorum Nuptialium, uti apud Ebræos. In Moscorum gente, Græcorum rituum in plurimis tenaces, Sponsalibus per amicos plerumque perfectis, in Nuptialibus ritibus habetur, ut simul acta Sacerdote traditur juxta Altare Sponsa in Sponsi manum, nec sine Annuli usu, hæc ad illius preces se profternat, alludens caput sunni ad ejus calceum, is in signum subjectionis uxoriæ & obedientiæ, cùm viciffim Sponsus vestimenti sui laxioris, velut togæ seu talaris, lacinium in eam conjicit, ut prorsgendi sustinendique uxoris officium suum denotet. Propinquis dein Sponsi, qui adstant, Sponsæ, ut & Sponsæ Sponsi se incurvan ibus, Sponsæ pater Sacerdoti panem offert, quem statim ei reddit Sacer dos, & propinquis illis, patrem coram Deo & Sanctis atrestando, ut juxta pacta conventa dotem præstet, reliquos vero simul, ut mutuum inde colant omnes invicem amorem: Qui panem tum interse frangentes id se præstituros hoc ritu innuunt. Alii sequuntur minoris notæ ritus, non ita dissimiles eis, qui vulgò apud Anglos in usu. Coronas autem adhiberi apud eos non ait G. Fleshius *cap.* 24. è quo hæc desumta, addit tamen, tempore toro Nuptiali Sponsum vocitari *Adoladay Kuez*, id est, *Ducem novitium*, Sponsamque *Adoladay Kuetza* seu *Ducem novitiam*. V. Sigismundum Eberst. *Rerum Moscovit. cap. de Matrim.* Sed & Peculi communis usus, apud Moscos, deesse videtur, uti suprà dictum. Æthiopes seu Abassini similiter, symbolis tibi peculiaribus, sed quæ, ut contractûs mutui signa, vicem eorum, quæ Hebræis aliisque in usu, satis supplent, in Nuptiali celebratione utuntur. Lectulo sc. ante Ecclesiæ oftium collocato sedent Sponsus Sponsa que, cùm prodit Sacerdos Clericis binis comitatus. Is finistrâ crucem, dextrâ thuribulum tenens, & ternum ter fuffumigat, dum Clerici pfallunt. Dein capilli partem aliquantam Sponsi abscindit, uti & Sponsæ, ac utramque in vino mellito tingit, unde Sponsi capillum fumtum in caput ponit Sponsæ, ut & hujusin illius caput, loco sc. unde abscissus est. Tunc aquâ adhibitâ benedictâ manus im ponit utriusq; capiti, monens, ut id fervent, quod præcepit Deus in Evangelio, nec post hæc invicem discedant, sed, ut una caro, cohabitent. Eucharistiâ tandem habitâ donum deducitur Sponsæ. In *Occidentem* ut transeam, ritus Matrimoniales Ecclesiæ hujus, prisci recentioriusque ævi summatim quidem designantur aliqui, in illo Nicolai I. Pontif sub A. C. 860. ad Bulgaros responso: *Apud Vosstrates, post Sponsalitia, fabdera quæ quoconsensu eorum, qui hæc contrahunt, & horum, in quorum potestate sunt, celebrantur. Et postquam arris &c. ambo ad Nuptialia sacra perducuntur & primùm in Ecclesiam Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo, per sacerdotis manum, statuentur, sicque demum* BENEDICTIONEM & VELAMEN *valebit sibi sumpsisse, ad exemplum viz. quo Dominus primos homines in paradiso collocans benedixit—verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas Nuptias migrat. Post hæc astè de Ecclesia egressi* CORONAS *in capitibus gestant, quæ semper in Ecclesia sposa filiæ suæ reservari. Et ita festis nuptialibus celebratis, ad ducendam individuam vitam, Domino disponente, ex eatero diriguntur.* Ubi vides, & Annulum usu parum & Coronas, sed & in eadem Ecclesia Confarreationis aliqua ac Coëmtionis vestigia superfuisse usque ad nostra tempora, diximus suprà in voce *Nuptiæ*. Formulas quod attinet Nuptias celebrandi ac benedicendi, in Occidente Christiano habetur in *Ordine* Rom. veteri ritulus, *Ordo ad benedicendam Sponsam*, cui statim subditur: *Postquam fuerit mulier Viro desponsata & legaliter dotata, introcat cum Marito Ecclesiam & prosteratur ei dicat; Propitiare Domine supplicationibus nostris & instinctus tuæ, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, ut, quod te Auctore conjungitur, te auxiliante fer vetur. Per &c.* Sequuntur aliæ Benedictiones sacræ, Epistolæ etiam Paulinæ pari illa, *Nescisis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi &c.* Et Evangelii pars illa, de parabola qua affimulatur Regnum cœlorum Regi, qui fecit nuptias filio Suo, Matth. *cap.* 22. *versu* 2. Dein,

Secreta;

Suscipe Domine pro sacra connubii Lege munus oblatum, & cujus largitor es operis, effu dispositor. Per &c.

In Fractione.

Hanc igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerum pro famula tua illa, quam perducere dignatuus ad statum mensura & ad diem Nuptiarum, pro qua Majestati tuæ fundimus supplices preces, ut eam propitius cum viro suo copulare digneris, quæsumus Domine, ut placeas. &c.

Post Communionem.

Gratiæ tuæ, quæsumus Domine, famulo tuo & famulæ tuæ legaliter copulatis tribue largitatem, ut mandata tua te miserante fectantur, consolationem præsentis vitæ percipiant, & futuræ, Per &c.

Quin & post Benedictionem, per vitæ candidæ permistim & purpureæ *unum invicem vinculum* (nodum amatorium, Angl. *a true lovers Knot*) copulantur, inquit Isidorus de *Eccles. Miss. lib.* 2. *cap.* 19. videlicet, *ne compagem conjugalis unitatis disrumpant.* Et quafia in præcedi, diximus, sed pro locorum discrimine aliter alteri, adhibita fuit in Nuptiis Occidentis, rameti in Ordine illo veteri neutiquam memoretur. In Rituali autem Romano, trinâ antè diebus singulis, qui præcedunt, festis denuntiatione, ut de impedimento si quod ab aliquo dignoscatur liqueat,

Parochus veste sacrâ in Ecclesia indutus, *Librum & res aque Benedictæ, cum assistentio deferent, coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, quos Parentum vel propinquorum præsentia abonestari decet, de consensu in matrimonium interroges utrumque si gillatim in hunc modum, vulgari sermone N. vis accipere N. hic præsentem —Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, jubebates invicem jungere dexteras, dicens, Ego conjungo vos in matrimonium, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen. —Postea eos assergat aqua benedictâ. Mox benedictas Annulum —dein hunc assergat aqua benedictâ, in modum crucis & Sponsus accipiens annulum de manu Sacerdotis imponit in digito annulari sinistræ manus Sponsæ, Sacerdote dicente, In nomine Patris, & Filii & Spiritus S. Amen. Mox subjungat, Verè. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Resp. *A Templo sanctо tuo* &c. —*His expletis*, Si BENEDICENDÆ SINT NUPTIÆ, *Parochus Missam pro Sponso & Sponsa, ut in Missali Rom. celebret, servatis omnibus, quæ ibi prascribuntur*, &c. Ita Rituale Romanum, quod hodie olimque in usu. In Missali autem hâc de re nihil satis dicta, cujus initium: *Deus ipsasti conjungas &c & ipse sis vobiscum, qui misertus es duobus, unicis, & nunc Domine fac eos plenius benedicere Te*: &c. Sequitur Psalmus 128. aliaque ex Ephel. *cap.* 5. & Matth. *cap.* 19. Nuptiis propria, præter Communionem, atque de invicem fide servanda commonitionem: *Postea eos assergat aqua Benedictâ, & dicto, Placeat tibi sancta Trinitas* &c. BENEDICTIONEM, *& legat, si solium est, Evangelium Sanctâ Joannis, In principio erat Verbum* &c. Quod autem occurrit hic, *si Benedicenda sint plura Nuptia*, explicatur alibi. Atque hæc obtinent passim nunc, ubi Tridentina Synodus & jussa Pontificia recipiuntur. Etiam, ubi non ita illa apud Pontificios recepta, nec tamen omnino rejecta, non adeò dissimiles habentur ritus, De Galliis V. Laur. Bochellum *Decret. Eccl. Gallic. lib.* 3. *tit.* 8. & c. de Septentrionalibus gentibus, Olaum Magnum *lib.* 14. *cap.* 8. 9. 10. Cæterùm in Archiepiscopali Bononiensi, à Gabr. Palæotto Cardin. atque Archiepisc. Bonon. edito, post Annulum benedictum, *singile Parochus Sponsorum colla candido aliquo velo, ad instar flolæ lacsommodato & eos matrimonio jungit dicens, N. placeine* &c. Et consensu impetrato, Ego, pergit, *N. Parochus hujus Ecclesiæ, vos N. & N. in matrimonio jungo, in nomine* &c. Atque mox Annulum aqua benedictâ aspersum, *Sponsi consignat, qui eum accipiens flatim* in dextræ manus Annulari, h. e. quarto digito Sponsæ illum ponit, dicens, *In nomine* &c. Alibi verò plerunque obtinet, ut finitæ impositionis tutur. In Diœcesi Leodiensi, Pastor in Ecclesia (in quam aquâ benedictâ conspersi Sponsi admittuntur) *Sponsum ad sinistrum pulsum latus, Sponsam ad dextrum constituit; dein annulum sibi dari à Sponsi petit, simul rubeas chirotheeas, quibus infini tres nummulis argentei, loco arræ Sponsi tandæ. Annulum digito suo imponis Sacerdos & chirotheeas manu servat tamsiper, donec eas manui Sponsæ imponis.* Dein de instantibus Nuptiis verba primò facien, Sponsum Sponsamque de mutuo eorum consensu interrogat (adde & Parentum ac propinquorum) quo facto, solemne Matrimonii dignitate, usu, fine, multiplici benedictione, eos alloquitur. *Annulum hinc benedicit—post conversus ad Sponsum & Sponsam accipit dexteram Sponsi & illi Chirotheeas rubeas (cum nummulis præditis) imponit. Deinde manum dextram Sponsæ dextræ Sponsi implicat & sic implicatas utriusque dextras flolâ collo dependente circumligat*, verba de mutua Sponsorum promissione interim faciendo. Tunc Sponsus alti voce Sacerdoten de verbo in verbum infequendo, fanctè jurat fidem Sponsæ, hæcque illi vicissim, quo facto *utriusque dextram dissolvit Sacerdos, reliftis chirotheeis in dextera Sponsæ & annulum ex fua digito extrahens Sponsi tradit, tribus primis digitis manûs dextræ accipiendum, & Sponsi dexteram annulum ferentem sic dirigit, ut annulum in tres Sponsæ digitos imponat*, iterum certa verborum formulâ usus. —*Dein Sponsum cum Sponsa ad gradum altaris procumbere jubet illicque benedicit.* Tunc Orationes binæ, quibus Angeli Tobiæ, Christi & Ecclesiæ nuptiarum fœderis, Rachelis, Rebeccæ mentio. *Dein flolæ collo dependentis extremitates duas super eapat Sponsi & Sponsæ ponit & dicit —aspergit* postea *Sponsum & Sponsam aquâ benedictâ & illum primò, deinde hanc altare reverenter osculari facit, & sic donum in pace remittit: Ex Parochiali* Ernesti Archiep. Elect. Colon. & Epise. Leod. apud Seldenum. Alia autem atque alia sunt verba Sponsalitia Rituspue, pro Regionum Christianarum varietate. Etiam in *Sacerdotali* Venetiis impresso A. C. 1576. diversa sunt non pauca ab eis, quæ in *Rituali* Romano habentur. Ibi tam anræ, quàm annulus, & non solùm hic, fed & illæ benedicitæ. Velum unicum induitur Sponsorum fpatulis, ad altare procumbentium. Et post Missam celebratam, *Sacerdos, ubi consuevit, benedicit panem & vinum, dicens Verf. Adjutorium nostrum* &c. *Deinde in Altari frangat panem & det unum partem Sponsæ & alteram Sponsæ. Et sic etiam de Vino. Et postea aspergantur aquâ benedictâ.* Impositis dein in eorii capita manibus, preces, fundit ac benedictiones, ac principium Evangelii dicit S. Johannis, *quo dicto auferi velum ab eis & dicit, Annulus ite in pace.* In Anglia, cujus formulas ritusque veteres ac recentiores fusè exequitur Seldenus *Uxor. Ebraic. lib.* 2. *cap.* 27. etiam benedictiones singulares cubiculi Sponsitalibus ac lecti, ipsorumque in lecto Sponsorum, nocte sequente, peragebantur. Ibidem ut in arris doteque manifesta funt Coëmtionis veteris vestigia, ita inlibis domi Nuptialibus, frumenti in Sponsi spartione, poculo Sponsalitio (quæ passim ferme apud Anglos fuere in usu) non obscuræ sunt priæ Confarreationis aliorumque, apud Judæos Paganosque receptorum rituum, reliquiæ. Etiam & corona Sponsæ olim crebrò ac Paranymphi, ut hodieque, apud eos adhibiti. De fuo ævo Polyd. Virgilius *de Invent. Rer. lib.* 2. *cap.* 4. *In Anglia servatur, ut duo Pueri, velut Paranymphi, id est, auspices, qui olim pro nuptiis celebrandis ante publica capitolia, nunbentem ad Templum, ubi & marito Sacerdos benedicat, & inde domum duo viri deducant & tertius, loco facis, nasalum aureum vel argenteum præferat. Spicea item coronâ (interdum florea) Sponsa vedimita capat, præferrim vari ducitur, vel manu gerit ipsam coronam ,seu dum ingreditur domum , boni omitis causâ super ejus caput jaciatur triticum , quasi inde consecutura sit fœcunditas.* Floruit autem is sub Henrico VIII. In Scotia autem, Geneventi, Hollandicâ, Scotica, aliisque aliquot Reformatis Provinciis, Anna, lus, Poculum, Panis, Symbola alia non raro, velut non necessaria, prætermittuntur: Præter Patentum consensum, brevisucula de origine ac statu Matrimonii commonitio, preces aliquot, contractus ipse, verbis conceptis utrinque in Ecclesia Presbytero præeunte, Sponsalitius adhibetur ac Novi Testamenti pars aliqua Nuptiis accommodata Psalmusque 128. idve genus alii pronuntiatique precibus peractis, super pabulca, Virum & Mulierem ex hujusmodi contractu fieri, ac Sponsum Sponsamque Matrimonium & Uxorem. Sed & apud Mahumedanos (quorum ritus ex Ebræorum, Paganorum, Christianorum sumti) Coëmtionis Sponsalitiæ usum vigere, discimus ex Anton. Geufræo *Aul. Turcic. lib.* 2. ubi sic de Turcis: *Mulieres ipsis dotem non adferunt, sed Patri ac Matri pecunias donant, ut filias ipsis eloceat, magnaque festivitate Nuptias celebrant.* Quod & Alcoranoconstat. Mahumedanorum verò Africanorum Nuptiæ sic à Joh. Leone Africano deferibuntur, *Descr. Afr. lib.* 3. *cap. qui in Mauris.* Ubi *Pater filiam cuidam desponsis prece, mox in Templum itur; Sponsum & Sponsam comitantur Parentes & Consanguinei, duo item accurrentur Notarii, qui præscribus omnibus pactâ dotem, præscribunt. Qui medicis fortunæ sunt, filiæ triginta aureos in dotem enumerans, cui ancillam quindecim aureis emtam adjungunt, præterea & velum verfecloreм. Scito interlocutum, cum aliis quibusdam pactionibus ei verbo conscilio, quos in capite papti loco esse fere solent. Deinde & per calcorum arrisicios atque elegantiæ conjuratum, duo item fœcunda paria elegantissima, multas quoque elendas argenteas, aut ex alia quavis materia fabrefactas, ut sunt pectines, vemilabra, fusimentaria aliaque ejusmodi, quæ mulieres maxime habent in pretio.* Deductio dein fequitur domum, nec sine facibus & Sponsa matri Sponsi traditur. *Quam primùm verò Sponsa cubiculum ingreditur, maritus pede suo uxoris pedem tangit, flatimque ambo recubuntur.* Epulæ hinc Nuptiales, aliaque pro Sponsorum conditione solennia varia. De Mosiscis Jac. Bicchi in *Defens. fidei cap.* 14. *Ind. 87. Quamvis in sacra Ecclesia matrimonium contrahant, non reputant verum esse matrimonium, donec expletis cunctis scitæ cerimoniis, domum propriam ure conducant, aut aliàs ambo simul habitent*, &c. V. Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic. lib.* 2. *capp. inprimis*, 24. 25. 26.

Nuptiales Tabulæ, V. infra *Sponsalitiæ Tabulæ.*

Nuptialis Sacra, id est, Sacra Nuptiali celebritati propria, tum apud Græcos, tum apud Latinos paganos aliosque in solemni fere semper usu, ut Benedictio sacra, de qua infrà, apud Hebræos olim & Christianos hodieque. Imò tertium illud Nuptiarum, apud Romanos, genus, *Confarreatio* dictum, ex ipsis sacris constabat. Peragebatur enim per solos Pontifices, & farte conveniebatur in manum, certis verbis & testibus decem præsentibus, ac solenni sacrificio sacrificio, in quo panis quoq; farreus adhibebatur. Accedebat apax & ingis atq; acrificio huic Nuptiali seu ipsis per se Nuptiis sacris, præerant Pontifex Max. & Flamen Dialis, cujus, & Flaminicæ, nuptæ hoc ritu ut fierent, erant necesse: nec nisi Patentibus cum farreatis nati Flamines rite fiebant. Unde Plinius *Hisior. Nat. l.* 18. *cap.* 3. *In Sacris nihil religiosius Confarreationis vinculo erat.* Imò *Sacrorum* impliciter nomine hinc Nuptiæ hæ veniunt, apud Ciceron. *pro Murænа*: & Tacitus, *ob ceremonia difficultates*, in desuetudinem abiisse, ait *Annal. lib.* 4. A' quo tempore Coëmtione & Usu annuo apud Paganos Romani Imp. plerunque acquisitæ Uxores sunt: ita tamen ut Coëmtioni solennitas adhiberentur etiam sacra, quæ ex auspiciis, augurüs, immolationibus, polationibus, constabant. Hinc *Sacra Nuptialia, Sanctissimonia Nuptiarum & Sacramenta Nuptialia*, dicta, quæ sic firmabantur. Insigne hanc in rem Euclionis, apud Plautum *Aulul. Act.* 2. exemplum est, qui postquam Megadoro filiam desponditset, Nuptiasque invitatiffet, cum Sacris Nuptialibus celebrandas, omniaque in macello cara nimis comperisset, Sacra omnia, quæ ampliora lautioraque in Nuptiis fieri solebant, *in Tuguslum & Coronas floreas* contraxit addens,

Hæc imponentur in fuco nostro Lari,
Ut fortunatas filiæ faciat Nuptias.

Atque huc pariter spectat illud Varronis, apud Nonium, *Viris Nuptiis*, al. legunt, *Virî Nuptiis sacrificabuntur in cubiculo Virginæ.*

Sed

Sed & hinc facrum Thoro Nuptiali prisci voluere præesse Genium, Juvenal. *Sat.* 6. cui lectum sterni consueville, ex Catullo *de Nupt. Peleï & Thetid.* ac Festo, scimus. Et Dii Γαμήλιοι seu Conjugales, qui *Sacris Nuptialibus* invocati, obiter memorantur, præter Hymenæum: Pronubæ Junoni mentio tralatitia. Et Græcis Jupiter erat Γαμήλιος, tametsi *Nuptialem* Jovem Romanis negaverit fuisse Hieronymus, *adv. Jovinian. l.* 1. Ut alia Romanæ superstitionis omittam, utpote supra jam plus satis dicta. Certè & proximo à Nuptiis die, hostiam eo nomine immolari fuisse solitam, ex Macrobio liquet *Saturnal. l.* 1. c. 15. *ad fin.* Ajunt item, in Sacris Junonis Nuptialibus diligentissimè observari solitum, ut bilis à vitulo quâ hostiam dimoriatur & juxta eam defodatur loco ab ædito & operto, ut signarent, fine bile matrimonia esse porterc. Et apud Theffalos, ut rem notissimam, memorat Ælianus de *Animal. lib.* 12. *cap.* 34. Sacra Nuptiis præsia, quæ Γαμηλιστηρια dicta. Nec fine thymiamate facro Nuptias apud Mexicanos celebrari solita, in historia eorum legimus. *Sacra* item *Nuptialia*, apud Græcos, Τελεσταια dicta, indeque conjuges, τελεσταιοι dictos, & τελεσταιους ipsos, atque ipsum conjugium Τελεσταιον, quod Junone pronuba facium, docet Pollux. Nuptias enim etiam τελος & τελεσια nomine Græcis appellitatas, atque hinc Jovi ac Junoni Τελειος, i. *Nuptialibus* (quo modo melius vox redditur, quàm *adultis aut perfectis*) facrificasse Vett. quoniam hos primos Nuptiarum Inventores Auctoresque existimabant, ex eodem discimus, ut & ex Diod. Siculo. Apud eosdem Græcos, Junoni, Veneri, Gratiis, facra à nupturis fieri solita, Γαμηλια nomine, produnt Scriptores. Invidus item, apud Libanium *Declamat.* 8. *Quid de Nuptialibus vittibus smilax nomine tædas accendi &c. cæs. libera ego & Romana, nunc ero viribus facra fici?* Ut autem de sacris apud Romanos, tum in Confarreatione, quæ planè ipsissima sacra Nuptialia, tum in Coëmtione, satis liquet, ita nec quæ Usu annuo fiebant Nuptiæ, fine facrisibi propriis fuisse, crediderim est. Nam ut haberentur (tametsi expressiora hac de re non occurrant testimonia) satis exigit, quidquid occurrit de *Nuptiarum* genere, *Sacramento Sanctimonia*que, apud paganos Scriptores. Unde Arnobius de Nuptiis Deorum, juxta Paganismi ritus, verba faciens, *adv. Gentes lib.* 4. *Uxores*, inquit, *Dii habent atque in conjugalia fœdera venientes conditionibus, ante quæsitis. Usu, Farre, & Coemione genialis celebrati Sacramenta condiunt.* Sed & Benedictio planè Conjugalis habetur, in illo Juvenalis, *Satyra* 2.

Signate Tabulæ, dictum Feliciter; ingens
Gremio genialis jacuit nova Nupta maritî.

Nec verò à dius aliquis solennis Gracis fere sine precatione illa *Αγαθῆ Τυχῆ*, ut alibi fine illa, *Quod faustum felixque sit, aut Dii bene vortant.* Et sanè apud Romanos, aliis quoque actibus civilibus non paucis peculiaria fuere Sacra, ut in Scriptoribus de *Re Rustica*, Festo, aliis, apparet, ut eo minus, ullas apud eos Nuptias facris suis caruisse, vero simile sit &c. Seldenus *loc. cit. cap.* 21.

Nuptialia Annulus, apud Hebræos, nullus primò, postea rarus fuit, ut diserè scribit Leo Mutinensis Archifungorus Venetus, *de gli Riti Hebraici part.* 4. *cap.* 3. Nimirum in Nuptiis, sed in ipsis Sponsalibus, primus Annuli usus. Unde, quod alii quoque habent fidei satis prodigi, five de Annulo argenteo in D. Annæ Cænobio Sanctimonialium Romæ servato, veluteo quo Joachim & Anna copulati sint, five de onychino illo, qui ex fide nescio cujus gemmarii, ex Hierofolymis Romam ante seculum unum & alterum profecti, velut D. Mariæ Virginis Deiparæ, Persiti recondito, Auctoribus fuis fenter relinquimus. Occupavit autem *Annulus Hebræorum primubus* numinuli fuc pretii Sponsalitii locum, quod antiquitus Sponsæ arræ vice dari solebat. Unde post præviam Nuptiis Sponsalium benedictionem, quam publicè iterare solent, Magister, qui Nuptiarum solennibus præest, accertitis binis testibus, ab illis inquirit, utrum Annulus Sponsalitii, quem eis ipse ostendit, sit æqualis cum nummulo valoris, isq; affirmantibus, rogat utrum Sponsalia rité fuerint peracta; quæque alia sunt, de quibus V. infrà, ubi de *Sponsalibus*. Idem apud Romanos, Græcosque tum veteres, tum recentiores obtinuit. Apud Moscos tamen, Sponsalibus per amicos plerumque perfectis in Nuptialibus ritibus haberi, ut simul ac à Sacerdote traditur juxta altare Sponsa in Sponsi manum, nec sine Annuli usu, hæc ad illius pedes se prosternat, suprà vidimus. In Occidentali Ecclesia, *Annulum imprimis Nuptiis à Sponsi Sponsæ datum, quarto digito insertum esse*, scribit Isidorus *de Officiis lib.* 2. *cap.* 16. Et Laurentius Gyraldus *Epist.* 3. & 19. ex Liturgiis, formulam benedicendi in Nuptiis tum Annulum, tum Coronam hujusmodi affert, *Benedic Domine Annulum istum & Coronam istam, ut sicut Annulus circumdat digitum hominis & Corona caput, ita gratia Spiritus S. circumdet Sponsum & Sponsam, ut videant filios & filias usque ad tertiam & quartam generationem &c.* Similiter in Ordine Romano, cui tit. *Ordo ad benedicendam Sponsam*, post mutuo à Sacerdote interrogatos Sponsum Sponsamque, illosque copulatos in nomine S. Trinitatis ac eosdem aspersos aqua benedictâ sequitur : *Mox benedicas Annulum.*

Benedictio Annuli.

Vers. *Adjutorium nostrum in nomine Domini &c.*

Oremus.

Benedic Domine Annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus, ut quæ eum gesta verit, fidelitatis integram tuo Sponsò servet, in pace & voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum R. Amen. Deinde Sacerdos aspergat Annulum aqua benedicta in modum crucis & Sponsus acceptum Annulum de manu Sacerdotis imponat in digito Annulari Sinistræ manus Sponsæ, Sacerdote dicente ; In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Mox subjungat, Veri. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Resp. *A Templo S. tuo &c.*

Oremus.

Respice quæsumus Domine super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem Humani generis ordinasti, benignus assiste, ut, qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum &c. Amen.

His expletis, si BENEDICENDÆ SINT NUPTIÆ, *Parochus Missam — celebret &c.* In *Archiepiscopali* Bonon. legimus, post cinctos à Parocho eundido quodam velo, quoad colla, Sponsos, consentumque illorum mutuum indicatum, Parochum eos copulare *in nomine Patris &c.* dein Annulum aqua benedicta aspersum Sponso consignare, qui eum statim accipiens in dextræ manu Annulari, h. e. quarto digito Sponsæ illum ponat, dicens, *In nomine &c.* At alibi plerunque obtinuit, ut finistræ imponeretur. In Diœcesi Leodiensi, ut ex *Parochiali* Ernesti Archiep. Elect. Colon. ienfis suprà laudato discimus, post celebrata solenni ritu Sponsalia, in Nuptiis celebrandis, Pastor in Ecclesia, Sponsum ad finistrum sumum latus, Sponsum ad dextram conlituit, dein Annulum sibi dari à Sponso petit, simul rubeas chirotheças, quibus insunt tres nummuli loco arræ Sponso dandæ. Quo facto, annulum suo digito imponit, & chirotheças manu servat; Dehinc de Nuptiis verba faciens, Sponsi Sponsæque, Parentum item & propinquorum consensum explorat, tum de Matrimonii dignitate, usu, fine, eos alloquitur, Annulum benedicit hunc in modum : *Adjutorium nostrum &c. — — — In Domine dignare emittere benedictionem tuam super hunc annulum, ut quæ ipsum gestaverit, sit armata virtute cælestis defensionis, ut proficiat illi ad vitam æternam. Per Christum &c.* Porro accepta dextrâ Sponsi, illi chirotheças rubeas imponit, dein manum dextram Sponsæ dextræ Sponsi implicans, utriusque dexteras fic complicatas stolâ collo dependente circumligat, verba de mutua Sponsorum promissione interim faciendo. Quem postquam sequuti precantem ambo mutuam fidem publicam fant profesti, tum utriusque dextram diffolvit, relictis chirotheciis in dextera Sponsæ, & Annulum ex suo digito extrahens tradit Sponso, tribus primis digitis manus sinistræ accipiendum, Sponsique dextram annulum tenentem fic dirigit, ut annulum in tres Sponso digitos imponat, dicendo post Sacerdotem, *M. Johanna feu Maria hoc Annulo te desponsò, in nomem meum te accipio, & tibi consensum meum præbeo, in nomine Patris, qui nos creavit* (dirigendo annulum per dexteram Sponsi, in digitum Sponsæ pollici vicinum & statim extrahendo) *in nomine Filii, qui nos redemit* (imponendo digitum secundo à pollice, moxque iterum eximendo) *in nomine Spiritus S. qui nos illuminavit* (imponendo tertio à pollice digito & ibi Annulum relinquendo) ficque dextram Sponsi Sponsæ dextræ complieans conjungensque, pergit Sacerdos, *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob vobiscum sit &c.* In *Formula* Ecclesiæ Argentinensis, à Johanne Episcopo edita, post adductos ad fores Templi Sponsos & habitam de re Matrimoniali oratiunculam, Annulum (aut Arram aliam)benedicit, atque mutuo consensu impetrato, accipere Sponsum annulum (vel arrham) de manu Sacerdotis, & imponere in quartum digitum manus Sponsæ, legimus folitum, cum his verbis : *N. cum hoc annulo* (feu arrha) *te mihi desponso & in matrimonium conjungo. In nomine Dei &c.* In *Sacerdotali* suprà citato, tam arrhas, quàm Annulum, reperimus benedictas. In *Rituali* Anglicano vetusto, postquam Sacerdos ante ostium Ecclesiæ interrogavit dotem mulieris, viz. arrhas Sponsales, i. Annulum vel pecuniam vel alias res dandas à Sponso Sponsæ (quod *Subarratio* dicitur, ficut quando fit per Annuli dationem, *Desponsatio*) cunctis audientibus explorat utriusque consensum, dein vir dextrâ sua tenens Mulieris dextram, fidem ei dat per verba de præsenti viciffimque mulier vicc. Quo facto vir arurum, argentum & annulum ponit super fcutum vel librum : & quatrit Sacerdos, num Annulus antea fuerit benedictus necne ; quo audito si benedictus non fuerit, benedicit eum solenni formula, hinc que aquâ benedictâ eum aspergit. Postea accipiens eum tradit Viro, quem hic excipiens primis dextræ fuæ manus digitis, manu sua finistra tenens dexteram Sponsæ, docente Sacerdote dicit : *Annulo hocce te subarro, atque aurum & argentum hoc tibi dono ac corpore meo te dignor &c.* tunc que profert annulum pollici Sponsæ, dicens, *in nomine Patris*, deinde secundo digito, dicens, *& Filii*, porro tertio digito, dicens, *& Spiritus Sancti*, tandem quarto digito, dicens, *Amen*, ibique dimittit annulum, &c. V. iterum Seldenum *Uxor. Ebraic. lib.* 2. *cap.* 24. *& seqq.*

Nuptialis Arthà, V. infrà *Sponsalitia Arrha*.

Nuptialis Contractus, quod subsistantiam, consistit in mutuo aut Sponsorum ipsorum, aut, pro eastis diffirmine, eorum, qui ut Parentes aut Tutores aut Proxenetæ, personas illorum habent in re stipulantes, consensu spontaneo facto, unde *Sponsalia*, & in dore atque deductione, unde *Nuptiæ*. Neque verò, quantum ad substantiam, à Sponsalibus Nuptiæ diversæ aliter fermè atque contractus feu pactum aliquod instrumento seu syngraphà solennius signatum seu rite infinuatum, ab eodem contractu antè simplicius ac nudis contrahentium verbis inito: de quibus infrà: huc atque circumstantiis aliquid jam dictum, dicendumque infrà. Atque ex fœdere conjugali sic legitimè icto, oritur voluit Karsorum apud Hebræos fœcta unionem adeò plane perfonalem & veluti naturalem, ut quisquis conjugum alteri, pariter & alteri quoque, sanguine conjunctus haberetur. Aliud autem erat jus Matrimoniale ad Proselytos, Justitiæ acl. libertinos, id est, qui ex Gentilismo in Judaismum rite transferant, atrinens, quod quarenus Ebræis simul & Proselytis ac Libertinis hisce five imperativum fuerit five intervenieus, luculentèr offendit Scaliger *de Jure N. & G. lib. 2. cap. 18. &c.* Quo illa hic falrem excerpimus: Ex jure Noachidarum feu Naturali, id est, Ebræas ante Legem Mosaicam aliisque pariter Gentibus feu Humano generi imperativo, quo fides servari jubetur, Matrimonium ex mutuo Viri ac Fœminæ in vitæ communionem consensu, concubitu, veluttraditione fequente, legitimum fieri ftatuunt Magistri, V. *loc. cit. cap 4.* Interdicitis autem volunt Matrem, Novercam, Sororem uterinam, Uxorem alienam, neque à rerum originem alias. Sic de Gentilibus. Jam vero Proselytum Justitiæ ac Libertinum, simul ac à Gentilismo in Judaismum transiit, baptismo fic. solenni, circumcisione ac oblatione, plane ajunt fuisse regeneratum, & *veluti infantem recèns natum*, Judæum factum, adeoque omnimodam, quæ priftina erat, confanguinitatem, nedum affinitatem, exuisse; juxta id quod de talibus Tacitus *Hiftor. lib. 5.* *Nec quicquam priùs imbuuntur, quàm contemnere Deos, exuere Patriam, Parentes, liberos, fratres vilia habere.* Secundùm quæ Proselytus nec mater jam erat, nec noverca forore, adeoque nec fœmina quæadam hifce nominibus ei vetita: quod fanè nec legi ipsi facræ (quod meritò miretis) adversari omninò voluere. At verò si Gentibus matrem, noverçam sororemq, uterinam connubio sibi antè socialset, & postmodum in Judaismum cum eatransiisset, ex jure à Majoribus Legi facræ superinducto obtinuit, ut uxorem ejusmodi, contra jus ipsis naturale fummi, removeret, aut à Synedrio aliquo ad id faciendum adigeretur. Cæterùm, si quam plam alium duxerat Gentilis, matrimonium pro legitimo, etiam postquam conjuges ad Judaismum transierunt, ab Hebræis habitum est; utpote quantum ad fidem connubialem antè datam atque obligationem inde qualemcunque ortam, regeneratione ejusmodi non obsistente. Similiter Christiani vett. Sponsalia ac Nuptias paganorum, qui postea CHRISTO nomen dederant, pro ratis firmisque habuere, nec omnino retravere. Unde Athenæus Epift. Amatiæ (quisub annum Christi 400. floruit) *Pacta*, inquit, *Hamil. poster. in Biblioth. Patrum tomo IV. pag.* 707. in Divortii libertatem scribens, *Nuptialia, ac Sponsiones quemodo refcindes? Et quibus de pactis loqui me cenfes? An de his, quibus scripta jam dote & manu propria subscriptis & sigillum appojuisti unum? Valida quidem illa sunt ac firma satis. Verùm ad vocem Adam verevor. Hæc carnex carnibus &c.* N.ſi quòd Usu habuisse uxorem simplici, nec tabulis dotalibus, nec Nuptiarum aliquâ solennitate adhibitâ, nihil aliud cenſebatur, quàm Concubinam, id est, hcic juftam tatis, licèt non rite conjunctam, thori consortem habere, qua de re Seldenus *de Jure N. & Gent. lib. cit. cap.* 7. & 17. plura in hanc rem V. apud Eundem *Uxor. Ebraic. lib 2. capp.* 18.& 24.

Nuptialis Corona, apud Græcos Romanosque frequens olim. Et quidem uterque coronari fol. bat, Sponfus & Sponfa. Hæc enim coronam floream, quam geftaverat, pon. bat tum, cùm in manus Viri conveniebat, fuacebatque *nuptialem*. Martianus Capella in Carmine *Hymenæi lib. 9.*

Concha jam Veneris nova ferta parate Napææ,
Crocumq; telis ſpargite.

Nec debantur autem illæ filo ibus aureis, addito pretioſo gemmarum decore, fic tamen ut flores & aurei & gemmei imitarentur naturales: deq; ingenere coronarum illa eſt, quâ Claudianus Serenam redimiri ſoſtram ait, *de laudibus Serenæ.* Videntur namquehæc proprium geſtamen fuiſſe Matronarum, præcipuè illarum, quæ eſſent primores, principes, reginæ, ut ex Hesiodo collligere eſt, ubi omnem ornatum capitis Andromachæ recenſet *ll. 7.* Nec verò Sponſa ſolùm erat coronata, ſed & Sponſus. Unde Achillem non mortuum fuiſſe eum armis, ſed coronatum, ut ſolent Sponſi, tradit Philoſtratus *in Heroic.* Et de Pompejo, nuptiis intento, Plutarchus, ὁ ἓ ςεφανὸς ἦν, inquit, ὃν θεὸς γάμοις, *Ille autem coronatur & ſacrificat nuptiis.* Imò ornemus utriusque affinis & domeſtici floreis coronis ornabantur, uti de Argonautis, in nuptiis Jaſonis & Medeæ, docet Apollonius Rhodius *lib. 4.* Thalamus porro feu lectus nuptialis, Martianus Capella *lib. d.*

Nam thalamum redimire juvat, ſu ſerta probâto
Tuis platere viribus.

Januæ item oleâ & lauro cingebantur, ut de nuptiis Bancoinis & Ismenodore, refert Plut. *Eroc.* Domus denique tota, laureis plerunque corollis ſplendebat. Appulejus *Metamorph. lib. 4.* *Domus tota lauri roſtris, tædis lucida, conſtrepebat hymenæum &c.* V. Car. Paſchalium *Coronarum lib. 2.cap.* 16 & 17. in quo poſteriori de Sponſorum coronamentis, ex aſparago. ſiſymbrio, verbenis, abiete & picea arbore, quædam addit. Apud Hebræos corona hæc in ipſa deductione feu Nuptiis adhibebatur. In Græcorum Chriſtianorum Formulis sacris, binæ habentur potiſſimum ad Rem Matrimonialem, una Sponſorum altera Sponſalium eſt Sacrorum ſine cel britate Nuptiali, de quibus infrà, altera Nuptialis celebritatis. quam poſteriorem Ἀκολουθίαν τῶ ςεφανώσεως, *Ordinem ſacrum Coronamenti*, vocant. Qui igitur non ſolùm Sponſalia celebrare, ſed & ςεφανοῦσθαι, i. *coronari*, volunt, intrant in Sacrarium (cùm Sponſalia ante fores peragantur) cum cereis accenſis, præcunte Sacerdote cum thymiamate, & Pſalmum 128 recitante ſequitur; alter ille Ordo Coronamenti, in quo Pſalmi, plebo Doxologia, Preces, & dein inquit Sacerdos, Σὺ εὐλόγησον αὐτὸν ὁ εὐλογῶν· Σὺ ςέφανον αὐτὸν ὁ ςεφανῶν μίαν χάριτον αὐτῶν τοιοῦτον, κρίνων, ἀδιάκριτον ἀνάκλητον. *Conjunge eos in unanimitate. Coronaeos in carmem unum Da eis fructum ventris & fac ut prole finantur fœcundi.* Doxologiâ mox ſubjecta, Μέγα σὺ Κύριε ὁ ἐργῶν τὰ ἐνδοξα καὶ θαυμάσια μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαςα, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, Συνέδριά τε καὶ Θεοῦ δῶρα τὸν δῶρα τὰ θεῖα καὶ ἀγία ἀγίων καὶ ἀπόρρητα καὶ ἀκατάληπτα ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κόσμου ἐδωκας τοῖς ἀγαπῶσι σε. *Magna tu Domine qui facis mirabilia & magnalia & inscrutabilia, Angeli, Archangeli, Concilia & Dei dona, dona divina & divina & Sanctorum Sanctorum & arcana & inscrutabilia ab initio mundi dedisti diligentibus te.* Sponſum, *dicens, Coronator ſervus hic Dei N. ancilla Dei hæc in nomine Patris, & Filii, at Spiritus Sancti.* Poſtea eodem modo Sponſam coronat, quibus peractis ter hujusmodi benedictione utitur, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν δόξῃ καὶ τιμῇ ςεφάνωσον αὐτούς, *Domine Deus, gloriâ & honore corona eos.* Legitur tunc, quæ de officio Conjugali habentur, in ad Epheſ. *cap.5. vers.* 22. item illud Evangelii, de Nuptiis in Cana Galilææ. Et poſt preces alias ad alias affiftunt communi Poculum, de quo ſuprà, in voce *Nuptiale Poculum.* Hos dum ter porrigitur Sponſo Sponſæque ac hos dein Sacerdos quaſi in circulum circumagit pſallens, interea Coronas tenent à tergo Paranymphi, quæ capitibus Sponſorum item à Sacerdote, non ſine benedictione ſolenni, aptantur. Poſt Orationem dein unam alteramque Conjuges dimittunrur. Die autem octavo habetur Λύσις ςεφάνων, *Solutio coronarum* ſolennis, cui & propria oratio ac benedictio. V. *Euchologium fol. 66.* An diuturni quoque coronati diſceptatur. Admittit eos non modo laudatum, arcet canon Nicephori Patr. Conſtant. *Juris Græco- Rom. tom. 1. libro 3. pag.* 196. utroque ſic conciliat Nicetas Metropolita Heracleenſis, ut *juxta diſciplinam exactam* non coronari Digamos, fed *ex conſuetudine fidem*, dicit. Hoc certum, Digamos Trigamosque, ante trienium elapſum, facrorum myſteriorum participes illis non fuiſſe, & quantum ad Coronationem, habetur Synodica Sanctio Michaëlis Patr. Conſtantinop. Μὴ στέφεσθαι, μηδὲ ὅλως ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ἁγιωτάταις γάμοις, *Nentiquam coronandæ aliàs nuptiis, præter unas, honoralies, filas & puras & non ſinguitatas*: quibus verbis non alias quàm Virginum, Nuptias, indigitare videtur. Atque ad hanc Sponſæ coronandi in aliis Orientis regionibus conſuetudinem ſpectare videtur illud Achmetis *Oneirocrit. cap.* 137. Ἐὰν δὲ γυνὴ στέφανον αὐτὸν χρυσοῦν ὀφῇ, *Si uxor ſibi viſa fuerit* (in ſomno) *amicſſe* (vel fregiſſe) *coronam ſuam, brevi viduas fiet.* Ita ſc. ex Perſarum & Ægyptiorum diſciplina Oneirocritica, etiam inter Chriſtianos, illa in plagis, admitta. Quòd autem Georgius Phranzes *lib. 2. cap.* 17. Græcorum more, Paranymphos imponere conſueviſſe coronas, non Sacerdotem, ut in Ducal. vidimus, refert, πωῦρον. Epitomatoris ejus eſſe videtur. Namque Johannem Patr. Conſtantinop. Mauritiæ & Conſtantinæ Augg. Coronas impoſuiſſe, eosque ſacrorum Myſteriorum participes feciſſe, ligimus apud Theophylactum Simocattam *Hiſt. l. 1. c.10.* V. quoq; de Theophilo Imp. & Theodora Aug. apud Zonaram *Tom. III. p.*135. & Cedrenum Moſcov, Græcis in Ecclefiaſte congeneres, licèt nihil de Coronis habat, G. Fleſhe: ius c. 24. hoc interim ait, tempore toto nuptiali Sponſum appellari *Dicem novum* & Sponſam *novitiam Ducem*, ut ſuprà vi rimus. Occidentalem Eccleſiam quod concernit, in Nicolai I. Pontif. Rom. ad Bulgaros reſponſo, *Apud noſtrates*, legitur, *poſt Sponſalia — ambo ad Nuptialia fœdera perducuntur, & primùm in Eccleſiam Domini cum oblationibus — ſuſcipiuntur, ſicque demum Benedictionem & Velamen cælebs ſolitum — accipiunt — hæc autem de Sponſis gereſti CORONAS in capite geſtant, quæ ſemper in Eccleſia ipſa ſuis ſolitæ refervari. Et in Epiſtol Nuptialibus ex eadem — ad decendam individuam vitam, Domino diſponente, de cætero diriguntur — Hæc ſuna jura Nuptiarum, hæc ſuna præter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta Conjugiorum ſolemnia.* Acertimam Tertullianì, in ſuum Coronarum militarium, ai; ad Chriſtianos, adeoq; & ſi plarum Nupcialium, diſputationem, eamque libro integro, nemo neſcit. V. ſiquis jam laudatum Aucl. Seldenum, Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic. lib. II. capp.* 24. & 25. & ſuprà ubi de *Corona Nuptiali*, *Nuptialis* Curius, Paſaniæ memoratur, apud quem in Græcia ſerva.

fervatum morem legimus, ut in *Nuptiali Curru* tres modò sedere-rent, Media Sponsa, à lateribus Sponsus & quem vocabant Pa-rochum, qui amicitiæ vel sanguinis nexu colligatus esset, cuique diverent plurimum. V. Cœl. Rhodiginum *Antiqv. Lection. lib.* 21. Alciatum *Præterm. lib.* 1. *De Nuptiali v. Deductione, Hierolo-gia seu Benedictione, Nummo, Thalamo, Pelamine* &c. in his vocibus.

Nurus, uxor, ex Græco νύς. Statius *Achilleid. lib.* 1. *v.* 695.

——— *Nurus addita ponto.*

Capella *lib.* 2.

Beata Virgo tanis, Quæ fidorum choreis
Thalamum capit ingalem, Æ fic ferente mundo
Nurus *ederis Tonantis.*

Alias virgines matribus oppositas five innuptas omnino puellas, vox notat. Virgilius *Æneid. lib.* 11.

Hic mæres miserædq; nurus, *hic cara fororum*
Pectora maerentium, puerilque parentibus orbi.

Unde apud Val Flaccum *lib.* 2. *versu* 247.

Irruerant æthæ pariter natæq; nurusque:

legi vult Barthius, *nuptæque nurusque*: *Nurus* enim & natæ, in-quit, eandem rem notant. Sic Papinius Statius *Thebaid. lib.* 5. *versu* 200.

——— *Vigilant nuptæque nurusque*
In fectus ———

Lucanus *lib.* 5.

——— *matresq; Sonantes*
Passurasq; infanda nurus

Alii. Imò omnes fœminas Maroni *Nurus* dici, notat Servius *ad Æneid.* 2. V. Cæs. Barthium *Animadversion. ad Statium loco cit.*

Nutsa, in Legibus Angliorum & Verinorum *tit.* 6. §. 6. *Ma-ter moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittet, filiæ verò spolia colli, id est, monilia, nuscas, monilia, inaures, vestes, ar-millas* &c. Monilis genus est, uti docet Auctor Mamotrectii ad 8. *Judic.* Et *Monasticum* Anglicanum *Tom.* 1. *p.* 240. *Dedit unum aureum calicem & unam auream Muscam pulcre gemmis ornatam*, apud du Fresne *Gloss.*

Nutricarii, Matriculatii, dicti sunt quibus *nutricendi* ac edu-candi infantes projectos cura olim incumbebat. *Vita* S. Goaris *cap.* 10. *Hæc consecutio erat, ut quando aliquis homo de ipsis infan-tibus projectis misericordia motus vellet curam habere, ab illis, quos* Nutricarios *vocant, Matriculariis* S. *Petri comparaver, & illi Epi-scopo ipsum infantem præsentare deberent, & postea Episcopi auctо-ritas, eundem hominem de illo* Nutricario *confirmabat.* Quinam autem *Matriculatii* in Ecclesia olim dicti fint, videmus. Nempe cum duplex apud Scriptores Ecclesiasticos Matricula occurrat, altera Clericorum, altera pauperum, hæc *Matricula egenorum* vocabatur, cui nomina eorum pauperum, qui Ecclesiasticis iti-pendiis alerentur, solebant inscribi. Sed & domus, in qua ta-les alebantur, hinc *Matricula* dicta est, ad ostia Ecclesiarum ut plurimum extructa. Hi itaque habebant Primicerium suum, qui al-orum rationi vivendi invigilaret, & solicitè ad pietatem ab Episcopo instituebantur. Exinden quidam seligebantur ad vilioza Ecclesiarum adjacentium munia, v. g. qui campanas pul-sarent, Templorum custodiæ vacarent, ea scopis mundarent, infantes expositos alerent & hujusmodi, in alimoniæ mercedem hoc modo Ecclesiarum obsequiis se totos dantes. Atque inde Matriculariorum in Ecclesiis parochialibus origo, quorum fe-des ideò ad Templi fores adfignantur, quòd eas olim observa-rent, vel quòd Matricularium, quæ ad ostia Templi erant, cu-stodes essent, pauperumque invigilarent alimoniis; quod quidem munus feu onus ipsis Parochianis postea attributum est, Id.

Nutrix, apud Gregorium Turon. *lib.* 9 *cap.* 36. *Comitibus, Do-mesticis, Majoribus aug.* Nutritis, *& omnibus, qui ad exercitium Regale orant necessarii, delegatis.* Familiares sunt, qui in domo Domini aluntur. In Monasteriis sic dicuntur pueri, qui Mo-nasterio obtati sunt. Lanfrancus *in Decretis pro Ordine S. Bene-dicti cap.* 21. *Juvenes tam* nutriti, *quam de seculo venientes, qui Magistris custodiendi commendantur, in multis, sicut juniores de-bent superiors obedium esse, custodiunur. Remus, ut supra de se invi-cem sedeant: extra locum custodiæ suæ sine custodie nunquam proce-dant* &c. Cujusmodi *Monachi nutrici* longè potioris conditio-nis habentur, quàm *Converst*, ob perpetuam vitæ innocenti-am: quam ob causam præcipua illis munera committi consueví-se, discimus ex Folcardo in *Vita* S. Bertini *cap.* 11. *Erlefredum fratum à puero* nutritum *Abbatum successorem ordinavit*, & *Chartâ* Eriberti Archiep. Mediolanensis A. C. 1040. apud Ughellum *ap-pend. ad Tom. IV. Italiæ Sacræ*: *Alberto, & canobiis, Monachum, sub Patre & Regula vestis nutritus, à nobis nuper nominati Cœnobii Abbas effectus.* Sed & in eadem Communione, *Nutrii* Clerici dicuntur, qui Episcopis ratione diœcesfos subduntur, quasi ex eorum familia. *Capitul. s. incerti anni cap.* 5. *Ut ipsi Presbyteri va-les Scolarios habeant, id est, ita nutritos & instruatos* &c. Porro, sicut *Nutrii* in Monasteriis Virorum, ita *Nutrisæ* sunt, in Mo-nasteriis fœminarum, quarum mentio in *Regula* Monialium Fontevraldensium, *cap.* 17. *Ut Abbatissa aut Priorissa non ducat secum in equitando quamlibet de Nutrisiis* (forte legendum *Nutri-tis*, à *Nutrita* fœmin.) *vel juvenibus claustralibus*: Apud du Fresne *Glossar.*

Nutritor, apud Pertum Chrysologum *Serm.* 62. *Nutritor pius, nisi totus redactus fuerit in parvulum, nunquam parvulum perducit in virum.* Et Statium *Achilleides lib.* 1. *versu* 276. ubi de Chiro-ne, à quo Achilles educatur,

Nescit hoc Chiron. sic horrida pectora tractat
Nequiquam mulcens, obstat genitorique vocanti,
Nutritorique ingens ———

Τροφεὺς Græcis est. Cujusmodi *Nutritores* liberis suis conve-nientes quod habuerit, felicitatis fuæ partem in eo agnoscit Marcus Antoninus Imp. *lib.* 1. Τὸ ἐυπρεπὲς τροφέων ἐν τῷ παιδίῳ ἐυτυχή-σαι. V. hic infra.

Nutrix, à nutriendo, infantem quinto die, quousque Obstetri-cis durabat necessitas, ab hac, lotis manibus, fuæ curæ com-mittendum, olim accipere solebant; quod Athenis asso factum pane. Officium ejus erat inter alia, de quibus *infrà*, lac præbe-re, unde Τιτθὴ Græcis, & cibum, unde Τροφὸς dicta: Interdum, ut infans indureceret liberioris auræ usu, Rhodig. ex *Platone* ulnis quoque gerere, quamvis aliquando non eadem Gerula, quæ *Nutrix* fuerit. Ovidius *Metamorph. lib.* 9.

Hunc tenum infantem materni demite vamis,
Et date Nutrici: *nostraque sub arbore sape*
Lac facitote bibat.

Aristophanes in *Equitibus Act.* 2. *Sc.* 2.

Καθάπερ οἱ τιτθὴν γε τίλλοντ᾽ ἄλλην κρεκλῶν·
Μισθὸν γὰρ ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦτο λαμβάνουσιν.
Ἀυτὴ δ᾽ ὀπίσω τετράπαυρα προίσεται κρε.
Nutricum more tu Populum pascis male:
Quia ubi præmanderis, in te paulum ipsi ingeris,
Tu verò triplo plus quàm alumnus devoras.

Dicebatur hic puerorum cibus *Papa*, sicut *Bua* potus, auctore No-nio Marcello *de Propriet. Serm.* 2. *cap.* Fletum eorum, cùm sub dio gerebantur, mille compescebant cum lacte, ex vasculo γυ-ναικείῳ dicto, per spongiam, ut annotavit Scholiastes Aristopha-nis, *in verba*:

Δὸς μοι γυναικεῖον σπογγίῳ διδὺν ἐμοὶ.

Magna a. in electione disquisitio fuit. Ancillæ enim vulgò bar-barææ debibantur, vel Meretrices inquilinæ, earos in cella e-ducantes. Tacitus in *Dial. de causis corr. Eloq. cap.* 29. *At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adjungitur unus aut alter ex omnibus servis plerumq; vilissimus.* Favorinus apud A. Gellium *lib.* 12. *cap.* 1. *Præterea si fitia, quam ad præbendum lactem adhibebitis, aut ferva aut servilis est, ut plerumque solet, externæ atq; barbaræ nationis.* Suetonius *Oct avio cap.* 6. *Nutri-mentorum ejus ostenditur adhuc locus, in villa suburbana, juxta Pe-litras, permodicus & cellæ penuariæ instar.* Athenis Lacedæmone petebantur, unde & Alcibiades à Lacæna *Nutrice* educatus est. Sed frugalissimam Matrum proprium hoc officium, (quæ de re il-lustrem habes dissertationem Philosophi Favorini, Gellii *loco cit.*) Omnium cum Romina curam gerere, fasci s involvere, nisi a-pud Lacedæmonios, cunas movere (quod tamen *Cunarize* pe-culiaris fervæ quandoque munus erat) nænias lallosque Gr. κα-ταῦλαγμούς τε νύτιας cantare, ut vel à pueris reddetentur, vel ad somnum componenteritur, cui cantilenæ *Lallus* præerat. Cor-nutus *ad Persium Sat.* 3. *Ans cur à* Nutrice *justus dormire plorat? quæ infantibus ius dormiant, folent dicere sape, lalla, lalla, ani dormi, ane lalla.* Cujusmodi lallos næniasque elegantèr descri-bit Ausonius *Epist.* 16. *ad Drob.*

Sic ille qui nutrit tuus
Flos floscularum Romuli,
Nutricis inter lemmata,
Lallisque fomisfcros modos
Suesas perlis fabulis,
Simul picari & dicere.

Et Theocritus,

Ἐυδεν᾽ ἰὼ βαῖβαι γλυκερὸν ὕπνον, ἐγκερύπιε ὕπνε,
Ἐυδεν᾽ ἰὼ κώμα δ᾽ ἀδαλῷ, ἐυπαι τέκνῳ,
Ὀλίγα ἰνναέυσας ἠ πολλὰ δὲ τηδεῖα.

Ipsos per ναννάσμους, modò ναννᾶν seu ναννᾶσθαι, modò ευαε-δεῖν vocando, Fr. Rosæus *Archæol. Att. lib.* 5. *cap.* 7. aliosque jocos addendo: Porro fubinde ulnis gerere, ut dictum, quan-quam id onus quoque servi geruli seu bajuli (unde *Magnus Bajus-lus* in Aula Constantinopolitana) sub *Nutrice* subierint: Pallium gerere maculosum, mammamque præbere, si Lacedæmonios & Germanos excipias, quorum diversum institutum, sine col-lactei, qui eandem *Nutricem* fimul *bibebant*, verbis Appulei *Me-tamorph. lib.* 2. &c. Vino abstinebant nigro, fed album largius po-tare permissum: Pappare porro docuerunt & ad pubertatis usque tempus natis aderant: quo eas manumittere licebat, & in *Mam-marum* memoriam mortuas inscriptione profequi, v. *infrà*: Sic enim, quòd *mammas* porrigerent, Mater *Nutrix*, dictæ sunt, Thom. Bartholinus *de Puerperio Vet.* Et hæc *Nutrices* fuerunt, re ac nomine: Illæ honorariæ, & ut ita dicam *nominales*, quæ dili-gentiam infantibus & munditiem adhibebant, ut loquitur anti-quus Glossator *ad illud Juven.*

Hoc

Hoc monstrant vetulæ pueros repentibus esse.

Qualibus dotibus autem *Nutrix* instructa esse debeat; aliquatenus indicat Hieronymus *ad Lætam*: Nutrix *ipsa non sit temulenta, non loquax, non garrula.* Quanti habita, idem *ad vers. Jovinian. lib. 1.* docet: *Vocanda Domina, celebrandus natalis ejus, jurandum per salutem illius, ut sit superstes opiandum, honoranda* Nutrix *ejus &c. Nutricis* marmora mem nerunt; Romæ in hortis Carpensibus: *D. M. S. Emilii. Nisf. vixit, mensibus. II. fecit. Valeria. Hygia Nutrix*, apud Januin Gruterum. *Cunaria* mentio fervatur, in vet. lapide, *D. M Tiæ. Threpte. Sovor. pissimæ. Cunariæ. Rufinæ. v. v. &c.* Mamma, in vet. Monum. Romæ, in hortis ad aquam Virginis: *DIS. An. Zotho. Corinthius. Tata ejus, &c. Nice. Mamma. f. v. a. l. d. l6.* iterum apud Gruterum *Inscript.* Nec *Nutrices* folùm, fed & *Nutrivices* feu *Nutricli* Romanis fuere. Hieronymus *loco supra* cit. Nutrix *ipsa non sit temulenta &c. habeat modestiam Germanam*, Nutricium *gravem*, idem *Bajuli* dicti funt, quòd bajulent gestentque ulnis alumnos. *Educatores* item, qui Cæsarem fuere, vel Patricium Equitumque puetos à juventute educarent, Justinian. *lib 1. Institut. tit. 6.* Appulejus *Metam. lib. 2. &c. Padagogi* quoque, quos tamen ab Educatoribus distinguit Justinianus *leg. 4. §. 6. ff. de fideicomm. libert. Tata* tandem, ficut *Nutrices Mammas* appellatas esse ex vet. Inscr. in qua utrorumque mentio, modo offendimus. Egregiè Petrus Chrysologus *Serm. 62.* Nutritor *pius*, inquit, *ipse vitas fuerit redactus in par vulum, nunquam parvulum pertæsum fuisse lequi, aliquando tum vocem tenuem, verba pueri, aqua mutabilis, finfus feponit, infirmat viscera, abjicit vires, membra dissolvit, gressum tardat, gesta non ambulare, sed repere, videre fomnias, timere fingis, flere mentiuri; quia & in illo mendacium piezas, delinquisse prudentia est, est infirmitas Virtus.* Hieronymus *ad Heliodor.* Nutricius, *secundus post naturalem pietatem Pater &c.* Ac tales non erant Educatores Britannici, *à quibus primum venenum* Taciti *bibit*, apud Tacitum *vit. Agric. 13.* Servi autem erant, & Tepe Eunuchi, unde per *Cognomedem Eunuchum*, Nutricium *suum, Asfinoe, Ptolomæi R. minor filia, Achillam interfecisse* dicitur, apud Cæsarem *Civ. belli lib. 1.* Idem *lib. 3. Nutricius*, inquit, *ejus pueri Eunuchus.* Sævitiæ in *Nutricios* exemplum Herodianus præbet *lib. 3. Hist. Aug. sub finem*: Pietatis contrà & impensi amoris, Capitolinus in *Pio &c.* V. Laurentium Pignorium *Comm. de Servis* & Tit. Popmam *de operis Servorum.*

Natis, oculis, & manibus deridetri homines conisuevere: quæ proin tria jungit Tertullianus *de Pallio cap. 4. Tales igitur habitus, qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare & Nutu tradere merito sit.* Appulejus item *lib. 3.* Nec *qui laverim, qui verserim, qui domum vursum revererim, præ turbore memini. Sic omnium oculis, Nutibus, ac denique manibus denotatus impos animi stupebam.* Et *lib. 2. Ac tum directis digitis & dextris nutibus præsentium denotor, dum vitio oculis, inter pedes Circumstantium frigido fudore perfluens eradu.* Cujusmodi derisiones, quæ oculorum & Nutuum & vultus aliqua conformatione aut omnino digitorum manuumque gestu siebant, aut laborum ductu, sine ullo verbo aut dicto, *Sannæ* appellabantur. Græcè *μόκοι*, de quo dixit Salmasius *ad Histor. Augustæ Scriptores.* V. eundem *Noiis. ad Tertull. l. c.* & infrà, in voce *Sauna.* Cœterùm Vitoldum Duc. Lituaniæ tam fuisse terribilem fuis, ut ad leventum ipfius nutum juss femetipsos interficerent, habet ex Æn. Sylvio Thoed. Zuingerus *Theatr. Vit. pag. 2l6.*

Nux, à *nocendo*, quòd à Græco *νύκτω*, converso *M.* in *N.* fecundùm Voffium de *Scientiis Mathem. cap. 6. §. 1.* Varroni & Ifidoro à *nocendo* dicta est: Aliis Syriacam vocem esse, & ex *Iuz*, L. in N. mutato, vel ex Hebr. חוז i. *Corylus*, deducentibus, inter quos Scaliger. In genere fignificat omnia corio duriore tecta, ut funt Avellanæ, Amygdalæ, Juglandes, Castanææ. Sicut è contrario omnia molliora, *Poma* dicantur: Et quibus *Nucem* jugladem peculiari carmine dignatus est Ovidius. In Jovis erant apud Romanos tutela, & ludi non unius materiam pueris præbuere. Unde Phædrus *lib. 3. fab. 14.*

Puerorum in turba, quidam ludentem Atticus
Æsopum nucibus cum videsset, restitit.

In quæ verba Rittershusius, *Nota res est*, ait, *pueros lusitasse Nucibus. V. Erasmum in explicat. proverbii Persiani: Nuces relinquere. Deinde quàm multi clarissimi Viri ad lusus cum pueris, quos charos habebant, sese demiserint, V. apud Petr. Fabrum in præf. Agonistici. Valde suaviter Symmachus lib 4. Epist. 20. Repræsentare, inquit, vos puras infet, ut liberorum dulcedinem liberis nostris labor participatus insinuet, &, & infantilium Protrepti ad Nepotum.* Ex Ovidio quæcam hujusmodi ludorum genera, placet adjicere. Unum horum *dimidiare* vocat, cùm viz. solutis commissuris, in duas partes dextrè *Nuces* findebantur & sic in duas quasi lamminas diducebantur: ubi ætis erat certo ictu commissuram tangere. Aliud fuit, cùm imponebatur index finistræ mali pedunculo, & in hunc pugnus dexter subitò impingebatur: ubi impetus ac celeritas vincebat. Item, cùm unam tribus aliis imposituam focare conabantur. Porrò, dispositis in seriem *Nucibus*, perfabulam declivem alia volvebatur, quæ si tangeret, quam oportebat, vincebat qui miserat. Alia ludi species erat, quam Horatius *par impar*, Græci *ζυγὸν ἢ ἄζυγον*, Angli *Even or Odd* appellitare solent, cùm *Nuces*, quotquot vellent, manibus prevelatas, problematis instar fodales interrogarent, *par numerus sit impar?* Qui si numerum divinarent, asserebant omnes: sin minùs, totidem perdebant. E certa quoque pingentes amplam figuram triangulam, in lineis pictis, certa per intervalla, dispondebant nuces: quarum tot, quot Puer in medio stans jacto virgæ tetigisset, auferebat. In pelvim etiam singulas jaciebant procul stantes, amissuri quæ extra ceciderint &c. Erasmus *in locum Ovid.* Ipsa autem lusoria ejus habent verba,

Hæ puer, aut certo rectas dilaminat ictu,
Aut prenas aligno bis vel semel ve petis.
Quatuor in nucibus non amplius alea tria est,
Cùm sibi supposita additur una tribus.
Par tabulæ clivum labi jubet alter: & optat,
Tangat ut è multis quamlibet una fnam.
Est etiam, par fis numerus qui dicat, an impar:
Ut divinatores auferat ampe oper.
Fis quoque de certa, qualem cælestis figuram
Sidus, & in Græcos iterea quaria gerit.
Hæc ubi dissimilia est gradibus, quæ consistis intus,
Quo teligat virgæ, tot capit ipsa nuces.
Pes quoque spe carum sparsis disfunde locatur,
In quod missa levi Nux cadat una manu.

Sed *hæ vellinguamus*, ut Horatius loquitur, lusiones tamen movisse Romanorum Mariti, à quibus *Nuces* jaci & pueris spargi consuevisse, indicat Catullus *Carm. de Nuptiis Julii & Manliæ*, ac Virgilius *Eclog 9.*

Sparge Marite nuces.

Cujus morisrationem Varro apud Servium hanc esse putat, ut Jovis omine Matrimonium celebraretur, novaque Nupta Matrona esset, sicut Juno: in tutela enim Jovis fuisse *Nuces*, supra dictum, & juglandes, quasi *Jovis glandes*, vocatæ sunt. Illud vulgare fuisse, idem Varro tradit, idcirco sparsis *Nuces*, ut à rapientibus pueris strepitus fieret, & Neogamorum quieti consuleretur. Aliis placuit, eâid gratiâ factum, ut se puer libus ludis renuntiare eo indicio Maritus testaretur. Plinius verò *lib. 15. cap. 22.* id factum ait, vel quòd eadendo tripudium sonum se faceret, vel quia gemino protectæ essent operimento, sicque significarent fœtum multis modis munitum, V. Joh. Rofinum *Antiqu. Rom. lib. 5. cap. 37.* Nec contendendum, inter luxuriantis gulæ irritamenta, quorum longam recenset seriem Varro, apud A. Gellium *lib. 7. cap. 16.* fuisse olim *Thasias nuces*, quas *Amygdalas* interpretatur Macrobius *Saturnal. lib. 2. cap. 14.* Anton. verò Thysius *Notis in Gall. Avellanas* vult intelligi, à Thaso Insl. maris Ægæi Thraciæ proxima. *Thasias* nuncupatas &c. Cœterùm *Nucis juglandis* species præstantissima & maxima fuit, quæ ex Perside in Græciam allata est, unde Græcè *Περσικὸν* & *Βασιλικὸν* appellatum: cujus species nomine totum poffea genus insignitum est. Inde Dioscoridi, *Περσικὸν* & *Βασιλικὸν* funt *nuces juglandes.* At Suevius, apud Macrobium, hanc speciem Græciæ primum cognitam scribit, Alexandri M. temporibus, à comitibus ejus, qui eam Græciæ intulerunt. Cùm tamen certum sit, multò ante Alexandri ætatem ejusmodi nuces in Europa notas fuisse. V. Salmasium *ad Solinum pag. 564.* alibique passim, ubi de *Nucis* variis speciebus accuratè agit.

N Y.

Nyctages & *Nyctanotes*, Græcè *Νυκτηγὸς* & *Νυκτηλάτης*, Hæretici, ita appellati, quòd nocturnas vigilias præcesque damnarent, *can. Quidam autem 24. quæst. 3.* & Iidor. *lib. 8. cap. 1.* Aliis *Lethargici* quoque. V. Dominicum Mactum *Hierolexico.*

Nyctelii, dicebantur sacra Bacchi, hinc *Nyctelii* appellati, quòd ejus mysteria nocturna essent: quo tempore, facibus accensis per Urbem, discurrentes, cæteras vini plenos statuebant, neque quidquam turpitudinis fceleruinque, vivo noctèque fuadentibus, omittebant, Augustinus *de Civ. Dei lib. 18. cap. 13.* Clemens Alex. *in Protrepticо &c.* Aur. hinc Prudentius *lib. 1. in Symmachum*,

——— *Quod & elvia jam tunc*
Ante scalos Regis Satyrorum infania fecit,
Et sciffe reor simulis furialibus ast as
Menadas, inflammatæ utero, in scelus omne vocatas.

Erant autem in ciftis facræ hæ condita, & singulis tribus annis exhibebantur in Græcia, magno populi concursu. Seneca *in Here. Oeteo Actu 2. in Choro*,

Nisi Cadmeis orgia ferre
Tecum solite conditus ciftis,
Cùm jam pulsi sidere Brumæ
Tertia Soles evocat astas.

Ineunte nempe Vere &c. De iis Servius *ad Æneid. lib. 4. vers. 302. Liberi*, inquit, *facra tertio quoque anno innovabantur: Sane ejusmodi, Orgia apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos Cerimonia dicuntur, sed jam abusivè sacra Liberi Orgia vocantur, vel ὀργὴ & ἔργα ex furore, vel ὀρὸς & ἔργα à monibus: Nocturnus, quòd nocte celebrarentur, unde ipsa sacra* Nyctelia *dicebantur, quæ*

Populus

Populus Romanus excluſit causâ turpitudinis. Plura V. apud Autor. Delitio *Notis in locum Senecæ ex.* Thom Dempſterum *Paratilipom. in Joh. Roſini Antiqq. lib. 2. cap. 11.* &c.

Nyctlepes, in fœminei calceatûs cenſu, V. Jul. Pollucem *Onomaſt. lib. 7. cap. 22.* De *Nyctegreto* ſ. *Nyctiopa* herba, in vquis à Parthorum Regibus adhibita, V. infrà.

Nyctoſtrategi, apud Romanos, noctuni erant Magiſtratus in provinciis, qui armati noctu urbem perluſtrabant, publicæque quietis gratiâ. Arcadius *l. ult. §. 1. ff. de man. & honor.* vocis meminit, *Nyctoſtrategi & piſtrinorum Curatores perſonale munus obeunt.* Ita enim legendum, cùm in aliis exemplaribus corrupte ſit, *Nyctoſtrategi*. Idem enim *Nyctoſtrategus*, qui aliàs *Præfectus Vigilum* in urbe dicebatur: ut in Argento Straboni *Νυκτεφόρος Στρατηγὸς* & Conſtantinopoli *Νυκτεπάγος*: quem poſtea *Prætorem Plebis* appellatum eſſe, habemus ex *Novella 13. Prat.*

Nympha, pro Virgine, communiter apud Veteres. At Græcæ linguæ peritiſſimi exiſtimant Barthio, *indefortatis* eâ voce mul eres oppoſui deprehenſum. Sic certè capitur in veteri mis illis verſibus Praxillæ Poëtriæ, apud Hephæſtionem, *pag.* 24. *Edit. Turnebiani.*

Ἦλθε δ' ὑμέναιος καλὸς ἰμελίκωτος
Παρθένε τὰν κεχαρὰν, ὦ δ' ὑπέρτε, Νύμφα.

Quo pacto Sponſam Latinorum, *Nympham* Græcis dictam notat Servius. Hinc Socrates apud Xenophontem in *Sympoſio*, *Sed enim nonveſtimas argumentum illud eſſe ſatis magnum, me pulchritudine te antevenire, quod & Nauſicaa, quæ Dius adiorbuntur, Sirenes putant, mihi quàm ibi ſimillimes.* Neque de Nympharum pudicitia, *quam erga Satiros ſimulant, certi erant fictores.* V. Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Statium Part. 2. pag.* 1208. plura verò hìc infrà.

Nympha, locus Romæ, in Via Cornelia, 13. m. p. ab Urbe diſtans, Baron. *Not. ad Martyrolog. 19. Jan.*

Nymphæ, adde: In harum æde Romæ tabulas publicas aſſervari ſolitas fuiſſe, docet Cicero *pro Milone*, ubi de Clodio, *Qui eàdem Nympharum incendilit, ut memoriam publicam inceniis tabulis impreſſam aboleret.* Acta nempe, quæ finito ſuo quinquennio Cenſores in tabulas ſuas referre ſolebant. V. Pancirol lum Rerum *deperdit. libr. cap. de Cibi capiendi modo.* In earundem antra deponi conſueviſſe in ventiſios infantes, incertis nempe Parentibus natos, exemplo eſt Chloë, in Longi, Scriptoris elegantiſſimi, *libellis Pamenicon.* Quod ideo forte factum, quia puellæ, quæ parere geſtirent, à Nymphis ſolitæ ſunt votis proiem poſcere, ſi ei rei conſenſu ſuperſtitioſorum præpoſitis. Euripides *Electrâ* 7, 627.

Α. Νύμφαις ὑπόσπονδος εἰσῆλθ', ὡς ἰδοῦσ' ἐμὲ.
Β. Τεμένεα παίδων, ἢ πατρὸς μέλεσθ' ὑπέρ;
Α. Οὐκ οἶδα, πλὴν τι, δυσφορῶν ἀνεκλύω.

Cœterùm præter dictà *Nympharum* genera occurrunt, Alſeides, Græcè *Ἀλσηΐδες*, quæ ſylvis, apud Apollonium Rhod. *lib. 4. verſu* 1146. *Κρηνίδες*, quæ fontibus præſidebant, *Ἀμαδρυάδες*, quæ arboribus dictæ Latinis, *Hamadryas*, etiam Latinè *Potamides* ſeu *Meliades*

vidisse testatur, quæ in medium stagnum a continenti procedentes, cantu tibiarum primo in circulum mota, debinc ad litora reverturuntur. Et Plinio, qui eas *Saltatores* vocat, h. e. ὀρχηστὰς, χορευτὰς, à Saltis, qui sunt ὀρχήσεις, *saltationes*. Virgilius,

Hinc Salii ad cantus incensa altaria circum.

Non tamen Plinius, ad cantum tibiarum, sed ad ictum pedum, qui in Symphoniæ cantu fieri solet, Insulas illas moveri tradit: *In Symphoniæ cantu ad ictum modulantium pedum moventur*: quod κίνησιν συμφωνίας vocat Sotion. Qui enim in Choro modum canentibus dabant, pede percutere terram confueviſſe conſtat, qui πεδοκρουσταὶ hinc Græcis & κροβάτιοι. Fuere autem Insulæ hæ in Lydia, unde Vatro *de R. R. lib. 3. Cùm eodem tempore insulas Ludiano vitu ibi ὀρχήσασ videſſet*: in lacu feu ſtagno, *Nymphæo* dicto, quod Nymphis ita lacus conſeratus eſſet, unde eidem Plinio *Insulæ in Nymphæo* appellantur. Eædem cum Inſ. Calaminis, ut Sotion modò dictus refert: *Ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη Καλαμίτις καλουμένη· ἐφ' ᾗ ἄσμα Νυμφῶν ἢ Φίρεις καλλίωνι πολλῷ. In Lydia eſt ſtagnum Calamina nomine, Nymphis ſacrum, calamorum magnum copiam ferens.* Has, *in medium ſtagnum à continenti procedere ad cantum tibiarum — dein ad litora reverti*, dicit Martianus ut vidimus. Mirum certè, ſi Inſulæ in continenti ſint, aut litoribus teneantur; ſed inſulæ illæ calami ſunt, in litoribus Nymphææ lacus naſcentes: qui ab littore in medium ſtagnum procedunt & ad littus redeunt, vel ventis, vel contis impulſi & ſtutantium Inſularum ſpeciem præbent. Græci κύκλωδους νήσους vocant, quales in multis ſtagnis circa Ægyptum & alibi reperiri, auctor eſt Theophraſtus. Ex Sotione colligere eſt, in medio ſtagno enaſci illas arundines & ad littus venire, incinente ſymphoniâ, mox ad medium reverti, &c. V. Salmaſium *Exercitat. Plinianis ad Solinum p.* 125. & infrà in voce *Saltatrix*.

Nymphæarum Oculi, ſeu *Lumina*, Græcis litorales calculi dicuntur, qui Latinis *ocelli* vel *ocellati*, utpote oculi ſpecie nitentes. Victor de Caligula, *Neque ſecus contrahis ad unum legionibus ſpecie in Germaniam transgredienti, conchas umbilicoſque in maris Oceani legi juſſit, cùm ipſe nunc fluxo cultu Veneri quæ intereſſet, nunc armatus ſpolia à ſe non exhominibus, ſed cæleſtium capi dictitares: ſicilicet quod hujusmodi pisces Graecorum dicto, quis augenti omnia ſtudium eſt*, Nymphæarum lumina *acceſſiſſet*. Ubi *umbilici* ſunt teretes lapilli, ad inſtar umbilici; qui alias *ocelli*: nec enim in his lapidibus figura multùm diverſa eſt oculi & umbilici. Cujusmodi conchis & lapillis lufitabant puellæ. Tzetzes,

Ἅπαις παῖσι συλλέγοντας τὰ κῶ μέλαινα ἐκ ἄκρου,
Ὀφθάλμοις καλλιλίθοις μάλ' ἐοικότα καὶ κόραις.

Quod de Auguſto etiam, Suetonius refert, ubi cum *ludere ocellatis nucibusque* ſolitum ait. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 704. ubi in d. *l.* Victoris, pro *conchæ*, legi vult *calces*, i. calculos, & imperitum aliquem *piſces* correxiſſe, addit.

Nymphæa, in vet. libro *Gloſſarum* P. Puteani, *Urbs omnis dividitur in ſex partes, id eſt, templa, domos, vicos, inſulas, plateas & angiportus templa ſunt loca Diis ſacrata. Domus publica ædificia, id eſt, theatra, amphitheatra, circi, balnea*, ſive thermæ, Nymphæa, *cuſinæ, piſcinæ, hippodromi & reliquæ* perperam, ut judicat Salmaſius, pro *Nymphæa, nymphiea*. Dicitur n. *nymphæum*, item *nymphiæum*, ex Græco νυμφαῖον, & quidem *Nymphæum* ſem per ſcribitur, in antiquis lapidibus. Hæc lavacra & balnea qui interpretantur, impingunt, inquit idem: & vehementer hallucinatus eſt magnus JC. quiad *l.* 5. *Cod. de aquæd.* notat *Nymphæa* ædes eſſe publicas, in quibus nuptias celebrant, qui ædibus carent ad choreas capacibus, ex Zonara in *Leone M.* qui ita explicat. Hoc quidem verùm, Νυμφῶνα recentioribus Græcis *ædes* dici vel trichinia, in quibus ſaltarent & choreis vacarent, qui nuptias celebrabant: Νυμφῶνες *ædes* Suidas interpretatur, *ἐν ᾗ οἱ Νύμφιοι, thalamum* ſc. intelligens; unde & Νυμφῶνα ædes illæ publicæ choreis nuptialibus dedicatæ. Sed illa Νυμφῶνα, nihilominus illis *Nymphei*, quorum meminit præter alios Scriptores antiquos Capitolinus *in Gordiani III. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quadam Nymphæa & bamnea, &c.* habent commune. Hæc enim *Nymphea*, non ὀνόματα Νυμφῶν, h. e. *nova Nuptiis*, denominata ſunt, ſed *à nymphis*, h. e. *lymphis*, & fere ſemper cum balneis thermisque junguntur, Græcis Ὕδατα, Latinis *Aquaria* & *Aquagia* etiam, item Lacus. Veius Inſcr.

QUOD AQUAM NOVAM
CONQUIRENDAM, ET
IN MUNICIP. PERDUCEND.
ET NYMPHEUM FACIEND.
PEC. PUB. C.

V. quoque Socratem *lib. 4. cap. 9.* A' lacubus tamen prophielo. quendo *Nymphæa* diſtinguenda. Hinc P. Victor *de Region. Urb. Nymphea* XII. Romæ fuiſſe tradit, *lacus* vero mill. CCCLII. Etiam à *puteis* diverſa. Vetus *Inſcr.* EJUS RECEPTUI. PUTEUM. AD. PROX. TRICLIN. USUM. IN. HOC. SPHÆRISTERIO. UBI. ET. IMPERAT. NYMPHEUM. FACIENDUM. CURAVIT. Nempe *Nymphæa* fuere ſalientes vel fontes manu fructi, aquam in publico ejaculantes: quos à Lacubus etiam Vitruvius diſtinguit *lib. 8. cap. 7.* Quod verò JC. præfatus adfert, *Nymphea* vel Ὕδατα, apud Socratem in oraculo quodam, *chorearum* nomine fuiſſe deſignata: non ſimpliciter hoc nomine *Nymphea* alia ibi indigitantur, ſed *Nympharum ſaltantium & chorearum per urbem agentium*. Ita enim Oraculum ſonat,

Ἀλλ' ὅτι ὃν νύμφαι θροσερὸν κρτὰ ἀσυ χορεύσι
Τερπόμεναι τόσσον· ὑψερέτας κρὶ ἀγυιάς.

Quod intelligendum de *lymphis* vel *nymphis* choreas agitantibus, in canali, per quam ducebantur, & *Nympheum* vel Ὑδρεῖον in Foro conſtituentibus, nec ad *Nymphæa* quidquam pertinet, ſi quæ fuerunt, in quibus nuptiales ballationes publicè agitarentur. Claud. Salmaſius *Not. ad Capitolinum l. cit.*

Nymphides, Sporſanum apud Græcos calceamenta, memorata Polluci *Onomaſt. lib. 7. cap.* 22. V. Ben. Balduinum *de Calceo antiquo cap.* 21.

Nymphiæ, utriusque ſexus nomen, ſecut *Opis*, *Iphis*, apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 32.

Nymphium, romen fontis feuloci, intra Monaſterii ſepta, apud Joann. Diaconum in *Vita* Gregorii *lib. 4. cap.* 83. *In cujus veneranbilis Monaſterii atrio, juſſu Gregorii, innata* Nymphium, *dua latona vetuſtiſſima ariſtidiliter diſpoſita nequa habitantes videntur.* V. Car. Mac. um *in Hierolexico*, ubi Mabillonium, vocem hanc de loco mulieribus deſtinato capientem, refellit.

Nyſa, urbs Arabiæ, adde: Ex *Sina* literarum metathefi vocem factam, diſcimus ex *Chron.* Alex. *p.* 80. ubi de XII. claris montibus agit: Νῦσα δὲ ὄρος ἐν Ἀραβίᾳ. Nempe Liberi pueritiam ſtatuerunt in Arabia, quia Moſes (quem in Barchûi transformarunt Gentiles) quadraginta annis in Arabiæ deſerto egit, in quo inprimis celeuris mons *Nyſa*, propter celebritatem Sinai montis, ubi Deus inter tonitrua & fulmina legem promulgavit, Gerh. Jo. Voſſius *de Idolol. lib. 1. cap.* 30.



O.

O A.

Annes, adde: Hunc Diabolum, in forma piscis hominibus apparentem, fuisse, qui, ut divinitatis famam sibi conciliaret, magnam eruditionem ac ingenium prae se tulerit, tandemque sub nomine *Dagonis* cultus & *Adarada*, id est, *magnificus Dagon* nuncupatus fuerit, exstitisse Gregorius Hornius *Histor. Philos. lib.* 2. *cap.* 4. *ubi de Auctoribus Magiae disserit.*

Oaracla, quae & *Oraacla* & *Oiaxaxla*, Inf. sinus Persici Marciano Heracleotae in *Periplo* Carmaniae, haud longe ab ostiis flum. Addanis, memoratur in qua sepulchrum Erythrae Regis, qui nomen fecit mari, notat Arrianus. Dionysius vero Ὠγυγιον vocat eam Insulam, in qua tumulatus is Rex creditur,

Ἐν δὲ τῇ περίξεον Ἀραβίης ἐκδυσε κόλπος
Ὠγυγιος, ὑθὶ τὸ τύμβος Ἐρυθραίης βασιλῆος.

Quae ἀπὸς Καρμανίη, est Harmozon Carmaniae prom. Plinius tres in eo sinu fuisse insulas docet, quarum duas esse defertas, tertiam habitari, cui nomen *Oaracla*: atque haec est, in qua Erythram condisum ait Arrianus, ex reliquis duabus alteri nomen *Organa*, tertia forsan fuerit *Ogyris*, quam alii sepulchro Erythrae claram volutre. Sed Ogyrin potius locum sepulchri fuisse, colligere licear ex Strabone *lib.* 16. qui postquam ex Nearcho, Ogyrim Insulam cineres Erythrae recepisse, dixit, Oaracten dein Insulam, meminit ex eodem Nearcho, nec tamen Erythrae monumenti ullam in ea Insula mentionem fecit, quam alia particularia memoret ad eam pertinentia: Φασὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸ Μάξενάν σὺν ὁλοῖς καὶ τοῖς ἀπὸ Καμβύσου ἐπαχθεῖσι νέοις ἰδεῖν τὸν τῆς Ὑρκανίας τάφον, καθάπερ ἔλεγε τὸν τοῦ Οἰακάρδου. *Ait autem Nearchus, Mithropastem incidisse in eos cum Amazene; Amazenem autem regulum fuisse insulae cujusdam, in sinu Persico, cui nomen Oaracta.* Quem Amazenem Arrianus *Mazenen* vocat, & cum Nearcho sua navigasse, addit. Nempe Mithropastes ex Ogyride Inf. deferta in *Oaracta* vicinam aeculam confugit, ibique à Mazene Regulo humaniter excepius est. Eum Mazenum postea ducem navigationis usque ad Susa se praebuisse Macedonibus, referunt Strabo & Arrianus: huc enim appulerant Alexandri naves &c. V. de hac Inf. plura, apud Salmasium ad *Solinum pag.* 1180. & 1181.

Oarsiras, Graece Ὀαρσίης, Poema continens confabulationem inter virum & uxorem fieri solitam, cujusmodi habes apud Homerum Hectoris & Andromaches. Verum id unum exemplum, idque in opere justo: non autem in Poematio separato. Cui simile quid, fuisse tratio inter procum & puellam, quale genus Poematis habes apud Theocritum, & Scaligerum *in Nymphis indigenis.* Utriusque praecepta adeò varia sunt, ut penè ex omni vita duci possint: argamentum ac materia pene eadem: vita aut civilis, aut militaris, aut rustica &c. Jul. Cael. Scaliger *Poet. ices lib.* 3. *cap.* 162. Idem de hoc carminis genere, *lic lib.* 1. *cap.* 4. *Primum omnium* (Pastorale carminum) *ἀφροδισιακὸν Amatorium. Hinc proximum Oarsitia, in quibus procus & puella de amore vel disputant inter se, vel contendunt inequali. Cujusmodi est Idyllium mollissimum atque candidissimum Theocriti. Post haec fame ambitiose, aut praemiorum cupiditate aut obtrectatione exorta contentio impulit eorum cantitenas in colloquia &c.*

Oatassini, nomen familiae, quae in Regno Africae Fezzano, post Merinos extinctos, rerum potita est. Cùm enim hoc Regnum condidissent, circa A. C. 800. Omniadae, praefuerunt, ipsi usque ad A. C. 910. quo Zeneti Africae populi, familiam Idris, ex Omniadis oriundi, penitus ex tirparunt. Zenetos, circa A. C. 1052. Lautunii Almoravidae, itidem Africae populi, pepulerunt: quos Almohades, duce Abdalla *Elmohedi* qui ex Ludimagitho Regem se fecit, A.C. 1139. Almohadas destruxerunt Merini, circa A. C. 1210. atque ex naufragio eorum varia per Africam Hispaniamq. Regna orta sunt; nim. Regnum Granatae, Fezzae & Marocci, Tremesinum, Tunetanum, Tripolitanum, alia. Merinis Fezzano positis. Sed his succesferunt *Oatassini* A. C. 1410. Extincta enim Merinorum familia, Hasceneis Scerophi regni occupavit, verùm hunc intra annum dejecit Said Abra, ex familia ita *Oatassi*, quae variis fortunis regnavit, usque ad A. C. 1548. Interim iam circa A. C. 1500. regnum Fezzae defectione provinciarum debilitari vehementer coepit: quâ occasione Hamed Scerifius Maroccanum occupavit Regnum, A. C. 1512. de quo Thuanus prolixe *lib.* 7. Hujus fratres Muhammedes, Scerifius junior, Suſiae Regnum invasit A. C. 1527. fratreque ad dividendum secum Regnum & filium suum Succesſorem declarandum compulso, familiam Scerifiam ita in Imperio confirmavit, ut tandem extincto Hamede, Rege Feſſae, familiae *Oatassinorum* ultimo, totius Mauritaniae Regnum solus conſequeretur, anno praeſato 1548. in cujus familia hodieque durat. Quamvis enim *Oatassini*, creato Rege Buacone, auxilio Caroli V. & Philippi II. Hiſp. Regum, non semel Regnum conarentur recuperare, ſruſtra tamen fuere, Scerifiorum fortuna semper superiore, V. Georg. Hornium *Orb. Imper. pag.* 539. 530.

Oaxae vel *Oaxer*, urba Cretae, unde Ὀαξίτ γῆ, & Poetice Οἰαξὶς Apollonio,

——— Οἵτε τοῖς πόλιν
Ἀγχίαλον Δικταίων ἀπὸ σκέπας ἀμφιβέβασι
Λοξῇσιν γάλοις Οἰαξίδι ἰδρύσαντο.

In loco praerupto, unde nomen. Stephanus, Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆ κατὰ κορυφὴν ὄντος τόπου, ηγουν τῆ ὑψηλοῦ τόπου τινὸς ἄξαι, τροπάσει τῆ ἀπὸς ἀξῶ. *Quidam autem à sitn praerupto, vocant enim hujusmodi loca ἄξαι, sicut nos ἀγμὸς.* Quae utraque vox ab eadem est origine, κατὰ τὸ ἀγνυμι: unde ἄξαι, *rumpere*, & ἀξῶ Cretenſibus, *praerupta loca.* Sic & Latini *rupem* à *rumpo*: unde & *praerupta*, κατάκρημνα. seu ὑπερίπτυχα. Claud. Salmasius *Exercitat. ad Solinum pag.* 984. V. quoque in voce *Oaxus*.

Oaxes fl. adde: Nullum hoc nomine in Creta fluvium agnoſcit Salmaſius, hanc Inſ. *Oaxida* dici cenſens, ab *Oaxo* Urbe. Proin *Oaxem* hunc Virgilianum in Scythia Orientali ponit, & *Oaxum* aliis, item *Oxum* appellari docet; nam & ὄξος & ὀξῶ appellatus eſt. Hunc *vadibum cretae* addit dici, quia *creta*, id eſt, albo limo turbidus fluat. *Ibid.*

O B.

O B. in notis antiquorum, *obtrigacum*, vel *obriacum*; vel *orbem*, vel *obiter*: OB. *M. E. ob merita ejus*: OB. M E. P. E. C. *ob merita Pontificis & Concordiae*, ſignificat, Fr. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Obaezii, V. hic in voce *Debitores*, item *Nexi*.

Obba, vox recentioris aevi, ſeu *oba*, genus calicis, Ugutioni & Johanni de Janua. *Nappo* Italis, Gallis *Coppe*. Gloſſae *MSS. cretenſes*, vel *obba*, *calix ansas habens*. Petrus Damianus *Epiſt.* 26. *lib.* 6. *Pariſi conversione perpetua, ut apertis cuique vini, sicut mos eſt, perſonaliter obbâ, utcunque quantitatibus mensura consensus esset.* Domnizo *de Vita Mathildis lib.* 1. *cap.* 10.

Obbas & lances ad mensam ſert equites.

Monaſticum Anglic. *Tom. I pag.* 104. *Hac vero mensura à die obitus Monachorum implebantur*, ſcilicet ad prandium & ad coenam. Car. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque infrà, *Obla.*

Obduci, apud Plautum, *Ubi intro hanc novam deduxi, vidi vetulam dorsum obducti*: dicitur de claustro ſclera, clavis in. hic proſera, uti apud Graecos ἀχὶς idem, quod κλεὶς. Vide infrà in voce *Sera*.

Obedientes, Haeretici, apud Ferdinandum Cordubenſem *in Tractatu de exigendis annatis cap. de Obed.* ſic dicti, quòd praetextu *obedientiae* turpia quaeque committant, uti de ſocietate Barlottiana quibusdam Bononienſibus *ibidem* refert.

Obedientiae, in Eccleſia Rom. dicuntur munia ac officia omnia Monaſtica, quae per *obedientiam* injunguntur vel conferuntur, adeò ut ipſum minus Abbatis *Obedientia* ſit & appellatur, à Gregorio VII. Pontifice *lib.* 1. *Epiſt.* 32. Sed & quidquid Monachis ab Abbate injungitur, *Obedientia* dicitur, V. Hugonem Monachum in *Vita S.* Hugonis Abbatis Cluniacenſis *pag.* 442. Praeſertim verò *Obedientiae* vocabantur Cellae, Praepoſiturae & grangiae, à Monaſteriis dependentes, quòd Monachi ab Abbate illuc mitterentur, *vi ejusdem Obedientiae*, ut illarum curam gererent, aut iis deſerirent, Gregorius VII. *lib.* 6. *Epiſt.* 36. *Quicunque obedientiam, vel Eccleſiae diſpoſitionem pretii pactione adepti sunt* &c. A' quibus cellis *obedientiariis* originem duxere Prioratus rurales; Cùm enim interdumplures ad eandem *Obedientiam* procurandam mitti neceſſe eſſet, Monachi Obedientiarii ſubinde Cappellas & Eccleſiolas ibi conſtruxere, quò in iis ſacrum peragerent officium, & Monaſtica munia obirent, quibus praerat, qui ab Abbate *Prior* dicebatur. Cùm porro labente ſenſim diſciplinâ Eccleſiaſticâ & Monachicâ Monachi vel Canonici Regulares, per ejusmodi *Obedientias* imbetiores viverent, ut ait Stephanus Tornacenſis *Epiſt.* 114. *neque Abbati revocanti reſponderent nec corrigenti vellent acquieſcere, nec credere corripienti*, nec niſi eorum morte ad Monaſteria eae redirent, tandem habi-

tæ sunt pro *Beneficiis*, quomodo etiam hodie vocantur, id est, feudis Ecclesiasticis. Et Monachi, vel Clerici, qui ejusmodi Ecclesiastica possidebant feuda, diecbantur ea *tenere in'obedientiam*, teste Jac. Petito, *post Panitentiale Theodori pag.* 610. &c. Qui verò in has Cellas mittebantur, easque procurabant, dicebantur *Obedientiarii*, quorum mentio frequens apud Matth. Paris. *pag.* 432. 441. Item *Obedientiales*, apud Petr. Diaconum *lib.* 4. *Chron. Cassin. cap.* 82. aliàs tamen *Obedientiarius* quoque dicebatur Advocatus seu Defensor Monasterii, uti docet Carol. du Freine *Glossario*, ubi plura hanc in rem. De *Obedientia* verò uno ex tribus Monasticis votis, rigidè admodum à Jesuitis imprimis observari solitâ, V. Lud. Lucium *Histor. Jesuit. l. 1. cap.* 3. 4. & 5. quo postremo *Missionis votum* hanc apud illos appellari addit, & formulam ejus ab Ignatio Loiola Paulo Pontifici oblatam, exhibet.

Obeliscus, ychnion, à militibus Græcis, pro lychnucho ferri sustitum, occurrit, apud Asiaticolem *Polit lib.* 4. *cap.* 15. fuitque instrumentum ex *veru* & *lychno*, unde nomen, compositum, seu *lucerna obelisco præfixa*, qualis est quà prælucere solent viatoribus nocturnis. Athenæus ὀβελισκόλυχνον similem ὀβελισκόλυχνον esse ait *lib.* 15. ubi Casaubonum vide.

Obeliscus, adde: His, ut & Pyramidibus, Ægyptus olim inprimis claruit, tàmquam monumentis & tabulis prisæ suorum Sapientiæ; quod describpto Amm. Marcellini *lib.* 17. indigitat, cum ait: *Obeliscus ell asservimus lapis, in figuram metæ conjudatim fastigatus ad procerilatem consurgens excelsam, cujus radium imitetur gracilestim

Professf. Burdigal. Carm. 14. Eosdem intelligit ,cùm *Epist. ad Ursinum* ait,

Quisque sacri lacerum collegit corpus Homeri ,
Quisque notas spurias versibus apposuit &c.

V. plura hanc in rem apud Fortunium Licetum *de Lucernis lib* 6. *cap.* 48. ubi multa de *Obsessino* Veterum, & supra ubi de *Critico* , ac *Notis*. Sed & *obeli* vel *obelisci* , inter Martyrum tormenta , memorantur, *in Passione Tharati & Socior. Interrog.* 3. *Proses decisis* , Obelifcos *incendite* , & *ad ejus ponite axillas*. Ferrei enim erant, vel ex alio metallo, & candefacti axillis infigebantur , ut hic: vel dorso, vel furis, vel inter digitos etiam, ut *ibidem* videre eft. Quo genere tormentorum exercuitæ olim quoque filiæ Dionysii Tyr. & Damianimus apud Perfas, uti Epiphanius docet *Tripartitæ lib.* 10. *cap.* 10. hodieque Turcæ autumant. At apud Eusebium *Hyfter. Eccl. lib.* 4. *cap.* 14. *obelifci* Martyribus loco pulvinorum fubjici foliti teftæ funt & acuti lapides, de quibus infra: plura verò de hoc barbaræ crudelitatis genere, V. apud Caſp. Barthium *Animadverf. ad Papin. Statium Theb. lib.* 5. *verf.* 597.

Oberbrunna, Germ. *Oberbrunn*, caſtrum Germaniæ, in Palatinatu , ſub proprio olim Comite , ex familia Leiningenſi ſeu *de Linage* , dicta poſteriùs Weſterburgâ. Huic enim cum *Leiningenſi* titulum attulifſet Margaretha Landgravii Leiningenſis filia , Reinhardo Weſterburgico nupta : horum filii Reinhardus & Cuno A.C. 1471. à Palatino Com. ob Matrem dicuntur inveſtiti. Hæc in duos nunc ramos diſpeſcitur , *Weſterburgium & Leiningenſem* , quorum poſterior iterum in duos abiit furculos , *Oberbrunnenſem & Grunſtadenſem* , è quibus prior exarſit. Auctor ejus fuit Ludovicus Com. de *Leiningen* & *Weſterburg* , qui obiit A.C. 1598. Pater ex Bernardina Lippia (fil. Bernardi Com.) Ludovici Emiconis Com. Leiningenſis & Weſterburgii in *Oberbrunn* , extinctî A.C. 1634. Quo & Eſtherâ Eberſteniâ (filiâ Joh. Jacobi Com.) genitus Johannes Ludovicus , defunctus A.C. 1665. ex Sibylla Chriſtina Wiedenſi, ſuſcepit Eſtheram , Luiſam Chriſtinam (n. 1656.) & Joh. Fridericum (den. 1659.) Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Part. II. p.* 75.

Oberſteinum , Germ. *Oberſtein* , caſtrum Germaniæ , olim ſub Comite proprio , ex familia Falckenſteniâ , aliàs etiam a *Dhun* cognominata. In hac enim cùm primus Wirichius feudum Falckenſteinium , à Lotharingiæ Duce, per ſubinfeudationem obtinuiſſet, A.C. 1458. ejus nepos , avo cognominis , è tribus filiis tres lineas fevit, *Falckenſteinian* , è Johanne primogenito ; *Oberſteinian* è Sebaſtiano ; & lineam in *Bruch* ſeu *Broich* , è Philippo natu minimo, cujus pronepos Wirichius ultimus nunc marium ſupereſt. Et quidem mediam quod attinet, Philippus *de Daun* Com. Falckenſteinius & *Oberſtein* , ex Anna Com. Sylvarum in *Kirburg* , genuit Wirichium *de Daun* Com. & *Falckenſteinium* & *Oberſtein* , maritum Margaretæ Leiningenſis , & ex ea patrem Melchioris & *Dhun* Com. de *F.* & *O.* quo & Margarethâ Virtenburgiâ (fil. Johannis Com.) genitus Wirichius II. de *Daun* Com. de *F.* & *O.* ex Irmgardi Sayneni (fil. Sebaſtiani Com. *in Sayn* , extincti A.C. 1498.) ſuſcepit Sebaſtianum de *Daun* Com. de *F.* & *O.* fratrem medium Johannis & Philippi prædictorum : quo & Eliſabetha Com. Sylvarum ac Rheni (fil. Philippi Francisci Com. & Mariæ Ægyptiacæ Ortingenſis) natus Philippus Franciſcus , junxit fibi Eliſabetham Salmenſem (fil. Werneri Com. Salmæ & Reifferſcheidii , qui deceſſit A. C. 1619.) atque ex ea progenuit Franc. Chriſtophorum (qui obiit A. C. 1636.) Lotharium (extinctum , . .) & Mariam Sidoniam (uxorem primò Adami Philippi Com. *Cronbergici* ; exin Hermanni Fortunati March. Badenſis, atque ex hoc matrem Phil. Balthaſaris & Mariæ Eleonoræ Sophiæ Joh. Franc. Deſideratæ natæ Naſſoviæ nuptæ, Matrem, defunctam A.C. 1664.) omnes *de Daun Com. de Falckenſtein & Oberſtein* &c. *lin. Oberſteiniane*. Idem *Part. III. pag.* 22. Sed & idem Equeſtris familiæ nomen fuit , è qua memoratur Andreas *de Oberſtein* Eques A.C. 1322. Eam claſſit Wolfgangus Ernestus Canon. Moguntinus , Wormatienſis & Spirenſis , extinctus A. C. 1663. cujus ſoror fuit Roſina , Georgii Philippi Greiffenclau *de Voltrahs* Baronis uxor , ducta A.C. 1670. extincta A.C. 1678. quorum Majores ab aliquot ſeculis idem exhibet Spenerus *Part. cad. pag.* 44.

Obertar de Orto, Conſul Mediolanenſis , compoſuit librum ſecundum & tertium Feudorum , ut tradit Cujacius *lib.* 1. *Feudor. in princ.*

Obeſi , apud Spartanos olim infames habiti , propter jactatum fenarium ,

Παχεῖα χαρὴς λευκὸν ἢ τύλος νέον.

V. Chabotium ad Horatium *lib.* 2. *Sat.* 2. Hinc *obeſitati* minuendæ remedia exhibita paſſim occurrunt , inter quæ acetî ufum eximium oſtendit , exemplo Vitellii Ducis Itali , Jac. Balde *Prælat. in Satyr.* quâ *Macros* extollit. Prudenter etiam excufat Leo Byzantius , apud Philoſtratum *in Sophiſtis* ; laudatoque infuper idem Balde alia *Satyrâ*. Imò non alium ſibi Regem Gordii olim voluere , quàm *obeſum* & præpinguem , quòd ex corporis mole animi indolem dijudicarent , teſte Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 4. *cap.* 23. &c.

Obices ferrati portarum , apud Ammianum *lib.* 21. qui Græcis

σφενδονήμασι μαχλοὶ , iidem funt cum *claſtris* , quæ *foribus* prædicta dicit Germanicus , in paraphraſi Arati , nos de fidere Caſſiopeæ ,

Qualis ferratos objecit clavicula dentes ,
Sanctaſti & foribus prædicta vincula claſtris.

Aliter Græcis recentioribus ἀρίς ἀνδρὸς ſecundâ voce βάλανος ; ſed ex ratione Vett. aperiendi claudendique diverſius fuiſſe conſtat. Βάλανος enim, ut nomen indicio eſt, ferrum fuit glandis ſacie & cavum , quo in foramen ferræ , hr. ligneî vectis , τὸ μοχλὸν immittebatur , & ſic feram committebat januæ , ut nisi extracto eo removeri & revelli non poſſet fera , nec janua aperiri. Ita autem in feræ foramen incidebat βαλανεῖον , ut totus lateret , nec erui inde poſſet vel extrahi , niſi immiſſo alio ferro oblongo , quod in cavitatem βαλάνου ita imbat , ut tam evelli , quàm ferram trahere ; βαλανάγωγον hinc dictum. Atque hæc fuit clavis. Sed nec βάλανος , nec βαλανάγωγος , locum habebat , niſi in his foribus , quæ ſera vel vecte ligneo transverſo firmabantur, quem μοχλὸν Græci dicebant , Latini *Seram* : unde *obſerare* & *reſerare*. Ita verò ſolebant muniri primæ domus januæ , quæ in publicum aperiebantur , ut & urbium portæ. Ovidius ,

Excute poſſe ſeram.

Interiorum autem conclavium & œcorum fores , alio munimine firmatas fuiſſe , veriſimile eſt. Terentius certè de prima janua , *Oſtium obſera intus* , i. obdita ſera oſtium intus occlude, μοχλεύσον τὴν θύραν ἔνδοθεν ; oſtium enim venirbat oppugnantium miles. At de conclavi vel thalamo dicit , *peſſulum oſtio obde* ; ferreo *obice*, occluſiſſe intus ſignificans. Cujusmodi obices ferreos , quibus interiorum membrorum domus fores occluduntur , duos ferme ſingulis foribus addebant , ut hodieque moris eſt , in ſuperiore parte unum , in inferiore alterum. Inde apud Plautum *claſtrar. Oſtium intus amboluc claude peſſulis* : quod de ſera vel vecte ſive repagulo ligneo non poſſe accipi ; nec enim duabus ſeris januas muniri moris erat. Sed & alios , præter peſſulos tales , *obices* ferreos affixos habuere conclavium fores , qui immiſſa fonifcus clave removeratur ac ſuccuteretur. Quod latis oſtendit Homerus , de Penelope thalamum ædium intimum ultimumque ſperiente , in quo pretioſa quæque cimelia recondita erant ; Odyſſ. 21.

Ἓκ δ' ἐλὼν κλεῖδα κυρτὴν χαλκήιον ἰόχαλκε
Ἄνοιξ' οὐδανόμοχλον.

Immiſſâ, inquit, *clave ſurium obices ſuccuſſit ac repulit.* Nullus enim hîc μοχλὸς ſive vectis ligneus , ſed ὀχεὶς , h. e. *ferrei obices* five peſſuli , ac verutula ; quos clavis ἀνακλείσας , h. e. *ſurſum quatis ac repellis* , longè aliter quàm βαλανάγωγος aperiens , quæ in βάλανον immiſſa ſurſum trahendo eam eximebat , quod ἀνατιτρὰς dixit Æneas &c. Diverſi itaque generis claſtra ea *obices* forsan fuere , prout & diverſæ aperiendarum foriun rationes excogitatæ ſunt. Lignea claſtra quædam extitere , quibus in transverſum obductis fores firmabantur : Latini *feram* , uti dictum , item *vectes* & *claſtra* , Græci μοχλὸν & κλεῖθρα appellavere ; in quibus βάλανοι & βαλανάγωγοι , quarum multus apud Vett. uſus ; habuere locum. Et hæc communis forma olim clavium obicumque fuit : Alia ſolertior fuit methodus per claves Laconicas ; quæ totæ intra claſtrum immiſſæ latebant , quæque inſertæ claſtro & ſurſum eum impetu levatæ ſuccutiebant repagula ac dejiciebant. De quibus Avienus ,

—— *Sic qualem Caris quondam*
Noverat intranem per claſtra tenacia clavem.

V. pluribus hac de re diſſerentem Salmaſium *ad Solinum pag.* 925. *& ſeqq.* ut & *hic paſſim*.

Obitus , in Eccl. Romana , Anniverſarium , dies *obitûs* quotannis recurrentes, officium Eccleſiaſticum: Gallis vulgò *Obit. Chiara* Wilhelmi Betunienſis Dominî A. C. 1297. in Tabulario Monaſterii S. Bertini : *De cujus eleemoſyna largitione , ſeptem ſpeciales obitus , videlicet* Obitus *mei & uxoris meæ* —— *ſingulis annis fieri debent* , apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Hinc *Obitorium* vel *Obituarium* , V. ſupra *Necrologium*.

Oblata , apud eosdem , panis eſt ad ſacrificium , ut ajunt , *oblatus* , *hoſtia tandem conſecrata* , Car. du Freſne *Gloſſ.* Solebat autem olim Sacerdos , ut ait Ernulphus Epiſcopus *in formul. unumi* , probat idem du Freſne ex nummis aliquot Regum Francorum primæ ſtirpis , quos deſcripſit Bouterouis. Liber *Ord. S. Victorienſis* MS. *cap.* 20. *Similiter hoſtias de frumento electo & puriſſimo in alba facias* (Sacriſta) *in loco mundiſſimo linteis coperto, cui duo fratres ſubminiſtrent, ne aliud quam ipſas hoſtias tractare cogatur : quorum unus ignem follicite faciat , alter vero inſtrumentum ferreum ad coquendas hoſtias teneat.* Ut porro *Oblatæ* iſthusmodi ex grano puriſſimo , ab ipſis Monachis, cum ſtatis etemo-

niis & precationibus in *ferramento charactegrato* fieri solitæ sint, pluribus profequuntur Udalricus *Confuetud. Cluniac. lib. 3. cap. 13.* & Anfelmus Epiſc. Havelberg. *Dialogor. lib. 3. cap. 18.* Superpe & Anſ

lignea & ferrea, quæ sunt Militi sunt necessaria, & 100. marcas argenti. Præterea, dum in hostili vixero, singulis annis ad Festum Nativitatis Domini præfatæ Domui Templi & Fratribus 10 sol. Guil. pro recognitione hujus donationis dare promitto — Et nos Frater P. de Montacuto Magister, cum consilio & voluntate Fratrum Ill. Capelli & aliorum Fratrum, recipimus vos — in Domum & confraternitatem nostræ Domus & in universis beneficiis, quæ in Domo Templi fiunt vel fient usque ad finem citra mare, vel ultra, bonum vobis concedimus portionem &c. Ea autem *Oblatorum* & *Donatorum* erat conditio, ut ex familia Monachorum cesserentur, Abbati obedientiam profiterentur & victum vestitumque ab iis consequerentur; cùm viz. in Monasteriis degebant ac deserviebant. Quo in statu etiam habitum formâ & colore diversum à Monachorum cæterorum veste deferebant. Nonnunquam verò Monasteriis ac Ecclesiis ita fese offerebant, dominium ac mancipium, ut ipsi ac eorum progenies pro servis Ecclesiæ deinceps haberentur, dimissâ ingenuitate ac libertate. Cujusmodi *Oblationis* in Tabular. Vindocinensi *Chartam* his verbis conceptam idem du Fresne exhibet: *Cùm sit omni carnali ingenuitate generibus extenuum quodcunq; Dei servitium — ego Raynaldus —— cùm me ab avis & atavis naturaliter liberum constito humana protuleris — spontanea mea voluntate meipsum, meosq; liberos, in servitium trado S. Trinitatis & Fratrum hujus loci, reminens me ab hac die in antea, sicut unum quemplam de servis eorum, ad faciendum de me & rebus meis, quidquid eis salvâ justitiæ lege placuerit — pro salute animæ meæ &c.* Atque tum, in servitutis ultro susceptæ signum, *quatuor denarii* offerebantur. Et hinc *Oblati* tales *Servi de quatuor nummis* appellati videntur. Spectabant autem fortean hi quatuor nummi seu denarii censum totidem denariorum, qui quotannis pensitari solebat, ab ejusmodi servis & *Oblatis* Ecclesiasticis, uti colligere est ex Joh. Reborno in *Histor. S. Huberti &c.* Præterea fervitutem hanc Ecclesiasticam non ubicunde aliis quoque ritus erat, *collo scapana fune innexo*: Ita enim *Raynaldus —— obtulit Deo & S. Trinitati omnia sua atque semetipsum ad servum —— Quod prius quam fecit, in Capitulo, ac deinceps statim in Monasterio (Vindocinensi) involvens juxta morem collum suum chordâ ligni —— A. C.* 1079. in *Ch.* alia ejusdem Tabularii. Imò *Charta* 440. Ingeibaldus quidam, loco eidem S. Trinitatis se in fervum traditurus, in facti memoriam, unum quod ritus efunctus legitur, & *cappam* denarios de *capitagio* suo, *simul mox erat fecultaria talis farcæ, super Altare Dominicum prædicti loci imponent, simum quoq; signi collo suo devote circumplicans, charram ferlo ipsam postulavit &c.* Sed & ita quandoque Ecclesiis & Monasteriis sese offerebant & donabant sub annuo censu, ut libertatem & ingenuitatem non dimitterent, imò eam dissertis & expressis verbis retinerent. Quam in rem V. complera apud C. du Frene laudatum in *Glossar.* Dicitur verò Regum Franciæ potestas *Oblationis* in Monasteriis, V. Chopinum *de Sacra Politi. lib. 3. tit. 2. n. 12. 13. 14. 15. & tit. 5. num. 14. 15.* Causas ipsiusmodi *Oblationis* suggerit *Capitul.* Caroli M. *lib. 1. c. 120. Liberorum hominum, qui ad servitium Dei se tradunt, non tam tua devotionis, quam exercitus, seu aliarum functionum vitandarum causâ &c.*

Oblatio, Hebr. מנחה, una ex tribus primariis Sacrificiorum Vet. Testam. speciebus, à frugibus erat, constabatque è similâ, cui affundebatur oleum, addebantur que thuris odores. Unde acceptum pugillum, cum universo thure, adolebat Sacerdos Jehovæ, reliqua ipsi edebant, Levitici *cap. 2. vers. 1. 2. 3.* propter quæ dona thurea, *Mincha* ipsiusmodi seu *Oblatio*, gratissimum Deo erat *suffimentum memoriale*. Nefas autem erat ipsiusmodi donis *mel*, aut *fermentum* ad sacrificare, quod Judæi, propter Idololatras, à Sacrificiis hariolantur; cumque illi hujusmodi sacrificia uterentur, Deum contrariis ritibus placari voluisse: Apostolus verò ad mores refert 1. Corinth. *cap. 7. vers. 7. 8.* E contrario omne munus sale faliendum erat, Levit. *cap. 2. v. 13.* quod similem fidei ac finceritatis imaginem habebat, & sacrificia nostra rite condienda & à corruptione custodienda esse docebat: quò Deo placere ac ipsi immortalitatis (cujus Sal emblema erat, Numer. *cap. 18. vers. 19.* & 2 Chron. *cap. 13. vers. 5.*) evadere participes possimus, V. Colosi. *cap. 4. vers. 6.* Ephes. *cap. 4. vers. 29.* & Matth. *cap. 5. vers. 13.* &c. Quæ omnia non verò vox in genere pro *Sacrificio*, apud Latinos sumitur. In Nov. Testam. ubi sacrificiorum proprie dictorum, post semel *oblatum* DOMINUM nostrum, usum nullum superesse, ex ad Hebræos dictimus, in Liturgiis antiquis & apud Patres, τὰ δῶρα vel τὰ ἅγια δῶρα, appellantur *Oblationes* panis & vini, ad sacram communionem, in Ecclesia veteri solitæ offerri: è quibus ad consecrationem, in usum Eucharistiæ, quantum satis erat, sumpta, reliqua primitus fuisse, Justinus adhuc restantur. Quum ob causam, in Græco um monumentis, τὰ ἅγια δῶρα vel τὰ προκείμενα δῶρα aut simpliciter τὰ δῶρα, vel τὰ ἅγια, pro ipso corpore Christi mystico accipiuntur: vel propter jam factam consecrationem, vel propter futuram. Nam in Liturgia Chrysostomi nondum facta erat consecratio, cùm ait Sacerdos in precemystica: Ἀξίωσον ἀσφαλῶς ἡμᾶς τοὺς ἁγίου σου θεραπόντας τῆς ἁγίας σου τελετῆς ταύτης, *Da, ut à me peccatore & indigna servo tuo, hæc dona tibi offerantur.* Ubi per *dona* quid intelligat, declarant sequentia, Σὺ γὰρ ὁ προσφέρων, καὶ ὁ προσφερόμενος, *Tu Christe idem es qui offers & qui offertis.* Commemorationem enim unici Christi sacrificii, in cruce *oblati*, vocabant *Sacrificium*, & aliquando *Sacrificium commemorationis*, aliquando *Sacrificium corporis Christi*, ut infrà videbitur. Igitur τὰ δῶρα etiam, sive ante consecrationem, sive post, pro ipso corpore Christi mystico, quod dicebatur *offerri* per commemorationem veræ illius *Oblationis* semel factæ, usurpantur Patribus. Inde factum, ut *Dona* acciperent, pro ipsa cœna Dominica. Idem namque est Isacis fercentis apud Patres, τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα, & *participare S. Cœnæ*. Atque hæc locutio ita fuit in Ecclesia Græca usu trita, ut Balsamon ad *Can. 19.* Concilii Carthagin. vocem & pueris fidelium notam, *Eucharistia*, per istam interpretetur: *Δῶρον*, inquiens, *ἡ ἐυχαριστία ἐγένετο τὰ ἅγια δῶρα*, in qua appellatione quantum latet significationis occultæ, declarat Nicol. Cabasilas *Exposi. Liturg. cap. 2.* Sed & alias ob causas Sacramentum hoc *Donum* dicere Patres, quas congerethic instituti non est nostri. Dicam saltem, & Regenerationem, & Baptismum quoque, imò ipsum Spiritum S. unicum tanti mysterii effectorem, non raro hæc appellatione apud Patres venire. Hinc Palchasius *lib. de Corp. & Sang. Dom.* negat, nasci corpus Christi vere accipere, quia non accipiat Donum, id est, Spiritum S. Nec hoc omittatur, Eucharistiam appellari τὸ δῶρον, eandem ob causam, propter quam dicitur & Sacrificium; quia viz. eâ commemoratio sacrificii semel à Christo oblati, Sic recipe in Liturgiis, ut in ea, quæ habetur in Clementis *Constitution. lib. 8. cap. 13.* Υχὴν τὰ δῶρα τὰ προσφερόμενα διὰ Χριστοῦ, τὸ ἅγιον ἐπιπέμψαι, ὅπως ὁ ἀγαθὸς θεὸς προσδέξηται αὐτὰ, ὡς μιμήματα τοῦ ἁγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. *Oremus pro illius quod Domino Deo offertur; ut Deus pro sua bonitate illud suscipiat, per interventum Christi sui.* Ubi Donum sive Sacrificium, est symbolum corporis Christi, quod sumitur in sacra illa actione, ad celebrandam memoriam mortis Christi. Quo sensu Patres simpliciter usurpant τὸ δῶρον, aliquando τὸ σωτήριον δῶρον, aut ὁ τοῦ μυστικοῦ δῶρον, ut in Chrysostomi *Tom. I. pag. 916.* Atque ita accipiendum in Nicæni Concil. *Canon. 5.* quo loco jubetur, Synodum haberi ante Quadragesimam, ἵνα πάντα καθαρεύοντα προσενεχθῇ τὸ καθαρὸν δῶρον τῷ θεῷ ἡμῶν, *Ut omni simultate sublatâ Donum purum offeratur Deo.* Ubi verum est, quod quidam fuerunt, alludi ad præceptum Domini, apud Matthæum *cap. 5. vers. 23.* fed & illud verissimum, appellatione *Doni* hic Pascha & S. Eucharistiam intelligi, ac ut Patres loquebantur phrasi Metonymicâ, *Sacrificium Christianorum*. Quin vocis usum non attendit Consalius *Ponce de Leon*, Interpres *Physiologi* Epiphanii, ille loco *cap. 5.* Ἵνα οὖν ζῶν, πνεύσῃ, τὸ ἅγιον δῶρον· κρεμάσθω τῷ ξύλῳ ἀκάνθης σουν τὸν λαιμὸν ἕλῳ ἐ αὐτὸν, ἡ δυναστεύσουσι ἡ ἀπωλεῖα, *Ibi autem vivum spiritum, id est, sanctum donum: Nam communicantes cum patibulitâ, per ipsum te in posterum venturabis & mortis debitum pectetur.* Et per se clarum est in Græcis Patribus verfato, τὸ δῶρον hic esse Cœnam Domini: quod proxima vox *communicans* manifesto ostendit, &c. Plura hanc in rem V. apud Isaac. Calaubonum *Exercitat. XVI. num. 52.* Eandem ob rationem προσφορὰν vocari hoc Sacramentum, deprehendimus Concil. Laodicen. *can. 58.* unde ad Latinos *Oblationis* vox transiit, pro eo quod Græcos *Sacrificium Christianorum* appellat, diximus. Aliàs in genere *Oblationes* appellantur, quæcunque à piis fidelibusque Christianis offeruntur Ecclesiæ, sive res ipsi sive mobiles sint: nec refert, an legitur Tetamento, an aliter donentur; atque hoc sensu vocem usus est Ulpianus *cap. 5. tit. de Donat. inn. Vir. & Uxor.* Veteres *Offerumenta* vocarunt, auctore Festo. Plures vocis hujusce acceptiones V. apud C. du Frene *in Glossar.* & Macros Fratres *in Hierolexico &c.*

Oblationarius, in Ecclesia Romana, Subdiaconus, interdum & Diaconus dicitur, ad cujus ministerium pertinebat, *Oblatas*, panem sc. & vinum, Pontifici missam celebranti & Patriarcho deferre, easque offerre Archidiacono. *Ordo Rom. Et suscipit (Pontifex) oblatas de manu Presbyterorum ac Diaconorum, quibus licitum est accedere ad Altare: deinde Archidiaconus suscipit oblatas datas de Oblationario & dat Pontifici. Et alibi, Ornato vero Altari sunt Archidiaconus simul cumduabus Pontificis de Subdiacono Oblationario regionario & refundit super altare & in calicem.* Anastasius in *Gregorio III. Dispositis, ut in Cæmiterio — Roma, in diebus Natalitiorum, eorum luminaria ad vigilias faciendas & Oblationes de Patriarchio per* Oblationarium *deportentur ad celebrandas missas &c.* In *Histor. Translationis* S. Sebastiani *n. 27. Oblationario stante, vocato, ipsius erat Diaconi, ex Reon. confuetudine, aperire sepulchrum &c.* Anastat. Bibl. *ad VIII. Synod. act. 2.* ubi Διάκονος ὁ τὰ προσφορὰ apud Græcos occurrit, fubdit, *Quem Romani* Oblationarium *vocant.* Aliàs Græcus Ἱερεὺς, *quasi* hujusmodi homines vocasse, docet Carolus du Frene *Glossar.* Aliud quid *Oblatores* sunt, Ammiano *lib. 19.* memorati, Gr. Συωδεκοὶ, qui *offerre* dicebantur, cùm tributa inferebant &c.

Oblativa Augurii, dicta Romanis funt, quæ non posfecbantur: Adeoque nihil adferre, & temerè emissa esse, aut fine ratione

tione suâ quadam conciliatione purabantur prorupisse, nisi commotos & velut percussos animos ita afficerent, ut ad se pertinere assentirentur: Sibi se negarent; nihil se percipere aut experiri eorum, quæ illa prænuntiarent, ex Augurum disciplina persuasum habebant & in potestate nostra positum affirmabant, auspicia non petita ampleeti aut recusare. Opponebantur illis *Imperatives*, quæ fuisse tari divinitus & rarò fallere, ac se se ipsa asserere atque explicare obfervatione, constanti & æqualitate sua putabant, Joh. Rosinus *Antiqu. Rom lib. 3. cap. 3.*

Obligare, terminus Magiæ proprius. Unde *Obligatores*, qui ligamentis Magicis ad morborum sanationes utuntur, *in Capit.* Caroli M. *lib. 1. c. 64.* Adde *Capitul. 1.* ejusdem Imp. incerti anni *cap. 40.* Apud Apulejum *de Herbarum virtut. cap. 15. num. 3. Si quis ad mulierem non poteris affectari obligatus.* Id est, maleficio & veneficio incantamentoque alligatus, detentus, devinctus & impeditus, quòd nimiis *affectibus*, id est, afficiatur, stimuletur, commoveatur & accendatur ad cupiditates & libidinem. Germani vocant *Nestel knüpfen*. Cujusmodi *Obligationis* exemplum insigne, præ cæteris, habes, apud Guibertum *de Vita sua lib. 1. cap. 11. & 17.* V. supra in vocibus *Defigere*, *Ligula*, *Nodus Veneris* &c.

Obiinere os, apud Plautum, quod proprie iis convenit, qui non facile parcere de consueto more liniebant, sed os totum. *Sinè* enim moris erat deliciarum olim, ad ad eandem nitoremque cutis conciliandam, vel ne cito barbati essent. Sic Suetonius de Ottone narrat, *faciem quotidie pane madido linere consuetum, idque insistisse à prima lanugine, ne barbatus unquam esset.* Et Martialis de Muliere,

Dequæ coloratis nunquam lita mater Etruscis.

Ubi *coloratos Etruscos* vocat τοὺς ἑλικοειδεῖς, *Sole peruftos*, & *mulierem nunquam litam*, quæ faciem medicamentis nunquam induxerit, ad eandem fervandum & Solem cuti defendendum, ne coloraretur. Cujusmodi medicamenta, quæ præstabant, ne Sole læderetur facies, vocabantur Cosmetis θερμὰ προφυλακτικὰ πρόσωπα, eaque omnia erant ἐπίχρωτα: sicut illa, quibus nitor aut candor parabatur in facie, πρόσωπα ἐπίχρωτα λαμπρυντικὰ, & σμήγματα πρόσωπα εὐειδοῦντα. Sed & faciem linebant, ut cutis tenderetur, cujusmodi medicamenta Græcis τηλεπλοκὰ & τηλεπλάσματα, Latinis *Tensipellia*, appellabantur. Et quidem, cùm dicit alicubi Tibullus,

Quid fucos splendente genas ornare? ——

per *fucum splendentem*, ὑπὸ ἐπίχρωτα λαμπρυντικὰ intelligit. Sicut πρόσωπα πρόσωπα λαμπρυντικὰ Juvenalis, cùm ait,

Sed quæ mustalis inducitur alga foveur,
Tu medicaminibus, collo, & fuligine ofpas
Accipis & maculæ, facies dicetur, an ulcus?

Ut & paulò post,

Et pressum in facie digitis extendere panem.

Item,

Interea fedo assectu ridendaque multo
Pane tumet facies.

Ubi vetus Interpres, *medicamen ad tendendam faciem, vel cutem magis &c.* Alia autem erant σμήγματα, alia σμήγματα, qui bus utebantur ad faciem poliendam. Sublatis enim cataplasmatis fmegmata adhibebant, id quod observavit idem Poëta, in illa divina *Satyra* adversus æquiorem sexum, ubi eleganter πολυπλάσματα vocat *tectoria*:

Tandem aperit vultum, & victoria prima reponit,
Incipit agnosci.

Panem inrelligens, quo madido faciem linebant, ac veluti tectorio quodam inducebant, τηλεπλοκῷ τε εἰδωλείῳ θ' κηλῖδι: quod tectorium seu cataplasma abstergebant fmegmate ex lacte asinino, cùm ad mœchos irent. Idem,

——— *videndæ, multo*
Pane tumet facies, aut pinguia poppæana
Spirat, & hinc miseri vicinum labra mariti.
Ad mœchum lotâ veniunt cute.

Ilomento expolitâ vel fmegmate, ὑπεροχὴν fublato: ad quam rem idem postea lacasinium memorat. V. quoque Aëtium *lib. 7.* ubi omnia hæc σκευασίαν genera enumerat & nominat σμήγματα, πρόσωπα, κηλῖδας, τηλεπλοκὰ & alias similes fapones & lomentorum species, quibus qui utebantur, tam ad faciem, quàm ad reliquum corpus, emergenda polienda & nitidanda, *sibi* propriè dicebantur. Æl. Spartianus *in Adriano*, *Corrupit se cum Trajani libertos, carasque delicatos, eosdemque leviste, per ea tempora, quibus in aula familiariter fuit, opinio multis firmavit.* Ad quem locum, quòd addit Casaubonus, etiam linere faciem consueviste Vett. ad oculorum ὑπόχυσιφάσεις, vel ad glabritiem ac lævigarionem, reprehenditur à Salmasio, aliter faciem, aliter oculos inungi solitos, & utrumque diverso fine, asserente. Sed & quidam, ut nævos occularent, faciem linebant: ut ille apud Martialem libertinus frontem literatus,

Et numerosa simum stellantem splenia frontem:
Ignoras, quid sit? Splenia tolle: leges.

Hinc itaque orta, *linere aliquem*, pro κηλαινέειν, apud Hieronymum *in Ezech. lib. 7.* Os *sublinere*: quod de eo proprie dicebant, qui simulans se os alicujus linere ad decorem, uti mos fuit, contrà & ecus quàm consuetudo erat, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim gryllum pingebant: Et *os obtinere*, apud Plautum, de quo dictum &c.

Obliquare visus, apud Papinium Statium *Achilleidos lib. 1. versu 323.* de Achille,

Audetur, tatumque rubet, visusque superbos
Obliquat ———

amoris indicium. Unde vetus Schol. *Cum heroicum*, inquit, *& virile ante contuerur; nunc obliquato visu, remittit austeritatem & assensum fatetur.* Sic de amore correpto suo Leandro, Musæus:

Λαῦρα δ' ὑπεπλώιζον θελητὸς ἐλίσσεν ὀκωπάς.

Apollonius de Medea *lib. 3.*

——— ἐπ' αὐτῷ δ' ὄμματα κάρη
Λαῦρα πάρα λιπαρὴν ἐγκάρσια δοιὸς καλυπτέλλει.

Ipsum Amorem σμικρὸν γελᾶν dicit Meleager *Anthology. lib. 7.*

Ἔρε δ' ὁ κακὸς γλυκὺ παῦρα, μάλ' ἀλλὰ βαρ, ὤμβε, βάμβες,
Σμικρὸν γελῶν, πλησιον, νῦν ὀφρυπετφλάζων.

Et versatiles amore perculso oculos adscribit Nonnus *lib. 35.* de Morrheo, quem vide. Addit autem *superbos visus* Statius, propter non penitus abjectum fastum, qui naturâ insigniorem nobilitatem comitatur. Sic puella Bucolum *obliquis* intuebatur, contemnens eum & cò raptum oculum despiciens, apud Theocritum *Idyllio 20. &c.* Idem v. & verecundiæ signum. Statius iterum *Thebaid. lib. 1. versu 675.*

Dejecit moestos ex tempore Simenthus heros
In terram vultus, tacitoque ad Tydea lasum
Obliquare oculos ———

Invidiæ porro & tacitæ obtrectationis. Idem *Thebaid. lib. 12. versu 536.*

Asthides obliquæ secum mirantur operto
Murmure ———

Et Horatius *lib. 1. Epist. 14.*

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat ———

Cujusmodi oculum πονηρὸν, *malum*, vocat Dominus noster, Matthæi *cap. 20. versu 15.* V. plura de voce hac, apud Cafp. Barthium *Animad. versum. ad Papinium Statium* passim, inprimis *ad 1. Sylv. 2. versf. 27.*

——— *Obliqui carminis afflus.*

Oblivionis Lex, apud Corn. Nepotem *Thrasybulo.* V. suprà *Amnestia.*

Oblivium, Gr. Λήθη, nomen castri in Persida, sic dicti, ut ait Procopius *de bello Persic. lib. 1. cap. 5.* quòd de illo, qui eò esset conjectus, mentionem unquam fieri ex Lege vetitum, pœna etiam capitalis illis posita esset, qui ejus nomen protulissent. V. quoque Theophylactum Simocattam *lib. 3 cap. 5.* Leontium in *Vita S. Johannis* Eleemosynarii, Agathiam *pag. 138.* Theophanem *pag. 220. & Miscellam lib. 17.* Simili nomenclatura præditorum Imperatores Byzantinos carcerem habuisse, docemur ex Nic. ephoro Gregora *lib. 9. & Pachymere lib. 3 cap. 38.* qui illud Nicææ fuisse asserit, in quem amandari soliti Proceres, alicujus delicti rei. Cujusmodi locorum imitatione carcer Epiſcopi Parisiensis, vulgari idiomate, *Oubliette* dictus videtur, quòd, qui in eum conjecrentur Clerici, quasi *oblisi*, in eo diutiùs detinerentur, apud Froissardum *Volum. 11. cap. 84.* Guillelm. Episc. Tornacensem *Hist. Velleris Aur.* & in *Chron.* Flandr. *cap. 86.* ubi de Henrico de *Masstroit*, laudatos Carolo du Fresne *Glossar.*

Obnoxiatio & *Charta obnoxiationis*, in Formulis medii ævi idem fpectat bona ipsa, interdum personas. Prioris generis exstat formula, apud Marculfum *lib. 2. form. 9.* qua Pater, qui bonorum, quæ uxori fuæ præmortuæ dederat, vitamfructum à filiis accipit, eâ conditione, ut villas alias ex fuis bonis illis *obnoxiet pro ipfo ufu*, ita ut ea vendere aut alienare ei non liceat, sed in filiorum arbitrio & potestate remaneant. Cui adde formulo. ex Balutianis. Alia Obnoxiationis fpecies fuit, cùm quis præ inopia, neceſſitate ac infirmitate, pecuniam aut bona alia in vitum accipit, eoque nomine libertatem suam commodanti *obnoxiat*, ita ut, velut de quibusdam mancipio proprio, ipſi commodanti facere liceat, potestatemque habeat debitorem *vendendi, commutandi & disciplinam imponendi*, ut est in Formulis secundum Legem Rom. Et quidem in *Capitul.* Theodori Cantuariensi, *cap. 22. Homo tredecim annorum seipsum potest servum facere.* Exemplum rei hujus antiquissimum in Ægyptiis habemus, qui damantibus annis inopiæ & fame ingravescente, Pharaoni, post jumenta & agros, seipsos mancipasse leguntur, in Historia sacra Josephi Patriarchæ. Licuisse vero etiam Patri, urgente neceſſitate, filium in servitutem dare, docent Novella 2. Valentin. & *l. un. de Patr. qui fil. distrax. l. un. de Filis qui sanguinol.* & *l. 2. de Alim. quæ imp. Parens.* quæ obſervavit Jac. Gothofridus *ad ll. un. de Patrib. qui fil. &c.* His autem fervis natis, in tali fervitio, liberi erant, uti discimus ex *Edicto* Pistensi c. 34. Sed nec semper seipsos vendebant, verùm per alios vendi patiebantur, tanquam originarii essent servi, de quibus hæc sancit Lex Wisigoth. *lib. 5. tit. 4. §. 10. Ingenuum qui se vendi permiserit & pretium cum vendi-*

dittora paruleus fit, ut circumvenire emporem, in seruitute permanere debere, posse tamen proin datu retinti & in pristinam libertatem afferi, vel a fi ve ui à Parentibus. Quo ſpectat illa Gregor. Turonenſis *lib. 3. cap. 15. Veni nuncius & renuntia me in domo barbari illius, ſiſque illo tucum pretium mum*, &c. Ne proin hujusmodi fraus contingeret, Lege Longobardorum ſanctum eſt *lib. 3. tit. 9. §. 5. ut in publico per antiquam conſuetudinem*, id perageretur, ſcilicet in Curia, coram Magiſtratibus. At Saxo num Lege, nullus ſe in ſervum dare potest, reclamante herede: ita *Specialum Saxonicum lib. 3. artic. 31. §. 4. art. 42. §. 9.* Diverſis porro modis quis ſeſe in ſervum *obnoxiabat*. Interdum enim, ut pretium ſui acciperet, ut in *Formul. cit.* Interdum à mortis periculo liberatus, ob crimen aliquod perpetratum, ei à quo *compoſitio* exoluta fuerat, cum i. ſe ſolvendo non eſſet, ſeſe in ſervum addicebat. Præterea aliquis in ſervum ad vitam ſuam ſeſe dabat, cum pecuniam, in quam condemnatus fuerat, pro reſtitutione aliqua, non haberet quam tranſſolveret. Denique, ſiquis rem furatus fuerat, donec compoſitionem ſolviſſet, in dominum illius, cujus res erat, tranſibat, *hexabio in collum poſito & per omnia capitis ſui*, ut eſt in Formulis parenſialibus *cap. 26.* Sic Lege Ladislai Hungar. *R. lib. 2. cap. 11. & lib. 3 cap. 5.* Nobilis, qui domum alterius invaſit aut illius uxorem ſtigellavit, ſi multam decretam ſolvere non poſſit, raſo capite venali jubetur. Adde, quæ in hanc ſententiam habent Leg. Bajuvar. *tit. 1. cap. 11. tit. 2. cap. 1. §. 5. & varia* Capitularia laudata à Carolo du Freine *Gloſſar.* Nec non quæ hic ipſe notavit *ad Cinnamum p. 487.*

Obnunciare apud Accitonium *Jurisc cap. 20. Lege autem Agraria promulgata obnunciantem eum oblegam armis foro expulit, &c. — in eam coegit ut ſeſe tantum, ut — domo abſolere nihil aliud quam per edictia obnunciare*: Dioni eſt *προκηρύσσειν σφισιν*, *ferias indicere*; quod caute accipiendum. *Obnunciationem* hebat quidem dies nefaſtus & comitial s eſſe dicitur, non hebat tamen ſeſtus, neque *Nundinæ*. Multis itaque idem abhi *obnunciare* veriti: *σφισιν γὰρ ἐκ τοῦ νόμου τοῦ ἀγορίου ἐκεῖνον κρατοῦντος μόνον, ἐπαναιρεῖσθαι τὰ ἐκείνῳ ψηφισθέντα, καὶ ἐφιέναι τοῖς ἐθέλουσι διὰ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐργάζεσθαι ἀπέχεσθαι*. Or. Salaubonum ad *Dionis Suetonii.*

Obodes, Rex & Deus Nabathæus, V. ſuprà *Dyſares.*

Obolus, Græce ὀβολὸς, nummi genus minutum. Nomen tulit, quod Athenienſium nummus ὀβολὸς *obolum* inciſum oſtentaverit: an potius à figura *obeli*, quam primitus habuit. Ita enim Euſtathius in *Iliad. a.* ὀβολὸς ὁ ἕβελος ἢ ἐλαγρὸς ὑφὸς μὲν τοῦ ἕβελος ὀξὺς ἢ πῆχυ τὸ μῆκος ἔχων, ὕστερον δὲ εἰς τὸ τῶν νομισμάτων εἶδος ἐλήλυθε τὸ ὀβολὸς, ὅτι τὸ ὀβολὸς ἐξ οὗ ἔφερεν ἐπιμήκη τὸν χαρακτῆρα, ἐκλήθη ὀβολὸς ἕβελος ἐξ οὗ καὶ ἐπιδεδηχὸς δύναται. Or. Ὁ δὲ φασὶ ὅτι ὑπὸς ὀβολὸς, χρόνῳ τὸ ὕψος ὑποστείλαντος ἢ πρὸς μικρὸν ὑποκλιθέντος εἰς τὸ σχῆμα σταυροῦ ἐγένετο, οὐκ ἔστιν ἱστορικὸν ἀποφήνασθαι. Ὀβολὸς ἦν καὶ τὸ ἀργύριον ὀβολὸς τὸ λεγόμενον φολεὸς, id eſt, *Obolum ferri quandam lamellam dixere, figuram quidem obeli habentem, non tamen quaque tamen deſinentem in acumen. Ita autem craſſa hæc* Oboli *lamina erat, ut ſex illorum manum impleret, unde Drachma dicta Obolum ſignificabat. Hinc, quod minimi tui rem comprehendere poſſes. Poſtea, at par erat*, Oboli hi *humiliores & tenuiores ſenſim facti ſunt, ut illi, qui Folles vocantur, inde prodierint.* Apud Athenienſes itaque ſexta pars drachmæ erat: quemadmodum ipſe ſex æreolorum, æreolum autem ſex minutiarum, vel, ut alii, ſeptem fuit. In ponderibus *Obolus* ſunt tres ſiliquæ, quæ faciunt grana 12. Vocab. Vet. *Obolus dimidius ſcrupulus*, qui *ſemiſſis ſiliquæ* ſive. Nam ἡμιώβολον (*ſcrupulum* ſeu *ſcripulum*) continet *Obolos* tres, Pun. *Drachma. Attica Denarii argentei habet pondus, eadem ſibi habet pondera, quæ Obolus.* Franc. Gouldmannus *Diction. Ejus quartam partem ἡμιωβόλιον*, ſumtum ſuiſſe ſufficit tem, quo in hoſpitio quis ſe procurare poſſe, narrat Polybius *l. 2.* Fuit ἀβολοστατῆρ ſemiſſis: In quem locum Gronovius, Polybium vul gato more rorundandi numerum ulum, & pro ſemiſſe ſextante vel duobus trientibus, qui faciunt 8. uncias, ipſam quartam *Oboli* partem, ſ m ſſem nempe ſive ἡμιτρίτου dixiſſe, contendit. *Drachmam* enim, inquit *cum ejus pro denario 16. aſſium* (qualis tum erat) *Quinaria Drachma id eſſe manifeſtum eſt*, Obolus *ſ ſſemium* ſpectet *duobus aſſibus cum dimidio ſe ſextante ſive octo uncias vel beſſe.* Sic ἡμιώβολον adem & trientem, five 4 uncias: *qui dirans Oboli ſemiſſem ſextantem implebat. Vel ſic: Drachma ſex habet obolos*, Obolus *octo chalcos, ergo Drachma 48. chalcos. Denarius habet duos victoriatos 4. ſeſtertios 8. dupondios, aſſes 16. Ergo victoriatus* 3. Obolos, 24. *chalcos; ſeſtertius* Oboli & hemiobolium, chalcos 12. *dupondius chalcos 6. denarius* Oboli 2. tres *chalci*, Oboli *quadrantes & ſextuncium. Ergo ſemis chalcum erit dimidium. At quarta pars* Oboli 1. *chalci, dimidium ergo chalci amplius, quam ſemuncia. Mandanda ſumma gratia ſemiſſi tribuit Polybius.* Idem ſib. 6. duos *Obolos*, id eſt, *quinque aſſes*, in ſingulos dies, pedium ſtipendium fuit: Ubi iterum Gronovius, *Exacte quidem ſuns quinque aſſes cum triente, ſed prodius quinque aſſibus Græce nihil potuit unum dicere.* Duravitque hoc ſtipendium usque ad Jul. Cæſarem. Apud Athenienſes ὁ Ἐκκλησιαστὴς, primitus *Obolus* fuit, id eſt, pecunia, quæ v itim dabatur populo, ut concioni intereſſet. Et quidem primus deſiſſe ὁ Ἐκκλησιαστὴς commemoratur Ægyrhius, cujus meminit Græcus Ariſtophanis Interpres. Peſtius tamen, è Vaticana *Proverbiorum Appendice Centur. III. Prov. 35.* tutius judicat dicere, Calliſtratum Parnyrem primum inſtituiſſe, ut ſibi ἐκκλησιάζουσι *Obolus* daretur. Ariſtophanes *Nub.*

Οὐ πρῶτος ὀβολὸν ἔδωκεν ἐκκλησιᾷν.

Ubi obſervat Scholiaſtes, ἐλοιδόρησε, pro ἐκκλησιαστὴν, à Comico poſitum eſſe De Agyrrhio quid ſenſerit, hic infrà videbimus. *Duo oboli*, in eadem Rep. erant pecunia illa quæ ἐνίβους ſimiliter viritim diſtribuebatur, ad dies feſtos, ludos & ſpectacula, ac ὠνουμένῳ dicebatur. Quam pecuniam qui adminiſtrabat, inter Quæſtores erat, & circa Dionyſia ὧν ἐστ' ἀὼν. Elaphebolione menſe eligi conſueviſſe videtur, Nam tunc maxime ſolemnia ſpectaculaerant. V. Æſchinem *cr Ctiph.* Magiſtratu hoc fundus inter alios, Demoſthenes eſt, ad ann. 3. Olympiad. 112. Archonte Ariſtophonte, V. infrà, ubi de *Quæſtoribus & Theorica pecunia.* Porro, ſres *Oboli*, apud eosdem Athenienſes, ὁ Ἐκκλησιαστὴς eſſe cœpere, auctore Agyrrhio præfato, qui Calliſtratum excepit, circa Olymp. 97. Atque hujus triobuli gratia in concionem maximè conveniebant Theræ, inſima Populi claſſis. Athenienſium proletarii ac capite cenſi. Unde jocus Comici *Pluto*,

Ἐκκλησία δ' ἧχ' ὅλῃ τῶτον γόνῳ!
Concio nunc huius gratiâ inſtituitur?

Sero autem venientes triobulum non accipiebant, ut apud eundem habes Ἐκκλησιάζ.

Τελέσαλαν δὴ ἔλαστες ; ἢ βῶ ἀπολῶ.
Κὰκ ὕστερ' ἠνυτόλευν, ὡς σώφρονες.
Triobulum num acceptiſſe audivam.
Sed ſero nunc accuſſi, quare pudet.

V. quæ ibi adnotant vett. Magistri, Præconia verò voce kalabatur Populus, idque trina, ut Petitus docet, voce & Kalationes: Hinc eodem *dramate* meminit Poëta ſecundæ, quâ audirâ, tempus erat cundi in concionem, ne ſerò nimium veniret & jam tertium kalaſſet Præco, qua de re plura infrà, in *Triobulus.* Apud eosdem *quatuor Oboli*, diurnum erant militum ſtipendium, cum initio duos tantum obolos acciperent, qui efficiebant in menſem drachmas decem, Demoſth. *Philippic. c. 1.* Hoc poſtea mutatum & quatuor dein *Obolis* menſiſſe, diſtimus ex Euſtathio *Odyſſ. a.* Τοιγοῦν ἀπὸ τοῦ παρὰ Ἡλιοδώρῳ, ἀντὶ τοῦ, τριάκοντα μόνα, *Quatuor oboloram vita, apud Pauſonium, pro militis ſtipendium.* Etiam factum, ut illis *Obolis ſex*, id eſt, *drachma*, in diurnum ſtipendium procederet, Thucyd. ἕξ γὰρ ὀβολοὶ τρεῖς ἡμέρας ἑκάστης ἐπλήθυσαν. Atque menſtruum ſtipendium erat triginta drachmarum ſeu trium drachmarum auri, quiſunt *tres illi nummi* Plautini *Muſtellar.* Exra ordinem verò, bello Peloponneſiaco militibus Potidææ præfidiariis *duodecim Obolos* ſeu duas drachmas, pendi ſolitas ſuiſſe, idem Thucyd. narrat *l. 2.* Atque hæc de pedeſtri militia. Equites verò ſex *obolos* ſeu drachmam unam accipiebant in dies ſingulos, Demoſth. *l. 6.* Militibus navalibus ſtipendium erat, *Oboli* diurni *tres*, Thucyd. *l. 8.* vectoribus itr mris Parali exceptis, qui quaternos accipiebant. Apud eosdem, merces quam de publico accipiebant Judices, *Obolus* fuit Ariſtophanes *Nebulas* docente Olymp. 89. Ita enim ille, ut *Obolum*,

Οὐ πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικὸν.

Lucianus σφόδρα aſt ſuiſſe. Unde Scholiaſtes *in Ariſtoph.* Loco, quæ quidquam certi conſtituunt ex σφόδρα, quando ita ſcribebat Comicus, Nam omnino certum eſt, è verſu allato, Judices de publico non accepiſſe plus obolo: quinquam anno proximè elapſo triobolum accepernt. Idem tamen Poëta, cùm anno ſeq. *Veſpas* committeret, volebat triobolum dari, quot obolorum erat ὁ Ἐκκλησιαστὴς pecunia populo data, ut Concioni intereſſent; ſed tamen non nili unus dabatur *Obolus.* Qua de re V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. l. 2.* Ut Ægyrrhius Quæſtor & *Argentarius* Oboli, & Corinthiis, ſed horum quisq; ſex Atticos faciebat. Sicuti *Obolus* λύχνῳ fuit, cujus quartam partem *Νύμμον* vocabant: valebat; 12. χαλκοῦς, quos Romanuncias dixere, unde bis *Libra* & *Aſſis* parres. Apud eos enim, ſicut Denarius decem librarum erat, ita ſeſtertius Nummus, ſu quarta pars *Oboli*, dicarum feliebræ. Gronov. *de Pecunia vet. l. 3. c. 3.* qui alibi, ἀπὸ χαλκοῦ, ὀβολὸς, ὁβολὸς, δώδεκα, interdum dicen ſignificaſſe, monet: & *l. 3. c. 7.* unum omnium veteris pecuniæ *Obolum* ſtatero ſimillimum ſuiſſe ait. Apud Francos, *Oboli* aureo marutio frequens eſt, cujusmodi *Obolus* quinque, Judæos præſtitiſſe olim, pro cenſu annuo Archiepiſcopo Turonenſi, quorum unusquisque 4. ſolidos valuerit, habes in vet. *Charta.* apud du Freſne. Sed & in Anglia *Obolos* aureos eſſe cris A. C. 1344. auctor eſt Henr. Knyghtonus; *Obolorum argenti* meminit Anglicanum *Manuſcion Tom. II. p.* 414. apud eund. du Freine *Gloſſar.* &c. V. eundem *Diſſert. de Numism. Inferior ævi*, nec non in voce *Monetæ*, ubi *Oboli Turini* Gall. *Oboles Tierces*, ſub Philippo IV. *Oboles Aloes*, Gall. *Oboles blanches*, ſub Carolo Pulchro, & ſub Philip. VI *Parvos oboles Pariſienſes* Gall. *Petits oboles Pariſis*, cuſos, memorat & interpretatur. Crux in primis nuda, cum duplici Inſcr. †. SIT. NOMEN. DNI. BENEDICTUM. &, PHILIPPUS. REX. in averſa parte, Templum Turonenſe cum Inſcr. in ambitu, TURONUS civis, & limbo liſiato. V. itonem *ibid.* Inde *Obolata terra*, apud recentiores: sæ vi Scriptores, pro terra ſeu agro, cujus redituus annuus unius *oboli* eſt: continere in longitudine pedes 10. lat. 5. aſſerunt nonnulli, qua de re V. Henr. Spelmannum *Gloſſar.*

Obuli, velut Asses, divisio in partes, ex præfato Gronovio.

Semuncia ejus, fuit chalci tricens.
Uncia, chalci bes.
Sextans, chalcus & chalci triens.
Quadrans, duo chalci.
Triens, duo chalci & bes unius.
Quincunx, tres chalci triens.
Semis quatuor chalci.
Septunx, 4. chalci bes.
Septunx femuncia, quinque chalci.
Bes, quinque chalci triens.
Dodrans sex chalci.
Dextans, 7 sex chalci bes.
Deunx, 7. chalci triens; additâ unciâ fiunt 8. chalci, qui nunc As, id est, *Obulus*.

Obsorire, adde: Ex Vandalia erant, qui latissimè olim impepravere, habitabant autem terras, quas à Megapoli seu Meckinburgo, incipiti *Obotritorum* Urbe, mutato vocabulo, *Megapolitanas* seu *Meckienburgicas*, fecuta atas nominavit. Vetustitissimis à seculis, usque ad nostra tempora Principes habuere è gente sua, nobile Godefcalci & Buthus genus; fui aliquando juris, regiaque dignitate insignes, uti supra diximus. Inter posteros, aucto interea & per varias gentes extenso imperio, Pribislaus & Nicolortus Buthuis filii, ditiones fic partiti sunt, ut Pribislaus Wasgurosatque Polabos, hoc est, Oldenburgenses & Raceburgenses; Nicolotus *Obotritos* five Meckleburgicos acciperet: qui ambo cùm Henricum Leonem, Saxoniæ Ducem, infestum habarent, Pribislaus à Rugianis captus, in captivitate vitam finivit. Nicolottus ad antiqua relapsus, quietis impatientiam primùm jactabat terræ, mox vitæ, luit: Sed filiis ejus Pribislao ac Wartislao in gratiam receptis, ademptâ *Obotritorum* regione, Circipanorum & Kycinorum ditio (h. e. Gryphisvaldia, Wolgastum atque Guzkovium cum agro) reddita est. Quibus cùm eadem, quæ pietrisque Majorum, Saxonici obsequii dignatione tia esset, rebellionem nunquam impunè ausi, continuis cladibus rem Slavicam adfixere. Donec, post captivitatem fratris, tentatamque toties improsperam fortunam, Pribislaus, animadverso, non aliud ruentis Domus remedium, quàm Saxonum in clementia esse, ad obsequii constantiam compositus, receptâ *Obotritorum* terrâ (absque Polabis Wagrisque) tincerâ fide Leonem coluit, politâ Regii honoris memoriâ, *Ducis* dignitatem contentus. Atque hæc circa tempora exoleícente *Obotritorum* vocabulo, Meckelburgicum invaluisse, fuspicari licet. Pfannerus *de præcipuis Germ. Prine. gentibus cap.* 6.

Obpopa, in Glossis vett. ὀφὼς, instrumentum eruendis lapidibus excogitatum. V. infra in voce *Upupa*.

Obryzum Aurum, Græcis ὄβρυζον, quod sæpius desumavit & excoctum est; ab ὀβρύζω, quod idem cum βράσσω seu βρύω, de de iis rebus dicitur, quæ effervescendo spumam ejiciunt & quasi florem emittunt. Lactii Ovidius dicere auri experimentum quod ignitum, ex Græco ὀβρύζω. Apud Suetonium, *Aurum ad obrussam*, Cicero, *Hoc adhibenda tanquam obrussa, ratio est.* Seneca *Epist.* 13. *Hæc ejus obrussa est*, i. probatio. Plinius lib. 33. *cap.* 3. *Auri hoc experimentum ignis est, ejus simili colore rubeat ignefactique ipsum* (nempe experimentum) *obrussum vocans &c. Obryzum* aurum auti apud vett. Latinos nulla mentio, sed *auri ad obrussam exacti*. Uti autem metalla reliqua, fic & aurum, dum excoquitur, spumam in summo effervescentem mittit, quæ floris instar est & *flos* vocatur: Manilius itidemque auri ramenta, quæ excoquuntur, *in aurum spumantia* vocat his verbis:

Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,
Perfundetque, novo stellantia littora ponto,
Parvaq; ramentis facies momenta minutis,
Pro tali ut vegetat censu spumantia in aurum.
Et perluentes cupiens prendere lapillos
Verticibus mediis oculos immittet avaros.

Quasi diceret: Non solùm aurilegulus erit, fed etiam auri coctor, quorum illud duobus primis, istud duobus seqq. versibus expressit. Et quidem Auri coctores ramenta auri purgata, lora & in farinam tusa vel molita ad pondus accipiebant & coctâ reddebant pari ferme pondere aut modico faltem intertrimento. Agatharchides de metallis auratiis Æthiopiæ, *Οὗτοι δὲ ὅτε ὁ σὺν λογισὶς ἀδεκαθάρτως ἢ ὑγιῶς ἢ χρυσὸν παρεδόθωσι ἢ ὑπὲρτὸ εἰ ἀλλοεῖος μέτρον ἢ τὸ ἐμβολὸ τὸ συνηγμένο ἐκ ἄγγε κερματισθῆναι. Sic igitur Aurilegulus hic, purgata auri ramenta tradit coctoribus: qui illa appensa accipientes, in catinos fictiles injiciebant*, ea excoctura. Hoc eft, quod ait Manilius, *parva momenta*, i. parvas lances facit: pondera enim minutis ramentis, ut pro tali censu reddat, ac regerat *spumantia in aurum*, i. excocta in aurum purum putum. Salmasius *ad Solinum p.* 1080.

Obscariones, V. infra *Scarliones*.

Obscænum, inquinatum, impurum est & pollutum *scæno*, aut *cæno*, quasi communi protritoque omnium ulu inquinatum, κοινὸν enim id notat Græcis, ex phrasi Hebræorum, V. inprimis Marc. *cap.* 7. *versu* 2. & Actor. *cap.* 10. *versu* 14. Cujusmodi ex hominesque non solùm à Sacris fuis longè arcuit Deus, ut ex Scriptura S. passim liquet: Sed & apud Gentiles pari honoris, qui more Majorum Diis exhibebatur, erat, ut in eorum conspectu neque diceretur, neque fieret quidquam, in quo *obscenitatis* aliquid esset, uti disputat Athenæus *lib.* 8. Arrianus *Dissertat. lib.* 2. *cap.* 8. & Plutarch. in *Quæstion. Rom.* Quod postmodum ad honorem hominum translatum, V. Valer. Maximum *lib.* 2. Principum inprimis, ad quorum etiam statuas *vestimenta nudassé*, impiectatis tributum sub Tiberio, apud Suetonium *cap.* 58. quo nomine etiamen Majestatis illis temporibus appellari consuevisse, notum. At, procedente luxu, edisse quoque ac bibisse obscœnitates, ex Plinio, Martiali, Aliis, patet. V. etiam infrà, voce *Turpis*.

Obscurare, alium est devovere, hoc est, diris ac imprecationibus defigere & devincire, cujus contrarium *reserare*, ut ex Corn. Nepote in *Alcibiade* patet. Græci ἀναθεματίζειν vocant, de qua voce supra. Hinc *Obscrasio*, in *Glossi*. MSS. *Materia vel narratio*. Sed apud Papiam, *preces, gratiarum actiones*. Gr. σχεδὸν. Maxime precario, quam Pontifices ipse præibat Populo, Turneb. *lib.* 22. *cap.* 31. Alcuino de *Divin. Offic.* propriè pars Canonis missæ, apud eu Freine *Glossar.* De *Obsecratione* populo à Senatu Rom. indicta, habes Livium *lib.* 3. *cap.* 63. & *lib.* 26. *cap.* 24. qui postetior locus fic habet: *Eodem anno prodigia aliquot nisi manifestatione fuit — quæ hostis majoribus procurata & Obsecratio in unum diem populo indicta, & Novendiale sacrum.*

Obsecundatores fic eorum feriniorum, in *leg.* 3. *Cod. Th. de Praximis &c.* qui in ferinis operam navant, *obsecundant*, Scriniarii omnes. Calvinus *Lexic. Juridi.* V. infra in *Prosecutus*.

Obsepire, apud Cicerone in *L. Manil. Ne vos arare, neve ea fossa obsurari, neve quid sepio &c.* & in SC. apud Fontanum de *Agnesdeli*. *Ne quis eo loco post hanc legem rogatam quid opponi, moliri, obsepire, figi, statuiri, ponive*: inædificare est. Vide Salmasium *ad Spartianum in Hadriano*, & infra in voce *Sepes*.

Obsequentes, à Marco Imperatore dicti sunt Gladiatores, quos ad militiam armaverat. Capitolinus in *Marco*, *Instantes jam ad bellum pestilentia & Dacorum tumultu diligentissime refinuit & feros, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos* Voluntarios exemplo *Volumni* appellavit. *Armavit etiam gladiatores, quos* Obsequentes *appellavit*. Tantum viz. non in legionibus militantes, fed in obsequiis Principis. *Obsequium* autem Principis, fatellitum ejus dictum eft, apud eundem in *Pertinace*: quam vocem Græci quoque fuam fecerunt. Sic etiam accipe ὀφείωιον, apud Artianum *Dissertationum Epictet. lib.* 3. Conftantinum καὶ ὑπάτων, ὀφείωιον τῶν ἡμετέρων ἔλεγε), ἕπες σύμμαχοι τῶν Ἑβραίων φωνῇ νῦν σεπτυαγουϊγκτα ἐμπεφύτευκε ἢ βασιλεὺς ἐκ ἐπέδειξε τῷ ἡμῶ. *Obsequium Romanorum, Græce significat amicumbulones Imperatoris, ordinis ac honoris ergo*. Corippus *lib.* 1.

Iter in arcem
Obsequio *comitante Patrum.*

Et *lib.* 3.

Adfuit Obsequio *cæsorum turba virorum.*

A cujusmodi Augustali Obsequio dictus eft *Comes Obsicii, primus Stratorum Obsicii &c.* in *Histor. Misc.* Item *Thema seu Legio ὀψικιακὴ*, apud Conftantinopolitanos, quòd ex eo potiffimum confecta eflet: à qua postmodum nomenclatura indita Asiaticæ cuidam provinciæ, cujus metropolis fuit Nicæa, quam describit Conftantinus Porphyrogennitus de *Them. lib.* 1. *cap.* 4. Nicephorus CP. in *Breviar. pag.* 16. 155. 172. &c. Adde Cantacuzenum *lib.* 4. *cap.* 18. & vide Meurium ac Car. du Freine *Glossar.*

Obserare, apud Terentium, *Ostium obsera intus*, est obdita fera oftium intus occludere, V. infra in voce *Sera*.

Observantes Clerici, qui in Ecclesiis deservient, in Concilio Aurelian. III. *can.* 5. & IV. *can.* 26. Eft enim *Observare*, apud recentiores ævi Scriptores, munia conjecta exequi: unde Clerici ac Presbyteri *observare* dicuntur, Concilio Andegav. *C.* 10. Epaonensi *can.* 5. & Aurelianensi IV. *can.* 7. quoties in Ecclesiis officio suo defungantur, apud Carolum du Freine *Glossar.* Vallæ *Observare* idem est, quod custodire aliquid oculo animoque, in modum speculatoris, ne nos silentio taciteque præcerreat. *L. Observare ff. de Offic. Præt.* est advertere diligenter &c. Spiegel. V. quoque Macros in *Hierolexico*.

Obsis, qui trad tur imperio alicujus, cà conditione, ut fida. tor ejus à fide recedat, recipienti fit ostium in vitam & corpus ejus; qui *Obsis* datus eft, fæviendi, V. Bartolum *in l. divus ff. de jure fisc.* Adeoque *Sponsor præs*, in Epitholis Franc. *Tom. IV. Histor. Franc. Epist. 61. Obligat per Sacramentum*. Maxime is, qui si ille, pro quo fponderat, defecifset à pacto, in ejus potestatem transire tenebatur: unde ejus *Hostes* esse dicebatur, quod in eâ tenereturdomo manere, quamdiu is, qui in pacto defecisset, fecisset fatis. Soliti autem funt *Obsides* dari etiam pueri, ut à Parthis, quod & à Simone Maccabæorum uno factum legimus, & fœminæ, ut à Romanis, Porsenæ temporibus, & à Germanis, narrante Tacito, *Histor. lib.* 4. Quod verò dictum, in *Obsidum* vitam fæviendi jus fuiffe, tum in eos qui se obligaverant quali ex conventione, tum eos, qui ab aliis traditi, probatur facto Theselorum, à quibus olim ducenti quinquaginta, & Romanorum, à quibus Volsci Aurunci ad trecentos occisi sunt, apud Plut. de

Clarir

Clavis Mutilet. Dionysium *lib.* 16. Tacitum *Annalium lib.* 12. Et quidem, cùm olim vulgò crederetur quisquein vitam suam id jus habere, quod in res alias, quæ in proprietatem veniunt atque id jus consensu aut tacito aut expresso à singulis pertineret ad Civitatem, minimis mirandum est, si *Obsides* privatim innoxios, ob peccatum civitatis, morte affectos legamus, sive tanquam ex suo peculiari consensu, sive tanquam ex publico, cui & sua includeretur. At postquam verior sapientia nos docuit dominium in vitam Deo excepium, sequitur ut tolo consensu nemo jus vuiquam dare possit in vitam aut suam, aut civis sui. Atque ideo Narsetes non modo *Obsidum* de innoxiis *Obsidibus* implicitum sumere, narrat Agathias: etiam Scipionis exempio, qui dixerat, se non in *Obsides* innoxios, sed in ipsos, qui defecissent, sæviturum: nec ab inermi, sed ab armato hoste, pœnas expoicituruin, Liv. *lib.* 28. Quòd autem ex recentioribus Jurisconsultis non ignobiles, conventiones tales valere dicunt, si moribus firmentur, accipi potest, si *jus* vocant solam *impunitatem*, quæ in hoc argumento lege vere sunt sub tali nomine: Sin à peccato impunes quant, qui ex conventione sola vitam adimunt alicui, verendum ne & latlantur *ipsi* & periculosâ auctoritate alios fallant. Etiamsi, qui *Obses* venit, eit aut antè fuit in numero gravitter delinquentium, aut posiea fidem à fe datam in re magna fefellit, fieri potest, ut fapplicium injuria vacet. At Cloeliæ, quæ non ipsa ponte, sed Civitatis jussu *Obses* venerat, cum tranato Tiberi effugisset, apud Regem Etruscum, non rura solum, sed & honorata virtus fuit, apud Livium *lib.* 2. Hinc nec fieri hunc *Obsidem* à Romanis bona habere & hæreditibus relinquere possunt, quanquam jure Romano cautum eit, ut bona eorum in fiscum cogantur. Anfugere liceat, quæritur? Et conflat non licere, ab initio aut posiea, quòd laxius haberetur, fidem dederit. Alioqui videtur non is animus fuisse Civitatis, obligandi civem ne aufugeret, sed hosti dandi facultatem, qualis vellet, custodiæ. Et fic defendi potest Cloeliæ modo dictæ factum. Sed, etsi ipsa nihil peccaverat, civitas tamen reiperæ & retinere obsidem non poterat. Sic Porsenna apud Livium *lib.* 2. *Suam dedatur* Obses, *pro rupto se fœdus habiturum.* Deinde, *Romani pignus pacis so lacere restituerunt.* Odiosa autem eit *Obsidum* obligatio, tum quia libertati inimica, tum quia ex factoalieno venit; ideoque ittricta interpretatio hic locum habet: quare in unam causam dati in aliam retineri non possunt, quod intelligi, si aliud quid sine eorum accessione si promissum. At si in alia causa fidesjam violata fit, aut contractum debitum, jam potest *Obses* retineri, non solo, sed ex hac ipsa causa; quo jubditi, ex facto imperantium, detineri possunt, ναὶ ἀυξησάντων: quod ipsum tamen ne fiat, caveri potest, adjecto pacto, de reddendis Obsidibus, ubi id, cujus nomine dati erant, impletum fuerit. Porro qui *Obses* datus eit tantum, ut alterum captivum aut obfidem redimat, eo mor uo liberatur. Nam in illo, dum moritur jus pignoris extinctum eit. Sic Demetrius, à Scantio tom. non iniquè potuliabat dimitti *ἐν λόγῳ τοῦ ἀντάλλαξαι, λυτήρια ἀντὶ τοῦ σώματος*, inquit Appianus *Syr. lib.* 34. Justinus ex Trogo, *Demetrium*, qui obles *Romæ erat, cognito morte Antiochi fratris Senatum adiit, obsidemque se* (Grotius legit, *Obsidem inquiens se*) *vo fratre venisse, qui mortuo, cujus* Obses *sit, ignorare.* Rege autem, qui fœdus fecit, mortuo, an teneatur adhuc *Obses*, pendet ab eo, an fœdus habendum sit personale, an reale: nam accelloria non possunt effiecere, ut in principalium interpretatione aregula recedatur, ejus autem naturam & ipsa lequi debent. Sed & hoc addendum obiter, *Obsides* interum non accellionem effe obligationem, sed revera partem principalem, quum quis ex contractu fasiem promittendi non suum & quia eo non præstito tenetur ad id quod interest, quia vice obsides obligantur, quæ fuille videtur sententia Caudinæ sponsionis. Non dura verò tantum fed & initia qua sententia eit exiitimantium. *Obsides* etiam sine consensu alterum ex factoalterius posse obligari. V. Hug. Grotium *de Jure B. & Pac. Lib. c. 4. §. 14. conf. lib. c. 11. §. 18.* ut & *c. 20. §. 52. & seqq.* Hinc *Obsidium præfidio*, jus quod Dominus haber in subditos, cujus vi, Vasalli & Tenentes, pro ejus liberatione, si in præsidio captus fuerit, ut conventi lyri obsides, in hostium potestatem transire tenebantur, apud C. du Freine *Glossar.* At in Vasallum, nisi idem sub tua fit, jus hoc feudi Dominum non habere, idem docet Grotius, *cap. 20. cit. §. 52. neque enim reverentia & obsequium quæ debet, eo persequitur, &c.*

Obsidianus, vel *Opsianus* Lapis, lapis eit Æthiopicus nigri coloris & translucidi, ex quo vitrilia imagines reddens, unde cum *Obsidianum* vocet Plinius, tanquam ab *Obsidio* inventore, ἀνὰ τὸν ὁ ὄψιον, appellari vult Salmasius. Et verò ab Arriano & ab alio Scriptore ἀπὸ τοῦ ὄψους, quos ille citat, ὀψιανὸς λίθος vocatur, uti ab Ulpiano post Servium, *Obsianus lib. cum aurum § fict. gemm.* & ab Isidoro *Opsius*. Eiusis mortuorum loculis plurimum fuisse usum, colligunt quidam ex Herodoto *lib.* 3. *Cadaver enim cùm Ægyptio more condiverint, illud circo cippo circumdant, quibus ligna, & vitro confixa, in cujus medio interiecti mortuus, nihil neque ingrati odoris, neque fœditatis ullius exhibens.* Et Diodoro *lib.* 3. πτερυγίων τινῶν, *virorum mortuis circumponentes & in domibus eos asservantes, id nefas esse putant, ut ani illorum facies cognatos lateant aut pro-*

pinquirum obtrivitantur, qui eos genere attingunt. Ubi *Vitri* nomine *Obsidianum* lapidem intelligi volunt. Verùm ad mortuorum loculos illum potuisse sufficere verosimile non est, cùm in uno Æthiopiæ loco, nempe in Sinu profundo ftadiis octoginta is, infra Aduli emporium, reperiri fribat Arrianus. Unde in gemmarum censu referri Plinius, *Gemmas*, inquiens, *multi ex eo facium.* Item, *Usus vero ad potandum argenti metalla & auri populis:* ut fesiamus, magni pretii fuisse lapidem, nec in promiscuo usu. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poster. Lib. VI. cap.* 16. Sed ad *h. l.* Plinii Salmasius notat, non ipsum *Obsidianum* lapidem ei *gemmam* dici, verum illum id folum afferre, *gemmas*, h. e. lapides annulorum cavillo fieri: hoc enim proprie Latinis *gemmas* eile, quidquid ficiet lapidum ad ornatum inducretur. Et certe Æolice ὄψους, Græci *σφραγίδας* appellant, qui pretiosis lapidibus hoc nomen dederunt, quia ad hunc præcipuè usum converteretur. Ad similitudinem verò *Obsidiani lapidis*, Obsidiana factitia fiebant, & in genere vitri reponebantur, Plin. *lib.* 36. *cap.* 26. Quemadmodum & murrhina fiebant arte in urbe Diospoli, ad imitationem verorum murrinorum. Fiebat & *Obsidianus rubeus*, ad efcaria vasa. Idem, *Fit & sinistra genere* Obsidianum, *ad esaria vasa nonnunquam rubeni vitrum atque non translucens, sanguineum appellatum, fit & album & murrinum.* Quod verò Cardanus notat, lapide & fragmentis *Obsidiana* gemmas cælari solitas antiquo tempore, nusquam reperitur: præterea cælari perperam potuit, pro *scalpi.* De ostracia vel ostracite lapide id Plinius habet &c. V. Salmasium *Exercit. Plin. ad Solinum passim inprimis p.* 91. & 1101.

Obsidionalis Corona, dicta eit Romanis, quam ii, qui obsidione fuere liberati, Duci illi, qui *obsidionem* solverat, dare solebant. Fuit graminea, obscravitumque ut fieret è gramine, quod gener atum esset in eo loco, intra quem, qui obsessi fuerant, erant conclusi. Hanc Plinius *lib.* 22. *cap.* 3. & 4. omnibus aliis, gemmatis, & aureis, vallaribus, muralibus, rostratis, civicis & triumphalibus præfert; quippe cùm reliquas aut Imppp. militibus, aut iis militibus militibus darent: hanc verò miles darer Imperatori. Erat autem è graminе, quòd certissimum apud Antiquos victoriæ fignum esset herbam porrigere victos, h. e. terrâ & altrice ipsâ humo ac humanitate etiam cedere: Talem accepit L. Sicinius Dentatus, ille Romanorum Achilles, V. A. Gellium *lib.* 2. *cap.* 11. Decius item, & Q. Fabius Max. V. Joh. Rosinum *Antiqv. Rom. lib.* 10. *cap.* 27. Vegetium *cum Annotat. Stewechii*, Tertullianum *de Coron. mil.* Anton Thysium *Notis in Gellii locum cit.* &c. Scipio porro Æmilianus, apud Plinium *de viris illustr. cap.* 58. & Augustus cum M. Cicerone filio Consul, apud Plinium *lib.* 22. *cap.* 6. Inter eam & civicam id intererat, quòd altera singularis fuisset signum effet, altera diverforum civium, vel etiam universi exercitus servari. Hinc ufus illius fub Principibus quàm diutissimè retentus eit, ut ille Ammiano Marcellino *lib.* 21. *In nummentuerunt hi, qui fecere fortissimè, obsidionalibus coronis donati & pro concione laudati veterum more.* Quippe in qua tantum claritatis erat, ut eà nihil in rebus humanis haberetur fublimius. Unde P. Decius eà donatus, *bovem album Martì immolavisse & centum fullores, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis*, religione fic prettium coronæ hujus æquande testatus legitur, apud Plinium eundem *lib.* 22. *cap.* 3. V. Car. Paschalium *Coronarum lib.* 7. *cap.* 16.

Obsignatores, iidem qui *Signatores*, apud Ciceronem *ad Attic. lib.* 12. *Epist.* 18. *Quòd scribit, Terentiam de* Obsignatoribus *mei Testamenti loqui.* Et in *Oratione pro Cluent. Oppianicus* Obsignatores *ad eum, qui neque assimum, neque Ajulum nossent, adducit:* Testes dicti sunt, qui signandis Testamentis adhibebantur. Hæc enim jam olim *obsignari* fuisse folita, de militibus fusis, jamjam adversus Germanos pugnaturis loquens, refert Cæsar *de bello Gall. lib.* 1. V. de Suida, Appianum Alexandr. *lib.* 1. de Felice Cicer. *lib.* 3. *ad Quintum Fratr. Epist. lib.* 1. Neque folùm ab ipsis, qui testabantur, sed etiam ab amicis, qui rei gestæ testimonium perhiberent, casque fuo annulo confirmarent, docet Plinius *lib.* 1. *Epist.* 9. & *lib.* 2. *Epist. ult.* Suetonius *in Tiberio Claudio cap.* 44. & Seneca *Epist.* 8. idque inter recepta Romæ officia numerabatur, & dicebantur hi *Testes classici.* Quos, si quidem ad Tabulas Testamentis *obsignandas* vocati erant, oportebat in conficiis Testatoris, uno & eodem tempore convenire, nomen fuum subscribere & annulo obsignare. Nam si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signarit vel si adscripserit fe, non tamen signarit, pro eo eit, ac si non adhibitus esset, ut ait Ulpianus *in Lad. ustium. §. si quis D. Qui testamentum fac.* Si etiam coram Testatore non omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo signaverint, jure defecit Testamentum, ut eit in *L. 25. de Testament.* cui additpularur Michael Attaliata *in Synopsi, Tit.* 32 è quo etiam hoc discimus, testes non fuo tantùm, sed & alieno annulo signare potuisse. Imò si testis abipso Testatore annulum accepisset & signasset, valebit Testamentum, ut eit in *L. ad testium. D. Quitestam. fac.* Addit verò Justinianus Imperator *in §. Posthum. Instit. de Testam. ordinand.* postulte omnes testes uno annulo signare Testamentum, potuisse item septem annulos uno

cademque scriptura esse, id est, eundem χαρακτῆρα, idem τύπον habere. V. iterum Michaelem Attaliatam *Sympos. Tit. περὶ ὁρφανοτρ.*

tus, si erat vitalis ac fublatus ab Obstetrice, flatuebatur in terra, ut auspicaretur rectae esse Conjugalibus Dits, Pilumno & Picumno in aedibus lectus sternebatur: Quem postea Pater à terra levans, hoc ritu, foetum pro suo agnoscebat. Duravit Obstetricis necessitas ad quintum diem, quum munus ibus donata & lotis manibus Nutrici infantem committebat: Thomas Bartholinus de Puerperio Fet. Justinianus Imperator Ministerium hoc taxavit solidis 60. leg. 3. God. comm. de Legat. apud Pigorium Comm. de Servis. In Rep. Athenienfi, cum veteri lege earum esset, Ne quis servus, neve qua famina, artem Medicam discret, sicque Obstetricibus destitutae Mulieres vercundia interirent non raro, ut refert Hyginus Fabul. Agnodice quaedam Virgo, Medicinae discendae cupida, demptis capillis habituque virili, se Hierophilo cuidam tradidit in disciplinam, arteque perceptâ, laborantibus opem tulit. A quo tempore videntes Medici, fe ad foeminas non admitti, Agnodicem coram Areopagitis accusarunt, à quibus cùm, sexu patefacto, damnanda esset, Principes foeminae ad Judicium convenientes, non modò intercessione fuâ Agnodicen liberarunt, verum etiam effecerunt, ut Legi sufficeretur altera, quâ ingenuis famininis Artem Medicam dispensi facultas dabatur. Secundum quam apud Terentium in palliata è Menandro Andria, Lesbia Obstetrix, quid facto opus sit, imperat:

Adhinc Archillis quae adsolent, quaeque oportet
Signa ejus ea fabinam, omnia huic inesse video.
Nunc primùm hic ifac ea lavet: post deinde
Quod justa ei dare bibere, & quantum imperavi,
Date.

V. Sam. Petitum Comm. in L.L. Atticas lib. 3. cap. 8.

Obstitia, dicta Romanis funt loca, fulmine tacta, quae alias *Bidentalia*, item *Fulgurita*: facra iisdem habita. Festus *Fulgurium id, quod est fulmine tactum. Qui tactos flatim sibri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.* Unde Lucanus *fine lib.* 8. & fuprà paffim.

Inclusum fusus veneranatur cespite fulmen.

V. Jof. Scaligerum *Conjectan. ad Varronem*, Casp. Barthium *Animadversion.* ad Statium *Thebaidos lib.* 5. *verfu* 587. Voffium de *Idolol. lib.* 2. *cap.* 20. & fuprà paffim.

Obstringula, vincula erant calceorum utrique fexui convenientia: Quorum meminit Ovidius,

Per malus hi nivea semper celetur alutea,
Arida nec vinctis crura relolve luis.

Ubi indigitat, *Obstringula*, cùm à pede per tibiam protendantur, atque crus medium obligent, hujus deformitatem operire: proin *arida* puellae *crura* non esse fuis vinculis refolvenda jubet, ne crurum turpitudo in apricum proferatur. Primitus autem foleae, cùm proprium nullum tegmen haberent, pedibus habenarum corrigiarum ve beneficio aptè folebant adfringi: unde & *Obstringillorum* nomen ita tribuitum. Sic enim Isidorus *lib.* 19. *cap.* 34. *Obstringillis* definit: *Sunt*, inquit, *qui per plantas consuti sunt, & ex superiori parte corrigiâ trahuntur, ne confringantur. Unde & nominantur.* Cujusmodi folearum, ob *obstrigulorum* inprimis elegantiam & fcitè irretitos nexus, infignium imaginem, Diteis fimul & Apollinis Pythii, in ftatuis exhibent Romae, Horti Vaticani & Farneiforum aedes: in aere, Ben. Balduinus *de Calceo* cap. 11. V. & hic infrà.

Obstringilla, Latinis dicta eft annuli pala, Gr. *σφενδόνη, σκυβάλη* & *σφιγγόδακτυλος*: quòd gemmam infertam & ineluctam confringeret & obstrigillaret. Unde in optimis *Glossis*, *Obstrigillatum, σφιγγόδακτυλος*. Sed & *obstrigilla focorum*, occurrunt apud Plinium *lib.* 9. *cap.* 26. de margaritis: *Nec cropidarum tantùm obstrigillis, sed toris fecutilia addunt.* Ubi hac voce indigitantur anfulae, vel corrigiae, quibus adftringuntur crepidae: Graeci *ὀνωτὰς* vocant, unde *ὀνωτὰ κατάδεσμα*, apud Dicaearchum. V. quoque fuprà *Obstrigulata*. Vocis origo à *strigo* & *strigare*, de quibus fuo loco. Hinc *Obstrigillare*, i. obstare, contrarium esse: apud Solinum *cap* 53. ubi de margaritis: *Huic tamen providentiae aetas obstrigillatur; nam candor senectâ differit, & grandescentibus conchis flaveficum margaritae.* Nempe in profundum fubfidunt quidem atrocibe fe metgunt conchae margaritariae, ut à Sole defendant ac vindicent partus fuos, qui candorem perdunt & fucantur radiis penetrati ac perculfi: fed huic earum providentiae *obstrigillatur*, hic adverfatur aetas; cùm aquè aetate ac fenectâ candor earum difperat. Sic Ven. Fortunatus de Nonnum *lib.* 9. *carm. innocenti propter simulatam* obstrigillat, *neque nocenti propter amicitiam ignoscit.* Idem de *R. R. Tu invides tanto Scriptori & obstrigillandi causâ figlinas reprehendis.* Et de *Vita Pop. R.* apud eund. *obstrigillare*, pro impedire, poftium eft: *Quod Curio, quum id fecisset, dicebat amicis, ni illi renunciaretur, se obstrigillaturum, ne triumphus decerneretur aut ne iterum fieret Consul.* Inde *Obstrigillator*, qui prae invidia aliorum progreffus ac proceffus impedit. Varro, *Aemulum illius aetis atque obstrigillatorem &c.* V. Salmaf. fium *Not. ad Hiftoriam Aug. & ad Solinum paffim*, inprimis p. 1165.

in *Obviam* itionibus, coronae olim datae, ut videre eft apud Etymol. *Ἀπαντὴ*, ubi de corona, quam Venus nexuiffe dicitur, cùm *obviam* ivit Bacchо ex Media revertenti. Sic populus Edeffenus, Juliano obviàm cùm proceffiffet, eumque in Urbem invitaffet, obtulit ei coronam auream, quâ acceptâ Imperator Urbem ingreffus eft, apud Zofimum *Hiftor. lib.* 3. V. Car. Paschalium *Coronarum lib.* 4. *cap.* 11. ubi de *Coronis gratulatoriis*, ut & in fra, in voce *Occursus*: plura autem de variis ritibus Veterum, in exceptionibus hujusmodi, adhibitis, hic paffim. In fpecie verò, de populi Hierofolymitani feftâ gratulatione, quâ advenienti Meffiae in occurfum, cùm variis laetitiae fignis, proceffit, infrà in voce *Osanna*. Sed & *Obviatores*, inter Romanorum fervos, fuggerit Popma, qui *Advisitores* quoque, quòd hero foris cenanti *adversum irent*, & cum domum redeuntem ac occurrentem falutarent. Terentius *Adelphis*,

Neque servulorum quisquam adversum ierat.

Per vias etiam de lapidibus, ne offenderet, monerent, uti patet ex *Milefia* 2. Apuleii. V. Tit. Popmam *de operis Servorum*, & fuprà, ubi de more *Foris cenandi* vett. Romanorum.

O C.

O. C. in notis antiqq. Ope *conditio* notat. V. infrà.

Ocella, Arabiae portus, apud Solinum *cap.* 33. ubi alii *Ocili*, nonnulli *Ocile* legunt. Straboni ex Artemidoro *Ὠκίλαι* dicitur, Plinio *Ocelis*, ut *Peripli* Auctori & Ptolomaeo *Ὠκέλις*. V. in voce *Ocilis*.

Occam Wilhelmus, adde: Dictus primò *Venerabilis inceptor*, dein *Doctor singularis*, tandem *Doctor invincibilis*, Scaligero *Lima veritatis*, quartae Scholaflicorum fectae, poft Albertiftas nempe, Thomiftas, & Scotiftas, auctor fuit. Dicti autem funt, qui ejus inhaerebant placitis, *Occamiftae*, item *Nominales*, quòd *Occam* cum Ruccilino quodam Univerfalia mera effe nomina, nihil verò rei habere, contra Scotiftas, defenderent. V. fuprà in voce *Nominales*.

Occator, unus ex divis agricolis Vett. ab *occatione*. Proprie autem dicebatur ager *politus*, cùm *occabatur* raftris vel crate; & haec velut fumma manus erat, quae agro exercendo imponebatur. Unde *politionez agrorum*, & *politor*, qui agrum colendum confiebat, pro certa parte, *Dig. pro facto, fi agrum politori damnas*, ab hac ultima agri politurâ nomen accepit, quam his verfibus expreffit Columella,

Verùm ubi jam puro discrimine pectitur tellus,
Depofito squallore nitens fua femina poscit.

Tum nempe *pectit*, *radit*, *politi* tellus dicebatur, cùm *occabatur*. Utì enim in veftimentis apud fullonem curandis, *politi* tum ea dicebant, cùm pectine vel fpinâ fulloniâ radebantur, quod ultimum erat fullonum five polientium experimentum: Ita in agricultura manûs ultima politio, quae *occatione* vel raftris fiebat, quando Flamen facrum Cereale Cereri & Telluri faciebat, fivos agricolas hoc ordine invocans, quo fc. & terra colebatur, *Pervictor*, *Redarator*, *Impulcator*, *Imporcitor*, *Sarritor*, *Occator*. Qui itaque deinde fequebantur, *Sarritor*, *Subruncinator*, *Messor*, *Conjector*, *Conditor*, *Promitor*, a tanti jam frugibus locum habebant. *Occator* itaque ultimus erat agri colendi, ut Sarritor primus frugum jam nafcentium, quae farribantur: *Nam*, ut ait ille, *prius occant, quàm sarrium ruftici*. Unde videntur vett. erraffe Grammatici, qui *raftrum* vertunt *σκάφιον* & *σκαπάνιον*, hoc enim *rastrum* potius, quàm *raftrum*, quod eradendae potius & polienda terrae, quam fodiendae atque eruendae, factum eft. Graeci *λίχμη*, *ἐσχάρα*, *σκάφιον βωλοκόπιον*, inftrumenta ruftica vocant ad occationem apta: at *rastrum* proprie *σκαπάνη* feu *σκάφιον*, &c. Dicta autem eft *Occatio*, quafi *occatatio*, fecundùm Vett. quòd ea *occaterentur* frumenta, hoc fub terra operirentur & occulterentur uti Plinius triticum, hordeum, milium, panicum & reliqua femina, paffim occari dicit; poftquam fc. jacta funt. At apud Romanos non *occatoris* fatis fed comminuendis ac eradendis glebis proprie adhibebatur. Eam fic circumloquitur Virgilius,

Multum adeò raftris glebas qui frangit inertes,
Vimineasque trahit crates, furvat arva Ceres.

V. Salmaffium *ad Solinum pag.* 728. & *feqq.* ubi multa egregiâ hanc in rem; è quibus hoc unum addo, nullam *occationem* Veteribus fuiffe ante tertiam arationem. Frequentibus enim iterationibus adeò fubigebant glebas, ut etiam *occationi* locus non effet poft fatas fruges. Hinc Columella, *Veteres*, inquit, *Romani dixerunt — male fubactum agrum, qui fatis frugibus occandus effet.* Et Plinius, *Male aratur arvum, quod fatis frugibus occandum est.*

Occiacum, locus Galliae, in Comitatu Forenfi, trans Ligerim, Monafterio S. Andreae illuftris, in quem cùm ex loco Bredone SS. Domitianus & Ragnebertus effent translati, oppidum hoc veteri *Occiaci* appellatione depofiti, à S. Ragneberti tumulo nomen accepit nomen, dicituque hodie *ad S. Ragnebertum*, vulgò *S. Ramberti*. Quod diftinguendum à Bredone olim, nunc ab Abbatiali Monafterio *S. Ragneberti*, vulgò *S. Rambert de Beugey*, item *l'Abbaye de S. Rambert en Beugey* dicto, in pago Belicenfi, parte Brexiae, in quo Sanctorum praefatorum cadavera, prius quam *Occiacum* deferrentur, recondita fuere. C. Labbeus Praepofitus Monafterii Barbarenfis, apud Hadr. Valefium *Not. Gall.*

Occidens, adde: *Ab Occidente*, *Occidentanae* vel *Occidentariæ*, dicti sunt moduli Musici, quibus *Occidentales* Ecclesiæ sunt uſæ, cùm Græcorum Musica, ſu a modali, quibus Eccleſiæ Orientales utebantur, *Frigiorum* dicitentur, quaſi *Phrygiodoria*, quia ex Phrygiis Doriisque conflarent, teſte Ekkehardo Decano S. Galli in *Notkeri vita cap.* 9. & Goldaſto *in enim Notis*. Sunt autem *Occidentanæ* cantus is, qui in Eccleſia hodieque obtinet Romana, & aliis quæ Romano-ritus recepterunt. Hunc primus in Ecclesiam Mediolanenſem introduxit S. Ambroſius Poſtea illum, in Romana Eccleſia inſtituit Gregorius M. à qua Alamannicæ & Francicæ Eccleſiæ acceperunt. Sed cùm hic cantus longo tempore tractu apud Alamannos, five Germanos, magnopere corruptus eſſet, veram poſtea Muſicam reſtituit neceſſe fuit, quod quo pacto effectui ſit datum, V. apud veterem Hugonis Reutlingenſis Interpretem, atque eximie Spelmannum *Gloſſar. Archæol.* ut & in voce *Frídgora*. Interim veteres Chriſtiani ſic cantabant, quemadmodum Ambroſium ait *in Pſalmos*, *ut vicinores eſſent pronunciantibus*, *quam cantantibus*, neque minutiorum delitias ſectabantur. Proin qualem conveniat Eccleſiæ cantum eſſe, non incommode nuper exprompſere eſt aggreſſus Gallus anonymus *Conſult de Hiſtoir Canonicis pag.* 69. & 70. apud Gerh. Joh. Voſſium *de Scientiis Mathem. cap.* 21. §. 11.

ad *Occidentem* precandi ritus, Iſraëlitis olim in uſu fuit. Namque & Templi poſtici ejusmodi erat, ut introitus ejus haberetur in parte Orientali, nullâ, in Occidentali, portâ admiſſâ: cujusmodi ſitum quoque antea Tabernaculi fuiſſe, teſtatur Joſephus *Archæologiæ lib.* 8. *cap.* 2. Quo pacto alterutrum ingredientes, in *Occidentem* ſic verſi preces & ſacra peragebant. Eandem porro poſitionem, Synagogæ quoque & Profeuchæ Judæorum, tam ante, quàm poſt excidium, imitatæ ſunt, uti legimus apud Majemondem *de Oratione cap.* 11. §. 1. & 2. Sed verò nec poſitionis Templi ac Synagogarum in Orientem, aut præcipiendi regulariter in Occidentem originem, Tabernaculi ſitui ita tribuunt Magiſtri, ut non multo eam faciant vetuſtiorem. Certè eandem ipſam deſignatam ajunt à Domino, cùm Abrahamum in terram Moriah, ut Iſaacum filium illic in Monte offerret, abiegabat, Geneſ. *cap.* 22. *verſu* 2. Abrahammque ipſum tunc, ex diſciplina recepta, versûs Occidentem in monte precatum eſſe, i. versûs locum, qui poſtea in Templo Sanctum Sanctorum futurus erat, V. 2. Paralipom. *cap.* 3. *verſu* 1. Rationem ritus affert idem Maimonides, quòd Gentiles *ad orientem* precari eſſent ſoliti; ut itaque populus Dei illis contraria poneret veſtigia, huic Occidentem versûs precibus de fungi tum fuiſſe injunctum. Quò facit illud Ezechielis *cap.* 8. *verſu* 16. *Ecce juxta oſtium Templi Domini inter veſtibulum & inter Altare erant quaſi* 25. *Viri*, *quorum terga erant ad Templum Domini & facies eorum ad Orientem*. Hinc Vitruvius, velut pro notiſſima lui temporis & vetuſta, de ædibus Sacris conſtituendis ſecundis regionibus & mundi plagis, diſciplina tradit, eas ita conſtituendas eſſe, ut ſi nulla ratio impediret, Ædis ſignum ſeu Numinis ſimulachrum, quod erat in cella collocatum, ſpectaret ad vespertinam cœli regionem; ut, qui adirent ad aram immolantes, aut ſacrificia facientes, ſpectarentad partem cœli orientis ipſaque ſimulachra viderentur exorientia conturſi ſupplicantes & ſacrificantes, quòd aras omnes Deorum neceſſe eſſe videatur ad orientem ſpectare, *lib.* 4. *cap.* 5. adeoque regularitate ait, introitum cultumque eſſe debere ab Occidente in Orientem. Hyginus tamen, Auguſti libertus, *antiquos Architectos* in Occidentem *Templa ſpectare ſcripſiſſe*: *poſtea placuiſſe*, *omnem religionem eò converiere*, *ex qua parte cœli terra inluminatur*, ait *libr. de Limit. conſtit.* Quaſi mos adorandi versûs Occidentem, adeoque templorum introitus ad Orientem ponendi haud minori fuiſſet apud tunc antiquos illos in uſu, quàm poſtmodum ſitus ille inverſus. Sed & Porphyrius de Templis Gentilium paulo ante Conſtantinum, plerorumque introitus ad Orientem fuiſſe, cultumque *ad Occidentem* præditum, docet *lib. de Antro*. Hermes verò apud Appulejum, pro diſcrimine temporis diei, precantium ſitum diverſum fuiſſe, notat: *De adyto egreſſi*, *cùm Deum orare capiſſent*, *in Auſtrum veſpicien tes erant*. *Sole enim occidente*, *cùm quis Deum rogare voluerit*, *illuc debes intendere*, *ſicut & Sole oriente in eum*, *qui ſubſtantiam dicitur*. At Scholiaſtes Pindari *Iſthmiac.* ad 4. *verſus Orientem Diis*, *verò Occidentem Heroibus*, ſacra facta obſervat: ex hiſce Poëtæ, de ſacrificio Herculis ſilis præſtito:

Τῶν δ' ὑπερμεν ἀὼτὰς
Φλὲξ ἀπλήκτοφόβα σωτῆρὶ
Πανηγίζεν ——
Quibus in occaſu radiorum
Flamma exoriens aſſidue
Pernactas ——

Quæ utut ſe habeant, Clemens certè Alexandrinus, rituum Gentilium ſcientiſſimus, de Chriſtianis preeationibus in Orientem fieri ſolitis, velut more hominum antiquiſſimo fundatis, Θεὶν, inquit, *τὸ παλαιότατῶ τῶ ἱερῶ σῶζε δόξαν ἔλαπτ, ἵνα οἱ ἀπωλὴ σρεφόμενοι τῆ ἀνατολῆτῶν ἡμέρων, πρὸς ἀπωλὼ λὸ σρέπεδ διδάσκωνται. Unde etiam Templorum antiquiſſima reſpiciebant ad Occidentem*, *ut*, *qui vultui ſtant ad ſimulachra converſo*, *discantur verti ad Orientem*. Quam in rem V. plura apud Joh. Seldenum *de Synedriis vet. Ebræorum lib.* 3. *cap.* 16. De gentilium verò Septentrionalium in Sacris ſitu, in vocibus *Luna*, item *Nox*.

Occiſum, à necato ſic diſtinguit Feſtus, quòd alterum à *cadendo*, ſive ictu fiat, alterum ſine ictu, apud Joh. Roſinum *Antiqq. Rom lib.* 8. *cap.* 5. Horum jus perſequendi modus, Athenis alibiqui quis fuerit, V. ſuprà in voce *Homicidii cauſa*.

Occitania, adde: Valeſio nomen hanc à lingua oc, unde & *Langue doc* dictam vult, non aut quidam exiſtimant à Gothis, quaſi *LandGot*, ſeu *regionem Gothorum*; aut, ut Nicotio placuit, à *Lingua Gothica*, quaſi *Languegoth*, quemadmodum Rabelæſius vocat. Totum enim Franciæ Regnum olim in provincias Lingua oc, & Linguæ oc dividebatur (*de Langue d' oc*, & *de Langue d' oc*) hinc que provinciæ Narbonenſi primæ, five Septimaniæ aut Gothicæ, quæ una ex Linguæ oc provinciis erat, nomen *Languedoc* ſi remanſit, vulgò *Languedoc*. Unde nonnullis *Occitaniæ*, aliis *provinciæ Linguæ Occitanæ* vocitata eſt. Hæc autem diviſio Franciæ in duas linguas illas factæ eſt, cùm Vaſcones, Gothi five Septimani, Provinciales, Delphinates, aliique linguæ tortæ populi, ſed præcipuè Gothi, pro *ita* vel *utique*, dicere conſueſcerent oc, id eſt, *hoc*: cæteri verò Galliæ populi *oui* efferrent. In Guillermi Nangiacenſis *Chronici Append.* lingua hæc & regio *Lingua Occitana* corrupte pro *Lingua Occitana* legitur: *Quidam nobilis homo de Lingua Occitana*, *qui dicit Renaldius de Normania vocabatur*, *Pariſius in platea Porcorum ſeculari judicio Regis perculitur*: & ibidem *Barones de Lingua Occitana ac Tolofani* memorantur. In *Geſtis* quorundam Epiſcoporum Urbis Romæ, *Eo tempore*, (Clemente V. ſedente) *fuit in Regno Franciæ*, *& præſertim in Lingua Occitania catiſſia validiſſima*. In Innocentio VI. Pontif. *Johannes Armaniaci*, *Locum tenens Regius in Lingua Occitana dicitur*: & ibidem Johannes *Comes Pictavenſis*, *degustatus pro regimine partis Linguæ Occitanæ*. V. Hadr. Valeſium *Not. Galliæ*, ubi quoque obiter notat errare Andr. Chenium & Jac. Sirmondum, quum ſcribunt, provinciam hanc olim *Gothiam*, nunc *Linguadociam*, quaſi *Lingadubiam*, id eſt, *Terram Gothorum* vocari, propterea quòd primæ Gothorum ſedes in ea fuerint: cùm Valiam, Gothorum R. pace factâ revocaverint ex Hiſpania Honorius Aug. Conſtantiuique Patricius, eique ob egregias victorias de Alanis & Vandalis atque obredditam Placidiam, Honorii ſororem, provinciam Aquitanicam II. Novem populos, & unam tantùm Occitaniæ ſeu Septimaniæ urbem Toloſam donaverint. Unde Proſper ſcribit, Monaxio & Plintâ Coſſ. datum eſſe *Gothis ſecundam Aquitaniam*, *cum quibusdam civitatibus confinium provinciarum*: & Idatius auctor eſt, *in Chron. Gothos ſedes in Aquitania à Toloſa*, *ſcu à Garumna usque ad Oceanum acceſſiſſe*. Ataulfus quidem Gothorum R. qui Valiam ſucceſſorem habuit, Gallias ingreſſus, Narbonem *Septimaniæ* urbem non circa videmian occupavit, ubi Placidiam uxorem duxerat. Sed poſt tricnnium Narbonem relinquere, & cum exercitu Hiſpanias petere à Conſtantio Patricio coactus eſt, ubi non multo pòſt à ſuis jugulatus interiit. Plura de hac provincia, V. in voce *Septimania*.

Occultatus, nomen Jovis apud Ægyptios. Apud hos enim cùm peculiare huic Deo nomen eſſet *Amûn* five *Ammonis*, ut Græci & Latini exolere, eo *Occultatum* & *Occultatorem* ſignificanti, Manethos Sebennita voluit, apud Plutarchum *de Iſid. & Oſir.* cui & ita Templi Saitici Minervæ dedicati inſcriptio, cujus partem ſuprà attulimus, concordat *Ibid. Καὶ ὃν ἡμῶν πάντων ὄντως πω ὄντως ἀποκεκρυμμένον*, *Et meum peplum nemo adhuc mortalium detexit*. Quibus ſine dubio Veteres illi indigitare voluerunt, magis quid non ſit, quàm quid ſit Deus, ſciri poſſe, ut ſcite Athanaſius *ad Solit. vit. ag. pag.* 627. *Εἰ μὴ ἄνωθεν κατέβη, τίνες Θεὸς, ἀλλὰ ἄνωθεν ἀνὼ, τὶς ἐσὶ, Tametſi impoſſibile ſit*, *deprehendere*, *quid ſit Deus*, *tamen dicere poſſumus*, *quid non ſit Deus*. Qui videlicet, quod Auguſtinus dixit *Tom.* 1. *de Ord. lib.* 2. *cap.* 16. *ſitur melius nesciendo*. Imò, *cujus*, ut idem denuo *d. lib. cap.* 18. *nulla ſcientia iſt in anima*, *niſi ſcire quomodo cum neſciat*. In quem ſenſum Prudentius contra Symmachum diſputans, *lib.* 11.

Nam cum divinis agimus de rebus & illum,
Qui vel principio caruit, *vel ſine carebit*, &c.

Et mox:

Conjectare animo contendimus, *exiguus eſt vis*
Humani ingenii tantoque angufta labori.
Quippe minor Natura actem ſe intendere tentet
Acrius, *ac penetrare Dei ſecreta Supremi*:
Quis dubitet ſtello fragilem laſſeſcere viſu,
Vimque fatigatæ mentis ſub pectore parvo
Turbari, *invalidiſque hebetem ſuccumbere curis*.

Quare meritò impudentiam proteviamque Actianorum increpat & ſtrigit Epiphanius *Hær.* 76. *ſub fin.* jactitantium, *Non ſimpliciter ſe noſſe Deum*, *ſed velut cognoſcit quis omne viſibile*, & *quod manibus ſuis contrectat*, *velut ſi quis in manu accipiat lapillum aut lignum aut alterius cujuslam materiæ inſtrumentum* &c. V. Tob. Pfannerum *Syſtem. Theolog. Gentil. purior. Cap. II.* §. ult. atque ſuprà, in voce *Ammon*, *Hamm* &c.

Occulè scribendi modus, Cæsari usitatus, cum secretius quidam Amicis per Epistolas significaverat inet, memoratur A. Gellio *lib.* 17. *cap.* 9. ubi ait : *Libri sunt Epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his Epistolis quibusdam in locis inveniuntur literæ singulariæ sine exagmentis syllabarum ; quas ita pater potius incuriosè, nam ex his literis verba nulla confici possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum de commutando suo literarum.* Et paulo infrà, *de occultis hac literarum significatione Epistolarum Caji Cæsaris*, Prolubam Grammaticum Commentarium fatis curiosè fecisse addit. Suetonius ejusdem in *Cæsare* meminit : *Extant Epistolæ ejus ad familiares domesticis de rebus. In quibus si qua occultius quædam perscripta erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici possit. Quæ si quis investigare velit, quartam elementorum literam pro A. & cetera deinceps commutet.* Idem Dio *lib.* 40. refert, Ἐυόδιά ϑ᾽ ἁμα, οὐκέτι τὸ ἀληϑὲς ἐπὶ τοῖς ἐπιστολαῖς, ἀ τοῖς ἐμοῖς αὐτὸ ἔπεμπε, διὰ τοιούτου ἐδήλου σφίσι, ὅπως ἀναλύσωσι τοὺς κώλους ἢ τὰ γραμμάϑατα. Id est, *Consueverat aliquin, si quid secreti cuipiam per literas significaret, quartum semper elementum in scribendo pro eo, quod scribi debebat, sumere, ne ob id literarum tactio cuivis esset.* Imitatum hunc modum Augustum mille, idem testatur Suetonius in *ejus vita*, *Quotiens per notas scribit B. pro A. C. pro B. & deinde eadem ratione sequentes literas ponit.* Item Dio *lib.* 51. Ἔνιά τε ἐν ἀπορρήτῳ τοῖς ἑαυτοῦ τοῖς φίλοις, ὥστε τὸ βούλῃ δὲ δηλῆσαι σφίσι ὀνόματος, τὸ δύνεχον ἐν ἑαυτῷ τὸ τοῦ γράμματος ἀεὶ ἑτέρῳ ἀλλ᾽ ἑτέρῳ ἐπέγραφεν, Id est, *Si quid vel sit, vel aliis suis necessariis scriberet, quæ res eis erant significandæ modo quodam secreto, proximè sequentem semper literam ponebat pro ea, quæ exarari deberet.* Sed totum hoc artificium *occulæ* per literarum transpositionem scribendi, facilimè à quovis lagacione deprehendi potest, ut vix pro arcano quodam id haberi debeat : quod etiam de Laconum scytale, de qua *eodem cap.* Gellius, judicaret Eruditi. Imò Jul. Cæsar *Scaliger Exercit.* 317. *c. Card.* non dubitat, *merum id vocare delirium ac impostturam.* Tutiores sunt *occulæ* scribendi modi, quos Recentiores excogitarunt, quorumque aliqui, à nemine, nisi arcani conscio, ad quem Epistola perscripta est, ullâ ratione detegi possunt. Imò, tales quoque, ut quas arcanum animi sui concipientem per Epistolam abiens artificii conscius manifestare possit, sine ulla secreti latentis suspicione, si fortè epistolam intercipi contingat : de quibus videndus *Illustrissimus* Gustavius Selenus (id est, Augustus Dux Brunsuicensis & Lunæburgensis) in *Cryptographiâ*, & Caspar. Schottus in *Schola Steganographica* : quibus adde Trithemium *in Steganographia*, quam *Commentario Serenissimi Selenus dignatus est*, Abr. Colornum in *Scenographia Italica*, Suentervum *in Steganographia aucta*, & qui reliquos antecellere videtur, Joh. Baptistam Portam *de Furtivis literarum notis*. V. quoque supra in voce *Cifra* & infra in voce *Steganographia*.

Occupare, in Circensibus, de primi ostii vel loci Agitatore, dicebatur. Sed plerumque eveniebat, ut is præ studio obtinendi ac servandi primatus, præsaltatis viribus equorum à sequentibus vinceretur. Quod ut fieret, cauti agitatores in primis spatiis sustinebant equos spiritumque ac vires eorum dispensabant, priusquam ad finem venirent, ut integri & indefecti prægressos jam defessos opprimerent, & in flexu metæ septimæ præverterent. Sin omnino is metam obtinuisset, & insuper ea cursu ad ultimum septimæ metæ flexum pervenisset, dicebatur, *Occupavis & vicit*, uti legitur, in ver. *Inscr.* quòd si, qui proximo sese fecundo ostio mitteba tur, eum prævertisset, dicebatur, *Successit & vicit.* Silius,

Proximus à primo distans, quantum aquore curvus
Occupat ipse locis, tantum sed proximus ibat
Ipse Panchaies.

Sicut rursus, si tertio ostio missus victoriam consequeretur, *Eripuit & vicit.* Quarto enim ostio missus raro ad palmam pervenibat. Unde pro magno ponitur in ver. *Inscr.* Circi, *quarto ostio missum vicisse.* AGITAVIT XXIIII. MISSUS OSTIO IIII. CCLVII. Sic itaque ex merito loci *occupabat*, i. cœteros antecedebat agitator ille, qui ostium illud primum fortitus erat. Quod etiam ex insigni loco Senecæ *in Troadibus* constare potest, ubi Hecuba Argivorum clasli mala imprecatur,

——— *quod precor volis, precor*
His digna fatis æquora. Hoc classi accidat
Toti Pelasgæ, ratibus hoc mille accidat,
Meæ precabor, cùm vehar, quidquid vati.
Me mea fugantur Fata. Non pelago quies
Tranquilla veniat, sæviat ventis mare,
Et bella & ignis, & mea & Priami mala.
Dumque ista veniens, interim hæc pana in loco est,
Sors occupavit, præmium eripiatur mihi.

Quasi diceret, in hoc ludo miseriarum ac suppliciorum decurrendo, sors mihi tribuit, ut prima essem & primo loco exirem, ac proinde cæteros antevenirem : sed ipsis opto, ut præmium mihi eripiant, & licet tardius egressi, me tamen queant superare & longe miseriores, quàm ipsa fum, evadere, palmamque in hujus stadii decursu obtinere. Non semper v. qui *occupabat* beneficio sortis, primatum obtinebat, uti dictum, sed tum demum, cùm primatum forte acceptum ad extremum obtineret. neque ab ullo infrequentium præverteretur : unde *occupare & primatum obtinere*, distingui legimus apud Plinium &c. V. hanc in rem plura apud Salmasium *ad Solinum pag.* 904. 909. & 906.

Occupatione Simplici, dominium juxta Magistros plurifariam adquirebatur, Ejus autem jura maxime vulsuntur, in *Bonis nondum occupatis*, in *rebus Deperditis sine Derelictis*, in *Prosolyturis sine hæreditibus defunctorum Bonis*, in *agro à Gentili Ifraelitæ sine Syngrapha vendito & in Hæreditatis eorum, quæ, ex lege sacra in agrorum provenu & frugibus, Egenis relicta sunt.* Et quidem quod *Bona nondum omnino occupata* attinet, ea occupantis fieri volunt. Nec ita dissimile jus obtinuisse ajunt, ubi *Derelicta seu Deperditæ res* in custodiæ locum aliquem stabilem & occlusum, velut ædes, hortea, alia, ántequam quis eas dentro occupaverat, devenerant : Ubi tamen distinguunt inter res ab Ifraelita, Proselyto & Gentili derelictas seu deperditas ; Item inter res ita signatas, ut per signa sibi singularia eas esse dominus probare posset (post præconium tertium & subinde quartum) atque eas, quibus nulla ejusmodi signa. De prioribus dicunt, cum qui repererat, præconium facere obstrictum fuisse. Erat autem præconi fuggestus faxum quoddam, in suburbio Hierosolym. excelsum, è quo clamans hac utebatur formulâ, מי שאבד לן אבדה, *Quisnam est, qui jumentum aut pecus perdidit?* de cujusnodi præcone V. Josephum *Archæolog. lib.* 4. *cap.* 8. Quòd vero *Prosolyti Justitiæ, sine hæreditibus obeuntis, bona* occupanti esse concessa tam signanter tradunt, inde est, quòd cognationem cum proximis abolitam esse judicarunt : Hinc enim sequebatur, ei nullos fuisse ex priftina illa cognatione hæredes. Porro, *Agrum* quod concernit *à Gentili emtum*, idque *sine Syngrapha*, quam שטר vocant, in ditione fc. Ifraelitica ; pro jure habent receptissimo, nec Ifraëlitam ad Gentilem, neque hunc sive ad Ifraëlitam, sive ad Gentilem, fundum, utcunque ex contractu pretium solverit, ritè transfluisse, nisi etiam syngrapha interveniret. Et quidem Ifraelitæ fic vendenti manere volebant dominium, usque dum fieret syngrapha. Gentilis autem vendentis dominium, post acceptum pretium, planè desisse, fed emtentis, quia *syngrapha* deerat, non incepisse ; adeoque sic fundum penes Ifraelitæ *occupantis*, à quo tamen pretium ei, qui Gentili solverat, refundendum erat. De *jure* tandem *Egenorum*, res notissima. *Occupationis* v. titulus, quo fecluduntur cæteri universi ab eo, quod paterit universis ante occupationem competebat (jus fc. occupationis ejusmodi in universis æquale) ortum sub initiis aut instauratione rerum, sub Noachidis primis, ut videtur, habuit : nec sine consensu & interpolita fide, quæ ad posteros propagata est, de eo admittendo, quoties res aut nondum fuerint possessæ, aut nullius in bonis esse cœperint, uti patet ex Gentium divisione, in Genesi & Testamento, quod Noaho tribuitur, apud Eusebium. Et de Noachidis illis primævis, Eustathius Alexandrinus *in Hexaem. pag.* 51. Ἔφασκε, inquit, τὸν πρωτογράμματον γῆν κρίνασθαι, πυπαμένης, terram fibi primò obvium occupavit. Quemadmodum & Josephus, ubi de Japetidis loquitur & de Europa, *Archæolog. lib. I. cap.* 7. Ἣν ὑπῆρε, καὶ κρίνασθαι ἐπιχειρῆσαι πρῶτον ἐκείνην ἔσχεν, *Quam* occuparunt, *etiam nomine suo illi sedes habente* &c. V. hanc in rem plura, apud Joh. Seldenum *de Jure N. & G. juxta Disciplinam Ebræor. lib.* 6. *cap.* 4.

Occursus, apud Claudianum *lib.* 1. *versu* 123. ubi de decrepito Eunucho Eutropio,

——— *cùm pallida nudis*
Ossibus horrorem dominis præberet imago,
Decolor & macies occursu *lædere* omnes :

omen est ; Ita enim mox,

Aut crimen famulis, aut procedentibus omen.

Et quidem invisum. Hinc de tali Statius *Thebaid. lib.* II. *versu* 669.

——— *alii* victoribus omen
Invisum ———

Ita in *eodem lib.* Ocdipum *occursu* pia templa domosque læsurum dicit. Ad quæ loca Schol. *Misium occursum* dicit, *Casum & abjurdum hominem.* Atque sic Philemonem comicus apud Theodoretum *Serm.* 6. Οὗτος, inquit Theodoretus, ἀ πυπτὴς ϑ᾽ ὑπὸ ἀπονοίας ἀ κλάδου χρώμενος καιρῷ, ἐὰν ὅταν ἰδῇ πασχίοντα, τὸν ἐσθίοντα, ἢ τὸν ὑλακτοῦν, ἢ τὸν ἐγὼ ὁ προσὼν Σκυϑικὸς, ἀπολῶ τοῦτο ἐνὸς ἐν ἀγορᾷ.

Eodem sensu occurrere legitur, apud Senecam *Apocolocynth. Pusillum subperstrâsse, ut illum vidit cenem nigrum, villosum, quem non vellis tibi in tenebris occurrere.* V. quoque Auctorem Declamationum, sorte Posthumium Cæsarem *Declam.* 1. At prudentis bonique hominis *occursus*, contrà felicitatem præterre dicebatur, uti de Philippidis occursu obser vat Plut. *in Demetrio.* V. de variis *occursibus*, Zebelem, quem inscribunt *Onirocritica*, Casp. Barthium *Animad version. ad Papinium Statium d.* l. ut & hic passim.

Oceani Solium, apud Æl. Lampridium *in Alexandro* : *Opera vete-*

veterum Principum instauravit; ipse nova multa constituit: in his thermas nominis sui, luxu eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inductâ, quæ Alexandrina nunc dicitur. Nemus thermis suis —— fecit. Oceani palmam primus inter Principes appellavit, quum Tyra janus id non fecisset, sed diebus solis deputasset.

Oceanus, apud Martialem *lib. 3. Epigramm. 95.*

Esi & in hoc aliquid: vidit me Roma tribunum,
Et quater opta se fuscitat Oceanus.

Nomen est Dalmatoris Theatralis, cujus erat disponendis ordinibus in Theatro præsse, & amovere è XIV. gradibus, qui Equites non erant. Ejus meminit idem *lib. 5. Epigramm. 23.*

—— *Oceanum certior audit Equus.*

Et *lib 6 Epigramm. 9.*

In Pompejano domus, Lævine, theatro;
Et quæris, si te fuscitat Oceanus.

Ocella, inter cognomina Romanorum, quod Galba Imp. à novercâ adoptatus assumsisse legitur, apud Suetonium *in Eo cap. 8.* Ei origo an ab *ocellis*, propter oculorum parvitatem, an ab *ὀκέλλειν*, *navem appellio?* Certè vetustissimum & apud Græcos *Ocelli* nomen, uti docet Casaubonus *ad l. qui & Ocellatas Suroves*, in *Domitiano* ejusdem Autoris *cap. 8.* observavit.

Ocellati seu *Ocelli*, litoralES lapilli *ocuti* specie nitentes, Vett. dicti sunt, quòd similitudo *ocellatis insectis* undare consueviSSe Augustum, Suetonius memorat *cap. 83.* ubi Casaubonus confectas olim pueris puellisque has lusiones notat, & Græcis *κολοκύνθας* appellarihos globulos (quos tamen ebunneos quoque & ex alia materia fieri solitos addit) docet. Ovidius *Metam. lib. 10.*

—— —— *modà grata puellis*
Munera fero: illi conchæ, teretesq; lapillos &c.

Meminit hujusmodi lapillorum quoque Plinius, ubi de Calliade, *Utrobique autem in rapidis in vivis, & gelatis ocelli figura exuberans levitate, adhærens.* Est & gemma, quæ vocabatur *Beli oculus*. Idem Plinius, *Beli oculus albicans pupillam cingit nigram, & medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur, &c.* Idem *Nympharum oculi* Græcis dicti sunt, & *lumina*, cujusmodi lapillorum Caligula cùm magnam vim in Oceani littore à militibus armatis legi jussiSSet, armatus & ipse, finxit, *non ex hominibus, sed ex cœlestibus spolia cepisse*, ut Victor habet. Quą de re Suetonius, *Postremò spolia Neptuno & Minervæ dicata in littore Oceani ac ballistis machinisque dispositis nemitæ quasi & opinatæ quidnam capturus esset, repente ut conchas legerent, galeasq; & cassis repleruni, imperavit. Spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque delata.* Ubi *conchas* tantùm memorat, Victor v. addidit *umbilicos*, h. e. teretes lapillos, ad inSSar umbilici, quos pariter cum conchis Cicero & Valerius Max. junxere. V. supra, ubi de *Nympharum Ocellis*, & plura hanc in rem, apud SalmaSium *ad Solinum pag. 704. & 705.*

Ocelli Vestilium, Hebraïs dicitur maculæ rotundæ, acu pluma-

marii intextæ: unde verbum שבע, *vestem oculare*, & *opere plumario oculos vestibus inuxere*, & תשב, *quod oculatum est & oculis intexum.* Sed & Latini *oculos*, ibiusmodi vestium notas vocavere. Unde *vestes purpura oculare*, apud Tertullianum *de Pudic.* Sed *enim utrosique interpretes parabolarum idem ritus declinasti, quum in vestibus purpura oculandis sapissime evenire est: pro purpura clavare.* Sunt enim idem *ocelli* seu *oculi* hi, quod *clavi*; qui aliter *signa*, *notæ*, *plumæ* &c. Salmaſius *ad Vopiscum in Carino.*

Ocellus, adde: Fuit is ex sectatoribus Pythagoræ, qui ante Platonem floruerunt, quales etiam Architas, Philolaus, Parmenides, dicitur quæ libri eius ab Iamblicho priscæ & reconditæ cruditionis Aristoteles compilaSSe. *Deum* itaque vocat Georg. Hornius *Philos. Philol. lib. 3. cap. 12.*

Ocellus, nomen floris exSimii, Gall. *Oeillet*, de quo sic Franc. Pomey, *Ocellus, ame sic dictus, quòd in eius apicibus blandissimè acquiescat oculus, an quòd ipsemet sit horturum oculus & ornamentum? Nihil certè spectare oculus possit, vel eius formosius forma; vel colorum, quibus effulget, varietate, pulchritus; vel foliorum, quibus contexitur, nitore & compositione concinnitas. Compacta hæc folia sunt, adjunctisque altis alba, tam stricte, atque ordinatè, ut ab exiguo inter se connexa, paulatim inferta in calyculum, erumpans postea, diffundatisque se mollister in orbem, limbo denticulatim incisum — Potro, nihil ille picturatius, nihil ejus colorum varietate distinctius. Micat videlicet in Ocellis unis nunc niveus Lilii candor, nunc Rosæ rubor igneus, nunc Amaranthi virens purpura, aut Ranunculi coccinum, aut Anemones ostrum, aut cæruleum Iridis, aut Colutea amethystinus, aut horum omnium mistura colorum; qui modò compunctis in apices, modò virgatis in tunicatas, modò in nivea intersecti, flavum fit commune — Quid dicam de odoris, quem spirat, seu suaviter sen vi, tam prope accedentis ad Caryophyllum, ut nomen inde Caryophyllus flaris factum illi fuerit apud vulgus. Folia memorabo, in longum promiSSa, pene quæ exercita latitudine? Caulemne loquar, variis geniculis nixum, humoique affurgentem ad lineas ternorve pedes? In tenuis licet, hexes tamen —— firmus adeò, ut non unum modò, sed Ocellos ferat sapius plurimos, sustineatque eum dignitate. Hactenus ille Descriptiv.*

Ocellus Indicus, Gall. *Oeilles d' Inde*, nomen itidem flotis, quem, *nisi terrâ enascentem cernerimus — & cæterorum more furgentem solo, quis Florem crederet, ac non potius circum incisum eleganti opere, ex auro crisso, fabricatum? Sane, non æquè speciosè flavesset aurum, nec globus ferax flammeus quidi, vel splendore micantium, vel formâ rotundior, formoSSimum ipsa sture. Sequus ligula-sus, in ramuSculos circumfusa, frutticans, & insuper apice, acutore elicis calyculos, qui brevi se diffundunt, coguntque in luteum globum. Folisi mire automatis luxuriat lacinulas. Cæterum desiderio quandoque —— gratis alienæ odoris expers. degenerat ipse ab nativa indole, flatuerat deprivati, speciem deperdit, folia decortat, corruptaque numerum diminuit. Sic, ut sena, septenave abantiaxat, trifilia flave. scentia, medium ex eadem calyce glomum ambiant. Idem ibisa*

Ochim, Hebr. אוכים Elian. *cap. 1. Variis* Et *in Notabilium ibi sales & repletionem domus eorum Ochim*: plerisque animaleth, Bocharto clamores, rugitus, ferarum ululatus, quibus deserta personant. Certè Hebræis אוי, & יהאו, vox eſt gementis vel exultantis, à qua fieri videtur Græca vocabula *ὠχῶ-, finus, & ὠχέω, vehuo*, pro quo Dores *ὤχεω*. Quòd ipSum in causa fuit, cur alluSione vocis servatâ, Seneca *Herc. Oet. v. 1. finum*, redderint. V. cum *Hesychio ibi lib III cap 16.*

Oblocutrix, vitium Reipublicæ fert eâ, in quod democratia degenerat: cùm videlicet non amplius *Populi salus suprema lex* eſt: sed vulgus auctoritatem suam confert ad augendam potentiam tenuiorum civium contra Optimates. Quod apud Romanos contigit, quum Tribuni Pl. intra metas amplius contineri nolentes, contra Patricios & Magistratus majores tumultuati sunt ac seditiones excitarunt pernicioSiSSimas, quales tum sæpe alias, tum inprimis paulo ante Decemvirorum creationem & Gracchorum Tribunitium, defaverunt. Joh. Rosinus *Antiqy. Rom. l. 7. cap. 1.* Aliud quid Anarchia eſt, quæ ab anno Urbis cond. 376. impeditis per totum quinquennium, ut Livius, vel quadriennium, ut alii malunt, Magistratuum Curulium Comitiis & Rep. à Tribunis Pl. administrata, Romæ viguit: quo nomine illius temporis ſtatum diserè insignit Diod. Siculus &c.

Ochra Attica, cum Sili Attico, eadem Vitruvio *lib. 7. cap. 7. Primum autem exponimus, quæ per se naScentia fuliginetur, uti quod Græci ὤχραν dicitur. Efac vero multi locis, ut etiam in Attica, inveniatur, sed quæ fuerat optima Attica, ideo meus non habetur, quòd Athenis argenti fodinæ cùm habuerunt familias, tunc specus sub terra fodiebantur ad argentum inveniendum. Cùm ibi vena inveniretur, nihilominus uti argentum perSequebantur. Itaque antiqui egregiâ operâ silis ad politionem operum sunt usi.* Sed Ochra Attica si Dioscoridi credimus, non amplius inveniebatur Vitruvii ævo, qui pejorem sile cum ochra confundit. Cæterum quod de argentifodinis Atticis scribit, hoc TheophraSius de eisdem tradit refert, quod illorum temporum minimi fuere &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1557.* Nomen v. *Ochræ*, à Græco *ὠχρὸς*, *luteus*; ut enim ochra bona ſit, *maxime bi ὠχρὸς, totam luteam*, cſe debere, ait Dioscorides, apud Ruel. *pag. 1194.*

Ocreæ, ſparium torquens, quod aselius Aprodit, inter præcipua opera Socratis, Pictoris celebertimi, memoratur Plinio *lib. 35. cap. 11.* De quo *Ocreæ agit*, Plut. *libro circa laborant*, elegantiſſima cum ſupiſſa ſatuâque comparatione; historiaque & picturam accuratè exponit Pauſanias *in Phocicis.* Eundem pinxit & Polygnotus in Templo Delphico, Dalechampius *Not. ad Plinium.* V. plura in voce *Ocreas.* Addo ſaltem, *ὠκρὸν*, Græcis *desidem, ignavum, cunctatorem*, veletiam, *desidiam, ignaviamque* notare: prout vel proprie, vel appellativè ſumitur &c.

Oconomiæ apud Hiſonem Abbat. in *Vita S.* Bafini Archiepiſc. Treviren ſis *num 2. Brabantium, Austrasium —— nuncupatam urationem Geographi: quæ Oconomiæ Austrasiæ vocabulum derivatum ussitavum ab Austrasiæ Principe magnificentissimo, nepote Caroli Pulchri ex Landone filio.* Quid ibi velit, fatentur ii ignorare Viri doctiſſimi, & an reponendum *Chronisiæ*, ſubdubitant. Quid ſi *Oshonisiæ?* Nam *ὀδών* & *ὀδόντες*, eſt ſindon ex lino ſeu mappa; in mappis autem ſiebant Provinciarum descriptiones, unde *Mappæ mundi*, Carolus du Freſne *Gloſſar.*

Ocrea, Carum inventum, Plin. *lib. 7. cap. 56.* genus calcei militaris, admodum antiquum & jam Herodotus, qui ante Homeri tempora vixerat, uſitatum. Undecirotes Græcos *κνημῖδας*, i. *bene ocreatorum*, elogio inſignit; per Spartochedon patris, *bene armatus* illos indigitans. Erant autem Ocreæ hæ ex candido ſtanno, *λευκὸν κασσίτερον*, & circa talos aut malleolos pedum ornamenta quædam habuere ex argento vel auro. eidem Poëtæ, quòd pedum tegerent malleolos, *ὑποσφύρια* dicta. Ita enimis *Iliados 7. & II. 7.*

Κνημῖδας εὖ ποδῶν ἕδεα κνήμησι τόρυσε,
Καλὰς, ἀργυρέοισιν ὑποσφυρίοισι δεδησας.

Quos tamen verius ita reddit Eobanus Heſſus, Germaniæ ſuæ decus,

—— —— —— *Tum cruribus aptat*
Æra rendentes Ocreas, quæ fibula tegris
Affabrè ni veis.

Quo pacto omnes etiam Lexicographi recentiores *ὑποσφύρια*, *fibulam Ocrearum* exponunt. Sed ut dictum, *ὑποσφύρια*, *τὰ*, *σφυρὰ*,

ψυχῶν κηλίσματα, id est, *Malleorum tegumenta*, veteres Grammatici interpretantur, V. Didymum, Hesychium, Eustathium *in Hom.* aliosq; qui proin ita etiam Patricios Romanorum calceos eodem in loco ornamentum eburneum, ad formam mediæ Lunæ, habuisse, quod à Philostrato ἐπιχρύσου ἐλεφάντινον appelletur, contendunt. Unde & in vet. Inscr. quæ delicatiorem statuæ Regillæ continet, hi calcei dicuntur *vitrea accessilia mea & ocreæ*, i. *lunata pedum ocrea tubro vinculo*, Alb. Rubenius de *Re vestiaria lib.* 2. *cap.* 4. Vossio verò è corio primò *Ocreæ* fuerunt; postea è stanno seu ferro; si non utraque, saltem alterutra; ac dextera quidem, si cominus esset pugnandum, quia in statu tum prior est pes dexter, sinistra autem, si dimicaretur missilibus, quod cum it, inanis est pes lævus, ex Vegetio *lib.* 1. *cap.* 15. V. cum de *Idolol. lib.* 3. *cap.* 70. Erant a. in Rep. Romana *Ocreæ* gestamen civium primæ & secundæ classis, reliquarum classium civibus usu earum interdicto. Quorum enim maximus census erat, nec minor centum minis, in 80. centurias à Servio Tullo Rege digesti, illisque arma imperata sunt, Clypeus, Arginus, Lorica ex ære, Galea, Ocreæ, tela, hasta & gladius. In secunda classe, cujus census intra decem millia drachmarum, usque ad minas 70. arma eadem gestare jussi sunt, nisi quod loricæ illis ademptæ & fusa pro clypeis data: Et hi secundum in acie locum tenebant, quemadmodum priores primum tuebantur. Tertiæ autem, cujus census 7500. drachmas non pertingebat, non loricæ solùm, sed & *Ocreæ* ablatæ sunt, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 8. Sinistro tantum crure *ocreati* erant & Hoplomachi, Gladiatorum quoddam genus, cum quibus pugnantes Provocatores, seu alias *Prodactores*, utroque crure *Ocreæ* gestabant. Erant autem & hæ *Ocreæ* ex ferro, ut videresit apud Vegetium *de Militia Rom. lib.* 2. *cap.* 18. Pictura vett. *Ocreæ Auratæ* habes, in libello Anonymi Auctoris *de Re Militari ad Theodosium M. ejusq; filios*. C. Barthius ad *Statium Thebaid. lib.* 10.

Octachorum, ex Græco ὀκτάχορδον, apud Ambrosium *Inscr. ad Fortem S. Teclæ Mediolani*:

Octachorum sanctus templum surrexit in usus,
Octagonus fons ejus munere dignus eo.
Hoc numero decuit sacri Baptismatis aulam
Surgere, quo populis vera salus redita &c.

Salmasio sic dicitur Templum, quod absidem habet octo sinuatam *recessibus*. Vocata autem est *Apsis* seu *Concha*, intimum Templorum sacrarium, quod ad Orientem, post Templum ipsum (quam *Templi navem* vulgò vocant) positum erat & *Chorus* hodie appellatur. Hæc templi pars propriè camera fuit, multis recessibus sinuata, & *Concha* dicebatur, quæ tres sinus haberet, σχήμῳ & ᾠὰς Paulino, sicut *Octachorum Templum*, cujus apsis octo: & forsitan erat apsidarium ejus lectum, cujusmodi Templa Ἐπταεκλῆσια Græcis dicta sunt, ad differimen δεκαεκκλησιῶν, quæ vel fornicem habebant oblongam & rectâ ferie currentem, absque ullis sinibus, vel erant fimiliter tecta, ut sunt porticus illæ, quas Græci δρόμους ἀπὸ στέγης vocitant. V. Salmasium *ubi supra* pag. 1219.

Octaeteris, seu *octo annorum tempus*, apud Græcos duplex fuit. Hi enim cùm primò Tetraëteride uterentur, quæ Eliensis Olympias dicta, ut Pythia Delphis, cujus primus mensis erat Lunaris, sequentes non item hunc errorem Olympiadis 61. anno secundo corrigere statuit Cleostratus is, quem Zodiaci partes, initiaque Arietis ac Sagittarii primum observasse, Plinius *lib.* 2. *cap.* 12. & Hyginus produnt. Hic itaque, cùm videret Solem & Lunam non intra id spatium redire ad idem punctum, pro Tetraeteride introduxit *Octaëteriden*, teste Diodoro Siculo *lib.* 12. quæ erat annorum CI. CI. XCXXII. alternisque habebat menses cavos ac plenos, anni verò octo annorum fuere dierum 374. embolismi autem 384. Sed in hic *Octaeteride*, cùm deprehensum esset vitium ab Harpalo commissum, (quod quando factum sit, exactè dici nequit) pro *Octaeteride* Cleostrati recepta est *Octaëteris* Harpali, cum parapegmate, stellarumque significationibus. Unde quædam à Plinio citata, ut videre est ex Indice *lib.* 18. & meminit ejus Harpali Festus Avienus quoque, *his verbis*,

Nam quæ Solem hiberna novem putat æthere volvi,
Ut spatium Luna vedeat, vetus Harpalus ipsum
Octo in tonsilem prisca redisse.

Sententia est, ex Harpali mente, nono quoque anno exspirante, Neomeniam redire in eandem horam, in idemque punctum, in quo novennio ante fuit. Verùm Harpali opinionem esse erroneam, vidit Meton Paufaniæ filius: qui excogitavit Enneadecaeterida sive Circulum decemnovenalem, quem *Aureum numerum* appellamus. Meminit ejus Diod. Siculus *lib.* 12. *ad Olymp.* 86. *an.* 3. estque dierum solidorum 6940. Festus Avienus,

Illius ad numerum positiva decennia rursum
Adjecisse Metus Cecropeæ dicitur arti.
Insectifique animis, Tennis rem Græcia solers
Prorinus, & longos inventam misit in annos.

Exordium hujus periodi à Solstitio ductum, quam Eudemon quoque & Philippus sunt amplexi. Postea verò confuetudo obtinuit per Græciæ Urbes, ut in publico affigerentur parapegmata, sive tabulæ, in quibus annotarentur siderum ortus & occasus: ut inde cognoscereturcrasis, sive constitutio aëris, & quid operis pro eo tempore facere oporteret, teste Theone Alexandrino *ad Aratii Διοσημεῖα*: Cujusmodi hemicyclum ac tabularum, in Græciæ Urbibus affigi solitarum, quoque meminit Geminus *in τὰ φαινόμενα sect. περὶ παρατηρήσεων*, apud Gerhardum Joh. Vossium *de Scientiis Mathem. cap.* 33. §. 11.

Octaphorus, apud Martialem *lib.* 6. *Epigramm.* 84.

Octaphoro sanus portatur, Avite, Philippus,
Hunc tus si sanum credis, Avite, furis:

Lectica est, ab octo servis gestata, qui fuit potentium tunc temporis fastus, eleganter notatus à Cynico Luciani. Ita enim Lucianus alibi:

Octo Syrè fastuosa datur tectica puellæ.

Quod lecticæ genus *latius hexaphoris* vocat, *lib.* 6. *Epigr.* 77. Modò enim hexaphoro, modò octaphoro utebantur delicati, ad modulum opum & luxus: Cùm modesti & frugi homines quatuor servos adhiberent. Unde Marcianus Capella Philologiæ, in cœlum cuntitor solùm adscripti, *laborem, amorem, epimeliam & agyrpniam*, *lib.* 2. Catullus, *beatiores octo fibi paraste homines*, ait *Epigramm.* 10. V. Pignor. *de Servis*, ut & infrà in voce *Octophorum*.

Octavus, apud Martialem *lib.* 10. *Epigramm.* 48.

Numius octavum Pharia fua turba juvencæ,
Et pilata redit, jamque fubilibus obors:

quibusdam hora diei est, qua mutabantur stationes; cùm vel occupatissimis nona esset hora cœnæ: qui pronin à *pilis* cohortem militum sic dictam hic intelligunt. At alii *pilatam* sumunt, pro depilata & calva Iliacorum cohorte, qui circa hanc horam, postquam totum dicm lispem emendicarent, ad Iscum redeuntes, Deam suam componebant & templum claudebant. Eadem thermis destinata erat. Ita enim Poëta porro,

Temperat hæc thermas

V. supra, voce *Nona Horologiorum*. Sed & *Octavus*, æterna requies; dies requiei cœlestis, quæ ideo sic dicitur, quòd septem hi nostri mundani dies ad laborem pertinent, Dominusq; noster in *Octava* die ad æternam refurrexit requiem. Hepidanus in *Annal. an.* 978.

Quis dederis partem (volusti quam dare septem)
Nec non Octavum, o Dee Sanste, tuum.

Et an. 107.

Hartker in mellas mutatur (ut opto) reclusus,
Dexter in Octava fit bone Christe tua.

Octavæ dein dicuntur, quorundam festorum sequentiæ, quibus dies *Octavæ*, institutione Ecclesiæ Rom. non tantùm honoranda est, sed & iteratis nonnullis solennitatibus, quæ in ipso Festo adhibentur, ornanda. Festum enim ipsum significare jiunt animæ ejus transmigrationem in cœlos, cujus die Festum: *Octavum* autem sequitur corporis resurrectionem; quod tamen non omnibus Sanctis indultum est, ne ullus sic esset feriandi terminus in universo seculo. V. plures circa hoc subtilitates, apud Durandum *Rational. Divin. offic.* l. 7. c. 1. Festa, quæ suis gaudent *Octavis*, in Ecclesia Anglic, juxta LL. Eduardi Confessoris *cap.* 12. funt *Circumcisionis Regis, Natalis Domini, Paschatis & Pentecostes*, ut habet Spelmannus *Glossario Archaeologico*. Ἀπόκρεως Græcis, ut ex Basilio Seleuciensi *lib.* 2. *de S. Thecla cap.* 18. observatum à Viris doctis: quâ quidem voce etiam usunt ur, pro fine cujuscunque officii Ecclesiastici, ut pluribus it probatum Leo Allatius *de Dominicis & Hebdomad. Græcorum cap.* 7. Apud Augustinum *Serm. de Tempore* 160. c. 1. Dominica in Octavis Paschæ, *Octava infantium* dicitur: *Hodie* Octavæ *dicuntur infantium, revelanda funt capita eorum, quod eft indicium libertatis*. Idem *Serm.* 11. de Diversis, qui inscribitur *De mortibus baptizatorum: Vos qui baptizati eftis & fonte consortia facramentum Octavum veftrarum, infantes appellamini, quoniam regenerati eftis & ad vitam aternam renati eftis renovandi eftis populis, miferendi eftis plebi fidelium &c.* V. Car. du Fresne in *Glossario* & plura hanc in rem apud Macros Fratres in *Hieroxelico*. In jure Romano, quid fit *Octava*. V. *L. ex prafatione. Cod. de veftigal.* pars nempe *octava*, quæ ex reibus venalibus, nomine vectigalis, Fisco præstabatur tempore Gratiani, Valentiniani & Theodosii Iunior. Hinc *Octavarii*, exactores dicti ab octava parte. Etiam *Octavarium*, *l.* 7. & 8. *Cod. de Veftigal.* & *l.* 7. *Cod. de Locato*. Meminit ejus quoque Anonymus *de Miracul. S.S. Cyri & Johannis*, Ὁ δὲ τῶν ὀκτάβων ἀρχὴν, τὴν τῶν, καὶ ὃ ὀκτάβιον καλοῦσιν, αὐτὸς ὡς ἐπιτροπεύσας, ἐνοσῶν δὲ διακύπτων, ὁ ὁ ὡς Λεγεῖτας ὑπῆνεν. V. Suetonium *Caligul. cap.* 40. ubi, ex Gerulorum diurnis quæstibus partem cum *octavam* sibi vindicasse, inter alia refert. In jure Hungarico, *Octava* est Conventus juris dicundi 40. dierum, extra feriss, ante SS. Georgii & Michaelis festum octo diebus, Sambucus &, Molnarus apud eundem C. du Fresne ubi supra.

Octaviæ Porticus, memorantur Plinio *lib.* 35. *cap.* 11. ubi de pretiis mirabilium picturarum, *Androbius pinxit Scyllin, anchoras Perfeæ claffis prafidentem. Artemon Danaen — Nobilifimas autem, quæ funt in Portibus Octaviæ, — Herculem, ab Otta monte Doridos — in cœlum eunem, Laomedontis circa Herculem & Neptunum hiftoriam.* Scholarum in eis, meminit idem *lib.* 35. *cap.* 10. ubi de Antiphilo, Et *Heroinam nobilem pinxit, & Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui fuit in fchola in Octaviæ porticibus.*

Fuere autem Scholæ in his porticibus, loca & ſtationes quædam, inſtar Ludi literarii, in quo Philoſophi cœterisq; doctrinis exculti homines publicis diſputationibus ac colloquiis exercebantur. Ibidem Phidiæ Venerem, ex marmore fuiſſe, habes apud eundem *lib. 36. cap. 5.* ubi etiam Templorum porticibus his inclusorum mentione injecta, à Saurone aque Batracho Laconibus, facta eſſe, addit. V. In voce *Porticus*.

Octavus, à Nativitate, dies, tempus olim Circumciſionis erat. Genel. *cap. 17. verſu 12. Et natus octo dies circumcidetur vobis, o-mnis mas ſecundum ætates veſtras.* Cujus rei ratio non liquet: niſi eam ex Lege longè poſt lata repetere libeat. Juxta illam enim mater, à partu recens, octo diebus impura erat, & per conſequens ex illius contactu etiam infans, Levit. *cap. 12. v. 2. 3.* Sicut & nullum animal, ante *octavum diem* Deo offerre fas erat, cùm ante id tempus imperfectum, ut tax dum lucis patiens & ex materno utero imparum confertum, Exodi *cap. 22. v. 30.* coll. Levitic. *cap. 22. v. 27.* Accedit, quòd Sacramentum hoc non ſine dolore peragi-retur, ad quos infans, mox poſt partus dolores, exponi non ſine periculo poterat; unde & rarum aliquot intervallo & quiete opus erat. Sed & ſubſuiſſe videtur ratio myſtica; jam tum nempe reſurrectionis Chriſti diem, qui ſequentis hebdomadæ primus, atque in ordine dierum *octavus* erat, quique multiplicibus ſimbris non poſſum *non ſigmate*, ut de his omnibus *viſus citaret*. Quæ ultima verba non de ſingulis ogdoadibus accipienda, ſed de ogdoade pinguium ſolùm. Facilè enim & octo calvos & octo ſurdos & octo longos, ſigma capiebat: utpote *octonis* hominibus ſufficiens. Sed octo pingues qui unoſigmate teneri potuere? Plus enim loci tot pingues occupant, quàm decem alii. Unde non mirum, ſi, cùm octo pingues adhiberet, capi non potuere uno ſigmate: quod ſi ridiculi gratiâ faciebat. At in reliquis ogdoadibus alia ridendi cau-ſa fuit. Salmaſius *ad l.*

October, dictus à numero, quòd Menſium anni à Martio, quem principem Romulus conſtituit, octavus eſſet: à Domitiano *Domitianus*, ſuo nomine, appellatus eſt, quòd eum natalem habe-ret. Sic enim Suetonius *in vita ejus cap. 13. Septembrem Menſem & Octobrem ex appellationibus ſuis Germanicum Domitianumve tranſmutavit, quod altero ſuſceptiſſet Imperium, altero natus eſſet.* Sed non autem hæc appellatio tuta, *Ubi enim inſauſtum vocabu-lum ex omni ære, vel ſaxo placuit eradi, menſes quoque inſarpatione tyrannice appellationis exuti ſunt*, verba ſunt Macrobii *Saturnalium lib. 2. cap. 12.* V. quoque Plut. *in Numa.* Nec diutior fuit *Fauſtini*, quâ ex decreto Senatus, in honorem Fauſtinæ, uxoris M. Antonini Imp. Trem *Invicti*, quâ à Commodo Imp. hic Menſis infignitus fuit, cognominatio, de qua V. Jul. Capitolinum & Ælium Lampridium *in vitis Impp.* In Martis tutela olim, ſemperque tri-ginta unius dierum fuit. Joh. Roſinus *Antiqq. Romanarum lib. 4. cap. 14.* Et apud Athenienſes reſpondit Pyanepſion, erantque ſe-ptimo ejus die Θησέια, ſacrum à Theſeo inſtitutum, poſtquam à Minotauri cæde falvus redierat: die 14. Themſophoria: die 25. Apaturia, Franc. Roſſæus *Archæologiâ Att. lib. 2. cap. 20.* volutque Alexander M. cùm in poteſtatem ejus Athenæ veniſſent, ut ini-tium Anni, à Julio ſeu Hecatombæone transferretur in diem 7. *Octobris* ſeu Pyanepſionis. Ejusque ibidem. Apud Hebræos eidem ex parte *Menſis Tiſri* ſeu *Ethanim*, ex parte *Marcheſuan* ſeu *Bul* reſpondit, Thom. Godvvynus *de Ritibus Hebræorum lib. 3. cap. 1.*

Feſta Atenſe Octobri apud Romanos celebrari ſolita.

3. Non. *Octobris*, Mundus patere dicebatur: quod & poſtridie Volcanalia, & ante diem 6. Idus Nov. adeoque ter in ano-bebat, teſte Feſto. De quo ritu ita Cato in *Comm. Juris Civil. Mundo*, inquit, *nomen impoſitum eſt, ab eo Mundo, qui ſupra nos eſt. Eſque inferio-rem partem, veluti conſecratam Diis Manibus, clauſum omni tempore, niſi iis diebus, qui ſa-pracſcripti ſunt, Majores cen-ſuere: quos dies etiam religio-ſos judicavere, ea de cauſa, quòd, quo tempore ea, quæ o-cultæ & abditæ Religionis eſ-ſent Deorum Manium, velut in lucem educerentur & pue-fierent: nihil eo tempore in Rep. geri voluerunt. Itaque per eos dies nec cum hoſte manus con-ſerebant, non exercitus ſcribe-batur, non Comitia habebantur, non aliud quidquam in Rep. niſi quod ultima neceſſitas ad-monebat, adminiſtrabatur.* V. quoq; Macrobium *Saturna-lium lib. 1. cap. 19.* ubi inter-lia ait, patente *Mundo*, quod *facrum Diis Patri & Proſer-pina dicatum eſt*, bellum non inchoaſſe Romanos, quòd *melius occluſa Plutonis fauce* id geri putaverint. Adde Varronem.

9. Idus Mediterrinalia erant, feu feſtum Mediterinæ Deæ, à me-dendo dictum: quòd, ut Flac-cus Flamen Martialis dice-bat, hoc die ſolitum eſſet vi-num novum & vetus libari ac deguſtari, medicamenti cauſâ. Latinis enim popu-lis, quo die quis primùm gu-ſtaret muſtum, ominis gra-tiâ, dicere mos erat, *Vetus novum vinum bibo; veteri no-vo morbo medeor.* V. Varro-nem *de L. L. lib. 5.* Feſtum &c.

4. Idus Auguſtalia celebraban-tur. Sic autem dicebatur dies reditus Auguſti Romam, re-bus in Sicilia, Græcia, Aſia, Syria & Parthia compoſtis: qui Ludis Auguſtalibus quo-que dictis erat inſignis. V. Di-onem *lib. 54. & 56.* Corn. Ta-citum *Annalium lib. 1.* Plini-um *Hiſtor. Nat. lib. 7. cap. 25.*

3. Idus Fontinalia erant, à *fonte* quòd is dies feriæ ejus: *ab eo autem tum & in fontes coronas jaciunt, & puteos coronant*, Feſtus. V. quoque Jof. Scali-gerum *Collectan. in Varronem de L. L. lib 5.*

Idibus, *Octobr* cquus Martiali immolabatur: Ira autem di-cebatur, qui in campo Mar-tio menſe hoc quotannis bel-li Deo immolabatur, trigæ-rum victricium dexterior, de cujus capite non levis con-tentio ſolebat eſſe inter Su-buranenſes vel Suburanos & Sacrovienſes; ut hi in Regiæ

Octodium, nomen caſtri, propter *octo* dierum inducias, ſic di-cti apud Wilh. Hedam *in Epiſp. Trajectenſibus pag. 27 4. 1. edit. Nota autem, quòd ipſa tria caſtra, quæ data ſunt Comiſſæ ab Im-peratore, pro morte Comitis, mariti ejus, & tribus induciis, quas ſe-cerus Imperator, ſha ſunt in Lacenſi Epiſcopatu, quorum unum vo-catur Decendium, propter decem dierum inducias, alterum autem Octodium, propter octo dierum inducias, quæ Regi tribuit Comiſſa &c.*

Octogona Turris, V. inſrà *Turris Octogona.*

Octolophum, loci nomen, memoratum Livio *lib. 31. cap. 36. & cap. 40.* ubi de Philippi: nec non *lib. 49. cap. 3.* ubi de Perſæ Ma-cedoniæ Regis cum Romanis bello.

Octophorum, lectica, Vet. interpreti Juvenalis *Sat. 1. Lectica-rum usum primò dicuntur invenisse Bithyni. Cicero: Bithyni una haud mos eſt Bithyniæ Regibus vehi lectica, id eſt, Octophoro.* Proprie, vehiculum octo rotarum Calvino *Lex. Juridi*, quo maximè Cali-gulam uſum Tranquillius refert. V. Corraſium *Miſcellaneorum lib. 3. cap. 20.* Martial. *lib. 6. Epigr. 84.*

Octophoro ſanus portatur, Avite, Philippus.

Al. *Octaphoro*, ut Salmaſius, qui Lecticam ab octo ſervis gella-tam eſſe, docet: qui, potentiorum tunc temporis ſaſtus, eleganter notatus eſt à Cynico Lucilio. Nam & in illis lectiis cubabant reſupini. V. quæ de Lectiis ſcripſit Lipſius *Elector. lib. 1. cap. 13.*

Octopla, V. in voce *Hexapla*, item in *Biblia.*

Oculata Capa, in *Necrologio* Eccleſiæ Pariſienſis apud du Fe-ſne, *Præterea dedit idem Epiſcopus capam rubeam brodatam, & ca-pam viridem & capam albam oculatam, & unam albam ferialem & aliam ad imagines, cum ſtola & manipulo ad imagines & inſu-lam & dalmaticam & tunicam, albas & fuccinctorium ſericum*, i. in qua delineatæ ſunt figuræ, inſtar oculorum. Sic *veſtes pur-puræ oculatæ*, dixit Tertullianus *de Pudic.* quod idem eſt, ac pur-purâ clavatæ. V. Salmaſium *ad Popiſcum pag. 512.* de *Oculata* veſti piſcis genere, Voſſium *de Idolol. lib 4. cap. 12.*

Oculi, pars corporis pretioſiſſima, & *qui lucis uſu vitem di-ſtinguunt à morte. Non omnibus hi, ofreis nulli: quibuſdam concha-rum dubii — Quadrupedum talpis viſus non eſt: oculorum ſigies ineſt — Nigidius nec lucuſtis, nec cicadis eſſe, dicit. Cochleis oculorum acies cornicula ſimo prætentata implent. Nec lumbricis uſus tant, ver-miumque generi, ſimili tenuium cavi colore — & numeroſiſſima varietatis ac differentiæ, grandiores, modici, parvi, prominentes, qua habeiores putant: conditi, quos clariſſimè cernere — Præterea alii longinqua contuentur, alii niſi prope admota non cernunt. Multorum viſus fulgore Solis conſtat, multis die non cernentium, nec poſt occa-ſus. Alii interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernens — Nec, ulla ex parte majora animi indicia — homini maximè, id eſt, mode-rationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ &c. Plin. lib. 11. cap. 37.* Cupidini Venerie filio, in quibus excubet, cui ſpecula quadam, tribuit eos Philoſtratus. Certè *Ocelli*, ut ait Poëta,

——— *Sunt in amore duces:*

Cùm inviſi ignotique nulla cupido. Nec abludit ſacer ſtylus

ftylus, ita enim Sponſus ad Sponſam Cant. Cantic. *cap. 4. verſu. 9. Rapis animum meum ſoror mea Sponſa: rapis animum meum meo* Oculorum *tuorum.* Minervæ tamen, Sapientiæ Præſidi, illos dicatos fuiſſe, ait Fulgentius. Eos, tanquam fulgentiſſimas Microſcomi ſtellulas, priſci, in congreſſu aliquem ſalutaturi, oſculati leguntur: poſtea verò ad os & labra, manus, genua, pedes denique oſculo ſe demittente, qua de re V. Franc. Roſſæum *Archæol. Atticæ lib. 6. cap. 3.* & infrà in voce *Oſculum.* Apud Græcos, nec non Hebræos, Romanos, aliaſque Gentes, cùm quis moriebatur, ſeu, ut loqui amabant, cùm cui Sol occiderat, ἅλιος ἄμμι διέβαινε, Theocrit. à Parentibus, vel proximâ cognatione junctis clauſi ſolebant, quem ritum τοὺς κλεισὶ τῶ ὀμμάτω vocavere. Tanti autem id habebatur, ut ſi quis peregrè obiiſſet, hoc ipſo non parùm infelix credebatur, quòd à nemine amicorum *Oculi* ejus fuiſſent clauſi. Hinc Ulyſſes *Il. o.*

Οὐ μὲν γὰ πάμπᾶ καὶ ἀτίτιμα μάτηρ
Γόνος κεδνοῖσιν ἔκτανεν.

Neque tibi Pater, vel veneranda Mater
Oculos clauſerit defuncto.

Sed in rogo poſtmodum eosdem rurſus aperiri in more fuit: Quòd & Quiritium magno ritu ſacrum fuiſſe, Plinius ſcribit *lib. 11. cap. 37.* ita more condito, ut neque ab homine ſupremùm illos ſpecteri fas eſſet, & oculo non oſtendi nefas. Lege tamen Mæcilia cautum fuit, ut auctor eſt Varro apud Nonium Marcellum, *ne filii Parentibus luci charos* Oculos *fugillarent*: ubi *fugillare* pro *occludere* poni Nonius docuit. V. infrà, ubi fuſius de hoc ritu. Ac effoſſio Oculorum hominibus adhuc vivis, ſicut & membrorum truncatio, ab Aquilonaribus Principibus excogitata eſt, ne in vitam ullatenus ſæviretur. Quod ſupplicii genus primus in Anglia traduxit Canutus Rex: exaſperavit dein Guilielmus I. Conqueſtor, *in ſuis Emendationibus ævg. 116. Inordico etiam, ne quis occidatur, vel ſuſpendatur pro aliqua culpa*, ſed Oculi *eruantur, & abſcindantur veſticuli, vel pedes, vel manus, itaque truncus vivus remaneat, in ſignum proditionis & nequitiæ ſuæ* &c. Sed primus ſupplicii acerbitatem ſenſit, Guilielmi filius primogenitus Robertus, Normanniæ Dux, quem frater ejus Henricus I. Rex, non regno ſolùm, ſed & luminibus ſpoliavit, Henr. Spelmannus *Gloſſar. Archæol.* Hodie in Oriente nil frequentius, in Principum aulis, quam excæcatio *Oculorum*que vel lævio, vel effoſſio, de quo V. Petrum de Valle *Itinerar. tom. II.* ut & infrà. Contra peculiare nobili huic membro Medicorum genus invigilare voluere Romani, quos proin *Ocularios*, ſeu *de Oculis*, vocavere. Talis *P. Aitius. Aëtius. Aug. Medicus. ab. Ocul.* & Celadi Antiqui alumnus Lyrius, cujus eloquium deſcripſit Pignorius Romæ, prope collem Hortulorum: *Ti. Lyrius. Ti. Cæſaris. Aug. ſer. Celadianus. Medicus. Ocularius. pius. parenTium ſuorum* &c. Nec ſemel recenſuit *Oculariorum* & Scribonius Largus *cap. 38.* qui & Atimetum nominat *cap. 120.* Et de his demum Medicis illud utique ejusdem Autoris fine mendacio prædicari poterat, *ex oculi. cap. Multos itaque animadvertimus, unius partis ſanandi ſcientiâ, Medici plenum nomen conſecutos.* V. Laurent. Pignorium *Comm. de Servit.*

Oculi, manus, nutus, ad deridendum adhiberi ſoliti: quæ prolin tria junxit Appulejus *Metamorph. lib. 3. Nec qui lavcrim, qui terſerim, qui domum rurſum reverterim, præ rubore memini.* Sic omnium Oculis, *naribus*, ac denique manibus *derogatus*, *impotanimi ſtupebam. Et lib. 2. Ac cum directis digitis & deturtis nutibus* Oculorum *ac cachinnis* &c. Similiter Tertullianus *de Pallio cap. 4. Pater*, inquit, *habitus, qui de natura & modeſtia transformat, & ade ſigere & digito deſtinare, & nutu tradere, merito ſit.* Cujusmodi derriſiones, quæ *Oculorum* & nutuum & vultus aliquâ conformatione, aut omnino digitorum manuumque geſtu fiebant, aut labiorum ductu, ſine ullo verbo aut dicto, *famæ* vocabantur, Græcè μώκοι, de quo Salmaſius *ad Hiſtor. Aug. Scriptores.* V. infrà, in hac voce.

Oculi moribundo, ipſum animæ exitum, nec tactu, ne dum preſſurâ digitorum, utcunque leviuſculâ quidem, apud Hebræos regulariter claudebantur; ne inde qui fic clauderet, adeò infirmo mortem fortè accelleraret. Mortuo verò claudi ab aſſtantibus, maximè propinquis, oculos, tum apud eos, tum apud Græcos Romanosque in uſu fuiſſe, teſtimonia habentur ſatis obvia. Et ſorſan ex humanitate paſſim ac ſemper id in more fuit; ofitum. Moribundis autem, ne acèdo ægris, ut animam efflent jamjam exhalaturi, adeoque ante mortem *Oculos* claudi, nec apud iſtos crebrò expreſſe occurrit. Viſum quidem nonnullis, de uſu illo capiendum eſſe, quod ex Varronis reliquiis habetur de Lege ſive Mænia ſive Mævia, apud Nonium Marcellum, *Sugillare*, inquit, *obcludere.* Varro *Geminis* (dramate ejus ſic dicto) *Conrà lex Mania eſt, in pietate, ne filii Parentibus luci charo fugillent oculos*; ubi Antonius Augustinus *Fruſt*, ne Oculos *clauderent*, *quod per translationem, ſicut dictum eſt, videtur ne morſum eorum maturarent.* Quod ſi ita, certè teſtimonium hoc eſt, antè etiam à filiis Oculos parentum moribundorum claudi eſſe ſolitos, ut etiam & poſtmodum & antè ab aliis. Sed aliter multò intelligitur Lex illa, Jac. Gutherio *de Jure Manium lib. 1. cap. 13.* Joh. Kirchmanno interim cum Auguſtino præſato conſentiente, *de Funer. Rom. lib. 3. cap. 6.* Sanè & quod Cynthiæ umbra, in Propertii ſomnio, illi dixit, juxta editiones veteſtiores *lib. 4. Eleg. 7.*

At mihi non Oculos *quisquam inclinavit euntes,*
Unum imperaſſem, te revocante, diem:

morem illum ſapere videtur. *Oculi* enim *euntes*, funt animam exſpirantis, necdum mortui. Sed in recentioribus, ex Joſ. Scaligeri MS. legitur, *inclamavit euntes*, ubi *tangis morem*, inquit ille, *clausdendi oculos morientis, cum inclamatione nominis illius.* At verò inclamationis hujusmodi meminit Servius Honoratus *ad Æn. 3.* ut opinionis tantùm quorundam, *quorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur*, juxta illud de Polydoro *ibi*, atque illud alibi, *Æn. 6.*

Tunc egomes tumulum Rhœteo in littore inanem
Conſtitui & magna ter Manes voce vocavi.

Atque ſic de jam mortuis, nec interim omnibus, nec de *Oculis*, ut videtur, *euntibus*, fuerit intelligendum. Sed ſi *inclinavit* apud Propertium retinetur, & advertatur pentameter, quo innui videtur, etiam *Oculos* illa, euntes licèt, ad occluſionem, inclinante eamq; revocante illo, unum ſaltem vitæ nihilominus diem potuiſſe inſuper impetrari, haud ita diſſonum eſt, ut de moribunda ſit (juxta morem) nondum mortua, Cynthiam locutam eſſe, arbitremur. Quò & illud ſpectat à Polynice, ex vulneribus moribundo, Jocaſtæ matri ſuæ dictum, ut nuntius refert, apud Euripi. *Phœniſ. Act. V.*

Κοινόφρων δὲ βλεφαρὶς μοι τὸ σὸν χρεὼ,
Μῆτερ (τίθου δ' αὐτὸς ὀμμάτων ἐμῶν)
Καὶ χαιρίσ' ὅτι γὰς με τεθνάναι σπεύδεις.
Conde ſeu compone palpebras meas tua manu,
Mater (oculis autem ipſe impoſuit manum)
Et valete; jam enim circumſtant me tenebræ.

Uti & illud Lucani, de Argo, animam efflaturo, *lib. 3.*

— *Vox fauces nulla ſoluta*
Proſequitur: tacito tantùm pelli Oſcula vultu,
Invitaſque patres, claudendaq; lumina, dextram.

Quin & ſorſan Penelopes illud ad Ulyſſem, apud Ovidium *Epiſt. I.*

Reſpice Laërten; ut jam ſua lumina condas,
Extremum Fatis juſſimus ille diem.

Accedat, quod Val. Maximus *lib. 2. cap. 6.* 8. narrat, de ſummæ apud Cejenſes (Græcæ Inſulanos) dignitatis fœmina, quæ, poſtquam venenum ejecutâ temperatum mori expetens hauſerat, *cùm jam viſceribus rigorem & cordi imminere eſſet ſocuta; filiarum manus ad ſuprematum officiorum ſuorum ſpectum advocavit.* Cœterùm Hebræi, de claudendis moribundi *Oculis*, ad hunc modum, in *Gemara* & *Aſiſia*, *Non claudunt*, inquiunt, *morientem* (i. neutiquam claudendi ſunt moribundorum oculi) *nec Sabbatho, nec die aliquo proſiſto* (i. non omnino) *tempore ſeu momento, quo exhalaturus eſt animam. Et qui claudit in exitu animæ, effundit is ſanguinem.* In mortientibus namque ſeu ægris usque ad mortem, molliſſimè habendis perquam eſſe ſolliciti ſolebant, tactùq; ac motu etiam leviſſimo accelerari mortem eorum credebant. Sed verò in *Talmude* Babylonico, ad Miſnam jam allatam, ſtatim ſequitur hoc, de claudendis per *Oleum Oculis*, in nonnullis editis, *Legitur etiam, Rabbi Rabbam oculiſſe, ſi quis vellet* Oculos *morientis claudere, inſuſſlandum illi rirum innares ejus & impondendum oleum, inter palpebras oculorum ejus, atq; digitos ejus prehendendos pollice ſuo utroque, indeq; ſponte clauſos illos fore.* Dum verò loquitur hîc tum *Aſiſia*, tum *Gemara*, de non claudendis *Oculis morientis*, in ipſis animæ exitu, proximè adjicitur illud vir Rashbam, de *morientes*, adeoque nec forte de alio morientium genere capiendum, quàm quod *moribundorum* nomine, i. hàdenus vivorum, palàm venit: Quo modo ſi res capiatur, ex diſciplina veteri circa Moribundos, quæ pro locorum ſeculorumque diſcrimine, uti alia non pauca, aliter atque aliter le procul dubio habuit, ſequetur tria, oleum & digitorum appoſitionem, in ipſo fortitus exitu, adhibere, ſia etiam ex more fuiſſe &c. V. Joh. Seldenum *de Synedr. vet. Ebræ. lib. II. cap. 7. §. 12.* & Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Papinium Statium Part. 2. pag. 586.* alibique paſſim, quibus adde Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. lib. 3. cap. 23. 68.* & *lib. 4. cap. 12. 39.* & 82. ubi de *Oculis* multa egregia.

Oculis profanis, rem ſanctam lædi, Veteribus creditum, Claudianus *de Bello Get.*

— *procul arceat altus*
Jupiter, ne violetur Numa, ſedemque Quirini,
Barbaries oculis ſaltim temerare profanis
Puſit — —

Sed & caſtos oculos viciſſim lædi arbitrabantur, rebus improbis, uti Domitianus ait apud Sueton. *cap. 11.* Unde ab atrocibus hominibus illos avertebant, uti diſeimus ex verbis Oreſtis, poſt matrem peremtam, apud Euripidem *Electrâ verſu 1195.*

Τὸ δυσσεβὲς ὄμμα πάσης σφάγιον ἐστίας
Quis piæ mium caput afficiet?

Et, viſo ſcelere Tydei, *oculos* purgavit Minerva, apud Papin. Statium *ſine lib. 8.* Etiam mortem & mortualia liberorum, turbato nim. mortalitatis ordine, nefas propterea putabant à Parentibus videri, uti de Priamo apud Virgilium *Æneid. lib. 2.* & de Mauritio Imp. apud Theophilum Simocattam *lib. 8. cap. 11.* leginus. Sed & buſto

busta ac cadavera, ne externis quidem hominibus, religione aliâ quia devinctis, conspicere licebat. Quam ob rem Pacatus *hominem fanaticum* non dignum fuisse confitebatur Principis dicti Maximum Theodosii in Panegyr. Nempe cadaverum visus omnem a specta sum lædere credebatur. Salvianus *lib. 6. Ipse vidi atque sustinui, utiuxque sexus cadavera, nuda, lacerata, Urbis oculos inconstantia, avibus canibusq; laniata.* Horrendæque res vix *oculis* attingendæ videbantur, cùm nimirum præ cæteris sanctum eorum sensum haberent. Eucherius *Homil. I. ad Monachos: Cùm rebus humanis vale ultimum dicens — in illud horrendum & vix oculis contemplandum perfectionis & c.* Quin & Hebræi scribibus olvi *Oculos* temerare vetiti sunt divinâ Lege ; quod & Romanis usurpatum docet Iisid. II. c. 1. & Turcis etiamnum servari, notum. Delicati verò id in mollitiem trahebant, ut dicerent, realiquâ minùs politâ oblatâ, *ladere eam oculos.* Seneca *Epist. 119. Si pertinere ad te judicas, quam crimius puer , & quàm pellucidum tibi poculum porrigat , non fiiis. Inter reliqua hoc nobis naturæ præstitit practicum, quod recutitati fastidium excusat. Recipiunt super vinum delectum. Hoc parum oculos , pæne tantum , oculos hoc meos lædit.* V. Barthium ubi supra *Thebaid. lib. 6. versu* 209.

Oculos eruendi digito , in ira rixaque, consuetudo, Romanis olim familiaris, memoratur Martiali *lib. 1. Epigramm.* 93, ubi acertè invehitur in Mamurianum puero Cesto infestum ,

fodiam digito, qui superst, oculum.

Et *lib. 3. Epigramm.* 92.

Ut patiar mutchum , rogas unce , Galle , sed unum ,
Ethic ego non oculos *ero , Galle , duos?*

Unde minandi formula , *Oculos ego tibi effodiam*, Plauto solennis. Sed & pravis Judicibus *oculorum* alterum dig to eruisse fol tum Alexandrum Sev. narrat in eo Lampridius. Quod per lasciviam parasitis fuis fecisse quoque Heliogabalum, illosque *Lusivios* tum appellasse, idem refert. More antiquissimo , uti de Nahas Ammonitarum R. Israelitis dextrum oculum se eruturum intermi nante, legimus 1. Regum cap. 11. &c. V. quoque supra in verbo *Fodere* , item in vocibus *Bulgari , Zalemus , alibi.*

Oculos linendi mos apud Vett. indigitatus Plinio *Epist. 2. lib. 6.* ubi de Macro Regulo Oratore, *Oculum*, inquit, *modo dextrum, modo sinistrum circumlinebat : dexterum , si à petiore , alterum , si à professore esset adiurus* &c. V. Cafaubonum *Not. ad Ælium Spartianum in Hadriano Cæf.* & supra in voce *Oblinere.* Sed & hoc laboratum esse Veteribus, ut cæfios puerorum oculos arte & curâ nigros redderent , quod color hic in oculis pulchriorhabitus , discimus ex Dioscoride. Unde Poëta

——— *nigris oculis , nigroque crine decorum.*

Et Græcum *Epigramma* ,

Οὐδὲ κόρης ἔμαθες παρρασίειον , ἀλλὰ σέλευκε
Τὸν μελανοφθάλμιον , ὠκυλέμφοιτε τὸ φίλτρ.

Ubi nomine κόρης non propriè pupulam intelligit , quæ nullâ arte nigrior fieri potest, fed iridem , quæ maximam τῆς κόρης partem conflituit. V. Salmafium ad *Solinum pag.* 190. ut & infrà in voce *Palpebra , Superciliam* &c.

Oculos atque aures , ex pretiofa materia effictos , eosque certis tribus conferatos ac Dis dedicatos & fic in horum Templis aflervatos ab Ægyptiis , narrat Clemens Alexandrinus *Strom.* quibus tactis ait fignificatum , *Deum omnia videre atque audire.* Certè omnfcientiam Dei Gentilibus non fuisse ignotam , prolixè oftendit Pfanneras *Symbol. Theol. prior. Genil. Cap. II. §. 29.* E quo hæc pauca fubjicio : Cambyles fermone ad filium Cyrum , apud Xenophontem *de Inflit. Cyri Fifl. lib. 1. pag.* 17. Οὐ δὲ οἶει τοὺς θεοὺς ἴσους τε καὶ πάντα δυνατοὺς εἶναι καὶ τὰ πάντα , καὶ τὰ μὲν ἐν ἐμοὶ αὐτοῦ ἀπόβλεπτον. *Dii immortales omnia norunt & præterita & præsentia & quis fingulorum futurus fit exitus.* Propiùs ad Ægyptiorum hieroglyphicum Heliodus *Operum & Dier. lib. 1.*

Πάντα ἰδὼν Δίκη ὀφθαλμὸν , καὶ πάντα νόησε ,
Omnia videns Jovis Oculus *omniaque intelligens.*

Socrates etiam , referente Xenophonte *Memorabil. lib. 1. pag.* 711. Οὐκοῦν πάντα ἀθάνατα , τάττε λεγόμενα καὶ πραττόμενα ἢ τὰ σὺν βαλευτήρια , *Deos omnia fcire , vel quæ dicuntur , vel quæ aguntur , vel cùm tacitè deliberaturum*, poftquam dixiffet , de Providentia Dei omnia fuâ curâ complectente, ibidem differens , ftatuit Numen tantum ac tale effe , Οἷος ἅμα πάντα καὶ πάντη πάντας ἐπίσκοπος εἶναι , *ut omnia pariter videat , & audiat omnia & ubiq; adfit & pariter omnium curam gerat.* Atque ne id incredibile ei , cui colloquebatur , videretur , eleganti fimo animi *Oculique* fumpti exemplo id comprobat atque declarat, his verbis : Εἰ γὰρ καὶ ψυχὴ μὲν ἐν σώματι ἐστιν , ὅτου ἂν ἐν τούτῳ τῷ σώματι , ὅσα βλέπει , μέλει , ἐπιτεί , Οἷεσθε δὲ χεῖρ καὶ τὸν ὃν παντὶ ἀφικνεῖσθαι τὰ πάντα , ὅσα ἂν αὐτὴ δῇ ; ὅτου νίτεις. Καὶ μὴ τὸ θεὸν μὴ ὁμοίως δύνασθαι ἅτε ποσὶ φάσιν ἐξικνεῖσθαι , τὸν δὲ τὸ θεὸν ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν· μᾶλλ τῷ ὄντι μὴ ἀγνοεῖ καὶ ὅτι ἡ ἐκλάτε , καὶ ὅτι ἡ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Σικελίᾳ , δύνασθ ἀφικνεῖσθαι , τῷ δὲ τὸ θεῖ θρόνεσι μὴ ἐφολὸν εἶναι ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθ , *Dicet, o bone Vir, & mentem tuam , dum inest corpori , ex arbitratu fuo corpus gubernare. Quamobrem exiftimandum eft , illam quoque Sapientiam , quæ eft in hoc Univerfo , fic omnia regere, quemadmodum ipfi gratum eft : non oculum tuum ad multa negotia ftadia peringere poffe , & non poffe Dei* Oculum *fimul omnia intueri : neque animum tuum tam de rebus , quæ hic accidunt , quam de illis , quæ in Ægypto & Cicilia , cogitare poffe : Et non poffe Dei fapientiam fimul omnia curæ fua complecti* &c.

Oculus Solis , apud Aviceannam *lib. 2. cap. 81.* Ægyptii locus , in quo balfamum naficitur ; quemque Dioficorides *lib. 1. cap. 18.* folum τοῦ ὀπὸς , *quandam convallem* , nuncupat. *Oppidum Solis* vocatur Plinio *lib. 5. cap. 9.* Sed *Fontem*, non *Oculum Solis*, reddi debe re, ftirpat Simeon Sethi *lib. de ἀγροῦσ* , in Βαλσαμόλαιον , ubi de balfamo illic fat Avicenna , atque ex eo , nam Avicenna recentior erat) naficente, verba hæc habetis , Τὸ ὃ , inquit , πλοῖον Αἰγυπτίου ἐν χώρᾳ πολὺ Ἡλίου πόλεως , ἐν ᾗ ἐστὶ τὸ βαλσαμόλαιον , *Navis propre Ægyptium, in regione Ægyptia Solis Fonte dicta , fed ab vetuftioribus , Solis urbe.* Pro quo eodem fumitur אֹן *On*, in Sacris , Geneſ. *cap. 41. verſ. 45.* & fo. Ezech. *cap. 30. v. 17.* & apud Joſephum *Antiqq. lib. 2. cap. 3.* urbs , tempore Ægyptiacæ fervitutis, Regia , cujus Præfecti feu Sacerdotis (Hebr. כֹּהֵן) nempe Potipheræ , filiam , *Aſenath* dictam , Pharao collocavit uxorem Joſepho Patriarchæ. Sed fubftituit ibi Paraphraſtes Jonathan , *Et dedit Aſenath , quam peperit Dina ipſi Sichem, quæ, ubi crevit , facta eſt uxor Potipherę Principis Tanenſis in uxorem.* Reddendum autem , *quam educavit uxor Potipherę* &c. Quafi inde filia ejus *Aſenath* nuncupata fuiſſet. *Urbem Pharaonis* vocat Abulfeda *MS. mem. 67.* R. Nathan *MS.* in Bibl. Bodlei. *Fontem* quoque *Solis* &c. apud Joh. Seldenum *de Synedriis Vet. Hebræor. lib. 3. cap. 15.*

Oppidum, inter Memphin, memoratum Plinio *lib. 19. cap. 6. parturientibus & ab imo incipit : qua de causa diuciffima ftaret. Et lib. vol. cap. feq. Nihil ocimo fecundius : cum maledictis & probris ferendum præcipiunt , ut latius proveniat.* Ubi *de maledictis & probris* quod habet, feribit quoque de ruta Palladius *cap. 9 Martii.* Cùm contrà rapum, raphanum & napum ferentes , antiqua confuetudine præcarentur &c. Ejus frondibus, loco aſpergilli , in aſperſione aquæ , ut vocant, benedictæ , utuntur Græci , dicentes , *Jopor laturis ifpatium , nos cras Chriſti rosa ſpolita , ocymum oleviſſe videri, Βασιλικὸν , id eſt , Regium , vocari hanc herbam , quia evulſa juxta ipſa Jordanis Helenæ Crucis inventrix* , ut habet Macer in *Aqua Benedicta* : cùm Latini hyſſopo in eum finem utantur. De eodem *Ocymo*, ſcribit Ariſtoteles *Probl. I. Electrum omnia atrahere* , ocymo *excepto* : Sed falſum id eſſe , neque elcëtro feu ſuccino ipſum ocymum reſiſtere , docet Athanaſ. Kircherus, multiplici experimento id oftendens, ut videre eſt apud Georg. de Sepibus *in Defcript. Mufæi ejus pag.* 43. & alib.

Oxypodes , inter gentes Indiæ, quæ monſtruoſæ ſunt figuræ, reconſentur Straboni , apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1006.

O D.

O.D.M. denotat , *operæ , donum , munus* : quæ tria Patroni ſuis Libertis , quum eos libertate donabant , imponere olim conſuevere. V. Paulum *I. faſp. 53. ff. de verbor. ſignif.*

Oda , in Aula Turcica , nomen eſt , quo Aulicæ Scholæ claſſes , in quibus juvenitus, principis miniſteriis olim adhibenda , ſeduló tum in Mahometicæ Superſtitionis capitibus, tum in exercitiis corporis variis aliiſque olim profuturis inſtituitur. Earum quatuor ſunt, in quibus ſexcenti circiter juveres , *Ichoglani* dicti, degunt, curæ quatuor præcipuorum Eunuchorum , & qui caput eorum , *Capi Agæ* commiſſi. Hi de capacitate eorum judicium ferentes, ex una *Oda* ſeu Claſſe in alam , pro ratione profectuum, illos promovent , quos ineptos judicaverint, Serrallo ſeu Aulæ ejiciunt, in quam omnis illis in poſterum reditus exclufus eſt, ſpeque in æternum adempta , ad dignitatem aliquam ex amplioribus perveniendi ; *Spahi* tamen fieri poſſunt. Reliqui , fpe dignitatum numerumque maximorum in Aula Imperioque Turcico concequendorum delinioti, plurimos annos ſub rigidâ & ſeverâ admodum Eunuchorum diſciplina perdurant , ut ſuo tempore *Baſſæ , Begi , Capigi Baſſæ , Hazuadarbaſſæ* , aliique , qui non aliunde , quàm ex hoc ſeminario deprompuntur , evadere queant. Et quidem prima , quæ infima eſt, harum Claſſium , reliquis eſt numerofior , utpote ina quæ exteriore ætas ſub fenula gemit , appellatur; *Couchunk Oda*, h. e. *parva claſſis* , quòd quæ non amplior reliquis omnibus , ſed quòd dignitate poſtrema ſit. Hic legere & ſcribere pueri præfati, ut & primi Legis Mahometicæ rudimenta addiſcunt , per ſexennium integrum : quo finito , tranſeunt in ſecundam *Quitar-Oda* dictam , ubi jam robur adepti exercitiis corporis variis , tendendo arcui , vibrandæ lanceæ aliisque aſſiſtunt. Præterea Turicam linguam perfectiùs docentur, cui Arabicæ Perſicæque ſtudium jungunt, quòd his linguis in Præfecturis, in quas olim mittendi, opus omnino habeant. Poſtquam in hac quatuor annos defedarunt , promoventur in tertiam , *Chafiadarbaſſa* dictam ſeu *Thefauri* Claſſem appellatam: in quajam Imperatori apparere incipiunt, veſtium cuſtodiæ balneiſque adhibiti. In eadem equitandi peritiam adipiſcuntur, & in exercitiis ipſis convenientibus redduntur conſummati. Atque hæ tres Claſſes Præfectos habent, quæ libet ſibi proprium , prima *Serai. aglaſi*, altera *Quitar gibachi*, tertia *Chafiadar bachi*, Joh. Baptiſtæ Tavernier vocatos ; juvenesque qui in iis eruditntur, cum *Oda* ſuprema ephebis nihil commer-

mercii habent, sed neque eum ullo extraneorum, nisi speciali Capi-Agæ permissu, & in præsentia alicujus ex Eunuchis: Imò nec inter se lemutuo colloquendi veniam habent, nisi flatis horis, ita quæ magna cum modestia, ad quam imprimis, ut & ipsorum coecumque obsequium, solicitè formantur. Idem simplici panno vestiti sunt, ne quidem Veziriorum & Bassarum filiis, qui *Boigs Zades* vocantur, exceptis, cum supremæ Classis juvenes, ut qui sæpius in conspectum Imperatoris veniunt, argento auroque radiant. Ultima igitur ac suprema Oda, Turcis *Etat*, Oda dicitur, in qua quadraginta versatur Ephebi, qui perpetuò Imperatori præsto sunt, & ministeria ipsi quotidiana exhibent, de quibus modò dictum Tavernier. *Relat. de Seraël cap.* 13. alcoque in hac Classe, post tantas tamque diuturnas reliquarum trium molestias, respirantes, cum omnibus totius Aulæ liberè conversandi facultatem habent, & uti quotidie Imperatori miniistrant, ita gratiam, liberalitatemque ejus subinde experti, inde rande ad amplissimas præfecturas accumera amadantur. Quinam autem sint illi Ichoglani, V. supra. Addam hic solum, nonnisi ex mancipiis illos deferni, & quidem utroque parente Christiano genitis; qui, postquam in aliis extra Constantinopolim Seraglis aliquandiu detenti fuere, inde selectissimi quique, Constantinopolim in Aulam Imperatoris mittuntur, atque ibi in 4. præfatis *Odis* severæ sub disciplinæ legibus tamdiu educantur, donec apti deprehensi sint, qui Principi serviant. Rarò illis Turcico sanguine geniti, nec nisi prævio ipsius Imperatoris consensu, intermiscentur. Atque hæc Magnatum Turcicorum origo est. Quod enim Vezirorum & Bassarum filios attinet, qui simiiliter inter hoſce Ichoglanos educantur, aliùs, quàm ad Regi dignitatem, aspirare, lege prohibentur &c. V. omnino præclictum Tavernier *lib. 1. de passim.*

Odæon, Græcè ᾠδεῖον, figurâ partim hominis, partim piscis, Ædorachi R. Chald. tempore, flotuisse dicitur Berosò, qui fortasse ὁ Ἀκτῶρ, Vossius de *Idolol. lib.* 2. *cap.* 77. V. quoque Jo. Seldenum *Symagmate de Diis Syriis cap.* 3. ut & in voce *Dagon.*

Ode, Græcè ᾠδὴ, titulus librorum Horatii, cui à *canendo* nomen. Scaliger *Poëtices lib.* 1. *cap.* 44. *Proximi heroicæ majestati Lyrica nobilitas, ut illa à canitu Rhapsodiæ & Epos ita hæc Odes, & μέλος & μοῦσικὴ. Neque enim ea sine cantus atque lyræ prosodia. Odas quoque à canendo titulum suorum librorum fecit Horatius. Grammatici Pindaricas interspersere cantiones, μέλος. alii verò melum rectè ὠδὴ &c.* Sed & in Choro vett. Comicorum, post Commatium & Parabasin, tertio loco sequebatur ᾨδὴ, quam interdum canebatur cum conversione, id est, cum strophe, interdum sine motu; idque quocunque genere versiculorum solutorum, quales apud Melicos Poëtas metrimur aliquando tetrametris Anapæsticis. Finitâ strophe consistebant ad Spectatores converti denuo, ibique aliquid profitebantur novi, Trochaicis aut Anapæsticis longis, aut etiam dactylicis: quod dicebatur *Epirrhema*, post quorthema relegebant vestigia Strophes motu contrario, quod *Antistrophe* à motu, Ἀντιστροφὴ, à *cantu*, cantui respondente, expabebatur, Idem *lib.* 3. *cap.* 97. Sine discrimine verò & ᾨδὴ & ᾠδὴ aliquando scriptum invenias. ᾨδὴ verò pro eo quod est Ἀοιδὴ: neque solùm pro Poëta, fed etiam pro Vate, sicut sius fuit Dinoin *Persarum Historia*. ubi eos Perfis peculiares facit meminitque Angari, τῶν ᾨδῶν τὸ συδεστάτων, *Vatum præclarissimi*, qui in Asiyagis convivio fuerit vaticinatus, V. quoque supra in voce *Cantor*. In conviviis porro Græcorum, ubi Scolia canifolenne, poculum circumlatum ᾨδὴ vocabatur, quòd non liceret absque cantu id propinare vel excipere, uti habet Tryphon Grammaticus ἐν Συναγωγαῖς: apud eundem ubi supra & Nec omittendum *Odæ* vocabulum aliquando latiùs sumi. Apud Statium enim *lib.* 5. *Sylv.* 3. *vers.* 94.

Oda labor nomenq; fuit

Oda significat metrum omne, longis five hexametris versibus dissonum, quo modo omne Canticum *Odæ*, Hesychius, Ἀᾴδειν, μὴ ᾠδὸν λέγειν. Et, Ἀοιδὴ, ᾠδὴ, ψωνὴ. V. Barthium *Animadversion. ad h.*

Odeum, Græcè ᾨδεῖον, vox apud Ciceronem & in Historiis frequens. In *Odeo* Attici theatri Ægyptiorum Regum statuas fuisse, Pausanias scripsit. Extra theatrum quoque loca dicata Musis, eodem dicta nomine: quale Athenis à Pericle, destinatum Musicis certaminibus. Sed & Alexis, & Plutarchus & Demosthenes & Aristoteles ᾨδεῖα faciunt mentionem. Prodiditque idem Pausanias memoriæ, Herodæ Attici jussu atque impensis, constructum pulcherrimum ᾨδεῖον, defunctæ uxoris monumentum. Et ᾨδεῖα columnarum mentio fit, *lib. de formis dic.* qui Theophrasto tribuitur. Jul. Cæs. Scaliger *Poëtices lib.* 1. *cap.* 21. Rosino propriè, sic dictum est publicum ædificium, in quo Citharœdi & Tibicines à Musico, & reliqui Actores Scenici ab Histrione exercebantur, antequam in Theatrum prodirent. Cujusmodi Romæ fuisse ait quinque, V. eum *Antiquitatum Rom. lib.* 5. *cap.* 4. uti de *Odeo* ib. & Templo Minervæ, à Domitiano extructo, sicque, quòd in eo Musicorum & Poëtarum Chori frequentarentur & canerent Imperatoris laudes, appellato, plusculà apud Theod. Marcilium *ad Suetonium Domitiano. cap.* 5.

Odervini, memorati Arnoldo Lubecensi *lib.* 7. *cap.* 10. *Transfitus terræ ejus difficilimus & incognitus est; quia flantibus ventis fixata fabulo ita infundit, ut vix à quoquam sciatur, nisi ab* Odervinis, *qui faspius illic transeunt.* Ubi Editor vocem corruptam putat ex Οὐηγῶν. Sed legendum *Buderwinis*, populisic sic appellatis, monet Car. du Fresne *Glossar.* & multa de istis habet, *ad Joinvillam* V. quoque ubi de *Arabibus.*

Odo, laneus calceus, ex Græco ὠδὸν. Martiali *lib.* 14. *Epigr.* 140. *Udo.* Aliis *candidum linteamen.* Donatio, quæ dicitur Constantini, *in Phœii Nomocanone tit.* 8. *cap.* 1. Græcè reddita à Theodoro Balsamone, ut creditur, habet, Καὶ ὃς ἂ μηδέπω ὑπεγκλήθῃ φόρει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν ὠδὸν &c. quod Agyieus vertit, *Et, quemadmodum Senatus noster calceamenta sive sandalia ex linteaminis candida gestat, ita etiam illi qui Clerici Romani. Ve*rus autem formula ejusdem Latina, apud Gratianum *dist.* 96 *cap.* 14. & Alber. Rosat. *ad c. tit. de Præf. urbis & Tom. I. d. Concil. edit. Surian. & Binian. Et sicut noster Senatus calceamentis utitur cum Udonibus ; id est, candido linteamine illuſtratis*, sic utantur & Clerici &c. Blaitares verò in *Commentar.* Anonymi *ad Constantini Donat.* Ὡς δὲ ὁ ἡμέτερος σύγκλητος τοῦτο ὠδόνιον ἔχει πανταχοῦ λευκὸν, *Atque eorum* (Senatorum) *calceamenta, sic & Clericorum sunt ex linteaminibus candidis.* Adeò Græcus uterque pro linteatis libius candidis, ἐ quibus fierent ipsi calcei, ὠδόνια usurpat & Udones accepit. Sed verò linteamen hoc ornamento fuisse calceamentis Senatoriis & ullum item eorum extra colligando, præstitisse vojupt Doctiaiqui, nec calceum fuisse ipsum, V. Pancirollum: italiis aliter sentientibus. Ex *Athi* verò, quæ vocantur *Sylvestri Papæ*, Vaticanis, explicatio affertur, τὸν Οὐδῶνον, Udonum five *Odonum*, in donatione illa fictitia Constantini; Οὗτοι δὲ τῶν ἀνωθέντων ὑδῶν εἰσὶ τὰ ὑποδήματα τῶν ἁγίων, quod citat Jof. Stephanus de *Opinlat. pedum Pontific. Rom.* & vertit, *Id est, Udonibus ex candidissimo lineo ad pedes usi. Et* Bened. Balduinus in *Calceo Antiq. cap.* 4. infelici fatis memoriæ Japsu verba illa Herodiani esse asserens, pro linteis calceamentis sumit ibi ὑδῶνες, vocabulum etiam Julio Pollucidi *lib.* 10. *cap.* 11. à Claud. Salmasio *in Tampridium* pridem pro ὠδῶν restitutum. Sed in Donatione illa Latina, *Udones* pro lunata Senatoriæ dignitatis in calceis nota corrigiarum inflexione formata (de qua Plut. *Problem. Rom.* 76. Martialis, Zonaras, alii obiter) fuisse ndi omnino videntur Seldeno nec pro calceamentis ipsis. Quod probatum it ex ipso ordine verborum: Nec sanè aliter videtur, quod ex Actis Sylvestri adfertur. Id planè sonat, *Candido linteamine circa calceos aut in calceis uti.* Neque aliter, ait, res intellecta ad Senatorium, unde petitur, dignitatem poterit attinere. Hactenus Johannes Seldenus *Uxor. Ebraic. lib.* 1. *cap.* 14. V. infrà in voce *Udo.*

Odomastes, apud Treb. Pollionem *in XXX. Tyrannis*, *in Vita Cyriadis*, *Hic patrem Cyriadem fugiens — Persas petiit : atque inde Sapori Regi conjunctus atque sociatus, quum hortatus bellì Romanis inferendi fuisset*, Odomasten *primùm, deinde Saporem ad Romanum solum traxit* : Dux fuit aut Satrapes quidam Persarum Regis Saporis. Salmasius.

Odonis Manfio, *Auton* forte corruptè pro Oton, locus est Galliæ, memoratus Ordetico Vitali *Hist. Eccles. lib.* 13. ubi Vilerius Manfionem *Odonis* & Basoleas junctim memorat, apud Hadrian. Valesium in voce *Basilea.*

Odor Assyrius, apud Catullum,

Fragrantem Assyrio venis odore domum.

Et Tibullum *lib.* 1.

—— Særor Assyrios cineri quæ dedat odores.

De omni genere aromatum. Sic *Assyrium Amomum*, apud Virgilium & Martialem *lib.* 8. *Epigramm.* 67. *Assyrii fœci*, apud Statium *Thebaid. lib.* 6. *vers.* 209. *Assyrii nidi Phœnicis*, 1. omni aromatum genere fœcti, apud Martialem iterum &c. V. supra. Hujusmodi *odores*, opulenti olim homines magnificis fumcratio nibus fuis, inter alia, impendebant, largâ manu: quæ tamen omnia præ Poëticis defunctorum laudibus, in omne ævum duraturis, contemnenda meritò dicit Papin. Statius *lib.* 5. *Sylv.* 3. *versu* 41.

His egote (Nam Sicanis non milibus halat
Aura croci, dites nec sibi rara Sabæi
Cunamea, odoratas vel Arabs decerpsit ariſtas)
Inferni cum laudo ioci ——

Ubi quid per *odoratas ariſtas* intelligatur, docè explicat Jo. Ant. Saracenus *ad Dioscoridem lib.* 1. *cap.* 6. De *Arabum Odoribus* vero pulchra congestit, præcipuè Poëticæ lectionis, locuples promus, Jo. Passeratius *ad Propertium lib.* 2. *Eleg.* 29. *pag.* 370. V. quoque supra in voce *Aroma.* Cœterum *Odores*, non tam alimento, ut quidam de Astomis, Indiæ pop. juxta Gangem, prodiderunt, quàm multis aliis humanis usibus, idonei sunt. Namque & de sapore prius ex *odore* judicium facimus, & cum *odores* sint ἀναθυμιάσεις ἐγκεκραμέναι, *halitus fumei*, iisque ex rebus bene temperatis eductí, vim habent tum aëra purgandi, tum ubi cerebro recepti sunt (uti Democriti exemplo patet, qui, Thesmophoriorum triduo, mellis vel panis odore solo vitam sustentavit) recreandi spiritus & ad tempus conservandi. Nec dubitandum, quin ob ista præcipuè *odorum* & fufftuum in Sacris usus

furerit, tum apud Israelitas tum apud Gentiles: quorum hos ex spectasse Scaliger vult, quod putarent aëre per suffitus purgato, *locorum naturam aptam reddi ad Numina suscipienda, Exercit.* 104 *fect.* 4. Sed hoc cujusmodi sit, non facile dictu est. Sane locis quamplurimis eodem tempore, eidem Numini, thure & suffimentis aliis sacris ista faciebant etiam non fuitea Gentium opinio, Numinem unum uno tempore esse plurimis in locis. Forte ergo eo attenderunt magis, quod Dii cœlos incolant, & odores cœlos petant: quod item Dii spiritus sint, & odores reficiant spiritus. An dicemus magis, nationes id traditione a pijs accepisse Majoribus? Nam magna certenon unum Gentilium pars ex Patriarchalibus ac Mosaicis originem traxit, ut notum &c. V. plura hanc in rem, apud Vossium *de Idolol. lib. 3. cap.* 30. ut & infra, ubi de *Osiride*, ac *Suffimentis*.

Odrysæ, Thracibus olim cultus: ut cujus gentis conditor erat, si non universæ, q. od Thera potius sibi vindicat, saltem partis ejus, quæ *Odrysarum* erat, appellatæ, Ephianius *lib.* 1. V. Vossium *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 39. ut & in voce *Odrysæ*.

O E.

Oeci, Græce Οἶκοι & οἰκήματα, cellæ dictæ funt Balneorum, apud Vet. quarum cum tres eſſent, *Frigidaria*, *Tepidaria* & *Caldaria*, illam ψυχρὸν οἶκον, & ὑπόκαυσον οἶκον, appellat Lucian. *Dial. iſtam* ἐσχάτην χλιαρὸν οἶκον, Idemhanc, ἐσχάτου οἴκου Galenus θερμοτάτου μέρους *lib.* 1. ubi τρεῖς οἴκους βαλανείου, *tres oeci balnei*, nominat & aliud eſſe οἶκον, aliud ἀποδυτήριον, docet. Ex plicina nempe, quam ἀποδυτήριον proprie vocabant, & ὑπηλιωτικὸν οἶκον, aqua per omnes *eous* feu cellas deflebat, & de frigidaria primum in tepidarium influebat, deinde ex frigidaria in caldarium. Media namque ſemper erat tepidaria, inter frigidariam & caldariam poſita & frigidariæ ſuppoſita. Sed & inter tepidariam & caldariam cellam, alii duo *oei* erant, nempe ſtatim poſt tepidariam, ad dextram, *unctuarius oeus*, & poſt illum altera cella omnium pulcherrima, ad ſtandum & inſidendum jucundiſſima, ad immorandum tanocentiſſima & ad voluptandum commodiſſima; poſt quam caldaria ſequebatur. Quotrum duum *eorum* meminit Idem Lucianus, ubi de caldaria, Τρεῖς γὰρ ἐν ὑμῖν ἀφεῖλε πυῖλαι παρῆκε· ἀναπαύσω ὑμᾶς ἐπὶ μιᾶς τῶν ἐμῶν θυρῶν ἐν ᾗ μόνῃ οἶκον αὐτὸς ἐκπαίσας, ἀλλὰ ταχίστην τὴν ἐπὶ τὸν ὑπόκαυσον δὸν ἄφετε θερμὸν εἰσέρχεσθαι. *Licet*, inquit, *tibi jam caldaria tota, non per eosdem eous reverti, ſed vella & compendiaria ad frigidarium redire per tepidariam cellam.* Scilicet, qui a caldaria ad frigidarium revertí volebat, ei non neceſſario tranſeundum erat per illos duos *eous*, qui inter caldarium & tepidarium interedebant, ſed poterat breviore via in hanc tranſire, & inde in frigidariam ordine. V. Salmaſium *ad Popiſcum in Carino*. Proprie verò Οἶκος, & δόμος, apud Heſiodum, pars illa domus intima, ſeu locus, in quo, ante Nuptiarum tempus, puellæ ſolebant παρθενεύειν, ἐν οἴκῳ δόμου & αὐτῷ θαλάμῳ, pro eodem dixit Homerus: idem enim illi δόμος & θάλαμος. uti Euſtathius docet *ad Odyſſ.* 7. V. Dan. Henſium *Notis ad Heſiod.* Ibidem & filii educabantur, usque ad annos puberitatis, uti diximus ſupra voce *Gymnaſium*. Hinc ad alia domus reconditoria vox tranſiit. Cujusmodi *Oeci* ipſo pacto oppoſitilari fuerint & firmari ſoliti, diximus hic paſſim, inprimis ſupra ubi de *Clave Laconica*. Inde & *oeus* dicebatur ſacrarium templi, quod Græcis ναοὺς, in quo idolum erectum ſtabat &c. Nec omittendum, cœnationem quoque *oeo* Græcis dictam, unde οἰκο-τέχναι, -τεχνεῖν, -πώλαι &c. *cænatio tres, quatuor, quinque lectos continens*, Salmaſius ad Lampridium *Heliogabale*. V. quoq; infra. Ab οἶκος comp. ἀφοίκος, *proceres*, ubi, ut & in *eos*, uxores, matres, ſorores, filias, neptes, tunicas patriſmilitas ac domeſticis, confeciſſe, apud Græcos, uti in atrio domus, apud Romanos, norat Alex. ab Alexandro *lib.* 4. *c.* 8.

Oeconomus, nomen officii Eccleſiaſtici, cujus apud Vett. frequens mentio. Olim enim & in primis Chriſtianismi incunabulis, Eccleſia quidem nullos reditus habebat, præter oblationes fidelium: at creſcente poſtmodum eorundem religione, locupletari etiam latifundiis & agris, quod quarto pouiſſimum invaluit ſeculo, cœpit, uti quidem contendunt Nicolaus *le Maître de Eccl. Poſſeſſ.* & Petr. Marca *de Concord. Sacerd. & Imp. l.* 8. *c.* 18. Cum itaque curum cura Epiſcopos Clericosque, à divinorum officiorum executione, non avocare deberet (unde & S. Auguſtinus, ut auctor Poſſidius in ejus *Vita*, *cap.* 22. plebem eorum curam in ſe recipere enixius rogaverat) ea propter ſtatutum eſt à Concilio Chalcedonenſi *can.* 26. & Niceno II. *can.* 11. ut in unaquaque Eccleſia Cathedrali *Oeconomus* conſtitueretur, è Clero illius Eccleſiæ eligendus; quod deinde Legibus Imperatorum variis definitum legitur, ut Epiſcopi nempe miniſtros huiusmodi inſtituerent. V. quoque Conſilium *Efeſſal. II. cap.* 9. Toletanum IV. *c.* 47. Theophilum Alexandrinum Patr. in *Commonitorio cap.* 7. Gregorium Magnum *lib.* 2. Epiſt. 22 *lib.* 9. *Epiſt.* 66. &c. Hi porro *Oeconomi* dicuntur, *qui Eccleſiaſticas conſervarunt tractare rationes*, de quibus copioſe egit Jac. Gotofredus *ad tit. Cod. Theod. de Bonis Clericor.* Neque verò tantùm Eccleſiarum bona ſuperſtire Epiſcopo adminiſtrabat *Oeconomus*, ſed etiam, illo excedente è vivis, eorum gerebat curam, de iis Epiſcopo ſucceſſuro rationem redditurus. Id namque præcipitur in Concil. Calchedonenſi *can.* 25. & Valentino *can.* 2. Synodus Spalenſis II. *can.* 9. & Toletan. IV. *can.* 47. *Eos quos* Oeconomos *Græci vocant*, *h. e. qui vice Epiſcoporum res Eccleſiaſticas tractant*. Hinc mirum Remenſis ad Clerum Laudun. *Oeconomus*, *id eſt Eccleſiæ facultatum diſpenſator*. Id verò muneris olim fuit Archidiaconorum, Poſtmodum, qui *Oeconomi* Græcis, Latinis *Vicedomini* dicti funt &c. Etiam *Oeconomos* Monaſteriis fuiſſe, colligit ex Dorotheo *Doctr.* 11. Columbano in *Panitent.* & ex *Concord. Regul. pag.* 1097. Car. du Freſne in *Gloſſar.* Sed & *Oeconomus* quandoque idem, quod Defenſor, Advocatus. Matth. Pariſ. A. C. 1245. de Imperatore: *Summus facultatum* Oeconomus *& protector Eccleſiæ*, *hoſtis ſuæ familiarius*, *Eccleſiæ Chriſti officax & validus auxiliator*. Quibus omnibus ad. anno, *Rex Francorum Eccleſiæ S. Dionyſii ſpecialis* Oeconomus *& Patronus*. Idem, *Archiepiſcopus — in Regno Angliæ vices ſummi agebat Oeconomi*. V. ſupra in voce *Advocatus*.

Oecumenica Concilia, ſub Impp. indicta, ad hæreſes eliminandas, & τὸ ὁμόῤῥιον Eccleſiæ reſtaurandam. Et primæ quidem Synodi exemplum adſertur, ex Eccleſia Apoſtolica Actorum *cap.* 15. ubi Conventum fuiſſe Rectorum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, cum Apoſtolorum, ibi tunc temporis præſentium, tum Presbyterorum, & reliquæ deinceps plebis; ac conſilium ab ipſis Antiochenæ Eccleſiæ datum eſſe, certum eſt, non autem variarum Eccleſiarum, per Legatos coëuntium, Synodum, ſingulorumque ſuffragia & judicia, aliaque in Synodis obſervari ſolita, certnimus. Ut *Colloquium* potius quàm *Concilium* forte vocandum ſit. Rectè enim judicabat Eccleſia Antiochena, cujus Doctores ibi comparebant, non merabis litem illam, quæ nascentem intervallabat fidem, compoui poſſe, quam audita Apoſtolica autoritate Eccleſiaſilia, unde ſidei traduxad religionis promanaſſit. Sequentibus dein ætatibus, poſt Apoſtolorum exceſſum, ſolitæ funt Eccleiæ, ad obortas difficultates componendas, per legationes coire & in medium conſulere: Mittebanturque eam in rem Epiſcopi & Viri inſignores. Quæ Eccleſiarum unio, cb crebras perfecutiones, exiguis tum ſinibus concluſa, poſt pacem à Conſtantino M. datam, immenſum amplexa eſt. Nec *Provinciales* tantùm, uti hactenus, fed *Univerſales* & *Oecumenicæ*, in quantum videlicet Romanus patebat Orbis, Concilia haberi cœpta funt: quod, diviſo dein Imperio, aliquandiu duravit; poſt autem, diviſio eo ac collapſo, aliter ea à Græcis, aliter à Latinis inſtituta & nomine illo habita funt. Conveniebant autem primis temporibus Epiſcopi, nonalia, quam charitatis ac ὁμόῤῥιας lege jubente, ad ſuborientes Eccleſiarum neceſſitates. Deinde ad unum res delata, qui primæ ſedis dignitate in provincia illa, Synodi convocandæ ac ei modperatis autoritatem habet quem *Metropolitanum* appellabant. Auctis poſtea Chriſtianorum rebus, cùm Imperatores Eccleſiarum curam ſumerent, corum auctoritate cœtus hi convocati ac habiti funt: præſertim, ubi ex tota Imperio illi convenire deberent; ſolebantque aut ipſi, aut per Præfectos ac Comites, univerſæ actioni præeſſe; relictis Epiſcopis conſulendi partibus. Donec tandem omnis hæc poteſtas in Pontifices Rom. conceſſit. Interearet illiusmodi Conciliis Imperatores, vel à legati eorum, multa cum auctoritate: Epiſcopi porro, Presbyteri, Diaconi; quin & Laici non nunquam, adeſſe verò tenebantur omnes provinciæ Epiſcopi, ſub ſegregationis pœna; imò & abſentium nonnunquam audiebantur ſententiæ: Invitabantur quoque ac multo cum honore admittebantur, aliarum provinciarum ac nationum Legati. Ac præter hos aderant Notarii, Synodorum Actis componendis, qualium tum frequens in Eccleſia uſus. Coibant ordinatio, in Templi, celebriorisconclave, ſeu Secretarium: quanquam & in Imperiali Palatio, quod *Trullum* vocabatur, Synodum Quinctianam habitam legimus. Ac diſtinctum erat illud ſeu diſtributum ſubſellibus, primusque locum capiebat Imperator, cum ſuis; tum Epiſcopi; quos, coronâ vel. lucta, incingebant Presbyteri: Laicis tandem ſequentibus. In medio autem poſitus erat *Codex Evangeliorum*; tum religionis causâ; tum ut illam fidei regulam omnes ſequerentur: ac juxta eum *Canonum Eccleſiaſticorum* liber. Præſidem uti, in Synodo provinciali, agebat provinciæ Metropolitanus aut loci Epiſcopus: ita in *Oecumenicis* Concilis duplex erat præſidendiæ ratio. Polliciius *Præſes* erat Imperator, aut Præfecti ejus: Eccleſiaſticus verò, vel peculiari Imperatoris auctoritate conſtitutebatur; vel communi consenſu, ad Fratrum regendum conſeſſum, eligebatur. *Attamen & Suffragandi rationem* quod attinet, in primo quidem illo Concilio Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, non ſolùm Apoſtoli, ſed & Presbyteri, ac univerſus fratrum cœtus conveniſſe legitur, ac de communi omnium ſententia conſultum, Antiochenibus mittendum, formatum fuit, ut videre eſt ex Actorum *loco cit.* In ſequentibus Conciliis eodem hic erat: Initium capiebatur à præcibus, præmiſſo plerunque jejunio. Conſidentibus deinde Patribus, prima de Fide tractatio erat; five ea exponenda, five vindicanda foret. Tum vetc. Synodorum Canones relegebantur & diſciplinam acregimen ſpectantia: ultimo denique locoparticulares cauſæ, quæ ſingulas Eccleſias concernebant, tractabantur: Ac, ſi quis ſingulare quid exponendum habebat, prodibat in medium. Per varias autem ſeſſiones Concilium trahebatur, ac ſequen-

sequenti consessu acta præterita relegebantur, ferebanturque sententiæ vel apertis suffragiis vel manuum porrectione. Ubi rata erant earum acclamationes, si quæ sententia impense placuisset. Si verò quis in contrarium differebat, Præsidis erat rem componere, atque ubi conflictu latentem cruere veritatem. Ac conclusio denique formabatur, ex plurium, vel omnium suffragatione. Quæ omnia, ad quæstionem propositam pertinentia, omnesque illud examen atque judicium, *Concilii Actis* dicebantur. Denique finito Concilio, aliæ audiebantur acclamationes & gratulationes, de asserta fide, triumfato errore; additis & votis pro Imperio & Ecclesia. Subscribebant porro omnes condicis à Concilio articulis & anathematismis, servato eo, quem in Synodo obtinuerant, ordine. Quæ cuncta tandem consequebatur Imperialis confirmatio, per quam fides in Concilio Synodoque stabilita, in legem erat; quam ubi adepti erant, literis *Encyclicis* seu Circularibus, quæ in Synodo acta erant, per Ecclesias vulgabantur, atque cuivis observanda tradebantur, &c. Hæc vett. Conciliorum fuit ratio. Hodie, in Communione Romana, Episcopis solis de jure; Cardinalibus autem & Abbatibus ac Generalibus Ordinum, ex privilegio & consuetudine, jus sententiæ in Concilio dicendæ tribuitur: reliquis omnibus à suffragio & sententia dicenda excluſis. Cumque sola natio Italica Episcoporum numero, reliquas totius Orbis nationes facile vincat; *ita id demum in Conciliis fiat, quod nationi placeat Italicæ*, quemadmodum in Concilio Basiliensi Ludovicum Arelatensem Cardinalem dixisse, refert Claudius Espenseus *Comm. ad Tit.* &c. V. Burmannum *Synopſ.*

Oecumenicus, id est, Universalis, an & quinam Episcopus vocandus sit, diu multumque olim litigatum. Et primitus quidem, in Ecclesia Christiana, inter Episcopum Romanum, & Patr. Constantinopolitanum, nullum jurisaut auctoritatis differimen, sed hæc solum ordo erat, ut is primus, hic secundus esset. Postmodum autem præcipue duo ibi primarii Patriarchæ laborarunt, ut *Oecumenici* fierent Episcopi; quem titulum cum primus usurpallet Johannes Episcopus Constantinopolitanus, eam ipsam ob causam à Gregorio Magno *Antichristi præcursor* dictus est; hoc è contrario se *Servum servorum* dicente. Sequenti tempore, conflictu inter utrumque facto diuturno circa hunc titulum exorto, Romanus Pontifex Papa prævaluit, Bonifacius III. enim, Gregorii successor, anno admodum 606. cum tandem nactus adeoque Ecclesiarum omnium Orientis & Occidentis caput constitutus est, à Phoca Imper. Quæ prærogativa inde Concilii Lateranensi est confirmata: contradicentibus atque opponentibus sese magno cum conatu Orientalibus, unde perperam utrumque ecclesiæ, imò & in Occidente variis Episcopis, sed frustra renitentibus, Burmannus *Synopſi*. Addit C. du Freine, non Gregorium solum præfatum *lib. 4. Epiſt.* 38. sed etiam antecessorem ejus Pelagium, Johannem, hujusmodi titulum primum sibi arrogantem, hoc nomine pluribus redargui(se: laudatque hanc in rem Glabr. Rodolfum *Hiſtor. lib. 4. cap.* 1. Hugon. Flaviniacensem *pag.* 174. & Franciscum Turrianum pro *Epiſt. Pontif. lib. 3 cap.* 1. quos si collibitum est, vide. Qua verò notione vocem sumpserint Græci sui temporis, exponit Anastasius Bibl. *præfat. in VII. Synodum ad Joannem VIII.* In eo *ſane, quo frequenter Universalem* (Oecumenicum) *in hac Synodo Graci Patriarcham suum — appellant, appellatus vester studuisset venire ad eum, ſeque Praelatus sui non ſine contradictione ſieri ſtudentium. Verùm, cum apud Cpolim positus frequenter Graecos ſuper hoc vocabulo reprehenderem — afferebant, quod non ideo Oecumenicum — dicerent Patriarcham, quòd universi Orbis teneat Praeſulatum, ſed quòd cuidam parti orbis praeſit, quae à Chriſtianis inhabitatur. Nam quod Graci oecumenen vocant, à Latinis non ſolùm Orbis, à cujus universitate Universalis appellatur, verùm etiam habitabilis, vel locus habitabilis nuncupatur.* V. quoque Jo. Forbesium *Inſtruction. Hiſtorico-Theologic. lib. XVI. cap. ult.* §. inprimis 18 & ſeqq.

Oecumenius, adde: *Valde doctus, in explicandis Scripturis divinis brevis, apertus & elegans, atque in Veterum commentariis evolvendis aſſidue verſatus*, Sixto Senensi.

Oecuria Athenienſium memorabilis. Habebant uxores earum, præter τὴν γνησιοκυρίαν, de qua ſuprà aliquid voce *Gynaeconitis*, etiam ſuum δεύτερον γάμον, Pollux memoratum *lib. I. cap.* 8. in quo labori teliisque texendis vacabant. Loca verò, in quibus filiæ degebant, παρθενῶνες dicebantur, in quibus eam ætatem derivebantur, ne ullam evagandi facultatem haberent, ut quasi ſatellitibus munitas facesshabuiſſe viderentur. Euripides *Iphigen. in Aul. verſu* 737.

Ὀχυρώσει παρθένων φρουρὰ κρηδέμν,

idque donec nubendi appropinquaret tempus: in cujus rigoris ac q. captivitatis ſolatium οἰκέται ipſis dabantur à Parentibus, munuſcula ſe. varia, quibus tempus fallerent. Quanto verò adductius cuſtodiæ uxores ſint, docet quereia mulierum, apud domicum *in Thoſmoph.*

—— ἐοὶς γυναικωνίτισιν
Σφῷν ἐγὼ ἐπικάθημαι τῶν ἐ κῆς μοχλὰς
Τιθεὶσ ἀσφὶς, ἐ σφωϊν Μολοττικὸς
Τρόφιμος μορφοδάκνων ὠὶς ἐφυλακὰς κυνος.

Ubi non ſignaculis ſolùm peſſulisque gynæcorum fores firmari, ſed & Molossos canes domi, ad terrorem adulterorum, alli conſueviſſe à maritis, indigitant. Adeò verum ejusdem Poëtæ *in Lyſiſtrata*, γυναικὸν ἤτ᾽ ἄν, *difficilis mulierum in publicum exitus.* Quòd ſi omnino exeundum eſſet, ancillarum copiâ ſtipatas, omnique mundo muliebri ſexum decente inſtructas eſſe deportebat, quà in re ſi deficiebant αἱ γυναικωνῖτιν nutrices illis irrogabant, quæ in ſcripta tabellæ affigebatur platano arboris in Ceramico, ut ab omnibus legi poſſet, Jul. Pollux *lib. 8. cap.* 10. Sed quid degreſſi e domo mutis: ne quidem per januam prospicienti uxoribus ſi libabuque veniam Athenienſes dabant: quod eousque inolitum eſt, ut probro id vulgò objcerentur ſequiori ſexui, ſi contrà feciſſet. Hinc acriter à pœdiſcaqua increpita Hermione, apud Euripidem *Andromache verſu* 876.

Ἀλλ᾽ εἰσὶ δῶμ᾽, μὴτι φαντάζῃ δόμων
Πόρωθεν τῶν σ, μὴ ὧν ἀκούων λάθῃς,
Θρέξεις μεταβὰς πάντ᾽ ἀφυλάκτ᾽, ἀφυλάκ.

Imò nec per feneſtram licebat. Unde πρὸς τὸν θυρῶν παρακύπτουσι, in præfata mulierum, apud Ariſtophanem, querela, Sed nec ex uno domus ceco five cubiculo in aliud tranſibant filiæ, ſine Matrum permiſſu: quod liquet ex verbis Pædagogi, ad Antigonem in ſuperiorem domus partem aſcenſuram, ut exercitum hoſtilem inde proſpiceret, apud eund. Euripidem *Phœniſſis verſu* 88.

Ἐκτὸς σ᾽ μόνης παρθένους ἐκλιπὼν
Μαθοῦσ᾽ ——

An eodem rigore uxores coërcitæ, non adeò obvium eſt. Saltem non ſine aſſectantibus ancillis, comitibusve aliis id permiſſum illis, conjicimus ex Homero, qui de Penelope in cubiculum ſuum ſe conſerente ait,

Οἳν κίε βῆ᾽ ἐπὶ θάλαμον ἐὺ ναιετὰων.
Non ſola, ancillis veram comitata duabus.

Erat autem ὁ γυναικωνῖτις, ſeu *cubiculum mulierbre*, ut & ὁ παρθενῶν, *cubiculum virginale*, in ſuperiore domus parte, *diverſum*, ut ait Didymus; nisi ſimile, ut ob difficilior aſcenſus eſſet. Ovalis iis figura, unde ὠοειδὲς dicta: hinc que ovo Helena progenita credita Veteribus, quod in concla vi, hujusmodi figuram habente in lucem eſſet edita. Nunc porro ſcala portatili, an fixa, eò fuerit aſcenſuram, nec ipſum dicere in promtu eſt. Prius tamen veriſimilius: πλίνθοις enim vocat Homerus, de Penelope iterum,

Κλίμακα δ᾽ ὑψόθεν ἤρτο πολύσκαλτ᾽ εἰὸ θάλαμον.

Et Euripides *l. c.* de Antigone, quæ proin à Pædagogo, ut ſibi aſcendenti manum portigat, petit,

Φέρε νῦν, ἀφοῦ γεγαῶσ
Νέα χεῖρ᾽ ἐὸν πλοκάμων
Πλόκ᾽ ἐχόσ᾽ ἀνάπλεκτον.

Non autem otioſæ deſidebant in ſuis cœlis mulieres, ſed telas texebant, uti jam innuimus, veſtesque domeſticis conficiebant. Ad cujusmodi opus cùm accingerent ſeſe, ſolebant ἀν γόνυ ζώσασθαι ut Theocritus *Idyll.* 4. i. nudæ genu eſſe, ut Virgilius: ſeu *ad nates ſuccinctæ*, ut Heſiodus innuit, qui iſthiusmodi mulierem proin ποδηνεκέα appellat &c. Quam in rem plura apud Franc. Roſſæum *Archæologiæ Attic. l. 4. cap.* 15. V. quoque hic paſſim, inprimis inſtrà, ubi de *Libertorum* educatione. Deſiderium verò, ornamentisque hujus ſexus, apud Græcos, V. Jul. Pollucem *lib.* 5. *cap.* 2.

Oecus, apud Vitruvium, Græca vox, *Oivos*, vulgò *domus*: Joſepho *lib.* 15. Regnum ſeu Tetrarchia eſt, ibi enim legimus, ὁ οἶκος Ἀντιπᾶ, quod idem eſt, ac *Lyſaniæ Tetrarchia* vel *Abilenæ*, ut appellat Evangeliſta Lucas. Quemadmodum idem eandem Tetrarchiam, quamdiu in poteſtate Zenodori erat, τὸν Ζηνοδώρου οἶκον nominat. Quum enim memorat, mortuo Herode, cùm inter poſſeſſas ab illo terras eſſet hæc Tetrarchia repetita, Auguſtum illius partem Philippo attribuiſſe, ait: *Αὐγούστου Φίλιππον Αὐρανίτιν, σὺν τοῖς μέρεσι τοῦ Βατανέως, cum parte quadam ejus, quæ appellata eſt Zenodori domus.* Eodem modo apud vett. Græcos ſumtam hanc vocem reperimus, pro Dominatione, Regno, Regia. Ut in *Epiſt.* Themiſtoclis ad Artaxerxem: Ἦκω σωσείων, ὃς κρατῶ πάσης Ἑλλάδος εὐεργέταις τὸν ὑμέτερον οἶκον, *Venio ad te, qui Regiæ veſtræ plus mali intuli, quàm ullus Graecorum*, Thucyd. *lib.* 1. Sic Herodotus *lib.* 6. Ἀνδρὸς ἐκτὸς τοῦ τὸν οἶκον τὸν τοιοῦτον φύσαντα τὸν Βατταδέω εἶναι. Apud Polybium, ὁ Μακεδόνων οἶκος, de Regibus & Regno Macedoniæ. Hodieque Germani Regum Principumque familias *Oecum*, vernaculè *Haus*, appellare in more habent. Cæſaubonus *Exercit. XII.* A lias vocis ſignificationes V. ſuprà.

Oecus Afarotos, apud Plinium *lib. 36. cap.* 25. *Celeberrimus fuit in eo genere Sulus, qui Pergami ſtravit, quem vocant Aſarotum Oecon, quoniam purgamenta cenae in pavimento, quaeque everri ſolent, veluti reliqua ſicerae parvis è teſſerulis, undiquaque in varios colores.* Quod opus teſſellatum dixere, à *teſſellis* hujusmodi ſeu *teſſerulis*, in varios colores tinctis, de quo V. hic paſſim, inprimis ubi de vocibus, *Muſivum*, *Oeci*, *Pavimentum*.

Oedipus, adde: De excæcationis modo, V. ſuprà. Diodorus verò Siculus indicare videtur, fabulam meram eſſe, & *raciate* illâ

illâ circumscribi conclusionem intra certam domum ejus, cùm cæcitatis nullam facit mentionem *lib. 4. Τῶν δ' ἐμὸν ἀνδρῶν ἕκαστον, τὸν μὲν Οἰδίποδος τὸ μὴν ἐσῖδε μένος ἀναγκαιότατος, Δηθὰ τὸν ἀφρονέων. τὸν δὲ πολεμικὸν ἀνδρῶν τὸν δ' ἔχεν ἀμφιγυήεις ἔσθλ' ἀπὸ σεῦ ἀπόνητο ἄφρων. Cùm autem filii adolevissent, Oedipodem quidem ab illis exactum intus manere, pudoris ergo; ipsos autem suscepto imperio, alternis annis illud administrare constituisse.* V. Casp. Barthium *Animad. ver. ad Papin. Statium* passim, inprimis *Thebaid. lib.* 11. *versu* 343.

Oedipus Ægyptiacus, in quatuor Tomos divisus; quorum primus de cultu *Templum Isiacum*, quo ad originis, progressûs, durationis Ægyptiacæ Sapientiæ, ac Hieroglyphicæ institutionis notitiam portæ referantur. Secundi pars prior, *doctrina Ægyptiaca*, quo veterum Hebræorum, cæterorumque Orientalium, recondita Sapientia, temporum injuriâ perdita, per conexum factarum fictarumque aliarum demonstrata instauratur: Pars posterior, variarum artium veteribus Ægyptiis usitatarum Classes continet, & hunc Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia, Mechanica, Alchimia, Magia, Theologia Ægyptiaca, una cum Hieroglyphicis exhibita. Tertius dicitur *Thesaurus Hieroglyphicus*, & continet Obeliscorum, cæterorumque Hieroglyphicorum, quæ tum Romæ, tum in Ægypto, ac cis Isthmi Europæ Musæa adhuc superfunt, interpretationem. Quod opus, Auctore Athanasio Kirchero prodit Romæ A. C. 1652. 1653 & 1654. *in fol.*

Olympionicarum frontes cinxit, secundum quosdam, V. supra *Corinus*: pacisque, nec non duritiei emollitæ, agriculturæ, felicitatis, condonationis, clementiæ, supplicationis, manfuetudinis, æternitatis, Gymnasii, nitoris, victoriæ, pinguedinis, hilaritatis, ipei, frugalitatisque veteribus hieroglyphicum fuit, V. Joh. Pierium *Hieroglyph.* & Nic. Caussinum *Symbolorum Hieroglyph. & Emblematum Appendice*. In Italiam tarde pervenit: Namque Theophrastus, teste Plinio, anno U.C. circiter 440. negavit nisi intra quadragina millia passuum à mari nasci. Feuestella vero, omnino hanc arborem in Italia, Hispania atque Africa, non fuisse ait, Tarquinio Prisco regnante, ab anno Pop. Rom. 173. A pud Athenienses quo modo plantanda, cautum Lege Solonis, Ἐλαίων δὲ καὶ συκῆν ἐντὸς πόδας ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας φύτευε, τὰ δ' ἄλλα ὅπου βούλει πόρρω πόδας, Oleam & ficum novem pedes longè ab alieno fundo serito: cæteras verò arbores, pedes quinque. Meminit in Solone ejus Plutarchus, & causam addit, quòd ficus & *Olea* radices agant longiùs neque sit omnibus earum sine damno vicinia, sed & alimentum eripiant & halitum effient aliquibus infestum. Alia apud Pollucem eodem auctore lata de *Olea* lex est, *lib.* 5. *cap.* 4. Σλογάδες . *Olea privata ordine confita*: ubi docet, ita appellatas ab ipso esse *Oleas*, quæ privatorum erant, & in illorum agris confitæ; quasque opponit publicis & sacris, *Moriæque* dictis. Legeporro non licebat cuiquam ad privatos alius *oleas* evellere, ærtequàm duas quotannis, qui seceus fecisset, in singulas centum drachmis multabatur: Quam legem his verbis repræsentat Demosthenes πρὸς Μακαρ. Si quis Oleam *Athenis evellat*, *nisi in usum templorum Athenienfium*, aut *in privatum fanum duas evellat quotannis*, *aut in fumus*, *in singulas oleas centum drachmas pendito*: *decima multæ Minervæ sacra esto*: *centum quoque drachmæ addicuntur actori*. Ὅτου δὲ ἐλαίαν ἐκκόψει ἄλλην ἀντὶ ταύτης φυτεύσας ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ τὴν παρᾶσαν ἐλαίαν ἐξωλοθρεύσας, *Lex verò*, *inquit*, *in patrio agro Oleam evelli permittit*. Quare fulpicatur Petitus, Ἐξωλοθρεύσας esse evidisse verba, ftatim ab initio, inter cætera hæc, Μηδ' ὃν τῷ αὐτῷ χωρίῳ τὴν παρᾶσαν. Sacramentum verò, quod Actor, ut in Lege habetur, deponebat, varie definiunt Veteres; Nam alii exiftimant esse decimam multæ, alii autem putant definiri drachmis tribus, ubi controvertitur, & agitur de centum drachmis, aut pluribus ad mille usque & triginta drachmis, si de mille drachmis aut pluribus, ad decem millia usque agatur, Poll. *lib.* 8. *cap.* 6. Et quidem initio litis faciendum, deponebatur cum ab Actore, tum à Reo: is verò qui judicio vicerat, fuum sacramentum auferebat, victi Sacramentum & illud quoque, quod victor abstulerat, fed victus reponebat, ad ærarium redibant, ut conftat ex Ariftoph. *Vespis*: è quo merces Judicibus dabatur, V. infrà in voce *Sacramentum*. Cùm autem hac lege excipiuntur, qui *Oleas* evellerent *ad usum Templorum*, intelliguntur Templa, vel quæ erant universi Athenienfium Populi, vel privatim alicujus Ἥρωος, Loca enim hæc facra *Oleis* fuisse confita, docent nos Sophocles *Oedipo Coloneo*,

Χώρᾳ δ' ὁ δ' ἱερὸς μὲν ἀκαλλὴς, βρύων
Δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου, κ.τλ.

Pervenerat autem ad Eumenidum facellum. Itaque cùm fumtum & splendorem, qui in Templis Deorum vifebatur, vellent tollere *cives*, in cognomine Ariftophanis dramate, folas arbores & inter eas *Oleas* relinquunt, quæ in Templis erant fatæ,

——— Πρῶτον μὲν ἐκ-
χι νῶν ἡμῖν εὐχρόμενοι δὴ τὸ
λοίπες αὐξῆν· τῶν δ' ὑμῶνος
χρυσόμοις θύρσις, ἀὸ' ὑπὸ θάμνοις
κ' πεπιδοῖς ἀίσσετον.
Τοῖς δ' αὖ στρατὸς ἅ' ἄυλῳ
δ' ὑνδρῳ Ἐλαίνας ὁ νῶν ἵστ.

——— *Primò quidem ne-*
quaquam templa nos extruere oportet
lapidea ipsis: *neque ornare*
aureis ralvis, *sed sub ramis*
& parvis illicibus habitabunt.
Infigioribus autem arvum
arbor Olea templum ejus.

Statius *lib.* 12. *Thebaid.* ubi Misericordiæ templum Athenis describit,

Mite nemus circa, *cultusque insigne verendo*,
Vittatæ laurus & fupplicis arbor Olivæ, &c.

Ibi igitur ne deficeret, licebat evellere ex agris Oleas, ut in Templis fererentur. Ut earum usum in sacris in præsens præteream. Quod verò illarum in funeribus, Lege quoque indigitatum, usum fpectat, cum mortuis *Oleæ* efferri consueviste, legimus apud Artemidorum *Oniroscitis lib.* 4. *cap.* 59. Τῶν δὲ ἐπὶ ἡ νοσοῦντος, ἡ μὴ ἔλαιαι ἐπικαταφυτευθῶσιν ἐπὶ τῷ τάφῳ, αὐτὸς τοῦ ἡ ἄλλος τινὸς αὐτῶν κοὶ τὸ φῦλον κοὶ γὸ ἔθνος, τοῦτ' ἐπὶ γὸ κακῶσαι ἐνεκήσειεν. — *cum mortuis enim* Oleas *efferunt* ind.

Præterea, cùm par propemodum Parentibus aut Amicis fuo Fato functis honos, qui Diis immortalibus, haberetur, religioneque consecraretur eorum tumuli & monumenta (quin etiam Templa iis superstruebant, quod Eruditis obfervatum est) ad illa quoque ferebantur & superimponebantur *Oleæ*; quas huic usui ex agro evellere licebat, itemque fruges obfervabant, V. Tullium *de L.L. lib.* 2. *extremo*. Ad quas *Oleas* cæteraque arbores semper virentes & quæ nunquam folia amittunt, fepulchris superimpositas & latas, respexit Juvenalis *Satyr.* 7. *extremo*.

Dii Majorum umbris tenuem, & *fine pondere*, *terram*,
Spirantesque crocos & in urna perpetuum Ver &c.

Sacras multò minus oleas, Μεζόμ δεκάπυρον, cædere aut evel-

lere licebat, quod ptoin ne fieret, curæ erat Senatui Areopagitico. Apud quem propterea postulabatur reus, quia res hæc ad religionem spectabat: multa videtur fuisse fortunarum publicatio & exilium: servis, qui indicassent, præmium libertas. V. Lysiam *ὑπὲρ τοῦ Ἀριστογείτονος*, & Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 5. tit. 2.* Porro arbor hæc quantopere cultiatem amet, Græci docent, & inter eos Rutilius Taurus, qui arborem, cùm à pueris mundis puriusque tractatur, amplius luxuriare scribit: tantâ vi vacitate, ut, si multis configatur clavis, nihil lædatur, liguumque habeat à carie immune. Quæ causa sorte, ut non solùm in variarum rerum hieroglyphicum, ut dictum, assumta fit *Oleæ*, sed & apud Hebræos, cùm cera ad lumina & ædas non adhibetetur, *Oleum* tamen in usu fuerit. Ad. Peyelius *Sine & Oleæ* pag. 24. 35. Peculorum *Olearium* mentio apud *C. Iulium ff. de Leg. 3. Qui pecuia quatuor Oleagina habebat, ita legavit, pecula Oleaginea paria duo*: Nempe postquam è luto, quæ antiquissima materia fuit, pocula in usu esse desiere, & è ligno fieri sunt cœpta, Thom. Dempsterus *Paralipom. in Joh. Rosini Antiqq. lib. 5. cap. 30.* Cellam *Olearium* exactè delineavit Vitruvius *lib. 6. cap. 9.* ut & Columella *lib. 12. cap. 50.* & Palladius *lib. 1. tit. 20.* Infruunt ean dem Cato *tit. 13.* Columella *lib. 12. cap. ult.* & Varro *lib. 1. cap. 22.* Olivitoris, Capulatoris, qui pianum *leg. 39. ff. locati & conducti.* Olivitoris, Capulatoris, qui conchà ferrei in labrum fictile oleum expressum transfundebat: Legulorum, Strictorum, Factorum, qui mercede conducebantur, ut indicant leges *Oleæ* legendæ, faciundæ & pendentis, apud Catonem *tit. 144. & seqq.* aliorumque huc pertinentium, meminit Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* Servum merci *Olearie* præpositum, memorat vetus marmor. De *Oleo* inextinguibili, veterum Lucernarum inexhausto per cognitam fœcula pabulo, V. *supra* in voce *Linum*: & apud Fortun. Licetum *de Lucernis vet. pasim.* Plura vero de hac arbore, apud Plinium *lib. 12. cap. 1. lib. 15. cap. 2.* & alibi passim; ut & Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lect. lib. 17. cap. 19.* Carolum Paschalium *Coronarum lib. 6. cap. 16.* ubi de *Oleaginea corona*, victoribus & hinc mortuis imposita, & Olea Nemoni minùs, ac Minervæ, dicatâ, quæ posteriori *ποιᾶν* propriè; de caduceis circumvolutis ramis *oleagineis*; & *cap. 17.* ubi de *Oleæ*, Apollini quoque sacrâ & Herculi, de ramo *Olivæ*, à supplicibus protenso: Casp. Barthium *ad Statium Thebaid. lib. 7. versu 476.* ubi de lana *Oleæ* juncta, pluribus agitur: nec non infrà, ubi de *Oleo* & *Oliva*.

Oleæ, apud Papiam, *gemma, barbarum est: ex fulvo & nigro, viridique & candido constat.* De qua *Oleæ* an intelligendus sit Anastasius in *Leone* IV. *pag. 188. Et super illud Ciborium fecit oleas, quæ pendent in circuitu Altaris, habentes tabulas quatuor exaurastas; nec non & gammadias numero quatuor.* Et poëta, *pag. 176. Obtulit ores oleas mafuricas, admirabilis pulchritudinis, ferico textas, olivreque depictas, quæ videlicet fixis clebus in circuitu Altaris majoris dependerent*; ambigit du Fresne. Certè cùm solidum quid fuerint *Oleæ*, addens, quæ in circuitu ciborii dependerent, haud abfonum videtur existimare, fuisse grandiores gemmas, aut quid similein gemmæ grandioris orbiculatæ figuram, adeoque ex *murrhina* materia: quod non modò suadet vox *masurica*, quæ idem valet ac *murrhina*, sed & colores Oleæ, quibus murrham constitisse, scribit Plinius *lib. 37. cap. 2.* nam quod *ferico texta oleæ* dicuntur Anastasio, forte error Librarii est, legendumque *ferico textæ*, V. cum *Glossar.*

Olearius Adamus, Germanus, Holsatiæ Ducis Bibliothecarius, eruditione ac multo rerum usu inclytus, Legationis, à Friderico Holsatiæ D. Inneæ Gottorpinæ, ad Persarum Regem, magnificis impensis susceptæ, fusiore Ott. Bruckmanno, qui eidem cum Fh. Crusio præfuit, cive A. C. 1636. comes, longinquum illud iter luculento scripto edisserendum: quod in alias quoque linguas Eruditorum curiositas transtulit. V. Phil. Jac. Spenerum *Syll. Geneal. Oldenburg. in Fam. Oldenburgo-Danica.* Idem Poëtæ Persici vetustî Schich-Saadi opus *Sertum Rosaceum* dictum, è Persica lingua in vernaculum sermonem, simili facundiâ, transfudit.

Oleaster, Papinio Statio *fera oliva*, *Thebaid. lib. 6. versu 7.*

——— *primus Pisæa per arva*
Hunc pauo Alcides Pelopi certavit honorem,
Paul verenuique fera crimen deterfit olivæ,

corona Herculis primùm, inde Olympionicarum fuit. Plinius *lib. 16. cap. 44.* *Palma Thebæ ab Apollinis ætate conficitur. Olympiæ* Oleaster, *ex quo primus Hercules coronatus est. & nunc custoditur religiosè.* Quam coronationem tamen aliquandiu intermissam docet, quòd ab Oraculo instituta postmodum fub Rege Ipbito denuo fuit, uti pluribus docet Petrus Faber *Agonist. lib. 2. cap. 22.* & 23. V. supra in voce *Quinus*.

Oleï Largitio, populo facta à Severo Imp. memoratur Spartiano in *Vita ejus*, *Tripolim, unde oriundus erat, contulit bellicosissimis gentibus fecundissimam reddidit, ac pacem diuturnam, oleum gracissimum & fecundissimum agrum donavit.* Ad ufum viz. gymnasiorum civitatibus olim & gratuitum concedi à Principibus, & legariteiam à privatis confuevit. Sed de hac largitate in Tripolitanos nihil Aur. Victor, quo loco, de Severi in illos beneficiis meminit. Imò verò contrarium plane scribit idem alibi, in *Vita Constantini*: *Remotæ sibi frumentisque adventitiæ prabitionis, quibus Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur: quas res (aut li unavis quorum) superiores Severi imperio gratantes (vel gratanter, i. gratuito) ovi obtulerant: vertebatq; gratium muneris hujus in perniciem posi. ejl.* Ubi non Severum Tripolitanis, verum constare Severo Tripolitanos *oleum* frumentumque annuum, ultra legitimum canonem præbuisse, refert. Et quare Tripolitanis oleum largitetur Severus, ceu rem, cujus inopiâ laborarent, cùm certum sit, adeò eâ mercè illos abundasse, ut aliis etiam populis suppeditarent? Nam *olei Tripolitani* meminerunt vett. Scriptores, ut etiam Romæ copiti arque ufitati, quod & vetus Juvenalis Interpres docet. Severo a. qui tantus studio P. R. annonam curabat, nullum munus hac præbitione potuit gratius accidere. Ita ergo textum Capitolini, ex Regio & Puteanis codicibus, restituit Casaubonus, *ac populo Rom. oleum gratuitum ac facundissimum in asservum donavit*: quæ veritsima & optima sententia. Nam *oleum* fuisse Populo Rom. à Severo delatum, etiam Spartianus alicubi confirmat, & Lampridius quoque docet *in Alexandro Sev.* ut videbimus. Tantam autem hujus rei curam habuit Imperator, ut de eo fub finem aetatis præfatus Auctor: *Meminq; fatem annorum canonem, ita ut quotidiana septuagine quinque millia modiorum expendi possent, reliquis: olei vero tantum, ut per quinquennium, non solum Urbis usibus, sed & vsibus Italiæ, quæ oleo egere, sufficeret.* Quam liberalitatem postmodum cùm Heliogabalus mifuiffet, inftauravit Alexander Severus, teste Lampridio, *in Vita illius*, *Oleum, quod Severus Populo dederat, quodque Heliogabalus immineras, turpissimis hominibus præfectum annonæ tribuerit, integrum restituit.* Inquis nec Severum, nec verum etiam inftitutæ à Severo liberalitati cumulum adjecit. Paulo pòst, *Addidit & oleum luminibus thermarum: cùm antea non ante auroram* (portùs & *ante nonam*) *paterent & ante Solis occasum clauderentur* &c. Ubi fimul homines negotiosos reddidit usque ad horam diei nonam, permiffis eis etiam poft Solis occasum hærere in balneis. V. Casaubonum præfatum *Not. ad Spartianum & Lampridium*, & plura hic infrà.

Olenus, addit Olaus Magnus, Jovis nutricem, & ab hoc fideribus additam, ex Veteribus docet totamque hanc fabulam erudito Commentario illuftrat Fortun. Licetus *de Gemmis annularibus Schem. 17.*

Olera, à frigidis distinguit Capitolinus *in Maximino*, *Quod satis confiet, sterilibus semper abstinuit, à frigidis prope semper, nisi quum ibi potenâ necessitas esset.* Ubi *frigida* vocat, *leu frigidas*, fub. *herbas*, omnia id genus edulia, quæ crudà eduntur, ut pomma, olerum quædam, oftrea & fimilia. Non enim omnia olera cruda edebantur, fed quædam etiam cocta, quæ propriè fic dicebantur, & à frigidis fic distinguebantur. V. fupra ubi de *Frigidis*.

Oleum, hominibus à Deo *laborum lenimen* datum, ut ait Plut. *in Alexandro*; Iside menstrante illius usum primâ, ut fertur, tefte Zuingero *Theatr. Hum. Vit. pag. 975.* multiplici utilitate fefe commendat, five neceffitatem, five delitias, five fublimiorem ufum confideres. Hinc in Panathenæis, *olei ceremium*, amplissimi præmii loco, victorem accepisse olim, difcimus ex Alexandro Neapolit. *Genial. Dier. lib. 5. cap. 8.* Et quidem, ut de aliis ejus ufibus hoc unum addam, quod Varro ait *Virgil. div. Oleum in lucubrationem seruvimus, quod in asparges tutum legitimè verramus*: ubi geminum illum indigitat, in lucernis & cibis eximium; *Oleum*, in sacris frequens, apud Hebræos. Cùm enim consecratio Pontificis tribus rebus conftaret, Veftitu, Unctione & Sacrificio; veftibus is sacris, quibus in Templo miniftrare mos erat, per dies feptem continuos manè indebatur & vesperi rurfus exuebatur, V. Levit. *cap. 8. versu 7. & seqq.* Unctio quoque per totidem dies fieri folita erat, antequam lacrum *Oleum* amiffum effet: quod femel à Mose, divino juffu, confectum, durasse volunt fere nongentos annos. V. de illius conficiendi ratione Exod. *cap. 30.* Eodem, in inauguratione fua, Sacerdotes quoque vulgares inungebantur. V. Exod. *cap. 29.* & Levit. *cap. 8.* fed hoc diferimine duplici: 1. Quòd omnes & singuli Pontifices, in novi honoris exordio, ungebantur: Sacerdotes autem reliqui, in prima conferatione filiorum Aaronis inuncti & conferati censebantur. 11. Quòd Pontifices *Oleo* in capite perfundebantur, Exodi *cap. 29. versu 7.* conf. Levit. *cap. 8. versu 12.* & *cap. 21. vers. 10.* Sacerdotes autem eo, admixto victimarum fanguine, in facra veste leviter tantùm aspergebantur, Exod. *cap. 29. vers. 7. &c.* Idem videtur fuisse *Oleum*, quo & Reges nonnunquam inaugurati leguntur, quanquam alii diverfum fuiffe velint. Alios enim eo perfundi nefas erat. *Carmen hominis ne eo ungito, aut secundum confectionem ejus ne facitote fimile ei: res sanctas ejt* &c. Exod. *cap. 30. vers. 32, 33.* Sed & inter Reges Pontificesque id quoque diferimini fuit, interalia, quòd Pontifices fingulî in inftitutione facro *Oleo* linerentur, unde *Sacerdotes unêti* appellantur Levit. *cap. 4. vers. 5. cap. 6. vers. 22.* Reges autem non omnes, fed iifolim, qui rebus turbidis & fucceffione, ob tumultus ac feditiones, incerta, in Davidis folium evehebantur: ut in Salomone & Joâ patet, 1. Regum *cap. 1. vers. 39.* 2. Regum *cap. 11. vers. 12. &c.* Hoc autem *Oleo*, Spiritus S. dona defignaffe Deum, & præfigurari voluiffe, divinitatis inhabitationem & diti ffima eharifmata Naturæ humanæ

manæ CHRISTI, in incarnatione ejus, conferenda, diſcimus ex Pſalmo 45 *verſ.* 8. & Johan. *cap.* 3. *verſ.* 34. &c. In Eccleſia Apoſtolica *Oleo* quoque uſum inſignem deprehendimus, Jacobi *cap.* 5. *verſ.* 13. *Aeger eſt animo aliquis inter vos? oret: bono animo eſt aliquis? pſallat. verſ.* 14. *Infirmatur aliquis inter vos? accerſat Presbyteros Eccleſiæ & orent pro eo, ungentes eum* Oleo *in nomine Domini.* Ubi per *Infirmatum* eum intelligunt nonnulli, *cum ani groſſas vitæ deficiunt* feu *moritundum*, confirmant id ex Eccleſiæ Occidentalis ritu, quo maximè talibus Extrema, ut vocant, Unctio, adhiberi ſolet, à Presbytero. In Oriente verò, ubi idem ritus adhibetur, plerumque id non fit ſine Presbyteris ſeptem, ac ſubinde etiam leviter ægris, imò & convaleſcentibus: *Oleum* ipſum Εὐχέλαιον vocant, *Precatiolium*, ob preces unctioni jungendas. Apud utrosque *Oleo* huic vis curandi ægrotos tribuitur, occaſione tum loci præfati, tum Marci *cap.* 6. *verſ.* 13. (ubi de Apoſtolorum cum *Oleo* curandi facultate) ſententiam eam firmantes: Undeplurima hanc in rem de Græcis in *Euchologio* & apud Simeonem Theſſalonicenſem, aliosque Græcos laudatos Petro Arcudio *de Concord. Eccleſ. Orient. & Occid. lib.* 5. ac Jacob. Goaro in *Euchelog. pag.* 408. de Latinis V. Auctores inprimis laudatos Carolo du Freine *Gloſſar.* Et perquam obvia eſt ad S. Marcum & in tractat. de Sacramentis, *Olei* hujus ſancti, utpote ab Epiſcopo, in Occidente, ſed tam à Presbyteris, quam Epiſcopo, in Oriente, conficiendi, ac conſecrandi, apud Communionis Rom. Scriptores, aſſertio, uti & apud Reformatos improbatio non infrequens. Certè apud Hebræos vett. nihil comperimus, de *Oleo* inungendis, ex ritu recepto, ægris ſive moribundis ſive aliis, niſi id quod de claudendis per *Oleum* oculis ſuprà diximus, in hac voce. Jam verò mortuos, in ſepulturam inungi, familiare fuiſſe tam Judæis, quàm Romanis Græcisque, certum eſt: Interim, uti multis aliis, ſic diſciplinâ veteri circa moribundos variante, pro locorum ſeculorumque diſcrimine. Marci verò *c.* 6. Diſcipulis XII. ſingulare hoc donum, inter alia, à Domino conceſſum fuiſſe legimus, ut *ungerent Oleo multos ægros & ſanarent.* Ubi ἤλειφον, eodem ſenſu, quo apud Jacobum ἀσθενεῖ, pro *ægris* uſurpantur, i. perquam imbecillibus & viribus quaſi omnino carentibus: Et Diſcipulorum unctionem, uti apud Jacobum Presbyterorum, ſequitur unctorum ſanitas corporis, quaſi illi omnino non mortem, niſi ut præventendam, ſpectarent. Id quod perquam eſt diverſum, ab unctionis hujusmodi uſu, maximè in Occ. dente, ſic inde derivato. In eo enim vix, ſine mortis, nec præveniendæ, expectatione, ſolet adhiberi. Quomodo verò & quando donum illud ſingulare five ſanandi five inungendi ægros iſtiusmodi nacti fuerint Presbyteri diſperſorum, tempore Jacobi, credentium & non credentium, indagatu non adeò obvium eſt. Quomodo autem extremæ unctionis in Chriſtianismo, ab ea ſolùm, quæ S. Presbyteri ordinati ſunt & Sacerdotes etiam vocantur, adhiberi ſolitæ ritus fundetur, Scriptores Communionis Romanæ paſſim eſtenſum. Certè cùm ait Jacobus, ἀσθενεῖ τις, *accerſat* Presbyteros, Presbyteros videtur qualescunque five ordinatos five vulgares intelligere, inquit Seldenus, adeò ut juniores ſeu vulgi viliores, necdum in ulla Presbyterorum claſſe cenſendos, ob ſingularem rei gravitatem ac diſcenſus animæ celerem expectationem, accerſendos noluerit. Idem advertendum ait, ſtatim verba illa de unctione ſequi, ἀλείψαντες ἔλαῖῳ, ſequi *i. e.* ἐξαναστάσεως: Quæ ratio de mortuo in vicem orationis apud univerſos uſu, poſt orationem & inunctionem memorata, præcipere videtur, quaſi rem totam in peccatorum confeſſione, eaque inter ſe ad invicem & in oratione efficaci, revera conſiſtere voluiſſet. Adeoque aliter locum intelligit, vertitque, quàm vulgò intelligi ac verti ſolet. Nimirum, inquit, ſorſan illud de Presbyteris accerſendis, ſpectavit ad moribundi ſeu pro moriente habito ultimum officium pollinctoribus adhibendum, illud quod in inunctendo corpore, ſub vitæ finem, five verum, five credituum, habebatur. Nec imperativè ſumendum ſortè illud, *Accerſat*, ſed permiſſivè: Etiamſi adeò imbecillis fuerit, ut Presbyteros, i. proximorum ac vicinorum qualescunque amicos graviores & primores aliquot, ad ſe accerſendos voluerit, ut ſecum nimirum orarent & mortuum ex more pollincerent adeoque etiam pro jam mortuo five oculos claudendo, five aliter illum inungerent, nihil minus ἀ ἀεὶ τὸν τέλευτα σίνον ἢ τεθνηκότα, *Precatio ſolet ſal vum fieri*, &c. Seu *pro mortuo habitum*. Namque τὸ τεθνηκὸς utrumque denotare, patet. Et notum, mortuos aliquot ſeu τεθνηκότας, tum inter Prophetas vett. tum inter Chriſtianos primitivos alioſque (ſaltem eos, qui viderentur mortui) in vitam & ſanitatem oratione efficaci fuiſſe reſtitutos; quemadmodum & à S. Petro Tabitham, & à S. Paulo Eutychum, id eſt, à DOMINO per eos refuſcitatos, Actor. *cap.* 9. *verſ.* 40. & *cap.* 20. *verſ.* 10. Cui ſenſui omnino favet illud Jacobi, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος. *Et reſuſcitabit eum Dominus.* Eadem enim vox ἐγείρω, non tardò in N. Fœdere habetur, pro *Mortuum reſuſcitare, evitare*; unde ἔγερσις in Gloſſar. *Reſurrectio.* Simulque etiam cum infirmorum ſanationis dono illo ſingulari, quo Diſcipulos ſuos Chriſtus dignatus eſt, conjungitur ab eo, νεκροὺς ἐγείρετε, *Mortuos excitate*, Matth. *cap.* 10 *verſ.* 8. poſtmodum de reſurrectione mortuorum ſeu pro mortuis habitorum, uſurpatur in ſenſu quidem Scripturæ velut proprio, *Ibid.* 11. *verſ.* 5. *cap.* 14. *verſ.* 2. &c. Et Helychius ἐγερῶ, ἀναζήσω, quod reſurrectionem à mortuis, aut quaſi, denotat. Ira *Orasione* hic *Fidei* etiam mortuus, aut per virium defectum pro mortuo habitus reſuſcitandus. Sanè qui in Presbyteros ſibi Tribuum XII. aut ſingulares inter eos Chriſtianismi Presbyteros, fanationis tunc ejusmodi donum, adeoque in ſe, ex eo quòd Chriſti Diſcipulis ita competiit, derivare fidentius ſolent, pari jure etiam & mortuorum reſuſcitationis facultatem, tum Presbyteris illis, tum ſibi veluterex præſtituto, tribuere poſſent. Et locutionis ejusmodi commutatio, ut, quem ἀδύνατος adeò paucis antè verbis vocaſſet Jacobus, eundem jam τὸν κάμνοντα nuncupet, innuere videtur hoc aliud & gravius quid ſignificare, maximè cùm articulus adjiciatur; *ipſum etiam mortuum* aut pro mortuo & pollinendo planè habitum &c. Hactenus Seldenus, quem vide, *de Synedriis Vet. Hebr. Lib. II. cap.* 8. *§. XI. & ſeqq.* In Eccleſia hodierna Romana *Oleum* triplex conſervatur & benedicitur ſeparatim & diviſim, feriâ quintâ Majoris, ut vocant, Hebdomadæ, *Oleum pro infirmis*, *Oleum ad chriſma* & *Oleum ad catechumenos* ungendor, V. hic infrà: & plura de *Oleo* uſu hic paſſim, inprimis ubi de *Unctionibus* Vett.

Olei facri, in Eccleſia Rom. varia genera, ex Carolo du Freine Gloſſar.

Oleum Benedictum, quod à *Oleum* S. Catharinæ, V. Boëthium in *deſcr. Scotiæ pag.* 6.
Pontificibus aut Viris ſanctitate clariis benedicebatur, & quo fideles ad depellendos morbos aut Dæmonas fugandos ab energumenis, utebantur. V. ſuprà & Hieronymum *Vit. Eſtilarion.* Tertullianum *ad Scapul.* Sulpicium Severum *Dial.* 3. *cap.* 3. Paulinum *Vit. S. Martini &c.*
Oleum Catechumenorum, quo inungebantur, benedicitur feriâ 5. Majoris Hebdomadæ: quæ benedictio & exorciſmus habetur in *Ordine* Rom. V. quoque Durandum *lib.* 6. *cap.* 74. *num.* 21. & *ſeqq.* *num.* 3. & *ſeqq.*
Oleum S. Cruciis, quod à Leontio Exconſule Gregorio M. miſſum, tettatur hic ipſe, *lib.* 7. *ind.* 1. *epiſt.* 35. V. quoque Bedam *de Locis SS.* c. 22.
Oleum Exorciſatum vel *Chriſma* ſeu *Chriſmale oleum*; cujus exorciſmus extat in *Ordine* Rom.
Oleum Infirmorum, ſeu *pro infirmis & energumenis*, quando conficiendum ſit, diximus. Ejus exorciſmus & benedictio ſimiliter habetur in *Ordine* Rom. V. quoque Durandum *lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 3. & *ſeqq.*

Oſſaſtus, ad judicium de metallis faciendis adhibitus, memoratur Ariſtoteli *de Aſtracultis aud.* ubi de poculis Darii, quæ ſolo narium judicio cognoſcebantur, ænea eſſent, an aurea, V. ſuprà, ubi de variis *Aeris* ſpeciebus, item voce *Bataica*. Hinc Trapezitas ac Nummularios, in æſtimanda pecunia, eadem ratione, inter alias complures, uſos eſſe, diſcimus ex Artiano *Diſſertation. Epicteti lib.* 1. *cap.* 20. Ὁ ἀργυρογνώμων σχολάζοντα καὶ δοκιμάζοντα τὸ νομισμάτιον· τῇ ὄψει, τῇ ἁφῇ, τῇ ἀκοῇ· καὶ τελευταῖα τῇ ὀσφρήσει. Ad quem morem veſtitor reſpexiſſe Veſpaſianus Imp. cùm reprehendenti filio Tito, *quòd etiam urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans num odore offenderetur*, apud Suetonium *in eo cap.*3. Cafaubonus *ad l.* V. quoque ſuprà ubi de *Odoribus*.

Olgerdus, Princeps Lithuaniæ, ſeu potius Magnus Dux, ſuc. ceſſit A. C. 1235. Gedimino, qui, quòd ſines Lithuaniæ longiſſimè per Ruſſiam protulit, & à finibus Ruſſiæ usque ad Pontum Euxinum protendit, primus *Dux Magnus Lithuaniæ* appellari meruit. Erat autem Lithuaniæ nomen ante A.C. 1200. fere incognitum & ipſa gens vicinorum jugo preſſa; donec circa A. C. 1252. Mendogus vir militiâ clarus, Principatu ſumto, gentem à finitorum contumeliis vindicavit. Quem eum exceppiſſet complures brevi omnes imperio, tandem Vitenen miles, obtruncato ſuo Domino, Lithuaniam occupavit. Ex Vitenis hujus vidua, Gediminus præfatus genuit *Olgerdum*, ſeu *Olgirdum*, qui deceſſit A. C. 1381. Pater ex Maria Tverenſi (ſiliâ . . . Ducis Tvveræ) Jagellonis & Skirgellonis. Quorum ille, regno Poloniæ per matrimonium potitus, ſumto *Vladiſlai* nomine, Chriſtianam fidem amplexus eſt, primusque omnium Lithuaniam, exterminato Idolorum cultu, ſede Chriſti imbuit: ille, cum Vidoldo patruele, fratrem conjungere cum Polonia Lithuaniam volentem impedit, fruſtraque reluctanti hanc tandem extorſit; quæ proin ſuos reſtituit magnos Duces usque ad A. C. 1501. V. Georg. Hornium *Orb. Imper. pag.* 262. & Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobiliat. Europ. Part. III. pag.* 21.

Olha ſeu Helena, Ruſſorum Semiramis, uxor Rutici, qui primus Ruſſiæ Monarcha & conditor familiæ fuit, quam Beatam vocant: ex eo *Igor*, ſive *Igbor*, quem Cedrenus & alii Græcorum Hiſtorici *Inger* vocant, Regem Ruſſorum, ſuſcepit, hocque intra juventam defuncto, Principatum ipſa rexit. Ei ſuccеſſit Svatoslaus ſed Stoslaus, Græcis *Sphendoſlabus*, qui domitâ Bulgariâ Imperium Ruſſiæ, usque ad Pontum Euxinum & Thraciam, extendit. Poſt quem filius Vladimirus, ſolus frat. i-

bus suis superstes, Russiæ iterum Monarcha factus est A. C. 970. ductúque Annâ Basilii Imp. Cpoli filiâ, religionem Christianam, secundum fidem & cæremonias Græcæ, in Russiam introduxit, A. C. 983. à quo tempore, universa Russia Græcam Religionem adhuc nostra ætate tempora constanter retinuit. Hornius *lib. tit. pag.* 247.

Oligarchia, vitium est Reipublicæ, quo Imperium ad utilitatem paucorum, divitum scilicet, omnia conferr: In hoc degenerat quandoque Aristocratia, in quâ Respublica à viris seu undùm electionem justissimis atque prudentissimis æqualiter administratur. Sic apud Romanos olim, Aristocratia Consulum, Tribunorum militarium Consulari potestate & Decemvirorum legibus scribendis: sub Triumvirorum Reip. constituendæ imperio, in *Oligarchiam* degeneravit. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 7. *cap.* 1. Athenis quoque, cùm cives in tria genera divisi essent, Diacrios, seu τῶν ἐξ ἀστεως, qui in superiore Urbis parte; Pediæos, qui in planitie & Paralios, qui propiùs mari habitabant: orta de Regimine lite, Diacriis ad Democratiam inclinantibus, Pedæi *Oligarchiæ* studerunt; inter quos med am tenuere viam Paralii: quo factum, ut Solone arbitro electo, universi cives postea distinguerentur in Pentacosiomedimnos, Equites, Zeugitas & Thetas seu capite censos: è quibus trium priorum classium ordines, ad regimen, sine discrimine, admissi sunt, ultimis exclusis & ad manuaria opera abjectis, Plut. *in Solone.* V. quoque Franc. Rosla um *Archæol. attic. lib.* 1. *cap.* 4.

Olina, Gallarum, in diœcesi Caducensi, memoratum Petro Monacho *Fellor. Addipondy cap.* 7. vulgò nunc *l'Olmie*, articulo cum nomine loci conjuncto. Ibi Balduinus, frater Comitis Tolosani Raimundi; fraude suorum captus & frastris subito de arbore suspensus est. Guilielmus de Podio Laurentii *lib. de bello Albig. cap.* 23. nuncupat cattrum *Olivam*, & in *parvibus Aginnensibus*, id est, in pago Aginnensi, illud ponit. Hadr. Valesius *Not. Galliæ.*

Ollis, adde, V. Hadr. Valesium *Not. Gall.*

Oliva, fructus olex, qui an naturalis sit, Bartolus disputat in *l. si ego funali ff. de rei vendit.* Laudatissima in agro Piceno, indigitatur Martiali *lib.* 1. *Epigramm.* 44.

Rustica lætantes nec mista fiscina metas,
Nec de Picenis venit oliva cadis.

Inchoabat, apud Romanos, finiebatque dapes. Idem *lib.* 13. *Epigr.* 36.

Hæc quæ Picenis venit fabulata trapetis,
Inchoat, at nudam finit oliva dapem.

Illud ad irritandum stomachum, istud ad tollendum fastidium &c. Aliquando idem cum *Olea*. Inter festa Copitatum seu Ægyptiorum Christianorum majora septem, enumerata à Scriptore perinsigni Mahumedano Aulaibsan Achmed Calcasendio, quem penes se MS. habere ait Seldenus, primum Festum *Annunciationis*, secundum *Olivæ* seu *Olivarum* fuit, ubi addit Calcasendius, *Atque hoc est festum Alshainanin*; Raphalengius habet *Festum*, neque aliter explicat. Golius ex Camuso, *Festum Palmarum*. Addit Calcasendius, *Et interpretatio ejus Arabice est laudatio.* Et tunc celebrant illud, *in die bolle pofremo ejusdi mensis* seu Quadragesimæ. Nempe omnino *Dominica in Ramis Palmarum* seu *in Palmis* innuitur, quæ celebratur in Ecclesia utraque, Dominicâ Pascha proximè præcedente, in memoriam Adventûs Domini nostri Hierosolymam, quo audito *acceperunt ramos palmarum & prodierunt ei obviam, atque clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex ille Israelis.* Joh. cap. 12. *vers.* 13. Et certè subjicio non levis est, vocem illam *Alshainanin* corruptam esse ab Hebræo הוֹשַׁעְנָא *Hushannah*, *amen*, quod clamabant ramos gestantes, unde etiam festum ipsum de nomine appellatum: Syro quoque titulus lectionis, ex Evangelio, *Palmarum, Dominica est* ☧ *Hosanna.* Accedit, quòd *Laudationem*, quo nomine vocem Festi Arabicè interpretatur Calcasendius, in Ægypto pro *Hosbanna* usurpatam videmus, apud Nonnum Panopolitanum seu Ægyptium, qui in loco illo Johannis vocem εὐλογημένος substituit. Arabes etiam festum illud بعد ☧ *Baium* nuncupant, & à Chaldaico שַׁבְּעִין, ut putat Golius *Lexic. col.* 1131. quod *ramos & frondes* notat, deducunt. Quemadmodum in Græcauica Eccl sia vocatur ἡ Κυριακὴ τῶν βαΐων, *Dominica Ramorum*, in *Euchologio. fol.* 241. 1. & Βαιοφόροι, *dies in quo Rami gestantur*, Edit. Jac. Goar. *pag.* 744. Ac, ubi Johannes Evang. habet τὰ βαΐα ☧ βαΐων, *rami palmarum* five *palmarum*, Matthæus generatim meminit κλάδων ☧ δένδρων, *ramorum arborum*, five palmarum, *Olivarum* aliarumve, *cap.* 21. *vers.* 8. Sed de *Hosbanna* & τὰ βαΐα, si plura velis, vide Angelum Caninium *in loca Nov. Testam. cap.* 4. & IC. Cafaubonum *Exercit. 16. §.* 2. Et in Liturgiis Romanis nunc *Palmæ* folim hoc festo inde memorantur, nunc *Palmæ* simul & *Olivarum rami*, nunc tantùm *Olivæ*, nunc *Rami palmæ & olivarum*, nunc *Olivæ cæteraque arborum rami*, nunc *Palmæ* seu *Olivæ*, nunc *Rami arborum*. Atque inde Durandus *Rational. lib. cap.* 67. §. 16. *Dicitur etiam altiùs*, ait, *Dominica Olivarum* (ut hîc apud Calcasendium) *quia rami* Olivæ *portantur, quod fit ad repræsentandum filios Israel, qui cum ramis palmarum & Olivarum venienti Domino obviam exierunt.* Hierosolymam viz. paulo ante Paschatem accedenti. Ubi veò nec palmæ, nec *Olivæ* fuerint, ramuli falicum florentes, ut apud Anglos alibique, festo in illo adhibiti, vel myrtei, ut apud Græcos, Georg. Phranzes *lib.* 2. *cap.* 4. vel buxei, ut apud Gallos, teste Ang. Cannio *in loca Nov. Testam. cap.* 4. Scilicet, ut Hosbanna è Festo Scenopegiarum autumnali in vernum hoc translatum est, ita & rami seu furculi in eo gestandi alii, præter palmam, juxta Legem sacram de Festo illo, Levitici *cap* 23. *vers.* 40. & ulum Judaicum, Nehem. *cap.* 8. *v.* 15. &c. Joh. Seldenus *de Synedriis vet. Hebræor. lib. Hierog. cap.* 9. V. quoque infrà, in voce *Osiana*, item in *Palma*. Cæterùm *olivæ* aliisque ramis vinctis olim apud Lacedæmonios, qui pro patriis occubu. re, Ælianus *Var. Histor. lib.* 6. contra olivæ foliis Syracusii inscribebant petalismo damnandos, quo de infrà. Sed & Vett. in hydriam solium *olivæ* conjecientes, id *Mercurium* vocabant, illudque in Dei hujus honorem primum eximebant, Κῆρυξ Ἑρμῆς nuncupantes: alterâ sorte ejus exsitente, qui Mercurium sequebatur, & quo lusu, Suidam. *Alb. Olivæ*, mola *Olivaria*, cujus ut & præli, mentio fit in *l.* 21. *de infirm. vel infirmam. legat.* apud Joh. Calvinum *Lex Jurid.*

Olivares, adde: Est autem Comitum *de Olivares* Familia ramosa Guzmannæ in Bætica florentissimæ stirpis, in qua excl. lunt Duces *de Medina Sidonia*, derivati ab Alfonso Perczio *de Guzman* Bono, à Mauris cædo A. C. 1347. Hujus nepos Joh. Alfonsus, primus *Com. de Niebla* fuit Comes, per matrimonium filium Henricum Joh. Alfonsum, primum Ducem Methymnæ Sidoniæ genuit: à cujus fratre Alfonso Domini de *Torralva* & de *Ugena* oriuntur; Sicut ab Henrico filio Ducalis dignitas hujusdique superstes, est propagata. Eidem stirpi accensendus est ramus Comitum *de Olivares*, à Petro Henrici, Alfonsi ac Joh. Alfonsi Ducum fratre protrufus, cujus ratio hæc est. Johannes Alfonsius *de Guzman*, Com. *de Niebla* D. *de Medina Sidonia*, ex Isabella *de Meneses* genuit Henricum Guzmannum Duc. Methymnæ Sidoniæ quo & Eleonora Ribera Mendoziâ (fil. Perafani *de Ribera* Com. *de los Molares*) genitus Johannes Clarus Guzmanus Dux Methymn. Sidon. suscepit ex Leonora *de Zuniga* Petrum *de Guzman* Com. *de Olivares*, marit.m Francifcæ *de Ribera Nieto* (Lupo *de Conchillos* Carolo V. Imper. à secretis genitæ) & ex ea patrem Henrici Comitis: cui Maria Pimentellia *de Fonseca* (fil. Hieronymi *de Azevedo* & *Zuniga* Com. *de Monterey*) peperit Cæsarum *de Guzman* Com. *de Olivares* & Ducem, maritum Agnetis (fil. Cæsari *de Azebedo* & *Zuniga* Com. *de Monterrey*) Francifcam, uxorem Didaci Lopezii *de Haro* & *Sotomayor* March. *del Carpio*, Agnetem Alvaro Henricio *de Almansa* March. *de Alcannices* & Leonoram Mariam, Emanueli *de Azebedo* & *Zuniga* Com. *de Monterrey*, nuptas &c. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part II. pag.* 51.

Olivier Malmesburius, adde: Malleis *Olivarius*. Composuit librum *de Signis Planetarum* ; uti & alterum, *de Astrologorum dogmatibus*. Nimis vanæ Astrologorum curiositati deditum fuisse, colligas ex iis, quæ refert Jo. Pitseus.

Olla, inter ritus olim nuptiales. Postridie namque nuptias rum, in oppido Leptæ, moris fuisse legimus, ut ad sonum Sponia mitteret *ollam* petitum, roganti respondenteret familiares, neque habere sese, & si haberent, non esse daturos. Quo jam inde fermento sactus (difficiles enim magna ex parte sunt) moribus assuefieret. J. C. Scaliger *Poetices lib.* 3. *cap.* 101. Sed & in Dedicationibus ararum, statuarum Deorum &c. qui manu tenaciore, nec victimas hostias que sumtuosiores, offerebant, χύτρους i. *ollas*, adhibebant, more solennis à mulieribus super capita circumferendas in ἀρρηφορίοις seu leguminum, omnigenum olixorum mixtio, unde libatio fieret ἀφὴ ἐμμέλειος, *Diis dedicatis*, eucharistica & propitiatoria : χαριστικὰ τῶν θεοῖς ἀνιέντες, *eucharistica, primi victimæ nomine*, ut loquitur Scholiastes *Aristoph. Plut. act.* 3. *sc.* 3. Unde ex Aristophanis *Danaidibus*, quæ perierunt, dem hoc distichon affert,

Μαζῶνομεῦμ᾽ ὑγιὲς᾽ Ἔχειν χύτρους,
Ἵνα᾽ αὖ᾽ ὁ βωμὸς ὦν᾽ ὑγιὲς πάλι,
Tessor autem Jovis Herculi ollas,
Quibus ara hæc dedicata est olim.

Mulieres autem, quæ olæ hoc modo dedicabant, vestes habebant versicolores. Idem Comicus *Plut. act.* 1. ubi de hoc ritu,

— Τρέφει δ᾽ ὑφὲν αὐτὴν ποικίλα.
Habens vero eam vestimenti ipsa versicolores vestes, &c.

Atque hoc velut originem, spectat id quod receptum erat de eo jusmodi sacrificio in χύτροις, quod festum erat, χύτρα itidem dictum, die 13. Anthesterionis menfis quotannis celebratum, i. die tertio Anthisteriorum, post Pithœgia & Choas. Refert enim Theopompus Scholiastes ille *ibidem*, fervatos è diluvio Deucalionæo elixasse *ollas πανσπερμίας*, unde festi nomen & sacrificasse Mercurio Terrestri, Athenienses. Scilicet, ut ob leguminà atque fructus omnivodos, primæ post cataclysmum ratio, ni victus inservientes, eucharistica quotannis, in festo illo τῶν χυτρῶν *Ollarum*, Bacchо Disique alisque peragebantur : ita etiam in libationibus ex *ollis* leguminum plenis & dedicationibus sic adhibitis,

adhibitis, gratiæ ob primum illum victum agi consuevere &c. V. Joh. Seldenum de Synedriis Vet. Ebræorum lib. 3 cap. 13. & supra, ubi de Dedicandi ritu. Imò & in Ollis, cineres olim reconditi, sicut in urnis, cacabis, urceis, ampullis, ampho-is, cupis, orcis & aliis hujusmodi vasculis; apud Romanos viz. qui cadavera cremabant. At more Græcorum, qui ea servabant integra, ea vasa paranda fuere mortuis condendis, quæ ad modulum corporis facta essent, ac totum cadaver, quàm longum erat, recipere possent. Custumebat etiam olim, limites, arcæ, folia, lecti & familia. Unde ὠσίλον, quo defuncti condebantur apud Græcos, Latini reddidere solium, à similitudine solii seu alvei, in quo lavabantur, quemadmodum de alveo, in quo Cyri sepulchrum jacebat, vocem hanc interpretatur Curtius, V. quoque Plinium lib. 35. cap. 12. & plura hanc in rem, apud Salmasium ad Solinum pag. 1204. ut & supra passim. Sed & in expositione infantum, olla vium ultus fuit, uti videtur supra &c.

Olla Extares, apud Livium lib. 21. cap. 16. *Graecho — sacrificanti, triste prodigium factum est, ad exta, sacrificio perperam admotas duo ex occulto allapsi, edere jecur — id quum aruspicum monitu sacrificium insanuerator, atque intentius extares ollæ servarentur, iterum atque iterum venisse tradunt, illatoq; jecinore intestinos angues abisse:* Sunt *Ollæ*, in quibus exta coquebantur. Idem lib. 41. *ipsam aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, jussisse.* Cujusmodi *ollarum* Arnobius quoque meminit & Varro de L. L. lib. 4. *Exta sunt, quæ in sacrificio exta in olla, non in verua, coquuntur.* Plautus item *Rudente.* Sed & exior illiusmodi *olla*, in Glossa rio &c. V. Joh. Fridericum Gronovium ad Livium d. l. ut & supra, ubi de *Exta.*

Olmeius, inter fluvios Musis dicatos, memoratur Statio *Thebaid. lib. 7. versu* 284.

——— *tuque ô Permessæ canoris,*

Et, felix Olmie, *vadis*

Uti vulgò habetur, sed *Olmeje* legi vult Barthius, ex Strabone *lib. 9.* Καὶ ὁ Περμησσὸς τε καὶ ὁ Ὄλμειὸς ὧν ὕδωρ ἐπιτηδειότατον ποιεῖν ἀλκυόνι τὰ τῶν αὐτῶν τικτόντων λεγόμενα, τῶν κυκνῶν. *Et Permessus Holmejusque ex Helione defendentes confluunt, atq; in lacum Copaidem exonerantur.* Cujus nec Pausaniam meminisse, nec Plinium, nec Vibium Sequestrum, aliosque id genus talium Recentiores, miratur idem, & vocem restituit, apud Boccatium *de Fluminib. Olmejus* (vulgò *Ormigno* legitur) *Pocilis sacer, cygnis abundans, Boeotiæ proximus.* V. cum *Aninad versionibus ad Stationem d. l.* ut & in voce *Olmius.*

Olmia, mel *Eldmia*, urbs Ciliciæ Trachiæ, postea *Selencia* dicta. Plinius *lib. 5. cap. 27. Seleucia supra amnem Calycadnum Trachiotis cognominæ, à mari vetata, ubi occubuit Holmia.* Ὄλμιος & Ὀλμίον alii vocarunt. Stephanus, Ὀλμία πόλις τραχείας Κιλικίας, ἣν ὕστερον ὠνόμασαν Σελεύκειαν, *Holmi, urbs Ciliciæ asperæ, ubi prius habitabam Seleucidæ dicti jam.* Condita nempe Seleucia qui *Olmos* habitabant, in eam migrare jussi sunt. Strabo, unde Stephanus accepit, ἐπὶ Ὀλμείᾳ τῇ νῦν Σελευκείᾳ, ἐλθόντων δὲ ἐκεῖ τῶν Καλυκαδνίων ἐξέλειπεν ὀνομασθεῖσα. Hoc est, quod ait Plinius, *à mari vetatam esse Seleuciam, ubi occubuit Holmia.* Eandem cum *Olbia* imperitè confundit Stephanus, ubi scribit, Seleuciam Trachiam prius nominatam esse *Olbiam.* Iterumque erat, quando Ὀλβίαν Pamphyliæ eandem videri vult cum Olba Solymorum Ciliciæ. Non rectè etiam Plinius, qui *Holmon* ab *Eldmia* videtur facere diversos, his verbis: *Mox flumen Calycadnus, promunturium Sarpedon: Oppida Olmi, Myle, promunturium & oppidum Veneris.* Sed & *Hyriam* vocatam esse, hanc Seleuciam Trachiam Ciliciæ, idem Stephanus refert, in voce Ὑρία. V. Salmasium ad Solinum pag. 619. & 620. ut & in voce *Olmoe.*

Olobera Vesles, in *rubr. de vestib. olob. l. 11.* Cod. legit Brissonius, ubi nonnulli malè *Holofericas* substituunt. Vel etiam *Olobara*, à Græco Ὀλοβαρὴς, quòd omni ex parte textura, conchylii mira re, infecta & conchylio foliata esset: quod *l. 4.* ejus Tit. perspicuè comprobat. Etiam *Oloforas* legimus in *Glossis MSS.* apud Car. du Fresne, *Oloforia, vestis purpurea*: & apud Papiam, *Oloforia, vestis tota ex purpura.* Ex Isidoro *lib. 19. cap. 22.* quippe, ut auctor est Salmasius *in Observat. ad Jus Aticum*, pro *Holopaphyra*, tota ex *purpura*, in *MSS.* legitur *Oloforia*: unde alia nominis ratio. Anastasius in *vitis PP. pag. 34. Pallia olobera blattea.* Ubi editor monet, in aliquot Codd. legi, *Olofora, blattea.* V. supra, voce *Heloreus* & prælatum Salmas. *Notis ad Pollionem in Claudio.*

Oloplyrmus, ex Græco ὁλόπυρμος, inter Poëmata est, quæ à lugentibus aut alia qua fortunâ mœstis canebantur: quemadmodum quæ ad rogum dicebantur, *Nænia*; quæ ad tumulum, *Epitaphia*; quæ in exequiis, cùm justa persolverentur, *Epicedia*, sunt appellatæ. J. C. *Scaliger Poetices lib. 1. cap. 50.* ubi de *Threnis* &c.

Olor, ab ὄλος Græco, *canor*, an ab Hebr. הלל *cecinit, laudavit?* Avis canora est, inprimis cùm fuerit proxima,

Cantator cygnus funeris ipse sui,

ut Martialis habet, & plurimi Vet. testantur, qua de re alibi. Ansere major, carnisque hinc durioris, præfertim cùm grandior natu est. Lautioribus nihilominus conviviis infertur, fed pompæ potiùs gratia. Nec olim epulis abfuit, teste Athenæo *lib. 9.* quo fine faginari consueviſſe, oculis prius consutis, legas apud Plut. *lib. 2. de eju carn.* Candore insignis, sicut nigredine corvus: quem utrumque colorem *Apollo* his *astibus*, utpote *præsidibus ambos, condonatis*, Appulejus ait *de Deo Socr.* Robore pollens, unde & cum aquilis nonnunquam ipsis res est. Ceterùm, licèt alias minimè carnivora, tantoperè tamen adversùs congeneres aves irascundiæ impatiens, ut olor olorem devoret & absumat: quam ob causam inter immunidas hæc avis videtur Vossio relata, Levit. *cap. 11. versib.* 8. &c. V. cum de *origi. & progr. Idolol. lib. 3. cap. 80.* 84. & 93. ubi inter alia & de amore ejus erga puerum Amphilochium, patriâ Olenium: plura verò hanc in rem diximus jam suprà, voce *Cygnus.*

Olsna, urbs Germaniæ, in Silesia, cum tit. Ducatus, quem Lignicii atque Vratislavienses Piastæ profapiæ Principes, ad Henricum usque Probum, possedere. Ejus hæreditate Henricum Crassum, eadem familia ortum, adeoque agnationis jure potiorem, Conradus III. è Glogovienſi domo depulit, fupremo, ut jactitabat, Probi mandatis innixus. In Bohemorum demùm clientelam concessit A. C. 1329. quam tum velut agmine facto cunctí fere Silesiæ Duces, spreto Polono, fubierant, sed Conradi è posteris Conradus Albus, Matthiam Bohemiæ Regem fibi minùs æquum expertus, avitas terras Saxoni obtulit emendas: cui contractui intercedens Matthias, foluto pretio, à Saxone pacto, eas ibi comparavit. A. C. 1475. Conrado tamen, ut vice Regis præeſſet, concesso. Qui à regni pullus A. C. 1489. partes Joannis Sagan enſis, bello Glogovienſi, eum fectatum crimina imbuit, mortuo Rege A°C. 1491. Ducatum recepit. At, postquam is mortalitati concessit, Vladislaus 1. 99. post annos, à quo ad Glogovienſes is primùm pervenerat, Regno vindicavit, non multo pòst Henrico, Georgii Podiebradii R. Antecessoris sui filio, in vicem Podiebradiæ Dynastiæ, permissum, qui etiam cum fratre Victorino, Munsterbergenſem Ducatum jam A. C. 1462. Friderici III. Imp. domum acceperat, operâ illius à civium obsidione Viennæ liberati. Cujus progenie, in abnepote Carolo Friderico, non ádeò dudum fublatâ, terra hæc Sylvio Nimrodi Duci Wirtenbergico, Julii Friderici filio, obtigit, jure uxoris Mariæ Elisabethæ, Caroli Friderici filiæ, cui successionis beneficium Imperator contulerat. Tob. Pfanners de præcip. Germaniæ Principum gentilibus cap. 7. V. etiam suprà, ubi hanc in rem plura attulimus, in voce *Oels.*

Olus, inter hortenses Ægyptiorum Deos: Pythagorarum esca fuit, Plauto *in Captivi*, *Cana terrestris*, Horatio *Epod. od. 2. Dapes inemptæ.* Juvenali *Sat. 3.*

Vive bidentis amans & culti villicus horti,
Unde epulum possit certum dare Pythagoræ.

Et *Sat. 15.*

Pythagoras cunctis animantibus abstinuit, qui
Tanquam homine & ventri indulsit non omne legumen.

V. Laërtium *lib. 8.* Multi enim Antiquorum, ut Quinilianus *Declam. 13. ait*, tradiderunt, illi Pythoforum genus omnibus epulis per mortem paratis abstinuiſſe. Quos imitatores animibus non vesci in communione Romana Carmelitas, sanctioris ac religiosioris vitæ causâ, docet Polydorus Virgilius *de Inv. Rer. lib. 7. cap. 3.* Sed *opinionem hanc veterem falsam* vocat A. Gellius *lib. 4. cap. 11.* Callimacho & Cicerone in partes vocatis. Plutarchus quoque *lib. 1. de Homero*, Aristotelem scripsit eadem de Pythagoræis memoriæ mandalle, quòd viz. non edundis animalibus in genere, sed pauca tantum carne quadam abstinuerint. Quæ utut le habeant, certum tamen est Ægyptios, à quibus omnia fere Pythagoras hausit, certis quibusdam cibis, præcipuè carne, fed & *Oleribus*, abstinuiſſe. Juvenalis *Satyra 15.*

——— *Lanatis animalibus abstinet omnis*
Mensa, nefas illic fœtum jugulare capellæ.

Sacerdotes inprimis & facris initiati, qui, inanimis cibis acquiescere, partem religionis durere. Quos Brachmanes, apud Indos: Essenos, inter Hebræos, aliique fimi Gymnosophistæ, Harmion *Philof. lib. 7. cap. 12.* Magos verò *oleribus* solis & farinâ vesci folitos, Cœl. habet Rhodig. *lib. 13. cap. 25. &c.* De *Olerum* speciebus passim.

Olybius, prænom. Maximus, virinsignis, sed lucernâ, in ejus monumento reperta, celebrior. Ita enim de illo Bernardinus Scardeonius, *de Antiquit. Urbis Patavinæ*: *Quis*, inquit, *sanè mentis Maximum Olybium commemorandum hic esse neges, atque à nobis inter Patavinos confundum? Quem conflat, fuisse Virum maximæ præstantiæ, & summo ingenio præditum, quamobrem tam admirabili arte lucernam concinnaverit, ut perpetuo fulgore lucens, mille & quingentos annos plus minus, Plutonis dicata, sub terram accensa remanserit: Nam annum circiter 1500. noſtræ salutis, juxta Aletem, municipium Patavinum, dum foderetur à rusticis terra sublio altius, reperta est urna fictilis, & in ea altera urnula, in qua erat Lucerna adhuc ardens, inter duas ampullas, quarum altera erat aurea, altera argentea, pulvisculo quodam liquore plenas*, &c. Paulo pòst utriusque urnæ Inscriptiones recenset: & quidem in majori hi versus legebantur,

Plutoni. Sacrum. Annius. Ne. Attinqve. Furei.
Ignotum. Est. Vobis. Hoc. Quod. In. Orbe. Latet.

Namque. Elementa. Gravi. Clausis. Digesta. Labore.
Vase. Sub. Hoc. Modico. Maximus. Olybius.
Assis. Facundo. Cuspis. Sibi. Copia. Cornu.
Ne. Tanti. Precium. Depereat. Laudis.

In altera minori;

Abite. Hinc. Pestimi. Furet.
Vos. Quid. Vultis. Vestris. Cum. Oculis. Emissitis.
Abite. Hinc. Vestro. Cum. Mercurio.
Petasato. Caduceatoq.
Donum. Hoc. Maximum. Maximus Olybius.
Plutoni. Sacrum. Facit.

De quorum verborum sensu, magna animorum contentione decertarunt hactenus Eruditi. Franc. Maturantius Perusinus *Epist. ad Aristobulum*, Chymiæ Artis elementa & materiam omnium, his ampullis claufam fuisse, statuit; cui Hermolaus Barbarus affentiebatur præbet, aliisque quamplurimi. Alii verò, *Olybium* hunc, Virum inter Ethnicos sapientissimum, novum hoc monumenti genus, à nemine antea conditum, & posteris vix imitabile, sibi condidisse; in quo pulcherrima quadam Metaphora æterni luminis, & aurei argenteique liquoris, quidnam in sepulchris maneat opinantur Veteres, insinuare voluerit, contendunt. Nimirum Animam rationalem, cujus duæ post hominis obitum superfunt illæsæ facultates, Intellectus atque Voluntas, quarum illa pulchre argenteo latice repræsentatur, hæc aureo liquore; ipsarumque post mortem hominis æterna operatio lumine perpetuo Jychni incombustibilis Acc. V. hac de re pluribus disserentem Fortun. Licetum *de Lucernis Antiquorum passim, Inprimis verò lib.* 1. *cap.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 12.

Olympias, Ipsitium quinque &c. adde: Idem Clar. docet Gronovius, qui *Olympiadem* & Græcis & Latinis dictam esse pro tempore quinquennii, quum revera tantummodo quatuor annos complecteretur, ait. Sic contrà, quinque anni pro *Olympiade*; Seneca; *Quinta cùm fœtum re vocavit æstas.*

Nimirum idem annus quintus prioris, & primus incipientis *Olympiadis* fuit. Sic notum ex instituto Cæsaris, quartum quemque annum bissextilem esse. Id *Instrum* dicit Ovidius, quæ vox Romanis propriè quinque annos solidos significat, sine respectu præcedentis lustri.

Hic anni modus est, in Lustrum accedere debet,
Quo consummeuur partibus una dies.

Ubi in *Lustrum*, est in quinque annos, in quintum quemque annum, revera autem quartum est. V. Anton. Thysium, *Notis in A. Gellium lib.* 3. *cap.* 10. Nonnulli annorum quatuor & dimidii, mensium autem Lunarium 50. fuisse dicunt. Vossius Græcos, ut annum Lunarem ad cursum Solis componerent, alternis biennis nunc 22. nunc 23 dies intercalasse, quoque anno diorum 23. fieret intercalatio, facta latiore Olympiade celebrata fuisse, quinto viz. quolibet anno, non quidem absoluto, sed inchoante, cùm *Olympias* omnis fuerit interjecta inter Lunares duas Συζυγίας sive Conjunctiones, asserit. Et quidem primum quadriennii mensem à Novilunio initium cepisse, lados autem incepisse Lunâ 15. peracto Novilunio, addit, *de Scientiis Mathem. cap.* 32. *num.* 2. Inchoat autem Varro Historicum tempus ab initio *Olympiadum*, sive ab anno Periodi Julianæ 3938. quo eas, ab Hercule quondam institutas ac multis intermissas fœculis, Iphitus, Praxionidæ filius, instauravit annis ab excidio Trojæ 406. Enantipse fic hi ludi vere temporum custos, cumque Atticis Archontibus constituisse probant: unde à Græcis duo ista, quis *Olympionices*, & quis *Archon* extiterit, annotari fuisse solita, legimus. Per easdem Ethelredum quoque Anglo-Saxonum Regem Regni tui annos computasse, refert Henr. Spelmannus *Glossario Archæol.* ex Charta quadam, in qua hæc extant: *Confirmior signo S. Crucis, subscripsi in Olympiade quarta Regni mei*: id est, ut ex Synchronis Scriptoribus colligitur, anno regni ejus 16. Dom. nostri Jesu Christi 994. vel hunc circiter.

Olympias, in quibusdam regionibus dictus est ventus, qui aliàs *Argestes*. Auctor *libri de Mundo*, Ἀργέστης δὲτὸ ἐπιγαῖος δύνειν, οἱ τινες καλοῦσι Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Ἱππίαν. *Argestes ab occasu æstivo, quem quidam vocant* Olympiam, *alii* Hippiam. Aristoteles, οἱ καλοῦσι οἱ μὲν Ἀργέσταν, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Σκίρωνα, *quem appellant alii Argestem, alii* Olympiam, *alii Scironem* &c. Nempe à loco clariori, *Olympias* dicebatur, ut habet Plinius, quòd eodem monte flatus ejus percipereturi: quemadmodum idem, *Japyx*; dictus est, à regione Japygia, è cujus sinu rectà in Calabriam ferebatur. V. Salmasium *Op. citato pag.* 1357.

Olympii Ludi, V. in voce *Olympia*, & infrà ubi de *Olympiciis*.

Olympii Dii, propriè dicti sunt XII. Dii, quorum ara Athenis extabat, de qua legimus apud Plutarchum in *Vita* Demosthenis, Καῖδε δὲ ἐκεῖνο πλεῖον ἢ σοφιστικώτατος τὸ βωμὸς ἢ δύδεκα θεῶν, τῶν Πελοποννησίων κτισμάτων, Vi supra in voce *Dodecim*. His decimum tertium se addi voluit Alexander M. scriptis ad Græcos literis; post victum Darium & totam ditionem Persiam in suam potestatem redactam, clarior. Unde Ælianus *Variar. lib.* 5. τὸν δὲ Ἀλέξανδρον νόμῳ φῆσι Ὀλυμπίοις, *Alexandrum autem inter* Olympios *retulit*. Id enim moris habuerunt Græci, ut, quos in Deorum numerum referrent, τῶν Ὀλυμπίων παιδίσιν, *Olympiorum assessores*, vocarent, & quasi Patres conscriptos Deorum concilii facerent. Uti alicubi Lucianus Hephæstionem, ab Alexandro συνέδρου τῶν ἐν Ὀλυμπίῳ θεῶν nuncupat, *Deificatum assessorem Olymporum* &c. Salmasius *ad Æl. Lampridium in Alexandro Severo.*

Olympionicæ, qui ludis *Olympiciis* victoriam retulere, cùm Patriæ luæ ingens hoc pacto decus conciliarent, longe inhonore habiti sunt, apud Athenienses inprimis vel magno Reip. luæ impendio ac fumtu, ut lege eum coërcendum censuerit Solon, teste Diogene *in ejus vita*. Lex fuit: Τῷ Ὀλυμπίασι νικήσαντι ἢ πυγμάχῃ παίδων ἢ ἀνδρῶν, Olympionicæ *quingenæ* Drachmæ *dentur*, V. Plut. *in Solone*. Verùm non diu obtinuit, cùm tonge post *Olympionicæ* publicè fint excepti in Prytaneo: Unde Callisthenes apud Plut. *in Aristide*, de Polycrita Lysimachi filia, Καὶ γαῦτη, inquit, σίτησιν ἔτεσι τὸ τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἔθνος ἐψηφίσθη. Et Antiphanes Poeta Comicus,

Τίνος γὰρ ἕνεκ' ἐγὼ ταῦτα τ' Ὀλύμπια
Νικῶν ἐδίωκον, χρυσέαν τ' ἴτυνα,
Σίτησιν. Οὐ γὰρ μὴ τίθυται συμβολαί,
Περίπατοι τ' ἀεὶ πάσῃ ἀφυγαρεῖ;

Itaque, ut ad equum admittentur, symbola ridem faciebant, & niceteria de collo gestabant, juvenalis,

Rusticus ille tunc fumis trechedipna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.

Fuisse autem has συνόδους quotidianas, innuere videtur Ælianus ἀπὸ ἔφων ἰδιωτικῶν. *lib.* 6. *cap.* 49. in historia muli illius vetuli, qui juniores ac robustiores ad vecturam comitabatur, atque adeò, qui poterat, cohortabatur, cùm ædem Minervæ Athenienses conderent. Ab eodem Sole ne relquis quoque Hieronicis honorarium, sed minus, constitutum fuisse, patet ex lege, quâ Isthmionicis (qui tamen infra dignitatem Pythionicarum quoque ac Nemeonicarum, nedum *Olympionicarum* fuere) centum de publico drachmas dari voluit. Græcos imitati Imperatores Romani, præmia illa, Isolastica ex certaminibus similiter constituerunt, ut ex amœbæis Plinii Trajanique epistolis discimus, ubi, interalia, Isolastican Imperator inepere voluit, quum quis in patriam fuum ἀνελκυστὴν, *invectus est*. Quin etiam, qui tribus coronis erant ornati, civilium munerum vacationem obtinebant, excusabantur à tutelis neque ulli nonbantur infamiâ. V. Sam. Petitum *Commentar. in Leges Atticas lib.* 1. *tit.* 1. *pag.* 59. & *seqq.* Porro, iidem *Olympionicæ* nonnunquam monetam fignandi jus accepere, quod de Anaxila Rhegino tradit Pollux *lib.* 9. *cap.* 12. Lacedæmone locus iis fepositus est in ordinibus, & ordine dispositi circa ipsum Regem pugnabant, Plut. *Sympos.* 2. *Problem.* 5. Iisdem jus afyli concessum, & vestis ἀσύλου, *florida* feu palmata, quâ à cæteris distinguerentur, Lucianus *Demon*. Statuæ quoque erectæ; ex eorum tamen numero Dares exercitium lecti, aliàs; privilegia inducta, quæ illos tantùm non *Heroibus*, *Dits æquales*, redderent. Imò quod nunquam ab quæsita adulatione ipsi Principibus Romanis tributum, quibus *honor Deûm non aut habebatur*, *quam agere inter homines desissent*, Tacitus *Annal. lib.* 15. Euthymius pycta, semper Olympiæ victor, & semel victus, *sicut mortale fastigium egressus, confestatus est vivus sentiendo*, Plin. *lib.* 7. *cap.* 47. Unde *Olympionicarum* vitam beatissimam judicans Socrates apud Platonem, de civitatis fuæ, in historis, quam animo formabat, finciolis ait, *Omnibus igitur his difficultatibus liberati vitam agent felici illi Olympionicarum vitæ beatiorem*, *de Republ. lib.* 5. V. de iis, ut & de *Ludis Olympiciis* plura, erudito labore congesta, à Car. Paschalio *Coronarum lib.* 6. *cap.* 1. *usque ad cap.* 25. Addam saltem prædictis, quòd nomina corum, qui hoc victoriæ genus adepti essent, in commentarium referri consueverint, Philo ἐν Ἔργοις. Inscribebatur autem Athleta victor κατ' ἀνδρῶν. Unde *Olympionicarum* Laterculus, Ὀλυμπιονικῶν Ἀναγραφὴ, Salmasio memoratus, *ad Pallium Tertulliani*, qui tamen octo celebrum tantùm *Olympionicarum* meminit, qui pugiles ab Hercule proximi habiti pancratio simul & luctâ victorunt. Et quidem Hercules quod attinet, auctor is Gymnicorum certaminum fuit, fed ille vi, non arte, pugillabat ac luctabatur. Hinc vires corporis & genitivum robur, non artem ejus, in certaminibus Vett. commendarunt. Theocritus de Pugile quodam;

Θαῦμ' ἰὼν Ἡρακλῆι βίλιν ἐ φρένα ἐφίσδεσεν.
Dicunt eum cum Hercule quoad vim ac robur contendere.

Odo autem illi in laterculo prædicto memoratis, fuere Canus Eleus, Rhodius, Protophanes &c. Ita enim ἀναγραφὴν Κάνος Ἠλεῖος καὶ πάλμι καὶ παγκρατίου σὺν μέλᾳ Ἡρακλέϊ καὶ ἄσκα, γεγόντι ὑπὸτῷ. ἀφ' Ἡρακλέους. *Canus Elienfis & luctâ & pancratio victi post Herculem, ac insertebitur secundus ab Hercule.* Ibidem paulo post de Leonida: Ὁ αὐτὸς τὸ στάδιον τρέχει ἀφ' Ἡρακλέους, πάλμι ἅμα καὶ παγκρατίου. Παυσανίας Μάγνης, πάλμι καὶ παγκρατίου, τέταρτος ἀφ' Ἡρακλέους &c. *Idem tertium Rhodius, tertium ab Hercule luctâ simul & pancratio, Protophanes Magnesius luctâ simul & pancratio, quartus ab Hercule* &c. Sed & monitserat nonnina eorum publicè ἐπιδεικνύειν τοῖς ἀγῶσιν, *inscribi tus in columna publicis monumentis*. Nec verò horum tantùm, sed & illorum, qui primò quidem vicissent, postmodum verò victi essent, uti testatur Plut. *Agesilao*, apud laudatum suprà Paschi. *l. 6. c. 12. & c.*

Olympus, in tibiis primùm leges instituit, in Apoll. honorem, quod tamen alii Crateti ejus discipulo asseruntur; *Olympi* autem eam extitisse legem, quam dixit *Aguilleus*. Unde & alia ἐγκῶμια νόμων nominata, frequens Stesichoro Himeræo. V. Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap. 20.* Idem *Olympum* primum ceciniste Lydiis modis Epicedia, quod alii Melanippidæ asseribunt, refert *cap. præc.* &c. Vossio *Olympus*, tertium Musicæ genus; ἐναρμόνιον dictum, quod progrediatur per *Diesis* five quartam toni partem, hinc aliam quartam & ditonum incomposítum, excogitavit; ut ex Aristoxeno refert Plut. *de Musica*. V. Gerh. Joh. Vossium *de Scientiis Mathem. cap. 22. & 23.*

Olympus, inter sex maximas olim Lyciæ urbes memoratur Strabo, postmodum extincta, ut Plinius habet, *Oppidum Olympus ibi fuit, nunc sunt monumenta Gagæ, Corydallæ.* Solinus *v. cap. 39.* quod oppidum nobile prius fuerat, suo tempore, nil nisi castel lum fuisse, scribit: *Olympus quoque inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit: nunc castellum est, intra quod aquæ regiæ, ob insigne fluvii, spectaculosus visentibus.* Sic Strabo alibi θαῦμα τῶν τόπων dicat, & Zosimus latronis extem fuisse scribit, ab Isaurico everfam &c. V. Salmasium ad *Solinum* pag. 802.

Olympus, Mons, adde: Illum decem stadiorum & sextantis altitudinem habere, exacte & instrumentis emensus, tradidit Xenagoras; quamvis plerique doctorum negent, montium celsitudinem & maris profundi item ullibi tot stadia excedere, ut auctor est Plutarchus in *Pauto Æmylio*: qui cùm ipsius dimensori Epigrammia ponat, negligentiæ convincit Appulejum *Dian. de Deo Socr.* audacter pronunciantem, Olympi altitudinem 10. stadia non excedere. Tu vide exactiora, apud Dion. Petavium *Auctario Operis de Doctr. Temp. cum Uranologo edito lib. 7. cap. 10.* &c. Æquarunt verò *Olympum* cœlo Poëtæ non tam hac de causa, quàm quòd certum sit, in eo habitasse Jovem, quijuse o loco dixit, & inventores bonarum re um machavit præmiis, ut, præter alios, testantur Theophilus *initio lib. 2. ad Autolyc.* & ex *Eubemero* Ennii Lactantius *lib. 1. cap. 11.* V. plura de hoc monte, apud Casp. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium passim, inprimis pag. 269. & seqq.*

O M.

O. M. in notis antiquis, *Optimus Maximus*. OM. *omnium*. OM. V. F. *omnibus vivis fecit*. OMA. *omna*. OMIS. *omnibus* &c. denotat.

Omanus, Græcè Ὄμανος, apud Strabonem *lib. 15.* ubi in *MSS.* est Ὀμανὸς, idem cum *Amano*, apud eundem *lib. 11.* inter Persarum Deos, Amandrato συνάνθρωπος fuit, h. e. *eodem altari gaudens*, in cujus, ut & Dææ Anaitidis, delubra Magi ὑάγουσι dicti quotidie ingredi, ibique per horam quafi, ante ignem in συνεδρίῳ ardentem, carmen five ἐπῳδὰς suas concinere, verbenas manu tenentes & tiaris velatim utrinque fic dependentibus, ut vitæ maxillas & labia contegerent, ex lege necesse habuere. Quibusdam Sol hoc nomine fignatus, fed cum Anaitidi Dææ in utroque Strabonis loco eum vidcamus subjungi, Anaitis autem Venus fuerit feu Diana, *Omanus* propriè non Solem repræsentativisse videtur. Ovid *Mithras* Persis dictus & pro fummo habitus Numin: fuit; fed fuisse symbolum ejus duntaxat, Ignem pereñem, in quo Solem, tanquam divino fymbolo colebant. חום *chom* enim calor, unde חמנים *chamanim*, Sol vel Ignis. A quo *chamanim*, Gr. χωμανεῖς, *Septu.* in quibus ad ignem perenne carmina concinebant, Levit. *cap. 26. verf. 30.* Ex appel to ב *Achaman*, unde *Achameni*, à quo Persæ *Achæmenidæ*, nomen &c. V. Gerh. Jo. Vossium *de Idolol. lib. 2. cap. 9.*

Ombi & Tentyra, urbes finitimæ. Juvenali *Sat 15.*

Inter finitimos vetus atq; antiqua simultas,
Immortale odium & nunquam sanabile vulnus
Ardet adhuc, Ombos & Tentyra.

Ubi finitimas has urbes perpetuis diffidiis collidi innuit, quorum causa, quòd Ombitæ colerent crocodilos, Tentyritæ verò his adeò adversarentur, ut Romæ crocodili nunquam exhibentur, quin simul Tentyritæ adessent, qui ex pifcina in pegna quoddam eos extraherent visendos & post spectaculum rursus è pegmate in piscinam reducerent. Sed mirum verò Geographorum natio contra Juvenalem stat, quæ longè à Tentyris Ombos submovet. Non enim in eodem Nili latere istæ urbes, cùm Ombi prope Syenen essent, in Arabica & Orientali parte, Tentyra in Libyco latere, ad occidentem fluminis. Imò nec solus Nilus alveus has urbes interluit, uti patet ex Plinio, qui in receniendis Thebaicis Nomis, eos hos ordine enumerat, *Ombiten, Phatniten, Apollopoliten, Hermonthiten, Thinitem, Phauriten, Coptiten, Tentyriten, Antæopolitem, Aphroditopoliten, Lycopolitem.* Ubi à summo incipiens, id est, *Ombite*, qui prope Syenen, ad infimum, Lycopolitem fc. ordine descendit. Sic inter Ombiten Nomon & Tentyriten quinque Nomi feu Præfecturæ intercedebant: atque hic cataplus est. Strabo contrariâ vice τὰ ἀνάπαλιν describens, h. e. ab inferioribus ascendens ad superiora fluminis, hæc serie recenset Urbes, *Lycopolin, Aphroditopolim, Panopolim, Ptolemaida, Abydon, Diospolim parvam, Tentyra, Coptos in altero latere, Apollopolim, Thebas, Hermonthim,*

Crocodilopolim, Aphroditopolim, Latopolim, Hiliky polim, Apollopolim, deinde Syenen & Elephantinen, quæ ex adverso sitæ in utraque ripa. *Ombos* non meminit, fed hi prope Syenem. Similiter Ptolomæus eadem ferme ubes & præfecturas inter Ombos & Tentyra locat. Auctor quoque *Itinerarii*, quod fub nomine Antonini Augusti excusum est, iter describens per urbes Libyci & occidui lateris, à *Tentyris* ad mansionem *contra Ombos* (quæ sic dicebatur, quòd è regione *Omborum* sita esset) centum quinquaginta & quatuor milliaria numerat. Idem partis Arabicæ milliaria computans, ab Ombis ad Coptos 164. m.p. scribit esse: atqui Tentyra infra Copton, & longiùs ab Ombis remota. Nam & in altera parte trans Nilum polita & 12. m.p. distantia, à mansione *contra Coptos*. Hæc autem inter Ombos & Tentyritas gesta, Satyricus narrat acciditse supra Copton:

Nos miranda quidem, sed nuper Consule Junio
Gesta super calidæ referemus nomina Copti, &c.

Quæ ut aliquo modo conciliet, conjicit Salmasius, Satyricum contentionem & prælium inter Oxyrynchitas & Cynopolitas, easdem planè ob causas excitatum, teste Plutarcho *de Iside & Osir.* fub nominibus *Ombitarum* & *Tentyritarum* traducere voluisse. Sanè & tempus convenit, nec res dissonuerit. Præterea à more Poëtarum nihil alienum fecit, si id fecit. Denique *Ombi* & *Tentyra* verfum meliùs & molliùs ineunt, quàm *Cynopolis* & *Oxyrynchus*, quæ prorsus heroicum metrum negant intrare. V. omnino eum *Exercitationibus Plinian. ad Solinum pag 447. & seqq.*

Ombri, adde: Meliùs *Ombi*, Jubæ, quòd vide.

Ombria Inf. una ex Fortunatis, eadem cum *Pluvialia* Sebosi, quam tamen hic à Fortunatis separat, apud Plinium, qua de re V. Salmasium *dicto Opere pag. 1297.* ut & in voce *Ombrios*.

Ombrima, flumen est ex illis unum, quæ in Mæandrum cadunt. Novas Celænas seu Apameam alluens. Id. *pag. 827.*

Omen, pro quolibet auspicio augurioque: Tibullus *lib. 3. El. 3.*

——— *Avet dant Omina dira.*

C. Petronius *Satyr.*

Fovitor Ominibus *mavis Mavortia signa*
Cæsar.

Id est, *augurijs*. Suetonius *Nerone cap. 46. Terrebatur evidentibus portentis somniorum & cæsti lorum & Ominum.* Jul. Obsequens *cap. 86. Proditum est Gracchum, die quo periit, triftia neglexisse Omina.* Luctatius tandem ad *Thebaid. lib. 6. Omina sunt rerum futurarum signa, sive bonarum, sive malarum.* Tamen strictiùs sumendum nomen. Cùm enim Antonius *in Gripho*

——— Omina *trina*:

Non quamlibet divinandi intellexit formam, fed eam, quæ πτάξεις, πλαγὰς, *fulsitatis, strouatis & tonitrus auris* dicitur, teste Josepho Scaligero *Animadvar. lect. cap. 16. loc.* quibus V. *suo loco.* Pertinent huc *Offensiones*, quæ inde nascebantur, *si exitiosa timen insnuisset, pes hasitses*, Plin. *lib. 2. cap. 7.* Plut. in *Demetrio* & *Grachis*. Unde apud Poëtarum Principem, certi simum Trojæ evertendæ *Omen* ducitur, quòd equus *Æn. lib. 2.*

——— *Quater ipso in limine portæ*
Subsistit.

Et Prosperpina egredienie, præsagium raptus fuit, quòd, ut habet Claudianus *lib. 2.*

——— *Ter cardine verso*
Præsagæ tonuere fores.

Item voces incerto Auctore prolatæ, sub tempus nocturnum, quæ perpetuò finitri fuere augurii, Cic. de *Divinat. lib 2.* Haliearnassæus *lib 7. & lib. 8. in fin.* Eusebius de *Præpar. Ev. lib 3. cap. 6* &c. An hæc lætum portendit, de qua fic Plut. in *Themistoc. Aluna Urbis condite 617. M. Æmilio C. Mancino Æmilio Cass. in portu Herculis, cùm Mancinus Consul confenderes navem, prius Numantiam, vox improvisa audita, Mane.* Tandem *occursus*, cùm negotium aggressuris, iterque incepturis, inauspicata offerebatur persona. Cujus ritus antiquitatem, ex Luciano demonstravit, & apud Græcos invaluisse Brodæus *de Rom.* a t Suetonius *in Aug. cap. 83. pumilios atque distortos & omne generis ejusdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorrebat.* Cui simile quid de bellorum civilium narrat succesfu Florus *Epitor. Rom. lib 4. cap 7.* Cic. *In Vatin. Cùm viderim, tanquam auspicium malum devitantur.* V. quoque Plut. *in Bruto.* In hoc genere, naturali aliquo defectu infignes continebantur. L. Seneca, *Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res vitanda est.* Æthiopes item ac Mauri, qualis imago Brutum in Campis Philippicis, nocte, quæ fatale præcessit prælium, terruit &c. Hadrianum quoque Aug. occurfante fibi Mauro, inauspicatis argumenta duxisse, legimus. Sed & Anuchos occurfibus fuisse infames, docemur auctoritate Claudiani *in Eutrop.*

——— *Hoc dedecus addidit iris*
Luxuriæ Fortuna fuæ, cùm pallida multis
Ossibus horrorem dominis præberet imago
Discolor, & macies occurfu lederet omnes,
Ant puerile latura metus, aut tædia mensæ,
Ant famulis crimen aut procedentibus Omen, &c.

V. Thom. Dempsterum *Paralipomenis in Joh. Rosini Antiquit. Rom. l. 3. c. 8.* Atque horum occursus declinabatur flexò in dextrum

corpore, uti de Celtis sive Gallis vett. testatur Possidonius apud Athenæum *lib.* 4. Πεμφθέντες ὑ ὁ κοῦτε ἐπὶ τὰ ὄχεῖα, ἡ τὰ ἄκρα δοκ. V. quoque Lucianum, laudatum Casparo Barthio *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib.* 4. *versu* 794. In Nuptiis inprimis solemnia adhibita *Omina* notum: Quam primum enim dies dotalibus pactis dicta fuerat, Auspices noctu & sub auroram auguriis operam dabant; *Omina* capturi. Claudianus in *Rufinum lib.* 2.

—— *Dilecta hic pignora cerne,*
Hic domus, hic proprium tadis genialibus Omen.

Et *lib.* 2. de *Raptu*, in *fine*,

—— *Tangenda cubile*
Omina *perpetuo genialia fœdere sanxit.*

Quod optimum ab accipitre circo fuisse sumtum, docet Jos. Mercerus ad *Arifstaenum l.* 1. *Epist.* 3. Sic in aliis magni momenti rebus, *Omina* multum habuere momenti. Captabantur autem illa variis modis, & quidem *captare omen* proprie fuit *Maximo* βλῶ κλοιῶν, de qua notat Paulanias, cum, qui ad consulendum Deum venit, Deum ad aurem interrogasse, de re quam scire volebat; dein aures manibus obturantem exisse extra fanum, & ubi foras ventum esset, manibus ab utraque aure remotis, quam primam audivisset vocem, eam oraculi loco habuisse, V. eum in *Achaicis* & Appulejum *de Deo Socr.* Καλλιχορώτιον de quovis genere *Maximo* usurpatur, uti de prægnante Livia, *an marem editura esset, variis captante ominibus*, videre eft apud Suetonium *in Tiberio cap.* 14. V. quoque de Candidatorum apud Romanos augurium *cap.* 1. apud Romanos autem ut stupe intestina pinguiac tenui omento integi, dicit Plinius *lib.* 11. *cap.* 38. Unde eft, quòd à Græcis dicitur ἐπίπλοον, quasi visceribus *innatans*; & definitur, σιμπλοῦς ὑμὴν ἐπὶ τὰ κοιλίας ἢ τὰ ἔντερα, *Adipofa membrana super ventrem & intestina*. Ejus in sacris plurimus olim usus non apud Hebræos solùm quibus id divinitus injunctum, sed apud Romanos quoque & Græcos, qui Judæos æmulati sunt. Hinc Persius *Sat.* 2.

Tot tibi cùm in fumma jumicum omenta liquescant.

Et Homerus *lib.* 8.

—— κρέα τε κνίσση κεκαλυμμένα
Δίπλοΐ τε πολυσάρκει.

Ad quæ Etymologus, Δίπλοον πολυσάρκες, ἢ ἐπιλάσιμες τὸν κοιλιακὸν, ὃν ἢ λέγει τὸ ἐπίπλοον. *Duplicia facientes, id eft, adipem duplicantes, nunc autem omentum fignificat.* Et Hefychius, eodem haud dubiè respiciens, Δίπλοον, inquit, ὃν ἐπλοκὰς ἔχουσι, ἢ ἐπιπλοῦν. ὅτι τὸ μὲν ὑστερικὸν τὸ ἐπίπλοον, τὸ δ' ἐπικάλυμμα. *Duplicia, id eft, duos injectus habentia, ant duplum omentum, ita ut ab una parte fubfternatur omentum, ab altera fuperponatur.* Sed & apud Persas, ex voto facrificio, solùm *omentum*, aut omenti pars Diis fervabatur. Strabo *lib.* 15. *Cum Magus, qui facrificium enarrat, carnes diftribuit, parte fua accepta quisque abit. Deum enim dicunt nihil petere quidquam præter animum. Ὅταν δὲ τὰ ἱερεῖα ἢ παρὸν τύπτωσι, τὸν λίγνον τινὸς ἐπὶ τὸ πῦρ. Omenti tamen non nihil, ut quidam ajunt, in ignem injiciunt.* Si apud Catullum *in Gellium*, Perfarum Magus,

—— *Accepto venerantur carmine Divos*,
Omentum *in flamma pingue liquefacient.*

Et ex *omenti* ftatu fintuque, Haruspices conjecturas cepisse, notum. Unde Lucanus, ubi de inauspicato Aruntis sacrificio, *lib.* 1. *versu* 624.

Cor iacet & fanies per hiantes viscera rimas
Emicat, produmpque fuas omenta *latebras.*

Et in *Oedipo* Senecæ, Manto, extis inspectis, Tiresiæ Patri tum cæco inter cætera dicit,

—— *non molli ambitus*
Omenta *pinguet viscerum obtendum finus.*

Itaque *omentum* ab *omine* quidam deducunt; quod licèt extra controversiam non eft, verisimilius tamen eft, quàm quod plerique statuunt, ab *omen* illud dici: cùm in *omen* brevis fit prima, ut videre eft apud Horatium *l.* 2. *Sat.* 5. Nævium in *Andularia* &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. Lib. II. cap.* 45. & fuprà in voce *Adeps*.

Omniadæ, nomen familiæ, quæ Regnum Fezzanum condidit, eique præfuit, donec à Zenetis pulsi funt. Cùm enim fafimilia Omniæ per Abbazidas Caliphatu Syriæ dejecta fuisset, circa A.C. 800. pars in Africam, pars in Hifpaniam se receperunt, ibique novos condiderunt Caliphatus. E' quibus oriundus Idriasad montem Atlantem in Mauritania, urbem Fezzam condidit, & in ea Regni sedem fixit, adsumpto *Caliphæ* titulo. Paulo pòst Saracent hi Affi, circa A. nempe Christi 820. omnes peuè Insulas maris Mediterranei suâ piraticâ infestantes, eas partim graviter adflixerunt, partim penitùs occuparunt, Cretam præcipuè Siciliamque: in quarum illa urbem ftruxere Candiam, à qua toti Insulæ nomen impositum eft; ista in eorum potestatem pervenit A.C. 828. in eaque manfit annis ducentis quinquaginta. Donec viz. Zeneti, Africæ populi, duce Mec-nazà & Maragroà, familiam Idrifis extirparunt, circa A.C. 950. quo ad aliam familiam Regnum fit translatum eft. Zenetos poftea Lautunii, Africæ itidem gens, *Almoravida* cognominati, exturbarunt, A.C. 1052. quos Almohadæ extinxerunt, A.C. 1139. à Merinis expulfi, A.C. 1210. donec iftis Oattaffeni, A.C. 1420. hisque Scerifii fucceflerunt, A.C. 1548. quorum ftirps hodieque regnat. Georg. Hornius *Orbis Imper. pag.* 322. & *feqq.*

Omnes, Omnes, acclamationis formula in Senatu, apud Scriptores *Hiftoriæ Aug.*

Omnibonus, Magister, Compilator *Concordantiæ discordantium Canonum*; de quo fic Albericus *in Chron.* nondum edito, referente Chiffletio *de Architect. Jur. cap.* 5. §. 4. *ad A.C.* 1146. *In eodem anno, id eft, Imper. Friderici quinto, quidam Magister egregius Omnibonus nomine librum de concordantia discordantium canonum diligentiffimè ordinavit in duas partes, primam partem in XVI. diftinctiones; fecundam in caufas XXXVII. per quæftiones diverfas fatis artificiofè pofitas. Et hic liber à nomine Auctoris* Omne bonum *appellatur. Et hunc fequutus eft, tempore Alexandri Papæ, Gratianus, qui multa addidit, ita quòd de XVI. diftinctionibus contum diftinctiones fecit &c.* Maftricht *Hiftor. Juris Eccl. num.* 331.

Omolinum, Græcè ὠμόλινον, linum eft crudum & nondum macératum, è quo tunes olim fiebant; cui opponitur πεπηγάνον, linum aquâ macératum & lavacro candidum factum. Pollux *lib.* 10. *cap.* 17. Καὶ δίτιμον ᾧ ἀπηλιωτὴς ἢ ὠμόλινον· ἀλκὴ ἢ Αἰσχύλος ὁ Προμηθεῖ Πυρκαεῖ, λινοῦς πέπλους τ' ὠμολίνου μεμηχανῆσθαι. Aliud tamen ὠμόλινον, in versu Æschyli, aliud in verbis Pollucis. Πέπλοι τὸν ὠμὸν Æschylum, funt tunes è crudo lino facti; ut contrà ὀθόνια λευκόλινα Theodoro, tudentes ex lino macerato. Ita ὠμόλινον Æschylo, linum eft, ex quo & tunes & lintea fieri poffunt: at Polluci linteum eft ipfum, ex crudo lino textum; namque inter resbalneis & gymnasiis convenientes ὠμόλινον recenfet. Eo autem fudorem extergebant in balneis: Quo fenfu vox hæc apud Galenum, Aëtium, Paulum femper accipienda, quam male *filum* aut *linum* aut *linamentum* docti interpretantur. Æthemæus χαιρήμονος ὠμολίνου vocat mantele ex crudo lino factum, quo manus extergebantur: quod & fimpliciter ὠμόλινον vocaba-tur, uti docet Aëtius *lib.* 10. ubi ὁν καχεξίαν probat ξηρότητας ἢ ὠμότητας, *fricliones ficcas ex crudarûs lintei*. Latini *Crudarium* fimiliter dixere, *Gloff. ὠμόλινον, crudarium.* V. Salmasium *ad Sulinum in voce* Ὠμόλινον *pag.* 765.

Omollus, V. infrà *Omullus*.

Omonoea, Græcè Ὁμόνοια, hæ. *Concordia*, dictum eft Templum S. Pantaleonis & Marini Martyrum Conftantinopoli, quòd Concilio ibi habito ab Cl. Epifcopi Ecclesiæ Mantuanæ Mantuæ fuit damnata. Cat. Macer *in Hierolexico.*

Omophorion, Epifcopale pallium, apud Dominic. Macrum in voce *Evangelium*. Spelmanno cucullus eft feu capitium, 4. *humerale*, ab ὦμος, *h. humerus*, V. eum *Gloffar.*

Omullus, apud Jul. Capitolinum *in Antonino Pio*, uti fe legiffe in Palatino codice ait Salmafius, aliquando etiam *Omullius*: in Saxotum Inferiptionibus, femper *Omullius* appellatur, vulgò *Omulus*. V. in hac voce. In Plinii *Epiftola* femper nominatur *Titius Homulus* Orator, inter primos fui temporis. At hic eft *C. Valerius Omullus Verianus*, bono Conjulatis & prudens, ut colligitur ex dictis ejus, apud Capitolinum *d. l.* & Lampridium *Severo*; an fatis probus & fimplex, jure dubites, ex Marci *Vita*. V. Cafaubonum & Salmafium *ad Capitolinum.*

O N.

ON. in notis antiquis, *omino*. ONA. *omnia*. ONT. IMP. *ornamentum Imperiale* &c. denotat.

Ona, vox recentioris ævi, dolii vinarii fpeciem denotans: cujus meminit Magnum *Chron.* Belgicum, A.C. 1015. ex *Chron.* Trevirenfi: *Cupzzo deinde confilio oppertuno* 30. Onas *comparat, in quibus fingulis fingulos militer electos, loricatos & galeatos, enfibusque præcinctos collocat, & infuper lintea operios fumes, quibus vectes ad portandum eos inferuntur, componit: deinde 60. viros nihilominus electos & plebeja vefte amictos, enfibusque eorum in onis reconditis geftatores conftituit &c.* Mox, *Dic*, ait, *Domino tuo me virum magnæ diftellionis gratiâ olim promiffum deferre — Adelbertus juffit viros intromitti: quibus ingreffis & onas coram Adelberto in terram ftimul ponentibus — portiores vero, ficut erant edocti, una momento pariter omnia* Onarum *velamina deficiunt, gladios diripiunt, infidiæ de* Onis *exiliunt, gladios ftringunt &c.* apud Car. du Freine *Gloffar.*

Onager, Hebr. עָרוֹד *arod*, à quove dicitur, quæ Latinè *ruditus*, & פֶּרֶא *pere*, a *curfu*: quem, cùm vulgaris afinus fit tartaritatis indomitæ, describit Oppianus,

Κερτομίην, ἀκαλαυτὸν, κεχηλεγκέα, ἀξέστοιο θύρου.

Velocem

Velocem rapidum, validis ungulis, cursu expeditissimum. Philosophus certè *Histor. lib. 6. cap. 36.* Οἱ ὀνοι ἀγριοι τὸν ἱππον διωκουσιν, ὅσπερ ἑστι (alis) *celeritate præstant.* Xenophon *in Cyro min. lib. 1.* Οἱ μεν ὀνοι, ἐπει ἐις διωξιν, πρὸθυμως ἐπεισιν καιπερ πολὺ γαρ τὸ ἱππειον ἐστιν ἐρρωμενεστερον τε καὶ ταχυτερον καὶ ἐπιτηδειοτερον ἐις τὸ διωκειν, ὅμως ἐπειδαν ἐις τὸ πλησιον ἐλθωσιν, ἀνα πασας ἐις ἐστησαν ἐις τὸ ὀπισθεν ἀλεξεσθαι ἐις τοῦτο ἀποβλεποντες (ferè in Metopotamia) *cum quis eos insequebatur, postquam præcucurrissent, restiabant. Equum enim cursu facilè superabant. Et equi varias accidente, idem præstabant: Itaut capi non possiliant, nisi diversi equites venuti essent equis* (id est, equitibus alis) *succedentes.* Sic apud Ælianum *lib. 14. cap. 10.* Asini feri Mauritani dicuntur primo impetu velocissimi, ὡς ἀυτους μὴδε ἱππους εἰναι, ἢ πλειστον ἀυτοις ἀφισθαι, ἀν μὴ νενοι ενμισθαι ἱππους αυ ἀνὴρ ἐπὶ τοῦτο ἀναβαινῃ. *Et Leo Africanus lib. 9.* Barbaricis tantùm equis velocitate cedere tradit: qui ipsi currentes *onagros* non assequuntur, nisi postquam exhausto spiritu in arida declerunt. Nam, ut addit Ælianus, post primum illum impetum, ὡ ἀυτοις οἱ πεδε ἀναχωρουσιν, ἡ ἀυτομολουσιν, ἐιὸ λασσανται ἢ πεδες ἰσχυσασι, *& spiritus deficit.* Tum verò illos invitos subsistentes & præ desperatione flentes, Mauritani collo alligatos captivos dunt, &c. Uti autem celeritate, sic pulchritudine & proceritate *Onagri* plerunque vulgaribus asinis præstantiores sunt. Martialis *lib. 13. Epigramm. 100.*

Pulcher adest onager &c.

Oppianus,

——— αὐτὸν ὀναγρον
Ὃστε πἑλει φαεθοις ὀπωπις ἀρκτοι,
Ἀργυρεῳ χροιῃ ——

——— *procerum asinum,*
Quique sit pulcher corpore, amplius latus aspectu.

Item,

Ταυτὸς ἡ μεγαλη μἑντι ὑπερ ἀμφιδασεως,
Χιονος ὑφεκρυβ ἑν ἀργεννοις σἑθεσιν.
Linea autem magna mediam dorsi spinam cingit,
Nivels utringue distincta coronis.

V. quoque Philostorgium *lib. 3. cap. 11.* Colores eorum varii, sed *nigris* vita longior & forma præstantior. ut habet Damir: sæpe tamen, ut asini vulgares, leucophæi sunt, teste Leone Africano. Ruditus nihil peculiare habet. Cæterùm gregarium *Onager* animal est. Plinius *lib. 8. cap. 30. Mares in eo genere longitudi feminarum gregibus imperitant.* Ammianus *lib. 24. ferein fundum vel vi quadam turbinata pulveris apparebat, ut opinari daveatur asinorum esse greges agrestium, quorum multitudo in tractibus illis est innumera.* Et Oppianus itetum,

Πολλακὶς ἀλοχοισιν ἀγαλλομενοι κομἠσιν,
Θηλὑτεραι ἱστουσ᾽ ὀτι ῥα πἑνις ἀγερωχοτἑρ.

Mares lascivios exultantesque superbiunt:
Sequuntur verò fœminæ, quæque, vir durerit,

Unde minimè probandi, quibus Philmo 80. *verba 14. ἀγριὸς ὀναγρος & est onager.* Interim ברוד *boded*, i. solitarius, onager ab Osea recte vocatur *cap. 8. verba 9.* quia est eremicola: quod argumentum nemo uberius persequitur Jobo, vel ipso Deo potius apud Jobum *cap. 39. vers. 5.* Mansuetit tamen hominum industriâ, & insdem, quibus vulgares, ministeriis tum addicitur. Anatolius in *Hippiatr. cap. 14.* Ἐαν δὲ ὑγιὰς ποιησῃς ἐ ὀνος ἀγριος (ἀνος γαρ ἐστι) κ᾽ ἐν ὡρᾳ ταυθοποιὰς κριθιὰν. *Quidam pulchrè faciemes onagros manfuefactum & equum & onagris manfuefaciendi &c.* Etiam molas servatæ docentur, testibus Talmudicis in *Avoda Zera cap. 1. fol. 16.* ut alia omittam. Quòd verò patres libidinis æmulos metuentes, gravidas fœminas custodire, & mares quamprimùm editi sunt, si qua facultas fuerit, testes eis castrare, atque id cavent tes fœminas in fecessibus partum occulere, Plinius & Solinus scribunt, fabulosum esse videtur. Valemon id perfequitur Oppianus verfibus quinquaginta elegantissimis, *Cynegel. lib. 3.* è quibus hos solum subjungo,

Ἐαι δ᾽ ἠδεα μητρωσι παιδὸς γινεται ταμιὸς σὰ
Μἠδεα, μη μετενειδε νἑοι γε μετ᾽ ὠδινεσσιν.
Profuit & sexo comatur dente pudenda
Perdere, ne viridis sic mas adolescat in annos.

V. plura hanc in rem, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. III. cap. 16.* Vefci onagris Vett. consuevisse, addit Salmasius. Et quidem ante Mœcenatem apud Romanos onagri tantùm edebantur, non etiam eorum pulli. Primus Mœcenas epulas instruxit pullis asinarum, qui tum præterebantur onagris. Post cum, non in tam magna commendatione esse cœperunt, quàm fuerant priùs, edebantur tamen adhuc. Lalisonum verò oriente usu (qui sunt *onagrorum* pulli adhuc lactentes) celerrimè id genus defecit, & in totum à mensis recessit, uti loquitur Plinius, ubi de onagris, apud præfatum Salmasium *Exercitation. Plinian. ad Solinum pag.* 338. &c. Addam talem, in ungulis pedumque ictu vim *Onagri* fitam, ex Ammiano Marc. *lib. 23. Asini feri, cum ventatibus agitantur, ita sapides post tergo calcitrando emittunt, ut per forem pectora sequentium aut perfrattis ossibus capita ipsa dissipidant.* Unde de onagro, Philes quoque in *Jambis.*

Φυτὸν γαρ ἐκ νὸν παιδὸν ἀκλεὲς.
Namq; is natus, si calcitrans accesserit.

V. Vossium *de Idolol. lib. 3. cap. 56.*

Onager, prius *Scorpio* dictus, inter machinas militares, Vegetio memoratur *lib. 4.* ubi, inter alia tormentorum genera Balistam, Arietem Scorpiumque sive *Onagrum*, in oppugnationibus Urbium adhiberi solitos, recenset & quibus *Onager*, lapides dirigebat. Forma hæc: Dolabantur duo axes querni vel ilicei, curvabanturque mediocriter, ut prominere viderentur in gibas; deinin modum serratoriæ machinæ connectebantur ex utraque latere patentiùs perforati, quos inter per cavernas funes colligabantur robusti, compagem, ne dissiliret, continentes. Ab hac mediotate restium ligneus stylus exurgens obliquus & in modum jugalis temonis erectus, ita nervorum modulis impliebatur, ut altiùs tolli posset & inclinari, summitatique ejus unci ferrei copulabantur, è quibus pendebat ftupea vel ferrea funda: cui ligno fulcimentum prosternebatur ingens cilicium paleis confertum minutis, validis nexibus illigatum & locatum super congestos cespites vel lateritios aggeres. Nam muro faxeo hujusmodi molles imposita disiectabat, quidquid inveniffet, subter concussione violentâ, non pondere. Quum igitur ad concertationem ventum fuisset, lapide rotundo fundæ impositò, quaterni altrinsecus Juvenes repagula, quibus incorporati erant funes, explicantes, terrorium ilyium penès unicinum inclinabant: Itaque demum fublimis additus Magister, clausirum totius operis vinculatis continens referebat, malleo forti percutiens: Unde absolutus ictu voluctì ftylus & mollitudine offensus ciliicii, taxum contorquebat, quidquid incurrisset, collidens, verba funt Ammiani Marcellini *lib. 23. cap. 3.* ubi quoque addit, *Tormentum*, quòd ex eo omnis explicatio torqueretur: *Scorpionem*, quoniam aculeum desuper haberet erectum: *Onagrum* verò à recentioribus hanc machinam vocitatam esse, propterea quòd asini feri, quum venatibus agitantur, ita eminus fapides post terga calcitrando emittant, ut insequentium pectora, aut perfractis offibus capita ipsa dissipidant. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 17. Thom. Godvvynum *Anthoiog. Rom. lib. 4. cap. 3.* &c.

Oneal, nomen illustris in Hibernia olim Familiæ, ex præfixa lit. O. & nomine *Neal*, conflatum, de qua V. in voce *Tironi*, feu *Tironenfis Comit.* Eandem literam O. alios quoque Hibernæ Optimates pro more gentis nominibus fuis præfigere, notat Camdenus *Defcript. Hibernie*: an quia perfectionis fymbolum, ut in Scriptura fumi notatum Macro in *Hierolexico?* De qua ut & hoc addam, præterire mavis Brutiμαφηφορ fuisse, colligit ex verbis Horatii *Carm. lib. 1. Od. 14.*

O navis referent in mare te novi
Fluctus, ô quid agis?

Alex. Neapolitanus *Genialium Dier. lib. 4.* Eadem admirationis nota: unde O. dictæ antiphonæ 7. quæ in Ecclesia Rom. toto Adventûs Domini tempore canuntur, quòd ab illa initium capiant. *Statuta* antiqua Canonicorum S. Quintini in *Peronanatali, Plenum de pafsibus de posmeridie, tartisdiius, & de omnibus O. ante Natale debet esse vinum decens*, apud C. du Fresne *Gloffar.* V. plura de illa, apud Vossium de *Arte Grammat. lib. 1. cap.* 30. ubi in vest. monumentis quadrata sæpe figura comparere addit.

Oneirocritice, ars ex somniis divinandi, multo apud Veteres in usu fuit: *qua proba*, inquit Vossius, *fi judicium feratur de eo, quod cum somnio nexum habet naturalem, ut de hominis temperie. Improba verò, si nexus sit nullus.* Fundamentum ejus in mutua affectione & relatione somnii ac rei significatæ positum est: quæ cùm duplex sit, namque aliquid vel disjunctum ac nullo cohærens nexu naturali, vel contrà; variè ea interpretabantur, aliquando ex similitudine, aliquando ex contrario aliquid colligendo, nonnunquam ex effectu causam, nonnunquam ex causa effectum: item ex toto partem vel vicissim &c. concludendo. Sic Pompejus ante pugnam Pharsalicam somnium habens, se Veneris Victricis templum multis spoliis exornare, hærebat anxius: quia bifariam poterat intelligi, ut ex effectu ac consequente significaretur causa fuæ antecedens quid, vel ut ex causa colligeretur effectus. Prius erat, cùm ex eo, quòd Veneris Victricis templum exornaret, judicabat, victoriam fore penès se, quum post victoriam templa Deorum à Victoribus exornari spoliis soleant. Posterius, cùm per Venerem intellexit, Veneris propinquum, familiam Julium, è qua Cæsarem, Plut. *in Pompejo.* Dubitabat enim essetne somnium speculativum, an non ostendens, uti futuram: an allegoricum, ænigmatice futurum prænuntians, quo modo somnia à distinguit Artemidorus *lib. 4. cap.* 2. Scripserunt de vanissima hac Arte multi, Apollodorus Telmissenfis, Panyasis Halicarnassæus, Alexander Myndius, Dionysius Rhodius, Hermippus, Philochorus, Geminus Tyrius plures que alii. Sed extat ex tam multis Artemidorus Ephesius feu Daldianus, qui Antonini Pii vicit temporibus, cujus opere, rem si spectes, nihil vanius: Verùm utilis tamen ejus lectio, ob tam multa quæ admiscet, de ritibus antiquis & studio Humanitatis. Etiam extat Græcè Achmetis Arabis opus de Divinatione & somniis, juxta disciplinam Indicam, Persicam & Æthio-

picam: qui liber saltò Apomafaris nomine Latinè primùm à Leunclavio fuit edit⁹, sed ipse postea errorem fum in *Annal. Turcicis* obfervavit. Præterea fupereft Aftrampfychus, cujus & Suidas meminit. Item Nicephorus Conftantinopolitanus: quorum uterque de hoc argumento Jambicis fenariis quædam reliquit. Gerh. Joh. Voffius de *Philofophia cap.* 5. §. 30. & 31. De eadem Arte, jam ante Artemidorum, quoque fcripfit Apollonius à *Artiaxata*, ut Artemidorus, ejus Ὀνειροκριτικῶν citans, ait *l.* 1. 4. 34. & *lib.* 3. *cap.* 28. Tertullianus etiam *lib. de Anima cap.* 46. Artemonem, Antiphonta, Stratonem, Philochorum, Epicharmum, Serapionem, Cratippum, Dionyfium Rhodium, Hermippum, alios, memorans, præcipuos Epicharmum & Philochorum fuiffe docet: *Cæterùm, inquiens, Epicharmus etiam fummum apicem inter divinationes fimilis extulit, Philochoro Athonienfi.* Adde Fulgentium, qui de *Somniorum Interpret.* fcripfit, de quo idem Voffius de *Hiftor. Gr. lib.* 3. *pag.* 413. *in Strapio.* V. quoque infrà in voce *Somnium.*

Onofcriatæ, literator Græcus, inter Præceptores Commodi Imp. apud Æl. Lampridium.

Onofcritus, addc; Voffio feu Æginenfis feu Aftypalæenfis, de *Seftis Philof. cap.* 17. & 5. Alexandri M. res fabulosè fcripfit, ut docet A. Gellius *lib.* 9. *cap.* 4. de fafcibus librorum venalium, Brundufii ifti oblatis, loquens: *Erant autem ifti omnes libri Onefcritæ miraculorum fabularumque ineptiarum, inexhaufta*, *Scribentes veteres non parvæ autoritatis*, *Ariftæas Proconnefius*, & *Ifigonus Nicæenfis & Cleitus & Onefcritus & Polyfthenidas & Hegefias Magnefius.* &c.

Onefilaus, ab Amathufitis, in Inf. Cypro cultus, memoratur Athenagoræ in *Legat.* V. Gerh. Joh. Voffium de *Idolol. lib.* 1. *cap.* 21.

Onefimus, Hiftoricus, *Scriptor vitæ Probi*, laudatur Vopifco *in Bonofo*, item *in Proculo & Carino.* Idem *diligentiffimè cum Probi vitam fcripfiffe*, ait *in Caro.*

Onocentaurus, animal ex aftno & homine mixtum, memoratur Nonno *Dionyfiacorum lib.* 14. *verfu* 193. & Æliano *Variar. lib.* 9. *cap.* 15. ac de *Animal. lib.* 17. *cap.* 9. Crateti Pergameno, ex Pythagora, defcribitur, ut verum animal; cui humanum os, colium item & pectus, humeri, brachia, manus; mulieres mamme & comæ: dorfum, latera, venter & pofteriores pedes afini. Eidem tribuit colorem cinericium, circa ilia fubalbidum, currentique pedum vicem manus præftare, animum à habere indocilem, quo ægrè captum præ inedia perire malit, adjungit. Phile eilem adeò aptum putat Michaëlem Imp. tra defcribere animal hoc quoque in *Fambis* ad

Onymchites, Græcè ὀνυχίτης *q. asininis unguibus*, à Gentilibus blasphemè vocatus est Christianorum Deus, uti docet Tertullianus in *Apologet. cap.* 16. occasione impietatis ex Tacito desumptâ, *Historiar. lib.* 5. quæ de re V. quæ suprà diximus de *asini aureo capite*, ut & in voce *Anchialus*.

Onos, Commodo Imp. charissimus, ab eo ditatus & Hercu-lis Rustici facerdotio præfectus, apud Lampridium.

Onychina Vasa, V. hic *infrà*.

Onychites Lapis seu marmor, cum *alabastritæ* idem, *onyx* quo-que dicitur, quod nomen marmori & gemmæ commune est. Plinius *lib.* 36. *cap.* 8. *Hunc aliqui Lapidem alabastritem vocant quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optimè servare incor-rupta dicitur.* Unde quoque, quòd ad vasa unguentaria & ala-bastros (uti Attici vocabant, cum cæteri Græci ἀλάβαστρον dice-rent, q. *φοῦσιν*, h. e. vasvel instrumentum alicui rei serendæ a-ptum) cavabatur, ἀλαβαστίτης nomen. Sic certè passim apud Poëtas *onyx* alabaster est, i. vas unguenti è marmore onyche, non è gemma. Propertius,

Cum dabitur Syrio munere plenus onyx.

Martialis,

Prosertur Cosmi nunc mihi fecisse onyx.

Horatius,

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Variis in locis nascebatur. Plinius scribit putasse Vett. in Ara-biæ ra tum montibus, nec usquam alibi nasci: *Sudines & in Carmania, potorii primum vasis inde factis, deinde pedibus lectis-trum fulcitque.* Græcè ὀνυχῖνος σκεῦος, apud Athenæum, & *onychi-na vasa* apud Capitolinum, ab hoc *onyche* lapide. Inde & *ony-chinæ cruſtæ*, in *Epist.* Sidonii Papæ. *Nascitur*, inquit Plinius, *Ar-ca Thebas Ægyptias, Damascum Syræ, probatissimus vero in Car-mania, mox in India.* Prolorexus oram Ægypti Arabicam re-censens, ubi variorum marmorum cautes & lapidicinæ, etiam *alabastritis* meminit; à quo & oppidum videtur dictum *alaba-strum*, in Arabica & Orientali Ægypti parte, quòd in ea tube alabastri toruarentur ex lapide, quin vicinis montibus exde-batur. Pergit idem Plinius, *Probantur quàm maximè melle colo-ris, in vorices maculosi.* Strabo, Synnadicum marmor, quan-tum ad varietatem colorum, simile dicit esse alabastritæ lapidi: nam columnas ex eo monolithas tradit, πλανᾶσθαι τῷ ἀλαβα-στρίτῃ λίθῳ κ) τὸν ποικίλον. Synnadicus autem lapis erat candi-dus, sanguineis vel rubis interlinctionibus variatus, ut Salma-sius notat ad *Augustæos Scriptores*: quem proin à similitudine cum alabastrite & quòd in eundem ulum conveniret, etiam *O-nyzites* apunulli dicerunt. Inde *Onychites* etiam candidus e-rat, inprimis qui circa Damascum Syriæ nascebatur, quem cæ-teris fuisse candidiorem, idem Plinius scribit. Sed viliores hi, eodem teste, contra probabant, qui, ut dictum, quam maxime mellei coloris, in vorices maculosi atque non translucidi erant. Neque verò solùm potoria & unguentaria vasa, sed etiam mor-tariola & globuli, imò columnæ & pavimenta, ex hoc onyche sive alabastrite lapide fiebant. De columnis, vide *Plinium*, qui plures & ampliores se vidisse fatetur. De pavimentis, Lu-canus,

——— *Stabatq; sibi non ſegnis Achates,*
Purpureusq; lapis, totaq; effusus in aula
Calcabatur onyx.

Nempe ex Achate & Porphyrite lapide columnæ, ex onyche pavi-menta. Martialis *lib.* 12. *Epigr.* 50.

Calcatusq; duo sub pede luces onyx.

Non tamen inter præstantissima marmoris genera *onyx* semper habitus; nam & in hoc lapide variatum esse, scribit Plinius. Un-de Statius Papinius, qui inter marmora onychem recenset, in *Epithalamio Stellæ & Violantillæ*: Synnadicum lapidem ei præfert, in *Balneo Etruſci*. Paulus quoque Silentiarius in *Ecphrasi S. So-phiæ templi* & inter marmora onychem, sed non primo loco ad-scribit:

Ὄσσοι δ' ὀνυξ σφείοισι ἀκτωμένοιοιν μετάλλοις
Ὀρχατίην ἰάινουσι.

Ubi *candidum* sive *pallidum onychem*, significat, qui villissimus, & tamen ὀρχατίη ἰάινουσι dicit: quod verbum & de melleo colore pallidiore potest accipi. Ut nempe non una lapidis patria, ita non unus color, nec una indicatura. Plinius in Cappadocia villissimum alabastritem nasci tradit: uti optimum in Carmania, & post hunc in India &c. E quibus patet, errare illos, qui ex *o-nyche* gemma murrina Vett. pocula vulgo factitata fuisse dicunt: Nam & Capitolinus diſtinxit *murrhina & onychina*, & *onyx* gem-ma lapis admodum parvus, de quo verè gemma, ad quam non solùm τὸ λιθῶδες καὶ τὸ στακτὸν, *ut pallucidi & rorata ſit*, sed etiam τὸ μικρὸν, *ut parva* facit. Cujusmodi pretiosos lapillos Græci σφραγιδᾶς proprie & ψήφους & σπιλάς vocavere, quòd non major eorum ef-set amplitudo, quàm ut σφραγῖδες inde & annulorum signacu-la fieri queant. Conſtat quidem, & ex gemmis cavatis pocu-la olim facta. nam & amplissimæ mulæ reperiuntur, ut achates, lychnitæ, carbunculi, charcedonii & similes; sed ex onyche gemma pocula cavata fuisse nusquam legimus. *Onychina* proin *pocula* & *Onychinæ cruſtæ* cùm legimus in Vett. scriptis, de mar-more, non de gemma onyche, facta intelligi convenit. Interim beneficio Attis ὁ βιβλιοφύλαξ, *onychen* gemmam poculis inseri consuevisse, dicimus ex Epiphanio *lib. de XII. gemmis*, uti Re-gum & divitum uxores τὰ ἰδιόκτητα ἐκπώματα τῶν ὀνυχίνων ἀπορρή-ψαι, *ita sua pocula onychen gemmam transferre solitas*, adnotat. Notum enim præfatæ artis opera, gemmas poculis arcteis inclu-di consuevisse. Juvenalis,

Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert,
Et digitis.

Hinc Plinius iterum, *Turbæ gemmarum patentes & finatragili texi-mus calices*: quod perperam de poculis ex una gemma factis ac-cipiunt &c. Cœterùm, ut de nominis etymo aliquid addatur, utrumque tum lapis seu marmor, tum gemma, à cornco *unguis* candore nomen accepisse videtur, V. plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum p.* 558. & *segg.*

Onyx, gemma, V. suprà *Onychites Lapis.*

Onyx Aromaticus, Hebr. שחלת *ſchecheleth*, Græcis ὄνυξ, Arabibus *adphar*, Latinis *unguis*, unum fuit ex quatuor aroma-tum generibus, è quibus factum sacrum thymiama, Exodi *cap.* 30. *versu* 34. Quid vero propriè hic *onyx* fuerit, dubitari videmus. Et cæteriores quidem Interpretes conchylii stirpem intelligunt, de qua Plinius *lib.* 32. *cap.* 10. *Invenio apud quosdam ultraciam vo-cari, quod aliqui onychen vocant, hoc justrum vivæ petræ nitre reſſicre: Odorem ese cultori, meliusque cum eo ustum proficere.* Quam in rem plura habet Dioscorides *lib.* 2. & Paulus Ægineta. Cœ-terùm de hoc *onyche* Græci & Romani alium silent. Neque enim ad rem est, quod profertur ex Properti *lib.* 3.

Et crocino nares murreus unguet onyx.

Cùm murreus *onyx* non sit unguentum, sed vas ex murra, seu porcellana, ut vocant, *onyx* ideo dictus, quòd ex onyche lapide hujusmodi vascula sæpe fierent. At in Arabum scriptis, *onychis te-ſtæ* multa mentio est; inter quos Avicenna *ungues odorates* vocat. Verùm Hebræi, qui *ſchecheleth* unguem explicant, non ostam in-telligunt aut concham operculum, sed aliquid in planta, quod le-vore & splendore suo unguem refert. Rabbi Selomo *in Exodum*, *ſchecheleth*, *radix aromatica levis & lucida, ut unguis, unde & quod lingua Mišnæ unguis vocatur.* Cui etiam Pomarius assentitur, & Kimchius, & Elias, Aliique: *Gloſſa* inprimis Talmudis *in Ge-rishoth*, isti quod pro radice *aroma* appellant, i. plantam aroma-ticam. Hos igitur putat Bochartus *bdellium* intellexisse, quod à Damocrate & Galeno vocatur ὄνυξ, ut sic sc. distingua-tur à sanguisuga, quæ est βδέλλα λιμνηρὰ, V. Galenum *de Com-pos. Medic. sec. loc.* & Damocratem *Malagm. lib.* 8. *& de Antidotis lib.* 2. Nempe bdellium *unguis* simile est, lævore & splendore quod de Saracenico seu Arabico bdellio eum describunt Dioscori-des, huic alterum opponit *fordidum & nigrum & crassiori gleba*, quod ex India defertur. Sed & *Bactriano nidor ficcus, multisque candida ungues*, Plin. *lib.* 12. *cap.* 9. Bdellium autem aroma ony-che longè odoratius & myrrhæ naturâ proximum ὄδμῃσι ὀδώδει ξυμφυκὸς, *lachryma Saracenicæ arboris*, Dioscorodi, quòd in Arabiæ Saracenis seu Scenitis, non procul à Judæa, fuerit ejus proventus. Quòd verò quidam *Sechelath* interpretantur, *odora-tum ſuidorem*, quem animal שחל, quod Oleastro est Zibethi felis, mulum hallucinantur. Namque שחל inter leonum species, recenseritur Jobi *cap.* 4. *versu* 10. Neque Zibethi, sive ani-malis, sive odoramenti, quisquam meminit apud Arabes, qui, cùm in Africæ intima primi penetravertint, nobis ignotum hoc animal demum aperuerunt &c. V. Bochartum *Hierozoic. Parte poster. Lib. V. cap. uls.*

O O.

O O, in notis Antiquorum, *oportebit*, *oportuit*, vel *omnino*: & aliquando *omnes*. O. O. TS. *ornamentis omnibus omnibus textus* &c. denotat Franc. Gouldmannus *Dictian. Lat. Angl.*

Oolia, adde: Cùm Bethlehemitæ à Deo Architectus tabernaculi designatus est, V. quoq. Flav. Josephum *Antiqq. Rom. l.* 3. *c.* 4. & 9. Unde bene colligit Vossius, Cæsaream etiam antè Dædalum, quem πρῶτον ἀνθρώπων εὑρετὴν, *primum repertorem imaginum ac simula-chrorum*, vocat Apollodorus *Biblioth. lib.* 3. jam in usu fuisse. Sculptura enim & Cælatura *Oolia* dopus fuit, in Cherubim effiguran-dis alsisque. V. Gerh. Joh. Vossium *de quatuor Artibus popular. cap.* 5. §. 4.

O P.

OP. in notis antiquis, *optimo*, vel *opiter*, vel *opertere*: OP. PRIN. *optimo Principi*, OPP. *oppidum* notat, Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Opalia, adde: Deus Varro *de L. L. lib.* 5. *Die*, inquit, *ter-tio post Saturnalia feria Opis.* Sext. Pompejus, *Opalia dies ſicti, quibus ſupplicatur Opi, appellantur.* Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 10. cùm pluribus de Saturnalibus disputasset, ita tandem con-cludit: *Ex his ergo omnibus colligi potest, & unà die Saturnalia fu-isse, & non nisi* 14. *Kal. Januarias celebrata, quo ſolo die apud e-dem Saturni convivio ſoluto, Saturnalia clamitabantur, qui diei nunc* Opalibus *inter Saturnalia deputatur, cum primùm Saturno pa-riter*

viser & Opi descriptus. *Hanc autem Deam Opem Saturni conjugem crediderunt, & ideo hoc Mense Saturnalibus iisemque Opalia celebrari, quod Saturnus ejusque uxor, tam frugum, quam fructuum reperatores esse crederunt. Itaque muti jam fatu agrorum coacti ab hominibus hos Deos coli, quasi vitæ cultoris auctores, quos etiam nonnulli Cum Cælo & Terram esse perhibuerunt. Saturnumque à fatu dictum, cujus causa de cælo est & Terram Opem, cujus ope humanæ vitæ alimenta quærimus: vel ab opere, per quod fructus frugesque nascuntur. Hinc Deæ fodentes vota concipiunt terramque de industria tanquam demonstrantes ipsam manum Terram esse mortalibus opperendam. Philochorus Saturnum & Opi primum in Attica statuisse aram Cereremque dicit, eosque Deos pro Jove Terræque coluisse, institutisque ut Panes familiarum, & frugibus & fructibus jam coactis, passim cum servis reverentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolerarerunt, delectari enim Deum honore fervorum contemptum laboris.* Hactenus ille.

Opalus, Græcè Ὀπάλιος, uti ex Orpheo discimus, quartum olim locum in gemmis obtinebat, post margaritas nempe, adamantes & smaragdos, teste Solinio in *Solinium pag.* 239. Hæc idem Orpheo, ob eximiam gratiam, quod nempe similis esset τερπνῷ κάσει, puello tenello, amabiliate ac venustate: Ita autem is,

Ὀφέλλει δ' ἐν Ἴασπιν καὶ ὀπάλιον ἠγαλλόν
Ἔγχλοον ἰώεντι Ἴασπι χρόᾳ καὶ ὠὸν ἔχοντα.

Certè in gloria pretiosissimarum gemmarum, *Opalum* ponit Plinius *lib.* 36. *cap.* 6. *ubi de eo, Adamantem videmus pluribus ab iis* (beryllis) *differentem generibus, propter quæ & margaritis tamen adnitier.* In *die sola & horum est mater. Atque in pretiosissimarum gemmarum gloria, compositi maxime inenarrabilem difficultatem deleruntisse enim in his carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare & cuncta pariter incredibili mistura lucentia. Aliis tamen fulgoris augmento colores pigmentorum aquavere: alii subpluviis aruerem flammam, alii etiam ignis oleo accessit.* Ubi *compositi opali* dicuntur, qui non simplicis, nec unius tantæ coloris, sed velut ex pluribus gemmis confiant. Mira nitudo gemmæ nuncvel avellanam æquat, de qua insignem historiam idem Plinius addit: *Extat boletique hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius Senator est, filius Strumæ Nonii — ille fuisse dicitur fortunis suis omnibus annulum abstulit, secum, quem certum est feliciter viginti millibus æstimatum. Sed mira Antonii feritas atque luxuria, propter gemmam proscribentis : nec minor Nonii contumacia proscriptionem fecum amantis, dum etiam sese adversus pericula corporis veliquatum, propter quam se periclitari sciebat.* Vitia ejus, *si color iis florem herbæ, quæ vocatur heliotropium, exsect, aut crystallum, aut grandinem : si tat inter venias, aut scabritia aut punctum oculis occursantia: nullasque magis India similitudine indistreta vitro adulterat,* ibid. Neque aliud experimentum quam in Sole est. *Falsa enim contra radios librati digito ac pollice unus atque idem translucet color in se continuus. Veri fulgor fubinde varius & plus huc illucque fluxit, & fulgor lucis in oculos transfertur &c.* Ibid. Sed & *Vitriofallis* meminit epiphanius *de XII. gemmis*; h. e. Jasidis opallio, an opallii Jaspidi similis? V. Salmasium ad *Solinum pag.* 132. 239. inprimis vero *pag.* 566. & *seqq.*

Ope Consilio, formula Vett. cujus verba conjunctim an disjunctim accipienda, jam olim acriter disceptatum. Sed Labeo, cujus sententia recepta est, separatim ista intelligenda docuit; cujus sententiam fic proponit Paulus: *Dubitavit inter Veteres, illa verba (Edicti sive Formulæ agentium ac judicantium) ope consilio, quemadmodum accipienda sint. Sed verius est, quod Labeo ait, separatim, non conjunctim, accipienda, ut alterutrum probatum esse satis sit, nempe Ope, aut Consilio rei factum fuerum.* Rationem subjicit, *Quia aliud factum est ejus, qui Ope, aliud qui* Consilio *furtum facit* (h. e. furtum fieri juvat *l. qui serva* 36. *ff. de furt.*) *Opem* autem fert, qui minister lum & auxilium ad furripiendas res præbet, veluti qui scalas fenestris supponit, vel ostium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit: Item qui comitem se adjungit ac latebras præbet, ut alius furtum faceret, *s. interdum quoque, inf. deobligat. quæ ex delictis nasc.* Consilium vero dat, qui versibus persuadet & impellit atque consilium instruit ad furtum faciendum, nihil autem ipse auxilii præstat aut facit: ut si Titio fusteris, illi vel illi furtum facere; item noctu portas, quam interdiu; vel dum ille in convivis eit &c. Item si mihi persuadeas, pannos meos siccandos noctu in hortis meis relinquere, ut eos Titius furto furripiat *d. l. in furti* 50. *s. ope d. l. s. persuadere, ff. de furtis corrupt. l. fin. ff. famul. act.* Adde literam ultimam post hæc Paulus: *Eadem is*, pergit, *qui consilio Opem adjutus vel adjuvans convertavit, & furti tenetur & condictione, qui vero ope saltem juvit sui consilium dedit, non autem convertavit vis quidquam, furti quidem penali, non etiam condictione tenebitur, l. 6. ff. de condict furt.* At quia obstare videbat Paulus! *supra*, 53. *de verb. signif.* quòd furtum non sit, cui non competat definitio furti, & accidere posse, ut cui consilium dabatur, id repudiet, vel ut, qui ferramenta alicui commodavit dederat, vel scalas fenestris supposuit inveniat, ignorasset, quamob causam admoverentur; ideo subjicit *d. l. Et sane post Vet. auctoritatem de rerum est, ut meus* Ope *videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit* (h. e. dolo opem tulerit) *nec consilium* (fraudulentum illud) *habuisse noceat, nisi & factum secutum sit* (h. e. juxta consilii formam factum perpetratum per eum, quocum consilium ea de re habitum est) &c. V. Gœddeum apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* in voce *Opconsilio.*

Opera, diurnum officium, *l. pen. ff. de oper. Libert.* vel quia per diem laborandum est, ut in *l. 2. ff. de min. leg.* vel quia certo diei tempore absolvatur. Tamesti fine etiam officia nocturna, fed JC. ad frequentiam respexit, Spiegelius apud Joh. Calvinum *Lex. Jurid.* Hunc *Operæ justa & legitima*, quæ torum diem exequitur, Connan. *n. comm. l. 8. num. 2.* Cujumellæ *justa operæ tum*, quod diei sunt æquales, teste eodem *lib. 1. capit. 2. num. 5.* apud Eundem. In plur. *Operæ* Libertorum officia sunt, quæ Liberti Patronis gratiæ & remunerationis loco præstant. *Nam*, ut ait Cajus, *Operarum editio nihil aliud est, quam officii præstatio.* Genera earum summa duo, *Officialium & Artificialium*; quarum illæ, in Patrono quibuscunque officiis adjuvando versantur, & personam eius ejusque victum, curationem, otium, quietem, voluptatemque potissimum attingunt: Illæ artis alicujus propriæ sunt, nec fine illa præstari possunt. E. g. Tito erga Ciceronem officiosus fuit, dum semper ei præsto erat, ab eo seu ægro esset corpore, seu animo, non recedebat, doctissimus cum sermonibus & colloquiis oblectabat, quo officio apud Atticum quoque Dionysius functus est: At Liberti, qui Pictores, Medici, Fabri, Architecti, Patroni sui justu quisque pingebant, medebantur, fabricabant & architectabantur, artificiales illis *Operæ* præstare debebantur. Et quidem hæc debentur a Liberto Patrono ejus, tamquam creditum & à Patrono & in quemlibet transferri possunt: illæ, in reverentia erga Patronos maxime consistentes, transfeunt ex Lege Ælia Sentia in hæredem institutum. Vultejus apud Calvinum *lib. cit.* Recentioribus *Operæ* aliàs quoque *Manuoperæ*, *Corvatæ*: in *Glossis*, Gr. Lat. Ὑπηρεσίαι ἢ παρέχεσθαι ἃ ἀνθρώποις ἢ τοῖς κτήνεσιν. Unde Leo Ostiensis *lib. 1. c. 11. Servos— libertate donavit— ea fidege ut singuli annis 4. per mensem* Operas, *ubi necesse fuerit, Monasterio impendant.* Hodie apud Italos Opera vocatur Comœdia Musicis modulis tota constans, quam ab illis accepere Galli, auctore Perrino, qui primus illustrimodi Comœdiam exhibuit A. C. 1639. &c. At *Operari* apud probatos Auctores aliud quid sonat, plerunque enim ad sacra refertur: quamvis *Operarii* proprie, qui non judicium, fed tantum operam adhibent, ad Architecti ex arte rationem operis præscriptam, Erasmus *Chil.* Verè autem *Operari* dignifi.at, rité facrificare. Unde Plautus, *Ut ijsdem Operatio orimen expiet.* Et Vitus Sarta,

——— *Cererilatis operatus in herbis,*

Atque alibi,

——— *Operata juventus* &c.

Operarius, apud Erasmum in *Chil.* quis propriè dictus fit, modo diximus. Eorum meminit Alphenus in §. *quid autem esse, in l. Censor. de verb. sign.* Alciatus interpretatur, *qui vuri operabus ture*: unde & ab antiquis simpliciter *Operæ* dicti sunt. Spiegelius apud Calvinum *Lexic. Jurid.* In Communione Romana, *Operarius*, nomen est dignitatis in Collegiis Canonicorum & Monalteriis, cui operibus publicis vacare contingit: Gallis vul. go, *Maistre de l' Ovvevre.* Bonifacius Archiepisc. Mogunt. *Epist.* 17. *Stirme in coquina fit. Bernhardus* operarius *fit, & ædifices domuncullas vestras ubi opus fit.* Idem dicitur *Operarum Magister*, Brouverio *Antiqq. Fuld. lib. 2. cap.* 10 Gallis *l' Ovvre.* Vide supra *Decanus operis*, & plura hanc in rem, apud Car. du Fresne *Glossar.* & quo adjuvius, etiam Gallicæ olim Reges suos habuisse *Operarios.* Ita enim Einhardus *de Translat. S. Marcel. Marcellini & Petri cap.* 8 *Gervvardus Paliais Bibliothecarius, cui tum temporis etiam Palatinorum operum ac structhurarum à Rege cura commissa* erat &c.

Operandi Caput tribus, Supplicibus olim in usu. Papinius Statius *lib.* 11.

——— *dejectam in lumina pallam*
Diva trahit, magnoque venit questura Tonanti.

Propertius *lib. 2. Eleg.* 28. de Supplice ita puella ad Jovem,

Ante tuos, pedes illa suppliciadjecta foeminæ.

V. Euripidem, *Argivi supplicibus versu* 111. ubi Adrastum, & *versu* 286. ubi Æthram supplicem Theseus alloquitur; nec non hic in voce *Capus*, & ubi de *Supplicibus.*

Ophias Petra, loci nomen Avieno, qui Ὀφιοτεύσα πέτρα, ut Dionysius vocat, *arcem Ophiadis* vertit.

Hic tamen internis Ophietidis arcis in arvis
Inter gemmiferas excrescit creber arenas.

Et Prisciano,

Beryllı lapideni liquidum, glaucig, coloris
Per loca qua undantem Ophianæ ad mania petræ.

Sed malè: *Ophietis* enim poëticè pro Ὀφίτιδι dicitur, & Ophitem lapidem notat. intra quem Beryllum circa Babylonium invenire tradit Dionysius, cum ait,

Τηνδε διὰ ῥοὸν ἀλαιὸν ἰὼν ἐπὶ γῆρυν Ὀφίτιν
Φοῖνιξ ἀστυδοῦης ἀφικτὸς ἔσῃ πόντου.

Nempe

Nempe & *Sale præsalute*, h. e. *eminentiis vel prominentiis* cautium, edebatur *Ophites* marmor, istra quod beryllus reperiebatur. Sic & beryllum apud Indos idem Poeta inventi scripsit, *ἐν πρέσβεσι λίθων ἀγαθῶν*. Singulare & Sardam, circa Babylonian, cum lapicidinæ quædam aperirentur, haxentem in saxo, corois modo repertam fuisse, tradit Plinius, quæ omnium erat laudatissima. Dictus autem non locus, sed lapis, *Ophites*, quòd hoc marmoris genus serpentium maculis appictum referret. V. Salmasium *Exercitationibus Plin. in Solinum, pag.* 340.

Ophiomantia, Græcè *ὀφιομαντεία*, divinatio ex serpentibus est, cujus exempla passim obvia. *Iliad.* 8. Calebas, viso draconę, qui octo pullos asseres cum matre devoravit, bell. Trojani annos auguratus est. *Æneidos* etiam *lib.* 5. anguis, qui ad Anchisæ tumulum,

Septem ingens gyros, septena volumina traxit,

septem illis gyris, auctore Servio, Æneæ fuit error in omen ostendit: erroris enim finis fuit illi septimus annus. Et ex *Historiis* notum est, quid Tiberio Græcho in Lucanis sacrificanti portenderint angues duo ex occulto prolapsi, qui repente hostitia, quam immola erat, jecinore adeso, in eadem latebras se retulerunt: & alii duo angues domi comprehensi, quorum fœminam illæ emisit, occiso mare, V. Ciceronem *de Div. lib.* 1. & Valerium Max. *lib.* 1. *cap.* 6. Sic Syllæ, agro Nolano, ante Prætorium immolanti quid significaverit ab infima ara subito emersus anguis: Et quid Roscio puero responderint consulti Arrusines, cùm dormientem illum reprisset rutrix serpentis amplexu circumplicatum? Imò in genere omnis fum fuit, anguem in tecto conspici, aut per impluvium decidere de tegulis: quam rem augurandi primum invenisse Telegonum, ait Sudas. Meminit hujus auguris Terentius in *Phormione.*

——— *monstra evenerunt mihi.*
Introit in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluvium decidit tegulis.

Aut viam, quà quis iter facturus effet occursu suo quasi dissecare aut interrumpere, de quo V. Horatium, laudatum suprà in voce *Anguis*, ubi plura hanc in rem.

Ophius anguis, latissimus Varro, apud Apollonium *Argonaut. lib.* 1. *versu* 303. cujus septem tabularum, serpentem planetis cognominum, meminit Poeta Nonnus *Dionysiac. lib.* 4.

Τεὸν ἐν σοκιδεσσι πάϊν μετρέσσατο δίεσσιν ὠφιος
Ἑφδομάτη φοινίκεον γίγον ἐχθροβόλον Ὄφιον.
Quo mundi eventus, & ineluctabile Fatum
Purpureis scu fissi novis memoratur Ophion.

An à Græco *ὄφις*, *serpens*, quem ad auguria olim frequenter adhibitum esse, suprà diximus. Certè augurium præsidem Deum credimus: Græci serpentis colubrinæ formâ, a proinde *Pythium & Pythonem* dictum, à quo [פתן], *pethen*, Hebræisseli serpentis species. Quid? quòd Python Mosi et [אב] *Ob*, vocabo Ægyptiis defuncta, quibus *Obion* hodieque serpentem notat. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* 1. *cap.* 3. & suprà in voce *Anguis.*

Ophioneus, Lat. *Serpentinus*, Dæmonum rebellium Dux, apud Pherecydem Syrum, ubi strictura aliqua primævæ veritatis, de lapsu Diaboli, de quo Gentiles aliquid inaudisse, ex Homero quoque apparet. Unde Justinus Martyr *Orat. ad Gent. pag.* 71. *Consimiliter penè*, inquit, *& de generis humani lapsu, à cœlis dejecto, quem Diabolum divinæ vocant Scripturæ, à prima sua adversus hominem calumnia & criminatione appellasione hujusmodi illi imposita: si quis acturalis vespertilari velit, comperiet quidem, Poëtam Diabolum nomen non usurpare, sed ex affinitibus suis pessimis, cognominationem illi aptam accommodare, Atten enim, h. e. Noxam, Poëta illum appellans, è cœlo, ait, quo opinione eorum est, Deo, deturbatum esse, ait, perinde, ac si verborum ab Elaia* (cap. 14. vers. 12.) *rate de illo dictorum mysteriis, nam ita in Poemate suo* (Iliad. 19.) *scribit:*

Accipiti iratus crinito vertice Noxam,
Et jus jurandum verbis solemnibus addit,
Stellarum nunquam venturum postea ad auras,
Noxam, quæ soleat cuncles simul una nocere.
Dixit, & involvens dextrâ dejecit Olympo,
Illa cadens nox tellurem pervenit ad imam.

Quibus verbis non lapsus ille tantùm, maximaque, quæ Diabolo contigit, capitis diminutio, sed & tracta inde nocendi libido, & præclusi mundo ad fuos pets (ex quibus in Sacris) significata videntur. Marsilius quoque Ficinus ad *Plat. argum. in Apolog. Socr.* obi erat, Platonem ab Ægyptiorum Mystis accepisse, Jovem impiorum Dæmones ad inferos deturbasse, qui & homines similiter pro viribus ad ima detorquerant. Quibus Pythagoricorum dogma addit Cœlius Rhodiginus *Lection. Antiqq. lib.* 1. *cap.* 28. apertiùs quidem id fignificantium, dum *fractis alis Animam labi terras* fingant, inque novem tribuant gradus, tanquam novenarium Angelorum chorum: & apud Platarchum de *vitando ære alieno* mentionem fieri Dæmonum, Deorum irâ cœlo deturbatorum, idem advertit. Sic itaque Pherecydes, ex eodem Traditionis fonte hausit, multos ab Jove Dæmones rebellasse, quorum exercitum, duxerit *Ophioneus*, ut dictum

V. Tobiam Pfannerum *System. Theologiæ Gentilis purior. cap.* 6. *S.* 7

Ophir, adde: De navigatione hac *Ophiritica* Salomonis, ita Auctor anonymus *Fastor. Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap.* 3. *§.* 9. ubi, ob defectum pyxidis nauticæ, veteres Navigationes per littora instituisse fuisse solitas docet: *Erigsse*, inquit, *Navigatio Salomonis* Ophitica *per littora instituti potuit, quamcunque* Ophirem *disseruimus sive Mozambiquam Africæ sit, quod probabilius, Chersonesum Auream & Malaccam Asiæ. Sic enim Exemgebera sub ventos primum littora maris Rubri legerunt, inde littora Arabiæ, Persiæ, Indiæ, littus Malabaricum dictus Coromandelicum, littora Bengalæ, Pegu, & ipsius denique Malaccæ: Nec mirum, quòd facer codex docet, finitimorum demum navigationem quamvis cognitam fuisse, quo ipsatio ne illis quidem, qui extra Orbem circumnavigant, tuta, aut opus est. In littoralibus enim ipsis navigationibus non pauverum non cum fluxu & refluxu, tempestatibus etiam saepissime collectari, quæ vetus iter nimium quantum impediant, ita hodiernos nautas in altum provectos non adeò moramur; In Americam verò non absisse hanc classem certissimum est, quia thur attulit, quod ex ipsissimo Elephantum est: America vero Elephantes non habet.* V. quoque Auctorem *Sinæ & Euri, cap.* 30.

Ophthalmicus, apud Martialem *lib.* 8. *Epigramm.* 74.

Ploclomachus nunc es, fueras Ophthalmicus *ante,*
Fecisti Medicum quod facit Ophiomachus.

Medicus ocularis est, Belg. an Oculist. V. supra, ubi de *Oculis.*

Opisconsiva, festum Deæ Opis, apud Romanos, quæ peculiare etiam cognomen habuit *Consiva*, à *consendo.* Incidebat in VIII. Kal. Sept. De eo sic Varro, *Opiconsiva dies, ab Dea Opeconsiva, cujus in regia sacrarium, quod sub altum, ut ea prater Virgines Vestales & sacerdotem publicum introrat nemo. cum est, subsidium haud habetur, de L. L. lib.* 5. V. Vossium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 58.

Opifices, sub Minerva olim patrocinio fuere: Ovidius *Fastor. lib.* 3. Namque

Mille Deæ est operum.

Hinc de illa sic Isidorus: *Minervam Gentiles multis ingeniis præditam cæpe hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc etiam telam ordisse & colorasse lanam perhibent; olivæ quoque ducunt inventricem & fabricæ, & militarium artium repertricem, ideoque illi vulgò Opifices supplicant.* Quo commento undi gitare Poëtæ voluerunt, ingenii, quod in capite fedem habet (quemadmodum Minerva fingitur è cerebro Jovis nata) acumine, Artes fuisse inventas excogitatasque, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 9. Ut autem *Opificia* strenuè exolerentur, scripta fuit Athenis lentitudinis Lex, Ὁ δὲ ἀρεὶς ἐκέλευσεν ἐν τοῖς κατὰ τὴν βουλὴν γραφεῖοις, *Lentitudinis aliquem qui vis impingi*squam ab Ægyptiis sanctum & Athenas à Solone invectam esse, auctor est Herodotus *Euterpe*, ubi Amasidem illius factiauctorem, doctrque quemdam *Opificum* quotannis ad Nomarchum vocatum fuisse, ut ibi vitæ rationem redderet. V. quoque Diodorum Siculum *lib.* 1. Plisstrato hanc legem tribuit Theophrastus apud Plutarchum, quem proin reddidisse τὸν τε χρόνον συνέγειαν τοῦ ἢ πάλαι ἐφειμένου, & *agrum magis culsum, & civitatem magis quietam*, dicit. At Draconem eam prius scripsisse, testatur Lysias, *Nician*, apud Diog. Laërtium, *in Solone*: Quæ sic concilies, ut pœnam ὁ δρῶν dicatur leniisse Solon: Draco enim illos primâ statim vice infamia mulcavit, ut habet Pollux *lib.* 8. *cap.* 6. Solon verò tum demum, si in eodem delicto iter fuissent deprehensi. Imò tanto in pretio apud Athenienses Artes erant, ut non cogerentur filius Parentem exhibere, ὃν μὴ διδάξαιεν τέχνην, *qui eum Artem aliquam sen* Opificium *non docuisset.* Quod enim volunt ante Aristotelis ætatem Diophantus Archon, an. 2. Olymp. 96. ut soli fervi publici Artes exercerent, vel nunc vix usu non diu obtinuit. Nec ad vena quoque ullus ea *vocabula* ut *Artificium*, nisi è Sonatus Areopagitici sententia & quidem ἐπὶ Τιμοχάρους, *sub Artem*, aut si. terius rei utilis causâ recipi batur, teste Aristoph. in *Plato.* Demum ipse Theseus, quamvis hanc suis civibus lentitudinis legem non scripserit, pecuniam bove fignando, illos non ad agrum solum diligenter colendum: sed & ad *Opificia* quæ vis strenuè exercenda, ut haberent, unde sibi victum quærerent, provocavit. Quin etiam fervum o iolum, qui Artem aliquam nesciret, alere erat nefas: Interim duo simul *Opificia* exercere lege erat vetitum, cujus memini Demosthenes *in Timocratem*, *Μὴ δύο τέχνας ἐπιτέλειν, Duas Artes ne exercito.* Quò vero magis ad rem gerendam accenderentur *Opifices*, veteri ejusdem Reip. lege inter eos, qui peritior habebatur, publice epulabatur in Prytaneio, & primam in Theatris atque concionibus occupabat sedem, ex Lege: Τὰ δεῖπνα τὰ ἐν τῷ πρυτανείῳ δίνειν τὸν Πρυτάνεις λαμβάνειν δὲ, πρωτὸν μὲν, ad quam alludit Aristophanes *in Ranis*, à quo præterea docemur, non perpetuum fuisse aliquando hunc honorem, sed si quis alius, qui hunc ipsum Arte superaret, reperiretur, ei suam *σίτησιν* locumque cessisse,

——— Νέμεσθαι τὸν ἀεὶ ἐν κόμπῳ,
Ἀνὰ τὰν τεχνὰν ὅστις μεγάλην κ᾽ βέλτιον᾽
Τοῦδε δ᾽ ἐστὶν ὅτῳ τὰν ἐμὰν συνίησιν,
Σίτησιν αὐτὸν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν,
Θᾶττον δὲ, Σ Πλάτων᾽ ἐξῆς. ΣΑΝ. *ἐγὼδ᾽ ἐγὼ.*

ΔΙΑ. Ἔστ ἀφίεσθαι τὸν τέχνην τοῦ ἄστρου.
Ἐστὶ δὲ ὡς ἀδύ, τέχνη ἡ μαντικὴ ἐστὶν.

Ut autem, quis peritissimus esset, fieret palam, unusquisque Artis Magistri inter se committebantur, festo quod Χαλκεῖα sive Πάνδημα, quia ab omnibus *Opificibus* triceſimo Pyanepſionis die agitabatur, dici ſolebat, dictæque ſunt iſtiusmodi commiſſiones ἀγῶνες. Sic omnes cùm Artes exercere liceret, Unguentariam tamen facere non licuit, juxta Solonis Legem: Τὰς δὲ μυρεψικὰς μὴ ποιεῖν, Ne quis Pharmaceuticam faciat. Vendebant autem *Opificum* tenuiores mercesſuas in Foro, ut ex Demoſthene diſcimus οὐ τὰ τῶν ἐνδεολόγων, in quaeis, cui hanc Orationem ſcripſit Orator, fatetur Matrem eſſe pauperem, & in Foro tænias vendere: id quod ſub mendicitatis faciebant; Ἐπὶ δὲ μισθοῦ σκηνὰς κεκλιμένας ἐμίσθουν ἐργάζεσθαι, jurgia inter ſe & ἀκροχειρισμοί, argumentum dramatis, cui titulum fecit Ariſtophanes, Σκηνὰς κεκλιμένας. Interea non licebat hanc in Foro ἐργαζεῖν cuiquam, ſi vendari, ſive ſaltim ea exprobrari in Solon. cavit, Ἐπὶ τῶν αὐτῶν τὸ κατηγορεῖν τὰ τῶν ὠνουμένων καὶ τὰ τῆ ἀγορᾷ, ἢ τῷ πωλεῖν, ἢ ἄλλο τοῦτο ἐπιδεῖξαι ἐν ἀγορᾷ ὠνούμενα ἢ πωλοῦμενα. *Qui civi ſervum ari ſive feminæ exprobrarit, quod in Foro mercesvenales exponat, accuſare eum jus eſto*, V. Demoſthenem *loco cit.* At peregrinis neutrum licebat, neque in Foro aliquid vendere, neque in Urbe *Opificum* aliquod exercere, vi legis eidem Demoſtheni *ibid.* laudatæ: Τὸν ξένον ἐν ἀγορᾷ μὴ ἐργάζεσθαι, *Peregrini in Foro nihil vendunto, neque ullum artem exercento*, Sam. Petitus *Comm. in LL. Attic. lib. 5. tit. 6.* Addam, *Opifices* tertiam civium claſſem antiquitus in Rep. Athenienſium conſtituiſſe: Τρία γὰρ ἦσαν πάλαι, Ἐυπατρίδαι, Γεωμόροι καὶ Δημιουργοί, id eſt, *Tria olim erant civium genera, Eupatridæ, Geomori & Demiurgi* ſeu Opifices: de hoc Solon alıam diviſionem introduxerat, in Pentacoſiomedimnos, Equites, Zeugitas & Thetas; univerſam civium multitudinem diſpeſcendè. V. Pollucem *Onomaſt. lib. 8. cap. 9.* & Diog. Laërtium *in Solone*. Romæ ſua Collegia, tuæ Sodalitates fuere *Opificibus*, à Numæ jam temporibus, quem primum Collegia inſtituiſſe Plutarchus auctor eſt, diſtributa ſe eundum artificia multitudine. Ita ſuum peculiare Corpus ſuſcipit habere Tibicines, ſuum Aurifices, Architectos, Tinctores, Sutores, Coriarios, Fabros ærarios, Figulos, Alios; ſimulque unicuique generi ſuos peculiares Conventus & Religiones præſcripſit, ut latiùs apud Autorem præfatum videre eſt. Et meminit Collegii Tibicinum Val. Maximus *cap. de Inſtitutis*: Collegii Fabrûm ærariûm, Plinius *lib. 34. cap. 1.* Collegii Figulorum idem *lib. 35.* ut alia omittam. Quæ quid juris habuerint, oſtendit Caius JC. *in l. 1. ff. Quòd cujuſque Univerſitatis nomine, vel contra eam agatur*, cùm ait: *Collegia Romæ certa ſunt, quorum Corpus Senatusconſulto & conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt, veluti Pallorum, & quorundam aliorum & Naviculariorum, qui & in provinciis ſunt. Quibus autem permiſſum eſt, Corpus habere Collegii, vel Societatis, vel cujusq; Eiusdem nomine, eorum proprium eſt, ad exemplar Reip. habere res communes, arcam communem & aliquem ſive Syndicum, per quem tanquam in Rep. quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat, &c.* V. Joh. Rofinum *Antiquit. Rom. lib. 8. in 4. XII. Tabb. 41. de Collegiis*. Apud Athenienſes ſimiles Sodalitates ſeu Collegia erant, verùm an iſtiusmodi Arcam communem Sodales habuerint, non usque adeò liquet. Dicit quidem Marcianus *lib. 3. Inſtitut. Mandatis principalibus* apud Romanos permitti *tenuioribus ſtipem menſtruam conferre, dum tamen ſemel in Menſe coeant, lib. 1. D. de Collegiis*, cum qua ſtipe conferunt nonnulli τὰ ἔρανα Athenienſium, quia in vet. Gloſſa legitur: Ἔρανος, *Stipes ſodalitium*. Atqui Sodalitia hic non intelliguntur, qui Collegium ſive Sodalitium celebrant, aut Societatem contrahunt, *ſive inter ſe rerum humanarum, ſive negotiationis alicujus, ſive vectigalis ſive etiam rei unius*, l. 5. D. de ſocio: Sed Æquales & Amici, quemadmodum apud Terentium in *Phormione*,

Interea Amici, quod poſſicii ſunt, dabunt,
Inde iſte vedlet.

Et Philemon Comicus,

Ἀκὴ' Ἔξεστιν κ᾽ὄφλειν ταῖ κ᾽ γνωθεῖν τὸ δίκη
Ἔρανον ἀνέντ᾽ ἄλλοι μὲ λαβεῖν πάλιν φίλοι,
Ἐὰν δὲ μὴ, γράψω σωτῆρ᾽ ἀπὸ μικρῶν κακῶν ἑκάν.

E' quibus videmus eum, cui Ἔρανος opus erat, factum fuiſſe ſuppliciem ſuis Æqualibus atque Amicis:

Ne cui ſuum fuorum Æqualium ſupplex fiet.

Adibantur enim Amici, & ab iis ἐρανοῦν petebatur. Sed & repetebantur atque reddebantur ἔρανοι ab illis, qui hujusmodi collatione fuerant ſublevati, debebatque reſtitui collata hæc pecunia, intra menſem ex quo fuerat collata. Unde Harpocration, & Suidas, Pollux; Ἔρανοι δίκαι, καὶ Ἐπιτιμήσεις ἐρανικαί. Imò qui hanc ſtipem conferebant aliquando, à Sponſore aliquo ſibi caveri volebant, ut docet tribulus Orationis Lyſianæ. Et ad collatitiam hanc Athenienſium ſtipem proximè accedit Romanis uſurpatus mos, in ſublevandis adverſis amicorum rebus, ſed ſiue ulla reſtitutionis ſpe aut fiducia. Martialis,

Empta domus ſuerat ibi, Tongiliane, ducenis:
Jubſtulit hanc nimium caſus in Urbe frequens.
Cultarum eſt dicis: rogo, non potes ipſe videri
Incendiſſe tuam, Tongiliane, domum.

V. quoque Juvenalem *Sat. 3.* Ad menſtruam verò illam ſtipem, quæ in Sodalitiis & Collegiis conferebatur tenuioribus apud Romanos, accedunt *Erani* Amiſenorum, de quibus Trajanus *in Deſcr. ad Plin. Sec. Amiſenos*, *quorum libellum Epiſtolæ tuæ junxerat, ſi legibus iſtorum, quibus de officio ſalueris utuntur, concuſſum eſt Eranos habere poſſumus quominus habeant non impedio; ex facilius ſi tali collatione non ad turbas & illicitos cœtus ſed ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam utuntur.* Valerium Sam. Petitus *l. 11. c. 7. pojume.* Nec omittenda *Opificum* à bello immunitas; qui proin non niſi neceſſitate urgente ad id exciti: uti legimus apud Livium *lib. 3. c. 4.* & *lib. 8. cap. 20.* Iisdem parcitum bello captis, uti docet Hugo Grotius *de Jure Belli & Pacis lib. 3. cap. 11. §. 12.* Hinc Opifices Carthaginis novæ, poſtquam hæc à Romanis expugnata eſt, exercitui diſtributi ad operas leguntur, apud eundem Livium *l. 26. cap. 47. &c.*

Opificum in Urbe Romæ Sodalitates Vett. memoratæ.

Architectorum collegii, meminit Plut. *in Numa.*
Aurificum, Idem *ibid.*
Capitolinorum, Cicero *Epiſtol. ad Q. Fratrem lib. 2.*
Coriariorum, Plut. *loc. cit.*
Fabrûm ærarium, Idem *ibid.* ut & Plinius *lib. 43. cap. 1.*
Fabricenſium Pandectæ & Codex.
Figulorum, Plut. *in Numa*; & Plin. *lib. 35.*
Mercurialium, id eſt, Mercatorum, Cic. *lib. 2. Epiſt. ad Quintum Fr.*
Opigena, adde: Feſtus. Eadem cum Lucina Latinorum Ilithyia & Zygia Græcorum, quam, utpote parturientium Deam, familiaris advocandi mos olim viguit. Eidem vota nuncuparunt Puerperæ, quem morem elegantèr expreſſit Propertius *l. 2. Eleg. 2.*

Idem ego cum Cinara trahores Lucina dolores,
Eſſacrens uteri pondera lenta moram.
Junoni votum facite impetrabile; dixi,
Illa parit.

Haſtas quoque conſecrarunt, quod in nummis honori ejus conſeratis apparet, ubi non raro ſtatua ejus haſtæ ſubnixa videtur. Vaccas item publico nomine immolarunt, & ne quid cultus deeſſet, nummis cuſis monumenta erexerunt ritu à Græcis ad Latinos derivato. V. Thom. Bartholinum *de Puerperio Vett. ut & ſuprà*, in vocibus *Diana*, *Lucina*, *Luna* &c.

Opima Spolia, laxè *proſpolis egregiis*, qualia Scipio de Vaccæorum Rege, ſingulari certamine victo, retulit, apud Florum *lib. 2. cap. 17.* Strictè & propriè verò illa dicebantur, quæ Duci hoſtium Duci à ſe interfecto detraxerit Opimus, ut Feſtus & cum eo alii tradunt, tanta raritas fuit, ut intra annos paulo minus 530. tantùm trina contigerint nomini Romano: una, quæ Romulus de Acrone: altera, quæ Coſſus Cornelius de Tolumnio: Tertia, quæ Marcus Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro, fixerunt. Et quidem *Lege Numa prima opima ſpolia Jovi Feretrio debere ſuſpendi, ſecunda Martis* (*belli* Præfidi, cujus templum extra Urbem) *tertia Quirino* (i. e. Martì qui præeſt pacì) Servius ait *ad illud Æneid. l. 6. v. 859.* ſed Plutarchus, qui idem narrat *Marcello cap. 11.* obtinuiſſe dicit, ut omnia Jovi Feretrio ſpolia ſuſpenſa crederantur. V. L. Annæum Florum *Hiſtor. Rom. lib. 1. cap. 8. & 13.* ut & *lib. 2. cap. 4.* Eadem fere *Opima* dicuntur, non additâ voce ſpoliorum, intellectâ tamen. Ita Seneca *Herc. fur. v. 48.*

Opima victi Regis ad Superos refert.

Florus quoq; *l. 2. c. 17. ſuprà cit.* M. Varroni *Opima ſpolia* etiam ſunt, ſi manipularis miles deſtraxerit, dumnodo Duci hoſtium detraxerit. Idem quoq; docet, non omnia ſolita fuiſſe ad ædem Jovis Feretrii poni, cùm in libris Pontificum ſcripti ſit, pro primis ſpoliis bove, pro ſecundis ſolitauribus, pro tertiis agno publicè lara fieri debere. Eſſe etiam Pompilii Numæ R. legem *Opimorum ſpoliorum* talem: *Quijus auſpicio, claſſ. procinctu. Opeima ſpolia capiuntur. Jovei. Feretro, bovem. cedito. quei capit. xeris ducenta. davier operoto. Secunda. ſpolia. m. Martis. aram. in campo. ſolita. uuille. a. xera. roverli. cedito. Tertia. ſpolia. Junio Quirino. agnum. marem. cedito. cenum. quei. caperit. ex. ære. dato:* Feſtus refert; ſed fieri poteſt, ut ritus hic in deſuetudinem abierit. quod Plut. docere videtur, V. Joh. Rofinum *Antiquitatum Rom. lib. 10. cap. 29. ſu.* Jupiter verò Feretrius, cui hæc ſpolia conſecrare mos erat, indeapellarus videtur, quòd absque ejus ope *Dux Ducemferire non poterat*, Alex. ab Alexandro *Genialium dier. lib. 1. cap. 14.*

Opinio, apud Suetonium *Nerone cap. 53.* *Exiſtopinio*: idem quod fama eſt, ut aliàs ſæpe. Sic *fama exiit*, apud Corn. Nepotem *Ageſilao & Annibale*. Gr. λόγος ἐξέπεσεν. Nempe *Opinio* propriè λόγος ἐξ ὠιὼτὸ πρὸς αὐτὸ ἢ ψυχὴ διὰ ξέχος, ἀφ᾽ ἧς ἀν ἀς ἐκφέρῃ, Platoni in *Theæteto*: hinc Metaleptice ſumo ipſe, qui ex *opinione*, id eſt, ὠὸ τῆ πλησμονῆς ἢ κεφάλιας, *ex plenitudine cerebri*, ſuſpicatur.

Hinc

Hinc *opinari* propriè quidem eſt *intra ſenentire aliquid*; at tralatitiè *dicere*. Suetonius *Auguſto cap. 51. male opinari de Caſare*. Et *cap. 67. ſi rumor graviſſime de ſe opinantium non ultra quam compediſ-bus coercuit*: ad quæ loca Caſaubonum vide. Sed & *Opinio*, pro cenſu. Hinc *Opinatores*, militesolim dicti, qui in provinciam mittebantur, petendæ militaris annonæ causâ, in *l. miſſi 7. C. de exact. trib. lib. 10.* quòd exigerent *opinionem*, id eſt, cenſum agri, ut opinatur Jac. Cujacius d. *l. Opinio* enim in poſterioribus ſibb, Codicis pro cenſu præpiti ponitur *l. ult. C. de præd. navic. l. ult. C. de collat. ſiund. fiſcal.* Vulgò *Taxa*, Joh. Calvinus *Lex. Jurid.* Hi miſſi minutiarias, non ſungebantur Exactorum officio, ſed inſtabant Præfid ibus & officiis eorum, ac Curialibus tantùm, quibuscitulorum fiſcalium exactio competebat, ut intra annum pactium annonas acciperent, leg. 11. *eod. de exig. milit. annon.* In *Gloſſ.* Gr. Ὁ ἐφορτιζόμενος ἀνώνης ἀκκαλύπτει, *Opinator*, &c. V. Jac. Gotofredum ad legg. 26. & 34. *de Exeg mil. ann.* Haloander tamen in *d. l. miſſi 7.* legit *opiones*, de qua lectione V. Budæum in *l. ult. ff. de jur. immun.* Pyrrhus quoque non *Opinatores*, ſed *Opinatores* legi vult, apud eund. Calvinum.

Opis: addit Idem Danæ epitheton ſive Lunæ, ſicut & *Lexo* & *Hecaërga*, uti Servius docet in *Æneid. lib. 11.* Cui Dexiæ vir gines quum nupturæ eſſent, comam detectam diceſſe, diſcimus ex Pauſania in *Atticis*, & Diodoro in *Melpomene*. Sic autem dicta videtur, à cura puerperii, uti docet Voſſius de *Idolol. lib. 2. cap. 19. Opis* enim *cura* eſt; vel etiam, in gratiam virginis Hyperboreæ *Opis* nuncupatæ, quæ ſæva Apollinis & Dianæ *ingenia* *cognoverat* Callimachus vocat, hoc eſt, *in ſacris mergitum*, ut Servius habet *in Æneid. lib. 6.* occultata in Delum pertulerit. Jonicè *Oöπις*, Doricè *Ὦπις* vocatur, quæ quo pacto differat ab *Ope* Dea Latinorum, V. eundem *cap. 18.*

Opiſthocrepidæ, in fœminici calceatus cenſu, memorantur Jul. Pollux *Onomaſt. lib. 7. cap. 22.*

Opiſthodomus, Græcè Ὀπισθόδομος, i. *poſticum*, pars erat Templorum, apud Græcos Gentiles, poſt cellam, cujus meminit Publ. Victor *de Urbis Reg. 14. his verbis*, *Ante cellam* (ſanctiorem, ſolis rebus sacris deſtinatam) *eſt prodomon*, *poſt templum Opiſthodomon*. Ubi templum in tres partes dividit, mediam ubi eſt Cella, quam hodie *Chorum* vocamus; quæ antecedit, Προδόμος: quæ ſequitur, *Opiſthodomus*, Hadr. Turnebus *Adverſar. lib. 22. cap. 17.* Salmaſio in Templis illis hæcerant, *Pronaus* primùm προδόμος, vel pariſtaſes antarum vel columnis ædificatus cum faſtigio: deinde σφηνώκαια ſeu Πτερὼν. Sequebatur *Ædis Cella*, ὁ σηκὸς, hoc eſt, ædes interior, in qua ſimulachrum Illius Divi, cui dicata erat ædes, cum ara ponebatur: cujusmodi Cellæ plures in eodem contepto multæ erant, præſertim ſi pluribus Diviuus eademque ædes eſſet dedicata. Poſt cellam Ædis, ὀπισθόδομος vel *poſticum*, ad idem fere inſtar ſubſtructum ὑπόδομος vel σφηνὼκαια. Circa latera Ædis *deambulationes* ἐξώδρομοι, ordinibus columnarum utrinque adjectis. Ante pronaum *Area*, quod ſpatium erat ſub dio. In templis veró Chriſtianorum Narthex quidem erat, & οἱ νάρθηκες ſive *Veſtibulum* ac Ingreſſus Templi: Templum dein ipſum ſeu *Templi navis*: & *Abſide* ſive *Camera* ac interdum ſacrarium, quod hodie *Chorum* appellant; ſed nullus Ὀπισθόδομος, uti docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 1218. & pluribus *ad Eſtherianum Sanctiſſimi*. In iſtiusmodi poſt eo, cum ad eundem modum Ædes columnas & faſtigium haberet, ut in fronte, Ἀμφιπρόστυλος ea vocabatur, uti ex Vitruvio diſcimus. V. quoque ſupra in voce *Amphiproſtylos*.

Opiſthographum, Græcè Ὀπισθόγραφον, Hermolao dictum eſt, quod ea ſit utraque pagina ſcriptum eſſet, adverſa & averſa minutis literis: quæ quum opinionem Utpiani verba confirmant, leg. 4. *ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* ubi, *Chartæ appellatio in quit, & ad novam chartam refertur & ad deletitiam: proin de eſt* in Opiſtographa quis *teſtatus ſit, hic pœti poſſit bonorum poſſeſſio. Veteres enim plerumque una tantùm in parte ſcribebant, quia ſcriptæ chartæ illas in vel vebant: unde Volumina dicta ſunt*, Vide Alciatum *Diſſunil. lib. 6. cap. 10.* Cornarium *Miſcellan lib. 1. cap. 19.* Hotomannum. Alii tamen in *d. l. 4. Epiſtographus*, alii *Epigraphus*, mendosè legunt. Meminit autem *Opiſthographi* quoque Plinius Sec. *Epiſt. ad Marc. Eliſcivum*, inquit *commentarios 160. mihi reliquit*, Opiſtographos *quidem & minutiſſimè ſcriptos*, ad quem V. Hermolaum *Gloſſem.* & Alexandrum ab Alexandro *Genialium Dier. lib. 2. cap. 30.* laudatos Joh Calvino *Lexic. Jurid.* Salmaſio ſic dicta ſunt ſchedæ illæ, quibus extemporalia ſcripta & nondum emendata adlinebantur, quæque & in averſa parte, hoc eſt, in tergo, ſcribi & cerari ſolebant, unde nomen. In *Opiſthographis* enim & adverſariis rationes ac diurna ſua perſcribebant, iisque utramque occupabant paginam, adverſam & adverſam; à quarum illa *Adverſaria*, ab iſta *Opiſthographa* dicta ſunt, de quibus V. Scaligerum *de Papyro*. Sed & Studioſi ac literati homines primas ſuas curas ac commentationes, & quidquid demique ſub limam revocandum eſſet, in ejusmodi ſchedis *opiſthographis* conſcribere moris habebant, quod poſtea in mundam chartam, & quæ ab una tantùm parte ſcribebatur, transferendum curabant, ubi fatis emendatum videretur. Sic Luicianus *in Dial. Bius πρᾶσις*, *peram Cynicorum*, *lupinis & libellis opiſthographis referam fuiſſe* dicit, in quibus philoſophemata ſcilicet quædam de ſecta ſua incondite habebant ſcripta: ἃ πάντα ὅτι σοι διέφαινεν ἐν τοῖς ὀπισθογράφοις. At nitidæ charitæ & mundæ, ex quibus librorum volumina compaginabantur, & in quibus emendata opera perſcribebantur, in adverſa tantùm facie, non etiam in tergo, exarari conſuevere. Juvenalis *Sat. 1.*

——— *Impunè diem conſumpſerit ingens*
Telephus, *aut ſummi plenâ jam margine libri*
Scriptus, *& in tergo*, *nec dum finitus Oreſtes*:

tam longam hanc fuiſſe Oreſtis tragœdiam innuit, ut non ſolùm ſummam libri ſchedam usque ad extremum marginem impleret, ſed averſam etiam ſuperficiem occuparet, nec dum tamen eſſe abſoluta. Qui locus fatis oſtendit, libros emendatos & purè ſcriptos, in tergo non conſueviſſe exarari, niſi qui nimium longi eſſent & extra modum menſuramq; juſtam traherentur. Arator,

Stilibi, *Magne*, *velim fatiæ memorare parentum*,
Vix dares in tergo pagina tecta locum.

Martialis in Picentem quendam,

Scribitis averſa Picens epigrammata charta,
Et dites avero quod facis illa Deo, &c.

V. Salmaſium *ad Popiſcium in Firmo*.

Opium, Turcis Perſiſque in frequenti uſu, qui eo ſumpto validiores ſeſe & ad bellipericula magis impavidos eſſe, perſuaſum habent. Quare, ubi exercitum colligit Turca, opio univerſi ſpoliatur terra, hicèt quotannis incredibili id colligatur copia, ex albo papavere, poſtquam capita prot ierit, leviter vulnerato: unde lactis aliquot guttæ emanant, paulatim concre ſcentes. Ejus ſemine proin apud Turcas Perſasque non minus, ac apud nos tritico, terra conſeritur, præſertim in Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia. Interim trito pro verbio illius ſtum libi unico Turcæ exprobrant, *Opium comediſti*, quod non minus convitium, quàm ſi obrictatem objicerent; habetur V. P. Bellonium *Obſerv. lib. 2. cap. 15.*

Opobalſamum, de ſuco propriè, ſicut *balſamum* de arbore; cùm Juſtinus iverſâ vice *opobalſamum* pro arbore, *balſamum* pro lachrima potuerit: Græcè ὀποβάλσαμον, ὁ ἐκ τοῦ βάλσαμου. Plinius, *Succus è plaga manat*, *quem opobalſamum vocant*, *ſuavitate eximiæ*, *ſed venit gutta piturata*, *lanis parva colligitur in cornua*. Dioſcorides, ἡ δ' ὀπὸς αὐτοῦ ἐκφέρεται ἐκ τοῦ τρώματος ἐξ ἀρχῆς χύλου ἀναβλύζοντος, *Tenuiter autem fluit*, *ita quotannis non plus quàm ſex aut ſeptem Xeſtis*, hoc eſt, *congii colligantur*. Sic autem Alexandri, quâ vixit Theophraſtus, totidem congii omnibus annis colligebantur, referente hoc Scriptore: Atqui Plinius narrat, ſuo ævo vel ſingularum arborum venam largiorem fluxiſſe, ex ſingulis nempe arboribus plus cum balſami collectum fuiſſe, quàm in Alexandri temporibus & Theophraſti, ex omni totius annis ſuccendente. Ita enim is, *Alexandro magno ibi* (in Judæa) *ter ſerente uno die aſſiro unam cumulem impleri juſſum erat. Omni* (balſamus ligni, *erat homini*, *Anno*) *vero ſæcunditate à majore horto congios ſenos & minore ſingulos, ſi duplo reprendebatur argento*. Quæ ſunt ſeptem congii, quos ſingulis annis colligi refert Dioſcorides. Addit Plinius, *Nunc etiam ſingularum arborum largior vena ter omniaur proximus aſtatibus*, *poſtea deponatur &c.* Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 991. & paulò infrà. Universas autem hic balſami reditus, ad Ægyptum pertinebat, qui arborem terendam, colendam, incidendam curabat & balſamum ex ea collectum vendebat: quod purum putumque trecenis denariis vænibat. Qui verò à ſico emebant Mercatores, in tantum liquorem illum malâ fraude augebant, admixtis aliis ſuccis, ut mille denarios decernis dediſſent. Erat autem ſextarius congii ſexta pars & 20. pendebat uncias, in vinoque leviter erat nonâ parte oleum, quâ menſurâ *opobalſamum* penſitabatur. Quòd autem plus balſami recentiore ævo collectum, quàm Alexandri tempore, hinc fuit. Ante victoriam Romanorum, in Judæa, arborum balſamum ſudantium duo tantùm erant horti, ſique Regis & paucorum jugerum. Sub Romanis ſpatium amplificatum eſt & arbores propagatæ & plures factæ: nec propagatione tantùm numeroſiores, ſed etiam cultura & curâ, proceriores ſingulæ effectæ. Unde duplici modo uberius balſamum collectum coepit. Ejus probationem Servius, quaſi à Plinio, hanc ut videtur, *probatio autem opobalſami*, *ſi in dicis Plinium*, *hæc eſt. Si contra Solem ſervatur*, *& corruptum non fit*, *manum ſerenitis exurit*. Quod apud Plinium non reperitur, qui poſtquam varias ſpecies enumeravit, quibus balſamum adulterretur, ita ſcribit: *Nequiſſimè autem gummi*, *quoniam inareſcit* (pro quo forte *inardeſcit*, legit Servius *in manu inverſa & in aqua fruſti*, *quæ probatio eſt gemina*. *Debet ſincerum & inareſcere*, *ſed hoc è gummi areſcere addita fragili cruſta cruris*, *& guſtu deprehenditur*. Ubi nequiſſimè balſamum gummi adulterati dicit, quia difficillimè deprehenditur: geminam quippe habet probationem, ſincerum, quòd in manu inverſa inarefcit & cruſtam concipit & quòd in aquam inditum ad ima vaſis ſidit. Sed fraus ſic deprehenditur, quòd opobalſamum gummi adulteratum areſcit, cruſtâ fragili

fragili addità; at crusta sinceri, quòd in manu inversa inarescit, fragilis non est &c. V. plura hanc in rem apud Salmasium *ubi supra*.

Opsion, adde: *Epsoen* ma vult legi Salmasius, qui nomen hoc urbis apud multos Auctores se reperisse, ait. Sic verò dicta fit ab illis riguis amnis Chrysorrhoæ, quibus fœcunda est, quasi ὀψιγόνῳ. Plinius, *Jungitur ei* (Judææ) *latere Syriæ Decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo non omnes eadem obtervant. Plurimi tamen Damascum, Eupotan* (uti legit Salmasius, pro *Opotan*) *riguis ex amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam reincidentia.* Verùm nec *Eupotes* alibi occurrit, & Solinus *cap.* 36. eam urbem omisit. Ipse Plinius Decapolitanam regionem à numero oppidorum dictam scribit eaque oppida recenset, sed undecim pro decem in censu reperiuntur: *Damascus*, Opoton, *Philadelphia, Raphana, Scythopolis, Gadara, Hippos, Dion, Pella, Galasa, Canatha.* Forian itaque *Opoton*, non nomen fuerit distinctæ urbis, fed Plinius scripserit *Damascum Eupotan*, epitheto hoc ei adjuncto. In Græcis, unde illa transtulit, videtur reperisse, Δαμὸν τὸν ὀρθίδακα ὃ Χρυσόρροα πάλουσι. Quod ille fic accepit, quasi Δαμάσκον ὑπὸν τὸν, cum adjuncto vel epitheto dixerit, ad discrimen alterius cujusdam Damasci, Hoc indubitatum atque ὑπὸν-idem quod ὑπέρις, ὑγρίως & rivis bene fatura. Chrysorrhoas enim amnis, qui totus fere in rigua & rivorum deductiones convertebatur, Damascum præcipuè rigabat & ὑπὸλον reddebat atque inde nomen potius nactus videtur, quòd Damascum fertilem redderet, quàm quòd auro flueret. De uno certè oppido tantùm loqui Plinium, ex verbis ejus manifestum eft, *Damascum Eupotes riguis amnis Chrysorrhoæ fertilem.* Fortiter namque dixisse, non fatis conflet Damascum præcipuè riguis illius amnis fertilem esse, in eo Urbium numero. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 617.

Oppessulandi Januæ, apud Vett. modus haud simplex fuit; nec enim eodem munimine interiorum conclavium & œcorum fores, quo primæ domus januæ, quæ in publicum aperiebantur & urbis portæ, firmari consuevere. Comici certe hæc rite distinguunt. Unde Terentius, de prima janua, quam oppugnatum venirebat miles, *ostium*, inquit, *obpera intus*; & obdita fera fenestræ ligneo ostium intus occlude; Græcè dixisset, μοχλεύσον τὸ θύριον ἔνδοθεν. At de conclavi, vel thalamo dicit, *pessulum ostio obde*; ferreo obice intus occlusisse significans. Cujusmodi obices ferreos, quibus interiorum membrorum domus fores *oppessulantur*, Galli *verrucla* dicunt, uti ipsas fores fic oppessulatas *verueladas*, vulgò *verrouillées*. Duo autem *pessuli* ferme fingulis foribus addebantur, licut hodieque moris eft, in superiore parte unus, inferiore alter. Inde apud Plautum *Amphitruonem*, *Ostium binis ambobus occlude pessulis*: quod de sera vel vecte ligneo non potè accipi. Nec enim duabus seris vel μοχλοῖς januas munirimoris erat, licèt apud Polybium legatur *lib.* 15. de foribus quibusdam duplici claustro obseratis, id enim minime perpetuum ac solenne, & proin notatum Polybio: Apud Appulejum *l.* 3. de cubiculi foribus, à Photide intus occlusis, *Et tam dicto*, inquit, *pessulis injectis & uncino firmiter immusso &c.* Ubi libri quidam *mno*: uncus vel uncinus immittitur, injicuntur pessuli, & ita intus fores oppessulantur. Ubi videmus, duplici pessulo & uncino firmari cujusmodi uncinum Glossæ exponunt κράμπα, adeoque rationem hanc diversam esse à sera, βαλάνῳ seu βαλανάγρᾳ, de qua infrà: quæ duo recentiores confundunt. Duobus igitur pessulis fores occludebantur ab his, qui intus erant & securi volebant esse in eo conclavi, quod ad hunc modum tutum præstabatur. Neque ulla clave ab his, qui foris adstabant foribus, ejusmodi pessuli removeriant sucui ti poterant. Ut autem ittiusmodi ostia intus *oppessulata*, ut loquuntur, aperiebantur in alationem membrorum, reponendis vestibus & aliis domesticis rebus destinatorum, in quibus maneat nemo, qui posset intus occludere vel recludere, ab his qui foris veniunt, referari & discedentibus inde interum obseiari possent, clave opus erat, quâ immissâ ab his, qui foris erant, adducebatur aut re ducebatur pessulus, quo ostium intus vinctum & posti junctum retinebatur, uti etiammum fieri solet. Sed hac de rediciemus infrà, ubi de *Reserandi modo*. Neque verò *oppessulatis* fores contenti Vett. præter pessulos, quibus injectis fores occludebantur ab intus manentibus, alios etiam obsices ferreos affixos habuere, ut de Penelopethalamum ædium intimum ultimumque, in quo pretiosa cimelia illi reposita jacebant, aperiente, legimus apud Homerum *Odyss.* 9. Verùm de his vide suprà in voce *Obices* & plura hanc in rem apud Salmasium *ad Solinum pag.* 933. & *seqq.*

Oppia Lex, de Matronarum cultu, vel mundo muliebri, lata eft à C. *Oppio* Tr. Pl. Q. Fabio Maximo Tr. Sempronio Graccho II. Coss. in medio ardore fecundi belli Punici: *Ne quis mulier plus semuncia auri haberet: ne vestimento versicolore uteretur, nec junctâ vehiculo in urbe oppidove, aut propiùs inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causâ, veheretur*, Livius *lib.* 34. Taeitus *Annal. lib.* 3. &c. Ea tamen posi aliquot annos antiquata eft Autoribus M. Fundanio & L. Valerio Tribunis, Pl. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 13.

Oppidum, adde: Ritum, quem in condendis ac circumscribendis *Oppidis*, observarunt Veteres, describit Ter. Varro *de Lingua Lat. lib.* 4. cùm inquit, *Oppida condebant in Latio, Etrusco ritu multa, id est, junctis bobus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum: hoc faciebant Religionis causâ, die auspicato ut fossa & murus essent munita: Terram unctae exfodiebant, Fossam vocabant: & introrsum faciebant Murum. Postea quod finiebat orbis, Urbi. Principium quod erat post murum, Pomerium dictum: ejusque ambitus auspicia Urbana finiuntur.* Cum quo consentit Plutarchus, hoc ritu Romam à Romulo conditam referens. V. etiam Dionysium Halicarn. *lib.* 1. &c. Sed anteo omnia conditor augurio operam dabat, ut à Religione ducerentur exordium. Unde, *auspicato murorum fundamenta jecit*, ait Solinus Polyhistor *cap.* 2. & Prudentius *in Romano Martyre*,

Quod Roma vollet auspicato condita &c.

Captato demum augurio, *qui Urbem novam condebat, tauro & vacca arabat; Ubi aressit murum faciebat; ubi portam volebat esse, aratrum tollebat, & portam vocabat*, Cato *Fragmen.* cujus ratiomem suggerit Plutarchus, *Problem. Rom. cap.* 27. P. Maro, Æneid. *lib.* 5.

——— ——— *Urbem designat aratro,*

Sortiturq; domos.

Aratrum autem qui tenebat, laciniam togæ rejiciebat in humerum dextrum seseque cingebat; Vel, qua is sacris operantium erat habitus, atque opus illud inter sacra numeratum: Vel, ut commodiùs stivam tenere posset: Denique, ut multitudinem civium togato, id eft, pacifico habitu fovendam esse ostenderet, neque solum bellicis Artibus Civitates vigere, fed multo magis pace florere. M. Manilius *Astronomic. lib.* 4.

——— ——— *Ritus, Gabino*

Mania succinctus cum vo describes arator.

Diftegebat aratrum ipse conditor; Quòd si Mulier ponenda Urbis auctor esset, *id muneris penès Architectos relinquebatur*, Servius *ad Æneid. illud lib.* 1. *Infans ardentes Tyrii.* Neque verò plures, quàm duo boves erant, iique coloris albi, & sexûs disparis, ut numerosa forte hinc soboles denotaretur, mattimonioque legitimo Republicas colligi ac conservari, ostenderetur. Ovidius *Fastorum lib.* 4.

Ipse senex stirpam, distinguenda mania sulco,

Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.

Et quidem sic, ut exteriori parti tauri, interiori vaccæ adjungerentur. Servius iterum *ad illud Æneid.* 4. *Cùm littus arandum destinus.* Qui modus non Romæ tantùm, sed & in Colonis *Oppidisque* aliis observatus eft, teste Varrone *loco supra cit.* Et quia *unumquodque eodem modo destinis & solvitur, quo caperat*, verbis iisdem, hinc aratro circumductio, aut condebantur, ita exvertebantur Urbes *Oppidaq;*. Quam obrem ubi sam *aratrum passa Carthago* dicitur, apud Modestinum JC. *l.* 1. *ff.* 21. *quibus modis usufructus amitt.* Tumque deleta *Oppida* Civitatesque dicebantur *intermori*, V. Anthology. *lib. l. cap.* 90. ubi incertus Poëta,

Τὸν πόλιν οἱ πάντες σπέντερον ζῶσιν κτιζόντες,
Ἡνίκα ἢ ζῶσις τὴν πόλιν ἐκθέμενοι,
Civitatem hanc mortui prius vivenlem reliquerunt,
Nec vero vivantes civitatem offerimus.

Fortè propter Genios seu Deos Tutelares, qui præcesse unicuique loco credebantur; Hos enim stolida Veterum superstitio vastatis mori, refurgentibus demum renasci, opinati sunt. Prudentius *ad Symmachum lib.* 2.

Aut Eatum aut Genium, cujus moderamine regnet.

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosinum Antiqq. lib.* 1. *cap.* 3. In provinciis Romanis, etiam ftante Republica, varii extiterunt *Oppidorum* ordines, de quibus idem Rosinus agit *lib.* 10. *cap.* 24. V. quoque Hadr. Valesium *Not. Galliæ* in voce *Antipolis*, & *hic paulo infrà.*

Oppidorum in Imperio Rom. ordo, ex Valesio.

Coloniæ, de quibus vide *suo loco.*

Municipia, quæ & *Oppida civium Rom.* vocantur, propterea quòd essent jure Civitatis Rom. donata.

Oppida Latinorum veterum, aliàs *Latinorum* simpliciter, quæ etiam *Oppida Latii veteris* vel *Latii antiqui*, atque etiam modò *Oppida Latina*, modò *Latio antiquitus donata*, Plinius passim appellat: quibus scilicet Populus Rom. aut Princeps jus Latii tribuerat, qualis erat Antipolis, inter alia.

Oppida libera, feu liberæ conmanis impositæ erant.

Oppida foederatorum, quæ fœdere donata erant à Romanis, aut quibuscum Pop. Rom. fœdus inierat, dicta iure: Quorum Index *Fœderati*. Sic Plinius *Massiliam Græcorum Phocensium foederatam* appellat: *Messanam Siciliæ* Florus.

Oppida stipendiaria, vel *stipendiariorum* dicebantur, quibus certum Imperii jugum ac tributa & stipendia à Ro-

Oppi-

Oppius, unus è tribus collibus montis Esquilini Romæ, teste Varrone, qui reliquos duos Cispium vocat & Septimium. V. Joh. Rosinum *Antiquit. Rom. lib. 1. cap. 8.*

Oppolium, adde: Item *Oppolia*. Fuit olim sub propriis Principibus, ex familia Siculæ superioris Ducum, quorum Auctor Micislaus fuit, filius minimus natu Vladislai II. Polonicæ Regis, à fratribus suis pulsi. Exejus enim posteris Casimirus II. Telchinensis & Bolesl aus, *Oppolienses*, linearum fuere conditores. Et quidem Bolesl aus I. *Oppolium* nactus, cum Henrico Probo adversus Vladislaum Locticum profectus, fed ad Cracoviam cruentem prælio victus, A. C. 1290. & mortuus est A. C. 1313. Ejus filii Bolesl aus II. *Oppolium*, & Bolesl aus III. Falcoburgum & Albertus Strelitzam tenuere: è quibus primus genuit Vladislaum, Poloniæ regno aliquando destinatum, sed à Jagellonæ pulsum; & Bolesl aum IV. quo ut & Oppolima Vratislaviensi nati, Bernardus D. Falcoburgius, Johannes Episc. Caminensis & Vladislaviensis atque Bolesl aus V. qui Hussitis favit, & propterea à Nicolao D. Ratiborio victus est. Hujus filii, Bolesl aus VI. cognom. *Adradidas*, Johannes Henricus *Strenua* & Nicolaus, qui, cum duas uxores habuisset, Magdalenam Lignicianam & Elisabetham Brandeburgicam, extinctus A. C. 1463. ultimos familiæ reliquit Nicolaum, Johannem & Henricum: quorum medius, reliquis superstes, A. C. 1532. obiit, successore Ducatus Ferdinando I. Imperatore. V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogæ Geneal. Histor. in Fam. Piastea.*

Oppopa, vel *Uppupa*, Græce ὄππη, instrumentum fossorium acutum, quo terra eruitur & lapides fodiuntur; cujus usus in lapidicinis apud Plautum, *in Captivis*, ubi de servo in lapidicinas dato,

Nam ubi illo advenit, quasi patriciis pueris aut nonendatus,
Aut anates, aut cournices dantur, qui cum lustrent,
Itidem hæc mihi advenienti upupa, qui me delectet,
data est.

Ubi *upupa* non est malleus, ut quidam sunt interpretati, sed ὄππη, ut optime Glossarii auctor exponit, non eâ quidem planeformâ, nec idem instrumentum cum ama: nam hæc ad terram fodiendam & latior, illa ad eruendos lapides & acuta, nec male referens upupæ caput cum rostro, unde quoque nomen. Helychius ὄππυγα exponit, λαξευτὸν σκεῦος ἢ τι τοιοῦτον ἀδ᾽ ὦν, *instrumentum* sc. *ferreum acutum, quo lapides primo rudimento punguntur*, prius quam poliantur. *Subulas* quoque Latini appellarunt, unde *subulæ impolitæ lapides*, apud Auctores *de similitudine*. Non subulis signati & compuncti adhuc sunt impoliti. Atque hinc *Subulo* Latinè fera, quæ Græcis ὄππις; cujus caput cum unico cornu quasi subula, non male referat illius, quod diximus, ferramenti formam. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Partis prior. Lib. III. cap. 27.* & Salmasium *ad Solinum pag. 221.*

Oppugnatio Urbium, vel primo impetu peragitur: quemadmodum Gomphos Julius Cæsar, usus ingenti ardore militum Pharsalio, eodem quo venerat die expugnavit, *lib. 3. de bello Civ.* vel longiorem moram requirit. Quòd si itaque propter fossarum latitudinem, murorumque altitudinem & munitionem repentino impetu Urbs expugnari non posset, vineis actis, aggere jacto, turribus constructis &c. olim *oppugnabatur*: cujus rei exempla apud Livium inprimis ac Cæsarem plurima extant. Sunt autem capita communiebant Romani aggere, vallo, loricis, cervi, cippis, liliis & similibus: de quibus V. paulo infra. Quòd si fides capiundæ Urbis affulgeret, quia omnes Urbes in alicujus Dei tutela esse pro superstitione seculi credebantur, mos Romanis arcanus & multis ignotus fuit, certo carmine evocare Tutelares Deos, quòd aut aliter Urbem capi non posse haberent pertinaces, aut etiam si posset, nefas haberent, Deos captivos adhuc ibi asservantes. Quo tantum, ut ipsi Romanum Deum, in cujus tutela Urbs Romerat, tum ipsius Urbis nomen Latinum ignotum esse voluerint, caverintque, ne quod ipsi sæpe adversùs Urbes hostium feciste se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur. Carmen autem, quo Deos evocare solebant, ejusmodi ex *lib 5.* rerum reconditarum Sammonici Sereni Macrobius recitat *Saturnal. lib. 3. cap. 9. Si Deus, si Dea es, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille, qui Urbis hujus populique tutelam recepisti, precor venerorque, veniamque à vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginiensem deseratis, loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, absque his abeatis: eique populo, civitatique metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romam ad me meosque venatis: nostræque Urbi loca, templa, sacra, Urbs acceptior probatiorque fis: mihi quoq; populoque Rom. mi. titulosq; meis præpositi fuis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum.* In quæ verba hostias fieri auctor ita temque videri extorum, ut ea promiserent futura, oportebat. Evocatis sic Numinibus, tum ipsam dein Urbem, tum exercitum hostilem devovebant, hoc modo, ut idem Auctor refert: *DIS pater, sive Jovis Manes, sive quo alio nomine fas est appellare, ut omnes illam Urbem Carthaginem Exercitumque, quem ego me sensio dicere, fugà, formidine, terrore compleatis, quique adversus Legiones Exercitumque nostrum arma telaq; fe-*

rent: uti vos eos Exercitus, eos hostes, eosq; homines, Urbes, agros, atque eorum, & qui in his locis regionibusq; agris Urbibusq; habitant, abducatis, inimne superi privetis. Exercitumq; hostium Urbes agrosq; eorum, quos me sinito dicere, uti vos eas Urbes, agros, eque, capita, atatesq; eorum devotas consecratasque habeatis, illis ita ejibus, quibus quandoque fuit maxime hostes devoti: eosque ego vicarios pro me, fide, Magistratuque meo, & populo Rom. Exercitibus, Legionibusque nostris, do, devoveo: ut me, meamque fidem, Imperiumque, Legiones, Exercitumque nostrum, qui in his rebus gerundis sumi, bene salvos finatis esse. Si hæc ita faxitis, ut ego sciam sentiamque intelligamque, tum quisquis votum hoc fasit, recte factum esto. ovibus atris tibus, Tellus Matersque teque Jupiter obsecro. Cùm Tellurem dicebat, manibus terram tangebat: cùm Jovem, manus ad cælum vollebat: cùm votum recipere dicebat, manibus pectus tangebat. Addit Macrobius, hoc modo devota oppida fe invenisse, Stonios, Fregellos, Gabios, Vejos, Fidenas: Præterea Carthaginem & Corinthum; Sed & multos Excercitus oppidaque hostium, Gallorum, Hispanorum, Afrorum, Maurorum aliarumque gentium, quas prisci loquuntur Annales. Simile quiddam apud alias Gentes in usu fuisse, deprehendimus apud Curtium *lib 4. cap. 3.* ubi Tyrii *Apollinis simulachrum auro & catena devinisse, auraque Hercules, cujus Numini Urbem dicaverunt, vinculum injecisse, quasi illo Deo Apollinem retenuerit*, leguntur. Eodem modo apud Paulanian 4, 3 traditur, Spartanos coluisse Martem compedibus irretitum, quò vinculo hoc proprium sibi ac perpetuum bellorum illud Numen haberent. Athenienses quoque Victoriæ simulachro alas adimebant, ne Urbem deereret: Imò cùm apud Romanos Victoriæ alas consecrasse fulmen, sic omen exposuit Pompejus

Roma potens, alis cur fiat Victoria lapsa?
Urbem ne valeas deserusse tuam.

V. Freinshemium *in Curtium loc. cit.* Quam cæcam superstitionem miserorum Gentilium facunde ridet Augustinus *de Civ. Dei lib. 1. cap. 2.* cui adde, si placet, Tertullianum, Arnobium *adv. Gentes*, alios.

Machinæ, in Oppugnationibus Urbium olim adhibitæ.

Agger, significabat vel molem ad muros Oppidorum, ex lignis, glebis ac cespitibus extructam, ut in urbium ac castrorum muros vel militibus vel turribus mobilibus, ascensus præberetur; quæ nonnunquam tantæ altitudinis erat, ut ipsa mœnia æquaret, Cæs. *bella Gall. l. 2.* Liv. *lib. 5. &c.* Ad eam vero non modò fabri, verùm etiam milites adhibebantur, instructi bidentibus, ligonibus, fastris, alveis, cophinis, qualis, ut Vegetius scribit *lib. 1. & 3.* Vel pro muro & munitione castrorum: vel denique pro materia, quâ moles munitiove extruebatur, simi folitus est.

Arics, machina erat, ex abiete vel orno excelsa, cujus summitas duro ferro concludebatur, arietini capitis speciem habens: Hujus crebro incussu ædificiis sessis in rimas, concidebant laxatæ murorum structuræ. Ejus in locum postea successit Helepolis, de qua V. *sun loco.* V. Amm. Marcellinum *lib. 23.*

Balista, fagittam igneam spiculumque conglutinatum, in propugnantes evibrabat tantâ vi, ut pericita interno pulsu fagitta, à Balista ex oculis evolans, interdum nimio ardore scintillaret, & antequam telum cerneretur, vultus fentiretur inflictum. Idem *ibidem.*

Cervi, stipites erant, cornicula eminentia habentes, quibus ad commissuras plutreorum atque aggeris utebantur, ad impediendum ascensum.

Cippi, tricipites erant stipites, aut quadricipites, delibratis & præacutis cacuminibus, ab infimo revincti longurio transverario, ne avelli possent: quibus ad munitionem castrorum utebantur Romani.

Cuniculi, foramina erant sub terra occulta, quorum agendorum rationem quis primò invenerit, docet Vegetius *lib. 4.*

Falces murales, quòd incurvatæ essent, sic dictæ, de muris, lapides magnâ vi evellebant. Idem *ibid.* V. quoque Livium *lib. 38.*

Lilia, stipites erant seminis crassitie, à summo præacuti, ad similitudinem floris cognominis, non aperti, sed compressi: qui tenebantur viminibus ac virgultis, in muniendis castris, adhibiti.

Loricæ, dicebantur eminentiæ illæ aggeris sive murorum, quæ pectus defendebant: è cratibus & viminibus plerumque, interdum ex pluteis, i. crassis asseribus & tabulis, confectæ.

Malleoli, erant manipuli sparsi, pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines jacibantur. Marcellinus *loco cit.*

Muries, aliàs *Tribula* seu *Tribuli*, machinula erant ferreæ tetragonæ, aculeis insestæ, quæ in erumpentes folebant spargi.

Musculi, machinæ fuere, quibus tecti milites, apportatis lignis & terra fossas complebant, ut tuti ambulatoriæ viam munirent. V. Vegetium *lib. 4.* & Cæsarem *Belli civ. lib. 2.*

Onager, V. suprà *suo loco.*

Pluteus, fuere machinæ mobiles

& ambulatoriæ, de quibus V. *infrà*. Hos obsidentes applicabant muris, eorumque munitione protecti, fagittis, fundis, missilibus defensores de propugnaculis oppidorum exturbabant, Vegetius *ubi supra*.

Scorpio, V. *Onager*.

Testudo tabulatum erat ex trabibus, pluteisque factum, coriis ac ciliciis contectum, adversus flammam & incurrentia faxa, sub qua Milites, viam vineis aut turribus munientes, latebant. V. Vitruvium *lib.* 10. & Cæsarem *passim*: ut & infrà *suo loco*.

Turris mobilis feu ambulatoria, ut eam Vegetius vocat, machina erat, instar ædificii, ex trabibus & tabulis, interdum decem contignationibus, extructa; intra quam Milites, quem fuppeditabant, ad hostium murum impellebant: E' superiore verò parte, pons in eundem murum demittebatur, fcalæque confestim injiciebantur: tota autem machina subjectis rotis promovebatur. V. Vegetium *lib.* 4. Vitruvium *lib.* 10. & Cæsarem *passim*: ut & infrà *suo loco*.

Turris mobilis feu ambulatoria, ut eam Vegetius vocat, machina erat, instar ædificii, ex trabibus & tabulis, interdum decem contignationibus, extructa; intra quam Milites, quem fuppeditabant, ad hostium murum impellebant: E' superiore verò parte, pons in eundem murum demittebatur, fcalæque confestim injiciebantur: tota autem machina subjectis rotis promovebatur. V. Vegetium *lib.* 4. Vitruvium *lib.* 10. & Cæsarem *passim*: ut & infrà *suo loco*.

Vineæ, Vegetius *lib.* 4. ait fuisse machinationem tabulatis craticiisque constratam, quæ subjectis rotulis impelebatur: Hujus tecto muniti obsidentes, murorum fubruebant fundamenta, Franc. Horromannus *Annotat. in Cæsarem*: ubi earum alium quoque ulum indigitat, ait nempe, cùm plures ordine impellerentur, milites posse eas occulti fequerentur, Cæsar. *Belli Gall. lib.* 7. Unde *sub vinem prætiari* Milites dicebantur, Festus V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 16. & *seqq.*

Vineæ, Vegetius *lib.* 4. ait fuisse machinationem tabulatis craticiisque constratam, quæ subjectis rotulis impelebatur: Hujus tecto muniti obsidentes, murorum subruebant fundamenta, Franc. Horromannus *Annotat. in Cæsarem*: ubi earum alium quoque ulum indigitat, ait nempe, cùm plures ordine impellerentur, milites posse eas occulti fequerentur, Cæsar. *Belli Gall. lib.* 7. Unde *sub vinem prætiari* Milites dicebantur, Festus V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 16. & *seqq.*

Ops, aded ipsa imago, ut Albricus notat, fuit in cujusdam Matronæ similitudinem depicta, quæ aperta manu dextra opem omnibus dare velle videbatur, panem verò manu finistra paupertibus porrigebat. Ædem ei primus Romæ vovit ac extruxit T. Tatius Sabinorum Rex, in Regni focietatem à Romulo receptus, Varrone, Dionysio & Augustino testibus. Vovit postea eidem cum Saturno ædem Tull. Hostilius, eo tempore, quo cum Sabinis bellum gerebat, Dionys. *lib.* 3. Festum ei facrum, *Opalia*, dictum est, V. *supra*. Meminit & *Opis Consiva* Dea Varro, *cui in conserendis* nomen: Ita autem in *L. L. lib.* 4. *cap.* 5. *Ops consiva

ique corpus annulo circumcinctum esse; atque exinde pro vario ad Solem Terramque nostram situ modo anfatum, modo rotundum, nonnunquam etiam linea recta ad utrumque latus extensa apparere. In terris similiter miranda planè ac stupenda hæc Arsedit: ut cùm in speculorum compositione pro uno referimus centum: aut cùm facimus, ut homo videatur capite deorsum ambulare, aut colorem faciei pro lubitu variamus, aut Manes etiam videmur ab Inferis suscitare, fisterèque Helenam, Hectorem, Æneam, Didonem, Scipionem, Augustum & alios quos lubet; quo in Scientiæ genere maxime hoc ævo celebris est Noribergæ Grundlerus quidam, Carolo Patrino *Relat. quarta Visitor.* memoratus. Sed præt. feculo jugeda Artis speciminà edidit, qui olim specula confecit ingenio tam mirando, ut quisquis alterutrum eorum intuetur, tum quidem corpus, humeros, pectus, brachia, at non aliud, quàm Cosmi Medicæi, primi Hetruriæ M. Ducis vultum videat faciemque: digna proin, quorum alterum in Galliæ Regis cimeliarchio, in Thesauro D. Marci alterum, magnâ cum curâ adserventur, vivam inclyti Cosmi imaginem posteritati, memorabili ratione, repræsentantem. In re bellica, quantum Archimedes hac Arte effecerit, notum; quando naves accendit Marcelli Syracusas obsidentis, solusque deduxit prodigiosæ magnitudinis navem Hieronis R. quam universæ Siciliæ vires movere vix poterant. Hodieque pervulgatum est, radiis Solis ad certum punctum collectis plumbum liquefacere, lignum ac stipulas accendere: Nec nisi ejus ope metiri intervallum modumque licet, quo bolidis, catapultis ac machinis æneis, mœnia vel portæ quati possint. Ut de Architectura, Statuaria, Graphice nihil addam. Nec levioris usûs *Optica* debent senes ac myopes; quòd & acutiùs & longiùs vident perspicillis cujusque visui accommodatis: quorum notitia Veteribus nulla fuit. Nam quòd Plautus *Mostellaria Actu* 1. *Sc.* 1. meminit *Conspicilli*, nil aliud ibi, quàm locum, unde quis conspicere possit, intelligit, interpretante sic verba ejus Nonio Marcello &c. Ut jam olim non sine ratione scripserit A. Gellius *lib.* 16. *cap.* 18. *Quæ sacis multa demiranda.* Partes ejus Blancanus *Appar. ad Scientiat Mathem.* & jam ante eum Joh. Cantantriensis, tres facium, *Opticen* in specie fic dictam, quæ de *Ἰδωλοποιΐᾳ* five visione & illuminatione directa: *Catoptricen*, quæ de visione & illuminatione repercussa five reflexa, qualis in speculis fit: & *Dioptricen* seu *Metoptricen*; quæ de visione ac illuminatione refracta, tractat; de quibus omnibus, ut & singularum usu mirandisque effectis V. Gerh. Joh. Vossium *de Scientiis Mathem. cap.* 23. & *seqq.* In Musæo Kircheriano Romæ *Optica* experimenta multifaria visuntur, una cum nonnullis fallaciis, quæ directo radio in objectum tendunt ac elegantium figurarum specie repræsentant ex certo puncto, cùm tamen in omni alio loco non nisi confusa quædam colorum congeries appareat. Ibidem eadem tabula tres aut plures differentes repræsentat figuras, ex differenti stationis loco. Figuræ item, quæ, quocunque declinaveris loco, te impetere telo videntur: aliæ insuper, quæ in figurato plano nescio quos abscessus & ambages mentiuntur & tamen accuratiùs examinando & indagando capita aut membra humana, aliaruinque rerum schemata figurant. Quorum effectuum ratiocinii a differenti angulorum incidentia, unde plures minus in uno, duobus, tribus aut etiam quinque locis stationum objecta variat: uti Auctor pluribus docet in *Arte Lucis & Umbræ*. V. Georg. de Sepibus in *Collegii S. J. Musæo Romæ pag.* 36. & supra in voce *Anacamptica*.

Præcipui Opticæ Scriptores, ex eodem Vossio.

Euclidis Optica & Catoptrica, in hanc Scientiam introduxerunt.

Archimedes, de *Speculis ustoriis parabolicis* scripsit: ut & Protolomæus, fed necdum lucem vidit, ut indicat Maurolycus.

Heliodori Larissæi *Opticorum* fragmenta, ab Ignatio Dante, cum Euclidæis, Italicè à se redditis, edita sunt.

Philippus Opuntius, temporibus Philippi Macedoniæ Regis, de *Opticis* & *Exopticis* scripsit.

Aristoteles quoque de *Opticis* liber olim extabat, ut Laertius, & Vincentius Bellovacensis, testantur.

Ptolomæus Alexandrinus, sub M. Aurelio Imp. *Planisphærium* reliquit.

Alhazenis quoque five Alhazeni *Opticæ* laudem meretur: Fuit is Arabs acutus, sluentique, cum Saracenis in Hispaniis & per eos studia Mathesios ibi multum vigerent.

Vitello seu potius *Vitellone*, non minùs pulchram *Opticæ* operam impendit, lib. 10. licet pleraque mutuatus ex Euclide, Archimede, Ptolomæo & Alhazeno. Vixit A. C. 1252. V. Thesaurum *Opticæ*.

Joh. Peccamus, S. Bonaventuræ discipulus, Arch Cantuar. & Angliæ totius Primas, *Perspectivam communem libro uno, altero Perspectivam particularem*, confignavit, circa A. C. 1279.

Rogerius Bacouus, Anglus, Ordinis S. Franc. Monachus, circa eadem tempora, de *Perspectiva singulari, diffinitâ, ac continuâ: de visu & speculis: de Speculi facultate; de forma resultante in speculo de, & Speculis ustoriis*, varia scripsit: Quòd tam miranda opere Mathesios præstaret, ab invidis ac imperitis, apud Clementem IV. Magiæ Dæmoniacæ accusatus, ac propterea aliquandiu in carcere detentus.

Johannes Petsan, *Opticen* scripsit, à Fr. Mauroiyco emendatam.

Blasius Pelaeanus Parmensis, subtilissimus in Astrologicis & *Opticis* quæstiones reliquit. Docuit autem Ticini sub Johanne Galeacio. Quibus memoratus supra Blacanus jungere jubet Orontium *de Speculo ustorio*, Maurolyci *Photismos*, & *Diaphana*, de *Speculis* ac *Iride*. Præterea idem nos remittit ad Baptistæ Portæ *lib.* 9. Joh. Kepleri *Paralipomena ad Vitellionem* atque ejusdem *Opticâ* & *Dioptrica*. Item Guil. Ubaldi Marchionis *Perspectivam Scenographicam*, Marini Ghetaldi *lib. de Parabola* & *Speculo ustorio*, Vignolæ, Seb. Serlii, Dan. Barbari, aliorum, *Perspectivam Ital. scriptam*, Joh. Lenkeri Norimbergensis *Perspectivam Germ. confignatam*. Et ut Latinis potiùs inhæreamus; duo Johannes, unus Cantuariensis, alter cognom. *Pisanus*, patriâ Cancrecensis, præt. lec. in eadem Arte exstitere celebres. Nec indictus abeat Conradus Dasypodius, apud Argentinenses Math. Prof. (discipulus Christiani Herlini, Mathematici non incelebris, Argentinensis) qui, interalia, in *Opticis* & *Catoptricis* varia edidit: ut nec Frid. Risnerus, qui adhuc adolescens P. Ramum juvit in inchoanda Optica, illamque *Libb.* 4. absolvit. Frane. quoque Aquilonius Bruxellensis, 6. *Opticorum* reliquit libros, extinctus Hispali A. C. 1617. Quibus subjungendum nobile Gallorum par, Martinus Merfennius & Renaut Carcasius: quorum prior *Opices libb.* 7. edidit; posterior *Dioptricen* evulgavit, in qua subtilitèr de decem hisce capitibus disserit. 1. *de Lumine.* 2. *de Refractione.* 3. *de Oculo.* 4. *de Sensibus in genere.* 5. *de Imaginibus, quæ formantur in fundo oculi.* 6. *de Situne.* 7. *de modo visum perficiendi.* 8. *de Figuris, quæ pellucida corpora requirunt, ad deformandas refractione radios, omnibus modis visioni inservientibus.* 9. *de Specillis.* 10. *de Modis expoliendi vitra.* In quibus omnibus multorum longè alias reddit caufas; quam priores fecere. V. Vossium *lib. cit. cap.* 27.

Optimates, Albericosunt *meliores*, ut ipse ait, *de Populo.* Aqui Erasmus, inquit, *Optimi* vocabulum non refertur ad mores, fed ad fortunam: unde *Optimates* dicuntur, non qui moribus funt laudatiffimis, fed qui nobilitate generis, opibus ac dignitate præeminent: quanquam nihil vetât, etiam inter illos effe bonos aliquot &c. Aliter Cicero *pro Sestio*, fed de hoc fignificatu à nobis jam dictum. Apud Gothos imprimis, Burgundios, Francos &c. *Optimates* leguntur dicti, è Palatinis Provinciis maximi; Ita in *Epist.* Aureliani Imper. apud Vopiscum *Bonos. ad Legatum Thraciarum scripta, Superioribus literis scripseram*, ne Optimates Gothicas *apud Perinthum collocares, decreris falsarius, non ut singulæ acciperem, sed ut septem simul unum convivium haberent. Quum enim divisæ accipiunt, & illæ parium sumunt & Resp. plurimum perdit.* Ubi cùm communi vocis notione intelligi possent illæ, quæ in singente eminebant, ut sæpe apud Marcellinum & alios: Casaubono tamen meliùs videri refras, ad peculiarem ejus in Gothica gente usum. Pars enim Gothorum, Οὐϊσιγόθων ἐκαλεῖτο, *Optimates vocabantur*, inquit Olympiodorus in *Excerptis* à Photio; de quibus multa leguntur in Græcorum recentiorum scriptis. Atque ex numero harum *Optimatum*, Hunilam, quam *Virginem Regiam* ex paulo ante Vopiscus vocat, Bonosio conjugem dedit, interdum Imperator, V. in *Hunila*. Sic apud Gundebaldum R. Burgund. *Præfat. ad LL. Burgund.* qui *Optimates* dicuntur, in Indice subsequenti *Comites* funt. *Optimates nobiles*, in cad. *l. tit. 1. §. 2.* *Optimates, Majores domus, Domestici, Grafiones* &c. in *lege* Ripuar. *tit.* 88. *Optimates palatii*, *l. Wisigoth. lib.* 12 *tit.* 1. §. 3. &c. Ita ut *Optimates* habiti sint, qui *Iolustres, Optimates, & Primates*, in *Epist.* 1. Desiderii Episc. Cadurc. Prosfant Eginhardi *Epistolæ* 45. & 49. inscriptæ *N. glorioso Comiti atq. Optimati.* In *Monastic. Anglicano tom. III. pag.* 121. quidam Goda, sub Eduardo Confessore, *Optimatem & Minisirum Regalem* sese inscribit. In alia *Charta* Regis Anglo-Saxonici A. C. 697. subscribit *Tangisilus Regis Optimus*, apud Spelmannum in voce *Regiæ Sortis*. V. præter alios complures Carolo du Fresne laudatos, Casaubonum & Salmasium *ad Capitolinum*. Sed & Vassallıæ Barones, qui à Domino ratione dominii nudè pendent, appellati sic reperiuntur, in *Charta* Fulconis Com. Andegav. A. C. 1033. in *Histor. S. Nicolai* Andegavensis: *Et ille eam* (terram) *tenebat de Alberico de Monte Johannis quondam Optimate nostro.* Similiter in vet. *Charta* apud Beslium, *pag.* 422. itidem funt *Barones & Optimates*, ac pro vassallis majoribus accipiuntur. Apud Anastasium vero & Paulum Diaconum in *Epistor. Misceli.* qui Byzantinis Scriptoribus Οὐιτιγόθοι, quorum nomine in Asia provincia ita erat appellata, quòd *Optimatum* thema seu legio in ea præsidio esset, sic appellati reperiuntur. Apud Gothos autem sic dicti sunt præcipui è militaribus viris, quos, cum Rodogasso eorum Duce devictos, in Augustalem militiam adscivit Scilico, ut auctor est Olympiodorus apud Photium *pag.* 179. ex quo deinceps eadem simili

militiæ nomen manſit, quæ poſtmodum vilioribus militaribus officiis addicta eſt, uti diſcimus ex Conſtantino *de Them. lib.* 1. *cap.* 5. Meminit iſtius thematis Pachymeres *lib.* 1. *cap.* 9. V. *Gloſſas* Rigaltii, *Notæ* Fabroti ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticæ. Anaſtaſii pag* 233 & Car. du Freſne *Gloſſar.*

Opimii Nobilium, apud Aurelium-Victorem Schotti: *Et Patres quidem, præter communem Romani malum Orbis, ſtimulabat propria ordinis cupidine, quia primus ipſe meus conſulatus ſine Imperium ad* Optimos Nobilium *tranſtulerat, Senatum vetuſti etiam adire exercium:* idem cum *Optimatibus*, apud Capitolinum *in Marco*; *Summatibus*, apud Spartianum *in Hadriano*; *Proceribus* , apud Tacitum. Senatores nempe ſunt, quos illis temporibus his nominibus inſigniri conſueviſſe notum. V. Caſaubonum & Salmaſium ad *l.*

Opio, cujusvis muneris adminiſter Paterno, *in l. ult. ff. de jurisdictione.* Nam, ut ſcribit Vegetius *lib.* 2. *cap.* 7. & Nonius Marcellus, *Optiones ab optando appellati ſunt; quod antecedentibus agritudine prapeditis, hi tantum adoptati eorum aque vicarii ſolent univerſa curare.* Varro de *L. L. lib.* 1. *Primi ſingularum decuriarum Decuriones dicti, quos ii primos ibi adminiſtros adoptabant*, Optiones vero *tacti capti , quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt.* Unde *Optimum* Budæus in *l. fin. ff. de jur. imm.* accipit pro eo, qui adjutor eſt Centurionis aut Decurionis: ut Plautus eſt uſus Metaphoricè *in Aſinar.* &c. Apud recentioris ævi Scriptores *Opio* delectus miles eſt. Unde *Famoſus Opio*, apud Ordericum Vitalem *lib.* 8. pag 687. In *l. ult. ff. ad exhibendum*, Opio Fabricæ, videtur eſſe, qui Imperatoriæ fabricæ, à qua *Fabricenſes* dicti, aut fabricis legionum, ſcutariis & loricariis cuſtos præerat; Quemadmodum & cuſtos carceris, *Opio carceris* D. Ambroſio appellatur, *Neque Paulus Silas tempus diſtulerunt, quin* Optionem *carceris* ſuperintendentem *omnibus.* Sed & *Optiones* dicti reperiuntur militaris annonæ Erogatores, qui annonas diſtribuebant militibus, *Cod. Theodof. l.* 2. *tit.* 24. *de Erogat. militar. annon.* alibique paſſim. Hinc Græci *lib.* 54. Βασιλικῶν, annonæ diviſionem interpretantur *optionem militum.* Ratio nominis, quòd Duces eos ſibi optent dividendæ annonæ causâ, quaſi adjutores, quòd ſi ſubſcia cœtera munia militaria obeant; qua ratione auxilia Fœderatorum *Optiones* etiam dicuntur *leg. ult. C. de locat.* quorum Duces *Phylarchi* appellantur, *Novell.* 116. & 117. Etiam Pocorabias *Fandal. lib.* 2. *cap.* 20. & *lib.* 1. *cap.* 17. non militaris duntaxat annonæ Erogatores, ſed &, qui domeſticorum ſumtuum curam gerebant, *Optiones* dictos innuit: *Os ei ἐπιμελεῖν τ ἀφὲι τὸν οἶκον διπάνης*, *Ordinem τῶν καλουμένων Ῥωμαίων*, *Hic apud eum do meſticos ſumtus curabat*; Optionem *Romani* vocant &c. V. ſupra in *Obſonatores*, & plura apud Cujacium ad *l.* 7. *C. de Exactl. tribut.* Alemannum ad *Procopium Hiſtor. arcan.* Salmaſium ad *Spartian.* & Jac. Gotofredum ad *d. l.* 24. laudatos Carolo du Freſne *lib. cit.* Sed & *Optio* terminus eſt Curiæ Romanæ, cùm Cardinalis aliquis titulum ſui Cardinalatus nutat, cujus origo à tempore Alexandri V. Pontif. Hic enim cùm, poſt ſublatum ſchiſma, duos Cardinales eodem titulo utentes deprehendiſſet, alterí illorum titulum ut mutaret injunxit, ſicque *Optionem* introduxit, uti docet Onuphrius, apud Spondanum A. C. 1410. laudatus Carolo Magno in *Hierolexico.*

Opuroczara, apud Ammianum *lib.* 23. *Appellantur autem iidem monies Aria & Nargaricum & Aſiuara & Emodus & Opuroczara*; pro *Ouaraczara* forte. Ptolomæo enim memorantur Ὀρθοκόῤῥα, aliis ut videtur, Ὀυῤῥκόρα & Ἀτλακόρα, populi Sericæ, quorum Urbs Ὀυθροκόρα, & mons Ὀυθροκόρα. V. Salmaſium ad *Solinum pag.* 989.

Opus, de agriculturæ apud Ovidium,

Cernis, ut in dentes (quid bove firmius ?) arvis,
Fortia taurorum corpora frangat opus.

Tibullum *lib.* 1. *eleg.* 9.

Et duram terræ ruſticus urget opus &c.

Unde Βοὸς ἔργάτης, de quo ſuo loco, & ἐργάτης κάπου, Lycophroni elegantèr dicitur ámus aratro junctus. Namque & ſi nis olim pauperiores ad aratrum uſi. Arnobius *lib.* 2. *Et aſellus & bos aegrè (uſu atque aſſiduitate cogente) diſcis arare ac molere.* Indidem titulus operis Heſiodæi, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, *Opera & Dies*, quod de Agriculturæ ſcripſit, præceptis Politicis, Ethicis, Oeconomicis refertiſſimum, V. Dan. Heinſium *Introduct. in illud.* In *Epitaphio* Bertæ uxoris Adalberti March. in Italia, apud Ughellum *Tom.* 1. *pag* 816.

Exuſtus miſeris mater charisſima manſit,
Atque peregrinis ſemper opus tribuit:

vox *Eleemoſynam*, utpote inter opera bona præcipuum, denotat. Unde & Cyprianiexstat liber *de Opere & Eleemoſyna.* V. Car. du Freſne *Gloſſar.* Apud quem etiam *Opus Dei*, *Opus Divinum*, *Opus Dominicum*, *Opus ſacrum*, variis uctoribus pro *Officio divino*, *ſacra Liturgia*, *Opere quod Deo ingeniatur*, ſunt conſueviſſe, legimus. Alias *Opus*, opificium, labor: Unde *Opus Alkarium*, *Inteſtinum*, *Tectorium*, de quibus V. *ſuis locis.*

O R.

OR. in notis antiqq. *ornato* vel *ordo.* ORB. PAR. *orbati parentes.* ORD. *ordinis.* OR. M. *ordo militum.* ORN. IMP. *ornamentum Imperiale* &c. ſignificat.

Ora, uros Carmaniæ, Ptol. cujus etiam meminit Arrianus *lib.* 4. Εἰς τὰ ὄρη τὰ πρὸς, *in Ora* ſitos: unde pop. *Ori*, quos cum Gedroſis idem *lib.* 6. nominat, Τὸ τέλος τῆς Καρμανίας ἀπέκλινε πρὸς ἕω τὰ Γεδρωσίων γῆ καὶ τοὺς Ὄρους, τοὺς ἐπὶ θάλασσαν καθήκοντας, ὑφίσιν ἐπὶ τὰ ἕω θάλασσαν ἀνατείνει: utpote illis vicinos. Iidem Oritæ. Apollodoro apud Stephanum, Græce Ὄρῖται.

Ἔστιν δ' Ὄρείτης τε καὶ Γεδρωσίνων
Οἳν τέκνα λύκοι τὰς σοκνικὰς ἔθρεψαν
Ἀγέλας.

Poſtea autem Oritæ *& Gedroſios*
Non nevimus locos habitantes ultra
Arbim.

Ab Arbiis enim Oritæ ſeparabat flumen Arbis. Ita ergo Oritæ Gedroſis & Carmanis, imò & Ichthyophagis vicini erant. Horum quippe alii ad mare colebant, alii intus, ipsos τὰ ἄνω Ὄρείτας, *ſuperiores* Oritas, indigitat Arrianus. Malè Ὀρείτας ſcribuntur apud Strabonem & Arrianum, pro Ὄρείτας: Ὀρείτης enim dicti ſunt, ab Oreo urbe Euboeæ, quos πτερφυεῖς ἄνδρας extulit Apollodorus &c. V. plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1176.

Ora, extremitas cujusque rei, Clemens. *ſec. de vit. & hon. Cler.* Hinc *Ora Veſtis*, Græcis πτέρα, unde πτερόφορος χλαῖνα Hiſchylo; ſed πτέρα propriè *oram* veſtis *extremam* ſeu *ultimam*, quam *ultimam ſimbriam* appellat Trebellius in *XXX. Tyrannis*, ubi de *Zenobia*, notat; unde faſciam vel zonam, quæ adponebatur, ornamenti gratiâ, ad illam, πτέρυγιον Graeci nuncuparunt, quod ad verbum eſt *Ovarium*. Præter hanc verò erat & *ſumma ora*, quæ circa collum & humeros hæret Græcisque ἔσχη dicitur. Interim, ut *ovarium* poſtmodum, pro quavis zona vel loro, uſurpatum eſt Latinis, ſic πτέρυγα quoque Græcis, pro qualibet *faſcia*, poni cœpit. Unde πτέρυγες, *faſciam Imperialem* illi ſignificat vel diadema & cingulum capitis penès mulieres. Optimæ *Gloſſæ*, Πτέρυγες βασιλικὸν, *diadema*; πτέρυγα γυναικὸς, *faſcia. Lorum* vocat Balſamo: namque & hoc utrumque ſignificat, & vittam, quæ veſtis extremitatem, propriè πλοῦς dicit, ambit, & faſciam coronæ regiæ. Sic itaque & πτέρυγα, quòd πτέρνας Suidæ dicitur, alibi φανίσκον quoque, quibus de vocibus V. Salmaſium *ad Trebellium* & Du Cangium ad Ioſephum, & alios paſſim. At propriè Ora, extremitas littoralis eſt; an ex *ore*, an ex Gr. ὄρος vel οἶα, *victus, leu χόρα, regio*, an ex Hebr. אֹרַח *via?* Skenæo generaliter ſignificat omne metallum, velut cùm dicimus, ſit idem, *leed-ore*, i. plumbi metallum. Præterea apud eundem, alioſque recentioris ævi Scriptores, monetæ ſpecies eſt, ex auro vel ære valoris, ut videtur, 2. ſolidorum. Spelmanno verò & Sommero Ora, non moneta, ſed uncia eſt, quæ fuit 20. denariorum, quâ de re V. Car. du Freſne *Gloſſar.*

Oraculum, Luc. Senecæ *Præfat. lib.* 1. *Centror. voluntas eſt divina hominis ore denunciata.* Ciceroni *Topic. Deorum Oratio.* Hinc, quòd Principes Romani aliquid Majeſtatis ſuperhumanæ, unde *Divi* appellabantur, ſibi attribuere Deorumque numero ſeſe eſſe falsò ſibi perſuaſere (quemadmodum Dominatus ille, licèt omnium truculentiſſimus, inſcriptionem feciſſe legitur, DOMITIANUS DOMINUS ET DEUS VESTER) factum eſt, ut Principis reſponſum ſeu reſcriptum *ſacrum Oraculum*, plerisque Juris in locis dicatur. Unde vetus *Gloſſa*, *Sacrum Oraculum id Reſcriptum, quod Imperator precibus & ſupplicationi reſpondens reſcribit, vel ei fieri, vel non fieri quod poſtulas, & dicitur, quòd oranda inſpectum.* Arcadius & Honorius in *Append. Cod. Theodoſ. c.* 2. *Comitatum ſacrum petere , merces mendacii Oracula & furtiva Reſcripta.* Ita paſſim in *Cod.* in *LL.* wſigothorum *lib.* 2. *tit.* 1. §. 30. *lib.* 12. *tit.* 3 §. 1. &c. Apud Recentiores etiam Ædem ſacram, in qua *orator*, alias oratorium, vox notat. Willi. Britto in *Vocabular. M.S.* Oraculum *dicitur Propitiatorium*, *unde Exodi cap.* 38. *Deus facit Propitiatorium*, i. *Oraculum. Et in eodem ſenſu accipi, ver ſere per totam Bibliam : tamen pro Templo poteſt accipi &c.* V. quoque Gregorium M. *in Dial.* Anaſtaſium *in Vita P.P.* Paul. Warnefridum *lib.* 4. *cap.* 48 59. alios. Sed & Plinius ſic accepiſſe vocabulum videtur *lib.* 12. *cap.* 23. *Ab Ammonis* Oraculo, *juxta quod gignitur arbor.* Vide Caſaubonum *ad Pollionem* , *in Gallienis* : quia nempe *Oracula* ibi edebantur. Sic enim dicebantur olim Deorum reſponſa, quæ vel è Terræ cavernis, vel è ſimulachris, ſolertiùs nonnunquam humanâ, atque Diabolicâ, edebantur. Nam conſtitere quidem fraudibus Vatum, ſed non ſolis, cùm multa prædixerint, ad quæ nullâ ratione humanæ mentis acumen pertigiſſet. Atque hæc iis etiam præſtitere, qui *Oracula* veneranter exploratum , hominibus vafris, neque admodum credulis: Quo factum, ut, cùm vulgus citra delectum omnia ampleſteretur, prudentiſſimi quique non omnia, ſed multa tamen crederent, quod ex illa in narrando conſtantia eorum fatis liquet. Ariſtoteles , qui Dæmonia non credebat , ſaltem non mémorat, divinationes iſtas humori melancholico : Plutarchus & alii, vapori terreſtri à Sole educto , inque corpus bene temperatum accepto , mentemque concitanti : Demoſthenes fraudibus humanis, attribuit, quando , ut Minutius *in Octavio* ait, *reſpon-*

responso simulatæ φιλοτιμίας Pythiam conquestus est; planiusque fuerit detexit Lucianus *in Alexandro Pseudomante*; ut tot alios fraudis Patriciæ pariter, ac Sacerdotalis testes præteream, quas non invenustè adumbravit Cœlius Calcaginius *lib. de Oraculis*. Quò facit, quòd fere ita essent ambigua, ut ad eorum intelligentiam altero esse *Oraculo* opus videretur. Sed ut concedamus Aristotelicæ Plutarcho, quorum semper magnum inter Eruditos nomen fuit, Mentem posse humanam ab vaporibus ejusce modi concitari, undè eò evincitur, vitinalium habere, quidquid, quæ ipsis ne sciunt homines, subtilius vel disertius promant? quo modo Poëtæ, ubi paulum se consperserint flore Liberi Patris, meliùs poëtari solent. Nec si *Oracula* tantium fuere homines imposturæ, eo non fraude etiam constiterint illudentium Dæmonum: quos *Oraculorum* proin causas esse, candide agnovit Porphyrius *lib. de Dæmonibus*, nec non Jamblichus *lib. de Mysteriis cap. 21. & 26.* V. Gerh. Joh. Vossium *de Or. & Pr. Idololatriæ lib. 1. cap. 6.* De *Oraculis*, quæ penitùs defierant, agit Plut. *lib. περὶ τῶν μὴ χρᾶν πυθόνος νῦν ἐνόντων*: plurima fiquidem omnino erant exhausta, atque in tota Bœotia, quæ olim *Mantica & Oraculorum* sedes plurimas habebat, sola Lebadia, unde sortes peterentur, restabat; Pythia quoque Antistes, non quidem planè tum respondere desierat, ut plurimi hactenus crediderunt, sed verùm non amplius *Oracula* edebat, ut idem Autor docet *altero lib. περὶ τοῦ χρᾶν ἐμμέτρως νῦν τὸν Πύθιον, & eo quòd non amplius Oracula versa vadat Pythia &c.* Ut, quoque Lubenium *Eunrin. 1. ad appar. Antiquitatium, num. 35. & ad Pithœnem in Gallicis*, nec non Casp. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium Thebaid. lib. 9. versu 662.* è quo pauca hæc addimus. Docet Theodoretus c. *Gentes Dissertat. 10.* curiosè in Oracula inquisivisse & Philosophiam peculiarem inde excolusse Porphyrium, cujus Commentarii utinam ad nos pervenissent. Inquirebat enim ita, ut vitii convinceret, quando res postularet. Idem optimus & mirè fagax Scriptor profert verba Plutarchi, quibus ostenditur, Dæmonas primum omnium *Oraculorum*, deinde eorum malos Spiritus auctores esse, quæ cum cæde animalium, furore Sacerdotum & turpibus aliis ceremoniis fiunt. Unde mirum non sit, si non solùm dubia fuerint responsa, verùm etiam noxia, & abhorrenda. Certè id nec Gentilibus ignotum: Hinc pulchrè exclamat Claudianus *Bello Gei.*

Heu semper tacitâ fortes ambage maligna &c.

———— *vix tandem interprete cassa*
Egressis tellus visum vocabula fatis.

Cujus rei illustre exemplum, in *Historia* Franc. ante pugnam Bovinensem consultis Dæmonibus, ab adversariis Philippi Augusti, qui eos vicit, profligavit, cepit, ludibrio à malis Spiritibus habitos, videre est apud Rigordum Gothum A. C. 1215. Aliud suggerit Lud. Domenichius, quod malitiosâ subtilitate facile multa superat. *Histor. Var. lib. 14. pag. 807. edit. Venetiæ A. C. 1565.* ubi de Com. Alberto Scoto, Placentiæ Domino ait, illustrium eam ambiguitate respondi hujus, quod in scripto ipsi attribuitur Demon, DOMINE SYRIE SOCURIS: INIMICI TUI SUAVITER INTRABUNT TERRAM, ET SUBJICIENTUR DOMUI TUÆ. Legi enim & sic poterat, DOMI NE STES SECURUS: INIMICI TUI SUA VI TER INTRABUNT &c. quod etiam eventus probavit. V. eundem Barthium *de Oraculis etiam per somnum datis, ad Statium Thebaid. lib. 3. versu 620.* ut & hic passim. Nec omittendum, *Oracula* petituris, per integrum diem à cibo, à vino autem per tridium, abstinendum fuisse, ut videre est apud Alexandrum ab Alex. *Genial. Dier. lib. 6. cap. 2.* &c.

Oracula nonnulla alia Veterum.

Oraculum Amphiarai, in Oropo, Jovis & Apollinis consertur à Theocrito *Pharmaceutrid. lib. 14.* V. Barthium *ad Thebaid 9. versu 658.* & supra, ubi de *Amphiarao*.

Oraculum Castorum, Lacedæmone fuit, ut docet Lucitius *ad Statium Thebaidos lib. 7. versu 343. Templis Sparæ præfuga reliquis, Visit Amyclens (fatimur) conservetque Fratres.*

Oraculum Delphicum, adde: ἐτο τοῦβε celebertimum, & ditissimum, unde *Apheiorixe opes*, ab Apolline Aphetore, id est, *Emissore Oraculorum*, in Prov. abierunt: Edebatur in templo D Iphico, quod quinquies destructum inque eodem loco reparatum legimus. Ara πρόπυλον βωμὸς, id est, *cornuta*, appellabatur à cornibus, quæ ad finistrum latus, ut Plut. *in Vit Thesei* docet, affixa, tanta arte in se flexa & complicata erant, ut & ἔσω *intùs numquam à suo gyro, inter tojum miraculi*, reterrentur. Hinc Ovidius, *Miror & in numeris structam de cornibus aram.* Quando Oraculum hoc desierit, variant sententiæ. Quidam ab Alexandro M. id desctum volunt, sed sine ratione. Plura chus exhaustâ vaporibus terrâ destisse contendit. Prudentio, *ex quo hominis Deus indixit arma, Delphica damnatis taciuerint forsi bus antra*: Sed & post illa tempora *Oraculum* hoc interrogari fuisse pattet, ex Historiis patet, & Plut. verùm tantùm respondere cessasse refert, ut *supra* vifum. Dio: occiso à Nerone in aditu antri homine, *Oraculum* fuisse extinctum, refert. Delphis cum abiit, ad Hyperboreos Scythas se contulisse creditum est, undè & dona illò non allata, quæ prius Delphos, missa sunt & Abaris Scytha, Apollinis Sacerdos integrum de ejus Reipublicæ & adventu in illa loca volumen edidit. V. in voce *Delphi*.

Dodonæum, omnium antiquissimum habitum est, ut Herodotus ait. *Ait à Dodonâm*, Japheti nepote ? Hoc fabulantur, par columbarum ex Ægypto advolasse, quarum una in Epiro, in fago quadam consides, voce humanâ loqui inceperit, & præter varia monita salutaria, incolas jusserit templum condere: quod factum à Deucalione, postquam navis ejus eò appulit; hic enim non tantùm templum, fed & urbem Dodonam, juxta quam *Oraculum* in sylva proxima edebatur, condidisse dicitur. An de Noacho, aut columba ejus, auditio quædam, fabulandi occasio? Intelligunt autem per columbas has Eruditi fœminas quasdam vaticinatrices, quæ ex Ægypto in Phœniciam, hinceque in Thessaliam delatæ, tres numero, responsa hæc ediderint. Et certè Thes.

Oraculum Delphicum, nomen insignis machinamenti, in *Museo* Kircheriano. Habuit Auctor tubum in ergasterio cubiculi sui ita dispositum, ut janitores eum ad portam vocaturi, in ipsa porta, quà in hortum aditus dabatur, ordinario vocis sono loquentes eum alloqui possent, quorum omnium verba, non fecus ac si in cubiculo præsentes essent, percipiebat eodemque modo per tubum respondebat, quantumcunque illi dissitt essent. Hunc posteà in Musæum transtulit & statuæ tali arte inseruit, ut statua quasi spirans ore aperto mottuque hinc inde oculis loqui videretur; cui proin nomen dedit *Oraculi Delphici*. Nam quemadmodum vett. Sacerdotes Ægyptiorum ac Græcorum per hujusmodi tubos, ori Idolorum insertos ingenioso dolo, Oraculum consulentes decipiebant & homines superstitiosos ad opimas oblationes faciendas solicitare solebant, simpliciores verò animi, velut divinâ voce monitî, id quod jubebatur, magno utique Sacerdotum emolumento, exequebantur: Ita hanc fallaciam ut degereret Kircherus, similem statuam fieri curavit. Erat autem hic tubus ad 30. pedes à statua dissitus. Itaque quidquid Titius ori statuæ conceptis verbis immurmurabat, ad id Semproninus opposito statuæ orificio tubi aure applicata assistens respondebat: attonitis spectatorum animis, qui verba quidem ex ore statuæ prodeuntia audirent, unde verò is veniret, divinare non possent. V. Georg. de Sepibus *in Collegii Rom. 8. J. Musæo cap. 7. &* prolixiorem hujus machinæ descriptionem in Autoris *Phonurgia*.

Oratæ, vox medii ævi, vestem denotat Episcopalem, in formam sindonis, quam Pontifex Rom. capiti quasi in modum veli imponit & replicat super humeros & ante pectus. Ita Innocentius III. *Myster. Missæ lib. 1. cap. 53.* & ex eo Durandus *Ration. lib. 3. cap. 6.* Sed & fœminis *Oratia* adscribit Concilium Arelatense A. C. 1234. *can. 16. Mulieres autem Judæa à 12. annis & supra*, Oralia *despectus extra domos*. Id est, vela, pubus caput & os tegant; apud Carolum du Fresne *Glossar. in voce Orale*, item *Oralia*. V. & supra *Fanon*.

Orandi Ritus, apud Ethnicos quoque olim frequens fuit: Namque *Initiis* eos omnibus Deos precari consuevisse, ex Pausania atque Ælio Dionyfio Cœl. Rhodiginus refert *Lect. Antiq. lib. 1. cap. 1. sub prin.* Cui communi Religioni veluti testimonium perhibens Cicero, *omnium magnarum rerum à Dis immortalibus principia sunci*, affirmat, in *Fanin.* Et quidem *sermonem de Mundo* usque generationem habitutus Socrates, apud Platon. *in Timæo*: Ibidem *Elementorum Naturam* explicaturus, infigni *Orandi* formulâ utitur. Apud Eundem *de LL. lib. 10.* Hospes Athenienfis, *demonstraturus Deumesse*, & paulo post *de Dits, Deorumq. cultu* agens, eadem pietate defungitur. Idem Cicero fecit, de *Legibus* sermonem habiturus; Ovidius *Metamorphoseon Opus* inchoans; Phœnius, *de Anima* sententiam dicturus, *Enneade 9. 4.* Poëtæ tandem atque Oratores paffim. Sic etiam *Arunam* à precibus auspicabantur, teste Luciano *Tom. III. pag. 622. fegq.* de quo V. plura apud Rod. Hospinianum *de Orig. Festorum cap. VIII. fol. 49.* & A. Wilckium *Heortogr. Part. 1. pag. 93.* *Deum* quoque fic inchoare & matutinis vespertinisque precibus Numen adire consuevisse, apud Platonem *de LL. lib. 10.* legimus:

atque id de Indis nominatim testatur Lucianus *Tom. IV.* pag. 105. Etiam in *Mensa* orasse, videbimus infrà. Neque *Nuptias* incunctibus sua Romania alisque facere desinet, ut ex iis apparet, quæ hanc rem Brissonius & Anton. Hottomannus de *vet. rit. Nupt.* collegere. Idque eo magis in *publicis Negotiis* observabant, quantum ista feliciter evenire magis interesat. Pertinet huc ista Græcorum Ἀγαθῆ Τύχῃ, & Populi Decretis & Conventionibus publicis præpolita. Quos imitatos Romanos solemne aliquod carmen *Orationis* habuisse, quod in Concionibus ad Populum Magistratus præfarentur, constat ex Livio *lib. 39. cap. 15.* Apud eosdem in *Magistratibus* designandis creandisque, Deorum velut suffragia fuisse expetita, docet Cicero *pro Muræn.* ubi maximè solemnem habes Comitiorum præcationem; & Plinius *Panegyr. Trajani.* Hinc & Tiberium, principio literarum, quibus Drusopotestatem Tribunitiam à Senatu petierat, veneratum esse Deos, ut consilia sua Reip. proferarent, Tacitus auctor est *Annal. lib. 3 cap. 56.* In *condendis ferendisq. Legibus*, idem observatum Romanis, ut Decemvirorum exemplo probat Livius *lib. 3. cap. 34.* Præfertim vero in *Bellis* decernendis, suscipiendis ac gerendis, eam curam à Vet. fuisse adhibitam, ut Deos in partes vocarent, docent exempla Cyri, apud Xenoph. *de Expedit. Cyri lib. 6. & Instit. Cyri lib. 1.* & Romanorum, apud Livium passim, inprimis *lib. 31. cap. 1. 7, 8. lib. 36. cap. 1. & lib. 42. cap. 28.* A pud eundem, Scipionis è Sicilia in Africam trajicientis eximia & tecta dignissima *Oratio* est, *lib. 29. cap. 27.* Porrò cùm magna *Æsiffcia* moliretur, conderentque, idem ritus fervatus. Quæ precatio fuerit Romuli, urbem condentis, exponit Ovidius *Fastor. 4.* Vero quoque Numæ *Sacrificio* solennem in morem abiisse, alibi indicat; ubi Cajum Caligulam vota, quorum is à Magistratu & Pontificibus pro ipsius salute nuncupata, etiam ad fœtores pertinere voluisse ait; alibi3, *lib.* nempe 59. vota ista, τὰς ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας Ἀρχὰς, ἃς τότε ὑπὲρ αὐτοῦ ἐποιήσαντο, appellat. Neque incommodè huc illud Arcadii atque Honorii Imp. *l. un. C. de oblat. rot.* dicentium, *Vestis communibus felicem annum aperiri*, refertur. Præter cujusmodi precationes solennes, alias quoque pro Principibus ad Deos fundi solitas, testimonia, apud Sanctum *Consil. ad Polyb. cap. 31. & 36.* Plinium *Panegyr. Trajan.* alios. Unde Asclepiades Præfectus, Romanum Martyrem, sacra etiam pro Principe Dis facere recusantem, increpans, apud Prudentium ἐπὶ στεφ. *Hymn. 10.* inquit,

Hoc sanctium ab Avo est, hoc ab Atavis traditum,
Placandos nobis pro triumphis Principis
Dilectus, faustus ac secundus gloriam
Præclitus, nisi fabingatis hostibus
Ductor quietum frenes urbem legibus.
Accingere ergo, quisquis es nequissime,
Pro Principali vite nobiscum Deos
Orare vita, vel quod hostem publicum
Pati necesse est, solve parum sanguine,
Spreviste templa, repulisse est Principem.

Nec omittendum, quod Tacitus habet *Annal. lib. 16. cap. 23.* nempe Senatum uterum Poppææ Neronis junctæ, commendasse Dis, more etiam hodierni Aulis recepto & c. Idem majori longè pietate Christiani quovis ævo fecere. Præfert pene verba Apostolus 1. Timoth. *cap. 2. vers. 1, 2. Hortor*, dicens, *primùm omnium fieri obsecrationes*, Orationes, *postulationes — pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro quacunque positate.* Et de more pro Principum salute orandi, Prohide, scribit Justinus Martyr *Apolog 2. nos ſolum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis lætis inservimus, imperatorem ac Principes humanitus ejus professi, & Deum precantes, ut cum Imperiali potestate fanam quoque mentem nactus imperia administ.* Athenagoras item, suâ ad Marc. Aurelium Antoninum & L. Aut. Commodum Impp pro Christianis *Apolog. Qui enim*, inquit, *quod orant, impetrant, quam qui pro Imperio vestro vota processique ad Deum profundunt, ut Filius Patri in eo, sicut æquissimum est, succedat &c.* Tertullianus quoque *Apologet. cap. 30. & cap. 39. Oramus etiam pro Imperatoribus &c.* Ut & Arnobius, *l. 6. Gent. lib. 4. pag. 501. Cur humanitier conveniendo dirui* (Christianorum scilicet) *ne meruere? In quibus fumens oratio Deum, pax cunctis & venia postulatur: Magistratibus, Exercitibus, Regibus.* Sic Athanasius *ad Imper. Constantium Apolog.* excusans, quòd in magna Ecclesia Alexandriæ, nondum dedicata, synaxin habuerat, *ibi preces pro ejus salute factas esse*, inter alia, ait. Et aliquanto inferius, fermone ad Christum versus, *Ecce Domine — vens ego, quia — populus per te istum Patrem — imploravit, idque pro salute simuli tui pientissimi Constantii &c.* Pari pietate etiam ecclesiam Deo nomine compellare licet; Judæi enim pro Imperatoribus quotidiana, solemniaque factitia peregisse, Josephus auctor est *ad ver. apion. lib. 2. pag. 1065.* V. Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. pur. cap. 16. §. 21. & 22.*

Orangis Familia, Gall. *Orange*, hodie Nassovicæ stirpis ramus est. Henricus enim, primogenitus filius Johannis Com. Nassoviæ, defunctiA. C. 1516. postquam cum fratre Guilielmo paternam hæreditatem hic partitus esset, ut nunc Dillenburgum & cetera in Germania bona cederent, ipse in Belgicas ditiones & Præfecturas, Engelberto patruo possessa, succederet, apud Carolum

Tange precor mensam, tanquam quo more precantes &c.

Quod cùm Pagani observaverint, monstro simile est, reperiri inter Christianos, qui fecus faciant. Nam de fua ætate Chrysostomus testatur, fuisse nonnullos, qui neque initio neque in fine eæ-

lum V. magnâ mox gratiâ florere cœpit, secundisque nuptiis Claudiam Auriacam (*d' Orange*) Johannis Cabillonenſis filiam, Philiberti *Orangii* ſororem, in conſpectu Annæ Gall. Reginæ educatam, & ab ipſo Francisco I. R. elocatam, tibi junxit, atque ex ea ſuſcepit Renatum Cabillonenſem, *Principem Orangium*, *Com. Naſſoviæ*, *Baronem Breda &c. Hollandiæ*, *Zeelandiæ*, *Friſiæ &c. Præfectum*, qui avunculi Philiberti teſtamento Principatus *Orangii* hæreditatem adiit, ſed cùm ex Anna Lotharingica, non niſi filiam, nec eam ipſam diu ſuperſtitem, ſuſcepit, mortuus A. C. 1544. æt. 26. teſtamento hæredem ex aſſe reliquit Guilielmum patruelem, libertatis Belgicæ Auctorem, & hodiernæ familiæ *Orangiæ* conditorem. Hic maximus natu filiorum Guilielmi Com. Naſſov. ex Juliana Com. Stolbergenſi, in lucem editus A. C. 1533. *D. G. Trinqu. Arauſiorum, Comes Naſſoviæ, Catzenellebici, Vianden & Dietcrum &c. Marchio Viſſingæ & Veræmum, Antuerpiæ Burggravius, Pro-Comes Veſoniomis, Bretiæ, Diæ ſiæ, Grimbergæ, Arlai, Noverci Baro, Dominus Caſtellobillini, ſupremus Militiæ per omnes Belgicæ Legatus, Brabantiæ, Hollandiæ, Trajectiſi ad Rhenum & Friſiæ Præfectus, Oceani Belgici Thalaſſiarchus* &c. rebus pro libertate Belgii, contra potentiſſimum Hiſpaniæ Monarchum præclariſſimè geſtis ſeſeque manuari diploſio ne, à Balthaſaro Gerhardo, natione Sequano, percuſſore ſubornato, occiſus eſt Delphis, A. C. 1584. æt. 51. Pater ex prima conjuge Annâ (fil. Maximiliani Buræ & Leerdami Com.) Philippi, in Principatu Orangio ſucceſſoris, ſed nullâ, ex Eleonora Borbonia Henrici Condæi Principis fil. ſuſceptâ ſobole extincti: & Mariæ, Philippo Hohenloæ Com. nuptæ. Ex ſecunda, Anna, (Mauritii Saxoniæ El. ct. fil.) Mauritii, rerum geſtarum gloriâ inclyti, ſed liberis, ſine legitimâ hæredc, defuncti, A. C. 1604. Annæ (Guil. Ludovici Com. Naſſoviæ, Friſiæ Præfecto, nuptæ) ac Æmiliæ (quæ maritum invenit Emanuelem, Antonio Luſitaniæ R. genitum) Ex tertia, Carola Borbonia (fil. Ludovici Duc. Monſpenſerii) Ludoviceæ Julianeæ, Friderico IV. Electori Palatino junctæ: Eliſabethæ Flandricæ (quæ Henrico Bullionio Torinnæ Vice-Comiti nuptum data eſt) Catharinæ Belgicæ (quam Philippus Ludovicus Hanoviæ Munzenberg. Com. uxorem duxit) Philippinæ in Gallia Albaritiæ (Antonio Luſitaniæ Brabantinæ (Claudio Tremollio Duc. elocatæ) & Æmiliæ Secundæ (Friderici Caſimiri Palatini Bipontini Duc. uxoris) Ex ultima tandem Ludovica Colinia (Caſpari Gallicæ Admiralii fil.) Henrici Friderici, qui opus à Patre incepium, à fratre continuatum, ad finem feliciſſimè perduxit, defunctus A. C. 1647. relictis ex Amalia Solmenſi ſuam *Brauneſelſi* (fil. Johannis Alberti Com.) Guilielmo, qui Patri ſucceſſit (n. 1626. den. 1650.) Ludovico (n. 1637. ux. Friderici Guilielmi Electoris Brandeburg. den. 1667.) Albertini Agnete (Spolitani hæret Henrici Æmilii, n. 1628. ux. Guilielmi Friderici Prine. Naſſoviæ, Gubernatoris Groningani) Henricâ Catharinâ (n. 1637. nuptâ Johanni Georgio Princ. Anhaltino) & Maria; è quibus primus, ex Maria Britannica (fil. Caroli I. M. Britanniæ R.) filium reliquit poſthumum Guilielmum Henricum, hodiernum Arauſionis Principem & Mariæ Eboracenſis, (Jacobo Eboraci D. Caroli II. M. Britann. Regis fratre unico genitæ) maritum. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobiliſs. Europ. Part. I. pag.* 54. Cyr. Lentulum *Genealog. Principum Naſſoviæ* MS. ut & in voce *Arauſio*, ſic enim *Orange* Latinis exprimitur.

Orantium Ritus, corpore Soli Orienti obverſo, antiquus admodum, à Solis cultoribus originem traxit. Non enim hunc ſolum adorabant, manum oſculando ſuo dexteram ori admovendo, unde *adorandi* verbum: qui ritus à Dijs ad homines, honore poſitos, tentiaque antecellentes primùm, dein pares, tandem inferiores, gliſcente adulatione tranſiit, *manu venerari* Tacito, *manu ſalutare* Martiali dictus: Sed etiam erectum ori pollicem admovendo, quemadmodum docet nos Appulejus *Metam. lib.* 4. ſeque inſuper circumagendo: ac Romani quidem dextorſum, unde Plautus *Circul. Actu* 1. *Sc.* 1.

—— —— PH. *Quò me vertam, neſcio.*

PA. *Si Deos ſalutas, dextrorſum cenſeo:*

Galli verò ſiniſtrorſum, teſte Plinio *lib.* 28. *cap.* 2. qui tamen duo poſteriores ritus, ultimus inprimis, non usque adeò antiqui fuere: Inprimis autem Solem Orientem verſus ſe ſiſtendo, quocunque etiam tempore Deum precarentur. Hinc Iſaiæ ite contra Occidentem verſi, ubi Sanctuarium erat, preces Deo fundebant: atque ita ſe oſtendebant *precantes adorare non Solem orientem, ſed Solis Dominum*, ut ait Anaſtaſius Nicænus *Quæſt.* 88. *in Script.* Quod ita ſe habuiſſe, tum porta Orientalis oſtendit, per quam ingreſſi tabernaculum, vel Templum ad Occidentem *orantes* pergrantur: ut cognoſcimus ex Exodi cap. 40. tum etiam verba Ezechielis Prophetæ, *cap.* 8. *verſu* 16. ubi Iſaiæ ite accuſantur, quòd precatur ſi ad Orientem ſe converterent: *Dorſa habebant contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant contra Solis Ortum.* Quemadmodum & Magos precatos, teſtet Herodotus *lib.* 1. Vitruvius *cap. ult. Arte ſpectem Orientem.* Virgilius *Æn. lib.* 12.

Ille ad ſurgentem conversis lumina Solem,
Dant ſruges manibus ſalsas, & tempora ſervo
Summa nouat pecudum, paterisq; altaria libans &c.

Chriſtiani veteres tamen in hoc maluere Gentilium morem ſequi, *ὡς τὸν τοῦ ὅλου δυσὶν λόγοι τοις ὀφθαλμοῖς, ad orium matutinum preces conſpicientes*, ut ait Clemens *Alexandr. Strom.* Hinc & viſi Solem adorantes Tertullianus *Apologet. ad Perſas ſe ſirè cognoſcimur, dicit Solem in linteo depictum non adoremus; habemus ipſum ubique, in ſuo ſchymate: denique inde ſuſpicio, quòd innuerit nos ad Orientis regionem precari.* V. quoque Clementem Rom. *Conſtitut. lib* 2. *cap.* 57. Origenem *in Num. Hom.* 3. Auguſtinum *de Sermone Dom. lib.* 2. *cap.* 19. Damaſcenum *Orthod. Fidei cap.* 13 &c. è quibus Origenes & Damaſcenus, etiam ab Apoſtolis id inſtitutum ajunt. Ac ſimiliter ſenſit Juſtinus ſive alius *Quæſt. & Reſp. ad Orthod. Reſp.* 118. tum alijs nonnullis. Unde Templum Orientem verſus extrui ſolere, præter Clementem Rom. *loco cit.* Paulinus quoque Auctor eſt *Epiſt.* 12. *ad Severum.* Verùm cùm ritus conveniret, longè tamen aliud Chriſtiani ſpectarunt, quàm Gentiles: non quidem, quòd Paradiſus in Oriente creatus ſit, nec quòd Chriſtus in illa mundi plaga ſit paſſus, aut quòd improbarent Judæos, versus Occidentem *orantes*: ſed quòd Solem Juſtitiæ Sinum Chriſtum, mentes noſtras ſalutari lumine illuſtrantem, correcta ſic Gentilium conſuetudine, venerari ſe oſtenderent: Quam ob cauſam & Tertulliano *Orieni Chriſti figura dicitur*, *contra Valentinianum cap.* 3. V. quoque Clem. Alex. *lib.* 7. *Strom.* Porro inter *orandum* & ſacrificandum Romani operum habebant caput, præterquam quum Saturno, Honoriac Hecuti litarent, Plut. *Quæſt. Rom.* 11. & 17. quod capitis operimentum *Tunulus* dicebatur, Fulgent. *de vocibus antiqq.* Apud Plautum *Amphitr. Actu* 2. *Sc.* 1. ab Alemæna partu rientè quoque Dii tecto capite invocantur. Et apud eundem *Curcul. Actu* 3. *Sc.* 1. alius operto capite Alcidæpium ſalutat: apud Val. Flaccum *lib.* 5. Alopſus Vates, Manes venerando, caput obnubit &c. Contrà Græci nudis capitibus *orarunt*: quæ cauſa, quòd ritum ſacrificandi Saturno aperto capite, *inſtitutum Græcanicum* vocet Macrobius *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 6. Hebræi, non minùs ac Romani, *orando* aperite capita, turpe & probroſum judicabant, quod ab illis hauſtum hodieque in uſu apud Turcas eſſe, ſcribit Gierolitavitius *de Ceremon. Turc. lib.* 1. *cap.* 1. Et quidem de Hebræis latè id profequitur Adonienſis *in cap.* 12. *Levit. pſal.* 9. 10. docetque auctorem ritus Moyſen fuiſſe, qui reverentiæ ac verecundiæ compatendi coram Deo ergò ad rubi conſpectum caput obtexerit: Adde, quòd etiam ſubjectionis & timo is index capitis capitis ſit velatio. Quo ritu orare Corinthios ſuos juſſerit Apoſtolus 1. *Epiſt. cap.* 11. *verſu* 4. & 5. exponit: *Omnis vir orans aut prophetans operto capite, dedecorat caput ſuum* &c. & *verſu* 7. *Vir enim non debet velare caput, quum ſit imago ſit & gloria Dei: & mulier autem Viri ſit.* Quam legem poſtea Ecclieſiæ, ac proin non ſine diſtinctione locorum ac temporum accipiendam, ait Beza, docetque vel ex inde, quòd Hodie, contraria prorſus ratione, capite operto in cœtu loqui, ſignum ſit auctoritatis: aperto verò ſubjectionis teſtimonium, *Annotat. in locum.* At *orantes* nudo capite in ſignum, ut quidam volunt, perfectæ libertatis, à Chriſto nobis partæ, quod etiam toto Oriente obtinere, refert Simeon Theſſalonicenſis &c. V. Anſelm. Solerium *de Vitco ſect.* 2. Addam, alio properans, pauca quædam de priſco *orandum* more, aras manibus apprehendendi tenendique, de quo ita Macrobius *Saturn. lib.* 3. *cap.* 2. *Eſt profundam ſcientiam hujus Poetæ in uno ſepe reperire verbo, quod forſitàs dictum vulgus putaret: multiſorie enim legimus, quòd litare ſola non poſſit* Oratio, *niſi & is*, qui Deos precatur, *etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro Divinarum lib* 5. *dicit, aras primum Aras dictas, quod eſſes neceſſarium à ſacrificantibus has teneri. Anſa autem tenere ſolere ſoli, qui debuit communicatione ergo litterarum Aras dicti capiat, ut Valeſius in Fuſtum dictos prius nunc Valerios & Furios dici. Hæ omnino illa verſu Poëta exequutus eſt* (Æn. 4.)

Talibus orantem dictis Arasq; tenentem
Audiit omniſotens.

V Fortun. Lieteum *de Gemmis Annular. Schem.* 14. *cap.* 74. & *ſeqq. inprimis cap.* 75. *ubi de tribus orandi modis antiquis, ſtatario, adgeniculato & ſedentario prolixè diſſerit*: de ſitu verò verſus Orientem aliisque Mundi plagas, hic paſſim plura ſuis locis.

Orariarii, & contractè vocè ruphoniæ gr. nia, atque o in as diphthongum mutato, *Aurarii*, dicti ſunt olim, qui in theatris Circenſibusque ſavebant, ab *orariis*, quæ Aureliano auctore, loco rogæ, jactari cœperant. Vopiſcus in *Vita ejus*, *Sciendum —— ipſum primum donaſſe* oraria *pp. Rom. quibus uteretur populus ad favorem.* Eſt autem proprie *orarium* linteum ori tergendo parare tum, hinc *pignus oris* dictum Prudentio ὡς ἐπεῖπεῖν *Hymno*, *Hic ſui das pignus oris, ut ferunt, oratium.*

Cujusmodi *orariorum* meminit Nonius, ubi verba Lucilii, *Richi aurarii, exponit per ricas auraria aut mitras*, quæ voces ejusdem nonionis, ſæpe non nullum diverſæ tunt. *Etymologicum* M. *Μίτρα, κυρίως οἱ διὰ φακιόλου ἢ σουδαρίου γινόμενοι σύμβολοι.* Quòd enim oraria ad modum falciarum longiuſcula fuerint, patet ex Auguſtino *de Civit. Dei lib.* 22. *cap.* 8. ubi de eo loquens, cui oculus in maxillam fuſus erat, *Tunc*, ait, *ſicut ponuli, oculum lapſum atque pendentem, loco ſuo revocatum, ligavit orario.* Evagrius in ſimili hiſtoria *lib.* 4. *cap.* 7. ὁ δὲ ἰατρὸς τὸν ὀφθαλμὸν ἀνέστρεψε dicit; unde τὸ ὠτάριον fuiſſe orarium ſimile, omnino colligitur, quam

vocem Græci interpretantur ὤμων ἢ φωνέων. Ambrosius *Orat. fun. de obitu Synmachi Fratris*, *Divinum illud fidelium sacramentum ligari fidei in orario*, & orarium *involvit collo atque ita se dejecit in mare*. Non vero solum longa, sed & lata fuisse. difficultus ex antiquo Juvenalis Interprete, qui flammeum illud, quo nubentes amicebantur, *Orarium* interpretatur. Optime autem quid *Orarium* sit, declarant Ecclesiastici Scriptores, qui in habitu Sacerdotali *orarium* appellarunt pannum oblongum brachio Sacerdotis solitum imponi: quam manualem lacinam Græci ὠράριον, modò ὤμοφόριον Græci vocant. V. *infrà*. Et quidem olim ad usum tantùm manditiei *Oraria* gestabantur: Sed Aurelianus, novum eorum usum instituit, ut qui ea populo dedit, quibus ille ad favorem uteretur. *Favere*. & *favor* verba sunt Cicii ac Theatrorum propria, & non tacitam solùm benevolentiam indicant, sed quæ voce insuper gestuque exprimerentur, uti dixi*mus supra*. Hanc, prater fusum declamationem, ante Aurelium tempora, jactatione togæ fui latitiæ vestis, quam mobitabant, folabant testari, quod Græci dixere ἀναπτύσσειν τὸν χῶρα ἢ τὰν ἐσθῆτα, item κρεκτίζειν vestis *obtinere*, uti legitur apud Eusebium *Histor. Ecclesiast. lib. 7.* de Paulo Samosæno Hær. qui graviter offensus dicitur, quoties verba publice faceret, τοῖς μὲ ἀναπτύσι, μᾶλι δε ὃ τὰς θεάτρους κρεκτίζοντι τοῖς ὑβρισταῖς μᾶλ' ἐπιδιδοῖ τὸ ἀναπτύσσειν, *ille qui non laudarent, neque ut in theatris vestem jactarent, aut exclamarent, exsiliendo, &c.* Quod cùm non fine incommodo fieret, ut inter alia loquetur Ovidius *Amorum lib. 3.* ubi universum hunc favendi morem pulcherrimè expressit, additque,

——— *ut ne turbet toga mota capillos*,

In nostros abeat te licèt usque sinus;

Aureliano auctore muratum est, ceperuntque loco togæ *oraria* jactari, unde qui favebant, *Oratiarii*, uti quidem diximus ex Calaubono, hinc*que Anrarii* Salmasius vero non ob *orarii* dictos *aurarios* contendit, fed ab *aura* popularî, uti videre eft fupra fuo loco. Idem *Orarii* etymon non ab ore, quam ab ora vestis, de qua paulo fupra, arcessit, & hoc nomine *inflitas* & *factas*, quas manu tenerent & ad favorem mottarent, in Ludis, Imperatorem hunc dedisse, ait. Quemadmodum a. ifti in Ludis favoris figmum *Orarii* dederunt: fic alios jactatione fudarii dare fignum folitos, obfervarunt Eruditi. Nam, ut in Ecclefiis Chriftianorum Diconus, qui *orarium* geftabat, eum, qui in ambone facram Scripturam legebat; admonebat, quando vel ad Fideles, vel ad Catechumenos, vel orationem deberet fecliere: Sic in Judæorum Synagogis; Lectorem e pulpito recitanti aderat aliquis, manu fudarium tenens, qui populo fignum daret, ut dicerent *Amen*: dabat autem fignum, קומי בסורר עי, ut loquuntur Rabbini, id eft, *motians fudarium*. Sic etiam in Judiciis capitis, cùm reus poft latam fententiam ducebatur ad locum fupplicii, conftituebatur aliquis in Prætorii foribus, qui, fi de ejus innocentia interhæc conftitiffet, dato ligno, executionem fupplicii impediret & condemnatum ad Judices revocaret: Id autem fignum dabatur fimiliter jactato fudario, ut difertè idem Magiftri teftantur &c. V. Calaubonum & Salmafium *ad d. l.* & hic infrà, in voce *Orarium*.

Orarium, vox medii avi *ab ora*, extremitatem veftium deno tat, feu limbum, qui *ora* attexitur: ab *ore*, peplum defignat, infulamque illam, quæ involvit & aperit ora feu vultum, ut habet Ioh. de Janua. V. Salmafium *ad Vopifcum*. Proprie verò fic dicitur fudarium, quo os abftergitur, apud Hieronymum *Epift. ad Nepotian.* Plenum dedecoris eft referta marfupia, quod *fudarium*, Orariumque non *habeas*, *gloriari*. Hinc Lazari facies *orario* colligata dicitur, apud Ambrofium *de Refurr.* & apud Prudentium *d. l.*

Hic fui das pignus oris, ut ferunt, Orarium &c.

Inde Orarium *B. Virginis*, apud Marlotum *Metrop. Remenf. lib. 3. cap. 15.* idem quod ἀπηχθόμενον τῇ Θεοτόκῳ, de quo multa dixit C.S. Freine ad *Alexiadem Anna Comnenæ*. Calaubono ad *Vopifci Aurelianum*, in habitu Sacerdotali, *Orarium* eft pannus oblongus, brachio Sacerdotis imponi folitus, cujus in Græcis *Liturgiis* frequens mentio, quamque manualem lacinam, modò ὠράριον, modò ὤμοφόριον Græci vocant. Quanquam alii *Orarium* & ὠμοφόριον pro eodem accipiunt, quod non Sacerdotum, fed Diaconorum, geftamen fuiffe, reperimus. Matthæus Blaftares in *Syntagmate Canoftorum*: Ὁ τῶν οὐ Διακόνων καὶ ὑ ὠ κ᾽ ὁ ὃ ὃ, φορεῖ τὸ ὠμοφόριον, τῶ ὑπὸ μέσον ὠράριον ὀνομαζόμενον, ἀλλὰ τῷ τὴν Ἐκκλησίαν διῤῥῦν τρόπῳ. *Laodicenæ can.* 22. & 23. *non oportet, ajunt Miniftrum feu Hypodiaconum* Orarium *induere, fed Eccleſiæ fores cuſtodire*. Et paulo poft, Τοὺς Διακόνους διδόναι καὶ ἡμῖν, τῷ λαῷ τῶν ὠμων τὰ ὠράρια ὑπὲρ τὰ ἀριστερὰ, ὃν τὸν ὠμον τὸ ὠμοφόριον καὶ ἐπιτίθεσθαι. Οἱ γὰρ ἱερατικῶν τῶν Διάκονοι, τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετοῦσιν καὶ τὰς τῶν ὠμων τιμᾶσιν ἐνδύματα ὑγρὰ, τῷ ὁμοίῳ τοῖς τῶν ἱερέων ἐμφανῶσι διακόνοις τὸ κοσμεῖν τὸ ὑφιλκόσμιον γνῆσιον ἐν Φοινίκοις τῶν τε κλιμακτήρων καὶ τῶν ὠμων, *Diaconis conceſſum & quidem ſolis, ſinifiro humero illud imponere. Dictum eſt autem* Orarium, *ab ὠρὰ*, i. *cuſtodio & obſervo. Qui enim id ſuſpendunt Diaconi, ſacra factientibus aſſtantes, & obſervantes orationes, oratio lie qui in ambone ſunt Diaconi ſignificant, quando oportet concrepare orationem vel ad Catechumenos, vel ad Fideles*. Ubi o-

mnino vult, Diaconorum proprium eſſe *Orarium*: quod illi lævo humero impoſitum geſtent. Notatio autem verbi, quæ ibidem innuitur, inepta plane & falſa; quæ tamen non hujus eſt recentioris Scriptoris, fed etiam apud eruditiſſimum Balſamonem legitur. Sic accipe apud Codinum Curam palatii, *in lib. de Officiis*, Ὁ Ἀρχιδιάκονος φορεῖ τὸ ὠράριον ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ ὠμῷ, φορεῖ δ᾽ ἐν αὐτῷ καὶ φιλόλεον, *& pallio quod interpretatur*, ὠμοφόριον. Quibus verbis ſeparat ὠράριον, quod injicitur collo, ab Oratore: at in *libro* Severi Alexandrini Patr. *de ritibus Syrorum*, amictus pars nominatur רוּמָא, quod noſtrum eſt ſine dubio *orarium*; id autem ait imponi collo: Quare idem videtur eſſe cum eo, quod Græci ἐπιτραχήλιον appellant. Habuerunt porro & Epiſcopi *Orarium* ſuum, velut quoddam ſanctiſſimæ dignitatis infigne. *Vita* Fulgentii, *Una tantùm villiſſimæ tunica, five per æſtatem, five per hyemem, patienter induitus: orario quidem, ſicut omnes Epiſcopi, nunquam utebatur*. Sed hoc Epiſcoporum *orario* peculiaris fuit formæ, nec, ut cetera oraria, ſimplex tantùm fafcia, quare etiam *Pallium* eſt vocitatum. Hinc in *Reſponſ.* Synodi Remenſis legitur, *Annuliphus* (is fuerat Durocortori Remorum Epiſcopus) in *ſui promotione annulum & bacularium acceperat, quodammodo genus orarii, quod per differentiam pallium dicitur*. Atque hoc *orario* ſpoliabantur, qui munere ſuo movebantur. Unde Anaſtaſius Biblioth. *in Agathone* ait, quòd, cùm eſſet Parriarcha Antiochenus Macarius in VI. Synodo, tanquam Haereticus damnatus, ibi Baſilius Cæſenſis Epiſc. illi pallium *orarium* ademerit, quod degradationis indicium erat. Idem in *Stephano IV. Accedens Mauricius Subdiaconus* orarium *de ejus collo abſtulit, & projecit ante pedes ejus*. Quod in aliis etiam Ordinibus ufu veniſſe, conjicere licet ex reſtitutione Ordinum, in *can. Epiſcopus 11. quæſt. 3. Gradus amiſſos recipias & coram Altari de manibus Epiſcoporum, & Epiſcopus eſt, orarium & baculum & annulum, & Presbyter eſt, orarium & planetam; ſi Diaconus, orarium & albam*. Reſtituebatur enim quod antea ablatum erat &c. Plura, de voeis ſignificatibus alis & *oraris* in Romana, Græca ac Maronitarum Eccleſia uſu, V. apud Macros Fratres *in Hierolexico*. Addam hoc unum, fericeam illam inſtitam, quam collo appendunt in Gallis Magiſtratus & alii, qui Doctores fuerunt renuntiati, non inepte *Orarium* dici poſſe, ex eodem Calaubono, *ubi ſupra*. Plura in hanc rem, V. apud J. C. Suiceram *Theſ. Eccl.* voce Ὠράριον.

Viri celebres.

Orata Genurius, Romanus Piſcator, monumento celebris non ita pridem deſoſſo, in agri Areſtini loco, qui *Ripa Ulmi* dicitur, cujus inſcriptio vetus, *in Chron.* Hieronymi Areſtini MS. hæc eſt:

GENUTIUS. ORATA.
ROM. PISCATOR.

Mutedithus ille piſcis,
Qui ſpina ne conſpiſa.
Hos nouis Lucis & in Ripa,
Cunctis portum, mortem mihi.

Fortun. Licetus *de Lucernis lib. 6. cap. 101. ubi nobilem Piſcatoris tychum, piſcis imaginem inſculptam habentem, explicat, veroque ſimile judicat, hujuſmodi lucernam olim arſiſſe, in ſepulchro Gennii Rom. aculeata venenataque ſpina ab Arameo piſce confecti.* Dictus eſt autem *Orata*, à piſce cognomine, frequenti Romanorum more, ab hujuscemodi externis rebus, cognomina vel agnomina ſibi vindicantium, V. *infrà*.

Orata Sergius, Romanus, à piſce cognomine ſimiliter appellatus; teſte Varrone *de R. R. lib. 3. cap. 3. Quis* (Majorum noſtrorum) *habebat piſcinam, niſi dulcem & in ea dumtaxat ſquallos atque mugiles piſces. Quis contrà nunc Rhinum non ducit, ſua nihil intereſſe, utrum ille piſcibus ſtagnum habeat plenum, an vacuis? Et paulo poſt: Non Philippus, cùm ad Immidium hoſpitem Caſini diverſiſſet, & ei è suo flumine lupum piſcem formoſum appoſuiſſet, atque ille guſtaſſet, & exquiſitè, dixit: Perram, ni piſcem putavi eſſe?* Hinc ſubjungit, *Sic noſtra ætas inquam luxuriæ piſcinarum prouilit ad mare, & in eas priſtinæ gregis piſcium revocavit. Non propter hoc appellati Sergiæ* Orata, & *L. Murænæ? Quis enim propter nobilitatem ignorat piſcinas Philippi, Horteniſi, Lucullî?* Ubi quod ait de cognominibus piſcibus, etiam Columella habet *l. 8. c. 16. Jam enim celebres erant delicæ popinales, cùm ab mari deſerentur vivaria, quorum ſtudioſiſſimi, velut arcis devicarum Gentium, Numantinus & ſlaurieus*, ita *Sergius* Orata & *Licinius Muræna*, *caporum piſcium latifundiator vocabulis*. V. præterea Valerium Max. *lib. 9. cap. 1.* & Columellam *Saturnal. lib. 3 cap. 15.* Eundem *Oratam* primum oſtrearum vivaria excogitaſſe, docet Plinius *lib. 9. cap. 54. Oſtrearum vivaria*, inquiens, *primus omnium Sergius Orata invenit in Baiano, ætate L. Craſſi Oratoris, ante Marſicum bellum* (circa an. U. C. 666.) *nec gulæ causâ, ſed avaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio ſuo percipiens: ut qui primus penſiles invenit balineas, ita mangonizatas villas ſubinde vendendo*. Unde colligimus, eundem thermas penſiles primum invenifle; halucinari proin Senecam, cùm *ſuſpenſuras balnearum* hoc ævo inventas tradit *Epiſt. 90.* Diu etiam ante Senecam ævo Miri-

dalis Regis & Cn. Pompeii *Oratx* vixit, Thom. Dempsterus *Paralipom. in Joh. Rosini Antiquitates Rom. lib. 1. cap. 14.*

Oratio Sacerdotis Summi hin Vet. Teſt. ad Deum, die Propitiationum utraque manu hirco impoſitâ, hæc legitur in *Joma cap. 6. fol. 66. Rogo te, Domine, peccatum, iniquè egerunt, prævaricati ſunt coram te populus tuus domus Iſraël. Quæſo, Domine, expia nunc peccata, iniquitates & prævaricationes, quibus peccarunt, iniquitates & prævaricationes, quibus peccarunt, iniquè egerunt & prævaricati ſunt in te populus tuus domûs Iſraël, prout ſcriptum habetur in lege Moſis veſtri* (Leviticus *cap. 16. verſu 30.*) *Quia ipſo die vos expiabitur ad vos mundandus ab omnibus peccatis veſtris; coram Domino mundabimini.* Tum Sacerdotes & Populus, qui ſtabant in Atrio, audiebant שם המפורש *nomen explicatum* id eſt, nomen יהוה, prolatum ex ore Summi Sacerdotis, flexis genibus adorantes proni in faciem dicebant, ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *Benedictius ſit Dominus, gloria Regni ejus ſit in æternum.* Peractâ poſtmodum oratione, hircus in ſolitudinem deducebatur, uti diximus ſuprà in voce *Azazel*, V. etiam ubi de *Expiationis* ten *Propitiationis*, Feſto, voce *Lingua*, & plura hanc in rem, apud Bochartum *Hierozoici Part. prior. pag. 668.*

Oratio, in Communione Rom. licentia exeundi eſt, apud Monachos, quæ da conſuevit *oratione* ſeu benedictione Prioris. Beda in *Vita S.* Cuthberti *cap. 36. Dixerat hæc, & datâ orationeac benedictione, ſuam manſionem introiverunt.* Græcis eadem notione Εὐλογία. Liber *Euchologium*: Ἔτι δὲ ἐξέισιν ὁ Μυσταγωγὸς μὴ λαβὼν τὴν Εὐλογίαν, ἢ λαβὼν τὸν Ἀρχιερικὸν ἢ ἱερέως, ἢ τὸν διακονικὸν. *Si quis exierit à Monaſterio, non accepta benedictione, neque dimiſſa ab Archimandrita, cum oratione, eſto à communione excluſus.* In eadem *Oratio Dominica*, quam DOMINUS noſter Diſcipulis ſuis præcipit, ut in Miſſa poſt Canonem recitaretur, ſtatuit Gregorius Pont. Rom. teſte Ruperto *de Divin. Offic. lib. 2. cap. 21.* Eadem *Oratio paterna*, in *Ord.* celebrandi Concilii: *de Hevilis*, in *Vita S.* Sifridi Epiſc. Carpentoracteníis, appellatur. *Oratio* item *quotidiana* à Patribus, ut habetur in Concilio Toletano IV. *cap. 10.* ex Cypriano, Hilario, Auguſtino, *quotidieretidiani* dicitur à Chriſtianis, quæ pri eam *panem quotidianum* dari poſtulabat. Similiter apud Rom. *Oratio ſuper populum*, vocatur ultima benedictio, quæ fit in officio Miſſæ, uti docet Hugo à S. Victore *Speculi Eccleſ. lib. 3. cap. 3.* At *Oratio plebis*, quæ poſt Evangelia legitur, in Concil. Lugdunenſi I. *cap. 8.* Hinc *Orationale*, liber in quo continentur Orationes, in Eccleſia recitari ſolitæ, quæ à voce *Oremus* habent initium. V. infrà in voce *Orationes* & plura hanc in rem apud Carolum da Freſne *loc. cit.*

Oratio Soluta, metricâ poſteriori eſt. Et quidem Phereycidem Athenienſem profas Orationes condere primim inſtituiſſe, Plinius aliquoſti ſcribit, quem primum Hiſtoriæ auctorem alii faciunt: De eodem Strabo, ubi diſputat, Poëticam compoſitionem prosa orationeantiquiorem fuiſſe, aperiùs viguiſſe, Πρῶτος, inquit, ὁ ποιῆσαι καθ' ἑαυτὸν παρὰτὸν ὠὸ τὸ μέτρον, ἢ ἐνδεικνύμενος, ἀνάλογον μεμφόμενος λόγοις τὸ μέτρον. Τῶνα δὲ φιλοσόφων, ὧν πάντων συνηγμένων ἐν ἑβδομήκοντα, ὁ Φερεκύδης ἐκ Σύρου εἷς ἐστι γνώριμος ἀκμὴν ἢ τῷ τοιούτῳ ὧν ἐπὶ τὸ πεζὸν ἀπὸ τοῦ ἐμμέτρου ἀνάγκη ἦλθε λόγου. Qui locus ſic accipiendus eſt, non ut dicat omnem Orationem ſolutam Poëticâ poſteriorem eſſe; quod omninoſalſum eſt; Etenim pedeſtri ſermone ſemper loquuti ſunt homines, non poëtico, nec metrico: Sed eam profam Orationem, quæ ante conſtat, & quâ aliquid primò conſcriptum eſt, è poetica docet manaſſe, veluti ex fonte. Ὡς δ' ἁπλῶς, inquit, ὁ πεζὸς λόγος, ὁμοῦ τοῦ ποιητικοῦ μέτρου, μίμημά τε πολλαχοῦ ἐστι: Non dicit omnem πεζὸν λόγον, *Orationem pedeſtrem*, ſed ὁ πολιτικὸς ἀκούων, *ars eloquentiæ*. Quod poſtea explicans, Καὶ γὰρ τὸ ἀπὸ βάθους ῥηθὲν, ἀπὸ τοῦ ῥυθμοῦ λέγεται μιμεῖσθαι· καὶ τὸ ἐπὶ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ ἐπὶ τὸ βαρὺ, τοῦτο τὸν ὀξυβαρῆ, ἀλλὰ τοῦτο ἐκ τῆς φύσεως τοῦ ἐκτενοῦς μόνου, τὸ βραχέως κεκραμένου ἐκ τούτων. *Et quidè cavere veteribus dictum eſt pro dicere, hoc ipſum initio eſt, fontem & originem dictionis elaboratæ & oratoriæ ſuiſſe poeticam orationem.* Atque inde πεζὸς λόγος, & *pedeſtris ſermo*, de ſoluta oratione, dicitur, quòd veluti ex faſtigio quodam & ſublimi ſuggeſtu, veluti curru, adhumum ſit deductus. Inter primos autem, qui *Orationi ſolutæ* ſcripſerunt, recenſet Cadmum, Phereycidem & Hecatæum: è quibus Cadmus is eſt Miletus, qui primum proſæ orationis genium condidiſſe aſſerit Plinius *lib. 5.* quod tamen Phereycidi, ut dictum, poſtea tribuit *lib. 7.* ubi de rerum inventoribus agit. Cadmo vero ibi dat, ut primus Hiſtoriæ conditor fuerit. Sed & Porphyrius, apud Suidam, Phereycidem primum omnium συγγραφὴν ἐξέθηκε proſa oratione tradit. Ut ut ſit, tres illi vetuſtiſſimi Strabonii nominantur, qui proſa orationæ aliquid tradiderunt, inter quos primus, ut apparet, Cadmus Miletuſius fuit. Tractavere autem hi poëtica argumenta & fabulas pedeſtri oratione, ſolutis tantùm metris: & quidem Phereycides, qui non Syrus ille, ſed Athenienſis Strabonimemoratus, ἐποιησίων, neque ſolùm hominum & Heroum aliquorum, ſed etiam Deorum, *Genealogias*, imò univerſam *Mythologiam* hoc modo conſcripſit. Melius tamen alii, Salmaſio Judice, tres hos inter antiquiſſimos & primos Hiſtoricos recenſeri aſſerentes. Phereycidem Syrum *orationem ſolutam* condere primum inſtituiſſe, contendunt. Philoſophantus autem is eſt, *de Natura ac Diis*, ænigmatice & involutè, eamque Theologiam in literas retulit, propter quod primus proſæ orationis auctor eſt exiſtimatus. Sane, qui ante illum *Sophi* dicti ſunt, nihil hac oratione ſcripſerunt reliquerunt, ſi Thaletem excipias, quem opus de *Nautica Aſtrologia* compoſuiſſe quidam dixere, alii nihil proſcius edidiſſe volunt: nonnulli tamen de *Agnimeſſe* & *Sudſino* ſcripſiſſe eum affirmant &c. V. Salmaſium ad *Solinum pag.* 841. & *ſeqq.*

Orationes Principum, dicuntur in Jure, quæ ab ipſis Principibus in Senatu habentur; Cùm ipſi ſtatuunt explicatis rei totius circumſtantiis, quod juſtum, utile ac honeſtum Reip. ſit, oſtendunt, Senatumque rogant, an ſic conſtituere placeat. Taliextat *Oratio* vel pars potius *Orationis* Imper. Severi *l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. ſunt, non alien.* Citantur item D. Marci *Orationes*, de alimentis, *l. cum hi, ff. de transact. de fugitiv. reguli. l. divus. ff. de ſer. fugit. de bonis mat. l. penult. ff. ad Tertull.* Ejusmodi quoque eſt *Oratio* D. Marci de conſeſſu, cujus ſit mentio *l. 6. §. 1. ff. de conſeſſ. & l. 59. ff. de re Jud.* Oratio porro Marci & Commodi, quâ prohibentur Tutores & filii eorum pupillas ſuas ducere: ad quam Paulus libro ſingularem ſcripſit, *leg. 60. & l. 61. §. ſed & filius fam. ff. de vitu Nupt.* Eorundem Imp. *Oratio*, de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non alienandis, *l. 1. ff. de rebus eorum, l. 9. Cod. de præd. minor.* quam ſingulari libro idem Paulus expoſuit, ut ex Indice Florentino ad Inſcriptionibus aliquot conſtat: *Oratio* Hadriani in *leg. ſi & rem §. & illud ff. de pet. hæredit.* Oratio Antonini, de conſirmandis inter virum & uxorem donationibus *l. 32. ff. de donat. inter viros.* Similia alia exmpla ſunt in *Inſt. Cod. de Teſtam. man. leg. 17. Cod. de excuſat. tut. leg. 2. Cod. de Cur. de cur. fur. l. penult. Cod. de his qui*, ut indigitat Barn. Briſſonius *in Lexic. & lib. 1. Antiqq. cap. 16.* Et quia Senatus aliquando à Principe conſultur, ipſæ *Orationes* Senatusconſulta interdum vocantur: Exemplum eſt *in l. item veniunt. §. pridie. ff. de pet. hæred.* Vultejus *in Comment. Inſtitut. quibus modis Teſtam. inform. §. fin. num. 1.* apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* In Communione Romana, *Orationes* vocantur, in Ritualibus libris, ex preces, quas in ſacris liturgiis peragunt, quæcunque à vocbo *Oremus* initium habent ac ſemper ad Deum Patrem dirigantur. Eadem quoque *Collectæ* appellant, V. Durandum *lib. 4. c. 17.* qui *num. 17.* obſervat, in Eccleſia Lateranenſi nunquam dici *Orationem*, ſed in Miſſa & in omnibus Horis altà voce pronuntiari Orationem Dominicam, quæ in Novo Teſtam. prima fuit Oratio, &c. V. ſuprà.

Orasis, fluv. Petſidis ultimus, quo ab Elymaide dividitur, Plin. Straboni & Ptolomæo Ὀράντιος, de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1181. ut & in voce *Orontes.*

Orator, pro Legato, apud Jureconſultos in *l. Jul. ff. de vi publ.* Accuſtus Doctores Artium Intelligit, quia Græcis *Rhetores* vocantur, Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* Apud Silvianum *Epiſt. 8. Orator eſt*, qui Deum orat ſeu precatur. Sic Joh. de Garlandia in *Æquivocis*,

Orator *Chriſtum rogat & verbum bene profert.*

In plur. *Oratores* dicuntur, in Concilio Narbonenſi A. C. 1074. c. 24. pergiri quod ad Sanctorum limina *Orationis* & devotionis ergò veniunt &c. Car. du Freſne *Gloſſar.* In Rep. Athenienſium *Oratores* olim inter Magiſtratus quidem non cenſebantur, interim à civibus privatis diſtincti erant, ut patet ex Æſchine *Orat. c. Timarch.* & maximo in pretio habebantur. Nemo autem in eum ordinem, qui eſſet minor annis 30. coptabatur, ex Lege: Μὴ ἐξεῖναι ἑνὶ τῶν ἀπὸ μείονος ἢ τριάκοντα ἐτῶν γεγονότα: cujus mentio apud Interpretem Ariſtophanis *ad Nubes.* Et erat hæc ætas Senatoria, nec minor debuit eſſe is, qui te vrbi erat Auctor publici conſilii, regendæ civitatis, Princeps ſententiæ in Senatu, in Populo, in cauſis publicis, &c. Nec tenere quisquam *Oratorium* albo adſcribebatur, ſed quotannis decem forte legebantur, qui drachmam accipiebant de publico, eo quo orabant die; ut docet Ariſtoteles apud Scholiaſtem præfatum *in Pollat.* ubi id loc. Συνηγόρους vocat, quoſdam Θητας dicebantur. Hi itaque forte capti ἐδικαζόντο apud Judices, atque in vitam eorum inquirebatur, cùm ἐκ τῆς πολιτικῆς ἀπὸ βήματος ἀγορεύειν ἀπαλλάττοι τὸν ἐντὸς ἐτῶν τριάκοντα. *Et conſentiendæ, facundiæ, non vitæ, probandæ*, ἢ μὴ πάντῃ ἀνόσιον ἦ, *Judicibus* χρωζόντας, ut teſtis eſt Demoſthenes in *Timocratem.* Continebatur examen hiſce capitibus, à Legislatore præſcriptis, quorum Æſchines *loc. cit.* meminit: Ἀνὴρ λέγειν τὸν δῆμον, ἢ πολίτευεσθαι ἢ τὰ μὲν μέγιστα, ἢ μὴ πάντων ἀνόσια, *Si quis in populo ores, qui alterum Parentum paſſavit aut non aluerit, aut teſtem ad hæreditatem non produxerit: Et τὰς ἐφέλους πάντας ἀνοίγειν, ἀναγκὴ δὲ αὐτὸ πρόσωπον ἢ τὸν δεκάζοντα τὸν ἐπὶ Δικαστ. Si ad militiam vocatus non reſponderit, aut clypeum abjecerit: Et κατηγορεῖν ὁ βουλόμενος, Si ſponſum aut mulierem patiatur: Et ὁ μὴ πατὴρ κληθεὶς εἰς μαρτυρίαν ὑπὸ τοῦ ἀναιρουμένου γένου, Si paternam, aut aliam quamvis ad ſe delatam hæreditatem deoxerit: Ἐὰν δὲ τις παράνομον λόγῳ ἀναιρεῖται μὴ ἐπιγράψαντα Δικαίου*

ἀ βελτίων Φ· εἰς ἔζευξιν. Τὸς δὲ δικαιῶν ἀκόλουθον ἐς τὴ διορθωσιν ἀξιοῦντες, ϟϟ, inquam, in populo ores nihilo minus, illius nomen Athenienſium gnavis, cui tiberiæ deferto, Judicesque ea de re judicium redunto. Et habebatur hæc quælio à Judicibus, quando forte capti Oratores ab illis, an ad arandum apti eſſent, examinabantur. Sed & lege cautum erat, ut agros intra fines Attiæ poſſiderent, & liberos legitimos, ex cive nempe, aut jam haberent, aut ſuſcerpturi eſſent, velut Republicæ appingeratos & paternæ fidei obſides; ſic autem illa ſonuit: Τὸν Ρήτορα πωδοκιμάζειν κατὰ τὸς αὐτὸς νόμος ὑπὲρ τὸ στρατηγὸ. Et Diarchum contra Demoſthenem. Quò vero decenter, ſive in Senatu, ſive in Populo orarent, alia Lex proſpexit, quæ ſic habet Latine: Si quis Oratorum in Senatu aut in Populo vel non ſponſim de re propoſita, vel bis de eadem re apud eadem diverſi, ſive convicatus diverſis ſive malefiaciis, ſive pede ſuppoſito, vel inter decentem ſimum impotuſſe loquutus fuerit de rebus aliunde ab his, de quibus referebam Proedri, vel aliquem concitarit, vel Epiſtolam traxerit, dimiſſa concione, aut Senatu, ejus multandi poteſtas eſto penes Proedros, ad quinquaginta drachmas usque: Quinquaginta hæ drachmæ exigendæ inſcribuntor exactoribus hoc nomine: quod ſi gravioren merriſſe panam videbitur, irrogata multa ad quinquaginta drachmas usque, deferunto ad Senatum, aut concionem, quæ prima habebitur. Ubi in jus vocatus fuerit, in Senatu judicato. Quod ſi damnatus fuerit, etiam ſuffragia ferendibus Senatoribus, Proedri multam exactoribus exigendam Legum violatarum nomine inſcribunto. Quam Legem deſcripſit Æſchines c. Timarchum: ubi loco κεφάλαιον ψηφιζέσθαι τῶν βελευτῶν, Petitus reponit, κεφάλαιον ψηφιζέσθαι E. N. (id eſt, πενῆτα ψηφιζέσθαι) τῶν βελευτῶν, hoc eſt, Etiam ſuffragia ferentibus quinquaginta quinque Senatoribus, ut oſtenderat numerum definitum fuiſſe, quot minimum clam ſuffragia ferre deberent hæc in cauſa Senatores: Cùm in concionibus eorum numerus, qui ſuffragia clam ferre debebrent, indefinitus, & unicunque id permiſſum eſſet; Un de paſſim legitur, Ψηφισαμένων μὲ ἑκατὸν ἐξακισχιλίων, οἱς δὲ δόξῃ, κεφάλαιον ψηφιζέσθαι, Suffragia ferentibus non minus ſex millibus, & quibus illuerit clam ſuffragantibus, V. Sam. Petitum Comm. in L.L. Attic. lib. 3. tit. 3. Coronabantur autem Oratores, quoties ad arandum ſurgebant, vel in concionem oraturi proficiebant: uti patet exemplo Cippi, apud Pandium Metamorph. lib. 15. Demonachus, apud Lucianum In eo, Periclis, apud Hieronymum lib. 2. Epiſt. 22. Praxagoræ mulieris, apud Ariſtophanem Ἐκκλησιαζ. Altrum. Hinc qui ſæpius apud Populum dicerent, adeoque ſæpius coronati aſpicerentur, jus accepere coronam geſtandi, uti de Demoſthene hab s, apud Plut. Porro illi, qui diturſus ſurgerer, ab illo qui proximè dixiſſet, corona tradebatur. Unde apud Ariſtophanem d. l.

Τν. φέρε τ' ἀποδῶ τὸν στέφανον τῷ ἀεὶ λέγειν πάνυ.

Effer coronam, ego enim rursus dicturus ſum &c.

V. ſupra in voce, Capra Coronarius & plura hanc in rem apud C. Paſchalium *Coronarium lib. 5. cap. 5* nec non *lib. 6. cs.* ubi quædam de *Oratorum Cæremoniis publicis*. Victoriam iidem partam pro foribus apud Rom. appenſa palmâ teſtabantur, uti docet Lucianus Πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, ubi id eò factum, ut clientes hoc pacto ſibi plures conciliarent, addit. Quò reſpiciens Juvenalis ait *Satyra 7.*

— *Rumpe viſor tenſum jecur, ut tibi laſſo*
Figantur virides ſcalarum gloria palmæ.

Et Tertullianus *De anima, Nihil mirandum, ſi & in carcere lenocinatas Anyti & Melitæ palmas geſtiens infringere, ipſa morte coronam immortalitatem vindicat anima.* Ubi de Socrate loquens, ad morem ſuî ævi alludere voluit Scriptor doctiſſimus. V. quoque infrà, ubi de *Rhetoribus*.

Oratorium, Gr. Ἐκκλησιαστήριον, προρριε *locus, ubi Oratores* nomen in Chriſtianismo veteri pro templis invaluit, ex quo quòd Dominus ipſe Templum Hieroſol. בית תפלה *Domum Orationis* mean, nec non בית תפלה *Domum Orationis*, εἶκον προσευχῆς, vocandum ille pronuntiavit, Eliæ coll. 56. verſ. 7. Hinc plerunque ædes ſacræ Eulebio ὀνομάζεσθαι, Ædes *Oratoriæ*, dicuntur. Nominis ratio ab *orando* ſeu invocando divino Numine, quæ præcipua divini cultus pars eſt, adeoque per Synecdochen pro illo toto uſurpatur, Johannis *cap. 4. verſu 24.* Et quidem jam tempore Apoſtolorum & deinceps, per ſecula primitiva imperii ſummi & Chriſtianismi in Conſtantino M. conjunctionem antevertentia, conveniendi, ad Sacra exercenda, Locos, Cœnacula, Cryptas, Eremos, Domos, *Oratoria* habuiſſe Chriſtianorum cœtus, certum eſt, ex diſciplina ſc. tantum interſe confœderata, quâ tunc, prout quivere, nitebantur, uti & Philoſophorum ſodalitia imperio penitùs carentia (Pythagorica, Platonica, alia, etiam Eſſenica) conveniendi id genus modum inter ſe ſibi præſtituerunt itidem habuere. Namque Apoſtoli & Diſcipuli in ὑπερῴῳ, *Cœnaculum*, veluti in locum Conventûs ſacri ſatis notum, Sacrorum fuorum gratiâ, aſcendiſſe leguntur, Actor. cap. 1. verſ. 3. & Paulus t. Corinth. cap. 11. verſ. 2. lingulorum domos, ut habitationis loca, expreſſè diſtinguit ab Eccleſia, quo nominelile Conventus locus, ad ſacra celebranda deſtinatus, ut aliàs itidem qui convenirent, præſidiè: ch diſcrimine, non paucis innui videtur. Atque hunc ſpectat illud ſive Luciani in *Philopatr.* ſive alius ejusdem ſeculi, ubi Critias accellum ſuum ad Chriſtianorum (ſub Trajano Auguſto) cœtum quendam enarrans, *multis*, inquit, *ſuperatis ſcalis ἐς χρυσοῦφες ἐκκλησιαστήριον, in domum ampliſſimam aſcendimus, qualem Homerus Menelaï ſingit eſſe.* Unde colligitur, etiam Epiſcopidiora jam tunc habuiſſe Chriſtianos Cœnacula, quæ Sacris eorum facere commodiora. Tantundem pariter, in illo Lampridii de Severo: *Quum Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contrà Popinarii dixerent ſibi eum deberi, reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocunque illic Deus colatur, quàm Popinariis dedatur.* Etiam de Προσευχαῖς *Oratoriis* & Προσευχαῖς *locis* in Eccleſiis, eisque diverſi generis & numeriſſimis à Chriſtianis extructis, ante Diocletiani tempora, diſerte apud Euſebium *Hiſtor. Eccleſ. l. 8. c. 1.* & 2. alibique. Ruſſinus, inter alia, *Carcerem ipſa quidem*, inquit, *antiqua Receptacula ſuffrerem, ſed quotidie Oratorium domus dilataretur, ita ut amplitudo earum conjuncte inſtar Urbium videretur*, &c. An vero *Oratoria* hæc ante Conſtantini M. tempora ſolenni ritu dedicata, & uſibus communibus per Dedicationis vim aliquam ſic exempta habuerint Chriſtiani, mihi is diſputat Seldenus: concludit ipſe primus illis ſeculis illos Dedicationibus abſtinuiſſe, non quòd eas penitùs improbarent, ſed quia ſuis temporibus obſervantiſſimi eſſent potentiorum, quibus ante Pontificatu Max. gaudentium & Senatus P. Q. quorum nullus, ante Conſtantinum, Chriſtianismum ita in ſe receperat, ut ædes Chriſto dedicari permitteret. Etcertè, ſine ejusmodi indultu, ſcimus nefas planè ex jure Romano & Cæſareo habitum fuiſſe, novum aliquem Deum five majorum, five minorum Gentium, conſecrando in Orbem Romanum introduciſſe. At cùm Conſtantinus rerum potitus eſt, Chriſtianis ſuis indulgentiſſimus, mox inhibitis, qua potentiſſimi tum deluborum extructionibus, legem tulit, qua juſſum eſt, Τ' Ἐυαίμονα οἶκον τὰς οἰκοδομῆς τῶν αὐξεσι τὴ ἐς θεὸν πλάτον· ϟ μέχρι τὰς Ἐκκλησίας τῷ Θεῷ, *Oratoriorum dominum ſtructuras* (Magiſtratuum paſſim procuratione) *fieri ſublimiores & Eccleſias Dei tum latitudine, tum longitudine, amplíores*, apud Euſebium de *Vita Conſtantini lib. 2. cap. 44.* Ipſe etiam mandavit in facro reſurrectionis Servatoris noſtri loco Naòn προσευχῆς, *Templum in Orationem*, Hieroſolymis extrui ſplendidiſſimum ditiſſimumque & quod ceteros per urbes alias univerſa ſuperarer, *Ibid. lib. 3. capp. 24. 29. 30. &c.* Alia, in Terra Sancta ædifice non pauca ceuitrui juſſit, *Ibid. c. 40. &* 41. quorum nonnulla τῇ προσευκτηρίῳ Θεῷ, *Deo qui adoratur*, conſecravit, *Ibid. cap. 42.* alia Angelis, Apoſtolis, Martyribus, Sanctis, V. Sozomenum *lib. 2. cap. 2.* & Baronium ad *Martyrol. Rom. Maji 3.* &c. Unde Encæniorum annuæ celebrationis uſus jam vigere per Orbem Chriſtianum cœpit, netas-que, ſaltem poſt Conſtantinum latius, regulariter habitus, tum in Ædibus, utcunque in factos ulus conſtructis; ſed nondum ſic dedicatis, Synaxes facere eisque illic intereſſe (niſi urgentibus aliarum ædium angultiis, ob illarum defectum, cauſamque aliquam ejusmodi inevitabilem) tum Templum aliquod ſeu *Oratorium* dedicare, citra mandatum, auctoritatem permiſſumque Cæſareum. Nota lis ab Arianis Athanaſio mota, quòd intra pauculos à Conſtantino annos, ſub Conſtantio, in Eccleſia Alexandriæ M. nondum dedicata, tempore Paſchali, ſynaxin celebraſſet, de qua ipſe *Apolog. ad Conſtantium Tom. 1. p. 682. &c.* V. omnino J. Seldenum de *Synedriis vet. Hebr. Part. III. c. 15 §. 2. & ſeqq.* Dein vero *Oratoria* dici cœperunt, ſequentibus temporibus, Sacella, Monaſteriis adjuncta, quæ omnibus pervia non erant, uti Eccleſiæ, quas ideo Καθολικὰς vocarunt, quòd utriusque ſexûs populo paterent, & in quibus Collectas celebrare non licebat, ſed erant tantùm ad Monachorum preces & aſſiduos cantus accommodata. Sic Evagrius in *Vita S. S. Patr. cap. 5.* Eccleſias & *Oratoria* diſtinguit, & Beletus de *Officiis divin. cap. 2. Ignorantiam nonnisi*, inquit, *quia* Oratorium *pro ſpſa Eccleſia interdum accipitur atque etiam quòd in locis altis ad orandum conſtitutis, vocetur* Oratorium: *cujusmodi in ſuis Cœnobiis ſtatuerunt Monachi.* Atque *Oratoria*, ejusmodi ædes ſacras Monaſteriis adjunctas, vocant, Benedictus *Regul. cap. 38. 52. 58.* Gregorius M. *lib. 1. Epiſt. 54.* Alii, Olim verò Monachi ad Eccleſias Sabbatho tantùm & die Dominico confluebant, ut eſt apud Palladium *Hiſtor. Lauſiac. cap. 17.* Tandem *Oratoria* dicta ſunt Sacella quædam domeſtica, aut privatæ ædes ſacræ in agris & villis extructæ, in quibus Parochianus jus non habebant & à Magnatibus ex fundis ſuis dotabantur ac ab Epiſcopis conſecrabantur: de cujusmodi *Oratoriis* agit Gregorius M. *lib. 2. Epiſt. 9.* in quibus Baptiſmum peragi vetat Synodus Trullana *can. 58.* Sic Romanos olim ſua habuiſſe Sacella privata, quæ *Lararia* vocabant & Perſas ſua Πυρεῖα, legimus. Atque ad ſacella illa domeſtica forte ſpectant, quæ habet Odo Cluniac. de *Translat. S. Mauric. Ubi dum quadam die iidem venerabilis Comes in Oratoriis competentibus ibidem exercito, ut mobilioribus uſus eſt, poſt matutinos reſidens hymnos, divinis transactes laboribus &c. V. Juſtinianum Nov. 131.* Aliud quid eſt *Oratorium*, quod vulgò Gallis, un *Prié-Dieu*, & cujus mentio in *Ord. Rom. quarus vers*

Scholæ

Schola præcedit ad Pontificem, ut ponat Oratorium ante altare, si tempus fuerit: & accedens Pontifex orat super ipsum. Nec omittendum Βοηθειαν & ἀγωνίαν *Oratorium Sanctissimi Martyris* S. Euphemiæ Chalcedonensis (in quod fecessisse Episcopos, tractatumve Fide habiturros, dum ageretur Concilium Chalcedonense, fraudare Acta ejusdem Concilii, *ex τῷ Μαρτυρίῳ* præfatæ Sanctæ habiti) non fuisse *ὄπισθεν* feu *Altare*, ut quidam; nequε Ναὸν seu *Chorum*, ut alii volunt: sed eam Martyrii partem, à Bemate & Altari seclusam, in quam Populus *orationis* causa fecedere erat solitus, ut Jac. Gotofredus statuit. V. Car. du Fresne *Glossar.* & plura de *Oratorii* vett. Christianorum apud J. C. Suicerum *Thes. Eccl.* voce *Ἐυσέβειον*, ubi præ foribus eorum parpere collocatos, in artis fontem fuisse, in iis tamen Baptismum administratre non licuisse, inter alia docet. De *Oratoriis* Judæorum infra, in voce *Proseucha*.

Oratrix, in *Glossar.* Græc. Lat. *Ἐφεῖσις*, Meursio est Enchiridion precum, quod in Occidentali Ecclesia habebant pariter, ut in Occidentali, & *Brevia rium* vulgo indigitatur.

Orbacum, locus Galliæ in Suessionibus, ad rivum vel amniculum, in Matronam paulo supra Castellum Theodorici effluentem, à quo rivo & nomen accepit, nuncupatur que *Orbay*. Hic Regulus, Flodeardo aliisque B. *Remigii* discipulis, Remorum primo Comitibus, Episcopum permissu Theodorici, Francorum R. Ebroino Majore domus Regiæ suffragante, Monasterium extruxit, Leudericio Resbacensi Monacho ei Abbate præfecto, quem ab Odone quodam expulsum Childebertus R. postea restituit. Loca inter quæ situm est, Villaris aut Villare & Capella, ab ipso cognomen accepere: Nam Villaris sub *Orbaco* à situ cognominatur, *Villiers bras Orbay*, i. Capella super *Orbacum* ; vulgò *la Chapelle sur Orbay*. Cæterum præfatus Regulus is fuit, quo missilio in decipiendo Martino, Præfecto Palatii per Austriam juná cum Argiberto Parisiorum Episcopo, Ebroinus usus est, Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Orbiculum, vulgò *Orbec*, memoratum Orderico *Histor. lib.* 8. locus est Galliæ, situs in finibus Lexoviorum, ad rivum *Orbecum*, vulgò similiter *Orbec* aut *la Rivière a Orbec* appellatum, qui supra Noviomagum Lexoviorum caput in Tolcam effluit. Nomen autem à re invenit: Scribit enim Bebelus, apud Frehetum, *Origginis Palat. parem.* Pegaro deducendum videri à *pach*, vel *bach*, quod rivum Germanis notet effeque proin plures villas juxta rivum positas. Quod vero Germanis *pach* aut *bach*, idem Flandsenibus *Beke*, & Gallis *Bec*est. Quam ob causam Divaus *rerum Brabant. lib.* 1. *cap.* 5. scribit, familiam nobilem apud Bruxellenses *van Roodenbeke*, a rivo subro nomen invenisse, &c. *Orbeccus* igitur amnis dictus est, quod revera rivus verius quàm amniculus sit, & *Orbecco* loco, quem alluit, nomen fuum dedit. Sic Calidum Beccum *Candebec*, id est, *Calidum rivum*, dixere, à rivulo ibi in Sequanam defluente: & Monasterium Beccense *Bec*, atque alia complura, in Normannia aliisque Galliæ provinciis loca, quorum nomina in *Bec* desinunt, singula à rivo, cui apposita sunt, nomen accepere. Omitto *Orbacum* supra dictum, & Resbacem in Meldis, V. Hadrianum Valesium *Not. Gall.*

Orbeæ, Gladiatorum genus, qui aliàs *Dimachæri*, gemino ense secum invicem pugnabant, V. Lipsium *Saturnal. lib.* 2.

Orbis, apud Senecam *Epist.* 87. *Pauper sibi videtur ac fordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulgerant, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis affincta sint*: Formæ lunt speculorum rotundæ, quibus, ut & abacorum, ex vitro aut alio pellucido lapide, parietes olim distingui solebant. Et quidem abacos quadratos fuisse, ut & alternatim distinguerentur parietes abacorum speculorum que & divisionibus, h. e. figuris quadratis & orbiculatis prominentibus, verosimile est. In vero, qui minus nisterium sustinebant, quæque *Delphicæ* dicebantur, similiter erant orbiculares. Unde *Orbis Lacedæmonius* Juvenali, pro abaco ex marmore Laconico.

Qui Lacedæmonium pstismate lubricat orbem.

Ubi *Lacedæmonius orbis*, non est pavimentum distabati marmoreum, orbibus vel orbicularibus figuris distinctum, quod volui Vir magnus, sed mensa ex Laconico marmore. Alias enim *Lacedæmonius orbis* dixisse, simutius orbibus tessellatum inelegisse pavimentum. *Orbes* autem mensas dici, adeo tralatitium est, apud Latinos Poetas, ut frequentius pene *orbes*, quàm mensas, nominent. Sic *Libyci orbes*, *orbes Citrei*, apud Martialem, mensæ sunt citreæ &c. V. Salmasium *ad Spartianum Pescennio Nigro* &c. *Vopiscum in Firmo*, & supra, ubi de *Delphicis*.

Orbes Ænei, Sanco dicanti, apud Livium *lib.* 8. *cap.* 20. *Senatus de Virtutibus Privernatibus quæ consultus—Virtutem incercere esse vari justi—eos ejus, quæ esset in Patria, diruendas, bona Samnii Statii confiscanda—quodque arcis ejus ædes vedabium est, ex eo ænei orbes fasti, positi in facello Sancti, vertus eadem Quirini*, V. Jof. Castellanum *Observat. lib.* 2. *cap.* 10. Apud Papinium *Thebaid. lib.* 2. *versu* 283. *Orbes æreiv* dicuntur clypei æreì, de more Heroum, cujusmodi clypeos Argivæ Junonis Templo suspendi solitos, exemplum habes apud Higinum *Fabular. cap.* 273. Nomen autem hoc à figura, V. Isidor. Unde *Orbem*, simpliciter hac notione dixit idem Statius, *lib.* 2. *versu* 581.

—— —— *orbem*,
Quem procul oppresso vidit Therone volutum,
Accipis.

At *comarum orbis*, de quo Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 66.

Unus de toto peccaverat orbe comarum

Annulus ——

Gronovio est circulus, ex tota crinium compage & spiratim convoluta ac per multos annulos contexta constans: qua de re diximus supra, ubi de *Capillis*, ac *Coma*. De *Orbe rerum humanarum*, variis hieroglyphicis, *draconis* inprimis, *serpentis* & *annuli* adumbrato, à zevit. Sapientibus V. egregia apud Casp. Barthium *Animad verf. Papinian. ad Thebaid. lib.* 5. *verf.* 461. & *segq.*

Orbiculare, Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ, apud Joh. Rubeum in *Vita* Bonifacii VIII. Pontif. Rom. *pag.* 345. *Item tria superpellicia de vulpa & corsina. Item duo* Orbicularia *de uno pere ad summ.* Legendum verò putat *Auricularia*, Car. du Fresne *Glossar.*

Orbis, vel Globus militum, dicebatur acies in circulum formata, apud Romanos: Quemadmodum *Cuneus* vocabatur pedítum multitudo, cunei figuram imitans, primumque angustior, dein latior: ut alia omittam, de quibus consuli potest Vegetius *lib.* 3.

Orbis Mythologiæ, Κύκλος Ἐπῶν, appellata fuit collectio illa Poëtarum, qui Mythologiæam historiam continuarunt, in unum corpus redacta; à serie & ordine pari, quo consertis manibus tenentur in Choro cantici; Dithyrambico viz. nam Chori Tragici & Comici τετραγωνοι fuere) canentes pueri puellæque, vel in corona nexi flores habentur. Ut enim plures flores circulitconextique inviceim unum corpus confiliant, qui κύκλος, ut plures personæ manibus per mutua nexis chorum conflituunt, qui itidem κύκλος est, Sic multa Epigrammata Κύκλοι Ἐπιγραμμάτων, *Orbes Epigrammatum*, & multa Poëmata Epica simul juncta corpus illud condiderunt, quod *Orbis Mythologiæ* Latinis, Κύκλος Ἐπῶν Græcis, dictum est. Comprehenduntur ille Cyclus à prima conjunctione Cœli & Terræ, unde Deorum turba nata est, usque ad Ulyssis reditum, totam Græcorum Mythologiam: quæ ἀκολουθία seu series non unum aliquem Auctorem habuit, neque in singulis tantùm Poëmatis & carum rerum ordine, quas singuli perfequuti sunt, fuisse videtur, sed in ipsa potius Poëmatum connexione, juxta fabularum ordinem & temporum seriem concinnè & convenienter aptatâ atque inter se junctâ. Alius fic Θεογονίαν scripserat, alius Τιτανοφονίαν, alius Τιτανομαχίαν, alius Ἀργοναυτικα, alius Θηβαΐδα, alius Θησέα, alius Ἰλιάδα, alius denique aliud opus Mythologicum ediderat, ut non unius ætatis, ita nec unius nationis. His adde Φορωνίδα, Λιβυηϊδα, Νόστους Ἑλλήνων & multa præterea alia quorum memineret Veteres. Quæ omnia poëmata, velut in Choro homines, vel in corona flores, decenter inviceim juncta, seriem totius Mythologiæ à Mundi principio ad Troica usque tempora & reditum Ulyssis, ostendebant; Sed hæc de re plura diximus supra, ubi de *Cyclicis Poetis* & in voce *Cyclus*. Uti autem Κύκλος Ἐπῶν, *Orbis Mythistoriæ*: sic Κύκλοι σκηνῆιαι dictus est *Orbis disciplinarum*, inter se aptè connexarum, quæ ἐγκύκλια παιδεύματα & κύκλιοι dicta sunt. Tacitus *Chiliade* 11.

Ὁ κύκλος ὁ σμικρογραφὴς πᾶσῶ ἢ παιδείαν,
Γραμματικὴν, Ῥητορικὴν, αὐτὴν Φιλοσοφίαν,
Καὶ τὴν τετρακτύν τεχνῶν ἢ ὑπ' αὐτὴν κειμένην,
Τὴν Ἀριθμητικὴν, Μουσικὴν καὶ ἢ Γεωμετρίαν
Καὶ τὴν Ἀστρονομίαν. ὡσ' Ἀστρονομίαν.

Orbis & quatuor Artium omnium disciplinarum, Grammaticæ, Rhetoricæ, ipsius Philosophiæ, & quatuor Artium ei subordinatarum, Arithmeticæs, Musicæ, Geometriæ, Et etiam sanctissimi ipsius Astronomiæ.

Similiter, cùm in Græcia quatuor agones olim sacri essent, qui eos omnes quatuor ordine vicisset, Περιοδονίκης vicisse dicebatur, q. dicas κύκλον ἀγώνων, *orbem certaminum*, Περιοδονίκης enim idem, quod Κύκλος. Hinc περιοδονικαι ἑορταὶ, quos reportaverant periodi victores, apud Scholiastem Pindari *ad Isthmion. Od.* 11. & victores ἀξιοπερίοδονικοι dicti. Sic qui multa per limina salutationes potentiorum manè obibat, περιοδεύειν facere dicebatur : *orbem* appellat Juvenalis,

—— —— *donec totum jam turba peregerit Orbem &c.*

V. plura hanc in rem, apud Salmasium *Exercitat. Plinianis ad Solinum pag.* 838. & *segq.* ut & hic *passim*.

Orbis Rerum humanarum, V. supra *Orbes ænei*.

Orbis Romanus, pro ditione Romanæ Civitatis, in *l. in Orbe ff. de stat. hom.* apud Philum *lib.* 17. *cap.* 12. Hegelippum *lib.* 2. *cap.* 9. Firmicum *lib.* 1. Gruterum *Inscript.* 281. 10. Majoragium *Miscellaneorum lib.* 4. *cap.* 4. ubi pluribus offendit, *Orbem* pro ditione ac Imperio antiquis temporibus fuisse ulurpatum. Sic Ovidius in *Metamorph.* sub Minois persona,

Certè non patiar Jovis incunabula Cretem,
Qui meus est Orbis, tantum contingere monstrirem.

Ad cujus imitationem, legimus *Orbis Africanus*, apud Salvianum *lib.* 7. *Orbis Galliæ*, in *Vita* S. Sulpicii Epise. Bituric. *Orbis Angli-*

Anglicus, in vet. *Charta*, in Concil. Anglic. in qua Knute Anglиæ Rex, *se gubernatorem Orbis Anglici* subscripsit. Imò *Orbis Lemovicinus*, *Orbis Cathuicinus*, pro pago seu provincia, crebrò in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicibus, apud du Fresne. Ut autem *Orbis Romanus* pro Imperio Romano, apud præfatos Auctores: Sic *Latinus Orbis* idem, apud Vincentium Lirinen-sem *Common.* 1. Græcè Ῥωμαϊκὸς κόσμος, apud Gelasium Cyzicenum reperitur in *Actis* Concil. Niceni. Apud Helgaudum verò in *Roberto* Gall. R. *Orbis Terrarum*, ornamenti genus dicitur: Ita enim is pag. 68. *Beato Dionysio casibus miro istidem opere factam contulit: cui & aliud, ut tantam decebat feminam, ornamentum consensit, quod vocatur Orbis Terrarum, illi Carolus Calvi dissimilimum.* V. Car. du Fresne *Glossar.*

Orbis Sinister, apud Statium,

——— —— *Lustrandi ex more sinistro*

Orbe rogum:

interior erat seu sinistratio, quo gyro lustrabant Vett. rogos, in decursionibus solennibus: cùm aras contrà dextratione, ut & Ædes, lustrarent, h. e. dextro interiore gyro eas circumirent. Aristophanes,

Ἀγαθὸν δὲ τοῦτο καθάπερ ἐν τῷ τῶν ἱερείων
Ἰέναι τ' ἄμφω τοῦτον ἐπὶ δεξιά.

Prior tamen naturalior motus, ut docet Philosophus, κἀπὶ δεξιὰν ἀρίστερὰ, & equos naturaliter ad sinistram flectere tradunt equarii. Quæ ratio est, cur in certamine curuli equi ad sinistram flecterent ac sinistro gyro interiore metas lustrarent; quia fe. hic motus equis familiarior & magis ex natura. Lucanus *lib.* 8.

——— —— *Nec fic moderator equorum*
Dexteriore rotâ lætum cum circumit orbem.

Ubi *lætus orbis* in meta flexu interior, dexter exterior est, & à meta remotior: quam proin cùm spatioso nimis orbe circumflecteret, *per dextrorsum ire* dicebantur, & *dextros abire*. Virgilius,

Quò tantum mihi dextrum abis?

Manilius,

in obliquum curvus agitare malignos,
Obstantemque moræ totum prevludere Circum,
Vel medium turbæ, nunc dextros ire per Orbes,
Fidentem campo; nunc metâ currere acutâ &c.

V. Salmasium *ubi suprà pag.* 936.

Orbitas, Romanis olim interdicta. Statius *lib.* 4. *Sylv.* 7.

Orbitas *omni fugiendas nisu* &c.

V. Marcum Vuerranium Maurum de *Jure trium Liberorum cap.* 45. ut de elegantissimam *Diatriben ad L. Jul. de Maritandis Ordinibus*, apud J. Lipsium *Commentar. ad Tacitum Annal. lib.* 3. Israelitis eadem probro habebatur, uti ex Sacris passim discimus. V. quæ de *Cœlibatu* & *Sterilitate*, Auctores literis consignavere, ut & hic passim. Postmodum verò *Orbitas* in pretio esse apud Romanos cœpit, qua de re sic graviter Plinius *Procem. lib.* 14. *Nimirum alii subiere vitus, circaq; alia mentes hominum deinentur.*

——— *Antea inclusis genium imperii intra ipsas, ideoque ingenia, quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona exercere: Regesque immensi bonore artium celebrantur & in effigiationibus præferebant opes, immortalitatem per illas prorogare arbitrantes. Quare abundabant & præmia & opera vitæ. Posteris laxatas munus & vertum ampliudo, damno fuit, postquam Senator censu legi capius*——— *postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo ac fola gaudia in possidendo: possum iere vitæ præcia: omnesque à maximo bono (libertate) liberales dilectæ artes, in contrarium excidere ac servitutis fola præsidi capium &c.* Quibus verbis quorsum respiciat, facilè liquet.

Orbona, Dea apud Romanos, colebatur ne *orbos* faceret: In hujus tutela *Gentes orbatos* Parentibus liberos, tradit Arnobius *lib.* 4. *adv. Gentes.* Ara illius teste Plinio *lib.* 2. *cap.* 7. ad Larium ædem in Urbe fuit, quanquam *Orbona* vocabulum inde esse ejectum: Restituit tamen Hadr. Junius *Animadversorum lib.* 3. *cap.* 1. V. Joh. Rofinum *Antiq. Rom. lib.* 2. *cap.* 19 De *Orbanum* verò Virginum conditione ac jure, vide à suprà in voce *Epicerae*.

Orca, marina bellua, inter Cete majora memoratur Plinio *lib.* 32. *cap.* 11. *Ut à bellua ordiamur, arboves, physteres, balænæ, prifles, Tritones, Neredes*——— *orcæ*——— *delphini &c.* Cujus imaginem nulla repræsentatione exprimi posse alia, quàm carnis immensæ, dentibus truculentæ, ait *lib.* 9. *cap.* 6. ubi, postquam balænis infestum id monstrum esse dixisset, hic pergit: *Irrumpunt ergo in secreta ac vitulos earum & fætas vel etiamnum gravidas lacinantes morsu insidiosque ac dolos naturarum vestris fallunt. Illæ——— fidam auxilium novere, in altum profugere & se tuo defendere Oceano. Contra orcæ occurrere laborant, ipsisque opponere, & cautium angustiis truncidare, in vada urgere, saxis illidere. Spectantur ea prælia, ceu mari ipsi sibi iratо, nullis in sinus ventis, fluctibus vero ad arbitrium ellisisque, quantos nulli turbines vel unt.* Bellua hujusmodi in portu Ostiensi vita, oppugnata est à Claudio Principe *eminente corpo multum super aquas, carina vice inversæ*, Ibid. Habet verò *Orca*, sicut & physeter, & vera balæna, fistulam, tum ad rejiciendam aquam, tum ad respirandum datam: unde in modò dicto conflictu, *milium vestalium bellua oppletum undâ* mersum fuisse, idem Plinius scribit. Interiora femine eadem cum balæna, Auctor Anon. *Sinc & Eur. cap.* 42. &c. Origo vocis ab accusativo Græco ὄργυς, quod ab ὀρύσσω, *fodio*. Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior pag.* 588.

Orca, Varroni vas Hispanicum: Isidoro *lib.* 20. *cap.* 6. amphoræ species, cujus ratio, ait Budæus, non mensura, sed usu formâ, consistit. Papias, *Serea, singul. retro genus, Orca; inde Seriola.* Joh. de Janua, *Orca, vas olei, vel species amphoræ magnæ.* Certè *Orcam* fictile esse vas, præsertim oleatorium, Perlius auctor est,

——— *Angusto collo non fallitur Orca.*

Hinc *vasa olei lignumtantum, quæ vulgò* Orcas *vocant* apud Greg. Turon. *Hist. lib.* 4. *cap.* 38. & *magna* Orcæ *olei*, apud Senatorem *lib.* 3. *Epist.* 7. &c. *Orcæ bene picatæ*, apud Columellam *lib.* 11. *cap.* 15. Utuntur eadem voce, Festus, Plinius, *Acta* Proconsularia sub Min. Felice, Vopiscus in *Aureliano*, Dolabella & alii Agrimensores, Collatio Carthagin. Severus Epiſc. Minoric. *de Miracl. S. Stephani*, Alii, laudat Car. du Fresne *Glossar.* Sed & in *orcis* conditos cineres, apud Romanos, discimus ex Salmasio *ad Solinum p.* 1204. V. quoque infrà *Pyrgus*.

Orcades, adde: Auctori Anonymo *Historiæ Orbis Terr. Georg. & Civ.* triginta earum sunt, vulgò *Orkney*, admodum syl. vis vacuæ, fed pecorum bene feraces: quarum maxima Pomona, fodinis plumbi & fede Episcopali præ reliquis insignis est. Cæterum Insulæ hæ, ut & Hebrides, incolas ex Norvegia accepérunt, ac illius Regibus diu subfuerunt. Unde cùm aliquoties bella inter Scotos & Norvrgos, ob earum possessionem, orierentur, eandem Aquinus Norvegiæ R. eas Alexandro II. Scotiæ R. cessit. Sed cùm ne sic quidem controversiæ cessarent, Christianus I. Daniæ R. eas Jacobo III. Scotiæ R. cum filia in dotem dedit, cujus translationis authenticas se vidisse tabulas, Buchanaus tradit. Ita *Orcades* à Regno Norvegiæ avulsæ, in potestatem Scotorum venerunt, Hornius *Orb. Imper.*

Orchelica, Græcè Ὀρχηστικὴ, id est, *Ars saltandi*, quarta Musices pars statuitur Voffio, & fanè eam jam Musicæ partem fecit Jul. Pollux *l.* 4. 15. atque idcirco ut cantare & psallere, ita psallere & saltare subinde conjunguntur. Salluſtius in *Conjur. Catilinæ*, *Hac Musice* (Sempronia videlicet) *literis Græcis & Latinis didicerat psallere & saltare elegantius, quam necesse est probæ.* Unde & hoc Musices genere Populum Dei in eo celebrando fuisse usum, & Gentiles idem hyporchemata eecinisse in Deorum facrificiis, neque absque tripudiis initiari potuisse, legimus. Apud Romanos item Salii, Martis Sacerdotes, tripudiabant per Urbem, solennia cantantes carmina, uno præsiliente certasque adhibente gesticulationes ac corporis circumvolutiones, quæ *Persalum*, & saltationem ejus *somnurare* dixere; reliquis Saliis exemplum ejus imitantibus, quod *redamnuture* Lucillius vocat,

Præsul ut amturnat, inde & volgus redamnuat olli.

Etiam extra sacra apud Græcos magnus Arti honos: Sanè Socrates apud Platonem eam in seriis disciplinis statuit, & eximios viros illi operam dedisse constat, uti de Epaminonda, inter alios, Tullius *lib.* 3. de *Or.* & Com. Nepos *in ejus vita*, docet. Nec Romana gravitas primitus eam eli in Juventute, vel Matronis honestis, aspernata, fed demum, postquam intrummentum luxuriæ esse cœpit, ut liquet ex Macrobio *Saturnal. lib.* 3. *cap.* 10. *Tacco quid Matronæ etiam saltationem non inhumanam putabant: sed inter probas quoque earum erat saltandi tura dummodo non curiosa usque ad artis perfectionem. Quid enim ait Salluſtius? Psallere & saltare elegantius, quam necesse est probæ. Nec & ipse Sempronium reprehendit, non quod saltaret, sed quod optime saltret.* Item postea fuerat, ex Scipionis Africani æmulatione, Orat. contra Legem Iudiciariam Tib. Gracchi: Item quòd filiæ tantæ patris peritiæ gloriari sint Gabinius Consularis, Ciceronis inimicus; M. Cœlius, quem Cicero defendit, & Licinius Gracchus, qui cum Parre à Parthis interfectus est. Lacedæmonii fimiliter amplexi *Orchesticam*, fed eam quamad bellum conducere putarent, leguntur apud Fabium Quintilianum *Institut. Orat. lib.* 1. *cap.* 11. cujus cum pluies fuerint species, præcipua Pyrricha fuit, quam *bellicrepam* Latine vocat Festus Pompeius, V. infrà *hic loco*. In Poesi triplex adhibita saltatio est, Tragica Græcè Ἐμμέλεια, Comica Κόρδαξ & Satyrica Σίκινις, teste Pollucе *lib.* 4. *cap.* 14. & Athenæo *lib.* 1. è quo triplici genere, Saltationem Italicam, cujus Bathyllus Alexandrinus Auctor, constituisse, docet Idem *ibid.* Aliàs *Orchestican* divisere in Κοσικὴν, quando homines manibus ac pedibus ita contorquerent, ut conversione sui insisterent capiti: Σαυαγικὴν, ubi pili ludentes saltarent, ut liquet ex Homero *Odyss. Z.* & Ὀρχηστικὴν simpliciter dictam: Iterum Saltationem in altum, in longum, & quæ fit pedes alternis attollendo, ut facere solebant Sacerdotes Salii; quæ tria genera memorat Senera *Epist.* 15. Vim fanè Artis infigni documento Memphis Pythagoreus oftendit, qui Pythagoricam Philosophiam in silentio consistentem, saltando plenius, quàm qui dicendi Artem profiterentur, demonstrasse dicitur, referente Athenæo *loco cit.* ubi & ex Xenophonte legas, ut Socratici etiam Memphitica hæc *Orchesis* feu saltatio fuerit grata. Sed & Telesies, Æschyli Saltator, tragœdiam quandam integram saltando expressit: ut de Protei fabula & Empusæ spectro;

ſpectro; de Corybantibus item, Caſtore & Polluce, Orpheo, Mutæo, Baccho ipſo, ſaltatoribus eximiis, nihil adjiciam, V. Gerh. Joh. Voſſium de *quatuor Artibus Popul. cap. 3. §. 48. & ſeqq. & cap. 4. §. 36. & ſeqq.* ut & infrà in voce *Saltatio*.

Orcheſtopolarii, ſeu *Orcheſtopolæ*, Græcè Ὀρχηστοπῶλαι, apud Firmicum ſunt, qui vertiginoſa & concita ſaltatione in orbem moventur; κύκλῳ enim *circulus* & κύκλος, in circulum moveri ac circumagi eſt. Salmaſius ad *Solinum pag. 986. Orcheſtopolarii* illi apud Firmicum legunt, fed perperam. V. infrà in *Orcheſtopolus*.

Orcheſtra, pars Theatri, quarum 4. fuere, erat, in qua Senatores ſe, ſidebant ſpectaturi depreſſior pulpito, ſicut pulpito altior erat Scena. Licèt enim in principio promiſcue ſpectaverit cum plebe Senatus, nullo habito diſcrimine, juvandæ concordiæ ſovendæque libertatis gratiâ, ut tellatur Val. Maximus *lib. 2. cap. 1. tit. 15.* poſt quingentos tamen & quinquaginta ferè annos Attilius Serranus & L. Scribonius Ædiles, ludos Matri Deûm facientes, ſuperioris Ædilium ſententiam ſequuti, diſcretis Senatûs & Populi locis, morem ſolverunt: tandemque ſuus Senatoribus locus *Orcheſtra*: ſuus Equitibus, gradus 14. ſuus Plebi, caveæ: ſuus Senibus, Bubertim: ſuus Juvenibus, Ephibicum: ſuus Conſulibus ac Imperatoribus, pulvinar; ſuus quoque Virginibus Veſtalibus, à principio omnibus diſcretus, eſſe cœpit. Et quidem Senatorum ſubſellia deſtinatam habuiſſe, Vitruvius docet *Architect. lib. 5. cap. 6. Ex his triginta cujus latus fuerit proximum ſcenæ, ea regione, quâ percipit curvaturam circinationis, ibi finiatur ſcenæ frons, & ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur, quæ diſjungat proſcenæ pulpitum, & Orcheſtræ regionem: Ita latius factum fuerit pulpitum quàm Græcorum, quòd omnes Actiſices in ſcenam dant operam.* In Orcheſtra autem *Senatorum ſunt ſedibus loca deſignata & ejus propiſti altitudo, ſine plus pedum quinque, uti qui* in Orcheſtra *ſedentur, ſpectare poſſint omnium agentium geſtus.* Hinc Suetonius *Cæſare cap. 76. Prænomen*, inquit, *Imperatoris, cognomen Patris Patriæ, ſtatuam inter Reges ſuggeſtum in Orcheſtra.* Et in *Aug. cap. 55. Ser. varii Senatorium etiam exciſantibus ſingula geſtu & ſpectandi* in Orcheſtra, *publicoque epulandi jus.* Idem in *Nerone cap. 12. Deinde* in Orcheſtram *Senatumque deſcendit.* Juvenalis *Sat. 3.*

Æquales habitur illic ſimulatque, videbis
Orcheſtram, & *Populum.*

Id eſt, *Optimates ac plebem.* Sunt tamen qui Pantomimorum faltationibus eam dicatam fuiſſe contendant, nixi tum originatione vocis, namque ὀρχεῖσθαι, *ſaltare* Græcis eſt: tum auctoritatibus Scriptorum non contemnendorum. Namque Iſidorus *Orig. lib. 18. cap. 44. Orcheſtra*, ait, *pulpitus erat ſcenæ, ubi ſaltator agere poſſet, aut ubi inter ſe diſſipuare: Ibi enim Poetæ, Comœdi & Tragœdi ad certamen deſcendebant, aliâ geſtûs canentibus, aliâ geſtus exprimebant.* Cui conſentit Scholiaſtes Juvenalis *Sat. 3. verſu 178. Orcheſtra*, inquit, *ſpatium, in quo ſaltat Pantomimus, vel qui in Orcheſtra procedit aut ſpectatur.* Nec ab hiſce abſcedere videtur Varro citatus à Nonio *cap. 2. num. 743* &c. Et certè apud Græcos ſaltationes in hoc loco peragi ſolitas fuiſſe, extra dubium eſt; an apud Romanos in ſcena id factum, an in *Orcheſtra*: an tractu temporum mos variatus in medio relinquit Thom. Dempſterus *Paralipom. in Joh. Roſinum Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 10. V.* quoque eundem Roſinum *lib. eod. cap. 4.* Cœtius Rhodiginus *l. 8. c. 8. Orcheſtram* locum fuiſſe vult, e quo ſub cujuſque Actûs finem, Chorus Populum ſit allocutus, habetque varios ſibi ſuffragantes: Interim prima ſententia maxime propinqua vero videtur, ut *Orcheſtra* ſedem denotaverit, Senatoribus aſſignatam, quum inter alia Juvenalis *Orcheſtræ* nomine Senatum indigitet, ut viſum. Plura V. apud Lipſium *de Amphitheat. cap. 14.*

Orcheſtopolæ, Ὀρχηστοπῶλαι, prima inter Leges Sumptuarias Romæ fuit. Cum enim à veteri & avita morum parſimonia poſteri deficerent, & nullum modum luxuria inveniret, legem animadverſione opus fuit: Itaque lata primùm lex *Orchia*, à C. Orchio Tribuno Pl. de Senatûs ſententia, tertio anno quam Cato fuerat, *numerum convivarum* præſcripſit, & quo Legi nulla fieret fraus, *in aperiis januis cenaretur*, cavit. Ejus meminit Macrobius *Saturnal. lib. 3. cap. 18.* ubi Catonem mox orationibus ſuis vehementiùs eſſe, quàm plures, quam præſcripto ejus caveatur, tum ad cœnam vocatoribus refert. Sequuta Farnia eſt anno 22. poſt, anno viz. U. C. 488. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 13.*

Orcheſtopolus, Gr. Ὀρχηστοπώλης, in vet. libro Notarum, *Orcheſtopolis*, Salmaſio ad *Solinum* eſt, qui vertiginoſâ & concitâ ſaltatione in orbem movetur: namque κύκλος in circulum moveri ac circumagi eſt Heſychio. Hinc apud Jul. Firmicum *lib. 8. Math. c. 15. Petalmarius, Ephebiator, Orcheſopolarius* &c. Quo loco, vocem hanc ſic effert Manilius *lib. 5.*

Corporaq; immergunt undis, iſſumq; ſub antris
Nerea & æquoreas cantatur vivere Nymphas:

Unde conjectat Scaliger, *Orcheſopolarios* urinatores eſſe ſicque dictos quòd Ἀὼ κυκνίων coccos & lacteres explorent; idem Salmaſius *Orcheſopolarios* legi jubet, aitque ſic appellari, qui Ge-

Tom. II.

ραϊκοὺς ὄρνιθας Græcis, V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & ſuprà in voce *Orcheſopolarii.*

Orchivus Theſaurus, apud Nævium,

Itaq; poſtquam Orchivo tradituſ eſt theſauro:

Crypta eſt ſeu faviſſa, h. e. monumentum, de quo V. infrà, voce *Theſaurus.*

Orci Galea, apud Homerum *Il. 11.* ubi de Minerva,

Αὖν' Ἄϊδ' ὄκνιον, ἵνα μιν δέος ἔκφυγε θῶρηξ.

Aget.

Inducit Orci galeam, *neſpiam videret potens Mars.*

Nebula eſt denſiſſima, quâ ſe Dii condebant apud Poëtas, cùm conſpicui eſſe nollent. Metaphorâ deſumptâ à Ducibus belli, qui, quoties agnoſci nolebant, faltem non dignoſci à manipulari & gregario milite, non ſumebant galeam ornamentis ſuis ac tricrinialmentis, conis viz. criſtis, & jubis, intignem, ſed galeas illud galeæ, quæ Homero eſt κρύπτειον, *ſine cono & criſta, Aὖν'* ὄκνιον, ἀ δόκοφιν. Hinc Ἄϊδος κυνέη ἀφανὴς, Proverbialiter dictum, ut de Philippo R. apud Ariſtidem, *pro dolore & fraudulenter aliquid agere.* Sed & aliquis *vir Orci* κυνῆν geſtare dicebatur, i. e. κακὰ ἐργάζεσθαι ſeu κακοῖς, *gerere cum intonſum* & ſqualentem, indicem luctus: quam Ariſtophanes vocat ἐκφόβου κυνοκεφάλης, *nigram, rigidam, hirtam comam*, in *Acharn.* &c. V. Car. Palchalium *Coronarum lib. 10. cap. 20.*

Orcini, & Pileati, *hoſtemi Quirites*, ut appellat Perſius, inter funeris Miniſtros interlitum. Romæ videntur, Laurentio Pignoro *Comment. de Servis*, ſtrinſumodi hominibus, à Cæſare Dictatore, & poſt necem ejus inprimis, à Triumviris Reip. conſtituendæ, ductum coinquinatumque Senatorium ordinem fuiſſe, Suetonius in *Auguſto cap. 53.* ait ſubi *Auguſtum Senatorum numerum affluentem deformi & incondita turbâ* (erant enim ſuper mille & quidem indigniſſimi, *& poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos* Orcinos *vulgus vocabat*) *ad modum & ſplendorem priſtinum reſtituiſſe*, refert. Aliàs *Orcinus* libertus, cum nullius viventis libertus ſit, Ditis ſive Orci libertus ſeu Charonita vocatur. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 5.* & ante eum Cujacium *Obſervat. lib. 3. cap. 23.*

Orcheſopolarius. V. ſuprà *Orcheſopolus.*

Orcus, Deus Inferorum, idem cum Plutone: & fuit *Orci* ſeu Plutonis ædes Romæ, in decima Urbis regione. Alii eum cum Charonte confundentes, Acheronti ſluvio præfuiſſe, aiunt. At Antiquis *Quietalem* dictum eſſe, à Quiete, quam, eadem extra portam Collinam habentem, ad mortuos pertinuiſſe docet Auguſtinus *de C. D. lib. 4. cap. 16.* annotat Lud. Vives *in locum.* Nomen quod attinet. Verrius apud Feſtum, *Orcum* quondam *Urcum* dictum eſſe affirmat, unde per contractionem *Orcus* appellatus ſit: ſed ex Hebr. potius אוֹרְקָא, quod *terram* denotat, deducendam vocem eſſe docent Eruditi. Et certè plerique, quæ ad Inferos pertinent nomina, ex eo fonte profluxiſſe, obſcurum non eſt. Ita Erebus, Acheron &c. Hebraica nomina vel Syra ſunt, quæ veſperam, ſeu occidentem & extrema rerum denotant: Atque hinc Poëtæ, qui Erebo creatam nocte rem dixerunt, νυκτὸς ἐρεβώδης dixerunt, quod & Viri Eruditi ſuſe oſtenderunt. Quinetiam ipſa Græcorum ſacra ex Oriente petita. V. Hejnſium *ad Nonnum* & Bochartum *in Phaleg*, quibus adde Anton. Thyſium JC. *Notis in A. Gellium lib. 1. cap. 24.* ubi in *Epigramnate Nævii, verſum illum,*

Itaq; poſtquam eſt Orcino traditus theſauro,

explicat, & Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſ. lib. 2. cap. 11.* Inter cognomina ejus *Quietalis* eſt, quia viventibus affert *quietem*, ut dictum, Voſſio de *Idolot. lib. 3. cap. 39.*

Orda ſeu *Horda*, Tartaris tentorium, ſtatio, curia Imperatoris: Occurrit apud Vincentium Beluacenſem *lib. 32. cap. 22. 24. 29. 31.* & apud Abulfaragium in *Hiſtor. Dynaſtar.* paſſim. *Gloſſar.* Theodoſium Lipſii. *Ordon, ſubſiſtandum.* Unde hodieque tribus Tartarorum, in quas illi dividi, *Horda* dicuntur. Hinc Tartaros tribum ſeu *Hordam* Scytharum fuiſſe, à fluvio *Tater* appellatam; Najagentes, hodie pro numeroſiſſima & maxima Tartarorum *Horda* cenſeri, ut alia omittam, ait Georg. Hornius *Orb. Imper. p. 288. & 295.*

Ordalium, adde: Forma Judicii per *Ordalium* hæc fuit, apud Spelmannum.

Incipit Exorciſmus aquæ ad judicium Dei de monſtrandum.

Peractis eorum Sacerdore trium dierum jejuniis, cùm homines vis mittere ad judicium aquæ frigidæ, ad comprobationem, ita facere debes. Accipiellos homines, quos vis mittere in aquam & duc eos in Eccleſiam & coram omnibus illis canter Presbyter Miſſam & faciet eos ad ipſam Miſſam offerre. Cùm autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget Sacerdos eos, cum adjuratione & dicat, *Adjuro vos N. per Patrem & Filium & Spiritum S. & per noſtram Chriſtianitatem, quam ſuſcepiſtis, & per unigenitum Dei Fil. & per S. Trinitatem & per S. Evangelium, & per iſta ſanctà ſacramenta, quæ in iſta Eccleſia ſunt, & per illum Baptiſmum, quo vos Sacerdos regeneravit, ut nec præſumatis ullo modo communicare neque ad Altare accedere, ſi hoc feciſtis, aut conſenſiſtis aut conſilia quis hoc egeriſ.* Si autem tacuerint & nulli hoc dixerint,

R r accedat

accedat Sacerdos ad Aleare & communicet. Postea verò communicet & illos, quos vult in aquam mittere.

Incipis Missa Judicii. ℟

℟ *Justus es Domine & rectum judicium tuum; fac cum servo tuo secundùm misericordiam tuam.*

PS. *Beati immaculati in via.*

Oratio:

Absolve quæsumus Domine tuorum delicta famulorum, ut à peccatorum suorum nexibus quæ pro sua fragilitate contraxerunt, tua benignitate liberentur, & in hoc judicio, prout meruerint, tua justitia præveniente, ad veritatis confugiam per venire mereantur, per Dominum nostrum.

Lectio libri Levitici.

In diebus illis, loquutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego sum Dominus, Deus vester, Non facietis furtum, nec meniemini, nec decipiat unus quisque proximum suum. Non perjures in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facias calumniam proximo tuo: nec vi opprimas eum. Non moretur opus mercenarii tui apud te usque mane. Non maledices surdo: nec coram cæco ponas offendiculum, sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. Alia.

Ad Ephesios.

FRS. *Renovamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundùm Deum creatus est, in justitia & sanctitate veritatis.*

Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini & nolite peccare.

Sol ne occidat super iracundiam vestram.

Nolite locum dare Diabolo.

Qui furabatur jam ne furetur: Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti.

RS. Propitius esto Domine peccatis nostris, ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum?

Vs. *Adjuva nos Deus salutaris noster & propter honorem nominis tui Domine libera nos.* Alleluja. Deus Judex justus, fortis & patiens, nunquid iratcetur per singulos dies?

Secundum Marcum.

In illis — Cùm ergo esset Jhesus in via, percurrens quidam genus flexo ante eum rogabat eum dicens, *Magister bone, quid faciam, ut vitam æternam percipiam? Jhesus autem dixit illi: Quid me dicis bonum: Nemo bonus, nisi solus Deus.*

Præcepta nosti? Ille dixit, *Quæ?* Ait. *Non occidas. Non adulterabis. Non furaberis. Non falsum testimonium dicas. Non fraudem feceris. Honora patrem tuum & matrem tuam.* At ille respondens ait, *Magister, hæc omnia custodivi à juventute mea.* Jhesus autem intuitus eum, dilexit eum & dixit ei, *Unum tibi deest. Vade, quæcunque habes, vende & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo; & veni sequere me.* Ot Immittet Angelum Dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos: *gustate & videte quàm suavis est Dominus.*

His offerant: SCRs.

Intercessio sanctorum tuorum misericordiæ tuæ, Domine, munera nostra concilient; & quam meritis nostra non valent, eorum deprecatio indulgentiam valeat obtinere, per Dominum.

Prefatio.

O æterne Deus: Qui non solùm peccata diminis: sed ipsos etiam justificas peccatores: & reis non tantùm pœnas relaxas, sed dona largiris & præmia. Cujus nos pietatem supplices exoramus, ut famulos tuos N. non de præteritis judicet reatibus, sed hujus culpæ veritatem sibi tantùm infinues, quatenus & in hoc Populus tuus præconia nominis tui offerat & te vitæ præsentis & perpetuæ authorem agnoscat per Christum.

Benedictiones ad Judicium.

Deus, de quo scriptum est, quia justus es & rectum judicium tuum, fac cum his servis tuis, secundùm misericordiam tuam, non de priscis judicentur reatibus, sed in hoc, prout meruerunt, tuâ benedictione præveniente veritatis subjaceantur judicium. Amen.

Et qui justus es & amator justitiæ, & à cujus vultu videtur æquitas, fac in conspectu populi tui, ut nullis malorum præsligiis veritatis tuæ fulgentur examina. Amen.

Petitiones nostras placatus intende & culparum omnium præteritarum eis veniam clementer attribue, & si culpabiles sunt, tua larga benedictio non eis ad suffragium, sed hujus culpæ ad infinuandam veritatem proficiat. Amen.

Quid ipse.

Hic communicent post Sacerdotem, & dicat Sacerdos:

Corpus hoc & sanguis Domini nostri Jhesu Christi, sit nobis ad probationem hodie. Cos. *Justus Dominus & justitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.*

Post Communionem.

Perceptis Domine Deus sacris mysteriis, suppliciter deprecamur, ut hujus participatio Sacramenti & à propriis nos reatibus indesinenter expediat, & in famulis his veritatis sententiam declarat per Dominum nostrum.

Expletâ Missâ faciat ipse Sacerdos aquam benedictam, & pergat ad locum, ubi homines probentur. Cùm autem venerit ad ipsum locum, det illis omnibus bibere de aqua. Postea verò conjuret aquam, ubi culpabiles mittat.

Incipit adjuratio aquæ.

Deus, qui per aquarum substantiam judicia tua exercens, diluvii inundatione mille populorum interemisti; & Noe ipsum cum suis salvandum confessis. Deus, qui in mari rubro cuneos Ægyptiorum involvisti, & agmina sæculissa imperterrita adhuc justisti, virutem tuæ benedictionis † his aquis infundere & novum ac mirabile signum in illis ostendere dignaris: ut innocentes à crimine, cujus examinationem agimus more aquæ, in se recipiant & in profundum perrahant; confessi autem hujus criminis à te repellant atque vejciant, nec palatum recipere corpus, quod ab unere bonitatis evacuatum vento iniquitatis allevavit, & in hanc confluit, sed quod carnes pondere virtutis, carnes pondere propriæ substantiæ in aqui, per Dominum nostrum. Alias duas adjurationum formulas habes ibidem.

Post has autem conjurationes aquæ, exuantur homines, qui mittendi sunt in aquam, propriis vestimentis & osculentur Evangelium & crucem Christi & Aqua benedicta super omnes aspergatur, & qui adfuit, omnes jejunent, & sic profectianter singuli in aquam. Et si summe fuerint, inculpabiles reputentur: si fu. pernataverint, rei judicentur.

Incipit adjuratio Ferri vel Aquæ ferventis ad judicium. In simplo unum pondus. In triplo tria ferrum aequaparet pondera. Et in illa adjuratione non adfint, uti prædiximus, nisi jejunt. Et dicis Letaniis, sic Sacerdos in loco, ubi ferrum accenditur, vel aqua infervescatur, adjurationem initiando inchoet.

Deus qui per ignem signa magna ostendens Abraham *puerum suum de incendio Chaldæorum eripuisti: Deus, qui rubum ardere ante conspectum* Moysi *& minimè combuti permisisti: Deus, qui ab incendio parnachis Chaldæi, plerisque successis, tres pueros suos illæsos duxisti: Deus, qui incendio ignis populum Sodomæ & Gomorræ involvens,* Loth *famulum tuum, cum suis, salui donasti: Deus, qui in adventu sancti Spiritus tui illustrationis ignis fidelem tuæ adjudelibus fecevisti, ostende nobis in hoc pariviatis nostræ examine virtutem ejusdem S. Spiritus; & per hujus ignis fervorem discerne fideles & infideles, ne ad tactum ejus rei cujus inquisitio agitur (furti, homicidii &c.) conscii exhorrescant & manus eorum vel pedes comburantur aliquatenus, immunes verò ab ejusmodi crimine liberentur penitus & illæsi permaneant, per &c.* Habes *ibidem* alteram quo. que & tertiam.

His peractis, Aqua benedicta cunctis adstantibus detur ad degustandum & aspergatur per totam domum & ferrum proferatur, quod à culpato coram omnibus accipiatur & per mensuram 9. pedum portetur, manus figilletur, sub sigillo servetur, & post tres noctes aperiatur, & si mundus est, Deo gratuletur, si autem infanies crudelcens in vestigio ferri inveniatur, culpabilis & immundus reputetur. In aqua fervente, accipiat homo lapidem, qui per finem suspendatur, in simpla prolatione, per mensuram palmæ: in tripla autem, unius ulnæ: manus verò ligilletur & aperiatur, ut supra.

Incipit Exorcismus panis ordeacei, quorum appensio unius uncia: Primitus faciat Sacerdos Letaniis, & omnes, qui intus sunt cum eo, jejunent, & sic incipiat.

Conservator & creator humani generis dator gratiæ Spiritualis, dator & eterne salutis, emitte Spiritum tuum super hanc creaturam panis vel casei cum cimare & cernere magnificentiæ tuæ, advertat eum, qui cum superbia & contumacia ac zelo iniquo venit, & vult subvertere justitiam & conculcare judicium. Fac eum Domine in vilceribus, angustiari ejusque guttura concludi, ut panem vel caseum istum in tuo nomine sanctificatum devorare non possit hoc, qui injuste juravit ac negavit hoc quod quærebatur & jusjurandum pro nihilo habuit, & nomen tuum nominavit, ubi rectum non erat: Te quæsumus, ut non ei permittas defendere, quia justus es Domine & rectum judicium tuum, qui custodis veritatem in seculum, faciens judicium inquisitionibus & custodis pupillum ac vidnas suscipis & viam malignorum exterminabis, Deo ostendere nobis misericordiam tuam, ut humiles ac mansueti & recti propter veritatem gaudeant; superbi autem ac inique & cupidi contristentur & humilientur, quos abet confitemur magno & sancto nomini tuo & cognoscant cæteri, quia nomen tibi Dominæ & tu solus super omnem terram altissimus & servi tui in te glorientur & laudent nomen suum in secula seculorum, Amen. Ibidem alias itidem duas habes.

Hactenus Spelmannus ex textu Roffens. Idem Judicium aquæ ignis & ferri concessum à Johanne Angl. R. Deo & Ecclesiæ S., Trinitatis de *Norwic* & Episcopo loci & successoribus ejus & Monachis ibidem Deo servientibus per omnes terras suas &c. Et quòd habeant per universas terras suas, *fac & fec, tolsthem, Infangenthef & Utfangenthef, cum judicio ferri aquæ & ignis ac duel-*

li be-

ii bonè & in pace &c. data apud Geliuton 28. Novembr. Regni 2. (quod ab Henrico III. confirmatum, apud Westmon. 1 Jan. Regni fui 16.) tradit. V. apud Eundem plura *Glossar. Archæol.* & ut voce *Lada*, item *Purgatio*.

Ordea, vox recentioris ævi, memorata in Tabulario S. Petri Gerundensis, *Absolvit idem Galo in Bearnia — omnes hominet ad dominium S. Petri Gerundensis pertinentes, ab exercitu & ab omni expeditionis genere, & a reprensina hostium insequisione, quam vulgus consuevit Ordea* appellare: Marcæ *Hispan. Barcelon. lib. 6. cap 11. num. 6.* idem videtur esse, apud *Wardea*, in *LL. Wisigothorum* & in *Capitular.* Caroli M. certus scilicet militum numerus, qui in castris & oppidis olim constituebatur, ad arcendas hostium repentinas invasiones & irruptiones. At Dominico de *Praetoga*, viro *Admodum reverendo*, significat haec vox in quatuor Italiæ, tempestinam militum convocationem, quæ aeris campani sonitu jam sin bus imminenti hoth opponi consuevit : in vet. quippe Codice forensium Actorum dictionis M xiæ, in regno Navarræ, conventus generalis denuntiatio *ab orde pronade*, idem est ac interpolito æris sonitu, in expretante Oyhenarto in *Notit. Vasconiæ pag.* 127. ita *Ordam pulsare*, idem significat, quod Gallis *sonner le beffroy*, & Anglis *to ware hustium*. V. Carol. du Freine *Glossar.* ut & supra, voce *Hustimum*.

Ordeaceus Panis, in Ordalio olim quoque adhibitus. V. supra *Ordalium*, ut & in voce *Hordeum*.

Ordinale, liber quo ordinatur modus dicendi, decantandi, celebrandique divinum officium, ex more Ecclesiæ Romanæ, Provincial. Angl. *lib. 3. tit. de Ecclesiis edificandis cap. 1. Parochiani: Volumus quodlibet antiquum (Parochiani) in veritate omnia inferiis annotata viz. Legendam, Antiphonarium, Gradale, Psalterium, Troparium* Ordinale, *Missale, Manuale, Calicem* &c. Ranulfus in *Polychron. lib. 7. cap. 3. in A. D.* 1077. de Ostrundo Sasrberiensi Episcopo, *Hic quoque*, inquit, *composuit librum* Ordinalem *Ecclesiastici officii, quem Conjuetudinarium* vocant, *quo fere nunc tota Anglia, Wallia & Hibernia utitur*, apud Henr. Spelmannum *Glossar. Archæol.*

Ordinaria Structura, Latinis dicta est, quam *ἰσοδομον πλίνθου* *Graeci ordinariam*, non accervatim, sed in ordine compositi, faciebant. Juvenalis Scholiastes, *Babylonem significas Perfarum divitatem, quam condidit Semiramis Ninive uxor & cocti lateres munivit, quem bodie dicimus ordinarium lapidem.* At qui later non est lapis: Sed *ordinaria structura* etiam lateritia, quæ ordine structa est. Fiebat & silicibus, quos *ordinarios* vocat Vitruvius *lib. 2. c. 8. Ex rudere saxo quadrato aut ex silice, aut ex silicibus ordinariis structae dilates parietes.* Ubi *silices ordinarii* dicuntur, qui in pariete politi funt ordine, non temere compositi. Hinc idem paulo pòst, *Ita enim non accrescunt, sed ordine structum opus paveris esse simpitemum.* Palladius de macreiis horti, *Plerique sine lato congesta in ordinem saxa componunt.* Qualis lateritia structura. Vitruvius ibidem, *Itaque non est consentenda Graecorum structura: non enim utuntur è molli tæmento polita, qui opum disseferunt à quadrato, ponum de silice seu de lapide duro* ordinariam & *ista ita lateritia fruentes alligant eorum acternis coriis coagmenta.* Itaque lateritia structura proprie *ordinaria*, ad cujus exemplum & ex silice vel lapide duro fiebat, quem *lapidem ordinarium* dixere, diversum utique a latere cocto : Plinius *lib. 36. cap. 22. Graci è lapide duro vel silice aquato construunt veluti lateritios parietes, quum ita faciens, Isidorum vocant genus structurae.* At *pseudodomos* vocabant, quum in æquali crassitudine structi erant. Præter quæ tertium *Ordinariæ structurae* genus fuit, *emplecton* appellatum, quod frontes tantum politas habebat: *Ἔμπλεκτον* namq; propriè mulierum textile, quæ capillos in fronte comunt: Est ordine compositum structuram, si ex ex silice five ex latere cocto fiet, *τὸ ἐμπλεκτον* appellarunt, ita *ἐμπλεκτὸν δόξαν* meminit Harmenopulus *lib. 2.* qui voce lateritia appellata est. ceftatur apud Suidam vetu Auctor de Semiramide. V. quoque Achmetis Onirocrit. Interpretem *cap. 43.* & plura hanc in rem apud Salmasium *ad Solenum p.* 1230.

Ordinarius, apud Vopiscum in *Bonoso*, & Capitolinum in *Clodio Albino*, idem est, qui Graecis *Taxtikòς, manipularis nempe miles*, qui *in ordine* est. Feli. Apud Vegetium *lib. 2. capp. 7. 8.* 15. *qui ordinem ducit*, *Ταξιαρχος*. Cujusmodi ordinarios, qui prima in acie pugnarent, primosq; in praelio ordines ducerent, eos esse, qui antea *Principes* vocabantur, idem ait *cap. 15.* Olim namque & liberâ ftante Rep. fic acies ordinabatur, ut primi haftati pugnarent, deinde principes, poftremo loco triarii, verùm mutata poftea ferme in totum militiæ ratione, *principes* dicti funt, qui in prima acie cateris præftentes pugnam, quo nomine primi ordines & primorum ordinum milites, h. e. *ordinarii* intelligebantur. Forte & iidem cum *Evocatis*, qui cùm milites eflent veteres & è militia jam exiiflent, ad eam fponte revocabantur, ordinum ac præmiorum fpe. Atque hiceito numero in legione militabant. *& Ordinarii Legionis* dicebantur, quorum mentio in vett. laxis. Diftinguebantur autem à Centur onibus, quod Centuriones non eflent, neque extra præfium manere fuo fungerentur, fed cùm præliandum folum eflet, ordines ducendos acciperent &c. V. plura de iis apud Salmaiium *Not. ad Capitolinum in Maximinis & Vopiscum in Bonoso*, item infra in *Ordines* albique. Præterea *Ordinarii* dicuntur, Judicum Ordinariorum Officiales, vel Apparitores, qui inter Cornicularios, Commentarienses, Numerarios, Apparitores vel Speculatores recenfentur, in *Not.* Imperii, albique paffim. Sed & *Ordinarii*, apud Romanos fervi dicti funt, qui aliis fervis præpofiti, certum miniflerium, officium ve in familia exercebant. Theophilus *τους σφειρις διετων*, ficut *Pharetas*, quos illis opponit, *τους τῶν διωτῶν διετων*, appellat. V. Tit. Pompam *de Operis Serv.* & plura vocis fignificata apud Calvinum *Lexic. Jurid.* In *Charta* Henrici Imperatoris A. C. 1312. *Ordinarius* Judicem denotat ordinarium. In Ecclefia Romana, *Ordinarius* loci Epifcopus dicitur, qui habet ordinarium Jurisdictionem in caufis Ecclefiafticis; Gallis vulgò *l'Ordinaire*, apud Litteletonem *fect. 136. 648. Ordinary.* V. Statuta Wilhelmi Scotiæ Regis, *cap. 22.* §. 2. Idem nomen dignitatis eft, in ordine Canonicorum Regularium, cujus munus recitat Innocentius III. *Epifol. l. 1. pag. 30. edit. Venet. Praeditorum verò oslo*, (Canonicorum Regularium in Ecclefia Perufina) *major Archipresbyter erit, alius* Ordinarius, *fequens Camerarius — Ordinarius verò claufirum debet exofficio cuftodire, figuae diligenter & auficultare à fingulis lectiones* &c. *Ordinarius* verò *Ordinariorum* dicitur fummus Pontifex, ex quo collatorem beneficiorum fibi vindicavit, in Concilio Lateranenfi 5. *Sec. antiqua de Privil.* & extinde Pontifex omnium cum omnibus *Ordinarius* & jure præventionis confert omnia beneficia vacantia. In eadem Ecclefia, *Ordinarii* etiam dicuntur ex ordine Ecclefiaftico, dignitates Ecclefiarum, quibus competit aliqua jurisdictio. Lindvvodus ad *Provinciale* Cantuar. Ecclefiæ *l. 1. tit. 7. Ordinarius principaliter habet locum de Epifcopo & alii fuperioribus, qui fibi funt inferiores in fuis jurisdictionibus, fed fuus fub eo Ordinarii, fi videlicet, quibus competit jurisdictio ordinaria de jure, privilegio vel conjuetudine &c.* Nec non Canonici Ecclefiarum Collegialium in *Charta* A. C. 1040. apud Ughellum, laudatum Car. du Freine *Glossar.* quem vide. In Aula Gallica *Ordinarius* vocatur, item *Nobilis Ordinarius*, Gall. *Ordinaire*, item *Gentilhomme Ordinaire*, Miniiter Regis, qui mandata ejus ad Parlamenta & in provincias perfert: miflusque ad Reges Principesque exteros iis cùm lacris eorum rebus Regis fui nomine gratulatur, tum triftibus ejus *exordium* illis teftatur, Richelet.

Ordinarius, apud Suetonium de *Rhetoribus: Ordinarium eum appellat, deridens ut inflatum ac levem & fordidum*; ubi perperam vulgò legitur *Honorarium* fcurra eft. Ita enim apud Vett. fcurra dicebatur. Feftus, *Ordinarius homo fcurra ac improbus.* Alitet *Burfa*, *Planipes, Neatucologus, Copriae, Avetalogus, Paradoxologus* &c. Graecè *Κοπρολόγος, Μιξολόγος, Αλαζὼν, Καυχησιγέλως* &c. V. Salmaiium *Not. ad Tertullianum de Pallio.* Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* de voce hac ifta habet : *Ordinarius*, inquit, *Fofto fuisus fcurra & improbus, qui affidue in ludis immoratur ob eam caufam, quòd in ordine fites adeuntium Praetorem ex* Hottomanno & Rhodigino.

Ordinatio Presbyterorum, in Ecclefia Iraelitica, quis ritus fuerit, V. fupra ubi de *Manu ordinandis impofita*. Nomen inde in Ecclefiam Novi Teft. translatum, & quidem *Canones* Apoftolorum I. & II. aperte loquuntur de facra *Ordinatione* Epifcopi, Sacerdotis, Diaconi: Dionyfius Arcopagita *Hierarch. Eccleſ. cap. 5.* de ritu *Ordinandorum* agit : Nicenum Concil. can. 8. de facra Ordinatione, quæ per impofitionem manuum, verba facit: Chalcedonenfe can. 2. damnat eos, qui pecuniis pro *ordinatione* accipiunt, ut alia omittam. V. fupra, ubi de *Manuum impofitione*. In Communione Romana hodie *Ordo*, feu *Ordines* five *Ordinatio*, unum ex VII. Ecclefiæ illius Sacramentis eft, de quo Lombardus *lib. 4. diftinct. 24.* aliique. Etquidem, quemadmodum olim in Rep. Rom *ordo* erat Publicanorum, Equitum, Patriciorum, Senatorum : fimiliter Ecclefiam diftinguunt primò in Plebem & Clerum ; *Plebi* nomine continentes omnes, qui nihil funt nifi Chriftiani five fideles, qui tamen *Ordo* non dicitur: *Clero* verò nomine complexi omnes, quibus aliqua commiffa eft curanda pars Ecclefiæ, cujusmodi in Rep. Magiftratus funt generis cujusque. Porro functiones facras fubdividunt, in *Ordines* & *Dignitates*: quorum hæ funt *Epifcoporum, Metropolitanorum, Archiepifcoporum, Patriarcharum, Cardinalium* & Papæ. Illi vel *Minores* iterum funt, qui non conferuntur in exercitium. verùm in præviam faltem difpofitionem, ad Sacerdotium, ut vocant, funtque *Oftiariorum, Acoluthorum, Lectorum & Exorcistarum*, qui per folam tonfuram conftituuntur : vel *Majores*, quibus annexus eft Cœlibatus, nempe *Subdiaconorum, Diaconorum & Sacerdotum*, horumque iterum vel *Secularium* vel *Regularium*; Optionnes, vi tonfuræ, civili jurisdictioni exemti funt. Septem vrrò his *Ordinibus*, per quos ad Sacerdotium afcenditur, nonnulli duos addunt, *Tonfuram & Epifcopatum*, quidam etiam *Pfalmiftas* addidere, decantandis Pfalmis Hymnisque deftinatos. Quæ non fatis aperte videntur decifa in Concilio Tridentino, quemadmodum nec illud, an Hierarchia Ecclefiæ Rom. in folis *Ordinibus*, an etiam in jurisdictione conftitat, an vero in utriusque commixtione, quæ vulgar is eft fententia. Horum vero *Ordinum* Viris intrandis fui cum fint ritus, fua folemnia, illis itidem nomen *Ordinis* vulgò tribunt : Hofius tamen & Eccius *Ordinationem* malunt, hancque proprie

Sacramentum esse dicunt atque definiunt, Hosius quidem, *Signaculum Ecclesiæ, per quod Spiritualis potestas traditur ordinato*: Ecclesius vero *Signum sacrum, quo potestas spiritualis confertur & officium ordinato.* Ubi notat Rubeus, *pœni Pontificum*, propter Ordines majores, *Officium*, propter minores. Alii tot Sacramenta, quot *Ordines* iterumq; nonnulli septem, alii octo seu novem faciunt: Nec desunt, qui decimum addant, Tonsuram vulgò tum plicem: quæ etsi ordinem nullum faciat, tamen præparationem ad *Ordines* & vestibulum primum esse dicunt, adspiranti enim ad eos ante omnia caput tonderi, i. e. aliquot ex capite pilos in modum circuli, seu *Corona* nomen, abradi, notum. Materiam singulorum *Ordinum* esse id, quod traditur in collatione Ordinis: Formam, verba quæ in illius traditione per modum Imperii dicantur, ait idem Rubeus, quæ de re hic infrà. Episcopos die Dominicâ Presbyteros cœteros quoque Sabbato *ordinari*, Hugo habet à S. Victore. Reliqua apud Theologos vide & hic passim.

Ordines Sacri in Ecclesia Romana.

Ostiarii sunt, qui Templi januis præsciuntur, custodiunt quæ ejus omnia interiora & exteriora. His *claves* tradi solent, cum verbis: *Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri, de rebus, quæ clavibus istis reclauduntur.*

Acoluthi, destinati suntque standis cereis porrigendoque vino & quæ ad Eucharistiam. Eorundem est, luminaria in Templis accendere. His itaque *Candelabrum* cum *cereo* porrigitur & *urceolus* vacuus; cum verbis, *Pensate quod suscipitis.*

Lectores. Scripturam Sacram publicè legere tenentur; His proin traditur *Codex* divinarum literarum & dicitur tunc: *Accipe & esto Verbi Dei relator.*

Exorcistæ, quorum munus dicunt esse, pellere dæmonas ab energumenorum corporibus per manus impositionem. Hi accipiunt *librum* exorcismorum, cum verbis: *Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos & catechumenos.*

Hypodiaconi seu Subdiaconi dicuntur Diaconis præparare vasa corporis & sanguinis Christi, oblationesq; Populi excipere. His traditur *Patina, Calix* vacuus & *Urceolus* cum Aquamanili, ad lavandas manus: cum oratione quadam Episcopi.

Diaconi, Sacerdotes sacrificantium, ut ajunt, adeste tenentur ac servire. His manus imponitur & *Orarium*, traditurque *Textus* Evangeliorum cum verbis: *Accipe potestatem legendi Evangelium.*

Presbyteri seu Sacerdotes, qui ipsi sacrificant. His inunguntur *Manus*, traditur *Stola, Calix* cum vino & Patina cum hostiis, cum verbis: *Accipite potestatem offerendi & conficiendi pro vivis & mortuis.* Chamierus *Panstrat. lib. IV. cap.* 22. *& seqq.*

Ordinator, Hebr. חסכור, dictus est in sua gente R. Jehuda Ben Baba, quòd non obstante edicto Cæsareo, de ordinatione Judiciaria criminali inter Judæos penitùs abolenda, *quinque Presbyteros ordinaverat inter Oſam & Sypharam, treconis hinc, supra. transiisse*, uti de eo habet David Ganzius in Tzemach David *part 1. Millen. 4. ann.* 828. Factum id videtur Seleuco circa ann. 18. Hadriani, Christi 134. cùm, ex seditione illa Barchocebæ, Judæica tota fermè gens in Terra Sanctâ destructa est. V. cum *de Synedriis vet. Ebræorum Lib. II. cap.* 7. §. 6.

Ordines, in Republica Rom. olim tres fuerunt *Senatorius* primus; Hi Patricii erant & in Senatum eligebantur. Secundus *Equestor* hic Equitum erat, qui equis publicis merebent, eorum insigne aurei fuere annuli, quibus à plebe distinguebantur. Tertius erat *Plebis*, in quorum numero Quirites, & qui ex aliqua *tribu* essent, atque *Cives Romani* dicebantur, Zasius *de Orig. Juris lib.* 2. Eorum meminit Martialis *lib.* 4. *Epigr.* 2. *v.* 3.

Cùm plebs & minor Ordo maximusq;
Sanctò cum Duce candidus federet.

Uti loquitur de publicis Ludis, in quo Imperator Ordinesque omnes albati spectabant. Quod etiam diebus festis, & in conventionibus ac conviviis factitatum esse, legimus. Sed & *Iteratis publicos Ordines ornabant publicæ*, inquit Tertullianus de *Cor. Mil.* Unde Romanum Senatum pingi solitum, ὡ ἱερατικὸν, ἢ ὅλον πεφιπεφυκὸς, ὑπὸ ἢ ἡσυχίας σελομένου, *prætextatum & corona honestatum*, discimus ex Dione in *Trajano* &c. Plures tamen *Ordines* memorat Manilius *lib.* 5.

Ubi per ingentem Populus defertilis urbem
Præcipuum Patres ordinem, proximum Equester
Ordo locum: Populoq; Equiti. Populoq; subire
Vulgus inter, videas etiam sine nomine turbam.

Nempe pro *populi* seu *plebis* acceptione varia, de qua suprà. V. plura hanc in rem apud Hadr. Turnebum *Adversar. lib.* 28. *cap.* 33. Jf. Casaubonum ad *Augustum Suetonii cap.* 101. Alios, nec non hic passim Eodem modo per Germaniam tres esse *Ordines*, commodè dicitur: Videlicet, *Senatorium*, hoc est, Principum & Magistratuum: *Equestrem* h. e. Beneficiarium Nobilium sive rurì, sive in civitatibus: *Plebejum* tandem, id est, reliquorum civium, Negotiatorum, Opificum, R usticorum, Quos status fi confundas, actum fuerit cum politiâ & tranquillitate. Unusquisque enim debet suæ vocationis meminisse, quò pertinet illud: *Omnia bona in unitate.* Sed & Imperii corpus tres *Ordines* constituunt, *Electores*, *Principes*, & *Civitates* Imperiales, quorum omnium caput Imperator est. De Gallia aliisque Regnis item præsens nil dicam. V. Joh. Calvinum *Lex. Jurid.* In vett. *Inscr.* QR. vel ORD. i. *Ordo* per le *Ordinem Senatorium* designat.

Ordines Alti, apud Senecam, *Quo quisque genere honestior, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat, memor in primo actæ altos ordines stare: idem cum primorum ordinum auditoribus* sunt. Item per e. g. prima legionum cohors, decem centurias habebat, totidemq; Centuriones, quos posteriori ætas *Centenarios* dixit. Ab hac prima cohorte, cumpugnandi erat prima acies incipiebat ordinari, in qua primipilus non unam tantùm centuriam, sed quatuor gubernabat & aquilæ præerat, ut refert Vegetius. Primus hastatus duas principes unam ac item is, secundùm eundem. Qui olim *primi ordines* dicebantur, & *primorum ordinum auditores*, & *principes Centurionum* & *alti Ordines* Senecæ: quod Centurionibus antiquis Centurionibus *lib.* 1. *cap.* 10. *Imperavit Tribunis & primi Ordinibus & Centurionibus.* Hi enim ante aquilam in prælio stantes, in prima acie pugnabant: cùm cœteri Centuriones, juxta suam quamque centuriam pugnarent: de re plura apud almaſium *Not. ad Papinium in Vita Bonos.* Cœterùm *Ordines militares* jam in bello Thebano vetustissimo observatos fuisse, discimus ex Æschylo, Seneca, aliisque Poetis. Quos lequutus Papinius Statius *Thebaid. lib.* 5. *versu* 7.

Dispositi in turmas rursus, legemq; severi
Ordinis, ne cui, ante locus, ductorq; monentur
Insinuare vias ——

Quos tamen alii ad Palamedem postea, sub bello Trojani temporis, invehtorem referunt. Sed refutat hanc sententiam Alcidamas Rhetor, Nestorem jam Centauris bellum inferentem sic dispositio exercitu rem gestisse afferveras, *Declam. Ulyssis contra Palamedem.* Ibi enim Nestorem in Pirithoi nuptiis, cum Lapithis, confligisse ὡς φάλαγγι καὶ τάξει. Mneſtheumque primum κρατῆσαι τάξεως, κ. λόχους καὶ φάλαγγας ἀνεῦρε docet, bello Eumolpi, contra Athenienſes &c. V. Casp. Barthium *ad Statium d.* l. ubi initia & progressus rei vestis & hominibus & temporibus adscribendos censet, conciliatis sic Vett. sententiis.

Ordinum Ductor, in vett. *Inscr.*

SERGIUS TERENTIUS,
SERG. F. ÆMILIANUS
CENTUR. EMER. VIX. A. LXX.
ORDIN. DUX. SUB
L. POSTUMIO. MODES
TINA. MARITO
MERENTISSIMO.

Idem cum *Ordinario*, de qua voce diximus *suprà.*

Ordo, à serie dicitur; quia ille digestio est, quâ suo loco quid quæ collocatur: hæc vero continua quædam progressio atque contextus continuus. Et quidem *Ordinem* in defendis Magistratibus Romani exactè olim observarunt, ab inferiore ad amplioremprogrediendo: cùm omnibus in rebus *Ordo* observandus sit, tum maximè in Magistratu conferendo, maximam ac peculiarè quam fam vim illum habere rati. Primùm, ut hominis ingenium recte cognoscatur: cum Magistratus, qualis quisque sit, statim indicare soleat. Deinde, ut expoliantur cives negotiis vulgaribus ad arduas res agendas, quorum pulchrius est parari, quam creari nobilem. Quæ cautæ tanti momenti sunt, ut nihil salubrius Reip. videatur quam inſtitutum hoc omnibus Civitatibus observatum, non ſtatim rudes ac nullo gestì officii argumento probati, rapiantur ad summum administrandæ Reip. gradum & ordinem. E' Rep. in Academias transfit τὸ ἀξίωμα hac ratio, & literarum Candidati, ab incunabulis curam ſenſim ad graviores discì, linas ordine præparantur; unde gradum, præmiorumque notiſſima jam ab Hebræis, Græcisque ad Europæos noſtros, propagata diceria, me quibus *alibi* In Exercitu, quantum *Ordo* valeat, Tacitei Scriptores, hinc omnino omnem adepti, ex experientia docet quotidiana. Ut alia hic præſidium, sed & *Ordo* pro ſtatu ſuo ſit, *l. divus Marc. ff. de Offic. Præf. &c.* V. plura apud Joh. Calvium *Lexic. Jurid.* In *Gloſſ.* Gr. Lat. Ordo βαλτυάξαν eſt *Curia, Senatus.* Ita capiendus Augustinus *in Breviar. Collat.* 3. *cap* 13. *Scripſit etiam Secundus & ad ſeipſum miſſo a Curatore & Ordine Centurionem & Beneficiarium*, V. ibidem *cap.* 15. & 17 ut & in Cod. Theodoſianonon ſemel. In Eccl. Rom. unum ex Sacramentis *Ordo* dicitur, de quo ſuprà aliquid, in voce *Ordinatio.* In eadem ſte vocatur Liber Eccleſiaſticus, quo vertigò vocoque *Ordinarius*, editus cum Scriptor bus de Ritibus Eccleſiaſticis, cujus men ioe eſt in lib. 7. *Capit. Caroli Magni cap* 143. Eum inſtituit Petrus Diaconus *Chr Cuſin. lib.* 4. *cap.* 57. *Miſſumſuper eum orationem primam, ſicut in Ordine continetur, Levitarius Epiſcopus dedit.* Apud eosdem *Ordo* nudè, pro Ordine religioſo. Arnoldus Lubecenſis *lib.* 4 *cap* 13. *Quid ergo dammo, reprehendo? Ordinem enim* Ordinem, ſed Ordinis *ſuperſtitiones, quæ ex illo tempore coeperunt, ex quo facta eſt mutatio Ordinis.* Adde quæ de voce *Ordo* annotavit, Johannes Seldenus in *Eutychii* Origi-

Origines pag 27. & seq. 1. edit. Hinc *Homo Ordinis*, pro Religioso, Cur. General. Catalanæ A. C. 1291. *Alluerus Ricem hominem ; Militem , Clericum ;* Hominem Ordinis, & Orem &c. Etiam Regula ipsa vel observario Monachica sic appellatur, apud Eadmerum *lib. de Similitudin. S. Anselmi cap. 7. Hæc & his similia nostrates dicit , dum Ordo imprimis illi videtur gravis. Et cap. 29. Ipse jam probati fuerit in omnis humilitate & obedientia & patientia & observatione omnium quæ Ordo expetit.* Sic *Charta* Stephani Episcopi Noviomensis A. C. 1115. *Et anno elapso , in conspectu mei versutiis fratrum , Ordo domus ei exponatur* &c. Unde regula primaria Canonicorum Regularium S. Victoris Parisiensis , *Liber Ordinis S. Victoris* inscribitur, apud Carol. du Fresne *Glossario* , è quo *Ordines* quosdam Excl. Bosc. hic subjicimus.

Ordines quidam religiosi Ecclesiæ Romanæ.

Ordo Albus, Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini , memoratur Jac. à Vitriaco *Histor. Occident. cap. 13. Cum à priscis temporibus in partibus Occidentis duæ tantum fuissent Regularium observantiæ , Monachi sc. nigri, S. Benedicti regulam profitentes ; & Canonici albi , secundum regulam B. Augustini viventes &c.* Item Orderico Vitali *lib. 8. pag. 711. In Salisbus & campestribus passim conspiruntur Cucullata, mystes, vultus varii, & formalibus trabeata peregrinatio Orbem cucullatorum examina.* Albedine præcipue in habitu *suo nituntur , qua singulares ab aliis insubilesque videntur. Nigredo in plerisque locis sanctæ scripturæ humilitatem designat , quem ludæo Religionis forum fervor colorem hactenus gestat. Nunc autem nigredinem, quæ prisci Patres tam reprehenderunt Clerici in cappis , quam Monachi in cucullis , ob humilitatis studium sibi sunt , moderni quoquam ob majoris pulchritudinis affectationem abjiciant : invitabitque quoque pannorum sectione fastum ab aliis differgeare appetunt* &c.

Ordo Alinorum , V. suprà in *Alinus*.

Ordo Fidei , seu *Militia Ordinis Fidei Jesu Christi*, Ordo fuit militaris institutus, contra Albigenses , cujus quidam Savaricus *Pauperem le Magistrum* inscribit, in literis A. C. 1220.

Ordo Griseus , Monachorum est, qui coloris grisei seu picu-

dolacti ni vestibus induebantur: quo nomine Cistercienses Monachi indigitantur , qui *nigrum habitum primi in griseum commutarunt* , ut auctor est Jacobus Vitriacensis in *Hist. Occid. cap. 14.* V. eundem *cap. prac.* ubi postquam dixisset , priscis temporibus non nisi *Albos Nigrosque fuisse* , pergit: *Postquam peccatis exigentibus primo modica negligentes paululum cadere cæperunt , tandem ad tantam dissolutionem plures Regularium Conventi devenerunt, quod viri timorati & prudentes, sub alio habitu & aliis institutis Domino militaturi, ab ipsis recesserunt.* Sed & Tironenses Monachos in Carnutibus , *à conversio nigrorum Monachorum , mutato habitu in griseum* , sub Abbate, ex ibi idem Vitriacensis. V. quoque Michaelem Scotum *Mensæ Philos. lib. 4. cap. 39.*

Ordo Niger , *Nigri Monachi* , Benedictini in Occidente passim dicti , apud Martinæum Paris. pag. 321 & 514. *Nigri Monachi sub Norma S. Benedicti famulantes* , & alibi. Quid color hic indigitet , diximus paulo suprà ex Vitriacensi. De illis Poëta infimi ævi MS. apud du Fresne ,

Sunt tria Nigrorum quæ nostrum vexi Monachorum,
Renes & venter & pudenda sumta frequenter.

Veteres porro Monachos *μελανοὺς τοὺς ἀσκοὺς* induisse, auctor est Eunapius in *Ædesio* , pag. 78. &c.

Ordo , in compositione capillorum , idem quod *statio* , *gradus* , *fluctus*. Unde *crines in ordine ponere* , Ovid. *ordine crines digerere* , Martialis ,

Ille etiam flexas qui digeris ordine crines.

Comæ enim annulatim crispatæ , non solebant confusæ acturbatæ & indistinctim tamen recepæ implexæ haberi , sed per gradus quosdam positæ & ordine digestæ , ita ut una quæque annulorum series flationem quasi suam servaret & gradatim alveolatimque alia super alium scanderet. *Ἐφεξῆς* Euripides dixit , V. suprà *passim*.

Ordo Certaminum , in Ludis Gymnicis , V. suprà.

Ordo Naturæ , in morte servatus , pro re magna olim Gentilibus habitus. Exstat quæ illustre exemplum in simul morientibus , apud Tacitum *Annal. 16.* Sic maritus Priscillæ , apud Statium *lib. 5. Sylv. 1.*

Unquo equidem thalamos (salvo tamen ordine) maritos ,
Quid prius exigi longâ potiora senectâ
Tempora

Alioqui felicior ordo conjugii , uxore prius moriente , eidem infrà *vers. 220.*

illum tranquillo fine solutam ,
Felicemque vocant , lachrymas fundente marito.

Et Ausonio in *Parentalibus*. V. quoque vet. *Inscr.* in *Thesauro* Gruteriano DCLXXIX 7. Sic Parentes passim &c. Contra turbatum hunc *ordinem* max. mam à Diis poenam immissam rebantur: quare mortem & mortuaria liberorum , nefas putabant à Parentibus videri. Unde Priamus , cum exfecratione Neoptolemum inclamat *Æneid. 2.*

At tibi pro scelere , exclamat , pro talibus ausis ,
Di , si qua est cœlo pietas quæ talia curet ,
Persolvant grates dignas , & præmia reddant
Debita , qui nati coram me cernere letum
Fecisti , & patrios fœdasti funere vultus.

V. quæ de ocisis in conspectu Matrum Patrumque liberis , adnotavit Casp. Barthius *Animadversion. ad Papinium Statium passim* , inprimis *ad Thebaid. lib. 6. versu 205.* Primus autem , qui inversso Naturæ ordine ante patrem obiit , memoratur in Sacris Lamech II. Mathusalemi filius, Genes. *cap. 5. vers. 31.*

Ordo Precum , Vigilio Papæ , idem cum Canone Missæ , Macro in *Hierolexico*. V. suprà *Canon Missæ*.

Orei , vel *Oroei* , pop. Arabiæ apud Plinium *lib. 6. cap. 9. Quod interest ibi tenons Arabes Orei. Sic finem usque in Adjabenen perfert.* Græcè Ὠρεῖοι vel Ὠρεῖται, de quibus Salmasius *ad Solinum pag. 625.*

Oresteum , urbs Arcadiæ , quæ *Oresthia* ab ipso *Oreste* appellata. Stephanus , Ὄρνεις ἡ καὶ ὄρθη ὄνειρος ἐν χρησμῷ τῷ Ἀρκαδίας , τῷ λεγόμενον Ὀρέστειον , ὅθεν καὶ πόλις τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ὀρέστειον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος υἱοῦ Ὀρέστου. *Et alia in Arcadia* Orestia , quam *Eudæmon & Orsus per diphthongum scribunt.* Hanc Ὀρέστειον iubem, memorat in *Oreste* Euripides , apud Salmasium *ad Solinum pag. 354.* his verbis ,

——— *οἱ δ' ὠὰ χθονὸς*
Ὀρέστ' ἐμοῦ σώσαντος ἐν Φρυγῶν πόλει
Πανδῶσι οἴκου δαπέδοις , σώματος κάλλει
Καλλίστου δ' ἐν Φοιβίᾳ ἐκόσμησαν
Ἀζᾶνες Ἀρκάδων τ' Ὀρέστειον κρηδέμν.

Delrius v. malè transfert *Orestas* pop. Macedoniæ, quorum regio à Ὄρεστις , Orestis. V. *ibi.*

Orexis conviviі , ciborum caritate quæsita. Æl. Lampridius in *Heliogabalo* , *Amabat* , inquit de illo , *sibi pretia majora dici earum rerum quæ mensæ parabantur , orexin convivio hanc esse asserens.* Unde illa Senecæ querela , *deliciis civibus nihil placere , nisi carum.* Et Juven. *Sat. 11.*

Interea gustus elementa per omnia quærunt ,
Nunquam animo proximis obstantibus : interdùm sit
Attendas , magis illa juvant , quæ plurimus emunxit.

Orga , adde : Recipitur à Marsya , prius quam in Mæandrum influat ; cum proin cum Marsya malè confundit Curtius *l. 3.* cùm de Marsya ait , *Inde diffusus circumjectos rigat campos liquidus & amœnas undas vehens* ; quod Orgæ convenit. Idem flumen cum *Suæ* Marsya & Obrima fluv. Novas Celanas, i. Apamæam, circumluit. Salmas *ad Solinum pag 827.*

Organarii , V. infrà in voce *Organum*.

Organica , Musices illa pars est , quæ Instrumentis peragitur , quo Musices genere qui defungitur , *psallere* dicitur. Nempe orè quidem canimus , fidibus vel alio *Organo* psallimus. Cicero *Invectiv. in Catilin. 2. Pueri tam delicati non solùm amare & amari , neque cantare & psallere , sed etiam ferai vibrare & spargere venena didicerunt.* Suetonius in *Tito* , *Ne Musicæ quidem rudis , ut qui cantares & psalleres , jucunda scienterque.* Quamvis non diffitendum , etiam tibiis cani : Idcò A. Gellius , cum de oris & fidium cantu dicere vel et , fic ait *lib. 19. cap. 9. Deside rativis exhiberi , quos habere cum scibat , illisiimos utriusque sexus , qui canerent voce & qui psallerent.* Nempe canerent *voce* ait , quia & pulsitare canunt : unde & Psaltria eadem , quæ Fidicina , & *cantare tibiis* dixit Corn. Nepos. Ubi igitur *cantare* simpliciter dicitur , & *psallere* et ad ponitur , prius de cantu , qui voce fit, intelligendum. Sunt autem *Organa* illa , quibus hæc Musices pars peragitur , vel Ἔμπνευστα , quæ spiritu inflantur : vel Ἔγχορδα à sive Ἔντατα , quæ nervis intenduntur: vel Κρουστὰ seu Κρουτὰ , quæ digitis pulsantur ; Ad quorum primum genus Buccina, Tuba, Lituus &c. ad fecundum , Cithara , Barbitus , Nablia &c. ad tertium Tympanum , Cymbalum , Sistrum &c. referuntur. E' quibus *Organi* vox aliàs generalis , ei per excellentiam manfit, cui folles adhibentur , de quo ita Isidorus *Origin. lib. 3. cap. 20. Organum vocabulum generale est vabrum omnium Musicorum : hoc autem , cui folles adhibentur , alio Graci nomine appellant , ut autem* Organum *dicatur , magis ea vulgari est consuetudo Græcorum.* At que hujus certè & quod vario calamorum ordine conflat, (nam Ὄργανον , *fistula* , exponitur, in *Gloss.* Gr. Lat.) follisbusque inflatur , inventum nuperum non est, dilcimus insuper ex Augustino in *Psalm. 56.* Amalario de *Offic. Ecclesiast. lib. 3. cap. 3.* Papia , aliis. Describitur à Senatore in *Psalm. 150.* his verbis : *Organum est quasi turris , diversis fistulis fabricata , quibus flatu fullum vox copiosissima destinatur & ut eam modulatio decora componat , linguis quibusdam ligneis ab inferiore parte constructur , quas disciplinabiliter Magistrorum digiti reprimentes , grandisonum efficiunt & suavissimam cantilenam.* Similiter Julianus, quem *Parabatum* plerique putant , ita de eo canit, *Anthology. lib. 3. cap. 64.*

Ἀλλὰ τὸν ἀνδρικὸν φόβον ἔκκ τὸν· ἀδικε
Σκληκὸν τάχα μᾶλλον ἀνδρικὸν ἀφέξει,
Ἄγαμαι, δ' ἀνίκητον ὑφ' ἡδίστοις ἔσκοντα,
Ἀλλ' ὑπὸ σωφρὸς ἀσθενῶν σπηλιζόμενον ἀόντες,
Νίφει τυφρεῖν κρὰδμλον ὑπὸ μέλι ἀδόντα.
Καὶ τὸν ἀνὴρ ἀγλαὸν ἔχων ἔσκ ἀνδρικὸν χειρὸς,
Ἴσκοτιν ἀμφοῖν κρατέοις συμβαλὸν μόνοις ἀλλὰ,
Οἱ δ' ἀκκλὸν σωφρὸς ἀσθενῶν ἀσθλὸν.

Quam cerno, alacrius naturæ eſt fiſtula, nempe
Alitera pratucis ſuraſſe hanc aëra tellus:
Horrendum ſtridet, nec noſtris illa moretur
Fiatibus, ut miſſus taurino è carcere ventus
Subtus agit laeves calamos, perque ima vagatur.
Mox aliquis velox digitis inſignis & arte
Aſtat, concordes calamis pulſatque tabellas.
Aſt illa ſubito exſilium & carmina miſcens.

Latini ſi tamen vix cognita fuiſſe, convenit Francourt *Annales*, qui in Francium tum primum allatum *Organum* A. C. 757. ac Pipino Compendii tunc agenti, cum aliis muneribus miſſum à Conſtantino Imp. narrant. Simile exin *Organum* Carolo M. oblatum per Legatos, à Conſtantino Michaële, cognom. *Rhangabe*, Imper. ſubdit Monachus Sangallenſis *de Carolo M. lib.* 1. *cap.* 10. *Addunxerunt etiam eidem miſſi omne genus Organorum, ſed & variarum rerum ſecum — & præcipue illud Muſicorum Organum præſtantiſſimum, quod dextra ex parte ſiſtilis ſuæ taurinæ, per ſiſtulas æreas miræ perflantibus, rugitus quidem vnitrui boatum, garritulitatem nych lyræ vel cymbali, dulcedine æquabat.* Sed & habuiſſe *Organa* Veronenſem Eccleſiam, eodem Carolo imperante, docent aliquot *Chartæ*, deſcriptæ ab Ugbello *Tom. V. pag.* 610. Verùm non ſollibus ſolùm Antiqui *Organa* ſua quandoque, ſed & aquâ; animabant; imò & Hydraulica ipſa ſollibus non caruerunt. Porphyrius *in Panegyr. dicto Conſtantino Aug.*

Hæc trit in variis ſpecies apiſſima cantus,
Perque modos gradibus ſurget facunda ſonoris,
Ære cavo, & tereti, calamis crebroſque auctu.
Quis bene ſuppoſitis quadratis ordin e plectris
Artificis manus in numeros claudiſque aperiis,
Spiramenta probans placidis bene conſona rhythmis,
Sub quibus unda latens properantibus undis venit,
Quos vicibus crebris juvenum labor haud ſibi diſcors,
Hinc atque hinc animæque agitans.

Quæ qui tractabat, *Hydrantes*, item *Organarius* dicebatur. Sed quia aquariorum *Organorum* non erat facilis ratio, ut inquit Vitruvius *lib.* 10. *cap.* 13. proin ſpiritalia noſtra & pneumatica præyalucre. Meminit incertus Auctor in *Collection. Pithæ.* A. C. 826. Georgium quendam Presbyterum de Venetia ad Ludovicum Pium adduxiſſe *Organum* hydraulicum A quisgrani feciſſe, quod argumento ſit, aut deſiſſe prorſus jam tum, aut minus fuiſſe in uſu. Vidit tamen & in Quirinali, in Portis Pontificii, audivitque iſtiusmodi Organon Pignorius, non ſine admiratione, cum Muſicos concentus variaret, nemine plectra manu tangente. Imò & Hydrauli*corum Organorum* uſum, *ubi mirum in modum æquæ calefactæ violentiam ventus emergens impleret concavitatem barbiti, & per multiformatites tranſitus æneæ ſiſtulæ modulatos clamores emitteret*, in Occidente obtinuiſſe, teſtatur quoque Wilhelmus Malmesbur. Olim v. à cœna domum ſeſe recepiſſe luxurioſiſſimum Imperatorem Gallienum, ad *Organum*, cùm ad tibiam proceſſiſſet, referri Capitolinus. Nec omittendæ Syræ muſiereſ, quæ Romæ olim, in Circo aliisque locis Ædilem metuentibus habitantes, *organa* ſecum è patria allata puſſando, ad turpe commercium plebem allicebant, *ambubaiæ* hinc vel *abbubaiæ*, Syriaco fermone dictæ. Nec aliæ ejusdem farinæ, quibus *organorum* peritia adeò familiaris, ut imperitas ſui gregis, *τὰς* per contremtum appellarent. Heſychius, *τὰς ἐπὶ τοῦ ὀργάνου ἐπιτηδευούσας γυναῖκας ὀργάνους*. Vt quoque Procopium in *Anecdotis*, & hanc in rem plura apud Caſaubonum *ad Neronem Tranquilli cap.* 27. Affinia iſtiusmodi *Organis* ſyſtemata funt campanaria, ubi diverſæ magnitudinis campanæ eâ arte diſpoſuntur, ut à petitis pulſatæ ſuaviſſimos edant concentus, hominesque non modò in Templis, ſed & domi, in ſtratis, paſſimque eâ, quæ alias à Muſicis *Organis* proficiſci ſolet, perfruantur voluptate. Huiusmodi tria tintinnabula argentea Bononiæ in æde Epiſcopali vidit Magius, eâ arte facta, ut cùm à Sacerdotibus Muſices non ignaris ad ſonum edendum impellerentur, Muſicos emitterent concent·as: Antverpiæ in turri Divæ Mariæ, refert Merſennus, triginta tres campanas ut magnitudine & ſono inter ſe differentes, ita ſuos ſingulas funes, ſuos malleolos habentes, his per ſuas diverſimodè commotis, concentum alium atq, alium reddere, nec fere quidquam hanc machinam ab *Organis* vel Clavicymbalis vulgaribus differre, niſi quòd hic palmulæ pugnis, illic digitis pulſentur. Sed ſuperant hæc, ut & reliqua apud Menapios, Sicambros, Flandros, Inſulis inprimis & in Tungris, machinæ iſtiusmodi ſeu *Organa* Campanaria, à Franc. Hemonio inſigni in Arte ſuforia Magiſtro, Amſtelodami paſſim, Senatus juſſu, adornata, de quibus V. Hieronymum Magium *lib. de Tintinna-*

bulis cap. 17. Sicut de reliquis *Organis* Muſicis, paulo *infrà*: quorum plerasque complexus eſt Petrus Chryſologus *Serm* 93. ubi conviviis Romanorum, in quibus hæc Symphoniarum *Organa* perſtrepuere, Chriſtianorum conviviorum ſanctam opponens modeſtiam ait: *Venit pietatis illa, non voluptatis, exhibiturus convivium: denique & pœnitentiæ ponit menſam, fercula compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lacrymis temperat in menſura & ad delictas Delictis totas, totam pulſat cordis ſui & corporis & ad delictas Delictis totas, totam pulſat cordis ſui & corporis & ad delictas Delictis totas, totam pulſat cordis ſui & corporis Symphoniam.* Organi planctu dat *clamorem*, *citharam* per ſuſpiria *longa modulatur, genium aptat in ſiſtulam, & dum pectus ipſum conſcientiam arguens ſæpe percutit, facit plactura Deo cymbalis pectinare.* Quæ verò de *Organis* Muſicis narrant Conſtantinus Manaſſes & Michaël Glycas à Theophilo Michaëlis F. Imper. Conſtantinop. adinventis, aliò ſpectant, Muſicam nempe quandam avium ſchiſtarum arbori perinde fictitiæ inſidentium organicam, ut ex Leone Grammatico licet colligere. Cujusmodi Muſicâ à Conſtantino Imp. miſſum à Bernegario Italiæ R. ſuſe excepiſſe, A. C. 950. refert Luitprandus Ticinenſis Diaconus *lib.* 6. *cap.* 2. *Erat Regia ornata ſumptuoſiſſimè, ibi enea inaurata arbor ante ipſius Imperatoris ſolium effulgebat, expanſis magnum in modum vamis æreis æque inauratis: in his frequentiſſima variorumſpecierum aves, aire conſitæ, quarum ſingulæ ſpeciei propriæs voces canuiſque emittebant, incredibili arte. Regium autem ſolium miro erat conjectum artificio, ut momento interveniente humile —, poſtea momento in ſublimi elatumque apparebat Quibus autem — qui Organa pulſat, Organarius dicitur Julio Firmico Matheſ. lib.* 3. *cap.*14. ſic locus Tempii, ubi *Organa* funt, *Organiſtrum* dicitur, apud Galbertum in *Vita* Caroli Com Flandriæ *cap.* 4. In interdictis porro *ſuſpendi Organa*, tradit Guil, Neubrigenſis *lib.* 1. *cap.* 17. Plura de *Organorum* uſu, V. ſupra, ubi de *Muſica Eccl.* nec non apud Stephanum Durantum *de Ritibus Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 13. Salmaſium *Not. ad Lampridium in Heliogabalo*, & Gum. du Preſne *Gloſſario*, qui etiam hanc *Organorum* hodiernorum atque ingentium deſcriptionem metricam ſubjungit, ex Voſtano *Prolog. ad Pſalt. S. Syrithuni*:

Talia & auxiliis hic Organa, *qualia nusquam*
Cernuntur gemino conſtabilita ſono.
Biſſeni ſupra ſocantur in ordine folles
Inferiusq, jacent quatuor atque decem,
Flatibus aëreis ſpiracula mox intima claudunt,
Quæ agitant valida ſeptuaginta Viri.
Brachia verſantes, multo & ſudore madentes,
Certatim, ſuos quisque movet ſocios.
Viribus ut iſtis impellant flamina ſurſum,
Et rugiat pleno Kapſa reſerta ſinu.
Sola quadringentas quæ ſuſtinet ordine Muſas,
Quas manus organici temperat ingenii.

Adde, quæ hanc in rem præclara congeſtit Clar. Sufcerus *Theſauro Eccl.* voce Ὄργανον.

Organorum ſeu Inſtrumentorum Muſicorum ſpecies quædam.

Barbiton, citharæ ſpecies, apud Iſidor. *Origin. lib* 3. *cap.* 21.

Buccina.

Calamus ſeu Fiſtula · *Tu calamos inflare leves* Virg. Puellam ex Hebræis, in regio convivio calamos inflantem, habes apud Abdiam *Hiſtor. Apoſtol. lib.* 9. Calami feſtſi meminit Suidas, ex Interprete Ariſtophanis *in Nebulas.*

Cithara, in conviviis olim frequens, de qua V. *ſuo loco*, Eius ſpecies enumerat Iſidorus *loco cit.* Pſalteria, Lyras, Barbita, & alias quadratâ forma, nec non & trigonali: quarum aliquas delineatas antiquitatis Studioſis exhibet Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* In hac, cùm chordam unam certa neceſſitatem intendiſſet Terpander, multactus ab Ephoris ac Senatu cithara ejus ſuſpenſa eſt in rei memoriam; quod Phrynnidi quoque contigiſſe, memini Plutarchus *περὶ φιλοσοφ. ἀνδρ.*

Crotalum, ſi Euſtathio *Il. α.* credimus, vas erat è teſta, ligno aut ære, quod manibus tenebatur & colliſum ſonum edebat, V. quoque Plinium *lib.* 9. *cap.* 35. Ejus crepitus onocrotali nomen ani impoſuiſſe videtur: Meminit *Crotaliſtriarum* in conviviis Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 9. Ægyptiis Crotala erant, teſte Joh. Sarisberienſi, *ſonore ſphærula*, quæ *quibusdam grani interpoſitis*, *pro ſui quantitate & ſpecie metalli, varios dabant ſonos.*

Cymbala, ejus figuræ erant, quâ cotyledonis folia ſunt; ambabus enim manibus (ea rant manubriata vel anſata) in extima concavitate) apprehendebantur & ſonum ſa conciuſſaque tinniebant: Fuere ex ære, & *Cymbaliſtriæ* in ſcalpturis Bacchanalium ſacrorum Romæ frequenter viſuntur.

Epigonium, Gr. Ἐπιγώνιον, nomen habuit ab inventore Epigonio, Ambraciota, quem primum absque plectro pulſaſſe, docet Jul. Pollux *Onomaſt. lib.* 4. *cap.* 9.

Fides, nomen generale: In Timothei fidibus, quos plures quàm ſeptem haberet nervos, demi ſuſpicit levera Lacedæmon, apud Cic. *de Ll. lib.* 3. Hinc *Fidicines*, *Fidicinæ.*

Fiſtula, multo in uſu, Fiſtulator

tor amanuensis concionanti Graeco eburneam fistulam inflavit, ad quam ille modum ac pessum componeret, apud Cicer. de Orat. l. 3. Puellae Hebraeae, in convivio regio, apud Abdiam, calamos inflantis meminimus supra.

Lituus, V. *suo loco.*

Lyra, primitus septem chordarum fuit: octavam addidit Pythagoras, Theophrastus Pierites nonam, decimam Histiaeus Colophonius, undecimam Timotheus Milesius, tandem verò ita erevit numerus, ut systema fieret chordarum 18. Hinc *Lyristae* & *Lyrophoe*. V. quoque supra, in voce *Lyra*.

Magades, instrumentum Musicum quoque fuit, in quo quum plures achibuisset nervos, quàm antea tolerent, Timotheus Milesius, in judicium, ut qui priscam labefactaret Musicam, est vocatus, apud Athenaeum *lib.* 14.

Monochordum, ab Arabibus est, Vossius de *Scient. Mathem. cap.* 20. §. 5.

Naulia, cymbalorum figurâ fuisse, Ovidius de *Arte Amandi lib.* 3. innuit.

Octachordum, primò duplici tetrachordo constabat, postea quinque in uno systemate tetrachorda esse coeperunt. Vossius *ibid.* §. 3.

Organum, per eminentiam sic dictum, V. *supra.* Coelum Organum, Mariti olim Dorylaus, Pythagorae ἐπιτηδειότατον, quòd coelestium orbium motu concitatissimo suavis edatur concentus, fe quens.

Orgax, nomen Familiae in Hispania illustris, quae Mendoziae stirpis ramus est. Hujus enim cùm duo praecipui sint trunci, alter Dominorum de *Felisa* & *Buitrago*, cujus princeps Petrus *Gonsalez*, in praelio ad Alhabarrota morte sui Regem servavit; alter Dominum de *Mendibil* & *Ribera*, Frarres in hoc posteriore, fuere Johannes Hurtadus Dom. de *Mendibil* & Hurtadus Diazius Dn. de *Fuentecha* & *Corgana*; à quorum illo genitus est Johannes Hurtadus; ex Maria Castellana, Johannis Hurtadi Dom. de *Mendibil* & Didaci Hurtadi Dn. de *Camere*, genitor. Is Didacus hic Hurtadus Marchiones *de Cannete* fevit: Joh. verò Hurtadus, cujus filius *Ruiz Diaz* Dom. de *Mercin*, dedit Mariam Com. de *Castrogeriz*, illius proápiae, cui etiam cognomen *de Maurique* placuit assumere auctorem; alter Joh. Hurtadus, jure uxorio cognomen *de Sarmiento* & Co nit. de *Ribadavia*, in familiam intulit: etiam Comitum de Orgaz, cum *Guzmannio* epitheto, fator extitit, quorum series ab aliquot seculis haec est. Johannes Hurtadus de Mendoza Dn. de *Mendibil*, junxit sibi Mariam (filiam Alvari Perezii Guzmanni Dom. de *Orgaz*) atque ex ea suscepit Alvarum de *Mendoza* & *Guzmannum* Dn. de *Mendibil*, maritum Mariae Ruiz Dn. de *Santacara*, exque ea patrem Ludovici Hurtadi de *Mendoza* & *Guzman*; quo & Agnete Toletanâ (fil. Ferdinandi Toletani Dom. de *Villoria*) natus Johannes Hurtadus de *Mendoza* & *Guzman* Comes de Orgaz, Leonoram agnatam (Francisci de *Ribera Barroso*, Marescalli Castiliae Dn. de *Malpica*, ex Maria de *Figueroa*, filiam) conjugem duxit, pater ex ea Stephani de *Mendoza* & *Guzmanni*, qui ex Maria de *Figueroa* (Petri de Ribera Barr. Mar. de Malpica, Marcescalli Castellani fil.) Johannis Hurtadi de *Mendoza* & *Guzmanni*, ac foroem ejus Leonoram (quae Johanni Ludovico de *Silva* & *Ribera* March. de *Montemayor* nupsit) ambos de *Mendoza* & *Guzman* Com. de Orgaz. Spenerus *Theatr. Part. II. pag.* 64.

Orgia, Bacchi Sacra, adde: Celebrabant autem haec Orgia Bacchae, non nisi coronatae teritis hederaceis (Numinis insigni) nec fine serpentibus; qui saepe ex hedera & e sacris cistis emergentes & circumvoluti thiasis ac coronis musterum, ingentem metum virtis incutebant. Imò & *interpunctas cistas, coronasi serpentibus*, dicebantur, qui Mysteria haec obibant. Et verò signum Pandura, Assyriorum inventum. V. Jul. Pollucem *Onomast. lib.* 4. *cap.* 9.

Quinque chordarum insitrumentum, à Scythis est. V. eundem.

Sambuca, organi fuit genus, in quo chordae intendebantur, ut ait Festus. *Sambucistriarum* meminit Livius *lib.* 9.

Sistrum, oblongum erat, imâ sui parte manubriatum cancellatumque trajectis virgulis, & ut uno verbo dicam, incipit Pignorius, laminae ac praeterea nihil. Ejus iconem exhibet Auctor modò me moratus *Comm. de Servis.*

Sithyra, à Libybus excogitata est, Vossius *de Scientiis Mathem. cap.* 20. §. 5. V. quoque Julium Pollucem *loco cit.*

Testudo, ab Apolline inventa, aliter *chelys*: exhibetur à Laur. Pignorio *libro cit.* Unde ejus partes, *latera*, *cacumina*, *brachia*, *humeri*, *patulae*, *fulcimae*, *modulum*, *clympanum*, facilè cognosces.

Tibia, quòd vultum inflantis deformaret, à Minerva quidem abjecta est, fed non defuere, quae tollerent, *Tibicinae Tibicinem*, quorum unus, cum fidicine, Duillio à cena domum revertenti, praelire solebat, in memoriam primae victoriae navalis ab eo reportatae. V. infrà, in voce *Tibia*.

Tuba. V. *suo loco.*

Tympana, pelle vel corio fabricata, virgulâ percutiebantur, aliquando & manu impellebantur: Eorum icones habes apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* V. quoque *infrà.*

Orgax, nomen Familiae in Hispania illustris, quae Mendoziae stirpis ramus est. Hujus enim cùm duo praecipui sint trunci, alter Dominorum de *Felisa* & *Buitrago*, cujus princeps Petrus *Gonsalez*, in praelio ad Alhabarrota morte sui Regem servavit; alter Dominum de *Mendibil* & *Ribera*, Frarres in hoc posteriore, fuere Johannes Hurtadus Dom. de *Mendibil* & Hurtadus Diazius Dn. de *Fuentecha* & *Corgana*; à quorum illo genitus est Johannes Hurtadus; ex Maria Castellana, Johannis Hurtadi Dom. de *Mendibil* & Didaci Hurtadi Dn. de *Camere*, genitor. Is Didacus hic Hurtadus Marchiones *de Cannete* fevit: Joh. verò Hurtadus, cujus filius *Ruiz Diaz* Dom. de *Mercin*, dedit Mariam Com. de *Castrogeriz*, illius proápiae, cui etiam cognomen *de Maurique* placuit assumere auctorem; alter Joh. Hurtadus, jure uxorio cognomen *de Sarmiento* & Co nit. de *Ribadavia*, in familiam intulit: etiam Comitum de Orgaz, cum *Guzmannio* epitheto, fator extitit, quorum series ab aliquot seculis haec est. Johannes Hurtadus de Mendoza Dn. de *Mendibil*, junxit sibi Mariam (filiam Alvari Perezii Guzmanni Dom. de *Orgaz*) atque ex ea suscepit Alvarum de *Mendoza* & *Guzmanum* Dn. de *Mendibil*, maritum Mariae Ruiz Dn. de *Santacara*, exque ea patrem Ludovici Hurtadi de *Mendoza* & *Guzman*; quo & Agnete Toletanâ (fil. Ferdinandi Toletani Dom. de *Villoria*) natus Johannes Hurtadus de *Mendoza* & *Guzman* Comes de Orgaz, Leonoram agnatam (Francisci de *Ribera Barroso*, Marescalli Castiliae Dn. de *Malpica*, ex Maria de *Figueroa*, filiam) conjugem duxit, pater ex ea Stephani de *Mendoza* & *Guzmanni*, qui ex Maria de *Figueroa* (Petri de Ribera Barr. Mar. de Malpica, Marcescalli Castellani fil.) Johannis Hurtadi de *Mendoza* & *Guzmani*, ac foroem ejus Leonoram (quae Johanni Ludovico de *Silva* & *Ribera* March. de *Montemayor* nupsit) ambos de *Mendoza* & *Guzman* Com. de Orgaz. Spenerus *Theatr. Part. II. pag.* 64.

Orgia, Bacchi Sacra, adde: Celebrabant autem haec Orgia Bacchae, non nisi coronatae teritis hederaceis (Numinis insigni) nec fine serpentibus; qui saepe ex hedera & e sacris cistis emergentes & circumvoluti thiasis ac coronis musterum, ingentem metum virtis incutebant. Imò & *interpunctas cistas, coronasi serpentibus*, dicebantur, qui Mysteria haec obibant. Et verò signum Bacchicorum orgiorum fuit ὄφις τετιλαγμένος, *serpens Mysteriis initiatus.* Ubi vestigium aliquod sacrae veritatis, de Eva per serpentem seductâ, deprehendit Clemens Alexandr. *Protrept.* Namque & *Evaei* in his *orgiis* ululare Bacchi Sacerdotes consuevisse diximus supra. Nonnunquam verò *Orgia*, & pro, Instrumentis sacrorum, occurrunt. Quà notione vocem usurpavit Papinius Statius *Thebaid. lib.* 4. *versu* 785.

Qualis Berecynthia mater,
Dum circa parvum jubet exultare Tonantem,
Curetas trepidos: illi certantia plausibus
Orgia, fed magnis resonat vagitibus Ida.

Et Catullus,

Orgia, quae frustra cupiunt audire profani.

Ubi tympana, aut talequod fonitu cieno factum, intelligit. V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaidos lib. & vers. cit.*

Ori, pop. Asiae, Gedrosiis vicini, aliis *Oritae*: Arbi fluvio ab Indis discreti, Plin. Quos tamen Arrianus *in Expeditione Alexandri lib.* 6. Indis accenset: Καὶ ἄπερ οἱ τοῦ Σταλίκου τοῦ τῶν Ἰνδῶν αὐθεντικῶν ὅσα πεῖσαι ἦσαν αὐτὰ ἐπιτετεῦχει. Nisi fortè legendum, Ὀρείτων τε καὶ τῶν Ἰνδῶν αὐθεντικῶν: ut Arbitas intelligat, Oris vicinos. Idem quippe in *Indicis* Arbitas pop. ultimos Indorum esse ait; quod si verum, non inter Indos Oritae. Sicut autem Arbies, ita & *Oritae*, αὐθεντικοὶ erant ac fuis legibus vivebant. V. supra in *Ora.*

Oribatae, apud Firmicum *lib.* 7. *Erunt funambuli*, oribatae, *neurobatae* & *qui salia perrasilem*: Graecis sunt ἐφεδρατικοὶ κορυνοβάται vocat Hesychius, quos cum *neurobatis* perperam, ut videtur, confundit: inter Vett. fuere ὀνομαστότατοι, quod mirabiliceleritate per praerupta & acclivia scanderent, fic dicti. Salmasius ad *Flav. Vopiscum in Carino.*

Orichalcum, apud Horatium *de Arte*, Virgilium *Aeneid. lib.* 12. & Statium *Thebaid. lib.* 10. Graecis ὀρείχαλκος, *inventum ex aere*, verum nomen hujus metalli est, quod Romanorum vetustissimi, Plautus in *Milite* & *Tibullo*, Festus item *in Lexico*, tanquam ab *auro colore*, quem non pauci Scriptores ei tribuunt, *Aurichalcum* scripsere. Origo vocis inde, quia vetus erat fabula, è scrupulis montibus incendio correptis praestantissima metalla defluxisse. Ita Galliae montes, olim Rhiphaei, dein Olbii, nunc Alpes dicti, ut ait apud Athenaeum *lib.* 6. non optimus Geographus Posidonius, αὐτόματόν τινα ἐκπυρωθέντος ἀργύρου ὑπάρξαι, *silvâ per se incensâ argento profluxerunt*, & Strabo *lib.* 3. Idem de Hispaniae metallis agens, negat se illi fabulae fidem derogare, quâ fertur ἐν τῷ Πυρηναίῳ ὄρει ἐμπρησθέντος τοῦ δάσους ὑπὸ τῶν ἀρχηγετῶν ἢ τῶν ποιμένων ἀγνοησάντων, ὕστερον ἐκ τῶν ῥωγμῶν ἐξιέναι, ὥστε τὸ τῶν πάλαι μύθευμα τοῦτο μὴ πάντη δοκεῖν εἶναι μάταιον, *Pyrenaeo olim incenso tantum liquatum, tanta vis argenti, quàm quae auro fecunda est & in superficiem ebullisse, & properera nomem omnem atque omnem collectum materiam esse numnorum.* De Pyrenaeo faltu, simile quid scribit Diodorus *libro* 5. Et ne argenti solum ac auri metalla eo casu liquata credas, de aere quoque & plumbo sic Lucretius *lib.* 5. *versu* 1250.

Quidquid id eft, quacunque è causa flammeus ardor
Horribili furtim silvas exhorsit altas;
Ab radicibus, & terram percoxerat ipsi,
Manabat vivis fer venibus, in loca terrae
Concava, conveniens argenti rivus & auri,
Aeris item & plumbi &c.

Hanc itaque & *Orichalci* originem fuisse, volunt. Sed uti, qui ab aureo colore dictum putarunt, hoc nomine designarunt vulgare illud aes, quod cùm naturâ fit rubrum, admixtâ Cadmiâ flavescit, cùm apud Vett. *orichalcum* aliud fuerit aere longe pretiosius, nec multum infra auri pretium, infuper albi coloris: fic qui à montibus ei nomen & ortum esse contendunt, non magis certa loquuntur. De coetero, tam rarum inventu est nativum *Orichalcum*, ut Plato illud deficribat, tanquam ὀνομαζόμενον μόνον, *solo nomine notum*: Imo, an verè extet, aut verò unquam extiterit, jam inde ab Aristotele inter Scriptores res fuerit controversa, ut patet ex Apollonii Scholiaste *lib.* 4. *versu* 973. V. quoque Hesychium, Plinium, Tzetzem *in Hesiodum*, Etymologum, Phavorinum, Pollucem, Alios; è quibus Pollux, Τὰ δὲ ἤδη ὀρειχάλκου μέμνηται, inquit, οὐδενὸς ἢ νῦν τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, *Orichalci verò metallum hodieque nondum firmâ fide eveditur.* Tamen ex Demosthenis, i. e. è Demonesio Inf. prope Chalcedonem, pro *Orichalco* videtur esse habitum, ex Aristotele in *Mirabili.* ubi aes hoc è fundo maris effodi, & ex eo statuam Sicyone, in vet. Templo Apollinis, item alias, quae *orichalce* vocentur, in urbe Phenco conflatas esse, narrat. Idem fortè fuspicari liceat de aere Mossynaeco, quod Philosophus vocat λαμπρότατον κ. λευκότατον, *splendore & candore excellens*, quae duae funt orichalci notae characteristicae. Sed & idem fortè fuerit *Orichalcum* cum chalcolibano, quo modo vocem hanc interpretati Hieronymus Apocalypseos *cap.* 1. *versu* 15. qua de re V. fupra Paffim, inprimis in voce *Halmal*, & plura apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte posteriore. lib. VI. cap.* 16. *ubi Hasmal apud Ezech. aurichalcum esse probat.*

Orsenes, adde: Hinc omnia divina & humana Graecos accepisse, un-

se, unde & vocum plurimarum origines non aliunde arcessendæ, docet Georg. Hornius *Fastor. Philosoph. lib. 1. cap. 1.* Idem Deorum multitudinem ad alias Gentes, ex eodem Oriente transfiisse, demonstrat *cap. 4.* Cum autem pro parte Orbis sumitur, varia ejus notio. Apud Plinium *lib. 22 cap. 22. Scelymum quoque in libris reperio Orientis & alio nomine Limoniam appellavis &c.* pro *Gracia* ponitur, cui scolymum fuisse notissimum, patet ex illo Hesiodi, apud Aristotelem, ἐπὶ σκολύμου. Alibi ab eo exclusa Græcia, Eid. Babyloniam & Persidem Idem hoc nomine insignit, ubi de caryotis. In *Anal. Imp.* ubi de Jordane, Magistro Militum per Orientem, nomine *Orientis*, & ἀνατολῆς, non intelligitur Asia tantùm, ut quidam volunt, quod postea demum factum; sed *Ἀνατολικὸν διοίκησιν, Orientalis Diœcesis*, quæ primis & mediis Ecclesiæ temporibus, ab Asia min. & Asiatica Diœcesi fuit distincta, quæ quot provincias consisterit, infrà dicetur. Concilium Constantinopolitanum *can. 2.* Τῆς ἡ ἀνατολὴς Ἐπισκόπους ἀνατολικῶν διοικήσεων, φυλαττομένου ἐν τοῖς κανόσι τοῖς ἁγίοις Νικαίοις πατράσιν τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκονομίαν ἐν τοῖς τῆ Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόποις τὰ ἐν τῆ Ἀσίανῆ διοικήσει ἐκκλησιαστικὰ, Ecclesiæ Orientis Episcopus, ut Ἀνατολὴς, *Orientis Patriarcha* & τὰς ἀνατολικὰς διοικήσεις ἔξαρχος audiebat. Hinc & Ἀνατολικοὶ σύνοδοι, *Orientales Synodi* & Ἀνατολικοὶ *Orientales Episcopi*, qui illi Patriarchæ debuerint, nec quicquam habebant commune cum Asianis, qui Constantinopolitanum Patr. agnoscebant. *Orientem* similiter Latini, ut Græci ἀνατολὴν, eas provincias vocarunt, quæ Antiocheno Patr. subjacebant. Atque hæc pars Imperii propriùm olim Prætorio Præfectum habuit, ejusdemque Vicarium: nam erat vir XV. *Palæstinarum, Thebaicum, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palæstinam secundam, Palæstinam Salutarem, Phœnicen Libani, Euphratensem, Syriam Salutarem, Osroenam, Mesopotamiam, Ciliciam secundam, Isauriam & Arabiam.* Quanquam Cinil. Tyrius *Orientem*, ex Vett. auctoritate, *Antiochenam* diœcesin appellare fe feribat, de *Bello Sacr. lib. 3. cap. 18.* Erant autem supradictæ provinciæ omnes, sub dispositione Viri spectabilis *Comitis Orientis*; cujus curæ Secretum claris omnibus legitur, ad auxilium purgandi *Orientis*, in *L. una de Clarissis lib. 11.* Tit. C. At mendum hic esse, scripti Codicis Justinianei libri & impressus Theodosii codex, suadent: in quibus habetur, *ad auxilium purgati Oronis*, Est autem Orontes Phœniciæ & Syriæ fluvius, inter Libanum & Antilibanum exoriens, ut Plinius *lib. 2. cap. 11.* & Mela *lib. 2.* scribunt &c. V. Brissonium apud Joh. Calvinum *Lexic. Juridic.* Maxima Diœceseos hujus pars Imperii propriùm subest Imperatori, Augustæ re V. Auctorem Anonymum *Historiæ Orbis Terr. Geogr. & Civil. Part. II.* ubi *de Imperio Turcico.* At infimis Græciæ & cadentis Imperii temporibus, minor Asia, Ἀνατολικὸς Στῆμα, id est, *Orientalis provincia*, dicta est, unde hodieque *Natolian* vulgò appellant. Hanc Constantinus *de prov. Orientalis Imperii*, quinque his gentibus constare ait, Phrygibus, Lycaonibus, Isauris, Pamphylis, Pisidis: ἐν τῇ Ἀνατολικῇ παλαιᾷ Στῆμα, Φρυγῶν, Λυκαόνων, Ἰσαύρων, Παμφύλων, καὶ Πισιδῶν ἔθνη πεβδεκάτην, *Gentes duodecimam*, Eid. & Eutropium hominibus, ad quos veniebat, velut Deum quendam *exortum*, scribit idem in *Demonacle* &c. V. Barthium laudatum *Animadversion. ad Statium l. 1.* Quanto speciosior invisit nos *Orions ex alto*, cujus meminit infra prophetia Zacharias Sacerdos, apud Evang. Lucam *cap. 1. versu 78.* Διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν, ὃν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, *Ex intima misericordia Dei nostri, quâ invisit nos* Orions *ex alto* ; ad quem locum V. Bezam, aliosque.

Orientalis Ecclesiæ Codex Canonum, à Codice Ecclesiæ universæ seu Catholicæ, quo usus olim Orions, & quem Occidens in Latinum vertit, distinctus, editus à Græcis est habitâ Synodo Constantinopoli in Trullo. Quod cùm non attenderet Perronius Cardin. *in Responsi ad Magnæ Britanniæ Regem lib. 1. cap. 53.* Christophorum Justellum (qui Codicem Ecclesiæ Catholicæ restituit & vulgavit A. C. 1610.) imperitiæ & malæ fidei line causa arguit, quòd in Codicem Unive. Ecclesiæ Sanctiones Canonum non retulerit. *Cùm verisimilium sit*, verba sunt filii (qui eundem Codicem item publici juris fecit A. C. 1661. in *Bibl. Juris Canon. Vet. additis Canonibus Ephesini & Chalcedonensibus, Us omnes eruditi norunt, Codicem Ecclesiæ Universæ non debere confundi cum eo, qui nunc* Orientalis *Ecclesiæ Codex dicitur, qui à Johanne Tilio ecclesiæ ejus primum Lutetiæ, Anno 1540. ex MS. codice Ecclesiæ Pisanensis, unde illius fummi Viri tota argumentationis firmes corruat moles ipse, cùm facile lateant fundamenta. Et verè sua erat, cur in Justelli genuinum infringeret, ob canones Sardicenses, ab ipsa ter emendæ variæ vices comperissimum sit, Synodi Sardicensis Canones in illo primario Codice non existisse. Hujus adscriptio visi idoneus Dionysius Exiguus &c.* Constat autem *Orientalis Ecclesiæ* Codex, à Codice Canonum Eccl. Univ. dein Additionibus iis, quas ipse *Can.* 2. refert, quem editio Parisiensis satis prolixum Græce & Latinè repræsentat. Et quo patet, multata Trullanis Patribus Codici Eccl. Univ. effe addita, post Justinianum Imp. nempe *Canones*, qui vulgò *Apostolici* dicuntur, *Canones Sardicenses*, & *Canones Africanorum Concilii rum.* Porro Epiſcopo. rum & Patrum & Patriarcharum quorundam *Canones Epistolaque*, quia idem ab Occidentalibus factum videbant: Quæ additamen-

Atque Ovidius *Fastor. lib. IV.*

Hæc Dea placanda est, hæc ita conversus ad Ortus
Dic.

Et diserte id, atque præsertim, quæ de Templorum situ Clemens habet *l. 3. Unde etiam Templorum antiquissima respiciebant ad Occidentem ut, qui vultus stant ad imagines conversi, discentur versi ad Orientem*: confirmans Vitruvius *lib. 4. cap. 5. Ædes autem*, inquit, *sacræ Deorum immortalium ad regiones, quas spectare debent, si erunt constituendæ, sit, si nulla ratio impedierit, libertine fuerit positas, ades signum, quod erit in cella collocatum, spectet ad Vespertinum cæli regionem: ut qui adierint aras immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cæli orientem, & simulatrum, quod erit in ade; Et ita vota suscipientes contuentur ædem & orientem cæli.* Atque Apulejus *Metamorphos. lib. 2.* de Ægyptio quodam vate: *Tunc* Orientem *obversus*, & incrementa Solis augusti facis *imprecatus* &c. Ubi & Beroaldus ritum hunc notat. Et Lucianus *Tom. IV. de Saltat. pag. 107. Καὶ τί σοι τὸ τῶν Ἑλλήνων λέγω ὅσον κῦδος, ἐπειδὰν ἐκεῖνοι κατεύχωνται πρὸς τὸν ἥλιον, ἢ ὅταν ἐς τὸν ἑῷον ἀποβλέψαντες ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν εὔχωνται, ἢ ὅταν ἐς τὸν ἑσπέριον τρόπον τὴν ἀνατολὴν σπεύδῃς, ἀφορῶν ἐς τὸν ἥλιον ἀπάγοντα, Quid verò Græcorum gentes ubi commoverem, cùm Indi quoque, postequam manè à stratu surrexerunt, Solem precibus venerati fuerint, non quemadmodum nos, deosculata manu, perficiam precationem arbitramur. Verùm illi ad* Orientem *conversi, salutatione Solem consalutant*, &c. V. Tobiam Pfanerum *System. Theol. Gentil. part. IV. Cap. XV. §. 24. 27.* Sed & hoc ritu, eam famosam Templum, quod Gentilibus in usu effet, fecisse Israelita in Vet. Testamento interdicto, plura dicemus infrà, ubi de phasi *ad Orientem*, V. & supra de *Oranium situ* Addam hoc unum, ut Israelitæ olim ad Occidentem, Gentiles & Christiani vett. ad *Orientem* conversi adorabant, ita Muhammedanos omnes, quacunque in regione degant, Meridem versus (quòd Meccæ urbis, ubi Pseudoprophetæ sepulchrum esse vulgo creditur, Australis situs sit,) precibus suis defungi. Joh. Baptist. Tavernier *Relation du Serrail.*

Orions Consul, apud Papin. Statium *lib. 4. Sylv. 1.* cui tit. *Consulatus Imp. Aug Germanici*

——— *aperit Germanicus annum,*
Jamque oritur cum Sole novo ———

est, qui Magistratum auspicaret. Fuit autem hoc verbum Consulari Magistratui atque Cæsaribus addictum, ex imperio veteris Sanctionis, *Orions Consul Magistratum Populi dicat.* Qua de V. Veliu. in Longum cujus verba propositæ explicatæque Casp. Barthius *Adversarior. lib. 137. cap. 16.* Similis res titulus est, quem sibi Perfarum olim Reges arrogabant, ὁ ἥλιος ἀνίσχων, *cum Sole orions*, de quo V. supra ubi de *Chosroe*. Neque aliter de Regibus apud Indos Lucianus in *Necyomantia*, ὅτι ἡμῖν ἀνίσχοντος τοῦ ἡλίου ἀπαλλάξουσιν, ἐπειδὰν δὲ, ἢ ἀφανὲς ᾖ, ἢ δεδυκὸς ἦ, ἐνθυμεῖσθε, πῶς οὐδὲ ἡμᾶς ἀποδύσουσιν τὸν σκοτεινὸν τόνον, ἢ τὸ φῶς ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔχοντες ἀπέρχονται, *Quòd & Indogenem hominibus*, ad quos veniebat, velut Deum quendam *exortum*, scribit idem *in Demonacle* &c. V. Barthium laudatum *Animadversion. ad Statium l. 1.* Quanto speciosior invisit nos *Orions ex alto*, cujus meminit infra prophetia Zacharias Sacerdos, apud Evang. Lucam *cap. 1. versu 78.* Διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν, ὃν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, *Ex intima misericordia Dei nostri, quâ invisit nos* Orions *ex alto* ; ad quem locum V. Bezam, aliosque.

Orientalis Ecclesiæ Codex Canonum, à Codice Ecclesiæ universæ seu Catholicæ, quo usus olim Orions, & quem Occidens in Latinum vertit, distinctus, editus à Græcis est habitâ Synodo Constantinopoli in Trullo. Quod cùm non attenderet Perronius Cardin. *in Responsi ad Magnæ Britanniæ Regem lib. 1. cap. 53.* Christophorum Justellum (qui Codicem Ecclesiæ Catholicæ restituit & vulgavit A. C. 1610.) imperitiæ & malæ fidei line causa arguit, quòd in Codicem Unive. Ecclesiæ Sanctiones Canonum non retulerit. *Cùm verisimilium sit*, verba sunt filii (qui eundem Codicem item publici juris fecit A. C. 1661. in *Bibl. Juris Canon. Vet. additis Canonibus Ephesini & Chalcedonensibus, Us omnes eruditi norunt, Codicem Ecclesiæ Universæ non debere confundi cum eo, qui nunc* Orientalis *Ecclesiæ Codex dicitur, qui à Johanne Tilio ecclesiæ ejus primum Lutetiæ, Anno 1540. ex MS. codice Ecclesiæ Pisanensis, unde illius fummi Viri tota argumentationis firmes corruat moles ipse, cùm facile lateant fundamenta. Et verè sua erat, cur in Justelli genuinum infringeret, ob canones Sardicenses, ab ipsa ter emendæ variæ vices comperissimum sit, Synodi Sardicensis Canones in illo primario Codice non existisse. Hujus adscriptio visi idoneus Dionysius Exiguus &c.* Constat autem *Orientalis Ecclesiæ* Codex, à Codice Canonum Eccl. Univ. dein Additionibus iis, quas ipse *Can.* 2. refert, quem editio Parisiensis satis prolixum Græce & Latinè repræsentat. Et quo patet, multata Trullanis Patribus Codici Eccl. Univ. effe addita, post Justinianum Imp. nempe *Canones*, qui vulgò *Apostolici* dicuntur, *Canones Sardicenses*, & *Canones Africanorum Concilii rum.* Porro Epiſcopo. rum & Patrum & Patriarcharum quorundam *Canones Epistolaque*, quia idem ab Occidentalibus factum videbant: Quæ additamen-

Et *lib. 12.*

Illi ad surgentem conversi lumina Solem
Dant finges manibus salsas.

mentis, ex editione Parisiensi A. C. 1620. cum Balsamonis Commentariis, erudito Lectori exhibet Gerh. von Maestricht *Histor. Juris Eccl. num.* 189. Editus verò est Codex hic, ut dictum, à Tillio primum; deinde Elia Ehingero, ex Bibliotheca Augustana, vertebe ga A.C. 1614. tandem Parisiis A.C. 1620. Commentariis cum illustratur Zonaræ & Balsamo. Hoc autem inprimis de illo observa: præfatus Maestricht, in eum primùm sententias Patrum recipi & Canonibus exequari cepisse; postquam in Occidente Crescentius, Pontificum Romanorum Decretales, Canonibus primus miscuisse; illi quod Joannes Scholasticus Basilii Canones suo Nomocanoni addide it. Confirmatus Codex est Synodo Nicænâ II. circa quod tempus & in Occidente sui incrementa habuit Jus Canonicum, ut videre est apud præfatum Autorem, qui utriusque *Juris Historiam* accuratè persequitur *l. c.*

Orphanotrophi, qui praeponuntur *Orphanis* nutricendis, tanquam Tutores seu Curatores minorum: fecundum Justinianum *in l. Orphanotrophos, in princ. Cod. de Episc. & Cler. & in l. Omnia* De iisdem. Spec. *in tit. de Orphanotrophis &c. in fin. de his qui aliem. nom. in judic. inser. in verf. Orphanotrophos & in tit. de Instrum. edit. §. nunc verò aliqua, verf. 26. & 5. tit. verf. sunt etiam Orphanotrophi &c. text. in Authent. de alien. & emph. §. emphyteuseos verò per totum*, alibique passim. Locus vero, ubi filii illiusmodi orbi & parentibus privati nutriebantur, *Orphanotrophium* dictus est, cujus meminit Imp. *in l. illud, §. si quis vero & l. pennult. in princ. Cod. de sacrosanct. Eccl. & in l. omnia privilegia, Cod. de Episc. & Cleric.* V. Calvinum *Lexic.* Graece *ὀρφανοτροφεῖον*, quae vox igitur apud Salmonem in can. 8. *Concilii Chalced. p.* 332. ubi Episcopo non fubjici Monachos feu Clericos templorum ex *τῶν ὀρφανοτροφείων* ait. Item in *Collect. Conſtitut. Eccl. ex lib.* 1. *Cod. num.* 19. ubi donationes, Actis non infinuatas, quaead 500. usque nummos fierent, interalia, *εἰς τὰ ὀρφανοτροφεῖα*, ratas esse, dicitur. Eorum inventorem Hirtanum Judaeorum Principem Hegelippus facit. Oppue planè regium, unde & *Orphanus* non nisi ipfi Archonti curae esse etiam Athenienses voluerunt, patet ex lege Solonis, memorata Demosthenī *περὶ Παραδέξ.* Et *Orphanotrophi* munus in Aula Byzantina magni fuit habitum, ut quo frater Mi. haelis Paphlagonis Imp. ornatus legitur apud Zonaram. In quo verò id propriè conſtiterit, habetur in *Coll. ein. num.* 31 sed rebus in publicis labentibus, defiit, fub poſtremis viz. Imperatoribus, teste Godino, apud Sui. rum *Thesaur. Eccles.* voce *Ὀφανοτρόφος*. V. quoque Meurſium *Gloſſar.* Se. *Orphanus*, qui caret patre, praefidio.

Inlitore Thracio, quod Zone appellatur, florentes
Ordine plantas arbores agnas ille
Distinulas citharæ dedunxit Pieria.

In quo promontorio *arbores* illas *Orphei* Nicander quoque collocat &c. V. Salmasium *ad Solinum p.* 159. Paufanias vero *lib. 6.* & eum & Amphionem, etſi Thraces vulgo perhibeantur, fuiſſe tamen Ægypto oriundos, ac utrumque arcanis Magorum ſcientiis excellituiſſe, refert. V. Caſp. Barthium *animadverſion. ad Papin. Statium Thebaid. lib. 2. verſu* 455. Eius porro caput Lesbo appulſum, varticinari ſolitum fuiſſe, atque Cyro etiam Regi, cunaliquos illud conſultum Babylone miſiſſet, reſpondiſſe hunc in modum, Τὰ ἐμὰ, ὦ Κῦρε, σὺ Μέα, ὁ Cyre tua: quod Cyrus acceperit de locis, eoque ad Imperii incrementum retulerit: Oraculum autem de forte ſimilique vitæ exitu, quòd ut *Orpheo* contigit a Threiſſis, ſic Cyro à fœmina Scythica prædixendum eſſet caput, intellexerit, narrat Philoſtratus *in Heroicis*, in Phinoctere, qua de re V. Gerh. Jo. Voſſium *de Orig. & Progr. Idolol. lib. 3. cap.* 44. ut de *Orphei* Argonautis tum tu *lib.* 1. *cap.* 39. de ejus tetrachordo *lib. 2. cap.* 51. & *Orphei ætas ultra ætate lib. 4. cap.* 13. Ex illius autem doctrina, qualis Thracum fuerit Philoſophia, cognoſci poteſt: Multi enim olim Ὀρφικοὶ five Poëmata, juxta *Orphei* doctrinam, ſcripſere, Suidas in Ὀρφεύς. E' quibus maximè celebre nomen Onomacriti eſt, qui temporibus vixit Iſtiarum Piſiſtrati, de quo V. Herodotum *lib. 6.* Tatianum item *c. Gentes*, qui Poëmata, quæ *Orphei* nomine circumferuntur, ab Onomacrito hoc Athenienſi fuiſſe compoſita, decet, circa Olymp. 50. Iungitur adhuc apud varios fragmenta ex Ὀρφικῶν Scriptoribus, quæ collegit Henr. Stephanus *in Poeſi ſua Philoſ.* Sed maximè illuſtre illud eſt apud Juſtinum Martyrem, in quo de Abrahamo & Moſaicis Decalogi tabulis, quæ unde acceperit Onomacritus, non facile dictu eſt: niſi forte Auctor iſtorum non Onomacritus fuerit, ſed recens admodum *Orphicorum* ſcriptor, atque id non ſatis attenderit Juſtinus. In eo autem *Orphei* & Pythagorici differtantes, quòd hi per numeros, illi per fabulas, Auditores docerent, Proclus in *Theologiam* Platon. *l.* 1. *c.* 4. Ὀρφικοὶ μὲν συμβόλοις, Πυθαγόρειοι δὲ ἀκούσμασι τὰ ὅλα μανθάνειν ἐφιέμενοι, *Orphici per ſymbola, Pythagorici per iconas divina tradere ſtuduerunt.* V. Voſſium ſæpius laudatum *l. de Philoſophor. ſectis c.* 3. § 4. & 5. ut & *lib. de Scientiis Mathem. cap.* 32. *ubi ſententiam illorum, qui Aſtrologiam ab Orphei Gracia illatam, quia, ſyram ejus 7. chordis conſtabant*, 7. *Planetarum faciſſe ſymbolum contenderunt, refutat.* De imagine vero *Orphei*, in fundamento domus Plinianæ, Martialem *lib.* 10. *Epigr.* 19. & ipſum Plinium *lib.* 35. *cap.* 8. & c.

Orphici, V. ſupra in voce *Orphæus*.

Orphitus, addit: Deco Amm. Marcellinus *lib.* 14. *Orphitus*, inquit, *Præfecti prætaſtate regebat Urbem æternam*, id eſt, *Romam*, uti iterum *lib.* 16. 19. & 28. idem Scriptor eam vocat. Symmachus quoque *lib.* 2. *Epiſt.* 78. *Ut curulibus ſtabulis Urbis æternæ etiam quina mancipia largiamur.* Aulonius *præf. ad Faſtos ſuos*,

Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Johan. Roſini Antiqq. lib.* 1. *cap.* 2.

Orphitus, Conſul cum Ruffo, ſub Marco Imp. à quo *SC Orphitianum*, quod *Orationem D. Marci* nominant, qui jus novum intro ſuxit, ut matribus liberi ab intellato ſuccedant, qua de re Jul. Capitolinus in *Vita* eius, *Leges etiam aliquot de ſenatus conſultorum, de tutela liberorum, de bonis maternis, & item de filiorum ſucceſſionibus, proparte materna &c.* Item Conſul cum Maximo, anno 12. Imperii Commodiani, quo Imperator hic *Germanicus* appellatus eſt, apud Lampridium *in Commodo*. Item cum Atticiano ſub Claudio II. cujus meminit Trebellius Pollio, in *Vita* Claudii.

Orradus, Inſ. ſinus Perſici, in tab. Peutingeriana, ſortè pro *Aradus*. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 182.

Orſi, nomen Dei apud Persarum Magos, quatuor literis conſtans: Quemadmodum Marſilius Ficinus *Argum. in Plat. Crat.* notat, omnes Gentes atque linguas, præcipuum Dei nomen τέτρασι γράμμασι habere, & quatuor ſolum literis pronantiare; Sic enim Latinis *Deus*, Ægyptiis *Theut*, Perſis *Syre*, Græcis Θεὸς, Arabibus *Alla*, Mahumedi *Abdi*, Hebræis celebri nomine iſto tetragrammato, Magis *Orſi* &c. appellatur. Quem equidem literarum in divino nomine quarternionem etiam à Clemente Alex. *l. Strom.* animad verſum eſſe, obſervavit Tob. Pfannerus *Syſtem. Theol. Genul. puriorisc cap. II.* § 11.

Orſippus Megarenſis, quòd curſu eſſet ſuperatus, quia ἀσκέλης μὴν, ſeu ſubligaculum ejus impediſſet curſum; vel ut alii narrant, quòd cingulum decidere ſiviſſet, quò expeditiùs curreret ſicque victor evaſiſſet, in cauſa fuit, ut in poſterum ſine zona eoque prorſus nudi, in Gymnicis ludis, curſitarent. Factum id Olymp. 15. anno primo, ab Archonte Hippomene. Auctores rei Pauſanias *in Atticis*, Poëta incertus *in Anthologe*, Euſebius *Chron. lib.* 1. Anonymus Olympiadum ſcriptor, Iſidorus *Originum lib.* 18. *cap.* 17. Euſtathius *in Iliad.* Ψ. Nicas ſeu Etymologi M. Scriptor in voce Γυμνάσια, apud Gerh. Joh. Voſſium *de Gymnaſtica cap.* 3. § 43.

Orſtenburgum, addo: Olim ſub proprio Comite. Friderici enim Com. in *Spanheim* & *Orſtenburg* dicitur A. C. 1042. Hujus filii Sigfridus & Engelbertus I. Comitatum *Lavant*, à primi uxore, obtinuerunt. In Engelberto II. priotis filio, titulus *March. ſtriæ* acceſſit. Hic Ducis Carinthiæ ſui gener & plures ſuſcepit liberos, è quibus Bernardus dedit Comites in *Lavant* & *Spanheim*; Sigfridus Comites de *Lichenau* (qui, ditione in Bavaros transla. ta, defiere A. C. 1229.) fed Engelbertus III. Dux Carinthiæ creatus eſt, atque ex filiorum altero Ulrico reliquos Duces Carinthiæ (qui in nepotibus ejus defecerunt) tum Comites *Orſtenburgi* in Carinthia ac Sternbergæ (quorum hæreditas ad Cilienſes, ab his ad Auſtrios devenit) altero Rapatone ſive Rapoldo, cæteros *Orſtenburgios* in Bavaria, & aliquot hujus Palatinos, ſexti. Inter iſtos Sebaſtianus, duorum imprimis filiorum pater, totidem liberas orſus eſt: quarum altera, per Chriſtophorum propagata, in ejus filio Joach. mo (qui filium & nepotem, turbato Naturæ ordine, extulit) finem accepit A. C. 1600. altera ab Udone deſcenderat, cum filius hujus Alexander etiam duos genuiſſet, denuo in duas abiit. Hujus enim poſteritas in nepotibus deſiit. Illius pronepos adhuc ſupereſt Georgius Philippus, cui Majores hi fuere: Sebaſtianus Com. *Orſenburgi*, ex Maria (fil. Johannis de *Rorbach* Com. Neoburgi ad Oenum) pater fuit Ulrici Comitis, defuncti A. C. 1524. Hoc & Veronica ab *Aichberg* Baron. natus Alexander Comes deceſſit A. C. 1548. relictoex Regina Bianca de *Villa-ſpreſſion* Baron. filio Ulrico Comite, qui Catharinam Truchſeſſiam (fil. Georgii Truchſeſſii Dn. de *Waldburg*) ſibi juxtat atque ex ea ſuſcepit Georgium Com. mari um Annæ Mariæ Com. Leiningenſis atque ex ea patrem Georgii Reinhardi Com. cui Eſther Dorothea Baron. Criechingenſis, genuit Georgium Reinhardum (qui natali ſuo an. 1647. obiit) Annam Sibyllam (n. 1648.) Annam Eliſabetham (n. 1649.) Annam Dorotheam (n. & den. 1650.) Mariam Evam (n. & d. n. 1651.) & Georgium Philippum (n. 1653.) omnes Comites de *Orſtenburg* &c. Spencrus *Theat. Nobilit. Part. II. p.* 107. & in *Indice*.

Orthagoras, tibicen clariſſimus, à quo ut & Olympiodoro, eam Artem didicit Epaminondas: quemadmodum Proſomius Alcibiadem eandem docuit. V. Athenæum *lib* 4.

Orthoſia, cogn. Dianæ, apud Thraces olim cultæ, ſicque dictæ ὀρθὸν ἕστάναι, *ab erigendo ſeu dirigendo*, quòd paturientes, imò mortales univerſos, elevare ac ſedjutare crederetur, Herodotus *Melpomene*. Eandem & *Brito* apud Cretenſes dicitur atque utroque nomine Lunam ſimul ac Terram venerari iunt. Voſſius *de Idololi. lib.* 1. *cap.* 57.

Orthium Carmen, memoratur A. Gellio *lib.* 16. *cap.* 19. ubi de ſtidicine Arione: *Atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, ſtatuitque in ſummæ puppis foro, carmen, quod Orthium dicitur, vocisſuſtiſſima cantavit*: in quæ verba Jac. Oiſelius JC. *Carmen Orthium*, inquit, *ſive Orthius modus, ad accendendos animos exſuentesque trepidos in prælio, efficax erat & accommodatus: upon encenſus, ſonorus & ciaſſicus.* Ab ὄρνυμι id eſt, excito. Eodem canendi genere uſus Timotheus Alexandrum M. tanto belli deſiderio implevit, ut ſonertim ad arma profiliret, apud Euſtathium *in Iliad.* λ. Scholiaſtes vetus Ariſtophanis *in Acharnenſ.* eum ſic vocatum ait, Δᾷδ τὸ ὄρθιον τοῦτο ᾠδὴν ἔχειν: adducitque Homeri illud *Il.* λ.

Ἔνθα τῶν ὄρνυτο θοὸς μέγας Τε δορύ τε
Ὀβρὶ Ἀχαιοῖσιν, μέγα δ᾽ ἔβραχε ἴφθιμον ἐγχος.
Illic ſurgebat vir Deus altamig, horribilisque,
Orthium *carmen Achivis, magnum autem robur injiciuniuig.*

Suidas, Ὄρθιον νόμον τὸ Τερψάνδρου τοῦ ἐπὶ τοῦ νόμου λύρᾳ τῇ μεθύσῃ ἀναμιχθὲν Τέρπανδρος δ᾽ ἀναίλιος ἢ νόμος ὁ κίθαρις, Orthium modum & Trochaeum, *à rhythmis ſic appellatis Terpander; Evans enim inieuſ aerauer.* Meminit ejusdem Maximus Tyrius *Orat.* 7. *Nec enim in Muſicis unus eſt modus, aut unum tempus. Pulchrum in bello id, quod* Orthium *nominant: pulchrum in convivio id, quod Paroonium vocatur.* In ſaltationibus quoque Pyrrhica Ὄρθιος κόρος ex tibiis flatile adhibitum, docet Jul. C. Scaliger *Poetices lib.* 1. *cap.* 18. qui idem *cap.* 20. *tibias Syriacas audaciam atque impetum ſpirantes, ad leges Enthea & Orthias refert.* V. quoqu. Gerh. Joh. Voſſium *de Muſica cap.* 4. § 46.

Orthodoxa, apud Scriptores Eccleſ. dicitur, qui de Religione Chriſtiana rectè ſentit, ſeu ὁ ὀρθῶς ἐξων ὁ ὀρθῶς Ἀποστολικὸς δογματίων, *qui pro Apoſtolicis dogmatibus decernit*, ut Theodoretus ait *Prof. ad Dial.* Hinc κυριακὸν ἢ ὀρθόδοξον, *Dominica Orthodoxia*, aliter τὸ Ὀρθοδόξων συναξάριον apud Cedrenum, Βασιλεὺς Ὀρθοδόξως, *Rex Orthodoxus*, apud Joann. Curopalatem, dicia eſt Dominica prima Quadrageſimæ apud Græcos, quam iidem Κυριακὴν πρώτου τῆς νηστ. *Dominicam primam jejuniorum* Latini *Invocavit* appellant. Inſtituta à Michaële Imp. & ejus matre Theodora, ob Imaginum reſtitutionem. In cujus memoriam proceſſio cum crucibus & imaginibus hac die fiebat, prædicaba. turque memoria *Orthodoxorum* Imp. ac Patriarcharum. Inſuper Synodicum legebatur, hocque finito ſanctis acclamationibus Imperatores Antiſtitesque excipiebantur: uti pluribus vide. re eſt, apud Meurſium *Gloſſar.* voce Ὀρθοδόξια, l. Allatium *de Domi-*

Dominicis & Hebdomadibus Graecorum Sect. 14. & Cl. Suicerum *Thesaurus Eccles.* voce Ὀρθρος, item Ὀρθοδοξία.

Orthographia, pars altera Grammaticae Technicae sive Methodicae, de Scriptione est. Exequntur eam diligenter sunt eruditissimi Gram matici tum Graeci, tum Latini: Graecis Didymus, Tryphon, Herodianus, Eudaemon, Arcadius, Hyperchio & tot alii, quos laudant Stephanus καὶ πάνων & Suidas; & Latinis, Verrius teste Tranquillo & Velius Flaccus, Longus, quem Comelinus juris publici fecit, cum castigationibus Franc. Junii Biturigis. Item undecim alii, ex quibus ita collegit Cassiodorus: unde sic ipse verbibus iis, quos praefatoni subjunxit,

Omnium enim Veterum fere de Orthographia libellis,
Multa loqui brevi verser sin novitatis opus.

Hoc seculo quoque varii de illa scripsere, sed ut priorum industriam vicerat Aldus Nepos: ita eum & alios, longè post secuti quit, Claudius Dausquius, eruditissimus duobus de *Orthographia* librismultis etiam Vossius deca in *Originum opere.* Ad haec vett. codices *MSS.* item faxorum, nummorum gemmarum annulorumque Inscriptiones.' Convincere quidem hanc doctrinam vanitatis conatur Scipio Empiricus, *ea & Λόξοποιίαν*, sed quantitium hoc, quod in scribendi ratione fit dissentias. Pertinet ad *Orthographiam* quoque ratio tum interpungendi, tum scribendi Λόξῃ σημαινων five per notas, de quibus Eruditos consule. Et quidem de interpretatione Aldus ac Vossius: de Siglis Val. Probus, Marius, Petrus Diacono, de Notis, Tullius Tyro & L. Seneca scripsere: Eras & scribendi ratio Hieroglyphica, de qua Horapollo: Gerh. Joh. Vossius de *Philologia cap.* 4. 5. 11. & 12. V. quoque de unoquoque horum, *suis locis.* Addo Hetem de Vett. *Orthographia*, judicium Caspari Barthii *Animadversion. ad Statium lib* 2. *versu* 157. *Sunt illius* (*Ἐυθμίου*) *magnam habuit prisca Latinitas, nos aliter quàm nunc ab ea descendentes idiotismi, rationem, non vero cum vecenie infra prorsus nullam: Est quam pauci generosique homines haberemus, quantos putes Lar-valium pulvereatrumque Lamiarum nos clamores sequuturos? At Orthographia* viris olim magnis parum solicite curata. Suetonius de & in *Octavio cap.* 88. *Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi a Grammaticis inspiratam non adeo confodit: ac videtur ejus, inquit, sequi potiùr opinionem, qui perinde scribendum, ac loquamur, existimens.* Porphyrius de Plotino similiter, nihil eum pensi habuisse scribit, ut nitide aut eleganter scriberet: divisionem syllabarum neglexisse: regulas *Orthographiae* parum curasse: ad solam denique mentem animum attendile &c. V. Casaubonum ad *Suetonium d. l.*

Orthomarmoria, Gr. Ὀρθομαρμόρωσις, dicebatur parietes marmore opterindi exercitium: quam enim variis rebus foleremt Vett. dominorum parietes ornare, aut picturis eos condecorabant, & coloribus udo tectorio inductis; aut deaurabant; aut marmore operiebant, quod genus Ὀρθοστασίς & ὀρθομαρμώσεως vocabatur; aut interrallo pierunque marmore, vermiculatisque ad effigiem animalium cruftis peppendebant, Salmasius ad *Vopiscum in Firmo.* Hinc Codinus, *Ἐυὸ τινες ευκοίνους ἢ ὀρθομαρμωσεως ἢ ψῶν*, de triflo loquens: & paulo post, *ἐκέλευσε ἢ ὁ βασιλεὺς τὰς ὀδοιπορικὰς ῥάσεις τῆς τε κατω ἀλλ ὑψηλὰν πανταχῆ*, ubi πανταχοῦ, ὀρθομαρμώσεως & πάντων diligenter distinguit. Licet enim eodem opere sola, parietes & cameras condecorarentur, propriè tamen πάντων vocat, quod in solo ponebatur; ψαντάκων, quod in cameris & pendentibus; ὀρθομαρμώσεως verò, quod in parietibus. Unde in loco poster. ὀρθομαρμώσεως & πάντων sunt *parietes & pavimentum.* Ὀρθοστάσεις elegantiores Graeci vocabant: Nam de pavimento ῥάσεις dicentes, de parietibus vocem ὀρθοστασεις adhibuerunt. Inde ὀρθοστάδιος, apud Hieronem de Ponderibus & Mensuris, h. e. *crustis marmoreis & laminis inductis.* V. eundem Salmasium ad *Spartianum in Nigro*, & hic passim, inprimis ubi de *Parietibus* & *Tessellato* opere.

Orthopale, Graece ὀρθοπάλη, aliter duabus vocibus ὀρθὴ πάλη, lucta est, quod inter stantes & rectas ageretur, hinc dicta. In hac vicille erat adversarium solo dejecisse, quod ἀνάστασιν communiter, propriè ῥίψιν dixere; ut contrà victi ignominia, cecidisse. Unde responsum Laconis, de antagonista, à quo Olympiae victus erat, *ἐμὲ νικᾷ ὁ πεσὼν ἀνατρέπων*. Itaque tupplantare & subvertere omni arte aliter quàm quaerebant: Hinc ὦν ἐκτὸς ὑποῤῥίψας, Theocrito dicti in *Heracleum*: Secus omnia in pancratio, in quo & succubuisse erat artis. Etenim dejectus & solo prostratus paneratiastes, pugnabat tamen, & quasi mordendo, qua depilando, qua fauces stringendo, saepe victorem antagonistam adigebat, victum se fateri: Unde luctatori cavendos exhortamur, ipsi ab arte affectabant; nec, ut in *orthopale*, qui cadebat, victus erat, sed qui prior omnium desponderat. In lucta porro non nisi per dejectus ab adversario victus habebatur, qui tum digitum solebat ἀνεβίνειν, *tollere.* Seneca de *Benefciis, lib.* 4. *cap.* 3. *Curior meam prior coningis, velocitate alium non animo, antevesit. Inluctari me dejectus perdidit palmam, non tradidit.* Atque hoc σύπεσιν, item κατατάδιν dicebatur, Plaudute fte. Hinc de Clitomacho, invicto luctatore, *Epigr.*

Τὸν σοφὸν ὧδε κλειτὸν ἀνικήτου παλαίσματα
Λαΐδος τὰν σοφὰν ἐδ ἐξέπεσεν ἐκ πάλας.

Tertiò non quil vere humeros inquina vit, sed luctatus,
Ut non cadere &c.

Et de Venere, Sophocles,

Τὸν δ' ἀκάλαστον ἐν τοῖς ὀρθοῖσιν θεὸν,
Quem non luctando ter dejecit Deorum?

metaphorâ à luctatoribus ductâ, qui ter dejiciendo adversarios vincunt &c. V. supra in voce *Nexus*, item *Rodi.*

Orthoplumus, seu *Orthoplumeus*, ex hybrida voce Graeca Ὀρθόπλουμος, pannus est *vestis plumis* variegatus, operaque plumato distinctus. *Charta* donationis factae Ecclesiae Cornutian, celsa à Suaresio: *Vela holoserica alba auricolara*, Orthoplumea *duo* &c. apud Car. du Freine *Glossar.* V. de plumarum in vestibus usu, infrà in voce *Plumus.*

Orthospana, adde: Hinc trivium erat, quod Bactra ducebat, Strab.

Orthostadia, Aristophani vocatur, quam *Tunicam Confectionem*, quae non accingitur, nuncupat Jul. Pollux *lib.* 7 *cap.* 13. Erat illa utrinque manicata, longioribus manicis, arctis, ad pedes usque descendentibus. Qualem podere longi, orem elique superinjectam, laevâ deorsum porrectâ velut fustinet, aliquantisper attollens ad femur, ne gressum impediat elevati pedis, Vellalis Virgo, in Imagine Galvaniana, quam insigni commentario illustravit Fortun. Licetus *de Lucernis lib.* 3. *cap.* 83.

Ortilibenses, inter Valdenfium epitheta, quibus hi olim aspergi consuevere, *Ortolevi*, in *Conssius.* Friderici II. c. *Haeret.* V. Raynerum *contra Valdenses c.* 6.

Ortyga, moneta Danica, 2. obolorum, c. da Freine.

Ortygia adde: Hodie vero, cùmager ejus non conseratur, nil mirum, quòd, ea defertâ, coturnicum proximas insulas demigraverint. Jac. Sponius *Itinerar. Part.* I. p. 174. Eodem porro huius avis vocabulo Graeco, Ὀρτυγοκόπτα ludi quoddam genus dictum est, in quo *coturnicibus* in orbem collocatis earum capita per vices feriebant, quique in gyro coturnicem prostravisset, ordine reliquas capiebat: qui vero aberrasset, alteri coturnices ferriendas cedebat, uti docet Suidas.

Orvalium, Gall Orval, nomen castri in Gallia, cum tit. Comitatus. Illustrem Orvaliae Familia Bethuniae dispiratimus, cui ortum praebuit Franciscus Com. de Orval, filius, è secundo matrimonio, Maximiliani Ducis Sullii, qui sub Henrico IV. magnâ auctoritate fuit & secundis nuptiis sibi junxit Rahelem de *Cochefilet* (fil. Jacobi de *Cochfilet* Dn. *Vaucelas*) ex ea pater, inter alios, Franciscipraedicti, qui uxorem nactus Jacobi Caumontiam, (fil. Jacobi Nompatis Caumontii Duc. Forcai, Mareschalli Galliae) familiam propagavit. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Pars. II. pag.* 676. V. quoque supra, ubi de *Bethunia Familia.*

Orus, adde: Aegyptiis eundem ac Apollinem, five Solem, fuisse docet Diodorus Siculus *lib.* 1. & Macrobius *Saturnal. l.* 1. c. 21. Apud Orapollinem legase 17. ita dictum ὁρὸς τὸ φῶς κρύπτει, quia *praestihoris*, five quatuor anni temporibus. Sed Vossius contra, *Horis* nomen ab *Horo* contendit: quod propre Sol, Meronymicè vero *tempus*, ut Exotianus exponit: five *annus*, ut Diod. Siculus interpretatur *lib.* 1. & Plut. *Sympof. quaeft. lib.* 5. *quaeft.* 4. Item Helychius. Sol verò ὥρος, ab Hebr. אוֹר, id est, *Sol*, unde & Latinum *oriuntur*. Vel potiùs, cùm os in ὥρος solùm sit vocis productio, erit ὥρος ab אוֹר *lux*, est enim lux mundi praecipua. Ac quemadmodum ab ὕδωρ, quo *Sol* denotatur, praenomen *Helios* venit, quod crebrum est in lapidibus antiquis: ita & Apollinare Ori nomen hominibus attributum est. Sanè Orus verus quoq; nomen est Regis ac Grammatici: Atq; ut ἀπὸ τοῦ Διὸς proprium est nomen Διογένης, quasi *Jovigenam* dixeris: sic ἀπὸ τοῦ Ὥρου est Ὡρογένης, quasi *Origenam* appelles, h. e. Ore five Ori *genium*, nomen viri in Ecclesia veteri celebris, qui Alexandriae natus ac educatus, ubi Orus five Oras pro Numine, inde sine dubio nomen accepit. V. Gerh. Joh. Vossium Orig. & Progr. Idololatr. *lib.* 2. c. 10. ut & in voce *Horus.*

Orynges Equi, apud Oppianum de *Venatione lib.* 1. equi sunt varii, de quibus ita scribit,

Δοιὰ δ' ἐπ' Ὀρύγγων τελέθει πολυειδέα κρίσις,
Τοὶ μὲν γὰρ θοῦροι, κρατεροῖς ἀγαλλόμενοι ἴνεσι πάντα
Τετραπέδοις ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ χθόνα ταρσοῖς,
Τύρσεσι τοι ἐοικότες ὑψόθεν ὀγκηθέντι.
Τοὶ δ' ἅμ' ἐπ' ἀντιπόδεσσι κεκασμένοι ἔμμεν ἀπ' ὄκνου
Σῴζουσιν τύποισιν, ἀμείλικτοι δὲ μάλιστα.

Duplicia verò Orygum sunt florida genera,
Alii nanè, collum & pulchris crinibus lata terga
Infignisi fane, longis conferim ungula virus,
Tigridet ut velocet, pernicas Zephyri fobolet.
Ast alii rotundis in orbem variantur
Signilis denfis, quamodo pardi.

Illud Ὀρύγγιδ ἐκ, *figna* vel *figilla* vocat, notas pilis eorum impressas. V. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* 11. *cap.* 7. & 8. ut & infrà, ubi de voce *Varius.*

Oryx, unicorne animal, Aristotelis *lib.* 2. *cap.* 1. & Plinio *lib.* 11. *cap.* 46. quorum hic ponit in cenfu caprarum fylvestrium, quas ut doceat in plurimis figuras transfigurari, poslquam caprearum memo-

memorave & ruplexpras & ibices, *Sunt*, inquit, *& oryges, sed quibusdam diffi cultatem pilo vestiri & ad caput verso*. Columella tamen cervis videtur accenere, cum *lib.* 10. *cap.* 1. ita orditur, *Fere pecudes, ut capreoli, dam æque, nec minùs orygum cer vorumque genera*. In Africæ defertis, mirabilis erat Orvx, ad remedia fitientium: Namque Getuli latrones eo durabant auxilio, repertis in illius corpore fulubertimi liquoris veficis, Plin. *lib.* 10. *cap.* 73. Idem ab Ægyptiorum Hieroglyphis magni fiebat, ob fiderum lem fcientiam: Quippe, ut Canicular *ftermiamonio*, ita Lunæ Solisque errum, *clamoris* incondito fignificabat, aut *alvi* dejectione, Ælian. *lib.* 7. *cap.* 8. Plin. *lib.* 2. *cap.* 40. Plut. *de Solertia animal.* &c. Q. a ipfa de causa fuit hieroglyphicum immundities & ab Ægyptiorum Sacerdotibus folus edebatur ὀνεφαγείν, Opus *in Hieroglyph.* ubi ὀνεφαγία eor victimam Scaliger exponit, quas frons cultro fignata non fuerit, ex more Romano, cum de Ægyptio fit intelligendum. Quod fit autem his ὀνεφαγίαις & ὀνεφαγείν κτενών, & quomodo iolitifuit Ægyptii Sacerdotes probare ac fignare victimas fuas, docet Herodotus *lib.* 2. *cap.* 38. nullum nempe κάλλος ἀνείμητον, excepto oryge, edebant. Eosdem Regibus fuis offerebant donarii loco Indi, apud Ælianum *lib.* 13. *cap.* 25. In Ptolomæi pompa, apud Athenæum *lib.* 5. orygum bigæ feptem erant: in vivariis Romæ furfle, colligitur ex Columella *lib.* 10. *cap.* 1. in cœnis, ex Juvenali *Sat.* 11. in Amphitheatris, ex Martiale *lib.* 13. *Epigram.* 95. *Orygis* porro cornu Sithiæ, & Æthiopes & Struthophagos, pro armis ufos effe, notat Agathar chides *cap.* 26. Græcos ad pacis artes, ut qui ex eo citharaium cubita faciebant, Herodotus *lib.* 4. quas *phœnices*, i. *punicæ* inde dictas, conjicit Bochartus, quia orygum cornua ex Africa & Getulia, Pœnis deferentibus, habebant, Plin. *lib.* 10. *cap.* 73. Sed & ex pelle orygis citi æ fiebant, id eft, minora Mauroruni fcuta, ut Juvenalis Scholiaftes auctor eft, *Sat.* 11. Nec omittendus Heliodori locus, quo Perfina *ν.* hinus Regina, in facinicia & convivia adhibuiffe legitur, *βοῦν τε ὀρύκτα, καὶ ἀντὶ τοῦ πεκτοῦτου, ὠνόμασε τὸ ἐκ γενείων, βοῦν γεγεῶς & ορυκτὸν & ὄνιον ὀρυγμένον & cuumicum* &c. E quibus cum conftet abunde, oi in Oryges notiffimum fuiffe animal, & in Africa maxime multi ufus, minum eft, illorum hodie ne tenuiffimum quidem fu, ercfle veftigium. Nifi quis *Oryzon* effe fpecies put, cuiconmes illas apras, quas in monte Carpatho, Bulgaria & Segeftana, defer bunt Strabo, dixit. Falfitur enim Belhonius, cui Arabum gazellæ bi.onne, circa montem Sinaë albi, funt Vert. oryges, cum Arabice gazel, vel gazal, potius, nihil quidquam fit, quam caprex hominulus. Quod vero *Orygon* Oppiani attinet, *Cynegeticon lib.* 2. *v.* 445. ubi illum defcribit, lactei coloris tantiq; roboris, ut taurum, ut & leonis impetum fuftinere audeat, non propterea oryx is ab aliorum oryge diverfus eft, Namque fieri potefl, ut illorum aliqui dorcadum colorem habeant, quod Hefychius vult, alii latiori, aut eum colorem, quod Oppianus; quomodo etiam in dorcadum genere plurycerotes aliquando totæ albæ funt. Et, præter Oppianum, ut animal pugnacifimum, Orygem defcribit Materialis *lib.* 13. *Epigramm.* 95.

Matutinarum non ultima præda ferarum
Sa vus oryx, conftat quot mihi morte canum?

Nec obftat, quòd idem orygem bicornem facit, non enim omnes illorum unicornes effe, fed & quosdam bicornes, imò quadricornes, refert de India Ælianus *lib.* 15. *cap.* 14. Plus videtur effe virium, quod Oppianus orygem fuum non multùm minorem rhinoceote effe ait. Sed & orygem accedere conuevifle ad bovis magnitudinem, Herodotus tradit *lib.* 4. *cap.* 192. Hinc bigis jungi confuevifle, leginus apud Athenæum *lib.* 5. *cap.* 7. & equi vices præftitiffe, prifci Ægypti Regibus, Horus *Hieroglyph. lib* 1. *cap.* 46. ubi illos *ἐπιτηδειοτάτους τοῦτο τῷ ζώῳ, inftantes huic animali*, defcribit: aut faltem Horofcopo, h. e. horarum inspectori, qui orygi infidens, Reges monuerit de proximo eventus tempore, ut illi hæc verba intelligunt, pro *ἐπιτηδειότητος* legentes *ἐπιτροπείωῳ*, fc. τῷ Ὡροσκόπῳ. Certè Oryx è capraruni fylveftrium fuit genere, fed ita ut cervi naturam ac ftaturam magis accederet. Unde orygem cum cervis recenfet Columella *lib.* 10. *c.* 1. Etiam apud Plinium *l.* 11. *c.* 37. *cervi fabulonis* nomine orygem fignificari multis contendit Salmafius *ad Solinum* atque in hanc rem citat hoc ex vet. Glofiario, *Subiones, ἀγροικοι, θηρία, ἢ μᾶλλον τὰ ἄγρια & ἀνήμερα ἰσχυρότατα, τοῦτο ἐστὶν ἀγρία*. Nam ὠνὸς propriè Græcis, illud notat inftrumentum, quod *oppanum* Latini vocant, item *fabulonem*: Unde *oryx* & *fabulo* dictum id animal, quia cornu habet inftar fubulæ, aut inftar τοῦ ὠνοῦ, five fofforum, five lapicidarum; adeo quidem durum, ut is velut gladiis ferreis in pugna uti facrint Simi pop, veluti diximus. E quo obiter notandas Lampridius, qui virium ad conficiendas feras tantarum fuiffe Commodum fcribit, *ut orygis cornu hafta transmitteret*. Patriam quod fpectat animalis hujus, in iis, quæ ad Tritonis flum. ortum in Africa procreantur, recenetur Herodoto *lib.* 4. quemadmodum & Plinius Africæ adfcribit *lib.* 10. *cap.* 73. Alii Æthiopiæ interiori vindicant, Strabo *lib.* 16. Diodorus *lib.* 3. & Theodorus *lib.* 10. Sed & Ægyptium fuiffe, aut ſaltem Ægyptiis notiffimum, refert Plinius idem *lib.* 2. *cap.* 40. Ælianus *Hiſtoriæ lib.* 7. *cap.* 8. Alii &c. V. plura hanc in rem, apud Bochartum *Hierozoici parte pr or. Lib. III. cap.* 27. ubi de *Rheem* & *cap.* 28. ubi de *Tho*, vel *Theo*; nec non Claud. Salmaſio in *ad Solinum paſſim*.

Oryza, quid fit, diximus ſupra in voce *Orizæ*. Addo hic faltem, eam magno numero Aſiam, atque in has Regnum Chinæ inprimis optimam educare. Sed & in hoc ipſo varia eſt. Ad *Kienchang* certe in prov. Kiangſia ereſtet adeò præ reliqua totius regionis præſtans, ut ad ipſum inde Imperatorem deferatur, *argentea grana* quorum incolæ. Eidem potu *ex oryza* utuntur, adeò præſtanti, ut neab Europæis quidem ibi vinum, nili ad Euchariſtiæ facrum uſum, requiri ſoleat. Auctor Anonymus *Sinæ & Eur. cap.* 32. & 36.

O S.

OS. in notis antiquis, *Omnes*: Os. C. *Omnes conciliant*, deno, tat. Franc. Gualdmannus.

Os, nobile corporis humani membrum, cùm *jumentis vice manus datum ſit ad colligenda pabula*, Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. hominī ad cibum quidem etiam ſapientum, fed inſuper ad ſubtimiora longeinfervit. Unde *os prohum*, cum quadam ſc. majeſtatis ſpecie morum integritatem ac probitatem indicante, in Pompejo præcipue commendat idem *lib.* 7. *cap.* 12. Hominisque libri apud Romanos ex verbis inare legi ceptum. Quod cum Lucretius obſcedamentorum haberet, fervum comitem trahifle crumenam pienam aſſium portitantem, &, ſi quem depalmaſſet, numerari ſtatim ſecundùm XII. Tabb. viginti quinque aſſes ejdem juſſiſſe, legitur apud A. Gellium, dignus utique graviore poena. Illi manum admoviſſe adoratores olim, unde hodieque in ſalutando eis ritus retentus, diximus ſupra. Modeſtiæ tamen causa illud abſcondebant Thebanæ mulieres, *προσωπεῖα* geſtantes, quibus facies tota, oculis exceptis, tegeretur, teſte Dicæarcho *Vitæ Græciæ* libri Secundo apud Athenæum deſcribit. Similiter in magnis myſteriis os *ſignabant* Epoptæ, quibus ſilentii neceſſitas hoc ſymbolo indicita, uti ex Tertulliano diſcimus, & Græce μύειν, unde *myſterium*, hoc idem ſignificat. Eodem modo obligatum obſignatumque os Angeronæ ſimulachrum habuiſſe, legimus apud Plinium & Macrobium: quam in rem egregia habes apud Salmaſium *ad Solinum p.* 8. eundem *ad Spartianum in Hadriano*, ubi de Eleuſinus Sacris, & Cl. Sa cerum *Theſ. Eccleſ.* voce Μύειν, item *Mor ingus*, nec non hic quædam non uno loco. Sed & in lucta comprimebatur, qui ritus deſcribitur Statio *Thebaid. lib.* 6. *verſ.* 194. ubi de Archemoro funere:

At genitor ſuperis, decus, cultuſq; Tonantis
Injicit ipſe rogis, tergoq; & pectore juſſam
Caſtarien fore minus, ſtellis, jacentis
Obnubit tenuis ora comis ac lania ſicus
Verba ipſo miſcens

Imò nec *os* fuiſſe ſolum, ſed totum corpus cadaveris, tegebant capillis delectis. Pedo Albinovanus *ad Liviam*,

Non animam appoſitis ſugientem excepit hiatus,
Nec traxit cæſas per vias membra comas.

V. decæſis & funeri impoſitis capillis ubertim, qui Luctus & Sepulcralia deſcripſerunt, magno numero laudatos Barthio *ad Claud. Sed & Ora premebant* ſuorum defunctorum Veteres idem Statius *Thebaid. lib.* 3. *v.* 154.

*— — — —

Ionem Archidiamum, ab illo *Chrysostomi nomine* insignitus. Galfridus de Vinosalvo ad Innocentium III. Pontif.

Esto quod in verbis sua hic est illa figura
Aureus & totus resplendeat: Os tamen ejus
Non stipe, sed vitro, tu præjudicat aurum.

De S. Ildefonsio eadem habet Isidorus, apud Car. du Fresne *Glossar.* quem vide.

Os Porci, seu *Bucca Porci*, cognomen Sylvestri II. apud Dietmarum, laudatum Dominic. Macro in voce *Papa.*

Osa, vox recentiori ævi, Germanis & Cambrobritannis *Hosen*, Gallis *Heuse* & *Houseaux*, Italis *uosa*, apud Joh. de Janua *genus quoddam calcamenti, dictum ab Os, ossis, quod primo de corlis bovum Osa facta fuit.* Paulus Warnefridus *lib. 4. cap. 23. Positea coperunt Olus sui, supra quas equitantes syrogus byrreis misiebantur.* Apud Isidorum est *Ossa*: ita Adalbero Laudun. ad Robertum R.

Ossa superficiarium diffusa dorsum.

Apud Monachum Sangallensem de *Carolo M. lib. 2. Hosse*, quam Ibi *Gallicham* Latine & *Ocream* dixit. Apud Matthæum Paris. A. 1247. *Heuse, calceamentum militare*, in *Concil. Parisiensi Hosela, calceamentum secutare* &c. Latinis *Tibialia. Crurale, Caliga*; quæ tamen voces hodie à priſtina ſignificatione degenerarunt, neque *Hosa* nunc aliud quid est apud Germanos a Gallosque, quam bracca Veſti. Hinc *Hoſenbinde*, Germ. *Hoſenband*, fasciæ crurales, quarum meminit in *Epistolare* Synodali Concilii Duziacensis I. *Inde unus ex ad. stantes & baltei, & calcaria atque ligaturas Hosarum, quæ* Hoſenbindas *dicunt, fieri juſsit*, apud Car. du Fresne *Glossar.*

Osanna, acclamatum DOMINO noſtro Hieroſolymam adventanti, *Σῶσον δὴ ἡμᾶς*, *Osanna ſilio David*, ex Hebraeo הושיעה נא *Hoſchahana*, compendio ſermonis dici, apud Hebræos, conſuevit, in acclamationibus, pro *Hoſchina na*, *Nai σῶσον*, *Serva obſecro.* Id enim moris in omnibus linguis obſervamus, ut in ejusmodi caſu, ſicut & ſtatuarum inſcriptionibus, ſententiæ ſemiplenæ efferantur, atque audientibus relinquantur ſupplenda verba, ad ſenſum perficiendum neceſſaria. Cujusmodi acclamatio illa apud Lampridium *Severo, Juveni Imperatori Patri Patriæ, Pontifici Maximo*, ſupple *ſalutem precamur*, aut tale quid. Et ita ad Pertinacem, *Gladiatorem in ſpectaculis*, ſupple, *poni volumus.* Et *Dictatori ad Leonem*, Et, *Diletto ſuribus notato.* Et, *Victoriæ Populi Romani feliciter*: Fieri militum feliciter: nempe *evenire optamus*, vel *ſperamus.* Apud Evagrium *lib. 2. cap. 17. Αὐτοκράτορα ζῶντα ἐπὶ πολλὰ ἔτη, Zæ ni multos annos* &c. Quare & hæc acclamatio Servatori facta, *Osanna, filio David*, ſic commodiſſime accipitur, *Servum quæſo, ô Deus: Filio David*, hoc precamur. Votum namque hoc cùm Populi Judaici, Regi Meſſiæ tacta præeuntis, ſperabat à Deo, illi benedicenti, cùm ea ipſa arguit, tum à doctis viris probari ſolitum eſt. Nec inſolens hic tertius caſus, *Filio David*, quum verbum Hebraicum, unde eſt *Hoſanna* ita ſæpe conſtruitur, ut in ſimili modo loco Pſalm. 86. *verſu 16.* הושיעה לבן אמתך, quod poſſis vertere, *Σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου.* Graeci interpretes, *Δὸς τὸν κράτος τῷ παιδί σου.* Et hæc interpretatio ſimpliciſſima. Sed & aliter hæc dictio etiam acci, i poteſt; quoniam, ut dicit varii Camminus, in ſcriptis Rabbinorum, ex hac dictione nomen fit הושענא, cujus plurale extat in *Rituabilibus* illorum; cum dicunt, הושענות לסוכות *Hoſanoth leſucchi*, id eſt, formulæ Hymnorum ultimæ, celebrando Feſtu Tabernaculorum, 7. dierum: quorum ſingulis habent ſibi proprias *Hoſannas*, quæ dicuntur, *Hoſanna primi diei, Hoſanna ſecundi* &c. Sic aut m & Hymni illi nominantur & frondes arborum, puta, palmæ, oleæ, aut ſalicis, quas tenere manibus per illos dies ſolebant. Quia ſubinde repetita ea formula, *Hoſchianana*, vel *ana Hoſchianana*, & ſimiles quidam verſus intercalare, quibus hoc verbum inſit. Sic itaque in his, *Osanna filio David*, vocem eam ſic interpretatur Caſaubonus, ut ſit idem ac *pium*, quod pomentis cachinnis Jonathan ex ſuſpavit: Tumque ſupplendo locutionem imperfectam verba illa ſic capit: *Hæc baja ſive termines palmæ olea ve aut ſalicis, aliaſque arborii frondes, in honorem ſilii David*; viz. *ὑφάσματα καὶ κλάδους, ſtellamus & vibramus.* Moris namque apud Vett. ut quorundam teſtorum pompam ducentes, olivæ termites geſtarent, hinc ἐκκλησίαζειν, etiam Chryſoſtomus meminit, *in Annum Serm. 3.* ubi eos conjungit ἀγγείοις & χορηγοῖς. Aliquando & plurium arborum frondibus & fructibus concinnabatur quaſi faſciculus levis, quem geſtabant, ut fuit illa quæ dicebatur Athenienſibus Ἐξετηρία, & hæc Judæorum *Hoſhana*, quam propterea cauſam Ἐξετηρίαν appellat Joſephus *lib. 3. cap. 10.* ubi ejus confici endæ & myrto, ſalice, ſpadice palmæ & perſica, rationem exponit. Ad cujus ireſionæ Judaicæ concinnationem videtur Epiphanius alludere, cum *ſermone de Σὺν Θεῷ*, id eſt, *Die Palmarum* habito, ait, *οἱ μὲν τὰς κλάδους ἐκκόπτουσι, οἱ δὲ τοὺς θοιμοὺς τῶν δένδρων, Alii ramos ſecabant, alii frondes virentes inter ſe connectebant.* Porro has frondes quatiebant, in honorem ejus, cui pompa ducebatur, quod Græci dicere, κλάδους ἐκτινάσσειν: Patres in hac hiſtoria, βαΐα σείειν vel ἐκτινάσσειν, Epiphan. *Serm. eod.* V. quo ex que Chryſoſtomum *Homil in magnum Sepulm.* Hactenus Isaac. Caſaubonus *Exercitat. XVI. §. 3.* Apud Chriſtianos *Hoſchanna* feſto Scenopegiarum autumnali in vetum translatum eſt, in Dominicam nempe, Paſcha proximè præcedentem, quæ in utraque Eccleſia celebratur, & *Dominica in ramis palmarum* ſeu *in Palmis* dicitur: cujus leſtionis propriæque ritulus Syro, ex Evangelio eſt, *Dominica τῶ Hoſanna.* Nec abludit Feſtum Olivæ ſeu Olivarum, de quo ſupra, quod unum ii ex VII. majoribus Copticarum Feſtis, & Calcaſendio. *Feſtum Alsbajanin*, Golio *Feſtum Palmarum*, quoque dicitur. Corruptam nimirum *Hoſanna* vocem eſſe non diſſimilis vero conjecturæ eſt; quæ confirmatur verbis Calcaſendii, cùm addit de Feſto modo à dto: *Et interpretatio ejus Laudatio eſt*: vocem enim *Laudatio* in Ægypto pro *Hoſhanna* ſæpe ſurpatam videmus, apud Nonnum Panopolitam, qui loco inillo Johannis ſubſtituit,

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐπὶ τῷ Θεῷ.
Celebrationibus Rex Iſrael laudatus ſit.

Sed & Arabes feſtum illud τῶν Βαΐων nuncupant. In Græcanica Eccleſia vocatur ἡ κυριακὴ τῶν Βαΐων, *Dominica Ramorum*, & Βαιοφόρος dies &c. V. Joh. Seldenum de *Synedriis Vet. Hebræor. Lib. III. cap. 14.* & Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Baios*, ubi inter alia hæc etiam *dona, munera*, & *rogat*, quæ quotannis ab Imperatore & Patriarcha hebdomade, quæ ante diem Palmarum eſt, populo diſtribuebantur, indigitari apud Græcæ Eccl. Scriptores, adnotat: item voce *Σπυρίδα.*

Oſchophoria, adde: Roſino *Rematia* Latinè, apud Romanos celebrabantur ſepto Idûs Octobr. Plut. Suid. *Comm.* in Nicandrum. Sed & *Θεσμοφόρια*, carminis nomen eſt, apud Jul. Cæſ. Scaligeranum *Poetices lib. 1. cap. 56.*

Oſilla, plur. diecrunitur, ſi cuncuſæ è cera vellino, quæad humanam formam effictæ, ſuſpendebatur olim Saturno, ut iis propitius eſſet, Jun. Voſſius, ubi triplicem Animæ fuiſſe expurgationem in Gentilium ſacris docet, aere nimirum, aqua, tertiam igni: ventilabrum five vannum Liberi Patris ad aëra pertinere, ut & *Oſilla*, ait, ex Servio *Æneidos 6. In omnibus ſacris tres ſunt ille purgationes. Nam aut tota purgantur & ſuſpiciuntur, aut aqua ablauuntur, aut aëre ventilantur, quod erat in ſacris Liberi: Hæc enim eſt, quod dixit Greg. lib. 2.*

——— ——— *Tibia,*

Oſcilla ex *alta ſuſpendentem mollia quæ cu.*

V. Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. & Progr. Idolol. lib. 2. cap. 14. ſub fin.* Eſt etiam ludi genus *Oſcillum*, in quo ſunt altrinſecus de tigno arboreque religato, in aëre quis libratus ſubvectabatur: ad redintegrandam memoriam initio acceptæ vitæ per motus cunarum, fieri. Ab *Os* & *Cillo* vel *Cello*, id eſt, moveo. Etiam vertera arboribus ſuſpenſa, ad avertendam faſcinationem, ſic dicta alit Serv. Suſpendioſis, quibus jacta fieri jus non erat, *Oſcilli*, vel per imitationem mottis, parentatum fuiſſe olim, idem tradidit. Cùm & *libratum* vox denotet, *ἀώρως*, & *perfunctæ ac laevum* ; reſpectu duarum harum ſignificationum, duas quoque diverſas originationes habet. Cùm perſonam, *τεθνεῶτος* significat, diminutivæ formæ eſt ab ea: hinc enim *Oſculum* & *Oſcillum*; ut à rus, *raſculum* & *raſcillum.* Itaque *Oſcillum* eſt *τεθνεῶτος*, Gloſſ. Unde *Oſcillorum ludicrum*, quod *τεθνεῶτος Græci dicunt*, apud Auſonium & *Symmachum obtinuerum*, apud Ennodium. At cùm *ἀώρως* de libratione notat, aliam habet originem. Κίνδυνος Græce eſt *κίνησις*, Gloſſar. *cinus*, *ἀπὸ τοῦ κινῶ.* Iſidoro *cini* ſunt indecentes oris tortiones, motitationesque: Hinc diminut. *Cillus*, à quo verbum *cilleo* antiquum, pro moveo vel inclino, cujus compoſitum *Oſcilleo* & *Oſcillo* à quo *Oſcillum.* Salmaſius ad *Tertullianum de Pallio cap. 1. Nam & arietem, nemini unquam adhuc libratum, illa diciur Carthago ſtudiis afferrima belli prima omnium armaſſe in Oicillum pendulis impetus.* Nempe *Oſcillum* per translationem in arietem notat. Vett. dixere, propterea quòd malo ſtatuto, tanquam rutinâ, alter transvertus ſuſpendebatur: quo modo de Mundo ex axe pendente in *lib. de Anim.* dixit Philoſophus. *Initium enim omnium commentatus animum & Univerſitatis* Oſcillum *de illius axe ſuſpendens.* Propriè itaque *Oſcilla* erant penſiles quædam geſtationes, de arboribus ſuſpenſæ, in quibus bombires per luſum jactabantur, impoſiti transverſo tigno, de arbore pendente alterniique fe mutuò ſubjectantes ac deptimentes. Quod genus luſus, per ſex Feriarum Latinarum dies, celebrare ſolebant, Romani, in memoriam ætatis imaginem vitæ humanæ, in qua altiſſima interdum in imum dejicuntur, infima viciſſim in ſublime evehuntur, ſimul quoque memoriam redintegrantes initio acceptæ vitæ illis diebus per *Oſcillationem* motus cunarum ut dictum, per lactatam potionem quâ rum utebantur, lactis alimentum ſignificabant. Nam lac Latinis ſæpius conſuevisse adhiberi, etiam in ſacrificiis, Cicero docet. V. Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* ex Turnebi *Adverſar. lib. 1. cap. 20.* Quem Romanorum, vett. etiam Athenienſium in feriis morem imitantes hodie Turcæ, durante ſuo Paſchate, quod *Bairam* vocant

vocant, eundem ludum exercere leguntur. V. Petrum *de Valle Itinerar. Tom. I.* Sed & fulcra fubalaria vox *Ofculi* fignificare videtur, *in Vita S.* Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis *num.* 22. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* quem vide, ut & Gerh. Jo. Voſſium in hac voce.

Oſcines, ab *ore* & *canendo*, aves erant, *auſpicium ore facientes*, ut ait Varro. Belli enim, nuptiarum, itineris, ſimiliumque eventus præſagire olim volentes, obſervabant, vel *Oſcinum* cantum garritumque, ut corvi, cornices, noctuæ &c. vel *Præpetum* volatum, vel pullorum paſtum, teſte Servio *in Æneid. lib.* 3. & Iſidor. *Orig. lib.* 12. *cap.* 7. Plinius omnes aves, quæ canunt, *Oſcines* dici exiſtimat, & *l.* 10. c. 19. *Oſcinem* ab alite diſtinguit cantu, alitem vero magnitudine. Habebantur autem apud Latinos ſiniſtræ aves fauſtæ, quòd iis Septentrio ſiniſter erat, teſte Livio, Orientem afpiciendo, fortunatæque aves erant, quæ aſtæ ſubvolarent, quod verſus Apollonem ſteri oporteat ita, quibus maxime omnium fublimis ille vertex. Atque ita Judæi quoque obſervarunt, qui cùm oculoſad Orientem convenierent, quem קדם appellant, Auſtrum pro dextro, Septentrionem pro ſiniſtro habebant, Græcis contrarium tenentibus. Cleomedes enim Occidentem anticam partem eſſe voluit, poſticam Orientem: ſic Septentrio illis dexter, & aufpicia dextra, fortunata fuere. V. plura *in Exercit. Miſcell.* Anton. Thyſii *lC. Exercit.* 19. apud Auguſtinum Niphum *lib. de Auguriis*, Alex. Neapolitanum *Genial. dierum lib.* 5. *cap.* 13. & ad eum Tiraquellum *Notat.* Peucerum *lib. de Divinat.* Nauz. Georg. Raguſeum *lib.* 4. *de Divinat. Epiſt.* 9. Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. & Progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 98. & ſupra in voce *Ornithomantia*.

Oſcitatio, apud Papin. Statium *lib.* 4. *Sylv.* 9. *verſ.* 20.

Sed Brutis ſenis oſcitationes,
De cæpta miſeri libelliorbis,
Emptum plus minus aſſe Catano
Donas ——

pigra eſt, faſtidioſa, nullius rei ad ſeculum ſtud oratio. Ad *Orationem* enim tutum hinc fuo ridiculo fuducit. Poëta, ſimulq; Oicas illas & *Opicas* Conciones congruo contrito verberat. V. de B uto, ex Quintiliano & Cicerone, Scriptorum *ad h. l. Oſcitatio* certè, negligentiæ ac faſtidii ſignum, Martialis *lib.* 11. *Epigr.* 6. Undead Cenſores Romæ ab amico vocatus, cùm in jure ſtans ſonore *oſcitaſſet*, noramaliter eſſepenam non potuiſſe, quàm dejerando ſe eo vitio teneri, quod *oſcedo* appellatur, legitur, apud Gellium *lib.* 4. *cap.* 20. &c.

Oſcula jacere, V. ſupra voce *Jacere*.

Oſcula Labrata, V. infra ſupra in *Labratum*.

Oſculatorium, in Communione Rom. dicitur parva tabella, cum Sancti alicujus imagine, quâ *oſculum patie* confertur tempore Miſſæ, Dominicus Macer *in Hierolexico*. V. quoque infrà in voce *Oſculum*, item *Pax*.

Oſculum, res ſacra, utpote quâ quaſi Anima, quâ nihil nobis pretioſius, transfunditur. Proin ejus usque adeò religioſi fuere Veteres, Romani inprimis, ut cuiquam temere *Oſculum* dare nefas eſſet, nec Sponſo quidem, niſi ſemel tantùm literet, confirmandorum Sponſaliorum causâ. Sic enim Alexander *Ab Alex. de Spons. Conſirmari*, ait, *Sponſalia, data arrhâ & Oſculo*: & jus *Oſculi*, quod magnum erat olim pudicitiæ argumentum, jus Sponſaliorum augebat, quæque *Oſculum* præbuerat, erat quaſi Uxor vel plusquam Sponſa. Imò Uxorem aut Maritum oſculo tantùm putari, Quintilianus dicit *Declam.* 370. Hinc P. Mænius filiæ, ut non tantùm virginitatem illibatam marito, ſed & *Oſcula* ad virum ſineera deferret, mandavit, Joh. Naevius *in Sylva Nuptiali lib.* 4. *num.* 76. & *ſeqq.* Itaque, licèt regulariter nuptiis *Oſculi*, quod magnum erat olim pudicitiæ argumentum, jus Sponſaliorum augebat, quæque *Oſculum* præbuerat, erat quaſi Uxor vel plusquam Sponſa. Imò Uxorem aut Maritum oſculo tantùm putari, Quintilianus dicit *Declam.* 370. Hinc P. Mænius filiæ, ut non tantùm virginitatem illibatam marito, ſed & *Oſcula* ad virum ſineera deferret, mandavit, Joh. Naevius *in Sylva Nuptiali lib.* 4. *num.* 76. & *ſeqq.* Itaque, licèt regulariter nuptias donatio, *leg.* 15. *C. de Nupt.* tamen, ſi *Oſculo* interveniente à Sponſo Sponſæ donatum eſſet, dimidiam rerum donatarum partem lucrabatur, etiamſi ante Nuptias obierit Sponſus, *leg.* 16. *C. de Nupt. leg.* 32. *Tauri.* & ibi Gomez *num.* 3. Johannes Laurentius JC. *Notis in Phædrum libro* 4. *fab.* 23. *verſu* —— *Fatalis, tegere quod debet pudor.* Imò *Oſculum* hinc vocatum Donatio propter nuptias, quam ſolebat Sponſa, *Interveniente Oſculo* dare Sponſæ, *l.* 1. *Cod. Theodoſ. de Sponſal.* Nam, ut eſt in *Novella Alexii Comneni cod. tit.* & apud Matth. Monachum, *Juris Græco Rom. lib.* 8. *pag.* 510. Sponſalia peraguntur, μετὰ τὰ ἁρραβῶνα, ὃ δὴ φιλεῖ λοιπὸν μνηστὴν φιλήσαι. V. Georgium Turon. *de Vitis Patrum cap.* 20. Inde in *Charta* Philippi Regis Franciæ A. C. 1320. in *Hiſtor.* Caſtilionenſi, apud C. du Freſne legimus: *Quia tu vis filio ſuo Duci præditio ſum Dodalitiæ, donationem propter nuptias ſive Oſculum, eidem Ducisſæ in terra de Pratella, &c.* Inſtitutum tamen, ut cognatis mulieres *oſcula* ferrent, *deprohibendi cauſa ne ador inditium ſecreti, ſi labiis* (virum nempe, cujus ufu Romuli ſege ſequiori ſexui interdictum erat) teſte A. Gellio *lib.* 10. *cap.* 23. idque ad Conſobrinos usque in uſu fuiſſe, tradit Athenæus: Sed & Affinibus ac propinquis idem fuiſſe jus ſcribit Arnobius *lib.* 2. & Tertullianus *Apolog. cap.* 6. Apud alias Gentes non minori in pretio *Oſculum* fuit. Salutatione Hebræi defungebantur, partim verbis, partim geſtu, viz. vel corpus perſtrenendo, vel *oſculando* pedes, Lucæ *cap.* 7. *verſu* 38. communiter verò amicos exeipiebant *Oſculo* ordinario. Sic *Moſes proceſſit obviam ſocero ſuo & in ciuit eum & oſculatus eſt eum*, Exodi *cap.* 18. *verſu* 7. & ante eum Joſephus, Ægypti Prorex, *Oſculatus omnes fratres ſuos flebat ſuper eos*, Genel. *cap.* 45. *verſu* 15. quod Paulus 1. *Cor. cap.* 16. *verſu* 20. *Oſculum ſanctum*; Petrus Epiſt. 1. *cap.* 5. *verſu* 14. *Oſculum libe rialis* vocat: ut Tertullianus *Oſculum pacis de Orat. cap.* 14. Fuere autem Hebræis *Oſcula* trium generum *נשיקות פרקים Neſhikoth pharukim*, id eſt, *Oſcula propinquorum*, quibus ſe mutuo ſaluta bant, ut dictum: *נשיקות פרישות Neſhikoth parſhuth*, i. *Oſcula ſeparationis*, quibus à ſe invicem diſcedentes ibi mutuò valedicebant, ut videre eſt Genel. *cap.* 31. *verſ.* 28. & *נשיקות דרוזה Neſhikoth gedola*, hoc eſt, *Oſcula magnitudinis*, ſeu homagii, quibus Regibus Principibusq; ſuis veneirationem ac fidelitatem teſtabantur. Quemadmodum Samuel Propheta, *oleo perfundens capita* Saulis, *oſculatus eſt eum*, 1. Sam. *cap.* 10. *verſ.* 1. Et hoc ſenſu quidam verba illa Pſalmi 2. *Oſculamini filium*, accipi volunt, atque interpretantur, *Oſculo teſtamini ſubjectionem veſtri*, vel ſimpliciter, *Obedite Filio*: Sicut de Joſepho, cùm Ægypto à Pharaone præfecretur, legimus Genei. *cap.* 41. *verſu* 40. *Tu præeris domui meæ*, & *ad os ſi oſculabit tur mei verſus populus meus*; non ilio duntaxat benevolentiæ *Oſculum*, quali Datus Zorobolem profequutus dicitur *lib.* 3. Eire *c.* 4. *verſu* 47. led in ſignum ſubjectionis, quæ LXX. hæc verba transtulerunt, *καὶ τῷ στόματι σου τῷ λαῷ μου ἔσται*: *ad tui oris imperium cunctus populus obedies*, ut reddit Vulgatus Interpres. Aliquid tamen plus indigitari Pſalmo 2. religioſam viz. veneracionem, alii non immerito contendunt: divini hoc cultus ſignum ab Idolis ad verum Deum, futurum Meſſiam, transferendum eſſe, docente Regio Pſalte. Namque non manus tollum *oſculari* ſoliti olim ſunt, qui Solem adorabant, ut eſt ſtatuit Apuleius *Apolog.* 1. Lucianus *lib. de Saltatione*, & *in De. moſthenis encomio*, Minucius Felix *in Octavio*: Hiobus item ver Scriptoribus ſacris, cùm ait, *Si oſculatus ſum manum meam ore meo*, cap. 31. *verſ.* 27. quem locum B. Hieronymus *in Ezech. cap.* 8. *verſ.* 17. & *Apolog. l. in Ruffinum*, refert ad ritum, quo Gentiles in adorando dextram ori admovebant. V. quoque 3. Reg. *cap.* 3. *verſu* 19. Sed ipſa quoque Idola *oſculati* ſunt, ritu hoc, habitum etiam Animamque ſuam in ſe acceptam terre, ſi gnificantes: Unde & de Iracliis Idololatris legimus, Hoſeæ *cap.* 13. *verſ.* 2. *Vitulos oſculantur*. Vox quoque ipſa *adorare* hinc ortaeſt, cùm nihil aliud ſit, quàm *ad os referre*, id eſt, *oſculari*. Et veterem hanc conſuetudinem, *Oſculum* cruci à Chriſtianis, teſte Nicephoro *lib.* 17. *cap.* 15. & Prudentio *in Apotheoſi adversus Judæos verſu* 356. ferri ſolitum, ſuperæ videtur. Ita ergo Pſalmographius, Idololatrarum cortigens vanitatem, facrum hoc ſubjectionis religioſique cultus ſymbolum non alii quàm vero Deo Meſſiæ deferendum eſſe, indicare voluit, *ſocutis*, Græci benevo. Britram non minis, ac aliæ Gentes, *Oſculo ſolitas* ſunt, & hoc quoque geſtu ſefe mutuò ſaluraruntt. Nec non Romani poſtea, uti docet Martialis *lib.* 7. *Epigramm.* 95.

Brima eſt, & rigidis horridus December,
Audes tu tamen oſculo nivali
Omnes obvius hinc & hinc tenere,
Et nuam, Line, baſiare Romam &c.

V. quoque Caſaubonum *ad Julium Suetonii*, *cap.* 13. Ut de Perſis nihil dicam, quibus idem in more fuiſſe legimus. Contrà Numidiæ Reges, *more gentis ſuæ nulli mortalium oſculum ferebant*, Vel. lejus *lib.* 2. addens rationem: *Quidquid enim in exceſſo faſtigio poſitum eſt*, humili *& verè à conſpectu ſublime, quòd ſit venerabilius, vacuum eſſe conveniu*. Quos ſecutus Tiberius, jam minimè comis, cùm *quotidiana oſcula* graveretur, ne ſuperbæ hoc ipſi tribuerentur, li ſolius conſuetudi em ſperneret, illa edicto prohibuit, apud Suetonium *cap.* 34. &c. In primitiva Eccleſia, pacis & charitatis *Oſcula* inter Chriſtianos libera, atque uſitatiſſima fuiſſe, diſcimus ex 1. Cor. *cap.* 16. *verſo cit.* & 2. Cor. *cap.* 13. *verſu* 12. Rom. item *c.* 16. 16 & *ibi* Calvin. Petri quoque 1. Epiſtol. *verſu* 14. Inprimis, priuſquam S. Euchariſtiam ſumerent, te mutuo oſculari ſolebant, unde poſtmodum in Miſſæ celebratione, dum Sacerdos poſt hoſtiæ conſecrationem hæc verba proferret, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*, ſtatim Cler. ſipeq. Populus *per baſia blandiebatur* invicem oſculabantur, ut ait Amalarius *de Eccleſ. Offic. lib.* 3. *cap.* 31. quæ quidem baſia, *Pacis oſcula* appellantur *cap. ſeq.* Hinc Ordo Romanus: *Cum dixerit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, mittitur ceſtem de ſancta —— Interim Archidiaconus pacem dat Epiſcopo proxi, qui & ultra dabit juxta ſe ſtanti, ac deinde per ordinem cæteri, atque populus oſculamur ſefe invicem in oſculo Chriſti*. Ejusmodi vero *Oſcula* ab Innocentio I. Pontif. Rom. inſtituta tradunt Scriptores Communionis Rom. Atque qui ita ſe mutuò inter Miſſæ ſolemnia oſculabantur, *Pacem* dicebantur *facere*, Gregor. Turonenſis *lib.* 6. *cap.* 40. Hinc *ad pacem acceſſiſſe* Subdiaconos in Sacrario, non verò intra cancellos Altaris, obſervat Car. du Freſne, ex *Epiſt.* Lupi Triceſſini & Euphronii Auguſtodun. Epp. *Tom. 1. Concil. Gallic.* At in Eccleſia Græca Oſculum pacis

18. in 2. *Corinth.* quem morem improbat Innocentius *d. l. De Osculo sacro*, quo & Christiani atque adeo ipsi Sacrorum Ministri, invicem fe donabant, in die Paschatis, V. Pachymeres *lib. 7. cap. 35.* E quibus facis patet cur ex comminatis ab Iudaismo haberium *Osculis* accensetur, cujus item meminit *Chorea Ludovici VI. Franc. R. A. C. 12.* ita Abrogatus erit Osculorum pacis in Ecclesia usus, introducusque alius, ut dum Sacerdos verba prædicta proferret, Diaconi vel Subdiaconi imaginem quandam adstantibus Clericis ac Plebi osculandam porrigant quam vulgari vocabulo *Pacem* appellant. Eadem *Tabula pacis*, *Osculatorium*, *Atarmor*, *Lapis Pacis* dicitur &c. Sed & *Osculum pacis* tibi invitem dedisse Monachorum filosique, præterimum discessu, legimus apud Ekkehardum *in Casibus S. Galli cap. 3.* pag. 41. & quibus, qui pœnitentiæ subjacebant, consuevisse arceri, docet idem paulo pôst. Hodieque inprimis, apud Belgas, Gallos, Alios, vulgaria funt amicitiæ atque salutationis indicia, sed non eodem in pretio, quo olim habita. V. Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. lib. 3. cap. 2.* Jac. Oiselium *Notis in A. Gellium lib. 19. cap. 11.* Jo. Laurentium *Notis in Phædr. paſſim &c.* Neque vero folum cum conveniebant fed & cum à fcinvicem diſcedebant *osculabantur* inuicem Veteres conſuevere, quo nos Ekkehardus modò laudatus docuit. Conjugibus inprimis, profiſcentes domo. Statius *Thebaid. lib. verſu 707.*

Jam nec conjugibus, ſuprema nec oſcula natis
Jungit, —

Moribundis item amici, qua de conſuetudine V. *Quintilianum Procem. lib. 6.* Joſephum Gorionidem *lib. 2. cap. 2.* Ovidium *Metamorph. lib. 8.* & 9. Lucanum *lib. 3.* Alios. Unde Petronius imminente naufragio, *fugiunt*, ait, *ſi vere Euniſpian dixeriſ, da oſcula, eum licet, & nullum hoc gaudium ſatis properantibus tra-ta.* Cadaveribus ipſis, cujusmodi oſcula velut ſolennia erant, uti docet Barthius *ad Statium Thebaid. lib. 12. verſu 28.* & Bourdelotium *ad Heliodorum lib. 2.* Sed *oſculum mortuis figi*, vetuit Concilium Autiſſiodor. Interim & *oſculum* adſentibus, i. Eulogia, Benedictio, munus aliquod, quod hoc nomine veniebat, in ſignum charitatis & mutuæ benevolentiæ, dabatur vitebaturque. Liber *Epiſtolarum* Bonifacii Arch. Mogunt. *Epiſt. 87. Ceſſandi veſtræ, vice oſculi duas vini ampellas transmiſimus.* Quo ſen ſu πανσπουδαίων φιλημα dixere, Achilles Tatius *lib. 2.* & Euſtathius *lib. 9. de Ismenia Epigr. vet. lib. 4.*

Ut ſi diſſimulet multum mihi dare venire,
Oſcula cui ponis mitte, verato libenter &c.

Hactenus de *Oſculo benevolentiæ & amoris*, ut aliquid addam de *Oſculo ſubjectionis*. Jus hujus *Oſculi*, ſeu oſculandi Magiſtratus, cum ſalutarentur, jure optimo fuit, ſed Poncifices, Proceſſibus & Caritativis ſolum munieribus in Patria defunctis, indultum, docent *l. 4. Cod. Theodoſ. de Domeſtic.* & *l. 109. de Decurion. end. Cod.* In Hominis, *Oſculi Pacis* meminit Tabularium Eccleſiæ Uzetientis A. C. 1272 & *Charta* conventionis apud Ughellum *Tom. IV. pag. 670.* In aliis quoque pactis ſeconventionibus, *Oſculum* in fide ſignum effea hibitum, diximus ex Tabulario Vindocinenſi *Ch. 11.* Juſſelli *Hiſtor. Arverni. pag. 40.* aliique monumenta ac Auctoribus Carolo du Freine memoratis. Hinc *Oſculum pacis, fidei & ſecuritatis* dictum, apud Eodem. Petebant autem *Oſculo* Vett. *Caput*, tanquam principem humani corporis partem, & antiquius oculis os admovebant: labia enim oſculi ri recentior mos fuit, Pollux *lib. 9. cap. 24.* Et quidem, cum pucrum *oſculabantur*, faciebant id utraque cujus ore manibus arrepta, quod genus *Oſculi* πρόσω Pollux vocat *Onomaſt. lib. 10. V.* Fanc. Rofleum *Archæol. Antic. lib. 6. cap. 3.* Caput ſuum tamen Barchibulus amaſiæ ſuæ dicit Scribit de *Indorum Vett.* ut pueri patres hoc modo oſcularentur, partisque hujus contrectatione de benevolentia eorum redderentur certiores, probatque ex his Poëtæ verbis,

Et ſatus Mavrona dabit, naturæ, Parenti
Oſcula compreſſis auribus eripiet.

Caput etiam, quæcunque ejus ſe obtulifſet pars, item humeros, cervicem quoque *oſculabantur* quod ultimum Hebræis frequens, Romanisque. Certe hujusmodi *oſcula* multis Auctorum locis commendantur. Sic nimirum *Caligula cap. 33. Quoties uxorii vel amiculæ ollum exoſcularetur, addebat: tam bona cervix ſimul ac juſſero demetur.* Unde *dilectam cervicem* apud Statium *Achilleid. l. 1. v. 329.*

Ac ſinuſibilla cervice monilia tranſvers:

oſculatam interpretatur rectè vetus Scholiaſtes, judicio Barthii *ad l. 10 ore, fronte, & cauſis*, Henrico Imp. *oſculum* impreſſiſſe Paſchalem Pontificem tradit Petrus Diaconus *Chron. Caſin. lib. 4. c. 37.* Ad *Manum* item ſe ſitus *oſculi*, Eurip. *Jon. v. 578.*

Δὸς χεῖρὶ φίλημα μοι σοί.

Da manu Oſculum *mihi tua.*

de quo V. Pichenam *Adverſar. lib. 1. cap. 7.* Muretum *Var. Lect. lib. 10. cap. 1.* & Lipſium *Elect. lib. 2. cap. 9.* Giphanium quoque *Scholiis ad Odyſſ. 11.* Docet autem Plinius *lib. 1. cap. 45. Dextram averſam oſculis appeti ſolere*: quod verum eſt de *Oſculo* manus alienæ, nam proprie pars adversa five interior adoratur, h. e. ori adnoveur, ut vidimus *ſupra*. Sed hic adorandi mos potentioribus plerunque, tanquam demiſſionis nota, & propriè fere dominis à ſervis deferebatur: unde Regum Principumque præcipuè verò Tyrannorum manus ſubditos exoſculari fuiſſe ſolitos, docet Phædrus *lib. 1. fab. 1.*

Illam oſculantur, quæ ſunt oppreſſi manum.

Hinc Suetonius narrat, C. Caligulam Charcæ, agenti gratias, *oſculandam* manum obtuliſſe, fed formatam non moramque in obſcenum modum *cap. 56.* & Domitian m Comidi, Patris concubinæ, manum præbuiſſe, *cap. 12.* Candidati quoque Magiſtratuum arbitres, quos manus potentiorum, eorumque quo um gratiam captabant, præſentiſſe conſtat, id in uſu habuiſſe videntur. Neque vero his tantum Principes Tyrannosque honorandi ratio conſulta: ad *Genua* pot o deſcendit, de quibus ſic Amm. Marcellinus *lib. 28. Ex his quidam, cum ſalutari peti vilus oppoſiti caperunt, oſculanda capita in modum tuorum minacium obliquantes, adulatoribus offerum genus ſuaviando & manus.* Imo & ad *pedes*, viliſſimo & plus quam ſervili more: Dio, *compoſitus ſeruitus tunc Conſul, pedes Caligulæ adſidens, identidem ſe inclinans, eos oſculabatur.* Et Seneca idem docet, cum C. Cæſarem ait Pompeio abſoluto & gratias agenti portentile oſculandum pedem ſubjiuſſe, de *Benefic. lib. 2. cap. 12.* quem ritum, vel ſi per manus traditum, Pontifices Romani, Reges & Imperatores ſæculares in omnibus æmulantes, hodieque ritenent: quod utexcuſatius fieret, jampridem ſandalia purpurea Pontificum crucis aureæ ornamento inſignivi cœperunt, ut ic honor crucis ſigno, non pedibus veſtandibus Pontificum, videretur deferri, V. Baldinum *de Calceo antiquo lab. 27. calceo Sixvirii l. 1. Martini & Howorth Decimen exhibita*. Medullæ certe ſandalia, Vitellii imperatoris dedecorem crebrò oſculatum eſſe, Tacitus refert, unde etad amplifſimes honores, ſtrata via eſt, in voce *Vitellius Imper.* ut alia hâc vice omittam. Plura hanc in rem V. apud Calp. Barthium *Animad verſion. ad Statium paſſim*, inprimis *Thebaid. lib. 3 verſu 132.* nec non *Adverſariorum Tom. I.* Anton. Contium *Lectionibus Succiſivis*, Jo. Bourdelotium *ubi ſupra*, Alios: inſpecie de *Oſculo charitatis & dilectionis*, quod φίλημα ἀγάπη vocat Apoſtolus I. Cor. *cap. 16. verſu 20.* id eſt, *φίλον τι ἀναπαύσεως*, ut interpretatur Theophylactus: De *Oſculo charitatis*, in Feſto Paſchatis apud Græcos utitato, quod φίλημα, ἀγάπης vocant: de *Oſculo* porro in S. Coena uſurpati ſolito, de *Oſculo Sponſorum*, & *Oſculo*, in ordinationibus ſacris adhibito, apud J. C. Sutcrum *Theſ. Eccl.* voce Ἀσπασμὸς, item φιλήμα.

Oſiris, adde: Sane Sol fuerit, inquit Voſſius *de Philoſ. cap. 6. §. 11.* ſi *Osiris* idem eſt, quod Σάραπις, ut Græci vocem tincarint, quaſi princeps ſyllaba illa haud aliud eſſet, quam articulus, quod quidam volunt: Heliodo enim, ſi Proclo credimus, Σάραπιν Solem dicit. Unde ſupra Serapidem, quaſi *Osiris* eſt, magnus collocatus eſt Oculus absque palpebris ſimper apertus, hieroglyphicum Solis, qui Mundi oculus eſſe perhibetur, in Lucerna Ægyptiorum veteres ritus repræſentantes, apud Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqu. l. 2. c. 18. ubi columnam ſupplicatium Oſiridis, cujus meminit Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. eruditè explicat.* Horum tamen fent nitio obſtare videtur, quod Plut. *lib. de Oſiride & cat* Ægyptis Νεῖλον εἶναι τὸν Ὄσιριν, *Nilum eſſe Osiridem*: neque id, Ægyptiorum vulgo, ſed ut ait, *ſapientibus Sacerdotum, qui nominatim Nilum Osirin nominant, ſed ſimpliciter principem & rimum inmenſi humiſcum.* Cum quo convenit, quod unidem eſſe dicant Διόνυσον, five Liberum Patrem, ut idem tradit. Ac Athanaſius quoque *contra Gentes*, & Jul. Firmicus *de errr. profan. Relig.* teſtantur, aquam divino honore maxime affici ab Ægyptiis: quod cur factum ſit, facile videt: qui cogitat in Ægypto non pluere, coſque à Nilo omnem Regionis pendere ſecunditatem. Ita ergo per Oſiridem, ſicut & per Cererem ac Saturnum, non perſonæ ſignabuntur, ſed tres res naturales, à quibus productio eſt frugum, & omnium plantarum, nempe terra, humor & tempus: quo factum, ut Agricultura, veſtalitem fruges ferendi Ars, in Italia, à Saturno: in Græcia, à Cerere, in Ægypto ab *Oſiride* cæpiſſe ſingatur. Plurima ejus, in Ægypto ſimula chra fuiſſe, eo quòd Iis fruitum quodque, ita ut incideret, humaverit, teſtatur Plut. *lib. cit. de Iſide & Oſiride*. V. item Licetum *de Lucernis lib. 6. cap. 61.* & de coronis *Oſiridis* ex loto Paſchalium *Coron. lib. 3. cap. 13* plura verò hanc in rem apud Gerhard. Johann. Voſſium *de Orig. & progreſſu Idololatriæ lib. 1. cap. 27.* ubi ei interalia, *Oſiris* five Mithram, filius Chamis, Diodoro idem, qui Græcis Ἄμμων vocatur, illius opus, ex quorundam ſententia, Thebæ Ægyptiæ, ex omnium veteris opinione, Jovis Ammonis templum inventum, præter alia hederæ, quæ hinc *Oſiridis hirſuta* dicta: *cap. 30.* ubi item *Oſiris teſtimonium* ſidem cum Arabico Libero, in cornibus poſſita: *lib. 2. cap. 40.* ubi illi *Oſiri* Ægyptiorum idem, qui Phœnicum Adonidi Phrygum Attis, & Græcorum Liber: *Oſiridisque ſtella Ægyptiis*, quæ Græcis Jovis *cap. 31.* & *cap. 74.* ubi de ejus nigredines quà effingebatur, & etymo, quædam addit.

Oſiris, adde: Bricorenſem mel. *Briocenſem.*

Osman, filius fuit Ortho Gral, nationeTurca, cujus majores ex Parſica in Aſiam a Tartaris expulſi, apud Sultanos Guzne tantam obtinuerunt gratiam, ut ſipem concipere imperii conſequendi. Cum itaque Aladdus Ann. C. 1298.

fine liberis obiisset, Turcarum Proceres universum Imperium inter se ita divisserunt, ut 9. inde Regna emergerent: præcipua tamen auctoritate & potentia penes *Osmanem*, cui Bithynia obvenerat, manente. Sedes regni ejus Burſa Bithyniæ urbs, ad Olympum montem, fuit. Inter hos autem Turcarum Reges cùm perpetua eſſent bella, reliquis tandem oppreſſis, tres tantùm potentiores remanſere, *Osmanie*, Caramanie & Dulgadirie, fed & his inter ſe fe collisis, Caramani, qui præcipue Ottomanicum implacabiles hoſtes erant, quoque tandem ab *Osmanide* victi, ſi, ſicque omnis poteſtas Turcarum ad eos translata eſt. V Georg. Hornium *Orb. Imp. pag.* 273. idem & *Ottoman* dictus eſt, ejusque familia in hunc usque diem ampliſſimo huic imperio præeſt: unde Turcicum Imperium frequenter *Domus* vel *Porta Ottomanica* dicitur. Succeſſores illius Burſa, Adrianopolim Thraciæ Urbem, inde ipſam Conſtantinopolim, imperatoriam ſedem transtulerunt; quod factum A. C. 1453. cùm Muhammin des vel Mahometes II. cum Urbem expugnaſſet, ſicque Imperium Ottomannicum ad ſummum faſtigium perduxiſſet, idem. *Orbe Polit. Part.* I. *pag.* 22. V. quoque Ferbeſium *Inſtructionum Hiſtor. Theol.* lib. IV. c. 21. ut & infra *Ottomannus*.

Osmabrugum, adde: Filios è matrimonio hoc, quod A. C. 1698 coaluit, ſuſcepit ſex, Georgium Ludovicum, Fridericum Auguſtum, Maximilianum Wilhelmum, N. N. N. N. Erneſtum Auguſtum, quorum primus lucem vidit A. C. 1660. Spenerus *Syllogæ Geneal.*

Oſſora Famulia, in Hiſpania illuſtris, & antiquitate nulli ſecunda. In ea Petrus Alvarus *Oſorius*, ſub Petro Caſtellæ R. Comitis de *Villalobos* & Ducis de *Aguiar* honorem geſſit ac ab uxore Maria *Fernandez de Villalobos*, hujus familiæ fuſceſſionem ſuæ intulit. Nam minor filius Garſias Alvarus *Cerralvenſium* fator eſt; quam ſucceſſionem obtinuit Garſiæ nepos Alvarus Perezius *Oſorius*, ductâ Mariâ Pacheca *Dn. de Cerralvo*: Eandem poſteri, Oſorio nomine omiſſo, jam *Pachecæ* retinuere, ac Marchionum obtinuere axioma, V. infra, in Fam. *Pacheca*. Major Alvari Perezii filius Johannes Alvarus *Oſorius*, Petrum Alvarum genuit, qui Comes de *Traſtamara* à Johanne II. Rege creatus eſt, quo pacto priores tituli exolevere. Petrus quatuor Imarum novarum per totidem filios fator agnoſcitur: è quibus maximus natu Alvarus Perezius *Oſorius* Ludovicum *Marchionii de Aſtorga* paterno adjecit, & illos simul poſteris transmiſit, defunctus A. C. 1474. Ei ſucceſſit Leonora (fil. Federici Henrici Admir. Caſtellani) filius Petrus Alvarus *Oſorius* I. Marchio *de Aſtorga*, quo & Beatrice Quinnonia (fil. Didaci Fernandeſii *de Quinnones* Com. *de Luna*) genitus Alvarus Perezius II. Iſabellam *Sarmienta* (fil. Franciſci Sarm. Com. *de S. Martha*) ſibi junxit atque ex eâ ſuſcepit Petrum Alvarum II. maritum Mariæ Pimentelliæ, & ex ea patrem, Petri Alvari III. qui ex Conſtantia *de Caſtro Oſorio* Agueta, filium habuit Petrum Alvar. IV. qui deceſſit A. C. 1613 Patet, ex Blanca Manricia & Aragonia (fil. Ludovici Fernandi Manricii Comitis Mar. h. *de Aguilar*) Alvari Perezii III. March. *de Aſtorga* Com. *de Traſtamara & de S. Martha* (n. 1600.) Conſtantiæ (Antonio Gomeſio Davilæ M. *de Velada* nuptæ) & Annæ (uxori Ludovicide *Velaſco* March. *de Salinas*. 2. Ludovici Hieronymi Fernandezii *de Cabrera* & *Bobadilla*. Com. *de Chinchon*) qui omnes, nominis *Oſorii*. Secundus filius Petri, patri cognominis, Utrecam duxit Com. de *Atlamira*, Roderici de *Mendoza* filiam, unde utriusque familiæ nomen conjunctum & ad poſteros transmiſſum eſt, de quibus V. ſupra. Tertius filius Didacus Dominus de *Villacid* & *Cerbanes* fevit: & quartus Ludovitus Epiſcopus de *Jaén*, filios naturales Franciſcum atque Alvarum, habuit: quo rum ille Dominorum de *Vatdonguille* auctor eſt: hic ex Beatrice *de Caſtro* filios, ſed improles ipſos, genuit. Præter hos *Oſorii de Octavia*, à Lupo Alvaro Oſorio Marchionis Aſtorgenſis I. germano vel filio deſcivantur, & Domini *de las Regueras*, à Rodrico primi Petri Alvari, ex Mariade *Villalobos*, filio. Atque hæc ſtirpis de *Villalobos* ſeries eſt. Prque vero altera eſt oriunda ab *Oſoria* familia, Dominorum de *Cabrera* & *Ribera* in qua Petrus Alvarus, Beatricis de *Caſtro* Dn. de *Lemos* maritus, A. C. 1457. Com. de *Lemos*, Henrici IV. Regis gratia renuntiatus eſt. Verum enim vero proneptis Beatrix, titulos ad Portugallenſem familiam transtulit. V. ſupra in voce *Lemos*. Ex eadem linea fuit Beatrix ſive Johanna, filia Petri Alvari *Oſorii* Com. de *Lemos*, quæ cùm Ludovico Pimentellio March. de *Villafranca* nupſiſſet, in hanc & mox per filiam Petri Toletani conjugem, in Toletanam gentem, *Oſorio* cognomen intulit. Fuit hic Petrus, Proprex Neapolitanus, & defunctus A. C. 1553. exuxore filium reliquit Garſiam de *Toledo Oſorio* March. de *Villafranca* Ducem de *Fernandina*: qui junctâ ſibi Victoria Columna (fil Aſcanii Duc. de *Paglano* & *Taglia*) Petrum genuit, ex Elvira Mendoza, patrem Garſiæ de *Toledo Oſorio* Dn. de *Fernandina*, quo & Mariâ de Mendoza natifunt N. N. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ Part. II. p.* 110. & 89.

Oſſa, poſtquàm defunctorum cadavera in rogo eſſent combuſta, oim leti & cum cinerib' aſſervari conſuevere. Iraq; aderat inGræcorum funeribus Κάλπη ſeu *Præco*, qui, ne quis ea involaret, cavebat: propinqui dein defuncti, reliquo corporis ſtammis conſumto, ignem vino ibant extinctum, Manibusque vocatis *oſſa* (cinere deterſo, quem ſimiliter aſſervabant) lavantes aqua quæ in χόηρους, quas fœminæ huic operi deſtinatæ Ἀγχυρίσκαι afferre ſolebant, ſervabatur, ea manibus legebant, lecta vino perfundebant & lacte; mox vento ſiccanda exponebant, ſiccata dein aromatibus & odoribus miſcentes, vel etiam unguentis ac lardo inunguentes, puro involvebant linteo, eaque reponebant in loculo, quem modo θήκην, modo κυλικα, modo σορὸν dixere. *Iliad.* ψ.

Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἐφύπερθε χέασε δεξιτερὸν κέρας.

Ex auro fuiſſe, Motivus videtur innuere, cùm κρυσέοις χεροῖν: ex lapide, Plut. cum τοῦτ' λάθιν, in *Numa*, meminit: fed communiter ex cedro conſtiiſſe videtur, quod lignum difficulter putreſcit & proin πυρὶ ζῶν vocatur. Unde & apud Euripidem *Alceſt. verſu* 365. Admetus eodem tempore cum uxore recondi defiderans, inquit,

Ἐν σοὶ τάφοις κοινοῖς θῆ μ' ὑπασπίδιον κέδρου
Σοῖσι δὲ ὕπνου πλευρᾶ.

Quemadmodum de S. Auguſtino idem legimus, matris *Oſſibus* ſua jungi cupiente. Quo reſpiciens Ovidius *Metamorph. lib.* 4. *fab.* 2.

— *Quos cernis amor, quos hora noviſſima junxit,*
Componi tumulo non invideatis eodem.

Et Athenienſes quidem rarò plurium hominum *Oſſa* eodem in loculo reponebant, Megarenſes vero quaternorum ſæpe, ut ait Pauſan as. Diebus autem poſt *Oſſa* ſic reconditi, Περίδειπνα ſive *Reliquiæ*, quibus lachrymæ ſuperinfundebantur quæque ideo foliis è tumulo inferebantur, ne hoſtibus ludibrio eſſent, teſte Euripide *in Oreſte*. Similiter apud Romanos, ubi uſtulatum cadaver erat, rogus *Buſtum* dicebatur, cineresque & *Oſſa* cado ſive urna colligebantur, Amicis & Cognatis & aliis circumſtantibus, qui à Sacerdote tet aquâ aſ, ergebantur ſicque expiabantur ſive luſtrabantur. Quibus perfectis Præfica noviſſimum verbum illud alta voce pronuntiabat, *Ilicet*: mox, qui conſtrati fuuusterant, domum abituri, extremum vale alta voce pronuntiabant, hoc modo; *Vale, vale, vale, nos te ordine, quo Natura permiſerit, ſequemur*. Tum cineres & *oſſa* ſepulchro inferebantur, ante quod Ara conſtituta erat, quam *Acerram* Feſtus appellatam ſcribit, in qua odores incendebantur. Quos ritus elegantèr Virgilius expreſſit *lib.* 6. *in funere Miſeni, ubi inter alia ait,*

Reliquias vino & bibulam lavere favillam,
Oſſaque, lecta cado texit Chorinæus aheno.

Apud utrosque, cùm quis peregre diem ſum obiiſſet, *Oſſa* ejus cineresq. non ſine floribus ſertisque, in urna, magna cum pompa domum deferebantur. Quod ut fieret, multi etiam teſtamento cavebant, uti ex *Inſcriptionibus* patet. Mulieres autem *oſſa* ſinu legebant, uti docet Heraldus *Adverſar. lib.* 1. &c. Unde Ovidius,

Oſſa *tamen facies parva referantur in urna,*
Sic ego non etiam mortuus exulero.

Ubi, cùm ad compita pervenirum, ſolebant propinqui *Compitalia* obire tandem, modo quo dictum, poſt *Manes magnè ter voce vocator*, in tumulis Majorum recondebantur. Frane. Roſſæus *Archaol. Art. lib.* 5. *cap.* 29. Johann. Roſinus *Antiq. lib.* 5. *cap.* 39. &c. Nec ea in conſulto ſacrorum Pontifice, alio transferre licebat, Tomas Dempſterus in *Roſinum lib.* 3. *cap.* 33. Imò & facra fuiſſe habita & accenſi Luminibus cuita, paſſim legimus: *Quandoquidem apud omnes propemodum nationes Veteres opinati ſunt, per Meteoros homines tranſire in Deos Manes hinc nuncupatos oſſa, quin & ſepulchra, tanquam ſacras res, habebant ac venerabantur*, Fo tun. Licetus de *Lucernis lib.* 6. *cap.* 86. ubi vocem Licincos in *quadam lucerna explicat, Lumen illuſtrans conditorium indicat nobilitatem cultorum oſſium ſacrorum*. Ab hoc itaque *Oſſa* legendi ritu *Oſſilegium* nomen habuit. *Oſſuaria* verò dicebantur urnæ majores, in quibus urnæ plures adeoque totus alicujus familiæ reliquiæ aſſervabantur, Joan. Bob. Laurentius JC. *Nosis in Phadrum lib.* 3. *fab.* 9. *verſu*,

Et edo invidiæ, dummodo abſit var cinis:

Ubi multa egregia in hanc rem. Quanto atrocior Barbarorum quorundam conſuetudo fuit, quibus capitis humani *Oſſa* pro poculis erant: quod in more fuiſſe Scythis antiquis, tradit Strabo *lib.* 7. & Herodotus *lib.* 4. Hungaris Anton. Bonfinius *Rer. Hungar. Dec.* 1. *lib.* 1. *pag.* 20. Scordiſcis, Amm. Marcellinus *lib.* 20. Avaribus, Hunnis, Gepidisque Paul. Varnefridus *de Geſtis Longob. lib.* 1. *cap.* 27. ubi *Alboinum ex Cunimundi ſervili, hoſtis capite poculum ſibi concinnaſſe filiæque ejus Roſimundæ propinaſſe*, ſcribit: quibusdam ad Septentrionem colentibus populis Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Effedonibus jul. Solinus *cap.* 19. priſcis tandem Gallis ſeu Celtis Silius Ital. *lib.* 13.

At Celtæ vacuicapitis circumdare gaudent
Oſſa nefas! auro & menſis ea pocula ſervant.

V. iterum Dempſterum *Paralipom. in Joh. Roſin. Antiq. lib.* 5. *cap.* 30. Sed & ſparſgebantur nonnunquam *oſſa* leu reliquiæ exoſorum hominum. Ovidius in *Ibin*,

Nec tua quam Pyrrhi feliciùs oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ jacuere vias:

more

more venustissimo, cujus & in Sacris mentio, 2. Regum *cap. 23. vers. 14.* & 15. ubi Josias R. idoleja profanaturus, mortuorum *ossa* in illas ædes intulisse, legitur &c. Medio ævo in Ecclesia *Ossa* martyrum consociandi ossibus defunctorum confuetudo invaluit, indigitata Ambrosio *Serm. 9. de Sanctis*, qua de quali sentiendum, v. Jo. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. VII. cap. 5. §. 15.* uti de Vett. more *cineres* & *ossa charorum miscendi*, plura apud Casaubonum *ad Suetonium*. Ut & alia quædam pauca circa spergam: Animalium *ossa*, quasi pro vitanda eorum pelle, alicubi suspendere, veterum est in Concilio Londonensi A. C. 1075. & in *Decretis* Lanfranci Cantuar. Archiep. in *Monasticis Anglic. Tom. III. pag.* 307. apud Car. du Fresne *Glossar.* Nec omittendum, ſtylo *osseo* in ceratis tabulis olim Veteres ſcripſiſſe; unde Tirinnius verus Comicus ; apud Sosipatrum *lib. I. Velim ego osse arare campum cerum.* Sed hac de re V. ſupra , voce *Graphium* , & infra , ubi de Vett. *Stylo* ; ut & de *Ossium* Dea , voce *Ossilago*.

Ossæi & *Ossini*, Græcè *Ὀσσαῖοι* & *Ὀσσῖνοι*, iidem cum *Essenis*, ſecta Judæorum quæ nomina quòd diſtinguat Epiphanius, quodque de Oſſenorum ſecta multa narret , quæ ab Eſſenorum propoſito quadantenus aliena videantur eſſe, mirum non eſt. Omnia tempore mutantur ; paucæque ſectæ puritatem inſtituti ad ultimum ſervarunt. Quod proin tempus vel hæreſiarcha in Eſſenorum vel Oſſenorum inſtitutis ac moribus, immutarunt , hoc Epiphanius nominibus ſeparavit , ut alii fuerint *Eſſeni* , alii *Oſſenii* ; alter antiqui Eſſeni vixerint , alter novi : quos *Ossæi* , vel luri alii Iſſæi Eſſeni vel diverſi dicti poſuerit Auctor iſſe. Quod in illo non mirabitur , qui eum noverit ſatis ; Scribit idem Exai quendam cum fratre Jexæo ſeſe adjunxiſſe Oſſenis , Trajano imperante , qui ut Pſeudoprophetæ , non pauca in illa ſecta obſervaverit & ab inſtituto deſ:xerit. Quæ utut ſe habeant , nomina hæc certè propria ſunt, nec habent quidquam cum oſſenis vel Oſſæis commune : Quos *Ossæos* in eadem regione collocat , ubi Eſſenos coluiſſe tradunt antiqui Scriptores , juxta Mortuum vizmarein Peræa prope Sanaptitas vel Sampæos, &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 810. & in voce *Essei*.

Ossida vel *Ossidus*, vulgò *Osse*, fluvius Galliæ, in Aquitania, qui Geliſam vel Gelidam *Geliſe* , Eluſatium amnem & Baliſam Condomienſem Neracenſemque fluvium , *Baiſe* dictum , infra Aginnum in Garumnam defert , & vico, quem *Foramen Oſſidæ* vocant *Hour-d' Osse*, nomen dedit : quanquam alii contrà *Oſſidam* ad vicum iſtum in Geliſam effluere, Geliſam ipſum à Baliſa excipi , atque in Garumnam devolvi aſſerunt. Ad *Ossidam* eſt Montesquium opp. *Montesquion*, forſitan Taſta *Ossidatium*, apud Ptolom. cùm ait : *Τὰ Ὀυόλαντα Ἄυλιοι καὶ πόλις Ταῦτα* , ubi , quia Datii inter Aquitaniæ populos , apud Strabonem & Plinium relinquosque vett. Geographos nusquam reperiantur , multo minus apud Hiſtoricos, Cæſarem aliosque , verba mendoſa eſſe & repetitione unius ſyllabæ ſic reſtitui oportere , contendit Valeſius, *Τὰ Ὀυόλαντα Ὀυοσδίων* , *καὶ Ὀδισάτιοι* , *καὶ ὑπὲρ Ὀυδάτιοι* vel *Ossidatius* dicti à Ptolomæo , qui Latinè *Ossidates* vocantur, à Plinio cognomine. Certè à Plinio, inter Aquitaniæ gentes, numerantur *Ossidates Montani* & *Ossidates Campestres* , aliis *Ossipidates* , ambo à diverſo ſitu ſic nominati. V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* in voce *Aquæ Tarbellicæ*.

Ossorium ſeu *Ossorum*, Hiſpan. *Osorno*, oppidum Hiſpaniæ, cum tit. Comitatus, ad quius imitationem cognomine oppidum in Regno Chiles ab Hiſpanis exciratum eſt , V. in *Ossorium*. Eſt autem *Ossorum* Familia, Manricize illiris ramus: in qua cùm duæ præcipuæ lineæ ſint, *Castanedenſis* & *Trebúlmenſis* : in illa Garſias Fernandezius Manricius , Infantis Aragoniæ Henrici primarius Miniſter , ex Aldoncia Caſtellana genuit Johannem Fernandezium , qui Caſtanedenſes propagavit & Gabrielem , qui *Comitis Ossorneſis & Ducis Gaiſſiei* dignitatem obtinuit: quarum illa ad poſteros, è quibus etiam Antonius quidam à conjuge Anna de *Luna* & *Arellano* Comes *de Morata* factus eſt, hucusque propagatur. Fuit enim Gabriel is Pater , ex Aldoncia (fil. Alfonſi Perezii *de Ribera*) patri Petri Manricii, Com. de *Osorno*: quo & Teresiâ Toletanâ (fil. Garſiæ Alvari Duc. Albæ) natus Garſias Fernandus Manricius Com. de *Osorno* , ex Maria Henricia de *Luna*, ſuccepit Petrum Fernandezium Manricium Com. de *Osorno* , maritum Elviræ Henriciæ *de Cordoba* (è Marchionibus *de Priego*) & ex ea Patrem Garſiæ Fernandezii I. Manricii Com. de *Osorno*: qui junctâ ſibi Tereſiâ Henricii (fil. Didaci Henricii Guzmani Com. *de Alba de Aliste*) filium Petrum Manricium Maricium Com. de *Osorno*, cui Catharina Zapata de *Mendoza* (fil. Franciſci Zapatæ de *Cisneros* Com. de *Barajas* & Mariæ de *Mendoza*) peperit Johannem (qui obiit . . .) Garſiam Fernandezium , Com. de *Osorno* D. de *Galiſteo*, cui nupſit Anna Maria de *la Cerda*, & Franciſcum Equitem Alcantaræ, qui hoc ſeculo floruerunt, Phil Jac. Spenerus *Theatr. Part. II. pag.* 68.

Ossuna , nomen Familiæ in Hiſpania itidem illuſtris, quæ Gironiæ ſtirpis ramus eſt. Cùm enim Alfonſus Acugna, Martini filius, à matre Tereſia, ex antiqua & celeberrima Gironum ſtirpe oriunda , *Gironis* aſſumſiſſet nomen , huic uxor deſponſata Maria (filia Johannis Fernandezii Pacheci Dn. *de Belmonte*) ſuum

item nomen in hanc gentem intulit. Horum primo filio Johanni , *Pachoci* nomen impoſitum , alteri Petro *Gironis* , à quo poſteriore deſcendunt Comites de *Urueña*, ex quibus dein Duces de *Oſſuna* & Marchiones de *Pennafiel* orti ſunt. Fuit enim Petrus Giron M. Magiſter Ord. *Calatravæ*, qui obiit A. C. 1466. Pater, ex Iſabella de *las Caſas* Sevilienſi, Johannis Tellii I. Gironis Com. Urenæ : quo & Mariâ de la *Vega Velaſco* (fil. Petri Fernandi de *Velaſco* Conneſtab. Caſtellæ , Com. de *Haro*) genitus Johannes Tellus II. obiit A. C. 1558. reliſto , ex Maria de la *Cueva* (Franciſci Fernandi *de la Cueva* Duc. Albuquerqui fil.) filio Petro Gironi I. Duce *de Oſſuna*. Hic ex Leonora Anna Guzmania (Joh. Alfonſi Guzmani Duc. Methymnæ Sidoniæ fil.) Johannem Tellezium I. Gironem ſuſcepit, Marchionem *de Pennafiel* Duc. *Oſſunæ*, qui deceſſit A. C. . . . Pater ex Maria de *Velaſco* (fil. Nicolai Fernandi Conneſtab. Caſtiliæ Duc. de *Frias*) Petri Gironis II. Ducis *Oſſunæ*, cui Catharina Henricia de *Ribera* (fil. Fernandi Duc. Alcalæ) peperit Johannem Tellezium II. Gironem , Duc. *Oſſunæ*, March. *de Pennafiel*, Proregem Neapolitanum , cui Iſabella nupſit (fil. Chriſtophori Gomezii *de Sandoval & Roxas de Uzeda*) ex eo mater Caſpari Tellezii Gironis Duc. *Oſſunæ* & Ulzedæ , March. de *Pennafiel*, Com. de *Urenna*, Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. Part. I. pag.* 70. & *Part. III. pag.* 57.

Ostendere, apud Papin. Statium *Thebaid. lib.* 8. *verſu* 339. ubi de triumpho Bacchi , ex India revertentis ,

——— *nigri vexilla triumphi*
Liber & ignotos populis oſtenderet Indos :

eſt inferre communi publicoque aſpectui , aliàs *ostentare*. Sic Auctor *Panegyrici ad Piſonem*,

——— *Macenas ubi Latinos*
Erudit & populis oſtendit mania Graiis.

Inde *ostenſio* idem , quod Græcis *Φανέωσις* , & *Ostenſionale*, quod *Φανεωτικὸν*, unde *Oſtenſionales Milites* , & *Φανεωτικοὶ*, de quibus infrà. *Pompaticum* pro eodem dixere. Unde *carrum pompaticum*, & *pompabilis ornatus* , eſt *Φανεωτικὸν*. Trebellius in *Gallieno*, *Aulla* Cl. *gladiatores pompabiliter ornati*. In vet. Saxo , hoc ſenſu *Ostenſio* occurrit : CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENSIONE , Salmaſius *ad Lampridium in Alexandro Sev.* Alia vocis ſignificata , V. apud Calvinum *Lexico Jurid.* & Car. du Freſne in *Glossario*. At apud Martialem *lib. I. Epigr.* 70.

Capit , Maxime , Pana quæ ſolebat ,
Nunc oſtendere *Canius Terentios* :

verbum veluti portentum exhibere notat , quod & *δείγμα* Græcis. Atque hoc ſenſu inde *Ostenium* deſcendit, de qua voce infrà.

Ostenſionales Milites , apud Lampridium *in Alexandro*, dicti videntur , qui *oſtentui* modò , non bellicæ rei causâ habebantur. *Pompabiliter ornati*, Trebellio *d.l. Φανεωτικῶς* Græcis: *Σχολαστικῶς* Agathiæ *Hiſtor. lib. 5. Proficiuli cultu atque formâ* Senecæ *Epiſt.* 110. &, quippe ad pompam tantùm Imperatore aliquo verſum prodeunte , ornati. Cujusmodi videntur ſuiſſe quinque millia militum , quos plauſibus & pompæ Theatricæ aptavit Nero , cùm populo placere vellet , apud Dionem *ſine lib.* 61. Eos *non prætiuſſe , ſed ſpectus clariùſq; veſtibus ornabat — dicens , Imperium in virtute eſſe, non in decore*, Lamprid, *loc. cit.* V. Caſp. Barthium *ad Statium Theb. lib.* 7. *v.* 620. & *lib.* 12. *v.* 15.

Oſtenſa , quæ hominum mortes , vel ingentia prælia , vel Imperiorum mutationes ſæpiſſime antecedunt, nunc quæ in cœlo vel aere contingunt , nunc terra marive, argumento Veteribus fuere, dari Dæmonia & Subſtantias quasdam homine nobiliores. Unde & acutus ille Hetruſcus, fed fortè non multo Gentilibus religioſior , Machiavellus vir. *Diſput. lib.* 1. *cap.* 36. *Magnos* , inquit , *motus prædici ſolere , cùm in urbibus , tum in provinciis , idque ſignis quibusdam aut hominum præſagiis denuntiari.* Et paulò poſt, *Ut cauſam facilè conjiciatur me ignorare , ita rem ipſam , cùm ex antiquis , tum no vis exemplis agnoſcere oportet & conjiceri , omnes magnos motus , quicunque aut urbi alicui , aut Regioni eventuri , vel cœleſtibus , vel à revelatione aliqua , prodigiis aut cæteſtibus ſignis prædici ac prænuntiari ſolere.* Mox pergens ea ab Spiritus , cùm nollet ad Supremam recurrere cauſam , refert , *Niſi fortè cum Philoſophis quibuſdam pronuntiandum cenſeamus , aerem plenum Spiritibus & Intelligentiis eſſe: quæ futuras res præſentes & caſibus humanis condientes, eas hominibus per hujusmodi ſigna prænuntiens , ut ſe ad veritas eas tempeſtivè præparent & communire queant*, quod Gerh. Joh. Voſſium de *Or. & Progr. Idolol. lib.* 1. *cap.* 6. Hæc , ut & monſtraæ prodigia , ex conſilio & præſcripto Augurum ac Aruſpicum, Quindecimvice Virorum , (qui libros Sibyllinos ſuper his rebus ædibant & inſpiciebant , ut averturaceretur malum , quod illa minabantur) procurare Romani ſolebant. Hinc Cic. *de divin. lib.* 2. *Quemadmodum* , ait , *ſigna , quæ à Diis hominibus portendantur , procurentur atque exjuentur , hoc præniſcere unum ex officiis divinationis putebat Chryſippus.* Quo ſenſu *procurandi* verbo ſæpe utitur Livius, inprimis *lib.* 31. 34. 37. 38 39. Gellius *lib.* 4. *cap.* 6. Phædrus *lib.* 3. *fab.* 3.

Si procurare vis Oſtentum , *ruſtice &c.*

Imò neque tantùm in his , ſed etiam in ſomniis panlo triſtioribus

p ocurandis, mirè superstitiosi erant fidem. Tibullus *libro* 1. *Eleg.* 5.

Ipse procuravi, ne possens sæva nocere
Somnia, ter salsâ deveter unda mola.

V. Guil. elium *quæst. Plaut. ad Amphitruonem*, & suprà in voce *Mola*. Sic & salutem procurabant, expiantes locum fulgurium, five bidental; & quidem procurandi eius ritum quo pacto Numa Pompilius docuerit, eleganter & callidè deluso Jove, qui humanis capitibus (quibus Patri quoque illis Saturno fieri solitum accipimus) fulgurira procurari volebat, sed pro his capillum concipium sibi à Numa obtrulum tindem acceptavit, *ex lib.* 2. Fusi Antiatis, refert Arnobius *adv. Gentes lib.* 5. quò & Joh. Saris-beriensis alludit. Inde *Depulsorium*, apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. ritum significat, quo imminens malum depellitur, teste Turnebo *Adversar. lib.* 23 *cap.* 11. atque ea fignificatione Valerius Max. alicubi *Porsennorum depulsa* dixit & Perfius *Sat.* 5. *Deos depellentes*, qui alibi *Averrunci*: Similiter, *Amuletum* Plinio, ab *amolior*, *ἀπὸ τοῦ ἀμύνειν*, præfertim ad versus facinum, fignificat. Joh. Lautentius J.C. *Notis in Phædonem loco cit.* V. quoque Perottum *de differ. inter Osfentum*, *Prodigium & Monstrum*, & plura, apud Jo. Calvinum *Lexico Jurid.* Addam falrem apud vet. Agrimenfores in *Pandectibus* hæc voce notari mirum horæ punctum. Ita enim is, *Hora constat ex* 15. *punctis*, 10. *minutis*, 15. *partibus*, 40. *momentis*, &c. *ofentio* &c.

Osfrisia, seu *Frisia Orientalis*, (quam vocem si placet, vide) Comitatus fit, secula 14. Circa Annum enim Chr. 1350. passim per Frisiam Tran'amasanam familiæ nobiles caput efferre, & sub Præfecturarum titulo, varios Capitaneatus exercere coeperunt: cujusmodi fuere, in Rostringia, Ostringia, Wangria, Jevera, Knipshusa, Inhusa, Brocmeria, Auricana, Mariesthova, Emblada, Gretesia aliisque locis, complures. Quæ familiæ cùm mutuis cædibus ac bellis paulatim attritæ fuissent, Ulricus Sirclena, Dynasta in *Gressel* & *Pilsum* creatus Comes Osfrisiæ five Embdæ, à Friderico III. Imp. A. C. 1454. & decennio pòst Embdæ proclamatus est, ex Edzardi Capitanei in *Greezil*, qui Ennonis Ulrici mortui A. C. 1373. pater fuit, stirpe oriundus, frater Edzardi, quem Frisii Rectorem de perpetuum Judicem elegerant. In Edzardi I. filia, qui A. C. 1506. Groningensium Dominus factus, contra Georgium Saxoniæ Duc. huic suo juri posfea renuntiavit; illudque in Carolum Duc. Gelriæ transtulit, divergium linearum primum factum est, cùm in Belgico Johannes *Katcoburgius* lineam osus esset: quæ tamen intra tertium gradum est extincta. Altera linea in Frisia subsistit, ubi Johannis frater Enno, Edzardum genuit, duarum linearum, quæ hodieque superstant, auctorem. Inter has altera *Rietbergia* est, latore Johanne: altera ipsa *Frisia*, Ennone III. genita, Augusta, cujus feries hæc est. Ulricus I. Com. & Dom. Frisiæ Orientalis, defunctus A.C.1466. ex Theda (fil. Uconis Lerani Dn. *de Aurick*) suscepit Edzardum vel Ezardum I. cui modò Groningenses se submisisse diximus. Hic obit A. C. 1528. Pater, ex Elisabetha Rietbergica (fil. Johannis Com. Rietbergæ) Ennonis I. Com. ac Dom. Frisiæ Or. cum quo Anna Dorothea & Maria sorores, Dominæ Jeveræ, pacta de successione inierunt A. C. 1527. quorum posfea pertasæ, ditiones suas Carolo V. Imp. ut Burgundiæ D. feudatarias fecerunt, A. C. 1532. (Unde pratensio *Osfrisiæ* Comitum in Jeveram, Ostringiam, Rustringiam & Wangriam.) E quibus Maria sola superstes, Johannem XVI. Oldenburgium Com. posfea hæredem instituit, quo pacto hæ ditiones à Frisia avulsæ, Comitatui Oldenburgico annexæ fuerunt A. C. 1575. Natus est autem Ennoni, qui obit A. C. 1540. ex Anna Oldenburgica (fil. Johannis Com.) Edzardus II. fub quo urbs Embda, ex confluxu peregrinorum, imprimis Anglorum & Belgarum maximè incrementa sumsit: unde inter Comites & Urbem fub A.C. 1595. gravese controversiæ, arx Comiris ab Embdanis directa & Belgicum præsidium intra urbem receptum est, Thuan. *lib.* 114. Quæ turbæ aliquoties compositæ, tractatu inprimis Delfzylano, frequenter iterum exasperant & ad notitia usque tempora continuantur. Obiit vero Edzardus A. C. 1599. relicto ex Catharina Sueica (fil. Gustavi R.) Ennone II. Com. & Dom. Frisiæ Orientalis, qui extinctus A. C. 1625. ex Anna Hollata (fil. Adolfi D. Slesuici & Holsatiæ) reliquit Ulricum II. Com. & Dom. Frisiæ Or. extinctum A. C. 1648. Quo & Johannà Hassiaca (quæ, fil. Ludovici Landgr. Hassiæ, obiit A. C. 1659.) nati sunt Enno Ludovicus (n. 1632. den. 1660.) Georgius Christianus (n. 1634. den. 1665.) & Edzardus Ferdinandus (n. 1636.) equibus Enno Ludovicus *Princeps Imperii* creatus, à Ferdinando III. A. C. 1650. ex Justina Sophia (fil. Alberti Friderici Com. Barbicinii) genuit Julianam (n. 1657.) & Sophiam Wilhelminam (n. 1659.) *Principes Frisiæ Or. &c. in Norden:* Georgius Christianus, idem Principis axioma cum fratre nactus, ex Christina Carola Wirtenbergica (fil. Eberhardi Ducis) suscepit Christianum Eberhardum, cum sorore præmortua, *Principem Frisiæ Or.* seu *Embdæ*: Tertius verò Edzardus Ferdinandus, ex Anna Dorothea Christiangensi (fil. Alberti Ludovici Com.) duos reliquit filios, *Comites Frisiæ Or.* quorum alter natus est A. C. 1667. d. 31. Dec. pridie, quàm Pater extingueretur. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Part. I. pag.* 78. 162. & 163. V. quoque Georg. Hornium *Orbe Polit. Part. II.* ut & in vocibus, *Edzardus* ac *Embda*.

Osfogothi, seu *Gothi Orientales*, veteris Germaniæ gens, primò Thraciam & Græciam, inde Pannonias, insederunt; vestigia eorum posfea Hunnis insequentibus. Ex Pannonia posfmodum profecti, debellato Odoacro, Herulorum Rege, occupatam Italiam, primumque in hac Regem habuerunt Theodoricum, qui sedem novi Regni ex urbe Roma Ravennam transtulit, Romam ipsam magnifice exornavit, Princeps laudæ dignissimus, nisi quòd Arianâ impietate infectus fuit & Symmachum Boëthiumque, viros clarissimos, è medio sustulit. E' successoribus ejus Vitiges, Roma integro anno obsessa, in oppugnatione ejus una die amisit triginta suorum millia, & posfquam octo agies novies certatonnelsent, exhibitoque defectore est coactus. Successor Mediolanum à Belisario Justiniani Imp. celeberrimo duce, casis trecentis nil. libus, expugnato, captus ac Constantinopolim in triumpho deductus est. Quo pacto confractis Gothorum in Italia viribus, de gloria eorum non parum decesit; donec eas Totilas utcunque restituit, à quo Roma, posfingentem famem bis expugnata est. Eo ex vulneribus mortuo, reliqui Gothorum Regem elegere Tejam, quo ad Nucerium victo, Narses Eunuchus, Justiniani Duc. Regnum *Osfogothicum* in Italia fundatus est. Ex quo Sophia Augusta Narsetem contumeliosis habuitset, ipse ultionis studio ardens, Langobardos ex eadem Pannonia in Italiam evocavit, qui circa A. C. 570. Langobardicum ibi Regnum fundarunt. Hæc de *Osfrogothis* memorabilia, annotavit Hornius *Orbe Polit. Part. III. pag.* 60. Idem observavit, non minùs *Osfogothos*, quàm Langobardos Reges, West-Gothorum seu Vifi Gothorum in Hispania exemplo, qui à capto A. C. 429. Toleto *Rege* Vi gomondum, ad Garonnam, Rodano, ac fignificarent fe paresse ese Imperatoribus Rom. quoque assumto, *Flavios*, cognomi. nari voluisse, *Orbe Imper. pag.* 160. V. quoque *Osfrogothi*.

Osia, in Circo, apud Romanos duodena, una simul machinatione pandi solebant, quum quadrigæ emitterentur, licèt quatuor duntaxat quadrigas ex 4. osiis per singulos missus emitti, solemne esset. Cassiodorus, *Bissena osia ad duodecim signa posuerum. Hæc ab Etruscis familiis demissis salsiâ æquatitate panduntur, ducentibus tantum illic, ni pietatur, confsio geri, ubi intego capitis cognoscitur operari.* Nempe ab una parte lex, ab altera totidem aperiebantur, excepto medio osio, in quo Consulum fedes atque Editoris; quod non solebat cum cæteris aperiri, vel sì aperiebatur, nullæ ex eo emittebantur quadrigæ. Ibidem in Constantinopolitano Circo Mapparius quoque flabat, qui osficium sustinebat mittendæ mappæ, sicque signum quadrigis dandi. Graci, *λαθεῖν ὑποκρίσεως καλὸν μίμημα ἐν βαθεῖ ζοάνι, ἐν ἀμφιθεάτρῳ δὲ ἐν κονίστρᾳ τὸ μέγα ἐπιτελεῖσθαι, τὸ τὰς ἵππους ἐγεῖραι ἐν ἀνίσοις, Duodecim vero carcere*, (licu osfia) *ad imitationem duodecim signorum zodiaci. Mapparius autem vocatur, qui in medio eorum consistens, cursus signum dat.* Sola v. fex illa, quæ ad dextram primarum metarum & à latere dextro illius mediæ junxe erant, necessaria fuere mittendis quadrigis, quia à dextra ad finistram curricula fua peragebant. Et quidem ex his issdem fenis, fola quatuor prima quadrigas emittebant quatuor certaturas lingula fingulas: quod ab eo tempore obtinuit, quo in quatuor colores & greges tota Circi factio divisa est. Hoc n. constituto, quatuor aurigæ cum fuis quisque coloribus per fingulos missus certabant. Olim verò plures curtus in hoc certamen equestre defcendebant. Apud Homerum, quinque curtus committunt in funere Patrocli; In Archemori, apud Statium, sex; Apud Sophoclem, in Electra, decem. Apud Anonymum de *Vita Alexandri*, noverm: ita numerus certantium quadrigarum certus non fuit. An legitimum dicendum fuisse, ut sex una missione contenderent, ideoque Tarquinium Priscum, è modò in un Circo Maximo primus carceres extruendos curavit, fex tantùm *Osfia* in eo feciste, fex quadrigis emittendis? Atqui duodecim osfia five carceresin Circo illo, fex in finistra parte lateris ejusdem, totidemque in dextra. An itaque supervacua & inutilia prorsus finistræ partis osfia atque ad ornamentum tantùm Architecturæ addita? Supervacua omninosilia, quotcumque quatuor unium quadrigæ quaternis osfiis emitti solitæ. Forte ad exemplum Circi Olympiaci & in eo carcerum, Romani Circi carceres adsciti sunt: in eo a, binisordines fuere osfiorum, unus in finistra parte ejusdem lateris, alter in dextera; in quorum medio locus erat ejus, qui machinationem movebat, qui omnia osfia aperiebantur: Altare nempe, ut videtur, Jano: Consulum vel osfio, quod ad medium Circi spatium parebat Romæ, respondens. Cæterùm omnes curtus, qui emittendi erant ad currendum, æquo limite flare debebant, ad dextram partem illius æræ vel primarum metarum, quonian rectò cursu ad ultimam metam circumflectendam tendebant. At si omnia *Osfia* finistri ac dextri lateris vel ordinis aperta simul fuissent, evenisset ut ex dextri lateris carceribus exeuntes, longo spatio reliquos præverterent: quare æqualitati æquitatique certaminis ut consuleretur, ita fiebat. Motâ machinatione, quæ in medio consistebat aperiendis repagulis, dextri lateris five ordinis osfia primò aperiebantur: unde quadrigæ emissæ flabant ad eum fcuom, ubi carceres

ceres fortiti fuerant cutrus ordinis secundi ac decani; ne ulteriùs progrederentur, sunt omnibus ostiis præteritis prohibiti. Ad hunc locum ubi primi ac finistri ordinis quadrigæ conficerant, tum secundi ordinis ostia pandebantur, ac fic aequatis frontibus tam primi ac finistri, quàm dexterior ac secundi ordinis currus in spatia se addebant & in cursum effundebant. Sic omnino ædificati circenses in Circo Romano videntur, & plures etiam tum certasse, quum ædificiari cœpti sunt: postmodum verò quatuor tantùm ex ostiis, pro numero eorum, emitti quadrigæ cœpere; cujus rei originem, qui vel ad Romulum vel Tarquinium Priscum referunt, non parum hallucinantur, cùm *Ostia* in Circo demum æ-dificata fuerint C. Caninio *Ll.* C. 427. nec quatuor fuerint ostia in liquido sint. Quibus licet nonnihil duos, *parvi ordinis, pauci*, addidisse legatur, non diu tamen id duravit, statimque post obitum ejus ad quaternarium numerum redium est. Quoniam autem non omnia, unde equi exibant, ostia, pari conditionis fuere, sed alia meliora, alia pejoris fortis, habita, ideò fortitò legebantur. Et quidem qui proximum ostium primis metis, medianque Circi arae, quod optimum habebatur (quia inde ad ultimas metas brevissimum iter) & *intimum primum* dicebatur, furtat fortitus, *accepere* dicebantur, qui secundum. *succedere*; qui tertium, *eripere*; Quarto verò ostio missus raro ad palmam perveniebat, V. supra in voce *Occupare*. Ad eadem postea, unde exierant, reverebantur Victores, & cursum ibidem terminabant & coronabantur. Habebant verò carceres seu ostia fores cancellatas, seu tranfennas, quæ funibus demitte bantur ac laxabantur, signo mappæ misso: de quibus, allisque hue pertinentibus V. plura apud Salmasium *ad Solinum* pag. 902. & *seqq.* ut & *hic passim*.

Ostiarius, adde: Vox e seculo desumta. Erant enim apud Romanos servi hoc nomine insignes, quodi, *ostii* custodes, ad illud morem antiquo catenis religati essent, ut refert Suetonius *lib. de claris Gramm.* Ovidius *Amor. lib. 1. El. 6.*

Janitor indignè dura religate catenâ,
Difficilem moto cardine pande fores.

Hinc Afranium, Fellus & Nonius aiunt fic in Vopisco scripsisse, *Hostiarii impedimenta vilissimo amdo.* De iis fcite admodum & facetè Plautus in *Asinaria*,

Nolo ego fores conservas meas
A te verberarier: sane ego sum amicus nostris ædibus.
ME. Pol haud periclum est, cardines ne foribus effringantur,
Si istoe exemplo omnibus, qui quærunt, respondebis.
LI. Ita hæc moratus janua fi, exemplo Janiorum
Clamorem, procul si quem videt ire ad se calcitronem.

Officium illorum pulchrè explicat Salvianus *de Provid. Dei lib.* 3. V. quoque Senecam *de Ira lib.* 3. *cap.* 37. *de Tranquill. vitæ lib.* 11. Varronem *de R. R. cap.* 13. Plinium *lib.* 11. *cap.* 14. Ulpianum *Leg.* 12. *ff. Item respondit, ff. de injur. & §. 9. eod. tit.* Alfenum *l.* 61. *ff. de Legat. lib.* 3. &c. Quò autem ingressu ædium accederentur, non longe ab *Ostiarii* cella, canis ingens, catenâ itidem vinctus, in patriete pictus erat, superque quadrata litera scriptum, CAVE CANEM, ut ex Petronii *Satyr.* discimus. Nam ex edicto Ædilium (*A. hi enim, cum fep. ff. de Ædilitio edicto*) canem mordacem ita habere, ut cuiquam nocere vel damnum dare posset, non licebat. V. Auson. Popmam *Conjectan. in Varronis Satyras Menippeas*, Tit. Popmam *de Operis Servorum*, & suprà in voce *Janitor*. Apud Impp. Romanos citeriores ævi, juxta Salmasium, Cancellarii olim, ad cancellos fuos fedentes, admissiones & ingressus ad Judicem, ut tine confusione & tumultu fierent, curabant, Judici præsentandos admittebant, responsa Judicum enunciabant, & item plane fustinebant officium, quod hodie folent in Curiis Regis, qui *Huissiers*, h. e. *Ostiarii*, dicuntur, *ad Vopiscum Carino*. Certe qui ad velum stabat, Cancellarius: nam *Ostiariorum* id potissimum munus fuit. Monachus Sangallenfis de Carolo M. *lib.* 1. *cap.* 20. *Tunc dixit nominatus, non revera Episcopus, ad Ostiarium vel Scarionem fuum, cujus dignitatis aut ministerii viri, apud antiquos Romanos, Ædilitorum nomine conftabunt.* Palatii autem *Ostiarius*, primus inter Ministeriales Palatinos, qui majoribus ministeriis fubeerant, statuitur ab Hincmaro *de Ordine Palatii cap.* 17. E quibus aliquot recenfentur, fc. *Guterannus magnificus Ostiarius*, in *Epist.* Hadriani Pontif. Rom. 92. Codicis Carolini. *Francolinus*, *Ostiarius Regis*, apud Odoranmum in *Chron.* A. C. 1031. Gerungus, *summus sacri Palatii Ostiarius*, apud Frothar um Tullenfem *Epist.* 2. 4. &c Apud eundem Hincmarum in *append.* ad Flodoardum, *Actus Ostiarius Caroli magni*, memoratur. *Ostiariorum Magister*, apud Eginhardum A. C. 822. Βασιλικὸς ἀνακλητὴς καὶ ἀναγνώστης ἢ ψαλτικὸν ἀναγνώστης, in VII. Synodo *Act.* 1. In Ecclesia Lat. *Ostiario* primum gradum Ordinis Ecclesiastici, assignat C. du Fresne *Glossar.* apud quem V. Auctores in hanc rem complures. De quorum ordinatione ista habet Ordo Romanus & *Liber Sacramentorum* Gregorii: *Ostiarius, cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ, dicens, sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ istis clavibus reclauduntur, & tradat ei Diaconus ostium Ecclesiæ.* Hinc *Ostiariatus*, in *Tabulario* S. Bertini, id eft, *Ostiarii ordo*, de quo etiam aliquid, in voce *Ordinatio*. Leoni Oftiensi, valuen ad ostium ædis fatræ, *Ostiale seu Ostiariam*, dicitur *lib.* 1. *cap.* 58 &c. Sed & Tertullo Hieroglyph it inofui erant Θυωροὶ seu *Ostiarii*, quorum frequens mentio in Vet. Testamento: nec non Ecclesiæ primitivæ, sub Novo, quorum meminit *cam.* 24. Laodicenus; alibi Πυλωροὶ quoque dicti, uti patet ex *Nomocanone* Photii *cap.* 31. Cujusmodi Πυλωροὶ in magna Ecclesia Conftantinopoli erant septuaginta quinque, ut legitur in Heraclii Aug. Novella in *Bibl. Juris Can. pag.* 1367. Alias tres numero recenset Conftantinus Cabasilas *Quæstis ad Joannem Cantacuzenum*. Quorum munus, custodire portas Templi ἵνα μὴ τὰ ἅγια καὶ ἁγία τοῖς κυσὶν ἢ χοίροις ἢ ἑτέροις τισὶν ἀνάξιοις ἐμβάλῃ, ἢ ἵνα μὴ τὰ ἅγια τοῖς ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἐμβαίνουσι τὰ ἅγια ἐπὶ τοὺς κυνὰς ἢ χοίρους ἀπορριφθῇ. *Ut ne quis impiorum ad sacrificationem & audituum Ecclesiæ intret, & ne quis illorum, qui intus sunt, Chriftianorum, per negligentiam exire possit ante tempus*, Metrophanes Critopulus *Confess Eccl. Orientalis* cap. 11. apud Clar. Sufcerum *Thesaur. Eccl.* voce Θυωροὶ, ubi & de metaphorico ejus fignificatu, in Sacris, & apud Scriptores Eccles. varia. Faciunt huc illa Isidori, *Ad Oftiarium peritum claves Ecclesiæ, ac claudas & aperias templum Dei — fideles recipias, excommunicatos & infideles rejicias &c.*

Oftii apertura, apud Vett. duplex fuit: nimirùm vel in interiores partes, ut hodieque, vel in exteriores, fieba; quorum oftiorum illa *ἔσω*, hæc *ἔξω πύλη* &, dicebantur. Meminit hujus aperturæ Vitruvius, *Ipsaque forium ornamenta non fiunt cassrota, nec quæ bifora, fed valvata, & aperturas habent, in exteriores partes, i. ἔξω ἀνοίγοντα, ἔξω ἀνοιγόμενα.* Quo modo fores aperiebantur, apud vett. Artifices, ubi quinam domo exibant, earum aperturam in exteriores partes & publicum versus projiciebant. Hinc joco apud Comicos, qui intus exeant, prius oftium pertutunt & ftreptum faciunt, ut, qui extra funt, admonemtur recedere, ne apertura oftii lædereat transeuntes, quod *ὑφορᾶν ὄχλου* dicebatur; Latinis Comicis *crepare oftium*, ut apud Terent um, crepuit *a Glycerio oftium*, κλιδηθρου δ' ἀπὸ Πανδιὼν ὄχλος, aliquot ic. egredi parante. Ar cùm exterius oftium pulsaret intrasturus, κτύπος dicebatur *ὄχλου*. Interim non neceffe erat, januam, cujus aperturæ in publicum ejiciebatur, ab exteriori quoque parte occludi & obseari: ficut nec intus occludi solita, in interiorem partem neceffariò aperiebatur. Fores placeæ intus obseari solitæ, foras versùs pandebantur, & contrà. Apud Atticos inprimis modò dictos, *ἐσωθὲν κλειόμενοι, ἔξω ἀνοιγόμενοι*, *intus obseabantur, extra aperiebantur.* At Mediæ Græciæ temporibus, quæ fub Imperio Rom. fuit, fores intus aperiebantur fcu in interiorem partem aperturam inftituebant, forinfecus tamen habuere adfixas & aptatas feras, quibus occludebantur. Interpres Atati Theon, *Νῦν δ' οὐδὲν ἄεσι οἱ κλεῖθρι, ὁ δὲ ἐσπέριος χαλκὸς ἀφανιστὴρ claustra.* Et tamen ejus ætate, in Græcia fores versùs interiora ædium pandebantur. Helladius, apud Photium, Οὐχ ὡς παῖς ἐμὸς νὺν ὁ πελαὸν ἀπὸ γυμνὸς οἰ πύλαι, ἀλλ' ἐσωθὲν πέφυκε, ἔξω δ' αὐτὸς ἀπωτέρω τοῦδε ἑξέστηκε, *Non, ut apud nos, olim aperiebantur oftia, fed contrario modo, forium enim aperturam impellebant extra & in publicum viam, qui egrediebatur: quod ἔξω ἀνοιγεσθαι & ἔσω κλείεσθαι* dicebant. Cùm verò omnia fere oftia intus claustro & feră munita haberentur, ut ab eo iis, qui foris erant, quoque aperiri possent, foramen in oftio fiebat, quâ bracchium transmitti posset, admittentibam clavem in claustrum feu seram, ac βάλανον inde extrahendam: quo facto per idem foramen claustrum facile removebatur & janua patebat. Appulejus *lib.* 4. *Tunc itaque fabilinis illa Pexilarius noster Lamachus, specimi virtutis fuæ fiducia, qua clavi immissinde, foramen ostii, quod manus claustrum evellere gestiebat.* Certè fraudes illæ omnes, quas Æneas in *Tactico* narrat admissa ab externis, circa βάλανον eruendam ac dolo revellendam, absque ope βαλανάγρας in plerisque urbium portis, non potuere admitti, nisi per hujusmodi latis grande foramen supra locum feræ τὸ μοχλὸν in oftio relictum, per quod foris etiam poterat referari janua intus obserata. Hinc fi quis moculum balani cepisset, ad eum modulum clave facta, etiam urbe exclusus vel ædibus, falsâ clave immissâ per foramen, fores facilè reserabat: quo modo urbem quandam in Achaja captam, idem memorat Æneas. Cœterùm non in omnibus portibus hæc ratio usitata, sed in iis utplurimum, quæ in publicum exibant: At conclavium & interiorum domûs aliâ methodo claudi firmarique consuevere, uti videre eft suprà, ubi de *Oppellandi more*. Plura V. hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 926. & *seqq.* & *hic passim*. V. quoque suprà, in vocibus *Fores*, *Janua* &c. In Ecclesia Rom. ut hoc folum addam, apud Hariulfum in *Chron.* Centul. *lib.* 2. *cap.* 10. *Oftium* fu *Oftiarium*, inter donaria vel ministeria sacra recensetur; meminit enim ibi *Oftiatorum parvorum ex argento & auro gemmisq; fabricatorum, ad pedes S. Richarii* &c. In vet. *Charta* apud du Fresne, corruptè legitur *Oftrea argentea* 2. cum *clavi sua*, V. eum in hac voce plura verbo de *Oftio* hic passim, in vocibus *Fores*, *Janua* &c.

Oftmanni, memorati Sylvestro Gyraldo *Topogr. Hibernicæ Dist.* 3. *cap.* 43. Richardo Stanihurstio *Rerum Hibernicæ lib.* 3. *pag.* 111. & Cam-

& Camdeno *Britann.* Norvvagiensis sunt, qui, in Hiberniam appulsi, cum ibi confedissent, ab Anglis hoc nomine sunt insignati, quod in lingua Saxonica *Orientales homines* designat, *Restbetha namque terra situs ab Orientalibus partibus huc undatus, ad vetli sunt*, verbis Giraldi modò laudati.

Ostracites Vel *Ostracias* Lapis, cujus fragmentis gemmæ olim scalpi solitæ, Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ostracine, adde: Ea Arabiam finiri, & inde Idumæam incipere, Plinius habet: *Pompeji Magni sepulchro locum inclytum*, Casti Solinus, sed infeliciter in nomine ac Plinii verbis deceptus, quæ cùm sint *Pelusio Cadabria castra*, *Casius mons*, *deinde rum Syria Casii*, *tumulus Magni Pompeji*, *Ostracine*; ille fic accepit, quali *tumulum Magni Pompeji* vocaret *Ostracinen*, quod falsum. Nam in Casio Pompeji sepulchrum, non in Ostracine. Strabo, Κάσιον ὄνομα τὸ λεγόμενον ἀκρωτήριον, ἀπὸ ὄρους τοῦ Πηλουσίου τὸ μεγάλου σῴζοντος κάστρα, ὃ δὲς ἐστιν ἱερὸν Κασίου. *Casius littoralis quidam collis*, *promontorii instar*, *aquæ penuria laborans*, *ubi Pompeji Magni cadaver reconditum & Jovis Casii templum est.* Et Ammianus *lib.* 22. *Peluſium oppidum & Casium*, *ubi Pompeji sepulchrum est Magni*, & *Ostracine & Rhinocolura*. Ostracine autem à Casio 6. millitaria distabat. Itinerarium, *Rhinicorura*, XXII. *Ostracena*, XXIIII. *Casso*, XXVI. &c. Salmasius *ad Solinum* pag. 569.

Ostracorum Lupus, Græcè ὄστρακον ἄθροισμα, i. *testæ conversio*, cujus mentio apud Platonem *Phædro*, & de *Repub. lib.* 7. qualis fuerit, V. infrà ubi de *Testarum usu*. Alius lufus fuit, quem Græci ἐπιτροχασμὸν appellavere, memoratus Minucio Felici *Octavio*, de quo *ibid.*

Ostrea Tarentina, inter luxuriantis gulæ irritamenta, ponit Varro apud A. Gellium *lib.* 7. *cap.* 16. *Muræna Tartessia*, *asselli Presinuntii*, Ostrea *Tarentina*, *pelluncullus Chius* &c. Bajana laudat Ausonius *ad Thenem*,

Ostrea Bajanis certantia, *quæ Medulorum*
Dulcibus in stagnis reflui maris ostia opimat.

Eorum vivaria in Bajano invenit Sergium Oratam, scribit Plinius *lib.* 9. *cap.* 54. qui Brundusina quoque & Britannica ibidem commemorat. Juvenalis *Sat.* 4.

Circeis nata forent, *an*
Lucrinum ad saxum, *Rutupinove edita sundo*,
Ostrea *callebat primo deprendere morsu.*

Hæc *senescente Lunâ* crescere, idem Gellius *lib.* 20. *cap.* 8. habet, communisque opinio est, Lunâ crescente *Ostreorum*, Conchyliorum Conchæque quæ omnium corpora augeri, cà verò decrescente, eurfus minui: cujus rei causam vulgò referunt, in Lunæ humiditatem, quâ radiis Solis in plenilunio percusâ, lucem inde in terram evibratam volunt esse calidum quid humido commistum atque adeò prolificum & nutriendo idoneum. Sed II. Voſſius *lib. de motu Marium & Ventor. cap.* 16. tumorem hunc ac pinguedinem *Ostreorum* in ipsum maris æstum rejicit, cùm in multis Indiæ locis, uti ad Cambajam, Bengalam, Javam Inf. & alibi, in Plenilunio æquè ac in Novilunio mania fani pleraque testacea plena constrà in quadraturis. Quemadmodum idem in sinu Cambajensi ac Peguano, in Lunæ quadraturis, maximè maria tumere, eademque subsidere Lunâ vel plenâ, vel novâ, refert. Plura de *Ostreis*, V. apud Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. & Progr. Idol. lib.* 4. *cap.* 34. ubi, præter supra memorata Ostreorum genera, laudat ex Xenocrate apud Athenæum, quæ ad Nili ostia præcipuè in Ægypto, in Ephesso ad Caystri ingressum, præterea Tarracone, Narbone, Dicæarchiæ in Lucrino lacu; Chelidoniæ, Leucadæ, Actio & Lybici insu crescunt: ex Clem. Alexandrino *Pædag. lib.* 2. & Virgilio *Georg.* 1. Abydena: ex aliis Cyzicena, quæ *majora Lucrinis*, *dulciora Britannicis*, *jucriora Getulicis*, *acriora Lepticis*, *pinora Lucensibus*, *ficciora Coryphantensis*, *teniora Illricis*, *candidiora Circestensibus*, vocat Plinius *lib.* 32. *cap.* 6. Hodie apud Belgas maximum honorem Britannicis esse addit, docetque Veteres non minùs ac hodie fit, *Ostrea* in antecœnio inprimis edisse cruda, ex Macrobio *Saturn. lib.* 3. *cap.* 9. interim in delicijs magis fuisse, quàm cibis, ex Seneca *Epist.* 108. & Ciceronе *lib.* 7. *Epist.* 26. Ea dem carere oculis ac auditu asserit *ibi. eod. cap.* 12. & de gustu tactuque eorum disquirit, *cap. sequenti*. Quia verò *Ostrea* crudæ edebantur vel hauriebantur potius, inter frigidas mensas primo loco habitæ sunt. Plutarchus in *Sympoſ. Quæſtion.* Αἱ γὰ καλούμεναι ψῦξεις, σὺκ ἔτιμον ἀρχαῖοι, ἀλλ' ἐπὶ τέλει ὁ Πλάτων, ἀπ' ἀρχῆς ἐπὶ ἐσχάρᾳ μεμιχθῆναι, τὸν σιτίτον αὐτὸ ἐκ τοῦ πυρὸς ἔχοντα. Imò quia frigidæ illæ mensæ, quas vocabant, *ostreis* maximè conſiſterent, quæ & ipsæ absolutè usurpari Vet. Capitolinus in *Gordiano Jun.* & *in Maximinis*, ubi dicit, *Maximinum ab oleribus semper abſtinuiſſe*, *à frigidis prope semper*, *niſi cùm illi ponendi neceſſitas eſſet*. Nam *ostrea* potum provocant, ob humorem ſalſuginoſum, quem in carne habent, teſte Galeno ὑγροῦ δυσφλ. *lib.* 3. V. ſupra ubi de menſis *Frigidis*. Apud Sinenſes, ut & hoc addam, ſub urbe *Tengcheu*, in prov. Xantonia, *ostrea* copioſa admodum inveniuntur, helluonum delitiæ. Ad *Foncheu* verò, in prov. *Chekiang*, oſtrea illa parva, quod mirabile, & alibi inſolitum, aquis in campis ſata creſcunt. Hujus enim generis quædam contuſa guttatim per campos ſpargunt, veluti ſemina, ex quibus dein magno numero ſuavis admodum ſaporis oſtrea prodeunt &c. Auctor Anonymus *Sinæ & Eur.* 41. De *garo oſtreorum* ſunt *Epigr.* 82. Martialis *lib.* 13.

Ebria Bajano fuerant modo concha Lucrino,
Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Oſtrea Margaritifera, V. ſupra in voce *Cochlea*, Item *Concha*. *Oſtrum*, purpuræ ſanies eſt, Græcè αἷμα κηκῶσαι, ex Græco itidem ὄστρον ſeu ὄστρυον, quod etiam eſt conchylium marinum. Unde *Oſtrina veſtis*, *a colore oſtri*, *ſub rubrum*, Nonio *cap.* 16. Cujusmodi veſtem, ut & auream, ſummo lecti ſui feretri puerili regmini, à Magnatibus Romanis Græciſque ſuperi conſuevisse, diſcimus ex Papinio Statio *Thebaid. lib.* 6. *verſ.* 62. ubi de funere Archemori,

Summa crepant auro, *Tyrioque attollitur oſtro*
Molle ſupercilium ——

Certè *Auro oſtrum* etiam Virgilius jungit, ut pretioſiſſima duo humani corporis indumenta. Sed & auro oſtrum variegari ſolitum eſt, quod *pictum oſtrum* vocat Ipor Petronianus:

Vilis admirator pictis aſcet oſtrum ſeplasiis.

Quo modo *pictus limbus* apud Ovidium *Metamorph lib.* 10. de currente Atalanta. *Maonium limbum* vocat Statius *lib. cit. verſ.* 540. quod opificium in veſtibus repetit *lib.* 11. *verſ.* 400.

—— *opus ipſa novavit*
Maonis Argia modis, & *pollice docto*
Stamina purpureæ ſociavit aurea telæ.

V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Statium d. l.* & infrà, voce *Purpura*.

O T.

OT. FN. in notis Antiquorum *oſtium ſineſtræ* notat &c.

Otacilia Severa, repræſentatur in nummo vet. in fœderis Laodicenſium cum Epheſio initi monumentum cuſo, in cujus altera parte, Jupiter & Diana, binis cervis comitata, expreſſi ſunt. Item in nummo, fœderis Hierapolitanorum & Smyrnæorum memoriam ſervante, in cujus parte altera duæ urnæ, è quarum utraque palmæ furgunt, Ludorum communium indices: cum *Inſcr.* ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΣΜΥΝΑΕΩΝ ΝΕΙΚΟΦΟΡΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, apud Sponium *Itiner. Part* 3 *pag.* 180. & 193. Integrum nomen eſt, *Marcia Otacilia Severa*. Fuit ea Philippi Seniforia Imp. uxor, quæ quòd eſſet religionis Chriſtianæ ſacris imbuta (ut plerique autumant) hinc factum videtur, ut Philippum quoque uxoris gratiâ æquiorem pijs, palàm Chriſtianum fuiſſe Euſebius aliique ſcripſerint. V. Calaubonum *Not. ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores*, ubi Auguſtam hanc in multis nummis antiquis celebrari addit.

Othan, Numen olim Saxonum, memoratur in *Epiſtol. S.* Cuthberti: *Juro per Deos meos paganos*, *Hoc eſt Othan*, *quòd ab hac hora inimicitiam ero omnibus vobis*. An, qui alijs *Woden* dicitur, de quo V. ſuo loco. Sed & Deam *Oſtre* colui ſſe Germanos, auctor eſt Beda *de Tempor. ratione cap.* 13. quæ *Oſtar* nonnullis nuncupata eadem cum Aſtarte fuiſſe creditur. Sed aliam eam fuiſſe ab *Othan*, opinatur C. du Freſne *Gloſſar.*

Othman, V. *Oſman.*

Imperatores Romani.

Otho M. Sylvius, adde: Ejus nummi, in cujus una parte circa ea, put ejus hæc Græca *Inſcr.* ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝΟC ΚΑΙC. CΕΒ. in altera, caput fœminæ calantica tectæ, & coronatæ, cum caduceo ponè, & nomine ΕΙΡΗΝΗ. cui reſpondet ab eodem cuſus alius, in quo verbis Latinæ, PAX ORBIS TERRARVM: Alterius item, longè rationis, in cujus poſtica parte mulier eſt veſtita, victoriolam alterâ manu, altera tropæum, geſtans, cum voce ΕΡΑΣΙΣ, memini, coronamque icones exhibet Jac. Sponius *Itiner. Part.* 3. *pag.* 168.

Otho I. Imp adde: Sub eo maxima Imperii Germani ci potentia fuit, ille enim collapſam ejus poſt Caroum Magnum dignitatem reſtituit, & Bohemiam, Franciam, Burgundiam, Italiam, Hungariam, Daniamque, felici armorum ſucceſſu, partim domuit, partim in officio continuit. Hornius *Orb Imp.*

Otho IV. adde: Lex, quam, ob familiæ Suevicæ flagrans, in Comitiis Francofurtenſibus tulit A. C. 1208 quâque Legem Henrici VI. de hæreditaria Imperii ſucceſſione, antiquavit, hac habitus capita: *Nullus Imperator hæreditarium jus in Imperium prætendat. Primùm jus*, *tres Eccleſiaſtici*, *tres Seculares Imperatorem creanto*, *qui ſi diſcordes fuerint*, *Regem Bohemiæ sanctorum arbitrum*, *adhibento.* A quo tempore certam habemus Electorum hodiernorum originem. Namque & circa *Othonis* III. & ſuſtentum quoque Imperatoris quorundam tempora, Electorum quidem mentio reperitur, ſed nec ſeptenarius hic numerus, nec dignitas ad hodiernas familias reſtricta, ante Othonem IV. ullibi occurrit. V. Georg. Hornium *lib laudato.*

Principes ex Familia Pataxina.

Otho I. Comes Palatinus Schirenſis, & poſtcris Arnolphi Imp. ut quidam volunt, fecundum Blondellum verò, è familia Arnolphi cujusdam, à Normannis cæſi A.C. 891. cujus filius Luitpoldus D. Bavariam rexerit, ab Ungaris occiſus A.C. 908. vvernergenitus, Com. Schirenſis & palatio Bayarico præfectus, fratrem habuit Babonem, conditorem Abenſpergenſium. Iſpſo autem natus eſt,

Otho II. quo genitus,

Otho III. qui Wittelspachium condidit (unde poſtea familiæ titulus) Schirenſi arce in Monaſterium conversâ. Hujus filius

Otho IV.

Otho IV. fuit ; quo edituo ,

Otho V. cognom. *Major*, vexillifer fuit Friderici Barbarossæ, & proscripto Henrico Leone, A.C. 1180. Id. Jul. Bavariæ Ducatum nactus est, posthumeio in hanc familiam reducem. Frater Conradi Archiep. Salisburgensis, & deni Mogutinti, ac *Ottonis* VI. de quo *infra* : Pater vero Ludovici, qui à Friderico II. Imp. consequutus est Palatinatum, cum ejus filio *Ottoni* Agnes, Henrici Saxonis filia, daretur uxor, V. *infra*.

Otho VI. cognom. *Minor*, frater fuit *Othonis*. V. Illo genitus est, *Otho* VII. cognom. *Homicida*, ob cædem Philippi Imper. ex filio Gerlacho, luit Wildgravionum in *Kirburg* & *Daun* , quorum ditionem ad Rheni Comites dein devolutæ.

Otho , cognom. *Illustris* , filius Ludovici præfati, ductâ Agnete, hæredè Palatinatus, Henrici Saxonis filiâ , Bavariam denuo cum Palatinatu gubernavit. Pater Ludovici cognom. *Severi* , qui cum sup. Bavaria Palatinatum nactus est, communis Palatinorum & Bavarorum , quotquot hodie superstunt, Principum genitor : Henrici, qui Bavariam infer. tenuit, & cum fratre, in Comitiis Augustanis, Auctrum, Stirium & Carniolam tanquam Majoratus sibi abiata, repetiit, A. C. 1281. ac *Othonis* , qui cum filio Henrico Regnum Hungariæ adversus Carolum Martellum sibi asserere est conatus.

Otho I. filius quarto genitus Ruperti I. Imper. ex Fam. Rudolfina , in divisione hæreditatis paternæ , Mosbacum tenuit, Electorali poste à administrationi illustris. Frarre naimque Ludovico I. cognom. *Barbato*, mortuo, filius ejus Ludovicus II. cognom. *Manserius*, sub patrui *Othonis* tutela, quem majoribus fratribus Ludovico puero subrogatus est. Eo genitus est

Otho II. Mathematicarum & aliarum Scientiarum amator singularis : Frater Ruperti Ratisbonensis, Johannis Augustani & Alberti Argentinensis, Episcoporum, quorum hic de Episcopatu bene meritus & concubinatus Sacerdotum summus fuit osor. Qui omnes cùm cœlibes decessissent, ipsis cum *Othonis* I. linea defecit.

Otto Henricus, cognom. *Magnanimus* , filius Ruperti cognom. *Virtuosi* (quitritli bello Bavarico fluperm involvit) mortuo patruo, Ludovico III. cognom. *Pacifico*, Electore, in Electorali nec invitus præreritus est, altero patruo Friderico II. *Sapiente* , fratri suffecto. A.C. 1544. ipse tandem Elector. Variæ Principes fortunæ vix natus pene exul fuit. Patre omni fere ditione exuto : Concessus tamen ei & fratri Philippo *Bellicoso* , ex ditione materna Principatus Neoburgicus. Inde in Palatinam profectus rediit A.C. 1521. in provincia autem Evangelicam Religionem introduxit A.C. 1542. ac poslea Smalcaldico fœderi nomen dedit , de capite proin ac fortunis periclitatus. Quamvis enim à Cæsare exutus est, à quo tempore multiacies minus tavit. Quo zelo , tum Heidelbergæ habitans, movit Electorem, ut & ipse publicè Heidelbergæ Reformationem institueret, A.C. 1546. Restitutus postea, ope Mauritii Saxonis , A.C. 1552. Patruo n. C. 1556. in Electoratu successit, statimque quidquid veteris fermenti reliquum erat, è tota provincia eliminavit , Missa prohibita, & Ordinatione Eccles. sermone vernaculo vulgata : Academiam quoque , ipse studiis dedatus, rectius ex conditio Melanchthonis *disposita* ac dotata ; primus insuper florentissimæ postea *Bibliothecæ* Auctor. Decessit A. C. 1559. d. 12. Febr. orbus & ultimus è prosapia Ludovici Barbati, quod ipse ultioni divinæ ob sanguinem Hussi (in Concilio Constantiensi, cujus Præses Ludovicus sententiam in Hussum & Hier. Pragensem latam, justu Cæsaris, historibus exequendam commiserat) fusum asscripit. Maternam ditionem Neoburgensem, transmisse Testamento ad Wolfgangum Bipontinum, Electoratus hærede Ottonis III. Sponheimensis , agnato. Idem nomen fuit uni ex filiis Wolfgangi modo memorati , qui sine prole masculà ob it Sulzbaci A.C. 1604

Carol. *Otho*, fil. Georg. with. Birtofeld. Duc. natus est A.C. 1625.

Otho , filius Ludovici V. Imp. Bavaricæ linea; conditoris , fratri Ludovico Romano , (cui Pater Marchionatum Brandeburgensem concilaverat, postquam Tirolis Comitatum obtinuisset) mortuo hæreditate : fed à Socero Carolo IV. 200000. aureis Ungaricis eum vendere coactus, A. C. 1373. exiguâ ditione in Bohemia acquievit ; obignavam *Faninos* dictus. Obiit A. C. 1379. Idem quoque nomen fuit Episcopo Frisingensi, filio Lupoldi II. Marchionis Austriæ, ex eadem Familia, fratri Lupoldi III. primi Austriæ Ducis, qui etiam Bavariam adversus Welfum III. fibi aderuit. De quibus omnibus , V. Phil. Jac. Spenerum *Syll. Genteal. Hiſtſ. in Fam. Palatino-Bavarica*.

Ex Familia Saxonica.

Otho, Dux Saxoniæ, filius Ludolfi, nepos Brunonis, qui Vvitekindi I. fuerat frater, fratrem habuit Brunonem, à quo condita Brunsuiga urbs ; ipse pater Henrici I. cognom. *Aucupis* Imp. quod axioma ipse recuſavrat : Sicque *Othonum* I.II.III. Imp. de quibus V. inter Imperatores, progenitor. Alii tamen, de *Othonianæ* hujus linex originealiter sentientes, V Vitikindum I. V Vigberti & V Vitikindi II. V Vigbertum autem V Valperti & Brunonis Patrem constituunt , atque hunc Brunonem his Othonibus Patrem assignant.

Otho, filius Ludolfi, qui primogenitus *Othonis* I. Imp. post Sacerum Hermannum Duc Sueviæ fuit, Patri successit : per filium Henricum avus Conradi cognom. *Salici* Imp. cujus fil. Henricus III. genitor Henr. IV. fuit, quo natus est Henr. V. omnes Imp.

Otho , cogn. *Dives*, à repertis argentifodinis, fil. Dedonis II. Saxoniæ D. Tribergam condidit, Friderici I. Imp. adversus Henricum Leonem miles, à Ludovico Landgr. Thuringiæ, dein autem filio Alberto cognom. *Superbo* , captivus detentus est : Pater Theodorici, cujus filius Henricus cogn. *Illustris* A. C. 1249. Landgravium Thuringiæ sibi vindicavit, cumque eo Palatinatum Saxoniæ in domum suam postliminio reduxit. V. J. Spenerus in *Fam. Sax. Ex Familia Guelfica.*

Otho , filius fecundogenitus Henrici Leonis Ducis Bavariæ ac Saxoniæ potentissimi quartus hujus nominis Imp. justu Innocentii III. Pontificis Sueve oppositus est. A. C. 1209. à quo à Pontifice Anconam , Thusciam, Calabriam , Apuliam & Romaniolam reposcerat, quæ antecessores Imperio eripuerant , ab ipso quoque diris devotus est, electo Friderico II. Tandem à fuis etiam deseritus; Imperio excidit, & moriturus dicitur coquinariis fuis, ut collum calcancis premerent, præcepisse. Ejus frater minimus V Vilhelmus Brunsuicensium Ducum fuit conditor. Illo enim genitus,

Otho, cognom. *Puer*, vel *Parvus*, Brunsuicoquod filiæ Henrici patrui dicuntur Imperator : vendidit , præsidium Friderici II. Imp. ejecit, ab eodem tamen postea Brunsuici ac Lunæburgi Dux creatus, A. C. 1235. cùm, conventione cum Afcaniis initâ, Saxoniæ omisssiet titulum. Ditiones multis accessionibus, emtionis aliisque titulis , auxit : Pater Johannis , Lunæburgiæ : & Alberti , Brunsuicenfis lineæ, conditorum.

Otho , filius Henrici cogn. *Junioris* , (familiæ Grubenhagiæ , etiam Alberti modò dicti filius major natu Henricus cognom. *Mirabilis* , orsus fuerat) à Johanna I. Regina Neap. cùm pro ea in Italia bellum adversus Pontificem gereret, matrimonio petit Jacobum Aragonium Majoricæ R. electus est , A. C. 1378. titulum tamen Principis tantùm gerere jussus. Hujus casum, cùm illa plures hospites haberet, excommunicata ab Urbano , qui Carolo Pyrrachio Regnum assignarat & undiquaque oppugnata , fortissimè tuitus , biseaptus, ac demum A.C. 1388. vel ferius , ex vulneribus ad Neapolim acceptis, est extinctus , nullâ prole relictâ.

Otho , cogn. *Largus*, V. infra.

Otho I. cogn. *Magnus* vel *Claudus* , vel etiam *von der Heide* ; filius Bernhardi D. Lunæburgici, Comitatum Eberstenium, à focero Hermanno, cùm ejus filius *Otho*, ob occisum Henricum Dominum *de Homburch*, fugâ patriam defensuret, (fator inde Eberstenionum Neugartensium) obtinuit. Frater Friderici cognom. *Religiosi* , qui stemma propagavit.

Otho II. cognom. *Victoriosus*, filius Friderici prædicti , ex Magdalena Brandeburgica, genuit Henricum cognom. *Junioren* vel *Medium* : ipse ante Patrem mortuus.

Otho III. filius maximus natu Henrici modò memorati , aliquandiu administrationem provinciæ gessit , fratri dein Ernesto acceptâ pecuniæ certâ in annos singulos pensione cessit : Harburgiorum comitum. Ejus filius

Otho IV. cùm ex nobili Metta de Campen susceptus esset , lineæ à reliquis agnatis initio non agnita est , fed auctoritas Cæsarea illam est tutata. Ejus filii tamen omnes sine prole decesserunt, ultimo extincto A.C. 1642. Ex Patruo verò ejus Ernesto, præter alios, natus est Franciscus *Otho*. fed etiam *unus*.

Ex Fam. Badenſi.

Otho , Marchio Badensis, Hochbergicæ lineæ , filius Henrici , Duxcopiarum Leopoldi Austriaci, ad Sempacum cecidit, A.C. 1386. Frater Hesſonis I. in cujus filio *Othone* minimo natu, qui mortuus est A.C. 1418. Hochbergicus ramus defecit, successione ad alterum Susenbergium delatâ , cujus auctor fuerat Rodolfus III.

Otho , filius Rodolfi IV. fratris Rodolfi V. A.C. 1376. præmortui ex Catharina Thierstenia filium Rodolfum VI. postquam tutor ejus fuisset, hæredem reliquit : inter cujus filios quoque *Otho* fuit ; qui ab anno 1431. Constantiensem Episcopatum rexit.

Ex Fam. Haſſiaca.

Otho , filius Henrici cognom. *Pueri* , qui ex Ducibus Brabantiis ortus, Familiam Hassiacam condidit, Patre mortuo A.C. 1308. in divisione hæreditatis Principatum Landam nactus est, fratre maximus natu Johannis , qui Castellas , & Ludovici Epfc. Monasteriensis, qui Marpurgum accepit. Sed fratrum tandem successor, factâ A.C. 1431. constitutione, jus Primogenituræ, & ut primo tantum *imperatis Domini* titulus daretur, introduxit, à Moguntino Præsule excommunicatus, sicut & Pater fuerat. Eo geniti Henricus cognom. *Ferreus* seu *Magnanimus* successor, Ludovicus, Hermannus & *Otho* Archiepiscopus Magdeburgensis, è quibus Ludovicus & Hermannus, vi paternæ constitutionis, pacis quibusdam dominiis acquisitere coacti sunt. Obiit autem *Otho* A. C. 1326.

Otho , filius Mauritii, ex Anna Solmensi, Hirschfeldæ Abbas, tristi morte extinctus est, A. C. 1617.

Ex Fam. Wandalica.

Otho I. filius major natu Barnimi I. Pomeranicæ citeriorisDucis. Stetinentem ramum, sicut frater ejus Bogislaus I. V. Wolgastensem, orsus est. Nactus namque Stettinum, & quidquid Orientem versus ad Pomeraniam situm ; bellum adversus Megapolitanos, dein Ludov. Bavarum Elect. Brandeburg. cui Episcopatus Camincnsis afsiitebat, habuit : Belgardæ dein transactum, ut Episcopi Dacies fundatores ac Patronos, agnoscerent, & comunes haberent ipsis cum hoftes. Etin regimine ac bello adversus Ludov. prædictum fuc-

cessit A. C. 1345. Batnimus cognom. *Magnus*, qui bello sæpius victor, tandem tamen dici ut in casum deficientis prolis Brandeburgicis successionem addixisse.

Otho II. filius Suantibori II. minimi natu filii Barnimi præfati, fratrem habuit Casimirum VI. cujus ex filio Joachimo nepos fuit.

Otho III. qui Parti successit A. C. 1451. Sed cum in eo A. C. 1464. mortuo, ramus defecisset, acre inter Brandeburgicos, quibus Imperator Fridericus III. feudum contulerat, & Agnatos reliquos Wolgastensis ramibellum ortum est; præfertim cum in Historiarum tenebris series genealogica, quòd ab eadem defenderint origine, doceri satis non posset. Sed penes Wolgastenses manfit victoria, & Wartislaus X. ac Ericus II. fratres, *Ottonis* successerunt.

Ex Fam. Afcania.

Otho I. Com. Afcaniæ.

Otho II. fil. Alberti II. qui Afcaniam reftaurafſe, & Bernburgum condidiſſe dicitur: Frater fuit Sigismundi & Alberti. Eo genitus

Otho III. pater Efici ac Theodor ci Eccleſiaſtici, avus Ottolphi, cum fratre Efico præclio adverſus Hungaros, ad Mereſeburgum, occiſus eſt A. C. 933.

Otho IV.

Otho V.

Otho VI. filius Erneſti, frater Henrici, Erneſti (quos Wœlpanos nominant Comites) Richardi & Efici: quo ultimo natus

Otho VII. cognom. *Magnus* ſeu *Dives*, à ſocero Magno, Electore Saxoniæ, Marchiam veterem, patri Othonis à Pribislao R. Herulorum, & huic à Magno ereptam, rurſus accepit: Saxoniæ verò Ducatum adverſus affinem Henricum cognom. *Nigrum* fibi vindicare ſruſtra conatus eſt. Pater Alberti cognom. *Urſi ſeu Pulchri*, Principis ſuâ ætate celeberrimi, cui Conradus III. Imp. Marchiam Brandeburg. contulit. Hoc genitus

Otho I. Electo Brandeburgicus, *ſtirpis* Brandeburgicæ, ſicut frater ejus Bernhardus, Saxoniæ, conditor: Bello adverſus Wichmannum Archiep. Magdeburgicum, & Ulricum Epiſc. Halberſtadienſem primùm captus, alio prælio Archiepiſcopum vulneratum ipſe cepit. Auxilium quoque Odoacro, Regi Bohemiæ, adverſus Belam Ungariæ R. fulit. Mortuo A. C. 1198. ſuperfuere, præter alios, Henricus Præpoſitus Tangermundæ, tui voluntate Marchiam ut veterem ei Epiſcopatum mutaturus, & Electo- rius Alberto.

Otho II. filius prioris, in Palæſtina ſtrenuè ſe geſſit, Ludoſium Archiep. Magdeburgenſem & Conradum Epiſc. Halberſtadienſem A. C. 1203. capit, obiitque paulo pòſt in prolis, ſucceſſore fratre Alberto II. quo ex Mechtilde Marchionis Luſatiæ filia, nati ſunt Johannes, (pater Johannis II. *Othonis* & Conradi) ac

Otho III. cogn. *Pius* & *Benefícus*, qui pòſt expeditionem Aſiaticam reverſus domum, ab Hildebrando Archiep. Magdeburgenſi & Ludovico Epiſc. Halberſtadienſi captus, ſolutoque lytro dimiſſus eſt: ſed alterâ vice, cùm eundem adorirentur, eos profligavit & alterum cepit: Imperia'e axioma, pòſt Wilhelmum Hollandiæ Com. fibi oblatum recuſavit: Brandeburgum Boruſſiæ condidit; Patre ex Beatrice Bohemica Johannis cognom. *Prægenſis*, ubi educatus & in haſtiludio peritus: *Othonis* cognom. *Longi*, qui tutor fuit *Wenceslai* Bohemiæ R. & a *Crucíferis Boruſſiæ* novam Marchiam emit: *Alberti* & *Othonis* cognom. *Parvi*, Rudolfi I. Imp. generi, demum Templarii, ac tandem Monachi. E' quibus folus *Otho* Longus, ex Juditha Hennebergica reliquit filios, *Otho-nem* cognom. *Magnum*, poſt mortem uxoris, Magiſtrum Ordinis Teuton. Albertum, Guntherum improles & Hermannum cognom. *Longum*, cujus filius Johannes cognom. *Illuſtris*, lineam clauſit A. C. 1312. Fuit etiam *Otho*, Templarius, in eadem linea, filius Conradi Electoris, frater Johannis III. & woldemari ſimiliter Electorum.

Otho, filius Alberti II. Electoris Saxoniæ ex Agnete, Rudolfi I. Imp. filia, frater fuit Rudolfi I. majoris natu, qui Patri ſucceſſit, ipſe Albertum Epiſc. Naumburgenſem genuit.

Otho, filius Rudolphi memorati, ex Juditha Brandeburgica, frater Rudolphi II. ante hunc vivis exceſſit, relicto ex Agnete Lunæburgica filio Alberto, pro quo, quem initio ipſe avus Wilhelmus ultimus D. Lunæburgicus hæredem eſſe juſſerat, ſucceſſio Lunæburgica fruſtra à Carolo IV. petita fuit, qui eam eidem quidem Alberto ex parte, fed & patruis ejus Rudolfo ac Wenceslao contulit. Unde inter hos & Brunſuicenſes Lunæburgicorum Principum agnatos, acerrimum bellum conflatum eſt.

Otho, è filiis Henrici cognom. *Senioris*, (qui à Friderico II. Imp. primus creatus eſt Princeps Anhaltinus) ex Mechtilde Brunſuicenſi, Afcaniam ſeu *Aſchersleben*, in divilione paternæ hæreditatis, nactus, filium *Ottonem* ipſe ſepelivit. Frater Sigfridi Serveſtanæ, & Bernhardi, Bernburgicæ lineæ, Auctorum *Ottoni* patruo, cùm Bernardus II. primi filii, Bernburgenſi linea, ſucceſſiſſet, ejus frater Albertus Epiſc. Halberſtadius ab ipſo diſsidens Afcanam Capitulo Halberſtadio, cpe vidue Othonis Elifabethæ, quæ eam dotalitio adhuc nomine poſſidebat, adjecit: unde Bernhardus III. illà ditione vi ejectus, hinc *Spitiali* cognomento inſignitus eſt.

Otho, filius minimus natu Bernhardi III. præfati, pater fuit Bernhardi & *Ottonis*, qui lineam Bernburgicam clauſere, ſeculo 15. ſucceſſore Georgio agnato.

Ex Familia Diaſtea.

Otho, filius natu minor Boleſlai *Chrobri* dicti, Poloniæ R. A. C. 1025. cum fratre Miciſlao II. Patri ſucceſſit, ſed à Miciſlao pulſus, ad Conradum II. Imper. ſe contulit: unde hic Miciſlao ad Bohemos fugere coacto *Othonem* reſtituit, qui diadema paternum Cæſari transmiſit. Donec Othone à miſſis cæſo, frater denuo ela. vum arripuit, Maſoviâ tamen à regno avulsâ, quam Maslaus pocillator ejus, ſeu Imperiali auctoritate, ſeu defectione ſuâ, ſibi vindicavit.

Otho, filius Miciſlai cognom. *Magni*, vel *Senis*, Poloniæ Principis, Patrem A. C. 1202. extinctum, mox ſequutus, filium reliquit Vladiſlaum cognom. *Spuatorem*, qui Patrium Vladiſlaum, cognom. *Laſcongum*, Principatu exuit.

Comites Principatus, ex Familia Naſſovia.

Otho, cognom. *Magnus*, Comes Naſſoviæ, Toparcha Loppræ, Lauriburgii & Sonnenbergii, filius Johannis Naſſoviæ Comitis, ex Sibylla. Ludovici Saxoniæ Palatini filia, caput omnium, quotquot in illuſtriſſima hac Familia ſuperſunt. Quanquam enim per trecentos ante ipſum annos, ab Adolfo, Haſſiæ præfecto, & Comitatui Naſſoviæ regendo præpoſito, ad eum usque Comites Naſſovienſes, perpetuâ ſucceſſionis ſerie, memorentur ultra triginta, ab hoc tamen vulgatæ Genealogiæ ſeries initium capit. Ab Henrico is Aucupe Imper. exercitui contra Hungaros ſummus Dux præfectus, Hungariam victor peragravit. Inde haſtiludio Magdeburgenſi inter fuit. Plerumque Noribergæ commoratus, ibidem deceſſit, & ſepultus eſt: quem habitationis locum mirum moremque non pauci dein Naſſoviæ Comites ſecuti ſunt. Pater fuit, ex Magdalena, Walravii Comitis Sponheimenſis filia, Henrici, Canonici Moguntini: Walravii, ſucceſſoris, Luciæ Hildebrando Sanctæ Agnetis Barbatæ, Geſſelini Duc. Limburgenſis uxoris. Tribuitur ei ingens prudentiæ, fortitudinis, & animi excelſi, elogium: ut dignus omnino fuerit, à quo tot tantarumque familiarum illuſtrium quaſi coloniæ, inciperent. In Walravii filiis prima ſtemmatis diviſio facta eſt, altero filiorum, Patri, in prov. *Naſſovia*, ſuccedente; altero *Ottone*, *Geldriæ* Principatum adepto. Secunda dirremptio, o-ctavo ab *Ottone M.* gradu exeuntis filiorum Henrici cognom. *Divitis* ita hæreditatem ereſſerent bus, ut *Othoni*, Dilleburgum cederet, Walravio Weisbadenſis obtingeret Comitatus, unde *Dillenburgicus* & *Weisbadenſis*, rami; quorum ille, *Beiſſieniam*, *Auriacam* cœteresq; ille *Sarepontanam* & *Wilburgenſem*, lineas, ex ſe dedere.

Otho I. Walravio, filio Othonis Magni, genitus, Geldriæ, cui gubernandæ præfectus erat, poſſeſſionem, tit. *Comitis*, voluntate Henrici Aucupis Aug. in Comitiis Mogontiacenſibus, nactus eſt A. C. 1090 Adjecta & Zutphaniæ provincia, quæ ab eo die Geldriæ territorio annexa eſt. Sic ſtemmatis à Gelro-Zutphanicis conditor, quod aliquot ſeculis floruit, Geldriæ mutavit inſignia, & Leo argenteus, in cœruleo clypeo, tres meſpilorum flores, in aureo clypeo rubros, expunxit. Obiit A.C.1107. Zutphaniæ tumulatus. Ex Adelheida, Vichardi Geldriæ Gubernatoris fil. & exaſſe hærede (unde ei via ad Geldriæ poſſeſſionem) Gerhardum I. ex Sophia, Vichmanni Zutphaniæ Com. fil. unica, Gerlaeum genuit: quorum hic prælio ad Iſſelmondam cæſus, ille Patrisin imperio ſucceſſor fuit.

Otho II. Gerhardi modò dicti, ex fil. Henrico, marito Mariæ, Godofredi II. Hieroſ. R. filiæ (quæ magnam Velaviæ portionem dotis loco accepit) nepos, fratri Gerhardo II. ſucceſſit: de Velaviæ jure, cum Balduino Trajecti Epiſcopo, Florentio Hollandiæ & Theodoro Cliviæ, Comitibus, poſt fratrem cruentis prælüis decertavit, donec ſententiâ latâ eam illi Fridericus I. Imp. addixit. Quem poſtea contra Saracenos ſequutus, præſtitæ fortiter operæ præmia redux imperavit. Neomagum & Emmericum oppida ad Rhenum Vahallimque florentiſſima, Clivize Duci ereptæ; à quibus tamen Emmericum, temporis tractu, ad Clivæ Duces rediit. Obiit A. C. 1202. ſeu ut Merula habet, 1205. Pater Henrici, ob vitæ ſanctimoniam, Divis aſcripti: Gerhardi III. ſucceſſoris; *Othonis*, vet. Trajecti Epiſcopi; Adelheidæ, quæ Guilhelmo I. Hollandiæ & Zelandiæ Com. & Margarethæ, quæ Adolfo Com. Maræ, nupſere.

Otho III. cognom. *Claudus*, fil. Gerhardi III. ex Richarda, (al. Maria) Ruperti Naſſoviæ Com. fil. pacis ſtudio non minùs, quàm à Majoribus armis factitatum, imperium auxit: muris oppida circumdedit, Monaſteriis condendis animum intendit. Obiit A.C. 1271. poſtquam 42. integros annos ditiones rexiſſet. Uxores habuit, priorem Margaretham, Theodorici IV. Clivæ Com. filiam, ſterilem; poſteriorem, Philippam ſeu Philippinam, Comitis S. Pauli filiam, è qua ſuſcepti Rinaldus I. Patris ſucceſſor, Henricus & Gerhardus maturè extincti ac Irmgarda, Theodorico VII. Clivia Comiti, nupum data. V. infrà, in voce *Rinaldus*.

Otho, filius Henrici, *Principis* nomine in priſcis Annalibus aliquoties ſalutati, præter ditionem Naſſovicam & præfida Noribergenſia à majoribus, Ottone inprimis *Magno*, & filio ejus primogenito, Walravio I. (cujus frater Otho Gelriam, ut diximus, erat nactus) hæreditate tradita, etiam Suabachiam & Cadelbergiam, poſſedit. Prudentia, juſtitia, virtute itidem bellica, inclytus: Obiit A.C.1213. Pater ex Com. Virnenburgica, Henrici cognom. *Divitis*: quo,

quo, & Machtilde, Diederici Geldriæ & Zurphaniæ Com. fil. præter Walravium, primum Weisbadæ, Weilburgi, Idsteni Com. natus est.

Otho I. primus Comitatus Dillenburgici auctor. Hic enim, cuius divisione hæreditatis paternæ, Dillenburgum, una cum Herborna, Sigena, Beylstenio alisque intra Lanum fitis, fuerit obtigerat, ibi fedem fixit, circa A.C. 1250. Inclytus & regendi & bellandi artibus, uxorem habuit Agnetem, fil. Comitis Solmensis; ex ea Pater Henrici fuccessoris; Johannis, qui improlis obiit & Emichi, qui Noribergæ, familiari Comitum Nassoviæ fede, sepultus est. Obiit 1298. mper. 37. Dillenburgi magnifice tumulatus.

Otho II. filius major natu Henrici prætari, fratet Henrici (qui, facta cum fratre hæreditatis partitione, Beylstenii dominium nactus est) ditionem paternam auxit, Comitatus Viandensis, Baronatus S. Viti & parte dominii Grimbergensis adjectione. Belligerendi peritissimus & consilium animi magnitudine egregie temperans, decessit A. C. 1369. Ejus memoriam auxum servat, in ædc Dillenburgica, cui hæc intexta: *Otho, Com. de Nassau, bellica rei experientissimus, egregia & memoratu digna in vita peragens fa-cinora, uxorem habuit D. a Leyden, de Viana, unicam filiam &c.* Liberi eorum erant, Henricus, in adolescentia defunctus: Johannes, Patris successor, & *Otho*, idem cum Henrico fatum expertus. Inter Johannis filios, Engelberto quoque filius fuit *Otho*, sed itidem fine prole extinctus.

Guilielmus *Otho*, filius Johannis Com. Nassoviæ, cognom. *Junioris* (Johannis Seniore geniti) ex Margaretha Holsata (fil. Johannis Ducis) frater Johannis Mauritii majoris natu, Americanâ expeditione celebris, natus A. C. 1607. improlis decessit. Hermannus *Otho*, fil. Johannis Ludovici, S. R. Imp. Principis, ex Ursula (fil. Simonis Lippiæ Com. & Elisabethæ Schauenburgicæ, *Othone* VI. Com. Hollat. genitæ) Canonicorum societati variis in locis adscriptus est: Mœguntiaci, Augustæ Treverorum, Coloniæ Agrippinæ, Argentorati, Halberstadii & Hildesiæ; quo in loco, ut & Treviris, Archidiaconi quoque munere est insignitus. A. C. 1649. lætum sanc ac Monasterii pacis nuntium, ad imperatorem detulit, magnificâ ab ipso remuneratione exclusus.

Otho, porro nomen variorum fuit Nassoviæ Comitum, qui *Othonis M.* tempora antecessêrunt, de quibus hæc pauca. *Otho*, fil. Theodorici feu Diederici Hassiæ Præfecti (Adolfo, cujus antiquissima inter Nassovios mentio, geniti) & Gertrudæ Altorfensis (Engelberti Com. fil.) Hassiæ Præfectus, Nassoviæ per annos 19. præfuit fec. 8. Pater, ex Irmenruda, (Gosselini Duc. Arduennæ fil.) Henrici & Gosselini, qui brevi abrepti; Johannis successoris, Alberti Cardinalis, Guntheruntini & Hatmudæ, Sigeberto Eberstenio Com. nuptæ. Alias, fil. Philippi Nassovii, ex Catharina Com. Hanoviæ, primus Solmæ Comes, hodiernorum Comitum condistor fuit. Alius Friderici, cui Philippus modo dictus frater erat, ex Metta Schirensi (Othonis Com. fil.) intra adolescentiæ annos, obiit. Eodem nomine insignis fuit fil. Arnoldi (*Friderici & Philippi modo dictorum fratris primogeniti*) ex Leucherda (*fil. Othonis Com. Linfelftenc.*) Mortis horum Comitum, ut volunt nonnulli, conditor, ma rimonio Bartiaræ (Palatini Rheni Comitæ) Comitatum hunc adeptus. Item fil. Philippi Com. ex Imagina (*Othonis* Hanoviæ Com. filia) sine prole decessit, tribus licet nuptiis quæsitâ; primis nempe Johannæ Lucilburgensis; secundis Theodoræ Pressenfis, tertiis Margarethæ (Com. Argentinensis filiæ.) Item, unus ex filiis Diederici, Warmundo Com. Nassoviæ genitis; Ecclesiasticam vitam sectatus. Item fil. Johannis Com. ex Sibyl la (Ludovici Saxoniæ Palatini fil.) poit fratrem Georgium, eximii adolescentis. Hic, unde generis propagationem quæsivit, vitæ brevis, & memoratu simul paucæ, terminum: ipso nuptiarum die, quo Adelam Castel.a dominam sibi junxit, in hastiludio, à Com. Lochsmundæ (imprudenter, an per iram?) violento concursu confossus. Quo pacto, stemma regentium, ad *Othonem* propatrium Johannis proavi filium nonum, avi Georgii minorem natu fratrem, qui is ipse est *Otho* Nassoviæ, & qui exorsi fumus, delatum est. Cyr. Lentulus *General. Comit. Nassoviæ MS. Comitat. Oldenburgici, alibi.*

Otho I. Com. Oldenburgicus, filius Ulrici, nepos Sigfridi, pronepos Regimberti, qui A. C. 918. Danos cæcidit, à spectro quodam mirabile cornu, quod adhuc asservatur, accepisse fertur. Eo nati sunt Johannes Com. Oldenburgicus, & Conradus, à matre Comes Alvensiebensis. Idem nomen fuit filio Elimari II. Præpolito Bremensi, fratri Hassidii, cujus conditor fuerat Christianus.

Otho II. cognom. *Barne*, filius Mauritii, condidit Delmenhorstium arcem A. C. 1147.

Otho III. prioris ex Christiano fratre nepos, Delmenhorstium urbem fecit, frater Johannis, cujus filius *Otho* Archi-episcopus Bremensis electus A.C. 1345. nepotem Mauritium asciviit obsenium, extinctus A.C. 1349.

Otho, filius tertio-genitus Christiani, Delmenhorstianæ lineæ conditoris, fratribus Mauritio præfato & Christiano à Butiadis A. C. 1368. carus, Patrui secelli: cum patruele Conrado, Oldenburgici ramisquem Johanne Christiani frater major condiderat, de non alienando pactum iniit, filiam vero Annam Johanni agnato ex Hastfeldiis desponsit.

Otho, prioris ex Christiano fratre nepos, cognom. *Simplex*, Bremensibus Comit. Delmenhorstianum, si solvendo non esset, & illi filium Archiepiscopum eligerent, assignavit: Ita electus filius Nicolaus A. C. 1421. decessit A. C. 1433. Comitatum nihilosecius sibi vindicante sororis ejus Adelheidis marito Theodorico cognom. *Fortunato*, Com. Oldenburgico.

Otho, filius Gerhardi cognom. *Belliosi*, qui frater Christiani I. Daniæ R. Olderburgicos continuavit, Canonicus Bremensis & Colonien sis, cum fratre Adolfo, bello Dithmaricо Nо perii A. C. 1500. dem nomen fuit quarto genito filio Alberi I. Imperatoris quicognomento *Audax*, vel *Gratiosus*, Stiriam tenuit, & sine prole masculâ decessit. Frater Friderici III. Imper. quem tamen, quòd à Ludovico Bavaro Imp. victus esset, inter Imperatores non numerant. Spenerus *Syll. General. Hist.*

Otho Bruckmannus, Friderico Holsatiæ Ducі Persicæ Legationis, immensis sumtibus susceptæ, Duce, eidem cum Ph. Crusio præfuit. Revaliam mari iturus, inde Narvam, Novogardiam, Moscoviam, iter sum direxerunt; tum pervenere in flumen ibis Moscæ Columnam, Okka Nissinovogardium, Volgâ Astracanum: Mare Caspium trajecturi, naufragium passi sunt, fed ad *Mashahath* evasere: Inde per *Ardebil* & Casvinum, ad Metropolim Ispahanum pervenerunt. Cum legatione defuncti essent, per Kilanum seu Hircaniam & Mokanum, iter institutum. Derbento egressi asperos, Circassios, donec in Moscoviam reversi priorem viam remetirentur. Redux Bruckmannus capitet lust, in Legatione absentis. V. Phil. Jac. Spenerum *Syll. Genal. Historica* & Ad. Olearium *Itiner. Pers.*

Otho, in vestibulo Somni, collocantur Papinio Statio *Thebaid. lib 10. vers 91.* ubi Idoli hujus aulam describit:

Limen opacat Quies & pigra Oblivia servant,
Et nunquam vigili corpora fessa vultus.
Otia *vestibulo* *prefixit*, *silentia* *claustris*
Multa fedens &c.

Non abs re: Somnus enim vacationem humanorum operum infert. A lias *Otia*, amœnitates dicuntur ad otium proritantes. Idem *lib. 1. Sylv. 2. versu 265.*

Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.

Ad illud Virgilii,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, *studiis florentem ignobilis* *otii*

Hinc *otiosa Neapolis*, Horatio *Epod. 5.* & *in otia nata Parthenope*, Ovidio *Metamorph. lib. 15.* De cujus modi *Otiis* seu Secessibus Principum diximus alibi. Ut de *Otiosis* aliquid addam: *otiosum* esse, apud Thraces olim honestum erat, & rapto vivere prædarum, agriculturæ verò studium contemptissimum, apud Herodotum *lib. 5.* Contra *otiosi* reprehendit Paulus 2. Thessal. *cap. 3. versu 10.* legibus coërcet Amasis, apud Herodotum eundem *lib. 2.* & Solon apud Alexandrum ab Alex. *Genial. Dier. lib. 3. cap. 13.* sardi, apud Ælianum *Var. lib. 4.* Alii Salarius privat Antoninus Imp. *Nihil ofe fordidius*, *imo crudelius*, inquiens, *quàm se frenum. & arrectarem, qui nihil in eam rem labore conferrent*, apud Capitolinum. Urbe expellit Pericles, apud Plutarchum: morte etiam Draco punit, apud Coel. Rhodiginum *Antiq. Lect. lib. 11. cap. 3.*

Otio, Affarighi Scriptori Arabi, avis est magni colli, cinerei coloris, rostri utcunque longi, nonfisima in Oriente, carnis inter gallinaceam & anserinam mediæ, fed anserini leviоris: cui & crus pro telo est. ut addit Damir. Nempe cum eam insequitur accipiter, non cessat cum accipitre ascendere & descendere, donec in cujus pupillam incidens sercus in eam conjecet it: Quo facto constrictus mantet accipiter, ut qui pedibus manibusqui vinctus est. Tum convenientes omnes accipitris plumas vellicant, ut de ei certa mors, uti habet Alkazuinius. Eandem avem brevis esse fatis tradique volatus, propter corporis gravitatem, Græci Scriptores asserunt, Xenophon in *Cyro min. l. 1.* Athenæus *l. 9.* Plutarchus, Ælianus *l. 5. cap. 24.* & *Isidorus* dictam docet Plin. *l. 10. c. 12.* Quibus tamen contrarium docent Arabes Scriptores, illam à volatu quoque commendantes. Damir. *Avem esse foriissimi volatus longissimæ, evagari, ex eo patet, quòd, cum capitur circa Bactrum, ad Euphratis ostia, in longissimæ ejus reperiuntur gramen viride, cujus arbor vrebinthus crescit in finibus Syriæ Damascenæ. Unde est, quod vulgato Proverbio dicimus, aliquem esse Otiose volatorem*, li verbo dari venia. Ovis illius uturum, ad ten grandes capillos, fed non nisi masculinos, unde mares nascituri sunt, quæ filoinferto dignoscuntur: illud & masculino ovo nigrum educitur, Bochartus *Hierozoici Part. poster. lib. II. cap. 22.*

Otlingus, apud medii ævi Scriptores, *Saxoniam* notat. V. *Capitular.* Caroli C. *pag. 13. 1. edit.* Sic dictus pagus Gallicæ, in Neustriæ prov. ubi confedere Saxones, cognomini ari *Otlingi*. Et quidem Saxones, ad oras Sequanæ maritimas, consedisse probat latius Saxonicum, in Gallia, cujus mentio est in *Not.* Imperii. *Saxones Balcassinos* memorat Greg Turon. *Hist. lib 5. cap. 27.* apud C. du Fresne *Glossar.* V. quoque ubi de *Saxonibus Gallicanis*.

Otomegali, *hæ. homines promissas aures habentes*, memorati Plinio alisque, non sine ratione, ab illis Historiæ insti ti sunt. Non quidem, ut auribus tam parvis esse credamus, ut in-

terdiu veſtium, noctu ſtragulæ & æſtus tempore umbraculi loco ipſis inſerviant, quod audax fingendi licentia hiſtoriæ aſſuit: ſed tamen, tut patulæ omnino & prolixæ eſſe vetè dicantur. Nam quæ Istoris Malabarici incolæ communiter etiamnum pandas & proniſſas aures habent, eaſtiſmantique ornatui ſuo multum deeſſe, niſi utrinque humeros non contingant modò, ſed etiam latè flagellent. V. Iſaacum Voſſium *in Pompon. Melam lib. 3. cap. 6.*

Oppopa. V. ſuprà *Oppopa.*

Ova, ſeu Ebulus, filius Hengiſti, qui una cum Horſa A.C. 449. Angliam occupavit, per filios, hinc Iddam, Northumbriæ Reges; inde William, Reges Eaſt Angliæ, ſeu Angliæ Orientalis proſevit. Frater Oſki ſeu Oſci, qui Cantii Reges deciit & Hadwarkei ſeu Andacharii, vel Odoscri, qui in Germania ſtemma produxiſſe fertur, per illos poſteros, Hadvigatum, Hildericum, Bodicum, Bertholdum, Sigbardum vel Sigismundum, Saxonum Reges vel Duces. V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogę Gen. Hiſtor. in Fam. Saxonica.*

Ovacorcæ, apud Ptolomæum, qui aliis *Ovacorcæ* & *Auacoræ*, pop. Scticæ, quorum urbs *Ovarocora*; meminit & montis *Ovocorcarra* idem, quem Appianus *Opuacorca* vocat *lib. 32.*

Ovæberus, fil. Eberhardi ſenioris, Habſpurgiorum veterum ex adoptione hæres, & Monaſterii Trudpertini inſtaurator, Pater fuit Ramperti cognom. *Gratioſi*, cujus poſteri Guotramus, Luithardus, Luitfridus II. qui fratrem itidem *Ovoberum* habuit, Epiſcopum Argentoratenſem, caſum A. C. 913. & Hundfridus, Guntrami cognom. *Divitis*, Habſpurgenſium Comitum indubitati Satoris, genitor. Spenerus in *Fam. Badenſi.*

Regna Bohemiæ.

Ovocarus I. meliùs *Ovogarus*, quaſi *Gar-ouſech*, id eſt, *ovtus Ottonices*, utex Dubravio, rerum Bohemicarum celebri Scriptore, patet: atque hunc ſequuti duo alii, *Ovogari* quoque dici voluere, quorum familia Bohemiam valde illuſtravit. Premislao enim *Ovogaro* I. ſucceſſit

Ovogarus II. dictus alias *Wenceslaus*: quem excepit,

Ovogarus II. in Lexico, corr. III. itidem *Premislaus* appellatus, qui Regnum Bohemiæ ad ſummam amplitudinem perduxit, illudque à mari Baltico usque ad Hadriaticum propagavit. Præter enim Auſtriam, ab Ulrico, ultimo Carinthiorum Duce, titulo emtionis, Carinthiam, Carniolam, Marchiam Vindorum, Slavoniam & portum Naonis, confecutus eſt. Eidem Veronenſes, Feltrenſes, Tarviſini & multi ex Foro Julio ſeſe ſponte ſubmiſerunt. Hungaris Stiriam ademit & in Pruſſia, ſuperatis Tartaris, urbem extruxit Königsbergam, Æm. Sylvius *Hiſtor. Bohem. cap. 27.* &c. Poſteris ejus remanſit Regnum Bohemiæ ac Moraviæ, ejusdemetiam Wenceslaus II. ductu Rixa, Poloniæ inſuper Rex creatus eſt, A. C. 1300. Quo mortuo, Poloni defecerunt, & Wenceslaus II. ſecundo Regni ſui anno nefariè Olomutzii in Moravia obtruncatus, familiam Zechorum ſeu *Ovogarorum* finivit. Poſt eos Regnum Bohemiæ, à variis competitoribus miſerè dilaceratum, partim ad Henricum Carinthiæ Duc. partim ad Rodolfum, Alberti I. Imp. filium pervenit: quæ diſſidia durarunt, usque ad A. C. 1312. quo Regnum Bohemiæ ad domum Luciliburgicam eſt translatum, è quibus *Johannes*, in prælio contra Anglos ad Creſſiacum, A. C. 1346. cæſus, ſucceſſorem habuit Wenceslaum cognom. *Carolum*, qui etiam Imperator, quatus hujus nominis, cvaſit &c. Georg. Hornius *Orb. Imper.*

Ottoman, vel *Othman* vel *Osman*, עתמא Arab. nomen fuit Chaliphæ Saracenorum, qui, Omaris ſucceſſor, annos 12. Saracenis præfuit, occiſus domi ſuæ A. C. 653. Item Principis illius Turci, à quo regia Turcarum familia hodie denominatur *Othmanica* vel *Ottomannica*. Obiit is A. C. 1328. In poſteris ejus prius us Bajazetes cognom. *Gilderlu*, i. fulminicus, hoc genus parricidii orſus eſt, quod in hunc usque diem in familia hac manet, juxta illud in Imperio Turcico celebratum dictum, *Unus Deus in cœlis, unus Ottomannus in Terris.* Fuit & *Osman* II. fil. Achmetis, qui Sigismundo Polonæ Regi bellum intulit A. C. 1621. ſed inde reversus, à Janizeris ſtrangulatus eſt. V. deptiore, ſuprà in voce *Osman*; de poſteriore verò in *Lexico* ſuo loco.

Ottovarus Lanſcinius, Argentoratenſis. Vulgavit *Muſurgiam* A. C. 1539. aliisque in publicum ſcriptis editis inclaruit. V. Geſnerum & Simlerum *in Biblioth.* ut & Voſſium de *Scientiis Mathem. cap. 60. ſect. 20.*

Ouvveiler, q. *Ouuis-villa*, caſtrum Wetteraviæ, ſub proprio Comite, ex Familia Comitum Saræpontanorum, ſeu in *Sarbrücken*. Nactus eſt autem illud, in diviſione hæreditatis paternæ, Joannes Ludovicus fil. Wilhelmi Ludovici Com. Naſſoviæ in *Sarbrücken* maximus natu, & Dorotheam duxit Catharinam Palatinam; frater Guſtavi Adolfi, qui in *Sarbrücken*, & Volradi, qui in *Uſingen* habitat. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobilit. Europ. Part. I. pag. 21.* V. quoque cum *Arte Heraldica Tom. II.* In lucem editus eſt præfatus Jo. Ludovicus A. C. 1625.

O V.

O. V. D. in notis antiquorum, *omni virtuti dedito*: O. V. F. *optimo viventi fecit*, ſignificat &c. Franc. Gouldm. *Dict. Lat. Angl.*

Ova, & avenæ, Oonæ inſ. incolarum cibus, ut docet Plinius *lib. 4. cap. 13.* Ab *ovo* etiam Romani cœnas ordiebantur: Unde illud, *Ab ovo usque ad mala*, Horat. *l. 1. Sat. 3.* & *Ad ovum integram adſervet famem*, Cic. *l. 9 Epiſt. ad Varron.* Imò & in ſecundis eadem menſis apponebant, teſte Athenæo *l. 14.* Neſcioſum hoc cibo nihil ſeri paratius, quamvis iter facias: ſed nihil iterius, pus nimirùm usque, quippe nec intus ſordes habet ullas, nec manibus contrectatum inquinatur. Imò nihil ſecurius utiusque, unde bunc unicum cibum extra veneni vim ac ſuſpicionem Principibus aſſami poſſe, Amplifſ. aſſerit Forſtnerus *in Tacit. Notis* Illud quoque ad commendationem facit, quòd ne igni quidem opus ſit, ſi per ſolitudinem circumgeſtes. Fundâ enim circumactum ſic jugi veri. ſine incaleſcit, ut citra ignem quoad Babylonios, venatibus aſſuetos, ubi in ſolitudine deprehenderentur, nec ſkcibi percoquendi eſſet occaſio, factitare olim fuiſſe ſolitos, docet, ex Suida in voce Ηεφθομένοις, Coel. Rhodig. *Antiq. Lect. l. 8. c. 12.* Laudantur autem phaſianorum *Ova* præcipuè, ſed hæc, ob rariiatem vix inferuntur menſis, niſi virorum Principum. Proximus illis locus gallinarum datur. Ex Athenæo tamen *lib. 2.* diſcimus, Eparnetum & Heraclidem Syracuſium in *Συμποσίῳ* ſeu *libro Rei equinariæ*, pavonum *Ova* omnibus aliis prætuliſſe, ac dein chenalopecum, ac demum tertio loco gallinarum. Sed quantopere illa pavonum poſtea viluerint, aſſignant hæc Macrobi *Saturnal. lib. 3. cap. 13.* cùm ait: *Ecce res non admiranda ſeltim, ſed pudenda, ut Ova pavonum quinis denariis veneant: quæ hodie non dico vilius, ſed omnino non veneum.* Addo ſaltem, *ova* perdicum magnâ copiâ convivis exhibita, ab Heliogabalo, de quo Lampridius, *Exhibuit, inquit, & Palatinis legatis duges exis mulorum referas, & inter ceteſtia phœnicopterum, & perdicum ovis, & cerebellis turdorum.* Sed & Struthiocamelorum *ova*, in præcipuis Turcarum Perſarumque mosicheis (ita fana ſua vocant) ornatûs causâ ſuſpenſa conſpici, uti teſtatur P. de Valle *Itinerar. Part. I. & II.* Nec omittendum, quòd *ova ignita*, ad Martyrum cruciatus adhibita interdum eſſe, ſcribit Erchinſtidus in *Vita S. Colomanni*: *Acria tormentum flagra, lapides, ovaq; fortiter ignita candentesq; forcipum ſcc.* apud C. du Freſne in *Gloſſar.* ubi & *Ovorum*, in præſat. ejusdem quæ Miſſa Dominicis fiebant, mentionem facit, ex *Capitular. 5. ann. 810. cap. 29.* & *lib. 4. Capitul. cap. 73.* & *Ovorum de cruelibus*, ex *Tabulario* Foſſatenſi &c. Fuit verò *Ovum*, apud veteres Sapientes, Æternitatis, Mundi, Perfectionis & c. hieroglyphicum, & hinc in Magnæ Matris ſacris præcipuo cultu: ad cujus figuram concinnavit carmen Simmias Rhodius, quod falsò Theocrito tribuit oſtendit Liectus *de Gemmis Annul. cap. 140.* non extare contendit Jul. Cæſ. Scaliger: quare duo ipſe animi gratiâ exhibet *Poetices lib. 2.* alterum minuſculum, quaſi Philomelæ; alterum grandius, ut fit Cygni.

Ovum puſillum Scaligeri.

Ει
μὶς
Ῥᾴδιος
μὶ πο ιη-
σεν οὐ
τως.

Ovum grandius.

πλη σὶ ον ὦ
πωτοδόκης
ἐγκαλίζων μεσέπεσε
ἠοσάτωρ ορχάμεν ᾽
ἰδὶ στε ἐφ᾽ ὑμῖν ὀφρύϊ
ὁ τὸ πάλαι τιμιμὶς
ἀποσγεῖσι κόδ ᾽
ὄδωτ τοῦ ὦ ὠὸν
σκαλεφὶς ᾳ
πυκῆσάν.

V. quoque infrà.

Ova, in Circo olim, apud Romanos, memorantur Tertulliano, *Ova lumoriaſſerum aſcribuna*, *quaſſus ova editos credere & Deos de Cygno Jove non erubeſcunt.* Quorum uſum & auctorem oſtendit Dio, his verbis de Agrippa, Καὶ τῷ πανηγύρει σφενδόνας τὰς ἀφιώσας ἐκὶ τὸ ἔ διωλον δήμῳ ὠρὰς, τὰς τε ὑοδόκους τῷ τὸ ὠὸν δὶ ὑπερφυΐαν πεφὶεσθαὶ, ὅτως δὶ αὐτὸν αἱ ἀδελφαὶ τὸ ἀδελφὸν ὠὰδὶ ἐκὶνουν) *Cùm videret in Circo homines ſæpius errare circa numerum ſpatiorum decurrendorum, Delphinas & ovales fabricas conſtituiſſ ujubens circulus curriculorum notarentur ac numerarentur.* Nempe, cùm circa numerum ſpatiorum & curriculorum homines ſæpe laberentur, & ultra quatuor curricula exacta eſſent, quidam quinquagat 6. ſpatia evoluta direrent, *ova* hæc excogitata ſunt, tanquam notæ, quibus curricula numerabantur. Sed cum Livius docet ab ſub finem *lib. 41.* Cenſores loeaſſe carceres in Circo faciendos & *ova ad notas curriculis numerandis*, anno U. C. 581. cumque Varro meminerit illius ovi, *quod ludis Circenſibus novisſimi curriculi finem faciebat quadrigis*: jam ante Agrippam illa reperta & ufitata fuiſſe oportet. Non verò illa numerum ſummitati erant impoſita, ut contendit Auctor *libri de Circo*: qui enim potuiſſent *ova* metarum apicibus ad-

addita, quot jam spatia peracta, essent, indicare ? Præterea, non ova sunt, quæ summis metis & obelisco imposita visuntur, sed pilæ vel sphæræ, sicut omnibus fere pyramidibus & obeliscis eas addi moris fuit, in summo apice. Ut taceam, aliam esse ovi formam, aliam sphæricam. Itaque Ova Circi, quibus curricula notari ac nominari solebant, fuere ωὸν ἐπὶ τὸν περιῤῥεῖον, ut & Dio vocat, fabricæq; quadam ex ligno ovali figura factæ cum basi, qua sisti possent & erigi quas hinc inde transferi & portari potuisse, Varro innuit, inquiens, *Nam non modo ovum illud fabulam est, quod Ludis Circensibus novissimi curricul finem facit quadrigis.* E quibus colligit Salmasius, ſcepterm ova tot numero statuta esse, quot curricula peragenda. Sic primo curriculo peracto, unum e medio tollebatur : secundo, alterum ; & ſic deinceps ſexto ſpatio confecto unum reſtabat, quod novissimo curriculo absoluto etiam auferebatur. Sed & contrariâ ratione, numerus curriculorum per ova inirí poterat, ut ſingulis peractis ſpatiis unam ſubinde ovum produceretur in medium arquerigeretur, quibus omnibus productis & ſtatutis omnia curricula finiri indicarentur. Cui rationi videretur addſtipulari Caſſiodorus, ut in vulgatis editionibus deſcriptus eſt. Sic enim ait: *Nec illud putatur irrisum, quod metarum circuitus ovorum erectibus exprimatur, quando altus ipſe multis ſuperſtitionibus gravis, ovi ſpecie ſignatum ſe aliqua profiteatur.* Sed eam lectionem falſi damnant veteres libri, quæ pro *ovorum erectionibus* habent *exceptionibus* : forte legendum, *exemionibus.* Ovorum enim exemtionibus exprimebatur curriculorum circuitus, quia poſt ſingula ſpatia evoluta unum eximebatur ovum, uti dictum. Juvenalis ova illa, *Falæ* vocare videtur, quas cum Delphinis, uti Dio jungit,

Quæ nullis longum oſtendis cornicibus aurum,
Conjuncta ante Falas Delphinorum ære columnas.

Sic Dionis, οἱ δελφῖνες ἐκ τῶν ἀετῶν ἐκρεμάννυντο. Falæ certe turres ſunt rotundæ, quarum ſuſtigium ovi reſert imaginem, quasque diviſione eſſe in Circo & turres ad tempus extrui ſolitas, ait Servius ad *Æneid. lib.* 9. Plane viz. ſunt illæ ovales fabricæ, quas Agrippa primus curaſſe dicitur, ad numerum curriculorum ab ordinando ad tempus, ludorum nempe die continuandas. Quarum ipſum Delphinem ab eodem factí ſunt, in Eutropo. h. e. in medio ſpatio, quod erat inter utramque metam, utrice eodem Caſſiodoro conſtat. Ante has falas & Delphinas, vites & triviales Aſtrologos à mediocribus & plebeji fœminis coniuh conſueviſſe, cum divitibus reſponſa darent conducti è Phrygia Augures, inſignes Mathematici & Auſpices, qui publica condenant fulgura, docet idem Juvenalis d. l. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 911. & plura hanc in rem ſupra paſſim, inprimis ibi vocabulum *Falæ* & *Delphini Circorum.*

Ova Hapala, apud Martialem Epigr. *Statim dare debes lentem & ovum coctum vel aliquem, vel ova hapala & ungellam discoctam*, & Apicium, quid ſint, V. ſupra in voce *Apalar.*

Oryſir, ſeu *Oaſis*, tam parva, quàm magna, locus deſertus eſt in Africa, in quem nocen es olim relegari ſolebant. Utrumque meminit Peolomæus in 3. *tab. Africæ.* Plinius item *lib.* 5. *cap.* 9. ubi *Auſtroſiræ*, inquit, *duo ſunt: Ibi & Mompbites, unjus ad ſummum Dalta pervenimus, cui ſunt contermini ex Africa duo Oaſitæ.* Etiam Strabo *lib.* 17. ubi ait, *Oi δὲ τὴν Αἰγυπτίαν οἰκοῦντες τὰς ἐσχατιὰς καὶ τὰς ἐρήμους τῶν λιβυκῶν τόπων, μεχρὶ τῶν Αἰθιόπων, Ὀασῖται Αἰγύπτιοι κεκλημένοι, habitata in magnis deſertis, quaſi inſulas quasdam in mari.* Sic Socrates *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 28. de Georgio quodam Ariano loquens, cum quodam fideles interfeciſſe, alios verò ſuperſtites in exilium, ad magnam Oaſim, relegaſſe, ait. Evagrius *Eccleſ. Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 7. refert Neſtorium hæreticum, edicto Imper. Theodoſii, *Oaſim* relegatum fuiſſe, quam & *Ibim* vocari ſcribit ; ut & Plinius teſtatur *lib.* 5. *cap.* 4. Sic enim apud eum legendum : *Ibis civitas Oeenſes &c.* Sed & alii Auctores hujus vocis faciunt mentionem : ut jam non ſit dubitandum, quin apud Ulpianum *leg.* 7. §. *eſt quoddam*, ff. *de interdic. & relegat.* ſic legi debeat : *Eſt quoddam genus, quaſi in Inſulam relegationis, in provincia Ægypti in* Oaſim *relegare.* Hinc Oaſena relegatio *l.* 1. *Cod. Theod de Nili agger.* V. Doarenum *Diſput. anni. lib.* 2. *cap.* 29. & Pratcium, apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* in voce *Oaſis.*

Ovatio, adde : Ita autem de illo Plinius, *Bellicis ſe quoque rebus myrtus inſeruit, triumphantique de Sabinis Poſthumius Tuberius in Conſulatu (qui primus omnium ovans Urbem ingreſſus eſt : quoniam vem leviter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris Victricis coronatus inceſſit, optabilemque arborem etiam hoſtibus fecit.* Ab ove nomen arcceſſit Plutarchus in *Marcello*, quòd in *Ovatione* non taurus, ut in Triumpho, ſed ovis, à Victore immolaretur : & refert. Plutarchum à multum gratulantium & literam *O.* quum è pugna victores redeunt, geminantium clamore vocem deduci ; quod idem placet Dionyſio Halicarnaſæo. *Quaſi*, inquit, Romani ὐμνησιν Græcorum vocem, *quæ clamorem ſignificat*, Ovationis nomine voluerint interpretari. Qui idem cum qui *Ovans* urbem ingrediebatur, nec curru vectum, nec trabeam togamq; picam indutum, pedibus Urbem, exercitu præcunte, introiviſſe, ait. Plutarchus autem eundem, nec quadrigis invectum, nec

laureâ coronatum, nec tubis concinentibus, ſed pedibus & calceis, myrteâ redimitum, tibiis modulantibus, Urbem ingreſſum eſſe ſcribit, cum quo Plinius, Feſtus, A. Gellius ſentiunt. Quorum ultimus *lib.* 5. *c.* 6. cauſas *Ovationis* has enarrat : *Cùm aut bella non vità indicta, neque cum juſto hoſte geſta ſunt, aut cùm hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, aut ſervorum piratarumque, aut deditione repente facta, in quæ vere (ac ſicuſtas) incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati ejusdem ipſius Veneris favidem creditur, quæ cum Martis, ſed quaſi Veneris triumphus quidam ſuret.* Addit Plutarchus, *cùm aut in aliena provincia, aut alienis auſpiciis, aut cùm ſine Magiſtratu res geſta eſſet.* Quod de pedeſtri introitu dictum, non eadem omnium Scriptorum mens fuit : *Partim enim*, pergit Gellius, *ſcripſerunt, qui ovaret, imroire ſolitum ejus rei nomen : at Sabinus Maſſurius pedibus ingredi ovantes dicit, ſequentibus eos tot muſicibus, qui univerſi Senatu.* Et quidem, cùm Lucretius Tricipitinus de Æquis Voſciſque triumpharet, Veturio à Senatu conceſſum, ut ſine legionibus equo veheretur : Claudius quoque Nero, bello Punico ſecundo equeſtine militibus urbem introvit. Plerunque tamen urbem ingrediebantur. Unde Dionyſius *Ovationem*, dum de Aulo Manlio ovante anno Urb. cond. 279. loquitur, *pedeſtrem, Triumphum* vocat ; Dione *ovantes ingredi* interpretante, *equo vehi* : Sed & *myrteam coronam Marcus Craſſus, bello ſervili ſuperato, cum ovans rediret, inſolenter aſſernatus eſt : Senatus que conſultum faciendum per gratiam ejus gravis, ut lauro, non myrto coronaretur*, verba ſunt eiusdem A. Gellii *loco cit.* Tiberius verò ob res geſtas, *ovans, curru urbem ingreſſus eſt, licèt triumphalibus ornamentis primus, ni quidam putant, honoratus, novo, nec antea cuiquam tribuio genere honoris*, teſte Suetonio *in vo.* V. præter Cart. Palchalium *Coronarum l.* 7 c 17. *von*, & Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Papinium Statium* 2 *ſylvar. lib.* 2. *verſu* 684. Alex. ab Alexandro *Genialt. Dier. lib.* 6. *cap.* 17. Onuphr. Panvinium *de Triumpho. Jo.* Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 28. Salmaſium in *Pancirollum lib. Rerum deperdit. cap. de Triumpho*, ubi ovem, quam victor macſtatus erat, ante cum ducti ſolitum fuiſſe addit, Thom. Godwynum *Anthelog. Romanæ lib.* 4. *cap.* 6. &c. Hinc *aurum Ovatum*, quod *ovatione* victoria, quæ quelitum eſt. Jo Calvinus ubi ſupra. At *ovatæ caſſides* apud Appulejum dicebantur, quæ *ovi* ſimiles repræſentabant : qui formâ pilei quoque nonnullis erant, rotunda vit. finc autumne, ad inſtar hemiſphærii vel ovi diviſi. Iſidorus de Pilo Sacerdotali Judæorum, *Pileum exhiſo rotundum, quaſi ſphæra media, caput tegens Sacerdotale, & in capitio vitta conſtringitur, hoc Græci & noſtri itaram vocant. nonnulli galerum. Non habet acumen in ſummo, ſed galeam.* Ad quod inſtar facta erant & pilea Cattorum: media Latinitas *calamancas*, pro quo Græci, voce in ſuum modum effictâ, *Καυκάσιον* dixere quaſi ἀπὸ τοῦ καύκασος, ὄρους ἐν φρύγιᾳ ἀγκοειδὲς. Salmaſius *ad Solinum p.* 556.

Ovatus, V. hic ſupra.

Ovicula, cognom. Fabii M. à clementia morum, apud Plut. & Aur. Victorem, quo nume hic : *Quintius Fabius Maximus Cunctator*, inquit, *Verrucoſus à verruca in labris ſita*, Ovicula *à clementia morum dictus.* Sic ut *ſcorpiones* contra vocabantur, moribus aſperi. Appulejus *Mlet.* 9. *Noſti quondam — quem ſcorpionem prænarum acriudine vulgus appellat.* Cujusmodi homines τὸν, ἐχῖνον Græcis, *Hyppolito quidam* apud Lycophroni dicti ſunt. Joh. Meurſius *Commentar. in Lycophronem p.* 155.

Ovicula, in ſinu domini quiescens, memoratur in parabola Nathanis, 2. Sam. *cap.* 12. Ibi enim legitur pauper quidam unam habuiſſe oviculam à te in pram & enuritam, quæ una cum filiis eius adolcverat, ejus pane veſcens & ex ejus calice bibens & in ſinu ſuo quieſcens & ei erat loco filiæ. Quæ parabola quominus videatur vero abſimilis, facit inſanus quorundam in Meſopotamia ſæcellus amor, quos in deliciis habent : qualis fuit illa Publii, apud Martialem *lib.* 1. *Epigr.* 101.

Iſſa eſt delicias cæſilla Publi,
Collo nixa cubat, capiq; ſomnos,
Ut ſuſpiria nulla ſentiantur.

Aut in feles, qualis Meclempe, cui Conſtantini Monomachi uxorem lautos cibos & opiparos, aureis vaſis quotidie apponi juſſiſſe, refert Tzetzes *Chil. 3. Hiſtor.* 12. Quid quòd Græcos, imanem bellum, nonnulli enutriviſſe non contenti etiam in lecti conſortium admiſerunt, ut de Ætola virgine Plut. *in lib. utra Animal.* de puella alia, in Judæa, ſub Rege Herode, Ælianus *lib.* 6. *cap.* 7. de puero quodam Arcade, idem *ibid. cap.* 63. de puero alio Patrenſi, alter Ælianus *Variar. lib.* 13 *cap.* 16. referunt. Hodieque Arabes inſignem aliquam ovem apud ſe habere, quam mantuefaciante & domi nuligenet, nec ſordis paſtum admittant (*Thima* illis dictam) conſueviſſe legentur. Aliud eſt, quod de Paſtore ovium Chriſto legimus Iſai. *cap.* 40. *verſ* 11. *Paſtor ut paſtur gregem ſuum, in brachio ſuo colliges agnos, & in ſinu ſuo portabit, fœtas minabit.* Id eſt *aget.* Hoc enim ad boni Paſtoris officium, pertinet, quod apud Calphurnium hiſce Myconis deſcribitur,

Te quoq; non pudeat, cùm ſervus ovilia viſes,
Si qua jacebit ovis partu reſſuſa recenti,
Hanc humeris portare tuis, natiroq; tepenti
Ferre ſinu tremulos & mordum ſtare parator.

V. Samuelem Bochartum *Hierozoïci Part. prior. Lib. II.cap 42. & seqq.*

Ovile, seu *Ovilia*, dicebatur locus Romæ, in Campo Martio, cancellis conclusus, in quo erant, qui suffragium dicebant; Tribunali vicinus. Principio namque locus Comitiorum in ipsa Urbe erat, in comitio, quod pars Fori erat, decente Luc. Fauno, *de Antiqq. Urbis Rom. lib. 2. cap. 10.* Postea, crescente indies civium multitudine, extra urbem translata sunt, in Campum Martium, teste Vegetio *Re mil. lib. 1. cap. 10.* Unde Claudianus *lib. 1 in Eutrop.*

Martius Eunuchi repetat suffragia Campus.

C. Petronius Satyricus, in bellorum Civil. descriptione,

Nec minor in campo furor est emptisq; Quiriles
Ad prædam ferroque nimæ incrisuffragia vertent.

In hoc itaque Campo prope fluvium locus erat geminus, alter exercendis militibus destinatus, quem *Aream* Auctores vocant: alter, cui includebatur populus, donec de creandis Magistratibus suffragia tulissent: cui nomen esse voluerunt *Ovilia*, item *Septa*. Servius *ad Virgil. Ecl. 1. Septa proprie sunt loca in Campo Martio, inclusa tabulatis, in quibus stans populus Rom. suffragia ferre consuevetat: Sed quoniam hæc Septa similia sint ovilibus, dicebare lovium pro ipsis ponuntur.* Senec. *ep. 87.* Cum videris *Forum multitudine refertum, & Septa concursu omnis frequentiæ plena, &c.* Quæ postea mansere fructa & porticibus circumjectis magnifice exornata sunt, ereto inibi insigni Tribunali, uti discimus ex Plinio *lib. 16. cap. 4. Trabe fuit in porticibus septorum à M. Agrippa vellitâ.* Picturis itidem ac statuis condecorata, Idem *lib. 6. cap. 5. Nec minor quæstio est, in Septis Pana & Olympum, Chironemque cum Achille, qui fecerint.* Antiquum *Ovile* memorat, Juvenalis *Sat. 6.*

A Meroë portabis aquas, quas ſhargat in aede
Isidos, antiquo quæ proxima ſurgit Ovili.

Hue ergò Centuria afcenlura ibat, non per fcalas, fed per pontes, qui erant angustæ væ ad *Ovile* ducentes: in quorum initio ſtabant Diribitores, qui tabellas ſingulis inſtribrant; extremo vero Rogatores, *Ovile* ingreſſuris citatim proponebant, in quam concitcrent quam velint tabulam quibus collectis ex *Ovili* diſcedens Centuria alteri locum faciebat. Unde *de ponte deſcendens* Prov. dici coepit, cui jus ſuffragii negabatur: *Non ut pericitarentur de vita, ſed ne ſuffragrarentur in Comitiis.* dicente Joh. Saxonio *in Orat. pro Roſcio.* V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 14.* Ad altos deín quoque uſus loca hæcadhiberi coepere. Ibi enim ludi exhiberi ſolebant, teſte Suetonio *in Caligula cap. 18. Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in ſeptis, aliquot edidit.* Qui etiam *cap. 21. Amphitheatrum prope ſepta* fuiſſe extructum, docet: confirmatque idem in *Claudio cap. 21.* Imò ſub Auguſtis tarò ſolennes ludos alibi, quàm hic, editos fuiſſe, patet ex eodem *in Nerone cap. 12. Gymnico, quod in Septis dabat, inter bumbyſtæ apparatum barbam primus poſuit:* V. quoque Strabonem *lib. 5.* Porro deambulationibus interviebat locus, ut qui vicino Tibride apricus eſſet, & ſalubriori inviraret coelo: accedente præſertim tantarum rerum opulentiâ Statius *Syl. 6. lib. 4.*

Forte remittentem curas, Pholoëq; ſeratum
Pectora, cùm patulis teverem vagus otia Septis,
Jam morientæ die, rapuit me cæna benigni
Vindicis.

Martialis *lib. 9. Epigramm. 60.*

In Septis Mamurra ilia, multumq; vagatus,
His ubi Roma ſuas aurea vexat opes &c.

V. Thom Dempſt. um *Paralipom. in Joh. Roſini Antiqq. Rom. loc. ciz.* Aliàs *Ovilia* quid ſint, norum. Horum fores feſtis publicis coronari jubet Ovidius *Faſtorum lib. 4.* id genus ſacrificii deſcribens:

Paſtor ovesſaturas ad prima crepuſcula luſtret,
Unda prius ſparſa virgâ, virgâ, verrat hominem.
Frondibus & fixis accorentur ovilia ramis,
Et ſegat ornatas longa corona fores.

V. Car. Paſchalium in *Coronarium lib. 4. cap. 17.*

Ovi-Lupus, V. ſupra *Ovitulus*.

Ovium Lex, adde: De inuere & poteſtate Cenſorum, eadem habet Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 5.*

Ovis, apud Romanos *Maxima hoſtia* dicta eſt. Feſtus *Maximam hoſtiam ovilli generis appellabant, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore.* V. Meurium *Notis in Phædr. lib. 3. fab. 3. verſu.*

Sed expiari poſſe majore hoſtiâ:

ut & ſupra in voce, *Aries*. Apud Athenienſes, poſtquam ſimplex illa adeoque pauciſparabilis Deos frugibus venera-di ratio, paulo poſt Draconis tempora, deſiniſſet, victimaeque jam ante Solonem macraretur, harum pretium legibus aſtimavit Solon, teſte Plutarcho: Πρόσταγμα ἦν ὁ νόμος, τὰ μὲν ἱερεῖα νόμισμα, *Drachma in ovem, ὀβολοῦ in Medimnum.* Fuiſſe autem μίαν ἑκατὸν πρόβατα ἴσον, *unam drachmam ovis pretium*, Demetrius Phalereus Auctor eſt. Atque ad hanc frugalitatem exemplo ſuo praivit Epimenides Athenienſisque eidem aſſuefecit, ut idem Plutarchus de Epimenide docet. Majus tamen, eodem Solone auctore, in ſexrodecimo Axone, *eximiarum hoſtiarum* pretium, quanquam & hoc vile nimis, ſi ad ſequi tia tempora, quibus iſtud Solonis inſtitutum mutavit, attendatur, ut apud eundem videre eſt. Iſtiusmodi ſacrificia in Axonibus ἀράσια dicit Solon, teſte Pollice *lib. 1. cap 1.* ſique qui ſacra fecerant, victimarum nonnihil dominum repotrabant, bonæ ſcarvæ gratiâ, unde ὑφίσια tomen invenit, apud Helychium: reliqua ſacerdotibus cedebant, pelles nempe & κωλεαί, ut docet Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Veſpas. V. Sam. Petitum Comm. in L.L. Attic. lib. 1. tit. 1 pag. 5. & ſeqq.* Sed & in luſtrationibus adhibebatur *Ovis*, cujus corpus vivo luſſure aduerebatur, uti dicimus ex Ovid. *Faſt. l. 4.*

Cortulei ſiant puro de ſulfure ſumi,
Tcdaq; ſumanti ſulphure bulea ovis.

Et Statio *Thebaid. lib. 4. verſu 516.*

——— circumq; bidentum
Viſceribus lacteis & adoti ſanguine aurâ,
Graminibusq; novis & lango murmure purgat.

Etiam *ovinibus* immolabatur, cùm *triumphanti* bovem macharent, unde & *Ovationi*, de qua ſuprà, non eſt impoſitum ſuiſſe ait Plut. *in Marcello.* Jovi quoqueves facræ erant apud Apolonatas, in Sinu Jonico, de quibus multa habet Herod. *lib. 4. Musis* 9. V. quoque Cœlium Rhodig. *Antiqq. Lect. lib 26 cap 17.* At *ovenigrâ* Erebo ſacrificavit, apud Homerum, Ulyſſes &c. Vipera ſuprà, ubi de *Agni* & *Arietis*, in iacris, ſiu. Porro ante pecuniæ uſum, boum *ovinumque* numero multam fuiſſe definì âm legimus, apud A. Gell. *lib. 15. cap. 1.* cùm ait: *Conjectare autem poſſumus, quòd talia tunc eſſet armentoſiſſima, multum qua appellatur ſupromæ luſtitutum in ſingulos duarum Ovium, bovum ſi-ginta, pro copia ſc. bonum pecuni Ovium penuria.* Sed cùm *ovium* multa *pecoris armentoſior & Magiſtratibus dicta erat*, adúckebatur *bovum ovesque aliis parvi preiii, aliàs majoris: eaque res faciebat inæqualem multa pœnitionum: Idcircopoſtea lege Aueria conſtituti ſunt in Oves ſingulas aris denì i. decuſſis) in boves aris cenieni. Minima multa ſi Ovis unius.* Idem docet, quando a Magiſtratibus Pop. Romani multa dicebatur, *Oves* gentes virili a pellari ſuiſſe ſolitas, adducens hæc Varronis verba: *At Terentium, quandocitatus neque reſpondit, neque excuſavit, neque ovium vel bovum ovesque alias parvi preiii, aliàs majoris: eaque res faciebat inæqualem multa pœnitionum:* ſed quoque ſenio vidrt negrunt, Ibid. V. quoque Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 9. c.15.* Poſtea verò *ovium* boumque effigie æs ſignatum eſt: quod primum feciſſe Servium R. Plinius ait *lib. 18. cap. 3.* &c. Plura de *Ovibus*, V. apud Geſn. Joh. Voſſium *de Idolol. lib. 3. cap 55. & ſeqq.* Sam. item Bochartum *Hierozoïci Parte prior lib II. cap. 42.50.* & hic paſſim, inprimis de *Ovibus Syriis*, Candæ pudere ac pinguedine celebratis, ubi de *Ovium caudis*: de Vert. ve-ro more in *Ovium pellibus* ſacrificandi V. *loco.* eddam ſalrem de divino culru, hui canimali, a populis quibusdam habito. Uti enim Lycopolitani Lupum, Hermopolitæ Cynocephalum, Bovem, Vaccam &c. alii, ſic Saitæ & Thebanos *Ovem* venerattos eſſe, narrat Clemens Alexandr. *Admon. ad Gentes*, quemadmodum & Jovi Ammoni Arietem fuiſſe ſacratum, auctor eſt Clemens, qui dicitur *Romanus, Recognit. lib. 10.* Quod tamen non niſi ad exitum ſymbolicum pertinuiſſe, contendit Voſſius *cap. 74.* Quemadmodum & id, quod de Samiis idem Clemens addit, *Oves* iis cultas: *Forſaſſe enim*, inquit, *nec iſſi colucre eas, ut Deos, tantummodo honorarium, ut anathemata, cap. 75.* Nam que Ælianus *Hiſtor. Animal. lib 11. cap. 40.* ſic ex Ariſtotele, Συμίοις χρυσῆν (ἰσὸν) κλαυτὸν πεζόπουν ἀνάθημα ἀνέθηκε Θεῷ ὁ Σάμιος· τὸν Ἥρα πεζοῦν ἀνάθημα ἀνέθη, *Samiis aurum (jactum) furto fublatum Ovis* invenit: *Quare Mandrabulus Samius Junoni O.* vem *conſecravit.* Indeiib catium eiu abſtinebant Ægyptii, teſte Herodoto *lib. 2.* quamquè Cambyſi Pelusii ſitæ, contra illorum tela, *oves* ante aciem collocaretur, jacula cohibuerunt, ne ſacrum id animal lædcrent, Polyænus *lib. 1.* Apud Romanos *Ovilium* mancipia reperimus, Tonſores, Vart. *de R R. lib. 2. cap. 2.* Item *Opiliones*, Virgil. *Ecl.* vel *Ovilliones*, ut appellat Juriſconſultus *leg. 25. §. 2. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.* qui *Oves* curabant, *leg. 60. §. ff. de Leg* 3. ſuctu Caprarii caprilia, verveces Vitricarii, armentaria equitia Equiſones &c. V. I aur. Pignorium *Comm. de Servis.* Meminit quoque *Opilionis*, Plautus *Aſinaria*, Etiam *Opilio, qui paſcit alienas oves, aliquam habet peculiarem, quæ ſpem ſolatur ſuam.* Virgilius *Opilionem* vocat *Eclogæ 9.*

Venit & Upilio, ſarai nevere bubuleì &c.

Ovis Fera, Romanis dicta eſt Cameloparalis: *ovis* ſe. à manſuetudine morum, & *fera* διαπλεόνως. Bellonius ex ὠὸν. *Via Oſervat. lib. 2. cap. 49. Animal mitius nullum eſt, eſt iſtud ovis, & quarvis alia fera gratior.* Sed & in ipſo ovium genere, ferasmemorat, noſtris ovibus paulo majores, Oppianus, qui de iis excipue mira tradens *Cynegetic. lib. 2.* περὶ τοῦ ὄφλα, *admodum fera ſæcula* vocat; & in pugnam eumtes ſic deſcribit:

Πολλάκις δ' ἐριπλήξας ἐπὶ ξυλόφυτα ἴδηται
Καὶ σὺν αὐδυκέσσῃ ὑπιχθόνιος ἀντιάσειεν.
Ἔστι δ' ὅτ' ἀλλήλοισι σύναντον ἐξέσσαντε
Μαχέσω[illegible] κραιτεῖς δ' ἀρὴ μάλιστα θέσκελον ἔπλετο.
Οὐδὲ τ' ἀλαυσόξ ἔμπεδον ἐπλήξ θέσκελον ἔστιν.

Νίκη δ' ἀλλήλοις ἔφερεν ἀτίνακτ' ἀγάωνα.
Ἠὲ κεν ἀκλὴς ἠὲ δύοις νὺξ ὀμίχλη.
Saepe autem impetu facto in se ipsi prosternuntur
Etiam apros volentes in terra palpitantes.
Quandoque etiam in ipsa nocte ex adverso irruentes
Cernant: ingens vero ad coelum fragor penetrat.
Neq; evitare licet hostem ipsis:
Sed victoriam ut alteruter obtineat, inconcussa est ne-
cessitas,
Aut mortuus jaceat. Talis inter ipsos oritur contentio.

V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Part. prior. Lib. III. cap.* 27.

Ovis Gemellipara, ἡ διδύμαστος, Cantici *cap.* 4. *vers.* 2. *Dentes tui sunt sicut vellera aequaliam, quae ex lavacro ascendunt, & omnes suis gemelliparae, neque ulla est, quae aborsiat*: unde hallucinantur Arabes quidam Scriptores, qui ovem quotannis semel tantùm parere, nec nisi unum agnum, ajunt; aut saltem peregrinas oves ex natura fuarum dimetiuntur. Namque in Judaea gemelliparum hoc pecus fuisse hic Salomo testaturidem de Illyricis ovibus Aristoteles *in Mirabil.* de Indicis, Aelianus *lib. 4. cap.* 32. de aliis alii referunt. Et hinc oves hujusmodi Graeci διδύμας προβατα, pelices Romani *ambigenas*, vocabant. Fulgentius *de prisca Serm. de Calendario cap. 6. Bebius Macer, qui Fastos dies scripsit ait Junonibus, quae geminos parerent, oves sacrificari, cum duobus agnis utrinsecus alligatis; quas oves ambegnas vocari, quasi ex utraque parte agnos habentes.* Quam ovium foecunditatem Graeci ad Apollinem Nomium referebant. Unde Callimachus *Hymno in Apoll.* petit, ut ejus beneficio,

Ἢ δωσιτόκα δ' ἀνδρομάχαν ἀέλπα γόοιο.
Quae uniparae erant, gemelliparas reponat fatu.

Imò nec gemelliparae solùm, sed & biseraè nonnunquam oves fiunt & bis in anno pariunt, ut de Illyricanis Philosophus docet *d.* 1. idemque de Magnesiis & Libycis refert *Problem cap.* 10. *sect.* 46. Quod Poetice rem augens, de eadem Libya, scribit Poeta *Odyss. 8.*

Τρὶς δ' τίκτει μῆλα τελεσφόρα ἡ ἐνιαυτὸς,
Ter enim (ibi) *pariunt oves in anno perfecto.*

Sed res meris mendaciis effeta, cum ovis uterum gerat per dies 150. vel quod idem est, per 5. menses, uti Plinius habet *lib. 8. cap.* 47. & Aristoteles *ubi supra*. Qui mensium numerusin anno bis quidem poterit, sed non ter reperiri. Itaque meritò suspectum est, quod legitur apud eund. *in lib. Mirabilium*, Ἐπὶ δὲ τῶν Ὀμβρικῶν φασὶ τὰ βοσκομένα τοῖς τόποις ἅπαντα, *Apud Ombricos pecora ter in anno parere ajunt.* V. ubi supra Bochartum *d. Lib. 3. cap.*

Ovis Pellita, apud Varronem occurrit *de Re R. lib. 2. cap. 2. Pleraque similiter faciendum in* ovibus pellitis, *quae propter lanae bonitatem & usu Tarentinae & Asinates*) *pellibus inuguntur*, ne *lana inquinetur*. Hebr. כְּבָשִׂים, i. *circumligata* dicitur, in Tractatu Talmudico de *Sabbatho cap.* 5. ubi de lana Damascena, quae Milesiam puritate & mollitie aequabat. Utrobique enim similiter, *qui de natura est agnos — parabant ei integumentum, sibulis circumquaque annexum, ut pura esset lana*, Selomo *in Ezech.* Unde Diogenis Cynici jocus apud Laertium *lib. 6.* cum Megarа videns, ὃν μὲν πρόβατα ἐν διφθέραις ἐκτετυπωμένα, τὰς δὲ γυναῖκας αὖ ταῖς αὐταῖς, *ovis quidem pellibus tectas, eorum autem liberos nudos*; dixit, *praestare Megarensis arietem esse, quàm filium.* Et Columella *lib. 8. cap.* 4. monet, ut liberis campis & omni furculo ruboque vacantibus pascant, nec lana carpatur & tegumenta &c.

Ovis Rubra, imò purpurea; non in conversione rerum solùm Cumaeo carmine praedicta, apud Virgilium,

Omnis feret omnia tellus,
Non vinea falcem,
Non robustus arator, jam taurea juga solvet arator.
Nec varios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Sed revera in Oriente reperiuntur. Et rubras quidem nasci, res est tam tralatitia, ut probatione non egeat. Hinc Columella *lib. 8. cap.* 4. ubi de ovium coloribus, *Sunt etiam*, ait, *suapte natura probatae commendabiles, pullus atque fuscus, quos praebent in Italia Pollentia, in Baetica Corduba. Nec minus Asia rutilos, quos vocat ἐρυθρούς.* Et infrà, *Quoniam ex albo saepe fuscus editur partus, ex erythraeo, vel pullo, nunquam generatur albus.* Et *cap. 3. Una eademque ratio est in erythraeis & nigris arietibus.* Et Plinius *lib. 8. cap.* 48. de lanarum generibus, *Colorum plura genera: quippe cum desint etiam nomina iis, quae nativas appellant aliquo modo. Hispaniae nigri velleris praecipuas habet, Pollentia juxta Alpes cani, Asturiae, quae erythraea vocant: item Baetica &c.* Unde est, quòd rubras ovium pelles Exodi *cap.* 25. *versu* 5. & *cap.* 26. *versu* 14. *Item fac operimentum Tabernaculi ex pellibus arietum rubris & ex pellibus arietum hyacinthi*: Syrus Paraphrastes vocet *Hispanicas*. Sed & *rubrarum ovium* passim Arabes meminerunt &c. Jam de *purpureis* Oppianus *Venatic. lib. 2.*

Εἰσὶ δ' ἔμεθλοι, πυκάσται τὸ τέρμιλλι Κράτες,
Ἐρυθραμοιβὴ γαῖα Ἑρυθαίου, πτερομήλοιο,
Ἀφ' οὗ τε φοῖνιξ ἔσσατο δ' ἐπὶ χροὶ ἔσθεσιν.
Sunt autem oves rufae, in extrema finibus Cretae,
In humili terra Gortynide, quadricornes.
Lana autem purpurea pelli circumdata est.

Et Lampridius *in Antonino Diadumeno*, *In agro patris ejus oves purpureas duodecim ferunt natas, quarum una tantùm varia fuerit.* Constantinus item Porphyrogenn. *Them.* 12. ubi de munere, quod Justino Justiniano parruo obtulit Thomas Lycandi Proœcus; *Munus illud erat ovium decem mille, quarum singula colorem habebant singularem: & inhis τρεῖς μὲν φοινικόχρωτα, oves purpurei coloris mille* &c. Unde quod de purpureis calceis legimus, ad pelles purpureas, non tam arte, quàm naturâ, non sine ratione trahi potest. Livius Andronicus *Hymno*, *ad Dianam*, apud Terentianum Maurum.

Et jam purpureo suras include cothurno.

Quod gestamen cùm virg. num olim esset genere opibusque insignium, Cantici *cap.* 7. *v.* 1. & apud Virgilium, ubi de Tyriis Virginibus; postea Regum Imperatorumque proprium esse coepit. Uti de Romanorum Impp. & Persarum Regibus, Procopius *de Aedif. Justiniani lib.* 3. deque Bulgarorum Principum insignibus, Curopalates in *Tzimisce*, retrunt. Cujusmodi proin calceis quòd uteretur Patr. CPolitanus, ab Ilarico Comneno Patriarcha est dejectus, Bochartus *Hieroz. Part. prior. Lib. III. c.* 30.

Ovium Cauda, Hebr. אַלְיָה *alijah*, voce maximè propriâ, Levit. *cap.* 3. *v.* 9. de agno, qui offerri debeat in sacrificium Eucharisticum, *caudam integram usque ad coccygem removebis: cap.* 7. *vers.* 3. ubi de oblatione agni pro delicto, *caudam offeret & adipem, qui operit exta: cap.* 8. *versu* 25. de agno consecrationum, *Et sepit adipem & caudam*; & *cap.* 9. *vers.* 19. *Et ex ariete bonoreum caudam, in quibus locis omnibus Hebr. aliah* est, cùm inter liquis animalibus cauda eidem genti זָנָב *Zanab* dicatur. Eandem vocem usurpant Samaritani, Syri, Chaldaei & Arabes; quin apud hos *alia* verbum, de Ove, significat *caudam habere amplam & adiposam &c.* Verùm non intelligunturhoc nomine vulgares ovium, quales in Europa sunt, caudae, sed, ut habet in Lexico Golius, *quales in Orientis ovibus spectare est, quarum minimedecem, vel duodecim libras pendunt, nonnulli autem quadraginta libras pondere excedunt. Est autem minutatim conscissa ilquasi & adipem in fuos usus servant, vel ad condiendum imprimis frumentaceum cibum vel etiam, ut in Persia, & alibi, ad confitiendas candelas.* Cujusmodi proin caudam Arabes alio vocabulo nominant, idem fonante, quasi *alvinem & copiosam* dixeris; quemadmodum & *segmentum ejus*, qualia multa apud Arabum fartores & macellarios prostant, voce ab eadem origine manante insigniunt. Ne vero illiusmodi cauda, si humum verreret, lacerareturve, plostello illam alligare consueverunt. *Est autem plostellum illud parva rheda quam caudae supponunt, quia caput caudae illorum arietum est laudi, ad instar agnicoli: neque habet ossa, sed pinguedinem & denfitatem & gravitatem: & cùm humum verrit, laceratur ac corrumpitur. Proinde plostellum ipsis aptant, quod ipsi eos vehitur, cùm ambulant, & cauda illis alligatur*, ut habet *Glossa*, *in Talmud. Tr. de Sabbatho cap.* 5. *in Gemar.* Cujus moris vestigia in Graecis quoque Scriptoribus reperire est, in Herodoto inprimis *lib.* 3. *cap.* 113. ubi de Arabibus, *Duo autem, inquit, habent ovium genera admiratione digna, quae nusquam alibi sunt. Quorum unum longas habet caudas, vix cubitalibus non minores: quas si trahere si permitteremur, ulcera contraherent, dum cauda ad terram attereretur. Sed unusquisque pastorum hactenus arte fabrili docilus est, ut plostella faciant, quae illarum caudis subigant singulae ovium caudas singulis plostellis devinientes. Aliorum autem ovium unus ad cubitalem latitudinem caudas gerit.* V. quoque Aelianum *de Animal. lib. 16. c.* 4. Aristotelem *Hist. lib. 8. cap.* 28. ubi de Syriae ovibus, & de iisdem Plinium *lib. 8. cap.* 48. Diodorum *lib.* 2. ubi de Arabiae parte ad Occasum intima & Cteſiam de Indis, apud Aelianum *lib. 4. cap.* 32. ubi pastores earum ovium, quae ad partum idoneae sunt, caudas ampurare, ut facilius incantur, sed & ex caudum adipe oleum exprimere: arietum portro caudas dissecare, aut a dipem extrahere, iterumque conjuere, tradit. Quibus adde Damiritem, Scriptorem Arabem *de Animal.* multo postentoſiorem de Indicis ovibus memorantem; ex recentioribus Ludovicum Vartomannum *Navigat. lib. 2. cap. 5.* ubi de Principe *Aden* in Arabia Fel. c. 9. ubi de Reame, ejusdem Arabiae urbe, & c. 15. ubi de Zeila Aethiopiae: Busbequium *Epist. 1.* in itinere Nicaea Ancyram; Olearium, qui illiusmodi ovium, tanquam in Syria, Mesopotamia, Gordyaea & Perside vulgarium, meminit, *Muscovit. & Persici Itiner. lib. 5. pag.* 548. & *Indice lib. 1. p.* 91. Sed & in Africa & in Aegypto similes describit Leo Africanus *lib.* 9. ut & Ludovicus Marmolius *Africae Itae lib. 1. cap.* 23. ubi eas Hispanicè appellat *carneros de cinco quartos*: quia cùm nostrae solùm in quatuor partes, hae in quinque dividuntur, quarum partium una est cauda eaq; ingens ponisima, &c. E quibus omnibus facile apparet, quare Moles, qui in boum hircorumque sacrificiis de cauda ne hilum quidem habet, de ovilla tam fuerit solicitus. V. plura apud Sam. Bochartum *Hieroz. Parte poster. Lib. II. cap.* 45. & hic in vocibus *Cauda*, & *Plostellum*.

Ovium Notæ, vel inuſtæ, vel impreſſæ. Calphurnius,

— nec Brutia defit
Duratilis, & liquido ſimul unguine terra memento,
Seſuntroſa, linas: trivii quod, ponderaMelle
Argenti copulo, lentumq; bitumen aheno;
Impreſſumve ovi tua nomina.

Et Virgilius *Georgic. lib. 1.*

Aut picet ſignum, an numeros impreſſit acervis.

Ad quem locum Servius, *Illoſ, facit aut characteres, quibus pecora ſignantur, aut ipſa ferra, quibus ſignumnorum numerus deſignatur.* Significant autem characterea agnos maturos, ut & cætera animalia, menſe Januario: at ſextus ſerotinos, Aprili, Palladius in *Januar. cap.* 16. & *Aprili cap.* 7. Et quidem alias in aure, alias in cute notabant. Eulogius apud Photium, *Auctore* 280. V. Bochartum ubi ſupra c 44. ubi quomodo Arabes *notam ovi inuſtam in mediis auribus*, item *ad anteriorem auris partem*, nec non *in loco cinguli*, i. circa lumbos, ut & *clunibus*, diſtincte appellent, expoſuit. Atque hæc ἀφορισμὸν dicere Græci, unde κόπτω ἀφόρισμα, *overnon ſignatæ*. Aliud μάτια ἀσήμαντα, apud Homerum *Iliad. 2.* v. 485.

Ἶσάν τε μάλιστα ἀριθμὸν ἴσαν τε τέλεσθαι.

Gr. *oves paſtore carentes*, inculſtodiatæ, ἀπροστάτευτοι, *præſectu carentes*, Euſt. Stabulorum enim præfectos præſidiosque πυφύλακας ὄφεως dici paſſim, notum. Idem *Iliad.*

Ovum, Græcè τὸν, quomodo generetur, facunde perſequitur Plinius *lib. 10. cap.* 53. quibi & medicinalis & remediis incubantium, *cap. 69.* ubi & *quædam citra incubitum*, ſtomachi ſuppetias, ut *in Ægypti fimetis*, memorat: *ſcium de quodam potare, illum Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec coopertæ terra ſatum ederent ova*, addens. Quam conſuetudinem hodieque in Ægypto durare, docet pluribus P. de Valle *Itinerar. tom. 1.* Imò & ab hominibus perfici, docet ſuperſtitio Veterum. Apud hos enim cupidæ maſculæ prolis matres, *ovo* gallinæ incubanti ſubducto, atque eousque toto, quoad pullus exſudiretur, ſe illas prodiret, maſculæ prolis augurium inde hauriebant. Sic prægnans Livia, puda Suetonium *Tiberio c.* 14. iſtiusmodi ovum, *nunc ſua, nunc miniſtrantium manu per vices usque eo ſovit, quoad pullus inſigniter criſtatus excluſus eſt.* Unde forteſſe invenium, ait Plinius *lib. 10. cap.* 55. *ut ove in calido loco impoſita paleis igne medico foventur, homine verſante, parturiuſve & ſtatu die illine erumperet fetus.* Ata falubertimo hoc alimenti genere abſtinuere Ægyptiorum olim Sacerdotes, uti & a lacte, hoc *ſanguinem colore mutato*, id carnem eſſe *pituitam* dicentes, uti docet, ex Chæremone Stoico & Herodo, Alexander Neapolit. *Genial. Dier. lib. 4. cap.* 17. Sed de *Ovis* jam ſupra diximus.. Addam hic ſaltem, de ſtruthiocameli ovis, propter amplitudinem nonnullis vaſorum loco inſerviſſe, ex eodem, *lib. 10. cap.* 1. De *Ovo* vero *Ledæ*, è quo Caſtor & Pollux prognati, apud Lacedæmonios, ubi tanius à teſtudine Temyli fuerit ſuſpenſum oſtenſe, *Vide Eumolpi* Pauſaniam: ſicut de *Ovo purpureo* quod cum naſceretur Cretæ gallina in Aula peperit, à Baldo ante ſtarer, per invidiam, conſracto increpante cum verbis hiſce ominoſis matre, *Maledicte parricida, fratrem tuum occidiſti.* Spartianum *in Geta*: de *Ovo*, *serpentem inſultum* habente, Romæ, quod interpretè Gregorio VII. Pontif. Rom. denotabat Imperium Rom. & Henricum IV. Imp. Aventinum *lib. 5.* de *Ovo ſerpentino*, à quodam Equite Rom. e Vocontiis, in ſinu geſtato, ut is Magicè ejus ope cauſam in Foro obtineret, illoque proin occiſo, Claudii Imp. juſſu, Plinium *l. 29. c.* 3. & plurade *Ovis*, apud Voſſium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 78. 83. & 90. nec non *lib.* 1. *c.* 5. & 11.

OX.

Oxes, Græcè ὦξες, fluv. Scythiæ Orientalis, qui aliàs *Oaxes* dicitur & *Oxus*. V. *lib.*

Oximum, adde: Itaque malè confundit Robertus Cenalis alibique, Sanctos feciſſe populem in Normannia, & locum *Oximum*, *Oximoriſque*, ci vicinum atque ſubjectum, cum Oſismiis vel (ut tum vulgò loquebantur) cum *Oximoriſ* Epiſcopatu Britanniæ Armoricæ, ſimilitudine nominum deceptt. Interim pago *Oximenſi* nomen dedit. Vicetomitis *Oximenſium* Rogerii de monte Gomerici, *Literæ* ejus meminere, apud Valeſium *Not. Gall.* in voce *Saii*.

Oxonium, adde: Urbem hanc Regiarum partium principem, d. 10. Maii. 1645. obſidere cœperunt Parlamentarii, duce Thomâ Fairfaxio, cùm interea Rex validio cum exercitu univerſam Angliam pertereret. Menſes inprimis auctus fuit expugnatâ primo inopiâ Leiceſtriâ, atque hinc trepidatio omnes pervadente deſperatio. Itaque juſſus *Oxonii* obſidionem ſolvere Fairfaxius, & cum Rege conſligere, licèt in ejus exercitu recèns collecto non niſi unus veteranus miles, & unus Nobilis eſſet) præſilum commiſit d. 14. Junii, ejusdem Anni, in Comit. Northamptoniæ, prope pagum Naſebin, atque contra omnium expectationem copias Regis fugavit, omnique ejus peditatu capto & ſecretis ſipſius literis in poteſtatem redactis, fortunam ejus labantem gravitèr impulit. Abeo enim tempore non jam pergradus, ſed uno impetu, Regiæ partes collapſæ ſunt: Perpetuæ Parlamenti victoriæ, expugnationes urbium, ac ne quidem ullus ádd verſus caſus proſperum armorum curſum perturbavit. Quidquid militum Regi reſtabat, compulſum fuit in extremum Cornubiæ angulum, itaque ibi quinque equitum millia in deditionem accepta, dieque viceſimo Junii *Oxonium* captum eſt, cùm paulo antè Rex mutato habitu in caſtra Scotorum evaſiſſet, ab illis abductus Novocaſtrum. Paulo poſt ultimo Regis præſidio caſtello Cornubiæ firmiſſimo, *Pendennis* dicto, ad deditionem quoque compulſo finis bello impoſitus & ad majorem trägœdiam totius, quæ regni miram metamorphoſim via eſt ſtrata. Georg. Hornius *Orb. Imper. pag.* 295. & 390.

Oxybaphum, Græcè ὀξύβαφον, item ἰμβάφιον, vas embammati continendo inſerviens, acetarium vas. Et quidem inter ſicca condimenta, præcipuum locum obtinebant ſales; in liquidis acetum & oleum, quæ propriè βάμματα & embammata, & varia mixturâ ζωμήματα, ὀξύγαρα, & alia hujusmodi oxypora: quibus recipiendis idonea vaſa *Oxybapha* & ἰμβάφια dicta; item *ſcyphi*, Unde manum aut panem intingere in condimentatio, ἐμβάπτειν, Matthæi c. 26. *Ὁ βάπτων*, parvum *oxybaphum* bammulum dictum eſt, unde Græci recentiores βαφεῖον ſcepe & ὀξυβάφιον, ſic appellantes candelabra in modum lancis vel ἰμβάφια ſeu *oxybaphi* uncinum in medio habentia, quibus inſigebatur candela. cum pediculo, quo manu retinebantur. Sed de his ſupra, V. plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum* p. 375.

Oxybaſia, purpura intenſioriaſe vividioris luminis, quæ Comico ὀξέια φοινικὶς, apud Suidam in βάμμα, κυπρίαν λεβηρὸν ὀξέιαν, *purpuræ cyprium, lebetium & vividiſſimæ*, C. du Freſne *Gloſſar. Latin. exitatum, clarum & acutum* vocant Interpretes, quem Græcilège dicunt, *αὐστηρὸν* oppoſitum; qui ſimul tamen in eodem eſſe poſſunt, ſed diverſo reſpectu. Sic enim Tyria purpura nigrior & adſtrictior adjicientibus appareſt ſuſpicientibus verò excitatiſſimum lumen & nitorem adſulgebat. At excitatus & dilutus, ut nec adſtrictus ac dilutus, ſimul eſſe nequeunt, nec in uno morari. Adeoque excitatus & puellus color, licèt inter ſe diverſi, ex æquo tamen ubique diluto continenti ſunt. Excitatus & acutus color in cocco; preſſus & adſtrictus in purpura, *nigrantia nigræ*, ut Plinius ait; *colore ſubluceris*. Tyria purpura utromque habebat, *acumen* lumenque cocci & nigritiam ſaturitatemque purpuræ nigræ, neutrum habebant dilutiora, ut conchylium. Porro quod Græcis ὀξὺ, illud item *λαμπρὸν*, Latinis *clarum* eſt: unde *claræ purpuræ in Vita* Probi. In recentioribus Græcorum *Conſilium*, ὀξέια μετάξης ut & χρυσόπαστον ἐν ὀξεῖ μετάξῃ ἐξύφανται ubi ὀξέια mexaxa eſt cocenica. Et quidem antiqui preſſiores & ſuſciores purpuras magis probabant; at recentioribus clare & excitatiores magis placuere. Nec hoc omittendum, Latinos *preſſum & ſaturum* etiam de clariſſimis & excitatiſſimis coloribus uſurpaſſe, intenſiſſimum quemque in ſua ſpecie colorem, & qui diluto pallidoque maximè contrarius eſſet, ita vocantes: atque omnino, quidquid largiſſimo atque abundantiſſimo colore & lumine pictum cinctumque eſſet, hoc nomine donantes. Sic Græcis κορεσμὸς. Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypotyp. lib.* 1. Καὶ ἐν ταῖς χρώμα τοῖς μὲν περιττότερος φαίνεται φύσις, ταῖς δὲ ἀκριβέστερα κορέσεις, &c. V. Claud. Salmaſium *ad Tertull. de Pallio cap.* 3. & *ad Solinum p.* 199. 278. & 344.

Oxygarum, apud Martialem *lib.* 3. *Epigr.* 50.

Depoſui ſoleas ſcriptor proximus ingens
Inter lallucas, oxygarumq; liber:

garum ex aceto eſt, in antecœna olim appoſitum. V. quoque ſupra *Garum*, & inſrà, ubi de *Oxyporis*.

Oxypaederotina Veſtes, apud Flav. Vopiſcum in *Aureliano*, *Idem conceſſit, ut matronæ tunicas haberent & cæteras veſtes, olim antea coloreas habuiſſent*, & *, ni multùm*, *oxypaederotinas*: dicit ſunt à *paderote* gemma, quam alio nomine *opalium* dixere. Hesychius παιδέρωτα ὀφθαλμία. Uti autem in purpura varii colorum luminisque gradus ſunt ac differentiæ; quæ, prout preſſior ſaturiorque eſt vel dilutior, ita nomina invenit; unde *blatta* & *oxyblatta* &c. Sic itaque in paderote gemma varii colores eluecent: *Eſt in his*, inquit Plinius, *carbunculi tenuior ignis, eſt amethyſtii fulgens purpura, eſt ſmaragdi mixtura & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.* Quorum optimus ille eſt, eodem Judice, cujus color vini colore fulcatur: ad quem proin tingendum officinæ vota dirigebant, cui & *oxypaederotinum* videntur nomen feciſſe. Interquem ſanè & amethyſtinum non magnum videtur ſuiſſe diferimen; unde non mirum eſt, cum colorem, ut prerioſiorem & purpuræ propiorem, rariùs fuiſſe matronis conceſſum. Nero namque, ut non ſolùm ex Suetonio diſcimus, Tyrii, ſed & amethyſtini coloris uſu, privatis interdixit: quamvis amethyſtinum inter pretii levioris colores Ovidius enumeret, quem inter alios plures ac viliores concedit mulieribŭ artis ſuæ. Videtur ergo matronæ in ſolatium ademtæ purpuræ vel conchyliatæ veſtis, aut, uti tum loquebantur, blatteæ, quæ erat magni pretii, amethyſtinas & oxypæderotinas, quæ proximè ad purpuram accederent, in uſu habuiſſe. Quòd enim Vopiſcus de Alexandro Severo memorat, illum *purpuram clariſſimam matronis, ſi quæ aut paſſum, aut vellent, vendidiſſe*, non negat, ante Aurelia-

num alias veſtes Matronis habitas, quàm coloreas, aut ad ſummum oxyprederotinas: ſed hoc tantùm vult, veſtes hujusmodi habendi copiam non fuiſſe privatis, niſi à ipſa ſpa Imperator donaret aut venderet. Omnia enim baphia in quibus purpureæ veſtes tingebantur, non privati, ſed Imperatorii juris fuere & omnes ſpecies ibi tinctæ in veſtiarium Principis inferebantur & ad ejus uſum ſervabantur &c. Salmaſius *ad Vopiſcum*. Idem tamen *ad Solinum p.* 1148. à ſeipſo diſcedens, à *paderote* colore ſeu purpuriſſo, quod genis olim indebant mulieres, colorem hunc in veſtibus tum ulitatum deducere mavult. V. infrà in voce *Paderos*.

Oxypora Condimenta, quæ ex herbis & oleribus, ex aceto & ſale comedi ſoliti, conſtabant, dicebantur: cujusmodi λάχανα, quæ cruda in aceto edebantur, Græci σφάγια appellarunt. Gloſſa, *Acetaria*. σφάγια. Sed & ſic vocabant, quæ aceto & ſale condiebantur. Plinius de peplio ſeu portulaca ἀγρεῖα *ſi cum ibum in aceto vis ſumpta corroborant*. Gr. οὖ χρονίζοντος, ὃν ἐξύγρους; aceto enim eam & ſale condiri, ſcribit Dioſcorides. Quæ itaque hujusmodi herbis & aceto conſtabant, ἐξύγρα appellantur, quâ voce porro dicta quòd ex *aceto* darentur. Hinc ſuâ Medicis ἐξύγρα vel ἐξυγάσια antidota & κενῶσις, nonita appellata, ut in ſuis definitionibus doctiſſimi Medici aſſerunt, quòd citò penetraren, tutpore tenuium partium, ſed quòd *aceto* & *acetariis* hujusmodi herbis componerentur; certè nunquam ſine aceto fiebant, ut plurimum piperato: unde quòd ex aceto præberentur, *oxypora* vocitata ſunt; quæ admodum *oxygarum* erat, quod ex aceto & garo &c. Neque verò de crudis ſolùm oleribus, ſed & de coctis, quæ ex aceto edi mos erat, vox accipienda: & quidem *Oxypora* propriè ex pluribus ſpeciebus una tritis mixtisque, quibus acetum addebatur, ſeu ex multis ſeminibus caſtilis conſtabant, juvandæ concoctioni aceto & oleo quoque præparatis: cùm *Acetaria* dicerentur, olera, quæ recentia & cruda ex aceto edebantur, *Salgama* verò quæ ſale & aceto condita ſervabantur. Interim non raro iſtæ voces confunduntur, apud Auctores. Καὶ ἐξύγρα verò *Oxypori* appellatione venit, apud Græcos recentiores, tithymalli id genus, quod *febram* Arabes ſeu *febrem* nominant, Latini *ſubulam*, quæ vox idem ſignificat, quod Græcum ἐξύγρα, ab *eja*, herba ſc. quæ ex aceto editur. V. Salmaſium *ad Solinum paſſim*, *inprimis p.* 375. 1284. & 1326.

Oxyrynchus, adde: Quod nomen cùm omnibus piſcibus acuto roſtro præditis convenire poſſit, propriè tamen maleficum animal, inter Nili pisces peculiare, ſic appellatum eſt, cujus mentio in veteri hoc hemiſtichio,

——— σὺν ἀλλήλοις δ' ἐξυγρύγχοι.

deque cujus ſecore mira tradit Plinius *lib* II. *cap.* 37. *Tecur veritatis maximè patiens. centenis durare annis* Oxyrynchon *exempla prodidere*. Hoc itaque *Oxyrynchitarum* Numen quòd Cynopolitani odiſſent, quemadmodum illi horum Deos, canes viz. averſari ſunt, inter vicinos hos populos bellum olim exarſit, quod, *Ombiarum* & *Tentyritarum* nomine, à Juvenali deſcriptum eſſe, Salmaſius cenſet, uti vidimus ſuprà, ub. *de Ombiis*. Sed & *oxyrynchum* dictum eſſe, characterem quendam ſcribendi peculiarem, ex Palladio conſtat, cujus Interpres Heraclides verba ejus ſic vertit, *Similiter illam ſcribebant manum, quam* oxyrynchum *vocant Graci:* à piſce *oxyrynchos*; quòd acutæ longioriſque formæ eſſet. Certè Chaldæi hodieque *Stranghelì* characterem appellant, quo in librorum titulis ſcribendis utuntur, cui ſimilem penè characterem Graeci in Erelefiaſticis ſuis libris adhibent: quum vocem ex *oxyrynchos* corruptam eſſe, conjicit Dominicus Macer *in Hierolexico*.

O Z.

Ozolæ, adde: Locrorum ſpecies erant, ſimul & *Opuntii* & *Epicnemidii*, in Græcia, præter quos in Italia Locri fuere *Epizephyrii*, à Zephyrio prom. quos colonos fuiſſe Locrorum Græcæ conſtat; an verò Locrorum *Ozolorum* an *Opuntiorum*, non adeò liquet. Marcianus Heracleotes,

——— οἱ ὑ λεγόμενοι
Ἐπιζεφύριοι πλησίον τοῦ) Λοκρῶν,
Εἶτα δ' ἑπτακμὴ δ' Ὀπούντιοι Λοκροὶ,
Εἶτα δὴ Λοκροὶ φασὶ δὲ Ὀζόλαι
——— *qui autem dicuntur*
Epizephyrii, prope ſiti ſunt Locri.
Sunt autem coloni Opuntiorum Locrorum.
Aliqui verò Locrorum dicunt Ozolorum.

Prius tamen probabilius. Namque *Ozolæ* dictos quoque eſſe *Heſperios* tradit Strabo, quòd Parnaſſi montis ex parte Occidentali accolæ eſſent: Hinc *Epizephyrii* in Italia dicti videntur, quia Zephyrus ab Occidente ſpirat; unde & *Zephyrium* prom. Italiæ appellatum eſt, quòd portum haberet hujusmodi ventis obverſum. Salmaſius *ad Solinum pag.* 66. & 67.



P.

P. A. in notis Antiquorum, *Pace*, cui additum P. R. *populo Romano*; P. C. *pactum conventum*, *pecunia confistina*: P. D. *publice dedit*. &c. denotat.

P A.

PA. DIG. vel P. D. *Patricialis dignitas*: PAR. *Parentum*. PAT. *Patritius* &c. in iisdem notis ocurgnat.

Patalia, nomen fefti apud Romanos, memorari Aldhelmo in *Laud. Virgin. cap. 26.* Ubi cum ifta reperimur: *Tum fpur as deliborum cerenonias exhibet, quafi Lupercalia & Compitalia, vel Patalia & Sueveravitia thurificando feu Turalia & Nyctelia ii tando furibunda Numina reconciliarent*, Gronovius deiderat docerri, quaenam *Patalia* illa. quae *Turalia* eflent. Nam cum fit verifimile, non fuiviffe diem feftum, qui non erat, nec nomen excogitaffe, quod olim Romanum non eflet, neutrum fuvein Faftis five ab ibi legitur. An potius nu la funt *ait*, & fub prior. vel *Patalia*, vel Palilia vel Faunalia latent; *fub* pofteriore F. ralia, vel Saturnalia, vel denique Fugalia, ex Auguftino de *Civit. Dei.* V. Joh. Frid. Gronovium *Obfer vat. in Ecclef. c.* 8.

Pacare, apud Poëtam,

— *in culice* pacantur *vomere fylvæ*,

eft à fentibus & fpinis purgare. Apud Claudianum de *Diana*,

— *pacabat Marnala cornu*.

Manilium *lib.* 4.

Et pacare *metu fylvas & vivere rapto.*

Statium item *Thebaid. lib.* 4. *verf.* 250.

— *tum faltus forte remotos*

Pacabat *cornu*

Venari eft: Feras enim occidendo, quæ venatoribus (ut Gratius cleganter ait *Cynege.*) pro hoftibus funt, faltus pacantur. V. Barthium *ad* 4. Apud recentiores ævi Scriptores folvere, exolvere fignificat: à *pacando*, quod pactum facere proprie, an à *pacificando*, quod eft *pactum*, i. tributum ex pacto conceffum folvere? V. Salmafium *de Trapez. fam. pag.* 517. Hinc Italum *pagare*, Gallorum *payer*; & ex hac notione vocis *pacti*, Germanorum *pacht*, ortum &c.

Pacatiana, fecundum quosdam Phrygiæ majoris pars. Videntur enim recentiores ex Phrygia Magia duas feciffe provincias, primam & fecundam; quarum prima *Pacatiana*, fecunda *Salutaris*; at quæ Phrygia Minor olim dicta eft, *Troadem* dicere maluiffe. Certe Conftantinus ait: *μετὰ Φρυγίαν ἑτέραν, Μινορίαν Φρυγία ἐποίκοις, Τυρακησίων Θεματι vindicat*: Et tamen utramque Phrygiam Salutarem & Pacatianam, quam ipfe vocat *Καπατιανὴν*, *Capatianam*, fub Anatolice provincia collocat; quo modo utraque illa Phrygia, Salutaris & Pacatiana, una fuit olim Phrygia Magna. Quod ex ipfius Conftantini verbis colligere eft, quibus *Ανατολικὴ θέμα* determinat: *Ἄλλη δὲ κατὰ ἀνατολὴν Καππαδοκίαν καὶ ἑτέρα Φρυγία ἡ ἐπὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν, Φρυγία Σαλουταρὶς ἐπὶ τὸν ἕτερον Ἅλυν, Initium enim pejus à Compofit, quæ Metus dicitur, faftum eft, & dicitur Phrygia Salutaris, Ἅλυς unus quæ*; erat autem Iconium Lycaoniæ oppidum, quo Phrygia Magna finiebatur. Sequitur de *Pacatiana*, Τὰ δὲ κατὰ ἀνατολὴν Ἀπὸ τοῦ Ἅλυος ποταμοῦ ἕως τοῦ Φρυγία Καπατιανὴ, *A Croino autem Amnium usque vocatur Phrygia Pacatiana*: Certe Amnium inter Phrygiæ magnæ urbes, recenfetur Perolonteo Habebat vero *Pacatiana* Phrygia Præfides olim, ficut Pifidia, Lycaonia, Salutaris, alia. V. Salmafium *ad Solinum pag.* 805. Laodiceam *Pacatianæ* interfopo lim fi ex fubfcriptio Epiftolæ prioris Pauli ad Timotheum, ubi illa fcripta dicitur ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς, *Laodicea, quæ metropolis eft Phrygiæ Pacatianæ.*

Pachacamaki feu *Pachayachachi*, Peruanorum, qui Americæ celebris Populus eft, fummus Deus: Eft autem fi interpreteris, *Creator Cæli & Terræ*. Eundem *Viracochin* communiter vocant, ut & *Ufapu*, id eft, *Admirabilem*, ut ferbit Joh. Hugo Linfchotanus *Hiftor. Ind. Occid. lib. V. cap.* 3. Ira nempe & his fi cut jam olim Gentilium cordatiores, quamvis multorum Deorum meminerint, unum tamen fummum, cui ceteri parerent, adeoque *unum* folum verum *Deum*, ftatuunt; ut quod apud Ciceronem de *Nat. Deor. lib.* 1. *cap.* 12. de Socrate Velleius, de isdem dici poffit, *eis modo unum, tum autem plures Deos dicere.* Quò & illud Marfilii Ficini quadrat, de Platone, in *Argum. lib.* 4. de *LL. Neque verò nos turbet, quòd plures fape Deos dicat, unicum enim per fe ipfum in Parmenide atque Timæo probat effe Deum, cæteros verò Angelicos, cæleftefque Deos miniftros, cum Deus nominat, non tam Deos, quàm divinos, intelligit.* Eodem modo Phœnices quondam Deum aliquem fummum maximumque & tanquam Deorum Regem, quem *Adadum* feu *Adoum*, id eft, Unum dicere, interpretie Macrobio, venerati funt. Et ut ad recentiora redeam, in Afia Siamenfes, Auctor *Hiftor. Orientalis*, Merian. *Part. XII. pag.* 91. atque ipfius Schultetus *Defcrip. Siam. pag.* 308. tum Siamenfes; præterea Madagafca is five Divi Laurentii, ut vocant, ad Africam infulæ, incolas, *Creatorem* unicum *Dei* & terræ dicere, tradit idem Linfchotanus *Ind. Orient. Part. II.* c. 7. & c. 30. Novæ quoq; Angliæ, Americæ itidem populum, fupremum quoddam Numen *Kichtanit* titulo colere, à quo ipfo interacto & invifibili tum cæterorii omnium, tum, mare, omnium, aquæ ipfis ominentur, ondita credant, iffirmat Rich. Walebornius *Defcript. Nov. Angl. Part. I. cap.* 4. Partter atque Biarmenfes & Lapponès, Deum verum fummumque *Junnaïe* ac *Tori* nomine venerari, Johannes Schefferus auctor eft, in *Lapponia cap.* 7. *pag.* 61. Quò eodem loco etiam fuum *Tinagogo*, five *Deum mille Deorum*, incolæ regionis cuiusdam in Afia, apud Ferdinandum Pi. to *Itiner. pag.* 296. & Peg enfes, apud fiund *pag.* 372. fuum *Quioy La ufa*, & ipfum *mille Numinum Numen*, habuerunt. Adeo vela *de uno Deo* fententia etiam per denfiffimas tenebras, imo crifsicarum caligine ni animis, five rationis, five qualiscunque Traditionis, opera ilusit. Tob. Pfanerus *Theol. Gentil. pur. cap. II. §* 10. At *Pachamama*, Voffio Dea fuit Peruanorum, quo omne Terram ait cultum *de Orig. & Progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 62.

Pacheca, Hifpan. *Pachco*, nomen familiæ in Hifpania illuftris, quod Maria, filia Johannis Fernandini *Pacheci* Dom. *de Belmonte*) Alfonio Acugnæ à matre Terefa, *Gironis* nomen nacto, elocata, Gironia familiæ intu it. Primo enim eorum filio Johannis *Pacheci* nomen in poftum, alteri Petro *Gironis*. Et quidem cum ex hoc Comites Urenæ, Duces Offunæ & Marchiones *de Pennafiel* orti fint: victifm in illius, March. *de Villena* & Duc. *de Efcalona* filius, cognominum diveritas eft. Primogenitus namque Pacheci fe vavit nomen, & ab eo tum Duc. *de Efcalonæ* alter filius Petrus, à matre *Peronæ* nomen accepit: ex qua Marchi nes Villæ Novæ dedit. Tertius Alfonfus Tellezius, ad Gironium nomen rediit, & Dominos *de la Pueb a in Montalvan*, qui poftea *Comitum* dign tate ornati funt & fubinde *Pachecorum* nomen renovarunt, fevit. V. Phil. Jac. Spenerum *Theor. Nobil. Eur. Part I. in Ind.* & feriem Ducum *de Efcalona*, fupra in hac voce. Sed & March *de Cerralvo* nomine *Pachecorum* infignitifuntqu qui nomen hoc acceperè, ab hæred e Maria *Pachecæ*, St phani filia Joh. nepte, Stephani alterius, qui *Cerralvo* Henricus II. R. dono dedit, prone pre. Alvari Perefii Oforii conjuge. Ex hoc enim matrimonio natus Joh. I. *Pacheus* Oforius Dn. *de Cerralvo*, Catharinam Maldonatam fibi junxit (fil. Roderici *Aremendes Maldonnado*) atque exea fufcepit Joh. II. *Pacheum*, maritum Annæ Toletanæ; Ferdinando *de Toledo* Dn. *de Villora* genitæ; & ex ea Patre Roderici *Pacheci* March. *de Cerralvo*, quo & Annâ Henricâ Toletanâ fil. Didaci Henrici Guzmani Com. *de Alba de Aliste*) genitus Joh. III. *Pacheus* March. *de Cerralvo*, ex Agnete Toletana (fil. Garfiæ Toletani Oforii March. de *Villa Frenos* Dn. Fernandinæ) fufcepit Rodericum II. *Pachecum* March. *de Cerralvo* fuæ *Cerralvo*, cui Francifca *de la Cueva* & *Cordubæ*(fil. Beltrami Cuevæ Duc. Albuquæ. qui) defuncti A. C. 1612 peperit Johannem IV. *Pachecum*, Agnetem &c. Idem *Part. II. pag* 84.

Paciarii, in Corcilio Monspelienfi, A. C. 1214. *can.* 31. & Tolofano A. C. 1229. *can.* 31. funt, quibus *pacis* indictæ à Pontifice & Concilio obfervandæ curæ erat commiffa. Eorum collegium Pax appellatur, in Concil. Tolofano præfato *can.* 31. *Si paffalli hominesrebellaverint contra dominos*, Pax *adfiftat dominis contra eos.* Sed & *Paciarius*, feu *Pacificator*, nomen fu t dignitatis, olim collatæ ad triennium Cæfio I. Stellæ R. a Clemente IV. Pontif. Rom. flagrante Guelfrorum & Gibellinorum diffidio Imperio; vacante. A. C. 1267. *Clemens* &c. *Cum te in partibus Tufciæ, Romandiolæ, Marchiæ Anconitanæ & Terræ Comitiffæ interpartes per noftras literas fervari rem, in eisdem tibi* Paciarii *pacis* facio fervatoris *officium commitendo* &c. Johanes Villanus Pacis *Paciarii* vocat 4. 7. 16. Etan Pacia rius Ædilis. Scabinus eft, qui *pacem* inter cives tuetur: *Præfectus pacis aut Decurio*, in 11. *Cod. Theod. de Vigneribus*; Bigeragyn Gr. Gall *Surt de la paix*, V. Buzelinum *in Gallo Belgic. l.* 3. c. 15. *p.* 412. Curiam Generalem Barcinonenfem A. C. 1283. fub Petro II. R. Aragoniæ c. 28. Et Curiam Generalem Catalonitæ, actam in vil. la Montis Albi, fub Alfonfo R. Aragon. A. C. 1333. Iidem Pacis *affertores* dicuntur in *LL.* Vifigothorum *l.* 2. *Tit.* 1. *c.* 16. *Sunt qui fola pacis faciendæ intentione Regali fola deftinatione auctoritatem, qui eas folim dirimunt caufas, quas illis regia deputaverit ordinandi poteftas.*

telas. Propositi pacis, in l. 49. Cod. Theodos. de Decurionibus ubi tamen quidam judicant legendum, *Propositi pacis*, de quibus in *l. 1. de Dignitatibus eodem Cod.* & alibi. V. C. du Fresne *Glossar.* in vocibus variis, *Paciarii* imprimis, & Pax.

Pacifica Literæ, in Concilio Eliberitano A. C. 305. *cap.* 81. *Ne semine tus potius, absque matrimonium nominibus, Laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas ad clericos* pacificas *ad suum solum nomen scriptas accipiant*: videntur appellatæ generatim omnes epistolæ amicæ, *pacis* ac divinæ charitatis conciliatrices, maximè quæ Clericis inopiæ causâ aliò profectis tribuis, ab Episcopis, dabantur. Hinc literæ Clericis Concilii Antiocheni A. C. 341. *cap.* 8. *Presbyteri qui sunt in agris, Canonicas Epistolas dare non possunt — Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt* Pacificas, id est, *generales*. Ubi Græca editio tantùm Εἰρηνικὰ præfert. Vel etiam quæ ab Archiepiscopis concedebantur Episcopis, ad Imperatorem legatis: Item quæ injustè oppressis ab iisdem dabantur. V. *Formulas* vett. *Tom. II.* Conciliorum Sirmondi pag. 647. Franc. Turrianum *lib. 3. pro Epistol. Pontif. cap. 4.* Ferrarium *Antiq. Eccles. lib. 1. cap. xii.* Cl. Juttellum *ad Can.* 8. Conc. Antioch. & *ad Can.* 11. Con. Chalced. & Cl. Suicerum *Thesaur. Eccl.* voce Εἰρηνικὸν, ubi etiam Εἰρηνικὸν in Græcorum Liturgiis dici, quæ Diaconus extra Tabernaculum recitat, dum in Tabernaculo Sacerdos secretò orationem dicit: ficque appellari, quòd nil aliud quam preces fint pro pace, addit. Vquoque eam in Συναξτὰ.

Pacis fractio, seu infractio, cùm pax indicta ab Imperatore vel Rege, seu aliquando Ecclesiæ, locisve aliis concessa, violatur, cujus crimini cognito inter jura Regia recensetur, in *LL. Henrici I.* Regis Angl. quid propriè apud Francicarum Rerum Scriptores dicatur, ex *Statuto* Philippi R. Francie dato A. C. 1279. docet. Cl. du Freine, quos hîc habet: *Frangi pacem — tum dicimus, cùm in castris aut civitatibus, facta sedizione publicâ pars parti se excrit, vel cum armis invaferit, vel civitas, castrum, aut villa, aut Baro, aut castri Dominus, alii guerram moverint, aut furtivè castrum aut villam, aut mansionem subtraxerint.* Paulopoli, *Aggressiones itinerum, sive plures fuerint sive unus, pacis violatores censendi sunt* &c. In Imp. Romano, sanctio de *Pace Publica*, una ex illustrioribus est, Wormatiæ primùm constituta A. C. 1495. ac de nde sæpius confirmata, Germ. *Landfried*, cujus violatoribus aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine in fidem & clientelam recipi, ab omnibus vero impunè, tam in persona, quàm in rebus, offendi possint: *Bannum* vocant feu Proscriptionem. Olim verò apud Saxones & Francos, *Pacis* hujus turbones cogebantur canem humeris impositum portare per mille passus, multis pœcantibus. Quâ pœnâ affectit Henricum Palatinum aliosque X. Germaniæ Comites Fridericus I. uti docet Conr. Rittershusius *O rat. de eo.* Capita Sanctionis, V. apud *Juris Public.* Scriptores.

Pacis Mora, fc. conciliatrix, feu *Pax sequestra*, Papinio Statio *Thebaid. lib. 2. verfu* 435. inducæ dicuntur: uti *Pacis Sequestrum*, Legatum vocat Lucanus *lib. 10.*

— *Orator Regis Pacifq; sequester.*

Quo modo extremo ævo Dudo Sanquintinus aliquoties loquitur, clarà tantorum Auctorum imitatione. V. Cæsp. Barthium *Animadverf. ad Statium d. l.* & hic paffim, fuis locis.

Pacis Oleulum, V. fuprà.

Pacis Princeps, V. fuprà, voce *Irenarcha*.

Pactæ, apud Vellejum Paterculum *lib. 1. cap. 1.* ubi Oreftem Delphis interfecisse Pyrrhum, *quòd* pactæ *cum nuptiis accepraverat*, refert: conjux deftinata & jam promiffa eft. Nonius Marcellus, *Inter Speratum, Dictum, Pactam & Sponfam hoc interest, quòd Virgo primùm petatur, Sperata dicitur — Dehinc promiffa vel fponfa dici poteſt. Virgilius Æneid. lib. 11. Cui pater eſt, conjux quondam tua dicta relinquor? Et idem alio loco: Et gremio abducere pactas* &c. Sic *Pactus*, apud Statium *Theb. libro 3. v.* 172.

Hinc Chthonium conjux, hinc mater Pandora clamat
Aſpondæ, puerig; rudes una, Thoantias, ardet
Æmilium didicere patrem, Marpeſſaq; pactum
Phyllaca —

promiffus eſt, nuptiis deſtinatus. V. hic infrà.

Pactæ Doralia, cùm incunda eſſent, apud Romanos, Auſpices noctu & fub auroram, auguria captabant. Dote enim dictâ, quæ cenſui proportione refpondebat, ſignabantur. M. Fab. Quintilianus *lib. 5. cap. 11. Nihil obſtat, quo minus ſuſtum Matrimonium, ſi mente conſtitum, etiam ſi tabulæ ſignatæ non fuerint*, Iſidorus *lib. 9. cap. 8. Ante uſum tabularum, Matrimonii cautiones, quibus invicem emittebant. Quod ipſum & à ſuretoſſi admittitur l. Seja ff. de donat. int. vir. & uxorem.* Juvenalis *Sat. 2.*

Signata tabula, dictum feliciter.

Rectè *feliciter*: Talis enim erat acclamatio fauſtior, qua bona quæque omnabantur, in primis auſpicatum contractûs initi eventum. Suetonius *Domitiano cap. 3. Domine & domina feliciter.* Non autem priùs ſignabantur hæ tabulæ feu doralia inſtrumentum, quàm vett. Gloſſæ *cænatio* appellant, quam ſolemnis ſtipulatio fuiſſet interpoſita: ut ex Plauto *in Curculione Actu 1. Sc. 2.* & in *Aululariæ præfagibus*, Eruditis obſervatum. Q. Symmachus *lib. 9. Epiſt. 7. Petitoris ambitum, teſtis ſidem in me recepi.* Iſidorus *Etymol. lib. 10. Procax idem quod petax propriè. Nam procaci eſt petere: Unde & Nuptiarum petitores Proci dicuntur.* Hinc Sidon. Apollinaris *Sponſum* vocat *Petitorem lib. 4. Epiſt. 20.* & *lib. 7. Epiſt. 2.* ait *Adoleſcens pater, tenuis, peregrinus, puellam non inferiorem natalibus Urorem petit, impetrat, conſtituitur tabulæ Nuptiales.* Non, quoque Marcellus *c. 5. num. 69. Virgo*, inquit, *prius quàm petatur, ſperata dicitur. V. ſuprà. C. Iarius Servius Sulpitius lib. de Dotibus, Qui Uxorem ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſti pulabatur eam in matrimonium ductum iri: Qui ducturus erat, is idem ſponſabat, is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur Sponſalia. Tunc, qua promiſſa erat, Sponſa appellabatur, qui ſpopponderat, ſponſus.* V. Servium *ad illud lib. 10. Æn.*

— *Gremiis abducere pactas.*

Sic paſtam pro Sponſam, Vellejus dicit Paterculus *lib. 1. cap. 1.* Qui (Oreſtes) *ſe etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicavit. Nam quòd paſtæ eius Hermiæ atque Helenæ filiæ Hermiones nuptias occuparat, Delphis eum interfecit.* Sic intelligendus Virgilius *Æn. lib. 7. in limine.*

Multi illum jam tum Latio, magnaq; petebant
Auſonia.

Catullus *Epigr. 68.*

Nulli ſe dixit mulier mea nubere velle,
Quàm mihi, non ſi ſe Jupiter ipſe petat.

Claudianus *de Raptu lib. 1.*

Pojſe Jovem, dabitur conjux &c.

Reſpondebatur dein daneam, quæ petebatur in Uxorem, puellam, & teſtatio interponebatur, patrem refert, *ſcripſimus an ſine ſcripto*, ut loquitur JC. *lib. 7. ff. de Sponſalibus*: atque in hac reſponſione ille *Cajus*, illa *Caja* vocabatur, cujus rei rationes petre & Plutarcho *Problem. Rom. cap.* 29. M. Fab. Quintilianus *Inſtitut. Orator. l. 1. c. 7. Nam & Cajus C. literâ notatur, quæ inverſa minimè ſignificat quàm tam Cajas eſſe voluitas, quàm Cajus, etiam ex Nuptialibus ſacris apparet.* Ubi cùm hæc omnia in *Nuptialibus ſacris* recepta eſſe ait reſpicit vel ad auſpicia, de quibus dictum, vel ad facium, quod, dum Sponſalia fierent, aut tabulæ ſcribentur, celebrabatur. Virgilius *Æn. l. 3.* & *ad eum* Servius,

Connubiis arvisq; novis operata fuventus:

Perfecis ſacrificia, propter connubia & novas ſedes: quia apud Veteres neque Uxor duci, neque ager arari, ſine ſacrificiis poterat. Eodem reſpicit Valerius Flaccus, *Argonaut. lib. 8. ubi de Nuptiis Jaſonis & Medeæ, ſic inter cætera,*

Inde ubi ſacrificas tum conjuge venit ad aras
Æſonides &c.

Deniq. tota hæc ſolennitas magnifico epulo finiebatur. Q. Flor. Tertull. *l. de Cultu Fæmin. Præterea ut convivia multis ac moleſtiis ſuperſederes, quæ ferme ex more novis Maritis obtenuda ſunt.* L. Appuleju *Metam. l. 6. Nec mora, cùm cœna nuptialis affluens exhiberetur, accumbebat.* Suetonius in *Auguſto c. 53. Dies cujusque ſolemnes frequentare duſſit, quem grandior jam natu, & in urbe quondam Sponſalitium alia vocabat.* &c. Interea ne illi à meu quidq; & familiares, ipſi interdum Pueros petunt Auguſti hoc, & Caligulæ apud eundem Suet. c. 25. exemplo patet. Deducebatur deinde per vim abrepta è gremio Matris in domum Mariti Sponſa, cui ritui Domiducus Deus præeſſe credebatur, conſummabantur, Nuptiæ. V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Joh. Roſini Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 37.* & ſuprà, in voce *Nuptiæ*.

Pactilis Corona, apud Plinium *lib. 21. cap. 3. Summa auctoritas pactili coronæ*, Græcè σειρὰ, quod eſt rubus artificioſe mixtus *compacta* eſſet: eadem cum *pectili*, *nexili*, ſeu *textile*, quas voces vide. Hujusmodi coronam Sponſas, ad vires ituras, apud Græcos, ex obviis floribus ſibi compegiſſe, quam ſub ſtum meo capiti imponerent, cùm probroſum fuerit emptam geſtare, refert Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 2 cap. 5.*

Pactolus, addit. *Chryſorrhoan* dictum eſſe hunc fluvium vult Salmaſius, propter illum Lydiæ amnem vicinum Χρυσορόαν, qui Maſtaura Lydiæ oppidum interfluit. Stephanus, πόλις Λυδίας ἡ πάλαι ἐπ Χρυσόρόᾳ λεγομένῃ. Sic enim facile fieri potuit, ut fluvii vicini nomen inter ſe miſcerent, ficque appellatus fit Pactolus, propter aureas arenas, ex vicinitate nominis Χρυσορόας. V. cum *ad Solinum pag. 837.*

Pactôn, Græcè Πακτὼν, apud Hygínum Chariſio laudatum, *Ab Actio navigantes ſtadia quadraginta veniunt ad ſiſmum Leucadienſium: ibiſthmi itineris minimendi gratiâ remulo, quem Græci* Πάκτωσιν *dicunt, navem traſtuere: ſcapha eſt, ex pluribus ligni* ſus ſtibus inter ſe alligatis compoſita. Πακτὸν enim idem eſt, quod πακτὸς, dicuntur autem πακτὰ & πακτὸς, ἀπὸ τοῦ πάσσω ξύλων πεπηγότων, *quæ ex pluribus lignis compacta ſunt*: unde πακτοῦσθαι & πεπαχθαι δυμβῆναι, *fores ex pluribus aſſeribus compoſitæ*. Simile fuiſſe id ſcaphæ genus Δίφακκιον habet Strabo, h. e. Niſi navigio papyraceo, ſive è papyro *texto*, de cujusmodi navigio V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1116.

Pactum, quid ſortet Pol tius, V. apud Hug. Grotium *de Jure Belli & Pacis* paſſim, inprimis *lib. 2 cap. 11.* ubi de obligatione, quæ ex promiſſo oritur, pluribus diſſerit. Apud medii ævi Scriptores, *Pactum* dicitur tributum, ex *pacto* conceſſum, quâ notione Germani etiamnum vocem *Pacht* uſurpant. Sic Saracenis *ſub*

ni *sub pactis Persarum conditus* memorantur, in *Historia Misc. lib.* 18. Et *mixta* inde recentiores Græci frequenter eodem significatu dicunt, Theophanes, Cedrenus, Constantinus, Alii. V. infrà in voce *Penitatio*. Apud Ecclesiæ Rom. Scriptores, voce professio Monastica indigitatur, unde *annotari in pacto*, h. e. professionem Monasticam edere, in *Regula* Fructuoli *cap.* 18. Quo sensu *rudera* usurpant Græci Patres, Clemens 3. *Synod.* Origenes, Basilius, Alii. Sed & *Pactum* seu *Pactus*, dicitur lex, quæ ex pacto convento & ex communi populorum consensu fertur & administratur; quo nomine donantur fere leges omnes Francorum vett. quarum usus in Imperio olim Gallicæque Regnofuit. Hinc passim *Pactum Romanum*, *Pactum Gunbaldum*, *Pactus legis Salicæ*, *Pactus legis Alamannorum*, *Pactum Francorum* &c. ut videre est, apud Car. du Fresne *Glossar.* Non fine exemplo Veterum, namque & ab Aristotele, & a Demosthene, Leges, quæ quasi commune sunt Populi totius nam, hoc nomine insigniuntur, uti docet Grotius; fuprà laudatus *l. cit. §. 1.* Plura vocis significata, V. apud modò dictum *Glossarii* Auctorem.

Pactumeius Magnus, vir Consularis, Commodi jussu interemptus, apud Æl. Lampridium in *Commodo*, ubi alii *Pactulejus* legunt. Sed & apud Horatium *Pactumejus* ex libris reponendum, ubi hactenus *parumejus* fuit, *Epodon. lib. ode* 17.

Tunicæ venter Pactumejus & *too*
Crusore rubros obstetrix pannos lavit.

Salmasius *ad l.*

Pactye, urbs Thraciæ, ad Propontidem, quam cum Cardia, quæ ambæ urbes litorales fuere, & Lysimachia, quæ in medio, muris longis 5000. p. comprehensam fuisse, Plinius ait: *Μακρὸν τεῖχος* intelligens quæ murus à Proponride, ubi *Pactye* erat, ductus ad Melanem sinum, ubi Cardia, tresbas Urbes complectebatur: fuit autem hæc Isthmi latitudo. Strabo *μικρὸν δ' ἔλαττον σταδίου* &c. V. Salmasium *ad Solinum p. 167.*

Pacullus, legitur apud Livium *cap.* 8. *lib.* 21. ubi convivium Campanum describitur: *Diversatus est apud Minios Celeres, Stenium, Pacullumque incitas nobilitate ac divitiis. Ex Pacullio Calavius, de quo anti dictum est, Princeps factionis ejus quæ attraxerat rem ad Patres, filium juvenem adauxit: adstrahumque ab se à Decii ait laure* &c. Ubi omnes boni Libri habent constanter *Nimbus* pro *Minios* & *Pacuvius* imque, pro *Pacullumque*, & quidem de voce *Nimbus* V. supra Etiam *lib.* 39. *cap.* 13. pro *Pacullum*, reponit *Pacuvium* Gronovius. At de *Calavii* aleronomine dubitari. Signonius, *Pacullum* vult esse, quòd in scriptis quibusdam sit *Paciuus*, quodque ille cum Glareano aliisque existimet, Silio Italico, ubi eandem Historiam Poeta exfequitur, esse *Pacullonem*. Sed nec libri sit ullo apud eruditos numero, & in Silio falsa sunt lectione decepti, unde tamen *Pacullum* potiùs, quàm *Pacullonem* formare debuerant, quia est ille, *Pacullo genitus*. Potiùs verò utrobique *Pacuvio* legendum. *Lib.* 11. *versu* 55.

Hæc ubi aggressus, quo vertere arma parabat
Ad Tyrios mentes, quia nulla fœdere dabantur
Certus erat Romam: nec, enim imperata volebant:
(Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen)
Hortatur fummi partem deposcere juris.

Ubi subaudiendus primus casus ad verba finita ex parenthesi: quasi esset, *Has mentes ægras ubi aggressus nonmeno, qui nomen* Pacuvio *fuit.* Idque notandum, quia, *Pacuvius fuit*, reponit Dausquesius, & quod vulgò legitur, *Pacuvio*, etiam nominandi casu accipit. Sed & Barthius non leviter hic offendit, qui *hæc* legit *probas*. Deinde, quia primum vocis casum deesse videbat, vaticinatur de Hannibale Silium loqui: eum intelligendum, qui astu aggressus Pacuvio fuaserit, petere à Romanis societatem ordinarii Imperii, in urbe Roma: hunc dolum fuisse verfutissimi Ducis, *Adversar. lib.* 3. *cap.* 10. Imò *Pacuvio* adscribit Poetarum libertate Silius, quod Vibio Virrio Livius: illum fuisse auctorem, ut dicis causa petito altero Consulatu rejecti prætextum habberent defectionis, quasi indigne prius à veteribus factis habiti. Itaque *aggressus*, *vertere*, *certus erat*, *volebat*, *hortatur*, subaudi, *ille cui Pacuvio nomen fuit.* Simillimum Silii *lib.* 10. *versu* 92.

Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem,
Arma nomen erat, bis terni junctis ferebant
Arma fenem circa nati.

Id est, turbabat vir, cui nomen erat Cristæ. Livius *lib.* 9. *cap.* 36. *Tum exitis, qui aderant (Consulis Fratrem Publium Cæsonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qui Consulem, genium tradunt) speculatum si iturum profectus, brevique omnia certa allaturum.* Sic ex MSS. restituit Gronovius, quod ejusdem rationis ignoratione vitiarant. Est perinde ac si esset: *Exiit, qui aderant, Consulis vel germanus vel uterinus frater.* Cornificius ad Herennium *lib.* 4. *Obfuit eo tempore plurimum Reip. Consultum sive stultitiam sive malitiam dicere oportet sive utrumque.* Quod est, *quodam vitium, quod vel Cæso.* Sed & Pacuvii idem Silius infrà *vers.* 312. *lib. eit.* 11. meminit,

Quod, sitse miranda magis tam sanctla libido:
Pacuvio genitus patriæ damnavere at arvæ, &c.

V. Joh. Frider. Gronovium *Observat. lib.* 4. *cap.* 4.

Padagrus Ariano *πάδαγρος*, fluvius est Persicæ, quem *Phirstinum* vocat Plinius.

Padarborna adde: Eius cives jurare coacti A. C. 1625. nunquam se Lutheranam Religionem admissuros, cùm id non observarent, vi ab Hermanno Archiep. Coloniensi ad id compulsi atque sub jugum redacti sunt. V. Georgium Hornium *Orbis Politic. Part. II. pag.* 18.

Pæan, adde: *Herculei Pæanis*, meminit Statius *Thebaid. lib.* 4. *vers.* 157. Quòd verò hominum etiam laudes *Pæanes* inscripsisse Pindarum, dicit Servius, nescio an credere debeamus, qui sciamus, Athenienses olim judicio perfecutos Aristotelem, quòd Hermiam fuerit prosecutus *Pæane*: quem, cum alto Aripironis, pretiosissima Antiquitatis monumenta, habes apud Athenæum *ad finem lib.* 15. & repofuit Scaliger *Poetic. l.* 1. *cap.* 44. Cœrùm, uti *Pæanes* erant, quibus gratulabantur Dii pro victoria, in prælis; sic Epinicia, in certaminibus Victori, Hymni verò ad aras Diis canebantur. Nec à Scoliis differebant, nisi acclamationeab *ἀειδω*, quod Græci *epiphonema* vocabant & *ἰυλίσμος* ratmetis. hoc poltea defirum eft. V. Scaligerum *l. cit.* ubi insuper *Pæonia* meminit in Lysandrum Lacedæmonium scripti, quòd dignitatem in Samo olim publicè decantatus fuerit: quemadmodum alterius Delphis cani soliti, in Craterum Macedonem, admodulante lyrà puello impubere &c.

Pædagogi, apud Romanos, dicti sunt puerorum & puellarum ductores doctoresque, è nomore fervorum honoratiorum. Plautus *Bacchidibus Actu* 3. *fc.* 3.

Negobse annis viginti fuisse primis copie
Dignum longè Pædagogo *pedem ne efferre ædibus.*

Et,

Inde debibpædromo & palæstrahi vereniffes domum,
Cincticulo præcinctus in fella apud Magistrum assideres,
Tum librum legeres.

Ubi *Magistrum* vocat: alii nonnunquam *Præceptorem* nuncupant. Idem sibi voluit Manilius *lib.* 5.

Compones teneros etiam qui nutrias annos,
Et siminum domino pretexta lege sequatur.

Auguftinus quoque eorundem meminit: *Cum videamus exempli gratiâ & fine vitiolis areas triturari, quamvis adjuvenibus fi asfint; & fine* Pædagogis *posse pueros pergere in Scholam, quamvis ad hoc non sint inutilia* Pædagogorum *adjumenta.* Cujus operæ pueris puellis. que navatæ notitia facit, ut minùs miremur puellæ virginitatem, à fervo *Pædagogo*, Fanio cuidam Saturnino proditam, apud Val. Maximum *lib.* 6. *cap.* 1. *V. Pædagogum Cruciarium* Calpurnii Flacci. Fuit autem non raro præpofitæ valde & translatitia Parentum in iis comparandis cura. Aristides in *Platonica* 1. *Quid autem? Nonne nutrices, literatores ac Pædagogi pueris ita dicunt: Oportes te non impleri & modestè per vias incedere, ac senioribus assurgere, & Parentes amare, non tumultuari, non alea ludere, non sic vis alternare pedes: Verumtamennon properas magnisse faciunt Nutrices, nec Philosophiis sese præsertunt, sinque quæcunque maximi est preii, disarum est fortasse vel trium minarum.* Pædagogi *verò etiam cum barbaris quadam plerisque ista docent, ac Famiorez aliquando pro* Pædagogis *, cum artem deserunt, atque animo fiunt.* Unde etiam colligitur, quænam *Pædagogi* docuerint, ut & ex Plut. *Virtutem doceri posse.* Ut *ambulare in via, demisso capite: uno digito salsamentum, duobus tangere piscem, carnem, panem. sic sabere sic vestem gerere.* Magistri pueros & puellas docebant & ipsiuti de puericis doctor. Hieronymus, de puellis Julianus JC. *l.* 4. *ff. ubi Pupillus educari deb.* de utrisque Martialis *lib.* 9. *Epigr.* 68.

Quod tibi nobiscum ejt lusti celerrate Magister,
Invisum pueris virginibusque caput?

Sed de his V. supra in voce *Magister*. Neque verò fervis ipsis defuit Magister aut *Pædagogus* familiaris de quorum illo antiquus cippus Romæ fic loquitur, *Flavi. Stephani. Pædag. Puerorum Imp. Titi Cæsaris.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis* Apud Græcos similes *Pædagogorum* ifiusmodi curæ ut iusq; fexûs liberorum cuftodiam ac educationem fuisse olim commissam, discimus ex Euripide in *Phœnissis* v. 88. ubi de Antigone permissa matris, in cui men domus afenfura, ut inde exercitum ipectaret, fermo eft. V. supra in voce *Oecuria*. Veftis puerorum *Pædagogianorum* Romæ tunica erat auro distincta, quâ à calce in pubem induti erant, purpureis operti pedum teg minibus. Cujacius ad *Tit. de Castrensian. & Municipi. Cod. l.* 12. Rigaltius in *Not. ad Phædr. l.* 2 *fab.* 5. *vers.*

Cui tunica ab humeris tinto Pelusio
Erat destricta, cirris dependentibus &c.

Nec omittendum, *Pædagogi* nomine veniffe non raro fervos, licèt non omnes promiscuè. Seneca *de B. V. cap.* 17. *Quare* Pædagogium *pretium vesse fuccingitur?* Idem *Epist.* 123. *Omnium* Pædagogia *oblita facie vehuntur, ne Sol, ne frigus teneram tuum lædat.* Hinc Amm. Marcellinus de Procopio Tyr. loquens *libro* 26. *Stetit itaque subabitus (excitum putares ab Inferis) nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta, ut virgines Minister indutus, à calce ad pubem in* Pædagogiani *pueri speciem, purpureis apertus tegminibus pedes, hastaeusque, purpureum ilidem parvulum læva manus gestabat, ut in Theatrali scena simulachrum quod*

Quoddam insigne, per aulæum vel mimicam illationem fubito putavere quorfum &c. Atque hinc de *Pædagogio* effe nonnunquam dicuntur, ut in vet. infcr. PHILONICVS. TI. CÆSARIS. GERM. DE. PÆDAGOGIO. VIXIT. ANN. XIIX. ubi atras *Pædagogiana* notanda. Dicti autem reperiuntur *Pædagogiani*, proprie pueri honorarii, qui in Palatio minifterio Principis militabant, cujusmodi funt ii, quos inde *Pagios* appellatos Viri docti volunt. Ammianus *lib.* 29. *Adiutibus quidam ex his, quos* Pædagogianos *vocant.* Meminit & *Notitia* Imp. Orient. *cap.* 91. in qua recenfentur, inter Caftrenfianos, *Sub difpofitione Viri Spectabilis Caftrenfis.* Apud Lampridium in *Alex. Caftrenfes Miniftri appellantur* : ut & apud Tertullianum *de Cor. Mil. Eft etiam alia militia Pædagogianis familiarium* : nam & *Caftrenfes* appellantur. Sic vero ii appellati funt, quòd fub *Pædagogio*, utpote pueri, eflent, quorum mentio in Vett. *Inferiptionibus*, Car. du Frefne *Gloffar.* & Joh. Calvinus *Lexic. Iuridic.* apud quem Briffonius *Pædagogii* nomine, etiam conclave ac cubiculum illud, in quo pueri illuminodi jacebant cubabantque, venire afferit, apud Plinium Sec. *lib.* 7. *Epift.* 27. Marcellinus eodem in re ventione, ad cænes etrendos, diponi confueviffe ait, *lib.* 30. &c. Plura de *Pædagogio* & *Pædagogianis*, congefferunt Cujacius, Dorleans ad *Amm. Tacit. lib. IV.* Jac. Gothofredus ad *L. Cod. Theodof. 5 de Diverf. Offic.* Alii. Addam falrem, quod de *Pædagogorum cuneo* in Theatro refert Suetonius *Auguflo cap.* 44. *Prætextatis tamen fuum & proximum Pædagogis* affignavit. Quando enim in Theatrum veniebant prætextati, *Pædagogos* fuos comites habebant, ob nimiam, quæ in Theatris regnabat, petulantiam. Unde per Pædagogum fibi prius Theatris interdictum non fuiffe, quàm plorum plus in mento, quàm in capite haberet, narrat in *Mifopogone* Julianus. V. Caflabonum ad *locum Suetonii* : ut de notionibus variis vocis apud Scriptores Eccl. dum modò puerorum Inftitutorem apud Chriftianos, de cujus officio V. Clementem Alex. *Protrepitico cap.* 7. modò Sponforem in Baptifmo, modò Paftorem feu Doctorem &c. notat ; Cl. Suicerum *Thefauro Eccl.* voce Παιδαγωγός.

fuper Pædagogus, apud Spartianum *in Hadriano, Fuit in animo Trajani, nec tamen eft fuper pædagogo puerorum, Gallo fervato, defuit* : eft præfectus *Pædagogorum* ; quemadmodum *fuper Velariis*, eft præpofitus Velariorum in vet. *Infcr.* SUPRA. VELARIOS. DE. DOMU. AUG. *Superjumentarius*, jumentariorum præfectus, apud Suetonium *in Claudio* : *Superfultanarius*, præfectus Stationariorum, apud Opt. Mil. vitanum ; *Super hæreditates* libertus, Procurator hæreditarum, apud Marcellum Empir. &c. Meminit autem iftiusmodi *Pædagogorum* Lapis Romæ, T. AVRELIVS. AVGG. LIB. GANYMEDI. PÆDAGOGI. PUERORUM. CÆS. N. Alius, D. M. TI. CLAUDIO. AUG. LIB. GRATIO. PÆDAGOGO. PUERORUM. CÆSARVM. AUG. N. SER. FECIT. Item alius lapis, D. M. P. ÆLIUS. AUG. LIB. LYCUS. PÆDAGOG. PUERORUM. AC. PUAT. AFRICAS, ubi AC. principum nominis eft, quo patria iftorum puerorum declarabatur. Salmafius & Cafaubonus ad *l.*

Pædagogus Senatorum, vulgari dicitio notatus eft Aurelianus Imp. apud Vopifcum *in Vita ejus*, *Senatus mortem ejus graviter tulit, gravius tamen pop. Rom. qui vulgo dicebat, Aurelianum pædagogum effe Senatorum.*

Pædelum, locus in dominicio, in quo pueri fervique commorantur, qui Παιδεῖα Græcis dicuntur. Παιδεῖα enim nomini *Liberorum* quidem refpondet, fed non tam apte aut commode, propterea quòd fervi quoque ita nuncupentur tam Græcis quam Latinis ; quorum ibi eft vocabulum formavere, quòd fignificant domeftico fervos, præfertim Tabellarios, fortè quòd non nifi pueris & in juvenili ætate conftituris, qui pedibus valerent, uti poffent ad eam rem. V. infrà in *Pueri*, & Joh. Calvini *Lexic. Iurid.*

Pæderos, herba, quæ aliàs *carefollum five acanthus*, unde *pædevotinas veftes* Vett. uftatas nomen traxiffe nonnulli volunt. Sed herba illæ vim non habent tingendi, nec ullum folio vel flore colorem præfeunt, cujus nomen aut fimilitudo in veftes transire meruerit. Item eadem alii eandem cum opalo, ob gratiæ venuftatem *pædevotis* nomen nacto, alii diverfum genus, faciunt, quem Indi *Sagenon* vel *Agenon* appellaverint, quique non in India folùm, uti opalus, fed etiam Arabia, Ægypto & Ponto, nafcatur: quo de *pædevote* intelligendus Solinus *cap.* 33. *Pædevotem & Arabicum inde* (ex Arabia) *fimilimus.* Et quidem in *pædevote* hi colores congruebant, cryftalli perfpicuitas, æris viriditas cærulea, purpuræ nitor, vini crocique fulgor : in opalo, quem & *pædevotem* quidam dicunt, interrupta illa diftinctæ nuncupaverunt, carbunculi tenuior ignis, amethyfti fulgens purpura, fmaragdi virens mare, fulphuris ardens flamma aut etiam ignis oleo accenfi. Quæ candidarum gemmarum dux & fignifera & poft fmaragdos primæ dignitatis olim ; cùm pæderos altera, quæ fui generis erat, ut non indigna hujus nominis fpectatione, ita opalo longè inferior pretio & auctoritate fuit, ut ex Plinio Salmafius docet, qui à *pæderos* gemma potius veftes *Pædevotinas* & *Oxypædevotinas* apud Vopifcum, nomen fibi petiiffe, contendit *Not. ad Vopifcum in Aureliano*, V. fupra ubi de *Oxypædevotinis Veftibus.* Sed & *Pædevotis* meminit in Comœdia *ἰσοστεῖα*, quo fœminæ ruborem bucearum conciliaverint, quas expallido vultûs erant candore, Alexis,

Τὰν ὠχρὰν παρεῖαν ἐχεῖ τὶς ἐνερυθρᾶσαν ἀσῶλα
Σοφίσεται· εἶτα μεταπὰς πρόσωπον ἁμωνίδιν
Διοκόψειν λέων τὶς ἐκ παιδεύων· ἐπιφέρεται.

Ubi Viri docti παιδεύων, *acanthum* vertunt. At acanthus παιδεύων quidem cognominatus eft, fed nemo Vett. tradit, viri ullam aut fuccum in acantho pædevote effe, rubore inficientem. Cærefolium etiam *pæderos* Plinio ; fed nechoc rutilando aptum. Multo minùs opalium hic locum habuerit. Unguentum itaque doctus quidam Italorum Medicus, ex *pæderote* herba compofitum, hic intelligit, eo quòd Hefychius etiam παιδεύων ἄλειμμα, τὸ μύρον, exponat. Sed fi herba non inficit, nec unguentum ex ea factum tinget. Alius quidem gentis Medicus, pæderotis, h. e. acanthi fucco, candorem faciei quæri tradit : nam & Demetrium eo faciem illeviffe, ut candorem arcefferet. Verùm in *verfu* Alexidis, παιδεύων λέων, *quæ immodico candore pallefcit*, pæderotem captando ruborì illinit : nec centendus Demetrius aliud in pæderote quæfiviffe. Potior itaque eorum fententia eft, qui unguentum hoc nomine appellarunt ex radice anchufæ, aut ex radicula Syriaca, quæ *fucus* dicebatur, compofitum. Illud *διὰ παιδεύων* eft ex fuco, quo facies fuos illinebant mulieres : ab elegantia & gratia coloris *pæderos* dictum. Ita enim quidquid eximiâ gratia commendabatur, Græci dixere. Sic acanthus herba, uti dictum, cujus infignis in operibus ionicis gratia : fic genus amethyfti, quam alii *anteros*, alii *Veneris gemmam*, appellabant, quòd in illa ex carbunculo in purpuram refulgeret leniter *rofeus nitor* adeoque examinabam, haberet gratiam fpeciei & coloris ; hoc nomine infignita fant. Eft autem παιδεύων hic idem, quod *ἀντέρως*, *aquæ remiffus ac amor*, contra amorem pulcher. Nec enim pueri amorem aut τῶν παιδικῶν ἔρως, fed παιδεύων ἔρως defignat, *puerum æquè amabilem ac venuftum, ut eft amor.* Unde Orpheus opallium παιδεύων appellatum tradit, quòd fimile eflet τερπνῷ παιδί, tenello puero,

Φωτὶ δὲ θυ τέρπνῳ ἐπάλλιον ἠεναλυκαὶ,
Ἀρλαὶς, ἰμερτὸ τέρπνα χρὼς παιδὸς ἐχούσῃ &c.

Atque ab his poris unguento fuci vel anchufæ, ruborandis mulieribus genis idoneo, color *pæderotinus* & *oxypæderotinus*, in veftibus olim amatus, nomen habuiffe videtur. Salmafius *ad Solinum pag.* 565. & 1149. ut & fupra in *Fucus*.

Pæderotinæ Veftes, V. hic fupra.

Pæilla Lex, quam anno poft Juliam Q. *Pedius* cum C. Octavio Conf. tulit, nominatim de Cæfaris inierfectoribus, memorantur Velleio Paterculo *lib.* 2. fed five ea *de vi*, five *de Majeftate* dicatur, pro lege non effe habendam, cùm neque in univerfum, neque in futurum, fit lata, docere Eruditi. V. Jo. Rofinum *Antiq. Rom. lib.* 8. *cap.* 27.

Pædopiles, feu *Pædopules*, Græcè Παιδοπῖλαι feu Παιδοπῦλαι, fluv. apud Plinium, alibi non memoratus, de quo V. Salmafium, *ad Solinum pag.* 888.

Pædotribæ, nonnullis idem cùm Gymnafiarcha, à quo tamen differre diftinguitur, in vet. *Infcr.* quæ Athenis hodieque confpiciuntur, apud Cl. Spondan. *Annot. Num. Part.* 3. ubi *Pædotribæ* Δρόμου, *per totum fpatium vitæ*, munerifuo præfuiffe, Gymnafiarchæ verò officium menftruum tantùm fuiffe dicitur. Platoni idem eft cum *Gymnaftæ*, ut & Hefychio, qui παιδοτρίβης, explicet Ἀλείπτης, Γυμνασιάρχης, cum Gymnafiarcha Ἄρχων τῶν ἐγκυκλίων dicerentur : Galeno tamen diverfus à Gymnaftæ, & poft cum collocatur ; Gymnaftam Medico & Imperatori, *Pædotribam* militi & coquo affimilari, meminique Gymnaftæ minifterum nuncupanti. V. quoque Ariftotelem *Politicor. lib.* 8. & plura de omnium horum trium officio, apud Hier. Mercurialem *de Arte Gymnaft. lib.* 1. *cap.* 12. *lib.* 2. *cap.* 8. nec non fupra, ubi de Re Vett. *Gymnaftica*.

Pænula, à Græco φαινόλης five Doricè φαινόλας, Itaico Cafabono *ad Spartianum*, fic dictà videtur, quòd veftis effet adftricta, & quæ partium corporis, quas tegebat, figuram exprimeret, q. ὅλον τὸ σῶμα φαίνουσα. Quæ fententia firmatur auctoritate Artemidori, qui eam inter veftes recenfet, quæ ἅπλῶν τῷ ἐνυφασμάτι in fomnis fignificant, *angufta* fcilicet ac *preffuras* : ut lacernæ quoque & chlamydes fuere. Hent. tamen Stephanus Græcam vocem à Latina potius factam, & à *Pænula φαινόλας* dictam vult. Et certè apud Athenæum *lib.* 3. Ulpianum Cynaleus perftringit, quòd vocem novam & infolentem invexerit, φαινόλαν dicens. Horum utrum fit, incerta eft vocis notatio, non minùs ac tempus, quo veftis hocgenus apud Romanos in ufu effe cœperit. Tertullianus *in Apolog.* eam invenit Lacedæmoniis tribuit facit, cùm ait : *Et ne voluptas impudica frigeret, Lacedæmonii Pœnulam ludis exogitaverunt.* Nifi fortè *Pœnulam*, pro Endromide pofuit, quam à Lacedæmoniis repertam & in palæftra maximè ufitatam, Martialis innuit. Cum Lacerna mitis & quibusdam confunditur. Fuit interim veftimentum itinerarium, quod fupra tunicam accipiebatur, pluviæ causâ. Varro, *Non quærendo eft homini, qui habet virtutem*, Pœnula *in imbri*. Poftea tamen in Urbem tranfiit, Tiberio imperitante ; fi Dioni fides, *lib.* 57. ubi tradit, cùm multi veftem purpuream, licèt interdictam, geftarent, Tiberium neque id reprehendiffe, neque multaffe, tantùm ludis ; cùm plueret, φαινόλην τινὰ ἐνδύσασθαι indutum effeciffe, nec

quis alius vestem inconcessam usurparet; ubi Interpres cum Lipsio *mendoſe Pænulam* reddidit, ſed fuiſſe Lacernam, doctis jam pridem obſervatum; quà intra urbem, cum plueret, Romani utebantur. Sub Flaviis itaque potiùs intra urbem geſtatæ videntur *Pænulæ*, cœlo pluente: ut colligitur ex Juvenali *Sat.* 5. ubi de Saturatore, qui etiam ſœrdis imbre diebus Ave matutinum portabat,

Sellusti hoc fuerat, propter quod ſæpe relicta
Conjuge, per montem ad verſum gelidaq; cucurri
Eſquilias, fremeret lævâ cum grandine vemus
Jupiter, & multos ſtillaret Pænula nimbo.

Idem docet jocus Galbæ apud Quintilianum, qui *Pænulam* togæ gantî; *Non poſſum commutare*, inquit, *domi maneo; cum cenacculum eius perplueret.* Et paulo infrà, *Non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe utor.* Mox in promiſcuo uſu, etiam cùm ludum eſſet, paulatim eſſe cœperunt, & quod maximè mirum eſt, etiam ab Oratoribus, cùm cauſas agerent, adhibitæ, ut docet Auctor *Dialogi de cauſis corr. Eloquentiæ.* Senatoribus primùm conceſſit, teſte Lampridio, Alexander Severus, ut frigoris cauſa *Pænulis* uterentur. Ipſi autem Imperatores nunquam in iis fuere. Spartianus in *Adriano, Tribunus Pl. factus eſt, in quo Magiſtratu ad perpetuam Tribunitiam poteſtatem omen ſibi factum aſſeruit, quod ad perpetuam Tribunitiam poteſtatem omen ſibi factum aſſeruit, quod Pænulas amiſerit, quibus nisi Tribuni Pl. tempore pluvie ſolebant, Imperatores autem nunquam: unde hodieq; Imperatores ſine pœnulis ad Togatis videntur.* Quod ideo factum, quia veſtis hæc vilis, viatoria & ad ſervos usque demiſſa, dedecere Majeſtatem Imperatoriam videretur, quos Togam modò puram, modò prætextatam, interdum purpuream ac pictam geſtaſſe Eruditi adnotarunt. Fuere autem duplicis generis *Pænulæ*, aliæ ſcortææ, aliæ lanææ ac gauſapinæ: de quarum illis ita Martialis *lib.* 14. *Epigramm.* 130.

Hæ tibi Pænula ſcortea,
Ingrediare viam cælo licèt usque ſereno,
Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas.

Et hæc ex pelle erant. Ex lana iterum duûm factæ ſunt generum, quæ rædam brevi villo, quæ & *Cauſinæ*, aliæ villoſæ, quæ *Gauſapinæ* dictæ. Illæ pluviæ tempore ſeruebantur, etiam intra Urbem, cùm fere ſcortææ tantùm in rimere: Gauſapinæ verò per hyemem frigoris cauſâ, extra ædes, fumerentur. V. Plinium *lib.* 8. *cap.* 48. Martialem in *Epigr.* cui tit. *Pænula Gauſapina*, Horatium *lib.* 1. *Epiſt.* 40. & Lacernis v. *Pænulæ* breviores, urpote veſtimentum viatorium, equitanti accommodatum, Lecticariis, Curſuribus & id genus hominibus; at tum non ſicut illæ, apertæ fuerunt, ſed clauſæ, rotundæ toga que inſtar corpori injiciebantur illudque ambiebant, niſi quòd ſtrictiores erant ac breviores; prætereà, cùm in Toga dextrum brachium per ſummam oram exereretur, *Pænula* utroque brachio ſubducebatur, ut ex duplici effigie, altera Mercurii, altera Militis pænulati, apud Ferrarium *de Re Veſtiar. Part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. videre eſt: Remanetque etiam num in communione Item veteris *Pænulæ* veſtigium, in Sacrificantium veſte, licèt illi æras paulum detraxerint. Ideo verò in ſacris *Pænula* videtur adhibita, quòd olim in promiſcua veſte facta peragerentur; ea autem ferme *Pænula* fuit, cùm paulatim & Togæ & Lacernæ geſtari cœpiſſet. Hinc nec cingi ſoliti ſunt, imò nec portuntur, niſi utrumque brachium eodem cingulo conſtrictum celligaretur. Colorem quod attinet, ſcortæam nativo pellis colore fuiſſe, dubium non eſt: Lanæas gauſapinas fuiſſe albas, Martialis docet *lib.* 14. *Epigr.* 61. Canuſinas duplicis coloris fuiſſe, fuſcas & ruſas, ex eodem diſcimus: quarum illæ à vulgo Romæ geſtatæ, hæ Gallorum exemplo à militibus ac pueris ingenuis. Donec crebeſcente luxu diuturnis ſæculis in has tandem illas inſanivit, ſæpe cipuè lecticariis, quod ait Nerone reprehendit Suetonius *cap.* 30. Verùm cùm etiam in hiſce id coloris *Pænulæ* viluiſſent, deſtinavit Maximus populo dare *Pænulas* roſei coloris, in honorem filii Antonini, quæ proin *Antoninianæ* vocarentur, teſte Lampridio. Nec omittendum, hoc veſtis genus etiam Mulieribus commune fuiſſe, cùm Lacernæ viriles eſſent: *D. de auro, argento, mundo legato.* Quas colore & ornatu iis, quibus Viri utebantur, fuiſſe pretioſiores, innuit Pollio in *Quiet.* & Suetonius in *Caligula cap.* 5. qui *Pænulas* Matronales ac pictas ac varias tas, gemmarasque memorant. V. Octav. Ferrarium *Opere ſuperâ cit. Parte* 2. *lib.* 1. *cap.* 2. *ubi præter jones ſuprà dictas, Pænula, cui cuculus appenſus: item Pænulæ puerilis, ex duplici marmore Dasinio, figuram in ære exhibet* Thom. Bartholinus *Pænulæ* formam hoc modo deſcribit, *Veſtis eſt fere rotunda, qua ſi caput, jugulum, medianque ceruæ, quibus terminatur, excipiamus, totum hominem operiri. Strictior eſt ejus ora, quæ cubum ambit, tam ante tam retro, ut caput exeri poſſit, & operiri aut involvi. Non in ea ſunt manices, non pectus patet, Manus & brachia veſte continentur, quæ aliter expediri non poſſunt, niſi aut per ſciſſuram exeruntur, aut hinc inde extremis oris ſubjiciantur, ita ut* Pænula *in ricæ & plicas contrahatur. Pars veniens ſtectans, aperta eſt, alioqui veſtimentum clauſum & rotundum eſſet*, apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Hominis *Pænulam* effigiem, in ære lucernâ, exhibet Fortun. Licetus de *Lucernis lib.* 6. *cap.* 106. Grammaticos *Magiſtros pænulatos* vocat D. Auguſtinus *Confeſſion. lib.* 1. *cap.* 16. ut & Grammaticam ingreſſam fuiſſe Deorum Senatum *Pænulatam*, affirmat Marcianus Capella *lib.* 3. apud eundem Pignorium, ubi *Pænulam* ait fuiſſe paſtum cum fimbriis longis, quo Grammatici uſi. *Scindere pænulam* eleganter dicitur, quum aliquem magis contentione detinere volumus. Cic. *ad Atticum lib* 13 *Epiſt.* 33. *De Farrone loquebamur: Lupus in fabula Vituli ad me, & quidem id temporis, ut reſinendus eſſet Sed ego ita egi, ut non ſinderem pœnulam: memini enim tui & multi eram, neque imparati.* Et paulo poſt, *Horum ego vix attigi pœnulam, & tamen remanſerunt.* Quam muliones geſtabant, *mulionium* idem vocavit *pro Sexio* &c V. quæque in rain ea voce *Pœnula*

Pœnia, Gall. *la Peine*, nomen ſloris *quo nullus grandior, ab heliotropio ſi diſſeriris; majori utique habenda in pretio, ſi minor exiſtere. Nihil enim ſpecioſius hoc flore, nihil ejus ſplendidius purpurâ, nihil foliorum magnificentiâ gloriosius: Sunt illa videlicet in ambitioſa ſatis amplum, lævia, fulgentia ſanguine rubro, tam belle conferta compactâque & agglomerata, ut nihil voluptius, nihil abſolutius. Orbiculata ei figura eſt, odor nullus ſcapus pro craſſitie brevior, ut in latum foliorum profunditi ſe ſuperbiat. Harum pulcherrimique viridarium: qui quidem viridiate mirum quantum excitatur ſloris interaſcenſis purpureis ſplendor* Fr. Pomey *Deſcr. diverſ.* Item radicis, *quæ vetuſtiſſima invenitur nomen auctoris veines*, —— & *medetur Faunorum in quieſce lucibriis*, Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. h. e. ephialti ſeu incubo, quem ſic vocat, quòd Faunus hæc vifa dormientibus immittere credebretur. In primis contra epilepſiam morbumque Comitialem efficax: quare perforata ejus femina & filo trajecta, coralliorum modo, infantibus circumligantur, & ſuſpendantur non parvis. in hoc autem multo noſtrum ſæculum nec. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap.* 31.

Paſamarci, pop. Hiſpaniæ, pars Celticorum Tarracon. qui *Nerlorum & Paſamarcorum* nominibus diſtinguebantur, & extimam oram incolebant, ad angulum Arctoi & Occidui lateris, ubi prom. Celticum & Artorrebarum portus, ſeu Attabrorum: de quibus V. Salmaſium *ad Solinum cap.* 376. & 279.

Pagæ, illud ro in *Gloſſ. Monachi* ſine iidiſt. Nempe in honorationem cippis ſepulchralibus effigies mortuorum ſculpi ſunt ſolitæ, uti docet Feſtus, de Ludio, qui quondam ſulmine ictus in Circo, ſepultus fuit in Janiculo. In quibus autem ætas effigies non eſſent, *Pagæ* dicebantur. V. Jo. Meurſium *Not. ad t. & Commentar. ad Lycophronem pag.* 228. nec non hic paſſim, inprimis ſuprà, in voce *Memoria.*

Pagana Lex, memoratur Plinio *lib* 28. *cap.* 2. Eâ in plerisque Italiæ prædiis cavebatur, *Ne mulieres per iuncra ambulantes inquarent ſuſpiri, aut omnino auctſos ferrent, quoniam ad verſarium id omnium ſpei, præſipuè, frugum.* Inter inſulta enim iſtiuſmodi Mulieris occuſum omina habitum fuiſſe, alibi notatum: non minùs ac

——— —— *Cùm pallida nudis*
Oſſibus horrorem dominis præberet imago
Diſcolor, & macies cauſſa laterna omne
Aut puerîs latera meinis &c.

ut ait Claudianus *in Eutropium lib.* 1.

Pagani, adde: Græcis *Ἕλληνες*, qui I. inis *Pagani* ſeu Idolatræ ac Gentiles. Marius Victorinus de Homoouſio recipi ndo: *Græci, quos Ἕλληνας vel Paganos vocant, multos Deos dicunt*, Gloſſæ Gr. Lat. *Ἕλλην τῶν Ἑθνικῶν, Paganus* &c. Quod nomen Gentibus à vulgo Chriſtianorum inditum eſſe, iam ante annum Chriſti 365. patet ex *leg.* 18. *Cod. Theod. de Epiſcop.* quæ eſt Valentiniani & Valentis, qui tempeſtate ſcribebat etiam pradictus Victorinus: tametſi antea jam obtinuiſſe, non ſine cauſa exiſtimari poſſit. Rationem quam præbuerint dictis, alii hanc adferunt, quòd pro ſuperſtitionibus *paganicis* contumaciter ea tempeſtate contenderent; cùm nempe ſinguli pagi fere ſuos haberent Deos, ſuaque facra, quòd ex Libanio probare contendit Jac. Gothofredus. Salmaſius verò apud Vopiſcum, *Paganos* dictos contendit, à *pagus*, voce quæ idem valet ac gens, *ἔθνος*, unde illa promiſcua *Paganorum & Gentilium* acceptio. Sed & alia Anonymi ſententia eſt in Codice reg. *Paganiſi, quaſi ſine ſtipite eſſe. Pagus, Oſterium, cuvia vel paſſim amplo ſine aliquo turri muro & Paganos ædimus aitemus à qua, ſaeris Conſtitutionibus.* Quibus reſpexiſſe videtur illud Oroſii *Præfat. Hiſtor. lib.* 1. *Præceperas mihi, ut adverſus vaniloquam probitatem eorum, qui altiùs à divinate Dei, ex locorum agreſtium compitis & pagis* Pagani *vocantur, ſive Gentiles, quia tempeſtate hinc non fuiunt.* Quarum ſententiarum quæcunque obtineat, conſtat à *Pagis* & à *Paganis* idololatria, *Paganus* nuncupatos, ex Druidum *Periſtaſi*, teſte Plin. *lib.* 2. *in S. Romano:*

Non erubeſcis, Stulte, pago dedite.

Idem *c. Symm. lib* 1.

Sunt hæc barbaricis Gentilia nomina pagis, &c.

Imò & interdum ſic appellatos infantes leginus, quorum certis ex cauſis differebatur Baptiſmus, pulsos poſtea id *in ſanctum numen*, ut Auſonius ait, tranſiit, ut oſtendit Car. du Freſne *Not. ad Alexiad.* Nam poſterioribus ſeculis nomen tum primùm datum infantibus eſſe quum baptizarentur, cùm olim ſcetis fieret, contendit pluribus Menardus *ad Gregorii M. lib. Sacram.* Quippe bapti.

bapti zandi. *Nomen dare* dicebantur, eorumque nomina recitabantur, cùm ad Baptismum percipiendum evocabantur: quod fane mirum videri non debet de adultis, qui à Paganismo ad Christi ta ismum transibant, cùm nomina sua haberent. Infantium vero baptizatorum scripta etiam fuisse nomina, diximus suprà in voce *Nomen*. Eodem notione vocem *Ethnicus* usurpant *LL.* Presbyterorum. No thumbrensium in *Concilijs* Anglic. circa A. C. 977. *cap. 10. Si exactis 9 noctibus per negligentiam mortuus fuerit* (infans absque baptismo) *componatur ad opus apud Deum — quòd infans tandum fuisset Ethnicus.* Apud Saxones *Pagani* dicti sunt Pagenses, centuales, qui Scultetorum civili, Archipresbyterorum vero Ecclesiastice jurisdictioni subsunt. V. *Speculum* Saxonicum *lib. 1. art. 2. §. 2. & lib. 3. art. 45. §. 7.* apud eundem du Freine *Glossar.* At apud vett. Romanos, *Paganus* ille erat, qui militiæ cupiens, illi accingi feu adscribi voluit. Eo enim intervallo, quo id quærebat, & ad militiam adhuc adspirabat tantùm, *Paganus*, militum vero demum adeptus, *Miles* dicebatur. Unde Sæcvola ad *Leg. Fabiā. l. Si dum paganus erat, ficerit Testamentum, militiæ tempore codicillos, ex Falcidia in codicillis locum non habet, in Testamento locum habebit.* Certum quidem receptus esse, *paganum* dici omnem, qui non est miles & qui est privatus. Suetonius. *Augusto, Concionante se admissa turba paganorum apud milites.* Perfius, *Ipse semipaganus, ad Sacra vatum carmen affero nostrum.* Id est, cum nondum sim vere miles Musarum: tamen affero carmen nostrum ad ea ra Vatum, ut apud ipsos militiæ sacramentum dicam. Eodem nomen meum illi accipiant, &c. V. Johann. Calvinum *Lexic. Jurid.* in voce, *Paganus.*

Paganica Pila, unum ex quatuor pilæ generibus priscis, quibus Romani utebantur: Martialis *lib. 7. Epigr. 27.*

——— *Non te* Paganica *thermis*
Præparat.

Nomen ei, quod esset vulgaris admodum, & in villis, *pagis* vocatis, vel in *pagis* (ubi tuto ludi ejusmodi in usu haberentur: quam ideò Poeta *lib. 14. Epigr. 45.* fic obiter detribit.

Hæc quæ disfidijs turget Paganica *plumâ,*
Folle minus laxa est & minus arcta pila.

Plenius, pila fuit ex corio pluma repleto, trigonali latior, non ita tamen laxa ut follis, fed dumor, imò undequaque durissima, quâ propterea ludere in prochiri non erat. Illius in Gymnasiis exercitationem etiam in ufu fuisse, ex verbis fupràcit. Poetæ patet: ubi, inter cetera ludibria in Gymnasiis exercitata, ad balnea præparatorios, non follis folùm, & pilæ (quo nomine trigonalem indigitat) fed & *Paganicæ* meminit. V. Gerh. Joh. Voffium de *Gymnastica cap. 3. §. 65.* Hieron. Mercurialem de eadem *Arte lib. 2. cap. 5.* Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosinum antiquit. Rom. lib. 5. cap. 2.* & infrà in voce *Pila.*

Pagarchi, Gr. Παγάρχοι, in *Novellis* ali quotes appellantur, Pagorum Præpofiti. V. etiam Juftin. in *Edicto 13. & in l. C. de fuscept. lib. 19.* Tributa autem vetuftiffima Romanorum Pagos, in fex portio agri Romani, tribui alicui affignata; in quorum aliquos ager Romanus diftributus fuerat à Numa Pompilio, teste Dionyfio, cùm ait: Διῄρει δὲ χώραν ἁπασαν ὡς τὰς κεκλημένας πάγους, Διοῖξε universam regionem in pagos, id eft, tractus quosdam ex partes: gionis. Sic Plutarchus ὡς μὲν τοῖς χθὲς ὁ ἐλθὼν, ἀ πάγου τοῦ συμβόλου. *In partes divifis regionem, quas Pagos appellavit.* Livius quoque *lib. 1.* narrat, Tullum ufitum regionibus & collibus quadrifariam diviffis, & quæ habitabantur partes, Tribus appellaffe, à tributo. Dionyfius iterum, Græca lingua pagos vocatos dicit, quia fingulæ agri partes, fingulis tribubus habitandæ datæ eflent, quibus fe montibus, rupibus & fpecubus, adverfus latronem incurfum munierant: fi ftaque habuiffe anniversaria, *Paganalia* dicta, quod ea pagi ifi fuo quisque more & tempore peragerent, tanquam fibi propria, non totius Urbis communia, &c. Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* His tractque pagis præerant, Παγάρχοι seu *Pagorum Magistri*, Turnebus *Adversar. lib. 9. cap. 7.*

Pagina, de libris charatum propriè dicebantur, ut *tabellæ* de membranis; Et quidem libri in membranis omnia folia, five tabellas membraneas ex se utraque parte scripras habebant & probè fuccincte que compacti in non adeò magnam molem affurgebant: Libri verò in charta exarati cùm ab uno tantùm latere fcriberentur & paginis ad paginas agglutinatis, in longam pagi nam feriem extend tenuis, ite grandia volumina efficiebantur, quorum interior tantùm facies & legenti adversa cùm replicabatur, scripturis erat occupata; exterior autem & adversa, quæ interiorem replicando & convolvendo oper ebat, nihil fcripti continebat. Ifti autem *tabellæ* Græcis σὶνδια, ſic *pagine*, σελίδες dicebantur. Gloſſæ, *pagina, σελὶς. Epigr.* Græcum, Κοῦ σελὶδων κοὶνότητα, & *paginarum diversitas* &c. Tamen etiam ſpatium, quod vacuum & mundum patet, inter duos verſus in ſcriptura, σελὶδα vocant Græci. Hefych. Σελὶδες τὰ διάφορα διαστήματα τῶν γραμμάτων ἀπὸ τοῦ τὰς βίβλους τὰ πάλαι ἐν πάγοις γράφεσθαι. Suidas σελὶδι interpretatur, τῷ μέσῳ τῶν καλλιγράφων γραμμάτων, Hefychio σελὶς eſt ſpatium καθολικὸν. Sic à dicere lineam, quæ deorſum verſus ducitur, quomodo olim ſcribebant, ut τὸ ὀρθὸν linea eſt, dextrorſum verſus ducta, *verſum* Latini appellant: Itaque Græci propriè σελὶδα appellarunt ſcribendi genus deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus. Quod σελὶδων etiam dixere &c. V. Salmaſium *Notis ad Flav. Vopiscum in Firmo.* Hinc *Paginator*, vox medii ævi, cujus mentio in *Chron.* Windeshemenſi *lib. 2. cap. 43. Magnarum literarum Miſſalium, Biblie & Liborum Cantualium optimus pictor & Paginator.* Libi Editori, *paginator* videtur eſſe Compactor, qui *pagin*æ & folia in codicem compingit. Cæt. du Freſne *Paginatorum* interpretatur, qui *pagin*as exornat picturis ac vinculis, Gall. *vignette*, V. cum *Gloſſar.* ſed annon id officii *Pictori* jam nomine expreſſit Auctor? De *Pagina honorum*, apud Juven. *Sat. 10.* V. infrà, voce *Tabula.*

Paginæ Valvarum, apud Plinium *lib. 16. cap. 42. Formiſſima ad teſtum abies, eadem valvarum paginis & , ad quæcunque ubtas inteſtina opera, firmiſſima, ſive Græco, ſive Campanæ fabricæ artis genere ſpectabilis, ramenorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe volvens, ad incisuras ruminarum raptus:* Sunt τὰ σανιδώματα τῶν θυρῶν ἕως τὰ πάχωμα. Propriæ verò in valvis *pagin*æ, quia duplices ſunt & complicantur replicantúque, ut librorum *pagin*æ. Fieri conſuevifſe ex inteſtino opere, idem dicit: Dicebatur autem proprie *inteſtinum opus*, quod ex ligno fit, ſed elegantiore fabrica & cà arte, quam minutiarium Galli appellant, Vett. quoque ἀσυνδέτως dixere. Salmaſius ad *Solinum pag.* 1034.

Pagine & *Paginenſes*, in *Inſcr.* mar morea Civ. Leoninæ ad Vaticanum, quæ à Leone IV. Pontif. Rom. contra Saracenorum incurſiones extructa eſt : † *Turribus Dom. Leonis, Q. PP. hanc pagine & duas turres ſalis ſunt ſine militia confirmat.* Item, *Hanc turrem & pagineuma facta à militia capraccum Tem. Dom. Leonis Quar. PP. Ego Agatho ei - - - apud* Torrigium *de Crypt. Vatic. 2. edit. pag.* 400. 401. & 406. idem quod agger eſt, Macrin *Hierolexico*

Pagius : nomen apud medii ævi Scriptores, quo dicuntur pueri honorarii, qui Magnatibus adſunt. Cujusmodi honoratis ephebos, παιδοτρίβας vocat Pachymeres *Lib. 1. c. 9.* & 12. Item, *Hanc turrem & pagineuma facta à militia capraccum Tem. Dom. Leonis Quar. PP. Ego Agatho ei - - -* apud Torrigium *de Crypt. Vatic. 2. edit. pag.* 400. 401. & 406. idem quod agger eſt, Macrin *Hierolexico*

Pagius : nomen apud medii ævi Scriptores, quo dicuntur pueri honorarii, qui Magnatibus adſunt. Cujusmodi honoratis ephebos, παιδοτρίβας vocat Pachymeres *Lib. 1. c. 9.* & 12. Item, *Narratio* de Bertrando Fom. *MS. Ku μάλιστα παιδωνία καὶ παιδαγωγία μάθω.* V. etiam Codinum *de Offic.* Nicetam pag. 548. Ægid Menagium in *Originibus Gallicis pag.* 300. & 817. C. du Freſne *Gloſſar.* Alios, ut & ſuprà, ubi de pueris *Pædagogianis*, hinc enim vocem contractam nonnulli volunt. Alii tamen à Græco παῖς, *puer*, nonnulli etiam ex Perſico nomine proprio, *Pagoas*, quod in Aula frequens. & celebratum aliquot in vet. Hiſtoria Eunuchum erat, cujus originem arceſſere malunt, V. Gronovium *Not. ad Tacitum.*

Pagodes, famoſiſſimum Sinenſium idolum, in Muſæo Kircheriano Romæ viſitur, teſte Georg. de Scpibus *in Deſcriptione ejus.* V. ſuprà, in voce *Confitium.*

Pagorum Præpoſiti, Eucbio in *Epiſt.* Sabini Præfecti Prætorio: τῶν λεγομένων τῶν ἐν τοῖς πάγοις ἐπὶ τῶν παγοφυλάκων ἀρχόντων, & Theodoſio in *Cod. de erogat. milit. annonæ, ut procuratores ſui ſuſcipiantur vel* præpoſiti *pagorum & horreorum eam comparent*: idem ſunt *Pagorum Magiſtri*, apud Sextum Flaccum de *condit. agror. Sed & pagi ſape ſignificanter finiuntur, de quibus non puto quæſtionem futuram, quorum territoriorum ipſi pagi ſunt, feu quatenus territoria : quod tamen intelligi poſſe vel ex hoc, Magiſtri pagorum, quod pagus infinare finitis ſunt, ni trahimus, quatenus inſtruram.* Ubi pagi nomine territorium alicujus urbis, id eſt, omnia illud terræ vel agri ſpatium, certis terminis definitum delimitatumque, intra quod jurisdictio illius civitatis exercetur, intelligitur. Nulla enim olim Colonia fuit in Italia, nullum Municipium, nulla Præfectura, quæ non certum agri modum adſcripſum haberet adfignatumque, cujus intra fines, eas ad quem pertineret Coloniæ vel Municipii vel Præfecturæ Magiſtratui, jus dicendi, coercendique libera poteſtas eſſet. Græcè σύνοδος, Gallis *ſinagum* hodie, item *banlieue*, de qua vo ce V. *ſuprà*, & pluta hanc in rem apud Salmaſ. ad *Not. ad Tertullian Pollionem in Trigintà Tyrannis*, in *Vita Trebellii Pollionis.*

Pala, arbor Indica, pomum è cortice emittens, quo veſcebantur olim gentis illius Sapientes. Plinius, *Nascitur alia pomo & ſuavitate præcellentior, quo Sapientes Indorum vivunt, folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duûm, fructum corice emittit, admirabilem fuci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet. Arbori nomen* Palæ, *pomo Arienæ.* Qui ex Theophraſto ita illa hauſit, ubi ita ſcribit, Ἐν δὲ τῇ ἐσχατῃ Ἰνδικῇ τὸ μὲν μῆκος τῶν φύλλων ὅσον πηχῶν τριῶν, τὸ δὲ πλάτος δύο, καὶ ἄλλα ἀνθρ. *pomo ingenti & ſuaviate præcellens* τρόφιμον τοῖς ἐνδόξοις τῶν ἀνθρώπων, *quo cibo veſcuntur Indorum Sapientes, qui non veſtiuntur*, h. e. Gymnoſophiſtæ. V. quæ de hac arbore commentatur Salmaſius *ad Solinum pag.* 298.

Pala Annularis, ſeu *Palea*, item *Patera*, pars eſt annuli, quæ gemmam cohibet; hinc *Obſtrigillum* quoque, à ſtringendo gemmam & obſtrigillando dicta. Græcè σφενδὸν ἢ σφενδόνη, σφεγγιδοφόρικὸν. *Pumbe* quoque dicitur, apud Plinium, ubi de Chryſolitho, *Optime vero fiunt, quæ in collatione annuli alterius quadam argenti facie cognunt. Fundâ includuntur perſpicue, caeteris ſubjicitur orbiculatum. Tametſi jam exporres gemmarum usus appellantur aliqui & chryſolithi, in colorem elefiri declinantes.* Ubi Salmaſius reponit, *caeteris ſubjicitur auricbalcum, quondam etiam ex*

& per se gemmarum in usu. Appellantur aliqui & chrysolectri &c. Dicit optimas chrysolithos includi palâ perpicuas, i. patentes; cæteris auricha lcum subici, *folii* lc. ut vulgò vocatur, vicem; quod orichalcum olim & pe r le in usu gemmarum diu apud Vett. in admiratione fuisse, diximus supra. *Fundam* autem vocat annuli palam, quia Græci *σφενδόνην* quoque appellant. Erat vero rotunda & ova, ut gemmam inf ertam & inclusam teneret, hinc Græca vox *σφεντρὸν*, quæ de palis annulorum quoque accipitur, ad vestium ocellos, seu noras, figna & clavos, denotandos etiam adhibita est, Salmasius *ad Vopiscum in Carino.* V. eundem *Exercitat. Plinianis ad Solinum* pag. 406.

Palace, pro *Palatie*, apud Hin. Græcis Παλάθιον, V. Palatia.

Palæa, adde; ἔστιν ἀμπέλων, *Eorum meotjam*, dictam fuisse, eft florum copiam, notat Stephanus. Conflat autem, in folenitatibus mensas aliaque loca floribus, apud Græcos ac Romanos, plerumque olim confuevisse conspergi. Horatius *l. Epist. ad Torq.*

Parcus ob hæredis curam, nimiumque severus
Assidet insano; prodire & spargere flores
Incipias.

Sic apud Indos moris fuisse, mensas conspergere laureis ramis, docet Philostratus in *Vita* Apollonii *lib.* 2. Qua de re V. Paschasium *Coronar. lib.* 2. *cap.* 17.

Palæologi Familia, in Imperio Constantinopolitano illustris, è qua varii fuerunt. Nos eligemus ex iis tribus quibusdam posterorum reliquis, sub Imperio Turcico gementibus, superesti, uti testatur Sponius *Itinerar. Græc.* Pauci autem ex ea, imò vix ulla numismata obvia, vel quia, cùm essent malè formata, ab Antiquariis neglecta sunt, vel quia à Turcis in proprias monetas conversa, vel, quod verisimilius, quia posterem illi Græciæ Augusti in nummis suas affigies ac nomina non rarò omiserunt: unde fieri potest, ut inter Zimicianos aliosque Palæologorum nummi nonnunquam exhibeantur. Superfunt tamen figuræ eorum, e quibus habitum Imperatorum horum temporum, qui à Codino alisque describitur, percipere licet. Quas inter præ cæteris insignes habenda e Michaelis *Palæologi* (cujus nummorum aureorum meminit Pachymeres *lib.* 12. *cap.* 8. qui ait, receptâ à Latinis Constantinopoli, in postica facie, ejusdem Urbis figuram effingi curasse, metallo probitate decriâ) Theodoræ Augustæ uxoris, & Constantis Porphyrogeniti filii imagines quæ Constantinopoli in Deiparæ ἐβδομάδιτρίᾳ æde sacra conspiciuntur, quasque delineraverat vir, in fua *de Numism. inf. avi Dissertatione* Car. du Fresne. In qua quidem tabella, Theodora effingitur cum τετραπλίῳ in capite, margaritis & lapillis distincto, uti Euphrosyne Augusta, Alexii Angeli Imp. uxor, apud Nicetam Chon. *in Alexio lib.* 1. *num.* 3. Habetur alia haud absimilis ejusdem Michaelis Imp. effigies, deferipta ab Hier. Wolphio, ex codice MS. Augustanæ Bibliothecæ Historiæ Georgii Pachymeri, cui duo ma gna nummi apositum non omisit, quorum eadem est forma est, quâ in ea imagine à du Fresne deferipta cernitur. Sed &, quod *Acacium* vocant, voluminis species planè refert. Aliam tabellam item exhibet Manuelis *Palæologi* & Helenæ Augustæ uxoris, ut & Joannis, Theodori & Andronici filiorum, effigies continentem, ex MS. codice operum Dionysii Areopagitæ, quem idem Manuel, ad Monasterium S. Dionysii in Francia, ubi asservatur, per Manuelem Chrysoloram Legatum sum misit A. C. 1408. uti præfert eidem imagini subdita epigraphe hæc, Τὰ παρὸν βιβλίον ὁ κύριος καὶ δεσπότης τῶν ὁλων Βασιλεὺς & Αὐθοκράτωρ Ρωμαίων κύρ Μανουὴλ ὁ Παλαιολόγος, ὡς τὸ μοναστήριον τὸ ἁγίου Διονυσίου τὸ ἐν Παρισίοις ἐν Φραγγίᾳ· ἐν Ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως· ἐν ἔτει Κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἕκτῳ· ἀπὸ δὲ τοῦ κύρ. χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδόῳ. Ὃς εἰς ἀμοιβὴν Βασιλικὸς, καὶ σεβάσιον ἔδι τὸ Παρισίου ἀεὶ ὑπὸ τετραπλοῦ, *Præsens liber missus est ab excellentissimo Imperatore & Autocratore Romæorum Domino Manuele Palæologo, in Monasterium sancti Dionysii, quod est Parisiis Franciæ seu Galliæ, Constantinopoli, per me Manuelem Chrysoloram, missum Legatum ab Imperatore præfato, anno ab orbe condito scies millesimo nongentesimo decimo sexto, ab Incarnatione verò Domini, millesimo quadringentesimo octavo. Qui præfatus Imperator, veneret prius Parisios, quamor annis ante.* V. Car. du Fresne *d. l.*

Palæopolis, urbs Lyciæ, quæ & *Pagæ*, & παλαιὸν τεῖχος, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 352.

Palæsimundum, apud Plinium, ubi de Taprobana Inf. *Legatos quatuor misit, principe Rachia. Ex iis cognitum D. esse oppida, portum contra meridiem adpositum oppido* Palæsimundo, *omnium ibi clarissimo ac Regiæ.* CC. M. *plebis*: Regia erat Inf. Taprobanæ, in qua ducenta quinquaginta millia plebis urbanæ, in cujus locum Ptolomæi tempore fuccessit Ἀνακέφαλαιωσις, quam is Regionem unicam in ea Insula tempore fuisse prodit, nulla plane amplius *Palæsimundi* mentione factâ. Sed & *Palæsimunda* sub, insula, tota Inf. vocabatur Plinii ætate, ab illo oppido Insulæ clarissimo & Βασιλεῖ, at Ptolomæi ævo dicebatur *Salica*. Adeò omnia eum tempore mutantur; Sic Saba, apud vetustissimos Auctores Sabæorum Metropolis, ut Agatharchidæ, desiit esse, & cam excepit *Mαρίαβα*. Neque verò oppidum solùm, & Insulam ipsam, sed & fluvium in ea, influentem in mare, juxta illud oppidum, *Palæsimundum* fuisse appellatum, idem Plinius addit. E quibus liquere potest, quanto veteftior in Ptolomæo auctor ille, qui *Taprobanen magnæ Insulæ* compositit; dum ita scribit, Ἔστ πόλεις ἐν ἐκείνῃ τῇ νήσῳ τῇ μεγάλῃ Παλαισιμοῦνδα, Μαγδάλα Παλαισιμοῦνδα, πόλις ἐπὶ τοῦ ἐμπορίου Ταπροβάνη, ἐν μέσῃ δὲ ἐστὶ καὶ Ὄκκαλον, *Palæsimunda, Magdala Palæsimunda, Urbs ad emporium Taprobanen, in medio sita est ad Occasum, dicta* Palæsimunda, *apud vetustiores autem eorum Taprobane.* Nempe ætate hujus Auctoris adhuc diebatur Παλαισιμοῦνδα, quod verus nomen ejus esse tradit Ptolomæus. Sed & hinc apud Ptolomæum, ubi vulgò editum est, ἡ τῶν σικελῶν πόλις Σιμανδὰ, *quæ vocabatur olim Simandâ*, legendum est Σιμανδὰ Παλαισιμοῦνδα videmus. Quemadmodum & Marcianus Heracleota legit, Ἡ δὲ Ταπροβάνη μητέρων μὲν σικελῶν Παλαισιμοῦνδα, τὸν δὲ Σιμανδὰ *Taprobane Insula, autem, prius vocabatur* Palæsimunda, *postea Salica dicta est.* E qua voce *Salica*, Taprobanem Vett. *Zeilan* esse hodiernorum, uti ab Arabibus & Persis appellatur, conjicit Salmasius; eò majori fiducia, quòd multa locorum in illis regionibus hodieque vocabula ab antiquo remanserint, ut *Sina*, *Indus*, *Sinibus*, *Comarin*, & alia. Sed & fitus, insulæ, *Zeilan* Elephanti, quos gignit maximos, gemmæ & margaritæ grandiores, quas illa fert, & multa alia, ipsos evincunt esse veterem Taprobanem. V. cum *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 1110. & 1117. item in voce *Taprobane.*

Palæstina, adde: Rationeiamitum duplicitercon sideraripotest, vel prout possessa fuit ab iis, qui ex Ægypto exierunt, vel prout redùces è captivitate Babylonica, eam tenuerunt. Priori respe. ctu Mare magnum seu Mediterr. ab Occ. habuit: in Australibus primus fuit fluvius Ægypti i. *Sihor*, Josuæ *cap.* 13. *versu* 3. In extremo Sept. *Gessuri* regio fuit. A Mari Mediterraneo versus Orientem gemina montium juga furrexere Libani ac Anti Libani. Auctor Anonymus (quem Christianum Beccarmanum esse accipimus) *Fritsio*, *Orbis Terr. Geogr. ac Civ. cap.* 6. *sect.* 2. Fridevico Spanhemio in *Epitome Fritsor. V. T.* Regio hæc, quam velut totius Geoco fimi umbilicum in medio Geographi locant, inter 31. & 32. gr. lat. 65. & 66. long. primitus terminos habuit ab Or. Cœtelsyriam, cum parte Arabiæ deserræ: ab Occ. Mare Mediterr. à Mer. defertum *Baran* & *Beersheba*, cum *Cadesh Barnea* ac fluv. *Sichor*: à Septentr. Libanum feu potius Antilibanum, ad ejus radicem *Dan* erat olim vetus Dan, postea *Cæsarea Philippi* dicta) item *Hamath* feu *Emath* (sequenti tempore *Epiphania* vocata) Unde phrasis Scripturæ, *à Dan usque Beersheba*, Judic. *cap.* 20. *versu* 1. 1. Sam. *cap.* 3. *versu* 20. &c. V. quoque Ezech. *cap* 47. *versu* 15. &c. Davidis vero & Salomonis Principatu, ad Euphratem usque, Orientales terræ limites extensi sunt. Idem regionis longitudinem, à *Dan* viz. *Beersheba* usque 67. mill. latitudinem autem à Mari Magno ad Jordanem usque, qua maxime in Orientem excurrit, 17. vel 18. mill. Rotti. addit. Post Jobutam eam captivitatem Babylonicam, quidam Templo Secundo partibus aliquot imminuta fuit: Samaria enim & Asseritarum non parva portio excèta, & præterea limites Australes posteriùs *Cadesh Barnea* & *Asselon*, atque adeo exclusum, quod extra eas in parallelo quasi situs erat, Beccmannus *ibid. ex Schebilteh Hieros. fol.* 36. 3. *Palæstinæ* divisio fuit in quatuor partes, Judææ, Samariam, Galilææ & Ferææ, (cum prius in 12. tribus, de quibus V. *sua loco*, fuisset distributa.) Destructo tandem Templo secundo & Hierosolymâ cum toto Regno, Judæus à Romanis, eversâ, alia iterum *Palæstinæ* facies erat. Triplex namque sub Imp. Christianis facta in tot provincias seu Eparchias, (quæ sub majoribus Præfecturis, quas *Dioceses* appellabant, continebantur) abiit: Et quidem omnes hæc *Palæstinæ* ad Præfecturam Antiochenam, unam ex quinque Orientalibus, cui 15. fuberant provinciæ, pertinebant. Quarum prima Metropolim habebat Cæsaream, & primò quidem à Propretore, postea à Proconsule regebatur, continebatque inter alia, Hierosolymam seu Ælium & Neapolim ol. *Sichar*. Secunda, versus Boream magis tendens, Samariam primò, postea Scythopolim ol. *Bethsan* nuncupatam, caput habuit, & prunc ignobil or, Præsidi pa ut. Tertia, Austro obversa, aliàs *Salinaris* quoque dicta, montem Sinai, Arabiam Petræam, veterem Idumæam cum Judææ parte Merid. complectebatur, & Metropolim habebat Petram atque itidem à Præside gubernabatur &c. V. Franc. Burmannum *in Sinic. cap.* 21. & plura de regione hac apud Buech. de Monte Sion. *Terræ Sanctæ in vom. 6. Antiq. Eccl. Canis.* Rud. de Francein *Spec. litur. in Terram Sanctam.* Belloniuni *Observationum lib.* 2. *cap.* 79. Chr. Adrichomium *Theatr. Terræ S.* Henr. Buntingum *Itiner.* Chr. Heidmannum *Palæstinâ*, Ar. Montanum *in Chaleb*, Jac. Zieglerum *Palæst.* Thom. Fullerum *the Pisga sight of the Land of promise*: quos omnes tamen non unius παραφωνεῖ &c. cufarunt Jac. Bonfrerius & Joh. Lightfootus. Antiquitates eius, quæ hodieque spectandæ sunt hibentur, S. sepulchri, loci crucifixionis Christi, vestigiorum Christi in cœlum ascendentis lapidim. preflorum, Turris Ederæ seu Templi *Angelus ad Pastores* nunc dicti, aliarumque rerum magno numero. grave hoc dubium manet, *an loca & monumenta talia eo in statu adhuc superesse possint, quo tempore Christi & Apostolorum fuerunt, post tot, tantasque mutationes Judææ à Romanis, Persis, Saracenis, Turcis illatas?* V. Voctium

Vocitum *Diſput. Sol. part. 3. pag. 999. de Peregrinationibus Hieroſolymit.* Certiores ſunt variæ inſcriptiones, quibus in rupibus Deſerti Sin, in Arabia Petræa inciſis, conſervatur memoria antiquiſſimæ Iſraelitarum in deſerto peregrinationis; quas ante annos aliquot collegit Thom. Novarienſis Franciſcanus, Athanaſii Kircheras publici juris fecit, *in Oed. Ægypt. l. 2. c. 2. art. 1. §. 5.* De Manibus, Montibus, Locisque illuſtribus Paleſtinæ, V. infra.

Maria Paleſtinæ, ſub quibus etiam Lacus comprehenſi.

Mare Apamienſe, ab urbe Syriæ proninqua dictum, vulgò *Mare de Appamia*, lacus Joſepho appellatur.

Mare Arcnoſum, vulgò *Mare dechitta*, forte *lacus Sirbonis* olim quem locis arenoſis circiù eſſe Diod. Siculus ſcribit. Aſphaltites lacus, ſeu Mare Sodomticum.

Mare Jazer, Jerem. *cap. 48. verſ. 32.* vulgò *Mare de Scalisith.*

Mare Magnum, ſeu Mediterraneum, Samochonitis lacus.

Mare Tiberiadis: è quibus Aſphaltites lacus, & hæc tria ultima fatis nota, Fluvii ſunt, Jordanes, totius Regionis præcipuus, de quo *V. ſuo loco.* Præterea *Arnon* & *Jabok* in regione trans Jordanem; Ciſon in tribu Iſaſchar & Zebulon. *Jarmoch*, ſilinio *Hieramax*, *Kirmion*, *Pigath* ſeu Pharphar, Nehel Eicol &c.

Montes Paleſtinæ clari.

Abarim, mons fuit ſeu potiùs plurium montium continuatio, in confinibus Amorrhæorum & Moabitarum, V. Deut. *cap. 32. verſ. 41.* Ejus pars *Nebo*, ibid. cujus vertex *Phiga* ſeu *Phaſga*, Deuter. *cap. 34. verſu 1.*

Antilibanus, terminus regionis Septentrionalis.

Carmelus geminus, alter ad mare, *Plinio lib. 5. cap. 19. Promontorium Carmelum*, in cujus vertice *opp.* Ecbarana: Alter in Judæa, ubi olim Nabal habitavit, *1. Iſaiæ cap. 35. verſ. 2.*

Ebal & Garizim, montes in tribu Ephraim, maledictione ac benedictione inde recitari ſolitis, infignes.

Gilboæ montes, è regione Hermonii, V. *infra.*

Gilead montes, versùs Ortum maximè extenſi.

Hermon, non procul à Thabore ortus, ad egreſſum Joſeri Mediterraneo alluebatur.

Urbes & loca Paleſtinæ illuſtriora.

Accaron, Satrapia Philiſtæorum extrema, urbs Borealis, Joſ. *cap. 13. verſ. 3.* confer cum Strabone *Geogr. lib. 16.*

Aroër, ad torrentem Arnon, Joſ. 13. 16.

Aſcalon, in tribu Juda.

Asdod ſeu Azotum, una ex Satrapiis Philiſtæorum, cujus mentio 1. Reg. *cap. 5. verſ. 1.*

Azor, ad lacum Samochonitidem.

Bethaven, juxta Hai, Joſ. c. 7. v. 2. Bethela, urbs limitanea Benjaminitidos, linea rectâ Hieroſolymæ oppoſita, V. Joſuæ *cap. 18. verſ. 22.*

Bethlehema, in tribu Juda, CHRISTI inſignis natalibus.

Bethoron duplex, inferior & ſuperior, quæ utraque ad Ephraimitidem ſpectavit, 1. Paralipom. *cap. 7. verſu 24.* Sunt tamen, qui inferiorem Judææ tranſcribunt.

Bethſan, quæ poſtea *Scythopolis*, in Manaſſide, ad Jordanem, terminus fuit Galilææ. V. Joſuæ *cap. 17. verſ. 11.*

Bethſura gemina, altera Hieroſolymis 5. ſtartium ſtadii diſtans versùs Auſtrum, 1. Macc.

danis è mari Galilææ deſinit, Hieron. *in Epit. Paulæ.* V. Pſalmum 89. *verſ. 13.*

Hermonium, jugum humile, montis Hermon, versùs montem Thabor, procurrens. Pſ. 42. v. 7.

Judæ montana, ubi *Hebron.*

Libanus, versùs Septentrionem, in Sacris multum memoratus.

Moria, in quo Templum.

Olivarum mons, in hiſtoria N. Teſt. notiſſimus,

Sion mons, intra urbem Hieroſolymam.

Thabor, quem LXX. ſæpenumero *Itaburium*, Joſephus ὁ Ἰταβύριος ὄρος vocat: Medius fuit inter Campum Magnum & Scythopolim, V. Joſ. *bell. lib. 11. cap. 11.* Ut alios omittam, quorum in terra hæc ingens numerus. Ethnomontibus tota, velut muro, cincta *Paleſtina* fuit, niſi quà ad Occidentem Mediterraneo alluebatur.

Eleutheropolis, in tribu Juda, Hieroſolymâ Auſtralior.

Gadara, Tiberiadi vicina, juxta Tribum Sim. eon.

Gamala, in Gaulonitide inter, è regione Tarichææ, Joſ. *de Bello Jud. lib. 4. cap. 1.*

Gaza, una ex 5. Satrapiis Philiſtæorum, penès Tribum Juda.

Getha, ſimiliter, V. 1. Reg. *c. 5.* ubi Arca Fœd. Azotho Getham, Geshâ Accaronem translata legitur. V. quoque Joſuæ *cap. 13. verſ. 3.*

Hai, ab Oriente Bethelæ, Joſ. *cap. 7. v. 2.* ſicut hæc, limitanea.

Hierichо, in Tr. Benjamin, Hieroſolymâ 190. & à Jordane 60. ſtadiis diſtans, prima in Iſraëlitarum manus pervenit, V. Joſ. *cap. 6.*

Hieroſolyma, caput Regionis.

Jamnia, eadem cum *Jebneel*, Joſ. *cap. 15. v. 11.* cumportu, 2. Macc. *cap. 12. v. 9.*

Joppe, extra limites Dan, litoralis, omnium Urbium, quæ extant, antiquiſſima. V. Strabon. *Geogr. lib. 16.*

Julias, ad influxum Jordanis in mare Gennefareth.

Lydda, vicina Joppæ, Actor. *cap. 9. verſ. 38.*

Madon, ad lacum Samochonitidem Urbs.

Mageddo, ad Ciſonem fluv. haud procul à monte Thabor, Judic. c. 4. v. 14. in Manaſſitide.

Maſpha, ſeu Mizpa, in Tr. Judæ, Judic. *cap. 20.*

Paleſtina Tertia, cujus metrop. Petra, reliquæ urbes, Auguſtopolis, Arindeda, Characmoba, Mapſis, Elutâ, memoratur in *Not.* provv. Eccl. V. Salmaſium ad *Solinum p.* 470. & 488. nec non hîc ſuprà, ut & in voce *Petræa*, & *Syria.*

Paleſtina, Herculis filia, nuditatem obtegendi conſuetudinem inter Mulieres, quæ cuſtu aſiaque exercebantur, introduxit: quemadmodum Pater ejus, ne unquam Athlетæ in publicum ad certamen ſine fabligaculis prodirent, inſtituit; teſte Clem. Alexandrino *Pædagog. lib. 3. cap. 5.* apud Hier. Mercurialem *de Arte Gymnaſt. lib. 1. cap. ult. ſub finem.*

Paleſtra, ſexta pars Gymnaſii, ubi Veteres luctabantur, ſic λαὸ τ' παλαιᾶ ſive lucta dicta. Reliquæ enim Gymnaſii partes hæ erant. Prima, porticus plenæ exhedris, in quibus Philoſophi aliique conſidentes diſputabant: Secunda, *Ephebeum* ſeu Ἐφηβεῖον, ubi Ephebi, ſive puberes, exercebant corpus: Tertia, Coryceon, Gr. Κωρυκεῖον, ubi folle luſorio, ac pilâ luſitarent: Quarta, Elæothe-ſium, ubi unguenta reponerentur: Quinta, Conſiſterium, ubi qui inuncti erant, pulvere adſpergebantur: Septima, Sphæriſterium, ubi pilâ exercerentur: Octava, inter portícus & muros, ubi curſabatur: Nona, xyſtos & xyſta cognominabat, i. porticus tectas, ubi Athletæ hyeme exercebantur, & ſubdiales, ubi æſtate: Decima, balnea. Gerh. Joh. Voſſius *de Art. Gymnaſtica cap. 3. §. 9. & ſeqq.* Sæpe tamen pro toto Gymnaſio, teſte eodem §. 71. quo ſenſu apud Vitruvium ſumitur, ubi *lib. 5. cap. 11.* de *Paleſtrarum* Græcarum extructione prolixè agit, ſed de hâc recalibi. In *Paleſtra*, quam feſtum fuiſſe Gymnaſii locum diximus, *curſu, ſaltando, haſtâ, diſco, pugilatu, pila, ſaltendo ſe exercebant magis, quàm ſeorto ans ſuavis*, verba ſunt Lydi Plautini *Bacchidibus*: Ga-lenus *de tuenda valet. lib. 2. cap. 9.* ibi hæ exercitationes peragi fuiſſe ſolitas refert, *luctam, pugilatum, oppreſſionem manibus ad faciem, exercitationem, quâ ſaltant pedibus & manibus in pugnum vinctis eatque alteri aperiendas porrigebant, quâ pondera manibus attollebant & ita perſiſtebant, quod genus halteres vocatum eſt, ſciamachia & armorum pugna.* Cui aſſentiens Oribaſius, addit non has modò, ſed & alias ſexcentas *Paleſtræ* exercitationes fuiſſe. Et hujus loci partiem fordes collectas in panno applicatæ furunculos maturare, ſcripſerunt Plinius *12. c. 24.* & Perſicianus *lib. de claris Orator.* Eadem ſignificatione vocem accepit Catullus, ubi dicit:

Abero foro, Paleſtra, ſtadio & Gymnaſiis!

Miſer ah miſer!

Quodque modo dictum, de ſtrigmentis quibusdam, quæ à *Paleſtræ* muris, ſtatuis atque columnis, quibus à pulvere & luctantium contactu adhæſerant, abradi & in uſus Medicos ſervari ſolebant, abunde Dioſcorides quoq; & Galenus confirmant, docetque

Modin, in Tr. Dan, in monte; 1. Macc. *cap. 2. v. 1.*

Najoth locus Ramæ proximus, feu magis ejus ſuburbium, 1. Reg. *cap. 19. verſ. 18.*

Pella, limes Borealis Perææ, inter Juliadem & Philadelphiam media. V. Joſ. *B. J. l. 3. c. 11.* Philadelphia, ad Perææ terminos Orientales, Idem *ibid.* Aliàs ab ea, cujus in *Apocal.* mentio.

Rama, quâ Ephraimitis Tribui Juda adligata, Soceo prope aberat, 1. Regum *cap. 19. v. 22.*

Schilo, in Tribu Ephraim, Pſ. 78. *verſ. 60.* ſita inter Bethelam & Sichemam, Judic. c. 21. v. 19.

Sichem, in eadem Tribu, juxta Vallem Illuſtrem, V. Geneſ. *cap. 12. v. 5. & 6.*

Simron, Urbs ad lacum Samochonitidem, V. Joſ. *cap. 11. verſ. 1. & cap. 12. v. 20.*

Valles variæ: in quibus clariores, Vallis Achor, juxta Galgalam.

Arundineti, ad mare, Joſ. 16. 8.

Illuſtris, ſeu Vallis Viſionis ſeu Aulon, montibus ineluſa & à Patre Abrahamo olim habitata, V. Geneſ. *cap. 12. verſ. 6.*

Rephaim, juxta Hieroſolymam, versùs Occid. Joſ. Καλὰς Τιτάνων, *Calæ Titanorum* Hieronymo dicta, inde versùs Auſtrum ſe Bethlehemam usque extendebat. Ut vallem Jephthael, & Jefreel, aliaque loca omittam, de quibus V. præfatum Becmannum *loco cit.*

Plinius *l.15. c. 4.* illa à Ludorum Magistratibus oſtingentis quan-doque feſtertiis fuiſſe vendita. Aliter vox ſumitur, apud Ciceronem *lib.3. Epiſt.* 1. & *de Leg. lib. 2.* ubi locum quemcunque exercendis corporibus idonetum denotat : ut & Virgilium *Aneid. lib. 6.*

Pars in gramineis exercent membra paleſtris.

Imò idem Tullius pro ipſa exercitatione quandoque vocabulo hoc utitur : Plutarchus *Sympoſ. 2. Paleſtram* vocat locum, ubi Athletæ exercerentur, luctâ ſolùm volutatoriâ & paneratio &c. Redeo ad ſextum Gymnaſii locum, in quo cùm plurimæ exercitationes visguiſſent, primum locum obtinuit luctâ, Græcis communi nomine πάλη, Laconibus ἀφεδάνα quandoque ſeu dejectoria, nuncupata, qualem habuiſſe Jacobum cum Angelo, ac inde ſuiſſe pedeſ laſum, narrant ſacri Annales, Geneſ. *cap. 32.* Fuit autem hæc nihil aliud, *quàm exercitatio quædam in Paleſtra ſeu porticu tecta, quæ Xyſtus vocabatur, ferè ſolita, in qua luctatores bini unctionibus oleo, & pulvere aſperſi ſeſe brachiis complicantes, invicemque concertantes, alter alterum dejicere humi contendebant, ad quod peragendum embolæ, paremboleæ, paratheſes, & ſyſtaſes, neceſſariò requirebantur, illudque præ cæteris quærebatur, ut pedes primò comprehenderentur*, definitore Mercuriali *de Arte Gymn. lib. 2. cap. 8.* qui *Luctatorium* probè deſcribit, ut & reliquas *Paleſtræ* exercitationes *lib. 3. & ſeqq.* Et ab ipſa *Paleſtra* nomen inditum, quemadmodum πάλη, à πάλλω ſive Dorico παλῶ, h. e. *intimo*, ortum. Cùm verò ante Theſeum, ſolâ magnitudine, pondereque & naturæ viribus nixi luctarentur, primus hic additdit Artem Παλαιοσκιὰν, quem luctationis *aſtum* vocat Papinius, V. Pauſan. *in Atticis*, qui non ſolùm auctor eſt, Theſeum Artis hujus Inventorem eſſe, ſed & addit, eſt victum ab illo Cercyonem, luctâ licet tum inſuetum : qualis iisdem temporibus fuit Anteus, ſed ab Hercule devictus, cujus utriuſque eo nomine meminit Plato *de Legg. lib. 2.* Et quia in luctâ proprium erat τὸ συμπλέκεσθαι, ſive *nodus ſeu mutuus nexus*, hinc *catenatas Paleſtras*, dixit Papinius *lib. 2. Sylv. Epicedio in Glaucum Melioris &c.* A *Paleſtra*, dictus eſt *Magiſter Paleſtricus*, qui Lydo *Plautino Bacchid. Actu 3. Sc. 3. Gymnaſii Præfectus*, Græcis Ἔπαρχος, Platoni etiam παιδονόμος τῶν νέων *de Republ. lib. 2.* cui proximus ab Agonotheta erat homer, apud Voſſium *loco cit. Paleſtricum* ſervum recenſui Martialis *lib. 6. Epigr. 39.*

At ille ſimâ nare, turgidis labris,
Ipſa eſt imago Pannici Paleſtritæ.

Quem de *Paleſtra* vocat Ulpianus *leg. 15. ff. de Uſufr. Nam ſi Librarium rus mittat, & qualium & calcem poſtare cogat, vel Hiſtrionem Balneatorem faciat, vel de Symphoniaco Atrienſem vel de Paleſtra, ſtercorandis latrinis præponat, videbitur abuti proprietate.* Senec. *homines inter oleum & vinum occupatos* appellat *Epiſtl. 86.* Alias *Paleſtritæ*, qui in *Paleſtra* ſeſe exercebant, quod non niſi ingenuis, apud Græcos, licebat. Coluere hi Mercurium, qui proin Ἀγώνιος. Pindaro *Iſthmior. od. 1. antiſtroph. 4.* & Ἐναγώνιος dicitur, *Pyth. od. 2.* Unde Heliodorus *lib. 10.* Τὸν ἐναγώνιον Ἑρμῆ τέχνῃ παλαίσειν, *In concertatoria Mercurii Arte exercitatiſſimus*, & Horatius *Carm. lib. 1. ad Mercurium*,

Qui ſeros cultus hominum recentium
Voce formaſti catus & decore

Atque Paleſtricæ.

Illuſtre quoque Salvianiillud *lib. 4. de Gubern. Dei*, *Colitur & honoratur Minerva in Gymnaſiis. Venus in Theatris, Neptunus in Circis, Mars in arenis, Mercurius in Paleſtris.* Sed & Apollinem Ἐναγώνιον ibidem cultum eſſe, legimus apud Lucianum in *Anacharſi*, ſive de *Gymnaſiis* : ut præteream, quòd Mercurio & Herculi, commune in ſtadio Templum poluere Arcades, teſte Pauſania in *Arcadicis* : quòd item Herculi ac Theſeo, *Paleſtrices*, ut dicium, Auctori, ſtatuæ in Gymnaſiis collocatæ legantur. Vide ſis, quæ de Iſis *Paleſtræ* Præſidibus tradita ſunt Petro Fabro *Agoniſtici lib. 1. cap. 16. & 17.* Plura verò hic infrà.

Paleſtrici Juvenes, olim tondebantur, uti diſcimus ex Tertulliano de Pallio cap. 4. ubi de ſuis Carthaginenſibus : *Unde apud aliquos Numidas, etiam equis caſariatos, juxta cutem tonſor & cultri vertex ſolus immunis ?* In quibus verbis *tonſor*, pro *tonſura*, ut apud Horatium,

——— *Curatus inæqualis tonſore capillus.*

Tonſuram autem hic interpretes ſuadent intelligamus κορὸν πελεκητὸν, ita enim vocant, quà uſi Arabes, Numidæ, Judæi ; ſed male ſuadent, inquit Salmaſius. Tantum enim abeſt, ut hoc tonſuræ genus Numidis uſitatum fuiſſe velit hoc loco Tertullianus, ut miretur, Carthagineníes, qui Numidis erant vicini, ac paſcuis etiam de vicinitate Numidæ & ipſi videbantur, modum iſthunc tonſuræ uſurpare, à quo tam alieni fuere Numidæ, ut non ſolùm propriam alerent cæſariem, verùm etiam inſuper equinis caudis aut jubis cæſariati criſtatique incederent. Quòd verò iidem addunt, Tertullianum nunc tonſum illum Numidarum, quaſi Græcanicum, Carthaginenſibus ſuis exprobrare, quòd Philoſophi plerique raſi, ut Stoici ; id alieniſſimum & abſurdiſſimum. Nec enim heie de tonſura Philoſophorum & Stoicorum agitur, ſed de toto genere diverſa. Stoici toto capite atque etiam vertice derafi, κ ὸ κὸν κκείνῳ : illo verò tondendi modo, qui hic tangitur, vertex intonſus & cultri immunis, ſub vertice omnia circumtonſa & ſtrictim raſa, juxta cutem. Præterea Philoſophi. cam tonſuram non exprobrarent ſuis Carthaginenſibus Tertullianus : oportet igitur hanc delicatiorem & elegantiorem Græcorum fuiſſe conſuetudinem, quam vitio illis ducit. At κορὰ πελεκητὸν, quam hic nominant, quid ſit, incertum : nec enim Græcum nomen eſſe poteſt illa ſenſui. Legitur quidem apud Pol. lucem ἀβεντηγκάλιτα, fed corruptè, ἀβεντηγκάλα enim apud ipſum ſcribendum. Dicebantur autem ἀβεντηγκάλα κόμαι, qui in orbem tonderi ſoliti ; unde ἀβεντηγκάλα, inter tonſuræ is modos poſuit : atque hic tonſus erat elegantiorum Græcorum ac Paleſtritarum. Omnia etenim, quæ Tertullianus huc loco in ſuis Carthaginenſibus taxat, ad palæſtram pertinere, ex ſequentibus palam fit, ubi *Xyſticas mundilias* iisdem exprobrat. Ephebi itaque Græci, qui xyſto & palæſtræ operam dabant, hoc tonſuræ genere utebantur : unde Ariſtodemus Cumanorum Tyrannus, pueros puellarum habitu & muliebribus comis comptos, puellas autem epheborum in modum circumtonſas atque ephebicis chlamydibus amictas ire juſſiſſe, Plutarchus refert. Nempe puero puellarum habitu & muliebribus comis comptos, puellas autem ephebicis chlamydibus amictas ire juſſiſſe, Plutarchus refert. Nempe puero tantum ingenui, apud Græcos, ut quidam volunt, fed omnes etiam elegantiæ ſtudioſi circumtonſi, unde *circumtonſa & facuia oratio* Quintiliano. *Circumradere & circumtondere capillum*, *tondere capillum*, *capillum ad cutem* Tertullianus *lib. de cultu fœm.* Propertius *ſcrupha gias forme & hic ſexus ſibi agnoſcit*, *barbam acriùs cædere*, *intervellere*, *circumradere capillum*, *diſſonare*, *etiam colorare canitiem* : Et in Comœdiis Adoleſcentis γναθωτὸν περιόνια efficta erat, nam γεφύλιον τέχνῃ habebat. Pollux, ὁ μὲν κναφεὺς τὸν ναυκόμον, ὑπηρέτης, γναθωτὸν, ὑπογραμματοδιδάσκαλον, ἀγυιᾶτιν ὀθόνας ἐπὶ ξύλῳ ἐπὶ ἢ μετὰ τὸν ἢ ἐφεβικὸν τρέχοντ. Ornatiſſimum *ſcriptis gias forme & hic ſexus ſibi agnoſcit*, *barbam acriùs cædere*, *intervellere*, *circumradere capillum*, *diſſonare*, *etiam colorare canitiem* : Et in Comœdiis Adoleſcentis γναθωτὸν περιόνια efficta erat, nam γεφύλιον τέχνῃ habebat. Pollux, ὁ μὲν κναφεὺς τὸν ναυκόμον, ὑπηρέτης, γναθωτὸν, ὑπογραμματοδιδάσκαλον, ἀγυιᾶτιν ὀθόνας ἐπὶ ξύλῳ ἐπὶ ἢ μετὰ τὸν ἢ ἐφεβικὸν τρέχοντ. Ornatiſſimum *ſcriptis*

τὰς διεθίσεων. Nitor, qui ex arte, τέχνης appellabatur, & quo τεχνίτης, pro nitido & eleganti. Idem *Epist. 6. lib. 12. Cæsar autem mihi scribere visus est, QUÆSO illud tuum, quod erat τεχνικὸν, & urbanum.* Et *lib. 19. Epist. 17. Et mehercule ipsius litteræ, sic & φιλοσόφους & τεχνικὰς scripsit, ut eas vel in actuali auditeam legere.* Et *libr. end. Epist. 16. Tandem à Chirone scholarium: & mehercule litteræ ut nunquam sic scripsit &c.* Quibus omnibus locis, τεχνικὸς & πεπαιδευμένος, *squalorem neutiquam redolent*, interpretantur Viri docti: sed errant. Nam nihil aliud illis vocibus proprie significatur, quàm quod olim palæstrico inunctum ac nitidum est: hinc ad orationem tum translatæ, quæ tum τεχνικὴ & πεπαιδευμένη dicitur, quum multo quasi fanguine & fucco palæstrico florida, colorem quendam virilem, ni oremque multa arte & exercitio quæsitum præbet, qualis in corporibus exercitatis, quæque Solem & oleum imbibuerunt. Claud. Salmasius *ad Tertullianum l. c.*

Palamedis, in *Epigramm* vet. *de Tabula*,

Hoc opus inveniore nimium Palamedis *amavit,*
Et parili excellens Musius *ingenio*:

pro *Palamedes*, Gr. Παλαμήδης. Sic *Artabasses*, pro *Artabasdes*, apud Vopiscum *in Probo*, Gr. Ἀρτάβασδος: *Lyrisses*, apud Sidonium Apollinarem,

Alcæo melior lyrissius ipse &c.

Nauplii Euboeæ Regis filius, Homerico carmine clarus, inter alia *Tabulæ lusum* excogitavit, τὸν πεττείαν Græcis. Hinc Sophocles *in Palamede*,

Οὐ λιμὸν ὄντ᾽· ἢ δ᾽ ἀνάπεισε σὺν θεῷ
Ἕλλησι, χρόνον τε ζῆν σοφίσμασιν σοφωτάτοις
Ἔφυρε, φαίνεσθαι δ᾽ ἀεὶ κρύπτων κακόνοιαν,
Πεττοῖς κύβοις τε τερπνὸν ὄργανον σκέψαι.

Et Euphorion, Πεττὸν Ναυπλιάδα. Nempe ante cum quidem jam *tesseræ* erant, hæc, κύβοι, & *talæ*, hæc, σφαῖραι: ittem *calculi*, ἴ. ψῆφοι: sed ipse primus πεττὸν invenit, παρὰ τὸν πάσσειν. Vett. appellant, quòd & tesseris & calculis simul perageretur, Romani quoque *aleam* dixerunt: Ita quidem hactenus docuere Eruditi. Sed probè attendendum, ne quæ nam fuerit antiqua πεττεία, cujus auctorem repertoremque *Palamedem* antiquissimi faciunt Scriptores; malè enim cum *Diodecim scriptorum* apud Romanos ludo illam non pauci confundere videntur. Πεττεῖαι Palamedis q. πεττεῖαι dictam volunt Grammatici, quòd utrique lusum *quinque* tantùm *calculos* haberet, totidemque lineas, in quibus illi calculi discurrebant. In quinis illis utrinque quinas lineas alia quædam media ferebatur, quam *jacrum* vocabant; à qua qui calculum movebat, proverbio locum fecit, Κακὸν τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς: quo modo Vett. Grammatici hunc ludum dese ibunt. Sic tesseræ nullum in eo locum habebant, sólis calculis res agebatur, qui de linea in lineam promovebantur, usque ad medium feu facram; ad quam qui pervenerat, ultimâ necessitate compulsus & ad incitas redactus, calculum inde movebat, in extremum subdiium. Nihil enim post hanc restabat, & manus erant victori dandæ. Et certè tesseras ad hunc lusum adhibitas non fuisse, loculpes testis Helychius eft, his verbis:

Καὶ πτεσσὶ τε τίγγομμεν, ἢ κύβοι βαλάς.
Σοφοκλῆς Νιοβίδαι· πάντοσε πίπτει γραμμάτων ἐπαύλεις Ἀφροδίτη ἢ πεττοὶ κυβεῖαι· ὧν ἡ μὲν τῶν τέτε λόγον ἀφιέμενον· ὧν δὲ τῇ πεττεῖᾳ αὐτὸ μόνε τὸ ὄνομα ἀφίεται. Ubi aperte κύβοιαι differingunt à πεττοῖς, quòd τὶ κύβοις tesseræ jactarentur, in πεττοῖς autem calculi solum moverentur. Atqui πεττεῖαι idem Grammaticus, alibi κυβεῖαι interpretatur. Itaque duplex videtur πεττεῖαι apud Græcos fuisse ufitata, altera à Palamede, altera ab Ægyptiis, infrituta; Illa simplicior, quæ solis quinque calculis, quos πεττοὺς Græci dicunt, ab utraque ludentium parte tractabatur, absque tesseris: ubi proin nulla fortuna & alea, fed ars omnis faciebat. Ilta, nempe quæ Ægyptiorum inventum erat, longè operosior & ingeniosior. Tota siquidem φιλοσόφως, & ad rationem Astronomicam, compolita & excogitata, duodecim lineis cursum Solis per XII. Zodiaci signa repræsentabat; tabulaque terenarii tam, quam calcarius, Mundi plagam; septem tesseris, quæ in plesphoboio habebantur, septem planetas; & per pyrgum, altitudinem cœli, defignabat. Quam tamen ipsam φιλοσοφικὴν πεττεῖαν plerique Auctores, non Ægyptiis, fed Palamedi quoque, attribuunt: utramque fic πεττεῖαν commiscentes. Hesychius cer te, quum à κυβεῖαι distinguit πεττεῖαν, manifestè simplicem illam intelligit, quæ meris calculis, absque ullo tesserarum jactu, exercebatur; quum verò alio loco πεττεῖαν interpretatur, Δέλτα καὶ σανίδιον, de ista duplici accipit, in qua & tesseræ jactabantur, & ad earum jactum calculi movebantur; de qua etiam accipiendi Auctores, quoties πεττεῖα ἀντὶ τῶν calculos professoris usurpant &c. V. Salmasium *Not. ad Flav. Vopiscum in Proculo*, *ubi inter alia utrinque tabulæ*, *Palamedes & Ægyptiaca*, *figuram exhibet.* Cœterum *Palamedis* hujus, fasce gladium condentis, imago picta, inter præcipua Euphranoris opera, memoratur Plinio *lib. 35. cap. 11.* ad quem locum V. Dalechampii *Notas.*

Palanga seu *Phalange*, Plinio fuftes tunc tertiæ, qui navibus fubjiciuntur, aut quibus idem quod plures bajulant. Nonius, *fustes, funt tertiæ, qui navibus subjiciuntur cum attrahuntur ad pulsagnes, vel cum ad littora subducuntur.* Quem in sensum Pollux *lib. 7. cap. 35. §. 9.* Τὰ ἐν ταῖς νηυσὶ ξύλα, οἷς ὑποτιθέασιν ὑπὸ τοὺς τοίχους ὅταν ὁλκάσιν, φάλαγγες καὶ φαλάγγια. Rurfus Nonius, *Phalangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus trans vehunt.* Sic Helychius, φαλάγγια ἐργαλεῖα ξύλα, ἢ σύμπηγες. Et Glossæ, *Phalangiarii*, Οἱ τοὺς δοκοὺς ὑποφερόμενοι βάσει, ἢ κλίσει εἰς ἄνω βασάζοντες. Cujusmodi *palangæ* ebeni ex India & Æthiopia magno olim numero offerebantur, unde Fullerus ait ebeni palangas referri vocem חבנים *hobnim*, Ezech. *cap. 27. versu 15.* Denique quidquid sit, origo certè vocis Hebraica videtur. Nam פלך *pelec*, vel פלגות *phelec*, eft baculus, 2. Samuelis *cap. 3. vers. 9.* & Arab. *phalaca*, eft rotundum effe. Itaque φάλαγξες, *phalanges* vel *palanges*, dici potuere baculi tetetes ebenini, quos Tyrii mercatores *pelakim* aut *phelakim* appellabant. Callixenus, apud Athenæum *lib. 5.* nominat ἴσους κορμοὺς, *ebeni stipites*; Appulejus *Apolog.* 1. *hebeni baculos*; quamvis ibi *loculos* quidam legere malint. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. lib. 1. cap 20.* Et quidem φάλαγγαι ἐβένου sæpe Vett. nominant in metricimoniis, aut donis tributisque ab ea gente, ubi nascitur, exteris præberi solitas. Vetus ftiffimus auctor Herodotus, *ebenum* hujus arboris *palangas*, ab Æthiopibus penfitatas Regibus Perfiæ, infit. In *Epistola* Candaces Æthiopiæ Reginæ ad Alexandrum mentio fit *trecentarum ebeni phalangarum*, quas illa donu mittit Alexandro: ubi peiperam in scripto codice Græco, Καὶ ἄλλα βάκτρα ἐβένου Βαρεῖα vocatur, pro *Μέρεσι*. Nec verò eft, quòd quis ea voce *truncos* ebeni magnos intelligat, ut fecere Viri quidam magni: baculos namque five fustes tecetes modicos eo vocabulo fignificari oftendimus. Quod autem ad *Palangiarios* illos attinet, qui fustibus onera portabant, *pericas* vocat eas phalangas Martialis,

Quòd mutantia fronte pericas
Gestas pondera Mashrion superbus &c.

V. quoque Salmasium *ad Solinum pag. 1031. & 1032.*

Palantha, à φαλάνθη, vel, ut alii legunt, *Palantho*, ἡ Φαλανθὼ, Hyperborei filia, apud Solinum *cap. 1.* Dionysius Περιηγητὴς ἐν τῷδε, *Hyperboream puellam*, vocat, h. e. ex Hyperboreorum regione: Λανθὼ δὲ τὴν ὑπερβορέην κόρην, ἣ σπερμὴ τῆς ἐκ μήτρης ἄνθρ. ἀπόλλη. Unde forte apud Solinum legendum, *cujus dam Hyperborei filia*. Apollo certè Hyperboreus, colebatur à Scythis. Servius, filiam Evandri *Palantiam* facit, ab Hercule vitiatam; fed hæc *Pallantia* potius, quam Latinò uxorem tribuit Varro *de L. Lat. lib. 4. Sed hoc alii à Pallantia uxore Latini putarunt.* Nifi quis dicat, *Palanthum* tam apud Varronem, quàm apud Serviuni, effe legendum, τὸν Φαλάνθιον. Nam Varro *Palanthum* uxorem Latini effe vult & filiam Evandri, quam Feftus Latini matrem & Hyperborei filiam. V. præfatum Salmasium, *ubi supra pag. 13.*

Palantia, feu *Pallantia*, item *Palatinatus*, dicta olim jurisdictio Comitis Palatini, feu jus decidendi lites fupremo jure. cujusmodi, inter alia, habuit Magdeburgum, ex Imperatorum indulto, uti videre eft in *Chorea* Ottonis II. apud Goldaftum *Tom. 1. Conftitut. Imper. pag. 226.* & in *Wichbild* Magdeburgico *art. 12. ac seqq.* ut & quinque alia Saxoniæ civitates, quæ ideo *Palantiæ* dictæ. ut eft in *Speculo* Saxonic *artic. 62. §. 1.* V. Freherum *Origin. Palatin. part. 1. cap. 2.* Gorop. Bekanum *Francicor. lib. 2. pag. 44. Chronic.* Magistri Jordanis *pag. 106.* & Carolum du Fresne *Glossar.*

Palaria Exercitatio, V. infrà, voce *Palus.*

Palar, nomen Palatii Trevirenfis, apud Pirmarum *lib. 6. c. 68. Propter hoc subdole generationis furor accenditur, Palar à Trevirensibus contra Regem firmatur, ac terra hac, hactenus pacifica, crebris concrementationibus quatitur &c.* Mox, *Obsidione etiam continua eos, qui* Palas *turbarant, in tantum confringit, ut fame & assidua impugnatione defatigati, aut interiis perire, aut in potestatem Regis invisi deberent exteriùs venire.* Adde *Hfloriam* Trevirenfem in *Spicilegio* Acheriano *Tom.* XII. Regionem, cui Capellatii, *vel Palas nomen erat, usti terminates lapides Alamannorum & Burgundionum confinia distinguebant*, ne veterat Ammianus Marcellinus *lib. 18.* ad quam *Palatinorum* Comitum nomenclaturam & originem referunt Aventinus, Rhenanus, alii: Sed à *Palatio* magis ali deducunt, ut iidem fint *Comites Palatini & Comites Palatii*, de quibus V. infrà in voce *Palatii Com. & Palatini*, ut & in *Lexic. Univ.* in *Palas.*

Palata, Græcis παλάθη, ficuum diebantur globi vel maffæ ex quo modo fimiliter in maffam condæ afferebantur caryotæ. Cottana item & prunæ, apud Statium,

Nusquam turbine conditus rutenti
Prunorum globus atque cottanorum.

Ubi globus prunorum, ad verbum eft σπλάθη. Sic de prunis Ægyptiis ficcatis, exempto nucleo σπλάθαι fieri fimiliter, fcribit Theophr. *Hiftor. lib. 4. c. 3.* Οἱ δὲ ἀφ᾽ τῶν Θρακῶν καὶ Μηδικῶν ἀφ᾽ τῶν

ἀθροίσων τὸ πλῆθος ξυρίσων τὰς κεφαλὰς, καὶ τὰς γενείους κειρόντων τὸ πρόσωπον παντάπασι. *Qui circa Thebaidem incolunt, ob copiam arboris ficulneæ fructum & nucleo exempto incidunt, ac in massas & globos redigunt.* Nam παντάπασι nihil aliud est, quàm πανδαπασῶσι, ut Hesychius ait, prunorum, ficorum & similium. Quemadmodum hodieque ad nos afferuntur ficus, in massas & globos conditæ in sportellis junceis, V. supra in vocibus *Massa* & *Offa*. Atque hinc globum crinium in medium congestum & concumulatum παντάπασι aut πανδάπας appellatum olim esse, nonnulli censent: quem etiam *corymbium* & *botrunatum* dixere. Sed modum illum comendi, quo in unum coma glomeratur, σκυλάκωσις dictum esse, quòd aurea forte βόστρυχα vinciretur, statuit ex illo Poetæ,

—— —— *Crines nodantur in aurum:*

Claud. Salmasius *Exercit. ſuis ad Solinum pag.* 764.

Palatii Comites, iidem cum *Comitibus Palatinis*, varii occurrunt apud Auctores. *Comites* enim *Palatii* habuisse Beneventanos in Italia Principes, colligitur ex *Diplomate* Pandulphi & Landulfi Principum, quod extat in *Chron.* S. Sophiæ Benevent. *pag.* 661. Gothicos quoque Reges, Sebast. Salmantic enſis Epiſc. docet, qui ultimus in *Rumirivo I. Rege* 880. recenſet, *Negotium, Aldericum* & *Pisaldum*, qui fuisse in ipsum Regem infensi: Regum dignitatem usurpare annixi sunt: unde magnam ejusmodi Comitum & in Hispania auctoritatem fuisse, conjicere licet. Similiter *Comitem Palatii* nescio quem *Hamedeum* Adalberonis I. Epiſcopi Metenſis *Diplomatibus* anni 942. subscripsisse, inter Comites alios & Proceres, observat du Fresne apud Meursium *pag.* 307. & 309. qui quidem in Lotharingia hac dignitate donatus fortean fuit ab Ottone Imp. postquam hanc subjugavit, uti narrat Hermannus Contractus *ad A. C.* 939. Ebronio quoque Majori-domûs eandem titulum tribuit Auctor *Vitæ S.* Drausii Epiſc. Sueſſion. apud du Fresne *Differtat. ad Joinvill.* 14. Nec omittendi *Comites Palatii Lateranenſis*, qui quales fuerint, & quænam eorum dignitas ac prærogativa, docemur ex *Formula* Conceſſionis istius dignitatis Caſtrucio Duci Lucano, ab Imp. Ludovico IV. factæ A. C. 1328. quam deſcripſit Goldastus *Conſtitut. Imper. Tom. I. pag.* 329. qua, ex aſſenſu Procerum, eidem Caſtrucio & ſucceſſoribus masculis Comitatum S. Palatii Lateranenſis, cum omnibus ad eum ab iſcum & S. Rom. Imperium juſtis & legitimis de cauſis devolutum pronuntiat, concedit, cum omnibus honoribus ac privilegiis eidem dignitati annexis. Quorum quidem privilegiorum prærogativam hîce verbis exequitur: *Declarantes & nunc per hoc noſtræ Serenitatis indultum, tibi & prædictis ſucceſſoribus tuis, ex prædictæ Comitatus dignitate, competere jus aſſiſtendi perpetuo benedictioni, ſacræ unctioni, & coronationi Succeſſorum noſtrorum —— præcipue ſolicitati ac rogati ipſi & Romanæ Primi-cerio, tempore coronationis —— ad ſacram unctionem de ipſis faciendam & eandem —— tenendi & juvandi in ipſa ſacra unctione & aſtu ipſius & eadem unctione perfectâ, eos reducendi & ſociandi ad altare & thalamum, prout & quoties Principes expedium redire. Item ſus levandi & tenendi imperiale diadema, de noſtro & ſucceſſorum noſtrorum —— capite, tempore quo Imperialis coronationis ſolennia celebrantur & etiam quocunque alio tempore, quoties publice ipſum diadema expedierit elevare de capite noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum regnoſ.* Iisdem Comitibus, in Charta *MS.* Caroli IV. Imp. pro Amizino de Bozullis LL. Doctore & Milite & Joanne de Bozullis, Catanei, Papienſibus civibus, quam ex rel. *quodam Regeſto*, idem du Freſne eruit, conceditur, *per totum Romanum Imperium facere & creare Notarios publicos ſeu Tabelliones & Judices ordinarios —— de prædictis per penam & celamum inveſtire —— ſingulos & ſingulas baſtardos & baſtardas, manſeres & natos & natas ſeu defectibus natalium patientes, illuſtrium Principum, ſtabilibium Comitum & nobilium Baronum natis exceptis —— legitimare &c. A. C.* 1370. Quos *Comites Lateranenſes* vocare videtur Leo Oſtienſis *lib.* 2. *cap.* 101. Unde autem Palatio Rom. *Laterani* nomen indtum ſit, pluribus docet Baronius ann. 312. num. 83. 84. Sed & Romanos Pontifices ſuos habuiſſe *Comites Palatinos*, docet idem ſæpius laudatus du Freſne, ex *Bulla* Joannis XIX. cujus frater Albericus Comes Palatii interest Judicato, quod ipſe Pontifex protulit in Aede S. Sylveſtri, infra Palatium Lateranenſe, V. cum in voce *Comes*, ut & infra.

Palatina Tribus, una ex quatuor Tribubus urbanis, à Servio Tullio Rom. Rege inſtitutis, denominata eſt, ſecundùm Varronem *de Ling. Lat. lib.* 4. a monte *Palatino*, quem cum Foro & Capitolio obtinebat. Meminerunt ejus omnes ii, qui Suburanæ quoque, Eſquilinæ & Collatinæ, ſeu, ut alii, Collinæ, mentionem fecêre; cujus nominibus reliquæ Tribus urbanæ erant inſignes: inprimis verò Cic. *Orat. 2. in Verrem*, & *Claudius C. F. Palatina*, in quem locum Aſconius videatur: Et alibi, *L. Claudium Palatina.* Plurima inſuper antiqua marmora illius memoriam retinent, in quibus ſere his verbis notatur, Pal. *Palat. Palatin. Palatina & Palatenæ*: Quas inſcriptiones explicat Onuphrius Panvinius *Comm. de Reſpubl. Rom. lib.* 2. V. Joh Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 15. & Sigonium *de Jure Rom. lib.* 1. *cap.* 3.

Palatina Venus, L. Craſſus Orator à M. Bruto in jurgiis dictus, memoratur Plinio *lib.* 36. *cap.* 3. quòd primus peregrini marmoris columnas, *Hymettias tamen, nec plures ſex aut longiores duodenum pedum, in Palatio habuerit.* Qualium poſtea columnarum vix ullus artium habere ſuſtinuit. Poſt eum enim mox M. Scaurus duodequadragenum pedum Luculleï marmoris, in atrio, collocavit. *Ibid.*

Palatini, Scholaſtæ Juliani Antecceſſoris *cap.* 28. *Omnes qui in palatio militant*: quibus ſecundùm nonnullos *Caſtrenſes* oppoſiti; in qua ſententia & Salmaſius aliquandiu hærens, put. vit ſeparatum olim ac diverſum fuiſſe miniſterium Imperatoribus, Aulicum five Urbanum, ac Caſtrenſe, & *Caſtrenſes* quosdam dictos eſſe, qui in expeditionibus obſequium Principi præſtarent eosque diſtinctos ab Urbanis & Aulicis Miniſtris cum commodum & ſuperſedilem alium videntur urbanam habuiſſe, aliam caſtrenſem. Poſtea verò, ſe erraſſe ipſe deprehendit, atque verius eſſe dixit, *Caſtrenſes* dictos eſſe omnes *Palatinos* Miniſtros, quòd ſemper adeſſent Principi, nec tantùm in Aula vel in Urbe, ſed in caſtris etiam obſequium illi & miniſterium exhiberent, ac in omnibus expeditionibus eum ſequerentur: Nam quo unquæ iret Imperator, id *Expeditio* vocabatur. V. Salmaſium *ad Lampridium in Alex. Severo.* Hinc *Palatini*, Proceres, Optimates *Palatii*, in *Vita S.* Gruſilî *cap.* 7. *Primores palatii*, apud Poëtam Saxonicum *Palatini Principes*, apud Claudianum *Palatinus Senatus*, in *de IV. Honor. Conſul.*

—— *Et in mediis effulget Curia caſtris*,

Ipſa Palatino *circumvallata Senatu*; &c.

E' qua Nomenclatura, Scriptoribus Francicis infimæ ætatis, *Palatini* dicuntur Regni Proceres. Liber de *Caſtro* Amboſiæ *p.* 567. *Quæ nullæ de* Paladinorum *ſtirpe deſcendit, ex linea Regii ſanguinis.* Iidem ita vocarunt ſeu vetos ſeu fictitios Caroli M. comites expeditionum & præcipuos optimates Duces, Orlandum, Renaldum Oliverium, Ogerium, quos *Paladines* etiam appellatos fuiſſe, obſervat Laonicus *lib.* 2. *p.* 57. *edit. Genev.* Redeo ad primam notionem, quâ vox cum *Caſtrenſes* vocabulo æquipollet. Non vetò *Caſtrenſes* ob id dicti ſunt, quòd in caſtris, h. e. comitatu Principis, verſarentur: Aliàs enim etiam Corporeſcuſtodes, Protectores & Domeſtici, qui latus Principis protegebant, & militiam ſequebantur annatam iſte nomine donati fuiſſent dictiquos tan en conſtat nunquam ita vocatos fuiſſe. Sed nec omnes, qui *Palatini*, rum matriculis adrinebantur, hoc nomen habuere. Nam qui in ſeriniis Imperatorum militabant, id eſt, memoiæ, epiſtolarum libellorumque, in numero ac ſub nomine Caſtrenſium miniſtrorum nunquam fuere; ſed nec Admiſſionales, nec Cubicularii, hac appellatione cenſebantur. Aliquot Miniſtros ex his, qui proprie *Caſtrenſes* dicebantur, nominat Lampridius *Lucium Fullonem, Victores, Pollionem, Pinternum*, Videntur & *Coci & Piſtatores & Balnatores & Curſores* etiam, qui *Admiſſi* principi vocabantur, & ad liquod miniſterium, in Aula, gerebant, ſic appellati. Iſtius modi Miniſtros ita deſcribit Corippus,

Adſuis obſequio caſtrorum turba nitorum,
Illis ſumma ſides & plena licentia ſacris
Deſervire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales menſas equiſi ornare ſuperbis,
Conſervare domum, ſanctiſſimque intrare cubile,
Internas munire ſores noctisque ſopitæ.

Dicuntur illi *Sacri Palatii miniſteriâ*, in Conſt. Theodoſ. & *Sacro Miniſterio deputati*, C. de *Caſtrenſibus l.* 4. militatibantque ſub Caſtrenſi ſacri Palatii, qui & *Caſtrenſes* ſimpliciter dicebatur, *l.* 3. *Cod. Theod. de privil. eorum*, qui in *ſac. Pal. mil.* qui eadem lege ſeparantur à *Palatini Scriniorum* & ab *Admiſſionalibus* ac *Largitionalibus Palatinis*, quorum hi poſtremi rei privatæ & largitionales titulos exigebant, V. in utroque Cod. tit. *de Palatinis ſacrarum largitionum*, &c. ac iterum Salmaſium & Car. du Freſne *Gloſſar.* Ita ergo apud Romanos Græcosque Imperatori, qui Principis, qui Principi, qui Principi æque miniſtrabant; atque poſtea apud Francos, iſtorum inſtituta nominaque ut plurimum imitantes, Aulici in *Palatinos majores minoresq.* (quali Germ. diceres *Ober- und Unter Hoff- Aemter*) diſtincti fuere. Primas autem tenere *Palatii Comites*, quibus præcipua pacis bellique negotia innitebantur; ad quos à minoribus judiciis provocatio fuit, exceptis Proceſtum cauſis, de quibus, ſiti Regis mandato, judicare erat neſas. Atque iſtos munere, Merovingorum tempore, tenuisse patriciatus, quos dignitatum, ut videtur, ſub Carolo M. plures conſtituente, ut diviſe dignitati, cujus occaſione Pater Avus que Merovingios honore Regio cuerant, minor, & regnantibus tutior potentia eſſet. Et, ut concere licet, ex omnibus, quibus Franci imperitabant, provinciis delecti, qui Aulam colerent, popularibus quisque ſua jura dicentes redden. te. Poſt in provincias miſſi, qui *Pfaltzgrafen* vocarunt titulo ornati Cæſarum Regumque vice, tribunalia præsiderent, Fiſcum Augusti, prædia Saliça, reditus Regios curarent, cenſus præſtiterent, tanis equidem auctoritate, ut invitis iſtis Duci Provinciæ, quem dignatione proximè contingebant, ſtatuere equid aut decernere neſas eſſet, ad Cæſarem relaturis, ſi huius ſententia diſpliceret. Promagnitudine verò provinciæ, uni plures ſæpe *Palatini* præfuere. Et quidem vel unam Saxoniam quinque talibus Dicaſteriis, *Pfalzgrafen* ſeu Curtis, Cronæ nim. Werlici, poſt Goslariæ, Walhuſæ, Alfeldi & Merſeburgi, gavisam, *Spec. Sax.* Auctor memorat, *l.* 3. *art.* 62. nili Cæſari.

Cæsaribus forte ista loca destinata, Curias ibi habituris, si advenissent, v. infrà in *Palatium*. Cùm autem quatuor velut insignioribus provinciis Germania fere componeretur, Saxoniâ nempe, Bavariâ, Francon icâ atque Suevia, singulas sui *Palatini* habuere, cæteris potestate atque dignitate potiores. Inter quos, & abiorptis forte duobus reliquis, Saxoniæ (qui tamen post Guilielmum, ex Misnica familia, titulo isto uti desierunt) & maxime *Palatini Rheni* eminuere, quorum illud præcipuum inter alia munus honoresque, ut, vacante Imperio, iste tractum Saxonicum, qui Saxonico fc. jure regebatur, hic Rhenanum cum provinciis Francicojure utentibus, vice sacra gubernarent. Cæterùm quas ii ante quinque vel sex lecula terras tenuerint obscurum est, quandoquidem vel. *ipsos Palatinos Rheni*, in inferioribus Rheni partibus, longè lateque imperasse, quidam asserant, Pipinorum, qui apud Francorum Reges e familia Merovingorum Palatii præfecturam obtenit, ut volunt, sanguine oriundos. Illud certum, ortum circa Heidelbergam, quæ nunc *Palatinatus* illius metropolis est, tractum alienæ cum dit onis fuisse, cujus fc. pars quædam ad Moguntiæ Wormatiæque Præfules, alia ad Badenses, alia ad alios, quædam etiam ad Imperium immediatè spectarint, quorum pleraque post *Palatini* pecuniâ, armis aliisque modis sibi asseruere, præsertim postquam adjuncta Palatinatui Bavaria vires Principibus istis addiderat. Horum verò *Palatinorum* plures gentes Auctores referunt, Lotharingicam, Hassicam, Francicam, Saxonicam, Suevicam, Guelphicam & denique Wilelmachinam. . . . et in tanta rerum caligine, certi quid affirmare non licet. Illud certiori aliquantum fide conslat, Fridericum I. Imp. fratrem Conradum, maritum Elisabethæ Conrado Franconiæ Duce & *Palatino ad Rhenum Comite* genitæ, *Palatinatu* auxisse. Hujus filiam Agnetam duxit Henricus Dux Saxoniæ & Luneburgi, atque simul terras istas ac honorum adeptus est. Hujus rursum filia Gertrudis, seu, ut alii, Agnes, nupsit Ottoni Comiti Schireni, ex veteri familia Bavariæ Ducum oriundo, cujus conditor Arnolfus, *Schireshs Com.* titulo ac conditione uti coactus est, postquam pater Arnolfus cognom, *Malus*, Bavariæ D. ob cœptam adversus Conradum I. atque Henricum Aucupem Imp. rebellionem, Ducatu isto fuerat multatus. Alii tamen filio Ottonis Ludovico, beneficio Friderici I. alii, nepoti Ottoni connubio cum Agnete ista, obvenisse *Palatinatum* hunc volunt, &c. V. Marq. Freherum *Orig. Palat. Part. I. cap. 2. & Part. II. cap. 1.* Rubeum Thom. I. Leod. *de Palat. Orig.* P. Pitheum *Observat. de Palatin. Bertium Rerum Germanic. lib. 2. cap. 10.* Lehmanium *Chron. Spir. lib. 2. cap. 6. & 13.* Joh. Aventinum *Annal. Bojorum lib. 4. pag. 323.* Pomarium *Chron. Saxon.* Specilum Suevicum *lib. 1. cap. 19.* aliosque complures, laudatos Tobiæ Plannero *lib. de præc. Germaniæ Principum gentibus cap. 3.* Addam ialtem, *Palatinos ad Rhenum* divilos in varias elle lineas, *Electoralem, Bipontinam, Simmernensem* (quæ haud prudenter omissa) *Neoburgicam, Sultzbacensem, Lauterecinam* seu *Veldentiam* potius, *Rivershtiam & Lucelsiensem*, quæ eadem hodie cum Veldentia. Præter quas olim quoque fuere *Ambergensis, Neumarchia* (ex qua Christophorus factus est Rex Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ A. C. 1448.) *Mosbacensis, Neostadiana & Lauterensis*: quibus etiam nonnulli *Leuwsteinam* accenlent. Atque hi omnes originem duxere, à posteris Ruperti Imp. Rom. & Electoris Palatini. V. de hodiernis Serenisi. hujus tituli ligniis *passim*. Præter *Comites* verò *Palatinos* memoratos, *Palatinorum Comitum in Lusatia* meminit Lamb. Schaffnaburgensis, A. C. 1057. *Comitem Palatinum* Ottonem filium in Burgundiæ Comitatu, inltituisse Friderieum I. Imper. auctor est Goltus in *Rerum Sequan. lib. 2. cap. 37.* Serem *Comitum Palatinorum Francie*, qui ab ipsis Regni incunabulis, in Regum Palatiis, cauiis publicis præerant easque dijudicabant, exhibebimus infrà: erat autem eorum & in illa Aula summa auctoritas, ut qui vice sacrâ judicarent & summo jure. Unde Theobaldus Com. Campaniæ, qui Comes Palatinus quoque Franciam, *secundus à Rege* dicitur in *Chronico* Mauriniac. & dignitas proin hæc *Monarchia* appellatur *Palatini, in lib. de Fundatione Gorzensis Monasterii A. C. 1153.* ubi de Dodone Com. Palatino Saxoniæ. Porro quoque Comites hujusmodi habuerunt Reges Aquitaniæ, ex familia Francica, ut colligitur ex *Capitulari* Ludovici Pii pro Monasterio S. Crucis Pictav. *cap. 3.* ut & burgundiæ Reges, uti legitur, in *Charta* Cunradi Regis ann. 6. in Anglia Comites Palatini quatuor recensentur à Cestrevello *lib. 2. cap. 5.7. Lancastrensis, Dunelmensis, Cestrensis & Eliensis*: quibus primus hanc dignitatem nactus est Cestrensis, quam Wilhelmus Nothus Hugoni ex sorore neporti concessit, Comitatum Cestriæ ei dando *adeo liberum, ad gladium sustin. sicut ipse Rex totam tenebat Angliam ad coronam suam*: quibus verbis dignitas Palatinatus innuitur, cujus auctoritatem Regiæ fuisse æquiparatam, dictum supra. Eandem postmodum dignitatem Lancastrensi Comitatui adjunxit Eduardus II. ut de aliis nil dicam, de quibus, præter Spelmannum, ominno dubitandum videndusest in voce *Comes*. In Regno Neapolitano *Palatini Comites Torcelli* qui etiam *Comites Comitum* dicti, occurrunt, sub Normannicis Regibus, in variis *tabb.* laudatis eidem, *Not. ad Cinnamum*; quandoquidem videntur dignitatem in Sicilia obtinuisse, qualem apud Francos, Comites Campaniæ, apud Anglos Comites Palatini præfati, apud Germanos Comites Palatini, de quibus itidem supra & apud Italiæ Reges, Comites Lomelli: qualem quidem in Sicilia Comitis Palatini dignitatem videtur habuisse Henricus de Claromonte, qui in *Charta* ann. 1412. apud Ughellum *Tom. I. pag. 268. Admiratius Regni Siciliæ & Comes Palatinus* dicitur: de aliis, v. supra, ubi de *Palatii Comitibus*.

Comitum Palatinorum Regni Franciæ series, ex eod. Auctore.

Sub prima stirpe.

Guelilo, sub Sigiberto Rege Australiæ.
Trudulfus & Romulfus, sub Childeberto.
Tacilo, sub Dagoberto primo, in *Gestis* Dagoberti *cap. 37.*
S. Wandregisilus, sub eodem Rege.
Badefridus, pater S. Austreberiæ, sub eod.
Aigulfus, sub Chlo doveo II.
Berthorius, sub eodem, apud Fredegarium in *Chron.c. 90.*
Rigobertus, S. Bertæ pater.

Andobaldus, sub Chlotario III.
Marso, sub Chlodoveo III.
Watno, sub eodem & Childerico.
Andramnus, sub eodem Chlodoveo.
Chrodebertus, sub Theodorico II. in *Vita* Leodegar. an. idem cum Chunrodebaldo, apud Doubletum.
Temulfus denique sub Childeberto II. apud Gregorium Turon. de *Miraculis S. Martini lib. 4. cap. 6.*

Sub secunda.

Wicbertus, sub Pipino,
Anselmus, anno C. 778.
Voradus seu Voradinus & Treautus, sub Carolo M. apud Eginhartum.
Ragonfredus, sub Ludovico Pio A. C. 817. an idem cum Reginero: quorum illius mentio est in *Charta* hujus Imp. istius in *Vita* Imp. eod. anno.
Bernardus, sub eodem,
Ranulfus, sub eodem,
Adhalardus I. sub eod. apud Eginhardum, ann. 822. 23. 24. cui succeserre, sub eodem Imperatore,
Bertricus, de quo idem;
Morhadus, de quo Theganus *cap. 45.*
Gebucinus & Ruodbertus, apud eundem Eginhardum *Ep. 9.*

Ansfridus, sub Lothario,
Hucbaldus, sub Lothario & Ludovico,
Rudolfus, sub Ludovico IV. in *Annalibus Franc. Fuld. an. 897.*
Adhalardus II. sub Carolo Calvo, in *Capitulis hujus tit. 43.*
Bodradus, *ibidem*
Hilmeradus apud Catellum, *Hist. Occitan.*
Boso,
Paulus, apud Flodoardum *Historr. Rem. lib. 3. cap. 26.* eodem sub Carolo idem dignitatis habuere.
Elduinus, sub Odone.
Guido, sub Carolo Simplice.
Robertus, sub Rodulfo.
Ragenarius, sub Ludovico IV.
Esteriebertus III. Viromandensis & Tiecensis Comes, sub Lothario.

Sub tertia.

Hugo Bellovacensis, sub Roberto, apud Glabrum Rodulf. *lib. 3. cap. 3.* quam etiam sibi asseruere Comites Tolosani aliquot, atque in iis Poncius, Willhelmus & Raymundus Sanctegidianus. Sed hanc præterim retinere, ab Heriberto, ut probabile est, jure quodam hereditario ad se devoluram, cæteri Comites Campaniæ & Blesenses: qui passim *Comites Palatini Franciæ*; & interdum, suppresso *Palatini* vocabulo; *Comites Franciæ* aut *Francorum* vocitant. Sed & observat Mejerus A. C. 863. Comites Flandriæ interdum *Comites* pariter *Francorum*.

Palatini Ludi, quòd in *Palatio* monte celebrarentur, Cicer. quibusdam in honorem Julii Cæsaris, aliis in Augusti potius, instituti videntur; V. Alexandrum ab Alexandro *Genial. dier. l. cap. 19. & lib. 56. cap. ult.* Et fuvet posteriori sententiæ Dio, qui ludos Augustales & *Palatinos* eidem Augusto sacros facit, *lib. 56.* cùm ait: *Decretum porrosit, ne quis ejus imago ullo in funere vehretur, ut nautilibi ejus ludis Consules, quem admodum Mortis festum solitum, præmia certaminum proponerens, Augustalia Tribuni Pl. tanquam sacri celebrarent. Iisque omnia veligna eo, quo consuevissent fieri, more peregerunt, vesse triumphali ludis Circensibus usi, currum tamen non consenderunt.* Præter hæc in Palatio *Livia præsertur ludis in honorem Augusti facti, qui ipsi quoque secundo loco ab Imperatoribus exhibentur* &c. Meminit quoque Ludorum Palati-

norum Suetonius *in Caligula c. 16. Cùm placuisset* Palatinis *ludis Spectaculo egressum* (Caligulam) *Adeptæ aggredi, primas sibi partes Cassius Chærea Tribunus cohortis Prætoriæ despopondit.*

Palatini salii, dicti sunt duodecim illi Salii, quos ex Patricio ordine electos, Marti sacra in *Palatio* (unde illis nomen) celebrare voluit Numa Pompilius; qui ut pleraque Romanorum sacra, ita etiam hoc Collegium instituit, ut testantur, Livius, Dionysius, Plutarchus &c. Sed de his plura V. infrà, in voce *Salii*.

Palatinus, nomen dignitatis in Hungariæ Regno præcipuæ, de qua sic habent Decreta Andreæ Regis Hungariæ A. C. 1222. *cap. 10. Palatinus omnes homines Regni nostri indifferenter dijudicat, ad causam Nobilium. Quæ autem ad proditionem capitis rei ad destructionem possessionum pertinens, sine conscientia Regis terminare non possit.* Ejusdem porrò prærogativæ sunt eæ: Si regium tenendi electrie, in alterius electione primam vocem habet; Si Rex filium hæredem, in tenera ætate, reliquerit, ejus Turorem agit Regnique Gubernatorem, ac diætas indicit, Exercituum Dux & supremus Capitaneus est, juxta tamen voluntatem & arbitrium Regis, Controversias Regni Regum dijudicat, in controversia inter Regem & subditos arbiter est; Regis, si negligens sit aut minime idoneus, defectum supplet; si Rex in Exercitum pergat, eius Vicarius ac Locumtenens est &c. Car. du Freine *Glossar. Vice-Regem* eum vocat Auctor Anonymus *Hist. Orbis Terr. Civ. cap. 9. num. 4. Vice-Pex peculiari nomine* Palatini *insigniter ad imitationem veteris Comitis Caffrorilis Sacri Palatii, quem Græci Comitem palatii dixere.* Cui simile est addit cognomen *Bani*, quod Gubernatorium Regnorum ab Hungaria ependentium, Dalmatiæ, Croatiæ & Slavoniæ, tribui notum. Nec omitteudus, in Ecc. CPolitana, *Παλατίνος*, *Palatinus*, minister Patriarchæ, qui ejus nomine in *palatium* ad Imperatorem ultro citroque commeabat & sermones ac voluntates communicabat, memoratus Nicetæ *in Alexio Man. F.* V. Cl Suicerum *Thesaur. Eccl.* in hac voce, ubi & de *Militia Palatina*, ecorum, qui in aula versabantur, de quibus supra, & de *Patriibus Palatinis* quæ genere a Constantino M. Consularis tempore, populo donato, quædam: adde J. Meurfium *Glossar.*

Palaunus Mons, adde: Virgilius illis, qui ab Evandro, in proavi *Palantis* memoriam, monti nomen volunt imponi tum, adstipulari videtur, *Æneid. lib. 8.*

——— ——— *Postare in montibus Urbem*
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

V. Servium *ad loc.* Quid quid sit autem de origine nominis, hoc certè constat, inquit Rofinus, Romulum hunc montem primum omnium muro cinxisse, & in eo Romam quadratam condidisse, quæ postea additis semper aliis atque aliis montibus colibusque Pomerio prolato ampliata, & Urbs septicollis, ut sæpe numero ab Historicis vocatur, facta est. Fabius tamen apud Signonium de *Jure Rom. lib.* 1. c. 2. Romam, ut primò condita erat, in formam arcus, cujus sinistrum Tibris efficeret, delineari legitur. Alioquin alium montem Romulo placuisse ab eo, quòd Urbem conderet, propterea ait Rofinus ex Dionysio, quòd Mons hic frateribus expositis incolumitatem ac educationem præbuisset, auspicio insuper 12. vulturum, qui Romulo Imperium addixerant, accedente. Hinc non à Romulo solum ac Tullo Hostilio, is habitatus, sed in eo fedes fixa est Imperii etiam sequentibus temporibus & omnes feu Regia Augustorum: cum ab Octavio Augusto deinceps omnes Imperatores Romani non alibi, quàm *in Palatio*, habitaverint. Quo factum, ut hodieque cuinvis Principis Aula ac splendidi hominis domus *Palatium* nuncupetur. Cœterùm, cùm ex tribus his gentibus, Ramnensibus, qui cum Romulo primò urbem condidere, ex Pastoribus Albanis aliquotque aliis Græcanici generis mixti: Sabinis, qui dein *Tatienses* dicti, à Tatio R. & colluvie Etruscorum, Aretiatium, Latinorum &c. qui *Luceres* appellati funt, Populus Rom. primitus conflitiffet, ibani cœterique primo loco memorati *Palatium* & Cœlium montes habitaverunt: loca inter *Palatium* & Capitolium plana, atque circum Forum, incolentibus Luceribus. Templa aliaque celebria ædificia, quæ in hoc monte olim fuere, recitantur ab Onuphrio Panvinio *in reg. 10.* eque illo à Joh. Rofino *Antiqq. Rom. l. 1. c. 12.* quorum aliqua infrà exhibentur, Templa nimirum Ædesque: hodie fuffoffionibus & subterraneis specubus totus eft quafi perfilis, & aut ruinis deformatus aut herbis occupatus. Habet autem ad Ortum Sobsurram & Cœlium; ad Occ. Forum Romanum & Capitolium, ad Meridiem Circum Maximum & Aventinum, ad Septentrionem, viam Sacram & Templum Pacis, Rofinus *lib. cod. cap. 4.* Addam, inprimis celebrem hunc montem Afylo fuiffe, à Romulo inftituto, ut omnes, cujuscunque etiam facinoriseri, eò confugientes falvi eflent; quemadmodum idem de Cadmo, cum Thebas conderet, legimus: Crotoniatæ quoque parem immunitatem iis, qui ad Deorum aras confugiffent, indulfere, ut docet Alex. *Genial. dier. lib. 3. cap. 20.*

Templa, Ædes, Ædicula in hoc monte.

Apollinis Palatini templum, dedicatum ab Augusto, ubi lychnuchi pendebant inftar arboris mala ferentis: cum porticu & area, in qua fuerant fimulachra Dei Apollinis, opus Scopæ. Infignis ibidem fuit Porticus templi Apollinis cum ftatua M. Varronis.
Augufti templum.
Conſi ædes.
Deæ Viriplacæ ædes.
Dijovis ædes.
Febris Templum cum ara.
Fidei templum.
Fortunæ Virilis ædes.
Jovis Arbitratoris Pantapolon:
Propugnatoris,
Statoris,
} Templi.
Victoris ædes.
Junonis Sofpitæ Delubrum.
Larum Sacellum in Velia.
Latonæ Delubrum.
Matris Deûm feu Magnæ Matris Templum cum fimulacro ejus ex Peffinunte advecto.
Minervæ Delubrum.
Orci ædes.
Palatii delubrum.
Quirini Templum, prope Lupercal, ubi erat fignum lupæ, præbentis duobus pueris, Romulo & Remo, manas.
Rhamnufiæ ædes,
Veftæ ædes.
Victoriæ ædes.
Victoris Jovis, *V. fupra.*
Volupiæ Sacellum. Addit Aurelius Victor, in Palatio Cæfarum, Aram Febris & Palatinam Æc.

Palatium, Imperatorum Regumque Aula, ut & fplendidorum quorumque hominum magnificæ ædes; unde nomen traxerit, dictum *fupra*. Suidas à capite hominis recenter occifi, dum locarentur ibi fundamenta, reperto, nominis originem arceffit, quod apud nullum alium, quod sciam, Auctorem reperire eft. De fplendore, dignitate, antiquitate, elegantiæ & accuratæ, uftore, Dio *lib. 53.* Καλὸν] ἢ ἐν βασιλικῷ παλατίῳ ἢ ἐν ἰδιωτικῷ τινὸς οἴκῳ ἀνατρέφεσθαι· καὶ ἐστὶ ἐν τῷ παλατίῳ ὁ Κάσσιος φόβος, ἐπεὶ τὸ ἐμβλέπειν ἐχρῆν, ἢ ἐκεῖ ἢ ἐν τῷ ἐμοὶ ἐπιτηδείῳ προσκοπεῖν, ὥστε μὴν οὐκ ἐν δόξῃ τὸ πιστεύειν ὄφειλε λαβεῖν. *Imperatoris autem ædes* Palatium *nominatur, non quòd ita aliquando de rerum fit, fed quòd in* Palatio *Cæfar habitabat ibique Prætorium ejus erat ac nonnihil comitis ejus, ab eo quo monte propterea, quòd ibi quondam Romanus habitarat, fplendoris accepit.* Claudianus *de 6. Honorii Conf.*

Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exultatq; habitante Deo.

Id eft, *Imperatore.* Suidas: ὅτι δὲ Αὐγοῦστος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἀυτοκρατόρων ἐν τῷ Παλατίῳ ἐκατοικησαν κρόσφυγοι οὐκ ἴσμεν, ἴσμεν δὲ ὅτι ἐκεῖ ἐβασίλευσεν ὁ Αὐγοῦστος. *Quòd autem Augustus & alii Imperator domicilium fuum habuerit, tamen id quidem* Palatii *nomen obtinet.* Patia Claudianus *loco cit. ubi Roma Honorium allocutus,*

Cur mea quæ cunctis tribuere Palatia nomen,
Neglectis fpectent fenio, nec credimus orbis
Illis poffe regi ?

Ædes Romuli *Palatium* dictum, vult Scholiaftes *Juvenal. ad Sat. 6. verf. 527.* Quæ non ultra Valentinianum in fplendore fuo remanfiffe, funt qui contendant; fed Maximus Valentiniani fuc. ceffor, *Palatinis inclufus limitibus* dicitur, à Sidonio Apollinari *lib. 2. Epift. 13.* & Caffiodorius *in Chron. Hermenerico*, inquit, & *Bafilico Caff. Ritimeris fraude ut dicitur, Severus Rome in* Palatio *interemptus eft.* Hic quoque conventus agebatur Procerum ibi temporibus, cùm de eligendo Imperii Successore agebatur. Conftippus de *Laudibus Aug. Juftini min. lib. 1. num. 17.* ubi etiam liquet, Senatu ibidem habito de honoribus defuncto decernendis deliberatum eft:

Caffigatis, morus & plena Palatia *narrat*
Convenis Procerum: Frefi fenioris ademti,
Dilecti Numen ftruerunt qui mœfti peracta.

Tuebantur autem *Palatium* excubiæ ftationarium & legionariorum militum. Idem *lib. cod. num. 12.*

Excubiæ primùm, quæ fumma Palatia *fervant,*
Imperium fedis domitis intranfitus opiant,
Et cunctos aditus armato militis vallant.

Præeratq; ei virfummæ apud Imperatorem auctoritatis, præfertim translato Conftantinopolim Imperio. Unde in officiis Aulæ Byzantinæ mentio eft τῆς φοιβεντίνης ἢ μεγάλου Παλατίου, *Præfecti sui Prætoiis magnorum Palatiorum.* Dicebatur verò *Cur palatii, lib. de Offic. Conftantinopp. p. 47.* Item *Cura palatii*, unde prior vox orta, Ammian. *lib. 14.* Item *Ædes Apollinaris Dominani gener paulo ante agens Palatii Cæfaris curam &c.* Cujus munus, ut *virga aurea decoratus, inter obfequentia numerofa, ante pedes regis primus incederet* Corippus Africanus *lib. 1. num. 8.*

Cum magni regeres divina Palatia *Patris,*
Par extans curis, folo diademate dirpar,
Ordine pro rerum vocitatus Cura Palati,
Dijfitius nam Cæfar erat, cum fcepira teneret
Fortis adhuc fenior.

Ubi tamen pro *Cura Palati* quidam malunt legere *Curopalates* quæ vox fenfim in vetera eft. Meminit ejus P. Diaconus *lib. 16. Efficitur ei hujusmodi fucceffor, Juftinus Curopalates*: Georg. Cedrenus & Joh. Zonaras *tom. 2.* in vita Juftini, in Leonis Iauri, à quo Archabasdus eum honorem accepit, & Inftaurati, Καισαρίου τὸν ἀρχιβασιλέα, ἢ τὸν Curopalates, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν Καισαρικῶν ὁμοῦ ἢ τῶν

Sic τὸ τοιχῶν & ἀνεκλογικῶν. Et Curopalate similis quoque vestimenti Pincernæ, ac fine judiciali stepro. Cui Magistratui similis apud Gallos fuit, *Majordomus* Eginharto dictus *in vita Caroli M.* & Vinc. Lupan. *de Magistrat. Gall.* qui regiæ Aulæ curam gerebat. V. Thom. *de Pulatiis* Publicis Regum Franciæ infra. In Theatris quoque tragicis *Palatia* Regum, penfilibus tapetibus obd. ctis, variam Scenæ magnificentiam ornarerur, partium urbe ejusdem ædium species vera exhiberetur, erigi fuisse folita, idem docet, *in lib. 5. cap. 10.* probatque variis ex Antiquitate exemplis, etiam Heroicis temporibus ifiusmodi Regum fedes tapetibus fuisse instratas. Unde *aulæa* Regum Auson. *Eidyll. 5.* &c. Imò aduad recentiores, in Monasteriis quoque *Palatium* memoratur, Petro Diacono Casin. *de Miracul. S. Bened.* fed quæ pars ædium Monasterii fuerit, non omnino liquet ; nisi fuerit domus Abbatis, quam *Aulæ* nomine donat Auctor *Vitæ* Hermelindi abb. *num.* 30. Sed & id nominis c æteris quoque Dignitatum seu Officialium Monasterii ædibus , in vet. fcheda , apud Angelum à Nuce , tributum legitur. Interdum pro *Refectorio* etiam seu majori Aula usurpatur, ut in *Regula* Militum Templariorum in Concilio Trecensi A. C. 1127. *can. 8.* seu potius pro cellis, vel quibus vis ædibus Monasticis, ut in vet. *Chartis* Sancti R. qui ad Canonicorum abit. quod ad. Du Frefne *Glossar.*

Palatia quadam sub Regia Asyriorum, ex Procopio Siculo, in Europa.

Chingen Metropolis est Suchinensis prov. in Sinis, Emporium splendidissimum, ubi Rex è Taimingæ familia habitabat, cujus *Palatium* 4. milliaria Italica fuo ambitu complectum in ipso urbis mediotullio , quatuor portis exornatum erat, *p.* 225.

Conftantinopolim missus à Berengario Italiæ R. ad Conftantinum Imp. 950. Luitprandus Diaconus Ticinensis *Palatium* Imp. fic describit *lib. 6. cap. 2. Erat*, inquit, *Regia ornata sumtuosissime, ibi area in aurata arbor, ante ipsius Imperatoris solium assurgebat , exaptis magnum in modum ramis aneis atque in auratis : in his frequentissima variarum specierum aves arte confectæ , quarum singulæ species propriis voces cantusque emittebant, incredibili arte. Regium autem solium miro erat confectum artifi io, ut momento videretur humile , postea momento in sublime elatum appareba , ut velut sotaris compar conspiceretur, nullis conspectis instrumentis aut machinis: Erant fedilia ejus amplissima, quæ leonum simulachra auro tecta nitidiùs viderentur. Delatus igitur est Luitprandus in Imperatoris conspectum, dum enarium Eunuchorum humeris innixus , quos ubi eorum assistit, leonum simulachra illa vaqi tantum quendam emiere; avium quoque simulachra qualibet prosus specie vocibus obstrepebant. At cum prostus patium ab Imperatore distans illum adoraret in humili sedentem, vix erigens se vicem consficis illum tam , mutato imperiali amictu , juxta Aulæ lapicaria, jubilmon sedere p.* 230.

Fhokiena prov. Sinar um, habet ad Urbem Hinghoam, lacum *Chung* , in cujus ripa *Palatium* ingens decem aularum : in eo , quoties pluvia aut tempestas imminet, fonus velut campanæ audiitur, *p.* 225.

Galieni *Palatium*, ad Burdigalam , ab Galieno Augusto men habuerit : ibi triftes & segnes insignis quondam Amphitheatri reliquiæ. Id circumdabant parietes fex, eratque extimi, qui reliquos altitudine superabat & intimi omnium humilimi intervallum 86. pedes : Mediæ areæ longitudo , quam excipiebant utrinque portæ fingulæ, 214. latitudo 140. pedes patebat , ut hæc ovi figurâ construi mos erat. Extra Urbem femper fuit, à proximo monumento angulo passus minimum 400. Tutela vel *Palatium* tutelæ , & ipsum extra Urbem quadratum, fed propius Garumnam pomœrio prolato , in ipsam Urbem concluditur. Peritylium eft quadrangulum orthogonium longum pedes 87. latum 63. columnis adfurgebat ftriatis octo in longitud. & 6. in latit. quæ ftebant, in toto ambitu 24. è quibus adhuc nuper 18. ftetere V. eundem *p.* 234.

Haga Comitis , *Palatium* habet regium , foffa in arcis modum circumdatum , cui piscina perampla ad Septentr. objecta eft , à Guilielmo Imp. Hollandiæ Comite , extructum. In eo admirabilis artifi fabrica eft, quod latiffimum amplifimiq; non trabib⁹ collig atur, fed tolis lacunaribus elegantis operis , quorum materiam Hiberria fubminiftraffe dicitur, nullius venenati patientem. Idem *p.* 236.

Hemeskirkam prope , in Batavia eadem, reliquus fuperest caftelli circus, pyrgum Lugdunenfem circuitu ambitu referens , uliginosa & inaceffa palude ; in cujus meditullio editiffimum ftetiffe perhibetur ædificium, novem contignationes altum , ficut nautis phari ufum exhibuerit: cum pueo altiffimo & peramplo, quem credulum vulgus cuniculum habuiffe pervium fabulatur, ad armamentarium usque Rom. *p.* 236.

Junnania , Sinarum provincia, urbem habet *Tali* , in qua *Palatium*, cujus peribolus 5. ftadia complet , tota moles 10. perticas in altitudinem exurgit , *p.* 225.

Mogoris *Palatium* , V. descriptum *supra*.

Nero , in vestibulo ædium fuarum colossum 120. pedum posuit ; erant porticus triplices milliariæ, ftagnum, maris instar , circumfeptum ædificiis , ad Urbium fpecimen. Rura insuper arvis atque vinetis & pascuis , fylvisque varia , cum multitudine omnis generis pecudum atque ferarum. In cœtetis partibus cuncta auro lita , distincta gemmis unionumque conchis: cœnationes laqueatæ tabulis ebur neis verfatilibus, aut floreis, & fiftulatis , ut unguenta defluerent per fpargentem. Præcipuæ cœnationum rotundæ, quæ perpetuò diebus ac nocibus vice Mundi circumagerentur. Idem *p.* 229.

Pekinga in Sinis, *Palatio* fuperbit , quod 12. in ambitu Sinica ftadia continens, 4. habet portas, quatuor Mundi cardinibus obversas, muro triplici alto & forti cinctum. V. ejus defcriptionem apud eundem *p.* 217. & *fequ.* Dicam faltem, fluvio permeari magnarum navium patiente, qui per interiores *Palatii* partes in varios diftributus canales , utilitati fimul ac amœnitati inservit: Ibidem Forum esse homi num 30000. capax: ad fingulas portas 5000. militum excubare &c. Ut de Præfectorum ædibus , quas vere *Palatia* poffis dicere, nihil fuperaddam.

Persepolis, regiam habuit magnificentiffimam quam ab Alexandro M. inceníam fatendè describit ac dolet Curtius : De ejus ruderibus. V. fupra in voce *Chilminar*.

Pifauri, in Ducum Urbinatium villa Imperiali, ex arte confecta fedilia confpicuntur, quæ, quanquam pavimento fint proxima , momento tamen in laquearia usque tracta cum feflo ribus videntur , trapetiorum fimili vertigine : qui etiam fupra Solarium efterunt, non amplius conspiciendi. Idem *pag.* 233.

Salomonis *Palatium*, infactis *Domus fatus Libani* dictum longum 100. latum 50. altum 30. cubitos , de polito marmore , lignis cedrinis, auro atque argento decoratis , ac defuper tecto plano cum deambulatoriis , magnifice extructis , describitur I. Regum *cap.* 7. & apud Preyelium *Sine & Ener. p.* 216. Majeftatem ejus conjectare licet, à tempore 13. annorum , & operariorum multitudine, ad 163000 hominum affurgente , quibus ter mille tercenti præerant Architecti & *Ἐγγεγλυπτωμένοι*.

Scarponæ , *Palatium* ad Nauretium , describitur à Petro Divæo , qui numismata quædam antiqua ibidem fubinde erui extareque antiquum marmor, in quo artifice manu Mulier, talaribus induta veftibus, equæ infidens , calathum aut fimile quidpiam geftet , memorat, apud eundem *p.* 324.

Sinensium Palatia licet magnitudine , foliditate ac fplendore marmoreis Europæorum molibus cedant, amplitora tamen plerunque funt & ad utius humanos commodiora fæpe ac illis magis nitida.

Suchuena , V. *supra Chingus*.

Trojani *Palatii* reliquias , descripsit *ωΐλιανος* Petr⁹ de Vallelinen. *tom. 1.*

Valentiæ Hifpaniæ prope horti , non tantum citrio confti , fed etiam cireis pretibus vivente materiâ concluſi , ut dubites horti ne fint an ædes. Intus enim Aula, Conclavia, Curia, Item Sacella , Altaria , fedilia Canonicorum, Thronus Epifcopi &c cœtera hujusmodi. Præterea pavimentum laterculo quadrato , vitreatoque ac picto conftratum eft ; Describitur à Laur. Valla a. pud *Ad. Preyelium lib. cit. pag.* 232.

Villæ Romanorum , quid nifi *Palatia* ? Gordianorum villa una loco omnium : in qua Capitolinus ait, 200. columnas uno peristylio fuisse , quarum 50. Caryftiæ 50. Claudianæ, 50. Synnitides, totidem Numidicæ, pari meniura , in qua Basilicæ centenariæ quinq. Cœtera huic operi conveniencia &c. Thermæ, quales, præter Urbem, nusquam in Orbe terrarum: fuit autem via Prænestinâ. Apud eundem Preyelium *lib. cit. pag.* 230. Sed de his in voce *Villa* plura. V. quoque hic in voce *Palatium*, *Incasi in Lemovicibus*.

Palatium , locus Lemovicum , adde : Iftiusmodi *Palatia* Regiis feu Publicis , amplos fuisse reditus attributos annexosque, quibus Regia alteretur familia, patet ex *Vita* Ludovici Pii A. C. 796. ubi de Carolo M. *Ordinavit qualiter in quatuor locis hiberna transigeret , ut tribus annis exactis , quarto demum anno hyematurum fe quisque eorum fuscipere t locus: Theodvadum villa cum Palatium, Cassinogilum, Andacum & Eurogilum, quæ loca, quando ad quartum redibatur annum , sufficientem Regis ser vitio exhibebant expensam.* Neque vero Reges folum ac Imperatores , intra ditionum fuarum limitesiter facientes; fed & Miffi Dominici ac Regii, ne Populus eorum *mansionibus* graveretur, in hæc divertebant. Synodus Ticinenfis A. C. 855. *Sancimus , ut singuli conventus & exactores Rei publicæ in suis ministeriis — per loca solita resturentur*, Palatia , *quibus cum iter dicta verit , Nos Legatosque nostros valeant recipe-*

recipere, ne gravetur Ecclesia. Alii verò in iis hôspitare vetabantur. Etsi enim *Palatia* non modò *Regia*; sed & *Publica* dicerentur, usu tamen regionicre erant addicta, cùm quod *publicum* dicitur, Regii esse intelligatur patrimonii: Nam *Pallæ Regiæ & propriæ*ses dicuntur, in *Annalibus* Francor. Bertinianis A. C. 858. Vim vere *Villa*, ut & in *Curiali*. Etiam in hisce Palatiis *Palatia* tenebant, ac festa solennia Natalis & Pascharis cum apparatu celebrabant, ut *Annales* Francorum passim docent: Præfuitque illis Magistratus, qui *Provisor Regiarum villarum* dicebatur, ut fuit apud Byzantinos Ἄρχων τῶν Παλατίων. Quæ porro in singulis Regni provinciis complura erant Regum *Palatia*, ab ipsis Regibus distracta pleraque, & Proceribus postea concessa sunt, quod à Carolo Magno testatum esse, docet Auctor *Vitæ* Ludovici Pii: *Cæ*dein ab ipso Ludovico, *Annales* Francorum Mettenses. Sed Normannorum tandem incursionibus illa penè omnia deleta fuere, adeò, ut nulla ferme loci, ubi extructa fuerint, ac ne nomenclaturæ quidem, superfint vestigia. Ne tamen eorum penitus intercideret memoria, Locorum, qui vel *Palatiorum* vel *Villarum Regiarum* appellatione donantur in vett. chartis, & apud Scriptores Francicos, catalogum *Glossario* suo inseruit du Fresne, additis Scriptoribus, qui hanc mentionem faciunt, & quo nomina Palatiorum hic subjungere visum est.

Palatiorum Regiorum, in Francia olim Regno, catalogus.

Andiacum *Palatium.*	Jopila Villa publica.
Aquisgranum *Palatium.*	Kala, vulgò *Chelles.*
Arlaunum Jocundum *Palatium.*	Laudunum *Palatium.*
Attiniacum *Palatium.*	Liptinæ *Palatium.*
Bacrynum vel Basia *Palatium.*	Mamacca, Villa Publica.
Bigargium *Palatium.*	Mogontia *Palatium.*
Bremacum Villa Publica.	Nemetense.
Bruchariacum *Palatium.*	Neomagum *Palatium.*
Cambisonnum.	Noviomense.
Captronnacum *Palatium,*	Papia *Palatium.*
Carisiacum *Palatium.*	Parisiense *Palatium.*
Casinogilum *Palatium.*	Perona *Palatium.*
Cicpinum *Palatium.*	Pictavum *Palatium.*
Corbiniacum *Palatium.*	Pistiacum *Palatium.*
Divio *Palatium.*	Pontiliacum *Palatium.*
Dura vel Duira *Palatium.*	Pontio seu Pontico *Palatium.*
Eurogilum.	Romarici mons, *Palatium,* vulgò *Remiremont.*
Francorum furt *Palatium.*	Salmonciacum *Palatium.*
Gentiliacum.	Senonense.
Germiniacum *Palatium.*	Silvacus.
Gandavilla, Godinc villa vel Gundulsvilla *Palatium.*	Suessio Palatium, *Suissons.*
Heristallium,	Theodonis Villa *Palatium.*
Hisentiacum *Palatium,* à Mosella flum. 8. fere millibus constructum.	Theodvvadum *Palatium.*
Jocundiacum, al. Joguntiacum *Palatium,* vel Jogentiacum.	Valentianæ *Palatium.*
	Vermeria *Palatium.*
	Vernum *Palatium.*
	Vitriacum *Palatium.* De quibus quinam Auctores scripserint, V. apud præfatum

Glossar. Auctorem.

Palea, vel quòd palo ventiletur, vel à *Pale* frugum inventrice, vel à *Paulo*, vel à Gr. παλαιὸν dicta, quantumcunque vilis, Provideantiam tamen Dei efficaciter arguit: Unde Lucilius Vaninus Italus, qui scripto *de Arcanis Naturæ* libro Naturam omnium Deum profcssus, Thoiatæ, quò ex Italia profugerat, Atheismi postulatus crimen effet, criminationi hanc, quantum poterat, obtendit efficere conatus, coram Senatu fœtâ fortuitò è terra *Palea*, Judicibusque ostensâ: *Hæc jubet*, dixit, *ut credam Deum esse.* Inde ad Providentiam sermone prolapsus, ut factum in terram semen, ut elanguisse visum & mori, ut ex putrefacta albescit, ut viret & nascitur, ut senium crescit, ut adolescit rore matutino, ut luxuriat infusâ largius defuper aquâ, ut in aristas aramatur, prohibendis perspicuis avibus, ut insipuliam crigitur & frondescat; Ut flavescit provectius, demissoque ut superciliio languet, donec demetatur: ut postmodum triturator, & separato à *palea* fructu, grano homines, *palea* vivunt animantes reliquæ, facundâ oratione prosequutus; inde Deum esse Auctorem Naturæ concluit; & objectionibus, id ab ipso Naturæ alias tribui, regessit: Si id seminis Natura produxit, quis immediate proximum? Si & illi debita ex Natura processio, quis antecedens? donecad primum veniret, quod necessarium esset, creatum fuisse, cum non esset, à quo procederetur? E quibus oportet effici, *Deum creatorem omnium fuisse.* Quæ quamquam ab impiissimo homine, non adstruendæ veritati, fed dissimulandæ impietati, & supplicio averruncando prolata (convictus enim postea & ad rogum damnatus exutâ tandem simulatione & spretis, qui vel eundo ad meliora animo suppliciumsibi unti aderant, Monachis, inter cruciatus impietatem re-inuit) & refellendæ tamen huic & illi asserendæ, apprimè conducunt. Tob. Pfanner. *de Syncr. Theolog. Gentil. Par. cap. II. §. 5.* Eadem verò vox, *Palea*, præponenter ut titulus quibusdam capitibus Decretorum Gratiani, de qua acceptione variæ Doctorum sententiæ sunt. Quatuor diversas recenset Guido Panciollus de *Claris Leg. Interp. lib. 3. cap. 2.* Cùm verò *Gratianus*, librum *Eugenii III. Pontificis offerendum Romæ defunctus, Cardinali cuidam, Viro alioqui eruditio fed ambitioso, cujus opera ad Pontificem introduci voluit, legendum tradidisse fertur. Ille alienam laudem ipse transferre cupiens, voluminì quadam à Gratiano omissa inserui, seque operi autorem esse jactitabat. Monachus, hominis fraude intellecta, additiones illas* Paleas *esse respondit, quæ grano alibi condito innexæ redebantur; Paleam enim veteres Theologi literam fructis carentem vel sterile opus vocabant.* A quo tempore, *Capita illa* passim semper pro Paleis *fuisse* inscripta: *Cæterò. Alii* Paleas *ab eodem Cardinali Pompeio* nuncupari, *qui nomine etiam Italiæ inspiciendi in Sabinijnis & familia* vocatur, *dictas fuisse censent. Nonnulli* à Paleo Gratiani discipulo, *qui diversas ejus libri inscriptiones, quandoque etiam improbatas fecit, sic nominatas autumant. Nec desunt, qui hactenus fabulosa existimantes, Decreta quadam nominisve adjecta, velus suppleta & fide carentia, Paleas appellatas fuisse credant, opus, quod Patrum Pontificiique Decretis scatet, Decretum inscriptum fuit.* Cui potissimæ sententiæ videtur accedere Jacobus Cujacius, *ad cap. 1. X. de desponsat. impub.* qui tamen & suam quintam sententiam tradidit, *Paleæ nomine quidam significari putant quod cassum est irritum quæ, ut cassa* palearum *dixit Solinus in India. Itaque* Paleam dici per consentum canonum nullius fidei vel autoritatis, *ita apud Johannem Cremonensem ad Abbatem Ursbergensem Imperator Friderieus, qui Alexandro III. valde infensus erat, post Alexandrum consitutum in Liguria, nomine Alexandri III. tam* Paleam *vocat, quam factum ea cassari palearum, ex stramine. Equidem veritus quis, hoc nomen præpositi antiquitus canonibus & decretis & epistolis debere omen & ab hongo* Paleæ, *quæ & in Basilicis sæpe video* Thalaeio *nominari sint, plicitæ antiquum interpretem & ita hanc conjectationem, cùm sit Mercimidæ, qui ex antiquioribus Pontificibus sit, recte* Paleam *appellari*, Anton. Contius *ad c. 2. dist. 5.* fextam fuam conjecturam adjiciens, *Ego*, inquit, *Paleam inscribo hoc caput exsilium & cassa & semilia, quia addititia sunt, nec à Gratiano primitus huic ordini inserta, sed ab Interpretibus, prout ubique commodum videbatur, ad margines Gratiani adscripta & plerunque in emendationibus & antiquioribus exemplaribus prorsus omissa. Cui vel fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando usus sum in quo pleraque ejusdem* Paleæ *desunt.* Quas plerasque sententias recenset, & tandem, quid ex Manuscriptorum collatione obtervaverint, addunt Emendatores Romani *Præfat. Gratiani ad Lector. De nomine* Paleæ *sunt variæ Doctorum sententiæ. Multi —— alii quasi additiones quasdam, derivatâ eas potius à palea, quam à pala, ab adverbio πάλαι, i. rursum, quo Scriptores etiam Latini Gratianum usi sunt. Verùm Johannes Andreæ —— putat quendam Prostopolitanum, quem Jason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capitula hæc adjunxisse in collatis exemplaribus obser vatum quid fuerit, ut ex putatur: Intribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno vetule emendato sunt appostia in margine, sine ulla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quam vis vicissim in illo additiones aliquas sint, quæ in his non habentur. In alio literis peramquis descripto, Paleæ ipsæ recentiori scriptura vel voluminis præponuntur, incertis habentur aut omnes aut pleraque: & parvim quidem cum* Paleæ *nomine, parvim vero sine ullo a cæteris capitibus discrimine. Ex qua observatione, illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas, ad primam collectionem Gratiani, in margine primùm adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut fit) inter compendium aut exemplandum quæ deinde Librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum omissa fuit cum prioribus capitibus, interdum cum aliquot discrimine, Easdem vero esse illorum opinionem, qui eas contemendas putant, seco consist, quod multæ & in Decretalibus & apud recentiores Gratiani collectionesha benter quod sua loco inseabuntur.* Alii dicunt, cùm Gratianus librum suum Eugenio III. obtuliset recognoscendum, hanc vocem *Paleæ* fuisse adscriptam: *Papam enim velus adscripsisse paraste, quæ nulla autoritate valituta, ut sicut palea ad grana vilis sunt, ita capita ista ab omni pondere carere innuerat.* Gibbertus *Reg. 1. Ecclesiast.* 25. Sed & alia sententia cluitur, ex Curtii de *Feud. Quæst. 1. Quæ tenus valione non juvenunt dicta Gratiani, dicuntur Paleæ.* Quæ omnes tamen mere sunt conjecturæ, ut cuique liberum sit, quæ placeat, sententiæ accedere. De auctoritate earum conflans fere est omnium sententia, non multum iis defcrendum esse, nec esse integræ auctoritatis. Licèt enim Correctores Romani, ut jam dictum, non contemnendas censeant, eò quod multæ in Decretalibus & vetustiores Collectionibus extent, regeritamen Alber. Gentilis *de lib. Jur. Canon. c. 2.* prope *fin. Aliud esse canonici, aliud non allegari pro authenticis. Illa c. 14. dist. 96.* quæ tribuit *Constantinus omnia Romano Pontifici dicta sit Paleæ & pro* Paleæ *inscriatur, multum tamen tribici attulit Ecclesiæ*, &c. Quomodo illæ paulatim in codicem Decreti irrepterint, aliaque hanc in rem plura, V. apud Gerh. von Mastricht *Exercit. Juris Feudor. Pontificii num. marginal.* 314. &c.

Palearii, Gallis *Paillers*, memorati Gaufrido *Vosiensi Chron. part. 2. c. 10.* Philippus, *Galliarum Rex. fecero fuo Anglorum Regi Henri-*

Flowres, quasi auxilium, tanquam directi legimes: eorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem. Fit ex diversis terrarum partibus congeries, unum Ecclesiam sternunt multitudinem, unique vocabulo Palearii, *quasi* palea, *vocabuntur.* Infra, *Palearii apud Castrum Dunum delentur.* V. etiam *cap.* 13. & 21. Idem *lib.* 1. *cap.* 73. *Immisit Deus in Aquitaniam hostes crudelium populorum——— & ut rustice loquar, Brabantiones, Hainoiers, Asperes,* Pailers, *Navar* &c. Mi fi tum genus fuere, qui incertum an fit dicti, quòd *Palearo* pro infigni ad capute aut galeam deferrent; an verò, quòd incendia, utpote ignem palea emittendo, excitarent, Car. du Fresne *Glos.*

Paleta & *Paleta, à vanga, vanguida*, funda, obstrigillum seu pala annuli est. V. supra *Pala. At paleare*, apud Anonymum *de Recuper. Terræ S. sac. 66.* in *Gestis Dei per Francos*, aliaque citimæ ætatis scriptores, ad *Palum* dimicare est, de qua exercitationis militaris specie, V. infrà, voce *Pales.*

Pales, adde: Hoc nomine, ut & Floræ ac Cereris, Terram à Romanis cultam, docet Servius in *Georgic. lib.* 3. *Pales Dea est pabuli: quum alii Fœlum, alii Matrem Deûm vocant.* V. Gerh. Joh. Vossium *de Orig. ac Progr. Idololatriæ lib.* 2. *cap.* 61. An templum ei Romæ fuisse constructum, non legitur: Interim cultæ ab eis fuit, in ejusque honorem festum, quod *Palilia*, vel *Parilia* dicebatur, celebratum est, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 2. Bello Salentino victoriæ præmium Templum fibi popofcisse Pastorium Palem, Florus *ait lib.* 1. *cap.* 20.

Paſſi, nomen Familiæ, cujus clara in Hungariæ Proceribus memoria est, ejusque dignitate illustris. Series Comitum ab aliquot seculis hæc est: Paulus Baro *Passi* ex Juditha Czorna, Petrum genuit Baronem *Passi*: maritum Sophiæ *Dersfia* (fil. Nicolai Baronis Dersfii ex Perpetua Dn. *de Bubyan*) & ex ea patrem Nicolai Baronis *Passi*, quo, & Mariâ Fuggeriâ (Marco Fuggero Barone, qui obiit A. C. 1597. & Sibylla Com. Eberstenia genitâ) natus Stephanus Baro *Passi*, Suâ nunam sibi Puchemam junxit (fil. Johannis Christophori Com. de *Puchein* & Sulannæ Baron. *de Ehrbrichen*) atque ex ea suscepit Nicolaum Baronem *Passi*, ex Leonora de *Herrach* (fil. Caroli Leonhardi Com. & Mariæ Francisæ Prine. Eggenbergiæ) patrem aliquot filiorum, qui Comitum numero adscripti sunt. Ihil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Eur. Part. I. p.* 69.

Passurius Sura, *Ephemeridas Vitæ Galliani* composuit, teste Treb. Pollione *sub tyrann Gallienorum*: ubi cum *Cassiburnium* habebat principes editio, conjicit Salmasius, *Cassiburnium* vel *Catpurnium*, legendum esse, *ad h.*

Pati Terminales, apud Tertullianum *adv. Psychicos*, *Sed tructus patet terminales sylvis* Deo, limites sunt vel termini, quibus agri olim distinguebantur. Hæc enim sini non lapides solùm, uti legimus apud Statium *Thebaïd. lib.* 6. fed & stipites *palique* adhiberi sunt soliti. Lactantius de *Falsa Relig. lib.* 1. *cap.* 20. *Ethnice ergo publice supplicatur, quasi cultus simium Deo, qui non tantum talpis, sed etiam stipes insertum est & ubi pro Dibs hamros innuit.* Saltem in terra Numinum eo usque fuisse credita confinia feu limites, ut in iis Templa hinc inde ædificari, aut columnas ad minimum erigi mos esset. Idem proin termini coronabantur, seu floribus, Ovid. *Fastor. lib.* 2. seu fasciolis *c. Symm. lib.* 2. Ungebantur quoque, Lucian. *Pjendom.* & coram iis adorabatur, Clemens 7. *Strom.* V. plura apud Pasthalium *Coronarium lib.* 4. *cap.* 4. & infrà suo loco.

Palibothreni, Παλιβόθροι nonnunquam apud Græcos, iidem cum *Palibothri*, sicut Βαγόφωνοι iidem cum Βαγόβρι *Parthis*. Sunt autem *Palibothri* populi Indiæ, ulteriori etiam Gangis colentes, quos *Parrasios* vocat Curtius *l.* 9. ubi *Prasios* legi jubet Salmasius. Sic enim Solinus, c. 58. *Prasia gens validissima Palibothram urbem incolunt unde quidam gentem ipsam Palibothros nominarunt. Quorum Rex peditum sexaginta millia, equitum triginta millia, elephantorum octo millia, quadrijugos diebus ad stipendium vocat.* Ad quem V. Salmasium *pag* 992. 1113. & 1186. ut & in voce *Palibothri.*

Pallia, adde: Quibus ceremoniis celebritas hujus diei peragiturit solita, multis verbibus exponit Ovidius *Fastorum lib.* 4. Primùm namque fussimen erat conficiendum ex vitulæ favilla, sanguine equi & fabæ calmine: Dein primo diluculo Pastor lustrabat oves & ovilia, hæc ratione; Inspergebat oves aquâ & sulphure, herbaque Sabinâ & lauro igne succensis circumcirca ovilia fussibat, quo fussimento pecora piari, morbos depelli, & rabem putabant. Ita Pastor ipse *Pali Deæ* libo ex millio, lacte & fipa, consecto, tum precea ad eam factæ &c. Quibus peractis Pastores aquâ spargebantur, cœnæ apparabantur, & vesperi sub noctem ignes a rusticis exstruebantur & stipulis, quos ter transsiliebant. Incidebat festum in 11. Kal. Mai, seu 21. d. Aprilis juxta Kalendarium, vel 12. Kal. seu 20. d. secundum Ovidium, quem Urbis fuisse natalem, omnes fi, qui de Urbis primordiis aliquid memoriæ tradiderunt, alleunt, inprimis Plutarchus, Plinius & Solinus: Unde observatum, hæc hoc die hostia macta retur, quod videlicet eum diem, qui Patriæ natalis erat, & quo ipsi sanguinem, id est, vitam cepisse nt, à cade & sanguine purum esse decret. Neque silentio præ tereundum, quod Dio scribit *l.* 43. C.

Julio Cæsari ex bello Hispaniensi domum reverenti decretum inter alios honores à Senatu etiam hunc esse; ut *Pallibus* (quâ festivitate Equorum certamen fuisse celebratum ait) Distinctoribus facta ferret: non eam ob causam, quòd is dies Urbis esse natalis, sed quòd nuncius de victoria Cæsaris pridie ejus diei sub vesperam fuisset allatus. V. Tibullum *lib.* 2. *Eleg.* 4. Propertium *Eleg.* 1. *lib.* 4. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 4. *cap.* 8. *ubi de mense Aprili & diebus in eo festis*, &c. Præter hæc verò *Pallia*, quæ univerfi celebrabant, alia etiam erant, quæ à puerperis observari fuisse solita, ex Festi fragmentis his verbis docet Josephus Scaliger: *Pallia fibi observanda audiendæ parturitive sese quoque Puerperæ dicunt in festis, uti parturiendo ab iis quæ fabulantur Pallia futa*: quæ postea explicans dicit *fatas in lectis, quas in avio sternebant, & ad verso vocabant, dicis causa cubuisse.* Ex quibus subspicari quis non incommodè posset, Pallia à *Parilibus* distincta, & illa quidem à *Pale*, hæc à *pariendo* dicta; illaque à Pastoribus, ista verò à gravidis pro feliciori partu fuisse celebrata. Quidam pro *Pallia* etiam Pavilia legunt, eò quòd Pales Pastorum Dea esset, cui pro partu pecoris lacta fiebant. Hermannides *Notis ad Florum Historr. Rom. lib.* 1. *cap.* 20.

Pallinodia, Græce Παλινῳδία, carminis genus, de quo fic Scaliger *Poetic. lib.* 1. *cap.* 54. *Ubi fieret convitium, sine imprecationibus, cum vituperatione, attinebat ad Jambica — quod quis quum scripsisset, atque eum scripturus pœnituisset, recantabant, appellatum id nomine* Palinodiæ. *Cerium Poema, atque allud à Choris. Argumentum totum in laude pro cognitis probris.* Inventor eius Stesichorus perhibetur, qui, quum Helenam versibus lacerasset, captus idcirco, oculis revocasse sententiam, editis contrariæ carmine laudibus, sicque oculorum usum recuperasse, legitur. Negat autem in Poëmatio, verum esse, quod & ipse & alii scripserint, Helenam cum Paride Trojam navigasse. Similis est Horatiana *Ode* 16. *Carm. lib.* 1.

O matre pulchra filia pulchrior &c.

Ibid.

Paliurus, rhamnus, oxyacanthos & cynosbatus, quasi congeneres spinosæ arbores, simul recensentur Dioscoridi, & quibus fepes vivæ olim fiebant: *oxyacantha* aliàs dicta, hodie *alba spina* vocatur, è qua hodieque sæpissimè sunt sepes, nec ità vivis faciendis ulla communior, V. Salmasium *ad Solinum p.* 270. & 271. Ejus fuctum ipsa, feu aquum cum ilio, bibere Troglodytarum vulgus, docet Alex ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 4. *cap.* 6.

Palla, pallium, q uod tunicæ sive stolæ mulieres honestæ olim apud Rom. injiciebant. Virgilius,

——— *Pallas, signis auroque, rigentem.*

Servius, *Significat autem tunica pallium, quod secundum Varronem* Palla *dicitur est, ab arrugatione & mobilitate, qua circa finem hujusmodi vestium, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι.* Quæ rugæ efficiebantur, quòd, cùm pars ejus in humerum sinistrum rejceretur & sinistro pars altera brachio subducereur, contrahebatur in rugas. *Rigentem, i. durum propter aurum sicut & nuvas vestes videmus.* Idem ad illud,

——— *Pro longo reverens in Pallas.*

Palla, inquit, *proprie est vestis mulebris, deducta usque ad vestigia.* Horatius Matronarum habitum describens, *Sat. lib.* I. II.

Ad talos stola demissa & circumdata Pallâ.

Et Ovidius *Amorum lib.* 3. *Eleg.* 13.

Virgineæ crines auro gemmaq; premuntur,
Extergit auratas Palla superba pedes.

Idem *Pallium* simpliciter appellat, *de Arte lib.* 3.

Sed nimium demisse facem tua pallia terræ,
Colligе, vel dignis en ego volo meis &c.

Itaque *Palla*, non minus ac Stola, ita Muliebrium peculiaris fuit, ut iis facilè Viri uti non possent sine vituperio, ut loquitur Ulpianus *l.* 23. *D. de auro arg. leg.* Unde Livius memorat *lib.* 27. Ptolomæo Ægypti Regi dono à Senatu missam tunicam & togam purpuream, *Cleopatræ Regina* Pallam *pictam cum amiculo.* Porro Pallam eandem cumpeplo supra laudatus Servius docet, *ad illud,*

——— *Peplumq; ferebant:*

Inquiens, Peplum proprie est palla picta fœminea, Minervæ consecrata, &c. Troadibus etiam Juvenalis Pallam tribuit,

——— ——— *Scissâq; Polyxena* Pallâ.

Ovidius Dianæ, fefe ad lotionem exuenti *Metamorph. lib.* 3.

Altera depositæ subjecit brachia Pallæ.

Item Ocyroe in equam conversa *l.* 2. Inde ad Citharœdos, Tragœdos & Saltatores translata est Unde Citharœdo Corinnius *l.* 4. adscribit *Pallam* induratam cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta: & de Arione Ovidius *Fastor. lib.* 2.

Induerat Tyrio desinit ima murice Pallam.

Apollo quoque ipse propterea, apud eundem *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 8. ut & apud Virgilium Orpheus, palla indutus producuntur. De Tragœdis V. iterum Ovidium *Amor. lib.* 2. *Eleg.* 18. & *lib.* 3. *Eleg.* 1. De Saltatorum Palla animadvertit Turnebus *lib.* 20. *ex Plauti Menechmis*, ubi ista habentur.

Sed obsero hercle falta fic cum Palla *postea,*

Horatius,

Post hæc personæ Pallæq; *repertor honestæ*

Æ sbylus.

Quam longo tyrmate humum verrisse, illa indicant.

——— *Trasiq; vagus per pulpita vestem:*

ut & Suetonius *in Caligula*, *Tres Consulares secundâ vigiliâ in Patrium accitos multisque & extrema meuentes super pulpitum collocavit*, *deinde repente magno tibicinum & fidicinum crepitu cum Palla tunicatque talari prosiluit*, *ac desaltato cantico abiit*. Quod mirum videri potest, laltatores longos ac fluentibus tunicâ *Pallasque* vestitos, cum habitus fuccincti & tunicati tantum futuri fuissent. Etiam inter virilia veltimenta,fed Barbarica, fuisse *Pallam*, ex Curtio dicimus lib. 3. *Cultus Regis inter omnia luxuriâ noxiabatur*: *Purpureæ tunicæ*, *medium allum inexitum erat*: *Pallam auro distinctam aurei acupictores adornabant*. Gallis eandem tribuit Martialis *lib.* 1.

Dimidiatâq; nates Gallica Palla tegit.

Quò fortaſſe reſpexit Strabo *l.* 5. de habitu Gallorum,*ει γὰρ ἐθέλοιμι περὶ γυναικείων κοσμίων διατρίβειν, μακρὸς ἂν εἶναι μοι ὁ λόγος*, ab Interpres magis ſenſum ſecutus, quàm verba *Pallas* vertit, *cum tunicas aperias mamillatas* debuiſſet, quæ tamen Gallis pallæ fuere ad verenda pertinentes. V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. Part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 18, & *Part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. Tom. Godvynus *Pallæ* uſum non inſtitutum ſexui, ſic : & Viris puerisque familiarem fuiſſe, docet, *Anthologiæ Rom. lib.* 3. *fect.* 1. *cap.* 8. de *Palla*, inventore Stolo Valerianis, quod Reel. Romanæ Scriptores, *Palla Altaris*, dicitur *veſtis*, *quâ altare coperitur*, *vir*, *linteæ pannus conſecratus*, *qui ſuper altare ponitur*, *ſuper quem exponitur corporale*, *Dunatus Ration. tib.* 1. *cap.* 3. *num.* 49. Aliud ſic. iis eſt *Palla Altaris*, aliud *Operturium Dominici corporis*, id eſt, *Corporale*, quod *Corporis palla*, apud Gregorium M. in *Sacram.* ubi de Ordine Subdiaconi, appellatur. Prior eſt *Palla Dominica*, *ad quam non ſi ex muliebri manum ſuam mittere*,ut habet Concilium Autiſſiodor. can. 37. & *Palla Altaris*, in qua *manus pueri oblati ad Monaſterium à Parentibus irvolvebantur*, in Regula Benedict. cap. 66. apud C. da Freine *Gloſſar*, & Macros Fratres in *Hierolexico &c.*

Palla, Gr. πάλλα, globus, Germanis *Ballen*: Gallis *Bale*, Italis *Palla* & *Bala*, pro pila. Helychius, Πάλλα, σφαῖρα ὑπὸ παιδιῶν παιζομένη παντοίων. Sed & ſic globum cruciferum Impetialem, qui inter Regalia inſignia reponitur, appellat Goteltridus Viterbienſis: Germanicè *Reichsapfel*. Ita autem ibi,

Aureus ille globus Pomum, *vel Palla vocatur*,
Quando coronatur, *Palla ferenda datur.*

Infrà:

Crux & Palla ſimul pariter connexa tenentur :
Hæc ferit, *hæc ſanat*; *hæc perit*, *illa manet.*

De cujusmodi globis cruciferis, pluribus agit Car. du Freſne *Syntagm. de nummiſmatibus Imper. & P.* Inter Romano-Germanici Imperii clinodia, partim ſolo iacent, partim alibi aſſervari ſolita, etiam *Pallam* iſtiusmodi ſeu globum aureum ſeu pomum Imperiale eſſe, refert Enucleator Limnæi *lib.* 1. *cap. de Inſignibus Imperii*: quod Cæſaris dono inſignibus Palatini Electoris illatum, primus horum geſſit Fridericus II. cognom. *Sapiens*, Carolo V. olim electionali admotus, atque hinc ei intimus, qui Ludovico Fratri in Electorali munere ſucceſſit A. C. 1544. Hodie in inſignibus Electoris Bavariæ comparet. V. Spencrum *Stylogr Generali. Teſſer. in Fenſil. Palatino-Bavarica.*

Pallarepas, vocabatur foſſa ex Euphrate aperta, quæ totum fere amnem exhauriebat & in paludes avertebat, à recto curſu & exitu ſuo in mare; quæque, quamdiu aperta fuit, præcluſus erat Euphrates, nec niſi per paludes & Tigrim evehebatur in mare. Quo modo longo tempore Orchenos & ceteros accolas, agros ſuos tigantes, præcludere eſi conſueviſſe tradit Plinius & ex eo Solinus *cap.* 37. ubi tamen hic in eo errat, quod *Euphratem per Tigrim in mare deferri* ſcribat. Eo enim non niſi tum obtinebat, cum præcluſus Euphrates ac per canales foſſasque carptus & in Tigrim delapſus, languidas atque tenues tantum reliquias in mare ſine nomine emittebat. Cujusmodi διώρυγων, quæ ex Euphrate ductæ in Tigrim, ad rigandos agros, inter utramque flumen ſitos, emitti ſolebant, meminit Strabo : Ἅπαν δὲ φασι τὸν μὲν Εὐφράτην πολυαύλιος εἰς ὑπόγαιον τὴ δι Παντηγάλου συμπίπτειν τῷ τοῦ μεγάλου διώρυγος τῇ Βαβυλῶνι, μέχρι γοῦν τοῦ τόπου τούτου ἐπιρρεῖν. Hujus poſtmodum canalis, quo ſic Euphrates diitribebatur, oſtia Sarrapes quidam Babyloniæ magno labore obſtruere conatus eſt, annemque in alveum ſuum priſtinum & intra ripas ſuas reducere : quod, cùm non eum, quem oppabat, ſuccellum haberet, Alexander tandem Magnus, cùm ibi eſſet, perficiendum abſolvendumque curavit, V. Arrianum *lib.* 6. & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum p.* 703.

Pallaſium, adde : Cùm præter ignem, in æde Veſtæ, alia quoque lacta, ſolis Ædituis Virginibus hoc cognita, recondita fuiſſe tradant, Dionyſius *lib.* 2. & Plut. *in Camillo*, aliis alia conjectantibus, multorum ſermonibus Minervæ llienſis effigiem veram ſeu *Pallaſium* genuinum, ab Æneæ huc allatum, in iis arcanis fuiſſe, traditum eſt. De quo Iob. Ludovicus Vives *ad Auguſt. de Civ. Dei lib.* 1. *cap.* 2. ita collegit ex Varrone, Dionyſio, Ovidio, Plutarcho & Servio. *Chryſas Pallantis ſtilus*, *cum Dardano nato ruberet*, *pro dote ſecum attulit* Palladium & magnorum Deorum ſimulachra, *quibus templa Dardanus in Samothracia conſtruxit*: *quæ poſtea ſacra in Ilium ſunt*, *nepotum tempore*, *translata*, *ut ſcripraulo manſuram Urbem*, *quamdiu & ineæ Palladium illud. Quocirca in intimam Arcis partem eſt reconditum*, *officio ultro quidam Palladio illi ſimillimo*, *quod in publico negligentius aſſervabatur. Cumque Pyrrhus ex Helleno vate*, *Priami filio*, *insuperabilem eſſe Troianam Urbem*, *ſalvo in ea Palladio*, *vaticinaſſet*, *atque Principibus Græcorum renuntiaſſet Ulyſſes & Diomedes per ſtrata itinera primum ingreſſi*, *deinde facta in cuſtodes vi Palladium illud imaginibus ſimile rapuerunt. Alterum*, *capta jam Urbe Sycas Æneæ tradidit cum magnis Diis*, *quos Penates Trojanos vocant*: *Hæc omnia in Italiam Æneas ſecum adduxit. Hinc ex Alba Longa ſive ex Varropiæ*, *ex Lavinio* Romam Palladium translatum eſt, *flantumque in ade Veſtæ*, *quæ dumdeflagraret*, *L. Æmilius Paul. Max. illud medio ex igne ſubmiſſo*, *amiſſis lumnibus*, *Conſeſſum autem illud vulgò eſt Heliogabalo Imp. incenſa iterum æde. Fuit & alterum* Pallad um, *quod Ardeæ in arce dicavit Nicias.* Hactenus *Viver.* Certè ſtatuam fuiſſe conſecratam, ad cuſtodiam urbis Troiæ, ſcribunt Vett. Grammatici Παλλάδιόν τι ὁ ἐμέτου ἐκ ἐρίου ἐλάνου, ὃ ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς πόλεως, φυλακῆς τῶν βασιλέων ὄντος. Quemadmodum Memnonis ſtatuam refonantem ſimiliter πανδιοπεμπὸν fuiſſe, vult vetus Scholiaſtes Juvenalis &c. V. ſupra, ubi de *Conſecratione*. Fo. mam Romanis tranſlatum, fatale pignus, ſtatuit illud Augustus, Livius ſib. 26. quod ne alicujus fatto periret, varia eiſimilia effecta eſſe, quò inter illa ratutus latteret. Hinc de Heliogabalo Lampridius, *In penum Veſtæ*, *quod ſolæ Virgines poniſſe dicuntur*, *irrupit pollutus ipſe omni contagione morum*, *cum iis qui ſe polluerant quumque ſeriam quaſi veram rapuiſſet*, *quoniam ei virgo maxima falſam monſtraverat*. *atque in ea mihi reperiſſet*, *applaſum fregit nec tamen quidquam religioni demit*, *quia pium ſimilis falſa ad ſimulationem ſpectat*, *quæ veram arcanaque poſſa auferret*. *Hæc autem ita ſe geſſit*, *ſignum tamen*, *quod* Palladium *ſiſe credebat*, *abſtulit*, & *ſuo ſictum in Dei ſui templo loco ait.* Ubi pro *auro ſictum*, legit Salmaſius *auro vinctum*, h. e. deauratum, quod Græci dicunt χρυσῶσαι, unde *vaja chryſendata*, ad verbum, *auro vincta*. Cum cum iſtiusmodi *Palladio* ex ligno eſſent, auro tamen obtuſe obtantur, Salmaſius *ad Lampridium*. V. quoque ſupra ubi de *Auro vinctis*, i. tem *Chryſendeis*. At Ioh. Meurſius *in ilia verba Lycophronis*, *in Caſſandra*,

——— ——— Τῶν τε Ταυλάδος
Λαοξόανων αἰνιγμῶν λαυγάσεις πυρὸς
Παιδὸς κρυβομένους ἐν θαλάμοις ἄγαγε.

Palladium ex Peiopis coſtia fuiſſe conſtatum oſtendit, confirmatq; auctoritate Clem. & Arnobii: Quorum ille in Προτρεπτικῷ *Palladium*, inquit, δ' οὖν ἐκεῖνο διοπετὲς ἄγαλμα Εἰ κρόνιον τὸ Παλλάδιον, ἢ Διὸς, πάλαι κρόνιον, ἢ Διὸς ἐκεῖνο ὃ ὀδυσσεὺς ἐκ Ἰλίου μὴ ἁρπάσῃ, ὦν Ἴλιος, σκοφαγμένον ὑπὸ Ἀθηνᾶς ἐκ τοῦ Παλλαντίου ἐξῆς. Iſte lib. 4. *Quis ex reliquiis Peiopis compactum eſſe* Palladium *prodidit*,*non vos?* Idem & Plinius aliquibi teſtatur. Addit Meurſius, Trojanis à Scythis illud venditum fuiſſe, *Ibid. & in ſuppl. ex* Herodiano *l.* 1. refert, cœlitus *Palladium* decidiſſe creditum fuiſſe, idq; in cum Phrygiæ agrum, cui *Peſſinuntis* ab ejus caſu nomen manſerit, ibiq; primùm comparuiſſe: ex Homeri Scholiaſte *Il. v.* ſimulacrum oculos, cùm Caſſandræ vis ab Apoce interetur, ad templi veſtibum luſtuliſſe ; quod ridet ac refellit Strabo *l.* 6. Ex Plut. *in Paralt.* adeunte apud Ilium Minervæ Templo, ilium accurrentem, ut *Palladium* eriperet, quòd à viro id videri eſſe nefas, viſu privatum, cum poſtea placato Numine recuperatiſſe &c. In veteribus nummis & Veſtæ Templum rotundum & Æneas Patrem Anchiſem humeris portans, atque una manu *Palladium* ferens, alterà filium Julum, alia ſacra geſtantem, ducens cernuntur, apud Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 12.

Pallæ Maniciæ, V. infrà, *Pallidalia Tunicæ*,

Pallantius, cogn. Jovis, Græcè Παλλάντιος, qui Trapezuntæ colebatur. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 13.

Pallas, nomen gigantis à Minerva occiſi, unde ei *Palladis* cognom. fecundùm veit. Grammaticos. Item unius ex 4. Pandionis filiis, uti ſuo loco diximus. Etiam Evandri avus filiusque ſimiliter nominabantur. Ioh. Rofinus.

Pallas, adde: Ei ſacram Lucernam, pulcherrimas hiſtorias vet. indicantem,quam Judæus quidam ex illiberi regno, à Majoribus ſuis ex Africa allatam & ſibi ingentis loco habitam, Æmilio Campilongio Medico Patavino dono dat, inſigni & prolixo Commentario illuſtrat Fortun. Licetus *de Lucernis l.* 6. c. 13. Idem Caſalii lucernam *Palladii Veltrici* dedicatam, eodem modo perſequitur c. 47. *ejusd. lib.* & aliam ejusdem Caſalii, caput equi ad manubrium gerentem,adeoque Neptuno,ſed & ob oleum, cujus inventrix Pallas, huic quoque conſecratam, ſimili exponit facundiâ, *Ead. l. c.* 59. Plura de *Pallade*, V. in voce *Minerva*. Addam hoc unum, quòd Deæ hujus ſimulachrum, inter Muſei Kircheriani ſimilia, numerat Georg. de Sepibus *in Deſcript. rom p.* 8.

Pallas, antis, filius Evandri, adde : in hujus ſepulchro, ante duo ſecula ſe. A. C. 1401. cùm agricola quidam non longè ab Urbe Roma altiùs ſolito agellum foderet, repertum eſt corpus adeò proceræ ſtaturæ, ut muros Urbis excederet, cum inſcriptione in tu-

intumulo lapideo. Cadaver erat integrum, inque pectore vulnus latiſſimum conſpiciebatur: Supra caput autem Lucerna perpetuo ſine ardentis vſu eſt, quæ nec flatu, nec aquæ alterius vi quoris ullius ſuperinjecta extingui cum poſſet, tum demum evanuit, cum in fundo periorata & ab importunis tam miræ lucis oſoribus disrupta eſſet, effluvo liquore pretioſo, qui flammæ pabulum per tot ſecula præbuerat. Fuiſſe autem illud corpus magni *Pallantis* Arcadis, teſtatur tum Rapha el Volaterranus, *l. lib. 33. cap. de cal. & terr. progen.* tum etiam data eius inventi protectaq; quæ muros Urbis, etſi non præſtos, ſuperabat: tum vulneris amplitudo, quæ in thorace, cadaveris ſupra 4. pedum long i tudinem ſeſe extendebat; cujus meminit Virgilius *Æneid. lib. 10.*

Vibrant cuspimedium transverbera ictus,
Loricæ, moras, & pectus perforat ingens:

tum demum, quod ſaxo monumenti inſculpium legebatur, Epitaphium hujusmodi:

Filius Evandri. Pallas. Quem. Lancea. Turni,
Mittit. Gracili. Mole. Sua. Ja. ta. Ifle

Fuit autem hæc lucerna *Pallantis* reliquarum omnium, quæ hujus generis repertæ ſunt in vetuſtis monumentis, celeberrima, non ſolum quia nisi fracta fuiſſet, ac ea perforata liquor effluxiſſet, in aperto aere ardens & flatus & aquæ omnem violentiam eludens perennaciſſime, longè diutius inextincta perduraſſet, verum etiam quia reipſa perduravit ardens ultra annos 2500. V. Martinium in eo *Chron. libro, quem Martinianum appellavit*, i. Joh. Boccatium in *Geneal. Deorum Genuil.* Phil. Bergomenſem in *Supplem. Chron Uniuerſ.* Tollarum *Gen. cap 5. quæſt.* 12. *l.* 1. Fortun. Licetum de *Lucernis Antiquorum recondiris lib. 1. cap.* 1. nec non *alibi paſſim.*

Pallias Mimi, in *Gloſſar.* κορδάκων, ſunt ricinati planipedes Mimi Feſto: ita *Jovem pallatum* uno loco dixit Arnobius, quem alio *ricinatum* appellavit, Ricinium enim erat pro toga vel pallio muliebrum, ſub quo tunicam & cycladem geſtabant, & *pallium* quidem dicebatur, quòd eſſet quadratum, uti pallia erant. Sic Nonius ricinium, primo *pallidum breve ſuminum*, dein ſimplex *pallium*, quod geſtabant mulieres in lectis, exponit. V. infra pallium, inprimis in *Rica* & *Ricinium.*

Pallidi, & mali colores homines, impudentes fere & inverecundi habebantur dicebanturq; nisi pallor ille ex studiorum contentione contractus videretur. Martialis,

Eſſet, Maxime, ſibi malis coloris,
Verras, ſcribere cepit Oppianus.

Quum mad modo comis à quibus os rubebat, pro modeſtis & ingenuis habebantur & *oris probi* dicebantur. Plinius *l. 1. Epiſt. 14. Eſt illi facies liberalis, mutus ſanguine, multus rubore ſuffuſa. &c lib. 5. epiſt. 17. Commendabat hæc vos ſuavillima, vocem verecundiamque tam ſanguinis, multum ſollicitabilis in ore, magna ornamenta recitantis.* Ita Horatius *verecundum colorem* vocavit & ἐρυθρὸν, i. rubotem, qui juvenibus multo & integro ſæculine plenis *inſpergebatur*, &c. Atque inde ἀχρὸς & ἔχρος, *impudentem* Græcis dicebant & impudum: quæ non ad nomines tolum, ſed & ad res extenſa eſt, unde ἀχρωμὸς ἀγωγὴς Artemidoro, ſunt lenonum & aquarioiorum. Gloſſæ ἀχρὸς ἀγωγὴς, *impudica, impudicus ἀχρὸς μὴ, impudicilia.* Similiter *pallidum* colorem & *luteum*; Græci πονηρὸν χρῶμα & φαῦλον appellant. Ariſtoteles de Chlorione, Χλωρίων ὁ πρόβλος μὲν σώματος & βαρυμόρφος, πρόσωπον δὲ χλωρὸν ἔχων παχύτερον. Ubi χλωρὸν παχύτερον vocat, h. e. *malum colorem* ſeu *luteum*: malum enim colorem Græci Latinique de *pallido* & *luteo* dixerunt. Aliter *improbus color*, de quo V. ſupra, & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Hiſtor. Aug.* Eſt tamen, ſi rem exactius penſiculemus, inter *pallidum* & *luteum* colorem non leve diſcrimen. Namque propriè *Pallidus*, cui ſanguine recedente natívus rubor fugit & palloremutatur. Alias *pallidus* color nullus eſt, ſed eſt affectus omnium colorum, dilutiorum ac pallescentium. Eſt enim vitiis pallidus, eſt luteus, ruber & quicunque alius color, non bene ſatis atus, nec meraco ſuco & natura imbutus. Cui tanguis meru deceſſit ex facie, cum pallidum eſſe, modò diximus. Aliter tamen paller mortuus & lureo magis inficitur. Qui ſuco vitiu ſunt, quum metuunt, etiam pallent, haud ſecus quàm qui facie tunt candidà; & notabilius quidem illi, quam illi. Pallor contrarius ruboris, ſed rubicunda etiam facie præditi ſæpenumero pallent: & qui in his rubor eſt, non penitus evanuit, ſed dilutior & minor ſit, accelente pallore. Auruginoſi plus tunt, quam pallidi: nam meraco luteo occupatam cutem habent, cui τὸ χλωρὸν vocant, qui & *luteum* colorem χλωρὸν dicunt, quem *pallidum* qui dicerer nugaretur. Χλωρὸς enim crocus eſt, unde crocus color, qui non eſt pallidus, nisi ſit dilutior. Abuſi tamen ſi *pallorem de auruginе* ſeu *luteo colore*, dixere Latini: nam his *mors* quoque *pallida* dicitur, cum mortui color ſit ſubluteus. *Pallidus* eſt χλωρὸς *ſine rubore, luteus* eſt χλωρὸς *cum rubore*, ut *pallidi colores.* At Græci χλωρὸν de coloribus pallescentibus ac dilutis non uſurpant, ſed πάλλωπα &c. V. eundem Salmaſium *ad Solinum pag.* 1114.

cum *Pallido* Denarii, Gall. *Deniers au Manuels*, ſub Philippo IV. Gall. R. cuſi, memorantur C. du Freine in voce *Moneta.* Idem Tom. II.

meminit Regalium auri purorum, Gall. *des Royaux d' or fin*, ſub Rege Joanne cuſorum, in quibus Rex ſtans in tabernaculo effingitur, *gallo*, inſtar pluvialis, amictus, ad pedus claudo, cum ſceptro illato in dextra, quod ſinistræ digito vidutur indicare. Hinc *Trabeatoralli*, Gall. *Longreſtus* vocant. Eorum valorem & typum habes *ibid.*

Pallioldæ Tunicæ, apud Flav. Vopiſcum *in Bonoſo*, ubi de munere ab Aurelliano Hunilæ ſponſæ Bonoſi causâ nuptiarum datis, *Tunicas* pallioldatas *hyacinthinas ſubſericeas : tunicam auro clavatam &c.* mixtam genus veſtis & ex duabus compoſitum, dearumque ulum præſtans, pallioli & tunicæ, Catubono. Salmaſio verò hunc tunicæ, adjuncta & adjuncta *pallioldatas* habentes. *Pallidum* autem breve capitis opertimentum muliebre, ut infrà latius videbimus, Juvenalis,

Dorida nullo
Cultam palliolo

Martialis,

Hanc volo, quæ ſaciles, quæ palliolata vagatur.

Cuinsmodi palliola tegendo capiti viros quoque, ſed in morbo, uſurpaſſe, docet Ovidius,

Sæpe ſac egrotum ſimulet, nec turpe putaris
Pallioium nitidis impoſuiſſe comis, &c.

Ut *pallioldatæ* autem unice, quæ pallioldà adjuncta haberent, ſic *veſtes* cucullatæ vulgò appellabantur, quæ cucullos habebant. Iſidorus, *Cuſulatæ veſtis cucullata, dicta à caſa, quod totum hominem tegat, quaſi minor caſa.* Ita & *tunica cucullata*, quæ cum cucullis tunica & totum hominem à capite ad pedes tegebat, unde dicebatur vero olim mulieres, pro diverſis tunicis, diverſi quoque palliola habuiſſe, ita ut talem tunicam cum tali palliolo geſtarent, quod & hodie variis in locis ob ſervare norunt mulieres. Quibus autem, pro variis tunicis, varia & ſua quædam propria palliola ſumebantur, ſolebant ſingulas tunicas luis palliolis inſtruere, quæ *palliolatæ* vulgò videntur appellari conſuetæ. Sic tunicarum cum palliolis janctim meminit Scævola *l. 38. D de aur. arg. mundo, quæ in Pandectis Florentinis* ſic legitur: *Sempronia Pia hoc ampliſſimo conſortio ſua Tubiana & tunicatrices cum palliolis, quæ elegerit, dari volo. Quare an ex his verbis veſtis, id eſt, an ex ſynthesi, tunicas ſingulas & palliola Sempronia eligere poſſit. Reſpondit ſi eſſent tunicæ ſingulares cum palliolis veſtitæ, ex his dumtaxat eligi poſſe : quod ſi non eſt, haredem vel tunicas & palliola, ſed ex ſynthesi præſtaturum, vel veram æſtimationem tarum.* Ad quam V. Salmaſium *ad l. 1.* Plura vide de *Palliolo* mox.

Palliolum, brevi fuit & angulum pallium, ut vox ipſa declarat, quo Romani cùm latere volebant, item mulieres, lang antes & delicati homines, caput obnubere ſolebant : aliquando *Palliolo* quoque nomine dictum. Injiciebatur id totum capiti, unde de Mæcenate Seneca, *Hinc eſſe, qui in tribunali, in Roſtris, in omni publico ſic apparuerit cæus, ut pallio velaverat caput, excluſis utrinque auribus, non aliter quàm in Mimo Divise fugitivi ſolent.* Atque ſervos olim in Comœdiis fugitivos cum ſe ad curſum expedirent, *Pallium* in caput inciſile, ut agiliores eſſent, notum ex Plauto *Captivi & Epidico.* Sic quod novo more *Pallidatus*, id eſt, caput *Pallido* tectus, in gladiatorio munere, quod ſimulcum fratre memoriæ Martis ed bat, præſediſſet Claudius Imp. apud Suetonium reprehenſus legitur, & ſola valetudo excuſare potuerat. Eidem *adraſum inclusiſſe capus* Trimalcionem, notiſſimam luxuriæ victimam, refert Petronius. Idem geſtamen meretrici cum quoque fuiſſe, oſtendant Martialis illa,

Hanc volo, quæ ſimplex, quæ Palliolata *vagatur.*

Et Juvenalis,

Dorida nullo
Cultam Palliolo &c.

Aliter Græci caput operiebant, cùm latere inprimis vellent, addu cto nempe in caput pallio, quæ propria eorum veſtis erat, ut infrà videbimus. Luicianus *Dialogo mortuor. de Philoſopho, Flet, quia non ampliſſimo tamquipiam cornet hiacinthi, neq; multis exiens clara omnibus, τὸ ἱμάτιον τὸ κεφαλὴν κατακαλύπτον, pallio caput involutus, ordine omnia accedes ſoria.* Plautus *Pœnulo.*

Tum illi Græci pallati cavicoperto qui dam.

V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. paſſim*, inprimis *Part.* 2. *l.* 4. *c.* 23. & de *Pallio*, *quo famine olim capita abjondebant*, Anſ. Solerium *lib. de Pileo*, ut & infrà in voce *Theriſtrum.*

Pallium, Veteribus in genere omne veſtimenti genus ſignificavit, quòm apertum, tam clauſum: ut etiam Toga *Pallium rotundum* dicatur Iſidoro, & Bubuſive pro *Pallio* quanq; ſimil fuiſſe ſolitum ſupra vidimus: Proprie verò ac ſimpliciter communi loquendi more, pro Græco accipitur indumento, quatenus à Toga Romanorum diſtinguitur. Hinc *tranſire à Toga ad Pallium &c.* cum tunica, interior nempe veſtis utrique genti communis eſſet. Græcis illud ἱμάτιον, Attice θοἰμάτιον, item φᾶρος dictum, quamvis enim utraque hæc vox generiee, pro quavis veſte non tamen ſurpata repetitur, tamen & ἱμάτιον, propriè ad indumentum, quod tunicæ ſuperinducebatur, indigitatiſſe, ex Demoſthenegatet & Plutarcho *in Lycurgo*, Æliano item *Var. Hiſtor. lib 1. cap 16.* Et φᾶρος de virili *Pallio* paſſim Homerus uſurpat, V. quoque *Anthol. lib. 1. cap.* 1. de Xerxe, qui, cùm corpus Leonidæ

mortui adpexisset, honoris causâ ἐγκώμιον φαῖδι πεποίμενος, involvit pallio purpureo. Latina vox à *Palla* rectè Isidoro derivatur, quæ inde dicta, *quod palàm & foris esset*, teste Varrone: Nam vere in Romano cultu, non aliùs *Pallii* usus, quàm in fœminis, quarum habitus exterior *Palla* dicebatur, quæ nihil aliud fuit, quàm *Pallium*, apertum scilicet, quodque corpori circumjectum illud vestimentum. Sed & fuum postea Græci hanc vocem facientes, Παλλίον vocavere. Fuit autem vestimentum apertum, quod tunicæ imponeretur, laxum, atque ad pedes fusum & semivolutandum, quale prorsus *Pallium* Romanarum mulierum fuit. *Palla*, ut ex veteribus statuis palliatis videre est. Gestabatur id, vel ut pars utraque ad pedes fusa caderet, vel ut una pars five ala, dextra scilicet, sinistro brachio imponeretur aut eidem subjiceretur, aut demum humero injecta ante pectus dimitteretur, gestandi *Pallii* ratio communis, honestiorum præcipuè erat, nempe ut pars ejus dextra ita imponeretur sinistro humero, ut totum corpus atque utrumque humerum involveret, solaque fere dextra ad pedes extaret, interdum ipsâ quoque operiretur: quorum prius, nempe brachium *Pallio* involutum fuisse, fola dextrâ eminente, docet Quintilianus *lib.* 11. *cap.* 3. posteriùs, de Pericle Plutarchus *in Publicolâ*, ubi ait, cum fuisse solitum τὸν ἄκρον τοῦ ἱματίου ἐπὶ τὴν ἀριστερὰν ἀναβάλλειν τοῖς δακτύλοις, *summum vestimenti ad sinistram* & apud Xenophontem *de Rep. Laced.* traditur Lycurgus instituisse, ut, qui ex Ephebis excelleret, marium pallio contineret, quò modestior eorum incessus esset; cùm antea, ubi ex Ephebis excesseret, sumto *Pallio* (cùm prius Chlamydem gestassent) more Virorum, cohibito brachio dextram exercere solerent. Reliquos omnes palliatos, honestiores fuisse, brachium *Pallio* continuisse, ut fola extaret manus, Val. Maximus inter alios docet *lib.* 6. *c.* 11. cùm Pulvinorum temulentum, audito Xenocrate, *τὸν ἐπικείμενον στέφανον καθείλε τῆς κεφαλῆς, ἁπλώσας τὸ ἱμάτιον, deposito è capite* & apud Xenophontem *de Rep. Laced.* traditur Lycurgus instituisse, ut, qui ex Ephebis excelleret, marium pallio contineret, quò modestior eorum incessus esset; cùm antea, ubi ex Ephebis excesseret, sumto *Pallio* (cùm prius Chlamydem gestassent) more Virorum, cohibito brachio dextram exercere solerent. Reliquos omnes palliatos, honestiores fuisse, brachium *Pallio* continuisse, ut fola extaret manus, Val. Maximus inter alios docet & apud Xenophontem *de Rep. Laced.* traditur Lycurgus instituisse, ut, qui ex Ephebis excelleret, marium pallio contineret, quò modestior eorum incessus esset; cùm antea, ubi ex Ephebis excesseret, sumto *Pallio* (cùm prius Chlamydem gestassent) more Virorum, cohibito brachio dextram exercere soleret

Mithridatis effugerent crudelitatem, positis Togis, quadrata vestimenta gentis illius propria sumsisse leguntur, apud Athenæum.

Carthaginenses antequam Togam inducrent, *Pallium* gestavere quadrangulum, quod in humeris fibula nexum fiebat, & humerum utrumque advelebat, teste Tertulliano *de Pallio*. Quod postea abolitum, apud solos Æsculapii Sacerdotes remansisse idem docet.

Christi Domini commune fuisse *Pallium*, non Tribonianum, ut quidam contendunt, vel hinc patet, quòd aliàs frustra milites super pannicea, nec centonibus quidem bonis digna, fortem missifsent.

Christianos primis temporibus *Pallium* simplisse supra vidimus: & quibus illi, qui severius vitæ institutum sectati sunt, Tribonium gestabant, sed non duravit diu hæc tribonophoria, imò cùm Constantini ætate Eusebianos Sabellianorum Episc. Episcopos Presbyteroque omnes ad veterus Tribonii gestamen revocare conarctur, Synodo Gangrensi *Can.* 12. damnatus est.

Coccinei *Pallii* jus Imperatorum solorum erat, namque & hi. fe inferiori ævo aliquis *Pallii* usus fuit. V. Vopiscum in *Valeriano* & *Albino*.

Commune, supra prolixè describitum est.

Cynicum, ut & Pythagoreum ac Stoicum, à communi in hoc differebat, quòd detritum, obsoletum, fordidum ac pullum esset, cùm commune albo niteret colore: Præterea Cynici Tribonium non ut cæteri Philosophi gestabant, extremam nempe *Pallii* partem dextram in finistrum humerum sic rejiciendo ut fola manus exteret, fed totam Tribonii partem dextram ita in finistrum conjiciebant humerum, ut cum toto brachio dexter humerus nudus exercretur, parte quoque pectoris renudatâ: Neque enim Tunicam gestabant, ut Stoici exteriùs Philosophi. Exhibet istiusmodi hominis iconem Ferrarius *cap.* 20.

Fuscum *Pallium* Tribonium erat, de quo V. *fuo loco*. Quem colorem Episcoporum quoque vestitui fuisse, Baronius notat ad *An.* 407. (ubi Joh.

Pallium, insigne honoris, addit *Gr. Σωκράτης*, cujus consecrandi ritum memorat Chrisostophorus Marcellus auctor *Ceremonialis Rom. lib. 1. sect. 10.* V. quoque Cæsium Cameratium *in Ceremoniali*. Originem ejus usumque ab ipso Lino quidam repetunt, alii ante Marci Epist. qui vixit A. C. 336. tempora, ejus mentionem non fieri observant: Alii denique hanc prærogativam Sylvestro demum Papæ à Constantino M. concessam volant, unde ad certeros Patriarchas & Archiepiscopos profluxerit: Quam in rem V. quæ annotaverit Car. du Freine *Differtat. de Byzantinorum Imper. numis.* Quanti autem id reverentiæ ab Episcopo delatum in vase argenteo ab Archiepiscopo fusipereatur, eidemque imponeretur, narrant pluribus Sadnicrus *Novorum lib. 2.* & 5. Willi. Malmesburiensis de *Gestis Pontifc.* & *Ceremoniale* Episcoporum *lib. 1. cap. 16.* facto prius sacramento Pontifici, ut

Chrysostomum, morti proximum, exuisse vestimenta atque alba sumsisse, ex ejus *Actis* refert.

Gallicum *Pallium* fibulatum fuisse, colligitur ex Vopisco *in Probo*, cui Valerianus inter cætera jussit dari, *Pallia Gallica fibulata duo*. Viri docti, qui in Tertullianum scripserunt, *Sagochlamydes* explicant.

Judaicum, quatuor in imo angulos habuit, in quo ex præcepto Dei, fimbrias & vittas hyacinthinas gestabant, Num. *cap.* 15. adeoque quadratum fuit, & à Græcorum *Pallio* diversum. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiaria*, *Part.* 1. *cap.* 4.

Mulierbre *Pallium*, ἱμάτιον quo decitur Plut. *de Præc. conjugal.* V. *supra Pallas*, & infra in voce *Theristrum*. Lacænas verò, cùm nuberent, amiciri fuisse solitas ingolio ἀσπάσιον, *Pallio virili*, idem Plut. *in Lycurgo* refert.

Nuptiale *Pallium Buxeo*, id est, *tinctum luci insectum* erat, quale sibi Sponsi in Græcia gestare licebat, V. Aristoph. *Pluto Actu* 2. *Sc.* 5. & vet. Interpretem *in locum*.

Perficum *Pallium*, quadratum erat ac fibulatum. Unde Suidas, φοινικοῦν ἀμφιβαλὲς ἱμάτιον.

Philosophium *Pallium*, detritum erat, obsoletum, fordidum ac pullum, aliàs *Tribonium* dictum. Non enim solius Cynicæ sectæ gestamen Tribonium fuit, cùm & Socrates, ac Pythagorei, Stoici item, & reliqui fere Philosophantes hanc vellem plerisque omnibus Reipumpublicæ indumenta prætulerint. Et quidem primus Socrates Tribonium Sapientiæ aptavit, cùm reliqui præter memoratos in communi habitu incesserint, & ante ipsum Philosophi idem fecitarunt. Unde Pythagoram vetite alba puraque semper usum, apud Laertium atque Ælianum legimus. Color *Pallii* fuscus & fubniger atque obsoletus erat; qualem fuisse Pamularum, item femineæ Lacernarum, imò & Tunicarum Rom. plebis ac vilissimi cujusque, unde *Pallatus circulus* ac *Pallata multitudo*, apud Auctores legimus. Idem prælongum fuisse, notavit Jac. Oiselius JC. in *A. Gell. lib.* 13. *cap.* 8. Virile, *supra* pluribus expositum est. &c.

Pallium, insigne honoris, addit *Gr. Σωκράτης*, cujus consecrandi ritum memorat Chrisostophorus Marcellus auctor *Ceremonialis Rom. lib. 1. sect.* 10. V. quoque Cæsium Cameratium *in Ceremoniali*. Originem ejus usumque ab ipso Lino quidam repetunt, alii ante Marci Epist. qui vixit A. C. 336. tempora, ejus mentionem non fieri observant: Alii denique hanc prærogativam Sylvestro demum Papæ à Constantino M. concessam volant, unde ad certeros Patriarchas & Archiepiscopos profluxerit: Quam in rem V. quæ annotaverit Car. du Freine *Differtat. de Byzantinorum Imper. numis.* Quanti autem id reverentiæ ab Episcopo delatum in vase argenteo ab Archiepiscopo fusipereatur, eidemque imponeretur, narrant pluribus Sadnicrus *Novorum lib.* 2. & 5. Willi. Malmesburiensis de *Gestis Pontifc.* & *Ceremoniale* Episcoporum *lib. 1. cap. 16.* facto prius sacramento Pontifici, ut est *cap.* 3. *de Juram. Extra* & *cap. de Elect.* apud Gregor. Post obitum, Archiepiscopi cum *Pallio* sepelendi sunt: & siquidem sepelantur in provincia sua, circa humeros supra planetam: si verò extra provinciam, ponendum est *Pallium* plicatum, sub eorum capite, Adamus Bremensis *cap.* 45. Porro, Pontificibus, Patriarchis, Primatibus & Metropolitanis proprium est, & quod *de corpore S. Petri* sumi solet. (quæ phrasis hinc orta, quòd postquam confecta sunt, per Subdiaconos portentur ad Basilicam Petri, & per Canonicos Basilicæ ponuntur super corpora Petri & Pauli Apostolorum, sub Altari majori) à solo Pontifice conceditur, & quidem olim non nisi Romam & ad Apostolorum limina venientibus & fortiter postulantibus Metropolitanis datur: postea verò mitri cœpit per Rom. Sedis Legatos. Interim & Patriarcharum etiam prærogativa est, ut, cùm ipsi Româ acciperent, *Pallium* Suffraganeis suis concederent: quod indultum olim ab Innocentio III. Patriarchæ Constantinop. postmodum ad omnes Patriarchas extensum est Concilio Lateran. A. C. 1215. Usus ejus ad solenniores festivitates restrictus passim legitur, ne, ut est in Concilio VIII. *cap. ult.* hujusmodi cultu per fastum, aut superbiam abuterentur Metropolitani: quæ quidem sacra festa designantur in Epistolis Pontificis, *sc. Nativitas Domini*, *Felicitas S. Stephani*, *S. Johannis*. *Circumcisio Domini*, *Epiphania*, *Dominica Palmarum*, *Cœna Domini*, *Sabbatum sanctum*, *Pascha*, *Feria secunda post Pascha*, *Ascensio Domini*, *Pentecostes tres* (al. quatuor) *Festivitates S. Mariæ*, *Natalis Johannis Bapt. Solennitas omnium Apostolorum*, *Commemoratio omnium Sanctorum*, *Dedicationes Ecclesiarum*, *Consecrationes Episcoporum*, *Ordinationes Clericorum*, *Ecclesiæ propriæ principales Festivitates*, & *anniversarius Consecrationis dies*, Innocentius III. *lib.* 15 *Epist.* 57. 58. Etiam *Pallii* usum in Imperatoris aliorumque Magnatum & Principum sepulturis, Patriarchæ Constantinop. indultum Idem, ut in ejus *Gestis* legitur *pag.* 102. Porro utuntur eo Metropolitani, in Missarum solennibus, in Ecclesiis sibi subjectis; non etiam in processionibus & aliis occasionibus; nisi ex indulto Pontificis: Solus Pontifex illud in Missarum solennibus semper & ubique adhibet, ut in isdem *Gestis* legere est. Interdum tamen & peculiari indulto legimus concessum, à Pontificibus Rom. ut Metropolitani, quoties vellent, *Pallio* uterentur: ut Brunoni Colonien. Arch. ab Agapeto II. apud Flodoardum *lib. 3. cap.* 10. Uti verò *Pallium* Archiepiscopis conferunt, in signum plenariæ potestatis, ita si degradentur, eis aufertur, teste eodem *lib. 4. cap.* 38. &c. Sed & *Pallium* sæpealiis concessum legitur, quàm Metropolitanis, Episcopis viz. quibusdã privilegii Pontifices indulsere, quod quibusdam *personale*, idest, ad vitam, aliis *reale* fuit: i. eorum Ecclesiis concessum. Ad vitam concessum legitur aliquot Episcopis Metrensibus, Utbicio fc. Chrodegango, Angibranno, Drogoni, Walæ, Roberto & Stephano Barrensi, apud Meurissium *Epifc. Metenf.* quorum proin aliquot *Archiepiscopi* nomen & usum usurpavere. Episcopi verò, & eorum Ecclesiis, concessi *Pallii* exempla prostant in Anicensi in Gallia, apud Duranden. *Ration. lib.* 3. *cap.* 17. Parisiensi, ex concessione Grégorii XI. Papiensi in Lombardia & Massano, in Regno Neapol. apud Hostiensem *in Summa tit. de usu Pallii*: Lucensi, in Tuscia, Bambergensi in Germania, Quinquecclesiensi in Hungaria, *in cap. Cùm in jure. Extra de Præsumpt.* Catanensi in Sicilia Episcopo *Pallium* indulserat Alexander III. fed Lucius III. abluit, apud Rocchum Pirrum, ut & Richardo Syracusano, idem Alexander, apud eundem Pirrum, fed Clemens III. ademit. Sed ejusmodi indultam Episcopis prærogativam ægre passos esse Archiepiscopos, discimus ex Flodoardo *lib. 4. cap. 4. extremo*, aliisque. At *Pallium* deferunt omnes Episcopi, apud Græcos, teste Luithprando in *Legat.* &c. Plura de *Pallio*, ejus forma, usu & significatione, apud Nicol. Brasmum *in Pallii Archiep.* aliosque laudatos Carolo du Freine *Glossar.* Ejusdem meminit Jacobus Cardin. *de Coron. Bonifacii VIII. lib.* 2.

Pallia *tunc humeris civilibus cardentia nigris*
Impositis Levita rubent, *quibus aurea purpura*
Sapphiros dehixit acus &c.

V. quoque Macros Fratres *in Hexeteuxico*, & *supra* in voce *Eorum Consulare*.

Pallium, quoque velum Monialium dictum, in *Vita* Aldegundis Abbatissæ Melbodiensis *cap.* 4. Unde *Virgines pallatæ*, pro *velatis*, in *Collectione* Canonum Hibernic. *lib.* 43. *cap.* 10. Etiam velum, quod in Communione Rom. inter Missæ solennia supra caput nubentium expanditur, conceptas quasdam orationes Sacerdote interea recitante, *Pallium* dici, monet Durandus *Ration. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. quod alias *Velamen nuptiale*, de quo suo loco. *Candidi illud purpureique coloris Vittam*, vocat modò dictus Durandus. Sed & *Pallium* idem nonnunquam cum aulæo vel palatii, de qua *supra*. Interdum ipsam *Pallii* materiam, pannum ipsum, hoc nomine venire, deprehendimus. Unde in Sicil. Rom. ad panno nigro marini, qui feretro insternitur, cùm mortui cadaver humandum defertur: ut & umbraculo quatuor hastis fustentari folito, sub quo vel Eucharistia deferri consuevit, vel, quod Regibus Principibusque viris, in solennibus ceremoniis acturbium ingrediibus, prætenditur, quam quidem umbellam nonnullos

perperam Poile, pro Paille, appellare, notat du Fresne: additque, ab eadem voce Gallica, deductum esse Palare & Paler, pro, ædium parietes pallis exornare, Gall. Tapisser, atque hinc vocem Palle, in armorum seu insignium descriptionibus, originem ducere: cum certum sit, ita in iis Pallia bicoloria designari, non vero palos seu paxillos; ut hactenus creditum Viris Heraldicæ Artis peritis. Sic insignia Regum Aragonensium palliata sunt ex auro & rubeo, seu pallis aureis & coccineis colorised tinctis. Sed & Itali Pezzia vocant, quod Galli Pesle, Hinc enim scortum in pagilo dicunt, cum equorum vel equitum cursus instituitur, Pallis pretiosioribus in præmium propositis, uti Falcetto observatum. Nec omittendus Pallio coopertiendi filios, ante matrimonium natos, ritus, quod Galli vocant, Mettre les enfans sous le drap, qui adhibetur, in natis ex concubina: quam Pater postmodum in legitimam uxorem, coram Sacerdote, accipit. Cujus initium fluxisse ab vidctur, qui obtervatur in adoptionibus, in quibus, adoptivus Pallio ac filo propria adoptantes quodammodo involvebant, ut ab iis quasi prognatos indicarent, de quo pluribus egit du Frefne ad Joinvillam & ad Annam Comnenam. Ita in legitimationibus per subsequens matrimonium, liberi, in ipsis Nuptiarum sacris solennibus, cum Patre & Matre pallio operiuntur, ut ab iis ex legitima conjunctione procreati innuantur. Meminit moris hujus Wilhelmus Germeticensis Histon. Norm. lib. 8. cap. 36. Hac itaque de causa Comes Richardus Silvanectensium Comitissam sibi desponsat filii opulenti, filiique, qui jam ex ea nati erant, interim, dum Sponsalia peragerentur, cum Patre & Matre pallio coopertis sunt. Philippus vero Mouskes in Lothario, solo Matris operto Gunnoris filios refert. Item Richardus Grosseteste Lincolnensis Episc. Epist. 13. ad Walterum de Rasey. Tribunalis Regii Præsidem: Et ut Seniorum relatione didici, confuetudo etiam in hoc Regno antiquitus obtenta & adprobata tales legitimos habuit ac haverdes: unde in figuram legitimationis natis ante matrimonium consueverunt poni sub pallio super Parentes eorum extenso in matrimonii solemnizatione. Eundem ritum in ipsis Comitiis adhibitum, & Parlamentarii auctoritate, fub Richardo II. legitimos sic factos esse liberos Johannis Gandavensis Duc. Lancastriæ, & Catharina, uxore ejus tertia, ante matrimonium susceptos, narrat Joh. Seldenus Dissertat. ad Fl. Pauvis etiam hic notandum, Pallia quoq; dictas Francis ea vestium liberalium, quas fiebant Officialibus Regiis convivii seu Commensalibus. Nam aliis Pallia, aliis Robæ dabantur, statis anni tempestatibus, uti observatum Carolo du Frefne ad Joinvillam Dissertat. 5. vulgò Drois de manoan. V. de voce Pallium plura, apud Eundem Glossar.

Pallium Venenatum, quod etiam simpliciter *Venenatum*, vel *flammeum* vel *purpureum* erat, quo Flaminica olim apud Romanos caput operiebat & *Rica* dicebatur, quòd purpurâ infectum esset, nomen accepit. Martius *Nonianus*, apud A. Gellium,

Vec tenfiles tapetes ebriâ fuco,
Quos concha purpurâ imbuens venenavit.

Idem enim colos *flammeus*, *venenatus* & *purpureus*. Sed & aliis muliebrius ricam attribuit Varro, quà, facinicum cum faceret, capita velabant, quam pari modo *pallium* quoque & *ricinium* Veteres appellavere; coque nomine & pileos & mitras & diademata & fudaria & tiaras & capitis vincula & tæmas & lora & fascias & quidquid eft ftringendo, alligando tegendoque capiti & capillis colligandis, ftringendisque comis, comprehendebant. Et *pallium* quidem ac *pallulum*, opertimentum capitis muliebre fuiffe, plusquam notum. Viris vero quoque *pallium* tegendo capiti fuiffe, multis Auctorum locis ad Tertulliani Pallium o-bservandit Salmasius. Trimalcio Petronianus, *pallio adrafum inclinat caput*. Apud Rutilium Lupum de *fig. Sentent. lib. 2. Socratus pro lectulo, pallulo frigus a capite defendens*: ubi *pallulum* Vocat, quod in Græco erat σκέπασμα. Unde *pallulatus*, pallulo tegens vel pileo, de Claudio Imp. apud Sueton. V. fupra. Sic tutulus, qui pileus erat lanatus Pontificum Flaminumque, *pallium* vocatur, apud Fulgentium de *Serm. antiq.* ex Numa Pompilio: *Numa vero Pompilius, tumulum dici ait pallium, quo Sacerdotes caput utebantur, quum ad sacrificium accefsifsent, sicut & Virgilius ait,*

Et capitur ante aras Phrygio velamur amictu &c.

V. omnino Salmasium ad Flav. Vopiscum, in Aureliano, ubi quid *Pallium mulieb re* effet & quot modis diceretur: pluribus tractat, *vitianus, vicanum, mafortium, pileum, golerium, birrum, cucullum, tiaram, fasciam, orarium, plorygium, insam, insam, reticulum, & alia ejusmodi innumera quamplurima*, quæ omnia capiti tegendo vel ornando ducre, etfi non ejusdem figuræ fuerint, que *Pallii* appellatione plerumque fumi, apud vett. Scriptores, addit.

Pallor, ut omnes alii affectus humani, pro Numine olim cultus, Augustin. de C. D. lib. 4. cap. 23. Unde Lactantius Firmianus *Divin. Institut. lib.* 1. cap. 20. *Parorem Palloremque Tullus Hostilius figuravit & coluit: Quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse, qui semper Deos, (sicut optavi foles) præsentes haberet.* Ut mirum fit, non defcribi ipsa Ædem a Topographis Urbis, cùm luculenta extet Livii narratio *lib.* 1. *Tullus Hostilius in re trepida duodecim vovit Solios, fanaque Pallori ac Pavori, equitem clamari increpans voce, ut hostes exaudirent, vodire in prælium jubet.* Sed non in Urbe, verùm extra Urbis pomerium *Pallori* structum ædem loquitur Plut. in *Cicerone*: Ifti autem Auctores tantum ea, quæ in ipsis mœnibus continentur, descripserunt. Et rectè *Pallorem* communi cum Pavore fano colucrunt, quia ex timo e feu pavore nascitur *Pallor*: *Antequam pallescamus, sanguis fugit*, inquit Servius ad Æneid. lib. 2. verfum 214.

Diffugiunt ipsis exsangues.

Sive, ut idem loquitur, ad verf. 10. Æneid. lib. 3. *Pallor nascitur, cum se ad prævidia fugiens contrahit sanguis.* M. Tullius de Fin. bon. & mal. lib. 5. *Quis est enim, aut quousquisq; ea, cui mors cum appropinquat,*

Non refugias timido sanguen, atque exalbescat meus.

Atque ita femper Poetæ, alios etiam nihil expedit, unicus talis erit Claudianus in Rufinum lib. 2.

At procul exsanguis Rufinum perculit horror,
Infectæ Pallore genæ.

Idem lib. de Sexto Gallonico,

——— *Semper pallebit Regia Bacchi.*

Nempe calamitatis metu venturæ. Idem Panegyr. de 3. Honorii Consul.

——— *Famulis Gangem pallescere miris.*

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosinum Antiqq Rom. lib.* 1. *cap.* 12. ubi in Regione quinta urbis, ex Notitia Urb. & Sexto Rufino Rofinus ponit *Pallorii vicum*, in qua eadem Rufini quoque & Ædicum Pallorii Ædes collocat. Cane & ove illum placari confueviffe, dicas ex Alexandro *Neapol. Genial. Dier. lib.* 1. c. 13. Rationem cultus Barthius indicat, *Tribuerunt*, inquiens, *Pallori, ut affectibus Indici & divinæ cuidam ostensioni adro tuita, ut pro Deo eum conservatum colerent, Animadversion. Papin. ad Thebaid.* 10. *verf* 361. Egregium Numen, qui od hibentibus etiam cuminum gignit. *Ita ferunt Pertii Latronis clari Rhetoris affectatores similitudinem coloris tinitui contracti imitatos? pallori assi Jul. Floridum asserverem illum a Nerone liberati, captatione testamenti, fic lenocinantem*, Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. V. etiam fupra, in voce *Pallidi*.

Palma, nomen Familiæ in Hifpania illuftris, quæ ftirpis Portocarreiæ ramus eft. In qua Franciſca, Petriſforor, Ægidio *Boccangreæ* Alfonſi filio, Ægidi Genuenſis (qui Admiralis Caſtellæ factus eft) nepoti, *Palmæ* domino nupſit, unde liberi Portocarrenſes nomen ſibi dederunt. Promptus ejus Ludovicus Fernandinus Portocarreus, *Comes Palmæ* poſtea creatus eſt, & dignitatem ad poſteros transmiſit: Fratre Friderico Manricio Portocarrero etiam poſteros habente. Comitum Dominorumque *Palmæ* ſeries, ab aliquot f culis hæc eſt: Martinus Fernandinus Portocarrerus *Boccangrea*, Dn. *Palmæ*, ex Maria (fil. Fernandi de *Velaſco*) genuit Ludovicum Fernandinum Portocarreum Dn. *Palmæ* quo & Franciſcâ Manricâ genitus Ludovicus I. Fernandinus Portocarreus, Com. de *Palma*, uxori ſibi Leonorem Gronam de *la Vega*, atque ex ea ſuſcepit Ludovicum II. martium Luiæ Manricæ, atque ex ea patrem Ludovici Antonii Portocarreri de *Palma*; qui ex Franciſca Mendoza (fil. Johannis de *Mendoza* & *Luna*, March. de *Montes Claros*) genuit Ludovicum Andream & Ludovicam Antoniam (quæ primis nuptiis Rodericum Mexium Carillum March. de *Guarda*; alteris Johannem de *Mendoza* & *Luna* March. de *Montes Claros*, maritos nacta eſt) nominis *Portocarrero*. V. Phil. Jac. Spencrum *Theatr. Nobilit. Europ. Part.* 1. *pag.* 32.

Palma, Conſul ſub Hadriano, ſeu *A. Cornelius Palma*, integro nomine, fuit Conſul II. ordinarius eodem anno, quo inter ſuffectos Hadrianus, poſtea hujus juſſu una cum Celſo feu L. Publilio Celſo, Hadriani in illo ſuo Conſulatu collega, occiſus. Cujus rei rationem Spartianus ſuggerit in *Hadriano*, *In adoptionis ſponſionem venit*, Palmā & Celſo *inimicis ſemper fuis*, & *quos poſtea ipſe ſuſpexerat eſſ*, *in ſuſpicionem affectatæ tyrannidis lapſis*. Ibi cere nempe vult, Hadrianum ſponſionifie ſibi adoptionem, paulo ante Trajani exceſſum, Palmæ & Celſo, quos inimicos ſemper habuit privatus, & quos poſtea infectatus eſt Imperator factus, in ſuſpicionem affectatæ tyrannidis adduct's. His enim amotis, qui plurimum apud Trajanum poterant & ſibi infenſi erant, bene ceciſſe ſperare de adoptione & in ſponſionem ejus venifle, quam certiorem mox habuit, ſecundò Conſul Plotinæ favore factus, Salmaſius ad *locum*.

Palma, ſignum victoriæ, ut notum. Cujus rei cauſam exhibet A. Gellius *lib.* 3 *cap.* 6. cùm ait, ex Ariſtotele: *Si super palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas neceſſe, ut magnitudo oneris ſuſtinere non queat, non deorſum Palma cedit, nec intra flectitur, ſed adversus pondus refurgit, & ſursum nititur recurvaturque. Propterea ait Ariſtarchus, in certaminibus Palmam ſignum eſſe placati victoriæ, quoniam ingenium ejusmodi ligni eſt, ut urgentibus, opprimentibusque non cedat*, ita autem habet Plutarchi locus, *Sympoſ. lib* 8 *cap.* 5. Latinè, *Pendere autem præter hæc omnia eſt quod dicam, quod nulli alii arbori contingit. Palmæ lignum ſi ſuperne onere impoſito premas, non deorſum affligitur aut cedit, ſed contra incurvatur, quaſi ei veniens prementi. Eodem modo res habet in Athletiis certaminibus. Qui enim ob imbecillitatem & mollitiem cedunt, ii flectuntur atque deprimuntur:*

Qui exercitationem fortiter sustinent, eorum non corpora tantùm, sed animi quoque eriguntur & augentur &c. Ubi alias quoque tantos Plutarchus affert, inprimis à perpetuo foliorum virore &c. deformitas. Et quidem commune omnium certaminum præmium fuit *Palma*. Gerebatur autem illa nonexpire tantùm, sed & manibus; unde apud Apulejum Mercurius dextrâ palmam virtentem quatit, *lib.* 11. eoque habitu victores discurrebant, ut ait Suetonius *Calig.* more è Græcâ Romam translato. Ii vero, quibus datæ fuerant, illas ante fores statuebant. Martialis *lib.* 7. *Epigramm.* 28. ubi de Cassidicis victoribus,

Excolat & geminas plurima palma fores.

V. & infrà, ubi de *Oratorum* palmis. Porrò idem Appulejus Dæ simæ palmam tribuens, eam non collocat in capite, ac ne in manibus quidem, verùm in pedibus: *Pedes ambrosio ingobant foleæ palmæ victricis filiis intexta &c.* Quam in rem V. Car. Patchalium *Coronarum lib.* 6. *cap.* 20. & *seqq.* Hinc itaque & interpræmia Gladiatorum, *Palma*: unde *plurium palmarum homo*, qui sæpius victoriam reportasset: rel qua etiam Mussio, Rudis & Pileus. Dictaautem hæc palma *lemniscata*, quòd tertum tale, ex *Palmæ* arboris ramis foliisque contextum, laneis vittis, quæ *lemnisci* vocabantur, vinctum esset. Prius verò Athletis dabatur virga è *palma*, quam corona; quæ virgæ exhibitio, proprie *Dies* Græcis dicta est. Illam sequebatur *inscriptio*, *Mutatorum* nam; *Dies* Græcis & *seq.* *conjectus foliorum* & *plausus*; tandem corona, utlatiùs dicemus infrà, in voce *Victor*. Ob eandem causam, ad Martyrum sepulchra *palmam* apponi consuevisse, occasione Apocalypseos *cap.* 7. *vers.* 9. docet Casalius apud Fortun. Licetum *lib.* de *Lucernis cap.* 62. Sed & *Palma*, olim Franciæ Regibus porrecta, in solennibus eorum inaugurationibus, una cum sceptro, in victoriæ omen; apud Hincmarum in *Coronationibus Regis pag.* 746. *Ad ista verba, des tibi Dominus velle, desiderium illi Palmam, & sceptrum. Des tibi Dominus velle & posse quæ præcipit, ut in Regni regimine secundùm voluntatem fame proficiens, cum palma perseverantiæ victoriæ, ad palmam perveniat gloriæ sempiternæ &c.* Sic *Palmas virentes* ad Carolum Calvum imp. misit Johannes VIII. Pont. Rom. Epist. 32. hac formulâ: *Hodiernæ manui vestræ spicilli vos, & præcognitiva, plenam benedictionem* Palmam *, spicis cernitis, desiderantes, ad versus visibiles hostes & invisibiles triumphum, & optatum eritis vos de cunctis adversariis triumphare, illisis adversus vobis, quam rabiet palmarum, duximus offerendum &c.* Apud Hebræos inter Nuptiales ritus, præcipuum quoque fuit ramorum myrtæ *Palmarum*, cum cantu: qui tamen, ficut & Coronarum nupt ialium usus, sub Templi secundi excidium, sublatus est. Hinc legitur in eorum Commentariis, mortuo Rab, decretum fuisse, *myrtum & ramos palmarum Sponsis in pompa Nuptiæ non esse præferendos*, V. *Stephen Buxtorfius* fol. 182. Eandem ob rem sterilitate olim Iudææ, Rabbi Thom. Bartholinus *de Puerperio* Rationem reddit Apollonii Scholiastes: *Quia, inquit, mos erat parturientium, ut sic dolores subl evarent anxiis, proxima quaque apprehendere, ideo Latonam* legimus Palmæ *adnixam peperisse Dianam & Apollinem.* Quò respexit Nonnus *Διονυσιακῶν lib.* 27.

Ἐτέρως Λατῖ·

Οὐδὲ μανὶς πετάλοιο γάμου σεμνοῖο φάνηξ.

Donec Latinæ

Filibus foliis sence obstrictis eras Palma &c.

Ut & alia quædam addam: In foliis *palmæ* scripitatum olim, ut testatur Plinius *lib.* 13. *cap.* 2. & Maro *Æneid. lib.* 6. ubi de Sibylla fermo est. Sic *malvarum palmarumque folia* jungit Isidorus *lib.* 6. *cap.* 12. quæ duæ arbores maximè in hunc usum olim adhibitæ. Et quidem malvæ illud bonum, quòd folia ejus mollia, cùm asperiora sint palmæ: Sed alio vincit *palma*, quia mollia malvæ ob mollitiem vix sustinent calami munimen, Vossius de *Arte Grammat. lib.* 1. *cap.* 36. Hodieque Indi cum Brachmanes in *palmæ* foliis scribere notat P. de Valle *Itinerar. Part. IV.* ubi libellum ex hujusmodi foliis contextum ab horum Brachmanum aliquo muneri accepisse, addit. Sed & ficellæ ex iis confiebant, cujusmodi ficelli in igni illæsâ manente, Eulalium Mon. innocentiam suam probatam dedisse, refert Marul. *lib.* 1. *cap.* 4. &c. Quod verò de *palma* adversùs pondera renisu magno consensu tradunt Auctores, non de ejus arbore, frondibus, foliisque, sed ligno, intelligendum, ut his verbis docet *Vitruvius lib.* 2. ubi rabie *palmæ* ligno confecte id peculiare effe tradit, ut vi suâ tæ firmata, ponderi impositio adeò non cedat, ut sursum potius fornicis instar convexa contendat, tectumque ædificii eo fortiùs sustenet: quod & de abiete & picea scribi: Theophrastus *Histor. Plant. lib.* 5. *cap.* 7. Atque hanc ob causam Cyrus turres, quæ ad flumina oram extruebat, *φοίνικι συκλώσας*, *palmis* excitis subfabricaque *fundavisse* legitur, apud Xenoph. *de Cyri Instit. lib.* 7. Quam in rem V. Gataker. um in *Cinno cap.* 3. ubi plura de hac arbore, ut & apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Dioscoridem *lib.* 1. *cap.* 126. Theophrastum *lib.* 2. *cap.* 8. Salmasium ad *Solinum*, Joh. Meurfium *Arboreto sacro cap.* 5. Jo. Henricum Urfinum *Arboreto Biblico cap.* 40. Jo. Casp. Suicerum *Thesauro Eccl.* voce *Φοῖνιξ*, Alios: nec non suprà, ubi de *Caryatis*, *Dactylis &c.*

Palma, apud Solinum *cap.* 45. *Ingenia equorum etiam Claudii Cæsaris tempora probaverunt, cùm effusis vectore, quadrige currus avunlos, non minùs astu, quàm velocitate præverterent, & post decursa legitimæ spatia, ad locum* palmæ *sponte consisterent velut ussæ victoriæ præmium spontaneus*: missus est, & locus victoriæ, creta videlicet. Totidem nempe missus, totidem palmæ, cumque legitimi Circenses viginti quatuor missibus absolverentur, tot quoque palmæ dabantur. Hinc *Βαῖον*, quæ vox *palmæ* nomen significat, positum itidem pro *missu* ludici Circensis, quia ad singulos palma dabatur, & tunc folvebatur agon. Proin natrat Cedrenus, Justinianum cognom. Rhinotmetum, quum ludi Circenses agerentur, *ἐπειπὼν γενομένοις*, Apsimarii & Leontii antartarum colla pedibus calcasse, *ἄχρις ἀναβάσεως ἓξ σὺν τοῖς βαίοις, usque dum primus missus absolveretur*, fcà principio primi missus usque ad finem, colla Tyrannorum subpedibus fuis tenuit. Uti vero *palma*, h. e. *βαῖα*, pro missu; ira contraria vice *missus*, pro *palma* vel brabeo, usurpatus est *Missus*, *abbas*. Et apud Interpretem Juvenalis, *vocis missa*, pro vocis præmiis. Similiter Joannes Lydus *βραβῖον* etiam, pro *missibus*, usurpavit. V. Salmasium ad *Solinum pag.* 935. & suprà in voce *Missus*.

Palma seu *Palmarum dies*, seu *Palmarum Festum*, seu *Dominica in Ramis Palmarum*, seu *in Palmis*, dictus est dies Dominicus, qui Pascha antecedit, quia in eo, inquit Isidorus *de Divin. Offic. lib.* 1. *cap.* 27. *Dominus & Servator noster, sicut Propheta cecinit, Hierusalem ingressus, sibi passio portendit*. *Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei occurrentium laudavit in excelsis &c.* Historia habetur Johannis *cap.* 12. *vers.* 13. ubi *τὰ βαΐα τῶν φοινίκων*, *ramos Palmarum*, habet: Matthæus verò *cap.* 21. *vers.* 8. generatim κλάδους τῶν δένδρων, *ramos arborum*, five *Palmarum*, olivarum aliarumve. Unde etiam in precatione solenni, ad hoc festum attinente, Græci populum, qui tunc Christum Hierosolyma adventantem excipere deducerique, *τοὺς κλάδους τῶν δένδρων & βαΐα τῶν φοινίκων*, *Carmina arborum ramosque palmarum*, adhibuisse ajunt. Et in *Liturgiis* Romanis, nunc Palmæ solùm hoc de festo inde memorantur, nunc *Palmæ* simul & *Olivarum rami*, nunc tantùm *olivæ*, *nunc rami Palmæ ac olivarum*, nunc *olivæ cæteraramique arborum rami*, nunc *Palmæ seu olivæ*, nunc *rami arborum*. Atque inde Durandus *Rational. lib.* 6. *cap.* 67. §. 16. *Dicitur etiam alibi Dominica olivarum, quia rami olivæ portantur, quod sit ad representandum festivitas Israël, qui cum ramis palmarum & olivarum venienti Domino obviam exierunt.* Hieroiolyma nempe paulò antepassionem accedenti. Ubi verò nec *Palmæ*, nec olivæ fuerint, ramuli falicum efflorefcentes, ut apud Anglos alibique, Festo in hoce adhiberi consuevere, & myrtei apud Græcos, resle Georg. Phranze *lib.* 2. *cap.* 4. ut & buxei apud Gallos, Aug. Caninius *in Loca Nov. Testam. cap.* 4. Græcanica Ecclesia Festum hoc simpliciter vocat *τὸν Κυριακὸν τῶν βαΐων*, id est, *Dominicam ramorum*, & *Βαϊοφόρων*, *Dies in quo rami geslantur*. Ægyptii Christianis feu Copticis simile festum fuit, *festum Alsbaianin* dictum, quam vocem corrupam esse aly Hebræo *Hoshannah*, Gr. Selden. V. quod elamabant. ramos hos gestantes, unde etiam festum ipsum eo nomine appellatum, contendit Seldenus. V. quæ hanc in rem jam suprà diximus, in voce *Olivæ*: item *Osanna*. Addo salem, *βαΐων ἀποδείκνυσθαι*, apud Ballamonem *de Interd. Patriarchæ die Catechef. baiorum largiiione*, dici largitiones, quotannis ab Imp. & Patriarcha, hebdomade ante diem *Palmarum*, heri solitas: quidem verò sabbatho Lazari refuscitati Græcos memoriam recolere, ea potissimum magno pompæ apparatu, ramis olivarum *palmisque* in formas varias confictis, in ramis appensis, diem Dominicum, quem *Βαϊοφόρων*, q. *Palmiferum*, ut diximus, vocant, celebrare, uti pluribus videre est apud Meurfium *Glossar.* voce *Βαΐα*, L. Allatium *de Domin. & Hebdom. Græc. n.* 20. Laud. De la Cerda *Advers. facr. cap.* 14. n. 19. & J. Cafp. Suicerum *Thef. Eccl.* voce cad.

Ad *Palmam*, locus Romæ, juxta arcum triumphalem Septimii Severi, ad radices Capitolii, Floravantius Martinellus in *Roma facr. pag.* 45. id est, ad ædes Deorum Penatum, ubi hodie templum S. Mariæ Liberatricis, Nardinus *Româ Antiq. lib.* 5. *cap.* 4. apud Car. Macrum in *Hierolexico*.

Ad *Palmam* Auream, locus ibidem, memoratus in *Vita* S. Fulgentii, *Pallara* forte hodie.

Palmaris synodus, cognominata est Synodus Romana quarta, habita Rufio Magno Fausto Avieno Consule sub Symmacho Epifc. Rom. A. C. 502. ut est in Cod. Naziancenfi, uti observat Sirmondus *Not. ad Arnium Epist.* 31. quam tamen alii nomenclaturam Synodo, Avieno juniore Consule celebratæ, attribuunt. Hanc porro fic dictam putant, quòd in porticu Basilicæ S. Petri, quæ hanc appellationem sortita est, fuerit coacta. Anastasius Bibliothecarius in *Honorio Pontif.* *In porticu*, inquit, *Beati Petri Apostoli, quæ appellatur ad Palmaria &c.* Sed & loci Romæ, dicti *Palmaria*, meminit Anonymus de Conflantino M. à Vadio editus, *pag.* 482. ubi de eodem Symmacho: *Deinde veniens ingressus Urbem, venit ad Senatum*, & ad Palmam populo adiacentes &c. Ubi forte *Palma* idem quod *Palmaria* est. C. du Freine. V. quoque Macros Fratres *in Hierolexico*.

Palmarius, seu *Palmatius*, apud recentiores ævi Scriptores, *Peregrinum* notat. Poëtis Gallis *un Paumier*. Sed & *Palmarii* dice-

dicebantur, qui peregrinationem Hierosolymitanam seu ex voto ac devotionis intuitu, vel cruce ac sacra expeditione suscepta, in patriam redierunt; eo quòd, in signum exactæ istius peregrinationis, *palmarum*, quarum ferax est Syria, ramos præ manibus redeuntes deferrent. Aliam rationem adfert Durandus *Ration. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. *Qui de Hierosolymis veniunt*, palmam *in manibus ferunt, in signum, quòd illi Regi militarunt, qui Hierosolymis cum palmis bonorificè occipias est & posmodum iisdem, cum Diabolo pugnans, victor existit*, &c. Cum *palma* autem redisse in Patriam peregrinos Hierosolymitanos, testantur passim Scriptores. *Chronicon* Urspergense & Alb. Stadensis A. C. 1104. *Nonnulli etiam* palmati de *Hierosolyma redeuntes* &c. Pet. Damianus *lib.* 2. *Epist.* 15. *Ex Hierosolymitana peregrinatione devenien, palmam ferebat in manu* &c. V. Auctores alios, laudatos Carolo du Fresne *Dissert.* 15. *ad Joinvillam*. Posliquam verò sic Patriæ appropinquassent, fuscepti fuere cum processione Ecclesiastica. *Chron.* Moviniacense *lib.* 2. V. quoque Olaï Wormii *Lexicon Runicum*, in voce *Palmare*, & plura hanc in rem, apud Car. du Fresne *Glossario*.

Palmata, nomen vestis apud Rom. quia *palmæ* in illa pictæ, inquit Manutius. Et quidem *Togæ palmatæ*, meminit Martialis, cùm *lib.* 7. *Epigr.* 2. canit:

Comes & magnos illa sæpe meret triumphos,
Palmataque Ducum sic vehit togæ.

Sed præter eum pauci alii Togam *palmatam* dixere. Plures Tunicæ *palmatæ*, quæ cum priore dari solebat, meminerunt, quam Festus nuncupatam ait à clavorum magnitudine, quòd nempe lato clavo ad instar palmæ manus distincta esset: deinde à genere picturæ, quòd Palmas haberet intextas. In genere vestem *palmatam* memorant Suetonius in *Claudio*, Valerius *lib.* 9. *cap.* 1. & Ausonius in *grat. act. ad Gratianum pro Consulatu*: ubi notat Ferrarius, eandem vestem, modò *Trabeam*, modò *Togam palmatam* dici, quod etiam Sidonius & Cassiodorus fecere. Eadem ergo Toga triumphalis & *Picta* dicebatur, quòd acu distincta erat, & *Palmata*, à genere picturæ, hoc est, à *palmis*, licèt & talis postea diceretur, quanquam aliis figuris distincta esset, tandem & *Capitolina*, quòd talis Jovis erat in Capitolio, vel quia in Capitolio asservabatur. Nec triumphantium verò solùm Toga talis fuit, sed Consulum quoque, sub Imperatoribus, quoties Magistratum initrent ipsis Kal. Jan. item cùm Jani Templum reclaretur: & Prætorum. Unde Juvenalis de Prætore, ludos edente,

——— ——— *Picta Sarrana ferentem*
Ex humeris aulæa togæ, &c.

Then as porro ducentium, Rubenius *ad Martialem d. l.* Imò & præcipua dona, quibus amicos Reges Senatus Romanus excolebat, Togæ pictæ & Tunicæ *palmatæ* fuerunt, teste Livio aliisque: Fuisse autem has vestes triumphales in templo Jovis asservatas, indicque cum opus esset, deprompsas, docet Lampridius in *Alexandro*, ut & Capitolinus in *Gordiano*. Originem hujusmodi vestium, ut & reliqui triumphantium cultus, à Tuscis, à quibus Tarquinius acceperit, arcessit Florus aliique. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. lib.* 2. *cap.* 8. cui adde Thom. Dempsterum *Paralipom. in Jo. Rosini Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 29. & Car. Pachalium *Coronarum lib.* 6. *cap.* 21. Simile quid *Palmatianæ vestes*, apud Gregorium M. *lib.* 1. *Epist.* 64. *Nobis de cætero, ne quid inornatiores debeat, imbuendum. Ex quoniam non Alexandrinæ sericis, Palmatianas, quas tua direxit Fraternitas cum gratiarum actione suscepimus, sed eas, ne quid exinde potuisses senatre dissendum, digno fecimus pretio venumdari* &c. ubi fic dicuntur itidem, quibus aurum, & *palma* intexta. Atque hæc Alatæreæ ad *h. l.* sententiâ est, cui non placet Baronii, *uvas Palmatianas* seu *vinum Palmatianum* (de quo Senator *lib.* 12. *Epist.* 12. & Alexander Jatrosophista *lib.* 2.) intelligenti conjectura. Alii tamen *uvarum palmarum* voce hæc intui volunt. V. Menagium *Origin. Italic. pag.* 1039. Car. du Freine *Glossar.* & Macros Fratres in *Hierolexico*.

Palmata, apud Recentiores, pœnitentiam notat, & quidem certam ejus speciem. Beda de *Remed. pecc. cap.* 14. *Si quis tinxerit manum in aliquo liquido dño, & non idonea manet, centum* palmatis *tundetur*. Harum 20. pro uno pœnitentiæ die valere, legimus apud Car. du Fresne, ex *Pœnitentiali MS.* Thuani *cap.* 3. Ibidem *cap.* 16. legitur: *Sed ibi modo 12. iridiantur singulis cum ipsâ vestis vestibus impletis, cum palmatis* 300. *per singula psalteria, excusant unius anni pœnitentiam*, &c. Joh. Laudensis in *Vita* Petri Damiani Caudin. *cap.* 3. *Cæteris autem spiritalibus exercitiis disciplinæ, videlicet meaneis, palmatis, prolixis ulnarum extensionibus* ——— *incumbebant*. V. eundem *Opusc.* 15. *cap.* 18. Quid verò *Palmata* propriè sit & in quo consistat, quærunt Eruditi. Baronius A. C. 1095. *num.* 11. ait, *pœnitentiam palmæ* fortiâ fuisse verberatas: quod verosimile du Fresne judicat, de iis, quibus obtenuina perpetrata imponebantur hæc pœnitentiæ species, quod ex verbis *Pœnitentialis* laudati elici potest, ubi *centum palmatis tundi* dicitur, qui tinxerit manum &c. At in Spontaneis *Palmata* non idem dicendum judicat, ait enim, à vero abhonum esse, eos, qui sibi ipsi, devotionis opinione, has imponebant pœnitentias ab aliis *palmatas* seu palmarum percussiones acceptisse: Illos proin, harum vice, *palmas* aliisse ad pavimentum, colligit ex eodem Petro Damiano *lib.* 6. *Epist.* 27. *Lorica est homo indutus ad carnem, ferreis membris divisis circulis ambit, mitis cum labore metaneas, alludit in parvitium sapine palmas*. Simile est *mortificationis*, ut vocant, Monachicæ genus, quod refertur ab Hugone Flaviniacensi *pag.* 160. de Richardo Abbate Virdunensi: *Cui ecclesiam movis erat glasteriorum ex ordine quoque die dicere, & primas quidem quinquagenas prostratus manibus ad terram affixis dicebat, quinquagenas erectus, quinquagenas prostratus toto corpore, sed suspensus, articulis pedum manuumque sustentatus*; perorabat, apud Car. du Fresne *Glossar.*

Palmes, propriè de *palmarum* virgis, quæ Græcis σπάθαι, & κλωσοὶ, quòd in modum *palmæ* humanæ virgulas, quasi digitos, edat: indeque vites vox translata. Hinc de Junone Bacchi Hercultique infignia sibi vindicante, Tertullianus *lib.* de Corona mil. *Junoni vitem Callimachus indivit, Ira, inquit, & Argis signum palmite vindimium, subjecto pedibus ejus corio leonino, insultantem offenias novercam de exuviis uxoriusque privigni*. Quam in rem V. Car. Pachalium *Coronarum lib.* 4. *cap.* 1. &c. Cœterum de *palmitiosus Vitis*, V. latè differentem Plin. *l.* 17. *cap.* 22.

Palmitiæ Nicolaæ, apud Athenæum *lib.* 14. *cap.* 23. V. supra *Nicolai panes*.

Palmularium, apud Meursium in *Glossar.* Παλμυλάριον, litera alperiore in leniorem muratâ, pro *Parmulario* est. Sic autem dicti Gladiatorum genus, quòd *parmâ* seu *parmulâ* uterentur, uti discimus ex Suetonii *Domitiano cap.* 10. ubi pro nomine proprio *Parmularium* à Viris doctis malè accipi, ostendit Cl. Suicerus *Thesauro Eccl.* voce Παλμυλάριον.

Palmyra, adde; Urbem eandem cum *Thamar*, opere Salomonis, de quo in 3. Regum *cap.* 9. facit Gerh. Jo. Vossius *de Idolol. libro* 2. *cap.* 5.

Palpebræ, an à palpitando, i. tremendo, quia semper moveatur, an à Græco βλεφαρον; an à *palpando*, i. prætentando objecta: an quasi φάος-β βλέπω, i. *indumentum oculis* in genis homini & struthiocamelo utrinque; à provida natura concessa sunt, *ceu vallum quoddam visus & prominens munimentum, contra occursantia, aut alia forinsecus incidentia*, Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Mulieres verò præpostè à decoris ostentatione etiam inficiebant. Idem *ibid. Mulieribus verò etiam lusciis quotidianum. Tanta est decoris affectatio, ut tinguntur oculi quoque*. Ubi meritò *quotidiano* ait. Quibus enim earum illita semel fuco est facies, id nisi quotidiè fiat, turpissimis rugis & lurido colore statim illa fœdatur. Fuligine id factum, Juvenalis ait,

Ille superciliun madidâ fuligine tinctum
Obliqua producit acu.

Unde Tertullianus *de Cultu Fem. In illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus purgat, genas rubore mutilant, oculos fuligine porrigunt*. Fuligo autem illa è stibio: de cujus nigro pulvere accipienda hæc ejusdem *lib. de Habitu mul. & illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur*. Unde ipsum illibium πλανισβάλρον dictum: Nempe hoc pulvere supercilia circumducebant & in arcum formabant, ficque oculorum spatium veluti producebant ac extendebant mulieres. Jon *in Omphale*,

Καὶ τὸν μέλανων ὀφρύων ἀμυλλητῆρ' ἐφθόν.

Hinc τὸν ὀφρυμέλανα Hefychius, συνεπιμέλη oculorum interpretatur. Pollux, τὸν ὀφθαλμὸν τανυγλῶσσα, τὰς ὀφρῦς μελαίνει, ὃς γυναικὰς ὑμνοῦσιν ὠδαὶ τινες &c. Salmasius *ad Solinum* p. 1148. Eundem *palpebræ* inficiendi ritum hodieque in Oriente vigere, docet P. de Valle *Itinerarii Tom. II.* At in fupplicium *palpebræ resectæ* Regulo, habet Historia Rom, quòd ille Scili obveries eo acriùs excruciaretur, uti videre est apud Ant. Thysium JC. variæ hâc de re Veteris, fraventias (non enim consentiunt omnes) enarrantem *Not. ad Val. Maximum lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 14. &c. Plura de *Palpebris*, V. apud Vossium de *Orig. & Progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 23. ubi de *triplici earum usu, albuminugine ac nigrarum discrimine*, & *lib.* 4. *capp.* 39. & 87. ubi de *Medicina illarum*.

Paludamentum, cum fago & chlamyde à nonnullis confundituret aqui tamen propriè loquuntur Scriptores, *Paludamentum* imperatoris vocant chlamydem, *fagum* militum. Varro de *L. L. lib.* 6. *Paludata à Paludamentis, Sunt hæc insignia & ornamenta militaria. Ideo ait bellum cùm exit Imperator ac Historici vestimentum, & signa inliniuntur*, Paludatus dicitur *profectis, quæ propter ea quòd conficiuntur & simi palam*, Paludamenta dicta. De qua notatione videant rideantque docti. Juvenalis *Sat.* 6.

——— *Cumque paludatis Ducibus, præsene marito,*
Ipsa loqui &c.

Duces ergo atque Imperatores *paludati* proficiscebantur in hostem; cùm ebello reverterentur, polito *Paludamento*, togati ibi hem intrabant. Quare ut novum ac Tyrannicum in Virgilio notavit Suetonius *cap.* 11. *Quòd urbem ad classicum intrăverit paludatus*. Fuit autem *Paludamentum*, ficut quoque Sagum & Chlamys, à quibus formâ non multum discrepabat, indumentum apertum, quod tunicæ superinduretur fibulaque nectereiur, sed Chlamyde longius ac fulius. Et quidem apertum fuisse, illud

Iovis de Graecho demonstrat, *Paludamentum brachia involvens*. Etiam fibulatum, veteres tractus indicant: Sicuti Imperatorum vulgari laxius & fusius, tum numismatas tum marmora vetera ostendunt. Ex lana vulgaria *Paludamenta*, seu Chlamydes, Imperatorium autem ex purpura fuit: unde notatus a Tione *l. 59.* Commodus Imp. quod tunicâ & chlamyde fericâ purpureâ auro intexta; item Caius Cafar, quòd perpontem triumphalem incedens, thoracem Alexandri M. & Chlamyde fericâ ufus eflet. Sed & auratae Chlamydis, Virgil. *lib. 4.* & *Paludamenti auro textilis, pictaque alia materia*, meminit Plinius, de Agrippina loquens: quod mirum profectò, quomodo enim aurum fine alia materia texi potuit, difficile dictu eft. Porrò, cùm communes Graecorum Chlamydes albae eflent, Romanorum nativum lanae colorem retinerent, Chlamys five *Paludamentum* Imperatorum purpureum five excocto fuit. Plinius *lib. 22. cap. 1. Mag. ita flammea Galatiae, Africae, Luftraniae excitpurum Imperatoris dicatum Paludamentis*. Unde ex purpura Caefarem ab hoftibus agnitum fuiffe docet Dio *l. 42.* Ipfe Caefar de fe *Comm. lib. 7. Accelerat Caefar, ut praelio interfit, ejus adventu ex colore veftis cognito.* Horatius de Antonio fugiente, ac victo,

Terra marique victum hoftis Punico
Lugubre mutavit fagum.

Hinc idem Dio *lib. 46. Paludamentum* fimpliciter φοίνικα appellat: Appianus *de bello Parth.* ἀνὴρ φοῖνιξ: qui idem in *Parthicis* memorans prodigia, quae Craffi exercitum praecefere, illud etiam poft fuit, atratum eum, non purpuratum ad milites proceffiffe, ὡσὰν ἐν φοινικὶ, inquit, ἀπ' οὐ τοῦ ἱματίου μέλανι. Idem alibi de M. Antonio, qui eodem Parthico bello allocuturus milites pullum *Paludamentum* petiit, quò miferabilior eflet, diffiladentibus tamen amicis, ὡς τῇ στρατιᾷ φοινικὶ, proceffit. Quod idem Valerius Max. de Craffo narrans, ait, Imperatorium *Paludamentum* aut purpureum fuiffe aut album, *lib. 1. cap. 6.* De Sexto autem Pompeji filio, belli fucceffibus inflato, Appianus *Civil. lib. 5.* τῶν στρατηγικῶν, inquit, ὡς Ἀυτοκράτορα, χλαινίδα ἐν φοινικῇ μεμαλλωμένην, *Imperatorium* Paludamentum *purpureum in cuculum mutaffe*, quafi a Neptuno adoptatus eflet. Plura in hanc rem V. apud Octav. Ferrarium *de Re Veftiaria Part. 2. tom. ubi inter alia paludati Imperatoris habes icona.* De *Paludamenti* vero abjectione, *vilius & turpis* fugae in Dolabus argumento, V. Cafubonum *ad Suetonium Auguft. cap. 10.*

Palumbes, feu Palumbus, columba fylveftris eft, Hebr. יוֹנָה, *columba arborea*, feu *nemorum*, in tit. Pfalmi 56. quòd in fylvis degit, & in arboribus nidificat. Theocritus *Idyll.* 5.

Κὴν μὲ δέρυ τὸ πυθῆνι ἀνέκοψε φάσσια,
Ἦε τὰν ἀκάνθαν κρᾶξε δ'.
Ἐι τοῦ κα δοκεῖς ἔμεν πυελλὰ πόκ palumbum
Ex *jumperi abrepium.*

Unde Gallis *ramier*, a *ramis* arborum. De iis Plinius *lib. 10. c. 35. Vivere palumbes ad XXX. annos aliquos ad XL. habemus auctiores, non ita pridem nato ingenio — Cinnae omnibus, fimilis atque idem, vitio confiftere verfis praterquam in clauftali gemitu &c.* Iisdem caftitas tanta, ut adulteria morte puniant. Porphyr. *de abflin. anim lib. 3.* & Phile *de Anima cap. 19.* uterque ex Aeliano *Hiftor. lib. 3. cap. 44.* Mahomettanis inprimis in pretio funt, qui proin illos circa Meccham magno numero alunt. Nempe fub *palumbi* fpecie Mahumeti Deum apparuiffe multaque infpiraffe credunt. Lud. Vartomannus *Navigat. lib. 1. cap. 18. Dum iter agimus* (versio Mercatum) *unum innumerabilem palumbes nobumeri. Apud avitia hujusmodi ab illa ave travifi genus, quae Mahumedi in aurem loquebatur, fub velamento facri Pneumatis.* Unde, quod columbae Mofes, quam tempore decrefcentis diluvii ex Arca emiffam ait, id *palumbi* tribuunt idem. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poster. lib. II. pag. 33.* Apud Plautum in *Perculo*,

Nos tibi palumbem ad aream atque adduximus,
Nunc te illum melius capere eft fi captum effe vis:

voce hac lepide dictatur homo peregrinus ac hofpes, qui ante infidiasque lenonis objectus, dal-chamipus *Not. ad Plinium d. l.* V. quoque Voffium de *Orig. & Progr. Idolol. lib. 3. cap. 79.* ubi de *aetate eorum*, quam illos ad ann. 50. perducere ait, & *cap. 91.* ubi de *Palumbi & turture difcrimine*

Palus, nomen Gl. diatoris nobilis Cafubono, cujus praemortui nomen Commodus aflumferit, apud Lampridium *in hujus Vita: appellatus eft Sura inter cetera triumphalia nomina, etiam fex. genitis viciis* Palus *primus fuppotatum*, quo modo legendum effe Paflatius cooke & ex Dione viri doctiffimi fun ut ederunt documento. Sed quòd idem, juxta Cafubonum, *Palumbi* dictum fuiffe cenfent Commodum, ex nomine gladiatoris cujuspiam jam ante defuncti, non aflentum accommodat Salmafius. Nec enim eo ufque dufunt Dionis verba, apud quem legitur Παῦλος ἀνὴρ συκλήτου; nec affentitur is legentibus, ὁ δὲ Παῦλος συκλήτου, ut Παῦλος fit nomen proprium. Deinde enim potuit hoc fenfu fcribi, Παῦλος ἀνὴρ συκλήτου ἐγένετο. Igitur unica voce Παῦλος ἀνὴρ apud Dionem Vir Cl. fcribit, quae vox nihil aliud fignificat, quàm *primum fuppotatum*. Sequitur is ait cum armatura utebatur Commodus. Dio, Ἡνίκα δὲ ἡ ὑγιὴς τῶν ὅπλων ἐγένετο τῷ ἀνὴρ συκλήτου. Inde igitur inter triumphalia omina, πομπικὰ ἀνὴρ συκλήτου dici amabat. Sequutore tes namque erant, qui forte victis fufficiebantur & victoribus comparabantur, qui Graece ἴσοι ἀνὴρ: *hinc* πολέμιοι &, cujus prima fors exiit. Sed, ut dictum, πολέμιοι ἀνὴρ συκλήτου, eft primus fequutorum. Lampridius pro nomine proprio videtur accepiffe, apud Dionem, qui vertit, *primus Palus fequutorum*, fed falfus eft, aut certè *palum* pro forte pofuit & vocem retinuit Graecam. Vetc. Gloffae: Πάλον, *palus* &c. Hactenus Salmafius *ad Lampridium l. c.*

Palus, non minimum in Athletarum Gymnaftica olim locum habuit. Exercitationis cujus meminit Vegetius *lib. 1. de re Milit. cap. 11.* cum fcribit: *Palorum ufum non tantum militibus, fed etiam gladiatoribus plurimum profuiffe, nec unquam aut certamen, aut campum victores adiffe declaraffe, nifi qui diligenter ad palum fuiffent exercitati.* Proin omnium frequentiffime in hac fe futuri Athletae, & militari difciplinae initiati, exercere foliebant; quod quo pacto factum fuerit, idem ibidem docet, his verbis: *A fingulis Tyronibus finguli pali defigebantur in terram, ita ut micare non poffent, & fex digitis eminerent: Contra illum Palum veluti contra adverfarium Tyro cum crate & clava, tanquam cum gladio & quisque exercebat & fudo: ut nunc quafi capus aut facien petaret, nunc & lateribus minaretur, interdum oninenteres & poplites & crura ferire, recedere, affultares, inftitres, & quafi praefentem Adverfarium, fic* Palum *omni impetu, omni bellandi arte, tentare.* Unde & Seneca *Epift. 18. Exercemur ad palum.* V. quoque Platonem *de Legg. l. 7.* Ariftotelem *in Politicis* Hier. inprimis Mercurialem *de Arte Gymnaftica l. 3. c. 4.* Juvenalis de hoc Exercitii genere, ita *Sat. 6.*

——— *Aut ipfi non vicibus vulnera pati,*
Quem cavet affiduis doctibus, fanuque laceffit,
Ergo omnes implet numeros &c.

Sed & fuppliciis id genus. Hinc *Nudum ad Palum* vapulare, poena fervorum erat, in *L. Longob. lib. 3 tit. 7. §. 1.* & *Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 30. De Palis* facrificalibus, V. Siculum Flaccum aliosque a grim enfores: de *Terminatibus*, fupra in voce *Pali*. V. etiam quaedam, voce *Paleola*; ut & ubi de *Monomachia*.

Pamifus, fluv. Meffeniae, addet Ei, velut Deo, facrificatum effe a Meffeniorum Regibus, inftituti auctore Sybotâ, Dotadae filio, teftis eft Pauſanias in *Meſſeniacis*.

Pampa, vicus vicinus Tentyris, qui & Παμπανὶς dicitur. Juvenalis *Sat. 15.* ubi de bello inter Tentyritas & Ombitas exorto:

Terga fugâ celeri praftant infamibus Ombit,
Qui vicina colunt umbrofae Tentyra Pampae.

Itinerarium Antonini *Pappam* vocat, *Tentyra, contra Coptum, Pappa* pa &c. V. Salmafium *ad Solinum pag 448.* At in Capitular. Caroli M. *lib. 7. cap. 314. Ut Clerici pampus aut trangis vel armis non nantur*: Lindenbrogio *pampa* videtur ficae genus, in Germaniâ ufitatae, quod etiamnum *Pampi* vocetur apud Cod. Theod. in *Gloffar.*

Pampelona, urbs praecipua Regni Navarrae, quod abea Regnum *Pampelonae* quoque dictum eft. Poftquam enim Pelagius, Mauris (qui Hifpania fuerant potiti) inter fe diffentientibus, primum Hifpaniae Regnum in montibus Aſturiae, Gallaeciae & Cantabriae, erexiffe, circa A. C. 716. fecundum in montibus Pyrenaeis orfus eft Garfias Ximenius feu Innicus *Lerca A.C. 724.* cujus fedes Infa primùm: inſignia rubra parma nulli picturâ diſtincta: titulus, *Supravaria & Ripagorca* fuit. Dein vero, fub Garfia Inico II. capta *Pampelona*, Lat. *Pompeiopoli*, & in eam fede Regni translata, *Regnum Pampelonae* id vocatum eft, donec *Regni Navarreni* titulum accepit. Georg. Hornius *Orb. Imper. pag. 164.* V. *Pompeiopolis* alibique paſſim.

Pamphilus, addet V. & G. J. Voſſium *de Hiſtor. Graec. lib. 1. cap. 7.* in Gr. Pamphila, feu Pamphile, in Eo mulier, veſtes bombycinas, ex Aſſyria bombyce textas redordiri rurſuſque texere prima inventa, Plinius *lib. 11. cap. 22.* ubi de bombycina veſte: *Prima eas redordiri, rurſus q. texere invenit* — Pamphile *Latoi filia, mirafraudanda gloria excogitatae rationis, ut denudas famininae veſtis.* Cujusmodi veſtis, à Coa diverſa, quae ex Coisbombycibus, cujusque apud Vettmentio eſt cùm de Coa apud illos nil neperiatur. Nempe artificiorum Eo quidem ipſum inventum retexendarum è bombyce Aſſyriae veſtium, delicatiusque texendarum, materia ipſa bombyx Aſſyria, unde Ἀσσυρίαι βόμβυκες, quae eaedem, cum Sericis. Etenim Romanae Graecaeque foeminae Sericas veſtes inde allatas filatim refolvebant, iterumque ſubtiliori ſtamine texebant &c. Atque hae Sericae Aſſyriaeque veſtes foeminarum ſolùm erant, Plinii tempore, cùm Coae etiam virorum eſſent, uti alibi diximus. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 143.* & *Jegg. ut & hic paſſim.*

Pamphilius Obeliſcus, inter XIII. illos, qui Romae hodieque ſuperſtites vifuntur Erexerat eum Heliopoli Sothis Manethonis filius Rameſes: quem poſtea Romam tranſtulit A. C. 249. ad Praetoriana caſtra, in Hippodromo, Anton. Caracalla Imp. ſtatuit. Demum A. C. 1649. munificentia Innocentii X. in Foro Agonali, ſuper excelſa rupe ab arte, ad naturae invidiam, diſpoſitione Equitis Bernini Architecti, ad 4. Mundi plagas, copioſis rivis fontibuſque ſcatente, erectus eſt. Georg. de Sepibus *Deſcript. Athefci Kircheriani pag. 12.*

Pamphilus, Apellis Praeceptor: Primus cum Arte pingendi Matheſin conjunxit, negans ſine Arithmetice & Geometria illam poſſe perfici. V. Plinium *Hiſtor. Nat. lib. 35. cap. 10.* & Gerh. Joh.

Vossium *de Scientiis Mathem. cap.* 2. §. 13. quorum hic, Picturam & Geometria accipere lineam a magnitudinem: ab Optica sumere lumen & umbram, splendorem ac opacitatem, eruditè offendit. V. quoque quæ hanc in rem Alb. Durerus, celebris ille Germaniæ Apelles, literis consignavit.

Pamphylia, adde: Hac regione, ut & Phrygia, Lycaonia, Mauritia & Pisidia, Ἀνεβρακὸν ὄνομα, constare, ait Constantinus, *de provinciis Orientalis Imperii*, ἐξ *Asiam parvam* & *Proconsularem* olim dictam; qua de re quid sentiat Salmasius, V. illum *ad Solinum pag.* 903. & *sequ.*

Pamphylium Marc. seu *Pamphylius Sinus*, dicitur is, quem Pamphylii accolunt: quo nomine etiam Cilicium interdum comprehendebant. Nam & Cyprum Παμφυλίοις ὕδασι κείμενον, *Pamphylio in Sinu*, collocat Dionysius, cùm illa Inf. opposita sit tota Ciliciæ oræ maritimæ. Sed & ἰσοκλὴς ἡβῶνα etiam *Pamphylium* dici, notat Eustathius ab Ilio, ad Patara Lyciæ usque. Dionysius finus ejus, quidquid Pamphyli circum colunt, usque ad Chelidonias extendit; quibus contraversum Tauri promuntorium. Idem Cilicium Sinum à *Pamphylio* separat, de illo ita canens, post Pisidiæ Urbes & Pamphyliæ:

Κάδνῳ δ' ἐκ μὲν ἔπειτα πεδίλιον εἴσιν ἐπ' ἴσον
Ὑδάτι ἔνι βεβαίῳ πεδίῳ ἐπιδέγμενον Ἀμφιτρίτην,
Τόσσην ἐυξείνοις κοιλώνεται ἅλμυρον.

De Pamphylio v. Mela, Side portu & Tauri promontorio claudi, ait. Cœterùm, uti Lycius & Cilicius, ita & *Pamphylius Sinus*, muleis aliis parvis finubus porro lancinatur, in terras excurrentibus, ubi promontoria lata. V. Salmasium *ad. p.* 781. & *sequ.*

Pampinata Lanx, in Epist. Gallicni apud Treb. Pollionem in *Divo Claudio*, *Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas, scyphos aureos gemmatos trilibres duos, discum corymbatum argenteum librarum viginti. Lancem argenteam* pampinatam *librarum triginta* &c. à *pampino* nomen habet, quemadmodum à corymbio, *corymbiatus* dicus appellatus est, in quo corymbia mulierum, & crinium cumulatæ in alum structuræ (à corymbi vel racemi similitudine sic dictæ) celatura expresse erant: ab hedera *hederata* patina in *fragm.* quæ hederæ corymbos & racemos habuit: à filice, *filicata* patera, quæ ad filicis herbæ speciem erat cælata &c. Variis enim argumentis, in cælandis vasis, fuit Veterum luxuria. V. Salmasium *ad l. c.* Fuit à *Pampinus*, coronamentum Bacchi, apud Horatium *Carm. lib.* 3. *Od.* 25.

—— *dulce periculum est*
O Lenæ sequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

Et alibi,

Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

Quin aliàs is hedera & vite coronantur. Atque hinc coronæ illæ vitigineæ, i. ad pampinorum vitis similitudinem effictæ, originem traxere. Fuit autem *pampinus* hujusmodi corona, symbolum maturitatis ejus, quæ fini est proxima. Unde, cùm Eques quidam Rom. per quietem vidisset, Claudium hujusmodi coronâ evinctum sibi testamento *fulcis*, vergente autumno morem Principis ostendi, inde conjecere harum rerum periti, apud Tacitum *Annal. lib.* 11. V. Car. Pafchalium *Coronarum lib.* 4. *cap.* 1. Cœterùm *pampinationem* Stolonis inventum, facit Plin. *lib.* 17. *cap.* 1.

Pan, adde: In *Etymris*, qui Orpheo attribuuntur, φανέωσιν ἀπαρχὴν appellatus legitur. Credebatur enim repentinos injicere & lymphaticos metus, ac ipse fubitis inconfulsoque motibus gaudere. Unde ibidem, vocatur ἐκφοιτητὴς & ἀδέσποτος, i. *falsator ac vagabundus*:

Ἐλθὲ μάκαρ ἐκφοιτᾶ, ἀδέσποτε, σύνθορε θεῖος.

Et de Fauno, fuppare ejus, Horatius,

Velox amœnum saepe Lucretilem
Mutat Lyco Faunus.

Silius que Italicus,

—— *Pendensi similis Pan semper, & imo*
Vix ulla inferiorem terra veneratur arena.

Quam ob causam Grotovius, apud ingeniosissimum Nasonem *Fast. lib.* 2. *vers.* 286. pro, *concitus ipse furens*, quod Scaligero placuit, legit: *concipis ipse furgas*, i. φανέωσιν, imaginatur, & fubitò nec quid nec quare exilit discursaque: ita ludens ipse repentinos metus, quorum credebatur excitator. De eodem, apud Val. Flaccum *Argonauticor. lib.* 3. habetur:

Ludus & ille Deo, parvidum praesepibus auferi
Cum pecus & prognat sternum duneta juvenca.

Qui superstitione abusus ille Gera, quem idem *lib.* 6. introducit, *Pana* habitu, habigeum, & tum vano ludibrio hostes territantem *versu* 650. & *sequ.*

—— *Parilcerique inglorius Arves*
Fraude novaffabula & furtis adjutus inanis
Depopulare greges: frontem cum cornibus auxit
Hispidus ing, Deilatuit terrore Lycei, &c.

V. Joh. Frid. Gronovium *Observat. lib.* 4. *cap.* 15. ut & paulo infrà. In Arcadia à pontiffimum cultus eft antiquitus, unde Romam venerationis ejus tranlit, *Panis Lyæi* nomine apud illos infignis; à quibus *Inuus* quoque, vel, ut alii, *Innus* appellatus eft. De facris ejus, *Lupercalia* dictis, V. *Suo loco*. Addi poteft, apes quoque ei, alvearia in ejus fuiffe tutela. Zonaræ Poëta *Anthology.* 1. *c.* 60. *Epigr.* 7.

Ὄφρα μελισσεύοις, Πὰν ἀγραυλοδόμε.

Ut apium fervator Pan *fubalbrearius.*

Inter Semideos collocat Placidius *ad verf.* 112. *lib.* 6. *Thebaid. Statianæ.* Quòd Echus feu foni repercuffi effet inventor, ideo amore ejus captus fingitur. Alcæus,

Παῖδα τὸν ἐννέπω σε, τὸν ὕδατι φύγεν Ἠχώ.

Pana me amorem infelicem & ex aquis fugit Echo.

Ejusdem Oraculum fuiffe apud Pifas, refert Lucitanus Placidius, *ad verf.* 479. *lib.* 3. *Thebaidos*,

—— *Rufticus accola Piſæ,*
Pana Lycæonia noctiurnum exaudit in umbra.

Et Templi idem meminit, *lib.* 3. *ad verf.* 206.

—— *Procul ecce, Lycæus,*
Parrhesiosq; super saltus.

Fabulam ejus eleganter interpretatur, Fr. Baco Verulamius *lib. de Sapientia Vet.* Fortunius Licetus. (qui Deum Mercurium interpretem facit, fed virilium fatis excitat) cæterùm, ut apprehendat Deum *Pana* fugientem à facie fubfequentis, cum verbis, *Fortaſſe ſicebit*, fymbolum fuum literarium fecit) *de Gemmis Annularibus cap.* 140. &c. ex antiquis Macrobius *Saturnal. l.* 1. *c.* 22. V. quoque Silium Italicum, *Bell. Pun. lib.* 13. Ei omnium primo, ab Arcadibus, poftquam in Italiam venifient, fedibusq; fub colle accepitis more patrio domicilia exædificaffent, Themide jubente, in loco, quem Romani *Lupercal* nominabant, templum fuiffe extructum, ex Livio, Juftino, Plutarcho, aliisque docet Joh. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 20. Quò facit locus Dionyfii *lib.* 1. *Erat tum ſpelunca ſub tumulo magna, denſo quercetu contecta, & ſub petris profundi fanticuli, ſolumque ruptibus contiguum, nemoroſum ac frequentibus proceriſque opacum arboribus. Ibi ará dicata Deo more patrio ſacra faciunt, quæ noſtro quoq; tempore faciunt Romani menſe Februario, poſt Brumam, nihil mutantes ex vitu priſtino.* Eundem cum Sole, Apolline, ac Satane pricis fuiffe, Georg. Hornius refert *Philos. Philol. lib.* 1. *cap.* 5. Cùm enim Sol, inquit, Domini effe terram ac plenitudinem ejus Pfal. 24. v. 1. fub *Panis* fchemate fe hominibus colendum dedit; *fub ſimem dein cap.* ex fabula *Panis* ac Echus, Philofophiæ origines aperit. Primum Idololatriæ inftitutorem *Pana* fuiffe, Clem. Alexandr. *Admonit. ad Gracos* afferit, inquiens: *Athenienſes autem, ne quis eſſet quidem Pan, noverant, priusquam eis diceret Philippides. Meriti ergo Daemonum cultus, quam diecunde topiſſes, ſine fine ſolitis vitiis.* Quod evidentius conftat ex Livio, Probo, Pomponio Lætho, Lactantio, Natali Lyrhidogo, Gyraldo, cæterisque Clafficis. Simonides hunc Satyrorum Pan, cipem ac Patrem Athenienfibus in bello navali opem tuliffe, Modofque profligaffe, cecinit his verbis,

Τὸν σαγήνιον ἰμὲ Πὰνα τὸν Ἀρκαδὸν, τὸν παῖδα Μαΐου,
Τὸν καὶ Ἀθηναῖων σὺνεδρον Μιλτιάδου.

Arcada Capricedemque in Modos Pana *locavis*
Me pro Cecropiis gloria Miltiadis.

Hinc in bellis omnibus, magni momenti fuere femper ab illo terrores, ut credebatur, hoftibus inveĉti: qua de re late Pauſanias *in Phocicis*, afferens Gallos, qui duce Brenno Delphos acceffierant prædaturi, fugatos à Deo *Pane* terroribus immiffis, confectofque vicifim mutuis ictibus; quod idem Hannibali quoque, ad Urbis Romæ mœnia accedenti, contigiffe, Sil. Italicus in *Punic.* narrat. V. Fortun. Licetum, de *Lucernis lib.* 6. *cap.* 17. *ubi Lucernam Minervæ Galvanianam explicat*, & de lampade, quâ Athenienſes hoc fuum Numen, inter alia, venerabantur, Cœl. Rhodig. *Lect. ant.* l. 27. *cap.* 11. de ejus coronamento, ex pinu decorato, Car. Pafchalium *Coronarum l.* 4. *c.* 2. & 1. *c.* 28. Inter Tzuxidis picforis opera, *Pania* quoque mentio, apud Plin. *l.* 35. *c.* 9. *Poſſea donare ſua opera inſtituit, quòd ea nullo fatis digno preſto permutari poſſe diceret ſicuti Anacimenen Agrigentinis*, Pana *Archelao.* Idem ex marmore Romæ fuit, in Septis, cum Olympo & Chirone ac Achille, *quos capitali ſolitudine fama judicavit dignos*, apud eundem *l.* 36. *c.* 5. &c. Plura hanc in rem, inprimis de *Panos* parentibus, *Panos Ægyptii* ætate, caprina facie ac cruribus, facie item rubra, V. apud G. J. Voſſium *de Idolol. lib.* 1. *capp.* 8. 12. 16. 27. & *lib.* 2. *cap.* 7. & *c.* 59.

Panacea, fil. Æsculapii, ex πᾶν & ἄκος dicta, ut ipfo nomine omnium *morborum remedia* promittat. Plin. *lib.* 24. *cap.* 4. V. Voſſium *ibid. lib.* 4. *cap.* 58.

Panactes, Græcè Πάνακτες, locus Atticæ, apud Stephanum, Πάνακτες, φύλαον Ἀττικὸν, ὁ Ἀνδρίων ὁ πέμπτος Κέκροπα. Harpocration, oppidum effe fcribit, inter Atticam & Bœotiam fitum, addiĉque eius mentionem facere Thucydidem & Euripidem & Menandrum, unde *Panactium* ei nomen origo dum eft, quòd ibi plurimum nafcereretur; fed & Πάνακτες, pro *Panaces origano*, abfolutè occurrit, ut Χάνακτ, pro *Chalybico ferro*, Μάγνης, pro Magnetico lapide &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1178.

Panaf, vox Hebræa, quam Efaiæ *c.* 6. *v.* 2. Chaldæus Interpres, aliique paſſim Viri eruditi, de operimento capitis Seraphinorum ſonantem, ad verecundiam eorum de imperfecto fuo in DEUM affectu, & ad metum reverentialem, quo aſtantes tantæ Majeſtati corripiebantur, referunt. Capitis enim obnuptio nota pudoris eſt, ut Braſſicanus in *Adagiorum farrag.* ſcribit: quique verecun-

recundantur, faciem & caput operiunt, Theophr. *in Character.* Unde apud Plautum non uno loco, frons perticita ac invrecunda his fignatur vocibus, *adeo modo & aperto capite.* Et in convivio Alcinoi *Odyſſ. 8.* Ulyſſes cauentem Demodocum audiens; præ verecundia caput operit: ut de iuvene ille, apud Arbitrum: de Socrate, apud Platonem *in Phædro*: de Helena, apud A. Gellium *lib. 14. cap. 9.* & Q. Calabrum *Paralipom. lib. 14.* nil addam. Ad facra redeo: Et hæc ſine dubio cauſa, cur Hebræi, cum alibi, cum maximè in Templo, orationi vacantes, capita velauerint, capitulis ſcepti, cujus ritus primus Auctor Moſes creditur, ad rubiconfectum vocemque Angeli inde auditam, faciem abſcondens. Nec mirum illum abeſſe, quod eum ritum Abulenſis ad ſubjectionem & timorem refert; unde Apoſtolus capitis velamen *poteſtatem* vocat, quia timoris ſubjectionisque nota: Quæ omnia non incommode Epiphanius *hær. 80.* ad CHRISTI capitis noſtri obductionem transferens, Hebræis illum non ita, ac nobis eſt, manifeſtum ac patentem ſimile facit. Quem ob cauſam Moſis lectur libros capita velaverint. Ita Anſhelm. Solerius *de Pileo Sect. 2.* Sed deceptus is eſt, cùm *Panaf* vule ſignificare, *operimentum capitis*: cùm Hebræa vox פְּאֵר reddi debeat *facies ſanct.* Ita enim verba habent, בְּשִׁתִּי כְּבֹדִי פְּאֵרִי, id eſt, *duabus aliis operiebat faciles ſuas*, &c. Jac. Ruxtoniſus.

Panagia, Græcè Παναγία, i. *Sanctiſſima* ſeu *tota Sanctia*, titulus quo B. Virginem Græci compellant. De cujus origine iſta referuntur in *Horologio Græco*, *Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſionem, quando ad menſam ſedebant, primitem accubitum vacuum relinquebant, ob reverentiam Magiſtri & Domini Jeſu, in quem locum ſuper pulvinar parvum panis, & pro comitebatur, deponere conſue vere. Peracta autem menſa, in altum panem illum exaltebant, precesque in gratiarum actionem recitabant, qui plus ufus à ſingulis Apoſtolis per humilum diſperſis continuatis diebus fuerat. At cum iterum in unum divina diſpoſitione in Deipare tranſitu congregati, poſt funebres functiones, ſc. die tertio illius obitus, cùm, poſt menſam, ſolitam panis elevationem cum gratiarum actione celebrarent, apparuit eis B. Virgo choris angelicis ſtipata, quæ vultu humanißimo eos ſalutavit: verſum illi mente ſuppeditò ut animi lætitiâ excitati, confeſtim in tali cœleſti viſione, ſolitas preces edentes, Panagia Deipara adjuva nos, conclamare coperunt & redeuntes ad Virginis ſepulchrum, ejus beatiſſimum corpus non invenere, quare certiores facti ſunt, illam animâ & corpore in cœlum aſſumtam eſſe. E qua hiſtoria originem habuit non ſolùm titulus B. V. attributus, ſed & ipſemet panis, qui in altum elevatur cum gratiarum actione, poſt comeſtionem, ita appellatus fuit; unde ſalens adhuc Græci Monachi, ad imitationem Apoſtolorum, Deo gratias agere, poſt corporis refectionem, quem panem benedictum dein inter ſe diſtribuunt & cophinum ſeu vas, in quo hic panis colleatur, Panagiarium vocant.* Quod ſuis Auctoribus relinquo mus. Meminit ſimilis ceremoniæ Condonus, in menſa Imperiali Græcorum adhiberi ſolitæ, *Parro Præfectus menſæ accepum panagiarium manu imperitat & elevans panagium, dat illum Domeſtico Menſæ, & ille Magno Domeſtico, hic Imperatori & quatu primum panagium ori inſerit, omnes acclimant, Ad multos annos.* E quibus patet, ait Dominic. Macer, nomine *Panagiæ*, non panem benedictum denotari, ut quidam volunt, ſed panem in altum elevatum, ad ceremoniæ præfatæ complementum: certè παναγία, non eſt ἐυλογία, *benedictio*, ſed *omnino ſanctia*, uti diximus, notat. V. Macrum utrumque in *Hierolexico*, Goarum ad *Euchologium Græcorum* pag. 887. Meurſium in *Gloſſario*, Alios. Jac. Sponius Patriarcham Conſtantinopolitanum tumulo à *Panagioſita ſon*, i. *tuum omnimodam Sanctitatem*, compellari, cùm quidam Ecclesiaſtæ tit. *Panagiotes ſon*, h. e. *ſanctitatis tuæ*, ſint contenti, adnotat *Iuner. Græcia Part. I.* pag. 270. Idem *Panagiori* cujusdam viri celebris, Chio oriundi, & in Aula Turcica magni habiti, ubi Interpretis, & aliquando Legati ad M. Moſcoviæ Ducem munere functus eſt, demortui A. C. 1673. Epitaphium Græcè lingua exaratum, quod in Monaſterio Chalcidis Inſ. viſitur, exhibet *Pars. 3. pag. 103.*

Panarion, Græcè Πανάριον, vocitur à Vett. liber, qui genimum apud Græcos tribus habet; & modò Σοφία Σολομῶν, *Sapientia Salomonis*, modò Σοφία τοῦ Σειρὰχ, *Sapientia Jeſu filii Sirach*, appellatur, V. Iſidorum Peluſ. *Epiſt. 66. lib 3.* pag. 281. Et quidem Græca vox occurrit apud Hieronymum, *Prologo in libros Salom. Ferunt & παναρίδιον. Jeſu filii Sirach: & alius Ἀποθεγματικὸν*. Latina apud eundem alibi: *Judaorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius — ſub quo Jeſus filius Sirach Sapientiæ librum compoſuit, quem vocant Panaretos* &c. Eodem modo vocatur *Salomonis Sapientia* vulgò inſcripta, apud Epiphanium de *Ponder. & Menſ.* Potiori longè ſenſu, ipſa Proverbia Salomonis, apud Euſebium *Præpar. Eccleſ. lib. 4. cap. 22.* Sed & omnes libri Τρανῶν, ſic vocari poſſint, utpote, *omnium Virtutum* monita complexi, uti docet Scaliger ad *Chronicon Euſebii*, apud Cl. Suſeerum vocc Πανηγύρ. V. de his omnibus librisſuo loco.

Panarium, nomen libri, apud Epiphanium contra Hæreticos conſcripti. *Arculam medium* ipſe interpretatur, *Epiſt. ad Acacium, & Paulum*, amicos ſuos, quorum precibus librum compoſuit, *Panarium ſive arculam medicam, ad eorum, qui à ſerpentibus* (Iah Hæreticis) *ictí ſunt, remedium* Dominic. & C. Macri *in Hierol. Panathenea*, adde: Utraque, menſe Hecatombæone jam aſſecto, celebrata fuere, de lampadis certamen, quod iis certabatur, in Ceramico extra urbem five in Academia peragebatur; cùm in Piræo illud vigeret, quod fiebat in Minervæ honorem. Agebantur autem eadem in Minoribus, quæ in Majoribus, ſi peplum excipias, qui in Majoribus tantùm *Panathenæis* inferebatur. Pompam lodoque tinctâ veſte ſpectare; vetat Lex: *Ἐν τῇ τῶν παναθηναίων ἀγῶνι μὴ εἶναι τὴ ἐσθῆτα ἰῶδη ἐκφόρια διωρίᾳ, Non liceat in veſte iinctâ Panathenæorum pompam iudoique ſpectare.* Qui fecus fecerat, in jus rapiebatur ad Agonotheram, qui in eum animadvertebat, ut diſcrimus ex Luciano *in Nigrino.* Sed nec peplum ſolùm in Majoribus inferri, verùm etiam Homeri carmina à Rhapſodis recitari moris erat, ex lege: *Καὶ τὰδε ἐν παναθηναίοις τοῖς τὰ Ὁμήρε ἐπη ῥαψῳδεῖν, Panathenæis majoribus Rhapſodi Homeri carmina recitent*; quam Piſiſtrati filius Hipparchus tulit, ut teſtis eſt Lycurgus *ὑπ τῆ κατὰ Λεωκράτους*, Æliamus *Var. Hiſtor. lib. 8. cap. 2.* &c. Hipparchum poſtea æmulatus eſt Ariſtoteles, de cujus *Peplo V. ſuo loco.* Inſeruntur vero Peplus *Panathenæis* maxima cum pompa, proſequebantur enim Athenienſes omnis ordinis, omnis ætatis, neque Athenienſes tantùm, ſed & inquilini; & quidem mares cum ligonibus, fœminæ cum hydriis & umbellis. Qua de re lex extat apud Harpocrationem, *Τὰς σκάφας τὰς τῶν πομπικῶν, αὐτὸς μὲν σκάφας φέρειν τὸν ἄστυ ἢ ξυγκλῆσε αὐτὰς ὑφῆναι, ἐγκλείοις δὲ ὑδρίαις φέρειν τὸν ξένον, Scapas pompicorum, ipſum quidem scapas ferre ad urbem & contexere, inquilinis in pompa ligones ferrant: eorumque ſilias hydrias & umbellas.* Quam ſcripſiſſe videntur Inquilinis Athenienſes, circa bella Peloponneſiaci tempora, ubi Athenienſes proſpero rerum ſuarum ſucceſſu corrupti indolescere cœperunt, V. Æliamum *Var. lib. 6. cap. 1.* & plura de his apud Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 1. tit. 1.*

Panathenæicum, Hermum, Athenæum, in veſtigiis Hadriani Imp. Tiburtinæ villæ ſe invenisſe, ſcribit Ligorius Antiquatisperitiſſimus: quæ quidem Gymnaſia fuiſſe, ubi corpora exercerentur, exiſtimat. Mercurialis verò loca vult eſſe, in quibus aut diſciplinarum & aliarum Artium ſtudiis opera dabatur, vel feſta aliqua celebrabantur: & in ſpecie in *Panathenaico* fuiſſe Panathenæa celebrata, contendit, *lib. 1. de Arte Gymnaſtic. cap. 10.*

Pancarpum, & *Pancarpus*, idem cum Sylva, Jac. Cujacio, Franc. Pithœo, & IC. Cafaubono, quibus παυκάρπη Σύνοδος Athenienſium tranſitum eſſe nonnemo ratus fuit, quæ ſimiliter & variarum rerum miſcellâ conflaret. Sic enim & παγκάρπων γάμων Ariſtea dixit, coronam compoſitam ex omni fructuum genere, puta racemis, ſpicis, dactylis, malis multifariis, oleis & cæteris ſimilibus. Ita igitur & *Pancarpum*, ait Caſaubonus, dixerunt ſpectaculum venationis, quo omnium generum beſtiæ exhibitum fuit: & idemque nugatur is, qui ad *Martialis amphith.* diſputat de diſcrimine, inter *Pancarpum* & venationem direptionis, falſumque eſſe addit, quod idem terſibit, à Gordianis primis exhibitam id genus venationem, cùm jam à Flaviis Imperatoribus, non nummos, vel bellaria, vel minuta animalia, ſed boves optimos & camelos & cervos populo dirripiendos objeciſſe legatur, apud Lampridium. Secundùm virositaque eruditos hoſce, *Pancarpus & Sylva* idem fuerint, quod *venationem amphiſſimam* nominat Vopiſcus in *Probo*: *Sylva* autem hæc ideo fuerit dicta, partim quòd multiplicia animalium genera illa, quæ in Circum vel Amphitheatrum inducebantur, imaginem ſylvæ ferisabundantis referrent; partim, quòd multifariæ arbores, ipſis evelli radicibus, atque in Circum vel Amphitheatrum inferriatque deſtinari ſolitæ eſſent, ut expreſſam ſylvæ ſylvæ ſpeciem locus præferret. Salmaſio tamen longè aliud *Pancarpum*, aliud Sylva: neque in *Pancarpo* ſylva vel ulla ſylvæ ſpecies, nulla herbatica animalia, nulla animalium direptio, nulli qui diripierent populares: quemadmodum in ſylva nunquam feræ, nulla cum beſtiis hominum depugnatio, nulla beſtiarum occiſio. Et itaque *Sylva* ea dictum eſt venationis id genus ſuſdiripiebantur à Populo, ab eo, quòd tum Circus ad ſylvæ ſpeciarum arboribus eſſet conſitus: Nullæ autem feræ, ut nec boxia, vel leonludicro, ſed herbatica tantùm, & quæ rapi facilè poſſent ab interimbus popularibus, viva enim diripiebantur. Cujusmodi Gordiani fuiſſe ſylvam, diſcimus ex Jul. Capitolino, inquacervi, oves feræ, equæ ferat, tauri Cypriaci, onagri, ibides, damæ &c. *Pancarpum* verò ſpectaculi genus appellarunt, in quo homines mercede conducti cum beſtiis depugnarent. Caſſianus *collat. 7. cap. 31. Ut ſieri ſolet ab his, qui coram Regibus hujus Mundi omnigenis congredi beſtiis præmium contemplatione conſeruntur, quod ſpectaculi genus vulgo* Pancarpum *nuncupatur. Eſt, inquam, ferax quæ ſæcunque fortiores robore. vel feritatis rabie conſpexerint diriores, adversùm eas primæ congreſſionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquas, quæ minùs terribiles minusq; vehementes ſunt, exiſu ſalicillore proſternunt.* V. quoque Juſtinianum *Novell. 105. ubi διῶγμοὺς τοῦ τόπου*, id eſt, *homines perditos ac diſperatæ audaciæ*, quos *andaces* vocat Claudianus, depugnaſſe cum ferisait, in hoc ludi genere, quod *Μονομάχων* quoque vocatum indigitat, eò quòd ultra unius dieiſpatium non protrahereter. Idem ei nomen tribuitur in Leonis Philoſ. *Epig.* Faciebant a. id homines illi auctorati

rati ac mercede conducti, ut ex Cassiano constat & Cassiodoro *lib.* 5. ubi *Pancarpum* multis describit, licèt non nominet, *Epist.* 42. in cujus fine hæc leguntur: *Longum est per vos periculorum casus formosibus evagari, sed apte jungendum est, quod ais de inferis Mauritanis, Quis scelerum comprendere formas: quis omnia pugnarum percurrere nomina possit? Sed vobis, quibus est necesse talia propè vos exhiberi, largitate manus fundite præmia, ut hæc miseris facientia esse videa.* Quæ postrema verba satis liquidò patefaciunt, mercede ac præmio invitatos in arenam descendisse ejusmodi audaces ac desperatos homines, ad bestias depugnandas. Porro *Pancarpum* in Amphitheatro, Sylva in Circo edebatur, duravitque prius spectaculum usque ad posteriorum Impp. ævum, cui solitum à Consulibus & Prætoribus, qui Magistratum inibant; cum Sylva seu venationis illius ac direptionis judicium penitùs ab illis & consuetudine recesserit, fub iis: faltem nulla ejus ufpiam extat memoria, & Justinianus, *Novell. d.* omnia Spectaculorum genera, à Consulibus tum edi solita, commemorans, nusquam Sylvæ. *Pancarpi* verò meminit &c. Nec omittendum, *Pancarpum* melius, quàm *Pancarpus*, illudque elliptice dici atque subintelligendum esse κυνηγέσιον: vocatum autem sic, ab omnigenis bestiis, quæ in illo spectaculo depugnabantur & occidebantur ab illis audactum ac πανδέλησε, quòd operam dum ad eas conficiendas locatle diximus. Salmasius ad *Capitolinum in Gord.* In qu. *Pancarpum*, Gr. Πάγκαρπον, quidquid miscellum esset, & ex variis rebus contextum confarcinatumque, dictum est. Sic πάγκαρπον στέφανον vocarunt coronam, ex vario florum genere factam: quo nomine inscripserat Meleager collectionem vett. Epigrammatum ex omnibus antiquorum Poëtarum Epigrammatibus compilatam, in qua singulos Poëtas, quos in illam compilationem inexuerat, singulis floribus perquam eleganter comparabat.

> *Μῶσαι φίλαι τὰν πλὰ δὸ φέρεις πάγκαρπον ἀοιδὰν,*
> *Ἡ τίς ὁ τᾦδε ὑμνοθέρων στέφανος;*

Idem *alio Epigramm.*

> *Πάγκαρπόν σοι Κύπριε κάθημαι χειρὶ τυχήσας*
> *Παίδων ἀὐθ᾽ ὅμως ἡνιόχευσον στέφανον.*

Πανγκάρπια iidem Græci appellaverunt coronas, ex omni genere fructuum compositas, quibus columnarum frontes ornabantur: *Ἐγκαρπίας* vocavit Vitruvius *lib.* 4. *cap.* 1. & *cymatiis & encarpis pro crinibus dispositis, frontes ornaverunt.* Ubi legit aliquando Salmasius *pancarpis*: sed idem deprehendit poftea ἐγκαρπῶν & πάγκαρπον. Sic ἔγκαρπον δίωτον dicebant olivæ ramum, ex omnigenis fructibus implexum, quem ante ædes olim ftatuebant Athenienses, fes & quotannis renovabant, de quo ita Grammatici: *Κλάδον ἐλαίας λέγουσι πεπλεγμένον, ἐξωῆσθαι ᾗ αὐτὸ ὁρᾶσθαι πάντα, Ramus erat olivæ lanâ implicatus, & quo omnia manu fuspendebantur.* Ejusmodi autem encarpos, quos in antiquis columnis & operibus ad ornamentum fculpere folebant Artifices, etiam πανκάρπους Græcis dictos esse, ex Aristea docet, idem Salmas. *ubi supra.* At *Pancarpia Corona*, apud Festum, eadem cum florea. V. supra.

Pancharis, live baccaris, planta fuaviter olens, & qua coronis plexis Vatum olim capita redimirita, à virulentis linguis tuta credebantur. Virgilius *Ecl.* 7.

> *Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem*
> *Cingite, ne Vati noceat mala lingua futuro.*

Idem flos cum Cypri flore & croco, in somnum bibentes agebat, & mifcebatur hederis, colocasiis, acantho, & amomo. V. Car. Pafchalium *Coronarium lib.* 3. *cap.* 12. & supra in voce *Baccar.*

Panchaïca, apud veteres in xevi Scriptores, quæ vis charta feu diploma eft. Sed & vulgo *Panchaïcæ* dicuntur, Regefta chartarum feu Tabularia Ecclefiarum, apud du Freine *Glossario.*

Panchates, nomen equi, apud Silium Italicum *lib.* 16. ubi ludos à Scipione in Africa celebratos memorat,

> *Proximus à primo dijtans, quamvis æquore currus*
> *Occupat ipse loci dijtans, fed proximus ibat*
> *Astur* Panchates, *patrio fronte alba nitebat*
> *Infigni & puris per omnia comcolor alto.*

Indicans, Afturicos equos vulgò maculâ albâ frontem insignitam habere. Indigitat autem, nomine *Panchatis*, totam quadrigam Iberi, fecundi in illis Ludis agitatoris. Mox enim addit,

> *Cuyphio rector eoco radiabat Iberus.*

Nempe ex more Circi, è quatuor equis unum velut palmæ præcipuum auctorem numerare ac nominare confueverant Agitatores, cum viz. ex quo victoria potiffimùm pendebat: unde cùm in his Scipionis Ludis quatuor Agitatores certarent, *Cyrnus, Iberus, Durius & Astur*; in fingulis tecenfendis quadrigis, non quatuor omnes, fed unum duntaxat, Poëta nominat: ubi de Cyrno, folum *Lampona*; ubi de Ibero, folum *Panchatem*, nominans. Funalis autem finifter, in agonifticis & Circenfibus plurimum ad victoriam momenti afferebat, quia ad finiftram meta circumflectenda erat: & taliserat Panchates,

> —— —— *usque ad colla repenti*
> *Cornipedum protenus, & in capita ardua pendens*
> *Concitat ardentem, quod ferret lora, secundus*
> Panchates, *vocisque addit cum verbere mixtas.*

Tene Astur certamen feras quisquam æquore palmam
Erepto, confurge, vola, pervadere campum.

Ubi ex omnibus unum Panchatem urget & excitat, ad palmam, quia ferebat lora fecundus, id eft, quia funalis erat finifterior, *Σπασὶς ὀρθοκίων.* V. Salmafium *ad Solinum* pag. 896. & 898. ut & *hic passim.*

Panchæa, Panchæa seu *Panchaïa*, juxta Diodorum, una eft ex Infulis illis, quæ in Indico Oceano contra Arabiam Felicem fitæ funt, thuris & myrrhæ aliarumque odorum ferax. Philargyrius Arabiæ Felicis ipfius regionem facit, in qua templum Triphylii Jovis: Servius, gentem esse Sabæorum notat, fed nugantur illi Grammatici. Nulla enim *Panchaïa* regio, in Arabia Felice: fed quòd in hac Inf. ut in Arabia, thus naficeretur, inde *Panchaïam* partem vel gentem thuriferæ esse Arabiæ, prodiderunt. V. Salmafium *ad Solinum* pag. 949. & in voce *Panchæa.*

Panchrestum, Græce Πάγχρηστον, genus libri, quod qui confecrent, *Panchrestarii* dicti funt: Sufidæ γλώσσημα, item χρηστὸς Homero, χρηστὸν μελιτόεν; Latinis, *Dulcium*, Hieronymo *Dulciamen.* Hoc n. *Dulcium* & hæc *dulcia*, dixere placentas vel liba. Gloffæ, *Dulcium*, πλακοῦς. Hinc *Dulciarii*, πλακουντάριοι. Vetus Interpres Juvenalis *misfacea dulcia* interpretatur,

> —— —— *Misfacea perdas.*

Solebant enim, inquit, *antea per nuptias dulcia recondilitas congerere, pro apophoretis.* Græci γλυκισμάτων dicerunt, atque inde vetus Latinorum *lucuntes*, pro dulcio vel placenta, &c. V. Salmafium *ad Lampridium in Heliogabalo*, ut & fuprà in voce *Dulcia.*

Pancrates, Poëta Alexandrinus, Hadriano Imp. cùm in Ægypto esset & Alexandriæ versaretur, obtulit *τὸν βοῦζυγα λωτὸν, totum rosei coloris*, cumque poëticâ adulatione dixit, tellurem tum nuper fubmiffile, ex fanguine Mauruli leonis natum, quem in Lybia Ægypto conterminâ ipfe occiderat Adrianus: celebre ita. que eum florem *Ἀδριανὸν* appellari. Quo Poëtæ ingenio & inventionis novitate delectatus Imperator, illorum numero eum afcribi juffit, qui in Mufæo alerentur: Hinc que non flori folim nomen, fed & coronas ex eo plexas Alexandrini vulgò *Antinoëa* appellare cœperunt, ab Antinoo, Hadriani puero delicato. V. Salmafium *ad Solinum* pag. 976.

Pancratiastes, quis olim dictus fit, infignis hic Ariftotelis indicat locus *Rhetor. lib.* 1. *cap.* 5. *circa fin.* Ἀγωνίσασθαι σώματος δρόμῳ σύγκειται ὁ μεγίθος ᾗ ἰσχὺν ᾗ τάχος. Καὶ ὁ τοιοῦτος ἰσχυρὸς ἐστι, ὁ γὰρ δυνάμενος τὸν σταθμὸν ᾗ μέγεθος πολὺ κινεῖν ᾗ πόρρω, δρομικὸς· ὁ δὲ διὰ πάντων ᾗ κατὰ πάντα, παλαιστικὸς, ὁ δὲ διὰ τῆ πλευρᾶ, συλλογὸς, ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις, Παγκρατιαστικὸς, ὁ δὲ πάντ᾽ τοῦτ᾽, πένταθλος. id eft, *Agonistica autem corporis virtus ex magnitudine, & robore & celeritate componitur: Nam & celer fortis eft: qui enim quodammodo onera projicere & velocior ac longè movere, Cursor: qui verò comprimere & continere, Luctator; qui perenssione impellere, Pugil; qui autem utrisque his, Pancratiastes; qui verò omnibus his, Quinquertio eft.* E' quibus verbis patet, eum qui simul in lucta & pugilatu valebat, *Pancratiastem* fuisse nuncupatum. V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymnast. lib.* 1. *cap.* 14. & *lib.* 2. *cap.* 9. *ubi hoc nomine veros quoque Athletas fuisse indicatur, ex Galeno de Alim fac. lib.* 3. *cap.* 2. *docet*,] ut & iisdem, in voce *Pancratium.*

Pancratium, Gr. Παγκράτιον, aliter Suidæ teste Παμπάκιον, Pugilatui posterioribus temporibus accessit, inque eo pugnis & calcibus certatum eft: Proin tertium quoddam exercitationis Gymnasticæ fuit genus, ex lucta & pugilatu compositum. Quare Ariftophanis Scholiastes, cùm 8. enumerat gymnica certamina, uti peccat, cùm non videt, *ῥάδιον, δίαυλον, ὁπλίτου δρόμον*, ad unam cursus exercitationem pertinere: ita etiam errat, cùm inter πάλλω & πυγμὴ, medium interferit παγκράτιον, quasi non ex utraque componeretur. Gerh. Joh. Voffius *de Gymnastica cap.* 3. §. 85. In eo qui exercebantur, adversarios & pugnis ferire, & comprimere & continere & dejicere ftudebant. Nam Pugiles folis contendebantes pugnis, nunquam complicabantur, ut commendanda fit subanitas Horatii, qui *lib.* 2. *Sat.* 3. venuste admodum phreneticos, quòd pugnis miniftros & adftantes ferirent, *Pugiles* vocavit. Luctatores compliebantur & comprimebant, ut dejicerent, fed pugnis minime percutiebant: At *Pancratiastæ* utroque utebantur, & tum etiam quacunque alia ratione, ut dentibus, genibus, calcibus, talitris, denique toto corpore, ut dixit Paulanias *Eliac. lib.* 5. adversarium vincere contenderent, atque in eo à Pugilibus differebant, quòd illi pugnis ftrictis, hi digitis folummodo inflexis certabant. Quod fignificare voluit Galenus *de motu muscul. lib.* 1. Εἰ δὲ ἴσασθ᾽ ᾗ δακτύλων καμπὰς, ᾗ σχήσεις ᾗ χεῖρος γένοιθ᾽ ἂν μάλιστα τοῖς ὁν παγκρατίῳ σφυγμικοῖς ὀνόμασιν, h. e. *Sin autem nonnunquàm digitus flectatur, manûs figura ita maximè fimilis erudet, qui ipsam in Pancratio protenderint.* Talis enim manuum figura prehendendis adversariis, cui maximè ftudebant *Pancratiastæ*, ut nomen quoque fignificare videtur, valde accommodata erat: quibus de causis παγκράτιον, ut diximus, vocatum eft *Pancratium*, ficuti Plato Euthydemum πάμπαλον vocavit, nec non ambobus difficilius certamen habebatur. Ob quod Galenus *Epid. lib.* 6. ubi renibus affectis exercitationem commendat

Hippo-

Hippocrates, sub tali exercitatione non debere *Pancratium*, ob magnitudinem laboris, intelligi credit: Plato quoque de *L. Lib.* 8. mulieres folummodo post nubilem ætatem *Pancratio* exerceri consulit. De specie quadam *Pancratii* loquutus videtur Galenus, quando in *Comm. superlibrum de falubri dieta* scribit, Gymnastas fere quos impune non fiebant, conflictui inter exercendum ἀσφαλεῖς, καὶ συμφυεῖς, ut jungerentur & toto corpore certarent, sed nudi ac line complexu. Panætius quoque apud A. Gellium *lib. 3. cap. 27. Pancratiastarum* gestus & luius hunc in modum depingit: *Utque Athletarum, qui Pancratiastæ vocantur; Nam sicut illi ad certandum vocati projectis altè brachiis consistunt, capuisque & manibus oppositis, quasi vallo, præmuniunt, membraque eorum omnia, priusquam pugna mataest, aut ad vitandos ictus cauta sunt aut faciendos parata &c.* Fuisse hanc exercitationem ex his, quæ in Gymnasiis peragebantur, perspicue significat Propertius *lib. 3. Eleg. 12.*

Et patiar duro vulnera Pancratio:

Et quidem in Gymnastica Athletica ac Bellica multum valuisse, vel hinc patet, quòd ludis ac certaminibus usque adeò *Pancratiastarum* spectaculum obtectaverit, ut & Nobiles illud fubire neutiquam recufarent. Hinc Phrynon, Athenienfium Dux, *Pancratiastes* clarifilimus fuit, quem Pittacus Mitylenæus reste fub clypeo latente involutum fuperavit, Autolycus item, ob *Pancratii* gloriam, in loco Feytanei dignifimo Athenis ftatuam meruit. In fpecie *Pancratium volutatorium*, fpecies luctæ erat, in qua certantes humi prætentis pedibus, atque ibi invicem, fefe mutuo convolventes, alter alterum fibi fupponere nitebantur: quemadmodum clarifilimè monftrant nummi cujusdam Salluftii Auctoris, qui fub Valentiniani & Placidiæ Auguftæ Principatu, Africæ regno vi occupato, ludos fimiles, alioscque ob victoriam edidit: Exhibet illos Hieron. Mercurialis *de Arte Gymnaft. lib. 2. cap. 8.* Atque & hac exercitatione forte Ariftoteles verba fecit, *lib. de comm. animalium greffu*, ubi multum erectum & ftantem contmentes & tutos incedere, poffe demonftrat, quia perinde fe moveret, ut Palæftritæ, qui per pulverem in genua fubfidentes procurrunt. Martialis quoque, cùm *lib. 14. Epigramm.* cui Palæftrita *titulus*, canit,

Non amo qui vincit, fed qui fuccumbere novit,
Et ufcit melius vir abundantefalvo.

Anthyllus item apud Oribafium *Collectan. lib. 6. cap. 27.* ubi *Ifacium fuper pavimentum* illud vocat. Sed aliud etiam pugnæ genus apud Veteres erat *Pancratii* vemit nomine, quod adversus bestias committebatur, de quo V. Caffianum *lib collat 5. c. 14.* Dictum verò vult *Pancratium* Budæus *in Annotat. minor.* quòd advocatis omnibus corporis viribus omnimque *nervorum contentione tranfigeretur*, V. quoque P. Fabrum *Agonift. l. 1. c. 19.* At Salmafius, quòd ex pugilatu & luctæ compofitum genus agonis effet; in quo artis fuiffe, ut vincerent velut in terram cadentes ac refupinantes fefe, adeoque circa *volutationes*, *voltationes*, & nexus hinc inde applicandos & implicandos, *cubitationes* & *χειρῶν ἀφάσεις* vocatos Scholiaftæ Tzetzes, plurimum verfatos Pancratiaftas, neque prom duo genera *Pancratii*, fed unum, *Volutatorium* fe. fuiffe, docet. Et quidem in luctâ, quam ἀφεδρόμην Græci dixere, quòd à ftantibus & erectis peragerentur, ter dejectum ab adverfario, pro victo habitum: in Pugilatu verò & *Pancratio*, ad ἀπαγχόνισιν usque certatum eile, donec fe. alter animum depondiffet, addit, ad *Solinum p. 290.* In *Pancratio* itaq; qui fatis bene pugnis depexi erant, ut gravatos evitarent, manum demittebant. Nempe certanti a figna evitandi & manus & demiffio: de quarum illa Papinius *Thebaid. lib. 6.*

Promifere manus ——

Hanc verò adeò averfati funt Spartani, ut apud illos Lege vetitum eiset, ne foris, ubi illa demiffio obtineret, Pugilatu aut *Pancratio*, vel caftibus certarent. Hinc nec Sapientibus, nec Alexandro M. certaminis hujus magnà dignatio fuit: itaque alia quidem hunc edi juffiffe, illud non item, refert Plut. *In vit.* Pimus verò Olympiæ victor fuit Hercules, à quo Olympiaci Ludi Pelopi, avo fuo mortuo, facrum confecrati, ut Hyginus, Solinus, aliique Auctores funt, V. iterum Voffium *lib. cit. S. 86.—90.* adde Car. Paschalium *Coronar. lib. 7.* ubi de *Ludis Græcorum fascris*, feu *Gymnicis*. Simulachrum *Pancratiaftarum* ex ære, inter opera Myronis præcipua, habes apud Plinium *lib. 34. c. 8.* Sed & fequiorem fexum, præter ea quæ fuprà apud Spartanos, non pugilatu folùm & caftu, verùm & *Pancratio* decertaffe, tradunt Xenophon *de Rep. Laced.* Plut. *in Lycurgo*, Vetus Poeta apud Cicerionem *Tufcul.* Claudianus *de Stadiis Chuf.* & Propertius *lib. 3. Eleg. 13.* ubi ifta habet, de variis Spartanarum exercitationibus:

Multa tue, Sparte, miramur jura Palæftræ,
Sed mage Virginei tu bona Gymnafii.
Quod non infames exercet corpore ludos,
Inter luctantes nuda puella viros.
Cùm pilla veloces fallit per brachia jactus,
Incertos & vacuo dat sua tela choro:
Pulveriulenta, ad exercenda fua femina metas,
Expatiifve citro vulnera Pancratio:

Tom. II.

Nunc ligat ad cæfum gaudentia brachia loris,
Mifcilis nunc difci pondus in orbe rotat.
Gyrum pulfa equis, nivoma lanea cinxe revincit,
Virgineumq; cavo protegit ære caput.

Pandæ, adde : *Pandæam*, Pandæum, regionem eorum vocat Arrianus, ab Herculis filia *Pandæa*, quam unicam in ea regione habuit, cùm multos ibi filios genera ffet. Arrianus *in Indicis*, Καὶ τόνδε ἄρσενας μὲν παῖδας πολλοὺς ἐφεξῆς γενέσθαι ὧν τῇ Ἰνδῶν γῇ, θυγατέρα δὲ μονογενῆ, ὄνομα Πανδαίαν· καὶ τὴν παῖδα Διὸς εἶναι. An fidem cum Padæis Herodoti *lib 3.* Ἄλλοι δὲ Ἰνδῶν ἔφασαν τὸν ὀκτάπουν τοῦτον Νυμφέων εἶναι κρέων ἐδωδῇ, φαγόντας; Et Pædæi, *Alii autem Indorum, veriùs Auroram habitantes—crudas carnes devorant, vocantur* Pædæi, Et Tibulli,

Impia nec fævis celebrans convivia mensis,
Ultima vicinus Phubo tenet arva Padæus?

Ita omnino videtur, Salmafio *ad Solinum p.* 995.

Pandaridæ, apud Dionyfium, in fcriptis codd. pro *Gangaridæ*, pop. funt citeriorem Hypanis ripam incolentes, de quibus V. Salmafium *ad Solinum p.* 892. & 893. ut & de voce *Gangaridæ*.

Pandarus, Lycaonis fil. adde: Pinarenfibus, Lyciæ pop. infra Cragum, in veneratione fuiffe, teftatur Strabo *lib.* 14. Παλαιὸς ἔφυς, *Antiquus heros*, dicitur Euftathio, *ad Il. δ. V.* Gerh. Joh. Voffium *de Orig. & Progr. Idolol. lib. 1. c. 21.*

Pandectæ, Græcum nomen, fic dictum *quòd omnia comprehendat*; Græcè Πανδέκτης: in numero plur. *Pandectæ*, Πανδέκται, quafi dicas, *Omnium rerum receptacula*, variorum olim librorum tituli fuere. Et quidem *Digestorum* mafculino genere & num. fing. in Digeftorum Infcriptione legendum nonnulli exiftimant, quorum opin ionem firmat Harmenopulus *lib. 1. Epit. 1.* Ἔστιγοῦν ὃ βασιλεὺς ἐκύρωσε τὰς παλαιὰς συθέσεις ἢ νόμους ἐπὶ τοῦ παθόντος ἐκείνου ἐξῆς συθῆναι ἀνὸ ὧν ἐπεδώκαμεν συγγραμμάτων ἃ δὴ λέγεται τὰ Πανδέκτην, ὡς πάντων ἐκλεκτὰ ἢ νόμων ἐκλόγια. Poftmodum verò *imp Iuftinianus multas expofitiones illas Legum, in quinquaginta libros, Sapientium virorum operâ, aliifque collectos digeffit: & proin* Digefta, fen Pandectam, *ufitate omnes Leges continentem, vocavit.* Sunt tamen qui Pandectas magis probent, quo titulo quondam inferiptos à Vet. libros Plinius docet, *Præf. Hiftor. Natur.* inquiens: *Jam Muſæ, παιδεύσεις, ἐγκυκλίους, λαμπάς, πανδέκτας, &c.* Et certè Tullii Tironis, qui M. Ciceronis alumnus ac libertus fuerat, Pandectarum, meminit Gellius *lib. 13. c. 9. Tullius Tiro—libros—de variis atque promifcuis quæftionibus compofuit. In his ejfe præcipui videntur, quos Græco ritulo* Πανδέκτας *inferipfit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes.* Dorothei *Pandectæ* citantur, à Cleon. Alexandrino 1. *Sirom. Sec.* Quorum exemplo Vett. Jurisconfulti, Volumina jus continentia *Digeftorum* & Juftinianus Imp. five quibus id commiferat, Volumen, quod omnes legum difputationes ac decifiones continet, *Pandectarum* quoq; nomine vocaverre: qua de re Imperator *l. 20. 5. omnia legitur C. de Vet. Jur. enucleando*, ita loquitur: *Nomen libris L. impofuimus Digeftorum feu Pandectarum, qui omnes difputationes & deciffones in ſe habent legitimas, & quod fuit undique collectum, hic in fimus receptum, in cautum quinquaginta penè millia verſuum tantum non conſummantes.* Notabant autem Græci *Pandectas* per π. cum accentu circumflexo, tanè facili litrarâ Latinorum ff. quo *Digeſta* feu *Pandectæ* ellis fignantur, ortum, fed hac de re V. plura apud Anton. Thyfium JC. *Notis ad A. Gellii Præfationem ad Noctes Aticas*, ubi ad exemplum Plinii iftiusmodi Inferiptionum feftivitates fatiè deridet Gellius, & fuprà in voce *Digeſta*.

Pandion, Rex Nelei ap. tempora Plinii, V. fuprà *Neleynda*.

Pandionis, Græcè Πανδιονὶς, una ex XII. Reip. Athenienfis Tribubus, cui à *Pandione* R. nomen, Ejus 10. populos recenfet Franc. Roffæus *Archæolog. Attic. lib. 1. c. 6.*

Populi seu *Δῆμοι Tribus Pandionidis.*

Angele.	Pæania fuper.
Cydathenæum.	Pæania infer.
Cytharum.	Phegæe.
Myrrhinus.	Probalinthus.
Oa vel Oeis.	Stiria.

V. fuprà, voce *Demarchi* & infrà voce *Tribus*.

Pandocheum, Græcè Πανδοχεῖον, proprie ftabulum eft feu diverforium. Vett. *Gloſſæ*, *Stabulum*, ἐπισκήνιον, διοσκήνιον, πανδοχεῖον. Stabulum autem non folùm fignificare receptaculum equorum & jumentorum, fed etiam pro caupona, diverforio, ac hofpitio accipi, diffimus ex Appulejo *Metam. 1.* Terulliano *Apologet. 42.* Cypriano *lib. 3. Epiſt. 13.* Auguftino *Enarrat. 1. in Pſalm.* Aliis. Unde *Stabularius*, caupo, apud Senecam *de Benef. lib. 1. c. 14.* Atque hoc fenfu vox Πανδοχεῖον occurrit Lucæ *c. 10. verſu 34.* de eo, qui in latrones inciderat, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον. V. Cl. Suiccrum *Theſaur. Eccl.* in hac voce, uti hic paſſim, in vocibus, *Copa*, *Hoſpitium*, *Stabulum*. De *Pandocheorum* verò *exonfionibus coercitis*, lege memorabili Ferdinandi Catholici & Iſabellæ, Caſtellæ ac Aragoniæ Regum, V. Damianum Goës *in Hiſtor.* &c. Affine *Pandochio*, Ceonotrophium eft, qualia, pro ufu promifcuorum, ficut Xenodochia, Gerontocomia, Orphanotrophia aliaque, pro ufu peregrinorum, fenum, orphanorum &c. in

speciei, primus instituisse legitur Hercanus Judæorum Princeps, apud Hegesippum, V. suo loco.

Pandrosos, adde: Mater Cecyci fuit &, post obitum, divinis honoribus Athenis culta, non minùs ac reliquæ duæ sorores; uti ex Athenagora in *Legat.* docet Vossius *de Orig. & Progr. Idolol. lib.* 1. *cap.* 13.

Pandura, seu *Pandurium*, aliter apud recentiores, aliter apud vett. Scriptores acceptur. *Panduram* enim vetustiores trichordum appellavere, vocemque ipsam acceptam tulere Assyriis. Pollux, Τρίχορδον δ', ὃν Ἀσσύριοι πανδοῦραν ἐκάλουν. *Trichordum autem* (id est, organum tribus nervis constans) *quod Assyrii* Pandúram *vocabant*. Nempe Chaldæorum erat inventum, nomenque adeò ipsum barbarum: cujus tamen vestigium in lingua Chaldæorum aut Syrorum nullum se agnoscere, fatetur Casaubonus, Græcis Latinisque Grammaticis aliam etymologiam communiscentibus, more suo. Hinc vetus Interpres Horatii: *A pandere fidibus & pandendo inventum celebratur: contentio illa de canendi gloria, inter Pastores; ut*:

Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Conſtituit, &c.

Quibus proin auctoribus πάνδουρα vel πάνδουρος vel πάνδουρος aut πανδοῦρεις (ut enim modis dicitur) ita nominata esset, quasi πανδοῦρεῖον. Isidorus vero *Panduram* inter *instrumenta* organa recenset: *Sed panduram antiqui quasi pandam, in ils quæ, spiritu inflante cundabitur, inquiens, organica sit, in ils quæ, spiritu inflante compleat, in fistula vocis animantur, ut funt tubæ, calami, fistulæ, organa, panduria & ils similia instrumenta.* Idem, *Pandorius* ab inventore vocatus &c. ubi *Pandorius* dixit Isidorus, pro *Panduríus*, & *Pandurius* pro *Panduríum*, Græcè enim ὁ πανδοῦρος, de quo Virgilium modò vidimus. Recentiores itaque id *Pandurum* & *Pandurium* apparet nominale, quod veteribus erat fistula ex septem calamis compacta, quam κηρόπηκτον vocabant, cerâ compactam *Fistulam* Euripides, quamque *per septem disiunctam rotum* obliquè dixit Poëta, quamque adeò sic describit Ovidius:

Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo.

Atque sic fistulam ejusmodi, quæ plures calamos junctos & ordine decrescentes haberet, *Panduríum Panduráque*: sed *fistulam* vocare cœperunt, quæ unâ tantùm arundine constaret. Quod discrimen apertè indicat Martianus Capella: *Rorum per medium, quidam agrestes canoræque fistulæ, quarum Phrygiorum* Pandura, *Syrorum arundinis canalis fistula fibilatrix, rurefiri Paanum tibia decuerunt.* Quis enim hic ille *Hirapes*, nisi Pani, cui tribuitur πάνδουρος? Eam igitur πάνδουρα Panduram nominat Martianus, &c. Græcis antiquis ignotum organon aut nomen certè *Panduræ*, priori significatu. Meminit inter Romanos *Panduræ* primus Varro & post illum Græci ac Latini multi. Inde *Pandurizare*, apud Æl. Lampridium in *Antonino Heliogabalo*, *ipse cantavit, lalavit ad tibias dixit, tubâ cecinit*, pandurizavit, *organo modulatus est.* V. Salmasium *ad locum.*

Fuit modido faciem limendi mos, delicatioribus olim in usu, indigitatur Suetonio in *Galba*. *Fuisse traditur — munditiarum pene multiebrium — Quin & faciem quotidie vellitare ac pane madido linire consuetum: idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus unquam esset.* Frebat is ex oryza aut fabis, ut apud Medicos in psilothrorum compositione legere est. Item ex farina siliginea. Juvenalis,

— — — *collaq; fuliginis ossa*
Accipit, & madidæ facies dicetur ab ulmo.

V. supra passim, inprimis verbo *Obtinere.*

Panegyricus, orationis seu carminis genus, in totius alterius gentis celebritate scriptum; dictum & cujus origine sic Jul. Cæs. Scaliger *Poetices lib.* 3. *cap.* 109. *Veteres Græcos tenuit confuetudo certis ut celebriusibus unum in locum convenirent: in eorum animi vel præceptionibus Sapientum vel fortium æmulatione, componerentur atque oblectarent: vel ludorum ſpectatoribus laxarentur. Nempe cum sunt Poetæ, sunt Oratores, sunt Arretalogi, sunt Historici, suas recitabant incubrationes. Legimus enim, suas Musæ proprio ore Herodotum promentasse. Hiſiodus vero etiam ſe victorem ſuiſſe ſuiſſe prædicat. Præterea currus, athletæ, equi &c. Ad hæc fabulæ multæ dabantur vel à Tragicis, vel à Comicis: quorum ſcis & præterea laborum laſtitudo, & præſentia morę tædium tolleretur. Nomen igitur generis* πανήγυρις, *vel* πάνδημος ἀγορά, i. *omnes congregabat* &c. Postmodum fortium inpritus virtorum, &, qui pro patria pugnando defuncti, eo modo celebrati cœperunt, ut in loco dicemus. Porro hujusmodi orationc populo post initum honorem Magistratus gratias agebant. Suetonius *Tiberio cap.* 30. *Præterea collaudavit, quod, honore inito, consuetudinem antiquam reuiuiſſet, de Magiſtribus ſuis pro concione.* V. quoque Plutarchum in *Æmilio*. A' quo fonte manarunt Orationes *Panegyricæ*, quibus Principi gratias in Senatu agebant Kal. Jan. novi Consules: super qua re SC. factum est, auctor est *Panegyricus* Plinius, cujus ramen alibi nulla mentio. Idem mos etiam in Præsidibus provinciarum servatus, ad tempora Claudii, de quo Dio *lib.* 68. &c, V. Casaubonum *ad Suetonium d. l.*

Panellenia, Græcè Πανέλληνια, nomen agonis, Athenis olim celebrati foliti, cujus mentio in vet. Inter. Πανάθηναια, Ὄλυμπια, Πανέλληνια, Ἀδριάνεια. Ubi Vir quidam summus quatuor illos agones pro uno accepit & de Hadrianeis interpretatur. Multis enim in urbibus, cùm ludos edidisset vel novos instituisset Hadrianum, passim Vett. loquuntur nonumeris, Πανάθηναια Athenis cum celebrasse, ait Dio: Τὸν τε σπουδαῖον ἀγῶνα τὸν πανέθνιον ἀνεμίμνησεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Ἕλληνα ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀναγορευθῆναι. *Templumque ejus* Panellenium *cognominatum extruere Græcis permisit, & ludos in illo instituit*, quos Πανέλληνια in inscr. dictos vidimus. Sed cùm vetus Interpres Pindari ad Olympionicas eorum mentionem jam faciat: Ἐπὶ δὲ τοῦ Πανάθηναια νενικηκὼς ἐν Ἀθήναις ἢ ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἢ Πανελλήνια, quibus verbis omnes agones, qui Athenis aut in Attica celebrarentur, esſe complexus vetusta Olympia & *Panellenia* esse oportet, nec ab Hadriano instituta & celebrari solita, alia nuper ab Hadriano: vel sanè erat verit vetus ille Pindari Scholiastes, qui, cum videret ætate sua, *Panellenia* Athenis celebrari, putavit antiquitus etiam & tempore illius Diagoræ, cujus carmina cecinit & laudavit Pindarus, fuisse celebrata. Quodcunque sit, Salmasius Hadriana à *Panellenis* diversa esse, judicat. De Hadrianeis vetus in vet. laxo Epigr.

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ. ΑΧΑΡ. ΝΕΩΣ.

Στῶεν Ἀχαρνεὺς - ἑλὼν μεγακύδεϊ δούρι
Πυθρὸς τὸν ἐν Δελφοῖς ἐκατοντάλεθρον.
Ἐπεσπάσατο δὲ καὶ τὰ τετρακόντα τε τρίποδας,
Καὶ στῆσεν κἀν Δελφοῖς μνήμ' ἐπιφραδέως.

ΑΠΟΘΕΩΤΗΣΑΣ ΑΔΡΙΑΝΕΙΩΝ.

V. Salmasium *ad Spartiani in Adriano verba*: *In omnibus pene urbibus & aliquid ædificavit & ludos edidit.*

Panetaria, locus Romæ, in Lateranensi Palatio, ubi Ferià V. *in Cœna Domini* cibum capere Pontifex consuevit. Cencius Camer. *in Ceremoniali MS. Pabst ad Basilicam Zachariæ*, quæ Panetaria *dicitur his nuncupatur*: cùm tempore Benedicti Canonici Vaticani Basil. Papa ea die ad Basilicam S. Theodori pasceret, teste Dominico Macro in *Hieroltex.* item officium Panetarii. Est autem *Panetarius*, apud recentioris ævi Scriptores, qui panem conficit, Pistor, Gall. *Panetier*. Maximè verò ita olim appellabant Officialem domesticum, qui mensæ panem, mappas, & manutergia subministrabat: cujus officium in *Gestis* Guilielmi Majoris Epist. Andegav. c. 23. sic describitur. *Nobilis autem ab stirpi, venit nobilis D. Guido de Camillaco in curia, gerens mappam supra collum, quam ante nos supra mensam posuit, ministris sua cum vocabulis juxtà nos: quæ posita, manibus proprius duos panes coram nobis posuit, & alios panes in dicta mensa, in qua nos sedebamus: quod officium eidem incumbebat ratione feudi de Camillaco, quod tenet à nobis, unde dicta die officium Panitarii sibire tenebatur — Finito prandio omnes mappas dictorum locorum habuit, quia jus suum erat.* V. Concilium Paris. p. 4. c. 11. In aula verò Regum Franciæ di. gnitas quoque ea olim viguit, qua qui donatus erat, *Panetarius Franciæ* nuncupabatur, vel *Magister Panetarius Franciæ*: uti Hugo de Athesi Miles A. C. 1253. Cui simillis fuit Pistor ille, qui certeis pistoribus præerat, in aula Pharaonis, Ἀρχισιτοποιὸς, Genes. c. 40. & Οἱ ἐπὶ Τροφίων, apud Byzantinos, de quo Codinus & alii. In *Arcsto* A. C. 1439. descripto in *Hiſtor.* Castilionensi p. 235. Dominus de *Gravile* Consiliarius & Cambellanus Regis dicitur fuisse *Magnus Pistor* seu *Panetarius Franciæ*: atque, quod obiter hic notandum, *Pistores* vocabant Franci, quos *Bolengarios* nunc dicunt. In *Hypomnestico* de Anastasio Apocrisiario, metri Pistini, *beatissimi Imperatoris Pistoris*, id est, *qui super omnes Pistores* erat *publitor*, de quibus dictum in voce *Mensores*, supra. Hugo de Cleriis de Senefcalcia Franciæ: *Tunc* Panetarius *nitet, inquit, Comiti duos panes asque unum vini sextarium, & Coquus frustum carnis & vini hausium.* Magnus verò hic Franciæ Panetarius, ex fua dignitate, præerat omnibus Pistoribus publicis, jusque habebat per se aut per suos Vicarios, panes, qui venum excoquebantur, vilitandi, & habendi super eos *cognitionem*, *correctionem & punitionem & emendas cognoscendi*: *ut plus vel pauciis minùs sufficientem reperiam*, ut est in *Arcsto* vet. apud C. du Fresne.

Panhydri Montes, aut *Panhydri*, aliis *Panedri* aut *Parnedri*, apud Solinum & Marcianum, *Paniedri* apud Plinium, mel. *Parnadræ*, inter cognomina montis Tauri, Idem *lib.* 5. c. 27. apud Salmasium *ad Solinum p.* 891.

Panhyperboſpitus, Græcè Πανυπερόξιος, i. *vetus Augustus*, titulus est novæ dignitatis in Imperio CPolitano, quà primus Alexius Comnenus Imp. Michaelem Taronitam affinem tum ornavit ac Cæsari throni participem fecit: Andronicius postea Junior, Joannem Cantacuzenum Magnum Domesticum æqualem primò, mox mortuo Andronio seniore inferiorem *Panhyperboſpitos* declaravit. Nicetas *lib.* 7. *Eum longè augustiorem effecit quàm antea fuerat, concessis vestimentis, calceis & equi ornamentis lutei coloris*, ut *intra Imperatorum dignitatem maximè illustris esset*, apud Dominic. Macrum *Hieroltex.* ex *Glossario* Meurfii.

Panias, Græcè Πανιὰς, apud Ptolomæum, Καισάρεια Πανιὰς, eadem nonnullis cum *Panea*: Josephus tamen Πανιὰς de Urbe, quam instauratam à Philippo Tetrarcha & Καισάρεια nominatam, in gratiam Cæsaris, scribit; at Πανιὰς de provincia, fumit: Sed alius provincia quoque *Panea* appellatur. Plinius *lib.* 5. c. 18. de us-

de urbibus Decapolitanæ Syriæ, *mercurſant cunguntque has urbes tervarchiæ, regionum inſtar ſingulæ & in regna contribuuntur, Trachonitis*, Panæas, *in qua Cæſarea cum ſuprædicto fonte, Abila, Arca, Emphyſſa, Gadæ.* Ubi Pintedum vocat regionem ſive Tetrarchiam, in qua urbs Cæſarea, quæ & Panæas cognominata eſt &c. A' ſimulachro ſeu templo *Panis* ſic dictum autumat Philoſtorgius, quod *Πανιον* Græcis, ſicut *Ἰερειον, Ἱδεῖα ſimulachrum vel ædes, Ἀσκληπιειον, Æſculapii, Ὁμονοιειον* &c. Alii etiam ſcripſere *Πανιον* unde ſpeluncæ Panis *Πανιὰς βόσκαι*, apud Æſchylum, & *Πανὸς ἄυλιον*, apud Heſychium: certe à *Πανὸς* & *Πατεῖν* dicebatur, uti docet Salmaſius *ad Solinum p.* 576. V. quoque in voce *Pantes*.

Panica, Græce *Πανικὸς*, ligneæ pertices eum furculis, ad ſimilandas crura Ægipanum, quæ *Caprinæ* erant & arida, cruribus utpote caprarum ſimilia, facta, *grallæ* aliàs & *colobathræ*. Feſtus, *Grallatores appellantur Pantomimi, qui, ut in ſaltatione imitarentur Ægipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his ſuperſtantes, ob ſimilationem crurum ejus generis, gradiebantur utique propter difficultatem conſtitendi.* Hinc *in Gloſſis, Grallatores, Πανικὸς βαδιστὴς*: qui ad effingenda lignea & cruſca Panum ſive Ægipanum crura, grallas ſimulabant. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 413. & ſupra ubi de *Colobathris* ac *Grallis*.

Panicarola Franciſcus, Italus, Mediolanenſis, Minorita Franciſcanus, poſtea Aſtenſis Epiſcopus, claruit circa A. C. 1580. Ejus extant, *in Pſalmos Paraphraſis, Commentarii in Jeremiam, in Threnos &c. Prædicationum inprimis laudæ ſtoriæ, tempore Caroli Borromæi, qui obiit A. C.* 1584. Gaulterio *in Chron. Tempore, quo ſtoruit tres in concionibus dicendi laude florebant*, Panicarola, *Tolenus. Lupar. Cum tria ſint in Oratore requiſita, ſc. ut doceat, ut delectet, ut moveat; communiter dicebatur, Lupus movet, Tolenus docet*, Panicarola *delectat*, Eduard. Leigh. *Arm. de Religione &c. Anglicè*: apud Guil. Crovvæum *Elencho Scriptorum in S. Script.*

Panionium, adde: Prope Miletum, locat Sponius, ubi XII. has Jonæ civitates, *Epheſum, Smyrnam, Lebedum, Teum, Colophonem, Prienem, Myonta, Erythras, Clazomenas, Phocæam, Samumque*, quibus *Smyrna* accidit decima tertia, convenire ſolitas, recenſet, *Itiner. Part. I. p.* 373. *Panionia* verò, ſicut & Panathenaica, feſtivitates fuiſſe, in quibus utriuſque ſexus flos per mutua nexis manibus ſaltaverint Pyrrhichicam, docet Scaliger *Poëtices lib. I. cap.* 27.

Panis, inter Iliadis inventa, ut ſuprà videre eſt, ubi de *Frumento*: apud Romanos in uſu primitus non fuit, quippe quos, pulte contentos, Piſtores per annos ſexcentos, usque ad Perſicum bellum, non habuiſſe conſtat. Alex. ab Alexandro *Gen. dier. lib. I. cap.* 17. poſtmodum apud eos jentaculi fuit caput, neque unquam hinc illo jentaculum, imò aliquando ſolus jentaculum abſolvebat. Fuit enim hæc Veterum frugalitas, eorum præcipuè, qui negotioſam vitam ἀθεωρητικὸν agebant, ut matutinis horis ſolo *panè* degustato, usque ad veſperam & tempus cœnæ impranſi perdurarent, adeo ut ne biberent quidem: quod de ſe Galenus prædicat *Tydeo. lib.* 6. Unde *Panem ſitiem* id jentaculi genus vocarunt. De Antonino Pio Jul. Capitolinus, *Somni etiam, antequam ſalutatores venirent, panem ſiccum comedit, ad ſuſtinendandas vires.* Et de Tacito Imp. Flavius Vopiſcus: *Panem, niſi ſiccum, nunquam comedit, eundemque late atque aliis rebus conditum.* Ubi *Panis ſiccus* denotatur, qui ſolus & absque pulmento ſumitur. Sic Galenus explicat *l. c.* & Græci eodem modo ἄρτον ἄβρεκτον ſolo *pane*, cui nihil aliud adjunctum aut admixtum eſt, libenter uſurpant, V. Salmaſium *ad Capitolin. in Antoninum*. Atque hinc ἄβρεκτος ὄνειρος, *ſomnium ſiccum*, apud *Lexiphanem* Luciani Plerique, tanquin non ſolum cum comedebant, ſed palmulas, uvas paſſas, nucleos, mel Atticum, crudum aut coctum, aut aliquid melſi operis vel edulciarii: Salli etiam aliquid aliquando cum pane ſumebant. Quidam etiam bibebant: nonnulli poſt hoc jentaculum prandebant quoque &c. Cum melle Pythagoræorum etiam cibum fuiſſe, habet Athenæus *lib.* 2. *c.* 2. Interim nullum jentaculum, ut dictum, ſine *pane*: quem quidam hoſa tertia, aut quarta, imò ſexta etiam, qua vice non prandebant, præbebant, propter emiſſam aetatem, ſumebat maturius. Inde Graci βουκέλλιον appellarunt jentaculum, à Latina voce *Buccæ vel Buccea*, quæ fruſtum panis vel *panem*, deſignat. Nam hinc *buccella* & *buccellatum*, panis ſex unciarum. Veteres Gloſſæ, *Βουκέλλα. Guſtare, βουκέλλα*. Unde *Buccæ & Buccellarii*, qualiterà vivunt buccellâ, h.e. quadra, parafiti ſe, & aſſeclæ, &c. Et hinc forſitan *immoſus* Horatio, qui adhuc jejunus eſt, & nondum jentavit nec jejunium poluit, quod faciebant guttatâ una aut altera panis buccellâ, Augustus in *Epiſt. Nec ja ſiquo panem & palmulas guſtaverimus*. Iterumque, *Dum lectica ex Regia dominum redo, panis unciam cum pancis acinis uvæ duracinæ comedi.* Ac paulo poſt, *Qui in balineo demum poſt horam primam noctis duas buccetas panis manducavi priusquam unquam inciperem.* Ubi *panem comedere, guſtare & jentare*, res eadem. Galenus *Tydeo. l.* 2. Ἐν τῇ τῶν ἀρίστων χρείᾳ ἄβρεκτον ἄρτον ἔφαγον ἢ τῷ μικρὸν ἄνεφον οἶνον ἐπιπιεῖν ἐθέλω ἀφεὶς μὴ πίνειν. Ἄκρατος. Nempe jentaculum non temper domi ſumebant, ſed in foro, in lecti-

ca, ubicunque eſſent. V. Salmaſium *ad Fl. Vopiſcum in vita Taciti Imp.* & plura hanc in rem ſuprà, in voce *Jentaculum*. Fuit autem *panis* ex hordeo primùm factus, uti diſcimus ex Artemidoro *lib. I. cap.* 71. & Plinio *lib.* 18. *cap.* 7. qui poſtea in ſpeciem ceſſit, Suetonius *Auguſto cap.* 24. manente tibilomm nunquejus uſu, apud pauperes & frugaliores, Sen. *Epiſt.* 18. Monachos etiam quosdam Orientales, apud Sulpitium Sev. *Dial. I.* Ejus loco ſumentaceus inventus à Cerere, Plin. *lib.* 7. *cap.* 57. cujus apud Romanos, penès aliquem fervorum Triclinium diſtributio fuit, videnturque appellatione mutuatâ à Comitialibus & Judiciariis Diſtributionibus, quirillum diribebant, *Dividiores* Appoſito & ſi, *Metam. lib.* 2. *Dividiores phaleuli ſplendide amicti, ferula copiâ, puella ſtolata miniſtrantes, pueri calamiſtrati, pulchrè induſiati.* Juvenalis, ut ſolet, elegantèr *Satyrâ quintâ verſu* 66. & *ſeqq.*

Maxima quæq. domus ſervis eſt plena ſuperbis,
Esce alios quando porrexit murmure Panem,
Pix fractum, ſolidæ jam mucida fruſta farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittenda morſum.
Sed tuter, & nevus molliſ, ſtiligine factus
Servatur Domino.

Et luc pertinent illa Petronii: *Circumferebat Æqyptius puer cibano argenteo panem.* Promebant autem è cauiſtris ſtatuis in ipſo Triclinio, ut indicat antiqua Sigmatis ſculptura, quæ Romæ trans Tiberim viſitur, è regione ædis D. Chryſogoni, exhibita à Laurentio Pignorio *Comm. de Servis*. Ideoque iterum Juvenalis *Sat. ix. verſ.* 73.

Fingetamen te
Improbulum, ſupereſt illic qui jonare cogat.
Vis tu confuetis audax convivia cauiſtris
Implerî, Paniſq; *tui noviſſe colorem.*

Virgilius etiam *Æneid. lib. I. verſ.* 705.

Dant famuli manibus lymphas, Cereremq; caniſtris
Expediunt.

Ubi Donatus, *Etic*, inquit, *diſſolutionem familiæ Regalis oſtendit. Aliis enim, hoc eſt, Viri aquam abluendis manibus dabant, alii mantilia porrigebant, quidam manus ablutas tergerentur, alii caniſtris Panem miniſtrabant. Mos enim fertur apud veteres fuiſſe, ut Panis non argenteis vaſculis inferretur, ſed caniſtris, hoc eſt, ſpeciebus factis ex vimine.* Unde colligimus, in Petronio pleraque legi, quæ laxum referant non vulgarem ac tritum, ſed Imperatorium & ſummæ inter luxuriosos fortunæ: quale eſt, quod de cibano argenteo legimus. Coquebant eum olim Piſtores ſeu Coqui, qui antiquis temporibus iidem fuere: poſtea munia hæc ſeparari cœperunt, & mulierum, quæ *Panem* coquerent (*Panicellarias vocabulum Chryſologus Serm.* 99.) mentio fit *lig.* 12. & 13. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Conficiendi *Panis* rationem exhibet Plinius, qui de Piſtoribus quoque multa, de quibus V. infrà *ſuo loco*. Apud eosdem Romanos, cùm fumentum primò, poſtea loco ejus *Panis* Populo publicè diſtribui ſolitus eſt: cujus mòris originem quidam à Trajano petunt, ſed mirum neminem Auctorum, tanto intervallo, ſub tot Imperatoribus, qui à Trajano usque ad Aurelianum præfuere, ejus rei mentionem feciſſe. Contrà meminere multi, ſub mediis illis Imperatoribus, teſſerarum frumentariarum. Quòd enim Juvenalis, Trajano coævus, panis populo diſtribuendi mentionem facit, cùm ſic de Populo loquitur:

Aret, duas tantùm res anxius optat,
Panem & *Circenſes:*

Panem Poëtice uſurpat pro frumento, quod hinc patet, quia alio loco frumenti teſſeræ memiuit:

Summula ne pereat, quæ vilis teſſera nervis
Frumenti.

Nec juvat Aurelius Victor, qui ſcribit, *Trajanum mire annonæ conſuluiſſe, reperto ſermatoque Piſtorum Collegio.* Hæc enim verba non auctorem faciunt Trajanum annonæ Populo dividendæ, non in frumento ut prius, ſed in *pane coctо*: cujus rei auctorem fuiſſe primum Aurelianum, diſcimus ex Fl. Vopiſco, *Cum autem populus ſpectaret, neque Aurelianus aut poſſet aut vellet, coronas cum ſpecie de panibus, qui nunc ſiligines vocantur, & ſingulis quibusque donaſſet: ita ut ſiligininm ſumen quotidie toto avo ſuo & unusquisque reciperet & poſteris dimitteret.* Quemadmodum idem porcinam carnem Populo primus diſtribuiſſe, in ſequentibus dicitur. Bilibres autem primò factì ſunt *Panes*, qui Populo diſtribuebantur, ſicque viginti quatuor uncias panis quotidie accipiebant populares. Addidit poſtea unciam idem Imperator: addidere verò etiam ſequentes Principes, donec usquead triginta ſex uncias panium pondus proceſſit, & plures panes minores dari cœperunt, ita ut ſex panes quotidie darentur ſingulis popularibus, quorum quinque ſex uncias pendebant. Et ſic in ſex panibus triginta ſex uncias accipiebat Populus Rom. ſub Theodoſio, cùm 35. tantùm unciæ in uno pane, ſub Aureliano, præberentur, V. *L. Valentiniani G. Theod. de annon. civ. & pane grad.* Formam *panis* quodammodo, Aureliano in modum coronæ fuit, ut vox Vopiſci videtur, ſic poſtea mutarit, quemadmodum mutavit in pondere, non adeò certum videtur tamen non mutaſſe. Namque & apud Conſtan-

tinum

ται ἀπὸ ἐγχώρου buccella panis dictus in modum circuli fact; *buccellas* autem vocasse illos ait panes, teſtimonio eſt *Ld.* Græci recentiores ὄμπας appellarunt, unde *Buccellarius* apud eumdem ὁ ὄμπας ἢ ἄρτος, *Cuſtos panis.* Forro nemini *Panis* de officina Paſtoris præbebatur, ſed omnes in iisdem gradibus illos accipiebant, quibus olim congiaria Populo dabantur, ara dividebantur & miſſilia omne genus ſpargebantur ac teſſeræ mittebantur, in Amphitheatri ſc. gradibus, de quibus gradibus accipiendo omnino eſt vetus hæc inſcr.

COLLEGIO. DENDROPHOR.
ROMANOR. QUIBUS. EX
S. C. CORE. LICET. ARGEN
TI P. X. ET HS X. MILIA. N.
REDDEDIT
QUÆ. DIVISA. SUNT. POPULO. PER.
GRADUS.

KAL. AUG. N. COLLEGI.

Id eſt, per gradus Amphitheatri vel Theatri, in quibus omnes diviſiones & *ordines*? Populo ſtebant, ut ex Martiali paſſim conſtat. Undeilla locutiones, *de gradibus, in gradibus, & gradibus* panem diſtribuere, pro hominibus, qui ſtant in gradibus, l. 3. *Cod. Theodoſ. de annon. civ. & panę grad.* & *l. 5. lit. eod.* ubi *propriis gradibus*, id eſt, *popularium gradibus* memorantur, qui unica voce *Popularia* dicti, &, à gradibus Militarium, Equeſtrium & Senatorum diſtincti erant: neque enim *panis gradilis* hujus in alium gradum translationem facere licebat, ex *l. 2. Cod. Theodoſ. d. l.* Minimè tamen diſſimulandum, cùm ex Conſtantini inſtituto annonæ civicæ populo in Urbe CP. itidem ut Romæ, erogarentur, erogationem eam non in Circo, aut Amphitheatri gradibus, ſed in Foro fieri ſolitamubi Populus per gradus diſtinctus & per turmas diviſus panes illos civiles, qui de publico dabantur, accipiebat. In quo eodem loco, ſpariſones etiam Conſulum, quas *ἀπελίας* vocabant, fieri conſueverant: quod Romæ quoque nonnunquam factum eſſe, diſcimus ex Joſepho *Origin. lib.* 19. *cap.* 1. *Hinc l.* 5. *Cod. Theodoſ. d. l.* in eodem loco panem emi & erogari conſueviſſe, dicitur: emebatur autem panis in Foro, Sed & ibi per gradus Populum, cùm panes acciperet, fuiſſe diviſum, legimus apud Corippum:

Diſpoſuere gradus, quis ſtares in ordine longo
Diviſum in turmas atq; in ſua corpora vulgus.

Sc. haud ſecus atque in Amphitheatro quisque popularium in ſuo gradu ac loco ſtabat, ne quid confuſionis eſſet, ſingularumque Urbis regionum populares ſua loca ibi aſſignata habebant & gradus ſuos diſtinctos, &c. Porro non aliter *panis* hic diſtribuebatur, quàm per teſſeras ligneas *πινάκια κρατικὰ*, in *Chron. Alexandr.* κρατήρια Codino, *ξυλάρια* Polybio dictas, ut illis, qui prius frumentum gratuitum accipiebant, ſimiliter teſſeræ dabantur. Acceptis proin teſſeris ad Forum ejus, *ἐφόδιας*, ibant populares & ibi iisdem oſtenſis, panem quisque ſuum accipiebant. Hinc *κλιμακοφορία* apud Themiſtium, de his, qui teſſeras ſuas & *κλιμακας* ad Forum portabant, ut panes acciperent ibidem de gradibus erogandos, *Orat.* 4. Teſſ rarum poſtea loco Valentinianus & Valens Imp. juſſere, ut *titulus* æneus in gradibus figeretur, in quem & *Panis* modus & nomen percipientis incidi debebat, V. *l.* 5. *Cod. Theod. tit. eod.* manſitque hæc conſuetudo Panes, & vinum & oleum & carnem porcinam, gratuita Populo erogandi, u que ad Principatum Heraclii Aug. ſub quo eam reperimus abolitam. Nam Bath Siculi referunt, octavo Imperii ejus anno, Civibus CP. impoſitum tributum ſive capitationem, *Panum civicorum* nomine, ut pro ſingulis ſc. panibus, quos percipiebant de publico, tres nummos dependerent, quod tributorum cum ſolviſſent, eodem illo ipſo anno, menſe Auguſto, etiamodi omnis annonarum civicarum diſtributio omnino ſublata eſt. Non omittendum vero, *ἐφόδιον* Themiſtii (harum enim meminit *l. c.*)ad quas cum teſſeris ſuis olim ſtare ſolebant populares, quibus panes ejusmodi *κλιμακοφόροις* de publico miniſtrabantur, ſepta fuiſſe ſen tabulata, Heſychio & Euſtathio. In medio namque Foro Conſtantinopolitano, quod Σφενδόνη τοῦ Ἀγορᾶς & Ἀγορᾶς μέσον vocabant, ſepta de lignis fuiſſe conſtructa & in his gradus diſpoſitos, haud ſecus atque in Theatro & Amphitheatro, legimus, in quibus Populus per ordines diviſus ſtabat, ut exciperet miſſilia, a Principibus & Conſulibus ſpargi ſolita, nummos ſc. aurcos, argenteos, æreos, & teſſeras quoque panariasnam & has jaciebant. Ad has itaque *Ἐφόδους* ventitabat quotidie mane plebs *κλιμακοφόρος*, h. e. *calamos* ſeu *teſſeras* ferens, ut panes acciperet, quos *κανάθιον ἄρτου* & *κανάθιον*, Latini *annonas civicas* vocabant, &c. Qua de re pluribus diſſerit Salmaſius *Not. ad Vopiſcum in Aureliano.* In Lotharingia vicus eſſe, cunis incolis, quotiesin Ducum aula miniſtrantinverſum cuique *panem* in menſa apponi ſit moris, ob infidelitatem à Majoribus olim exercitam, refert Auctor Anonymus *Hiſtoria Orbis Terrar. Geogr. & Civil. Panis & aquæ refectione*, damnatos olim fuiſſe dilinquentes, habet C.du Freine *Gloſſar.* &c. Plura de *Pane* quique conficiendi ratione Veteribus uſitata, alitsque huc pertinentibus V. apud Plinium paſſim, inprimis *lib.* 18. *cap.* 11. ut & paulo infra: Addoſalicm quod *Panis*, in coronas quoque olim adhibitus, memoratur Lactantio *lib.* 1 *cap.* 21. ubi hanc fabulam narrat: *Lampſacenſi Priapo, quòd in utilitatem, maſſare conſuevimus. Cum enim hic Deus veſtæ dormienti vim inferre conaretur, aſinus intempeſtivo clamore cum excitaviſſet —— Hinc apud Romanos eumdem aſellum Veſtalibus ſacris in honorem feſtivitas conſtrata* panibus *coronata.* Neque verò hunc ſolum aſellum illiusmodi corona ornatum, ſed & apud Arabophanem *Plauto*, præmium fuiſſe ſervo nuncio rei lætiſſimæ, pauperratus ſit, opibus commutatæ. Cùm enim propter hoc ipſum totus ille ſenum grex vitularetur ac ſaltaret, mulier, quæ ibidem introducitur, ait,

——— πάλαι γ' ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ
Ἐνεγγύλιόν θ' ὑπὸ κεφαλῆς τὸν ἄρτον
Τὸν κατὰ κεφαλὴν γράμενος.

Ubi *κεφαλῆς ἄρτος* &c. Scholiaſtes exponit, *ἄρτους ἔθνικὰ ἐν κεφαλῇ φερόμενους, panum faſce in capite collorum*, quo rei tam ingenuum illa ſe coronatura man ac &c. V. Car. Patchalium *Coronam lib.* 6. *cap.* 28. Aliæ erant *Coronæ de panibus bilibres*, quas Aurelianus Imp. loco aureorum, quas populus ſperaverat, ex Orientc, everſus ei exhiberi juſſit. Erant panes ſiliginei *σεμιδαλοῦς*, ut ait Conſtantinus *σεμιδαλοῦς*, h. e. in modum circuli ſ. ſeu coronæ fcti, de quibus V. Calaubonum Salmaſiumque *Not. ad Vopiſcum in Aurelianum*, ac ſupra Sed & Petronii Aragon. R. Romam profectum, ab Innocentio III. coronatum eſſe *coronâ panis axymi*, in Æde S. Pancratii, imperavitſſe autem, ut ejus ſucceſſores in perpetuum Cæſaraugustæ coronarentur, à Tarraconis Antiſtite, refert Marinens *Rerum Hiſpanic. lib.* 10. &c. De *Frumento*, *Adolis*, *Viſtoriius*, aliisque huc pertinentibus, hic paſſim. Vox poſtmodum translata, ad quamcunque materiam, in morem panum formatam. Hinc *æreis panes*, apud Flin. *lib.* 34. *cap.* 11. *panes aphronitri*, apud Statium inter munera Saturnalitia &c. V. Calaubonum *ad Neronem Suetonii cap.* 20.

Panis variæ, apud auctores ſpecies.

Panis Acrozymus, id eſt, fermentatus, apud Iſidorum *lib.* 20. *cap.* 2.

Panis Æſtivatus, i. mucidus, in vet. *Gloſſar.* MS. apud Car. du Freine.

Panis Alexandrinus, i. bis coctus, rubicundus, apud Plinium *lib.* 18. *cap.* 7. & Conſtantinum Afric. *de vat. rùſticis* p. 278.

Panis in aqua coqui ſolitus, apud Udalricum *Conſuetud. Cluniac. lib.* 3. *cap.* 4.

Panis Azdinicenſis, i. ſordidus, *l.* 5. *Cod. Th. de Annon. Civic.* ſortè *Sardinienſis.*

Panis Armigerorum qui famulis, vulgò *Eſcuiers* dictis, miniſtrabatur *Monaſt.* Anglic. *Tom. I. p.* 420.

Panis Avenaceus, in Concil. Francof. *cap.* 4.

Panis ex auro, quales convivis appoſuit Caligula Imp. V. Cœlium Rhodig. *Antiqq. Lect. l.* 28. *cap.* 3.

Panis Autopyrus, ex Gr. *αὐτόπυρος*, ex quo nihil neque pollinis neq; furfuris excretum vel ademptum, quaſi totum inde tunicum non imminutum habens, apud Cœlium *lib.* 2. *cap.* 17. Aliosque paſſim.

Panis Azymus ſeu *ἄζυμος*, apud Conſtantinum Afric an. *Loc. Comm. Medic. lib.* 5. *cap.* 15.

Panis Benedictus, dicebatur olim, qui Catechumenis (quibus, ante Baptiſmum, lactorum myſteriorum particeps eis heri non licebat) dabatur, quo præparaverunt ad Corporis Chriſti ac Euchariſtiæ ſumtionem. Auguſtin. *de Peccator. meritis, & remiſſ. lib.* 2. *c.* 26. iis poſtmodum Fidelis etiam uſus eſſe, pro ſuggerere, in ſignum mutuæ amicitiæ & communionis, inviccm transmiſſis, contendit Rainerus, *contr. Waldenſes*, in catal. *Hæret.* de Græcis loquens: *Euchariſtiam confiſcunt de panibus fermentatis, excidunt vitulas ex illo confiſcinæ Corpus Domini & panes illi vocantur* Panis benedictus, & *datur omnibus, qui volunt ſumere in cibum.* V. ſupra *Eulogia* & infra *Panis fractus*, nec non Sponium *Hiſt. Pacra. p.* 366.

Panis Biſcoctus ſeu *buccellatus*, Gr. *βίσκωτος*, qui eſt panis nauticus, Gall. *Biſcuit*, apud Abbonem *de Obſid. Paris. lib.* 2. Guil. Britonem *Philippide l.* 4. & Paul. Venetum *l.* 3. *c.* 46.

Panis Biſcus ater, furfuraceus, Gallis *Pain-bis*, apud Suetonium in *Nerone*, ſordidus, *cap.* 49. V. *Monaſticum* Anglic. *Tom. I. pag.* 420.

Panis Cacabaceus, qui ſaporem malum ex aqua in caldo calefacta retinebat erat autem *cacabus* vas piſtorum, Catullo *ad Hetlegiadum* Lampridi. At du Frelne mauult ſic dictum elle panem nig um, cui nihil furfuris adcmtum, in *Gloſſar.*

Panis Calendarius, quem in Calendis oſtert mos fuit ſacerdotibus, à Parochianis, in die Natalis Domini, occaſione loci Levit. *cap.* 22. ubi de panibus duobus Sacerdoti oſferri ſolius. V. Durandum *Ration. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 40.

Panis Cantabrus, ſervorum erat, V. ſupra.

Panis Cejarius, Χαβάσιος ἄρτος, in *Gloſſ. Gr. Lat.*

Panis Civilis, Gr. *πολιτικὸς*, idem cum *Gradili.*

Panis Clibanites, in furno coctus Gl. Æthici.

Panis

Panis Conjuratus, V. *supra Corinod.*

Panes Coronari, in *Chorist* anno 1050. apud Paricellum in *Monum.* Ambrosianæ Bibl. p. 428.

Panis Curiæ, V. hic *Panis Curialis.*

Panis Curialis, qui è Curia Domini profertur, ad alendam familiam, in *Chorist* Theobaldi Comitis Blesensis A. C. 1190. in Regesto Censuum Carnot. alibique, ut apud du Fresne.

Panis Δεξιοσταῖος dicebatur, quem unusquisque toto ævo percipiebat, & posteris suis transmittebat. Talis ille, quem Aurelianus ereagavit apud Vopiscum *l. c.* Item quem popularibus suis, Antiochensibus civibus, distribui instituisse, atque eam in rem centos redditus ex fundis suis constituisse Artabanum, legimus apud *Chronicè* Alexandrinum Asseverem.

Panis Diſpenſationis dicemus secundo, juxta veterem Horatii Interpretem qui de secundo panè scribens, cum esse dicit, qui non sit filigineus, non primus, non posterius, sed *dispensatorius.* Ubi dispensatorium panem accipit Salmasius, quem *Fistalem* dixit Interpres Persii, quòd Populo scilicet dispensaretur. Prudentius,

——— *Populo gratillius dispensat ab alto.*

V. hicinfrà, *Panis Fistalis.*

Panis Elecmosynarius, qui pauperibus distribuebatur, apud Sylvestr. Giraldum *Itin. Cambriæ lib. 3. cap. 12.*

Panis Eucharisticus & nominatim quam *Panis* simpliciter, pro S. Cœna, apud Patres & in Scripturis. Nam Lucæ *cap. 24. versf. 35. Fractionem Panis*, non pauci de Eucharistia expositerunt: è quo loco *Sacramentum Panis* ipsam vocat Augustinus *de Consensu Evangel. lib. 3.* Et Cyprianus τὸ ἁγιασθὲν ἄρτον, *de Cœna Dom. Hoc Sacramentum altiùsando Corpus & sanguinem, altiùsando* Panem *Christi appellat.* Sæpius tamen Patres, ut *Panem* sacrum & mysticum distinguant à communi, & epithetis adjectis, quorum nonnulla infrà subjiciemus. Idem *Eulogia* & *Eucharistia* dicitur, ex verbis εὐλογῶν & εὐχαριστῶν, quæ Evangelistæ & Apostolus Paulus, in explicanda divini hujus mysterii institutione, promiscuè adhibent: Nam CHRISTUS in eodem actu & Deum Patrem laudavit & gratias illi egit, atque hoc amplius Panem sanctificavit, h. e. consecravit: ut Ambrosius ait, ut esset in mysterio corpus vivificare Christi, sicut ipse dixit, *Hoc est corpus meum.* Atque hoc docent nos, præter Paulum, ex tetrade Evangelistarum tres, DOMINUM τὸ *Panem* ſumpſiſſe, ac deinde vinum, & utrumque εὐλογήσαντα sive εὐχαριστήσαντα, antequam Discipulis traderet. Qua in hiſtoria Filius Dei umbras Legis ad veritatem traduxit. Mos enim Populo Judaicofuit, convivium illud, in quo edebatur Paschalis Agnus, poculo claudere, quod dicebatur כוס הלל *poculum laudis*, vel, ut Paulus loquitur, *poculum benedictionis*: unde non uno in loco Sacramentum illum, in Liturgia Græcis, *Eucharistiæ nomen*, *Sanctificandi* facultatem appellatur. Idem autem εὐλογεῖν, quod ἁγιάζειν, *sanctificare*: ſic enim Patres paſſim aquam Baptismi modo εὐλογεῖν, modo ἁγιάζειν, i. *benedicì ac sanctificari* dicunt: quo eodem modo & *Panem* Eucharistiæ Christus εὐλογήσας ἔκλασε, *pramisſa benedictione fregit*, pro quo ἁγιάζειν *sanctificare*, paſſim apud Patres Græcos & Latinos, dicitur. Undetetam ἐν ἁγιασμῷ quàm unum e nominibus Eucharistiæ. Justinus *in Dial. cum Tryphone* dixit, ἄρτον ποιεῖν, *Panem facere* vel *conficere*, h. e. Christi exemplo εὐλογῆσαι & εὐχαριστῆσαι, *benedicere & gratiarum actione consecrare*, in sacramentum Corporis Christi. Ita enim is, *similæ oblatio, figura erat panis eucharisticæ, quem in memoriam passionis suæ Dominus nobis τοῦ ἄρτου τούτου, tradidit* (præcepit) *facere.* Ubi alludit ad vocem Christi apud Paulum Τοῦτο ποιεῖτε. *Hoc facite*, quã proin eam in rem Latina Ecclesia interdum uta est, ut *Panem facere* apud Augustinum *de Trinit. lib. 3. cap. 10. Panis ad hoc* fa*de* est

Panis quibus Christus usus est.

Panis quo Christus usus est.

Panis quo Christus usus est.

*Panis quo

Panis Nauticus, V. supra *Panis Bicoctus.*

Panis Nicolaus : ita placentas appellavit Augustus, à Nicolao Damasceno sibi exhibitas & donatas, apud Photium *Bibliath.* Palladius in *Hesiod. Lausiaca cap. 4.* Καὶ Νικόλαος παμφυγόβιος ἄρτους ἄπτος κεφαλὰς τῷ θεράπων. *Et Nicolaus prodigiosæ magnitudinis panes decem mundos & calidos*, &c. V. Rosvveidum ad *Ruffinum de Vit. Patrum*, c. 7.

Panis Nitidus, apud Bedam *lib. 2. cap.* 5. qui *mundus* apud Lampridium *Alex. Severo*: Καθαρὸς ἄρτος, apud Theophanem ann. 40. Theodosii jun. Sed & in Concil. Toletano XVI. can. 6. V. quoque Chiflenium *In Vita* Brig dæ num. 72.

Panis Nuntius, Germ. *Bottenbrot*, qui nuntiis dari solet, in nuntii allati mercedem, apud Phil. Eysttensem Epist. in *Vita* S. Wilibaldi: Joiua Pictorius Geraldina interpretatur.

Panis Ob'atus, in Flcta *l.* 2. c. 14. §. 4. *f. Oblatus lib.* 2. c. 72. §. 19.

Panis, ex oblatis humani corporis communiti & molitis, in obdiuione Luteriæ, fub Henrico M. adhibitus legitur, in *Hiftoria* ejus temporis.

Panis Oftiensis seu *Fiscalis* in *L. un. Cod. Theod. de Pretio panis Oftiensis*, qui de Fiscalifrumento ; quod Oliæ, piftoribus vendito, confectus Populo Rom. vendebatur. V. Jac. Godofredum & Salmasium ad *Popiscum.*

Panis Palatinus, V. *Gradilis.*

Panis Papalis. Matth. Silvaticus: *Simila fit fri. Frumentum fra-Ebum in fruita, vel mollitum groffe in qua diverfa fubftantia dividitur per ordines : extrahitur furfur & farina fubtiliffima, quæ mollita diuitur, poftea remanet media, quæ dividitur in groffum, fub fi-lem & mediocrem. De pollina fit panis Papalis*: apud Car. du Freine *Gloffar.*

Panis Paxamatis, panis erat ex unciarum pondere, ficut & civilis & bucellatus feu militaris. Nam duo paxamatia libræ pondus habu lle, feribit Caffianus *Collat.* 2. cap. 19. qui iniquâ mentura ventres fuos olim Monachi caftigabant. Fuit autem *paxamas* idem, quod *bucella*, V. infra, in voce *Paxamatium.*

Panis Picentinus, qui apud Picentes fiebat, Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. & Apicius *de Re Culin lib.* 3. *cap.* 1.

Panis Piperatus, V. *Panis Natalitius.*

Panis è pilcibus, memimit Plinius *lib.* 7. *cap.* 2.

Panis Præbendarius. Sic dicuntur, qui dietim diftribui folent Canonicis Præbendariis, ex communi piftrino. Honorius III. in 5. Comp. *Lat. tit.* 16. *cap.* 2.

Panis Primitiæ, qui Ecclefiis aut Dominis pro primitiis offeruntur, apud Isodor.

Panis Propofitionis, quid in V. T. fuerint, notum, ex Exod. *cap.* 25. *verf.* 23. Reponebantur illi in Menfa Aurea, in Sancto, inftrato velte hyacinthina, cui impofitæ 12. lances, accipiendis panibus, totidemque accenæ thuré repletæ. Collocabantur autem panes duplici ordine, utinque feni, qui fibi mutuò incumbebant, in cerpofitis calamis ; ut Judæi volunt, ne vitium contraherent. *Panes autem facierum* appellabantur & *Mensa facierum*, Numer. *cap.* 4. *verf.* 7. Sabbatoque accedente *Panes* removabantur, veteresque Sacerdotibus cedebant, Levit. *cap.* 24. *v.* 9. Ad horum imitationem in *Charta* apud Car. du Freine *Panes propofitionis*, primitiis ac decimis Ecclefiæ debitis jungantur.

Panis Rubidus, idem cum Bifcocto, *lib. iii. cap.* 20. *cap.* 2.

Panis Sanctorum, qui ad Altare offerebatur, apud Herardum Archiep. Turonenfem in *Capitular. cap.* 24.

Panis Sardinienfis, id eft, fordidus, *l.* 5. *Cod. Theod. de Pane grad. Civis Romanus, qui in virginis panibus ferendis, qui nunc dicuntur* Sardinienfes, *quinquaginta uncias comparabat, triginta & fex uncias in bucellis fex mundiis fine pretio conficiebant.*

Panis Secundus, idem cum fordido : Vetus Horatii Interpres *fecundum & diffenfatorium* eundem facit. Opponitur *primo*, qui filigineus erat, & *mundo*, item *nitido*, apud Vopifcum & Marcellinum : & *fecundarius* quoque ac *fequens* dicitur, Gall. *Pain de mezrage*, quo ut plurimum in familiis utuntur. Conftantino Africano Comm. *Iocor. Medic. lib.* 5. *cap.* 15. *minus eft nutritivus & crassitiæ digerium : quia mundum fu furfure eft*, Horatius *l.* 2. *Epift.* 1.

——— *Vivit filigo & pane fecundo*, &c.

Panis Sequens, qui *mundum* excipit, idem cum *fecundo*. Et fanè *fequens* ac *fecundus* res eadem & ex eodem fonte funt voces : *Secundum* enim Vett. dicebant, & fcribebant pro *fequendum* ; atque inde *fecundus* vel *fequendus*, qui fequi debet, id eft, proximus à primo aut qui primum fequitur. Meminit panis hujus Lampridius *Severo*. *Ufus convivii diurni hic fuit. Vini adtuium dimenfaria XXX. panis mundi pondo XXX. panis fequentis ad tantundem pondus L. Nam femper de manu fua miniftris convivii & panem & partes aut oleram aut carnis aut leguminum dabat* &c. Sic Σεκοῦνδος ἄρτος Græcis, *Secundus panis*, Salmafius *ad h. l.*

Panis Servientialis, fervientibus feu famulis dari folitus, in *Conjuetud.* Monaft. de Regula. Idem *puerorum Panis* dicitur Petro Damiano *lib.* 1. *Epift. p.* 89. cui opponitur *Panis Procerum*, apud Plinium Car. du Freine laudatum.

Panis Siccus, apud Jul. Capitolinum in *Antonino Pio*, dictus eft, qui folus abfque ullo alio pulmento, jentaculi loco, apud Romanos, fumebatur, V. fupra.

Tom. II.

Panis Siliqueus, id eft, mundus : unde *Panes filigineos* vocat *mundas bucellas l.* 4. *C. Theod. de annon. Civ. & Pan. grad.* &c.

Panis Sordidus idem cum *Secundo*. V. Joh Bruycrinum Campegium *de Re Cibaria lib.* 6. *cap.* 9.

Panifius, apud Plinium *lib.* 37. *cap.* 11. ubi de pretiis mirabilibus picturarum, *Taurifcus Difcobolum, Clytæmneftram*, Panifcum, *Polynicem regnum repetentem & Capaneum*, fic fcribendum Pan cvigaus, qualem per jocum in parvis tabellis fingere Pictores foliebant : vel Theatralis perfonarum larva. Dalechampius *ad l.*

Panni, pro inftris : ita tunica Jofephi Genefi *cap.* 37. quam Græci Interpretes πολύμιτον γραφὴν reddiderunt, Latinus *polymitam* ; Hieronymus modò *polymitam*, modò *variam* : in paraphrafi Jonathanis, *Paragoda* nominatur. Dicebatur autem fic veftis, *pannis* & inftitis verficoloribus, prætexta ; atque, ut loquitur modò laudatus Hieronymus, *varietate circumdata.* Eandem ἀναγραφὴν Aquila vocavit : Genus enim hoc veftis, quod Hebræi *Ketonet passim* appellant, h. e. *veftem frofteum & particulatam* quale erat, ut tunicis talaribus fubjicerentur *panni* vel inftitæ verficolores, quæ extremam veftis oram ambibant & circumdabant ; nec unum tantùm aut alterum ejusmodi *pannum* de diverfis coloribus textum veftibus adjici in ufu eflet, fed pluribus etiam interdum inftitis ad pedes usque & talos defcendentibus, inimo per circuitum prætexeretur. Græci τὰ ἄκρα vocant & ἐκβατίζειν, Latini *limbos* & *inftitas* & *puras*. Hebræi verò שוליים. Hinc πεπλοφόρος χιτὼν Græcis, qui hujusmodi πέπλας prætextas habet, id eft, pannos & inftitas per extremam oram fubitas, & ad talos usque demiffas eft. Quales erant Romanarum nutricum. Horatius,

Quarum fubfuta talos tegit inftita veste.

Cùm contrà Libertinarum, & earum, quæ corpore quæftum faciebant, nec inftitas haberent per circuitum extimum, nec talares eflent. Similiter apud Græcos ποδήρεις στολαὶ, *talares veftes*, limbis ferme ac inftitis ad imum e-ant ornatæ. Hefych. Ποδήρεις στολαὶ αἱ ἐχόντα τὸ ὑφάντιν κυκλοτερὲς ὑπὸ πτερύγων ἐπὶ ποδῶν. Ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ποδῶν κάτω ἐκτείνεσθαι. Ἐπὶ ποδῶν στολὴ, κάκκαβος item ac βάμματος dicebantur, Attici ὑφάδιον in multorum veftibus, *pannos* tales, quibus prætexebantur, vocabant. Etymol. M. Κάκκαβος γυναικεῖον, ὃ ὑπὸ Ἀττικῶν ὑφάδιον λέγεται, ἢ τὸ ἐκ πολλοῦ τὸ ὑφάντιν ὑπολαμβάνον ἐν βύσσῳ ἢ πορφύρᾳ ἢ κόκκῳ, ἢ ὁποῖος ἄλλοις ὑπάρχει, *byffo, purpura & cocco*, difcimus, verficolorias ftatias inftias fuiffe & ex diverfis inter fe mixtis coloribus ut plurimum textas : diverfi fane femper ab ipfa veste colores fuere, στήμονα ἐνδιάφορα hinc Ballamoux ἀναγραφὴ dicta Cont. 7. *can.* 16. Itaque cùm talares omnes fui ἀναγραφὴν ut tunicæ verficoloribus limbis & *pannis* prætexerentur, minimè mirum eft, fi Græci Bibliorum Interpretes tunicam tum Jofephi, tum Thamaræ (de qua 2. Reg. c. 13.) eo ornatum inftitarum varietate circumdatam, partim πολύμιτον ἀναγραφὴν, partim ἀναγραφὴν verte-unt : utrumque enim tunicæ illæ fuere, & *variæ* & *talares*. Ut vero illiusmodi tunicæ circa extremitatem inftitis erant prætextæ & falciis verficoloribus, fic etiam circa manum, ubi manicæ (talares enim tunicæ ferme & manicatæ, χειριδωταὶ feu ἐμμανεῖς Gr. erant) variis & picturatis limbis variegatas & fimbriatas fuiffe minimè dubium eft. Cæfar certè, apud Suetonium, *laticlavia tunica, ad manus fimbriata*, ufus fuit &c. V. quæ hanc in rem Salmafius prolixè habet, *ad Vopiscum in Aurelian.* ubi de *coloris veftibus*, Autor loquitur. Apud Horatium, ubi aut,

Purpurea late, qui ſplendeat unus & alter,

Adſuitur pannus

pannus itidem falcia eft vel zona, quâ veftis ornabatur. *Antepannus* Latinè dictos, colligas ex voce Græcis recentioribus ufitatâ, Ἀντίκωον : Eam enim certum eft, pannum putam eſſe Latinam. Hefych. Ἀντίκωον, παραπέτασμα, κεφαλίδιον, ubi παραπέτασμα eft paratura feu ornatura, quo modo vocabant in veftibus ultimam fimbriam. Vegetius *lemniſcos* & *pannos* indifferenter, pro eadem re, ufurpat, *l.* 3. c. 18. *Contra inimicas quatuor foramina tantum pertunde & pannos vel lemniſcos ex acuto ſub ante pes foramina trajicies.* Sic lemniſcum coronæ Regiæ, *pannum* vocavit Val. Maximus *l.* 7. *n obilem magis, quàm felicem, pannum!* Duo autem panni veſti adfuti, *illorum* eam faciunt, ut in Horatii verſu citato. Sic apud Virgilium chlamys præmium victori datur, duplici mæandro purpureo ornata,

——— *Quam plurima circum*
Purpura mæandro duplici Mæonia cuturrit.

Plures *panni trilores, tenuiores* efficiunt, quo modo ejus pendus Vopiſcus in *Aureliano* iterum, *Illis monetoris, illis ditores, trilores illis & ureg, ad pentelores, quales hodie linteæ fimt.* Quæ *lora* feu *panni* hodie *bandas* vocant Galli, in veſtibus mulierum, quas non pentelores tantùm geſtant, fed usque ad cingulum loratas & zonis fericis, h. e. paragaudis diſtinctas, inquit Salmaſius *ad h. l.* &c.

Panni Imperiales, memorantur Radulfo de Diceto A. C. 1178. *Comes Wilielmus de Magnavilla Hierofolymis vestitus fuis Gilibertis, Qui paregre profectus, ſecus altaria multarum per Anglium Eccleſiarum habuerat in memoria ſic & vestibus habitus in reverentiam Pannos, quos Civitas Conſtantinopolis vocat Imperiales ; poſtim locis diſtribuntes Religioſis*, apud Car. du Freine *Gloſſar.*

Pannis Infantiæ Latinis, quæ Græci σπάργανα, ἱστοὶ, ῥάκη, Latini iterum *Cunabula* & *Incunabula* dixere, id est, fascolæ, quibus infantes involvi soliti. Sicut enim *Cunæ* lectuli eranti illi mobiles, in quibus pueri cubabant; ita *cunabula* vel *incunabula* vincula dicta sunt, vel fascíæ, quibus colligati infantes in cunis ponebantur. Plautus *Truculento*,

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis.

Et *Amphitruone*,

Nemo eum colligare quivis incunabulis.

Incertus Auctor, *de Orthogr. Cunabula* sunt panni *infantiæ: sed Johannes Constantinopolitanus Episcopus scribit, Lazarum in monumento cunabulis involutum.* Ubi videmus in contrarium planè usum versa Cunabula, & involvendis mortuis usurpata. *Cunabula* enim vocat ibi Johannes Epist. quæ κειρίαι dicuntur in Evangeliorum libris & sunt tæniæ, quibus mortui à capite ad pedes vinciebantur, capite sudario vel lineo ligato. Quemadmodum è contrario κειρίαι, quæ propriè mortuorum involucra erant, etiam pro *pannis* seu fasciolis, quibus alligantur infantes, usurpavit Moschopulus. Quod inde factum, quia eodem prorsus modo infantes & mortui fasciis ligabantur. Artemidorus, οἱ βαπτόμενοι ἐν ὑφάσμασι ἐοικότες] μάκτοις ἢ ἐν βράβῃ ἢ χαμεύνῃ τίθενται] ubi ῥάκη sunt *panni*, quo modo Latini vocant, præsecta in longum frusta cujusliber materiæ textilis. Et *pannum* pro fascia vel instita, fupra vidimus. Salvianus *pannorum crepundia* habet *de Gubernat. Dei lib. 6.* Dupliciter autem vinciebantur pueri, primùm illis vinculis & fasciis, quibus involvebantur mortuorum more & quæ ipsis erant pro veste: Deinde etiam fasciola aliquâ in cunis ipsis collocati ligabantur, ne cunis decidere possent aut elabi quod hodieque fit: de qua fasciola locus capitendus Vopiscii in *Aureliano, quod vinctum fasciolâ Aurelianum aquila innoxiè de cunis levaverit* &c. Et fortasse *fasciæ* erant, quibus involvebantur infantes & illigabantur, *Incunabula* autem proprie loca aut *panni*, quibus ad cunas, ne exciderent, ligabantur &c. Addendum & hoc obiter, non Græcos solùm, sed & Romanos, licet corpora defunctorum comburerent, fascias tamen ad involvendos mortuos similiter usos fuisse, V. iterum Salmasium, *ad Vopiscum h. l.* & *supra passim.*

Pamiculavia, apud Turcescil. quid sint, discimus, ex Rescripto Hadriani *D. de bonis damnat. Non enim bona damnatorum panniculariæ significari posse dixerit: nec si quam circa se habuerit, proximus fibi vindicare debebis. Sed vestem, quâ is fuerit indutus, aut nummulos in veneralem, quæ vicibus fui canali in promtu habuerit, dari leve annulus.* Ubi *veneralem* pro *veteralem*, quod est in Pandectis Florentinis, repositi Salmasius. *Veneralis* autem pro *Ventrali*, cratque zonæ genus, quæ, quòd fundam referret, *funda* quoque dicebatur. Ligamenta enim & habenas, quibus circa ventrem cingebatur, habebat, & in medio receptaculum, quo nummi continebantur, ut sinum funda, quo lapides conlocabantur; quod Latini *fustilæ* dicebant, quòd ficti formam referret: Et quorum quædam quidem simplex habebant, aliæ ver. rò triplex, ut ex Livio discimus *lib.* 38. Dum autem *Ventralis* dicitur, intelligitur zonaeadem cum vero *Ventrale*, cingulum subaudiendum est, &c. V. Salmasium *ad Spartianum Pescennio Negro.*

Pannus, in Circensibus olim ludis, certo colore insignis, factiones qui circebat, unde consuetudinem in Principum Aulis Nobilibusque familiis fervitia variorum colorum *pannis* excolendi & ab aliis discernendi, quos *Livreas* hodie dicunt, ortum esse haud vanè conjicit Octav. Ferrarius *lib. de Re Vestiar.* Puteanautem auriga rum factiones quas uor, quæ à coloribus viridis, coccinei, cœrulei albiq. *Panni*, quo donabantur, nomina acceperunt, *Prasinæ, Russæ, Venetæ* & *Albatæ*, Tertullian. Quibus Domitianus, Suetonio teste, duas alias adjunxit, Aurati Purpureique *Panni*, *cap. 7.* Harum ad reprehensionem usque Imperatores nonnulli studiosi exstiterunt, ut Caligula Prasinæ, Vitellius Venetæ &c. Imò & pompa præcedente favorem & studia unius usquequeque huic vel illi factioni studebant, ingentes saepe sponsiones, quæ deposita pecunia fiebant, ostenderunt, Hadr. Turnebus *Adversar. lib. 8. cap. 4. & lib. 18. cap. 23.* Ovidius de *Arte lib. 2.*

——— *Tangitq; manu positâ, libellum*

Et quarit posito pignore, vincat uter, &c.

V. præter Tertullianum memoratum *lib. de Spectaculis cap. 16.* Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cum Parallipomenis* Thomæ Dempsteri, ut & supra, in voce *Factiones*. Sed & apud Latinos Scriptores *Panni* non raro pro vestimentis lacertis accipiuntur, necnon *de toga lib. 3. cap. 19. Cùm ſpongiæ non inveniretur, scindi vestimenta imperorum & in os fieri panros imperavit: & Epist. 20. Magnificentiæ nihil erat forma vasis in grabbato videbitur & in panno.* Unde Philosophorum *Pallium* seu Tribonium, quòd vestis esset detrita & ferme lacera, simpliciter nonnunquam *Pan*. seu *Pannus* dictum reperitur: nec enim pauperiorum solum, sed & Philosophorum gestamen Tribonium fuisse, *suo loco* videbitur. Cynicorum inprimis Pallium, quod illi duplicare solebant, id est, dextro cum humero brachio exerto, totam ejus partem dextram finistro humero injicere, ut retroad pedes caderet atque ita totum corpus involveret, & constringeret, ut, nisi detraheretur, dilabi non posset, *duplicem Pannum* vocat Horatius *lib. 1. Epist. 17.* ubi de Diogene,

——— *Quem duplicì panno patientia velat.*

V. Casaubonum *ad Oclavium Suetonii c.* 21. Et Octav. Ferrarium de *Re Vestiaria passim inprimis Part. 2. l. 4. c. 19.* Alias *Pannus*, materia vestis est ex lana. Qui optimi Carthagenà ex Hispania Genuam & Florentiam; ex Anglia, & Belgio, in quo Lugdunum inprimis pannificio eminet, in Germaniam, Daniam, Sueciam totumque reliquum Septentrionem, deferuntur. In Hispania, lanæ mercaturâ, excellit Oppidum S. Sebastiani, in Hibernia Galbaftia. Auctor Anonymus *Hist. Orb. Terr. Georg. & Civ. Part. 1. c. 10. §. 3.*

Pannus Rubeus, pro Numine colitur Mogosmais, Badais & Colmaecis, qui cum ex petrica pendentem adorant, ubi docet Petrus Kærius *Descr. Africæ.*

Panormia, vel *Pannomia*, quarum priore voce utitur plerunque Anton. Augustinus *in emend. Grat.* alias melius vocantitus *Pannomiam*, ex κᾶν & νόμος, nomo libri est, quem Ivon. Carnutensi nonnulli eunt adscriptum, Bellarmino id ex receptiorente, quòd *multa lib. 8. sint decreta ex Innocentio II. & ex historia Sigeberti, qui Ivone posteriores fuerunt.* Vocari tamen idem Ivonis ait, *quia ex Decreto Ivonis maxima ex parte sit desumtum, sicque quasi ejus compendium*, V. cum *lib. de Script. Eccl.* Pancirollus ego *de claris LL. Interpp. lib. 3. cap. 1. pag.* 403. auctorem libri facit Ugonem Catalaunum, non dū postea dum opus Ivonis, illud contexeret tum: *Post ſiſtorum*, inquiens, *Burchardus Wormatiensis Epiſc. eadem indigeſtamque aliàs Decretorum materiam methodicè ordinavit ac primùm jus Pontificium in tua loca diſtinctum 20. libris complexus eſt, qui ob longæ lectionis tædium intermiſſi brevi interiere. Nam quæ ejus nomine circumferuntur Epitome, plures quidem libelli, ſed vix paſſio operis extat am partem continet. Cùm verò novis exortis hæreſibus Berengarius in S. Euchariſtiam blaſphemus exiſtiſſet, Ivo — poſt annos 9. quàm Burcardus kriſpſit, præter alia opuſcula, amplioſſimum Decretorum volumen decem & ſeptem libris diſtinctum concinnavit, in quo Burchardum omnibus fermè locis, aut ordine parùm ab eo exſtetiſſit. Quadam tamen veterum Scriptorum ſententias, adversus Eccleſiæ turbatores & multa ex Jure noſtro Civili teſtimonia adjeciit, quæ ille, velut parùm ſuo inſtituto neceſſaria, omiſerat, vel quòd privilegiis Romanis nondum appromptis Carolì M. tantum leges, vulgò Capitula vocata frequentabantur, nunquam enim parts Civilis & bis tantum Codicis Theodoſiani meminit. Cùm verò Ivonis opus cum alia & ipſius etiam Iſidori Decreta magnitudine ſuperaret, Ugo Catalaunus, non multo poſt quam ſcripſerat ipſe, in compendium redegit, & Pannormiam ſive Summam Decretorum Ivonis nuncupavit. Ea, etſi otanda mendis & erroribus ſcatebat, adjutus Gratianus plura inde & ex Burchardi Epitome excerpſit, autographi enim texturam aut Burchardi nunquam meminiſſe videtur, cùm errores in compendio inventos in ſuum opus transtulit. Et poſtea cap. 3. Caterùm Burchardi & Ivonis Decretis, ob librorum magnitudinem, negleciis, eorum tantùm compendia, quorum meminimus, legebantur in uſuque erant.* Edidit autem *Decretum* Ivonis Lovanii fec. prax. anno 61. Johannes Molynæus, *Pannomia* verò prodiit Basileæ A. C. 1499. Opera Ivonis omnia poſtea edita sunt Parisiis A. C. 1647. Sed conſpurcata est utraque Collectio, & *Decretum* & *Pannomia*, quisquilis & fictis aut ſuppoſititiis Iſidori Mercatoris Decretalibus, item multis aliis fictis & ſuppoſititiis Decretis: quorum bene longum & accuratum catalogum contextum vide, apud Blondellum in *Pseudo-Iſidoro rapulante cap.* 18. *pag.* 100. & *ſeqq.* Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Jur. Eccle ſaſtici §.* 267.

Panothea, una ex Apollinis (de quo vide suo loco) virtubus, inventrix Heroici carminis, sub Abante Argivo, vel Acrisio, floruisse dicitur. Sic Jambum, ut ajunt, Ananias reperit, perfecit Archilochus Parius: quisque auctor fit Pherecratii, Archilochii, Anacreontei, Sapphici, Phalæcii, Glyconii, Asclepiadei, Alcmani, ipsâ appellatione indicari videtur. Quamvis credibile est nomen inventum datum, non ab Auctore; Sed eo, qui præcipue illud nobiliaverit. Geth. Joh. Vossius *de Philologia cap. 9. §. 6. Scaliger Phantomoem*, vocat, illamque primam existiſſe, quæ eo carminis genere fuerit vaticinata, tradit: ideoque versum Heroicum *Pythium* vocari, quia Apollinis inventum esset, ait, *Poetices lib. 2. qui & Hyle, cap. 37.*

Panuii, Græcè Παιώνιοι, apud Plinium, iidem sunt cum *Omagenis* seu *Enotocœtis*, qui auribus prægrandibus instructi, istorum corpus contegere ae indormire quoque dicebantur. V. Salmasium *ad Solinum p.* 219.

Pantapola, ex Græco Παντωπώλης, est à πάντα πωλῶν, ut ait Pollux *lib. 7. cap. 3.* de cujusmodi hominibus extat *Novella* Valentiniani, *Urbis Romæ, quam meritò caput noſtri veneramur Imperii, in tantum nos cura non deſerit, ut quieti ejus atque abundantiæ modis omnibus conſulamus Græcos. Itaque negotiatores (quos Pantapolas dicunt) in quibus manifeſtum eſt maximam luciſe magnitudinem, magnamque in edendis veſtibus operæ meritum diligentiam, mitevias non patimur Sacræ Urbis habitatione ſecludi, licèt eos diſſentios & maximè invidia Tabernariorum, quam venerabilis Romæ uniſitas, augustiniane ſalmo verit. Itaque hos edicto ſanxi uni verſique cognoſcant, Pantapolis ad urbem Romam redeuntibus nequidinſigne (licentiam veſtituam, ut cura pervigili libertas populo nuniſtretur. Ad*

quam

quam V. quæ eruditè commentatur Sam. Petitus *Commentar. in LL. Atticæ lib. 5. tit. 5.* ut & hic passim.

Panthera, adde: Erant & alibi, quàm Romæ, *Panthea*, ut Athenis, quod Pausanias vocat τὸ τῶν θεῶν κοινὸν ἱερὸν, *Deorum commune templum*: & in vico Gazæ nimium, Bethelia, Sozomeni natali Patriâ. Salmasius *ad Spartianum in Hadriano Cæsare.* V. quoque infrà.

Panther, Græcè Πανθὴρ, Poëtis pro *Panthera*, quasi Πανὸς θὴρ, *Panis fera*, quia in deliciis Panì & Baccho, ut lynces & tigres: unde in fcenis Vett. versatilibus semper ante Bacchi pedes, & inter satyricas vestes panthera quoque pellis Polluci recensita; quæ quia raræ admodum nec semper ad manum, earum loco textiles fumebantur, quæ maculatum varietate veras panthera imitabantur. Sunt tamen qui *panthera* à *panthera* distinguunt. Namque τὸν πανθῆρα & τὰς παρδάλεις, tanquam species diversas, poni videmus, apud Græcum Interpretem Oseæ *cap. 13. versu 7.* Xenophon etiam distinctè recenset *lib. de Venat.* Et in descriptione pompæ Ptolomæi Philadelphi, scorsim procedunt *panthores* & *panthera*, apud Athenæum *lib. 5.* Inprimis vetò ex Oppiano idem videtur colligi, qui *Cynegetic. lib. 2. versu 570. pantheres* inter minora & imbellia animalia, his verbis recenset:

Μᾶσσι φίλη, ἠδὲ ἑ μιν θέμις ἄμφις ἀείρειν,
Οὐδ' ἀνὲν λίνα θῆρες, ἅσοις μὴ κλῆθ' ὑπνοῖο,
Πανθῆρες χαροσυνὰι, καὶ αἰόλαι ποικιλόδηρι.
Misæ chara, mihi non licet in parvis diu morari:
Minutas relinquæ feras, quas rohor non comitatur;
Panthereς *varios & fœles malefices.*

Quò facit, quòd thos, animal vulpe non multo majus, πανθῆρα & λυκοπάνθηρα κοινωνικὰ θηρία, à multis appellatur. Tamen, ut *Pantherum*, ita & *Panthereum*, vel elle pardum, vel animal pardo congener, non thoëm, aut aliud fimile animalium, varia prodant. Namque Xenophon, qui Scriptorum, quotquot extant, primus *pantherium* meminit, cos palàm recensetinter mperfieras; Julius insuper Pollux non folum majoribus accenset feris, fed & minoribus opponit, vulpibus, thois, lupis. Eustathius porro, *pantherem* dicit esse animal τὸ ἐκμαὶ ἀεμφερὲς, *maculatum oculis quasi fullis stellæ*, & reliqua deleri αὐτὸ τὸ πανθῆρι τὸ αὐτὸ σῶμα, *corporis illius varietate*, in Hexaem. quod *panthere* belle convenit, & ei cum pauciffimis animalibus commune eft. Plinius, *Panthera & tigris, macularum varietate, prope fola bestiarum, spectantur, cæteris unus aculeus cujusque generis color.* De *panthere* addit idem, Ἔκ δ' εἰκοῦσι (ἃ ἀσυμβόλως) αὐτὸ τοῦτο ἴδιόν ἐστιν ἀρωματικὸν, ὃ ἐκ τὰ ἄλλα ζῶα θηλάδμα, τὰ ὀργῦν ἐκ τὰ κτήνεα, λεγόμενον αὐτὸ ἡ ὑπνοῦν. *Ex illius corpore aromatica quædam fragrantia effunditur, qua pellecta animalia, tam volatica, quàm terrestria, proximè accedunt & sequuntur.* Paulo pòst Ὁ δὲ πανθὴρ ὀλίγον ἢ τὸν ἀνθρώπου ἀποκρύπτων ἢ κτήνεσι, καὶ δὴ καὶ ἢ ἔλαφοι ὀφεύγει αὐτὸ, ὑπεπνέοντα ἡμῶνεια, *Panther autem aliquantulum progressus regreditur; & iis insidiatur & quodammodo suis animal, impetu facto invadit.* Quæ eadem de pardo habet, Æl. anus *Hist. lib. 7. cap. 40.* Quin, teste Philosopho, *Problemat. Sect. 13. Quæst. 4.* τῶν μὲν ζώων ὕδατι ἥδεται ἕκαστον ἐκ ἄλλο, *præter pardum nullum animal suaviter olet*: quod ipsum confirmant Theophrastus *de Causis lib. 7. cap. 6. & 26.* & Plinius *lib. 21. cap. 6.* Neque enim Elizethi fellem noverant, neque musci capreolum. Itaque si *panther* bene olet, ex illorum sententia animal à pardo specie diversum esse neguit. Utrique repetam, quæ de fcenis versatilibus Vett. dicta, de iis Hero ἀεὶ ἀκόλουθα συλλέκτη, Παφιακιδίζοντα δὲ, inquit, πανθῆρα καὶ ἀεὶ τοῖς τὰ Διονύσου πονεῖν, *Ad Bacchi pedes assidet panther ipsus*, h. e. *parvus panther*, vel, quod idem, *parva panthera*, Baccho factum animal, ut alibidictum. Sequitur mox, de Icypho, quem Bacchus habet in capreolum. Itaque si *panther* bene olet, ex illorum sententia animal à pardo specie diversum esse neguit. Utrique repetam, quæ de fcenis versatilibus Vett. dicta, de iis Hero ἀεὶ ἀκόλουθα συλλέκτη, Παφιακιδίζοντα δὲ, inquit, πανθῆρα καὶ ἀεὶ τοῖς τὰ Διονύσου πονεῖν, *Ad Bacchi pedes assidet panther ipsus*, h. e. *parvus panther*, vel, quod idem, *parva panthera*, Baccho factum animal, ut alibidictum. Sequitur mox, de Icypho, quem Bacchus habet in capreolum. Itaque si *panther* bene olet, ex illorum sententia animal à pardo specie diversum esse neguit. Utrique repetam, quæ de fcenis versatilibus Vett. dicta, de iis Hero ἀεὶ ἀκόλουθα συλλέκτη, Παφιακιδίζοντα δὲ, inquit, πανθῆρα καὶ ἀεὶ τοῖς τὰ Διονύσου πονεῖν, *Ad Bacchi pedes assidet panther ipsus*, h. e. *parvus panther*, vel, quod idem, *parva panthera*, Bacchotact

laqueata vaculis circumquaque ſtatilis retiſclis, ne nimio pondere ædificium premereiur. Nulla ſenſirra penitus inſit, niſi in medio foramen ſphæricum, ænei innatantis, trabibus ſultum, quod lumen præfiri, eique in pavimento ſubjectum ad imbres excipiendos impluvium. Ad foramen illud in tecto quadraginta grauiſſimi plumbei aſſendiuntur: ad quod tectum antequam perueniatur, bini ambitus ſunt, ad quorum primum ex imo templi per centum quinquaginta gradus eſt eundum. Marcellinus lib. 16. Pantheum, regionem ſeruentium ſpaciosâ ceſſitudine fruicatum vocat. Laminas tecti, quæ olim argenteæ fuerunt, Conſtantius Imperator, Conſtantini filius, detraxit, plumbeis tamen loco repoſitis: Gradus quoque ante templum æreis ſublatis & ſaxeis permutati ſunt. Quinque olim per gradus 12. ad id ſubiuncti ſaxei, non per totidem in illud deſcendiiur; unde colligere eſt, quam alte ex ruinis ſolum exaggeratum ſit. Parietes nunc laterituli ſunt, qui olim marmoribus fuerant incruſtati. Inter omnia igitur Urbis opera nullum admirabilius, ſive molem, ſive artem, ſive impenſam conſideres, nullum eſſam ex antiquiſſimis integrius: nam nec injectis ignibus Gothi corrumpere aut frangere potuerunt. Hactenus ille. In eo voluit, qui illud perfecerat, Agrippa, Augusti gener etiam ſtatuam colere, quemcunque operis eiuſdirbere, neutrum autem eo acceperit, in *Pantheo* ipſo Cæſaris ſuperioris ſtatuam, ſuam & Auguſti in veſtibulo poſuit. *Decoravit* præterea illud, annotante Plinio, *Diogenes Athenienſis, & Caryatides in columnis ejus probantur, inter paucas operum, ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore eſt & in templo illo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humanâ ſacrificaverunt victimâ, hunc ſtans, ante adorantes.* Vulgo Pantheum &c. Pollio Bonifacium III. à Phoca imp. ejusdem Pontificium mirè auxit atque extulit, acceptum B. Virgini & omnibus Sanctis dicavit; fuitque primum dictum *Virgo ad Martyres*, ſicut nunc à circulari formâ, cœlum imitante (unde nomen potiùs, quam ab omnibus Diis) *Sanctæ Mariæ rotundæ*, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 5. ut & invoce *Pantheon*.

Panthydri Montes, V. ſuprà *Panhydri*.

Panilia, quæ aliàs & *Pandia* Dea, memoratur Arnobio *adversus Gentes lib.* 4. cùm ait: *Quid Tiu Tatio Capitolinum ut capiat collem, viam pandere atque aperire perniſſum eſt, Dea Panda eſt appellata, vel Panica.* In Gloſſis Philoxeni dicitur ἱερὸν Θεᾶς ἡ Dea pacis; ideoque à *pandendis* ſeu aperiendis, pacis tempore, portis, *Pandam* arbitratur nuncupatam Math. Turnebus. Apud Varronem *de vita Pop. Rom.* Æilius hanc Deam eandem cum Cerere, atque adeo à *pane dando* vocitatam contendit. Ejus verba apud Nonium, in verbo *Patiores: Hanc Deam Ælius putat eſſe Cererem, ſed quod in aſtium qui conſuſſiſſent, panis daretur, eſſe nomen ſtium à pane dando pandere, quod eſt aperire.* Verùm pando noneſt à *panem do*; & more ſuo ludit Varro, cùm Ælii ſententiam in medium adferat, eamque probare videatur. Neque *Panda* ſeu *Panica* eſt Ceres, cùm aperte ipſe Varro, *in hiſce verſibus*,

Sed Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,
Neriene & Minerva, Fortuna ac Ceres

eam à Cerere facie diverſam. Scaliger *Conjectan. in Varronem*, eam *Empandam* in Paganalibus ſacris vocatam ſcribit eamq; ſic dictam putat à latitudine, tanquam ἐυρυχῶρον. V. Jac. Oiſelium JC. *Notis in A. Gellium lib.* 13. *cap.* 13.

Pantocratorenſes, apud Baſilarnonem *tit. de Fide ad can.* 10. *Photii*, *Quid autem* Pantocratorenſius *præfectius præfit multis Monaſteriis, canoni non adverſatur: multa enim Monaſteria, ut unum, reputantur.* Superior eſt univerſalis Generalis alicujus Ordinis religioſi. Dominic. Macer in *Hierolexico*.

Pantomimum Kircherianum, ad ſuum Principum ab Auctore primùm inventum, & à Caſp. Schotto, integro Tomo explicatum ac demonſtratum, memoratur Georgio de Sepibus in *Collegii Rom. S. J. Muſæo pag.* 64.

Pantomimus, Gr. Παντόμιμος, in *vett. Gloſſis* notare *Hiſtrionem* dicitur: *l.* 27. *ff. de oper. libert.* qui ſcenicis ludis operam navat: Luciano Παντόμιμος iidem ſunt, qui ὀρχησταὶ, *ſaltatores*, V. eum ſub ὀρχήστου. Sed priusquam ei ὀρχηστοὶ ſe à dramatis ſeparârunt, quod Auguſti ætate cœpit à Pylade & Bathyllo, non ſaltabant ſolùm hiſtriones, ſed etiam diverſa pronuntiabant. V. Voſſium *in Etymol.* & Anton. Thyſium JC. *Notis in A. Gellium lib.* 1. *cap.* 6. Donato *Mimus* dictus eſt, à diuturna imitatione vilium rerum & levium perſonarum: unde *Pantomimi*, omnium rerum imitatores, & Archimimi præcipui, ſeu Mimorum Principes, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 6. Primus autem *Pantomimi* nomen Pylades, ſuprà memoratus, ex Ælia veniens, ufurpaſſe legitur, apud Lucianum, & Suetonium *in Auguſto cap.* 45. In Conſulatum T. Sulpicii & C. Licinii Stolonis Hiſtrionum Romam adventum rejicit Joh. Cuſpinianus *in Faſtos Conſulares pag.* 359. Suidas autem in voce Ἀθανάτου, notat, libertum fuiſſe, ſed artem ſub Auguſto primùm repertam, cùm antea non eſſet, & in Scenam introductam. Quod traditum & Athenæo & Zoſimo, aliisque *olim παντόμιμοις* ſaltationem Auguſti temporibus, à Pylade primùm inventam & uſurpatam, cui & Bathyllus ὑφέτωρ adjungitur, dicentibus. At quomodo ratio conſtabit Suetonio, qui primis temporibus *Pantomimos* in Comœdia ceciniſſe, apud Diomedem, aſſerit? Certè notum uſtatumque eſt etiam, Veteres ac longè Auguſti ævo priores genus illud ſaltationis habuiſſe, quæ motu corporis & geſtu quodvis exprimeret, docet Athenæus, apud quem Teleſiam quendam ſive Teleſten ὀρχηστὴν ἀκόντιον multas ſchemas & geſtus inveniſſe & manibus omnia, quæ dicerentur, graphice oſtendiſſe, legimus. Imò adeò res vetus fuit hæc chironomia, à qua *Chironomi* Pantomimi appellati ſunt, ut tradat Quintilianus *lib.* 1. *cap.* 11. eam ab ipſis temporibus Heroicis ortam eſſe & à ſummis Græciæ viris, ab ipſo etiam Socrate, probatam, & Epaminondam ipſum ſaltare, ut ſuum poſitam virtutem, & à Chryſippo, in præceptis de liberorum educatione, non omiſſam. Cumque tres futerint antiquiſſimæ & celeberrimæ ſcenicæ ſaltationis ſpecies, Tragica, Comica & Satyrica, nulla non harum manibus & corporis geſtibus exprimebat, quidquid in fabula agerentur. Unde refert Athenæus *lib.* 1. Teleſtem, quo ſaltatore utebatur Æſchylus, adeò bonum ejus rei fuiſſe artificem, ut cùm τὰς ἐν τῷ ἅδῃ ψυχὰς ſaltare, omnia quæ illic agebantur, geſtibus exprimeret & oculis ſpectatorum ſubjiceret. In Comœdiis quoque Latinis Hiſtriones, qui cantica ſaltabant, ita res omnes geſtibus repræſentare conſueverunt, ut populus facilè inde cognoſcere poſſet, quam fabulam eſſent acturi. Sed tempus fuit, quàm idem ſimul canerent ſaltarentque. Poſtea, quia vocem motus corporis ex anhelitu interturbabat & rurſum vox multum geſtibus incommodabat, melius viſum eſt, ut, alius accinentibus, ipſi tantùm ſaltarent & tanti geſticulationem perficerent. Et hanc quoque ætatem Suetonius, primis temporibus *Pantomimos* in Comœdia canere ſolitos eſſe. Gellius de Mimis: *Saltabantur autem canebantur, quæ nunc ſtantes canunt.* Scribitque Livius *lib.* 7. Livium, antiquiſſimum apud Romanos ſaltatum actorem eundem & Poetam; quum in ſaltando canendoque cantico vocem obtudiſſet, & venia petita puerum ad canendum ante tibicinem ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil uſtus vocis impediebat. A quo tempore Hiſtriones canere deſiere, ab quamvis vocem motuque cantica agerent, ſolo motu & taciti geſticulatione exinde agere cœpere, diverbiis tantùm eorum voci relictis: quæ Hiſtriones pronuntiabant, cùm cantica contra ſtarent, puero accinente & reſponſante tibicine. Hinc addit Livius: *Inde ad manum ſaltari Hiſtrionibus cœptum &c.* Quod ergo de Pylade & Bathyllo dicitur, non de Arte ſimpliciter intelligendum, ſed de ſaltatione, qualis Auguſti Principatu in ſcena verſabatur & quæ poſt ejus tempora paſſim virguit, quæque adhuc ampliùs commune aut conjunctum habebat cum Comœdia aut Tragœdia, ſed ſeorſim in Orcheſtram tenebat, inven. oribus Pantomimis præfatis: cùm res ipſa, & ars illa ſaltandique modus, quo omnia, quæ dicerentur, manibus expediebantur, quoque ipſe etiam Pylades in ſua ſaltatione uſus eſt, longè ante eum nota ſcenæ & in uſu poſita, ſed in Tragœdia tantùm & Comœdia & Satyris locum haberent. E quo triplici ſaltationis genere, Tragicæ nempe, Comicæ & Satyricæ, compoſitam Saltationis ſuæ Artem, à Tragœdia & Comœdia ſeparatam, primus in ſcenam Latinam introduxit, excoluit, expolivit & *Italicam*, quòd Romæ primum ejus ſpecimen in Latino theatro ediderit, vocavit Pylades, ji ſe nation Cilix, ut ex Suida diſcimus. Athenæus tamen Bathyllum Alexandrinum, Italicæ illius ſaltationis invento em facit: utrosque jungit apud eundem Ariſtonicus, ut & Zoſimeus. Hoc certum, non ſolùm eos ὀρχηστῆρας, ſed & διθύραμβους fuiſſe, & in tragicis argumentis ſaltandis Pyladem, in comicis vero Bathyllum, primas obtinuiſſe. Eſti enim ſaltatio hæc ex Tragica, Comica, Satyricaque olim effe compoſita, haud ita tamen ex omnibus mixta erat, ut confunderentur & ex tribus una ſpecies fieret: ſed cùm omnia Tragœdiarum, Comœdiarumque & Satyrarum argumenta primi ſaltare inſtituiſſent, Tragœdias ſecurdùm tragicæ, Comœdias ſecundùm comicæ ſaltationis inſtituta defaltabant, factaque inter ipſos Auctores divisio & in diverſo ſaltationis genere contrarii quoque factiones inſtituta; eam ad diſcipulos ſuos & artificii per longum ſeriem ſucceſſores uterque tranſmiſerunt. Tragicæ autem chironomiæ antiquæ aliquot ſchemas & geſtus recenſet Pollux *lib.* 4. *cap.* 15. ἡ μὲν τραγικὴ ὀρχήσεως τὰ σχήματα ἐκ τῶν ἡρώων, ὁ καθάπτων, ὁ χεὶρ προβεβλημένη, ἕνδον ἀναστρέφων, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος ἐφεὶς τὴν. Ubi male leg. καθάπτων & ὁ χεὶρ προβεβλημένη χεὶρ ἀπὸ τοῦ στήθους, contraria erant ſchemata. Quibus addenda & ὑπόκρισις & χρὼς, quæ etiam interſchemas tragicas numerabatur: geſtus autem eſt eorum, qui intente aliquid & diligenter ſpectari volunt. Hi enim manum fronti obtendunt, ne Sol oculis officiat & proſpectum impediat. Poſſit & ὑπόκρισις nonnunquam, (nam cum hoc ſchemate Panes vulgò fingebantur) h. e. manu fronti obtentâ ſpeculantem, & paleua luſtrantem, eleganter deſcribit Silius Italicus:

Obtendensque manum, Solem inſer veſcere fronti
Arces & umbrato perluſtrat paſcua viſu &c.

Cujusmodi σχήματα σατυρικὰ invenit olim multa Teleſtes vel Teleſias aliquoties dictus, ſed longè plura excogitavit Pylades, qui ſaltationem hanc, quæ manibus peragebatur, non quidem novam & antea ignotam, ut vidimus, introduxit, at multis partibus

tibus ampliavit & expolivit. Idem primus, fistulæ & chorus fibi faltanti ut præcineret curavit; cum ante illum fine fistulis & Choro *Pannomini* saltarent, solo adhibito puero canentis & tibicinis concentu. Unde, ab Augusto interrogatus, quid saltationi conflaret, respondit:

Ἀδὲν συρίσιον ἄνευλο, ὀρχηδὸν ἀδύπνον.

Et Lucianus de *Pannomini* scena ac apparatu loquens, jungit ὠδὰν, σύριγγα, πολὺν κύκλον, κιμβάλων ἦχον, ἠδύπνοον αὐλὸν, ὠδὴν ἐρεμνὴν, albidque addit *citharas*. Nempe, saltan e *Pannomino*, alii tibiis canebant, alii vocibus concinebant, alii fistulis sibilabant, alii cymbala concrepabant, alii pede sonabant; è quibus hi ultimi, quo clarior sonus esset, & ab omnibus melius intelligeret, pedem laxas sub pedibus habebant, κρηπῖδας Græcis dictas, & ad hunc folium usum factas: imò nonnunquam ferreas, ut ex eodem patet Luciano, V. infrà, in voce *Scabellum*. Nonnulli quoque citharis canebant, aut tetiulis crepabant, aut manibus plaudebant, &c. Ut de aliis quibusdam *Pannomitis* celebribus aliqua adspergam, ætate Galeni, h. e. Marci Philosophi, tres nobilissimi Pantomimi orchestram calfaciebant, qui vicibus saltabant & in orbem: quorum duos nominat Galenus ὠδὸς τε καὶ ψυχρὸν ὑγρόν, Polydeucen & Morphium; tertium non nominat, sed is procul dubio Bathyllus fuit, ex iis quæ diximus. Mithaci cujusdam *Pannomini* formâ præcellentis, meminit Plinius *lib.* 7. *cap.* 33. quod nomen Græcum est & proprium illius; vix enim ullum reperias in Historia Romana *Pannominum*, nisi Græco nomine appellatum. Unde rideas doctorum hominum scholas, qui apud Plinium *Mythicum* legunt & hinc duo genera *Pantomimorum* faciunt, *Scenicos* & *Mythicos* &c. De ipsorum vetus Scholiastes Juvenalis ad *vers.* 36. *Sat.* 1. *Orchestra strepitum, in quo saltata Pantomimus.* Æl. Lampridius *in Alexandro, Nanos & Nanas. Mortones & vocales exoletos & omnia acroamata*, & Pantomimos *populo donavit.* Illorum manus *loquacissimas*, digitos *linguosos*, silentium *clamosum*, vocat Aur. Cassiodorus, *lib.* 4. *Epist. uit.* & paulo pòst: *Pantomimo*, inquit, *cui à mutitiæ imitatione nomen est, cum primùm in scenam plausibus invitatus advenerit assultuns consoni chori diversis organis ecnadit: tum illa fonisona manus cunctarum carmen exponit, & per signa compositi, quasi quibusdam literis, edocet intentis affectum: In illa leguntur apices rerum & non scribendo docet, quod scriptura declaravit: idem corpus Herculem desiguat & Venerem famulum præsentat & marem Regem facit, & milicm senem reddit & juvenem: in uno credo esse minus vana eruditione disertos.* Tertullianus de *Spectac. lib.* cap. 15. Pantomimus *à puerilis patitur in corpore, ut arsibus esse possit tam operosa præparatione in opus fuit.* Hinc in prodivi erit Poëtas intelligere, qui de hac gesticulatione loquuntur, & vel nutus vel gestus vel digitos loquaces, & mimica hac omnium personarum effictione, accipere. Claudianus *de Consul. Manlii Theod. ad fin.*

Qui nutu, manibusque loquax.

Sidon. Apol. inaris *Carm.* 23

Claufis faucibus & loquente gestu.

Terent. Maurus *de Metris*, ieu versus C. Petronius Illicitanus,

Ac arbiter disertus
Tacitis colore nutu
Manus puer loquaci, &c.

Utut autem totus corporis circumactu nutibusque oblectabant, præcipuè tamen digitis id effecere. Aur. item Cassiodorus *lib.* 1. *Epist.* 10. *Hanc patrem Musicæ disciplinæ mutam nominave ve majores nostri, quæ ore clausis manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut scripta re sexus possit agnosci.* Isidorus *lib.* 1. *cap.* 15. *Suas quadam & digitorum notæ, sunt & sexorum, quibus incessu ita proculq, to gitorum notæ, sunt & sexorum, quibus incessu ita procul, to gitorum notæ, sunt & sexorum, quibus incessu ita procul, to gitorum notæ, sunt & sexorum, quibus incessu ita procul

substemen nivem: Latinis *stamen*. Unde *licia tela addere*; *licia intexta subjungere*; *adnectere licia telis*: ubi *licia* sunt *stamina* ἀπὸ τοῦ νήθειν, subremen vero *subtemen* appellant. Hinc πολυπήνη, quæ de subtemine verisolore fiunt: varietas namque illa filorum in polymitis de subtemine fit. Sic Latinè *filia* de subtemine, quæ tamen non rarò confunduntur, ut apud Jul. Capitolinum in *Pertinace*, *vestis subtemine serico*, *aureis filis insignitæ*, V. Salmasium ad l. Cum verò in *Gloss. Æthici* cap. de *Vestib. Pandectas* exponitur *vestis confecta*, Somerus *Pandecta* rectè reponendum apud illum Freshe. V. quoque Mursium in Πανυασ.

Panyasis, Poëta Epicus celebris, de quo V. Salmasium ad *Solinum pag.* 856.

Papa, nomen olim commune omnium Episcoporum, quos nunc *Papas* appellabant: Papiæ, *Admirabilis*, *major*, *pater* & *cultor*. Hinc Vet. Epistolæ Episcopis inscriptæ, *Domino Papæ M. salutem*, ut patet ex Augustino *Epist.* 15. 18. 222. 256. Hieronymo *Epist. ad inuid.* & *Alip.*, quos laudat Joachimus Vadianus de *Trinit. Eccl. statu*, Bigronius ad *Marcellin. lib.* 1. Savaro ad *Sidonium lib.* 1. *Epist.* 6. Casaubonus *Exercit. XIV.* §. 4. &c. Prudentius in *pass. Hippolyti*, ad *Valerianum Epist.*

Roraines saxonum apices vidi, optime Papa.

Series Episcoporum Metensium, scripta sub Carolo M.

Nobilis in comitis Papa, Chrodegangus habetur.

Tertius Floriacensis ait *Maiori*, cum Episcopum fuisse insinuasset, priusquam Benedictinum indusset habitum, hæc subdit:

Gratum est, ut coram Legislatore rependam
Servilium Domino, præsente mihi Benedicto,
Illius & nomen iuxta dedicere vitam,
Quàm me barbarico Papam contradere ludo, &c.

apud Car. du Fresne *Gloss.* Tradit quidem *Chronicon* Orient. & Eutychius, *Papa* pomeæ attribuum *Heraclæam*, seu *Heraclium*, Patriarcham Alexandrinum ut passim in *Origin. Alexandr.* à quo idem titulus ceteris Alexandrinis Præsulibus tribuitur à scriptoribus, uti observatum Selden. ad *Eutych.* Goarus ad *Theophan.* & Allatius de *Consens. utriusque Eccles. cap.* 18 quibus adde Pachymerem *lib.* 10. *cap.* 32. & Facundum Hermianensem *lib.* 4. *cap.* 2. ubi Athanasius, *Papa noster Athanasius* dicitur: Verùm non Alexandrino tamen Patriarchæ proprius hic titulus fuit, cum & Constantinopolitanus & Hierosolymitanus eum tribuat Avitus Viennensis *Epist.* 7. & 23. communisque fuerit omnibus Episcopis appellatio, ut olim sum. Sed, quemadmodum nomen *Apostoli*, *Apostolicæ sedis*, quemadmodum mos osculandi pedes aliaque ant quitus quidem omnibus Episcopis communia fuere, ut Casaubonus *ad l.* probat plurimis, postea verò tribus hæc ad cultum Pontificis Rom propriè translatus est, & appellatio illa, de Roma Episcopo & sede Romana *communicata* in Occidente olim jari cœpit: illa *Papæ* nomenclatura in eadem solis Pontificibus Romanis remansit, idque ex decreto Gregorii VII. qui in Synodo Romæ habitâ, statuit, ut *Papa* nomen unius esset in Orbe Christiano, V. Baronium ad 10. *Januar.* & Simondum ad *Synod. lib.* 4. *Epist.* 1. Adde Clar. Sulcerum, qui seculo adhuc V. omnes Episcopos, imò & Sacerdotes ac Abbates, honoris gratiâ, in Ecclesiis occidental. *Papas* vocatos, pluribus exemplis docet, atque de Patriarcha Alexandr. hæc subjicit: *A' templorum Heraclæ, qui, circiter 88. annis, ante Alexandrum Patriarcha fuit, vbiubique, ut Patriarcha vocarentur Papæ. Is vocabatur Pater: id est, Abba, cum alii Presbyteri tantùm vocarentur, id est, Seniores. Posteaquam v. plures Episcopi per Ægyptum creati sunt, qui nulli antea erant, sed ab Heraclæ primùm constituti sunt, tunc communitato studio illo nomine Abbæ, id est, Patris, ne aliquid præcipuum haberet Episcopus Alexandrinus, qui aliquot Episcopos sub se habebat, placuit eum vocari Papam, id est, annum, παρὰ τοῦτο τὸ φωνῆεν, ex Eutychii Origin. Sedis Alex. in Thes. Scal. Hinc Papania & Papatus, de dignitate Pontificia, apud Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 79. Papare, summum Pontificatum obtinere, apud Laur. Leodiensem in Epist. Virdunens. &c. V. de incrementis ejus Fr. Burmannum Synops. Theolog. Part. II. lib. 8. cap. 14. Uti verò in Ecclesia Romana Papa est, ejus caput & Monarcha, ita subsistere, omnium de necessitate salutis sit, pronuntiavit jam olim Bonifacius VIII. ita Japonenses quoque sium habent Papam, hoc est Summum Pontificem, nec non Pegnanis hodie nos Ethnicos: vocantque Japonicus. *Dair* (qui tamen potestate civili omni exutus est circa Annum Chr. 1600.) Pegnanus *Roiba*. Sed & Mahumedani olim suum Papatum habuere, *Califatus* nomine, quem tamen jamante quatuor secula extinxere Tartari; non sic ramen, ut non hodieque *Chekè*, qui Meccæ residet & omnium Muslimorum cujuscunque fectæ, in facris, caput est, maxima fit auctoritas, sed imperio destituta, V. supra, ubi de *Muslimis*, & Georg. Hornium passim, inprimis *Orbe Polit. Part. II. pag.* 4. ubi de quadruplici *Papatu*. De *Papa* verò Rom. ditione V. non voce *Pontificia ditio*. Nec omittendum, quòd Goarus ad *Codinum*, has voces πάπας & παπᾶς distinguens, alteram Pontifici, alteram Clericis minoribus, convenire ait: Hinc in Laocii Comneni *Nov. τοῦ τοῦτο ὄνομ. παπᾶς, ἤτοι πνευματικὸς*, ubi innuitur, Lectorem ex infimo Clericorum ordine, simplicemque Clericum, esse. Atque ita vocem πάπας pro Clerico usurpasse Byzantinos constat. Nam & in *Epist.* Barbatio Græcè Β. ffarionis Cardin. editâ à Mcurfio πατὴρ ἀφ' ὑμῶν *Presbyterio*, accipiuntur; uti πατριάρχαι, in *Actis* S. Eliæ Jun. pro *Sacrificulis*: & πατριάρχης, pro *Sacerdotibus*, in *Gloss* Graeco-barb. Scribit præterea Scaliger *de Emendat. Temp. lib.* 7. Æthiopes Sacerdotes *Papasath* hodie vocari, ut Episcopos *Episcopasath*. Sed & Indos, de quibus dictum, summos suos Pontifices *Papas* appellare testantur num. quadri ut S. Cosmi *lib.* 3. cap. 14. de qua appellatione V. Franc. Lopes de Gomara *lib.* 2. *cap.* 89. Quin etiam Græcis recentioribus vox πάπας præponi consuevit Regia menorum nominibus, quemadmodum vox *Pater* apud Latinos. Concilium Chalcedonense *Act.* 1. πατριάρχου τῆς Πάπας Ἀλεξανδρείας. Alibi, de Eutychete Archimandrita hæretico: Ὁ πάπας λοιπὸν, *Lamentatio* MS. de capta Constantinop. Ἀκάκιος, ὁ πάπας *vel* &c. Walafridus Strabo de *Reb. Eccl. cap.* 7. *Papæ* nomen patriarchis appellationem esse dicit, & *Clericum* congruere dignitati: quod etiam colligitur ex vita Zosimi Epist. Syracusan. num. 16. apud Car. du Fresne *Gloss.* Episcopos enim, *Patres esse, non Dominos*, decet, verbis Hieronymi. V. quoque Erasmum *Ausfellanear. lib.* 5. *cap.* 15. Certè Papa, pro *Patre* apud Græcos & Romanos: seu *Avo*, apud Arabas, pro quo alii *Atta*, quod ad fratres etiam transiit, vel *Abbas* ut in *Tatia*. Unde *papare* dicitur infantes, manum amplexari, vel Pectoris osculari. Pappi, qui pappum mittebant, Festo. Isidoro, *Papas, Vasa daggas qui equitur studenses*. Hinc Juvenalis *Sat.* 6.

Timidus pragustet poculla Papas.

Et *Alia* Vitiæ Modesti Martyrum: *Angelus autem Domini apparuit* Papati *ejus religioso viro, Modesto nomine*. Etiam Papa, cibus puerorum, sicut Bus potus. Non, Marcellus de *Propriet. Sermon. cap.* 2. *Bucas puerorum potissimum parvulorum. Var. Cato, vel de liberis educandis: Cibo illum te potionem Boas & Papas docent, & matrem mammam, Patrem tatam.*

Papa Pontificis, Clericalis corona est, apud Balsamonem *ad Synod. VI. annotat.* 21. Græcè παπαδάριον, aliter στέφανη & γαύκιον, quæ voces V. apud Cl. Suicerum in *Thesauro Eccl.*

Papare, in honore apud Romanos fuit semper, ut *indicis est Turquinius Superbus*, qui *Lequis à filio missis decisionis papavera in horto ditissimo, sanguinarium illud responsum hac fuit ambage redatilis*, Plin. *lib.* 19 *cap.* 5. Cujus caput, florem, folia cauliculum, clypeum coelo obtentum, pomi obtuli caveam penè inanem quid attinet indigitare? *Cereale* dicitur Virgilio *Georgic. lib.* 1.

Nec non & lini segetem & Cereale papaver,
Tempus huic arare vigere & jam dudum incumbere arantis.

V. quoque *lib.* 2. ubi de Cereris effigie in templis id in manu gestaret, ut docet Callimachus *Hymn. in Cererem*,

Στάχυας ἐν μιὰ κρατέουσα
Καὶ μάκωνα.

An quòd in segetibus Agricolæ ferretur, ut Deæ offerretur, Brodæus *lib.* 2. *cap.* 29. Cereri certè ferarn fuit. Verùm cùm à frumenti frugumque natura procul absit: inde colligit Licetus, Cerealia, promdeque Cereris filiam Proserpinam, quæ flauia Jovis *Papavera* concedisse fingitur, esse non tam fruges tritici &c. quàm plantas alias: vel ideo fic dici, quod fomnium & requiem conciliet, unde in oblivionem dolorum Cereri eorum ejus conficiatur. V. Fortun. Licetum de *Gemmis Annularibus Schem.* 22. *cap.* 104. & 105. Facultate enim frigidum eft, atque hinc fimnum ei conciliandi vis. Quam ob cauiam, ante fores huius Dei florent papavera, apud Ovidium *Metamorphoseos lib.* 11. & Nox papavere coronatur, apud Ovidium *Fastorum lib.* 4. V. Car. Patchalium *Coronamum lib.* 3. *cap.* 17. ubi *papaver*, inter flores cujus coronarium, adhibitum docet. In occiduis v. Ægyptiorum Philosophia, hieroglyphicum fuiffe papaver Cereris modo, de qua dictum, fed & Juffitiæ, Veneris, Amoris, Gentium, Capitulo, oftendit Jo. Pierius in *Hieroglyphicis*. Inter condimentaria porro Veterum femina fesamum & *papaver* numeratur Apicio in *Excerpiis*. Unde *Papavere ffarfa*, apud Petronium, *Sed melliores rerum globulos & omnia dicta factaq, quaſi papavere & ſeſamo ſparſa*, ut *Nonnius* fuit. V. Salmafium *ad Solinum pag.* 368. Certè *papaveris* candidi femen iodum non ancile, fecundis Romanorum mensis adhibitum, docet Plin. *lib.* 20. *cap.* 8. ubi addit, *& panis rusici crustæ inspergebatur, assuto ovo inhærente, ubi inspiroem crustam aptum globique cereali sapore conditum*. Eiusdem fucus, lacte & melle dilutus, in nuptiali apud eosdem cœna exhibitus: imò & mamillis contra insomnia aspersus eft At in Coorum Ini. fenio confectos, anteqnam ægrefcerent, alios *papavere*, alios cicuti libi ipfis mortem conficvisse, habet in *Politiis Heraclides*. De more fotus *papaveris* fudendi, apud Græcos affuto, docuimus infra, voce *Plalagonium*. Ut & hoc addam: eius puncta in circulis Romanorum menfis magnitabita furffe, docet Plinius *lib.* 23. 25. *Mutifi præcipua dos in vena crifpis, vel in cortice varis &c.* & paulo poft, *Poftea murana nigro transcurrens limite, variisque cortex cum punctis Papaveris modo, & in ramis aro propior color, ma-*

ajas-

culæque discolores. A capitum insuper eorum forma ac similitudine, *Codones* dici tintinnabula, non sine ratione contendit Hier. Magius *de Tintinnabulis lib. cap.* 1 ubi ait: *Codones à Græcis tintinnabula nuncupari, nomen eſt qui neſciat. Codones autem dici, eo quòd dum moventur, ſonum & quaſi cantum edere ſolent, Græca ipſa eſt etymologia, teſtantur Johannes Grammaticus in Commentariis in lib. Ariſtot. de Anima & Suidas in Lexico. Tametſi à forma & ſimilitudine capitum pileata papaveris, quæ Codonum vox à Græcis ſignificantur, ſic dici tintinnabula, aliquis non ſine ratione ſortaſſe contendet.* Sunt autem *Codones* propriè tintinnabula, equorum phaleris appenſa. Suidas, Κώδων, πομπὴ ἢ τὸ τῶν ἵππων κώδιον, Franciſcus Syvertius *Notis in Magium.* In vett. vero *Charta* apud Joh. Scheffer um id *Chron.* Upſaliense *ann.* 1570. *Ubi ſic ſubdunt dalmaticam & ſubtile cum duabus cappis, omnia de papavere, ad pontendum ſuper ſepulcrum in ſolemnitatibus*, &c. quid vox ligniſicet, quæritur. Occurrit eodem ſenſu in *Excerptione* corporis S. Florentini Latinia: *MS. Inſcriptio hæc eras: Hic requieſcit &c. Erat autem ſcriptum in papavere*, apud Car. du Freſne *Gloſſar.* An luxhisloris è ſequ. aliqua ?

Papaveracea Veſtis, Latinis pro *tenui ac delicata*, uti Græcis *βύσσος.* Plinius cap. *de lanarum generibus ac veſtium, Crebræ papaveraceæ antiquum habent originem, jam ſub Lentulo Pontio in Torquato notatæ.* Nempe qui à Græci *βύσσινα* vel *σινδονία* veſtem ſecuti ſunt, ſimiliter *papaveracea* ſive *papavera* nominarum textam: hinc Lucillius, qui ubique & ſemper Græciſſabat, *papaveracam*, delicatam ac byſſinam veſtem dixit. Quales autem illæ veſtes fuerint, non explicuit Plinius. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1127. & hic ubi de *Conchis Pinniciæ.*

Papia Lex, de Patronatus jure, al. *Pappia*, lata à M. Pappio Mutilo Coſ. cum Q. Pompeio II. Aug. iſti temporibus, *Ut ex bonis eius, qui ſub. ceſſum militum patrimonium reliquerat & paciſcitur, quam tres liberti habebit, ſive ex Teſtamento, ſive ab inteſtato mortuus erat, viriliter pars Patrono deberetur.* Item *ut libertus, qui duos liberos in poteſtate haberet, operarum obligatione liberare ſur*, Juſtinianus §. 1. de *Succeſſ. libert.* & in *ff. tit. de bon. libert* &c. Item de Peregrinis, *ut nonnum pot l gem Claudiam, lata, quo anno*, incertum: *Ut peregrini urbe Roma expellerentur*, juſtit, Cic. *pro Balbo.* Alia de ea capienda Veſtalis Virginis, fuit hæc: *ut Pontifex Maximus Veſtalem Virginem, quæ minor ſex annis, ſortitioque in concione, eo numero ſierent, ut cujus virginis ea Eta eſſet, cam Pontifex Maximus caperet, eaque Veſta ſieret.* Sic enim eam reſtituerunt Jac. Rævardus & Lud. Carrio ineroſſ. Addit autem etiam A. Gellius, eam ſortitionem ex lege *Papia* huc tempore non neceſſariam fuiſſe viſam: Nam *ſi quis honeſto loco natus ideò Pontificem Max. aut, offerat ad Sacra eum filiam ſuam, cujus diuturnas ſui vis Religionum obſervationibus ratio habiti poſſit, genuinam Papiæ legis per Senatum fieri.* V. Joh. Rofinum *antiqq. Rom. paſſim.*

Papias & Pappias, cuſtos Palatii, apud Byzantinos Imp. *Cuſtos Palatii*, Papias & *Oſſiarius*, in VIII Syn. *act* 5. De qua dignitate V. quæ obſervavit *ad Cinnamum pag.* 480. C. du Freſne.

Papilio, dicitur bombyx, cum alas ſumit. Bombyx enim, undeſtamen bombycinum ducitur, eo tempore dicitur & eſt bombyx, quo mortuæ ſimilis in ſuo ſibi nido textili quo ſeſe involvit, prorſus immobilis quieſcit. Nam ex vermiculo fit eruca, quæ poſt paulum temporis, ex eruca facta eſt, ſedes ſibi ædificare incipit & quaſi tumulum ſive nidum potius condere ſibi multi- hi ſutum & horricomem, in quo velut ſepul a ja et, atque tunc *Bombyx* dicitur & *Bombyliuus*. Ex bombylio dein, perfotatis ſtis, qua incliu, fa eſt, ſumptis pennis exit *Papilio*, quem πυνδάκων Græci vocant, ita dictum, vel quòd haud diu vivat, nam poſt paulo mortitur, aut quòd ex mortua bombyce quaſi renaſcatur: Atque ita nempe papilionem, ex bombyce fieri, *Virgilius* Græcis dicuntur. Confundunt quidem βόμβυκα & πυνδάκων nonnulli, ut inter alios Clemens Alex. at Ariſtoteles aliique diſtinguunt & meliùs: nam certum eſt, neque bombycem quid, qui prodit ex bombyce. Heſychius, πυνδάκων, ἡ ἐκ τῦ βόμβυκος ἔρον. Plinius, *E grandiore vermiculo gemina ſui generis protenduntur cornua urica ſic* (pro eruca) *dein quod vocatur bombylis, ex ea nycydalus*, &c. Sic autem ex bombyce exitus *Papilio* vel necydalus, ova generat, ex ovis naſcitur vermiculus, ex vermiculo fit eruca, ex eruca bombyx, ex bombyce iterum *Papilio*, ſeu necydalus: quæ tot mutationes unius animalculi in ſex toris menſibus fiunt. Apud Plinium Coi artifices non priùs ex bombyce ſtamen bombycinum eliquabant ac evolvebant, quàm evolaſſet papilio, quare non mirum, ſi non optimæ notæ bombycinum illud erat, ita ut veſtes ex eo textas vitros etiam uſurpare non puderet: Necanda enim bombyx eſt, priusquam crumpat papilio, ut optima habeatur & delicatiſſima metaxa. Atque ita hodierni Artifices faciunt, qui ardentiſſimo Soli expoſitas ſic interficiunt in ſuo ſibi nido ac tolliculo bombyces, aut in furno torrendas curant, &c. V. hanc in rem plura, apud Salmaſium *ad Tertullian. de Pallio cap.* 3. De tabernaculo porro ſeu tentorio, vox *Papilio*, Gallis *Pavillon*, frequenter uſurpatur, apud recentioris ævi Scriptores. Gloſſæ vett. *Papilio, σκηνοποιία.* Joh. de Janua, *Papiliones dicuntur tentoria, ad ſimilitudinem papilionis volantis.* Papiæ, *Papiliones, tentoria dicuntur, à ſimilitudine parvi animalis hinc ſunt articulæ, lumine accenſo convenium & circa volitantes ad ignem proxime interire cognitur.* V. quoque Vegetium *lib. 1. cap.* 23. Spartianum, Petrum Diaconum *Chron. Caſin. lib. 4. cap.* 108. Alios. Sic *παπιλιόνια* dixerunt Græci poſteriores. V. Meurſium in *Παπιλιόν.* Et ab hoc *Papilionis* ſignificatu, *Papiliones* dicti ſunt nummi aurei Francici, quod Rex in iis ſub *papilione* in throno ſedeat. Vetus *Regeſtum* ſi 14. *Novembr.* 1338. *usque ad* 14. *Jan.* 1339. *ſtebant Pavillones ponzeris* 48. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* In voce *Mouton* ; ubi Denarii non aurei puri *cum Papilione*, Gall. *des Deniers d'or fin au Pavillon*, in quibus Rex ſedet ſub tentorio liliato pond. 4. den. pretii 30. ſolid ſuſu Philippi VI. Regis cuſorum typum exhibet. Plura de *papilionum* generibus variis, copiâ florente malvâ, Americanorum inprimis magnitudine, V. apud Voſſium *de Idolol. lib. 4. cap.* 65. 69. & 77. uti de veſtimentorum eorum, cui domi Ludovicus XI. Gall. R. vacaverit, cum foris infectari feras amplius haud poſſet, Joh. Bapt. Fulgoſum *lib. 8. cap.* 8.

Papinianiſtæ, dicti olim, qui biennium in Legum ſtudio verſati, tertium etiam adjungebant. Imp. *ad Antecell. Ne autem teriti anni audiores, quos & Papinianiſtas vocant, nomen & ſolicitatem ejus amittere videantur.* Ratio nomin s, quòd iis *Papiniani* librorum lectio proponeretur. Hi ſi quartum quoque annum adjiceret, *Lyræ* vocabantur; ſi quintum & poſtremum, *Protyræ.* V. Joh. Calvinum *Lexic. Jurid. paſſim.*

Papiria Lex, de Aſſibus: lata à C. Papirio Carbone Trib. Pl. L. Cornelio Scipione, C. Lælio Nepote Coſſ. anno U. C. 563. volait, *Ut aſſes, qui unciales erant, ſemunciales ſierent.* Ejus meminit Plinius *lib. 33. cap.* 3. Alia, de Civitate data Acerranis, cujus auctor fuit L. Papirius Prætor, anno 421. Con. Coſſo Arvinâ II. Cn. Domitio Calvino Coſſ. iuſtit, ut *Acerranis civitas ſine ſuffragio daretur*, Livius *lib.* 8. Alia, de Suffragiorum libe tate, à C. Papirio Carbone Tr. Pl. P. Pollio Lætare II. Rupilio Coſſ. anno 621 rogata, *Ut in jubendis leg bus, aut retandis, populus tabellâ ſuffragium ferres*, ſanxit. V. Cicer onem *de Legg. lib.* 3. Alia, eodem Auctore, anno 623. M. Perpenna, C. Claudio Pulchro Coſſ. iuit, *ut eundem Tribunum Pl. quoties quidem vellet, creari liceres.* Sed perlata non eſt. Florus *Epitome* 59. Cic. *in Lælio &c.* Tandem L. Papirius Trib. Pl. tulit : *Ut, qui inter cives ius dicret, Trevirisve Capitatos populum rogares, qui Sacramenta iuligatorum exigerent, judicarentq.: eodemque jure eſſent, ati quos ex legibus, plebiſve ſcitis exigere, judicareve oportet.* V. Joh. Roſinum *antiqq. Rom. paſſim.* Fuit & *Papiria* Julia Lex Conſularis, *de modo multarum* lata, ut ex Livio conſtat: verùm quâ ſententiâ, non exprimitur. Idem *lib* 8. *cap.* 22.

Papiria Tribus, una ex Tribubus Pop. Romani ruſticis, à gente *Papiria*, cujus Livius, Dionyſius ac alii, & inter recentiores Richardus ſe etiuus meminerunt, nomen accepit. Sic enim Sextus Papirius, *Papiria*, inquit, *Tribu à Papiria vocata.* Meminit illius quoque *lib.* 8. Livius cum ſcribit : *Memoriamque eius ira Tuſculanis in pœna tam atrocis auctore manuſſit ad Patrum æatem conſtat, nec quenquam ferme ex Pollia Tribu Candidatum Papiriam ferre ſolitum.* V. Joh. Roſinum *Antiqq. lib. 6. cap.* 15.

Papirianum Jus, à Sexto *Papirio*, nomen accepit. Primum enim Romani Legibus Regiis cum regerentur, quas partim Romulus, aucta jam ad aliquem modum civitate, (cùm antea magna Regis omnia gubernarentur) partim Reges ſubſequentes ad Populum tulerant, illas omnes Sextus Papirius, qui floruit illis temporibus, quibus Superbus, Demarati Corinthii filius, in unum librum congeſſit, qui poſtea *Jus Civile Papirianum* propteiea dictus eſt, non quòd Papirius quidquam de ſuo tibi adjecerit, ſed quòd Leges ſine ordine latas, ut dictum, in unum compoſuerit. Duravit illud, donec exactis Regibus, lege Tribunitiâ in uſu eſſe deſiit, omnibusque Legibus Regiis abolitis. Perierit incerto magis jure & conſuetudine potius, quam lege Populus Rom. ut certe patres annos circiter 20. quibus exact s, XII. Tabb. à Decemviris concinnatæ ſunt, quæ præcipuum Romanæ Jurisprudentiæ caput extiterunt. Quænam autem in *Papiriano* codice Leges fuerint exaratæ, non admodum certum eſt. Franc. Balduinus *ibidquem ad Romuli LL. ſcripſit*, 18. recenſet ipſius Leges, quas ſe in tabula antiquiſſima invenifſe ſcribit, & ex quibus multas etiam Paul. Manutius in Legum libello commemorat. Verùm tamen Eruditis illæ non probantur : Cujacius certè non dubitat affirmare, conficias eſſe. Interim pleraruque Legum conjecturas, quicunque eas primùm collegerunt, ſumſiſſe ex aliquibus Dionyſii Halicarnaſſæi, Plutarchi, Cicetonis, aliorum quæ Scriptorum locis : imò quasdam ex Legibus à Balduino recitatis verè latas eſſe, licèt ipſa earum verba, quæ fierunt ſine omni dubio antiquiſſima, afferri non poſſint, docet & oſtendit Joh. Roſinus, qui primum, quæ ipſi retinent capita, repetit: dein eas Leges commemorat, quæ certis Veterum teſtimoniis nituntur, *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 5.*

Capita Juris Papiriani, quæ Balduinus aliiq; recitant.

1. *Ne quid inauguratis faciunto.* de divin. *lib.* 1. & Dionyſ. Sumta conjectura eſt ex Cic. *lib.* 2.

2. *Patres sacra, Magistratuique fidi peraguntu vsumque jus, dicunto:* ex eodem Dionys.
3. *Sacrorum omnium pontifex sub Rege ipso: Sacra Patres custodiunto.* Ex eod.
4. *Plebei agros colunto.* Sirelliter.
5. *Populus Magistratus creanto, leges sciscunto, bella decernunto.* V. eund.
6. *Deorum fabulas ne credunto.* Ex eod.
7. *De peregrino prætor Faunum no colunto,* V. Ciceronem *de L.L.* 2. & Dionys.
8. *Nocturnæ in Templo vigilias ne habesto:* Ex eod. Dionys.
9. *Ne quis, præsidium similis, obscena verba facio,* ex Plut. *in Romulo.*
10. *Quisq, denisiam ad talos Togam in Urbe habeto, neve egredito.* Ex eodem.
11. *Parricidas omnes capite puniuto.* V. eund.
12. *Ne quis, nisi per portas, Urbem ingredito:* ex Pompon. JC. Plut. *in Quæst. Rom.* 9. 27. &c.
13. *Mulier viro legitimæ conjugia, Fœtumque & sacrorum facia illi sito: usque domus ille dominus, ita hæc domina.* Ex Dionysio Halicarn.
14. *Filia nisi Patri, ita defuncto Viro hæres esto.* Ex eod.
15. *Adulterii convictum vir & libro I. capite duodec. &c.*

cognati, uti volent, necanto. V. eundem.
16. *Si vinum liberis, domi natadulterum puniunto.* Ex eod. V. quoque A. Gellium *lib.* 10. *cap.* 23. Jac. Cujacium *Observat. lib.* 6. *cap.* 25. &c.
17. *Parentum liberos omne jus esto relegandi, vendendi & occidendi.* Ex Dionysio *lib.* 2.
18. *Monstrosos partus sine fraude cadunto.* Ex eodem. Hæc Balduinus & Manutius habent. Addit aliquas leges & Pandulfus Pareus *Iuris-prudentia,*
19. *Virum uxor ne deserito, Uxorem si in veneficio naturam, adulteriove deprehenso clamve marito fuerit, repudiandi jus esto. Qui prater has causas repudiarit, rerum suarum pars Uxori dator, pars Cereri sacra esto.* Ex Plut. in *Romulo.*
20. *Deprehensi in homicidio, flatim puniuntor.* Eadem est cum undecima quam vide.
21. *Plebeji, quem sibi è Patriis Patronum voleni, eligunto.* Ex Dionysio eodem.
22. *Judicijs fraus ne adhibetor.*
23. *Maximarum injuriarum judicium penes Reges esto: minimarum penes Senatores.* Ex Dionysio eodem.
24. *Annus mensis decimus esto:* ex Macrobio *Saturnaliorum libro* I.

Leges Regiæ, *quarum certiora extant testimonia.*

Romuli legis unius fit mentio in Festo, *Sci. Parentum, puer, verberit. esto. Orat. pharsitint. Puer. Divels. Parentum. facer, esto, fel. Nurus. sacra. Divels. Parentum. esto.*

Ex legibus Numæ Pompilii hæc fragmenta repetiuntur: *Sei, hominem fulmen, Jobis, (sicu ut Lipsio placet, Fulminis, nominandi olim) occisi est, supra. genua nei. tollito. Homo, sei fulmen occisus esto, & Justa nulla, fieri. oportet.* Apud Festum in voce *Occisus.*

Ejusdem de parricidiis, apud eundem, in voce *Parricidi Quæ. stores* &c. *Si. quis, hominem, libertum. dolo, sciens. morti. duit. Parricida. esto. si, im. improbens. fe. dolo. malo. occisit. pro. capite. occisi. & natus. ejus in concione. arietem. fubitim.*

Ejusdem de Pellice: *Pellex. aram. Junonis, ne. tangito, si. tangat. Junoni. cruentus. dem. sacrificium. agunto. feminam. cædito.* Paulus JC.

Ejusdem de Opimis spoliis: *Quoris. auspicio. classe. procin. cta. opima. spolia. capiuntur. Jovi. Feretrio. bovem. cædito. mei. capit. arvi. ducenta. aurior. oportito: Secundas. spolia in. Martis arem. in Campo. solita. Aurilia. vira. vol veris. cæsito.*

Tertia. spolia. Jano. Quirino, a. genuo. marem. cædito, centum. quei. ceperit. & arv. dato.

Ejusdem de Pollustu: *Pisceis. quei. fquamosei, non. sunt. nei. pollucto. fquamosis. omneis. præter. fiarnum. polluceis:* ex Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. & Festo.

Ejusdem de Vino: *Vino, regnum. ne. prosperato.* Plin. *lib.* 14. *c.* 12. V. quoque Lipsium *Antiq. Lectionum lib.* 3.

Ejusdem de Judiciis: *Sei, quid. horum. fuat. nunm. Judicei. Arbitrove. recove. dei. dissimfue. esto.* Festus in voce *Recus.*

Ejusdem de Terminis: *Quei terminos. exarassis. ipse. & bovis. facrei sunto.* Festus, & Dionysi. Halicarnass. Memoratur & hæc ex Numæ legibus apud Dionysi. & Plut. *Si. pater. filio. conc essserit. uxorem. deducere. futuram. sacrorum. ac. bonorum. jussa. leges. paricipem. Patri. posthac. nullum. jus. esto. vendendi. filium.* Neque prætermittenda Lex Regia, *de mortuo non inferendo*, quæ à Martiano refertur *l.* 2. *ff. mort. in fer.* Legum Servii Tulli, *de Contractibus*, meminit Dionysi. *lib.* 4. & 5. Cæterum quatuor equitas manifesta fuit, in XII. Tabb. relatæ sunt. Jul. Scaliger in *Festum.*

Pappenhenda Familia, in Germaniæ illustribus, Marescallatus dignitate hæreditarià in Imperio insignis, à Calatino Romano, qui Druso & Tiberio bella gerentibus in Vindelicio remanserit, originem secundùm quosdam arcessit. Linea plures fuere; Nam, præterquam quòd in Henrici, qui decessit AC. 1278. filiis, Hildebrandus *Pappenheims in Biberach* fevit, prior Henricus primarium stirpem propagavit. In hac Henrici abnepos Haupto IV. filios habuit, totidem linearum auctores. Conradus primus ex iisfuerat, fed ejus posteritas etiam prima defecit A. C. 1197. Henrici tamen Maximiliano Landgr. *Stulingensi* exaruit A.C. 1639. Georgii, qui tertius erat, abnepos Wolfgangus Adamus (Godofredi Henrici Com. *Pappenhemii*, celebris Belli Ducis, in pugna Lutzenii, quâ & Gustavus Adolfus Sueciæ R. occubuit, occisi A. C. 1632. filius) mortefua illatus lineam terminavit, A.C. 1647. Superesti nunc posteritas Sigismundi, qui inter liberos Hauptonis quartus recensetur. Habuit & Henricus præfatus utriusque fexus liberos, ex iis qui omnes inverso Natalitiæ ordine ante Patrem obiere. Horum Majores ab aliquot feculis ita habent. Henricus Dom. & Marescallus *Pappenhemius*, qui obiit A. C. 1482. ex Anna (fi. Jodoci Dn. de *Ahrnberg*) genuit wilhelmum Marescallum *Pappenhemium*, defunctum A. C. 1516. Hoc & Magdalena Dn. de *Rechberg*, natus Wolffgangus Marescallus de *Pappenheim*, decessit eodem cum Patre anno, & ex Margareta de *Roth* (quæ usque ad A. C. 1557. fupervixit) reliquit filium Conradum Marescallum, qui defunctus est A. C. 1603. Pater ex Catharina Dom. de *Lamberg*, Maximilani Marescalli *Pappenhemii*, Landgravii, qui obiit A. C. 1639. ranumque hunc illustris familiæ terminavit. Ei enim ex Maria Ursula Com. Leiningenti geniti, Ernestus Fridericus decessit anno fuo natali 1609. Henricus Ludovicus A. C. 1632. & Maximiliana Maria (uxor Friderici Rudolfi Com. Furstenbergii) A. C. 1635. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. Part. II. pag.* 80. In inauguratione Imperatorum *Pappenhemii* Comites, Archimarescal. li Imperii Electoris Saxoniæ, fi abfit, vices gerunt: quemadmodum Barones Walpurgisi Truchsessii, Archidapsiferi Electoris Bavariæ & Comites Zollerani Archicamerarii Brandeburgici, Vicarii funt, &c. Wendelinus *Dostr. Polit. l.* 2. *c.* 37. Caput Comitatus *Pappenheimum* opp. est *Pappenheimum.*

Pappi, V. fupra in voce *Pappa.*

Pappia decimaria Lex: *ut Vir & uxor, nullis ex eo matrimonio extantibus liberis, decimam ex Testamento matrimonii nomine capere possit, si vero extent liberi ex alio matrimonio, pro unoquoque ex illeris ullam decimam & pro communi fisto post nonum diem amissi aliam: pro duobus post nonum diem amissis, duas:* quod explicat Ulpianus *in fragm. tit.* 15. & 21. Memoratur quoque Cujacio *Observat. lib.* 3. *cap.* 12. Alludit ad eam Tertullianus *ad Uxorem lib.* 1. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l.* 6. *c.* 18. Fuit & *Poppæa* Poppæa Lex, de Connubiis, eadem quæ Lex Julia continen, tum præterea hæc: *Ut ne quinquagintà annis minor sexagenario nuberet, ane vir hæc ætate junior quinquagenarium feminam ducere in uxorem. Ut Patronis, qui jus trium liberorum habebant, contra tabulas testamenti liberti, aut ab intestato, contra suos hæredes non naturales, bonorum possessio daretur: Ut Patrone ingenua duobus liberis, libertinæ tribus liberis, item juris daretur, quod Patronis cædicitur. Ut liberis ingenuæ trium liberorum jure bonorum, item juris, quod ipsi Patronæ tribueretur: Ut omnibus ingenuis, præter Senatores, ærumque liberos, uxores libertinas habere liceret.* Tuleræ eam M. *Pappius* Mutilus, Q. Poppæus II. Cos. fuff. Augusto Imperatore. Tacitus *lib.* 3. V. iterum Rofinum *lib.* 8. *cap.* 16.

Pappiar, dignitas in Aula Imperiali Græcorum, non nisi consanguineis Imperatorum conferri solita, quæ *Atajori domus* in Gallia respondisse videtur. Cantacuzenus *lib.* 2 *cap.* 37. *Decorum cornua Præsidetur, fusiffrum Campicon, Magnas Papias, sanchas, medio omnium Imperator ipse emicabat*, apud Dominic. Macrum in *Hierolexico.* Car. du Fresne *Papium* habet in *Glossar.* V. fupra.

M. Vappius Mutilus, V. *supra.*

S. *Papulus*, quem à Papo *Pappulum* & *Pappolum* Veteres dixere, Gallis *S. Papoul*, Martyr, nomen dedit suum illustri Cœnobio vetericque, quod *Atanasterium S. Papuli in Tolosano* pago nuncupavit Ludovicus Pius Aug. in *Constitut. de Monasteriis Regni ac Imperii sui A.* C. 817. Situm id jamin pago Lauracensi, distaque à Castro Novo Arrii circiter 3000. p. Hodie in Episcopatum crevit, quæ fedes eúdemnum pro Patrono S. *Pappulum* Martyrem agnoscit. In Martyrologiis Nonis Octobr. *Tolosæ inventio corporis S. Pappoli Episcopi & Mart.* notatur. Diœcesis *Sanctipapulensis* quæ continetur loca, V. in voce *Papuli Fanum.*

Papus, Consul cum Arriano, fub Gordiano III. cujus meminit Jul. Capitolinus in *Vita hujus.*

Papyraceæ Naves, quibus ex papyro texeris in Nilo utebantur, occurrunt apud Plinium, *Ex ipfo quidem papyro navigia texuntur, ut à libro vela vocentque, nec non & vestem, etiam funalia & funes.* Et Theophrastum, ubi de papyro, Καὶ τὰ πλοῖα ποιοῦσι ἐξ αὐτοῦ, *Etiam navigia ex eo conficiunt.* Cujusmodi navigia Strabo βύβλινα appellat, in Ægypti rebus : Διὰ τοῦτο ὁ τὸν νῖλον πλέων βύβλινον ὁ ὑ πλοῖον, ὃ δὲ σκάφιον ὀνομάζει τὸ αὐτὸ, *Ideo qui Nilum navigat, Papyrinum habet navigium, hoc scaphium vocat.* Cum his ad extremos Indos navigarefilm Ægyptios confuevisse, quod Plinius tradit, rurium omnino, imò neutiquam credibile. De armamentis veró Nilli, hic fimilur, id minus mirum. Nam Ægyptiæ Syriæ Reges diu non aliunde funt funibus in re navali, quàm ex libro papyri texeris, nondum præterea communicato : quod alicubi idem Plinius teftatur, *Papyraceis navibus armamentis, Nili*, ubi armamenta funt fanes, ut ἔκθεσις τῶν νεῶν ἐννίων Græcè. At *papyraceæ naves* ex ipfo papyro texebantur &c. Præter iftiusmodi autem navigia, fcaphis etiam teftaceis in Nilo fuiffe Ægyptios uíos, Juvenalis teftatur *Sat.* 15.

Parvula fictilibus fulcitum dare vela phaselis,
Et brevibus picta remis incumbere tuffæ.

V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1115. & 1116.

Papyrus, à charta differt: materies namque fuit, ex qua charta, quod circa Alexandri M. ætatem primum repertum quibusdam, fuerit. Nec illi *charta* datum nomen, nisi cùm Epistolis salutatrices has inscribret. Est enim χάρτης Græcum à χαίρειν, *gaudere*, *salvere*, ut ad verbum notet, *Salutator*: Unde Epistolam sic ἀφορμᾶσθαι Martialis *lib.* 9 *Epigramm.* 101.

Charta salutatrix si modò vera refert.

Fuit autem *Papyrus* planta Ægyptia, duos cubitos non excedens, in qua post tiliam scribi cœpit: Interior ejus tunica βύβλος vel βύβλος, ex qua propriè charta confecta est. Provenitbat in paludibus Nili tipis, ubi & calami ad scribendum apti nascebantur. Hinc Appuleius *Metam. lib.* 1. *in ipso principio*, *Si Papyrum*, inquit, *Ægyptiam arguiâ Niliâci calami inscriptam*. Autonius autem *Epist.* 4. *Melonis* (i. Nili) *albam papiram*, pro eodem dixit & *Epist.* 7. *campum papyrium* vocat. V. abunde de hoc fructice, Theophrastum, Dioscoridem, Plinium: ac præter hos Galenum *lib.* 8. & Simplicium. *Biblium* vocat Lucanus *lib.* 3. per Synecd.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat.

Parasynagoga, Græcè Παρασυναγωγὴ, species quædam schismatis, sed fine hæresi, *illegitimum conventum* notat, & frequenter occurrit apud Patres. Eam ab hæresi & schismate sic distinguit Basilius M. *Epist.* 1. *Canon. ad Amphilochium cap.* 1. ut *Hæreses* quidem esse dicat, quando homines prorsus abrumpuntur & secundùm ipsam fidem abalienati sunt, *schismata*, quando propter causas quandam Ecclesiasticas & curabiles ἀσπλαγχνίαν, *quæstiones medicabiles*, dissensio est: Παρασυναγωγὰς δὲ, τὰς συναξὰς τὰς παρὰ τὴν ἀνανέωσιν τῶν ἐπισκόπων, καὶ τὰς ἀπειθοῦσας τοῖς κανόσι. *Parasynagogas autem conventum esse rebellium Presbyterorum aut Episcoporum, seu ab inerudilis Laicis factum*. Ut si quis peccasse convictus, & à sacrorum ministerio prohibitus fuerit, canonibus se non submittere, sed sibi Προεδρίαν καὶ τὸν Λειτουργίαν, *Presidium & Ministerium*, nihilominus vindicare. Contra cujusmodi conventiacula, ut & παρασυναγωγὰς, in iis administrata, conflitutum est in Quinisexto Concilio *can.* 59. ut non in privatis Oratoriis intra domos, sed ἐν ταῖς καθολικαῖς Ἐκκλησίαις, *in Catholicis Ecclesiis*, Sacramentum Baptismi administratretur. V. quoque *can.* 2. Synodi Antiochenæ in Encæniis celebratæ & de *Parasynagogis* Acephalorum aliisque huc pertinentibus Joh. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. III. c.* 14. 5. 5. *lib. X. cap.* 5. 13. & *lib. XIII. cap.* 1. 8. adde Cl. Suicerum *Thesaur. Eccles.* voce Παρασυναγωγὴ. Similiter *Parasynaxis* ex Gr. Παρασύναξις, *conventus, coitio, conventiculum Hæreticorum*. Sacra Martiani Imp. contra Hær. *par.* 3. *Concilii Chalced. can.* 19. *Universis præterea Apollinaristæ non Ecclesiæ non Monasteria sibi construant, Parasynaxes & conventicula tam diurna, quam nocturna, non contrahant*. Concilium Constantin. sub Menna Patr. *act.* 1. Κελεύσαντες μετὰ παρρησίας, μήτε παρασύναξιν εἶναι. Ubi vetus interpres, *Reconventiculare*. V. quoque *l.* 8. *Cod. de Hæret. & Manich.*

Parata, apud Recentiores expositæ species pro tali solutum exceptiones, maximè Missorum seu Legatorum publicorum, *Missatici*. Falli enim Signonium de *Regno Ital. lib.* 7. ait du Fresne, cùm is *Paratam* vult sumptum dici, quasi populi in vias pontesque fluminum, quà transiturus, aut quò aditurus Rex erat, reficiendos impendebant. Vox formata à *parare*, quod idem ac metare, in *Glosl.* Lat. Gr. V. Sidonium *lib.* 8. Hinc *Præceptum* Ludovici Pii pro Hispanis A. C. 815. *Ex Missis nostris, quos provectum opportunitas illas in partes injerint, aut Legatis, qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant & ad subvectionem eorum vectoris donent*, &c. Crebrius verò expensæ, quæ in Episcoporum & Archidiaconorum susceptionibus, à Presbyteris Ecclesiarum ruralium fiunt, dum si diœcesim suam visitant, quæ postmodum in præstationes pecuniarias abivere. Hincmarus Remensis: *Presbyteros in paratis & exenits indebitis non affligant*. & V. Cang. du Freine, & infrà in *Synodalicum & Synodus*.

Parathesis, Græcè παράθεσις, apud Scriptores Ecclesiæ Græc. oratio est super Catechumenos fieri solita, quando illi cervices suas ac capita manui ac benedictioni Pontificis supponerent, uti discimus ex Alexio Aristeno *in can.* 106. *Carthag.* Hinc formula illa, post lectum Evangelium, aliaque S. Scripturæ oracula: Οσοι κατηχούμενοι προέλθετε κτλ. Inde vox translata ad eam orationem, qua defuncti Deo per preces commendari consuevere, uti pluribus docet Suicerus *Thesaur. Eccl.* voce Παράθεσις, V. eum quoque in Ἔκθεσις.

Parazilones, Græcè παραζίλαι, prenæ genus, adulteris olim irrogatæ, apud Athenienses: qui adulteros, si divites essent, pecuniâ multabant; si pauperes, δαιμονιωδέως, *i. raphani* vel mugilis in anum immissione; vel παραστιλιῶν, *expilatione fadis*, puniebant. A' παραστιλιῶν, *vellere*. V. Cœl. Rhodiginum *Antiqq. lect. lib.* 10. *cap.* 5.

Parasitia Græcè Παράτενσις, argumenta dicuntur & quasi summæ tractatuum, ad quæ nunc quæ titulum seu rubricam appositæ, unde fieri de toto tractatu conjectura possit: quasi causæ quædam conjectio, limp. de *Sacr. Eccl. ff. tit.* 9. *Sed sufficiat pro jubilæi instituendo & celebrando subsillitum, quæ Παράτασιν τοῦ ἐνιαυτοῦ, quadam admonitoria ejus facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo*. Eorundem mentio fit *l.* 2. *hoc autem Cod. de vet. jur. enucl.* ubi Haloander ait, nil aliud complecti, quàm breves quasdam notas eorum locorum, quæ vel similitudinem aliquam, vel pugnam præ se ferre videantur, dicta quasi *titulis eum titulo collatis*, id quod Vett. ante Bartholum, secundùm Justinianæ præceptum semper de solum fecisse, testantur adhuc reliqui Codices solis illustrandi *Paratitlis* insigniti, Spiegelius apud Johannem Calvinum *Lexic. Juridic.* Eadem vox reperitur *in l.* 3. *§. penult. Cod. de vet. jure enucl. &c.* Scripserunt illustrandi Summas, Azo alibi, qui per titulos admonitoria quædam sive præludia permissa Imperatoris, collegerunt, Cotta. Quod verò hactenus opusculum, sub *Paratitlorum* nomine, Latinè edidit Leunclavius, sine Auctoris mentione, restituerunt haud pridem Viri docti, Parenti fuo Theod. Balsamoni, qui eodem fere tempore, quo Bernhardus, florens, nempe in fine fecuti XII. & principio seculi XIII. primum Diaconus Sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ Constantinop. Nomophylax & Chartophylax, dein Διάκονος Βασιλέων, *Primus Blachiarnum*, tandem Theopoleos five Antiochiæ, totiusque Orientis Patriarcha fuit, & juffu Emanuelis Comneni Imperatoris ac Patr. Constantinop. Michaëlis Anchialæ, varia fcripfit, V. *fuo loco*. Uti verò operi genuinus Auctor, ita & fuus titulus tribuendus eft: Non enim *Paratitla* vocari debet, fed, quemadmodum in *Bibliotheca Juris Canonici vet.* editur, Συναγωγὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων καὶ νόμων Βασιλικῶν, *Collectio Sacrorum Canonum & Regalium Novellarum*, in 3 to τοῦ εἰσαγωγικοῦ Διγέστων. *Collectio expositorum in Codice & Digestis & Novellis constitutionibus, de Episcopis & Clericis & Monachis & rebus sacris, atque etiam de Judæis & Hæreticis*, libris tribus; Quos huic Auctori aflertos vide, apud Fabrottum *prine. Notarum ad hanc Collectionem*, in *Bibliotheca Juris Canonici veteris pag.* 1377. & juftellum filium *Præfat. ejusdem Bibliothecæ*, in *fine fere*. Gerhard. von Maftricht *Hiftor. Juris Eccles.* §. 345.

Parator ium, in *Ord.* Romano, Secretarium Ecclesiæ, feu locus, ubi Pontifex & qui sacra faciuri sunt, fese parant, id eft, ex medii ævi ufu, adornant, & veftes Ecclefiafticas induunt: vel ubi ad facram peragendam liturgiam fe *parant*, id eft, præparant. V. Car. du Freine *Gloffar.* & *Defcription. ædis Soph. n.* 67. 68. Sic *Paratura*, vox fimiliter recentioris ævi, idem quod *Paramentum* (cujus vocis frequens ufus, apud Eccleffæ Romanæ Scriptores, ubi de veftibus facris unde *Parator*, Sartor, qui veftes conficit, vel ornat, in vet. *Chorea* apud Cl. du Frefne, Gallicè etiam Parmentier, quafi *Paramentarius* feu *paramentorum effector*) Gallis *Parure*, repetitur apud Tertullianum *de Coron. Mil.* & Solinum *cap.* 53. Latinè *Antepanus*, quod colligit Salmafius ex voce Græcis recentioribus ufurpata, Ἀντίπανος, quam certum eft ait, puram putam eft Latinam. Ἀντίπανος enim *Antepanus* dicere, ut, Ἀλλαντόπανος, *Antemiffam*. Ἀντιμίσσιον, *Antemiffam*. Hefychius, Ἀντίπανος, παραπέτασμα, κρέμασμα. ubi παραπέτασμα omnino noftrum *paratum* eft, vel ornatus: quo modo vocabat olim in veftibus ultimam fimbriam; pannum autem profcifia poni jam fupra diximus. Igitur, *inftitam*, *limbum*, *falciam*, *pannum*, *lorum*, *paragaudum*, quibus veftes olim ornabantur, *ornaturaa* etiam dixerunt & *paratura* Ὄγκος vocat Cedrenus (an ab *ornando*) & ὀδωντωτοὺς ὄγκους, latiores inftitas, quibus veftes ornabantur. De Tiberio jun. Ὀφίοις ὀδωντωτοὺς ὄγκους ὡς ἂν ἐπὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος κρεμαμένους. Omnino, ficut inftimo revo in Græcum linguam παραπέτασμα, à *paratura*, fic etiam ἄγκος, à verbo *ornare*, ut hæc *refona*, à refonare in *Gloff. vigilia*, *Vigla* & βίγλα, à *vigilare*, affumtum eft. Etiam *Margella* hujusmodi ornaturas & lora Latini vocarunt. *Margum* enim vel *Margus*, idem cum *Margo*, Gall. *bord*: hinc diminutiva *Margulum* & *Margellum*, pro limbo vel margine veftem ornante. Sidonius, *Vifimenia pannicula marginata limbis*: unde Græcis recentioribus Μαργώλια, hodieque *Margellum putei*, pro *margine*, etiam Burgundiones dicunt. V. Salmafium *ad Popiscum in Vita Bonofi* & *Excercit. fuis ad Solinum*.

Paratrapezii, Græcè Παρατραπέζιοι, in *Chron.* Alex. dicti funt, qui inter facræ Liturgiæ actus *menfæ*, quæ ad ἀγίαν τράπεζαν collocata erat, & παραπετασμάτων dicebatur, velut miniftri, adftabant, Suicerus *Thesaur. Eccles.*

Paraveredi, majores equi agminales, quorum ufus in curfu publico, non quidem in viis publicis, fed intransverfariis & mitriaribus, ut *Veredorum* in vilispublicis; ita Jac. Gothofredus *ad l.* 3. *Cod. Theodos. de Cursu publ.* Eorum mentio occurrit in *l.* 6. 7. 15. 16. 59. 63. 64. *eodem tit.* & apud Senatorem non femel, ubi pro quibusvis equis publicis videntur ufurpari: *Paraveredorum fubvectiones exigere*, *l.* 5. *Ep.* 39. *Paraveredorum affiduitate fatigari*, *l.* 11. *Ep.* 14. *Paraveredorum præbicio l.* 12. *Ep.* 35. *Paraveredorum numerus adscriptus*, *eod. l. Ep.* 18. *Paraveredos tollere*, in *Capitular.* Caroli Calvi *tit.* 5. *§.* 6. *expiivere*, in *Edicto* Piftenfi Caroli Calvi *cap.* 26. *Paraveredis Presbyterus adsignet*, in Concilio Trofleyano *tit.* C. 909. 26. &c. apud Cav. du Frefne *Gloffar.* Pro *Paraveredo*, legim, aliter *Parevedarius*, *Paravedarius*, *Paravredi* &c. Unum autem curfus omni publicus duplex eft, velox & tardus, feu clavularius, ille rhedarum aut veredorum fuit, hic angariarum i. plauftrorum feu carrorum, quæ, oneribus ferendis deftinata & fpeciebus publicis transvehendis, non multum celeriter ibant atque à bobus trahebantur. Unde *curfum* & *angarias* ponit ut diverfa *lex ultim.* Cod. Theodof. *de curiof.* In leg. 3. ejusdem Cod. de cursu publ. onerum menfura definita in hedis, angariis & veredis: *Ut nemo amplius hedæ, quàm millia pondera, angariæ quam mille quingenta, veredo quam triginta oneres imponere &c.* Veredorum verò & *Paraveredorum* difcrifus in Inf. Sardinia amputavit Julianus, angariis non fublatis, propter publicas fpecies, quæ ad diverfos portus erant devehendæ ut docet Salmafius ad Jul. Capitolinum in *Antonino Pio*. V. quoque fupra aliquid, in voce *Parafrenarius*.

Parbar, Hebr. פַּרְבָּר, 1. Paralipom. *cap.* 26. *verfu* 18. locus fuit

fuit Templi Hierosolymitani, vel potiùs Templo vicinus, ad occasum ejus, idem fortè cum *Parvarim*, quæ vox occurrit a. Regum cap. 22. *versu* 11. *Et cessare fecit* (Josias) *equos, quos Sibi dederant Reges Juda, ab ingressu domus Dei ad domum Nathan Melechi Eunuchi, quæ erat in* Parvarim *& currus Solis combussit igni.* Ab hoc nempe loco, ad Templi fores, nihil fuit præter equorum stationem, tub Idololatricis illis Regibus: ubi & alebantur & exercebantur. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. cap.* 20.

Parca, inquit Varro, apud A. Gellium *lib.* 3. *cap.* 16. *immutata literâ unâ à partu nominata.* Tertullianus, *Partulam Deam* nominat, quæ *partui* præsit, *lib. de Anima*: unde fortasse & *Partu* Dea dicta fuerit, cujus diminut. *Partula*. Proin aliam à *Parcis* fuisse verosimile. V. Anton. Thysium JC. *Notis in A. Gellium*, & in voce *Parcæ*. Cæterùm de *Parca* Astrologis alisique ad æthera, ac particulatim ad Lunam reducta: de eadem, cum Mœra seu Fato, Necessitate, Nemesi & Adrastia pro eodem habitâ: de numero *Parcarum* ac nominibus: de prima earum, Venere; de matre, Nocte, an Necessitate, V. Vossium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 41.

Parcus, apud recentiores Scriptores, liberior est & spatiosior locus, in quo grex totus includitur: quo modo etiamnum Galli *Parc* appellant septum ex cratibus, in quo de nocte oves, quæ ad pascua educuntur, includi solent, ut tuto sint ab incursibus luporum. *Gregis equarum in parco*, meminit *Ex* Anglicorum & Verinorum *lit.* 7. §. 1. item *Lex* Ripuariorum *tit.* 82 §. 2. In quibus porro pecora dicuntur ad *Parcum* duci, quæ ob forisfactum & damnum pignorantur: & in ejus, cui damnum factum est, *parcum seu impark*, uti quoque appellabant, conservanda ducuntur, donec illud refarciatur. Atque ita *Parcum publicum* appellant Jurecons. Angli, definiente Covvello, *Arean in qualibet feudo seu manerio circumseptam, in quo animalia damnum frugibus —— facientia includuntur, donec de damno per dominum satisfiat, aut saltem cautio apud Vicecomitem per Dominum interponatur de stando juri.* Unde *imparcare* animalia, quæ in damno sunt, hoc modo *parco* includere, quod etiam ad homines tres translatum, apud Bractonum de *Coron lib.* 3. *cap.* 9. §. 4. & *cap.* 37. §. 9. alibique. Sed & *Parcus*, locus dicebatur, ad ferarum custodiam, palis, cratibus, muris aut follis circumseptus; cujus primum inventum Henrico I. R. in Anglia attribuit Joh. Rossius; contrarium ex *Domesdei* evincente Spelmanno in *Derefacil*, qui fub Anglo-Saxonibus jam *Parcos* extitisse oftendit. Sanè Persicos Reges ejusmodi sylvas muris cinctas habuisse, testatur inprimis Xenophon *lib.* 1. *pag.* 724. ubi de Rege Persarum: *Ἔστιν δὲ καὶ παράδεισος, ὃν βασιλεὺς ἄγριος καλεῖται, ὃν δὲ ἂν τυχὸν ἀποδεικνύῃ ἐπιμελητὰς, ὡς βασιλεῖ ἄγριος καλεῖται· ὃν δὲ ἂν τυχὸν ἀποδεικνύῃ ἐπιμελητὰς, ὡς παράδεισος τὸ βασιλεῖ ἄγριος, οὐκέτι ἀζήμιος ἔστιν.* Venit autem & in peribolium feu *septum*, quod *Regis venationem vocabant: erat autem murus multum intus ſpatii complexus, arboribus cunctis omnifariis. In hoc ferarum omnigenarum genera inclusa, neque pabulo indigebant, quod alimenta inferebant, & Regi venandi voluptatem, quoties lubebat, exhibebant* in septum. Siccerum & caprearum *parco* includuntur, meminit Petrus Cellensis *de Disciplina Claustr. l.* 1. Damarum, caprearum & porcorum sylvestrium, Romualdus Salernitanus *Chron. MS. ad A. C.* 1149. utalios omittam. Inde *Parcorum clausura*, inter onera, quibus tenebantur Angli erga Regem, in *Charta* Guilielmi Nothi pro Monasterio de Bello, in *Monaſtic. Anglic. Tom. I. pag.* 317. cum quo idem forte *Parcatio*, quæ inter jura dominicia recensetur, in eodem *Anglia Tom. III. pag.* 111. V. quoque infrà *Peribolus*.

Pardi Maculæ, Jerem. *cap.* 13. *vers.* 23. Græcis *παιπάλυγες*, item *σφιγγίδες*, Chaldæo *ſcuta operis Phrygionici* dicuntur: eo ſenſu, quo *ſcutula* vocamus ſegmenta in veſtibus & maculas in equis; unde *ſcutulatæ* veſtes, & *ſcutulati equi*, apud Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Juvenalem *Sat.* 2. & Palladium *lib.* 4. *cap.* 13. Et quidem de varia hujus animalis pelle, multa Vett. Inter quos Plinius *lib.* 8. *cap.* 17. *Pantheræ* (i. pardi ſeminis) *& igri maculamm varietate prope ſolæ diſtinguntur*, & Solinus, *Pantheræ quoque numerosæ ſunt in Hyrcania, minoris orbiculis ſuperpictæ, ita, ut oculatis ex fulvo circulis, vel cærula* (in maribus) *vel alba* (in fœminis) *diſtinguatur tergi ſupellex.* Unde *παρδαλὴ* dicta non ſolùm *pardi pellis*, ſed & alia quævis, modò *varia*. Ira Satyricam veſtem texiſſe, vocat Pollux *παρδαλὴν σφαιρωτὴν*. In Orphei, vel Onomacriti verſus, *Argonautic.* Chiron dat Orpheo, ad Colchos proficiſcenti, *νεβρὸν παρδαλέην, ἱ δύσκολ μέλαιναν*, Ariſtophanes de *Avibus*, *παρδαλῆν ποικίλαν* & *ποικιλόνωτον*, *pardalei veſtitus*, i. pictis pennis. Qua ipſa de cauſa, quæcunque animalia varia ſunt, cum *pardo* paſsim conferuntur. Imò ab his maculis, *pardo* apud Arabes nomen *namir*, i. *varius*, quemadmodum pantheram Latini *variam* dixere. Plinius *d. l. Nunc variæ & pardos, qui mares ſunt, appellant.* Item, *Primus autem Scaurus Æditiae fuit varias CC. universas miſit.* Salmaſius tamen *variarum* nomine pardos, mares ſc. intelligit, quippe pulchriores & maculis magis variatos. V. infrà voce *Varia*. Eodem pertinent Arabica Pardi cognomina, *alarkato*, i. *albus cum maculis nigris*, & *Patar varius*, item *Pater granditatus ſeu maculis, tanquam grandine, aſperſus*. Nec deſunt quibus inſuſtatum *παὸς ὄφ*, apud Ariſtophanis Scholiaſtem, unde *pardus*, *παῤδαλὶς* & *παῤδαλὶ*, videtur alludere, ad Hebraicam vocem פרדס *pardes*, pro *horto*; quia, ut hortus floribus, ita maculis variatur pardi pellis. Quæ ipſa metaphora in Oppiano frequens eſt: qui *lib.* 1. *Cynegetic.* Oryngibus equis, pardorum inſtar maculoſis, tribuit

—— —— —— —— *πολυποικίλα κέλευθα, Ἔμβασιν ἀγρώσσοντας*,

Et *lib.* 3. tigridis ſpeciem deſcribit,

—— —— —— —— *κύπτουσα τιγρηείη δὲ, Ἄνθεσι ποικιλόμορφον*,

Floribus mixtantem.

Apud eundem *lib.* 4. Bacchus Nutricibus ſuis in pantheras mutatis,

—— —— —— —— *κρίνεσκε δ' ἐπὶ τόνῳ Τοῖσι ὀπιπεύουσι.*

plexit in illarum dorſo

Pellem floribus Autumnalibus &c.

Atque ob has maculas, cum *Pardo*, inter alia, tertia Monarchia, conſertur Danielis *cap.* 7. *verſ.* 6. id eſt, Alexandri ita Græcorum. Eas enim referebant gentium, quibus Alexander imperabat, diverſi mores. In his namque præter Macedones & Græcos & Thracas & Illyrios in Europa, & in Africa, Libyes, & Ægyptios & Troglodytas; Aſiaticæ fuere gentes omnes usque ad Gangem, quem præciſtec quoque, ſi licuiſſet per milites tot victoriis fatigatos. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior cap* 7. *lib. III.*

S. Pardulfi Caſtrum, *S. Pardoul*, vel *S Pardoux*, nomen eſt variorum Galliæ, in Aquitania, Iocorum, Hadr. Valeſius *Notit. Galliæ*, voce *S. Gaudentii*.

Pardus, Græcè *πάρδαλις*, de mare, *παρδάλεως* de fœmina, quæ *panthera*, antiquitus *παρδὼν*, ut dictum; in feris fecundum à leone locum occupat: unde in Sacris toties ei jungitur, Cantici c. 4. v. 8. Eſaiæ c. 11. v. 6. Jeremiæ c. 5. v. 6. &c. Etiam apud Homerum *Iliad.* 4.

Οὐδ' ὃν παρδάλεως θοὸν ἔνορα μένος, ἠὲ λέοντος.

Nec pardi vivanta, nec eſt vis tanta leonis.

Leoni namque *ſimilis*, *niſi quod minor eſt & pellem habet nigris maculis diſtinctam*, Damir, V. *ſupra*. Et ſicut robore Leo, ſic velocitate *pardus*, regnat. Hinc de Pericly menco, Tzetzes *Chil.* 2. *Hiſtor.* 45.

Ἐν δὲ τοῖς πολλοῖς ἄπαυδε τὰς δύας ἐμιμεῖτο,
Παῤδάλεως ἐχούσης, λέοντος οὐχ ὅλως.
In bellis omnes feras imitabatur,
Pardorum velocitatem, leonum ingens robur.

Saltu enim valet. Plinius *lib.* 10. *cap.* 73. *Inſidant in eadem Africæ pardi condensis arborum, occultatisque earum ramis in praeterenntia deſilient, atque è volucrum ſede graſſantur.* Ita ut quandoque 40. cubitos eo ſuperet, Damir. Nec minor celeritas curſus, Oppianus *Cynegetic. lib.* 3.

Ἀκόλουθος ἔπεται, ἢ ὑ ἀλκιμος ἰδὲ τάχεια,
Φοίνιξ ἀκμὴν ἔτι πο δαμάλη φορέουσ.
Celerrimè curris & fortiter vectâ ferunis,
Dicores, cùm videres, eam ætriam ferri.

Certè Olearius *Muſcovitici & Perſici itin. lib.* 4. pardum venati cum Scamachiæ se vidiſſe refert, quovis cane Gallico velociorem, qui in lepores incidens eos ſtatim aſſequebatur, ſic ut nullus evaderet. Atque ob hanc ietrum celeritatem, cum *Pardo* Danielis *d. l.* Alexander comparatur, ob tantæ pernicitatis in bellis gerendis uſus eſt, ut magnam partem habitati Orbis annis XII. ſubegerit, ſuique victoriis potiùs, quàm præliis, totum terrarum Orbem, percurrerit, ut Hieronymus habet. Cujus comparationis ut reliqua quoque paucis intelleram (nam de maculis ſuprà dictum) pauca, imò avidum animal eſt, ut idem Oppianus refert *lib.* 4.

Παῤδάλεως κ' ὕδρη διαπέρσαι δύσεσθαι,
Θηρεύοντ' ἐλάφῳ δολόφρ ἀλκὶ πόνῳ αἰνίσσοντα.
Pantheras etiam dona Bacchi domarunt,
Dolosis Venatoribus dolosum ponere fundentibus.

Quod quâ ratione fiat, *vid. libro* mutitis Poëta perſequitur, *à verſu* 318. *usque ad verſum* 351. Unde Poëtis nata occaſio fingendi, Bacchi nutrices in pantheras ſuiſſe mutatas. Notus autem hic Alexandri mævus. Sed & illud obſervatum eſt, quod ex Ariſtotelis *Commentariis de Alexandro* refert Plutarchus, *Ὃτι γὰρ χαίρει τὸν ἀνθρώπινον κρέᾳ ὁ γένος κάθηται δηλοῖ τὸ τῶν παρδάλεων κέντρον. ὅτι πάντας τὰς χειροήθεις, ὁδόντι ἐς εὐτε ὄμε χρεώμενοι, ἐξαίφνης ἀποκτείνουσι, καὶ ὅταν ἐκ τούτου γεύσωνται ἀνθρώπου, οὐκέτι ἐθέλουσιν ἄλλο ἐσθίειν.* Odorem ex eâte quæ gratiſſimum exhalaſſe, *os quoque & carnem tutam tantum habuiſſe fragrantiæ, ut ea repleretur interiores tunicæ.* Quod ipſum de *pardo* pantheraque Vett. magno conſenſu tradiderunt, Ariſtoteles *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 8. & *Problem. ſect.* 13. §. 4. Theophraſtus *de Cauſis plant. lib.* 6. *cap.* 5. Plutarchus, Plinius, (qui de *Pardis* multa habet *lib.* 8. *cap.* 17. & 17.) Solinus, Ælianus, alii. Ut de robore animoque *pardi* nil dicam, qui, cui ſtatuta parvus, cum leone ipſo & procerisſimis quibuscunque feris congredi non veretur. Qui ſimilitudinem hanc ſubtilius ſortè, quàm ſolidius, rimantur, inconſultam Alexandri temeritatem cum pardiſuore conferunt,

quo in venabula præcepsruit, de vita parùm sollicitus, Hom. *Il. Φ.* & Oppian. *Halieu. lib.* 2. Interim & jugum pati didicit *pardus*, Magnatesque Romani, uti cervos sphingesque, sic & pardos aurieis catenis devinciebant. Refert quoque Philostratus, apud Photium *adl.* 241. ἀλλοὺς τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ παρδάλεσι σφεῖς ἀγεσθαι, ὧν αἱδὼ τὴ δίψη ἴσχει, χρυσῶν δὲ τὸ ἡ ὑπογραμμὴ Ἀρμενιοὶ γράμμασιν, Βασιλεὺς Ἀρτάξιος Θεῷ Νικάτῳ, *Aliquando in Pamphylia captum fuisse pardalium* (i. pantheram seu pardum,) *aureum torquem circa collum habentem Armeniis literis ita inscriptum, Rex Artaxes Deo Nysæo.* Imò & cousque circurari, ut venationi quoque adhiberi possit, refert dictum. Nec omittendo loca varia, à *pardis* & pantheris (Hebr.) dicta, quæ in S. Scriptura occurrunt: *Nimra*, Numer. *cap* 32. *versu* 3. *Beth-nimra*, Numerorum *cap.* 32. *vers.* 36. & *aque Nimrim*, Efaiæ *cap.* 15. *versu* 6. & Jeremiæ *cap.* 48. *versu* 34. quæ tria videntur unius loci esse nomina, quem Moses & Josua in Gaditis ponunt, Efaias & Jeremias in Moabitis, qui in vicinos Gaditas tum temporis usurpaverant imperium Ævo Hieronymi ocsubatur *Benamerium*, *Beth-nimrim*, Lat. *domus pardorum.* Insuper Cantici *cap.* 4. *versu* 8. memoratur *monies pardorum*; sive à Salomone sic appellentur montes qui libet pardis frequentes, præcipuè Libanus, Amana, Senir & Hermon, quorum ibi mentio; sive aliqui tum fuerint montes circa Libanum peculiariter sic nominati, ut is, de quo Brocardus. *A Tripoli per duas leucas est mons Leopardorum, votundus & altus, una leuca à Libano distans*, &c. V. Sam. Bochartum *Hierogici Part. prior. Lib. III. cap.* 7. *tom*, 1. *de Pardo*, & *cap.* 8. ubi pantheram & πάρδαλιν, quæ diversa animalia Salmasius negat, pluribus probat, contra Allatium *in Exercitabil Hexaem.* Ad. de Salmasium *ad Solinum pag.* 211. 213. & 323. G. J. Vossium *de Idol. lib.* 3. *cap.* 60. & *fequ.* & quæ suprà diximus, in vocibus *Panther*, item *Panthera*. Impropriè vox *pardus* sumitur, cùm de leopardis, ex *pardo* viz. & *lea* genitis, aliquando occurrit. V. Salmasium *ibid.*

Paredri, Gr. Πάρεδροι, aliter Σύνθρονοι, quasi *Adsessores* & *eadem fede præditi*, Tertullianus *Symbuli* Deorum, fieri dicebantur olim, qui de hominibus in Deorum numerum referebantur, & *collegio* eorum, seu *concilio*, seu *consessui*, ut vett. Inscriptiones præ se ferunt, seu *synodo*. ut modò dictus Tertullianus vocat, adscribebantur. Virgilius ad Augustum,

Tuque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est.

Erat autem Synhodus Deorum apud Græcos, ex XII. Diis, quos *magnos* appellabant, in quorum numerum relati homines κάρφει θεοὶ ἐκ μεγάλων Θεῶν dicebantur: item σὺν ἑδώδεσι Θεῶν. Et quidem Deorum unicuique sui fuere attributi *Paredri*: Jovi, XII. Dii, sex mares, sex fœminæ, quos propterea *Consentes* appellabant: i. συνέδρους: Matri Deum, Idæi Dactyli: Æsculapio, Hygia, Jaso & Telesphorion, aliis alii. Sic Antinous, Hadriani delicium, Ægyptiorum Deorum συνέδρων, in vet. Inscr. dicitur, Porro hujusmodi Deorum σπισθοι, Latinis vett. *Novensides* vel *Novemsides*, secundum opinionem quorundam, sunt appella, ti, apud Arnobium & Servium; quasi *eadem fede præditi*, Græcis *eivnoi*, quòd *novem* in eadem fede, h.e. in eodem templo, collocati essent, explicante Victorino. V. Claud. Salmasium *ad Æl. Spartianum in Hadriano Cæs.* Dicebantur ergo *Paredri* Dii, qui beneficio Principis alicujus aut propriæ virtutis merito, Numinis dignitatem erant adepti & recepti in consortium Deorum. Hi verò, quia nil erat, esse Deum, nisi Dei quoque fungerentur officio, ut aliquà divinitatis auctoritate conferentur, somnia & oraculis responsa dare & curationes facere credebantur: quod in Æsculapio, Amphiarao, Trophonio, aliisque stulta credidit antiquitas. Idem de Hephæstione finxerunt, qui Alexandro adulabantur; & de Antinoo præsato, qui Hadriano. Hinc & πάρεδροι δαίμονες, quos ad futura prænoiscenda Magi evocabant, Hesych. planeque liquet ex Luciano, Hephæstionem πάρεδρον fuisse & ἐνεργουμένην, *feminarum shamisforum*. Eulebius prout quoque ἐπιπροσωπεῖα & παρέδρους ἑαυτοῦς jungit, *Histor. Eccl. lib.* 4. ubi de Simone Mago, inter Deos à Romanis relato, & statuis ac inscriptionibus inaugurato, loquitur. Tertullianus *Paredrorum* ubi meminit *tib. de Anima*, *Scimus etiam*, inquit, *Magiam eisdem explorandis occultis celebrationibus & Paredros & pythonicos Spiritus.* Et Fulgentius *de contin. Virgil.* Nec *illa*, ait, *quæ Dardanus in Dynameris, aut Battiades in* Paredris, *aut Campsiter, in Catabolicis, Infernalibusque cecinerunt*: quibus nonnullos Deorum vel Dæmonum tres recentiorum species, seu tria Spiritum *Monstrum* genera, h. e. *Somnia*, *Paredros* & *pythonicos Spiritus*.

alibique paſſim, ubi *inter Deos principatum affectanti bellue blandiuntur* Poëta, uti ait Caſp. Barthius *Animadverſion. ad Statium d. l.*

Parentalia, adde: Apud Romanos, peractis ad ſepulcrum lubrijs, convivia domi apparabantur, ad quæ amici & cognati coëuntes vocabantur. Senibus etiam cenæ ſimbrias exhibere ſolebat, quæ *ſilicernalia* dicebatur: Imò & populo interdum, aut ad minimum cruda caro diſtribuebatur, quod *Viſcerationem* vocabant. Denicalesinde Feriæ celebrabantur, cùm hominis mortui causa familia purgabatur: Erant enim Exveræ, purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulcrum ferebatur, quæ per everriatorem, certo ſoparum genere adhibito, fiebat. Edebantur etiam nonnunquam in honorem defunctorum Ludi *Funebres* dicti, de quibus *ſuo loco*. Et cùm nonnulli eſſent, qui deſiderium ſuorum minùs ferre poſſent, tertium, ſeptimum, nonum, quibusdam etiam viceſimum, triceſimum & quadrageſimum, non ſine quadam numerorum Religione, dies defunctorum Manibus & memoriæ ſtatuebant: unde *Parentationes*, Feralia, Novendialia, Decennalia, Vicennalia, Tricennalia &c. originem traxerunt; quæ omnia tum lactè & vino, tum fertis & floribus, tum aliis rebus antiquitus celebrabantur, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. cap. xiii.* Apud Græcos etiam ferme ritus: Alii conquiſti reduces ædes funeſtas fulphur, ceſſipos, per ignem faliendo, vel aliter luſtrabant: aliquando cum calatho circumeundo anam, & in luſtralem aquam titionem immittendo, teſte Euripide in *Electr. Eur. verſu* 923. Poſtea παρὰ τοὺς τάφους ſeu Sulicernium exhibebant, quod *inibam Parentes coronati*, ut Cicero ait *in Vatin.* In his autem epulis jam ab ipſo Cecrope celebrabantur defuncti, ſiquidem laudanda feciſſent. Quare iterum Cic. *apud quas* (epulas,) *de mortui laude, cum quid veri erat, prædicatum. Nam honoris ipſius habebatur.* Qui honos poſtea in tantum eſt habitus, qui in bello eſſent interfecti, aut publicè ſepelirebantur; cæque orationes habebantur in Ceramico extra urbem, ubi ſepulti; idque ab iis ſolis, qui ad eam rem publicè erant conſtituti: *Nec enim de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi quæ publicè ad eam conſtituus ſit, dicitur*: Lex fuit, memorata Ciceronis *de L.L. lib. 2.* Quamvis enim jam à Cecropis tempore, ut dictum, de mortuis laudi prædicaretur apud ſuos, tamen laudatio hæc non publica, ſed private tantùm in circumpotatione erat: Dein verò, poſtquam adverſus Perſas pugnatum eſt, tulerunt poſt Romanos, Athenienſes, ut pro concione tales laudarentur. V. Thucydidem *lib. 2.* & Cic. *loco cit.* Atque ad hanc orationem dicendam conſtituebatur lege is, cujus filius in bello reliquis longè fortiùs cecidiſſet: Τὸν κάτιχα τὸν ἄριστα ἀνεδεικνῦσθε ἐν πολέμῳ λόγων τε ἕνεκα καὶ ἔργων. Aliàs liberi, aut hæredes, mortuis Parentibus juſta faciebant, teſte Demoſthene ὑπὲρ Τιμοκράτους & Ilæo ὑπὲρ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου, inquibus, nebotes *parentum* fuiſſe. Lege prohibuit Solon: Μὴ ἐπαγγέλλειν βίῳ. Fiebant autem hæc, non ſolùm ipſo elationis die, ſed & ab illo nono, unde Ἔνατα, item triceſimo, unde Τριακοστὰ (quo Mercurio Animarum Ductori ſacrificabant) anniverſario item, unde Νεώνια, & illo quo Natalem ejus celebrabant, unde Τόκια. Quorum omnium commune nomen erat, *Nepiſeia*, ordinario haberi ſolita menſe Antheſterione, ſicuti apud Romanos *Parentalia*, Februario menſe, in *quibus parentadumne manibus mortuorum*, cognatique Terræ, & Dis Inferna libus, Manibus item Parentum Majorumque ſacra faciebant. Et quidem defunctos non ſolùm, cùm terræ mandabantur, pro concione laudatos fuiſſe, ſed eundem honorem in bello interfectis quotannis fuiſſe inſtauratum, patet ex ſæpius laudato Ciceronе *lib. de Orat. Sed in populari oratione, qua mos eſt Athenis laudari in concione eos, qui ſint in prælio interfecti, qua ſit probata eſt, ea eam quotannis illic ſolet recitari neceſſe ſit.* V. quoque Platonem *in Menexeno*, & plura de his, apud Sam. Petitum *Comm. in L.L. Atticas lib. 6. cap. ult.* Franc. Roſſæum *Archæol. Atticæ lib. 5. cap.* 24. ut & ſupra, in vocibus *Defunctæ*, *Funebres Ludi*, *Funus*, *Gladiatores*, *Exequiæ* &c. At ab his juſtis Inimici arcebantur, quibus ſita obire neutiquam concedebatur. Unde Electra ad Chryſothemin apud Sophoclem,

Οὐδ' ἐκτὸς ἕρκους τοῦ φιλουμένου ἑρπύσῃ
Κτενίσματος ὅλου.

Imò, apud eundem, etiam ad tumulum Ajacis propiùs accedere, Ulyſſem prohibitum fuiſſe, legimus. Hinc ea fuit *ſepulcralis ſanctitas*, inquit Cicero, ut nec peregrinus quidem, ne fortè ſub hoc ſchemate inimicus lateret, juſta mortuo facere vel *parentare* potuerit. Tanta autem illiusmodi juſtorum fuit neceſſitas, ut apud eosdem Athenienſes, in Magiſtratuum *δοκιμασίαις*, interrogarentur, an Parentibus juſta feciſſent, nec ne, Xenoph. *lib. 2.* quod ſi omiſſum eſſet, indignus habebatur talis, qui ad honores evehertur. V. item Petitum *loco cit.* &c. Ut de Rom. *Parentalibus* aliquid addam: Hoc die, apud Romanos, ſtabat in plebem diviſio diverſarum ſpecierum, ut vini, olei, aut pecuniæ, cujus moris teſtes extant plurimæ Inſcriptiones. Hadrianus Imp. verò, quod earum, & ante fortaſſe inauditum, aremática donavit. Ælius Spartianus in *Ex. Roma, poſt cæteras immenſiſſimas vo luptates, in honorem ſacrius ſuæ, aromatica Populo donavit.* V. Salmaſium *ad l.* &c. Verùm hæc Romanis conviviaque Paganorum ad tumulos demortuorum, Chriſtiani poſtmodum proſriſcerunt è ſuis pon œriis: Gaud. Brixienſis *Tract.* 4. *Parentes enim idololatriæ ſunt veneficia, præcantationes, ſubaillationes, vanitates, auguria, ſortes, obſervatio ominum*, Parentalia, *inquam, omne idololatriæ multum caput extulit errorii. Nam quia hæc causa primum caperunt homines pranda mortuis præparare, qua ipſi comederent, &c.* Quò ſpectant illa Tertulliani *de Teſtim. animæ*, *Si quando extra portam cum obſoniis & matteis, tibi potius parentans ad buſta recedis, aut à buſtis diluitor vedis* Idem vetatur in *Capitul.* Caroli M. *lib. 6. cap.* 194. &c.

Parentela, vox recentioris ævi, memorata Wilh. Britoni in *Vocab.* cui *Cognatio, vel conſanguinitas* vel *contribulitas* eſt. Reperitur & apud Capitolinum in *Gordiano III. Quem causa eloquentiæ stipendum* parentelâ *ſui potavit*, Alioquc. Hinc de *Parentela ſe tollere* dicebatur, qui eam ſolenni & recepto ritu ejurabat, qui pluribus deſcribitur in pacto Legis Saliczæ *tit. 63.* quamque aluribus explicatum ivit Wendelinus in *Gloſſ. V. Adnimos ſuſtes.* Cauſa autem, cur quis id faceret, ea potiſſimùm erat, ut à bellis familiaribus ſeſe ſubduceret: quo quidem fine *ſe de juramento & de hæreditate & de vita ratione parentum & agnatorum tollebat*: i. a ut, *ſi aliquid de juſtis parentibus ante moreretur aut occideretur, nulla ad illum de compoſitio hæreditatis per veniret: ſimili modo, ſi ille moreretur, ad ſuos parentes non pertineret causa, nec hæreditas ejus.* Atque id fiebat in mallo publico, coram Judice, cum XII. Juratoribus, qui ſacramento firmabant, id eum jure acex cauſa facere: duravirque hæritus etiam longè poſt, ut ex legibus Henrici I. Angl. Regis colligitur, *c. 88.* Apud Jac. Henricurium *de bellis Leodienſibus cap.* 35. & 60. dicitur hic ritus *Rawler ſon lenage*, V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & *Diſſertat.* 29. ad *Joinvillam*, pag. 333. 334. Sed & alius pravus mos de *Parentela* viguit, in Comit. Hannoiæ, quem ita ediſſerunt Arefta *A. C. 1298.* in *Regeſto* Parlam. *B. fol. ult. Ex parte Comitis ſuit propoſitum, coram nobis, talem morem in ſuo Comitatu Hannoiæ vigere, videlicet quòd quotieſcunque aliquis in ſuo comitatu prædicto perpetrat homicidium, omnes & ſinguli* de Parentela ipſius homicidæ, *infra annum, à tempore perpetrati homicidii teneantur in Curia prædicti Comitis comparere abjuraturi homicidium prædictum. Et ſi quis de parentela homicidæ prædicti hoc facere renuiſſet, reus & culpabilis dicti homicidii reputatur, & punitur tanquam homicida, ſi ibi poſſet reperiri &c.* Quam conſuetudinem, ut pravam, Curia prohibuit, V. Car. du Freſne *Gloſſar.*

Parentes, à *pariendo* dicti, magno in honore ubique habiti ſunt. Cùm enim natura exiguam hominibus vitæ periodum circumſcripſerit, ejusque uſuram dederit, tanquam pecuniæ, nullâ præſtitutâ die, facilè ſuis exhauriretur civitas civibus, niſi cives *Parentes* ferent, liberisque genitis ac ſuſceptis ſubveniretur eorum ſequituræ inopiæ. Hinc immenſo prolis deſiderio, ejus Reſpublicæ augendæ causâ ardebant Veteres, uxores ſuæ, quòd ſterileseſſent, domo ejicicbant; Quod ne fieret, utique concipient Uxores, Mutini faſcino inſidere, lucis ſeſe offerre, ferulâ caprina pelle corioque tectâ percutiendas; Lydenique pyxide geſtare ſolebant. Stimulatus legibus ardor, & jus trium liberorum magni æſtimatum eſt. Quod à Græcis ad Romanos tranſiit: Quippe Spartani multa plicandorum causâ civium legem tulerunt, ut quatres genuiſſet, à cuſtodiæ munere eſſet immunis, ſicuti tamus Æliano *Var. Hiſtor. lib. 6. cap.* 6. Romani autem & Præturas ac Quæſturas, omnesque adeò Magiſtratus & honores ad numerum liberorum *Parentibus* diſtribuerunt: Apud eosdem, pro liberorum numero, frumentum quoque *Parentes* acceperunt, teſte Spartiano *in Hadr.* & in falcibus ſumendis priores erant, qui plures liberos habebant, ſecundum Gellium *lib. 2. cap.* 15. Unde variæ leges Julia, Papia Poppæa &c. In primis fuere jura tria liberorum, de quibus Juvenalis agit *Sat. 9. verſu* 87.

Jura Parentis habes, propter me ſcriberis hæres,
Legatum omne capis; nec non & dulce caducum.
Commoda præterea jungentur mille caducis,
Si numerum, ſi vveis impleveris.

Qui enim ſine ſobole erant, quod in Teſtamento à Teſtatore legatum erat, non capiebant, nec ad caducarum hæreditatum ſucceſſionem admittebantur. Quapropter etiam Plinius, quod Fortunæ inquitas denegaverat, à bonitate Regum Imperatumque impetrare conabantur: ut docet Martialis *lib. 2. Epigr. 91. ad Domitianum*,

Quod Fortuna negas fieri, permitte videri,
Naturam genitor credat ut ipſe tuam.

Hinc porro, ne inſolices eſſent, ſupplicationes & vota Veneri Genetrici apud Romanos, Τεκνοποίᾳ Athenienſibus (ut habet Auctor Etymologici, qui idem cum Δηοῖ γονοβόλῳ Ariſtoteli *ſit. l. Epigr.* 19.) Paciquc, magis pro filiis & gemellis, quàm filiabus, concepta, quæ illud includebant, ut ſimiles fierent *Parentibus*. Hoc enim eſt, quo Pucrperas commendat Horatius *lib. 4. ode 5.*

Laudantur ſimili prole Puerperæ.

V. infrà in voce *Puerpera*. Quoque confidentius onus ventris gererent gravidæ, privilegia quædam conceſſa: dilata ſupplicia, donec peperiſſent, lege Ægyptia primò, inde Athenienſibus, inde

Roma-

Romanis sancitâ, apud quos ne quidem quæstio de gravidis habebatur: Apud Persas æquo donabantur. Infante dein feliciter edito, gaudium & salutatio inter amicos & clientes, *Hodie nata Salve*, ab Oriente ad Romanos delato more, qua de re V. A. Gellium *lib. 12. cap. 1.* Ut autem is legitimus haberetur, à *Parente* tollendus erat, cui vitæ & mortis antiquitus potestas erat in eos, quos pro suis agnoscebat: Eo autem id ritu fiebat, ut ex terra sublatum infantem susciperet pes forvum *Parens*, vel eius vice Lucerpera ipsa, vel fotor illius, vel familiaris aliquis, obstetrices quoque, unde *terræ Matres* dictæ. Quos Pater suscipere nollet omninò gò metus, more à Diis derivato, exponebant, quandoque execabant: cui contrariam legem Romulus, apud Dionysi. Halicarnassæum *lib. 2.* multitudini augendæ intentus, induxit; Thebani etiam certis cautelis inhibuerunt. Puerum posteà, postquam robustior factus & idoneam attigisset ætatem, narare & literas, apud Græcos docebant *Parentes*: tenuiores dein nuri exposlacere, aut peregre ad mercatum ire aut artem exercere: Honestiores verò in Musicis, in re equestri, in Gymnicis, ad venandum, in Philosophia instituebantur. Quod si *Parentes* neglexissent, ad illos exhibendos Filius non cogebatur, ex Lege Solonis apud Plut. *Τῶν τέκνων τὸν κτᾶσθαι μὴ διὸ ἀδέλφων τοῦτο ἀναγκαῖον μὴ ἐστι, Filius, quem Pater artem non docuerit, ad eam exhibendum ne cogitur.* Cum ad nubilem pervenitum ætatem, ad Sponsalia constituenda consultus à pœtenus *Parentum* neque adeò necessaria fuit, ut eorum consensu omisso, ea pro nihilo haberetur: *Pis enim & lex naturæ semper in diuione* Parentum *Viborum esse iussit*; Plin. *in Panegyr.* & Aristot. *Politic. lib. 1. cap 4.* & 8. Quod non solum apud Romanos, sed & alias gentes obtinuit. Hinc apud Athenienses Pater filiam despondebat, nisi is peregre abesset: quod tempus triennio definierunt Romani Jurisconsulti *Leg 10. D. de ritu Nupt.* Hodieque apud Mesecos, totius negotii hujus caput in *Parentum* manu vertitur, ut refert Sigism L. B. Herberstenius *Histor. Moscov.* Dico *Parentum*: nam, quæ & ad Matres id jus is pertinere, ex Livio colligere est 38,57,4. qui Scipionis Africani uxorem, ob despontam à Viro suum contra fistum filiam, mulierbiter indignatam esse scribit, *nihil de communi filia secum consultatum fuisse.* V. quoque quæ de Irene Andronici imp. uxore, filium Johannem ad extremum conjugium ablegare volente, habet Nicephi. Gregoras *lib. 7. cap. 14.* & St. Petro *Parentibus* liberos, cognitâ prius & probatâ indole, eum esfa, absolendi jus apud Athenienses erat, ut auctor est Demosthenes *κατὰ Βοιωτοῦ*, V. quoque Quintilianum *Declam.* 283 Lucianum *in Abdicato*, & Suidam: Quæ abdicatio per præconem fiebat, pronuntiantem, *τὸν δεῖνα* negare *τὸν δεῖνα* filium suum esse amplius, Plato *de Legg. lib 11.* quo pacto talis excidebat Patris familia, nec bonorum ejus particeps fiebat. Romanorum verò legibus, comprobatam abdicationem non esse, constat ex Scriptor Impp. Diocletiani & Maximiani *Cod. de patr. potest.* Imò ante Solonis *γραφὴν ἀποστασίου* & vendere liberos *Parentibus* licebat, non tam lege, quàm moribus populi Athenienfis, ut Plut. *in Solone* refert: Quod Plato posteà hac lege restrinxit, *Μὴ ἐξεῖναι θυγάτερα πωλεῖν, μετ' ἀδελφὸν, πωλεῖν ἀν μὴ λάβῃ παρθένον ἀδελφὸς συγγενὴς ἀνδρὸς, Filiam aut Sororem vendere nemini jus esto, nisi in ea adhuc Virgine machinum deprehenderit.* Quod apud Romanos divertimode, fecundum diversa tempora, obtervatum est. Lege enim Decemvirali cautum legimus, *Si Pater Filium ter venum duit, Filius à Patre liber esto: Liberos ceteros semel & venum duit, sui juris sunto.* V. quoque Dionysium Halicarnassæum *l. 2.* Sed jus istud mutavit: neque concessum fuit Patribus liberos vendere, priusquæ jus illud abrogatum est, antequam vitæ necisque in liberos potestas, (quam primis temporibus *Parentes* habuerant, quamque revocandam esse fuadet Bodinus *de Rep. lib 1. cap 4.*) Patribus derogatum: quod colligimus ex *L. 10. C. de patr. potest.* Quanquam & hac in re aliqui paulo pòst immutatum est. Nam Pauli temporibus, qui imperante Alexandro Sev. floruit, si cogeret egestas, adeò ut Pater non posset alendis liberis sufficere, vendere eos illi licebat, Paulus *lib. 5. Sentent. tit. 1. §. 1.* donec omni liberorum venditione interdictum est, constitutione Diocletiani *l. 1. C. de Patribus, qui filios suos distraxerunt.* Cùm tamen obtineri non posset, ut Patres egeni ab oppigneratione, si non venditione, liberorum, abstinerent, utraque hac in interdixit Constantinus M. *L. 2. Cod. Theod. de alimentis, quæ inopes Parentes de publico petere debent*, circa A. C. 323. Verum cùm ne sic quidem à populo Constantinus extorqueret, quin Patres in egestate constituti liberos suos venderent victus causâ, itaque fanguinolentos & adhuc à matre rubentes liberos Patribus ob eam causam vendere permisit; *leg. 2. Cod. de Patribus, qui filios suos distrax.* &c. Cùm liberos non haberent, adoptione fiebant *Parentes*, qua de V. *supra*. Cum venerabile prisin cum nomen *Patrocinii* effet, liberi, in quibus natura vitio cedebat, lege Triptolemi jussi sunt, *Τοὺς γονῆς τιμᾶν, Parentes honorare*: quam in Templo Eleusinæ Cereris sedere, scripsit Xenocrates Philosophus, ut Hermippus apud Porphyrium auctor est. Quare etiam legibus Athenienfium ingrati adìo dabatur, adversùs liberos, qui *Parentes* fuos non honorassent: *Ἐὰν δὲ γονεῖς μὴ θεραπεύῃ τὸν δίκην τὸ ἐπιδίκιον ᾗ ἐκ τοῦ ἄρχοντος τοῦτο, Si quis Parentes non honorarit, dicâ illi scribitur, reg. Magistratum gerico.* E quæ lege, qui inter Magistratus, Novemvirios puto, allecti erant. Magistratuum expungebantur albo si, quando in eorum vitam moresque inquirebatur *οἱ ταῖς δοκιμασίαις*, in hanc Legem incurrisse arguerentur, Xenoph. *Ἀπομν. lib. 2.* In specie verò, ex Solonis Lege, *ὁ τὸν γονέων πατέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παιδεύων αὐτὸν, ἢ τὰ ἐπιτήδεια, ἀτιμὸς ἔστω, Si quis Parentes pulsasset, aut non alsisset, aut rectum ad habitandum tuerasset, magistratu non petito, ignominiosus erat.* Quæ lex ab Atticis Jurecon. *τὸν τῶν γονέων κακῶσιν, mala tractationis Parentum*, appellata, reperitur pud Lysiam *κατ' Ἀγοράτου*. Qualis a. hæc capitis fuerit minutio, ostendit comparatio Legum *ἀστρατείας* & malæ *Parentum* tractationis, quas conjungit Demosthenes *c. Timocratem*, nempe *ὁλόκληρα ἀτιμοῦσθαι*, i. *omnino infames fieri.* Nam *ἐὰν τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ τύπτῃ ἢ κακῶς ποιῇ, καὶ ὅσα τὸ τοιοῦτον ἐστὶ τῶν τοιούτων ἀτιμοῦσθαι φησὶν, τὸν αὐτὸν τοῦτον ἐν τοῖς τὰ ὅπλα τὰ ἱερὰ ἀφιεῖσιν*, & ita nulla illis neque civilium, neque sacrorum communio fuit. Judicarunt veri litem *οἱ φράτορες*, idque ad elepsydram, quo pacto agebantur maximi momenti causæ. Quòd si damnatus ab his, vel concionem, vel templum publicum, publicamve ullam festivitatem ingrederetur, Undecimviri capitales cum vincire & in judicium apud Heliæam rapere tenebantur: ubi ei convicto vel pœna vel multa irrogabatur eratque tam in diu in vinculis quousque multam solvisset, ut docet *Demosthenes Timocratem*. Demosthenes. Apud Romanos Legibus quidem cogebantur liberi Parentes alere, fed id tantùm, nulla pœnâ ei irrogatâ, qui secus fecisset. Imp. Antoninus Pius Augustus Basso, *Parentum necessitatibus liberos succurrere justum est*, *l. 1. C. de alendis liberis & Parentibus.* Neque tantùm ad exhibendos *Parentes* cogebantur, fed etiam *à cum Proavum &, & cæteros per virilem, sexum contingentes*, *l. 5. §. 1. D. eod.* Quin etiam *à milite quinque filii, qui in factalibus sis, exhibendus Parentes esse, pleaiti existimat ratio*, *l. ult. §. 3. D. eod.* Si filius igitur Parentes non exhiberet, adibantur Consules, qui alere jubebant, ut inscriptio *legis 5. D. de alendis lib. & Par.* innuit. Quòd si apud Senecam Patrem legis illius, *Liberi* Parentes *aiant aut vincantur*, mentio æpius fit, illa non à jure Athenienfium live Romanorum, fed è Syria petita est, qualis & illa apud eundem, *Cum filio tricenario Pater patrimonium dividat*, de qua V. Lucæ *cap. 15. vers. 12.* &c. Ex hoc erat, *Parentibus ova ne Scriptura ostendat, seu Scriptæ seu ereptæ, talionem*, quod tam neceffariam officii nostri partem esse naturæ etiam liberis inserit, ut inter infelicitatis fuæ momenta non minima numeraffe legamus plurimos, quòd præmatura morte abrepti id officii *Parentibus* exhibere non potuerint. *Iliad. δ.*

Οὐδὲ τοκῆσιν
Φρόνησιν φίλοις ἀπέδωκε, μισηθεὶς ὑφ' ὅτ οἱ αὐτὸς
Ἔκτωρ.

Quæ fic reddit Valerius Flaccus *lib. 6.*

Nec reddita charo
Nutrimena Patri, brevibus præreptus in annis.

Interim, nec filius, quem Pater artem non docuisset, uti dictum: Nec nothi Patres alere, Solonis legibus, cogebantur, V. Plutarchum *in Solone.* Pertinet ad honorem *Parentibus* exhibendum, quòd Patribus, qui peregre erant, domum reversis, filius pedes la visse & oleo demulsisse, legimus apud Aristophanem *in Vespis*: ubi Scholiastes, *ἵνα τοῦτο τὸ ποιοῦσι τοῖς ἐρχομένοις πρὸς γονεῖς*: Quòd respicere videtur Homerus, quatenus pedes *Parentes* vocare solet. Eosdem osculari fuisse solitas, ex Hiftor. Evang. patet, & eodem Comico,

Ἀπολῆς καὶ τοῦ πόδ' ἁλείψω καὶ προσκύψω σου φιλήσω.

Et primum quidem filia
Abiunt, & pedes imungat, & inclinans se osculetur

Tandem filiorum humeris *Parentes* ferebantur: Unde de Metello legitur; tres filios Consulares, duos Triumphales, unum Censorium & alterum Prætorem, lectum ejus emortuum, lem fubisse: Et in Magistratuum apud Athenienses, *ἀνακρίσεσι*, interrogatos legimus, *an Parentibus* justa fecisset, & eorum sepulchra exornassent, nec ne, Xenoph. *lib. 2. Ἀπομνη.* Itaque post cadaver tumulo honestè conditum Silicernium exhibere, quæ quale alia hue pertinebant, curare filii tenebantur. Quemadmodum contra, cùm præmortui essent liberi, *epulas has inibant* Parentes *coronati*, ut loquitur Cicero *de Leg. lib. 2.* & si in pugna pro patria cecidissent, de illorum laudibus ad populum dicebant: ex Lege, cujus mentio facta est suprà, in voce *Parentalia*. Imò & post Fata, manfit hæc in *Parentes* defunctos veneratio. Proin Athenienfium iterum Legislator Solon, si quis Patrem defunctum criminaretur, eaque de re eum filio seu hærede ageret, filium pro Patre jusjurandum dare voluit, hac Lege: *Ὅσιος ἔστω καὶ ἀγαθὸς ὁ τοῦ πατρὸς ὑὸς, ἐὰν τις κατηγορῇ ἀσεβείας τοῦ τεθνεῶτος, Filius pro Patre jusjurandum dato, si quis mortuum criminatur cum hærede agat:* quam laudat Demosthenes, *c. Callippum*, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 2. tit. 4.* Caspar. Bartholinum *de Puerperio Vet.* Franc. Rossaum *Archæologia Atticæ lib. 5. cap. 14.* Matth. Berneggerum *in Taciti Germ. quæst. 9.* & c. Modum excessere, qui *Parentes* confecrarunt & privatâ religione colue-

collocarunt, quod frequens olim: unde Imperatorum, utpote *Patrum Patriæ*, ἀνακόρων originem habuit, ut supra videmus. Contrà barbari Cassii serio confectos fame necare & canibus objicere. Indi ipsimet devorare, neutiquam abhorruerunt, in pietatis quo que aliqua parte atrocem hanc crudelitatem reponentes, V. Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lection. lib.* 18. *cap.* 28. & Alex. Neapolit. *Genial. Dier. lib.* 3 *cap.* 2. Addam ex Petino aliquid, de jure & potestate liberorum in *Parentes*, in Rep. Athen. qua de re lex legitur: Τῶν παίδων τοῖς γονεῦσι μὴ ἐξεῖναι ἀφορίσαι, ἐξεῖναι παραποιεῖσθαι, ὑποβαλεῖν δὲ ὅλως τὸν παῖδα ἐξεῖναι, & δοῦναι, *Filios ex eis Patris tanquam defidenti, ob morbum vel senectutem, dicam scribere: desipere non licere in vinculis habito.* Meminit ejus Aristophanes *Nubibus*,

Οἱ μὲν τὸ θεῖον κοὐκ ἀφορίζουσιν τὸν πατέρα,
Πάππον παιοῦσιν· αὐτὸν ἐσαγαγὼν λόγῳ;
Hos nihil quid agam, despicere Patre?
Num tanquam desipienti dicam scribam &c.

Ita autem convictus Pater, à re familiari removebatur, potestate datâ liberis in ejus bona; Judicabantque iterum *si desipere*, ut colligere de Græco simili Interprete ad *Ranas*. Sed quàm id iniquum, docet authoritas, meo orata Ciceroni de *Senect.* Sophocles *ad summam senectutem Tragœdias fecit: quod propter studium cum rem familiarem neglgere videretur, à filiis in judicium vocatus est, uti, quemadmodum, nostro more, malè rem gerentibus Patribus bonis interdici solet: ille illum quasi desipientem, & ex familiari removerent Judices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat & proximè scripserat, Œdipum Coloneum, recitasse Judicibus, quæsisseque num illud carmen desipienti videretur. Quo recitato, sententiâ Judicum liberatus est.*

Parenthetica, Græca vox, species bellariorum, apud Joh. Sasiberienem *Polycrat. lib.* 8 *cap.* 7. ubi *Bellaria* ait alia esse *Solennia*, alia *Parenthetica*, ac solennia quidem *pulmenta esse, quæ in omnes transeunt, & à Græcis Catholica, h. e. universalia*, appellantur. Parenthetica verò, *quæ ex causa necessitatis vel urbanitatis in præceptum aliquo natione veniunt partem: sic dictum, & quid folientibus, id est, universalibus parium uariter soleant interponi*, apud Car. du Fresne *Glossar.* V. quoque infrà, in voce *Solennia*.

Parere, apud Statium *lib.* 2. *Sylv.* 2. *versu* 76.

diversis fervat sua terra senectibus.
Hæc videt Inarimen, illi Prochyta aspera paret,
Armiger hæc magni patet Herculis ——

Est apparere. Jureconsultorum verbum. Petronius,

—— *paret, non parat, habeto;*

Arg. ejus quid vidit Servius & Labeo.

V. Hug. Grotium *Not. ad Martianum Capellam lib.* 8. Hinc *Parere ad memoriam*, apud Æl. Spartianum in *Pescennio Niger. Ne posset eum nimis ad memoriam; alter ad libellos, pariusse; statim præfecti facti sunt*: idem quod apud Herodianum, ὡς ἐπὶ τὸ μνημονικὸν ἦλθε. Alter *obsecundare ad memoriam*: de memoriæ Magistris, qui alias quoque *Obsecundatores ad memoriam* dicebantur, & *Dictationes memoriæ*. Cujusmodi munus apud Carum Imper. obisse *Elaiopes memoriæ*. Cujusmodi munus apud Carum Imper. obisse *Elaiopes memoriæ*. Cujusmodi munus apud Carum Imper. obisse *Elaiopes memoriæ*. Cujusmodi munus apud Carum Imper. obisse legitur Junius Calphurnius, qui narrante Flav. Vopisco, *ad memoriam dictabat &c.* Illustrioribi *Dictator memoriæ* seu *Dictator ad memoriam*, Græcis Ἀπὸ μνήμης ἀναγνώστης dictus est: quatuor enim Ἀπὸ μνήμης five Dictatores erant, primus Libellorum, secundus Memoriæ, tertius Epistolarum, quartus dispositionum, & totidem scrinia, uti legimus apud Anonymum Scholiastem in *Justiniani Novellas*, quæ à Juliano Antecessore Latinæ factæ sunt. Dicti *Dictatores à dictando*; verba enim tantum commodabant, non etiam manum. Vopiscus: *Hanc Epistolam Claudius ipse dictavit, verba Magistri memoriæ non requiro*, habebantque sub se Librarios & Scribas, & eos qui scrinium gerebant. Lampridius in *Alex. Severo*: *Post meridianas horas subscriptioni & lectioni Epistolarum semper deditus operam, ita ut ab Epistolis & Libellis, & à Memoria non semper discesserit: nonnunquam etiam, si fiare per valetudinem non possent, sedentes, recognitionis cuncta Librariis & illi, qui scribunt, credant; ita ut Alexander ipse manu adderet, si quid esset addendum.* Idem, postquam dictassent, relegentibus Librariis & Scrinariis, dictata recognoscebant, & si quid corrigendum esset, rescribebant ac corrigebant, hinc Ἀνάγνωσις quoque vocati. Quibus omnibus præerat Magister Scriniorum, quos cum Antigrapheis male confundunt nonnulli: hi enim Magistri Scriniorum non erant, sed proximi. Dicebatur autem *Proximus* in unoquoque Scrinio, qui primus erat & in capite constituitur, ut proximus à Epistolis, proximus à Libellis, proximus ab Actis memoriæ, atque idem omnino Proximus qui Ἀνάγνωστης, idemque proximi, qui & primi, V. infrà in voce *Proximus*. Et quidem in scrinio Dispositionum, non *Proximi*, sed *Comites* tantum, atque *Magistri Dispositionum* dicebantur: cæterorum verò scriniorum Proximi, etiam *Comitum* titulo ac nomine ornabantur, & *Magistri* dicebantur. Sic *Proximus Memoriæ*, idem & Magister erat Memoriæ, qui in scrinio memoriæ primus ac princeps militabat; idem dicendum de Proximo Epistolarum, & Proximo Libellorum & Comite Dispositionum. Horum Ἀνάγνωστης appellabantur, & parebant Magistro Scriniorum, ut dictum, qui omnia scrinia curabat: qualem fuisse legimus Ulpianum sub Alexand. o Severo & Papinianum sub Bassiano, &c. V. Salmasium *ad Flav. Vopiscum in Caro Imper.*

Parergon, vox in Pictura usitata, occurrit apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 10. ubi de Prorogene, *Quis eum docuerit, non putamus confyce, Cydiam & naves pinxisse usque ad annum quinquagesimum, argue nunquam esse, quod eam Athenis celeberrimo loco Minervæ dicatis propylæum pingeret, ubi fecit nobilem Paralum & Hominidæ — adjecerit paruulas naves longas in lis, quæ Pictores parerga appellant, ut appareret, à quibus initiis ad arcem ostentationis opera sui perveniffent.* Sic nempe dicuntur operum appendices, quæ præter propositum ornatûs gratiâ adjiciuntur, undevox ad alia transfiit &c.

Pares Francix, addit: Matthæus Paris A. C. 1170. duodecim Francix *Pares* nominibus catalogum his verbis recenset: *Rex Francorum — Magnates suos animæ & confortat, præcipuè eos, quos XII. Pares Francix consuevimus appellare. Et quia præcellum ipse & Alemannorum Primalibus, ad quos Regis spectat electio, non rece à materia alienum, si nomina Francorum nobilium, præcipuè ad quos Regni negotia spectant ardua, præsenti inseramus paginæ, cum succincta tamen brevitate. Archiepiscopus Remensis, qui Regem Francorum coronavit, & consecravit, & unguxit Rex Francorum. Regum consiliarii quatuordecim, ex omnium Francix Patrum primi & excellentissimi. Episcopus Noviomensis, qui est Comes Palatinus: Episcopus Belvacensis, qui est Comes Palatinus: Episcopus Catalaunensis. Episcopus Lingonensis, qui & si pauper sit, dignus tamen habetur. Episcopus Laudunensis, qui Dux est & Comes, ratione S. Remigii, ad quem devolutus fuit illa prædara hæreditas. Dux Normanniæ, primus inter Laicos & dignissimus: Rex Angliæ, Dux est de jure Normaniæ, sanguinis derivatione gentili, Rex ex conquestu. Dux Aquitaniæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandrensis, Comes Campaniæ, Comes Tolosæ, qui dicitur Comes S. Ægidii.* Alius Francix Parium ordo recenseturur, in *Regesto* Parlamenti, pro judicio litis Roberti Attebatensis, apud Tilium, quæ in Latinum translata fic habent: *Olim XII. filium erant Pares in Francia, sex Laici, & sex Clerici: & qui hus Clerici non mutantur, nunpe Pares Duces, Archiepiscopi Remensis, Episcopus Laudunensis, Episcopus Lingonensis. Clerici Comites Episcopus Belluvacensis. Episcopus Catalaunensis, Episcopus Noviomensis. Pares Laici, Duces, Dux Burgundiæ, Dux Normanniæ, Dux Aquitaniæ Comites, Comes Tolosanus, Comes Flandrensis, Comes Campaniæ. Pares prius hic sist sunt, uti federe folent in judicio, in præsentia Regis; debent autem Pares Laici sedere ad dexteram, & Pares Clerici ac Prælati ad sinistram Regis.* Eorum olim Sacramentum, quod in Parlamento edebant, inprimis, quem imbant, judicium rum consessu, ejusmodi fuit, in lingua vernacula, *Vous jurez par vostre foy & serment & sur les saintes Escriptures, que vous serez bon, loyal, feal & obeissant, au Roy de France nostre Sire, qui ici est, & à les hoirs & successeurs, sur corps, ses membres, son heritage, les droits & nobleces de la Couronne de France & de sa souveraineté. Garderez & defenderez envers vous & contre vous, qui pourvous vivre ne mirir & loyal & bon conseil li donnerez toutes les fois qu'il vous en requerra & tendrez lecrez fun conseil & toutes choses, qui sera à tenir secretes pour le bien de luy & de son Royaume.* Quod postremum juramentum, atque hisce verbis concipiebatur: *Vous jurez & promettez, bien & fidellement conseiller & servir le Roy en tous les cas, & en tous les autres grands & importans affaires & sont en la dite Cour, garder les Ordonnances, rendre la justice au pauvre comme au riche & tenir les deliberations claules & secretes, & vous comporter comme un digne & vertueux Pair de France, vivre & mourir en l'obeissance du Roy. Ce fait le Pair prend fon siège, & monte aux bancs, sieges & dignité à laquelle il a droit.* Modò addunur hîtce, *comme un vertueux Pair de France*, hæc verba, & Officier de la Couronne uti docet Car. du Fresne *Glossar.* Sed hodie non eadem Parium horum ratio. Quamvis enim etiamnum eorum XII. nun erentur, Secularium tamen, qui nascenti Regno pene coævi erant, judices Grammondo, nomen ferme tenent, eo quod ejusdem ipsi Regno, variis temporibus, unita sunt. His sufficiebat, *Pares Francix* quidem similiter dicuntur, sed rem si spectes, priscis illis longe inferiores sunt. Cum enim illis olim imperium merum & jura Regni vi feudi essent, his feudi nomen inane est, Ducatus. Varius autem horum authoritate titulus. Primum nonnullis *sex locis, inde numerus auctus, donec in consentum venit. In inaugnratione Regum hodie ex arbitrio Regis sex leguntur, qui vices subeant ex antiquo Paribus cura, id ex veteri formula numeris est, ut præsto sint Regi & societate munum pares se exhibeant coronæ sustinendæ: unde dicti Pares*, Pelletus ad *Herculium Orb. Imper.* V. quoque Grammondum *Histor. Gall. lib.* 1. & plura hanc in rem apud Car. du Freine *Glossar.* ut & supra, voce Par.

Pares Equi, iidem cum *Desultoriis*, V. suprà in hac voce, nec non *Paravirum &c.*

Parhippus, Græce Παράιππος, Juliano Imp. est, *si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertium & extra ordinem commoveat*, l. 14. C. Theod. *de cursu Publ.* Alias *Averearii* fic dicti, qui Cursorum onera ferebant. Nonnunquam & *Veredi* in genere &c. Cu. du Fresne *Glossi.*

Paria Consulum, τὰ τῶν ὑπατικῶν, ut est apud Themistium, seu *pro tribunali sedentium*, in nummis interdum expressa. Uti in nummo Constantis Imp. æreo majoris formæ, ubi sedet ipse Constans cessior, caput nimbo vel lumine circundatus, cum binis Consulibus tribunali, in cujus basi hæc Inscr. VOT. V. quæ argui guit Felicianum & Titianum in eo exprimi, qui Consulatum gere-

gerebant, cùm Constantinus M. excessit 25. Julii, quo pro Constante Aug. vota quinquennaliorum soluta sunt: aut forte U. sum & Polemium, qui sequenti. Sic Constantinum & Constantem Coss. repræsentat nummus aureus majoris formæ, pro tribunali similiter sedentes, caputque nimbo exornatos, quibus adstant figuræ duæ sfolatæ, laureos ramos porrigentes, cum Christi monogrammate, inter utriusque Augusti capita & hæc Inscr. GLORIA REIPUBLICÆ; nam ter simul Consulatum gessêrunt, A. C. 319. 342. & 346. Maximè verò inter Consulares insignis est nummus aureus Theodosii Jun. in quo Theodosius ipse in sella sedet, cum Placidio Valentiniano: uterque autem habitu Consulari, dextrâ volumen, sinistrâ globum crucigerum tenet &c. Sed & *Paria Imperatorum* exhibent perinde nummi Valentiniani Sen. Valentis, Gratiani, Valentiani Jun. Maximi, Magni Tyranni, & Victoriæ, non ut Consulum, sed ut Imperii consortium & collegarium: quod & indicat globus, quem iis in nummis uterque expressus Augustus dextrâ tenet, C. du Fresne *Dissert. de Nummis infer. ævi num. 3.*

Paria Scyphorum, occurrunt apud Plinium, ubi de Mentore, *Mirum in auro cælando inclarisse neminem, argento multos. Maximè tamen laudatus est Mentor — Quatuor paria demigne ab eo omnino facta ac jam nullum extare arbitror.* Ubi intelligit, *paria Scyphorum*: nam *cap. prox.* meminit duûm Scyphorum, Mentoris manu cælatorum. *Paria* a. dicit, quia semper in Delphica sive Abaco *pares* ponebantur, h. e. ἑνάδων. Agrœcio teste, *Quia vasa in Delphica paria semper sunt; unde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria compluria.* Hinc de Delphica Horatius, in qua vasa & pocula ponebantur:

——— *Lapis albus*
Pocula cum cyatho duo sustinet.

Non tamen *paria* tantùm vasa in abaco poni consueviste, sed & *imparia*, ex Varrone discimus *de L. L. 8. Itaque ficus absentum argento ornari videntem, ut alia paria sint, alia disparia, sic in oratione.* Sic in Horatii illo abaco, cyathus est impar, pocula paria. Salmasius *ad Solinum pag.* 1047.

Pariacaca, mons Americæ, in Peruviæ Regno, tam excelsus, ut in jugo ejus, ob aëris tenuitatem ac subtilitatem, ægrè respiretur homo possit, de quo V. Josephi Acostam *Histor. Indic. lib. 3. cap. 9.*

Parioni, adde: Eorum urbs *Parium*, quod à Pari Jnf. incolis conditum est. Ὅμηρος δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθνους τὸ γένος ἁπλᾶ λέγει μεμφόμενον ἐξ ὀφθαλμῶν ἄγος ἐπὶ Ἄρισβον ἠδὲ Πάριον. *Fabulantur autem auctorem generis horum quendam è serpente hominem factum: Nempe Psyllorum forsè genus fuit ex Libya.* Sic viz. quidam incolarum dicti, qui salivâ suâ serpentum ictibus medebantur. Plinius in Jnf. Paro illos locat, *cap. 3. Quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex familiis, quæ sunt serpentibus, tactu ipso levant percussos suctuque medico; quorum è genere sunt Psylli Marsique & qui Ophiogenes vocantur in insula Paro.* Sed aut ex Paro Jnf. *Parium* Helespontiacum translatos dicas quorsdam Ἤ Ὀφιογένων, sic ut tam in Paro Jnf. quàm in urbe Pario, tales homines fuerint, aut hallucinatum esse Plinium, quod illi accidit non raro. Idem ex eorum familia Evagontem quendam legatum memorat &c. Salmasius *ad Solinum pag.* 348.

Pariare, apud Ulpianum, ἰσοῖζειν Græcis, est rationes ita putare, ut expensa paria fiant acceptis, V. Beemannum in *Originibus L. L.* Hinc *Pariare* Vela, dicuntur navigantes, qui paribus & æquis velis secundo flatu cursum tenent. Virgilius,

Sensit & æquatis classem procedere velis.

Cùm n. æqualiter tenduntur dextra & sinistra vela, tum prosperæ navigatio est; æquatas quippe & secundas auras spirare indicat. Unde apud Eund. *æquata spirant auræ.* Auctor vero apud Macrobium *lib. 6. Passanum & Vibonensem sinum pedibus aquis transmissum*, velis æquis vel æqualiter tensis. Catullus,

——— *sive utrumque Jupiter*
Simul secundus incidisset in pedem.

Ubi *pedes* propriè sunt funes ad angulos velorum, quibus ea, pro venti mutabilitate, vertebantur, ficut ut modò dextri, modò sinistri, proferentur, prout erat ventus,

——— *Lævus sive dextera*
Vocatet aura.

Nam vela ventis obvertebantur, ad excipiendos flatus. Plautus, *Utcunque in alto ventus est, exin velum vortitur*: adeoque modo ad lævam; modò ad dextram, vertebatur; modò dextri pedes modò sinistri proferebantur. Plinius *lib. 2. cap. 47. Iisdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus, ut nostu plerumque adversa vela concurrant.* In diversum prolatis pedibus, in contrarium navigatur, ita ut adversa vela concurrant etiam iisdem ventis. At paria & æquata dicebantur vela, cùm in dextrum & sinistrum simul ventus ingruret, qui maximè secundus & c. Unde *reparare vela in Ægyptum*, apud Solinum *cap. 33.* ad quem vide *Excerptationes* Salmasii *pag. 568.* ¹*At Pariatio* vel *Pariagium*, apud Recentiores, item *Apparitio*, Gallis *Pariage*, maximè sumitur pro *affociatione* Domini. Unde *Affociationes* etiam dicuntur pallim. Monasteriorum quippe & Ecclesiarum Præsules, ut bona sua tuta & illæsa possiderent, eorum partem Regibus aut Magnatibus concedebant, quò reliquam hórum præsidio ac patrocinio tutarentur: quemadmodum, ut est apud Tacitum, Cæsares passim scribebantur hæredes ex triente vel semisse, quò tutiùs ab iis reliquum patrimonium liberis propinquisque asservaretur, V. Chopinum *de Domanio lib. 2. tit. 8. artic. 7. & de sacra Politia lib. 3. tit. 3. artic. 8. & 9.* ubi complura ejusmodi Pariagiorum profert exempla, quorum quidem ea potissimùm erat conditio, ut in *Apparitionem* adscripti patrem prædii sui concessam alienare nullo modo possent &c. Sed & *Pariarios* vocabant, quibus juris pars quælibet erat in aliquo prædio. Sic legitur, apud Plantavitium *pag.* 228. *Episcopum Lodovensem, ut Pariarium Castri de S. Privati, præter ea, quæ ad ipsum spectabant, tanquam ad majorem dominum, & Dominum supremum & Domina fundi, habuisse in parietibus dicti castri decem habendatias: quibus ſe. in solidum pro Castri Domino haberetur &c.* V. Car. du Fresne *Gloſſar.* ubi similium conditionum in *Pariagiis* exempla habes complura. *Paragium* verò feu *Pariaticum*, conditionis ac nobilitatis *parilis*, juxta quam Barones *debent maritare sorores, aut amitas, fratres aut neptes*, ut eſt in *Conſtitut. Sic. lib. 3. tit. 33.* quam *congruam paritilatem* Martianus Capella *lib. 1.* ὁμοιότητα *ἀξιωμάτων* Æschylus appellat in *Promethco.* V. de hac vocis notione eundem C. du Fresne *loco* ibi ſupra, voce *Paragium*. Sed & *Paragium* hinc appellatum, quidquid feudale a fratre primogenito secundo genitis in partem hæreditatis datur, qui id ab ipſo primogenito fratre tenent, pari, ac ille reliquum feudum, conditione, absque tamen homagio (quod is pro toto feudo dominio præstat) utque ad 7. generationem, quâ finitâ, omnis sanguinis affinitas extincta cenſetur, adeoque, qui tum excipiunt, homagium hæredibus primogenti præstare necesse habent: quam in rem V. plura apud eund. *auct. Jointvillam Diſſert.* 2. nec non ubi ſupra. Idem *Apparagium* quoque dicitur. V. & ſupra *Apanagium*.

Parias, Græcè Παρειὰς, à tumidis inflatisque maxillis, ferumens eſt acerrimi viſus, memoratus Aristophani *Pluto*, Demostheni ac Lycurgo *adv. Demadem.* Alexandriæ frequens, ac in Templi olim Bacchi conſpicuus, uti docet Aristophanis Scholiastes. Idem quòd innoxius ſit ac placet mitis, Æsculapio Θεὸν ἀλεξίκακον τὸν ἥμερον dicitur & mitiſſimo ejus dicatum eſſe, narrat Ælianus *Hiſtor. Animal. lib. 4. cap. 13.*

à Pariibus, V. ſupra *Apariibus*.

Pariestrus, adde: mel. *Paryedris* ſeu *Paryadres*, Tauri montis cognomen, illam ejus partem denotans, quæ à dextra habet Hyrcanum & Caſpium; à læva Moſchicum, Amazonicum & Coraxicum montes, ejusdem Tauri partes, à gentibus adſitis ſic cognominatas. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 788.

Paries, an ex *par*, quòd ſemper duo *pares*: an ex *pario*, id eſt, ſtruo? Ællo Gallo finitore, *ſtruere, fere macerie eſt*, l. 137. *de verb. ſignif.* Leoni Bapt. Alber. *lib.* 1. omnis ſtructura ſic dicitur, quæ à ſolo in altum ſurrexit ad ferendum onus tectorum, quæve obducta ſtat ad interiora ædificii vacua obvallanda. Hi calx & arena olim farciebantur, uthodieque fit. Non enim ſolùm arena & calce inducebantur ſupra trullitationem, ſed etiam in iis ſtruendis ad cæmenta continenda ſimiliter adhibebatur arenatum, h. e. arena & calce mixta, cujus vicem Babylonis præstabat bitumen. Hinc in vet. *Inſcr.* calx arenata, & diſcrimen inter opus tectorium & albarium: tectorium namque fit hærenatâ calce vel marmorato, albarium calce merâ, utrumque tn. κονιορτὸν appellatur. Nempe linebant primò calce & arenâ parietes, deinde inducebant tectorium ſricabant ac ſubigebant liacuis, quæ inſtrumenta fuere lævigando jam inducto tectorio, ut ſupra vidimus, ſed & in ſtructuris arenatum locum habuit, ad ligandos inter ſe lapides, atque, ut Plinius loquitur, ferruminandos. Hinc *Solidati parietes tectorio*, paſſim apud Vitruvium leguntur, à verbo *ſolidare*, quod eſt *munire, ſtruere, tegere*, item *maltharare*, nam & inde *Talcres*, quòd parietes tegerent ac ſolidarent, dicti. Pro calce verò & arena, multi utebantur luto ſubacto & paleis mixto, in pariecum inſtructura; unde vicem lutibitumine fartos Babylonis morostradit Herodotus. Palladius, *quibus copia ſuppetit, materias luto & lapida excitant, Plerique ſine luto congeſta in ordinibus ſaxa componunt.* Petronius,

Et parietes circa paleâ ſatiatur inani,
Fortuitoque luto clauſos munibus egreſſes.

Ubi *parietem luto ſatiatum & paleâ* dicit, qui ſartus erat luto. Vitruvius *lib. 2. cap. 8. Utraque a, ex minutiſſimis ſunt inſtruenda, ut materia ex calce & arena crebriùs parietes ſatiati dimitus coninuantur.* Ita & luto ſatiabantur. Fiebant autem & craticiî parietes, qui luto inducebantur. Idem *lib. 7. cap. 3. Cùm parietes intus luto inquinatus fuerit, tunc in eo opere cæmæ clavis muſcariis perpetuæ figantur, deinde iterum luto inducto ſi priores teguerverint, mihi, bus ſive ſunt, ſecunda evellis figantur.* De craticiis *Parietibus* loquitur, qubus luto inductis cannarum duplex ordo adfigebatur, ut tectorium ſuperinductum firmiùs adhæreferet. Sic in muris Babylonis, inter ſingulos ordines laterum, texta cannarum ſtipata erant & bitumine adglutinata. Herodotus, Καὶ ἀμφὶ τῶν ἐσόδων πλίνθων ταφρὸν κελεύων ἀμφεσσόδεσθαι, *Et inter ordinarium laterum ſtructuram texta cannarum ſtipantes.* Ubi ταφρὸν κελεύων ſunt τοῦτο σαυτὸν, ſingulis laterum ordinibus

bus interpolita & bitumine oblita ad continendam structuram. Tria porro hæc vulgarissima structurarum genera, apud Græcos, *Emplecta*, ὁ δὲ τρίτος *Ordinaria*, latericiæ similis, sed ex lapide duro vel silice, quam Ἀγχίμωλον vocat Constantinus; *Testia* ex saxo quadrato, quam τετραστύλων λίθον idem appellat: de quibus omnibus V. Salmasium *ad Solin. p.* 1230. & *seq.* &c. Eosdem Vett. variis rebus ornare solebant: aut enim picturis concorabant, & coloribus udo tectorio inductis; aut marmore conpriebant, quod genus ὑφόγειον aut ὑπόγειον non vocabatur, aut deaurabant; interraso plerumque etiam marmore vermiculatisque ad effigies animalium crustis depingebant. Et hoc postremum luxuria invenit Claudii Principatu, V. Plinium *lib.* 35. *c.* 1. At sub Nerone inventum, refert Plinius eodem loco: *Maculæ, quæ non essent, in crustis inserendo unitatem variare, ut ovatus effet Numidicus, & purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illis nasci optarem deditus.* Ad eum usum prosh Vett. noti non erant pallii parietes, quibus hodie toti *parietes* obtegimus & incrustamus, ad ornamentum saltem in communi & promiscuo usu non erant. Attalica tamen aulæa contegendis etiam *parietibus*, in domibus Magnatum, usum præbuisse, certum; *tapetiarios* vulgo vocamus. Solebant autem etiam Veteres & abacorum formis specularumque orbibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed & vitreis quadraturis insertis inducere. Unde de Firmo Vopiscus, *Nam & vitreis quadraturis bitumine adhibito mediamentis inforum indusisse perhibetur.* Et speculis, quæ in *parietes* ad ornamentum inferebantur, Plinius *lib.* 36. *cap.* 26. *In genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu atque in speculis parietum pro imaginum umbras reddente.* Vitruvius *lib.* 7. *cap.* 3. *Ipsaque tectoria abacorum, ac speculorum divisionibus inter se prominentes habent expressiones.* Seneca Orbes vocat, *Epist.* 87. *Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt.* Speculorum nempe formæ rotundæ, inde orbes Senecæ; ita & abacorum, eorum certè qui ministerium subtinebant, quæ & *Delphicæ* dicebantur. Sed & quadrati erant abaci, ut Logistici & columnarum abaci: quâ formâ parietum fuisse abacos verosimilius est. Sic enim alternatim distinguebantur *parietes* abacorum speculorumque divisionibus, & ita figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. Hinc *specula & abaci* jundim posiri, apud Vitruvium, parietibus decorandis. Ita etiam apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 1. *Non placent jam abaci, nec specula in cubiculo nitentia.* Meminit & Specularum cubiculi Synopsis Βασιλικῶν lib. 45. his verbis: Οἶνος λευκὸς ἐὰν ἐν κέρνῳ ἀποκλεισθῇ, καὶ ὁ μὲν οἶνος ὀξὺς τὸ οἶνος, ὁ δὲ κέρνος ἐκ τῆς ἰσότητος τῶν ὀπῶν τὸ ὑγρὸν σκεῦος καὶ τὰ σπήλαια τῶν κέρνων, ὅπερ ἐστὶ τὰ κατοπτρικὰ τοῦ οἴνου, ἐὰν μὴ ἐπιμελῶς ἐκκλεισθῇ, ἐξατμίζεται καὶ ἐκλείπει. Quæ sic Latine reddi possunt: *Si vinum album in cado obturatum fuerit, vinum quidem acescit, cadus vero ob æqualitatem foraminum vasculum vitreum, quod est in cado speculare, id est, quod ad speculum vini vasis, nisi diligenter obturetur, evanescit & deficit.* Eosdem Vett. variis rebus ornare solebant: aut enim picturis concorabant, & coloribus udo tectorio inductis; aut marmore conpriebant, quod genus ὑφόγειον aut ὑπόγειον non vocabatur, aut deaurabant; interraso plerumque etiam marmore vermiculatisque ad effigies animalium crustis depingebant. Et hoc postremum luxuria invenit Claudii Principatu, V. Plinius *lib.* 35. *c.* 1. At sub Nerone inventum, refert Plinius eodem loco: *Maculæ, quæ non essent, in crustis inserendo unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, & purpura distinguereiur Synnadicus, qualiter illis nasci optarem deditus.* Ad eum usum prosh Vett. noti non erant pallii parietes, quibus hodie toti *parietes* obtegimus & incrustamus, ad ornamentum saltem in communi & promiscuo usu non erant. Attalica tamen aulæa contegendis etiam *parietibus*, in domibus Magnatum, usum præbuisse, certum; *tapetiarios* vulgo vocamus. Solebant autem etiam Veteres & abacorum formis specularumque orbibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed & vitreis quadraturis insertis inducere. Unde de Firmo Vopiscus, *Nam & vitreis quadraturis bitumine adhibito mediamentis inforum indusisse perhibetur.* Et speculis, quæ in *parietes* ad ornamentum inferebantur, Plinius *lib.* 36. *cap.* 26. *In genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu atque in speculis parietum pro imaginum umbras reddente.* Vitruvius *lib.* 7. *cap.* 3. *Ipsaque tectoria abacorum, ac speculorum divisionibus inter se prominentes habent expressiones.* Seneca Orbes vocat, *Epist.* 87. *Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt.* Speculorum nempe formæ rotundæ, inde orbes Senecæ; ita & abacorum, eorum certè qui ministerium subtinebant, quæ & *Delphicæ* dicebantur. Sed & quadrati erant abaci, ut Logistici & columnarum abaci: quâ formâ parietum fuisse abacos verosimilius est. Sic enim alternatim distinguebantur *parietes* abacorum speculorumque divisionibus inter se figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. Hinc *specula & abaci* jundim posiri, apud Vitruvium, parietibus decorandis. Ita etiam apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 1. *Non placent jam abaci, nec specula in cubiculo nitentia.* Meminit & Specularum cubiculi Synopsis Βασιλικῶν lib. 45. his verbis: Οἶνος λευκὸς ἐὰν ἐν κέρνῳ ἀποκλεισθῇ, καὶ ὁ μὲν οἶνος ὀξὺς τὸ οἶνος, ὁ δὲ κέρνος ἐκ τῆς ἰσότητος τῶν ὀπῶν τὸ ὑγρὸν σκεῦος καὶ τὰ σπήλαια τῶν κέρνων, ὅπερ ἐστὶ τὰ κατοπτρικὰ τοῦ οἴνου, ἐὰν μὴ ἐπιμελῶς ἐκκλεισθῇ, ἐξατμίζεται καὶ ἐκλείπει. Quæ sic Latine reddi possunt: *Si vinum album in cado obturatum fuerit, vinum quidem acescit, cadus vero ob æqualitatem foraminum vasculum vitreum, quod est in cado speculare, id est, quod ad speculum vini vasis, nisi diligenter obturetur, evanescit & deficit.*

Varia Parietum, apud Veteres, genera.

Ambiens, structuræ universæque domus corpus, Franc. Marius *de partibus Ædium lib.* 1. *cap.* 1.

Ἀτενατίως *Idid.*

Cæcus, qui fenestras non habet, apud Virgil. *Æneid.* lib. 2. 357. *Parietibus textum cæcis iter.*

Cæmentarius, qui fit ex temerè conjectis lapidibus calcequæ commixtis & anbricum modo hærentibus. Fiunt enim plerumque Parietes ex lapidum congerie, vel limo aut calce, gypso, alfave materia, Gœddeus ad 1. 357. *de verborum fignif.*

Calcatus, apud præfatum Franc. Marium Grapaldum *l. c.*

Communis, quem communiter ædificant vicini; ad quem prosin jus habet vicinus adjungendi ædificii, *l. flumin. & l. liner ques ff. de damn. infect.* Hic communiter utrisque domus onera gerit, Cort. 4. *Miscell. c.* 16. n. 1. *per parietem ff. de ver. urb.*

Concratitius, idem cum Cratitio.

Cratitius, qui in cratis modum lignis contextis est compositus, de quo V. Vitruvium *lib.* 2. *cap.* 8. & *lib.* 7. *cap.* 3. Idem & *Concratitius*

Papinianus dictus est, stebatque ligneis cratibus interitis, seu asseribus arrectis transversisque in modum cratium domus. V. infrà.

Dealbatus, in Evangelio & Actis.

Directus, cujus extremitas patrietem alterum attingit, Cic. *in Topicis*, *Omnibus est jus parietem directum ad parietem communem adjungere*, *vel fidium vel fornicatum.* Hic ita attingebat communem, ut in liter a 7. pendens in imum linea tranversa superiorem attingit. Quare si vicinus fornicatum *parietem* ad communem adjunxerit, alter, qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare, quod fornix viti fecerit. Confer Boët. in *Topic.* & V. Hottomannum *lib.* 1. *Observation.* 24.

Parietibus vivis homines ineludendi mos, inter Vett. suppliciа, memoratur Jul. Capitolino. Ita enim is de Opilio Macrino, *Vivos etiam homines parietibus inclusit, ac struxit.* Quod unico verbo Græci exprimunt, quod ἐγκαθάπτειν ὁμοῦ, hominque imitatione Germani, *einmauren*; alias *zwischen vier mauren einschlissen.* Latini *Parietibus struere* dixerunt. Vetus Interpres Juvenalis *ad illum versum de Vestali defossa* (harum enim apud Romanos hæc pœna fuit)

Sanguine adhuc vivo terram subitura Sacerdos
Fuit, inquit, *Virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si virilate fuissent, vivæ parietibus includebantur*, Græce, ut jam dictum, ἐγκαθάπτειν ὁμοῦ. Suidas, Ἀνάγκη ἔφυν. Τότε δὲ τὰ ἐξίοντα τὸ ἄκρον· ἀ δὲ πρὶν ἐφ' ὧν τὴν ἐπίμηνιν κακκαλῶ, ἢ τὶς μὴ δυνάμην ὑπακούσω τῷ παιδὶ, βίβλιον ὡς ἀσεβεῖ τῷ πατρὶ, ἢ δὲ ἐπίκοινον αὐτὸν ἐγκαταθῇ ὁμοῦ, Quæ (nempe pellex) *cum perfuadere adolescentem non posset, detulit eum, ut lascivæ rem, apud Pa-*

trem; hic verò illum mulcavit & parietibus ſtravit. Idem in Belgio pœnæ genus in Evangelicos ſtatuere aggreſſus, Albertus Archidux, Iſabellæ Clarææ Eugeniæ maritus, vivâ deſoſâ virgine, Pontificioribus averſatâ. deſtitit incepto, ſuis ipſismet atrox nimis id ſupplicii genus cenſentibus, V. *Strada Annal.* Parietes nempe & faxeos licet intelligere. Ut apud Salluſtium *Catilin. cap.* 55. ubi Tullianum in carcere deſcribitur, *Eum munitum undique, parietes atq; inſuper camera lapideis fornicibus junctâ.* Ad quem l. V. C. Barthium *Animadverſ. ad Statium Thebaid. l.* 10. p. 48. Nec omittendum, *in parietem caducum inclinare*, Græcis Proverbio dictum vel potius huc à Latinis alluſum. Græci enim propriè, σὸς τὸν ἐν πρηνεῖ τοῖχον ἔιναι dixere. Sic apud Æl. Spartianum, Hadrianus Imp. de Cejonio Commodo Vero, quem adoptaverat, & *Aelium Verum Cæſarem* appellaverat, cùm eum minùs ſanum videret, *ſæpiſſimè dictavia, in parietem caducum inclinavimus.* V. quoque Spartianum cund. in *Vero* &c.

Pariſium, apudSanutum *lib. II. part.* 4. *c.* 14. *Coterùm propter aquarum diſcurſus oportet ire usque ad medium parigii eundo quartam versùs deſipet à Syroco—qui quidem tranſitus* Parigium *nuncupatur, circa* 450. *milliaria æſtimatur, licet quidam* 500. *milliaria tranſitum ſeu Pariſium ſive aſſeram ſupra dictum.* Maris aliquod ſpatium, ita appellatum, quod tenebras ſæpiùs ſecum occurrit, tranſitu difficile ac periculoſum, Car. du Freſne *Gloſſar.*

Pariſius, cogn. S. Wibaldi in *Itinerario ejus num.* 31. aliàs *Barisius.* Sed illud melius, videntur enim reſpexiſſe Scriptores iſti ad Græcum Παρίσιος, *quod nubem Soli ſimilem tum colore, tum orbiculari figura*, ſonat, ita ut quaſi *Sol alter* ſanctitatis fuerit, qui iſtiusmodi epitheto inſignitur. V. de Parelio Joh. Sarisberienſem *lib.* 2. *cap.* 3. laudatum eidem.

Pariſæ, apud Plinium, *Fluvium Tomerino navigabile, circa quod* Pariſæ, *oppidum Helvethiorum* &c. lege, *Pariſæ.*

Paris, Priami & Hecubæ filius, adde: Apud Homerum perpetuò *Alexander* audit, ſi fides habenda Thomæ Dempſtero *Paralipom. in Joh. Roſini Antiq. l.* 3. *c.* 18. ubi oſtendit, Homerum alia apud Deos, alia apud homines, nomina nonnullis imponere: Carolo Sigonio, unum nomen eſſe, alterum cognomen, contendente, *de Nom. Rom. c.* 1. Aliàs Ὅμηρος *Il. γ. verſu* 325. *Il.* ζ. 502. *Il.* ϖ. 92. *c.* 660. *c.* 742. ϖ. 359. Ἠλεῖος *Il. γ. verſu* 325. Ἠλεῖοι *Il.* ζ. *verſu* 280. *c.* 290. *c.* 249. *διὰ παντὸς* quoque *Il. γ. verſu* 37. & *c.* 769. repetitur. Lyram is eſſe videtur, quæ pulſabat. Ælian. *Var. Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 38. πρὸ ἐνιαύτου τοῦ λόγου τούτου Ἀλεξάνδρῳ, *Accidens tyrum offendit Alexandrè.* V. *locum* & confer cum Plut. in *Alexandro*: utrobique enim narratur, Alexandrum M. Ilium veniſſe, & curioſe ſingula luſtraſſe, atque inter alia, cum Paridis ei oſtenderetur lyra, dixiſſe: *Majoris facerem, ſi tyram Achillis oſtenderetur; potius enim mihi foret gratuitoque, virorum fortium laudibus canandis idoneum victoris inſtrumentum, quàm etiam lyram, quæ accidentes feminæ captandis demulcendisq; apta carmina*, V. Hadr. Junium in *Adagiis ſuis c.* 546. Interim ille five *Alexandros* five *Paris*, ille *Veneris præſidio ferox*, *gratiq; fiminæ imbelli citharâ carmina dividens*, ut Horatius de eo *lib.* 1. *od.* 15. quod mireris, divinis honoribus: quod ſtupeas, Therapnis Laconicis, cultus eſt. Inter Laconum namque Heroas, Hyacinthum Pauſan. in *Lacon.* Agamemnonem ex Staphylo Clem. *admon. ad Gentes*: Aſtrabacum idem: Menelaum, Athenag. *Initio Apologi pro Chriſt.* Meurlium, *Paridem* ac Deiphobum, Æneas Gazæus numerat in *Theophraſto*, apud Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. & Progr. Idololatriæ lib.* 1. *cap.* 23. *pag.* 101. Ejus ſimulachrum ex ære, inter opera Euphranoris, miris laudibus evehitur à Plinio *lib.* 34. *cap.* 8. *Euphranoris Alexander Paris eſt; in quo laudatur, quod omnia ſimul intelligantur, judex Deorum, amator Helenæ & tamen Achillis interfector.*

Paris, nomen Hiſtrionis, ſub Vero Imp. celebris, de quo ſic Jul. Capitolinus in *Vero*, *Eis acceſſit, quod quaſi Regex aliqua ad triumphum adduceret, ſic Hiſtrionas exuxit è Syria, quorum præcipuus fuit Maximinus, quem Paridis nomine nuncupavit.*

Pariſienſes, Gall. *Pariſot*, monetæ Pariſiis cuſæ. Et quidem *Pariſienſes aurei*, Gall. *Pariſis d'or*, cuſi ſunt ſub Philippo VI. valore 20. ſolidorum bonorum parvorum Pariſienſium. Rex iri is conſpicitur in cathedra ſedens, cum binis ad pedes leonibus: uti docet typus eorum apud Car. du Freſne. *Pariſienſes duplices*, Gall. *Pariſis doubles*, ſub Rege Philippo IV. prodierunt, à duo denarii Pariſienſes, quartâ parte. Turonenſi graviores: in quorum altera parte Crux in ſtorem deſinens, cum *Iuſor.* PHILIPPUS REX. in altera lilium in medio nummo, cui vox REGALIS ſubeſt: in circulo, MONETA DUPLEX, V. typum, ut & alios ſub Carolo Pulchro ibidem. *Duplices Pariſienſes nigri*, Gall. *Doubles Pariſis noirs*, ſub Joanne R. *Parvi Pariſienſes*, Gall. *Petits Pariſis*, ſub Philippo itidem IV. & VI. in quorum parte altera nuda crux, cum *Iuſor.* PHILIPPUS CIVIS, cuiſi ſunt &c. de quibus aliisque V. præſatum Auctorem in voce *Monetæ.*

Pariſii, adde: *Pariſienſis Comitatus*, ſub Carolovingis, eadem fere poteſtas, quæ olim ſub Merovingis Majorum Domus ſeu Comitum ſtabuli fuit. Quemadmodum igitur Majores Domus tandem regiâ poteſtate ad ſe perractâ thronum ipſi conſcenderunt, & ſic Martellus ad Carolinorum ſtirpem regale tranſtulit axioma: ita orti ex poſteris Wittekindi Ducis Saxonum Hugo Magnus & Hugo Capetus, poſtquam Comitatum *Pariſienſem* obtinuerunt, ſenſim ſibi ad regni faſtigium viam paravrunt, donec poſt obitum Ludovici V. ſui poſtivis VI. Hugo Capetus *Pariſiorum* Comes, exclusâ Caroli M. ſtirpe, Regnum occupavit, in cujus poſteris etiamnum hæret. Georg. Hornius *Orb. Imper. pag.* 534.

Pariſiorum Ager, adde :

Pariſiorum ſuvvii nobiliores.

Bevera aut Beveris, *Bievre.*	Matrona, *Marne.*
Crodolidus, *le Croſ.*	Savara, V. *Sevara.*
Edera, *Yerre.*	Separa, *Seure.*
Iſara, *Oiſe.*	Sequana, *Seine.*
Junna, *Jvine.*	Urbia, *Orge.*

Pariſius, Franciæ metropolis, item *Pariſis*, apud Vett. quæ hodie *Luteſia Pariſiorum.* Ex Trebellio enim Pollione in *D. Claudio*, ubi Palatinus Codex legit, *Sub hoc Barbari, qui ſuperfuerant, Anchialo vaſtare coniati ſunt*, pro *Anchialum*, diſcimus, eo tempore ſic loqui ſolitos fuiſſe, ut nomina Urbium pleraque quæ hoc caſu enuntiarent : ſicut etiam aliquando per quartum. Fronto, qui ſub Adriano vixit, *Epiſt. ad Marcum Imper. Durovitro, Altopæ vaſtatæ.* Frontinus de Colonis, *ager Carſicolis : Patrenſis colonia : Fundis oppidum : Gabiis oppidum* : & , *Cunnis muro duplex colonia.* Sic & *Megara*, ſunt *Megara*, apud vet. Juvenalis Interpretem. Quod imitati ſunt recentiores Scriptores, unde *Aurelianis urbs*, pro Aurelia vel Aureliani: *Pariſiis, Remis* & ſimilia. Per quartum quoque caſum non raro exulerunt. Apud Frontinum *Colonia Vipo : Colonia Gravilcos : Caſſinos & Aquinos.* Perperam hodie ſcriptum, *Caſſinas & Aquinas.* Unde eſt, quòd in omnibus libris eitam ætatis veteribus, non aliter Pariſiorum urbem dictam reperias, quàm *Pariſios* : quod eſt pro *Pariſios. Sic Remus aliquid factum eſſe*, in antiquis Mattyrologiis MSS. non raro occurrit, quod itidem eſt, pro *Remos.* Nam *Pariſios*, ut & *Remos*, indeclinabile eſt, *urbs Pariſios, urbis Pariſios, item Pariſios*, pro quo obtinuit, ut *Pariſius* ſcriberetur. Ita &, cum per tertium caſum ea efferrent, indeclinabila erant, ut *hæc Ancialo, hujus Anchialo &c. Pro barbarum*, inquies, ait Salmaſius ad *Pollionem : ſit planè barbarum, dum modò etiam Syra. ita ſuſurpaſſe.* Et paulo poſt, *De hac ratione plura alibi dicam, quæ ſi verum eſſe magis vincant. Sic enim infra locutus eſt Vopiſcus in vita Probi: Copo præterea & Ptolemaïde urbes, eruptas barbarico ſervitio, Romano addidit juri*, &c. V. plura in vocibus *Luteſia* & *Pariſii.*

Parlamentum, adde: Vox eſt recentioris ævi, & modò *Placitum ſeu ſervilium placiti* ſignificat, modò colloquium in genere, modò item quod *Parliamentum ſeu locutorium*, notat. Maximè verò, pro *Solemni* aliquo Colloquio tribunalis peritiæ, de re quapiam alicujus momenti deliberandi causâ habito. Ita appellatos reperimus plebis ac populi Conventus in Civitatibus, de rebus ad publicam ſalutem ſpectantibus, deliberandi causâ, coactos : ad cujusmodi *Parlamenta*, ſono tubæ populum convocâri conſueviſſe, diſcimus ex *Charta* quadam, apud du Freſne: *Dominus Vicarius in Palatio domus communis conſtituatus, Parlamentu in ipſo palatio, ad ſonum tubæ ſeu tubarum publice congregato.* Unde haud ægrè colligere eſt, cur ſic Galli Anglique appellarint Procerum totius Regni Conventus, ad hoc coactos, ut cum Rege ac Principe de publicis rebus conſilia conſerrent, & ſi quæ majoris momenti negotia eſſent peragenda, in iis per leges examinarentur & conſicerentur. Nam conſtat eam fuiſſe *Parlamentorum* inſtitutionis occaſionem, maximè in Anglia, ubi Parlamentum *Communi Concilium regni Angliæ, Magnum Conſilium & Magnum Concilium Regis* vulgò appellatur, ut auctor eſt Edvv. Coktus *ad Littletonem* ſect. 104. licèt diſſentiens, & quidem ſatis infigne ſit videre turiter Anglicana & Francica Parlamenta, de quo infrà quædam. Pergo de Francicis: Indicebantur hæc petinde ſemel ac iterum quotannis, ad majoris momenti lites examinandas, appellationes à Ballivis ſupremo judicio decidendas & reſtituta, quæ ad jus dicendum videbantur conducere, decernenda : itaque *generali Parlamento ſedente Pariſiis*, ubi fere ſemper indicta legimus, fieri dicebatur. Nangius in *Ludovico IX.* cognom. *Sancto, Convocatis Rex Francorum Ludovicus grande Pariſius Parliamentum.* Cui etiam *Univerſalis & capitalis Juſtitiæ* nomen, ſive ærarium, illuſtre elogium tribuit Carolus Normannus D. tum Regni Rector, in *Statuto* edito d. 23. April. A. C. 1356. &c. Et ſanè ea fuit, apud externos etiam Principes, *Parlamenti* Francici fama, ac juſtitiæ exiſtimatio, ut non ſemel controverſias ſuas ab eo dijudicari petierint ac conſtituerint : atque in iis Henricus II. Angliæ R. in ea controverſia, quam cum Arch. Cantuarienſi exercuit, ut legimus apud Radulfum de Diceto ſub A. C. 1169. ubi *judicium in Palatio Pariſienſi ſubire. Proceribus Galliæ reſcindebus*, paratum ſe eſſe, profiteatur : quod de Parlamento Pariſienſi intelligi omnino vult du Freſne, tametſi non prorſus conſtet, ædem tum Regiam, quam *Palatium* vocant, juri dicundo, ut hodie, fuiſſe addictam, quod plerique ſub Ludovico Hutino, alii ſub Philippo IV. factitatum volunt. Similiter Fridericus II. Imp. in controverſia inter Imperium & Sacerdotium, *ſe coram Laicis Pariſius & Nobilibus Regni Franciæ jus ſubiturum*, proteſtatur in ea *Epiſt.* quam Idem du Freſne

Fresne in Notis ad Join. villam edidit pag. 76. utalia ejusmodi omittam. *Parlamentum* verò, quod ambulatorium erat, seu potius, quod indici solebat quotannis, semel vel bis, statarium & perpetuum dein factum est, litiumque ac controversiarum appellationibus dirimendis addictum: ejusque exemplo creata subinde alia in provinciis, de quibus aliquid infrà. Plura qui cupit, adeat qui de Parlamentis ea tedibus Juridicis scripserunt, Rocca Salvinum, Miramontium, Alios, inter quos inprimis consuli meretur fapius nobis laudatus Cl. du Frene Gloss. Addam hic quædam, de discrimine Angliæ Gallicæ, *Parlamentorum*. Et quidem, Gallica quod attinet, nihil ea est aliud quàm Dicasteria & suprema Justitiæ tribunalia, eum in finem institutà, ut causæ & controversiæ civium in illis dijudicentur ac decidantur, exante dictis patet: Britannica verò *Parliamenta*, Conventus sunt publici trium Regni Ordinum, *Cleri, Optimatum & Popularium*, in quibus, tanquam totius gentis Comitiis, de rebus summis ac maximi consultatur, V. Joh. Andr. Gerhardum *Disc. exon. de Parlamentis Galliæ & Angliæ. Jenæ, A. C. 1667. edit.* & Grennium *Differtat. de Regno Britanniæ*: adeoque Britannica idem sunt, quod in Francia trium Regni Ordinum Conventus, qui vulgo, *Assemblées des Estats du Royaume*, appellatur. Cogebantur autem eapotissimum ad hoc, ut inguente bello Regi auxilia pecuniaria ab omnibus Regni incolis exigerentur. Unde quod Anglici *Parlamenti* auctoritatem proinde commendat Joh. Fortescutus *lib. de laudibus L.L. Angliæ cap.* 18. & 34. atque inter alia dicit (non ut in Francia) *Regaliter & politicè*, regnare Regem Angliæ. At in Francicis, si prima spectetur eorum origo, Proceres tantùm, eosque utriusque ordinis Seculatis & Ecclesiastici, iis interesse mos. In *Vita* Ludovici VII. *Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & magna pars Baronum Franciæ*, convenisse dicuntur, &c. Nec omittendum, *Parlamentum Britanniarum* duplex esse, *Superius*, vulgo Germ. *das Ober-Etats & Inferius* seu *das Unter-Haus*, in quorum illo Archiepiscopi, Duces, Comites, Marchiones, Barones insto, Equites & Municipes sive Nobilitas & Civitates, locum habent. Ex his Proceres, communi nomine *Lords* Angl. & formulà compellandi *Mylords*, quasi dicas, *Domini mei*, appellantur. Vide præter Auctores supra citatos Thomam Schindium *de Regimine Anglor. lib. 2. cap. 2.* & qui ex *per Parlamentum* Angliam semper gubernatam fuisse, plurimis oblecquere contendit, Georg. Hornium *Orb. Imp. pag.* 314. *cum Notis L. Joach. Felleri edit.* 1677. Etiam verbo mentio hic facienda *Parlamenti*, seu Comitialis Baronum de capitalibus criminibus cognoscentium, de quo V. Hect. Boethium *Hist. Scot. lib.* 14. *pag.* 305. & infrà in voce *Placitum Leibferum*.

Parlamentorum Galliæ succincta historia ex C. du Fresne.

Parisiense statarium factum est secundùm nonnullos, à Philippo Pulchro, quod ex ejus *Statuto* pro reformatione Regni edito A. C. 1302 *art.* 31. colligunt. Et fedem assignatam in Palatio Regio, à Ludovico Hutino quidam scribunt: at Thuanus *Histor. l.* 10. id sub Philippo IV. A. C. 1344. factum esse affert. Tholosanum, ante Philippum Pulchrum, jam exstitisse, ait Catellus *Rerum Occitanar. l.* 2. fusè probavit: Statariumverò factum, à Carolo VII. literis datis Salmurii 11. Octobris A. C 1443. cujus exordia tum primùm inita 4. Junii subsequentis. Inde tamen Montenesiliumm translatum, fed rursum Tolosam reductum est à Ludovico XI. A. C. 1461.

Burdigalense, posit exactos ex Aquitania Anglos, institutum est, à Carolo VII. Burdegalensibus, qui se ultro Regi dedidérant, biennio post id obtinentibus A. C. 1451. Evinde erectum fuit A. C. 1460. eique Catellum Lombertianum, vetus Ducum domicilium, pro sede affignatum. Verùm Burdegalensibus paulo post in rebellionem prolapsis arrogatum, Parisiensi Parlamento subdita manfit, donec, Aquitaniæ Ordinum precibus, rursum Burdigalæ *Parlamentum* instauratum est, à Ludovico XI. A. C. 1462. Idem tamen postea, cum Aquitaniæ Ducatum Carolo fratri in apanagium concessisset A. C. 1469. Pictavii id transtulit (quia Parlamenta teneri baroniæ non possunt in certis apanagitis) donec, Carolo extincto A. C. 1472. rursum Burdigalæ institutum est.

Rotomagense, statarium redditum est à Philippo Pulchro A. C. 1302. ad petitionem trium Normanniæ Ordinum erectum à Ludovico XII. 1. Octobris A. C. 1499. quod in ano sequentem reciunt Chopinus *de Dom. l.* 2. *tit.* 15. Hallianus, alii. Aquense, ab eodem Rege institutum est A. C. 1501. cum antea in ea urbe supremum Consilium esset, quod Ludovicus II. Com. Provinciæ instituerat inter. data A. C. 1474. in quibus *Eminens Concilium* appellat.

Gratianopolitanum, à Ludovico Delphino, postmodum R. XI. Caroli VII. fil. erectum est, pro toto Delphinatu, mense Jun. 1453 cum antea lites judicaverint supremo judicio, à *Consilio Jussicum* erecto 1340. ab Humberto Delphino Viennensi. Divionense, Burgundiæ Ducatu post Carolo D. obtum, ad coronam reverso, erectum est à Ludovico XI. 18. Mart. 1476. Extinctum postea à Carolo VIII. & Parisiensi unitum, demùm instauratum fuit, à Ludovico XII.

Redonense, ab Henrico II. mense Martio A. C. 1533. erectum conflatumque est ex duabus Cameris uti vocant, quarum prior Redonensium urbe ad I. Aug. altera in Nanteusi à t. Febr. tenebatur. Sed hanc postea reordinatam Redonas transtulit Carolus IX. 1560. Thuanus *Hist. l.* 10.

Palense, in Beneharnis, institutum est à Ludovico XIII. cùm antea lites dirimerentur, in Curia Majestatis Picnaria, dein à Consilio Supremo. Marca *Histor. Benehar. l.* 6.

Metense, ab eodem erectum est, mense Januar. A. C. 1633. translatum inde in Urbem Tullensem, 10. Mai. 1636. rursum denique in Metensem urbem remissum. Adduntquidam Ensisheimense, in Alsatia, sed illud Metensi subest.

Parlatorium, locus destinatus colloquiis, in Monasteriis, Gall. *Parloir* &c. Alter *Locutorium* quoque, quod vide. In Italia & Lombardia præfertim *Parlatoria* appellatur locus seu camera, ubi de rebus seriis civitatisid scepatur, V. Joh. Villaneum *lib.* 1. apud Car. du Fresne *Glossar.*

Parma, urbs Duc. cognominis caput, ade: De Petri Aloysii Paulo III. geniti, primi *Parmæ* ac Placentiæ Ducis, immani tyrannide ac miserabili morte, conflate fi placet Sleidanum. Ex ejus successoribus Octavius Cæsari recentissimus est A. C. 1556. quibus conditionibus, V. apud Thuanum *lib.* 16. Papa postea Urbanus VIII. Ducatum Castrensem Duci eripuit hoc seculo, ob debita, unde bellum exortum & controversia tandem auctoritate Ludovici XIV. Gallicæ Regis composita est A. C. 1664. ied hactenus fine successu. Seriem Ducum exhibuimus supra in voce *Farnesius Alexander*, Addam saltem, Ducatum *Parmæ* Papale esse feudum, sed in Placentinum jus sibi vindicare Regum Hispaniæ ratione Ducatus Mediolanensis, ex Georg. Horneo *Orb. Politic. Part. II. pag.* 70. *edit. prim.*

Parma, vox Thracica, genus armorum denotat, rutando corpori excogitatum. Memoratur Polybio *lib.* 6. cum ait: *Nam minimi, quos Velites & Pilanos nominarunt, jubentur gestare gladium, pila* Parmam que: Parma *tum frumentum habet ob structuram, tum magnitudinem, quæ tutando corpori fit satis. Nam rotunda clam sa, triped alem habet ariamerum.* V. Joh. Rotinum *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 10. Servius ad *Æneidis lib.* 10. ex Polybio ita distinguit: *Parmæ levia arma, clypei majoris ponderis.* Vet. Glossa: *Parma dicuntur parvi clypei.* Iterum *Parma dicuntur rotundi, clypeus equester*: Denique *Parma Θυρεὸς ἐλάτη, Thracicum armorum genus.* Quòd equestrem vocavit clypeum, ad velites referendum, auctore Livio *Decad.* 3. *lib.* 6. *Gladius a Velitibus trucidabantur, hic milites tripedalem Parmam habet, & in dextra hastas, quibus eminus nititur, gladio Hispaniensi cinctus est.* Quo modo & intelligendus Jul. Frontinus *Strategem. lib.* 4. *cap.* 1ult. *Romani cum Campanis Equitibus nullo modo pares essent, Qu. Nonius Centurio in exercitu Fulvii Flacci Proco s, exogitavit, ut deletis ex voto exercitus, qui velocissimi videbantur, & mediocris staturæ erant, Parmulis non amplis & gaterieulis gladiisque ac sagunis singulos hastis quaternum circiter pedum armatos ensique adjunctos Equitibus jubere usque ad mania provehi.* Alias *Parma*, clypeus ; icutum, umbo &c. non raro confundumtur. Puere autem fortium virorum scuta seu *Parmæ* pictæ, inertium ac timorum pueræ, docente Servio *Æneid. lib.* 7. *vers.* 796. qui ad *Æneid. lib.* 9. *vers.* 546. quoque ait, *Pelta arma sam probati in bellis habebant*: ad quem locum videatur quoque Jac. Pontanus. Abbo de *Odsid. Lutetiæ Paris. lib.* 1.

——— *Saxa fœminea* parmas *quatientia pictas,*

Scuta gerunt.

Ipse Virgilius *loco cit.*

Ensicirca nudo, parmaq; inglorius alba.

Et de Camilla *lib.* 11. tirocinium eius spectans,

——— ——— *Paraq; intertita* Parma.

Contrà de Viro forti & bellicoso Capaneo, Statius *Thebaid. lib.* 10. *in fin.*

Et clypeus niger umbo cadit.

V Thom. Dempsterum Paralipom. *in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap. cit. A parma* dicta est in exercitu Romano, contra Volscos, *parmata cohors*, apud Livium *lib.* 4. *cap.* 38. *quæ regumen omnis exercitus* appellatur, *cap. seq. Dat signum Volsci Imperator, ut parmatis, nova cohors bellum, locus detur. Quum Consul legionem Romanam, quod tegumen modo omnis exercitus fuerat, nudatam videret &c.* Indidem vocatis sunt *Parmularii*, genus quoddam Gladiatorum, qui & *Thraces* dicti sunt: Apud hos enim primitus in usu fuit *Parma*, clypeus rotundus & parvus ; quæ postea huic Gladiatorum generi peculiaris exititit ; sicà præterea instructis, Turnebus *Adversar. lib.* 5. *cap.* 10. Nutnique & hæc Θυρεὸς ἐλάτη *inscriptis, Thracius gladius incurvus* erat. V. quoque Suetonium *in Domit. cap.* 10. Alex. ab Alexandro *lib.* 6. *cap.* 22. & Lipsium *de Militia Romana*, nec non supra, voce *Palmularius*.

Parnassus, adde: Probat hanc Etymologiam etiam Georg. Hornius *Hiſtor. Philoſoph. lib. 3. cap. 2* ubi Græcos *Parnaſſi* etymon fruſtra in lingua ita quærere, cum docti jam pridem ostenderint, *Farn-Hiſſe* primitus dictum fuiſſe, docet additque, quod tam Semitarum vel Japetionidarum ibi conſediſſe ac præcidiſſe, ſi homines in impietate ſua pergerent, fore ut rurſum aquis abforberentur; vel potius ibi primo, editis Oraculis, religio ac ſuperſtitionis fundamenta jeciſſe. Certum enim, Japetum vel ipſum vel poſteros ipſius in Græciam delatos eſſe, cum ab eo Græci generis humani originem arceſſant; quod Horatius *Audax Iapeti* vocat *genus*. Unde illa fabulæ de Japeto & filio ejus Prometheo, cui inventionem artium & Philoſophiæ manifeſte tribuit Suidas, Προμηθεὺς, inquiens, ὑφ᾽ ἑαυτῷ τὴν ἐγκυκλοπαίδειαν φιλοσοφίαν: ubi monet Voſſius *lib. 1 Gramm. cap. 3.* legendum eſſe, Ἐγκυκλοπαιδείαν φιλοσοφίαν. Et apud Euſebium Africanus *Præpar. lib. 4. cap. 3. Prometheum ſuoſiſſe homines fabulantur atque formaſſe, quoniam ſapientia, cunctisque ſua à bellarum vita in civilem eos transformavit.* Etiam Plato in *Philebo*, maximam inventorum, cœlitus acceptorum, laudem ei tribuit &c. Hinc etiam prima Sapientiæ ſtudia ad eum montem excolerentur, facile factum eſt, ut primi illi Magiſtri Muſarum (quæ in *Parnaſſo* ſedes habere fingebantur olim) nomen reportaverint: itidem à voce Hebr. מוֹשׁל, quòd reconditæ diſciplinæ Magiſtri eſſent. V. eundem Hornium lib. 7. *cap. 3. ubi de Helicone ei, aliisque Philoſophandi locis prolixus ſermo eſt.*

Parochia, adde: Melius *Parœcia*, ex Græco Παροικία. Unde Budæus ait, *Parœcia dicuntur templa communia & accidua ſacrarijs vicinia. Quare qui ſunum aliquid accolunt*, Parœci *dicti ſunt, eodem ſilicet Fani* (quod vocem *Fani*, Oeci, non raro venire Vett. diximus ſupra, in hac voce) *participes*. Additque, *Quòd & Latinis loqui magis placet, Latina ſichemus Parœciæ Curiæ dici poſſunt, unde Curiones olim dicti & Parœci ipſi Curiales. Inde Curionatus, qui nunc Cura dicitur &c.* Quæ omnia erudite probat ex Livio & Feſto. Atque hæc etymologia videtur non longe petita. Fi-lefacus etiam de *Parœciis cap. 1.* exiſtimat, eiuſdem Eccleſiæ concorſiones vel vicinos, παροίκους dictos: & *Parœciam*, eorum qui eandem Eccleſiam accolunt vicinitatem. Henricus tamen Valeſius *ad Euſebii Hiſtor. lib. 1. cap 1.* hujus vocis originem inde natam putat, quòd Eccleſiæ in terris duntaxat inquilina ſit & πάροικος, ejus autem pariis & municipatus in cœlo. Car. verò du Freſne cenſet, Vett. appellaſſe Eccleſias παροικίας, quòd, cum in magnarum Urbium vicinis conventus fuos faepius fecreto agerent, eorum Eccleſiæ ſeu Conventus, non civitatis quidem, ſed vicinitatis vicinas urbi civitatis quod probat ex formulis familiaribus primitivæ Eccleſiæ, ἡ ἐκκλησία τῆς παροικίας τοῦ Σμύρνη, apud Euſebium *lib. 4.* Ἐκκλησία τῆς παροικίας Γορτύνων, *cod. lib. cap. 23.* ἡ ἐκκλησία τῆς Θεοῦ παροικούσης Ῥώμην, in *Epiſtol.* Clementis ad Corinth. &c. Neque ab hac ſententia diſcedit Sirmondus *Diquiſit. de Archiep cap. 5.* ubi obſervat, *Parochiarum* nomen, ruſticarum olim Eccleſiarum fuiſſe, ideoque *Parochias* Civitatibus opponi, in Concilio Agathenſi *can. 21.* & in Concil. Aurelian. V. *can. 8.* Sed ſtatim id eſt addendum, pluribus dicere Cl. Suicerum, qui proin Παροικία Σμύρνη vel Τόμοι, eſt Ἐκκλησία παροικοῦσα Σμύρναν vel Τόμους, *Eccleſia Smyrnam vel Romam habitans. Primi*, addens, *Chriſtianorum coetus in urbibus ita vocati ſunt, quia, cum pauci eſſent, & differrent à civibus ipſa religionis ac ſacris, tanquam hoſpites ac peregrini, ſive παροικοῦντα illarum urbium conſebantur. Sed & revera pluri-mi ex his erant peregrini — Παροικία*- autem non dicitur, *qui in vicinia coli, aut propter urbem, ſed qui ipſam urbem incolit, ut inquit Ignatius πᾶς ὁ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐλθὼν, qui de una urbe in aliam incolendi gratia migravit. Hac eſt origo* Παροικιῶν & παροικιῶν πόλεων Ἐκκλησίαι. *Quæ vox aliquando plurium minutarum Eccleſiarum complexionem ſignificat & unam Eccleſiam civitatis, in plures diſpertitam minores conventus. Aliquando minores illos ipſos cœtus, qui ut Eccleſiarum nomine vocitabantur, ita etiam παροικίαι, ut in Epiſt. Innocentii ad Decentium. Aliquin circa illa tempora* Parœcia *diſtinguebatur ab Eccleſia, præſertim in occidua Eccl. quia Eccleſiæ nomen ſimultatur proprie de matrice & principali Eccleſiæ. Eodem tempore in Eccleſiis Occidentis* Parœcia *appellata eſt, quæ paræciis Eccleſiæ civitatis, Baſilica nempe particularis, cui intus Presbyter præerat — tota annexa civitas Eccleſiaſtica ſub Presbyterio ſuo vel Epiſcopo, quæ ex mutuis parœciis conflabat, vocata fuit Dioceſis. Quo ſenſu Dioceſis & Eccleſia eadem erat, ut apud Græcos* Ἐκκλησία & Παροικία — *atque* Nomen Ἀκλήρου *raro aliter ulurpabant, niſi de primum presbiterum, ſui Ecclesiæ eccleſiaſtica ſub Vicario civili ad mixtiſtrationem. Eccleſia ſpiritualis ſuis item ſpiritibus, quod Dioceſis apud Latinos, & Παροικία apud Græcos, & omnem omnis civitatis plebem comprehendat, inde factum, ut civitas, Eccleſia & Plebs, pro eodem ſonarunt &c.* V. eum *Theſaur. Eccl.* voce *Diœceſis*.

Parœcia, Hodie *Parochia*, ſeu, ut vocabulo Canoniſtis magis trito utar, *Parochia*, territorium & diſtrictus Epiſcopi vel Sacerdotis, uti *Provincia & Dioceſis* Metropolitani & Archiepiſcopi, dicitur; ad cujus jurisdictionem, diſtrictus quoque Judicis *Parochia* dicitur, in *Decretis* S. Ladiſlai Hungariæ R. *lib. 3. cap. 16.* Divi-ſio a *Parochiarum* o tum habuta a Dion. *ut 13. quæſt. 1. c. Eccleſ.* Atque in hoc *Parochiæ* jus conſiſtit, ut omnes *Parochiani* in dicbus Dominicis & feſtivis miſſam audiant in Eccleſiis, in quarum parochiis habitant, *c. 2. dicto 1. de Parochiis*. Præterea in decimis perſonalibus, quæ Eccleſiæ parochiali debentur, *16. quæſt. 1. ſi quis Latius cap. ad Apoſtolicæ, & decim. primis & oblat.* Tandem in oblationibus, quæ dandæ ſunt Sacerdoti *Parochiali*, qui pro Populo orare debet, *to. qu. 1. quia Sacerdos*. Hactenus Canoniſtæ, apud Joh. Calvinum *Lexic. Iurid.* Conſtituunt autem *Parochiam* decem homines ſecundùm eosdem, qui inde *Parochiani* ſeu *Parochiales* dicuntur, &c. Plura V. præter auctores laudatos, apud Car. du Freſne *Gloſſar.* & Marcos Fratres in *Novellis*. Similes *Parœcias* hodieque in Græcia ſtare illæ triginta, inquas Populum Romanum primis temporibus Romulus diſtribuit. Ut enim *Parœciæ* habent deſtinatas quasdam ædes ac domos in certa quadam urbis parte poſitas, quæ communia ſacra, ipſam ædem communem & ſacrorum communem Miniſtrum, id eſt, *Parochum*, habent: ita Curiæ illæ Romanæ erant incolarum Urbis partes, non modòloco, ſed etiam ſacris peculiaribus, diſtinctæ, quibus qui præerant, *Curiones* vocabantur. V. Joh. Roſinum *Antiquitatum Rom. lib. 1. cap. 2.*

Parochus, Gothoſredo *conſervatorem* notat: Horat. *Sermon 8.*

Tum Parochi *factum mi ſic memorabit.*

Id eſt, qui mentas ceteris appoſitas epulis inſtruit. Proprie, qui lege Julii Magiſtratibus Reip. causa proficiſcentibus omnia neceſſaria ſuppeditabat: quæ uno nomine vocabantur Παροχὴ: quod A. Gellius vertit *Prædonda, lib. 15. cap. 14.* Horum redemtionem fordidam vifam fuiſſe, oſtendit Horatii locus de Ventidio Baſſo. Ut autem ab illi nimodi prædis Civitates ſibi immunes in provinciarum proficiſcens, lege *ad Attic. lib. 5. Epiſt* 10. & 21. Officium iſtiusmodi *Parochi*, idem Poeta deſcribit, *lib. 1. Sat. 5.*

Proxima Campano ponti quæ villula tollum
Prædicit & Parochi quæ debent ligna latemq;

A Græco παρέχειν, quod eſt παρεῖναι præbere ac ſuppeditare, dicti. Quando autem vox λαὸς & παροικίας, quod eſt, *vetus aſſidentium latori alterius*, valet tum τὸν Παροχοποιὸν ſeu Νυμφαγωγὸν, *Conjugium conciliatorem & auctorem*, cui plurimum in Græcia defertur: ubi, ut ſcribit Pauſanias, in nuptiali curru tres tantùm ſedebant, Sponſa quidem media & à lateribus ipſius Sponſus & *Parochus*, qui vel generevel amicitia Neogamis conjunctus erat, fed de hoc V. ſupra in voce *Paranymphus*. Ad prius vocis ſignificatum ut redeam, Porphyrio *Parochos* illos Horatii hodie *Coplarios* dici monet, quod & Duarenus annotavit *Diſput. Anniv. cap. 1.* Atque inde *Parochias* quidam derivarunt, quibus ſingulis Sacerdotes ſui deſtinati ſunt, ab obſidianone ſui chariſſimæ *Parochi* dicti: fed *Parœcias* primùm, non *Parochias*, appellatas eſſe, vidimus ſupra. V. Chabotium *ad Horat. & Calvinum l. c.*

Parodia, de Rhapſodia nata eſt, uti *e* Tragœdia Satyra, *e* Comœdia mimus. Cùm enim Rhapſodi inter mittere & recitationem, lusus gratia prodibant, qui ad animi remiſſionem omnia illa priora inverterent. Hos ideirco Παῳδοὺς nominarunt: quia, præter rem ſeriam propoſitam, alia ridicula ſubinſerrent. Sic Matron Poëta Græcus aliquot miſſis verſuum Homericorum ad culinam & macellum invertit ſuſtio poëmate. Eubœcus quoque Parius quatuor edidit libros *Parodiarum*, ſub Philippo. Primus autem Hegemon, apud Athenienſes, certavit hoc genere carminis, & vicit tum alios, tum eo, quod vocavit *Gigantomachiam*. Ariſtoteles Hegemonem Thaſium primum *Parodias* ſcripſiſſe prodidit: quod tamen alii Hipponacti tribuunt, cujus reliquias exhibet Scaliger *Poet. lib. 1. cap. 42.* Fuiſſe id genus carminis, quod Siculos in hoste, conjicit poteſt ex Alexandri Ætoli *elegiaco* hoc,

Τῶν Συρηκοσίων ὕμνα χάραν, οὐ ἢ Βαυτὸς
Ἕλκων, δολίῳ τέρματι σὺν ὀλέθρῳ.

Perſonæ in eo amantes fœminæ aut temulentæ: item ganeones, qui bona ſua abliguriverunt. Patres corundem nepotum & gurgitum, Alcumiſtarum impoſturæ. Luſus in malos Poëtas, ex pedona cauponas aut piſtores. Irriſio mali Medici, ex recitatione podagrici. Omne genus Bacelorum & Baucirum &c. Introducuntur hi cum Magiſtris, qui præcunt aut præleguntaliquem verſum ſerium: at illi deteriorquent ridiculè, ad cujuspiam ignominiam. V. Scaligerum *d. l.*

Paranimus, caminis apud Græcos olim genus, in conviviis adhiberi ſolitum, de quo V. Athenæum *lib. 14. cap. 6.* Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 4. cap. 2.* & Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 55.* Græcè παράνιμος, quaſi *ad cyathum*. Cujusmodi carmen integrum Praxilla Sicyonia compoſuit, è quo verſiculos hos,

Οὐκ ἔσ᾽ ἀλυτικέλλ᾽ αν
Οὐδ᾽ ἀνυβρίσειος ἀνὴρ φίλαν,

citat idem Scaliger; qui & παράνιμα ſaltationis, inter Jonicas, *cap. 18.* & παράνιμον ſibiarum *cap. 20 ejusdem libri*, inemnit. V. quoque hic paſſim, inprimis ubi de *Conviviis* ac *Scaliis*, & de voce παράνιμα, quæ νόμοι, i. *petulantiam* ſeu *inpurtam*, ex temulentia naſcentem, notat, Cl. Suicerum *Theſaur. Eccl.* in hac voce.

Parnaſſus, Græcè Παρνασσὸς, cisarium vas, Feſt. Suetonius *Galba cap. 12. Ordinario diſpenſatori breviarium rationum offerenti, pa-*

ropſi-

ropsidem *leguminis*, *pro sedulitate ac diligentia*, *porrexit*. Sed & sic dicebat medica illa compositio Medeæ, quà ægris vigorem & sanitatem restituendo, in lebete homines recoquere à Poëtis fingebatur. Unde Lycophron *Cassandr.* ubi de Æsone, Medeæ ope vigori pristino restituto,

Λέβητι δαλὸν ἐσβαλὼν θερμὸν,
elixus immisi rogo.

Nempe *Medea*, ut ait Fulgentius *Mytholog. lib. 2. ejus naturæ florem in omnibus*, *qui capillos albos nigrasve faciendi potestatem habebat*, *quo si omnibus à canitie liberatis volentibus capillos nigros apparere facit*. *Im venit quoque arvacri cujusdam calidi usum ad hoc dedicatum habitudinis*, *quo volentibus omnibus membratur*, *atque hæc quidem non in publico*, *sed clam agebat*, *ne quis Medicorum talia addisceret*. *Hæc vero compositio*, *quæ usebatur*, *ἀκρωνὺξ dicebatur*. *Quicunque igi tur hac parapsi usebantur*, *agilores prorsus lanioresque fiebant*. *Ex hoc Medeæ præparationem hanc quisunque videbant*, *lebetes scilicet*, *ignem & ignem*, *homines elixandos à Medea cogni scitis manbant*. Pro *Parapsis*, cum vas etcarium notat, *parapsis*, legi jubet Grute rus, apud Martinium *lib.* 11. *Epigramm.* 27. sed tequitur Cat subnous ad *Suetonium d. l.*

Parpali lus, vox Gallica, *papilionem* denotans; quà per convitium Reto rmati appellantur, in Galliæ Regno: eo quòd in primis, quas: Religionis causà excitatæ, sunt turbis, pericula impavide a drient, haud secus ac animalcula hæc in ipsum candelæ lumen it violant, ejusque ardore interimuntur. Primùm autem sic dicto s violant in obsidione Clariaci, postquam eruptionem fecissent e bleffi, indussitiæ dis super reliquas vellent amici, temore, qu o multi in aëre papiliones, quos Aquitani *Parpaillos* dicunt, conspiciebantur, Richelieus in hac voce.

Pari licida, apud Romanos, antiquitus significabat, qui *parem*, id est, hominem occidit, ut notant Franciscus Balduinus *de legibus Romuli p.* 25. & Jacobus Ravardus *Comm. in Reg. jur. cap.* 109. Un de lex Numæ: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit*, *Parricida esto*. *Si vero imprudens*. *Si dolo malo sciens*, *pro capite & natali ejus in concione arietem subicito*. Ubi Jof. Scaliger notat, hanc claululam in omni re capitali positam fuisse, *Parricida esto*: & significare idem, quod *Capital esto*. Et vet res proin de *Parricidio* leges omnes in genere de cæde cujuscunque hominis, non autem Parentum, loquuntur: Neminem n. prisci illi tam nefarium esse arbitrabantur, qui Parentibus necem inferret: nec nisi sero Romæ tam immane facinus patratum est à L. Hostio, aliquando post bellum Annibalis, unde Lex, de bello infrà, orgitur, fluxit. Dein *Parricida* vox transtit ad eum, qui non *Parem* folum aut *Maurem*, sed & *Avum*, *Aviam*, *Fratrem*, *Sororem*, *Patruelem*, *Matruelem*, *Patruum*, *Avunculum*, *Amitam* (Materteram) *Consobrinum*, *Consobrinam*, *Uxorem*, *Virum*, *Generum*, *Socerum*, *Vitricum*, (Novercam) *Privignum*, *Privignam*, *Patronum*, *Patronam*, ut habet lex Pompeja de *Parricidiis*, emendo istituffert. V. quoque Ifidorum *Etymolog. lib.* 5. *cap.* 6. Propriè vero fignificatum, qui *Patrem* aut Matrem fuftulit: aut liberos fuos fraternque interemit: quorum primus definit Conftantinus Caf. *l.* 1. *tit.* 27. *l.* 11. *Cod. Theodof.* posteriusindigitat Aur. Prudentius *Hamartig.*

Armat deinde parricidialem manum
Frater.

De pœnis tam enormis flagiti, neque Romulus, ut dicitur, neque Solon, ut de eo Plutarchus habet, statuere quicquam, quòd, *tantum facinus velle admittere* ullum hominem ut crederent, induci nulla ratione potuerunt. Julius Cæsar leviffime punit, ut *bonis omnibus tantum multaret*, teste Suetonio *cap.* 42. nifi *Parricidium* ibi pro Homicidio in genere, ut olim, tumendum esse dicas. Ex veteri legum Romanarum, post L. Hostii præfatis nus, latarum præscripto, *Solea lignea* Parricidæ *pedibus inducebantur & ir in carcerem ducebatur*, ut eft apud Auctorem *Rhetor. ad Herennium lib.* 1. *n.* 13. Ne ut ait Hadr. Turnebus *Advers. lib.* 23. *cap.* 15. *terram communem omnium matrem*, *attactu impiorum pedum contaminari*. Abstrahitur autem domi vel in carcere, ad annum, ut eo exacto debitis pœnis à Magistratu plecti possit, Calpurnius Flaccus *Declam.* 4. cui Epigraphe est: *Damnatus Parricidii anno custoditur*. Imò & non occidenti, sed tantùm verberanti Parentes, manus amputabatur. L. Senecalib. 3. *Controv.* 4. V. quoque Exodi *cap.* 20. & 21. ut & Proverbiorum *cap.* 30. *vers.* 17. Comburebantur quoque insuper to igne *Parricidæ*, qua de re extat lex, in Harmenopuli lib. 6. *tit. cap.* 6. *Qui deteriorem vel deformiorem* (id est, Parentem vel Liberos) *occiderit*, *igni traditor*. Exemplum in Chlodovei Galliarum R. filia exhibet Greg. Turonensis *Histor. Franc. lib.* 3. *cap.* 39. Denique culeo infuebantur (quæ pœna primitus fuit eorum, qui Deos violassent, Val. Max.) Ita enimlex præcipitat, quam primam de iis, qui Parentes occidiffent, tamen fuisse opinatur Carol. Sigonius, conjectură ejus captâ ex Liv. *Epit.* Rhetoricis ad Herennium & Plauto in *Pseudario apud Nonium*, sonat: *Si quis Parentes occiderit*, *aut verbera verit*, *si damnato ob voluntur os follicullo lupino*, *felce ligneæ pedibus inducantur*, *& in carcerem ducatur*, *ibi fustuligner*, *dum parentur culleus*, *in quem cum jectibus in profluentem præcipitetur*. Quam legem idem Sigonius putat L. Corn. Sullam constituta publicâ quæstione repetisse & confirmasse. Sic culei mentio apud Zonaram & Appulejum *Milesiarum lib.* 10. ut & Firm. Lactantium *lib.* 3. *cap.* 14. Erat autem culeus, ut habet vetus Glossar. *σκυτὶς βοεὶς*. *sactus aut coriumbovinum*. Huic infuit in mare abjiciebantur *Parricidæ*, neque primitus quidquam illis adjungebatur. cum ex humana fce tetate deturbare, & eliminare hæc hominum portenta, fat haberent primi Legislatores, V. Platonem de *LL. lib.* 11. Val. Max. *lib.* 1. *cap.* 2. Hier. Magium *Miscellan. lib.* 4. *cap.* 8. &c. vel extra fines deportabantur, Conftantinus Aug. l. un. *G. debis qui Par. vel Lib. oce.* vel in folitudinem projiciebantur, Jul. Capitolinus *in Antonino Pio*: Hinc Plautus in *Pseudolo*, *Sc. exite in fin.*

Si mihi jam non hoc culleus deportetur,
Telo fam culeo ego eras faciam deportare in pergulam,
Ibi tibi adeò lectus dabitur, *ubi tu haud fomnum capias*;
Sed ubi usque ad languorem &c.

Acceffit poftmodum crefcente *Parricidarum* numero gravitas fupplicii, ac primùm *Serpentes* cum reo includi cœpere, ut de C. Villio scriptum reliquit Plutarchus. V. quoque L. Senecam *lib.* 5. *Controv.* 4. *in fin.* T. Livium *Decad.* 5. *lib.* 8. Valerium Max. *lib.* 1. *cap.* 1. &c. Dein *Simia*, Juvenalis *Sat.* 8.

Libera fi dentur populo fuffragia, *quis tam*
Perditus, *ut dubitet Senecam præferre Neroni*,
Cujus fupplicio non debuit una parari
Simia, *non ſerpentes*, *non culleus unus*.

Denique *Canis* & *Gallinaceus*, quod à Conftantino primùm additum vult Conr. Rittershufius, *l. un. Cde his qui P. vel L. occid.* quod fi verum eft, Tribonianus interpellavit legem Modeftini *l. præv. ad leg. Pompejam de Parric.* Pompejus enim nihil tale ftatuit, fed eandem ejus legem cum lege Cornelia fuiffe, oftendit Jac. Cujacius *Notis ad Paulum lib.* 5. *tit.* 25. Quamvis Rofinus eam his verbis effert: *Prætor*, *qui ex hac lege quæres*, *de ejus cæpite quæritu*, *qui Patrem*, *Matrem &c. occiderit*: *cujus re dolo malo id factum fuerit*, *five conſcius fuerit*: *Deſque ejus Matris capite quæritu*, *ne ſtium ſtium ve occiderit*, *& Avi ejus*, *qui nepotem occiderit*, *ejusque qui emis veneum*, *ut Pater daret*, *quamvis non pauciendi dare*. *Is ſi conſulſus eris*, *virgis ſanguinis verberatus*, *deinde culeo infuatur cum cane*, *gallo gallinaceo & vipera & ſimia*, *deinde in mare profundum culleus jacteiur*, ex Marciano, Modeftino de *Parricid.* Juftiniano *Inſtitut. lib.* 4. *de Judic. publ.* aliisque. Ubi pro *Sanguinei* legentem *Saginini* Cotrafium, corrigit Turnebus *lib.* 8. *cap.* 23. V. quoque Voffium de *Idolol. lib.* 3. *cap.* 85. Meminit hujus fupplicii Ifidorus Hifpalenfis in *Gloſſis*, cùm ait: *Culleus*, *tunica ex ſtuario in modum crumenæ facta*, *quæ includatur & publicè* (i. carnifice) *pice & bitumine*, *in qua includebantur Parricidæ*, *cum ſimia*, *ſerpente & gallo infuta mitubatur in mare & commendenibus interſe animantibus homo majoribus panis afficiebatur*. Quo mortis genere primus legitur excruciatus Publicius Malleolus (Matrem is interemerat) quinto C. Marii Conſulatu, apud Livium *Epit. l.* 68. Cicero nem de *Invent. l.* 2. Comificium *Rhetor. ad Herennium l.* 1. & Ifidorum *l.* 5. *cap.* 16. De Græcis, V. aliquid fupra in voce *Parentes*: qui quod de accufato Orefte Matricida cenfuerint, & quare Minerva cum abfolverit, perpendit eruditè P. Victorius *Variar. Lect. l.* 13. *cap.* 23. Poftea exolevit Culeus, & *ſi anea illi infuſi in mare præcipitabantur*, *brutis tamen vivi exanimati*, *ved ad baſtias damnantur*, inquit Tertullianus *lib. de Anima*, & Paulus JC. *l.* 5. *tit.* 24. *Sententiar.* Sidonius Appollinaris pleraque in eos fupplicia congerens, *l.* 4. *Epiſt.* 23. *Dignum*, inquit, *abdicatione*, *cruce*, *cultes clamatis cæteriique ſupplicia parricidalibus ſcet*. Fuit porro disquifitio celebris *Parricidii*, cùm negaretur, ullum ut pedibus nudis ignitos vomeres calcarent; qua de re V. Karoli M. *Capitular. Appendic. fct. add. l.* 4. *cap.* 3. & in Synodo Bavarica coacta fub Taffilone D. temporibus ejusdem *pag.* 143. Quod antiquiffimum probationis genus fuiffe, docet Servius *ad Æneid. lib.* 11. *verſu* 786.

Sanctè Pater, *ſummi cuſtos Soractis Apollo*,
Quem primi colimus, *cui pinea ardore acervo*
Paſcitur & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia prunâ.

Sed ut frivolum & profanum Varro ipse irridet, causam adscribens: *Quòd medicamento plantas ingerent*. Interim multarum gentium conſuetudine receptum & à Barbatis præfertim, lapsâ jam R ep. Romana universali veluti suffe, oftendunt, Theod. Marcilius, Helmoldus *in Hiſtor. Sclavorum*, Aimoinus *l.* 5. *cap.* 34. Hildebertus Cenomanenſis *Epiſt.* 17. Petrus Venerabilis *l.* 6. *Epiſt.* 29. Saxo Gramm. *l.* 14. Hiftoricus Gregorius *l.* 6. *cap.* 1. Aventinus *Annal. Bojor. l.* 4. Sigebertus in *Chron.* &c. Ritum operosè totum defcribit Heliodorus *Æthiopicor. l.* 10. ut & Henr. Spelmannus, *Gloſſario Archæol. in voc. Judicium ferri candentis*, *Ordalium*, *Purgatio*. V. Thom. Dempfterum Paralipom. in Joh. Rofini *Antiqq. l.* 8. *c.* 24. 26. 29. 34. In locis, ubi jus Saxonicum viget, hodieque culeum Romanorum, cum invifa illa animantium quadriga, de qua fupra, *Parricidis* puniendo adhiberi, didici ex Amico fed quid

——— *magno reticendâ Solonî*
Dicere porro velim?

Addam faltem, Ægyptiorum in Parricidas fevetitatem, quos pec fingue-

singula membra acutis calamis impetere, mox minutissimis ictibus consuetudinis, superspinarum acervos, comburere consuevisse, refert Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 3. cap. 5. &c.*

Parricidii vel rerum Capitalium Quæstores, qui & *Quæstores* dicti fuerunt, dicebantur apud Romanos, qui judicia quæstionum exercerent. Eorum Magistratus extraordinarius fuit: Cum enim Consules de caput civis Romani, inussu Populi, jus dicere non possent, iidemq; quoties usus postulabat, ex Senatusconsulto vel Dictator, vel Consulum alter ambove, vel Prætorum aliquis de crimine publico quærere jub batur: qui hinc *Quæstor* dictus est, uti docet Pomponius JC. *ff. lib. de orig. juris*, V. quoque Festum, ubi ait: *Parricidii Quæstores appellabantur, qui solebant creari causâ rerum capitalium quærendarum. Nam* Parricida non utique is, *qui Parentem occidisset, dicebatur, sed quilibet unquis hominem* : probatque ex Lege Numæ, cujus supra mentionem in voce *Parricida*. Hoc modo publicæ quæstiones tractatæ sunt, usque ad annum U. C. 604. quo constituæ sunt quæstiones publicæ, de Ambitu, de Majestate, Peculatu, Repetundis & singulis fuit Prætores præfecti, atque tum, si de aliquo crimihum horum esset quærendum, non novo Quæritore, qui extra ordinem quæreret, opus erat, sed Prætor ille, qui ei quæstioni præesset, adhibebatur, isque, ut ante, cum consilio de co crimine quæsitionem agebat, deductaque tum ipse Prætor *quærere*, & quæstionem ac judicium exercere, quæstioni præesse & *Quæstor* esse, ut ex variis Ciceronis locis intelligere est. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 37.* Hinc duo Prætorum genera reperimus apud Autores, *Prætores* simpliciter dictos, qui de caulis civilibus jud cabant, & *Prætores Quæstiones*, in capitalibus causis jus dicentes: quorum illorum insigne hasta, illorum globulus fuit, *Illa ad jurisdictionem, hic ad quæstionem significandam*, Sigon. *de Judic. lib. 1. cap. 7. &c.*

Parricidium, dictus est Martii dies 15. seu Idus Martiæ, quod C. Julius Cæsar Dictator a conjuratis, in Senatu collecto in Curia Pompeji, 23. vulneribus confossus est, qua de re Suetonius *in Cæsare cap. penult.* Florus *Epitome Liv. lib. 116.* Ovidius, Dio, alii. Contrà, meminit Appianus *de bellis Civil. lib. 2.* P. Cornelium Dolabellam legem tulisse, ut ille dies, quo C. Julii Cæsaris iuere libertas Reip. restituta esset, inter fastos haberetur. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom lib. 4. cap. 7.*

Pars, vox πολυσήμος, inter alia, regionem notat, apud Sulp. Severum *Histor. lib. 1.* & in *Capitul. 3. ad L. Sal.* quo modo Galli dicunt, *Parts*. Apud Parisios passim Schismaticos, qui in Ecclesia schisma amplectuntur, seu qui Hæreticis adhærent, significat, sicque Ecclesiæ opponitur. Unde Augustinus non uno in loco *partes Donati* meminit, ut & Optatus. In Actibus tamen pontificum, ubi Pars in duas dividitur, *Pars Virorum* vocatur, in *Ord. Rom. Diacanus stat versus ad Meridiem, ad quam* Partem *Virifilemi confluere*. Stabant autem ii in navi, ad Meridiem, ut hic dicitur, & ad dextram, mulieribus ad Septentrionem & finistram stationem suam habentibus. Ita enim & Amalarius de *Eccles. lib. 3. cap. 2. 32. Masculi stant in Australi parte, & famine, in Boreali*. Descripsit quidem Baronius *An. 57. n. 12.* hanc *Inter*. Christianam Vaticanam. AD SANCTUM PETRUM APOSTOLUM, ANTE REGIA, IN PORTICU COLUMNA SECUNDA, QUANDO INTRAMUS SINISTRA PARTE VIRORUM LUCILLUS ET JANUARIA HONESTA FOEMINA, Exqui is colligit, Viros finistram templi partem, ut tum digniorem habitam, mulieres vero dextram occupasse, quod quidem sibi vix constat. Nam cum veteraChristianorum Templa ad Orientem extructa fuisse certum sit, brosque in iis ad Meridiem, mulieres ad Septentrionem, locum habuisse constet, necesse est, ut in memoratis ibus *Pars Virorum* dextra fuerit, quod Inscriptioni adversari videtur: nisi, quod retur du Freine, *finistra pars Virorum* hoc loco sit, pars finistra respectu Partis virorum. Nam contrà, partem Altaris, in quo legitur Evangelium, *finistrum cornu* appellari, V. præfatum du Freine *Glossar.*

Partes, dictæ Veteribus, quidquid è convivio decerpebatur & minis tris aut mittebatur aut reservabatur, de quo ritu diximus suo loco. Lampridius in *Alex. Severo*, *Semper demum ad Ministros convivii & panum partes aut olerum aut carnis aut leguminum dabat*. V. Eleb. Barthon Jun. de *Cubibus S. Galli cap. 2. pag.* 31. Hinc vox *in* Ecclesiam translata, ubi inter Eucharistiæ appellationes reperitur. Apud Bedam in *cap 10. prioris ad Corinth.* & apud Gratianum de *Consecr. distinct. 11. can. 58.* extat hæc Augustini verba : *Nec quando manducamus, partes de illo facimus: Et quidem in sacramento sic fit & nostros fideles, quemadmodum manducent carnem Christi, unusquisq; quæ accipit partem suam, unde & ipsa gratia* Partes vocantur. Ubi *gratiam* elic. hymbola Eucharistiæ, ab Eruditis offensum. Quare hoc significavit isto loco Augustinus, unam exappellationibus Eucharistiæ effe *Partes*, quod Ecclesiarum Africanarum idioma videtur. Cyprianus de *Lapsis*, *Et alius, qui & ipse maculatus sacrificio à Sacerdote celebrato, partem cum cæteris unius ejl laetenter accipere, sanctum Domini edere & consrectatum panis, cinerem ferre & asperis manibus invenit.* Ubi obiter observandum, Eucharistiam olim fideles de manu Ministri manu sua accepisse, quod etiam ex 23. Statutarum Chrysostomi colligitur, ubi ἐπέχειν τὴν χεῖρα habet. Sicque ibi Eusebium *lib. 7. cap. 9.* legitur, χεῖρα τὴν δεξιὰν ὑπὸ τὴν ἕτέραν ὡς κύτος τίθεσα. Nempe ultimæque manum porrigebant & cavo dextræ suppositâ finistrâ, panem suscipiebant, ut eit apud Cyrillum in *S. Mythagog.* V. rursum Cyprianum de *Opere & Eleemos.* de *Bono Patient.* & *Epistol. 56.* Cornelium Epist. Romanæ *Fabian* & *Cornelium. Epist.* Ambrosium *Epist. ad Theodos.* Hieronymum *Epist. ad Theophil. Alios.* Postea verò superstitio consuetudin em invexit conficiendi ex auro, vel alia materia pretiosa, quendam δοχεῖον, vascula, quibus pro manu utebantur, sed dan natur & tollitur ea consuetudo gravissimo *Can.* 101. Concilii V I. Oecumenici sive in Trullo : contra quem tandem obtinuit, ut Sacramentum fidelibus non in manus traderetur, sed in os inferretur, ut observat Balsamon ad *Can. eis.* Concilii Trullani, & quæ contum Cantore 2. Concil. Romanæ, ut habet Card. du Freine. Quod autem toti S. Eucharistiæ nomen *Partium* tributum, hinc est, quod olim in Ecclesia, panis Eucharisticus dividendus fidelibus, in *partes* minutas frangeretur, quas a re πλάσματα, μερίδας, *particulas* potius, quàm μέρη appellaverunt: quia ut ajunt Patres Concilii Nicen i can. 5. Οὐ πάνυ δυνάμενοι, ἀπὸ ὑπάρχοντος τοῦ ἐπισκόπου ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ πρεσβυτέρου μέρη τοῦ ἁγιάσματος δοῦναι, *Non omnium potest esse Episcopus, sed parum, ut indigentium non ad eucharistiæ dispensationem sufficiat, sed sanctificationem.* Latini modo *portionem* vocant, modo *portiunculam*, Augustinus *buccellam*, sed de Juda, quem sacræ cœnæ tunis partici pem ipse credidit, alii negarunt; Dixerunt de *micam*. Paschasius de *Corpore & Sang. Domini, cap. 17. Hoc mysterium dum communicas, dilatatinum mentis tuæ, emunda conscientiam & percipe, non quantum mica exhibet sed quantum filex capit.* In historia infigni, quam narrat Evagrius *lib. 4. cap. 36.* dicuntur ἄρτια μικρὰ ὅσα. Similiter in Eucologio, τῶν τὰ μερίδια ὁσίων ἀγγέλων ἀναρίθμητος. Calsaubonus *Exercit. XVI. §. 50.* Unde est, quod de Eucharistia loquens Ignatius *Epist. ad Philadelphenses*, verbum θρυπτὸς usurpat, Εἷς ἄρτος· ὃς καὶ μεριζόμενος, *Unus panis omnibus est communitus* : Nam θρυπτὸς, proprie de iis usurpatur, quæ in partes minutas franguntur. Hinc & Augustinus eam in tem verè o *communendi* usus est, *Epist. 59. ad Paulin. Cum illud, quod est in Domini mensa, sanctificatur & sanctificatur & ad distribuendum communicatum.* V. supra, ubi de *Partibus* fidelium. Et hinc πάρτιον, quædam communicantibus distribuebantur, quædam ad alias parœcias aut ad peregrinos ἐπιστρεφόμενον, declarandæ dilectioni & in fide consensionis ergò, mittebantur, quod πάρτιον ἐπιστρέφεσθαι dixit Eusebius *Histor. lib. 5. cap. 26.* quam quæ consuetudinem postea prohibitam esse legimus, V. Concil Laodicen *Canon.* Reliquæ, si quæ supererant, puris abiumendæ dabantur, teste Evagrio *l. c.* quem morem in à etiam ætate observatum teltatur Nicephorus Callistus *lib. 18. cap. 39.* Partibus quæ in Eucharisticæ quidem, sed non in usum Eucharistiæ, qui & mittebatur ad absentes, & Catechumenis, jus fumendæ Eucharistiæ non habentibus, nil dicam in præsens utpote de quo ritu jam supra egimus, in voce *Eulogia &c.* Plura apud præfatum Calsaubonum *loc. cit §. 35.*

Partes, pro *administratione Reip.* Ita enim nonnulli accipiunt verba Jul. Capitolini *in Pertinace*, *Inde ad discenda H. S. stipendium translatus in Dacium suffectumque Ataro, quorundam relatu a* partibus *remotus est* : quod illi explicant, *a Reip administratione depulsus est*. Sed cùm loquutionis hujus non exter exemplum, vitium hic hærere non frustra suspicatus Salmasius est. Palatinus vocem *relatu* non agnoscit: hinc recte legendi coctacilo, *insperabilisque Maro, quorundam* partibus *remotus est*. Vel etiam, *quorundam à partibus*, h. e. per partes quorundam, vel quorundam factione. *Partes* enim semper pro *factione*, cujus innumera possene afferri exempla. Quod igitur hic *Partes* vocat, paulo infra *factio*nem nominat, *Pulsus ita rem bene gesta proculcat. & factio*. V. Salmasium ad hoc. Hinc Dux *Partium*, victoria *Partium* & in Scena inprimis *Partium* nobilis notio est. Eleganter Livius *lib 3. fabulam compitum Volsci bello, Hernicos ad* partes *parato*. Erant autem personarum aliæ *Partes* primæ, aliæ secundæ, tam in Comœdiis, quàm in Mimis, fed hæc differentia : In Comœdiis primæ attribuæ tunt illis personis, quæ plurima dimere agentique & lepius in scenam revertentur; secundæ tertiæque quæ minùs & deinceps. In mimis autem, ubi positima fuisse persona, cui certe rare subsit viebant, ejusque actionem imitabantur, utille veram. De Comœdiarum *Partibus* Donatus in *Præfation.* De Tragœdia & Comœdia : *Sed primò una fabulisnon eſt Cantoribus persona, quæ respondens alternis choro locupletavit varietatem Musicam: tum alter a tum tertia, & ad polremum crescente numero &c.* qui primarum *partium*, qui secundarum & tertiarum, qui quartarum atque quintarum actores essent. In Andrian. in hac prima Partes *sunt finis Simonis*, secundæ *Daui*, tertiæ *Chremetis & deinceps reliquorum*. In Eunuchum, *Atque in hac Comœdia qui personam Parmenonis actor fustinet, primas habet partes. secundas sunt Charea, tertias ad Phædrium spectant*. In Adelphos. *In hac primæ* Partes *sunt, ut primus partum Demea, ut qui- dam Syri. Quod si est, ut primas Syrus habeat, secunda Demea, eorum, tertia Micionis, & sic deinceps. Quanquam istum sunt, qui putant, primas Micionis dandas, secundas Syro, tertias Demea. In*

Hevy-

Hecyram, *Atque inhæ primæ Partes suæ Lachetis, secundæ Pamphili tertiæ Phidippi, quartæ Parmononi & sic deinceps.* In Phormione, *Primatis in eâ Partes, ni ipse Puera profligus est, nunc Phormio, secundæ Geta, tertias Demiphoe fabulæ cæteri, prout cujusque actus offendit.* Hinc Cicero *Divinag. in Cæcil. Ut in actoribus Græcis videmus sæpe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium cum possit aliquando clarius dicere quam ipse primarum, multum submisse, nisi ille principes quadam maxime excellat: sic facis Allienus, ubi servius, ubi leno inhabilior.* Ubi notat Alconius, personam primarum partium esse, quæ sæpius actu regreditur *secundarum & tertiarum, quæ minus numerose prodeunt.* Pro Flacco, *Quis unquam Græci Comœdiam scripsit in qua fuerunt primarum partium non Ly dus esset.* De Mimis dictum suprà. Quas autem quisque Partes solitus erat agere, inde appellabaturille primarum, πρωταγωνιστὴς, ille secundarum, δευτεραγωνιστὴς, ille tertiarum τριταγωνιστὴς. Val. Max. *lib. 9. cap. 13. Gmeroffilium Consulatus, collegium Lentuli & Metelli fuit: qui tamen nihil propter similitudinem hiftrionum propemodum discrepat: sed alter ex quodam se tertiarum cognomen Spinthericum traxit, alter ipse Nepotis Æmilii accepisset, Pamphilus tertiarum, cui Stlithrenis ipse serebatur, habuisset.* Plinius *lib. 7. cap. 12. Eundem familiæ Scipiosæ post Chaio cognomen Salucio mimus dedit, sicut Spintheri secundarium tertiarumque Pamphilus collegio Lentuli & Metelli Cossi in quo perquam informe fortuitum hoc quoque fuit, duorum simul consulum in scenæ imagines cerni.* Ex quo emendandum apud Ciceronem in *Bruto cap. 99. Quod idem faciebat Q. Arrius fuit M. Crassi qui secundarias, i. qui suis M. Crassi quasi secundarius, uti Diomedes lib. 3. de tribus MSS. utrinque.* Ita enim Joquebantur priſci, *Ille primarum, Spinther secundarum, Pamphilus tertiarum*, pro, *ille primarum partium actor, Spinther secundarum partium hiſtrio, Pamphilus tertiarum partium &c. Sic mus secundarum*, Gall. *mon. second*, vel proprie, is actor ipſe optionis ſui mentionem feciſſet; vel, ubi transiatum erat aliorſum, qui ſive imitatorem ſuum, ſive ab ſe ſubornatum, ſive paratum & aſſeciam vel adjutorem ſignificarent. Ita *M. Favonius M. Catonis ſecundarum* admodum Latine dicitur meque aliter Cicero: *Q. Arrius M. Craſſi ſecundarum.* Quam compoſitionem qui non caperent, *ſecundarius* ſubjecere, ut apud Plinium *ſecundarius retiarius*que, quod & Hermolaum impedivit: ut apud Val. Max. *retiarii & tertiarii* quod etiam Turnebus retinet, fecere. Atque hinc collegereſt, *ſecundas agere ſere facere*, pro *adſentari, obſecundare*, non tam a Comicis primis & ſecundis, ut volunt Lipſius, neque ex eo, quod in Mimis here ſecundarum partium eſſet Parafitus, ut Scaliger, cæſe tamen, quam inde, quod Mimorum actoremque ſecundarum eſſent, imitarentur, eademque dicerent atque agerent, quæ ille prævixiſſet, &c. *Ferre partes*, dixit Plautus *Mercat. act. 2. ſc. 2. Atque illius hoc mihi ſimile partes ferat.* Et Terentius *Adelph. Non poſtertores ſecundas.* Idem Plautus, *facere Partes*, habet *Aſinar. act. 2. ſc. 1.* ut recte reſtituit Lipſius, expreſſiſque Sidonius *lib. 1. Epiſt. 2. Secundæ ſaltitat vel tenore vel furore*, ut alia omittam. Ab illis autem juſte Fabulæ *partiones*, quas primus ut negotio, ita honore, præcellebant, ſecundæ & deinceps minore pretio cenſebantur, profectum, ut *primes partes* agere dicerent, pro *plus pollere, efficere*; & *ſecundas ferirí*, pro *proximo aut inferiore loco eſſe.* Vatro de *R. R. lib. 1. cap. 4. Primes partes agit, quod ultra eſt, quam quod delectat.* Terentius, *Sine illum primes partes hoſce aliquot dies apud me habere.* Seneca de *Benefic. lib. 2. cap. 29. Quanto ſalutatæ ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reverti & agere gratias, quod non inhos pulcherrimos, dimiſſo velut rumi ſecundas ferias.* Livius, invectus in Septimium, Pompeji interfectorem, *lib. 8.*

Degener ait, operæ, miles Romane ſecundæ
Pompeji diro ſacrum capta enſe reciſti,
Ut non ipſe ferar.

Romanum, utpote de Populo terrarum primo, in omnibus decebat primarum partium eſſe & illi inſervire alios. At hic leporem aliis excitavit, non ſuæmet autſtudio, ut alienæ libidini ſicuis prodeſſet. Imo ne ovaret ipſe cum optimo ſpolio inceſſet, fatelliem Pharium ovantem ſequuntus eſt. Joh. Frid. Gronovius *Obſerv. in Excl. cap. 25.* Nec omittendus uſus hujus vocis, in Jure, ubi *Partibus locare* opponitur τῷ *Nomine locare*: atque iſtud eſt cum legem ſundorum locationi dare, ut conductores annuam penſionem nummorum poſſeſſori præſtent: illud verò, ita locare, ut proventus percipias partes, veluti ſeptimas, octavas, nonas, decumas pro ut convenerit: *Partes* enim non ſunt agrorum, ſed fructuum quos agri edunt. Columella *lib. 3. Verrin. legitimus, ut quæ dimidia eſſent decumæ vocarentur*, ſemper intelligentur partes proventus. Quod indicat ipſe, cum ait, *His legibus, his conditionibus, ut qui quisque tam ſiſtitus qui decumas vanijſe adhibuerit: qui aratori in ven partes reliquas ſactas eſſe cuſſimus.* Cum Crotonienſes, in bello apud Sagram, vovilſent Apollini *decimas prædæ*, Locrenſes *nonas* voviſſe, ait Juſtinus *lib. 20. Sic tertias prædæ*, Plin. *lib. 24. cap. 5.* Hoc unicum tenedum eſt contra relequa, ut ipſe poſſeſſor quotannis ſuas Partes aut perſe, aut exadiores redigat neque ei quisquam, niſi ipſe ſibi in mora eſſe poſſit: ut ubi nummo locatum eſt, ut maximè diligens & fidus ſit manceps, poteſt injuriam & perfidia terrarum, aut hujusmodi caſus ſic illum affligere, ut remiſſiones petere & reliqua facere, neceſſum habeat. Sic explicat inſignem locum Plinii Junioris. *lib. 9. Epiſt. 37.* de quo jam ſuprà diximus, ubi de *Nummis*. Apud eundem ſequitur: *Et aliquid nullum juſtius genus eſt reperiſſe, quàm quod terra, talum, annus, retet.* Ubi denotat, poſſeſſores ſanctius & juſtius ſuſtus terræ reditu in parte frui, quàm locato fœundo aliis toto ægro pecuniam paciſci. Et hi *Partiarii Coloni* dicti ſunt, qui ſic conducebant. Cajus. *25 §. 6. D. de locat. Apparet autem de eo nos colono dicere qui ad pecuniam numeratam conduxit: aliqui Partiarius colonus, quæ ſolitudo jure, & damnum & lucrum cum Domino ſuniſ partitur.* Ubi habemus utrumque conductionis genus; ſicut apud Plinium *l. c.* utrumque genus locandi. Meminit *Partiarii* quoque Cato de *R. R. cap. 16.* Columem Partiario *coquendam qui dant, ita dant.* Sic *paſcenda pecora Partiaria, ideſt, ut ſatus eorum portionibus, quibus placuit, interdominum & paſtorem dividatur*, inquit Imperator Antoninus, *l. 8. Cod. de Paſtis*. V. iterum Gronovium *Obſervation. lib. 4. cap. 16. ſub. fin.*

Parthamaſiris, Rex Parthorum, memoratus Æl. Spartiano in *Hadriano Cæſ. Pſamatisirim, quem Trajanus Parthis Regem ſecerat.* Membranæ Palatinæ *Sarmatiſirim* hunc Regem indigitant & editio Mediolanenſis, quod propius accedit ad Παρθαμάσιριν, ut eum vocat Dio: & uti apud Spartianum videtur legendum. Qui & in eo perperam agit, quod confundit *Parthamaſirim* cum *Parthamaſpate*, quorum ille Armeniæ Rex, hic Parthis à Trajano impoſitus eſt. De priore locus Dionis in *Trajano*, Τοῦτον ὁ μὲν πρεσβύτερος Πάκορος ἐκ Σκύθων τῶν ἀπὸ Ἑλλήνων ὁ Ἀρσακίδαις ἐπιτήδειος ἦν Ἡνίοχον βασιλέα ἐπέστησε· ὁ δὲ Πάκορος ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀδριανοῦ ἐπιστρατεύσας, *Trajanum vero ſine ſanguine omnia occupare. Sed tota veris & Elegiam, Armeniæ loca & Hemiochorum Regem bonoravit Parthamaſirim vero Armeniorum Regem militavit.* Et τὸν μὲν Παρθαμάσιριν ἀπεδείξατο τοῦ ἐθνοῦ τούτου βασιλέα, *militavit.* Non igitur ille, quem Parthis impoſuit Trajanus: eum enim Παρθαμασπάτην appellat & ſic deco ſcribit: Καὶ ἐπὶ βάσιν ὑψηλὴν ἀνάσας ἐς μεγαλοφροσύνης ὕστερόν τι τοιοῦτον ἐς Παρθαμασπάτην ὃν Πάκορος βασιλέα ἀπέδειξε, ἐς ἀδελφὸν αὐτοῦ γνήσιον. Ἐπεδὴ τριόπασι συνέπεσε, *poſtremò magnificè egit ſecerat, præclariſſimi, Parthamaſpatem Parthis Regem dedit, fratrem ipſi impoſito. Et paulo poſt*: Κοῖλ ἦν ὁ τὰ Πάκορος ἐς Παρθαμασπάτην ἀπαξιώσαντος τοῦ ἐθνοῦ τούτου βασιλεύειν, *Etenim & Parthi, Parthamaſpatem dedignati, ſua more inceperunt regnare.* Quod ipſum eſt, quod *l. l.* tangit Spartianus. Hadrianum enim apud Parthos videret, haud in magno pondere haberi Regem ſuum *Parthamaſirim*, proximis gentibus cum deciſſe it gem: vosſens dicere, *Parthamaſpatem.* Quod verò vir doctiſſimus Regem illum Armeniæ occiſum non conſtare, ex Dione notat, eum Eutropius occiſum eſſe ſcribat, non habet aſſentientem Salmaſium, qui ita vocem ἐτιμωρήσατο explicat; ſaltem ſic videri acceptiſſe Eutropium contendit. At Sextus Rufus diadema tantùm illi ſublatum, adeoque dignitate Regia multatum ſcribit &c.

Parthenice, floris coronarii nomen, apud Catullium in *Epitaph. Jul. & Manili*, ubi papaveri jungit:

Uxor in thalamo eſt tibi
Ore floridula mitens,
Alba parthenice velut,
Luteumve papaver.

V. Car. Paſchalium *Coronarium lib. 3. cap. 17.*

Parthenius, Patr. CPolitanus hoc tempore, de quo V. Jac. Sponium *Itiner. Græcie Part. I. p. 269.*

Parthenon, Græce Παρθενὼν, locus ædium, ubi *Virgines* olim habitabant, de quo V. aliquid ſuprà, ubi de *Oecuria Athenienſium.* Item Monaſterium Virginum; apud medii ævii Scriptores. Nomen inprimis Templi Minervæ, quod in Acropoli Athenarum magnificum admodum hodieque magna ſui parte ſupereſt. Meminit ejus Plutarchus in *Periele*, & à Callicrate eſſe extructum ait. Pauſanias ſimiliter in *Atticis*, ſed Idinum ei Architectum tribuit. Poſtquam Urbs Athenarum ad fidem tradu ta eſt, Templi loco Chriſtianis tuit, hodieque Menſæ ſacræ & Baptiſterii, & porphyretico marmore, reliquiæ in eo ſuperſunt. Nunc, à Turcis in Mesquitam verſum, Mahumedicæ impietatis in ea urbe præcipua ſedes eſt. Nomen ei à Minerva, quam τὴν Παρθένον Athenienſium per excellentiam dictam fuiſſe, conſtat. Alias ἑκατόμπεδος quoque appellatum, ut apud Suidam videre eſt, à longitudine centum pedum, quam navis ejus continet. Prolixè & accuratè illud, qualiter etiamnum ſupereſt, deſcribit Jac. Sponius *Itinerario Græcie Part. 2. pag. 142. & ſeqq.* ubi & iconem ejus habes.

Parthenopea, Cettamina, apud Surrentum inſtituta, ſucceſſere Neapolitanis Quinquennalibus ſacris ac Muſicis, an eadem cum illis? *Parthenope* enim Neapolis. Quem agonem ἐπὶ κρότῳ ἦν ἐπὶ Φορμίγγων τε καὶ ᾠδῆς ἐπιδεικτικὸν, *conſtermonem cum quotidie celebrantur certamine eorum, quæ in Græcia celebrabantur*, vocat Strabo *lib. 5.* Ea indigitat Statius *lib. 3. Sylv. 1. verſu 152.*

——— *ridetq; benigna*
Parthenope *gentiſ ſacrum, nudoq; virorum*
Certatus, & parva ſuas ſimulachrea corona.

Ubi *coronam* accipit Paſchalius, pro certamine & ludis, à Fff Polli-

Pollione inſtitutis, in Herculis Surrentini, cui hæc *Sylva* inſcribitur, honorem, quæ fuerint aut Neapolitana, aut imitatione Neapolitanorum. V. eum *Coronatum lib. 6. cap. 30.* & Petrum Faber pag. 646.

Parthenus, Græcè παρθένος, i. *Virgo*, nomen monetæ Atticæ, apud Euripidem, quæ κόρη aliàs dicebatur, quòd Palladis imagini nomen inſculptum haberet. Unde feſtivum ortum adagium, de poſſeſſionibus ſortilibus, ut παρθένον amare dicerentur, de quo V. Celsinianus Scortillus, ut & παρθένον amare dicerentur, de quo V. Celsinianus Rhodigin. *Antiqq. Lect. lib. 4. cap.* 15. uti de vocis παρθένου aliis, apud Eccleſ. inprimis Scriptores, notionibus, Cl. Suicerum *Theſaur. Eccl.*

Parthia, adde: Poſt victoſa Perſis *Parthos* & nomen imperiumque *Parthorum*, victo Artabano, ab Artaxerxe, extinctum, redditamque Perſis, imperante Alexandro Severo, potentiam, *Perſarum Parthorumque* nomina apud Scriptores confundi paſſim deprehendimus. Inter quos Hegeſippus, non raro in hunc lapidem impingit. Nam, cum Spiſtolen dixiſſet *Antiqq. Iudaic. lib.* 14. *cap.* 2. Ἀδελφὸν ὄντα Μιθριδάτου τοῦ Πάρθων βασιλέως, ipſe reddidit *Feſtiur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 21. *Mithridatem & Tigranem* (i. Orſanem) *fugientes de Perſide.* Idem *eccl. lib. cap.* 32. *Siquidem non multo poſt ei Parthorum Rex Artabanus... Tigranis — filius, donoſli Attici, quem Antonius captivum tenens, tum omni prædo & Iudex Perſidis ſeruiebat, triumpho debitum, quaſi vile mancipium, muneri addixit.* Quod Joſephus ita narrat: Ἀρτάβανος ὁ τῶν Πάρθων βασιλεὺς, ὃν Τιγράνης παῖδα, ὄντα Κλεοπάτρας, ὑπὸ Ἀντωνίου ἐν τῷ τῶν ἀνδρῶν. E *Parthis* veniſſe ait Antonium, & duxiſſe captivum Regem Artabazen: Iſte accepit, quaſi Parthorum Regem diviſſet, qui Armenis imperitaret, & fraude, atque ut ait Tacitus *ſed vere* Antonii vinculis ereſt. *Spolia quoque Perſica* nuncupat, quaſi non pluſin Parthis perdidiſſet Antonius, quàm quaſi verat. Fuere autem ilia quoque Artemiſorum, ut ſatis docet Joſephus *Antiqq. lib. 15. cap. 4.* &c. Plura V. apud Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. in Eccleſ. cap.* 1. cui adde Cl. Salmaſium ad *Treb. Pollionem in Valerianis.*

Parthia, nomen libri ab Iſidoro Characeno conſcripti, qui Παρθικὰ σταθμοὺς, item Παρθικὸν τοπικὸν, in publicum edidit, totum *Parthicum Regnum* hoc nomine complexus. Ita enim claudit libellum *de Manſionibus Parthicis*, Ἄχρις ὧδε τῶν Παρθικῶν ἐπικρατειῶν, *Hucusque eſt Parthorum imperium.* Aliàs ſic dicta eſt propria ac priva Parthorum provincia ſeu regio, quæ Παρθιαὶ & Παρθυαία. Quemadmodum hinc Valle *Francie* nomen dupliciter ſumitur, pro Regno Francorum & pro ſpeciali provincia, in qua conſederunt Franci. Et falluntur qui hæc vocabula non diſtinguunt: Nam Παρθυαῖοι pop. ſidem & Παρθοὶ; ac Παρθία utrumque promiſcuè ſignificat, tam Regnum, quàm regionem, at Παρθυαία vel Παρθικὴ regionem tantùm. Qui typus ſuit quamplurium illius Imperii provinciarum. Hinc Auctorum ſcripta titulis diſtinguenda, qui Παρθικὰ ſcripſere, & qui Παρθυαικὰ: illi res Parthicas totius Imperii Parthorum tradiderunt; iſti *origines Parthicas* totius nunc antaxeas, quas in patria geſſerunt, expoſuere. Sic Quadratus ſæpe citatur apud Stephanum ὁ Παρθυαικὸς, pro quo libri mendoſè habent Παρθικὸς, Xylander omnibus locis correxit Παρθικὸς: Arrianus verò non Παρθυαικὸς, ſed Παρθικὸς, compoſuerat, qui libri non raro afferuntur à Veteribus. V. Salmaſium *Exercit. Plinianis in Solinum p.* 1296. & hic infrà. Sed hæc paſſim confundi notatum eſt. Meminit Παρθυαικῶν Scriptoris dicti Jul. Capitolinus in *Vero, Caſſii, à quo contra ſidem Sibyllæ expugnata eſt*; *quod quidem inter cætera etiam Quadratus Parthici belli ſcriptor, inſuſtatis Sibyllæ ſententiis, qui ſidem primi reperunt, purgat.* Nonum librum iſtorum *Parthicorum* citat Stephanus idem, in voce Σαλυκη, nec ultra citatus reperitur. Vixit verò Scriptor hic, ſub Philippis, & Romanorum Hiſtoriam exorſus, à primo anno Urbis urque ad milleſimum, quem Philippi celebrarunt, Χιλιοστὸν vel Χιλιάδα titulo ſignavit. Stephano eidem laudatam adeoque ſicut Παθυαικῶν, ita & Παρθικῶν, ſcribere exoſus eſt. V. eundem Salmaſium ad *Capitolinum.*

Parthica Pelles, magno olim in pretio, Matthæus Silvaticus: *Fennicia, id eſt, pellis Parthica.* Ex Φοινικίων, nam pelles hæ purpureæ fuere, & quibus calcei ſiebant Imperatorum, *Zanchæ* dicti. Treb. Pollio in *Claudio*, *Zanchas de noſtris Parthicis paria duo*; ubi ſcribit Salmaſius, *Zanchas de noſtris Parthicas*, Zanchæ nempe Parthicæ, ſunt calcei ex pelle Parthica: atque ita apud Corippum *tergora Parthica* accipienda ſunt. Deſcribit illos Idem *lib. 2. de laudibus Juſtini* hoc his verbis:

Purpureo ſurae velonant fulgente cothurno,
Crura ſed, punicei induxit regia vinclis,
Parthica Cauſano dederant qua tergora fuco,
Qui ſolet olimpicos victor calcare tyrannos,
Romanus Princeps &c.

Sic Guilielmus Apul. *Normannic. Rerum lib.* 1.

Aſſumitur Imperialis
Purpura, qua decuit decoratus pede rubenti,
Quæ ſolet, Imperii qui curam ſuſcipit, uti.

Meminit *Parthici lori* Scholiaſtes Juvenalis, *ad illud, Vel nobis tantùm & ſignum de paupere loro.* Id eſt, *Parthica corrigia, unde ſolea bulla pendere ſignum ingenuitatis.* Sæculi *Parthici*, Amm. Marcellinus *lib.* 22. *Notum eſt enim ſub Maximiano Cæſare, vallo Regis Perſarum abrepto, gregarium quendam poſt facultum Parthicum, in quo erant margaritæ, reperium, projectis imperialibus gemmis, abiiſſe ſolo pellis nitore contentum &c.* Etant autem hæ pelles, de quibus ut pretioſiſſimis & pulcherrimis tam frequens mentio, pantherarum, pardorum & tigrium. Salmaſius ad *Vollionem I. c.* & *Vopiſcum Aurelian.* Hinc *Parthicarii* harum pellium mercatores, in *l. 2. Cod. de exceſſat. min. quos*, Imperatori deſervientes, à munceribus ſuſſe immunes diſtuit *l. 7. Cod. eod. tit.* ubi cum *Parthiarii* legeretur, repoſuit Cujacius *ad d. l. Parthicarii.* V. Joh. Calvinum *Lexic. Juridd.* Ut etiam de *Parthicis* equis hic aliquid addam, Vegetius alicubi ait, loquens de illis, qui tolutim docebant: *Preterea minutos greſſus imitatur, ut inter aulices ungulas ponat, nam ſi extendere voluerit, offendit in cumulum. Minutim autem equus ambulans commoditas vehi & pulchritudo videtur incedere.* Cujusmodi equos *Tricinarios* appellatos à tricino & ſpiſſo, minutatimque fracto & molliro gradu, docet Salmaſius *ad Capitolinum in Maximinis.*

Parthicarii, V. ſupra in *Parthica* Pelles.

Parthus, nomen equi, in Circenſibus, à gente inditum. Omnium enim equorum, qui Circo committebantur, cum ſua eſſent nomina, quibus appellabantur, uti ex Auctoribus conſtat & vett. *Inſcr.* monumentis, quæ indices continent equorum Circenſium, cum ſuis hominibus; quidam nomina habuerunt à colore, alii à celeritate, nonulli à gente, vel ab inſigni aliquo ſeu genitivo ſeu inuſto, vel ab aliis rebus: ut multa fuit in his lætitia, ac deliciæ Vett. Idem p. 895.

Parnuriæ Pecora, *Parnuriæ Colonus*, V. ſupra in voce *Partes*, in *Partibus* Doctor, legitur in *Epitaphio*, quod Clar. Naudæus edidit:

Hic jacet Judocus,
Qui fuit Romæ equus,
Magiſter in Aribus,
Et doctor in Partibus,
Et de gratia ſpeciali,
Hortus in huſtiali.

Et extat in Bibliotheca Sangermanenſi Galliæ apud C. du Freſne Codex *MS.* cum tit. *Incipit tractatus in* Partibus *Donati cujusdam Prudentes Lemovicenſis.* Eſt autem *Partes* idem, partitiones orationis per partes ac verba linguæ examinare. Quintilianus *lib.* 1. *cap.* 14. *Et illa quidem minora præſtare debebit, ut partes orationis redaſ ſibi ſaltus orazione deſiderea*, &c. Cujusmodi ſunt Priciani *Partitiones* 12. *primorum verſuum Æneidos.* Hanc vero Grammaticæ partem, *quæ docentur Adoleſcentes ſcripta intelligere & probare*, ut eſt apud Martian. Capellam *lib.* 3. Σχολαστικὴν vocat Anna Comnena *Alexiad. lib.* 14. *pag.* 487. atque recentiorum ait fuiſſe inventum, præcipuè in eo nominata Magiſtri de Seylinus, Longobardos ſeu Italos, quos Glaber *lib.* 2. *cap.* 12. & Paul. Warnefridus *de Geſtis Longobard. cap.* 7. Grammaticæ prz cæteris operam impenſius dediſſe teſtantur. Atque eâ notione γραμματοῦν, pro *edere partes* uſurpat Baſilius ἐν Γραμματικαῖς γυμνασίαις, ut & γράφειν, pro *partibus*; idem Scriptor & Manuel Moſchopulus, qui hanc potiſſimùm Grammaticæ partem illuſtrarunt, poſterior libro, quem Περὶ γραφῶν inſcripſit, du Freſne *Gloſſar.*

Participantes, memorati in Bulla Pauli Pontif. Rom. A.C. 1358. apud Guicheonem in *Biblioth. Sebuſ. pag.* 138. *Cubicularius, de numero Participantium.* V. ſupra *Cubicularius.*

Participatus Imperii, occurrit apud Jul. Capitolinum in *Vero*, ubi cùm ait, *Defunctio Pio Maximus in eum omnia contulit, Principatus etiam Imperatoriæ poteſtatis indulto*: reponendum docet Iſaac. Caſaubonus, *Participata*; quam lectionem firmat Pal. & Medionalenſis editio. Item apud Æl. Spartianum *in Didio Juliano*, ubi iterum, in verbis, *Claudium Pompejanum & Tarracinenſi ad Principatum evocavit*, legendum, *Participatum*, ut iterum Polatinus codex habet. Nam ad *Principatum*, quod eſt in vulgata, heic conſiſtere non poteſt: partiario enim imperio eum honeſtatum volebat Julianus, non integrò. V. quoque *L. Cod. 6. de Inteſt. nupt.*

Particulæ, V. ſupra *Margaritæ*, & *Partes.*

Particularius, Æſtirico in *Gloſſ.* Saxon. idem quod *Offurius*, nomen miniſteriì in Monaſteriis, quâ illi inſigniri leguntur, quorum erat cibos per partes ſingulis Monachis diſſecare, du Freſne.

Parva Pila, V. infrà Pila.

Parvi Denarii Parieſini, Gall. *Petits Deniers Pariſis*, pretii i. den. Pariſ. ſub Philippo VI. Gall. R. *Parvi Liardi Delphinales*, Gall. *Petits Liards du Dauphiné.* & *Parvi Liardi Francie*, Gall. *Petits Liards de France*, in quorum illis Delphinus, iſtis parvulus Rex pallio involutus ſub Ludovico XI. Item *parvi Obſidionales*, Gall. *Petits Oboles Pariſis*, ſub Philippo itidem VI. cuſi, memoratur Carolo du Freſne voce *Moneta.*

Parvus, pro infante, Frequens apud Papinium Statium. *Thebaidos lib.* 7. *verſu* 93. ubi de Juſtis Archemoro ſolutis,

— *Da*, parve, *tuum trieterida mutat*
Inſaurare diem —

Quem mox *puerum* vocat,

Nec te lugenti, puer, inficiamur Averno.
Sic *Thebaid. lib. 9. versu* 839.
Flumen ego hoc tibi, parve, cluas —
Et *Lib. 9. vers.* 749
Angustum famulantum, virgentibus annis,
Mancipium tibi, parve, nomen —
Etiam *Sylv. primo sub fin.*
Una velatur omnis ora mensa,
Parvi, *Femina, Plebs, Eques, Senatus* &c.
Ad quæ loca V. *Animadversiones* Casp. Barthii. Virgilius substantivum addit, in *Eclogis*,
Incipe parve puer, risu cognoscere matrem,
ubi Servium vide.
In *Parum*, qui est Græcorum *μικροψυχος*, Timandra mutata memoratur Anton. Liberali in *Transform.* ex Boii *Ornithogonia lib.* 1. V. de hac ave, Aristoteles *Hist. Animal. lib.* 8. *cap.* 3. & *l.* 9. *c.* 15. & 40. Inde salutationis genus quoq; nomen accepit Poll.
Parvatres, inter Tauri montis cognomina, V. supra *Parisari*.
Pascativa, vulgo *Pascuir*, regio Alpe Septentionalis, ultra Moesoviam, ex qua oriturum Hannu olim, tum Hungari, tum Bruque Monachi, legatione ad Magnum Tartarorum Imperatorem celebri: qui etiam Justinos, & quorum prov. Juhra nonnulli, inter quos Baro Herberstenius, Hungaros prodisse volunt, distinguit à *Pascatiris* & Sinensibus esse propiores, addit. V. Georg. Horn. *Orb. Imper.* ubi, varias de Hunnorum origine sententias enumerans, non tam à Tartaris, aut Ruffis, ut quidam volunt, quàm à *Pascativis*, autoritate Monachi præfati motus, eam ducere fit. Quorum quisquid fit, certum eft, abextremis frigidissimisque septentrionalium Hunnos Hungaros que prodisse, neque proin videtur Fellero *ad Hornium* multum interesse, an ad Tartaros an ad Juharos, Mosco subjectos, an ad *Pascativos*, eorum ortum referas, siquidem hi omnes inter Moscos & Sinenses sint siti. Certè Ruffi five Mosci hodieque gloriantur, suos olim subditos Hungarosex Juharia five Jubra, quæ ad Oceanum Sept. Moscici Imperii eft, egressos ad Danubium commigrasse occupatasque Pannoniæ eam suo nomine *Juhariam* primò, postea literis paullum immutatis Hungariam appellasse. Quin & hocaddunt, Juharos in hunc usque diem eadem cum Hungaris lingua uti, utiBaro Herberstenius in legatione sua compert, &c.
Pascere, proprie de familia fervorum: ut apud Catonem *benè vestire & bene pascere*. Appulejum, *parcius pasci, levius vestiri*; Spartianum in *Hadriano*, *Ante omnes tamen emiebatur, ne quid otiosum vel emeres aliquando vel pasceres.* Sic Juvenalis,
Quem pascit argilla?
V. Casaubonum *ad Spartianum d. l.* Absolute dictum, *convivium exhibere* vel *opulari* significat. Unde locum eundem Auctoris in eodem Imp. *Ad deprehendenda obsonatorum fraudes, quum cum pluribus symbolam pacisceret fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusque ipsi apponi*, legit Salmasius, *quum cum pluribus Summatibus pasceretur*, id eft, epularetur. Apud Lamprid. in *Alexandro Mamma* ex legimus, *Et quum argentum in ministerio plus duceni libri, non haberet, nec plures ministros, argentum & ministros amici, quando pascebat, accipiebat ab amicis, quod hodieque fas fecatur à Praefectis, absente Imperatore.* Ubi eodem fenfu vox *pascere* occurrit. *Pascere* nempe dicebatur Imperator, cum folenne convivium exhiberet, Magistratibus & reliquis Proceribus ac Summatibus; adeoque *pascere* eii convivia celebrare & epulas apparare: fed tam is, qui convivium præbebat, quam illi, cui præbebatur, *pascere* dicebatur. Ammianus in *Reip. ornatu ide eo, qui nunquam nisi in depositione stili favit*, is convivio quenquam accepit;
Convivæ, inquit, *miseri limbi deponite multos:*
Prandia toi veinent. funera quot fuerint.
Cujusmodi mortualia convivia *περιδειπνα* Græcis dicta funtunde *pascere περιδειπνειν* exponunt optimæ Glossæ. *Pascis βοσκεις, νεμεσις ειμι, θοινιζεις, περιδειπνεις.* Martialis, *Pascis. Gellius &c.* Verum, qui convivium præbebat, *Pascere aliquem*, vel absolute *pascere* qui verò excipiebatur, *pascere apud aliquem* dicebatur. Luxurius in *Epigr. de eo, qui amicos ad convivium clamabat*, i. vocabat, *ut plura accipere Xenia:*
Gaudeo, quòd me inimitè as frequenter
Ambitu pascis *Blumarin* nomen proprium Gothicum vel Vandal.) *superbo.*
Unde sed pascor, *mea fant per omnes*
Sparsa convivas bona, nec volebam
Pascere quenquam, patrevesi, mecum,
Nè tibi quidquam deesse, amice pascae.
Hoc tamen si tu vitia temeris,
Me, precor quamquam jubeas vocari &c.
Ad Imperatorum *pascendi* morem ut redeam, convivia illi aut privata aut publica habebant, quorum illis amicos tantùm adhibebant & familiares, qui ad convivia vel invocati venibant, aut fub quibusdam Imperatoribus factum, inter quos Alexander Severus *l. c.* iftis Magistratus, ut dictum, Proceresque accipiebant. Privato igitur convivio Alexander, qui argentum in ministerio, non plus decentis libris haberet & fervos pauos, non mutabatur ab amicis: fed publicis tantùm conviviis, quibus & ministerio ampliore & fervis longe pluribus, propter convivantium multitudinem, opus erat. Quæ do igitur *pascebat*, & quorum & ministros accipiebat ab amicis; inque iis & rate quenque in ut fuiffe, narrat Lampridius, non ab Imperatore, fed à Praefectis, fi quando eo abfente *pascerent*. Et quidem Calendis Januariis convivium exhibebat Imperator Magistratibus & Senatus Proceribus, Confularibus, Prætoriis & Ducibus. Spartianus in *Pertinace* : *Ea die etiam ad convivium Magistratus & Proceres Senatus rogavit : quam consuetudinem Commodus praetermiserat.* Absente Imperatore, Praefecti Praetorio nomine Imperatoris *pascebant* Magistratus & reliquos Summates. Plut. in *Catilina*, *Κικέρων δὲ τὴν ἀρχὴν ἔτι παρεσκευάζε σεμνὴν ἐπὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἐστιάσεσι καὶ θεάτροις τοῦ τὰ πάντας ἡδέως ἔχειν πρὸς τὴν ἡγεμονίαν, ἐν ᾗ τὸν ὑπατεύοντα δεῖ τοὺς ἄρχοντας ἑστιᾶν καὶ τοὺς ἄρχεσθαι.* Glossæ, *pascit, βόσκει, σιτεῖ.* *pascere* eft *τρέφειν καὶ σιτίζειν*, *θοινᾶσθαι*. Caffiodorus *de Rege* convivium præbente, *lib.* 12. *Epift.* 4. *Sic decet Regem pascere: ut à Legatis gentium credatur omnia possidere.* V. Salmasium *ad Lampridium in Alex. Severo.* Ad quem jam ante Casaubonus adnotavit, ex illa conftitutione Alexandri fluxiffe hunc morem, qui adhuc temporibus Lampridii obtinuerit ut, cum abfente Principe cœna Imperatoria Praefectis pararetur, efcarium potorumque argentum Cæsariani mutuò ab amicis Cæsaris poscerent, non autem ex Imperatoris id fumerent vafario.
Pascha, adde: Celebrabant illud Judæi, hoc modo. Primò, peculi paniique benedictione præmissa distribuebant utrumque inter præsentes & accumbentibus pedes lavabant, quod & in aliis epulis fole nibus usu veniebat. Dein, puer quidam, cœnâ durante, interrogabat, *Quid sibi hoc sibi mistis velit ?* Responsum dabat *is*, qui mensam conficra verat: *Quam longè alia ratio nobis hujusce est, quàm aliarum noctium ! Aliis enim noctibus semel tantùm lavamus ; hac bis : Aliis noctibus, fermentato azymoque panemque simus ; nunc azymo solum : Aliis noctibus quibuslibet herbis vescimur, nunc amaras adhibemus ; Aliis omnibus noctibus, sedentes aut accumbentes cenamus, hac stantes erecti.* Hinc peregrinabat indicare, *Pascha* institutum esse, in memoriam innovii transitus Angeli occisoris in Ægypto. Dein, amaras herbas manu tenens dicebat: Ithæ herbæ amaræ, quibus vescimur, in memoriam revocent nobis Ægyptiorum fa vitium, qui partum hofirum vitam in terra Ægypti amaram reddiderunt. Poftea azymum panem in altum elevans, hic azymus panis, quem edimus, inquiebat, fignificat, non fat temporis habuiffe Patres noftros ad fermentandum panem, cùm Dominus ipsis apparuerit, & manu inimicorum fuorum illos liberaturus. Hanc catechizationis formulam, quam חגדה *Hegada*, id eft, *annuntiatio* nem vocant Judæi, inculcatam fibi divinius contendunt, Exod. c. 12. v. 26. Et videtur inde phrasin fuam mutuaffe Apoftolus, 1. Cor. c. 11. v. 26. *Quotiescunque ederitis panem hunc, & biberitis poculum hoc*, annuntiabitis *mortem Domini usque quo venerit.* Agnum *Paschalem* quod attinet, de eo exstat mandatum, Exodi c. 12. v. 3. *In ipfo decimo* (die) *mensis hujus* (Abib) *accipiant sibi quisque per vam secudem pro familiæ paterna, per vam secudem pro quoque familia*, &c. & v. 5. jubetur, ut fit *integra, masculus, amicula*, (quam) ex *ovibus aut ex capris accipiant*: & v. 6. *adsitque pugulabunt eam decimo quarto die inter duas vesperas* & V. 8. Sic cum totus populus Ifraelitarum effet divifus in Tribus, quæque Tribus in Familias, quælibet Familia in Domos, cùm minor erat domus, quam ut par effet agno edendo *accipere* tenebatur Paterfamilias & *vicinus ejus, qui proximus* eft *domui ejus, juxta an* pectem *pro numero animarum.* v. 4. Quæ tota congregatio *ἐσφάξει* dicta eft, quo fenfu S. Marcus vocem *ἐυφοτάκω*, item *πρόσκω* ufurpat c. 6. v. 39. & 40. quibus verbis indicare vult numerum convivarum cujusque mensæ idoneum: posteriori imprimis, quæ *areolam* denotat, totum opulum horto comparans, in quo quot mensæ, tot *πρασιαὶ*, *areolæ*. Erat autem convivarum numerus, nec infra decanarium, nec supra vicenarium, Joseph. *de bello Jud. Vespasianus* illas *duas*, inter quas comedendus erat Agnus, Aben Ezra *in Exod. c.* 12. exponit de *Vespera Solis*, cùm ipse Solaris discus occidit, & de *Vespera luminis*, cùm radii ejus lumenque penitus se subducit, quod rempus horæ & tertiæ partis fpatio definit: Sed R. David *in Radic.* paulò laxius explicat, de *Vespera declinationis* & *Vesperæ occasus*, ftatuitque comeftum effe Agnum fpatio, quod inter Meridiem & Noctem intercipitur, V. quoque Pirke Avoth c. 5. quæ poftremi fententia ftabilivi videtur Num. c. 28. v. 4. collato cum Marci c. 15. v. 34. ut & Luc. 23. 44. Hoc ergo tempore Agnum, poftquam is mactatus effet à Sacerdotibus, *Exod. c.* 12. *loco illo quem Jehova Deus elegit, ad collocandum nomen suum*, Deut. c. 16. v. 6. id eft, in *Templo*, V. Maimonidem *in Korban Pesach c.* 1. *fect* 6. comedebat quisque domi fuæ, quemadmodum Servatorem noftrum cum Difcipulis suis *Pascha* comedisse, legimus Hierosolymis, in superiori domus, ubi degebat, cœnaculo. Herbas amaras, cum quibus comedi Agnum fuisse folitum diximus, intingere folebant, in catinum certe embammatis, quod חרוסת *Charoseth* dicere, replerum: Quo respicere videtur Matth. *cap.* 26. *versu* 23. *Qui intingit mecum manum in catino, is me prodet*, Chriftum dicentem introducens. Febat au em illud *Charoseth*,

ut Majemonides refert *lib. cit. cap. 2. sect. 11.* ex Palmæ foliis, vel ficubus arefactis, vel uvis siccatis, acetoque maceratis, &c. V. Hilloriam Paschatis Exodi *cap. 12 supra cit.* & illam fuse cuncte ex Hebræorum monumentis explicantem Dod. Godwynum *Tractatu Angl. cæl. ii. Moses and Aaron lib. 3. c. 2.* &c. Quo die DOMINUS noster ultimum hunc *Pascha* celebraverit, & an die eodem cœperit Judæi agnum Paschalem comederint, vetus & magnis contendentium studiis agitata quæstio est. Græci qui ad confectionem corporis mystici panem adhibent fermentatum, ut sententiæ luæ approbandæ necessitatem aliis imponant, & Ecclesiam Romanam, quæ azymis utitur, erroris convincant, Christum diem legitimum anticipasse contendunt, ut ex Xanthopulo discimus. Itaque placet illis, cæteros Judæos ex præcepto legis tunc 14. Lunæ primi mensis *Abib* seu *Nisan* mactasse & edisse *Pascha*, at Sesum Christum, qui Dominus erat legis, 13. Lunæ cum discipulis suis idem fecisse, e quo sequitur Christum quidem ἀζύμοις vixe fermentatum panem & communem, Judæos vero ex institutione divina azymum, adhibuisse. In Ecclesia Rom. communiter recepta opinio est, DOMINUM, Lunæ 14. celebrasse *Pascha*, eadem die atq; hora, quibus & cæteri omnes Judæi festum diem celebrant. Similiter sam Bochartus, Christus eo ipso die, quo Judæi *Pascha* celebrabant, in fine noctis per dici decimi quarti, & jam in eunte decimo quinto, qui primus erat Azymorum, cum Apostolis ultimum Pascha celebravit; id quod multis probat *Hieronymi Parte prior. lib. II. cap.* 50. V. quoque suprà, voce *Paraseve.* Idem Cl. Suicerus confirmat *Thes. Eccl.* addens & tertiam sententiam eorum, qui, Græcis ex parte accedentes, Christum diem a Judæis receptum fe anticipasse volunt, ut Christus die 14. Judæi autem die 15. celebraverint, ne festum azymorum, in Veneris diem incidens, cum Sabbato continuum esset, V. cum *Thesaur. Eccl.* voce *Pascha*, ubi de Judæorum post Christi tempora canonibus Festalibus, ac tempore Paschatis celebrandi, item de Tessarescædecatitis, varia. Quia autem *Pascha* typus erat Christi, hinc ipse Πάσχα appellatur, 1. Corinth. *cap. 5. vers.* 7. atque ulteriùs apud Patres Sacramentum illud Novi Fœderis, de quo ipse dixit, *Hoc est corpus meum.* Hinc Augustinus *c. 16. Pelitiani Donat. l. 2. cap. 37. ait*, *inquit, ipse Pascha, quod adhuc Judæi de ove celebrant, aliud agnum, quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus.* Et Greg. Nazianzenus *Or. 42. in Cana Domini communicantes μεθαφορικῶς & πατρικῶς Pascha*, ait. V. iterum Cafaubonum *Exercit. XVI. §. 93.* Sed & *Pascha* dicitur in Ecclesia Christiana, unum ex tribus præcipuis ejus festis, quod majori reliquis cultu pergali jam olim confuevisse, docet Procopius de *Bello Vand. l. 1. cap. 18.* quod proin Ἑορτὴ ἐξοχὴν καὶ πανηγύρεως ἀκμὴν dicitur Eusebio in *Vita S. Eutychii P. CP. num.* 31. *solemnitas solemnitatum* ; Gregorio M. *Homil. 22. num.* 1. Et quidem duplex Christianorum *Pascha* est, unum *Evangelium*, quo Christus in *crucem* actus ; alterum Ἀναστάσιμον, quo *Surrexit*, de quo utroque V. Gerh. Jo. Vossium *de Vitiis Serm. cap. 6.* Cœperunt tempe Apostolorum nonnulli, ex quorum numero Joannes est & Philippus Evang. in Orientis partibus *Pascha*, in memoriam Cœnæ Dominicæ, celebrare ; fed tamen more Judæorum, die 14. Lunæ : quos imitati alii fecuti sunt, receniti Polycrati, apud Eusebium *Hiftor. Eccles. l. cap. 26.* Alii autem, Petrus & Paulus præsertim, in urbe Dominicum proximum post plenilunium primi mensis, propter Resurrectionis Dominicæ memoriam, *Pascha* rejecere, teste Theophilo Cæsar. apud Bedam *de Ratione Temp. cap.* 45. Libertate ab utrisque fidelibus, circa hæc, relicta, utì discimus ex Socrate *Eccl. hist. l. 5 cap.* 22. Donec Pius Romæ Epise. lege edixit, *ut Pascha Domini die Dominicâ anniuis solemnitatibus celebretur ab omnibus* ; quâ tamen Aleatici Doctores te continuisse non patiti sunt : re attinque satis leniter & amicè agitata primùm, ac Polycarpo hanc ob causam Romam profecto ; ubi cùm convenire non posset ; constitutum ut quisque suum de Paschate morem servaret, nec propter dissimilitudinem hujus circumstantiæ concordia rumperetur. Ulterius processit Victor circa A. C. 200. qui *Quartodecimanos per Asiam excommunicavit*, uti diximus fuo loco ? qui rigore etiam Occidentalium Episcoporum nonnullis displicuit, inter quos Irenæus Epise. Lugdi. aliique viri pacis studiosi tantum effecerunt, ut, controversia paulum sedata, quælibet pars suam retineret sententiam. Verum rursus contentio exarsit A. C. 318. quam aggerimè ferens Constantinus Imp. ad concordiam omnes hortatus est, Asiaticosque primùm monuit, ne cum Judæis *Κυριακόν* aliquid commune habere vellent, V. *Epist. ejus ad Episc. qui ad Concil. Nicænum venire non poterant*, apud Theodoretum *Hiftor. Eccl. lib. 1. cap. 9.* Quem cùm non audirent illi, nec Olius ad eos ab Imperatore missus aliquid proficeret, in Concilio Nicæno, perpetuo decreto constitutum est, τὸ ἁγιώτατον ἡμῶν Πάσχα τοῦτο κατὰ πᾶσαν ἀμέσως συντελεῖσθαι, *sanctissimum Pascha festum nostrum eodemque die* (nempe Dominico) *ab omnibus celebrari.* Quod confirmatum Synodo Antiochi. can. 1. circa A. C. 341 hodieque in Ecclesia obtinet. Manfere tamen hic ibi Tessarescædecatitarum reliquiæ, quibus ex Hæreticis accesfere Novatiani, Sabbatiani, Montanistæ, Audiani &c. Galli verò in principio Ecclesiæ *Pascha* celebrarunt 25. die Martii, quòd eo Christum resurrexisse, ficut Cappadoces, quòd passum esse putarent, Beda ubi suprà, & Epiphanius *Hær.* 50. At Aëriani, plane celebrari id festum noluere, V. Cl. Suicrum *t. 1.* ut & voce *Ἀεριανοὶ*, ubi *de osculo in Paschatis Festo*, apud Græcos usitato. Porro *Pascha* tempus a Dominica in Ramis-palmarum, usque ad octavam *Paschatis*, quoq, dici, refert Durandus *Ration. libi. cap. 81. num.* 5. Eadem nomenclatura donati pariter dies omnes Dominicos, in *Ordine* Rom. habetur apud Gregorium Turon. in *Vita MS.* S. Maurilii Epise. Andegav. *cap.* 18. apud C. du. Freine *Gloffar.* Imò & quodlibet magnum festum in quibusdam provinciis ita vocari, obfervavit iterum Durandus *lib. 7. cap. 1. num.* 23. Certe conflat, hodie omnes majores festivitates Græcis *Pascha* vocare, & quidem Pentecosten *Paschata rosacea*, quòd incisæ ex folcat in tempus refulgent. Unde Πάσχα ἀληθὲς & Φαῖδρος, pro eo, *qui libens festa colit*, confundit Marcus Hieromonachus in *Refponf.* V. modò dictum Car. du Freine *Gloffar* è quo varia *Paschatos* fignificata atque epitheta in Communione Romana, usitata, paucis subjungo. Addo faltem, apud Turcas, Persas, Arabes similem festivitatem vigere, quam *Bairam* Turcis appellari, docet P. de Valle *Itiner. Tom. I.* ubi de ejus hore militari quem admodum de Perfarum analoga festivitate idem agit *Tom. II.* ubi jnter alia de *ορφαγμῷ* seu *ovorum lusu* gentilica durante, varia.

Varia vocis, Paschæ, fignificata & epitheta in Eccl. Rom.

[a]*Ἀναστάσιμος* seu *Resurrectionis Paschæ*, resurrectionis Christi memoriam recolens.

Annotinum, Gr. ἐνιαύσιον, ἐνιαυσιαῖον, ἐνιαύσιον, in *Glossis* redditur, non habuit ifta unvel fixum diem, solebatque celebrari ipsionet die recurrente, quo quis priori anno fuerat baptizatus. Poftea ad omnium baptizatorum anniversariam diem, videtur ftatutus esse dies sequens Dominicam in Albis. C. du Freine ubi fupra. In quo animadverti verò festivitate convivia exacta, teftatur Roodericus Magister S. Galli *Exhort. 7.* Claufum, Dominica dicitur octavarum Paschæ, quâ Paschalium festivitatum solemnitas claudit.

Floridum *Paschæ*, eft Dominica in Palmis, quâ cantatur *Occurrunt turbæ cum floribus & palmis : & nos milliter debemus eis occurrere cum floribus virtutum & palmis victoriarum.* In *Ord.* Rom. *Dies Palmarum* five *Florum atque ramorum* dicitur *a Paschæ Florum*, apud Ordericum Vitalem *lib. 8. p.* 696. Ejus meminit *Hiftor.* Hierofolymit. A. C. 1118.

Paschæ Petitum, in *Ord.* Romano dicitur primum Paschæ feu Dominica Palmarum ; alter *Paschæ Compentum* ; quia hoc die *Symbolum competentibus* tradebatur, ut eft apud Isidorum, Alcuinum & Rabanum Maurum *de Inftitut. Clerici. l. 2. cap. 35.* quod non fine inconvenientiæ ac pompæ apparatu fuperfluo, ut ait Durandus *lib. 6. num.* 86. fieri non poterat, nisi in Dominica Palmarum, quæ proin priori anno fuerat baptizatus. Poftea ad omnium baptizatorum anniversariam diem, videtur ftatutus esse dies sequens Dominicam in Albis. C. du Freine ubi fupra. In quo animadverti verò festivitate convivia exacta, teftatur Roodericus Magister S. Galli *Exhort. 7.* Claufum, Dominica dicitur octavarum Paschæ, quâ Paschalium festivitatum solemnitas claudit.

Πάσχα *συμβόλων*, dies est ipsius crucifixionis Christi, quod quidam celebrandum esse contenderunt præ *Paschate* Resurrectionis, quod Pius Papa die Dominicæ Lunam XIV. sequente justit peragi &c.

Paschæ Secundum, die 14. fecundi mensis, celebrandum, in eorum gratiam, qui tempore primi Paschatis immundi erant aut in locis ab Urbe tam diffitis, ut ad eum maturè fe conferre non poffent, inftituum legitur Numer. *c. 9. v. 6. & 9.* Decipus a primo differentia, fic Maiemonides *l. de Paschate c. 10. sect. 15. Quid inter fe differunt Pascha primum & secundum ? In primo vitium eft. ne fermentum* (in domo) *videatur, aut reperiatur, nec cum fermento macletur, Neque ex eo quidquam asseratur extra eas θεσφρίδας. Et leymnus inter comedendum eft cantandus. Et cum eo offertur chagiga. Et fieri poteft us cum immunditiæ celebretur, & constatim mortui pollutio eft major pars congregationis : sed cum in secundo fuerint pollutæ eft major pars congregationis : sed cum in secundo fuerint pollutæ eft major pars congregationis : sed cum in secundo fuerint pollutæ fermentum & agnum sunt cum eo esse in domo. Nec necesse eft, ut inter comedendum dicantur leymnus. Nec cum eo offertur chagiga. Nec cum immunditiæ celebretur. At ambo impelimis Sabbatum*, (id eft. celebrantur, etiamsi fit Sabbatum) *Et dum paratur Agnus, leymnum oportet cani. Et tribus comeditur in una domo cum azymo & herbis amaris. Neque exiis quidquam fervatur, neque frangitur illum os.* Quibus meritò poteft objici *secundum Pascha* in omnibus debere *primo* æquari ; quia de eo dicitur Num. *c. 9. v. 12. Juxta ritum primi primi Paschatis illud celebrabunt.* Quod ut folvatur, observat ; à Mose quosdam Patchatis ritus ibidem exponi, qui sint

sint בנים *in corpore eius*, i. illi essentiales, ut sc. amus in his solum secundum primo acquari. Sed hæc non satisfaciunt. Quippe cum juxta Mosen Pascha secundum celebrit, juxta omnem priorisitum, aperte docet, hæc *duo Paschata* nullo modo ab invicem differre, nisi in sola temporis circumstantia. Quamvis ne tempore quidem prius ab altero differat, nisi mensis respectu, de cetero enim æque ac prius die mensis 14. atque inter duas vesperas celebratum est, Numerorum *cap. 9. versu 11.* Addi potest, prius alterum fuisse solennius, quia ad illius celebrationem confluebant maxe omnes, ita tantum exceptis, quos vel legalis immunditia vel magna ab urbe distantia prohibebat: hi enim soli in alterum Pascha se reservabant. Non tamen id fuit perpetuum: nam sub Ezechia R. *Pascha* primo mense celebratum non fuit, sed solum secundo. Cujus rei causa, quòd Achazus, Ezechiæ pater, de altare loco suo moverat, ut alterum, Damasceno simile, ei substitueret, Templum claufe at. Liturgiam abolevérat, totum Dei cultum subverterat, Idola ubique erexerat & omnia fuque deque misceuerat. 2. Regum *cap. 16. versu 10.* Quæ restituere cum conatus Ezechias, primo regni sui anno ineunte cum mense *Nisan*, non habuit satis temporis, ut Templum, Sacerdotes, Levitas & populum ipsum repurgaret, ante diem mensis hujus decimam quartam: ideoque primi Paschatis celebratio in secundum mensem necessario sui differenda. An etiam in tertium mensem potuerit Pascha rejici, si forte similis immunditia etiam ad secundum mensem occurrerit, dubitat Augustinus *in Numeros Quæst. 15.* Sed tempus à Deo in Lege suo indultum non videtur Sacerdotibus potuisse prorogare. Præsertim stabat enim à Paschatis celebratione ad tempus abstinere, quàm illud observare tempore non suo. Hinc inter Jeroboami peccata hoc unum erat, quòd solenne festum celebravit, *mense, quem confinxerat ex corde suo*, 1. Regum *cap. 12. versu 32. & 33.* V. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. cap. 50.* & plura de *Paschate* apud Fr. Burmannum *Synopf. Theol. Christ. Part. I. Lib. 4. cap. 31.*

Paschale, cujus mentio apud Victorinum *in Canone Paschi*, *Theophilus quendam Alexandrinus Episcopus*, *ad Theodosium Imp. datis Epistolis ex primo ipsius & Gratiani* 5. *Confulatus* condítum Paschale *direxit*. Et Senatorem *in fine Chron. Sicut ex Tito Livio & Anfelio Baffo* & Paschali *virorum clarorum auctoritate firmato colligemus*, *anni sunt* 1031. Computum est *Paschale* seu ratio inveniendi diem, quo celebrari debet Pascha quolibet anno: à die sc. Martii 8. ad Aprilis 5. *Paschalis circulus* Adoni Vienn. *Paschalis cursus* Honorio Augustodun. *Paschalis temporis*, Gennadio *de viris illustr. cap. 88.* Sed & *Paschale* dicitur, distribus Pascha præcitæ, eo quòd Parœciani in festo saltem Paschatis ad Ecclesiam parœcialem convenire & ibi *communicare* ex Canonum præscriptis teneretur. Hic ein Tabulario Monasterii S. Savini Levitanensis, apud du Fresne, non semel occurrit mentio *Paschatis S. Savini*, pro districtu S. Parœciarum, quarum Parœciani ex vet. instituto tenebantur certis annis festis solennioribus, Paschatis sc. Pentecostes & Natalitiæ Domini, Baptismum & S. Communionem recipere in Templo S. Savini: quod præfertim cavetur in Concilio Agathensi *can. 18.* V. Marcam *Hifor. Beneharn. lib. 9. cap. 2. num. 4.* & C. du Fresne *Glossar.*

Paschales Dies, Hebdomadis sc. *Paschalis*, quæ pari cultu ac ipse Paschalis dies colebatur à Christianis. Unde Durandus Ration. *lib. 6. cap. 81. num. 6.* ait, *Dies omnes hujus octavæ ipse Dominico*, Athanasius *de Ord. Antiphonarii cap. 92. Paschalis dies*, *qui per septem dies quasi unus celebratur*. Theodulius *in Capitul. cap. 41. Ipsi dies Paschales hebdomadæ omnes æquali religione colendi sunt &c.* Postea vero Gebehardus Constantiæ Episcopus in hebdomada majore ante Pascha, magnâ Synodo Constantiæ celebratâ, A. C. 1094. statuisse legitur, apud Bertholdum Constantiensem, ut tam in hebdomada Pentecostes, quàm in hebdomada Paschali, tres tantùm dies festivi celebrarentur. Quod quidem hodieque apud Christianorum non paucos obtinet. Quamvor in Pascha & totidem Pentecoste dies celebrandos statuit Concilium Exoniense A. C. 1287. c. 23. & Magnifeldense A. C. 1332. duos verò solùm, Concilium Tolet anum A. C. 1229. c. 26. Car. du Fresne *dd.* Vestimentorum *Paschalium* mentio fit, apud Cæsarium Arelatensem Archiepisc. in *Testam. Iuo*, laudatum ejusdem Glossarii Au ctori. De *Paschalibus Denariis*, V. suprà in voce *Chrisma*.

Paschalicus, Gr. Πασχάλιος, nonnullis dictus est, qui Festorum observationi maximè addictus est. Marcus Hieromonachus, ὁ ἁγιος τῶν ἁγίων πασχαλικὸς & ζηλωτὴς, *si quis autem festivum pariter observationi valde est additus*, *& eorum amans*. Bochartus *ibid.* V. quoque Cl. Suicerum *Thesauro Eccl.* voce Πασχαλικὸς.

Paschalis Agnus, nomine *Paschæ* (quod proprie *transitum Angeli* ocesioris notat) venit Exodi *cap. 12. versi. 11. Comedetis eum festinantibus*, Pascha *est Jehovæ*. Et *versi. 21. Accipite vobis parvum pecudem per familias vestras*, *& cite jugulate ipsum Pascha*. 2. Chron. *cap. 35. versi. 11. Jugulaverunt autem illis* Pascha, *Sacerdotes spargebant* sanguinem &c. *versi. 13. Tum coquebant* Pascha *igne pro ritu*. Lucæ *cap. 22. versi. 7. Venit dies Azymorum*, *quo oportebat mactari Pascha*, &c. Describitur Exodi *cap. 12.* ubi & titulus, quibus ille in Festo Paschali mactandus erat. Ad sacrum enim istud adhibendus erat *agnus* aut hœdus masculus, *anno non major*, *versi. 5. qui decimo die mensis Nisan*, qui à Novilunio nostri Martii incipit, ab ovili separandus, domi asservandus & die 14. mactandus erat, *versi. 3. 6.* Peragebatur autem mactatio *die 14. inter duas vesperas*, *versi. 6.* id est, inter initium sacrificii vespertini & occasum solis. Tum sanguis allinendus erat postibus & superliminari domûs, fasciculo hyssopi, *versi. 7. 22.* quo signo Angelus vastator admoneretur, ædesque ipsorum præteriret, *versi. 13, 23.* Nemini verò licebat illâ nocte domo egredi, usque ad manè, *v. 22.* Comedebatur porro Agnus die 15. statim ab occasu Solis, à circumcisis duntaxat, *v. 8, 44.* & convivarum numero, qui non erat infra decem, aut supra viginti. Ille verò non crudus, nec aquis excoctus, sed assus, una cum capite, cruribus & visceribus manducandus erat: itidque cum panibus azymis, lactucis & herbis amaris *versi. 18.* ut recens semper esset memoria afflictionis Ægyptiacæ, unde & *panis afflictionis* dicitur, Deuteron. *cap. 16. versi. 3.* Quam ob causam Judæi nocte pervigilium festi præcedente fermenti expurgationem peragebant, summâ curâ omnes domus angustias & rimas linirantes, colletdasque fermenti particulas, non sine diris ac execrationibus, si quis abhomendas tradentes. Comedebant porro Agnum habitu festmantium, lumbis accinctis, calceis induti, baculis in manum sumtis, *versi. 11.* nullum verò ejus os frangebant, *versi. 46.* quodque ex epulo reliquum erat, manè igni concremare jubebantur, *versi. 10.* cùm nefas esset carnes carnes corumpi. Denique sacri istius universi religio eadem nocte liberis tradebatur, illique tota de re, divino justu, edoctandus, Exodi *cap. 12. versi. 26.* Quæ *Haggada*, sive *annuntiatio Paschatis* dicebatur: quò respicitur 1. Cor. *cap. 11. versi. 26.* Atque ita celebratum fuit primum Pascha, in Ægypto. In deserto unicum tantùm legitur celebratum, Num. *cap. 9. v. 5.* In terra Cananæa mox iterum Pascha celebrarunt Israelitæ, Josuæ *cap. 5.* &c. Locus, ubi mactabatur *Paschalis* agnus, in Ægypto, erant privatorum ædes, Exodi *cap. 12. versi. 7.* Deinceps verò Tabernaculum, aut Templum, sive ejus atrium, ubi victimas mactare erat moris, Deuter. *cap. 16. versi. 5, 6.* coll. Josi. *cap. 5. versi. 10.* 2. Chron. *cap. 35. versi. 3, 6.* Lucæ *cap. 2. versi. 41, 42.* Manducabatur verò in privatis ædibus, Matth. *cap. 26. v. 17, 18.* Ministri hujus festivitatis in Ægypto erant Patresfamilias, aut filii primogeniti, Exod. *cap. 12. versi. 3.* Postea, simul Patresfamiliàs cum Sacerdotibus & Levitis: tum enim Patresfamiliàs Agnum mactasse, hi autem sanguinem ad Altare deruisse & effudisse videntur, V. s. Paralipom. *cap. 30. versi. 15, 17, 18.* & *cap. 35. versi. 5, 6, 10, 11.* Esræ *cap. 6. 20.* & Matth. *cap. 26. versi. 18.* Nec omittendum hic *Pascha secundarium*, quod ex instituto divino celebrandum erat mense secundo, die 14. ab iis, qui priori mense five immundi five absentes fuerant: cujus occasio memoratur Numer. *cap. 9. versi. 6, 10, 11.* Idem illud per omnia cum *Paschate* erat *ordinarijs*, nisi quòd hîc non consfringerentur ad omnis fermenti expurgationem ex ædibus suis; & quòd unicus tantùm dies festus, & *ἀνεορτος* esset &c. V. *supra*. De usu porro & significatione mystica *Paschalis Agni* totiusque hujus Sacrificii, consule Theologos, & ex his Bochartum inprimis *Hierozoici Part. prior. d. l.*

Parallelismus Agni Paschalis & CHRISTI.

Agnus Paschalis erat	Christus est
1. Unus ex grege.	1. Homo versus. Joh. *cap. 1. v. 14.*
2. Absque macula.	2. Absque peccato.
3. Offerendus ac assandus.	3. Passus ac mortuus.
4. Sic tamen ut ossa ejus non frangerentur.	4. *Non tamen confregerunt ejus crura*, Joh. *c. 19. versi. 33.*
5. Sub vesperam.	5. In consummatione seculorum, Hebr. *c. 9. v. 26.*
6. Ejus sanguine postes ædium illinebantur.	6. Ejus sanguis purgat nos ab omni peccato, 1. Joh. *c. 1. v. 7.*
7. Ut Angelus occisor sine noxa transiret.	7. Ne peccatum & mors contra nos prævaleret.
8. In qualibet familia comedebatur.	8. Applicatur unicuique per fidem.
9. Agnus totus.	9. Secundùm omnes Fidei articulos.
10. Absque fermento.	10. Absque hypocrisi, 1. Cor. 5.
11. Cum herbis amaris.	11. Cum toleratia crucis.
12. Celeriter, & ab accinctis.	12. Seria expectatione melioris vitæ.
13. Solàm à circumcisis.	13. Saltem à credentibus, 1. Cor. *cap. 11.*

Paschalis Epistola, dicebatur quâ Episcopus Alexandrinus olim, V. Domin. Macrum *in Hierolex.* Inde Pontifex Romanus, Metropolitanis Episcopis denuntiabat, quo die celebrandum esse Pascha: *Ad præsignum enim Religiosæ sacramentum pertinere, ut in Festivitate Paschali nulla esse two orbe diverstitas*, visum est Patribus, ut ait Leo I. *Epist. 95. ad Ravennium Arelat.* Unde uno eodemque die per totum orbem celebrandum, in eundemque finem dirigendas ad omnes Episcopos literas, quæ id potissimum indicarent, statuerunt Concilia, atque inprimis Arela-

censet. *can.* 1. & Cæsaraugustanum III. *can.* 2. Cujusmodi Literarum *Paschalium* formulam exhibet *d.* Leo I. *ut & in Epist.* 95. Aliæ habentur apud Bucherium *in Vetteri Can. Paschalem p.* 72. 73. 82. 479. & *seqq.* in Spicilegio Acheriano *Tom. VI. pag.* 8. &c. Atque his acceptis, Episcopi Epiphanionum die vel Christi Natalitio, in Ecclesia populis denuntiabant, quis esset ille dies *Paschalis*, ut indicat Concilium Aurelianense IV. *can.* 1. vel certè principium Quadragesimæ, ut est in Autisiodorensi *can.* 2. alibique. Sed & *Paschales Epistolæ* vocati Avitus Viennensis *Epist.* 67. quas Pontifices sibi invicem ferebant, ipse consultantes, & de exactâ festivitate nuntium mittentes, quæ proin erant ex usu, quas Græci ἐορτοδρομίας nuncupabant: Hæc enim non in *Paschalibus* modò, sed & in aliis solemnioribus festis, scribebantur ab Episcopis, ut ex aliis A viri & Theodoreti Epistolis colligit Car. du Fresne *in Gloss.* quem, si placet, vide.

à *Paschate*, ad Pascha, annos computandi ratio, per totam Franciam, labentibus seculis obtinuit, sub tertia viz. Regum stirpe: adeò ut ſi Pascha poſt 25. diem Martii (à quo nonnulli ea tempestate annorum initium in illa gente ducbum esse volunt) vel in mensem Aprilem incideret, *ante* vel *poſt Pascha* apponerent, secundùm diem, in quem incidebat dies Paschatis Dominicus, ita ut *ante Pascha* annum proximè elapsum, ſi *poſt Pascha* apponeretur, annum subsequentem, denotarent: V. g. extat Charta data 4. *Aprilis anno* 1375. *ante Pascha*, quod extitit eo anno, ſeptimum hodiernum annos putandi morem, 22. ejusdem mensis. Ita pridem in Italia habetur data 20. *aprilis anno* 1376. *poſt Pascha*, quod extitit 13. ejusdem mensis die illius anni. At cur *Paschatis* primus anni dies fuerit, apud Gallos, vel certè initium anni, variæ sunt sententiæ. Josephus Scaliger *Epist.* 226. ait Gallos, veteris Ecclesiæ sequutos consuetudinem, qui Pascha & Paschalem hebdomadam *novum Annum* vocabant. Car. verò du Freine eviſſimat id indemnatæ, quòd ab ipsis Ecclesiæ fere primordiis ea obtinuiſſet consuetudo, ut tabella Cereo Paschali appenderetur, in qua annus currens describeretur, idque ejus initium putarent Franci: iis enim mos iſte proprius fuit. Unde in *Tabulario* Lingonensi legi dicit diploma, cum hac temporis nota: 12. *mensis Februarii*, *Indict.* 12. *anno* 1328. *more Gallicano*. Aliud, *anno Domini* 1384. *sumo à Paschate more Gallicano*, die 6. *mensis Maji*. Ut alios omittam. Sed tandem, Caroli IX. Regis Edicto anni 1564. cautum eſt, ut in Gallis, in publicis privatisque tabulis, à Kalendis Januarii annorum repeteretur exordium. V. præſatum du Freſne in voce *Annus*.

Paschalis Contubernia, Josepho Φερεσίου dicuntur, Hebræis חֵבֶר רוּחִי, *ſodalitia*, & commenſales בְּנֵי הַחֲבוּרוֹת *ſilii ſodalitii*. Agni enim convivæ per domos convenire jubentur, Exodi *cap.* 12. *verſ.* 3. Quòd ſi minor domus eſſet, quàm ut Agno comedendo ſufficeret, in eo casu lex vicinos convocari juſſit, ut convenirent ita, quantum ad comedendum satis eſſet, Exodi *cap.* 12. *verſ.* 4. ubi nutemum convivarum non definiens, cum, nec ſupra viguiti eſſe oportuit, ut dictum. In his itaque conturbernis ſimul accumbebant viri & mulieres, ſenes & pueri, ſani ac ægri, domini & ſervi. Judæorum denique, quotquot poterant comedere carnis offulam, ne infantibus quidem excluſis, modo neeſſent ἀσθενεῖς ἐπὶ τῷ, *infantes modò geniti*, quales *lacte* egere dicit Paulus & *non ſolido cibo*, Hebræorum *cap.* 5. 12. Interim Majemonides *de Pascha. cap.* 1. *ſect.* 4. ſodalitium inire negât inter mulieres & ſervos, ne ut *levitas capitis inter eas*, id eſt, nel vius & priorvius ingrarent, quàm in tali ſesto decet. Sed idem approbat ſodalitium totum ex mulieribus, aut totum ex ſervis conflatum, non tamen totum ex pueris, quia nondum ſint rationis compotes: neque totum ex ægris, aut ex ſenibus, aut *propter mortuum lugentibus*; quia tales parùm comedant. Timendum igitur, ne quid ſuperſit & agni reliquæ vilefiant profanèque fiant. Quod idem periculum, ſi omnes eſſent proſeiyti, qui agni carnes diſſecare ſolent, in minimas particulas, quæcunque alia fiunt futilia Magiſtrorum καλοκάγαθία. Bochartus *tibi ſuprà*. V. & in voce *Paſcha*.

Paſcua, nomina Romanorum vectigal aliquandiu fuit. Plinius *lib* 18. *cap.* 3. *Agrum male colere*, *Cenſorium probrum judicabatur* —— *Etiam nunc in tabulis Cenſoriis* paſcua *dicuntur omnia*, *ex quibus populus vectigalia habet*, *quia diu hoc ſolum vectigal fuerat*. Et quidem montana meliora cæteris, Columella *lib.* 6. *cap.* 27. Unde Statius *Thebaid. lib* 10. *verſu* 224.

Cui ſatus et gregem pecorſque vere novavit,
Lenatur, *cernens hos montis in ardua nitti*,
His ſimare *vadis* ——

ad quem l. V. Caſp. Barthium *Animadverſ. Parte III. pag.* 1157. Hinc *Paſcualis* Agnus, aut, ſi mavis ἀρνίον, *Paſcalis*. Lucilius,

Paſcali porcre & montano hirto atque ſolivi:

Hebr כַּר, contracte ex כַּרִי, occurrit Deuteronomii *cap.* 32. *verſu* 14. *cum adipe paſcualium & arietum Balanorum*. 1. Sam. *cap.* 15. *verſu* 9. *Et intuligens fuit Saul & populus ergo Agagum & ergo optimae ores & boves & bidentes*, & ergo agnos paſcuales. 2. Regum *cap.* 3. *verſu* 4. de Rege Moab, *Pendebat ſtrcaeis Regi centum millia* agnorum *paſcualium*. Pſalmo 37. *verſu* 20. *Quia peribunt impii & Domini loſtes*, ut *preciſum* agnorum *paſcualium* (id eſt, adipes) *deficient*, *in fumum abeunt*. Ubi Chaldæus hæc: *Quomodo preciſum phatiſſa*, qui *primùm* quidem *ſaginantur*, *ſed poſtmodum immolantur*. Quum vocem φαλησῶν, trajectis literis, deflexam eſſe ex Græco φάγειν, i. *agnus*, cenſet Bochartus. Certè Plutarchus *in Hellenicis Quæſt.* 14. ubi de multa, quam procorum hæredibus, ab Ulyſſe interemptis, impoſuit Achillis filius Neoptolemus, Ἦν δὲ, inquit, ἀκριβὴς, ὁ λόγος, πρόβατα, ἕκαστον, ἡδὺ πρόβατον ἀγελαῖον ἑκατὸν φάγοντα ἕκαστος Ἀχαιῶν ἐν ἀρότου ἔτος, *Erant autem farina*, *vinum*, *ſeres mellis*, *oleum*, *ſal*, *victima phagilis adultiores*. *Phagilum vero Ariſtoteles agnum eſſe dicit*. Ita nempe dicebatur agnus, cùm edulis eſſe incepit, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id eſt, quadrimeſtris ut minimùm. Vix enim edunturagni, antequam depuſti ſint, necniſi quatuor menſe depelluntur. *Nutricamur*, inquit Varro, *quoad facti ſint quadrimeſtres*. Unde φάγινλος Græcè id ipſum eſt, quod Arabicè *algiaphro*, qui voce quadrimeſtrem agnum Arabes indigitare dicunt. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. Lib. II. cap.* 43. *ubi de Ovium nominibus*.

Paſcua, cognom. L. Craſſitii genere Tarentini, ordinis libertini, celebris Grammatici, qui *Panſam* poſtmodum ſe trammoninavit, apud Suetonium *de Illuſtr. Gramm.* ubi Caſubonum vide.

Paſcua, Græcè Πασκᾶ, apud Arrianum *in Indicis*, urbs eſt in Indiâ, ubi typhographorum *Alexandri* τρόπαια ἀνέκειτο, ἃ καὶ τὸν Πασκᾶ, ἀπίχουσι τῆς Ἰνδικῆς ἐσχάτου πόλεως ἐς τὸν ὠκεανὸν κατὰ τὸν Ἕρμαιον, *Portus eſt ibi commodus & vicus Paſcua*, *à mari* 60. *ſtadiis diſtans*, *cujus incolæ Paſcreni*. Ptolemæo Gedroſiæ metropolis recenſetur Πασκεία, unde *Paſcrena*, Πασκρηνὸς, regio Gedroſiæ interior. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1176.

Paſsitigris, alterius quoque in Perſia fluvii nomen. Straboenim, poſtquam ſcripſit Tigrim, ubi in mare effunditur, acceptis amnibus Choaſpe & Eulæo, *Paſsitigrim* appellari, deque eo multa dixit, protinus adjicit, Μᾶλλον δὲ ὁ Χοάσπης ἐστὶ καὶ ὁ Πασίτιγρις τῶν ἐκ τῆς Σουσίδος εἰς τὸν αὐτὸν, *Poſt Choaſpem enim Copratæs eſt & Paſsitigris*, *qui & ipſe ex Uxiorum regione fluit*. Quem *Paſsitigrim* omnino diverſum eſſe, ab eo qui Tigris eſt, oportet. Nam Tigrim, ubi ruſsus jungitur & totus fluit, *Paſsitigrim* vocari prodidere: poſt hunc Choaſpes, qui in eum influit, ab Uxiarege, ortus, ut vult Strabo; poſt Choaſpem Copratas & *Paſsitigris*, qui & ipſe ex τῆς Οὐξίων ἐστὶ χώρας, *ex regione Uxiorum* fluit. Hæc omnia Strabo *l.* 3. ſcribit, Alexandrum, ubi à Susis caſtra movit, ut in regionem Uxiorum ingrederetur, transiſſe flumen *Paſsitigrim*, qui Uxii cùm ad Orientem ſint Susis, Eulæus autem Susa præterfluat, neceſſe eſt, poſt Eulæum, hunc Paſsitigrim versùs Orientem eſſe. Sed & ejus Curtius meminit, qui illum oriri dicit in montibus Uxiorum & Perſico mari infinuari leni aquarum tractu. Recentiores tamen illius nusquam meminerunt, Ptolemæus & Marcianus. Fontes *Paſsitigris* ille Vett. Orontis eſt, quem ultimum Suſianæ fluvium nominorat Marcianus, vel quis, quis ille Auctor. Certè Orontis ex Uxiis oritur, & Perſidem ab Suſiana diſterminat, intra Suſianam porro Uxios & Meſſabatas, per quos fluit, complectitur. Idem tamen & *Tigris* dicitur Diodoro Siculo *lib.* 17. qui quarto die ad illum amnem pervenit, ſe ſcribit Alexandrum, poſtquam à Susis moverat: unde videmus, uti *Paſsitigris*, ſic *Tigrim* duplicem eſſe, Aſſyrium alterum, qui occidium intus Suſianæ claudit; & alterum Uxiorum in latere Orientali ejusdem regionis fluentem. Videntur autem *Tigrim* aut *Paſsitigrim* appellaſſe flue, Orontem, comitez Alexandri Magni, quòd ejus vetum nomen ignorarent. Quemadmodum *Choaſpem* Veteres nominarunt, quem Eulæum recentiores paſſim indigetant, etiam illi, qui res Alexandri ſcripſerunt. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 701. & *ſeqq.*

Paſquillus, ſeu *Pasquinus*, Ital. *Pasquino*, nomen ſtatuæ in urbe Roma, cui affigi ſolent, quæ vel in regimine, vel in Magnatum vitâ moribusque di gna videntur cenſuri, ingeniolis non raro in ipſos Pontifices dictetijs affurgens. E. Venetiis reſponder *Maſurii* ſtatua, ejusdem plane usûs. V. Lil. Giraldum *Syntagm. Hiſtor. Dearum* 4. & *Antiqq.* Urbis Romæ. Hinc Satyræ, apud Gallos nomen, quæ, Meiino San-gelaſio inventore, principatu Caroli IX. & Henrici III. inprimis multo fuit in uſu: Magna tum itidem vitia acerbè perſtringens, Richelieu. V. quoque in voce *Paſchalius*.

Paſſagini, inter Valdenſium ſectatores, memorantur in *Confeſſione fidei* Friderici II. *Imp. c. Catharos & Patarenos*.

Paſſagium, adde: Hinc *Paſsagium Ultramarinum*, apud Jo. Villaneum *lib.* 7. *cap.* 57 Erat autem illud duplex, *Vernale* alterum, circa tempus illud, quo maria aperiuntur, ut loquitur Vegetius *lib.* 5. *cap.* 9. incidebatque in menſem Martium, hinc *Paſsagium Martii* vocitatum Matthæo Paris. A. C. 1244. *Æſtivale* alterum, quod menſe Junio aut Julio peragebatur, vulgò *Paſsagium S. Joannis Baptiſtæ* nuncupatum. Quando verò aperiantur, quando claudantur maria, V. quæ norant Caſubonus *ad Theophr. Charact.* Meurſius *ad Conſtantinum de Adm. Imperii*. Jac. Gothofredus *ad l.* 3. Cod. Theodoſ. *de Naufragiis*, laudati C. du Freſne in *Gloſſar.* Adi. Adde ejusdem illuſtris Gloſſographi

phi *Notas ad Vilibrandianum num.* 39. Apud Equites Melitenses, voce hac denotatur solutio quædam, quæ fit, in Equitum receptione, communi ærario, & in expensas phari applicatur, ad sustinendas lucernas, in usum navigantium tempore nocturno. Sed & ex prima institut one *Passagium* dicebatur nautica illa solutio, quam Equites hi, cum adhuc Hierosolymis sederent, ex Oriente navem mittebant, per maritimi Europæ loca, ad colligendos tyrones, qui in hanc sacram militiam recipi avebant. V. Car. Macrum *Hierolexico.*

Passe-temps, & *Passer le temps*, id est, *tempus transigere*, dicitur apud Gallos, de his qui ludo tempus ducunt; quali optime illi tempus ferant, qui per ludum & oblectationes illud transigunt. Ex Græco Λάγων, quod Latinis est *avocare*. Hinc Arnobius dixit, *Pueros cupitatilibus avocare*, h. e. τὰ παιδία τοῖς πηδάλιοις λάγειν· quod Virgilius *animum pictura pascere*, dixit. Fulgentius *in lib. de omiss. Virgil. Animum pictoris avocare*, pro eo posuit: *Materm vidit nec agnovit, à qua nube cava cum Achate conegitur: dein pictoris animum avocat*, id est, Λάγων, ubi perperam vulgo est, *avocat*. Idemque paulo post: *In secundo verò libro & tertio avocavit fabulis, quibus puerilis confuetu est avocari garrulitas.* Διάγειν igitur *avocare* est; namque etiam Græcis *abducere* & *deducere de re aliqua* denotat: ut Λάγων τι τινὸς, Λάγων τι ἀπό τ᾽ ἄγειν, *avoco & abduco.* Hinc & pro *oblectatione* apud eosdem, ut apud Latinos *avocare*, eodem sensu, & Λάγωγὴ, *oblectamentum*, Gall. *passe-temps*, & Λάγειν χρόνον, quod est *tempus transigere*, Gall *passer le temps*. Integrè, Λάγειν ἑρωτῶν ἀπὸ τοιούτων *avocare* dicitur, qui *animum remittit & à curis segregat.* Philostratus in *Phavorino*, ubi Hadrianum ad concertationes & confabulationes cum Philosophis & Rhetoribus ἀεπιυς, animi relaxandi & avocandi gratiâ, diversitèr refert: Ταῦτα μὲν, inquit, Ἀδριανὸν ἐφιλοσόφει ἐντυγχάνων τε ἄνδρα τοῖς βασιλικῶν ἐφοίτα, *ἀπονεῦσι δὲ* Σοφίσταις τε καὶ Φιλοσόφοις, ubi ridiculos est Interpres, qui Hadrianum Philosophos & Sophistas frequentasse dicit, & Imperatorias sæpe curas cumillis communicasse. Reddenda enim verba sunt. *Hæc Imperator exercitationis ergò habuit, & avocavit Regentes curas, diverions ad Sophistas & Philosophos.* Idem ibid. Οὗτος μὲν τοιαῦτα διάγων· Ἡρῴδῃ δὲ ἀπέφηνε τὰ βιβλία τῷ τ᾽ ἐπὶ Ῥώμῃ οἰκίσει τῷ αὐθομολοῦσθ. Ὁ δὲ αὖθ᾽ ὑπὸ μὲν τῆς ἀσχολίας μὴ ἀνέγνω, ἀθυμίᾳ τε ἔφασκεν ἐμπεσεῖσθαι τῷ αὐτὸς θεῖον ἐγνωκέναι· ἐπὶ τοσοῦτον Ἀτίλιος τὸ τοιοῦτον ἐθαύμαζεν, ὥστε ἐπιστέλλοντα ἀυτῷ θαῦμα, *Convivantes ipsos referebat*, cùm vertere debuisset, *convivantes ipsos oblectabat*, Salmasius ad *Spartian. Hadrian.*

Passer, Græcè σπουσ, de gallina quoque nonnunquam usurpatur; uti Hebræi nomine ιϝϝοφρ, tum in specie *passerem*, tum in genere *avem*, notant. Nicander in *Alexipharmacis verſus* 16.

Ἠέ τις ἀσπάλακος κακαλωπέος πέλεν ἐκγεγὼς
Ὀρνίθων σπουσὶν καθυπνώσας.
Sive aliquod medullasum mercatum potabile pharmacum habeas,
Ex ave passere *domestica.* i. ex gallina.

Et rursus *v.* 535.

Ἠὲ πάλιν σφυδίοι κεδνοῖσιν.
Aut fercus passeris *domestici.* i. gallinæ.

Unde factum, ut σφυδὶς diceretur gallina illa Libyca, avium longè maxima, uno verso *Strutbio.* Quod imitati Romani Scriptores Struthionem appellant *marinum passerem.* Plautus *in Persa Actu* 2.

Vola curriculo. P. *Istuc marinus* passer *per circum foleat.*

Ausonius *Epift.* 11.

Ovum tu quoque passeris *marini*, &c.

Cœterùm *passerem domesticum*, (nam varia ejus genera faciunt Arabes, ut videbimus infrà) sic describit Damir: *Pugnacis est naturæ. Nempe ferinum ei aliquid inest à natura. Proinde cœnæ vocitant & pullos suos non alunt, vestro in sterquino ora inficiunt, cum avibus non rapacibus suo illi commune est, quòd non habet ungues, quibus laniet, neque rostrum aduncum & grana ac olera comedit. Cùm in arborem incidit, 2 quatuor digitis tres in anteriora porrigit & unum retro — Mas à fœmina distinguitur nigrâ barbâ, quam habet ad instar viri, hirci aut galli. Nusquam est avis ausu fera aut jumentum in proteni propensius, quodque vehementius amet. Unde vili, quod pullos & nidum in locis cultis collocat, & sub ædium tecta, nam rapacibus. Cum insidiator urbis, ex ea crebrò dunt* passeres, *& simul cum incolis vescuntur.* Passer *ambulare nescit, nec nisi saltuatim fertur — plerumque ultra annum non vivit. Dociles habet pullos supra vulgus avium, ita ut vocati respondeant. Passerem à parasanga vedire, istatur Algiabid.* Garritus ejus propriè צפצף tsiphiph, Efaiæ *cap.* 38. *verſu* 14. Græcè σπίζειν, *Iliad. β. verſu* 314. ubi draco passerculos octo, cum matre,

——— λάπτε κλάζοντ᾽ ἐπιτρόμους.
miserabiliter vocavit ſtridentes.

Vocis quod attinet etymon, postet dici ex Hebr. ιϝϝοφ orta. Sed Salmasius ad *Solinum* observat, passerem etiam *passum* dici, ut Gallicè *paisse*, passerem fœminam. Passa autem ex Æolico πίσα, pro σπίζα, *stringillus*, ayis passeri similis. Hesychius, Σπίζα· ὄρνις πτηνὴ, σπυδὶς παχυτέρα. Et quandoquæ avicula in genere, ut in *Timone*, apud Laertium de Arcesilao,

Οἱ δὲ μὴ νοεῖ γλαῦκας πέμπειν παρ᾽ ἡμᾶς,
Illum autem mirabantur, ut aviculæ circa noctuam.

Usus hujus aviculæ non unus. In Sacris, indigitatur secundùm complures, Levit. *cap.* 14. ubi agitur de duobus *ſtrouthis*, quarum una cæsa, altera emissa, purgabatur leprosus, & domus emissam lepra infecta. Sed *avis* in genere hic denotari, pluribus docet Bochartus. At apud Athenienses sacra hæc Æsculapio avis, unde Atarben, quòd ad necem verberasset *passerem* Æsculapii, ad mortem damnatum esse, refert alicubi Ælianus. Etiam Veneris currum à *passeribus* trahi, finxit Sappho; & à *passere*, qui cicadâ disceptâ partem in acde Bellonæ reliquit, cum altera parte avolavit, primi belli civilis augurium Romanis captum, tradit *in Sylla Plut.* In esu, merulis ac tutdis *passeres* jungit Galenus *de Alim. facult. lib.* 3. *cap.* 19. quo sine auctumnales præcipuè commendantur, quoniam tum, ob messem & vindemiam, pinguioris ac melioris fuci fiunt, Vossius *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 92. Porro ad usum idonea hæc avis. Arnobius *lib.* 7. *Ut parvuli pusiones — passerculos, pupulos, panes accipiunt, quibus avocare se possint.* V. & quæ mox dicemus de passere Catulli &c. Plura verò hanc in rem, apud Sam. Bochartum *Hierozici Parte poster. lib. I. cap.* 18. & *ſeqq.* ut & supra, voce *Pringilla.* Notus Passer Catullianus, de quo canit ille Poëta:

Passer delicæ mea puellæ,
Qui cum ludere, quem in sinu tenere,
Quoi primum digitum dare appetenti
Et acris soles incitare morsus &c.

Ut & alter, puellæ Amstelodamensis, artem nendi edoctus, apud Casparum Barlæum *in Carm.* Nec omittendus *Passer Indicus*, ob eximiam in extruendo nido fagacitatem, *summus passer solitus* nominatus, de quo V. Cardanum *de Subtil. lib.* 10, &c.

Passerum, apud Arabes Scriptores, variæ ſpecies.

Abuharakis, avicula canora, longo collo & pedibus, pennis rubris, flavis, viridibus & cœruleis, colores fubinde mutans.

Acanthis seu *Acanthyllis*, Gall. *Serin*, Lat. *cardnelis*, ex ſpinis victitans: unde illi cum asino, qui eas teneras depascitur, inimicitia.

Andalib, avis ſpecies, philomelæ ſimilis.

Bulûl, Lat. *philomela.*

Hamra, alaudæ ſpecies rubra.

Halſun, à pulchritudine nomen habens.

Kubaa, avicula varia, collum in metu contrahens, unde nomen.

Kukbara, i. *corydalus.*

Mechaci, à ſibilo dicta.

Passer Domeſticus, V. ſupra.

Passer Paradiſi, hirundo.

Saphir, quæ totâ nocte ſibilat, capite inclinato & pedibus ad arborem applicatis.

Sawa, avicula rubro vertice.

Suar, paſſer eſt, qui vocatus ſtridendo respondet.

Thenavvat, nidum ex arbore ſuſpendit, *nisi saphir* non abſimilis.

Wasa, Lat. *Regulus.*

Passerinus, seu *Passarinus*, equus in Circo olim celebris, apud Martialem,

Adeoque mentes omnium tenet unus,
Ut turba magni sape nesciat Circi,
Utrumne curras Passerinus, *an Tigris.*

Et quidem fanalis finsiter, e jumodi equos plurimum momenti ad victoriam conferre solitos, diximus suprà in voce *Panchetes.* Hinc unius hujusmodi equi nomine tota quadriga intelligitur; non enim singulares hi equi curiebant; sed in curru sic junčti, ut in medio duo jugales essent inter utrumque funalem, sicque omnes quatuor equi fronte æquatâ irent, cujus instituti auctor primus fuit Clisthenes Sicyonius, apud Iidorum. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 897.

Paſſio, in Communione Rom. Dominica dicitur quinta Quadrageſimæ, quæ *Ramis palmas* præcedit. Etiam *Paſſio Dominì*, in epiſtola Balduini Imp. de expugnatione Conſtantinop. ubi urbs obſeſſa dicitur, *5. Id. April. feria 6.* ante paſſionem *Dominì & capta 2. Id. April. feria ſecundâ in Paſſione*, id est, die Lunæ hebdomadis, quæ Dominicam Ramispalmarum præcedit, quam *Hebdomadam Paſſionis* vulgò vocant. Amalarius *lib. 4. cap.* 48. apud Meibomium: In Paſſione Domini, *quindecim videlicet dies ante Paſcha.* V. Car. du Freine *Gloſſar. & Not. ad Villhardinum num.* 129. ut & ſupra in vocibus, *Dominica*, & *Hebdomada.* Item Evangelii pars, continens Chriſti *paſſionem*, quæ in majori Hebdomade in Eccleſia canitur, ex Alexandri Papæ inſtitutione, ut Durandus refert *cap.* 68. Et quidem in Eccleſia Ambroſiana tantùm *paſſionis* textus ex Matthæo legitur, qui in duas dividitur lectiones, quarum una legitur in Feria V. Cœna Dom. altera Feriâ VI. feq. quo die Diaconus, qui *paſſionem* canit, totus rubro colore eſt indutus, Dalmaticamque villoſo ſerico gerens; quo eodem colore Altare quoque operitur, Templum ornatur & Miniſtri veſtiuntur, occaſione loci, *Quare rubrum eſt veſtimentum ut?* Quando autem pronuntiantur verba, *Et emiſit ſpiritum*, ſtatim duo Subdiaconi denudant Altare, ac cœtera Eccleſiæ paramenta auferuntur, luminaria extinguntur & campanarum ſonus

nus inhibetur; quæ mœstitiæ signa mœrorem in astantibus excitant, eorumque animos attentiores reddunt, ad audiendam *de Passione* concionem, quæ Evangelium statim sequitur. Quibus vero passionis Evangelium canendum, ex Sacristia exire tenentur amicti, alba, cingulo, stolâ ac manipulo induti; idque hoc ordine: ut præcedat, qui textum canere debet, dein sequatur qui turibum repræsentat, & ultimus sit, qui Christi vicem gerit; qui iii canendo medium locum tenet, inter Evangeliarium à dextris & turibam cantentem à sinistris. Omnes autem, ante quàm canere incipiant, osculantur Episcopi manum; quæ cæremonia omittitur Feriâ VI. quâ insuper nec benedictio petitur, nec lumina deferuntur, nec incensum adoletur, nec consueta falutatio *Dominus vobiscum* adhibetur, nec denique dicitur *Gloria tibi Domine*. V. quæ hanc in rem plura habet Dominic. Macer *in Historiolexico*. Hinc *Passionarium*, in eadem Ecclesia, liber continens *Passionis Christi* Evangelia, in majori Hebdomadæ legitione; uti ex quodam perventio Collegiatæ S. Fausti in Ecclesiæ Vitæ bi Inventario, refert Idem. At *Passionalia*, scripta dicuntur seu libri, in eadem Communione, in quibus *passiones* Sanctorum Martyrum contin bantur, alias *Sanctoralia* quoque dicta: è quibus *Martyrologium Rom.* conflatum est. Legebantur autem olim acta SS. Martyrum in Ecclesia eodem modo, quo Martyrologium hodie; imò post eas lectiones priscis temporibus encomiastica sedue concio, ut passim apud Patres videre est. Idem *Ibid.* De iis *Regula S. Ferreoli, cap.* 18. *Gesta Martyrum, id est, Passiones Sanctorum fidelium, quodam compaginata studio & sermone digesta sunt, tempore, quo nobis diem migrationis eorum anni nota cursus sui legibus repræsentat, recenseri in Oratorio, audientibus cunctis, omnino decernimus.* Quod idem statuitur in Conc. Africano *can.* 13. *Liceat etiam legi passiones Martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.* V. Iupra in voce *Commemoratio*.

Passum, inter potus genera, matronis olim Romanis, quibus vini usu interdictum Romuli lege, concessa, memoratur A. Gellius *lib.* 10. *cap.* 23. *bibere autem solitas ferunt loveam*, passum, *mulvinam, & quæ id genus fuisse, potus dulcia*. Erat id *genus liquoris, quod ex uvæ passa expiebatur*, Nonio: apud quem Varro quoque *Passum nominabant*, inquit, *si in vindemia uvam dimitis ecflam legerem, eamq; passi essent in sole aduri*. Ægosthenensi & Cretico vino gustu simile simile, apud Athenæum legas. Quod Juvenalis firmat *Sat.* 14.

Qui gaudet pingue amiquæ de litore Cretæ
Passum & municipes Bivis advexisse fagenas &c.

Vide ejus confectionem, præter Athenæum, Columellam *lib.* 12. *cap.* 39. laudatum Ant. Thyfio *Not. ad Gellii loc.*

Passus, apud Martbamum Parii, *pag.* 443. *angustias & claustra* inueris montiumque denotat, ita enim is, *Dum per quodamm iter arctissimum, quod vulgariter Passus dicitur, portus transitum.* Sic Matth. Westmonasteriensis A. C. 1260 *Emanavit à Cancellaria Brevis Domini Regis — ad omnes Vicecomites, in quorum Ballivis scebant viatoribus imminere pericula, ut omnes passus periculosos sam in vis concavis & bofcis & hays, quàm aliis pacis regiæ perturbationibus faciant videri &c.* Occurrit præterea apud Sylv. Giraldum *de Expugn. Hibern. lib.* 1. *cap.* 26. Santum *lib.* 3. *part.* 11. *cap.* 13. &c. Alter *Claufura & Cluſa*. V. Cdu Freine. Aquitani portus locosque, ad oftia fluminis, è quibus conscendio in naves fit tuta, quique alter *Gradus* dicti, ut vidimus in hac voce, *Passus* etiam vocant. Hinc Burdigalenses in ostio Garumnæ, quod propter scopulos & arenas periculosum est, tres *Passus* seu Gradus agnoscunt, nim. *Passum* Arenosum vel Glareosum, prope Meducos, vulgò *le Pas de Grave*, in medio ore fluminis, *Passum* Alinorum, *le Pas aux Aines* & ad litus Santonicum, versus Rotamen Mali Duni *le Pertuis de Maubuiſſon*, tranfitum Malus Lupus, *le paſſage de Matanuiſſon*. Quæ sunt tria loca, ea opportuna ac tuta, Garumnæ Oceano aut contrà intrantibus. V. Hadr. Valesium *Notit. Gall.* in voce *Rhodanus*. Communiter *Paſſus* est, quantum homo *pedibus* ambulando conficit. Annotavit autem Philander fex passuum discrimina & differentias: Est enim *Paſſus*, qui continet vestigium & spatium, i. pedes duos; Alius duo vestigia & medium intervallum, i. pedes duos & dimidium; Tertium genus, duo vestigia cum inter vallo uno continet, aut contra i. pedes tres. Quartum duo spatia cum totidem interjectis vestigiis, pedes quatuor. Quintum tria intervalla cum vestigiis duobus, aut contrà, id est, pedes quinos. Sextum denique, vestigia tria cum totidem intervallis, id est, pedes senos, Græci ἑξάπουν appellant. V. Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.*

per *Paſſus*, itinerum mensuram Vett. colligebant; neque tum pertica ad hanerem au funiculi ullus utilis. Hinc *milia paſſuum*, quæ *milliaria* unà voce, & *milliarii lapides*, qui pionebantur in singula milia, ut *Lapides centenarios* defigi solebant diffantes à se ped. IICCCC. qui centuriæ podifmus est. Significat autem σκοίσμα, *mensuram per pedes colligere*, ut βηματίζειν, *per paſſus*, & σκοπιάζειν, *per ſtadia*. Polybius de Romanis milliariis, Τοὺς δὲ νῦν διοδεύοντας ἢ σκοπιάζοντας πρὸς ἑκάστας ὁδοὺς ἀεὶ βαίνοντας ἑπτακισχιλίους. Græci quoque ſtadia sua per *paſſus* metiebantur. Vetus auctor, *Per paſſus ſtadium*, *per ſtadium milliarium*. Quæ v. gentes itinera sua & locorum vel urbium inter se distantias alia mensurâ, quàm per passus signaverunt, ejus mensuræ nomen intervallis illis significandis retinuerunt: ut in Oriente σχοῖνοι & παρασάγγαι: Hinc Romani, quia paſſibus ea dimetiebantur, *per paſſus* etiam numerarunt. Quod in limitibus agrorum, qui viarum publicarum instar fuere & inter populo præbebant, item in castris metandis, & locis affignandis tentoriis papilionum per ſtrigas & ſtamina, similiter antiquitus observatum est. Faciunt autem *Paſſum* pedes quinque; origo vocis inde, quod *paſſis* cruribus, id est, expansis explicetur paſſus. Nemo quippe potest paſſum facere, aut greſſum ullo modo promovere, quin crura *pandat*, i. diducat & aperiat, quod Græci ἐπίλαπτα, item σκέλη, propterea vocant; &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 688. & 946.

Paſſus, Græcè Πατεῖν, quoque dicta est porticus ante ædem, quæ aliàs πρόδομος, πτερὸν, ἀπτερὸς, ἀμφίπτερος, & in Templis Christianorum Νάρθηξ. Apollonius *Argonautico lib.* 1.

—— καλὸν δὲ πατεῖν ἐπὶ νῆσον ἄγουσι.

pro πρόδομον δὲ πατεῖν, ut eum in πτερὸν ἔδος Ἀρχιμαλίδος scripsisse, vetus Scholiastes notat: &c. Sicut autem in ædibus sacris, ita etiam in privatis, apud Græcos, fed præcone & principum, sui πρόδομοι fuere & πατεῖσι. Vitruvius *lib.* 6. *cap.* 10. *Id perfistylum in tribus partibus habet porticus. In quarta parte, quæ ſpectat ad meridiem, duas Antas inter ſe ſtatio amplo diſtantes, in quibus trabes invehuntur, & quantum inter Antas diſtat ex eo tertiâ demtâ ſpatium datur intercolus. Hîc locus apud nonnullos Πρόναος, apud alios Πατεῖς nominatur.* Ubi alii πτερώσεις legunt, sed male: Pafim enim duas habebat hinc & inde πτερώσεις, quæ *Antæ* Latinis. Πατεῖς autem non ἀπὸ τῦ πάτειν dicta, quòd in ea conviventur, uti Interpres vetus Apollonii habet; sed ἀπὸ τῦ πάτειν, quod est πατεῖσθαι, quia opere intestino cælatis laqueatiis & rectorio albariaque opere indictis pictisve & auratis ornata erat. Unde πατεῖσθαι, Διὰ τετραγώνων εἶναι Hesychius interpretatur, & πατητὸν τὸν τοῖχον. Sed & πατεῖν velum significat linteum variegatum, plumario opere, quod thalami vel oeci feu lychnæ (ita dicitur interiores cellæ in plerique templis, præcipue Deæum) foribus prætendebatur. Inde πατεῖσμα, templorum Atria, in quibus ejusmodi vela prætenta essent, vel quòd is locus destinatus esset manfionibus ᾿Ιεροπετῶν, de quibus V. in voce *Paſſophori*. Porro, in *paſſadis* dextra & sinistra, cubicula erant postis, in Græcorum ædificiis. Idem Vitruvius, *In proſtatiis autem dextra & ſinistra, cubicula ſunt collocata, quarum unum ἀφρόδιτιν* hîc vocat, quam paulo ante πτερώσιν. Arrigon dum etiam ibidem: *In his locis etiam ſinistrorſum & à medio, in quibus manſeres familiarum cum lanificis habent ſeſſionem.* Qui v. parietes utrinque πτέρωσι seu πτερὰ circumcludebant, πτερὰ vocata sunt &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1217. Sed & in Circo πατεῖσθαι ὑπόστεγοι positas legimus à Tarquinio. Nempe in Circo olim spectabant in tabulatis stantes, quæ furiis sustinebantur. Primus Tarquinius ἐρύθρωσε seu πατεῖσθαι ὑπόστεγα, h. e. *fuſtibus connexit*, in Circi circuitu ponendis curavit, e quibus populus spectaret: Priscus vir, qui cum opus illud imperfectum reliquiſſet, absolvit Superbus. Dionysius *lib.* 4. Τὸν δ' ἀμφιθεάτρου ἱστοβοὲς μῆκος ἐξῆς τῷ πρώτῳ ἴσιον πάσῃσιν ὑπόστεγοι παρέλασσε &c. V. eundem *pag.* 920. & infrà.

Paſtellum, vel *Guerdum* hodie vocatur, quod olim in Gallia *Guaſtum*, eadem herba, quæ *Vitrum* Latinè & Græcè ἴσατις, à qua id genus coloris, quo cœruleum tingitur, confici solet, fic dicta quòd contusa in *paſtillos* digeratur. Graeci recentiores πάσσαλον vocant, Arabes *Nil*, quo nomine & cœruleum colorem nuncupant. Inde & aliam herbam, quæ simili præparata modo similem colorem efficit, eadem appellatione impertiunt. Guazatur, ubi plurimum celebratur hujus herbæ ad tinctoriam *pastelis*, vocari ferunt *Gali*; quam rori marino similem de facie faciunt Linschotius & Paludanus, ocimo Garcias, ex verbone Clusii. Ifatis v. noftra plantaginifimilia habet folia. Nec dubium, quin veterum *Ἰόδιον*, quod hodie ajunt inexploratæ inventionis esse, ex illa herba Indica parari solitum fit. Harundinum Indicarum limum esse prifci credidere: nempe ex India allatum & limo indurato fimile quum videretur, putarunt ſpumam esse arundinum, adhærente limo. Hinc certè & Indicum colorem colore nitente Zosimus docet, Ἴσατι ὁμοιότατον ᾗ κάλλει βαφῆς ἰνδικὸν ᾧ ἰσάτεϊ ἢ ἴβλῳ. Ubi μέλαν Ἰνδικὸν, eft *Nil Indicum*; Ifatis, noftras *Nil*. Hoc *paſtellum cæruleum* Narbonenſium. Aliud autem eft *Paſtellum luteum* vel *rubrum*, quod φοινικοπάσσαλον ipſum eidem Zosimo dicitur, Arabibus Nasrè, an ex Lat. *naſturtium*; ita enim Latini *rubrum* colorem per excellentiam vocavere: oblongus instar dactyli (*qui* φοινὶξ Græcis) pallidus rubet. Nempe *Paſtilli* vario modo facti, *rotundi*, qui τροχίσκοι & κυκλίσκοι & στρογγύλοι ἄρτοι Andromacho in *Theriac. oblongi*, ut dactyli palmarum, vel *ovali figura*, quos τετράγωνοι καὶ ὀβολοὶ vocat Theomneſius, κυκλοτερεῖς Auctores Veterinarii &c. Fortè cà voce exprimere voluit eum colorem, quem Galli hodie vocant *Amarillinum paſtellum*, vulgò *Orange paſtel*, qui croceus eſt

est color in rubrum vel cœcinum vergens. Salmasius ad Solinum pag 1331. & seqq.

Pastellus, apud Gregorium M. in *Regill. lib.* 4. *cap.* 88. *Pro ordinatione vero vel pallii seu chartis atque pastellis omnino aliquis dare prohibeo*, inxta Dominic Macrum, figillum eft five ejus impreffio, in pafta cerea, five modo in Brevibus Pontificis aliisq; privilegiis fieri foler. Hinc *Pastellaticum*, quod pro hujusmodi figilli impreffione dabatur. Joannes Diac. in *Vita ejusdem Gregorii*, *Cum vero quosdam cognoscere, ad evitanda simoniacæ hæreseos crimina pessimæ negotiationis munera* pastellaticum *callidè vocare* &c. Vt utrumque Macum *in Heterolexico*.

Pastillus, inre Medica quid fit, Celsus exponit *lib.* 5. *cap.* 17. *Malagmata atque emplastra Pastillique, quos trochiscos Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod malagmata maximè defluribus, eorumque succis: emplastra Pastillique magis ex quibusdam metallinis fiunt — Inter emplastrum autem & Pastillum hoc interest, quod emplastrum utique liqui vis aliquid accipit: in Pastillo tantum arida medicamenta aliquo humore junguntur.* Hinc appellatus *Pastillus*, panificium farinæ aut edulio aliquo fartum, Gallis *Paſté*, quod in modum Medicorum *pastilli* compofitum farturnque fit, *Bulla* Honorii III apud Margarinum : nifi potius à Festa voces deducas, quod *massam* denotat feu crudum panem, Gall. *Paſte*; & reperitur apud Guil. Brittonem in *Vocabul. Pistor dicitur, qui panem facit, a pinso, is, quod est panem facere*, paſtam *deducere & terere*. Atque hinc forte, ad Medicos delatum vocabulum.

Pastor, alius gregis dominus, alius mercenarius, μισθωτὸς Gr. Johannis *cap.* 10. *versu* 12. Ille, fi Druſio credimus, in Amoſi Prophetiam, Hebr. נוקד vocatur, hic רועה: Sed דועה *Rogæ*, utrumque denotat, non mercenarium ſolum. Namque Abdiſic appellatur, Genef. *cap.* 4. *verſu* 2. & Rachel Genef *cap* 29. *verſu* 9. & Patriarchæ omnes, Genef. *cap* 47. *verſu* 3. qui tamen aut gregum dominium habuerunt, aut nomen liber, non ut mercenarii. Quin ipſe Deus hoc nomen non dedignatur, Pſalmo 23. *verſu* 1. & 80. *verſu* 2. Sed ne pricior vox *Dominum gregis* præcisè notat, uti pluribus Bochartus docet inſa laudandus. Porro inter *Pastores mercenarios* varii gradus & alii *primarii*, alii *secundarii* iunt. Sic Pharaoni plures fuere שרי מקנה *principes gregis*, Genef. *cap.* 47. *verſu* 6. ut & Davidi : cui boum alii in campis Saron, alii in vallibus, paſcebantur; quorum his Saphatus, illis præerat Sitrasus, uti camelis Obil, aſinis ſechdus, ovibus denique & capris Jazizus, Pſalmo *cap.* 27. *verſ.* 29. 30. 31. Non tamen tam armentis, quam gregibus, videtur unum præfeciſſe Doegum, qui proin vocatur, principes paſtorum Saulis, 1. Sam. *cap.* 21. *verſu* 7. Sic in Syria, ſub Nino Rege, Simma erat ποιμὴν τῶν βασιλικῶν κτηνῶν, *pecoris Regii præfectus*, ut ex Ctefia refert Diodorus *lib.* 2. Et Plutarchus *in Pyrrho* meminit cujusdam Σίμμου, ὃς τὰ πρώτα τῆς βασιλικῆς τοῦ Νεοπτολέμου διοικήσεως, *Simmis, qui* Molofforum Regis *Neoptolemi greges, & armenta administrabat*. Latini quoque Archimandræ erat Tyrrhus, de quo Poeta Æn. 7.

——— *Tyrrhusque pater, cui regia parens*
Armenta & lacte cubstodia crevit canopi

In quem locum Servius, *Magistrum hunc pecoris vult fuisse, & saltuarium* &c. *Magister autem pecoris est, ad quem omnia pertinent animalia.* Cicero, *Nominat hominem, quem Magistrum pecoris esse dicebat.* Proinde Livius *lib.* 1. de Faultulo, cui Lupi Rex Numitor eandem curam demandaverat, *Ut lupam*, inquit, *iisquè lambentem pueros, Magister Regii pecoris invenerit.* Quem eundem Dionyſius Halicarn. tanquam ex Fabio Pictore, fuiſſe dicit, ὑφοσῆσαι βασιλικὴν ἐπιμελησόμενον. Et de Phorbante, quem Latius Thebarum R. paſtoribus ſuis præfecerat, ita Seneca *in Oedipo Actu* 4. *verſu* 825.

——— *regios pavit greges,*
Minor sub illo turba paſtorum fuit.

Et rurſus *vers.* 839.

Arbitria sub quo regil fuerant gregis, &c.

Vti v. in Paſtorum ſupremo gradu eſt אביר הרועים, *Principes Paſtorum*: ita כר, *Carzil*, in infimo, quem Thalmudici *Paſtorum ſpiritum* elle dicunt. Quod diſcrimen in Calphurnio *Ecl.* 5. quoque obſervatur,

Forte Mycen ſenior, Canthusq; Mycenis alumnus
Torrenem paulò vitabant arbore ſolem,
Cùm juvenì ſenior præcepta daturus alumno,
Talia verba refert &c.

Ubi Mycon ſenior & qui Canthum docet, eſt רועה, ſed qui docetur Canthus, eſt כרזל *Carzil* &c. Paſtorum vaſa, in Sacris, non ſemel occurrunt, ubi non ſolùm fic dicuntur vaſa proprie dicta, putà χυαθοι, σπυρὶς, ψάλτρα, κυμβίον, κεφχλὴ, κάνεον, μυελόπεδα, *ſimus*, & *ſi quæ alia ſuus ejusmodi*; ſed & *veſtis & arma & inſtrumenta Muſica & tota ſupellex*. Hinc in *Zachariam* Hieronymus, *Vasa a paſtoris inſignia illius & habitum debemus accipere, panem, baculum, ſiphlum & ſibilum*. Et quidem *veſtis* Paſtoralis mentio fit, Jerem. c. 43. v. 12. quæ apud Syrum Interpretem vocatur *gulitha*, id eſt, ὠλυνὶς, aut ἐφεστὶς. Quia enim hoc hominum genus cœli injuriis eſt maximè obnoxium, cùm ſub dio ſemper degat, hinc contra ventorum ingruentium procellas neceſſe habet ſe majori curâ tueri, veſtibus circa corpus ſedulò *convolutis* ut aut Apuleius, in *Fab. de Borea & Sole*, viator, flante Boreâ,

Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,
Turbida ſummatus quo trahit aura ſinus.

Poſt veſtem, memoratur ילקיט, *jalkut*, i. *manica* ſeu *pera*, 1. Sam. c. 17. v. 40. à verbo *lakat*, quod *colligere* eſt, quia in ea viatium & quidquid neceſſe eſt, Paſtor colligit. V. infra in voce *Pera*. Eſt & עטי, *atin*, vas *mustaceo*, Jobi c. 21. v. 24. quod *Mulctrale* reddunt complures, quibus tamen non probet aſſenſum Bochartus. *Arma* Paſtorum, ſunt *virga* & *pedum*, item, quibus eminus pugnant, *arcus*, *fagittæ*, *funda*, *lapides* &c. *Virga* ſeu *pedum*, מקל *makel*, dicitur 1. Sam. c. 17. v. 40. & Zachariæ c. 11. v. 7. Item שבט, *ſebet*, Græcè σκῆπτρον, σκῆπτρα, Pſalmo 23. v. 4. & Micheæ c. 7. v. 14. & Levit. c. 27. v. 32. Sub qua virga tranſibunt armenta & greges, quorica illiorum numerus ſubducebatur, quod ſiebat ab iis, qui accurati, manè & veſperi, ut habet Servius *in illud* Poetæ *Ecl.* 3.

Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos

Sed maximè ſub veſperam, cùm è paſtu reduci ſolent; Theocritus *Idyll.* 8.

——— τὰ δ' ἀμφὶ πόκεσσιν ἐρεθόμενα βαθὺ κῶας,
oves autem veſpere ſemper omnes numerant.

V. quoque Virgilium *Ecl.* 6 & *Georgic. lib.* 4. ubi de Proteo phocas numerante, ut & Calphurnium *Ecl.* 3. Quò Jeremias reſpiciens c. 33. v. 13. *Adhuc*, inquit, *transibunt oves per manum numerantis*. Nempe in ovile ingredientes oves ſingulas Paſtor, extremâ virgâ tactas, præſente domino aut villico, recenſebat, ad quem tritum palam alludit ur, Eze. h. c. 20. v. 37. Sed & de Pedo, & de aliis Paſtoris *armis*, dicetur aliquid infra, in voce Pedum. Ad Muſicam paſtorum, nos vocat Davidis cithara, Hebr. כנור *cinnor*, unde Græcè κιθάρα, quam Joſephus ἄπνα χορδαῖς ἑξαπλαῖς πλήκτρῳ τύπτεσθαι, *decem chordis inſtructam plectro pulſari* conſuevidle, *ait Antiqq. Jud. lib.* 7. *cap.* 10. Cùm Auctor *Epiſtolæ ad Dardanum*, ſub Hieronymi nomine, citharam in modum *Delta* literæ, id eſt, triangularem deſcribat, cum chordis viginti quatuor, quæ per digitos Pindari variis modulis ſonuilis ictibus diverſis modis concinerentur. Potiùs dicemus, peculiare id inſtrumentum Muſicum fuiſſe, ipſiusque Davidis inventum, quem non ſolùm citharam miſrà arte pulſavi ſſe, ſed & inſtrumenta Muſica excogitaſſe ac fabricaſſe, conſtat ex Amoſ. c. 6. v. 5. Unde Apollinaris *in paraphr. Pſalmi ſuppoſititii* 151.

Εἰρσάμενον ἄλσει ἀγελαῖα ἀγρόται νομεῦσιν,
Χάρις ἐμοὶ φόρμιγξ λαγυφθόγγου σύντονος,
Δάκτυλα δ' ἀρμαίην ἐφύτρισεν τεχνήμονι.

Et cerrè Græci quoque Scriptores Muſicæ inventionem ad Paſtores referunt; citharæ, ad Apollinem; lyræ, ad Mercurium, feu Terambum Mercurii ſenem ſpectores; fiſtulæ, ad Panem; tibiæ, ad alios &c. Sed & *Paſtorum tabernacula* non omittenda, quæ quandoque dicuntur משכנות, ut 2. Paralip. c. 14. v. 15. quorum prius eſt à rad. שכן, *habitare*, unde Græcorum σκηνὴ; poſterius ab *abal*, h. e. *tentorium figere*. Sub cujusmodi tentoriis ſemper degiſſe Patriarchas, obſervat Apoſtolus Hebr. c. 11. v. 9. Qui idem fuit ſtatus, ſtatelitarum omnium in deſerto per annos 40. Imò non paucorum, poſtmodum in ipſa terra Chanaan, uti de Davide, Jaële, Rubenitis, & Recabitis, legitur 1. Sam. c. 17. v. 54. Judicum c. 4. v. 17. 1. Paralip. c. 5. v. 10. & Jerem. c. 35. v. 7. Nec villæ Jairi, quæ memorantur Numerorum c. 32. v. 41. quidquam aliud videntur fuiſſe, quàm tentoria in orbem digeſta & collecta. Qui certè mos à paſtoribus incepit, & inter illas maximè gentes viguit, qui pecuariam exercuerunt, quales in Arabia Scenitæ, & Nomades in Africa. Rei originem Moſes arceſſit à Jabale, Jubalis fratre, Genef. *cap.* 4. *verſ.* 20. *Is pater fuit habitantis in tabernaculo, cum pecore.* Eodem pertinent *caulæ*, quinque nempe minus diverſæ rationis, ab Hebræis, inſignitæ. Primum eſt גדרה, *gedera*, i. *ſepium*, unde *Gaderoth*, urbs in tribu Juda, 2. Paralipom. *cap.* 28. *verſu* 18. & Gadium priſcum nomen, Ἰαζὴρ, à Phœnicibus inditum, quod Heſychius exponit κυνηγεσίοις. Secundum, דבר, *dober*, i. *caula*, *in quam aguntur ſermone paſtoris pecora*. Quod verbum veriſimile eſt inter Pœnos in uſu fuiſſe, atque illud in animo habuiſſe Auguſtinum, quotics Synagogam definit *pecorum congregationem*, ut ab Eccleſia diſtinguat, in quam homines convocantur, vide illum *in Expoſ. Epiſt. ad Rom.* & in *Pſalmum* 81. Tertium eſt, שכלה *micla*, Habac. *cap* 3. *verſu* 17. à *cala*, i. *claudere*. Quartum, נוה *nave*, ut 2. Sam. *cap.* 7. *verſu* 8. quod propriè notat *caulam à paſtoribus effoſſam*, in *crypsis ſubterraneis* ad *vitandum Solis æſtum*. Quale Poly, hemi antrum fuit, in quo

μὲν, οἷς τε, καὶ τοῖς ἰωάννου.

Denique, כורבע, *marbeis*, vel רבע, *rebeis*, Genes. *cap.* 29. *vers.* 2. quod fere idem est cum Græco, κλίσις ἡ ἐν ωδῖς, seu κλίσις &c. V. Bochartum *Hierozoïc Part. prior. lib. II. cap.* 44. Apud Romanos *Pastores* fervi erant, qui curam habebant *pascendi*. De his Ulpianus, *Quibusdam*, inquit, *in rebus non accedunt instrumenta, si nulla cultior est, ut vineæ, separiis. Si etiam viridaria sint, Topiarii. Si fundus saltus pastionesque habeat, greges pecorum* Pastores, *Saltuarii*. Apud Matthæum Evangel. *cap.* 8. *v.* 33. *Βοσκοῦντες.* Virgilius *Georgicorum lib.* 3.

—— *Desertaque regna*
Pastorum, & longe saltu, lateque vacantes.

Juvenalis *Sat.* 2. *versu* 151.

Pastoris *duri est hic filius* &c.

Iidem ad *baculum* servi dicebantur, cum baculus, qui *Pedum* vocatur, *Pastoris* argumentum sit. Propertius *lib.* 4. *Eleg.*2.

Pastorem ad baculum possum curare.

Dicebantur autem hoc nomine fere omnes fequentes: Arator feu Jugarius, cujus operam recenset Columella *lib.* 1. *cap.* 6. Bubulcus seu Bubiequa, quorum munera apud Rei rusticæ Scriptores late extant: imaginem graphice describit Ovidius *Metam. lib.* 14. Opilio seu Upilio, qui oves curabat, dictus Plauto *Asinaria*, Virgilio *Eclog.* 10. & Alfeno *l.* 60. §. 3 *ff. de leg.* 3. Caprarius, cui caprilia erant curæ, apud Columellam *lib.* 3 *cap.* 10. & *lib.* 7. *cap.* 6. Porcularius, qui porcorum cultos, Papinian. *tit.* 4. Equiso, cui equorum grex commissus, Fest. *in æqualones*: Supertjumentarius, cujusmodi Pædagogum sibi obtigisse conqueritur, apud Suetonium, Claudius Imp. *cap.* 2. Subulcus, de quo Martialis *lib.* 10. *Epigr.* 98.

Præsta de grege, fordidaq; villa,
Tonsa, horridulus, rudis, pusillus,
Hirsuti nihil filius Subulci.

Porcularior, qui lactentes adhuc obtervabat, ficut is adultos, Varro *lib.* 2. *cap.* 4. &c. Sed & animum *Pastores* habet Paulus *Sentent. lib.* 3. *Avibus legatis, anseres, phasiani & gallinæ & aviaria debebantur. Phasianarii autem & Pastores anserum non eminentur, nisi id Testator expressit.* V. Laur. Pignorium *Comm de Servis*, Tit. Popmam *de operis servorum* &c. De Dea *Pastorali* fupra in voce *Pales*. A *Pastoribus* ortum duxisse Romanos, habes fupra in voce *Palatium*, quod, ab ovium *balatu*, quidam dictum contendunt: & Florus *Histor. Rom. lib.* 1. *cap.*1. *Imaginem virtis parvæ quam urbem* (Romulus) *fecerat, modo decrevit. Erat in proximo tuum: hunc Asylum facit: & statim mira vis hominum, Latini Tusci*, Pastores: *quidam etiam transmarini*, &c. Unde idem *ejusdem lib. cap.* 14. Pastorum *casas*, ait, *ignis lite & flamma* (à Gallis, qui Romam ceperant, excitata) *pauperiatem Romuli absondit.* Qua mente Timagenes fcliciati Urbis initimus, ajebat; *Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sibrei meliora resurrectura, quam arsissent*, apud Senecam *Epist* 91. Magnæ pecoris alimentationis, hoc hominum genus olim fuisse, probat, ut & Sacris ni hil addam, Alexandri Priamo genii hiftoria, quem Ida *Pastorem* habuit, ut notum: Endymionis item, qui primus Lunæ phases deprehendit mentesque hominum Aftrologiæ redditat pe ritas: quæ causa, quod ipsum è Luna filias genuisse fabulata fit Antiquitas. Fuit autem hic Endymion, Æthlii Regis filius, *Pastor* in monte Lathmo, teste Paufania *Eliacorum initio*: Unde illum cum *Pastoralis* pedo, *Pastoricio* urceo, & cane minimè venatico, exhibet annularis gemma, apud Thom. Lictum *Gemmarum Antiquar. fchem.* 20. *cap* 101. *quem vide sis, operæ pretium erit.*

Pastor, in Ecclesia, idem qui Ἡγούμενος, Πρεσβύτερος, Ἐπίσκοπος, Πάτερ ἐνεργός, V. Adtorum c. 20. *v.* 17. 1. Tim. *c.* 3. *v.* 1. & 2. Philip. *c.* 1. *v.* 1. Tit. *c.* 1. *v.* 5. & 7. 1. Petr. *c.* 5. *v.* 1, 2, 3. &c. Ab iis nonnulli *Doctores* distinguunt, occasione loci Ephes. *c.* 4. *v.* 11. cenfentes, eos Ministros fuisse extraordinariis doctrinæ donis præditos, qui alios Ministros informarent & ad Ecclesiarum ministerium præpararent ac instituerent. Alii cum *Pastoribus* eosdem faciunt, cum omnibus *Pastorum* nomine folet exprimantur, 1 Cor. *c.* 12. *v.* 28, 29. ut videantur idem, qui Διδάσκαλοι fint, quoque Πιστεῖς fuisse, qui ficut ab una officii parte dicebantur Πιστεῖς atque Ἐπίσκοποι, ita abalia (quatenus nempe docebant Ecclesiam per inftructionem, exhortationem &c.) appellabantur Διδάσκαλοι. Quod enim ad Doctorum & Professorum in Scholis gradus attinet, quales nunc vigent, longè recentiores sunt, quàm ut in fcriptis Apostolicis occurrant. Licèt, quantum ad rem ipsam attiner, nunquam in Ecclesia, etsi vario modo, defuerint Doctores, five καθηγεμόνες Magistri, qui doctrinam sacram per manus tradebant, non promiscuo fidelium vulgo, sed quibusque aliis, qui & ipsi Ecclesiæ *Pastores* aut Magistri futuri erant. Namque in Vet. Teft. Prophetæ ac Filii Prophetarum, & poftremis temporibus Scribæ, Νομικοὶ dicti, id muneris exercuerunt: In N. Teft. ut de Christo & Apostolis nil dicam, à primis ftatim Ecclesiæ Christianæ temporibus celebris hoc nomine Ecclesia Alexandrina fuit, ubi frequentes istiusmodi Διδασκάλοι & Scholæ; præfectibique iis Catechetæ, Pantænus, Clemens Alex. Origenes &c. Conssitit autem *Pastorum* munus, tum in publico Verbi, Precum ac Sacramentorum mini ftetio, tum in reliqua gregis cura, καλὸν ἔργον hinc Apostolo vocitatum, 1. Tim. *cap.* 3. *v.* 1. de quibus omnibus, ut & aliis hùc pertinentibus, Theologi confulendi: V. inprimis franc. Burmannum *Synopf. Theol. Christian. Part. II. lib.* 8. *cap.* 7. *sect.* 20. De *Pastore* verò Laico in Communione Rom. fupra in voce *Advocatus*. In Eccle! a Rotomagensi Galliæ, *Pastorum officium*, quod ftatim poft Nocturnale officium Natalitii Christi celebrari mos, ita defcribit Ordinarius *MS.* ejusdem Ecclesiæ : *Finito* te Deum laudamus, *peragatur* Officium Pastorum *hoc modo, secundum Rubricas seu ufum. Præsque fit paratum vetro altare, & imago S. Mariæ ju in eo pofita. Inprimis quidam puer ante Chorum, in exuvias, in similitudinem angeli, Nativitatem Domini annuntians, ad quinque Cantos, cos quinderim marchatum & libraturn, vel ad rotum Vicarios de fecunda fede, Paftores invitantes, per magnum ufum chori transeuntes, tunicis & amictibus indutos, hunc versum ita dicens, Nolite timere, ecce enim vos, in præsepio. Sint plures pueri in voris Ecclesiæ, quasi Angeli, qui alta voce incipiant*, Gloria in excelsis Deo & *cantent usque voluntas. Hæc audientes Pastores, ad locum, in quo parvum est præsepe, accedant cantantes hunc versum*, Pax in terris, *quum. Quod dum transverunt, duo Presbyteri dalmaticati de majori sede, quasi obstetrices, qui ad præsepe fuerint, dicant*, Quem quæritis, *usq;* dicite. *Pastores respondeant*, Salvatorem Christum *usque* Angelicum. *Item Obstetrices corinam apparientes. Puerum demonstrent, dicentes*, Adeh hic parvulus, *usque* Ifajas dixerat Propheta. *Hic ifendam matrem pueri, dicentes*, Ecce Virgo, *usque* qui natus est. *Tunc eo visa, inclinatis cervicibus, adorent Pueruin, & falutent, dicentes*, Salve Virgo fingularis, *usque* frui natus virtute. *Deinde matrem Domini salutent & dicentes*, Alleluja, Alleluja, jam vocè fcimus, *usque* cum Propheta dicentes, *Pax fcitio incipiatur Missa & Pastores regant chorum. Dom. Archiepiscopus, si præsens fuerit, cantet missam*: apud du Freine.

Pastor, nomen libri, cujus auctor Hermas, Pii I. Pont. Rom. frater, Lubbæo *de Scriptoribus Eccles.* V. fupra, voce *Hermas. Pastoralis* Carmen, omnium vetuftiffimum. Namque cum tria fint fecularium genera, *Pastorii, Venatici, & Agrestes* quidem, quia funt in motu, minus ad vetera propenfi exiftunt. Quia neutiquam fauftum putamus in venatu loqui, nedum ut cantus aptus judicetur. Reliqua duo genera cantiones meditatafunt; & fanè *Pastores*, quam Aratores, ant qui magis: quemadmodum & Varro probat, & ex Thucydide colligi potest. Ad hæc Arator in opere, *Pastor* otiofus. Videtur autem modulatio in pastionibus inventa prius, vel Naturæ impulsu, vel avicularum imitatione, vel aeborum fibilis, antequam ullus divinus fupet in voce *Modulatio*. A genere autem paftoris ftiftimodi Carmina nomina accepere. Ac quanquam Ἐπιμηδὲ non comprehendat cuftodiam, πανῷ ἢ ὃν τοῖς μέσοι : tamen Opilionibus folis attributum maluere, unde & Πομπικὸν, ἰτ cantus, quibus ifti fefe atque alios oblectarent: Αἰπόλικος vero, a capellis, quafi αἰγοπόλικος, Συρίγξ, à fibus, Βουκολικὸν, à bobus, quæ & nobiliffima habita. Libyes tamen & Scythæ, Parthique, Myfi: item Periæ, Arabes, Numidæ armentarios equitii primâ laude dignos cenfere. Sed cum in Græcia nomen nullum, quanquam & in Thessalia fummus equis honor haberetur; & in ipsâ Bucolici carminis patrente Sicilia id armenti genus adeò ftudiose à Natura datum, ab indigenis cultum eft, ut aut nulli, aut paucis nationibus fecundum effe cenfetur. V. quæ fupra diximus de *Bucolicis*, nec non in voce *Eclogæ*, & plura hanc in rem apud J.C. Scaligerum *Poëtices l.* 1. *c.* 4. Apud Italos hodie *Pastoralis* vocatur Poëmatis dramatici genus à Taffo inventum, A. C. 1573. in quo Pastorum amores in fcena repræfentantur, lato plerumque fine terminando. Origo ejus Ecclesiis Satyrisq; antiquior, quod V. Trajanum Boccalinum *Ragguaglio*, *Pastoralis* Baculus, V. hic in *Baculus*, *Myrtus*, *Pedum* & *Virga*.

Pastorelli, cohors factioforum, exorta in Francia, fub Ludovico IX. circa A. C. 1251. de qua fic *Historia* Francorum *MS.* ex Bibliotheca Memmiana, vernaculo fermone confignata: *In Francium tum venit impostor, qui, Magistrum Hungariæ se vocitans, factabat Terram S. liberari oportere ab infidelibus, operæ jurvenum* Pastorel. lorum. *Ipse prolixa vestebatur & modestis cultis vestibus, in Francia ad decies mille* Pastorellos *cogit; cum quibus Autisiam accedens, à Regina Blanche, ejus verbis fidem habente, magnifice excepta est &c. Verum quamprimum* Pastorelli *Ligerim transverunt, non Judæismo, sed etiam Christianis, vos damna intulerunt, ut dici vix possit.* Diiperfa tandem ifta latronum fæx, & caput corum Avarici Biturigum interfectus eft, Guil. Guiart. *in Hist. MS.* ubi *Pastorellos* hos captivitatem Ludovici Sancti (qui in Saracenorum manus pervenerat) fefe vindicatores jactitaffe, Adie ipsi plura, apud Matth. Paris. coetero quoque Gallicæ Hiftor. Scriptores. Eadem poftea appellatione, fimilique in Terram S. profiticifendi praetextu, exorta in Francia & Anglia, factiofortum hujusmodi alia cohors eft, circa A. C. 1320. fed eundem cum prioribus quoque exitum nacta. Poftquam enim in Aquitaniam usque penetraffent, velut contra Saracenos ultra mare profecturi, mox fipario remoto in Judæos æque ac Chriftianos fævire inceperunt, donec poft multa damna incolis illata coetus illorum difperfus; & purimi fufpeadio necati funt, uti docet du Freine ex eadem *Hist. MS.* Memi-

MS. Memmiforum. Eadem habet *Chronicon MS.* vernaculum Monfpelienſe, ubi inter alia narratur, uno die Tolofæ eorum ſexcentos, Carcaſſonæ vero trigintà octo, in crucem actos eſſe. V. de his plura, apud Thom. Walſingham *pag.* 112. Coſmum Pragenſem *pag.* 34. *Chronicon* Rotomagenſe à Labeo editum, Odoric. Rainaldum A. C. 1320. *num.* 21. 22 & 23. qui hos omnes ſubdat. Car. du Freſne *Gloſſar.* Gallice *Paſtureaux.* Dominicus Macer ſic dictos air, quòd Agni effigiem in vexillo gererent.

Paſtrana, adde : Familia Dutrum ramus eſt inclytæ ſtirpis de *Silva*, quæ Luſitaniæ originem debet. Hujus cùm duæ ſint lineæ, poſterior Duces de *Paſtrana* complectitur. quæ à Didaco Gomezio de *Silva* Dn. de *Chamuſca* Miniſtro Johannis I. Luſitan. R. originem habet. Hujus enim abnepos Reis Gomeſius ad Philippum II. Hiſpan. Regem, & II. Dux *Paſtranæ* creatur, mentit : Ab ejus uxore Anna Mendozia Principis Melitì fil. liberi *Mendozium* nomen ſuo adjecere, in quibus Rodericus Ducale axioma *Paſtranæ* continuavit ; Didacus D. Francavillæ, ab uxore Anna *Sarmiento de Villandrado, Com. de Salinas ac Ribadeo*, ac dein titulum *Marchionis de Alenquer* nactus eſt : demum tertius, Ruis Gomeſius Com. de *Calle*, honorem *Marchionis de Liſeda* obtinuit. Ducum progenitores progeniesque ſic habet : Ruis Gomeſius de *Silva* Dn. de *la Chamuſca*, ex Blanca (fil. Didaci Fernandi *de Almeyda*) pater fuit Joh. Gomeſi de *Silva* D. de *la Chamuſca* : quo & Johannâ Henricâ, genitis Franciſcus Gomeſius de *Silva* Dn. de *la Chamuſca*, genuit ex Maria de *Noronha* & *Menefes* (fil. Roderici Tellezii de *Menefes* Dn. de *Unnon*) Ruis ſeu Rodericum Gomeſium I. de *Silva* Ducem *Paſtranæ*, Princ. Eboli, cui ex Anna de *Mendoza* & de *la Cerda* genitus, antecalios, Rodericus Gomeſius II. de *Silva* & *Mendoza* Dux de *Paſtrana* & *Francavillæ* Princeps de *Melito*, uxorem ſibi junxit Annam de *Portugal* & *Borgia* (fil. Friderici de *Portugal*, ex Ducibus Beoguntiis & Margaretæ Borgiæ) atque ex ea ſuſcepit Rodericum Gomezium III. de *Silva* & *Mendoza* Duc. de *Paſtrana* Princ. de *Melito* D. de *Francavilla* M. de *Algezilla*, patrem ex Leonora Mauricia de *Sotomayor*, Mariæ, Roderici & Annæ Mariæ, è quibus Rodericus, hujus nom. IV. de *Silva Mendoza Guzman* Dux *Paſtranæ* & *Efremenæ*, Princeps de *Melito* & Dux de *Villafranca*, in Regno Neapolit. uxore ducta Barbara Antonia Meraldi *Sandoval Rotas* Duc. del *Infantadgo* M. de *Santillana*, *Argueſo* & *Campo*, M. de *Zenete* (fil. Didaci Gomeſii de *Sandoval* Com. de *Saldaña*, & Luiſæ de Mendoza Duc. *del Infantadgo*) ſuſcepit Rodericum de *Silva Hurtado de Mendoza* Com. de *Saldaña*, qui ſibi junxit . . . de *Haro*, fil. Ludovici de *Haro*, A. C. 1666. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag.* 52. & *Part. III. pag.* 80. & 87.

Paſtus, i, ſeu *Peſtus*, Gr. Πατὸς ſeu Πατὸι, velum ſignificat *variegatum plumario opere*, *quod apud Paganos thalamis vel aci* (ubi Numen celebatur) *ſeribus prætendebatur. Inde πατοῦσθαι. Templorum atria, in quibus ejusmodi vela prætenta eſſent, vel quod ii locus deſtinatus eſſet manſionibus & πατοῦσθαι. Quod verius. In templo Iſidis & altarium ſi forte Dearum, ut Deæ Syriæ & Matris Deûm, certus erat ſuis ſacratorum hominum, qui πατοῦσθαι dicebantur, à πατὸς, quod erat velum linteum variegatum thalami foribus vel ſacræ Cathedræ oppandi ſolitum*. Salmaſius in *Plinianis pag.* 1217. Heſychius, Παστοφόρια· τὰ τῶν ἱερῶν ἱμάτια, ἃ σκευάζουσι, καὶ κατὰ πανηγύρεις. Ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ κείμενα ἐπιπλα. Παστοφόρος· ὁ ἐν ἱεροῖς τῶν παστοφορίων ἀπὸ τῆς τύμβης ἐστὶ μεῖον δεδηλωκὼς, πωλῶν τὰ λιγνύπλοια ἄδον γλήνεον, ὀλίγον ἐσωπεῖλας τὸ καθαπτόμενον, ὡς ἐκεῖνα τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς, πολλὸν ἡμῖν ὀφείλων ἐπὶ γλυφῷ τὸ σπόδιον. Idem de *Paſtoforibus* doctrina in re Medica ſingulari ſeu Hermetica, etiam *S. Strom.* multis agit. Et *cetium* Paſtophorum, *quod Sacrofanctî Collegii nomen eſt*, memorat in ſacris Iſiaſtis, Appuleius *Miſcellan. lib.* II. Indidem *Paſtophorium*, ex iis, quæ dicta, ſanum ſit, tum qui ornabatur, tum quâ velum eſt oppandebatur, vel potiùs, locus *Paſtoforum* manſionibus deſtinatus. Quæ vox è ſacris Paganorum ad Chriſtianos tranſiit. Meminit eius Gruterus *Thefaur. pag.* 84. 3. in hac Inſcr.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΜΕΛΑΝΗ
ΦΟΡΟΣ ΤΗΝ ΚΟΝΙΑΣΙΝ
ΤΟΥ ΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΥ
THEOPHILUS THEOPHILI
ANTIOCHENUS MELANE-
PHORUS, TECTORIUM
HUIUS FANI &c.

Intregram V. ſuprà in voce *Nigrigeruli*. Ubi *Fanum*, in verſione Bembi, eſt πανοφόριον, nomen primarie Fani, maximè apud Ægyptios in Numinum horum delubris, partis, unde ipſum per ſynecdochen Fanum ſic dictum. Sæpius quidem legitur *Paſtophoria*, in Græcis codd. fœderis vet. maximè pro לשכות *conclavibus* ſacris Levitarum Sacerdotumque, Ezech. 40. v. 17. & 38. I. Paralip. *cap.* 9. *verſ.* 2. & 33. &c. ubi Vulgatus habet, *gazophylacia*, uti & Aquila ; Symmachus ἐξέδρας, Hieronymus *thalamos*. Idem interdum eſt לשכת *habitaculum*, unde etiam ille, *ad Jeſaiæ cap.* 22. *verſ.* 15. *Sochen*, inquit, *aut tabernaculum interpretatur aut* Paſtoforium, h. e. *thalamus*, *in quo habitat Præpoſitus templi*. Syrus & Arabs pro *gratibus*, in Ezech. loco indicato capiunt. Etiam in Maccabaicis *lib.* 1. *cap.* 4. *verſu* 38. & 57. Græcè & Latinè ufurpatur, *Paſtophoria*. pro *conclavibus* ejusmodi. Ubi Syrus, pro בתי מעבדא *habitationes*, & *Paſtophoria* (& Templo) *ſubjata fanit*, ſubſtituit, *omnia ornamenta deſtruda ſunt*. uti & poſtmodum *Paſtophoria* interpretatur. Gallus ibi, *les aiſſentes pour manger*, Lutherus *der Prieſter cellen*, Anglì *the Prieſts chambers*, & *Chambers*, uti & Duacenſes. *Paſtophoria* ibi interpretatur H. Grotius, חלשכות, *id eſt*, *conclavia illa ad Templi latera*, *in quibus ſervabantur veſtes Sacerdotales*, *inſtrumenta Templi*, *copia aromatum & ſimilia*, ac ſe refert ad citata antè ex Ezech. & Paralipomena loca. Atque ita ſumſi ſolere, loquit ex Vocabulario *Catholico* dicto. Sed & in Eccleſiis Chriſtianis *Paſtophoria* fuere. In Conſtitutionibus, *Apoſtolicis* dictis, ubi de Eccleſiæ diſpoſitione agitur *lib.* 2. *cap.* 57. περὶ πατοῦσθαι τῆς Παροφόρου πρὸς ἀνατολὰς, *Utring*, fim *Paſtophoria versùs Orientem* ; de quibus videſis plura apud Durantum in *Ritibus Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 16. §. 8. & Gerh. Joh. Voſſium de *Vitiis ſermonis lib.* 3. *cap.* 33. Joh. Seldenus de *Synedriis Vet. Hebræorum Lib.* II. *in Addendis pag.* 712. & *ſeqq.* V. quoque in voce *Paſtas* & *Paſtophorium*. Hoc unicum addo, tha lamum apud Hebræos nuptialem, ſeu *Chuppa*, quò ad cohabitationem conjugalem Sponſi primâ nocte deducebantur, ab Helleniſtis, Πατεῖν, reddi *Joëlis cap.* 2. *verſ.* 16. V. de hoc *thalamo* ſuprà, ubi de *Nuptiis*.

Paſtus, ûs, apud recentioris ævi Scriptores, *convivium*, *veſtitus* eſt, Gallis *Paſt*. Jus, quo Vaſſalli & *tenentes*, Principem ac Dominum ſtatis ac debitis vicibus vel diebus, vel etiam, quoties per Vaſſallorum prædia iter agebat, convivio tenebantur excipere : alias *Cenaticum* quoque, *Procuratio* &c. quod quidem jus in pecuniarias præſtationes commutatum ſæpiſſimè legitur. Ac *paſtus* quidem, qui Principes ſpectabat, mentio eſt in *Capitulis* poſt Concilium Rom. *A. C.* 904. *cap.* 8. Ut Paſtus *Imperatoris ab Epiſcopis & Comitibus*, *ſecundum antiquam conſuetudinem*, *ſolvatur*. In *Capitular.* Caroli C. iii. 32. c. 2. ubiloquitur *Paſtus caballi* occurrit, Miſſi Dominici debitus : quemadmodum *Paſtus canum Venaticorum*, in vet. *Charta* apud Auguſtinum du Pas *Stemmat. Armoric.* 823. citatum Car. du Freſne *d. l.* V. quoque ſuprà, voce *Paſci*, item ubi de *Gillo*.

Patacon, Hiſp. *Patagon* Gall. moneta argentea, in Flandria cuſa, ſub Alberto & Iſabella Archiducibus, magnitudine nummi Imperialis : in cujus una parte crux Andreana, cum corona in medio, & verbis, *Albertus & Eliſabetha Dei gratiâ* : in altera, ſcutum coronatum, cum binis leunculis & *Inter Archiduces Auſtriæ Duces Burgundiæ & Brab.* Richelet.

Patagium, memoratum Plauto *Epidic. Act.* 2. *Sc.* 2. ubi muliebris luxus cenſuram facundè agit Senex Comicus, cùm inter alia recenſet,

Tunicam rallam, *tunicam ſiſſam*, *linteolum caſtilium*, *Induſiatam*, *patagium*, *calculum &c.*

Nonius interpretatur *aureum clavum*, *qui prætexta veſtibus inmiſi ſolet*: unde, inquit, *veſtis patagiata*. Quam vocem porrò à τὸ πάλαγος, à quo πάλαγος, clavus qui in materiam inciditur, Eruditi deducunt : ut proprie *clavus* ſit purpureus, *Patagium* aureus. Tertullianus de Pavone, *Omni patagio inſuitur* ; Feſtus *Patagium eſt*, *quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet*, *quæ* patagiata dicitur : & Patagiati, *qui ejusmodi opera faciunt*. Ad quem locum Octav. Ferrarius non vult audiri Scaligerum, qui verba Livii *lib.* 4. *Plures poſtlendæ ambitionis causa Tribunos Legem promulgare*, *ne cui alium in veſtimentum addere petitioni causa liceret* : ſolicitans, *clavum* legit, atque hunc errorem ex corrupta ſcriptura *clabum* manaſſe ait. Cur enim clavi petitionis causa dicantur addiri veſtimenti, cùm ſolùm ibi vetitam togam candidam, quæ Petitorum propria, ſive erectatam ambitionem interdictam fuiſſe, clarum ſit. Multo minùs dictum *Patagium*, quòd quibusdam quaſi maculis ac naviis inſperſum eſſet ; quia *Patagus* genus morbi, quo qui morbum, hujusmodi rotundis feditatum maculis : Cùm potiùs à ſimilitudine clavorum muliebrium dictum videatur ſic ſit vero ſimile. V. præfatum Ferrarium *de Re Veſtiaria l.* 3. *c.* 20.

Patalene, regio Scythiæ Auſtralis, intra Indi oſtia. V. *Patala*.

Patales Boves & *patules*, quorum cornua in diverſum patenter, Feſtus. His contrarii, quibus cornua introrſum converſa eſſent, *camuri* dicti. Philargyrius, *Camuri boves ſunt*, *qui converſa introrſus cornua habent*, *quibus contrarii patuli*, *qui cornua diverſa habent*. Græcis πλάγιοι & πλάγιοι, quòd cornua habeat πλάγιοι, *expanſa & patula*, item *vara* : Namque & *vari* bi boves dicti. Similiter & vari vel varis curribus homines, qui pedes extra verſos & apertos habent, ſuras & calces introrſum actas, genua in diverſum patentia &c. V. infrà *Vari*.

Patarea, ſecta *Paterinorum*, Bonizo Epiſc. Sutrinus in *Chron.* Roman. Pontif. ex Bibliotheca Cæſar. apud I. Ambetium *Comm. lib.* 2.

Eius temporibus Patarea *apud Mediolanum exorta est.* Dicti autem sunt *Paterini* ex Valdensibus quidam, de quorum appellatione sic Constitutio Friderici II. contra Hæreticos, apud Vaddingum *A. C.* 1254. *num.* 14. *In exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica martyria fubierunt, Patarenos & nominant, veluti expositio passiva.* Inc. Petri Lucearus *in Annalib. Ragusinis lib.* 1. *pag.* 17. tradit ex *Chronicis* Bosnicis & Petro Livio Veronensi, sic nuncupatos fuisse à *Paterno* Romano, hæretico pessimo, qui in Bosnia doctrinæ suæ semina sparserit: Petrus Monachus Vallis Sarnei *in Hiftor. albig. cap.* 2. illos sic dictos contendit, à *Pater noster*, quòd nempe Orationis Dominicæ, quæ ab his scribis incipit, recitatione salvari se crederent. Alii ex vocitatos ajunt, quòd eum sola eadem Dominica Oratione Cœnarum confecrarent, ut est apud Ioannem *de Divin. Offic. lib.* 2. *cap.* 21. Mentio eorum in *Authentica Gazaros Cod. de Hæreticis*, ubi alii legunt *Patharenos*, alii *Patharinos*, alii *Patrinos*; item apud Reinerum c. *Valdenses cap.* 6. Matthæum Paris A. C. 1236. in *Gestis* Innocentii III. p. 436. Concil. Lateran. III. sub Alexandro III. &c. Galli *Patalins* & *Patelins* vocantur, Car. du Fresne in *Glossar.* V. quoque in voce *Patarini*, si cenim potiùs vocativ idemur, ut ex dictis patet.

Patella, dicta sunt vafa picata, parva, quorum in facellis sollemnium fuit usus. Dimin. ex voce *Patera*, de qua infrà, V. Jo. Rosinum *Antiqq Rom. lib.* 3. *cap.* 38. Placabantur iis Dii, hinc *Patellarii* nominati, de quibus V. suo loco. Sed & *Patellæ cochæ*, singulis hebdomadibus, ex micis, quæ è mensis Monachicis levantur, occurrunt apud Magistrum *in Reg. cap.* 23. 25. &c.

Patena, Columellæ *lib.* 12. *cap.* 43. *vas latum* definitur: à *patendo*, quòd *patula sit*, Walafr. Straboni *de Rebus Eccl. cap.* 24. in genere, idem cum *patina*, cum qua non ratiò confunditur: quemadmodum *Aspergis* pro *Aspinarii*. *Aspone* pro *aspina*, *Cuna* pro *Casina* urbe, *Legula* pro *ligula*, sæpe libri exhibent. Sic apud Treb. Pollionem *in Claudio*, ubi habet, *Patinam argenteam hederatam librarum viginti & trium*, monet Gruterus, ex Palat. cod. legendum, *Patenam argent hedraciam*. Quo modo & vetus Editio legit: rarioque aliter scripsum reperias in libris vetustis. *Patina* in vet. *Glossariis* quidem scribitur: sed ex serie & ordine literarum patet, Auctorem Glossarium *Patenam* posuisse, ubi hodie *Patina* in editionibus legitur. Sic enim ordo est, *Pastecia*, *Pastenæ*, *Paternum*: & paulo infrà, *Patera*, *Pateseia*, *Patena*: atque ita etiam scripsum est in codice magnæ vetustatis, qui in Bibliotheca est P. Puteani, Salmasius ad *Pollionem*. In specie, in Ecclesia Rom. vas ita dicitur Ecclesiæ ministeriis dicatum, cujus usus olim in oblatione Corporis Dominici fuit, & jam est; *Διακονικὸν ἄγγος* Germano Patr. *in Theor. Διακονίας* Nicetæ & Auctori *Descriptionis S. Sophiæ*. Memnit ejus Anastasius *in Nicolao*: *Patenam ex auro purissimo mifit, Michaeli Imp. cum diversis lapidibus pretiosis.* Istantius in vit. Rom. orationes ad benedictionem *Patenæ*, quæ ibi appellatur, *Vasculum in quo Eucharistia reconditur*. In Liturgia S. Jacobi, *Discus* appellatur; cujusmodi patenam argenteam Petri Chrysologi, in cujus medio Altare delineatum sit, cum cruce & agno, hisque in circuitu verbis,

Quem plebs tunc cara Crucis jam fixit in ara:

in Imolensi Ecclesia hodieque conservari, contendit Car. Macer. Apud eandem antiquitatis in Missa Acolythus fustinebat patenam velo obtectam, ut hoc subjectionis manu deferrè fuerit. — quæ ceremonia in Missa defunctorum omittitur. In Missis v. privatis, patina sub corporali abscenditur &c. quæ quid significent, V. apud ipsum *in Hierolexico*.

Pater, adde: Papiæ, *Genitor naturæ vocabulum est*, Pater *dignitatis*. Quod quidem discrimen observaverit, in *Epist.* Theodeberti R. *ad filium Mauricii Imp. Et quia ad Serenissimum & pissimum* Patrem *nostrum, Genitorem nostrum Mauricium Imp.* — *Legatarios direximus &c.* V. Car. du Freine *Dissertat.* 23. *ad Joinvillam pag.* 288. Quò pertinet, quòd Dii omnes *Patres* appellabantur, religionis nempe & reverentiæ ergò, V. Servium *ad illud Virgilii*,

Hinc ades ô Lenæe Pater —

In Lucilio proin *Sat.* 1. apud Lactantium *lib.* 4. *cap.* 3. in Deorum concilio, ridens Jupiter ita fatur:

Ut nemo fit nostrûm, qui Pater *optimus dicitur,*
Ut Neptunus Pater, *Liber, Saturnus* Pater *Mars,*
Janus, *Quirinus*, Pater, *omnes dicamur ad unum.*

Quod & Lactantius exibilat, inquiens: *Natura non patitur, ut sint unius homini plures Patres: Ex uno enim procreatur. Unus igitur colendus est qui potest vere* Pater *nominari.* E' quibus tamen Janus privato nomine *Patris* nominatus est, quòd primus Deorum rederectur. Seneca *in Apocolocyntosi seu Apotheosi Claudiana*, *Ille almissi primus interrogator sententiæ* Janus Pater, *is multa disseris quod in foro vivat dixit.* Sextinius, antiquus Poeta, apud Terentianum Maurum *lib. de Metris*,

Jane Pater, *Jane tuens, Dive biceps, bifrontis,*
O cate rerum sator, ô principium Deorum,
Strìdula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi,
Tibi vetus ara cahsis Aborigino sacello.

Ubi *principium* vocat cum; non Romanæ gentis, quo nomine Quirinus quoque *Pater* dictus est, sed *Deorum*, quod est Deorum exemii, quem inter nomina cetera Jovem dixere, Gerh. Joh. Vossius *de Orig. & Progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 16. Hinc toties hoc nomine insignem deprecinemur Janum: *Jane* Pater, *audi te vota*, Livius *Dec.* 1. *lib.* 8. *Janus* Pater *in suo templo dicatus*, Plinius *lib.* 36. *cap.* 5. &c. Juvenalis *Sat.* 6. *versu* 393.

Respondes his Jane Pater.

Virgilius *Æneid. lib.* 8.

Hanc Janus Pater, *hanc Saturnus condidit arcem* &c.

Martiali *Sanctus* Pater, dicitur *lib.* 10. *Epigr.* 28. V. Thom. Dempsterum *Paralipom.* in Joh. Rosini *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 3. Etiam Pater & *Rex* jungantur à Poëtis; ad par utriusque, in Regia potestate, officium declarandum. Quomodo Romulum invocat Ennius, addens ab eo Romanos in lucem productos esse, non aliter, atque eosdem Catullus *Romuli & Remi nepotes* appellat, *ad Cicer.*

Diversissime Romuli nepotum.

Et in *Lesbia*,

——— *in trivüs & angiportis*
Glubit magnanimos Remi nepotes.

Porro ad Benefactores vox extenia: Quò facit *Patris Patriæ* insigne cloquium Tullio tributum, juxta illud,

Roma Patrem Patriæ *Ciceronem libera* dixit.

Celsus. *Patricianus* dontusesth ab eodem Regente Gregorio cod. *ibid.* Habetur Amphium Silviæ matris Celsi Patricii, *Histor. Franc. Tom. I. pag.* 316.

Amatus, Celsi successor, ab eodem Rege in Longobardos missus, ab iis cæsus interit A. C. 575. Gregorius Turon. *lib.* 4. *c.* 36. *Patricius Provinciæ* dicitur Paulo Warnefrido *lib.* 3. *cap.* 3. Eum excepit

Ennius, cognom. *Mummolus*, de quo agit Gregorius Tur. *lib.* 4. *capp.* 36. 37. 39. 40. *lib.* 7. *cap.* 34. 36. &c.

Ægulanes, seu *Egila*, anno 24. Guntranni eadem dignitate functus est, ut & anno 7. Theuderici, Fredegarius *Chron. c.* 2. 21.

Dinamius, *Patricius Galliarum* A. C. 593. 596. occurrit apud Gregorium *M. l.* 2. *Ind.* 11. *Epist.* 33. quem *Massiliensem* vocat Fortunatus *lib.* 6. *Poem.* 11. Ejusdem Dinarii & Eucheriæ conjugis epitaphium habetur *Histor. Franc. Tom. I. pag.* 519.

Atigius, *Patricius de Gallis*, A. C. 596. 604. memoratur eidem Gregorio *lib.* 5. *Epist.* 57. *lib.* 12. *Epist.* 12.

Alcleipiodotus *Patricius* in *Gallis*, A. C. 599. 604. eidem Gregorio *lib.* 7. *Epist.* 125. *Ind.* 2. *lib.* 12. *Epist.* 17. An idem cum *Aschipiado*, cujus mentio in *Decret.* Childeberti R. A. C. 595. Leudegisilus, *Patricius patricii Provinciæ* ordinatur à Guntranno ann. 26. regni. Hermannus A. C. 587.

Gundobaldus & Wintrio, *Patricii* dicuntur Childeberti Austrasiorum R. qui post Guntrannum patruelem Burgundiæ R. factus est, in *Gobilis* Franc. *cap.* 36. Posterior *Quintio Duc Campaniensis* dicitur Fredegario *Chron. c.* 14. & 18. quo occiso, infugatu Brunechildis, anno 3. Theodeberti,

Colenus, Francus, anno 3. Theuderici, successit, V. Eundem *cap.* 18.

Partheius, sub Childeberto R. memoratur Cypriano in *Vita* S. Cæsarii Arelatensis.

Liberius, circa eadem tempora, apud Marium Aventicensem S. Cæsarii *Vita*.

Protadius, genere Romanus, defuncto Wandilmaro Duce in Pago Mitiariano & Scutingorum, *Patricius ordinatur* ann. 8. Theuderici, Fredegar. c. 24. quo, arte Brunechildis, itidem occiso,

Vulfus subsitituitur, Id. c. 27. 29. Hoc perinde occiso, Richomeres, genere Romanus subrogatur ann. 11. Theuderici, Fredegar. c. 29.

Philippus *Patricius*, occurrit in *Epist.* ad Desiderium Epise. Cadurc. *Epist.* 65.

Aletheus, anno 30. Chlotarii II. Fredeg. c. 43. 44.

Willibaldus, *Patricius* Burgundiæ, sub Dagoberto R. à Floacato Majore Domus inimicitias, circa A. C. 631. Fredegarius c. 90.

Hectar, vel *Hector*, *in fastibus Patriciatum Massiliæ* rexisse, Childeberto II. regnante, dicitur in *Vita* S. Leodegarii c. 7. Post quem *Patricii Provinciæ* aliquot occurrunt, usque ad tempora Caroli M. in vet. *Chronicon* Fontanellense mentio defertur in *Epist. Masili. num.* 14. scilicet,

Memphidius, cui uxor fuit Adultrudis.

Antenor seu Antherius, *Patricius Provinciarum* in *Charta* vet. dictus, mittus Sulpitius.

Merrano.

Abbo, qui videtur posteremus eorum: dignitate postmodum subalterna Regum stirpe extinctâ, Regibusque ipsis aliàs hunc titulum tibi, afferentibus. Incertum verò, an is fit ille *Abbo Patricius*, qui sub Theodorico Franc. R. vixit & Monasterium Novaliciense construxit, ut in ejus Testam. legitur, in quo etiam memoratur,

Agnarius *Patricius*.

Bonitus postea, Arvernorum Episc. à Theodorico I. R. *Præfectus Massiliæ primæ Provinciæ* electus est, in *Fita* ejus. Sed an *Patricii* dignitatem gesserit, incertum. Verùm, quanquam extincta in Francia fuisse videatur hæc dignitas post Pipinum & Carolum M. revivisse tamen videtur, sub Regibus Burgundicis, qui post hæc in hisce Galliæ provinciis regnavere: Namque Justus *Patricius*, memoratur in *tegat.* Synodi Matalensis A. C. 879. ad Bosonem R. Provinciæ defignatum.

Erchinoaldus quoque Major-Domus Franciæ, *Patriciatu* fuisse infignitur à Beda *Hist. lib.* 3. *cap.* 19.

Richardus item Normanniæ Dux, sese *Patricium* indigitat, in *Charta A. C.* 1035. apud Hemeræum in *Augusta Veromandi*. Quo eodem titulo non fcinel donatur à Dudone *de Moribus, & Actis Normannorum. Epic. Comes, Dux* Patriciusque *summus*. & infrà, *Patricii Ricarde, Comes, Dux, Marchio, Princeps*. Infrà, *Plaudebant omnes qui illis* Patricium & *Ducem tantorum bonorum Instrumida largitus est clementia*. Unde fortè eorum fententia aliquid roboris accipieret, qui *Pares Francia*, à *Patriciis Francicis* deduci volunt, nisi aliunde constaret vocis origo. Eò eo tempore *Patricii* vox dignitasq; apud Historicos Francicos non occurrit quod enim *Patriciatus Romani* dignitatem attinet, paulo post videbimus.

Patricii Romanorum, non alii fuere, quàm Præfecti Imperii Urbis: quam quidem dignitatem, posquam sese Græcanici Imperii jugo subduxere, Longobardis etiam devictis ac superatis, Pipino primùm, dein Carolo M. & Carolomanno, Francorum Regg. Romani ipsi asserere, ut colligere est ex Anastasio, in *Vita* Stephani IV. Papæ: *Itaque in exordio ordinationis suæ, quo iisdem sanctissimus Præsul Pontificatus apicem assumpsit, direxit Franciæ partibus ad excellentissimos viros Dominum Carolum & Carolomannum Reges Francorum & Patricios Romatorum*. Quinimodi Epistolæ complures Stephani quatuor & Pauli Pontif. occurrunt in *Cod. Carolino*. 4. 7. 8. 9. 41. 42. 45. 47. &c. ut & Adriani, ad eundem Carolum M. quarum plerasque, post deviclos exactos que Longobardos, exarat, *Carolo Regi Francorum & Longobardorum atque* Patricio *Romanorum*, inscribuntur. Donec hic postea, ablato *Patricii* nomine Imp. & Augustus salutatus est; à quo tempore, abhinc re dinces, hoc titulo gentis Francicæ augusti, ut qui Imperatoriæ dignitatis longe eminentiori obtectaretur, eoque ipsi Romæ illi imperarent, tametsi in aliquot vet. tabulis sub eodem Carolo tum Imp. in adscriptis annis, *Rex Longobardorum & Patricius Romanus* adhuc indigitatur, apud Mabillonium *Tom. V. Vitar. SS. Ord. S. Bened. p.* 88. 89. Quippe Pa*triciatus Romatorum* intelligendus propriè de urbis Romæ, vel etiam Italiæ Præfectura, quæ à Patriciis, uti dictum supra, regi solebat, uti etiam fentit Nic. Alemannus *Dissertat. de Lateranens. Parietinis cap.* 12. Unde non mirum, si Carolus Imperator à *Patricii* titulo abstinuit, cum dignitas hæc Imperatoriæ subdita esset. Concessa autem ea fuerat à Romanis tribus præsertim Francorum, Regibus, ut essent, qui Romam & Italicas provincias, cum adversùs Græcos, tum etiam Longobardos, cum acriùs infestantes, utraretur defenderentque. Unde *Patricii & Defensores Romanorum*, conjunctim ii vulgò appellati sunt, ut dicimus ex *Annalibus* Francorum Metenfibus ad *C.* 773. ubi *Tuscis* quoque titulus occurrit. Sic *Romanæ Resp. Patricius*, *Tutor & Defensor*, junctim sequuntur, apud Rug. Flaviniacenem *Chron. p.* 223. &c. Non verò cum Carolo M. *Patricii* dignitatem omnino extinctam esse, colligitur ex Hadriani II. Pont. Rom. *Epist.* 34. ad Carolum Calvum R. Adde quòd eam ambierunt post. nonnulli Germanici Imp. & peculiaribus hujus dignitatis insignibus interdum ii donati leguntur. Sic Otto I. *Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum*, inscribitur apud Mabonium *ad Willelmum*, p. 123. Henricus III. *convenit Basilee balsio*, iuxta *coronæ Patricius Romanorum appellatus est*, &c. apud Bertholdum. Henricus IV. *Patriciatus honore & præter hæc, coronam auream super quæ* à Romanis donatus est, apud Leonē Ostiens. *l.* 2. *c.* 80. Henrico V. Romani Patricii *aureum circulum* imposuerunt, (post coronationem) *& per eum dederunt summum Patriciatum Romanæ Urbis*, à. apud Guilelmum Malmesburien *Hist. l.* 5. *p.* 167. Lotharius, *eo. ronam Patriciatus* accepit, apud Petrum Diaconum *Chron. Casin. l.* 4. *c.* 120. &c. Imò & aliis interdum dignitas concessa, Alberico cuidam, inter quem & Hugonem Regem Italiæ Odo pacem composuit, apud Hugonem Flaviniac. *p.* 341. Crescentii qui contra Ottonem Imp. rebellavit, apud Vincentium Belvac. *l.* 24. *c.* 108. &c. Scribit quoque Otto Frisingensis *l.* 7. *c.* 31. & 34. ex Ep. Lucii Papæ ad Conradum Imp. Romanos tumultuantes, *Senatoribus quos ante instituerant*, Patricium *adjecisse, atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium diligentes omnia ei tanquam Principi subjecisse*, Præterea dignitate abolita: fed Eugenio III. successente, pacem cum Romanis compositam, ea conditione, *ut Patriciatus dignitatem ab eo susciperet & præfectum, vexperent, non vero ex ejus authoritate teneret*, quod actum fuit sub *A. C.* 1145. &c. V. C. du Fresne *d.* d. Nec omittendum hic, quòd Hadr. Valesius monet, *Patricios Romanorum & Patricios Urbis Roma* eosdem fuisse, quos *Senatores* inferioræ ætas appellavit, qui eadem, quà olim Consules, dignitate fungebantur, *Rer. Franc. lib.* 6.

Patrimi, & matrimi, juslu Heliogabali occisi: *Crudele & humanae bellua telitis ad hoc pueris mobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, eruds ea major effet ut ipsique parentis dolor, &c.* Lampridius in *Antonino Heliogabalo*. Hiderim eatenus indici justit Ulpius Sylanus, mel. *Silanus*, apud Flav. Vopiscum in *Aureliano*, *Agite Pontifices, quà puri, quà mundi, quà sancti, quà secretiores animisque sacris commodi, Tempium ascendite, fubtillia laurea. ta conflituite, veterania manibus libros evolvite. facta Reip. quæ sunt aeterna perquirite*: Patrimis *matrimisque pueris carmen indicite*: nos *sumptum sacris, nos apparatum sacrificiis, nos agris ambarvalia indicimus*. Quam tamen totam periodum, *Patrimis matrimisque pueris &c.* adfuram esse & adcretam sententiæ Viri Consularis, censet Salmasius: Quid enim est, inquit, *carmen indicere puerimis?* quid est, *sumtum sacris indicere?* quid denique, *arvis ambarvalia indicere?* An indicebat ambarvalia Senatus? Cur verò ambarvalium tantum meminit, non autem amburbii? cujus magis debuit. Nam amburbium celebratum paulo post dicitur; Ambarvalia tantùm promissa. Itaque hæc expungenda censet auctoritate Palatini libri & vet. editionis fretus, in quibus nullum horum verborum extat vestigium, Vide eum ad *d.* l.

At

At sequitur, *Ium est deinde ad Templum, insectili libri, proviti versus, insirata urbe, cantata carmina* &c. quod à *Patrimi* matrimissque, in variis solennitatibus, fieri consueviſſe aliunde notum. Loquitur autem Auctor de Marcomannorum terrore &c. Sed & in nuptiis Romanorum *Patrimi* & *Matrimique* eligebantur quinque, qui totidem præferrent faces, & dum Hymenæus caniabatur, adstarent, eoque finito Sponſam ad thorum usque antecederent duoq; præterea, qui colum cum lana & fuſum ferrent cum flamine, operis, in quo ea futura eſſet auſpicia, uti diſcimus ex Jul. Cæſ. Scaligero *lib. 3. cap.* 101, & ſupra videre eſt &c. Dicti autem *Patrimi* infantes, quibus *Patres* adhuc ſupereſſent: ſicut *Patrimus Pater*, qui, cum pater eſſet, ipſe quoque adhuc Patrem haberet. Denique per *Patrimonium*, quod de ſuis bonis tenet infantem ſuſcipit, & *Matrima*, quæ eodem officio fungitur cujusmodi *Patrimonium* unum ſaltem, & *Matrimam* itidem unicam voluit eſſe Hygius I. numero poſtmodum apud varias gentes varie immutato. V. quoque infra *Patrimus*.

Patrimonium, proprie quod nobis à *Parentibus* relictum eſt & à Majoribus obtigit, Cic. *lib. Epiſt. ad Cullium* : adeoque res ipſas nobis relictas, ſicut *Hæreditas* ipſa à Patre relictum, docent. Idem *de Offic. lib. 1.* Varii tamen ut apud JC. nam, ut vulgarem ſignificatum in præſens omittam, cum triplices eſſent Principis facultates, *Largitiones*, Privatæ & Patrimoniales: *Largitionum* appellatione donatus eſt filcus ſeu thesaurus Principis, cui regendo præfectus erat Comes ſacrarum largitionum; Rerum *privatarum* nomine, intelligunturque bona Principis patrimonialia, quæ privati poſſident & in eorum hæredem tranſeunt, etiamſi non ſucceſſerit in Imperio, quibus gubernandis præerat Comes rerum privatarum. Denique per *Patrimonium*, ſacrum intelligitur, proinde diverſum à privato, cui præerat Comes S. *Patrimonii*, cujus curæ incumbebat : *regias*, ut ait Senator, *opulenſi ſolicitudine diſponere*, ut & apothecas & enthecas auſticas, præterea prædiorum *Patrimonialium* proventus excipere &c. Quæ omnia pluribus explicat Cujacius in *Paratit. lib. 1. Cod. tit.* 32. 33. 34. & *ad lib.* 11. *tit.* 62. Atque ita domus Regiæ fundi appellantur Procopio de *Bello Gath. lib. 1. capp.* 4. & 6. Χωρία & Βασιλεῖα ταῦτα. & *lib. 2. cap.* 20. Ἴδιον, Sat. da Freſne *Gloſſar.* Antoninum Pium *Patrimonium privatum in ſuiſum contuliſſe, ſed fructus Reip. donaviſſe*, ait Jul. Capitolinus ; quod an donatione inter vivos, an mortis causâ factum ſit, non memorat. Infra quoque de eodem ſupremæ ordinante ſcribit: *Privatum patrimonium filiæ reliquit.* Sed videtur etiam ante privata ita bona filiæ Faustinæ extenda fruenda conceſſiſſe, unde eſt, quod in villa Lanuvina & Corymodus & Geta illi nati ſunt. Quòd autem dicit, *ſed fructus Reip. donavit*, videtur ſatis ſuperque imagi nationi confitendum : fructus nempe filiæ donaret, proprietatem verò Reip. Quemadmodum Ambroſius cùm ordinatus eſſ, prædia quæ habebat, reſervato uſufructu germanæ ſuæ, donavit Eccleſiæ, ut ſcribit Paulinus. Faustina tanè quid ex iis prædiis, quorum uſus fructus adEremp. pertinetret, commodi potuerit percipere, praeter aliquam fortaſſe oblectationem inihil erat, Cafaubonus *ad l.* At Tacitus Imp. *Patrimonium ſuum prohibuit, quod bubulis irradibus H. S. bis millies octingenties* ; pelle Vopiſco : quæ ſumma facit ſeptem million s aureorum noſtrorum ; *etiam Regum nonnullis hodie invidenda*, ut inquit Caſaubonus. Sed unius Senecæ cenſus eam ſuperavit totis quingentis millibus coronatorum : is enim ter millies ſeſtertium rem habuit. Cenſus etiam Lentuli Auguris, Auguſti temporibus, quinque millionum fuit : quod ut minus miremur, faciliusque æſtimare liceat magnitudinem divitiarum Romanarum, Olympiocius apud Photium ſcribit, ærate ſua, longe maximas fuiſſe & opulentiſſimas Reip. temporibus & labente jam illâ, multas ſtomæ familias collegiſſe ex annuo reditu ſexcenta quadraginta millia aureorum, h. e. paulo minùs duos milliones librarum. Sic enim verba ejus interpretatur Salmaſius, ut quadraginta octo aureos in libram auri incurrere faciat, tot enim aureos in libram auri computabantur ei am Vopiſci tempore ; aut (quia Olympiodori Hiſtorici, qui ſub Theodoſio vixit, temporibus, ſeptuaginta duobus aureis aureus libra æſtimabatur) quinquaginta quatuor auri centenaria efficiant monetæ noſtræ ſexcenta millia coronatorum, utnumerus ſit rotundus. Ita autem is, Ὅτι πολλοὶ ἐκεῖ Ῥωμαίων πρόσοδον τρὶς εἰσιόντες ἐτελεύτησαν αὐτοῦ ἀνὰ τετρακοσίας χρυσῦ λίτρας, χρυσὸς δὲ εἶτα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀνάγεται ἐπὶ δυσὶ καὶ ἑβδομήκοντα ἀργυρίου λίτραις χρυσίου. Ubi Καβάλλαι, Centenariæ, centum libras auri ſignificat, cujus vocis frequens mentio, apud Græcos Latinosque Auctores recentioris ævi. Atque hunc ſuiſſe cenſum primariorum civium, ſuâ ætate, ſcribit Auctor, mediocres autem in reditu habuiſſe quindecim, & decem aui centenaria : Idemq; refert, viginti centenaria in Prætura ſibi Symmachum, qui ex mediocribus erat Senatoribus, impendiſſe; Maximum verò, unum ex opulentis, alterum tantum ſumtuum in ſibi ſui Prætura feciſſe & c. V. Salmaſ. *ad Popiſcid.*

Patrimus, Ἀνεψιός, *Sponſor*, qui aliquem de ſacro fonte ſuſcipit, quòd ſit quaſi *Pater ſecundus Collog.* Unde *Pater ex lavacro* dicitur, *Hiſtor.* Franc. Tom. 1. *Epiſt.* 5. Domnizo de *Vita Mathildis lib. 2. cap.* 1.

Tom. II.

Qui Pater in lavacro ſuerat Regis ſacroſanctо.

Hinc ſiliali obſervantiâ colendus, *Chron.* Urſperg. A. C. 1124. *Inſontes ſuos in Sabbatho ſanctо Paſchæ & Pentecoſtes cum candelis & cappa, qua dicitur veſtis candida*, & Patrimis *comitantibus ad Baptiſmum deferunt—ne etiam filios ſuos & filias ſuas ad Baptiſmum tenuant, ſed filii* Patrinos *quærant, Patrinis etiam filiem & amicitiam, ita carnalibus parentibus, ſervent.* Ubi *Patrinus* aliquoties legimus, quemadmodum & in *LL.* Henrici I. Reg Angl. cap. 79. ubique : Gall. *Parrain*. De quorum numero, Higinus Epiſc. Rom. de *Confeſſ. diſſ 4. in Catechismo & in Baptismo & in Confirmatione unus* Patrinus *ferè poſſit, ſi neceſſitas cogit. Non eſt tamen conſtitutio Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.* In aliquot Provinciis Concilii & Synodi plures ſtatuunt adhibendi. *In ſervitione ſc. mariti duo mares & una fœmina, in fœmina vero levatione unius mas & duæ fœminæ*, in Ebor. cenſi A. C. 1195. c. 4. Sariſberienſi A. C. 1217. c. 19 Wigornienſi A. C. 1240. c. 5. Colonienſi. A. C. 1280. c. 4. Exonienſi A. C. 1287. c. 2. &c. Car. du Freſne *Gloſſar.* Occaſio *Patrinorum* illiusmodi ſeu Sponſorum aut Suſceptorum, à perfecutionibus olim Chriſtianorum fuit, quibus ferventibus, ut aliqui Baptismo teſtes eſſent, ſi aſſumti ſuntimodo poſtea, licèt neceſſitas tantopere non urgeret amplius, in Eccleſia tenebant. Ab his baptizandi nomen imponebatur (quod etiam hodieque varis in locis obtinet) iisque baptizatus, de fonte eductus, à Miniſtro tradebatur à quibus acceptus, lac & mel (poſtquam à primæva Baptismi ſimplicitate declinari cœpit) deguſtabat, quo ſic *innasceretur*, Tertulliani verbo, & c. Franc. Burmannus *Synopſ. Theol. Chriſt. Part. II. L. 7. c. 7. §. 14.* Ex ſponſione hac cognationem ſpiritualem, quæ etiam matrimonio impedimentum ponat, ortum ſtatuunt Scriptores Pontificii. Unde Concil. Sariſberienſe A.C.1217.c.23. *In hoc Sacramento* Confirmatione, namque & hic *Patrini* in Communione Rom. adhibentur) *contrahitur proximitas ſpiritualis, ſicut in Baptismo, inter illos, qui ſuſcipiunt pueros & illos, quorum ſunt pueri & inter pueros ſuſceptos.* Quod ab aliis non admittitur. Idem.

Patripaſſiani, qui *Patrem* paſſum eſſe aſſerebant. Hæretici fuere à Praxea orti, *Unde eos etiam* Patripaſſianos *appellari* Tertullianus *ſcripſit*, Ferrandus Diac. *Epiſt. ad Severum*, Marcellino Comiti *Depaſſiani* dicuntur in Anaſtaſio : Namque Patrem cum Filio & Spiritu Sancto eandem perſonam eſſe hallucinati ſunt. Contra quorum Antefignanum ſcripſit Tertullianus librum prolixum circa A.C 210. Poſt Praxeam Victorinus hæreſim corroborare conatus eſt, ut ait idem *ſine libri de Præſcript.* Eandem tuebatur Hermogenes, Tertulliani quoque συγγενὴς : poſt eum Noëtus, & hujus diſcipulus Sabellius, qui circa A. C. 230. circiter exortus eſt. Unde *Sabellianæ* tales, & quia de Patripaſſi erat Sabellius, *Pentapoſſianæ* doctrinæ hæc damnabilis nomen accepit. Scripſit verò contra hunc Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus, & poſtea Athanaſius. Eandem hæreſin everterunt Conſeſſiones ac Decreta Conciliorum, Antiocheni, Niceni, Cpolitani I. & Romani, ſub Damaſo, celebrati; in quibus omnibus aliisà Patre Filius declaratur. V. Auguſtinum *Hær. 41.* Tertullianum *ad l.* Euſebium *Hiſt Eccl. lib. 7. c. 5.* Athanaſium *Orat. περὶ τοῦ Σαβελλίου*, Theodoretum *Epiſtor. Eccl. lib. 5. c. 11.* Epiphanium *Hær.* 57. & 62. Alios, laudatos Joann. Forbelio *Inſtructionum Hiſtorico-Theologic. lib. 1. cap.* 3. §. 5.

Patris Patriæ titulus, Imperii auſpiciis, inter alia inſignia Auguſtiſco ferri ſolitus. Ita enim de Probo Flav. Vopiſcus vel potius apud eum Manlius Statianus qui primæ ſententiæ tunc in Senatu erat, *Decernis igitur P. C. vobis omnium concinentibus, nomen Cæſarum, nomen Auguſtum, addo Proconſulare Imperium, & PATRIS PATRIÆ reverentiam, Pontificatum Max. jus tertiæ relationis, Tribunitiam poteſtatem.* Quem honorem Jul. Cæſari jam, poſt obitum ejus, collatum fuiſſe, diſcimus ex Suetonio *cap. 87. Plebs ſtatim à ſimere ad domum Bruti & Caſſii contendit — ſollidam columnam prope XX. pedum lapidis Numidici in Foro ſtatuit, ſcripſitque* PARENTI PATRIÆ. Item Dione, Ἤδεσε τε τότε ἅπαντα τὸ τοῦ ΠΑΤΕΡΑ τῆς πατρίδος ὄνομα, καὶ ἐς τὸ νομίσματα ἐγγραφῆναι. Poſt hæc *PARENTEM PATRIÆ Illum nuncupaverunt ſuisque nummismalibus inſculpſerunt.* Cujus rei nummum, ab una parte Cæſaris effigie, ab altera hæc inſer. C. *CÆSAR PARENS PATRIÆ EX S. C.* exhibet Cl. Patinus, *ad Sueton.* ubi etiam monet, vivo jam Cæſari nomen id à Senatu datum eſſe, ſuperato ad Mundam Sexto Pompejo & civilibus bellis paſſim compoſitis. Alius *ibid.* nummus, PARENS PATRIÆ DIC. QUART. præfert. A' quo tempore titulus his Imperatoribus tributus. Antoninus tamen Pius *Patris Patriæ nomen* delatum—*diſſuiſſe*, apud Jul. Capitolinum, ut & anteipſum Hadrianus, de quo ſic Spartianus : *Patris Patriæ nomen ſibi delatum ſtatim & iterum poſtea diſſuiſſe, quòd hoc nomen Auguſtus ſero meruiſſet.* Sed moram hanc non longam, imò fortaſſe minimam, nedicam nullam, fuiſſe, Lapis indicio eſt, ſecundo ejus Conſulatu poſitus, hoc eſt, paulo poſtquam Imperium Hadrianus ſuſcepit. Ita autem ibi IMP. CÆS. TRAJAN. HADRIANUS. AUG. P. M. TR. POT. COS. II. P. P. Simileque alii ſe quibus rectè conjecit Onuphrius, Hadrianum, unà cum Imperio, omnes una ſuſcepiſſe titulos Auguſti ſolennes.

Quod adeò verum eſt, ut reperiantur nummi, ad celebrandam adoptionis ejus memoriam, in quibus eadem eſt appellatio. Ut in iſto: IMP. CÆS. TRAJAN. HADRIAN. OPT. P. F. AUG. GERM. DAC. PARTHIC. DIVI. TRAJANI. AUG. F. P. M. TR. P. COS. P. P. ADOPTIO. nec mirum, nam teſtamento adoptans, cum Trajni nomine, & Imperium & cognomina Imperii remanerent, quantumvis initio aliquâ diſſimulatione uſus, re tamen ipsâ, & ſuſcepit & geſſit, Caſaubonus ad *l.* Neque verò Auguſti ſolùm id nominis tulere, ſed & Auguſtæ ſimiliſ titulo nonnunquam ornatæ: quod docet nummus Liviæ, Patino præfato exhibitus, *ad Suetonium Aug. cap.* 63. cum Inſcr. JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS &c. V. quoque ſupra in voce *Pater*.

Patrias Mavors, apud Papin. Statium *Thebaid. lib.* 4. *verſ.* 111. ubi de Tydeo,

——— *patrias ſtat ciſſide Mavors:*

ſimulachrum eſt minutum caſſidi impoſitum, uti interpretatur vetus Scholiaſtes: malè de pictura verba capiente Lutatio. Sic apud Virgilium *Æn. lib.* 7.

——— *galea alta chimæram*
Suſtinet

Aptè autem id geſtaminis Tydeo tribuit Poëta, utpote Martis nepoti. V. Cicer. Barchium *Animadverſ. ad l.* & quæ ſupra diximus in vocibus *Caſſis*, *Comus*, *Galea*.

Patroclus, Menœtii filius & Stheneles, adde: Apud Jontum divinis illum honoribus cultum fuiſſe, teſtis eſt Clemens *Romanus Recognit. lib.* 10. qui idem Hectorem Heleenamque ab Dimilibus: quemadmodum Sarpedonem à Troadis incolis, Plinius *lib.* 13. c. 13. Protefilaum à Abydenis, Mela *lib.* 2. c. 2. Aureliocum à Sinopenſibus, Strabo *lib.* 12. tradunt, pro Numine habitos, apud Gerh. Joh. Voſſium *de Origine & progr. Idololatriæ lib.* 1. *cap.* 21.

Patronatus Jus, hodie alicer jure Civili, aliter Canonico accipitur. Nam jure Civ. appellatur hoc jus, quod *Patroni* in libertorum perſona bonisque habent, operarum ix. exactionem, inteſtati ſucceſſionem, bonorum poſſeſſionem contra tab. *iis. de jurepatr.* Jure verò Canonico, *jus Patronatus* (ſeu *Advocationem* ieu *Cuſtodiam* ſeu alio nomine quis illud appellet) eſt jus idoneos Rectores in Eccleſiis inſtituendi, Epiſcopo offerendi &c. quod alicui in Eccleſia acquiritur eo, quod ipſe vel ejus Majores templum poſuerint, ædificarint vel opibus non minimùm auxerint, & quo jure cum utilitate honor & onus ſimul reſultant. Joh. Caivinus *Lexic. Jurid.* Brandmyllero *Jus Patronatus* eſt, quod quis Clericus vel Laicus habet in Eccleſia, quam ædificavit vel dotavit, vel fundavit. *Cnobis* 27. *X. de Jure Patron. c. jus memoriæ* 16. *& ibi gl.* 16. 9. 7. *c. Iſtius*, 5. 16. 9. 7. *c.* 18. 9. 2. Conſtitit autem poſtliminium in jure præſentandi inſtitutendum ad beneficium vacans, *gl.* 1. *can. pie mem.* 16. 9. 7. *c.* 1. §. *addiſcavis.* 9. 5. *c. quicunque.* 5. *fin. c. decernimus c. Monaſterium, verſ. liceatque. c. Illud.* 5. *fin.* 16. *quæſt.* 7. Et quidem Laico *Patrono* quatuor tantùm menſes ad præſentandum, à vacationis tempore, conceduntur & indulgentur, *Can. cùm propter X. de jure Patron.* Collegio verò ſive Clericis ſex menſes, *Can. nulla X. de conſeſſ. pr.* Unde eſt, quòd *Patronus* Laicus (ut cui minus temporis conceſſum) licèt præſentet indignum, tamen ſuo jure ſeu poteſtate præſentandi non privetur, Clericus verò, ſi eligat vel præſentet indignum, ipſo jure ſit privandus vel privetur, *c. cùm vos X. d. off. Jud. ord.* Acquiritur porro hoc jus fundatione, ipſo jure, etiamſi Patronus id ſibi non reſerva verit, modo illud non remiterit, *C. nobis ibi.* ut pro quo etiam non vigilante, ipſa jura vigilant, Jac. Brandmyl. *locus Manual. ad Jus Canonic.* & ſeq. Eandem *Patrono* ieu fundatori Eccleſiæ id honoris debetur, ut, ſi ad inopiam redactus fuerit, ab Eccleſia ei officiosè ſuccurratur. Unde verſiculi,

Patrono debetur honos, onus, emolumentum,
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus &c.

Patronus, qui alium tuetur, quorum origo hæc: Diviſo universo Populo in Patricios & Plebejos, archiſſimo utrosque vinculo colligaturus Romulus, commendavit, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo, Patriciis Plebejos, optione cujus é valgo data, ut, quem vellet, *Patronum* ſibi legeret & inter alia, conferens hunc morem cum Theſſalorum & Athenienſium priſcorum inſtituto, negotium hoc appellatione honeſtâ decoravit, nominando *Patronum* tutelam pauperum & humilium, excogitatis mutuis ultrinq; officiis. Oportebat autem *Patronos* clientibus reipondere de jure, cujus illi rudes eſſent, & abſentium æque ac præſentium curam gerere, facientes quidquid pro filiis Parentes ſolent, quod ad pecunias & contractus attinet, & inſtituere accuſatoris impetum & quietem eis à publicis privatisque negotiis parare. Vicissim Clientum erat, *Patronos* juvare elocantes filias, ſi his pecuniæ eſſet parùm, & ab hoſte captivos redimere: privatarum quoque litium æſtimationes & multas publicas pecuniarias pro iis ſolvere, idque ſumtu proprio, non quaſi fœnoris loco, ſed ob referendam gratiam: Publicorum porro impendiorum, quæ Magiſtratuum honorumque causa fiebant, eſſe participes non ſecus ac genere conjunctos. Utriusque commune erat, neſas eſſe alteris accuſare alteros, aut adverſum dicere teſtimonium, ferreve ſuffragium, aut conſeri inter inimicos: quorum aliquid ſi quis facere deprehenſus eſſet, tenebatur Legede Proditoribus, quam ſanxit Romulus, convictumque, ejus criminis cuivis licebat, ut Diti ſacrum, interficere. Quo factum, ut per multas ætates permanſerint mutua *Patronorum* atque Clientum officia haud facut, quàm cognatæ neceſſitudines, poſteris per manum traditæ: Eratque maxima laus Nobilium, habere Clientes quam plurimos, tam hæreditariarum Clientelarum, quàm virtute parrarum propriâ, ac ingens certamen utrinque, ne vincerentur mutuâ gratiâ & benevolentiâ, dum Clientes nullum *Patronis* negarent miniſterium, viciſſim *Patroni* nullo ſe paterentur corumpi pretio, ut illos proderent: Hæc ex Dionyſio *lib.* 2. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 1. *c.* 16. Nec in periculis ſolùm negotiisque omnibus domi *Patroni* aderant Clientes, ſed & foris ac in bello, licètillis *onus militiæ annexum non eſſet*, Gerh. Niger *lib.* 1. *de Fendis*. Proin Claudianus in *Ruffinum* 1. 2.

——— *Circumquaq; arma clientum*
Agmina privatis ibant ſamulantia ſignis:

Et cœnam *popularem* dominis ſuis in æde ſacra inſtitutbant, teſte Plauto *Trinummo Actu* 2. *Sc.* 4. eosque in Forum euntes comitabantur. Corippus *lib.* 2. *num.* 6.

Inſtituit Patrum ſubeuntia fragor, inde Clientum
Clamores crebrant:

Dextræ *Patronorum* dicti, ut colligere eſt ex Statio *lib.* 5. *Sylv.* 1.

——— *Vidi omni te pridem in ſore nitentem,*
Vidi aitè propiùs, propiusq; accedere dextræ &c.

Tales apud Theſſalos *Penefiæ*, apud Athenienſes *Theſeæ*, quos tamen à Patronis ſuperbius indiginisque habitos, refert Laziur *Reip. Rom. lib.* 1. *c.* 3. De Libertorum *Patronis* in eadem Athen. Rep. V. apud Sam. Petitum *Comm. in LL. Att. l.* 2. *tit.* 6. & ſupra in voce *Liberti*. Sed nec in libertorum modo Clientelæ celebres erant, verùm & in agris villisque, Urbibus, Regnis, ac provinciis, quæ ultro in poteſtatem potentis alicujus cedebant, cujus *Patrocinio* protegerentur. Hinc ſæpenumero Scantus controverſias Civitarum ac Gentium ad earum *Patronos* remiſit corumque judicia habuit rata. Loquuntur de his Valentinianus & Valens Augg. *C. Theodoſ. De colonis inſcio domino*: *Non dubitamus eſſ colonis, arma quæ ſubjiciunt, aſque adeo alienandi jus non eſſe, ut ſit quæ propria habeant, inconſultis atque ignorantibus Patronis, in alterius transferre non liceat*, Nec minùs Artificum Collegia ſuos habuiſſe *Patronos*, quibus ſtatuas in Foro, aut alio quodam loco celebri, erigebant, ex variis patet Inſcr. antiquis, Tergeſti in Iſtria, Reatæ in Italia, Bergomi ibidem, ut de Urbini extantibus, quarum ultima ſic habet: *C. Veſnio. C. F. Sell. Vindici Populi Urbini. Patrom. ſuo & Municipii. Aed. Ulvir. Curandar. Trib. mil. leg. VIII. Aug. &c.* Imò & privato quandoque nomine Statuis *Patronos* à client ous fuiſſe honoratos, docet Inſcr. in Hiſpaniis illa: *L. Domitio Calliano. Papiniano. C. V. leg. III. Aug. pr. pr. pro vincia. Germaniæ, inſer. leg. Aug. pr. pr. Dalmatiæ. Coſ. deſignatiſſimo & innocentiſſimo. Auretius. Julianus. Patrono, incomparabili.* Facit eodem illuſtris Claudiani locus *Panegyr. de Conſul. Manlii Theodori*,

Fine ut pare Lybiæ moderantem jura probavit,
Quæ nunc tota probat, longi ſed pignus amoris
Excipue properare mora, populumq; clientum
Publica nonſpernit tolcantior vocibus ora:
Inde ubi Mactitum tellus & cruda Pelle
Mauri &c.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum loco ch.* & ſupra in voce *Clients*. Hinc itaque deſcendit Jus *Patronatus* celebratiſſimum, de quo V. inprimis Gregor. Tolosanum *Syntagm. lib.* 17. *c.* 4. & alios, Dicuntur & Advocati *Patroni cauſarum*. Scholiaſtes Juvenalis *Sat.* 7. *verſu* 141. *Togatiſſimi tibi ante pedes qui litigent, qui ſe conſulant. Et Patronus cauſarum actor*. Diocletianus *Aug. l.* 4. *C. de poſtul. & Advocator Patroniia præſtare debis*. Hic cùm diginam facundiæ mercedem exhibere clientes non poſſent, jamus tamen corona appensâ honeſtabant Seneca *lib.* 2. *de Ira cap.* 7. *Judex, damnaturus quæ fecit, eligitur & ſcor una pro mala cauſa bona* Patroni *voce corrupta*. Ubi Juſtus Lipſius *coronam*, interpretatur *audientiam ſve conſeſſum aut multitudinem ſpectantis populi*, ſed indubiè de corona, quæ victoriæ indicium offerebatur Advocato, ibi ſermo eſt. Auſonius in *Profeſſor. c.* 2.

Palmæ forenſis & Camillarum decus,
Exemplar nitidum in literis, &c.

Iisdem, Kalendis Januariis munuſcula quædam offerebant, ut videre eſt apud Auguſtin. *Homilia de Kal. Januarii*, V. iterum Dempſterum *ubi ſupra*. Erant autem hi caularum *Patroni* in lacernis purpureis ſub Domitianoac Nerva & fortaſſe Trajano quoque, ut innuit Juvenalis *Satyr.* 7.

Spondet enim Tyrio Stlatarice purpura ſito.
Cauſidicum vendunt Amethiſtina, convenit illis
Et frepitus & fatie majoris rivere cenſus.

Lacernæ ergo purpureæ clientes alliciebant: nam Lacernas in cauſis adhibitas, idem Poëta alibi docet.

——— *Jam facundo ponente lacernas*
Cedilio.

Quanquam non ita compertum eſt, verba ſunt Ferrarii, fuetrime ille

ille Cæditius *Patronus* an Judex: & si *Patronus* fuit, quia illum facundum appellat, cur posuerit Lacernas: Non quòd defatigatus esset expectando, non enim mora æstum affert, neque diecendo delassatus, nondum enim causa cœpta erat. Fortasse qua dicturi Lacernas deponebant, in quo tamen hæsito, cùm Auctor Dialogi *de causis corr. Eloq.* etiam Famulis in agendo adhibitas dicat. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. Part. 2. lib. 1. cap. 25.* Prudentio *Hymn. 1.* & 2. *Peristeph.* Paulino *Epist. 3 ad Severr.* & alibi, *Sanctis*, præcipuè *Tutelares*, ut vocant, *Patroni* dicuntur, unde in Communione Rom. *Patrocinia Sanctorum* reliquiæ sunt Sanctorum, quorum patrocinia invocantur, Aimoinus *de Mirac. Benedicti cap 15. Erant autem quæ ferebantur cum* patrocinio *S. Benedicti pretiosissima reliquiæ, beatissimorum Confessorum Edoardi & Ferardi.* V. Auctores laudatos Carolo du Freine in *Glossar.*

Patrum Canones, dictus *Codex Canonum*, Gr. Βίβλος Κανόνων, al. *Corpus Canonum*, item *Corpus Codicis Canonum*; Post tempora enim Synodi Nicænæ primæ, Ecclesia duplici jure uti cœpit, *divino*, quod in S. Literis & *canonico*, quod in Canonum Codice continebatur. Qui codices ambo sequentibus temporibus in Concilios, in medio confluebant, quos inter Ecclesiastica, specialim ad hanc rem comparata, uti docet Justinianus *leg. 7. C. de summ. Trinit. §. 5.* Μεθὲν τοίνυν μᾶλλον ἡμῖν συμβαίνει ἐπιθεῖναι κηδεμόνα, ἢ τὰς ἁγίας ἐκκλησίας ἡμῶν, ὃ δὴ καὶ ἐν πᾶσιν ἐποιήσαμεν ἢ πρόσθεν ἢ παρόντες συγκροτήσαντες ἢ ἀκολουθοῦντες τῷ τῶν ἁγίων ὁ. ἐνοδεῖν ὀρθῶν μηδὲν ὧν τῶν ἡμῶν τῶν κλησίας ὑπόληψιν ἀνθρώπων. *Nullus itaque frustra nos turbet, spe vana nixus, quasi nos contrarium à supradictis quatuor Conciliis fecerimus aut faciamus, nec levi quidquam quæ veritatem non habet, moleri eorundem sanctissimum quatuor Conciliorum plenis memoriam, ex dictis Ecclesiæ diptychis fastimamus.* Atque hoc forte denotat verbum Θεσπίσωσιν *Novell. 115. cap. 4. §. 14. pr.* quod cùm perperam verteretur *amplecti* & recitare, melius *diptychis inferre* vel *inscribere*, redditur, Gerh. van Maestricht *Histor. Jur. Ecclesiast.* num. 47. Et hic Ecclesiæ universæ Canonum Codex fuit: an verò hic Britannicis quoque Ecclesiis olim cognitus fuerit, an peculiaribus illæ habuerint, non adeò patet. In antiquo certe Britannicæ Ecclesiæ, prodituri est, Theodorum Arch. librum protulisse, qui *Patrum Canones* vocabatur, quem & in Concilio Herfordiensi A. C. 673. probatum esse ex Bedæ *Histor Eccl. lib. 4.* conjicere licet: *Anno vero Egfridi Regis Theodorus cogit Concilium Episcoporum, una cum eis qui Canonica Patrum statuta diligerentes erat.* Et paulo post: *Rogo dilectissimi Fratres, ut quæ, decreta ac diffinita sunt à sanctis ac probatissimis Patribus incorrupta ab omnibus nobis serventur — Cumque explicum prolocutorem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, si consentirent ea, quæ à Patribus canonici sunt antiquitus decreta, cuncti ore, ad quod omnes consecrationes nostri direxunt: optimè omnibus placet, quæque definiverunt sanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo hilarissimè servare. Quibus statim protulit eundem librum Canonum, & ex eodem libro decem capitula &c.* Cujus Codicis Britannici specimen exhibet idem JCtus *Dr.* Forte autem hic Theodorus Româ missus in Angliam, ut Archi piscopus esset Dorvvernensis, Patriâ Thrasensis: unde colligere est, Librum illum Canonum, quem ille in Concilio Herefordiensi protulit, eundem ipsum Ecclesiæ Romanæ Canonum Codicem fuisse Nam quæ & in allocutione ad Episcopos, rogantibus, *Si consentirem ea, quæ à Patribus Canonice sunt antiquitus decreta?* relpondent, *Optimè omnibus placere, quæ definiverunt sanctorum Canones Patrum.* Quibus verbis satis innuere videntur, intelligere se antiquorum Conciliorum Canones. Et vix ausus fuisset Theodorus alium Codicem, quàm Romanum, Ecclesiæ Britannicæ obtrudere, quia inspectio ei erat additus Adrianus Monachus, *ut doctrinæ*, verba sunt Bedæ *d. l.* cooperator *existens, diligenter attenderet, ne quid ille in contrarium veritati, fidei Græcorum more, in Ecclesiam, cui præerat, introduceret.* Mastricht ubi supra. Justellus tamen Codicis hujus collectorem Theodorum facit, adeoque juris particularem sum proprium Ecclesiis Britannicis, contendit *Præf. ad Cod. Eccles. Univers.* quem vide.

Pauca, pro *Pausa*, apud Æl. Spartianum in *Pescennio Nigr.* ubi de Commodo, cum priùs legereur, *quibus adeò deditus fuit, ut & caput raderet, & Amphion portaret, & omnes partes exploret*: Longè diverſam in Palatino lectionem observavit Salmasius, qui sic habet, *Et omnes pausas explerat.* Unde reponit, *Et omnes pausas explerat*: *pausas* pro *pausas*, ut in *Heliogabalo* idem, *falcatibus* pro *falcatibus*, dixit. *Pauca* autem *explere* liceidem, quod *pausas edere*, apud Eundem in *Caracalla*: *Cum Antoninus Commodus ita ea* (sacra Isidis) *celebraverit, ut & Anubim portaret & pausas ederet.* Certæ nempe videntur fuisse pausæ constitutæ, in quibus paufabant, qui portabant Anubim, quas *pausas* nunc *stationes* dicunt. Has omnes cogebantur explere, qui sacra Isidis frebant, cumque certis locis requiescebant, ubi statuæ erant illæ pausæ, & simulachrum deponebant, *pausas edere & explere* dicebantur. Gloſſæ *pausat, ἀναπαύει.* Arnobius, *Pausata circum arboris robur*, h. e. *ἀναπαυόμενον*, qui locus vulgò in mendo oubat. Ad certas autem arbores sacras, aut sacella quædam, distributas has pausas, easdemque semper repetisse, verisimile est, quotiescunque Anubim portarent, Salmasius *ad l. V.* quoque infrà in voce *Pausa.*

Paverata Veſtis, memorata Plinio *lib. 8. cap. 48.* cùm ait: *Etiam cum colo & fuso Tanagrides in templo Sangi duraſſe prodente se, auctor est M. Varro, factiamq; ab eo Togam Regiam undulatam, in ade Fortunæ, qua Servius Tullius fuerat usus.* Et paulo pòst, *Undulata veſtis prima à lautiſſimis fuit, inde ſororiculata deſluxit. Togæ vulsæ Phrygianæque, D. Auguſti noviſſimis temporibus cæpiſſe, ſcribit Fenestella. Crebræ* Papaveratæ *antiquiorem habent originem, jam ſub Luciſſe Poeta in Torquato notatæ.* Ubi pro *Papaveratæ* legit Scaliger *Paverata*, ut int bene perculſæ, quòmodo *paverata* frumenta multùm trita, ut granum deglubatur. *Paverat* autem à *paviendo*, Pavire ῥ πάειν, V. eum ad *Cirin Virgilianum.* Sic itaque *Paveratas* veſtes intelligas graviter pressas & calcatas, pectineque percuſſas, id eſt, eadem cum ſpiſſis ac pavidenſibus: Ut *crebræ* ſint, quales Sophocli dicuntur πυκνοῖσιν ὑφάσμασι. V. Octav. Ferrarium de re *Veſtiar. lib. 2. cap. 11.* & ſuprà quoque in voce *Papaveratæ.*

Pavimentum, & Muſivum, doctiſſimis quibusdam hujus ſeculi Viris, idem: Salmaſio verò tantum inter utrumque intercedit, quantum inter ſolum & cameram triclinii. Nunquam enim apud ullum Auctorem, *Pavimenta* de muſivo picta aut ſola de muſivo trata, occurrunt: ſemper cameris & aſpidibus aſſignatur muſivum, ut ſolo *pavimentum.* Idem tamen eſt utrumque opus & teſſellatione utrumque contexitur, unde *Ars pavimenti*, apud Lucillum. Sed, ut *Pavimentum* nunquam de camera, ſic nec muſivum de pavimento, etſi ſcripſerit Plinius *lib. 36. cap. 25. Pavimenta de humo pulſa transſilit in cameram.* Cameram igitur, trullum, aſpidem, legimus ubique muſivo picta, ſolum autem aut ὠδῷ, aut pumicum natura. *Appellantur quidem ita & cæmentaſaxa eroſa annis; in ædificiis Muſaea vocant dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.* Ubi videmus Muſea propriè dici in *pavimentis*, non *cameris*, ſed arcuaturam ad ſimilitudinem ſpecus arte effictam. Quam differentiam Codinus elegiosè obſervans, cùm eodem opere ſola, parietes & cameræ decorarentur, πάντων vocat, quod in ſolo ponitur: ὑποθημαϱμένων, quod in parietibus: in cameris verò & pendentibus μετέωϱων Et πάντων quidem, λαξ συγκοπὴν teſſellatum opus, quod ex ſectione ſit minutorum lapillorum: τετϱάτϱωτα, inquit, τοῦ αὐτοῦ ϑεσσαλικοῦ μέλανος καὶ λευκοῦ ϱαβδίου κεκλεισμένα: cujusmodi *tetrastra* & *scalchia pavimenta*, *marmora in exemplis*, vocat Anaſtaſius in *Leone III. Ponens in eo fundamenta firmiſſima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis ſtravit.* Fuere namque marmora hæc *exemplata*, h. e. figurata & imaginata, Græcis recentioribus ἐξωγϱαλισϑέ; ſiebantque opere teſſellato, in *Epiſtolis* Pontificum *Epiſt. 67. Præſulgidos atque nuclaeres regalis potentiæ veſtræ per Arvinum Ducem ſuſcepimus apices, in quibus reſpiciatur, quod palatii Ravennatis civitatis minas atque marmora cæteraque exempla, tam in ſtratu, quàm in parietibus ſita, vobis tribuerimus.* Sic de parietibus quidem ἐφϑεγμένα, de pavimento verò εἰκονιϛὶ uſurpatum ſic. Eadem verò Φιλολογικὰ dicta, quæ à Διϑεσσηλικὰ clarè diſtinguit Plinius, cùm ſcribit, *Pavimenta expoliſſe Alexandriæ*: propriè enim *Pavimenta* τὰ ψηφολογικὰ dicta fuiſſe, docent Gloſſæ: *Pavimentum*, ψηφολόγωμα: ψῆφοι etiam Græci vocabant. Ψῆφοι, *pavimentum*, & ψηφὶς *glarea*, ψῆφοι autem & ψηφὶδες idem ill. *Gloſſæ* optimæ, *teſſellatum*, ψηφοϑετημένα & *teſſellas*, ψηφίδας. Eadem ψηφίδες ἐδάφου vocant, ὧν ἡ δάϐαξ & nonnæ χϱὶϛ ἄϱμα, quod *glaream* quoque, & minutiſſimum calcium, deſignat. Iſtiuſmodi *pavimentum* ſtibadii marmorum, orbibus & ornatis figuris diſtinctum, etiam indigitari Juvenali, in *illo verſu*,

Qui Lacedæmonium pviſmate lubricat orbem:

ſunt qui putent, ſed menſam hic ex Lacedæmonio marmore intelligi debere erudite oſtendit Salmaſius. Addantur quædam ex Anaſtaſio loca, ad meliorem interpretationem. Ille igitur in *Hadriano*: *Fecit autem & in Patriarchio Lateranenſi triclinium majus ſuper omnia triclinia nomini ſuæ magnitudinis decoratа, ponens in eo fundamenta firmiſſima & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis ſtravit, & diverſis columnis tum porphyreticis quamque albis & ſculptis cum vaſibus & aliis ſimul poſitibus decoravit cameram cum aſpida de muſivo.* Ubi aperte *Pavimentum* diſtinguit à Muſivo, quo ſolo cameræ *ornabantur*. Idem *ibid. Præſatus vero ſanctiſſimus Pontifex juxta Eccleſiam B. Petri Apoſtoli fecit in triclinio majori mira pulchri-*

tudinis decoratam aſſidam de muſivo ornatam, & aſſidatas duas dextra & ſiniſtra ſuper marmore & pulchrâ ſtellentibus & in pavimento marmoreis exemplis ſtratis: ubi marmorea exempla pavimento aſſignat, muſivum appiditos. Idem *cod. l. Aedificiis Eccleſiam cum aſſida ampliſſima & cacumina mirifica de muſivo atque cameram decoratam ſub presbyterium, & pavimentum marmoribus pulchris ornavit.* Nusquam aliter apud eundem reperias, niſi aſſidas muſivo decoratas, *Pavimenta* vero marmoreis exemplis ſtrata: ſicque nunquam de iis muſivum uſurpatur. Quamvis *Pavimentorum* quoque ſpecies & formâ componatur, quâ muſiva, ex parvis variisque teſſelisque lapidum ſecturis, quibus diverſæ formæ & figuræ, avis aut piſcis aut hominis &c. exprimuntur, de quibus abunde ad *Suetonium* Caſaubonus. V. Salmaſium ad *Æl. Spartiani l. c.* '*Pavimenti χρωτοβόλοι*., meminit Codinus. Uti autem *teſſellata* pavimenta diverſa fuiſſe diximus, à *lithoſtrotis*, quæ ſub Sylla originem ſumſere; Lithoſtrota n. ſectis parvulis marmorum cruſtis ſtrata erant, ex diverſigeneris & colóris marmoribus non tinctis, cum teſſellata, ex parvis teſſellis, h. e. calculis quadratis in varios colores tinctis, fierent: ſic & à *Sectilibus* ſt ſtinguenda ſunt. *Sectilia* namque, apud Suetonium *in Ceſare*, quem ait, ſectilia & teſſellata pavimenta in expeditionibus circumuliſſe: nihil aliud, quàm *λιθόστρωτα* ſunt, ſectilibus cruſtis pavita, h. e. cruſtis in varias figuras, (non animalium, uti de teſſellaris diximus,) fed ſectulas ſeu thombos, trigona, quadrata & favos, ſi ita vocare fas, ſectilia. Cujusmodi figuris ſtodieque ſtunt ſectilia pavimenta è ligno, ut & ex latere cocti. Vi. eundem Salmaſium *ad Solinum pag.* 1214. Exemplo *Pavimenti* teſſellati, quale ſupra deſcriptum, egregiè Providentiam illuſtrat Auguſtinus (*de Ordin. lib.* I.) cuiertiam maximè inordinata conveniunt plenumque quæſtionibus eſſe aut plerisque falſam videri diceus, quòd membra pulcris diſpoſita mirè atque diſtincta ſint, cùm interea humana vita innumerabilium perturbationum inconſtantiâ verſetur ac fluctuet, *Sed hoc pacto, (ubi supra) ſi quis tam minutum cernere, ut in vermiculato pavimento nihil nisi tetra unius teſſellæ modulum acies eius valeret ambire, vituperaret artificem, veles ordinationis & compoſitionis ignarum: eò quòd varietatem lapillorum perturbatam putaret, à quo illa emblemata in unius pulchritudinis faciem congruentia ſimul cerni colluſtrarique poſſent. Nihil enim minus erudiris hominibus accidit, qui univerſam rerum coaptationem atque convenium, imbecillâ mente complecti & conſiderare non valentes, quid in ſyngulis, quæ cogitationi magnum eſt, magnam vebis putant inhærere fædilatem.* V. Pianerum *Syſtem. Theol. Genii. parioris cap. VIII. §. 13.* & de *Pavimentis*, inter farcinas Ducium, Caſaubonum ad *Julium Suetonii cap.* 47.

Paviſarii, memorati Thom. Walſinghamo *in Ed. III. Veniens contra eum cum 7. millibus electis armaturam aliisque armatis* Paviſariis, *ac balliſtariis in numero exceſſivo.* Alias *Paveſari*, & *Pavaſiuarii*, Gall. *Pavoiſiers*: ibi *Pavoiſiers*, apud Froiſſar. *tom. Volum. 4. cap.* 13. milites fuere, *pavaſia* in prælio bellisque inſtructi. Erant autem *Pavaſia*, Canano *παναξίῳ*, Cambro Britannis *Pafaiz*, ſcuta grandiora, quibus tecti milites hoſtes impetebant. Deſcribuntur ſic à Will. Britone *Philipp. lib.* 10.

Hinc præcedebat cum parma gaeſo, ſub qua
Nil ibi formidans obſeſſor damnificabat
Aſſultus, poterat nec ab illis damnificari,
Aſſertivus ſuis dum parma protegis ipſum,
Quam nexu taurina negat ſæpenumero pellis.

Eorundem ſeriem in nav giorum marginibus olim exponi ſolitam Galliſque *Paveſade* appellatam, deſcribit Joannes Cantacuzenus, *lib.* 2. cap. 11. ubi navalem Andronici Palæologi Imp. ad Chienſem expeditionem proficiſcentis apparatum commemorat: *Ἦν δὲ καὶ πάσῃ τῇ στρατιᾷ πρῶτον, ὑφὸν φιλονικίᾳ τὸ πανταχοῦ τὰς ἀκμὰς ὑπεσπάσθαι τὰ πάντα ἄλλα ἐπιτηδείως ἔχειν τὸ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ τὰ κοσμοῦντα ἑκάστην ἰδίως παρασκευάζειν, ἢ τὰ ὅπλα ἢ ὠφέλιμα. Ἦσαν γὰρ ἃ τοῦ γένους, ἀλλὰ ἢ τυραννικὰ ἢ μεγάλα βυζαντίων, Tum non levia veterarchia contentis inclita, dum qualibet exercitus fantaſia ſplendidiore apparatu ſuperare nititur, & cùm alia magnificè inſtruit, tum claſſiariorum arma & clypeos ſuis inſignibus exornat, nec enim de infima plebe, ſed viri nobiles & admodum copioſi erant.* E' quibus verbis C. du Freſne colligit, Byzantinos ævi recentioris Auguſtos non minùs, ac cœteras nationes, armorum inſignibus oſtos eſſe, *Diſſertat. de inſeriorib. ævi Numiſm. num.* 11. V. quoque eum *Not. ad Villhardouinum.* Græcis ejusmodi Paviſariis nauticos *Τοξότας* dictos eſſe, diſcimus ex Pollice & Suida. Claudianus *de Conſulatu Stilichonis*,

Ac velut exertus lentandis navita tonſis
Præſidet lateri cuſtos &c.

Paulina, ſoror Hadriani Imp. nupta Serviano prænom. *Julio*, qui ad tertium Conſulatum pervenit, in quo habuit collegam Vibium Verum, anno Hadriani 17. mori tandem ab hoc coactus, Æl. Spartianus *in Hadriano.* V. quoque infrà in voce *Servianus.*

Paulina Potio, memoratur Dietmaro *lib.* 6. *pag.* 80. *Marchio Lubaviæ in Occidente infirmatus & potione* Paulinâ *inebriatus, ex improviſo obiit.* Fuitque, ut videtur, venenata, cujusmodi potione poſtea extinctus Henricus VII. Imper. datâ à Paulino, Monacho Ordinis Prædicatorum: cujus meminere Rythmi in obitum ejus facti,

In grandi ſtat triſtitia
Exercitus militia,
De Principis ruina,
Quam ſeritas damnabilis
Manuique ſacerdotalis
Conſumſit Paulina.

Apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Lætus verò ex Nauclero *Gener.* 44. de hujus Imperatoris morte iſta habet: *Imperator —— plebem & Pontificem offendit, qui ei adverſarium Robertum Apulie Regem ſuſcitavit, quem Imperator proſcripſit, Florentinos obſedit, Verum ab iis, ſubornato Berolhardo Monacho Dominicano, venenum ſub ſacramenti ſpecie hauſit, convoſo per ſceleratum calice vitæ in calicem mortis, Et ut benignum Ceſarem ſolitus, ſanienti venenum, nimiſi periculdam, ô Domine recedatis, nam ſi percipient decori noſtri malum, quod nobis feciſtis, monte miſerabili moriemini.* Deus vobis ignoſcat ! *Verum panam non effugit, capius exoviatus, Monaſterium exuſtum &c.* Ubi potione quidem venenata neatum Ludovicum, ſed à Bernhardo quodam, memorat.

Paulinus Suetonius, primus Romanorum Ducum, Atlantem montem transgreſſus, expeditionem ſuam literis prodidit, teſte Plinio. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 295.

Paulii, Hæretici Severiani, de quibus V. Baronium *ad A. C.* 538. *num.* 84.

Paulus, V. ſupra *Palus.*

Viri Clari.

Paulus Caſtrenſis, JC. nobilis Patavii, Florentiæ & Bononiæ jura interpretatus eſt, editisque libris quamplurimis, Patavii tandem diem obiit, A. C. 1437. Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.*

Paulus Lancelotus, Paulo IV. Pontif. conſilium ſcribendaturus *Inſtitutionum Juris Canonici* ſuggeſſit, & ab eo mandatum, ut id negotii ſuſciperet, obtinuit, itaque opus aggreſſus, trienni ſpatio, poſquam in patriam rediit, confecit, ut ipſe refert *Præf. Inſtitut.* Verius tamen eſt, cum ad minimum per quinde. cim annos, antequam ederet, in eo fuiſſe occupatum, quod ex literis Joh. Franc. Cardinalis de Gambara ad eum ſcriptis A. C. 1563. colligitur: Ita enim is ad Lancelottum : *Agitur annus ſextus decimus, quo ego Perufiæ, te Præceptore, prima juris civilis initia urgebam & tu jam tum opus hujusmodi ſub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, unde quòd tam diu retineueris, erit fortaſſe qui te accuſet.* Perfectò opere, Romam contendens, cùm Cenſores Pontificii illud examinaſſent, & de dubiis cum ea contuliſſent ; imò alii Theologi, ipſe etiam diœceſeos Perufinæ Inquiſitor Matthæus Lachius, id probaſſent, atramen à Pontifice approbationem, per integrum biennium, neque ut ejus nomine Inſtitutiones hæc ederentur, impetrare potuit. Quare, ſpe omni depoſitâ, in Patriam reverſus eſt, veritusque ne à Concilio Tridentino, quod jam ad finem properabat, præveniretur, & multa in opere notatæ ſcientiam ejus tenovem, novamque cenſuram, atque eam difficilem, petere cogeretur, opus ipſe privato nomine edidit A. C. 1563 Potiea, ſæpe rogatus, ut mutata in Concilio quoque inferet, facer: id detrectavit, exemplum dicens ſe Juſtiniani ſequi, qui propter mu tationes juris in Codice repetitæ prælectionis & Novellis, nunquam mutavit Inſtitutiones, V. Franc. Mancinum *in Epiſtol. ci.* Sub Paulo dem V. iterum tentata libri approbatio eſt, ſed eventu non meliore : hoc ſolum obtentum, ut is Corpori Juris Canonici adderetur, licet nullâ confirmatione munitus. V. quæ hinc Tir. Zirgleum *Not. ad ipſius Lancelotti Dedicat. ad Pium IV. Pontif.* & *Prooemium ad Juris Pontificii Candi.* nec non Geth. van Maſtricht *Hiſtor. Jur. Eccleſ. num.* 388. ut & ſupra, in voce *Inſtitutiones Juris Canonici.*

Paulus Sarpius, Theologus Reip. Venetæ celebertimus, ſub nomine *Petri Suavis Polani* Hiſtoriam Concilii Tridentini edidit. V. Vine. Placcium *Syntagm. de Scriptoribus Pſeudonymis num.* 716. *pag.* 243. & in voce *Paulus Servita.*

Paulutius Anaſeſius, primus Dux Venetorum. Hi enim cùm primò *Tribunus* habuiſſent ſumma cum poteſtate, pro numero Inſularum, in quas urbs divisa, Magiſtratus hic (qui annus erat) ducentos annos duravit. Succeſſere *Duces* circa A. C. 697. qui dignatione *Paulutius* dictus primus funcius eſt. Immutatum dein ſub tertio Duce inſtitutum, & creati ſunt *Magiſtri militum* annua poteſtate, ſed certo poſt anne ad Duces redituri, qui hodieque Reip. præſunt, Georg. Pictonius *Orb. Imp.* Sunt tamen qui, ante Tribunos, Conſules Reip. adminiſtraſſe dicant. V. Menckelium *ad Hermium Orb. Polit. pag.* 122.

Pavo, genus operimenti, *Gloſſ.* Iſidori. Acta Marcelli Pontif. *cap.* 5. *num.* 21. *Cindivit corpora ſanctorum cum aromatibus & linteaminibus & impoſuit noctu in* pavone *cum Eunuchis ſuis.* Lotharii Imp. *Diploma*, apud Brouveurum *Annal. Trevir. lib.* 8. *pag.* 504. *Offerorium aureum gemmatum cum patina, ſimen aureum cum gemmis, pavonem auro & margaritis diſtinctum, cuſtulas duodecim.* Aliâ notione vox occurrit, apud Matthæum Weſtmonas-

monaster. A. C. 1255. *Dedit insuper Reginæ Francie Regi Angliæ munera* pavonem, *vas, lavacrum lapideum mirabile, quod similis nullus*; pavonis *in forma ostendebat: & erat lapis preciosus, qui Perla dicitur, ex auro & argento & saphiris, sicut verus pavo, variegatus.* Simili significatu Pavo reperitur, in Actis Dedicationis Ecclesiæ S. Juliani de Lepida in Veronensi districtu A. C. 1186. apud Ughellum, *Deinde venerunt ad pavonem, ubi erant reliquiæ &c.* Etiam Pavo, *Pavus, Pabo*, vehiculum est unirotum, in Glossis præfatis Bec. V. Car. du Fresne & Car. Macrum in *Etymologico*.

Pavones, Hebr. תוכיים, pro תכיים, *cuhijim*, i. Cuthæi seu Persici, 1. Regum *cap.* 10. *versu* 22. & 2. Paralipom. *cap.* 9. *versu* 21. *Semel singulis trimatibus ibat* (Salomonis) *classis in Tharsis & afferebat aurum & argentum, dentes elephantinos, simias & pavones*: à *Cuhi*, i. *Persite*, fic dicti sunt. Quemadmodum *Medicum* aut *Persicum* hanc *avem*, passim à Vett. Scriptoribus dici videmus, *Aristophane in Avibus & in Acharn.* Suida, Clementem *Pedag. lib.* 2. *cap.* 1. & *lib.* 3. *cap.* 4. Diodoro *lib.* 2. Aliis. Non quòd in Perside aut Media veri eius natalis sint, sed quod ex India primùm in Persidem & Mediam *pavones* allati, inde in alias Orbis partes pervenerint. Namque veram eorum patriam, Indiam esse, exhoc loco de expeditione Salomonis, quæ Taprobanam instituebatur, ut Bocharto placet, satis clarè colligitur. Et, si Græcos consulamus, Theophrastus, invectivis esse in Asia pavones, apud Plinium tradit. Ælianus quoque Athenis demum circa Periclis tempora, *nutriri cœpisse*, in Deli cujusdam, Pyrilampis filii, ædibus, unde usque ex Lacedæmone ab Thesilaïa, peregrinæ avis visendæ desiderio, eò confluxisse, narrat, *Hellor. Animal. lib.* 5. *cap.* 21. Proinde Alexandri M. ætate, pavones in Græcia pauci adhuc erant. Hinc de eo idem *d. l.* Ἀλέξανδρος, inquit, ὁ Μακεδὼν ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἅλα τὸν ἔξω τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ τὰ νῆσα θαυμάσια ἐνεῖναι τὰ καλούμενα τῶν ἀνεμώνας βαρβάρων, *Alexander Macedo in Indis has aves videns, earum pulchritudine admiratione percussus, pavonum occidenti gravissimas partus insperantes est.* Curtius etiam *lib.* 9. Alexandrum pavones agrestes reperisse, circa Indiæ amnem Hydraotem, testatur. Ex quo ipso discere est, *pavonem* ex India venisse. Hinc idem Ælianus *lib.* 11. *cap.* 33. Ταῶν δὲ ἰδιώτης ὄρνις κάλλει ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέων, ταῶν δὲ ἰδίως λεγόντων τὸ ὄρνεθος, *Cum Indicum* pavonem, *eumq; maximum & formosissimum dono accepisset Ægypti Rex.* Et *lib.* 13. *cap.* 18. Ἐν δὲ τοῖς παραδείσοις σχίζουσι μὲν τοῖς τῶν ἡμέρων, ἐν ὄρεσι δὲ (Indorum Regis) *mansueti pavones aluntur.* Lucianus eandem *in Navigio*, Opus *cui Gallinæ*, & τοῦ ταὼ τὸ Φασιανὸν ὄρνεον ἐκ Φάσιδος, *pavo ex Phasi.* Ex quibus omnibus concludit Bochartus, Menodotum Samium, cùm *Pavones* primùm quidem in Samo editos ac educatos, inde verò in alias regiones deductos esse, ait, in gratiam gentis suæ id confinxisse. Nec obstat prisca de Argo fabula, à Mercurio occiso & in pavonem mutato, quòd enim Argus à Mercurio occisus, jam Homero traditur, fed quòd in pavonem mutatus sit, commentum est recens, & auctorem habet Moschum forsan non antiquiorem. Certe Moschus fre æqualis Apollodorus *Bibl. lib.* 2. Argi, à Mercurio perempti, eædem sic refert, ut de ejus metamorphosi ne ῥᾳδ quidem addat, ut neque Homeri Scholiastes *in Il.* 8. ad vocem Ἀργυφόντης. Interim ab hac fabula, quamprimùm nata est, cœpere *pavones* pro avibus Junonis haberi & à Poëtis Deæ currui affigi, & Samiaili in ejus æde & cudi etiam in Samiorum nummis, qui etiamnum extant &c. In India igitur veri *pavonum* natales, unde primò in Persidem, Mediam & Babyloniam transvecti & fuisse credibile est. Sed & in Judæam allati sunt, fub Salomonis Regno; & in Græciam, non multùm ante Alexandrum. Inde in Latium pervenerant, ubi *pavonem* ciboi gratiâ primus occidit Hortensius, adjiciali coena Sacerdotii, faginare verò primus instituit, circa noviffimum Piraticum bellum, M. Aufidius Lurco, exque eo quæstu reditus fextertium fexagena M. habuit, uti videbimus. Quamvis enim pavonis caro gallinæ carne non plus fapiat, tamen pluris multo fiebat, propter caudam & pennas; quafi ad palatum hoc pertineret, aut cum carne penna edi fient. Quam helluonum ftultitiam Horatius *lib.* 2. *Sat.* 2. fic falcè deridet:

Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina, sergere palatum,
Corruptui vanis rerum: quia venalia auro
Rara avis, & picta pandat spectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quidquam. Num vesteris ista,
Quam lucifer, anima? Cocto num adeft honor ibere?
Carne tamen quamvis distat nihil, hæc magis illa
Impavidus frmis deceptum te patet ——

Neque enim fapore, fed pretio æftimabantur hæ dapes: neque alia de caufa exquirebantur, quam quia cariùs venibant, & fpecies hujus animalis tam eximia eft. Ulteriùs proceffit Heliogabali luxus, quem *pavonum* linguis epulas inftruxiffe, ex Lampridio difcimus: quemadmodum ex ejusdem avis pulpa lucanicas placuiffe Leoni X. legimus apud Jovium *lib.* 4. Sed & pretium avis loquitur, quòd Caligula Deum fe mentitus, præter phafianos, & phœnicopteros, *pavones* quoque Numini fuo immolari voluit, teste Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 3. *cap.* 12. &c. Quamvis autem tanta ejus forma, nihilominus avem hanc mali ominis effe, fibi fingunt Arabes Scriptores: *Quia*, ut Jubianus tut, *causa fuit, cur in Paradisum ingredereter Diabolus & ex eo egredereter Adam.* Cujus tamen commenti ratio non liquet. Ejusdem farinæ eft, quod refert incertus Auctor *Viridarii doctorum*, vitem quatuor animalium fanguine à Diabolo fuiffe afperfam, nempe *pavonis*, cùm primùm confita eft; *fimiæ*, cùm incepit folia edere; *leonis*, cùm protrufit uvas; *porci* denique, jam maturefcente fructu: Atque inde eft, quòd, qui vinum bibit, ut pavo, fit venuftior; in fimiæ modum ludit, faltat, gefticulatur, leonis inftar furit, &c, ut porcus,

—— —— *jacet fomno vinoque fepultus, &c.*

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Partæ poster. lib.* 1. *cap.* 20. & *lib.* 11. *cap.* 16. Illis veftem de cataclitis tribuit Tertullianus *de Pallio cap.* 3. *Quanquam & Pavo pluma veftis & quidem de cataclitis*, quoniam iftiusmodi veftes tricliniares aut accubitales, quibus accubita & tricliniares lecti fternebantur, pictæ ut plurimum & auro purpuraque infignes erant. His autem præcipuè coloribus fuperbit Pavo. Oppianus Κυνηγετικῶν γ.

Τῶν οἱ ὀρνίθεσσι διαζώννυται ἄκμονος
Χρυσὸς πορφυρέοιο μαρμαρυγὴν ἀλεύμενος αὐγὴν.

Phile de eadem ave,

Λαμπὰς γὰρ ἐστὶ ἡ γραφὶς τῶν ἀνθέων.
Χρυσὸς δὲ λευκὸς συμπέπηγε τῇ πορφύρᾳ
Σκοροῦσι δ' ὡς ἂν ἐκφανῶς ἐμφαίνεται.

Hinc & Publius Syrus *Pavonem* Babylonico amictum facit, h. e. tricliniari five accubitali veftæ:

Tuo patalo ocellosus Pavo nascitur,
Plumato amictus aureo Babylonico.

Quos verfus Tertullianum in mente habuiffe, dubium non eft, cùm *Pavoni* veftem de cataclitis dedit: Nam *Babylonicum* & *veftis de cataclitis* idem, &c. V. elegantiffimum Tertulliani locum ipfum, & *ad eum Notas* Salmafii. Hinc *Pavonatilis*, apud Scriptores medii ævi, pro panno, in pavonis tantum caudarum fpeciem variegato, cujusmodi panni meminit Anaftafius in *Stephano II.* Pontif. Rom, Fecit in eadem prædicta Balilica vela 4. in circuitu altaris majoris, quorum duo funt *de ferico pigacio*, *ternum* Panovatile, *quartum de Alexandrino*. Galli Paonnace & Paonnacé dicunt. Italis *Paonazzo* & *Paonazzo*, color violaceus eft, quomodo *Pavonacium* & *Pavonatum* dixiffe Vett. Salmafius idem auctor eft. Sed & *Pavonatilis* dici potuit veftis, quòd revera intexta & effictæ in ea effent *pavonis* figuræ. Sic in Codice Carolino *Epift.* 45. *Storacium pallium unum habens pavonia.* Et apud Wilh. Malmesbur. *de gestis Anglor. lib.* 2. *cap.* 11. *Pallium misit versicoloribus figuris* pavonum, *ut videtur, intextum.* Similiter in *Vita* Garnerii Præpoliti S. Stephani Divion. *Nec non & pallium optimum pavonibus ordinatis intextum.* In quibus tamen locis idem effe, quod *Pavonatile*, neque reapfe *pavonum* figuræ panno fuiffe intextas, cenfet Car. du Freine *Gloffar.* Apud Plinium verò *Pavonacea* quoque *vefta* occurrit, *lib.* 36. *cap.* 22. *In Belgica provincia candidum lapidem ferra, quæ lignum, facilisque etiam, fcant, ad tegularum & imbricum vicem: vel fi libeat, ad quæ vocant* pavonacea *tegendi genera.* Ubi cum docti complures legendum putent, *pavita*, aut *pavimenta*, i. pavimenti modo facta, & conftructa: Dalechampus *Pavonacea* legit, & interpretatur, picturatis lapidum impofitorum quadris, ad inftar pennarum pavonis, fulgentia. *Abo. ad l.*

Quòd verò Hornius habet, Helvetios magno odio hoc avium genus profequi, eò quòd Auftriæ Archiduces in galea fua *caudam pavonis* gerant, adeoque avem hanc tota fua ditione eliminaffe, ac fi quis *pavonem pavoninam* in pileo geftet, ab obvio quovis impunè poffe interfici, *Orbe Polit. Part. II. pag.* 112. idoneum teftem non laudat, nec experientiam in partibus habet, pavonibus ibi paffim obviis &c. V. quoque infra, voce *Pavus*.

Pavor, adde: Armiger Martis eft, apud Papin. Statium *Thebaïd. lib.* 3. *verf.* 425.

—— —— *comunt Furor, lraque crifpat,*
Frena minaci ras equis Pavor *armiger* ——

Alioquin ad currum curandum illi fervient. Ita Claudianus *in Rufinum lib.* 1. Marte clamante:

Fer galeam, Bellona, mihi, nexuisque votarum
Tende, Pavor, frenet celeres Formido fugales.

Imò & funt, quæ Martis ipfius unum faciant. Val. Flaccus *lib.* 3.

—— —— —— *Terrorque Pavorque*
Martis equi, fic contexit umbonibus hæres.

Sed uno verbo *Martisfoni* legendum, conjecit Barthius. Notiffimum enim duo diverfiffima illa portenta Martem fequi. At quomodo talia fub uno jugo ferat? V. cum *Animad. verfion. ad Statium d. l.*

Pauperes, τῶν πένων καλουμένων, civitatem *deloneffam*, Isocrates *Areopag.* unde apud Iraelitas noluit Deus egentem effe ullum, *Per te non debes effe egens, nam omnino benedicturus fit tibi Jehova in illa terra, quam &c.* Deuteron. *cap.* 15. *verfu* 4. Quare & Athe-

& Athenienſes civium ſuorum inopiæ ſubveniuri inſtituerunt ; ut quælibet Ἑταιρεῖαι ſeu *Societas*, *Collegium*ve arcam quandam haberet, in quam, *Pauperibus* ſublevandis ac redimendis captivis, ſodalium quisque ἑρανον ἐνέβαλλεν ſingulis menſibus tenerentur, quâ occaſione Plautus dixit, *Eranum amici conferunto* : Hinc, qui iſtiſmodi conferebant, Ἔρανισται & ἐράνων ἔκφορτοι dicti ; quemadmodum ipſam hanc collationem συνέρανον vel κοιμίζουσ᾽ τὸν ἔρανον appellavere, ut diſcimus ex Ariſtotele *Acroas. lib. 2. cap. 5.* & *Dicæa ἐρανικὴ* Judicia vocitata ſunt, in quibus lites inde ortæ decidebantur. Simile quiddam fuiſſe ἔρανον παντῶν, ab Ariſtidide iis, qui contra Medos cum ipſo militaverant, aſſignatum, colligitur ex Ariſtoph. *Lyſiſtrata*, V. Platonem quoque de *LL. lib 9.* & Plinium, apud quem Trajanus in *Epiſt. reſponſ.* Amiſenis (nam & aliæ civitates præter Athenas idem facere ſolitæ ſunt) ejusmodi conferentibus, ut potuo continuen, permittit, *ea ſacilitas, ſi tali Collatioui &c.* Porro ſingulis Neomenſis, qui ipſis pollebant, epulum amplißimum eodem fine, apud Athenienſes, inſtitutbant, quod quia Hecatæ ſacrum erat, hinc *Hecates cœna* in Prov. abiit : qua de re V. Ariſtophanem *Pluto*, ubi Poëta *Pauperum* conditionem hoc nomine commendaturus ait :

—— Παῦε γ᾽ ἑκάστοις ἔξεσι τὸν πλοῦτον,
Εἴτε γ᾽ ἀκλεῖς, εἴτε γ᾽ ἀγαθοῖς βέλτιον.
—— *Ab Hecate ilicti hoc ſciſcitari*,
Utrum, divitem eſſe, an eſurire, ſit melius ?

Imò, ut & ludos tales ac ſpectacula cum reliquis videre poſſent, *lucar ii ex Ærario attributum eſt*, legimus. V. Franc. Roſſanum *Archæol. antiſic lib. 6. cap 9.* Apud Romanos boni Principes, provinciis bello aut aliqua calamitate afflictis, conſueverunt ſubvenire, remittendo tributa, onerumque fiſcalium indulgentiam concedendo : quod dignum eccomio viſum eſt, in Conſtantino Auguſto, qui Ἀζωτικὰς civitati graviſſimè afflictæ remiſit, quod è quinquennio fuerat reliquum, V. Eumenium Rhetorem *Ovat. de Schol. inſtaur.* In Theodorico item Rege, qui provinciæ Alpinum Cottianum, quæ per illam exercitus tranſierat, tertiæ In dictionis tributa laxavit, apud Aur. Caſſiodorum *lib. 4. Epiſt. 36.* Alebantur interdum & e fiſco *Pauperes*, & poſteriorum Imppmaxime Chriſtianorum temporibus, convocatis generalibus Conciliis, Epiſcopis eò profecturis viaticum eſt ſuppeditatum ; ut legere eſt apud Sulpitium Severum *Hiſtor. ſacr. lib. 2.* Apud Hebræos inprimis variis privilegiis olim inſtructi leguntur. Unde ex Lege ſacra ſeptemplex jus iis competuiſſe, docent Magiſtri, de quibus, dictis כותנות עניים, *Manera quæ pauperibus danda*, ordine pauca. Primum fuit פאה *Angulus*, ex Levit. *cap. 19. verſ. 9. Cùm meſſueritis meſſem terræ veſtræ, non conſum. malis metendo angulum agri tui, &c.* Ἐν τῷ θερισμῷ τῆς γῆς ὑμῶν τὸ ἄχρι τῆς ἐσχάτης, *non perfectiè meſſem veſtram agri tui metendo.* Quæ velut dicta non minus de agro frugibus conſito, quàm de arboribus frugiferis, adeoque de proventu telluris omnimodo annuo, capiunt. Quantitas angulifex partis frugum ſic relinquendarum nullibi in Lege ſacra præſtituitur : Sed ex ſci tis Scribarum, pars eſt minimum ſexageſima. II. לקט, id eſt, *Spicilegium*, facris illis, quæ ſequuntur, nititur verbis, *& colleßionem* (ſpicarum ſeu frugum remanentium) ſeu *ſpicilegium non colliges.* Quod ad fruges ſeu proventus manipulatim falce fuceidi aut evelli ſolitos attinere volunt. Ubi ſi ſpica unica aut duæ inter ſuccidendum, evellendum aut colligendum, extra manipulos aut ſub falce deciderent, hæc lege continebantur, non item, ſi tres ſimul nedum plures. III. שלרת ſeu *Racemation*, in Lege ſacra, ſequitur : *Et vineam tuam non racemabis.* Quod de racemulis dictum volunt, quotquot ſic nec ſcapulos denſiores, nec uvas conjunctiores, haberent. IV. פוט, *Racemi decidui*, qui ſc. in vindemia inter colligendum deciderent. De quibus, ut & ſpicis, ajunt Magiſtri, ſi unus ſeu bini deciderent, eos hæc lege contineri, non item ſi tres ſimul vel plures conjunctî. V. שכחה, *Quod per oblivionem relinquitur* : Deuteron. cap. 24. *verſ 19. Cùm meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipulum in agro, non reverteris, ut tollas illum.* Quod etiam ad vindemiam & arborum qualiumcunq; fructus, extendunt Magiſtri. VI. מעשר עני *Decima pauperis*, deſumitur ex Deuteron. *cap. 14. verſ. 28. A fine trium annorum ſeu anni tertii, proferes omnem decimam frugum tuarum pro illo anno & repones intra portas tuas, veniet, Levites &c. Et peregrinus, pupillus atque vidua, qui ſunt intra portas tuas & comedent & ſaturabuntur.* Quod ſpectare volunt ad tertium & ſextum (qui tertius eſt iteratus) cujusibet hebdomadis, juxta annorum remiſſionis computum, revertentis. Ita ut Decima prima & ſecunda annis 1. 2. 4. & 5. ſolverentur, tertio verò & ſexto nulla decima ſecunda, fed hæc velut vice ejus, idque domi, non Hierosolymis, ſic ſolveretur. VII. צדקה, *Eleemoſyna.* Quò ſpectat lex illa Deuteron. *cap. 15. verſ. 7. Si fuerit in te pauper unus ex fratribus tuis, intra aliquam portarum tuarum, in terra tua, quam Dominus Deus tuus dat tibi, non obſtrudes cor tuum, neque contrahes manum tuam à fratre tuo pauperi. Sed aperiendo aperies illi manum tuam & mutuum dabis illi, quod ſufficiat pro penuria illius, quâ is laboret.* Et quæ ſequuntur de anno remiſſionis, faciunt ut non mutuum, ſed donatum, habendum eſſet, quod indigenti ſic ſubminiſtrandum. V. quoque Levitic. *cap. 25. verſ 35.* ubi, inter alia, hæc habentur : Si attenuatus fuerit frater tuus & mutaverit manus ejus juxta te, *et iam ſublevábis ſeu ſuſtentabis eum (quaſi advenæ & peregrinum*, ſeu) *peregrinus item & inquiliuus etiam vivat tecum.* Quæ poſteriora verba ſic capiunt Magiſtri, ut non ſolum Proſelytis tam Domiciliis, quàm Juſtitiæ, incolatus permiſſus in Terra ſancta ſic præſtituatur, verum ut etiam utrorumque inopiæ levaneri, ex eleemoſynis, fuerit erogandum : Gentilibus alijsſeu qui ido-lolatriæ nondum renuntiaverant, excluſis. Legitur autem Hyrcanus primus Xenodochia inſtituiſſe, *quibus advenius ſuſtinerent pauperum peregrinorum*, Egeſipp. *lib. 1. cap. 1.* Hinc decodem jo-ſephus, Πρωτῶν ἐπὶ τοῖσ ξενοτροφίαν ἀῤῥήκασι &c. Intrim quemlibet Judæum eleemoſynam debere dare *pauperibus*, ex *LL.* alle-gatis colligitur : quod ſi quis detrectaret, ſenſimiſi ſuccuri coërcendus erat in id præſtandum, quod Foro placeret ; idque non ſine plagarum, ſi non pareret, pœna. Si ne ſic quidem obſtrenduaret, ſi bonis ejus, id quod erat præſtandum, in pignus Judices ſuſtulere. Poſtea verò eò deventum, ut, quemadmodum non raro inter Chriſtianos, inſtituerentur qualiber in urbe aeopipido גבאי צדקה *Exactores Eleemoſynæ*, ſeu ejus, quod in pauperum ſublevamen erogandum, qui hebdomadatim eo nomine diligentiùs colligerent erogarentque nummos, alimenta, id genus alia. Locus, in quo reponebantur nummi, קופה *arca*, vocabatur ; in quo alimenta, תמחוי *ſcutella*. Unde evenit, ut dein obligatio non tam pauperes ipſos, quàm Exactores hoc eſt immediate ſpectaret, extra quam ipſi quis ex Exactoribus nunquam rite erogando juxta facultates ſuas anteverteret. Calleditam eleemoſynam erogabant Exactores, etiam de aliorum inopia atque erogationis modo, decernentes. V. g. *Qui haberet* (veſperâ Sabbathi) *duo prandia, ei non licebat ex ſcutella erogari : Qui haberet quatuordecim, ei non licuit erogari ex arca*, non ſc. in alimenta. *Qui habebat in bonis decentes Zuzas, ſicèt cum eis non negotiaretur, aut qui haberet quinquaginta Zuzas, & cum iis negotiaretur, is in eis non erat habendus, quibus licuit ſpicilegia, frugibus per obliviouem in agro relictis, angulo & decima pauperis paudere*, &c. Ita autem cum Arca & Scutella comparatum erat, ut hæc pro vario locorum more aut haberetur, aut omitteretur, illa verò nullibi deeſſet. Atque ad hujusmodi arcam ſeu inopum ærarium publicum, reſpicitur illo Evangelii Matth. *cap. 19. v.21. Vende &c. & da pauperibus, Et dimittium bonorum meorum do pauperibus*, alibi, &c. Judæi verò à Gentilibus eleemoſynam ſuſcipere non licuit prius, quàm ita exoriret, ut quæ extrema necceſſitati ſubvenire poſſent eleemoſynæ à ſuis ſubministrarentur, neque eam poſſet à Gentili accipere. Unde intelligendum rite, quod de mendicantibus Judæis ſolet controverti. Joſ. Scaliger *Elench. Trihæref. cap. 28. Veri Judæi non mendicabant, neque mendicant hodie propter φιλάδελφον eorum, quòd divites non patiuntur tenuiores mendicare aut eſurire, & multa præcepta de eleemoſynis etiam antiquiſſima habeant.* Quæ de re plura apud Nicol. Serarium *de Rabbinis lib. 2. Sect. 38. & 39.* Joh. Druſium, Alios. Non quidem mendicandarum, inſtar aliorum, aut tam miſere affligitando victum quærebant, quoniam ex diſciplina avita à lautioribus pauperes, etiam ſubinde lautiùs, erant ſuſtentandi. Sed interea mendicabant. Nec mendicabant, aut hodie ex diſciplina mendicant, ab aliis, quàm à contribuibus rogando, nisi ubi horum eleemoſynæ non ſufficerent. Aliter ab aliis rogare licite potuere ; quod & factum ab illis fuiſſe, diſcimus tum ex Juvenal. *Sat. 6.* tum ex Martial *lib. 12. Epigr.* 57. ubi, ad Sparſum, inter urbis incommoda, recenſet frequentiam mendicantium Judæorum,

Nec turba oſſas enbeata Bellonæ,
Nec ſaſtato naufragus loquax trunco,
A matre doctius nec rogare Judæus, &c.

Plura V. apud Seldenum *de Jure Natur. ac Gent. Lib VI. Cap. 6.* Locum quod attinet in quo degere ſoliti, Romæ in Circo, in porticibus templorum, aliisque locis publicis, ut ſcribit Joſephus, qua de re V. Caſaubonum *ad Suetonium Tyalio cap. 39.* & *Auguſto cap. 74.* aut in cœnaculo meritorio habitabant ; in quo & niſi ſcalis introire non poterant, Idem *ad Domitianum ejusdem Auctoris cap. 23.* Iidem apud Chriſtianos, in primitiva Eccleſia ad fores Templorum eleemoſynam accipebant, Actor. *cap. 3. verſ. 2.* quam ſtationem à Veteribus fuiſſe iis aſſignatam, multis docet Chryſoſtomus *Homil. 57. tom. 5. pag. 390.* qui etiam illos oſtiarium mendicare noluit, ſed in Eccleſia congregatos voluit ex Patriarcheo ſuſtentari, Anonymus in *Vita cius cap. 58.* Hab bant enim Vett. pro pauperibus χοινὰ & Ἐκκλησίαι χοινῶν, telle eodem alibi, habebantque commune domicilium ab Eccleſia ſegregatum, Κοινὸν λοιπὸν eidem dictum. Quò pertinent & Ἀναχωρηταὶ, i. reliqua redituum Epiſcopalium, quæ ut ſuperflua mendicis diſtribuebantur, indigitata Baltamoni *ad tan. Apoſtol. 59.* de quibus V. Cl. Suicerum in hac voce ; uti *de cava manu*, qua pauperes ſtipem accipiebant. Caſaubonum *ad Suetonium Auguſto cap. 91.* de venditis ob *pauperiaem* liberis apud Hebræos & Chri-

Christianos, diximus alibi. V. quoque Seldenum ubi supra, cap. 7. Cæterùm, ut & alia quædam aspergam, Romæ olim *Paupères*, licut & rei ac qui in luctu erant, pullati fuere, cum ditiores albati incederent. Unde *Paupertas pulla*; Calphurnio;

O utinam nobis non rustica vestis inesset,
Pullaque Paupertas *& adunco fimia monte*;

& discrimen inter cives natum, sequiori seculo, ut alii *Candidati*, non qui peterent, ut olim, sed honestiorisordinis eives: alii *Pullati*, infima nempe plebs sive vulgus, à vestium colore, dicerentur; in qua significatione ista vocabula reperias apud Plinium in *Epist.* Quintilianum, alios, non raro. Seneca priores *Pexatos*, quòd pexis h. e. candidis & recentibus Togis uterentur, posteriores *Coloratos* nominare videtur, *de Benef. Vit. lib.* 2. V. infrà in voce *Pullatus*. Nec omittendum, antiquitus, sicut diximus in domibus fuis fepulti fuere, ita *Paupères* poft mortem in foveas fuiffe abjectos, Varro de *Lingua Lat. lib.* 4. & Feftus *lib.* 14. in voce *Puticuli*. Qua de re V. plura apud Thom. Dempfterum *Paralipomenis in Joh. Roffini Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* ult. & hic paffim.

Pauperes Chrifti, dicti in Communione Rom. primitus Carthufienfes Guigo Prior Carthufiæ fecundus *Epift. Dedicat. ad libr. de Quadripartito exercitio cellæ*: *Reverentiffimo Domino & Patri in Chriffo vigintiquinto beatiffimo B. Priori* Pauperum Chrifti, *qui in Witeham commanentes, Ordinem fanum Carthufienfem profitifi &c.* Similiter Guigo Prior V. majoris Carthufiæ *in Prologo ad Vit. S. Hugonis Epift. Gratianopolitani, Domino Patri carifimo ac reverendiffimo Sedis Apoftolicæ Pontifici Innocentio, Carthufienfium* pauperum *fervus inutilis Guigo, perpetuam falutem.* Et Carthufienfes Majorevi inter Epiftolas Petri Cluniac. *lib.* 6. *Epift.* 23. Petro *Cluniacenfium abbati, frater humilis* Pauperum *Majorevi Prior tenuis, cum eisdem* Pauperibus, *æternam à Deo falutem.* Apud Cl. du Frefne *Gloffar.*

Pauperes de Lugduno, vulgò Valdenfes dicti funt, de quibus fic Reinerus *c. Valdenfes cap.* 5. *Secta* Pauperum de Lugduno, *qui etiam Leonifiæ dicuntur, tali modo orta eft. Cùm cives majores pariter eſſent in Lugduno, contigit quendam morì fubito coram ex iis. Unde quidam inter eos tantum fuit terrimus, quòd ftatim magnum thefaurum pauperibus erogavit; & ex hoc maxima multitudo pauperum ad eum confluxit; quos deinde habere voluntariam pauperiem & effe imitatores Chriſti & Apoſtolorum. Cùm autem eſſet aliquantum literatus, Novi Teſtamenti textum docuit eos vulgariter: pro quâ temeritate cùm fuiſſet reprehenſus, contempſit & capit inſiſtere doctrinæ ſuæ, dicens Diſcipulis ſuis, quòd Cleros, quando malæ vitæ eſſet, invideres ſanctæ vitæ ipſorum & doctrinæ. Cùm autem Papa excommunicationis ſententiam fulminaſſet in eos, pertinaciter contemſerunt: & ut ait, hodie in omnibus terminis illis profeſſi doctrinæ ipſorum &c.* V. ſupra, *Boni Homines*, ut & in vocibus *Antigoni, Valdenſes* &c.

Pauperes Minores, V. ſupra *Minores.*

Pauſa, à Gr. παύω, Gall. *Pauſe*, requies, ceſſatio alicujus rei, mora, vox veteri Latio cognita, Lucilio, Claudio in *Annalibus*, Lucretio, Plauto, Aliis, & à ſequiori revocata: de qua diximus nonnulla ſupra in voce *Pauca*. Hinc *Pauſari* dicebantur, qui *pauſas* illas explerent in ſacris Iſidis & Anubim portarent. Nempe moris fuiſſe, ſimulachra Deorum portantibus, ut certis locis interjungerent, ibi vidimus: quod *Pauſas* edere Spartianus vocat. Vetus *Inſcr.*

PRO. SALUTE. DOMUS. AUGUSTÆ.
CORPORA. PAUSARIORUM. ET
ARGENTARIORUM. ISIDI
ET. OSIRI. MANSIONEM.
ADIFICAVERUNT.

Unde duo docemur, & corpus ſive collegium *Pauſariorum* Romæ fuiſſe, & manſiones Iſidi extrui ſoliras, in quibus vel ad quas illæ *pauſæ* fiebant. Sed & *manſio* & *pauſa* idem eſt. Neque verò quis putet, *Pauſarios* artifices aut opifices fuiſſe quosdam, propter Argentariorum nomen, quibus junguntur in Inſcriptione. Nam & ſic Dendrophori in alis quamplurimis Inſcriptionibus cum Tignariis & Fabris & Centonariis junctim ponuntur, cùm tamen Dendrophori nomen religionis vel ſuperſtitionis eſſet, *Ord.* Theodoſii de Paganis & Templis *lib.* 20. illique ſic vocarentur, qui in honorem alicujus Dei, ut Bacchi, vel Matris Deûm, vel Sylvani, arbores ſtirpitus excifas per urbem humeris ferrent, Artemidor. *lib.* 2. *cap.* 42. de Baccho &c. *Pauſarii* igitur erant, qui in portando Anubi omnes *pauſas* edi conſuetas in Iſidis ſacris explebant, Salmaſius ad *Æl. Spartianum in Antonino Caracalla.* Apud citatæ ætatis Scriptores, *Pauſam*, pro *requie*, quæ ſomno capitur, atque ſine quo nemo, *tantum* non ac *ſepulcro*, paſſim occurrere, pluribus locet du Frefne *Gloſſ.* Unde *Pauſium*, locus ubi pauſatur. Sic in ſigillis Hugonis Duc. Burgundiæ & Albonii Com. Chartæ A. C. 1189 appenſi averſa parte, Caſtellum extat tribus inſtructum turribus, quas inter exarata hæc, PAUCIUM VIANTIS; in circulo vero, *Sigillum Hugonis Comitis Albonii*, apud Perardum *in Chartis Burgund.* pag. 262. Ubi *Pauciun*, pro *Pauſium* eſt, ſicut *Pauca* pro *Pauſa* ſupra vidimus.

Pauſarius, qui remigibus modo dabat, & remigandi officium quadam quaſi pauſa moderabatur, olim dictus eſt: Senecæ *Ka-*

lendis. Nam & in navi fuiſſe Symphoniacos, qui celeuſma remigibus canerent, & *per aſſam vocem, id eſt, ore, prolatam*, illorum laborem demulcerent, ex Afconio *ad divin. Cicer.* docet Pignorius *Comm. de Servis.* In Argo ſane navi, teſtatur Hyginus, Orphea per citharam celeuſma moderatum eſſe, quod & tetigit Valerius-Flaccus *Argonaution lib.* 1. *verſu* 470. *& ſeqq.*

Nec vero Oëtæi tranſiris impenditur Orpheus,
Aut ponium remo ſubigit, fed carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.

V. quoque eundem *eod. lib. verſu* 184. Martialem *lib.* 4. *Epigram.* 64. Rutilium Numatianum *lib.* 1. &c. Nauticum hoc carmen, *nauticum cantus* Ciceronieſt, *Nauticus clamor* Virgilio Æneid. 1.3. *Celeuſma* aliis: quod hodie, Italorum moribus, voce vel parvâ fiſtulâ nautis accini, Pignorius ſupra memoratus tradit. Aliam vocis notionem V. ſupra

Pauſata Arbor, apud Arnobium *lib.* 5. ubi de Attyis morte & Cybeles luctu; *Tunc tundis & fauciat pectus* pauſatæ *circum* arboris *robur*: eſt conſecrata, eo modo, ut cùm omnia in illo antro & ſano fuerint, illa tamen quieſcerent, nec ullo vento aut tumultu concuterentur. Hoc enim fieri credebant perditi idololatræ, uti diſertimus ex Claudiano *de Raptu lib.* 1. ubi hujusmodi facrilegia deſcribit,

templique colendi
Religioſa filex, denſis quam pinus obumbrat
Frondibus, & nullis auſtrate procella,
Stridula conſeriis mediabat carmina vatis.
Terribiles intus thyaſi, veſanaque mixto
Concentu delubra gemunt, ululatibus Ide
Bacchatur, tumidas inclinant Gargara ſylvas.

V. C. Barthium *Animadverſion. Papin. ad Theb. lib.* 10. *v.* 168. Salmaſius tamen *pauſata* legit, ut infrà videbimus.

Pauſiæ, adde: Idem optimus ceraſinum ὐγκωμίου. Tria autem cùm fuerint Encauſtices genera, unum erat, quo tabulam diſcoloribus cera inducebant & inſternebant, ad quidlibet exprimendum, pingendumve, quas poſtea ceras inurebant, ut læviarent & exæquarent; atque in hoc excelluit Pauſias. Plinius, *Pinxit & ipſe penicillo pariter Theſſiæ, cùm reſtituisset quondam à Polygnoto picti: multumque comparatione ſuperatæ exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet, i. quoniam encauſticâ non certaſſet, in qua excellebat.* Ubi *penicillo pingere*, & *ceris pingere*, diverſa ſtatuit, quoniam in hoc genere Encauſtices penicilli nullus erat uſus. Varro *de Re Ruſt. lib.* 3. *cap. ult. Nam ut* Pauſias & *cæteri* pictores *ejusdem generis loculatas magnas habent areas, ubi diſcolores ſunt ceræ, ſic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſſimiles habent piſces.* Quæ ceræ diſcolores ad Encauſticen omnino pertinent, in qua primum nobilis extitit Pauſias. Plinius de eod. *Idem & lacunaria primus* fecit. Quoditidem de Encauſtice intelligendum. Nam cameras ceris inuſtis pingi ſolitas, ex Procopio obſervat Salmaſius *ad Hiſtoriam Aug. V.* quoque eum *ad Solinum pag.* 231. & 232. ut & ſupra, in voce *Penicillus.*

Pauſicape, Gr. Παυσικάπη, erat ὀργυιοδὸς μαγγάνου, τῷ τοὺς κάλω σπειρηγεῖσθαι, ὡς δὴ ἀνωλίτω τῷ σχοινίῳ κρεμαμένου, *Machina quadam rotæ ſimilis, quæ ollis accipitabatur, ut ea conſtrictus manus ori admovere non poſſet*, Poll. *lib.* 7. *cap.* 4. V. quoque Heſychium ac Suidam. Quemadmodum Πεδικὰς pedesartabat, Πεδοσφάκτα pedes manusque vinctos torquebat, Πιλοποίλιον vero ξύλον, non tantum collo inferebatur, ſed etiam pedes manusque impediebat, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib.* 4. *tit.* 9. *de Furtis.* Origo *Pauſicapæ* ex veteri molendi modo, antequam molæ eſſent in uſu: Ne enim ſervi, qui in Piſtrino fab mortariis impoſitum tundere cogebantur, farinâ furtè veſcerentur, illiusmodi ligno collum habebant inſertum, Hadr. Turnebus *Adverſarior. lib.* 4. *cap.* 13. Quod poſtea ad alia ſervorum delicta punienda tranſiit. Jumentis quoque *Pauſicapes*, cùm edere prohibebantur, fuiſſe appliciam, docet Suidas.

Pauſias, contrarium Bellonæ Numen fuit, obſervante Hadr. Turnebo *Adverſar. lib.* 15. *cap.* 21. *quòd etiam & quies, cui ille præeſt, bello adverſetur.* Eiusmodi ſit Arnobius *lib.* 1. *Quæ Fauno, qui Fatuus, vivitumque Genio, qui* Pauſos *reverenter atque Bellonas.* V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib.* 4. *cap.* 10. Εἰ δὲν ἔ πάυσιν nomen.

Pavus, nomen de vocis ſono habet, ſi Iſidoro fides *Origin. lib.* 12. dicitur *Samius* Publio Syro, apud Petron. Arbitrum, quia è Samo (ubi in Templo Junonis Samiæ alebantur) in alias transferretur terras, ut & Menodoro Samio apud Athenæum refertur: Voſſius tamen mavult retinere lectionem editionis principis, puta Pariſinæ A. C. 1520. perſuaſus à Publio, verbis his

Tuo palato clauſus Pavo *paſcitur*:

reſpici ad Ornithonas, in quibus aluere *Pavones*, turtures, turdos, ut indicat Varro *de R. R. lib.* 3. *cap.* 3. Fuit hæc avis, *omni patagio inuratur*, ut Tertullianus ait, Græcis ipſis ignota ante tempora Alexandri M. qui cùm Pavum in India primùm conſpexiſſet, edicto vetuit, ne quis necaret: ut Ælianus narrat *de Animalibus lib.* 5. *cap.* 21. atque ibidem legas, ut Athenis quibusque

mensium Calendis fuerint, qui quæstum faciebant, ostendendo eos viris ac mulieribus: item, ut Antiphon Orat. contra Erasistratum tradat, ibidem marem & fœminam fuisse mille drachmis æstimatos. Et quidem spectaculum *Pavonum* ut præberetur, circa Antiphontis ætatem institutum est, ut habet ipse ἐν τῷ περὶ Ταὼν. Quò referri possunt Dicæopolis verba, apud Comicum *Acharnensibus*,

Κη. οἱ πικρὸς Βασιλεὺς σφόνδυλος ἐν σφενδόναις.
Δι. Ποῖα Βασιλεὺς; ἀλφηστὴς ἢ σφενδόνη.
Καὶ τοὺς Ταὼς, τοὺς ἐν ἀλαζονείαισιν.

Ubi Petitus, non negans quidem alludere Comicum ad ornatum Persarum, sibi tamen persuadet, Dicæopolim turis plenum & inficiariam notasse spectaculum præfatum, quod non ita pridem institutum erat, & singulis Neomeniis præbebatur, V. Sam. Petitum *Comm. in L.L. Att. lib. 1. tit. 1.* Cœtera carmen habet tam durum, ut *colla etiam per annum, circa pistrofallimum vel forvum ullum, duraveris incorrupta*, teste Jasone à Pratis Zitsæo *lib. de Sanit. tuenda*. Quod Juvenalis quoque *Satyrâ 1.*

Pœna tamen præsens, cùm tu deposcis amictus
Turgidus & crudum Pavonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes atque intestata senectus.

Et Horatius *lib. 2. Sat. 2.*

Vix tamen eripiam, posito Pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina tergere patinam,
Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara avis & picta pandat spectacula caudâ,
Tanquam ad rem attineat quicquam. Num referis ista,
Quam laudas, plumâ? Cocturæ num adsit honor idem.

Placuit tamen ingeniosæ in pernicies suam gulæ: ad quam stultitiam quis præveriit, docet Tertullianus de *Pallio cap. 1. Horatensius Orator primus pavum cibi causâ jussit occidere.* Quod factum fuisse *annâ augurali*, refert Varro *lib. 3. cap. 6.* V. quoque Plinium *lib. 10. cap. 20.* & Æliarum *loco cit.* Sed ita quod Plinius tradit, Varroni addenti, *factum illud tam à luxuriosis, quàm severis honisque viris, fuisse laudatum*, repugnare videtur, cùm propterea Hortensium tetrbit κεφάλαιον, vel, ut in aliis codd. est, κεφαλεῖον. Et sanè, apud eundem Ælianum *lib. 10. cap. 20.* ex Athenienfibus quidem Callias & Cteſippus: ex Romanis Apicius ac Hortensius, ut præ cæteris luxoniibus, gulæ dediti memorantur. *Primus vero fagînæ (Pavones) inſtituit circa noviſſimum Piraticum bellum M. Aufidius Lurco, cujus in quæſtu erat illicitus ſectarium ſexagînta M. HS. inducere*, Plin. *lib. 3. cap. 42.* Ob quæ fic Publius Syrus apud Petronium Arbitrum, qui hiſce negat melius Quid dici poſſe:

Luxuriæ victu Martis marcent manus,
Tuo palato cladis Pavo paſcitur,
Pluma amictus aureo Babylonico.

Apud Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. & Progr. Idolol. lib. 3. cap. 92.* V. quoque Papinium Statium *Sylvarum 2.* ubi pulchritudinis primas Plutarco, ſecundas Pavoni, tertias Phaſiano tribuit. In primis Tertullianî locus, quem ſuprà jam tetigi *de Pallio cap. 3.* elegans eſt, cùm inquit; *Quanquam & Pavo pluma veſtis, & qui eidem de cataclisis: omni cuculyio preſtior, qui colla florent, & omni patagio incurvior, qua terga fulgent; & omni ſpinate ſolutior, qua caudæ jacent: mulſicolor & diſcolor & verſicolor, nunquam ipſa ſemper alia, ſit ſemper ipſa, quando alia: vates denique mirandis, quotiès movendis.* Quæreliam Pavonis ad Junonem, quòd ſibi luſcinîæ vocem non conceſſerit, habes apud Phædrum, *l. 3. Fabula* 18. Ubi inter alia, confoiandi gratiâ, Juno ait:

Sed formâ vincis, vincis magnitudine,
Niuw Smaragdi collo præfulget tuo,
Pilîiique pluviis gemmeam caudam explicas,

Quibus addè Philoſtr. *Comment.* 3. Theophylactum Simocattam *in Epiſt.* ubi Medicam avem, *Μηδικὸν ὄρνεον Pavonem* vocat, Martialem, alios. De ovis ejus, V. ſuprà in hâc voce. Et pennis illius ſtabella, quibus muſcas arcerentur, confecti ſolita fuiſſe, indicat Claudianus *in Eutrop. lib. 1.*

——— *Eous Rector Conſulque futurus,*
Pectebat Domine crines, & ſæpe lavanti
Nudus in argento lympham geſtavit alumna:
Et cùm ſe vapido ſoſſam projecerat æſtu,
Patricius roſeis Pavonum ventilat alis.

Eunuchos enim, de quali Poëtæ ſermo, in mundo muliebri fuiſſe, & Virgilium Matronisque delitias dicere, ſtabello ventilantiſcere, &c. ſolitos, alibi monuimus. Ocellos *Pavonum* caudæ in circuli ſuis menſis, quæ olim maximè æſtimatæ, Romanos gratiſſimos habuiſſe, Plinius docet *lib. 13. cap. 15. Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel in cortice varix, illud oblongo evenit diſcurſu, idioque Tigrine appellavere: hoc interno, & ideo tales Pantherinæ vocantur. Sunt & undatim criſpæ majore gratiâ, ſi Pavonum caudæ ocellos imitentur*, &c. In numismate Samio *Pavonem* inſculptum, & Junoni propterea factum fuiſſe, quòd primum in ea Inſ. nati & nutriti atque inde in alias regiones translati ſint, tradit ex Athenæo *lib. 14.* Δώρων. Anton. Thyſius *Notis in Gellium l. 7. c. 16.* V. ſuprà. In nummis Romanis Aquilæ vel *Pavones* expreſſi, defunctos Imperatores vel Augustas in cœlum ſubvehentes, Apotheoſeos ſeu Conſecrationis eorum notæ ſunt, cujusmodi numiſmata duo exhibet Joh. Rioſnus *Antiqq. Rom. tib. 3. cap. 18.* V. quoque Seb. Feſchium *de Inſignibus*, ut & ſuprà *Pavones*.

Pax, Dea, adde: Ovidius navali eam coronâ redimit, *Faſtor. lib. 1.*

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos,
Pax adeo, & toto mitis in orbe manet.

Occaſione vic. Actiacæ victoriæ, V. de Pace ſuâ Panegyricum *lib. 7. cap. 4.* Romæ Aram habuit: ibidem Templum illi magnificentiſſimum Veſpaſianus à Claudio inchoatum extruxit, Foro proximum, cujus mentio apud Plinium *lib. 34. cap. 8.* ubi de nobilitatibus ex ære operum: *Atque ex omnibus ——— clariſſima quæque in Urbe jam dicata ſunt à Veſpaſiano Principe in Templo Pacis.* Et *lib. 36. cap. 5.* ubi juxta Pauli Baſilicam, Forumque Auguſti, inter *pulcherrima operum, quæ unquam*, recenſetur. Ibi vaſa & donaria Templi Hieroſolymitani à Tito Veſpaſiano repoſita fuiſſe, tradunt Scriptores, D. Hieronymum ſequuti. Ibidem omnium artium Profeſſores ad diſputandum convenire conſueviſſe, Galenus refert *Serm. de libris propriis.* Ægrotos quoque hoc templum frequentare fuiſſe ſolitos, aſſerit Lil. Giraldus ex quodam parùm intellecto ejusdem Galeni loco, ſed refellitur ab Hier. Mercuriali *Var. Lect. lib. 1. cap. 13.* Bibliothecæ *Pacis* meminit A. Gellius *lib. 16. cap. 8.* quæ ſine dubio Templi latè ab eodem Veſpaſiano adiuncta. Sed hoc Templum, quod ſupra cœtera maximum fuit, opulentiſſimum, *ac pulcherrimum operum, quæ unquam*, ut loquitur Plinius, *lib. 36. cap. cit.* Commodo imperante, incendio conſumtum ac in cineres redactum, docet Herodianus *lib. 1.* Eidem Deæ Eanum Domitianus poſuit. Statius *lib. 4. Sylv. 1. v. 13.*

——— *quem ſu vicina Pace ligatum*
Omnia juſſiſti componere bella ———

Et *Sylv. 3. verſu 17.*

Qui reddit Capitolio Tonantem,
Et Pacem *propria domo reponis &c.*

Apud Athenienſes, *Pax* quoque aram habuit & pulvinar, poſt ſuperatos à Timotheo Lacones. Corn. Nepos *in Eo. Quo facto Lacedæmonii de diuitina omnemione deſiderium ——— pacemque his legibus conſtituerunt, ut Athenienſes mari Duces eſſent. Quæ victoria tanta fuit Atticis lætitiæ, ut tum primùm ære* Pacî *publicè ſint facta, atque Deæ pulvinar ſit inſtitutum*, ad quem I. V. Commentatorum *Notas*. Nec omittendum, Matronas Romanas, ut uterum ferrent, τοῦ ἀνδρὸς Athenienſibus *Pacique*, ut & Venieri, ſupplicationes & vota, magis tamen pro filiis & gemellis, quàm filiabus, concipere ſolitas fuiſſe, uti docet Thom. Bartholinus *de Puerperio Veterum.*

Pax, venia, dimiſſio & abſolutio delictorum, quæ ſit à Miniſtris Eccleſiæ, nomine & auctoritate D. N. J. C. reconciliatio, communio ſeu potius, *admiſſio penitentis in communionem Eccleſiæ*: quæ *Pax Eccleſiæ* dicitur in Concil. Tauriensi *can. 6.* alibique. Hæc notione ἰαφὺς vox occurrit apud Cyprianum, inprimis *Epiſt. 11. Cùm ante actam pœnitentiam, ante exomologeſin graviſſimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Epiſcopo & Clero in pœnitentiam poſitam, offerre lapſis* Pacem & Euchariſtiam *dare, id eſt, ſanctum Domini profanare audeant. Et lib. de Lapſis, Ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, aut purgatam conſcientiam ——— ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis*, Pacem *putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus vendicant, &c.* Hanc à Martyribus & Confeſſoribus, impetratis ab eis libellis, petere non raro ſolitos fuiſſe excommunicatos, diximus ſuprà in *Martyrum Pax*. Memimitque ejus moris Tertullianus ad Martyr. *Pax veſtra bellum eſt illi: quam pacem quidam in Eccleſia non habentes, à Martyribus in carcere exoravere confeſſoribus.* Quæ quidem Pax Pamelio nil aliud videtur fuiſſe, quàm relaxatio ſatisfactionis per Epiſcopum pœnitentibus impoſitæ, atque ad Eccleſiæ communionem, ante expletum præfinitæ pœnitentiæ tempus, admiſſio: Qua de re alibi. Formulam libellorum illorum tradit Cyprianus *Epiſt. 22. Cùm benedictus Martyr Paulus ad me scripserit, vocavit me & dixit mihi, Luciane, coram Chriſto tibi dico ut ſi quis poſt arceſſionem meam abs te pacem petierit, dei in nomine meo.* Sed & *Pax pro oſculo Pacis*, quod pacis & concordiæ ſymbolum erat, non raro occurrit. Quo ſenſu legimus, *Pacem dare, Pacem tribuere, Pacem offerre &c.* V. ſuprà, ubi de *Oſculo Pacis*. Etiam *Pax* laudibilium dicitur, id nempe, quod, pro vendendis aut alienationis auctoramento, domino ſuperiori ſolvitur, quisi ut Pax cum eo ineatur & ut venditionem alienationemque non interturbet, dato ad id conſenſu ſuo. In *Charta A. C. 1183.* pro lationibus Tolosanis, *Habet Dominus Comes, vel ſuus Bajulus, ſous* Pax *integrè*, apud C. du Freſne in *Gloſſ.* Eadem vox acclamari ſolita, Pacem publicam infractum euntibus. Unde *Pacem proclamare*, eſt ſilentium indicere, quomodo etiam Galli, cùm alios ſilere jubent, Paix, Paix, acclamant. Si quando enim Pax publica infringeretur, tum ab omnibus adſtantibus admonebantur Pacis indictæ hæc voce Pax: quod maximè in duellis obtinuit, ne quis decertantium ampleſcretur partes, qua de re eundem V. ibidem &c.

Variæ

Variæ Pacis species, quæ apud Scriptores occurrunt passim.

Pax Curiæ Regis, quæ sc. continenti debet, intra Curiæ ipsius terminos, qui ita describuntur in *LL.* Henrici I. R. Angl. *cap.* 16. cujus tit. de *Pace Curiæ Regis* : *Nam longè debet esse* Pax Regis *à porta sua, nisi infirma erit & quatuor partibus loci illius, h. e. quatuor* (in aliis codd. tria) *miliaria & tres quarantenæ, & novem ulnæ latitudine & novem pedes, & novem palmæ & novem grana rodi. Multus sanè reflectitur esse debet, ut minùs diligenția, ne quis pacem Regis infringat, maximè in ejus vicinia &c.*

Pax Dei & Ecclesiæ, V. infrà *Treuga Dei.*

Pax Domini idem, quod *Pax vobis*, V. infrà.

Pax Domini sit semper vobiscum, verba sunt, quæ in Communione Rom. dicuntur à Sacerdote, antequam immittat particulam hostiæ in calicem, uti ait Dominic. Macer *in Hierolexico.*

Pax Ecclesiæ, *immunitas*, privilegia, quibus illa munitur, quæque qui infregit, pacis Ecclesiæ fractæ reus fit, in *Capitul. A. C.* 801. *c.* 2. Sed & *Pax Ecclesiæ* de reis dicitur, qui ad Ecclesias, veluti ad asyla, confugiunt, tum enim *pacem Ecclesiæ* habere dicuntur, *Capitular.* Caroli M. *Ly.* 6. 90. &c. Quando verò jus Asyli tractæ fuerint ædes latræ, apud Christianos, fat multis docet Jac. Gotofredus *ad l. 1. Cod. Theodos. de his qui ad Ecclesiam confug.* Apud Anglos, qui ad Templum confugiebat, aut locum alium asyli privilegio donatum, fiquidem erat reus, de quo inculpabatur, à se fateretur admissum, regnum abjurare tenebatur & eligere portum aliquem, per quem transire posset ad terram alienam, extra Regnum Angliæ. Quo facto computabantur ei rationabiles dietæ, usque ad portum illum, & interdiceabatur ei, ne exiret regiam viam, nec moram faceret alicubi per duas noctes, sed semper tendere rectam viam ad portum, ita ut ibi esset ad diem sibi datum & transfretaret quam citissimè. Morari autem poterat in Ecclesia per 40. dies, Bractonus *lib. III. tr. 2. cap. 16. §. 1. &c.* V. supra, ubi de *Asylis*, nec non ubi de *Abjurandi patriam more.*

Pax S. Petri, memoratur in *Wiglebold* Magdeburg. *ann. §. 2. Pax S. Petri cum fide Crucis eisdem* (civitatibus)

ne d. l.

Pax Vobis, vox DOMINI ad Discipulos prima, quando eis post resurrectionem apparuit, Luc. *cap.* 24. *vers.* 36. Joh. *cap.* 20. *vers.* 19. & 21. ex veteri Hebræorum more usurpata. Quam salutandi formulam, in Communione Rom. ad populum in Missa ab Episcopis adhiberi, auctor est Beletus *de Div. Offic. cap.* 36. ubi ait, orationem, qua Sacerdos populum salutat, *Dominus vobiscum*, sumtam ex Ver. Testamento, & quidem ex libro Ruth, pertinere ad minores Sacerdotes, alteram verò, *Pax vobis*, de-

cessa (ab Imp.) *Idque signum hucusque servatur, ubi Civitates vel Feuda in vitet fiudantur, figitur crux in testimonium pacis, quodque ibi ternatur pax municipalis : appendiuntur Imperatoris signum, ut appareat de voluntate ejus id factum fore.*

Pax & Quies Imperii, Feudatariis concessa, V. *Jus Feudale* Saxonum *cap.* 5.

Pax Regis, Regis *protectio*, Gall. *Sauvegarde Royale*, LL. Henrici I. Regis Angl. *cap.* 53. aliique passim. Hinc ad *Pacem regiam* dicebatur Utlagatus & proscriptus, cum à Rege recipiebatur, ejusque Pacem denuò concipiebatur. Et *Litera Pacis*, vulgò *Remissio* dicta, quæ criminis admissi abolitionem continens à folio Rege conferebatur, in *LL.* Malcolmi II. R. Scotiæ *cap.* 2. §. 5. Sed & *Pax Regis* multiplex esse dicitur, in *LL.* Eduardi Confess. *cap.* 12. sc. *ipsius manu* vel *brevi data*; vel *in diebus coronationis*, durans per 8. dies; vel *in præcipuis Anni festivitatibus*. Natali sc. Domini per 8. dies, totidem in Pascha et ac Pentecoste; vel in 4. Viis Regalibus, de quibus V. supra, in *Chemilius* & *Erminegfrete*; vel denique in majoribus fluviis. Aquæ enim minores, perinde ac chemini minores, sub lege Comitatus sunt. Hinc *Pacis fractio*, cum Pax indicta à Rege, vel alicui, aut Ecclesiæ locisque aliis, concessa violatur : Aliquem de *Pace appellare*, i. accusare : *Pacis Regis stare*, i. de fractis Regis pace Juri stare. V. Auctores in *Glossario* suo laudatos Car. du Fresne, nec non suprà.

Pax Tecum, antiquitus in sacris lectionibus alicujus Apostoli, dicebatur, Augustinus *Epist.* 163. quod hodieque Græci observant : apud quos lectione N. T. in Missa peracta, à Lectore, Sacerdos respondere solet, Εἰρήνη σοι. Post osculum pacis dici consueviste : item post Orationem Dominic. refert Baronius A. C. 45. *num.* 24. & 25.

Pax Villæ, *Banleuca*, Artificium urbis, intra quem *Patriarii* seu *Scabini* jurisdictionem habent. *Potestas* & *terminus Pacis*, in *Charta* Communiæ Cameracensis A. C. 1184. &c. Hinc *Maison de la Paix*, id est, *Domus Pacis*, in *Consuetud. Montensi cap.* 12. *artic.* 2. in qua convenire Scabini, de rebus publicis cognituri &c. apud Car. du Fresnem ad *l.*

Pax Vobis, vox DOMINI ad Discipulos prima, quando eis post resurrectionem apparuit, Luc. *cap.* 24. *vers.* 36. Joh. *cap.* 20. *vers.* 19. & 21. ex veteri Hebræorum more usurpata. Quam salutandi formulam, in Communione Rom. ad populum in Missa ab Episcopis adhiberi, auctor est Beletus *de Div. Offic. cap.* 36. ubi ait, orationem, qua Sacerdos populum salutat, *Dominus vobiscum*, sumtam ex Ver. Testamento, & quidem ex libro Ruth, pertinere ad minores Sacerdotes, alteram verò, *Pax vobis*, de promtam ex Evangelio, solum spectare ad Episcopos, & qui iis sunt superiores. Quam in rem ad calcem *Chronicis* Reichersperg. addita funt quædam à Christi. Cevvoldo Diplomata Pontificum Romam, atque in iis unum Leonis VII. ubi hæc habentur : *Consultum est etiam, utrum Episcopi* Pax Vobis, *an* Dominus Vobiscum *pronuntiare debeant. Sed non aliter per omnem provinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim diebus & præcipuis festivitatibus, atque Sanctorum natalitiis, Gloria in excelsis Deo & Pax Vobis pronuntiamus. In diebus verò Quadragesimæ & in IV. Temporibus, sive in vigiliis Sanctorum & in reliquis Temporum diebus,* Dominus vobiscum *tantùm dicimus.* V. Car. du Fresne *d. l.* ubi idem cum *Pax Vobis* esse *Pax Domini*, quod simiiter à solis Episcopis usurpetur, addit ex Johanne Abrincensi Epiſc. *de Offic. Eccl.* Plura verò hanc in rem, fuggerit Maeri Fratres *in Hierolexico*, inprimis v. Cl. Suicerus *Thesaur. Eccl.* voce Εἰρήνη.

Paxamates Panis, seu *Paxamatia*, Græcis recentioribus Παξαμάδια, à *Paxamo* quodam nomen habent, qui, ut autor est Suidas, scripſit Ὑπομνήματα κάκ τοῦ ἄρτου, *Panis paximatibus*, in *Vita* S. Severi Abb. Agathonis *cap.* 11. *Panis Paximatius*, apud Ordericum *lib.* 9. *pag.* 740. *Paximatium panis*, in *Regula* S. Columbani *cap.* 3. *Paximates similagineî*, in *Gestis* Abbatum Gemblacensium & alibi passim. In *Glossis* Isidori, redditur *Panis subcinericius*, Διόπτρα ἄρτος, *panis recoctus*. Cujusmodi panes Aureliani tempore, ficut & panes militares, h. e. buccellata, ut & buccellæ, quæ Populo dividebantur, fere intra fex menses leteres: nam duo *Paximatia* libræ pondus habuiſſe, tefert Calliſtus *Collat.* 2. *cap.* 19. quâ iniquâ taxatione ventres fuos caſtigabant Monachi. Ita autem Caſſianus, *Præpoſuerunt cunctis illis veſtibus ſicci panis, cujus æquiſſimum modum in duobus* Paxamatiis *ſtatuerunt, quos par vinubus panes vix unius libræ pondus habere, certiſſimum eſt.* Sic *Paxamas* & *buccella*, idem erat. V. Salmaſium *ad Vopiſcum in Aureliano*, & ſuprà in vocibus *Buccella* & *Panis*

Paxventhum, feu *Beruthum*, vulgò *Baruith*, caſtrum Franconiæ, cum ditione adjacente, ſub proprio Principe, ex familia Zollerio Brandeburgica. Litteæ hujus *Beruthinæ*, ut vocat Spenerus; aliàs *Secundæ Franconicæ* vel *Culmbacenſis*, conditor fuit Chriſtianus, filius Johannis Georgii, Elect. Brandeburg. ex Eliſabetha Anhaltina, tertia ejus conjuge, natus A. C. 1581. eique ſucceſſione Georgii Friderici agnati in Franconia tractum montanum & ad Ayſum nactus. Conventui Lipſienſi interfuit A. C. 1630. Obiit A. C. 1655. à pietate & ſtudio pomeranidi Scholis & Eccleſiis commendatus. Pater fuit, ex Maria agnata, Alberti Friderici Boruſſiæ D. filia, (præter Annam Mariam, Johanni Antonio Princ. Eggenbergio D. Crumaviæ elocatam A. C. 1639. Magdalenam, Sibyllam Johannis Georgii II. Elect. Saxon. uxorem) Erdmanni Augusti & Georgii Alberti. Quorum ipſe natus A. C. 1615. defunctus eſt A. C. 1651. Sponſus iteum Sophiæ Agnetis Duc. Megapolitanæ, quam morte præmentus non duxit; ex Sophia patrueli Oxoldabacenſi relicto filio, Chriſtiano Erneſto, qui genitus A. C. 1644. in aula Berolinenſi primum fuit, inde Argentinenſem Academiam invifit, A. C. 1657. hinc Gallia, Italia, & Belgio, perluſtrat's, ad Electorem Brandeburgicum rediit. Domum poſtea reverſus, adminiſtrationem provinciæ ſuſcepit & Comitia Ratisbonenſia viſitavit A. C. 1664. ductâ prius Erdmutâ Sophiâ (Joh. Georgii El. Sax. præfati filiâ) 1662. quâ brevi mortuâ Sophiam Ludovicam (Eberhardo D. Wirtemb. genitam) ſi bi junxit, eique illa filias aliquot ſuſcepit. Ipſe, nupero bello, ex primis inter Principes, arma Cæſareis adverſus Gallos junxit, ac multa fortitudinis laude variis expeditionibus interfuit : Imperii nomine in Exercitu, generali Vigiliarum curæ præfectus. Patruus ejus vita exceſſit A. C. 1665. relictis ex primâ conjuge Maria Eliſabetha (fil. Philippi D. Holſatiæ, tribus filiis Erdmanno Philippo, A. C. 1659. Chriſtiano Henrico, 1661. & Carolo Auguſto A. C. 1666. . . natis; et altera vero Com. Solmenſi, unico filio. Philippo Sylvio. *Sveneat. Hiſtor. in Elem. Zollerio Brandeb.*

Pax, in Cantico Cantic. *cap.* 5. *vers.* 10. *Caput ejus Kethem* Pax; quod quidam reddunt, *aurum optimum*, nomen loci, ubi optimi fecundùm illos auri copia: unde *Kethem Pax* iis maſſam ſignificat auri puriſimi, quale eſt Χρυσίον; quo modo Arrianus in *Indicis* vocat aurum, quod absque coctione ſtatim perfectum ac purum reperiebatur. Sed Salmaſius *Kethem* vertit gemmam; Pax vero cum *Ophaz* Danielis *cap.* 10. *vers.* 6. eundem facit locum, vertitque hæc verba, Λίθων Πάζ ἐστι καὶ Τοπάζ, gemmam ex loco Pax feu *Ophaz*. Adeoque fecundùm eum Τοπάζιον Græcorum hîc intelligas, ab Ind. Arabiæ *Topazo* fic dictam, ubi reperiebatur, quæ & Πάζιον appellata eſt. Heſychius, certè Τοπάζιον, ὃ καὶ Τοπάζιος, λίθος πολύτιμος. *Paxium, quod & Topazium, lapis preciosus*: Ergo & Inſula ipſa Πάζος ſeu Τοπάζος. Epiphanius Τοπάζιον Indiæ urbem facit, ubi effodiebatur Topazion. Stephanus, Τοπάζιον, πόλις Ἰνδικὴ : ubi etiam Πάζιος vocat hujus Inſulæ incolas, ex Alexandro Polyhiſtore; Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ φησὶν ὑφεστάναι ἐν τῇ τῆς Πάζου νήσῳ, λίθου ὁμωνύμου τῇ νήσῳ, ὁμοίου τῇ χρόᾳ τῷ νῦν ὄντι, *Alexander Polyhiſtor ait, reperiri & in Paxiorum Inſula lapidem inſulæ cognominum, ſimilem colore recenti oleo &c.* Et hanc eſſe re-

gionem, quæ in Sacris ἅλας & ἅλισ appellatur, hinc concludit. Quum ea verò *Ophæ* dicerentur, Strabo & Diodorus, post Agatharchidem, putarunt ὀφὶς τὸν ὄφιν, *à serpentibus*, id nomen effecte nactam, adeoque ὄφεσσι olim appellatam fuisse, scripserunt. Sed & Græci Alexandrinique mercatores Heilenitæ, locorum omnia vocabula, ad suæ linguæ modum inflectentes, *Tendelo* eam, quasi δὸν τὸ τενδέλον, videntur nominasse, h.e. *à quærendo*. V. eum *ad Salinum pag.* 1083. & 1084. & infra, in voce *Typocesi*.

della Paz, cognomentum Ludovico Mendezio de *Haro*, celebri illi *Espinosiæ* & Minestro Statûs in Hispania, à Philippo IV. ob pacem feliciter conclusam A. C. 1660. datum concessumque, ut id quod posteros ejus transmitteretur. Integer ergo ejus titulus hic fuit, *Ludovicus Mendezius de Haro, Soumayor, Guzman, de la Paz, Marchio & olim Dux de Carpio, Comes Dux d' Olivares, primus Minister Status*: Et ex Catharina Fernanimia *de Contluba & Aragon* natus fuit, Caspar *de Haro, Guzman, Aragon de la Paz*, Dux *de Carpio*, March. *de Liche*, Comes Dux d' Olivares & S. *Lucar*, cui nupsit Antonia *de la Cerda de Medina Celi*, (filiam Johannis Ludovici Ducis *de Medina Celi*) V. supra.

P E.

Pelechius, nomen Auctoris Chymici, apud Zosimum, de quo V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1160.

Pes, in rebus Antiquorum, *Peculium*, vel *Pecunia*: P. F. *Pius*, *felix*: P. FE. *publice fecit*, denotat, Er. Gouldmanius

Peccator, cognom. quo fe ipfum, humilitatis teftandæ ergò infignivit Car. Ferratus Theologus Genev. qui obiit A.C. 1607. poft editum: *De extremis in Eccleſia vitandis*, librum. V. jac. Sponium *Hiſt. Genev. lib. 3. ad ann. præf.* De muli-re *Peccatrice*, in evangelio, res nota. Quid autem voce *Peccatoris*, Græcè Ἁμαρτωλὸς, apud Scriptores Eccl. propriè indigiteur, V. apud Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.*

Peci, fructus Sinicus, magnitudine caſtaneam nucem haud multum excedens, naſcitur in ſtagnantibus aquis, pe. totum a-grum urbis Kiahngæ, in prov. *Chekiang*. Pellis fubtiliſſima, pulli coloris, nucleum veſtit, cujus intus candidiſſima caro eſt, plena ſuci, gratique ſaporis, dorior quàm pomorum vulgarium, ac parumper acida. Eum eo fructu ſi cupream moietam ori immiſeris, dentibus eadem facilitate, qui fructum, commi-nues, ac in pulpam comeſtibilem redigas, mirà naturæ vi & experimento ſæpiſſimè probatâ. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap.* 32.

Pecora conſcindendi ritus, in Bacchicis ſacris, occurrit apud Papin. Statium *Achilleidos lib.* 1. *verſu* 596.

——— *nemus. Hujus in umbra,*
Aternum revocare pias Triuerica matres
Conſueranat, ſolſimuſque pecus, terramq; revulſas
Pyrrę trales

Ubi Vetus Scholiaſtes, ut Pentheum, inquit, pro fera conſeiderunt. Alius. *Solidi in ſimulato aut ſani vero furore, caprolos & alia pecora concindere.* Ad quas utitatas animantium ruptiones, alludit Nero, apud Perſium *Sat.* 1.

Et ruptum vinulo caput abſtatura ſuperbo
Baſſaris & lyncem Mænas vinctura corymbis.

V. Buripidem eo loco, à Caſaubono prolatum, aliaq; Theodoro Marcilio: quibus adde Calp. Barthium *Adimad verſion. ad l.* At in Veteris Teſt. Sacris non conſcindebantur, ſed dividebantur ritè Pecora, uti diximus ſuprà in hoc ritu. V. quoque infrà in voce *Pecus*.

Pecorantes & Sodomitæ, jungunturin *Fleta*, *lib.* 1. *cap.* 37. §. 3. ἀλογογαμίαι, κτηνόβατα. V. Meurium *Gloſſ.* in ἀλογογαμίαι, laudatum Carolo du Freſne *Gloſſar.* & Cl. Suicerum *Theſauro Eccl.* voce cadem.

Pecoris Magiſter, apud Servium, *ad Æneid. lib.* 7.

——— *Tyrrhuſque pater, cui regia parent*
Armenta, & lati cuſtodia creditа campi:

eſt, *ad quem omnia pertinent animalia*. Ἀρχιπώλιον Græcis, *Princeps gregis* Hebræis dictus. Gulus meminit quoque Cicero, *Nominat hominem, quem* Magiſtrum pecoris *eſſe dicebat*. Et Livius *lib.* 1. ubi de Faultulo, cui Latii Regis Numitor eandem curam demandaverat, *Ut lupam, lenitem, lingua tamdentem pueros* Magiſter *regii pecoris invenit*. V. ſupra in voce *Paſtor*.

Pecoris in usquadrupleX. juxta Tullium *Teſtulan. lib.* 1. *Videmus, ait, multitudinem pecudum, partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora veſtienda*. Ad *veſcendum* utiles olim erant mundæ omnes, ex Lege, i. e. quotquot ruminant ungulamque divifam & fiſſam habent, puta, bos, ovis, capra: cœteræ à menſis femotæ, tanquam immundæ, Levitic. *cap.* 11. Cujus diſtinctionis uſus non fuit modò ante Legem, ſed & ante diluvium, Genel. *cap.* 7. *verſ.* 2. Eà tamen tandem ſublata eſt, Actor. *cap.* 10. *verſ.* 15. Ex mundis autem, præter cæteros, eriam lac comedebatur & butyrum & adeps. Deuteron. *cap.* 32. *verſ.* 14. medulla item, Pſalmo 66. *verſ.* 15. Sed ſanguinem attingere nefas, Genel. *cap.* 9. *verſ.* 4. cùm quia in ſanguine eſt anima, tum quia Deus ſanguinem deſtinavit, tat ad expiationem faciendam in altari pro animabus noſtris, Levit. *cap.* 17. *verſ.* 11. Quod cùm mercè eſſet cerèmoniale, nihil quicquam cauſæ fuit, cur Apoſtoli Gentibus ſanguinem ad tempus prohiberent, Actor. *cap.* 15. *verſ.* 10. quàm ſpes Judæos infirmos hac ratione lucrifaciendi, qui ab eſu ſanguinis tantoperæ abhorrebant, ut eos omnes populos gladio deſtruendos ſcribant, qui renuunt huic ſe mandato ſubjicere, V. Maimonidem *Tr. de Regibus cap.* 9. Quam ob cauſam hoc obſervatum, quamdiu ſpes fuit, Judæos in his ritibus educatos poſſe ad Chriſtum allici. At poſtquam de illorum converſione deſperari jam cœptum, etiam hoc interdictum, ut l egis Ceremonialis partem, abrogavit Apoſtolus 1 Cor. *cap.* 10. v. 25. alibique. Itaque Auguſtini ævo, ſi qui putarent ab eſu ſanguinis eà lege ſe prohiberi, à cœteris irridebantur, ut docet *contra Fauſtum lib.* 32. *cap.* 13. Græci tamen hodieque eo ſcrupulo tenentur. Eadem autem pecudes, quæ ad eſum, etiam *ad ſacrificia* aptæ erant atque adhibitæ, mundæ vizz. omnes, Genel. *cap.* 8. *verſ.* 20. Qui ſacrificiorum ulus cùm diluvio fit antiquior, idem de pecudum eſu omnino dicendum. Neque enim Abel in ſacrificium id obtulifſet Deo quo verſi neſas credidiſſet & fruſtra paviſſet agnos, quibus non licuiſſet uti, ut alia omittam. Inſuper ad *cultus agrorum* jumenta neceſſaria ſunt: quia in parte boris maxime opera requiritur, Salom. Proverb. *cap* 14. v. 4. Unde Heſiodus, inter neceſſaria ei familiaria, enumerat

Οἶκον μὲν πρῶτον, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Domum primùm, uxorémque & bovem aratorem.

Huc & tritura refrenda, cujus etiam in Lege Deus eousque rationem habuit ut boviruturanti os obligari vetuerit, Deuteron. *cap.* 25. *verſ.* 4. quo facilius *in pecudibus præmeditata humanitas in hominem reſpergeret emolitrix*, ut ait Tertullianus *in Marcion. lib.* 2. *cap.* 17 &c. Sed & ad *vehiendum* ſint jem operam equi præſtant, Eſai. *c.66. v.*20. Aſini item & cameli & muli & boves, 1. Par. *cap.*12. *verſ.* 40. Et quidem equus ad bellum aptior, Prov. *cap.* 21. *v.* 30. Aſinus ad pacis artes, Zachar. *cap.* 9. *v.* 9 &c. Jam, ut aliquid de veſtibus dicam, quæ ſunt ex quadrupedum ſpoliis, Linea veſtis olim fuit, ut hodieque eſt, in promiſcuo uſu, Jobi *cap.* 31. *verſ.* 20. Prov. *cap.* 27. *verſ.* 26. & Ezech. *cap.* 34. *verſ.* 3. Sed vi ſola ſeu cilicina videntur Prophetarum ſuiſſe propria: puta, Eliæ 2. Reg. *cap.* 1. *verſ.* 8. Eliæ, Eſ. *cap.* 20. *verſ.* 2. Pleudoprophetarum, Zachar. *cap.* 13. v. 4 &c. Quorum etiam pilo Johannis Baptiſtæ, veſtis fuit ἐκ τριχῶν καμήλου καὶ ζώνη δερματίνη, Matth. *cap.* 3. *verſ.* 4. Auctor Epiſtolæ ad Hebræos μηλωταῖς vocat & αἰγείοις δέρμασι, *cap.* 11. *verſ.* 37. quod veſtimenti genus, uti ſimpliciſſimum, ita antiquiſſimum eſt. Unde Graci Heroes apri, aut tigridis aut leonis exuvis indiebantur, an pelle Libyſtidos urſæ; ut Bacchæ nebride, i. hinnuli, aut baſſari. Vulpis pelle, quæ Coptis etiammum *Baſor* dicitur. Et apud Salluſtium Germani thenonibus corpus regebant. Romæ etiam, ut apud Poëtam, priſcos civium mores deſcribentem, fuit

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellibus habuit ruſtica corda Patres.

Et

Verbera pellitus ſeroſa movebat arator.

Inde Lucretius, de mortalium primi agens, *lib.* 5. *verſ.* 951.

Nec dum res igni ferroque parare, neq; uti
Pellibus & ſpoliis corpus veſtire ferarum,

Nempe, ut ut nudis hominibus videatur obvium ferarum & *pecudum* pelle veſtiri, tamen ille pellium uſus talis primos mortales, donec à Deo edoceretur. Quod ſibi volunt hæc Moſis verba, Geneſ. *cap.* 3. *verſ.* 21. *Fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelli. eas, quibus veſtiviit eos.* Nec omittenda Columellæ conjectura, *Præfat. lib.* 7. *Nomina Pecudis & Peculii tracta videri à Pecore, quod non ſolum Veſt populerani, ſed adhuc apud quasdam Gentes unum uſurpatur divitiarum genus*. Ut enim nos pecunia, ita Vett. *Pecore* in permutatione rerum utebantur. Proverbior. *cap.* 27. *verſ.* 26. *agni erant ad veſtimenta tua, & pretium agri ſum hirci*. Ubi quod dicitur de *hircis*, ad quodvis pecus pertinet. Proinde Græcum verbum διάκτις, emere, ductum creditur ἀπὸ τῶν ὄνων, *ab aſinis*, ut & πωλεῖν, *vendere*, ἀπὸ τῶν πώλων, *à pullis equorum*, & ἀγοράζω, *conſequi, permutare*, ἀπὸ τῶ ἀγοῦ, *ab agnis*. Quò referunt nonnulli, quòd Geneſ. *cap.* 33. *verſ.* 19. Jacob emiſſe legitur partem agri fil orum Hemor ἑκατὸν ἀμνῶν, *centum agnis*. Quod, præter Græcos, ſequuntur Chaldæus, Syrus, Samaritanus, Arabs interque & Vulgatus Interpres. Alii tamen ἑκατὸν μνῶν, id eſt, *centum minis*, legunt: aliqui exſtirmant aut pro agnis nummos intelligunt, agni effigie ſignatos, quales eudiſſe legitur Servius Romanorum Rex; quia in narratione Stephani Protomartyris, Actorum *cap.* 7. *verſ.* 16. ager ille emtus dicitur τιμῆς ἀργυρίου, *argenti pretio*: ubi tamen facile regeri poſſet, argenti vel pecuniæ nomine eo loco cenſeri, quidquid illà ætate pecuniæ vicem præſtabat. Quod Arabs, Actorum Interpres, egregiè expreſſit, vocabulo tum *pecudes*, quàm *nummos*, ſignificante, &c. V. plura hac de re in prim. apud Sanc. Bochart. *Hierozoic. Part. II. lib.* 1. *cap.* 2.

Pellen, inter Ornatricum olim inſtrumenta. Claudianus de *Nupt. Honor. & Mariæ*,

Cæſarem tum forte Venus ſubnixa coruſco
Virgebat ſolio: dextra lævaque ſorores

Adſtant

Stabant Idaliæ: Largos hæc nectaris imbres
Irrigat, hæc morbis numerosi denis eburno
Mutisfidum discrimen arat: sed tertia vero
Dat varios nexus &c.

Ubi Ornatricum altera cæsariem Veneris nectare irrigat, hinc *Pecten* vulgò dicta: altera *Pectine* utitur: quem idem Poëta Eunucho tribuit, *in Eutropium lib. 1.*

——— *Eunuchus Rector Consulq; futurus*
Pectebat Domina crines.

Appulejus in præconio capiti, *Metam. lib. 8. Vel nunc gutis Arabicis inunctus & Pectinis arguti dente venuli discriminatus.* A calamistro differt, hoc enim immoderatum comæ cultum, *Pecten* laudabilem, arguit. Unde Theodorus Marcilius in *Commonitoriis suis in Laur. Ramirii Hypomnema, Triplex*, inquit, *capillorum genus, flexi ad Pectinem, sive pexi: flexi calamistris & turbati: Primum genus elegantiæ alterum mollitiei, tertium sine elegantia ac vemustate.* Et Ovidius *Fastorum lib. 1.*

Naïades, effusis alia sine pectinis usu,
Pars aderant positis arte manibus comis.

Laudat *Pectinem* in Hadr. Spartianus, *statuæ suis procerus, formâ comtus, flexo ad Pectinem capillo.* Interdum tamen & mollitiei argumentum inde deiumtum, quòd quis se pexum oftentaliet de Catilinæ focijs M. Tullius *Orat. 2. in illum, eis sanè, inquit, quos pexo capillo nitidos videtis:* Et talem inducit Cupidinem Mochus, infignia Poëtæ judicat, Phoy ijdem, referente Junio *Animad verf. lib. 2. cap. 8.* Horatius de Pulchræ Statua, *lib. 2. od. 15.*

Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes cæsariem.

Quod diebus inprimis festis fieri affolebat. A. Persius *Sat. 1.*

——— ——— *Pexusq; togaq; recenti*
Et natalitia tandem cum iarduynsche albus.

Tibullus *lib. 2. Eleg. 5.*

Sed nitidus pulcherq; veni, nunc indue vestem
Sepsiam, longas nunc bene pecte comas &c.

V. Thom. Dempsterum in *Joh. Rosinum Antiq. Rom. lib. 5. cap. 35.* Veneri *Pectinem* tribuere decalvatæ confectariam, seo gl. Cornificium *Consultationp. Τὸ Ἀφροδίτῃ ἀγαλμα πλαττων κτενα φέρον. Ἑτερὸν συνέσει τῶν Ἑ Ἑρμῆσιν γυναικὶ κόσμον λαμπὸν γενέ σθαι, ἢ ἐυφυΐαν αὐτῶν γεγονέναι αὐτοῖς οἱ κτενες ἀρχεῖοι*, V. quo que Suidam in voce *Ἀφροδίτη*. Pucte autem *Pectine* ea ebore, unde *numeroso denis eburnum morsum*, dixit Ipsa Cadutanus sed plerumque è buxo, ut docet Martialis, ubi de *Pectine*, calvum alloquente, ludit *lib. 14. Epigramm. 35.*

Quid facies nullos hic inventura capillos,
Mutisfido buxus qui tibi dente datur.

Joh. Laurentius JC. *in Phædr. um fab. 6. lib. 5. ad versum,*
Invenit calvus forte in trivio Pectinem &c.

Nec hominum tolum, verum & statuarum aliquando capilli pecti solebant, Junonis inprimis, cui, quòd mundities & ornatus curam haberet, crines additi & curiosa ejus efficturæ dispositio tuere: Sed & Minervæ, teste Augustino *de Civ. Dei lib. 6. Sunt quæ Junoni & Minervæ capillos disponunt.* Hinc *Pectendus* in *Symmachum lib. 2.* de Victoria,

——— *Non pexo crine Virago,*
Aut nudo suspensa pede

Et de Idolis in genere Clipeus, ex Tertulliano, *Qui in Idolis commanis & ornamis & adjunctis horas saltuarias administrat, curationem facere dicuntur.* Quia enim Deos, ut & cultui eorum studiosos & perpetuos, comam lavare cæsariem libi ac manibus fingebant Poëtæ; ad ejus lotionis æmulationem balnea Gymnalachris instituta sunt: uti de Lutris Palladis docet Elegia Callimachi: eique pri *Pecten* etiam adhibebatur, quò alludit Papinius *Thebaid. lib. 2. versu 723.* de Pallade,

——— *seu in Libyco Tritone repexam*
Lota comam &c.

Tandem & ad telles, vox translata, *pexæque vestes* Plinio *lib. 8. cap. 47.* dictæ sunt, in quibus ob villorum denlitatem nec lita, men nec trama apparent: quales omnes fuere vestes recentes; Sed hæc de re V. infra in voce, *Pexa*, ut & aliquid supra in voce *Pauperes*. Addam satiem, inter miniteria sacra Ecclesiæ Rom. *pectinum* quoque, quos Sacerdotes ac Clerici, antequam in Ecclesiam procederent, crines pectebant, occurrere, uti ex *Totam* Riculli Epist. Helenensis A. C. 915. & *Munstico* Angl. observatum C. du Freine *Glossario*: ubi & *pectinatorum* meminit ex libro *Ord. S. Victoris Pari. Anis.*

Pecten, ejus, apud Cyrillum in *Glossario, κτένιον*, Latinè quoque plectrum est: a significatione alterius inflexione hæc distinctum. Quam tamen Auctores non observant. Virgilius de Orpheo,

Nec non Threïcius longa cum veste Sacerdos
Oblonginm numeris septem discrimina vocum,
Jamq; eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

De eodem Statius *Thebaid. lib. 9. versu 341.*

Mittior & fonibus cytharis & pectine Phœbi.

Maximianus in *Elegiis*,

Nunc ni vels digitis, nunc pulsans pectine chordas,
Tom. II.

V. quoque Val. Flaccum *lib. 3.* Alios: plura verò infrà in voce *Plectrum*.

Pecten Amazonius, apud Statium *Achilleidos lib. 2. versu 159.* ubi de variis saltationis modis, apud Vett. usitatis,

——— ——— *Nunc ubi vera sacræ*
Pectine Amazonio, modò quo citat orbe Lacænas
Delia, plaudentesq; suis mirantur Amycles:

choreæ genus est, Amazonibus olim usitatæ, quæ complicatæ invicem feriebant *pectinis* conflitutæ, choreas ducebant saltabantque. *Pecten* enim talis qualibet feries, quali conflare pectines videmus. Ovidius *Metamorphos. lib. 9.*

——— *subjecta in illa*
Ante fores stabat, dextroq; sinistra parte
Pressa genu, digitis inter se pectine junctis
Sustinuit partus.

Ubi quid velit, enarrat Plinius *lib. 18. cap. 6. Assidere gravidis, vel eam remedium altius adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, resupinum os, idque comparum tradunt. Alcmenæ Herculem parienti: pejus, si circa unum, ambove genua, item poplites aiarmis genibus imponi &c.* V. Casp. Barthium *Animad version. ad Statium d. l.* De pilce verò hujus nominis, Plinius passim inprimis *lib. 9. cap. 33.* & Vossium *de Idolol. lib. 4. cap. 19.* ubi de pisce volitante hujus nominis, & *cap. 36.* ubi de *Pectine*, oltreæ genere.

Pectinalis Cardous, seu *Pectinicinus*, quibusdam dicitur cardous, *jusquinne* Gallis dictus, cujus capitula carminandis & rudibus pannis lævigandis, ultimi prabuit, quemadmodum spinulenta folia hippophaëtti, seu potius capitula equisinaria echinata, fullonibus olim ad pectendam vestium mollitiem inservire. V. Salmasium *ad Solinum p. 196.* Hinc *Pectinatæ*, in *Gloss. Kennedi*, de quo Claudianus in *Rufinum lib. 2.*

——— *doctissimus aris*
Quondam tanificæ moderator pectinis unci.

V. hic passim.

Pectinatus Tecta, vett. Romanis dicta sunt, quæ in duas partes essent devexa, unde Gallis hodie *Pectiniores* vocant, qui ex utraque parte fastigium sustinent, & plane sunt triangulari forma, ut & ipsum fastigium, quod ipsis incumbit, & τὸ κέκρον vel τὸ κέκρωνον propterea Græcis dictum est. Omnia enim apud Vett. tecta, aut plana erant, aut fastigata. In Græcia & in Asia & toto pene Oriente ædiumprivatarium tecta plana fiebant: ædes verò facræ culmen habebant & fastigium, quod Græcis *ἄετος*, item *ἀέτωμα* etiam, dictum est, quòd *ἀίσσειν ἀεὶ*, *alis aquilæ*, simile esset, unde & *πτέρυγα* quoque & *πίναν* dicta sunt, Eust. *Il. 2.* Talia namque fastigia. Fiebant aut in pictuique tecta plus bus fastigiis, id est, trichoris, ut in *Epistolis* Ciceronis ad Atticum videre est: *Absolutum opus est in ædibus suis tectum: quod supra concavia non placeretas id esse mustorum fastigiorum.* Unde statius Papin.

——— *Parvisi asfamia tecta trichoris,*

i. *fastigiis*. Neque vero *Ἄετος* & *Ἀέτωμα* in Templis solùm, sed & in privatarum ædium tectis usurpata fuere: hoc tamen discrimine, quod fastigiis Templorum quædam addertur ornamenta, quibus privatorum culmina carebant, ut statuæ, victoriæ, & alia Deorum simulactra. Quo modo, cum multa Cæsari decreverentur ut Deo, ejus quoque ædium fastigium observaverunt, Cic. in *Philipp. Quem is majorem honorem confectus a vobis, quam ut haberet pervinar fimnia, thrum, fastigium, Flaminem. Ibi fastigium* dicitur non ipsum tectum (quæ propria ejus significatio) sed fastigii ornamentum adeoque fastigii quali fastigium, qualia non *ἄετοι* sed *ἀετώματα* sed & *ἀετώματα*, qui dicuntur, quod altiora ipsis fastigiis essent &c. Salmasius ad *Æl. Spartianum in Pescennio Nigro*. V. quoque supra in voce *Fastigium*, & infrà in *Trichora*. Aliud est *Pectinum* opus, quod memoratur in *Visitat.* Thesaurariæ S. Pauli Londinensis A. C. 1295. *Capa Falconis Episcopi cum pectinibus de argento & argento.* Alibi, *Vestimentum Falconis fusses habes parvum de opere* pectineo, *cum rosis, arboribus, floribus & aussis* &c.

Pectoralis, Hebr. חשן inter octo vestes *aureas* Summi Sacerdotis Hebræorum, & quidem inter harum quatuor illi foli propriias, memoratum Exodi *cap. 28. versu 15. & seqq.* pannus erat pretiosissimus, *ex auro, hyacinthino & purpureo & cocineo dibapho & xylino intexteo*, quadratus, duplicatus, palmi magnitudine, quem jusserat Deus amiculo Sacerdotali *Ephod* appellato medio in *pectore* illigari. Ei duodecim uniones opere stupendo inseriebant, XII. Tribuum nomina præferentes, quæ sic Pontifex, quotties in Sanctuarium ingrediebatur, in sacro illo *Pectorali Juris*, supra cor fuum portare solebat, in monimentum coram Jehova jugiteri. Atque hi quaterni gemmarum ordines (quadruplici enim serie erant disposiri) ipsa *Urim & Thummim* erant, vel certè fuere illa secretius, & sanctius quiddam a Deo artifice Mosi traditum, & mystice iti panno interpium, Scripturis verò tacitum adeoque nobis ignotum. Significabatur autem hoc *Pectorali* (quod inter vestes sacras, sicut inter vasa Arca, pretiosissimum fuit) tribuum duodecim nomina Deo quotidie ob oculos exponens, ingens Christi intercessionem; utpote, qui semper in Templo Dei degit *intercedens pro nobis, semperque vivit ad interpellandum pro nobis*, Rom. *cap. 8. versu 34.* & Hebræorum *cap. 7. v. 25.*

De *Urim* & *Thummim* dicemus fuo loco. V. Franc. Burmannum *Synopſi Theol. Chriſt. Part. I. lib. 4. cap. 29. §. 2.* & hic paſſim, in primis in vocibus *Ephod*, item *Rationale*. Apud Scriptores Ecclefiæ Rom. vox quoque occurrit. & veſtem ſimiliter ſacram notant. Sic enim *Ceremoniale* Rom. ex *MS.* Vaticano de Conſecratione PP. apud Rayn. A. C. 1272. n. 9. *Cum ad ordinem Presbyteratus ordinari debebit — nec tamen habebit tunicellam, nec Dalmaticam nec calciabitur ſandaliis, nec habebit* Pectorale, *ſed ſolum amictum & albam* &c. In Lib. *Anniverſar.* Baſilicæ Vaticanæ, ubi de Bonifacio VIII. occurrunt, *Pectoralia de pere Cypreſſi in Necrolog.* Eccleſiæ Cantoretenſi 2. Id. April. *Pectoralia ex auro unanſiſſima & gemmis pretioſis.* In *Feſto* Eccleſiæ Tarbenſis S. Pauli Londinenſis A. C. 1295. *Rotunda Pectoralia auri frigia* — item, *Pectorale auri frigium rotundum* — item *Pectorale literatum* &c. V. Car. du Freine *Gloſſar.* in hac voce, ut & in *Rationale*, ubi hæc ambo cum Pallio Epiſcopali eadem facit. *Alia notio vocis eſt, in Greſſis* Innocentii III Pont. R. Rom. *Super novas gradus conſtituens novum altare, novaque* Pectoralia *faciens ante chorum.* Quæ ver ba Germanum Patr. CP. *in Myſtagogia* p. 148. ita ferme expreſſit: κάθια, ἐστὶ δὲ καὶ ἀλλαχοῦ ὠφόρια καὶ ὠμοφόρια καὶ ἐπιτραχήλια. Ubi *Pectoralia* iunt cancelli, forte ad pectus usque exſtri. Certe Græci recentiores στηθάρια vocant columellas ordine diſpoſitas, ac ſuperiori epiſtelio iun ctas, ut recte obſervat Goarus *ad Cedrenum pag.* 631. V. quoque Codinum *in Orig CP. Meurſianis p. 68.* At *Pectoralis*, apud Gregorium M. *lib.* 10. *Epiſt.* 32. tunicam hyemalem, prælbs tegentem, notat. V. Car. du Freinecubi ſupra. Addam ex Burmanno, Gemmarum in *Pectorali* Hebræorum & Tribuum ſtellariſmum, ſic & exacte quamque gemmam cuique Tribui reſpondiſſe, ut virtus lapidis genium ac virtutem Tribus, cujus nomen habebat, expreſſerit, Magiſtri aſſerunt.

Gemma in Pectorali ſacro Tribubus Iſraëlis reſpondentes.

Pyropus.	Ruben.
Topazius,	Simeon.
Smaragdus.	Juda.
Hic ordo primus.	
Chryſoprafius.	Levi.
Sapphirus.	Dan.
Adamas.	Naphthali.
Hic ordo ſecundus.	
Cyanus.	Gad.
Achates.	Aſer.
Amethyſtus,	Iſachar.
Hic ordo tertius.	
Beryllus.	Zebulon.
Thalaſſius.	Joſeph.
Jaſpis.	Benjamin.

Hic ordo quartus.

Pectus, apud Gentiles, Neptuno ſacrum, ferociſſimo Deorum & ab omni ſapientia alieniſſimo: cum Palladi potius conſecrandum videretur, hoc Sapientiæ domicilium. Unde *ſim pectoremiles* Ajax dicitur apud Ovid. *Metam. lib.* 13. Homo *ſine pectore* Menelaus, apud eundem *in Epiſt. Paridis ad Helenam* &c. Id in primis illidebant Galli in ſacris Cybeles, cum planctu & ejulatu, ut eam in medio continentem ſimulachrum Attinis ac Ianis circumvolutam & ramis coronatam violaceis, in ſacris illis geſtabant. Statius Papinius *Thebaidos lib.* 10 *verſ.* 165. & *ſeqq.*

Sic Phryga terrifici genitrix Idæa cruentum
Elicit ex auvis, conſumtaq; brachia ferro
Scire vetat, quatis ille ſacræ in Pectora pinus,
Sanguineaq; rotat ſtrictus.

Cujus tribus Claudianus quoque meminit *in Eutrop. lib.* 1.

Cymbala ferre licet, Pectusq; illudere pinu,
Inguinis & relignum Phrygius abſcindere cultris &c.

V. Voſſium *de orig. & Progr. Idololatriæ Gentil. lib.* 2. *cap.* 53. Fabius porro illud, quo gracili ores appareremt, Virgines lucebinge. bant. Claudianus de *Conſul. Honorii* 6.

——— *Virtutiq; anguſtat iaſſide pectus.*

Et ante ipſum Ovidius *lib.* 3. *de Arte*,

Anguſtum circa facia Pectus eat.

Imò utroque antiquior Terentius *Eunucho Actu* 3. *ſc.* 3.

Haud ſimilis Virgo eſt virginum noſtrarum, quas
Matres ſtudeut,
Dumſitis humeris eſſe vinclo Pectore, ut
graciles ſient.

Quod Gr. στρόφιον, ut ex Jul. Polluce obſervatum. Turpilius *in Philopatore*, *Me miſerum, quod inter vias Epiſtola excidit mihi inſeſtis inter tunicam & ſtrophium collocata.* Nec hoc ſolum, ſed rum & Ægide *Pectus* ornabant. Jul. Poll. *Onomaſtic. lib.* 5. *cap.* 16. Ἡσίοδ. Ἀσπὶς ἐπὶ στέρνοις, ἀνὰ δὲ, ubi Auctor, non ſatum, quale Palladis hoc nomine dictum, ſed *Pectorale* intelligit: ut docet Servius, ad *Æn.* I. 2. *Ornamentum pectorale habentis in medio Gorgonis capus.* Meminit Ovidius *de Remed. Amoris lib.* 1.

Decipis hoc oculos Ægide dives amor.

Sext. Propertius *lib.* 2. *Eleg.*

Aut cum Dulichias Pallas ſpoliatur ad aras,

Gorgonis anguſſera Pectus operta comis &c.

Porro in conviviis Vett. non caput ſolum, & cervicem coronis evinciebant, ſed *pectus* quoque, cordis ſedi, eas applicabant. Inter quas coronæ *hypothymidis* dictæ erant; quas de collo deſcendiſſe ad *pectus*, ex Anacreonte diſcimus;

Πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας
Ἔβαλ' ἀπὸ λαιμοῦ
Μέχρι στέρνων.

Flexiles hypothymides;
E collo circa pectus
Statuerit —

Et Philetæ *Adonidis*, qui, recrente Athenæo *lib.* 15. *hypothymida* ait à Lesbiis vocari myrti genus, cui circumponant violas, alioſque flores, quorum fragrantiâ pectus recreatur &c. Quam in rem V. Paſchalium *Coronarium lib.* 2. *c.* 3. & ſupra ubi de hujusmodi coronis de adoratione verò Saturni, Veneris, Solis, apud Orientales gentes complures & illuſtres, manu non ad os, ſed ad *pectus*, admota, Seldenum *de Symbolis lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 8.

Pecuaria Reſtio *Paſtio, ἔρνα γεωργία, τὰ κατ' Ἀγρικλτυρὰς*, dicta Ariſtoteli *Polit. lib.* 1. *cap.* 8. cum Agricultura primitus conjuncta fuit. Unde Varro *de R. R. lib.* 3. *cap.* 1. *Agriculturæ primùm inſerta fuit, quòd à Paſtoribus qui erant orti, in eodem agro & ſerebant & paſcebant.* Quæ poſtquam divifa, proximus poſt Agricolas Paſtoribus locus conceſſus eſt, teſte Ariſtotele *Polit. lib.* 6. *cap.* 6. Μετὰ γεωργικὸν πολὺ βέλτιον ὄφελος ἔστι, τὸν νομέα ἔπι ζῶντα κἀκ βουκολικῶν. Hinc in Ægypto poſt Regem proximum locum obtinuiſſe ordinem Sacer Jovium, hinc virorum Principum, inde militum, deinde Agricolarum, tunc Paſtorum & poſtremò Opificum, legimus apud Diod. Siculum *lib.* 1. Primus autem qui rem *Pecuariam* exercuit, Abel fuit, quem Paſtorem gregis vocans *verſ.* 2. Moyſes, *de primogenitis gregis ſui & de adipe eorum Des obſuliſſe* illum refert Geneſ. *cap.* 4. *verſ.* 2. Unde antiquitas & honeſtas Paſtoralis vitæ fatis elucet: ſed & illud contra Varronem ex eodem loco notamus, jam ſubipſis Mundi primordiis Agriculturæ & Rei Pecuariæ ita Paſtoralis rationes fuiſſe diſtinctas, ita enim *verſ.* 2. legimus: *Fuitque Abel Paſtor gregis & Kain ſuis Agricola.* V. Gerhardum Joh. Voſſium *de Philoſophia cap.* 7. *cui iis de Paſſione ac Vanatione*, & ſupra in voce *Paſtor*, ac infra in voce *Pecus*.

Peculium, Feſto *ſer vorum, à pecore dictum eſt, ut pecunia Patrum familiæ.* Non tamen ſolorum ſervorum fuit, ſed & ſic dictum, quod filius familias ſibi parentis permiſſu ſervabat, deducto illo, quod Parèti debebatur. Ita iiſis celebat, ſi pluris vendidiſſent merces, quàm quanti eas pater æſtimalle Plautus *Mercatoris Prolog.*

Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater
Dedit eſſimatas merces: ita peculium
Conficio grande.

Imò & *peculium* vocabatur, quod à Patribus familiàs ſeponebatur; Sic Celſus, *Peculium, ait, ſine peculio fragilem eſſe.* Præter quæ *caſtrenſe peculium* erat, quod vel in caſtris acquirebatur, vel occaſione militiæ obtingebat, V. Briſſonium *de Verb. ſignif. lib.* 14. voce *Peculium*. Cl. Sucerum *Theſ. Excl.* in Ilexicon, Alios. Et quidem ultimum quod attinet, ad ſigna illud deponi conſueviſſe, ut eo minus de deferendis iis cogitaret miles, pluribus docet Alex. ab Alexan. *Gen. Dier. l.* 4. *c.* 2. unde raria in hanc rem præclara.

Pecunia, Gr. χρήματα, item ἀργύριον, eſt omne æs publicâ formâ ſignatum, quo vel commutandis vel vendendis emendisque rebus & mercimoniis comparandis gentes inter ſeſe uti ſolent, quod *pretium rei empte & vendite* appellatur, Joh. Calvinus *Lexic. Jur.* Signantur dixit *æs*, namque *Pecuniam*, ab auro & argento, etiam Lampridius diſtinguit, in *Alexandro Severo*, *Nemini nunquam aurum, nunquam argentum, nix* Pecuniam *donavit*: atque ut dantaxat numinum hac voce indigitans. Quemadmodum nos hodie *Monete* nomine, æreos fere minutulos nummos intelligimus & ab auro diſcernimus; cùm tamen etiam aurea dicatur moneta, ut & argentea ærèaque. Sic nummum ab auro & argento ſeparavit Suetonius *in Nerone*. *Partem etiam cenſûs omnes ordines conferre juſſit: & inſuper inquilinos privatarium editum aque inſularum perſonam annuum vigeſimarie ſicos exigiſſe ingenti ſatisfidio & acerbitate nummum aſperum, argentum ſyſtulatium, aurum ad obrufum.* Græci χάλκωμα & κερμάτιον vocant. Gloſſe Iſidoriotylbium, *Cermation.* Gloſſæ, κέρμα, æs. Et quidem æs La ini de auro etiam argentoque ſignato diverunt, at *Pecunia* hic propriè æs ſignatum & ἀργύριον: quemadmodum & νομισία recentiores Græci de ærea pecunia fere tantum uſurparunt. Salmaſius *ad Lamprid. d. l.* Ei nomen à *pecu*, quòd omnis Veterum ſubſtantia in Pecuaria, Scalig. *Ad pecu enim pecuniam, & pecuninis*, unde *Pecunia* ſubjecta vel quâ ſimile, & ſeeut Veterum divitiæ in copia pecudis conſtabant, ita *Monete* pecudis effigie primùm notata eſt. Hinc apud Athenienſes, nummos figurâ boum ſignatos fuiſſe *ſcripſit* Macrobius, & luculenter docent apud Homerum illa, ἑκατόμβοιον, ἐννεάβοιον &c. &c. Servium quoque Regem Rom. qui primus in illa gente æs ſignavit, pecudis ei notam impreſſiſſe, tradit Plinius; antea enim rude in uſu fuit. Solebat autem *penſare pecudibus, quàm numerari*, antiquitus, ut Pleudocornutus *ad vert. 69. Sat. 2. A. Perſii* docet: Hinc Plinius, alliique Auctores neque per aureos

aureos, nec per festertios aut talenta, seu quamlibet aliam *Pecuniæ* summam, sed per *pauda* numeralle leguntur. Neque ulter inilitibus divisa stipendia, quam ad tiaream. M. Varro *de L. L. lib.* 14. *Stipendium quoque a stipe dictum, quòd ex quoque stipem diebant; Nam quòd asses libra pondo erant, qui acceperam mafores numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabam.* Godefr. quoque Stevechius idem observat ad *Vegt. lib.* 2. *cap.* 29. Festus Pomp. *lib.* 14. *Pendere panas, solvere significat, eo quòd are gravi interveniat Romani, pendo is, non numero, dicitum fol vebant.* Nec ignota est Brenni historia, qui libertatem Romanis obtellis vendidit *mille pondo auri*, apud Plut. *in Camillo.* Unde dexilio egregie Silius Italicus *Panegyrum lib.* 1.

Hic galeæ stemmam, pendatis, improbus auri
Arbiter enfis adest.

Et ad hunc ritum, licet fuo fecu lo defitum, alludit Martialis *lib.* 7. *Epigramm.* 52.

Quanti commodus, nullumibi ferre labore
Ergilli pauci pondera quinq; jubet?

Quare in emptionibus illa familiarum mancipiarum, quanquam res obsoleverat, libripendis tamen retentum eft nomen, ut Theodor. Marcilius ad LL. Duodecim tabes *cap.* 14. exactiffime docet: Quò Horatius quoque refpexit *lib.* 2. *Epift.* 2.

——— *Quod quis libra mercatur & æreefe.*

Hinc frequentiffima in folutionibus *pecuniaris* lancis mentio. Juvenalis *Sat.* 6. v. 205.

Quod prima pro nuSle datur, cum lance beatâ
Dadicis & fcripto radiat Germanicus auro.

Ubi vetus Scholiaftes, *folidos ita fignatos* exponit, *qui pro virginitate depofita nova Nupta donabantur*: quam Pecuniam, Græcis celebratam ufuque frequentiffimo receptam, Θαλασσιον appellat Harmenopulus *lib.* 4. *tit.* 7. xlii Αναφορικων aut Θεσεων, Callimachus in *Hymno Dianæ*: Dictionarium Græco-barbarum Ἀθηναιος, fed hac de re V. fupra in voce *Nuptiæ & nilibi.* Affervabatur a. Pecunia olim in cophinis & fportellis, unde *Fifci* poftea nomen manfit: Publica vero Magnatibus allervanda committebatur, V. fupra in voce *Ærarium*; idque in Templis; quòd ea loca facra & inviolata cenfcrentur. Hinc nota Templi Hierofolymitani opulentia, apud Urfpergenlem *Chron. pag.* 41. nec quisquam ignorat, Ærarium olim totius Græciæ in Delo Insula fuiffe. Templum quoque Apollinis Delphici, propter opes ejus depofitas, a Brenno pe itum. Quà tatione & Romani inducti, in æde Saturni *Pecuniæ* afylum elle voluerunt. Fleudocrematum *ad ver.* 59. *Sect.* 2. *Verfi*, *Ait in æde Saturni condebatur, nondum argento aureoque fignato, unde Ærarium nomen accepit.* Idque proterea, quòd ab ipfo primùm fuerit fignatus nummus, Tertullianus *Apologet. adv. Gentes cap.* 10. Et quidem eam ædem primus his ufibus addixit Val. Publicola, apud Macrobium *Saturnal. lib.* 1. *c.* 6. Huc itaque tributa ordinaria, huc aurum vicelimarium, huc *pecuniæ* ex repetundis inferebantur. Hæc & Papillorum Prætor diturnitque, quò rotius aflervarentur, deferri folebant, T. Livius *Decad.* 3. *lib.* 3. & L. Valerius Trib. Pl. in Legis Oppiæ diffuafione, apud eundem. Sic ergo *Pecuniæ* publicæ in unum locum congeftæ & depofitæ, modo *Fifci*, modo *Ærarii* nomine venerunt: at privatorum *Pecunias* vocarunt *Thesaurum*; cùm nempe ita depofitæ eflent, ut neq; *memoria extaret, neque Dominum haberent*, *l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* Porro in tumultu Majorum non raro reconditam olim fuiffe *Pecuniam* leginus, quippe qui in facrorum habebantur numero, neque fine piaculo violari potuerant, Feftus in voce *Religiosus*, *lib.* 16. Unde Andromache apud Senecam Tragœdum in *Troadibus act.* 3. *Sc.* 1.

Eft tumulus ingens conjugis chari facer,
Perendus hoffi, mole quem immenfa parens
Opibusq; magnis ftruxit in tactus fuos
Rex non avarus.

V. Donatum in *Terentium Prolog. Eunuchi.* Idem in more positum fuiffe Hebræis ex Jofepho *Antiqq. Rom. Jud. lib.* 1. *cap.* 11. Perfis, ex noblfi illa Cyri hiftoria, apud Artianum *lib.* 6. & Curtium *lib.* 10. &c. diticinus. Inde extat edictum Theodorici Gothorum Regis apud Caffiodorum, *Epift.* 30. *lib.* 4. *Moderata juflione decernimus, ut ad eum locum, in quo latere plurima talenta fuggerunt, fub pluriima juflificatione convenias; fi autem, ut dicitur, vel argentum fuerit tuâ indagatione detectum dompendio publico fideliter vindicabis: tantum ex aflimenti manu & fepulcrorum mortuorum, quia nolumus intra quietis ejus fæpta pulfari, fcelera exercere: aufiftum igitur cautes, columnæ vel marmora ornent fepulchra, talenta nin tentent, qui vivendi commercio reliquerunt. Aurum enim fepulchrale juflo decrevimus, ufui Dominus non habetur, imò culpæ genius eft, inutiliter abdita relinquere mortuorum, unde fe vita poteft juflentare vivendum. Non eft enim capitalis crfperetqua nullus fe Dominus ingenitas amiffife.* V. Thom. Dempfterum *Paralipom. in Rofini Antiq. lib.* 7. *cap.* 31. & 36. Apud Romanos porro fervi, erant nummi *Pecuniæ* dandis, fenerandis, accipiendis præfecti, quos *Monetæ Præpofitos* appellant Jurisconfulti *l. ult. ff. quod cum eo Leg.* 19. §. *ult. ff. de inflitor. act. l.* 12. *eodem, Leg.* 18. *ff. de folut. & liber. Leg.* 5. *in princ. ff. de Inflitor. act.* Alii *Danistas & Trapezitas.* Ejusdem z aue numeri *Exactores* erant, memorati Scævolæ *leg.* 41. *ff. de Fideicom. libertat.* & in antiquo monumento Romæ, in Mufæo Carpenfi; *Sex. Pompeius Faustus, Pompei Exactor.* Apud Cæfares peculiaris Exactoris *Hereditatium, Legatorum, Pecuniorum*, mentionem faciunt vete. inscriptiones: ad hæc Exactoris *Auri, Argenti*, *Æris* in officina monetæ &c. Contra verò Difpenfatori credita fuit arca, ut ex ea erogaret; hinc *Arcarii*, Gr. Οικονομος Rom. *cap.* 16. dictus: fuisque ea five ex ære, five ex ferro, ftataria: cùm contrà Loculi, quos tractaffe videtur unus è grege Miniftrorum, mobiles eflent ac geftatorii. Par miniflerium illius fuit, qui crumenam & ejus ad marfupium geftabat, ad nutum Domini. Vi. Laur. Vigorium *Commentar. de Servis*, ut etiam fupra in vocibus *Monetæ* & *Nummus*. Apud eosdem in populum *Pecuniam* fpargebant Confules, aureum quidem Imperatores, argenteam verò privati: unde apud Fl. Vopifcum *Aurelium*, *Dabis ad editionem Circenfium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutiffimos trià millia &c.* Ex Juftiniani conflitutione 105. Conf. in minoribus nummis argentum fpargere permiffum fuit, purà minutarenulas, μολιαν, κρυσιον, τετραχρυσον & fimilibus, Cafaub. *ad l.* Qui vero multum haberet in numerato, & præfenti pecunia folvere poterat, in optimo *Gloffario*, *Præfens* dicitur, Gr. Ἐνδημος & ἐν παρουσιᾳ, ex vulgariter loquentium ufu *argentum* dicere. Apud A. Gellium *lib.* 19. *cap.* 10. *Ofendebanique depictas in memis brunulis variasfpecies habuerunt, ex quibus cùm elegiffes unam formam fpecieinque, interrogavit quantus ejus pecuniæ confpectus ad ventum quasadjvendum. Pecuniæ conflictus eft Magiflratus*, & fumma pecuniæ, quâ erat opus, ad eatum balneatum affignationem. Sic Græci σύνοψιν dicunt: Gloffæ, σύνοψις, taxatio. Alter Latinitatis, aderatio vel *aflimatio* vel, Gr. ἰδιαγνωμοσυνη. Salmasius ad *Pollonii Claudium* &c. Addam fatlem aliquid de Pecuniis repetundis, quæ quæ tio publicorum criminum prima fuit & prima Prætorem certum habuit. Dicta autem funt Pecuniæ repetundæ, quas five Socii five civespriva ta Magiflratibus aut publicis Curatoribus, judicio repetiverunt, quas illi aut in Provincia, aut in Urbe, aut ob jus dicendum, aut ob jus reddendum, aut ob aliud aliquid publicè curandum, cepiffent. Quod genus furti cùm experimere vellent, *Pecuniam ablatam, captam, conflictam, concilatam, averfam* dixerunt: quas voces cùm Cicero, in accufatione Verris repetundarum rei, tum vetti, Legum fragmenta celebrant. Illiusmodi Leges fuere: Porcia, Calpurnia, Cæcilia; Junia, Servilia, Acilia, Cornelia & Julia, de quibus *fuo loco*. Apud recentiores æviScriptores, *Pecunia repetunda* is dicitur, qui primitus pecuniæ vice erat, atque unde ipfi nomen, *pecudes* nempe, defignat L. Allemannorum *tit.* 74. *Quifquis ille totum fuerit, mancipium*, pecuniam, *omnia triplicitèr reflituat.* Adaladrus in *Statutis* Abbatiæ Corbeienfis *lib.* 1. *cap.* 8. *Boves & reliquam pecuniam habeat, cum quibus laborare poffit, unde & ipfe & omnis familia ejus poffit vivere. Epiflola* Synodalis Concilii Duziacenfis I. *generis diverfi de his pecuniæ* meminit. V. Auctores laudatos Car. du Freine *Glofforium*. Cum epithero *Pecunia viva*, in *LL.* Eduardi Confeflo. c. 10. & Guil. Nothi *cap.* 9. *Interdixinus, in nulla pecunia viva vendatur aut ematur nifi intra civitates.* Hinc Florentius Wigornienfis & Simeon Dunelmenfis A. C. 1086. *Gulielmus Rex fecit defcribi inomem Anglium, quantum terræ quisque Baronum fourum poffederat—quæ animalia, imò quantum* vivæ pecuniæ *poffidebat.* Cui opponitur *Pecunia* operata, i. *fignata* feu moneta, apud Burchardum Epift. Wormatienfem in *Lege Familiæ*: *Si ex familia vir alliquis & uxor ejus decefferint, & filium cum filia relinquerint, filius hereditatem fervilis terræ recipiat, filia autem veflimenta matris & pecuniam operasam accipiat*, apud eundem Car. du Freine, &c. Plura hanc in rem hic paffim; de pecuniæ verò circumferendæ apud Vett. *more*, item *de modo Pecuniis* apud Romanos *flatuto*, V. Cafaubonum *ad Suetonium in Galba cap.* 8. & *Tiberio cap.* 49.

Pecus, quo nomine appellari bruta, quæ fub hominis imperio degunt, Laur. Valla in *Elegantiis* fcripsum reliquit, Paftoris curam defiderat, Vide fupra in voce *Pastores* ac *Pecuaria* vis. Paftoribus autem præfuit is, quem *Pecoris Præfectum* Cic. pro *Plancio* & *Pecoris Magiflrum*, Varro *lib.* 2. *cap.* 10. ac Columella *lib.* 1. *cap. ult.* vocant. Servius ad illud *Æneid. lib.* 12.

——— *Pavidi cefiere Magiflri:*

Propriè, inquit, *Magiflri funt militum, Paflores pecorum. Sed recèprovè famillæ translationes. Nam & duftor militum Paflor vocatur & Magiflrus pecorum dicimus. Citer, quem Magiflrum pecoris ifle dicebat?* Ad quam regulam, quem autem ti tus ufurpaverit, non fatis liquet. Lucianus Grammat. *Paflorem* vocat at mentorum. Pa ftor certe fuit Athenio, Cilix ille, apud Florum *lib.* 3. *can.* 19. *qui bi Sicilia, interfectobomine, familiam ergaftulo liberatam fub fignis ordinavit. & veste purpurea bacalogue argentos & diademate nimium Regem alignandine gefta Sc.* Antiquitus verò Regium fuit, pecora pafcere. Varro de *R. R. De antiquis Illuflriffimis quifque Paflor erat, ut ofendit Graca & Latina lingua & veterea Poëtæ, qui alios vocarit ποιμενας & νομεας, alios πολοθρεας. Qui etiam ipsi pecudes propter curam autem habuiffe pallet tradiderunt.* V. quoque Didymum *ad Odyff.* Scholiaftem Heflodi *lib.* 1. & Jo. Meurfium *Commentar. ad Lycophronem*, ubi de Paride. Sed & à pecore abæto antiquiffima bellorum caufa &c. Ligati autem folebant

pecora,

pecora, quæ faginabantur, & in his oves inprimis: quod Arabi-ce *bannana* dicitur, voce maximè propriâ. Unde in ovibus מקשרות *ligatæ*, in agnis קשרים *ligati*, Hebræis di-ctis sunt ocesissimi & pinguissimi, Bochartus *Hierozoic. ubi de Ovibus*. Porrò Strabo auctor est, *Pecudibus* fuisse adalligata tin-tinnabula, ut tinnitu noxiæ feræ ab ipsis arcerentur. Unde Si-donius Apollinaris *lib. 2. Epist. 2. ad Domitium*, vocat *greges tin-tinnabulatos*, vel *tinnibulatos*, ut est in vet. codicibus. Hodie non minùs, more antiquo perdurante, ovium, caprarum, iumen-borum, equorumque collo tintinnabula aptari soleat; non tam ad terendas feras, cùm & illæ non raro etiam sonantes inva-dant necent que *pecudes*, quàm ad deprehendendum, quibus in locis memorum, montium vallium que oberrent atque hæc ratione longæ inquisitionis labor præveniatur. De his *Justinianum* Imp. in *LL. rustic. tit. 2. §. 2.* ita sanxisse videmus: *Si quis crepi-taculum* sive tintinnabulum bovis aut ovis aut alterius cujus-dam animalis fustulerit, convictus flagellator, ut fur. Et si tanta-mal deperditum fuerit, & id damnum tarditas, *quod ejus crepi-taculum fustulit*. Hinc Fortunatus *lib. 2. de S. Medardo*,

Tintinnum rapit after inops, magnes improbus ille,
Qui jumentorum colla tenere solet.

Meminit & Lex Burgundionum *titulo 4. §. 5.* Gothorum *lib 7. tit. 2. tit.* Antiq. denique Bajoariorum *cap. 8. tit. 11. §. 1.* Sed & non sine ratione, existimant nonnulli, non solùm dulcedine illius modi tintinnabulorum labores jumentorum leniri, verum etiam ut tibiæ, sic tintinnabuli, sono mirum in modum oblectari ac pas-gueficere. Certè in mari Delphinis fibilo allici, & quasi præ gaudio exultare ac detineri videmus: Pastorum qu oque flatibus cervos fisti & Musicæ illius agrestis dulcedine capi, notum est. Vivuntur quoque Romæ in antiquis marmoribus ac sculpturis Elephanti, è quorum collo tintinnabula prognendent, qua for-mâ & in vetusto numismate vitos ex arc exhibet Magius, Imò hinc & ad volucres transfitum, atque Hieracarii, quos *decipitra-rios* Latini dicunt, aquilis majoribus minoribusque accipitribus tintinnabula alii æreq; alii argentea corniacis compedibus iisdem de cauſa affiunt. V. Hier. Magium modo memoratum *libr. de Tin-tinnabulis cap. 9. cum Notis Fran. Swertii*, & præter hunc, Plini-um *lib. 11. cap. 37.* Corn. Kilianum Duſlæum in *Pœmatibus*, Sui-dam in voce Κωδώνιος &c. nec non hic rarius in locis. Alicubi *Pecora* & pellibus integi fuisse ſolit, notat Vossius ex Varrone *de R. R. lib. 2. cap. 2. Pleraque similiter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem pelliberi (ni iam Tarentinæ & Attica) integuntur, ne lana inquinetur, quæ non minùs rei inſiti velle posſit vel la-vari, ac parari. Ubi pro Attica, alii Atlinate legunt.* Interim & Atticas quoque ſic integi fuisse ſolitas, vero ſimile eſt. De Me-garensibus enim, Atticæ tam vicinis, diserim id nos docet La-ertius *in Diogene*, de eo ſic ſcribens: Ἐν Μεγαρεῦσιν ἰδιὸν ἦν τὰ πρόβατα δέρεσιν ἀγριοκαπρείοις, ἵνα μὴ ἀκάνθαι κατὰ τῶν ἐρίων πίπτωσι, διὸ καὶ πολυτελέστερα ἦν τὰ Μεγαρέων εἴναι κριὸν, ἢ ἄρνα. *Apud Megarenses eam rem vigilare oves pellibus tectas, quarum vero undas ibi, Satius & Me-garensis effe arietem, quam filium.* Horatius quoque pellitarum o-vium meminit. *lib. 2. Carm. Od. 5.*

Dulce pellitis ovibus Galesi
Fitumen, &c.

Et hujusmodi *Pecori* opponitur colonicum, proximæ tamen poſt tectum dignitatis, quia non grannine, sed rubis paſcitur. Plini-us *lib. 8. cap. 47. Ovium summa genera duo, tectum & colonicum, il-lud nobilius, hoc in paſcuo dilutius: quippe cum in tectum rubi paſcantur.* Vitis montanum *Pecus*: de quo ita Lucilius apud Festum, in voce *Solox*:

Paſcali Pecore *ac montano, hirto atq; ſolace.*

V. Gerh. Joh. Vossium *de Orig. ac Progr. Idololatriæ Genil. lib. 3. cap. 70.* & hic paſſim. De *pecore* vero *hostilibus per inſidias objecto*, adi Livium *lib. 28. cap. 33.* ubi de Scipione in Hispaniares gerente, ali-bique. Plura vero hanc in rem apud Plinium paſſim.

Pedale, apud recentiores avi Scriptores, inter alia ſignificata, pedum integumentum notat, in *Chron.* Vindeshemiense *lib. 2. cap 23.* Sed hoc *Pedale* potius Frontoni, Gr. πέδιον. Erat au-tem *Pedale* vel *Pedulis* falcia, apud vulgum inferiorem. Hesychius, πέδια, σανιδώματα ποδῶν, ὑπὲρ φανελλας. Pleraque recentiores Græci vocant, h. e. *pedum pannos & ſascias*. Gloss. Ὑποδήματα. L. tertium rec. Græci Ἀγκάρια, à vet. voce Græca ἄγκης, *falcia*, quâ quis constringitur & colligatur autertam ſuſpendit urdce. Sed ni *fallor*, *Pedules* & ποδία, h. e. *ſaſcias pedales*, non raro apud JC. diſtinguitur. *Dig. de Aur. arg. leg.* verum etiam haud paulo dil-ferre apud Græcos ipſos certum eſt. Illæ enim seu *Udones* e-rant propriè lanei, ex lana coactà factî, qui intra calceum qui dem habebantur, verùm plerunque & ipſi vicem calceamenti præſtabant, præcipuè domi & intra cubiculum. *Calceones* hodie vocant Galli, & non tantùm ex linteis confui ſolent, ſed etiam ex laneis pannis: quibus non multùm diſſimiles erant Martialis *ſolea lanata*, in illo *diſtichon*:

Deſueris ſi forte puer, calceoq; libenter
Sumere, pro puero pes eris ipſe ſibi.

Falcia vero *pedules*, ut ipſum nomen indicio eſt, erant ſegmen-ta quædam, vel panni ex lanea velle deciſi, vel etiam ex coacti licia, quibus involebantur pedes atque integebantur, ad eun-dem plane modum, quo crura ipſa falciis illis, quæ *cruralia* inde unt appellatæ: A deoque non ad ſpecimcalcei vel ſolææ pedem includebant, ſicut *udones*, ſed circumligabant. Unde Pollux περισκελὴς ποδὸς ὁ πίλος, aperte diſtinguit. Sub pedibus pro-in ſemper atque intra calceos habebantur, reſteque Fronto Pe-*dule* id elle interpretabatur, quod ſub pedibus præſtaret u-tilitatem. Sic πίλους ὑπὸ ποσὶν ἔχειν, dixit Cratinus de his *Pedulibus*: nam que Auctores paſſim *udones* & *ſaſcias pedules* & *empilia* confundunt. Non erant ergo illæ falciæ calceamen-torum, ſed pedum, unde etiam nomen. Multo minùs cal-ceierant, uti Turnebus in *Regula Benedicti* ponit, quippe iis pedes intra calceos munichium atque involvebantur. Sed nec falciæ crurales ac *pedules* confundendæ: Illæ enim Romæ non niſi ab ægrot à aut delicatis & mollitie fluentibus ſumebantur. Quin Ilianus, *Pallium & ſaſcias, quibus crura reſtringit, & fi-cella & auricum ligamenta ſola exuſare poteſt valetudo*. Horatius,

Ponas iuſignia morbi
Faſciolas, cubital, focale.

Objectæ etiam cruralesfalciæ Pompejo, unde laſcivum eum & delicatum fuiſſe, arguit Cicero. Alii etiam ad regni alli ctatio-nem eas trahebant de colore ipſo, nam candidæ & cretatæ. Illæ verò, in communi erant uſu, indigitatæ Varronian quod Nonium: *Mihi pura mollia unaſuit tunica & toga, ſine faſciis cruralibus, equas ſine ephippio, balneum non quotidianum, alvcus rarus.* Error etiã est Viri magni, cùm Ἀγκυρίδας cum *Pedulibus* confundit. Apud Pollucem enim, inter ornamenta mulieris recenſitæ πίλος, σάκ-κος, ἀγκυρίδες, tam quidem falciæ, quàm udones & pedu-lium genere, de quibus hic agitur, & quæ intra calceamenta ge-bantur. Inſtitæ potiùs erant vel falciæ, quæ veſtibus mulierum ad extimam oram adſuebantur, ornamenti causâ, quæ que etiam ποικιλίαι dicebantur. Quando autem *Pedulium* uſus apud Ro-manos coeperit (apud quos, uti & apud Græcos in promiſcuo erant uſu) ex loco Varronis dicto colligitur, Ciceronis ſe. ætate, Nam Varro, ſe puero calceamenta linea falcis iumfolita, ſcribit, &c. Cum verò *Pedules* à reliquis alii gererent, Catbari, con-trarii reliquo hominum generi agentes, eas ut & braccas, in manibus, ſicut antiquis citò gestabant, apud Epi phanium *contra Cathar. Ἱεὸν δὲ ἐν τῷ ἱερατικῷ γραπτῷ, ἀ πιε-ρὰ τοῦ πίλου), ἢ βράκας, ἢ χειρὶ ἀστείαν, ἢ σανδάλιον ἢ εἰς ποδί.* Sed hanc in rem plura V. apud Salmasium *ad Alt.* Lampridium in *Alexandro Sev.* Addam hoc unum, Pollucem ὃν πίλον, quæ *pedules faſciæ* erant, eodem facere cum crurum tegeminibus ſeu *ocreis*, quæ alias ſive cothurnino more, ſive eo, quod inden fa-ctis & uno tenore, ut apparet, crura ſimul pedesque vellent & involverent &c.

Pedale Examen, V. infrà, *Pomeres iuſtit.*

Pedanei Senatores, mal. *Pedarii*, docente A. Gellio *lib. 3. c. 18.* quibusdam dictiſunt, qui ſententiam in Senatu non verbis di-cerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent: Sed quum Se-natus conſultum per diſceſſionem fiebat, univerſi Senatores ſen-tentiam pedibus ferebant. G. Baſſo ili ſic appellati ſunt, qui cum Curulem Magiſtratum non geſſiſſent, pedibus in Curiam ibant, M. Varro in Satyra Menippea, Equites quosdam dicit *Pedarios* ap-pellatos, *videturq*, juxta Gellium, *ſignificare qui nondum à Cenſori-bus in Senatum lecti, Senatores quidem non erant. ſed quia hono-ribus populi uſi quidem erant, in Senatum veniebant & ſententiæ ius habebant: Nam & Curulibus Magiſtratibus functi, qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, & quia in pa-ſtremis ſeripti erant, pedarii Senatores ſententias, ſed quas principes dix-erunt, ineas diſcedebant, V. Lucich.* In quem Anton. Thyſius notat, *Pedaneos* Senatores non dici, ſed Judices, qui de levioribus cau-ſis cognoſcebant. *d. 4. & l. fin. C. de Pedan. Jud.* quos Χαιρωδὴ ὑφεσεις, quòd in minis iubſellis aſſiderent, vocat Theophilus, V. Novel-lam 82 & ibi Cujacium. Feſtus Senatorem *Pedarium* iuſtile eam ait, qui tacitus transfeundo ad eam, cujus ſententiam proba-bat, quid ſentiret, indicaverit. V. *ſuprà* in V. Rofinum *Antiqv. Rom. lib. 7. cap. 5.* Sed & *Pedarii* & *Pedicularii*, Græcè ποδόκλιδες, aliter Latinis *Subſelles*, dicti ſunt, qui pedi ſubſellum ſonabant. De Sacerdotibus Ægyptiis Gr atius in *Cyneg.*

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Vitatur ſonipes ſeſtiri turba Canopi.

Ubi *ſonipes turba ſeſtiri Canopi*, ἢ ποδοκύπη ὄχλος, ἢ ὅτις ποδο-κτύπος ἀνθρώπου, *ſtabillorum crepitus ſemper gaudium*. In Sacris e-nim ſcabillum pede ſonare conſuevisse, interpres vetus statìt docet. Sed & in Choro ſtetre, qui pede percutit ὑποκριτὴς ca-nentibus dabant, ſaltantibus manum porrigebantur. Quod non ſimplicis pedis percuſſione ſaciebant, ſed ſolea ligneâ, cui ſup-pacta fuite ferro regula ad majorem ſonum edendum. Lucianus *a-δειν ποδὸς ξύλινον calceamentum* vocat. V. ſuprà, ubi de *Cru-perzis* & hic intra ubi de *Pedeſtilis*, item de *Scabellis*.

Pedatura, in *Gloſſ.* Gr. Lat. ποδισμὸς, quodlibet ſpatium, cer-to pedum numero definitum, in quo aliquid pon locatique po-teſt. Vegetius *lib. 1. cap. 8. Singulæ centuriæ, duodenibus Cam-pidoctoribus & Principiis, accipiunt pedaturas.* Quas paulo antè *Paſſuum* dixit, ut & *lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 3.* pro diuncinho-ne pedibus factâ, ſive ſpatio certo pedum numero definito. Sic paſſim

passium vett. *Iuscr.* & apud Agrimensores. Atque ad has *Pedaturæ* militares Vegetii, quæ se, militibus assignabantur ad considendum in castris, vel abiit, referendum quidam censent, quod habeatur in *Xenit.* Orientis *cap.* 31. & 32. de *Gentibus quatuor* pedaturæ *inferioris* vel *superioris legionum Herculiæ & Joviæ*; ita ut & *pedatura* hoc loco sumatur pro copodismo, qui hîc est legionum cohortibus assignatus erat: quod Pancirolus, de *munitione ex aggeribus & pedamentis facta*, haud rectè fortè interpretatur. Ira enim *pedaturas* etiam Tactici Græci usurpant, atque inprimis Mauricius *Strateg. lib.* II. *cap.* 3. & Leo in *Tactic. cap.* 15. §. 56. ubi meritorum factiunt *pedaturarum* in mœnibus, quæ ad custodiam quidvis vel castra assignari solent militibus: quasque σφενδόνας vocat Constantinus Porphyr. de *Administr. Imp. cap.* 29. Ἀβδελᾶς, Harmenopulus *lib.* 2. *tit.* 4. §. 59. quod hæc mœnium pars pervia sit & *deambulatur*, &c. V. Car. du Freine prolixe de hac voce agentem in *Glossar.*

Pedepul verrij, in *LL.* Burgorum Scoticorum *cap.* 120. *Si burgenses mercatores & Pedepul verrij.* Gall. *Piepordreux*, Angl. *Dustie foote*, ibid. *cap.* 134. *adrunt* iunt, extranei. Hi leviore, *vagabundi* ἀφορίτους, *hygrus.* Cicero, *lib.* 1. *de Inv. Tum verisimilia, hoc modo, si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat*, &c. Habebant autem hi Curiam peculiarem, in publicis nundinis, quam *Pedis pulverizati* vocant Covvellius *in Jus. Jur. Angl. lit.* I. §. 2. & Spelmannus, Angli vero *Piepouder*: sic dictam, quòd in ea *Pedepul verosforum* seu extraneorum Mercatorum prætertim, negotia & causæ de plano & summariè dirimantur. Chrithobonius de Germania *de Conjuratis. Regni Angl. cap.* 5. *In omnibus nundinis, habetur quædam Curia, eidem feriis incidens, quæ vocatur* Curia pedis pulverstati, *qui solùm tenebitur durante tempore feriarum illarum*, apud du Freine *Glossar.*

Pedes lavandi ritus, in Oriente olim frequens, V. suprà ubi de ritibus excipiendi *Hospites*, apud priscos adhibitis. Eosdem *osculandi* consuetudo memoratur Senecæ de *Benefic. lib.* 2. *c.* 12. de *Cajo Cæsare, Cajus Cæsar dedit vitam Pompejo Pauno fisat, qui non aspexerat deinde adspectus & agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem.* Perfiæ Regum more, unde fequitur, *Homo natus in hoc, ut mores liberæ civitatis Perficæ feruisse mutavit, parum judicavit si Senator fenex summis usus honoribus, in conspectu Principum, supplex sibi eo more sasuisset, qua victi hostes victoribus jacere: invenit aliquid infrà genua, quo libertatem destruerer.* Ad quem locum V. Lipsium. Sed hoc extra ordinem fecit Caligula. Diocletianus verò postea ordinariam id voluit esse, edicto vulgato, *Ut omnes, sive generis ignobilis, sive prostrati pedes osculaverint, quibus etiam venerantem quandam adhibuit, exornans calcamenta auro, gemmis & margaritis, quod fecisse ante eum Caligulam memorant, eundem ornatum immisitivis vestibus.* Idem tamen & ante Diocletianum fecit Maximinus Jun. de quo Capitolinus, *In salutationibus*, inquit, *superbissimus erat & manum porrigebat & genu sibi osculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes. At decentiore deinde animo, id nunquam, ait, passus est qui dicebat, Dii prohibant, ut ego manum ingenuorum pedibus, meis osculari sigam.* Quod in Trajano quoque laudat Plinius. Transiit mos ad recentiores Impp. Græcos, teste Georg. Codino Curopalate, qui *lib. de Offic. Palat. C.* Ὀυιτιανῇ pag. 140. ubi agit *de mautilino magnæ Dominicæ Paschæ*, ferat, paratio in triclinio Imperatoris throno, simulatque ex Ecclesia exisset &c. omnes Principes tum ingredientes, quemque ad ultimum usque *osculatus fuisse primum dextrum pedem Imperatoris*, dein manum dextram, postea genu illius dextrum. Et ad quintum hebdomadis diem, quem vocant Ἀναμνησιν, *renovationem*, patriarcham, venientem in Palatium, cum summis Sacerdotibus, Archimandritis & Antistitibus, mutatis vestibus, adisse Imperatorem, stantem in throno suo, & accelentem benedixisse ac osculatum esse Imperatorem ad os: similiterque ab Imperatore Despotam deligntum, qui ei proximus esse deberet, *osculatum fuisse Imperatrix pedem*: Inde ad Pontifices Rom. &c. V. quo quæ supra ubi de Ὀψικιῳ. Sed & olim mancipia, si in aliqua gravi culpa deprehenderentur, misericordiam Dominorum suorum implorantia, *pedes* eorum prostrata apprehendebant. Rei item, qui à Principe veniam postulabant. Ut & pœnitentes in veteri Ecclesia, qui dum essent in primo pœnitentiæ fuæ gradu, ante vestibulum Ecclesiæ, prostrati, *pedes* fidelium apprehendentes, eorum precium implorabant auxilium. Illi propterea, qui multum deferrent sanctitati, non solùm eorum, qui in Ecclesiariis muneribus eminebant, fed etiam confessorum, qui ob nomen Jesu Christi carceribus detinebantur, vel manus eorum deosculabantur, vel ad *pedes* usque eorum se demittebant, ut hoc honore animos eis adderent, adversus opprobria quæ sustinebant. Quod etiam ab ipsis Magnatibus & Regibus nonnullis, non Episcopis solùm, fed etiam aliis sanctitatis nomine celebribus, delatum legimus. Nec omittendus *Pedes unguis*, antequàm calceos indueremt, vel cum è bello clientes revertit, in conv vitis item eorum dem Veterum mos, de quo quædam adnotavit Plin. *l.* 13. *c.* 3. & Jo Meursius *Commentario ad Lycophronem.* De consuetudine Philosophorum quorundam *pedibus aternis*, ferventibus arenis, insistendi, ab Ortu usque ad Occasum Solis, ἀσκησις χαλεπη, V. eundem Plinium *lib.* 7. *cap.* 2. De ritu coronas ponendi ante *pedes* ejus Numinis, cui conferabantur (etiam in Apocalypsi indigitato) Propertium *lib.* 2.

Ut caput in magnis ubi non est tangere signis,
Pronior hic imos ante corona pedes.

Ad quem l. V. Car. Paschalium *Coronar. lib.* 4. *cap.* 11. plura verò, infrà voce *Pes.*

Pedes Menfarum, apud Romanos, eburnei erant, laminis putaminum testudineorum minutim sectis obducti coopertique. Plinius *lib.* 9. *cap.* 11. *Testudinum putamina secare in laminas, lectisque & repositoria his vestire, Carvilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ infrumentum ingenii.* Et Philo Judæus, ad Tiberium Principem à suis popularibus legatus, citante J. Lipsio de hoc Romanorum luxu, Τελευτῶν, inquit, τῷ σφόδρα χρήσθαι ἐλέφασι, τοῖς ἐσχατοκλισίοις, καὶ ὅλοις ἀμφιέσασι τοῖς, οὓς ἐκ πάσης λιθοξοΐας, i. *Triclinares lecti & Subadia, tofundæ aut ebore adornata, & meliori etiam materia, atque ea plerunque gemmata*, V. quo quæ Senecam de *Benefic. lib.* 7. *cap.* 9. Plinium iterum *lib.* 6. *cap.* 43. Clem. Alexandrinum, Lucianum in *Asino* &c. Sed & meminit eburneorum *Pedum* Plato, Poëta Comicus vetustissimus, apud Athenæum *Dipnosophist. lib.* 2. *cap.* 6.

Κἂν ὁ κλίνης ἐλεφαντίνοις, καὶ σφόδρα κεκοσμημένοις ποσίν,
Καὶ Φοινικὴν ἐπιβαλοῦσαν κομψοῦσιν ἐντάλειν.
In lectis deinde eburneis pulvis Pedibus *straguletur, purpura tinctis*
Et istro Sardiniano, dormituri recumbunt.

Sextus item Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 13.

Necmihi sine fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea vixa toro.

Et Catullus *Epithalamio Juliæ ac Mariæ, Epigramm.* 59.

O cubile, quod è nimis
Candido pede lectuli,
Quæ tibi veniunt bona,
Gaudeas.

Ubi tamen non desiunt, qui non de eburneo fulcro intelligi versum fecundum velint, fed de argenteo *Pede*: auro enim argentoque obducti lectiças, tam triclinares, quàm cubitorias, olim confuevisse, patet ex Papiniano *l.* 9. *ff. de supell. leg.* & Martiali *lib.* 8. *Epigramm.* 33. &c. Præfentarum autem *Pedes* hiatus hiantes pardos, uti docet Juvenalis *Satyrâ* 11.

Grande ebur & magno sublimis pardus hiatu.

Aliàs leonum effigies exprimebant, &c. V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Jos. Rosinum lib.* 5. *cap.* 26. Geth. Joh. Vossium de *Orig. & Progr. Idololatriæ lib.* 3. *cap.* 70 &c.

Pedes Navium, *remi sunt*, Nonio Marcello. V. quoque Artemidorum *lib.* 1. *cap.* 50. Unde *Remipedem* navem dixit Ausonius, & Paridis navem à fabricatore, Φερεκλέους πόδας Lycophron. Callimachus quoque *Epigramm.* 6. ἐφεκλεους ποσιν, & Lucilius *Sat.* 8.

Verùm flumen uti aiq, ipsis divortia aquarum
Illigni pedibus cercurrum cuscindi æquis.

Inddem naves *ambulare* dicuntur, Catoni *de Re Ruft. cap.* 1. & Scaphæ *progredi*, Salustio. *Cursus* quoque inden tribuitur, ut videre est apud A. Gellium *lib.* 10. *cap.* 26. Aliàs tamen *pedes* pro velis. V. suprà *Pariare vela*, & plura hanc in rem, apud Joann. Meursium ad *Lycophronem* & Claudium Salmasium ad *Solinum pag.* 568.

per *Pedes*, menfura limitum, caftrorum item metatio fiebat olim. V. suprà *Passus.*

Pedestres Statuæ, quæ frequentissimæ, manus habebant exertas, quo forte imperium denotare voluere Veteres: *Una enim manus clypeum præsendebat, altera imperantis specie extendebatur*, Servius ad *Æneid. lib.* 8. *vers.*

Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo:

Hinc Statius in Equo Maximo *lib.* 1. *Sylv.* 1.

Dextra petat pugnas, lævam Trivonia Pallas
Non gravat.

Et Corippus *lib.* 2. *Num.* 4.

Circumfusa chlamys, rutilo quæ ornata metallo
Principis exeria vinebat lumina dextrâ.

Ritus initio à Cethegorum familia sumto, qui sine tunica nudoque humero & brachio extra togam porrecto incedere, peculiari ac gentili more, fuere soliti: quem postea etiam in bellis servarunt, ut scilicet sine tunica, solo cinctu ac chlamyde, exerto brachio pugnarent. Lucanus *lib.* 2.

—— *Exertis, manus vejana Cethegi.*

Silius Italicus *Punicorum lib.* 8.

Ipse humero exertus gentili more Parentum,
Diffisis gaudebat ensi, &c.

Sic & in statuis Caufidicorum, exertæ erant dextræ, quòd iis gestus fieri soleret: &c. Præter has, fuere & Triumphales & Equestres, fed quæ non nisi graviffimis de causis concedebantur, idque rarenter admodum, nec nisi optimè de Rep. meri-

tis & speciotissimis quibusq; Ducibus teste Vellejo Paterculo *Hist. Rom. lib. 2. cap. 61.* ubi per trecentos annos nemini Equestrem statuam, præter quam Lucio Sullæ & Cn. Pompejo & Cajo Cæsari, positam fuisse, refert: de iisdemodi statua honori Augusti Imp. dicatâ verba faciens. Has dextram similiter protensam habuisse, late probat Thom. Dempsterus, quem vide, *Paralipom. in Rosinum lib. 9.* De *Pedestribus* Copiis, V. infrà in voce *Pedites.*

Pedestris Sermo, Græcè Πεζὸς λόγος, Poëtico posterior, V. supra, ubi de *Oratione Soluta.* Sic autem dictus à *pede* est, quem etiam foluto fermoni dat Tapirius *lib. 3. Syll. 7. v. 22.*

Dum qui vos geminas tulit per aures
Et vinclo pede vocis & solutæ,
Romani colitur chori Sacerdos.

Nihil enim fine numeris scripsere Antiqui. Ita Tibullus ad Messallam *lib.* 4.

Conveniens, tuas cupidi componere laudes
Undiq; quisq; canens vinclo pede, quisq; soluto.

Unde & *pedestres Historias* similiter de soluta oratione dixit Horatius *lib. 2. ad. 12.* cui *Equestres* live Poeticas narrationes opponi docet Scholiastes antiquus à Jac. Cruquio conflatus. V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium d. l.* nec non supra, ubi de Veterum *Legendi* ratione.

Pedisi, adde: Dicti sunt Gr. πεδῆται, quòd in medio civitatis adeoq; in planitie habitarenti quemadmodum *Diarrii* vocabantur *οἱ ἐξ ἄστεως*, ut loquitur Diogenes Laërtius *in Solone*, qui superiorem Urbis partem incolebant: *Parali* verò reliqui, qui litori viciniores erant. His inter se regimne concertantibus, cùm Diarrii ad Democratiam inclinarent, ut docet *Plut. in Solon.* in Oligarchiam *Pedisi* propenderent, Parali verò ex utraque mixtum Reip. statum se clarentur, controversiæ Athen. elegus Solon: priftino Civium discrimine obliterato, eos in 4. novas classes divisit, Pentacosiomedimnos, Equites, Zeugitas & Thetas, pro facultatum censu: quæ ratione: è quibus ad munera publica tribus prioribus admissis, ultimos velut proletarios ac censos capite plane ab omni Reip administratione excluslit. V. Franc. Rollanum *Archeologiæ Attic. lib. 1. cap. 4.*

Pedias, Græcè Πεδιὰς, Cilicia dicta est, qui jacet campo nam in πεδιάδα & πεζόβιον dividitur. Hinc Πεδιάται dicebantur, qui Πεδιάδα colebant, Latinè *Campanos* licet divisse Extendebatur autem hæc Campania Ciliciæ ab ipso usque ad Tarsum. Salmasius *ad Solinum p. 772.*

Pedibulum, apud Auctorem *Vitæ S.* Fructuosi & Sociorum, *Qui cùm sensifiet* pedibulum *ipsorum, confestim surrexit & prodiit ad eos foràs in solei:* Cardinali Baronio & Bollando, est virga litctoris, qua solebant olim portas pallare ingressuro Consule. Dominico verò Macro est flexpitus pedum arebulantium. *q. pedi-ambulum.* Quo modo noxios videntur apud Gregorium Turon. *Hist. lib. 3. cap. 15. Quibus pergentibus audiens* pedibulum *equitum currentium.* V. cum in *Historicis.*

Pedica, vinculum quo pedes vinciuntur. Nonio, Gracè Πεδικὸν, pe qua voce Harpocration, Πεδοκάκην, inquit, τὸ ξύλον, τὸ ὃν διαπλεκόμενον ἀπὸ ἑκάστου τῶν ποδῶν εἰς τοὺς κάκτους ἐπικεῖται κ) συγχάσκει, ὡς φησι Διδυμος, οἷον πεδοκακτὸν, i. Πεδοκάκην dictum est lignum, cujus in carcere usus: vel per interstitium ejus capta, *quasi* πεδὸν κάκτος, vel per synopen, ut ait Didymus, *quasi* πεδοκάκην. Huic immissi in carcere pedes contringebantur, ut Suidas habet. Hesychius verò Πεδοκάκτον non ipsum lignum, sed τὸ ὑπὸ τῷ ξύλῳ διερῆς, in ligno vinculum, quo pedes ei adstringebantur, notat. Πέδον ejus *Lignum* simpliciter appellatur, apud Lysiam ἐν τῷ πρὸ Θεομνήστου ἀ, item in legibus Solonis, & hodieque apud Demosthenem ἐν τῷ πρὸ Τιμοκράτους, in lege κλοπῆς: Latinis auctoribus *Nervus* dicitur, de qua voce *V. ipsa.* Aliud autem fuit Πεδοσφαῖρα, quæstionis viz. seu tormenti genus, quo rei pedes manusque coreubantur: hæc luxabat membra illius, qui torquebatur. Undè à Comicis chirurgicum instrumentum illud, quo membra restituuntur luxata, fuit dictum Πεδοσφαῖρα dicitur. Fortè idem cum mala mansione. Vinculum autem, quo pedes manusque impediebantur & cui collum præterea inferebatur, Πεδηνεργὸν ξύλον. *quinquefiitiale lignum*, vocitatum legimus, V. Pollucem *l. 8. c. 7.* Hesychium, Sam. inprimis Petitum *Comm. in LL. Atticas l. 4 tit. 9.* Ab hominibus vox ad feras translata: Namque *Pedicæ* Cervorum Aprorumque etiam *Rete* dicta: in quibus laqueus ἁβρόχης & σπυρὸς ex genitia, h. e. σπάρτα fiebant. Xenophon, Τὸν ἅβροχον τὸν σπυρὸν ὃν ἐπὶ τὰ τετράποδα ἵστασιν ἐμπου πεσόντα μὴ ἀπολύειν τὸν σπυρὸν πρὶν ἂν ἀπατήσωσι τὸν. Ubi rationem hujus rei reddit, quia spartum minime putrefcat, seu *præcipue diuret*, uti loquitur Plinius. V. Salmasium *ad Solinum p. 766.*

Pedicula. Latinis videntur fuisse dicta, quæ Græcis Πεδοκάκη, vel Ὑποπέδιον, *Scabella*, quo nomine sandalia ligneæ veniebant, quibus in Choris & saltationibus Vett. olim usi fuere. Ut enim hodiè in Musicis concentibus, ab eo qui reliquis una canentibus modum dat, levatâ pofitaque manu mensa aut liber feritur, quod *mensuram peragere* vulgò dicitur: ita apud Vett. in Choris actaltationibus, pedum suppositione idem fiebat. Hæbeant autem rales, in Theatris, quò clarior sonus esset, ligneas sub pedibus soleas, ad hunc usum solim fabricatas, κρηπῖδας Græcis, & κόθορνον, atque hinc ποδοσάλπιγξ, vocatas fuit: Imò, quò majorem sonantiorem que strepitum ederent, multi, saltantibus Pantomimis, ferreas ad eam rem soleas habebant, ut ex Luciano discimus. Cujusermodi sandalia, ligneas inprimis, Latini *Scabella* videntur appellasse, quòd instar scabellorum essent & ex ligno fierent, pedesque subjicerentur, uti scabella, quæ καταβαθρα hinc Græcis dicta sunt, sive *Pedicula*, etiam ποδοψόφια, à *pedum strepitu*, quem ederent. Sed & forte hujusmodi scabella in hunc usum parata, quæ pedis pulsu ligneâ fokeà vellerea præcussa sonarent. Namque quemadmodum ποδῶν κρότου fabricatori Mimorum adhibitum fuisse, scribit Lucianus, ita & Scabellorum crepitum insdem falrantibus fieri solitum, docet Suetonius de Caligula, *Saltabat autem nonnunquam etiam nocte: & quondam stres Consulares secundâ vigilia in Palatium accitos multisque & exercitos mutuones super pulpitum collocavit: deinde repente magno tibiarum & scabellorum crepitu, cum pulla tunicâ super talari profusus ac desultato cantico abiit.* Quæ scabella, quia sine ulla toni variatione, tenore quodam continuo & æquali, ad pedem ferieban tur, inde quoque *symona* appellata fuit. Unde *Symonarius*, qui scabella aut cymbala pede percutiebat, quemadmodum idem à *Pedicullis*, *Pedicularius*, Optimæ *Glossæ*, *Pedicularius*, Ζωῦσιμος. *Pedicularium* vocant, τὸ ποδοψόφιον, τὸ ποδὶ κτυποῦν, quales erant *Pedarii* vel *Pedarii* scabellum. Unde *Glossæ*, Πεδόψοφοι, *Podarii*: in iisdem Πεδοψόφους, *crepiacularios*. Excerpta ex vett. *Glossis*: *Crotalum*, ποδὸς ψόφος: Cujusmodi pedum crotala & crepitacula κατάχρησε etiam Græci vocasse videntur. Nam κάτταβος calcei genus est Hesychio, &c. V. Salmasium *ad Vopiscum in Carino Imp.* & infrà in voce *Scabellum.*

Pediculus, Paul. *l. 32. ff. de aur. arg. eli*, de quosigna sustinentur, *basis*, sed tenuis: Es sic plerunque *Pediculi* Columellæ dicuntur, quibus arborum rami baccis onusti sustinentur, quasi *parvi pedes*, Hotomann. *Pediculis* argenteis adjuncta figilla ænea, *l. 2. ff.* apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Atque inde *Pediculi* animali nomen. Unde, uti apud Hebræos בן *Chen*, *basin* significat, ita בנים *Chinim*, *tunc pediculi*, nomen habeantes à כנן *chonen*, quod *firmare* & *stabilire* eft, quasi pediculus animal firmum & stabile eft, atque à corpore d'oneo, ἐρείδω, ut tradit Philosophus *Hist. l. 5. c. 31.* Quam molestum hoc fit insecti genus, Ægyptiorum imprimis experti sunt, quibus nullam aliam molestiorem insulæ plagam, ferunt Mahumetani, ita enim illi, *Mises i vit ad urbem Ægyptium quæ vocatur Ain fams* (Fons Solis) *quam cùm virgâ sua percussisset, inde fluxit fuere pediculi per totam Ægyptum qui aggressi, quidquid ex feminibus, arboribus & herbis supererat, totum ita consumserunt, adeo ipse terram inverunt: Et inter cuiusque vestem & pellem brevissimus, ut cum morbi desperant. Et à quis cibum comedere, & statuit pediculis, nec ulla iis accidit plaga molestior plaga.* Pediculorum, qui *capillos* invadebant & *carnem* & *palpebras* & *supercilia* & *pellem*, *acsi variolis laborassent*, *summumque & quietem arcebant.* Itaque ad Moſen clamarunt, & *opem eius implora verunt*, *dicentes*, *Non panitet*, *prega igitur pro nobis Dominum Deum tuum ut hoc malum averrat. Et oravit pro iis Moſes, cui bene sit: & Deus* pediculos *ab ipsis abstulit*, *post ipsum illos elapsos*, *ab uno tempe Sabbatho ad aliud Sabbatum*, Apud Bochartum. Ad cujusmodi plagæ genus etiam, quâ Magos ipsos ac Sacerdotes veri similè est gravius fuisse afflictos, cautionem poſtea variasse Sacerdotibus Ægyptiorum adhiberi conlueviſſe, diſcimus ex Herodoto *lib. 2. cap. 37.* ubi illos tertio quoque die corpus eradere fuisse solitos scribit, ἵνα μὴ τι ἐγγένηται τῶν ἐν ἄπο μυσερῶν γινομένων τοῖσι θεοῖσι, *Ne Deos colentibus*, *pediculus*, *aut quid aliud ingrè immundum.* Et Plutarchus *in Isida*, ubi lineis vestibus illos uso tradit, quia linum ἔκτος Φόρτος, *minimè pediculos gignat*, &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoic. lib. IV. Part. poster. cap. 18.* tom. Cœterùm *pediculi* non hominibus solùm, sed & bestiis, infesti. Et quidem alijs quorum, alii boum, alii porcorum, alii ovium & caprarum proprii: & sua cuique lues ac peculiare malum eſt. Sunt etiam leonum & cervorum pediculi. Sunt & aquilarum, accipitrum, olorum, anserum, gallinarum, phasianorum, columbarum, perdicum, coturnicum, de quibus multa Scriptores. Delphines quoque & salmones in piscibus: & in insectis scarabæi, imò & in plantis abrotonum, absinthia, aquilegia, nymphæa &c. hæc ibe non carent. Vites etiam, & Cretiæ credimus. Ita ut vix ulla sit pestis, quæ latius divagetur: de quibus omnibus V. Bochartum *d. l.* & Musset um *Theatro Insectorum lib. 2. cap. 13.* Interim Banianis, inter Indos, in veneratione, qui quæ cremonia captos *pediculos* in terram deponant operamque dent omnem ne conterantur, aut conculcentur, expeonit P. de Valle *hiner. Part. II.* Nonnullis genibus quoque in cibum cesſere At Atyrmachidarum fœminas eos præmotios abjecisse olim, Clemens ex Herodoto *lib. 4.* In Acridophagis porrò etiam altatos reperiri, habes apud Auctores præfatos, tut hanc in rem varia quo-que

que apud Gerh. Johan. Voſſium *de Orig. & progr. Idolol lib. 4.*, paſſim, imprimis *cap. 67.* ubi *de orto illorum deque iis*, qui *pedi-culari morbo perierunt*, & de quibus & infra aliquid, voce *Philhiriaſis*.

Pedita, calceamenta erant utrique ſexui communia, apud Græcos, quemadmodum & Eunuchos & Diabathra, Gr. διαβάδες. Interim illis hoc erat ſingulare, quod elegantia eſſent atque ad delicias & oſtentationem comparata variisque ac eximiis coloribus picturata. Unde κεκαδε πέδιλα, apud Homerum, V. Ben. Balduinum *de Calceo*.

Pedirum, unum ex Sumatræ Ins. Regnis, de quo V. Georg. Hornium *Orbe Imper. ſub fin.*

Pediſequi, ſervi erant qui dominum dominamve ſequebantur, quemadmodum & illis antecambulones, & illis antecambulatores ſunt erant. De *Pediſequis* legatis JC. in *l. 65. ff. de legat. 2. Pediſequis meis*, *quos ad curam Tempe reliqui*. Meminit quoque eorum Phædrus *lib. 4. fab. 5.*

Veſtem, mulieres, Pediſequos, & cavea,
Illis aſſignate, vitium quæ luxu trahit.

Athenæus item, qui ideo ſervorum myriades comparatas fuiſſe ſcribit, ut comitum, antecambulonum, aſſeclarum copia ne deeſſet. Ammianus *l. 14. Nonnullos fulgentes ſericis indumentis, ni decendas ad morum ſenſus ſe diritate retinuit, ſyntaxim, gregreſſe exercitu, armata cogentes manipulatim concitato fragore ſequitur multitudo ſervorum.* Unde magnum *Pediſequorum* fuiſſe numerum colligimus: quos ex Maurorum Æthiopumve natione aliqui habuerunt, ut glorioſiſulus ille apud Theophraſtum, *Character.* Cimonem, inclytum Athenienſium Ducem, ſemper *Pediſequos* cum nummis ſecutos eſſe, ut, ſi quis opis ejus indigeret, haberet quod ſtatim daret, narrat Corn. Nepos *in ejus vita*. Alii erant, pueri *ad Pedes*, qui equitanti domino adſtabant, inde appellationem nacti. Seneca *de Benefic. lib. 3. Servus, qui comanis ad Pedes ſteterat, narrat quæ inter cænam ebrius diciſſet.* V. quoque Suetonium *in Caligula cap. 26.* & eundem Senecam *Epiſt. 27.* Cicero *circumpedes* appellat *in Verrem 2. Servos artifices pupilli cum haberent domi, circumpedes autem homines formoſos & literatos*. Literatos quidem ut Calviſius Sabinus, apud Sen. formoſos, ut plerique omnes è ſedis hominum beatiſſimis, qui pueris formâ inſignibus non Triclinium modò, ſed & Cubiculum referſerunt. V. Martialem *lib. 10. Epigramm. 60.* Fuit autem, quos *ad Pedes* vocabant, officium, ſoleas accumbentium dominorum cuſtodire. Martialis *lib. 12. Epigramm. 89.*

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus,
Dum negligens em dacit ad pedes vernam,
Qui ſolius inopi præſtat & facit turbam:
Excogitavit homo jugax & aſſutus,
Ne poſſet ſatis ſapius damnum:
Excalceatus ire capit ad cœnam.

Eosdem dixerunt è *Pedibus*. Cic. *lib. 8. ad Att. Epiſt. 5. Nec tullam ob aliam cauſam Pollucem ſervum à Pedibus meis, Romam miſi.* Martialis feſtivè *lib. 5. Epigramm. 70.*

Omnia cum vetera puerisque obſonia tradas,
Cur non menſa tibi ponitur à Pedibus?

Et hæc demum eſſet, in ſacris tabulis, vera & germana ſtatio Mariæ Magdalenæ, quam Pictores, inficiis per manus & penicillos traditi, conjungantur, ut & quas ἀνάλεξα vocat in univerſum Lucianus *Lexiphane*. Harum ſavorem captabant, dominæ placituri. Plautus *Aſinaria Actu* I. *ſc. 3.*

Illi res ſludet,
Vult placere ſeſe amicæ, vult mihi, vult Pediſequæ:

Nec ipſos pueros fine comitibus *Pediſequisque* ſuiſſe, cùm in publicum prodirent, diſcimus ex Cornificio *lib. 4. Corgia Pediſequa puerorum, abſonde puerę, depende, ſac incolumes ad Adolescentiam perducas.* Apud minus judicas mulieres hujus comitatus portio fuerunt, Salutigerula pueri, Internuncii miniſtri, quorumque meminit Juvenalis *Satyrâ 14. verſ. 28.*

Ut non ter decies reſpiret, conſcia matri
Virgo ſuis, cerae nunc hæc diſtabat puſillas
Implet, & ad machum das eisdem ferre cinædis.

V. plura, apud præfatum Pignorium.

Pedites, altera pars copiæ Exercitus pars, ubique profunt, cùm Equitum in campis tantum locisque planis aliquis uſus ſit. Qua de cauſa Veſpaſiani Imp. copiæ Veronam belli ſedem legerunt, ut quæ potior vilà, patentibus circum campis, ad pugnam equeſtrem, quâ prævalebant, tefte Tacito *Hiſtor. lib. 3. cap. 5.* qui & *Annal. lib. 12. cap. 55.* memorat, ogreſſium Cilicum nationes commotas, montes aſperos campis cepiſſe: & miſſos contrà Equites turbatos fuiſſe, eo quòd duri circum loci *Peditibuſque* ad pugnam idonei equeſtre prælium haud patiebantur: ut de peri-

culis, quæ in locis impeditis, paludibus, mari, oppidorumque oppugnatione aut propugnatione, nil dicam. Quin & Equitum, re penè deſperatâ, in *pedes* ſe dantium exempla cùm alibi reperias, tum apud Livium *lib. 4. cap. 38. lib. 29. cap. 2. & lib. 39. cap. 31.* Quod Cæſar de Germanis etiam *Bell. Gall. lib. 4. cap. 2.* & Tacitus de Agricola, *in ejus vita cap. 35.* ſcribit. Imò & in locis non impeditis, licèt magnus Equitum ſit uſus, *Peditis* vis non multo minor eſt, adeò ut etiam illum imperum & procellam Equeſtrem facilè excipiat, ſi modò idoneus ſit illi ordo & arma: quorum is cùm deſuerit Parthis apud Tacitum *Annalium lib. 6. cap. 34.* Sarmatiſque Jazygibus apud eundem, *Hiſtor. lib. 3. cap. 7.* non mirum, quòd omne eorum in Equite robur fuerit. De utriusq; egregiè, dubium melior miles an Hiſtoricus Xenophon *de Exercit. Cyri lib. 3.* milites fuos, qui equitis carebant, animaturus: *Decem millia*, inquit, *Equitum, non tam ampleus quàm decem millia hominum. Nam ab equo vel morſu vel calcitratione, nemo facilè in prælio perit. Vbi ſunt, per quos in pugnis omnia geruntur. Atque non quidem multi, quam equites, utiores ſumus. Nam illi in equis hærentes, non nos tantum metuunt, ſed illud etiam, ne ab equis excutiantur: nos terra firmiter nixi, vehementius ferimus accerſitus. Una tantùm re nobis præſtant Equites, ſecuritas quam nos ſingam arripiam*, V. Matth. Berneggerum *in Taciti German. quæſt. 24.* Apud Romanos, cùm Legio ex pedeſtribus equeſtribusque copiis conſtaret, ſuo tempore *Peditum* in illa fex millia, Equites ſeptingentos triginta duos fuiſſe, auctor eſt Vegetius: Diſtinguebantur autem *Pedites* in Cohortes & Manipulos, quorum hi iterum in ſuas Centurias erant ſubdiviſi; imò & hæ ſtationquam in ſua diſtribuebantur contubernia. Sic ut in juſta Legione eſſent decem Cohortes, quarum quælibet tres Manipulos, ſingulos duabus Centuriis conſtantes, continebat. Qui Contuberniis præerat, *caput Contubernii vel Decanus*: qui mille *Peditibus* præerat, Tribunus vocabatur *Militum*; ſicut *Centuriones*, Centuriarum vocitabantur Præfecti. Qui agmen extremum & quaſi tergum acti obſervabant, *Tergiductores* vel *Extremi agminis Duces*, ſunt dicti. V. Signonium *de Jure Rom. lib. 1. cap. 15.* ubi *in ſingulos millenos Pedites centenos Equites additos ait*, Alexandrum ab Alexandro *Genial. dierum lib. 1.* Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 5. &c.* Modie in regnine, ut vocant, *Pedeſtri*, primas tenebat *Magiſter Peditum* & ejus Vicarius. Sequuntur *Tribuni Peditum*, & eorum Vicarii; Præfectus Excubiarum, Magiſter *Peditis*, Præfectus, annonæ: Centuriones, Signiferi, Ordinum ſtructores, Diverſoriorum deſignatores, Ordinum Ductores, Decuriones, de quibus V. Wendeiinum *Politic. libro 2. cap. 40. §. 7. 8. 9.*

Pedoncuculi, qui & *Cucullopedines*, ciculli ſunt pedum, quorum mentio habetur in *Natis Tironis* & Senecæ. Non enim de capite ſolùm cucullus, ſed & de pedibus, reperitur. Sic Græcis κάλυμμα & pedum & capitis dicitur. Heſiodus,

——— — Ἐπὶ δὲ κρατὶ θῆκε καλύπτρη
Ἴδεαν ἔχουσ' ἀεκαντον.

Erant autem *Pedoncuculi* ſeu *pedum* hi κάλυκι, aliàs *Udones*, propriè lanei calcei, ex lana coacta facti, qui intra calceum quidem habebantur, ſed ſic, ut plerunque & ipſi vicem calceamenti, domi præcipuè atque intra cubiculum, præſtarent: hodie *Calegos* Gallis. Quibus non multùm erant diſſimiles *ſolea lanata*, quarum mentio apud Martial. *in ſtatuſticho*,

Deſuerit ſi forte puer, ſoleasq; libebit
Sumere, pro puero res tua ipſa ſibi.

Ita enim legendum: *ipſe pes ſibi erit pro puero.* Si forte, inquit, puer deſuerit, & ſoleas tibi libeat ſumere, cum ſoleis lanatis poteris ipſe è cubiculo exire, & ſoleas petere, quo pacto vicem pueri pes in ſolea lanata ſupplebit. Salmaſius *ad Aſtium Lampridium in Alexandro Severo.* V. quoque ſupra, in Od. *Pedalis alibi-que.* Aliud quid ſonat vox *Pedones*, apud vet. Interpretem Juvenalis *ad illum verſum*,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

pedules nempe ſalcias, quibus intra caligas urebantur, ita enim faſciæ hæ vulgo dicebantur. Verba ejus ſic habent: *Oſtendit, inquit, plus honoris videri in calceis, quam in pedibus. Illo enim tempore nec dum Senatores nigris calceis utebantur: ſed nudis pedibus vel pulverulentis vel bracis, vel pedulis vocas in bracis, quos Pedortes dicunt, ut peregrinus.* Ubi *Pedortes* pro *Pedones*, correxit Salmaſius: Græcis ἡ πόδεμα, de quibus Achmes, Ἐι γὰρ ὅτι ὁ ποδόμενος ἐστὶν ὁ ὑπὸ τὸν ἀγκλὸν βάλλων τὸν ὄλπας αὐτὸν ἀνάλογος ἐστὶ τοῖς ὠνοις. Pedules namque & udones, qui habentur intra calceum, ſi faxiores ipſi ſunt, faciunt ut anguſtiore calceo uramur, & pedem angunt uruntque. Idem Achmes: Τὰ δὲ ποδόμενα ἐκάτερα ἐστὶ ὠνοις. E' quo utroque loco revincuntur, qui ἡ πόδεμα & pedules pro veſtibus talaribus accipiunt. Πόδεμα igitur ſunt faſciæ pedules, ſic dictæ, quaſi ποδόδεσμα, ut ὀπτάδεμα pro ὀπτάδεσμα: Et ſanè ποδόδεσμα & ὀπτάδεσμα idem erant. *Pedes* itaque *albos* interpretatur Scholiaſtes ille de *Pedoribus* & Pedulibus novis, nam Pedules illæ faſciæ albæ. Cratinus, πάνυ γὰρ ἀναὶ ἐχων νῦν λίνεα, *Albas ſub pedibus habens pedules.* In *Dacis* verò Conſtantini, σανδάλια λευκὰ ἐπὶ τῶν ποδῶν, *albi ſolea lanatæ*,

aut certè, *calcei candidi cum*, *udonibus*, quæ interpretatio verior. Salmasius, ubi *supra*.

Peducæa Lex, de Incestu, ante *L.* Jul. de Adulterio, lata, memoratur Ciceroni *de Nat. Deor. lib.* 3. Sicut Scantinia, de pueris impudicis, Juvenali *Sat.* 2. Suetonio in *Domitiano*, Ausonio & Ciceroni *Philipp.* 3.

Pedules, V. supra Pedale.

Pedum, seu Virga Pastoris, quandoque Hebræis מקל (*Makel*) dicitur, 1. Sam. *cap.* 17. *vers.* 40. & Zachar. *c.* 11. *vers.* 7. Sed hæc vox in genere, *baculus* est, *quo nitimur* Genef. *cap.* 32. *vers.* 10. Exodi *cap.* 12. *vers.* 11. &c. Quemadmodum aliud quoque virgæ seu baculi nomen generale ; שבט (*Schebt*) Græcè ῥάβδος seu ῥαβδίον, pro *Pedo* nonnunquam occurrit, ut Psalm 30. *vers.* 1, 4. & Mich. *c.* 7. *v.* 14. qui posterior locus hic habet, *Pasce populum tuum* בשבטך עמך (*bescheb'techa amecha*) *pecus tuo*, *oves possessionis tuæ*. Unde explicari potest locus obscurus, Levitici *c.* 27. *vers.* 32. *Et omnis decima bovis & pecoris*, *quæcunque transit* תחת השבט (*tachath hasch'bet*) *sub virga*, *decimum quodque sanctificabit Domino*. In quem R. Salomo, *Cum ad decimationem proceditur*, inquit, *per ostium educuntur* (pecora) *& circumdant unum postaliud & decimum virga percutiunt tinctâ minio*, *ut sciatur hoc ad decimam pertinere* : *quamvis quotannis sit tam de agnis*, *quam de vitulis*. Bochartus v. non putat hic agi de virga decimatoris, sed de Pastoris pedo, quo modo multi fumunt, Syrus, Arabs, Aben-Ezra & Vulgatus. Nempe sub virga Pastoris transfibant arcenda & greges, quoties illorum numerus subdutranfibant arcenda & greges, quoties illorum numerus subdutranfibant arcenda & greges, quoties illorum numerus subdutran

Dum Pegma *rapitur, concidit casu gravi*:
machinam dicit fuisse lignam, in qua collocatæ fuerint quasi affixæ statuæ, quæ etiam interdum in scenam proferebantur & mutabantur, aut alioqui in pompa circumferebantur: Sed ita cum automato Pegma videtur confundere, de quo suprà. Auro argentoque additio ditabatur hæc moles, five bracteis. Plinius *lib.* 33. *cap.* 3. *L. Mummii & Cajus Pulcher in Circo* Pegma *duxit, in quo fuere argenti pondo centum viginti quatuor.* Imò & croco decorabatur. Martialis *lib.* 8. *Epigramm.* 33.

Hæc fuerat nebulæ nuper tibi Pegma pervectum,
Pallida quam rubri diluit unda croci.

Æl. Spartianus *in Hadriano, in honorem Trajani balsama & crocum per gradus Theatri fluere justit.* Admiscebatur autem vino, ut sic diluitum facilius in Spectatores posset ispargi. Plinius *lib.* 21. *cap.* 6. *Sed vino nihil congruit, præcipuè dulci, irritum ad Theatra jejeniis &c.* Hæc fiunt successu librabant se per medios ignes, populo oblectamentum allaturi, Petasuriæ. De incendio cuiusdam Consulis. *Mantii Theodori*,

Mobile ponderibus defendat Pegma vedustis,
Ingi, chori flectem surgentes ardua flammas
Scena vetat, varios effingat Mulciber orbes,
Per tabulas impune vagus, pictique, cisato
Ludant igne trabes & non formidine vegari
Pictus per immensa terrens intendit aperta.

De salute Petauristarum, per flammas, accensa *Pegmate*, evadentium, M. Manilius *Astronomic. lib.* 5.

Membraque per flammas, orbesque, emissa flagrantes,
Delphinumque suo per inane imitantia motu,
Et viduata volans pennis & in aere ludens.

Totam fabricam fitè describsit Aur. Prudentius *in Romano Martyre*,

Tabulis superne strata texunt pulpita,
Rimosa vari Pegmatis compagibus,
Sonitura subinde, vel terebans aream,
Crebrosque lignum perforans acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus, &c.

In his porro *Pegmatis* varia inventa & ilupendi lusus ingeniorum, quibus Augustinus, *ad quam stupenda*, inquit, *opera humana ingeniosa pervenit: quæ in Theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia faciendo & exhibendo melius est &* ? Unde *Pegmates* dicti, seu à *Pegmatum* structionibus, seu à ludis quos edebant, Artifices isti, quo nomine & *Gladiatores* aliquando comprehensi. Aristoteles μηχανοποίητος vocat, *lib. de Mundo.* Fuere autem talia *Pegmata*, tum in Scenis ac Theatris, ut dictum, tum in Circo, in Amphitheatris, in Arena. Hinc Suetonius *Caligulæ* c. 26. *Gladiatoro minores interdum flagrantissimo Sole velis, e. muti quemquam vexabant venenatum aspiratu irritatis rabiibi feris nullisimat, quibusque confectos Gladiatores: Pegmatis quoque Patres familiis nuos & insignes aliqua debilitate corporis subjiciebat.* Ubi legit Dempsterus, *Gladiatores quoq; Pegmates.* V. quoque in *Claudio* eundem *cap.* 14. Idem Strabo confirmat *lib.* 6. ubi refert, quendam Siculum latronem (*Ætnæ filium* nominatum) in foro per ludos Gladiatorios à *Pegmate* (tanquam ex Ætna) compagibus solutis, in caveas ferarum decidisse, & à feris diseerptum esse. Imò & in publicis vicis *Pegmatum* extructorum meminit Martialis *Spectaculorum Epigr.* 2.

Et crescunt media Pegmata *cesta via.*

Et in privatis ædibus, non quidem in insanos lascivientium convivorum luxus, nam in Triclinijs illa aut Cœnaculis: cùm *Pegmata* hæc in domorum essent atriis, forè fustinendis Maporum imaginibus aut gentilitio stemmati. Turnebus *Adversar. lib.* 8. *cap.* 9. *Ornamenta valvarum forsitan effixa* intelligit. Ulpianus JC. *l.* 12. *ff. de Instrum. leg. Specularia quoque affixa magis domus esse puto, quam parieni: Nam in eminne domus & specularia & Pegmata cedere, sive in ædificio sint posita, sive ad tempus detracta.* Ausonius *Epigr.* 25.

Ceris inurent januarum limina
Et Atriorum Pegmata.

V. Scaligerum, Lipsium, Thom. Dempsterum *in Rosinum lib.* 5. *cap.* 10. Alios.

Pegmata, memorati Suetonio *in Caligula cap.* 26. *Gladiatores quoq; Pegmates*, qui fuerint, V. supra in voce *Pegma.* Casaubonus *Pegmates* legi mavult, & gladiatores interpretatur, *quos de stuira arena transmisit*, ut loquitur Petronius: *Qui nempe in pegmate populo exhibiti felici quodam fidere ei spectaculo superstites fuere. Super pegmatis enim*, addit, *producebantur facinorosi homines, quales gladiatores fere erant, ut vel mibi pugnam inter se committerent, vel spectati a populo mox, solutis compagibus pegmatis, casu suo in foveam, nihi vel ignis, vel feræ erant, pejusium obtestarent.*

Pegu, Regnum, addit: In Regno hoc, quod unum ex amplissimis per Indiam fuit, quippe eam universam, ad fluv. usque Gangem, complexum, quidam Præfectus provinciæ Tangunæ, contra Dominum fuum, insurgere cœpit, A. C. 1560. ac felici expeditione regno *Peguano* insuper *Brom*, *Melimdat Calan*, *Miranda*, *Arva*, *Aracan* & *Maldin*, singula Regna adjecit. Quo successu elatior Siamense quoque Regnum bello petiit, cujus causam fuisse elephantum album, quem Siamenses Peguenfibus negaverint, refert Hug. Linschottanus *cap.* 17. Sed potentia injustè acquisita perennare non potuit. Primò enim defecit patruus Regis, regno *Ava* præfectus, quem tamen in prælio sua manu interfecit, A. C. 1598. Sequente anno defecivit Regnum Siamense, ac *Peguanum*, ingentibus undique innumeris calamitatibus, fame, pelle, bello, ita destructum atque desolatum est, ut primo hujus seculi anno, per multa milliaria, nil nisi continua hominum cadavera spectantibus cum horrore occurrerent. Neque unquam similis accidit integræ gentis internecio, & quæ de Judæorum, sub Romanis; Hungarorum sub Tartaris excidio legantur, levia præ his sunt. V. Petr. Jarrigium *Histor. Indiæ Orient.* Ita Regnum tot cladibus vacuefactum pervenit ad Regem Aracanensem: hodie tamen ita instauratum dicitur, ut vix ulla tantæ calamitatis superfit memoria. Georg. Hornius *Orb. Imp. edit.* 2. *pag.* 449. 450. Ut de incolarum religione quæramus habeas, agnoscunt illi Deum aliquem summum, nomine *Quiay Lacisa*, id est, *mille Numinum Numen*; cui haud absimile Numen incolarum in Asia cujusdam regionis, cui nomen *Tinagoga*, seu *Deus mille Deorum*, apud Ferdinandum Pinto *Itiner. pag.* 296. Nec insicianter Mundi creationem: Sacerdotes *coram Deo* dicuntur, quorum unus ut utroque Hominis flatu, interpres corruptoque, præclare differunt, præsente modò laudato Itinerarii Auctore, *pag.* 313. alius, de Mundi creatione interrogatus, non aliam Naturæ, quàm ex Dei voluntate, originem esse, coram eodem, profeffus est. V. Tobiam Pfannerum *System. Theol. Gentil. Turior. cap. II. §.* 16. *cap. V. §.* 2. & *cap.* 7. *§.* 11.

Pejerarium, vox recentioris ævi, occurrit apud Cyprianum *Epist.* 22. *Salvia Numerium & Candidam, qua secundum Pauli præceptum, & cæterorum Martyrum, quorum nomina subjicio, Basi in Pejerario, Mappalici in quæstione, Fortunionis in carcere, Paulo à quæstione, Fortunæ, Victoris &c. qui Deo volente in carcere nocasi sunt.* Ubi Pamelius opinatur, *Pejerarium* dici locum tormentorum, in quo multi fideles jam *pejeraverant.* Nec multùm feliciore conjecturâ Ludovicus *d'Orleans ad Taciti Annal. lib.* 1. *&* 3. carcerem interpretatur, in quem conjiciebantur ii, qui se periurio maculassent, V. Car. du Freine *Gloffar.* & Dominic. Macanum *in Hierolexico.*

Peiverius Isaacus, scripsit *Systema Theologiæ Præadamitæ*; in quo Adamo anteriores alios fuisse homines, variis rationibus probare contendit: πανδοσεῖον tandem errotis sui canere adactus &c.

Pelagiæ Conchæ, apud Plinium, *Miror ipsis tantum gaudere eas cute, sole rubeyere, candoremque perdere, ut corpus humanum. Quare præcipuum cosmetum pelagiæ alibis mersæ, quam ut penetrent radii*: sunt οἱ ἰχθύοφιλοι, ut fidiorus vocat, quæ in fundo maris ac penetrabilus ipsis sedes habent. Sic Insulæ πανδοσεῖον, quæ in alto mari longè à continenti distant: *Pelagiæ purpuræ*, quæ in finibus degebant longè à littoribus. Aristoteles de purpuris, *Ai μὲν ἐν τοῖς πόντοις βαθέσι καὶ σπαγγίοις, οἷ δὲ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι, καὶ μὲν μέλαν ἐν τοῖς μείοσι, Aliæ in finibus, magnæ & asperæ; aliæ circa littora molæ exiguæ.* Ubi *litoralis* pelagiis opponit. Theophrastus quoque marinum fucum & Crocetum, qui in alto mari colligitur, non in littore, ut alia algarum genera, πελάγιον vocat, &c. At Plinius *Pelagias* quidem dictas significat, quòd in alto mari degerent, ad differentiam buccinorum, quæ petris tantùm adhærent, circaque scopulos leguntur. Hinc pallim *Pelagium*, pro purpuræ medicamento ponit, cui opponit buccinum. Inter alia *lib.* 9. *cap.* 40. Proia *medicamento sunt quidem pro sterilitate literum rilora: non tamen usquam Pelagii centenæ libræ quingentos nummos excedere & buccini centenos sciant, qui ista mercatur immunis.* Sic libra singulæ *pelagii* quinq; nummis, buccini nummo uno exponebantur. Porro buccinum pelagio misceri solitum addit. Ita enim idem *cap.* 38. *Buccinum per se damnatur, quoniam sanctum vemitit. Pelagio admotum adfigatur, nimia q; ejus nigritiæ dat asteriatarum illum nitoremque, qui quæritur, coci.* Dicuntur autem *adfigari colores*, qui non facilè eluuntur, nec fucum remittunt. Nempe cùm aliàs per se non teneat buccinum, admoveri pelagio seu admiceri adfigaritique consuevit. *Pelagio* namque propriam nigritiam facit Plinius; Aristoteles quoque eas purpuras, quæ in alti maris finibus colligantur, florem nigricantem ut plurimum habere dicit, *Καὶ τὰ βαθέα οἷ μὲν πελαγικὰ μέλαν ἔχουσι*, &c. Qua de re V. Salmasium Plinian. *Exercitat. ad Solinum paſſim, inprimis pag.* 1133.

S. Pelagii oppidum, *S. Pelai*, locus Gallix, in Navarra inferiori, Hadr. Valesius *Notit. Gall.* in voce *S. Gaudentii Caſtrum.*

Pelagius, Rex Legionis, addit: Roderici, ultimi Gothorum R. cujus lascivia Regnum everfum, cognatus perhibetur. Nomen Regni certum non extat, nisi quòd in montibus Asturiæ fuit, sedes quoque Regia certa nulla, in speluncis antrisque primam majestatem exercente *Pelagio*. Sub Alfonso demum I. cognom. Catho, Regia Ovetum translata, unde dicti *Reges Ovetì*: indesub Ordonio Legionem migravit, unde dicti *Reges Legionis.*

Insignia Leo aureus in campo rubeo illustravit. Sed tota haec antiqua Hispaniae Regum historia admodum obscura, incerta, dubia ac confusa, sicut ipsa Regna admodum exilia, donec progressu temporis magnam iterum Hispaniae partem Christiani Mauris eripuerunt. Molitus autem est *Pelagius* prima hac Regni in montibus Asturiae, Gallaeciae & Cantabriae, fundamenta, circa A. C. 716. Post quem, secundum Hispaniae Regnum in montibus Pyrenaei condidit, Garsias Ximenius seu Innicus, circa A. C. 724. Georg. Hornius *Orb. Imper. edit.* 2. pag. 270.

Pelamir, piscis è thynnorum genere. Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. *Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrant è magno mari Ponium vertno tempore gregatim, nec alibi frequentant. Cordilla appellatur partus, qui satiae vocitantes in mare autumno comitatur. Limofe vero à loco pelamides incipiens vocari, & cum annum excesserit tempus, thynni.* Ubi pro *limofe*, legunt alii *reverse*. Post fexagefimum autem annum, in mare reversas & illic augefcentes, *Pelamides* vocari, adnotat Dalechampius *ad l.* Porrò ex *Pelamide*, cybia parabantur, in formam cubi concisa, quae & πηλαμίδες & κύβια vocabantur. Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. *Pelamides in apotecbis, particulatimque concefte in genera cybiorum dispariantur.* Ubi κύβιον, fub. τέμος, funt grandiores pelamidum partes, quae in cybia deinde quadrata particulatim concidebantur. Hefychius, κύβιον, τεμάχιον. Atque hinc factum, ut fusta haec *pelamides* quoque dicerentur : more Graecorum, qui falsamentorum magnorum partes eodem nomine appellabant, quo piscem, unde fumta funt, fic *pelamides* & *cybia* eadem. Ut meritò Salmasius miretur, Cybium à Plinio inter piscium nomina referri, *lib.* 32. *cap.* 11. *Cybium ita vocatur* Pelamis, *quae poft quadraginta dies à Ponto in Maotim reverritur* : cùm *cybium* nihil aliud fit, quàm quadratum & in tefferas formam fectum falsamenti feftum. Unde Κυβευτικὸν, cognomen Aegypti Regis turpiffimamfordium, &c. Largam autem *Pelamidum* capturam circa Byzantinum fretum, hinc Κέρως χρυσὸν, *cornu aureum*, dictum, ac divitem inde proventum Byzantinis acceffiffe, refert Strabo, apud Salmafium *ad Solinum pag.* 165.

Pelargi, Gr. Πελαργοὶ, cognominati funt Ἀφὸ τοῦ πελάσθαι, i. *ab peregrinationem feu errorem*, duo fratres, qui è Tuscia profecti Athenas venerunt, ibique habitarunt, cùm prius in fpecubus locisque fubterraneis homines habitarent, ex lateribus domos condiderunt, Strabo *lib.* 9. Plinius illos Euryalum vocat ac Hyperbium, *Hiftor. Natur. lib.* 7. *cap.* 56. Paufanias verò, *Lateraribus domos conftituerunt primi Agrolas & Hyperbius, quos ἀφ' Ἑλλάνικον ἐς Τυρῆνίαν κλῆ. habet, in Atticis pag.* 26. Ab his pars Acropoleos, *Pelargicum*, dicta, aedificata eft; cujus meminit Ariftophanes *Avibus*,

Τίς ἐ᾽ ἂν καλέσαι τὸν πόλεως ὦ Πελαργικόν;

Quis autem incales Urbis Pelargicum?

Quemadmodum reliquam ejus partem, à fratribus his nudam relictam, Cimon poftea, Miltiadis filius, claufit, teste eodem Pausanià *ibid.* V. Franc. Roffaeum *Archaeol. Attica lib.* 1. *cap.* 2. ut & in voce *Pelasgia*. Nomen à Gr. πελαργὸς, *ciconia*, Ἀφὸ τοῦ πελάσθαι εἶναι ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου ὀρνίθων ἐπιφυῆναι τῷ δὲ ἔτους ὥρᾳ, *quod vagi essent & ciconiarum instar in quavis loca obverrarent*, Strab. *lib.* 5. Quod idem repetit *lib.* 9. Τὸν δ᾽ Ἀθηναῖον Πελασγὸν ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸν πρυτανικὸν Ἀφὸ τοῦ πελάσθαι, *Propter errores* Pelargi *ab Athenienfibus appellati funt*. Ciconiam autem migratoriam esse avem, docet Petronius ex Publio,

Avis cavi hyemis, titulus tepidi temporis.

V. quoque Plinium *lib.* 10. *cap.* 33. Solinum *cap.* 40. Aelianum *Hiftor. Anim. lib.* 3. *cap.* 23. Basilium *Homil.* 8. Eustathium *Ile xaim.* Alios. Ex recentioribus fic de illis Gaspar Heldelinus, *Illibus Augusti ciconias, ignoscite oratrices, calcebo cognatis eberymas, iter laboriosum illud pernoctis Lunâ ingrediturnae. Priusquam verò mare trajiciant, omnes, quas quidem egri nostri emisere, Athosim, Gallicae flumen, non ita procul à Sexilis Agrisi, vel, ni aliis placet, Sessianis Aris, nimirum ubi Marius Cimbros ferro fudit, congregantur. Illic, habitis inter se publicis concionibus, cum murmurant, exercitum instruunt &c. Caeterùm abiturae Aquilonis secundum flatum prudenter expectant, qui simultaque promiscuitate, tum, cui lege praedicta die, abitum maturavit.* Belloniusitem, Cùm circa *Adrydum ipsum* 24. *die Augusti, ingentem ciconiarum vim conspexi, quae ad tria vel quatuor millia accedere videbatur. Volabant illae à Russia & Tartaria & Helleffpontum agmine decussato transversum trajiciebant. Et cùm suprà Tenedum essent, longo per anfractus tractu se convertebant, donec in circulum omnes collegerunt. Inde principuam à faucibus Propontidis pergerent, in minores aliquot turmas suprà virginis se dissribuebant, & se invicem versus Meridiem sequebantur*, &c. Alii tamen, apud Erythraeum, fic vocatos Pelargos volunt, Διὰ τὰς συδήσεις, *ac ἀδήσεις, quoties vultet, quas ferebant, ciconiarum instar, nigro & albo distinctas.* Sam. Bochartus *Hieroz. Part. Poster. lib.* II. *cap.* 29. V. & in voce *Pelasgi*.

Pelargici Nomi dicti, quafi *Ciconiarae Leges*, quibus liberi Parentes alere jubentur : id quod in Jure quoque cautum est. V. Budaeum *in Annotat.* & suprà, in voce *Antipelargia*.

Pelargus, adde : Hunc Templorum quidam repertorem fe-

runt ; Namque vel Pelasgo, *vel Theffalo, vel Eleuthero, vel Phoroneo, vel Ogygiae Anaxyni, vel Lycaoni*, inventi hujus gloriam tribuit Julius Hyginus *Pab. cap.* 225. ficut *Jamo* id adscribit, Xenon apud Macrobium *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 9. & Q. Fabius Pictor *de Aureo feculo lib.* 1.

Templorum potitor, templorum sanctus reffetor.

Contrà *Pelagus*, mortalium primos, Saturnum victimis placasse humanis, refert Joh. Rosinus *Antiqv. Rom. lib.* 2. *cap.* 16.

Pelecanus vel *Pelicanus*, Hebr. קאת *Kaath*, à πέλω, quia conchas jam absorptas revomit, postquam calore ventris aperta sunt, ut ex iis escularia legat : avis est, onocrotalo adeò similis, ut etiam doctissimi ambas has non rarò confundant. In his Oppianus *Ixeutic.* ubi πελεκᾶν tribuitur κελαρ᾽, *sinus* quidam ante pectus dependens, in quem cibum omnem aliquantisper recondat. Et Bellonius *de Avibus lib.* 3. *cap.* 2. ubi *Pelicanus*, platea, & onocrotalus, pro eadem ave, sumuntur. Eadem ab ardea folo pene rostro differt, quod in extremo latius habet, & in cochlearis formam. Gesnerus, *Videtur sanè mihi pelecanus noster ardearum generi adnumerandus, à quo non tam alio insigni, quàm rostri latitudine, differt.* Item, Albertus *etiam avem, quam cochlearian vocamus* (id est, Pelicanum) *ardeam albam esse putavit.* Aquatica est & longo fimiliter collo : At quorsum, inquiens, in defertis ponitur, cùm dicitur in Psalmo : *Similis factus sum* τῷ Kaath *deserti.* Et Esai. *cap.* 34. *vers.* 11. *Et possidebunt illam* Kaath & *ericius*. Sophon. item *cap.* 2. *vers.* 14. *Etiam* Kaath, *etiam hericius in tabulatiis ejus*: in quibus locis agitur de desolatione Idumeae & Assyriae. An aquaticis avibus, quales sunt *Pelicanus* & ardea, recte assignatur fedes in locis defertis & inaquosis? Sed non omne defertum inaquosum est : Namque & in Marmaricae intimis, quae regio maximè deserta est, ponuntur à Ptolomaeo Cleartis palus, Lacci palus, Lycomedis palus, & in Arabiae defertis, incidentium Hasitae, in aquas *Mara*, & fontes *Elim*, Exodi *cap.* 15. *vers.* 23, 27. Philostorgon verò inprimis hanc avem esse prodiderunt non pauci, inter quos variis Ecclesiae veteris Doctores narrant, occidere natos fuos, eosque per triduum lugere, deinde seipsam rostro vulnerare, & sanguinis sui aspersione revocare ad vitam. Epiphanius *Physiol.* pag. 8. Ἔστι γὰρ ὁ πελεκὰν φιλότεκνον ὄρνεον πάσης πάσης τὰ ὄρνεα, Ὅτε *omnibus volucribus* pelecanus *prolis est amans*. Addit, parvulos à matre nimiis oculis faucia tos emori, sed post triduum matrem accedere, qui doloris impatiens propriam latus percutiat, & sanguine inde emanante pullis vitam restituat. Idem Eustathius *ad l.* narrat, nisi quòd apud illum parens pullos occidit, & mater aperto latere eosdem excitat. Similiter Augustinus in *Psalmum.* 101. Isidorus *Origin. lib.* 12. *cap.* 7. Petrus Damianus *lib.* 2. *Epist.* 18. Vincentius *in Doctrinal. lib.* 16. *cap.* 166. Mich. Glycas *Annal. lib.* 1. Alii : qui omnes Pelecanum nobis exhibent acuto rostro faucianem pectus aut latus & pullos magno hiatu effluentem inde sanguinem excipientes. Sed impofuit Viris sanctis, quisquis primus hanc fabellam mendacio suo adornavit : cùm in Philosophorum libris, qui de rerum natura scripserunt accuratius, tam insignis miraculi vestigia nulla sint. Ut taceam, rcsurrectionem esse suprà naturae vires : & *Pelecanum* non esse aduncirostri, fed latissimi, à quo *platea* illi Latinum nomen, &c. Plura V. apud laudatum suprà Bochartum *Hieroz. Part. Poster. lib.* II. *cap.* 24. & 25. adde Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 50. 83. & 84.

Pelethi & Cerethi, memorantur. Sam. *cap.* 8. *vers.* 18. & 1. Paralip. *cap.* 18. *vers.* 17. ubi *Benajas, filius Jojadae*, dicitur fuisse, *super Pelethi & Cerethi*. Per quae verba funt quidam, qui sanctissimum illud Oraculum *Urim & Thummim* denotatum velint Rabbini, annotante Levi Ben Gerson *ad* 2. *Sam.* 8. de Synedrio seu Synedrio Magno, interpretatur, eosque apunt dictos *Cerethi*, *quia verba sua praescindebant seu breviare jussa pronunciabant*, *Pelethi autem, quia excellebant in factis suis*. Alii verò, inter quos Chaldaeus Paraphrastes, de satellitibus regiis, fagittariis & custoditoribus has voces capiunt : qui lecti videntur, & Pelisthaeis sub jugum à Davide redactis, inter quos etiam *Cerethitarum* mentio est, 1. Sam. *cap.* 30. *vers.* 14. Ad minimum Sagittarii fuere periti, à qua peritia *Cerethorum* nomen forte ortum 1. Sam. *cap.* 31. *vers.* 3. & 2. Sam. *cap.* 1. *vers.* 18. (quemadmodum etiam Creta Insi à Phoenicibus, qui eò colonias miserunt, hinc appellata videtur : nota enim apud Vett. *Cydonia Phoenicia*, & *Cretenses*). Et Fundirores accurati, *Pelethi* proin dicti, uti Baleares quoque Insulae, ob eandem peritiam, à Phoenicibus id nominis forte nactae funt. Burmannus, *ad* 2. *Sam. cap.* 8.

Peleus, adde : Ei, ut & Chironi, Pellaeos in Theffalia sacrificasse hominem, docet Clemens Alexandrinus *Admonit. ad Gentes*. Quemadmodum in Macedonia Aeneatae coluere Aeneam, apud Livium *lib.* 40. Stagiritae agitabant ἑορτὴν Ἀριστοτέλους, in memoriam civis fui Aristotelis, cujus hortatu ac fuasu urbem eam instauravit Alexander M. Cherfonitae Selymn inftituerunt Militiadi, apud Herodotum *lib.* 6. &c. V. Gerh. Joh. Vossium *de Orig. ac Progr. Idolol. lib.* 1. *cap.* 13.

Pelle nudandi holocaustum ritus, occurrit Levitici *cap.* 1. *versu* 6. *Et nudabis pelle holocaustum & illud sectionis concises.*

Pem-

Nempe post victimæ jugulationem sequebatur excoriatio, & dissectio. Ut *Il. a.*

ὀ δ' ἐκδειρε τε θοως
Μηρούς τ' ἐξέταμον

V. quoque Dionysium Halicarnass. *lib. 7.* & Apollonium *Argonautic lib. 1.* Quod tamen in holocaustis non semper observatum est, ut quæ cum ipsa *pelle* in ignem nonnunquam conjiciebantur. Unde Plut. *Sympos. lib. 6. Problem. 8.* de tauro Eubœsti Deæ oblato , Καλεσαντες ανθρωπους ολοκαυστουν , *Percussum enim cum ipsa pelle in holocaustum offerunt.* Et Lucianus *de Sacrificiis* , Επι πασι δε μη πολε ανακαυσας , εντιθεις φησιν αυτη δορα τοις αλγα , ως καλε εχοντα τ' ακβαθαι , *Igni post omnia accenso , caprum cum ipsa pelle illatum , & ovium cum ipsis lanis imponis.* Ita in Sacrificiis pro peccato, juvenci pellis crematabat una cum carne , sed extra castra Exodi cap. 29. *versu* 14. Levitici *cap.* 4. *versu* 11. & *cap.* 8. *versu* 17. ut & pellis vaccæ rufæ , Numerorum *cap.* 29. *versu* 5. At holocausti *pellem* servari voluit Deus & Sacerdoti dari , Levitici *cap.* 7. *vers.* 8. unde Sacerdotum fuit , excoriare victimas. Ita tamen , ut iis Levitæ adhærent , & tres exigeret , a Patre *Calip. cap.* 29. *versu* 34. & *cap.* 35 *versu* 11. &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoici pari. prior. lib. II. cap.* 33. & supra ubi de *Excoriatione.*

Pellex, pro *manica* seu pera viatoria, Italis vulgò *Vallisia*, quòd è *pellibus* conficeretur ; Paulus in *l. de Tapetis.* V. Turnebum *Adversar. lib.* 13. *cap.* 4. Pro *tentoriis* passim , ut dictum suo loco : cujusmodi *pelles* per decades venundari consuevisse ; discimus ex Treb. Pollione in *Claudio* , *Herbarum , quantum satis est , pellium tentoriarum decades triginta , mulos nonnisi S. C.* Videtur autem decuria una ad tentorium unum sufficeisse, ideoque hoc numero vendi emique solitas. Sed & aliæ res multæ per decurias similiter venundatæ apud Auctores occurrunt. Sic decades chartarum , apud Anastasium *in Sylvestro* : *Chartas decadas centum & quinquaginta : aromatum libras* cc. &c. Calaubonus & Salmasius *Not. ad Pollionem.* V. quoque infrà in voce Pellis.

Pellex , antiquis proprie ea dicta est , *quæ uxorem habenti pellit*, Fest. Huic nomen conflixit Numa , Lege hac : *Pellex , aram Junonis. ne tangito. si tangit. Junoni crinibus. demissis. agnum. farcinam. cædito.* Cujus unius legis reliquias , ex toto Jure Papiriano, extare in libris Jurisconsultorum, apud Paulum affirmat Jac. Ravardus *lib. de Auctoritate Prudentium* , ibi se scripturum esse ait : *Gravius Flaccus in libro de Jure Papiriano scribit, Pellicem nunc vulgò vocari , quæ cum eo , cui uxor sit , corpus misceat. Et hanc legem sic interpretatur , Pellex aram Junonis ne tangito , id est , Pellex nullum matrimonii nullius jus usurpet , crinibus demissis , quod tristitiæ signum erat , Junoni agnum farcinam cædito sive mactato.* Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 5. Unde colligit Gellius *lib.* 4. *cap.* 3. Pellicem appellatam , prosbosamque habitam eam , quæ junctæ consuetudine esset cum eo , in cujus manu mancipiove alia matrimonii causa foret. Junonem autem, talis , non Venerem , infestam habebat : quia Venus ad quæstus corporis, etiam legi vetitos , se extendebat , inde autumo remperibus neodum nomine nota erat Romæ , unde *in carmine huic quidem Saliorum Veneris ulla , in cæterorum castessium , haus celebrata* , Cincius apud Macrobium *Saturnal. lib.* 3. *cap.* 12. Juno vero nuptiarum Præses censebatur. Ovidius *Epistola Hypsipyles* ,

Non ego sum furtim tibi cognita , promuba Juno
Adfuit.

In hujus itaque honorem cum comere capillos solitæ essent muliceres , juxta illud Tibulli *lib.* 4. *Eleg.* 6.

Lava tibi est hodie , tibi fe lectissima compfa ,
Stares ut ante tuos conspiciendus focos :

magnum probrum erat *demissis capillis* , ad aram ejus, adstare, Anton. Thysius JC. *Nosis in Gellium loco cit.* Et hujus rei rationem addit Servius Pellicem ut Regis Numæ , qui nullum matrimonii nosceret concubitus Numen, nisi legitimi cui Juno præesset. Nam, ut constat ex Dionysii *Antiquitatum lib.* 2. nec Romulus , nec Numa , admisere Græcoloruin fabulas , de commerciis Immortalium cum mortalibus , quibus homines ad fœdam possent libidinem concitari: Postea tamen , lapsis in deteriora moribus, Veneris Romani recepere nomen. V. Gerh. Joh. Vossium *de Origi. ac Progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 27. Nomen quod attinet , dici vult Gellius , παλλακης , *id est , quasi παλλακις* : fed ab inusitato verbo *lacere*, quo Lucretius utitur haud semel, propius deduxeris. Hinc enim *pellicere* ; unde *Pellices* , quæ amatoriis servis alienos ad se pellicerent viros. Et ex eodem fonte *pellacem* Ulyssem dixit Virgilius *Æneid. lib.* 2. & *pellacia* ponti, Lucretius. Sunt tamen , qui à *pellendo* dictam *Pellicem* malint , quòd legitimam uxorem , pro virili , à Marito pellat. Tria enim cùm sint conjunctionis nomina , apud Juris Auctores aliosque , *Uxor* , *Pellex* , *Amica* , horum unicum est nomen dignitatis, *Uxor*, *διὰ τὸ ἀφιεσθαι & κύειν* , *Hoc impollitum cubile* , reliqua nomina voluptatis sunt, fed cum aliquo tamen discrimine. Nam honestior *Pellex* est , ut quæ propiùs accedat ad uxoris naturam. Est enim παλλακὴ פִּלֶגֶשׁ Hebræorum, quasi *legitimæ conjugis dimidium* , & ut dicunt ipsi , אשא פלג. Balsamon Conciliorum Interpres , Παλλακὴ δε ἐστι ἡ νομιμως τινι συζωσα χωρὶς γαμου· ἡ δ' ἐστιν γυναικαρι φίλη λεγεται , *Pellex vero est , quæ legitimè alicui cohabitat, absque nuptiis : ut mihi lunella , Amica dicitur.* Voces *Concubina* & Παιδικαὶ , modò pro *Amica* , modò pro *Pellice* usurpari , observat Salmasius , apud Auctores juris tam Civilis , quàm Canonici , *Not. ad Spartianum in Ælio Vero.* Apud Athenienses *Pellices* dictæ funt uxores , quæ cives non essent : Peregrinarum enim in illa Rep. nuptiæ non erant , non liberi legitimi ; fola civis fobolem procreabat replebatque liberis civitatem : quæ lex cùm tactio consensu antiquata esset ante Pericles tempora , quemadmodum & inscriptiones amnestiæ obsolevit, peffimo Pericles ipsius exemplo , instaurata deinde est , post exactos Urbe 30. Tyrannos , ab Aristophonte Rhetore, Euclide Archonte , his verbis : Νόθοι εἶναι τὸν μὴ ἐξ ἀστοῦ γεγονότα , *Qui matre vive natus non erit , nothus esto.* Unde è Demosthene , ὧν τοῦ καλὸν Νεαίρας , docet Athenæus *lib.* 13. Τὰς μὲν ἑταίρας ἐσθιέιν ἐπὶ τοῦτο ἐγκλήμ , τὰς δ' παλλακὰς τὸς ἐφ' ἡμέρᾳ παλλακεύειν , τὰς δ' γυναῖκας τὸ παιδοποιεῖσθαι , ubi luculenter ostendit, quid discriminis fuerit inter Meretricem , Pellicem atque Uxorem. V. Samuelem Petitum *Comm. in LL. Atticas lib.* 5. *tit.* 4. & supra in voc. Pellices, *Concubina*, item *Nothus*. Secernebat autem à Concubinis seu *Pellicibus* Uxorem Dotis datio , ut in palliato Plauti *Trinummo* ,

——— *Sed ut inops*
Infamis ne sim , ne mihi hanc famam differant , me
Germanam meam Sororem in Concubinatum tibi
Sic sine dare dedisse magis , quàm in Matrimonium.

Eratque Dos certissimum nuptiarum legitimarum argumentum , cùm *dotatas esse fœminas ad subolem procreandam , replendamque liberis civitatem maximè sit necessarium* , ut inquit Pomponius. Quare eleganter Artemidorus Filiam cum creditore comparat , quæ grandis dotem poscit : & legitimam fuisse Pyrrhi uxorem , Nicodemi sororem , negat Ilæus ὁτι τὸ ἀδελφὸ τὸ Πύρρε πλαῖα , quia sorori Nicodemus dotem non dixit , non dedit &c. Neque tamen Concubinæ & *Pellices* omnino à *matrimonio* erant : legitimas enim Uxores imitabantur. Unde in modò laudata Ilæi *Orat.* ἐπεὶ γὰ οἱ ἐκ παλλακὶδ. διὰ ταῦτα τὰ ἐωῦτῶ , πάντες αὐτέτεροι διομολογῆσιν αὐτὸι τὸν δόθεντ ἔρβιον τοῖς παιδικαῖς. Ita filiæ nothæ , quæ legitimæ uxores civium Athenien sium esse non poterant , sed *Pellices* tantùm , τὸ νόθαι , mille illas drachmas , quas è bonis paternis auferebant , ad eum , cui jungebantur , adferebant virum. Hinc Ilæus illi Philæ , quam Xenocli Cyprio elocavit Dinibus , dedit *in quasi dotem pellices loco*, ἐπεὶ Ἀτιμον Petitum *Opere præf. lib.* 6. *tit.* 1. & 2. Apud Hebræos *Pellices* seu פִּילַגְשִׁים erant tum ante Legem , ut legimus de Nachore Genes. *cap.* 22. *vers.* 4. de Abrahamo Genes. *cap.* 25. *vers.* 6. de Jacobo *cap.* 35. *vers.* 22. de Eliphazo Genes. *cap.* 36. *vers.* 12. unde Tertullianus *de Unis Nuptiis ad Uxor. lib.* 1. *cap.* 2. *Sanè apud Veteres nostros , ipsisque Patriarchas , non modò nubere , sed etiam plurisariam uti matrimoniis fas fuit , erant & Concubinæ* : Tum post. Quarum illas quod attinet, de jure Noachidarum, tales nonnisi incestuus duxerat, aut saltem dignitatis tantùm minoris (ubi v. g. ancilla esset vel generis obscuri) ratione, ab Uxoribus differebant ; Jugalis autem contractus nodusque utriusque idem ipse fuit. Unde Cetura , quæ in Paralipom. *lib.* 1. *cap.* 1. *vers.* 32. dicitur *Concubina* Abrahami , à Mose vocatur אִשֶּׁת *Uxor*, V. Augustinum *de Civ. Dei lib.* 16. *cap.* 34. & Tertullianum *de Adamogam. cap.* 6. Namque tum , in consensu solùm & concubitu , modò ad vitæ conluetudinem tantùm utcunque habebatur , matrimonii fubstantia consistebat. Iftas quod concernit, in universùm *Pellices* ab Uxoribus distinguunt , pactis dotalibus & sponsalitorum solennibus : Hinc sæpe occurrit illud in *Genava* utraque, *Uxores sunt cum pactis dotalibus & sponsalitorum solennibus* , *Concubinæ nempe his neque illis* &c. Quemadmodum autem , ubi plures uxores , ibi etiam concubinæ plures mixtæve concubinæ & uxores licitæ (ut apud Hebræos & fere in Orientalibisque apud Mahumedanos) fuere , ita , ubi unicam duntaxat uxorem fuperstitem(ut apud Christianos & civiliores Europæ ante Christum gentes) liceret habere , ibi & unica olim concubina , id est , sine solennibus præviis uxor , sed ufu tamen factis concipiendi, permissa fuit , quam non magis , ac uxorem , repudiare faserat, cùm se, nomine magis & solennibus , quàm re, inviceim distarent. Jurisconsulti Græci *Basilic.* Παλλακὴ ἐστιν ἡ συζωσα τινι ἐν τῷ νόμῳ ἀνδρὶ, γαμίαν χωρὶς γάμου , *Concubina est , quæ cum aliquo in ædibus cohabitat , sine matrimonio legitimo* ; i. sine formulis Matrimonio præscriptis. Et vet. apud Harmenopulum *constitut.* Cæ/. Concubinatus , qui κατωνία τὸ παιδικὸν ibi dicitur , nomine γάμου ὄντι ἀνωτέρω , feu *Matrimonii indecori* , designatur. Hinc Julius Paulus fub Alexandro Sev. id est , antequam in Imperium Rom. Christianismus receptus est , *Eo tempore* , inquit , *quo quis uxorem habet , Concubinam habere non potest* , aliàs licitam , ut uxorem sine solennibus. Neque verò ingenua co æno, sed tantùm ancilla, liberta , libertinave, in concubinaru ita propriè dicto , potuit esse , sine testatione manifestum hoc faciente ; quæ si accederet , nullis aliis adhibitis solen-

nibus,

nibus, Ingenua, *Concubinæ* nomine depositò, *Uxor* honoris causâ dicebatur. Cæteris, quæ ingenuæ non erant, concubinis, ut inferioræ dignitatis nots, appellatis, & solâ animi destinatione sui affectione æstimatis, Ulpian. *l. 3. ff. de donat. inter virum & uxorem.* Instauratum postea est jus illud, quo reas erat uxorem simul ac concubinam (i. alteram cum solennibus, saltem testationes satis manifestis, alteram sine hac, sine illis, sed ut amque conjugem) habere, idque tum à Constantino M. *l. unic. de Concub.* tum à Justiniano *Novell. 18. cap 5. & 89. C. 12.* Etenim velut in diversa sub uno tempore conjugia convenire, ad Hebræorum morem, id detestandum, &c. V. Joh. Seldenum *de Jure Natur. & Gentium lib. 5 cap. 7. & lib. de Successi. in bon. cap. 3.* ubi de successione liberorum è *Pellicibus* susceptorum multa habetur. Addimus salem ex Eod. sententiam Salmasii, quam supra tertigimus, de origine vocis *Illam* Levitam audiorem habere, qui *in Notis ad David. Kimchi Radices, v. סלל, Concubina*, *Pellicem*, *vocatur Pilegesh, quod vocabulum compositum est ex* Pelag Isha, *id est, uxore dimidiata; & Lingua Latina, nihil quin bi- nas habes uxores, harum altera nunquam alteri Pellex*, Quasi *Pellex*, inquit Seldenus, *Pallaca aut Παλλακὴν pro Concubina*, ab Hebræorum jam dicta voce, quod & alii volunt, deducenda est. Et certè *Pellicis* habetur altera notio; quæ ipsam heic Concubinam rectè satis denotat, *L. Maſſurius* 144. *ff. de verb. ſignif.&c.* Nec omittendum, Sapientiores Gentilium non latuisse, *Pellicatum* rem esse turpem & licèt non civilibus Legibus, honestati tamen & rationi repugnantem. Unde non nullorum fidei conjugi datæ curam marito habendam, ac ipse ab uxore deposcat, graviter monet Seneca *Epiſt. 94. Scis*, inquiens, *improbum esse, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Scis, ut illi nihil cum adultero, ſic nil ſibi eſſe debere cum pellice. Et Epiſt. 95. in uxorem graviſſimum injuria genus Pellicem eſſe*, dicit. Atque hinc Syræ anus fervæ, honestatis hanc atque æquatis paritatem considerantis, apud Plautum *Mercat. Act 4. Sc. 6.* hæc in verba queritimonia:

Exaſſor ſeje durâ vivunt mulieres,
Multoque injuriæ miſeræ, quam viri;
Nam ſi vir ſortium duxit, dum uxorem ſuam,
Id ſi reſcivit vxor, impune eſt viro;
Uxor viro ſi clam domo ſit egreſſa foràs,
Viro ſit cauſa, exigitur matrimonio.
Utinam leæ eſſes eadem, quæ uxori eſt, viro!
Nam uxor contenta eſt, ſi habet bona ab eo cum viro,
Qui minùs vir una uxore contentus ſit, &c.

V. Tob. Pfannerum *System. Genill. Pariiv. cap. XI. §. 24.*

Pellicari, apud Ugutionem, qui *pelles* parant, & vendunt. *Gloſſ.* Gr. Lat. Δερμοπράϐας, Latinis *Pellones*, quorum meminit Paternus *l. ult. ff. de jure immunit.* & *l. 1 Cod. de excuſ. artiſ. lib. 10.* Alexander item Severus apud Lampridium, *Habuit in animo ne exoletus vicirei* —— *Bracteatorum* (Scaliger & Salmasius legunt *Bractiariorum* vel *Bracteariorum*) *Limonum* (qui à Limcariis distincti & Λίνυφα dicebantur Græcis) *Viriariorum* (Palatinus cod. habet, *Virlariorum*) Pellionum, *Plaustrariorum*, *Argentariorum* (qui argentea vala cælabant & alio opere fabricabant) *Aurificum & cæterarum artium vetligal pulcherrimum . inſtituit, ex eoque juſſit thermas & quas ipſe fundaverat & ſuperiores populi uſibus exhiberi* &c. *Vicus Pellipariorum*, memoratur Hieronymus apud Wilh. Tyrium *lib. 14. cap 18. Fratres Pelliparii*, in Monasteriis, quibus pellicearum Monasteriarum cura incumbebat, in *Statuti* Ordinis Sempringhamensis *pag. 715.* apud Car. du Fresne *Gloſſar.*

Pellis, an à *pellendo*, quòd externas injurias pellat: an à *pilis*, quòd pilosa: an ab Hebr. פלא, quod in *Niphal* significat *tegi?* cæterum animalium corporibus detracta, primis Parentibus, post lapsum, in usum cessit, frigori aliisque aëris injuriis expositi corpori vestiendo, *Ipſe enim Deus Adæ & Uxori ejus tunicas pelliceas feciſſe & induiſſe eos*, Genes. *cap. 3. verſu* 21. Sicque Proteus entes nostros docuit, quo pacto in posterum nuditati suæ propriis jumento accedere, utcunque consulere possint. Et quidem, cùm & alias Deo vestiendi rationes suppeterent, videtur tamen hanc præstulisse, partim quia commodissima, ad aëris inclementiam arcendam; partim ut homini, conspectu *Pellis* mortuo animali detracte, mortalis sua conditio semper oculis observaretur. Proin leginus quoque *Pellicea* vestis usum Eliam 2. ſeu 4. Regum *cap. 10. verſu 8.* In gentibus etiam antiquitus, Heroum habitus *Pellis* Leonis fuit, Virg. *Æn. lib. 9.*

Duc Nilo Menelthæus Pelleis, horrentisque leonis
Exuviis:

cujus usus hodieque Turcis ac Matris pro pallio esse dicitur. Ac Heroinas itidem gavisas esse *Pelle* Tigridis, cognoscimus ex illo ejusdem Poetæ *lib. 11. de Camilla*,

—— —— *Pro magnæ tegmine pallæ*
Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent.

Nec alia vestè Gymnosophistas, Indorum Philosophos; Scythas, Persas, primos quoque Romanæ Curiæ Senatores, usos fuisse, deprehendimus, apud Platonem *in Protagora*, Cic. *lib. 1. Tuſcul.* Strabonem *l. 15.* Herodot. *l. 1.* Propert. *l. 4. Eleg. 1.* &c. Quin multis post seculis, media in Græcia, fines rusticos *Διφθέρας*, sive *Pelle* indui consuevisse, liquet ex Aristophanis *Nubibus Act. 1. Sc. 1.* & Pollucc *lib. 4. cap. 19. ſect. 3.* unde hi Comicis Διφθέραι dicti. Sagum nempe id erat, seu exterior vestis, quæ exonisti injiciebatur. Βαῖτη quinque & *Melote* dicta, e capratum *pellibus* confieri solita, ut docet Varro *de R. R. lib. 2. cap. 11. Neque non quædam nationes harum (i. caprarum) pellibus ſunt veſtitæ, ut in Gætulia & in Sardinia. Cujus uſum apud Græcos quoque Græcos fuiſſe, apparet, quòd in Tragœdiis fenes ab hac pelle nomen ſuum Διφθέραι, & in Comœdiis, qui ruſtico opere morantur.* Imo nec in servis solum hic usus manisit, f d & ad Ingenuos transiit, qui ipsi usmodi vestes adhiberunt, pluviæ tempore, ut scortas Paenulas Romani. Proin Laërtius tradit, Anaxagoram profectum in Olympiam, sudo ac ferono cœlo (εὐδίᾳ καὶ ὄμβρῳ, quasi brevi erupturi pluvia, fregue eventiſe, V. Oudav. Fortarium *de Re Veſtiar. lib. 4. Parisi 2. cap. 21.* Et ex aquinis *pellibus* Germanorum thenones fuisse, docet Cæsar *de bello Gall. lib. 4.* & Sallustius *in Hiſtor.* quod nomen accepere Galli & inde Germani, à Massiliensibus: hìà Græcis, quibus *ſinus* agni sunt, V. Veslium *in Origin.* Hunnos *indumentis operiri limeis vel ex pellibus ſylveſtrium murium confarcinatis*, scribit Ammianus *lib. 3.* idemque de Hungaris narrat Jornandes, *de Reb. Getic. cap 5.* Scytharum magnam partem *vergis vaſtiam ac murinis* sua quoque ætate operiri, docet Seneca *Epiſt. 90.* Geras similiter tectos fuisse, notum: unde *Reges pelliti* Sidonio Apollinari *in Conc. Pellitorum turba ſatellitum*, eidem *lib. 1. Epiſt. 2.* & Ovidius passim *in libris Triſtium & Ponto*,

—— —— *Pellitos inter agenda Getas.*

Hodieque omnes pæne Septentrionis incolæ, sed potissimùm Germani atque Sarmatæ, si vestrium murium pellibus induuntur, quem luxum reprehendit Helmoldus *Chron. Slavorum lib. 1. cap. 1.* Pretiosis enim *pellibus* muris Ponticis aliisque, non nisi Senatores ac Principes usos esse sua ætate, indigitat Acron *ad Horat. lib. 1. Satyr. 5.* Qui mos posterioribus seculis cùm transiisset ad Romanos Cardinales, in illos ita invehitur Petrus Damianus Ostiensis *lib. 2. Epiſt. 2. Cùm domeſtici mures noſtris affectibus fordeant, trans- marinorum pelles, quia magno pretio comimuntur, obtectam: Oviam itaque & agnorum exu via diſſicientium, Ermelini, Gebelini, Martiones exquiruntur, & Vulpes.* Et paulò post, *Nec non reclinatur in vulpeculis Chriſtus, dormit ſub vulpinis pellibus Chriſtianus: Reſpuit animalia Redemtoris mundi vocabulo decorata &c.* Ita quod neceſſitatis priùs erat, postea in luxum versum est. Interim Lappones Bothnienſesque *preciuſis veſtiri pellibus*, non modo ornatus *causâ*, *ſed & neceſſitatis*, discimus ex Olao Magno *Hiſtor. lib. 4. cap. 4.* Porrò & caput *pelle* hædinâ, vel aliâ, conregebant antiqui, ut hodieque consuetudo est calvis; Atque hinc festivè Martialis *lib. 11. ad Phœbum*, *lis capna ipſe calcearium* ait: Et pedes, quos, terrâ ex divina comminatione spinas ac tribulos proferente, ipsum jam sic munisse Adamum verisimile est. Et quidem rudiore ævo crudæ *pelles huic uſui* inserviebant, ut testatur Xenophon *Anabaſ. lib. 3.* & Angelus Politianus *Miſcellan. cap. 2.* Idemque legimus de vulgo Romanorum, cui *Perones*, calcei genus pæne seu facco simile, per nives & lutum eunti, in usu fuere diu: cùm Senatoribus ac nobilioribus calcei ex aluta confierent, molliorique corio; quos tamen & *Pellis* nomine nudo insignit aut Poetæ. Martialis *lib. 1. Epiſt. 5.*

Lunata muſquam Pellis, & muſquam toga.

Horatius *lib. 1. Satyra 6.*

Nam ut quisque inſanus nigris medium impedit crus
Pellibus.

Producebantur enim usque ad medium crus. V. Ben. Balduinum *de Calceo cap. 2.* Nec alius antiquitus mensarum ornatus fuit, quæ, cùm sequiori ævo magnifico tapetum apparatu & byssino periscromatis integerentur, priùs ferarum *pellibus* solebant itemi. Hinc apud Virgilium Latinus hospitem,

—— —— *Villoſa pelle Leonis*

Accipit:

Et uxor rustica, apud Juvenalem *Sat. 6.* thorum sternit

Frondibus & culmis vicinarumque ferarum
Pellibus.

In iisdem stragulis & cubabant priſci, unde *dormire*, pro *dormire*, à *δέρμα i. pelle*. Duces quoque ac Imperatores exercituum, ut de Agesilao docet Corn. Nepos *in ejus vita*, & Tubertone Cic. *pro L. Murena.* Æliamus etiam *Var. Hiſtor. lib. 13. cap. 14.* Ἴτε δὲ ἀφ' τῆ Λιβύῃ τοιωσοὶ μὲν οἱ ἄφοπλ τῶν τοξοφόρων, ψοφὶ δ τὰ τῶν κρὸ, πᾶσι δὲ τὸ σῶμα, *Stratis autem teſtoſque utebatur ferinis pellibus, cibo earundem carnibus & aqua.* Tractò à civili rusticaque vita ad bellum, ubi multiplex non minùs *Pellium* utilitas. Nam loricæ primitus ẽloro, uti nomen indicat, ſi Varronem & Veterum alios audimus. Maro *lib. 11. de Ænæa*,

Cui Pellis latos humeros exenta juvenco
Pugnatori operit.

Et Silius *lib. 8.*

Pectora pellis obit caſi à venatibus uſi.

Nec dubium, quin & Ægis primò fuerit è pelle αἰγὸς i. *capræ*: cui postea

postea thorax ex annulis ferreis fuccesit, donec prælatus ille ex solida lamina. Galeæ itidem primò ex corio musteæ domesticæ, quæ Græcis γαλὴ, unde γαλεὴ; è canis pelle, unde κυνὴ: è lupinis exuviis, unde λυκὴ, è musteæ sylvestris corio, unde ἰκτιδὴ &c. confectæ sunt: donec & κυνὴ & Galeæ vox latius extenfa. Ocreæ quoque primitus è corio fuere, postea demum ex ferro, teste *Ifid. l. cap. 17.* Etiam in bello ufu *pelta* hæreat; ut & panthe æ; ficut de Evadnio Maro habet *Æneid. lib.* 8. de Polonis Cromerus *Hiftor. Polon. lib.* 1. *Cultui verò pelles fubmiffras Panthera, five is fit pulpus Cervarius* (Ris appellatur à noftratibus) *maculofus ventre & pectibus.* Nec corpora modo *pellibus*, & olim & hodie, tegere in bellonos, fed & arma. Ut enim de vaginis enfium taceam, clypeos quoque & fcuta coriis fuiffe veftitos, legimus apud Siliam de Saguntinis, apud Hyginum de Falifcis, quos uterque in fumma fame cutis clypeisque *Pelles* detraxiffe refert, ut cibo eflent, quando præfidio effe non poffent. Triplicem iftiusmodi clypeum Mezentio adicibit Virgilius *Æn.* 10. ἐκτενέσιον feu feptemplicem Ajaci Ovidius *Metam. lib.* 13. Ut fundas & amenta jaculorum omittam, tentoria è *pellibus* luiffe notiffimum. Quod à Romanis in Vejorum obfidione primò fictitatum, contendit Livius *Decad.* 1. *lib.* 5. circa annum ab U C. 327. ut & Florus *lib.* 1. *cap.* 12. inquiens, *Tunc primùm hiematum fub pellibus.* Diuque ea conftuetudo retenta: ut patet ex Cæfare, *lib.* 3. *de bello Gall.* & *lib.* 3. *cap.* 4. fub Nerone, apud Tacitum *Annal. lib.* 13. fub Theodofio, Lat. Pacato teste in *Panegyr.* V. quoque Amm. Marcellinum *lib.* 9. & Flav. Vopifcum *in Aureliano.* Imò mil tibus officio negligenter functis pœnæ loco inquifitum, *ne tentoriam ex pellibus haberent*, Val. Max. *lib.* 8. *cap.* 2. Quem morem, ut & plura alia à Græcis Romanos mutuatos effe, credibile eft. Namque de Alexandro M. Curtius *lib.* 7. *Sæpe* Pellibus *tabernacula alteratus, ne confpectus hoftium ignes*; & Artianus *lib.* 1. *de geftis rebus, Tentoria militum erant ex pellibus. Veri materia repleta.* V. eundem *lib.* 3. Quare propter tam multa illic coria in re militari ufum, Druíus, apud Tacitum, Frifiis imperavit, ut tributi loco tergа boum præberent: eodemque fine Boiphori accolæ quotannis Imperatoribus Græcis pependerunt τὰς ἐυθλώκας ἢ βοὸς, *tributum boum*, ut eft apud Georg. Cedrenum in temporibus Juftiniani M. pag 302. &c. Sed & in facris *Pelles* admittæ. Quamvis enim Gentilibus, quibus mortua omnia videbantur immunda, feortea, h. e. feortis fuve pellibus facta, nefas erat infere Carmentæ facello. Ovid. *Faftis*, *Scortea non illi fas eft inferre facello*, *Ne violent puros exanimata focos.*

Unde nec Coriariis domicilium olim in Urbe Roma, fed extra eam erat: Manedas tamen five Bacchæ, ut in Græcia nebride, five *Pelle* cervinâ, fic in Thracum orgiis indebantur pellibus vulpinis, quam ob caufam Bacchus *Baffareus*, Bacchæ *Baffarides*, Thracicè vocatæ, *vulpem* memorante, dicti funt, ut docet vetustus Perfii interpres. Et cui ignota in Templis cæterum ovium pellibus incubandi, ut facra fic fomnia captarent homines de futuro fciscita, fuperftitiofa conftuetudo: quam ex veteri in *pellibus* dormiendi more tractam, & apud Romanos usque ad Gratiani etiam ac Theodofii Imp. tempora, ufitatam fuiffe, ex Prudentio *in Hamartigenia*, docet Voffius *de Orig. ac Progr. Idolol. lib.* 3. c. 37. Sed hæc de re V. fupra, in voce *Mediaſtra*. Nec omittendum, quòd feribi olim ſolitum fuerit in *Pellegia* five *pellibus*, ut notus hodieque chartæ Pergamenæ ufus, de qua fic Hieronymus *Epiſt. ad Chromatium* : *Charam defuiſſe non puto, Ægypto miniſtrante commercia. Et ſi alieni Ptolomæus maria clauſiſſet, tamen Rex Attalus membranas à Pergamo miſeras, ut penuria charta Pellibus perſcribatur*: ovillis nempe, ut docet Martianus Capella *lib.* 2. Hinc Martialis *lib.* 14. Epig. 199.

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens.

Et *Epigramm.* 185.

Ilias & Priami regnis inimicus Ulyſſes
Multiplicì pariter condita Pelle latent.

V. Voſſium de *Arte Gramm. lib.* 1. *cap.* 38. & infrà in voce *Pergamena.* Adde & *pelliceas* ſcuticas, quibus idcirco à Gr. σκύτη, nomen; Ut & *ex-ταυρέα* Lat. *Taurea*, quam proin Plautus *Aululariâ Actu* 4. *Sc.* 1. *confonem bubulam* dixit: & *Aſſiſtellaria Actu* 4. *Sc.* 1. *aſſitiare bubnilis exuvias.* Item capetes ex *pellibus* auro pictis, quibus hodieque Italici patrimus, populentiores pariétes veſtiunt; nec marſupia ſolùm, fed etiam è corio nummos; de quibus Donatus videndus in illud Virgilii *Æn lib.* 1.

Taurino quantum poſuit circumdare tergo.

Pluraque alia, quæ omnia recenſere longum foret. V. Gerh. Joh. Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 3. *cap* 70. & Thom. Dempſter. *Paralipomenis in Joh. Roſinum lib.* 5. *cap* 31. C. Paſchallium in primis *Coronar. lib.* 9. *cap.* 23. 24. 25. & 26.

Pellita Ovis, apud Varronem *de Re Ruſt. lib.* 2. *cap.* 2. quænam, vidimus ſuprà, in voce *Ovis Pellita*. Apud Polluceum, candyn regium Perſarum *pilleum*, è *pellibus* aliquando ad opſe *pellium* etiam fuiſſe, ſeguimus *lib.* 7. c. 13. Quemadmodum Ducalis quoque Pileus in Germania hodieque *pellitus* eſt, nullis gemmis, unionibus, lapillis conſpicuus, fed notulis ſolùm five punctulis nigris, velleri ingenitis, inſpersus. Veluti ad imitationem galeorum militarium, de quibus Virgilius *Æneid. lib.* 7. ait,

——— fulvoque lupi de pelle galeros
Tegmen habes capiti ——

Imò Heroas non nifi *pellitos* antiquitas exhibet uti de Hercule difcimus ex Euripide *Hercul. Fur. Actu* 1. de Ave-tino, ex Virgilio *Æneid. lib.* 8. de Evandro, ex eodem, *lib. feq.* de Onito fit item, *lib.* 11. de Adraſto, ex Statio *Thebaid lib.* 4. de Argo, ex Apollonio Rhodio *lib.* 1. de aliis, alibique. Unde Sibas, genuem Indicum, fignum Herculei generis ſervaſſe pelles, quibus amicirentur, adnotavit Strabo *lib.* 15. Nempe generoſiſſimæ cujusque feræ pelles, apud fummos mortalium fuere olim in fummo honore, ut illuſtre argumentum, nunc tegiæ, nunc ducalis, femper raræ ac heroicæ fortitudinis. Cæterùm illæ à mil tia & aulis Regum, tranſierunt ad judicia. Quippe in togatis præliis Judex, velut divina minus, ſtitium portenta conficit. Meritò proin hæc quoque ſummæ poteſtatis inſignia cum Judicibus fuerunt communicata, ut hinc ipſi reddantur auguſtiores, ipſaque adeò judicia rara & ſanctiora mortis originem aperit è Claudiani hoc verſu,

Mavens captivæ pellito *Judice Leger :*

Car. Paſchalius *d. l.* ubi hanc in rem plura. Sed & *Pellici ſatellites* apud Sidonium Apollin. *l.* 1. *Epiſt* 2. Gothi dicuntur, Protectores Regii coporis; quòd *pellibus* in incrtentur, V. Savaronem *ad l. &c.*

Pellonia, Dea *pellendorum* hoſtium, Romanis in veneratione, de qua V. Jo. Rofinum *Antiq. Rom. lib.* 2. *cap.* 16.

Pelorus, apud Silium, ubi de Laelii Scipionis, *lib.* 16.

Tortius æquatâ currebat fronte Pelorus
Caucaſus: ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Adplauſa blandos fonitus, clauſumque cruento
Spumeus admorſu gaudere frenibus. Ater,
At docilis fræni & docilis parere Pelorus
Non unquam effuſam ſtrandos devius axem;
Sed lævo interior ſtringebat tramite metam:

equus eſt Circenſis. fuo tempore celebris, & quidem funalis ſinifter, in quo præcipuum victoriæ momentum erat. Hinc licet utrumque funalem equum in quadriga Iberi agitatoris nominatim commendet Poeta, in certamine tamen obeundo, ubi ſpes victoriæ allub. ſcit, cui incumb. ndum eſt, tum Pelorum ſolum mox alioqui ſtre & animare conatur agitator, ut ex quo potiſſimum victoria pender ti:

Attonitus tum ſpe tantâ, genitore Pelore
Te Zephyro edutum, nunc nunc offendere tempus &c.

A Peloro Siciliæ prom. nomen nactus, quemadmodum *Caucaſus*, à monte ſimiliter dictus eſt. Salmaſius *ad Solinum pag.* 898.

Pelta, non minùs ac Cetra, breve ſcutum: Cetris enim non diſſimiles *Peltæ* fuiſſe Eruditi obſervant. Formam ejus è ſcribit Xenophon apud Pul. Polluc em *Onomaſtic. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 6. πέλτην Ἀσσύριον, ὃν ἔφοι Σκυθῶν, σκηνοποιὰ κατὰ πτῶλιν, *Pelta Aſſyrica, ut Xenophon inquit, ludere filis ſimilis eſt.* Plinio *lib.* 12. *cap.* 5. *Eſtorum* (ſcitu Indicæ) *lanius ſe pectæ Amazonicæ effigiem habes.* Lutatio Placidio ad Statium *Thebaid. lib.* 7. *verſ.* 145. *Suis Amazonum, quas* Peltas *vocant, in modum Lunæ formata ſunt*; cui ſimil a habet Servius ad *Æneid. lib.* 1. *verſ.* 494. V. Lipſium *in Analectis ad Milit. Rom. lib.* 3. *Dial.* 1. *ubi ex antiquo marmore* Peltæ *iconem exhibet*, & ex illo ſlancar tum *Nouis in Curtium l.* 3. *cap.* 2. Amazonum fuere propriæ, ut præter dicta Surton. *Nerone c.* 44. docet : *Securibus peltaſque Amazonidis inſtruendi.* Ovid. *Amorum lib.* 2. *Eleg.* 14. Claudianus de *Raptu lib.* 2.

Qualis Amazonidum peltis *evultat ademtis*
Puſtbra cohors.

Statius *lib.* 5. *Sylv.* 1. *verſu* 87.

Velles Amazonia latus intercludere Peltâ &c.

V. quoque Sinyneſium *lib.* 1. *verſ.* 147. Imò adeò huic genti amatæ, ut ſepulchrum etiam Reginæ earum Antiopæ hic formâ ſcuti in Græcia terra, tradat Pauſanias. Ad alias inde gentes tranſfere. Et quidem in Græciam hoc ſcutigenus, amotis vagrantibus clypeis, quales Heroum, Hercul s, Achillis, Ajacis, Æneæ, fuiſſe, ex plurimis iis inſculptis rebus, docent Homerus, Heſiodus, Virgilius ; primus invexit Iphicrates, ut in ejus *Vita* videre eſt, apud Corn. Nepotem, ad quem V. laudatos Joanni S. varonio *de Peltis* auctores. Etiam apud Romanos eorum uſus. Livius *Dec.* 4. *l.* 1. *Nec te arcuum, quas* Peltatos *vocant, ſon opportuna, inter bina caſtra, in inſidiis abſiderat.* Alios. Plinius Silius Panicorum *l.* 2. ——— *Innati Balearibus armis.*

Abbo *de Obſid. Pariſ. Lutet. l.* 1.

Vah! multosque tenus Danos, plures quoq; peltas, &c.

Gemmatæ pelta mem. nt præd ctus Silius *l. cit.* V. Thom. Dempſter. *Paralipom. in Roſinum l.* 10. *cap.* 10. præter Auctores ſuprà laudatos. Cæterùm Amazonicus cum Th. acicis perperam confunditur Lipſius, ait Salmaſius, cùm Amazonicor pelta hederæ folio ſimiles, Thraciceæ autem quadratæ fuerint. Namque de his Suidas, Πέλτη, σκύτινον τετράγωνον. Dionyſius quoque Halic rn. *lib.* 2. ſtiusmodi ſcutum quadrangulum & oblongum, ἐπιμήκη σχῆμα vocat: τὸ δ' ἐυπίνων καλέμενον πέλτην ἐρεικίνοις ἐοικὸς φύλλοις ἐπιπλέκει ἰχνοῖς τὸν λαγγίνεα ἱμάντων. Quid à ἐπιμήκη σχήμα ſit explicat Pollux, cùm maculas retinum iſtiusmodi σχήμα efficere tradit. V. Salmaſ. *ad Vopiſcum in Carino* & *ad Solinum p.* 1016.

Pelvis, in facris olim adhibita. Livius *lib.* 27. *cap.* 37. *Tuſcia de*

cælo adest—prodigiumque id ad matronas pertinere Aruspices quum responderent, donoq; Divam (Junonem) placandam esse—donum pelvis aurea fatis latina, in Aventinum, purèq; & caste à matronis sacrificatum. Etiam in divinationibus, quod genus Ἀσκωμαντεῖον dictum; Ἀσκὸν enim Græcis *pelvis* est. Implebant nempe plerumque aquâ, aliquando etiam oleo, vinoque *pelvim*, & ternos lapillos in eam conjicientes, quos orbes ad fundum defendentes facerent, observabant, uti docet Franc. Rosseus *Archæologiæ Asiaticæ lib. 7. c. 1.* De *pelvibus æneis*, ad execrandum, olim hodieque in Oriente, adhiberi solitis, V. supra in voce *Abacinare.*

Pelusium, adde: Pelusia dicitur apud Jul. Capitolinum *in M. Antonino Philos. Sacra Serapidis à vulgaritate Pelusiæ submovit.* Ita enim omnes libri: etiam princeps editio *Pelusiæ.* Sic itaque effet *Pelusia* pro *Pelusium.* Licentiæ enim Vett. egisse notum, in urbium nominibus enumerandis, tum in genere tum in numero, ut τὰ Ἄνυδρα pro *Anydrum: Tyana, Tyanæ*, pro τὸ *Tyanon & Megara Megaræ*, pro τὰ *Μέγαρα*, ac similia. Similiter Πλάτων urbs Thessaliæ & Πλάτεια, Salmasius *ad I. Casaubonus* verò, nec reluctante Salmasio, apud Capitolinum reponit, *Pelusia*, legitque, *à vulgaritate Pelusia, i. Pelusiaca.* Urbem enim hanc Ægypti nemo unquam *Pelusiam*, inquit, dixit, omnes *Pelusium*: unde deductum Gentile variè formarunt. Stephanus, τὸ ἐθνικὸν Πηλουσιώτης, ὡς Σεβηνυσίτης ἀπὸ τῆς Σεβέννυτος. Ἐστὶ δὲ καὶ Πηλούσιος. *Gentile Pelusiotes & Pelusiacus.* Appellat verò hîc *Pelusium vulgaritatem* Capitolinus, cives Pelusiotas, & omnem illam turbam, quæ, Serapæe festivitatis causâ, eò solebat ex cætera Ægypto convenire: in quam & mercimonii causâ concurri consuescebat, tradit Hieronymus, qui *Pelusiacam tonsam*, apud Poetam, interpretatur, contra Vett. Criticorum fententiam, *Non quòd ibi genus hoc leguminis gignatur quàm maximè: sed quòd à Thebaïde & omni Ægypto per ripam Nili illuc plurimum deferatur.* Videntur etiam Ludi *Pelusii*, quorum meminit Tertullianus *de Bapt.* magnâ hominum frequentiâ celebrati. Cum igitur *Pelusiacæ*, obtentu sacrorum Serapidis & religionis ludorum, multa flagitia & fcelera folita effent exercere, ut eorum petulantiam coercèret Marcus, facra ifta illis ademit. Nam alioqui mîrum, facra Ægyptiaca quæ etiam Romæ effent permiffa, urbi Ægyptiacæ ademta fuiffe. Sed populi hujus perverfam mentem & pravos mores etiam proverbio notarunt Vett. Hinc apud Hieronymum *de pius Pelusiota*, ftulti hominis & Martucini convitium eft, alluditque facta non minùs ad mores civium, quàm ad nominis veriverbium. Neque enim Ægyptiaca vox eft, fed Græca: πηλὸς & πηλᾶν, ut docet Strabo, ut fi *Lutetiam à luto* dicas. Et digni fanè fuerunt Pelusiotæ, qui riſum omnibus tollerent, cum fuo illo Deo mirifico, *crepitu ventris inflati*, quæ, ut idem Hieronymus feribit, *Pelusiaca fuit religio, Comm. in Esai. l.12. c.46.* Quò nifi fallor, Lactantius refpicit, quando poft Ægyptios, ob tanpiffimum facrum deditum cultum, reprehenfos, eos etiam quædam *pudenda dictis* tanquam Deos adorare, adjicit, *div. Inſtitut. l.5. c.21.* Inde iisdem *cognomentatione*, à quo, ut & allio, facile ad illa tranfitur. Lucian. *Jov. Tragic. Tom. III.* adpeculiares cuiquæ Ægypti regioni urbive cultores tranfiens, Ἰδοὺ δ᾽, fubjungit, Μυριάδας τὰς ὅλας θεὸς, Πλακουντίους δὲ κρόμμυα, *Cæterùm privatim Memphitas quidem hos Deus eſt, Peluſiotis verò cepe.* Unde rectum Hieronymus *adv. Jovinian. lib. 2. Impelle, ait, ſi vales, Peluſiotem, ut mandúcet cepe.* Et *hoc* fupra ch. *Ut taceam de ſuperſtitioſis & horrido cœno &c.* Quo nomen Voſſius *de Orig Idolol. lib. III. Part. I. cap. 5 ſub fin.* de Ægyptiis ifti credere malit, illos crepitus hos turpes non propriè pro Diis, fed (ut tota fere eorum religio fymbolica fuerit) pro fignis habuiſſe divinæ potentiæ, quia nim. & fervandi, & quando intempeſtivè & pervicacier nimis retinenantur, perdendi hominis habeant poteſtatem, V. Tob. Pfanner in *Syſtem. Theol. Gentil. Pruvior. Cap. I. §. 1.* Ad locum Capitolini addit Gruterus: *Sic Pelusiacæ* fe capere, non ut omnino abſtulerit Imperator Peluſiotis omnibus Serapidis facra, fed ab eis excluſerit vulgus promiſcuum, curâ eorum demandatâ Sacerdotibus tantùm ac viris primariis &c.

Pelynira, pedum faſciæ, apud Græcos, Polluci indigitatæ, ex Æſchyli *Phamiſſis*, à quibusdam calceamentorum ſpeciebus accenſentur: quemadmodum & Dipodia, qui ſocculeorum lanei, & Autopodia ſeu Anaxyrides, quas nonnulli ocreas, alii femoralia ſeu fubligacula, interpretantur. V. Ben. Baldinum *ad Calcon anic. c. 20.*

Penuna, Gr. Πέπλος, quid ſit, A. Gellius docet *l.13. c.11. Nam quæ nunquàm Græci aut τραγικοὶ, ea veteres noſtri Bellariæ appellarunt.* Propriè tamen aliud πέπλος, aliud τρύπημα eſt. *Penuna* compoſitum quid & coctum, unde ei nomen: τρύπημα ſimplex, & ſic ſiccatum, ut uvæ paſſæ, cariceæ, palmulæ & ſimilia, Salmaſius *ad Solinum p.1.33.* V. quoque infrà, in voce *Tragemata.*

Penates, adde: Ut & ſupra in voce *Cubiti.* Rofinus *Penatum* varia recenſens genera, ait quosdam eſſe tutos generis humani, ut Pallada ſummum æthera, Jovem medium & Junonem infimum: Alios coeli, alios cujusque civitatis, alios cujusque domus. Quos in Italiam Deos *Penates* Æneas portavit, quorumque templum in octava urbis regione collocatur, quinam ii fuerint, diſcrepant Auctores. Alii enim volunt, Neptunum & Apollinem illos fuiſſe, quos muros Trojæ exſtruxiſſe conſtat: Alii Veſtam dicunt, alii alios. Dionyſ. Halicarn. refert, ſe vidiſſe Romæ in templo obſcuro & humili, non procul à Foro, ſimulachra Deorum Trojanorum, cum hac inſcr. *Penates*, pro *Penates*: fuiſſe autem duos hiſtatos *Juvenes*, ſedentium habitu, admodum antiqui operis; & addit, ſimilia horum ſimulachra, militari habitu, in multis quoque aliis templis conſpici. Lud. Vives Veſtam non tam fuiſſe ex *Penatibus*, quàm *Penatibus* additum focum, & duos illos Juvenes, de quibus Dionyſius, Caſtorem, & Pollucem eſſe contendit, quos tamen negat *Penates* Trojanorum fuiſſe, cùm ſub ipſum bellum Trojanum, ratpta jam Helenâ, primùm vitæ conceſſerint. V. illum *in Aeneidos. de Civ. Dei l.1. c.3.* Cui Voſſius, quod prius aſſentiens, addit: *Hos enim voluere Romani: & potuere eos credere Urbis cuſtodes, propter opera nobilem, quam bello navaſſe Lavino dicebantur, de orig. & progr. Idol. l.1. c.12.* At de *Penatibus* Trojanis ab Æneæ advectis, ut Dionyſius ac Livius credi volunt, *ibid. ait: Sed vulgarem adversus opinionem dicſtimo in Italiam advenisse multa obſtci poſſunt: & ut habeamus fidem hoc aſſerentibus, non propterea Æneæ in Latium magis, quàm Anteror in terras Enganeas patrios advexerit Penates.* Dictatorem cœteroſque Magiſtratus Romanos, quo die dignitatem quisque ſuam inibat, facra *Penatibus*, & Veſtæ facere conſuevifſe, refert Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. l.2. c.14.* An inter occulta facra, quæ præter ignem perpetuò ardentem, in Veſtæ delubro, ingenti Religione aſſervabantur, Di quoque *Penates* fuerint, V. eundem *l.2. c.12.* Eorum facratia Feſto *Penetralia* dicuntur, V. *ibid.* Iisdem ſomnia ſua Vett. narrabant, Propertius *l. 4. El. 29. &c.*

Pendens, in *Ceremoniali Epiſc.* idem quod Baldachinum, V. *ſupra.* Plur. *Pendentes*, apud Arculfum de *Locis ſacris: Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextrocria, murenæ, monilia, annuli &c.* κρεμάσματα Græcis Scriptor. Gallis Pendants *d'oreilles*, V. Salmaſ. *ad Jul. Capitolin. in Maximin.* uti de *pendentibus ſub edicto Praefectorum*, apud Romanos, h. e. his, qui ſolvendo non erant, bonis. que eorum venum expoſitis, edicto Præfectorum ærarii, Caſaubonus *ad Claudium Mamertin. c. 9.* At *Pendula*, apud Durandum *Ration. l. 3. c. 13. n. 4.* & *Penduli*, non ſemel in Monaſtico Angl. *Tom. III. p. 313.* vitræ ſunt, quæ à Mitra Epiſcoporum dependent: *Rouleau* Gr. C. du Freſne *Gloſſ.* De *Pendulo*, Horologii genere, ab ingenioſiſſimo Hugenio Batavo invento, V. *Hiſt. Societ. Regiæ* in Anglia.

à *Pendice* Cedri, inter officia Domus Auguſtæ. Eſt a. *pendix*, Gr. ἀπόνυμα, quod & *pendigo*, unde *pendigines Batuarum* Arnob. τὰ ἀπόγονα, *& apponia*, & ἀπόνοια. Quidquid igitur accidarum, aut aliarum rerum è cedro compactum erat, hujus tamen ſpectabat, qui à *Pendice cedri*, q. ἀπὸ ἔγκεμαι, dicebatur. Salmaſius *ad Solinum pag.* 378.

Penelope, adde: Ita quidem Poëtæ plerique, ex fide Homeri. At contra Hiſtoricorum veterum nonnulli, eam impudiciſſimam fuiſſe, & cuivis obvio corporis fui copiam feciſſe, refcrunt, Duris Samius *lib. de Agathocle*, & Lyſander Hiſtorice vetuſtiſſimus Scriptor. Tertzes Scholiaſtes, *domeſtica turpitudine offenſum Ulyſſem, ad Circen rediſſe, & à Telemacho filio necatum*, prodit *ad Lycophronis Alexandram*, cui illa dicitur Βασσάρα, κρυπτὸν, & *maenis ſoe ſantes.* Aliis placet, *Ulyſſem, ob admiſſos proces, cum illa divortio facto, Lacedæmona conceſſiſſe, inde Mantineam, ibique diem extremum clauſiſſe.* quod relatum à Pauſania *in Arcadicis.* Et Helen. Acton, *ad illud Horatii l. 1. Epiſt.* Spongi Penelopes, *nebulones*: *Penelope*, inquit, *meretrix fuit, quæ amatores ſuos pulchritudine ſua luxuriôſe vendebat.* Certè argumentum minùs caſti animi fuit, quòd *à procis munera acceptâ*, Homerus *Odyſſe.* & *marsi ſui Ulyſſis interfectori nupſit*, & quo connubio Italus natus, Jul. Hyginus *in fab. cap.* 127. ob quod ipſe Ulyſſes, apud Sabinum *in Epiſt. reſponſ.*

Tu Juvenes inter, tu vina liquentia ſemper,
Heu! mihi, quid credam? pignore caſta manes.

Eodem trahunt, quòd Procorum habito delectu, ut fortiori vatentiorique poſſet concumbere, arcu tentavit ſingulos, ut teſtatur Auctor incertus Præpeiorum carminum. Eſt quoque apud Paulum JC. *l. 3. ff. ſi quis dotem promiſerit.* Et Ovidius controverſus, qui huc apprin è facit: *Alioquin traditore non leves Auctores, quinquies quaternos enixam Penelopem*; quæ lectio Acurſio placuit, alii *Peloponenſem, Peloponeſiam*, item *Procomneſiam*, ut apud Plinium *lib. 7. cap. 3.* legentibus. Et cui ignota fabula de Pane, ex Mercurii, in hircum verſi, & *Penelopes* parùm cafto commercio prognato. Eum certè ex *adulterio ſuſceptum*, à *Mercurio, matre Penelope*, docet Cicero *de Nat. Deorum lib. 3.* Idem habet Jul. Hyginus *fabula cap. 224.* Adde Simonidem *Epigr. 84. lib. 4. Anthólog. cap. 12.* Theœtetum *ibidem loci Epigramm. 87.* Auſonium *Eidyll. 3. Mofellâ, verſ 174.* Herodotum *lib. 2.* Lucianum *in Dialogis Deorum*, Gregor. Nazianzenum *Orat. 1. in Julian. &c.* Unde Nonnus Panopolita *lib. 24. Dionyſ. verſ. 87. ἰὼν Πηνελόπειον, Filium Penelopes.* V. Thom. Dempſterum *in Roſinum lib. 3. cap. 2.* Inter Zeuxidis opera, *Penelope* eximiè celebrari filio Ol. 35. c. 9. *Fecit* & Penelopen, *in qua paraſſius veluti mores exathlauam. Adoro, ſibi in illo placuit, ut verſum ſuſcribèret, celebres ex eo, in viriſcrum aliquem facilius*, quam *imitaretur.* Cujusmodi picturas, ἐθωκὰς appellatas, atque in iis excelluiſſe Ariſtidem Thebanum, diſcimus ex Cœlio Rhodigino *lib. 29. cap. 24. & 25.*

Peneſtæ, adde: Sic Athenis Θῆτες dicti ſunt; ἀπὸ τοῦ πένεσθαι, *à pauperiate*, quod ſervorum aut ſervis conveniens nomen. Apud Theſſalos, Πενέσται appellatos eſſe, non qui genere, ſed fortuna,

servi essent, quorumque media inter servos & liberos condition, ait Connanus, apud Jo. Calvinum *Lexic. Jurid.*

Penetale Monasterium, Gall. *Penei*, in min. Britannia Gallicæ prov. conditum dicitur à Samsone, &, Dolensi Monasterio subjectum, Dicecesi Dolensi continetur. Memnit loci, Monasterio vet. clari, veterrima Samsonis *Vita*, quam in membranis scripturus fe legisse, refert Hadr. Valesius *Not. Gall.*

Penetrale Sacrum, quius mentio apud Æl. Lampridium *in Antonino Heliog. Sacra P. R. sublatis penetralibus* (simulacris vel coeresis tribus, quæ pro simulachris colebantur ; quæ *Penetralia* & inspexit & tractavit & loco ettam movit, in Dei Heliogabali templum omnia conferens) *profanavit. Ignem perpetuum extinguere vo-luit. Nec Romanae tantum extinguere voluit religiones, sed per Orbem terrae, unum sibimet in Eliogabalicum Deus unus colere, celebrare* ; & *in penum Vestæ, quod solæ Virgines solitæ, Pontifices adire, irrupit, polluitus ipse omni contagione morum, cum iis qui se pol-luerunt.* & Penetrale lacum *averse est conatus* : Palladium erat, quod *fatale pignus Romani Imp.* vocat Livius *lib* 26. V. plura de eo apud Herodianum. Erant autem ittusmodi Penetralia ex ligno, sed *intra villula*, ut videre est supra, in voce *Palladium*. Aliàs *Penetralia*, proprie dicta fuere *Penatum* facraria, in penitissima sedium parte, Festi Lanelis dein vox fumi & ad quorumvis Deorum templa extendi cœpit ; unde Servius *ad Æn. lib.* 2. & 6. *Penetralia* exponit *secreta templorum*. In singulari non raro, ut inter alia apud Festum Avienum *in descript. orae maritimæ*,

Templum in illa Veneris & Penetral cavum.

Ab Adyto & Delubro distinguit Dempsterus, aitque, honorationum principumque virorum cadavera in *Penetrali* fuisse recondita : Suetonius *Augusto* cap. 18. *Per idem tempus conditorium & corpus Alexandri M. cum probatum è penetrali fabricisve ocuis.* I. bidem & victimas immolatas, Lucanus *lib.* 2. *versu* 125.

Ante ipsum Penetrale *Deæ, sempervque valentes*
Mactavere focos.

Pretiosissima quoque eodem loci abdi fuisse solita, ut metus præsentis Numinis sacrilegos absterreret, suggerit idem Poeta *lib.* 5.

Illa parens adyti Penetrale remoti
Excidium, prima Templorum in parte reflit.

Quippe hic simulacra ipsorumnmet Deorum erecta ifabant. Claudianus *de Raptu lib.* 3.

——— *Penetralibus amens*
Exilit.

Idem *de Honorii Consulatu* 4.

——— *Sic Numina Memphis*
In vulgus præferre filet, Penetralibus *exit*
Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infrà
Minister.

V. Thom. Dempsterum *Paralipomenis in Rosini Antiqq. lib.* 1. c. 2. E'quibus facile patet, *Penetral* sanctissimum fuisse in Templis locum, & Adyti, quod ipsum intrare solis Sacerdotibus fas erat, secretiorem partem, unde & Oracula reddita : quamvis cum Adyto non raro confunda ur. Unde Rhellicanus interpres vocem Græcam *ἄδυτα*, apud Cæs. *bell. Civ. lib.* 3. *secretum & Penetrale facium* reddit. Jul. quoque Firmicus *de errore profan. Relig. in Adyuis*, inquit, *habeni Idolum Osiridis feputium* : & Seneca *Thyeste actu* 4. *sc.* 1.

Responsa dantur cœlo, dum ingenti sono
Laxantur Adyto Fata &c.

Cùm in Delubro, *sacrificaturi se abluerent*, Isidor. *lib.* 15. *cap.* 4. & de furore soliciti, cæsarum ovium pellibus incubantes, somnia captarent, qua de re V. supra, in voc ibus *Delubrum*, & *Adytum*. A' Diis ad Principum secretiora loca denotanda, per licentiam transfiitum, uti Servius *ad Æneid. lib.* 2. *versu* 513. Unde Statius *Thebaid. lib.* 10. *versu* 170.

Venium ad Concilii penetrale, *domumq; verendam*
Signorum, magnis ubi dudum cladibus ager
Rerum extrema movens, frustra consultat Adrastus :

voce hac intimum locum consilio habendo intelli-g t. Et Boethius *de Consolat. lib.* 1. *cap.* 4. ubi ait, *Præterea penetrali luminem domus, honestissimum ornatus amicorum*, intima arcana domesticarum rerum penetralia designat. Originem vocis quod attinet, *Penetrale*, quòd *penetrari* soleat raro, dictum notat Agroetius, apud Cæsp. Barthium *Animadversion. ad Statium d. l.*

Penimm, vox Hebr. פְּנִינִים, Prov. *cap.* 3. *versf.* 15. *Est pretiosior vois Penimm.* Cap. 8. *v.* 11. *Melior est sapientia vois Penimm.* Cap. 20. *versf.* 15. *Aurum & Penimm abunde sunt, sed labra eruditia sunt vara pasulles*, notat *Margarita*, Chaldæo, & R. Salomoni *ad l.* Prov. *c.* 8. Et certè ad פנה *penin*, alludit *vinea*, *pinna*, concha margaritiferæ nomen, in ufu, apud Græcos & Romanos, V. Athenæum *lib.* 3 Plin. *lib* 9 *cap.* 32. Alios. Unde *νίννα* & *πίνν*, pro *margarita*, in Gr. versione Esther. *cap.* 1. *versf.* 6. & *νίννου λεθου*, *pinnina lana*, passim pro *lana* seu *bysso*, *quæ ex pinna educitur*. Indidem Vett. *πιννοτὴρ* vel pro *pinna* fumunt, vel potius pro *margarita* : nam ex *νίννα*, quod animalis nomen est, pri mò fit *πιννὶς*, i. *margarita*, deinde adjectiv. *πινικὸς*, unde *πινικὸν κέρας*, apud Artianum, pro *concha margaritifera*. Dein, Jobi *cap.* 28 *v.* 18 - 19. ab argento & auro undecunque allato & gemmarum multis speciebus, videmus *Penimm* distingui : adeoque hoc nomine omnes *gemmas* fignificari, quod quidam contendunt, falsum. Sed neque eli gemmæ certa species, cùm gemmarum quidem nomina Scriptura in fing. num. foleat efferre, *Penimm* verò non nisi in plur. ufurpet. Nempe in annulis & in ornatu quotidiano, fere fingulæ gemmæ adhibentur ; at margaritæ, in torquibus & monilibus, plures conferi folent : quod jam olim in usu fuisse, apud Orientis Populos, testantur Scriptores vetustissimi. Theophrastus de Indis & Rubri maris incolis, *ἔτιμων δὲ ἐξ αὐτῶν τὸν πολυτελῆ ὄφιν, Ex ea* (margarita) *faciunt, provisa monilia*. Chares Mitylenæus *Rer. Alex. lib.* 7. de Media & Perfis, *Καὶ φορέουσι γυναῖ δὲ ἐξ αὐτῶν ὁμοίους τε τῷ ψέλιον, καὶ τὰς χῆρας καὶ τοὺς πόδας, Ex iis monilia & armillas adornant, circa manus & pedes*. Quem morem, poft Lydiam victam Cœsum, quo ad eos inoleviste, tradit Ammianus *lib.* 23 *fin.* Atque hæc causa est, cur in margaritæ descriptione Kimchius, inter cœtera, *margaritam perforari* dicit, & *plures eas genere capillos simul consci* : cujusmodi consertas margaritas Auctor *Chron. sc. Templi*, חוטי כרורת *filia beddach*, Romani *filum aut linum aut linteam*, appellabant. Hieronymi *Vita* Pauli Erem. *Qui uno filo villarum inuuit pradia* : Pro eo quod Tertullianus *de Hab. mul. Uno lino decies fisterium inseritur*, ait. Neque aliud *linea dives*, inter ludorum millilia, apud Martialem *lib.* 8. *Epigr.* 78.

Omnia habet sua dona dies, nec linea dives
Cessat, & in populum munia rapina cadit.

De quo loco V. Turnebum *Adversar. lib.* 29. *cap.* 9. & Salmasium *in Solin. pag.* 921. Eandem verò interpretationem Job verba *cap.* 28. *vers.* 18. *Et extrahit sapientiæ, præ Penimm*, &c. *quærenda* : egregiè confirmant. His enim alluditur ad modum, quo vel concha vel margaritæ è fundo maris extrahuntur. Et conchas quidem Vett. duplici ratione extrahebant : Primò *nudandas* & per *naufragium*, de qua, præter alios, Isidorus Clarasenus agens, circa Insulam Perficimaris, margaritis ferrilem, casasextrui dicit, *ex quibus ad ulnas viginti in mare profilientes non nisi deas referre conchas*, nempe quaque manu singulas. Addit, in magno versari periculo, qui margaritas ita venantur, quia sibi hiantem concham rectà manum indiderint, illa claudituri protinus & urinatorum digiti sæpe fic abfcindantur, ut cruentu flatim interceant : ac qui à latere conchæ manum subjicitur, *pedes tus vexyoc ἀπὸ τὸ λίθε κόπτεσθαι facile conchas ex fasu extrahunt.* Quæ Ispiciens Manilius *Astronomic. l.* 5. ubi de Margaritarum urinatore,

Cumque suis domibus conchas vallog; latentes
Protrahit immersas : ait.

Uberiùs de hac piscandi ratione Lud. Vartomannus *Navigat. lib.* 3. *cap.* 2. ubi de Ind. Perfidis ad quam margaritæ leguntur : *Sunt ibi*, inquit, *nonnulli, qui* (margaritarum) *piscum victum quarirant. Eli vesti cymbis in mare jactum fasciunt pregrandis saxi dependente funi, idque fic ab omnia cymba parte, ut, utrinque jactis lapidibus, fundum lapidibus, conflabiliri navis, non aliter, quàm si in anchoris foret, posit. Firmata fuo pondere cymbà, alius, cui id munus obtigit, in æquor jacit funem saxo dependente : In navi media alius, mantica in pectius tergumque dependente, alligato pedibus lapide, se vibrat in pelagus subausque aquas urinantium more natat, actuq; in profundum ad pastus opumlentos, tamdiùer urinat, donec legeris conchas, in quibus delitescunt margaritæ : collectas mantica includit, lapidemque protinus, quo pedes gravabantur, abjicit funibus innixus in superiora evadit.* Hector Boethius, quo loco agit de margaritarum piscatione, in *Scot.* piscantes id maximè observare refert, ut *primo attractus tesseras conjunctas arctissimè detineant, protinus illis aliquantis unionum evomuerit* &c. Alter conchas expiscandi modus fuit, *per retia*, olim apud Indos in multo ufu, circa Perimum inf. de quo multa Ælianus *lib.* 15. *cap.* 8. Sumus ætate, quo tempore Bactris imperabat Eucratides, Soran, Regii generis virum, Perimudam Indiæ urbem & insulam tenuisse, cujus incolæ Ichthyophagi conchas margaritiferas retibus in orbem circa litus expansis capiant. Has esse *ἐρυθροδάκτυλας*, gregatim natare, & æquè, ac apum examina, Regem habere, cùm colore tum magnitudine prællantem, quo capto cæteras duce orbatas facilè capi, ac protin piscatores plus operæ in illo captendo impendere. V. Plin. *lib.* 9. *cap.* 39. Solinum *cap. de Taprobane*, Aliqui. Etiam Patrum noftrorum avo, à Petro Martyrisæ memoriæ traditum est, *Dec.* 3. *cap.* 2. Novi Orbis Regulos retia & piscaria, concharumque margaritas gignentium littora pro prædis habuisse &c. Margaritarum verò è conchis extractionem quod attinet, illam quandoque non fieri sine vi, docet idem Plinius, *Crassefiunt etiam in fenestis conchylice adhærefunt, nec iis avelli queunt. nisi lima, quibus una tantùm de facies & ab ea rotunditas, averfis planitiis, ab id sympana appellantur.* Quò melius id fieri adderet videtur, quum operam, quæ in fapientiæ comparatione insumitur, vocat *attractionem l. c.* indigitans, rem esse plenam laboris, fed quæ cùm femel ex animi voto succeffit, insumtæ operæ non pœnitet. Neque id præteruendum, quòd tam in Jobo, quàm in Proverbiis, rec entetur *Penimm*, una cum auro & gemmis rebusque pretiosissimis. De margaritis namque Plinius *lib. cit. Principium ergo cujusmodi, omnium rerum pretii margaritæ tenent* : Et margaritas longè plurisi auro æstimasse Persas & Indos, testa-

tur Chares Mitylenæus. Quæ tamen certò definiri non poſſunt, cùm non ſit margaritis omnibus idem pretium, atque in iis candor & magnitudo & orbis, & lævor & pondus, pretium immenſum augeant. Unde apud Suetonium Cæſar Serviliæ ſexagies ſeſtertium margaritam mercatus eſſe legitur: & centies ſeſtertium ſe ccenaturum, proſeſſi eſt Cleopatra. Ut non ſit, quòd miremur rem à CHRISTO traditam, mercatoris etiam opulenti cenſum univerſum in unius margaritæ coëmtione. Hinc Manilius *lib. 5.*

Cenſibus æquantur conchæ, lapidumque nitori
Vix niſquam eſt locuples, oneratur terra profundo, &c.

Neque tamen margarita terra eſt: unde Salomo *Proverb. 6.20. verſ. 15. copia Peninim* meminit. Circa ſolam namque inſ. *Bahrain*, de qua ſuprà, locorum incolæ, toto Julio atque Augu ſto menſibus, margaritas ducentis cymbis, quandoque etiam trecentis expiſcantur, pretiumque earum, quæ quotannis indeducuntur, quingenta ducatorum millia ſuperat. Sed & alia Maris Perſici loca, ut *Catipha*, *Julpha*, *Camaron*, margaritis celeberrima ſunt. Sic in Arabiæ & Indiæ littorum pluribus locis *πινναι κολυμβῶσιν* deſcribuit Artianus & Ptolomæus. Sed quæ alii ſpariim habent, Chares in unum colligens, margaritas capi dicit, *κατὰ τὸν Ἰόνιον θάλασσαν, ὀτρεώτας δὲ τὰς κοχλιὰς τὰς Ἀσιατικὰς καὶ Περσικὰς καὶ Ἐρυθραϊκὰς, καὶ Βαβυλωνίων, in mari Indico & juxta Armeniam* (Bochartus ſcribit *Carmaniam*) *& Perſidem & Suſianam & Babyloniam.* Præter quæ loca, multo plura unionibus fœcunda detexerunt recentiorum navigationes: è quibus pauca hæc addemus. Americus circa fœcundæ navigationis finem, gentis ignotæ in America meminit, à qua 119. unionum marchas ſeu ſeſibras, quadraginta circiter ducatis compavaverit. Idem conchas nonnullas memorat, in quarum una 130. margaritas reperent; cùm 20. *ſolùm in una procreari* Vett. credidérint, apud Ælianum *Hiſtor. lib. 10. cap. 13.* Petrus quoque Martyr *Dec. 3. cap. 1.* Tumaccum Regulum narrat, cùm Hiſpanos tanti facerunciones animadverſiſſet, ſuis ut ad piſcationem ſe accingerent imperaſſe, qui quarto die regreſſi, *libras ochuncias uniorum duodecim attulerint*, &c. Hactenus itaque apparet, Peninim Hebraorum margaritas eſſe. Nec obſtat, quòd *prabere* dicuntur Thren. *cap. 4. verſ. 7.* cùm margaritarum *candore* ſit maximè proprium, atque iis ſibi colores non ſolùm infrequentes, ſed & vitioſi ſint. Namque Hebraorum [illegible], eſt *rubere* proprié ſignificet, aliter tamen ſumi poteſt, atque ac Latinum *rutilare*, quod ſæpe nihil quicquam quàm *ſplendere* eſt. Unde Philoxeni *Gloſſæ*, *λάμπει, nitet, ſplendet, rutilo.* Et Virgilius *Æn. 8.*

Arma inter nubem cæli regione ſerenâ
Et cælo rutilare videns.

Paſſimque in Poëtis, *rutilare* dicuntur Sol & Luna, ſplendoris, non rubedinis, quæ in illis vix apparet, ratione. Quò exemplo ab iisdem *purpurea* vocantur, quæ ſunt eximii candoris, ut nix & cygni: eo quòd utrique colori, candido & purpureo, id commune eſt, ut admixti lumînis habeant multum. Albinovanus in *Maecenatis obitum*,

Brachia purpureâ candidiora nive.

Horatius ad Venerem *lib. 4. Od. 1.*

Paulò purpureis ales oloribus
Comeſſabere Maximi, &c.

Imò, quod maximopere huc facit, illud ipſum verbum, quod Hebr. *rubere* eſſe diximus, Arabicè *candere*, ſignificat; hinc il lis *Adamo*, de camelo & jumento quovis, eſt *maximè candidus*, &c. Itaque Propheta *I. c.* Nazaræos (quo nomine intelligit Bochartus populi Principes & Magnates) ante captivitatem Babyloniæam, in boni habitus argumentum, ſuperaſſe indigitat candoris quaſi lumine, nivem & lac & margaritas; quas citram à candoris luce & ſplendore nomen habere multi putant, quia *παίειν & φαιδρύνειν ſplendere* eſt & *φαίεσθαι ſplendor.* Confirmat autem margaritæ candorem alii cum argento, alii cum piſcium oculis, apud Androſthenem: *Es in cantore ipſo*, ait Plinius, *magna differentia. Clarior in Rubro Mari reperitur. Indicus ſpecularium ſpeciminibus ſimilis — ſumma laus coloris eſt, exiſtimantibus videri, nempè à liquidi alumînis colore, cujus probatio apud eundem eſt, Ut ſit limpidum, lacteum, ſine oſſiculis frixantium, cum ignículo quodam coloris*, &c. Plura hanc in rem V. apud Pamſium de Suſianorum Hieroglic. *Part. poſter. lib. V. c. 6. & 7.* ut & hic paſſim in vocibus, *Margarita*, *Perla*, *Unio.*

Penna, V. infrà *Pinna.* item, *Pluma.*

Pennaſiel, nomen Familiæ in Hiſpania illuſtris, quæ ſtirpis Gironiæ & *Pacheco* ramus eſt. Cùm enim ex familia Acuninorum ſeu Acuniarum (*de Cannas*) Martinus Vaſquezius, in primo conjugio, Tereſiam Gironam uxorem habuiſſet, Alfonſus filius ex ea genitus, à matre *Gironis* aſſumto nomine, primo ſuo filio Johanni (ex Maria Pacheca *) Pacheci* nomen impoſuit, alteri Petro *Gironis*: à quorum iſtis deſcendunt Comites de *Urenna*, Ducum dein Oſſunæ & Marchionum de *Pennaſiel* genitores. Ille enim, Magnus Magiſter Ord. Calatravæ (defunctus A.C. 1466.) ex Iſabella *de Luſa* Sevilienſi, Johannem ſuſcepit Telleni I. Com. Urenæ; qui junctâ ſibi Leonorâ Velaſco (Petri Fernandi Caſtellæ Conneſtab. fil.) Johannem Tellem II genuit, qui deceſſit A.C. 1558. Pater. ex Maria *de la Cueva* (Franc. Fernandi Duc. Albuquercii filia) Petri Gironis Duc. Oſſunæ, quo & Leonorâ Annâ Guzmanâ (fil. Johannis Alfonſi Guzm. Duc. Methymnæ Sidoniæ) natus Johannes Telles Giron March. de *Pennaſiel* Dux Oſſunæ, junxit ſibi Annam Mariam Velaſcam (fil. Inici Fernandini Velaſci Conneſt. Caſtellæ) atque ex ea filium genuit Petrum Gironem Ducem Oſſunæ: cui, ex Catharina Henricia *de Ribera*, nati ſunt, Johannes Telles Giron D. Oſſunæ, March. *de Pennaſiel*, naturus Iſabellæ, Chriſtophoro Gomezio de Sandoval & Roxas Duc. de Uzeda, genitæ, & nominis *Gironi* capput &c. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I. pag. 70.*

de *Pennaforte* Raymundus, Catalaunus, patriâ Barcinonenſis, ex Regibus Aragoniæ oriundus, Ordinis Prædicatorum tertius Magiſter generalis, Gregorii IX. Pœnitentiarius, *Collectionis Decretalium ſextæ* auctor, floruit A.C. 1230. Congeſſit autem eam ex omnibus compilationibus anterioribus, illique inſuper inſeruit, quæ in anterioribus erant omiſſa; item quæcunque à Gregorio ipſo conſtituta ſunt, quæ is multa ex Jure Civ. hauſit & non conſultus reſpondit: quæ cauſa, quòd ejus Conſtitutiones ſæpe ad neminem dirigantur, teſte Jac. Cujacio *ad c. ult. de ſent. & re judic.* Præterea, ſcripſit *Summam de Caſibus*, quæ typis excuſa eſt Romæ 1603. Obiit A.C. 1275. canonizatus à Clemente VII. A.C. 1601. Vitam ejus Hiſpanicè ſcripſit Salvator Pons, vertit Cermanicè & Monachii edidit Zegydius Albertinus A.C. 1602. Plura deillo habes apud Joann. God. Olearium *Abao Patrolog. pag. 309. & ſeqq.* Leandrum Albertum in *Vita* ejus, Chiffletium de *Architect. Juris can. c. 6. de Collectionibus Decretal.* Item, apud Gotharidum vindicatricem *Hiſtoriæ Juris Eccleſaſtici §. 353. & ſeqq.*

Penneranda, nomen Familiæ illuſtris, in Hiſpania, cum tit. Ducatus. Franciſco enim de *Zuniga* & *Avellaneda* Com. de *Miranda* (de cujus progenitoribus V. ſuprà in *Avellaneda* & *Miranda*) genitus ex Maria *de Bazan* Vicecom. de *Valduerna*, fil. Johannes de *Zuniga*, *Avellaneda* & *Cardenas* Dux de *Pennerandæ* factus eſt: qui, junctâ ſibi agnatâ Mariâ, Didacum de *Zuniga*, *Avellaneda*, *Bazan* & *Cardenas*, Duc. de *Pennerandæ* Com. de *Miranda* ſuſcepit; quo & Franciſca de *Sandoval* & *Roxas*, nati ſunt Franciſcus March. de *Banneſa*, Catharina (uxor Philippi Johannis Balthararis Pacheci Duc. de *Eſcalona*) Maria & Johannes. V. Spenerum *Part. II. pag. 36.*

Pennones, in *Edicto* Nunonis Sancii D. Roſſilionis A.C. 1217. item in *Conſtitut.* quibusdam Catalanicis, *banna* ſignificant, id eſt, edicta publica in regia, eo quòd hæc interdum appoſitione vexilli, quod *Pennonem* Galli vocant, fiebant: unde *Pennoniſtes*, vel *Penicellus*, Gall. *Pennonceau*, à *panno* vel *pannunculo* habitæ in vexillo in acutum deſinentis ſpeciem, adfixo. Thom. Waſſinghamus in *Richardo II. Vexilla & penicellos erigentes.* Infrà, *Deferens ante eum vexillum vel penicellum diſſicilatum de armis S. Georgii.* Cujusmodi vexillum proprium fuit eorum militum, qui *Bacellarii* vocabantur; Bannereti enim quadratum vexillum competebat. Interdum verò etiam Scutiferis *Pennonceles* deferre jus fuiſſe, ex Froiſſardo diſcimus. Ita vero Bachelarius & Scutiferis *pennones* feu *pennoncelles* in militaribus expeditionibus deferre jus erat, ſi vaſſallos complures haberent, qui eorum ſigna atque vexilla ſubſequi tenerentur: ſic pro quodè nondum *Bannerium*, uti tum loquebantur, pei ætatem erexiſſent: ſiu quòd eum vaſſallorum numerum non haberent, qui ad Bannereti dignitatem obtinendam requirebatur. Erant verò *Pennones* ejusmodi militum armis feu inſignibus ornati, uti idem Froiſſardus docet *Volum. 4. cap. 18.* & alibi, apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Penſiles Horti, inter 7. orbis miracula à Lactantio recenſiti, *lib. 3. cap. 13.* Curtio *lib. 5. cap. 1.* ubi Babylonem deſcribit, memorantur his verbis: *Super arce vulgatum Græcorum fabulis miraculum* Penſiles horti *ſunt, ſummam murorum altitudinem æquantes multarumque arborum umbrâ & proceritate amœni. Saxo pilæ, quæ totum onus ſuſtinent, inſtructis ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolidum ſtratum eſt, patiens terræ, quam altam injiciunt; & humoris, quo rigua rorat; adeoque validas arbores ſuſtinent moles, ut ſupiores earum oëto cubitum ſpatium craſſitudine æquent. Et cùm ventuſtas non opera ſolùm manu facta, ſed etiam ipſam naturam paulatim exeendo perimas: hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tanlâ, nemoris ponderе onerata eſt, in violata durat. Quippe virgini parietes lati ſuſtinent, undecim pedum inter vallo diſtantes, ut procul viſentibus ſitra moniſibus ſuis imminere videantur. Syriæ Regem Babylonis regnantem, hoc opus eſſe molitum, memoria proditum eſt, amore conjugis victum; quæ deſiderio nemorum ſilvarumque compoſitibus locis nitorem cunpidi amœnitatem naturæ gratia ſuis operis imitari.* De iisdem Fre rishemius *in hunc locum*, ex Diodoro: *Patebant in ſingula latera quatuor jugera: acceſſus verò moroſus erat, habebatque extruſiones aliàs ex aliis ortas, ita ut Theatri aſſectum referrent: ſub extructis autem aſcenſibus edificatæ erant ſtabulines, ſuſtinentes totum viridarii pondus, ſeque bovicem ſenſim paulatim exſuperantes acceſſu. Fornici autem ſupremo, cujus altitudo erat Lcubitorum, impoſita erat ſupremæ ſtorarum ſuperficies, amblitui propugnaculorum adequata. Deinde tres ſummos fornices craſſitiili craſſimidinem habebant pedum XXII. Egreſſus a. quidem lati-*

lautitudinem habebat pedum X. Culmina vocabantur lapideis trabibus, longitudine trium cum epibolis pedum XV. latitudine vero IV. Tabulatum autem trabibus impositum, primo quidem substratum habebat calamum multo bitumine illitum, deinceps autem lateres coctum duplicem gypso collatum, tertio super hypethum erat tectum plumbeum, ne aggeris humor aliunde penetraret: Super hac aggesta erat terra ma gna vi, quæ susciperet altitudo maximarum arborum radicibus. Solum autem adæquatum & complanatum, plenum erat arborum omnis generis. Fornices, lumen exæquimet, quod se mutuo excederent, habebant multas & varias Regum dictas: quarum una fu. remam superficiem multis locis incisam habebat & machinas, ad hauriendas aquas, quibus aquæ magna vis ex flumine sursum attollebatur, quod à nomine externo perfidi paterat. V. quoque Strabonem *Geogr. 16. lib. in prine.* Plinius dubitat, an Semiramis, an Cyrus illos condiderit, *lib 19. cap. 4.* Martialis *Assyrium laborem* vocat, *Epigr. 1. in Amphitheatrum Cæsari,*

Assyrius iactu nec Babylona labor.

Quibus verbis Asciatus, Junius & A. Schottus *Horros pensiles* Babylonis, in pellicis gratiam à Rege Assyrio fabricatos, intelligunt, aut ut Strevelius *Notis in loc.* V. quoque Politianum *Miscellan lib.* 2. & Hadr. Tumebum *Adversar. lib.* 17. Ut autem *Horti Pensiles* Babylonæ, ita *Ambulatio pensilis* Gnidi, Solitarii opus, memorat Plinius *lib. 36. cap. 13.* Sed & *Aquæductus pensiles*, Roma habuit, ubi non subterraneis meatibus, sed altis moibus fustructis, aquæ invectæ. Frontinus de *Aquæduct. lib. 1. Ponam ex quibus locis & à quo millitario, quantum subterraneo vivo, quantum fustructione, quantum opere arcuato, pili altitudinem cujusque modulo unique rationem.* Claudianus Numatianus Rutilius *Itinerar. lib. 2.*

Quid tanquæ aereos pendentes fornice rivos,
Quæ vix imbriferas vallem fert aquat Hos putes dicam cœlestis in fluera montes.

Tale Giganteum Gratia landat opus.

Balnea itidem *pensilia*, quarum primus Sergius Orata auctor fuit, teste Plinio *lib. 9. cap. 59.* ut mirum sit cur Seneca *suspensuras balneorum* suo ævo inventas tradat *Epist. 90.* Vixit autem Orata hic ævo Mithridatis & Cn. Pompeji, v. quoque Nonium Marcellum *cap. 3. num. 24. Primus balneola suspendit, piscæ imitatus*; apud Thom. Dempsterum *Paralipom. ins Rosinum lib. 1. cap. 14.* Nec non *Horrea pensilia*, quorum meminit Jun. Columella *de Re Rust. lib. 1. cap. 6.* Vitruvio *Horrea fastilinia* dicta, *Architectun. lib. 6. cap. 7.* quibus *Horrea subterranea*, Castiodorus *lib. 12. Epist. 12. Horrea desuper* Plinius opponit, *lib. 18. cap. 58.* V. iterum Dempsterum in *Rosinum lib. 7. cap. 38.* & supra, in voce *Horreum.* Idem Plinius *Pensilia Theatra* Curionis, *desi. ribit lib. 35. cap. 10.* & *Urbem pensilem lib. 36. cap. 14. Legitur & Pensilis hortus, imo vero totum opidum Ægypsia Thebæ, cui arcanum subterfugit nata ere solitis Regibus, nullo opidanorum sentiente.* V. eundem de *Pensilibus Cucumerum hortis, lib. 19. cap. 5.* Apud Recentiores, *Domus pensilis* occurrit, memorata Eucherio *Epist. ad* Philonem Presbyt. *Et ramen peto ab hospitate nostro, ne domum pensilem, quam jussimus fieri, nobis præparet & membranas.* Sic autem, quæ pontibus inædificatæ sunt, appellatur Auctor *Vitæ* Leobini Epist. Carnot. *num. 15.* uti docet Carol. du Fresne *Glossario &c.* V. & supra *Cryptoporticus.*

Penſio, id quod pro alicujus rei, ut ægri, domûs, *usu* datur proprie *merces* inhabitationis ædium alicnarum, Gr. ἐνοίκιον; item pecunia, quæ ex præstorum urbanorum lovatione percipitur, cum quæ ex rusticorum, *merces* appelletur. *l. 36. & 27. ff. de pet. ab ære pendendo*, Var. ad pecuniarium cum eadem referatur. *Iicut Reditus* ad alia, Feret. *tit. de loc. & conductio.* Sed & *præstationem* notat temporibus & terminis, ut vulgo loquimur, dirimum *l. 3. ff. de num. leg. & l. si annua ff. de pign. act.* &c. Unde *Pensiones interiores*, pro tricenario fœnore, apud Lampridium in *Alex* & in tabulis scribimus, *prima penſio, secunda penſio*, aut quæ alia, Paul. *l. 40. ff. de reb. cred. Istior finito primo mense primæ penſionis usuras curvere.* Cic pro *Q. Roscio, Fallum si bonorum ejus nomine Roscius, Gitnium: cur tam serò cur quam alienæ penſio sol vendæ esset, non tum quum prima* f Erant autem *Penſionibus* solvendis olim Calendæ Junii & Idus, *l. 9. ff. qui potior in Pignor.* Item Calendæ Martiæ: *l. de quinq. ff. de usur.* V. quoque apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Apud Aur. Victorem in *Maximiano Herculio*, *Penſio* tributum significat; Ita enim is: *Parte Italiæ invellum tributorum ingens malum: nam cum omni eadem fanctione moderatoque ageret, quo exercitus atque Imperator, qui semper aut maxima parte aderant, ali possent, Penſionis indulta novalex, quæ sane illorum temporum modestia tolerabilis in perniciem essit.* Ubi per *functionem* intelligenda annonariam, Inguit Salmasius, per *penſionem*, tributum. Sic in *leg. 4. Cod. Theodos. penſio globalis* ab *annonaria functione* distinguitur, *tit. de Indulg. deb. Annoni infra Italiam jugatione, quam munere annonaria functionis absolvimus, etiam globalem Penſionem jubes Serenitas nostra removeri.* Namque olim Italia, cum solam hanc præstationem agnosceret, quam *annonariam functionem* modo vidimus fuisse appellatam (quæque ad exercitum comparandum Imperatoris alendum, qui semper aut maxima ex parte aderat, conferri consueverat, hinc *Annonariæ* dictæ, V. supra in hac voce) postea etiam tributo onerata fuit. Salmasius *Not. ad Trebellium Pollion. in Trig. Tyrannis.* Idem *ad Solinum p. 275.* duplicem fuisse olim *penſionem* in usu addit, seu duplex tributum, alterum *capitis*, alterum *soli*; quorum hoc pro modo facultatum & prædiorum imponi consuevisse, alterum ex æquo pauperesditeresque attinuisse docet. Nempe qui agrum habebat, pro illo aget *pendebat*: qui non habebat, nec eo tenebatur. Penſioni verò alteri capitis omnes erant obnoxii, quà dites quà pauperes. Qui nihil omnino in censu habebant, invenire tamen cogebantur, unde illam tributi penſionem solverent. Unde pauperes in Hispania coccum passim nascentibus fruticibus decerpebant, atque inde corradebant, unde tributum capitulare sive capitationem pendarent, uti apud Plinium legimus. Qui eadem mente alibi dicit, *hegbas, que in hortis nascuntur, penſionem esse pauperum*, quia ex coercitui pauperes exiundebant, unde censum solverent. *Lib. 19. cap. 4. Itaque Hercule nullum macelli vestigal majus fuit Romæ, quàm ærumnæ plebis incusanis apud omnes Principes, dum portorium remissum est hujus mercis, compertumque non aliter quæstuosius censum habere, aut tutius ac minore Fortunæ jure, cum creditur penſio ea pauperum. Is in sola penſor est & sub dio vectiura, superficiesque cæ to quacunque gandens.* Strabo de Turditania, Κωμῶαι δὲ εἰς μέτρα καὶ γενικὰ ἔργα ἀγόμενοι καὶ ἀπὸ τῶν ἀγρῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων. *Et vero cera & mel & pix exolitur, nec non tributum coctilis mali Ponti.*

Penſiationes Publicæ, Azoni in *summa C. si propter publ. penſ. vend fiser. celeb.* dicuntur *exactiones tributorum* vel rectium vel auri vel argenti, quæ à certis personis debebantur fisco: etiam ea, quæ ad viarum vel pontium refectionem præstanda sunt à possidentibus. Brevius & clarius: *Penſiationes erant, quæ vel tributum Reip* Joh. Bello. *Etymol. A penſando*, quod propriè denotat non quod semel solvendum est, sed quod in plures annos debetur: unde *Obligationum penſiationem* & *Penſionis locationem* dicæ, quòd non statim implentur, sed semper pendent, unusquisque solutio debito statim incipit cedere sequentis anni summa & tandem suspensa tenetur. Ita & *spem præmiorum* dixit Alexander Imp. pro *futurorum annorum præmiis &c.* Joh. Calvinus *Lexica Jurid.* Neque verò jubditorum solum, sed & Principum *Penſiationes* notat, quorum non pauci olim hodieque certum quid *penſitant*, aut ad reducendas injurias, aut ad tutelam comparandam, Principibus potentioribus, ξυνεχῶς ἔφεν τοῖς κρείττοσι, ut est apud Thucydidem *lib. 1.* Quales Hebræorum Reges & vicinarum gentium post Antonii temporaἠναγκάζοντο τοῖς κρείττοσι, ut Appianus loquitur. V. quoque *Josephum lib. 15.* & Chrysostomum *2. de Eleemos.* Sic Petræ pecuniam annuam ab Justiniano accipiebant, qua de re V. Procopium *Persicorum lib 2.* & *Gothicorum lib. 4.* id malli vocabulo vocabatur stipendium, ad tutandas portas & clapias. Turcæ Arabas montanos pecuniâ placant &c. Atque hi Principes summum quidem Imperium habent in iuis dirionibus, *penſiatio* tamen istiusmodi utpote infirmitatis confessio aliquid de dignitate utique delibat, H. Grotius de *Jure Belli & Pacis lib. 1. cap. 3. §. 22.*

Pentachordon, instrumentum Musicum, à Scythis inventum. Ex crusta enim pelli bubula consectas chordas pulsabant, lectio, quod ex ungula caprina optimum habebatur: Duratque etiam hujusmodi lectri usus in Hispania & Phileteri: cujus sonum miscent cum sono tibiæ tympani loco, quod Rectro *Tympanum chordatum* vocant, Itali *Tabuffum*. Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 48.*

Pentadactylii Lanci, apud Lutatium ad Statium *Thebaid. lib. 6. versu 783.*

Verùm ut fissam super ora reduxit
Ferrè manum & summo macules in vellere vidit,

Ubi de Capanco ferino eth. *Quia tamen*, inquit, *pendactylos habebant sub cassibus, qui omnibus pares ungue brachiæ*: chirothecæ sunt, quinque digitos integros tegentes & partem brachii impromnentes, Casp. Barthius *Animadvers. ad l.*

Pentaphar mum Hadriani, memoratur Æl. Spartian. *in Æl. Vero, Hujus voluptates—multæ ferunter equidem non infames, sed aliquatenus difficiles. Nam tetraphar macum ses potiùs* Pentapharmacum, *quo pollea semper Adria: us ujus, ipse dicitur reperisse, h. e. sumen. phusiamon. pavonem, permam, crusiulatam & aprugnam. De quo genere dibi alter refert Anarius Max. non pentapharmacum, sed tetrapharmacum, appellans.* Ubi rectè ab eli vox *pernam*, veteri editioni Mediolanensi, ſicque erant illæ quinque species, *sumen, fasianus, pavo, crusiulata & aprugna*: è quibus in tetraphar maco Hadriani pavo deerat, pro *crusiulata* autem *crusiulum* ponitur. Est certè *Crusiulum* & *Crusiulatum* & *Crusiulata* eadem res. Sic *Ocellati* pro *Ocellis*; *Magistrati* pro *Magistris*, apud Livium, *Terminati* pro *Terminis*, in *L.* apud Frontinum de *Aquæduct.* Similiter *Signatum* pro *Signum*, in *Vita* Antonini Pii &c. Claud. Salmasius *ad Spartianum d. l.*

Pentapolis, adde: Hinc *Pentapolitana doctrina* dicta est damnabilis hæresis Sabellii Libyci, quòd is *de Pentapoli*, & hæresis illa primum Ptolemaide Pentapolis suborta est. Jo. Forbesius *Instructionum Historico. Theologic. lib. 1. cap. 2. §. 5.*

Pentaprovitas, Græca vox est, *quinque Primorum* munus indigitans: quos alibi sacræ Constitutiones *quinque Summates* vocant. Forte i ipsi sunt, qui *Quintum-Viri* appellantur, *l. de*

cubic. noſtr. Cod. de privil. eor. qui in ſacr. pal. mil. lib. 12. Jo. Calvinus *Lexic. Jurid.* Mel. Πενταετωτοι. *Quinquennii*, vox municipal s. *Cic. in Verrem, Magiſtratus & Quinquennii acciti ejus evocantur &c.*

Pentaplon, Jovis Arbitratoris templum, quod in X. Urbis Romæ reg. collocat Victor. Græcè Πενταπυλον, *à quinque portis.* V. Jo. Roſinum *antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 5.

Pentaeuchus, adde: Hunc ſolum receperunt Samaritani, teſtibus V. T. libris omnibus repudiatis. V. Cl. Sucerum *Thesauro Eccl.* voce Γραφη, item Σαμαρειται.

Pentathlum, Lat. *Quinquertium*, celebre olim apud Græcos exercitationis genus luctamo pugnis in omnibus quinq; certaminum generibus victricem pertinax denotavit. Jul. Pollux *lib.* 3. *cap.* 30. πενθαθλον, ὁ τεττα ἀγωνίσμασιν, *Pentathlus* ſive Quinquertio, ita autem vocabatur is, qui *Pentathlo* vicerat) *quinque certaminum generibus decertans.* Erant illa *Cursus, Saltus, Diſcus, Jaculum, Luctæ*: quæ Simonides hoc verſu complexus eſt, Ἀνθολογ. *lib.* 1. *cap.* 1.

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἀκοντα, πάλαν.

Euſtathius vero *lib.* 1. hoc ordine recenſet, Ἅλμα, πάλην, δίσκον, ἀκόντιον καὶ δρόμον. Scholiaſtæ Pindari autem aeSophocles: Ἅλμα, δρόμος, ἄκοντες, δρόμος καὶ πάλη. In his itaque ſingulis qui pollerent, *Luctatores*, *Pugiles*, *Saltatores*, *Curſores*, *Diſcobuli*: qui in luctæ limul & pugilatu, *Pancratiaſtæ* ; qui verò in omnibus quinque eminebant, *Pentathli* ſeu *Quinquertiones*, appellantur, ut docet Feſtus. Item *Quinquertiones* apud Livium Andronicum Athletas ſignificare ſcribat Voſſius, apud quem etiam *Periodon* nicum Athletas ſignificare ſcribat Voſſius, apud quem etiam *Periodon* viciſſe dicebatur is, qui Pythia, Iſthmia, Nemea una cum Olympiis viciſſet, nomine à circuitu horum Spectaculorum deſumpto. Fuere autem in *Pentathlis* tibicines adhibiti, uti docet Plut. de *Muſic.* Porro Quinquertionis partes quinque hæ erant, Τρεχειν σὺν ὅπλοις, *currere ſtadium & diſcithem*, & quidem non curſorum noviſſimos, ſed qui proximi victoriæ, ante verterete. Δρασκαλισαι, κρηπιδωσαι & σπουδαισαι, *luctari*, *calceſtari & ad certamen proſternere*, idque certa vice, ut ſupra diximus, in voce *Ter.* 3. Πυξ ποιειν κ, μετα τα πληγη κ προσλαξαι κ βλεψαι ἀνωτερω, *pugnis cædere & impellere plaga*; & *depellere & contra affiere.* 4. Παλαιν ſive χειρας ἐξαλλαξ, *ſaltu quam longiſſime.* Tandem, διωκειν καὶ φευγειν, *diſco & evit.* De quibus omnibus V. Plutarchum *Sympoſ.* 2. *&* *Mul.* ubique paſſim, Lucianum *de Gymnicis*, Alios. Etſi vero laus Quinquertionis maxima fuit, tamen ſingulæ ejus victoriæ, ſi penitulare æſtimentur, minime adæquarunt eas, quæ ſingulorum Athletarum propriæ erant. Tellis item viciſſe dicebatur minus ex iis incipit ἀπεξέσεως Δρασκαλισμὸν, ἀλλὰ κάτω μεγέθει ἐφιέθαι, *in eo laborabat, ut ſingula ſurrexi, ſed omnia mediocriter attigiſſe.* Interim corona *Pentathlo* parta, rara ac pretioſa erat, Pindar. *Olymp Od.* 13. Et quidem primo Quinquertio accip ebat palmæ virgam; dein Præconis voce renuntiabatur & celebrabatur ; tum demum corona redimebatur, quod totum vocabant πεμπαθρεῖον, Paulanias *lib.* 5. &c. Atque hinc tralatitie Ὑποδρᾶν dicti, qui certeſtis præſtarent. Sic Democritum quidem Philoſophum *Pentathlon* dictum fuiſſe, quòd in juventute ſonſan vicerat, ſcribit Diogenes Laertius in *Vitis.* At Suidas, quòd omni artium & doctrinæ genere excultus eſſet. Ariſtides quoque eodem elogio inſignit priſcos Athenienſes, quòd virtutibus ceteras omnes Græciæ civitates ſuperarent, Vexam *Panathen.* & de Regibus Perſicis, τὸν Γόμωσι τὸ δ de Ageſipoli Xenophontem *Hiſt. Gr. l.* 4. Plura vero hanc in rem, apud Gerh. Jo. Voſſium *de Gymnaſ.* cap. 3. §. 36. & 78. Heſeron. Materiam *de athletis* vide *Pentath.* 1. *cap.* 14. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 6. *cap.* 23. Alios ; nec non quæ infrà dicemus, voce *Quinquertio.* Inter Myronis opera, ex ære, celebrantur *Delphis Pentathli Pancratiaſtæ* Plinio *lib.* 34. *cap.* 8.

Pentecomarchus, apud Sim. Dunelmenſem *A. C.* 887. *Perturbatus erat frequenter animo contra Principes & Pentecomarchos* Græcos Ilirtr, *quinque*, & Κωμοφυλακες vel Κωμοφυλακες, *vicorum Præfectus*, nomen dignitatis.

Pentecoſte, Gr. Πεντηκοστη, *i. quinquageſima*, ſubintellige diei, quòd quinquageſimâ die, poſt 16. menſis *Niſan.* quæ Ἑορτης τῆ Πασχα, *ſecunda* erat à *Paſcha*, celebraretur, nomen fuit unius ex tribus præceptis Iſraelitarum Feſtis. Inſtitutio ejus legitur Levitici cap. 23. *verſ.* 16. & ſeqq. *Usque ad poſterum diem Septimanæ ſeptimæ numeratote quinquaginta dies; tunc offeretis munus novum Jehovæ, & quæ ſequuntur usq; ad* v 22. Nempe 14. die menſis *Niſan* erat ὁ Πασχα ; die 15. ἑορτη τῶ Πασχα ἡ πρωτη, *I. feſtum Paſchatis ſeu prima dies Paſchatis*, quam Scriptores vocabant πρωτη ἐν ἀζυμοις, *primam Sabbathorum*, ex Leviticı *cap.* 23. *verſu* 7. die dein 16. ἑορτης erat τῶ πασχα, *ſecunda Paſchatis*, de qua *eodem cap. verſu* 11. dicitur, *Poſtridie Paſchatis* : vocabaturque prima ac ultima dies ſtiumodi Feſtorum, quæ plures durabant dies, *Sabbatum*. Ab hac proin numerati dies quinquaginta ſpatium comprehendebant ; eſſi deſtinatum, quarum prima & ultima facrâ ſolennitate ſic memorabiles erant : nempe ἑορτῆς τῶ πασχα & πεντηκοστῆ, illâ tempus hoc inchoante, hac terminante. Cum ergo illuviſſet ἑορτης τῶ πασχα, *manipulum frugum, primitias meſſis ſuæ, offerebam* Iſraelitæ, *verſu* 11. ſicut, appropinquante τῆ πεντηκοστῆ *panes agitationis duos*, *verſu* 17. Quorum prius offerebatur, nomine totius Populi, ut ſic in manipulo illo totius terræ ſanctæ fruges ſanctificaretur ; neque enim ante hanc oblationem cuiquam metere licebat, teſte Joſepho *Antiqq. Judaic. lib.* 3. *cap.* 10. Poſterius non ſolùm fuit oblatio Euchariſtica, ſed & ſignum meſſis finitæ & conſummatæ. V. Scaligerum *de Emend. temp. lib.* 6. Nec omittendum, Iſraelitas numeraſſe quinquaginta hos dies, per Septimanas, à ἑορτῆς prædicta denominatos, quæ ratio eſt etiam *Feſtum Septimanarum* dicta fuerit *Pentecoſtes*: Et quidem hoc modo. Sabbatum primæ hebdomadis vocarunt ἑορτῆς, quia primum erat à ἑορτῆς ſeu *ſecunda*, Paſchatis: Secundæ Δευτερόπρωτον : Tertiæ Δευτερόδευτερον, & ſic conſequenter. Undefacile intelligimus, quid Lucæ cap. 16. *verſu* 1. per *Sabbatum δευτεροπρωτον* ſeu *ſecundo-primum* ibi vellit Evangeliſta. Conferendo nunc tempus hoc meſſis cumnoſtra, deprehendimus apud Canaanæos incepiſſe illud circa initia æquinoctii, & deciſſe circa finem Maji quo tempore demum Europæa meſſis primordia ducit, Plinius *lib.* 18. Quod ipſum confirmat teſtis αὐτόπτης Leo Afer, de Ægyptiis loquens, *Deſcr. Africæ cap.* 4. V. Thom. God vvynum *inlib. cui tit. Moſes and Aaron lib.* 3. *cap.* 5. In novo Teſtamento dies illa quinquageſima ſu πεντηκοστὴ longe illuſtrior facta eſt, largiſſimâ illa Spiritus S. in Apoſtolos effuſione, qua de re V. Prophetiam Joelis *cap.* 2. *verſu* 28. & ſeqq. Hinc Ecclæſiaſtici Hiſtorum Scriptores, ut Euſebium *Hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 17. & 23. Socratem, *lib.* 5. *cap.* 22. Alios. Eodem *Actorum* Ecclæſia ubique cantari conſueviſſe, idem ex Auguſtino *Epiſt.* 119. *cap.* 17. & Scaligerian. *p.* 261. refert &c. De die *Pentecoſtes*, cujus mentio in Actis *cap.* 2. an in Dominicam inciderit, item de illo, unde 50. dies numerandi factum initium, an Sabbathum fuerit ? quædam ut adjiciam ex Bocharto, operæ pretium eſt. Non ab omnibus Chriſtianis ab ultima usque antiquitate creditum eſſe, *Pentecoſten* anno Paſſionis in Dominicam incidiſſe, hinc patet, quòd, ſi Clementis *Conſtitutionem* excipiamus & Auguſtini Sermonem de *Tempore* 154. quæ ſcripta ſunt ψευδεπιγραφα, nemo citatur, qui id aſſeraſ, ante Leonem I. qui ad Epiſcopatum Rom. ſub vectus eſt ſeculo quinto plus dimidio. Sed & ex ipſa Lege, dubium oboritur de vero die *Pentecoſtes*. Ita enim habetur Deuteron. *c.* 16. *verſu* 9. *Ex quo capiſſabis in ſegetem immiſi, inde numerare ſeptem hebdomadas.* Falx autem in ſegetes immittebatur, poſtridie feſti primi Azymorum, quod vocatur Sabbathum, Levit. *cap.* 13. *verſu* 15. Ex eodem teſtis frugibus offerretur Deo manipulus. At cum feſtum Azymorum ſequebatur Sabbati dies, manipulus ille frugum non poſtridie fed perendie videtur oblatus ; quia Sabbato non licebat falcem in ſegetes immittere. Quo dato, frugum oblatio & ſeptem hebdomadarum enumeratio in primam feriam, adeoque *Pentecoſte* in eandem incidérit : quæ impietà defendit Spiritus S. in Apoſtolos. Verba enim Actor. *cap.* 2. *verſ.* 1. Ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῶν πεντηκοστῶν, pro ἐν ᾧ συμπληροῦσθαι ἐμελλεν *quam impiè ſunt dies Pentecoſtes*, accipi poſſe, ex Levit. *c.* 12. *v.* 6. & Numer. *cap.* 6. *verſ.* 13. patet : Neque certe perfectè adimpleti fuerunt dies 50. usque ad ſequentem diem Sabbathi. Sabbathum *Hierozoic. Part Prior. Lib. II. cap.* 50. *ubi de Agno Paſchali* Hinc *Pentecoſtarium*, Græcis dictum liber, continens officium ab ipſo die Paſchatis, usque ad octavum *Pentecoſtes*, quem Dominicam *omnium Sanctorum* vocant, V. Sucerum *Thesauro Eccl.* voce Πεντηκοστη.

Pentecoſte Media Μεσοπεντηκοστη Græcè, ſolennitas eſt ; quæ per dies 8. celebratur, & incipit à die hebdomadis quartæ poſt Paſcha feriâ quartâ, & deſinit in feriam quartam quintæ hebdomadæ : quam poſtea ſequuntur Samaritanæ, cujus etiam hebdomadæ eſt, officia. Eccleſiæ Græcæ, Cl. Sucerus *Thesauro Eccleſ.* voce Μεσοπεντηκοστη.

Penteleſis, adde : Hodieque *Penteſy* vocatur, inſignis Monaſterio Abbatiali, quod *Monaſtiri ton Penteli*, Caloceris, *Mendely* vero aut *Medely*, corruptè aliis dici, annotat J. Sponius *Itinerar. Part.* 2. *pag.* 133. & 134.

Penteleres Veſtes, apud Flav. Vopiſcum in *Aureliano*, *Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, quum ante non nisi Trabeatos purpureas acceſſiſſent, & quidem alii Imperatores, alii dilectos tribunos alis & usque ad* pentelores, *quales hodie tineæ ſunt.* Vox hybrida, ex Gr. πεντε i. *quinque* & Lat. *torum*: Quemadmodum Salmaſius vult *Holoveram* veſtem ſimiliter conflatam eſſe ex Gr. ὁλος & Lat. *veram.* Sic *Epiſcopum* & *Epirhedium*, bono etiam putroque ſenſu ; & cui nihil dum eratadmixtum barbariæ uſurpata *Aſſyndeton* rem pro *pleonaſmo*, Severus Sulpicius elegans aliàs Scriptor vulpavit &c. Dictæ autem ſunt interdum ſeptuaniæ dilectos, trilores, *Pentelores*, non pro numero filorum aureorum, quibus erant intexta:

textæ, ut cenſebat magnus JC. ſed pro numero faſciarum vel inſtitarum & limborum, quibus erant ornatæ. *Lora* enim inſtitæ ſunt, vel faſciæ, quibus veſtes prætexuntur, quas & *paragaudas* dixere: nam *torum* & *paragauda* idem. Unde *paragaudis veſtes* & *lorata*, quam Græci *Νεφρὸν* dixere eadem. A' multitudine igitur pannorum, vel faſciarum & lororum (quæ erant in veſtibus ultimæ fimbriæ modo latæ, modo rotundæ, modò cirratum dependentes) veſtes *diſtinctæ*, *trilineæ* &c. dicebantur. Et monoloces quidem, aut ad ſummum dilores. Vett. fuiſſe notas, quæ nempe unam vel duas zonas in circuitum haberent, prætextas vel adtextas, ex Horatio diſcimus:

Purpureus latè qui ſplendeat, unus & alter
Adſuitur pannus:

Ubi *pannum* faſciam eſſe vel zonam, quâ veſtis ornabatur, ſuprà diximus. Deinde *trilineæ* quoque & *penulerœ*, crebrente luxu, factæ ſunt. Nondum tamen lub Galliteno & Aureliano in uſu fuiſſe lineæ loratæ videntur, ſed tunicæ tantùm: Poſt eorum vero tempora lineæ & interulas etiam lororum multis variegarunt, & frequentiùs quidem quàm tunicas, ita ut & *quinquelores* fierent. Nam talesfuiſſe lineas ſuo tempore, ſcribit *l. c.* Vopiſcus: Hinccque idem in *Bonoſo*, in brevi monerum, quæ Hunilæ novæ nuptæ dantur, *ditorium interularium* meminit, non item tunicarum; ſed bonoſius ille ſub Aureliano vixit & munera illa ex præcepto Aureliani data. Jam tum igitur Aureliani tempore ribus lineæ in uſu, ſed & *penulæ* fere tantùm, non etiam *penulerœ*, quò jam usque proceſſerunt Vopiſci ætate. Hodie verò, addit Salmaſius, mulieres non *penulerœ* tantùm veſtes geſtant, ſed usque ad cinguium loratas & zonis ſericis h. e. paragaudis diſtinctas: ita nulla re aliâ, quàm luxu, Veteres vicimus, V. cum *ad l. 1.* & ſuprà ubi de veſtibus *Loratis*.

Pentepiropus, Græcè Πεντεπίροπος, in *Vita* S. Auxentii Archimandritæ, *comjux quoque ejus cum ipſa dum* Pentepiropi, nomine *Coſmias*: unus erat ex V. Procuratoribus, qui Collegium ſimul formabant. Dom. Macer *in Hieroloexico*.

Penhelèe Synodus, V. infrà *Quini ſexta*.

Penula ſeu *Paenula*, *itineranium* fuit apud Romanos *veſtimentum aut pluviale*, Æl. Lampridius *in Alexandro Severo*, ita enim habet Cod. Palatinus, cum aliàs aut *pluvia* legatur: & quidem ut plurimùm ſcorteum. Martialis, Lampridius, *in Epigramm.* cujus lemma *Penula ſcortea*,

Ingrediare viam cælo licèt urgue ſerено,
Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas.

Scorteas tamen & pœnulas ſeparatim nominat Seneca *in Quæſtion. Natur.* & ad utramvis harum diſcurſi ſolitum, cùm plueret aut grandinaret, ſcribit *lib. 4. cap. 6.* Nempe & aliud *Paenularium* genus, ex lana fuit, quas intra urbem uſurparunt ſub Impp. hyemis præcipuè & frigoris tempore. Martialis idem *Gauſapinas Paenulas* illas appellat, de quibus ait:

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta,
Ut me vel media ſumere miſſe velis.

Hyeme igitur tantùm ſumebantur. Tit. *Epigramm: Paenula gauſapina*: & frigoris quidem ſolùm causâ tum conſuevisſe, indicat idem *lib. 6. Epigramm. 59.*

Et dolet, & queritur ſibi non contingere frigus,
Propter ſexcentas, Bacce, a, gauſapinas.

Atque de his capiendus Tertullianus in *Apologet. Pileo & tibeatra, nec ſingula ſatis eſſe, nec nuda. Nam ne vel hyeme voluptas impudica eſſaret, primi Lacedæmonii panulam Indis exogitarunt*, &c. Gerebant autem in urbe *Paenulas* apud Romanos, frigoris pluviæque gratiâ, Tribuni Pl. non verò Imperatores: Unde Spartianus in *Adriano*, cum hic Tribunus Pl. eſſet, omen ſibi factum Imperii ex eo credidiſſe, ait, quòd Penulas amiſerit, quibus Imppq. qui perpetuam habebant Tribunitiam poteſtatem, nunquam uterentur: *Quo indicio factum ad perpetuam Tribunitiam potestatem omen ſibi factum aſſerit, quòd penulas amiſerit, quibus uti Tribuni Pl. pluvia tempore ſolebant, Imperatores autem nunquam. Unde bodieque Imperatoreſine penulis à togatis videntur.* Nec verò Tribuni ſolùm Pl. ſed etiam Magiſtratus reliqui pluviali tempore, id veſtimenti genus videntur uſurpaſſe. Imò Adriani temporibus jam in promiſcuo uſu erat, etiam Senatoribus, & quum pluviale tempus non eſſet. Rarus tamen earum etiam tunc uſus: & non niſi frigoris gratiâ, aut pluviæ, capiebantur *Penulæ*. Sed has, quibus Tribunos pluviæ tempore utos ſcribit Spartianus, lacernas fuiſſe verùs, quam *paenulas*, pœnulasque pro lacernis ſæpe poni à Scriptoribus, ait Salmaſius *ad Lamprid. in Alexandro Severo*. Fuit autem *Penula* veſtis non Romana, ſed exotica ac peregrina & quidem Lacedæmoniorum inventum, uti viſum ex Tertulliano. Ideo è Græcis antiquis ſoli Dores hunc uſus veſtis meminerunt, unde apud Heſychium Rhintonis Tarentini verba, *ἔστιν ἐγκύκλιον τριβώνιον*, à *δωρικὸν λεκτὸν*, *apparet*. Erat enim veſtis addicta & quæ partium corporis, quas tegebat, figuram exprimeret: quod proprium earum eſt veſtium, quæ arctè, non ſolutim, amiciunt. Nec multo aliter *φαινόλιον αὐτὸν*, quæ ortu ſuo terras ac univerſum hoc patefaciat oculis ſpectan tum, apud Sapphonem, Doricam & ipſam. A' Græcis ufum ſimul & nomen *Penulæ* habuerunt Romani, quæ quamvis non eadem penitùs cum Laconica formâ videatur fuiſſe, tamen & ipſa preſſius amicebat quàm toga aut pallium. Hinc eam Artemidorus inter veſtes recenſet, quæ *διὰ τὸ ἐυσχήμονα* ſignificant, *διὰ τὸ ἐμπεπλεγμένη τῷ σώματι*. Initiò verò *Panulam* apud Romanos tenuiſſimi tantùm quique geſtabant, putà ſervi authi conditione proximi, eratque proprie iter facientium veſtis, cujusmodi *Mutionica pœnula* Ciceroni nominatur. Poſtea etiam intra urbem geſtari cœpit, nec, ut antè, à ſervis ſolùm aut ſordidioris conditionis hominibus, ſed etiam Senatores & Magiſtratus ipſos in publicum *pœnulatos* prodire non pudet. Imò nec quod dicit Spartianus, Imperatores *paenulam* in pœnula veſtes eſſe publicè, ſine exceptione verum. Scribit enim Dio de Tiberio *lib. 57.* eum in panegyri quadam, pluviâ ingruente, *pœnulam* induiſſe. Nec Viris tantùm verùm & Matronis veſtis uſum placuiſſe, Lampridius docet in *Alex. Sev. Pœnulis intra Urbem frigoris causâ uti Senatores interverunt permiſit — Matronas tamen intra Urbem* pœnulis *uti vetuit, in itinere permiſit. &c.* Lana, unde *Pœnulæ lyonicæ* confieri ſolitæ, Appula erat mitro candore & villorum gratiâ commendata, è qua in modum gauſapinum texebantur, unde *gauſapinæ* dictæ, ex Martiali ſuprà oſtendimus. Ubi & oſtenſum, *Lacernas* cum *Pœnulis* non raro apud Scriptores confundi: inter quas tamen hoc diſcrimen, quòd *Pœnulæ* ſuprà tunicam tantùm ſumerentur; Lacernæ & ſuprà tunicam & ſuprà togam: Lacernæ Pœnulæque pluviales, ſed iſtæ in itinere & extra urbem, illæ intra urbem. Unde Spartianum de Adriano loquentem, *Pœnulas pro Lacernis* dixiſſe, non dubitat Salmaſius. V. cum & ad hunc Auctorem *ad Lamprid.* ut & ſuprà in voce *Pœnula*. Macrinum Imp. *Pœnulas potuiſſe coloris roſei dare paraviſſe*, id eſt, *ruſſei*, ut interpretatur idem Vir doctiſſ. Lampridius modò laudatus, docet *in Antonino Diadumeno*. Penulæ *Illyricianæ* meminit Vopiſcus, in *Claudio*. &c.

Penularius, vel *Penulens*, nomen proprium, quo filium ſuum inſignivit voluiſſe Macrinum Imp. à *pœnulis roſei* coloris, quas Populo dare, in honorem Antonini filii ſui, hinc *Antoninianas* dicendas, paraverat, legimus apud Lampridium *d. l.*

Penus, locus intimus in æde Veſtæ dictus eſt, Roſinus *in Antiqq. Rom.* adeoque idem cum penetrali, de quo *ſuprà*. Lampridius, *in Penum Veſtæ irrupit*. Alias πανὸς τοῦ βίου, omnia ad vitam ſuſtentandam neceſſaria denotat, quæ *Penî* nomine venient, quòd intus & penitùs habeantur. Sunt autem illa, Eſculenta & Poculenta, Olium, Garum, Muria, Mel, Acetum & Hordeum, Ligna & Carbones, Thus & Cera: nec *injuriâ, ait Seneca in omne*, ſcribit Cicero *de Nat. Deorum lib. 2. quo vescuntur homines, Penus*: & Penora, res neceſſariæ ad victum quotidianum dicuntur. Fabio Planciadæ idem eſt, cum Cellario ſeu Cella penaria, cujus meminere Suetonius, Ulpianus, Gregorius Turon. Alii. Verùm inter *Penu* & Cellarium hoc intererat, quòd Cellarium paucorum dierum, *Penus* eſſet temporis longi; ut annotavit Servius *ad Illud Virgilii*,

Cura penum ſtruere:

quod & vidit ur Scævolæ placuiſſe, apud A. Gellium *lib. 4. cap. 1. Panuarium* antiquum marmor, *Condum promum procuratorem Penî Plautus Pſeudolo*, citante Fulgentio, habet: quem imitatus eſt proculdubio Paulus Diaconus *in Diſtichis*, quibus D. Benedicti admiranda complexus eſt, *de Geſtis Longobard. lib. 1. cap. 26.*

Cur Promæ Condo limes ſtillam prabere Lyæi?
Dolia cerie ſtruunt, cur Prome condo times?

Periapta, Græcè τὰ Περίαπτα, aliter περιάμματα, à verbo περιάπτειν, *appendo*; interdum ἐπῳδήματα, eadem notione, etiam φυλακτήρια, ab φυλάττειν, *amoliri*, unde Latinis *Amoleta*, vulgò *amuleta*: remedia dicitur, quibus collo annexis Medici Magi morbos fugare conantur. Medici enim Magi eum triplices fuit, juxta Vossium: Quidam tot fint in occultis naturæ proprietatibus indagandis & earum operationibus promovendis; Alii verbis, characteribus & cerimoniis medendi efficaciam tribuant; Alii inito cum Spiritibus commercio, morbis auxilientur: duo posteriora Magiæ genera, *Medicinæ* nomine indigna, imò plane nefaria sunt. Primum verò Naturâ nititur, quæ Deum auctorem habet; atque hinc περίαπτα quædam, quoque pertinent, quæ nempe ob sympathiam vel antipathiam occultâ proprietate prosunt: Diofcoridi ἀναπλάσεις ἐργῶν dicta, h. e. *ejusmodi, ut eorum rationem reddere nequeamus.* Aliqua enim occultam habere facultatem, qua, de collo pendentia, ubi incalluerint à corpore noftro, profluvia quædam, nobis nefcientibus, effundant, cutique noftræ velorem etiam ac naribus afflent, eoque pacto morbis variis profint, dubium nullum eft. Nec pro diabolicis ftatim habenda, quorum rationem ipfi perfpicere non poffumus; nam nec eorum nobis ratio conftat, nifi illio illitus fit, ferrum trahat. Cur patinæ aquâ plenæ impofitus, uteunque millies pænam verfes, quiefcens femper frontem verfus Arctium vertat polum? &c. Gerh. Joh. Voffius *de Philosophia cap.* 8. §. 12. Unde apud Scriptores etiam valde pios, ut Pifidem & recentiores Medicos Græcos, reperiuntur *Periapta* è lapidibus multa, fimiliaque alia ἐξαιθέσεσι, quæ naturâlia potius, quàm magica remedia, funt cenfenda. V. Pfellum *libde lapid.* Interim, quia plerumque abufus accefit, & amuleta illa magicorum artibus fufurro adhibert fere confuevere, meritò vanitatem hanc omnium fæculorum Sapientes damnaverunt. Nota quartanæ fanatio, per ABRACADABRA chartæ infcriptum & collo appenfum, apud Q. Serenum Sammonicum, ut alia omittam: cujusmodi amoleta licèt præftarent, quod pollicentur, fatifis nihilominus fore, ut morbo obeamus, quàm fic recuperemus fanitatem, graviter monet Chryfoftomus. Hinc, apud Æl. Spartianum in *Antonino Caracalla*, *Damnati* leguntur, & *qui remedia quartanis tertianisque collo annexa geftarent*; ubi mirum alicui videatur, adeò fevere in hujusmodi homines ab eo Principe omnium primo fuiffe animadverfum, quem curiofis artibus deditiffimum fuiffe, teftibus Dione & Herodiano conftat, inquit Salmafius, & hæfit diu in animis vett. Chriftianorum etiam hujusmodi remediorum approbatio & ftudium. Quam ob caufam modò laudatus Eccleſiæ Doctor aliique Viri pii & ſanctigraviſſimè in eos funt invecti, qui more pagano θέλγητρα annectérent: extantque de horum pœnis Canones non pauci in antiquis Patrum Conciliis. In *Homil.* autem 8. *ad Coloſſ.* non dubitat Chryſoſtomus, comparare aliquatenus martyrio hujus vanitatis contemtum, Ἐκόντων, inquiens, τὰ παιδία, ὅτε ἐκείνων φόβῳ τοὺς μαθητὰς αὐτῆς λαγίζεται; adeò tum erat in plebis Chriſtianæ animis ἀναισθησία hic morbus. Quam fententiam plurimis idem tractat in 6. earum quas ſcripſit e. *Ind.* Et tamen vigebant Principum Chriſtianorum *LL.* quibus cùm hoc genus, tum aliæ omnes ſpecies vetitarum artium coërcebantur: qua de re multa Amm. Marcellinus *lib.* 29. in rebus Valentiniani ac Valentis. *Lib.* autem 19. ſcribit idem, de Conſtantii temporibus: *Si qui remedia quartanæ vel doloris alterius collo geſtaret, ſive per monumentum tranſiſſe veſſere male valorum arguereatur indicis, aut venenifius pronuntiatus, reus capitis interibus &c.* Salmaſius ad *Spartian. d. l.* V. quoque ſupra, voce *Fafcia*.

Periarchon, titulus libri cujusdam Origenis περὶ Ἀρχῶν, *de Principiis*; qui liber, malâ fide à Ruffino in Latinum ſermonem translatus, non paucis impoſuit: donec Hieronymus, novam verſionem orſus, priorisnævos detexit. Damnata autem verſio Ruffini eſt, in Concilio Alexandrino, cui Theophilus Patr. præſedit. Dominicus Macer in *Hierolexico*.

Periclaudes, proprium apud Vett. Ancillarum calceamentum, Balduinus de *Calceo*.

Periboli, Græcè Περίβολοι, dictus olim propriè eſt, certus agri modus, circùm templa vacans, vitibus arboribusque conſitus & muro clauſus, Deoque, cujus id Templum erat, dicatus & Sacerdotum uſibus proficiens. Περίβολοι τῶν νεῶν, Auctores Græci frequenter dicunt. Ælianus *Hiſtor. lib.* 17. *cap.* 47. Οὐκέν οὖν τοῦ νεὼ τοῦδε τὸν περίβολον ἡμῖν τοσοῦτον ὑφεῖσθαι φασι. Latini Templa conſiptum vocant. Appuleius *lib.* 11. *Aſſibus ejus conductis intra conſeptum Templi Larem temporarium mihi conſtituo.* Arnobius *lib.* 6. *Dairus & Immanandus fratres, in Eleuſino conſepto, quod civitati ſubjectum eſt*; Græcè Clemens habet, Ἐν τῷ φθονερῷ τοῦ Ἐλευσῖνος. Locus nempe conſeptus erat & muro clauſus, ſed fine tecto & *ſacer*, unde *Sacellum* quoque Latinis. Feſtus, *Sacella dicuntur, loca Dîis ſacrata, ſine tecto.* Poſtmodum de ipſo Templo vox ufurpari cœpit, Salmaſius ad *Solinum* pag. 10. Apud Scriptores etiam ſæculi xvi. vox aubitum adhibidem notat, maximè ſacræ. Continebat autem Eccleſiæ peribolus *cellulas, domos, hortulos, balnea, areas, atque puteum*, ut dicit mus ex *Conſtitutione* Theodoſii & Valentin. de his, *qui ad Eccl. confug. ubi* Περίβολον Ἐκκλησιαστικὸν dicitur: intra quos limites his, qui ad templum confugiebant, vitæ immunitas erat, &c. Apud Papiam *Peribolus* eſt *ſyſtus ſeu pariticis*: in Saxon. *Glofſar.* Eiſfrici, *Pagus ſeu Comitatus*, Car. du Freſne *Gloſſar.* Apud Græcos recentiores Περιβόλαια, idem ſunt quod *παρδίσεις*, *vivaria*, Barbarè *brolia*, Gall. *breuils*. Ita enim leguntur, apud Luitprandum Cremon. Epiſc. in *Tzgis*, ad Nicephorum Phocam Imp. Conſtantinop. A. C. 968. *In Umbriam* (l. Selymbriam) *qui eſt locus XVIII. M. Conſtantinopoli diſtans, Nicephorus me accerſiri jubet, &c. Et me interrogavit, ſi vos perivolia* (περιβόλους) *id eſt, brolia, vel ſi in perivolis onagros, vel cætera animalia, habaretis. Cui cùm vos brolia, & in brolis animalia, onagrie exepiſi, habere affirmarem, Ducam te, inquit, in noſtrum peserivolium, cujus magnitudinem & onagros, id eſt, filvettres aſinos te videſſe miraberis.* Et paulo pòſt, *Occurrunt mihi commiſſi caproi, quos ipſi dicunt, onagri. Sed quæſo, quales onagri? Quales ſunt Cremonæ domeſtici. Color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales ſimiliter cùm rudere incipiunt, magnitudo non diſpar, velocitas una, dulces lapis aquæ.* V. Bochartum *Hierozoic. Part. I. Lib. III. cap.* 16.

Perichori Agones, Græcè Περίχορα, dicti ſunt Græcis, qui nec fieri erant, nec periodici. Scholaſtes Pindari ad *Iſthmionic. Ode* II. Οὐ δὲ μόνοι ἀγῶνι νικῶντες ὁ Λεξανδρεὺς, ἀλλὰ καὶ ἀγῶνας, *Non enim ſacro in Agone victoriam reportavit Ariſtagoras, ſed in perichoris.* Et paulo pòſt, *in eadem præfat.* Εἰ δὲ παραμυθοῦνται, ὅτι καὶ ἀγῶνας ἄγουσι καὶ ἐν Ἄργει, καὶ ἐν Δήλῳ τῷ Ἀπόλλωνι· Locus Odæ, quem ſignificat, ita legitur, Ἐκ δὲ ἀθλοθετῶν ἐκκριθέντα Λεξανδρέα δρόμῳ ἴσον πάτερα τ' ὑπνώοντα ἐγκρίνειν πάλαι ἢ μεγαλώνυμον πυγμᾷ· ubi ἀθλοθέται sunt agonum ἀθλητῶν & vicinarum urbium. Inde intelligimus, cum Ariſtagoram, fedecim victorias retuliſſe è ludis & agonibus vicinorum oppidorum, qui facri non erant, fed περιόδιται & δωδέκατοι. At in ipſo texu, fedecim antagonitas habuiſſe eundem vult, ex vicinis oppidis, contra quos luctâ & pancratio coronatus fit. Et quidem in ſingulis fere Græciæ urbibus certamina celebrabantur, qui non erant *ſacri agones*, ſed in his certabatur, propter aliquod præmium. Sic in Marathone, phialæ argenteæ dabantur victoribus, alibi clypei æræi, ut in Junonis ludis, qui Argis peragebantur. Unde Ἀσπὶς Ἥρας, *Clypeum Junonis*, viciſſe tales dicti, & agon ipſe Ἀσπὶς ἢ Ἄργει, *Clypeus Argis*.

In urbe Pellene, Θωρίκιον vel Ἔρεσσον, quibus munus erat feu præmium victoriæ, Læna. Ἄγιναι, Αἴλιναι, qui agon fuit Argivorum, quòd amphoræ victoribus donarentur. In aliis certaminibus, tripodes æneï proponebantur; vixque ulla, ut dictum, Græciæ erat urbs, quin aliquod in eas certamen agitaretur, poſtis in medio præmiis, unde omnes illi agones ἐπὶ τρίποδι, & ἀγῶνες ἐπὶ τρίποδι vocati. Soli IV. illi celeberrimi Ludi, *sacri* per Græciam fuere & *ſolaſtici*, quibus præmium non aliud, præter coronam, propoſitum; hinc Φυθικὸς & Φύθιος appellati. De *Periodicis*, dicemus infrà. V. hanc in rem Salmaſium *ad Solinum pag.* 849.

Periſtiantes, in Zerynthо, in antrum Hecatæ dicatum, con fugere olim ſoliti ſunt, teſte Ariſtophane *in Pace*. Ita autem de hoc antro, Nicandri Scholiaſtes, Τὸ Ζερύνθιον ἄντρον τῆς Σαμοθρᾴκης ἔνιοι οἴονται. Δυκόφρων δὲ φησι, Ζερύνθου ἄντρον τὸ κυνοσσάλμου θεοῦ· ἢ ὅτι κυνόμαχοι τῆς Ἑκάτης, *Zerynthium antrum in Samothracia dicunt eſſe Lycophron vero ait, Zerynthi Antrum Virginis Canariæ*, i. *Hecatæ Canidolæ*. Hîc igitur, ubi Hecatæ & Corybantibus ſacrificaſſent, libentiùs à *periculis* ereſcebantur. Suidas, Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἦταν τελεταὶ τῶν θεῶν, ἃς ἐδίδασκεν τελεστὴς ὀνόματι Ἀλέξανδρος κατὰ τοὺς τῶν Κορυβάντων μυστέρια τὰς τῆς Ἑκάτης, ἢ τὰ Ζερύνθου ἄντρου, ἢ κύνας ἔθυον. Ἐν κατ' ἄνδρας δὲ ἡμέρᾳ ἐπτακαίδεκα τὰς Δαμίωνος ἐπιβιῶναι ἢ ἀλεξῆσαι. Ἐδόκουν δὲ οἱ ἀνάβροχοι τοιοῦτοι, ὃν τὸν βίον ἐπιζῆσαι, ἢ ὃν τοὺς χρωμένους, Id eſt, *In Samothracia erant ſacra quædam, quæ fieri ſolebant, ad ceremoniarum peritiam tradens & Corybantum myſteria & Hecatæ, & Zerynthium antrum, ubi canes immolabant. Intague in periculis verſantes invocabant Deorum opem ac præſentiam: & vivebantur, qui his nacabant ſacris, è periculis ac tempeſtatibus librari*. Pertinet huc & Diogenis illud, apud Laërtium, *lib. 6. in vita eius*, *Admirante quodam in Samothracia donaria, dixit:* Πολλὰ ἂν εἶδε πλοῖα, ἢ ὃς οὐ σῴζεσθαι ἀπέλπισεν, *Longè eſſent plura, ſi & qui non ſervati ſunt, appenderent*. In ſpecie de periclitantibus in mari, V. ſupra in voce *Naufragium*. *Periculum* namq; peculiariter de navigatione: nautæ enim, ut ait Q. Smyrnæus, ἀεὶ κύτος ἐπὶ δείλῃ, *ſemper extilio ſunt propinqui*. Statius *Thebaid. lib. 6 verſu* 22.

Cen primùm auſuræ trans alta ignota bireme,
Seu Tyrrhenam tyrenem, ſeu ſtagna Ægea laceſſunt;
Tranquillo prius arma lacu, ſæ vumque tevetque
Explorant remos, atque ipſa periculа diſcunt.

Ad quem locum V. *Animadverſiones* Calp. Bartii.

Periclyſis, Gr. Περικλυσὶς, ora vel extremitas veſtis & veli & cujuslibet rei, apud Anaſtaſium in *Leone IV. Fecit vero in eadem baſilica. ad ſtendorem ſacri Altaris, veſtem holoſericam habentem* Periclyſim de *chryſoclavo*, h. e. Χρυσόκλωβον & circum texturam. Ibidem, *Fecit veſtem ſericam altam ſtellatam cum gammatiis & periclyſi de blattin unam*. Ibidem, *Fecit autem in baſilica beatæ Ruſinæ Martyris in ſirva cantilla velum de fundato, habentem in medio tracem & periclyſin, in circuitu de blattin*. Idem *in Sergio II. Vela alia de fundato, cum periclyſi de blattin*. In *Gregorio IV. Præſatus Pontifex fecit in Eccleſia B. Anaſtaſiæ Martyris veſtem de fundato, habentem aquilas & periclyſim de oloverо*. Et paſſim, apud eundem, ſingulis fere è paginis, *Periclyſin* eo ſenſu reperire eſt, pro *circumtexto* veſtis ſe & purpurâ in orbem currente, quam Ἀκρόκλωβον eleganter vocavit Pollux. Sic Ἀβλακώλωτα apud Eunapium, pro extremo *ſuutis* margine legere licet, ex correctione Salmaſii, in *Vitæ Sophiſtarum*. Ὁ δὲ ἐφόρει ἐπτὰ μοίρας τῆς ὀθόνης, ἐπέζωνε δὲ ἐπὶ τὰς κνήμας ἀβλακώλωτα κιθώνιον. Sed & Ἀβλάκωτα illa in veſtibus, Ἀβλάκωτον reperitur dicta, quaſi *circumvelatio*, unde Ἀβλακώλωτα χλαῖνα ut Ἀβλακήρωτα. Recentiores autem Græci μαργάλαια dixerunt hæc veſtium ornamenta extrema, à Lat. voce *margo*. Alter ἐμπορίῳ & ἀλλωτικὸν, quo modo dicebantur illa lora, vel zonæ, vel limbi, qui ad oras veſtium extremas adſuebantur. Erant autem hæ ornaturæ non tantùm purpureæ vel aureæ, ſed etiam verſicolores. Unde ἐτερόχρωμα ἐπιβλήματα vocat Baſilmo *ad Concil.* quæ ex cocco, byſſo & purpura contexta erant, ſeu inſerta, hinc *Inſertæ* Latinis &c. Sed & *pavni*, *prætexta*, ſeu *prætexta*, *ſuttulæ*, item *paragaudæ*, ea dem. Πτερύγιον porrò Græci hujusmodi veſtimenta purpura præ texta, ſeu circumtexta, dicuntur: Οἱ πορφυρᾶς κύκλῳ τὰ τέλη ἢ ὑφάσεις ἐπιβλήματα ἐν ἑκάστῃ ποιῶσι τῇ ἐσθῆτι τὰ χρώματα. Φ. *Quoniam purpura in ordine extremas vela oras ambit, inſulæ imaginem exhibens, circumtexta coloris*: quem purpuræ in ordem currentis, ad oras veſtium, circumflexum, Ἀβλάκωλον quoque ab eadem imagine vocavere, namque Ἀβλάκωλον, *circumflexo*, eſt & c. Salmaſius *ad Vopiſcum Aurelian.*

Periopa, Græce Περιοπεία, i. *ſectio*, pars dicitur S. Scripturæ, quæ aliter ἀνάγνωσις & ἀναγνωσμὸς Græcis, Latinis quoque *Capitulum*, appellatur. Et qui cem, ut ſcripta Evangeliſtarum & Apoſtolorum editu fuerunt, atque in manus Chriſtianorum pervenerunt, ſtatim aut à viris, quibus prædicationis cura, & Eccleſiæ adminiſtratio mandata fuerat, aut ab aliis viris piis & ſtudioſis, in Ἀβλάκωτα, ſive *ſectiones*, diviſa fuerunt, ut commodius legi, privatim, ſive publicè, ac facilius intelligi poſſent. Id que factum eſt exemplo Judæorum, qui ante Chriſti tempora textum Hebraeum & Græcum, in *ſectiones*, *capita* & *verſus* diſtinxerunt: uti pluribus oſtendit Cl. Suicerus voce Περικοπὴ, ubi etiam Patres Auctoritobus ſuis confueſſiſſe multis ante dictus declarare, de quo eſſent tractaturi argumento, ut ii litterim Librum ſumerent, &, *Sectione* totâ perlectâ, partitores veniente ad audiendas conciones, ex Chryſoſtomo doce *Homil. 3. de Lazaro Tom. V. pag.* 242.

Periculi fui Judices, eleganter Amm. Marcellino vocantur Præfecti ejusmodi, de quibus ſic Jul. Capitolinus in *M. Antonino Philoſ. Habuit ſecum Præfectos, quorum auctoritatem & periculo ſemper ſura dictavit*. Ubi ſenno eſt de Præfectis Urbi & Prætorio; à quibus quòd appellari non licebat, *ſuo periculo* ad eare dicebantur: Et quidem Præfectus Prætorio vice Imperatoris judicavit ſemper; Præfectus Urbi non ſemper. Auctoritate igitur ac periculo ſuorum Præfectorum jura ſeu per dictavit Marcus, id eſt, Præfectis ſuis poteſtatem absque provocatione judicandi ſemper, conceſſit. Unde ſcribit Juriſconſultus *lib. 1. de appellat.* interdum ab Imperatore ita ſolere indici dari, ne liceat à eo provocare, & Divum Marcum ſæpiſſime ſic Judices dediſſe. Alii tamen *Periculum* pro tabella accipientes, & qua ſententiam recitare ſolebant Judices, verba Capitolini ſic legunt: *Præfectos ſecum habuit, quorum auctoritate ex periculo ſemper jura dictavit*; ſed eam lectionem multis de cauſis improbat Salmaſius. *Periculum* autem pro *indiculo* vel *tabella ac titulo* Latini dixerunt, exemplo Græcorum, qui vocarunt ἔλεγχον. Sic *periculum facere*, ἔλεγχον ποιεῖν ſeu διδόναι, *experimentum facere & experiri*: hinc ἔλεγχος & *periculum* idem. Inde etiam *elenchi*, genus margaritarum, quos Latini *titulos* vel *titulatos* appellavérunt. Salmaſius *ad Capitolinum l. c.* & *ad Vopiſcum in Aureliano*, ubi *cippum* vel *columnam* feu *ſtelam ſepulchralem*, in qua titulus olim ſepulchri, & quæ cauſa mortis erat, qui jacebat, inſcribebatur, *Periculum* Auctori de *Viris Illuſtr.* dici monet. V. quæ hanc in rem diximus, dicemusque in vocibus *Gyas*, *Titulus* &c.

Periodromi, Græce Περιδρομοὶ, circumvallationes erant, circulatera Ædium ſacrarum, apud Græcos, ordinibus columnarum utrinque adjectis, de quibus V. eundem Salmaſium *ibidem pag.* 1218.

Periegeſis, Græce Περιήγησις, Crinagoræ *in Epigramm. dicti* Ἴσαρ κύκλῳ, narratio viz. quæ ſingulas provinciæ unius regiones, urbes & loca ordine exequitur ac deſcribit, nihilque intactum relinquens, ſtatim ab una ad alteram civitatem; cui reſpondent in itinere maritimo οἱ ἀβλάκωλοι. Unde multi ſcripſerunt Περίπλους & Περιηγήσεις Scriptores. Περιήγησις etiam vocaverunt, ut *Arrias* Περιηγ. libr. quo omnia Aſiæ oppida, flumina, montes & loca memorabilia ordine expoſita continebantur. Epigramma autem præfatum ſic habet,

Πλοῦ μοι ἐπ' Ἰάονας σύντειλα, τῷ ζυγὸς ἀστὴρ
Ἑσπερίης, ὁπ' ἐμὸν ἤθεα πατρὶς ἰόντι.
Δεῦρο δὲ ἐγὼ κύκλῳ τὰ μὲν ἔστι νέμω κυκλάδα, τὰ δὲ ἐπὶ ἔστι Σικελίαν.
Σοὶ μοι ἄναξ, Μίνωτι, κάλεω θεὸν, ἠεγρε κύκλῳ Γεγάμεν, ὃ πάσης ἴδα Γεωγράφιες.
Navigatio mihi in Italiam paratur, ad amicos enim Mitior, à quibus jam diu abſum.
Quare dicam periplum, qui me ad Inſulas
Cycladas, veterem, dicat Scherlam.
Suggere mihi alia, Minoppe, Amice, hiſtoricum cy-
clum
Scribent, ô omnigene peritæ Geographiæ.

Ubi ἐγκύκλιος ἀβλάκωλος intelligit Περιηγητὴν, qui per ſingula ducit ac circum vehitur, memorabilia quæque ac viſenda oſtendens & deſcribens. Hinc Περιηγητὴς Dionyſius. Sed & maritimæ circumductorem verbis illis deſignavit Crinagoras, quia navigare in Italiam parabat: in qua navigatione ac circumvectatione Inſularum, quam factoras erat, rogat Menippum, ut ſibi operam adjungere velit, conſirpto itinere periplo, quo omnia memoratu ac viſu digna ordine exponeret, ἔφεξῆς κύκλῳ appellans, quem Περίπλουν vel Περιήγησιν proprie appellarunt Fuit autem hic Menippus Pergamenus, inſignis Geographus, qui, *Periplum internis Asiæ tribus* libris complexus, non Geographica tantùm, ſed & Hiſtorica, pertractaverat. Uti autem *Periegeæ* Geographi ac Hiſtorici, ſic Poëtæ, qui Κύκλιοι conſtituebant, non minùs ſingula quæque in fabulis narrandis ordine ſuo expoſuerunt, qua de re V. ſupra ubi de *Cyclo* & *Cyclicis Scriptoribus*: ſplura v. apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 849.

Perinthus, equiſo Polynicis, memoratur Statio *Thebaid. lib. II.*

Proximus Inachii tutius expreſſa Perinthi
Obtulit ——

Periodeuta, Græce Περιοδευτὴς, Viſitator eſt, officium Eccleſiaſticum apud Græcos, inſtitutum in Concilio Laodicenſi, pro villis, terris ac caſtellis, in quibus Epiſcopi non erant. Zonaras, *Periodeutæ nominantur, quod hos Ecclæſiæ continentibi in oppidis præſidibus regantur*. Idem in Conſtantinopolitana Synodo *Periodeutes*, à Gregorio Theſſalonic. *Ambulatores*, à Balſamone *Exarchi* dicuntur: quod poſtremum vocabulum hodieque apud Græcos in uſu eſt, qui *Exarchos* vocant, Viſitatores Dioeceſium, à Patri-

triarcha missos; non quidem ad reformandos mores, ex antiquo instituto, sed ad colligendos nummos decimarum & proventuum Patriarchalium. Dominic. Macer in *Hierolexico*, in hac voce, ut & in voce *Curiofus*. Olim v. Περιοδευτὴς Græcis dicebantur, id M. dicorum circulatorum genus, quos nunc *Charlatanos & Saltimbancos* Galli appellant. In veteri *Infer.*

——— *Medicus fora multa frequentat* :

id eſt, circumforaneus Medicus & circulator, περιοδεύτης. At Sufcero, ſic Medicus quicunque olim dictus, ac inde Περιοδευτὴς in Eccl. appellati, h. e. *Curatores animarum*, omnium infimi villarum Epiſcopi, *Inſpectores ſeu Viſitatores*, qui prius Χωρεπίσκοποι, hodieq; Curati Gallis dicuntur, V. cum *Theſ. Eccl.* voce Περιοδεύτης. Unde περιοδεύειν ſimina quoque Græcia, pro *ſanare* vel *curare*, dixit, eo modo ſc. quo curat Περιοδευτὴς. Epiphanius de ponder. & menſ. Ῥαφεῖσι δὲ καὶ κεκολλημένοις περιοδευθεῖσι ὑπὸ χρυσέως οὐ τῶν αὐτὸς δοκτύλων, *Collectitiis ſive glutinatoriis medicamentis curati &c.* Ita Salmaſius *ad Solinum paſſim*, *inprimis pag.* 1056 De *Periodeutis* verò Athletis, hic *infrà*.

Periodici Agones, illum cum ſacris illis IV. Graecorum Agonibus, quos omnes qui viciſſet, ἐφόδου feciſſe dicebatur & περιοδονίκης, ut & περιοδονίκαι, *Athleta*, appellabatur. Non enim Olympia ſolùm aut Pythia viciſſe oportuit eum, qui *Periodi victor* dici voluit, ſed omnes. Athenæus, Ἐνίκησε δὲ καὶ περίοδον ἑπτάκις, *Vicit autem periodum decies*. Quæ περίοδος tamen de ſolis quatuor ſacris certaminibus, Pythiis, Iſthmiis, Nemeis & Olympiis dici conſuevit. Cujusmodi victor & quidem complures, Milo fuit. Solinus *cap.* 1. *Victor ille omnium certaminum, quæ θέατρα. Πάντων ἀγώνων, ἃ ἐπεδείκνυτο.* Cujus victoriæ ita recenſentur, in Olympionicarum ἀναγραφῇ, ad Olympiadem 62. Μίλων Κροτωνιάτης πάλαι, ὃς νικᾷ Ὀλύμπια ἑξάκις, Πύθια ἑξάκις, Ἴσθμια ἑπτάκις, Νέμεα ἑπτάκις, *Vicit Olympia ſexies, Pythia ſexies, Iſthmia decies, Nemea novies.* Imò ὁ μόνον τῶν περιοδονικῶν (ἦν γὰρ καὶ ὁ τοιοῦτος ἀγῶνας, *non ſolùm* periodum *vicit, ſed & multos alios agones*, Plut. ſc. θεσσαλικὸς, de quibus ſuprà. Romani v. poſtea Imperatores, & alios quoque aliquos agones eodem jure donaverunt, ut *quos* ſc. eſſent ac vocarentur, qui tamen nunquam *periodo* comprehenſi ſunt. Hinc περιοδονίκης φάσκειν, quos reportaverant facinorum hujusmodi certaminum victores. Scholiaſtes Pindari *ad Iſthmionicas Ode* 11. Διὸ τὸν αὐτὸν συμπίπτειν, ὅτι στέφανος ἦν ἑκατέρῳ, ὁ αὐτὸς ἀγὼν ἐπεκράτησεν, *Ode hac ſignificatur, habuiſſe illum coronæ ſodalem, ſed minimè periodicæ &c.* Uti v. κύκλιον ἀγώνων, id eſt, κύκλον, feciſſe dicebatur, qui quatuor illa certamina ordine vicerat; ita & κύκλου σταδίους confeciſſe dicitur olim, quin orbe & circuitu per omnes ſcenicas tranſiverat ea quinque certamina. Similiter, qui multa per limina ſalutationes potentiorum manè obibat, Περιόδους facere dicebatur &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 849. & hic paſſim, inprimis in vocibus, *Cyclus*, & *Orbis*.

Periodus, Græcè Περίοδος, nomen variis libris tribuitur, qui etiam περιοδικοὶ dicebantur. Inde Περιόδοι Ἀπεσίλεω, libri quibus res ab Apollodo geſtæ continebantur per varias orbis regiones, quas *circumvehendo* perluſtrarant. Et in antiquo Cod. recenſentur inter Apocrypha Novi Teſt. Περίοδοι Πέτρου, Ἰωαννοῦ, Θωμᾶ, quarum auctor Leucius quidam Charinus memoratur Photio *in Biblioth.* V. Salmaſium *Prolegom. ad Solin.* & ſuprà verbo *Circumvehi*, item voce *Periegeſis*. De *Periodo* v. *annorum* duplici, apud Ægyptios, eundem *Exercit. Plin ad eundem Solinum pag.* 553. uti de *Periodo Juliana*, exogitatâ à Joſephi Scaligero, & ita a Julio Cæſare, ad quas annos accommodata eſt, nominati, quos ſuprà. Epiſtolis ſe multiplicatis, *Indictionis* viz. *Numeri Aurei*, & *Cycli Solaris*, *cum literis Dominicalibus*, numerum effecit annorum 7980. Scaligerum ipſum *in Cannibus ſagog.* Petavium, Alios.

Periptæſmata, Gr. vox, in Gloſſ. *Tapetia Babylonici floris varietate conſpicua*: hinc Lucretio *Babylonica* dicta, & Martiali, quorum hic :

Non ego præmiferim Babylonica picta ſuperbè
Tentoria, ſomiramis quæ variatur acu.

Eadem *Aulæa*, & *Attalica* & *belluata*, h. e. belluis variegata, & *Peripſtromata* paſſim dicuntur, V. infrà ubi de *Tapetibus*.

Periphana, Græcè περίφανα & ὑπάφανα, ſimulachra diecbantur, in cælatura, quæ tota & apparentia ex omni parte emineant; quemadmodum περίφανα vocabantur, cùm velut affixæ imagines unum tantùm latus oſtenderent : quorum hoc Galli appellant *en boſſe*, illud *en relief*. Athenæus *lib.* 8. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο τοῦτο ἢ περίφανα καὶ ὑπάφανα ἦσαν, ἃ ὧν τὸ τοιοῦτον ἢ ἐπὶ τῶν κρατήρων ἐγγράφουσι καὶ ἐπιτιθέασι. *Eſt verò* (crateres) *habebant in ſuperiore parte animalia ſic cælata, ut tota conſpicua apparerent : in collo autem & ventre craterum proſtypa adhærebant, dimidiâ tantùm ſui parte expreſſa*. Sic idem alibi τὰ περίφανα τοῖς ὑπάφανοις opponit : Taliſerat caper in vaſe illo nobilitato Vett. carminibus ;

Stat caper in phiala dotis Myrr, anne Myronis.

Ubi in phiala caper expreſſus erat pro emblemate, verùm ita, ut integer & περίφανὴς appareret, non ὑπέρυπτος. Aliter ὑπέρυπτα quoq; iſſiusmodi ſimulachra dicta ſunt. Quæ ſimulachra, ſeu *ſigna aut ſigilla*, item *Emblemata*, ut Cicero vocat, plerumque poculis immittebantur ac ill gabantur, ſicque de poculis ac vaſis revelli poterant & aliis rurſus illigari. *Actione VII. in Verr. Appoſuit patellam in qua ſigilla erant egregia*. Et paulo poſt, *Sigillis atq; ſi reliquum argentum ſine avaritia redidit*. Uti cruſtæ, quam vocem idem de proſtypis, quibus operiebantur, adhibet, & ipſat exemptiles erant. Ibidem, *Quæ probarant, illi cruſtæ aut emblemata detrahuntur. Sic Helaufini exuſtis deliciis, cum argento puro, aurum reverterunt*. E' quibus videmus, vaſcula pura ſigillis vel emblematis aliunde revullis plerumque decorari conſueviſſe, &c. Diverſa autem artificia eorum, qui vaſa pura faciebant & eorum qui ſigna hujusmodi ac ſigilla, vaſculis aureis argenteisque includenda, calabant : *illi Fuſcalarii*, hi *Calatores* dicti, item *Toreutæ*, V. hic paſſim. Porrò, quemadmodum aureæ cælaturæ in vaſis argenteis ſæpe collocabantur, ſic argentea emblemata ac ſigilla aureis ſcyphis non raro includebantur; quorum hoc factitaſſe Verrem dicit Cicero, de illo habes Senecæ locum & c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1046.

Periphas, adde : Ille Pyreti Centauri victor, celebratur Ovidio *Metamorph. lib.* 12. V. quoque Statium *Thebaidos lib.* 2. *verſ.* 631. ubi is inter aliade eo,

——— *Nil indole clarius illâ.*

Sed & Ægypti filium hoc nomine habet Apollodorus *lib.* 2. laudatus Caſp. Barthio *Animadverſ. ad Statium d. l.*

Peripheses, Vulcani filius, ex Anticlia : *Corynetes*, à *clava* uſu nuncupatus, memoratur Apollodoro, Hygino, Diodoro, Plutarcho, Aliis. V. quoque in voce *Corynetes*.

Periplus, in itinere maritimo, idem quod περίπλους, in terreſtri. V. ſuprà, in voce *Periegeſis*.

Peripoditum, Græcis περιπόδιον, limbus veſtis dictus eſt, quòd circa *pedes* iret. Gloſſæ, *limbus*, τρίβε, κύκλος, περιπόδιον. Apud Ptolomæum in Virginis aſterismo, σύριγξ περιπόδιος dicitur. V. ſuprà in *Periclyſis*.

Peripſema, Græcè Περίψημα, 1. Cor. *cap.* 4. *verſu* 13. *Factus ſum omnium peripſema* : immundities eſt, res abjectiſſima, proprie ſex metallica ſeu limatura. Aliudit autem A poſtolus ad priſcum Gentilium ritum, qui, tempore peſtis vel alterius cujusdam calamitatis epidemicæ, Neptuno hominem effe re, cumque in mare conjiciendo, dicere ſolebant, *Eſto noſtrum peripſema*, h. e. purgamentum ac ſalutaris victima, ſuid. Eadem poſtea voce Bonifacius Martyr uſus eſt *Epiſt.* 74. ad ſignificandum vile ac neglectæ veſtis, calceamenti ſortè, genus : *De noſtro quoq; vili veſtitu parva hæc direximus tuo cultui, quanquam indigna ; tamen petimus accommodata, hoc eſt, tunicam laneam, ſeu eſt mos apud nos habendi, caligas & peripſemata*, apud Dominic. Macrum in *Hierolexico*.

Peripteron, vocatum id genus Ædis eſt, teſte Vitruvio, quæ non ſolùm in antico & poſtico, ut templum proſtylon & amphiproſtylon, ſed etiam ad latera, habebat columnarum ordines & deambulationem circa cellam Ædis, h. e. ædem interiorem, in qua Divi ſtabat ſimulachrum. Ille περίπτερος dicebantur proprie ad latera ædis columnarum ordines ſeu porticus ; unde hodie columnata Templorum latera *Alæ* Galli vocant. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1218.

Periſſochoregia, Magiſtratûs nomen, *Curator* fortaſſe *annonæ* à τὰ περισσεύειν & χορηγεῖν, quod eſt *abundantiam ferùitatemque ſuppeditare*, Alciat. in l. *periſſochorigiæ*, Cod. *de feriis*. *Alex. lib.* 11. Budæus vocem interpretatur redundantem frumenti elargitionem, in *Annotat. prior.* & in *poſter. l. de feriis. Alexandr. cis periſſochoregia nomen penitùs amputetur & veſtra deſignentur*. Pyrrho *Periſſochoregia* Magiſtratus eſt à nnonæ auctæ ſeu augmenti diſtributor, apud Jo. Calvinum *Lexico Jurid.* Dominicus Macer erogationem ſeu donativum, quod inter milites, præter ſolitum ſalarium, diſtribui conſuevit, hac voce intelligi vult, in *Hierolexic.* Græcè Πρωτοχορηγία. V. quoque infrà, voce *Roga*.

Periſtephanon, Græcè Περὶ στεφάνων, h. e. *de Coronis*, titulus eſt libri Hymnorum, in quo de SS. Martyribus agit Prudentius, Poëta Chriſtianus, de quo V. ſuo loco.

Periſterium, vox recentioris ævi, *columbarium* eſt, in cujus cavo appenſa erat *columba* (quæ Græcis περιστερὰ) ex qua pyxis S. Euchariſtiam continens pendebat, apud C. du Freſne *Gloſſar.* ex *Teſtam.* Perpetui Epiſc. quo legat Amalario Presbytero, inter alia, *Periſterium & columbam argenteam*, ad *Repoſitorium*.

Periſtromata, dicti tapetes penſiles. Poſtquam enim tapetæ pedibus, antiquiſſimis temporibus, tolerent ſubſterni, unde illis nomen Iſidorus invenit, *Origin. lib.* 19. *cap.* 26. exin & lectis cubitoris inſterni cœperunt. Jul. Pollux *lib.* 6. *cap.* 1. Crevit dein luxus, ut in quocunque lautioris convivii apparatu, parietes totos integerent, ut de Adraſti magnificis epulis, quibus Poly. nicem & Tydeum accepit, Statius Thebaid. *lib.* 1. *verſu* 528. & ſeqq. ait,

——— *Pars oſtro tenues, auroque ſinantes*
Emunire thoros, alto ſique inferre tapetas,
Pars teretes levare manu, ac diſponere menſas.

In ſcenam tandem tranſiere, ut docet Corippus *lib.* 2. *Num.* 8. Præ-

Præcipuus autem in Assyria honor, primáque *Peristromatum* inventio Gentis illius est, unde *Babylonica* non raro vocantur. Plinius *lib. 8. cap. 48. Colores diversos pictura inexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit.* Et pòst *libidem loci*, Attellus *Scaurus tricliniaria Babylonica fecit, ostentavitque militibus vensse jam tunc, posuit in Capitolinis criminibus, quæ Neroni Principi quadrigas fecerit nuper fecisse.* Plautus in *Scicho*,

Tum *Babylonica* Peristromata, *consutaq;* Tapecia,
Advexit minimum bona res, &c.

Intexebantur illis effigies diversorum colorum. Glossarium vet. Παλιμβάφ., *Vestis filis versicoloribus contexta*, sive *Babylonicum*. Plinius *loco cit. aurum inexere in eadem Asia invenit Attalus R.* quod in vestibus quoque usurparum, ut alibi ostendimus. V. quoque infrà *Picta Toga*. Refert banc autem inprimis animalia ittæ effigies, & quidem horrendæ plerumque ac prodigiosæ naturæ: quò respexisse videtur Claudianus *lib. 3. in Europ.* dum ait,

Vidcbo
Jam cochleis innîtier humbos, & quidquid inane
Nutrit Judaicis opus pingitur India vellis.

Quasi dicat: Si usque adeo incredibilia fingere licet, & villosi mum mancipium Europium ad fastigium Consulatus evectum credimus, facile mihi persuadeo, vivere & in rerum esse natura, animalia illa, quæ in *Peristromatis* luis, animi oblectandi gratiâ, homines intexunt, tanquam in India nata sive in longinquis maximè gentibus & à nostris remotissimis. M. minit ifidem usmodi belluarum Appulejus *Milesiar. lib. 11. Ex humeris*, ajens, *dependuhant pone tergum talorum venus pretiosa chlamyda, quaqua tamen vifieres, colore varo circumnotatis insignita animalibus; hinc Dracones Indici, inde Gryphes Hyperborei.* Idem docet ipsum nomen, nam Ζωΰλα, quali *belluata*, illiusmodi *Peristromata* appellantur, à belluis inextis. Plautus *Pseudolo*, *Si exire*,

Ut ne Peristromata *quidem aquæ picta sint Campanæ,*
Neque Alexandrina bellnata conchyliata tapetia &c.

Interdum & veteres historias adumbrabant. Sic Heroes in *Peristromatis* depictos, docet Ægidius Maserius *ad lib. 1. Valerii Flacci*,

Acclinisque tapetis
In mediis vacuo condit capus Hippasus auro, &c.

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum lib. 5. cap. 10.*

Peristylia, in Palæstris olim partim quadrata erant, partim oblonga, & quidem fic erant, uti durrum Budæum hoc haberent ambulationis circuitionem, quod διαυλικὸν Græcis: ex quibus tres simplices porticus dispondebantur, quarrarque, quæ ad Meridianas ægiones conversa, duplex erat; in cùm tempestates essent ventosæ, non posset aspergo in interiorem pervenire partem. Constituebantur autem in tribus illis porticibus exedræ spatiosæ habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reliquique studiis delectati, sedentes disputare possent. In duplici verò porticu collocabantur: Ephebeum, Corycium, Gymnasticum, Frigida Lavatio, Elæothesium, Frigidarium, Propnigeum, Concamerata Sudatio, Laconicum, Calidaque lavatio. Extrà autem dispondebantur porticus tres, una ex *Peristylio* quibus, duæ dextra atque finifira ftadiatæ, Gr. δρομοι, proximè Hypæthræ ambulationes &c. V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymn. lib. 1. cap 6. ubi de Palæstrarum ædificatione & Xystis, è Vitruvio, agit, simulq; figuram earum in ære exhibet.* Interioris itaque *Peristylii* ambitus, quem διαυλον, aut ὁδὸν, ob duorum ftadiorum mensuram, vocatum tradit Vitruvius *lib. 5. cap. 11.* illi cursûs Athletici speciei, quam Διαυλον vocabant, inservisse videtur: Erat verò Diaulus, quo duplex uno cursu, sed reflexo, ftadium confi ciebatur. V. iterum Mercurialem *libro 2. cap. 10.* & infrà, ubi de *Templis*.

Peristylum & Hippodromus, loca Alexandriæ, memorata Auctori *libri* Macchabæor. 3. ubi belluas (*i.* elephantos) egregiè instructas, ἐπ ἐλεφάντων Hermon nomine, ὃν τῇ μεγάλῃ παρεμβολῇ περιπάτῳ, in magno Peristylo excitasse, id est, exercuisse, legitur: unde in suburbanum Hippodromum deducti sunt, ubi Judæi in vinculis horam supplicio suo destinatam expectaverunt. Et quidem Hippodromus notus, *Peristylum* non item: Significat autem Gr. Περιπάτου, *locum columnis cinctum*. Sic Ezech. *cap.* 40. & 42. περιπάτους pars Templi est, & 2. Maccab. *cap. 4. vers. 46.* pars Regiæ domus, in qua Rex frigus capebat: *Aristeas* reddunt Interpretes. Apud Vitruvium *lib. 6. cap. 9.* in Græcis ædificiis δυτατῶνα, seu *locum inter duas januas*, sequitur *Peristylum in tribus partibus habens porticus*. Sed quia domus vix eft ulla pars, in qua exerceri possint rot elephanti, quoi in *lib. Maccab.* memorantur, quingenti fc. hic *Peristylum* non videtur esse pars domûs, fed Alexandriæ urbis portio, vel platea, à columnis, quibus ambiebatur, fic appellata. Cujusmodi plateam in illa ipsa Urbe his verbis describit Achilles Tatius *lib. 5.* Στάδιον μὲν πολὺν ὁρίζει· ἐκατέρωθεν δὲ τῶν Ἡλίου πυλῶν ἐς τὰς Σελήνης κίονες. Οὗτος γὰρ ὁ πόλεως οἱ συλωμοὶ, οὐ μόνον δὲ ὁ κύκλος ὁ πάντως ὁ αὐτὸν, οὐδὲ δὲ ὅλος ὁ τοῦδε τοῦ κόσμου περίπατος. Recta quidem utrinque est columnarum series, à portis Solis ad portas Lunæ. Hi enim (Sol & Luna) *portarum urbis suæ tutelam habent*. Et in medio columnarum est urbis campus, *per quem ampla est via & civilis quasi peregrinatio*. Vult inter columnas illas tam laram fuisse plateam, ut pro campo haberi potuerit, in quo deambulatio fuerit peregrinationis species. Unde vero contentamem, amplum hoc intercolumnium. Græcè Παρεκκλησιον dictum, illum ipsum locum fuisse, ubi Hermon elephantos ibi ad tempus agitatos, & Hippodromum duxit, quem à Ptolomæo Lagi conditum refert Strabo *lib. 17.* & Epiphanius *de Mens. & Ponder.* V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Part. prior. Lib. II. cap. 16.* adde Casaubonum *ad Suet. Calig. cap. 39.*

Perjurium, quanto in horrore fuerit Athenienibus, vel hinc videre eft, quòd, ficut virum bonum indigitare volentes, eum vocarunt ὑνησιον, *i. juratæ fidei tenacem*, Hesiod.

Οὐδὲ τις ὑνήσιον χάριν ἔσσεῖ ἢ δικαίου.

Et Aristophanes *Plato*,

—— —— Εἰ τὸ χρήσιμον ὑνήσιον σέσωκεν.

Ita contrà, hominem scelteratum, ἀνύησιον i. *perjurum*, appellarent. Unde idem Comicus in *Nubibus* Jovis loquens, quod malos potiùs, quàm alios, ferire creditum, ait:

Ἐπεὶ τοὺς βλάπτει τοὺς ἀνυήσιους. *Si feriat perjuros*, quomodo ergo Cleonymus ac Theodorus tam feliciter evadunt? Quare mirabatur quercus tot ries ejus ictum ferit, ὁ γὰρ θεὸς ἀνυησιοφιλὴ, *Deus enim querens non fayeras.* Ejus execratio, omnibus Juramentis, si non expresse, tacitè tamen semper inesse existimata eft. Unde Plutarchus *Quæst. Rom.* ubi de Flaminie Diali, πῶς ὀργὴν ἔχει κατ' ἀνθρώπων τελευτῶν ὁ ὀμνύων, *Quomodo in execrationem* Perjurii *terminatur*: adeoque, præter ejus pœnas forenses ac expiationes, vindictæ cœlestes pejerantibus imminere credebantur, ut debitæ, five earum invocatio inter juramdum aliqua fuisset adjecta, five non. Et quidem pœnas *Perjurii* quod attinet, etiam Deos per Stygem pejerantes pœnis subjecerunt Poëtarum figmenta. Unde Hesiodo in *Theogon.* dicitur fluvius ille,

—— —— μέγα πῆμα θεοῖσιν, *magnum damnum Diis.*

Et Venus apud Appulejum *Metamorph. 6.* ad Psychen, *Diis etiam ipsis, Jovi formidabiles aquas ipsas Stygias &c.* Hinc iterum apud Hesiodum, quisquis Deorum per Stygem pejerasse deprehenderetur,

Κεῖ νύτιμ᾽ ὀμόσσῃ τετελεσμένον ἐς ὀλυμπον
Ὅσσ᾽ ἐπὶ ἀθάνατοι τε καὶ ἀθάνατοι ἔχουσιν ἄκρον
Βρότεον, ἠὲ τε καὶ ἠμὲν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
Ἐπεὶ πολὺ τῶν ἔτος ἔκειται ἐς ἀπειρεσίην ὁδὸν
Εἰρέας ἀθανάτους. *Per novennium vero relegatur à Diis immortalibus, Nec interim confitio adhibetur aut epulis, Per totum illud novennium. Decimo autem admittitur in cœtibus immortalium*, &c.

ut nempe satis fic purgatus. V. quoque Servium *ad Æneid. lib. 6.* Homines quod spectat, ut alias Vet. jurandi formulas omittam, in adjurationibus Discipulorum Vetri Valentis Astrologi *Anthologi lib. 4. MS.* apud Seldenum hæc claufula adjicitur: Ἐπιορκῶνεί δὲ τὰ σὰκαλα, μὴτε γῆ βαλὼ, μὴτε θάλασσαν πάσῃ, μὴτε τέκνων σπορὰν πορδὸς δὲ νὸς τῆ πεπωκότι ἐπιορκήσαντος βίου ἢ ἀδικήσαντος ἀγαθὸν ἀνδρῶν. Ἐὰν δὲ ἴδε τῆς μεσὸν θαυμάζω ἐγὼ κακὸν τὸ κρεῖσσον ἀφεῖσα, κακὸν τὸν ἀμείνονα ἐκδιδάσκουσα. *Peierantibus verò contrarie, nec gressibus eorum terra patiatur, nec navigationem prole carpesat. Cæteri fit eis animus, &c. etiamsi calcibi fuerint, vitam fordidam & bonis indigentem degant. At, si ex eo mortem bonorum malorumq; compensatio, etiam ibi similium parieces fiant; &c.* Pœnæ nempe cœlitus perjuris infligendæ expectabantur; quæ non omnino (juxta illud Ciceronis *de L.L. lib. 2. Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus*) aut rariissimè eo nomine, seculis illis vetustioribus, ab hominibus leguntur irrogatæ. Euteneides, Erinnyes, Furiæ (fic in Theologia Gracanica creditum) quintâ de cujusibet mensis Luvarii, *perjurio* in pœnam quæritabant. Hesiodus, de Diebus infaustis,

Πέμπτῳ δ᾽ ἐξελθεῖν, ἐπεὶ χαλεποὶ τοι τῷ γε τελεῖν
Ἐν ἔμμηνι γὰρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν
Ὅρκον τε γενέσθαι, τὸν Ἔρις τέκε πημ᾽ ἐπιόρκῳ.
Quintus verò evitato (maximè in conjugiis) *quia difficiles gravesq.,*
In Quinta enim ajunt Erinnyes circumambire,
Ut Juramentum (violatum) *vindicent, quod Eris genuit exitium Perjurio.*

Addit Joh. Tzetzes, Hesiodum discipluam illam è Melampode, Poeta vetustiffimo, fumsisse, qui etiam scripserit, *perjurii* die Quinta commissi pœnam divinitus infligendam, fuisse intra quinque dies mortem, fed de die hac Quinta, infrà loco. Quam ob

ob causam Agamemnon, cæsis apud se habitam fuisse Briseida, jurans, cum Tellure ac Sole, Furias tellus innocent æ vocat.

Ἐρινύας αἵ' ὑπὸ γαῖαν
Ἀνθρώπους τίνυσιν, ὅστις ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Quoque eo magis homines a crimine tam nefando absterrentur, Jovis Opaci statuam omnium maxime terribilem fecere, additis in basi versibus aliquot, quibus poenæ in iisdem doceleratos exaggerarentur, V. Pausaniam in Eliacis. Gravissimas vero utcunque poenas *perjurii* debitas esse, & divinitus ab iis exigi solitas, recepti simum fuit. Unde evenit, ut Diagoras ille Atheos ideo primum Deos esse negaret, Ἀθάνατόν τινα τὸν ὑπορκήσαντα, & ἐκεῖνον ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου, *Cum injuriam accepisset a quodam perjurante, quem tamen punitum non statim animadvertit.* A quo Romanos tamen olim saxo Tarpejo dejiciebantur, quod poenæ genus postea tamen mutasse, ostendit Cicero d. l. Postquam Censura esse desiit, extra ordinem vindicari cœptum, docet Anton. Thysius in d. Gellium lib. 7. cap. 18. Atque ita, quoties per Deos juratum esset. Si vero per Principem ejusque Genium, Venerationem, Salutem, Caput, quis pejeraret, *periculum corporis aut Majestatis crimen inferri placuit.* Sic Alexander Sev. idque ex Decessorum constitutionibus, V. L. 2. C. iis de reb. cred. & Jurejur. ac Cujacium *Observat. lib. 2. cap. 19.* Unde etiam non modo in Codicem Justinianum, adeoque in Christianismum, sed & in Basilica fumtum est, *lib. 60. tit. 36.* & in JC. recentiores etiam Orientis. Poenæ vero sponsanei, neque ex calore, per Principis salutem &c. juramenti, erat fustium, *quod periculum corporis* dicebatur. Ulpianus *lib. 22. ad Edict. si quis juraverit in re pecuniaria per Genium Principis, dare se non oportere, & pejeraverit: vel dari sibi oportere: vel intra certum tempus juraverit se solutu rum, nec solvit: Imperator noster cum Patre rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere: & ita ei fusperdici, τραπέντας τὰ φανερά.* Intelligit autem Antoninum Caracallam cum Severo Patre. Verum horum rescriptum nolui obtinere Alexander Imp Mammææ filius, qui te constituit, *l. 2. C. de rebus creditis: Jurisjurandi enim tempus religio fuit. Deum itaverum habet. Periculum autem corporis vel Majestatis crimen secundum constituta Divorum Parentum meorum, esse, per Principis veneracionem, quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet* &c. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas libro 4. titulo 9.* Sed & inolevit tandem, ut hisce adjectum, *Perjurii* aliquot forensibus infamiam quoque illi *Edicto Leonis Transact.* uti & in Jure Orientis Cæsareo, Lx illa *Rubric.* Leonis & Constantini in. 28 Sect. 2. & Harmenopul. *Prochir. lib. 1. tit. 7.* de teste falso litigatore, qui in foro ψευσόμαρτυς, ἢ ἀγὼν ὑπὲρ ἐπιδικαζομένου, ἢ ἀντιδίκου, ἢ ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ ἐπιτροπῆς, γονικοῦ, ἢ ἐλευθερικοῦ, *tactis SS. Dei Evangeliis juraverit, & dein perjurus esse probatus fuerit, lingua præcidetur*, habet. Apud Athenienses Deo similiter puniendi reliquebantur *Perjurii.* Apud Mahummedanos, *pejerantes* legibus forensibus, ex Lege Mahumedica, non occurrunt obnoxii. At vero præscribitur in Alcorano *Perjurii* non occurrunt obnoxii. At vero præscribitur in Alcorano *Perjurii* poena, quoad Deum, expiatoria tingularis, *ut si, perjurus aut vir decem pauperes Musulmannos bene pascat, aut vestiat vos, aut Musulmannum captivum redimat, aut, si hæc præstando non sit, per tridium jejunet*; quam, ut expiationem levitalem & ridiculam Mahumedanis exprobrat Cantacuzenus *Orat. 2. κατὰ Ἰουδαίων, §. 7.* Sed alibi in Alcorano, *Azoar* 58. Arab. 68. Lat. multo gravior ejusdem quoad Deum poena habetur. Apud Hebræos, fi, qui juraverat per *Deum vivum* Hebr. *Chi alla* (unde *Anchiali* nomen corruptum vult apud Matthiam Scaligerj) perjurus esset deprehensus, eo nomine apud Eos puniebatur: non item, si per Templum, Caput, Cœlum &c. pejeraffet, licet etiam in iisce juramentis vio latis poenæ cœlitus infligendæ expectarentur. Forensis a. eorum jurandi formula a Mose Majmonide sic delcribitur: *Qui jurat. li. brum Legis prehendit brachio suo, & stans jurat, per nomen Sanctissimum, aut Cognomen aut Juramentum aut Execrationem, & iisdem ore ex Judicium seu Synedrium ore.* Sed & addiderunt quandoque ferentum, cullum seu utrem inflatum & candelas, quæ spiritu calles emisso extinguerentur, non sine execrationibus in *pejerantem* horrendis, sive a Synedris sive a Synedrii minillris proferendis, ut terrore fic fieri poslet, perjurium præveniretur. Unde &, ad infamiæ timorem augendum, adhibiti fæpius, ut in excommunicatione gravissima ac solenniori, buccinarum clangores: inter Judæum item monita, à circumstantibus clamari solitum est illud Mosis ad populum de conjuratione Corah, Dathan & Abiram, *Recedite, quæso, a tentoriis impiorum virorum impiorum & nolite tangere quidquam eorum, ne & vos pereatis* &c. Numer. *cap. 16. v. 26.* De Juramentoipso, supra dictum. Cum autem hoc quadruplex esset apud ipsos, *Facile seu Temerarium, Vanum, Depositi & Testimonii*: Juramentum *facile* ove fi mella aut turturibus, aut columbis, aut fimilia, aut capra, expiandum erat; idem *falsum* dicebatur, fi pronuntiatum effet in eo aliquid, quod ita se non haberet. *Vani* poena verbera erant. Qui porro in Juramento *depositi* pejeraffet, is ex fententia Forenfi, praeter rem ipfam, quintam ejus infuper partem, reftituebat, ex Levit. *cap. 6. v. 5.* & facrificio communem expiabat. In Juramento *Testimonii* violato, facrificium itidem expiatorium adhibebatur. Neque hoc folum, fed Juramenti feu falfi feu futilis peccatum adeo grave æftimarunt, ut præter poenas memoratas, à Lege præscriptas, excommunicari protinus voluerint, & juramen, & fi qui id audierat officio fuo defuiffet, etiam illum. Maimonides *tract. Schebouth cap. 12. §. 9. &c.* Sed nec ad juramentum eum, qui fuspectus erat, feu de quo merito fuspicio orta effet, cum pejeraturum, admiserunt; nec quidem, cetiamsi effugitaret Actor: Connumerabatur autem fuspectis, qui antè falso jurasset aliquod ex juran enis præcidtis, neque talis prius *fuffecti* exuebat nomen, quam ex fi entia forenfi vapulaffet. & dein publice pœnitentiam egiffet. Quæ pœnitentia hoc modo fe habebat: A deundus *pejerandi* erat aut Sapiens, feu Presbyter, aut, ubi is deerat, tres aliquot ex vulgo, quorum, velut in Jurisdictionis voluntariæ actu, munus habebatur legitimum, eum pœnitentem & ab olutionem petentem abfolverdi. Tum adftanti, qui abfolvi petebat, dicendum erat, *Juravi & me pœnites; & confiius fum me hucusque detinuisse ob hanc rem, nec me voluisse juvare, si rem satis inuellexissem.* Quibus dictis abfolvebatur &c. V. huic de his differentem Joh. Seldenum *in Synedriis Part. Hebraicarum Part. II. cap. 11.* Sed nec defuere media, quibus vel præcaveretur *Perjurium*, ne fieret: vel deprehenderetur, fi forte quis *pejeraffet.* Quo in negotio celebris inprimis Paliciorum fons fuit, à quo, qui fideliter juraffet, abiiffe illa fum: qui falsa jurasset conscientia, mox vitam amiffile, narrat Macrobius *Saturnal. lib. 5. cap. 19.* Paulò aliter Ariftoteles *de admir. audit.* & Stephanus *in Ethnicis*: quorum uterque ait, Juramentum folium fuiffe inferibi tabellæ: quæ fi juratuffet, credtum, vere jurafle, fi non juraffet, peregrinatur, ac propterea hominem combuftum. Diod. vero Siculus contentus eft dicere, *Peierantes* repente folitos fuiffe à Deo puniri, ac nonnullos templo exiffe oculis captos: Aliis aliter hac de refentientibus. Quæ de fupplicio inconftantia facit, ut exiftimet Voffius, eos, qui Paliconum fano (antiquitate & veneratione celebri) præeffent, ad terrorem mentibus incutiendum humanis, fuperftitiosa Sicilos opinione impleviffe, quafi ea effet æquæ divinitas, ut coargueret *Perjurus*: Interim hoc boni consequutos effe, ut, qui criminis eius fibi effent conscii, jurare apud Menaïdas (ita enim & hic fons, qui alias quoque *Palicorus fons*, *Craters aut Stagna* Paliconum dicebatur, erat) in Sicilia juxta Leontinos ac Menæ & Paliçan civitatem) fo midarent: quod etiam ex Vibio Sequestro cognoscere eft. Et fortaffe juftum interdum Numen, quod fidem conservari vult in Gentibus, nec eas proritus deftituit, per Angelorii miniftrium, aliorum quidem teftabatur innocentium; de aliisa. qui furti crimen (nam id inprimis de arguebatur, ftellatus Fannio:

Quòd fanum ægros, panèmni damnandi, nefando
Perjurio furto, quos tacto flumine excant)

falfis accumularent juramentis, ; oenas in omnium fumebat conspectu, V. Gerh. Joh. Voffium *de orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 71.* & plura hanc in rem fupra, in voce *Juramenti ritus.* His tamen omnibus infuper habitis, apud Lacones, Lycurgi licet legibus imburos & à virtute alias laudatiffimos, non eam fuiffe Juramenti religionem, ut *pejerare* magnum crede ent crimen, mitium omnino: Si verum eft, quod de illis *Plutarchus* ait,

Οἵτινες ὅρκοις, ἐπὶ πίστει δὲ σῶν ὄντες.

Quod confirmat dictum. Lyfandri, inclyti ex hac gente Ducis: Ἐξαπατᾶν χρῆναι παῖδας μὲν ἐν ἀφροσύνῃ, πολίτας δὲ ὅρκοις. *Pueros quidem aftragalis, juramento autem hoftes decipiendos esse.* Nec omittendum, *Perjurio* Athenis Ἀφόβιον vocatos effe, à loco Ἀφόβιτος, in quo pro mere Juramenta conciebantur, Hetych. &c.

Perla, vulgare vocabulum, Lat. *Margarita*, item *Unio*. Matth. Paris & Matth. Weftmonaster A. C. 1255 *Et erat quidam lapis pretiosus, qui vulgariter dicitur Perla.* Jac. de Vitriaco *Vitriac. Orient. l. 3. In auro & argento, perlis & pomis ambræ, fitis aureis, phylacteriis* &c. Sæpius apud Odoricum de Foro Julio in *Peregrinat. fua*, Alios. An ex *Perula*, qua voce infimæ Latinitatis Scriptores margaritas infignire, imo quam apud vet. Horatii Interpretem exstare vult H. Cafaub. *Perulas* a. Salmas. *ad Hift. Aug.* dictas cenfet, ex eo: Latino deflexa, quafi *pitulas* feu parvas pilas: unde & Plauti illi ioro rotunda illa nafi extremitas, pro *pitula* dicitur. Vel quafi *fphærulas*, i. parvas fphæras, ut idem habet *ad Solin.* atque ita recentiores ferip ffile hinc que *perulas* Gallis unionesvocari, ut Græcis σφαιρίδια. Bochartus vero *Perlas* mavult deducere à *perna*, pinnæ fpecie, memorat Plin. *l. 23. c. 11.* quæ hians in arena defixa ftare folita, velut fuille erure, unde illi nomen, margaritifera eft. Pandect ftarus, *Perna quid eft? Eft lapis margarita.* V. Sam. Bochart. *Hierozoici Part. poster. l. V. c. 6.* & fupra ne quæ hoc *Penninæ*. Quòd a. *Perlam* lapidem effe dictum, videtur contrariari JC. quem magnum eximit ex gemmarum & lapillorum censu, *cum autem 9. fell. Margaritas & 18. fell. de aur. & arg. leg.* Et verò non eft lapis in terra editus, quomodo gemma proprie dictæ; tamen nihil obftat, quo minus vocetur lapis in concha editus, quomodo multos alios certum eft in animalibus nafci. Sic in galli jecinore nafcitur lapis a lectoribus, in ventriculis hirundinis & lacerti, chelidonius & fauritæ; in oculis hyænæ & e ftudinis, hyænius & chelonius; in felle porci & hyftricis, porcinus & Malacenfis; in cerebro draconis, draconitas; & cynædius & fynodontites; in cerebris piscium cognominum; lyncurius quoque, ut multi volunt, ex urina lyncis. Si qui igitur margaritam nucleum, callum, vertucam, officium appellant, ita appellant analogice propter duritiem fimilem.

Alloquin enim nucleus pomorum aut nucum est proprius, callus & verruca in cute nascuntur; margarita in mediæ conchæ carne: ita tamen, ut ostia vites supplere non possit, cùm non sit eodem modo habeat in omnibus. In plerisque sit, concharum omnino nulla, in aliis plures numero procreantur. Ælianus in una concha memorat fuisse viginti, Americus centum & triginta. Proindeex confensu Gentium, sub genere lapidum, non nucleorum aut ostium, continentur uniones. Ex Hebræ s saltem Saadias & Aben Ezra definiunt *lapillos rotundos, qui ex aquis educuntur.* Kimchius, *lapidem candidum, rotundum, quem perforant, ut ex pluribus lapidibus consortia fiat margula* &c. Quid quòd Chaldæi margaritas כרכי id est, *lapides*, simpliciter nominant. Hinc in Thargum Prov. *cap.* 3 *versf.* 15. & pasſim, *lapides bonos* legas, pro *Penimim* seu margaritis. Quo modo etiam loqui amant Græcorum antiquissimi. Theophr. *de Lapidib. Τὸν σπινθαρίτην δὲ λίθον ἐν τῷ μαργαρίτῃ καὶ ψῆφῳ.* Et apud thenæum Andrsthenes, *Ἐν δὲ Ἰδίοις, τὸ μὲν κάλλιον βυθίζει, ἐξ ὧν ὁ μαργαρίτης λίθος.* Unde voce compositâ λιθοπερ γαρον *margaritæ* recentioribus Græcis dicitur, ut legimus apud Anonymum *de amor. Callimachi & Chrysorroe.* Nec ab hoc loquendi genere abhorrent Romani Poëtæ, Horatius enim *lib. 1. Sat. 2.*

——— *niveos viridesq; lapillos,*

appellat uniones & smaragdos. Ovidius *de Arte lib. 3.*

Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
Quos legis in viridi decolor Indus aqua.

Silius Ital. *lib. 12.*

Lucet in aure lapis, rubris advellus ab Indis.

quaſque hodie res menſoria peragitur. Sed antiquiores, qui de limitibus ſcripſerunt, *pedum* tantum meminere, unde *agri pedatura* paſſim, ὁ ποδισμὸς: de *paſſus* menſuram inuertum colligere, quam ad rem *pertica* aut funiculi nullus uſus. Hinc Columella, omnia menſurarum genera enumerans quibus agrorum areæ modus tum ordinatur, nusquam *periticæ* meminit. Sed nec Varro, ubi agrorum menſuras recenſet. E quibus apparet, recentiores elle Auctores illos, qui *periticam* huic uſui adhibent &c. Salmaſius ad *Solinum* pag. 688. ubi hanc *Periticam* cum *Decempeda*, non eandem fuiſſe; addit, quippe cui 12. pedes, digitorum 18. aſſignati. Vide quoque ſupra in *Decempeda*. Hinc *Periticæ* & *Pertica regio*, Agrimenſoribus, terrtorium dicitur, ut indigitatum, in IV. partes diviſum & comprehenſum limitibus maximis Decumano & Cardine: totum territorium diuiſum & aſſignatum. Frontinus, *Solutus autem quadcumquetotalis eſt aſſignatum, id est in verſum Periticæ appellatur.* Aggenus, *Periticæ, quatuor regionibus aqualiter diviſa.* Et Sæculus, *Ergo Praefectura illa dicitur, cujus territorio ager ſumtus finierit periticam illam, tanquam coloniam illam, ubi civis deductus fuerit.* Quod ut melius intelligatur, ſciendum eſt, totius Coloniæ territorium diviſum dictum propriè fuiſſe *Periticam*. Quòd ſi ager coloniæ non ſufficeret, vel novi coloni deducendi eſſent, ſumebatur ex territorio vicinorum ager, qui aliis limitibus continebatur dicebatur *Praefectura*. Sed non enim veteribus adſcribus proprietatis tantum adhimeretur, non etiam jurisdictio transferretur, ſed in eodem jure, quo prius fuerat, relinqueretur; quorum prius fuerat jurisdictio in illis agris, Præfectos eò mittebant juri dicundo, unde & *Praefecturæ* appellatæ. Sic *Periticam* & *Praefecturas* diſtinguit Hyginus, *in Gromatico de limitibus conſtituendis: Quibusdam deinde coloniis* Periticæ *fines, hoc eſt, primæ aſſignationis, aliis limitibus, aliis praefecturæ continentur.* Ubi *Periticam* interpretatur *primam aſſignationem*, Præfecturas *ſecundam*, vel novis colonis deductis, quia ager coloniæ defecerat, ideoque ex vicinis territoriis fuit ſumendus. Cujus rei diagramma exhibet Salmaſius ad *Solinum* pag. 674. ubi plura hanc in rem. Quod vero Perica Frontino aliique, id regio cancellata Hygino, id eſt, limitata. *Cancellare* enim proprie eſt *delineare* & lineas tranſverſim ac in obliquum ducere. *Limarea* autem limites vocabantur, qui in obliquum erant diſcreti & agrosper jugera diviſi, ut videre licet apud Hyginum dicebantur. Scribit *Servius ad Georgic. lib.* . atque inde formam & typum agrorum ſic delineatorum & per centurias diviſorum *Cancellationem* Agrimenſores appellabant, & *Centuriationem* & *Periticam*. Sæculus Flaccus, *Et quamvis una roſſe forma, alii dicunt* Periticam, *alii Centuriationem, & metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typum*, &c. V. Salmaſium *ad Vopiſc. in Carino*. Inde ſubſt. *Periticata*, modus agri *periticam* continens. Spelmanno eſt terræ portio, quæ duodecim perticam continet, longitudine vero pedum quadruplo major, quod *Quarentena* dicunt, diſtenditur, hæc ad 40. perticas, aſſas *Roda* dicta. Itaque *Periticata* continet in integra ſuperficie 40. perticas, id eſt, quartam partem unius arcæ, quæ octagies perticam comprehendit. *LL. Burgorum Scot. cap. 119. Periticata terra in Baronia debet menſurari per 6. ulnas quæ faciunt ulloodecim pedes mediocres —— Pertica terra in burgo continet 20. pedes* &c. Sed & *Periticata* adjectt. reperitur apud Martialem, cui frons Marcionis *periticata* dicitur:

Quòd unitantia fronte periticata
Geſtas pondera Marcilion ſuperbus.

Ubi vulgò *frons periticata*: à *perticis*, ſeu phalangis, quibus oneratæ portabantur. Vide etiam Salmaſium *ad Lampridium Commodo Ant.*

Perlinax, integro nomine, *Publius Helvius Pertinax* Imp. Romanorum Auc. Commodum A. C. 193. Hic patre libertino Helvio Succeſſo eſt natus, *qui ſilio nomen ex cominatione lignavi a negotiationis, quòd perinatter eam rem gereret, impoſuiſſe fertur.* Cum enim Pater coctilia eam in Liguria patria (hinc pie *Pertinax* Dioni & Zonaræ *Λίγυν*) tabernam exercens mediocres opes conflegiſſet, filium literas curavit docendum, *vero ἀναξίως ἀν' αὐτῶ*, inquit Dio, h. e. utvel docendis literis vel cauſis agendis, rem faceret: Sed hic contra patris voluntatem paternam negotiationem continuare maluit, neque ab ifta ſententia diſſuaſi potuit removeri. Per literas poſtea & artes militares, dignitates ſummas conſequutus, ab Æmilio Læto Præt. Præf. & concubina Commodi Martia, Imperum oblatum ſibi, cùm mortem adferri putaſſet, accepit, milites mox adverſus ſe dacâ Tribunorefera, *Miſerimus militares viros, neque enim bonos tulit*, filium non miſit, ubi mercuit Cæſarem eſſe voluit: Lætum *ſtultum intimatorem* vocando, milites ulteriùs ſeveritate, offendit: qui cùm Triarius Materrnus imperium acceptare nollet, Sofium Falconem promotum ivere, quo ut potiri poſſent, impetu facto in *Pertinacem*, eum interfecere, Jovem ultorem invocantem, menſe tertio Imp. annoæt. 66. De quo ſic Capitolinus: *Fuit ſenex ſe verabilis, immiſcit barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, veneranda promiſſa ſtatura Imperatoria eloquentia medioeri gravitate blandus, quidem benignus, nec unquam crudelitas ſimpt ex — verbis affabilis, ſe ut libertalis ac prope ſordidus — Imperium & omne Imperialia ſic horruit, ut ſibi imperſtenderes diſſuaſore — volenti aſciam*

Imperium deponere atque ad privatam vitam redire. Filios ſuos in Palatio nutriri inhibuit: Tam parcus ac liberi cupidus, ut apud vada Sabatia mercatoribus exercitoris Imperator &c. Et in Imperio ſucceſſit Didius Julianus A.C. 194 V. quoque in voce, *Helvius Pertinax.*

Perlinax, equus Commodi Imper. quem ille pelle inaurata integere ſolebat, quemadmodum equum ſuum *Victorem* tagis ſuccio tinctis cooperire conſueverat Verus Imp. Memnit ejus Dio in *Pertinace*: Ἔτρεφε γ' ἵππον ἐπὶ τούτῳ μόνῳ κεκοσμημένον, ὃν ἐκάλει Βίκτορα· τὸν δὲ αὐχένα αὐτοῦ περιτετειλῆσθαι ὁ Κόμμοδος ἐν τοῖς ἀγῶσι ἔφη· ἐπειδὴ γὰρ τοὺς τὰ σπουδῆ ἀγαπῶντας νικᾷ, καὶ αὐτὸς ἐθέλει τὴν νίκην ἐφέλκεσθαι κομῶντας. Cujusmodi pelles, pu bus equorum inſternebantur terga, *dorſualia* vocat Trebellius Pollio in *Gallieno*: Alii *Scordiſca*. Salmaſius ad *Capitolinum in Vero*.

Pertunda Dea, inter Romanorum nuptiales: ſicut & Virginenſis Dea, Subjugus Deus, Dea Prema, Venus, Priapus, quorum omnium ſimulachra in cubiculum nova ſponſæ inferri ſolita, tantum docet ex D. Auguſtino *de Civ. Dei* V. Johan. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 37.*

Perviacum, vulgò *Pervez*, ſeu Pervez, Brabantiæ Gallicæ oppidum, ut videtur Miræc. Memoratur Aëmico in itinere a Caſtello Coloniam, ubi illud inter Geminiacum atque Aduacum Tungroram ponit, à Geminiaco 22 ab Aduaca 14. mill. paſſ. Quædam tamen Æthici exemplaria *Perniacum*, item *Perii lacum* ſcripta habere, teſtatur Simlerus apud Hadr. Valeſium *Not. Galliis.*

Pervigilia, dicebantur olim faſta noctuma, quibus in honorem variorum Numinum pervigiles duci ſolebant nocles. Ita Ceteri, Veneri, Fortunæ aliisque Numinibus *Pervigilia* legimus decreta, apud Livium *lib. 29.* Tacitum *Hiſtor. lib. 3.* &c. Unde de Vitellio Suetonius *in ejus vita cap. 10. In Aprunini*, inquit, *jugis etiam pervigilium egit.* Inprimis autem Ceteris Veneriſque *Pervigilia* celebria fuere, V. Auctorem venuſtiſſimi Poematis, cui tit. *Pervigilium Veneris*. Atque hoc tempore abudebantur cerebro ad libidinem ac luxum Adoleſcentes: ut patet ex A. Gellio, ubi exemplum ſiſtæ hominis pauperis, in *Pervigilio* illuſumodi vitiare, proponit ex Menandro, & qui eum Latinè vertit Cæcilio *lib. 2. cap. 23.* Quare de Caligula iterum Suetonius, *cap. 54. Nec alia*, inquit, *de causa videtur eo die quo periit, Pervigilium indixiſſe, quàm ut initium in ſcenam proferuſi licentiâ temporis auſpicaretur. V. Ant. Thyſium JC. Not. in Gellium loc. cit.* Interim noctium ſacra paucora Romanis, quos *Αγρυπνητικοὺς* & *pervigilia* Græcorum magno ere abominatos eſſe, ex Dionyſio *lib. 2.* diſcimus, V. Caſaubon. *ad Auguſtum Suetonii c. 94.* Gentilium hunc morem ſequuti Hæretici, Floriani, Carpocratiani, Priſcillianiſtæ, Gnoſtici, Alii, nefandis celeribus noctes ex gere, uti pluribus docet Jo. Forbeſius *Inſtructionum Hiſtorico-Theologic. lib. 1. c. 37.* alibique. Alia erant *Pervigilia* Chriſtianorum, quæ & ipſa tamen in abuſum ſenſim degenerâſſe, docet Blarminus *de Eccleſia Triumph. lib. 3. cap. 17. In profeſſis magnorum dierum conſervatas Eccleſia vigiliare & jejunare —— Caeterum, quoniam paulatim, occaſione noctiurnarum Vigiliarum, abuſus quidam irrepere cæperant, vel potius flagitia non raro commiſit: placuit Eccleſiæ melioribus Conventus & Vigilias propriè dictas intermittere, ac ſolum in iisdem diebus celebrare jejunia.* V. quoque ſupra in voce, *Noctiurni Cantus.*

Pervium, Aur. Victori, quod Ælio Lampridio in *Alexandro Sev. tranſitorium* dicitur. *Pervium* enim, quod pertranſiri potteſt. Hinc *pervia* Urbes Marcellino, quæ in tranſitu occurrunt, & per quas in interiora tacitunde tranſeundum eſt, quæq; *tranſitoriæ* proin non minùs dici poſſunt, quàm Forum Nervæ, apud Lampridium *d. l.* Contrà Ciceroni *devia oppida* tunt, quæ extra viam ſitæ, *Philipp. 2. Sinitis Aequianos, ſed tamen in via habitabant. Quid Anagninos? Qui cùm eſſent devii, obviam eis deſcenderunt.* Salmaſius *Not. ad Lampridium.*

Perula, pro *ſtatula*, i. parva ſphæra, infimæ Latinitati. V. ſupra. *Peria.*

Peru via. addc: Vulgò *Peru*, quod nomen non Regni, ſed piſcatoris prius erat, è quo cùm Hiſpani primùm in has oras advexiſſent, ſilui nuncupatum Regionis nomen, ille ratus eos nomen ſuum ſcire cupere, reſpondit ſe appellari *Peru*, unde nomen hominis pro nomine Regionis, per errorem, accipientes Hiſpani, ingenti huic Americæ Meridiori, tradiui, *Peru* appell. tionem indiderunt. Cujusmodi error in aliis quoque Novi Orbis regionibus contigit, quibus Hiſpani nomina quæcunque primò obvia, neque intellecta, eatæ temereque indiderunt. Sic Nicaragua nomen dedit re, ex formula ſcilicet ſtandi incolarum, qui eos non intelligebant *quid ſint?* vel potius, ipſa vox *Incatan* illis ſignificabat, *Non cognimus vos.* Georg. Horntus *Orb. Polit. pag.* 544. & L. Oto Menckelius *Notis ad ipſum*. Verum autem Regni nomen erat *Tahuantinuyu*, quæ vox 4. Orbis plagas deſignat. Conditores Imperii fuerunt *Inga vel Ince*, quæ familia duce Mangacollà umbem regiam *Cuſco* conſtruxit, A. C. 1100. Eius ſucceſſores longè latèque rerum potiti, adſtiffimum conſtituerunt Imperium, quod incredibilis magnificentiæ urbes & palatia habuit, adeò ut iis ſimile nil ur quam habuerit Europa. Guainaca inprimis, qui circa A. C. 1500. rebus præfuit & regnum *Quito* ſubjugavit, univerſum Imperium fuum admirandis exornavit ſtructuris. Obiit is A.C. 1525.

A. C. 1523. duobus reliftis filiis, Guasgare & Atrahu-Alpa, quem corrupte *Atabaliban* vocant. Inter quos cùm Pater teftamento Imperium fic diviſiſſet, ut Guasgari Cuſconium Regnum, Atahu Alpæ Quitonis cederet; non autem clarè definiſſet, uti provincia Thombambæ obvenire deberet, magnam inter eos diſſidium exortum, Hiſpanis occaſionem *Peruviæ* invadendæ præbuit, quam recens detexerat Franc. Pizarrus. Potitus quidem Guasgari captо atque interfecto ſolus Atahu Alpa Imperio fuit, ſed cùm Hiſpanorum inſolentiam ferre non poſſet, innumerabili eos exercitu aggreſſus, à paucis ipſorum copiis ſuperatus ac vivus in poteſtatem eorum redactus eſt, ſicque paulò poſt juſſu Pizarri ſtrangulatus, finem Imperio *Incarum* imposuit. Nam qui poſt eum regnarunt, *Inca Paulo* & *Mango*, non niſi montanas quadam provincias Autronum poſſe quæ Regum more, obtinuerunt. Ultimus omnium fuit *Xairus Topa Inca*, qui Philippo II. Hiſpan. & ſe ſubjecit, A.C 1557. Georg. Hornius *Orb. Imp.* Religionem incolarum quod attinet, credunt illi Animæ immortalitatem, Mundumque igni periturum agnoſcunt, quem immanis ficcitas aſtuſque aeris præceſſura ſint, ut teſtatur Hieron. Benzo *Hiſt. Indiæ Occid. lib. III. cap.* 20. Sed & Numen aliquod ſummum venerantur, quo dixerunt *Pirauchim* comminiſci, *tum* etiam *Pachacamach* ſeu *Pachacháchik*, id eſt, Creator ceteri & rerum, ut *Lafitau*, ſed abſurdè, ſibi fabulatur, ſi teſtet Hugo Linſchottanus *Hiſtor. Indiæ Occid. lib. 5. cap.* 3. Et tamen nullum in lingua ſua vocabulum habent, quo Deum propriè exprimere poſſint cæterarum gentium inſtar: quale Latinum *Deus*, Hebræorum *El*: propterea Hiſpani, cò ad prædicandum Evangelium profecti in literis ad Indos perſcriptis non alia appellatione, quam Hiſpanica *Dios*, uſi ſunt: quo pacto illud ſunt conſecuti, ut eadem nunc Americani utantur. Idem in Templo *Pachamaca*, h. e. *Creatoris*, quod in Peruvia extructum, ſic colunt Creatorem ut nihil omninus ſacrificent. Dii ſuis Deum pe proclive fatis eſt iis perſuadere, de ſumo Deo: at non item, haud aliud præter eum Numen eſſe yel coli debere. Tantum in animis eorum inveterarus error valet. Ex Joſ. Acoſta *lib. 5. cap* 3. Geth Joh. Voſſius *de Orig. ac Progr. Idol lib.* 2 c. 4. Idem Acoſta *rerum Oc. Indiæ lib. 6. cap. 6.* ſeq. tres ſummos *Peruanis* Deos eſſe tradit, *Viracocha*, Solem & Lunam: tandeque colligit, Trinitatis dogma illis non penitus eſſe incognitum. Sed *Viracocha* quidem, ut dictum, *Creatorem mundi* ſignificat: Sol verò & Tonitru nihil ad S. Trinitatem. Siquidem Sol non *Adyos* eſt Dei filius, ſed ille Sol, qui ſub aſpectum cadit: Tonitru quoque, non proſectò Spiritus Sanctus, ſed concurſus ille fulminis è nubibus erumpentis & ſoni ex rupta nube maximi, cuius fragore aures illorum perculluntur, Idem Voſſius *de Idol. lib. 1. cap.* 37. Porrò ſuperiori noſtroque ſeculo, in eadem gente poſt eorum *Viracochum*, divinus honor ſoli, Lunæ, erratici que & cæteris ſtellis, habitus eſt. Hinc præfatus Acoſta *lib. 5. cap.* 2. ex ſtellis *Cutea*, quam *Cepellam* vocamus, à *Peruanis*: ab Opilionibus itelam *Urcuchillay* 3. *Arietem diverſicolorem*, nos *Lyram* vocamus: *Catuchillay* item, *Chuquichinchai*, *Chacana*, *Topataca* &c. quorum alis hoc, aliis aliud munus adjungant, adorari tradit: ut qui nullum unquam animal, feu quadrupes, ſeu volatile, in terra eſſe credant, cujus ſimulachrum in cœlo non ſplendeat. V. iterum Voſſium *Op. land. lib.* 2. *cap.* 36. *ſub fin.* Sed & mare pro Deo colunt, quod Numen dixere *Mammachona*: Fluvina item ac fontes, ut ex eodem Acoſta *lib. 5. cap.* 2. & 4. refert Voſſius *ejusd lib. cap.* 82. Imò & Itidem veneratos eſſe eamque effinxiſſe cum duobus ab utroque latere ſerpentibus, ex eodem Acoſta docet iterum Voſſius *lib.* 3. *Idoloł. cap.* 13. Idem menſe Decembri, quibus *Rayme* dicitur, & quo Annum erdiuntur, feſtum olim diem ingenti cultu celebrare ſunt ſolitі, *Capatacháyme* appellarum, quo ſacra ferre tribus Solis ſtatuis, quarum primarum *Apuinti*, alteram *Chouriunti*, tertiam *Intiquaiqui* nominaverunt, ideſt, *Solem Patrem*, *Solem Filium & Solem Fratrem* &c. Nec omitrendum, ut Diabolus opera Dei multis modis æmulatur, apud gentes ipſiprimis illas veriDei cognitione deſtitutas, & mactionem puerorum *in Peruvia* fuiſſe frequentatam. Ingâ enim ſeu Rege agrotante vel præſium commiſſuro, præter regios miniſtros, pueri quadrimi, natuque etiam majores mactari conſueverе, perverſa æmulatione mactat onis ſtanci, à Deo patri ejus Abrahamo imperate, V. Dilherrum *Diſſertat. pro ad. de Demonis Carogeſtant* & ſupra in vocibus *Chuquiſaca* & *Chouriunti* &c.

Per, ne in limine offendat, cavere juſſit Veterum ſuperſtitio, Mali enim ominis id habebatur, *Si extimo limen infumiſſet*, Pes *hæſiſſet*, Plin. *lib. 2. cap. 7.* V. Plutarchum *in Demetrio & in Gracchis*, Valerium Max. *lib. 1. cap. 4. de cod. Gracchо* &c. Suetonius *in Nerone cap.* 19. eodem à Dempſtero refertur: & Cicero *de Divinit. lib.* 2. aliique notarunt apud maximo. Poëtarum, cerriſſimum Troiæ evertendæ argumentum inde duci, quòd equus Æ. *neid. lib.* 2.

——— *Quater ipſum limine portæ*
Subſiſtit.

Proſerpina quoque egrediente, augurium raptus fuit, quòd, ut ait Claud. *lib.* 2.

——— *Tenebrarum ſenſo*
Præſage ſonuere fores.

Ovidius *Epiſt* 13. *Laodamiæ*,

Hunc fateor voti vovocare animus, ſi ferebat,
Subſiſtit auſpicii lingua timore mali:
Cùm floribus velles ad Trojam exire paternus,
Pes tuus offenſo limine ſigna dedit.

Sic Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 3.

O quoties in me laſſus iter, ubi triſtia dixi
Oſſen ſum in porta ſigna dediſſe Pedem, &c.

Fecere autem Pedes Mercurio ſacros, quemadmodum genua Miſericordiæ conſecrarunt reliquaque hominis membra lingua ſuis quoque Numinibus attribuerunt, quadere V. Lil. Gregor. Giraldum *Syntagm.* 1. *Deor. Gentilium* & Hadr. Junium *Animadverſorum lib. 4. cap.* 12. Reprimo quidem nudo Pede innocentia inceſſit, poſtquam lapſus tribuis ac ferribus invectis terram aſperavit, corpit pellibus primò, dein calceis involvi ac tegiterrim in facris profcus retentus eſt ritus, ut vidimus ſuprà, in voce *Nudipedalia*: quemadmodum de facriis *Pedum*, in voce *Pedes*, de vinculis eorum, in voce *Pedica* &c. jam actum. Cortium *Pes dexter*, læti ominis olim habitus. Petronius, *Ut moviuus dextros greſſus, Sorores nobis deſtinatus proclibuit ante pedes*, et mox, *Retulimus igitur dextros pedes*. Nimirum ne ſperantes, rerè voto ineceſſarium, ju enalis *Sat.* 10.

——— *quid tam dextro pede concipis, ute*
Conatus non panitens, votis, præſiti &cc.

E' quib-s videmus, obſervaſſe interiores homines *dextrum pedem* lævo ſemper, poſt ſtationem quidem aliquam, præponere. Contrà Per*ſius*ſter malum portendebat Sa*tirus Augusto cap.* 91. *Auſpitia quadam & omina pro certiſſimis obſervabat. Si manu ſibi calceus perperam, aut ſiniſter pro dextero induceretur, ut dirum.* Unde Ovidius *In Ibin*,

Ominibus q, malis pedibusq; occurrite lævis.

Quo proin ominecondiderato, ad rem pertinere dicit Seneca, quòd *ſiniſtrum pro dextero pedem* oſculandum dedit Caligula, de *Benefic. lib.* 2. *cap.* 12. At in pugna, lævum protendi moris erat. V urgilius *lib.* 10.

——— *projecto dum pede lævo*
Aptat ſe pugnæ, jubet ora hoſtia per imet.

Cujus rei ratio, quod pr æcipue in duellis lævum latus peteretur, uti ex Scholiaſte Æſchyli ad *Septem. Theb.* docet Cæſp. Barthius *Animadverſion. ad Papinium Statium Thebaid. lib. 9. verſ.* 473. De ritibus *Pedes* lavandi, ungendique, item ad oſculum porrigendi, diximus ſuprà paſſim, inprimis in voce *Pedes*, item *Oſculum*, & *Peregrinus*: de more Thebanarum mulierum, ore tecto, *pedibus* per calceos *pene nudis*, certe conſpicuis, inambulandi, V. eundem Barthium *ad Theb. lib.* 3. verſu 230. ut de hominum *ἀξιοπρεπεσι*, *rejectis pedibus* dormiendi, Calaſabonum *ad Auguſtum Suetonii cap.* 78. &c. Ut & hæc addam, Apud Recentiores Per ſeu *pedis abſciſſio*, inter pœnas, non ſemel occurrit *LL.* Guliclmi Nothi *cap.* 67. *Interdicimus etiam, ne quis occidatur, vel ſuſpendatur pro aliqua culpa, ſed ornantur oculi, abſcindantur pedes vel teſticuli vel manus* &c. Ingulfus pag. 876. *Sub pœna perditionis dextri ſui pedis*, &c. In Concilio Autiliod. can. 3. *Pedes* item vel *digiti* occurrunt. *Quicunque vinum bibuerit, in Eccleſia vigiles — nec ſimplicia aut pede aut humane linea ſieri permittas præſumat*: ubi du Freſne *lignea* legit. Ita enim *Indicius* Paganiarum feu Superſtitionum in Conc. Liptinenſi A. C. 743. *De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.* Et Eligius apud Aodomarum in *Vita illius*, *lib.* 2. *cap.* 15. *Pedum ſimilitudines, quas per bivia ponunt, ſieri vetate & ubi inveneritis, igni cremate.* Ejusdem *Homil. Arbores, quas ſacrivos vocant, ſuciuitis, plantas ſive unguulas pedum, quos per bivia ponunt ſieri vetate* Quibus locis perſtringuntur veterum Galarum magicæ ritus vel ſuperſtitiones, qui in bivits ac compitis hominum membra *pedes* vex ligno (vel lino) conflatos collocabant, exiſtimantes hac ratione morbos ac ægritudines perfanari. Certè lan is olim ad *φυσιογνωμίας* fuiſſe adhibitas, teſtatur Scholiaſtes Theocriti *Idyll.* 2. verſ. 2. ut & imagines in eas. Horatius *Lib.* 1. *Sat.* 8. &c. V. hanc in rem plura apuddu Freſne *Gloſſ.* & quæ nos alibi. De aliis quibusdam vocis ſignificationibus, paucа o ox. Ab hominem enim ad menſuram denotandam illa t enitit, quæ medium & reliqua ejus membra; *Digitus*, *Cubitus*, *Paſſus*, non aliunde deſumta E' quibus digituseſt 4 granorum horiteae. orum; 4 digiti conſtituunt palmum, 4. palmi *Pedem* efficiunt: Cubitus vero ab extimo cubiti, usque ad longiſſimi digiti extremum, eſt ſesquipes; aſſus Geometricus 5. pedum. Unde jam Stadium Græcorum oritur, quod eſt 125. paſſuum, Latinorum Miliarium, quod eſt 1000 paſſuum, V. Geth. Jo. Voſſium *de Scientiis Mathem. c.* 27. §. 1. Sic Juliano Afcalonitæ apud Harmenopulum, ἐχει σπιθαμὰς ἑπτὰ ὁ ἀνθρωπος, ubi vergium leu *Alexandrinum* intelligit: cum *Italicus* haberet pedem digitos & trientem. Ita enim Hero in *ſtagoge Mis.* quam Salmaſius penes ſe habuit: Ὁ πῶν, inquit, ὁ ἀνθρωπος ἔχει φυσικῶς ἐν τῷ ἑαυτῷ μήκει ἑπτὰ σπιθαμὰς, ὅ ἐστι τὰ πόδας ἕξ καὶ ἥμισυ. Ubi ob ter norat Idem, *pedem*, quem Hero διαστημα & ἀνθρωπος appellat, Hygino *ſignimenfori Ptolemicum* dicit & quem illeGræcus *Italicum* vocat, *dictum etiam* Hygino nominatis. Ad menſu-

menſuram hujus *pedis* convenit, quod de ſtatura Maximini retulit Capitolinus, *Erat præterea* (*ut referri Cordus, magnitudine tanta, ut octo pedes digitos videretur egreſſus*. Ubi Caſaubonianus legit, *ut octo pedes digitos VI. videretur egreſſus*: cum in *Maximino* ſtatim dicat Auctor, ſtaturam ejus fuiſſe *pedum octo & prope ſemis*. Et potuit numerus ille VI. facile abſorberi, ſimilitudine priorisſyllabæ ſequentis vocabuli *videretur*. Quæ proceritas ne cui mira videatur, Philoſtratus hanc ſtaturam proceri Germani eſſe ait, apud quos qui ſuiſſe & commodæ ſtaturæ viderentur, ſeptem pedes non rarò excederent: cùm procer & magnæ inter ipſos ſtaturæ vulgò octo pedes longitudinis habuerint. Gygantæos barbari in *Vita* Herodis. De Burgundionibus ſeptipedibus notum iis, qui Sidonium Apollinarem triverunt. Salmaſius ad *Capitolin. in Maximinis*. V. eundem ad *Solinum*. In navibus *Pedem* dixere Romani profune, quo velum tenditur, imaque veli parte, & Synecdochicè, pro ſinu veli, qui vento impletur: eadem tralatione, *quà pedem menſæ* dicit Ovidius *Metam. lib.* 12. & *Pontus lib.* 2. *ep.* 1. *pedem vinacorum* Columella *lib.* 12. *cap.* 43. *Anxios pedes* Varro de *Re Ruſt. lib.* 1. *cap.* 2. &c. nempe, quia, ut pes ima corporis pars, ita & id quod dicimus in velo aliisque. Ita autem Catullus *carm.* 6.

Sive turundi, Jupiter
Simul ſecundus inciderit in pedem.

Martinus tamen de Roa Cordubenſis *Singularium lib.* 6. *cap.* 10. Catullo *Pedem* propriè vult eſſe linum ſeu medium veli, quia ejus beneficio, ubi ventus impletur, ambulant naves, quaſi pedibus, utpote inanima quæ inſtrumentum. apud Gell. Joh. Voſſium *l.* 2. *Idolol. c.* 111. Imò apud Lycophronem in *Alex. verſ.*

Τεχναστὴ σ' ὀχήσει κῆ ἀφειλέων πόδα.

Meurſius πόδας i. pedes exponit *remos*. Nonius Marcellus, *Remi ſunt navales pedes*. V. quoque Artemidorum *lib.* 1. *cap.* 50. Hinc *Rovipedem* navem Auſonius. & Callimachus *Epigramm.* 6. ἐρέσσων πόδαι. Lucilius *Sat. lib.* 8.

Parum ſemmen utrig, ab ipſa divortio aquarum
Illigna pedibus cavarum conciuit æquiti.

Navesque *ambulare*, dixit Cato *de Re Ruſt. cap.* 1. ſcaphas progredi Salluſtius, navigia currere Poetæ, V. A. Gellium *lib.* 10. *cap.* 26. Conſimili tropo κυνῶδους ὀδόντας i. *incurvos dentes* navis vocat anchoras, idem Lycophron. V. Joh. Meurſium *Comm. in Lycophronem*: ſicut de *Pedibus* menſæ ſuprà in voce *Pedes*.

Peſcennia Marcellina, matrona Romana, memoratur Jul. Capitolino in *Antonino & Balbino*, *Attamen militaris Tribunus* (Maximus) *fuit & multa ei gnaviter & poſtea Præturam, ſumtis Peſcenniæ* (l. Peſcenniæ) *Marcellinæ, quæ illum loco filii ſuſceperat & adluerat.*

Peſcenniana Domus, apud Æl. Spartianum in *Peſcennio Nigro*, *Domus ejus hodie Romæ viſitur, in campo Jovis, quæ appellatur Peſcenniana: in qua ſimulacrum ejus in trichoro* &c. Ubi tamen Excerpta Spartiani, Palatinus liber & vetus Editio legunt, *Peſcenniana*. Sic apud Eutebium & Hieronymum, *Vinnia Fadilliana* dicit. tur, quæ aliis auctoribus fere omnibus eſt *Fadilliana*. Faſti quoque Caſaubonianæ: *Οὶκος Οὐεννίων* pro *Οὐαδδιανῶν* habent. *Domus Peſcenniani* itaque erit *domus Peſcennii*. Nam *Peſcenniani* & *Peſcennius* indifferenter enuntiabant, ut *Hermogenes* & *Hermogenianus*. Sic H. rodiano Διαδουμενιανὸς appellatur, qui vulgò eſt *Diadumenus*; Tacitus *Diogenianus* in *Vita* Philoſophorum citatur, quem vulgò eſſe *Diogenem* nemo ignorat. Salmaſius *ad Spart*

Pelvia, in Carmine Sulpitii, aguntur pelles tanti, ſeu tergus pecuinum, quem pro amiculo Veteres utebantur. *Hiemis* enim antiquis *pelles* dictas eſſe, apud Verrium Flaccum legitur: unde *paſcua & poſtere*, docuit Scaliger in *Originum libris*. Cujusmodi pellibus φαιδρόβιους Mimos Satyroſque olim uſos fuiſſe docet Idem *Poetices lib.* 1. *cap.* 10. & 17. V. ſuprà ubi de *Pellibus*.

Peſſines, apud Plinium, Tolliſtobogorum præcipua civitas, V. ubi de *Galatis*, & hic *Peſſinus*.

Peſſinus, adde; prius Phrygiæ urbs fuit. Ammianus *lib.* 26. *Valens Peſſinuntis templi propatulo ſuſtit, Phrygiæ quondam, nunc Galatiæ oppidum*. Unde *Peſſinuntia* Dea, cujus ædem Clodium Tribunum Plebis, civem etiam, Brotigaro è Gallogræcia tradi, Sacerdotemque *Peſſinuntium* munere ſuo privati, Lege juſſiſſe, docet Cicero *pro Sext.* item de *Aruſpicum reſponſis*. Nomen urbi à verbo πίνειν, *cadere*, nonnullis deducitur, eò quod in ejus agrum Pallad ium cœlitus *decciderit* ibique primùm compareuerit, ut refert Herodianus *lib.* 1. Meurſius in *Lycophronem, verſu*,

Ἐξ ὄφρυν Πεσσῶνος ἢ ἄφθιτα δόξει,
Lapſa exſilanto patris ſila Jovis.

V. etiam Apollodorum *lib.* 3. & Voſſium de *Orig. ac progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 52. ubi de Cybeles ſimulachro, formulam exponit.

Peſſulus, Græce πάσσαλος, quam vocem ἀπὸ τῆ πάσσειν nonnulli infeliciter deducunt: nihil enim πάσσειν muliebres commune habent cum *peſſulo*, voce ea Græcâ à ſimilitudine πάσσειν fictâ. Sunt autem πάσσαλοι unæ pilæ partim rotundæ, partim quadratæ, ſed ut plurimùm rotundæ: à qua forma, medicamenta oblongæ & rotundæ anui immittenda dicta ſunt; quæ ratio quoque appellationis ἀπὸ πολυπίου Medicinalium &c. Aliter πάσσαλος βάλανος, ἀγκὼν ἐπάνω: quæ duo tamen poſteriora, ſi accuratiùs perpendantur, non id em planè ſignificant. *Βάλανος* namque ferrum fuit glandis ſactæ & cavum, quod in foramen ferræ, h. e. lignei vectis, immittebatur, & ſic ferram committebat januæ, ut, niſi ex ácto eo, removeri ac repelli non poſſet ferra, nec janua aperiri. Ita autem in ferræ foramen incidebat *βάλανος*. ut totus interet, nec erui inde poſſet vel extrahi, niſi immiſſo alio ferro oblongo, quod in ea vitatem *βαλανίζειν* dicebat, ut eum eveileret & ſurſum traheret, *βαλανάγειν* hinc vocitatum. Sicque locum non habuit, niſi in his foribus, quæ ferâ vel vectę ligneo transverſo firmabantur: quod fiebat in primis domus ſatius, quæ in publicum aperiebantur & Urbium portis. At ἐγκοπὶς, *ferramentum*, in fabristhalamorum & cecorum ſocum habuit; quibus duo ferræ ſingulis additi, ut hodieque moris eſt, in ſuperiore parte unus, in inferiore alter. Unde apud Plautum *in Aulularia*, *Oſtium intus ambobus occlude peſſulis*; quod de ſera vel vecte ſive reſpagulo ligneo accipi non poteſt. Necenim duabus ſeris vel μοχλοῖς januæ municbantur, licèt apud Polyòium legatur *lib.* 15. de foribus quibusdam duplici clauſtro obleratis: Συνέκλεισε δὲ τὰς θύρας εἰσω διπλοῦσι βαλανείοις, βάλανοφόροις ἑκατέρωθεν μοχλοῖς. Sed hoc minùs eſt ſolenne ac perpetuum, ideoque notatum Polybio. Neque eadem modo, quo vectes ligneî, *peſſuli* tales, removebantur. *Βαλανάγειν* enim ſeu clavis, quâ balani aperiebantur, in *βάλανον* immiſſa ſurſum trahendo eam eximebat, ut dictum, quod *ἀναστρέφειν* vocat Æneas: at clavis, ad interiora domus membra aperienda pertinens, apud Homerum *Odyſſ.* 21. κληῖδὸς ὀχμὸς, h. e. *ſurſum quatio ac repello*, quod *ἀνακρούειν* Aratus vocat. Illa unica tantùm dente præditа, hæc cum tribus erat, vt ſupra ubi de *Clavibus* dictum. Cujusmodi claves quidem non vertebantur ad reducenda & adducenda, quæ intuserant, ferrea verueli & repagula, ut hodie fiuSed aperiebant ſuccutieado ac dejiciendo, quod in interiore parte forem cum poſte detinebat vinctam, ferreo peſſulo. Cujusmodi etiamnum viſuntur quamplurimæ & ſimiliter aperiunt Chartuſianæ; nempe clauſtro immiſſile ſuccutiunt repigulum, donec ex uncino, cui injectum eſt, exeat, &c. V. ſuprà in voce *Obices* ferreis item ubi de *Oppeſſulandi ritu*, *alibi paſſim* & hanc in rem plura. apud Salmaſium ad *Solinum p.* 924. & ſeqq.

Peſtis, Latio omnem perniciem notat, ſarò proprium, nec ſeio, an usquam abſoluto ſenſu *peſtilentiam* quam ſic tamen hodie omnes vocant, etiam illi, quorum ſcripta inter vett. Auctores pro teſtibus boni Eloquii citantur, ſunt Caſp. Barthii *Animadverſion. ad Statium Thebaid. l.* 2. *verſ.* 281. Coeterum *Peſtilentiam* omnem Deorum ire adſcribebant Veteres, iam indeab Homeri temporibus. Statius in videtur accedere, qui ventis tribuebant, *Thebaid. lib.* 11. *verſu* 274. *Ceu cælo dimiſſa lues*

Sic Ovidius,

Peſtiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.

Vel qui Soli, de quibus videre eſt Cleon. ſ. *Strom.* Unde fictio Homerica de Apollinis ſagittis eam inferentibus. Certè vitiatus aër plerique ſtatuitur. Ipſum autem malum Numinis inſtar colebatur, de quo Barthius præfatus *Superſtitionum commentario*. Apud Auguſtinum *Ser.* 24. *de Verbis Apoſt.* Punicum legitur prov, ridiculum, quod tamen utili ſenſu non caret: *Eſt Peſtis ante oſtium & potu nummum: da ei duos, ut ducat ſe.* Hoc eſt, cùm pauper aliquid à te poſcit, potùs duplum des, ſi ſapis, quam nihil, ne inſequatur ultio, totum terebus tuis eripiens. V. iterum Barthium *ad Statium l. I.*

Petaliſmus, apud Syracuſanos, ſimile quid erat Oſtraciſmo Athenienſium: niſi quod hic in decennium, ille in quinquennium, exilio multaret. Nomen eà Gr. voce πέταλον, i. *folium*, quòd olææ folio nomen ejus, quem exulem volebant eſſe, inſcribi ſoleret V. Plut. *Ariſtide*. Ab eadem origine *Petalium* eſt, nomen præſtantiſſimi è nardo unguenti, de quo Dioſcorides *lib.* 1. *cap.* 81. Meminit ejus Plautus *Curculione*, ſic. *Filii veteris vini.*

Nam omnium unguentum odor præ tuo nauſea eſt,
Tu mihi ſuaſtle, ita continammam, ita roſa,
Tu crocum & caſiaei, tu Petalium.

Lat. *Foliatum*: Hocaliisqueunguentis utebantur Vett. non tam ad neceſſitatem aut valetudinem, quàm ad voluptatem & convivioru mdelitias, vel vino illa miſcendo vel corpori coronisque inungendis adhibentes: idque à primis Reip. Romanæ temporibus, usque non ad floremem modo, ſed etiam extremam ejus ætatem. Et quidem de *Petalio* ſeu Foliato inprimis loquitur Martialis *lib.* 11. *Epigr.* 28.

Ai mea ne libram Foliati poſcat amicus,
Aut viridesgemmas ſardonychasq; pares.

Et alibi,

Hæc licet in gemma, quæ ſervat nomina Coſmi,
Luxurioſe bibas, ſi Foliata ſitis, &c.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib* 5 *cap* 36. & infrà in voce *Unguentum*. Sed & *Petalium* ſeu *Petalum*, dicitur in habitu Sacerdotis Summi, apud Hebræos, bracteæ illa ex auro puro, cui inſiquitum erat, *Sanctitas Jehovæ*: Hæc appoſita erat cum vitta hyacinthina, ſuper ipſam cidarim è regione anteriori eius partis, ſuper frontem Pontificis Summi, ut auſerret iniquitatem rerum ſacrarum, quas conſecraſſent filii Iſraelis, &c. V. Exodi *cap.* 28. *verſ.* 36, 37, 38. Hinc & πέταλον, *bractea*, ſeu *aureo-*

ἐλατικοὶ seu πλαδαροὶ, i. Praelatiores, l. c. 1. C. de excus. Artifi. Sic dicti autem erant, qui inter alia statuas Virorum illustrium aureis bracteis obductebant. T. Livius 4. Dec. lib. 10. Ædem (Pietatis) dedicavit M. Atilius Dunnvir statuamque aut aram, quæ prima omnium in Italia statua inaurata est, Patri Glabrioni posuit. V. quoque Val. Maximum lib. 2. cap. 5. atque item Dempsteri Paralipom. in Rosinum lib. 9. &c.

Petauminari, apud Salvianum de Provid. lib. 3. Equidem, quia longum est dicere de omnibus Amphitheatris, stillicet odeis, lusoriis, pompis, athletis, Petauminariis, quantomimis cæteriique portentis, quæ plectitur cæcus populi nudata nullis vestibus, sed Petauminaria lenocinium esse, ait Salmasius. Ita enim Firmicus lib. 8. cap. 15. ubi de Del phino oriente in octava parte Capricorni, sed Saturno istiusmodi urinator erit, cum Marte vero & Mercurio Petauminarius, Ephalmator. Petaurißtarius, Oricipalarius, aut circite innata curßus agilitate perßicuus. Quæ nomina periculosfarum, sed ludicrarum simul artium, quales olfendunt ac profitentur, qui Θαυματοποιοὶ dicuntur. Hemperexressit hæc voce Firmicus cos homines, de quibus Manilius ait lib. 5. Et vidauta volens pennis & in aere ludunt. Quod genus erat Θαυματοποιῶν τέχνης. Petamenarios autem dixit pro πετομένους, i. volantibus, in aëre, & qui, ut Claudianus ait,

Mare avium sese ejaculantur in auras.

Sed & Petimmarii, legi possit: Est autem petimen Servio ὕδωρ, seu tuber, in tauris Cypriis gibberibus, antiquis Romanis petimen. Unde dicti Petimmarii, qui falsa periculosa corpus vibrantes, circa plenumque se contrahentes, & gibbos faciunt, ut Petaristæ, ac di alii hujusmodi paraboli saltatores. Imò emendari debere, apud Salvianum, Athletis, Mimariis, Pantomimis, pronuntiat idem Salmasius ad Solinum pag. 986. &c.

Petaßus, inter Scriptores Chymistas, recensetur Zosimo, ὧν ἐστι Πετάσιος καὶ Συσὼν ὁ ἐκυμηνεύς.

Petaßa, an à πετάζω, dilato? in delitiis Vett. Martialis lib. 13. Epigramm. 55. cui is ita.

Mattea vel Petaßa *propera, cavos nec differ amicos:*
Nam nihil cum *vetulo sit* petaßone *nihil.*

Ubi recentem, succi & saporis plenum, non fumo duratum siccumque probat Poëta. Hodie in Europa, West phalici commendantur apud Sinenses, Kinhoa sub *Chekiang* prælantissimos præbet, qui, toto illo Imperio maximi æstimantur. Auctor Anonymus Sinæ & Eur. p. 1157.

Petaßus, pileus Thessalicus. Sueton. in Augusto, Dominon nisi petaßus sub Dio conßicialutus. Erant autem ittiusmodi pilei margianati ac arcendo Soli apprimè accommodi, quales nostrates galeri sunt: cùm communes pilei margine careant, ficut ii, in quibus somnum capimus. Æthiopes quoque Petaßi utebantur margini as adeò ampli, ut decem hominibus inumbrandis par esse posset, referente Nicol. Godino de rebus Abaßinorum lib. 1. cap. 12. De Thessalicis Petaßis late disserentem V. Hadr. Junium Animadvers. lib. 2. cap. 6. Mercurium petaßatum caduceatumque habet. Inscripsio lucernæ Oliviance, id est, ut latronum Deum, cooperatum caduceique comitem virtute oculos perstringentem, Fortunam, Licetus de Lucernis antiq. lib. 2. cap. 12. fed & Petaßus Mercurio, ut Deorum nuntio, convenit: propriè enim Petaßum, à πετάννυμι, id est, extendo, dictum, pileum fuisse viatorium, Solem accentem, indigitat quoque Plautus Pœtico Amphitruonis ubi idem,

Ego has habitu hic ut ego, in Petaßo *pinnulas,*
Tum meo Patri autem vorulus inerit aureus,
Sub Petaßo.

A' forma itaque hujus tegminis, per tralationem Petaßus dicitur, quod in galeri formam ædificiis superpositum, extensumque est, in metæ modum se trahens, Plinius Hist. Natural. lib. 36. cap. 13. Item, mapsitintinnabulum ad galeri seu Petaßi similitudinem factum, Petaßum autem à Varrone (verba sunt Hier. Magii lib. de Tintinnabulis cap. 1.) in libris hujusmodi instrumentum appellari (si memoriæ fideli in deposito utor) aliquando animadvertit quarquam & in Lucretio elspexi aereus, per cujus deductionem ac reflectionem calor augeri vel minui consueviset, sic dicitur, ut apud Pitruvium, ubi de Balneo agit, perßicere licet. V. Franc. Syvertium Not. in locum.

Petavius Dionysius, Aurelianensis Gallus, Jesuita celebris. Emisit A. C. 1627. libros 13. de Doctrina Temporum, quos duobus complexus est tomis. Prior octo libris comprehendit de τοῦ χρόνου temporum, h. e. quæ ad artificiosam Scientiæ compagem pertinent: ut de varia horarum, dierum, mensium, annorumque ratione. Quæ principia sunt ἐναντιοφανῆ alteriùs partis. Posterior tomus libris quatuor complectitur ea, quæ in ratione Epocharum, atque intervallorum sunt obscura, eoque controversa. His 12. libris accedit decimus tertius, qui ἀποτελεσμῶν sive usum fructumque superiorum continet librorum: ac Chronicon est omnis ævi usque ad annum 532. quo pax inita est inter Romanos ac Persas. Posiea Idem scicit *Rationarium temporum*, itidem libris 13. quod sepius editum, correctum, auctum, Ejus quoque prodiit *Psalterium Aliexandrinæ Canticorum in Scripturis paraphrasis Græcis versibus*, quæ extat cum interpretatione Latina, 8. Parisiis A. C. 1617. Vossio de Sc. Mathematicis c. 41. §. 24. Formulta post Scaligerum optimè observavit. Sed judicium interponere difficile inter eos, quorum utrique præclara adeò in Chronologia merites est, ut nullis plus hæc Scientia debeat. V. quoque Gassendum in vita Peirescii.

Petaurißtaria, apud Maternum Firmicum lib. 8. cap. 15. cit. iidem cum Petaurißtis, de quibus mox.

Petaurum, Gr. πέταυρον vel πέτευρον, tabula seu pertica parieti affixa, ad quam vespere Gallinæ se volatu recipiunt, ut pernoctent: Inde pertica vel rota, ad quam Mechanici rotarum lasciviâ cuticere imitant, plin. falsè se subjiciebant, properea dicti πετευρισταί: item Mechanici, qua in machina vel rota se trajiciebant, Festus cum Scalig. Inventores primi Germani, unde Germani Petaurißtæ, Amm. Marcellinus. Fuit quoq; ut ait Alex. ab Alexandro Genial. dier. lib. 4. cap. 21. Petauri ludus admirationis præcipuæ, cùm per circulos quispiam veloci cursu trans volat corpore ita librato, ut non offendat circulum. Meminit hujus ludi Manlius Astronomic. lib. 5.

Ad numeros etiam ille cieˉ cognata per artem
Corpora, quæ valido saltum excuſſa Petauro;
Alternique gradi motus, elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu ſuſpendit iter alter.

In quæ verba Jos. Scaliger, Rota, inquit, in sublimi posita & duobus verßabatur, alter ſuperne, alter infernè nixebatur; Ita ßebat, ut alternis desilirent nunc penderent, nunc erecti ſederent, per eandem viam etiam corpora contorta ſaltu ſubjecta trajiciebant. Mercurialis loquens quandam machinam ludi ſimilem, quâ homines rotis quibusdam in aerem jactabantur: ut, præter vim nominis, Lucilius indicare videtur, verſu

Sicuti Mechanici cùm alio exiliere petauro.

Et Juvenalis Sat. 14.

An magis obliciant, animum jactata Petauro
Corpora, quàm, ſolens rectum defendere ſimem.

Martialis item lib. 1. Epigramm. 22.

Quæ rota tam celeriß *vario* impaßa *Petauro &c.*

Unde non crisialiæ hoc exercitationis genus assimularivult, fed potiùs jactationi illi, quæ hodie in juvenili ætate viget, cùm aliere funibus quatuor ad laqueraria suspensio ibi sedentes pueri aut puellæ veluti per aërem jactantur, quod Oscillarium appellatur a Vett. significatum putat, cujusque meminit Avicenna prine. quarti tract. 2. cap. 13. ubi ad coercendum fudorem laudat, ut æger ponatur super instrumentum, quo pueri vel Juvenes folent in aëre concuti. Et favet huic opinioni, quod Ælius Sulo apudFestum ait, Petauriſtas dici propriè Græcos, quòd ii ἐς τὸ ὑψος vel ἐφ' ὑψηλὰ πέτονται, sive, quòd ad aerem vel ad aurem volent, quam exercitationem etiam in ludis Gymnicis usurpatam fuisse, apud Thracas, Ægyptios, aliosque populos ex Historicis patet. Nec minùs istud indicant Auguiti atque Tiberii Cæsaris nummi, in quibus hunc in modum Oscillarium ludus repræsentatur, qui licèt ab hodiernis Oscillis diversus sit, quo ad modum, nihilominus reipsâ nequaquam distare, solidè perspicitur, quòd in aëre volentur non secus Lusores quàm solitor fuisse, atque nunc agunt qui similiter exercentur. Idem raptorium illud machinamentum, quod Cœlius Aurelianus lib. 3. Chron. cap. ult. vocat Macronsparton, non prorsus abhonuraci, & vel ipsummet Petaurum, vel saltem ei non dissimile fuisse, contendit. V. Hieron. Mercurialem de Arte Gymnastica lib. 3. cap. 8. Nobilis Petaurißæ mentio, apud Varronem Epiß. ad Cæsarem, Convocat Ptolomaum Cinadon, Lacanion Petaurißæ, Diona adstrosus. Per flammas, accenso Pegmate, ßirantium ße, ut populo obl. ectamentum daret, Petaurißarum ſuprà laudatus Manilius meminit, lib. 4.

Membra, per flammas orbesq; emiſſa flagrantes
Delphinium, ſuo per manè imitantia motu,
Et vidauta volans pennis, & in aere ludunt.

V. quoque ſuprà in voce Pegma.

Peuermanni, apud Lipsium in Epican. lib. 2. cap. 4. homines seu ferri S. Petri Lovanienſis.

Pexbora, Hebr. פְּרוּרָה, Bilcam Pseudoprophetæ patria, memorata Josuæ cap. 3. vers. 29. dicta est quasi פְּתוּרָה בֵּית. id est, domus interpretationis; quia Bilcamus, cùm celebertimus Magus esset, Oracula Dæmonum, consulentibus ibi, responsa dabat, & illis obscura quævis interpretabatur. Sic & Chaldæi בֵּית אוֹלְפָנָא. pro Schola, vel Academia dicunt. Neque verò insolens fuit ab hac obscura interpretandi facultate, nomina indere; Unde ea ipsa de causa Josephus, ab Ægyptio Rege, vocatus est פָּנֵעַ עֹנֶף. quod est ille interpretis פּוֹרֵה vel פַּתְרוֹן. i. Interpres. Quò mirisicè facit obiervatio Rabbinorum, qui inter cortera Josephi nomina etiam פּוֹרֵה recensent: Et hoc ipsum nomen in Oriente receptum esse, atque in Græcorum Πτερθ-, propter soni affinitatem, transisse, sunt qui velint. Certè Hesychius, Πέτρος, inquit, Ὁ ἑρμηνεύς, ὁ ἐκγονόπαις, & Arator, Petrus Hebræo agnoiscens sermone meus. Qui ambo alludunt ad Hebr. פְּתַר, quod Græcis ἑρμηνεύειν est seu explicare, reßolvere, interpretari, ut Camero ostendit ad 2. Petri cap. 1. vers. 20. quanquam Heinsius in Nonnum cap. 17. pugnas & argutias vocet. V. Georg. Hornium Hiſtor. Philoſ. lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 4. ubi eodem de Bileamo ei sermo est.

Petilia

Petilia lex, de Peculata, commemoratur Franc. Hotomanno, ex Livio *lib.* 38. Auctorem habuit Q *Petilium* Tribunum Pl. M. Æmilio Lepido, C. Flaminio Negote Coſſ. ita ſonans: *Velient, jubevent, quæ veretur, quæ pecunia cauſa abiata, eadta ab Rege Antiochoſi, quisque ſub ejus imperio fuerint; quod ejus publicum reipatum non eſſet, iis de ea re Sen. Populoque Romano reſerres.* Addit Livius. *Omnes Tribus, uti rogas, inſerunt.* Prætor quam legem, nullaſec de hac re mentione, nulli lex Julia, extat. V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 28.

Petiliani Hæretici, malorum contagio non inquinari bonos, nec Miniſtrium impium, Sacramentum ullum valide conferre poſſe, dictitabant. *Gloſſ. in Can. Dominus declaravit* I. *quæſt.* 1. apud Dominic. Mactum *in Hieroclexico*. V. in voce *Petilianus*.

Petiminarii, genus Θωρηκοφυλάκων, de quibus V. ſuprà, ubi de *Petaminariis*.

Petinei, & *Petinetæ* apud Ditmarum *lib. uli. pag.* 113. populi ſunt, Græcæ citeriores ayri Πατζινακῶν dicti, de quibus V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & Not. ad *Alexiadem*.

Petitor, V. ſuprà *Candidatus*.

Petitum Paſcha, five Paſcha Compertentium, dicta olim Dominica Palmarum, quam ob cauſam, V. ſuprà in *Capitilavium*.

Petorritum, vehiculum quatuor rotarum: à Τέτταρες, Πέτορες, Πέτταρες, Oſce *Petora*, id eſt, *quatuor*, Scalig. *in Varronem de Re Ruſt.* & *in Feſtum*. A. Gellius vero *lib.* 15. *cap.* 30. vocem hanc Tranſlipicam eſſe tiett, & Galliæ originis, ex Varrone *rerum Divin. lib.* 14. quoin loco hic, cum de *Petorrito* (ita ſcribit Gellius) diviſſet, *Lancem* quoque, non Latinam, ſed Hiſpanicam vocem eſſe, contendit. Et quidem *Petorritum* Gallicum eſſe, etiam Quintilianus teſtatur, *lib.* 1. *cap.* 5. inquiens, *Plurima Gallica vulgarium ut Rheda & Petorritum: quorum uſtore Cicero tamen, altero Horatius mitur.* Horatii locus eſt *lib.* 1. *Sat.* 6.

Plures calones atq; caballi

Pascendi, ducenda Petorrita.

Utitur voce Autonius quoque *Epiſt* 8.

Comipedes rapiantinfeſta Petorrita *manu*.

Et *Epiſt.* 14.

Canteri moneo malè nata Petorrita vites.

V. Gellium *cap. cit. ubi de voce prolixè admodum diſſerit*, &c.

Petra, Græcè Πέτρα, veteri Græcæ, idem quod *rupes*. Theocritus,

—— πέτρᾳ ἀτὶ πηγῆι πάτησεν.

At Græciæ meditæ idiotismus pro quolibet *lapide* uſurpavit, etiam pro cæmentitio & ædificatorio. Hinc Paulus Silentiarius ambonem Sanctæ Sophiæ τὸ ὃν πετρέινον dixit, quòd ex *lapide* eſſet conſtructus,

Πᾶς γὰρ κε διδύσκοιτο τὸ ὃν πετρέινον ὀκέτο
Ἔνθα σε δὴ ἀνάγκη ἐσὶν ἀναγνῶναι ἐν ἱερῇ βίβλῳ.

Idemq; paſſim πέτρα appellat, marmora calcia ac polita, ubus ſtructum illud ædificium &c. Quo tandem modo nixus Salmaſius, verba illa Martii *c.* 5. de ſubit de Crypta Dominica, Καὶ κατέβκεν αὐτὸν ὁ λεοκόμημενος ὃν πέτρῳ, *Et poſuerunt eum in monumento, quod erat excisum è petra*; non de rupe interpretatur, ſed de lapide & ſaxo, ex quo ſuperrancas illiusmodi cryptas conſtrui moris erat atque proin μνημεῖα λελατομημένα ὃν πέτρᾳ exponit, *monumentum ex lapide cæſo ac polito conſtructum*, quod Lucæ μνῆμα λαξευτὸν proprerea dicitur. Certe λαξεῖος is proprie, qui lapides politi ac levigat. Veteis *ſcier*, de Sculptore,

Πραξιτέλης μάτην λακᾷς· ὃν λακᾷς· ὃν κχίσεις.

Unde Nonnius refellit, qui ex uno lapide ſ evatum & monoli. thum Domini ſepulchrum eſſe credidit, ut ex *paraphraſi* hac ejus *ad Joannem* patet,

Τύμβῳ δ' ἐν μονόλιθον βαθυναέτεν ἀπὸ πέτρης
Παυσίλυπον ἄλοφ· κατεκεύλφον.

Quod ex aliis Evangeliis ſumſit ; cùm nihil tale apud Joannem reperiatur. Hinc quod poſt Nonnio χωνιῶν & ὀλύγοι χωνιῶνοι appellat : quaſi ſimilis fuiſſet arcis illis ſive lectulis lapideis ex uno lapide excavatis, in quibus condebantur cadavera, quique ad modum corporis erant factiſec. V. præfatum Auctorem *ad Soliſtum pag.* 1209. & 1210. Cæterùm ἐκ τῆ πέτρᾳ Deorum ſedes, apud Gentiles, frequens, quòd ibi eſſe primum ſpectandas præbuiſſent, confidiſſentque. Sic enim Ceres in Eleuſinii deſtigara incubuiſſe dicebatur, ἐκ τῆ πέτρᾳ ἀφ' ἑλάτῃ, juxta puteum Callichroum. Delphiaque, in Curia, oſtendebatur *petra*, ſupra quam Sibylla, ubi à Muſis educata erat, profecta ſederit, teſte Clemente I. *Strom.* Sed & memorabile in Eleuſinii opus, de duobus magnis lapidibus compactum, Πέτρωμα inde dictum, in quo reconditi erant libri Rituales, quibus aperris majoribus myſteriis initiandi ſcripto addiſcebant, quid facto opus : ubi & jusjurandum de maximis quibusque rebus præſtabatur ; Habebat id operculum ſuprà rotundum, intra quod Ceteris effigies, quam Sacerdos ſtato myſteriorum tempore inducbat, uti docet Pauſanias in *Arcadicis*. Quo πετρώματι Moſaicæ Legis tabularum inſtar aliquod voluiſſe Simiam Delechkiere, cenſet Jac. Gothofredus *Exercit.* 1. de *Eccl.* V. quoque infrà ad *Petram*.

Petra, urbs Judææ. Stephanus, Πέτρα· κῶμη ἐν τῇ τραχείᾳ Παραίνῃ, *Petra urbs jam Tertiæ Paleſtinæ*; hanc autem Judæam fuiſſe, ſuprà diximus. Metropolim Paleſtinæ tertiæ *ſcribunt recentes Notitiæ* Provinciarum Eccleſiaſticarum: Τέτρα ἡ μητρόπολις Μωαβιτῶν, Πέτρα, Ἀνηγουσία, Ἀρεόπολις, ἥτις καὶ Ῥαβὰθ, *Tertiæ Paleſtinæ metropolis* Petra, *Angustopolis* &c. Unde *Petræa*, pars Judææ, apud Plinium *lib.* 5. *ubi de Judæa*: *Pars ejus Syriæ junctæ Galilææ vocatur: Arabiæ vero & Ægypto proxima* Petræa, *ubi ſpiritus diſſeruſa montibus*. Sed quod Petræam illam partem judææ dictam intelligit, ab aſperis ſaxis, quibus montuoſa eſt, fallitur ; id enim nomines habet ab urbe Petra, quam cum aliis judææ, alii Arabiæ tribuant, hinc factum, ut ill partem Judææ Petræam, iſti Arabiæ, ſic cognominaverint. V. Salmaſium *ad Solinum*, & in voce Petra, *Arabiæ opp.*

Petra Abatos, apud Lucanum *lib.* 10.

Hinc Abatos, quam mitra vocat veneranda vetuſtas,
Petra patens, *primos ſenſis perciſſa tumultus*.

Quibus verbis expeſſit locum ſecutæ *Natural. Quæſtion.* 4 *Exigunt ab hac* (i. e. inſ. Phœbis) *ſpatio petra di vidiror*, Ἄβατος Graci vocant: nec illam *alli niſi Amiſſites calcant. de illa primum jacta aqua Nilum fluminis* (Nili) *ſentiunt*. Sermo eſt de origine Nili, quos fontem venasque inter Syenen & Elephantinen Ægypti conſtituebant in medio duorum emanentium ſaxorum: quæ de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 439. & in voce *Abatos*, ut & infrà, in *Phila*.

Petra Scelerata, locus Romæ, de quo V. Baronium *ad A. C.* 192. *num.* 4. & 5.

Petra Fons, V. *Petræ Pons*.

Petræa Arabia eſt Arabia ultra Peluſiacum, quæ ad Mare Rubrum pertinens, ab Ægypto ad intimum receſſum Sinus Arabici pertingit, ubi Elana oppidum & hinc Sinus Elanites. Juxta Ptolomæum, ab Occidente Ægypti parte terminatur, id eſt, Peluſiaco; ad Septentrionem, Judæa; ad Meridiem, intimo receſſu Sinus Arabici qui ab Heroum oppido ad Elana procedit, Orientem versùs. Περιήγητε Servio dicitur, à *petris* vel ſaxis, ſed potius à *Petra*, oppido & emporio Arabum Nabatæorum, *Petræa* dicta eſt, quæ in noviem poſtmodum ac cenſum conceſſit *Syriæ Paleſtinæ* ſeu Paleſtinæ tertiæ, hinc que *Petræa* quoque *Judæa* nominata ; quòd Petra, quæ prius Arabiæ tributa fuerat, ſequenti tempore Judææ aſcriberetur. V. ſuprà in voce *Petra* & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum* paſſim, inprimis *pag.* 482.

Ad Petram votum reddere, ſuperſtitionis paganicæ ſpecies fuit, à Gentilibus interdicta. *Indiculus* Paganiarum in *Concil.* Lipſinenſi A. C. 743. *De his quæ facumi ſuper petram*. Eligitus apud Audoenum in ejus *Vita lib.* 2. *cap.* 15. *Nullas Chriſtianus ad fana vel ad* petras, *vel ad fontes, vel ad arbores — vota reddere præſumat*, &c. Car. du Freine *Gloſſar.* V. quoque ſuprà *Aparis*, & infrà *Saxum*.

Petreja, tertia dicebatur apud Romanos perſona, in Triumpho in eosdem ulus cum duabus prioribus excogitata, ut populo voluptas, hoſtibus dolor, inde ortietur, Feſtus *lib.* 14. Ante curium enim triumphalem, poſt urbem, montium ſtuvionem, regionum ſimulacra, poſt ſpolia & exuvias hoſtibus detractas, poſt Duces catenatos, Tibicines item, Citharœdos, Scutiferos, aliosque exercitus miniſtros, ſequebantur perſonæ tres, quæ totum hoc agmen claudebant. Et primò quidem incedebat aliquis, qui *inepta ſollicitudine rerum omnibus moveret, hoſtibus illuderet, exuvias virtutis Romanæ & fuæ temeritate admoneret*, Livius, *Decad.* 1. *lib.* 4. ubi de triumphatis Veientibus, & Fidenatibus à M. Æmilio, loquitur. Idem picturas quasdam, quæ *ciceriæ* dicebantur, geſtabat, Feſtus *lib.* 3. Altera perſona erat Manducus, cujus effigies malis dehiſcentibus & ingentem dentibus ſonum edens, codem teſte *lib.* 11. Vide quoque Plautum *in Rudente Actu* 2. *Sc.* 2. Tertia *Petreja* fuit, quam mox curtus : dein ineſequebantur Senatores : Cives redemti & milites *Jo triumphe* clamantes. Vide Joan. Roſinum *Antiquitatum Romanarum lib.* 10. *cap.* 29. cum Thomæ Dempſteri *Paralipomenis*.

Petrenſe Stagnum, ab urbe cognomine dictum : quemadmodum *Geloum*, à Gela urbe, *Agrigentinum*, ab Agrigento &c. Vide Salmaſium *Exercit. Plinian. ad Solinum p.* 126. ubi explicat verba, *Gelonium ſtagnum*.

Petronas, proprium fuit, qui infirmos exerceri debere docuit. Poſt quem Prodicus five Heroliicus, cuſibus & luctationibus febricentes tantum non examinavit : ambo ab Hippocrate *lib.* 6. *Epidem. ſect.* 3. *Aphor.* 23. circa hoc dogma vehementer exagitati. *Petronam* verò imitatus poſterioribus ſeculis Asclepiades, ut hominum aucuparetur favorem, non modo languentibus varias exercitationes, ad voluptatem potius, quam ad ſanitatem ſpectantes, indulſit, verùm etiam (quod elegantiſſime ſcripſit Celſus) eubantis quoque luxuriæ ſubſcripſit : ut non fine ratione Plinius cum *jucundum curandi modum* callueſſe prædicaverit. V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 4. *c.* 7.

Viri illuſtres.

Petronius Didius Severus, ex Clara Æmilia, pater fuit Didii

Juliani, qui post Pertinacem Imperium est adeptus, V. Æl. Spartianum in hujus *Vita*.

Petronius Junior, inter occisos à Severo Imp. apud Æliumſpartianum.

Petronius Maximus Cos. ſub Valentiniano Imp. binis vicibus; primùm quidem A. C. 433. cum Theodoſio: iterum decennio poſt, cum Paterno. Unde Tironi Proſpero in *Chronico Pithoeano*, *Vir* dicitur *gemini Conſulatus & Patricius dignitate*. Servat memoriam ejus prægrandis nummus æreus, ad *Sidonium* Sirmondo laudatus, cujus antica facies Valentiniani vultum exhibet, cum ſola Inſcr. DN. PLA. VALENTINIANUS. P. F. AUG. aliàs Petronium Maximum, Senatorio ſeu potius Conſulari habitu in ſella ſedentem, volumen dextrâ, lævâ ſcipionem cum aquila tenentem, nomine hinc inde adſcripto, PETRONIUS MAXIMUS, V. C. CONS. quo quidem numismate cum ſimili, pene honore, quo Bonifacium, profecutus eſt Imperator, quam ille tam en accepti beneficii gratiam male tandem rependit. V. Carelum du Freſne *Diſſertatione de Inferioris ævi Numismatibus* num. 61.

Petroſelinum, quaſi præcipui uſus in condimentis, recentiori ſuo Græco *σέλινον* dictum eſt. V. infrà in voce *Pigmentum* ſeu *Pimen. um*, & de *Petroſelino*, plura apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1208. & *ſeqq.*

Petrus Apoſt. adde: Quosdam *Eipſolatres* ejus poſteriorem re jecit, docet Euſebius *Hiſtor. Eccl. lib.* 3. *cap.* 24. Contrà *Aëtii*, i tem *Apocalypſin* jactarunt alii, quam in nonnullis quo que Palæ ſtinæ Eccleſiis, quotannis die Paraſceves, legi ioliitam, tradit Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 19. de Actis verò V. Euſebium ubi modo, *lib.* 3. *cap.* 3. Etiam *Evangelio Petri* uſos eſſe Nazarenos, legas apud The dorıtum *Hær. Fab. lib.* 2. *cap.* 2. Vide Suicerum *Thesaur. Eccl.*

Reges Viriq; clari.

Petrus I. Aragonum R. adde: Cognomen *ab Acinace* habuit. Cùm prius enim Regnum electivum eſſet, ab Ordinibus is primus impetravit, ut in poſterum ſucceſſivum eſſet ac hereditarium; atque hinc capit, quod inter leges Aragonum de electione Regis agebat, ſtrictò acinace decidit, inde nomen adeptus. Nobiliorum mimus libertati etiam introductâ hæreditariæ ſucceſſione cautum, ut videre eſt, apud Hornium *Orb. imp.*

Petrus, nomen perpetuum Patriarcharum Antiochenorum, in memoriam primi illius ſedis fundatoris, Macer in *Hierolexico*, in v oce *Papa*, item in voce *Patriarcha*.

Petrus Beneventanus, Notarius Innocentii III. collectionis tertiæ Decretalium auctor. Cum namque tertiam hanc collectionem adornaſſet Bernardus Compoſtellanus, ex Regiſtris Innocentii, quæ collectio *Romana* dicit: ſtimulis Romani, quòd ma jorem minùs recepta ref. rret, ab Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aſiqua Collectio ederetur. Quare Innocentius Notarium ſuum *Petrum*, anno Pontificatus 12. qui fuit Chriſti nati 1210. operi præfecit; tumque primum auctoritate publicâ facta Collectio Juris Pontificii eſt. Superiores enim omnes ſive Decretorum ſive Decretalium Collectiones privatâ fo lùm auctoritate ſcripſerunt & Reſcripta ab illis conſignata negarit poſſunt, niſi à Scrinariis Eccleſiæ Rom. roborentur. Hanc vero Collectionem Petri Beneventani, quinquennio poſt, quar ta Collectio ſequuta eſt, ſub eodem Pontifice, circa A. C. 1215. occaſione Concilii Lateranenſis IV. V. Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Jur. Eccl. num.* 350. & 351.

Petrus Hiſpanus, magnam ſamam conſequutus eſt *Summulis Dialect.* quas ex Michaelis Pſelli Synopſi Organi Ariſtotelici compilavit: poſtmodum Papatum adeptus & Joannis XXII. nomine inſignitus eſt. G. Hornius *Hiſtor. Phil. lib.* 6. *c.* 4.

Petrus Matthæi JC. Lugdunenſis, circa A. C. 1590. privatâ auctoritate collegit ſeptimum Decretalium librum, quem Cardinali Cajetano inſcripſit. Conjecit autem in hunc eodem libro rum numero & titulorum ſeriem, ut in Gregorianis Collectione, Conſtitutiones Pontificum, poſt ſextum, Clementinas & Extravagantes; qui labor, quamvis à nullo Pontificum hactenus approbatus, quibusdam tamen editionibus Juris Canonici ab iſto tempore adjectus, reperitur, Idem Maſtricht *num.* 407.

Petrus Pithœus, Gallus, de re literaria optimè meritus, inter alia *Opuscularia* primus edidit. Cùm enim Joh. Tilius, de reſtituendis Capitularibus ſolicitus, morte præmatura inſtitutum perficere non potuiſſet, paucis ſolum foliis poſt obitum ejus editis, quibus ſuſſine recognitores & emendatores Gratiani: Perfecit opus ex pluribus exemplaribus Pithœus, & præt. fec. A. 88. cum *Gloſſario* vocum obſcurarum, in Capitularibus repertarum, Lutetiæ edidit, quod ibidem recuſum eſt A. 1603. Licèt enim *Pithœi* nomen edito non præferat, attamen ex Miræo *Bibliothec. Eccl.* & Sirmondo *Præf. ad Capitula Caroli Calvi*, diſcimus, eum edidiſſe & præfationem præmiſiſſe. Sed & ſuo nomine edi rat J. ſi.lius præfarinem iſtam, *in fine præfix. quam vulgò Cap. Eccl. Un.* præmiſit, ubi de Capitularibus aſſerit, omnia in iis fere deſumta eſſe ex Codice Canonum Eccl. Rom. & Iſidori Collectione. V. eundem Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccleſ. num.* 207. ut & in voce *Pithœus*.

Petulo - runchiæ, Hæretici, qui, quoties orabant, digitum indicem naſo inſerebant: hâc ceremonia, omnium rerum Judices ſe ac commentiſuratores eſſe, indigitantes. Hinc *ἐκμυκτηρίζειν* enim, *pallere*, *mentiare*, *ἐκμύζειν & ν. naſus*, judicii ſymbolum eſt. *Petitionaſii* dicuntur alii, V. de illis pluſcula apud Epiphanium *Hæreſ.* 48. & infrà in voce *Tafco drugiæ*, Macer in *Hierol. I. Pataldrynchiæ*, & vide in hac voce.

Petræ & *Petri*, pop. incolentes inſ. *Penteni* ut Rheni pop. qui Rhenum accolunt. Perſius,

Et quos Petræi ingentes Caſonia Rhenos:

pro *Rhenanis*, Sch. *Petræ*, Sic Atque ita apud Treb. Pollionem, in *Claudio*, legit ex fide Palatini codicis, *Penei*, ut & ex Zolimo *Penæ*, cùm alias *Peucini* præ ſe ferat editio: *Denig, Scytharum ulteriòr populi, Peucini, Trutungi, Auſtrogothi* &c. a. Peuce ſc. inſ. quam Danubius facit, Salmaſius *ad* v. V. & *Peucini*.

Peucelaïce, Dionyſio Ilunæus, pop. ad Iridum fluv. Gandaridis vicini. In qua regione *Cophen* fluv. qui Malavanam & Soaſtum annes duc ens in Indum emittit, ſcaturire Arrianus refert: Et autem hic Soaſtus, qui Ptolomæo *Σοάσ-ος*, quo loco inter Suaſtum & Indum Gandaras metatur &c. V. Salmaſium *ad Salinum pag.* 993. ut & in voce *Peucelaotis*.

Peuſinii, Græce *Τευτόνιοι*, corpus ſunt Athenis miniſtrorum publicorum five lictorum, qui, etiam *Ταξιάρχαι*, *δεσμοφύλακες* dicti, coërcendis, qui immodeſtius agerent, inſtituti fuerunt. V. in voce *Peuſin*, & infrà in *Scytha*.

Peutingerianæ, adde: Hinc *Peutingerianæ* tabulæ, ex illuſtri hac familia primùm in lucem prodeuntes, nomen; quia de ſic Meruſa *præf. Cosmographia*: *Nec fuit caret nominis*, inquit, *Antonini, vel imperantis, conſortium, litteratum, in quo enaculando ſuoq, nitori reſtituendo, egregiam poſuerunt operam, cùm alii, tum vel maximè Abrahamus Ortelius, vir monſtris ex terrarum Orbe amoliendis planè natus: & Hieronymus Surita Cæſaraugustanus*; quo, *in hoc argumento, Hiſpania nunquam habuit ſeliciorem. Hinc factum, quod majore cum fructu illud uſurparim; commiſſum cum ampliſſima tabula itineraria, quæ ductu Peutingerii Auſtri, diligentiſſimi typographi, auſpiciis Viri nobiliſſimi Marci Velſeri, Duumviri Reip. Augustanæ, ex illuſtri Peutingerorum Bibliotheca in lucem prodiit. Plus habet illa in vetuſta, quàm frons pollicetur: Licèt in ſinita ibi ſint deprava ta, & abſurditatis ordinis: tamen comparata, cum Antoniniani, quibus & hinc Medicina non ſemel per me peritia) nullo negotio poſſumi corrigi & ad ſua revocari caſtra: quod non inſeliciter à me factum in Gallia, Italiaq, ves ipſa docebit. Procuravi hanc tabula ab Oc. Oceano, per Continentis totius longitudinem, ad Orbis alterius angu. ſtiſſima terrarum, nec in Luciam, Thuſiriâ ſuperata, diſtantiam & intervalla. Totum complectitur, quantus eſt, Antoninum: alterumque tantum & amplius augusti, ſi civitates, urbes, oppida, fluvii, aliaq, talia, diligenter examinentur, digna certè, que ſeiuſdi Doctorum, non Magiſtellulorum, manibus teratur.* Illam *Theodoſianam* vocat Hadr. Valeſius *Not. Gall. ubi eam ſapius exponit ac corrigit.* In octo eam legenda commodè diſtribuit, I. Ab oſtiis Rheni Bonnam usque. II. Bonnâ usque ad Marcomannos. III. A Marcomannis ad Sarmatas. IV. A Sarmatis usque ad Hannaxobios. V. Ab Hannaxobiis ad Roxolanos. VI. A Roxolanis ad Parnacos. VII. A Parnacis ad Paralocas Scythas. VIII. A Paralocis Scythis, usque ad finem Aſiæ; habet Auctor Anonymus *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. cap.* 1. Eam videre eſt, in *Theatro Geogr. Vet.* Bertii, in *Parergo Geogr. Vet.* Ortelii & in *Orbis Antiqui Delineat.* Janſonii.

Pexa Veſtis, memoratur Plinio *lib.* 8. *cap.* 47. *Ætiæ ac Liburicæ lanam pilo proſorem quàm lanæ, & ideo* Pexis veſtibus *alienam, & quam ſola Ars ſimulato textu commendat in Luſitania.* Ubi *pexæ veſtes* fuiſſe, in quibus ob villorum denſitatem, nec ſtamen, nec trama appareret, Etuditis animadvertsum. Tales omnes recentes fuere. Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 44.

Emi ſeu puerum, vigauique pexam.

Unde, in tela aranearum, *pexiſtamen* à Plinio dici villoſam quandam in ea & languinoſam filorum naturam, quæ, in rara earum textura, non perinde appareat, ut in denſa, notavit Turnebus *lib.* 5. *cap.* 14. Nam veſtes obſoletæ actritæ his contrariæ, in quibus ſcilicet, vellere attrito & defloccato, filorum textura facilè conſpicua erat: quam ob cauſam hæ *nivea*, id eſt, tenues, dicuntur eidem Poëtæ, *lib.* 4. *Epigr.* 24.

Sordida cum tibi ſit, verum tamen Attale dicis,
Quilquis te niveam dicit habere Togam.

Sed & *veſti pexæ*, aliquando recens, verum quæ villis careat, opponitur, quales ex Iana, de qua ſupra Plinius, contexbantur, *rasa* dicta, uti ferica utplurimum, quæ ſine villis, & minimè *pexa*, erat. V. infrà in voce *Raſa*, & Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. l.* 1. *cap.* 17. qui *lib.* 3. *cap.* 20. Togam *pexam*, vel tunicam *pexam* vult *ipſiſſimam* dici, in illo Plauti *Epidic. Act.* 2. *Sc.* 2.

Tunicam reſtam, tunicam ſtipſam, tunicam caſticum.

A' *pexis* iſtius modi togis Candidati (quo nomine poſteriori ævo apud

apud Romanos venerunt honestiorisordinis cives, pullatis, id est, plebejis hominibus, oppositi) *Pexati* appellantur, Senecæ *de Beata vita lib.* 24. quòd *pexis*, hoc est, *candidis & recentibus* togis utcrentur. Ita enim vocabulum illud sæpiſſime acceptum esse, præter dicta, Perſius confirmat:

Pexaique togaſque recenti.

Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 32.

P F.

Pfaedelbachium, locus Germaniæ, in Franconia, ſub proprio Comite, ex Fam. Hohenloica. Cujus olim præcipua diviſio hodie ſit, in *Langenburgium* & *Waldenburgium* tanuum: in illo Wolfgangus, ex Georgio Friderico ſil. primogenito. Comites in *Weickersheim*, in illo, Eberhardus itidem ex primogenito Georg. Friderico *Pfaedelbachius* dedit. Hoc enim (obiit autem is A. C. 1600.) & Dorothea Ruthena, natus Ludov. Eberhardus *Pfaedelbachium* natus eſt, V. ſupra, ubi de *Hohenloica Fam.* Aído faltem, Friderico Caroni & Florianæ Ern. natos eſſe Eberhardum Frider. Erneſtum A. C. 1659. Chriſtianum Albertum A. C. 1660. Sylvium Ern. A. C. 1663. Fridericam Florianam A. C. 1664. &c. quo tum illi eodem, quo geniti ſunt, anno obiere; ita anuum 1665. remoriem habuit Comes *Ludwig Philipp Graf zu Hohenlo und Wildenburgische in Pfaedelbach*, Speneras *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I. pag.* 164.

Pfirtum, opp. & Comitatus Germaniæ, in Suntgovia, aliàs *Ferreta*, Gall. *Pfirt*. Quem cum Suntgoi aliisque terris martio, Alberto Contracto Auſtriæ Archiduci, attulit Joanna, Ulrici poſtremi Pfirtenſium Comitum filia. Eum poſtea Carolo Audaci Burgundiæ Duci, centum aureorum millibus venditum, Sigismundus Auſtrius, Friderici III. Imp. frater, victo iſto ab Helvetiis, occiſoque, non redditis nummis recepit. Tranſiit tandem una cum Alſatia aliisque pactione Monaſterienſi ad Gallicæ Reges, non tine Baſilienſium Præſulum querela, ad quos *direlium*, ut appellant, *dominium* Comitatus hujus hactenus ſpectaverat, ſatisfieri ibi ob adempta immeritis jura hiſce nuperisque Imperii Comitiis fruſtra precatos. G. de Roo *Lib* 3. Cuſius *Annal. Suev. Part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 3. *pag.* 579. ex purnpſius *Chron. Helvet. lib.* 5. *cap.* 30. Alii, laudat Tob. Pfanners *de præcipuis Germ. Principum gentibus cap.* 1. V. quoque in voce *Ferreta*.

P H.

P. H. C. in notis antiq. *publicus honor curandus* &c. Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Phaetis, ſeu *Phaetis*. ſeu etiam *Aphaitis*, memorata Hygino *in Poët. Aſtronom.* vel filia erat Veneris vel Venus ipſa, quæ *Dea Syria* vocatur. *Aphaitis* apud Veneris memoratur ſolemnis in *via Conſtantini lib.* 3. *cap.* 53. Nam Græcè eſt, Ἀλλ᾽ ὃ τέλεσμ᾽ ὃν ἀμφιτίθει μέγα τῇ Ἀδώνι ὃν Ἀφάιτιν ἱερὸν ἄγουσιν, hoc eſt, *Nomos & delubrum in parte veteris montis Libani in Apharis extructum*. Ubi pro *Aphaeis* perperam Muſculus, *in fruticeto* uti Chriſtophorſonus, *inter arbuſta*. Hoc *Aphacidis* Veneris templum demolitus eſt Conſtantinus M. ut ibidem ſcribit Euſebius. Item Socrates *lib.* 1. *cap.* 14. ubi dicitur τὸ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀδώνιδος ἱερὸν ἀνῃρέθη. Et Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 4. cui eſt, ναὸς ὃ ὃν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης ἐπὶ τῷ Λιβάνῳ ὄρει τῆς Φοινίκης ἱδρυμένος, hoc eſt, *Nemus & delubrum in parte veteris montis Libani in Apharis extructum*. Ubi pro *Aphacis* perperam Muſculus, *in fruticeto* uti Chriſtophorſonus, *inter arbuſta*. Hoc *Aphacidis* Veneris templum demolitus eſt Conſtantinus M. ut ibidem ſcribit Euſebius. Item Socrates *lib.* 1. *cap.* 14. ubi dicitur τὸ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀνῃρέθη. Et Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 4. cui eſt, ναὸς ὃ ὃν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης ἐπὶ τῷ Λιβάνῳ ὄρει τῆς Φοινίκης ἱδρυμένος, hoc eſt, *Nemus & delubrum in parte veteris montis Libani in Apharis extructum*. Quod apud Caſſiodorum *in Tripartita lib.* 2. *cap.* 20. ſic redditur, *In Aphacis juxta montem Libanum & admodum fluvium Veneris domus*. Similiter Nicephori Interpres *lib.* 8. *cap.* 33. *Apud Aphacas, ad Libanum montem, Veneris delubrum*: Orthologus in *Thesauro Geogr.* obſervatuseſt locus ille Zoſimi *lib.* 1. ubi de Ze-obia ab Aurelliano capta agit: Ἀφακα χωρίον ἐστὶ μεταξὺ Βηρυτοῦ τε καὶ Βύβλου, ὃ καὶ Ἀφάκειν εἰρήνη, *Aphacea locus eſt, inter Heliopolim & Biblum, ubi Fanum Veneris eſt conſtitutum*, &c. Quia autem in Boëth ſtagno *Phaetis*, ſilia Veneris, in piſcem transfigurata ſit, quam *Syriam Deam* nominarunt: vel quòd is de ſtagno filiam Veneris talvaverit, hinc, inter Meridiem illa cœli ſidera, Piſcis divinis honoribus cultus, & a Syris in templo *Phaecidis* argentei piſces conſecrati ſunt. V. Sidonium *de Dils Syris Syntagm.* 2. *cap.* 3. Gerh. Joh. Voſſium *de origi. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 36. & ibi notata.

Phaea, mulier latrocinans, ſæva & laſciva, ſus *Crommyonia* Plutarcho, à loco habitationis, dicta eſt, de qua V. Caſp. Barthium *Not. ad Papinium Statium Thebaid. lib.* 12. *verſu* 577. nec non in voce *Crommyon*.

Phaecasia, caleamenti genus, apud Vett. & quidem Heſychio, ὑποδήματος εἶδος γυναικεῖον, *ſpecies calceamenti muſtici*, ut ſimilia ſuerint peronibus è craſſo corio rudique Minervâ confectis. Alii crepidis potiùs hanc ſpecie philoſophicis, vel ſoccis udonibusque linteis illa aſſimilant. Certè Seneca *Epiſt.* 113 Puto, inquit, *quadam eſſe, quæ decent Phaecaſiarum & pallium*. Id eſt, *Philoſophum*, quibus ut peculiare geſtamen erat pallium, ita & *Phaecaſia* ſuum præbuiſſe calceamen videntur. Quod idem *lib.* 7. *de Beneficiis cap.* 21 declarat apertius, è quo loco etiam illud patet, ejusmodi *Phaecaſia*, quibus Philoſophi utebantur, conſtare decim aſſibus tum è craſſitiei, *quatuor enim denarios* dicit, quatuum quilibet, juxta ſuppurationem Budæi *de aſſe lib.* 5. tum aſſium & dimidii pretio reſpondet. Ob eandem rem Plutarchus, ubi Antonium cultu, contra morem Romanum, Græcanico ieu Philoſophico inſignem denotat, ipſum pallio amictum *Phaecaſiisque* calceatum, refert his verbis: Ἐν ἱματίῳ καὶ φαινολίῳ κρηπῖδας ἕλκων. Ita ego cum crepidis in eo convenere, ut Philoſophis ſiisque quibus Græcorum habitus arriſit, uiuarpaverint. At Appianus, *Bell Civil. lib.* 5. *paulo poſt principio*. Athenienſium Alexandrinumque Sacerdotibus, de Philoſophis tacens, in communi utu fuiſſe ſcribit *Phaecaſia*, vocans illa *calceamenta candida*: & Herodianus *Hiſtor. lib.* 5. infamum Antonini commemor ans luxum, de *Phaecaſiis* omnino videtur locutus, cum dixit, *Præfecti exercitibus, induti tunicas tatares, ſimiles calceamentis utebantur, quemadmodum Vates in iis regionibus conſuevernnt*: Pacenicum intelligens Sacerdotes, apud quos Imperator ille eiuſdem, ſolique facris initiatus fuerat. Sic tuet Heſychii ſententia, contra quem porro facit vocis etymon. Ἀπὸ τῶ φαίνω enim, quod *leve ac agile* ſignificat, huic calceamenti generi nomen inditum eſt; quæ notatio caleco agreſti minimè convenit. Adde quòd Etarotlhenes in *Mercurio Lucianeo* epitheton hoic etymo convenienter *Phaecasa* adjunxit:

Πῶς μοι πέδιλα ἔλκεται λαιψηρὰ φαινόμενα,
Sotcam ultra ſuras tenuis Pharetra.

Philoſophis igitur Sacerdotibusque familiaria fuerint *Phaecaſia*, ſed hoc diſcrimine, ut Sacerdotes candida & linteis, Philoſophi verò nigris coriaceisque uterentur, quorum illud ex Appiano ac Herodiano, hoc ex Seneca *loc. cit.* conſtat, uti Pythagoricum quendam Philoſophum, phaecaſia à Sutore mentem, introducit. Quoad formam tamen ea inter ſe ſimilia fuiſſe videntur, ut pedes toros tenui obtegaulo contegerent, live linteum id eſſet, ſive pelliceum atque adeò propter tenuitatem illam, leviem atque agilem pedibus præberent inceſſum. Verbo Sacerdotum *Phaecaſia* videntur iis fuiſſe udonibus affinia, quos Gallı *Chauſſons* Philoſophorum verò ſoccis illis, quos idem *Eſcarpins* dicunt. Atque ita facilè Philoſophi *Phaecaſia* poterant crepidis ſua inſerere; quo modo jam aliqui calceolos mulleis inſertos geſtare conſueverunt. Proin, quum apud Juvenalem legimus *Satyra* 3. *v.* 118.

Phaecaſiarum vetera ornamenta Deorum.

notemus cum Turnebo *adverſar. lib.* 10. *cap.* 20. nil pro *phaecaſiis* Deos vocari *phaecaſiarum*, quo modo Tullius pro *miniato* Jovem *minianum* appellavit, *in Epiſt.* & cogitemus ſignificari *Phaecaſis* illis ea ornamenta, quæ Sacerdotum erant propria, ut Deorum ſimulacris attribuerentur calceatus juvenem reſpondeat. De aliis verò *Phaecaſiis* qualia Philoſophis aliisque Græcanici cultus ſtudioſis uſu patta ſuerint, in eiligi poſſunt illi Peronii in *Satyr.* quibus nebuloni, Legionarium ſe mentienti, alter acutè objicit: *Age vero in exercitu noſtro Phaecatiati militet ambulanti*? Ut hominem mendacii ab ipſius calceatus arguat, ex eo, quòd, more Romano, militet non *Phaecaſia*, ſed caligis inſtructi incedernt, &c. V. Ben. Baldunum *de Caleo antiquo cap.* 14.

Phaecaſiani Dii, apud Athenienſes cultı, nomen habuerunt à *φαινομένῳ* voce ſeu *φαινόμενα* ut *Phaecaſia*, genere calceamenti humili: quales calceos Athenienſes vulgò appellaverc, Κοιλοπόδας, Δμῶ ἐ πάλαι τὸ κάλει τὰ κοῖλα, id eſt, *quod pedes pulveri appropinquare faciemus*, ut ait Clem. Alexandrinus *Ped. lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 192. Non enim ſolum veſtiæ, ſed & calceatæ Deorum ſimulacra ſtatuæ fuere. Quo modo & depingi ſolitæ ſunt, ut ex Juvenalis illo diſcimus, *Sat.* 3. *v.* 217 &c.

Hic aliquid præclarum Emphratoris & Polycleti,
Phæc ſianorum *vetera ornamenta Deorum*.

Franc. Roſſæus *Archeol. Attic. lib.* 2. *cap.* 6. V. quoque paulo ſupra in voce *Phaecaſia*.

Phaedimus, unus filiorum Niobes, apud Apollodorum *lib* 3. & Hygínum *cap.* 11.

Phaedo. Philoſophus Arianus, qui, cùm in Concilio Niceno contra Orthodoxos diſputaret, & quarteret de ſenſu verborum Moſis, ubi *hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei conditum eſſe* docet, Oſius Epiſcopus Cordubenſis, communi Patrum nomine, ita reſpondit: *Illud ad imaginem ò Philoſophe non ad corporum conſtitutionem, ſed ad mentem relatum & ſapientiam eſſe, docet ſermo veritatis. Audi ergo & intellige. Deus cùm ſit natura bonus, inſualibilis, illud ad imaginem & ſimilitudinem, ut bonitatem, ſimplicitatem, puritatem, candorem, probitatem, ſeliciatem & his ſimilia; ut quæ Deus eſt per naturam, eadem per ipſius gratiam habere poſſit ab, ipſo creatus homo, hoc eſt, ipſius hominis mens. Et, ut ſi vivres peritis ſimilitudines imaginum in tabulis non ex uno ſemper colore, ſed ex variis pertingi dicimus: Sic Deus hominem etiam, quem creavit, in animæ intelligentis conditione, hoc eſt, in mente conſtitit, ut per Virtutes haberet illud, ut ad imaginem & ſimilitudinem ſingeretur, cum in homine abunde conſpiciatur imago per prædictas res divinas quas Deus in illo reposuit*: apud Gelaſium Cyzicenum, Act. Concilii Nicæni, apud Joann. Ruellium *Hiſtor. Concil. Tom. II. Periodo* 2. Perſecp. 4. *Diatriba* 43. *pag.* 157. &c.

Phaenarete, Socratis mater, obſtetricis munere apud Athenienſes functa. Eius meminit ſilius apud Platonem in *Theateto p.* 149. *com. 1 edit. H. Stephani*, Ὡς ἐγὼ ἔτυν τοῦ μαιευτικοῦ τε καὶ γενναίου Φαιναρέτης υἱὸς, *Sum filius obſtetricis valde generoſæ ſervidæque prudentiæ animi*, Phaenaretes. Quo de loco perperam repere-

henſo ab Athenæo, dixit Voſſius *in Inſtitut. Oratoriis lib.* 2. c. 14. *ſect.* 18. Eſt autem Βλοσυρὸς epitheton leonis, apud Heſiodum *in Scuto Herculis verſu* 175. & Pollucem *lib.* 5. *cap.* 2. & Βλοσυρὸς *τὸ* proprie *τορνατὸς* eſt: ſed cùm ſic rotari videmus, capiendum de illa oculorum feroca, quæ in bene natis & idcirco alios præ ſe contemnentibus, relucet. V. eundem Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 52.

Phœninda, alis *Phœnindæ*, ludi apud Romanos genus, viris valde accommodatum, ut docet Clem. Alexandrinus *lib.* 3. *Pædag. cap.* 10. ubi inter alia ait, Οἷόν τὸ φοίνιξ τὸ μικρὸν παιζόντων τῶν φιλοῦσι παιδιὰς τὰ ἐλὶξ μάλιστα. *Alii autem parvâ quoque pila ludunt eo ludo, quem dicunt* Phœninden, *maximè in Sole.* Unde Mercurialis *de Arte Gymnaſtica Tertia, cap.* 2. *cap.* 4. *adhuc major facunda, in quo homines inter ſe diſſentes ludebant. & in qua, cùm ſtataria de motoria pars eſſet, qui manebant, pilam emittebant cum vehementia & concinnitate. Inter has ſpecies ad-numerari debere genus illud ludico, quod penès Athenæum* (Deipnoſ. lib. 1. cap. 11.) ἀφαιρὶς & φοίνιξ *vocatur: Tum quia à Gallico in libello, de parva pile ludo, ſimul cum aliis, id quoque explicatum habetur: tum quia Clemens Alexandrinus* &c. Quod & à Pollice confirmatum, ubi etiam vocatur *Harpaſtum*, innuit; minimum pilæ genus atque ita dictum, quod ludentium alter alteri eam eripieret. Hujus etenim inventorem extitiſſe Pæn æſtium Pardetribam, ſcripſit Jubas Mauruſius; cujus itidem deſcriptionem Antiphanes in hunc modum attulit: Σφαῖραν λαβὼν τῇ μὲν ἀνδρὸς ἁρμόττει τὸ ἰσχνὸν ἄμφω, τῇ δὲ λέσβιαι, τὸ δὲ πάντες πάλαι πλαγκλαῖοι φασιν; vocavitque ludum illum φοίνικα, διὸ τὸν ἀθροῦν τῶν παιζόντων, *quia ſimilitas & ſtructura jacerentur*, qui cum libi ipſi ſic mutuò mandabant. Nihil ſignificabunt, legatur, ut nonnullis placuit ex Euſtathio corrigendum. Vel id nomen nactum eſt hoc ludi genus, à *Phœnido* primo inventore, aut à διὰ τὸ φοινίζειν, i. *à decipiendo*, quoniam alio ſimulantes in aliam partem mittunt, decipientes credulum, ſi cut memoriæ prodidit Pollux. Voſſius verò *de Gymnaſtica cap.* 3. §. 6. *de hoc ludu ſenere*, inquit, *non mutuum audeo pollicori. Quanto enim Veteribus notius erat, tanto minus de eo fili dicendum putarunt. Etos tenebræ nobis.* Scaliger tunc ludum maximè laboriosum fuiſſe, ait. Non enim ludebant inconcinnè, ut nunc: ſed numeroſè ac compoſitis intervallis. Cujusmodi ſphæram ſeu pilam ex ſaltationem Ariſtonicus Cariſtius, Alexandri M. *armigerus*, optimè luſiſſe legitur, V. eum *Poëtices lib.* 1. *cap.* 18. nec non infrà. in voce Pila.

Phœnomeridæ, adde: Φοινομηρίδων, apud Plut. in *Numa*, quòd incedendo *ſomnos* detegerent. Nempe Φοινομηρίδας ipſæ vestes, quales etiam nunc ſpectamus in pluribus Nymphaarum quibus brachia detecta, frmora quoque apparent. Origo inde, quòd per initia caprinæ pelles ad lumbos utrinque Vett. cinxerint, ab humeris nudatas contra curum anteriorum, quem amictum in Satyris item notant eruditi. V. J. C. Scaligerum *Poëtices lib.* 1. *cap.* 4.

Phago, adde: Salmaſio non eſt nomen proprium, ſed idem ex Græco, quod *edax* Latinis. Illuſi fabula erat *Phago*, Græci φάγον dixere, Latinisx Græco *Phagonem*. Φάγος autem Græcis & *edonem* & *edonem* ſignificat. Unde in *Vita* Monach Φάγος ἡμεραὶς, ἀεὶ δὲ ὑπὸ ἐσθίων. Sic apud Iſidorum, qui *phagonem* quoque pro cibo uſurpari vult, in *Gloſſis*. Sic idem Græci τὸν πλοῦτον & *errorem* & *errorem* appellarunt &c. *Polyphagum* maluit dicere Suetonius, & ſimili *phagone*, qualis in deliciis Aureliano fuiſſe narratur: *Creditur etiam polyphago cuidam Ægypſii genero crudam carnem & quidquid daretur mandere affuiſſe, contemptiſſe vinos homines laudantes ad ſummum ſe bibiſſe.* Φάγους Comicis vett. tales dicti. Φαγέδαινα habetur apud Palladium in *Hiſtor. Lauſ.* quaſi dicas *Magiſtrum comedonum. Gemine* dicuntur Lucillio voce Græcâ; nam γόμφοι à γόμφ, ut βλίττω à βλίτ τω & ſimilia multa, quæ linguam Attican doctè non ignorant. Inde Τρίμιες, pro *comedone*, & qui celocem ſaburrat. Idem quoque Καθαρμὸς ſe Græcis. *Gloſſarium* vet. *Cibicida*, καθαρμάγε: ubi proin *cibicida* eſt homo gulo ſus & comedo, à cibo cædendo, non autem leſſor vel carptor ciborum, ut nonnulli ad *Martialem* accepere. Hinc *fagimen* eadere apud Plautum, quod hactenus variis Eruditorum expoſitionibus fuit obnoxium, neccum in veram incidit, ita dictum eſt & eodem plane ſenſu. Nec omittendum & Μάκελλα ac Μαγείρινος, h. e. *facco*, hujusmodi phagones quoque Græcis vocitari. Salmaſius ad *Vopiſcum*. Ut de *phagonis* cujusdam πολυτελείᾳ verbum addam, Maximinum, Jul. Capitolinus *biſtit*, ait, *ſape in die vini Capitolinum amphoram &c.* Qui proin bibit una die octies & quadragies tantum, quantum una cena Auguſtus, etiam cùm ſe liberalius invitabat. Nam iſte ſenos ſex antes ſive binos ſextarios non exceſſit, ut ſcribit Suetonius, & conſtat, ex Horatio, Vopiſco in *Tacit.* alliſque, eum vini modum ſatisfeciſſe in cœnam hominibus, qui non vivebant ut biberent, ſed bibebant ut viverent &c.

Phagrus, piſcis ab Eveniis divinis honoribus affectus eſt, teſte Clem. Alexandrino *Admonit. ad gentes*. Quemadmodum ab Oxyrynchi in Ægypto incolis, oxyrynchum: ab aliis in eadem gente, cyprinum: ab Elephantinæ incolis, Μορμύρου: ab aliis, alia piſcium genera culta fuiſſe legimus. Voſſius verò apud Clementem legi vult, pro *Eveniis*, *Syenitis*: tauſamque cultus addit ex Ælliano, quia prævertant Nilum atque ita Ægyptios antimi pendentes recreent: quia item abſtinent, a piſcium alii. V. illum *de orig. & progr. Idolol. lib.* 1. *cap.* 31. Piſcis autem hic, ut illud quoque addam, *ex eod. lib. cit. cap.* 28. Tat nutrit: de quo Hieſius apud Athenæum *lib.* 7. ubi adjicit, eſſe dulcem & addringentem, ſed contrà eſt, quia alvum ciet. Diphilus apud eundem fluviatili præfert marinum: Conoctu eſſe difficilem, tradit Simeon Sethi; ut quidem eſt in tralatione Giraldi; ſi illa etiam, quam Dominicus Monthelaurus Veronenſis emendavit, &c.

Phainus, ex Elide oriundus, Aſtronomus inſignis, primus Athenis Solſtitium obſervavit. Metonis præceptor, qui cùm id ab eo acceptiſſet, *cuttuſqueglobeſa* compoſuit & publicavit. Hinc Aratus eam *Phaino* adſcribit, quæ ei revera ejus Auctor fuit Solſtitiique inventor. V. & Theophraſtum *libello de ſignificationibus tempeſtatum*. Ejusdem *Phainî* meminit Vitruvius *lib.* 9. *cap.* 7. *Quorum inventa loquuti, ſcripſerunt & nocaſſus, tempeſtatumque ſignificationes, Eudoxus, Euctemon, Callippus, Aëtion, Phainus, Hipparchus, Aratus, cæteriique ex Aſtrologia parapegmatum diſciplinis inventorum & eas poſteris explicatas reliquerunt.* Ubi non ordine ætatis eos recenſet: Nam Meton Callippo prior, ut Metone Phainus, fuit. Ab hoc itaque *Phaino*, cujus memoriam diu intermortuam primus ab inferis excitavit Salmaſius, Meton, accepitrectâ Solſtitii obſervatione, non ſolùm annedaceterida compoſuit, ſed etiam publicè in Olympiade centeſimaquinta et, ut populus decreverat, quibus anni Lunaris diebus obſervanda eſſent Solſtitia, utoro illo decem & novem annorum circuitus: quod Ἡλιοτρόπιον ab ea re dictum eſt, V. ſupra in *Heliotropium*, & plura hanc in rem, apud præfatum Salmaſium *ad Solinum pag.* 737. *atilibique paſſim.*

Phaia, in Synodo Colon. A. C. 1280. c. 3. *Cappas tunicatas, tunicas*, phaias, *indumenta, tabbardas, caligas nec calligas non ferant. Quæ ſtatuta, niſi B. Benedicti vel B. Auguſtini regulæ congruentes; veſtis genus eſt.* Et etiamnum Belgæ *faille* appellant veſtimentum, quo caput & totum corpus vice pallii fœminæ operiunt. Kyliarius, *Falie*, *palla*, *cyclas*, *veſtis muliebris ſpatioſa totum corpus circumdans.* In plur. Phalæ ſeu *Falæ*, turres ſuntrotundæ, in ovi ſpecicem Vitruvio; ſic dictæ a Circorum *Phalis*, quæ dividebant Euripum & Metas, conſtructîs ad tempus turribus, ut ait Servius ad *Æn. lib.* 9. Meminit *Thalamus Circi* quoque Juvenalis, quas *Phalangeſiarchi* vocat Dio. Sed & Phalæ objecti fuere *veteratoriæ ſignatæ*, ad oppugnanda oppida. Papias, *Phalæ dicuntur ligneæ turres.* V. quoque Guibertum *Eſſ. Hier. lib.* 7. *cap.* 6. Abbonem *de Bellis Pariſ pag.* 502. 501. 509. 513. 517. Oder. Vitalem *pag.* 624. alioque, laudatos Carolo du Freſne *Gloſſar.* nec non Salmaſium *ad Solinum*. & ſupra.

Phalange, vel *Palange*, variante ſcripturâ, apud Plinium, fuiſſe ſunt teretes, ut qui navibus ſupponuntur aut quibus tinum onus plures bajulant. Pollux *lib.* 7. *cap.* 35. §. 9. Τὰ πὺν νεὼν ξύλα, *ἃ καὶ ὑποβάθρα ἐξὶν ἕκαστον οἷ νῦν*, Φάλαγξις *& Φάλαγγα*, Heſychius, Φαλαγξὶα τροξύλα ξύλα, *ἃ ὑπάγουσιν*. Nonius, *Palange dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubjiciuntur, cùm attrahuntur ad pelagus, vel cùm ad littora ſubducuntur.* Origo vocis ſorte Hebr. Nam פלך *pelec* vel *phelec*, eſt *baculus*, 2. Samuel. *cap.* 3. *verſ.* 29. & Arab. *phalaca*, rotundum eſſe. Itaque Φάλαγξις dici potuere baculi teretes ebenini, qui ex India & Æthiopia magno numero afferebantur quosque Tyri Mercatores *pelakin* aut *phelakin* appellabant: Φάλαγγας certè appellant Herodotus & Artianus in *Periplo*. Callixenus apud Athenæum *lib.* 5. nominat ἑνὸς κώπας, ἑνὸι ῥήμασι: & Apuleius *Apolog.* 1. *hebeni baculos*. V. Bochartum *Hieroz. Part. poſter. lib.* 1. *cap.* 20. Inde Phalangarii, *οἱ τῶν ξυλῶν κομιζομένων βάρη ἢ νέοντες ἢ ἄγοντες βαστάζοντες*, *Gloſſ.* & Nonius, *Phalangarios diximus, qui aliquod onus fuſtibus trans vehunt.* Salmaſius *ad Lampridium Commod.* V. quoque ſupra *Ebenus*, item *Palangæ*.

Phalanx, lingua Macedonicâ *Legio*. Alius cuneus fuit militum, quando ſe. pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conſerebantur; teſtudo vel armorum connexio, qua octo hominum millia continebat; agmen confertum, quod Græci Συνασπισμὸν vocant. Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl. ex Etymol.* Polybius *libro* 5. circa 24000. & ad minimum 20000. pedirum continuiſſe ſcribit: Sed numerus ſæpe variavit. De illa ſic Curtius *lib.* 3. *cap.* 2. *Macedonum acies torva ſanè & inculta, ceſpidis haſtiique immobiles cuneos, & conſerta robora virorum teges: Ipſi Phalangem votant, peditum ſtabile agmen: Vir viro, armis arma conſerta ſunt: ad nutum monentis intenti, ſequi ſignaa, ordines ſervare diſcimus. Quod impoſitum, omnes exercitiones, &c.* Ubi ad verba, *immobiles cuneos*, notat Erizshemius, ſic fuiſſe, cùm ſe denſarentur, ita ut non poſſet vir in acie ſe convertere, niſi tota acies & Phalanx ſimul mov retur, unde *conſerta robora* Auctorem addere. Senſum itaque verborum hunc vulc eſſe: *Macedonum acies, quam Phalangem nominant, torva & formidabilis, teges clypeis & haſtis robuſtiſſimos viros in phalange confertim ſtirmiterque conſtan-*

tes, quia loco & gradu moveri non possunt. Robur Phalangis, adeoque Exercitus universi, in utroque erat cornu, dextero ac sinistro, quæ ámbo è lectissimo conflabant milite, &c. Sic apud Lacedæmonios Mor., de qua V. Corn. Nepotem, apud Helvetios Erinaceus, celebres fuere: quorum utrumque ordinem certum militum fortitudinem designavit; illud quidem à Gr. φάλαγξ, hoc ab erinaceis animalis figura ac similitudine appellatum. V. de posteriore Jul. Similetum δόρυ φ. Ethi milites.

Phaleræ, equorum ornamenta, in fronte, Suidæ: in maxillis, Herodoto: in pectore, Servio & Plinio. Ἀναιδέστατος τῶν κόσμων τῶν κατὰ μετώπων τῶν ἵππων, Etymologus vertit. Constantinus exponit, Scutellum parvum ἐξηνδιάσμ, in pectoribus equorum. Sed & idem φάλαρα, apex & cornu galeæ, ubi λόφος, id est, crista ligatur: unde Phaleræ videntur dictæ, ornamenta Equitum galeis imponi solita, plumarum præcipuè volitantium, de quibus paulo infrà. Herodotus, ut dictum, circa maxillas, equorum ornamenta fic vocat. Et Suidas quidem, Φαλάρους dicens, formam ornamenti indigitavit, lcutum imitantem, ut à naribus ad frontem inter oculos ducta illustris lamina dilataretur in fronte, attenuata in imo, similitudine veterum scutorum, quæ Virgilius propterea longa Æneid. lib. 8. nominavit. Eas quidam cum Monilibus confundunt, auctoritate Virgilii Æn. lib. 7. versu 278.

Ardua cristoribus demissis monilia pendent.

Sed Monile propriè ornamentum mulierbre est ex gemmis, è collo pendulum, teste Isidoro lib. 19. cap. 31. unde Φαληροφόρους νύμφας Græcis dicitur. V. Virgilium Æn. lib. 7. A' frontalibus equorum quoque Plinius distinguit, cùm lib. 37. cap. 12. de gemma quadam tacta scribit, Quondam vanæ magnitudinis fecere, ut equis Regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris ponsilia facerent. V. Joh. Rosinum Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 26. Ab equis transfertur ad homines, ficque dicta sunt, ut innuimus suprà, ornamenta Equitum galeis impolita, plumarum imprimis volitantium; de qualibus Livius agit, Nobiles illas, ob Libertinorum filios ad annuli aurei dignitatem evectos, abjecisse monens, lib. 9. ubi inter alia ait: Tantum Flavii Comitia indignationis habuere, ut plerique Nobilium animos auxeos ac Phaleras deponerent. V. quoque Plinium lib. 33. cap. 1. Unde colligit Licetus, Phaleras non tam equorum ornamenta fuisse, quàm Equitum, & hominum, in culmine galearum eminentia. Hinc inter ornamenta militaria, Phaleras, quibus admodum milites gloriabantur, fuisse legimus: Inter. antiqua, Donis, donato. ab. divo. Trajano. Aug. torquibus. armillis, phaleris. bello. Parthico. V. Lipsium de Mil. Rom. lib. 5. cap. 17. Earumdem in nummis mentio; & legimus apud A. Gellium lib 2. cap.12. Siccium Dentatum, Achilleum Romanum cognominatum, inter alia dona militaria, Phaleris donatum esse quinquies viciesq;. Inprimis Cursores Phalerati fuere. Suetonius in Nerone cap. 30. Nunquam carrocis minùs mille faciliè ire voluit, quin falera numerosa, torquibusq; nobilibus, armillata & phalerata cum Magocum turba, atque Cursorum. V. Laur. Pignorium & suprà in voce Mazyges. Datam autem fuisse illam Phaleram, non ad ornatum modò, fed quòd plumata foret, ad eorum celeritatem indicandam, quo nomine Mercurio, Deorum nuntio velociffimo, Gentilitas alas ad pileum adpofuit docet præfatus Licetus ifque inde oftendit, quòd Curforum maximè fabellatorum velocitatem equorum ornamento proprio infignivit Antiquitas, cùm equus, ad curfum à natura inftitutus, celeritatis hieroglyphicum fit, ut videre eft apud Valerianum Hieroglyph. lib. 4. V. hæc de re prolixè difcrentem Fortun. Licetum de Lucernis antiqq. lib. 6. cap.82. ubi Lucernam ferri phaleratis Curforis eruditè exponit. Militares phaleras de ipforummet equorum ornamentis expouit, easque vernaculo ifti fermonnet vocant, Horsierappings, Thom. Godvynus Anthologiæ Romanæ lib. 4. cap. 11ti. auctoritate ufus Caroli Sigonii de Jure Rom. cap. 15.

Phallophori, Græcè φαλλοφόροι, Sicyonijs Mimi dicti funt, ab imitatione pompæ, quæ Priapo fiebat: Φαλὸς enim palum fignificat, unde Lat. phalanges ligna teretia, quæ fubducendis navibus deducendisque fubdebantur. Oliridis quoque pompæ iidem fimiles. Erant autem hi Mimi fuligine oblti & agninis pellibus amicti, ibantque cum canifiris & herbis, ferpyllo, acantho, violis, hedera, corollis, faitabantque in numerum, atque in honorem Bacchi, cujus more victores hederâ coronabantur, ita concinebant,

Τὸν Βάκχ᾽ ἐπαῖειν μέλεσιν ἀγαλλόμενοι κῶμ.

Inde procurrentes obvium quemque fubfannabant. Eundo nam. que canebant, cùm Ithyphalli ftantes pronuntiarent, obriorum perfonâ & coronati. Quæ de V. plura apud Scaligerum Poetic. lib. 1. cap.10. & hic infrà.

Phallus, Hefychio ὁ βάκτρου ἄκρῳ ἀνδρεῖον, lignum virile: in Oliridis ac Bacchi factis folemni pompa geftari folitum, ut dictum in voce Phallica: & paulo hic infrà. Imò unus ex quatuor Lafcivæ Diis, quos, præter Venerem, recenfet Licetus, Priapum, Phallum, Bacchum atque Mercurium, à quorum facris pueros mulieresque ferió arcet Ariftoteles in Politicis lib. 7. cap. 17. Et quidem de Phallo Rhodigianus lib. 7. cap. 16. ex Lu-

ciano: Phallus, ait, Græci Dionysio erigunt, in quibus & tale quiddam portant, viros puta exiguos & ligneos effigiatos, magna virilia habentes. Vocantur autem Neurospasta hæc. Est lignum & hic in Templo illo: Nam ad dextram adis partem fedet exiguus vir ex ære factus, insigniter peculiatus. Eorundem Arnobius meminit contra Gentes lib. 5. Nec non & Cyprie Veneris altrtrix illa initia præterimus, quorum conditor indicatur Cinaras Rex fuisse: in quibus fummetes ea, certas ftipes inferunt, ut meretrici, & reforunt Phallos, propiili Numinis figna, dicunt. Priapi hoc epitheton facit Seldenus de Diis Syris Syntagm. 2. cap.5. Græci & Latinis Phallus ac Ithyphallus dicitur Priapus. Et de Phallo in hoc fenfu habemus hiftoriam infignem, apud Herodotum in Euterpe: ubi, cum ceteris Bacchi facris è Phœnicia, id eft, è Syria noftra illos petit. Ponit autem Herodotus, à Melampo Phœnix Phallum miffum effe ad Bacchum, ac edoceuiffe modum faciendi facra; ut proinde fimiliter Bacchо ac Priapo faceremt. Ob quas caufas Gyraldo Syntagm. 8. pro eodem haberi videntur Bacchus, Phallus, Priapus: Seldeni tamen fententiæ accedit Licetus. Hæc uti non unque adeò funt certa, fic certum contrà, apud Græcos in Liberalibus feu Dionyfiis, Phallum de pertica pendulum geftatum fuiffe, quem qui ferret Φαλλοφόρος vocatus: ficut pompa ipfa φαλλαγωγία feu Φαλλικὰ, & chori canticum, Φαλλικὸν ὄρχημα. Denotabat autem, ut Plutarchus docet, Phallus ifte τὸ γόνιμον καὶ σπερματικὸν, genitalem ac feminalem vim, quæ vis cum à Sole partim, partim ab humore, ut idem ait, hinc duplicem Bacchum, unum cœleftem, i. Solem: alterum fubcœleftem, i. humorem, in quo genere principatum tenet vitigenus liquor, fabulati funt Veteres. V. Gerh. joh. Voffium de origine ac progr. Idolol. lib. 2. cap.14. Et quia Liber hic Græcorum Oliris fuit Ægyptiorum, ut idem Plut. libro de If. & Ofir. teftatur, hinc non folum Antiquides Iisdem Liberi fecit uxorem, & hederam Ægypti vocaverunt themoffim, h. e. plantam Oliridis, fed & Phallus in Oliridis facris, apud Ægyptios, non minùs, quàm in Bacchi facris apud Græcos geftatus eft. Nimirum utrisque in facris fignum hic generationis erat, eoque fignificabatur, ab femine Dei, h. e. ab humida natura (Nilum autem Oliridis Bacchique nominibus indigitatum effe notum) omnium rerum effe originem. V. præfatum Voffium lib. cod. cap. 74. & Fortun. Licetum de recondit is antiquorum lucernis lib. 16. cap. 61. ubi lucernam ifiusmodi notat defcriptam, in honorem viri Bacchi vel Ifidis aptiffe, conjicit. Herodotus certe lib. 2. cap. 48. & 49. Quin & aliam diem, inquit, Bacchо feftum agunt Ægyptii, fine porcis, five per omnia Græco fimiem. Sed loco Phallorum funt ab ipfis excogitata ftatuæ cubitales è nervo compactæ quas famineæ circumferunt per pagos & Cc. V. modo memoratum Licetum iterum, libro cod. cap. 2. ubi Lucernam Jovis commentario illuftrat. A. Gellius lib. 2. cap.19. unius ex Nævii Comœdiis meminit, cui Triphallus titulus eft: Baptifta tamen Pius Ithyphallus legit, atque ita quoque MS. regium. Ita Phallophoros ἀφ᾽ ὑψώσεως ὀνόματα dixit Marcus Varronis, fimilemque Comœdiam condidit Theocles, Poëta Græcus, teste Athenæo, lib. 11. apud Ant. Thyfium Notis in Gellium, qui & addit, fuiffe & feftum Φαλλαγωγίας, in quo cuncti Phallos adoraverint & exofculati fint: de quo V. etiam Theodorctum Oras. I. de fide contra Gracos.

Phalmani, in Arabum fcriptis, fera in regione Diſi, quæ Tartariæ portio eft, monftrum maris horrendum, informe, ingens, longum 40. cubitos, unguc & dente minax, corio impenetrabili, cujus unidias vix aliter effugere incolas dicunt, quàm confenſa arbore valde procerâ, imò nec femper hac ratione evadere. Addunt enim, accedens ad arborem monftrum, urinam in altum, quantum poteft, ejaculari & hominem fi affequatur, exurere velut admotâ face: Aut fi res non fucceflerit, inclinato capite ad arboris radices, contentâ voce rugire tamdiu, donec geminis fanguinis ex ore crumpentibus medium crepet. Sed Arabicarum hanc effe fabellam, docet Bochartus Hierozoic. Parte poster. lib. VI. cap. 13. ubi de pluribus ejusmodi Arabum feria fa. eruditè differit.

Phantaſiæ, propriè funt ἐ φαντάσεις, furoris. Theophraftus de ſtrychno, Διὸ ὅτιν δὲ αὐτὸ ἴδῃ μὴ εἰπὼν ὅτι φαύλου, ἢ βλαβερὸν ἐστιν, κἀπὸν ἐστιν, ἀγρυπνὸν ἐμποιῇ. Ἐὰν δὲ μικρὸν πάνυ, ἢ φαντασίας τινὰς ἐμποιῇ, ὁὐ δραστικὸν. Si quis velit facere, ut aliquis Inidos prædeat, propinet illi drachmam folani; tum ejusdem infanæ genere laboratis & hallucinatis, ut formofas fibi videantur. At ſi modum duplices, inſaniam majorem fecerit & imagines illi conflitua obverſabuntur. Unde patet, legitimæ inſaniæ fignum, imaginum effe apparitionem & φαντασίας. Hinc Plinius de eodem ſtrychno, Quippe inſaniam facit parvo quoque ſucco. Quanquam & Græci Auctores in jocum vertere, drachmæ enim pondere luſum gigni dixerunt ſpecies, vanas imagineſque conſpicuas obverſari animo ſtantes. Duplicatum hunc modum legitimam inſaniam facere, &c. Nempe, qui duas drachmas ſolani furioſi ſumſit, veré inſanit & imagines videt: quæ φαντάσεις ab illis, quas efficit drachmæ menſura potum, non parùm diverſæ ſunt. Opiniones enim iſtæ ſunt falſæ, fed ridiculæ & joculares, ex imaginatione parùm conſtanti profectæ. Illæ falſæ ſunt imagines & vanæ ſpecies, quas ut mens incuſſu inſaniæ ſibi fingit, ita etiam

eriam oculis repræsentat: Unde vani pavores & lymphatici oriuntur. Nam & *Lymphaticos* dictos eos putarunt, quos Nympharum ſpecies vitæ in furorem adegiſſent. Feſtus, *Vulgò autem memoria prodidit eſſe, quicunq; ſpeciem quandam à fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderit, furendi non feciſſe finem; quos Græci Νυμφολήπτους, Latini Lymphatos appellant.* Ubi *ſpecies* idem eſt, quod *ſpectrum*, & ab eadem origine. Eo ſenſu & *Plinius ſpecies vanas* dixit, τὰ φαντάσματα, φαντάσεις φαντάσματα; & recte quidem ille φαντάσεις loco to Theophraſti (è quo pars hauſta) *confuſiones & vanas ſpecies obverſantes* interpretatur, ſed malè eas cum Dioſcoridis (è quo altera) ubi de ſtrychno manico, φαντάσεις confundit: quæ nihil aliud ſunt, quàm vanæ imaginationes, in illo homine, qui ſe formoſum eſſe ſibi perſuadet, cùm minimè ſit &c. Dicebantur a. φαντασίαι iſtæ φαντάσματα uno verbo φάσματα, item φαντάσματα, quæ tamen Grammatici ſic diſtinguunt, ut φάσμα ſit veritati ſimillimum, ut cùm eius formæ, quæ in rerum natura eſt, imago conſpicitur, φάντασμα extrinſecus & invitò fingitur. Quo modo φαντάσεις accipiendæ, in verſu Orphei,

Πάντων φαντάσιας ψυχὰς ἐν πυθὶ ἀνάγκης.

Id eſt, *vanas & frivolas imagines, quæ inepti terrores incutiunt. Stellas transcurrentes*, quos Græci ἀστροβόλους ἀέρας vocant, A. pollonii Scholiaſtes quoque φαντάσεις ex Muſæo appellat, *ad lib. 4. Τὰς δι' οὐρανίων φαντασιῶν ἡ Μουσαῖος ἀναδιηρημένους φησὶν εἶναι τὸν ἐλεύσεως καὶ τῶν ἀστέρων κατασβέσεις, ſtimmadi autem phantaſias Muſæus ait ex Oceano in ſublime exeẽtes, in aëre extingui.* Epiphanius verò ſaſpin ἀνεκφατικὸν εἶναι & ἀπὸ φαντασιῶν, *abigere phantaſias & remedium phantaſiarum eſſe*, refert. Ubi *Spectra* itidem intelligit & *imagines conſpicuas*, quæ φάσματα ab ibi vocat; ἐμφάσεις & εἰδώλα Dionyſius. Hinc φαντασιαστικὰ & φαντασιῶντες dicti, qui falſis hujusmodi perſuaſionibus laborant; & φαντασιοῦσθαι, qui modò hæc, modò aliud ſibi imaginatur & ſemper, quod vult, verum eſſe putat. Catullus *imaginoſum* ait:

—— *nec pugate*
Qualis ſit, dolet hæc imagineſum.

Id eſt, *μάταιον, ψεῦδος, imaginibus laborat.* Nec omittendus de Strychni alio genere, quod etiam mentem movet, alius ejusdem Plinii locus *eodem cap. Hallucavabi radicem bibunt, qui vaticinari Gallantesque furore, ad confirmandas ſuperſtitiones, aſpici ſe volunt.* Nempe, qui furore gallantes & vaticinari, quaſi ab alicuius Numinis inſpiratione immiſſo furore, volebant aſpici, quia id pertinebat ad confirmandas religiones, radicem halicaccabi ſolebant bibere, ut ἐνθουσιάσῃ conciperent & Numine repleti viderentur, V. de hoc ementito furore Gallorum & ficta vaticinatione ac Gallandi modo, Appulejum *lib. 8.* Herbam v. hanc, quam ſumebant ad hoc, ut entheato ſpiritu pleni viderentur, *Bellonariam & Pallcam* appellatam eſſe, alter Appulejus teſtis eſt in *Herbario*. Porrò lymphationes & vani metus, mentibus imminti à Numine aliquo irato excitabantur, ἀπὸ τοῦ θεοῦ Græcis quoque dicti. Et ſanè metus ſuper coetera mentem maximè ſolet alienare & externare: Sic φοβοῦ ἔκστασις proprie *dicitur*. Hinc Bacchylides γλαυκῶν ἀνάγκαι στυγεραὶ κυδίων, eleganter vocat ebrietatem, quæ mentem ſui compotem eſſe non patitur. Et Orpheus vanos metus, quâ à Corybantibus fieri putabantur, πυκτῶν ἀνάγκαν vocat, *in Thymiamate Corybantum*, verbis ſuprà citatis, quibus Corybantem precatur, ut φαντασίαν depellat ὠκὺν πυκτῶν ἀνάγκην, h. e. *vanos metus ac terrores & inſaniam ex magica aliqua devotione aut Numinis præſentia inflictam.* Ἰὼξ enim, Latinè *Defrionem*, Magicæ vanitatis vocabulum eſſe, notum. Et hic Corybantiaſmus eſt, in quo morbo, ad ſimilitudinem prædictorum, phantaſmata & imagines oculis obverſantur, & ſonores ſemper in auribus tinniunt: unde homines inſomniis maximè laborant, & , ſi quando quietem capiunt, aperis id faciunt oculis, V. Plinium *lib. 11. cap. 37.* & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum pag. 1086. ſeq.*

Phantaſiaſtæ, Hæretici, V. ſuprà in voce *Aphthartodocitæ.*

Pharan, Urbs, adde: In intimo receſſu Arabici Sinus, ab Iſmaëlitis condita. Unde *Pharaniitis* regio, non longè à Saracenis, Prolomæo. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 489.* ut & *pag. 487.* ubi urbem *Ataran*, & incolas *Maraniias*, priùs videri vocatos, addit ex Diodoro & Artemidoro. *Pharanitis amethyſti*, mentio fit in *Indice* Pliniano *Mſ. de Amethyſti generibus*, *Amethyſtus, ejus genera quinq; ſecundum, ſeptimus, Pharanitis, Aſtyra diuer ſolmagis, ſive anteros ſive paderos: ὁσὶ τὸν Φαραωνίτην*, ab urbe hac Pharan, Idem *pag. 566.*

Pharasmanes, Alanorum Rex, inter amicos Reges Imperii Rom. cui etiam ſtipendia à Romanis videntur ſoluta. Atque hunc vult intelligi Salmaſius apud Æl. Spartianum *in Hadriano. Cum Rege Roxolanorum, qui de immbuitis ſtipendiis quærebatur, cognito negotio pacem compoſuit.* Ubi omnino legendum contendit, *Cum Rege nos Alanorum*: namque & cum invitaſſe dicitur Hadrianus, & invitationem is illam ſuperbè contempſiſſe, neque ſine motu illam Regis querelam fuiſſe, donec pacem cum illo compoſuerit Hadrianus, V. Dionem. Vetus id malum in Rom. Imperio, annuis muneribus barbararum gentium pacem redimere, à Domitiano primùm introductum eſt. Namque hic, Decebalum Dacorum R. cùm armis vincere non poſſet, annuî tributi penſitatione ſibi placavit: quod exemplum publicæ pernicieſiſſimum retinuere omnes deinde Principes in utroque Imperio; eatenus tamen exiſtimationi ſuæ conſuluerunt, quatenus penſionem hanc annuam, quæ veré tributum erat, honeſtiore vocabulo *ſtipendium* nominaverunt, Herodianus ἐυτάξεις. Fuit autem hæc Alanorum gens eadem cum Vett. Maſſagetis, Salmaſius *ad l.* Idem nomen Regi Iberorum fuit, ſub eodem Hadriano, quem in *Excerptis Legat.* è Dione legimus, Romam cum uxore veniſſe, & ab Hadriano liberaliter fuiſſe acceptum. Imò & *Pharaſmanis* Regis Zydritarum, gentis vicinæ Lazis, circa idem tempus, meminit Arrianus in Ἐυξινὶ Περίπλῳ, quem ad Hadrianum miſit. Ecce Reges tres cognomines, ſub eodem Imperatore. Nec mirum; frequens enim in Oriente olim illud nomen, non Regum ſolùm, ſed & privatorum: ut illius φαρασμάνου Κολχὸς ἡ γύνη, cujus Procopius meminit *Perſic. lib. 1.* Caſaubonus *ad Spartianum.*

Pharetra Creſſa, apud Virgilium *Georgic. l. 3.*

Armatq; Amyclæumque canens, Creſſamque ſagittam.

Et Lycia, apud Papinium *Thebaid. lib. 6. verſu 645.*

Cætera plebs Lycios gaudet conſenta pharetris:

pro præſtantiſſima, ab uſu ſagittandi utriusque gentis. Quales autem Vett. fuerint *pharetræ*, docet pluribus Euſtathius *ad Il. 4. verſ. 46.* ubi de Apolline,

Τῷ δ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφιβρότην ἠδὲ φαρέτρην,
Ἔκλαγξεν δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπ' ὤμου χωομένοιο,
Αὐτὸ κιὼν περ.

Avicum humeris geſtans, & utrinque tectam pharetram, Sonuerunt autem ſagittæ, in humeris irati,
Cùm ipſe incederet.

Ubi nota, *pharetræ* Deorum Sagittigerorum ſono quodam commendare Poëtas. V. decodem Apolline Virgilium *Æneid. lib. 9.* Hinc apud Statium *Thebaid. lib. 9. verſu 649.* ubi de Phœbo patriter ac Diana,

Occurſuque ſacro pariter jubar arſit utrinque,
Et coluere arcus & reſpondere pharetræ.

Ad quem locum conſule Caſp. Barthii *Animadverſiones.*

Pharia, adde: Paulò hic vinumque optimi ſaporis; præterea ingens fardiniarum (quod piſcis exigui, ſed delicati, genus eſt) piſcatio, de qua V. Jac. Sponium *Itinerario Tom. 1. pag. 111.*

Pharia Volucris, apud Statium,

—— *Pharæque exuvia volucri*
Cinnama:

Phœnix avis eſt, ſic ei dicta, quòd in Ægypti Heliopolim aliquando devolaret. V. in voce *Phœnix.*

Pharicum Venenum, apud Interpretem Nicandri, Ἰὸς δὲ Φαρικὸν κλεινὸν αὐτὸ δὲ Φαρικὸν τοῦτο Κρῆτες τὸ ἐξηυρόπ-σαν, *Narrat a. Præxagoras, vocari illud à Pharico quodam Centauro, inventore ſuo: Pharicum* dicitur Athenæo *lib. 3.* cum Αἰσχίνου ſeu *Medeæ* οἶνος, quo Medea pellicis coronam delibuerat, ſecundùm nonnullos idem; ἀφῆκε Barbaris, ἰόμενος etiam dictum Nicandro, quòd intra unius diei ſpatium hominem abſumeret: quamvis *ephemeri* νόσῳ latius pateat. Dictum eſt autem ſic à *Pharis*, urbe Creræ, cujus civis venenum hoc excogitavit: *Pharicus* enim non proprium, ſed Gentilenomen eſt. V. de eo Salmaſium *ad Solinum pag. 241. & ſeqq.*

Pharii Liquores, apud Papin. Statium, *Epicedio in Glauciam Melioren*,

Quodque Arabes Phariique, Pataſſiniq; liquores
Arſuram lavere comæ:

Salmaſio non cinnama ſunt, *Phariæ volucri exemta*, ut ſuprà dixit, ſed unguentum ex palma Ægyptiaca, quæ ſimilem proximumque myrobalano uſum habebat in unguentis. V. cum *ad Solinum pag. 400.*

Phariſæi, adde: Vocem quidam derivant ab Hebr. פרש *Diviſit, expandere, explicare*; idque vel ob latitudinem phylacteriorum, vel quòd in compitis bona ſua opera largè deprædicare ſolerent. Alii à פרש *i. exponere, explanare*, eò quòd haberentur præcipui Legis expoſitores. Sunt, qui ab eodem verbo, in *Piel* conjug. quod *dividere, ſeparare* ſignificat, illos appellatos aſſerant: quo ſenſu Græcis ἀφωρισμένοι ſunt vocati, Latinis eos *Separatiſtas* vocant. Separabant autem ſe & ſecernebant tum ſtultis Legis, quo reſpectu poterant dici, ἀφωρισμένοι ἀπὸ τῶν πόρρω; quo reſpectu ſcientiæ & ſapientiæ, qui priùs *Phariſæi* fuerat, vocavit ſe ἀφωρισμένον ἐπὶ εὐαγγέλιον, *ſeparatum ad Evangelium*, Rom. *cap. 1. verſu 11.* tum cauſtichis vitæ jactantiâ Lucæ *cap. 18. verſu 11. Gratias tibi ago Deus, quòd non ſim ut reliqui* &c. Et quidem ſeparabant ſe à commercio popularis vulgi, quod ob ignorantiam ſuam vocabant עם הארץ *i. populum terræ*: qui Joh. *cap. 7. verſu 49.* vocitatur ὄχλος: Dein ab habitu reliquorum hominum: unde Prov. *Veſtes pupuli terræ, comalcatis ſunt Phariſæorum.* 3. A moribus atque conſuetudinibus ut tatis: ortaque videtur haec hæreſis ab Antigono Socheo, qui coætaneo Alexandri M. Simeoni juſto ſucceſſit, an. 300. circiter ante N. C. Nec certæ alicui Tribui aut familiæ attributi erant, cùm S. Paulus è tribu Benjamin eſſet, Hyrcanus è Tribu Levi,

Levi, Chrysostomus in cap. Matth. 15. Flav. Josephus lib. 13. c. 18. &c. Nec in nullis cum reliquis Sectis convenit bant. Notabo hic fal tem paucis dogmata quæ propria habuere. Primò, quædam Fato, quadam libero arbitrio adscribebant, sed lib. 13. cap. 9. 2. Angelos credebant ac Spiritus, Act. 23. cap. 8. 3. Resurrectionis articulo fidem adhibebant, docebant animas impiorum hominum, à corpore solutas, statim in Infernum migrare: Piorum verò homínum, per μετεμψύχωσιν quandam, in aliorum itidem piorum corpora transire, Jos. de Bello Jud. lib. 2. cap. 12. Serar. Tribaref. l. 2. cap. 3. Distidas de tribus Sectis lib. 2. cap. 2. Unde SERVATORIS nostri sanctissimum corpus, quidam Johannis Baptistæ, alii Eliæ, nonnulli Jeremiæ animâ vegetari dixerunt, Matthæi cap. 16. 14. 15. Traditionum præterea suarum acerrimi erant vindices: quod ut melius intelligatur, notandum, Judæos duplicem statuisse Legem, unam scriptam, תורה שבכתב Thorah schebichtab: alteram per traditionem communicatam oralem, תורה נעל פה Thorah beenal pe; utramque hanc dixere Mosi à Deo in monte Sinai datam, effuque posteriorem prioris explicationem, quam Moles Josuæ, Josua Senioribus, hi Prophetis, Prophetæ Viris Synagogæ Magnæ, per manus trad derint. Et in hoc præcipuè Religionis articulo, à Sadducæis, omnem traditionem rejicientibus, diversi erant Pha risæi. Traditiones autem hortum pecpuas, ut & septem dive sa Pharisæorum genera, (ferax n. superstitio & fatale Separatistis est ulteriùs scindi) V. hic paulo infrà: & plura de celebri hac Secta, apud Mos. Kotfensem in præf. lib. præc. Gorionidem cap. 29. Thom. Godvvynum tr. de ritibus Hebræor. Angl. cui tit. Moses and Aaron lib. 1. cap 11. &c. Hodie verò Secta quidem evanuit, palmarium tamen eo um dogma gli cit inter plerosque in Europâ Judæos; atque eo nomine plerique eorum Rabbanistæ seu Pharisæi, diversi sunt à Karæis seu Scripturariis, quorum rara est copia. V. Franc Burmannum Synopsi Theol. Christ. Part. 1. lib. 4. cap 39. Hinc pharisaare, apud Jos. Devonium Tricarium lib. 1.

Si verum justis meminur partibus ussum,
Omne hominí commune solum: sed, jura perosus
Publica, sacrilegis Naturam barbarus auris
Conturbat, & proprios Phrygiam pha isgat in usus,

pro dividere, segregare, seorsim ponere. V. & Turtull. Præscript. c. 45. & Radulfum Ardentem Homil. in Evang. 98. & 112.

Tractat nos Pharisæorum præcipue.

I. Cibum nunquam capiebant, priusquam manus laviffent. V. Matth. c. 15. v. 2. & quidem ανυπτὰς, Marci cap. 7. vers. 3. quod quidam exponunt si cognoscitur, ut πυγμὴ apud Hom. Alii, accurate, diligenter: Nonnulli peculiarem lavandi ritum voc hac indigitari, contendunt, quem cubitalter lavare vocavit Theophylactus in Marcum loco cit. Sunt quoque qui innui velint hoc vocabulo, illum lavandi morem, quo quis alterum manum in pugnum conditam, in palmæ palmam præbet: cui tamagit sicque diligentissimè illam abluit. Ita autem hunc ritum urgebant, ut, illotis edere manibus, crederent non minus esse sceriatione crimen. Sed & transisse hanc consuetudinem ad omnes Judæos, ex locis cit colligere est. V. præter Auctores præfatos, Joh. Buxtorfium Synag. Judaic. cap. 6. Iidem, quoties è Foro redibant, lavabant se, Marci c. 7. v. 4. ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, i. unum corpus ablueb ant, quoniam pollutos se forte popuii commercio existimabant, Quique inter eos rigidiores erant disciplinæ tenaces, idem semper fecisse videntur, antequam accumberent. Unde, quòd id non factitasset Christus, miratum legimus Pharisæum, Lucæ c. 11. v. 38. Et huc alluisse quidam volunt Pet-un, Joh. cap. 13. v. 9. Ex eodem ritu Hemerobaptistarum Secta originem traxit, de qua V. Epiphanium lib. 1. tom. 1. cap. 17. III. Lavabant pocula, & lectorios & æramenta & lectos, Marci c. 7. v. 4. & 8. IV. Cum Publicanis & peccatoribus edere, noluerunt, Matthæi c. 9. v. 11. Sic enim & judicabant pollui, Lucæ c. 19. Dicebant proin, ut apud Prophetam legimus, רא תגשבי, i. ne attingas me, V. Efaiæ cap. 65. v. 5. Quem morem Samaritani quoque servantes, quoties peregrinus quis occurreret, μὴ ἅψῃ μου, exclamasse leguntur. V. Scaligerum de emendat. Temp. lib. 7. Epiphanium lib. 1. Tom. 1. cap. 13. &c. V. Binis vicibus hebdomade jejunabant, Lucæ cap. 18. v. 12. Lunæ nempe & Jovis diebus: eo quòd Moses, die Jovis in montem Sinai ascendens, inde die Lunæ redierit. VI. Dilatabant phylacteria sua, & producebant fimbrias palliorum suorum, Matthæi c. 23. v. 5. V. Hieronymum in locum, ubi Pharisæos propterea comparat, cum mulieribus quibusdam sui temporis superstitiosis, quæ religioni ducebant fecum continuò ferre parvula Evangelia & crucis ligna, i. breves quasdam sententias ex Evangelio decerptas & crucis, ut vulgò credebatur, reliquias. In Phylacteriis enim illis Decalogum quidam scriptum fuisse aunt, ubi 4. Sectiones Legis quæ quibus insta, in voce Phylacteria. Simile quid notat Scaliger in illis, qui in ritum Evangelii Johannis de collo fuspendere soliti sunt, in voce Scaliger Tribar. cap. 7 E jusdem commatis fuere circa A. C. 692. Magiæ quidam addicti, quos Phylacterios vocatos legimus.

Septem Pharisæorum genera diversa, ex Talmud tr. Sota. cap. 3.

I. Pharisæus Schemita, qui hitri causa se sectæ huic addixit: quemadmodum Schemitæ non alio fine circumcisionem admisere. II. Pharisæus trunc atus, qui sic dictus est, quòd meditabundus incedens vix pedes humo tolebat, tanquam iis truncatus esset. III. Pharisæus impingens, quoties in publicum prodibat, oculos habebat claufos, ne forte fœminam videret: quo fiebat, ut sæpe in parietes murosque ædium caput impingeret, illudque redderet cruentum. IV. Pharisæus, quid debeo facere, & faciam illud? Qualis fuisse videtur is in Evangelio, qui, ad SERVATOREM nostrum accedens, dicebat: Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? Lucæ c. 18. v. 18. V. quoque v. 21. V. Pharisæus mortarius, sic vocatus, quòd instar profundi mortarii pilum gestaret, sic ut nec hac nec illac circumspicere, verùm solos folum humi, & ante se per lineam rectam eorum actem emittere posset. VI. Pharisæus ex amore. Vocabantur ita, qui solius virtutis amore ad Phariiaifmum se applicabant; directè proin Pharisæis Sichemitis oppositi: vel potiùs ultimo generi. VII. Pharisæus ex timore, qui legi saltem pœnæ metu obedientiam præstabat: Tales negativa præcipue mandata, sicut priores affirmativa, respiciebant.

Pharmaceutice, una ex quatuor Medicinæ famulis, medicamentis vel intus adfumtis, vel foris admotis, medetur. Colligit autem ea primùm ex fossilibus, plantis ac animalibus: & quòd an probà fint conster, dispicit quo fint sapore. Dein ea affervat in apotheciis, vafis, pyxidibus suo loco dispositis. Porro ea præparat ac corrigit adultione, combustione, putrefactione, decoctione, destillatione, liquefactione, despumatione aliisque. Sic præparata miscet ad ponderis præscriptum Sec. Egere de Simplicium natura varii, in his Dioico ides in Εὑρήσια plantarum; Galenus lib. de Simplicium medicam. Facultatibus, Avicenna de Simplicibus &c. De præparatione, correctione, commixtione, Melvem vide. Ad eandem Artem Alchymia spectat, sive ut pars, sive ut ministra. Cùm enim duo sint Pharmaceuticæ officia, unum in delectu, alterum in præparatione medicamentorum; ad præparandi modos pertinet, non solùm coctio, fed etiam destillatio, & quidquid elaborat Chymicus, ut corpori medeatur. Vossius de Philosophia cap. 10. §. 12. & 13. V. & Politianum Panepisstemone.

Pharmaci, dicebantur olim οἱ τὰς πέπλους κρεμαμένοις, qui Ulysses insultabant. Eustathius ad Odyss. γ. Ὅτι δὲ ἦ ἐς ἐπὶ ἀπειλῇ τὸ κρέμασθαι, οἱ ἱστορίαν θέλοντες, δύνανται ἢ ἐκ Φαίακων οἱ σοφοὶ παλαιωσεν ἐκεῖνο αὐτὸ λέγοντα δι οἱ εἰδὲ τὰ ναυάγια τύχοντα τῷ κρέμασθαι οἱ τὰς πέπλους κρεμαμένοις Φάσκοντας. Scilicet sanguine ablucbant hi Pharmaci eos, qui lustrabantur. Sic homicida, qui alium calu fortuito necaverat, lege Solonis, annum exta fines exulare jussus, placato liquo ex occisi cognatis, averti poterat, per actiis &c κρέμασθαι, seu lustrationem, quæ flebat per Pharmacos, uti docet Sam. Petitus Commentar. in LL. Attic. Lib. VII. tit. 1. de Sicariis. Lex inter alia sic habet, apud Demosthenem in Aristocratea, Τὸν ἀπολύειν τὸν ἀκούσιον φόνον ὃν ἐπιστηθῇ ἀπολλὼν τακτὸν ὁ ἂν, ἢ φήσωσιν οἱ ἐπὶ δικάσιοι τινα ἢ ὃν γένος τὸ ἀποθανόντος· ἢν δὲ μὴ ὄσιον ᾖ πρόσθησθαι· Qui alium casu fortuito necassit, in annum deportatur, donec aliquem è cognatis occisi placarit, revertitur verò peractis sacris & lustrationibus. Nempe talis deportabatur in annum; intra quod tempus oportebat eum ἀπόλλω, placare, aliquem cognatum defuncti, quam ἀφίειν sequebatur κάθαρσις. Quod etiam observabatur, cùm dominus occidisset servum suum; quamvis non eo ab illo pœnas reperiret, ex his tamen legibus tenebatur ἀπέχεσθαι ὄσων ᾗ μὴ καθαρθῇ, abstinere à sacris & lustrari &c. Ibidem.

Pharmacopola, hodie dicuntur, qui non tantùm simplicium medicamentorum inftiurâm exercent, fed etiam ex præscripto medicorum antidotos misceat ac remedia conficiunt, longè diversi proin ab iis, quos Pharmacopolas vocavit Antiquitas. Nulli n. olim earum tantùm mercium, quæ ad Medicinam faceient, inftitores fuere; verùm Παντοπῶλαι, quidquid Medicis, Tinctoribus, Pictoribus & Myrepsis conducebat, habebant promereale. Sed nec fimplicium medicamentorum videntur propolæ fuisse: verùm ipsi fi mificebant remedia ac venditabant: contra venena præcipue ac βοτάνας quæ atque operam fuam policiti. Martianus Capella lib. 4. Hæc autem ex arenis anhelanti Libyæ adducitur, quod & capillitium implexum docet & amicitia venenorum, aut fidendum Pharmacopolam esse Matisca nationis. Cato apud A. Gellium, Hæque anditis, non ausultatis, tanquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur, verùm ei se nemo commitit, si ager sit. Maximus Tyrius Orat. 10. Μιαίνεται καὶ ὁ φαρμακοπώλης ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἐμπορίοις ἑαυτοῦ φαρμάκων, ἰσχύων ἐπὶ τῷ ἀποδόσθαι τὰ φάρμακα· Imitatur etiam Pharmacopola Medicum, & scripturus Rhetorem Quintilianus lib. 2. Obsignatum simile fuit Medicorum Circulatorum genus, quos Græci Περιοδονίκας appellabant, nunc Charlatanos & Saltimbancos Gallis appellati, de quibus diximus in voce Periodenta. Sed & Theriacorum propolæ, vel, ut vulgus loquitur, Theriacloures iidem cum Vett. Pharmacopolis. Nam θήρειον priscis dicta, herbæ omnes ac species virtute aliquâ aut potentiâ præditæ, sive illa juvarent, sive nocerent ac necarent. Quas qui venales habebant, propriè dicti Φαρμακοπῶλαι. Scholiastes Aristophanis in Acharnens. Φαρμακοπῶλαι κυρίως οἱ τὰ φάρμακα πιπράσκοντες, τὰ δὲ λοιπὰ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ μυροπώλας.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐδδὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ἄνυδρα.
Et φαρμακόδυτος νάπη, Theophrasto loca, in quibus plantæ aliqua facultate Medicâ pollentes nascerentur. Imò & plantas ipsas φαρμακώδεις appellat idem, quæ Medicinæ conducerent, Δωσάμενος alibi τὰ φάρμακ᾽ vocans: Unde recentiorum τὰ δυνάμεως, Drogues Galli appellant. At *Pharmaca*, composita etiam medicamenta: Hinc Græcis *Pharmacopolæ*, qui simplicia ac composita populo vendebant. Hi in Foro totos dies considebant, cum suis valculis, pyxidibus & cistis, nec nisi sero domum reverebantur. Apollonius de Pharmacopola, τὸν ἐν ἀγορᾷ καθήμενον & cos ἐξαίτου δὲ τοῦ σκεύου. φαρμακοπῶλιν quoque appellati, quòd miscerent ac tererent antidotos: quibus jungit τὰς Ῥιζοτόμους Theophrastus *lib. 9.* quo nomine dicti sunt, qui simplicia tantùm medicamenta vendebant herbarum ac radicum, quas ipsi conquirebant & colligebant &c. Cœterùm apud Seplasiarios omnis ὁλὸ Ἰωνικὴ prostabat. Inde emebant Medici, quorum munus olim fuit, non solùm præcipere remedia, sed etiam manu facere. Emplastra tamen & collyria jam facta plerique à *Pharmacopolis* mercabantur, qua de re graviter Plinius conqueritur *lib. 34. cap. 11.* V. supra, ubi de *Medicamentariis*. Id quod hodieque fit; obtinuitque jam passim extremis Græciæ temporibus. Olympiodorus in *Gorgiam Platonis*, ὁ μὲν ἰατρὸς ἰνδικὸν, ὁ δὲ φαρμακὸς ἐκ Δήλου κινᾶ τὰ σῶν χρῶτα ὑπερπέσσων. *Medicus quidem præcipit, at* Pimentarius *ministrat & quibus opus est, præparat.* Ubi πιπεροπῶλαι vocat, quem nos hodie *Pharmacopolam* vel *Apothecarium*, ut infrà videbimus. V. Salmas. *ad Solinum pag. 669.*

Pharmuthi, mensis Ægyptiorum, à Pyrii Romanorum respondens, circa cujus diem 25. tempestivam fieri messem, tradit Theon. V. Salmasium *ad Solinum pag. 745. & 746.*

Pharnas, in *Pharnabazus*, *Pharnapes*, *Pharnizabres*, *Tissaphernes*, *Orophernes*, aliisque Orientis Magnatum nominibus, Chaldaicum est פַּרְנָס *& Rectorem seu Gubernatorem* sonat. Indidem *Parnaïs*, sic *Parnaïs*, ut libri ferebant, nomen est, Cafaubonus *in Persium* tradit his verbis: *Nescatur Græci Grammatici, Parnassum quasi Larnassum fuisse dictum, quòd in eo monte diluvii nubes, h. e. arca constiterit. Nos alibi diximus, & Bæotiæ & vicinæ Phocidis pleraque loca à Cadmo & aliis Phœnicibus aut Syris fuisse condita. Cujus rei claruit Plutarchus atque alii Historici non meminissent, appellationes tamen ipsorum manifestam fidem faciunt. Ab ea origine ejì huic monti nomen: parnes Syris est mons & parnasio pastores. Inde Parnasius eli ad τηβεῖ. Sic montem dixe-re, ubi suus gregem pascebat. Nempe ut circa montem Heliconem, ubi canit Heliodus, te Poetica facultate donatum fuisse,*

"Ἄρνας πεμαίνοσθ' Ἑλικὼν & ὑπὸ ζάθεια,
Agnas ejus pascere sub Helicone divino.

Nam & Parnassum gramine abundare, Medicorum filii docent, à quibus inter gramina species *Parnassium* maximè commendari, legimus apud Dioscoridem *lib. 4.* & Plinium *lib. 24. cap. 19.* &c. Sed & ad Arabes gramina hujus famam deventisse, docet Bochartus *Hieroz. Part. II. lib. 2. c. 41.*

Pharpharidæ, apud Plinium, pars montis Tauri, I. *Paryadres*, quod vide.

Pharro, clamor militaris H bernorum : utrum à *Pharamone*, Gandeli focero, an ab alia causa ? Rich. Stanihurstus de *Reb. Hibern l.1.*

Pharsiris, apud Strabonem ex Cretica *lib. 16.* Αἱ δὲ τῶν σπογγῶν μεμβράνως ἢ πλέγτὰ τῶν βαρβακίων σκοινῶ, καθάπερ τὸ Δακεδαίμων ἄκανθαι σπαλασίων, τῶν δὲ Φοίνικα Παφονθὸς, Ἀβαρσὰλιν δὲ τὸν Ἀράβιον, Δαρεῖλε δὲ ἀγρὸν Κυρεῖνε καλεῖ. *Mutationes autem nominum, barbarorum maximè, permultæ. Sic enim Darium*, Pharsirim Parsiatis, *Atargatim Atharam, Dercetoautem Cretias vocat.* V. in voce Parsiatis.

Pharus, nomen est editarum turrium, ad maris littora vel fluminum ripas, extructarum, ut, ardente in fubrimi face, quà iter dirigant, dispicere possint. Sic *Pharus* apud Stat. *l.3. Sylv.5. v.101.*

Telebunnq; domos, propiilis ubi dulcia nutat
Lumina nocti vaga: vidit Pharus amula Lunæ;

præcelsa turris est, cum luminibus nocturnis, in Capreis, hanc enim Insulam hîsce intelligit Poëta: ab Ægyptia Pharo, de qua prolixè dictum, nomen adepta. V. notata Lipsio *ad Annalem 4. Taciti*, Herm. Barbaro *ad Plinium lib 36. cap. 12.* Dion. Godofredo *ad Pandectas*, &c. Alia est contra Siciliam *Pharus*, quam hodie vocant, celebrata Hug. Falcando *in Tragœdiis Ante Sicul.* Sed & hunc usum habent, ut in alta illa Ipecula naves procul advenientes observari possint. Eadem hodie multisin locis *Lanternæ* dicuntur. Itali pagnacem in puppi ferunt pannum, quo ea insuspice navis Lucernam *Pharo* appellantes, & Græco verbo nomenclationem hanc derivasse videntur, Fortun. Licetus *de Lucernis antiqq. lib. 6. cap. 98.* ubi *Lucernam in capite aspidis constitutam exponit, de alta ipecula Pharo à litore navigantibus prælucente.* Ad imitationem nempe Alexandrinæ *Pharitorres* tales alìis in locis quoque condi tas esse, testatur Plinius *lib. 36. cap. 12. Ulus ejus* (nempe Alexandrinæ) *nocturno navium cursui ignes ostendere ad præcautionem vada portusq; intrantibus : sicut sunt tales pluribus locis flagrant, ut Puteolis ac Ravennæ.* Cujusmodi *Pharis* quinque celebres in Orbe numerat Licetus, *loco cit.* Sed paulo plures esse, hîc *infrà* videbimus. Christiani Scriptores, hominesillustres hoc titulo notant, Dugalius c. *Claudium Taurin.* Fortunatus *de Vita Martini lib. 1. & lib. 10. carm. 10.* Anaflasius sæpissimè *in Vitis Pontif.* Alii. V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium.* Porrò *Pharus*, apud recentiores ævi Scriptores, *lucerna* est sive lychnuchus orbicularis & circularis cum certo lucernarum aut candelarum numero, cujusmodi passim in Templis visuntur: sic dictus, quòd instar *Pharitis*, ejusque speciem referat, Papias, Anastasius Biblioth. in *Hilario*, *Sylvestro*, *Hadriano*, *Leone III.* &c. Anonymus Poeta de Pontificibus Ebora censibus

Hæc altare fanum fecerat fulgendorat altum.

Eadem notione in fœm. genere occurrit, ficut turris Alexandrina, unde nomini origo. Inscriptio *phari* in Eccl. Wilibaldi Eystetenfi, apud Gretzerum, in *Episcopis Eystetens. cap. 12.*

Hanc Willibaldo Pharum *confruxerat almo*
Præsul devotus, *Mengosius nomine dictus*, &c.

Ejusmodi autem lychnuchorum variæ erant figuræ. Quidam coronæ in speciem efformati erant, unde *Pharus coronata* Anastasio in *Sylvestro*: Alii in crucis vel tetis formam erant collocati, de quibus fusè agit du Freine *Defens Sophiæ*: Quidam arborum speciem præferebant, Plin. *lib.34. cap.3.* ex quo dictimus, habuisse Vett. *in delubris lychnuchos pensiles aut arborum modo nata feroinstar lucernæ*, V. infrà *arbor*. Denique ita erant effidi, ut ab iis penderent ofci feu canthari, in quibus vel candelæ vel lucernæ erant : Hos *pharocantharos* vocat Anastasius in *Sylv. Leone III. Sixto III. & Bonefacio III.* Car. du Freine *Gloss.*

Pharus ex *celebrioribus*.

α. Alexandrina, reliquarum omnium celeberrima simul ac antiquissima, à qua nomen, V. in *Pharus.* ζ. Burdigalenfe inter ac Santones, in Oceani litore, ifthmosdi turres, vulgò *Lanternæ* vocaras, excitavit ad Ludovici Imp. exemplum Carolus VI. Gall. R. γ. Ad *Givenchus* urbem, in Sinico Imp. *Pancai* mons est, in cujus vertice eminet turris Novizonia, navigantibus *Pharum* ac cer tiffimum litoris propinquantis fignum præbens. δ. Genuenfium portui imminet turris celtiffima, patrio nomine itidem *Lanterna*. Sicut rupes eminens, in qua illa eft, Co de *Fa*, i. *Caput Phari*, dicta. Hue afcendens fpeculator, poftitis extra turris cacumen fignis indicat numerum navium eminus adventantium : noctuque magnam ibi Lucernam accendit, navigantibus portus intro itum monftrantem. ε. Circa Geforiacum Caligulæ Imp. in littore Gallico, ad Oceanum, altiffimam excitavit turrim, è qua, ut è *Pharo*, noctu, ad regendos navium curfus, faces emicarent. ζ. Lateranæ, V. *Pharus.* η. Ad Meffinæ portum, in Infula Siciliæ, celebris eft, *Phari* nomine, turris. θ. Oftiæ, portu extructo, excitavit altiffimam turrim, ad exemplum Alexandrinæ *Phari*, Claudius Imp. ι. Phafelus, ab Herode fubftructæ turris nomen fuit, quam fimiliter ad Alexandrinæ *Phari* fimilitudinem condidit, V. infrà in voce *Phafelus*. κ. Puteolanæ turris, cundem ufum præbentis, meminit Plinius *loco cit.* λ. Ravennæ turris confimilis, eidem memoratur. μ. Pyramides Ægyptiæ, inter alia, *Phari* quoque ufum habuerunt, illa præfertim, quæ in Memphite Nomo, & duæ illæ, quæ in Memphi, undique ad navigantibus conspicuæ. ν. Ripellæ, conftituit *Pharum*, Carolus VI. Gall. R. fupra dictus. ξ. Santones inter ac Burdigalenfes, ab eodem, in Oceani litore, variis excitatas fuiffe, dictum. ο. ad Scaldis oftium, celebrem *Pharum* condidit Ludovicus Imp. cujus exemplum Carolum VI. variis in locis imitatum effe reto indigitavimus. π. Sluifsin Flandria, ab eodem Carolo extructa eft, &c. V. praeter Licetum *loco cit.* Auctorem Anonymum libri, cui tit. *Sina*, *& Europa*, cap. 17. Nec omittendatturris admiranti operis, à Ludovico XIV. magnificentiffimè reftituta, quæ fcopulo infidet, medio in oftio Garumnæ, *la Tour de Cordan* vulgò dicta. Ubi noctu ignis accenfus Garumnam intrantibus egredientibusque ailucet, ut olim in *Pharo* Alex. & poftea in Urbe Callaicæ Brigantio vel Brigantia, quam Plinius & Ptolomæus *Flavisbrigam*, recentiores *Compoftellam* vocant : in Morinorum urbe Geforiaco vel Bononia, factum effe nonvimus, verba funt Hadr. Valefii *Not. Gall.* in voce *Garumna*.

Phafelis, adde : ab Herode M. una cum Arcadio & Jannia, forori ejus *Salomæ* affignata : quam *τετράγωνον* vocat Jofephus, V. Salmafium *ad Solinum pag 776.* ut & *pag. 1321.* ubi ab Herode conditam, addit.

Phafelus, nomen turris 90. cubitos altæ, in edito muri antiqui loco, fuperné in pilæ modum factæ, ftupendæ magnitudinis & firmitatis, quam Herodes Alcalonites, ad fimilitudinem *Phari*, turris Alexandrinæ, ædificavit atque in honorem *Phafeli* fratris fui dedicavit: qui à Parthis captus, cum nec fe ipfi copiam, nec manus liberas haberet, collifo ad faxum capite, fefpfum occidit. Auctor Anonymus *lib. tui tit. Sina & Europa*, *cap. 17.* V. quoque in voce *Phafelis*. Idem inter navium nomina, quarum complura recenfet Nævius, apud A. Gell. um *lib 10. cap. 25. Scaphæ*, *ponones*, *acatiæ*, *hemiolæ*, Phafeli, *pavones* &c. Vult autem *Phafelum*, navigium fuiffe Campanum Nonius : Alii navem oblongam effe ferìbunt, qualem flagnante Nilo Ægyptii ufurparint. Strabonì & Appiano navigi genus fuit, miftam habens formam ex onerariæ & longa triremi, quod tam remis, quàm velis agi poterit. Unde Catullus,

Phafelus *ille*, *quem videtis hoftites*,

Ait

Aut fuisse navium celerrimus,
Neque unius natantis impetum trabis
Nequisse praterire, sive palmulis
Opus foret volare, sive linteo.

De magnitudine aliquid judicare licet, ex illo Sallustii *lib. 3. Et forte in navigando cohors una, grandi Phasidi vecta, à ceteris detrahi, maríque placido à duobus prædonum Myoparonibus circumventa.*

Phasiana, dicta est, qua alias, *Cybele, Dindymene, Berecynthia, Pessinuntia, Mygdonia, Asbarene, Cimmeria, Cybeba, &c.* Fuit autem hoc ei in Colchide epithetom, à fluvio *Phaside*. Meminit Arianus *in periplo Ponti Euxini*, Εἰς Φασιάνιδα ἢ ἐς τὸν Φᾶσιν, ὃς ἐξίησιν ἐς μέσον τὸν Φασιανὸν Κόλχον. Εἰς δ' ἐς ἀπὸ γε ἢ ἐς σχηνὴν τὸν μακροβόλον, ἡ Ῥέα. Καὶ ἡ κάμελος μέλι χρῆσε ἴχνει, ἢ λόγος ὑπὸ τοῦ ἄγους ἢ κάτεσι ωσπερ οἱ ἐν τῇ μετὰ Ἀθηναῖς ἢ Φοίβῃ, *Intravimus Phasin ad finitimis* Phasiana *Deæ apparet; quam ex ejus specie augur forma, Abeam esse conjicere licet. Manibus enim tenet cymbalum, Leones hodie ipsi tiyorum sedentes, ut illa Dindie Athenis in æde matris Deum.* V. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. Gent. l. 2. cap. 52.*

Phasianarius, qui *Phasianos* pascit. Paulus JC. *Phasianarii autem & passores anserum non continentur*, V. Spiegelium apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Erat autem *Phasianus*, fobrius olim Principibus ultimus delitiarum finis, quippe cui per ea eximiæ rantias pretium addebat Petronius *Satyric.*

Alex Phasianis petita Colchis,
Atque Africanis volucres placens palato,
Quod non sunt facile

Ubi *Phasianum* primo intelligit versu, ex Phaside Colchidis amne, petitum: Inde enim adferebatur, quod ipsum indicat nomen. Agatharchides de Phaside, apud Athenæum *lib. 9.* Πλεῖθ' ἢ ὄρνιθον τῶν κρεμνῶν φασιανὸν φαῖδ' τροφὴ χρέων ὠδὸς τὰς ἰρκοῦσας τὸν τοιοῦτον, *Avium, quos phasianos vocant, magna copia ibi causâ ad fluminis ostia se consert.* Petronii sidem alibi.

Jam Phasiis mitâ

Orbata sit avibus

Martialis in *Xeniis*,

Argivâ primùm sam transportata carinâ,
Ante mihi notum nil nisi Phasis eras, &c.

Quæ quam vis prorsus, Talmudicos tamen latuerunt & Chaldæos Vet. Scripturæ Paraphrastas. Aliàs non pro *phasianis* habuisse eos illas, quas Auctor adverxerat in calle Israelitarum, si fevisiffent *phasianos* ex Septentrione afferri. Non quidem ex sola Colchide illi petiti certum: nam ad Ptolemæum Ægypti Regem ἐκ Μηδίας μᾶλλον ἀγινεῖν, *ex Media divertebantur*, ut testatur Athenæus *l. c.* & in prov. *Ergimus*, Paulus Venetus *lib. 1. cap. 62.* maximos defcribit faisanos, *caudas habentes longitudinis decem palmarum aut ultò.* Sed, ut Colchis & Media, ita etiam *Ergimus* ad Septentriones obversa est. Sed & in eo impegerunt, Jonathan, qui Exodi *cap. 16. vers. 13.* reddit, *Et ascenderunt phasiani & cooperuerunt castra*: & R. Jol. Cacus, qui Halin. 107. *vers. 40. Cernon pelierunt, & addavit phasianos*, habet, aliique hunc versum, quod illis non sufficit, cottu nicibus Israelitas a Deo liberalitet pastos esse, sed insuper aves voluere adjungi, quæ palato maxime attendent. Etiam verò τετράων, *tetyram*, appellari hanc avem, discimus ex Helychio & Athenæo *lib. 9.* post Pamphilum Al-xandrinum *in Glossas.* Eponymum in *Optarigis.* Quò alludit Persium phasiani nomen *tetrao* & Arabicum *tetrao*. Sam. Bochart. *Hierozoic Part. poster. lib. 1. cap. 14.* V. quoque Guil. Auctium ad *Ariani Periplum Ponti Eux.* Inter Perrenianos, Alios, ut & hic infra.

Phasianus, tertio pulchritudinis loco inter aves memoratus, Statio *Epicedio in Effitcum Melioris Atedii, Sylv. lib. 2.*

Effitcus ille plaga viridis regnator Eoæ,
Quem nos gemmatâ volucris Jumonia caudâ
Vincere, adfuetis gestiti non Phasidis aler:

ubi pulcherrimus primus Phasiaco, secundus *Pavoni*, tertius *Phasianus* tribui. Solent verò inter formosissimas quidem aves similiter *Phasianum* recenfuit, sed is gallum addebat gallinaceum, qui cùm pulcherrimus plurimùm sit, minùs tamen à forma laudari solet, quia avis illa usque adeo vulgaris. Is itaque cùm videret, Crœsum exquisitum in morem ornatum & sublimi in solio considentem, rogatus ecquod pulchrius vidisset spectaculum, respondit apud Laertium, Ἀλεκτρυόνα, φασιανὸς ἢ ταῦς· φασκὼ γὰρ ὧνεν κεκοσμημένα ἢ ποικίλα κατέον, *Gallus gallinaceus*, Phasianos *atque pavones: nativum illorum colorem variegatis ornatum.* Nec de alite hac adferibere negebo, quin Cinserit Gybertus Longolius Ultrajectinus, Christophori Longolii patruus, *eleganti dialogo suo de avibus: Phasianis nunquam quidquam speciosius contemplatus sum. Videant omnes Pictores: ipse Apelles, si redivivus fores, varietatem & splendorem pennarum plumarumq; imitari non posset.* V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. l. 3. cap. 80.* Carnem ejus carni gallinarum non cedere, sapore etiam superare, notat Galenus, unde illum laudatissimis avibus, gallinæ, columbæ, perdici, attagenæ, adponit, *de alimentis, facult. lib. 3. cap. 19.* Imò Averroes & Petrus Aponensis, ob succi quoque ac nutrimenti bonitatem, avium cunctis illum præponunt, plurfusque ejus temperamentum celebrat Ulysses Aldrovandus *Ornithologiæ l. 13.* Non dubium autem, quin non ista solùm, sed & raritas quoque, majus ejus pretium fecerint. Itaque negat Martialis *in Xeniis, Epigramm. 42.* eum se posse mittere amico,

Si Libyca nobis volucres & Phasides essent,
Accipere: at nunc accipe cortis aves.

Sed minùs hoc mirandum in Equite Romano, haut magna in re, Majorem habet admirationem, quòd Capitolinus narrat, Pertinacem Imp. nunquam hanc avem privato edisse convivio, vel cuipiam amicorum misisse. Nec Alexander Severus mensis eam imposi fuit, nisi Kalendis Januariis, Hilariis Matris Deum, Lusis Apollinaribus, Jovis epulo, Saturnalibus & majoribus hujusmodi festis, ut auctor est Lampridius. Imò & de Ptolomæo prodidum, non degustasse unquam *Phasianum*, sed velut κενοῦλιν servasse, ut prodituin Athenæo *lib. 14.* Fuit autem is Ptolomæus VII. cognom. *Physcon* five Evergetes II. de quo meritò quis miretur, gulæ fic temperare potuisse, qui usque adeò effet intemperantiæ: præsertim cum non modò haberet *Phasianos*, & Media apportatos, sed alios etiam ex ovis, quæ gallinis cortalibus subjecerant, exclusos Alexandriæ, idque tanto numero, ut iis quotidie vesci posset, quemadmodum ipse *lib. 12. operis ejus, quo viginti quatuor Historiarum libros* complexus erat, de se prodidit. Sed enim nihil æquè Regem impulit, ut oftentationis causâ tantum *Phasianorum* alceret, quàm quòd miraculi penè loco haberetur, id avis ge-us nasci & educari in Ægypto. Solum enim illis cœlumque frigidum convenit: quale cuiusmodi esse tum Mediæ, unde translati in Ægyptum; tum Colchidos, ubi nisi abundantem, non à Phaside, Colchidis fluvio, *Phasianorum* iis datum fotet nomen: Imò in Europam inde transvecti. Notum illud Petronii *l. 4.*

Ales Phasiacis petita Colchis.

Et hoc Martialis *in Xenis, Epigramm. 73.*

Argivâ primùm sam transportata carinâ,
Ante mihi notum nil nisi Phasis eras &c.

Coxere olim, ad majorem gulæ voluptatem, non in aquis, sed vapore calido ex aquis penetrante. Hieronymus *Epist. ad Oceanum 77. Domum suam bene regentem, non ut ager angeat, non ut regias pateat opulas, non ut celatas patinas ferviat, non ut Phasidis aves lenis vaporibus coquat, qui ad ipsa pervolant & superficiem carnis non dissolvans arissis temperamento.* Cum Terraonius eosdem confundit Ptolomæus præfatus apud Athenæum, fed Terrasones, anserini potius esse generis, ex Plinio discimus, nisi voxtetraonis sit antiqua & diverfi generis avibus attributa. V. iterum Vossium *Etymo præfixo l. cap. 51.* qui, ut de aratæ quoque aliquid adjiciam, *Phasianos ac perdices*, non tantùm ifti, docet, *lib. cit. cap. 79.* & hectica laborantibus conducere, *cap. 96.*

Phasina & *Phasianissa*, quomodo differant? V. supra in voce *Phasiaspice.*

Phasimilicum, Plinio, quod *φασηνόν*, apud Strabonem feu *φασιανὸν*, unum ex Nilii ostiis, per quod Bufiritices fluv. in quem Bubastiacus prope Delta minus dividus fit, in mare exit. V. in voce *Phasiticum.*

Phasmonatia, Græce *φασμονάτια*, dicebantur olim lacunaria, quæ cælata non erant. Ifiusmodi n. recta alias laqueabantur tabulis in varias figuras cælatis, ut in Mæandros, & lacus & *κάδους* & orbes & triangulos & alia, è quibus *Lacunaria* propriè vel *Laquearia* dicebantur, quæ lacubus quadratis erant distincta. At quæ cælata non erant, *φασμονάτια* appellata funt. *Lexicon inedituin* apud Salmasium, *φασμονάτια. κανόνωσις, στυλόσις, ἀγκλωσις.* V. item *Etymol. Pisn. ad Solinum p. 1182.*

Phegeus, adde: Apollodoro, filia ejus Arsinoe, quæ Alcmæoni junctà fatale monile Erythiles in domum fuam recepit, & cum patre lesque ipsa totam eam infortuniis cædibusque implevit. *l. 3. Phegeum* vocat Hygi us. V. Cafp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib. 2. vers. 303.*

Phegor, Jol. *cap. 22. v. 17. An parùm mihi est cum iniquitate Phegor?* idem Vossio ei cum Pinaro, al. *Baal-Phegor*, quafi *Priapus Pater* eidem, *de Idolol. lib 2. cap. 7.* V. quoque *Baal-peor.* Eum mons in reg. Moabitarum, ubi fi cultus, Num. *cap. 23. v. 28.* V. quoque *Phogor.*

Phelonium, apud Codinum *de officiis Eccl Constantinop. Ferens confuetam sibi tunicam & phelonium supra eam:* Dominico Mauro, est Casula Sacerdotalis, Græcè φελόνιον; à φελόνης, quod Pannula Latinis, V. ibi.

Phenenon, adde: Apud eosdem templum fuit Eleusinæ Cereris. Italanias *in Arcadicis*, apud *Pheneatas Arcadiæ*, *templum fuit Cereris*, ἐπίκλησιν Ἐλευσινίας ἢ πηγὴ φέρει τὸ αὐτὸ ὄνομα τῇ Ἐλευσινὶ δράβμα

erat, haud aliò quàm fpeculariorum modo, tanquàm inclusâ luce, non transmissa. Nempe ex corporibus perfectè pellucidis, ut quæ omnes colores transmittunt, *Phengites* non eſt: qualia ſunt cœlum, & præter terram reliqua elementa, & vitrum & cryſtallus & metallum gypſinum & obſidiarius vel opſianus lapis & ſpeculariis & ſelenites, qui hodie *talchus* vocatur, mutuato à Perſis Arabiusque nomine: ſed ex iis, quæ ſolâ lucetransmiſſa reliquos colores retinent. Quomodo apud Suidam cornu eſt Λιβυϰὸς: unde tauro, qui Europam rapuit, tribuit Poëta,

Cornua parva quidem, ſed quæ contendere poſſes
Fabri manu, puraq; magis pellucida gemmâ.

Quandoque etiam alabaſtrites, quem Plinius *ejusd lib. cap.* 8. probarî dicit, *quim maximè mellei coloris, in vertice maculoſi atque non translucidi.* Quale eſt, quòd de murrhinis, quas *porcellanas* vocamus, tradit *lib.* 37. *cap.* 2. *Efis macula pingues placent, transluscere quidquam aut pallere vitium eſt. Et cap.* 10. *Morion Indica nigerrimo colore translucet.* Contra quàm Philoſophus, qui ſcribit, φ μέλαν τὸ ὑπὸ λᾶ ϕεγγὸς, *nigrum non eſſe pellucidum.* Tamen etiam in Theophraſto lapis in Ægypto deſcribitur μέλας λᾶ ϕεγγὸς, ὁμοίως τῷ Χὰ, *niger, pellucidus, ut qui in Chio eſt.* Nempe λᾶ ϕεγγὸς & *translucidus* hujusmodi lapides vocant Plinius & Theophraſtus, quia lucem transmittebant: Sed eosdem pellucere, negavit Philoſophus, quia reliquis coloribus pervii non erant. Idem & de margaritis dici poteſt. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poſter. Lib. V. cap.* 6.

Phiala, herba ſpinoſa, Græcè φιάλη; aliàs ϕιάλη etiam dicta, quòd foliis ejus vett. Græci utrentur pro ſtipa, quam vaſis fictilibus componendis interjiciebant: niſi fortè illa ϕιάλη, quæ vaſis fictilibus interjiciebatur, ex phileo paluſtri ſumeretur, quam cum *pheo*, herba fullonia, malè nonnulli confundunt. *Gnaphalium* quoque appellata eſt, in vet. *Lexico*, γναφάλιον ϕιάλη, quòd ejus folia tomentis ſervirent inculcandis &c. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 1289.

Phereycdes Syrius, aide: Salmaſio duo fuere *Phereycdes* Syrii, vetuſtiſſimus alter & Thaleti contemporaneus, quem inter VII. Sapientes quidam numerant, expunctò Periandro. Hic Thaletis præceptor quibs. dam æſtimatus, Theologus fuit, & Θεολόγιος, ænigmaticam illam quidem ac ſymbolicam, ſolutæ oratione ſcripſit; propter quam primus proſam orationem condere inſtituiſſe creditur: phthiriaſi tandem enectus. Alter æquè Syrius, ſed Aſtrologus, cujus ἀλιοτρόπιον in Inſ. *Syro* adhuc extat: ſe, ſuâ ætate, teſtatur Di genes Laertius, πεζεύειν ἐν, inquiens, τῇ ἀλιοϰρήνῃ ἐν Σύρῳ τῇ νήσῳ. Quod erat parapegma, quâ ſolſtitia & æquinoctia, nec non ſiderum orientium occidentiumque ſignificationes, per aliquot annorum ambitum, confignabantur. Hic autem Aſtrologus eodem fermè ætatis & gloriæ flore cum Pythagora viguit, circa 59. Olympiadem: *Hiſtoricus* inſuper *primus* Euſebio & Clementi Alexandrino, quorum hic eum de Dario Hyſtaſpi ſcripſiſſe, quando in Europam ac Scythiam tranſiit, refert; quod tamen huic *Phereycdi* non convenit, ſed Hiſtorico ſeu Myriioſtorico Athenienſi, quem *ſecundum Eſſenium* vocat Hieronymus & ponit ad Olympiadem 81. De quibus omnibus V. pluribus differentem Salmaſium *Exercit. Plin. ad Solinum* 842. & *ſeqq.* ut & ſupra, ubi de *Oratione ſoluta*, atque de poſtremo eo um hic *infra.*

Phereycdes Athenienſis, aide: Alii Λέσβιος fuiſſe malunt, ex charactere ejus dicendi Jonico, quo fabulas five hiſtorias ſuas compoſuit, uti apparet ex *Fragmentis*, quæ extant, penès veterem Apollonii Scholiaſtem. Fuit autem Leros Jonicæ generis Inſula. Contexuit Θεογονίαν, an peculiare opus, an titulum omnium ejus operum, quibus fabularem Hiſtoriam complexus eſt? Quousque autem Mythologiam ſuam perduxerit, incertum. Usque ad librum duodecimum citatur à Grammaticis: in quo Perſei & Acriſii Danaesque hiſtoriam tractaverat, ut ex *Scholiis vet.* conſtat, *ad Argonauticos quartum.* Forſan & ad Troica usque tempora deſcendit, vel etiam inſeriùs &c. Dicendi charactérem & genus ſcribendi quod attinet, fuit id ei commune ne cum Cadmo & Hecatæo, qui Scriptores tres inter primos proſæ orationis & Hiſtoriæ conditores numerantur, Strabòni. Erat autem horum oratio nihil aliud, quàm metrum lege ſolutum; Rhetores λελυμένον ἐμμέτρου & ἐμμετρον vocant, eique opponunt τὸν λελυμένον μέλει, qualis Rhetorum fuit, periodis vincta & circumcirla &c. V. præfatum Salmaſium *ubi ſupra.*

Phiala, apud Plinium *lib.* 8. de Api bove, Memphi locus eſt in Nilo, *quem à figura vocant* Phialam, *omnibus annis ibi aureum pateram argenteamque mergentes, diebus quos habent natales Apis:* Salmaſio *fons facer* eſt, ut Solinus vocat, *ſeu fluvius Sacerdotum*, ut idem Plinius, quo poſt ſtatum ævi ſpatium merſus Apis necabatur. Idem *fons Nili* aliis, qui eum inter Syenem & Elephantinem ponunt, in medio duorum eminentium ſaxorum, inter quæ fons ille veluti concluſus *phialæ* ſpeciem retulit. *In quæ ora*, inquit Seneca *Natural. Quæſtion. 4. ſiſtem Sacerdotes, & aurea dona Profecti, cum ſalutem venia ſacrum, jactum.* Hoc eſt, cùm natales Apis appropinquant, qui feſti & celebres toti Ægypto. *Gurgitem Nili*, vocat Statius,

—— *aut quo ſe gurgite Nilus*
Mergat adoratus trepidis paſtoribus Apis:

quòd locus ille immenſæ profunditatis eſſet. Herodotus, ὅτε δὲ ἀϕανισθῇ ὑπὸ τῆς γῆς ὁ Δίβεσσος, ἐξῆν τότε ϰαμπύλλειν Αἰγύπτιον βασιλέα ἀπιόντος. Ariſtoteles, Καὶ ὅτι τὸ βάθος γε εἶναι ἀξιόλογον ἐν τούτοις τοῖς τόποις. Unde Solinus quoque auream pateram, cujus jactu Apis natalem celebrabant Ægyptii, in *Nili ſtatum gurgitem* projici conſueviſſe, dicit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 439. & 440. ut & infrà in voce *Philiter.*

Phiala, Gr. ϕιάλη, quaſi πιάλη, πιαφῶ τὸ πίνω ἀπὸ πιαρίχρα, ab eo, *quòd affatim ad bibendum ſuppeditet*, inter poculorum ſpecies Veteribus ulitatas, recenſetur Macrobio *lib.* 5. *Saturnal. c.* 21. ubi Latinâ voce *Pateram* vocat, qua de voce ſupra dictum. Ejusdem mentio *teg.* 36. *ff. de auro & arg. leg. tertullus, ſcyphos, modiolos, phialas, &c.* V. quoque Pollucem *Onomaſtic. lib.* 6. *cap.* 16. & Latinos Auctores paſſim, ipsâ voce Græcâ, ut-modò oſtenſum, tanquam ſuâ, uterentes. Juvenalis hinc *Sat.* 6.

Virgo tenet phialam.

Martialis *lib.* 3. *Epigr.* 41.

Inferta Phialæ Memorem manus ducta
Lacerta vivit, & timetur argentum.

Idem *lib.* 8. *Epigr.* 33. cui tit. *Phiala*,

De pratoricia ſolium mihi, Paule, corona.
Aliala & hoc Phialæ nomen habere jubes, &c.

Fuit poculum planum ac patens, hinc *Patera* Latinis dictum; teſte Macrobio ubi ſupra, utrinque anſatum, uti docet Pollux *Onomaſt. lib.* 6. *cap.* 18. Ἀμφήβολος ϕιάλη, ἀϕ' ὑμφῶν, ἃ χρῶνται ἀμφοῖν λαβὲ τὸ σχῆμα ἔϰ. *Phialam verò ancipitem & aurum poculum utrinque anſatum.* Cùm contrà unicam anſam habens, *Cotyliſcus*; item *Ciſſibium*: procerum verò & circa mediam partem compreſſum poculum *Carchoſium* diceretur. Ex auro fuiſſe, modo laudati Pollucis verba indigitant, & confirmat Æliánus *Var. hiſt. lib.* 1. *cap.* 32. Ἐν χρυσῷ ϕιάλῃ τὸ ἐξαιθὲς ὃν τῶν χωνῶν ϰατὰ τὸ ὑδωρ. *In aureum* Phialam *de manibus ejus excepernit aquam.* Sed & ex argento fuere, unde idem *eod. lib. cap.* 22. Φιάλην δὸς δέγνοῦ, *Phialæ dna argenteæ*: Et Martialis *Epigramm. proximè laudato*, in *Phialam*, tenuis admodum laminæ feu bracteæ argenteæ, argutè ac lepidè jocatur. Cæterùm ex auro meminit idem *lib.* 14. *Epigr.* 98.

Quamvis Callaico rubeam generoſa metallo,
Glorior arte magis, nam Myos ipſe labor.

Uſus in ſacrificiis imprimis, dein conviviis, ut vidimus in voce *Patera.* Sed & *Phiala* antiquitus Sponſum à Sponſa donari conſueviſſe, hocque ritu ſibi è pluribus procis maritum futurum eligiſſe, docet Juſtinus *lib.* 43. *cap.* 3. cùm de Phocenſibus Maſſiliam perlatis loquens, ait, *Forte* eo die Rex *occupatus in apparatu nuptiarum Gypſis* (Athenæus *lib.* 13. *Persiam* appellat) *filiæ erat: quam, more gentis electo inter opulas genero, nuptum tradere illic parabat. Itaque cùm ad nuptias invitati omnes proceſſiſſent, vocantur etiam Graci hoſpites ad convivium. Introducta dein Virgo, cùm juberetur à Patre aquam porrigere* (Athenæus habet, Φιάλαν χρυσῆν ὑδατος πλήρη) *ei, quem virum eligeret, tunc omiſſis omnibus ad Graecos conversa, aquam Proti* (alteri ex Phocenſium Ducibus) *porrigit, qui factius ex hoſpite gener, locum condendæ Urbis à ſocero accepit.* V. de Odatide, Homaræ F. filiæ nuptiis, eundem Athenæum *lib.* 13. & Anton. Thyſium *Notis in A. Gellium lib.* 10. *cap.* 16. Inter præmia quoque caſtrenſia *Phialas* fuiſſe, colligunt quidam ex Polybio de *Mil. Rom.* ubi ait, *Imperator ſi, qui hoſtem provocaverit, hoſtium donat, qui vero decoris & ſtoliaveris, pediti quidem* Phialam, *equiti phaleras.* Sed pro φιάλλαν Lipſius, cujus nemo fatis eruditionem admiretur, ψάλλον i. *Armillam*, legit. Cui accedit G. Gualterus *Animadv. ad Tab. Sicil.* CCCC. Nam *Phialæ*, non niſi femel in Vopiſco, inter militaria præmia numeratæ, armillæ centies: hæ autem Λύκιαι Græcis, V. Thom. Bartholinum *de Veterum armillis Schedio, quod cum aliis Varmii de aureo cornu Danico ad Lectum Regonſium prodiit Amſtelodami A.C.* 1676. &c. Vas feu poculum majoris capacitatis liguli fuiſſe *Phialam*, docet illud Martialis, *lib.* 8. *Epigr.* 33.

Quid tibi cum Phiala, liguiam cùm mittere poſſus,
Mittere cùm poſſes vel cochleare mihi.

Continebat verò ligula quartam partem cyathi, Screvelius in *locum.* De *Phialis* Argenteis, victoribus datis in Marathone, V. ſupra in *Perichoro Agones.*

Phialus, apud Solinum *cap.* 32. appellatur fons Nili, qui aliàs *Phiala*, uti dictum, V. Salmaſium *i. c. pag.* 422.

Philicum Cælum, Martiali,

Nullum Philicæi vreama cæli,

appellatur, quia *vrenticen* Phidias *primus aperuit ac demonſtravit*, uti Plinius habet, quam artem poſtea conſummavit Polycletus. Eſt autem ars Toreutice, quæ torcumata, i. vaſa cælata ex argento facit: cujusmodi toreumata non quidem Phidiasfecit, ſed quòd figilla & minora ſimulachra ex ære optime fuerat, hoc modo viam ſtravit oſtendítque arti illi, quæ minora iſtiusmodi ſigna in ſcyphis & poculis argenteis exlaret. Certè Plinius *lib.* 33. *cap.*

cap. 12. ubi nobiles Artifices enumerat, qui in argento cælando inclauere, nusquam *Phidiam* nominat &c. *V. infrà.*

Phidippides, Græcè φειδιππίδης, cursor insignis, quem biduo Athenis Lacedæmonem pervenisse, tradit Herodotus, *lib. 6. Δευτεραῖος ὧν τῇ Ἀθηναίων ἀγορῇ ἦν ἐν Σπάρτῃ.* Malè *Philippides* aliis. *V. ibi.*

Phidisia, Græcè φειδία, ex φείδομαι, *parco*, erant convivia publica Lacedæmoniorum, sub dio, magna cum *parsimoniæ* ac frugalitatis laude, celebrari solita: ad amicitiam inter eives & æqualitatem inter divites pauperesque conservandam, auctore Lycurgo, ut in ejus *Vita* docet Plutarchus. Iis similia apud Romanos *Charistia* fuere, apud vett. Christianos Agapæ, de quibus *V.* suprà.

Philadelphia, Lydiæ Urbs: Hodieque nomen servat, apud Græcos, quibus 4. in ea Templa à Turcis concessa sunt, nominibus *Panagiæ*, *S. Georgii*, *S. Theodori* & *S. Taxiarchi*, qui est Arch. Michael, insignita. Turcæ *Allah schuyr*, q. *Urbem Dei*, vocant, à situs amœnitate. Incolarum circiter 7. millia, quos inter duo Christianorum. Sub Marco Aurelio cusus nummus æreus, templi Philadelphiensis, in quo Apollo conspicuus, iconem exhibet, cum *Inscr.* ΦΙΑΔΕΛΦΕΩΝ ΕΠΙ ΕΓΝΕΤΟΥ, quòd ab iis cusus esset, cum Eugenetem Præfectum haberent: de quo ut & plura hac de urbe, *V.* apud Jac. Sponium *Itiner. Part. I. pag.* 315. & *Part. 2. pag.* 58.

Philadelphus, addes: Sacras videns literas, à redditas linguâ, quam ipse ad ejus intelligerent, flevisse legitur, apud Josephum *Antiqq. Judaic. lib. 12. cap. 2.* Postremò sororem duxit Arsinoen, antea Lysimacho & Ptolemæo Cerauno nuptam: quam quanto pere amarit, argumento est, quòd Deorum cultu illam honorari cupierit. Plinius *lib. 34. cap.* 14. *Eodem lapide* (magnete) *Dinocrates Architectus Alexandriæ templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus in ferro pendens in aere videretur. Interessit mors & ipsius & Ptolemæi, qui id fororî suæ jusserat fieri.* Lapsus proin Ausonius, qui rem ita narrat, quasi ad umbilicum perducta fuerit: *Idyllio* 3.

Conditor hic fortis fuerit Ptolemaïdos aulæ
Dinochares, quadro qui in fastigia cono
Surgis & ipsa suas consumis Pyramis umbras!
Fussus ab inviti qui jaculatus ferrea mundi
Arsinoen Pharii fusseudit in aëre Templi.

Et fortè B. Augustinus *de Civ. Dei lib. 21. cap. 6.* ubi ait, *In quodam templo, lapidibus magnetibus in solo & in camera, proportione magnitudinis positis, simulacrum ferreum aëris illius medio, inter utrumque lapidem, ignorantibus, quid sursum esset ac deorsum, quasi Nemesis pensilate penderet.* *V.* Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idololatriæ lib. 1. cap. 31.*

Philaetrus, Rex Bithyniæ, Attalice domus progenitor. Unde per *Philaetricus* fea Regiæ, qui idem cum *pede Monetali*, apud Hygínum, 16. digitos, uncias 12. habuisse videtur. Adeum exigebatur mensura agrorum Bithyniæ regiorum, quorum mentio in *Agrariis Tullianis*. *V.* Salmasium *ad Solinum pag.* 684.

Philarchus, Heroïs nomen, cujus sacellum Mileti væ Proncæ vicinum Delphis fuisse, narrat Pausanias *lib.* 10. ubi, Persis irruentibus, auxilium Phocensibus cum tulisse, addit. Pictus est ab Athenione Maronitæ, Glauconis Corinthii discipulo, Eleusine, Plinius *lib. 35. cap.* 11. Idem Historico nomen, Plutarcho memorato in *Vita Aratí*, & *lib. de Is. & Osir.* Æliano item *Histor. Animal. lib. 6. cap. 29.*

Philermos, nomen imaginis B. M. V. quòd magnâ veneratione Meliten sein Conventuali Ecclesia asservant, uti testatur Car. Macer in *Hierolexico* his verbis. *Opus divi Lucæ creditur, ac de illa traditur, quòd in Rhodo Insulæ, ubi prius trat in quodam monte non longè ab urbe, cum quidam juvenis ardens puellæ amore, quæ nullibi frui poterat, propter parentum custodiam, eam admonuisset, ut matrem deciperet, ac fecum hoc Templum devotionis prætextu peteret; dum, ibi Mater orasset, ejus filia ticentiam postularet, ut sola Altare illud devotè circuires, ibique ab amante expectaretur; quod sanè ita factum: Mater, cum diu in Ecclesia exspectasset, tandem ad posteriorem, Altaris partem accedens filiam in preci amplexibus, sed non cum eo extinctam, deprehenderit. Unde imago hæc B. M. ἐν πόνοις ille* Philermos, id est, *Amoris infelicis, à Græcis appellati sunt.*

Philesius, adde: Ejus ex ære statua, memoratur Plinio *lib. 34. cap. 8. Canachus Apollinem nudum, qui* Philesius *appellatur, in Didymæo* (fecit) *Æginetice aris temperatus, cervicumque una ita vestigiis suspendit* &c. *V.* de eo plura apud Cæsp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib. 8. verſ.* 198.

— *intonsi ciules penetralia Branchi.*

Philippa Catanensis, ex lotrice ad summam potentiam evecta, universum regnum Neapolitanum, pro arbitrio, rexit, fub Johanna I. quæ ejus insticutu etiam marito suum, Andream Hungariæ R. de fenestra spiendi: fed tandem horibili cum tota familia supplicio affecta meritas dedit poenas. Georg. Hornius *Orbis Polit. Part. 3. pag. 58.*

Philippei feu *Philippi*, nummi à *Philippo*, patre Alexandri M. primum cusi, quorum cum forma recepta femel placuisset, etenta ea est, simul cum appellatione, addita Principis, cujus esset, nomenclatura. Horatius,

Retinuit accepti Regale nummisma Philippi.

Prudentius *Peristeph. Hymno* 3.

Nec cum veniret, aureos
Sectum Philippos dentibus. &c.

Hinc legimus apud Trebellium in *Claudio*: Philippeos *nostri vultûs annuos centum quinquagintà.* Quod idem de aureis Antoninianis & Valerianeis feu Valerianinis & trientibus Salonininis, sentit Casaubonus *l. c.* Apud Vopiscum in *Aureliano*, *argenteo rum Philippeorum minutulorum*, fit mentio, ut & alibi passim apud Scriptores Historiæ Augustæ; de quorum valore hactenus disceptatum haud leviter. Sanè Latinis *minuti* fuere, quæ λεπτὰ à Græcis, sed nec hoc satis: argenteum nummum fuisse τὸ λεπτὸν, non æreum, ut hactenus creditum, docet Salmasius. Ei igitur *minuti* vel *minutuli* dicuntur apud Auctores præfatos, quos *denarios* Vett. dicebant: qui denarii drachmæ fere pondus & æstimationem habebant. Atque, ut Latinis *minuti argenteí* pro *denariis*, sic Græcis τὰ λεπτὰ ἀργύρια, ἀπὸ τοῦ ἀργύρου. Sed & absolutè *minutos* appellarunt Latini, cùm subintelligerent argenteos: ut Græci λεπτὰ, subintelligentes ἀργύρια, &c. Illiusmodi igitur *Philippeorum quinquagenos*, *aureos vero Antoninianos diuernis binis*, *aris denarios centum*, ad stipipus Aureliano destinavit Valerianus Aug. *l. c.* Qui etiam paulo pòst eidem, per Præfectum arrasi, solvi justit, *ad edictorum Circensium aureos Antoninianos trecentos*, *argenteos* Philippeos *minutos tria millia*, *in are H. S. quinquagies* &c. Quam summam ad missilia Consulum (qualis tum Aurelianus erat) pertinere vult Casaubonus. Solebant enim Consules pecuniam in populum spargere, aureâm quidem Imperatores, argenteam vero privati, ut suprà diximus. *Aureorum Philippeorum* meminit Fl. Vopiscus in *Probo*, *Aureos Antoninianos centum*, *argenteos Aurelianos mille*. *aureos Philippeos decem millia*: Quod annuum videtur fuisse ac legitimum Tribunorum stipendium, h. e. ducenti & quadraginta aurei, vel, quod idem, viginti aurei mensirui. Nam hanc summam efficiunt, aurei centum, argentei mille, & æreorum decem millia. Per *aureos* autem intelligit festertios; per *argenteos*, denarios: quorum centum aurei unum aureum reddebant; centum argentei quatuor. Illa enim tempestate *aureus denarius* dictus fuisse pro festertiis, cùm superioribus temporibus *denarii* de argenteis tantùm dicerentur, observatum Eruditis. *V.* Salmasium *ad l.* adde Budæum *de Asse lib. 4.* Scaligerum, Gronovium, alios Rei Nummariæ Scriptores.

Philippi, crebrò olim appellati Franci, fi Ingolfo fides, qui ita habet *pag. 910. Et forte Leuca dicitur à Leucon, quod in Scythica lingua interpretatur* Philippus. *Unde Magister in ifagogis ait: Φ. Μ. L. 3. Et vicinos Leucon dicit ibi, hunc Leucon fuisse Philippum Imper. qui niveus defcriptus eft, quia Chriftianus fit. Expulsus fuper nivem deal batus. Et alio in loco, ubi exponis illud, id eft, Phabum adamaffe Leucothoën, dicit Deum adamaffe Chriftianitatem Regni Francia. id eft*, Philipporum, *quum apud Francos nomen* Philippi *frequentiffimum habeatur, in tantum, ut Rex Henricus, qui modò regnat in Francia, filium fuum primogenitum* Philippum *fecit appellari. Beatus enim Chriſti Apoſtolus* Philippus, *cùm Scythis verbum Dei prædicaſſet & plurimos eorum ad fidem Chriſti converſiſſet, rediens in Aſiam, per Sicambros viam fecit ac illis Chriſti nomen primus annunciavit, de quibus exeintes Franci, nos plures eorum Hierochronographi teſtantur, beatum* Philippum *Apoſtolum ſuum ſpeciatem Protodoctorem & Neoapoſtolum adhuc tenent. Ex his omnibus colligitur, quòd Leuca dicitur à Leucon, id eſt, mensura terræ* Philippica, *id eſt*, Philippi vel Philipporum. Apud Car. du Freſne *Gloſſar.* qui tamen ante Henricum I. Gall. R. quo regnante vivebat Ingulfus, *Philippi* nomen in vett. tabulis vix comparere, admonet.

Philippina Welſeria, eleganti ingenio ac formâ patricii Augustana, quam Ferdinandus Archidux, filius Ferdinandi I. Imp. fecundogenitus (cui Pater Elisabetham primò Anglicam, deinde Mariam Scoticam uxorem destinaverat) clam eo fibi focia vit, ac conjugem, quoad vixit, coluit. Pater ex ea Caroli, cui ærget ut Burgoviam relinquere obtinuit, Marchionis hinc Burgoviæ & Andreæ Cardinalis ac Episcopi Constantiensis. Phil. Jac. Spenerus in *Fam. Auſtriaca.*

Rex Macedonia.

Philippus II. Amyntæ fil. adde: Hunc, ut & Alexandrum M. universi Macedones divinis honoribus venerati sunt, teste Justino *lib. 24. Nunc orbitatem amiſſorum filiorum dolebunt, nunc excidia Urbium metuebunt, nunc Alexandri*, Philippique *Regum ſuorum nomina, ſeus Numina, in auxilium vocabant.* Sermo eft de Macedoniæ ſtatu, Gallis in eam irrumpentibus, poſt cladem Polemæi Cerauni. *V.* Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 1. cap. 13. ubi tamen ἐπιφωνολογίαν aliquando loqui teſtatur. Nos.* Idem *Philippi* Butacidæ Syracusis cuti meminit *ibid.*

Viri Principes.

Ex Familia Palatina.

Philippus, cognom. *Ingenuus*, Ludovici cognom: *Manſuetí*, Electoris, unicus filius, ſub tutela patrui Friderici I. cognom. *Victoriosi*,

Electoris, à quo adoptatus, fuerat, adolevit, quo mortuo ipsi in Electoratu succedit: habuitque dittionem, viris, quibus ac literis (doctrinæ recensionem, Rod. Agricola, Joh. Capnio, Jo. Dalburgius Episc. Wormatiensis, *Philippi* Cancellarius, Johannes Abbas Spanheimius, Jodocus Gallus, Jacobus Wimphelingius) florentissimam, fed bellum mox Bavaricum crefcentis familiæ remora fuit. Poftquam enim Georgius cognom. *Dives*, Dux Bavariæ, Ruperto cognom. *Virtuofo*, filio *Philippi*, unicam filiam Elifabetham elocaffet, ejam & per eam gentrium hæredes fuos ex affe teftamento fcripfit, quod Imperator, utin fraudem agnati Bavari contra leges factum, probare noluit, probante id licet Pontifice. Hinc duæ prius, utres fine bello perficeretur, ab Imperatore trientes dittionum Georgii, nomine tum dotis, tum prætenfionum, quas ab antiquo adversus Bavaros habebant Palatini, obtinere funt, ut tertia tantùm pars ad Albertum D. Bavariæ pervenirct: quas cùm Rupertus recufaffet, à Maximiliano I. Imp. ipfe primum & mox A. C. 1504. pater *Philippus*, quòd auxilium ferret, proferipti funt. Hinc omnibus, Chriftophoro Badenfi excepto, in Palatinos irruentibus, hisque ad Ratisbonam acri præfio fuperatis, Wirtembergenfis Dux Winsbergam, Maulbronnam & alia: Normbergenfes Altorfium, Hersbrugam, Lauffe'nam: Ingolftadium Bavarus: Haffiæ Landgravius Homburgum, Bickenbachii, Umftadium: Cæfar autem, quæ ab Imperio opplignorata erant, Palatinæ domui, & Advocatiam provincialem Alfatiæ, interpunt: Biponitno quoque agnato & Comitibus Leiningenfibus dittiones expertibus. Anno Domini 1505. in Comitiis Colonienfibus, ftrata prius apud Imperatorem Patri à Friderico filio vitâ, a Fr derico electi Saxon. *Philippus* ad Cæfarem addu tus, atque ab eo in gratiam receptus eft, fallo A. C. 1518. ut dicitur, fe Palatinis fecuffe injuriam & reftitutionem pollicito. Obiit Kal. Martiis A. C. 1508. Pater novem filiorum, inter quos *Philippus* Epifc. Frifingenfis ac Naumburgenfis & præter alios Ecclefiarum Præfules, Wolfgangus natu minimus cognom. *Sapiens*, qui Neoburgi natavit, Rupertus præfatus tertius natu, & natu maximi Ludovicus III. & Fridericus II. Electores.

Philippus, cognom. *Belliofus*, frater minor natu Ottonis Henrici Electoris, ex Electorali priore familia ultimi, A. C. 1559. contra Solimannum Turcarum Imp. defendit Viennam, memorabili fortitudinis fpecimine. Inde nomine Ferdinandi Regis Romanorum, Wirtenbergico agro præfuit, & Philippo Landgravio, cùm is Ulricum Ducem reftitutum vexaret, A. C. 1534. cum copiis occurrit, fed amifsa globo tormentario pedis calce captus eft. A quo reliquum vitæ in quiete transactum. De ipfe nuptiarum regiæ filiæ, & ob hoc itinere in Angliam clandeftino A. C. 1538. fufcepto ac Fridericiapud Cæfarem excufatione, V. Hub. Thom. Leodienfem. Literarum etiam, inter arma, cultor, obiit Heidelbergæ A. C. 1548. egregio ornatus Epitaphio. Phil. Jac. Spenerus *Sylloge Geneal. Hift.*

Philippus, filius minimus natu Friderici V. Electoris ac Bohemiæ Regis, legioni Equitum Lotharingicorum præfuit, præfidioque ad Retheim, quo Turcinus Princeps captivorum in Gallia caufam tuitus eft, cecidit, anno C. 1650. Idem nomen fuit filio minori natu Auguffi, Sultzbacenfis linex: conftitit: qui natus A. C. 1630. lub Lotharingiæ D. prima fecit ftipendia A. C. 1651. inde ad Succos tranfiit, inque in Polonia, Pruffia, ac Dania fidelem præftitit operam, conftitutus Julix Gubernator. A. C. 1659. verò in Friona fectus aci pratios, quo præcipuum robur Sueci exercitus perfit, mortuo Rege in Germaniam redit, profectusque A. C. 1661. Viennam, inde A. C. 1662. Venetias, in mari Ægæo claffi adfuit. In exercitu dein Cæfareo adversus Turcam Campi Marefcallus conftitutus, A. C. 1664. in conflictu ad Arabonempropæ Gotardi Fanum, examina fortitudinis fpecimina edidit, Idem. Item filio Wilhelmi Bavariæ D. *Wilhelminæ* linex conditoris, Epifcopi Ratisbonenfi ac Cardinali, qui præmaturo fato extinctus eft, A. C. 1598.

Philippus Ludovicus, filius maximus natu Wolfgangi D. Bipontini, Neoburgicæ linex auctor, dittionis hujus adminiftrationem, Patre vivo fufcepit, A. C. 1560. & feliciter geffit, optimi Patris *familiæ* nomen promeritus. Formulæ Concordiæ fubfcripfit A. C. 1580. eamque, ut erat Auguftanæ Confeffionis affe prime ftudiofus, eam in dittionibus fuis introduxit. Anno dein 1601. ipfius & Maximiliani D. Bavariæ auípiciis, præfentibus præter hos illius filio Wilhelmo & hujus fratre Alberto, Colloquium Ratisbonenfe collocutoribus hinc Heilbronnero, Ægid. Hunnio, Dav. Rungio: illinc Alb. Hungero, Jac. Grezero, & Adamo Tannero, de auctoritate ac perfectione S. Scripturæ, celebratum eft: actis in publicum emiffis. Poft hæc eidem controverfiis filiæ, cum Johanne Bipontino, nepote, ob adminiftrationem tutelæ, poft mortem Friderici IV. agnati A. C. 1610. manfit verò in fuscfione Bipontinus. Annos tandem 1614. conftematus nuntio de filii Wolfgangi Wilhelmi ad Latinos ritus tranfitu, vitâ exceffit, fepultus Lautingæ. Ex Anna Juliacenfi, unde pretenfio ei nata in Ducatus Juliacenfem, Cliven fem & Montanum, pater Wolfgangi Wilhelmi modò memorati, qui Neoburgicam continuavit: Auguffi, qui Sultzbacenfem & Johannis Friderici, qui Hiltpolftenfem lineas condidere.

Philippus Wilhelmus, filius Wolfgangi Wilhelmi præfati unicus, natus A. C. 1615. Parenti mortuo fucceffit, A. C. 1653. cum Electore Brandenburgico, ob caufam Juliacenfem, graves aliquot lites, quibus ad arma etiam devenitum, habuit: Suæ Religionis, quam à Patre accepit, acerrimus defenfor, exercitiorum equeftrium peritiffimus habetur. Cum prima ejus uxor Polonica, ob quam in Regis Polonix electione femel atque iterum confiderat merit, jteriis fuiff.: exalterâ conjuge Hafia, quæ in mariti gratiam fontificiis acceffit, numerofam fufcepit fobolem, haud pridem Leopoldi I. In p. focer factus.

Ludovicus *Philippus*, filius minor natu Friderici IV. El. Palatini, fratris Friderici V. fortunæ implicitus & ab Hifpanis omnidittione exutus eft. Tum ratio ejus, in Electoratu ad alium transferendo, neglecta, quòd in bello fraiti adhærens Legioni præfuiffet. Inde poft exilium dtcennale Regi Sueciæ victori, cum fratre, fe adjunxit atque ejus comitatu Aliquandiu vixit. Fratre autem extincto A. C. 1632. à Cancellario Succico Oxenftierna adminiftrationem Electoratus fufcepit; cujus ufus, obancipitem bellifortunam, minimè diuturnus fuit. Unde Metis & Sedani aliquandiu exul, demum pace Monafterienfi A. C. 1648. in fua eft reftitutus, cùmque controverfia orta eflet, cum Electore Carolo Ludovico, ea compofita & in Comitiis Ratisbonæ A. C. 1654. inveftitura Ducatus Simmerenfis ei collata eft. Deceffit Heroïni A. C. 1695. fucceffore filio Ludovico Henrico Mauritio Francifco, qui haud pridem deceffit impubis, Principatu ad agnatum Electorem devoluto.

Maximilianus *Philippus* Hieronymus, filius minor natu Maximiliani Electoris ac Ducis Bavariæ, ex Maria Anna Auftriaca, frater Electoris hodierni: Natus A. C. 1638. fuo nomine, ob Landgraviatum Leuchtenbergicum, in Comitiis Ratisponenfis fubfcribi voluit, A. C. 1654. V. Spenerum fupra laudatum in *Sylloge Geneal.*

Ex Familia Saxonica.

Johannes *Philippus*, filius Friderici Guilielmi D. Saxoniæ, Altenburgicæ linex conditoris, ex fecunda ejus conjuge Anna Maria Palatina, cum patrueli Johanne Ernefto Vinarienfi, quòd eo minor eflet, de fedis præregativa controverfiam habu t deinceps utriusque pro Altenburgicis pronuntiatum, A. C. 1607. Vinarienfibus in contrarium protefta ntibus. Inde in conventu fuit Lipfienfi A. C. 1631. demum obiit A. C. 1639. unicâ filiâ Elifabetha Sophiâ, uxore Erneffi D. Saxoniæ agnati, relictâ. Fratres ejus fuere Friderieus, qui in præfio ad Nordlingum cecidit, A.C. 1635. Joh. Wilhelmus, qui Saxonicas Electoratus copias in Silefia duxit, & Fridericus Wilhelmus, qui fratrum minimus, fed eorundem hæres, genuit Friderieum Wilhelmum.

Ex Familia Guelfica.

Philippus, filius Alberti D. Grubenhagii, Smalcaldico bello adversùs Carolum V. geffo adfuit, numerosâ fobole inclytus. Ex qua Erneftus, Princeps pius, conftans ac fortis fummusque *Philippi* Haffiæ Landgravii amicus, obiit A. C. 1567. reliqui fratres Wolfgangus & *Philippus*, ille A. C. 1595. hic A. C. 1596. defuncti terminantur lineam. Ex quidem hujus adhuc fpirantis arces aliquot Henricus Julius Brunfuicenfis familiæ Princeps, ftatimque eo extincto reliquam dittionem, excluíis agnatis, occupavit: unde plurimæ lites, de quibus V. Thuanum *lib.* 111.

Philippus Magnus, filius fecundò genitus Henrici cognom. *Junioris* D. Brunfuicenfis, linex Guelferbytanæ, Caroli V. in Smalcaldico bello miles, tum vicinis vexandis miniffer fuit: frater Caroli Victoris majoris natu & Julii. Obiit cum priore in præfio Sversshufano A. C. 1553. Ultimus verò Julius, inter alios, *Philippum* Sigismundum genuit, Epifcopum Verdenfem (ubi Coadjutorem fibi deftinavit Fridericum, poftea tertium hujus nominis Daniæ Regem) & Oslnabrugenfem, fpe etiam Mindenfem, ni Pater in conditionibus adimplendis nimiam traxiffet moram, V. Thuanum *lib.* 84. & 100.

Ex Familia Badenfi.

Philippus, filius Rudolfi Marchionis Badenfis, Hochbergicæ linex, ex Margareta Viennenfi. Cum agnato Chriftophoro Badenfi pactum hæreditariæ fucceffionis renovavit indequeultimus Hochbergiorum, moriens A. C. 1503. cum hæredem reliquit. Quam ex Margarita Sabauda fufceperat, filia Johanna, nupta Ludovico Aurelianenfi D. Longavillano, attulit ei Comitatum Novocaftrenfem & pretenfionem in Arau ionenfem Principatum. V. in voce *Johanna.*

Philippus, ex filiis Chriftophori Præfati, gratus Carolo V. Imp. ejus quoque vicarius fuit. Pater ex Elifabetha Palatina plurium filiorum, fed parùm vivacium: Frater verò Bernhardi, qui Badenfem lineam continuavit, & Erneffi, qui Durlacenfem condidit.

Philippus, filius Philiberti, ex Mechtilde Bavarica, nepos Bernardi prædicti fuit: ejus nomine Auguffanam Confeffionem, ab avo introductam, Marchionatu ejecere Bavari. Obiit, fucceffore patruele Edoardo Fortunato.

Philip.

Philippus Balthasar, Hermanni Badensis March. filius, ex Maria Sidonia Falckenstenia, frater Caroli Wilhelmi Eugenii, Ferdinandi IV. Rom. R. Camerarii.

Philippus Sigismundus, Wilhelmo March. Badensi, ex priori uxore Catharina Ursula Zollerina, gentus, æques Melitensis, ad Orbitellum in Tuscia cecidit A. C. 1647.

Ex Familia Hasdaca.

Philippus, cognom. *Magnanimus*, adde: Ex Christiana Saxonica filios reliquit quatuor, Wilhelmum, Ludovicum, *Philippum* & Georgium; inter quos provinciam sic dispertitus est, ut primogenitus semidem, nempe totum inferiorem Principatum & Comitatus Ziegenheinii potiora: Secundus Principatum ad Lanum & Comit. Niddanum (atque ita quartam partem) ex minoribus ille interiorem, hic superiorem partem Comit. Catimel: bocensis habuerit. Ex his Ludovicus & *Philippus*, qui olim obiere feuderis A. C. 1551. apud Regem Franciæ fuerat, Reinfelanicique tenuit, literis conjugia contraxere.

Philippus, Wilhelmi, Caselianæ lineæ conditoris, de quo supra, ex secunda conjuge Juliana Nassovia, filius, Danicis auspiciis militans, prælio ad Lutteram cecidit. A. C. 1626. Item filius secundo genitus Georgii præfati, habitans Butzbaci, in balneo ambustus miseriæ morte interiit, A. C. 1643. nullâ ex Margareta Diepholtia & Christiana Sophia Frisia conjugibus, prole relictâ. Frater Ludovici natu majoris, qui Patri in Principatu Darmstattino fuccessit.

Ex Familia Vandalica.

Philippus, Dux Megapolitanus, filius Henrici, ex secunda conjuge Helena Palatina, Patri successit; sed improlis successionem post quinquennium mortem sua ad Patrueles transmisit, A. C. 1557. Fuere autem illi Joh. Albertus, Ulricus, Georgius, Christophorus & Carolus, filii Alberti cognom. *Formosi*, qui frater fuerat Henrici memorati.

Philippus Ludovicus, filius secundo genitus, ex Maria Catharina Lunæburgica, Adolfi Friderici D. Megapolitani, Suerinensis familiæ conditoris, defunctus A. C. 1658.

Philippus I. Pomeraniæ Occid. Dux, filius Georgii, qui Wolgastensium ramum condidit, ex Æmilia Palatina, adjutus à Patruo Barnimo X. cognom. Pio, Principe Stettinensi, qui toto triennio audiverat Lutherum, in divione sua Papatu abolito formulam administrationis, per Joh. Bugenhagium conscriptam, publicari curavit. Cum eodem A. C. 1541. de divisione Principatûs & Ecclesiasticorum bonorum transigit. Obiit A. C. 1560. Pater ex Maria Saxonica plurium liberorum, æquibus Joh. Fridericus prudens A. C. 1576. Camini Episcopus electus Patri successit, Barnimi XI. Casimiri IX. qui sine prole decessere, & Bogislai XIII. qui Barri: ac Ernesti Ludovici, qui Wolgasti sede fixâ, familiam propagarunt. Hocenim natus *Philippus* Julius cogn. *Arumæus*, post literæ cum Agnete Brandenburgica matrimonium, decessit A. C. 1625. Illo vero plures genii, è quibus

Philippus II. Patris successor, à prudentia ac literis commendatur, Patri Francisco Episcopo Caminensi, quem à comitate commendant, hicque A. C. 1630. Bogislao XIV. familiæ totius Pomeraniæ ultimo, successionem reliquit. V. iterum Spenerum *libro sapius cit. in Familia Vandalica*, &c. Fuere quoque *Philippus* D. Holsatiæ, lineæ Sonderburgicæ, filius Johannis Jun. auctor rami Glucsburgii, à prudentia Oeconomica singularifer commendatus: Item filius minor natu Francisci II. Ducis Lavenburgici ex primo matrimonio Margaretæ Pomeranæ, qui Patrem morte sua A. C. 1605. præcessit. *Philippus* item Ludovicus ex filiis Alexandri Sonderburgici, Augustus tandem *Philippus*, Philippi Ludovici frater major natu, qui Initio duarum sororum Oldenburgicarum, postea Mariæ Sibyllæ Nassoviæ matritus, sub Hollandis stipendia egit; ut alios hæc quoque vice omittam.

Comites Principatûs, Nassovii.

Philippus, Everhardi Com. ex uxore Helfensteinia filius, Catharinam sibi Hanoviam junxit cumque ea arcem extruxit Solmensem, unde *Comitum Solmensium* prima origo. Hoc enim conjugio natus Otto primus Solmæ Comes fuit.

Philippus, Johannis Com. filius ex Machtilda Werneri Castellæ Com. filia) uxorem habuit Imaginam, Ottone Hannoviæ Com. genitam, atque ex ea suscepit Johannem, Canonicum Argentinensem, *Philippum*, Burggravium Kiburgi creatum, Ottonem, Gerlachum, Annam, Agnetem, Elisiæ ac Thuringiæ nuptiis illustratam. Fuit & *Philippus* Georgii Com. & Johannæ Barnerinæ filius, Præpositus Baurensis. Sed hi ex antiquioribus. *Philippus*, ex filiis Johannis cognom. *Seniores*, è priori ejus conjugio cum Elisabetha Landgravia Leuchtenbergica inito, natus Dillenburgi A. C. 1566. Heidelbergæ aliquandiu literis operam navavit, inde Lugdunum Batavorum avocatus, maturam Marti indolem militiæ vivis exemplis addiscendo commodavit. Primum fortitudinis specimen edidit in expeditione contra Alexandrum Farnesium Antverpiæ imminentem; Præfecturam dein Gorchemii, Worcumi & Lovenstenii, opidorum non longo intervallo ad ripam Vahalis fitorum & Magistratum Equitum, unâ cum Legionis sua, nactus, anno æt. 24. adu capiendæ hæreditatis cum Guilielmo Nassovio, Mauritii Principis nuncupatore, & Hollandiæ Ordinum Generali, Patruo, Patris Johannis Comitis, Nassovio-Siegenensis, Catzenelnbogici, Vianensis, Dietzensis, Hadamarii, Hardenbergici, Breda, Diest, Grave & Vianen Domini, Buren, Leerdam, Polanen, Zuylestein, Willoughby de Parham Baronis, Equitis Aurei Velleris, Ordinis Gallici Torquati, Belgici Leonini, Britannici Periscelidis Fœderati, Supremi Tribunalis Mechliniensis Præsidis, Consiliarii Status & Bellici, Camerarii Hereditarii Frisiæ, Capitanei Generalis Provinciarum Ultrajectinæ, Transisulanæ, Frisiæ, Groningæ & Ommelandiæ, Gelriæ & Zutphaniæ, Daventriæ, Hulthæ, Noviomagi, Arenarum Mauritio Principi navavit operam, è quibus ultimam, in præmium laborum, gubernandam & præsidio suo firmandam, accepit. Doctor postea a legionum Henrico IV. Gall. R. a Proceribus Belgii auxilio missus, in Rorhomago obsidendo fortem operam impendit; Ducem Parmensem, ad vicum Ranfonium, reliquias recolligentem, Regis impetum alacriter sequutus, fudit. Hinc domum reversus, in obsidione Stenvici Mauritio præsidio fuit cujus ductu sequente anno Gertrudenbergam cepit, fruitus Mansfeldio renitente. In liberanda postmodum Covorda & expugnanda Groninga fretum Mauritii comes: expeditionem, his defunctus, in agrum Lucilburgensem suscepit & junctus Bullonio Duci, terrorem hostibus non parvum injecit. Sed paulo post, dum fortius, quam felicius, cum Mondragonio dimicaret, vulneratus in bostium manus pervenit, à quibus Rhenobergam abductus, ibi ex vulneribus decessit, Arnhemii magnifice sepultus.

Philippus, fil. Ludovici Henrici Com. cui Dillenburgum fedes obtigit, ex Catharina Ludovici Com. Sayno Wirgensteinii fil. defunctâ A. C. 1651. unâ cum fratre Adolfo Canonicus Magdeburgensis, in Aula Electoris Brandenburgici aliquandiu hæsit. Obiit cælebs A. C. 1657. æt. 27.

Philippus, fil. Adolfi Com. Wisbadensis, ex Margaretha Hannoviensi, primus Comitum Wisbadensium fuerit reformationem amplexus est. Obiit A. C. 1511. ex Adriana (fil. Johannis Baronis Bergæ & Scaldini) Catharinæ (Comitis Reinfelanici nuptæ) *Philippi* (qui natus A. C. 1516. non fuit multi ævi) Margaretæ (Valfordiæ Antistitis) Adolfi (cui uxor obtigit Francisca fil. D. Limburg) Balthasaris (qui frateri successit) & Annæ Manialis. E' quibus Balthasar, ex fil Johanne Ludovico nepotem, inter alios, habuit Johannem *Philippum*, quarto ætatis anno defunctum.

Philippus fil. Johannis (qui ex Gerlaco fil. nepos Adolfi Imp. Weisbirgensem ramum orsus est) ex Anna Johannis Com. Sarepontani fil. unicâ, Patri successit. Obiit A. C. 1429. Pater ex Catharina Lotharingica (Friderici D. filiâ) Margaretha (Gerhardo Rodemarcensi nuptæ) & *Philippi* II. ex Anna dein Hohenlocâ, altera conjuge, Johannis Com. Sarepontani & Annæ (cui Georgius Hennebergicus maritus obtigit.)

Philippus III. dictionibus per annos 63. præfuit usque ad A. C. 1492. Ex uxore Catharina (fil. Emicionis Com. Leiningensis) suscepit Johannem, qui ante Patrem mortuus, ex Elisabetha Ludovici cognom. *Pacifici* Hassiæ Landgr. fil. Ludovicum reliquit, ad quem avitarum dictionum hæreditas & successio est devoluta.

Philippus III. præfati Ludovici fil. ex Margaretha (Adolfi Com. Nassoviæ Wisbadensis rami fil.) Patri defuncto A. C. 1523. successit. Obiit A. C. 1559. ex priori conjuge Anna (Alberto Com. Mansfeldio genita) Alberti ex posteriore Amalia Isenburgica (fil. Johannis Com. *Philippi* Sarepontani Com. Annæ Amaliæ (quæ Georgio Seniori Com. Nassov. D. Ilsenburgensi nupsit) & Annæ Amaliæ, Philippo Rhingravio locatæ, parens. E' quibus Albertus, Sarepontanam ditionem, post obitum fratris, denuo conjunxit Comitatui Wolfburgensi. Eo, inter alios, genitus Ludovicus, Patris successor, numerosam prolem ex Anna Maria Castellana, atque in hac *Philippum* quoque fil habuit.

Philippus, fil. Joh. Ludovici Com. Sarepontani defuncti A. C. 1541. Patri successit; sed eo fratreque Adolfo, sine hæredibus, defunctis, ditemina Sarepontanam Wolfburgensi, unde avulsum erat, denuo annexam est.

Philippus Guilielmus, maximus natu Guilielmi Princ. Arausionensis, ex Anna (Maximiliani Borræ & Leerdami Com. filia) prima ejus conjuge filius, obortis Belgicis turbis, ex Academia Lovaniensi, cui reus hujus privilegii, captivus in Hispaniam abductus 28. integros annos ibi degit. Tandem inde liberatus Patri in Principatu Arausionensi successit ex orem fibi ju xit Eleonoram, Henrici Bobonii Principis Condæi fil. ed nullâ ex ea prole successâ, obiit A. C. 1618. Moderatione animi, affabilitate, alios demerendi studio, inclytus. Et successit in Principatu frater Mauritius.

Philippus Wolffgangus, ex filiis Georgii Com. Nassoviæ Dillenburgici rami (Johanne Seniore genici) & Annæ Amaliæ Sarepontanæ: brevis ævi.

Johannes *Philippus*, prioris frater, Lutetiæ decessit anno æt. 17. Sedani sepultus &c. Cyr. Lentulus *Principum Nassov. Geneal. MS.*

Viri alii clari.

Philippus, rusticus, nutritor Alexandri Sev. Imperatoris. Occurrit apud Æl. Lampridium in *Vita hujus, Nutritor Philippus proavorum scilicet, unus ex rusticis, quod nomen Patri Alexandri Magni fuit.*

Philippus Corneus JC. Perusinus: Perusii, Ferrariæ & Pisis publicè docuit, & jura annos propè quinquaginta a pœtilus est. Nonnullis de Jure confectis Commentariis, ferè octogenarius decessit A. C. 1460. in urbe patria, Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.*

Philis-

Philistides Mallotes, nomen Historici seu Geographi, apud Plin. *lib. 4. cap. 12* de quo V. Salmasium *ad Solinum p. 169.*

Philistis, Poeta Mimicus, Tiberii principata, in Urbe clarissimus. Ejus meminit Callodorus *lib. 4 Epist. mis. Mimus etiam, qui nunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis cautela re perius est, ut ejus actus & nervetur in literis, quatenus mundum curis edacibus aestuantem, lasciviis sententiis temperassit.* Hieron. *Apol. c. Rufinum quasi mimum Philistionis & Lentuli ac Marulli strophum eleganti sermone confictam.* Amm. Marcellinus *lib. 30. Et Judices patuimur interdum doctos ex Philistionis & Aesopi cavillationibus quam ex Aristidis illius justi & Catonis disciplina productos.* V. quoque Eusebium *in Chron.* & in voce *Philistion Magnus.*

Philo, Oniae temporibus, librum *Sapientiae*, Salomoni tributum, condidit, de quo V. Vossium *de Idolol. lib. 1. cap. 31.* uti de *Philone* auctore libri *de Antiqq. Judaic.* supposititio *cap 30.*

Philocharis, Pictor nobilis, de cujus tabula, ab Augusto in Curia, parieti impressa, fit Plinius *lib 35. cap. 4. Idem in Curia, quam in Comitio consecrabat, duas tabulas impressit — Asterius admiratio est, puberem filium seni patri simillimum esse; sed vix ullius differentia, super modum aequalis draconum conspectu.* Philocharem hoc fuisse opus esse testatus est. *Immensa, vel unam si quis tantum hanc tabulam aestimet, potentia artis; cum propter Philocharem, ignobilissimas aliorum Glauciones, filiumque ejus Aristippum, Senatus Populusque Romanus tot seculis spectet.*

Philocommodus, puerulus, cujus mentio apud Æl. Lampridium in *Commodo*, multos à Commodo nici destinatos, tabulâ occidendorum arreptâ & cruentâ, liberavit. Locus Lampridii est, *Multos praeterea* (Commodus) *paraverat interimere, quod per parvulum quendam proditum est, qui tabulam ubi culo ejecit, in qua occidendorum erant nomina scripta.* Id est, *abjecit* vel *extulit*, ut habet Casaubonus. Vel, *per fenestram forte in locum inferiorem dejecit*, ut vellet Gruterus: nisi aliter doceret Herodianus, quem de puero & tabula oci idendorum pluribus agentem omnino vide.

Philocynegius, Graecè Φιλοκύνηγος, nomen canis venatici, in vet. *Epitaphio*, quod Pergami hodieque exstat, in haec verba:

Τοσσαχ᾽ ἐλαφείους ᾧ ἰχνι᾽ ἐπεύξατο θῆρες
Θηρσὶ τὸν Φιλόκυνηγον ἰδοὺς πεδ᾽ ἐμ.

Latinè hi reddi potest:

Philocynegus ego dicor: qui nomine dignus,
Sape gradu presti non renovantis eras.

V. Jac. Sponium *Itiner. Graeciae Part. 2. pag.26.* ubi tamen pro ᾧ πεδ᾽ ἐμὸ habet, quod corruptum videtur.

Philolaus Tarentinus, recensetur Vitruvio *lib. 9. cap. 9. inter eos qui Gnomonica vel Pergami quaedam reliquerunt*, apud Salmasium *ad Solinum pag. 630.* V. supra ubi de *Gnomonice.*

Philologia, quae alter *Grammatice*; una ex partibus Polymathiae, cujus reliquae partes sunt, Mathesis & Logica. Significat autem Polymathia illum disciplinarum orbem, quae ante Philosophiam addisci solent. V. Philonem Judaeum, Quintilianum *lib 1.* Clementem in *Strom. libris*, Origenem *in Philocalia*, Synesium *in Dion* &c. Porphyrius de his omnibus apud Joh Tzetzen *Exeges. Chil. 11. hist. 377.*

Διπλέσιος ἡ ἱστορικὴ μαθημάτων φαλὴ).
Ὁ κύκλος ἐν συμπέρασμα πάντων ἡ φιλολογία.
Γραμματικὴν, Ῥητορικὴν, αὖτις φιλοσοφίαν,
Καὶ τὴ τετρακτὸν ἡγεμόνα τὴ ὑπ᾽ αὐτὴ κεκμῆνον,
Τὴν δεκάδα τὴν, μουσικὴ, τὴ ἡ γεωμετρίαν,
Καὶ τὴ κυκλοκίνητον αὖτις ἀστρονομίαν,
Ἐγκύκλια μαθήματ᾽ ἃ ἐντέχνως τοῦτα πάντα,
Εἰς ἓν ἀγαγὼν Παιδείαν ἐκάλεσε.

Secunda autem circulares disciplinae vocantur.
Circulus enim conclusio est omnium disciplinarum;
Grammatices, Rhetorices, ipsius Philosophiae,
Et quatuor Artium subjacentarum,
Arithmetices, Musices, Geometriae,
Et earum ascendentis ipsius Astronomiae,
Circulares disciplinae, secundo hae omnes sunt:
Has scripsit Porphyrius &c.

Dispescitur vero *Philologia* in duas partes, quarum prior continet Artes sermonis formatrices, Gramm. sc. Rhetoricen, & Artem Metricam: Posterior historias enarrans, Geographiam, Chronographiam, Genealogiam & Historiam pragmaticam sive propriè dictam, complectiturque quibus omnibus accurate agentem adi Gerh Jo. Vossium *lib. de Philol.* Elogium ejus apud Erasmum *in Origenis vita* tale est: *Si quis dicat, Grammatices professionem nihili habere memorabiles: falsa, nimi fortè & artium fastidiosarum. Nec enim à Doctore tantum expectabatur destinationum, conjugationum & constructionis ratio; sed praeter sermonis elegantiam, praeter plurimorum Auctorum lectionem, praeter antiquitatis & omnium historiarum notitiam, requirebatur Poetices, Rhetorices, Dialectices, Arithmetices & Cosmographiae Musicesque notitia. Minore negotio tres Juris Doctores absolveris, quàm unum Grammaticum, qualis fuit Aristarchus apud Graecos, apud Latinos Servius ac Donatus.* Eandem omnes ponere fundorum fundamentum, pulcrè Palsius *lib. 1.* asserit: *Grammaticae, ajens, plus habet operis, quàm ostentationis; & nisi ea fundamenta alterum Artium feliciter jeceris, corruet quidquid superstruxeris. Nimirum ut aedificare valentibus prius est fundamenti cura proxima autem structura, ita etiam seres habet in doctrinarum studiis. Fundamentum autem pondi structura, sive varia eruditio: quam Philologiam dicimus, vel etiam Grammaticam. Quod nomen nunc commotus est, sed insipientibus: qui nescium putat habere momenti in re esse, quam promittat in fronte. Aliqui non de hac Arte scripsissent Ter. Varro & Julius Caesar: ille disciplinarum omnium cognitione nulli secundus; hic rerum gestarum magnitudine facile princeps.*

Philomela, adde: In mortem *Philomelae* avis, hoc Epitaphio lusit Lazarus Bonamicus ieu Alexander Ferratius, apud Licetum *de Lucernis lib. 2. cap. 57.*

Cecropios edocta modos Philomela canendo,
Attera qua Siren, altera Musa fuit.
Cui volucres circum mirantes carmina cunctae,
Cessere obitae, dum canit illa, sui:
Continuisq; gradum properans tum sepe viator,
Conflixit ipse flo & flumine Medoacho.
Delinit etiam ululis Progne cantus
Ad Stygios rapuit gaudia nostra lacus.
At Dominus tanta volueris perculsus amore,
Hinc doctis erexit digna sepulcra manu.

V. & Gerh. Jo. Vossium *de Idolol. lib. 3. c. 88.* qui & de *Philomela* carmine, vulgò Ovidio tributo, à Camerario quodam Christiano compositum esse docet *ibid cap. 49.* cui adde A. Schottum *Observat. Poetic c.52.*

Philonides, Alexandri M. cursor, cùm ex Sicyone Elim petebat, illud spatium, quod mille & ducentorum erat stadiorum, v. l. quod idem est, centum & sexag nta milliarium, novem diei horis confecisse; cùm verò ex Elide Sicyonem reverteretur, decliv. e licèt iter, ac per hoc brevius, non nisi quindecim horis emetiri potuisse, l. gitur apud Plinium *lib. 2. c. 72.* cujus causam Auctor iste hanc reddit, quòd cuuti cum Sole iter esset, at remeuans Solem obvium contrario praeverteret occursu. V. quoque de eo Solinum c. 1. & ad *eum* Salmasium *pag. 45.*

Philonome, aliis *Polybea*, altera Cyeni uxor, posiquam obiisset Proclea, ex qua Tenum & Hemitheam (nonnullis *Leucothean*) susceperat. Capta Teni seu Tenni privigni amore eum de stupro compellavit, illumque scelus averfatum, apud Patrem, tanquam vim sibi parantem, accusavit; qui calumniae temerè credens, filium illico arreptum arcae inclusit sicque praecipitavit in mare. Sed innocentis juvenis imitus Neptunus, & unus ejus, arcam ad Leucophryn insulam appulit, ubi Tennus benignè exceptus & pro Rege habitus, suo de nomine Insulam *Tenedon* appellavit. Ex Homeri Scholiaste *Il. a.* Plut. Ἑλληνικῶν, Heraclide de *Rebus pub.* Johannes Meurtius *Notis in Lycophronem, ad vers.*

Τυθέωσιν Φοίνικες λαιτμακρόβιον μόρον,
Variis loquelis alvei discrimina.

Philopappus, Consul suffectus, principatu Nervae Trajani, memoratus in *Inscr.* veteri, cujus adhuc quadam pars superest, Athenis in Mutaeo, ubi sculptus in marmore curtus triumphalis, statuaeque ejus ferens, praecedentibus iconibus quibusdam & sequente Victoria, etiamnum visitur. Ad pedem statuae legitur,

ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΒΗΣΑΙΕΥΣ.

Bisa enim, Atticae demo, oriundus erat. Ad dextram,

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΒΑΣΙ
ΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ

Quamvis enim Bisa natus, gente tamen Syrus & ex posteris Antiochi fuisse videtur, in cujus honorem *Atticadi tribui* nomen datum. Ibidem in columella semiruta *Inscr.* ista legitur,

C. IVLIVS C. F.
FAB. ANTIO
CHUS PHILO
PAPPUS COS.
FRATER AR
VALIS SVLLE
CTUS INTER.
PRÆTORI
OS AB IMP.
CÆSARE
NERVA
TRAIANO
OPTUMO
GERMANICO
DACICO,

V Jac. Sponium *Itiner. Graeciae Part. 2. p. 204.* & *segq.*

Philos, adde: Salmasius legi vult *Ilos*, quam Arrianus in Nearchi navigatione contra Persidem memorat, Ἔνθα χῶρός ἐστι λιμὴν καὶ νῆσος ἐπικεῖτο κ. ἱρώπις γίνεται, ὄνομα τῇ νήσῳ Καλλιστὼ, *Ilas locus, ubi portus ante insulam exiguam & deserlam sit, cui insulae nomen Calcantinus.* Ubi Ἴλαιον χῶρον vocat, non *insulam*, V. Salmasium *ad Solinum p.1181.*

Philosopha Anicula, Φιλοσοφοτάτη γραῖδιον, Marcus Antoninus Imp. Avidio Cassio dictus est, apud Vulcatium Gallicanum in *Vita* hujus: ita enim apud Scriptorem hunc Verus Imp. Epist. ad Mar-

ad Marcum: *Avidius Cassius avidus est Imperii — literas nostras videt. Te Philosophum amicum, nec luxuriosum morientem vocat.* Ubi non mutandum *Philosophum* in *Philosophum*, ut quidam faciunt: magno enim contentu ne *Philosophum* quidem Marcum appellabat Cassius, sed *Philosophum amicum*. Salmasius *ad I. Futeatem S.* Marcus, quem Jul. Capitolinus in *omni vita philosophatum vixisse*, & recentiores Critici *Philosophum* cognomento hoc ejus titulis additio appellare consueverunt. Idem φιλοσοφώτατος dicitur *Nov.* 22. & *Philosophiæ plenissimus*, in *Constitut.* quadam Latina. *Philosophi* enim epigraphen non esse veterem & nummi ejus & vett. monumentorum Inscriptiones liquidè docent adeoque Iapientissimus hic Princeps, jam inde à puero per omnem vitam Philosophatus, cùm ab antiquis Scriptoribus *Philosophus* legitur appellatus, *in omnibus id omnino*, non *fere*, & ille ipse Capitolinus ut Julium virum *felicem*, Augustum *felicem*, Caligulam *insanum* sæpe dicimus: Unde nec apud Capitolinum, aut Victores ambos, nec apud Eutebium ac Hieronymum, ulla hujus cognominis vestigia. Imo nec adeò multi videntur esse anni, cum invaluit hic error: Nam ex tot Chronicis, quæ vigente, priorum seculorum barbarie, hominibus illi erat istimis amor rerum veterum expetitæ, pauca meliora nos invenias, quæ in vita Marci tirulum hunc agnoscant: ne Robertus quidem Stephanus aliter: quam *Marcum Antoninum* (voluit dicere *Antoninum*) hunc nominat. Videtur aliquis scribere, ante hos ducentos circiter annos, cùm Xiphilini epitomem describeret, in titulo vitæ Marci de suo vocem illam adjecisse: quam vocem omnes postea Græci Latinique libratim temere retinuerunt. Sic etiam librorum Marci epigraphen eruditissimus Interpres censuit corrigendum: & tamen idem ultro κωφὸν ἐφώνει hanc suam lectoribus non dubitat imputare. Simillimum est, & quod apud Georgium Monachum observabamus: nam cum ille *Philosophi* cognomen non magis Marcio tribuat, quàm Eutebius; in ora tamen ejus libri hæc verba videntur annotata: Μάρκ Ἀυρήλιος ὁ φιλόσοφος: sed manu ita recente, ut vix annorum quinquaginta vetustatem scriptura præferat: cùm exemplar regium ante annos minimùm quingentos fit delcriptum, Cafaubonus *ad Jul. Capitolin. in Marco Anton.*

Philosophia, Pythagoræ γνῶσις τῶν ὄντων τοῖα ἔστιν, *Cognitio omnium quæ entia sunt*: Platoni *μάθησις ἀνάγκη, Meditatio mortis*: Aristoteli τέχνη τεχνῶν & ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, *Ars artium & scientia scientiarum*: Mich. Pselli *Cognitio omnium rerum per causas, quatenus humo eas natura lumine conlequi poteſt*; ex admiratione originem traxit, teste Platone in *Theæteto* & Aristotele *Metaphyſ. l.* 2. c. 2. Primùm autem exculta est à Chaldæis, ſi Ciceroni credimus *de Divinat. l.* 1. à quibus Babylonios & Assyrios eam accepisse, docet Aristoteles in τῷ περὶ τῶν & Sotion in *lib.* τῶν Διαδοχῶν, apud Laërtium. Sed ipſi Chaldæi ab Abrahamo edoctí videntur, cujus operâ primùm ad Palæstinos, sive Cananæos, postea etiam ad Ægyptios, *Philosophia* pervenit. Certè Abrahamum Eupolemus ait apud Eusebium, ᾠκῆσθαι Ἀσσυρίων Καλδαίων ὑφὸν, *Et Assyriorum & Chaldaïorum divinum Artem invenisse*: Eundemque cùm fame pressus in Ægyptum ſuccessisset, à Rege potestatem hactum esse conversandi cum Ægyptiorum præstantissimis, refert Josephus *Antiqq. Lib. I. c.* 8. ubi ante Abrahami adventum Ægyptios disciplinas has ignoraſſe, idcoque ad Græcos devenisse, auctor est. Ab eodem Judæi fuam hauſere *Philosophiam*, quam posteriores eorum dicere, à בקר *respere*, quia divinitus accepta, eamque derivare in בראשית *Berefith* & מרכבה *Mercava*, quarum illa agebat de corporibus cœlestibus ac elementalibus, in quo Salomon excelluit: ista de Deo ejusque cultu, cujus administrator ingens fuit Johannes Picus Mirandulanus. Ad Chaldæos ut redeam, ad eosdem accesſit Pythagoras, teste Porphyrio, & Democritus, teste Ælliano *Var. Hiſt. l.* 4. c. 20. Porrò ad Persas transiit *Philosophia*, auctoribus Magis, qui à Zoroaſtre inſtituti dicuntur, quantivis & Medis, Parthis, Sacis aliisque vicinis nationibus ſui fuere Magi, nec parùm à Persis quoque Græci mutuati sunt, quæ viz. ad Deos pertinent. Sicut Mathesin à Phœnicibus, Ægyptiis, Chaldæis habuere. Indos *Philosophiam* docuere Gymnosophistæ, quos Democritum quoque adiiſſe, tradit Ælianus *Var. Hiſt. l.* 4. ut & Pyrrhonem Eleum, Scepticorum patronum, Diogenes. Nec ignobilis fuit Phœnicum *Philosophia*, quibus à Judæis multa diſcendi occaſio fuit, sed & traditione nonnulla referuntur. Phœnices enim à Sidone, filio Chanaan, nepote Chami, Noachi pronepote, descenderuntſ habueruntque *Philosophum* insignem Sanchoniathonem, qui, Trojanis temporibus antiquior, Gedeonis Israëlitarum συγχρονος & familiaris fuiſſe creditur. Imò literas huic genti debere ſe Græci agnoſcunt, & numerandi scientiam; traxitque à Phœnicibus originem Thales, hujusque coævus Pherecydes. Pythagoræ Præceptor, auctor Italicæ ſectæ, ſua ex occultis illorum libris hauſit: Zeno quoq; Stoicorum princeps, inde ſuit oriundus. Nec ſua Phrygibus *Philosophia* defuit, quæ magis cognita eſſet, ſi extaret Democriti λόγος φυσικὸς, Laërtio memoratus. 9. Ex Asia migravit in Africam, ubi Ægyptiaca *Philosophia*, de qua jam aliquid supra, floruit, non tam Iside, Osiride, Vulcano, Mercurio, Hercule auctoribus, ut Ægyptii jactant, apud Diod. Siculum, quàm Abrahamo, ut dictum, Facitque ad *Philosophiæ* hujus commendationem, quòd Moïses in illâ dicitur πασὶ σοφὸς, Actorum c. 7. v. 22. quodque, priusquam Græci philosophiarentur, eò profecisſi consueverunt, ut ibi à sacerdotibus edocerentur. Præter eam ibi viguit Æthiopica, cujus gentis Doctores Gymnosophistas quoque vocat Hieronymus *in Esaiæ l.* 4. c. 13. eò nempe ex India profectos & Libyca, cujus auctor Atlas, multorum judicio Astrologiæ inventor primus & hinc humeris cœlum ferre creditus. V. Lactitium *in præfat.* Augustinum *de Civ. Dei l.* 8. c. 9. Diodorum Sic. l. 4. &c. In eadem Orbis parte, ſeculis aliquot poſt Chriſtum natum, ab Arabibus *Philosophia* magno usu excita, inde cum iis in Hiſpaniam trajecit &c. Ex Europæ Septentrionis antiquis maximè exstitere celebres, Thraces, qui à Zamolxi fuere edocti: & Celtæ ſive Galli, Druidis ac Semnotheis Magistris usi: Graci porrò, quorum primus Anaxagoras Clazomenius ex Asia ſchola translatus Athenas, V. paulo *infrà*, ut de recentioris ævi in Orbe Chriſtiano *Philosophis* in præsens taceam, Lectorem remittens ad Georg. Hornii *Historiam Philof.* & Gerh. Joh. Voſſium *opere duplici perraclantem Philosophiam & Philosophorum Sectas.*

Philosophia Barbarica, & primum quidem in Asia.

Barbarica *Philosophia* dicitur, quæ extra Italiam & Græciam tripliciter viguit. Et quidem, Chaldæi antiquiſſimum dicuntur Doctorum genus: diſtincti in Orchenos & Borſippenos, ut alias eorum divisiones omittam, Babylonii & Aſſyrii à Chaldæis fuere edocti.

Judæi *Philosophiam* ab Abrahamo hauſere.

Persæ, Medi, Parthi, Sacæ, à Magis ſunt eruditi.

Indos Philoſophiam docuere Gymnosophistæ, qui Gallis ejus erant: alii *Brachmanes*, à iis *Germanes*, interq; hos quidam *Hyubii* dicti, quòd in ſylvis degerent.

Phœnices, à Judæis compluta didicere, & Græcis literas, Arithmeticen aliaq; tradidere.

Ægyptii ab Abrahamo inſtituti sunt. V. hic *infrà.*

In Africa.

Ægyptii modò memorati primi hic *Philosophiæ* ſtudio floruere, magnumque antiquis temporibus Sacerdotum hujus gentis nomen erat, quod Strabonis tempore evanuit. Occultabatur autem *Philosophia* eorum allegoriis magna ex parte.

Æthiopes, Symnosophistæ de Augiis, V. Melam *l.* 1. *c.* 8.

In Europa.

Thraces, edocti à Zamolxi, cui cum Pythagora in μετεμψύχωσεως convenit. Coætera *Philosophiæ* hujus dogmata, ex Orphei doctrina cognoſci poſſunt.

Celtæ ſeu Galli Druidas habu-

Philosophia Græcanica & quidem priorum Fabulosa.

Mythica hæc ſeu fabuloſa *Philosophia* veterum fuit Poëtarum, ac præcipuè Homeri, magni Sapientiæ Antiſtitis: à quo multa Philoſophi poſteriores didicere ſcriptitq; Zeno Citticus, Stoicæ Sectæ ἀρχήγετες, Homericarum quæſtionum libros 5. ac Dionysius quidem arcana involvuntur Deorum Dearumque nominibus, & corum connubiis ac affinitatibus. Ad vitæ inſtitutionem referuntur

Non Fabulosa.

Ejus autem quitus erant tres Sectæ:

Jonica, quæ cœpit à Thalete Mileſio: è cujus ſucceſſoribus, ut dictum, primus ex Aſia Scholam Athenas transtulit Anaxagoras.

Italica, condita à Pythagora.

Elcatica, cujus primus auctor fuit Xenophanes Colophonius: Exhac Epicurea maximè profluxit.

Socratis, cujus *Philosophia* à Thalete manavit, diſcipuli quinque memorantur, qui novæ eſſent hæreſios Auctores. Hinc enim,

Cyrenaici, ab Ariſtippo orti: quæ ſecta poſtea diviſa eſt in

Hegeſiacam, Anniceriam & Theodoriam.

Eliaci, quorum princeps Phædo Elienſis; poſtea *Eretrici* vocati à Menedemo Eretrico.

Megarici, auctore Euclide Megarenſi orti. Academici, Veteres, quorum Plato prim⁹, mixtam docuit ex Heraclita, Pythag. & Socratica *Philosophia*.

Medii, quorti Auctor Arceſilaus.

Novi, Carneadis auſpiciis orti.

Cui triplici Academiæ quidam addunt quartam, à Philone & Charmida: ac quintam, ab Antiocho, Philonis auditore, fundatam. Sequentibus temporibus, qui Platonis inſiſtèrent veſtigiis,

pro Academicis *Platonici* dici maluere.

Peripateticorum princeps Aristoteles fuit. Cynicam secutam, quintus Socratis discipulus, de quibus supra. Antisthenes instituit. Stoicam sectam orsus est Zeno Citticus. Et hi omnes hactenus recentiori, dogmatici fuere. Academicis plerique exceptis. Pyrrhonia secta a Pyrrhone est condita. Dicti sunt item Σκεπτικοὶ, Ἀπορητικοὶ, Ζητητικοὶ, Ἐφεκτικοὶ, nonnulli.

A *Philosophia* dicti *Philosophi*, qui summo, ut par est, in pretio apud Athenienses fuere, ut ex his Terentii *Andriæ* constat:

Quod puerile, omnes facimus Adolescentuli,
Ubi animum ad aliquod studium adjunximus, aut equos aliave, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos.
Hi rum illi nihil egregiè præter cæteros
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Factum tamen est, ut *Philosophiam* aliquando docere Legibus sit interdictum. Sed Critiâ è triginta Tyrannis ferociffimo dedicatore illæ damnationis *Philosophi* gloriantur. Qui enim scit illum, intelligere potest, nonnisi grande aliquod bonum à damnatione, cujus in cæteris odia Socratis ferocitatis Lex fuit: Ἀφ᾽ ὧν τοίνυν οὗτοι ἐδιδάσκοντο, *Philosophiam ne quis doceto.* Ejus meminit Xenophon Ἀπομνημονευμάτων lib. I. Verùm ista Critiæ Lex, ut & reliqua omnia Tyrannorum reliquorum, posica abrogata est, iterumque *Philosophi* Athenis docere cœperunt, ut ex Terentii, qui Alexandrum expressit, verbis supra memoratis patet. Repertus est tamen & post illa Sophocles Suniensis Amphiclidæ filius, qui Critiæ æmulatus exemplum lege lata *Philosophos* Athenis iterum exegit, aut certè vetuit Scholam habere, ut ex Senatus Populique Athenaensis ita videatur: *Μηδένα φιλοσοφεῖν ἀκόντων τῶν βουλῆς καὶ δήμου· ἐὰν δὲ μὴ, δίκαιον εἶναι τὸν ζημιοῦν*, Nemo Philosophus Scholam habeto, *nisi Senatui & populo placuerit: ita videantur: Secus qui fecit, capitali esto*, apud Lactrium in *Theophrasto*. At nec hæc Lex diu obtinuit, nam aliquot post ἀντιφεγγόντως anno abrogata, ipsique adeò Sophocli multa talentorum quinque irrogata est, V. Sam. Petitum *Commentar. in Legg. Attticas lib. 3. cap. 11.* Nonne quoque (Fannio Strabone M. Valerio Messalâ Coss.) Senatusconsultum, an. 3. Olymp. 184. ab U. C. 592 de Philosophis & de Rhetoribus Latinis latum est, his verbis: *M Pomponius Prætor. Senatum consuluit, quod, verba facta sunt, de Philosophis, & de Rhetoribus, ne eæ res, quæ in Graia urbe, & maxime Athenis, ex eo, quod ibi otium esset, conserunt, uti. M. Pomponius. Prætor. ad id verba fecerat. Quæ. Q. uti. ei. è. Republica. sua. que. sua. videretur uti. Quæ. ne. ei. ex. sententia. cederent. Quæ. ea. res. videretur uti. Quæ. ne. ei. Reipublicæ. sua. que. sua. placent. ne. que. recta. videntur. qua. prætor. & filii. eius. eos. Indos. habent. & eis. qui. ei. nomen. imperantur. visum. est. qui. eos. Indos. habent. & eis. qui. ei. nomen. imperantur. visum. est. qui. eos. Indos. habent. & eis. qui. ei. nomen. imperantur. visum. est. quod. ea. res. bene. feliciterque. vertat. populo. Romano. Quiritibusque. Quæ. ea. res. bene. feliciterque. vertat. populo. Romano. Quiritibusque. ut. ostenderemus. illam. sententiam. nobis. non. placere. censuisse. ut. ostenderemus. illam. sententiam. nobis. non. placere. censuisse.* Neque illis solùm temporibus rudibus, nec dum Græcâ doctrinâ expolitis, *Philosophi* ex hac urbe pulsi sunt, verùm etiam Domitiano imperante, Senatus consulto ejecti atque Urbe & Italiâ interdicti sunt, quâ tempestate Epictetus quoque *Philosophus* Nicopolim fecessit. A. Gellius *lib. 15. cap. 11.* Occasionem hujus rigoris innuit Suetonius in vita *Domit. Junium Rusticum* (interemit, *quod Paeti Thrasex & Heluidis Priscæ laudes edidisset, appellatisque sanctissimas viros; unjus criminis occasione Philosophos omnes Urbe Italiaque summovit.* Nota quoque est Sulpitiæ Poetriæ Satyra, de edicto hoc & pertinente ad quæ Philosophiam habet *lib. 7. de Vita Apollonii Tyanæi*, ubi de Domitiano sermo est. Factum autem id fuisse anno 4. Olymp. 216. & an. 3. Olymp. 218. adeoque bisinis vicibus, notat Eusebius in *Chron.* Porrò & Antiochum ejusdem fui *Philosophos* ejecisse, legimus apud Athenæum *lib. 2.* & Lysimachum, apud eundem *lib. 13.* Epicureos etiam Mediceæ pulerunt, eodem teste *lib. 12.* & Celsiano *Hister. Var. lib. 9. cap. 12.* De Thebanis, Spartanis & Argivis ita Tertullianus in *Apologetico*, *Thebe & hus quibusdam quoque ejecta Philosophia, & Thebanis duce, à Spartanis & Argivis, dum ad unitra consuminantur.* V. Jac. Oiselium *D. Nonis in Gellium loca cit. &c.* & Insigne *Philosophorum* olim, crinem barbamque promittere & pallio uti præ longo. Unde Capitolinus in *Antonino Philosopho*, *Nam duodecimum annum egressus habitum Philosophi sumpsit & ultimos tolerantiam, cum maxime in pallio & hasni cubaret.* Narratque Suetonius in *Neron. Caroliniis lib. 3. cap. 21.* Julianum imp. viros congregasse, *circa Palatia, qui circumamicti pallio magis barbatos, quam Magistros pendebantur.* V. quoque insignem Luciani locum in *Icaro Menippo.* Debarba, notum illud Horatii 2. *Serm. 3.*

Tempore quo me
Solatus justit sapientem pascere barbam.

Unde *Barbati Magistri* dicti, Perlio *Sat. 4.*

Barbatum hæc crede Magistrum
Dicere, sorbitio tollis quem dira cicuta.

Cynici inprimis in hoc superstitiosi, quorum princeps Zeno inter alia sua & illud habuit: *Barbam, sine rasore, verissime incedendam. Eam autem optimam, quæ maximè prolixa.* Insidens pera, baculus, ac pallium rota supellex fuit, V. *supra passim.* A Latinis quæ Laurentius JC. *in Phædri fab. 6. lib. 7. versum*, quo in inanem & affectatam Philosophiorum quorundam superbiam invehitur Poëta, cum ait:

Ex us pontiver sapere, cultum vitiosorum.

addit, *Multiarum Philosophi habitu ipso, pallio, barbâ ad pubem usque porrectâ, crine, vultu simulque vocis obsequentia, incessu inanimato & argutiarum plenum & nihil ad virum ordinariam promerentem meminisse sapientiam in quibus barbam & pallium & contristicam frontem tantum qui intuerì potest, non Philosophum.* Locus ubi *Philosophi*, Rhetores, Mathematici, & omnium denique disciplinarum amatores, disputando, legendo ac docendo se exercebant, erant primæ Gymnasiorum partes, porticus nempe tres excedris ipatiosis refertæ: quas non longè ab aliis admodum viæ fuisse, tum ex figura Palæstræ, quam Hier. Mercurialis ex libris de *Arte Gymnastica* depromsit, tum ex Cicerone, tum ex Proverbio inde nato, *Diftum quam* Philosophum *audire malueris*, eos quin in eodem Gymnasio inter *Philosophos* sedentes, atque inde, discorum crepitus audientes, relictâ Sapientiæ schola, ad proximum certaminum locum erumpedant. Ideo autem excedræ *Philosophorum* tam prope reliquis Palæstræ partibus erant, quòd sæpe illuc veluti Scholæ quædam, ubi possent facilime, poli animorum exercitationem, corpora ad luctatem vel fortitudinem juvenes inter quæ exercere, fubiciendi lavari. Hæc enim Lampridius Alexandrum Severum, *post lectionem operam modò palæstræ, modò fphæriſterio, modò curſui, modò inctiis deditis, tum balneum intrâviſſe*, refert. Sunt qui & secundam Gymnasiorum partem *Ephebeum* dictam, Juvenum thudiis dicatam feribant, V. præfatum Mercurialem *lib. 2. cap. 8.* Præmia quod attinet, Jul. Cæsar non tantum fervos literatores immani pretio emit, deín manumisit: sed & honorem addidit, omnes liberalium Artium Doctores, qui libertis & ipsi Urbem colerent & exercerent appellarent, civitate donando. Ab Trajano postea, honor & dignatio tanta dicendi Magistris & Sapientiæ Professoribus, ut per eum ipiritum & sanguinem & patriam recepisse studia præcedent Plinius ac Juvenalis. Hadrianus omnes honoravit ac divites effecit: in summa familiaritate Epictetum & Heliodorum *Philosophos* habuit: Isidem, ut & Grammaticis ac Rhetoribus, Antoninus Pius per omnes etiam provincias, & honores & falaria detulit: fimvirique nume rum, quique quibus in civitatibus exhiberi publicè deberent, in cæteris Artibus, in *Philosophiæ* numerum non terminavit: quia rariores reperiebantur, fed hæreteslive disciplinas elegit, è quibus si darctur, omnibus aliquos probarent atque alerent, Stoicos, Platonicos, Epicureos, Peripateticos. Honorum loco præcipue immunitates & vacationes munerum fuere, de quibus *L. 6. §. 8. ff. de excusationibus*, Salaria, quæ è fisco Grammaticis, Rhetoribus ac *Philosophis* decreta, *ducenas & quinquas, 1. mille drachmas*, statuunt Lucianus in *Eunuchu*, Philostratus in *Theodoro*, Capitolinus in *Pio*, (ille à Marco, hic à Pio primum collatas scribens) ut Romanæ monetæ ad ferè aureos 400. sint nostræ coronati mille, Salmasius ad *Fitil. Aug. &c.* V. & Jo. Frid. Gronovium de *Pecunia vet. l. 4. c. 11.* & infra in voce *Professores*. Nec præterimittendum, *Philosophos* apud priscos Auctores non raro *ulsiorum* nomine venire, opponique iis, qui in Republica munus aliquod gerunt. Unde Cicero *de Offic. l. 1. Facilior & utilior, & minus aliis gravis aut molesta eſt vita Philoſorum.* V. quoque Livium *lib. 2.* Joh. Laurentius in *Phædrum lib. 5. fab. 1. versum*,

Quin etiam rediret, & ſequentia etiam &c.

Philoſophia, apud Isidorum *vita Monaſtica* dicitur, hanc enim is τὸν φιλοσοφίαν vocat *l. 1. Ep. 260.* Sic Majorianus *Novell. de Sanctimonial. Cùm hujusmodi diviſor ratio* Philosophiam *religioſamente ſuſcipiens, non cogentis imperio, ſed ſpontaneæ & maturæ deliberationis conpiratur.* V. quoque Joh. Saresberiensem *Policrat. l. 7. c. 21.* & *Vitam S.* Nili Junioris. Imò non nomen tantum, ſed & *Philoſophorum* veſtitum, utpote in Monasteria vertit. Constantinum transiisse diximus: & præter V. *vitam* Odilon Monachorum *ſatiram* fed & in genere *vita ſanctæ ſtudium*, item *Religionem Chriſtianam*, porrò *pallenium*, & tandem *diætam ſeu vivendi rationem* vox notat, apud Scriptores Eccl. uti pluribus docet Cl. Suicerus *Theſ. Eccl. voc. τὸν φιλοσοφίαν, & Φιλόσοφος.*

Philoſophus, inter cognomina Marci Antonini Imp. V. ſuprà *Philoſophia*. Item dignitas in Ecclesiis Canonicorum, eadem forte quæ *Philoſophi Scholarum* feu Scholaſtici Tab. Brivat. Ch. 383. *Signa Canonicorum. S. Mauricii Turonenſis Eccleſiæ, Gunarz Decani Raſnanni Archidiaconi, Adalardi Philoſophi, Benardi Comitis, Ricardi Executoris & aliorum Canonicorum* apud Car. du Freine Gloſſar. *Philo-*

*Philotis*ia, Gr. Φιλοτησία, Aristophanis Scholiasti *in Acharn. p.* 300. *Φιλία* dicta est ὁ διὰ κοινωνίαν ὧν δεῖ συμπότειν, *phalia, quæ dabatur in conviviis.* Hesychio πρόποσις δὲ ἡ διὰ κύπων τοῖς φίλοις, *Propinatio quædam post cœnam amicitiæ ergo.* Quem morem egregie describit Cicero *Tusc. Quæst. lib.* 1. ubi de Theramene, *Qui cum conjectus in carcerem triginta justu tyrannorum venenum ut sitiens obbiberet, reliquum fic e poculo ejecit, ut id resonare. Quo sonitu revocato videro, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ—Græci enim in conviviis sitiens nominare, cui poculum tradituri sint.* V. Stuckium *Antiquit. Convival.*

Philtra, quibus vis in amorem per vim inducuntur homines, ἀνάγκαι quoque & ἀναδούμενα Græcis dicta, ut ex Synesio discimus, qui καὶ ἀνάγκας καὶ ἀναδέσεις in amatoriis memorat. Unde & herba, cujus ad amatoria usus, Plinio *satanace* appellatur, quâ ad amorum veneficia Thessalas mulieres uti ait Dioscorides. Quo nomine eenus herbæ quibusdam venit, quam in amatoriis pollere nostri, alii seontopodium sic vocarunt, quod & ipsum ἐς ᾧ φίλτρα ἀγόμενα, in amatoriis ifiusmodi ἀνάγκαις utile, judicat idem Dioscorides. Sunt autem in *Philtrorum* generibus, ὦ ἀΐδιγα, *feu inanima*, ut *rrochi*, *pili*, *ungues & taniæ*; ὦ ζῶόντα, *seu plantæ animalia*, *radiculæ*, *herbæ*, *furculi* &c. & ὦ ζῶα, *animalia*, *suave*, *mascilli*, *pulli equini*; quos Lævius in *Apologia Apuleji*, quibus pleraque philtra describpit, *Hinnientium dulcedinem* appellat. Versus illi sic habent,

Antipathes illud quærito,
Philtra omnia unding, irrunt,
Trochus, pili, ungues, taniæ,
Radicatæ herbæ furculi,
Sauri, illices bicolulæ: Hinnientium dulcedines.

Ubi *trochus* τροχὸς est, rota veneficarum, alio nomine *rhombus* dicta, quam in hisce adhibitam nemo ignorat. Quemadmodum *pilorum* & *unguium* usurinam, ad φίλτρον, iisdem usurpatam, notum. De *capillis*, habes Appuleium *lib.* 3. Unguium præsegmina quoque adhibita novimus. *Saura* porrò, h. e. *lacertæ*, in amatoriis veneficiis multus usus, ut olim dit Theocriti φαρμακεύτριαι: dabantur autem illæ in pote,

Σαύρας τὰ τρίτονα κρωσσὸν ποτὶ σὸν λάρνακα θεῖν.

Bicolulæ idem Lævius eleganter appellat ἰύγγας, aviculas veneficarum, quòd caudæ affidua vibratione quadantenus duplicem eam faciant fiscuiæ duas videantur caudas habere. *Hinnentium* tandem *dulcedinem* hippomanes vocat, quod ab equa flatim, ac natus est pullus, rapiatur ac devoretur. Contra quæ omnia *Antipathes* quoniam efficerent. Sic autem vocant Græci, quidquid adversus efficacissimos & amoris faciendi artes Magicas potenter efficax est; idem quod ἀλεξιφάρμακον, nam φίλτρα sunt φαρμακεῖα. Proprie autem tic appellatum est moly illud nominatissimum, quo Mercurius Ulyssem munivit, adversus Circes effascinationes &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 942. & 943.

Philumene, pro Aristide mortuo. Narrat enim hic, qui Hadriani Imp. fere æqualis fuit, in *Sacrarum quinta*, & cum periculose ægrotaret, oratio monitum, Ὡς ἐν Φιλουμένης ὕπνῳ κεῖται Φιλουμένη ἡ ἀδελφὴ Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος, ἣν ἐκ τοῦ ἐν Ἰωνίᾳ Φιλουμένη, *Philumene in somno jacet Philumene soror Aristidis, rhetoris, quam ex Philumene Ionia.* Ubi *Philumene* nomen fuisse videtur, quod ab amoris φιλουμένου ratione inditum fuerit, de quibus V. Pitiscum *in Lexico Antiq. Rom.* Sic Ἀντιόπη, *Antiope*, Ἀντιοπεῖον, *Antiopeum*, Ἀντιοπίς, *Antiopis*, Ἀντιοπίδης, *Antiopides*, Ἀντιοπίτης, *Antiopites* &c.

Certè *libros Hadriani de vitâ suâ* Spartianus suprà jam citavit. Quòd verò Augusti hic libertus non fuerit, etiam hinc dicimus, quòd Olympiades suas deduxit usque ad ducentesimam nonam, quæ incidit in tempora Hadriani, & fœpius in libris suis Hadriani meminit, operumque publicorum ab Hadriano vel ædificatorum, vel instauratorum, uti ex Stephano discimus, ubi ait, *Θολίκωνα πόλις ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεσθαι Ἀθήνασι χρήσασα Ἀδριανὸν τὸν Ἀθήνας ἀναστήσαντα ἐν ἑκατὸν ἐνενηκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι πεντεκαιδεκάτῳ, Olympium, locus in Delo, quem exornentes Athenienses, similibus Hadriani, novas Athenas Hadrianas appellarunt, ut scribit ibi Phlegon Olymp. 15. &c.* V. Salmasium *ad eundem Spartianum.*

Phleos, seu *Phleum*, Græcè *φλέως*, herba palustris sine spinis, è qua vestes & retia texebantur, Jones *φλέω* dicebant. Unde *φλεώδεις* apud Herodotum *lib.* 3. Et *φλεώνη συνεχὲς* ac *ψιαθώδη* Euripidi, & *φλεώνινα*, Pollucis. Ad vittila cestæ & nexus utiliter effe, scribit Theophrastus *lib.* 4. *cap.* 11. ubi *ἀνθῆκαι* quoque illius. h. e. *lanuginosam panniculam*, ad tectoria inducenda, adhibitam fuisse, addit. Galenus etiam, qui in *Lexico Hippocratis* notat, *Phleum* verbatèo, hoc est, phlomo, simile esse & papyraceum, idem textum fictilibus oleariis circumponi, ut hodie buticula vitreæ circumtexto vimine muniuntur, scribit. *Φλεὼς, φλεῶδες δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἀγγείων φυτὸν, ὅταν τῷ κλαδεύσαντι περιτίθῃ ἵνα ἀσφαλὲς κομίσῃται.* Sed parum ad illum quæ hic adferuntur. Unde quòd stipa effet, amphoris vasisque fictilibus componendis, ne frangerentur, interponi solita, *σαθὴ* quoque dicta est. Tomentis porrò inculcandis inserviebat farciendisque toris, uti tychæ & aliorum palustrium lanugo. Quod *tomentum Circeiense* dicebatur, quia in Circo vænicbat, non quia in Circenfibus sibi id fubfterneban, ut cenfebat Turnebus. Verbo, ex cortice hujus herbæ tegetes, vela, vestes, funes aliaque vitilia texebantur; detracto cortice medulla interior, cinefis faciendis, cerâ circumdata: panicula verò ubibus adhibita, quos diximus. V. suprà ubi de *Papyro*, & infrà ubi de *Scirpo*, ictipuesnin Græcis *φλεὼς* est.

Phlogites, gemma *intra se quasi flammas, affluentes ostentans*, de qua V. Solinum *cap.* 37.

Phlyacographia, eadem cum *Ἰλαροτραγῳδίᾳ*, Mimilographice jocis cum variæ fuerint species ac nomina, apud varias gentes, Lacones *Δακωνικὸν* vocabant, qui populari & vili fermone historarum fuem imitabantur in hoc ludicro, aut Medium extermum, præcepta fuis agrotis dantem. Athenæus eos dem *φαλλοφόρους* à Sicyoniis vocari ait, ab aliis *αὐτοσχεδιάστους*, quòd ludicra non præmeditata ex tempore funderent, risus captandi gratiâ: ab Italis magnæ Græciæ, *φλύακας*. Rhinton Tarentinus *φλυακογραφίαν*, *ἢ τραγικὴ μεθοδὸς ὑπεῖλεν ὡς τὸ γελοῖον*, *Phlyacographiam*, *tragicum argumentum in risum vertens*: qui quidem hujus hilarotragœdiæ auctor Suidæ dicitur. Idem alii *φλύακας καταδῦσαι* interpretantur. Et fanè Xenophon antithesi materiarum conversationis & morum, quibus id hominum genus insigne erat. Primum autem *κωμῳδοποιῶν* aufpicatum esse Sotadem, ait Strabo, & post eum, Alexandrum Ætolum, pedestri utrumque fermone: hos sequuti sunt Lylis & Simus, unde *Σιμῳδεῖ* & *Λυτιμῳδεῖ*, de quibus Athenæus *l.* 14. qui *Σιμῳδὲς* eosdem cum *Ἰλαροτραγῳδοῖς* facit, adeoque *φλυακογραφοῖς*. V. hanc in rem Salmasium *ad Solinum p.* 108. & *hic passim*. Non omnis tamen *φλυακογραφία* minus fuit, nam Rhintonica fabula à mimo diffabat, quæ etiam *φλυακογραφία* dicebatur, fiut autem illa propiorac fimilior Atellanæ. Nam Latina Atellana à Græca Satyrica eo tantùm differebat, quòd in Satyrica Satyrorum fere personæ inducebantur, aut aliæ quæ ridiculæ: in Atellanis Oscæ, ut Maccus. Rhintonica autem est *Ἰλαροτραγῳδία* vel *Ἰλαρῳδία*; atque aliud est Satyricum drama? Propior verò mimo Magodia fuit, quæ uti *Ἰαμβεῖα* minùs gravis ac severa, quàm Tragœdia, sic ipsa Comœdiâ latè licivior obscœnioriqne, *Ididem. Ἀ φαλλικὸν, μιμικὸν, φλύακα, παιγνιὸν* &c. *γελοιαστὴν* &c.

Phoca, inter minora cete, talia enim *Phoca*, *delphin*, *hippopotamus*; sicut majora *Prisis*, *orca*, *balæna*. E' quibus *phoca* & hippopotamus pilos, pedesque & collum habent: at balenæ & delphini corium glabrum & pinnæ pro pedibus & pro collo fistula in fronte, quâ de superiore parte trahunt aërem. Anxiè itaque quærunt Interpretes, cur in his Poëtæ *Odyss. δ.*

Ἀλλ' ἐξ αὖ φῶκαι νίτατοι κεῖαι Ἁλοσύδνης,
φῶκαι δείδιασι νίτατον ἀνέρα ἐπειδὰν ἐκ θαλάσσης ἐξαναβῶσι καὶ ὑπὸ σπέος ἠεροειδὲς ἐκάθισαν ἀγελὸν πάντες ἅμα.

phocæ dicantur *νίτατοι*, *pedibus* cum phocis effe quadrupedes nemo refellat. Neque Poëtam id latuiffe, arguit verfus fequens, quo describitur *κεῖαι* ad *ἐξαναβῶσι*, *ἀγελὸν πάντες ἅμα* progredi, in promiscuum litus, pedibus nempe insitientes, quibus pisces qui carent, in terram haud quaquam migrant. Proinde aliis *νίτατοι* in loco sunt *πάντων*, *prælibus natus*, tanquam à *πώματι*. Aliis *νίτατοι* ex *κακῶς*. Aristarchus sunt *nepotes* feu *liberi pulcræ Halosydnæ*; quia quidam dialecto *νίτατος* est *γνήσιος*, unde Romanum *nepos*. V. Apollonium *Argonaut. lib.* 4. *vers.* 1748. Theocritum *in Encom. Ptol. Idyll.* 17. Eustathium in *Odyss. δ.* Rursus aliis *νίτατοι* hic iidem, quod *ἰχθύες*, quomodo pisces dici volunt, quia plerique carent ufu pedum. Bocharo verò *phocæ* ideo *νίτατοι* videntur appellari, non quòd nullos omnino, fed quòd valde exiguos habeant pedes. Ita in avibus cygni *πόδες* dicti funt, à brevitate pedum. Est autem *Phoca* five *Boca*, nomen ortum à *boatu*, ut scribit Festus: & certè enim boant aut mugiunt *phocæ* & balænæ, quam Rondeletius tam magno & contento sono mugire tradit, ut ab iis auditi possit, qui binis leucis absunt: cùm alia verè ac propriè gemant, ut delphin &c. Habent porrò *φῶκαι* ut & reliqua omnia cete propriè dicta, hac & mammas, Philos. *Hist. lib.* 3. *cap.* 20. *Τὰ κῆτα, πλὴν ὀλίγα ἃ φάλαιναι, ἀμαξία τρέφει ἡμέρας ἑκάστης.* Unde Oppianus *Halieutic. lib.* 1.

Νοῦ μὲν τὰ φῶκαι κρείσσονες ἠδὲ τέρειναι,
Καὶ μὲν τὰ μὲν ἐπὶ τε, καὶ ὑπὸ χθόνα γλάσσεσι.
Εἰσὶ γοῦν,
Nec minor est, quam phoca pio sub vectore vertit,
Prudis amor, mansæque pares & lactis in illis
Flumen habet.

Quo de prolis amore, ita Latinè habet Ioeus Philostrati *Apollon. lib.* 2. *cap.* 7. *Balænæ & phocæ & reliqua viviparæ quomodo non admiremur? Cùm phoca, quam Ægis ad venationes inciuium vidi, mortuum catulum, quem in carcere peperarat, tùm invexit, ut per triduum à cibis abstineretur, lucis omnium bellatrum voracissimæ.* V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* 1. *cap.* 7. Fabulosum verò quod de *phocis* Arabes scribunt, atque inter illos inprimis Alkazinius, qui *phocæ* caput spinis & spiculis armatum esserint, quibus eos ipsum confligat obvios, sed & naves ipsas perforandas, ut inter medias aquas tanquam fulmine percussæ ardeant ac consumantur: ita ut contra hanc pestem non aliud sit remedium, quàm ipsius *phocæ* pellis, quâ latera navium obtegi sit necesse. Quamvis enim apud Plutarchum *Sympos. lib.* 5. *quæst.* 9. *ἡ ἀκόντιον ὑπὸ γράμνα οὐ κεραυνοῦ ἢ φώκης τὸ δέρμα ῥῆξαι, οὐδὲ ὑφεῖναι*, *Fulmina neque phocæ neque hyænæ pellem penetrare attingere*: unde est, quòd *lilis velorum summitates nauta obducunt*, Ibid. *lib.* 4. *quæst.* 2. tamen, præter Alkazinium, nemo alius est, qui phocæ pellem opponat phocæ spiculis, quæ nulla sunt, ut illi testantur, qui belluam fæpius viderunt. Quod verò modò dictum, de pellibus *phocarum* confirmatur etiam à Plinio, *lib.* 2. *c.* 55. *Adsuluminis ictus parati, aliores fœcus suisSimus petunt, aut tabernacula à pellibus belluarum, quæ vitulos marinos appellant quoniam hoc solum animal ex marinis non pereutiant.* Hinc de Augusto Suetonius *c.* 90. *Tonitrua & fulgura paulo infirmiùs expavescebat, ut semper & ubique vitulo marino pellem circumferret pro remedio.* V. eundem Bocharum *Part. poft. Lib. VI.* *c.* 15. cui addo Vossium *de Idololatria lib.* 2. *cap.* 19. & 32.

Phocæa, adde: Sponio *Foja vecchia* dicitur hodie, celebris illa Vett. *Phocæa*, ad vici tenuis exiguitatem nunc redacta, 20. m. p. Smyrnâ distans. Nomen ei a *phocis*, quarum ibi captura ingens. Unde in nummo ab Philippo Imp. ab incolis cuso, canis expreffus vilitur & *phoca*, cum Inscr. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Sed & alium nummum, in cujus una pars caput Antinoi, cum voce ΦΩΚΑΙΑ, in altera cymba, supra quam duæ pileatæ, pileique Castoris & Pollucis, cum Inscr. ΦΩΚΑΙΕΩΝ, exhibet idem Jac. Sponius *Itin. Græcia Part.* 3. *pag.* 188. ubi gloriam illorum nauticam, quippe qui primi mercaturam per mare exercuisse & colonias in locis exteris deduxisse leguntur, hoc hieroglyphico indigitari, addit.

Phocæna, V. infrà *Thurfio*.

Phœbas, adde: Sagas hinc exponit *Phœbadas*, Scriptor ver. *Onomastici*, i. divinatrices, V. infrà in voce *Saga*.

Phœnice, adde: Philosophia quoque gentis magni olim nominis fuit, quam à vicinis Hebræis haufisse videntur, quamvis & traditione non pauca reservaruntà Sidone, filio Chananan nepote Chami, Noachi pronepote orti. Sacerdotum operâ in Historia scribenda asi leguntur, apud Josephum *c. Appion. lib.* 1. qui & quædamex Tyriorum Annalibus citat. De Theologia illorum, Phœnicia lingua scripsit Sanchuniathon Berytius, qui, antiquiori tempore Trojanis, quippe circa tempora Gideonis Ifraelitarum Judicis, cum quo ætate certatim colvisse dicitur, florens V. Porphyrium Tyrium *lib.* 2. *de Christ. & ex eo* Eusebium Pamphili *Præp. Evangel. lib.* 1. Isidem multa Græci debent, namque literas ab iis per Cadmum accepere, unde *φοινίκεια γράμματα*, i. *Phœnicia literæ*, V. Vossium de *Arte Grammat. lib.* 1. *c.* 10. Arithmeticen quoque, ut & alia. *Phœnix* etiam Ochus fuit, ut est apud Lærtium *in præfat.* & Thales, qui Jonicam Philosophiam condidit, à *Phœnicibus* traxit originem, five cum patre Nileo inde Miletum commigrat it, atque ibi civis factus fuerit, ut nonnullis proditum esse notat Lærtius. Sive Miletiorigo fuit, seu Phœnicia oriundus, ut alii malunt. Imò & Pherecydes, Pythagoræ præceptor, qui Thaletis fuit æqualis & auctor sectæ Italicæ, fuit haufit ex occultis *Phœnicum* libris, ut ex Suida discimus: necdefunt, qui putent dici Syrum, ut Strabo cum vocat, non à Syra Cycladum una: Sed Syriâ regione Asiæ inclyta, cujus pars *Phœnice*. Etiam oriundus inde Zeno, princeps Stoicorum, cùm Citium, Cypri oppidum, ubi is natus, Phœnicias habuerit leco. las, Lærtius *in Zenone*, quam ob causam non rarò *Phœnis*, *Phœnix*, *Pœnulus*, dictus est, teste Suidâ, & de eodem Cicero *de Finibus lib.* 4. *Tuus, ille Pœnulus*, ait, (*fils enim, Citiies dicimes tuos de Phœnicia oriundos*) *verbo versare cœpit.* Phœnices etiam ex eadem Secta pofteri, Antipater Sidonius, Diogenis Babylonii auditor

auditor ac successor ; & Antipater Tyrius , Catonis Uticensis Præceptor. Gerh. Joh. Vossius de *Philosophorum Sectis* , *cap.* 1. *&* 24. *usque ad finem.*

Phœniceus Color , in equis , Latinis appellatur , à colore palmitis palmei , qui *φοινὶξ* Græcis ; aliàs *fraxinus* & *badius*. Nam & *σπάδιξ* , termes palmæ Græcis. Sed & *φοινὶξ* hic color iisdem , & equus *φοινὶξ* Homero:

— — — *ὁ τ' εἶπ ἄλκιμος ἵππος φοινὶξ ἠΰς.*

Ab eo non paulum diversus alius color , *puniceus* Latinis , Græcis itidem *φοινὶξ* , sed & *φοινικοῦς* dictus : quos duos colores ex homonymia vocabuli omnes fere antiqui Scriptores confundunt, cùm tantopere distent. Quis n. vidit *puniceos* equos five coccineos , nativo ac suo colore ? At *Phœniceos* five spadices , quos *Badios* vel *Bayos* vocamus, passim videre est. A. Gellius , five Phavorinus , apud A. Gellium utrumque eundem facit(m) , *Nam Phœniceus* , inquit , *quem* τὸν *Græci φοίνικα dixisti , noster est & puniceus , & fpadix phœnici συνώνυμος , qui fictus Græcè noster est , exuperantiam fulvedoremq; fignificat ruboris , quales sunt fructus palmæ arboris. Sic non admodum mendòse , unde fpadici & phœnicei nomen eft. Σπαδικὸν enim Dores vocant ἀντὶ τοῦ ὁ palma terminum cum fructu.* Sed uti male miscet utrumque , ita utrumque à colore fructus palmæ nondum maturi dictum male scribit. Certè Libanius , in comparatione palmæ arboris & mali , palmulam nondum maturam *phœnicei* coloris esse dicit , hoc est , spadicis : maturam v. non unius coloris existere. Nam aliæ *puniceæ* sunt , aliæ fuceinæ , aliæ purpureæ , aliæ etiam candidæ. Nempe *phœniceum* neque diluti coloris est , neque nimium saturi : ar *puniceus* , coloris rubri vegetiffimi & exuperantissimi, id est, ἐξώλινος vel Gellio reste , qui tamen de *Phœniceo* hoc tradit, quod unicè puniceo competit , *lib.* 3. *cap.* 9. de equo Sejano : *Eum equum fuisse dicunt magnitudine invisitata , cervice ardua , colore phœniceo , flora & comanti iuba.* Quem colorem sub finem capitis explicans , *Hunc equum* , inquit , *Gabius Bassus visibile Argis refert haud crediboli pulchritudine , vigoreque & colore exuperantissimo , quem colorem nos , sicut dixi , Phœniceum* dicimus &c. Nisi dicas , cùm in omnibus coloribus fuus sit vigor & exuperantia , adeoque & equorum phœniceus color alius distinctior , alius saturatior , quem *Badium obscurum* Galli dicunt , hunc intelleuisse Gellium , sed (uti jam ex gradibus rubri coloris, quos percensuit Gellius , possumus intelligi in colorem , vigore & exuperantia rubri coloris cæteris omnibus præstantem , h.e. *puniceum* , quo colore nullus unquam equus natus aut visus est , nisi pictus fuerit &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1329. *& seqq.* Colori *Phœniceo* admodum similis est is , quem *castaneum* iidem Galli appellant ; qui in capillis præcipuè obtinet , qui rufi coloris. In nimium prefi , nec nimis faturi fant &c.

Phœnicicarche , ficut *Asiarche* , *Lyciarche* , V. *suprà.*

Phœnicon , apud Strabonem , jerpourtet Gallis , quo balsamum est , seu potius palmetum , in valle Jerichuntis , in quo regia & hortus balsami , nam *φοινικὼν* ille *λελήνιτο-* erat ἡ μετὰ κῆπον βασιλικὸν , plenus balsamitis. Josephus *lib.* 17. *cap.* 15. de Archelao R. *Ἀναιρεθεντὸς δὲ τῆς τ' ὠν ἱερατικῆς δωτέκνου ἐκπτώσεως , ἐπιστρατεύσας αὐτοῦ χώρᾳ Ἱεριχουντίνῃ τῆς καλλίστης φοινικῶνος , πλουτίου βαλσάμου ἐσπέρασε.* Hanc n. verbis hisce intelligi patet inde, quòd ibidem meminit τῆς κατὰ τὴν Φοινίκη πεδιάδος , *planitiei palmis consitæ.* Theophrastus eam *καλὴν* vocat. Justinus vallem esse dicit, *quæ continuis nemoribus palmarum amœnam & insitar castrorum ciuditur.* Additque , *in ea silva ejt ubertate & amœnitate insignis , siquidem balsamevo & opobalsamo distinguitur.* Quæ sylva omnino è *φοινικὼν* est Strabonis , 100. stadia b. e. 300. jugera longus , in quo hortus balsami duplex , quorum alter viginti *σταδίων* (h.e. 10. jugera) alter non paulo pauciora , continebat. Theophrasto teste. Et quidem horum major fenos balsami congios quotannis reddebat , cum minor vix singulis annis singulos congios impleret : quod idem addit , quia Plinius, minorem horum conferens cum majore , quem 20. jugerum esse vult , cum tantùm pauciorum jugerum fuisse , scribit. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 821. & 583.

Phœniconis Come , Græcè *Φοινικὼν κόμη* , h. e. *phœnicon vicus*, seu palmetum , non , ut alii malè legunt , *Φοινίκων κόμη* , *Phœnicum opidum* , apud Ptolomæum tractus est terræ in Arabia Felice , quem vocatis temporibus Saraceni excolebant , *Phœnices* dictus Syncopio *Perfic. lib.* 2. ubi de Saracenis proprio nomine fic apud Vett. dictis , *Τοιοῦτοι δὲ τὸν τρόπον εἶναι λεγόμενοι τοὺς Σαρακηνοὺς ἔχειν , οἱ δὲ τὴ φοινίκων ὠνομάσθαι τὴν ἰδιωτείαν , ἐπὶ δὲ ὁ φοινὶξ ὢν τὸ μεγέθει ἐπὶ χρόνῳ καθαπὲρ τὸν πολίτων , ὑπὸ δὲ τῶ παιρόντων ἄλλων ἀλλὰ ὅτι μὴ φοίνικας μόνοι φύονται. Hoc vero hiatus* (Arabici fimus , ubi urbs Elana) *flatim à Syriæ Palæstinæ finibus , Saraceni tenent , in Phœnicone ab antiquis habitantes. Est autem Phœnicon tractus terræ in mediterraneis fele longè latefq; extendens , ubi præter palmas nihil omnino nascitur.* Nempe qui proprie *Saraceni* dicti funt Vett. hic fedes habuere. Eratosthenes apud Strabonem Scenitas Arabes hic collocat : ita n.hujus de Arabia Fel. verba Latinè habent: *Tenent autem illam primi quidem post Syros Judæosque , homines rari operam dantes , post quos terra arenosa est & sterilis , palmas habens perpaucas & ſpi-*

nas & puteos effossos , quemadmodum etiam Gedrosia. Incolunt verò illam Scenitæ Arabes camelorum pastores. Sed vetustissimi , qui nomen Saracenorum ignoraffe videntur , Σκηνῖτας Ἀραβίους vocavere , qui exin *Saraceni* appellati funt : unde cum Scenitis Arabibus Saracenos non pauci confundunt ; namque & ipfi Scenitæ & Nomades. At Ptolomæus & Marcianus eos , licèt vicinos. diftinguunt : & Saracenos collocant circa montana Arabiæ Felicis *Ita Phœnicone* feu *Phœnicensis Come* , haud longè à Scenitis Arabibus , qui ibidem degebant , inter Felicem Arabiam Defertamque ; unde & *Saraceni* & *Scenitæ Arabes* , quorum ſpecies quadam illi fuere , iidem appellati. A' Posideo , quod in intimo receſſu Sinus Arabici , *Φοινικὼν* locum maritimum , palmis conſitum , ſtatim porrigi , Strabo ex Artemidoro & Diodorus affirmant ; qui idem omnino cum *Phœnicone* , quem priſcis Saracenis habitatum ait Procopius , eſſe videtur : ut & cum Ptolomæi *Phœnicensi come* , licèt in eius ſitu diſſentiat. *Φοινικὼν* enim Diodori & Artemidori inter Elaniten Sinum & Heroopoliticum under non procul Σαφηνοῦ πεδίου tradit Ptolomæus , ab Occidente montium Melanorum , versùs Ægyptum ; qui montes à ſinu juxta Pharan quaſi ad Judæam proteundutur : at *Φοινικὼν κώμη* eidem Pomponio in ora maritima , quæ μεῖα τῆ ὄρων τῶ τῆ Ἐλανίτη κόλπω , *Poſt Elanitem ſinum* , incipit , nec longè ab illa ora Saracenos ſtatuit. Quæ tum Auctorum diſſentientium inter enarationes. Sic *Ἄλσος κώμη* ibidem Ptolomæo recenſet non ſuo loco' , & diverſam facit ab opp. Elana , quam *Ἄϊλανον* , *Ἔλανα* & *Λάνα* , eandem urbem vocent Auctores. Mentio porrò hujus *φοινικῶν* , in Agatharchidis *Excerpis* &c. ut videre eſt apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 484. & 487.

Phœnicopastellum , V. ſuprà *Pastellum.*

Phœnix , Agenoris fil. addè : Frater fuit Cadmi , Cilicis & Europæ quam Jupiter rapuit. Solinus tamen Cilicem facit Phœnicis filium *cap.* 38. quem Andromedæ Europæ ejusdem filiam fuiſſe, nonnulli Vett. prodidere. Apollodorus, *Τὸν δὲ Ἀγήνορα φησὶν Ἀριστοφάνης , ἀδελφὸν Φοίνικος καὶ Κίλικος , quidam Europam non Agenoris , ſed Phœnicis , filiam eſſe dicunt.* Sed cùm Europæ fratres Cadmus & Cilix fuerint , qui Europam Phœnice genitam voluntate , etiam Cadmo & Cilici patrem eum affignare oportet Apud Hyginum *in Aſtronom.* Euripides Cepheum, Æthiopum Regem, Andromedæ patrem, filium eidem Phœnici tribuit , quem Belo adſcribit Apollodorus *Biblioth. lib.* 2. Certè Cepheæ & Phineæ fratres fuiſſe, plerique tradiderunt, at Phineæ Phœnice prodidit Heſiodus : Sic apud Scholiaſtem Apolloni , Phœnici ex Caſſiopæa Arabe , Cilicem , Phineum & Doryclam , natos eſſe, tradunt Aſclepiades. Antimachus & Pherecydes. Hellanicus verò Agenoris ipſius filium ſcripſerat eſſe Phinea : ita *Phœnix* frater fuerit Cephei , ut & Phineus. Certè inter procos Andromedæ , Cephei filiæ , non ſolum Phinea, fratrem ipſius Cephei , ſed etiam *Phœnicem* numerat Conon , nec tamen alia ipſis conſanguinitate junctum eum memorat : Ut in fabulis veritas ſibi nunquam conſtat. Secundùm Phœnicum ſententiam , Cepheus & Phineus fratres , *Phœnicis* filii , & Cepheus in Phœnice regnavit &c. Quòd autem ab hoc *Phœnice* regioni nomen , non placet Salmaſio ; qui *Φοίνικες* , Phœnices , à Græcis dictos vult , à colore tincturæ , quæ ibi primùm fuit reperta. *Φόϝ-ν cædes , unde φοίνϝ-ος cruentus , ſanguinarius , & hinc ruber* feu *puniceus.* Verbum inde *φοινίσσω , cruento , ſanguine inficio.* Homerus , unde

—— *φοινίσσεν δ' αἵματι γαῖαν.*

Et hinc , *rubro colore inficio* : à quo demum *φοινὶξ* , quod idem cum *φοίνιξ*. Atque ab hac ei origine Græci veteres , eam Syriæ partem , in qua purpura optima tingebatur , *Φοινίκην* videntur appellaſſe , & *Φοίνικας* , Tyrii & Sidonis incolas, unde præſtantiſſima purpura Tyria , quæ & *Sarranica* Latinis , quia *Sar* olim Tyrus. Eosdem *φοινὶξ* dixerunt , unde *Pœni* , quos *Sarrâ orinndos* , h. e. Tyro , ſcribit Ennius. Servius , *Pœni , qui ſaltuoque φοινὶ , & Gloſſæ , Pœni , Ἄφροι , Φοίνικες &c.* Ut ipſum *Φοίνικας* & *Μαῦρους* , à colore vultus , quòd nigri eſſent , Græci appellaverint (*Nilus* n. antiquâ Græcâ linguâ *niger* eſt , ut & *Mauros* ſic à colore tincturæ , *Phœnices* ; non verò à *Phœnice* Agenoris filio , ut in talibus fingere ſæpe ſolent. In cujusmodi commentis priſcos imitantur etiam recentiores Græculi , qui *Αἰμίλιανὸν* , vocabulum mere Romanum , ab *Αἷμα nome* factum , ipſi ab *Αἰμιλιανοῦ* quodam , qui primus in illis locis regnavit , arceſſunt &c. V. Salmaſium *ad Solinum paſſim , inprimis pag.* 1329.

Phœnix , avis , addè : inter mundanæ converſionis , (quales octonæ ſtatuuntur , pro octoni ecclì orbibus , ſeptenis quidem planetarum , uno autem ſtellarum fixarum) prodigia (quale inter alia fuit ſonus tubæ acutus ac lugubris , claro ac ſereno cœlo , omnium cum horrore , audirus , tempore Sullæ , Plut. *in eo*) etiam *Phœnicis* conſpectus habitus eſt. Plinius *lib.* 10. *cap.* 11. *Cum hujus alitis vita , magni conversionem anni fieri ; prodidit Manilius , iterumq; ſignificationes temporibusque ei ſiderum eodem reverti.* Solinus *cap.* 36. *Cum hujus vita magni anni fieri conversionem , ratia fides eſt inter Auctores.* Otus Apollo *lib.* 2. *cap.* 57. *Λέγουσιν γὰρ οἱ πολυγράφοι βαδίζειν αὐτὸν φοίνικα τῶ ὁρίου ζωγονεῖσθαι αὐτὸν , γῆς ὅτι γίνεται , ἀκαταλήπτους χρόνου περιόδους , Inſtaurationem diuturnam , & quæ poſt multa ſæcula , volentes inda-*

tare (Ægyptii) *Phœnicem avem pingunt: hic enim dum nascitur, rerum vicissitudo fit & innovatio.* V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idol. lib. 2. cap. 47.* In Xenfia quoque hodie Sinici Imperii prov. urbs eft *Fung Chang*, quod nomen illi a *Phœnice* ave, fivevilla, quam Sinæ maximæ felicitatis putant & non nifi rariffime videri ajunt: *Fung* enim avis, *Cang* felicitas. Pinguit illam mira colorum varietate infignem, ac præcipuam mitis modis, femper folam, neque unquam, nifi fauftiffimo totius Imperii omine confpici, affirmantes, tapetes quoque veftefque pretiofiores ejus icone exornant, Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ, cap.* 37. Sed de ave hac commento occafionem præbuit ambiguitas vocis *Phœnix*, quæ & *palmam* arborem, & *phœnicem* avem (fi aliquis eft) fignificat, in verfione LXX. *Pfalmo* 91. *vers.* 3. & Jobi *cap.* 29. *vers.* 8. quo utroque in loco tamen *palmam* indigitari, accurate Bochartus probat. Inprimis autem hinc nata fabula, quòd palmæ quandam fpeciem ferunt mortuam ex fe renafci. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. *In meridiano orbe præcipuam in palma obtinent nobilitatem Syagri, proximanq; margaritides. Una earum arbor in Chora eſt traditur, una & Syagrorum. Mirumque de ea accipimus, cum phœnice avi, quæ putatur ex lustris palmæ argumentis nomen accepiſſe, mori ac renasci ex ſeipſa, eandem, cum hæc prodeunt, fieriſilis.* Ubi *Chora* forte eſt caſtrum *Chor* in Armuzii Regni finibus, ad prom. *Sfacalath*, quod à Syagris dactylis Vett. *Syagrum* dixere. Quòd ab incolis autem creditum, ibi palmam ex fe renafci, in cauſa loci fertilitas eſt, ex qua factum aliquando, ut ex cadente ſurculo vel palmula, altera palma in prope deficientis locum pullularerit. Unde ad cognominem avem translata tandem fabula eſt, ut ſæpe ex leviſſima occaſione portenta narrationum naſci videmus. Quod enim Martianus *Capella lib.* 2. inquit, *ante omnes nobilem in Arabia phœnicem, haud ſcio an fabulosè.* Et haud dubie convivis ſe ridendum propinavit Heliogabalus, cùm iis *phœnicem* promiſit, *vel pro ei libras auri mille, ni in prætorio eam dimitteret*, id eſt, in urbana villa, ut rectè interpretatur Vir magnus *ad Lamprid.* Nec eo fuit ſapientior Æthiopiæ Rex, qui in literis ad Romanum Pontificem, *phœnicem* in ſuo regno nafci jactavit. Quamvis multo antè idem ſcripſerint Philoſtorgius *lib.* 3. &, qui cum Equitan, Nicephorus *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 20. Sed & Clemens VIII. quem, ſeculo tam oculato, Hibernis in Elizabetham Reginam rebellibus, A. C. 1599. pro magno munere miſiſſe *phœnicis* plumam, ſcribit Camdenus *in Hibern. pag.* 783. ſine dubio deceptus eſt. Quòd verò Scaliger *Exercitat.* 233. in mediterraneis Indiæ reperiri *phœnicem*, incolis *fomenda* dictum, ait, ut etiam legere eſt in Nic. Contii *Navigat.* & apud Cardanum de *Subtil. lib.* 10. quibus accendit Arabes aliquot ſcriptores, ſecundùm quos *Semendal avis Indica eſt, quæ in igne non comberitur*: ipſum nomen retegit hanc fabulam & perſonatæ avi larvam detrahit. Quis enim eſt qui non videat *Semendal*, vel, ut alii ſcribunt, *Semendar*, eſſe ſalamandram, quam in igne vivere, conſtans fama fuit apud Vett. Quin Zoroaſter in *Geoponicis lib.* 15. eam igne ſcribi generari. Imò, ut aliquo pacto excuſes illorum ſimplicitatem, qui lacerti ſpeciem in avibus cenſuerunt, è Græcis Phile, ſalamandræ alas, quibus in ignem involat, hoc verſu adcribit:

Καὶ θήρειον ἀνδρὸ, πῖλῳσιν ἔχεν σκέπλον,
Τευκεσὶ, μέλεον & γυμνὸν ἀτάρνων ἕκας habet.

Et paulo poſt:

Τὸ καὶ ἐν πυρὶ ἡ φύσις τὸ πάμφαγον,
Ἐρίπτωσιν δὲ κ᾽ διώκει τὸν ζέοντ.
Flammæ vorantes omnia ipſa non timet,
Quadq; ardet ignis, maximè in rolas & rrit, &c.

Nec omittenda hic rationes, quibus Auct. Schottus *Peripatet. Diatr.* 13. fabulam de *phœnice*, præter dicta, hoc modo refellit. 1. Quòd tam parùm ſi fibi conſtent, qui illam tradunt, ut nihil habeant, in quo poſſis tutò pedem figere. 2. Quòd nemo ſit, qui profiteatur verum *phœnicem* à fe eſſe viſum. 3. Quòd Deus in *illis* Jobi *capp.* in quibus majeſtatem & potentiam ſuam commendat ex Naturæ operibus, hoc non ſuiſſet omiſſurus, quod præ cæteris eſſet inſigne. 4. Quòd nec Paulus, de reſurrectione mortuorum ſuæ diſputans, 1. Cor. 15. rationem tam obviam præterviſſet intactam, præſertim apud Corinthios, quibus noviſſimum erat, quidquid de hac ave jactatur. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. lib. VI. cap.* 6. Totum igitur hoc de *phœnice* ſymbolicum eſt. Et quidem Clemens *Strom.* 'Ο αἰγυπτιὸς, inquit, ἀσρολογίαν τε μετὰ χεῖρας ἡ φοινικὶς ἀσροσοφίας ἔχων σύμβολα, *Horoſcopus in manu habens aſtrologiæ ſymbola, horologium & phœnicem*: Apud Ægyptios vix, quorum tota ſapientia in ſymbolis conſiſtebat, *phœnix* Aſtrologiæ fuit hieroglyphicum, quia ejus vita fieri credebatur magni anni converſio, ut dictum. *Hinc in Hori Hieroglyph.* Ὅταν ἐνὶ ὁ φοινὶξ ἀναβιῶσκω, *Phœnix eſt Solis ſymbolum.* Et Joh. Gazæus in *Ecphr.* poſtquam hanc avem docuit renaſci è ſuo cinere & tanquam orbe decurſo perpetuò redire, *Hoc*, inquit, *Solis circulare ſignum eſt, Ὅτιν τὸν αὐτὸν ἀεὶ διαφορεῖ*, ut alia omittam. V. quoque Salmaſium *ad Solinum pag.* 547. & ſeq.

Phœnix, Græcè Φοῖνξ, inſtrumentum Muſicum, cithara, apud Herodotum *Muſa* 2. Καὶ ὄμως τῶν τὰ κέρτα τοῖν φοίνιξιν οἱ ἄρχιες πεποίηνται. Quem locum peſſimè intelligunt Interpretes, qui de *Phœnicibus* populis accipiunt, aut de *palmis*. Φοῖνξ hic cithara eſt ieu inſtrumentum Muſicum, quod πηχυς, h. e. ἀγκώνιον, *cubitus*, habuiſſe, conſtat ex Athenæo. Fiebant autem illa ex cornu orygis, uti docet Herodotus. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 223. & ſupra, ubi de *Oryge*.

Phœnix Redivivus, V. ſupra *Metallica Plania*.

Phollis ſeu *Follis*, Gr. Φόλλις, feu potius φολὶς, unde per *i.* unicum ſcribendum, ut in Euſebii *hiſt. lib.* 10. *cap.* 6. verbum eſt originis Hebraicæ : פּוּלִס *pholes* enim idem illis, quod שָׁקַל, *ponderare*, atque ut ab hoc fit *ſictus* vel *ſicut*, vox παρὰ τὸ σταθμὸν, ſic ab illo φολὶς, *Pholis* vel *Follis*, vox itidem latiſſimæ ſignificationis. Sed pro minutæ pecuniæ genere, non Latini ſolùm & Græci accipiunt, verùm & Hebræi, ut docent Critici Judæi, atque Arabes etiam : imò omnium minimæ pecuniæ genus *Folles* fuiſſe, hinc patet, quòd apud Calculones follis idem erat, quod apud Arithmeticos *μονὰς*. Non dabatur ſectio monadis, nec follis ac viginti quatuor follesaeris, de his enim balthenus, unum denarium argenteum, qui *milliarenſis* dicebatur, efficiebant ; duodecim autem milliarenſes aureum unum: quo pacto ducenti octoginta octo folles inerant in uno nomiſmate. Nempe ſub Juſtiniano & poſt Juſtinianum Imp. nam ante ipſum diverſa follium ratio fuit. Sub Conſtantino atque etiam antè, *Folles* dicebantur ſeſtertii : unde Hefychius quadrantem eſſe dixit, τὸ τέτραβολὸν τὸ φόλλιν, intelligens *quadrantem* de duabus drachmis, quarum octo in uncia ; ſeſtertium autem æreum nuncialem fuiſſe, ſicut & follem, conſentiunt Auctores. Sed non ſemper pro ærco nummo *follis* uſurpatus eſt, verùm etiam ſummam aliquam vel auri vel argenti vel æreæ pecuniæ deſignabat. Ut *Follis*, quem pendebant Senatores, in Senatoribus primæ claſſis octo auri libras ſignificat ; in mediocribus, quatuor ; in infimis verò, duas, quæ ſummæ *Folles* dicebantur & *follem pondere* dicebatur, qui octo auri libras, aut quatuor, qui duas pendebat. Gloſſæ Nomicæ, Ἐτὶ δὲ τὸ τετρᾶβολὸν φόλλιν λέγομεν, τὸ πενθέτιμον λίτρ φόλ ἕχουσι τὰ τετρᾶβολὰ δηνάρια, ἤτε διὸν φόλλιν κα τὰ τὸν ἀξίωμ κ τὸν τοιαῦτα τὸν ἀκολέθως. Nam, ut faceus auri, ſporta auri, ſic *follis* auri, de certa auri quantitate dicebatur: *Follis* enim & *faccus* & *marſupium* idem. Martialis,

——— *decem Scorpius*
Ferventis auri vicit auferas faccos, &c.

Salmaſius *ad Lampridium Heliogab.* V. quoque ſupra, in voce *Follis*. Non omittendum tamen hic paucis indigitare, quòd *Phollem*, ſub Theodoſio Jun. tributum emulorum, ab eo Conſtantinopoli conſtitutum, quòd his ſibi in bello opus eſſe diceret, referat Joh. Calvinus *Lexic. Juridi.*

Pholoë, equa jugalis, in curru Admeti, apud Statium, ubi de ludis Argivorum equeſtribus,

Nominibuſque cies Pholoën *Admetus & Irin*,
Funalemque Thoën.

E' quo loco dicitur, non *quadrigis*, ſed *trigis*, contendiſſe Argivos : unum, modo funalem equum, Thoëm viz. duobus jugalibus, quales reliqui erant, jungit Poëta. Et habet trigarium in curuli certamine mentionem vetus *Inſcr.* quâ Dioclis agitoris palmæ numerantur. Sed hæc de re infrà dicendi locus erit.

Phonaſci, dicti ſunt Moderatores vocis & Magiſtri, qui eam intorquere, mittere, lenire, exaſperare docebant & ſuppilantare ; memorati Suetonio *in Nerone*, *Neq; quicquam ſerio jocoque egit, niſi aſſiante Phonaſco, qui monere, parcere arteriis & judarium ad os applicare.* Hos eosdem quidam eſſe volunt, cum iis quos Tertullianus *de Pall.* vocat *primos vocis Edomatores*, *cap. ult.* Sed *Phonaſco* pueros olim dediſſe operam, non eſt veroſimile, inter prima illa rudimenta literarum, niſi ſi qui Cantores Tragici vellent eſſe, aut Comœdi. Soli quippe Cantores, Præcones, & ſi fortè etiam Oratores, *Phonaſco* vocem ſuam & formandam & exercendam dabant. Quinimo *Phonaſcus* etiam *Vocalis* dicebatur & *Cantor. Gloſſæ, Φωνασκὸς, Vocalis.* Nam vocalis eſt, qui voce ſuâ canit. Eædem, *Φωνασκὸς, Vocipararius.* Is erat Magiſter formandæ vocis, Ὁ καλέτιν φωνὸν dicebatur. Unde & καλέτιν vox quæ *πλέον* accepit, & quæ bene formata eſt. Quo ſenſu *plaſma* apud Quintilianum accipitur & apud Perſium hoc verſu,

——— *Liquido cum plaſmate guttur*
Mobile colluerit.

Id eſt, quum liquidam & ἐυκλυες vocem, per lævę guttur, elinquaveris, ut alibi loquitur :

——— *Vatum & plorabile ſi quid*
Eliquat & tenero ſupplantat verba palato.

Quintilianus *lib. 9. cap. 3. Sed ut communiter & Phonascis & Oratoribus necessaria est exercitatio, qua omnia convalescunt: ita curæ non idem genus.* Ubi *Phonascus* est Cantor & qui ad cantandum vocem sibi parat. Sed pueris, qui primis literarum elementis imbuebantur, nihil cum *Phonasco.* Itaque *primus Rutilorum vocis* apud Tertullianum, *edomare vocem*, vel, ut alii legunt, *enodare*, seu nodos vocis solvere recte dicatur, præsertim in pueris id ætatis, adhuc balbutientibus, & infractâ voce dimidiata verba vix exprimentibus. Martianus Capella *de Gramm. Demonstrabat etiam quendam grauissimum sufum vespere multo olivoq; elaboratum, quo depusta vocis insuauissima diritate, canorus etiam fieri posse memorabat.* Idem paulo supra: *Nam ex eodem scalptrum primis laborantis modulis nonnunquam acuminat, quo dicebas, circumcidi insanabiles vitio posse linguarum.* Sic Salmasius ad *Tertull. l. c.* Vulgoque Joh. Baptistam *Comm. Apollin.* Sidonii Apollinaris *ad Agric. lib. 1.* Budæum in *l. Athletas ff. de his qui not. inf.* Alios.

Phonalcia Ars, Theophrasto memorata. Cum enim duo inprimis hominum genera vocis exercitationi operam dederint, Histrionicæ Professores, & Medicorum Gymnastici, sub iis Præcones, Chorsitæ, Tragœdiarum aliarumque fabularum recitatores, nec non vocibus certantes, comprehendi soliti sint, quos vociferationibus exercere consueverit, ait Plato *in Jone*, & Aristoteles *Problem. 11. & 19.* ubi legimus, Phrynici, nec non antiquioribus temporibus, Tragœdias, Comœdias, dithyrambos atque leges ipsas cantu reciari consueviſſe: ob quod vocis exercitatio tantæ fuit existimationis, ut, sicut Athleticæ, ita publicæ vociferationis certamina, à Cœlio Aureliano *Chron. lib. 5. cap. ult.* sub *Modulationis agonistica* nomine intellecta, propositis victori præmiis, instituerentur. Quem morem usque ad Galeni tempora perdurasse, ex eo conjici potest, quod is *lib. 7. de Medicam. compos.* multa medicamenta recenset, quibus antiqui Medici in iis, qui voce certaturi erant, tum ante, tum post certamen utebantur: simulque narrat, tempore suo *Phonascos* omnes, Citharœdos sc. Præcones, nec non Tragœdiam ac Comœdiam personatos repræsentantes, qui magno vocis exercitio utebantur, si quando eam contendendo obtuliſſent, balneis multis & ebis levibus, atque laxantibus uti soliſſent. Ex quibus cuivis intelligere est, hanc modo Histrionicam professos voce & cantu simpliciter, verùm etiam altâ voce ipsos, atque iis interdum uniformibus, interdum variis ac mutatis, velut in Tragœdia ad mœroris calamitatisque magnitudinem augendam factum olim, scribit Aristoteles *19. particul. Probl. 6.* Hinc occasio inſibulationi Adolescentum, ut a Venere arcerentur, exercitationi vocis damnosa. Hos itaque qui docebant, *Phonasci* sunt appellati, voce Græcâ à *vocis exercitio* deſumtâ: Videntur autem hæc exercitia ferè huiſce, apud Græcos ac Romanos, in ea parte Theatri, quæ *Odeum* dicta est, quò Poëmata, priusquam recitarentur in Theatro, deferri, indeque certamina Muſica ſpectari ſolebant. Suetonius enim *cap. 12.* Neronem, Muſicum certamen inſtituiſſe, Domitianumque Odeum, ubi præter Citharœdos, Chorocithafistæ atque Psalloiharistæ certarent, excitaviſſe, notat: Quanquam alibi quoque, & præsertim in Gymnasiorum exedris, veteres vociferationibus certaſſe verisimile est, cùm ad formandas excolendasque voces, alios in concaviis locis, alios prope maris littora, ut de Demosthene fertur, vociferari, legere, cantare consueviſſe legamus. Et quidem Demosthenem, cùm lingua ob spiritûs imbecillitatem hæsitaret, *Neopsolemo histrioni decem millia drachmarum numeraſſe, ut eum uno spiritu versuum periodos proferre faceret*, auctor est Plutarchus *in X. Orat.* Et exercebantur hæ vociferationes, vel ut in Choris, in Sophiſtarum acaderum ad hoc inſtitutis certaminibus, in dithyrambis *vel ἀδιάφορα* ſuperaerant, vel ut in Scena ac Theatro quisque munere suo cum laude fungeretur. Cœterùm an eodem tempore id exercitationis genus & ad Histrionicam & ad Medicum usum tractum fuerit, non usque adeò certum. Interim, cùm certum sit, Corn. Celsum *lib. 1. cap. 8.* inter exercitationes imbecilli stomacho conferentes, claram lectionem commendaſſe: Similiter Cœl. Aurelianum *lib. 1. Chron. cap. 1. & lib. 2. cap. 6.* in dolore capitis vocis exercitium, *anaphonesin* Græcis vocatum, probaſſe, nec non in vocis amputatione & aliis motibus exercitium idem adhibito Praeceptore adminiſtrandum conſueviſſe, videtur æstate illâ vocis exercitatio in Medicorum Gymnastica locum habuiſſe, atque ipſos Gymnaſtas vocem exercendi modos, tempora & regulas jam calluiſſe: tametsi poſtea Plutarchi atque Antylli temporibus majus ceperit incrementum. Nempe quando plurimis jam experimentis comprobatum erat, exercitationem vocis rite initam, non modò ad perficiendam conservationem ac ad aliquorum membrorum curationem, sed etiam ad bonam valetudinem tuendam, ut ait Plut. *de tuend. val.* ad corporis item robur efficaciſſimam esse, utpote quæ thoracem ac vocalia inſtrumenta perbellè exerceat, naturalem colorem excitet, partibusque maximè vitalibus & præcipuis vim internam vigoremque firmum ac genuinum inferat: ob quæ fortaſſe refert Galenus *Method. 4.* Theſſalum illum, ætate Neronis, ut ferìbit Plinius *lib. 29. cap. 1.* magnâ existimatione habitum, & à ſe ipſo *Iatronicen* appellatum, eam etiam curandis malignis ulceribus adhibuiſſe. Modus quo id fiebat, talis à Cœl. Aureliano *cap. de Fistur.* proditur: *quod principia loci voce promebantur, narratio verò & demonſtrationes extenâ atque majore, tum epilogus denisiâ ac indulgenti.* Antyllus eum ſic deſcribit, *Cùm altivus dejecerat, primo leviter fricabantur, ac præcipuè inferiores partes faciesque ſpongiâ aut madefiebat aut abluebatur: dein prius ſenſim, ac per intervalla mediocria loqui inciebatur, nonnunquam prius deambulabant: poſt verò ad vociferationem accedebant, in qua doctrinæ expertes ea dicebant, quorum meminerant, quæve clara & multis lenitatis & aſperitatis mutationes habere videbantur. Sin autem verſus ſcicbant, jambicos dicebant, & versus lentos Elegiæ dabatur; quartus modulis & numeris, atq; in his omnibus præſtantius judicabatur memoria recitare, quàm legere, & ut admonuit Plutarchus de tuenda valet. mediocribus potiùs, quam nimis commoti vociferationibus & ſurgiſtis clamoribus uti: inprimis vociferabantur, vocem quàm graviſſimè ſuri ſonis poteratis provocando, tum ad acutiſſimos eam redigendo: deinde cùm non multum in acuto ſono permanſum foret, retro vicisſim reflectebant, paulatim vocem diminuendo, donec ad graviſſimam, à qua ductum initium erat, reverterentur.* Agebant verò ea tam accumbentes, quàm ſedentes & ſtantes, ut properera loca ampla hujusmodi *Phonaſcia* minimè necellaria judicaverit Socrates. Quò pertinet, quod Plinius refert, *lib. 34. cap. 18. Nemini Principum lamina poſitum impoſitâ, ſub ea cantica exclamantem, alendis vocibus demonſtraſſe rationem.* Sic facile occurri poterit ſciſcitanti, cur in hoc exercitationis genere, quarto loco, numeros modulosque dicamus obtinuiſſe, cùm Plato non uno in loco, Gymnaſticæ ac Muſicæ, non diverſas ſolùm, ſed & contrarias rationes eſſe, contendat. Prout enim rhythmis, melodiis harmoniisque conſtat Muſica, omninoalia à Gymnaſtica eſt, & animorum ſolatio tantùm impenditur; Quarenus verò voce utitur, ejusque variis flexiones, quæ non ſine aliquo labore corporis eduntur, requirit, meritò in Gymnaſtica obtinet: ſed de his jam ſuprà non pauca dicta ſunt. Addam ſaltem, nec genitum, nec riſum propterea Athletas dedecere. Unde Ariſtoteles jure improbat, qui puerile ſegelorarius prohibent, *Polit. lib. 5. cap. ult.* utpote quibus capitis excrementa non parùm exinaniuntur: Ciceroque *Tuſc. quæſt. 2. Athletæ inter exercitium, ingemiſcere conſueviſſe*, memoriæ mandavit. Et riſu corpora noſtra non leviter agitantur atque exercentur, quo motu quosdam inſigniter adjutos fuiſſe, docet experientia. V. Hier. Mercurialem *de Gymnaſtica Arte lib. 3. cap. 7.* ut & infrà ubi de *Voce*.

Phonurgia Nova, quâ per prodigioſos ſonorum effectus & proprietates, nec non per machinas ſono animatas, reciproco correſponſu, de quacunque re occulta, manifeſta, tum inter domeſticos parietes, tum foris in diſtitis regionum locis, sermonum inſtitui poſſit: proditi, Auctore Athan. Kirchero Campidonæ 1673. *in fol.*

Phonæa, Græcè φωνεῖα, item φωνεία & φωνεὰ, variè enim vox feribitur, capitaſum eſt, quo tibicines olim os ſibi obligabant & ſubſtringebant buccas, ne ultrajustum modum inflarentur & turpiculum os redderent, tum ut violenteia nimii ſpiritus cohiberetur: Marſyâ auctore, V. ſuprà voce *Capiſtrum.*

Phorbias, nomen proprium viri Opuntii, cujus equum *ad gregariam Venerem duraſſe in anno 40.* Solinus ait.

Phormis Arcas a. equum ære fuſum Olympiæ dedicavit, cui hippomanes cùm ineſſet, equi incitabantur ad rabiem haud ſecus, ac ſi viva ſpiranssque eſſet, & Veneris odorem cupitum illis de longinquo afflaret, Pauſanias de *Arcad.* Unde Theocritus,

Ἱππομανὲς χρῶτι ἕκαστος ἐπ' ἀμφότερα.

Ubi eleganter equæ hujus effigiem, cui poteſtas illa equos mares ad rabiem incendendi inerat, ἱππομανὲς χρῶτι vocat, quia ex ære ſuſa: apud Arcadesa. locat, quòd Elei, apud quos eſſet, Arcadibus vicini, ipſeque, qui dedicaverat, Arcas eſſet. Meminit & Plinius *lib. 28. cap. 11. Hippomanes tantæ in veneficio vires habet, ut aſſumpsum æris mixturæ in effigie equæ Olympicæ mares admotos ad rabiem coitus egat.* Magicâ verò arte hanc vim ei addiram, tradit Pauſanias, ὅλον τῷ ἄλλῳ τε τυχεῖν ἀνδρὸς μάγου σοφίᾳ γενόμενον, καὶ μάλιστα τῇ ἐς ἵππους. Inſcriptio ipſa ſic habuit, *Φόρμις Ἀρκὰς Μαιναλιεὺς, νίὸς δὲ Σκυφάσεω, Phormis dedicavit Arcas Mænalius, jam vero Syracuſius.* Ex Arcadia namque in Siciliam migravit hic *Phormis*, tempore Gelonis, Dinomenis filii, Hieronis fratris, qui obiit Olympiade 76. relicto fratri regno, ſub quo etiam aliquandiu in Sicilia vixit. Salmaſius *ad Solinum pag. 940.*

Phoronis, Φορωνὶς, pars Cycli Epici, ſicut *Æthiopis Αἰθιοπὶς*, *Iliadis Γιγαντομαχία περὶ Ἐλένου*, & multa præterea talia poëmata; quæ omnia, velut in choro hominum ſi in corona ſtent, decenter invicem juncta, ſeriem totius mythologiæ, à Mundi principio, ad Troica usque tempora, exhibebant. V. ſuprà ubi *de Cyclo Epico.*

Phoſſborus, equus Circo nobilis, funalis ſiniſter, cujusmodi equos præcipui honoris ac meriti in quadrijugis curribus, & Circo deſtinatis fuiſſe, ſuprà diximus. Laudatus inſigni *Epigrammate*, juſſu Augusti, ab Auſonio, qui, juſta ei faciens, apud Inferos, ſi quadriga jungatur ex equis Heroum olim celebertimis, hono-

honoratissimum locum illi deberi asserit, scil. qui sinister erat sinistrorsum gerendo:

Pegasus hinc dexter currant tibi, Iarvus Arion,
Finis sed quarum det tibi Castor equum &c.

V. Salmasium *ad Solinum pag.* 899.

Phonascorica, Græce *φωνασκικὰ*, in Ecclesia Greca *preces* dicuntur *pro illuminatione*, cujusmodi ex Horologio Græcorum exhibet Meurfius, ex Paracletice verò & Triodio Cl. Suicerus *Thes. Eccl.* in hac voce.

Phyſiognomia, ars conjecturalis, ex corporis aſpectu, de interna animi diſpoſitione, futuro inſuper eventu, præſagia capiendi. Cujus fundamentum eſt animæ corporisque fœdus, unde fit, ut animi mores ſequantur temperamentum corporis, ſicut libro integro demonſtrat Galenus: idem docet Ariſtoteles *Φυσιογνωμονικῶν initio*, & *cap. 4.* V. quoque Caſſium Jatroſophiſtam *Prob. lem.* 11. Sed conjecturalis eſt, ut dictum, quippe ſolum effe, quid plurimum, non quid ſemper contingat. Et cum rectè de inclinatione pronuntiatur, tamen fit fubinde, ut diſciplina ac conſuetudine, quæ in naturam tranſit, inclinatio animi, quæ temperamentum ſequi ſoler, corrigatur: exemplo illuſtri Socratis, de quo Cicero de *Fato* ita: *Socratem nonne leginus quemadmodum notaris Zopyrus φυσιογνώμων*, *qui ſe profiteretur hominum mores naturas-que ex corpore*, *oculis*, *vultu*, *fronte pernoſcere? Stupidum effe Socratem dixit & bardum*, *quod jugula concava non haberet*, *obſtructas eas partes & obturatas iſſe dixit*, *addidit etiam multa turpia*, *in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.* Videndus quoque in hem *Tuſcul. 4.* Partem Artis Chiromantiam eſſe, Cochius ſententia eſt, quatenus ex manus conſtitutione colligit, de univerſi corporis natura, & variis animi inclinationibus; quæ & ſcripſere Galenus, Rafis, Aviceuna: imò agnoſcit eam quoque Ariſtoteles *de Hiſt. Animal. lib. 1. cap. 15 ſect. 10. Problem. 49.* quibus locis, ex brevioribus & longioribus lineis eo ligit de brevitrateae longitudine vitæ. At pars *Phyſiognomiæ* non eſt, imò nec ſcientia; ſed vanum quoddam ac ſuperſtitioſum divinandi genus. Metoposcopiam quoq; nonilli hue referunt, ex fola facie vel potius fronte judicantem: Ophthalmoſcopiam, ex ſolo oculorum aſpectu &c. Vetus admodũ eſt exēj. Orientē in alias orbis partes traducta: colligunteq; ἐφεμερίδων ætatem nonnulli, ex verbis Hiobi vulgatæ verſionis: *Qui ſignas in manu omnis operis eorum*, fed in Hebræo nihil hujus legitur. Interim certum eſt multi jam ævi eſſe eum n. deprehendiſſent

Vere-

Veteres cœli in hæc inferiora actiones, reliquum erat, ut convenientiam inferiorum cum superioribus ostenderent. Priscum enim illud: *Inferius ostenditur superius.* Igitur hominem parvum Mundum statuentes, singulas ejus partes ad cœlestia, ut sic dicam, lineamenta revocarunt. Interim orta tam altis initiis hæc Ars, longo temporis intervallo, aut planè omissa aut laudirèà Circularioribus vanitatibus corrupta est: ut non immeritò tale Systema Keckermannus inter defidérata utilissimamreferat *Physic. lib. 4. cap. 1.* Floruerunt & Ægyptii olim hac laude, unde Artemidorus: *Αἰγυπτίοις μόνοις*, inquit, *ζῶν πάντα ἐπίσης κοινὰ σωμάτων, ἐξ ὧν τὸ γένεσθαι· ἄπνοα φυτοῖς μεμέρισται.* Extant illa Aristoteles, ut dictum: Adamantius, & Polemo, quorum ille ipsum duobusliberis præsse fequutus est. Theophrastum quoque hujus Artis fuisse peritum, ex Characterismo ejus apparet, V. Vossium de *Philologia cap. 5. §. 43. & seqq.* A. Gellium *lib. 1. cap. 9. cum Notis Antonii Thysii JC. &c.* Hodie Impostores quidam, quos Germani Zingaros, Itali *Gitos* vocant, eâ fe Arte inprimis, sed vanè jactant, Georg. Horn us *Histor. Philos. lib. 5. cap. 9.*

Phythalmius, adde: Alii à pinu, ei facrâ, cognominis hujus originem arcessunt, idcirco, quia pinus, picea, abies, maritimæ rei plurimum conveniant. V. Jul. Cæs. Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap. 26. ubi de Ipsimilis.*

PI.

Piacula fieri admissorum, devotâ aliquâ animante, aut aliâ re cum execrationibus interpositâ, ut peccatores pœnam evaderent, vetus Gentilium perfuasio fuit, in qua vestigium aliquod sacræ veritatis, ut in aliis nonnullis, haud leviter conspicuum. Eam in rem sæpe homines immolatos, finibus subnotos, confessatos Dis inferis legimus: Item hostias, in quarum capita derivarentur pœnæ, cætias. Nec non facta ala negotia, aut Ludos, aut Templa, Sacrificia & multa hoc genus, quibus portentorum omnium, dirorum effectus arcebantur. V. elegantem librum Jul. Obsequentis, neque non Livii Historiam passim. Et multa hoc genus collegi in *Superstitionum Commentariis* C. Barthius. Sic portentum trifle erat infans Archemorus, in facie totius exercitus à serpente peremtus, & *Piacularis* debebant, ob cafum Nemæi Jovis sanctum in serpentem, Græci, apud Statium *Thebaid. lib. 6. versu 87.*

——— *quæ crimina cæsi*
Angues & insanifti cremes atra piacula belli?

Ad quem *l.* Lucatius, *Ut expientur bellatores*, inquit, *ne infeliciter militent.* Petita autem plerunq; ab Oraculis, cædibus inprimis patratis, *piacula* sunt. Unde apud eundem *Theb. lib. 1. versu 569.* ubi de facro serpente, Pythii tani custode, ab Apolline peremto,

——— *nova deinde piacula cædis*
Perquirens, nostri tecta haud opulenta Crotopi
Attigit ———

Superstitione fc. veteri, quæ etiam belluarum eædem expiandam putabat, persuasionem adhuc servantibus Mahometanis, ut supra diximus suo loco. V. de *Piacularibus Sacrificiis* genti Horatiæ apud Romanos tradita, Livium *lib. 1. cap. 26.* Hinc *piacula*, pro pœnis, apud Statium iterum *d. l. versf.* 236. de Oedipo execrato,

——— *Æterna piacula solvit.*

Et verbum *piaculo*, apud Catonem cap. 141. *Mars pater te hisce suo vitaurilicio piaculo.* Et mox, *Mars pater te hoc porco piaculo.* i. propitium reddo &c.

Piada, pedes est in ludo latruncolarum Persis; ficut *rocha*, quæ Gallis *rocca* est, infimæ nempe Latinitatis vocabulum, *pro rupe.* Quæ non magis Persica sunt, quàm ipsius ludi appellatio, quem *Tzarong*, ex Græco *Ταρσός*, 9, nunc putarunt. V. Salmasium *ad Solinum* pag. 1130. ubi Persis à Græcis multa vocabula mutuò accepisse docet, ut & infrà voce *Zatricium.*

Pialia, Gr. *Ἐσπέδαι*, agon facer, in Hadriani Imp. honorem Puteolis ab Antonino Pio constitutus. Artemidorus *lib. 1. cap. 28. Οἱ δὲ ἀέθλοι τῶν τελετῶν καὶ μυήσεων ἀγωνίσματα· Ἐσπέδαι τὰ τοῦ Ἁδριανοῦ ἄχθηναι τοῖς Ἀντωνίνου τοῦ πατρὸς Ἁδριανοῦ ἱδρῦσι πρὸς Φλεγραίοις τόποις. Novi quendam curforem, qui Pialibus, quæ in Pialia appellantur ab Imp. Antonino, in patris Adriani honorem, celebrantur, victus est sibi cursu facilius.* Mentio agonis in vet. Inscr. Gr. ubi nobilis Agonista & palmarum quamplurimarum, ludos, un de præmia reportarat, enumerans vicisse ait, ΕΥΣΕΒΕΙΑ. ΕΝ. ΠΙΟΤΙΟΛΟΙΣ. ΑΙΣ. *Pialia, Puteolis. bis.* Idem agon in faxo Melphæ eruto, & *sacrum certamen* nominatur & *Isselasticum*: Inscr. sic habet:

IMP. CÆSARI,
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI.
PARTHICI. NEPOTI.
DIVI. NERVÆ. PRONEP.
T. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AUG. PIO.
PONTIF. MAX. TRIB. POT V.
IMP. II. COS. III. P. P.
Tom. II.

CONSTITUTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI (vitiose Scalptum, pro ISELASTICI, ut Casaubono placet: Salmasius verò, non sculptoris hoc vitium fuisse, sed pronuntiandi scribendique usum docet)
SOCII. LICTORES. POPULARES
DENUNTIATORES. PUTEOLANI.

Iselasticus itaque fuit hic agon Puteolanus, quo nomine celebretamis Græciæ certamin ibus adæquatus est. Sola enim Iselastica olim fuere, Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia: & in omnibus quidem facris certaminibus qui coronabantur, *Hieronicæ*, non tamen omnia facra certamina Iselastica fuere. In his enim qui vicerant, præter honorem *ἐπινικίων* potiùs dictum sit certamen illud, ab ejus nomine, cujus honori dicabatur, quam *Ἐυσεβείας*, de constituentis nomine, mirati ut Vir *διαφερόντως*. Sic etiam quinquennalem agonem in honorem Augusti, institutum Neapoli, *Σεβαστὰ* appellarunt: Sic *Ἁδριάνια* Hadrianus ab Antino appellavit: imò sic semper in omnibus obfervatum, ut nomen ejus ferrent illa ludicra, cujus memoriæ & honori consecrabantur. V. eum omnino *Notis ad Spartianum l. c.*

Pianus & Pianies, nomina Romana à *Pius* deducta, & quidem *Pianum*, antici nomen, cui Vopiscus Historiam suam dedicavit, fuisse, probat Salmasius ex vet. Editione & Cod. Palatino. Cùm enim vulgò legatur apud Vopiscum *in Divo Aureliano*, *Pavini ipse quidem præcepit*: vetus editio & codex præstatus habent, *Parmi ipse, qui me præcepit*: item *Parmini plane præcepit.* Ubi sortè scribendum, inquit Salmasius: *parui Valerini præcepit*, *accepi libros Græcos &c.* Sed propius ad scripturam veterem esset, si legeretur: *Parvinus Pianus, præcepit.* Sanè ad amicum aliquem hunc, Auctorem scripsisse Historiam, etiam inde probari potest, quòd ad finem vitæ prædicit scribitur: *Et quæcunque quidem quæ res malos Principes faciat. Jam primùm, mi Amice, licentia: deinde verum copia.* Ita enim in vet. libro legitur. Sic in *Vita* Probi, Celsinum alloquitur: *Quorsum hæc pertinent, mi Celsine, fortasse requiris.* Quæ omnia confirmandæ huic conjecturæ satis apta sunt. Salmasius *ad Vopiscum.*

Pica, inter Aves, quæ humanam imitantur vocem. Plinius *lib. 10. cap. 42. Picarum cero generi expressior loquacitas, quidam Ptitaco, sed minor nobilitas, quia non è longinquo venit: ut Ptittacus, quem emittit India.* Verùm ut ibidem legas: *Addiderе aliæ sermonis humani species negant posse, quàm quæ ex genere earum sunt, quæ glantibus vescantur: & inter eas facilius, quibus quini sunt digiti pedibus, ac ne eas quidem ipsas nisi primis duobus vox annis.* Ubi falsitur, secundùm Vossium; Plinius, cùm picis quinos tribuit digitos, quippe dumaxat iis quatuor funt: Magisque deceptus Appulejus, cum ista à Plinio de Plittacis putarer prolata. Solinusquoque *cap. 55.* hæc in re erravit. Quid verò alea hæc non imitari dicat, cùm exprimat etiam tubarum cantum? Qua de re illustre exemplum fuggerit Plutarchus, *in compar. atil. & terrefir.* atque inde Petr. Victorius *Variarum Lect. lib. 9. cap. 14.* Recte itaque Ovidius *Metam. lib. 5.*

——— *indistincta omnia* Picæ.

planeq; fallantur. putantes fermonem solum imitari humanum, Gerh. Joh. Vossius *de orig. ac progr. Idolol. l. 3. c. 89 ubi de avium loquela prolixè agit.* De Augusti *Pica*, ut re notissima, jubet nos sisere Paufanias; à Alcimedon fuit de Heroibusunius, cujus filium, nomine *Phylonem*, vitiatam ab Hercule Phigalii memorant: à Patre verò statim à puerperio in proximum montem feris expositam, una cum puero: Iol vagientem infantem cùm *Pica* imitaretur, ad avis vocem, quòd puerilem esse crediditset, Herculem forte illuc iter habentem convertisse, puellam & ex fe genitum puerum agnovisse, ambo que vinculis liberasse, & ei rei eventu autem fomtem proximum *Κίσσαν*, *Picam* esse nuncupatam. Nidi hujus generis avium indultriam vehementer admirator, & facundè describit Aldovandus Medicus Bonon. V. Auctorem Anonymum *Sine & Europe cap. 37.* Digna proin Poëtarum versibus & Epitaphio, quod è Græco vertim à Sabæo *lib. 5. p. 641.* Auctorem eus Archiam vetulum, & avis tumulo inscriptum: docente, his verbis:

Ante ego Pallores mulcebam carmine, & illas,
Qui fallunt pisces fuice secanti, nemus.
Sæpe etiam rebeans vetuli resinabilis Echo
Mordacem essinxi gutture Picæ sonum.
Nunc me terra tegit, nec sum magis anima vocis;
Lingua enim mea & vox, vita, defecit.

V. Liceum de *Lucernis Antiquorum lib. 2. cap. 57. ubi de aliarum quoque avium Epitaphiis pluribus agit.* Hinc Pies seu *Forres* pieæ, dicti in Ecclesia Rom. quidam Religiosi ac Monachi, quòd,

instar *picarum*, albis & nigris vestibus simul indurentur. Mentio eorum apud Thom. Walsinghamum *pag.* 124. *In quodam veteri Cœmeterio, quod fuerat quondam Fratrum, quos Fretes Pies veteres appellabant.* Car. du Freine *Glossar.* Et notum illud de Erasmo,

Bis corvus, ter pica fuit, bis cannabe vivitur &c.

Pica seu *Picca*, apud Guil. Brittonem *Philippidos l. 2. p. 115.*

—— Sub cive, fecare minarius instat
Celebius & picis imfundamina muris.

Et Gall. *Pie* est, unidens ligo, quo terra atteritur & foditur. *Upupa* Pluto *in Captiv.* ubi de ferro in lapidicinas dato,

Natu ubi illi adveni, quasi parricidi pueris au monedula,
Aut anates ani cruentores dantur, qui cum lustret,
Ibidem hæc mihi ad venienti upupa, qui me detectes, data est.

Ubi *upupa*, ὑοῦπ ex onitur. *Glossarii* Auctori: non ea quidem plane forma, nec idem instrumentum cum *ama*, nam latior hæc & ad terram fodiendam, unde σκαφίον σκαπτὸν exponitur à Grammaticis; illa ad cruendos lapides & acuta neque male referens upupæ caput cum rostro. Sed & nomen etiam *upupæ* vel *epopæ* Gallos retinere contendit Salmasius, *pouls* vocando instrumentum illud ἀσκαλαβῶν, V. cum ad Treb. Pollionem in *Claudio*. A' voce hac *Pica* (pro qua Pico habet Epistola Arnoldi Arch. Narbonensis *de pœna victoria c. Mauros A. C.* 1212.) quibusdam videntur dictæ fariſſæ seu longiores peditum hastæ, quæ Gall. *picques*: at cum alia prorius sit picarum seu fariſſarum forma, non arridet aliis hæc sententia. Turnebus *Picas* Gallorum, quali *ſpicas* appellatas putat; & revera ſi carum prorius ſpecies referunt. Octav. Ferrarius à *ſpicatum* deduxit, V. Car. du Freine *Glossar.*

Pica Braſiliæ, aliis *Abbas ſuperbus*, *Rampholtus*, *rhinoceros avis*, volucris Indica ingentis roſtri, quippe quod duos excedit palmos, & qui corpori unitur ſex capiti, in craſſitie 4. uncias ſuperat, in lat. verò 7. hinc curvi uſculum plurimisque denticulis acutiſſimis in ſerræ morem hinc inde prominulis conſpicuum: colore eſt glauceſcente, antidotum optimum adverſus omnia venena. Monarchis proin Principibuſque Indis ſolis conceſſa, à quibus maximi thelauri loco interque munera habetur, quibus ſe mutuò Principes excolere conſuevere. Georgius de Sepibus *Descr. Muſæi Kircheriani p.* 32.

Picardia, adde: Circa nominis originem haſitans du Freine, duo potiùs ſita inveſtigat, primum quis ex antiquioribus Scriptoribus *Picardia* nomen huic provinciæ attribuerit; alterum an propriam antea nomenclaturam habuerit, priusquam ita indigitaretur. Quorum prius quod attinet, Nicolaum demum de Braia, qui circa A. C. 1200. vixit, *Picardiæ* meminiſſe conſtat, adeoque his tum primùm temporibus hoc nomen invaluiſſe, verоſimile eſt. Ita autem ille, in *Vita* Ludovici VIII.

At Comes egregius & Martius ille Philippi,
Bolonię patris imitans pia geſta Philippi,
Gloria Picardis, Comitem ſed Flandria luget.

Matth. Paris poſt cum Jub A. C. 1219. *Qui enim feminarium tumultuoſi certaminis movendi, erant de partibus Comerminiæ Flandriæ, quæ nuncupatur* Picardos *nominamus.* In *Charta* dein Simonis Cardin. Legati Apoſtolici A. C. 1266. mentio occurrit 4. Nationum Academiæ Pariſiæ: iis Franciæ, *Picardiæ*, Normanniæ & Angliæ: cum in antiquioribus ejusdem Academiæ Tabulis, Nationum tantùm in genere mentio fiat, earum nominibus non expreſſis. Quoad poſterius, ante tempus præfatum, peculiari appellatione regio hæc, ſi cum illis, quibus hodie porrigitur, tra ctuum ſpatiis ſpectetur, nullibi insignita occurrit; ſed ſub quique tractus à primariis Urbibus, vel abipſis Comitatibus, denominationem accipiebant. Unde *Page Ambianenſis* meminit Dudo de *Act. Normannor. lib. 3. Pontivi*, *Ambianenſis & Belvacenſis*, Sugerius in *Ludov.* VI. *Ambianenſes*, *Corbienſes & Pontivos* memorat Chron. vernaculum Flandriæ: *Communiarum Corbeil Ambianenſium, Belvacenſium & Compendii, Atrebatæ &c.* mentionem facit Rigordus &c. Sed & qui huic provinciæ regendæ præfiebantur, ferùs ſete *Picardiæ gubernatores* inſcripſerunt. Primus *Picardiæ Prorege* ſe dixit Carolus Dux Montmorencius, circa A. C. 1349. Poſt quem Eduardus de *Beaujeu*, Franciæ Marescal. his in Computo ver. A. C. 1350 dicitur *Capitaine pour le Roy és parties de Picardie, de Boulogne & de Calais.* Comes inde Inculiſmenſis Franciæ Conſtabularius, *Lieutenant pour le Roy és parties de Picardie, d'Arrois & de Bolenois*, A. C. 1351. Quos qui excepere *Gouverneurs & Lieutenans vel Capitaines vel Souverains Gouverneurs pour le Roy és pays de Picardie*, inſcribuntur &c. Nec omittendum, ab Academia Pariſienſi ex IV. Nationibus, quibus Facultas Artium componitur, fecundam eſſe *Picardicam*, quæ in duas partes divisa bis quinque diœceſes continet: Prior quidem, Bellovacenſem, Ambianenſem, Noviomenſem, Atrebatenſem & Morinenſem; Poſterior verò, Cameracenſem, Laudunenſem, Tornacenſem, Leodienſem & Trajectenſem. V. Hiſtoriam Academiæ Pariſienſis *Tom. III. p* 559. infra 1. voce *Poheri*, & plura in hanc rem, apud C. du Freine *Glossar.*

Picati, apud Feſtum leguntur dicti, *quorum pedes formati ſunt in ſpecien ſphingum, quod eas Dorii picas vocant.* Sic pro *ſphinge* Heſichius φίκα dixit & Lycophron φίκειον τέρας, *phicium monſtrum.* In quos locos Scholiaſtæ, *φίκειον* nominari monent monſtrum, quem Sphinx inco bat; quod ipſum tradunt Apollodorus *Libli. b. lib. 3.* & Plut. *quod bruta rat. ut.* protahque Bochartus in *Phaleg*, vocem merè eſſe Phœniciam. Quæ in Græcanomanti mutaſſe videntur iis, qui Faunos hinc *ſicarios* dictos eſſe contendunt: ſed Fauno caprinos pedes, non leoninos, ſicut Spingi adeoque non *ſicarios* ſed *picatos* affinxere fabularum Architecti. De Faunis tes noctiſſima, de Sphinge ſic Eurip. apud Athanaum *l.* 12. *c.* 7.

Οὐ γὰρ ἔ' ἀπτολὲν ἐκτὸς λεοντείων ἐδέων,
Caudam remittens ad leoninos pedes.

Et Auſonius in *Gryphos ternarii*,

Terruit Aonium, volucris, leo, virgo virentum,
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella, &c.

Aliunde ergo illud Faunorum epitheton, de quo Sam. Bochartum vide *Hierozoici part. poſter. l. b. VI. cap. 6.* & ſupra *ſuo loco.*

Picea, arbor, quæ picem pluimam fundit, Græcè πίτυς, *arbor ſerotina* Plinio & *ſuorum indicio adhuc poſtea ac nuper virens lib. 16. cap. 10.* poſita tandem *in domus ſuppaga, in tugiſi facilitate.* Ibid. *Ulus variis, Auxeries præcipua tradibus* (abieti) *& aliquo pacto ad ſiſſiles ſcandulas, compaſſus & pauca alia ſecantem, ibid. E.* jusdem φάνεις, ſi ſumma ſuperficei s corticis, ad muſtæ utilis Medicis: in qua ſtos reſinæ reperitur, de cujus colligendæ modo, dicemus infra. Porro *ſtammis aclimini jacrorum* etiam *grata eſt*, Plinius *l. c.* Inde enim luſtrales facies, quas Claudianus luculenter deſcribit 6. *Conſulatu Honorii*:

Luſtralem ſcribit ſacrum, cui lumen odorum
Sulphur cavatis, nigrique, in luminefumat,
Circum membra rotat &c.

Sed & ſolus eius ac frondibus iſthmioniæ coronati, ſecundùm quosdam: pinea ſerta aliis iis tribuentibus, uti infra videbimus. Opobalſami arbores, formam iis ſimilem habere, niſi quòd ſint humiles magis, & in vineatum modum excolantur, ait Strabo *lib. 16.* & Juſtinus. V. plura de hac arbore, apud Plinium ubi ſupra, Salmaſium *ad Solinum pag.* 502. & *pag.* nec non infra in voce *Tada.*

Picenes, adde: Diomedem pro Numine coluiſſe ex Hiſtoriis diſcimus; Quemadmodum eidem apud oſtium Timaci nemus ac templum lacrum fuit, Strab. *lib.* 5. qui ibidem quoque refert, apud Venetos album equum ei ſacrificari ſolitum. Scylax Caryandenſis *in Periplo*, Μετὰ ἡ Δαυνίους ἔθνος ἐστὶν Ὀρδωνικὸν· καὶ πόλις ἐν αὐτῇ Ἀργυρίππα ἡ φίλη Διομήδους ἐκτισμένη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐστὶν ἐπὶ τὸν Ἄδρον ποταμὸν, *Poſt Daunitas gens eſt Umbrorum: itinque ea eſt ad Ancon Urbem. Hæc vero gens colit Diomedem, cui ille bene ſecit, ac ibidem ejus eſt fanum.* Voſſius de *Idolol. l.* 1. *c.* 40.

Picenum, adde: Apud Magnonem de *Nat. Jurid.* duplicis *Piceni* mentio fit, *Ammnarii* & *Urbicarii.* Ita enimis

PIC. *Piceno.*
PIC. ANN. *Piceno annonario.*
PIC. URB. *Piceno urbicario.*

Non quòd duplex provincia eſſet, ſed quòd pars ejus, urbi Romæ propinqua & intra terminos urbicæ Juriſdictionis erat concluſa; altera verò pars extra urbici territorii fines reperiebatur. Sic Tuſciam *urbicariam* & *annonariam* reperimus: Non verò Campaniam, aut Samnium, Apuliam, Lucaniam aut Calabriam &c. quia cùm hæ regiones longiùs eſſent poſitæ, quàm ut terminis urbanæ Præfectuæ cognitionem coërcentibus comprehendi quirent, eo ipſo tralatæ acceſſebantur inter regiones annonarias, quæ ſeque opus non habebant nominibus hujusmodi diſtinctivis, ſicut *Picenum* & *Tuſcia.* Dicebatur autem omnes Italiæ regiones *annonariæ*, ab annonaria functione, quam ad exercitum comitatumque Imperatoris alendum, qui ſemper aut maximè parte aderat, conferre conſueverant, quo ontre antiquitus urbicariæ provinciæ liberæ fuere: verùm poſtea, cùm & hæc idem functionis munus obirent, manſit tamen reliquis cognomen *annonariarum* eximium, ut hoc appellationis differnículo ab urbicariis diſtinguerentur. Quia itaque partium Tuſciæ, ut & *Picenі*, una urbicaria, altera annonaria erat, quamvis adeò vicinæ, ut una magis, quàm duæ provinciæ, cenſeri poſſent, nunquam tamen ab uno eodemque Judice adminiſtratæ fuerunt, neque *Picenum* annonarium cum urbicario unquam eundem Conſularem habuit, ſed potiùs Flaminiæ junctum, abunocodemque Præſide regebatur. Unde eſt, quòd Trebellius in *Trig. Tyr. min.*, provincias Italiæ enumerans, *Picenum* ſeparatim non nominet, ſed cum Flaminia. Sic enim is: *Tuſci Umbræ, id eſt, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis.* Ita enim diſtingui vule, in verbis Trebellii, Salmaſius. Adeoque, ubicunque legeris Correctorem aut Conſularem *Piceni* & Flaminiæ, ſemper de *Piceno annonario* accipe. Quemadmodum in infinitis locis, ubi vetr. Inſcr. habent mentionem Conſularis *Piceni & Flaminiæ*, quem etiam *Correctorem* nuncupant, &c. Salmaſius *ad Treb. Pollionem l. c.*

Picile, pro *Pacale*, apud Æl. Spartianum in *Hadriano*, *Tiburtinam villam mire exædificavit, ita ut ines & provinciarum & locorum celeberrima nomina inscriberes, velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum*, Picilen, *Tempe vocaret*. Ita enim Vett. scripsum habent, & editio Mediolanensis servavit: cum aliàs legatur *Pacilen*. Nec aliter illà ætate scribebant, *picile*, *ποικίλον*. Sic *Mitræ* Sidonio Apollinari fuit *Maiæus* & *Hecatombion ἑκατόμβαιον*. Sic Aufonio *Salicianus* & *Salianaeus*: quod non versus gratiâ ab illo usurpatum est, sed quia ultratiffima in illa ætate scribendi ratio sic ferebat. Nunquam enim aliter scriptum invenitur, in vetustissimo libro Rhetoricas ad Herennium, qui in Puteanorum asservatur Bibliotheca. In eodem *Synaliphe* ubique occurrit, pro *synalaphe*. Sic *metici* pro *metaci*, *milignus*, apud Sidonium Apollinarem & apud Frontinum de coloniis : *Cimiterion*, in vetustis Martyrologiis, *κημητήριον*, & quod magis mireris, *Auldiius* pro *aulæ dius*, apud Capellam & *melitia* pro *melodia*. *Tragidi* pro *Tragœdis*, in *Gloss. Isidoru*, in vet. Epigramm. pro *Dodipus*, de Sphinge:

Hæc facit hebetibus Idipum consendere matris,
Ut proles inscitam mutua dextra necet.

Inomaus quoque in vett. libris, apud Cassiodorum, pro *Oenomaus*, Salmasius *ad l. tit. & ad Solinum*. Fuit autem *picile* locus celebris Athenis, de quo in voce hac.

Picris, Græca vox πικρὶς, *lactuca agrestis*, Exodi cap. 12. *ver.* 8. in Vulgata, *Et edent carnes nocte illâ assas igni & azymos panes cum lactucis agrestibus*; ubi Vaticana translatio habet, *& azyma super picrides comedent*. S. Cyprianus cum *picridibus*, legit. Sermo ibi de coena Paschalis in Hebræo *meror*; cujus plurale in num. *merorim* est, quod nomen videtur generale esse, ad omnes herbas amaras, quarum in Paschate usus fuit; Sed singulare מרור *meror*, ad certam speciem restringitur, ut Græcum hoc πικρὶς, ab amaritudine similiter factum. Sumitur autem πικρὶς aliquando pro lactucæ specie, quæ reliquis amarior est. Plinius *lib* 19. *cap.* 8. *Peßimum autem lactucæ genus exsputatione amaritudinis appellaverre picridia*. Aristoteles *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 6. Ὁ ἡδύσκαμος ἔστιν ὠφελιμὸς, τὸν δὲπικρὸν πικρὸν ὄφεσι: quod idem Plinius reddit *lib.* 8. *cap.* 27. *Draco vernam nauſeam ſylveſtris lactucæ ſuccos reſpingit*; ubi ſylveſtris lactuca *picris* eſt. Neque aliter Ælianus *lib.* 6. *cap.* 21. Οἱ δράκοντες ὅταν κάμωσι μέλανας γύτους, ἐπὶ πικρίδα καὶ πάνακες ἐρέπτει τὸν ὄφιν. Unde Apulejus *Herbarii cap.* 30. cui tit. *de Lactuca ſylv. Græcis ἡδύσκαμος dicitur — diſquisitiſſimi appellaverre picridia*. Ariſtoteles *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 6. Ὁ ἡδύσκαμος ἔστιν ὠφελιμὸς, τὸν δὲπικρὸν πικρὸν ὄφεσι: quod idem Plinius reddit *lib.* 8. *cap.* 27. *Draco vernam nauſeam ſylveſtris lactucæ ſuccos reſpingit*; ubi ſylveſtris lactuca *picris* eſt. Neque aliter Ælianus *lib.* 6. *cap.* 21. Οἱ δράκοντες ὅταν κάμωσι μέλανας γύτους, ἐπὶ πικρίδα καὶ πάνακες ἐρέπτει τὸν ὄφιν. Unde Apulejus *Herbarii cap.* 30. cui tit. *de Lactuca ſylv. Græcis ἡδύσκαμος dicitur — diſquiſitiſſimi appellaverre picridia*. Quod lequitur Hieronymus in *Exodo* & *Numeris*, Græca ἐπὶ πικρίδων, reddidit, *cum lactucis ſylveſtribus*. Sed & πικρὶς eſt ſylveſtris lactuca. Dioſcorides, Πικρὶς ἡμερὰ καὶ ἄγριον· ἔστι δὲ ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς, ἡ δὲ κηπάδιον καλουμένη. Intubum vel *ſylveſtre vel ſativum eſt: ſylveſtre eſt picris, quæ etiam cichorium dicitur*. Ætio autumque cichorium *intubi* nomen habet, ſed ſolum agreſtæ πικρὶς vocatur : Ἔστιν ἡ κιχώρειον, ὑπόπικρὸν ἐν τῇ γεύσει, ἡ μὲν ἀγρία, ἥτις καὶ πικρὶς προσαγορεύεται, τινὲς δὲ κιχώριον, *Intubum ſive cichorium ſubamarum eſt olus agreſte inprimis, quod & picris dicitur, quibuſdam autem cichorium*. Suidas, Πικρὶς ἡδύσκαμον, ὃ καὶ ἡμεῖς ἐσθίομεν λεγόμενα ἀπὸ τινῶν τοῦ ἁλὸς ἡμῶν, ἢ ἀλαδηνὸν σίκιον, Μακεδόνικα, *Seres* (intubus) *genus oleris, quod apud nos ſerica vocatur, ab aliis picrides, vel ut veriùs dicamus, Macedonica* (à loco ubi illius magna copia) Et his omnibus longè antiquior Theophraſtus *Hiſtor. lib.* 7. *cap.* 11. *picridem* inter ὠμὰ κομιδῆ ponit. Horum enim ſpecies percurrens, ſi-ὠμότατα δ', ait, ἡ πικρὶς, ἡ δὲ ὠὸ τῇ ἡμισείᾳ, *Similiter* ὠμὰ πικρὶς καὶ ἰρὶα vere ſtirpi. Et paulo poſt, Τὸ γάρυον ἡ πικρὶς, ἐπὶ τὸ πάντων πλεῖστον, *Cichorium amara eſt, nonnihil nomen*. Unde Plinius *lib.* 21. *cap.* 17. *Amara aphace, & quæ picris nominatur, & in ſecundo anno florens : nomen ei amaritudo impoſuit*. Itaque tam in intubis, quàm in lactucis, quæ reliquis amarior eſt, *picris* vocatur. Niſi quis *lactucæ ſylveſtris & intubi ſylveſtris* nomine velit unam ideméque ſignificari. Quâ mente videri poſſit hæc ſcripſiſſe Neophytus. Σέρις ἡ κιχώριον μερικῶς, ἡ δὲ κηπευομένη λάχανον, ἡ πικρὶς, *Seris* (intubum) *cichorium aut lactuca ſylveſtris, quæ & picris amara dicitur* (amara lactuca) *dicitur & picris*. Quæ vox πικρὶς ſeu ἀμαρίδων, recentioris Græciæ eſt, deflexa ex πικρίδιον, quomodo lactucas vocaverat ſuperior ætas, quia Majo maximè messe vigent &c. E' quibus omnibus patet, quid ſit πικρὶς Gr. ſeu *meror* ut br. quod idem eſt. Nempe cùm in eodem loco מרורת, *charaſeth*, proprie lactucam ſativam ſonet, & עירשין *uſſin*, ſativa intuba, מרור *meror*, ut Græcum πικρὶς, ab utroque ineo differt, quòd non niſi *ſylveſtrem* lactucam ſignificat, aut verò *ſylveſtre intubum*. Ea enim ſic appellari conſuevere ſpeciali nomine, ratione amaritudinis quæ in illis major, quàm in ſativis. Cui rei illuſtrandæ faciunt illa ex Abenbitare, Scriptore Arabe, petita, *Meruria eſt intubi ſylveſtris ſpecies maximè amari. Intibo Alsavi* (cujus auctor eſt Serapio) *meruriaeſt lactucæ ſpecies in qua eſt amaritudo & unde ſluit lac*. Et certè lactucæ has ſylveſtris notas eſſe, diſcimus ex Dioſcoride, Πικρὶς ἡ πρὸς τῷ γόνυϊ ὁρῶσα· ἥτις καὶ ὑπὸ τῶν τὸ ὄναμα μὴ εἰδότων ἴδιός ἐστι τῶν ἀγρίων λαγώνων τῇ μορφῇ, *Guſta amaram eſt: papaveri ſimiles vires habet: ideoque hac eius quidam papaveri miſcent*. Et Theophraſto, qui multo ante deſcripſerat hoc lactucæ genus *Hiſtor. l.* 7. *c.* 4. ὑπάδης ὁ πρὸς γόνυ, lactiferum valde. Ita in Plinio lactucæ ſylveſtris ſpecies una eſt, *quæ meconis vocatur copia lactis ſoporiferi*. Addit, *olim in Italia hoc ſolum genus fuiſſe & ideo lactucæ nomen adeptum*. Ita ex Appuleji *Herbario* ἀπὸ τοῦ hæc eſtat Salmaſius, *Lactuca alba μηκωνὶς vocatur, a copia lactis ſoporiferi &c.* Uti verò omnia in Agno Paſchali myſtica erant, ſic herbæ amaræ, cum quibus Agnum comesti oportuit, *picris* inprimis, ſignificarunt, *amore qui volumus pœ vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem pati*, 2. Timoth. *cap.* 3. *verſu* 10. ut, *per communionem paſſionum illius, conformes ſamus morti ejus*, Philipp. *cap.* 3. *verſu* 10. Eodem enim tendentibus idem iter eſt proſequendum: & ſpinea corona nobis cum Chriſto ferenda eſt, ut ſuccedat corona gloriæ, juxta illud, *Si ſuffrinemus, etiam cum illo regnabimus*. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parr. prior. Lib. II. cap.* 50. & Claud. Salmaſium *Exercitat. Plinianis p.* 829. 830. & 1269. Sed & Virgilius *picrin*, inter herbas coronarias refert, duphthalmo eam ſocians, eamque *ſtoridam* vocat *Cul.*

Duphthalmusque, virens & ſemper florida picris.

Qua de re V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 3. *cap.* 17.

Picta, item *Pictavina* & *Pictavenſis*, Gall. *Pite*, moneta Comitum olim *Pictavenſium*, omnium fere monetarum minima, apud Car. du Freſne *Gloſſar.* ubi in *Tabularia* Angerianeſi *Pictavenſes ſrunos*; item: *Pictavenſes maiuſculos*, id eſt, *Mallius Pictavienſes*, Gall. *Maillez Poitevins* occurrere, inſuper adnotat. V. quoque ſuprà voce *Mallia*.

Picta Toga, veſtis Etruſcæ fuit, purpurei coloris, auro diſtincta, à Triumphantibus olim ſolita geri, *quam*, ut ait Florus, *ſubaſtis XII. Thuſcæ populis Turquinius Priſcus Romam tranſtulit*, id quod etiam Dionyſius confirmat : Macrobius tamen & Plinius, id non Priſco, ſed Tullo Hoſtilio tribuunt. Vocabatur autem *Picta*, quòd in ea figuræ ita figerentur, ut ea ſpecies ad picturæ ſimilitudinem accederet. Joh. Roſinus *Antiqv. Rom. lib.* 5. *cap.* 32. Cujus nodi ea pictarum imagines nonnullas deſcribunt Homerus, Virgilius, Catullus, Niſi hinc dictam malis, quòd purpura ita eſſet intexta, ut aliqua imago aut palma in ea picta videretur. Quare nonnunquam ea *Palmata* & aliquando *Purpurea* fuit appellata, de qua quidem egregiè ſcripſit Juvenalis *Satyr.* 10.

Quid & validiſſes Prætorem in curribus alis
Etanteum, & medio ſolliſimem in pulvere Circi
Invnica Jovis & picta ſervante Corinthum
Ex humeris aulæa Togæ.

Et Rhodiginus *Antiqv. Lect. lib.* 16. *Pictam Togam privatus habuit primus & propriam Gordianus ſenior , quum ante ex Capitolio acciperent Imperatores rel ex palatio*. Quippe, ut tradit Livius *lib.* 10. Lampridius in *Alexandro Sev.* & Stephanus Vinardus in ſua *Hercultis ſuſi*, olim conſuetudo, de qua etiam ſuprà aliquid innui, ut Triumphantes in Toga picta purpurea inveherentur in Capitolium. Hinc Martialis *lib.* 7. *Epigr.* 11.

I comes & magnos illæſa mevere triumphos,
Palmata q, Dutem, ſed cito, redde Togæ.

Vopiſcus in *Probo* : *Te manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata &c.* V. Hieron. Boſſium de *Toga Rom. c.* 16. Togam *pictam* auctores paſſim diſtinctam fuiſſe, Plinius habet *lib.* 9. *cap.* 36. quæ autem palmatum iconibus eſſet illuſtris, *palmatam* fuiſſe dictam, Iſidorus docet *lib.* 18. *cap.* 2. Color ejus purpureus, auro intertexto, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo *lib.* 5. pag. 314. quod vel ipſa experimebat, ut ſuprà dictum, & Appianus inſuper confirmat vel Triumphantis res geſtas gentilitiumque ſtemma. Auſonius *in Gratiar. Act. Palmatam tibi miſit, in qua Divus Parens Conſtantius intexuit eſt, hæc ptale, hæc eſt picta, ac diſcolor*, Veſtis, *non auro magis ſuo quàm tuis verbis*. Eandem *davatam* fuiſſe dictam, à clavis aurei, quibus diſtinguebatur, diſcimus ex Feſto *lib.* 14. in dict. *Picta*. Quando ceperit hoc geſtamen, Veſtius Flaccus apud Sextum Pompejum, nos edocet, *Picta*, inquiens, *Toga quæ nunc dicitur, purpurea ante vocitata eſt eaque eras fine pictura : Ejus rei argumentum eſt pictura in aede Vertumni & Conſ. ejusdem in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papyrius Curſor triumphantes ita picti ſunt*. Itaque Toga triumphalis antiquitus tantùm purpurea fuit, poſt Pictam ulum venit; natas autem has ex Homericis pictarum vetiumen imaginibus, docet. Sed nec triumphantium modò ea toga fuit, verùm & Conſulum & Prætorum; & quidem illorum, quotics Magiſtratum inirent ipſis Kalendis Januariis, idſque ſub Imppp. cum liberâ Rep. tantùm in prætexta eſſent. Lampridius de Alexandro, *Prætexam & pictam Togam nunquam niſi Conſul accepit, & eam quidem, quam de Jovis templo ſumtam alii quoque accipiebant aut Prætores aut Conſules*. Præter Gordianum, duobus tributum, ut *Pictavoga* quandoque privati aterentur, Paulo Æmilio Perſei Regis Macedonici ultimi victori & Pompejo, legimus apud Aur. Victorem *de Viris illuſtr.* Vellejum *lib.* 2. ac Dionem *lib.* 37. Crebrior dein, poſt Gordianum, ejus uſus ac mentio apud Scriptores. Auſonius *Idyllio* 4.

Ut Tyrs ſectivum duplicem, ſellamq, curulem,
Uttrabeam, pictamq, togam, mea pramia Conſul
Induerer, faſtiq, meis præſatus haberer.

V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. lib.* 2. *cap.* 8. & 9. ut & ſuprà in voce

voce *Palmata*, ac infrà in voce *Triumphalis*. Inter Senatus Rom. præcipua dona, quibus amicos colebat Reges, fuisse Togas *pictas*, & tunicas palmatas, Livius passim aliique testantur. Quò respiciens Tacitus, *cognitis*, inquit, *lib. 4. Ptolomæi per id bellum ludiis, repentus ex vetusto more, missusque à Senatoribus, qui Scipionem eburneum, Togam pictam, antiqua Patrum munera daret, Regemque & socium atque amicum appellaret.* Nec omittendum, istiusmodi Togæ purum opponi, ut docet. jac. Gutherius *de Vet. Jure Pontif. lib. 1. cap. 20. V.* Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 10. cap. 29.* A' Toga ad vestes *pictas* in genere è tranleo, quarum inventores Phrygas fuisse, innuit Plinius *lib 8. cap. 48. Pictæ vestes jam apud Homerum fuisse, unde Triumphales natæ; acu factæ id Phrygas inventorum, ideoque Phrygiones appellati sunt.* Usus in Assyria frequens, Babylone præterim, refert eodem paulo post: *Colores diversis picturæ intexere Babylon maxime celebravit.* Qua de causa, *Babylonici operis, i. Babylonicis coloribus variegatum vestem*, hæreditariis olim servitiis Crassi, refert Plutarchus *in Art. Catonis vita*, Sed de his *V.* iterum Dempsterum *in Rosinum l. 5. cap. 35. & supra in voce Phryges, Phrygiones &c.*

Pisticinia, apud Vincentium Belvac. *lib. 32. cap. 49. Agnam etiam pavam frequentibus bibebant & quandoque pro magna pictancia mixtam vel acceo vel lacte, nulla de vino facta mentione.* Cæterum item *lib. 8. cap. 94. Dum . . . delectaria per totum conventum pistancia, id est, oferenda vel dividenda, invisibiliter & pictancialem missi, — quod omnibus dictum vitæ sive* pictantis *omnibus carere vellet*: Portio est monachica, in elementi, ad valorem unius *pictæ*, lautior pulmentis, quæ ex oleribus erant; cum *pictanciæ* essent de piscibus. Apud Udalricum *Consuetud. Cluniac. lib. 2. cap. 35.* alibique passim *Pitancia* dicitur, quod ad Gallicum *Pitance* magis accedit. Unde impingere sit Car. du Fr. sne, qua à *Pictate*; vel à *pisulando*; vel etiam à *pitacio*, deducunt vocem, ita ut Canonistis & Irabendariis, ut olim militibus, secundum portiones rectà illis pitrecia, erogari quæ species annonariæ, panis, vinum, lardum, caro &c. vel quod in tabella seu pittac o describeretur, quam quisque portionem & portionem effet fuscepturus. Istiusmodi *pitancias* singulis Monachis distribuendi munus qui habebat, *Pictianciarius* dictus est. *Charta A. C. 1292. item Abbas assignavit pitanciariæ cereos vestitos ad summam 8. librarum & 14. solidorum & 2 denariorum . sui modo disponendum, videlicet quòd Pictanciarius ministret huic Conventui pictanciæ in anni revisario duo virorum, piscem & speciæ: skilicet nullibet ac Conventu unam carnisagem integram bovi vini & unum ferculum boni pisc is & speciæ, per virum Subprioris.* &c. apud Ingulfum, memoratum dutreine *Glossar. Pisticinium*, V. infrà *Pitacium*.

Pi*cti*, addit: Camd. nus eos veros ac genuinos Britannos esse contendit, eo quòd vocalis *Brit* lingua Cambrica *hominem picturatum* significet. Sed tatio ista ab aliis invertitur, dicentibus Pictos Scotosque vel ideo ex Scythia esse oriundos, quia fuere picti *vel picturati*. Namque Virgilio Geloni & Agathyrsi *picti vel picturati*. Item Herodoto Geloni & Agathyrsi *picti* vocantur, quæ utraque gens Scythica est, *V.* Taubmannum *ad Virgil. p. 178. & 369.* Quanquam in America quoque, si Mexicanos excipias, pleræque gentes picturatæ sunt. In *Kangigu* certè viri mulieresque faciem ac totum corpus pingebant imaginibus leonum, draconum, aviumque, quæ aboleri non potebant: nec alius in Florida Virginiaque mos receptus est, *V.* Hornium *Arc. Noe pag. 459. &c.* Populi verò hi, eo tempore, quo Romano Imperio à Barbaris infestato, Romanæ legiones Britannia sunt evocatæ, Scotis junctis, Britanniam Meridionem ferro & igne devastare cœperunt: quibus cùm Vortig. rnus Rex par neutiquam esset, missis in Germaniam legatis Saxones in Britanniam vocavit, ficque tertiæ Regni Anglici periodo occasionem præbuit. Tandem collisi cum Scotis *Picti*, poltquam diuturna cum illis bella gessissent, à Scotis deleti, eorumque & nomen & Regnum in Britannia extinctum est, circa A. C. 839. à quo universa Britannia Scepetre. *Scota* appellata est. Ceterùm ultimi belli canis fuit, quem *Picti* Scotis erpuerant; qui verò cum primis Scotos ad illud concitavit, Zenetus fuit eorum Rex: cujus fratrem, *Alpinum* nomine, cùm Picti occidissent, ille subditos timore percussos ad ultionem fumendam, hoc commento instigavit. Convocavit omnes Regni Proceres & benignè hospitio convivioque exceptos in Palatii cubicula, somnum capturos, dimisit. Cùm nocte omnia silerent, in singula cubicula immisit viros cum baculo ex putri ligno nocbiluco in manu, & velte exterio pisciura non desquamato induta. Illi ingressi cubicula, corpu bovis loco buccinæ instant, Regique parendum clamitant: *Picti* fcelerum brevi pœnas daturos. victoriam ingensem Scotos expectare, nuncios se à Deo missos. Non dificile fuit somnolentis imponere, cùm neque venientes neque abeuntes videre possent; nam vestem nocbiluca pallio involverunt, cùm abirent, baculumque sub eodem absconderunt. Ubi dies illuxit, ad consilia venum est, & nemine fucum agnoscente, consensum in bellum, pugnatomque feliciter ac triumphatum. Refert historiam ex Buchanano Scottus in *Συνοψει της Φυσικης* & ex hoc Morhofius in *Principe Medico* apud L. Joach. Fellerum *Notis in Horn. Orbem Impet.*

Pictiones, apud Papiam. dicuntur, *Qui vincuntur in Pictura certamine.* Hodieque Gallis *Peinteures* dicuntur, Artis picturiæ minùs gnari. C. du Frene *Glossar.*

Pictomacharius, apud Firmicum *Mathem. lib. 8. cap. 8.* fortè corrupte pro *Pyctomachus*, *V.* ubi de *Pugilatu*.

Pictor, cum Cæsatore domestico conjungitur Juvenali *Sat. 9. versu 148.*

Sit mihi præterea curvus Cæsator, & alter
Qui mulias facies pingat cibi.

Ergo, cùm servitiis Pictura interdictum apud Græcos, Romani servis suis ut sibi haberent permiserunt, usui lucroque Patrisfamiliis & familiarium. Plin. *lib. 35. cap. 10* Marcianus *l. 17. ff. de instructi. vel instrum. I. Victoris instrumento legato cæræ, colores, similiaque horum legato cedunt.* Jul. Paulus *lib. 3. Sent. Instrumento Pictoris legato, colores, penicilli, cauteria, & temperandorum colorum vasa debebuntur.* In quibus cera & *cauteria*, ad Encaustican referenda, cujus præter Vatronem, Vitruvium, Plinium, Fiscum, Statium, Appulejum, Ausonium, Prudentium, ita meminit Ovidius *Fastorum lib. 3.*

Quid, movet oculum, tabulam & coloribus unis,
Quid, facis docta mollia saxa manu:

Ubi pro *oculum* alii *cultrum* legunt, subinonente Plinio *lib. 35. cap. 11. Encaustis pingendi duo fuisse encaustigmatis genera confiat: cera & ito ebore cultro. i. viriculo.* Idem Auctor ibid. *Lata Victoria per prima Phrygia, &c. Varronis personæ, Romæ & penicillo pictæ, & ostrin in aure bremagines mulierum maximè.* Sed pro vulgata lectione Servius ilat, *ad illud Æn. lib. 1. vers. 644.*

——— *Celataq; in auro*
Fortia facta Patrum, ——

Laur. Pignorius de *Servis*. Interim, utcunque Romani putare soliti sunt, intra suam dignitatem esse, si pingerent, picturas tamen excellentium Artificum magno habuere in pretio, ut quos tabulis publicè propositis Arti præcipue dignorem fecisse, Plinius dicit *lib. 35. cap. 4.* qui cap. in quoque ejusdem lib. ubi de L. Æmilio Paulo, & Metrodoro Philosopho ac *Pictore*, ei fermo, idem pluribus confirmat. Sed & id arguit Fabii cognomentum *Pictoris*, cui ab Artis hujus amore ac peritia, id hæsisse diximus alibi. Apud Christianos primitivæ Ecclesiæ *Pictores* nulli, quippe quibus Artis hujus usum prohibitum fuisse, colligas ex Tertulliano *de Idolol.* Unde Clemens Alex. *Protreptico*, interprete Hervetto, *nobis est aperte vetitum, inquit, ἀνανδρον ἀρχαῖον τέχνης, stellarem artem exercere; Non facies enim, ait Prophetæ, imitatus res fimilitudinem.* Idem de Judæis habet Origenes *c. Celsum lib. 4.* Hinc in Ecclesia Christiana, sæculo demum *V. Picturæ Historicæ* locum habere cœperunt: qua de re *V.* Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. 7. cap. 9. §. 10.* De *Pictoribus* Mahometanorum Turcarum Periaranque, *V.* P. de Valle & Jo. Bapt. Tavernier *Itiner. Turcic & Perf.* Alias à *Pictore* eli, *Pigmentarius*, ejusdem minister, de cujus diversa à Pictore officiis, illiterens D. Gregorius *lib. 4. Dial. Nam illustris vir Stephanus, quem bene noffi, de semetipso mihi narrare consueverat, quia in Constantinopolitana Urbe pro quadam causa demoratus, molestiâ corporis super nevium, defunctus est. Cumque Medicus atque Pigmentarius ad apertionem eum atque condiendum esset quastus & c.* Nempe *Pigmentarius* hic est Aromatarius ac Myropola, qui pretiosis unguentis cadavera illinens, à putredine ea conservare fategit. Plura infrà in voce *Pictura*.

Pictores quidam celeberiores ex Vossio,
Græci.

Qui vixere anno bellum Persicum. Ol. 76.

a. Ardices Corinth. cum Telephane, Sicyon. primi exercuere Artem sine ullo etiamnû colore, jam tamen spargentes lineas intus, Plin. *l. 35. c. 3. 8.* Balarchus, Romuli ætate vixit tabulam, in qua erat. Magnetum præsium, à Candaule *R.* auro repensam fuisse, tradit Idem *ibi. cap. 8. 9.* Charmas, unus ex iis, qui monochromata pinxerunt, *ibid. 9.* Cimon Cleonæus, catagrapha invenit, i. obliquas imagines, & variè formare vultus, respicientes, fuspicientes delpicientesque: articulis etiam membra distinxit, praetereaque in veste & rugas & sinus invenit, Idem *ibid. 8.* Cleanthes Corinthius, cum Philocle Ægyptio linearem Picturam invenit, *Plin. lib. 35. cap. 3.* Strabo refert picturas ejus, in templo Alphæorum, unam item Aregontis itidem Corinthii *lib. 6. 8.* Cleophantus similiter Corinthius primus picturam invenit colorare testa, ut feruut, triti: Ciaruit ætate Attei Marcii Rom. R. & Tarquinii Prisci Rom. R. patrem amasse Demarchum Cypselli Tyranni crudelitatem, Romam fequutus est, Plinius iterum *lib. 34. cap. 3. 8.* Dinias, monochromata pinxit. *ib.* Eumarus Athenienfis, primus marem fœminamque discrevit, figuras omnes imitari ausus; cujus inventa postmodum excoluit Cimon Cleonæus. Idem *lib. 35. cap. 8. 1.* Hygiænon, unus ex iis, qui monochromata pinxerunt: Hos autem idem Auctor ibidem coniicit, antæetiam Bularchum, quem circa Romuli tempora vixisse diximus, florutsse. Duo enim deviceffimi Olympiade interiit Candaules aut, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus, manifeltâ jam claritate Artis ac absolutione. *c.* Telephanes Sicyonius, Ardici Corinthio junctus, artem primus exercuit: sine ullo, ut dictum, colore; Idem & quos pingerent adscribere

scribere institutum, Plinius sæpius ci. lib. 35. c. 3. Sed antiquissima hæc multum habere incerti, fatetur Vossius tr. de 4. Artibus Popul. cap. 5. ubi de Graphice: quem proin ad alteram Pictorum ætatem, quæ incipit à bello Persico seu Olymp. 70. transferendum sequemur.

A bello Persico seu Olymp. 70.

a. Panæus, Phidiæ frater Bojutii Olymp. 83. à Timagorâ Chalcidensi Pythius superatus: quod primum Picturæ fuit certamen publice institutum. Plin. lib. 35. cap. 9. 8. Phidias prioris frater, Pictor quoque prius. 9. Polygnotus Thasius, claruit circa Olympiad. 90. inventis suis multum à posteris celebratæ. *Primus mulieres inclusâ veste pinxit, capita earum mitris diversicoloribus operuit, plurimum hilaritatis primus contulit, ostendit os aperiendo, dentes ostendendo, vultum ab antiquo rigore variare.* Plinius ibid. ubi & addit, hunc, cum mercede pinxisset Pater Mycon, gratuito Athenis pinxisse porticum, dictam Ποικίλην, ac propterea Amphictyones eis hospitia ei gratuita decrevisse. Conjungit eundem cum Timanthe ac Parrhasio Dionysius Halicarn. de Demosth. acumines cum Zeuxide & Euphranore Philostratus in vita Apollonii lib. 2. cap. 9. & Timagoras Chalcidensis Panæi victor, &c.

ad Olympiade 93.

a. Andocydes Zeuxidis æqualis, pinxit Thebanorum victoriam, duce Charone ad Platæas. Maximè verò laudati pisces absoluti picti, Plut. Sympos. lib. 4. quæst. 2. 8. Apelles, æqualis Aristidis, qui quidquid vel antè, vel sua ætate Pictorum fuit, Venerem superavit: unde nec ab alio quam Apelle, pingi voluit Alexander M. V. Plin. lib. 35. cap. 4. Unde & Plut. de Fort. Alex. lib. 2. duos effe dixit Alexandros, unum Philippi, ἀνικήτου: alterum Apellis ἀκοίτητου. Pinxit autem Venerem ἀναδυομένην, ad exemplum plum Campaspes, pellicis Alexandri, Plin. lib. 35. cap. 10. vel Phrynes, conventibus Eleusiniis aut Neptuni ferias nudæ, ac capillo passo, mare ingredientis, Athen. lib. 13. Idem pinxit, quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque, *Brontes, Asteropen, Ceraunobolon* appellans: Nec ipse solum pinxit, sed & de Arte hæc scripsit. 7. Apollodorus, Athenientis, floruit Olymp. 93. quâ Athenæ à Lysandro captæ. Hic *primus flexiles exprimere institutis, primusque gloriam penicillo pare contulit*, Plin. lib. 35. cap. 9. *Gemmas insuper & ebur primus reperit*, Plut. *Bello ne an pace Athenienses illustr.* 8. Aristides, Thebanus, Olymp. 112. *omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos vocant Græci ἠθη: item perturbationes, durior paulo in coloribus*, Plin. lib. 35. cap. 10. Idem ad ἐνεργειαν prævixit. Pinxit hic inter alia, oppido capto ad marris, morientis é vulnere, mammam adrepentem intantem, ubi *intelligitur sentire mater, & timere, ne emortuo lacte sanguinem lactans bibat.* Id. Etiam nonnullis primus doctilis credidit ἠθη quorum, sive Actionem exprimendi picturâ: *quæ tamen nisi sane in manibus versata, non primum reperti*, Plut. *Bello ne an pace Athenienses illustr.* 9

A. Titianus Antoninus, Corregienſis, Venetus, magnâ itidem inter primos in Italia Picturæ vindices claruit Famâ. In quo interdum Lamb. Lombardus, extollebat *amanitatem, vivacitatemque, res ipſas naturales ſimilitudine adeo indifferenti repræſentantem, ut vel acerrimos oculorum ſenſus affectu primo imponerent.* Idem apud Eund. *dentia umbrarum opacitate & quaſi inanenia quadam noſtræ repudiata Latam, nitidam atque oculis naturæ tactis amantibus gratam, ac proinde perfectiſſimam, colorum addendorum rationem exequitavit: in qua omnibus præcellere exiſtimatur.&c.*

Pictor, cognomen tum C. Fabii filii; qui anno U. C. 550. ut ait Plinius *lib. 35. cap. 4* ædem Salutis pinxit, indeque cognomen hoc familiæ primus intulit. Pater fuit C. Fabii, qui anno 535. nempe 35. annis, poſt pictam à Patre ædem Salutis, cum Q. Ogulnio Gallo Conſul fuit. Errorem Viri docti duos quoſdam Pictores, & præterea alios duos Fabios *Pictores*, confundentes abduximus, & præterea alios duos Fabios *Pictores*, confundentes abunde refutavit Voſſius, *de Hiſtoric. Latinis lib. 1. cap. 4.* Petrus Georgius Tolofanus *Syntaxes Artis Mirabilis lib. 3. cap. 1.* ait, *Fabio id datum eſſe laudi, quod eam ædem pinxerit: & hoc proditum eſſe a Marco Cic. Tuſcul. Quæſt.* 1. Atcontrarium potius dicit. ita enim ille, *Ante omnes*, inquit, *ſi Fabio nobiliſſimo homini laudi datum eſſet, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos aut Parrhaſios.* Cauſam mox, cur Romani ab hac arte non fuerint, non lebiati, addens, non fuiſſe ingeniorum defectum, ſed quòd non Artiluxit, ut apud Græcos, ſic apud Romanos etiam, ſuus foret honor. Proximum ab hoc Fabio pingendi arte apud eosdem clarum, Pacuvium Poëtam habet Plinius *loco cit.*

Pictura, ſeu *Pingendi Ars*, alias *Graphice*, ex Græco, definitur Socrati, *imitatio Facultatum, imitatio ſeu repræſentatio eorum, quæ videntur*; quam definitionem cum Piatice communem habet, Horatius *lib. 2. Epiſt. 2.*

Argilla quidvis imitabitur uda.

Ducit in tabula penicillo lineas & colores addit, ut homines, beſtias, plantas, ædificia ac alias res exprimat: quanticque habita ſit à Græcis, inde liquet, quòd ingenui ſolum pueri Diagraphicen in buxo diſcerent, adeoque graphis, quâ in pingendo opus, ſervis eſſet interdicta, contrario apud Romanos obtinente, ut in voce *Pictor* oſtendimus. Habet initia ſua à Natura, inſitum namque nobis imitarii & qua magnam ex imitatione capimus voluptatem, hinc Artis incrementa, Philoſtr. *de Vita Apollonii lib. 6.* Antiquitatem, hinc Artis incrementa, Philoſtr. *de Vita Apollonii lib. 6.* ſ

eqnum scientissimè pinxisset, unum hoc jure objectum quòd utriq; palpebræ apposuisset cilia cùm inferior ita careat. Ælian. de *Anim. l. 4. c. 20.* A Physiognomia insuper & Morum Scientia *Pictura* summotore & affectus imè & in Veteribus historias certè pingendis multum accurata Antiquitatis conducit notitia. E quibus simul elucet, quanta Artis hujus tum nobilitas ac dignitas sit, de qua sic Cardanus *de Subtil. l. 17. Est* Pictura *Mechanicarum omnium Artium subtilissima, eadem verò & nobilissima. Nam quidquid Plastice, aut Sculptura conatur, mira blitis Pictura fingit, additum bras & colores & Opticen sibi jungit, novis etiam additis quibusdam inventionibus. Nam Pictorem omnia necesse est scire, quoniam omnia imitatur. Est Philosophus, Pictor, Architectus & disciplinis Artifex &c.* Partes *Picturæ* quatuor, sive Oratoriæ, sive Tragicatis commode constituì possunt, Inventio videlicet sive argumentum & materies: Οἰκονομία sive Dispositio, ac simul Συμμετρία, quæ & Ἀναλογία & Ἀρμονία appellatur; Color, h. e. tum lumen & umbra, tum splendor ac opacitas ac denique Motus sive gestus, qui quasi vitam quandam inspirat. Affinia ei sunt, Sculptura quæ facit imagines in ligno prominentes: Statuaria, quæ idem præstat in lapide ac metallo: Caelatura, quæ in ligno, lapide metallove, imagines facit cavas: Chymice seu Fusoria, quæ imaginem è metallo aliave materia fundit: & Plastice, quæ ex argilla, gypso vel simili materie, imagines facit: Quibus omnibus nobilior *Pictura* est, teste Cardano *loc. cit.* Et quidem, quod Statuariam inprimis attinet, licèt statuæ eo picturis præstent, quòd durent magis pluraque in fecula propagent hominis decus: longè tamen artificio vincuntur, uti & splendore ac pulchritudine. Ut de lumine, umbra, differentiarari ac densi, aliisque nil dicam, de quibus V. differentem Balthasarem Castilionæum *Com. lib. 1. de Curiali seu Aulico.* Michael tamen Angelus Bonarata Sculpturam *Picturæ* difficiliorem judicavit, eo quod in statua sint diversi magis aspectus pleni angelyphi, quam sententiam quoque probat Cæsar Bullingerus, *de Pictura & Statuaria lib. 2. cap. 7.* judicium fuum fuspendente Lud. Demontiofio *Comm. de Sculptura & Pictura Antiqq.* Quibus incrementis olim *Pictura* adoleverit; V. de supra in voce *Pictor*: Satem hic addo, apud Græcos, præcipuum *Picturæ* tempus fuisse ab Olymp. 93. quo Athenæ à Lysandro captæ sunt; ejusque ipsius ἀκμὴν, Apellis ac æqualium ætate; Nec enim eorum, qui postea fequuti, Artem quisquam provexit: imò fuere, qui deteriora sequuti, *Picturam* ad humiliora revocarent, inque iftusmodi etiam laudem invenirent, qualem Pyreicum fuisse, memorat Plinius *lib. 35. cap. 10. qui tonsorinas, futrinarque pinxit & asellos & obsonia ac similia, Rhyparographus propterea dictus:* Item Calliclem & Calacem; Antiphilum quoque, utroque valentem genere, qui (verba Plinii sunt) *joco nonnunquam risum vicinali habitat pinxit. Unde hoc genus picturæ Grylli dicti.* Absolutam jam in Italia Picturam fuisse idem docet, circa tempora Tarquinii Prisci, *lib. 35. cap. 3.* ac à fervis ac peregrinis exercitam. A' Pacuvii enim ætate, usque ad suam, negat quenquam pinxisse honestiorem eivem, ut supra visum. Post multorum seculorum decursum, in Italia primum, Avorium ævo, *Pictura* iterum caput extulit: Præcipuam verò superiori seculo palmam meruere ifti, Raphael Urbinas, Mich. Angelus Bonarata, Antonius, Correggiensis Titianus, Seb. Venetus, Julius Romanus & Anton. Sartorius, de quibus dictum. At quamvis hi *Pictoribus*, qui, Atavorum ævo floruere, multum ab antiquis recellerant, longius artem provexerint, nondum tamen ad priscum decus perduxere: cujus rei causas eruditè exponit Lamb. Lombardus Leodicensis, *in vita Reginaldi Poli.* De iis qui in hac Arte celebres, egimus ictro. Eorum qui tam scripsit, suis illustrarunt, catalogum hic atteximus: Plura qui volet, adeat Gerh. Joh. Vossium *de 4. Artibus Popularibus* cap. 5. & *de Philosophia cap. 26. §. 1. & 2.* ex Vett. Plinium *lib. 35. capp. 12. prior.*

Auctores, qui de Pictura seu Graphice scripserunt, ex Possio.

Albertus Leo Baptista, Italus, A. C. 1540. libr. 3. de *Pictura* reliquit.

Anaximenes scripsit de *Picturis antiquis*, teste Fulgentio *Mythol. fab. de Actaone.* Perrit.

Antigoni, de *Pictura*, memisit Plinius *lib. 35. cap. 10.* περὶ πινάκων seu de *tabulis.* Laertius in *Chrysippo*, quæ interierunt.

Apelles, de *Arte sua* ad Perseum scripsit, Plin. *lib. 35. cap. 10.* qui liber perrit.

Aristodemus, Plin. æqualis, *hisp. Picturam*, & *Picturæ amantium civitatum ac Regum* perduxit ad suam ætatem, V. Fulisstratum *præf. Icon.* In Tom. II.

deperditis.

Artemon, περὶ ζωγραφικῆς scripsit, apud Hap rocrationem in Πολιόχνον. Perrit.

Atticus, de *Imaginibus* volumen edidisse legitur, apud Plinium *lib. 35. cap. 11.* Callistratus.

Callixenus, in lucem dedit, Ζωγράφων τε καὶ Ἀνδριαντοποιῶν διαγραφὴν, *Picturam & Statuariorum descriptionem*, unde librum suum to. excerpsit Sopater, teste Photio.

Democritus, de *Pictura* scripsit, Laertius.

Demontiosius Ludovicus, edidit lib. 2. de *Vet. Sculptura Caelatura, gemmarum Statuaria ac Pictura.*

Durerus Albertus, de Συμμετρίᾳ scripsit fec. præt.

Duris περὶ ζωγραφικῆς, i. de *Pictura*, citatur à Diog. Laertio *in vita Thaletis.*

Euphranor.

Felibien, scripsit *des Entretiens sur les vies & sur les ouvrages des plus excellens Peintres*, in 4. Parisiis.

Gauricus Pomponius *de Statuaria.*

Hegesander, de *Statuis* ac *Imaginibus* seu *Picturis* scripsit & dicitur Athenæo *lib. 5.*

Hyspicratis, περὶ πινάκων, de *tabulis*, apud Laertium in *Chrysippo* mentio. Interiit.

Jamblichus, περὶ ἀγαλμάτων *de Imaginibus*, librum elucubravit, Philopono refutatum: teste Photio.

Juba, Mauritaniæ R. scripsit περὶ ζωγραφικῆς, teste Harpocratione & Phorio: Exeundem libris περὶ ζωγρα φων, *de Picturibus* odi vri, meminit Idem Harpocratio in voce Ἠιδίαν.

Junius Franciscus, 3. *lib. de Pictura* reliquit, multijugæ lectionis ac bonæ frugis

Lombardus Lamb. Leodicensis *in vita Reginaldi Poli*, de plerisque prioris ævi celeberioribus Pictoribus, Raph. Urbinate, Bonarata, Titiano &c. judicium tulit.

Melanthius Pictor, περὶ Ζωγραφικῆς, i. de *Pictura* memoratur Laertio *in vita Polemonis.*

Pamphilus Pictor, περὶ Γραφικῆς & Ζωγραφικῆς ἐπιστήμης, *de Pictura & Picturibus*, laudatur Suidæ.

Pasiteles, *quinque volum. No-*

bilium operum in toto Orbe, scripsit, teste Plinio *lib. 36. cap. 5.* cum Praxitele cum confundit Cæsar Bullingerus *de Picturæ lib. 2.*

Philostratus *de Iconibus.*

Polemon, testante Athenæo *lib. 13.* scripsit, περὶ ζωγραφικῶν ἀγάλματων, *de Picturibus ad Attalgenum.* Idem librum περὶ πινάκων, i. de *tabulis*, reliquisse legitur, apud Laertium in *Chrysippo* & Athenæum *lib. 11. & 13.*

Porphyrius, περὶ μνημείων, i. de *Simulachris*, egit: V. Stobæum *in Ecloga Phy. sic. cap. 25.* Sed is non tam de Arte, quàm de cultu, scripsit.

Protogenes Pictor, condidit libb. 2. περὶ Γραφικῆς ἀγωγῆς, *de Pictura & figuris*, teste Saidâ. Sed ti injuriâ temporum deperditi sunt.

Rodolfius, scripsit *Vitas Pictorum.*

Theophanes περὶ Γραφικῆς i. de *Arte Pingendi*, laudatur Laertio *in Aristippo.* Sed hoc opus, ut & plurima alia, temporis spolium est.

Varro, ex Latinis, *imagines præstantium Virorum* suis quoque libris complexus legitur, apud totius memoratum Plinium *lib. 35. cap. 11.* ubi ait: *Imaginum amore flagrasse quosdam, ipsos sua & ætiones illi Ciceronis, edito de his volumine & M. Varro, benignissimo invento, inseris voluminum parvum fœcunditati, non nominibus tantum 700. illustrium: sed & aliquo modo imaginibus, non passus interscribere foreas: aut vetustatem avi contra hominum ætatem juventione muneris etiam Dii immortales &c.* Ut alios omittam.

Auctores, qui de Pictura seu Graphice scripserunt, ex Vossio.

Albertus Leo Baptista, Italus, A. C. 1540. libr. 3. de *Pictura* reliquit.

Anaximenes scripsit de *Picturis antiquis*, teste Fulgentio *Mythol. fab. de Actaone.* Perrit.

Antigoni, de *Pictura*, memisit Plinius *lib. 35. cap. 10.* περὶ πινάκων seu de *tabulis.* Laertius in *Chrysippo*, quæ interierunt.

Apelles, de *Arte sua* ad Perseum scripsit, Plin. *lib. 35. cap. 10.* qui liber perrit.

Aristodemus, Plin. æqualis, *hisp. Picturam*, & *Picturæ amantium civitatum ac Regum* perduxit ad suam ætatem, V. Fulisstratum *præf. Icon.* In Tom. II.

Artemon, περὶ ζωγραφικῆς scripsit, apud Hap rocrationem in Πολιόχνον. Perrit.

Atticus, de *Imaginibus* volumen edidisse legitur, apud Plinium *lib. 35. cap. 11.* Callistratus.

Callixenus, in lucem dedit, Ζωγράφων τε καὶ Ἀνδριαντοποιῶν διαγραφὴν, *Picturam & Statuariorum descriptionem*, unde librum suum to. excerpsit Sopater, teste Photio.

Democritus, de *Pictura* scripsit, Laertius.

Demontiosius Ludovicus, edidit lib. 2. de *Vet. Sculptura Caelatura, gemmarum Statuaria ac Pictura.*

Durerus Albertus, de Συμμετρίᾳ scripsit fec. præt.

Duris περὶ ζωγραφικῆς, i. de *Pictura*, citatur à Diog. Laertio *in vita Thaletis.*

Euphranor.

Felibien, scripsit *des Entretiens sur les vies & sur les ouvrages des plus excellens Peintres*, in 4. Parisiis.

Gauricus Pomponius *de Statuaria.*

Hegesander, de *Statuis* ac *Imaginibus* seu *Picturis* scripsit & dicitur Athenæo *lib. 5.*

Hyspicratis, περὶ πινάκων, de *tabulis*, apud Laertium in *Chrysippo* mentio. Interiit.

Jamblichus, περὶ ἀγαλμάτων *de Imaginibus*, librum elucubravit, Philopono refutatum: teste Photio.

Juba, Mauritaniæ R. scripsit περὶ ζωγραφικῆς, teste Harpocratione & Phorio: Exeundem libris περὶ ζωγρα φων, *de Picturibus* odi vri, meminit Idem Harpocratio in voce Ἠιδίαν.

Junius Franciscus, 3. *lib. de Pictura* reliquit, multijugæ lectionis ac bonæ frugis

Lombardus Lamb. Leodicensis *in vita Reginaldi Poli*, de plerisque prioris ævi celeberioribus Pictoribus, Raph. Urbinate, Bonarata, Titiano &c. judicium tulit.

Melanthius Pictor, περὶ Ζωγραφικῆς, i. de *Pictura* memoratur Laertio *in vita Polemonis.*

Pamphilus Pictor, περὶ Γραφικῆς & Ζωγραφικῆς ἐπιστήμης, *de Pictura & Picturibus*, laudatur Suidæ.

Pasiteles, *quinque volum. No-*

bilium operum in toto Orbe, scripsit, teste Plinio *lib. 36. cap. 5.* cum Praxitele cum confundit Cæsar Bullingerus *de Picturæ lib. 2.*

Philostratus *de Iconibus.*

Polemon, testante Athenæo *lib. 13.* scripsit, περὶ ζωγραφικῶν ἀγάλματων, *de Picturibus ad Attalgenum.* Idem librum περὶ πινάκων, i. de *tabulis*, reliquisse legitur, apud Laertium in *Chrysippo* & Athenæum *lib. 11. & 13.*

Porphyrius, περὶ μνημείων, i. de *Simulachris*, egit: V. Stobæum *in Ecloga Phy. sic. cap. 25.* Sed is non tam de Arte, quàm de cultu, scripsit.

Protogenes Pictor, condidit libb. 2. περὶ Γραφικῆς ἀγωγῆς, *de Pictura & figuris*, teste Saidâ. Sed ti injuriâ temporum deperditi sunt.

Rodolfius, scripsit *Vitas Pictorum.*

Theophanes περὶ Γραφικῆς i. de *Arte Pingendi*, laudatur Laertio *in Aristippo.* Sed hoc opus, ut & plurima alia, temporis spolium est.

Varro, ex Latinis, *imagines præstantium Virorum* suis quoque libris complexus legitur, apud totius memoratum Plinium *lib. 35. cap. 11.* ubi ait: *Imaginum amore flagrasse quosdam, ipsos sua & ætiones illi Ciceronis, edito de his volumine & M. Varro, benignissimo invento, inseris voluminum parvum fœcunditati, non nominibus tantum 700. illustrium: sed & aliquo modo imaginibus, non passus interscribere foreas: aut vetustatem avi contra hominum ætatem juventione muneris etiam Dii immortales &c.* Ut alios omittam.

Pietas, addè: Cic. *lib. 1. de Nat. Deorum*, Pietas, inquit, *iustitia est ad veras Deos & cultus erga Majores eius sanguine conjunctos. Hanc ut Deos coleros colebant Romani. Æemi ei consecravit. M. Acilius Glabrio Duumvir; in foro Olitorio 470 loco, quo quondam mulier habita verat, quæ Matrem stadam inclusam carceri mammis suis duxisset alimentoque, ad quod fastum humanitate vos coercise fuit.* Ita fere Festus, nisi quòd pro Matre Patrem ponat, cùm tamen reliqui Scriptores, qui hujus historiæ meminerunt, omnes Matrem carceri inclusam fuisse, non Patrem, scribant. Livius *lib.* 40. Valerius Max. *lib.* 5. *cap.* 4. Plinius *lib.* 7. *cap.* 36. *Pietatis exempla infinita quidem toto Orbe extitere, sed Romanum, cui comparari cuncta non possint. Humilis triplebe, & ideo ignobilis puerpera supplicia stata, carcere inclusam Matrem, cùm impetrasset adlium à janitore, semper exuisse, ne quid ingredi posset, ubertim uberibus suis alentem eam: quo miratulo Mauri filius donata filia pietate est, ambaque perpetuis alimentis, & locutille eidem consecratus est Dea. C. Quintio M. Attilio Cos. exemplo Pietatis exstructo in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est.* V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 18.* Habitum ejus fic describit Papinius *Thebaid. lib. 11.*

Hinc victaria comam, nivoso, insignia amictu,
Qualis adhuc præsens, nullaq; expassa nocentum
Fraude, vides populos, atque aurea regna colebas,
Mitibus exsequiis ævo.

Idem eam solitariâ Cœlæ parte secretim residentem facit, quippe discordantium Deorum cœtu offensam, *versu* 457. & 462. *quod. 4.* quanquam aliàs cœlo gratissimam ibidem eam constituat, *lib. 3. ſyl. 3.*

Summa Deûm Pietas, *cujus gratissima cœlo!*
Rara profanatæ inspectant Numina terras &c.

Sed pro Miseri cordia ac Clementia vox non raro occurrit, uti pluribus docet Casp. Barthius *ad Claudianum IV. Consulatum Honorii*, V. quoque suprà.

Pissi, inter nomina ignominiosa, quibus Albigenses olim aspersi. Eckbertus Schonaugiensis se. *Catharos Serm. 1. Hos nostra Germania Catharos, Flandria* Pipiles, *Galli Texerant, ab usu texandi appellant. Et Chron.* Abbatis S. Medardi *A. C. 1236. Hæreticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Pilos, per diversas civitates & castella Franciæ &c.* Origo inertat interim etiamnum *Pisses* vocari Gallis homines guttosos, quibus large ibibus equis indulgent, docet Car. du Fresne *Glossar.* à quo tamen crimine Albigenses, varii Scriptores absolvunt.

Pigacia, apud Ordericum Vitalem, *rostra calceorum* & aculei, scorpionum caudas referentes, cujusmodi rostratorum calceorum repertorem, Fulconem Andium Com. fuisse, tradit his verbis *lib. 8. Qui cum pedes haberet deformes, instituit sibi fieri longos & in summitate acutissimos subtalares, ita ut operiret pedes & calores eorum tubera, quæ vulgò vocantur Unions. Institutis autem hoc in Occidentis provinciis orbem, fervidusque & novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde fatores in calceamentis quasi caudas scorpionum, quas vulgò* Pigacias *appellant, fiere, idque genus calceamenti penè omnibus, divites & egeni, expetiere.* Πεδάμωλα ποδῶν hujusmodi calceorum rostra dicuntur Annæ Comnenæ, ad cujus *Alexiadem* V. quæ adnotavit C. du Fresne, ut & infrà voce *Poulaine*, item ubi de *Rostris calceorum* & *Uncinatis Calceis.*

Pigmentarius, V. hic infrà *Pigmentum.*

Pigmentum, Græcis cerea tonibus χρῶμα, item κίνημα, quem admodum & *pimentum* leguntur in vet. libro *Excerptorum* Apicii, ubi sic habet, *Brevis pimentorum, quæ in domo esse debent, ut condimentis nihil desit*: non unâ occurrit notione. In his enim *Excerpsis*, non solùm aromaticæ & exoticæ omnes species, quæ condimentis serviunt, hoc nomine designantur, sed etiam omne genus herbarum ac leminum condimentariorum. Unde *Pigmentarius*, apud Martianum *Lib. 3. l. fin. ad l. Corn. de Sicar.* Gracchi Μυροπώλης, qui omnia vendebat, quæ Medicinæ conducerent, quod inter ea etiam *pigmenta*, i. χρώματα, locum haberent: à qua una mercæ, quasi nobiliori & magis pretiosâ, appellatus est. Genus etiam herbæ condimentariæ *pigmentum* hodie Galli vocant. Ita & Græci recentiores petroselinum, quasi præcipui usus in condimentis, appellavere σπόριον, i. condimentum. At Plinii ex *as pigmenta* tantùm de coloribus posuit, *lib. 36. cap. 22. Auctoribus cura fuere lapides quoq; moriaretum medicinalium tantùm, & ad pigmenta pertinentium.* Ubi *moriaria ad pigmenta pertinentia* sunt χρώματα ἰατρικά. Sequenti verò ævo pro herbis ac speciebus quibuscunque medicinalibus vocem usurpari cepisse, etiam discimus ex Materno Firmico *lib. 8. cap. 17. Marsé enim, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis salutaria sitearn hominibus remedia comparare*: ubi *venena ex herbarum pigmentis facta*, appellat *medicabilis φάρμακα.* Atque hinc *Pigmentarius*, pro pharmacopola, apud Sund. Aliàs fic quoque dixere vox: Μυρεψὸς. Gloſſæ, *Pigmentarius*, Μυρεψὸς, φαρμακοπώλης, Μυρεψεῖον & pharmacopolam, fic vocant Perſii Gloſſæ, *per quæ omnes ſignis vas ſaſſumentarius, per vias Pigmentarius.* Quo ſenſu *pigmentum* propriè eſt, quòd *drogam* Galli vocant &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1052. ut & ſuprà in voce *Pharmacopola*, Citimi ævi Scriptoribus vox notat, *potionem e mulle & vino & diverſis ſpecebus confectam, ſuaveſq; odoriferam*, ut apud Joh. de Janua. Catholic. Parvum: *Nectar, dulcis liquor, vel vinum pigmentatum. Vinum Cyprium, pigmentatum & clarificatum*, apud Lambertum Ardenſem *pag.* 119. Quomodò potionem ſtatis diebus datam olim fuiſſe, docet Petrus Venerab. *In Statutis Ordinis Cluniac. cap.* 52. *Statutum eſt, ut ab omni mellis & ſpeciarum cum vino confectione, quod vulgari nomine* Pigmentum *vocatur, cunctâ Domini ſanctâ exceptâ, quâ die nisi absque ſpeciebus vino miſtum antiquitus permiſit, omnes Cluniacenſis Ordinis Fratres abſtineant.* Sic Udalricus Conſuetud. *Cluniac. lib. 1. c. 52. Et pigmentum, ad cujus tamen propinationem ſella non ſtatur. Et lib. 3. cap. 21. Quoties pigmentum datur, ipſa mutatoria inſumitis.* Quem morem improbans Bernardus de *Cluny & Mon. Reliqſiorum. 8. Quale eſt autem*, inquit, *illud quod nonnulla Monaſteria ex more obſervare dicuntur, ut nequis viduitas feſtis vina deliburta melle, pigmentorum reſperſa pul veribus, in Conventu bibere? &c.* V. Cat. du Freſne *Gloſſar.* & de *Pigmentis* ac *Arte Pigmentaria* plura, apud Beroaldum ad *Apuleium.*

Pignora capere, inter coërcitionis lenioris genera, apud Romanos, V. ſuprà *Direptio.*

Pigres, & Mattyas, Pœonum fratrum nomina, apud Herodotum.

Pigres, Græcè Πίγρης, in antiquis Arriani codd. legitur pro Τίγρης, qui aliter Τίγρις, celebris Perſiæ fluvius, quam ſcripturam in Palatinis exemplaribus multis locis ſe reperiſſe, Salmaſius tradit. Teſtatur idem Euſtathius, & præterea apud Julianum quoque ſic ſcribi. An igitur Πίγρης aut Πίγρις, ſecundùm hanc ſcripturam, Armeniacum aut Medicum potiùs nomen, quàm Τίγρης? Sed Τίγρις animal illarum regionum, à velocitate ac impetu nomen, ut apparet, idem habuit. An ſiſ γρις & Πίγρις dixerit dicemus eſſe nomina de fluminis? Herodotus enim *lib. 5.* tres fluvios hoc nomine, diverſis ex locis originem habentes, memorat. Πρῶτος μὲν Πίγρης, μετὰ δὲ Δύαντρος καὶ τρίτος Θῶαρ ὀνομαζόμενος, ἐσ̀ι δὲ οὗτοι τῶν ποταμῶν τρεῖς ἐσ̀ι οἱ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ῥέοντες. Primus quidem Pigres, poſt eum ſecundus & tertius eodem quidem nomine inſignitî, non tamen idem fluvius, nec ex eodem fonte promanans. Ubi enumerat ammes Herodotus, qui per Armeniam inter facientibus & Suſa contendentibus tranſeundi ſunt. Et quidem ex Cilicia venienti & intranti Armeniam majorem, primùm occurrere dicit Euphratem, ἐσ̀ι ποταμὸς, qui Ciliciam ab Armenia ſeparat; deinde tres fluvios ſimiliter ἐσ̀ι ποταμὸς, hoc eſt, *navigabiles*, in Armenia ipſa, tranſeundos eodem nomine, Πίγρους namque vocari, qui per Armeniam fluunt, è diverſis ori fontibus. Primum aut oriri ἐξ Ἀρμενίων ſuper. Armeniæ nempe, alterum atq; ultimum ex Matienis, qui populi ſunt Mediæ, majori Armeniæ ab oriente conterminæ. Alibi, verò locis duobus, idem auctor τὸν Τίγρεα & nominat, & Τίγριν non Πίγρην, ſcribit. E quibus tribus Armeniæ fluvis, quibus nomen idem Πίγρης, videtur exiſtimaſſe Veſt. quidem, Julyrgis illum primum, qui ἐξ Ἀρμενίων oritur, eundem eſſe fluvium, qui occulto meatu ſubter Taurum montem in Aſſyriam tranſiit, & Τίγρις ibi vocatur. Alii prorſus diſtinguunt; atque hi ſunt, qui Tigrim non acceſſunt longiùs, quàm è latere Tauri meridionali. Utut ſit idem flumen, quod ex Armenia in Aſſyriam ſubter Taurum per ſpecus labitur, non idem certè nomen Πίγρις & Τίγρις. Forteàn idem amnis *Pigres* vocatus fuerit, dum per Armeniam fluit, ubi in Aſſyriam tranſit haberunt meanta ſub Tauro facto, & conciſtari incipit, *Tigris* nomen aſſumit à celeritate, à quâ & ſagittam & animal omnium velociſſimum Medi ſic vocant: atque inde eſt, quòd *Pigretem* vocant, qui *Tigris* eſt, Arrianus & Julianus. V. quæ hanc in rem erudité congeſſit Salmaſius ad *Solinum p.* 694. & 695.

Pii, Imperatores dicti, ab Antonino Pio, ut planum id facit Juſtinianus *in S. nobis autem Inſt. de Leg. Agnat.* Fuit autem Antoninus Bojonius ſic appellatus à Senatu, ob ſingularem animi pietatem ac pacis ſtudium: cujus vox illa celebris eſt, *Malle ſe unum ſervare civem, quàm mille hoſtes perdere.* Sed audiendus omnino Jul. Capitolinus in *Vita ejus: Pius cognominatus eſt à Senatu, vel quòd Socerum ſolâ jam ætate manus, præſentes Senatu, levaveris: (quod quidem non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum, quum impius ſis magis, qui illa non faciat, quàm pius, qui debitum reddat) vel quòd eos, quos Hadrianus per malam ætatem occidi juſſerat, ſeu per vanitatem quod Adriano, contra omnium ſtudia, poſt mortem inſpirata atque inanitio honores decrevit: vel quòd, quum Hadrianus interimere velle, ingenii cuſtodia & diligentia feci, ne id poſſet ad. miscre: vel quòd vere natura clementiſſimus & nihil temporibus ſuis aſſerum ſecit.* E' quibus omnibus illum potiſſimùm rationem probat Caſaubonus, *quòd Adriani contra omnium ſtudia &c.* Magnis enim laboribus Pio conſtitit, ut hæc poſtrema pietatis officia Parenti ſuo præſtaret, cujus memoriam Senatus damnare cupiit. Cui proin ſtudio cùm pietatis nomen neceſſario tenderet, nampue & *Pietas* vocavit agones quinquennales Hadriani memoriæ dicatos, uti ſuprà diximus, inde videturili parentum *Pii* cognomen. Pauſanias tamen P I U M, à pietate in Deum ſcribit eſſe nuncupatum: Marcus verò Ἐυσεβὴς, ad Fauſtinam, ob clementiam ſic appellatum mavult: *Clementia patrem*

tum inprimis Pii nomine ornavit. Et certè Romani, quem laudatum volebant à clementia, Pium vocabant. Vulcat. Gallicanus in Avidio Cassio, Hanc Marci clementiam Senatus ibi acclamationibus prosequutus est. Antonine pie, Dii te servent Antonine clemens, Dii te servent. V. Casaubonum ad Capitolin. l. c. Ut autem Antoninus Latinè Pius, ita Graecè Εὐσεβὴς dictus est, quadro velut diversa refert Johannes Garentius ad Agapeti. cum inquit, διὸ καὶ πολλοὶ Εὐσεβῆ, cùm Εὐσεβὴς sit Pius, unde & Εὐσέβεια agon, Pialia Salmasius ad eund.

Pila, digna visa est, de qua Medici & Philosophi disererent, Galenus in lib. ad Pis. de cons. Pocul. Aurelianus *Tardar. pas. lib. 3. cap. 6. & lib. 4. cap. 7. &c.* Laudatissimum certè exercitationis genus semper habitum & utroque Jure receptum. Canonico quidem, ut disertè patet ex *C. Clerici, de vit. & honest. Cleric. &* Jure Civ. passim. Ulpian. *l. 11. ff. ad leg. Aquil. Si cum pila quidam ludentes, vehementius quis pilâ perussit in Tonsoris manus eam dejecerit, & sic ferri, quem Tonsor habebat, quia sit praecisa, adjecto casteilo, in quocunque eorum ejus fit, lege Aquilia Meda foribli teneri.* V. quoque Athenum *JC. Dipnosoph. lib. 2. &c.* Hinc & ludendi Artem, Σφαιριστικὴν Graecis dictam, quamvis damnaretur à Milesiis, eo quod Athletæ, in coronariis certaminibus saepe praemium adepti, crederent, ejus ludum ad nullum eorum certaminum quidquam conferre, auctore Eustathio *Od. 8.* & proin intersectos agonesatque quæ valetudini folùm conducerent, quilq; loco habebetur: Athenienses autem contrariò re, ut Alexandrum Cayrstium Sphæristam civitate donaverint ac statuam etiam in ejus honorem constituerint, teste Eodem *ibid.* Ludum hunc primus invenisse dicitur Pythus, ut est apud Plinium *lib. 7. cap. 56.* quem Chiffletianus codex *Picum* vocat. Agallis Corcyræa Grammatica Naulicaam ejus inventricem facit, apud Athenæum: Hippafus Lacedæmonius, Dicæarchus Sicyonius, reperti hujus gloriam vindicarunt; ex quo fit, ut certi quidquam proferre nequeamus, & eo magis, quod Timocratis Laconis, aliorumque de hoc ludo Commentaria non amplius superfunt, quibus fortassis & tantæ varietatis rationem intelligere & incognita prope ludendi *Pilæ* genera certiùs proferre possimus. Vossius tamen in Pytho fistit *in de 4. Artibus Popular. cap. 3. §. 59.* De utilitate ejus ac effectibus, agit prolixè Hieron. Mercurialis *in Arte Gymn. lib. 5. cap. 4.* Et leguntur delectati hoc exercitii genere viri cujusque ævi eminentissimi. Ex Philosophis quidem, Architas Tarentinus, qui *Pilâ* etiam eum varia tus lusisse legitur, apud Athenæum *Dipnos. lib. 12. cap. 6.* Socrates, cum pueris, apud Valerium Max. *lib. 8. cap. 8.* Æschanum *Fisilur. Var. lib. 12. cap. 18. &c.* Lycon Troadensis, qui ab aliis *Glycon* vocatur, apud Diog. Laertium *lib. 5.* Ipse Sidonius Apollinaris, de se id fatetur, *lib. 1. Epigramm. 2.* & de Scævola scriptum reliquit Val. Maximus *loco cit. lib. 2. Scævola autem cernum quietæ remissionis cerebrissimus testis, optimè Pilâ insistebatur.* Ex viris Principibus, Augustus Cæsar, apud Suetonium *cap. 82.* M. Antoninus Philosophus, apud Jul. Capitolinum *in Domitianus Aug.* indignus qui cum his confertatur, apud Sueton. *loc. cit.* inter Græcos, Alexander M. apud Plutarchum, cum quo ludere solitus est Alexander Caryssius, de quo paulò suprà. Et facit huc, quòd Hierophilo Medico posita legitur statua, prope quam, inter alia Gymnasii exæ instrumenta, etiam *Pila* fuit. Locus, ubi hoc exercitium fervebat, Σφαιριστήριον dictus, septima sui è denis Gymnasii partibus, ubi variæ exercitationes, & præsertim cunctæ *Pilæ* exercitia, quæ plurima extitisse infrà videbitur, frequentius quàm alibi, ut ex Galeno *in Thrasybulo* & Philostrato *in Gymnast.* Nectamen in publicis Gymnasiis locus hic fuit, à Corycco separatus, ut Mercurialis demonstrat, sed & in particularibus hortisque, ut locupletes testis est Plinius Jun. *lib. 2. Epist. 17.* ubi villas suas, Laurentium & Tuscos describens, in utrisque Sphæristerium ponit, quod plura exercitationis genera pluresque circulos caperet. Modos loquendi huic ludo peculiares, recenset jul. Pollux *Onomast. lib. 9. cap. 7.* σφαῖραν τινὰ ἕτερον, σφαῖραν βαλεῖν, σφαῖραν βάλλειν, ἀβρίνειν, ἀγωνίζεσθαι σφαίρᾳ, ἀπὸ τῆς σφαίρας βάλλειν, ἀβρίνειν, ἀγωνίζεσθαι σφαίρᾳ, ἀπὸ τῆς σφαίρας βάλλειν, *Pilam facere, mittere, emittere, dimittere, contramittere, in adversum facere, expellere* (unde, *expulsim ludere*, apud Varronem & Nonium) &c. Victorem ludi Græcos *Basilea*, victum *Oon*, *Illum Regem*, istum *Asinum*, appellitatile, patet ex *Theodoro Ptiensis*, V. quoque Eustathium *Iliad. 8. ubi varias ejus species Petrobius usitatas, Φαινίνδα, Ἀπόδυτα, Φενακίδην, de quibus infrà, recenset.* Item Hier. Mercurialem *de Arte Gymn. lib. 2. cap. 4. & 5.* Vossium *de 4. Artibus Popul. ubi supra*, Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 5. cap. 1. &c.* ut & infra in voce *Sphæristica*. Lusores Pilarum sub Geminis nasci, *tanta velocitate, ut aves superare videantur*, Jul. Firmicus Maternus *Mathes. seon lib. 8. cap. 8.* ait. Manilius dislis tie *Astronomic. lib. 5.*

Septima pars leporem tollit, quo fidere nati
Vix alas Nauvanagat velocitate, meatus,
Tantus eis per membra vigor referentia ventos,
Ille pilam celeri fugienem prendere planta
Et pedibus prensare manus.

Concinnitatem *Pilæ* ludentium, & lætitiam Spectatorum ex tali ludo partam, apud Athenæum *Dipnosophist. lib. 1. cap. 11.* vetus quidam Poëta eleganter expressit, V. ibi, & quæ Casaubonus *ad locum.* Meminit quoque ludi Horatius *passim*, inter alia, *in Arte Poetica*,

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctus pilæ, discive, trochive quiescit.

Martialis *lib. 7. Epigramm 31.*

Non Pila, non folles.

Ovidius *Tristium lib. 3. Eleg. 12.*

Lusus equo nunc est, levibus nunc luditur armis,
Nunc Pila, nunc celeri verritur orbe trochus, &c.
Pilæ varia genera & ludendi modi.
Apud Graecos.

2. Ἀντίῤῥοπος & ἰσορρόπη, Pollucì suprà laudato inter parvæ *Pilæ* ludos recensentur. Quarum illa fuit, cum Pilam non mitterent in aëra, sed fortiter terræ incutiebant, ἀντὶ τοῦ ἀνω ῥιπτεῖν τὴν σφαῖραν, καὶ πρὸς τὴν γῆν ταύτην βάλλειν, Eustath. *in Odyss. 8.* Dicta, V. hic *infra. 3.* Corycus, Galeno, Oribasio, & Gerh. J. Vossio diversum quid à *Pila* fuit, undein ædium culminibus poni solebat: Mercurialis tamen vel *Pila*, vel *Pilæ* quid simile fuit: Quomodo ludus hic perageretur, describit apud Oribasium Antyllus, ubi ipsum sphæricum aut saltem rotundum ex materia coriacea extitisse indigitat. Dehoc Prov. Ἴρις πρὸς γυναῖκας, quo Gerramini genere in Thessalia Apulejus certavit. Adnumerat hanc exercitationem inter veloces Paulus Ægineta, *lib. 1. cap. 118.* eamque, Κορυκομαχίαν Græcis dictam, ad diminuendum pondus farciam commendat, Hippocratem *cap. 2. de Diæta* imitatus Cælius Aurelianus. Antyllus musculosum corpus reddere, robustque affere & præterea universo corpori aptari, nec non ob plagas, quas infligit, omnibus visceribus idonean judicat. In Elephantiacis quoque Κορυκομάλλας laudat Aretæus. Sed, qui debili vexantur pectore, verbera ejus, citra periculum, non excipiunt. 9. Ἐπίσκυρος, genus ludi erat, ὃ ἐχρῶντο οἱ παῖδες ἐν ταῖς ὁδοῖς, quo *videbantur cater-atim ludentes*, Eustathius ubi *suprà*. 3. *Pila ludentis*, Κυνὸς σφαῖρα, videtur, ex Antylli verbis, quemadmodum & cœteræ, ex corio sonsuta, ab aliis tamen in hoc diversa, quòd illæ velplumâ, vel aliâ materiâ, hæc solo vento sive aëre plena esset, tantæque magnitudinis, ut eâ difficulter luderetur. Hæc æque exercebat corpus, ac motoria, in qua tursu opus: Interim quia accessilis nec apta, proin omittendum omnino ejus usum, ex Antylli sententia, valetudinem curantibus consulit Cribasius *Collect. lib. 6. cap. 3.* 4. *Pila magna*, Μεγάλη σφαῖρα, duos ludendi modos, non solùm ex ipsius *Pilæ* magnitudine, verùm etiam ex manuum figura, à reliquis *Pilæ* ludis diversos, effecit. Quorum unus erat ludentium *magna*; alius *majore*: in quo tamen conveniebant, quòd ficut in *Pila* parvæ Speciebus, lusores summas manus semper humeris humiliores, ita in hac semper capitæ altiores tenerent, quandoq; etiam summis pedib' ambularent, ut manu autolleret alius, quandoq; saltaret, cùm fe. *Pila* super eos ferebatur, in qua projeienda vehementer brachia agitabantur. Et primam quidem speciem totum corpus firmare, capitisque inprimis & partibus superioribus juvamenti multum adferre, ftatuit Antyllus in Priapismo commendavit Alex. Trallianus *lib. 9. cap. ult.* Secundam, dum utraque manu ob magnitudinem emittitur, brachia quidem firmare, fed nimis duras inferre plagas, & immodica defatigatione ludentes afficere, credidum. 5. *Pila* parva, Σφαῖρα μικρὰ, tres species diversas habuit, quarum prima erat: *Parva admodum*, in qua corpore maxime celato ludebant, & colludentes manus manibus proxime admovebant. Reddere credebatur carnem solidam, brachiis, dorsò ac pullularibus coftis utilis, cumq; in ludo crura multùm laboraret ad acquirendum robur non parum apta credebatur. Altera *Majuscula*, quâ cubitos cubitis ludendo immiscebant, nec corporibus parcebant mutuo, nec annuchin, jedi tarifpenedis movebantur & propter varios *Pilæ* jactus, huc atq; illuc digredientur, Reputabatur hæc *Pilæ* species omnium præstantissima, quòd corpus simul ac promtum ad motus cum robore conjunctos præstaret, aspectui firmaret, neq; caput repleret. Tertia *Major* etiam secundâ, in qua homines inter se distantes ludebant, & cùm statuia ac motoria pars esset, qui manebant, pilam emittebant cum vehementia ac concinnitate, ludicabatur hæc oculos ac brachia juvare, spinæ propter inflexiones, quæ turrendo fiebant, commodâ afferre, cruraq; propter curfum miris modis firmare. Referri potest hasce inter species id genus ludi, quod ab Athenæo *Dipnosoph. lib. 14.* Ἀφαυρὸν & ἀσθενὲς dicitur: V. suprà in voce *Phenindæ*. 9. Urania, Gr. Οὐρανία, inter *Pilæ* quoque parvæ ludos collocatur à Polluce, cùm fe. ipse reclinantes *Pilam* in cœlum jaciebant, antequam terram attingeret, illam excepturi; Aporraxi proin oppolita, de qua hæc *suprà*.

Apud Latinos.

8. Follis in hac gente erat *Pila* magna, ex alutâ confecta, fosoque aëre; quæ vel *Major*, brachiisque impelli solita, & simpliciter *Pila*: interdum *Pila velox* dicta. Cujusmodi exercitationem in Gordiani Imp. nummis videre est, è quibus conflecitur unumquenq; lusorum propriam habuisse *Pilam* cumq; ludi in faceficiis Pythiis apud Apollonias tas fuisse adhibitum: vel *Minor*, quæ pugnis jaciebatur, inde *Follis pugillaris* dicti, aliquando &

Folliculus, Suetonius in *Augusto*, quem hoc Pilæ ludo vehementer fuisse delectatum, narrat. Fiebat hæc exercitatio in solo pulverulento mitiorique æstati apta erat, Græcis penitus ignota. Et prior quidem, brachiis impelli solita, jubebatur dorsum inprimis æquæ brachia firmare. Epilepticis commendata à Cæl. Aureliano *Chro. lib. 1. cap. 4.* Posterior, magis prodesse credita. Ambo tamen Folles visceribus conducere, calculosa renibus & vesica extrudere, coxas & crura imbecillia confirmare, omnique ætati convenire æstimabantur. Martialis *lib. 4. Epigramm. 45. Folle decet pueros ludere, folle senes.* 1. Trigonalis *pila*, parva erat, nunc apta vel à loco, ubi ludebatur, qui triangularis, vel potius à ludentium numero, figura, dicta. *Pila* antiquæ depleteret Martiali vocatur, *lib. 7. ad Attic.* Ejus icon, in nummis M. Aurelii Antonini, apud Byzantinos exstat: in sacrificiis Apollinis Pythii Actiaci quoque adhiberi consuevisse, memoriæ proditum est. Præter effectus, quos cum prioribus communes habuit, peculiariter oculos exagitare excitereque hæc *Pila* credita est, dum eos intendere fempet, &, modò huc modò illuc, convertere necessitarium fuit: lippientibus propterea damnosa, ut & deplorato macho laborantibus. Colicis exercitationem hanc mirè commendat Cælius Aurelianus: *Chro. lib. 4. cap. 7.* Plura V. infrà in voce *Trigonalis Pila*. 2. Paganica, sic dicta, quòd vulgaris admodum, & in villis *pagis*, vocatis, vel in pagis urbium seu vicis utplurimum in usu esset. Pila fuit ex corio pluma repleto, Trigonali latior, non ita tamen, ut Follis, laxa, fed durior, & proin tractatu non admodum facilis. Etiam in Gymnasiis ejus exercitationem vigusse, docet Martialis *lib. 7. ad Attic.* Hæ itaque, quòd ob latitudinem ac durities difficultatem non caperet, rusticis potius, & duris corporibus, quam urbanis, conveniebat; Negatque hodie permittendum valetudinariis, fenibus atque pueris, ut hoc exercitii genere utantur, *Hiret.* Mercurialis *de Arte Gymn. lib. 5. cap. 4.* V. supra plura in voce *Paganica*. 3. Harpastum, Gr. Ἁρπαστὸν, pila fuit, quam ludentium alter alteri cripiebat: magnitudo in incerto, rotundum fuisse Athenæus dicitat. Parvam pilam vocat Galenus, similisque videtur hic ludus illi, quem hodie *à calce* nuncupant Itali, nisi quòd *Pila*, quâ illi calce ludunt, major est. In pulveruleuto solo, ut Folliculus, olim hæc *Pila* ludebatur, fuitque exercitatio talis perardua, & non nisi validioribus hominibus conveniens. Judicabatur autem illa attenuare, excrementa exinanire, calorem augere, robur efficere: præcipuè autem brachia humeroscque confirmare. Contrà magnopere laedebat, qui vel caput debile & collum infirmum habebant, vel quibus in thorace vitium aliquod, aut quibus renes lumbique nimium calidi, &c. In eo convenire omnia prædicta exercitiorum genera, censuit Avicenna *lib. 1. fen. 3. doc. 2. cap. 2.* quòd fortes efficerent, promtioresque ad motum, ficque vitales actiones roborarent. V. præter Auctores supra indigitatos, Galenum *de tuenda val. lib. 2. cap. 8.* Paulum *lib. 1. cap 18.* Corn. Celsum, &c.

Pila, memorata Sext. Propertio *lib. 4. Eleg. 12.*

Aut si qua pilula Judex fedet Æacus urnâ,
In mea fortita judicet ossa pilâ:

quid fit, difcepatur. Locus indubie difficilimus, & eft altum tot interpretibus silentium; tertiæ Car. Sigonius *de Judic. lib. 2. cap. 12.* sed nemo, quid *Pila fortita* esset, hactenus expositit. Joh. Passeratius, *Scribi* plura, inquit, *est forte edocere ex urna nomen Judicis in pila scriptum.* Plut. *in Lycurgo* commemorat *Pilas exiguas è furfure, quibus conjectis in vas tanquam fortitione fabarum adhibebatur, vel excludebatur aliquis è convivitis Lacedæmoniorum.* Sed hæc nihil ad Judicum tribunalia. Dempsterus existimat, *Pilas* esse apud Propertium, globulos quosdam, quibus nomina Judicum inscripta, adductus maximè auctoritate Ascanii Pediani *in Manilianam*, ubi habet: *Quarto die adesse omnes in posterum jubebantur, ac coram accusatore ac reo* Pilæ, *in quibus nomina Judicum inscripta esset, aquarentur: dein quibus posterâ die sortitio Judicum fieret, unius & octogintæ, qui numerus cum fore obtigisset, ipsi proinde sessum irent.* Ita enim rectissimè locus is hactenus excusus, fallique funt, qui pro *Pilis*, reponunt *tibellos*, aut *tabellas*, Ff. Politeus *Fori Romani Hiftor. lib. 5. cap. 7.* V. Thom. Dempsterum *Antiqq. Rom. lib. 9.* In plur. *Pilæ*, auctore Festo, dicta sunt vitiles & mulierbres capitum effigies ex lana, quæ Compitalibus, in compitis, olim suspendi solebant, quòd hunc diem festum esse Deorum inferorum, quos vocant *Lares*, putarent: quibus tot *Pilæ*, quot capita fervorum; tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent & essent his *Pilis* ac simulachris contenti. Hinc Serevelius *ad Martialem l. 2. Epigramm. 43.* ipsetet, indignare Poëtam, *villosas esse vultus suas, quam quidem inducantur Pilæ compitales, quas ad effigiem humanam factas Dite Inferis suspendi mos, in compitis*: addens, *hisce imaginibus nullius pretii vestes circumponi consuevisse, & proin atibi à Poëta pannosas appellari.* Ab harum poftea *Pilarum* similitudine prodierunt effigies illæ ftramentitæ, quibus objectis tauri ferèque in Spectaculis irritabantur. Scalig. V. quoque Raderum *ad Martialem two proximè allegato*, nec non infra ubi de *Pila prima*.

Pila, apici obelisci, in Campo Martio, addita à Manilio Mathematico, cujus vertice umbra colligeretur in ipfa pila, decurrit apud Plinium *lib. 36. cap. 10.* Et (obelisco) *qui sit in Campo Divus augustus addidit mirabilem usum, ad despondendas Solis rationes, dierumque ac mensium magnitudines, strati lapide ad obeas Sepi magnitudinem, cui par fieret umbra Brumæ confecta, die horâ sexta*, (h. e. cui par umbra meridiana die Brumæ) *quotidianique per regulas (quæ fant ex ære incluſæ) singulis diebus decrescere ac rursus augescere, digna cognitu res & ingenio factunda Mathematici. Apici autem plum addidit, cujus vertice umbra colligetur in ipfa, alias enormiter ejaculante apice* &c. Quam folertiam subtiliter & prolixè expoeuerunt Gronius Finæus *de Horologiis lib. 3.* & Zieglerus πλεῖω exprimitur Salmasio, ad fimilitudinem *meæ γνωμονικὴ*, in quo gnomon erectus æquinoctia & solstitia fignificat ex umbrarum ratione: & profectò κάνων est *pila*, atque indenomen. Quomodo autem id molitus fit Manilius, an *pilam* sic impofuerit, ut exiaret tora humani corporis similitudine: an inexercitet & demiffam exculpto lapidi conjunxerit: an de lapide refecuerit, quantum altitudo pilæ fuit addittura, dubitant eruditi. Ultimum certè earum probabile judicat Dalechampius, cùm obeliscos ob religionem facros haberet Antiquitas. Hodie obeliscus is confractus visitur in Campi Martii cella vinaria, ex adverfo domus Chriftophori Nardini. V. Luc. Faunum *cap. 13. lib. 4.* Pompon. Lætum *Antiqq.* Ligorium Onuphrium-que *Panvinæ. Rom. Vet.* Alios; quibus adde præfatum Salmasium *ad Solinum pag. 639.* & deumbratum per quosvis menses longitudinibus, Palladium *de R. R. De Pilis* porro *Sciotherica* Vett. infrà, in voce *Pulus*, *abilitque paffim.*

Pila, apud Lucretium, *de Lunæ* V. infrà Polla.

Pila, monetæ cujusvis pars averfa, Gall. *la Pile*. Occurrit vox in vet. *Charta*, apud Argentræum *Hiftor. Britann. lib. 1. pag. 95.* ubi de parvis denariis, qui tum currebant in Anglia, loquens, *in hac moneta alba duas herminas circa crucem, & in pila tres inscultpas fuiffe.* Ratio vocis, quòd in plerisque monetis Francicis efficta esset templi species, columnis, quas vulgò *pilas* ac *pilaria* vocant, fulcretari, uti observat Car. du Freine *Nouis ad Joinvillam.* Pro tabernaquoque fumitur in verfu,

Ludum laudo pilæ, plus laudo poculapilæ &c.

apud eundem *Gloſſar.*

Pila Prima, apud Martialem *lib. 10. Epigr. 86.*

Sed qui primus erat lusor, cùm floreret ætas,
Nunc poſtquam defiis ludere, prima pila eſt.

Proprie est pila, quæ prima objicitur tauris iratis, quam cornibus differpunt lacerantque. Idem *lib. 2. Epigr. 43.*

At ne quæ laſſa eſt fugitat cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima fauri.

Erant autem illæ imagines ieu *pilæ*, quibus prorita batur at pugnandum tauri, ex fceno feu fcenere. Unde *funei homines*, apud Ciceronem in *Cornel. & fanei Imperatores*, apud Spartianum *Pescennio Nigro*. V. fupra voce *Fanei*, ubi plura hanc in rem. Meminit earundem *pilarum*, idem Martialis *in Spectaculis Epigramm. 19.*

Qui modò per totam, flammis ſtimulatus, arenam
Suſtinerat raptas taurus in aſtra pilas &c.

Ubi notat Commentator, pilas hafce, ad effigiem humanam, è pannis purpureis fœno ftraminéve fuffertis, quo colore tauros maximè efferari notum, fieri confueviſſe. V. Senecam *de Ira cap. 30.* Nec omittendum, in vett. *Gloſſis*, iftiusmodi pilas *taurarias* vocari, & exponi *Tauromachias*, uti fcribendum in illis Gloſſis, ait Salmafius: Sed hæc de voce V. infrà.

Pilæ Æoliæ, V. fupra *Æolie Pilæ.*

Pilamallum, genus exercitationis haud ita pridem in Italia, in regno Neapolitano, inventum, unde in Europæ univerfas pene regiones tranfiit. In eo primò brachia & dorfum exercentur, quando *malleis* ligneis *Pilam* ligneam quàm longiſſimè expellere conantur: Dein ex ambulatione, quæ hoc exercitium perpetuò comitatur, ea fere commoda hauriuntur, quæ ambulantes homines percipiunt, ut his rationibus, licèt antiquum non fit, inter Gymnaſticas exercitationes minimè contemni mereatur. Quantquam aliquis Antiquos etiam hoc ludi genere non omnino caruiſſe, forſitan contendat, cùm apud Aviceunam, inter exercita exercitamenta, unum nominetur, quod virgis retoris dictis *alfuſegian*, cum pila magna, aut parva lignea efficiebatur, quas conditiones apprimè *Pilamalleo* convenire, nemo non videt. Interim à Trocho Veterum multum diverfum eſt. V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymn. lib. 3. cap. 9. ſub finem.* Cæterùm, quòd ex magnis fit ac vehementibus exercitationibus, facile eſt, & à labore, qui in ipſo fuſtinetur, & ab ejus natura conficere. A labore, quoniam fudor, defatigatio, rubor facici, fpiratiosis magnitudo, ut plurimum in exercentibus obtiuntur; Ex natura verò ejus, quia cùm & deambulatio fere continua ac reflexa, & brachiorum jactatio, dorſive totius obnixio quædam adhibeantur, indubitatam fidem faciunt, nequaquam absque violentia, aut magnitudine hujuscmodi exercitationem conſiſtere: & idcirco probabile fit, ipſam calorem nativum augere, excrementa evacuare, fomnos profundos generare, & concoquendis cibis, atque crudis humoribus mitium conferre.

Et caput ab eadem repleri certum, quando Galenus id vitii magis exercitationibus adscribendum judicavit. Particulares ejus effectus quod attinet, videtur præcipuè brachia atque dorsum exercere, secundò crura: & propterea illis omnibus congruere, qui membra ista confirmare student, quique multitudinem eliborum perbelle conficere, succos utiles per universum corpus distribuere, & superfluitatem, tam per sudorem, quàm per secretam diffationem, exinanire contendunt. At valetudinariis ac debilibus, illis item quibus capita male affecta sunt, aut aliquo pacto imbecillia, minimè conducit. Etiam qui dorso non admodum valent, quique renes calidos urinasque acres habent, ex talibus motibus summopere offenduntur, licet quoque exercitatio hæc nocet, ubi partes inferiores inflammationem aut tumorem aliquem pati solent, &c. V. plura apud Eundem Op. vol. lib. 6. cap. 7.

Pilani, in exercitu Romano dicti sunt, qui aliàs *Velites*, erantque militum nate minimi. Eorum arma gladius, parma, *Pila*, adornabantur præterea & simplici casside, cui hupi pelis imposita aut ejusmodi aliquid, quod integumentum partem insigneq; erat, ut in præsio suos quique Principes, strenuè ac ignaviter se gerentes, latere non possent. Habebat autem Pili telum ligneum longitudinem plerumque bicubitalem, crassitudine m digitalem, ipiculum erat unius spithamæ sive palmi majoris eousque attenuatum & acutum, ut mox primum poti jactum necessario flecteretur effetque ad remittendum inhabile. Polybius *lib. 6.* V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 10.* Livius quoque exactè hoc Romanorum militum proprium gestamen describit, de obsidione Saguntì loquens *Dec 3. lib. 1.* & Halicarnasseus *lib 5.* Honorem cassreiem *Pili* nomine significatum esse, docet Plinius *lib. 22. cap. 6. Primum pilum capessens sub Camillo*, h. e. *primam militiam*. Imò pro militia Romana ulurpavit Juvenalis *Sat. 10. versu 94.* Unde Valerius Flaccus *Argonaut. lib. 6.*

Romanæ velavit fervissima cassa legiones
Ilsphone, Regesque movet, quorum aquina Pilis,
Atque aquilis surrunque micant.

Et more Romano ad alios traducto, Statius *Thebaid. lib. 4. versu 110.*

Omnibus æratæ propugnant pectora crates,
Pilaque sæva manu.

Virgilius quoque *Æn. 7.*

Pila manu sævosque gerunt in bella dolones.

Emissum id, incunda certaminis lignum fuit, ubi in acie dispositus miles ictuisset, quemadmodum indicendi belli occasio fuit usque ad basta in hostium fines librata, desumi solebat. Dionysius Halicarn. *loco cit. Ex pilis defixis ante vexatoria, vela hæc sunt Romanorum, quæ primo congressu ejaculantur, obiunga hastilia, crassiuscula, quod manum compleat, tripedaneis verucutis ferreis, utrinque in rectum prosilus, mediocribus jaculis, cum ferro suo pariter. Ex his impiam hostis circa summa verucutis unitebant flamma.* Sic Livius *Dec. 1. lib. 9. Fulmen in prælium turgentes Signifero, & ne mora incuncsur Pilis eminentibi stringendisque inde gladiis fuvere*, Pila, *velut signo dato, objiciunt, strictisque gladiis cursu in hostes feruntur.* V. quoque Claudianum *in Ruffinum lib. 2.* Lucanum *Pharsal. lib. 2. versu 460.* Plautum *in Curculione Sc. Argentarius.* Nec omittendum, lapsæ Reip. temporibus, idem fuisse Pilum ac *Spiculum*, ut teltis est Fl. Ren. Vegetius *lib. 2. cap. 15. Item hina militia, unum majus, ferro triangulo, uncinatum no vem, hastili pedum quinque ac semis, quod Pilum vocabant, nunc Spiculum dicitur, ad cujus ictum præcipuè exercebantur milites.* Fortè & eâdem significatione *lib. 1. cap. 20. Ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus ost*, quæ reperiuntur ad verbum, apud Modestum *lib. de vocabulis militar. ad Tacitum Aug. &c.* Redeo ad *Pilanos*, quorum meminit Ovidius *Fastorum lib. 1.*

——— *Totidem Pilanus habebat.*

Hos, si cum Velitibus pro iisdem sumantur, locupletantur Hastati. V. Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 10. cap. 10.* Thom. Godwynus *Pilanos* interpretatur Triarios; iisque *Pilum* attribuit, his motus rationibus. 1. Quia prima Triariorum centuria *Primum pilum* appellata fit, ejusque Centurio *Primipilus* ac *Primus centurio*: Secunda *secundum pilum*, cujus Centurio *Secundipilus* &c. 2. Quia Principes, qui Triarios præcedebant, *Antepilani* dicti legantur. V. cum *Ambol. Rom. lib. 4. cap. 2.* Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 5. cap. 15.* Lipsium *de Mil. Rom. lib. 2. dialog. 1. &c.*

Pilarius Scarabæus, qui pedibus sumum subigit & in *pilas* cogit, quas & pedibus volutat, βωλοκόπος Græcis. Soli apud Ægyptios facer, & propter hunc scarabæi omnes in Deos relati fuere, Plinius *lib. 30. cap. 11.* Ideò autem id ab iis factum, quòd Solem velut imitans *pilam*, h. e. σφαιροποιὸς ὀρχηστὴς, ab oriente in occidentem assiduè voluret, V. Orum. Apollinem & Porphyrium. Βωλοκόπος autem hic scarabæus dictus est, à verbo βώλους, quod idem est ac κόπτω, & fullonum proprium, quorum est *pilas lanarum* & *addensare*: unde & *fullo* scarabæi genus quodam apud Plinium, *alibi gustis*, licèt altum à *pilario* faciat, V. Salmasium *ad Solinum pag. 438.*

Pilata Cohors, apud Martialem *lib. 10. Epigr. 48.*

Nuncius ollarum Pharsæ sua turba juvencæ,
Et pilata redit, jamque subligi, cohors:

Gronovio est cohors Prætorianorum militum, *pilis* armatorum, quæ ad Palatium illo die excubias egerat, jamque redibat in castra prætoriana, altera illius vices excipiente. Sed de lisacis Sacerdotibus hic sermo est, qui primâ diei horâ Deæ hæc templum aperiebant (quod *Aperio* vocabatur) & eam salutabant (quod dicebant *Excitationem & Salutationem*) Post totum diem ritpem emendicabant. Inde ad octavam redibant, & Deam componebant atque templum claudebant. Unde *Ex pilata* nonnulli exponunt, *pilis*, gladiis, vultris armata. Sed Scriverius à Scaligero monitus, restituit, *atque pilata*, i. *depilata*, vulsa, calva: Tales enim Isiaci, apud eundem Martialem *lib. 12. Epigr. 29.* Vquoque Salmuth *ad Pancirolum cap. de Byssо.*

Pilati Acta, Epiphanio *Hær. 50.* ooiter memorata aliisque Vett. Catabubono, non sunt ab ipso *Pilato*, sed ejus jussu Hierosolymis confecta. Veteres enim Romani diligentiâ singulari usi sunt, ut non solùm rerum omnium memorabilium, quæ in Urbe factæ essent, aut casu evenissent, memoria extaret, quò spectabant Acta Senatus & Acta diurna Populi, quæ summâ curâ, ut doctis observatum, & conficiebantur Romæ & custodiebantur: Sed & in provinciis, ab earum Præsidibus & Cæsarum Procuratoribus, si quid dignum memoratu contigisset, non solùm per literas monerentur, sed & in Acta referrentur, & ad Imp. transmitterentur, cujusmodi proin fuisse videntur *Pilati Acta*, de rebus Dominì nostri, confecta & ad Tiberium Imp. missa, non necessariò ab ipso Præside, sed ejus jussu ac solicitudine. Itaque Justinus, qui primus omnium hujus Historiæ, ut Casaubonus vult, meminit in *Apolog.* 2 neque Epistolæ neque Actorum Pilati faciens mentionem, solùm meminit τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων Ἄκτων, *Actorum quæ facta sunt sub Pontio Pilato*, id est, cum Pontius Pilatus Judææ esset Procurator. Eriterum, οὐκ ὄντι τοῦ Πιλάτου Πιλάτον γενόμενον Ἄκτον κρᾶτα δύνασθαι, *potesti cognoscere ex Actis, confectis sub Pontio Pilato.* Sed & Pilatum ipsum de Christo ad Tiberium scripsisse, admodum vero simile est. Tertullianus namque *Apologet. adv. Gentes cap. 21. Ea omnia*, ait, *super Christo Pilatus & ipse jam pro sua conscientia Christianus, Cæsari iunc Tiberio nuntiavit.* Et Eusebius *Histor. Eccles. lib. 2. cap. 2. Cum admiranda Servatoris nostri resurrectio, ejusdemq; in cœlum ascensio, omnium pene sermonibus jam pervulgata esset, quibusnam verbis hæc erat confessus provinciarum Rectoribus, ait, quidquid novi agerit, ipsos confugisse, Imperatori nuntiarent, ne quid ipsis latere; Pilatus, de resurrectione Servatoris nostri Jesu Christi, cunctis per universam Palæstinam celebris erat fama, ad Tiberium Principem retulit: multa quoque alia ejusdem miracula se audivit de cœpisse significans & qualiter ad vitam denuo revocatus à plerisque Deus haberetur* &c. Unde Tiberii de CHRISTO exiitimatio, de qua Eusebius l. c. nec non Tertullianus *Apologet. cap. 5.* apud quem Tiberius *annuntiatum sibi ex Syria Palæstina Christum, quod illic veritatem illius divinitatis revelarat, detulisse ad senatum*, cum prærogativa *suffragii sui*, legitur. An verò vel Epistola Pilati vel Acta evulgata fuerint fic, ut in manibus hominum versarentur, dubitat Casaubonus veriusque judicat, notitiam hujus rei pervenisse ad Christianos, per aliquem ex Cæsaris, Ministris, qui ad Christum conversus, quæ ipse fcrinia tractans Augustorum comperisset, fidelibus narraverit. Certe Eusebius, cum historiam suam scribebat, neque epistolam neque Acta Pilati vidisse, neque aliud de ea re notasse, videtur, nisi quod apud Justinum legerat, & è Tertulliano cognoverat: aliàs ipsam Epistolam vel Acta, ut erat fummæ Viri diligentiæ ac curiositatis, in fuos Commentarios proculdubio relaturus. Nec Cedrenus quidem aut Zonaras, qui tot seculis post Eusebium scripserunt, ullam aliam ejus Historiæ cognitionem habuere, nisi quam ab Eusebio acceperant, cujus verba leviter immutata describunt. Reproducunt quidem olim errori fuo tuendo Acta Hæretici Telesardecatritæ; sed quæ nemo cordatus dubitavit effe falsa, unde de iis fic Epiphanius: Ἀπὸ τῶν Ἄκτων ὧδέ πῶς ἐπλάνησαν ἐπιγράψαντες τῶν ἀνομίαν, *Glorianter fe accuratam veritatem invenisse ex Actis Pilati, fallax*, &c. V. Casaubonum *Exercitat. XVI. §. ult.* Alii verò non dubitant, prodisse quidem hæc Acta, sed Quartodecimanorum leu Tessaredecatritarum modò dictorum atque Maximi Tyranni fraude corrupta, multum auctoritatis fidei que deperdidisse. V. Sulpicium Severum *lib. 2.* & Tob. Pfanner um *System. Theol. Gentil. parisiis.*

Pilaticia, dicuntur Codino judiciaria capitum tegmina, feu tiaræ Judicum peculiares, olim apud Persas usitatæ, ad quos ritus à Medis fluxit. Ita enim is *cap. 6. num. 46. Cum Persarum gens parva esset, & vitam Patriotilam agerent Cyrus, relictis Persarum moribus, turbatur vitæ & conservatione Medorum, utpote gentis magnæ ac magnificæ. Horum verò Judices ferebant epitoria seu hyperdas & in capite tiaram tegunt. Phaccolium appellatum. Ex quibus phaccolis pracipue à finistra parte margaritum, seu similoria ex margella, alteram autem ejus, qui gestabat, gregem. Qua significabatur, aurem quidem veteflam accusatoribus dari; tiaram verò aurem accusanti, sed absentibus, referrari. Ex calo Judi-*

cum

uum pendebant in sericis filis margellis, cum flmbria. Longitudo erat fistularum minor, latitudo unius palmæ. Quæ Rex Medorum ferebat, similiter & Judices. Quemadmodum igitur olim exercituum Duces ferebant torques, qui eram honoris indices, sic & Pilaticia honorem Judicum manifestabam. Apud Anselm. Solerium *de Pileo Sect. 9.*

Pileati Fratres, apud Catullum, *vers.*

Salax taberna, vosque contubernales,
A pileatis nona Fratribus *pila:*

Castor & Pollux sunt, quibus *Pilea* Veteres affinxere, Philo ἀστρα θεῶν. Hinc & Appulejus *Milet.* 10. *Junonem quidem Castor & Pollux, quorum capita cassides ærate stellarum apicibus insignes consegebant.* Cur iis attributa, docet Festus, *Pilea Castori & Polluci dicebant antiqui, quia Lacones fuerant, quibus pileatis pugnare mos est.* Dimidiati oviformâ fuisse, patet ex Lycophrone *in Alexandra*,

Ὃν ὑγρὰκαὶ τρόπις ἐπίσσυτον ἄκρον
Κόρυθι τευχήσει, μίσγῳ θοινῆι δορός.
Quorum vnundæ testudæ casus sholus,
Munimen ictus hostili, capus teget.

Et quidem Castoris pilum strophio circumdatum erat; unde Tusculani, quod in pulvinari imponebant, *Castoris strophum* appellare soliti sunt, ut docet Festus in *Strophus*. V. Meursium *Commentar. in Lycophron.* Apud Romanos, quibus aliàs *Pileus Commentar. in Lycophron.* Apud Romanos, quibus aliàs *Pileus* ea natura erat, ut testibus libertatis, servis concedi solita, cùm libertate donarentur: Servi contumaces Solerio *Pileati* prostabant venales, ut ex Cœlio Sabino prodit A. Gellius *lib. 7. cap. 4.* ubi habet: *Pileatos servos, venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstiare, Cœlius Sabinus Jurisperitus scriptum reliquit: Cujus rei causam esse ait, quòd hujusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendundo deberent, ni emptores errare ac capi non possent, neq; tex venundati apprimè esset.* Quod paulo post illustrat exempio puici moris, quo *mancipia jure belli capta coronis induta venibant.* In quæ verba Anton. Thysius JC. *Si hoc insigni, inquit, venderentur servi, venditor vitium aut morbum non præstabat, vel quia hoc signo liberali ingenio, fide & animo sine vitio esse credebantur*, vel *quia sive boni, sive mali essent, venditor ha vendebat emptoris periculo. Caveri servi apero capite venibant, & tantum concedebatur pileus, cùm liberate donarentur.* Unde non contumaces solùm servos, quod Solerius de *Pileo* contendit, ut dictum, sed & alios, subpileo venum expositos fuisse patet. Sed & *Pileati* servi dicti sunt, qui Domini funus antecedebant; testamento nempe ejus manumissi. Hinc Justinianus Imp. *Qui Domini*, inquit, *funus Pileati antecedunt, si hoc ex voluntate fiat vel Testatoris, vel hæredis, fiant illico cives Romani.* Et Dion. Halicarnassæus *lib. 8. Equidem folo quadam, qui Testamento omnes suos servos manumiserant, ut post mortem bono auditores, & mutatis vestibus eorum feralibus propè quotidie pileati.* Ad quem ritum Catullus *ad Cornelium Gallum*, *Terentium Cullenem*, *qui à Scipione spiciens* Livius, tradit *Q. Terentium Culleonem, qui à Scipione servilis erat exemptus, adeo amicum Cornelia familiæ fuisse, ut Scipionis, sicut in triumpho erat, in funere quoque ante Lectum iveriti Scipinis.* Sic Plutarchus, *Tito Flaminio triumphanti, civium Rom. duo millia affluisse Pileata*: Diodorus quoque *Prusiam R. Legatis Rom. Pileatum occurrisse*, refert; quorum hic simul album fuisse Pileum illum, quem servi accipebant, docet. Neronem occito, totam plebem *Pileatam* dilcurrisse, Suetonius ac Victor testantur. Jonnandi *de Reb. Get. cap. 5. Pileati* dicti sunt apud Gothos pouissimum, qui inter eos *generosi exabant, ex quibus eis & Reges & Sacerdotes ordinabantur.* Idem *cap. 11. Elegi namque ex eis, tunc nihilissimos prudentiores viros, quos Theologiam instruens, Numina quadam & fucella venerari suasit, nomen illis* Pileatorum *contradens, ut reor, quia operis capitibus tiaris, quas pileos allo nomine nuncupamus, tiabant.* Adde Rodericum Toletanum *de Rebus Hispan. lib. 3. cap. 15.* Gentis nomen facit Aur. Victor Schotti *in Trajano*: *Primus autem fotus etiam vires Romanæ tranas Istrum propagavit, domitis in provincia Dacorum* Pileatis, *Sacisque nationibus &c.* Πιλοφόροι vocat Xiphilinus *in Dione*, ut & Petrus Patricius *in Excerptis de Legat.* ubi de Dacis *pag. 24.* Δακοὶ τοῦτο τὸ τρικυμὸν σχῆμα τῆς πιλοφορίας ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἐπὶ τοῖς τυραννήσας, *Decebalus ad Trajanum Legatos mist* Pileatos: *hi enim apud illos honoratiores.* Atque eo quidem verbo usus videtur Paulinus *Carm. de Natali Lucie Episcopi*, ad defignandos præcipuos e Gentium aut Dacorum horum genie;

Et Gete currunt, & uterque Dacus
Qui colit terra medio, vel ille
Divitis multo bove Pileatus
Accola ripæ, &c.

Qualterus Tervann. in *Vita* Caroli Com. Flandr. C. S. Wilhelmum Nothum Angl. Reg. *Pileati* cognomento donatum fuisse, ait: an quòd Normannici Duces à vet. ritu *Pileatis* Gothis genus ducerent, an quòd ille pileo caput opaxie soleret, incertum.

- Car. du Fresne *Glossar.* Alio sensu vox fumitur, in prov. Gallorum, *Pileatus natus est*: ibi enim membrana vel pellicula, quâ interdum pueri caput involuri nascuntur, quamque *Pileum naturalem* vocant, intelligitur; quo operimento nati felices fore creduntur, unde Gall. *Ils sont nez coiffez.* De cujusmodi pileo Æl. Lampridius in *Diadumeno*, *Solent pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt & advocatis credulis vendunt, siquidem Causidici hoc juvari dicuntur.* Erat enim hoc unum e plurimis amuletorum ac phylacteriorum generibus, quæ olim à curiosarum Artium peritis usurpata legimus. Cujus superstitionis mentionem fieri apud Balsamonem, in *Comment. super Canones*, observavit Fridericus Lindenbrugius: & narrat is Auctor de Proco quodam è clero hiltoriam, qui accusatus, quòd his artibus esset deditus, postea deprehensus est habere in suo pileum hujusmodi, à mulicre quadam acceptum, quæ hanc illi vim ineste affirmarat, ut omnium ora, qui adversùs gestantem dicere parati essent, obturaret, V. Balsamonem *ad Can. 61. Concil. in Trull.* Nec hodieque omnia superstitionis hujus abolita veligia, obstetricibus non rarò pilea hæc rapientibus & ad malefica jeraturis vendentibus que, Casaubonus *ad Lampridium l. c.* Hujusmodi pilei loco Antoninus Diadumenus *diadema tenue* habuit, *sed ita forte, ut rumpi non posseris, viris inter te tendentibus, specie nervi sagittarii*: unde ei *Diademati* nomen *ibid.* V. quæ que infrà.

Pilenum, quali *bene pilatum*, vel *quia pilosis pellibus contegebatur.* Servio *ad illud Virgilii Æn. lib. 8. vers. 666.*

Pilentis *mazes in mollibus*:

fuerunt *vehicula*, *sicuti nunc Basternæ videmus. Erant autem tunc Veneti coloris*, *non*, *ut nunc sunt*, *russati*, *quibus nisi casta Matronæ uti non poterant.* Recipiebant autem sese ad Basternas Matronæ, postquam Julia & Agrippina Augg. ut & Magistratus usum carpenti sibi vindicarunt. D. Hieronymus *ad Eustoch. Præcedit cursus Basternarum ordo semi-virorum.* Eorundem meminit antiquus Epigrammatographus *Collect. Pithœi 1. edit. Lugdun.*

Aurea Maronas claudis Basterna pudicas,
Quæ vadians patulum gestas utrumque latus.
Hanc geminus portas duplici sub vobore Burdo,
Provehis & modico pendula septa gradu.

Ubi *duplex vobor* Basternam amites sunt, ut vocat Palladius *lib. 7. it. 2.* asseres via. feu pertica: aucupalibus similes, quarum Festus & idem Palladius *ib. 12.* meminerunt. V. Laur. Pignorium *Comm. ac Servio.* Distinguitur certè à carpento, apud Æl. Lampridium *in Antonino Heliogabalo*, *Sed Semiamirica facta sunt Senatusconsulta ridicula*, *de legibus matronalibus*, *quæ quo vestitu incederent*, *quo cui cederet*, *quæ ad cujus osculum venirent*: *quæ plento*, *quæ equo sagmario*, *quæ asino veherentur*, *quæ carpento tantùm.* Honoratius namque *pilentum* olim. Livius ad ann. U. C. 559. *Honorem ob eam munificentiam ferens matronis habitum*: *ut in pilento ad sacra ludosq;*, *carpentis festo pro cessit*, *interentur.* Treb. Pollio de Zenobia, *Usa vehiculo carpentario*, *vere pilento*, *quo sepius.* Sed & vocabula hæc, & eorum usus, variè mutarunt in Rep. sæpeque ab Auctoribus confunduntur. Salmasius *ad l.*

Pileolum, & *ut*, capitis tegmen est arctè illud ambiens, fine margine, ægrotantibus inprimis ac somnum capientibus in usu. Fiebat plerumque è lana, & Lectiarorum quoque erat, quali usum S. Bernardum, eoque in Hispaniam transmisso edita esse miracula, credit vir *liber vitæ ejus l. cap. 4.* Sed & Sacerdotum erat, unde notat Scortia *lib. 3. de Missa cap. 4.* Gregorium XIII. ægrè dispensasse, cum Nicieni Episcopi, ut, excepto Sacro Canone posset eile opertus *Pileolo*, reliqui sacrificuli tempore: Imò piorum olim fidelium in genere, quos ad recitationem Evangelii *Pileolum* deponere consuevisse, colligit Solerius ex Hildeberto, qui veniens ad ritum recitandi super sacrum Evangelii, *in Opuscul. de sacrificio* Missæ, ait,

Pileis baculos ponit, stat rotegitq; caput.

Pontifex Rom. *Pileolo* purpureo ordinarie utitur, quod *Camelaucum* vocant, Etymologo derivatum, ἀπὸ τοῦ καμίνου τὸ κάλυμμα, *à prohibendo calore.* Hoc Bedæ dicitur esse *Pileus* in modum parvulæ cassidis, extensus supra fummitatem capitis. Memnit ejus Anastasius, *in Constantino Papa*, ubi magnificum ejus Constantinopolim ingressum describens, *Pontifex*, *ait*, & *cum Principatre*, *cum sellariibus Imperialibus*, *sellis & frænis insuratis*, *simul & mappulis*, *ingressus suus Civitatem*: *Apostolicus Pontifex cum Camelauco*, *ut solitus est Romæ procedere.* Iisdem regiminibus Imperatores quoque usos fuisse, Constantinus Porphyrogenetus, *in Chronogr.* Rubro Cardinales utuntur, quali Wilhelmum Scotorum R. ab Innocentio III. donatum esse, narrat Hector Boethus. Episcoporum viridis est galerus, hunc enim cum *Pileolo* non rarò confundi, notum. V. Anselm. Solerium de *Pileo*, *passim.*

Pileus Ursus puer delicatus Ursi, Illustris inter Romanos viri, cui epicedium scripsit Papinius Statius *lib. 2. Sylv. 6.* Possedit hic Ursus prædia per totum Imperium Rom. sparsa: quali fingitur ille apud Petronium, *cujus familia possit Carthaginem capere*, V. Casp. Barthium *ad l.*

Pileus, vel *um*, Gr. ὁ πῖλος, ὁ πίλιον, ex πέλω, ex pelle hoftiæ, unde flebant, Isid. quòd ex *pilis*; Voss. propriè capitis vilis tegmen, sine margine; cum Perasi contra marginati essent. Hos ex ovium pellibus denfos ac villoios fuisse, innuit Athenæus *Dipnos. lib. 5.* Sed ut paulò accuratiores simus, *Pilei* hiltoriam ab origi-

origine arceſſimus. Primo homini Innocentia pro *Pileo* fuit, quâ cùm ſe exuiſſet, Satanæ ſuaſui, præterquàm calamitatum genera, caput habere cœpit injuriis variis obnoxium, unde *Pileis* genita necéſſitas. Et quidem Natura ipſa comam capiti, velut calanticam, circumpoſuit, ut ei non decori modò, ſed & tutamini, eſſet hic *galeras naturalis*, ut eam vocat Chryſoſtom. *Hom.* 11. *ad pop.* Imò non rato caput infantis ex uteroprodentis *Pileo naturali*, ut vocant, ſeu pellicula quadam involutum & qualigalearum, in locem prodit; exemplo Diadumeni Imp. qui hujuſmodi *Pileo* tectus in lucem eſt editus, indeque nomen adeptus, ut *in oſcribit* Lampridius: Ferdin. item Davali, quem eodem modo genitum eſſe, notat P. Jovius *lib.* 1. quod optimi ominis loco eſſe ſolet; & proin antiquâ ſuperſtitione Cauſidicis vendítum fuiſſe, modò memoratus Lampridius id cet: *Solent denique*, inquiens, *pueri Pileo inſigniri naturali, quod Obſtetrices rapiunt & Advocatis credulis vendunt, ſiquidem Cauſidici hoc ſuperari dicuntur.* In ſinu a gerebant Cauſidici id pileî, quod proin *hypocharon* ſive *lunga* Ballâ monti dicitur *ad can.* 61. Conciſii Trull. V. Suiceran Thef. Eccl. voce Ἐγκόλπιον. Ars dein acceſſit; & primùm quidem inter Chriſtianos capitis tegmen, utrique commune ſexui, ſacrum fuit, velamen nempe impoſitum capiti infantis baptizati, quod Græci *Galeam* vocarunt: geſtatum à *Neophytis* per octiduum à Baptiſmo, ut coll. gitur ex Auguſtin. *Serm.* 160. *de tempor. cap.* 2. Cujus adhuc meminit Ivo Carnutenſis, qui ſeculo 12. ineunte floruit: poſtea enim in deſuetudinem abiiſſe videtur, ſeculo ſequenti, in utroque ſexu, ſtatim à tegmina, & *Pileis Virorum*, *Mitræ fœminarum* fuere, Servius ad *Æn. lib.* 9.

Et tunica manicas & habent redimicula mitræ.

Quam ob cauſam de fœminei capitis integumentis, ſuprà actum, in voce *Famina*. Virosquod attinet, Romani, licèt *Pileum* libertatis haberent inſigne, ut plurimum tamen aperto capite inceſſerunt, ut ex nummis veteribusque ſtatuis perſpicuum eſt: Hinc gratiſſimum Julio Cæſari fuit, jus Lauream geſtandæ, ad calvitium occultandum; quâ non opus erat, ſi *Pileo* fuiſſent in uſu. In facris tamen, ludis, Saturnalibus, peregrinatione, militia, grandi luctu, damnatione, ægritudine, tempeſtatibus, ſenio, capita tegebant, ut Lipſius monitrat de *Amphitheatro cap.* 19, & 20. Sed laciniam Togæ capiti injiciendo, quo ſenſu accipiendum, cùm conſule advenante; *equo deſilire, capuſq; aperire* moris fuiſſe, legimus. Quamvis & hæc contectio capitis *Pallioli* aliubito quandoque factaeſt: ſed quamlibenter ea, ſcribit Suetonius, *caput illum Pallioli texiſſe, cùm tutum Gladiatorium memoriæ Mariis ederet.* Pileo tamen ſuum Tatquinium conſtat, quòd eum ipſi de capite cebrutum, & in caput repoſitum ab Aquila refert Dionyſ. Halicarnaſſeus *lib.* 3. Neronem item, de quo Suetonius, *Poſt crepuſculum ſtatim arrepto* Pileo, *vel galero, pompas imbat.* Interim præcipuus ejus in manumiſſionibus fuit uſus. Unde in morte Neronis, *plebem pileatam* per totam Urbem diſcurriſſe, Auctor eſt Suetonius. Laudat ille Aur. Victor Calvinum, inquit, Romæ adeò interitui Neronis exultavit, ut plebs *induta* Pileis *manumiſſionum*, *tanquam ſæva Domino exemta*, *triumpharet.* Quidam galero vel linteo caput obducebant: nonnullis Pileus Theſſalicus ſive Petaſus inſuerat; Ita enim de Auguſto Suetonius, *Domi non niſi petaſatus ſub Dio ſtabulabatur.* In militia ex pellibus imponebant, quos *Pannonios* vocat Vegetius *lib.* 1. *cap.* 20. ex pellibus nimi. ovium villoſis, ut ex Ammiano ſuprà dictum. Reliqui pileî lanæ plerumque conſtabant; aliàs & lacernis caſis conficiebantur. In pileî quadrati ſpecie variis in locis, quod ex Papinio & Martiali refert Pierius *lib.* 40. *cap. de Pileo*; Plenùs verò Magius *Miſcell. lib.* 3. *cap.* 7. &c. Græci, quamvis & ipſi nudis ut plurimum capitibus, tamen & ipſi pileguando iisdem de cauſis, quibus Romani, *Pileos* ſumſere. Quod quantum vis neget universè Polydorus *de Invent. rer. lib.* 3. *cap.* 18 affirmat tamen recte Brodæus *Miſcell. lib.* 8. *cap.* 17. Namque de Ulyſſem ſpectum pileque exhibent, & Hippocratis imago pileata vifitur: Caſtores ſi tem ſolitos ſuiſſe pingi cum pileis, ſuprà diximus, in voce *Pileati*: Nec ullum latent Pileî Theſſalici, & Macedonici & Athenienſium Crobyli. Tiaræ paſim tegebant Perſarum capita, quare Cinnomen navibus aliquot Perſicis intercepris, *tiaris* impoſitis, hoſtem fefellìſſe, refert Dio. Siculus *lib.* 11. Partthi ex ſuis partito proceſſere *pileati*, unde epitheton hoc illis tribuit Martialis *l.* 10. *Epigr.* 22. & in nummis, quos Goltzius exhibet, Romano Imp. ob receptà ab hac gente ſignà, ſuperbe Parthia, *Pileum* deteſte porrigit. Inter Scythas, ſolos honoratos *Pileî* uſum habuiſſe, docet Lucianus *de Scyth.* & Dionyſ. Trajanus, ubi de Decebalo. Garamantis *Pileus* fuit ex dimidio ovo ſtruthionis, in æquas partes diviſſo, Lucian. *in Dipſade*: quà formâ viſitur *Pileus*, in nummo Gordiani Imp. apud Pierium *loco cit.* Æthiopum petaſus tam latè patuit, ut decem hominibus inumbrandis par eſſet, Nic. Codinus *de rebus Conſtantinop. c.* 12. Sinenſium *Pileos* deſcribit Trigautius *de Sinica expedit. l.* 1. *c.* 7. & 8. Moſcorum nobilium Sigism. Herberſtenius, cùm ait: *Veſtes habent oblongas, pileos albos apicatos ex lana coacta, quâ pannulas Barbaricas confectas videmus, ſolidos, ex officina geſtant.* Turcæ item *Turbantum* vocant, quo & Perſæ hodierni, & Tartari, fed diverſi coloris utuntur, V. *infrà*: ut alias Gentes ſicco præteream pede, Et hic vulgaris caput integendi mos fuit: At Imp. Rom. in bello, & ubi operiri capita mos erat, *Pileis* Laconica tecti erant, quos deſcribit Syncſius *Orat. de Regno*, ubi & Carinum Imp. laneo *Pileo* ornatum introducit. Conſtantinop. Impp. in uſu communi *Pileum* adhibebant, Codinus *de Offic. Conſtantinop. cap.* 6. *num.* 18. quem in ſolemnitatibus mutabant Crinonia, ac Tetraphyllo, aliis item, de quibus idem *cap.* 6. *num.* 36. PerſarumReges Tiaram gerebant rectum, diademate cumulatum, Xenoph. *Cyri Pæd. lib.* 8. Dio Pruſæus *Orat.* 14. Nudum Diadema ex aquita cinxit, Tyrrheni R. apud Virgilium *Æn.* 11. Syluthica apud Sil. *lib.* 16. Julii, apud Sueton. *in eo*, *cap.* 79. Sed & Candys ac Cidaris Perſicis Regibus in uſu fuere: quod poſterius Regibus quoque Armeniorum ac Ponti, Plut. *in Pompeio*; Ægypti quoque atque Æthiopiæ fuit uſitatum, Diod. Siculus *lib.* 4. Rufforum Autocrator, vulgò *M. Moſcovitæ Dux*, Pileo *Schapka* dicto inſignis eſt, quem *gemmis ornatum*, *aureis item laminis*, *quæſto quibuſdam ſibrulis ſubinde ſe vibrantibus*, *nitrè concinnatum eſſe*, tradit Sigism. Baro *de rebus Moſcovit.* &c. Fuere & peculiares *Pileî*, Magnatibus Proceribusque Imperiorum ac Regnorum primariis. In Imperio Conſtantinop. Andronico, cùm creatus eſſet Imperator, detractum eſſe pullum & acutum *Pileum*, quo antea utebatur, & rubram mitram capiti fuiſſe impoſitam, Nicephorus auctor eſt *lib. de Alexii Comneni Imperio num.* 18 Biretum acuminatum, Proceribus atate provectioribus ſerico tectis, in uſu fuiſſe; adolefcentibus capite nudo agentibus, refert Nic. Gregoras *l.* 11. *in fine*, qui Andronicum Palæologum omnibus eum conceſſiſſe *Pileos*, prout cuique liberet, Latinos, Myſios, Tiballicos, Syrios, Phœnicios, narrat ibid. V. quoque Codinum *de Offic. Eccleſ. & Aulæ Conſtantinopol. præſertim cap* 3. & 4. *ubi de vegninibus Capitis Magnatum Auliorum*, *& diſtinctè ac prolixè agit.* De Judicum *Pileatis* dictum *ſuprà*. Apud Sinas, peculiarem Magiſtratibus omnibus *Pileum* ſic deſcribit Nicol. Trigaultius *Expedit. Sin. l.* 1. *c.* 6. *Omnes Magiſtratus*, *ſive Philoſophiſtici*, *ſive Militares*, *inſimi juxta ac ſummi*, *eadem Pileo inſigniuntur*, *Et eſt è vitio nigro & nitringue duas velut alas habet*, *fere ſupra aures*, *ovatæ figuræ*; *quæ ita adhærent Pileo*, *ni tamen facilè excidant. Hoc ajunt modo ſe ad modeſte reſtaq; incedendum cogi*, *& à capite leviter inflectendo proliberi*, &c. Et quia peranticui moris eſt, ut Doctoribus certus quidam habitus ſit: Hinc Pallium Philoſophicum Athenis celebre, Photius *Cod.* 80. Corona item, quæ ab Initiatore Myſta ſolebat imponi, Artiſtoph. *in Nubibus*, Philoſtratus *de Vita Sophiſt. l.* 2. Lucian. *in Eunucho* &c. Doctoralis imprimis *Pileus*, ſeu *Biretum*, ut vocat Bertachinus, conceſſio inſignis, quem hic ſignum ait eſſe victoriæ ac gratiæ, nec non Sacerdotii & ſuperioritatis; addito in vertice haſpo ſeu flocco, pro Doctorum varietate, coloris diverſi. Theologorum enim *Pileus* nigri, ut indigiterur, Mundo illos mortuos: Juriſperitorum rubri, eo quòd addint Principibus ac Regibus terræ: Medicorum verò ac Philoſophorum violacei aut cœrulei, apud Germanos, coloris eſt, ut monet ur oculos ſuos non declinare in terram, ut docent Middendorpius *de Academiis lib.* 1. & Maxim. Sandæus *in Theolog. Jurid. c.* Cum 50. Apud Italos verò, Doctoralis *Pileî* color ſemper niger eſt: flocum tamen pro variis variant; quem porro hortenſi mutaviſſe Genevenſes, docet *in Calvini vita*, I. aingæus *cap.* 7. Origo hujus *Pileî* non incommodè ab oleaſtro Olympionicarum arceſſitur, V. Hadr. Junium *Animad. l.* 1. *c.* 2. Forma non eadem apud omnes. Rotundum fuo tempore fuiſſe, notat Petrarcha *de Remed. Lt. dint.* 12. non ſignatà tamen nationeas. Apud fuos Cadomenſis eidem figurà eſſe, ſcribit Petrus Lenaudiere *tr. de Privilegiis Doctor. part.* 1. *queſt.* 3. videturque eandem formam innucre Signorellus de Hom. deis *Cunſitio* 23 *n.* 7. cùm Doctoris *Pileum* vocat *Diadema*, quod figuræ ſemicircularis fuit & rotunditatem ſapuit. Forma quadrata non paucis in locis eminet: Italis olim uſitata, teſte Pancirolo *Var. leſt. Juris Li.* 2. *c.* 23. & Sinenſibus etiamnum, ut docet Trigaultius *Exped. Sin. l.* 1. *c.* 18 cujusmodi *Pileî* coram exhibet Kircherus in *China illuſtr. &c.* De *Pileis* feu tegminibus capitis, quibus in facris, Ethnici, Hebræi, Chriſtiani uſi, ut quædam ſubiciam: Obſervat Suetonius *lib. de gen. veſtim.* apud Romanos, triplex fuiſſe Sacerdotum ac ſacrorum hominum propitum *Pileorum* genus, *Apicem*, *Tutulum*, *Galerum*. In ſpecie Flaminibus Dialibus *Albogalerus* uſuſ uit. De *Phrygio* V. ſuprà. Summus Sacerdos Syriæ Deæ, qui ſolus purpuratus erat, aureo Tiarâ uſus proditur, & Luciano *lib. de Dea Syriâ* Sacerdotes Perſarum, quoties ſacrificabant, ſimiliter fuiſſe ſolitos Tiaratos, & utrinque ſtitraceas Infulas dependentes, refert Strabo *Lib.* 15. Apud Hebræos *Pileum* Sacerdotalem, (quem tamen Pontificibus quoque communem ſtatuit, ſalvis appendiculis, ſoli Pontifici proprtis) ſic deſcribit Hieron. *Epiſt. ad Fabiolam*, *Quartum genus eſt veſtimenti rotundum Pileolum*, *quale pictum in Ulyſſe conſpicimus*, *quaſi ſphæra media ſit divisa*, *& pars una ponatur in capite*; *hos Græci & noſtri Tiaras*, *nonnulli Galeram vocant*, Hebræi *Miznephoth. Non habet cornua in fronte*, *non vittas utrique ad ornatum capitis tegit*, *ſed tertiam partem à fronte imponens relinquit*: *atque ita in occipitio vitta confrictibus eſt*, *ut non facile labatur ex capite. Eſt autem byſſinum & ſic fabrè operatum lineolo*, *ut nulla acus veſtigia appareant.* V. quoque Joſephum *Antiq.* l. 3. *c.* 8. & Riberam *Zach.* 3. *n.* 14. De Cidari Pontificia, idem Joſephus *ibid.* inquit, *Pileo*, *quali cæteri Sacerdotes*, *utebatur*; *ſuper quem exabat alius conſutilis*, *ex hyacin-*

hyacinthis variatus. Hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua ſpectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos Daccharus ; *apud Græcos* Hyoſcyamus *appellatur, (quam poſtquam prolixè deſcripſit, addit)* Ejusmodi corona, *ab occipitio, circum tempora utrag; procedebat : Nam frontem iſti calyculi non ambiebant, ſed ceu lorum quoddam tatum aureum, quod ſa-vis characteribus Dei nomen inciſum habebat.* Cujusmodi *Pileï* icon, ex Villalpando repræſentatur, apud Solerium. Itaque Joſephus coronalas ſoli Pontificiæ Cidari tribuit ; Lyranus tamen in *Exod. cap.* 39. eas in Sacerdotali quoque agnoſcit, non aureas tamen, ſed byſſinas, quod probare conatur, *ex verſu* 25. V. ipſum *caput.* Apud Chriſtianos quoque, iis qui ſacra tractant, *Pileus* peculiaris ; inprimis in Conſtan. Romana, ubi eminent Pontifex Coronná aureâ triplici fuper Mitram : nihilarium capitis regmen *Cardinalium* : Cardinalibus *Pileus* & Galeus habet coroſſus eſt ; quorum ille, in quo crux ſuperné extat, non minùs ac in Pileo Clericorum, id habet privilegii, ut ſi alicui reo, dum ad ſupplicium deducitur, ſuper caput ab obvio Cardinali imponatur, liber dimiſſus ſupplicium effugiat : Epiſcoporum peculiare capitis tegmen eſt, *viridis* Galerus ac Mitra bicornis. Reliquo Clero communis eſt *Pileus* ; quem etiam Epiſcopi extra Cœtum Eccleſiæ non ſolùm uſurpant : Alicubi tamen non Clericis univerſim, ſed ſoli Sacerdotes ; aut qui in Clero eminent, jam inſignibi facro ordine, *Pileo* utuntur. Sic in Eccl. Metropolitana Lugdunenſi, nulli concedit ſua *Pileï*, præterquam è prima nobilitate Canonicis (*Comites* paſſim audiunt) qui jam Subdiaconatu ſunt initiati : cui affine, quòd apud Gothos olim ſoli Sacerdotes, omnibus Laicis exclufis, pileati fuere, ut docet Jornandes *de Rebus Goth. num.* 38. Nec forma *Pileï* Clericalis ubique eadem eſt : Apud Molcos, & in oris Septentrionalibus, oblongus *Pileus* Clerici ſectatur, ex clatorum pilis, colore griſeo, Sigiſm. Baro Herberſteinius, ubi *ſupra*. Alicubi rotundi ſunt, Barboſa *allegat.*9. Alibi paſsim forma quadrata in uſu eſt, quam à Regibus Perſarum Armeniorum ac Medorum, ad Chriſtianos Clericos, derivatam eſſe, affirmat Panciro-lus *Var. Lect. Juris lib.*1. *cap.*21. Monaſticis cœtibus permultis commune tegmen *Cucullus* eſt ſeu *Cuculla*, quæ duo tamen diſtinguit Auctor *Vitæ S. Deicoli cap.* 2. Apud Abaſſinos etiam ſolius Cucculi geſtatione Monachos internoſci, Godinus refert *Abiſſ. lib.* 1. *cap.* 34. E lino conſci ſolium, habet Hieronymus *ad Helid.* 2 lana, Sozomenus *lib.*3. *cap.* 13. Forma *κανωδίκ* eſt, unde *capitis tegmen acuminatum* dicitur Nicephoro *lib.* 9. *cap.* 14. &c. Ne mortui planè præterearnur, verbo indigitandum, capita eo-tum *Sudario* fuiſſe obvelata, ut ex Hiſt. Evangelica Joh. *cap.* 10. & *cap.* 20. patet. Sanctorum imagines paſſim exhibentur capitibus umbellâ radiante opertis & velut fulgente contectis : Quod Joſ. Scaliger in *Catalecta Virgilii pag.* 478. appendicis ex Henr. Salmutho in *Anate ad Pancirioli vet. dependit. cap. de fibulis*, contendit aliud non eſſe, quàm *σκιάπορον*, ſive umbellam lunatam, capitibus ſtatuarum impoſitam apud Ethnicos, ne avium ſtercoribus inquinarentur, quod damnum ſibi à corvis imprecabatur Horatianus Priapus. Et favet ſententiæ Ariſtophanis in *Avibus* locus, ubi Scholiaſtes ita expreſſit hanc vocem. Lazius tamen *Comm. Reip. Rom. lib.* 9. *cap.* 19. appoſuiſſe ait Ethnicos ſtatuarum capitibus illiusmodi circulum, ſpecie dimidiæ Sphæræ, tanquam coronam ; *ſignatum* aliquando *in ſpecien Solis*, quam in Maximiani Cæſ. ſtatua Antiochiæ obſervavit Marcellinus *lib.* 25. *fub fin.* Videturque hæc aluſiſſe Veſtejus Paterculus, cùm de Octavio Cæſ. ſcribit *lib.*2. *Cui adventanti Romam, immanis Amicorum occurrit frequentia. Et cùm intraret Urbem, Solis orbis ſuper caput ejus curvatus æqualiter circumdatusque in colorem arcus, velut coronam tanti mox Viri capiti imponens, conſpectus eſt.* Hinc itaque tritum in Rom. commun uſitatum ac celebre, adjicit Lazius : *Quamobrem in Inſtitorum divis Sanctorum imaginem cum tali ſemicirculo & pinguntur & ſculpuntur.* Hoc pictos decear Sanctos, at verorum, qui in cœlis triumphant, *Pileus* gloria eſt. Plura de his, V. inprimis apud Anſelm. Solerium *tract. de Pileo, ubi etiam ex ave lectori exhibet varia Pileorum, de quibus diximus, genera.* A\` *Pileo* Prov. *ad Pileum vocare* celebre eſt, quod ut eo melius intelligatur, de *Pileï* apud Romanos præcipuo uſu, velut ſuperpono dii loco, quædam ſuperadam. *Pileum* priſcis in ſigne fuiſſe ſpectatæ virtutis, ut inde mos fluxerit Magiſtros Doctoreſque *Pileo* exornandi, monet Eraſmus in *Chiliad.* Eundem notam fuiſſe ſuperioritatis ac poteſtatis ; victoriæ item &c. alii docent : Sed inprimis ſymbolum libertatis fuiſſe, vulgatiſſimum eſt, & fusè comprobatum à Bodino *de Republ. l.*1. *c.*5. ac Pancirolo *Var. Lect. Juris l.*2. *c.* 20. Hinc quoticæ libertatis expreſſio vel profeſſio facienda erat, *Pileum* adhibitum legimus. Sic Henricus II. Gall. R. publico ſcripto, quo rationem rèddebat initi ab ſe fœderis contra Carolum V. cum Mauritio Saxonealiisque Proteſtantibus Germaniæ Principibus, præſcripſit in fronte *Pileum* inter duos pugiones, teſte Spondano in *Annal. Gall. ad A.C.* 1552. *num.* 6. ſignificans hoc fœdere Germaniæ libertatem quæri. Quod Imitatione Vett. factum : Narmque & Brutus, Tyrannidis excuſſor, in vett. nummis *Pileum* manu præfert, atque in variis Cæſarum nummis, Mulier cum *Pileo*, emblema libertatis eſt, Pancirolus *Var. Lect. Jur. l.*1. *c.*17. & Picrius *l.*40. *c. de Pileo.* Cujus rei cauſa, quòd nobilitatis ac poteſtatis ſignum *Pileus* haberetur, Libertas a. poteſtate definitur. Sunt etiam, qui ad Noachum auctorem id referant : ab eo quippe ſub Jani nomine, apud Latium regnante, Latinos ajunt *Pileo* poſt diluvium donatos, in ſymbolum libertatis à tot malis, ut ſcribit Maxim. Sandæus *Theol. Jurid. Comm.* 50. Itaq; *vocare ſervos ad Pileum*, ut loquitur Seneca *Epiſt.*47. Liv. 1.34. Suetonius in *Tiberio*, aliique, eſt vocare eos ad libertatem. Quam antequam mancipia acciperent, radebantur. Ita apud Plaur. in *Amphitr. Soſia*, Ut ego *bodie rafo capite calvos capiam pileum.* Plut. *T. Q. Flaminio*, Καὶἐπ. *κεφ τῶν ἐν τοῖς οἰκέταις, ὅταν ἐλευθερωθῶσι, ξυρεῖσθαί τε τὰς κεφαλὰς καὶ πίλια φορεῖν, Sicut mos eſt ſervis, quando in libertatem aſſeruntur, radi capite & pileo geſtare.* Hinc Perſianam R. ut ſe Romanorum profiteretur libertum, Legatis eorum capite ac Pileo rafo occurriſſe, diximus ſupra. Quod vero radentem Nonius, *Qui*, inquiens, *liberi febant, ea causa calvi erant, quòd tempeſtatem ſervitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati ſuos.* Qui enim è naufragio emerſerant, radi conſueviſſe, docet Juven.

Gaudens ibi ſervice raſa

Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

V. quoq; Lucianum *in Hermotimo* & Artemidorum *l.*1. *c.*23. Sic ergo talis imponebatur *Pileus*, quem in Peronitæ, Libertorum genere, pileo accipebant : album fuiſſe Diodorus ſcribit, ubi de Pruſia ei ſermo. V. Servium *ad Æneid. l.*8. In ſpecie tandem, inter Gladiatorum præmia, *Pileus* quoque fuit : Qui enim ſemel victores, non tamen à ludo immunes fiebant, Palmam ; qui ad tempus vacationem impetrabant, Miſſionem ; qui planè à cruentis his ſpectaculis vacare jubebantur, Rudem : qui tandem immunitate hac, unà cum libertate ac jure civitatis Rom. donabantur, *Pileum* accipiebant. Tertullianus *de Spectaculis c.*21. *Qui ſuffragiis eadem homicidia lanium poſtit, idem Gladiatori atrocì potuit ruclem & Pileum præmium conferre* ; V. Thom. Godvynum *Anthol. Rom. lib.* 2. *ſect.*3. *cap.* 10. ut & hanc in rem plura, ſuprà voce *Caput*, &c.

Varia apud varios Pileorum genera.

α. Albogalerus, Flaminibus Dialibus in uſu erat, ex pelle hoſtiæ albæ Jovi cæſæ confieri ſolitus, teſte Feſto ac A. Gellio *l.* 10. *c.* 15. Cujus iconem ex phil. Rubenii *Electorum l.* 2. *c.*25. exhibetur apud Solerium. β. Apex, Sacerdotum inſigne apud vett. Romanos, duplex fuit, Flaminum alter, alter Pontificum, imò aliorum item Sacerdotum. Sutilis erat ex pellibus ovillis, Iſidor. γ. Apiculum, filum quo Flamines velatum apicem gerebant, Feſt. Servio verò, quo Flamines velatum gerebant caput ; æſtivo nempe tempore, cùm pilum ferre non poſſent. δ. Bardocucullus, cucullus ſuit craſſus & rupicibus ac petronibus accommodatus ; qui non tantùm caput tegebat, ſed & pœnulæ attexebatur, corpus ulterius tegenti, Martialis *Epigr.* 93. *l.*1. ε. Bireum Doctorum, ſuprà deſcriptum : Tartarorum viride eſt, capiti æquale, rotundum, quod preciosæ pellis faſcia ambit. Martinius *de bello Tartar.* Dictum vulgò *Turbeau*. ζ. Camelaucum, uſuarium Pontificis Rom. capitis tegmen, de quo ſuprà in *Pileolum*. A\` Monialibus quoque uſurpatum legitur apud S. Ephremum. η. Candys, *Pileus* Regum Perſicorum pellitus, Poll. *l.*7. *c.*13. θ. Caputium, V. *Cuculla.* ι. Cauſia, Macedonum *Pileus*, Poll. *l.*10. *c.*36. *κυνῆδων* Demoſtheni *Orat. de Legat. male obita.* Hinc Diadema Reges imponebant, Plut. *in Demetrio.* κ. Chaſdium, Gr. *χάσδιον ſeu χασδίκη*, pileus ultra capitis perichæran nihil in ſublime efferens : qualis *χάσδιγξ* in militia Homerica *Il.* x. Ei *φακιόλοις* oppoſitur. V. Meurſium in hac voce, & Suicerum in *Χάσδιον*. λ. Clarius, idem quod Diadema, Budæo *in Pandectas* & Pancirolo *Var. l.*1. *c.*9. Genus erat *Pileï* è pilis contexti, Poll. ubi *ſupra*. De Cidari Summi Sacerdotis Hebr. dictum. μ. Clericalis *Pileus*, ſuprà deſcriptus eſt : modò trium, modò 4. coſtarum, exhibetur, apud Solerium *ſect.* 14. ν. Corybantium *Pileus* fuit Sacerdotum Ethnicorum, Silius *lib.* 15. coronæ Bacchi mitræ : hoditieque mitra Epiſcopalis bicornis dicitur, nonnia, pileus Impp. Græcorum in ſolemnitatibus. cui à ſpecie illi nomen, Codinus. ο. Crobylus, Athenienſium *Pileus*, craſſiæ ac tiaræ non abſimilis. Apud Thucyd. *lib.* 1. & Lucianum *in Navig.* ſonat plexum crinium, deſinentem in acumen. Apud Aſterium *Homil. in Feſtum Cal.* pro fœminei capitis tegmine accipitur. π. Cucculla ſeu Cucullus, *Pileus* Monachalis eſt acuminatus & κανωδίκ : quo etiam Monales uſas ſuiſſe S. Athanaſius docet *de Virgin.* hodieque inter Moſchos id obtinere, narrat Sigismundus Baro. Proprie autem tegmen fuit capitis infantilis, ut Solerius docet. ρ. Cyrbaſia, gr. *Κυρβασία*, faſtigatus in coni formam *Pileus*, ſeu Apex Sacliorum, Dionyſ. Halicarn. *lib.* 1. aliàs *Pileus Epiroticus* ſeu *Albanus*. V. paulo ſuprà in *Apex*. σ. Diadema, crat textile aureum, cum lapillis & margaritis, poſitum ad Imperatoris frontem, & ponè revinctum, cerebrum verſus, Curopalates *de officiis Aulæ Conſtantinop.* Multiplicabatur id pro numero regnorum, Herodian. *lib.* 8. τ. Ducalis *Pileus*, V. ſuprà. υ. Galerus, V. ſuprà in *hac voce*. φ. Incantati *Pileï* Serenianî Ducis, Imperium affectantis, meminit Ammianus *lib.* 4. χ. Juſtinianæi, *Pileorum* genus erant, Impp. Conſtantinopolitanis uſurpari ſolitum : a Juſtinia-no, qui primus iis uſus, V. Codinum *in Supplem.* ψ. Laconici *Pileï*, quibus Impp. Romani in bello uſi, deſcribuntur à Syneſio *Orat. de regno.* ω. Mitra, vide ſuprà *ſub voc.* κα. Oblongus ex caſtorum pilis *Pileus*, Sozomeno in Moſcovia, de-ſcri-

ferib'tur à Sigism. Barone. δβ. Ex Ovo dimidio struthionis Garamantæ *Pileum* fibi adaptarunt olim, ut supra diximus. γγ. Pannonii *Pilei* ex pellibus, à militibus Rom. adhibiti funt, Vegetius *lib.* 1. *cap.* 20. δδ. Petasus, V. supra *in hac voce.* ιι. Phaceolum, Græcis recentioribus, quafi *fascia complicata*, vocatur Tarcarum Turbanum. ζζ. Phrygium, item Phrygium amictus, V. supra *fuo loco.* θθ. Quadratos *Pileos*, à Regibus Perfarum, Armeniorum ac Medorum, ad Clericos Chriftianos, Doctores item, devenifle, affirmat Sozomenus. ιθ. Schapka, *Pileus* M. Mofcoviæ D. V. *supra.* ια. Stemma, idem quod Diadema, Curopalates, *de Officiis Aulæ Conftantinop.* κκ. Strupos, Caftoris *pileus* ftrophio circumdatus, V. fupra in voce *Pileati.* λλ. Tetraphylum, ex *Pileis* fuit, quibus Imp. Conftantinopolitani, in folemnitatibus, funt ufi: A *quatuor filiis* dictum, Greffcrus in Codinum *lib.* 3. *Comm. cap.* 1. §. 8. μμ. Thara, V. infra *fuo loco*, Tropæachia, ex tegminibus Imperatori capitis, in Imperio Conftantinop. à *tropæo*, nomen adepta funt. ξξ. Tupha, Tiararectus, Regibus Perficis peculiaris, ob *typhum*, quem ingenerat, fic dictus, Zonaras in *Bafilio Imp.* οο. Turbans, an à *Corybantibus* Græcorum, *Pileus* eft, Turcarum, albo: Tartarorum, viridi: Perfarum, rubro colore infignis. Satis accedit ad Tiaram vulgarem Perficum, de pluribus deicribitur infra, *fuo loco.* ππ. Tutulus, *Pileus* lanatus, metæ fimilis, Sacerdotes ferunt, apud Romanos, ex Numæ inftituto adhibitus. Fulgentius *de vocibus antiqq.* V. quoque infra, *fuo loco.*

Pilicrepi, inter Gymnaforum Miniftros, dicebantur, qui fphæriftæ oblitis cutabant, ne ignis balneorum extingueretur. Quidquid alii dicant, qui per *Pilicrepos* luiores pilæ, utpote obftrepentes fpectantium auribus, intelligendos putant, male Martialis & Statii loca interpretantes, Hieron. Mercurialis *de Arte Gymnaftica lib.* 1. *cap.* 12. Præter illos *Aëipili* erant, qui, ut refert Seneca *Epift.* 56. ad vellendos, ab aliquibus corporis partibus & præterim alis, pilos adhibebantur: nifi vellimus, ut docti quidam Viri cenfuerunt, *Pedicepos* & *Alipedos* apud eum legere, quafi in Gymnafiis eflent, qui à pediculis homines purgarent, & inter occidendum magna voce fingulos enumerarent: quod ramen Mercurialis *dicto loco* non probat &c. V. C. Bartinium *ad Statium lib.* 1. *Sylv.* 5. *verf.* 57.

Pileppi, feu *Pileati*, Græcè πιλοφόροι, ex Barbaris fere femper tonfi erant, ficut contrà *Mitrati* feu οι μιτοφόροι, intonfi. Hinc Hieronymus in *Vita* Malchi, Ifmaelitas, qui Scenitæ funt Arabes, intonfum crinem habere & vitta caput redimitum ta dit. Et Herodotus, de Baby lonicis: Κομῶσιν δὲ, inquit, τὰς κεφαλὰς, μίτρησιν δεδεμένοι τὴν, μιτρηφορέουσι πᾶς τὸ σῶμα. *Comati autem capita mitris redimita habent, unguentis suo corpore delibuti.* Idem de Ciffiis *lib.* 7. de Indis, Artianis, de Brachmanis Philoftratus, & de Perfis Strabo, *mitræ* diverfa, & minus quidem falcia fuerunt, quibus caput ftringebant: pilea v. capitis integumenta rotunda, in galeæ modum facta; unde & *galeri* dicti &c. Latini tamen etiam *mitram* pro *pileo* pofuerunt, ut *mitra phrygia* Virgilio, *pileum Phrygium* dicitur, quam *tiaram* etiam appellarunt. Qua de re V. Salmafium *ad Solinum pag.* 556. ut & fupra.

Pillarus, dignitasi cæter Equites Meliteníes, quæ vulgò *Pillere*, Gall. *Pillet*, ex Lat. *pila*, id eft, *columna.* Cùm enim Nationes VIII. hunc Ordinem componant, primus in qualibet illarum *Pillerius* eft, & quafi columna fuæ Linguæ feu Nationis, uti videre eft, apud Dominic. Macrum *Hierolexico.*

Pilloria, adde: Car. du Frefne vocis originem arceffit potius, à *pila* iterum i. columna, ad quam alligabantur rei. Idem enim iaquit, *pilorium* cum *poftello*, feu columna lignea, Concilio Bituric. *A. C.* 1336. *can.* 12. *Item* pilorium feu *poftellum*, in *cæmiteriis* & *locis facris affigunt & apponunt.* V. cum *Gloffar.* & in CP. *Chriftiana*, ubi de *Milo* autem. Apud eundem, Ferrarius Italos *gogna* appellare fupplicii genus, quo noxii inirctâ boue five humilia cervice, in fuggeftu, omnium fibilis ac ludibrio exponuntur, notat. V. illum quoque voce *Berlina.*

Pilorum uftrina, à veneficis ftrigibus ad philtra ufurpata, V. infrà, voce *Pilus.*

Pilofi, Gr. κειρακίαι, occurrunt Eftiæ *cap.* 13. *verf.* 21. & *cap.* 34. *verf.* 14. ex Aquilæ verfione, qui ita vocem Hebr. שעיר exponit. Hieronymus funt *Satyri* vel *Incubones*: unde fumta vox *Satyrorum*, in aliquot verfionibus, atque eo libentius ufurpatur, quòd fpecies, qualem Poetæ defcribunt, ab hircina non abludit, neque ipfa Satyri vox ab Hebr. *Sabir.* Et certè à שעיר, *pilo*, Hebræis שעירים eft *hircus*, animal hirfutiffimum: quemadmodum Græcè τράγος dici volunt, καὶ ὁ τραγίσκος, à *pilorum afperitate.* Sed & nomine שעירים, idola vel dæmones appellari videas. Levit. *cap.* 17. *verf.* 7. & 2. Chronic. *cap.* 11. *verf.* 5. qua de re diximus fupra, voce *Hircipili.* Nempe Diabolus hirci fpecie fe præbere confpicuendum amat. Unde in Jamblichi *Babylonicis*, τράγον νὶ φάσμα ἐκὸς Σατύρου ὄν, *Hirci fpectrum aliquod deperit Simonidem.* Et apud Philoftr. *Vitâ* Apollonii *lib.* 6. *cap.* 13. *Venerat in vicum* Æthiopiæ prope Nili cataractas *decimo iam anie menfe Satyri fpectrum* (id eft, Diabolus, Satyri fpecie) *furens erga mulieres, iamq; duas illarum interfecifle ferebatur, quæ videbatur maximè amare* idem judicium de Sylvanis, Faunis & Gallorum Duftis, de quibus Auguftinus agit de *Civ. Dei lib.* 15. *cap.* 23. &c. Itaque, cùm locis præfatis prædictur fove, ut in defolatis urbibus שעירים *hirci* faltent & clament alter ad alterum, *fpectra* intelligas potius, quàm veros hircos: quæ eadem mens illis fuit, qui pro *hircis* vel *demonia* vel *pilofos* explicant, aut *Satyros*, id eft, Satyrorum fpecie Dæmones apparentes. Ulfos enim nemo fanus extare aut unquam in rerum natura extiiffe, homines ftiuamodi *Pilofos* feu Satyros, falfum eft. Nec enim affenfum meretur magnus Scriptor, qui Satyrum introducit Antonium in eremo rogantem, ut pro fe communem Deum deprecetur &c. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poffer. lib. VI. c.* 7. V. etiam in voce *Satyrus.*

Pilofone, ab Origeniftis appellati funt Orthodoxi, quòd in die Judicii omnes homines, cum iisdem priftinis fuis *pilis*, refurrecturos effe profiterentur, Hieronymus *Epift.* 61. *ad Pammach.*

Pilofus Comes, apud Guil. Britonem *Philippidos lib.* 10. ubi de prælio Bovinenfi, *verfu* 407.

Et Comiem, quem Teutonici dixere Pilofum:

Apud Germanos, idem eft cum *Comite Sylvarum* leu *Sylveftri.* De quo eodem *Chronicon* Flandriæ *cap.* 15. & *an Comte d'Alemaigne, qu'on appelloit le Comte Pilos.* Quo loco Sauvagius, contra *MSS.* fidem reftituit, ex Mejero, *Et Comes Palatin du Rhin*, ut & *cap.* 21. ubi inter Electores Seculares Imperatorum primus poft Eccleliaftices, *le Pelu du Rhin*, i. *Pilofus Rheni*, recenfetur, quem Comitem Palatinum Rheni effe conftat. Cafparus Barthius *ad Britonis d. l. Rangrefium*, ait, non *Rauchgrafen* intelligimus, *afperarum regionum Dominum*, non *ipfum hirfutum*, aut *pilis obfitum.* V. quoque *Comes Hirfutus* fupra.

Pilum, Tyrrheni inventum, Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. proprium Romanorum olim militum geftamen, exactè deferibitur à Polybio *Hiftor. lib.* 6. interprete Cl. Iſaaco Caſaubono, his verbis: *Sunt* à *Pilis quadam craffa, quadam tenuia, & à faliforibus, quæ rotunda funt, palmarem habent dimetientem, quæ quadrata, latus; tenuia fibinis mediocribus funt fimilia, &c.* Et paulo poft: *Horum omnium hoftile tres fere cubitos longum eft, aptatur fingulis telum ferreum, hamatum, paris longitudinis cum ipfis ligni, cujus nexum adeò firmum valuit, ad mittia usq; ligna reliquenda, & crebris ictibus contigentes, ut non ante nexus ferri ventilatu laterur, quàm ferrum frangatur, esf craffum in fundo, &, quà parte ligna committitur, digitum unum cum dimidio, usque adeò magnâ cautione profpicitum huic nexui adnexioni.* V. quoque Livium *Decad.* 3 *lib.* 1. & Halicarnaf. *lib.* 5. Sed hæc omnia non fatisfecerunt animo fagacifiimo & perfpicacifiimo Jof. Scaligeri, cujus ultimum in terris conatum ajunt fuiſſe veram, ipſius judicio, hujus teli delineationem. Et curâ ea fuperiederi poſſe facium nummi veteres, qui telum perſpicuè exhibent ſpectandum. Ex illis unus, quem Jac. Gutherius proponit *de Jure Pontificali vet. Rom. lib.* 3. *cap.* 16. laudatus Cafp. Barthio *ad Statium lib.* 3. *Sylv.* 3. *verſ.* 99. Meminit eorum Lucanus *Pharſal. lib.* 3. *verſus* 589.

Pila *ſed in medium* venere *trementi* s *pectus.*

Et *lib.* 8. *verſu* 597.

Septimius, qui proh! Superbum pudor, arma fatelles
Regia geſtabat, pofito deformia pilo.

Corippus item *lib.* 4. *verſ.* 242.

Ingens excubius protegebantque *phalanges*
Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.

Ubi inauarai eaconſueviſſe, etiam ultimo avo, obſervat Barthius *ad Statium Thebaid. l.* 8. *v.* 405. Alii. De lauro pinnisque *pilis* addit is, cùm læta nuntianda eſſent vel triftia, V. infrà ubi de *Pinnatis Lituis.* Reliqua ſupra, voce *Pilani*, uti de πιλοῦσι ſeu *pilis* vett. Perſarum, in *Stolis.*

Pilumnus, adde: Nonius Marcellus *Pilumnum* & Picumnum Deos vocat. Præſides auſpiciis conjugalibus, citatque Varronem *de Vita Pop. Rom. lib.* 2. cujus hæc ſunt: *Natus ſi erat vitalis ac ſubſtatus ab Obſtetrice, ſtatuebant in terra, ut aſtraretur veſtus; Diſiaque conjugalibus*, Pilumno & *Picumno, in ædibus lectus ſternebatur.* Idem Varro, inter 3. Deos cuſtodes Puerperæ ſtatim poſt partum adhibitos Silvanumq; ab ingreſſu nocturno arcentes, *Pilumnum* ac Picumnum ponit; quod propterea fatum, quoniam Silvani & Fauni, quos vulgò *Incubos* vocabant, improbi quondam fuerant mulierculis ac earum concubitui inhiabant, unde ne Sylvanus per nocten ingrederetur, & jacentem yexaret, hi adhibiti. Ita nex eo Auguſtinus *de Civ. Dei lib. 6. cap.* 9. *Mulieri fœtæ poſt partum tres cuſtodes commendat* (Varro) *adhiberi, ne Sylvanus per noctem ingrediatur & vexet: Eorumque cuſtodum ſignificandorum cauſa tres homines noctu circumire limina domus, & primi limen ſecuri ferire, poſtea pilo, tertio deverrere ſopti: ne his duobus cuſtodia ſignis Deus Sylvanus prohibeatur introire: quia, inquit, neque arborem excidunt, atque putantur, ſine fero: neque far conficitur ſine pilo; neque fruges coacervantur ſine ſopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupati Dii, Intercidona à ſecuris interciſione: Pilumnus, à pilo: Deverra à ſopi, quibus Dius cuſtodibus contra vim Dii Sylvani fœta conſervatur.* V. quoque Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. *c.* 19. & Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* adde Geſn. Jo. Voſſium *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 40. ubi multa de his Rutulorum Diis; avo s.

vunculoque aut patruo magno Turni, quos à quibusdam pro Dio-scuris quoque habitos, addit.

Pilus, à *pello*, cui inhæret, ànà Gr. πῖλος, de quo suprà, an à *pilus* 3. *pluma*, an à *φύλλον*, *folium* &c. vilitate fua in proverbium abiit, apud Latinos, *Pili non facio*, Cic. *ad Fratrem*, & Græcos, "Αξιός τινος, *dignus pilo*, in hominem nihili, Erasm. *Adagior. Chil. 1. Cent 8. Adag. 4.* hinc Romuli nepotibus curatè evulsus, V. suprà ubi de *Aliplita*. Dominò verò noftro digna res providentiâ vifa, Matth. *cap. 10. verf. 30. Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. Vestris autem etiam capitis pili in numerato sunt.* Sed & *pilum*, funditorum dexteritas olim explorata. Ita enim in Benjaminitarum exercitu feptingenti viri, pandâ missîle lapidem *ad pilum*, fine erratione, leguntur, Judicum *cap.20. verfu 16.* Quo modo apud Smyrnæum *lib. 4.* in fag ittario certamine pro fcopo ftatuit Agamemnon gigantem fetis equinis infignem, pr mum illi daturus,

— — — *ὃς κεφαλὴν ὕπερ ὦμον ἐδῄ κομόωσαν.*

Quatin compoſitas manus improba miſcet aleas,

Si per me mittit, nil nisi vota facit.

Nempe, ut hujusmodi fraudi occurreretur, pyrgus seu turricula excogitata est, in qua, antequam inde effanderentur ra tabulam, prius concuti, bantur probe tali testaceæ, inde Ἀζάρεσι κύβοι, & Ἀζάρεσι ἀσσάρια apud Græcos. Nonnulli insuper plephobolum adhibebant, uti infra dicemus pluribus, in his vocibus, V. quoque suprà voce *Phimus*.

Piperis Granum, ob mordacitatem & acredinem, cognomina tus est Ekkehardo Jun. *de Casibus S. Galli* teste, Notkerus, de quo V. *sup* loco. *Wissenberg.*

Pipinus, dictus Conditor fuit fecundæ familiæ Regum Francorum (quæ tamen non abeo, sed à filio ejus Carolo M. denominata, *Carolo vingorum* seu *Carolinorum* accepit nomen) præcipuumque Pontificiæ potestatis jecit fundamentum, Ravennenſi Exarchatu Pontificiæ feddonato, cujus rei teſtis eſt marmorea Romæ tabula hodieque conſpicua: PIPINUS. PIUS. PRIMUS. AMPLIFICANDÆ. ECCLESIÆ. VTAM. APERUIT. ET. EXARCHATUM. RAVENNÆ. OLIM. AMPLISSIMUS. &c. Cætera enim delera Quæ dolo poſtmodum à Carolo M. non modo confirmata, ſed ampliſsimam Regni Longobardici acceſſionibus adaucta eſt, ſic tamen ut jura Majeſtatis ac poteſtatem eligendi Pontificis ſibi reſervaret, *quibus rebus*, inquit Bodinus, *non modò libenter Pontifex annuit, ſed etiam ut* Pipinus *Imperatorem ſe appellares, pene perſuaſit.* Interea certum, liberalitatem hanc *Pipini* Carolique Imperio Rom. quod in Occidente feliciter iterum emerſerat, maximopere fuiſſe damnoſam, quippe quæ annam Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis dederit, non ſolum ſuprenum terrarum jus ſibi obtinendi, ſed ad univerſi etiam Orbis dominium aſpirandi. V. Felicium *Not. ad Georg. Florm. in Orb. Imp.*

Pipio, Gr. πιπ-ω, Avis pullus, ſicut ex βωμ-ος, *bambalio*, ex βαζ-ω, *ardallo* ex ἀρδ-ω, ex ἁπ-ω, *linyhio*, orta. Apud Lampridium *in Alexandro Sev* pipiones, palumbini funt pulli, ut *pulli cini*, gallinacei & pavotini: Nam *varia inſtituerat pavorum—maxime palumborum, quos habuiſſe advigini millia dicitur: & neorum pullos gravares annonam, ſervos habuiſſe vetligales, quibus ex ovis ac pullicenis ac pipiumbus alerent.* Sic Manth. Silvatico *jam pullis columbarum, & ejus natibus*, inquit, *ſtirmatum à proprio ſuo anima-li*, &c. Turturinos illi vocabant, teſt. *Gloſſ. Pipiones*, τερατόκεκα. Galli in uno idiomate vocem retinent, ſed pro ipſis ſuſpicant columbis: *pipiones* enim *pipos* dicunt, ex ritu media literâ, quod illis ſolenne eſt in omnib vocibus, quas mutuantur de Latino. Nec omittendum, etiam minores grues *pipiones* dici, Plinio, ubi alii male *vipiones* legunt. Salmaſius *ad l. c.* Imò & accipiter *pipio* ac inprimis *pipionicus* dicitur. Joh. de Janua, *Pipio, vepiare, clamare, accipitrum eſt vel pullorum columbarum.* In *Gloſſ.* Philoxenia, *accipiter, turturibus equi ſcilicet pipit.* Ubi legendum *Pipiunculus. Gloſſ.* Reg. cod. 1013. habent, *Pinnculus.* E quibus in *Gloſſ.* Gr. Lat. κεγχρὶς εἶδος ὀρνέου μικροῦ, *Tittunculus*, emendat C. du Freſne legique jubet *Pipiunculus.* Sed & *Pipio*, moneta munitior Hiſpanica, in *Charta* Alfonſi R. Rom. & R. Caſtellæ A. C. 1358. apud Petrarcham, item apud Covarruvium *de vett. Numiſmatis Hiſpan. cap. 5. num. 5.*

Pipila, & *Pipilatus*. item *Pipiletes*, V. ſuprà *Pimplea.*

Pipuchini, apud Guil. Brittonem *Philipp l. 7.*

aut perpluma jutans Ribaldi cum Pipuechinis;

Et qui res propter venales caſtra ſequuntur:

Carolo da Freſne videntur dicti quidam, ex inſima lixarum caloaumque fece, à cunabulis canibus, vel potius à venatorum miniſtris equitibus, qui canes venaticos ad venationem educunt ac propellunt, quasi *Pipae chiens*: V. eum, *Gloſſar.*

Pira, pomorum generali appellatione comprehenſa, ab iis in ſpecie diſtinguitur ex μηλέα arbore, ejungantur. Virgilio *Georgic. l. 2.* ubi de Horto Alcinoi,

Pomaq; & Alcinoi ſilvæ: nec ſurculus idem
Craſſimitis Syriæq; pyris gravibuſq; volemis.

Quæ quomodo condenda, V. Plinium *l. 15. cap. 17.* condienda, Salmaſium *ad Solinum p. 456.* Idem Plinius memorat vinum ex iis confectum *l. 14. cap. 16.* cujus etiam mentio apud Hieronymum *c. Jovin. l. 2.* ubi *Piraticum* vocat, Gallis hodie *poiré* vocant. Sed & ea abjectis inutilibus, in merum ſuccum rediguntur, quem cognunt meraſſeſcerandæ *maſſæ fruſtis*, apud Statium *lib. 1. Syly. 6. verſu 18.*

Et maſſis Amerina non perſtitit,
Et muſtaceus, & lentiſcus paimæ
Prægnantes caryoides cadebant
Non tantis &c.

V. Caſpar. Barthium *ad b. l.* & *Adverſar. l. 24. cap. 7.* plura verò hanc in rem infrà in voce *Pyra.*

Pirata, Græce Πειρατὴς, populi nomen Ptolomæo, qui urbes eorum eam maritimas, quam mediterraneas, recenſens, in eorum regione Nicias quoque emporium collocat, à quo non longè Muzirim emporium, quod proin non experendum cenſet. Plinius: *propter vicinos*, inquiens, *piratas, qui obtinent locum nomine Nitriæ.* Quæ eadem loca velut vicina refert Auctor *Periplu Κασπίου Χερσονήσου καὶ τῶν ἐπὶ θάτερα ἐθνῶν πραγματεία* Tom. II.

Λιανικῆς &c. ἐστι Νιτρία καὶ Τύρος ἡ πρώτη ἐμπόριον τῶν Λιμνικῶν καὶ μετὰ ταύτην Μεζίρις καὶ Νελκύνδα, *id est, ultra ostium fluvii Chersonesum usque ad Indorum Piratæ sunt: quæ tum vero Lance insulæ, item Nitria & Tyrus, prima emporia Limyrices, poſtea Muſiris & Nelcyndae, quæ jam negotiatrix laude ſtorent.* Anex eo ultimo nomeo, quòd *piraticam* exercerent? V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1187. & 1186.

Piratica, olim dedecori non erat, ſed virtutis indicium habebatur. Virgilius *Æneid. l. 9.*

Omne aevum ferro teritur: verſæq; juventum
Turba ſatigamus haſtâ: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi mutatq; vigorem.
Canitiem galeâ premimus: ſemperq; recentes
Convectare juvat prædas & vivere rapto.

Et certè *Piratarum* potentiam ac inſolentiam, ex inſuloditis maribus, portubus ac Inſulis, ortum habuiſſe, notat Plut. in *Pompejo*, cum ait: *Piratarum potentia primùm ex Cilicia maxima originemque habuit audacem & occultam, animos vero & confidentiam bello Mithridatico ceperunt, ubiquitis regibus accommodantes ſeſe. Deinde dium bellis civilibus Romani ante portas Urbis concurrunt, vacuum cuſtoditos Mare ſenſim ſi texit illos & incitavit: in non jam naviganibus modo eſſent inſuſi, ſed Inſulas & oppida maritima vaſtarent. Jam peculiaſi etiam, nationibus clari, viri prudentia præcellere habiti, naves prædatorias conſcendunt, & ſuiceſti nomina dabant, quaſi ea res laudem adderet & gloriam. Ad hæc munitis & altis locis navalia, portus Piratici & ſpecula munita, Pharique. Claſſes incurſitabant, non ſolum dilectâ militum Claſſiariorum & ſegiorum navalium Juventute, Gubernatorum arte, navium peritiâtate & agilitate ad munus ſuum inſtructa, verùm etiam ſupra rerum terrorem invidioſus ſtimulabat ſaſtus: Auratis ſtylidibus, purpureis corinis, remis inargentatis, quaſi ſceleribus gaſtebant gloriabantque. Tibiæ cantus comparationisque per omnia licentia, Principum in captivitatem rapti, Urbium redemptiones captarum, ſuggeſtatio erant Romani Imperii. Erant navigia prædatoria ſupra mille, capta ab illis oppida quadringenta. Inviolata & intacta antè ipſa fanè adyti explarunt, Claram, Didymam, Samothracium, Telluris Hermione tempium, Æſculapii Epidauri: in Ilithmo, Tenaro, Calauria Neptuni, Apollinis in Actio, & Lencadæ. Junonis Sami, Argis, in Lewcadio. Peregrina ſacra illa quæ peragunatur in Olympo, faciebant, myſteria quædam peragebant arcana, quorum Solis abſtrusum dictum, etiam hac memoria manſere primùm ab illis monſtrata. Majorem in modum Romanis inſultantes, etiam viae illarum extenſione factâ inſeſtabant & villas maritimas exſcindebant. Corripuerunt aliquando etiam duos Prætores, Sextilium & Bellinum prætextatos, accenſiſque & Libbros cum illis ipſis abduxere. Capta fuit Antonii viri triumphalis filia, trus profiſcieni & grandi pecunia redemta.* Nempe loquitur de bello *Piratico* à Pompejo confecto, cujus paucis hæc eſt Hiſtoria: Dum Pop. Rom. deſtentionibus & Cimbrico bello laboraret, *Piratæ* maria latrocinia vexabant, à M. Antonio Prætore, quem Byzantii adjuverunt, in Ciliciam profligati. Inde cùm majore iterum mole convaleſcerent, ut per Mediterraneum Mare paſſim latrocinarentur à P. Servilio Proconſule pet quinquennium in Cilicia variè afflicti ſunt. Pergamenon etiam Archipirata, qui Ciliciam prædabatur, à L. Metello Prætore & mari & terra profligatus eſt. Sed cùm ipſorum potentiam per tot annos tres etiam Imperatores fraugere non poſſent, *bellum Piraticum* lege Gabinia Pompejo permiſſum eſt, ut Inſulas oras maritimas & Continentem, ad 500. à littore ſtadia, exercitus, claſſes Pop. Rom. in poteſtate extraordinario Impetio haberent: Quam rem per 15. Legatos aggreſſus, intra 40. dies, de unicâ quidem nave amiſſâ, feliciter confecit, *ſingularique conſilio præſtexit, ut mitrarium genus à conſpectu maris longiſſimum, mediterranitia agris quaſi obſiparent*, V. L. Ann. Florum *lib. Rom. l. 3. cap. 6.* Aliter *Piratarum* originem repetit Thucydides *l. 1. Græci, ajens, olim, & Barbarorum quicunque in continente maritimi erant, quique Inſulas incolebant, ubi caperunt crebrius alii ad alios navibus tranſire, ad latrocinium converſi ſunt, Ducibus non tenuiſſimis, tum ſuî quæſtûs cum infirmorum vîctûs gratia. Atque adorti Urbes muro vacantes, vicatimque habitantes, diripiebant ac maximam victus partem hinc comparabant, quod illud opus nondum pudori eſſet, quinimo gloriæ quandam afferret. Quod declarant quidam etiam nunc in Continente, quibus decori eſt hoc genere carere tum vetuſtiſſimi Poetæ, apud quos illi ultro citroque navigantes interrogantur, num Latrones ſint? Quæ re declarat, nec interrogato operis pudere, nec eos qui ſcire ſtudent, exprobrare. Et in Mediterraneis etiam locis homines mutuò prædantur: & adhuc pleraque in Græcia vetuſtus mos colitur: ut apud Locros, qui vocantur Opuæ, & Xeolos & Acarnanas & hanc ipſam Continentem. Quinetiam arma ferre apud eos ex vetuſti latrocinii permanſit.* Addatque poſt pauca. *Hanc publicam fuiſſe virendi rationem apud Græcos.* V. quæ de Phœcenibus Juſtinus *lib. 43.* de Ulyſſe Homerus *Odyſſ. Φ.* de Proculo Vopiſcus: de Thracibus Herodotus in *Terpſichore* de Hiſpanis Italisque Lacerda: de Germanis Tacitus *de Mor. Germ.* de Danis Albert. & Crantzius *Vandal. l. 1. p. 7.* de Scotis Lelandus *Ker. Scot. l. 1.* de Laconibus antiquis Plut. in *Apophteg. Lac.* & Xenoph. in *Cyr.* annotarunt

Quò ipſa Latronum etymologia pertinet, quæ paſſim obvia,& verba Demoſthenis *Olynth. 2. Latronum vocabulum habet quandam notam furtivitatis, ſignidem hoſtes ſolliant.* Mercurium, utpote latrocinantium Deum, præ aliis colliſit, docet Herodotus *l. cit. cap. 6. & 7.* Navigia illorum propria Myoparones erant, quæ formâ, mixtâ ex navе oneraria & longa tritemi , accommodata fuere & expedita ad celeritatem, ſive remis utendum eſſet, ſive velis, hodie *Galeones* vocant: *Lembos* quoque appellarunt, Achilles Tatius *de amoribus Clitophontis ac Leucipp. l. 3.* Curtius *l. 4.* Heliodorus *Hiſtor. Æthiop. l. 1. &c. 2.* V. ſupra *ſuit locis.* De vocis etymo Scholiaſtes *Aiaκε, ὕπερ*, inquit, *Ἀτλαντὶς δὲ ὃ τὴν νῆσον τὸ πνεῦμα, αἰπὺ, ἀπόκρημνον, ἀτλὲς πάντῃ, δύσβατον, ὃ ἅπαξ ἐστὶ, unde piratæ, qui malefiſciis ſuis mare inſeſſum reddunt.* A quæ recentioris ævi Scriptores non raro *pirata* occurrit, pro *nauta* vel *miſtæ maritimo*, uti retro diximus. Plura *de Piratica* V. apud Olaum Wormium *ad Aonium. Triſtadenſe*, ubi in gratiam vett. Dania Regum, qui in hac arte ſi, aliarum more gentium, exercere ſoliti erant, materiam hanc prolixè perſequutus, inter alia ait, *Piraticæ, olim honeſtæ ac licitæ erat, atque inter exteros & Reges ipſi aut eorum liberi exercebant, ſociatis conſortibus adhibitis, corporis robore & virtute præſtantibus. Conſtabat autem* Piratica *hac certis legibus &c.*

Pirene, addè: V. de hoc fonte inprimis, quæ notat Iſ. Caſaubonus *ad Prologum Perſianum*, Joann. item Paſſeratius *Lect. ad Propertium l. 3. Eleg. 3.* quibus adde Johann. Caſparum Barthium *Superſtitionum Commentario*, & *Animadverſ. ad Statium, Theb. l. 4. verſ. 60.* Pauſanias aliam quoque fonti huic originem aſcribi refert: *Pirenen* nim. nymphæam, dum ſilium Corinthum lugeret, per imprudentiam occiſum à Diana, tantum lachrymarum profudiſſe, ut in fontem ſui vocabuli deliceret, *lib. 2.* Additque, cum exultum ſpectari candido marmore, excilis in id celulis, è quibus, tanquam è ſpeláeis quibusdam, in patulum & ſubdialem alveum cadat aqua, ſuaviſſimo admodum ſuavis &c.

Piſæ, adde: Iaventa hic, poſt auguſtiſſimi Templi, quod hoc ſeculo miſerando incendio conflagravit, ruinam memorabilis lucerna, bitumine plena & calens adhuc, de qua V. Jac. Mancini Politiani *Literæ* ad Licetum, & hunc *de Lucernis Antiqq. l. 1. cap. 16. & l. 3. cap. 14.* Ab eadem urbe, *Piſanorum Liberator*, Ludovicus XI. Gall. R. appellatus eſt, uti ex aureo ejus nummo docet C. du Freine, voce *Moneta.*

Piſaurus Jupiter, dicebatur ſimulachrum Jovis apud Piſatas cultus, quod ex ebore à Phidia factum, inter VII. Veterum miraculia locum habuit. *Ἦσαν Ζεὺς, Πίσῃ Ἰουνὶ* ocset Philo apud Galenum *in ſcleri. medicamenti ſui antidyti*, quod ab ipſo *Φιλώνειον* dictum eſt:

Δραχμὰν ἑξ βῆξαι Ἰουνὸν ἐμοὶ, ἢν ἀπόλεγνα
Χάβδε, γ' ἢ Ἦσαν Ζεὺς λοχεύσαιμεν.
Et arachmam radicis falsò dicta, quam dedit
Regio , quæ Pitæ *Jovem formavit.*

Quæ verba Galenus explicans, de Cretica nardo accipi videtur velle, quia Creta Jovem occuluit: Sed omnino de India intelligenda docet Salmaſius. Ebur enim, ex quo Jupiter hic factus, India mittit, quæ proin *Philoni Iouni* ſeu *regio dicitur*, quæ fabricaverit vel formaverit *Piſæum Jovem.* Eadem quoque educavit *Πίσαν Ἰουνδύναμιν nardum*, quæ cùm revera ſit radix, falsò tamen nomine *νάρδε χύλος*, h. e. *nardi ſpica* Græcis nuncupatur. V. Salmaſium *ad Solinum p. 1061. ubi de nardo pluribus agit*, & plura de famigeratiſſima hac ſtatua, apud P. Fabrum *Agoniſtic. p. 356.* & Jo. Paſſeratium *ad Propertium l. 3. Eleg. 9.*

Piſcarii ſic de *Peſcara*, nomen illuſtris Familiæ in Italia, quæ ſtirpis Avalææ ſeu Davalææ in Hiſpania ramus eſt. Cùm enim Ruſſius Lopezius *Davalus* Conneſtabilis Caſtellæ ac primus Comes *de Ribadeo*, qui ſeculo XV. floruit, tres uxores habuiſſet, ex tertio & ultimo ejus matrimonio natus eſt inprimis ante reliquos Ineus; qui meritis in Alfonſium Regem Neapolis illuſtris, Comes *de Monteodoriſo* & Camerarius Regni ſedem fortunæ in Italia collocavit, ductâ Antoniâ Aquinate Marchione *de Peſcara*: equorum liberi: Alfonſus I. Marchio Piſcarius ſeu *de Peſcara*, unà cùm filio Fernando Francisco *d' Avalos & Aquino*, rebus geſſis bellicis inſignem gloriam ſibi acquiſivere. Alter Martinus, & poſt eum tertius Rodericus Com. *de Monteodoriſio*, & hic Marchio *del Baſto* fuere, ſed improles. Quartus Ineus Marchio *del Baſto* ſeu *Vaſti*, reliquos Marchiones Vaſti & Piſcarii atque Principes *de Monteſarchio* genuit. Et quidem *Piſcariorum* iſta ſeries eſt: Bernardus Caſpar *de Aquino* March. *de Peſcara*, paterfuit, ex Beatrice Cajetana, Antoniæ ſeu Antonellæ Aquinatis præfatæ, quæ natus Inicus *Davalos* Com. *de Monteodoriſio*, genuit inter alios Inicum *Davalos & Aquino*, Marchionem *del Baſto*, qui maritus Laurææ de S. Severino (Roberti Principis Salernitani fil.) parer ex ea fuit Alfonſus *Davalos & Aquino* March. *de Peſcara & Baſto*, cui nupta Maria Aragonia (Alfonſi II. R. Neapol. ex fil. Ferdinando neptis) genuit Alfonſum , an Ferdinandum Franciſcum *Davalos & Aquino* March. *de Peſcara.* Huic Iſabella Gonzaga juncta, mater ex eo fuit Alfonſi *Davalos & Aquino*, March. *de Peſcara.* Quo & Lavinia Roboreti (fil. Guidobaldi Roboreti Ducis Urbini , qui obiit A. C. 1574) genitus fuit Ferdinandus Franciſcus ; Iſabella (quæ fratri ſucceſſit & ex marito Inico *Davalos* propiore ſobrino genuit Cæſarem , Carolum, Franciſcam & Lucretiam Davalos) Catharina & Maria, omnes *nominis Davalos & Aquino , Marchiones de Peſcara & de Baſto &c.* V. Ihil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilitatis Europ. Parte III. p. 64.*

Piſcatorii Ladii , petragi Romæ ſiti ? V. Ladii *l. 3. fol. 111. ſtatuam tuus Tiberim quotannis*, ut Feſtus ſcribit, *à Prætore urbano , pro Piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum pervenit , ſuſtere in aream Volcani , quòd id genus piſciculorum vivorum daretur ei Deo, pro animis humanis.* Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. l. 4. cap. 10.* In campo, Ovidio *Faſtor. l. 6.*

Tertia poſt Nonas removere Lycaona Vrabe
Fertur, & à tergo non habet Urſa metum.
Tunc ego me memini ludos in gramine Campi
Aſpicere & divi iubrice Tiberi tuor.
Feſtaque illis , qui ſina madentia ducunt,
Quig, tegunt parvis arva recurva cibis, &c.

Aliàs Pan, *Piſcatorum* quoque Numen fuit : unde in Græcorum *Epigramm.* nihil frequentius , quàm ſacta huic Deo ab iſtiusmodi hominum genere vota, de quibus & Zoſimus Thaſius alicubi, *ἀγὸς τῷ Πανὶ τὸν Ἅλα, ad tumpium Panis ſuſpendentem retia*, teſtatur. Et nos capturæ causa. Apud Romanos *Piſcatores* ſervi erant, qui piſcabantur, memorati *Senat. lege. 27. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Marciano *leg. 65. ff. de leg. 3.* Ciceroni *Officiorum l. 3.* &c. Hinc Valerianus Imp. apud Treb. Pollionem , Zoſimiom, Procuratori Syriæ, ſcribens, inter cœtera , quæ vult dari Claudio tunc Tribuno, memorat *Venatores qui obſequantur duos, Carpentarium unum eram Prætorii unum aquarium unum*, Piſcatorem *unum, Dulciarium unum.* Eorum teſſera arundo fuit , Ovid. *Metam. l. 14. Miles eras gladio, Piſcator arundine ſumta.*

Etiam *Piſcatus* Præpoſitos habebant , quando togati illi Xerxes montium perfoſſores & populatores marium , Magiſtris & Nomenclatoribus, in piſcium gratiam , carere nolluerunt. Martialis *l. 10. Epigramm.* 30.

Natat ad Magiſtrum delicata mulæna:
Nomenclator mugilem citat notum,
Et adeſſe juſſi producit jenes mullı.

V. Laur. Pignorium *Comm. de Servit.* De Venatione *Piſcaria* ſuperſunt *Ἀλιευτικὰ* Oppiani , ſed etiam multi de ea alii ſcripſerunt his Leonides Byzantius Meirodori Byzantii, viri *Piſcatoriæ* ſit in telligentiſſimi, filius, quem & ipſum dere *Piſcatoria* ſcripſiſſe, auctor eſt Æliauus *de Animal. l. 17. cap. ult.* Meminit & ejus *ejusdem Op. l.* 12. *cap.* 42. Item *l. 2. cap. 6.* ubi hiſtoriolam affert, de Delphino & puero: item *l. ejusdem cap.* 50. ubi quidam narrat de interitu miſeri hominis , qui paſtinacam piſcem eſſet ſuffuratus. Quod ex eodem Leonide memorat Michael Apoſtolius *Cent. 19. Prov. 61.* Etiam Tzetzes *Chil. 4. Hiſtor.* 128. quatuor iſtos conjungit , Æliauum , Oppianum , Leonidem & Timotheum Gazæum , quos Animalium ait Hiſtoriam ſcripſiſſe Gerh. Joh. Voſſius *de Philoſophia cap. 7. ſ. 9.* De mugilum *Piſcatione* , quam homines inita cum delphinis ſocietate obeunt, V. Plin. *l. 9. c. 8.*

Piſcatrix Avis , apud Sinenſes celebris: anſere minor eſt, corvo , haud abſimilis, collo prælongo roſtroque aquilino, in extremitate admodum incurvo, quæ piſces capere, ut ſcpores canis, docetur. Neque collum ejus annulo ferreo ita coarctant, ut majores piſces eo exceptos deglutire non valeat , quos proin piſcator ſibi ſumit, Grandiuſculos, quos laxitas non capit, rodito arreptos elevat, piſcatorique, ut occurrat , cum ſtrepitu oſtendit. Capiunt autem ſex aut plurium librarum piſces hujusmodi aves, de quibus certum quoddam tributum piſcatores Imperatori pendunt. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap. 27.*

Piſces, olim *Dii*, de *Θεοὶ ἰχθύες* nomine digni , ab iis habiti ſunt, quorù Deus eſt venter, *Λιμὸς θεὸς ἰχθύων*. Luxus enim præcipua olim pars, in *piſcium* delectu, unde eſt quòd ex omnibus ob oniis piſcis ſolus id obtinuit,ut per excellentiam appellaretur *ὄψον*, & lurcones *ὀψοφάγοι*. Indicem & *ἀκταξέων*, eſt *indulgere genio , lautè & oppiparè epulari*, qua piſces *ἐν ἀκτῇ* ſint, in littore. Itaque hoc genus hominum hic facre maximè profuſi: adeò ut Cato quæſtus ſit, etiam vulgo Romæ *piſcem* pluris venire quàm bovem. Et Juvenal. *Sat. 4.*

—— *Potuit fortaſſe minoris*
Piſcator, quàm piſcis emi.

Quod ipſum leve videtur, præ eorum prodigo luxu, à quibus impenſa legumur integra latifundia in unius mulli pretium, V. Plut. *Sympoſ. lib. 4. quæſt. 4.* Athenæum *lib. 7. & 8.* Ilinium *lib. 9. cap. 17.* Senecam *Epiſt. 96 & Natur. Quæſt. lib. 3. cap. 17.* Macrobium *Saturnal. lib. 3. cap. 16.* Juvenalem, Aliosque. Etiam hodieque toto Oriente *piſces* carni præferri, notat Bellonius *Obſervat. ſuarum lib. 1. cap. 72.* Contrà Syri olim à *piſcium* eſu abſtinere, quòd Venerem crederent, Typhonis metu, in mare profilientem, aut in figura piſcis , aut piſcium tergo exceptam , periculo ſe exe-

fe exemiſſe, ut dictum: Unde Phœnicum Aſtarte (ſic illi Venerem vocabant, alii *Dercen* ſcribunt & *Derceto* & *Atergatin* ſuppetora mulieris habuit inferiora piſces, apud Diodorum *lib.* 2. Lucianumque *in Dea Syria*. Quæ tamen ſuperſtitio Nehemiâ recentior eſt, utpote cum nunquam Tyrus non dum tetigiſo fuerit, pilces venales Hierofolymam deferre, quos poſtea ne attingere quidem fas fuit. Haluchantur itaque, qui poſtea *Dagon*, quod Az oti colebatur, eandem figuram cum aſtarte tribuebant Hebræi, conjecturam faciones ex nomine, quia *Dagon* deduci videtur ex voce דג *dag*, quæ *piſcem* notat, adeoque hæc duo Numina confanduut. Namque præter quam, quod recentiorem Aſtartes cultum eſſe diximus, planum eſt ex Theologia Phœnicum, apud Philonem Byblium, Dagonem fratrem, & Aſtartem uxorem Saturni habitos eſſe. Ioidem Dagon Graece redditur Σίτων, *Frumentarius*, quia דגן *dagon*, Hebraeis ſignificat frumentum Et additur cauſa nominis, quia τὸν σίτον ἐν ἀγρῷ εὑρεῖν, *invenit frumentum & aratrum* unde Ζεὺς ἄροτρος ἐπλάγη, nomen non à forma habuit, ſed ab inventione frugum. Ita Philo ex Sanchoniathone, qui, Eubolo teſte, Phœnicum hiſtoriam ſcripſit, ante Trojani belli tempora, nempe circa Jephthæ judicis Hebræorum ætatem. Quidni tam vetuſto ſcriptori tot genteſium pius ndei tribeatur, quâ in Hebræorum Magiſtris heri & hodie natis, quique adeo ſibi non conſtant: Dagon quippe figuram hominis tribuit R. Levi, R. Selomo figuram piſcis, R. David extrorſum mixtam. Seniores certe non modo manuum volas, ſed & σχῆμα καὶ πρόσωπον, *vultus, pedum*, ideo in limen excidiſſe dicunt. Etiam Theodoretus Eſſenus litteras idolum invenille ſcribit Τὸ μὲν ἄνω σῶμα ἀνθρωπικὴν ἐπιφαίνεται μορφὴν, τὰ δὲ κάτω ὀυρὰν ἰχθύος, quæ pedinus, *prætenum & multiplicem*. Quod quidem Græci de fuo audenturet, ſed id nunquam additum, ſi Dagonem credidiſſent in piſcem deſiſſe. Sam. Bochartus *Hierozoici Parte poſter. lib. I. cap. 6.* plura infra in voce *Piſcis*

Piſces carentes (quamvis vel pinnis, in Lege, pro mundis habiti, Levit. *cap. 11. verſu* 9.10. Imo & Iquamoſis Judæi חִלְדָּה *canthorum* rejicium, quia ſtercore vefcitur & verſatur in luto, planeut terreſtres cantharus, quamvis cetera diſſimilimus. Etiam apud Romanos non niſi iquamoſos piſces pollucere fas erat: *Pollux* hanc autem ſignificabant ſacrificium vel iacrum epulum in Deorum honorem inſtitutum. Legem ex Caſſio Hemina ita citat Plinius *lib. 32. cap. 2. Numa conſtituit, ut piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ne pollucerentur.* Eam vero his verbis latam iſſe, putat Scaliger, PISCES QUEI SQUAMOSEI NON SUNT NEI POLLUCETO SQUAMOSOS OMNEIS PISCES TER SCARIFICATO POLLUCETO. Quam exceptionem ex Feſto petit, quia in verbo *Pollucere*, in his, quæ licet pollucere, recenſet *piſces, quibus eſt ſquama præter ſcarum*. Nempe ſcarum ex ſquamoſis ſolum excepcrunt Vett. ut ſimilibus parcerent, quia ob raritatem magno venibat. Sed vere obſervat Voſſius, hanc exceptionem Numa mutò fuiſſe recentiorem, quia ſcarus Romanis non niſi ſero fuit cognitus. Macrobius *Saturnalium lib. 3. cap. 16. Octavius, Præfectis claſſis, ſatum auro italicis litoribus ignotum, ut nec innem Latinum ejus piſcis boticarum, nec traditum ſcarorum nuncupationem in variis navibus hic, ad vectam inter Oſtiam & Campaniæ littus in mare ſparſit, mirofque à novo exemplo piſces in mari, tanquam in terra fruges aliquas, ſeminavit.* Qui Octavius quis fuerit, indicat Plinius *lib 9. cap. 17. Scarus*, inquiens, *pro monstrum Troadis Lecton ſponte nunquam tranſit. Inde advectos Tiberio Claudio Principe, Optatus* (Macrobio *Octavius*) *è Liberiis ejus, Præfectus Claſſis, inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſerio ſeminavit.* Et quidem de vetere Octavorum patria Plinius convenit cum Eunio, cujus *Phagetia* hic erat Appulejus *Apolog. I.*

Scarum præterii, cerebrum ſumi pane ſuperemi,
Hiſtoria ad patriam hic capitur, magnus ſi nomine.

Unde in his Archeſtrati, apud Athenæum *lib. 7.*

Κεφαλὴν σκάρου καταφάγῃ τις μέγας ἐκεῖνος.
Ingenium ſi ſcarum ad litus Carthaginis aſſit

legi jubet Bochartus καλοκάγαθος. Nec enim Troadi vicina erat Carthago, ſed Chalcedon, in Ponti faucibus, cui oppoſita erat Byzantium &c. Venit ſcarus ſupra, uti de *Piſcibus* Arabum *fabuloſis*, ſic *Libra* (nec *Leviathan*) quem *Behemoth* quoque & *Baiahoth* appellari tcribunt; *Thalb, Zamur*, aliisque, partim magnitudine, partim figura aliaque ratione prodigioſis, *ibid. libr. VI. cap. 15.* Hoc unum addo, de vera *piſcium* magnitudine, compertiſſimum eſſe, tam ex marinarium rerum Annalibus, quam ex corum relatione, qui ad balænarum piſcationem quotidie ſe conferunt, majores illos cetos plerumq; ſo raro adnodum 100. pedum magnitudinem excedere, ut jam vidum ſupra quoque voce *Cete*.

Piſcina, locus probrie in quo *piſces*. Et quidem *Piſcinæ* quales veteribus reconcinnatæ Romanis fuerint, indicat Varro *de Re Ruſt. lib. 3. cap. 3. Quis* (Majorum noſtrorum) *habebat* Piſcinam, *niſi ditiorem & in ea dumtaxat ſpatio ac mugiles piſces? Quis contrà mirus Rhinton non dicit ſua nihil intereſſe, utrum iis piſcibus ſtagnum habeat pinnam, an rotis?* Ubi oſtendit, tandem etiam mugiles & lupos ſordidiſſe Romanis, ac vix laudatas fuiſſe *Piſcinas*, niſi quæ piſces haberent marinos. Tum ſubdit, *Non Philippus, cùm ad immidium hoſtium Caſſini diverſiſſe & ei è tuo flumine lupum piſcem formoſum appoſuiſſet, atque ille gaudiſſet & expoſtes dixiſſe Perem, vi Piſcem putavi eſſe? ſi ſubjungit, Sic noſtra ætas inquam, luxuria Piſcinas protulit ad mare, & in ea pleraq; greges piſcium reſervavit. Nam pro ter hoc appellati Sergius Orata & L. Muræna? Quæ enim propter noſtalgiam ſpectata Piſcinas Philippi, Hortenſii, Lucullî? Quia de re Columella quoque lib. 8. cap. 16. Jam enim, inquit, cetaceorum deliciæ popinales, cùm ex mari deferrentur viaria, quorum ſtudioſiſſimi, veluti unde de ſcitarum gentium, Numantinus & Fauricius, ita Sergius Orata & Licinius Muræna, ea piſcarum piſcina lectabantur vocabulis.* Vi voles, fuiſſus ſita enarrantes, Valerium Max. *l. 9. cap. 1.* & Macrobium *Saturnal. l. 3. cap. 15.* Et quanti luxûs argumentum eſt, quòd multi tantas opes ſibi parârint è vivariis? Qui verò hac parte & quando præiverint cæteris, Plinius docet *lib. 9. cap. 54.* De oſtreis, tribuit hoc inventum C. Sergio Oratæ, de quo *ſuo loco*. Nunc verba modo Plinii afferam, *Oſtrearum*, inquit, *vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Baiano, ætate L. Craſſi Oratoris, ante Marſicum bellum* (circa annum U. C. 666.) *meo ulla causâ, ſed avaritiæ, magna vetigialia tali ex ingenio ſuo percipiens: ut qui primus penſiles invenit balineas, ita mangoniarias villas ſubinde vendendo.* Poſtea ſubdit, *ap. ſeq. Muræna narum vivarium primus extra oceigiavit C. Hirrius* (al. *Hirtius*,) *ante idus, qui omnia triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſex millia numero muræna narum mutuo appendit. Nam permutare quid, quam pretio notuit aliave merce.* Hinc ſubjungit, cap. 56. *Cochlearum vivaria inſtituit Fulvius Hirpinus, in Turquinienſi, paulo antè civile bellum, quod cum Pompejo M. geſtum eſt, diſtinctis quidem generibus earum.* De quo diſcrimine in ſequentibus exponit. V. Gesn. Joh Voſſium *de or. & progr. Idolol. lib. 4. cap. 23.* Varro *Pijcinarum* loculi rarum mentionem *l. de Re Ruſt. 3. cap.* Sichi locutus haiem: *Piſcinas, ubi diſparſe diſciſſus habeant piſces, quos, priusquam de us jacrifint, ae ſanctiores quam illi in Lydia quos ſacrificanti illi Varro, ad tibicinem Græcum, gregatim reniſſe dicebat ad extremum littus atque aram, quòd eos capere anderet nemo V.* quoque ſuprà in vocib s *Herrius, Muræna*, &c Tralatitiè *Piſcina* ſolium balnei, Auguſtino ac *Dictect. cap. 5. Piſcina dicitur in balneis, in qua pi ſcium nobili ſit, cùm nihil piſcium ſimile habeat: videtur tamen à piſcibus dictus propter aquam, ubi piſcibus vita eſt.* A ſoliorumen videtur diſtinguere vetus Interpres Alexandri Jatrofophiſtæ, *Paſſion. de Balneo lib. 3. Et ſic ſtet aliquandiu in ſolio ac poſt modicum deſcendat in piſcinam.* Ubi gloſſa *MSS Solium balneorum vocant piſcinam, vel quodibet in quo continetur aqua.* Salmaſio *Piſcina*, apud Romanos; la fuit pars balnei, quæ Græcis ἐφεδρεῖα dicta eſt, Tres enim cum eſſent apud Vett. balneorum cellæ, οἴκοι seu οἰκήματα Græcis, *Frigidaria, Tepidaria & Caldaria*, per has omnes ex *piſcina*, quæ etiam κολυμβήθρα Graqua defluebat, & de frigidaria primùm in tepidarium, deinde ex tepidaria in caldarium defluebat, Galen *Meth. Med. l. 1.* ubi tribus balneorcis præditis diſerte contradiſtinguit κολυμβήθραν, ve *piſcinam* Latinis itaque hæc pars *Piſcina*, quæ ſemper calidaris opponitur. Lamprid. in *Alex. Sev. Atq, ita unctus lavabatur, ut caldaria vel nunquam vel raro, Piſcina ſemper uteretur.* Lucianus tres κολυμβήθρας feu *piſcinas* fuiſſe refert, in frigidaria balneorum Hippiæ: Καὶ μετ᾽ ὀλίγον ἦν τὸ ὑγρὸν τὸ ψυχρὸν ἐν ᾧ ἔφην ἐγὼ, ὑγρὸν δὲ καὶ τὸ ἐν τοῖς κολυμβήθροις, *Et mediius dein tum altitudine exiſtimat, tum lumine ſplendidiſſimus, ſi qida habent tres piſcinas.* At in tepidaria & caldaria tres alveos ponit, feu urnas, i. e. ſolia balnearia, in quæ deſcendebant loturi & in quibus ledebant: qui alveiin tepidariis tantùm & caldariis cellis ſeu œcis locum habebant, ut in frigidariis *Piſcinæ*. Dictæ autem hæ ſunt κολυμβήθραι, quod in frigidariis natabant, ſicuti in tepidariis & caldariis ledebant, in ſolio lavabantur &c. Salmaſius *ad Pupil. in Carino*. Anton. Heliogabalus *monentem me de potatu & vefe piſcinæ exhibenſile & bibiſſe cum omnibus fuis calidaria de nardi exhibens*, legitur apud Lamprid. Idem apud eund. abſinthiato & roſato & condito & ejuscemodi vinorum generibus *piſcinas* aliquando temperavit & ex iis quoque bibit, populo, qui una lavabant, ad bibendum invitato. Locus eſt, *Condito piſcinas & ſolia temperavit & roſato atque abſinthio vulgus ad bibendum invitavit: & ipſe cum populo tanquam bibia, ut in piſcina eum bibiſſe intelligeretur, vix quod minus bibiſſet.* Quæ ultima verba cùm ita fuerint intacta, ut pedem ſtum ex hoc loco vix poſſe extricare ſatis certum eſt, Caſaubonus corum ſenſum ſic explanat Salmaſius. Heliogabalus, inquit, ex illo vino, quod *Piſcina* temperata erat, tantum bibit, ut vino, quòd is unus bibiſſet, intelligeretur tamen in piſcina eum bibiſſe. ex decremento ſc. piſcinæ, vel ſolii balnearis, quod cùm vino plenum eſſet, poſquam unus Heliogabalus bibiſſet, omnesque eum ſolum bibiſſe animadvertiſſent ſenſum eius non adimebat piſcinæ capacitas, ſed ita in eo potando decrebcebat, ut facile intelligeretur, non tam plenam eſſe, quàm erat, priusquam bibiſſet. Multum ſane ſic oportuit eum vini hauſiſſe, qui cùm in piſcina biberet, & ex piſcina, ita eam poterat deplere, & deminuere bibendo, ut ſpeciem aliquatenus exhauſtæ præberet, &c. V. eum *ad l.* Aliquando verò idem luxuriæ monſtrum vinum non adhibebat, ſed aquam infici bat unguento nobili aut croco, unde in præcedd. Lampridius citatus, *bic non niſi unguento nobili aut croco piſcinis infectis natavit*, &c. Apud Scriptores Reel. *Piſcina* ſigni-

significat locum, in quo manus Sacerdotes lavant & ubi ablutiones Sacerdotis Missam celebrantis injiciuntur, apud Durandum *Rat. lib. 1. cap. 1. n. 39.* alioque laudatos C. du Fresne *Gloss.* in Ciffercienſium *Rituali*, voce hac notari facrarium, in quod projiciantur res ſacræ, uſu jam detritæ, habes apud Dominic. Macrum, ex verbis *cap. 22. Sacriſta ſuper pitcnam combuſtis ejus, tinneret in eam projiſit.* Cujus frater Carolus ἐν τοῖς λόγοις, *ſi ſumtum ſanctum*, cum locum Græcis dici, quòd in eum res ſacræ combuſtæ & in cineres redactæ conjiciantur, addit. V. utrumque *Hierolexico*, voce *Pyxina*: adde Cl. Suicerum *Thesauro Eccl.* ubi vocem Καλυμμάδιον, de Baptismo, frequenter occurrere apud Scriptores Eccl. obſervat &c. Simile quid erant *Cifternæ* & *Thesauri*, in Templis Vet. uti videre eſt in his vocibus.

Piſces, Græcis dictus Νότος, i. *Auſtralis*, ut & Hygino *in Poet. aſtron.* & Ciceroni *in Aratei*; Germanici Interpreti *Magnum*, qui de eo ſic fer bit, *Piſces nocturni, cujus nepotes dicuntur* Piſces, *qui in circulo Zodiaco conſtituti ſunt, dicitur in aſtra collocatus, eo quòd deciderit in Boſeh ſtagno Phaetis, filia Veneris, in* Piſcem ſit *tranſfigurata, quam Syrian Deam nominaverunt.* Subjungit denin, *Quidam autem dicunt, quòd de ſtagno filiam Veneris ſervaverit. Unde hucusque bodie Piſces argenteos Syri in templo ſacra veruntur.* Ubi quàm ridiculum, inquit Voſſius, ac jocoſum, quòd dixit hoſpi *Piſci illos Zodiaci Piſces* eſſe nempe pontos, qui in mari habit Hyginus, cum filios faciat. Sic enim de hoc Auſtrali Piſce ſcribit: *Eratoſthenes autem ex eo piſce natos hos eſſe dicit.* Non minùs in Meridionalibus ſidcribus, ac Canis, honore cultus eſt divino. Voſſius *Idolol. lib. 2. cap. 36.* Sic inter Zodiaci ſigna, *Piſces* duo, à Vett. dicuntur Dii Syri, Germanicus in *Aratei*,

——— *Et Syria duo numina* Piſces.

Quæ Numina ſunt Venus & Cupido. Hyginus *Poetic. Aſtronom. Diogenes Erythraeus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine ad flumen Euphratem veniſſe & eodem loco repente Typhona gigantem apparuiſſe: Venerem autem cum ſilio in flumen ſe projeciſſe: & ita figuram piſcium formâ mutaſſe: quo pacto periculo eſſe liberatos. Itaque poſtea Syros, qui his locis ſunt proximi, deſtituiſſe piſces eſſuere, quòd pereantur eo capere: ne ſimili causa aut Deorum præſidia impugnare, aut eos ipſos capere videantur.* Aliter tamen ex Nigidio Germanici Interpres, qui ait hos eſſe Piſces, qui ex Euphrate evolverunt ingens ovum illud, unde, cum columbi ei inſediſſet, poſt aliquot dies, nata eſt Dea Syria, quæ dicitur Venus: coque Syros *Piſcium* & columbarum ſibi abſtinere. Quia verò ab eo tempore Syri in capturam piſcium averiati; hinc Poëta incertus Ἀσσύρ. *lib. 6. Tit.* περὶ Ἀδώνιδος, rete ſuum Syriæ Deæ dicaſſe, ait: Sed

Ἀγρεὺς ἀπ' ἰχθυόεσσα ἔφυγε,
Purum à venatione Piſces capientes.

Qui verò piſces eſtitarent, tumorem à Dea iis immiti credebant. Unde Martialis *lib. 4. Epigramm. 43.*

Juro per Syrias tibi numores.

V. Scaligerum *ad Manilium*, Salmaſium *in Polyhiſtora*, Voſſium *Op. cit.* ſuprà in vocibus *Atergatis*, ac *Phaetis*: *Derceto* quoque, quam à morte *Piſcis* figurâ à Syris cultam fuiſſe, idem Voſſius latè oſtendit *lib. 1. cap. 23.* Imò & alios *Piſces* ab eadem gente fuiſſe pro Diis habitos, docet Xenoph. *Expedit. Cyri lib. 1.* ubi ait, Chalum amnem fuiſſe plenum piſcium magnorum & manſuetorum, ἃ Σύροι θεὸν ὀνομάζουσι, *Quos Syri pro Diis habebant.* De Ægyptiis idem docet Strabo *lib. 17.* ubi Lepidotum & Oxyrynchum ab univerſis Ægyptiis: Latum verò, Nili incolam, à ſolis Latopolitanis: ut Φάγρον à Syenitis Clem. Alex. ſoli ſcribit. Cauſam cultûs ſuggerente Æliano, quia prævertant Nilum, atque Ægyptios animi pendentes recreent: & quia ab aliis Piſcium abſtineant, de *Animal. lib. 10. cap. 19.* De Anguillæ venerationc, teſtis Herodotus eſt *in Euterpe*, ob quem cultum lepidè *in Lycon* Comœdia Ægyptios rifit Antiphanes, apud Athenæum *lib. 7.* De Crocodili honoribus, idem Voſſius *Op. cit. lib. 3. cap. 74.* Syrorum Ægyptiorumque exemplum ſecutos Lydos, indigitate videtur Varro *de Re Ruſt. lib. 3. cap ult. Sic hi loculatas habent Piſcinas, ubi diſpares diciuſus habeant Piſces, quos, proinde ut ſacri ſint, ac ſanctiores quàm illi in Lydia, quos ſacrificanti ibi Varro ait tibicinem Graecum gregatim venuſſe dicebas, ad extremum litus, atque aram, quòd eos capere audebat nemo.* Sed non ſi ſancti crederentur, eò habebia utur pro Diis, ait Voſſius *Op. cit. 4. c. 71.* Taceo ſideribus, præter ſupra memoratos, annumeratos Aves & divinis honoribus exculos, Delphinum, Cetum, qui Germanico *Bellua Punii*, Hydram, de quibus Idem *lib. 3. cap. 36.* Nereides item ac Tritones, inter Numina habitos *lib. 4. cap. 5.* de quibus omnibus, præter Auctorem hunc ſæpius laudat im, V. Plinium *lib. 9 cap 4. & 5.* Item *lib. 34. cap. 21.* Ælianum *Hiſtor. Animalium. lib. 13 cap. 21.* Pauſaniam *in Bœoticis*, Alex. Neapolitanum *Genial. Dierum lib. 3. cap. 8.* Vire. Chartarium Regienſem *de Deorum imag.* quem Latinè reddidit Ant. Verderius Rondeletinuſque *Piſc. mar. lib. 16. c. 20. 21. 22.* Geſnerum *in Hiſt. Aquatilium cap. de Hominibus marinis, & altero de Nereidibus aliisque de Tritonibus, &c.* De Sirenibus V. iterum Voſſium *lib. 3. cap. 99.* Cæterùm, Homerus de iis agens, qui temporibus vixiſſent Trojanis, licèt Ilium foret prope Helleſpontum, ubi piſcatio nobilis, nullos tamen inducit *Piſcibus* veſcentes, ne homines qui-dem Inſulares, uti Ithacenſes: imò ne molles quidem Phaeaces illos. Unde Eubulus Comicus rogat,

Ἰχθὺς δ' ὅπως ἔσθιουσιν ἄγουσι τὰ
Τῶν Φαιάκων;

Homerus ubinam quenquam Achivorum refert
Eſſe Piſces?

Quod factum ideo Voſſius vult, quia præcipuæ eſſent *Piſcium* delitiæ, quibus animus frangi ſolet. Saltem de ſociis Menelai ac Ulyſſis *Odyſſ. 4.* piſcationi ſe dediſſe refert, ſed cauſam in famem reiicit. Veteres etiam Romani, quos *caſeos* dicebat Ennius, *Piſces* abſtinuerunt. Atque inde eſt, quòd Deam Carnam, carnis ac vitalium præſidem, non piſcibus, ſed fabacea aclaridio placabant. Ovidius *Faſtorum lib. 6.*

Priſca Dea eſt, alimur cibis, quibus antè ſolebat,
Nec petit oſtiferas luxurioſa dapes
Piſcibus adhuc illi populus ſine fraude natabat,
Oſtreaq, in conchis una fuere ſalis.

Recentioribus verò in delitiis fuere, unde eos porro accepis, vili & plebejo cibo oppoſuit Horatius *lib. 1. Epiſt. 12. ad Iccium.* Imò magnum quoque deliciarum in illis diſcrimen. Tandem enim ſordueretetiam muſcipes & lupi ac vix Piſcinæ laudabantur niſi quæ marinos haberent *Piſces*, V. Varronem *de Re Ruſt. lib. 3. cap. 3.* & Columellam *lib. 8. cap. 16.* ut & ſuprà ubi de *Piſcinis*. Eodem pertinet Catonis querimonia, apud Plut. *Sympoſ. lib. 4. Problem. 4. Piſuris venire piſcem, quàm bovem*; Nempe *Piſcibus* luxum metiebantur, unde & gancorum Prov. Σύμπεσε ἀνκόνῳ *μᾶλλον, Hodie litterioſimus.* Et tolerabile fuiſſet illud ſtudium, niſi peregrinis lautitiis ingluviem exſatiandam duxiſſent, ut in *Sat.* Varro oſtendit, quando è Lucrino lacu conchylia, è Benaco anguillas, aloſas è Tiberi; aſellos Peſſinunte, Rhodo acipenſeres rhombos Ravennâ, accerſebant. Juvenalis *Sat. 5.*

Atq, ita diſcrisi noſtrum mare, dum quia ſævit
Retibus aſſiduis, penitus ſcrutante macello
Proxima, nec patimur Tyrrhenum crebere Piſcem.

Et quantum illud, quòd Apicius in *ſolicitum garo nectari mullos præcellens putavit atque è jecore eorum alecem exoptare provocavit.* Quòd *Aſinius Celer*, hoc *piſce prodigus*, Cajo Principi, *munus mercatus eſt octo millibus nummum* ? Plin. *lib. 9. cap. 17.* Quòd Horteniius *mureenam ex animum ſuum ſervia* ? & *Antonia Druſa mureenæ, quam diligebat, inaures auddit: cujus propter Pansam nonnulli Barbulos vitere concupiverunt, eod. lib cap. 55.* Et quidem ſcaro, inter ſaxatiles, imò in *Piſcibus* univerſis, primæ datæ ſunt: quem honorem tamen ſeriùs adeptus eſt, cùm prius penès Acipenſerem eſſet, nempe ignoto adhuc Scaro Romanis, qui è Siculo vel Carpathio mari advehebatur. Unde Plinius *lib. 32. cap. 17. Scarus principatis hodie*, ſed hæc de *ſcaro* aliquid dicetur, in voce *Scarus*. Inter litterato Mullus magni habitus, de quo placet aſſerre Senecæ locum: *Quanta prodigentia divitum luxuria, quales naturam aut menitiur aut vincit ? In cubili natant piſces & ſub iſſa mensa capitur, qui ſtatim transferatur in menſam. Parum videtur recens mullus, niſi qui in convivæ manu moritur. Vivels oblivicuſis offeruntur, & obſervatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante Spiritu vertit. Alios notant in garo & condiunt vivos &c.* Plura, præter Auctores jam laudatos, V. apud Plinium *loco libro 9.* & Voſſium *de Orig. ac progr. Idolol. lib. 4. cap. primo. 51.* Auctorem item Anonymum *Sina & Europæ cap. 42.* E' quo hoc ſaltem adjicio : In *Chekiang* ſub *Kiangchen* montem elle *Cienking*, prope *Changhoa*, in quolacus 200. jugerum ob aqueductus *Piſces* celebris, de quibus doximus ſuprà, in voce *Aureolis*. Notitiam Dominorum ſuorum habere dicuntur, id quod confirmatur auctoritate Plinii, qui non ſolùm quosdam *eorum conſuetudine in vivaria ad obſum congregari cum piſcinis Cæſaris genera piſcium adnomen venire, quosdam ſingulos*, refert, *lib. 10. cap. 70.* Unde Cicero *ad Attic. lib. 2. Epiſt. 1. Noſtri Principes illoſo ſe cetum putant attingere, ſi mullis barbatis in Piſcinis ſui, quid ad manum accedant*: ac Lucianus de *Dea Syr.* Οὗτοι δ' (Piſces indigitat) τὸ κεκλημένον ἔθος ἐπιδεικνύμενοι, *Hi & nomina habent atque iis vocati ad venium.* Quid quòd *Simonis* nomine Delphini gaudere credit ſunt, qua de re V. Cæſ. Scaligerum *in Ariſtot. Hiſtor. Animal. lib. 2. cap. 16. ſect.* 118. A' gula luxus ad veſtitum tranſiit conchyliis, purpuris ac margaritis eò ſervientibus. Plinius *l. 9. cap. 35. Sed quota hæc eſt portio reputantibus purpuras, conchylia, margaritas ? Parum ſolices ſuerat, in gulas comedi maria, niſi manibus, auribus, capite totoque corpore, & pedibus juxta virilique geſtaremur. Ac poſt aliquammulta, Quin & pedibus necrepidarum tantùm oſtſtragulis, ſed toris ſecundis* (margaritas) *addunt: Neque enim geſtare jam margaritas, niſi calcent, ac per unionesetiam ambulent, ſatis eſt.* Imò ad dificia eorumque partes & domeſtica inſtrumenta. Nam ut de lchthyophagis nil dicam, quorum ædificia extruendæ Cetacea inſervebant. Strabo *lib. 15.* quod & de Arabibus refert Plinius *lib. 9. cap. 3.* Romanis ac Græcis mare tam præſiterunt Piſces, præcìt ut ad lectos, repoſitoria & ſimilia. Idem *lib. 9. cap. 11. Teſtudinum putamina ſtrare in laminas, teſtaceique & repoſitoria his veſtire Carbilius Pollio inſtituit, prodigi & ſagacis ad luxuria inſtrumenta ingenii.* Martialis *lib 12. Epigramm. 14.*

Gemmantes primâ fulgent testudine lecti.

Hodieque ex conchis margaritiferis cochlearia fiunt ac pocula &c De usibus *Piscium* aliis, in re Medica, Militari, Civili, Judiciaria: abusibus item in Philtris & rebus Magicis, V. Auctores præfatos, Vossium inprimis *lib. 4. Idolat. cap. 49.* Quousque *Piscium* quibusdam duret vita, docet Plinius *lib. 9. cap. 53. Ævi piscium memorandum majori exemplum accipimus. Passsyrum nilus ei Campaniæ, haud procul Neapoli: in eo an Cæsaris piscinis a Pollione Vedio confectum piscem, sexagesimum post annum, exfirasse, scribit Seneca; duobus aliis aquatilibus ejus ex eodem genere etiam tum viventibus.* Sed magis id, quod de Lucio piscе retulit Conr. Celtes, primus Germaniæ Poëta laureatus, & ex eo Conr. Gesnerus *præf. operis de Piscibus*, perscripsit ad Ferdinandum I. Imp. Cæsarem nempe Maximiliano I. circa A.C. 1497. in stagno circa *Haidprun*, captum fuisse lucium piscem, cum annulo ex ære Cyprio in branchiis fub cute, quem ipse fi splendente, cui inscriptum: ἐγὼ σκῶλος ἰχθύος τούτου λίμνη παῤῥήσιόν ἐστιτεθὲν ὑφ' τῦ κυρωνίτε Φιθέλεω β'. τῶν ἔτους, ὡς νῦ ἀριθμὸς τὸν Ὀκτωκαίδεκα ἀπ' ἐτ. *Sum piscis ille primus omnium huic stagno impositus, manibus Imp. Friderici II. die 9. Octobr. A. C. 1230.* Illiusmodi autem annulis feu Inauribus ornatos fubinde fuisse pisces non modò ex Plinio fupra vidimus, fed & Ælianus *Hist. Anim. lib 12. cap. 30.* docet, eum inquit: *Quos & Piscem in templo Fovei Labradei, ubi sunt vitulus, monilibus & auris Inauribus ornati*, quos anguillas fuisse, innuit Plinius *lib. 32. cap. 2* & Athenæus *lib. nihilum lib. 8.* V. quo que Casp. Bartholinum *de Inauribus Vet.* Necomittendum, Ægyptiis *Pisces* hieroglyphicum odii, item lafciviæ fuisse. V. Fortun. Licetum *de Gemmis Annul. in explic. Gemmæ 9.* Maris quoque Imperii fymbolum, unde poft infelicem contra Pompejanos Augufti pugnam, *Pisces* ultro è mari ad pedes ejus falientem, Siciliam brevi in potestate ejus fore, indigitafle, legimus apud Xiphilinum: & Servius *Dulcatis lib. 6.* feribit; Athenienfibus in Delo facrificantibus, lavandi manibus aquam haurientem puerum unam demerfisse, ac cùm è phiala fimul eum aqua *Pisces* effudisset, oraculum redditum fuisse, Maris fore Dominos;

Vince mari, jam Terra tua eft.

V. Nic. Cauffinum *de Symbolica Ægypt. Sap. lib. 8. & alibi.* De *Piscium fideris* nota, apud Græcos Latinosque, adi Salmafium *Exercit. Plin. ad Solinum pag. 1237.* ubi Capricornum quoque cum cauda *piscis* involuta in Vett. monumentis, aliquando tamen cum rectâ cauda piscis pingi, ut in *annulo* Gorlæi 87. & 87. adnotat. Nec omittendum *Piscium* coquendorum fingulare artificium, quod occurrit apud Æl. Lampridium, ubi de Heliogabalo, *Pisces*, inquit, *semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos condituræ veneta comedit.* Nempe pisces ei fic coqui parabantur, ut non alio colore menfis inferrentur, quàm quo effent vivi, cùm in aquis maris verfarentur atque hanc vocat Lampridius *condituram Venetam*: fic dictam à colore Veneto, qui idem eft vel affinis admodum colori maris feu τῷ θαλασσοειδεῖ. Idem vero luxuriæ prodigium, *ad mare piscem nunquam comedit: in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit: murænarum lacibus & Iuporum in locis mediterraneis rusticos pavit*, ibid.

Pisces à Vett. pro Diis habiti, ex Vossio.

Anguilla, apud Ægyptios divino cultu honorata eft, teste Herodoto *in Eut.* ut fupra dictum. Easdem in Labrodii Jovis fonte *monilibus aureis, Inauribus* fuisse exornatas, & Plinio oftenfum: *aureis argenteisque*, refert Athenæus *Dipnof. l. 8.*

Carpa, Caffiodoro dicitur Lepidotus, quem ab universa Ægypto cultum effe retro diximus. *Cyprinum* alii vocant.

Cetus, ut & fiderum alia, in Deorum numero fuit, V. Voffium *Idolol. lib. 2. cap. 36.*

Crocodilus, Ægyptiorum Deus, V. *fuo loco.*

Cyprinus, V. hic paulo fupra *Carpa.*

Delphinus, in fiderum, atque adeò Deorum numero antiquis quoque fuit.

Hydra, fimiliter.

Larus, pifcis in Nilo genus, à Latropolitanis civibus pro Numine habitus eft.

Lepidotus, ab Ægyptiis univerfis cultus eft, V. hic fupra *Carpa.*

Lucius, frequens in Nilo admodum, *Oxyrynchi* nomine, non ab Oxyrynchitis modò, fed & à reliquæ Ægypti incolis, divinis honoribus eft affectus.

Oxyrynchus, V. hic paulo fupra *Lucius*, ita enim cum interpretatur Petr. Bellonius cap. 12. Hadriano tamen Junio eft Rajarum genus, quod βάτον & ὄξυρυγχος vocatur.

Phagrus, Gr. Φάγρος, ab Evangelistis cultus eft: licet ab Ephanthinæ incolis *Piscis Mamethus*, Clem. Alexandr. *Admonit. ad Gentes*, & Ælianus *de Animal. lib. 10. cap. 19.* "Sed deo *Evenius* apud Clementem reponi vult *Syenitis* Vossius.

Teftudo, Troglodytis cultа, teste Plinio *lib. 9. cap. 10. Troglodytæ carnigeras habent* (Teftudines) *ut in Lyra, annosis cornibus tatis, sed mobilibus: quorum, in natando, remigio se adiuvant, Celsium genus id vocatur eximiæ teftudinis, fed vare. Namque fepulti præcauti Chelonophagæ tervent. Troglodytæ autem, ad quos adnatant, ut sacras adorant.*

Tritones ac Nereides, Numina olim marina, nil aliud quàm *Pisces* funt, humanam formam imitantes. V. Plinium *lib. 5. cap. 9.* & de Semipisce ac Semimuliere in Frisia capta A. C. 1403. Vossium *lib. 4. cap. 51.*

Pisfilia, adde: In *Lateranis provinciarum* Geographiæ Ptolomæi adjuncto, in quo provinciæ Aliæ majoris recenfentur, fub Pamphylia, una cum Iluria, comprehenditur; Παμφυλία, ἐν ᾗ Ἰλυρὶς καὶ Ἴσαυρος. Quarum proin duarum Ptolomæum non meminit, in enarratione partium feu provinciarum Aſiæ X. fola Pamphyliæ mentione facta. Sub jurisdictione Proconsulis non erat, fed Diœcefeos Vicario fuberat, qui infuper Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam & Phrygiam utramque regibat, uti patet ex *Notitia* Arcadii: interim peculiarem habebat Præfidem, uti pluribus oftendit Salmafius *ad Solinum pag. 803.* & *fegq.*

Pifsis, quafi *Pensile*, vox recentioris ævi, V. fupra *Gynaecum.*

Pisfulus, Gr. Πισσίλος, unus ex Medicis Fauftinæ Iuniorcatricis, quæ in Epift. fua ad Marcum maritum, apud Vulcatium Gallicanum in Avidio Caffio, *Sueridam*, inquit, *Medicum in Formianum ut dimittat, vago: ego autem* Pifsilho *nihil credo, qui puella Virgini curationem nesfit adhibere.*

Viri illustres.

Pifo, Confiul cum Julino, anno Imperii Marci, & vitæ Commodi XV. quibus Conf. hic in omnes Collegia Sacerdotalia Sacerdos aſſumtus eft, XIII. Calendas Inviclas, apud Lampridium *in Vita* ejus. Item, Macriani Dux, ab hoc ad interficiendum Valentem miſſus, ubicum providum furorum fimperare, cognovit, in Theſſaliam concefsit, atque illic paucis fibi concientientibus fumfit Imperium, *Theſſalicus*, appellatus, interemtus eft: vir fummæ fanctitatis & temporibus tuis *Frugi* dictus, & qui ex illa *Pisonum* familia ducere originem dicerctur, ut fe nobiliſsimâ cauta Cicero focianerat, (cum fic. Tullium filiam defpondit C. Pifoni L. F. Frugi.) Hic omnibus Principibus acceptiſsimus fuit. Ipfe Valens cognom. *Superior* (inter XXX. Tyrannos XIX.) qui ad eum percuſsores miſsife perhibetur, diviſſe fertur, non fibi apud Deos Inferos conftare rationem, quòd, quamvis hoſtem fuum, *Pisonem* tamen jufsiſſet occidi, virum cui fimilem Romana Refp. tunc non haberet. Ei Senatus, quum nuntiatum eſſet, *Pisonem* à Valente interemtum, ipſumque mox Valentem à fuis occiſum, divinos honores, ftatuam inter triumphales & currus quadrijugos decrevit. Quæ omnia facta fub Gallieno & Valeriano Impp. & Salonino Gallieni fil. Trebellius Pollio *in Triginta Tyrannis.*

Pisonianus, Dux celebris, à Probo Imp. inſtitutus. Ita enim Fl. Vopiſcus in *Probo*, *Multa manu fua fecit, duces præcipuisse inſtituit. Nam ex ejus diſciplina Carus, Diocletianus, Conſtantius, Aſclepiodotus, Annibalianus, Lomider, Cecropius*, Pifonianus, *Interrotianus, Gaudiofus, Urſinianus, Herculius, Maximianus & ceteri, quos Patres noſtri mirati ſunt & de quibus nonnulli boni Principes exiſtierunt, inſtituit ſunt.*

Piſtice, in *Glosſis* Arabico-Latinis, *Piſtice, genus aromatis*, quaſi proprium nomen eſſet cujusdam aromatis, ponitur: cùm *intellectus* attribui poſsit omnibus, quæ adulterata non ſunt. Ita ἀνεῦσα enim *verum germanumque* notat, τὸν ἀληθῆ. Theopompus apud Athenæum,

Χάρις ἐν ἔργοις ὀπταλικὸν πίσευε νόσον,
Ἐσθλὸν ἐν ἐσθλοῖς Θηρικλέης γένος.

Pro quo hoc derivativum πίσευε non infima tantùm, ſed & melior Græcia, dixit; πίσευε γὰρ τὸ ἀληθῶς. Artemidoro. Sic vetus Auctor, qui Geographiam verſibus compoſuit, ac Nicomedi Regi dedicavit, πίσευε, *pro fidelitur*, poſuit,

Οὐτὸ λελογισμὸν λέξιν ἀκολαθῶν τάχῳ
Οὐκ ἐς, τὸ μέτρον ἐξαμαρτάνων μόνον
Ἔστι καλῶς ἔχοντας ἢ πίσευε.

Unde colligitur haud difficulter, quid *piſtica nardus* ſit, cujus in Evangelio mentio. Nempe ibi χάρις ἀκολαθῶν πίσευε, *unguentum eſt ex vera nardo*: cujusmodi *nardus Indica* eſt, ex qua maximi pretii unguentum febat. Quia a. hæc ſola ex reliquis eo nomine herbis ſpicata eſt, hinc factum, ut Interpres Bibliorum πίσευε νάρδου, *verax ſpicatum nardum*. Opponitur verò hæc πίσευε nardus pſeudonardo luchæ ubique naſcenti, quâ & adulterari ſolebat, Plinio teſte: *Item pro vera nardo permista ponderis causâ & gummi, ſtimulaq; argenti aut ſtibii, ſpirave radice.* V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1065* ut & *ſupra paſſim*, inprimis in voce *Nardus*. Apud Recentiores inde *piſtices Scriptor*, i. fidelisque verax, V. Adelelmum Sagient. Epiſc. in *Mirac. S. Opportunæ n. 2.* alioſque, laudatos Car. du Freſne *Glosſario*: & *Piſtis*, genus aromatis, in *Glosſis* cit. corr. pro *Piſtice.*

Piſtor & Coquus, idemquod Veteres, auctore Feſto: nam Coci initio dicti, qui faciebant panem & coquebant primùm ſub crena in foco, poſtea in furno. Cato de pane, *In foco tabilo sub testa coquito lenter.* Seneca ad Lucillium, *Farinam aqua ſpargit, & aſſiduâ tractatione perdomuit finxitque panem, quem primò calidus calculus & fervens teſta peroxit.* Poſtea diſcerni munia, & Coqui dici cœperunt, qui non ſolùm *opſticum ſaciebant*, id eſt, *opſatos cibos præparabant*, *verùm etiam qui artificium & urbanas*

mensas & lautiora convivia instruebant; Ulpian. *lib.* 20. *ad Sabinum*: *Pistores* autem, quin in pane conficiendo occupabantur. Hi quasi *Pinsores* dicti, quòd ante inventum molarum usum far *pinserent*, id est, *tunderent pilis*. V. infrà in voce *Pistrinum*: vel molis trusatilibus frangerent. Varro *Taphemenippo*, *Nec Pistorem nisum nisse, nisi eum qui in pistrino pinsere farinam*. Servius ad Æneid. *lib.* 1. *Quia apud Majores nisi tres molarum non erat usus, frumenta verberando & ea in pilas missa pinsebant, & hoc erat genus molendi*. Non verò panem tantùm faciebant, sed etiam farinam, ut dictum, molis frangebant. Pomponius Comicus . . . *tàm neque molis molui, neque patinis pinsui*. Eusseb. in *Chron*. Basilius ad molas mannarias Pistorem *se locavit*. Meminit quoque Pistoris Varro *πεϱὶ ὑδϱομύλων*, *Si quanium operæ sumpsiſſi*, ut tu tus Pistor *bonum faceres panem, ejus duodecimam Philosophiæ dedisses, ipse bonus jam prudem esses factus*: *Nunc illum qui novum, velum emere nullibus centum: te qui novit, nemo centussis*. Sybaritieum verò populi videri illud, quod narrat Clearchus Solensis apud Athenæum *lib.* 12. *Pistorem, nescio cujus, cum tunica chirotheca & ore fudario obvoluto, jussum esse farinæ massam tractare, ne vis sudor stillans influeret, aut subactam farinam halitu afflares*. Panis conficiendi rationem apud Plinium habes, ubi de *Pistoribus* multa. Cæterùm *Pistores* equi expeditionem, prohibuit Pescennius Niger, buccellato jubens milites & omnes reliquos contentos esse, apud Æl. Spartianum; quod etiam ab Avidio Cassio primi factum, refert Volcatius Gallicanus in *Vita ejus*. Fuit autem buccellatum *ἄρτος ἀσῆϱος*, quo plurimùm alebantur milites: panem vero tostum lautioribus *Pistores* coquere confuevisse, dixit Attejus Capito. Sed & eorum alii *Dulciarii*, alii *Lactarii*: de illis Appulejus *Milet.* 10. *Hic panes, crustula, incunctiles, banos, laterculos & fesciamenta mellita complura*. Martialis quoque *lib.* 14. *Epigr.* 220.

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruit: *hinc mi parca taburas apis*.

De iſtis Lampridius *Elagabalo cap* 27. *Dulciarios & Lactarios tales habuit, ut, quæcunque Coqui de diverſis edulibus exhibuiſſent, vel Struthiones vel Pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis, exhiberent. Placentarium* inſuper meminit Jul. Paulus *lib.* 3. *Sent.* & *Pistoris* afflelas ſuiſſe, innuit Martialis *lib.* 11. *Epigr.* 32.

Hinc Piſtor *fatuas facit placentas &c.*

Collegii *Pistorum*, in *Pandectis & Codice*, mentio: Erant autem fabi cura Patronorum ac Magistratuum, qui panium & mandatium panis exigebant. Calsiodorus *in form. Provinc. Per officium Pistorum discurri, pensum & mandatum exigi*. De his dem Impp. Poſtea, cùm & ii ad honores erepſiſſent, Gratianus, Valentinianus & Theodoſius ſtatuerunt, *Pistores, utpote suos, & omnes breviter, qui jubsunt Comiti Horreorum, ad nullam dignitatem esse aspirantes, & si quam aliqui fuerint assecuti, hac excendos, omne speciale imperatum penitùs conquiescendum, eosque ipsis ad antiquum statum & originem esse revocandos, & pro ipsa dignitate imperata mulctandos in viginti libris auri, Cod. in tit. de Pistor.* Interim, ut indefeſſam poſſent faciendo pani operam navare, à tutelis & curiis etiam collegarum fuere immunes, *Lult. ff. de excus. Tut.* Imò, ut jucundius labor procederet, habuere & *Pistores*, quod canerent ad molam: *μυλῶν* Graci vocabant, ut eſt apud Ariſtophanem *in Acharn.* & Callimachum *in Hecale*. Fuit autem *ἐπιγϱαφὴ* Dorienſibus menſuræ genus: *ἐπιγϱάφω* dicere ſignificabat *tradere & tuuire*, apud Athenæum & Ariſtotelem. Sed & in *Thesmophoriis* Ariſtophanis eſt, quod fœminæ pinſentes cantillarent. V. Scalig. *Poëtic. l.* 1. c. 55. Ut & hoc addam: Antiquitus qui in Piſtrino far mortarius impoſitum tundere cogebantur ſervi, ne farina forte veſcerentur, pauliſque labori impeditri. Hadr. Turnebus *Advers. lib.* 4. *cap.* 13. Qui verò ſuis in panè fallaciis Remp. depeculaverint, ſequenti ævo, *Pistores*, colliſtrigio ſeu *Pillorie* ſuppliciо puniebantur, juxta Statutum: *Subeat judicium Pillorie*: Super pegmate nimirum conſtituti, conuerſando inter fauces duarum rabularum hac fini excavatarum collo, ſpectaculi gratiâ populo propinabantur deridendi. V. in voce *Pilloria*; & de *Pistoribus* plura, apud Laur. Pignorium *de Servis*, ac Tir. Popmam *de Operis Serv.* item ſuprà in voce *Mola*, *Panetarius*; ac infrà in voce *Pistrinum*.

Pistrinum, locus in quo farina olim *pinsebatur*, id eſt, *contundebatur* ſeu *comminuebatur* in pila, ut ante Molarum inventum uſum fieri ſolebat. Erant autem *Pilæ* vaſa concava, in quæ antiquiſſimis ſtaminibus immiſſebant ſeſquipedalem. Servius *ad Æn. l.* 1. v. 184.

Nunc torrete igiti fruges, nunc frangite saxo.

Torrebantur, inquit, *fruges in Pilis, & pinsebantur, neque molebantur*. Poſtea, mutata re, manſit *Pistrini* nomen etiam illi loco, in quo molis fervorum jumentorumque operâ circumactis fruges comminuebantur. Ejus elegans deſcriptio apud Appulejum eſt *Metam. l.* 9. *Ibi complurium jumentorum multivii circuitus interquelans molas ambage verâ, nec die tantùm, verùm perpeti etiam nocte, prorsus inſtabili machinarum vertigine luculubratam pervigilem farinam*. Achmes Oneir. *cap.* 195. *Μύλωνα, ὀπιθόνους ἔνους ὁϱᾶσθαι*, *Pistrinum in quo asinus volubilus moleret*. In jumentorum dein locum mali ſervi, in *Pistrinum* detruſi, molis adjudicabantur. Tertullus *Andriâ Actu* 1. *Sc.* 2.

Verberibus casum te Dave in Pistrinum
Dedam usque ad necem.

Qui & ipſi *Asinorum* nomine veniebant, ſicut Molæ *proſapia* dicta ſunt: Unde in MS. codice Plautino tirulus concipiebatur, *Plauti Asini Amphitryo*, V. Joh. Meurſium *Critic. Exercit. part.* 1. *cap.* 9. Certum autem ex A. Gellio *lib.* 3. *cap.* 3. Plautum, in *Pistrino*, quadam è Comœdiis ſuis ſcripſiſſe: & ſi Terentius additum fuiſſe *Piperibus*, locus eſt apud ipſum *in Curculione*, *Actu* 2. *Scen.* 1.

Panes, parasitus quia non redüit Cariâ,
Asserre argenium credo, nam si non ferat,
Tormento non retinerî potuis ferreo:
Quin reripere se hoc ipsum ad præsapim suam.

Quales verò hi, *Pistrini* habitatores, idem Apulejus ſuprà laudatus explicare pergit: *Homunculi ridiculosi & vernili tunam cucum arpicti, dorsumque plagosum fascili consuncinato magis inmubrati, quam abtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem infecti, cunctili tamen fic cunicati, ut ipsi per pannulos manifesti, frontes literati, & capillum semirasi, & pedes annulati*. Ubi *Pistrinarios* semiraſos fuiſſe indicat, quemadmodum de Uſtoribus, Catullus ſcribit, cùm fugitivi penitùs raſi eſſent. Nequeſolùm in Aſinariis molis operam obibant hi ſervi, ſed & in aquariis: ubi quamvis non adeò atque alii vinculis, vitæ & mulctæ in *Pistrinum* conjectus eſſe, perſpicuum eſt. Lucas *cap.* 17. *verſu* 35. *Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ· ἡ μία παϱαλαμβάνεται καὶ ἡ ἑτέϱα ἀφίεται*. Duæ erunt molentes simul, una accipietur &c. Idem confirmatur exitis, quæ narrat Auctor *Vitæ*, *Miscellæ*, de *Pistrino*, quod Theodoſius Imp. Romæ ſuſtellit, mancipibus ſupplicio aſſ ctis *lib.* 13. quod & Cedrenus tangit. Nec deſuit *Pistrino* ſeu Molæ ſuum, apud Gentiles, Numen, ſimuque Deus tutelaris, Jul. Pol. *in Onomast. lib.* 7. *cap.* 33. *lit.* B. *Μυλαῖος, μύλων, μύλη, ὀνομαζόμενα θεὸς ἢ ἐπιτϱόπιον*, *Molitor*, mola, *Pistrinum*, Dea *molaris* & *benevola*. Imò & *Promylios* Deus ſemper ante *Pistrina* ſeu Molas collocabatur, *ob suavem alimoniam*, Suidas in voce *Πϱομύλιος*. Θεὸς. V. Tiraquellum *Comment. ad Al. Neap. lib.* 3. *Genial. dier. cap.* 11. Thom. Dempſterum in Roſinum *lib.* 1. *cap.* 15. Laur. Pignorium *de Servis*, ut & ſuprà in voce *Molarum uſus*; item *in Panificae* & *Pistor*.

Pitancia, potio cibi in Monaſteriis, apud Cæſarium *lib.* 8. *cap.* 10. V. ſuprà *Pitancia*.

Pitharia, apud Vinc. Belvacenſem, idem quod Hollandis vulgò, *tonne d'or*. Ita autem is *lib.* 31. *cap.* 144. *Ubi est thesaurus Susæ, & dicitur quòd ibi sint* 10. pitharæ *plenæ auro depurato* &c. Græcis *πίθοι*, *πιθάϱια*, *δολιον*, *δολιολον*, unde & *Pitharia* & *bonna*, namque & hæc *dolium* notat. Car. du Freſne *Gloſſar*.

Pithales, apud Flav. Vopiſcum *in Carino*, *Centum falsiplas uno crepitu concinentes & centum campanulas, chorarulas centum, etiam pithalas centum, pantomimos & gymnicos mille &c.* Ubi Palatinus liber ſcriptum habet, *Pythalias*, atque ita paſſim ac ſæpe hoc nomen, ubicunque ejus mentio occurrit in Vett. libris, reperitur ſcriptum. Quæ ſcriptura vel unicè facit ad eorum opinionem confirandam, ſummorum aliquoj virorum, qui *Pithales* dicendum cenſent & *ἀπὸ τῶν πίθων*, *à doliis*, hanc vocem deducunt: quaſi ulli unquam cogniti fuerint, doliares aut doliis cantantes tibicines. Quod enim Seneca locum, quo nituntur, attinet, *Natur. Quæſtion. lib.* 6. *cap.* 19. *Quomodo in dolio cantat. sic vox per vacuum cum quadam discussione percutit ac resilusa & tam leviter mota, tamen circuit, non sine tactu ejus tumultuoso, quo incisus est*. Ibi vett. omnes libri habent, *Quomodo cùm in dolio cantatur, vox illa per vacuum &c.* Omnino ſcribendum, *Quomodo cùm in dolio cantatur, vox illa &c.* Sed retineatur licèt vulgata lectio, nulli tamen inde doliorum tibicines exſculpentur. Eo enim loci nulla apud Senecam tibiarum mentio, & ſine tibiis quoque in dolio cantari poteſt: De quo potius, qui ſimpliciter in dolio cantat, ore ſuper os dolii poſito, accipienda illa Senecæ. Narrat enim ibi & oſtendit, ex ſententia Metrodori Chii, quæ cauſa faciat terræmotus. Sic enim ajebat Metrodorus, vaſtas ſub terra ſpelunças habere aërem ſuum; aërem illum, ſimul ac alio ſuperne incidente perculſus eſſet, agitari ſolere, haud aliter quàm ſi intra dolia inditos clamore ſonant. Si quis enim in dolio canter, per torum vocem illam cum quadam diſcuſſione percurrere conſueviſſe ac reſonare & quamvis leviter motam tumultuari tamen intus & cum bombo circumire. Sic motum ferri conabatur oſtendere Chius ille Philoſophus, Tibicinum verò doliariorum nulla ibi voia nec veſtigium. Sed nequeille Propertii verſus illis favet,

— — *Carmenq, recenibus aevit*
Tilia Mygdonis libet eburna Cadis.

Sed, præterquam quòd *Cadi* hic de urbe Lydiæ accipiendi, magno errore *nibet* & *ebibet* illi confuderint, *dolia* & *cados*. Namque & forma differebant, & cadi ex ligno, dolia verò, i. e. *nitu*, fictilia erant. Unde Prov. apud Græcos, *ὁ πίθος οὐκ ἀκούει κεϱαμέου*. Nec certè quis videat, quis uſus potuerit eſſe hujusmodi ingenium ac fictilium vaſorum, quala fuiſſe dolia liquet, ad ca-

ad eanendum tibiis. Etiam in eo graviſſimè erratum, quòd *Pithaulem*, quem ἀπὸ τῶν αὐλῶν deducunt, aut omnino eundem eſſe cum aſcaule aut parum differre putarunt: quaſi parùm interſuerit inter αὐλητὴν, ſtirpem & αὐλὸν ὀδοῦν. &c. *Pithaules* ergo omnino *Pythaules* ſcribendus eſt, nec ἀπὸ τῶν αὐλῶν, ſed ἀπὸ τῶν πυθίων dictus; qui Pythia ſc. cantabat & pythicas tibias inflabat: quemadmodum σπυθιδάκτυλοι vocitatus eſt, qui ſpondiacas tibias, inter libationes & ſacrificia ſacrum, inflabat. Salmaſius *ad l. c.* Plura proin hanc in rem. V. *Infrà* hoc loco, ubi de *Pythaulis*.

Pithecî, Græcè Πίθηκοι, lingua Etruſcâ, Ἄελμοι dicti, Strabo *lib.* 13. unde *Pithecuſa* & Ἀελμὸς eadem, quæ Latinis *Inarime*, ſeu *Enaria*: *Enaria* namque eadem dicta, quòd ab *Enariis*, i. ſimiis, quas πιθήκους Græci vocant, incolatur: *enaris* n. ſimius, id eſt, *ſine naribus*, & propterea etiam ſimius dictus, quòd *ſimus*. Ovidius,

——— *naresq; & fronte reſimas*
Contudis & rugis peraverſis ambibus ora.

Ubi de Cercopibus loquitur, in ſimias mutatis, & in Pithecuſam Inſulam miſſis, quæ ab illis ſic dicta. Servius, *Inarime, nunc Enaria dicitur, & ſæpe fulgoribus petitur ob hoc, quòd Typhœum premit & quia in eam ad contumeliam ſimiæ miſſæ ſunt, quas Græcorum lingua πιθήκους, id eſt, ſimias, dicimus, ob quam cauſam Pithecuſam etiam vocitant, &c.* Fortè ſcribendum, *quas Etruſcorum lingua arimos dicunt*, ex Strabone *d. l.* V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 377. & *infrà paſſim*.

Pithecuſa, adde: Quam Plinii ſententiam, de etymo vocis, rejicit Salmaſius ex eo, quòd ἀπὸ τῶν πίθων dicenda fuiſſet Πιθοῦσσα potiùs. Jam verò, ut Ἐρυθρὸνεσος, ἀπὸ τῶν ἐρύθρων; Σειρηνοῦσσαι, ἀπὸ τῶν Σειρήνων: Φοινικοῦσσα, ἀπὸ τῶν φοινίκων, ſic omnino Πιθηκοῦσσα, ἀπὸ τῶν πιθήκων, quod contractùm ex Πιθηκόνεσσα, V. eum *d. l.* Inſulam hanc Typhoëo ingeſtam narrant Græci. Scholiaſtes Apollonii, τὴν Πιθηκοῦσσαν αὐτὴ ἀβεβήλωτον νῦσον Θερσενίδην ὡς τὴ ἐπωνυμίαν ἐσχηκε, *Pithecuſam ipſi ei ſuperjectam eſſe, narrat in ſua Theologia Pherecydes.* Quod de Inarime tradit Poëta, quæ eadem eſt cum Enaria & Pithecuſa eadem. Ex Plinio certè, Inarimen eſſe Enarien, conſtat. Sed hic longè vetuſtiorum, quàm Plinius eſt, Latinorum Scriptorum error, qui ex Homerico ὑπ' Ἀελμοῖο, ſecerunt unicam vocem *Enarimen* aut *Inarimen*, & ſimilitudine vocabuli ducti, eandem putarunt eſſe cum ea quæ *Enarie* Latinè vocabatur Inſ. Tyrrheni maris. Quem errorem adjuvit, quòd fabula de Typhoëo à quibuſdam huic Inſulæ Enariæ attribueretur, quam Homerus ὑπ' Ἀελμοῖο *ſonat* poëtæ. Non animus quoque Virgilius huic culpæ affinis, ſed ab antiquis hauſit: nedum ſit Plinius reprehendendus, quòd *Inarimen*, poſt tot idoneos, dixerit. Sic Livius *Inarimen* vocavit, quæ Homero ſunt τὰ Ἀελμοῦ &c. Idem *ibid.*

Pithagia Sacra, celebrabantur Athenis die 11. menſis Anthesterionis: memorata Scholiaſti Ariſtophanis *ad Acharnenſes*, φασὶ δὲ Ἀλκιθόη τὴν Ἀθηνᾶσιν καλεῖσθαι κοινῶς ὅλῳ τῷ ἑορτῷ Διονύσου ἀγομένῳ κατὰ μέρος· ἢ Πιθοίγιαν, Χόας, Χύτρους, *alii autem Apollodorum, Anthesteria quod communiter totum feſtum, Liber Patri ſacrum: Sigillatim verò*, Pithœgiam, Choas, Chytros. Unde colligitur, partem fuiſſe Dionyſiorum καθ' ἀγρὸς ſeu Anthesteriorum. Menſis quoque Plut. *Sympoſ. lib.* 3. *quæſt.* 7. Τὸ τὸν οἶνον Ἀθήνησι μὴ ἐνεγκεῖν ἢ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς καλλίχορον), Πιθοίγιον τὸν πρῶτον κεκλῆσθαι, *Novum vinum Athenis nondecimo die Anthesteriorum* (Februarii) *bibere incipiunt*, Pithœgiam *dicti vocantes*. Eo nempe die lolia relinebant, unde feſto die ſique nomen, quaſi πίθου ἄνοιξις. Poſtridie Χοὰς ſequebantur, die nempe 12. ſicut Chytri die 13. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Aticas lib.* 1. *tit.* 1. *pag.* 43. Apud Anglos feſto huic reſpondere S. Martini feſtum, *S. Martins* daydocet Fr. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Pitholaus, Commodi Imp. educator, Galen. & in aula Inſtitutor, quem perſtringere videtur Lampridius *in Commodo*, cùm ait: *Habuit ſiderarium Gracum, Onoſtrium, Latinum, Capellam Aniſſitium: Orator ei Attejus Sanctus fuit. Sed ut diſſipatorum Magiſtri nihil ei profecerunt, ſimilem vitæ aut ingenii vir, aut eorum, qui in aula Inſtitutores habentur.* Idem paulo pòſt, *Aniſitium crudelitatis apud Commodum dolli anno ætatis XII. Nam, quum tepidius forte lotus eſſet, balneatorem in fornacem conjici juſſit: quando à Pædagogo, cui hoc juſſum fuerat, vervecina pellis in fornace conſumia eſt, ut ſidem penæ de ſævore nidoris impleret.* Ubi Pithola*n* itidem indigitat, contendit Caſaubonus, ex Galeno τῶν ἐν ἀφορισμοῖς ἐξηγητῶν, V. eum *ad Lampridium d. l.*

Pitiſcus Bartholomæus, Grunbergâ Sileſius, vico Schlaunâ oriundus, Grunbergæ adlaterali, Theologus inſignis. Frideri-co IV. Electori Palatino à concionibus: Obiit A. C. 1613. æt. 52. Ejus extant, *In Pſalmos Idea concionum*, 4. Francof. 1608. 1616. 1620. *In Eſajam Conciones* &c. *Fuit doctrinæ profundæ, ingenii acris & perſpicacis: ipſemet vitæ ſuæ cenſor, ne in aliorum incurrere-ret voculas: in docendo ac ſcribendo methodi ſummæ obſervans; adeò ut absque ordine nihil dixi, nihil diſſi, recte ſtatuerem. Et, quæ Concionatori apprimè eſt neceſſaria, tanta vſus eſt ſemper perſpicuitate, tamquis dextra ad Auditorum ipſum omnia applicandi felicita-te, ut illa quidem laudem ipſe ſummam apud omnes inveneris: in hac verò pares habuerit perpaucos*, Melch. Adami in *Vita* ejus.

Pitiaticum, Gr. πιτιάτικον, πιτᾶς, *index* vel *illuſtres plus illitus*, ut aſſigi poſſit & applicari: cujusmodi amplaſtra de doliis olim affigi mos, vini patriam & ætatem indicantia, uti diximus ſuo loco. Etian indices libris adfixi, qui nomen Auctoris præferrent, πιτιάκια dicebantur & σύμβολα. Gloſſæ porrò, πιτιάκιον, *brevis, pitaciolum*. Hygenus *de limit. conſtit. Deinde ex decuriis, antequam ſortes tollant ſingulorum nomina in pittaciis & in ſorticulis & id ipſi ſortiuntur, ne ſciant quis primo aut quotocunq; loco exeant.* In Cod. *Theodoſ. lib. de erogatione mil. ann.* Pittacia dicuntur, *brevia ſpecierum annonariarum, militibus erogandarum*, i. li. *Sacerdotibus, antequam diurnum pittacium aubenicium ab aſſiduis ſuſceperit, non eroges; quòd ſi absque pittacio ſueris erogatio, id quod expenſum eſt, damnis ejus poteris ſubputetur.* V. *leg.* 13. *eod. tit. & leg.* 16. Nam ſecundùm ea pittacia militibus erogabantur ſpecies annonariæ, ut panis, vinum, acetum, lardum, caro vervecina, capitum & alia ejuscemodi, Salmaſius *ad Lampridii locum hunc in Alex. Sev. Periegeſeos conſilia pittacia.* Ubi Caſaubonus, id eſt, *breves*, inquit, *in modo dixit. Sed* Pittacia *dicuntur pice vel mulſha illitæ breves tabellæ, in quibus elogia ſcribebantur & id genus alia, quæ paucis verbis poſſunt comprehendi. Ut illa Polybiana* pittacia, *de quibus ad Suetonium notare aliquid meminimus lib.* 2. *Vox eſt origine Græca: πιτιάκιον enim* τὸ πιττῶδες (ſeu *picatum piece*) *ipſa verò Romanorum & Syrorum quoque: Nam in Targumim* פיטקין πιτιάκια *poſtium pro epiſtolis. Iſidorus*: Pittacium *epiſtola brevis & modica.* Hactenus Caſaubonus. Notavit nempe is in *Auguſtum Suetonii cap.* 89. magnorum Virorum olim morem, *pittacium*, in quo gnoma aliqua ſcripta, mittendi iis, quibus conſilium daturi erant. Sic enim Auguſtus *præcepta & exempla publicè vel privatim ſalubria* (quæ in evolvendis Auctoribus excerpserat) *aut ad domeſticos aus ad exercitumen provinciarumq; Rectores, aus ad urbis Magiſtratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent.* Maximè autem ſic dicta ſchœda ſeu epiſtola, in quadrum eſſet complicata, ut obſervat Euſtathius *ad Odum. Διὰ τὸ πτυχοειδεῖς κέκτησθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῆς χάρτης πτύχια πτυχάρια, &c.* In Eccleſia Chriſtiana *pittacia* Ἀκρωτηριάσεις, *Archiepiſcopatia* dicta, item Πανεχκλησιῶν, *Patriarchalia*, memorantur Baſilamoni *ad can.* 17. *Apoſtol. & in* Concilio Florent. *ſeſſ.* 3. *cap.* 3. *pag.* 45. Nempe Græci πτοσβατικὰ vocant, qui primi ſunt in ordine, & τοποθεσίαν, qui ultimi, priore nempe aut ultimo loco ordinati, ut priores tempore, priores etiam ſint honore: quod jus (πρωτοκλισίαν appellant) obtinuit in Clericorum ordinibus, imò ex Juſtiniani conſtitutione, in Primatum ipſis. Unde *pittacia* ordinatitia, cum dies ac mentis adſcription, quæ antiquitatem ordinationis oſtenderet, ut docet idem Baſamon *in Syn. Carthag. ad can.* 92. Alia vocis notio apud Celſum, qui ſplenia & emplaſtra, fronti ad capitis dolorem leniendum, illini ſolita, *pittacia* vocat, à ſimilitudine ſc. *pittaciorum*: ad quorum inſtar quia & truſtula ſagi militaris ſericei erant efficta, hinc & *Pittacula*, item *Pittacia*, apud nonnullos Auctores, dictæ ſunt virgæ fagorum, quæ *virgulæ* inde Poëtis. Monachus Sangall. *lib.* 1. *cap.* 36. ubi de fagis virgatis Fretonicis ac curtulis, Carolum M. ſic loquentem introducit: *Quid proſunt illa pittaciola (à pittaciola) in lecto non poſſum eis coopcriri, cavallicarus contra ventos & pluvias nequeo defendi, ad neceſſaria naturæ ſeredens, viliarium congelatione deficio.* Willh. Britto *Philipp. lib.* 2.

Sic perculſa patet, ſic intercipa minuit
Pictaciis pendet, dum domiſilium eandem
Tunſio crebra nimis clavæ mucronis & haſtæ.

Apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Hinc*que* à *pittacio* Salmaſius *pecium*, Gall. *piece* arceſſit i cui favet Joh. de Janua: *Pittacium*, ajens, *dicitur illa corii particula, quæ ſolea repetciæ infuta eſt, & dicitur à pingo: quia ſicut partes picturæ diſſimilis in pavimento ſunt, ſic apparent pittacia in calciamento: unde pittaciatus, id eſt, repeciatus*, apud eundem *Gloſſarii* Auctorem. V. hic paſſim.

Pius, cognom. Antonini Imp. de quo ſuprà, in *Pii*.

Pius IV. adde: Idem ad emendationem calendarii animum applicans, hanc in rem ſelegit Cardinales & undique accerſitos Viros doctiſſimos, qui Auctorem hunc ex fontibus reſtituerent. Quibus *Pius* V. ejus ſucceſſor aliquot alios additit, opus autem perfectum demum eſt ſub Gregorio XIII. & evulgatum ab eo, A. C. 1582. Pontificatûs ejus XI. ut indicat Præfatio Decreto præmiſſa. Viri ſub Pio utroque ad hoc opus ſelecti, recenſentur Anton. Auguſtino *in fin. tit.* 1. *de Emend. Gratiani in Not. pag.* 342. V. quoque Gerh. von Maſtricht *Eccl. Jur. Eccl. n.* 392. & 393.

Pius, epitheton, ut videtur, urbis Toletanæ, apud Iſidorum Pacenſem Epiſc. *Chron. ær.* 685. *Hic crebra Concilia clarente Eugenio urbis Regiæ Metropolitano Epiſcopo Tuleto pio —— recolligit.* E' quo ſanè loco dubium videtur, quodnam aſſerit Antonius Auguſti-

gustinus *de Numismat. Dial. 7.* Inscriptionem, quæ in aversa complurium nummorum Hispaniæ Gothicorum Regum conspicitur ac legitur, TOLETO PIUS, vocem postremam ad Principem, cujus est, spectare, ut in Leovigildi Regis numismate TOLETO IUSTUS. Sed & ejusmodi Regum Hispanicorum Gothicos nummos cum hac voce PIUS, adjecta urbium aliarum nominibus, recenset Ambrosius Morales *toto lib.* 12. ubi quasdam profert, cum inscr. TOLETO IUSTUS, ELBORA IUSTUS, *cap.* 4. Cur. du Fresne *Gloss.*

Pia, Græcè πίστις, multi usus in Vita, uti videre est hic passim, ubi de navium *Incrementis*. Quam ob causam lege hac Athenienſium, Μὴ ἐξάγειν ξύλα πρὸς πίνλας, vetitum legimus, ἀπὸ exportare ligna & picem, apud Scholiaſten Ariſtoph. *Equiti bus.* Ne viz. hoſtes ad naves fabricandas iis uterentur, qua de re V. Sam. P. titum *Comm. in LL. Att. lib. 5. tit. 5.* Inſuper in condiendis multis Veteribus adhibita, uti pluribus docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 711 & eveliendis delicatiorum aſhlet atrumque pinſitis, uti diximus ubi de *Aſſidilia*, nec non voce *Gulupitarius*. Porrò in ſuppliciis uſitatam, dicturus infrà ubi de *Tunica Molestia &c.* Non autem uno conſueviſſe modo colligi. Urebantur radices picearum & terebinthi, ad eam cogendam; aliter verò collegebatur ea ex codice & ramis, qua de re idem Salmaſius prolixè agit *ibid. pag.* 502. & *ſeqq.* Plurimam autem *picem Picea arbor*, unde πεύκη dicta, fundit, Græcis πίτυλα, quippe quæ inter ea generà arborum, teſte Theophraſto, ſit maximè ὑδρὸ Φ-, i. *reſinoſa*. V. infrà voce *Tæda*.

Picta, apud Thyvvrozium in *Hunniade cap.* 46. machinæ bellicæ ſpecies eſt, Germ. *Bichſen*, ut ait Marqu. Freherus apud Car. du Freſne ubi ſuprà.

P L.

P. L. in notis antiquorum, *Publii Libertus*, P. M. *Principi militiæ*: item *Pontifex Maximus*, &c. denotat. Fr. Gouldmannus.

Placea, moneta, quæ in *Statuto* Henrici VI. Angl. R. dato Parliſii d. 26. Nov. 1426. quatuor majoribus *plancis*, ſeu *albis*, æſtimatur: vulgò *Plaque*. Car. du Freſne *Gloſſ.*

Placenta, an à πίακο, quòd ea ſolerent Antiqui Deos *placare*; an à *placeo*? Gr. πλακόεις, an à πλαξ, κος, quòd in rabulam extenderetur? Certè, ſicut dittores hoſtiis animalium Deorum numina ſibi propitia, ſic præſagabant, ita egenos *Placentis* hac ſini ulos eſſe, conſtat è Luciano, *in ſuo Dial. de Sacrificiis.* Hinc & in ſacris legimus, *Placentas* ab Ethnicis, & eorum ſuaſu ab Hebræis Idololatris, Lunæ oblatas, quam *Reginam cæli* vocabant. Unde apud Jeremiam Deus ait, *cap.* 7. *verſu* 17, & 18. *An minime vides, quid iſti faciant in civitatibus Jehudæ; etiam in plateis Jeruſchalaimorum. Filii colligunt ligna, eorumq; Patres accendunt ignem, & famina depſiunt maſſam; ad faciendum popana* (Vulgatus habet *Placentas*) *domus cœleſtibus* (Vulgatus, *Reginæ cœli*) *& libamina libamina Diis alienis, ut irritent me.* V. Portum. Lucium *de Lucernis lib. 6. cap.* 2. ubi Jovis Lucernam erudite interpretatur. Eſt autem Placenta, idem quod *dulcium*. Gloſſæ, *Dulcium*, πλακοῦντα: unde *Dulciarii*, qui placentas, vel dulcia confeciunt; idem cum *Placentariis*, quorum meminit Gloſſ. πλακουντάριος, *dulciarii*, *placentarii*: & Palladius in *Hiſtor. Laus. cap.* 61. Ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ ἐκάθητο ὁ πλακουντάριος. Ex Gr. πλακόεις & πλακὸς, ut dictum, ſubint. ἄρτος: quemadmodum τυρόεις & τυρὸς, eodem ſubintantivo ſubintellecto. V. ſuprà in *Dulcium*. Addam ſatem, vocem *Placentarius*, ſcurram, ſannionem, facetum hominem, denotare, apud Petrum Damianum *lib. 6. cap.* 33. cujusmodi homines Gallis *Plaiſanteurs*, vel *Plaiſantins* appellari, docet C. du Freſne *Gloſſ.*

Placentinum, veſtis muliebris ſpecies, in *Regula* Tertiarorum Ordinis Franciſcani *cap.* 3. apud eundem.

Placentinus, JC. nobilis, Italus. Monſpeſſuli Jus civile publicè profeſſus eſt, circa A. C. 1200. *Argumentaq.* in Inſtitutiones & Codicem ſcripſit. Pratejus apud Calvinum *Lexic. Jurid.* Idem nomen appellativè ſumitur, in *Gloſſis* Gr. Lat. MSS. Germani Pariſ. & Gr. ἀρσὴν, in edit. *Placivus*, pro quo Goldaſtus *placinus* reſtituit, explicatur. Et certè etiamnum joculatores *plaiſantins* Galli appellant. Sed an hac notione vox accipienda ſit, in *Capitular. de cauſis Regni Ital. c.* 19. & in L. Longobard. *lib.* 3. *tit.* 34. *Non eſt noſtra voluntas, ut homines placentini, per eorum præceptum de curte Palatii noſtri illos adtiones recipiant*, jure controverſari Cur. du Freſne *Gloſſ.*

Placita Principum, pro Conſtitutionibus, *l.* 1. §. *ult.* Prætor ſſ. *de poſtul.* Interdum pro Conventu Procerum Regni vel Imperii, qui & *Curia* dicitur. Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* Sic Car. du Freſne *Placita*, dicti ſunt Conventus publici totius Regni Ordinum, quibus Reges ipſi præerant, & in quibus de arduis Regni negotiis & imminentibus bellis tractabatur. *Annales* Francorum Bertiniani A. C. 763. *Pipinus Rex habuit* placitum *ſuum Niverni*, ita A. C. 764. 765. 766. Anno verò eq. *Synodus* fuiſſe dicitur *cum omnibus Francis in campo.* Bis autem quotannis uſitatum eſt tenebantur Placita: unum, *quando ordinabatur Status totius Regni, ad anni vertentis ſpatium — in quo placito generalitas unà verſorum majorum tam Clericorum, quàm Laicorum, convenebat*, &c. Hinc marus de *Ordine Palatii cap.* 2. Cùm itaque omnes Regni vaſſalli ad ea *Placita* conveniunt, hinc *Generalia Placita* ea appellata ſunt. Sic Dagobertus R. *convocatis ſuis omnibus, totius Regni Primatibus* 10. *Kal. Junias in Palatio Bigargio* placitum generale *inſtituiſſe* legitur, in Geſtis Dagob. *cap.* 40. Sic alii. Unde Poeta Saxonicus *de Geſtis Caroli M. lib.* 1. *ann.* 777.

——— *Conventum* Placiti generalis *habere*
Cum Ducibus, ſi velle ſuis dennuntiat illic.

Quid autem in iſtiusmodi conventibus actum, facilè colligere eſt, ex *Placito* Carliacenſi *cap.* 8. ubi *Francos pro lege tenenda Capitula Regum ſuorum, & in generali placito conſervanda juſticaſſe*, legimus. V. Capitulare VI. A. C. 803. *c.* 2. 5. Simeonem Dunelmenſem & Radulfum de Dicето A. C. 1014. Suenonem item in *Heſſor. Danica cap.* 1. memoratos Carolo du Freſne in *Gloſſar.* Add. Georg. Hornium *Orb. Imp.* qui ex *Placitis* his *Generalibus*, quæ & *Regalia* dicta, in *Adtrat.* S. Ulfinari *cap.* 1. ad pugnat Reginonem A. C. 956. ipſe *Omnia* vocat, (quâ notione vocem, præter vulgarem uſum, Capitolinus quoque adhibuit in *Marco Antonino*) de Statibus Gallicæ Regni ingeniosè judicium fert, docetque ex Hottomanno *cap.* 17. *Francogall.* eorum auctoritatem ſub Hugone Capeto primùm imminui cœpiſſe. Cùm enim hic, Capetinæ familiæ, hodieque feliciter regnantis conditor, videret, Regna, quæ nimium indulgent Comitiis, plerumque ad Arii-cratiam delabi, ſeu Optimatum tyrannide enervaſſe, Hottomanno dicitur. Sed ſi creditmus Philippo Comineo, qui non potuit non eſſe rerum Gallicarum peritiſſimus, eorum auctoritas usque ad tempora Ludovici XI. integra ſtetit. Ita autem Cominæus *Comment. lib. 9. Primus omnium Ludovicus pro ſuo arbitratu pecuniam imperavit, ſine conſenſu Populi. Ut vero voluntate Principum ſibi liceret exigere pecuniam per ipſorum ditiones, promiſerat eis penſiones annuas. Magnum ille profectò vectigal inſtituit Gallis, quod non facile curabitur, ſtatq; & Successorum ſalutis mate conſuluit. Nam priorum Regum animo Gallum ſic affixerat, ut ipſe, &c.* Ut alia loca omittam, ex quibus, magnam adhuc inter Gallicæ libertatem & fatis arctam Regum potentiam fuiſſe, utique ad præfati Regis principatum, clarè patet. Quibus verò artibus id fecerit Ludovicus, ideo docet: *Haud dubiè verò multum imminuta fuit poteſtas Ordinum inter bella Anglica, cum ingeniosus prælii præcipua familiæ extinguerentur, remanentibus illis ſolis filiam, qui vocantur Principes ſanguinis, quibus cum agnatum ſit jus ſuccedendi in Regnum, non præſumuntur quidquam, quod ad diminuionem poteſtatis Regiæ ſpectat, affectare vel conſentire velle. Succeſſerunt in Comitiorum locum velut ludibria quædam, XII. Pares & Parlamenta &c.* V. ipſum Hottomin *edit. 2. cum Notis Folleri pag.* 232. &c. Interdum verò etiam *Placita generalia* appellata ſunt. Dominorum feudalium Judicia, quòd ad ea vaſſallo omnes convenire tenerentur: aliis *Curiæ generales*, Gall. *Plaits generaux*, de quibus prolixè agit idem Gloſſ. Car. Ut de loco aliquid addatur, tenebantur *Placita*, in *locis aperiis, publicis & ſub dio*, Sim. Dunelmenſis A. C. 1070. *idque in campo, ſub arboribus* (quercu, ulmo vel olea) *ante portas caſtrorum, ante Templa, in plateis &c.* ut videre eſt apud Auctores laudato Gloſſarii Auctori citatos. Interdum tamen & *in ædibus ac locis operiis*, propter aëris incommoda, maximè Placita majora. *Capitula* Caroli C. *tit.* 39. *c.* 12. *Domus verò ſicut in Capitulis Avi & Patris noſtri continentur, à Comite, in loco, ubi mallum tenere debet, conſtruatur, quatenus propter calorem Solis & ſyderum publica actiones non remaneat: minora verò placita Comes ſive intra ſuam pote ſtatem, vel ubi imperare poterit, excepto in Eccleſia & porticibus, atque adtario Eccleſiæ, & manſione Presbyteri habeat*, &c. Portrò jejuni Judices *Placita* tenere, jubentur in *Capitul.* Caroli M. alibique paſſim. Unde Theodulfus *Carm. lib.* 1. *verſ.* 400.

Crapula vitetur ſemper, plus tempore eodem,
Quo plus Judiciis lata regenda manent.
Nam qui ſe nimiis epulis immoque ſepelit,
Corporis atque animæ vim ſibi demit heber.
Cum venit ad cauſas nudatus acumine ſenſus,
Marcidus & jegnis & ſine mente ſedet &c.

Dominicis tandem diebus *Placita* teneri prohibentur, in *Capitul.* Caroli M. *lib.* 2. *cap.* 7. & in *Capit.* Compendienſi A. C. 868. &c. Plura hanc in rem V. apud ſapius laudatum Car. du Freſne *Gloſſ.*

Placuiſſe Senatui, alium dicebantur, quæ Senatus cenſuerat, *leg.* 21. §. *item placere, ff. de pa. hered.* Etiam in ſtrupradictum libris *placere* dicuntur, quæ Prudentum auctoritate recepta, inducta conſtituta ſunt, *l.* 4. *ff. de paſtis*, *l.* 4 *ff. de jure codicillorum*, Briſſonius apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Neque ulla vox magis ad Regum Principum ve palatum. Unde etiam *Placiti* vocem, de qua modo pluribus actum, deducit à *placendo*, Eduardus Cokus *ad Litiletonem ſect.* 10. *quia*, inquit, *bene placitare ſuper omnia placet.* At Guillimannus *de Rebus Helvet. lib.* 1. *cap.* 9 Aliique à Germanico *plats*, i. *campus*, quòd in campo olim Placita haberentur, vocabuli originem arceſſit. Sed Cafanova iterum ad priorem notationem relapſus, *Placita* ejusmodi Conventus appellari contendit, quòd in iis Leges conderentur eæque promulgarentur hac formulâ, quæ habetur in prologo Legis

gis Salicæ (quam in tribus mallis à Quatuor-Viris conditam esse, certum est, V. in voce *Salica*) *Placuit atque convenit inter Francos &c.* Inprimis tempore primæ Regum in Gallia familiæ, quo in rebus magni momenti populi assensus omnino necessarius erat: Unde in solennibus Inaugurationum Regum suorum ceremoniis, quæstionem haberi ad Populum, *Num velles Regem regnare*; acrespondere Populum consuevisse, *Laudamus, Volumus, Fiat*, legimus. V. Georg. Hornium *cum Notis Pelleri Orb. Imper. pag.* 210.

Plaga, apud Statium *Thebaid. lib.* 11. *vers.* 5.

Componit dextræ victor concussa plagarum
Juppiter. & vultu calumnæ diemque reducit:

spatium est ætheris, Zona cœlestis. Sic Varro *lege Manlia*,

Nos mirantes, quòd ferens lumine
Tonuisse, oculis cæli vimari plagas,

Et Virgilius *lib.* 7.

— in medio dirimit plaga Solis iniqui.

Vise, si placet, Nonium, ut & suo loco, ubi de *Zonis cœlestibus*. Nonius in cœlum & terra translata, in qua *Plaga*, item *Plagia*, oram, æstuarium, vel etiam campum planum denotat, Italis hodieque *Piaggia* vel *Spiaggia*. Servius in *Virgil. Manto 98. quam* Plagiam *dicunt*. Aliàs *plaga*, vulnus est, idemque cum verbere. Virgilius, ubi de tauro pugna superato, *Georgic. lib.* 3.

Multa gemens ingeminiam, plagasq; superbi
Victoris.

Sed ita priorem producitam habet. Apud Judæos celebris olim *plagarum pœna* fuit, qua de ab iis, Evangelii causâ, quinquies affectum esse, refert Paulus 2. Cor. *cap.* 11. *vers.* 24. V. infrà, ubi de *Verberum pœna*.

Plagiarius, is est, qui sine vi, dolo malo, sciens abducit homines liberos & ingenuos, venditique pro servis, aut supprimit: Vel is est, qui alienos servos abducit sine vi & plerumque sine furto, tuguri tantùm ac fugitivos celat. Grammatici, *Ἀνδραποδιστὴς, ὁ λάθρῳ τὸν ἐλεύθερον ἀνθρωπον ἢ δοῦλον, ἄλλῳ πωλῶν ἢ τοῦ δούλου κρύπτων ἢ ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῶν δεσποτῶν*. Dictus an ἀπὸ τῆ πλαγῆς, i. *ab obliquo*, quòd strophis suis obliquis trahat inque servitutem abducat liberum hominem: An, quòd qui hujus criminis convictus esset, lege Flavia, (vel Fabia) *plagio* damnaretur: quæ proin etiam *Plagiaria* dicta est. At apud Athenienses crimen capitale erat, ex lege Xenophonti memorata: *Ἐὰν δέ φωρὰν γένηται ἀνδραποδιστὴς, τὸν θάνατον ὑπομένειν ἐκ τῶν ξυλίνων. Plagiarii manifesti morte luunt.* Scribatur autem adversùs tales, *Ἐπιλοιπαγωγεῖν δίκην*, teste Polluce *lib.* 3. *cap.* 7. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib.* 7. *tit.* 5. Idem apud Hebræos obtinuisse, ex Sacris discimus, V. Exodi *cap.* 21. *vers.* 17. & Deuteronomii *cap.* 24. *vers.* 7. & quidem eo gravius id apud Israëlitas crimen fuit, quòd *Plagiarii* inter eos, si quos ærati essent, illos, ne res patefieret, in alienas regiones aut contrahent, fuque & Populum Dei, quantum in ipsis erat, minuerent, & Israëlitam à vera religione alienarent. Cui peccato obnoxii Josephi fratres, cum Ismaëlitis vendidisse leguntur, in posterum is Genesios *cap.* De Romanis ut aliquid addam, Paulus JC. *ad legem Fabiam cit.* si quis civem Rom. ingenuum, libertinum, servumque alienum celassit, vendidissit, vinxisset, comparavisset: criminis pœnam, in humilioribus metallum aut cruces; in honestioribus, actum damnatis partim bonorum & relegationem. Si servus sciente domino alium servum subtraxisset, vendidisset, celavisset, in ipsum dominum animadversum; si domino nesciente fecisset, ad metallum damnatum fuisse, docet. Postea exasperata pœna, & ob plagium liberi hominis, servus aut libertinus, statim bestiis objecti sunt, ex *L.* Constantini, de qua V. Pitheum *Not. ad. coll. LL. Mosaïc.* manifestique sub Diocletiano quoque ac Justiniano capitalis pœna: quam tamen sensim è consuetudine mitigatam, Leonis Cæs. postea lege firmara, qua sanxit, ne posthac ob plagium mors insligeretur: sed ut, qui alienum servum absque dominis deprehensus esset, eundem ejusdemque pretium & ita duplum domino restitueret &c. Quam in rem V. plura apud Rivetum *Commentar. in Exodum l. cit.* adde Tit. Popmam *de Operis Servor.* ubi in Tabernis, ut alios hominum vilissimos, hujusmodi *Plagiarios servos* habitasse, docet.

Plagiaula, in *Glossis MS. ydrautes, hydraula, fistinester, plagiaula*, apud Salmasium, qui legi vult, *ὑδραύλαι, hydraulæ: Φαλτήριον, plagiaula. Φαῦλος*, enim tibiæ genus, quæ *πλαγίαυλος* dicebatur, unde *πλαγιαύλης* & *φαῦλος γίνεται* idem. Servius Græcorum *πλαγίαυλον* Latinis esse *fascam tibiam* alicubi observat. Idem *curvam tibiam* Virgilio & Symphontacorum tibiam eandem esse, *obliquam* item *tibiam* Plinii, ait, & Midæ Phrygis inventum facit, alii Pani tribuunt. Theocritus,

Ἐκ τοῦ πλαγίαυλου ὁ Πὰν, ἐκ αὐλὸν Ἄθηνη.

Pollux ex loco & apud Lybias primùm factam scribit: *Αὐλὸν δὲ ὠδὴ, πλάγιον, λάρναξ δὲ ὑφ' ἡμῶν πλαγίαυλον δὲ αὐτὸ Λίβυες καλοῦσι*. Unde & *Αὐλοὶ αὐλεῖ* idem, & *λαῦλε, pro tibia* Græcis Latinisque Poëtis. Ovidius *Remedior. lib.* 2.

Ener vant animos tibiæ, tonuique, tyraque.

Sic *Plagiaulus* diversa fuerit à Phrygia tibia, quæ tamen & ipsa quoque curva nonnullis, seu obliqua, & Græcè *λοξὸν*, dicebatur, item *λέπας*, quòd ad orificium cornu repandum additum haberet, similè tubarum *κώδωνι*, ut habet Pollux. Est autem *κώδων* propriè cymbalum, vel parva pollis ex ære nola: unde & tubarum orificia, quâ spiritus emittitur, quòd eam rese ant formam, sensimque sese in exitu dilatantia repandis per ambitum labris periantur, *κώδωνες* quoque appellati. Tibiis itaque Phrygiis, quæ ex buxo aut etiam ex ossibus fiebant, hujusmodi *κώδωνες* ex cornu factiadd ebantur, ad instar tubæ, ut clarius & acutius insonarent, quemadmodum hodieque tibiæ habent, quas Galli *dzibuxias* vocant; cæteræ vero tibiæ his carebant & eà parte similes erant illi generi fistularum, quas *dulces* item appellant. *Plagiaulæ* autem, id est, Lybica tibia, codonem itidem ex cornu habebat; sed incurva erat, Phrygii recta. Quam ob causam, *tibiam*, quam *adunco cornu* insignem Ovidius ait, in sacris Bacchi, de plagiaulo accipi par est. Virgilius,

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Utramque tibiam, plagiaulon & Phrygiam, impiexas in antiquis monumentis videre est, ubi sacra Deum Matris insculpta habentur, & utramque quidem cum colonibus. Pollux, *Καρες δὲ ἐφεῦρον τὰς αὐλοὺς πρώτοι, ὧ ἀδωνιν τὸ ὑφ-ημα ὑφῆ &c.* V. Salmasium *ad Solinum pag.* 121. & suprà voce *Phrinx*, ut & hanc in rem plura apud *Athenæum lib.* 4.

Plagiulæ, in charta sunt, quæ *falia* hodie vocamus, Gall. *fuseilles*. Ita enim Plinius, ubi de charitæ conficiendæ ratione, (*V. supra*) *Sicantur Solo plagulæ & inter se junguntur*. Nempe primò papyrum, quod carpæ inter tunicas habebat multas, disjecebatur in tenues philyras, iis acu sese invicem fepatis, ita ut duo quæque ordine detraherentur. Dein philuræ acu sic separatæ ad modum cratis sternebantur super tabulam sive afferem lignem, madefactem turbidâ Nili aquâ: ea aqua contexebant & conglutinabant *plagulas*, quod *conexere biblos* vocat Lucanus *lib.* 3.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat,

Plagularum namque una staminis, altera subtéminis instar se habebat. *Plagulæ* ita contextæ imponebantur prælo, ut humor exprimeretur; quo expresso Soli, ut magis siccarentur, exponebantur. Siccatæ digerebantur in scapum; qui summum erat philurarum 20. Vossius *de Arte Grammn. lib.* 1. *cap.* 37. Et hic erat legitimus *plagularum* numerus, quas Plinii ætate scapus, quem nos *nonem*, Galli *manum papyri* vocant, continebat. At inferiori ævo denastantibus in singulis scapis pon fositas invenimus: Hinc *charta decadon*, in *Vita* Sylvestri apud Anastasium, pro charæ scapis, quòd plures folliceæ scapus tunc non haberet. In quo, hercò scapus, *plagularum* prima adnotatum præterebat, quo Comite largitionum, sub quo erant Chartariæ quotempore & à quo præparata fuisset illa charta: quemadmodum hodieque charta linteariæ nostræ folient aliquo characterе insigniri, ex quo fieri potest, qui eas confeceerit. Sed hoc discrimine, quòd, licèt in scapum componantur *plagulæ*, non prima tantùm, ut olim, sed omnes characterem eundem ac notam in medio formatam exhibeant, quæ vix apparet & quidem ejusdem cum charta coloris, sic facta est, ut nec scribenti officiat nec legentem impediat: sicum contrà apud Vett. scheda illa prima, quæ protocollon habebat, scribendo prorsus esset inutilis, qua de re suprà, ubi de *Papyro*. In genere autem *Plagula* quodvis linteum texile est, ex stamine & subtemine contstans. Nonius *plagulam* lectuariam, *stndonem* interpretatur. Cujusmodi *plagularum textilium* meminit Livius *l.* 39. *cap.* 6. *Luxuriæ*, inquiens, *peregrina origo ab exercitu asiatico invecta in urbem est, si primum lectos aeratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas & alia textilia, — Romam advexerunt*. Ubi *plagulæ*, auctore Turnebo *Advers lar. lib.* 1. *cap.* 69. vela sunt & textilia, quibus lectícæ & lecti intendebantur, aut involyebantur, ut apud Tranquillum in *Tito*, *Lectica dimotis plagulis*. Budæus vero in *prior. Annotat.* per *plagulas & stragulam*, tapetia seu aulæa intelligit. V. Godefevium *ad Livium l. cit.* Hinc ad Chartas vox translata, V. & Salmasium *ad Vopiscum in Firmo*.

Plana Sylva, *Plaine Seve*, vicus Galliæ, non procul à S. Walario in Planis, *S. Valeri les Plains*, in Normannia, in regione Caletorum Diœcesique Rotomagensi. Sic Orderico *lib.* 10. S. Remigius *de Planis* memoratur, *S. Remy du Plain*, locus in Cenomanis, à *planitie* agri sui haud dubie nominatus, ut loca priora. Magna villa in *Planis*, vulgò *Maineville les Plains*, similiter vicus est, S. Walarico in *Planis* proximus, Hadr. Valesius *Not. Gall.* in voce *S. Walaricus in Planis*.

Planæ, instrumenti fabrilis genus, quarum in intestinis operibus locus, sicut dolabrarum in *alis*. V. suprà ubi de *Intestin. opere*.

Planaria seu *Planasia*, una ex Insulis Fortunatis, circuitu CCC. apud Sebosium, laudatum Salmasio *ad Solinum pag.* 1198. Sic dicta, à specie, quòd *plana* esset. Insularum enim aliæ *altæ* sunt, aliæ *planæ*: Græcè *ὀρεῖαι* vocant, *ἀ πεδιάδες*. Idem *pag.* 96.

Planca, nomen Hyllidis seu prom. Diomedis, vel potiùs rupis, juxta Tragurium, apud Auctorem *Periplus* S. Johannis Tragurienfis, sic dictæ, à superficie ejus *plana*. Festo namque *Planæ*, *tabulæ planæ*. V. Plinium *lib.* 8. *cap.* 43. & Auctores recentiores, Cardu. Freine *Glossar.* laudatos, e quibus *Charta* libertatum urbis Teneræmundæ *cap.* 20. apud Lindanum, *Quicunque per vim famo-*

fœminam violaveris, & *super hoc veritate coram Scabinis convincatur*, *ei collum abscindi*, qui vulgò *nominatur* Planckæ, *debet abscindi*.

Planctus, dilectorum aut agnatorum hominum, magis affici umbras mortuorum, quàm omnibus aliis, licèt fumtuosis officiis, Gentilibus olim creditum. Papinius Statius *lib.* 2. *Sylv.* 6. v. 93.

—— *nec quidà tibi Scitia tantos*
Reffundit cineres, *gremio nec lubricus ossa*
Quàd vallavit unyx, *miseris accepitus umbris*,
Quàm gemitus ——

V. multis locis Ausonii *Parentalia* & *Professores*, nimium quidem ad Gentilium mores & leges facti Poëtæ. Eo fine pectora nudabant, ut illa inter gemitus ac lamenta contunderent. Idem Statius *lib.* 5. *Sylv.* 1. *Epicedio in Etium*, ——

—— *Fitne patres*, & *aperto pectore matres*
Convenient.

In cujusmodi corporum contusionibus mirifica fuit Idolatrarum fluttitia, quam, non bene fecerunt, qui sub prima Ecclesia sunt æmulati. V. hæc de re pluribus Barthium *in Superstitionum Commentario*. Neque verò pectus solùm sed & faciem nonnunquam *plangentes* percutiebant. Idem Poëta *ibid.*

—— *Lividaque genas*, & *credite planctibus ora*
Brachia item lacerabant. Firmicus *de Errore Superstitionum*, *Fundunt pectus*, *lacerant lacertos*, *veterum vulnerum reforant cicatrices*. M. Florus *Declam. X. Mulier*, *qua sanguinantes ad Judices porrigit lacertos*, *quæ fessis laniatos*, *nullis magno dolore cogitur*. Claudianus *de Raptu lib.* 2. *verf.* 248.

—— *planctuque lacertos*
Verberat ——

Statius item *Thebaid. lib.* 12.

—— *manant lacera ora cruentis*
Unguibus & *molles* planctu *crevere lacerti*.

Item *lib.* 2. *Sylv.* 1. *verso* 23.

Tedy Patrum gemitus fuperantem & *brachia matrum*.

Ad quem locum V. *Animadvers. Cafp. Barthii*, plura verò hanc in rem, apud eundem *ad Claudianum d. l.* Factum id autem à Matribus præcipuè, quas veluti Præficas ceteri sequebantur : cujus Præficæ alias dictando & conficiendo luctui conductas fuisse, nostrum sit ex Varrone *de L. L.* Idque tantâ violentiâ, ut pectora contusione planctuque inflammata, mors fuerit nonnunquam consecuta. Idem Barthius *ad Statium*, *Thebaid. lib.* 3. *versu* 126. &c. V. quoque supra ubi de *Luctu*, & *Lugentium* ceremoniis. Propriè verò *Planctus* sonum undarum cautibus illiserum notat. Lucanus *lib.* 6.

Quòd ſtridens ulcifonique feræ, *quòd ſibilat anguis*,
Exprimit & planctus *allifæ cautibus undæ*,
Silvarumque ſonum fractæque vomitrua nubis &c.

Planelli, apud Cencium Camerar. *in Ceremoniali MS.* ubi de proceſſione, in Feſto Purificationis, *cumque veneris* (Papa) *ad portam dictæ Eccleſiæ* (S. Mariæ Maj.) *exuit* planellos & *nudis pedibus vadit cum aliis in proceſſione* : crepidæ sunt, Italis *Pianelle* dictæ, Dominico Macio *in Ethrologico*.

Planella, Inſ. circa Carthaginem, cujus Strabo meminit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 96.

Planeta, adde : Dicta à πλάνη, quòd circum *errans* totum ambiat corpus ; quales eſſe ait Baronius antiquiores veſtes quæ in Eccleſiis aſſervantur ; quæ nempe rotundæ ac per totum clauſæ uno circumjectu totum corpus involvebant & utrumque ſimul brachii ita, ut niſi à lateribus utroq; pariter brachio ſublevari non poſſent. Quare alii *Planetæ* dictas exiſtimarunt, quòd ejus extremina ora hinc inde in brachia ſapulasque rejecta errabunda deluerent. Quam ob cauſam plures eandem veſtem *Caſulam* dixere, elegantiâ quæ ejus ævi propria fuit. Iſidorus *lib.* 19. *cap.* 28. *Caſula eſt cucullus*, à *caſa*, *quòd totum hominem tegat*, *quaſi minor caſa*. Adjicitque Græcè *Planetas* dictas, *quia horis errantibus evaganter*, *ut* & *ſtellæ Planetæ*, *quæ vagæ ſuo errore mundi diſcurrunt*. Ubi pro *horis* legendum *orbi*, monet Ferrarius, id eſt, limbo & extremâ parte. Sic & ſacri Gloſſographi, *Planetam* veſtem laxum interpretantur circa humeros, quæ errantibus oris vagatur. V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. Parte I. lib.* 1. *cap.* 36. & 37. *Item lib.* 3. *cap.* 6 *Parte* ubi formam illiusmodi veſtis Patavii videri, docet : *Paris* quoque *II lib.* 2. *cap.* 7. ubi veſtem hanc vet. ſacrificalem pænulam eſſe, non togam, hæc ſe. breviorem & anguſtiorem, cum Baronio & Jo. Baptiſta Donio, contendit. Etiam verò aliis, quàm Sacerdotibus, adferibit Joh. Diaconus *Vita* Gregorii M. *lib.* 4. *cap.* 83. patricique inter ſeculares veſtes reponit Iſidorus *in Regula cap.* 13. & Caſſianus *de Inſtitvta Cœnob. lib.* 1. *cap.* 7. De *Planeta* E. Pe*riri*, quæ creditur Antiochiâ delata : & in Eccleſia S. Genovefæ Pariſ. olim aſſervata, ſcripſere Hildebertus Cenom. & Hugo Mon. Cluc. in *Vita* Hugonis Abb. *Planetæ cum tintinnabulis*, meminit *Charta* Benedicti VIII. *Oliuulit planetam purpureum optimum aureis iſtis* 12. *ſigna habentibus in circuitu*, apud C. du Freine *Gloſſar. &c.* V. quoque ſupra, *Caſula*.

Planetæ, ſtellæ *erraticæ* multis, Nigidio *Errones* dicti, apud A. Gellium *l.* 14. *c.* 1. quinque antiquis tantum lucre, à Vett. Aſtrologis, in tres ſectas, Chaldaicam, Ægyptiacam & Græcam diviſis, pro Numinibus culti : quod factum, autequam fixæ quoque in Deorum numerum adſciſcerentur, hinc colligitur, quòd cum Sole Lunaque, ſolos eorum ſunt nominibus dignati, qui *Majorum Gentium Dii*, ſeu *Selecti* dicebantur. Dicti Arato *astra errantia*, *Linquuntque ſtellæ*, ut & Propertio *l.* 4. *Eleg.* 1. ac Tullio quoque *de N. D. l.* 1. nunc *quinque ſtellæ vagæ*, nunc *quinq; erraniia ſidera*. V. quoque Hygium *in Poët. Aſtronom.* Jul. Firmicum *l.* 1. c. 4. & Macrobium *Saturnal. l.* 1. ac *in Somn. Scip. c.* 17. ubi ad diſcrimen harum & cœlo infixarum ſtellarum, Solem Lunamque vocat *Lumina*, ut Græci φάῶς, nempe καὶ' ἐξοχὴν, tanquam φωτόφορα μεγάλα, prout vocant LXX. Geneſ. *c.* 1. *v.* 16. Pythagorei, quia Proſerpina eſt Luna, propterea vocitarunt *Canes Proſerpinæ*, ut ait Clemens S. *Strom.* Ægyptiis habebantur velut *Pacò-Deus*, ſive *Elithyes* : Sed Δωδεκαθεὸς habita pro Diis Conſiliariis, ut vetus annotavit Scholiaſtes *in Argonaut. Apollonii l.* 4. In quinque autem hîs primò divinos honores videtur obtinuiſſe Venus, ut Hyginus

Ἔσπερος, ὃν κάλλιστος ἐν ἀστράσι φαίνει φάος,
Heſperus atherio longè pulcherrimus orbe.

Hebræis hæc *plaustrum* tale, ut & Syris אגלא *agala* vocatur, Arab *Egela* non à quatuor rotis, ut volunt, sed quia illud trahunt עֲגָלִים *agalim*, id est, *vituli* seu *boves.* Quod his verbis docet Alcaeus, *Egela*, *plaustrum quod trahunt boves.* Unde vocem hanc Græci interpretes ἅμαξαν constanter reddunt, id est, *plaustrum*, *eas jungunque boves.* Quamvis enim ἅμαξα sumatur latius sæpe, id tamen proprie sonat, ut ἅμαξα mularum *currum.* Vetus aliquis Scholiastes in *Pharmino*, Ζεύξω, *τὸ νῦν βάσω ἢ ἅμαξαν ἄξω*, *ὃ σημαίνει ἐν ἅμαξαν.* Inde dicti *Hamaxobii* Scythæ, qui pro domibus plaustra boum habitant: ὃς ἐκπαλαίοις, quorquot domini sunt ὀὸν βοῶν ἡ ἁμαξῶν μᾶλλον, *boum duorum & plaustrorum*, ita Lucianus in *Scytha.* Budini quoque gens Scythica, si Veteribus credimus, πᾶσαν ἀφ' ὑπάνου ἐπάνω ἁμαξῶν ναὸν βοῶν ὑπὸ νομίων, *quia tectumenta vehi plaustris & bubus aiunt*, apud Steph. ex Parmenione Byzantio. Cuiusmodi *plaustra* Scythica passim Ovidius describit: ut *Trifilium* 3. *Eleg.* 10.

Ducunt Sarmatica barbara plaustra *boves.*

Et *Eleg.* 12.

Strydula Sauromates plaustra *bubulcus agit:*

Et *de Ponto* 1. 4. *Eleg.* 7.

Ipse vides, *onerataferox ut ducat* ζαγὸν
Per mediasitheri plaustra *bubulcus aquas &c.*

Sam. Bochartus *Hieroz. Part. prior. l.* 11. *cap.* 32. V. quoque infrà in voce *Plostellum.*

Plautia Lex, à P. Plautio Tribuno Pl. lata, adjuvante Q. Lutatio Catulo, Cos. cum M. Æmilio Lepido, anno U. C. 675. hæc videtur habuisse capita, *Ut*, *cujus hæc quæstio erit*, *de ejus capite quæratio*, *qui adversus Remp. conjuravisset*, *insidias Senatui fecisset*, *Magistratibus vim attulerit*, *qui cum telo in publico fuerit*, *aut seditionis causa loca superiora occupaverit*, *ædemque ædes facit igni: hui ana ferro aggressus sit*, *decque iis quæsitæ quærito. Itemque de ejus capite quærito*, *qui pollicitus esset de fundo hominibus armatis dejecto dolumalo*, *aut armatis objectis*, *ut indeprofugere*, *causam attulerit: prohibuisse*, *ne præsidium*, *unde depellus possit*, *sibi ferret*, *ipsa capiatur. Ees damnatis aquâ & igni interdicito.* Collegit ea Carolus Sigonius, ex judiciis hac lege factis, quorum memoria exstat apud Suetonium, Salluthium *Orat. c. Ciceron.* Dionem *lib.* 39. Ciceronem. Alios: Addisque ea judicia de vi omnia facta esse, postquam ad Cæsarem Dictatorem, multosque capita Legis de Sicariis & de Majestate, illâ fuisse comprehensa. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l.* 8. *cap.* 27.

Plautilius, locet Albini Imp. memoratur in *Epist.* Marci Imp. quam *Clodii Albini Vitæ* inseruit Jul. Capitolinus: *M. Aurelius Antoninus Præfectis pris falutem. Albino ex familia Ceyonioram, Afro quidem homine*, *sed non multum Afris habenti*, Plautilli *genero*, *duas cohortes*, *alaras regendas dedi &c.*

Viri clari.

Plautius JC. cujus sententiæ aliquot in liberis Jurecons. laudantur. Ad eum *Notas* scripsisse Neratium, apparet *ex leg.* 5. *ff. de serv. pr. rust.* ut & Javolenum, quod ex compilatibus Pandectarum locis apparet maxime ex *lib.* 1. 38. *ff. de verb. sign* quæ nunc titulum præfert: *Scripserant ad Plautium Neratius Priscus quidem libros septem*, *Julius vero Paulus libros octo: quidam etiam adnodum prope innumeris Pandectarum locis plautum sit.* Joh. Calvinus *Lexic. Juridic.*

Plautius, Poëta Comicus, cujus Comœdiæ quòd inscriptæ essent PLAUTI, pro Plautinis plerisque habitæ sint, quum Plautianæ essent. A. Gellius *lib.* 3. *cap.* 3. *In eodem libro Varronis id quoque scriptum est*, Plautium *fuisse quendam Comœdiarum Scriptorem*, *cujus quamlam fabulæ Plauti inscriptæ sunt*, *atcepius quæ Plauti non*, *quum essent non a Plauto Plautinæ*, *sed a Plautio Plautianæ.* Sic *Cæsii* pro *Cæcilii* etiam in prosa Vett. scripserunt, undecum Cœlius quidam Mantuanus, consumtis opibus ac prædiis divendidis, solum sepulturæ locum tribus ulnis latum excepisset, data Virgilio est occasio ludendi in ambiguo vocis *Cæli* eo ænigmate, quo crucem Grammaticis fe fixisse professus est, &c.

Plebani, in Communione Rom. dicuntur *Parœci*, Parochianes, sacerdotes, qui *plebi* præsunt. Italis *Piovani.* Hinc *Plebanatus*, dignitas, vel districtus Curionis. A' *plebe*, quo nomine in eadem communione insigniuntur omnes illi, qui nullum in Clero (ut aiunt) ordinem adepti sunt, iisdem & Laici dicti. Agustio, *Plebet collectio hominum*, item *Ecclesia Baptismalis. Et propria Plebs hominum*, *Plebes Ecclesiarum.* Sed & *diœcesin*, parœciam, districtum Episcopi vel Sacerdotis ipsum vox notat, unde in Concilio Carthagin. V. *can.* 2. *Faustinus* dicitur *Episcopus plebis Potentinæ*, *provinciæ Italiæ.* Item *Ecclesiam parochialem*, Itali Pieve, in *Charta* Angilrami Archiep. Viennensis Tom. *XII. Spicilegii* Acheriani. Imò ipsam Ecclesiam *Cathedralem* atque Episcopalem, in *Charta* Caroli C. pro Ecclesia Parisi, albisque. Decimas tandem Ecclesiasticas, quæ ad *Plebanos*, vel ad *Pelbanas* Ecclesias pertinent, apud Petr. Damianum *lib.* 4. *Epist.* 12. V. quoque supra *Altare*, & plura hanc in rem, apud Cat. du Fresne *Glossar.* & Dominic. Macrum in *Hierolexico.*

Plebeja Cassis, apud Lucanum,

Illic Plebeja comitellus cassida *vultus*,
Ignotus; *& lassi*, *quod terrum Brute senubas*:

est . *quæ insigni cares*, Græce ἀφανῶς : de cujusmodi cassidibus V. supra, voce *Cassis.*

Plebeji, altera & ignobiliior pars Populi Rom. Postquam enim in Tribus ac Curiam Populum divisisset Romulus, ipse postea eundem in Patricios ac *Plebeios* distribuit, horum nomine, *obscurum*, *egenos*, *humiles*, Gr. ἀκρόκλεις, aut ὀχλοκρίνεις *lib.* 2. compluribus indicat. Imitatione Reip. Athenienfis, ubi ex Cecropis instituto præter Eupatridas, & Geomoreos, etiam Δημιουργοὺς, *Opifices*: & ex Solonis consilio præter Pentacosiomedimnos, Equites ac Zeugitas, etiam Thetæ erant, seu Proletarii. Hos itaque, à omni administratione Reip. immunes, quippe qui talium impetiri essent, nec eis propter inopiam vacaret, agros colere, pecoralere, exercere quæstuosa opificia, ne seditiones orirentur, justit Romulus, ut ibi dem Dionysius habet qui & hoc inter utrumque ordinem discrimen fuisse addit, quòd quoties Patricii convocarentur à Regibus, præco quemque suo ac paterno appellarit nomine : *Plebejos* vero ministri quidam cornibus bubulis concinentes in concionem contraxerint. Interim ut utrosque arctiori vinculo colligaret, commenda vit idem Rex Patriciis *Plebejos*, optione cuique è vulgo data, ut, quem vellet, Patronum sibi legeret, qui eidejure reiponderet, absentis non minis ac præsentis curam gereret, faceretque quidquid pro his Parentes solent: Athenienfium iterum Theseus eorumque vestigiis insistens, qua de re diximus abunde supra, in vocibus *Clientes* ac *Patronus.* Exactis postea Regibus, alia divisio Populi instituta, isque in tres ordines, Senatorum, Equestrem, & Popularem distributus est, ut ex Livio patet *lib.* 26. ubi ait : *Contentum Senatûs Equestri ordo est sequutus*, *equestris ordinis Plebs.* Hinc Aufonius,

Martia Roma tripleX, *Equitatu*, Plebe, *Senatu*,

Et tum *ex Plebe* fuerint omnes : nec neque Senatores neque Equites erant : referebantur que in eum censum tum Patricii quoque, qui in Senatum nondum lecti essent, neque Equestrem Censum haberent, tum Equites, qui patrimonium consumsissent, vel quibus propter flagitia equi publici & annulli auri adempti essent. *Plebejos* verò, qui Patriciis opponebatur, si minus haberet C D. ∞. de populo erat : si C D. ∞. haberet, equumque publicum obtinuisset, an nulloque uteretur, quanquam *plebeji* genetis essent, erat tamen Eques : & si ex Equestri Senatum (quod posterioribus annis factum, ut videbimus) Censoribus lectus esset, Senator. Sic itaque, ut Patriciorum, ita & *Plebejorum*, tres erant ordines: Cives Rom. Patricii ac *Plebeji* Senatores; cives Romani Patricii & *Plebeji* Equites cives Romani Patricii & *Plebeji* de *Plebe.* Hi autem ultimi si propter flagitia aliqua à Censoribus notarentur, a rarii fiebant, & in Centuriis tabulis

nobulus compingebantur. Porrò & in spectandis ludis separatas *Plebejis* sedes habuisse, notum: Eosdem, quòd tunicati incederent, *Populum tunicatum* vocavit Horatius; & cum omnes cives Rom. tunicâ uterentur, hic id discriminis observatum est, ut Senatores Equestresque tunicam clavatam. *Plebs* verò rectâm ac linealem gestaret. Color vestium pullus erat, cùm contrà divites, præsertim Senatores, Equites ac Magistratus, candidis togis uterentur: Interim, solennibus privata, aut festum publicitusindictum perageretur, totam Civitatem vestibus incessisse candidis, docet Porphyrio ad illud Horatii *lib. 2. Sat. 2.*

Ille regnata, Natales, aliasq; dierum
Festos albatus celebres,

Imò in ludis Amphitheatralibus Scenicisque idem obtinuisse, innuit Martialis *lib. 4. Epigramm. 2* Nec omittendum, de quo jam alibi, *Vide plin* cum Patriciis connubii communionem nullam primitus fuisse, ut tum lex XII. Tabb. quæ à Dionysio *lib. 10.* recitatur, tum Oratio C. Canulei Trib. Pl. apud Livium *lib. 4. ab initio* testatur. Et ista ficfuere, usque ad annum U.C. 149. quo, Coss. A. Virginio Tricosto Cælimontano, T. Vetusio vel Veturio Gemino Cicurino, bello cum Volscis & Æquis fervente, potentiorum factiones injuriis irritata *Plebs*, auctore Sicinio, ex castris & Urbe in montem sibi vicinum, qui postea *Sacer* dictus fuit, fecessit, neque prius inde revocati potuit, quàm Patres per Legatos ei deligendi tribunos & negotium solutionem obtulissent, eique insuper Tribunatum Pl. item Ædiles Pl. permisissent, quo facto, jubilatâ discordiâ, in urbem *Plebs* rediit, creatique primùm Tribuni Pl. quinque tunt, anno ab U. C. 260. Sp. Cassio Viscellino II. Aul. Posthumio Aurunco II. Coss. V. Dionysium *lib. 6.* Quod factum Comitiis Curiatis, usque ad legem Voleronis latam, quâ *Plebeji* Magistratus Tributis Comitiis legi cœpere. Cæterè autem hi Magistratus auspiciis dicebantur, quòd in Comitiis non capiarentur auspicia, non adhiberentur Augures, Pullarius, quem admodum in Magistratu contentiones, anno U. C. 309. ut constabilirent Patricios ac *Plebejos* communia esse, testè Livio *lib. 4.* V. plura apud Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. passim*, ut & supra in voce *Patricii*. In Atheniensium Rep. The seus, quanquam τῶν πολιτικῶν & ἴσον εἶναι, *Omnibus civibus jus idem esse*, Lege justit, folis tamen ingenuis Nobilibus Sacerdotia, Magistratus & Legum retumque sanctarum ac divinarum interpretationem concessit, ut videre est apud Plut. *in Vita ejus*. Post eum Solon, civibus universis jus dedit, civibusque universis in ordine supra memoratos divisis, Thetis sive Proletariis, nullum Magistratum gerere permisit: ne tamen omnium omnino partium Resp. experteselsent, eos cum cæteris in concione suffragia sua ferre voluit, atque inter Judices allegit, Τὸν ὄχλον συναναπεπλῆχθαι τῷ δήμῳ τὸν τοῦ, *quod quanquam primo loco leve videretur, maximæ tamen auctoritatis fuit, quippe penes illos omnium fere rerum arbitrium erat*, & à Magistratibus ad Judices provocatio dabatur, V. Plut. *in Solone*. Mutavit autem & hoc jus poſt Solonis tempora: Nam cùm difficilimis temporibus, bello adversùs Persas *Plebi* egregiam navasset libertati asserendæ operam, clara tam prosperis successibus, ab ipsisque animum ducens, instigantibus prærcea sedi tiosis Demagogis ac Oratoribus, vivit suo Plesphimate, quod vim Legis obtinuit, sublatum diserimen, quod erat inter Proletarios, cœteros que cives, & nullo discrimine omnes ad Magistratus capessendos admissi sunt, ut Aristoteles habet *Politic. lib. 3. fub fin.* scripsit autem Plesphisma vir gravissimus Aristides τὸν ἅπαντι γε δυνῶ, ubi dominæ bello adversùs Persas Athenienses redierunt, Plut. *in Aristide*. Quo pacto *Plebijus* factum est Magistratum quemlibet capessendi interim tanta fuit ejus modestia, ut Optimatibus volens cesserit ultro, nec Magistratus illos gesserit, penes quos rei summa erat publicæ, Xenoph. *de Rep. Athoniens.* Etiam hoc notandum, Proletarios illos & capite censos, primis temporibus non militasse, ut patet ex Historiarum ope, Auctore Etymol. &c. Hinc Aristoteles *Polit. lib. 5. cap. 3* divit bus, qui militarunt ὅτι πρὸ τοῦ τὸν ἱερομάντον τόπον, opponit *Plebem*: quare cùm terretiri præsio omnes penè, qui militabant divites, à Lacedæmoniis eccsis essent, facile ivit in contrania *Plebs* & immutatus est Resp. ſtatus. Aliquando tamen accidisse ut militaverint, colligitur ex Antiphonte πρὸ Φόνου, sed evocati forte fuere sive pro milite, aut tumultuarii, non sacramento rogati. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 2. tit. 3.* & *lib 8. lit. 1.* ut & *Scipa*. Sed & non nisi argenteis annulis, sicut Senatores Equitesque aureis, servi verò ferreis, usi leguntur. Postquam enim secundo bello Punico Equitesaurum in annulis ufurare cœperunt, peculiare id Ordinis hujus ornamentum imposterum erat, quo à Plebe distinguebantur. Plinius *lib. 33. cap. 2. Annuli assumere alterum ordinem à plebe, sicut tunica ab annulis Senatum unius.* Unde hallucinatur Isidorus, liberis omnibus annulum aureum tribuens, libertinis autem argenteum: Namque *apud antiquos Romanos*, ut habet Dio *lib. 48. nomen de libero, sed nec ingenuo quidem, nullumve annulo uti licebat, nisi Senator esset aut Eques: ὥστε τὸ ἐλευθέρου γένου νομιζόμενον δακτύλιος χρυσοῦς, οὐκὲτ ἐλευθερίου ἀλλ' ἱππικοῦ ἤδη.* Quod ipsum etiam inde claret, quòd Plutarchus narrat, Corruti fervos, cùm herum fuum occidaſſent, *pileoſi* hominis cadaver ad regium vestibule ejus annulum indusse annum, ut Marii satellites, à quibus ille ad necem conquirebatur, alium pro Cornuto exportari ſuſpicarentur. Item, quòd Appianus *Εμφυλ. lib. 2.* refert, Tribunos Pl. ob cædem Clodii tumultuantes, cum armata multitudine irruiſſe in Forum & obvios quosque trucidaſſe, ac præſertim eos ὅσοι τοῖς ἱππικοῖς ἐφαγρίοις ἐκέκοσμηντο δακτύλοις. *Qui veſtium annuliſque aureis ab aliis diſtabant.* Sed nec de argento annulo, quem L. Bertini geſtarint, ut Isidorus aſſirmat, quidquam apud probatæ fidei Scriptores occurrit. *Plebs* potius eo usa videtur: Plinius enim fœminas *plebejas*, compedes ſibi (ita annulos appellat) ex argento feciſſe aſſerit, *lib. 33. cap. 12. Argentum ſuccedit aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas non triſtior vetat.* Quod ſi autem ſequiori ſeculum usu annulus ex argento, quid ni eodem cum à potiori uſurpatos cenſeamus &c. Licèt verò Equeſtris Ordinis inſigne ſic eſſet annulus aureus: interdum tamen factum, ut etiam è *plebe* aliqui eo à Magiſtratibus donarentur. Cic. *3. Verrin. Sæpe noſtri Imperatores ſuperatis hoſtibus, optime Rep. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt:* quod quâ formulâ verborum fieri conſueverit, ibid. mox ſequitur. Hinc legimus in veteri Inſcript. quæ decimo ab Ebora lapide

D. M. S.
C. ANTONIO. C. F. FLA
VINO, VI. VIRO, ILLN.
HAST. LEG. II. AUG. TORQ.
AUR. ET AN. DUPL. OB VIRT.
DONATO, ILLN. VERECUN.
DA. FLAM. PERP. MUN. EBOR.
MATER. P. C.

Poſtea v. ſub Auguſto, & quicum ſequuti Principibus annulorum inſrebreſcente uſu non cum *Plebe* ſolùm, ſed & cum Libertinis Libertiſque aurei annuli uſus communicatus eſt, nec quidquam antiquius habebant ſervi, quàm ſimul ac manumiſſi eſſent, de jure hoc impetrando cogitarent, &c. Quam in rem *V.* quæ accurate congeſſit Joa. Kirchmannus *de Annulis cap. 15. & 16.* ut & quæ ſuprà diximus paſſim, inprimis in voce *Annulus*.

Plebeji Ludi, memorati A. Gellio *lib. 2. cap. 24. Poſtid Senatus conſultum ex Fannia lata eſt, quæ ludi Romanis, item ludis* Plebejis & *Saturnalibus & alibi quibusdam diebus inſingulos dies centenos aris noſtris conceſſi* narrante Asconio Pædiano *in primam Cic. in Verr.* excitia Regibus, pro libertate Plebis inſtituti ſunt, vel etiam pro ejus reconciliatione, poſt feceſſionem in montem Aventinum. Hos Ædiles Plebis edebant, 17. Kal. Novembr. & quidem per tridium, in Circo, ut ex Livio, Varrone veteribus que Faſtis docemur. Atque in his ludis obſervabatur, ut quoties inſtaurarentur, ab Ædilibus ludorum causâ epulum daretur. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 20.* & Alex. ab Alex. *Genial. dierum lib. 6. cap. 19.*

Plebejum Fatum, apud Juvenalem *I. cit.* ſuprà, voce *Delphini* dicitur, de quo plebejæ mulieres Aſtrologos in Circo conſulebant: Nempe crepido vel margo vel pulvinus aut etiam ſeptum è ligno factum, per medii Circi longitudinem porrigebatur, circa quod equi teſtes currebant, Lydus κρατίδα, Latini *Euripum*, item *Spinam* dixere, & *Intermetium*. In hoc Euripo ſeu intermetio, quod erat divium turribus five metis, quibus numeri curriculorum indicaretur, ut & delphinis ad eundem finem factis, mediocres ac de plebe fœminæ, ſpatium utrinque metarum luſtrantes, vites & triviales acè Circo Aſtrologos conſulebant: cùm divitibus reſponſa darent conducti ex Phrygia Augures, inſignes Mathematici & Anſpices, qui publica fulgura condebant, ut *in præcedd.* Satyricus dixit. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 912.*

Plebiſcitum eſt, quod Plebs plebeio Magiſtratu interrogante (veluti Tribuno) conſtituebat: quod factum Comitiis Tributis. *Omnia enim Plebiſcita, omnes rogationes, quibus de Patre ad populum ferebatur* (bellum enim lege Centuriatâ initio ſolebat) *& quibus ſuperioribus temporibus aliquis legibus ſolvebatur, quæcunque id ratione fierit, item quibus per populum Triumphus decernebatur, publicæ quæſtiones conſtituebantur, aut Civitas aliquibus dabatur, Comitiis Tributis ferebantur*, Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 16.* His verò Tributitis rogationibus initio pars tantùm civium, non populus, diſtringebatur. Primi L. Valerius & M. Horatius Conſules, Legem Centuriatis Comitiis tuterunt, ut, quod tributim plebs juſſiſſet, populum teneret, quod factum anno U. C. 304. feceſſione in Aventinum ſecunda. Idem confirmatum anno 367. à Q. Hortenſio Dictatore: Unde *Plebiſcita lege Hortenſia lata nominibus valere, quàm leges, capiſſe ait* Juſtinianus, Anton. Thyſius J. C. *Not. in Gellium loco cit.* Exempla ſiſtimus

di rogationum duo affert Rosinus, de Pace & folvendo legibus. Quòd de pace ad Populum Tributis Comitiis latum fit, docet Livius *lib.* 30. ubi ſcribit, M. Attilium & Q. Minutium Trib. Pl. ad populum tuliſſe, *Vellent jubarentne Senatum decernere, ut cum Carthaginenſibus pax fieret, & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare juberent.* Idem *lib.* 34. Q. Martium Regem & Cattium Labronem Trib. Pl. a. I Plebem tuliſſe refert, *Vellent jubarentne cum Rege Philippo pacem eſſe:* quæ rogatio in Capitolio ad Plebem lata eſt, omnesque V. & XXX. Tribus, uti roga tæ, juſſerunt. Quod ad rogationes attinet, quibus aliquis legibus ſolvebatur, idem ſuperioribus temporibus obſervatum: ætate n. Ciceronis Senatum eam ibi auctoritatem a ripu ſſe, eaque lege Cornelia rogatus eſſet, Rullus Pl. cæteris jubebantur. Quare Pompeianus JC. *ſi. tit. de Orig. Jur.* eos ſcribit *ab hanc cauſam poſſimium creatos fuiſſe.* Joh. Roſinus *lib.* 7. *cap.* 24. Apud Athenienſes, quanquam magna eſſet Senatus Quingentorum auctoritas, non tamen jus faciebat, quod ultra annum vigeret: Sim iliter Senatusconſulta ſeu Plebiſcmata, quæ in concione populi non pro mulgabantur, jus non faciebant, niſi in eum tantùm quo facta erant, annum: Si autem Populi accerſerentur calculis, auctoritas Plebiſmatis non in unum tantum erat annum, Τα δὲ ὑπὸ τὸ δῆμο γινόμενα κύρια ἦσαν χρόνον. Unde non, licebat temerè tabulam, in qua inciſum erat Plebiſcma, revellere ex lege Plutarcho *in Pericle* memorata, Μὴ ἐφέλκειν τὸ πινάκιον, ὃ τὸ ψήφισμα γέγραπται τοῦτο. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib.* 2 tit. 2. de *Senatusconſultis & Plebiſciis*, ut &. ſuprà in voce *Lex.*

Plectilis Corona, apud Plautum *Bach. Act.* 5. *Sc.* 2.

Pro galea ſuaphium, pro inſigni ſit corona plectilis:

à *plectendo* dicta eſt. Cujusmodi coronæ Græcis tunt στέφανοι πλεκτοὶ, Æſchylo ἄνθη πλακτὰ. Homero πλεκτὰ ἀναδήσαν. Propriè autem florales corona *plectilis* dicebantur, id eſt, *morbem formari.* Unde πλέκειν τὸ ἄνθος, *plectere ſeculum* eleganter de Deo Herodotus. Atque ad harum coronarum ſimil tudinem factæ quoque sunt *Zonæ plectiles*, qualis illa, quam ſibi Hippias Sophiſta Perſicis conſimilem fecit, apud Platonem *in eo.* Memibit corone *plectilis* Artemidorus quo que, ubi recenſet *plectilem* ſeu plicatilem lupelſectilem, *linâ, vitâ, ſpartâ, rubecuſâ ſeu velaminâ, canaſtrâ, corbes, calathos, vittas, monilia aurea, torques & coronas, lib.* 4. *cap.* 6. Polluxitem, ubi varia in mundo mulebri πλεκτὰ enarrat, μηκωνίας, συμβίνους, κάλυκας, σφῆρας, σεισάνθεμα, σφενδόνας, ἀνάδεσμα, κάλαμον, χρυσαμίδα, ὑπόγειον, *lib.* 5. *cap.* 16. Sed & Diademata πλεκτὰ fuiſſe, alibi diximus. Ars ipſa πλοκὴ dicta, inter antiquiſſimas mem oratur Platoni *de LL. lib.* 5. V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 1. *cap.* 13. & ſuprà ubi de *Pallii Corona.* Quod ſecentioris ævi Scriptores occurrit vox *plecta* ex Græco facta, de calice duas anſas habente, apud Ugurionem. Aliter vocem uſurpat Jac. de Ceſſolis *de Ludo Scacc. Loricam habuit in corpore, plectas in pectore ferreas ceras in ubiis apud* Henr. Spelmannum in *Gloſſar.* Ubi *plecta* idem quod alias *plata.* V. etiam infrà *Plocamos.*

Plectilis Sella, apud Gregorium M. *in Regiſt. lib.* 10. *Epiſt.* 22. *Cognoſci gloria veſtra mandaſſemus Anthemio Subdiacono, ut aliquas ſellas plectiles nobis dirigere ſtudeat:* Sel a eſt, quæ plicari poteſt, Dom. Macer in *Hieroleuico.*

Plectrum, Græcè πλῆκτρον, pecten eſt, ſive radiolus, quo citharam pulſabant, à verbo πλήσσειν, *i. percutere.* Pulſabant nempe al erâ manu, alterâ premebant nervos certis intervallis. Primus Demopœetus Sicyonius *plectri* officium ad ſolam manum transtulit: quod alii Epigono Ambraciotæ aſcribunt. Sic unguibus & digitorum ſummitate etiam nunc citharæ nervos temperant. Cujusmodi *plectra* ferre, aut ex oricha leo ſive penná modulantur, Sed & digitalia argentea induerunt quorum extrema pennarum muniebantur cuſpidibus. Lyram verò non *plectri* percuſſione, ſed fetarum intentarum attritu tangebant. In Monochordis, uti vulgus vocat, ordine digeſta *plectra* ſubſiliendo reddunt ſonos Addit & deinde plectris corvinarum pennarum cuſpides, ex æreis ſili vy ſtrumenti eleiunt harmoniam & cujusmodi mucronibus *Spinetæ* nomen. In pentachordo Scytnæ exciſula pelle bubula confectas chordas pulſabant *plectro*, quod ex ungula caprinæ opportunum habebatur. Et durat hodieque plectri uſus in Hiſpania, ac Pſalteriis &c. Qua de re V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poëtic. lib.* 3. *cap.* 43. Martialis *lib.* 14. *Epigramm.* 167. cujus tit. *Plectra*,

Fervida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat
Eburnea doctum garrula plectra lyram.

Plegius, apud Guil. Brittonem *Philippidos lib.* 1.

At Duces ſuffciens ſti Regi cautio, miſſis
Obſidibus, plegiis, juramento, recepto &c.

vox eſt citimæ ætatis, & ſide juſſorem notat, Gall. *Plege*; unde *Plegium*, vadim onium. Et *Francum Plegium*, in quo eſſe dicebatur, qui in Decenna erat ſeu decem hominum Collegio, quos ſibi invicem *plegios* ac fideſſuſſores capitales erga Regem, de damno ab eorum quolibet illato refarciendo, olim in Anglia fuiſſe, diximus, voce *Friborga.* Inquiſitio autem, an omnes, qui duodecimum annum attigerunt, & ultrà, in Decenna aliqua eſſent, ut *Plegium* ſuum haberent, bis quotannis à Vicecomite fiebat, ſemel poſt Paſcha & iterum poſt feſtum S. Michaelis. Ad quos conventus omnes convenire tenebantur, niſi ſpeciali privilegio quis eximeretur, quod *quietum eſſe de franco plegio* appellatur in *Monaſtico* Angl. *Tom. I. pag.* 310. Hodie vero datur juramento cujusque qui annum duodecimum implevit &c. V. Bracton. *Tract. de Cor. lib.* 3. *cap.* 10. §. 1. *Fleta* Auctorem *lib.* 2. *cap.* 52. Calcum du Freſne *Gloſſario* jubi multa hanc in rem, Alios.

Plena Luna, hodieque variis gent bus dicitur mulier habitior & pleno vultu inſignis, Γυνὴ εὐφυὴς ὄψιν. Macedonius de Meretricula quadam, cujus plenior habitus in maciem abierat ſenectute, morbo, aliſque cauſis, τῇ κακοσιτίᾳ καὶ τῷ γήρᾳ ἐκπεσούσῃ τὸ εὐσαρκὲς εἶδος. Epigrammate Græco, quod *ſuis ad Solinum Exercitationibus* inſeruit Salmaſius:

Τὴν ποτὲ βακχεύουσαν ὁν εἶδον θηλυτέρεσσιν,
Τὴν χρυσοκεστοφόρον ἀγαυὴν σωματέλην,
Τέρμα γέρων κατέβαινον ἀπαυδήσας. οἱ ἰξθίονται
Οἱ πολὺ τερπόμενοι ἀστέρι τηκεδόνος.
Νῦν μὴν ἀπ' ἀνθρώπων, τὸ δ' ἀκόρεστον ἐκλαθο
Ἐξέλιπεν, πνοῦθι μοχθεῖ γυμνὸν ὀστέον.
Illam quæ olim bachabatur in genere fœminarum,
Aureâ inſignitam ſpatulâ,
Senium habet & morbus immiſis, amatores verò
Qui qu ndam ſuppiſcis occurrebant,
Jam magnopere horrent. Plena enim Luna illa
Defecit, congreſſus cum ampliſſimo nullus ſtat.

Ubi ἀκόρεστον ὀστέον, appellat *bonam & plenam* puellæ *habitudinem*, quam Galli iterum *Embonpoint* vocant, Terentius *bonam naturam*, in Eunucho,

Tamenſi bona eſt natura, redditur curatura ſunceas.

Ubi Donatus *plenam & pinguem* interpretatur, & *junceas*, tenues ac pallidas. *Plenos* certè Latini, de pingubus & craſſis paſſim dicunt,

Turgida, ſi plena eſt, ſi fuſca eſt, nigra videtur,
In gratiis macies crimen habere poteſt.

Sic & *plenum filum*, pro craſſo,

——— *Plenoque velamina filo.*

Et apud Spartianum, *plena barba*, infrà. Inde ergo & *plenilunium* & ἀκόρεστον, bonus & plenus ſive pingvis habitus in puella. V. Salmaſium ad *Solinum p.* 767. ubi de ἀκόρεστον Lapide, ut & infrà in voce *Solenides.*

Plenarius, nomen libri Eccl. in Communione Rom. V. ſuprà *Baſſalis.*

Plenibarbes, Græcis πλατυγένειοι & πλατυγένυες (ut *mallebrhes* in *Gloſſ.* vet. πλατυτίτθιοι) dicti ſunt, qui *plenam* alerent *barbam. Plena* autem *barba* eſſe dicitur, qui ad plenum barbatus eſt, qualem Gr. ἀδρογένειον vocant. ut prima illis barba dicitur ὁ πρωτογένειος. Meminit *plenæ barbæ* Æl. Spartianus in *Hadriano Cæſ.* ubi nullum eum Tribunum, niſi *plenâ barbâ* feciſſe, memorat. Per quæ verba non tantùm annos ſpectaſſe Hadrianum in Tribunis deligendis, ſed etiam fâmæ integritatem, putant nonnulli. Inter quos Caſaubonus, *in faciendo Tribuno*, inquit, *duo præcipuè ſpectaſſe Hadrianus, ætatis maturitatem & fame integritatem. Ad utrumque poſſe referri quod hic de plena barba dicitur. Nam & impudici adolescentes ſtudioſiſſime cum pilis abrui, tum vellelli, depilabantur —— Sed & ſtatura rationem habuiſſe Hadrianum, narrat D. Sidonius.* Salmaſio verò, ut ad ætatem ſolum hæc *plena barba* referatur, placet : ut eos tantùm Tribunos feciſſe Hadrianum exiſtimemus, qui id ætatis eſſent, quæ plenâ barbâ mentum operire conſuevit: Idque aperte indicat Valerianus in quadam ſua Epiſtola, apud Vopiſcum, quâ excuſat ſe, *quòd contra Hadrianni conſtitutionem Tribunum indicrtim fecerit.* Non tamen præcipit Hadrianum in Tribunis faciendis ſemper plenam barbam exegiſſe, ſi ejus ætatis eſſent & prudentiæ, quæ Tribunatui par eſſe poſſet, colligitur ex ſequ. *Aut ejus ætatis quæ prudentiâ & amici Tribunatus robur imploret.* Niſi forte hæc ita intelligenda ſint, ut dicatur Hadrianus nonnem Tribunum feciſſe, ſ niorem *plenibarbe* & multis hinc honorem commiſiſſe ævi matuaris & prudentiæ ſimatis, V. Salmaſium *ad l.* Sed Hadriani hinc legem non d u obtinuiſſe, ex Valeriani Auguſti ad Mulv. Gallicanum *Epiſt.* it. pâtet. Contrà *Plenibarbes*, h. e. eos, qui barbam alerent, averſabantur olim Antiochenſes & Syri, ut docet vet. Juliani *Miſopogon.* Hinc cùm Verus barbam propè barbaricè ſolitus eſſet dimittere, & ab Hadriano omnes fere Romani Imppplenibarbes eſſent, qui tamen molliores erant inter illos, ti in gratiam Antiochenſium barbam poſuere. Dio de Caracallo, Ἐν Ἀλεξάνδρειᾳ δὲ ὢν ἐς γέλωτα πᾶσι ἐφέλκετο, Similiter Heliogabalus, ut idem ſcribit, Ἡλιόβαλος ὅτι ἐν τῷ ἄστει γυναικίζετο. Quibus tamen contrarius Macrinus, cùm iever tatis famam affectaret alterque Marcus haberi vellet, in oculis Antiochenſium χαίνειν ἔσχον, uti legimus apud Herodianum &c. Plura V. ſuprà, ubi de *Barba.*

Plenis

Plenilunium. Nuptiali celebritati aptissimum olim habitum, non vero delirum aut incipiens Luna, sive cùm *in damno* erat aut *incremento*, ut loquitur S. Valerianus *Serm. de Disciplina*: Eodem & Græci nundinas fuas celebrabant, frequentabantque publicos conscessus, ut constat ex Scholiaste Toucydidis *l.1. sub fin. ubi de fuga Pericilis & querela Megarenfium*. Nuptias autem tunc potissimum curabant, sive *quòd inde boni ominis nomihil ex plena Luna facie auspicarentur* : *ut, frequenti jam & ad vota referta civitate in conspectu ample multitudinis, celebriores nobiliorefque haberentur nuptiæ*. Quam consuetudinem abunde probant Menander Anaxandrideque Comici, Hephæstion, Demetrius Phalereus, laudati a Bern. Martino *Var. Lect. lib. 1. cap. 14.* qui plus addi posset, Pindarus *in Isthmis* & Euripides *in Iphigenia, in Aulide*, ubi Agamemnon interrogatus, quando velict filiæ fuæ celebrari nuptias, sicut Clytemnestræ reipondit,

Ὅταν σελάνης ἐστρὸς ἑπτάκις κύκλῳ.

Quando Lunæ feriatuum vehentis circulus.

V. Thom. Dempsterum in Rosinum *lib. 5. cap. 37.* & supra in voce *Luna*.

Plenum, in coloribus, idem quod *adstrictum, amarum, austerum, meracum, pressum, saturum*, trifle & c. quas voces vide hic passim. In Tefferis, latus illud, quod fex punctis habebat, fic dictum legimus : uti contrà *vacuum* illud, in quo unitas tantùm erat notata, vel unicum punctum. Unde in parœmia Gr. *ὁ τέλειος τῶν ἀσσῶν*, quam quidam imperitè verterunt, *aut ter fex aut tres tali*, cùm debuiffent, *aut ter fex aut tria punctla* : *τρὶς ἑξάσσαι*, seu *tria punctla*, fiunt tria latera tefferarum vacua, quæ tota tria latera tria tantùm punctla exhibent ; at *τρὶς ἑξ ἀσσοὶ, ter fex punctla*, funt tria latera *plena* in tribus tefferis, quæ ter fex unionesoffendunt. Hefychius, *Οἱον πάντα ἓν ἀντὶ τοῦ ἑνὸς βάλῃ*. *ὁ ἑνὸς ἢ ἀστράγαλος τρὶς ἓξ*, ubi *ἓν unionem* fignificat, *τὸ μονάδα*. Hunc *κενὸν βόλον* vocabant *jactum vacuum* ; cui contrarius erat *ἓξ, quem πλῆρη, plenum* dicebant. Corrupte tamen hodie apud Hefychium excufum eft, *ὁ κενὸς ἢ ἀπλοκύμων ἢ τὸν ἓξε* &c. Ad meliorem proverbii hujus intelligentiam, obfervant eruditi ex Zenobio, antiquos e tribus tefferis ufos effe, hic autem id colligit ex proverbio illo antiquo, in quo explicando dicit, *τρὶς ἑξ ἀσσοὺς* victori affignari, *τρὶς ἀσσοὺς* victo. Et notat idem in voce *κύβος* homonymiam effe : Namq; & tefferam ea Græcis fignificabat & tefferæ punctum feu unionem. *Τρὶς ἀσσοὺς* itaque in verbis illis non funt tres tefferæ, fed tres uniones, fex tria punctla : *τρὶς ἑξ ἀσσοὺς*, ter fex punctla vel ter fex uniones, ut diximus, quæ qui in tefferarum jactu adferebat, felicissimè jceeratnec enim plus poterat afferre, ideoque facilè is vincebat omnes & omnia auferebat in lusu, quem *πλοκοκύβειαν* & *κυβοκλοπίαν* quæ de nomine punctum attributifle dicebat victor, at cui tria tantùm punctla ceciderunt, infelicissimum jactum faciebat certiffimeque perdebat, non erat enim qui poffet inferius punctum adducere, &c. V. hanc in rem plura, apud Salmafium *ad Vopiscum in Proculo*.

Plerumi & *Plerosimi*, Numeri militares, qui facræmentum fuum *πλήρως* feu *complent*, ut eft apud Scholiaftem juliani Anteccefforis. V. Jac. Gothofredum *ad Leg. 1. Cod. Theod. de Domestic.*

Plesthrum, Græcè *πλῆθρον*, fexta pars ftadii, i. jugeri pars dimidia, Latinis *actus quadratus*, Bæticis *arapennis*, V. supra. Hinc *συμπλεθρίζειν, explethrizare*, execrationis genus, cùm in plethro quis prorsum retrorsumque viciffim, idque fæpe in utramque partem, fine flexu curfitans, unoquoque curfu breve quidiam de fpatio demebat, donec in fine illius in medio ftetiffet, apud Aveniannum *lib. 1., Fen. 3. doc. 2. cap. 2.* & Galenum *de inæqua Valet. cap. 10.*

Plezzka, feu *Plezza*, caftrum Germaniæ in ditione Anhaltina, cum tit. Principatus fub proprio Principe, ex Familia Anhaltina. Condidit rami hujus fuit Auguftus, ex filia Joachimi Ernefti, & ad fummam ætatem vitam produxit, mortuus A. C. 1673. Superfuere ex Sibylla Solmenfi (fil. Johannis Georgii Com. quæ A. C. 1618. ducta A. C. 1659. obiit) præter filias Johannam, Sophiam, Elifabetham A. C. 1618. 1627. 1630. genitas, filii Ernestus Gottlieb, Lebrecht, Immanuel, in fuccem editi A. C. 1652. 62. 31. Quorum ille brevi Patria fata fequitus eft, ifte Principes cordatiffimus Confiliarii tum fuceffit & Cæthenam eidem tranftulit, fed fine prole ex Sophia Eleonora Uriola (fil. Henrici Volrathi Com. Stolbergii) mortuus eft A. C. 1669. Hic, Colonellus Suecicus, dein Candiam etiam adversùs Turcas cumalias defendit : redux inde mundo valedixit A. C. 1670. gravidâ relictâ vidua Anna Eleonorâ (fil. Henrici Com. Stolbergii) quæ enixa eft A. C. 1671. Emanuelem Lebrechtum, folum rami hujus hæredem, V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogæ Genealog. Editor. in Fam. Ascanio-Anhaltina*, & in *Theatr. Nobil. Europ. Tom. 2. p. 57.*

Pleuron, filius Ætoli, Jovis & Callydonis, à quibus nominatæ Ætoliæ paternæ urbes; *Pleuron* & *Calydon*, uti docet Apollodorus *lib. 1.* Uterus quæ mater Pleuronea fuit, Pharbi filia. Ipfe verò *Pleuron* Agenorem genuit, cujus fil. Parthaon avus erat Tydei. Monumentum ejus Heroicum memorat Pauſanias *lib. 3.*

Pleuron, opp. adde : *Martia* dicitur eidem Statio *Thebaid. lib. 8. verſu 727.* quia Mars ibi cultus olim & poſteri ejus regioni vicinæ dominati ſunt. Subdita Aracynthe, Acarnaniæ nobili monti, celebris olim & potens. Veterem & recentem Strabonis ævo iſtam illi ſuccedentem, hoc nomine urbes, commemorat, *lib. 10.*

Plexiles Veſtes V. ſupra *Lana*.

Plicatilis Corona, V. ſupra *Plectilis*.

Plichader, Græcis *Πληχάδες*, dicitur totum id, quod inter ferotum & collum veſicæ patet ; quæ ſummia pars eſt aperturæ femorum cruruuque. Poilux, *ὃν μὲν ὑμενῶδη ἀνατείνοντα τὸν ὄρχιν πληχάδα καλοῦ*, à verbo *πλήσσω*, quod eſt crura aperire ac divaricare. Unde *πλῆξ, ὁ βάρης, greſſus*, & *πλῆκτρα, μηρῶν διαβάσεις, femorum diductio*. Strachis apud Pollucem,

ὃν ὑπάγκωνα

Πεχὴν καλοῦσιν ἄκρως περιπεπλεγμένα.

ſiliola

Circa pelvim omnes vaſtius ſtabant.

h. e. *Διχηχυῖαι ὃν ἐκεῖνα*, ut idem exponit. Inde *ἀμφιπλῆξ, varitus*, apud Sophoclem de Dracontibus,

ἀμφὶ κώνειον πλῆξιν ἕλικες &c.

Itaque *πλῆκται*, apud Pollucem reponit Claud. us Salmaſius omnesque codices vitioſos judicat, qui *πλόκτων* præferunt. Inde *ἀπεπλῆξθαι* Ariſtophani, *fugere, conſtatcauſa vel ingenti gradu*, quod Theophraſtus dixit, *Διδράσκει φύγην*, h. e. *Διδράσκοντα ἐκεῖνα, Διπλῆξαντα*, varicatim, *cruribus aufugere*. Ut ille apud Ovidium,

—— ingenti varicatis gradibus fugam

V. Salmaſium *ad Solinum pag. 946.*

Plinibion five *Lacunar*, ad horas inveniendas, à Scopa Syracuſio factum primitus eſt. Vitruvius *l. 9. c. 9.* ubi de variis Horologiorum formis ac inventoribus, *Arachnen Eudoxus Aſtrologus: nonnulli dicunt Apollonium. Plinibion ſive Lacunar, quod etiam in Circo Flaminio eſt poſitum, Scopas Syracuſius : πρὸς ὃν ἰσημερινὸν Parmenion : πρὸς πὰν κλῖμα, Theodoſius & Andreas*. Ubi *Plinthi*. on illud in Circo Flaminio Romæ poſitum fuiſſe, obſervat. Horologium enim è Sicilia Romam primùm deportatum eſt, eodemque pene tempore id inventum Sicilia vidit & Roma, Salmaſius *ad Solinum p. 636.*

Ploasmel, caſtrum Galliæ, memoratum in Lit. Eugenii Pontif. datis A.C. 1145. *In Epiſcopatu Aletenſi Eccleſiam S. Martini de caſtello Coſcelini & caſtrum Ploasmel*, vulgò *Ploermel* nuncupatur. V. Hadrian. Valeſium *Not. Galliæ*, in voce *Caſtrum Goscelini*.

Plocamos, Græcè *πλόκαμος*, plecta ſeriave capillorum eſt, nam & *πλόκος* eſt *funiculus*, *ὡσὶ ἕπλοκον*. Hefychius, *πλοκτὸ, σειρὰς* etiam *plectas* infimæ ætatis Auctores dicere. *Πλοκάμους* tamen Græci Grammatici longè aliter exponunt, de globis ſc. nodiſique crinium in vicem implexis & intortis, quos & *θερσίτους* vocabant. Hefychius, *Πλόκαμοι, κρόκοι παρὰ τραγικοῖς πεπλεγμένοι, Nodi ſunt crinium implexi & calamitho intorti*, atq; in unum corymbium congeſtæ comæ ; quidquid n in nodum extuberat, *κρόκολον* Græci vocant, V. ſupra in voce *Nodus*, & infrà in *Stropus*. Unde & Poëtæ fumi convolutiones, *πλοκαμίσμους* appellant. Pollux, *πλόκαμοι, πλοκωμίαι, ἀφ' ὧν καὶ τὸ ὀρχεῖσθαι, πλέκειν ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ πλοκὰς πλέκεσθαι*. Interim nihil prohibet & ſpiras ſertasque plexas crinium ac convoluras ita vocari. *Ἐπικλοκὰς*, omnem ornatum capitis muliebris ſignificat, qui in complicandis & flectendis capillis conſiſtit : Aliud enim *ὀλόκληρον κόμης*, aliud *πεπλεγμένον*. Artemidorus, *Πλόκος ἢ γυναικὶ μόνοις συμβέβηκε, ἢ διὰ ὧν ἴδιά ἐστιν ἔχοντι. Plecta ſolis mulieribus conveniunt, & virisiis, quibus id in more poſitum*. Unde mulierum crines *πλοκάδες* Theocritus appellat, & *πλόκοι*, idem quod *πλοκωμίαι*, proprie de crine muliebri. Idem & *βόστρυχοι*, Hefychius, *δέσεις καὶ πλοκωμοί*. Ita vocabantur, quod *multas flexus & ſpiras haberet*. Idem *βοτρυοκόθη, πλοκωμιαστή*. Qui in botryonem unum vel corymbium collectus eſſet, *βότρυν* appellavere. Agathias in *Epigr.*

ἢ τὸ πόσυτον,

Πλόξε, ἢ ὑπτιάζετε δέρην ἐπὶ ῥάχει.

V. ſupra *Botrunator* &c. Idem conendi genus etiam *Σκαπτάλιον* dixere, de qua voce infra dicemus. Sic Clemens *in Cannibius, cùm ἐξεύρει σου τρίβων τὰς τριχὰς ἢ κτενὶς ἢ ἢ, ἢ σκαπτάλιον, ἢ δάκτυλος ἢ μισεδανὸς τὸν τρίβωνα*. Ubi tres modos tangit comendæ comæ, primum quo crinis colligebatur & in unum five nodum five corymbium conſtringebatur, dictum *Σκαπτάλιον* ; alterum, quo capillus effuſus absque nodo & ligatura per humeros ſpargebatur, cui ornatui *Ἀνάχυσις* nomen erat ; Tertium, quo coma divifa in ala diſcriminata ſervabatur, non implexa & inflexa, ut in ſparalio ; nec effuſa, ut in apochymate : quem crinium *ἀναχυσμὸν* & *μεμεδανισμὸν* Græci vocant, ac *τὸ κτενοτριμμὸν* opponunt. V. plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum p. 761.* & ſeqq. A. quo Strabonem, ubi de Ægypti rebus, *Πλόκινα* feu *Δικαιόκινα*, dicta ſunt navigia Nili è papyro texta. *Papyraceæ naves*, Plinius vocat, V. ſupra in hac voce.

Plœma, adde : Cùm enim Joannes frater Fridrici II. Daniæ Regis, Dux Holſatiæ, & Sonderburgicæ lineæ conditor, in ſlefvicenſi Ducatu quædam nactus, numeroſam ſuſcepiſſet ſobolem, filiorum ejus uniinimus natu Joachimus Ernefius *Plœmenſis* ſeu Arnſpeckii rami auctor extitit, de cujus in Oldenburgicum

Comitatum iure aliquid postea dicemus. Natus is A. C. 1595. ex Agnete Hedvige Anhaltina, Dorotheam Augustam Holstram (Johannis Adolfi Ducis Holsatiæ fil.) sibi junxit, A. C. 1633. at quæ ex ea genuit Joannem Adolfum 1634. Augustum 1635. Ernestilinam 1636. Joah. Ernestum 1637. Georg. Bernardum, A. C. 1639. Agnetem Hedvigem A. C. 1640. Carolum Henricum A. C 1642. & Sophiam Eleonoram A. C. 1644. è quibus Carolus Henricus obiit A. C. 1655. & Sophia Eleonora nupta est Wolfgango Julio Com. Hohenloico. Joannes verò Adolfus, in Italia, Belgio, Hungaria, fortitudinis militaris documenta edidit, domus Brunsuicensis Campi Martelicus exercitiorum Adolfinum A. C. 1674. nec non sequenti Treviresiu expugnationi atque Crequi Marescalli cladi interfuit, victoriæ præcipuum instrumentum, postea Daniceæ militiæ præfectus, uxorem sibi fociavit, poti Luisam Amœnam patruelem, Dorotheam Sophiam Brunsuicensem. Augustus, à juventute militiam sectatus, Magdeburgo præfectus est ab Electore Brandeburgico & Generalis exercitus parem in Allati eodem annoduxit: pater ex Elisabetha Carola Anhaltina Joachimum Fridericum Christianum Carolī & filiarum. Joahimus Ernestus, Hidanorum miles, prælio ad Seneffam à Gallis captus eod. m anno 1674. ad Romanas partes tranliit. Georgius tandem Bernardus, Batavis operā addictā, cum Rabenhaupio, Groningam masculè defendit, inde Daniæ Regi in expeditione comes fuit & haud pridem mortuus est. Phil. Jacobus Spenerus *Sylloge Genealog. Hilfur. in Familia Oldenburgo Danica.* Cuncti sunt Joachimus Ernestus, Conditor cum supervixisset Antonio Gunthero Oldenburgicorum Comitum ultimo, gradu ei quā reliqui competitores propior, Daniæ Regi, qui eum Holsatiæ Goto fientis protapiæ Principe hæreditatem divisoratia ut Regi Oldenburgum, Duci Delmenhorstum cederet, controverliam movit: Reductum jura & firmatam tibi à Cæsaribus, Maximiliano II. A. C. 1570. Ferdinando III. A. 1642 & Leopoldo A. C. 1664. succesii mis ipsem comme moranis. Idtum additatem inculabat, qui deficiente in tibi legibus aliquo majorum hæredi atem, in fide vertisset. Illis pacta cum defunto Comite inita A. C. 1649 ipsius Imperatoris adprobata legitimum tibur adepta, & Comitatus olim, ut vocant, *allodiales* Anno demum 1531. à Carolo V. Antonio Oldenburgico *in tuendum oblatos* regerentibus, qualibus etiam agnatos arceri longo usu receptum fit. Obtulere tamen, qualibus iitium moras molestiasque redimerent, spreta à Duce, fecundum quem, se dedi ad Cæsaris aulam, lis data est. Eidem postea cum Rege convenit, conditionibus non minus forte pacificentibus quām V. Tob. Pfannerum *de Præcipuis Germaniæ Principum Gentibus cap.* 11. *de Gente Holsat.*

Pioratorium, in *Vita B. Colletæ* 6. *Martii*, apud Dominic. Macrum in *Hierolexico* ſudatiolum eſt, ad lacrymas tergendas.

Plosſellum, in Talmudico *Tractatu de Sabbatho cap.* 5. *in Miſna*, *Arieæ* (de *Sabbathi*) *non egrediuntur cum* ploſtello *jubcauda ſua*, & *ibidem in Gemara*, *Non egrediuntur arietes cum* ploſtello, *ne caudam ſuam infectiam*: Deſinitur in *Gloſſa ad eum tot. parva rhetia quam candæ* (ovium arietum quæ) *ſuppoſunt*, *quia caput caudæ illorum arietum eſt latum inſtar agnicuſi*: *neque habet oſſa ſed pinguedinem & deſiccatem & graviatem*; & *cum humum verrit*, *lacerantur ac corrumpuntur*. Proinde ploſtil illum *ipſis aptant*, *quod poſt eos verſitur*, *cim ambulant & cauda illis alligatur*. Nempe in Syria Ægypto Arabiaque oves iunt habentes *tas ἀλίας μεγάλας*, *τρυπώσιν ἐπὶ τὸν ἀσκὸν τῆς πυέτης*, *ἵνα μὴ ἐν τῷ ἐρχεσθαι ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἀναπηδῶσιν αἱ ἀλίαι τοῦ ἀσκοῦ*, *καὶ ἐκχυθῇ τὸ ὕδωρ*, *longas caudas*, *tenuis*, *tallibus non minores* *quas trahere ſe permittevem*, *ulcera contrahebant*, *dum caudæ ad terram attererentur*, *ἀπὸ τοῦ ἕλκους ἐπιφύεται ἰὸς* (ſuccus) *ἐν τῇ γῇ*, *ἀμφιβίβασ τὸ σαρκίδιον*, *ὑποῤῥέον αὐτὰς τῷ ὕδατι*, *ἵνα ἐφέλκυσιν τὸν ἰὸν καὶ ἀμφιβίβασ ἐκάστην κατὰ μικρὸν*. *Unusquisque paſtorum hallenus aries fabrili doctus eſt*, *ut* ploſtella *faciant*, *qua illarum caudis ſubligiem* *ſingulas ovium caudas ſingulis* ploſtellis *devinciemes*, uti habet Herodotus *lib.* 3. *cap.* 113. V. quoque Ælianum *de ſiſſor. animal. lib.* 10. *cap.* 4. & quæ ſuprà ex Bochiro annotavimus, de *Ovium cauda*.

Plosſellum Pœnicum, apud Varronem *de Re Ruſt. lib.* 1. *cap.* 52. tanquam à *Panis* inventum, qui ex Chananæa venerant, plauſtrum erat rotis inſtructum, quo ad triturandum olim in Hiſpania citeriore alibique utebantur. Factum id fuit ex aſſibus ſecaſſeribus dentatis, cum orbiculis, i. rotulis, ut idem addit, in eo autem ſedit aliquis, atque agitavit, quæ trahebant jumenta. Meminit eorundem Hieronymus in *Eſaiam cap.* 25. *Sunt carpenta ferrata*, *rotis per medium in ferrarum modum* *volventibus* ; *quæ ſtipulam conterunt & comminunt in paleas*. Et *cap.* 28. *Quæ* (plauſtrorum rotæ) *in ferrarum ſimilitudinem ferrea circumagantur & trahuntur ſuper demeſſas ſegetes*. Item, *Triticum*, *de quo efficitur panis*, *rotis ferreis teritur & omnis ejus ſtipula* *communitur in paleas*. Sic Cyrillus in *Eſaiam cap.* 45. poſtquam in Ægypto triticum dixit boum unguibus triturari, *Αἱδὲ*, *αἱ ἁμάξαις χρώμενοι τὰ σφῶν πατοῦσιν αὖθ ὑπὸ τοὺς ἁμαξικοὺς τροχοὺς*, *Plauſtris & rotis ferratis utentes id ipſum præſtant*. Ab Eſaia namque ſæpe ad hujusmodi plauſtra alluſum eſt, ſi Interpretes ſequimur. Ita enim habet Græca Editio, Eſaiæ *cap.* 25. *vers.* 10. *Καταπατηθήσεται ὁ Μωαβίτης*, *ὃν τρόπον πατεῖται ἄλυσσα ἐν ἁμάξῃ σπείρῃ*. Et Romana, *Triturabitur Moab ſub eo ſicut triturtur paleæ in plauſtro*. Et Eſaiæ *cap.* 28. *vers* 27. *Οὐδὲ τροχὸς ἁμάξης περιάξει ἐπὶ τὸ κύμινον*, ubi Romana, *Neque rota plauſtri ſuper cuminum circumibit*. Et de pane, *vers.* 28. *Neque tevabis eum rota plauſtri*. Et Eſaiæ *cap.* 41. *vers.* 15. *Ἐκτρίψεις σε*, *καὶ τροχὸς ἁμάξης ἀλωήσει σε*. Et Vulgata, *Ego poſui te*, *quaſi plauſtrum triturans*. Neque multo aliter Syra ac Arabica. Sed, utut omnes hoc locos, qui citati ſunt, præſtare difficile fit, certum tamen eſt de his plauſtris agi, *cap.* 28. *verſe* 27. & 28. Et quidem, cum grana quævis baculo ovium excuterentur, uti conſtat ex Judicum *cap.* 6. *verſe* 11. & Ruthæ *cap.* 2. *verſe* 17. atate Eſaiæ jam diſtinctio hæc in uſu fuit, ut debiliora ſemina baculo more prisco excuterentur, *panis* vero, id eſt, triticum, rotā plauſtri contereretur. Ita enim Et *ad. Nam non tribulā triturantur melanthium*, *aut rota plauſtri ſuper cyminum verſatur*, *ſed baculo excutitur melanthium*, & *cyminum virga. Panis vero comminuitur quia non in perpetuum pergit triturare ipſum*, *nihilquiſe rota plauſtri ſui*, *equitibus ſuis non comminuit ipſum* &c. Sanct. Bonchartum *Hieroz. Part. pr. L. II. c.* 31. Quomodo verò ab hoc *Voſſello* differat illud tribuli genus, quod *ἀμάξιον* Græci, hæc *priſmium inſtrumentum*, Hebræi] ורח *morag*, appellaverunt, ut videre eſt Eſaiæ *cap.* 41. *verſu* 15. dictum infra ubi de *Tribulo*.

Ploræ Murænæ, Græcè *πλωτὴ* antiquitus, poſtea *ἐχενηΐς*, Lat. *Echeneis*, ex edentularum genere ſuere, & ex Sicilo gaugite, ad cujus jubitantiæ optimæ, Procetum Rom. vivatis inſtar natum Matrobius, ad *exercitationem nunquam ad ſpectacula nobis ad usque freti Sicilo*, *illic enim optima eſt exercitatio*, *tam herculeis quam anguillæ*, & *ut æque ex illo loco Græcè πλωτὴ vocantur*, *Latine piſtatæ*, *quod in ſummo ſuperenantes æquore* *Solo terreſtri* *ſe*, *cur vare ſe poſſe & in æquum mergere deſinunt*, *æquæ ita facile captu ſunt*. Vtæ vitium nemipe imbecillitate, ubi eatem Sole torreiceretur, peſsim redire amplius non poſſunt, nec fundum arenis repetere, ſed in lumine mari, velut examines, ferantur. Qui de causa & *ἐφημερίους* poſtmodum Græci dixere, quam vocem Latinum fecit Caſſiodorus; mox laudandus. *Ἐφήμερος* enim dicuntur, qui oram ſolvunt & aliam capeſſant, ut navigenti ſicut *ἐφημέριοι* naves, quæ ſtant in portu. Eadem ratione *πλωτὴ* &c. V. plura ſupra, ubi de *Murænis*, nec non voce *Myrus*. Ita autem Caſſiodori locus habet: *Exorniſſimo quoque inter pices regium genus*, *compar muranis corpore*, *colore aſſimilans*, *natibus ſuvis*, *colubrea delica. tudine predilum*, *oleoſa ſuavi ſaporis coagulatum*, *appetibilis gratiæ pinguedo*, *cum ſpumis ſuis humore ſuo in ſuavis confinia capitis emanare*, *nuſi tas cubilia tedire*, *qua deſerit crebo aqui humetur reverſionis*, *aut terre inclinatione ſummâ mollitus nequit undis elevanibus contraria obluctatione demergere*: *ſtrur velut corpus examine*, *nullis nibus periculum*, *nulla arte deviteus & hinc viribus deſtitutus*, *pedire non creditur*, *quia nec fugere poſſe ſenitur*. *Hic plane tanta dulcedinis eſſe dignoſcitur*, *ut ei nemo piſcium comparetur* &c.

Plus, Feſto qui plura ſunt pedibus, *ei πλείονας* ὀφθαλμοὺς *habent*. Unde apud Tertull. *ad Nationes* Salmaſius *Plautinos concha* legi jubet, pro *lautiores* &c. ubi de plauſtrum vellere, aliqui intelligi voce hac pinnas *πλατυτέρων*, quales ſunt omnes mar. arthropodæ cum chæ & quæ diptychæ ſunt, latius enim patent. *Plotus* autem & *Plautus* Latinè idem, quod *πλατὺς* & ex Græco venit. Nam Æolles *πλοῦς* dicebant, ut *βῶρις*, pro *βοαχύτητι* de Latinum, *plotus*, quod & *plautus* dicebatur, ut *ἀχάμπλωρ*, *ater* *chalcum*, *clodo & clando*, *cotes* & *cautes*. Feſto certè *plauti canes*, *quorum aures languida ſunt & flaccida*, & *latius videntur patere*. Ita *lorus*, *plautis* ariubus, *gracili corpore*, de canibus. *Plotus* etiam eidem Feſto, &c. At dimidiatæ ſoleæ, quæ *ſemiplotia* dicebantur, nonab *plotis* pedibus, aut quò planius pedes ponerentur, appellatæ, ſed à *ſemiplotia*, ſimplicitate, quæ Gr. *ἁπλότης*. Nam *ploſia* ſunt *βλαύτια* & *ſemiploſia ἡμιβλαύτια*. Hujusmodi autem *plautiores* & patentiores conchas, de quibus *I. c. πλατὺ* Græci vocant. Iſidorus, *Concharum diverſa ſunt genera*, *inter quas & margaritiferæ*, *quæ & cetæ dicuntur*, *quia in eis preſſus calculus ſolidatur* : Quali ſit, à cœlo hauriant rorem illum, qui conſtrictus & coagulatus pretioſam calculum format. Sed ratio etymi falſa & inepta, ita nanq; dicebantur omnes plautiores & latiores conchæ. Gaicnus in *Λεξικῷ χρήσιμῷ τῶν πλατυτέρων τοῦ κόχλου καὶ μείζονα*. Erotianus, *χρῆσιμὸν τὸν κόχλον τὸ πλατὺ καὶ μέγα*. Salmaſius *Not. ad Tertull. l.* V. quoque ſupra, ubi egimus de voce *Plauſtrum*, & hic in *Plosum*.

Plotius Grippus, nomen Romani illuſtris Viri, ad quem erat Papinii Stati *Silius Suur. l.* 4. *Sylv.* 9. ubi *Animadv.* Barthii vide.

Plotum, in vet. Gloſſ. *quod habet duas rotas*, aratrum; cujusmodi fuit, quod Galli *plaurati* aut *plaumorati* vocabant, ut auctor eſt Plinius *lib.* 18. *cap.* 18. Car. Dufrene *Gloſſar.*

Plosimum, Italis Transpadanis, *plom*, dicebatur capſum: Unde Catullus, *Gingiva ploximi* habet, Origine Græcâ à *πλῆθ* enim *πλῆθω*, unde *πόθος*, *τροφίμος* & *πλῆμος* autem *plotimus* fecere Latini. Et quidem *πλῆκτρον* ejusmodi carrorum & ciſtorum capſum Græci vocant. Heſychius, Euſtathius, Alii, qui & *ῥάμνα*. *Τετράτροχον* quoque Homerus, quod interpretantur Grammatici *τετράκυκλον* & *τετράκυκλον ἁπλοῦν*, *Strpras* Latini aliàs Ovid.

——— *Et inpetuoſior ſeptas lata ſolet.*

Ubi malè in vulgatis, *ſeripas* & V. ſupra *Caſſi.*

Plauta,

Pluma, in avibus aliud, aliud penna. Fridericus II. Imp. de *Arte Venandi lib.* 1. *cap.* 45. Nam plumas *dicimus*, *quæ habent tannulas in radice*, *& costam protedentem*, *per medium gibbositatis*, *usque ad ultimum earum. Et pluma nascuntur per totum corpus*, *& cooperiunt cutem*; *sed pennas dicimus*, *quæ habent majores tannulas*, *radices fibi & similiter costam protendam per medium pilositatis usque ad summum. Hæ sunt majores plumis*, *& multo magis sunt ad sustinendum volucrem in aere*, *quàm ad cooperiendum cutis*, apud Car. du Fresne *Glossar.* Quæ tamen non raro confundi videas. Inde non usus humano generi usus. Certè *Plumæ*, galeas ac petasos militum, postquam feris ex cauda equina, (unde *de Tarvicas* dicti) uti deficiunt, ornare jam olim cœpere; unde *Wilsonus* Cæsarem ipsius vocat. Et quidem, è tribus Cæsum in ventis, primo loco ab Herodoto in *Clio* memoratur, quòd galeis cristas illigarint; quod non ad ornatum modò, sed terrorem etiam factum fuisse, notum est. Præterea hodieque *Plumarum* usus in culcitis est, ac cervicalibus, quam consuetudinem itidem multi jam ævi esse, discimus ex Plinio. Ita enim is *lib.* 10. *c.* 22. *Candidorum* (anserum) *alterum vecligal in* Pluma *est. Pelluntur quibusdam locis bis anno. Ruribus plumigeri vestiuntur*, *mollioribus*, *quæ corpori quàm proxima*, *& è Germania laudatissima. Candidi ibi*, *verum minores*, *Gange vocantur. Pretium plumæ eorum in libras denarii quini. Et inde crimina plerumque auxiliorum præfectis*, *& vigiliis stationes ad hæc aucupia dimissis obnoxiosus vota. Eos*, *delitiæ proceffere*, *ut sine hoc inframento durare jam ne virorum quidem cervices possint.* Sed ulteriùs longe Heliogabali provecta luxuries est, qui non nisi subalaribus perdicum pennis culcitras farciri voluit. At ex *plumis*, *seu plumeis lectis* Anglis satis inverdixisse Henricum V. R. scribit Gobelinus *Commentar. Pii II. Pontif. Rom. lib.* 6. addirque, animum ei fuisse, si totum Franciæ Regnum occupassset, vinì ufum auferre, omnesque vincas aratro vertere, nihil tantopere hominum vires, quàm *plumæ* & vinum, enervare rato. Istiusmodi vero lectos feu pulvinaria, *Plumacia* dicit Papias, eo quòd *plumis* impleantur. Neque alia notione usurpavit Gotefridus Viterbiensis *Chron. Part.* 9.

Ultimus Assyriæ Rex nomine Sardanapala
Fecerat ex plumis plumacia, *clausus in aula*,
Fatis fuis digitis culcitra prima fuit &c.

Sed magis admirationem mercetur is *Plumarum* usus, qui apud Gentes toto à nobis Atlantico divisas obtinet. Hæ plumulas minutas Pfittaci aliarumque avium dilcolorum, forcipe ad id præparato extrahunt, aptèque fociant, prout exigit opus id, quod paratur. Nunc enim pilcos, perizomata, vestes; nunc aulæa, tapetiaque, nunc elypeorum & enfium ornamenta, inde conficiunt, imò & imagines, apò adeo innumerosque referentes, ut subinde illa exsuperent, quæ penicillo habemus expressa. Ad quod licèt variarum avium plumulæ fint idoneæ, facile tamen principem merentur locum, exiguæ illæ in tractu Mexicano, haud aplibus majores, & harum inftar, rore ex floribus collecto viventes glirimquæ inftar rotam dormientes hyemem: quarum plumulæ vel fola ope ri fufficere plumatili credantur. Et quidem eius generis, aliarumque avium dilcolorum plumulæ, divendi in America nundinarum tempore folent: indo opes maiorum in iis folis ftæ funt: qua de re V. plura apud Ulyffem Aldrovandum *Ornithology. tom.* 2. *lib.* 9. *pag.* 866. complurisque id generis conspicere eft, in Amfteiodamenfium Urbe. De Sinenfibus quoque, avium diverficolorum pulcherrimarum, quas Quangfia in *Quelin* habet, plumas publico amœnifimoque ad fpectum colore, pannis fericis intertexere, refert Auctor Anon. *Sina & Eur.* cap. 37. Exiftimant autem Antiqui, non Auftralis aura, non hanc penuriis ignotam fuiffe, dictosque *Plumarios*, qui ex plumis veftes texerent; ita apud Nonium vocari Varronì *Cat. five de liberis educandis*: item Virtuvio *lib.* 6. *cap.* 7. Sed omnino adfentiendum, per Textores *plumarios*, intelligentibus eos, qui acus veftes, ad modum *plumarum*, pingerent. Sic *plumatiles* veftes πανσιλήνους, ac fimiliter Publ. Syro *Plumatum aureum Babylonicum*, quòd aurum purpuraque acu infuerentur tapetibus Babylonicis: Item Vopifco, tunicæ *micantes purpurâ*, *plumatili difficultate pernobiles*: quem in locum multa præclarè de hac Arte Salmafius è *Pavo* annotavit, Gerò. Joh. Voffius *de orig. & progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 98. Anon. Thyllus JC. *Notis in A. Gellium lib.* 2. *cap.* 7. *ubi verbis citatur* 770. *ex Æneid.* 10.

——— ——— *Quem pellis ahenis*
In Plumam *squamis auro conferta tegebat*:

In similitudinem, inquit, *plumæ. Pluma autem propriè erant in vestibus*, *note rotundæ ex auro vel purpura*, *instar plumarum*, *intertexæ ex variatæ. Ita & lamina rotundæ vel circuli ferrei*, *plumæ dicebantur. Sed propriè de vestibus: hinc & Plumarii dicti. De Artu plumandi ita Turnebus lib.* 9. *cap.* 21. *Species quædam propriè est acu pingendi*, *cùm clavi aut patagia*, *aut fegmenta*, *aus fimbriæ*, *aus veftelle fic aliæ aliis superaffumuntur*, *ut plumam avium referant: unde & Plumariorum & plumandi nomen ortum eft, per fimilitudinem traductum*, *aut cùm*, *fine affumento*, *acu pingenda plumæ avium referantur. Quintilian ad Artem textoriam vel inferiones laminarum referitur. Servius*, *Pluma eft armatura*, *ubi in laminam fe indit. reforbet. Conjungis hîc Poëta squamas cum plumis* &c. Meminit *Plumatilis* veftis Plautus, ubi varia mulicbrium veftimentorum nomina conglomerat, *Epidic. Act.* 2. *Sc.* 2.

Cumatile aut Plumatile, *cerinum aus melinum*, *gerræ*
Crocotulæ maximæ.

In quæ verba Octav. Ferrarius *de Re Veftiar. lib.* 3. *cap.* 20. *An vestis*, inquit, *confici poffit ex plumis*, *haud fcio. Veriffimilius eft*, *clavis diffinctam fuiffe opere Phrygionis*, *qui plumarum formam referrent*, *unde opus Plumarium*. Ubi, quod haud fcire fe profitetur, ex Americanis fuprà memoratis, edoceri potuit: ipfe mancam, cui vigoris arcendi causa manibus hybernò tempore inferi solent, ex *Plumis* fcitiffimè confectam, opcrà Pellionis Batiliensis, non fine voluptate haud pridem vidi. Sed de opere *Plumario* infrà pluribus agetur. Hîc verò non omittendus *plumarium* in bello ufus, quarum auxiliarum fœdo nodore Ambracienses Romanos, urbem obfidentes & cuniculo occulto acto arcibus imminentes, non parùm moratifunt, uti pluribus exponit Livius *lib.* 38. *cap.* 7. V. quoque fuprà in voce *Dolium*.

Plumatium, apud Anaftafium Biblioth. *in Sergio*, *In quo interius* plumatium *ex holoferico fuperpofitum*: Docinico Macro pulvinar ex *plumis* eft. Aliis opus *Plumariorum* arte, de qua infrà, fictum. Sed Ambrofius *lib.* 5. *ep.* 27. ubi de Hygini exilio agens, fenem hunc absque pulvinari ac veftis non fuile expellendum ait, hac ipfa voce utitur, *Ne fine veste*, *fine plumatio*, *patiretur exiredi fenem*. V. fupra, ut & in voce *Plumella*.

Plumaria Ars, Vett. celebrata; Jac. Cuiacio, Bulengero, aliis, cenfetur fic vocata, eò quòd Artifices iftiusmodi primitus veftimenta ex avium confecrent *plumis*. Prudentius *Hamartig.*

——— ——— *Hunc videas fabrica propter vestis*
Fenarium tunicas, *avium quasque vestitorum*
Indumenta novis texentem plumea telis.

Corippus *lib.* 2.

——— ——— *Sedemque paternam*
Conftruflam plumis, *pulchrisque tapetibus altam.*

Et Seneca *Epift.* 91. *Non avium plume in usum vestis conservantur* Varro, *Nulla*, *quæ non dilicis pingere*, *poteft judicare quid fit bene pictum à Plumario* &c. Cujusmodi textuæ Philoctetes primus inventor fuiffe traditur, qui in Infula Lemno diu verfatus in fumma rerum inopia, avium, quas confiebat, carnibus vefcebatur, & plumis indebatur. Q. Smyrnæus *lib.* 9. *v.* 356.

——— ——— Ἀμφὶ δ' ἀρ' αὐτῷ
Οἰωνῶν πίσυας πολλὰς ἕδεν λιγυπτερύγων·
Ἄσπα δ' ἐι σὐνεχεῶς ἕδεν χρόα, κηδεμόνα ἔπνευρ
Λυγρῆλιν ——— ———

——— ——— *Plurima circum*
Pluma avium ftrata in thalamis hinc inde jacebat:
Pars confuta grave à pallenti corpore frigus
Arcebat.

Accius Poëta Tragicus in *Philoctete*, apud Cenforinum *de Die Nat. cap.* 28.

Pro veste pennis membra texuis contegit.

Item apud Varr. *de L. L. lib.* 5.

——— ——— *Ingemiscimus*,
Quòd hæc penuigero, *non armigero in corpore*
Tela exercemus.

Quem Accii locum citat Cicero *Epift* 33. *lib.* 7. & ad priorem fic idem alludit, *de Finib. lib.* 5. *Philoctetes*, *in apud Accium est*, *pennarum contextus corpori tegumenta faciebat.* Hanc induftriam poftea imitati funt aucupes, teste Plutarcho *de fortit Alex lib.* 1. Πτηνοῖς ἀμηχάνοις χρησάμενοι, ὄρνισι ἐπιχειροῦσι ἀφύλοις, *Plumis inexpertos volucres*, *eum ad venationes aggrediuntur*: ut viz. aves hac fpecie deluíæ incautius accederent. Tandem res ceffit in luxum, ut videre eft in Prudentii aliorumque verbis fuprà adductis. Et verò vix quidquam eft hoc artificio mirabilius, quod multis ab hinc feculis intermortuum Americanorum operâ incipit reviviícere, uti dictum. V. Fullerum ex Corteíio & aliis *Miscellan. lib.* 1. *cap.* 20. An verò harum veftium artifices à Vulgato Interprete defignentur, quoties *Plumariorum* aut *Plumarii operis* in Exodo meminit? Ita definiunt modò dictus Fullerus & Scaliger in *Varron.* Bochartus *Plumarii* vocem putat patere latius, cum refpondeat Hebræis רקם & חשב, quarum prior *Acupictorem* propriè fignificat, posterior polymitarium, neutra Plumarium textorem. Etsi *Plumarius* is fit, qui aulæa aut veftes texit ex plumis, cur Exodi *cap.* 35. *verf.* 35. opera eius texi dicuntur, non de pluma, fed de *hyacintho ac purpura*, *cocco*, *& byffo*? Cui fimilis eft, quòd Exodi *cap.* 39. *verf.* 23. *fit Aaron cinctutum de byffo retorta*, *hyacintho*, *purpura ac vermiculo bis tinctis*, ut ibi *Plumarius* dicatur. Ut autem hanc veftatam fuiffe palam fit in textura byffi, purpuræ &c. non plumarum. Cur ergo *Plumaria* dicta? Quia, ut Turnebus *Adversar. lib.* 11. *cap.* 20. ait, fpecies quædam eft foleter aco pingendi, cùm clavi, aut patagia, aut fegmenta aut fcutulæ aut felleiæ, fic aliæ aliis in veste superaffumuntur, ut avium *plumam* referant &c. aut, cùm fine affumento acu cuppingendo *plumæ* avium referuntur: cujusmodi opus *ornatile* aut *plumatile* Plauto dicitur, ut viftimus &c. Interim non reiicienda Fullerì fententia videtur *Miscell. Sacror. lib.* 1. *cap.* 20 & ut ferè *plumariam* citra ipfas avium plumas primitus veftam effe, inde

verò Polymitariam & Acupictoriam occasionem simul ac nomen haustisse. Hoc certum, postmodum *Plumariam* artem eam appellatam fuisse, quam ποικιλτικὴν vocabant, ac dictos *Plumarios*, qui *plumas*, atque adeò alias florum v.g. animalium, hominumque figuras, aut acu pingebant aut arte textoriâ exprimebant in serico: sed & *plumas* imitationi itidem veterum plumarum, vocarunt Vett. notas ex auro vel purpura rotundas, quibus vestes intexebantur & variabantur, quasque etiam *clavos* dixerunt, & *oculos*. Unde *vestes purpurâ ocultare*, apud Tertullianum *de Pudic.* & Hebræi quoque maculas in vestibus rotundas, acu *Plumarii* intextas, *ocellos* appellavere; qua de re V. infrà, in voce *Plumarium*. Pronuntiarunt veteres artem hanc ποικιλίαν Texturæ speciem Vett. Pollux, ποικιλτὴν δὲ λέγουσι τὴμ ἐν κάλῳ φάσιν ἴσι δὲ τῆς ὑφαντικῆς εἶδος. Inde *Plumarii textores*. Firmicus, *Fastens Limoneus, aut tunicarium Textores plumarios*. Lintearios in tela texebant *plumarii* textores acu linteæ variantes, qui & *texere* dicebantur, non pectine, sed acu. Hinc *Plumarium Textrinæ*, apud Vitruvium *lib. 6. cap. 7.* Indidem & *plumare* pro texere posuit Adhelmo *de laudibus Virginis*.

Candida post fœdatur cum binis martyra fertis:
Insignitur nitidam, nec non & pastio rubram
Plumabam pariter mactâ virtute coronam.

In vett. Scholiis MSS. *rapio linea texere*, pro acu pingere, repetit Salmasius; *aliqua nobilissima mulierum duo tenuia linea palladis arthuis unius in tela volumine rapio delicatiore texuerat.* Ubi *rapium delicatius*, est acus delicatior, à verbo ἁρπάω, ἁρπάσω & ἥρπακα &c. Erant verò *Plumarii* duùm generum, ut jam supra indigitatum, Phrygiones nempe & Babylonicorum pictores: Namque & hi, qui Babylonica peristromata variis coloribus intextis pingebant (quam Artem Babylonem maximè celebravisse & nomen imposuisse, refert Plinius) *Plumariorum* nomine venere. Quos dum à Phrygibus ita fuisse Tertullianus, ut Phryg bus *inventi* artem, Babylonis *intexendi* tribuat, corrigitur à Salmatio, ut vidimus supra, ubi de *Phrygionibus*. Verum autem inter utrosque discrimen quodnam fuerit, dictum ibid. Diversi ab utrisque fuere Polymitarii, qui pectine, quod hi acu, effecere: interim & adillos tandem *Plumariorum* nomen fele extendit. Cùm enim *plumata* nihil aliud effet, quàm plures notas in modum plumæ factas vestibus cum pictura intexere, aut acu addere: posteà id verbi de quacunque variegatione cœptum est usurpari. Inde *Plumarii* dicti, οἱ ποικίλται, cujuscunque illi generis essent, & quocunque modo variare scirent vestes ac pingere: quod idem verbo quoque *virgare* contigit. Hoc namque cùm propriè significet, virgis in longum latumque transversim positis variare ac maculis quadratis, operi reticulato similibus, aliquid distinguere, quo genere olebant Gallorum vestes ornari: non dubitarunt Auctores, quamlibercunque maculatum varietatem exprimere volentes, eam hoc verbo usurpativè designare. Sed de hac voce infrà. V. Salmasium *ad Vopiscum in Carino*, *b. l. Jam quid lineas pestitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, nicantes purpura, plumandis difficultate permobiles.* Ubi *plumandi* verbo utitur, quod *operi plumario operam dare* denotat. Longe alio sensu idem adhibet, in *Carm. de Sodoma* Cyprianus, an Tertullianus?

Videris Eridanus si qua illic populus albet,
Aut si quis plumat senio modulatior ales.

Hic enim de avibus in sensu proprio usurpatur, pro *plumis vestiri*. Nonius, *Plumare dictum est, ut plumare, pilis vestiri.* Gellius *lib. 2. cap. 29. pullis jamjam plumantibus.* Et *lib. 9. cap. 4. Corporibus hirtis & avium more plumantibus.* V. Joh. Frid. Gronovium *Observ. in Ecclef. cap. 22.*

Plumatum Babylonicum, apud Publ. Syrum, ubi de pavonace ait,

Plumato *amictus auro Babylonico*,

quibusdam idem est cum *purpureo*. Quia in *Periplo* Arrianus purpuræ meminit, ex Apologo Babylonis urbe, ad Euphratis ostium. Et τὸν Βαβυλώνιον κόκκον laudat Philostratus *Epist. 28. ad mulier.* Proinde *Pallium Sinar* feu *Babylonium*, Jol. *cap. 7. v. 21.* Rabbi Chaninæ est *pallium ex purpurâ Babylonicâ*; & Hieronymo *coccineum*. Bochartus vero per *plumatum* intelligit *varium*. Quia, ut ex Plinio patet, *colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit & nomen imposuit.* Eò nos ducunt hæc Æliani de pavone, *lib. c. cap. 21.* Δαιδάλου ἁψάμενοι τῆς πλεκτικῆς τοῦτο μορφὴν ὑπὸ τῶν Μιδῶν ἐδέξατο, καὶ τὰ τῶν Περσῶν ποικίλματα. *Ambitione ostentans pennarum specilem multiformem, supra Medorum vestem & Persarum varios colores.* Unde Antiphon *Orat. de pavonibus c. Erefitr.* quem citant Athenæus *lib. 9.* & Ælianus *loc. cit.* pavones, vero nomine, id eft, ταώνους, nuncupatos appellat, sed folum ἔχοντας ποικίλας, ἀντὶ ἁπλῶν, *varias*; quasi hoc ipso ab aliis maximè distinguuntur, Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poster. lib. I. cap. 30.* Atque fic paffim, *plumatæ vestes*, & *plumatiles*, & *plumata Babylonica*, quæ pluribus *plumis*, h. e. notis ex auro vel purpura rotundis & in modum plumarum factis, quibus vestes intexrebantur & acu variabantur, fparfæ erant. Nonnus, vestis plumatilis est clavata, aut ex clavis facta. Theodoretus in 2. Reg. *Quæst. 28.* ποικιλτὴν vocat: כתנת פסים

ἐκάλεσε χιτῶνα ποικίλον ὑφάνσεσι πᾶσι τὸ κοινὸν ἐκφέρουσι ἔργον, οἱ δὲ ἐν αὐτῷ κεκαλλωπισμένοι, *significat quidem tunicam carptam interpretatus est, tanquam frenibus habentem, quod hodie* Plumaricum *vocant &c.* Nempe *plumar*, ut dictum, illismodi notas in vestibus vocarunt. Sic laminas rotundas vel circulos ferreos, & quibus loricæ fuccudebantur, *plumas* etiam dixerunt, quòd *plumarum* referrent fimilitudinem, & *squamas*, quòd squamarum. Unde *plumatæ loricæ*, ex laminis ferreis in modum *plumæ* confertæ. Virgilius *Æneid. lib. 11.*

Squamaneque, agitabat equum, quem pilis abeno
In plumam squamis auro conserta tegebat.

Ubi *abenis in plumam squamis*, id eft, æreis bracteis in plumarum aut squamarum fimilitudinem. Ad quem locum Servius ex Saliuftio, *Equis paria operimenta erant, quæ lineis ferreis laminis in modum squamæ adnexerant.* Talea *loricæ plumatæ*, de quibus Juftinus *lib. 41.* ubi de Parthis, *Munimentum ipsis, equis, loricæ plumatæ sunt, quæ utrumq; toto corpore tegunt.* Et Ammianus de iisdem *lib 24. Romani lorum unuig, laminis ferreis, in modum plumæ tenuis, consertum &c. laciesbant.* Quomodo & Satnatis & Quadis idem habet *lib. 17. Loricæ ex corticibus rosis & leviganis*, plumarum in *speciem*, *indumentis innexæ.* Unde lux Statio *Thebaid. lib. 4. versu 268.*

——— *aspera plumis*
Terga Cydoneæ corythus arundine pulsat.

Et *lib. 11. versu 543.*

——— *alte ensem germani in corpore pressit*,
Qua malè jam plumis imus tegit inguina thorax.

Sam. Bochartus *Hierozoic. part. prior. lib. I. cap. 3.* V. quoque infrà in *Plumeum*. Quæ verò in vestibus plumæ, σημεῖα Græcis, Latinis *notæ & signa* dicta: Unde χρυσόσημος vestis & πορφυρόσημος, *aureis purpureisque notis insignita*; ut contrà ἄσημος, quæ nihil auri & purpuræ intextum haberet. Virgilius,

——— *pallam signis auro q; virentem.*

h. e. *signis aureis asperam*, χρυσόσημον. Ovidius,

Purpureasque notas filis intexit aureis.

Quintilianus *lib. 8. cap. 5. Porrò ut asperi lumen clavus purpurea loco insertus, ita nonnunm dedecus intertexta notis pluribus vestis Clavos* autem etiam Latini vocabant, ut Græci σῆμα, à figura. Vestis enim figuris, quæ rotundis, quà quadratis, Vett. luxuria fuit in vestibus auro purpurave illudendis: quarum quæ rotundæ erant inque circulum flexæ, *plumas* proprie, ut dictum vocitarunt Latini & fortaffe etiam *clavos*; namque & horum capita rotunda. Unde ἀσπιδίσκους Græcis. Dixerunt & *oculos*: Hinc *vestes purpurâ ocultare*, apud Tertullianum *de Pudic.* Sed enim plerumque *Interpretes parabolarum idem exhinc decisis, quem in vestibus purpura vocandis sæpissimè evenire est.* Purpurâ clavatæ vestem, & purpurâ oculare, idem erat. Hebræis quoque maculæ in vestibus rotundæ, Plumarii intextæ acu, *ocelli*. Hinc verbum עשב *vestem ocularе*, Et *opere plumario oculos vesti intexere.* Et עשבת *quod oculatum est & oculis intextum*: Palas annulorum & illos vestium ocellos eodem nomine appellarunt. Sic Græci σφηκίδας & de annulorum palis & de vestium fignis five clavis dixerunt. Heiychius, σφηκίδες, οἱ ἐπὶ τῶν δακτύλων ἢ τὰ ἐν ἱματίοις σημεῖα. Σφηκὶς eft gemma ipfa, *pala* autem pars annuli, quæ gemmam cohibet, *patea* quoque & *pateta* dicta. Hæc rotunda erat & cava: unde & veftium clavi rotundi ita dicebantur à figura. Sed & κίγκλοις rotundas iftiusmodi maculatum in acupictis formas, Græcis appellari confueviffe, diximus ex Athenæo. Quo nomine etiam infignivere poculorum emblemata, & figna, quibus afperantur, quòd *millo* fimillima eft, ἐπὶ τῶν κίγκλων. Hebræi quoque veftibus etiam quadratis clavi: quos Salaminii κύνας vocarunt, à ferarum figna, teste Hefych. *vestes* quoque Latini, recentiores Græci κλαῦσα vel ταυσία, h. e. *tabulas*, ita enim & tefferas dicebant. *Tabulas* tamen infimæ Latinitatis auctores appellarunt etiam orbiculos illos lignecos vel eborcos, h. e. calculos, quibus in tabula ludi-tur. Sic *tabulæ* & *taxilli* in veftibus, rotundi clavi fuerint. Anaftafius in *Leone III.* albidæ paffim iftiusmodi tabularum & orbiculorum, quibus veftes aut vela clavabantur, meminit. Ταξίλια χρυσᾶ & πορφυρᾶ, pro *clavis aureis & purpureis*, in Fastis Græcis. *Plumas* Latini, ut non femel dictum: & hinc Græci recentiores πλουμὶα, de qua voce mox dicetur. A *plumis* illis igitur, h. e. clavis, quibus veftes intertexebantur, *Plumarium opus* & *Plumarii* Textores dicti, non folùm qui clavos veftibus inferent feu intexerent, fed & qui quocunque genere picturæ, quibuscunque coloribus & figuris variatas veftes, acu pingerent. Unde quòd obiter noto, *clavata* veftis non eadem cum *picta* fuit. Clavata enim, unius formæ clavos, aureos aut purpureos fuis locis infertos & infutos habuit: picta verò diverfis coloribus intexta fuit, ac varias rerum animaliumque formas acu impreffas oftendit, cujus differentiæ exemplum in Toga picta & Tunica palmata Romanorum; quæ cùm utraque veftis eſſet purpurea ac triumphalis, altera nempe Toga, picta fuit, ἀνακείσθω ἀνάθημα ἐκ ποικίλης ἐσθῆτος, Dionyfio *lib. 3.* altera, nempe Tunica, auro clavata fuit, eidem χρυσόσημος femper dicta. Poftea verò, cùm fub

sub Impp. & tunicæ triumphales pingi essent cœpere, & à pictura genere, seu argumento (quod palmas sc. ie textas haberent, cum prius à clavorum latitudine *clavatæ* dicerentur) *palmatæ* appellarentur, confundi hæc nomina inceperunt, & pictæ quoque Togæ pallium *palmatæ* dictæ, apud medii inprimis ævi Scriptores, qui non aliter eas, quam *Togas palmatas*, vocare consueverunt. V. Salmasium *ad Popiscum*, & de virgatis vestibus, nempe & de aliquando *plumatæ* dici fuerunt solitæ (quamvis virgæ & *plumæ* vestium multum differrent) infra.

Plumbatæ, apud Gauterium Cancellarium de *Bellis Antiochenis* pag. 453. *Telis, sagittis*, plumbatis *ferratis & crebris gladiorum ictibus vein vendendo acerrime pereulterunt*: Brissonio jaculi genus est, in modum sagittæ pennis instructum, quod Vett. Spontino teste, *Manubarbatum* vocabant, planè peregrino vocabulo, à quo milites, qui *plumbatis* utebantur, *Manubarbati* sunt appellati: Idem ex Auctore *libelli de Rebus bellicis*, qui *Notitiæ Imp. Rom.* subjunctus est, *Plumbatæ* duo genera fuisse docet: unum, cujus ligno ferrum adfornam venabuli aptatum infigebatur, fistulâ ejusdem ferri parumper extensâ, supra quam modico interjecto spatio, plumbo adhærentes aculei, velut tribuli, emergebant, quæ *plumbata tribulata* appellabatur; Alterum *mamillatum*, cujusmodi plumbata bene extensa & directa virga accipiebat in extremitate sui rotundum & in acumen deductum ferrum, simillibus loeis, quibus superior in tribulard, plumbo & pennis adhærentibus. V. Vegetium *lib. 1. cap. 17.* & *lib. 2. cap. 15.* Car. du Fresne, *Plumbatæ*, in re militari, clavis fuit plumbo, quò gravioresexistant, munitæ, Gallis *Plommées*, in *Gloss.* V. & infrà.

Plumbatores, dicti sunt; qui *plumbeas bullas* Pontificum diplomatis appendunt; Vestr. Octavianus *Introduct. in Rom. aud. act. lib. 1. cap. 3.* & ex eo Hem. Hugo *de prim. scrib. orig. cap. 31. pag.* 192. Quid *Bulla* proptiè, notum: hinc ad diplomata Imperatorum, ab Imperatoribus ad Papalia, translata vox: quæ *Bulla* dicta, à figillo, quo munita erant, quod, quia bullam, Gr. κυμβάλιον, referebant, hoc nomen assumsit: Sigillum enim ceræ protuberanti, initât orbiculi vel umbilici: imprimebatur. Aut potiùs, ut Salmasius censet, *de Subsign. Test. cap. 32. pag.* 325. quia *bulla* formam habetent & eodem modo dependerent & charitas, ut illæ ex pectore prætextatorum, apud Romanos, quibus in more fuit, positum, bullam auream suspendere in pectore puerorum & triumphantium, qua de re V. Afconium *in 3. Verrin.* Inde *Bullare*, Gr. βυλλοῦν, *Bullator*, Gr. βυλλοτάτωρ, *Bullatio*, βυλλοτάτο. Quadruplices autem bullas fuisse, diximus in voce *Bulla*: è quibus ultima *plumbea* erat, Gr. μολυβδίνη, quâ Imperatores munièbant literas, ad Delpotum, Patriarcham, Sebastocratorem & Cæsarem; ad hos enim scripsisse; Δὲ μολυβδίνοις βύλλοις, ait Codinus. Ab Imperatoribus res fuit delata ad Patriarchas, ut discimus ex Sanctis quorundam Patriarcharum, quæ extant *Tomo I. Juris Græco Rom.* alibique, qui præter ceream præfixam (nullam enim fuit usitatam) etiam plumbeam adhibebant: quæ fola postea Pontificibus Romanis placuit, à quibus Venetorum Ducibus ejusdem usum concessum esse, Alexandro fedente, ait Sabellicus *lib. 7. Decad.* paulo aliter rem referente Obbone vet. Historico, *qui*, apud eundem, *duplici Venetos Principes ad eam diem signandi formâ usos fuisse, ut publica monumenta plumbo, epistolas ac reliquas libellos cerâ, communirent, sed tum primùm Alexandro auctore receptum esse, ut in his quoque plumbo illi uterentur*, subjicit. Duplex autem hoc μολυβδόβουλον seu *plumbea bulla* est, *simplex*, ubi ab una tantùm parte signum impressum, & διπλοῦν, ubi ab utraque; quæ posteriori in cera δικίωμα fuit dicta, annotante Salmasio, ubi suprà. Hic itaque bullandi mos Pontificibus, ut ante coronationem subscribant, *Datum anno I. die tertio* e. g. suscepti à nobis officii Apostolatus, figillentque tum non nili bulla simplice, id est, tali, quæ habet tantùm ab una parte DD. Petri & Pauli imagines, in plumbo, ex altera vero parte pontificis est: post coronationem autem, scribant: *Datum anno Pontificatus nostri*, & duplici utantur bullâ, cum præditis viæ, imaginibus ab una & nomine Pontificis, ab altera parte, V. Gregorium Tholosanum *Synagm. Juris Universi. lib. 15. cap. 3. n. 24. & seqq.* Atque hanc qui appendunt, *Plumbatores*. Cæterum, non appenditur, nisi magni momenti diplomatibus; breve vero Apostolicum, quod est diploma vel rescriptum Papæ vel Pœnitentiarii magni scriptura exigua, in pàrvis cæteroquin negotiis in papyro, eam non habet: fed cera rubra imprimitur annulus Piscatoris, ut refert idem *lib. 17. cap. 15. num. 13.* De origine hujus Bullæ Pontificiæ ex Polydoro Virgilio *lib. 8. de Inv. rer. cap. 2.* Auctor *Apologiæ antiq. Academiæ Oxon. lib. 1. num. 114. pag. 62. Conflat Agathonem, qui sedente magna fedi Romanæ facta est honoris accessio, in cera annulo impressisse figilla; verùm postea, cùm Romanus Pontifex multa Imperatoria privilegia, tùm diplomata diuturnioria ferent, placuit Stephano III. Aug. dein Hadriano I. tabulas Apostolicas plumbo obsignari. Fuit ii annus Salutis 772. cùm ipse Hadrianus factus est Pontifex, nam antiquiori non reperitur sigillum plumbeum.* V. Gerh. von Mastricht JC. *Hist. Juris Pontific. num.* 407.

Plumbi Verbera, in *l. 7. de exactionib. in Cod. Theodof.* pœnæ genus, quod *plumbato*, h. e. flagello, cujus lora plumbeis globulis in extremo instructa erant, infligebatur. Idem cum *Plumbatarum verberibus*, de quibus in *l. 2. de exact. tribut. lib. 10. C. ubi hæ passim.* Unde *l. un. C. de his qui pœnitentiam nomine*, præcipiunt Impp. eos, qui in pœnitentiæ litem transfulerint, *plumbo adfectos*, relegari &c. Vox & fupplicii genus frequens; inprimis ità *Vitæ* Sanctorum. Ambrosius *de Passione Gervasii & Protasii*, *Tunc indignatus Comes Astasius, jussis eum tamdiu de plumbatis conundi, quamdiu exhalaret spiritum.* In *libello Passionis Valeriani, Tiburtii & Maximi Martyrum, Agitur cum pervenisset ad Almachium, quòd Maximus convicinalarius cum suis manibus esset factus Christianus, jussit eum tamdiu plumbatis tundi, quamdiu spiritum redderet &c.* Nobilibus tantùm irrogari consueviffe, ficut equuleus plebejis, ex Prudentio cofligitur, qui, de S. Romani Martyrio agens, cùm in eum equuleus paratus fuiffe, hoites, competto Nobilem eum esse, illo remoto, plumbatis fuisse usos, ait,

Quòd innoveri naxialem fispiteni,
Plebeia clarum pœna non dainnes virum;
Tundantur, inquit, tergacerebris ictibus,
Plumboque cervix verberata exuberet.
Persona quæque competenter plectitur:
Magnique vefert, vilis, an fis nobilis,
Gradu verum forma tormenti datur.

At fupplicio hoc mulctare nefas ingenuos homines, ab eoque dimovere. Curialem ordinem eximium fuiffe, docet *Cod. Theodof. l. 80. de Decur. l. 4. & 7. de exact. l. 4. de Fabris, & l. 3. de Quæst.* Qua de re V. Maeros Fratres in *Hierolexico*, Auctoresque laudatos Brissonio *de Verbor. fignif.* fed inprimis Meursium *in Glossar.* voce Πλουμβᾶτος, & Jac. Gothofredum *ad l. 2. Cod. modò laudat. de Quæst.* nec non fuprà in voce *Catomidiari*.

Plumbea Selibra, apud Martialem *lib. 1. Epigr.* 100.

Et septem veteres tui sodales
Confessos sibi plumbea libella

Farnabio notat *vetere malorum dasea verunciis*, fed ineptè, judice Grònovio, quia teruncius Romanis fuit nummus argenteus. Duodecim itaque asses hic vult intelligi: nampro asse Martialis tempore constabat femuncià æris, ita ut ex libra æris fuerint 24. asses. Salmasio *Plumbeum monetam* Poeta hic non uno in loco villa æris nomifmata appellat, quibus plumbi multum admixtum. Uti enim autum argento, argentumque ære, fic ex *plumbo* adulteratur, ac mifcebatur etiam publicè. Inde quadrantes æreos iidem Martialis quoque *lib. 10. Epigr.* 74. vocat *plumbeos*,

——— *Togatulos inter*
Centum mercedor plumbeos tuo die:

per contemtum nempe; quia plurimum iis admixtum *plumbi*: quo fenfu al. bi *nigram monetam* dixit, & *l. c. fellibram plumbeam*; id eft, fex fefterios nummos æreos, ut ipfe explicat, *ad ves. Rufonale Imp.* ubi eos falli docet, qui *plumbeos* hos Martialis *nummos* accipiunt, pro nummis ex plumbo, & differinen faciunt quadrantis ex ære fufi, & plumbei cufi. Quafi, inquit, non aurei, argentei æ eisque nummi funderentur fimul & cuderentur, unde illa *ære, argento, auro, flando, feriundo.* Cæsumodi metallorum mixturas publice privatimque prohibuit Tacitus Imperator, pœnâ capitis propofitâ; & bonorum proferiptione. Ita enim de eo Flav. Vopifcus: *In eadem oratione cavit, ni fi quis argento publicè privatimque ex mifcuiffet, fi quis auro argentum, fi quis æri plumbum, capitalem essa eum bonorum proscriptione.* E quibus obiter. not. ftellionatus pœnam capitalem fuiffe. Hefe namque proprie ftellionatus crimen obtinet, in adulterandis fc. metallis & mifcendis. Vett. Grammatici, *Imponere, per fraudem aliquid facere aliquando dicitur. Unde impofitura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur, & qui hoc facit; impofitor vocatur. Impofitura & Stellionatus idem.* Salmafius *ad d. l.* Pignorius verò, nummos aliquot vett. Romæ infignes erutos, plumbi fuiffe cernes, fibi oblatos memorat, illosque averfos & adverfos exhibet fpectandos in tabella, operi *de Servis* fuo inferta. V. quoque Lipfium *lib. 6. de Affeclis.* Et meminit hujusmodi nummorum etiam Plautus *Cafina Actu 2. Sc. 3.*

Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.

Item *Trinummo Actu 4. Sc. 2.*

Cui fi capitis res fit, nummum nunquam credam plumbeum.

Et *Mostellaria Actu 1. Sc. 2.*

SER. *Tace fis Faber, qui cudere fales* plumbeos
Nummos &c.

Plumbum, Græce μόλιβδος, à Midacrito inventum, primumque è Cassiteride Insl. apportatum, Plin. *lib. 7. cap. 56.* aliud album, aliud nigrum eft. De illoidem *lib. 34. cap. 17. Album inconquitur areis operibus Gallia num invento, ita ut vix discerni queat ab argento —— Duis vi & argentum iisdoquere fimili modo cogere equorum maxime ornamentis &c.* Ejus experimentum *in charta est, ut liqueffachum pondere, non calore, vitiatur rapiffe.* De ifto ibid. *Nigro plumbo ad fistulas laminasq; utimur.* Genera, *Juvenianum, Cyprarienie, Oleastrense &c.* V. totum caput, ut & fequens, ubi de *Plumbi* vario ufu, in Medicina præfertim; è quibus illud fofum deprometere placuit, quòd vita in quieto venefica

rea sponte erumpentia his laminis Calvum Oratorem cohibuisse: & Neronem laminâ pectori impositâ, sub ea cantica exclamasse ficque alendis vocibus demonstravisse rationem, tradit. Præterea in re nummaria, in obligando, in suppliciis, ejus usus, uti jam vidimus. Sed & , cùm in palmarium saltis primis scriptitasum esse; deinde quarundam arborum arborum libris: Pollea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata lineis confici capta, I. dem Plinius lib. 13. cap. 11. Ubi volumina impropriè dixit, pro laminis: ut majora propriè ea vocat lib 34. cap 18. Clypeum plumbeum appellat Suetonius in Nerone cap. 20. ubi Casaubonum vide, & Josephus c. Apion. lib. 1. ubi ex eo memorat, ut Bocchoris Ægypti R. Judæos lepra ac depetigine laborantes jusserit ες ραλυτίνας χάρτας σὺν μολίβδῳ, plumbeis chartis involutos, in mare dare præcipites. Scripsum autem in plumbo, stylo ferro, Jobi cap. 19. vers. 23, 24. quo modo Heliodi ἔργων ᾳ ἡμερῶν exaratorum, meminit Pausanias in Bœticis: At qua flexile plumbum, poltea ea in scribendo placuit magis; Quam in rem V. Vossium de Arte Gramm. lib 1. cap 35. Manifestamen alius in scribendo ejus usus: Plumbum n. quo præducebantur lineæ, memoratur in vet. Epigramm.

Τὸν χαρίεντα μόλυβδον, ὃς ἄτρεμα οἶδε χαράσσειν,
Ὄφρα πεκτήσω πώλιον ἱππότα.
Orbiculare plumbum, quod femitam novis sculpere,
Rectâ radens in rectum extenjam regulam.

Nempe non stylo solum scribi sed & plumbo, lineas olim præducere soliti sunt, scripturam directuras. Hinc in alio Epigr.

Καὶ κανόνα προκλεὶς κυρίσσειν μολίβδῳ.
Et regulam rotundi directricem plumbi.

Item in alio,

Καὶ μολίβῳ χαράξας κανὼν τύπον ἔβδο ὀυάξαι.
Et plumbo colorante regula rnam rectam exhibens.

Canon enim sive regula apposita *plumbum* dirigebat, ad rectas lineas præducendas, quibus scriptura insisteret. Catullus,

membrana

Directa plumbo & pumice omnia aquata.

Id est, *plumbo directa ad regulam*. Rotundum autem *plumbum* illud fuisse, testantur Epigrammata citata, in quibus τροχίσκος & τροχαλὸς appellatur. Sic κυκλοτερὲς dicitur, in alio, Κυκλοτερὲς μολίβδῳ σημεῖον σύλλογι πλαγίῳ. Et γραφὴ, in alio, Γραφὴ κυκλοτερὲς σημεῖον σύλλογι πλαγίῳ. Tenuis vitæ & plumbo lamina fuit & in rotundum formata. Latini *præducere* dixerunt, a *præducendis* lineis, Græci recentiores παραγράφειν, &c. V. infra *Præductus*. Porrò gymnasticæ saltationis genus unum fuit, quo non solum manibus pondusculæ, *halteres* dictos, habebant, sed & graviora pondera ex plumbo, interdum in manibus, nonnunquam supra humeros, aliquando & supra caput; imo & in pedibus quandoque, gestaverunt, ut meliùs exercerentur: quemadmodum videre est ex vetusta & cabula pictura, in qua saltantes appositissimè repræsentantur, ab Ill. ex. Peiresciani cujusdam studioso, in Gallia, inventa, *lib. 2. cap. 11.* Imò & *catapirater plumbus*, quo maris æstitudo tentari consuevit (unde & vocis originem arcessit Isidorus, q. *plumbum*, quòd *plus* ex hoc metallo primùm factis id tentatum fuerit, dici affectens,) occurrit apud Lucillium, qua de re V. supra, voce *Catapirater*. Ut alia omittam. Cœterùm celebre Plinii tempore in Bætica Antoninianum & Santarenſe metallum fuit: *Lab rifsius in Hiſſpania erumum totaeg, per Gallias, ſed in Britannia ſummo terrae ſorte nato large, ne lex nitro dicetur, ne plus certo modo fieret, lib. 34. & 17. ci.* Hodie ex Suecia magna ejus visa fertur, Auctor Anon. *Orbis Terr. de Commerciis*. India, uti nec æs, sic nec *plumbum habet, gemmis & ſuis & margaritis hæc permutat*, Plinius *ibid.* &c.

Plumella, apud Gregorium Turon. *de Vitis SS. cap. 8. Nil autem ſuper eam, cùm quieſcere, ſternebat, niſi tantùm cum veſtimento, quo indutus erat, circumbitus, nec alias habens ſopites, plumellas, aut ſtragula, quò hæc operiretur*. Culcitra plumea est, seu plumis farta, Dominico Macio in *Hierolexico*. Alias *Plumacium*, Papiæ: item *Plumeus lectus*, Gobelino *Commentar. Pii II. lib. 6.* ubi Henricum V. Angl. R. *plumeo lectoe* Anglis interdixisse: animum etiam ei fuisse, si Regnum Franciæ totum obtinuisset, omnes vineas ad ritrio vertere, ut qui nihil tantopere enervare hominum vires, quàm *plumæ* & vina putarit, cfert &c. V. quoque infrà, ubi de *Pulvinillis plumeis*.

Plumeum Opus, apud Dudonem *lib. 3. de Moribus*, & *Act. Normannor. pag. 153. Veſtiuntur niveas purpureaſq; auro intexas plumeique mirabilis artificii holoſerica commiſit*: Græcis recentioribus πλουτὸν est ἕυ πλουμίον. Nam *pluma* πλουμὸς, ut *fibula* φιβλὸν, *lectica*, λεκλικὸν: uti igitur *pluma* Latinis clavus, sic πλουμὸς Græcis est. Notus Procopii locus de Æthi. *Iuſtiniani lib. 2. Χλῶν ἐν μέσῃ τῇ χλαμύδι πλουμὸν ἐξ ἀργύρου ἐπεποίητο. ἐ δὲ ἐπιπολαίως πλεκτὰ κλάδοι, Dextra ſericea ornamenta auro ſtilis nitidis, variegata, quæ indicarunt* plumea *appellanda*. Ubi clavos aureos intelligi jubium non est. *Glossæ* Basilic. πλουμὶ, ποικιλτὰ ὑφάσματα, *Plumea, variegatæ telæ*. Ad quæ verba, notat Salmasius, πλουμὸν propriè non esse ipsum ποικιλτὸν ὕφασμα, sed ποικιλμὸς & ὑφασμὸς, non *ipsam* telam pictam, sed *picturam* telæ. Falli Græci, τοὺς ἀκριβεῖς, τοὺς συγγενεῖς τῷ ἔργῳ χρυσὸν πλοῦτα βασιλικὰ & tunicam album, *paragnadium, quæ & ipſa habeat clavos aureos regios intexos*. Ubi Salmasius obiter obſervat, τοιχίον & πλοῦτον confundi & utrumque pro eodem accipi: Nam τοιχίον χρυσὸν βασιλικὸν in præcedd. & πλοῦτα χρυσὸν βασιλικὸν idem omnino significant, clavos fc. aureos, quibus Imperatoriæ chlamydes tunicæque inculabantur. Sed & ipsum ὕφασμα *plumeum* feu πλοῦτον dictum. Unde & πλουμίον cum eodem facit du Freſne. Nisi potius dicas, πλουμὸν telam esse, πλουμίον variegatam. Ita certe capedula vox, apud Anonymum de Locis Hierosolymit. *cap. 1. extrema*, Καὶ ἡ ἁγία τράπεζα ἔχει ἐκατέρωθεν μίτωνα κόκκινον, Et ſanctа mensa *tecta eſt umbraculo, opere plumario contexto*. Quod nempe πολλοὶ ἐξ ἐμπορίων vetus Græcia dixisset, hoc recens & barbara, πλουμιὸν ἐξ ἐμπολίων quoque dixit, vocibus e Latino mutatis. Quemadmodum enim à *plumis* Latini *plumare* fecerunt, pro variare & pingere: Ita citimæ ætatis Græci πλουμίζω καὶ ἀπὸ τοῦ deducentes & pro ποικίλλω, *pingere* seu *variare*, usurpantur. Sic Eustathius, πλουμίζειν & κτιμπτεῖν, eadem facit, vestes fc. variis exemplis & argumentis figuratas & ornatas. Ἐξωπλωσμένη dicebant, quod Latini *exemplum*. Hesychius, ἐξωπλωσμένον ἔνδυμα. Hinc ἐξωπλωσμὸν, *exemplarum*, & variis figuris delectum ac depictum. Sic ἐξωπλωσία ποικίλη, apud Nicetam in codice barbarico, *tapetes exempiati & figurati*, pro quo in Græco est πλουμιὰ ταπήτια, V. supra in voce *Exemplum*. Πλουμίτα itaque idem, quod vestis *picta* seu *plumata*; id est, plumario opere facta &c. Salmasius *l. c.*

Plumeum Tomentum, exfculpere conantur nonnulli, ex illo Martialis, *lib. 14. Epigr. 160* cui tit. *Femum*:

Fraudata tumeat facilis tibi culcita pluma,
Non venit ad duros pallida cura toros.

Etiam Hadr. Junius *Tomentum Lingonicum* (*Leucoricum* appellatum ipsi, quali à candoris præstantia, quæ tamen ratio Salmasio non satisfacit, cùm fere ita MSS. apud Plinium, putat esse *fantaram plumatam*, Nebridiensem sequutus. Et Barthius *Ad Statium. lib. 11. cap. 18.* ait, tam fuisse frequentia Vett. tomenta *plumea*, ut *Plumatrorum* peculiare nomen effet, qui plumarius operibus conficiendis victitarbant. Sed *plumea tomenta*, ignorata Veteribus; nec *Plumatii* tomenta ftipabant, nec denique plumaria illa opera ex avium fuere plumis, uti vifum. Glossarium, *Tomentum* κιμβάλιον, quòd nempe à χυμβάλοις deriverabatur. Nempe hoc veriebat nonnisi fartum, quod ex materia cæfa, rafa, tonfa, confiebabatur: qualis nec ficeni nec plumæ; unde & a *tondeo* vocis originem Eruditi arceffunt. Hinc *tana tonſa*, id eft, rafa noviffimo lui purgamento, ut Plinius habet, tomentum Lingonicum, *tonſæ arundines*, tomentum Circenſe. Clarè Martialis *lib. II. Epigr. 7.*

Lingonibi agedum tumeant tibi culcita lanis,
Conſtringatq; toos purpura pexa toros.

Nam quod ille *tomentum* in genere dicit ianam brevem forpicibus defectam aut in poliendo à fullone de pannis rudibus aut interpellatis detractam, quâ infare rentur culcitæ: hoc Lingonicum eft, Galliarum inventum, ut atteftatur Plinius, fed hac de re plurainfrà, ubi de *Tomento*. In *l. c.* itaque Martialis, primò pro *facilis* Gronovius *fragilis* legi jubet, cùm de toris infeftis, atque incumbendo depreſsis, proprium verbum fit, *frangi*. Sic ille,

Frange toros, pete vina.

Et alibi,

Imperat exſtructis frangere nona toros.

Auſonius *Epiſt. 2.*

Gramineos nunc frango toros, viridesque per herbas
Lubrica ſubſtratis vrgligia libro tapillis.

Quo modo etiam ſcribendum, apud Claudianum *in laude Serenæ*,

——— *Si placido ceſſiſſent lumina ſomno,*
Purpura fulgebat vivæ fractura cubilis
Graminibus, veratique tori regalia integro.

id eſt, præbitura ſe ad frangendum in cubilis vicem, parata frangi ut cubile, &c. Hinc ergo *fragilis culcita*, quæ facilè cedit ac deprimitur. Ut Statius *in Tiburtino Popiſei*:

Hinc illuc fragili proſternit pectora muſco.

Id eſt, facili, cedenti, qui fraugitur ab illabente & inclinatur. Dein pro *pluma*, doci legendum *mula*. Quomodo enim fragilem illam culcitam lubeat tumere *fraudata pluma*: verbum namque *fraudata* ultimo casu accipi lex vetus imperat, nec ea furam hic agnoſcimus. Veram autem hanc lectionem ſuppeditavit perveuſtus membraneus codex Thuanæus, in quo placè exaratum:

Fraudatâ tumeat fragilis tibi culcita mulâ.

Cùm altera illa, *pluma*, ex præcedenti difficho fit repetita. Mularum certè plus fœnum. Heſiodus *Ἔργ. ὃ.*

Χεῖρ᾽ ὑγιαίνειν, καὶ σκυτάλην, ἄρμα θ᾽ ἵνα θὴ
Βατ᾽ ἡμιόνοιν ἰσοτάνοιν.

Dum ergo in culcitam indiiur fœnum, ſubtrahitur id mulabus, quæ ſic videntur pabulo ſuo privari. Proſus ita Horatius *lib. 1. Sat. 6.*

Ungor olivo

Non quo fraudatis immundus Natta lucernis &c.
Fœnum itaque torum commendat Poëta, qui præpuè *fragilis*, quia facilimè defluit tum, nec fractus semel refurgit eoque ſtatim durus eſt. Quid plumam defideras aut Lingonicum tomentum. Mulà imo fraudatà torus tibi fragilis timeat, (h. e. fragilis torus ex fœno mulæ, cujus alioqui pabulum foret, averſio atque interverſio.) Iduritiem ejus hæc certè compenſat lucrum, quòd cum pallidæ curæ fugiunt. Seneca *Hippolyto*,

Cervior ſomnus premit
Secura duro membra verſantem toro &c.

V. Gronovium *Obſervation. lib. 4. cap. 22.*

Pluteï, auctore Vegetio *lib. 4.* machinæ ſuere mobiles & ambulatoriæ, ex tabulis, vimine aut corio conſtratæ, trimiſque rotulis adgni ſolutæ, ad muros, quarum una in medio, duæ in capitibus apponebantur ita, ut in quamcunque partem quis vellet, more carpentorum admoveri potuerint, *Feſtus*, inquit, *obſidentes applicant muris eorumque munitione protecti, ſagittis ſive ſundis, vel miſſilibus defenſores omnes de propugnaculis oppidi exturbant, ut ſcalis aſcendendis facilior præſteatur aſcenſus.* V. Joh. Roſinum *Antiquit. Rom. lib. 10. cap. 16.* Alias *Pluteus*, pars lecti, Gr. ἀναπαυτήριον, ad quam pulvinum ponebant, ſuſtinendo capiti; In illa enim parte lecti, eminentem pluteum ex aſſeribus compactum eligebant, qui ſimile quid hodieque fieri videmus, ſed hoc *plureos* nos *diſſimile* vocamus, quòd adea deorſum applicemus & acclinemus: Cùm verò duo ſint lecti latera, *ſpondæ* Latinis, *κλίναι* Græcis, harum altera *interior*, altera *exterior* dicta eſt. Interior, quæ propiùs parietem erat & ea eminenti etiam *pluteo* munita, ſed non tam alto, quàm ille, qui ad lecti caput. Hinc *Pluteus* propriè dicebatur illa interior ſponda. Iſidorus, *Sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* Sic enim lectos in cubiculo collocabant Veteres ut parieti propiùs admoverentur, nec in medio eſſent poſiti, quod etiamnum ſolemus. Sic illa pars, quæ parietem ſpectabat, & *pluteo* muniebatur & *interior ſponda* vocabatur. Ad *pluteum* mulieres cubabant, viri autem in priore ſponda, quæ & *exterior*, quæque pluteo carebat. Tibullus, de utraque,

Et preſſus prior eſt interiorque torus.

Marcellus, *Facula, quâ inſectores utuntur, ſi ſpondam lecti prioribus, qui vir cubat, perunxerit & ſpondam medio inſignerit, deludet capiti remedium.* Ubi *prior ſponda*, eadem eſt cum exteriore. Artemidorus, τὸν δὲ ἐκπάτορα ἢ μὴ ἐν τοῦ γυναικὸς, ἢ ἐν ἄλλῳ τῷ ἀνδρὶ, *ſpondarum autem interior quidem uxorem, exterior verò virum*, ſc. continet: Sic enim apud cum legendum. Hodie viceverſa ſcriptum eſt, τὸ μὲν ἔσω τῶν γυναικῶν, quod ferri non poteſt. Pueri quoque cinædi, nam & hi mulierum loco ſeleratis, ad plutei ut cubabant & in parte tori interiore. Martialis,

Excidunt, ſi ſonem, ſpondæ qui parte jacebat:

Ingens

Cuna: ſed & jactis gremio nova nupta mariti.

Salmaſius *ad Æl. Spartianum in Ælio Vero.* V. quoque ſuprà, in *Antelucanus.*

Pluto, addit: Inter ſepulchrorum, quæ hinc inde Romæ occurrunt, monumenta ſpectabilis, quæ collegit Georg. Fabricius Chemnicenſis *in ſua Roma, cap. 21.* Pluto quoque eſt quadrigis vectus, qui raptam Proſerpinam amplexu tenet, exanimi ſimilem, ſupra quam volat alatus Cupido, curnum præcedit Mercurius alato pileo ac caduceo &c. In tumulo apud S. Sylveſtrum. Voſſius *Plutonis* nomine Chamum, unum ex tribus Noachi filiis, cultum fuiſſe ait, non occaſione ortâ, quòd is ſe primùs Occidentem habitaverit, cùm Japhetus Inſulas. Semus verò Orientem tenens, is Neptunus, hic Jupiter crederetur, *de origi & progr. Idolol. lib. 1. cap. 18.* Et quidem Sanchoniathon quoque Saturni (i. Noahi) filium *Pluton* facit: fed addit, ante Parentem fatis conceſſiſſe, fuiſſeque ab eo conſecratum, quod poſtremum Noahi integritate foret indignum. Nempe Saturno attribuit, quod non niſi à poſteris *Plutonis* factum eſt. Eodem facit, quòd *Aborias* ei datum nomen, idem Auctor ait; Nempe, ut diſcernas ex Diod. Sic. *lib. 5.* ideo hoc factum, quia *funerum & ſepulturæ ac parentationis oſtenduſſe vires ferunt*: at Gr. Ab Orientalibus funerandi ritus acceperunt. Et hæc fane Orientis *Plutoni*, qui v. tuſtior, aprimè convenirent. Alius Græcanicus fuit, Proſerpinæ raptu celebris, cujus ætas ſic indagari poteſt. Proſerpina, quam is rapuit, filia erat Heroinæ, quæ populum Attícum frumenti fationem docuit, ac ab Eufebio ad Joſiæ tempora refertur, Sed vel duos Græcíæ *Plutones* ſtatuere eſt neceſſe; geminum item raptum Proſerpinæ (& ſolent Poëtæ hiſtorias temporum diverſorum in unum commiſcere) vel ſtatuendum, Aidoneum illum una ſolùm ætate vixiſſe ante tempus Trojanum. Fuit enim Aidoneus Moloſſorum R. ac Theſeæ tenuit captivum, donec ab Hercule liberaretur, ut refert Plut. *in Theſeo*: cui ſententiæ quoque Euſebius *in Can. Chron.* favet. Similiter Cyrillus *perè initio lib. 1. contra Julian. deſervorem, Cenſeſſino* inquit, *& nonageſimo quinto anno, poſt Moſen, ferunt fuiſſe Proſerpinam virginem, rapiam ab Adonco*, i. *Orco, Rege Moloſſorum.* Voſſius *cap. ſeq.* Septentrionalibus Gentibus præcipuè cultum fuiſſe hoc Numen, dictum in voce *Herthus*, item in *Nox.* De Gallis Helvetiisque Cæſarem adi.

Varia Plutonis apud Auctores cognomina.

Alter, dictus eſt, quòd ex terra alantur omnia.
Dis, quòd terrena vis, ut ait Cicero, ac natura omnis ipſi dicata putaretur. Aliis tamen hic appellatus videtur, per ἀντίφρασιν, quòd *minime dives* ſit. Mortui enim omnibus hujus terræ bonis deſtituti ſunt.
Februus, vocatus eſt à purgationibus & luſtrationibus funerum.
Manes, ſive Mors Phœnicibus nuncupatus eſt, quid ad ſuneranali rationem mortales docuerit.
Orcus, ædem habuit Romæ in 10. Urbis regione. Idem *Aggeſtaus* dictus eſt, Athen. *l. 3.*
quia κτήσεως ἄγειν ἄκαιρος, *omnes agit populos*: Omnibus enim moriendum.
Pluto, à Gr. πλοῦτος, i. *divitiæ*, quas Vett. ſolis terris deputari credebant.
Rufor, appellatus eſt, quòd rurſus cuncta eodem revolvantur.
Summanus, q. *ſummus Manium*: Hujus ſimulacrum fictile in faſtigio templi Jovis O. M. fuit, quod cum ictum eſſet, nec unquam caput ejus invenirent, Haruſpices in Tiberi deprehenderunt. Habuit facellum in regione 8. & ædem in reg. 11. quam vovit Titus Tatius Rex, apud Varronem,

Pluvia quotidiana, totorum fere quinque menſium, Æthiopiæ incumbit quotannis, obſervantibus Geographis. Cujus cauſa in montibus Æthiopicis ſita videtur, *quos & maximè eos, qui inter Æquatorem & Tropicum hybernum collocati, Auſtralem Æthiopiam trifidei velut cuneus in Orientem, Meridiem & Occidentem deducta diſſundunt, ſagax natura in circuitum omnes ex ratione diſpoſuit & coordinavit, ut veluti cava ſpecula, Soli Boreali ſigna pabundi ſubjecta, vallis apte exciperent. Quibus receptis, cum horum radiorum unione vis Solis nap. rum elevativa miré roboretur, ac proinde mox ingens vaporum ac nubium vis, illa quidem ex ſubjectis paribus elevata, hæc verò Septentrionalibus ventis Euſtis aſſpirantibus, in vaſtiſſima illa montium Amphitheatra impulſa congregetur; ſic ut ſimul ac Sol meridianus vicinus circulo cava montium vallis ſibi ultrò medo perculſerit, nubes ipſæ ſeſe ſtatim colore reſtexo elevantur, ac quaqua verſum diffundæ, tandem frigore atriſſimorum montium pugis inſidente, ex pugna illa caloris inferius, frigoris ſuperius urginis, in imbres copioſiſſimos, vel potius ob nubium gravidarum ad terram vicinitatem, in nimborum quaſi rivos, ad præſixum Naturæ finem conſequendum, reſolvantur.* Athanaſ. Kircherus *Ord. Ægypt. Symt. 1. cap. 7.* Idem aliis Zonæ Torridæ partibus contingere, obſervatum: ubi *Pluvium*, in Junio incipientem mediter integrum perdurare, cumquisque illud *Pauſe id* incolis, quaſi diras, *pluvium tempus* vel *menſem pluvium*, appellari, ſcribit la Valle. Fit autem id ſingulari Dei providentiâ, qui hoc pacto immoderatum climatis æſtum temperans, ſolum omnium rerum fertile, contra Veterum opinionem, ac mirâ ſorum fructuum que varietate ſupra modum jucundum reddit. Ipſa pluvia, non ſicut noſtris in regionibus, mirè animantibus hominibusque grata eſt, & *Hyems regionis* quoque populis illis nonnunquam vocatur. Goætamen, die 22. Mai, adeoque citiùs, quàm in tractibus magis Septentrionem verſis vergentibus, fœcunda hæc tempeſtas ingruere ſolet; Quæ cauſa, quòd Perſæ in Faſtis ſuis initium ejus ſignunt die 15. menſis tertii *Cordad* dicti, quæ cum tertia Junii notiri convenit. V. plura in hanc rem egregia, apud præfatum Petr. de Valle *Itinerarii tom. 4.* Cœterùm de *Pluvia* in genere, præter Meteorologicos Scriptores, conſule Voſſium *de Or. & progr. Idolol. lib. 3. cap. 12.* Romanos *Pluviæ* tempore Panulam geſtaſſe, ex Ferratio diximus ſuprà in voce *Panula.* V. quoque hic paulo infrà.

Pluviale Veſtimentum, occurrit apud Æl. Lampridium *in Alexandro Severo*, *Panulis intra urbem causa frigoris ut ſonet utrentur permiſit, quum id veſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluviale fuiſſet.* A *pluvia*, quòd non niſi hoc tempore geſtaretur; ut *itinerarium*, ab itinere. Vet. Scholiaſtes Juvenalis *ad Illud*,

——— ——— *pinques aliquando lacernas,*
in alio pinques, ut oſtendat groſſas, ac per hoc pluviales, quæ muniant à pluvia, non quæ ornent, &c. Nempe ad *pluviam* lacernæ habebantur, ſupra togam injici ſolitæ. Hinc in officiis faciendis & ſalutationibus omittinis obeundis, togatos ſæpe cubatur verna cum lacernis, quas ſupra togam accipiebant, ſi fortè pluereret. Martialis meminit huius moris,

subitæ cùm cadit imber aquæ.

Nec venit ablatis etamatus vernat lacernis.

Eadem fini, Ludorum quoque tempore, lacernas supra togam habebant: Plinius hoc intendi pretia lacernarum scribit, ex nubilo Virgilarum occasu, quòd pluviosam hyemem futuram significarent. Ac Tiberius, referente Dione, ὑπὸ τὸ φανερῶσαι τὴν γενομένην ἐν τῷ ὄμβρῳ ἀκμὴν, h.e. *pluviâ in panegyri ingruente supra togam induxit lacernam &c.* Etiam Pœnulæ partim tincratæ, partim *pluviales*, fuere, quibus extra urbem tantùm & in itinere utebantur. Lucillius,

Pœnula, si quæris, cantherius, servus fugetivo,
Utilior mihi quam sapiens.

Varro, *Non quarenda est homini, qui habet virtutem, pœnula in imbri.* Ut plurimum fcortææ. Martialis,

Ad subitas nunquam scortea desit aquas, &c.

Tribunos Pl. hinc pœnulas pluviæ tempore ferre consueuisse, tradit Spartianus in *Hadriano*. Sed nec solum illi, verum etiam reliqui Magistratus id fecisse videntur: imò Hadriani temporibus, pœnulæ jam erant in populi usu, etiam Senatoribus, & cùm *pluviale* tempus non esset. Rarus tamen earum etiam tum usus & non nisi frigoris causâ aut pluviæ capiebantur. A' quibus aliud quoddam Pœnularum distinctum genus fuit, ex lana, quas intra Urbem usurparunt sub Imperatoribus, hyemis præcipuè tempore & frigoris, quas *gausapinas* appellat Martialis, fed de Pœnulis plura suo loco, ut & de Lacrnis, quæ cùm antiquitus *pluvialis* ac irinerariæ folùm essent, postea quoque, apud Scenicos vtes, Equites ac plebem ipsam, passim & promiscuè, adhiberi cœperunt, V. Salmasium *ad Spartian.* & *Lamprid.* Hinc *Pluviale*, substantivè & per se positum, genus vestis defignat pinguis & villoiæ pluvialiique tempestate geti aptæ. *Pluvium* dicitur in *Capitulis* Caroli M vestis, quæ totum hominem operit & à pluvia defendit. *Pallium pluviale*, vocatur Johanni Monacho in *Vita* Odonis Abbatis Cluniac. *lib. 2.* *Cappa* dicitur in *Vita* Leonis IX. *cap. 8.* At *Pluvialis*, vestis fuit Episcopi, quam & describit Durandus *Rationalis l. 3. cap. 1. num. 13.* *Pluviale vel cappa, habet caputium, prolixa est usque ad pedes in inferiore parte fimbriis adornata, quam non nisi in majoribus festivitatibus indunt.* Ejusdem meminit *Memoriale* Cenci Camerarii, de Pontificii inauguratione, *Prior Diaconorum ipsum de* Pluviali *rubeo amnantat, & eidem eisdo nomen imposuit.* Nempe hæc vestis à *pluvia* quidem nomen habuit, sed non usum vestimenti *pluvialis*, cujus imitatione facta ficque appellata est. Hinc Cæcil. Budensé A. C. 1179. *c. 19. Præterea statuimus, quod Archiepiscopi, Episcopi - mitrati, cum superpelliciis, stolis & cappis seu pluvialibus, Symbolo adsint &c.* V. & *Pluviale*. Non fumi à hanc vestem cum Manipulo, nec in Matutino etiam maximè solenni, nisi tempore nonæ lectionis ab Hebdomadario dicendæ, qui una cum duobus Præcentoribus illà ornetur: cùm verò ipse Episcopus officium dirigit, nonam lectionem in cappa confueta eum recitare, excepta Nocte Dominicæ Nativitatis, in qua *Pluviali* utatur, ad dicendam orationem, in fine Matutini: Jejuniorum denique tempore, *Rituali* rubricolorisuti Papam, aliàque hucpertinentia, habes apud Macrum *Hierol. V.* & Oct. Ferrarium *de re Vestiar. Part. 1. lib. 1. cap 39.*

Pluviaria, seu *Pluvialia*, nomen Insulæ, apud Plinium, quam Πλουϊάριαν vocat Ptolomæus, ubi Fortunatas Insulas fex bis nominibus recenset, Ἀκτεσσὼ τὴν Θ΄. Νῆσος τὴν Θ΄. Πλουϊάρια, Κασπτερεία, Καπρᾶρια, Καπαρία. Sed Πλουϊάλια legendum. Fortunatis nempe eam accenset Ptolomæus, ut & Juba, qui easdem fere itidem numero esse tradidit: *Ombrion*, *quas Junonias*, *Capreariam*, *Nivariam & Canariam*: ubi Pluvialiam *Ombrion* vocat, ab ὄμβος, *imber*. At Statius Sebosus, eidem Plinio memoratus, *Pluvialiam*, unà cum Caprara & Junonia, à Fortunatis fepa ravit. Ita n. is, *Junoniam absit à Gadibus DCCL. tradit, Ab ea tantundem ad occasum versus Pluvialiam, Capreriamque. Ab his CCL. Fortunatas, contra iacvam Mauritaniæ Pill. M. passuum. Oram Stili vocari in convalle à convexitate & Planariam à specie, convallis circuitu CCC. M. passuum.* E' quibus apparet, Sebosum duas tantùm Insulas Fortunatas agnoviffe, unam in valle ftam & à convexitate appellatam, *Stilam*, quòd *stili*, i. alvei balnearis, figuram exprimeret; alteram, à specie plana ac fupina, *Planasiam*. Qua de re V. Claud. Salmasium *ad Solinum pag.* 1297. & 1298. Nomen autem *Pluvialiæ*, à *pluviarum* multitudine, quam ob causam ὑετόεσσαι fub. νῆσοι eam Juba vocavit, uti diximus.

Plynia, Græcè Πλυνία, Euliones dicti, ὑπὸ τὸ πλύνω, à *lavando*. Tria enim officia Plyniæ mercedem ferebant: Sebomenitis, primum est τὸ πλύνειν, i. *lavare*; alterum, τὸ ἐυσταλέειν, i. *concinnare & ornare*; tertium, τὸ κτενίζειν, i. *polire & pectere*. Lavabat autem & tergebat nitro, creta, cimolia & fimilibus. Hinc Martialis,

Et lotam ut minimum terq; quaterq; togam.

Ubi obfoletam & diu habitam intelligit, ut pote quæ ter ad fullonem jam missa fit maculis eluendis. Et Petronius, *Vestimenta accubitoria perdidit, quæ mihi natali meo donaverat ellem quidam. Tyria sine dubio, sed jam semel lota.* Lipsius legebat, *sed haud semel lota*, ut dibapha intelligat. Prorsum absurdè, quod tamen alii etiam recepuerunt. Tyria funt dibapha, nec eaim alter illa purpura tingebatur: fed & omnes commodiores purpuras eo ævo fic tingi moris fuisse, Plinius notat. At potius ille dispensator, Tyria quidem fuisse vestimenta, quæ perdidit, fed jam femel lota, h. e. minimè nova, verùm jam semel *Plynte* feu Fullonidata, ad lavandum, fordesq; tollendas. Salmaf. *ad Solin. p.* 391.

Plynteria, adde: Hoc festo Minervæ simulachrum *lavabatur*, unde nomen, ac publicè privatimque opera dabatur, ne inchoato festo, necdum peracto, quidquam aggrederentur; id enim infaustum habebatur, Xenoph. *de rebus Alexand.* quemadmodum apud Romanos, mota necdum conditis anecibus, eadem inpectitio obtinuit: nisi quòd *Plynteriorum* dies unus faltem erat infaustus, ancilia femel mota ante 30. diem non condebantur, Polyb. *lib. 23.* Celebrabantur autem *Plynteria* d. 24. Thargelionis, fec. Pettrum, vel 25. fec. alios, Y. Fr. Roiffeum *Archæol. Attica lib. 2. cap. 10.* uti de more Gentilium fimulachra Numinum lavandi, hic non unò loco.

P N.

Pneuma, in genere *flatus*, Græca vox eft, πνεῦμα. Henricus Mon. Altissiodorensis de *Vita* S. Germani *lib. 6. pag. 65.*

Pneumata *venorum tempestatumq; tumorem.*

In specie, *canum* notat, aliàs *jubilum* dictum, quo non voces, fed vocum tonus longiùs cantando diducitur ac protrahitur. Hugo à S. Victore *in Speculo lib. 1. cap. 7.* *Unde Alleluya multum ifti in formo, multum in pneumate.* In fine antiphonarum cini Gilbert. ut legimus in *Statutis* Cluniac. Petri Venerabilis cap 67. Per aphæresin *Neuma*, *æ*, de quo fic Beletus *Divin. Offic. cap 59.* *Hîc etiam notandum, quod femel diximus, Neuma, feminei generis abeq, D. accipi pro jubilo: pro Spiritu autem Sancto dicitur Græce Pneuma, Pneumatis.* Interim vox è Græco nomine πνεύμα omnino deducta eft, unde rectè quidam *neuma* dixerunt neutro genere, pro Pneuma. Hinc *Neumaticus*, *modulator dulcis*. Cretbrius tamen in fœminino genere reperitur, atque etiam *Neuma* alicubi dicitur; unde 'forte *le árdid de neuma* feu *norsuerit*, apud Britannos, Armoricæ incolas, quod Parochi penitiarî fofet, pro cantu Ecclesiaftico, in obitu alicujus Parochiani. Quando verò canari, quando omitti debeat *Pneuma* feu *Neuma*, ex fequ.di cimus. *Ordinarius MS.* Ecclefiæ Rotomagenfis, *In hebdomade ifta nullum neupma dicatur, in fine antiphonæ* Udalricus *Consuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 11.* *Poft Alleluja, quadam melodia neumatum cantatur, quod Sequentiam quidam appellant.* Ufus antiqui Ordinis Cifterc *cap 56.* *In fine vero Responsorum & versuum, ne à mero Missas totum neuma dicatur, ad omnes diffinantias evitandas.* Infrà, *Item alleluja cum fuo neumate integro tractatur.* Rupertus *de Divinis Officiis lib. 2. cap. 2.* *Offerendæ gravis & grandissimi laminatur canus, quæ neumis diftenta frequentibus & fuis fœcunda versibus, quantumvis longa jubilatione non valet fatis exprimere, quod fignificat.* Beletbus *cap. 21.* *Nota interim, non debere in fefto B. Mariæ annuntiationis, fequentiam, quam etiam Profam ifte appellant Alleluia &c.* A' proîa tamen diftinguî videtur, apud Udalicum *lib. 1. cap. 13.* *Plures ftatuuntur ad profam concinendam, quibus chorus per neumas refpondet, &c.* Myftica hujusmodi cantus fignificatio indigitatur, apud *Ordinarium* laudatum *l. c.* *Per neupma fignificatur fuspiratio animæ redemtæ ad cœlestem patriam.* Alcuinum item *de Div. Officiis cap. 33.* *Solet enim auctor Antiphonarii aut diffinillime canus, aut diffinillime ordinis varium affectum monstrare Sanctorum; Sicut de Johanne Symmyfia fcit, per neumam circa intellectum verborum, fapientiæ & intellectus, in Responsorio, in media Ecclefia, &c.* Sed & *Neume*, in Musica, dicebantur notæ, quas *Musicales* hodie appellamus: unde *neumare*, eft notas veribis Muficis decantandis fuperaddere. Anonymus Interpres Hugonis Reutlingenfis Sacerdotis *in Floribus Musicæ: Antiphonarium & Graduale collegii, dictavit & neumavit, feu notavit.* Mox, *Omiffis clavibus & lineis, que in neuma feu nota Musicali requiruntur, V. Guil. Monachum & Johannem Mon. in lib. de Musica*, laudatos C. du Frefne *Glofs.* ut & fupra ubi de Muficis *Notis*.

Pneumatomachi, Hæretici dicti funt, errantes circa articulum de *Spiritu S.* inter quos Simonianî σπερμάται, & Samosæreniani χάλῳ· tantùm hoc nomen effe voluerunt. Inprimis verò fic appellatos legimus, qui Arianæ hæreseos partem alteram, quæ eft de FILIO, rejicientes, alteram de SPIRITU S. mordicus retinerunt, ejus Deitatem & confubftantialitatem cum Patre & Filio inficiati: quos proin *Semiarianos* appellat Augustinus *Haer. 53.* aliâ notione hanc vocem ufurpante Epiphanio. Nomen Arianî Κεκτεσσώνιοι, hi verò Πλουϊάριοι vocitati funt. In qua hæresi maxime eminuit Macedonius Epifc. CP. qui relictis Arianorum Eudoxianoumque partibus, propriam hanc fibi fectam condidit, circa A. C. 360 Spiritum S. creaturam effe, cum Ario, aperte affirens, uti refert Theodoretus *Hift Eccl. lib. 2. cap. 6.* damnatus Concilio CPolitan. II. principatu Theodofii Sen. celebrato A. C. 381. in quo, condito Symbolo, Patres profitentur fe credere ἐν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συνπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λελαληκὸν διὰ τῶν προφητῶν, τὸ εἰς Ἁγίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. Spiritum Sanctum Dominum, vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio simul adorandum & fi-

& simul glorificandum, loquntur per Prophetas. In quam sententiam Episcopi quoque in Concilio Romano congregati, Confessionem Fidei Synodicam ediderunt, in quâ anathema dicunt Sabellianis, Arianis & Eunomianis, Macedonianis & omnibus *Pneumatomachis*, Photinianis ac Apollinaristis sub Damaso Papa, uti iterum apud Theodoretum videre est *Hist. Eccl. lib. 5. cap. 9.* Adde contra eosdem Athanasium, Basilium M. Gregorium Naz. Ambrosium, Epiphanium, Augustinum, Didymum Alex. & Paschalium, laudatos Jo. Forbesio *Instructionum Historico-Theologic. lib. 1. cap. 2. & 5. & seqq.* Præterito seculo sepultam jam dudum hæresin, unâ cum aliis, ex orco revocavit Michael Servetus Hispanus, quem secuti Valentinus Gentilis, Georg. Blandiata, Fr. Davidis, Faustus Socinus, alii, Spiritûs S. non divinitatem modò, sed & personam abnegarunt. Nec longo intervallo Socinianos sequuntur Anabaptistæ plurimi, uti docet Fr. Burmannus *Synopsi Theol. Christ. Part. 1. lib. 1. cap. 35.* V. quoque Cl. Suicerum *Thesf. Eccl.* in hac voce. De Græcorum v. circa processionem Spiritus S. à reliqua Ecclesia dissensu, V. infrà.

Pnyx, adde: Locus erat juxta Acropolim ædificatus, antiquæ simplicitatis usu, non ad posterioris Theatri splendorem, idemque fortè cum veteri Foro, in quo olim convenitabatur, ius a Pandemi Veneris dicem. *ἐστιν Ἀφροδίτης ἐν τῷ Ἀκροπόλει ἱδρυμένον Σιμάτης, omnibus Athenis ad Acropolim à theatro*, ut adnotat Pausanias *Atticis*, qui Veneris præditæ facellum ibi collocat. Et certè ideo fic dictam Venerem hanc vult Apollodorus *lib. ἀδελφῶν*, quòd *πάντα ὁ δῆμος, τοῦτο populus antiquitus ibi convenerit.* Hic itaque Magistratus *χειροτονίαι* Populi circabantur suffragiis, referentibus ad Populum Thesmothetis, Pollux *lib 8 cap. 9.* aliaque ad pabi cam rem spectant a peragebantur antiquitus: Postea vero defitum, & Comitia in Bacchi *Διόνυσον* haberi cœpere, nisi cùm eligendus esset Magistratus, eodem teste: *Αὐθις δὲ τὸν μὲν ἄλλον ὧν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρου, μόνας δ' τας Ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκὶ.* Quò quoque verba Helychii referenda, *Πνυξ, τόπος Ἀθήνησι, ἐν ᾧ αἱ Ἐκκλησίαι ἐτελοῦντο πάλαι· νῦν δὲ ἄπαξ, ὅτε Συνεγείρει χειροτονίαι, Πνυκ, locus Athenis, in quo conciones olim omnes habebantur, nunc vero sum solum, cum Strategus Populi suffragiis designatus est.* V. Sam. Petitum *Comm. in Leges Attic. lib. 3 tit. 2.*

P O.

POM. in notis Antiquorum, *Pompius*: POM. M. *Pontifex Maximus*: POP *Populus*: POSTH. *Posthumius* vel *Posthumus*: POT. *potestas*: P P. *Pater patriæ*: *Pater Patratus*: PQ *postquam* &c. fignificat. Fr. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.*

Pachapim, castellum Hungariæ, situ & ære munitissimum, à Clemente Athanasio, post Caitalal. Regno discessum, Iósbelæ Reginæ justu, fcalis admotis captum est, A. C. 1563. Jac. Aug. Thuanus *Histor. lib. 13.*

Pocillator Appulcio, Suetonio *Calicap. 49.* ad *Cyathum & Vinum*, Juvenali *Sat. 13. versu 44.* ad *Cyathos*, in vet. Epitaphio, *à Postone*: Item, *à Lagena*, vel *Laguna*: Gallis *L'Echanson*. *Tit. 11. edit. Basil. Scaniis*, Germanis *Schenck*, Græcis Οἰνοχόος, dicebatur Romanis servus, qui patellibus vinum ministrabat. Meminit muneris Virgilius *Æneid. lib. 1.*

Centum alii, totidemque pares statuere ministri,
Qui sapibus mensis onerent & pocula ponant:

Quod de Infertoribus ac *Pocillatoribus* accipiendum. Martialis quoque ubi de Alexi Virgiliano, *lib. 8. Epigr. 55.*

Aestabat Domini mensis pulcherrimus ille,
Mirmirova fundens nigra Falerna yatus;
Et *libata dabat rapidis Cardofia labris.*

Eundem *Ministrarum* dictum esse, ex antiquis marmoribus patet, in quibus nominantur *Amarantinus Augusti Ministrator Turrianus. Erasius & Anfio Cæsaris Ministratores.* Hinc Petronius, *Vinum Dominicum Ministratoris gratiâ est.* Quo habitu autem munus obierint, Seneca indigitat *Epist. 47. Alius*, inquiens, *vini Minister in mulicbrem modum ornatus, cum ante luctatur*; & Appuleius Senecam explicans *Metam. lib. 2.* ubi *Pueros calamistratos, pulchrè indutos, gemmis formatos in pocula vini ventufi frequenter offerentes*, notavit. Nimirum hic mulicbris fuit ornatus, indusiatum esse & calamistratum quempiam. Idem Seneca Pistores ac *Ministratores* conjungit *Epist. 95.* nec sanè temerè, cùm & in Not. Imperii, sub dispositione Viri Spect. Comitis Casfrensis, Ministeriales Dominici recenseantur, ad quos indicandos, inter Comitis insignia, Mensa panaria, & Vinaria aliquot vasa conspiciuntur. Liberati autem erant & formosi *Pocillatores* plerique & secta beatiorum hominum, quæ cum à Triclinio bus non Triclinium modò, sed & Coquinam referserant. Martialis *lib. 10. Epigramm. 66.* ubi de Theopompo, puero formâ conspicuo,

Quis potiùs cyathos, aut quis crystalla tenebit!
Quæ sapiens melius mixta Falerna manu?

Unde & Philo, ubi de Tridentium luxu, *lib. de Vita Contempl. Ministrantibus formosis manipuis, non tam ad præsens ministerium quæstis, quam ad exhilarandos assidùs convivii oculos. Ex his minores pueri Poncernat agunt, grandiores aquam affurum &c.* V. quoque Chrysologium *Serm. 161.* Et exhiber Istiusmodi *Pocillatores* ex Cunculis arcis antiqui operis Pignorius, quæin compectum dant, quidquid modò præfatus Philo, de accuraro capillitio & tunicarum præcinctione, disserit. Sed & non raro Eunuchi *Pocillatores* fuere, Tacitus *Annal. lib 4. Id* (venenum) *Drusi datum per Lygdum Spadonem, ut ob id pudoris cognitum est.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & supra in voce *Binarius.*

Pocockius Eduardus, Oxoniensis Anglus, S. T. D. Linguæ Hebraicæ ac Arabicæ, ac qua, supra reliquos hujus ævi, eminet, Professor. Ejus extant *Porta Mosis, In 2. Petri, In 2. & 3. Johannis Notæ, in Judæ item &c. Eximius Vir, nec sine honorifica modestiæ, candoris ac literaturæ omnis præfatione nominandus, Dickensonus *Delphi Phœnicizantes.*

Pocuinum, primò voia fuit, quod Diogenes non erubuit dilitescere, à quodam, quem cavè manu excepram aquam ori admovere vidit, abiecto hinc vasculo suo potorio, tanquam supellectile non necessaria, ejus simplicitatem in posterum imitaturus. Verùm commodiras arte factis *Poculis* uti fusit, luxu postmodum, ut in aliis, ita & hîc, in immentum procedente. Et prima quidem omnium ex terra Samia fictilia fuisse videntur, neque in parasitorum tantùm ædibus, sed & in opulentorum conviviis, teste quoque tam Deorum immortalium fanis ac facrificiis solemnibus. V. Val. Max. *lib. 4. cap. 3.* Senecam *Epist. 95. in fin. & lib. 1. de Benefic. cap. 6.* Tertullianum *Apologet. cap. 37.* Ciceronem *Paradoxo 1.* Plin. *lib 35. cap. 12.* &c. de Romanis: Jul. Pollucem *lib. 10. cap. 19.* de Græcis, loquentes. Unde Tibullus *l. 1. Eleg. 1.*

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili compositurus humo.

Et hæc πάντα sive pice liquefacta, ne æstivo tempore exudaret liquor infidus, obducta fuisse, indicat Alexander Aphrodiæus in *Problem.* Item cerâ, ut indicat Theocritus hoc in *Thyrsifde*,

Καὶ βαῦδ' κισσύϐιον κιλλυπέρων ἀδὲ κυπρῷ.
Et profundum poculum obilitum dulci cerâ.

Ubi virum eruditum *ὁ κιλλυπέρων* idem esse, quod *κισσυγοχρώματος*, contendebat rem, refellit Vossius, ex Athenæo ostendens, pretiosiora fuille vasa ceris picta, quam ut ea haberent in Sicilia rustici, idque jam Theocriti ætate, qui Ptolomæi Lagidæ & filii ejus Philadelphi temporibus claruit. Post hæc reperiuntur *Pocula* e fago facta, vel ad minimum è ligno, quibus jam Homerici Heroas usos fuisse, ex *Odyss* jam pridem docuit Fulv. Urlinus *Append. ad Triclinium.* Hinc Ovid.

Fabricataque fago
Pocula.

Et *Fastorum lib. 3.*

Terra rubens crater, Pocula fagus erat.

V. quoque Virgil um *Ecl. 3.* Senecam *Hercule Oetæ Act. 1. chor.* Tibullum *lib. 1. Eleg. 10.* Oleagina pocula, memorantur *l. 10. ff. de leg. 3.* Hederacea, Plin. *lib. 16. cap. 35.* ubi hederæ eam naturam docet esse, ut in sitiusmodi vasis vina transfluant, remaneatque aquâ. Ii aquâ fuerint mista: Græci *Κισσύϐια* vocant. Memminit eorundem Euripides *Andromedæ.* Vel simpliciter ex ligno erant, quatis pocula *Scalas* dicta fuisse, suggerit Isidorus *lib. 20. cap. 5.* & P. Diaconus *de gestis Longobard. lib. 1. cap 27* è quo loquentem posteriori ævo, ligneorum usum viguisse. Erant & è corniburs bovinis *Pocula* efficta, antiquissimis jam temporibus, ut docet Ambrosius *lib. de Elia & Jejunio cap. 17.* Xenoph. *Expedit. Cyri lib. 6.* Athenæus *Dipnos lib. 11. &c.* Unde Nicandri Scholiastes *τὸ κερόσσαι, ἀπὸ τὰ κέρατος*, dictum vult: quod Nonnus confirmat *Dionys. lib. 12.*

Καὶ δοκὸν ἡγίνθη κερόσσατο κῶλα κυνηγέται
Μεσσὸ Φαιστείοιο, τόθι ἑτέτυκτο ἄλκαρ
Θέσκελον ἀκμῆσι τύπτε κερασσατέροι πάλαι ὄφρη.

Et taurinis cornibus propterea Bacchus effictus, Joh. Meursius *Notis in Lycophr.* Ad quem ritum Pindarus quoque alludit, ajens:

Ἐξ Ἀργείων κεράτων πίνοιτε ἐκπλαζόμενῳ
Ex argenteis cornibus libentes lasciviebant.

Æschylus item *in Perrhœbis*, *Ἀργυρόπλοις κέρασι, argento ductilis factis cornibus*: ac Sophocles *in Pandora*, *πατὴρ χρύσεον κέρας ἔπλησεν ἀμύνου cornu.* Nempe auro & argento poliorum locorum luxus priscam confuetudinem exprimere grand bar: retulit sa autem bucciuæ oblongæ formam, i. naturalem cornum bovi norum speciem, docet Ambrosius *lib. 12.* Vestigium veteris ritus apud Hom. *Il. 8. v. 169.*

Οἵου τ' ἐγκέφαλον πίνει,
Fiumque cornu mifcens ad libendum.

De Indis inprimis V. Cteliam, apud Photium *in Bibl.* de Tartaris hodiernis P. de Valle *Itiner. tom 3.* & cui ignorum cornu aureum Christiani V. Dan. R. ac cornu mirabile, quod in aula Oldenburgica à multis jam seculis asservatum est. Quarò, vitrum *Poculorum* materia esse cœpit. Arisoph.

Ἐκεῖ ὁ μὲν ἐξ ὑάλινον σκεπασάσθω,
Bibarat hic quidem è vitreis poculis.

In delitiis olim hodieque non ſpernendis, Martialis *lib. 1. Epigramm. 38.* & repotibus præfertim in usu, uti diticimus ex Juvenali *Sat. 2. vers. 95.*

——— *Vitreo bibit ille Priapo.*

Exin cryſtallus in poculis, aliaque ſupellectile laudari coepit. Juvenalis idem *Sat. ſeq. v.* 134.

Crystallus volumine cryſtallina.

Et nota Vedii crudelitas, qui cum unus ſervis cryſtallinum fregiſſet, rapi eum juſſit, nec vulgari periturum morte, murænis objici, apud Senecam *de Ira lib 3. cap* 40. V. ſupra in voce *Acentetae*, alibique. Porrò Murthina Vala, & præcipuè *Poculis*, adhibita luxurioſorum conviviis fuiſſe, idem docet *Epiſt.* 119. in quibus obſervatum, ut talenti vino conveniret, docente Martiali *lib.* 14. *Epigr.* 113. V. itidem ſupra. Electrina *Pocula* Magnatibus in pretio habita, memorat Trebellius Pollio, cum de Quiero Tyranno refert, *illum Electrinam pateram, quæ in medio vultum Alexandri habebat, & in circuitu omnem hiſtoriam continebat, ſignis brevibus & minutiſſimis, pondere propinaſſe.* Sic apud Lampridium in *Alex. Helena dicitur Minervæ Lindiæ talicem ex electro conſecraſſe.* Unde Juvenalis *Sat.* 5. verſu 38.

——— ——— *Ipſe capaces*
Heliadum cryſtas & inæquales Beryllos,
Virgo tuus phialas, tibi non commendat aurum.

Ex argento *Pocula* creſcens luxus effigiavit, ſed magno nepotum à continentioribus diſcriminе, ut qui, emblematis ingenioſis cætatum argentum habere gaudentes, toros quandoque cenſus in iſtiusmodi ſculpturas effunderent, V. Plinium Sen. *Nat. Hiſtor. lib* 13. *cap.* 12. Mentio & in antiquis marmoribus, *Anthus ad argentum* Pet. *L. Cæſaris.* Item *Vibia. Succeſſa. Liviæ. Aug. ſer. ab. argento Pouerio &c.* Indejoſoe apud Athenæum *magnum pauſalum* pueris *argentum* dicitur. *Digeſt. lib.* 11. ut clarum ſit, etiam Græcis id in uſu fuiſſe. V. Melam JC. apud Ulpian. *lib. 7. ff. de in rem verſ.* : Quid verò in iſtiusmodi *Poculis* calari facrit lotium, innuit Virgilius *Æn. lib.* 1.

Ingens argentum menſis celatuque in auro,
Fatis facta Patrum.

Juvenalis *Sat.* 1. verſu 76.

Argentum vetus & ſtamen extra Potula *caprum.*

Alii, diceba ntur quæ nob lium ita Attificum emblemata propitio nomine *formæ.* V. *ſuo loco.* Nonò, aurea ſupellex recepta, & præprimis *Pocula.* Cicero in *Verr.* 4. *Exponit multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, ut mos eſt Regibus, & maxime in Syria gemmis diſtincta erant clariſſimis.* Hæc & ipſa cælabantur, licet non tanto tamque elaborato artificio, quemadmodum argentea : Unde Plinius *celaturæ auri nullum Artifex in inclariſſes*, ic ibit. Inſculpebantur itis inprimis gentilitia Familiæ inſignia. V. Plinium *lib.* 37. *cap.* 2. Corippum *lib.* 3. *num.* 1. Scævolam JC. 1. 36. *ff. de auro arg. leg.* Iſido um *lib.* 20. *cap.* 4. Silium Ital. *lib.* 10. Statium *lib.* 1. *Thebaid. verſu* 540, &c. Sed, ut dictum, non ſufficeit luxui purum in hos uſus aurum, inſerebantur & gemmæ, unde *Potula gemmata*, Luct. Placido *ad Statium Theb. lib.* 1. *verſ.*550. & gemmâ bibere dicti, Hieronymo *Epiſt. ad Alacharium*, Cypriano *lib.* 2. *Epiſt* 2. Appulejo *Miſeſ. lib.* 2. Plinio *præf. ad lib.* 33 ubinter alia, *ſmaragdis*, inquit, *teximus calices &c.* Prorſus *lib.* 3. *Ecl.* 4.

Non bibit è gemma divite noſtra ſitis.

Ovidius *Metam. lib.* 8.

In gemma poſuere meram,

V. hic ubi de *Auro Vindlis*, *Chryſendetis*, *Gemmatis Poculis* &c Etiam ex conchis margaritiferis, ut & cochleatis, lanculaeque, olim hodieque factitantur. Sunt autem conchæ iſtiusmodi, in qua nascuntur margaritæ, ex earum genere, quas Græci *ὄϐϑους* vocant, & *κόχλους*, ſtultiles nempe, adapeririles, atque intus concavæ, tra ut dimidiatæ formam lancis vel diſci ſatis belle referant. A qua figura etiam videntur *κόχλυφα* dictæ. Vox enim Græciæ vetus eſt *κόχλυφον*, pro lance; Unde *κοχλυφάριον* & *κυμϐίκιον*, apud Heſychium. Salmaſius *ad Solinum pag* 1143. Nec deſuere barbari, quibus oſſa capitis humani pro *Poculis* eſſent : quod in more poſitum Scythis fuiſſe antiquis, teſtatur Strabo *lib.* 7. ut & Herodotus *Muſa* 4. ubi *non ac omnium, ſed de inimicißimorum capitibus* id factum ſ. iſſe, docet. De Ungaris Bonfinius *Rer. Ung. Dec.* 1. *lib.* 1. de Scotiſcis Ammi. Marcellinus *l.* 2. de Averibus, Hunnis, Gepidisque P. Varnefridus *de geſtis Longob. lib.* 1. *cap.* 27. ubi de Alboino: de quibusdam ad Septentrionem populis, Plin. 4. 7. *cap.* 2. de Eſſedonibus, Solinus Polyhiſtor. c. 19. de pri ciis Celtis, Silius Ital *l.* 13 idem tradunt. V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſini Antiq. l.* 5. *cap.* 30. Addo *Pocula ex ære* & ſtanno, quorum illa interdum quoque ſtanno obducti ſuiſſe ſolita, Voſſius habet *de vit. & progr. Idolol. l.* 4. *c.* 91. quia, monente Plinio *l.* 34. *c.* 17. *ſtannum illinum antiis vaſis ſuperum facias gratiorem & compoſitæ æruginis virtus.* Ut autem *Poculorum* materia non una eademque, ſic forma diverſiſſima, fuit. Panda quædam, quædam angulta, alia oblonga, nonnulla in navigii ſpeciem efficta. Erant quæ duos haberent fundos, nec deerant, quæ tympanum referrent, parva & cava ſine fundo & auribus, quæ mollia & viris parùm convenientia : unde à Demoſthene exprobrata Midiæ, & ſolis Cybeles Sacerdotibus congruebant, V. Plinium *lib.* 33. *cap.* 11. Quædam porrò anſulis carebant, alia anſata erant, nonnulla natantùm parte aurita, Pollux *Onom. lib.* 6 *cap* 18. Erat autem anſularum harum is uſus, ut, qui propinaret aut porrigeret, unam earum manu teneret, alteram verò is, cui poculum tradebatur, arriperet. Virgilius *Ecl.* 6.

Et gravia aurita pendebat cantharus ansa.

Conſule Fulvium *ad Juvenal. pag* 170. J. Lipſium, Hier. Mercurialem, Guil. Stuckium *Antiq. Convivial. lib* 3. *cap.* 6. alios. Species *Poculorum* variasenumerat Athenæus *lib.* 11. Jul. Pollux *lib.* 6. *cap.* 16. Iſidorus *lib.* 20. *cap.* 5. Macrobius *Saturnalium l.* 5. *c.* 21 Euſtathius in *Homerum* paſſim, Juris conſultus *leg.* 36. *ff. de auro & arg. leg.* &c. V. etiam hic *infrà.* Utebantur verò Veteres, in conviviis, *Poculis* primò minutioribus, dein grandioribus; & quorum hilarius ſe in vitare vellent, hos ſolemnem obſervabant morem, ut à ſummo biberent ad imum, qua de re infrà dicetur, in voce *Potus.* V. Roſinum *Antiqq. Rom. cum Paralipom. Dempſteri præſuli loco cit.* Ampla autem admodum erant Heroum *Pocula*, uti Herculei inprimis cyphi exemplo patet, quo à Sole donato accepto Oceanum transmiſiſſe dicitur. De *illo* Statius *Theb. lib.* 6. *verſ* 531.

Herculeum ja veret

V. & reliqua, in quibus, quæ huic poculo inſculpta, pluribus docet, Sed & id hinc diſcimus, quòd Regum porationes ex iis commendaverint antiquitus *Pocula.* Unde apud Plautum quoque *Amphitruona* :

——— *Quid Amphitruone à Thelebois datum eſt ?*
Pterela Rex, qui poſtiare ſoltius eſt, *patera aurea.*

Circumdabantur verò *Pocula* in dexterum communiter latus, religionis ergo. Critias apud Athenæum *lib.* 10.

Κὰι σφόνδυλος ὑφ᾽ ἑνὶ πάντα ἐν ἀριθμῷ δεξιὸς
Ἐξαναχλάζει, φ᾽ ὑπολείπει ἴδιον.

Quod tamen contrà Spartanos uſu habuiſſe, ut nunc Germanos, qui bus multis locis obſervatur in circulum ad lævam potionum tela dirigere, ex eodem diſcimus, ubi κύκλον πίνδυν hunc morem vocat. Qua de re V. Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Papinium Statium Thebaid. lib.* 4. *verſ.* 761. uti de *Poculis* convandi, *ſiquæ flores nonnunquam indondi*, more, Tertullianum de *Cor. Mil.* Propertium *lib.* 2. *Eleg.* 2. Carol. Paſchalium *Coronarum libro* 1. *capite* 2. aliosque complures. Nec omittendum hic, quòd *Poculis Binis*, honoris ergò, bibendi ritus, apud Melam occurrit, de Scythis, *Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur.* Et paulò pòſt, *Inter epulas, quot quisque interfecerit, referre, lætiſſima & frequentiſſima mentio : binis*, poculis qui plurimos retulere, *perpotatis interquiritur*, is *honos præcipuus eſt.* Senſus eſt, lætiſſimum eſſe inter epulas memorationem apud eam gentem, narrare numerum à ſe interfectorum, præcipuumque honorem eſt, qui plures cædes à ſe factas retuliſſet, haberi, ut non bina tantùm pocula perpotaret, ut quidam exponunt, ſed duobus poculis junctis & combinatis ſimul biberet. Quod σύνδυο κύκλους ἴσχυν vocat Herodotus, quem Pomponius vertit Is enim ſcicde iisdem, *Ooos δὲ ἂν ἀνὴρ ἐν πόλεμῳ κτείνῃ ἐς ἀνδρῶν ἀριθμὸν τῶν ἄλλων, τόσῳ δὲ σύνδυο κύκλους ἴσχυσι πίνειν ἀνὰ.* *Quotquot verò eorum inſignem hoſtium numerum occiſſum, jundis & combinatis ſimentes duo pocula, ſic paratur jundis bibunt.* Sunt autem σύνδυο, *jugata* & *junctis inter ſe* nam duo jugum faciunt. Sic Appulejo, *conſpondæ faſtionis jugum*, Et Græcis ζεύγεα, de *duobus*, & ζευγλὰ, recentiores pariter, pro pari, directe ut ζεύγη *inuerium*, apud Conſtantinum de *Adminiſtr. Imper.* & ζεύγη incedere dicuntur, *qui bini incedunt*, quod antiquis Graecis σύνδυο. Itaque ὄϐνα pocula *interjugata*, h. e. juncta pariter ac combinata perpotabant, qui plures occiderant &c. Salmaſius *ad Solinum pag* 1292.

Varia Poculorum genera, apud varios.

a. Ἄγαθος Δαίμων, dicebatur *Poculum*, τὸ μέλλα ἄφρω τραπεῖζαι, πρωτοβρέμενον, quod ſubſidio *moſus* inferri ſolebat, Euſt. *Il. v.* ut in de bono Genio libaretur, ὃ, Ἄλειος, Hom. A. quod τὸ πλέον, fed alperum cælaturis erat. γ. Ἀρχεβόλιος κύφος, Euſt. *Il. v.* 8. Apyroti, dicebantur ſcyphi, qui non calidæ, fed frigidæ ſolùm aquæ capaces erant. *Item*, quidam legunt, apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 26. pro Pterela, 2. Carchesium, *Poculum* pocetum & circa medium pattem compreſſum, anſarum modiciter, anſis à ſummo ad imum pertingentibus, Macrobius *Saturn. lib.* 5. *cap.* 21. ζ. Chryſendeta, Græcis dicebantur, auro ſolido facta, admixtisque gemmis decorata, Hadrian. Turnebus *Adverſar. lib.* 14. *cap.* 3. η. Ciborium, inter vala potoria reponit Heſychius : in modum ſolliorum colocaſiorum factum, Porphyrius *in Horatium libro* 2. *ode* 7. Ægyptiis in uſu. V. de his quoque Strabonem *lib.* 17. ubi Alexandrian iſtiusmodi foliis pro vaſis paſſim per ſ. ſticinas uti ait. θ. Cliſſibium, poculum erat hederaceum, una tantùm parte auritum, Macrobius *loco cit.* V. quoque Athenæum *lib.* 11. ι. Clemmateres, à *Gr.* κλέμα-

μαι

pus, i. *operimentum testudinis*, eadem cum Tympanis. κ. Cotylicus, *Poculum* monti abatur, uuttam habebat ansam. Pollux *Onom. lib. 6. cap. 15.* Λ. Cyathus, continebat fextarii partem duodecimam. μ. Cymbium a forma navis, quam referebat, nomen accepit, Varro de *Vita Pop. Rom. lib. 3.* Simarutio *exiguum* & *cavum*: Dorotheo *altum* & *auribus carens*: Ptolomæo Antifonei filio *globosum*, Didymo *oblongum* & *angulum*: *cyatho simile* Eratosthenio. ν. *Navis* Eust. *Il. 9. 5.* Herculanei Scyphi: præ aliis memorabiles, inventore Hercule. Macrobius ubi *supra*: Bœotiis in præcipuo fuere alia. Ηο, poculi genere maria trajecisse Hercules dicitur, & Alcæum in *Hymno quo Hercules Apollinem ejusque oracula telo confixa, ingessit*, Curtius *lib. 10.* Memini Tullius *Verr. 6. auorum Poculorum Herculeorum*, manu *Memorix summo artificio factorum*. Servius ad *Æneid. 8.* Herculem in sacris magno poculo ligneo, quod, ne caro conlumeretur, price fuerit oblitum, scribit. V. quoque Eustathium in *Odyss. 1.* o. Ludovici IX. Gall. R. poculum, in Cancellaria Sanctionybano asservatum, colotriduali ferè æquè pretiolore lapide confectum, egatiæ speciem præ se fert. Garsia du Pezac unum ex maximis poculis, quorum in Aula Gallica olim frequens usu, adeoque ex murrinis Vett. illa adeo nobilitatis, esse videtur. V. eum in voce *Murrer.* π. Nesiorum poculum, apud Homerum & Athenæum, duos habebat fundos. ρ. Σῶρ, Ovum memoratur Eust. *Od. 9.* Παρδόπη δ' ἐξεσάτην ἐγχύτου ἐκπώματος ἔμπας τὸ ἀνωΐεν, Id. *ibid. 2.* Pattorale, ex federaceo ligno, idem cum Cissybio. V. Eundem *ibid. 7.* Patera, *Poculum* plenum ac patens. υ. Phiala, poculum ad bibendum aptissimum, apud Isid. Pollucem *Onomast. lib. 6. cap. 18.* φ. *Poculum* Neptunicum. V. supra. χ. Plycter, Gr. Ψυκτὴρ, Eust. *Il. 1.* ψ. Pteroti calices Græcis, quali *pinnati* aut *alati* dicti sunt, qui ansas utrinque alarum in speciem protensas habebant. Cujusmodi modicos duos, ex vitro, HS. sex millibus, Neron's Principata fuisse venditos, refert Plinius *lib. 36. cap. 26.* Ubi tamen alii legunt, *Apyroi*, ut dictum. ω. Putei argentei, memorantur Athenæo *lib. 11.* α. Rhyta, Græce ῥυτὰ. Poculi erant, in cornuum formam confecta, Ἀφ' ἑστιήσεως, ἢ ἀπὸ κερατίσεως κεκυφὸν εἶναι, Eust. *Il. 9.* β. δ. Scalæ, appellabantur *Pocula* ex ligno, Isidor. *lib. 20. cap. 5.* V. quoque Paulum Varnefridum Diaconum de *Longob. lib. 1. cap. 27.* 27. Scyphus, Græcorum in usu, Pollux *lib. 6. cap. 16.* Latinis quoque usurpata vox, Suetonius *Nerone cap. 47.* Plinius *calicem* vocat *lib. 37. cap. 2.* De Herculaneis Scyphis *supra. lib. 31.* Isenius, Gr. Σκύφος, *Poculum* erat auribus carens. Eustath. *Odyss. 11.* Solis nomine intigne *Poculum*, memoratur eidem *Odyss. 2. pag. 1688.* Ansatum, ex ingenia πόλα ἀπὸ τοῦ πωλεῖσθαι, *Solis vagari*, appellata Græcis fuisse. ζζ. Stateres iidem cum Tympanis. *n.* Trulla, *calix aureus* Interpr. Juvenalis *Sat. 3. versu 168.* Helen. Acronis ad *Hor. lib. 2. Sat. 3. deformis calix ac rusticanus &c. 68.* Tympana, à forma dicebantur, *Pocula* parva & cava, inne fundo ac auribus, quibus loli Cybeles Sacerdotes, uti conseverant, Plin. *lib. 33. cap. 11. n.* Vatinii fuerris poculi vitrei, quod quatuor rostris, instar naforum, potendebatur, mentio eit apud Tacitum *annal. lib. 15.* Juvenalem *Sat. 5. vers. 47.* & Martialem *lib. 14. Epigramm. 96.* quorum hic:

Vitea fuerit calicem monumenta Patini
Accipe, sed nasus longior ille fuit &c.

Poculum Eucharisticum, cujus in S. Cœna usum DOMINUS instituit, è Poculo Hebræorum Paschali originem habuit, uti Burmannus docet, ita laudandus: de cujus forma *Rituale* Jadaorum possunt consuli. Incerta enim, quæ Vett. de illo poculo tradunt, *duobus milibus, ut ibidem ante infirmitas* fuisse, dicentes. Materia quoque ejus fpectat, nullam esse, vel Ecclesiam omne genus vasti, lignei, vitrei, argentei, ac crebeante sacrorum pompâ, aureis gem matisque, notum. Hoc itaque, accepit Christus in manus, quod non tine solenni ritu à Judæis, in Cœna Paschali, fieri consuevit, ut peculiarem super eo benedictionem pronuntiaret. Et *benedixit*: ubi utus videtur Christus partem communi tomuli, patrim eandem ad præfens ulitatum accommodasse: & pro verbis, *hic est fructus vitis, sanguis meus*, verba illa, *hic est sanguis meus &c.* suppoluisse, patetaque illa circumlata fanguinis mentione. V. Teft. dedicatile. Cum verò numeretur apud Judæos quatuor Pocula Paschalia, quorum tertium appellabatur *Poculum benedictionis*, ficut ultimum *Poculum hymni*, quo Paschæ chatisti solebat; DOMINUM in Novi Fœderis symbolum tertium illud poculum conferasse, colligitur ex Lucæ *cap. 22. versu* 20. Eoque præguitato *traditio* Discipulis, *ut omnes ex eo bibarent*. Matth. *cap. 26. versu 27.* Quæ traditio postmodum à Diacono fæpe fæpius, qui *sanguinem Christi administrare* hinc dicebatur. Illud autem accipiebant Fideles primùm fimpliciter ac convivantium in morem: tum venerabundi, & corpore inclinato. Dein à Sacerdote fidelium ori admovebatur; donec auferente superstitione, fistulæ argenteæ adhibitæ sunt, ne quid de sanguine Christi periret. Quo eodem consilio, seculo XII. abrasæ Sacerdotum barbæ &c. uti videre est apud Franc. Burmannum *Synopsi Theol. Christianæ Part. poster. Lib. VII. cap. 10. §. 33. & seqq.* plura, voce *Calix*.

Poculum Germinatum, crebrò occurrit apud Vett. Nempe pocula aurea maximè olim gemmis insignebantur, hinc Διόκωφα & Διόκωφτα dicta. Menander,

Χρυσᾶ ἐπόκωφα, εἶτα διόκωφ' ἁπλᾶ ἔτι,
Καλὰ γὰρ ἦν.

Item Δίκωφα, Lat. *Gemmata pocula*, à quibus *Gemmæ* probè distinguenda. Gemmeum enim poculum ex una gemma fiebat in poculum cavata, ut apud Poëtam,

Hic gemma bibat.

Martialis,

Cum potes amethystino trientes.

Id eft, *poculo ex amethysto gemma facto*. At *Gemmatum*, γεμμάτον, aureum totum & gemmis intextum; unde & *aurum gemmatum* dicebatur. Vix enim alia pocula, quam aurea, gemmis ornabant. Et quia viridis color optimè cum auro convenit, gemmas viridantes inoculandis poculis ut plurimùm adhibebant. Idem Poëta,

Et viridet picto gemmas numerarvit in auro.

Inter quas *smaragdus* principatum tenet. Plinius *lib. 33. in Præfat. Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potantes, & smaragdi sexmus calices, ex ementitotia causa nomen Indiam juvat, & aurum jam excesso est.* Martialis iterum, iub lemmate, *Calices gemmati.*

Gemmatum Scybicis ut lucrat ignibus aurum,
Aspice, quos digitos exit ille calix.

Et *alibi*,

Mirattur Scybicas virentis auri
Flammas Jupiter.

Ubi *Scythicas smaragdos* (primæ inter smaragdos notæ) indigitat, quibus poculum illud textum erat. Sequitur enim,

Hæc tamen pocula, quæ decent Tonantem,

Præter smaragdum verò, & *beryllum*, quia viridis, ad hunc ufum translata. Juvenalis,

——— *& inæquales beryllo*
Vina tenes phialas.

i. *beryllo textas*, & per hoc inæquales, asperitate & extuberantia gemmarum. Beryllos autem optimos viriditatem puri maris imitari Plinius dicit. *Calices* porrò etiam ex viridibus gemmis & smaragdo limilis, in ornamentis aurearum poculorum plurima. Solinus *cap. 20. de Calliade*, vel *Callaica gemma*, *Honore & pretio ad smaragdos, virtet palluisse, nihil jam undeos aurum deest.* Hoc eft, aurum poculorum, quod *aurum gemmatum* proprie vocatum esse, diximus. Si de *Topazio*, Agatharchides, τὸ δὲ ὑπὸ τὸ χρυσὸν ἐπικείμενον πρόδηλον, *Pulchrum in auro affectum prebens.* Similis nempe topazius callaidi, illa hyalini ieu vitrei, hæc Callaici ieu Veneti, coloris. Sed frequ. nitiffimi Bactriani smaragdi (quibus secundas tribuit Plinius) qui in acena Basilicis Ecclia inveniebantur, ad hanc rem Vett. adhibiti. Theophraftus proin, enumeratis aliquot Græcæ locis, in quibus gemmæ repetiebantur, ad ultimum addit: Καὶ ἐν Κυπρίοις ἐμφερεῖς ὑφ' ἡμῶν εἴρηται· οἱ δὲ καὶ τὰ λιθοκόλλητα χρῶνται δὲ ἐπικτήτοις· ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐν τοῖς ἱματίοις γίνονται, κατὰ τὸ μεγάθος, ἀλλ' ἡ μεγάθει ἢ κατασκευῇ· ἐπὶ δὲ μικρὰ καὶ μεγάλα. Et in Cypro, *tum smaragdus, tum jaspis. Quibus verò ad gemmata pocula utuntur, ex Bactris sunt, prope dixerim. Quos olligunt plantibus Ecclis, equites egregiè. Tum enim tellure aperta intimi opus iis venis maximè arena movetur. Sunt verò parvi, nonnisquam magni.* Ob quod ipsum in hunc maximè usum sumebantur. Ut de Chalcedonis smaragdis quoque idem scribit, Ἐνεῖναι γὰρ ἐν σπανίοις τούτοις σφόδρα τὸ τοῦ σμάραγδου χρῶμα, γενναίους τε μεγέθει καὶ ἀρίστους, *in eximiantur rara ea magnitudine, ut egregios*, i. *gemma smaragdis inde pateri possit, haut aere intexantur.* Sic itaque & Bactriani, quia minores erant, quàm ut gemmis annulorum usui esse possent, ἢ ἀδιόκωφα convertebantur seu *ad pocula aurea infigienda &c.* At Taprobanes incolæ, omnitariis gemmas hic fini ufurpabant. Solinus *cap. 53. Miratur aurum & ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibens apparatum.* Pro quibus in priore *codice* scripserat, *Aurum miratur & pocula gemmis ignicolam.* Ubi elegantes *ignicalida gemmis pocula*, funt gemmarum ignicolis insignia. *Ignes* namque & *ignicalidi gemmarum*, Veteribus de splendore ac lice, quam fundunt gemmæ paffim. Plinius, *ignicolus amethystis*. De Scythicis smaragdis, V. *supra*. Claudianus

——— *Quos misisti ignes*
Sidonia rubricæ, maris?

Manilius,

Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes &c.

Sive autem gemmæ auro intexerentur, sive aureæ celaturæ immitterentur argento, *Emblemata* ifta vocabantur, V. hic paffim, & plura hanc in rem apud Salmasium *ad Solinum pag. 197. 240. & 1122.*

Podager, Latinis qui *podagra* laborat, Græcè ποδάγρος. Claudianus,

——— *Stare nequit podager.*

In lemmate *Æneigmatum* Symphofii, *Athlos podager, pro podagra*, ubi vulgò legitur, *Athlos Podagricus*, quisie dicet.

Bellipotens olim sævis mettendus in armis
Sex pedes habui, quos nunquam nemo negavit.

Nunc mihi vix duo sunt, inopem me copia fecit.
Hinc apud Salmasium *ad Lampridium in Heliogab. Habuit & hanc consuetudinem, ut octo cal vos rogares ad cænam, sium octo luscos, & item octo podagrosos, octo surdos*, legi jubet Palatinus codex *octo podagros*. Vopiscus tamen in *Saturnino* diserte *podagrosos* habet, Podagrosi, *quod agant pedes*, &c.

Podagræ, Gr. *ποδάγρα*, alias *ἐφύδρωμα* & *ποδαγκάλη*, fovere & cedantur olim Græcis, quæ non ferarum solum, sed & hostium capitalorum causa, fodiunt, haud. in *ποδάγρα*, *Φάρμακ ἀφυδρώσεως ὑφαίνειν δε δυνάμεις ἴδιε κεκτημένον*. Curius Fortunatianus, *Lehe, qua parte venturos ad se adolescentes scisebat, nolle foveam fodi dicendum & Juvenes perierunt*. V. Rigaltium *Notis in Phædrum lib. 1. fab. 17. verf.*

O vis jacentem in fovea confpexit lupum.

Quid *ποδάγκαλα* & *ποδάγρα*, diximus supra, in voce *Pes*.

Podiscis, Græce *πόδισκος*, dicta est linea sacrificantium vestis, quod *talaris* esset. Non enim solum in Ægyptiis olim sacris præcipiuus linæ vestis usus fuit, sed & in Latina Ecclesia, præter amictum linteum superiorem, quo in sacra Psalmodia Sacerdotes atque ipsis lactis Ministri utuntur, prima vestium sacrificalium linea tunica talaris indutur. *Fuisse* antiquitus *strictam & corpori adhærentem*, tradit Hieron. *ad Fabiolam*, *eamque similem nitidum Camisiis*. Rabanus Maurus, *sic nendum indumentum est linea tunica, quæ Græcè dicitur Podiris*. Hesychius, *Ὑποδύτης ὁ ποδήρης ἢ στολὴ ἱερατικὴ*. Hanc Isidorus *Camisiam* vulgo dici ait, quod nempe similis, ut modo ex Hieronymo diximus, vel eadem olim omnino fuerit cum tunicis lineis interioribus, quas *Camisias* appellamus, dictas à *Camis*, eodem Isidoro auctore. i. stratis noctis, in quibus dormimus. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. Part. 1 lib. 3. cap. 5*. Valerianus Pierius *lib. 40. Hieroglyph.* etiam *Subuculam* vult dictam. Bucherio, *Sacerdotalis est linea corpori pernius adhærens, eademque talaris, quæ ab quibusdam quæ & Subucula dicitur. Per hanc igitur, quippe quæ vestimentis aliis subjiciebatur, doctrinam sacraturem intelligi veteres Theologi tradiderunt: Exodo. Et fecerunt vestimentum poderens sub umbone, opus texsile, totum Hyacinthinum*. V. quoque Hieronymum *in Levit. cap. 8.* Illustrandi *Podere* indutus CHRISTUS comparuit Johanni Apocalypsi. *cap. 1. versu 13.* in quæ verba Lyranus. *Est autem Poderis, inquit, vestis Sacerdotalis linea, quæ communiter dicitur alba, &c.* V. quoque Fortun. Lucium *de Lucernis antiqq. lib. 6. cap. 83. ubi Lucernam, in qua Virgo Podeta fuper nudo & supra Podere vsse exeriore iuuma, erudito Comm. illuftrat.* Sed & Reginarum olim in Scena, illustmodi ornata ac *podere* erant : cujusmodi fuerat usu etiam solitas scribunt, nunc tota Asia & Europa universa. Purpureus his fuit color, albo ac cubitum distinctus lasciis, inficiebas atra palla &c. Jul. Cæs. Scaliger *Poetic. lib. 1. cap. 16.* Virginum porro, ut de Thamare Davidis filia, 2 regum *cap. 13. versu 18.* & juvenum nobilium, ut de Josepho dicit. *cap. 37.* 3 regimus, quo utroque loco vocem Hebræam interpretes Græci modo *ποδήρη στολὴν*, modo *ἐσχάτην*, modo *χειρίδωτὸν*, Vulgatus *talarem tunicam*, redidit. Nempe tunicis hujusmodi talaribus subluebantur panni vel institæ verticlores, una pluresque usque ad *talos* descendentes, quales matronarum quoque Romanarum fuisse, ex Horatio discimus, cum Libertinam vestes nec talares esset, nec per extimum circuitum habet institas, fcias, ut Græci vocant, quibus proin *περὶ σφυρὰ ἐρείκει*. id. m cum potere est feu *tunica talari*. Quia porro talares tunicæ plerunque & manicatæ erant, unde Cic. *tum talaribus & manicatis tunicis*, & proin manicas simitter variis & dictis tratis limbis variegatas ac pictuatas habebant, hinc & *χειρίδωτὸν* & *ἐσχάτην χειρὰ* eodem vestis genere dixerunt, & *τὸν πουκίλον χιτῶνα* intellexerunt Interpretes, *tunicam coloriam* vet. Auctori appellatam &c. V. Salmasium *ad Aurelianum Fl. Vopisc.*

Podia Circi, utrinque fuere, ad duo maxima ejus latera; circarcibus unum è minimis lateribus, & metis ultimis, quæ circumagebantur, alterum, occupantibus. Quo modo Podium utrinque, per longitudinem Circi, à carceribus vel primis metis ad ultimas porrigebatur : linea vero alba, unde certamen quadrigis oriebatur, haud longe ab Ostiis, in utrumque Podium carceribus præducta fuit. Quam quòd cum *Podio* confundunt nonnulli, non parum hallucinantur. Namque etsam in Amphitheatro podium, in duobus vero Circo hæc linea fuit. Habebat autem Podium carcellos, quibus etiam tum cinctus fuit Circus, cum Euripis adhuc & fossis, quos Nero fustulit, circumclusus erat : ut ex Ovidio discimus,

Si penitent tibi crura, potes si forte juvabit,
Cancellis primos inforuisse pedes,

Spectabat nempe illa in fubfellis podio proximis, & poterat crura pendula laltare, immissis in cancellos podii pedibus. Neque vero solum ad *Podium* spectatores erant, sed per totum portas spatium, quæ in circuitu Circi fuit ædificata : Tres namque porticus triftgæ Circum cingebant, in fpecrem amphitheatri, iolumque latus, ubi carceres erant, absq; ædificiis & porticu fuit, fub divo expofitum &c. V. Claud. Salmasium *ad Solinum pag.* 917. & 918. In Theatris *Podium*, inter pulpitum & proscenium, hoc deprellius, illo (quod pedes quinque altum erat) altius fuit : poft Cæsaris dictaturam, Imperatoris proprius locus, ficut Conlulibus proscenia & pulpitum Oratoribus provinciarum ac Legatis ferviebat. Quibus tamen in locis Principes interdum cum illis, quàm è *Podio*, ſpectare maluerunt. J. C. Scaliger *Poetic. lib. 1. cap. 21.* plura verò hanc in rem V. apud Vitruvii Interpretes, ac Bern. Baldum inprimis, J. Lipsium *de Amphitheatro* & Hier. Mercurialem *de Arte Gymnast. lib. 3. cap. 4.* ubi *Podium cum columinellis, & in medio fuggestum Imperatoris*, inter alias Amphitheatri Titiani partes, æri incisum habet: adde Cl. Rigaltium *ad Arnob. Suetonii cap. 43. & fegq.* ubi honestissimum ſp. ctandi locum in Theatro *ad Podium*, in Circo *ad Euripum* , fuisse, inter alia docet. Apud recentiorishinc ævi Scriptores vocis genere figni ficat quamvis rem, cui innitimur, unde *appodiare* Ugutioni, quod Galli dicunt *s' appuyer* etiamnum. In *Usibus* antiqq. Ordinis Cisterc. apud Car. du Freine, in ſpecie, pars forma eſt monachicæ, cui Monachi, quum procumbunt, inniti ſolent. Gallis Scriptoribus frequenter eollem montem que notat, vulgo *Puy*, Occitanis & Arvernis *Puy*, *pou*, vel *puech*. Theodulfus Aurelian. *Parum ad Judices*,

Hinc Magalena habuit levam, Sextanio dextram,
Hic fabris podiis cingitur, ille mari &c.

Atque hinc Urbi Anicienſi, in Arvernis, nomen, quòd ſupra *podium* extructa, aliisque nonnullis, de quibus en ista, ex Hadr. Valesio *Not. Galliæ.*

Varia in Gallia loca, Podii nomine insignita.

Alvari *Podium*, vel potiùs *Podium* Alvari, *Puch Alvari*: cum enim Galli Narbonenſes ac Aquitani *Podii* nomine ſæpe montem deſignarent, vocem hanc nunc *puis*, nunc *puch*, & le *puech*, nunc & *pic*, ut hodieque Bigerrones, nuncupare conſueverunt.

Podium Cæſaris, Pui de Sèvre.

Podium Caninum, *Puy Chenin.*

Podium Celſum, *Peyleſſet*, caſtrum in Dioec. Albienſi: *Podium Celſe* & *Podium Celſiquanum*, corruptè apud Catellum dictum.

Podium Guilelmi, *Puy Guillaume*, caſtrum ad Allum. Elaver.

Podium Laurentii, *Puy Laurent*, caſtrum nobile memoratum Petro Monacho *de bello Albig. cap. 61.* Unde nobili Familiæ nomen,

Podium Magenfridi vel Manfredi, *Puy Manfroy*.

Podium Nauterum, *Pi Nautier*, prope Castraſſonem, Guilelmo de Podio Laurentii non indictum.

Podium Nortmanni, *Puy Norman.*

Podium Siccum, *Puy ſec.*

Podium Sofcarium, *Puy Salgader* incolis, caſtrum, in territorio Biterrenſi, Petr. Albigenſis *cap. 27.*

Podium in Velavis, ſeu ſimplicriter *Podium*, caput gentis & Epiſcopi ſedes, vulgò *Puy en Velais*; in altiſſimo enim monte Urbs hæc poſita vet.

Podium Witaldi, *Puy Viau* &c. quæ omnia oppida ac caſtra in Gallia Narbon. & in Aquitania, fuere. V. quoque *Podium* & *Podiolenum*.

Podiobradius Georgius, adde: Ex ejus progenitoribus Gerhardus Com. de *Nidda* & *Berneck*, Boſconi fil. Cunitadium in Bohemia condidit, à quo poſteri titulum accepérunt. Hujus pronepos Boſco dein *Podiobradii* ſibi ſumpſit nomen, ac iterum pronepotem habuit Georgium Regem, ex Victorino de *Cunſtad* & *Podiebrad*, Com. de *Berneck Nidda* & *Glatz*, ac Anna de *Wirtemberg*, genitum. Cujus filii, Victorinus & Hinco, Munſterbergenſes, Oelſnenſes, & Volavienſes Duces creati ſunt : è quibus Principatibus, poſtquam Munſterbergenſis alienatus fuiſſet, cum hujus titulo Oelſnenſis & Bernſtadius ad poſteros tranſiere : quorum ultimi è maſculis Henricus Wenceslaus, A. C. 1639. & Carolus Fridericus A. C. 1647. obiere, hæreditate ad Sylvium Duc. Wirtembergicum Elitabethæ Mariæ, Carolo Friderico genitæ, maritum translata, V. ſupra in *Munſterbergen.*

Podismare Agrum, apud jun. Nipſum, *Omnem trigonum una ratione* podiſmare, *Orthogonium ut puta*, *Oxygonium & amblygonium* . eſt *podismum* ac menſuram arearæ vel embadi colligere. *Podismus* nempe idem quod *pedatura* eſt, Græcè *ποδισμὸς*. Licèt enim hodie funibus & cathenis, quas *Pertcas* vocant, res menſoria peragatur, Veteres etiam *funiculos*, *τὰ σχοινία* ad eum uſum nominent, ut & *perticas* ac *decempedas* : Antiquiſſimi tamen, qui de limitibus ſcripſerunt, *pedum* tantùm meminere. Unde *ſæpe pedes jugerum habere, aut pedum eſſe centuriam*, aut *pedibus inter ſe diſtare terminos*, hinc que agri pedaturam paſſim τὸ *ποδισμὸν* dicere. Atque hinc *podismanus ager*, in *Latercule* veteri. Iidem interum menſuram per *paſſus* collegere : unde *milia paſſuum*, quæ & *milliaria* unicè voce & *milliarii* lapides, qui ponebantur in ſingula milliaque lapidea *centuriatæ* deſigi ſolebant diſtantes à ſe ped. ſicce. qui *centuria podismus* eſt. Uti proin *ἀνάδεσις*, erat *menſuram perticis colligere*, ſic *βηματισμὸς*, *per paſſus metiri* &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 686. & 688. Sed *ποδισμὸς* laltationis ſpecies eſt, apud Scaligerum *Poetic. l.* 1. c. 18.

Podiſtipi, Græcè *Παιδεκτύποι*, qui & *Παιδεύφυροι*, V. ſupra *Pedicularii* ſeu *Pedarii*.

Poëmata, V. ſupra *Carmina*.

Pœna, pro Numine Gentilibus. Statius *Thebaid. lib. 8. vers. 25.* de aula Plutonis:

multisonas exercet Pœna *estenas.*

Ubi Schol. *Dea, inquit, punitionum, cruciatuum* ; Furiarum parens Val. Flacco ſtatuitur, qui oſtendit Barthius *Adverſar. lib. 21. cap. 21.* Certe à Furiis diſtinguit Lucianus *Necyom.* Arrianus *Diſſertat. lib. 2. cap. 20.* Tragici ſæpe & Statius idem *Thebaid. lib. 12.* quippe ampliore harum munere & c. Fuit autem *Pœna* tres ob cauſas, ſecundum veteres Philoſophos, inſligi teis ſolita: nempe vel caſtigandi atque emendandi gratia, utis, qui fortuito delicquit, attentior fiat correctiorque, quam *Nadeſiav*, vel *Κόλασιν*, vel *Διορθωσιν* dixere: Vel animadvertendi gratia, quum dignitas auctoritasque ejus, in quem peccatum eſt, tuenda eſt, ne præ termiſſa animadverſio contemtum ejus pariat & honorem levet, quæ *Τιμωρία* eſt appellata: vel vindicandi gratia, quæ *Παραδειγμα* Græcis nuncupata eſt, quum pœnitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut cœteri ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, meto cognitæ pœnæ detertreantur. Plato tamen in Georgia . medium *Pœnæ* genus omittens, *Convenit*, inquit, *omnem, qui punitur, ab eo qui recte punit, aut meliorem fieri, atque utilitatem perivere: aut exemplum omnibus aliis eſſe, ut alii, videntes alium pati, meuentes meliores exiſtant.* Similis loeus eſt apud eundem, in *Protagora* : Cujus ſententia quomodo cum priori concilietur, V. A. Gellium *lib. 6. cap. 14.* cui adde, ſi placet, Senecam *de Ira lib. 1. cap. 15. de Clem. lib. 1. cap. 22.* & Lactantium *de Ira Dei. c. 18.* Apud Romanos ante ætatem argentum ſignatum, ob delicta, *pœna* graviſſima erat datarum ovium & tergina boum, joh. lu. *de Ponder. lib. 8. cap. 23.* Aſt hos delicta in Græcis plurima ſupplicium genera tranſiere, quippe quos non Equuleus ſolum, ut in *Tuſcul. Quæſt.* Cicero habet, ſed ma chinarum pœne omnium, ad homines torquendos, excogitatarum fuiſſe Auctores, diſcimus ex Vitruvio , Oribaſio , Herone, Pappo , Bitone & Athenæo : quarum nonnulla genera infra ex Petito *Comm. in LL. Atticas lib. 4. tit. 9.* Interim ne duplex eis introgaretur *Pœna*, hæc Lege, cujus in *Legimus* mentiuit Demoſthenes, conſtitutum eſt: Μετὰ τὴν ἀποφασιν τῶν δικαστῶν πλὴν ὁ ἕξ, ὑπὲρτοῦ δὲ τὸ διεγνωσμένον ὑμεῖς, σκοπεῖτε ἡ κατὰ τὸν ἀμφότερον ἡ μὴ ἕξειν. Idem lege alia, de qua Plato *Apolog.* veniam dabant iis, qui inviti aut per ignorantiam minima admiſerant, neque illos in jus vocabant, ſed officii admonebant. In Conſultorem vero ac Reum ide ſtatuebant : Τὸν βουλεύσαντα ὃν τῷ αὐτῷ συνηγορεῖν, ὃν τῷ κρεῖττον γεγνώσκειν. Nam, ut ait *in rei. Atimo*,

Bis peccat, qui peccantis conſilium accommodat.

Draco vero de crimine morte inultavit, ſed mitigavit rigorem Solon , & pro delictorum ratione , *Panam* applicuit. Apud Hebræos , quæ genera fuerint *Panarum*, præcipue capitalium, V. quoque hic *infra*.

Panarum varia apud Romanos genera.

α. In *Antilium* damnatio, ſervile *Pœnæ* genus fuit, cùm è profundo putei aquam haurire cogebantur. β. ad *Beſtias*, cùm reis, qui inde *Beſtiarii* dicti, in ferris certandum erat. Alexand. ab Alex. *l. 3. cap. 5.* & A. Gell. *l. 5. cap. 14.* Horum ducentos ab uno Leone ſtratos, Cicero refert *pro Seſtio.* Ad Chriſtianos crebrò ſupplicium translatum, vidimus ſupra, γ. *Cenſio haſtaria*, militaris pœna fuit, V. ſupra in voce *Miles.* ε. *Carcer* , duas habebat partes , Robur & Tullianum, in quorum illo præcipitabantur, in hoc ſtrangulabantur malefici. ϛ. *Codex*, ligneus itipes, quem alligati ſervi, qui deliquerant, trahebant, cuique intidebant vincti Hadrian. Turnebus *Advorſ. l. 23. cap. 21.* ζ. *Crux* , ſervile ſupplicium , V. *ſupra*. κ. *Culeus*, Parricidii pœna. V. Modeſtum *Digeſt. lib. 48. ad l. Pomp. de Parricid.* θ. *Decimatio*, Legionum pœna. ι. Deſoſſio, Veſtalium erat. κ. *Dejectio* e rupe Tarpeja , per Carnificem tacta . prægreſſa verberatione, libertis plebeiis, proditionis perduellionisq; reis irrogabatur. Appianus *Bellor. Civil. l. 3.* Eandem tamen in ſervis furti manifeſti, juſſu Xviro rum obtinuiſſe, monet A. Gellius *l. 10. cap. 18.* λ. *Deportatio*, ſeu *Lata fuga*, erat capitis diminutio maxima , cùm quis perpetuo multabatur exilio: Ei opponebatur Relegatio, quæ temporarium ſolum exilium indixit. μ. *Diminutio capitis*, triplex erat, Minima, cùm ex ſuperiore ac nobiliore Tribu, in inferiorem & obſcuriorem , detrudebatur, vel in Ærarios referebantur , qui ea minima alia jura civium ſolum, præter ſuffragia tributi , & æris conferendi, amittebant. Signonius *de Jure Rom. lib. 1. cap. 17.* V. quoque A. Gellium *lib. 4. cap. 7.* Media, exilium, fed tine libertatis jactura, infligebat ; his verbis ſolennibus : *Tibi aqua & igni interdico.* Quam cum Proſcriptione hominum eandem facit Cicel. Rhodiginus *lib. 15. cap. 17.* Maxima erat Deportatio, ν. *Dimiſſio ignominioſa*, pœna militaris. ξ. *Eculeus*, V. *ſupra*. ο. *Ergaſtulum*, ſervilis pœna erat , quâ etiam fine auctoritate publica ab offenſo domino ſervus poterat affici. π. *Flabella*, V. *ſupra*. ϱ. *Frandatio*, ſtipendii , pœna militaris. σ. *Furca* , ſupplicium ſervile , V. *ſuo loco.* τ. *Fuſtis* , ingerebatur militibus & cuſtodibus negligentibus. υ. ad *Gladium* damnari dicebatur, qui Gladiatoriam cogebatur exercere. *Ad gladii laudum deputationem* , vocat Capitolinus , V. Lipſium *Saturnal. l. 2. cap. 3.* φ. ſub *Jugum* mitteban tur hoſtes devicti. χ. *Lamina*, V. *ſupra*. ψ. de *Lapide* emti , diceban tur ii qui, cùm de rupe vel ſaxo Tarpejo dejiciendi erant, gratiam impetrarunt, ſed non fine perpetuæ ignominiæ nota. ω. *Lignum*, V. *Nervus*. αα. ad *Ludum* damnabantur , qui in arena cogebantur decertare; ut poterant q; evadere & rude , cùm contrà adſtantium damnati certiſſimæ deſtinati eſſent neci. ββ. *Mala manſio*, quibus dà idem cum Puteo, his cum Area: nonnullis cum Nervo. Sed ad eam refiſu, ut de eo quæſtio haberetur, extenſum fuiſſe, docet Ulpianus *l. 30. ad Edictum* , & *hominem* &c. γγ. ad *Metalla* damnabantur ſervi , & ſub Gentil-bus Impp. non raro Chriſtiani. δδ. *Miſſio Sanguinis* , pœna militaris. εε. *Nervus*, V. *ſuo loco.* ζζ. *Nex* , cujus genera : Percuſſio ſecuris , Strangulatio, Culeus &c. ηη. *Nundella*, vinculum fuit, quo conſtricti nunc capitreque demiſſo eſſe cogebantur. Turnebus *loc. cit.* θθ. *Patibulum*, minor pœna quàm crux fuiſſe nos illico examinabat. ιι. *Percuſſio*, ſecuri facta , adhibebatur verberatione, quæ virgis fiebat , præmiſſa. Liv. *l. 2.* & *26.* κκ. *Piſcrinum*, V. *Præcipitatio*, fiebat in ea parte Carceris , quæ robur dicebatur. λμ. *Præſcriptio*, erat vel bonorum , cùm quis ſolvendo non erat : vel hominum , eadem cum Diminutione capitis media. V. infrà *ſuo loco.* νν. *Puteus*, apud Plautum *Aulul. act. 3. ſcen. 5.* cognorum furacitatem excruciat. ξξ. *Relegatio*, exilium erat temporarium: Ei Deportatio oppoſita fuit. οο. *Scala Gemoniæ*, è quibus rei in Tiberim dabantur in præceps. Coel. tamen Rhodiginus *l. 10. cap. 5.* hic commuri reos ſolitos fuiſſe , docet , adeoque cum Tunica idem *Pœnæ* genus facit. ππ. *Sexagenarios*, forte idem cum Fidiculis. ϱϱ. *Servitus*, ver. *Stigmatici*, Inſcriptique, ſervi erant fugitivi. Idem *Literati* Martialis ſunt. ττ. *Strangulatio*, laqueo fiebat. Ulpianus V. Saluſtium & Cicer. *in Pantinium*. νν. Supplicium more Majorum, idem cum Furca, φφ. *Talio*, V. A. Gellium *lib. 11. cap. 1.* χχ. *Taxillata* flagra , ſeu Scorpiones. V. *ſupra*. ψψ. in *Tiberim* dejectio ſcelis Gemoniis fiebat. ωω. *Translatione* & quaſi transplantatione, punicbantur bello ſuperatæ gentes. ααα. *Tunica* , acerbum ſupplicii genus , cùm illa ignita indutti comburebantur vivi. Unde Seneca , *Cogita illum tunicam alimentis ignem & illitam & intexto, Epiſt. 14. 888. Verberatio* , partim virgis , partim fuſtibus infligebatur. V. infrà *ſuo loco.* γγγ. *Virgæ, Ungulæ*, V. infrà. Sed omnibus enumerandis quis par fit : Liceat adhuc nominaſſe *Amputationem manuum* , aliorumque membrorum ; *Columbar*, à *colubo*, quod ei innectebatur, dictum; *Crurifragium*, *Excæcationem*, *Taliſragium* , *Theatralem panam*, de qua mox : & ex Militaribus, de quibus aliquid ſuprà, *Ceſſitii* vel *Decempedæ geſtationem*, *Stationes*, *ſigmatias* quibus Caſaubonus ad *Suetonium Aug. cap. 24.* &c.

Panarum genera apud Athenienſes uſita.

α. *Ærarii* fiebant, qui ſolvendo non erant. His, niſi debitum expunxiſſent ſuum, non licebat τὰ ἀγορᾶς ἢ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν μετέχειν. Neque enim in concione ſuffragium ſerebant, an Judices legebantur, neque quidquam pro concione dicebant. Quod ſi inſuper haberent, rapiebantur ad Undecimviros capitales. Properea ignominioſi erant, quæ pœna ad hæredes quoque tranſiit. At, multa ſolutâ, eorum nomina expuncta, ſunt ex tabella, à Magiſtratu Quæſtoribus tradita , & ab his in Acropoli aſſervata. β. *Carcer* perpetuus , inter *Panas* fuit , teſte Platone in *Apolog.* detinebantur que in eo rei vinculis conſicti , ut de eodem Socrate Plato in *Phædone* refert. Etiam in carcere erant , in quem ſine irrogata , quousque eam numeraſſent, Idem in *Apolog. γ. Exilium* decennale , potentiorum fuit pœna. V. hic paulo infrà *Oſtracismus*. δ. *Infamia* irrogabatur Ærariis , eorumque hæredibus, donec fatisfeciſſent &c. Fuerunt autem Infames ſeu ἄτιμοι trium generum , Οἱ μὲν γ' ἀγεννεῖς μόρῳ τὸ σῶμα βλαβέντες , πάντ' ἄτιμοι, illi, qui ſua bona pollidentium nec tamen in quibusdam capitibus idem cum cæteris civibus jus habebant. Et hæc erat Capitis diminutio minima, V. Ulpianum in *Mid. Οἱ δ' ἐπὶ δόξῃ*, qui, cùm in Ærarios eſſent relati, omnibus exciderunt civitatis juribus, ſacris pariter & profanis, bonaque eorum publicabantur, quousq; tandem nomina ſua expunxiſſent. Hæc media fuit Diminutio capitis. Οἱ δ' ἐπ' ἀλλοτρίοις, qui, quamvis in bonis ſuis eſſent, omnibus tamen civitatis juribus una cùm liberis poſteritaque ſuis exciderunt. Et hæc erat Capitis diminutio maxima. ε. *Nervus* ſeu lignum, quo pedes vinciebantur. Gr. Ἐπέβησαν, quali Ἐπεδήσαν. ζ. *Oſtracismus*, decennale fuit exilium , potentioribus injungi ſolitum , non Athenis tantùm , ſed etiam in ſubditis civitatibus , Ariſtot. *Polit. lib. 3. cap. 13.* Intra dies itaque decem ab urbe excedere & annos totidem abeſſe cogebantur ii, quos ſex millibus ſuffragium ferentibus, aut majore numero , à pluribus damnari contigiſſet. Percipiebant nihilominus toto hoc tempore bonorum ſuorum fructus , interim excluſem recipere nemini licebat. Auctorem hujus *Panæ* ſunt qui Thelcum faciant, eumdemque primum eâ afflictum . Alii circa tempora demum Piſiſtrati inventum, & Hipparchum ejus cognatum eam primum omnium fubiiſſe, volunt. Quidam Hippiam : nonnulli Lyſanis filium Achilem Oſtracismi auctorem laudant. Ultimus illorum perfulit Hyperbolus, Plut. *in Ariſtide.* π. Πωγωνεῖον, machinafuit, quæ interebatur collo , ne manus ori admoveri poſſent.

Pollux

Pollux *lib. 7. cap. 4. &. Πατρὸς ἐνεργῶν ἔδικεν*, non collo solùm increbatur, sed etiam pedes manusque impediebat. *v. Νεῦρον* seu Nervus pedes tantùm arctabat. Helychius, Harpocratio &c. *v. Πεδοφόρον*, vinculum seu quæstionis genus erat, quo pedes luxabantur, Grammatici. Adde & manus, ut ex Ulpiano discimus ad *Timocrat. cap.* 3. ad *Remum* quoque nec nonnunquam damnabantur. Et hi *ἐν τῷ ξύλῳ*, *infames* erant, ac capite minuti; cùm reliqui remiges, qui ad remum merebe conducebantur. *Servi* quidem, seu Proletarii, non tamen infames, essent. Hoc *Pœna* genere etiam hodiè bello captos, *ab Athenienſibus*, ſolitos fuiſſe affici, auctore Philocle, narrat Plut. *in Lyſandro*. Hunc enim ſimilis refert, ut captis hoſtibus dextræ abſcinderentur pollex, quò haſtam quidem ferre non poſſent, at remum agitare valerent. *v. Supplicium capitale*, ex lege Draconis ſingulare ſcripta, omnibus criminibus adhibebatur, rigorem minuente Solone. Solebat autem illud de damnatis nonſtumi, ante ſupremam diei tempeſtatem, id eſt, Solem occaſum: ut colligitur ex verbis Stobæi *Serm. 1. Καὶ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ τῶν ἐπὶ θανάτῳ κρινομένων ἡ τελευτὴ ἐμένετο τὸν ἥλιον καταδῦναι*. Contrarium plane apud Hebræos obtinuerit, &c.

Genera Pœnarum apud Hebræos uſitata, ex Thom. God'wyno.

a. ad *Beſtias* damnare, à Romanis didicerunt. Quod pœnæ genus irrogatum legitur Paulo Apoſt. I. Cor. *cap.* 15. *verſu* 32. *b. Career*, pœnæ genus erat non capitalis, comprehendens ſubtè Nervum, Arcam, malam manſionem &c. Et quo ſi eus evaſiſſet, cuſtodiem idem ſuppiciam, quod is ſubiturus erat, manebat. I. Reg. *cap.* 20. *verſu* 39. *c. Combuſtio*, Lapidatione mitior, ſed Decollatione ac Suffocatione atrocior habita, duplex erat: *Combuſtio corporis*, quæ fiebat ligno; & *Combuſtio animæ*, quæ liquefacti plumbi in os infuſione peragitabatur, priori erat ſicquentior. *d. Crux*, à Romanis mutuata. V. *ſuo loco*. *e. Cuſtodia* libera, cum reiterdin, leviorium unerati vinculis, ad opus emittebantur, ſubnoctem, in carcerem reditori. Horum unusquisque militem habebat cuſtodem, qui eadem catenâ cum eo vinctus erat, ſinistra ejus hujus dextræ alligata. Quemadmodum de Paulo legimus Actorum *c. xii. v.* 6. Sed an id inter Hebræos quoquetin uſu fuerit, ut Druſius contendit ibi 2. Tim. I. 18. dubitat God. vynus. *ζ. Decollatio*, combuſtione levior, ſed Strangulatione gravior, irrogabatur homicidis, & Idololatris. *v.* Excitio, V. infra, *Pœna Excitionis*. *θ.* Flagellatio, ſiebat vel Virgis vel Flagellis, quarum hæc gravior. Cæterùm autem rei quadragenis plagis, in judicis conſpectu, Deuteron. *cap.* 25. *verſu* 2. V. quæ de Paulo ac Silâ referuntur, Actor. *cap.* 16. *verſ.* 22. quæque diximus ſupra *ſuo loco*. Nonnunquam, cum ſceleris ratio id requiriebat, *ἐπὶ ξύλου ἀνεσταύρουν, ἢ ἐπὶ ξύλου ἐκρέμων*, in arcis & *virgines* dicta, adhibebantur. *ι. Κατακρημνισμὸς*, ſeu *Dejectio in mare*, peregrinum *Pœnæ* genus fuit: hoc tamen peculiare Hebræis, quòd ei, cui hoc modo pereundum erat, moſa alinaria de collo ſuſpendebatur ut ſic demergeretur, V. Hieronym. *in Matth. cap.* 18. *verſ.* 6. *κ. Lapidatio* gravillimum Pœnæ genus judicatum, quò pactoſue tit pactа, & quibus irrogata, V. *ſuprà*. *λ. Libera Cuſtodia*. V. hic paulo ſuprà, in voce *Cuſtodia*. *μ. Reſtitutio*, obtinebat in iis, qui aliena bona intuliſſent ac traxiſſent, V. Exodi *cap.* 22. Hi autem tuebatur autem ablatum, vel *ſecundum idem*, vel *ſecundum æquale*, vel *ſecundum poſſibile*. *ν. Serra diſſectio*, apud Romanos ac ejus Hebræos uſitata, Efaiæ Prophetæ à Manaſſe Rirrogata creditur. V. Hebræor. *cap.* 11. *verſu* 37. *ξ. Suffocatio*, inter 4. pœnarum capitalium genti peculiarium genera, mitiſſima, ſic ſiebat: Immergebatur reus ſimo cruris tenus, & ſine cervici injecto, utrinq; intentes hîtores illum conturqebant, donec ſpiritus interſluderetur. Irrogabatur plagiariis, pſeudoprophetis, Adulteris, iis qui Parentes perculſiſſent, vel Sacerdotis ſiliam pollu ſiſſent: Senatorius item, qui Synedrio contradixiſſent. *o. Talio* erat vel *identitatis* ſeu *Pythagorica*, vel *ſimilitudinis* ſeu *analogica*. Illà oculus pro oculo, hac pretium oculi, rependebatur. Targum Jonath. Deut. *cap.* 19. *verſu* 21. V. R. Salomonem *ibid. π. Tympanismus*, à Græcis mutuatus, memoratur Hebr. *cap.* 11. *verſu* 35. V. quoque Maccab. *cap.* 6. *verſu* 19. Junius *in Jeremiæ* 1. *cap.* 24. *verſu* 26. etiam meminit alius *Pœnæ* generis, Hebraïs צינק *Tinok* dicti, quod quidam cum *Navicula fugentis*, Plut. *in Artaxerxe* idem facturæ aliis ni niſi ſimes, quibus reorum manus colligatæ, ea vice indigitari ſoleat denotantibus.

Pœna Excitionis, divinitus feleteratorum quibusdam expedienda, Hebr. כרת (*Extirſionem* dixiſſet Cicero) appellatur, Hellenißis ἐξολοθρευσμὸς, id eſt, *perditio*, triplexque ſtatuitur, Magſtris, quæ è ſacro ſermone tr ginta ſex enumerant crimina, eorum ſcienter & ultro commiſſorum nullum eſſe, quod non excitione, niſi remiſſum ſuerit, reorum & per ſe ſit puniendum, aſſerunt. R. Bechai *in liber huiborah fol.* 149 *col.* 1. *Excitiones, quæ in Lege occurrunt, triparti ſi diſtribuuntur. Eſt genus excitionis quæ exſtinditur corpus: eſt iidem Excitionis genus, quæ ſola Animæ excidit ur* (Et in Platonica Philoſophia, memorantur ψυχαὶ ἀνεξόλεθροι, *A tiane ſublatæ ſeu exſtinctæ*. Proclus in *Theolog. Platonic. lib. 6. cap.* 10.) *& genus Excitionis, quæ tam anima, quàm corpus, excidit ur*. Quemadmodum in Valentinianorum dogmatibus, apud Epiphanium *Hær.* 31. dicitur, ὁ δὲ ἀνθρωπος τὸν μὲν ἐν τῷ κόσμῳ ἔχει ἐν ψυχῇ καὶ σώματι. *Ordinem hominum mortalem, tenuit cum anima & corpore perire*. Et quidem primi generis *pœnam* juxta eſſe præmaturum mortem, ſeu quæ בחרי ידי *antequam dies ſeu tempus vitæ aliàs expectandum abſit natur.*, accidit quum volunt deligari in ſacris literis, ubi dicitur, *excidetur homo ille è medio populi ſui*, aut phraſis de Excitione ſimilis ubique tur, quibus ſignantius numerum, quo pœna præſcribitur. Videſis I. *Qui conjugiis Ob & Ideoni*, Levitici *cap.* 20. *verſ.* 6, 11. *Qui maſtà veris extra*, Levitici *cap.* 17. *verſ.* 4. III. *Qui obſeturis extra*, *verſ.* 9. IV. *Qui oleum confecris contra* Legem, Exod. *cap.* 30. *v.* 33. V. *Qui confecris ſuffumenum*, contra Legem. *Exod. cap. ver. ſu* 38. VI. *Qui oleum unctionis effuderis*, contra Legem, *ibid. v.* 33. Generis ſecundi excitionem vigeles ſepties (ad deſcriptum diſcrete præſcindit ur, numerum) denuntiari, in Lege obſervant. Quindecies ſub concubitus interdictis incerti prohibentur, adjecto, *& excidentur anima ſis ſuæ de populis ſui medio*, Levit. *cap.* 29. ubi *populum ſuum*, pro cœteris, quæ futuro non excidæ gaudent ſecutio, animabus ſummum. XV. autem in eis *Ceribuſh* ſeu excitiones ponunt, non XXVI. juxta concubitum ibi deſignatorum numerum, quia undecim in ipſa enumeratione veluti plane redundant. Nam quindecim, id eſt, priores ſeptem & decimum ſextus cum ſcqq. (demtis decimo octavo, 25. & 26.) omnes reliquos continent, ut Maſſechet *Sanhedrin de Gr. lib. 5. cap.* 1. & 10. Qui reſtant duodecim huic pœnæ, ex diertis Legis verbis, obnoxii, ei ſunt: *Qui præſanat Sabbathum*, Exodi *cap.* 31. *verſ.* 4. II. *Immundus qui comederis Sanctum*, Levit. *cap.* 7. *verſ.* 20. III. *Qui in templum ingreditur immundus*, Numer. *cap.* 19. *verſ.* 13. IV. *Qui comedis adipem*, Levit. *cap.* 7. *verſus* 25. V. *Qui comederi ſanguinem*. Ibid. *verſ.* 21. & *cap.* 17. *verſ.* 10. & 14. VI. *Qui comederis ſacrificii reſiduum die tertio*, ibid. *cap.* 19. *v.* 8. VII. *Qui comederis reliduum ſacrificii extra tentum ſuum*, ibid. *verſ.* 7. VIII. *Qui comederis fermentum in Paſchate*. IX. *Qui comederi quid in die expiationum*, Levit. *cap.* 23. *verſ.* 29. X. *Qui opus aliquod fecerit die expiationum*, Ibid. *cap.* 23 *verſ.* 30. XI. *Qui Paſcha non obſervat*, Num. *cap.* 19. *verſ.* 13. XII. *Maſculus, qui non circumciſus*, Genel. *cap.* 17. *verſ.* 14. Tres coteri, quibus triginta ſex excitionem & ad genus attinent terrum, junt: I. *Blaſphemus*, Num. *cap.* 5. *v.* 30. & 31. II. *Cultus extranei rem ſuo ſacrificans*, Ibid. III. *Qui exſemine ſuo dederit Molocho*, Levit. *cap.* 18. *verſu* 21. & 20. 5. alterò enim loco Anima, alterò ipſe, qui Molocho ſemen dederit, excidendus. Id autem, quod habetur Numer. *cit. c. verſ.* 31. *Excidendo excidetur anima illa, iniquitas ejus ſuper eam*, nuncupant Hebræorum Doctores כרת חטור, *Excidendo graviorem*, quæ tuam animæ, tum corporis ſit, itidem כרת כפול *Excidonem duplicem*. Adeò, ut ex fecundo excitionis genere, ipſam planè veluti eſſe delinere animam, corpore ante tempus ſuum mortendi aliàs naturale miniare ſubtato; ex genere verò tertio, tam vitam ante tempus aliàs natu alem cœlitus præripi, quàm Animam amplius non omnino eſſe: atque id de pro juſtitiæ ſeu iniquitatis modo. Sive immortalem ſive mortalem animam pronuntient. Sed pœnæ etiam qualescunque, cum immortalitate leviores, quam animæ excitionem deterrunt: ſic ut interea etiam ipſas animas interdum mortales eſſe excitionem & perire, & diferte Magiſtris celebertimis aiis Excitio animæ generatim dicitur, *pœna*, quâ impius *excidit ob impietatem ſuam & deſtruitur, vetiti orutum*, &c. Quæ Tacito olim videtur fubouliſſe, cùm ille de Hebræis, *Peſſor. lib. 5. Augenda*, inquit, *multitudini conſultur. Nam & mœare quemquam ex agnatis* (Ipſius legit *gnatis* & de liberis non nou expanendis intelligit) *neſas, Animarum aut pratis aut ſuppliciis peremorum æternas putant. Inde generandi amor & moriendi contemtus*. Edidicerat namque ab ipſo tan cos exiſtimaſſe (nonnullos ſaltem eorum nec obſcuri nominis) animas aliàs æternas, aliàs non item. At ſaniores inter illos utrorumque refurrectionem juſtorum & iniquorum credidiſſe, patet ex Actorum Apoſtol. *cap.* 24. *verſu* 15. ubi Paulus de Phariſæorum aliorumque tui temporis Hebræorum ſententia, *Confiteor*, ait — *ſfore habitos in Deum, quam & ipſi hi exſpectant refurrectionem futuram juſtorum & iniquorum*. Nec ſanè ita rarum eſt exiſtimaſſe omnium, live juſtorum, ſive iniuſtorum, refurrectionem & judicium apud Magiſtros ſupponi; juxta illud R. Eliezeris Kapernaïte *Pirke. c. both cap.* 4. *Qui nati ſunt, morientur qui mortui ſunt, revivi ſcentes & revivi ſcent, judicabuntur*, &c. V. Job. Seldenum *de Jur. Nat. & Gent. juxta Diſciplſ. Hebr. lib.* 7. *cap.* 9.

Pœna Theatralis, ſeu potius *Pœna* Legis Theatralis, indigitatur à quod Æl. Spartianum *in Hadriano*, ubi ait: *Decoctores bonorum ſuorum, ſi hæ auctoritati* (ſeu ſui juris) *eſſent, catamitidi ni ambubiatro & mimiti juſſit*. Nempe jam olim Lege fuerat cautum, ne liceret decoctoribus ſedere in ſpectaculis inter ſui ordinis compares, ut diximus ex Suetonii *Auguſto cap.* 40. Hadrianus, insuper examinidari in amphitheatro voluit, id eſt, *derideri & per-*

ludibrium traduci, qui mos Vett. fontes & pœnis addictos, ad exemplum traducti per amphitheatrum, nudos. Salmasius verò *catomidiari* mavult legere, id est, *catomis cædi*, à κατωμὶς ἡ vocę Græquæ τὸν ὦμον significat. Τὸ κατωμὶς autem vel τὸ κάτωμα, pars est sub collo inter scapulas, quod Latini *interscapulium* vel *interscapilium* & *cervicapilium*, *cervicapium*: Sicq; aliquis *catomus aut catomis cæsi* dicebantur, cui catomum aut catoma cædebantur, quemad modum *capite cædi*, ille dicitur, cui caput cædebatur. *Catomidiari* itaque, non simpliciter est *verberari*, sed *scapulis verberari*, adeoque decoctores bonorum suorum Hadrianus in Amphitheatro, hoc pœnæ genere affici & dimitti, justit: Fustibus aut virgis castigatos postulimus, imò debemus, intelligere, nisi malimus plus barbaris, quarum ictibus cervices & terga contundi moris fuit, fed publicorum tantùm Imperatorum ævo. Sic I.40. *Cod. de Decurion.* principalis vel decuriones pecuniæ publicæ decoctores, plumbatarum ictibus subjici jubentur, V. Sal. *ad Spart. l. c.*

Panæ Canonicæ, V. voce *Indulgentia*; item hîc paſſim, imprimis paulo poſt, ubi de *Pœnitentibus*.

Panicum feu *Panicum* ploſtellum; apud Varronem, de quo ſuprà, in voce *Ploſtellum*, idem quod *Panicum* eſt. Sic in vet. Interp. BELLO POENICIO, 1. *punico. Pœni* nempe, è Phœnicia oriundi, unde *Sanct*. h. e. Tyro eos arceſſit Ennius; *Phœnices* autem non *Pœnices* modò, fed & *Pœni*, à Græcis dicti ſunt, unde *Pœni. Servius*, *Pœni* τὸν ἀδίκειαν ἡμῶν: imò plane *Pœni*, ut *Panicum*, *panicum*. Gloſſæ, *Pœni*, Ἄφροι, φοίνικες. Inde *Punica Phœnicia*, *lingua punica*, apud A piyrum. Unde autem Phœnices appellationem traxerint, ſuprà dicitur: à colore viz. tincturæ, quæ ibi primùm reperta. Objici tamen poteſt, quòd *purpureum* à *punico* differt; purpureo a. Tyros & Phœnicæ laudata. Tibullus,

Africa punicum, purpureumq; Tyros.

Ubi Africæ, in qua *Pœni*, proprium facit *punicum*, & Tyri, quam *Phœnices* incolebant, *purpureum*: Quorum illud, coccinum eſt ex cocco Africæ. Plinio de cocco, *Gignitur & in Galatia, africa, Piſidia*. Sed *punicum* in purpura certitur, præcipuè Tyriâ ac rubente. Plinius, *Tyrio laus ſumma in colore ſanguinis concreti*, qui ſanguinis color φοινικοῦς vel φοινικῶ proprie. Apud Poëtam *veſtes Tyrias incoctæ rubores*, legiuntur & Homero *purpureus ſanguis* dicitur, eidemque *terra rubet ſanguine*, ἐρυθαίνετο δ' αἵματι γαῖα.

Hefychius quoque φοινικοῦν, interpretatur αἱματῶδες, *ſanguinum*, & Pollux de Tyria purpura φοινικοῦν dicit & φοινικοβαφὲς vocat: Idem de excellenti purpuræ colore, quæ radius Solis percuſſa ſplendorem nitoremque acquirit, Καὶ ἐκεῖνος αὐτὸν ἀπεκαλύπτετο ἐν τῷ λαμπρῷ καὶ τῇ ἀκτῖνι τοῦ ἡλίου φοινικοῦν ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνος. E' quibus patet, nomen inde omnino inveniſſe φοινικοῦν, qui antiquitus φοινὸν etiam, atque *Panos* à *Phœnicibus* dictos, ſed diverſos. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 1331. Ipſe Solinus idem confirmat *cap.* 27. ubi de Carthagine, *Eliſſa mulier exmaxis domo Phœnix & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam. Mox ſermone verſo in verbum Punicum* (id eſt, jam depravatum Phœnicibus aliquantum temporis in Africa commorantibus) *& hæc Eliſſa & illa Carthago dicta eſt.*

Pœnitentes, memorati Auguſtino *Epiſt.* 108. *Quid autem dicitur Petrum egiſſe pœnitentiam, cavendum eſt, ne ita putetur egiſſe, quomodo agunt in Eccleſia, qui proprie* Pœnitentes *vocantur*, ubique ſunt quibus ob crimina publica imponebatur *Pœnitentia publica*. Non enim ſemper, in antiquis maximè ac barbaricis *LL.* mortis pœna, ſed multa, pro modo delicti, expiata legimus crimina: ita tamen, ut, qui ea adm. ſiſſent, à judicibus amandarentur ad Epiſcopos, qui *pœnitentiam* iis imperarent ac indicerent, *pro diſſerentia peccatorum*, uteſt in Concilio Carthag. III. c. 31. & In numero enim certum erant rei, pro quibus intercedebant Epiſcopi, quibus licebat in eis causâ cognitâ veniam a Judicibus poſtulare: tum enim iis *Canonicas* ab Eccleſia imponebatur *Pœnitentia*, quam illi ultro ſe obituros ſpondebant, veniam aliàs non conſecuturi. Epiſcoporum autem interceſſionibus etiam obtinuit pro reis, qui ad Eccleſias confugiebant; licèt enim Eccleſiæ immunitas à pœna legibus inflicta tueretur, à ſatisfactione tamen non exiſtebat ea pœna, quos offenderant vel eorum agnatos: neque ecclarum turcia in aggeſtis debatur Eccleſia, niſi publicâ *pœnitentia* crimen ſic ſuum expiaturos ſpondiſſent. Cujusmodi reorum, qui ad Eccleſiam, velut ad aſylum confugerant, infinitum fuiſſe numerum, ex Auctoribus abunde conſtat. Certum, ob quæ *pœnitentia* ipſis indicebatur, ut ſiſeam contra Chriſtianam fidem & Conciliorum Canones admiſſa delicta (ſpeciatim enim habuiſſe *pœnas illas Canonicas* in his potiſſimùm locum, qui in Barbarorum in curſionibus, de rebus Idolis ſacrificatis comederant ac in aliis hujusmodi crimibus) docet *Epiſtola Canonica* Gregorio Neocæſariæ à *Thaumaturgo*, tributa; nec vera. Potiſſimum ſpectarant, ſeu auctoritate Eccleſ. ſeparaterentur, ut in tertio gradu ſive non, ut in quarto, ex *Capitulis* Synodalibus Pipini R. *cap.* 1. Regnone, 2. *cap.* 213. & Burchardo 4. 17. *cap.* 10. Etiam illi publicæ pœnitentiæ ſubjicièbantur, qui vel dignitatis aut natalium prærogativa ac auctoritate à pœnis Lege decretis ſe ſubtrahebant, vel à patria exterres in alias migrabant regiones aut aliorum Principum ditiones, vel tandem qui in ſolo ipſomet natali ex folita criminum impunitate, vel dominorum largiori indulgentia, ſeu potiùs impotentia ea perpetrarant. Nam cum olim, ex receptæ prædiorum feudalium lege, hi quibus gauderet *ius* dicendi facultate, vix erat, qui in ejusmodi prædiorum dominos animadverteret. Unde crebrius excommunicatos ab Epiſcopis legimus, qui, quod Leges ipſæ minimè poterant, Eccleſiaſtica ferula cæsi tam frequentibus delictis gravioribus coercerent, à qua non abſolvebantur, niſi poſt publicam peractam pœnitentiam, E' quibusdam, cur tantus olim ejusmodi *Pœnitentiarum* numerus ad Eccleſiarum veſtibula porticus & narthices ſteriſſe legatur. Quippe hi, donec impoſitam ſibi pœnitentiam adimpleviſſent, accedantur ab ingreſſu Eccleſiæ & in loco *Pœnitentium* conſiſtebant, ut eſt apud Abbonem Mon. *Serm.* 3. Johannem Epiſc. Abrincenſem, Alios, quos laudat Leo Allatius *Diſſertat. de Narthece*. Quod quidem intelligendum, cùm ſacra peragebatur liturgia ſeu potius ſacra ipſa myſteria: nam catecnus, ut & Catechumeni in Eccleſia ipſa babant divinasque lectiones auditu percipiebant & una cum iis excedebant cum dimittebantur. In Templo vero, ſiniſtram ad partem ſecedebant, cùm fideles alii ad dextram ſtarent, ut colligere eſt ex Ditmaro *l.* 6. *p.* 81. Imponebatur porrò *Pœnitentia* & ſuſcipiebatur citiùs tardiùs pro rei exigentia & quidam minùs diutiùs quidam in *Pœnitentia* exercitiis, per ſubeundam ætatem erant. Namque ut celebres illos gradus IV. omittam, de quibus aliquid, ubi de *Indulgentiis*, & hîc paſſim plura; ad Clericatum aliosque Ordines Eccl. promoveri *Pœnitentes* vetantur, in Concil. Carthagin. IV. *can.* 68. aliisque; Matrimonium contrahere prohibebatur, Concilio Arelat. II. Art in Wormacienſi A. C. 868. *can.* 30. 37. & uxores habeant, ab uxoribus non ſeparanturſi verò non habuerint uxores & ſe continere non voluerint, legitimas accipere in conjugium fœminas non vetantur, *nein formationis incidant voraginem*. Nullam præterea dignitatem obire poterant, ex Concil. Ticin. *cap.* 5. Sed & , ſi militares eſſent, arma deponere cogebantur. Comas quoque jubebantur deponere & veſtimenta mutare, in Concil. Agathenſi *can.* 15. Vehiculorum porrò uſu is interdictum, Concil. Wormacienſi A. C. 868. &c. Redſimutem *Pœnitentiæ* ſequioris ævo variis modis ſolebant: Interdum eleemoſyna ac erogatione bonorum in uſus pauperum vel Eccleſiarum, atque adeo prædiorum ipſorum unde Petrus Damianus *Epiſt.* apud Baronium A. C. 1055. *Non ignoras, quia, cùm à pœnitentibus terra ac ædificia, juxta moſtrarum numeris eis de quantitate pœnitentiæ relaxantur.* Quæ vero pecuniæ in pauperes erogantur, reimbenatur, vel quæ imponebantur, *Pœnitentia deargentatæ* nuncupantur à Gregorio in *Vita* S. Hugonis epiſc. Gratianop. *num.* 20. & Hilario in *Pœnitentiali*. Interdum flagellationibus, palmatis (de quibus V. ſuprà, in hac voce) & Pſalmorum recitationibus. Quam in rem liceat afferre locum Petri Damiani *lib.* 1. *Epiſt.* 19. de quodam Dominico, Monacho ſuo: *Cæterum autem annorum pœnitentia. Si ut ipſe Anchyræ diditionis, ſic expleturus. Porro cum trita ſopatum millia unius pœnitentiæ annum apud nos reputarius explenti, decem autem Pſalmorum modulatis, ut ſæpe protabaum eſt mille ſopata admittat, dum ipſo. Pſalmis conſtare Pſalterium non ambigitur*, 5. *annorum pœnitentia in nullas Pſalterii diſciplina recte ſuppuntibus inventur. Sed ſive quinque vicies ducat, ſive 20. quinquies, centum faciunt: Conſequitur ergo, ut qui 20 Pſalteria cum diſciplina decantat, 100. annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidat.* Et mox, de eodem Dominico: *Etenc autem centum annorum pœnitentiam — facit 6. diebus ex more conſummat.* Atque infrà attendò in Italia adolveſcit, *ut non modò viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus infiantur arripierent*, &c. V. hac de re prolixè agentem C. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *Hiſtoriæ*. quibus adde Andr. Rivetum *Summâ Contro v. Trad. II. Quæſt.* 12. Jo. Forbeſium *Inſtruct. Hiſt. Theolog. l. XII. Jo.* Caſp. Suicerum *Theſaur. Eccl. paſſim*, &, qui peculiarem hunc in rem librum edidit, cum tit. *Diſſertatio Pœnitentiæ Publicæ*, Cl. Simondum. De Hæreticis verò, qui *Pœnitentiæ* neceſſitatem impugnarum ivere; quique contrà *Pœnitentibus* nullum veniæ ſupereſſe locum contendèrunt, ſuprà in vocibus, *Impeccabiles*, item *Implacabiles*.

Pœnitentes Mulieres, in ſpecie, dicuntur in Eccleſia Romæ quas anteactæ vitæ laſcivioris *pœnites*, quæque in Monaſterio ſeſe agentes pœnitentiæ cauſa, recludunt, Gall. *Repenties*, in vet. *Charta* Philippi R. A. C. 1313. apud C. du Freſne *Gloſſar.* Idem olim in Græca Eccl. obtinuit, ibi fœminæ hujusmodi ſimili prohibentioris includebantur, quod *Μετάνοιαι*, *Pœnitentiam*, proin appellabant olim Byzantini, quibus carere hoc nomine ſeu Monaſterium Cpoli duplex erat, alterum ad fretu illi dextrum, à Juſtiniano & Theodora exſtructum; alterum, *vitæ Nitæ Mariæ*, *Mariæ*, *Nove Pœnitentiæ*, dictum. V. de illo Procopium *de Ædific. lib.* 1. *cap.* 9. de iſto Theophanem *pag.* 250. de utroque du Freſne *CP. Chriſt.*

de *Pœnitentia* S. Dominici, vocantur ibid. viri fœminæque, qui in vita laicali, ſub directione Dominicanorum, vivunt; etiam habita modeſtiore veſtitus. *Ibidem de Pœnitentia S. Francisci*, qui & *Continentes* ut videmus. Item de *Pœnitentia Jeſu Chriſti*, Fratrum Ordo, apud Maſſilium inſtitutus, A. C. 1260. Idem.

Pœnitentiale, ſcu is, liber ejusdem Eccleſiæ, ea, quæ ad *pœni-*

tentiam imponendam, & *panitentem* reconciliandum, ſpectant, continens. Cujusmodi libri variis profiant & laudantur paſſim à Scriptoribus, atque inprimis *Panitentiali Romanur*, *Panitentiali Bedæ Presbyteri*, *Panitentiali Gregorii III. Halibrgarii* porrò Epiſc. Cantuar. *Theodori* Archiep. Cantuar. cujus indicem Spelmannus. fragmenta vero nuper edidit Jac. Petitus, Aliorum, de quibus V. Car. du Freſne *d. l.* His apud Græcos ſimilia fuere *Ἐπιτιμία*, quæ inter opera Baſilii M. ſunt edita, & ſub tit. *Nomocanonis* haud pridem publicata, à Bapt. Cotelerio *Monum, Eccl. Græc. Tom. I.* aliaque Joanni Antiocheno, ab eodem edito, *cap.* 1. memorata: quibus id nominis impoſitum, quod "*Ἐπιτίμια* comprehenderent, de qua voce Cl. Suicerus, *Panæ omnes*, inquit *in panitentiam impoſita Græcis ab antiq nitgentis & amplius generali nomine τιμίαι dicuntur, quorum pleraq ipſi sacra vocant. Hinc eq nonnullos eorum Euchologia & Panitentiales inscribit, preces ſuppetas, quorum panitentia ſolvitur, Ἐυχὴ ἢ ἐπὶ λυθῶσιν πανίτων*, voce "*Ἐπιτίμιον*. Complures hujusmodi *Panitentiales* collegit ediditque Jo. Morinus *libb. de Panitentia*, quem vide.

Panitentiales Pſalmi, dicuntur communiter ſeptem iſti, VI. XXXII. XXXVIII. LI. CII. CXXX. & CXLIII. quòd de *panitentia* inprimis agunt: tam in miſſa ante Auguſtinum, qui primus ex tribus ſeriis illos libi præſcripſit voluit. Eos poſtea in Communione Rom. quadrageſimali tempore recitari juſſit Innocentius III. ſeilad Chorum tantum id officii reſtrinxit Pius V. qui ſolummodo qualibet Feriâ VI. Quadrageſimali illos cani voluit, quòd die eo Adam peccaverit, & ſecundus Adam Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine lapſos redemerit. Idem hos *Pſalmos* in Choro vel extra recitantibus, quinquaginta indulgentiæ dies erogavit, ut ex *Bulla* ejus, *in principio Breviarii* appoſita, videre eſt. Quæ illi Hilarii, *Ambroſii*, Auguſtini, Hieronymi. In eos proſtant, Alcuini *Commentaria*, *in* 8. *Pariſ.* 1568. de Aliaco, *Meditationes*; Dan. Arculatii *Enarratio* 8. *Marpurgi* 1595. Petri Aretini *Pentitoſ ive Paraphraſis*, *Italè* 12. *Lugduni* 1548. Paul. Atavantius. L. Backmeiſteri *Explicatio*, 8. *Roſtochii* 1600. 1603. Frid. Balduini *Commentarii*, *cum textu triplici*, *Hebr. Gr. Lat.* 8. *Witebergæ* 1599. Lud. Berus, *Baſiliæ* 1551. Frid. Beu hii *Analyſis Latino Germ.* 8. *Norimbergæ* 1589. & *Erphordiæ*. Jac. Bourgetii *Meditationes*, *Duaci* 1579. Joh. Buchii *Expoſitio*. Cuthb. Burtaellus, *Pariſiis*. Jo. Capnionis (alias *Reuchlini*) *Commentariolus*, 8. *Tubingæ* 1512. Andr. Croquetii *Sermones*, *Gall. Duaci* 1579. J. Fiſcheri *Commentarii inter opera Lat. fol. Wirtzeburg* 1597 & *Angl. fol. Londini* 1577. Olyv. Fiſcheri, *Expoſitio*, *tripliciſ*, *Hebr. Gr. Lat.* 8. *Witebergæ* 1599. Lud. Berus, *Baſiliæ* 1551. Frid. Beu hii *Analyſis Latino Germ.* 8. *Norimbergæ* 1589. & *Erphordiæ*. Jac. Bourgetii *Meditationes*, *Duaci* 1579. Joh. Buchii *Expoſitio*. Cuthb. Burtaellus, *Pariſiis*. Jo. Capnionis (alias *Reuchlini*) *Commentariolus*, 8. *Tubingæ* 1512. Andr. Croquetii *Sermones*, *Gall. Duaci* 1579. J. Fiſcheri *Commentarii inter opera Lat. fol. Wirtzeburg* 1597 & *Angl. fol. Londini* 1577. Olyv. Fiſcheri, *Expoſitio*, *tripliciſ*, *ſtyle*. Sim. Gedicci *Enarratio brevis*. 8. *Lipſiæ* 1595. Jo. Gerſonis *Expoſitio*, ut & Gregorii M. inter opera eius, Balth. Hilcemeri, *Analyſis Logica & Rhetorica Expoſitio*, *fol. Auguſtæ Vindelic.* 1616. Innocentii III. *Commentarii*, *inter Opera illius*. Clem. Ieonart *Ecphraſis & Enarratio*, *Colon.* Guil. Lapidani *Meditationes*, 8. *Lovanii* 1530. Landani *Expoſitio Panit.* 8. *Colon.* 1610. Martini Mageri Para *braſi tri linguis metrica Hebr. Gr. Lat. di verſo carmi num genere exprea*, *Francofurti* 1624. Georg. Mai ri *Enarratio*, 8. *Wittebergæ* 1565. Petri Montani *Commentarii*, 12. *Antverpiæ* 1569. Franc. Montmorenci *Picta victrix expreſſa Lyrice*. *Antverpiæ* 1639. Jo. Neovillæi *Commentarii*, *Pariſiis* 1576. Chriſtoph. Peiarii *Expicationes*, *Fr. Marchiomum* 1607. Guil. Pepini *limulter*, 8 *Venetiis* 1573 1587. *Colon.* Franc. Petrarchæ. Jo. del Rio *Annotat.* Rivii *Sulpitii*, *inter Opera Tom. II.* Nonnii Marcellii Sajo, *Paraphraſis Precatoria*, *Pariſ.* 1558. Hier. Savanarolæ *Meditationes*, *Wittebergæ* 1523. Adami Sibeth *Lemmata ac Notæ*, 8. *Lipſiæ*, 1574. 1588. Archib. Simloni *Expoſitio Angl.* 4. *Londini* 1638. Georg. Stampelii *Explicatio gemina*. 8. *Fr. March.* 1611. Godoir. Stironis *Paraphraſis Angl. Antverpiæ*. Chriſtoph. Warſiewicius, Didaci de la Vega. *Conciones Vyſperti ne*, 8. *Venetiis* 1602. & Lugduni 1600. Matthæi Vegii. Nic. Vi ti *Diſcurſus Venetiis*. Jo. Lud. Vives. Gaſp. Ulenbuſgius, *Colonie*. Georg. Wicelii *Expoſitio Lipſiæ* &c. V. Crov vcum in *Elenchu Scriptorum S. Scripturæ*.

Panitentiarius, nomen eſt dignitatis, in eadem communione, in Eccleſiis Cathedralibus inſtitutæ, in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. c. 8. & *ſeſſ.* 14. c. 7. Sic autem dicitur, penes quem facultas eſt *cabsi Epiſcopis*, ut vocant, *reſervatos* abſolvendi. Sed & ante Concilium hoc fuiſſe *Panitentiarios*, qui interdum ab Epiſcopis per villas & oppida in Quadrageſima ſortiri debuerint, ut imbecilles, impoſitores & pauperes à cabibus, qui *Majoribus* reſervari ſoliti, abſolverent, probatum it C. du Freſne ex Concilio Arelatenſi A. C. 1250. *can.* 16. & *Charta* Everardi Epiſc. Ambianenſis. A. C. 1218. quàm ſua Eccleſia tres perſonatus erexit, Præcentoriam, Magiſterium Scholarum & *Panitentiariam*: *Panitentiarius verò iis noſtri Confeſſiones audiet, ſequa unque pare dies ipſi ad ipſum referantur, exceptis Confeſſionibus Curatorum noſtrorum & Magistratum & Baronum, quas nobis reſervamus: ad illum etiam, tanquam ad illum quem poſt nos in opſcuis hoc proximum eſſe volumus, dubitationes ſi quæ emergent inſpiro Panitentiali, jubemus reportari. Panitentiarius inſuper ab aliis Confeſſoribus relaxare poterit, aut mutare, prout ſecundum Deum videris expedire.* Idem Socratem addit *Hiſt. Eccl. l.* 5. *c.* 19. ſcribere, regnante Decio, in ſingulis Eccl. ordinatum Presbyterum, qui *panitentiæ* præeſſet, atque eum pertimum in ſtitutos Conſeſſarios, collegi poſſe, c. Baronium *ad A. C.* 235. *n.* 9. ut & ſupra *diximus*, ubi de *Confeſſarii* eius, in Eccl. vet. Latina, & Græca, hodiernaque Romana uſitato. In quarum media Necſarius Epiſc. CPolit. Ambroſii *ἐπιγραφὴ* privatam confeſſionem, *τῷ ἐνὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς ἀκροάσεως*, *Presbytero Panitentiario*, ob ingens ſcandalum à *Panitentiario* quodam datum, abolevit, ſequentibus eum omnibus fere Epiſcopis Orientis, ſui oſtendimus ibidem &c. In ſpecie verò *Panitentiarii Eccleſiæ Rom.* ex Pontificis Officialibus ſunt. Ex Presbyteris enim Eccleſiæ Rom. quosdam, auctore Anaſtaſio B blioth. conſtituit Simplicius Papa, ſuper *panitentes*, qui iis præſſent & eorum esomologeſe ſeu confeſſiones audirent: *Hic conſtituit ad ſanctas, Petrum, Paulum & Laurentium, hebdomadas, ut Presbyteri ibidem manerent, propter panitentes & Baptismum &c.* Horum primus hodie *Magnus Panitentiarius* dicitur, qui Cardinalitiis fungitur, decujus officio plaribus agit Oſtav. Veſtrius de *Judiciis Aulæ Rom. l.* 1. Guil. Britto de iſtiusmodi Officiali, l. 12.

Die Jacobo Papa, vice qui delicta reorum
Audit, & abſolvit confeſſoribus oratus &c.

apud C. du Freſne ubi ſupra. V. quoq; Dom. Macetum *in Hierolex.*

Panius, Græcè *Πανεὺς*, Diana ſervus, *ἀπὸ τοῦ πανεύειν*, ve *Ἀστραπὴ ἀπὸ τοῦ ἀστράπτειν* Jana cum Demetrio, ultimam novis & Cardinali Templi Dianæ Epheſinæ, quam Chriſtianiſmo infuſcerat, impoſuit, Vitruvius *l.* 7. *in Proem.* Cui conſentanea habet Strabo, qui Demetrium vel Panium, addito ordine columnarum ad pronaos, Templum illud amplaſſe, ex Artemidoro, refert. Idem *Panius*, Miletii quoque Apollinis ædem ſymmetriis Jonicis inſtituiſſe, cum Daphni Miletio, tradit ur, apud eundem Vitruvium. Ubi intelligitur templum Apollinis Didymæi, quod in Miletiorum agro cum eſſet, à Xerxe combuſtum, ſed poſtea à Miletiis reſtitutum eſt, operi præſecti Panius & Daphnis. Ita Strabo, qui Templum Dianæ Epheſinæ perfecit, poſt expeditionem Xerxi in Græciam ſumptam, vixerit eodem ferme ævo, quo Scopas, qui 36. columnas in ea æde cælaſſe dicitur: atque ſic ſumma manus illi impoſita paulò antequam ab Herofrato ignibus data eſt, ut pluribus docet ad *Solinum* Salmaſius *pag.* 81.

Poeſis, Simonidi *Pictura taceus*, Verulam. *lo genus eſt doctrinæ plerunque aſſectibus*, *rebus*, *ſtilum & illamitam*; ideoque ab eo ad Phantaſiam refertur, quæ inquit & Hiſtoria proſtat rerum congia & divortia commiſſi ac machinari ſolet. Cùm autem variè conſideraripoſſit, illam quatenus eſt *Hiſtoriæ imitatio ad placitum*, idem diſtinguit in *Narrativam*, *Dramaticam* & *Parabolicam*. Quarum prima fundamento prorſus nobili excitata vide ur, quòd ad dignitatem humanæ naturæ in primis ſpectat, adeoque *Heroica* appellari poteſt. Cùm enim Mundus ſenſibilis Animæ rationali dignitate ac inferior, videtur *Poeſis* hæc humanæ naturæ largiri quæ Hiſtoria denegat, atque animos umbris rerum cunque ſatisfacere, cùm ſolida haberi non poſſunt. Ex eo maxime quæ firmum ſumtitur argumentum, magnitudinem rerum magis illuſtrem, ordinem magis perfectum, & varietatem magis pulchram, Animæ humanæ complacere quàm in Natura ipſa, poſt laplum, reperire ullo modo poſſit. *Dramatica*, quæ theatrum habet pro mundo, in Rebusp. modernis pro re judicra habetur, niſi forte minimum trahat è Satyra; at in Antiquis curæ fuit, ut animos hominum ad Virtutem inſtituerent. Quinetiam magnus Philoſophus, veluti animorum plectrum quoddam tenebatur. Hominum enim animos, cùm congregati ſunt, magis quàm cùm ſoli affectibus ac impreſſionibus patere, Naturæ quoddam ſecretum eſt. *Parabolica*, inter reliquas eminens, tanquam res ſacra atque augusta meritò semper habita eſt, ut cujus opera Religio ipſa uſa eſt, & commercia divinorum cum humanis exercentur. Eodem quoque doctrinæ genere Sapientia olim tradita: Nam cùm ration s humanæ inventa & concluſiones tum novæ adhuc & inſuetæ eſſent, vix illam ſubtilitatem intellectus cognita humana, niſi propriis cæ ad ſenſum per hujusmodi ſimulachra & exempla deducerentur. Quare omnia apud illos fabularum omnigenarum & parabolarum, & ænigmatum & ſimilium dimum plena fuerunt. Hinc teſſeræ Pythagoricæ, ænigmata Sphingis, *Æſopi* fabulæ & ſimilia. Quinetiam apophthegmata veterum Sapientium fere per ſimilitudines rem demonſtrabant. Unde Menenius Agrippa, apud Romanos, gentem eo ſecula minimè literatam, editionem fabulæ reperiſſe, V. Franciſc. Baconum à Verulamio *de Augm. Scientiar. lib.* 2. *cap.* 13. Hinc tam late *Poeſis*, quàm Philoſophia, patebatur: enim hæc vel Naturam docet, vel format mores; ita illa fabulis vel Naturæ primis temporibus involvebat arcana, vel vitæ rum privatæ tum publicæ rationem tradebat: *prima* prom *Philoſophia* Straboni dicta. Quæ cauſa, quòd Horatius dicere neutiquam dubitet, moralem ac civilem vitam meliùs ab Homero docere, quàm Crantore & Chryſippo. Sanè Poetas elle morum ac vitæ Magiſtros, non modò Pythagoreorum, ſed etiam Ariſtoteni Muſici ſententia fuit: Ipſe Plato monet, genitionis mimosceptri ſubjectos habuiſſe legitur. Nec aliter differre *Poeſis* ab Hiſtoria vel Philoſophia videtur, niſi quòd Philoſophia docear præceptis, Hiſtoria exemplis veris, ipſa verò fictis: quippe qua naſcitur ex imitatione actionum, ſive viliun ur in Comœdia & Satyris; ſive præſtantium ut in Epicis & Tragœdia, qua de re V. Voſſium *de Philoſophia lib. cap.* 4. *§.* 5. & ſuſius *lib. de nat. ac conſtitutione Poeticæ*, cui adde Julium

Cæl.

Cæs Scaligerum de Poëtis, &c. Interim Ars hæc, apud Romanos Martis illos pullos, principio contemtui habita est. Quocirca minime mirari oportet, si M. Fulvio Nobiliori vitio datum est, quòd is, Consul cum esset, in Ætoliam provinciam Q. Ennium secum duxisset. Factum tamen postea, ut Principes quoque viri, aucto imperio, domi forisque pace parta, ad hanc studiorum partem animum inclinarint, summoque cultu atque honore illos habuerint, qui carmine absolvendo viderentur excellere, Crinitus *Prafat. libri de Poëtis*. Fuere autem mox à primo bello Punico, *Ingenio* Latinæ licet rudis quædam initia, ut exitis fabulis, quas Livius Andronicus & haud longè post eum Cn. Nævius populo dedisse legunturque constat. Illustre dein incrementum cœpit bello Punico secundo. Unde Porcius Licinius, qui post bellum hoc floruit, apud A. Gellium *lib. 17. cap. 21.* ait,

Pannice bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Quò etiam respexit Horatius, ubi de Pop. Rom. *lib. 2. Epist. 1.*

Serus enim Græcis admovit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus quærere cœpit,
Quid Sophocles & Thespis & Æschylus utile ferrent, &c.

At apud Græcos, imò & alios, *Poesis* prior oratione soluta & Poëtæ antiquiores fuere Historicis ac Πεζολόγοις, V. supra, ubi *de Oratione Soluta*.

Poëta, per excellentiam dictus Homerus, Athen æo *lib. 1.* Dicæarcho in *Vita* Græcæ, Juthimano *Institut. de Jur. G. Nas.* Harpocrationi in *Homeridæ*. Hesychio, Quintiliano *Institut. Orator. lib. 8. cap. 5.* Scneca *Epist. 58.* Aliis: cujus rei causam habes apud Eustathium *lib. 1.* item Aristophanes, Suidæ in *Militiade*, & ὁ ἐν Μακεδόσι τραγικὸς ποιητὴς ὁ Θεσπὶς, quo nomine illum omnibus notari Corn. docet Probus in *eodem*. V. Casp. Barthium *Adversariorum lib. ad Papinium Statium Thebaid. lib. 4. versf. 464.* ubi hæc verba,

—— *innubi Manto,*

erudito Commentario illustrat. Aliàs quid communiter vox indigitet, ex præcidtis liquere potest. Origo ejus non à *fingendo*, ut putarunt, quia fictis uteretur Poëta, sed à *faciendo* versu, ducenda. Simul enim cum ipsa natura humana exstitit vis hæc num rosa, qua versus clauduntur. Certe & infans prius canit, quam loquatur, & plerosque eorum non aliter inomnum captare videmus. Poëtam quum magni spiritu res novas veteribus inventis addidisse ritili, qui hac gloria inferiores numeroseè meditarentur simplices narrationes, *Versificatores* tantùm dicti sunt, hi autem Poëtæquare fortibi Musarum tutelam vindicant atque patrocinium, quarum spiritu, quæ alios latent, ab ipsis inveniantur. Dictus hic *Pierius calor* Paulino *Thebaid. lib. 1. versf. 3. Adi & οἱς & ἀεσφαλῶς* Orpheo, i. e. Musicus furor & adeatus ad versus pangendos, fine quo nemo Poëta bonus: essque quæpiam exhilaratus mentem & quasi divinus spiritus, qui nonnisi fœdi illi quieto & pugnare quodam mentis pabulo, procedunt in liberiores epulas & choreas velut cœlestes ingreduntur, animo sese ipsum exsultationibus suis vix capientesqua de re V. Seneeam *de Tranquill.* c. 7. Hoc pacto inspirati non tam loquuntur, quam *enuclant* carminaquæ & Regius Philmographus de divinis suis odis ermocinatur, uti nimirum omni curâ excelsior divinioraque virtus, elaboret innos expellendos versus. Distinguitur autem hic furor re & nomine ab alia. Ac, quia ad carmina tantùm, utilesq; vitæ instructiones ab eo virtutum, vituperia vitiorum, dari consetur, quibus duobus velut capitibus constabat antiqua & primigenia Poëtis. *Nomine* autem Prorreptii, quòd & intligat vi sua metra in numeros, quibus præ cæteris omnibus facultatibus Poëtica utitur. Quam in rem pluribus præclare differt Casp. Barthius *Animadv. ad Statium d. l.* Cæterum in Pythicis Ludis *Pœtarum* inprimis certamina vigebant. Unde Solidum Chronicum Pythicum vicisse Philemonem quoque Comicum & Alexin coronatos, animam exhalisse porrò Polum Tragœdum, paulo ante finem vitæ, intra quatuor dies, octo decert. ssl. tragœdias, refert Plut. *Sympos. 2. alibi*, & hæc die bantur ἐτησίοις ἀγωσμα, quæ omnibus admirationem excitarent. Nec verò fua tantùm scripta Poëtæ deferebant ad certamen, verùm & aliena, uti Quintilianus auctor est *l. 10.* & diecmus infra, ubi de Rhapsodis. Præmium erat eo rona ex hedera, quam ſic describit Plinius *l. 16. c. 34. Aliud & semen nigrum, alibi crocatum, cujus coronis Poëtæ ornantur fólia minuta nigra, quam quidam Dionysiam, alii Bachicam vocant, maxime inter nigras corymbia lemlauro & myrto, uti docet Paschalii multis Coron. l. 5. c. 12. & l. 7. c. 18. In aliis præmiis numerabantur πρωὶ, ὀψὲ, τάχος, πολυσπουδὴ, χαλεπὸν, ἀτελὲς, χρήσιμον, honores, dona, honoraria, honorum prærogativa, gratiæ, annona, frumentatio, coronæ, quæ & ipsa honor primi subsellii, statuæ, statuæ, immunitas, pecuniæ, Pollux *l. 8.* Sed & posterioribus temporibus, *Poëtæ*, Rhetores, aliarumque Professionum Viri cæteris excellentiores, in Agone Capitolino, quem Domitianus Imp. instituerat, ab ipso Imperatore coronati fuerunt. Fuere autem Agones hi quinquennales primum celebrati, die 22. ejus & Sergii Corn. Dolabellæ Consulatu, exemplo ludorum Olympicorum; In quibus Statius, cum jusset intredibilem totius Urbis expectationem, Thebaidem tandem suam recitasset, se spreto, alios coronari vidit ac indoluit: id quod non uno in loco ipse conqueritur. Neque fortè aliunde laureatorum *Poëtarum* orgo. Nam & ipsi antiquitus ab ipsis Cæsaribus Germanis coronabantur magnoque in pretio habiti semper, apud Italos & Germanos, qui id honoris virtute essent consequuti. Sed in veteribus illis Agonibus, qui vic rant, coronâ & ramo lemniscato, aut corque involutis, donabantur: Qui secundi erant, coronas quidem impetrabant, palmasque, sed sine lemniscis. Quod ex Ausonio patet,

Et quæ jam dudum tibi palma Pœtica pilles,
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

Meliùs Sidonius,

Hic mox præcipuis æquus Imperator
Pannis serica, torquibus coronas,
Conjungi & meritum remunerari:

Ubi coronis torques & palmis serica, h. e. fericatos lemniscos conjungit. Pro ratione tamen meritorum poëtæ præmia amplificata sunt. Joh. Scaliger *Antiquitat. Lect. l. 1. c. 10.* Hodie in Imperio Rom. Germanico, laurea confertur ab iis, quos, Comitivæ dignitate auctos, speciali hoc privilegio Imperator eft dignatus; sed quod nonnunquam iis dátur, qui minus meruere, factum ut Lipsius alicubi in *Ep.* dicat: *Multi laureati, pauci Phœbi.* Antiquitas *Poëtis*, qui in Bacchi erant tutela, mitras attribuit *ut coliberentur vini vapores, ne capiti perirent*, Eulseb. *Cæsar. Prep. Ev. l. 2. c. 2.* V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. passim* : de Poëtis verò omnium ætatum, habes judicium Scaligeri in *Hypperrisone de Poëtis Cyclicis, Epicis*, alisique eorum differentiis, agimus hic passim juis locis. Addam hoc unum, *Pœtarum* Scripta, Amatoria præcipuè, à populo olim fol ta cantari ialtatique. Inde Ovidius alicubi gloriatur, carmina sua populo cantata saltataque fuisse, etiam sese jupseritte: & apud Horatium, Callimachi Epigramma, cujus conclusio est,

Καρὸς ὅστις οὐκ ἄδει, τοῦτον οὐδ' ἐγὼ φιλέω.
Οὐδὲ, τοῦ τὸ μέσον κεῖνι' ὑπερκεκλαμένε') :

quendam cantasse legimus: Ita nis.

Cantas & apponis : mens est amor hanc similis, nam
Transvolat in medio posita, & fugientia captat.

Hinc apud eundem Κάνθαρος, *panicis* dicitur *orbis*: (Qui fabulas omnes Græciæ, à Mundi principio usque ad Troiæ eversionem & Ithacæ reditum contiendat, ex variis poëtis congregatas,) quod carmina eo comprehenfa vulgaria haberentur, utpote trivialimonetâ percussa & omnium manibus tererentur &c. V. *supra*. Inprimis vero Euphorionis poëmata Romæ grata olim & passim à patrum sobriis cantara. Unde *Canores Euphorionis*, memorati Ciceroni *3. Tuscul.* Hodieque extat Partheni liber, quo mirabiles amantium casus recenlet, missus ad Cornelium, de quo in *Augusto* Suetonius. V. *ad hujus Tiberium* Casaub. *Animad. c. 70.*

Panicus C. F. Conf. cum L. Papirio Sp. F. C. anno 2. Olympiadis 143. quorum tempore Alexandrum Ægypti conditam esse scribit Solinus; cum plerique omnes id factum tradant Olympiade præcedente : Meminit quoque *Panicii* Tribuni Pl. A. Gellius, *lib. 4. c. 18. Panicii quidam Tribuni Plebi à Matre, ut ajunt, Catone inimico Scipionis comparati in eum atque immisi desiderabant in Senatu infamiosum, ut petuniæ Attinianæ, præcipue quæ in eo bello capta erat, rationem redderet.* Ubi Panicii habet, in numero plurativo pro Panicius, eadem figurâ quâ apud Plutarchum, οἱ δὲ Πάνιοι, φῶν Καίσαρ, & apud Virgilium, in aniguave ille πολυθρύλητος. Die quibus in terris &c. *Regum* pro *Regis*. h. c. *Ajacis*. V. Salmasium *ad Solinum* pag. 476. & 1222.

Pogesa, monetæ Gallicæ minutioris species, memorata in *Charta* Capituli Lactorat. A. C. 1273. apud C. du Freine *Glossar.* ub. cum *Pitta*, de qua supra, & *Pogesia* Aragonenli, ejusdem valoris fuisse, ex *diversariis* Nostrilli, Perticii, refert.

Pogonia, cometarum species, *quibus inferioris aëris pars, in specie barbæ longæ, promittitur ibus*, Plin. *lib. 2. cap. 25.*

Poheri, memorati Vlh. Britoni in *Philippid. lib. 10. p. 221.*

Pontivii Comitem comitarunt in arma Poheri.

Et *lib. 11. pag. 233.*

Stant contra oppositi Thomas Gallericus armis
Gamachæus, Vimius, Comes, Roberiguncq;
Pontivii, Comes, Driencii, atq; Poheri.

Poëtis Gallis passim *Publieri*, populi fuere in Britt. quorum nomenclatura patuit tam late, ut Golutius in *Hist. Sequanica l. 10. c. 8. & 109.* scribat, Duces Burgundiæ, qui complures etiam Germaniæ inferioris tractus possedere, Heraldos seu Fæciales, habuisse, quorum illi *Poubieri* (*f. Poheri*) alit *Rupurrii* (*f. Ruyers*) appellabantur ; *Poheros* vero fecíales, inira Franciam, & Ripuarios intra Germaniam, suum obiisse munus. Sed appellationis rationem non reddit, quæ non alia est, quam quod Ducum ejusmodi Burgundicorum modernorum domina partim in Francicis, partim in Germ. provinciis protenderetur, i. e. in provinciis, quæ aut Gallicâ aut Germanicâ lingua utebantur cum *Ripuariorum* nomine, eæque Rheno contermina: erant, *Poherorum*, quæ versus Fræcium, excurrebant, interjacentes inter Unde omnino colligitur, *Poherorum* nomen generale fuisse: plures q; comprehendisse populos. Eorundè mentio est in vet. *Ceremoniis* Gallico *MS.* ubi agitur de

Tornamentis, ad quorum evocationem in hæc verba facta proclamatio describitur: *Or ores Seignours Chevaliers que je vous face à savoir le grand digne pardon d' armes & le grand digne tournoyement de par les François, de par les Vermandisiens & Beauvaisiens, de par les Poihiers & Corbeuois, de par les Archisiens & les Flamans, de par les Champenois & les Normans, de par les Angevins, Poitevins & Tourangeaux, de par les Bretons & Manceaux, de par les Rivers & Hasbegnons, & de par tous autres Chevaliers, qui accordez si sont &c.* In quo tamen loco *Pohorovum* nomen haud tam late patet, fatisque innuitur, rursus fuisse Corbeisinibus atque Bellovacensibus proinde que eos esse, qui Castro Piciacensi, *Castrum de Pi*-e appellato Orderico Vitali *lib.* 10. Gall. *Poix* (unde etiam iis nomen) vicinum incolere tractum: quod prorsus firmant antiqui Fæcialium libri, quos *Provinciales* dicunt, quòd Nobilium nomina & infignia fecundum provincias digesta continent. Quippe sub *Pohorovum* titulo, seu *Pohiers*, recensentur vilgo Domini *de Feyuigny, de Rivery de Silfolien, de Vicomte des Gouffier, de Rambures, de Crevans*, aliæque familiæ nobiles, quæ ineo tractu, qui Ambianum inter & Comitatum Pontivi enim interjacet, atque adeò in Vimeracensi pago, ædes suas habebant, Ita ergo à castro *de Poix* dicti sunt *Poheri*, sicut Ordericus Vitalis *Braiherae* vocavit *lib.* 12. qui Normanniæ tractum Bellovacis conterminum, vulgò *le Pays de Bray* vocatum, incolunt. Sed & ultrà Somonam id nominis obtinuit, hinc patet, quòd in Tabulario Ecclesiæ Cameracensis Vincæ tertiatis incerti ab Ingelranno Cameracensi Episcopo, *Sessiere Pohiers* dictarum, ut in Ecclesiæ Ambianensis Chartarum Inventario *du muy Pohier* ieu *mouhi Pohieri*. Car du Freine *Glossar.* qui,

—— nullis perdita rusis
Jamdudum, nullis dubitavit cura rubetis
Sindere,

dum gentem hanc viris doctis hactenus vel ignoratam penitùs, vel laticum præternillam, eruentes ævi tenebris & in apricum producerent.

Poicile, V. *Pæcile.*

Poia, adde: Una est ex antiquissimis Istriæ urbibus, sed hodie parùm culta, ut quæ vix octingentos habet incolas. Eò mittunt Veneti Præfectum quotannis, cum tit. *Comitis.* Vilitur ibi hodieque *Insir.* in honorem Severi Imp. facta, in qua *Respublica Polensis* vocatur: Item à lacidem Imperatori facta: Amphitheatrum portò, dictum *Orlandicum*, à domus Orlandi: Arcus Triumphalis, vulgò appellatus *la Porta dorata* cum *Insir.* & Epitaphium venus, de quibus omnibus V. Jac. Sponium *Itinerar. Dalmatiæ Part. I. pag.* 80. & *Part.* 3. *pag.* 67. & *seqq.*

Polanus, inter amicos Hadriani Imp. postea ejus jussu neci traditus. Æl. Spartianus in *Hadriano*, *Facile de Amicis, quidquid insiurrabatur, audivit atque ideo prope cunctos vel amicissimos vel eos quos summis honoribus vexit, postea ut hostium loco habuit, ut Titianum & Nepotem & Septimium Clarum, Nam Eudamonem spei cujusvis Imperii ad ejestaem perduxit:* Polænum & *Martelium ad mortem voluntariam adegit &c.* Et ita quidem habent Palatinus Codex & editio Mediolanensis, cùm vulgò legatur *Polyænum.* Sed nomen hoc non est Romanum, verùm Græcum purum. Forte & pro *Polænum* legendum *Pollienum* vel *Pullienum*, vel etiam *Pollenium*, quæ omnia nomina Romanis fuere in usu. *Pollius* & *Pullius*: hinc *Pollienus* & *Pullienus.* Mentio eli in vet. Inscr. *Al. Pullieni Prisci &. Mariæ Polienli Sabini.* Tamen & *Polyænum* retineri potest, cùm Eudæmonem etiam hic habeamus, Salv. situs ad *l.*

Polanus, nomen Christianorum in Terra Sancta natorum, medio ævo, sicut, qui adventitii erant & recens eò delati, *Fiernaldi* communiter dicebantur, V. suprà, voce *Filius Arnaldi*, & infra in *Polinus.*

Polaris Stella, post captam à Muhammede Constantinopolim, fere occultasse nonnullis dicitur: quemadmodum Hyginus *Poet. Astronom. ubi de Tauro*, & Avienus in *Arateis*, stellam Pleiadum septimam, nomine Electram, post Trojæ excidium, nolle amplius conspici, quia Dardanus, gentis Trojanæ conditor, natus fuerit ex illa, fabulantur. Sed *nihil hoc commento vanius*, inquit Vossius, quippe si minutam unam exceperis, quæ inter Polum & minorem Ursam interjacet, illa ipla in caula minoris Ursæ, uti olim ærate Hipparchi & Ptolomæi, ita hodieque maximè est Polo vicina, & similiter *Polaris* vocitatur. V. cum *de origine & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 30. Movet de stella *Polari*, quæ & *Pol* quandoque nomine venit, Auctor Anonymus *Elisl. Orbis Terr. Geograph. & Civ. cap.* 1 §. 17. quæstionem: *An in Sphæra rectâ, seu in ipsis regionibus, quæ directè sitæ sunt sub Æquatore, intergus Polus, seu utraque stella Polaris conspici possit?* quod ex materia de refractionibus Geographi quidam subjicati sunt. Sed satisfactum iis est, à diligentissimo Mandelslovio, *Itinerar. cap.* 13. *pag.* 151. ubi refert, se Polum Arctum, non nisi poli. 6. gr. ex Æquatore, nempe Antarcticum vero poli 8. demum gr. trans Æquatorem vidisse. Idem sensit Joh. Leeruis in *Navigat. Americ.* ubi ait: *Non modo sub Æquinoctiali Polus uterque non apparet, quod plerique arbitrantur: sed neuter, nisi duobus immensis ultro citroque gradibus*, citante Keckermanno *System. Astronom. Part. I. cap.* 2. Neque minùs nobilis est observatio de *Polis* hisce, terras ipsi subjacentes noctem diemque sex mensium habere, quam & Veteres non obscuris testimoniis firmarunt. Unde, præter alios, Plinius *lib.* 2. *cap.* 75 cùm de variis lucis incrementis egisset, *Haud alibi*, inquit, *reprobitum id, quod cogit ratio cœli, Sufficis dictus accedente Sole propiùs verticem Mundi, angustis latis ambitu subjecta. Ita verno continuus habere dies sensim mensibus nocteique à diverso ad Brumam remotis. Quod fieri in ini. Thule Pytheas Massiliensis scripsit, ipse diernum navigatione in Sept. à Britannia distante: Quidam verò & in Mona &c.* Sed de utraque harum fallum id esse, certum est. De semestri verò nocte, affinsam non præbet præfatus Auctor credituæ potius, si quis sub *Polo* ipso viveret, eum perpetua in luce versaturum, si non spiendidâ, saltem dubiâ, & non omni-o nullâ, quæ eo magis augeatur, quo Sol à Tropicis ad Æquatorem accedit propius: Cujus rei rationes exponit *loco cit.* Idem *cap.* 4. §. 8. ex Kirchero, qui primus animadvertit, adjicit: Elle in regionibus hisce subpolaribus, inuentes voragines, quibus mare sub *Polo Arctico* attrahetur, tum Antarctico circa quem seq Australi iterum emergat, idque ex potissimum colligi, quia maria subpolaria ob rapiditatem superari non possint: Ita Anglos in oris Gronlandicis jamdudum ab incolis monitos esse ne ulteriùs progrederentur, si fe salvos navesq; velint, esse enim mare *Polum* versus usque adeò æstuosum, ut naves illud ingressæ nullâ humanâ industriâ retrogi possint; & nautas ad Spitzbergam usque fere solitos narare nullam navem, quæ ultra 82. gr. progressa sit, rediisse, interseque nonnullos paulò accuratiùs ibi observatos nunquam amplius comparuisse: Contrà ex relationibus, de *Inventu trio Meræo* seu *le Maire*, constare, nautas post 60. gr. lat. Australis ob contrarietatem fluctuum, ulteriùs progredi non potuisse; Herreram item in *Hisior. Americæ Austr.* docere, classem Regiam Hispan. ad detegendas novas Terras emissam, non potuisse superare gradum 70. ob aquarum, etiam ære sereno, obvium cursum rapiditatem &c. V. ipsum Kirchetum *Itinere Estatico* 2. *Dial.* 1. & *Mund. Subterr. lib.* 3. *cap.* 2.

Poledrus, pro *Pullurus*, recentioribus *pullus equinus.* Ital. *Poledro, puledro & poltro*: è quæ voce Landinus ad *Danium*, ignavos *poltrones* dictos putat. Galli *Poutre* dicunt. In *L.L.* Salicis *Poledrus* occurrit, in *L.L.* Visigothorum *Pullurus annicularus* unde *pullitrus* vel *pultrus* equulas vocant Galli. Varro *Pullitrasi*, dixit in genere gallinaceo, easque opponit vetulis gallinis, & *Re Rust. lib.* 3. *cap.* 6. *quæ fubiciuntur pullitrasi, quæ pullis &c.* Unde ad equorum lobolem facta translatio, Salmasius *ad Lampridium in Alexandro Sev.*

Viri celebres.

Polemon, Sophista celebris, sub Hadriano Imp. cujus vitam describpit Philostratus, in qua, inter alia, de Antonino Asiæ Proconsule, qui postmodum Hadriano successit, Pii nomine condecoratus, lepidam hanc narrat hiltoram moderationis & clementiæ Antonini indicem. Regebat eadem provinciam Antoninus; Smyrnam venit, ædes *Polemonis*, quia non aliæ meliores Smyrnæ jut nec aliusmelior ipso Polemone vir, absentiâ domini tum varuas hospitium fuum facit. Redit peregre eadem illâ nocte Polemon; ædes occupatas reperit, nec à quo confederant, nec quomodo. Quiritatus tumultuatur anne januam, indignum facinus clamitat, le domus fuæ ingressu prohiberi arcerique. Quid multa? cogit Proconsulem multa jam nocte aliud sibi hospitium quærere ac domo facessere. Refcivit hoc Hadrianus, *ἐφιλη θ' ὡσεὶς αὐτὸν βίᾳ τὸν ξένον ἀποδύσειεν*, ita vulgò legitur, nullo sensu: reponit Salmasius, *τὸν μὲ ἀποδύσειεν, interrogavit nihilominus rei, nein flammam ardere Antoninus* iraque ejus revivilcere. Sed Polemoni metuens Imperator & cogitans, quæ post se eventura essent, cùm quamlibet mites & æquales probasque naturas iracunde confuerierit & infligare, fulque obliviscì cogere mali Principum conliliarii, ut Polemonem in gratiam cum filio reponeret, hanc viam ingressus eli: Testamenti tabulis, quibus hæredem Imp. inftituebat Antoninum, indidit, unius sibi conlilii meritis auctorem fuisse Polemonem, ut hoc modo facilius ei veniam impertiret, cui beneficium relisti Imperii debere le fciret Antoninus. Verba Philoltrati fic legit ac distinguit Salmasius, *Οὗτω δὲ Τοῖς υἱοῖς τ' βασιλικὰς διαθεκας, ὧ Πολεμων ὁυς ἔγειν, ἔφη, ἐξορκίζω, τὸν ἀνδρα ἱερὸν σαυτοῦ ὑμνεῖν τῇ τῆς χαρᾶς ἀς ἐυηρέτη πεφύκεναι τὸν συνέχοντα τὰ πράγματα ἐπιμέλειαν, h. e. illa re quæ gratiam promeruerit facinus, ut auctorem beneficii, veniam illi precantem ex abundantia, &c.* Quæ tamen narratio an in omnibus fidem mereatur, meritò dubitat Vir Cl. Quid enim opus testamento fuit, quo hæres Imp. inftitueretur Antoninus, qui ab Hadriano adoptatus, in certamipeno fiduciamque futuræ successionis, ftatim post excessum Hadriani, adoptionis merito, non testamenti jure, Reip. regimen accepit? Sed & hoc quidam de Hadriano scriptum refiquerunt, non adoptione adfcitum ad Imperii, fed Plotinæ Trajani conjugis favore id affequutum, quæ Viri testamento hæredem Regni inftitutum fimularit, ut narrat Aurelius Victor Scot. ci, Salmasius *ad Capitolinum in Antonino.*

Polenum, Ztrionis fil. adde: Laodiceam, urbem fuam amplivit ornavitque: & cùm prius *Diospolis* vocaretur, in gratiam Augusti *Διοκαισαρειαν*, compolito ex *Jove* & *Cæsare* nomine,

mine, appellavit. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 828. qui & de *Polemoniacis Ponto*, sub Pontica olim Diœcesi comprehensis, nonnulla *pag.* 807.

Polens, V. infrà *Poulainia*.

Polenta, Græcè πολυσίτη, *Hesych.* πολυτὸ, erat farina subtiliter molita, ad instar cineris, quæ quomodo præparari consueverit, exponit Plinius *lib.* 18. *cap.* 7. Nempe non simpliciter hordei farina fuit, sed ex hordeo tosto prius, deinde subtiliter fracto & molito fiebat, rebus etiam aliis mixtis. Hæc carnibus aspergebatur, unde πολυτομένα κρέα, *polenta aspersæ carnes*; ἀλφῖτα ἐπ. *Sanctè polentam* Græci vocant, (Atque hinc vocis origo: πολύτος namque idem, quod πάνυ εἰς, *contegrem*) ut & alibi nobis, moris etiam. Unde Sullæ crudelitas Attici Scurræ mimico hoc trochaico eleganter tacta est, cùm is ait,

Συκοφαντῶ τοὺς ἐπὶ Σύλλα πλήθει σπανιώτους.

Sylla morum est polentâ *sparsum*:

indigitans eum alba corporis cute, & sub candido vultu, cruentum & sanguinarium animum regere. Certè non aliunde, quàm ex hoc versu, didicisse videtur Plutarchus, quali colore furit Sulla. Nam τοιοῦτο illud ἰνδικὸν, πυκνότατα καλαστερίζον, quod in ejus facie effloruisse scribit, planè convenit cum moris illiris polentâ. Ita Neronem quidam, ob similem crudelitatem, πολὸν appellavit ἀιμοῦν σκόρακον, ut notum. Sed & *polentâ*, in urbium condendarum situ delineando, Vett. usos fuisse, legimus. Sic in delineando situ Alexandriæ, cùm crea non esset ad manum, Græci tradunt, ἀλφῖτα cum descripsum esse, *quanium polenta in armis milites ferebant*, &c. Quod autem ex hordeo tosto *polentam* confici dixit Plinius, admonet nos veteris moris, quo tam far, quàm hordeum prius torrebant, quàm molebant, primi. Unde Virgilius,

Et torrere parat flammis & frangere saxo.

Nec ullum ibi ὄνομα σπάνιον, ut vulgò ibi persuadent. Et Ovidius, *Ita nisi farris fruſtra grandia*, dixit de pane, *in Faſtis*; quia præ tritici copiâ, dein demum molebatur, ac tandem coquebatur panis. Sic *far* & *polenta* panis est. Tyrium *polentum* vocat Idem, quia ex hordeo prius tosto, dein molito, ut dictum, fiebat. Ita enim is de Cyconis potione, quam anus Attica Cereri propinavit,

——— *lymphamque roganti*
Dulce dedit ſuſum, quod coxerat ante polentâ.

Ubi cyceonem intelligit, qui potus erat farina vel polenta mixtus: *adoria* Pausaniæ appellat Artobius, *in eadem hiſtoria*, de Baubo, quæ hospiti *Cereri* excepit &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 327. & 328. *alibiq. paſſim.*

Polepica, in vet. Collectione *Chronicorum* ex Thoromacho, *Arianus utraque lingua eruditus benigniter tributa urbium pluvimarum relaxavit*: Polepticis *publicis inconſu*, *plurimos à tributis liberos fecit.* Pro *Polypica*. Sic enim scribebant, ut *megalitæ pollex*, apud vetustum Auctorem, pro *mygalitis*. Et *Hippo diarrœus*, pro *diarrhœus*, *Oenocephali*, in vet. tabula Peutingeriana, pro *Cynocephali*. Sunt autem *Polypica* idem quod Syngraphæ & chartæ publicæ: Hodieque latercullum & indicem *poliarum* vocant Galli, quasi *polypicariam*, &c. V. infrà in voce *Polyptycha*.

Polhemia, Germ. *von Polheim*, Familia inter Austriæ illustriores, cujus auctor Pilgrinus traditur, qui floruit circa A. C. 1073. Inter Insitas refertos Alberto III. extinctus A. C. 1257. quatuor reliquit filios, Albertum, Henricum, Ortolphum, Philippum & Weicardum, totidem linearum conditores. Prima in *Steinhauß*, *Wartenburg*, *Schenſtein* & *Lachſendorf*, defecit in Martino Abbate Cremba monaſterii, A. C. 1391. Secunda in *Reichberg*, *Schernſtein* & *Steinhauß*, A. C. 1454. in Wolfgango: Tertia in *Seiffenburg*, & quinta adhuc maturius, intra paucos gradus. In quarta, Philippus pater fuit Godfridi & Werneri: à quorum illo numerosa prosapia ortorum, qui in *Tegernbach*, *Lucelburg*, *Parz*, *Ottenſchlag* & *Steinhauß*, habitarunt, Vindelice habitant. Ab isto, iterum duæ lineæ, *Leibnizia*, quæ *Matſchitis* aucta titulis (postea alteri quoque lineæ concessis) in Gaudentio, superiori seculo defecit, hæredibus Kuningiis & Gleinitziis: & *Wartenburgia*. Hanc quod attinet, in Cyriaci liberis superiori seculo iterum duæ ortæ sunt lineæ, in *Wartenburg*, *Schopfenſtein* & *Puchheim*: quarum media defuit A. C. 1582. Ultima, nisi Johannes Cyriacus superstit, itidem masculis destituitur. Ex prima ortus est Wolffgangus Carolus, qui exilii sedem Binningheimii, prope Basileam, fixit: pater, ex Elisabetha Mærspergia (fil. Hieronymi L. Bar.) Wolfgangi Sigismundi (qui natus A. C. 1631. decessit A. C. 1663.) & Mariæ Elisabethæ (quæ genita A. C. 1633. nupsit Wolffgango Bar. de *Hohenfeld* &c.) Dnn. de *Polheim* & *Wartenburg* &c. in *Binningen*: inde aliorum sede translata, haud pridem obiit. Progonologiam ejus habes, apud Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. I. pag.* 148. qui & probationes illustris hujus Familiæ exhibet *Part. II.* ex ramo V. Wartenburgico I. linea *Tuchelmuntz pag.* 27. *Parzenſis pag.* 56. & *Schopfenſtinæ pag.* 87. V. quoque cum *Arte Heraldi Tom. II.*

Poli. V. infrà *Polygonia*.

Polia Gemma, Græcè πολιὰ, à *canitie*, cui similis erat, dicta est. Nam πολιοὶ, *canis*, & πολιὰ *canities*, tenebras. De ea Plinius, *Polia canicioem quandam inducit ſardio*, *eandem variorem nigro ſpartopolios*. Nempe radicem vel fundum habet colore sardii vel sardæ gemmæ, id est, rubrum cui inducta est canities quædam. Eandem porrò canicioem, sed rariorem non rubro, sed nigro, inducitam & impositam habet, ideoque σπαρτόπολιος appellatur, id est, *canis ſparſa*: Græci enim σπαρτὸν πίτυρα τῶν ἐλυτρῶν ἀπόνιμα, qui non penitùs sunt cano, capite, fed *quibus intermixti cana nigris cani*, qui cæ ut aspersum canis habent. Aliter μεσοπόλιος, Hesychio ἀνηρασκολιοι. Sic in persinis Tragicis senex fuit, qui dicebatur λευκὸς, qui totus erat canus. Pollux, ὁ δὲ λευκὸς ἀπὸ τοῦ μὴ ἐπὶ πολιοῖς. At σπαρτόπολιος, mixtos habebat nigros canos. Idem, ἐπὶ μὲν σπαρτοπολίου. ἐπὶ δὲ τῶν πολιοῖς φάσιν. In ſuscia itaque canities nigræ aut rubræ gemmæ, quæ in summitate canitiem habet inſperam, quem Grodam in Sardonyche unguis humani color, velut cani, h. e. rubro nonnihil intelligitur. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 768. & *ſeqq.* ubi hoc, ubi Medicum quendam Italum, κοσμοῦσι πολιαὶ ἐν σπαρτοπολίοις gemmas, de palpide Caryftio, ex quo mantelia texebantur, quæ ignì non absumerentur, accipiendas contendentem, & refellit.

Poliarium, V. ſuprà *Poliatio*.

Polientes, apud Plinium *lib.* 8. *cap.* 48. *Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt*, *& ſi addatur acetum*, *etiam ferro reſiſtunt*: *inde vetuſtiam ignibus*. *Noviſſimo ſui purgamento*; *quippe abenis* polientium *extracta in ipſum tamenti veniunt*: Sunt ex Κναφῆι, *Fullonibus*. Pro *abenis* verò legit, *inein* Salmasius; Sunt autem ineæ, fullonum instrumenta, quæ ex spina vulgari concrinabantur, extrahendis vestium crassioribus & inæqualioribus floccis. Et quidem, cùm primum lanarum purgamentum sit, quum carminantur; noviſſimum est, quum in veste ipsa earpuntur & depectuntur crinaceo fullonis, &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 391. & *ſeqq.* ut & ſuprà, ubi de *Fullonibus*. At V. Salmaſio *poliri*, quod Fullonum proprie, Græcè κυάλλειν, quod *polire* & *poliere* significat, & tertium est ultimumque Fullonum munus. Primò namque lavabant, ſeu terebant; dein concrulebant ſeu denabant; tertiò *polichant* & pectebant, ſi pexitatem in ſubtemine exitabant: unde diverſa eorum nomina, Λίκνησις, Νάκτησις & Κναφῆις; indeque κνάφος, inſtrum entum, quo vestes polichant, ex spinis factum. Hesychius, Κνάφος ἄκανθα, ἀφ᾽ οὗ κνηθίζονται τὰ ἱμάτια. Ad quod etiam cute crinaceî ucebantur, ut ex Plinio discimus. Cùm autem non ſolùm vetera veſtimenta interpolaret fullo, ſed etiam novi panni à textore ad cum defrrentur polirendi ac pectendi: *poliri*, propriè de novis; *interpolire*, de veteribus dicebatur. Hinc *interpolis veſtis*, ἱστύφασμα, *iterum polita*; & inde *interpolare*, ἐπιχνηφᾶν. Ex floccis lanæ vero, quæ inter pectenda & polienda veſtimenta derasi fuerant, tomentum olim fieri consueviſſe, alibi dicemus. A veſtibus, *polimdi* vocabulum ad pariete s tradu ctum est. Vitruvius *lib.* 7. *cap.* 3. *Sed & baculorum ſubactionibus fundatæ ſoliditatem*, *marmoribus* ca*dere firmos lavigatæ*, *calcibus* cum polit*ionibus induſtis*, *nitidos exprimunt ſolendores*. Ubi *politiones* ſunt, Græcis λειάνσεις, à verbo λειάνειν, unde *liare* fecerunt Latini, quod eſt tertia illa inducere, & *poliere*. Sic *Liacula*, ſunt politiones ſive inductiones è pictura in parietibus, Græcè λειάγγισις, quæ vel ἀκριβέστερα, *meatiores & ſaturi colores*, vel ὑδατόχρα, *dilutiores*, apud Theophraſtum. *Politionis minutæ*, λειαγγίδες ex inimio, item *politionis crudæ*, λειάνσεις ex cyano, meminit idem, V. ſuprà in voce *Liacalum*. Inde porrò ad agros. Ennius,

Roſtros denſiſſabres caſtis agri pollendi.

Dicebatur autem proprie ager *poliri*, cùm occabatur raſtris vel crate: Et hæc velut ſumma manus erat, quæ agro exercendo imponebatur. Unde *politiones agrorum*, & *politur*, qui agrum colendum conducebat pro certa parte, *ff. de Socio*: *Si agrum politori damus*. Columella *politionem* hanc ita expreſſit,

Verùm ubi jam puro diſcrimine pectita tellus,
Depoſito ſqualore nitens ſua ſemina poſcit.

Tum nempe *pecti*, *radi*, *poliri* tellus dicebatur, cùm occabatur. Uti enim in veſtimentis apud Fullonem curandis, tum ea poliri dicebant, cùm pectine vel ſpinâ fullonicâ radebantur, quod ultimum erat polientium & fullonum experimentum: Ita in agri cultura manus ultima politio, quæ occatione vel raſtris fiebat, sacris Occatori Deo factis, de quorettro diximus. Plura hùc item V. apud Salmaſium *ad Solinum paſſim*, *inprimis pag* 202 391. 488. 515. &c. De *politura* verò gemmarum lapidumque, V. infrà in voce *Tritores Lapidum*.

Politus, vox memorata Monacho Florentino *de Expugn. Accon.*

Mariis Idus ſeptimo noſtros ſervientes

Ut herbas colligerent, foràs incedentes,
A Polino proditos longè discurrentes,
Saraceni capiunt in dolos latentes.

Idem fotte cum *Pullano*, apud Sugerium in *Vita* Ludovici VII. Reg. Franc. quo nomine veniebant apud Christianos, in Regno Hierosolymitano il, qui *de Patre Francigena & Matre Syriana, vel de patre Syriano & matre Francigena generati erant.* V. infrà in voce *Pullanus.*

Politici, non sunt chirographa, vel apochæ, ut Alciatus tradit *Parerg. lib* 3. fed rationes publicæ, *leg.* 2. *Cod. Theodof. de discuss. leg.* 11. *C. Theodof. de ind. deb. & lden in leg.* 2. *Cod. de discussionibus publicis*, *i. politicis: hic autem pierumq; scribi folet.* Ut bi tamen, li origo ipecteur. *Politypothis* feribendum: namque vox inde fumpta, quod illiusmodi charte publicæ *πολύτυπα καὶ πολλάκις ἐπὶ τὸ αὐτὸ γραφόμενα*, habeant; qui formā & *Diptycha* dicuntur, *lib.* 1. *C. Theod. de exp. jud. & in act.* 14. Chalcedon. Concilii; in quintæ item Synodi *act.* 4. Suid. Διπτύχια δύο ἐκκλησιαστικὰ ἐστιν, ὡς τὰ μὲν ὑπερευχῆς, τὰ δὲ ὑπομνηστικὰ. Adnotata vero in his *Politicis* feu *Polypypchis* omnia, quæ ad rationes publicas ſpectant: Quod Vegetius docet his verbis *lib.* 2. *Tribus legionis ratio, ſive obſervationum ſive militarium numerorum, ſive pecuniæ, quotidiè aſcribitur actus, majore diligentiâ, quàm res ornamenta rei civilis* Politicis *annotatur.* Sic enim eum locum caſtigavit Cujacius *Obſervat. lib.* 4. *cap.* 27. pro eo, quod vulgò *Politicis libris* legebatur. Eadem voce utitur Caſſiodorus *Var. lib.* 5. *Ut omnibus à te ſolicitæ atque aquabili indagatione comperiis, Politicis jubeantur aſcribi.* Prætejus apud Joh Calvinum *Lexic. Jur.* Sic *Pulcheria* pro *Polypypchis* etiam Galli dicunt, teſte Salmaſio Epiſtolas Antonias: ad quem locum apud Vett. duplicis templicisque tabellæ habebantur. De triplicibus Marcialis *Epoghor.*

Tunc triplices noſtros non villa dona putabis,
Cùm ſe venturam ſcribet amica tibi.

De duplicibus Ovidius, ubi queritur, inanes fuas tabellas redifſe, amica non promittente:

——— *Vix te duplices pro nomine ſenſi.*

Sic diptycha Interpreti Juvenalis: *Quamvis*, inquit, *ille dives cinædus* ——— *tanta conſpexerit & cupiditate blandiis te epiſtolis & diptychis ſolicites, nihil tamen accipies, niſi ſtellas bene poſitas in ge. neſi habueris, quæ ubi hoc præſtent.* Eundem ſuum videntur Vett quoque præſtiſſe *Polypypcha*: Sed hæc alibi fuſiùs. V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano*, & ia frà ſuo loco.

Poſie, urbs, Gr. πόλις, in Epitaphio, quod habetur apud Ughellum *Tom. VII. Ital. ſac. pag.* 894.

Hîc ea mors habitat, quæ neminem Poſis ſepelivit.

Eandem vocem adhibet Bondelmont us in *Deſcript. CP. Tertiâq; quarta columnarum quaſi in medio. Poſis ſunt poſitæ*, V. ibi *Notas* Car. du Freſne, ut & Eundem in *Gloſſar.* Sic in Latium cit mum translata vox, *urbem* in genere notat: apud Græcos verò Scriptores πόλις, ſine adjectione, de Alexandria ægypti, per excellentiam, effertur ; ſicut Ἄστυ, de urbe Athenarum, & *Urbs*, apud Latinos, de urbe Roma. Frid. Hildebrandus *ad C. Nepotis Themiſtoclem &c.* Hinc forte *plateæ* plateæ apud Adamnanum *de Locis Sanctis lib.* 1. *cap.* 1. *Cameforum & egnorum — numeroſitas — per illas* politanas *plateas ſterorum abominationes proporium paſim ſternit.* Ubi quidam *MSS.* habent *politarias*; Gretzerus *politas* legendum cenſet, h. e. elegantes: Carolo du Freſne tunc *urbicæ plateæ*, tanquam ex πόλις nomine efficto &c.

Politice, Polybio φιλοσοφία ἐν ταραὸ συγκύροις, h. e. *Hiſtoria ſub exemplar*, ſilia proin Hiſtoriæ eſt, & docet imperium in alios. Duo autem Hiſtoriæ ſcribendæ maximè *Politico* conducunt: Unum, quod varias Reſp. & gentium variarum leges ac jura narrat; quomodo Ariſtoteles Alexandro, iter in Perſiam ſuſcipienti, varias Reſp. deſcripſit, ac Theophraſtus poſtea legesollegit: Alterum, quores geſtæ exponuntur, non quidem quod ad eventuſolos, ſed accurate additis cauſis & modo, quo ſingula contigerunt: Quemadmodum de Severo imp. quties de rebus magnis conſilium capere vellet, in conſilium etiam Hiſtoricos adhibuiſſe, ut cognoſceret, quid in ſimili negotio Imperatores ac Duces alii fecerint, legimus. Sed & multum tum ad privatos mores, tum ad rem publicè gerendam, conferrunt Imperatorum vitæ: quales, quas Plutarchus ac Corn. Nepos ſcripſere. Nec ſatis eſt, antiqua noſtræ tempora, verum quæ & noſtro Patrumque ævo geſta ſunt, pernoſſe expedit &c. Quantopere verò ad rectè imperandum *Politice* conferat. Senatus Rom, cum Tacitum Imp. eligeret, aguovit: *Neminem eos poſſiti, quàm græcum virum, aut prudentiæ, aut doctrinæ, imperare poſſe.* Meritò domina ac regina artium ſcientiarumque proin judicata, ut cujus finis ſit, quemadmodum Cicero ait, *Ut cim florens ac proſpera privatorum ſalus, beata civium vita; tum opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta Reſp. ſit.* Sed præterea Grammatico conducit in Poëtis, Hiſtoricis, Oratoribus, in quibus multa adde ſunt ad civilem vitam pertinentia: Oratori, in curia, foro, legationibus prodeſt: Poëtæ, Epicum imprimis ac Tragicum, qui argumentum civile tractant, juvat; Ut de Hiſtoria, quæ nihil aliud, quàm φιλοσοφία παδίγμ per exempla, de Jurisprudentia, quæ civilis facultatis pars eſt, nil dicam: Addam ſaltem non parum utilitatis Theologo quoque *Politicam* conferre; ita enim is melius intelliget, quæ ad *Politicam* Moſaicam pertinent, quæque de Davidis & aliorum Regum inſtitutis referuntur. Origo Artis ex Rerumpublicarum origine dependet, quæ cùm ex vitæ primùm ortæ fint, ut vici ex familiis, familiæ ex natura, quæ liberos procreandi amorem hominibus inſevit, apparet ipsâ naturâ civilem hanc Scientiam ſubnixam eſſe. Quo ordine adſcenda, Pythagoras docuit, qui eam ex omni Philoſophia poſteriorē voluit diſci: quod conſilium etiam B. Auguſtinus probat, *lib.* 2. *de Ord. ad Zenobium*, ubi ſub fin. ait: *Quod Pythagoræ meminem feciſſi, nefcio quo illo divino ordine ſuccuſo ubi in menem venifſe credo. Res enim mediam neceſſaria mihi propius excidertas, quam in ipſo initiari, & pene quotidianis, ut ſic, efferre laudibus ſoleo, quod regendæ Reſp diſciplinam ſuis auditoribus ultimam tradebat, tam dactis, tam perfectis, tam ſapientibus, jam beatis. Tantos enim illi ſtudium videbat, ut eis nolles committere niſi virum, qui & in regendo penè divinè ſopulos eniaret, & ſi omnia defuiſſent, ipſe illis ſtudiosus quaſi ſoporius fieret. De ſolo enim Sapiente verſifimè dici poteſt,*

Ille vetus pelagi rupes immotus & imſtit;

Et cætera, quæ in hanc ſententiam verſibus dici poſſunt. Partes *Politicæ* duæ ſunt, Civilis, quæ de adminiſtratione Reip. & Militaris, ſive Στρατηγικὴ ſeu *Imperatoria*, quæ de bello gerendo ratione agit: de qua utraque Tullius, *Unde facilius*, qua rit, *quam ex Annalium monumentis, aut res bellica omnis, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur?* Prior, Jambilicho *in vita Pythagoræ*, in Negotiativo, quæ facit, ne mali fiamus; & Διικαστικὸ, quæ, ut ex malis reddantur boni, iterum diſpicitur. Unde illi hæc materia, Legislatoris & Judicis boni, in principe, quoque exigit Manuel Palæologus Aug. *in præc. educat. Regine, ad Johannem ſil. ſu.* 51. Et quidem, præcepta de adminiſtr. Rep. optimè hauriuntur, ex Platonis *de Rep.* ac *Legibus* libris, ut & ex *Politicis* Ariſtotelis. Sex enim Ciceronis *de Rep.* libri pereire, vixque eorum quidquam ſupereſt, præter ſomnium Scipionis; & quo tamen fatis conjectare licet, quantum eruditionis & hiſtoriæ tum univerſæ tum Imperii, in iis tenderit. Eandem *Politicæ* partem pertinet Πωλιτικὴ ſive *Cura puerilis inſtitutionis*, quam Græcorum plerosque, Spartiatis exceptis, pene negleſſe, Xenophon teſtis eſt: Item Θρεπτικὴ, ſeu *Cura Religionis*, cui proſpicere Rerumpublicarum Rectores omnino tenentur. De re bellica, cires quam pofteriorem *Politices* partem occupari diximus, legendus Onoſander, quem Joach. Camerarius tranſtulit, Vegetius item atque, quos edidit P. Scriverius. Eodem pertinent Scriptores de Tactica, de Re Nauali in Communi, quorum ſcriptores Ælianus Tacticus conſerunt, primus à Cataubono divulgatam; qui & Ælian Tactica editurus erat, niſi mors præveniſſet: Item qui de Stratagematibus ſcripſere, ut è Latinis Frontinus, è Græcis Polyænus, qui Imp Antonini & Veri temporibus vixit, ac venuſta ditione 8. libb. conditit, de Stratagematis Græcorum, Romanorum, Barbarorum. Sic Modeſtus, *de vocabulis rei Militaris*, ad Tactium Aug. Hero junior *Belopoeica*, ſive *de machinis bellicis*, opus reliquit. V. Geſn. Joh. Voſſium *de Philoſophia cap.* 19. 100. Hodie Sinenſes inprimis *Politices* laude florere dicuntur, quos proin ſcribit Lombardus, tam *præclarè de Republica commentari, ut, ſi ab Inſeris remearet Plato, alium deſideraturus quàm Sinenſem non foret.* Primus verò, qui eam corrupit, jam Kainus fuit, qui, cùm impias manus fraterno fanguine imbuiſſet, conſcientia admiſſi facinoris agitatus, fecuritati ſuæ excædificatā & contra vim munitā urbe, proſpexit, peſſimis quibusque in conſortium arcitis. Veſtigia ejus inſigniter preſſit Nimrodus, & ſecuſo præterito Machiavellus, ultra quosque exemplum imitatus, *Politicam* tradidit, in qua à pietate prudentiam, ab honeſtate utilitatem, fruſtra divellere fatagens, pro illa verſutiam, pro iſta emolumenti umbram mox evanituram, Principibus obtrudere anniſus eſt. V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſoph. paſſim*, & qui *de Scientia civ.* ſcripſere.

Politici nomen, in Gallia, primùm in odium tractum, circa A. C. 1568. quo quinam fuerint infigniti, patet ex *Epiſtola* Ludovici Principis Condæi ad Regem, è quâ, (ubi Principes Carolum Cardin. Lotharingium omnem turbarum cauſam præjcit) inter alia iſta habet Thuanus: *Lotharingi — ex vure Regum Francorum ſtirpe orius ſe jactitantes, etiam jus in Antegavenſi & Provincia Comitatus vendicans, eoſque nomine cum nihil non audeans, ſi qui ſunt, qui ipſorum conatibus ambitioſis ſeſe opponant, eos calumniis impetunt & novo nec inſitato nomine Politicos vocant & ſectarios perſiciofiores ac periculoſiores eſſe alios, eos, cunctis, qui Majorum religionem amplectuntur, ſed à turbis & factionibus & proinde à Lotharingorum partibus alienis ſunt, hoc eſt, inuriores Carolum Cardin. Borbonium, Michaelem Hoſpitallium Cancellarium, Memorantios Equitum Tribunos, involvunt. Tunc primum Politici nomen in odium tractum, in monumentis rerum noſtrarum vides, in quod poſtea Concionatores, graſſante licentiâ, ſupra modum debachati ſunt, Optimates pacti, qua religio & ſecuritas publica continetur, ſtudioſos eo notarunt.* Poſtea, Anno VIII 1574. Politicorum & Malcontentorum nomina fibi ſimpſerunt ii, qui Alencœni partibus, & factioni erant addicti: erat is Frater minimus

mus natu Caroli IX. Francifcus nomine. Qui poſt diſceſſum novi Polonize Regis Henrici, fratris ſui, occaſione hac injuriæ vindicandæ & amoritionis extartandæ, vel cum Regni exitio, ſuſurrus, cum Ludovico Naſſovio primum conſilia communicavit: inde Proteſtantium patrocinium ſuſcepit. Acceſſere frequenter Montmorantiorum adhortationes, qui cùm ſe ferente à Regina apud Regem in odium adduci, periculo ſuo territi, Alenconium in periculi partem adducere conabantur. Hi de quictis publicæ perturbationibus, Edictorum regiorum violatione & prava Reip. adminiſtratione vulgò ac palam querebantur, eamque convocatis Regni Comitiis corrigere emendari petebant, *Politicorum & Malecontentorum* nomine factioni impoſitio, cujus præcipui incentores erant Guilielmus Montmorantius Thoræus & Henricus Turrius Turranæ Vice-Comes: quo a. ſucceſſu, exponit idem Thuanus accurate *Hiſtoriarum lib.* 57. V. quoque eum *lib. ſep. ad A.C.* 1575. ubi de Fœdere inter Catholicos, qui vulgò *Malecontenti* atque alio nomine *Politici* dicebantur, & Proteſtantes, Damvillæ auſpiciis, titulo *Unionis*, inito, in conventu Nemauſum indicto, agit; quo nove Reip omnibus ſuis numeris abſolutum atque à religione Regni corpore omnino ſeparatæ forma, quantum ad Religionem, jurisdictionem civilem, publicos Magiſtratus, militiæ diſciplinam, commerciî libertatem, vectigalium impoſitionem, reique pecuniariæ diſpenſationem, conſtituta eſt. Subſcripſere Damvilla Catholicorum & Paulinus Vicecomes ac Lomanius Terrida, Proteſtantium nomine; ſed mininè votis ſucceſſibus reſpondit, uti *ibidem* videre eſt. Sed & *Politici* ac *Malecontenti*, horum ſine dubio imitatione, diri animaverunt, in Belgio, qui cuper Regi ereconciliati Ordinum partes defenderet: cujusmodi nominum magna vis, in Flandria & Arrebatibus, conjunctis cum Prorege Farneſio viribus, Gurtracum exponit idem A. C. 1580. De quibus V. eundem *lib. 71.* At *Politici*, qui alias *Arnaldiſtæ*, ſic dicti ab Arnaldo Brixiano, Hæreticiſque è quibus dam *quorum*, ait da Freſne, *hæreſis ſub Innocentio III. Ponif. rudgari cœpta, damnata verò ab eodem Pontifice in Concilio Lateranenſi, ab obitu Cæleſtini Pontificis invaluiſcere rurſum cœpit.* Sed alii minùs de hoc Arnaldo Clerico, Clericis ing ata ſuo tempore canenne, ſentiunt. V. ſuo loco.

Politici Verſus, peculiare carminis genus, quod in recentiorum Græcorum libris frequenter occurrit. Abludunt autem non multum verſus hi ab eo verſuum genere, quos *Dithyrambicos* dixere Veteres: Ut enim ſi nullam numerorum, nullam carminum recurrentium certam legem habebant, quod docet Ariſtoteles, ſed numeris lege ſoluti ferebantur, ut ait Horatius: ſita & *Politici* minimè ad exactam metri normam conſeripti ſunt. Syllabarum modò certo numero, qui vix ultra quindecim excurrit, crebriſque metaphoris, *τοιούτων διτυράμβων*, & *τοιούτου ὑπορήματος* conſtant: quæ omnia Dithyrambicis adſcribunt Auctores, V. Demetrium Phalæreum ſeu Dionyſium Halicarnaſſenſem *lib. περὶ ἑρμηνείας pag.* 39. 44 & Jul. C. Scaligerum *in lib. Poetic.* nihi ponùs dicamus eos ſimiles eſſe verſ. Sibyllinis, quos longos fuiſſe aſſeverant Cicero ac Varro. Ve ſus *Politicos* Heroicis adſcribit Scholiaſtes Hephæſtionis *pag.* 91. quo loco ſi pro genera carminum Heroico, in recenſit, in quibus *Politicum* poſtremum, ſic ei definitur, *Πολιτικὸς δὲ ὁ ἀπὸ πάσης τῆς πολιτικῆς ἀγορᾶς*, velut ti inquit, *ἐν τοῖς τῶ ξωδίοις ἐκάθισ ἐν πολιτικῇ*; Moxque addit, *λεγόμενο* fuiſſe appellatum, quòd viz. fohiæ orationis ſpeciem magis, quàm ſtrictæ præ ſe ferat, quod & alibi innuit his verbis, *λεγόμενο δὲ ὁ τοιοῦτος τῇ συνθέσει*, quo modo *verſum pedeſtrem* dixit Fortunatus Pictavienſis Epiſcopus *lib* 5. *cap.* 4. aut quomodo Commodianum ſcripſiſſe, ait Gennadius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, *more proſæ ſcribit*. *Πολιτικὸς* ergo pro *oratione*, præcipue apud Græcos medii ævi Grammaticos, intelligendum, ut apud Phrynichum, in brevi illa, quam conſcripſit, *Ἀττικὴν συναγωγὴν ὀνομάτων*, in qua duobus locis *πολιτικὴ πολιτικὸν* opponit: Ait enim, *ποιητὴς, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἴσως οὐκ ἂν λέγοιτο*, *Poeta* fuiſſe, *Politicus* fuiſſe *non dicat*. Et alibi, *μεσοποιὸς, πολιτικὸς, ὁ πολλοὶ, Politicum eſſe mediocrium, non politicum*. Eiusmodi eſt *Ἀκέφαλος τὸ πολιτικὸν λέγε*, quod laudat Photius in *Bibliath. cod.* 148. quo ſique ſubſequitur aliud, *Διαλέκτοις δὲ ἕξις* continens. Cur autem pedeſtris oratio, *πολιτικὸν* nomen fuerit adepta, non adeò clarum eſt. Epiſcopus Monſpel. *ad Pſellum* tales verſus ſic dictos vult, quaſi *politos*; uti fo ite *politos formones* dixit Victor Uticenſis de *Perſecut. Vandalor. lib.* 3. *pag.* 42. Alii *πολιτικὸν* orationem eo ſenſu accipiendam volunt, quo apud Rhetores ſumpta legitur: è quibus Hermogenes tradit, *Orator. lib.* 2. alio *Πολιτικὸν*, alios *Σοφιστὰς* dictos, ac utrosque phraſi ſimile ſuos diverſa, *Φράσιν* quippe *πολιτικὸν* eam dici, quæ ſeclusa erat ab ornatiſſimo illo dicendi modo, quem *Σοφιστικὸν* vocabant: Sophiſtæ namque *ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐσχήματα*, *καὶ ὀνόματα ποιοῦσιν*, inquit Xenophon. Unde ſi quæ in eorum ſermone *ἀσύνηθη*, erat ſolùm apparens, non revera talis. Sed & *Politici* ejusmodi verſus forte nuncupantur, quaſi *civiles ac populares*, quorum uſus pe in colloquis familiaribus vulgò uſus erat. Sic enim *πολιτικὸν* interpretatur Cicero *de Finibus lib.* 5. ac longè popularior eſt oratio pedeſtris ſoluta, vel ſaltem peſtri proxima, quam ſtricta. Unde Vett. Comicos, dum quo-

ctiamm ſermonem voluerunt imitari, conſulto à rigida proſodiæ lege receſſiſſe, obſervat Terentianus Maurus:

Sed qui peueſtres fabulas ſocco premunt,
Ut, qua loquuntur, ſumpta de via putes,
Vitiant jambon traſtibus ſpondaicis,
Et in ſecundo & cæteris æque locis:
Hiſtemique ſtilli dum procurant fabulis,
In metro peccant, arte, non inſcitia,
Ne ſint ſonora verba conſuetudinis.
Paulumque, rurſus à ſtultis diſſerant.

Quibus conſentanea ſcribunt Hephæſtion, Cicero, Priſcianus, Ruffinus *de Metris lib.* 1. Et ſanè hocce Comicorum ſcribendi genus poſtiliumin inventum fuit, quòd ad mores informandos aptius magisque idoneum inveniretur: hinc *ὅλως λεγ*ῶ Græcis, Latine *morata oratio*, in quo Terentius, & in ſermonibus Plautus exceluit, teſte Varrone apud Nonium. In antiquum autem ſcribendi genere, Terentii tum Plautique, *non qualiacunq*, ſed *grandia*, *pulchra & elaborata verba* obſervare eſt, quod de ethica dictione Sidonius dixit *lib.* 8. *Epiſt.* 11. quæ quidem omnia etiam Politicis verſibus convenirunt. Grandibus enim & compoſitis ferme temper farciuntur, ut ſunt, quibus Hiſtoriam ſuam contexuit Conſtantinus Manaſſes: atque hi quidem, ut cæteroſum eiusmodi Scriptorum, obſervante Martino Crufio *Turcogr. pag.* 193. *quindenis ſyllabis conſtant*, ex *duobus iambicis dimeris verſiculis, priore catalectico, poſteriore catalectico Anaxemetico: in quibus ponùs tonorum* (*ut opus & leniter inter tenuiorum cadant*) *quam quamtalis ſyllabarum, ratio habetur.* Illiusmodi compoſita Poëmata ſervat Bibliotheca Regia Pariſienſis, quorum in ſicem contexuit Phil. Labbeus in *Nov. Biblioth pag.*332. & ſeqq. ubi inter alia præcipue laudatur Joh. Tzetzes *Lib. de Verſibus Politicis*. Nec tamen *Politici*, ſed & rhythmicis verſibus, Græcoba baro idiomate, aliquot ſcripta extant, ut *Hiſtoria* Apolloni Tyrii edita Venetiis; *Βατραχομυομαχία* Demetrii Zeni in *Turcogr.* Cruſii & ejus dem *Alexander Macedo* edit. Venetiis A. C. 1729 &c. Car. du Freſne *Gloſſar.* Leo Allatius de hoc Verſuum genere ita diſſerit, *Diatr. de Simeonum ſcripsis*: *Verſus* Politici *ut plurimum Jambicis & Anacreonticis conſtant: ita tamen, ut nulla quantitatis ſyllabarum, quod accuratiſſimi Veti obſervabant, ratio habeatur, ſatis ſi certum numerus, decliuationisque accentuum attendatur. Quæ ratio ſingendorum carminum non nunc primùm in ea natione, ſed multa abhinc ſeculà, laboris forte portenti ante & barbarie omnia occupante (addit quod, ſimilium verſuum ignorantiam ſi non fuiſſe comperitur, ut videmus in Phrilli Patriarchæ, Chriſtophori Primi à ſecretis, Conſtantini Anagnoſtæ, Manuelis Iuper, & aliorum Hemiambis, ſive Anacreonticis, Pſelli, Metaphraſtæ, Manuelæ, Philippi Solitarii, Manuelis Philæ, Tzetzæ jambis & politicis: quo tamen recentiores, & negligentiores in illis fuere. Et quemadmodum Anacreontici non omnes eodem ſyllabarum ac pedum numero concludumur: ita & hi nunc viribus, nunc paucioribus ſyllabis, ea rerum tamen normam, componuntur. In ſaturicis aliter factum eſt; Nam Vett. ratione pedum longiorum aut contrahendorum, nunc ſyllabis auctiores, nunc imminuiores, dictos verſus fecerim illos, ſemper pedum numerum obſervarunt; recentiores, ſyllabas tantùm, easque duodecim, reſtitisse ſervant. Quod item ſervatum eſt in Politicis, in quibus ſyllabas quindecim numquam excedunt: & ſi quæ ultra videntur, eas per aphæreſin ſive ſynizeſphen decertam & abſumunt; quod magis in Græcorum recentiori, vulgari ſermone, ut & in Italorum, apud quos ſimiles hiatus, ad numerum ſyllabarum revinendum, reſtringuntur, conſpicitur. Politici ideo dicti, quod communes omnium fere uſuſque rerum accommodati: ſic quoque ſorta & mercatrices — non aliis additis, ſed ſolummodo πολίτικον nomine ſignificant. Meri Trochaici ſunt, quemadmodum olim illi ſeptem pedibus & ſyllaba conſtant: ita & hi: nil quod Antiquorum ſimiles verſus, ratione pedum longiorum, quinidecim ſyllabas aliquando excedunt, Politici nunquam, ut de Jambicis dictum eſt. In quemadmodum antiquorum duobus membris integrantur, mediis, incidunur, ita & hi, qui nuncupantur Politici, apud Fund. V. quoque Scaligerum ſupra laudatum Poet. lib.* 2. *cap.* 29. & ſupra in voce *Ballematias*.

Politura, ἡ γλάφις, ſeu *Politura Artis*, V. ſupra in voce *Polientes*.

Polium, Græcè πόλιον, uti ſalinuca, veſtibus olim odoris gratia interponi conſuevit. Plinius lib. 21. *cap.* 7. *Suſinnæ — tantæ ſuavitatis, ut metallum oſſe cuperit. Veſtibus interponi eam gratiſſimum ſcint apud Græcos polium herbam, inclutam Muſei & Heſiodi laudibus, ni omnibus illam miſcet prædicationibus.* Et cœtè, polium veſtibus interjici, ad tineas eneandas, Theophraſtus auctor eſt. Verum herbam illam, Muſæi ac Heſiodi carminibus inclytam, non nobis, ſed *Græcis*, ſed *Græcorum* eſſe, docet Salmaſius, ex Theophraſto *Hiſtor. Plantar. lib.* 9. *cap.* 21. ubi inter herbas Magicè poteſtate præditas, quæ corporibus domibusque amolera præſtent adverſus ſaſcinum, hacherba recenſetur: quod neutiquam in *Polium* convenit, quod quidem & ipſum contra venena & ſerpentes ingenitâ vi valet & odoris gravitate, ſed magicam nullam virtutem habet. Sic idem Plinius alio loco antirrhini virtutem *polio* vindicat, quod ibi quoque pro *tripolio* accepit, & Mu-

facum

fæum iterum Heſiodumque hujus ſententiæ auctores facit, *lib.* 21. *cap.* 20. *Pollo Muſeus & Heſiodus perungi jubens dignationis glo-riaq; avidos.* Fortè error hinc ortus, quòd diverſæ herbæ eodem nomine, accentu tantùm mutato, fuerint vocitatæ. Πολιὸν, cum accentu in ultima, idem quod *incanum*, nomen herbæ eſt. ſic appellatæ, quòd caniciei ſimilem habeat capillaramen: at πόλιον, quando prima acuitur, herbam ſignificat, quæ ſit ἢ πολιὸν dicta eſt, à πολιὸς, quòd ſic floris colorem in die ſæpius mutet, aliqui eam πανδίκιον etiam dixere. quòd ter colorem mutet. Quæ nominum ſimilitudo, vel *ambiguitas* potius, Plinium ſefellit. At polium, quod veſtimentis interjicitur, ſicut ſaliunca, eſt πολιὸν, non τρίχολον, nec colores mutat &c. V. præfatum Salmaſium *ad Solinum pag.* 1067. & 1068.

Polla, adde: Sed nugari, qui *Pollam* dant Statio, docet Barthius, ut qui Claudiam ſuam fatis clarè celebrarit. V. cum *Adverſariorum lib.* 160. *cap.* 4. & *Animadverſion.* ad *Papinium Statium paſſim*, inprimis ad *Epiſt. lib.* 2. *Sylv.* 1. ubi hæc habentur: *Excludit volumen Gentellium Lucani, quod* Polla Argentaria, *clariſſima uxorum, cùm hunc diem ſorte conſecraremus, imputari ſibi voluit.* In quo loco *clariſſima uxorum* dicitur, i. exemplum conjugis, etiam defunctum maritum diligentis ac honorantis: deque *Polla* in deſunctum Lucanum amore ac cultu, Martialis *lib.* 7. *Epigr.* 22. qui *Reginam* vocat *lib.* 10. *Epigr.* 64. refpectu Lucani, Regis Poetarum ut ait Statius. Aliàs Pollas, Veteribus pro *pilis*, ex Feſto, κῶμαι pro πάππαι. V. ſuprà in voce *Pila*, & hic infrà, in *Pollia*.

Pollardus, monetæ adulteriné, in Anglia, ſpecies; abolita ab Eduardo II. circa A. C. 1301. memoratur Th. VValſinghamo & Henr. Knyghtono *ad ann. hunc.*

Pollex, à *pollendo*, quòd vi & poteſtate inter cæteros digitos polleat, Græcis proin ἀξίωμα, quaſi *manus altera* dictus; apud Antiquos multum venerationis habuit: Mincivæ unà cum reli. quis digitis conſecratus. Significabant autem diverſo ejus geſtu varios animi motus. Nam & laudem favoremque junctus ſignabat, Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. & Horatius *Epiſt.* 18. *lib.* 1.

Conſtitue ſuis ſtudiis qui crediderit ie,
Fautor utroque tuum laudabit Pollice *iudum.*

Et laudandos amatoque, *Pollice* exerto oſtendebant, ut alios indice extenſo. Claudianus *de* 6. *Honorii Conſul.*

Gaudet meiuunt, ac Pollice *monſtrat.*

Quò etiam facit Martialis *illud lib.* 12 *Epigr.* 99.

Sed nec vocibus excitata blandis,
Nulli Pollice *nec rogata ſurgit.*

Contrà inverſus, denegati favoris, averſiſque animi indicium certiſſimum fuit, annotante id Vet. Scholiaſte Juvenalis *ad Sat.* 3. *verſ.* 37. *Pollice verſo*, id eſt, *Fortunâ mutatâ.* Ipſe Juvenalis:

Munera nunc edunt & verſo pollice vulgus,
Cùm libet, occidunt populariter.

Hinc Prudentius in *Symmachum lib.* 2.

Et quoties victor ferrum jugulo inſerit, illa
Delitias ait eſſe ſuas, pectuſq; jacentis
Virgo modeſta jubet converſo Pollice *rumpi.*

Sed & ſublatus preſſusque apud Græcos ſignum fuit ſubmiſſionis, quâ victus victorîam alteri ceſſit, juxta illud Græcum, Αἶρε δὲ κάτω, quod Latini dixerunt, *feritum porrige*, Anglî hodie *Give the backers*: Quemadmodum demiſſio manus, in Pugilatu, Pancratio, aut certuum ludo, argumentum quoque apud nonnullos erat diffidentis ſuis viribus ſeque victum agnoſcentis: quod cùm Lacedæmonîis turpe eſſet viſum, interdixere ſuis, ne foris, ubi illa demiſſio obtineret, in præditis exercitium generibus certarent, Voſſius *de 4. Artibus Popular. cap.* 3. §. 88. & 89. Verùm in bello præſipuus *Pollicis* uſus, unde apud Romanos, quibus is læſus eſſet, à bello laboribus immunes erant. Quod cùm illi, qui militiam detrectabant, faecrent ſponte, gravitate in illos animadverſum eſt. Auguſtus certè Equiti cuidam Rom. qui duobus filiis ſuis *Pollice* abſciderat, ne militare cogerentur, acriter ut decebat iratus, omnia ejus bona Fiſco addixit; & ante eum Senatus, bello durante Italico, ad perpetuos carceres damnavit C. Vatinium, omniaque ejus bona ſimiliter publicavit, quòd ille ſibi ipſi ſiniſtræ manus abſciſſiſſet *Pollicem*, ut ab expeditione hac eſſet immunis. Dictor tales *Murcos*, *Murcidiſque* fuiſſe, docet Roſinus *Antiqq. lib.* 2. *cap.* 19. & facit eò Amm. Marcellini locus *lib.* 15. *Ad militandum omnis ætas aptiſſima eſt, & pari pectoris robore ſonecio ad procinctum ducitur, & adultus ſola duratis artubus & labore aſſiduo, multa contemptui & formidanda, nec eorum aliquando quiſpiam, ni in Italia, munus Martium pertimeſcens*, Pollicem *ſibi præcidit, quos ipſculatores* Murcos *appellabant.* Sed & abſcindebatur in poenam, ne utiliis quispiam armis ſerendis eſſet. Hinc captis hoſtibus, *Pollices* ab Athenienſibus, auctore Philocle, abſcindi olim ſolitos fuiſſe, τῶν δὲν μὲν ἀξίους τὰς χεῖρας τὰς δεξιὰς ἀπέκοπτον, *ne haſtam quidem ferre nequirent, remos tamen agitare poſſent*, narrat Plutarchus *in Lyſandro.* De iisdem Tullius *de Offic. lib.* 3. *Duxit Athenienſes, qui ſaverunt, ne Æginetis, qui claſſe pollebant, Pollices præciderentur.* De Muteis, conſtitutio eſt in vet. Sax. *Lege cap.* 13. talis: *Pollex tutor abſciſſus* CCCLX. *ſol. ſi dimidiet*, CLXXX. *ſi minimus, ſi vinc. ut ſuprà, ſi index*, CLXXX. *& per ſingula membra tertia pars triuſſæ componatur, medius & medietas, uter ſit, ſol.* CXX. *& per membra eorum, ut de cæteris dictum eſt, pollex pedis medietate pollucis manus componatur; tres articuli mediatate, compoſitionis medii & medici digitorum componantur, minimus articulus, mediatate unius de tribus articulis componatur.* Itaque apparet, ſolemne fuiſſe, meum minutiis, digitis amputatis mutilos ſe facere conſueviſſe & ob id, ſecundùm varium digitorum in bellis obeundis uſum, pœnas detrunctantibus ſe ſtatutas etiam varias, majores minoresve. Altera & hinc ſimilis conſtitutio, in antiqua extat Bajuvariorum *L. cap.* 3. *tit.* cujus hæc ſententia eſt.

1. *Si quis alicujus pollicem abſciderit, cum* XII. *ſol. componat.*
2. *Et ſi proximum à pollice vel minimum abſciderit, cum* IX. *Sol. componat, unum ſic & alium ſic.*
3. *Illos medianos duos digitos, cum* X. *ſolid. componat, unum cum quinq; ſolid. & alium cum* V.
4. *Et ſi non fuerint abſciſſi, & eſt mancus, ſtat vectus, ut non poſſit plicare, hoc impedimentum eſt ad arma bajulare, major eſt compoſitio, quam de abſciſſo, tertiam partem ſuprà ſcripti addit, ad* XII. *adde* IIII. *ſiunt* XVI. *ad* IX. *adde tres, ſiunt* XII. *ad* V. *adde duos & tremiſſem, ſiunt* VII. *ſol. & tremiſſis: Sic eum debes judicare & ſic componere.*

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum loco cit.* Præterea in fœderibus firmandis *Pollicis* apud Antiquos fuit uſus. Tacitus enim duos Reges barbaros, ut eò arctiùs fœdus jungerent, conſertis dextris pollices conſtrinxiſſe, &, ex illis ita colligatis fortiter, ſanguinem prolicuiſſe mutuoque hauſiſſe, *in ſuum libus* auctor eſt. Sed & apud Lacedæmonios, mordendo puerorum *Pollicem*, petulantiam illorum coërcuiſſe Pædagogos, legimus, apud Mich. de Montagne, *in libro cui tit. Eſſais*, cap. 26. Quia verò *pollicis* tanta æſtimatio, hinc pro integra manu non rarò. Papinius *Thebaid. lib.* 11. *verſu* 401.

Manilis Argia manûs, & pollice doctis
Stamina purpureæ ſciſſarvat aurea tele.

Et Horatius de lyra, quam ſanè non ſolo pollice ferebat,

Lesbium ſervate pedem, meiq;
Pollicis ictum.

In textrina tamen aut nettrina ejus præcipuus uſus, Caſp. Barthius *ad Statium d. l.* Nec omittendum, *Pollice* quoque annulos aliquos, cujus & nomen & memoria intercidérit, nomen acceptiſſe, Signonio & Onuphrio videtur. Memiuit ejus Livius *lib.* 8. *Tribus omnes*, præter Pollium, *antiquorum legem in Tuſculanos latam. Et lib.* 39. *Cùm ad tribum* Polliam *ventum eſt, in qua M. Livii nomen erat, & Præco cunctaretur citare ipſum Cenſorem, Citato, inquit Nero, M. Livium.* Cujus utriuque hiſtoriæ, ut & Tribus Pollæ, mentionem quoque facit Valer. Maximus *lib.* 1. *cap* 4. & *lib.* 9. *cap* 10. V. Jo. Rofinum *Antiqq. Romanar. lib.* 6. *cap.* 16. ubi de *Tribuis Comitiis* ac *Tribubus.*

Pollinctor, vel *Pollictor*, qui *pollingit*, vel *pollingit*, Gr. Ἐυῶ-ῥαντὴς, Νιπτοκόπος, Σορογνώμων, Νιπτοβίβλος, Peroto, quaſi *putator*, à pollendo: Fulgentio, quaſi *politorum unctor*: Turnebo, quaſi *pellis unctor*, eò quòd mortuorum cadavera id genus hominum fragrantibus unguentis inungeret: aliis, nomen accepit à panibus ex *polline* factis in funebri epulo; Namque & *Pollinctum* ſeu *Pollutum*, cœna feralis dicta eſt, quæ gentili modo in rogum dilata cum corpore cremabatur, teſte Alex. ab Alexandro. Fuiſſe autem cadavera, poſtquam per intervalla conclamata eſſent, atque à propinquis & affinibus ablata aqua, unguentisinſuper inundta, diximus ſuprà, docetque Virgilius *Æneid. lib.* 6.

Pars calidos latices & ahena undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis & unguunt.

Meminit apud Romanos *Pollinctoris* ſervi Ulpianus *leg.* 5. *ff. de Inſtruc. Inſtr. & Inſtrumentor.* Græci Νιπτοκόπους vocant, ſervum Pollinctorem *habuerit*, *itaque mortuum ſpoliaverit.* Varro in *Sat. Manium mihi ſiabunt, five ἀπὸ ἀφαιρέσεως. Itaque itaque dies inter Medici diſceſſum & advenium* Pollinctoris *interfuerunt.* Plautus *Pœnulo*,

Carthaginienſes ſcatures duo fuerunt,
Eorum alter vicit, alter eſt mortuus:
Properea apud vos dico confidentius,
Quia mihi Pollinctor *dixit, qui eum* pollinxerat.

V. cum-

V. eundem *Asinar. Act. 3. Scen. 2.* & Martialem *lib. 10. Epigr. 117.* Eiusdem moris mentionem quoque facit Arnobius *c. Gentes lib. 1.* Apuleius in *Hermagora*, Muretus *Var. Lect. lib. 3. cap. 19.* Joh. Meursius & Joh. Kirchmannus *de Funeribus Rom.* Cuius originem ab *Egyptiis* esse, *supra* dictum. In antiqu. Codd. *Pollictor* est, i. *Pollictor*, seu Perfugator Salmasio *ad Vopiscum Aurelianu.* Gr. ὁ σφοπλὰς ὁ, ἐνεῖος enim hi τελαμῶνας & τæνίας illas vocarunt; quibus mortui olim à capite ad pedes vinciebantur, quod munus *Pollinctorum* seu Σφοπλάκων erat. Sed & κωλύω diceban tur; cùm caput ipsum fudario seu linteo ligaretur, quod ἀσσὸλιον vocat Lucianus, τὸ σῶμα in Evangelio appellatur. Hinc itaque σφοπλοκὸς, *pollingere* dictum, ex σφὸ, quod pro σπὸ ubique in Glossariis. *Pollingere, σφοπλόω, σφοπλάκω, σφοπλάζω.* Scilpatet, *pollingo*, σφοπλόκω: pro quo apud Charisium & Priscianum hodie sine ratione legitur σφοπλάκω. Meminit hujus ritus Metrodorus, in *Epigramm.* nodum, dente, de funeris sumtu,

Ἐκ δὲ σφοπλάτων κορυμβάσῃ σῶμα τελάτνου
Ἥξεις ὁ δ' ὠὸς ἐχει Συμποσίλιν.
Δίστομν ἐς δὲ πόλιν ἡ ἀλπίδι ἡ τελαμῶνας,
Ἐκλυσὸν δεῖσι σῶμα χάρι λυσίτιν.

Est & elegans Epigramma Lucilii, quod extat in edita *Anthologia* Planudis, ubi Medicus & *Pollinctor* de compacto sic egerunt, ut Medicus ægros omnes fuæ curæ commissos occideret, & *Pollinctori* amico traderet polliendos: *Pollinctor* vicissim fascias seu τελαμῶνας, quas furabatur de pollinctione mortuorum, Medico mitteret dono, ad alliganda corum, quos curabat, vulnera &c. Johannes Episc. CP. apud Auctorem incertum *de Orthogr.* fasciasillas *Pollinctorum* vocat *tunabulas*, cùm scribit, Lazarum in monumento crucinabulis involutum: quemadmodum & contrario κειμένας, quæ propriè mortuorum involucra erant, etiam pro incunabulis & fasciolis, quibus alliguntur infantes, usurpatas legimus. Moschopulus: Κειμὴν ὁ παρὰ πολλοῖς δεσμὸς ὃν τὰ νήπια σπαργάνα, ἢ ἐπὶ τῶν θανόντων τὰ τελάτνα. ἡ δὲ κειμὴν τοῦ τελάτνος. i. Κειμὴν, infantum vinculum, seu communiter fascia; etiam qua vinciuntur mortuos. Κειμὴν scribit Hesychius & ἀπὸ τοῦ κείω, i. *à morte*, deducit, quafi dicas *mortuales fasciæ*: Κειμὴν, inquiens, τὰ θανάτου σπαργάνα. Eodem nempe prorsus modo infantes & demortui fasciis ligabantur: an ut hoc pacto indigitaretur, quantum similitudinis haberet finis vitæ, cum vitæ initiis? Namque & mori incipimus, cùm nascimur; & dies mortis æternæ vitæ natalis est. Artemidorus, Οἱ δὲ θανάτους ἐσχηματικὸς ὀνειρεύοντες ὡς τὰ βρέφη ἡ χαλεπὴ νόσους, *Defunctis laceris involvuntur pannis, sicut infantes, & humi deponuntur.* Ubi ἐσθὴν pro *panni* funt præfecta in longum fruftaculis latentes textilis; & *pannus* pro fascia vel inflita. Inde *pannus infantis* & dicit Auctor incertus, de quo *supra*, τὸ δὲ παιδὸς τῶν σπαργάνων. Neque vero solùm apud Græcos, ut Vir quidam eruditus scripsit, fed etiam apud Romanos, licèt cadavera demortuorum combuterent, in more fuisse, ut *Pollinctores* ea vittis tæniisque mortualibus aptarent & involverent, ostendimus *supra*. Quæ autem ad *pollinctuarum* pertinebant, à Libitinariis, in templo Libitinæ, fuisse vendita, docet Tit. Popmam *de Operis Serv. &c.* V. quoque hic passim.

Pollis, in *Glossar.* vett. ὁ σκαθαρὸς, qui *pollax*, i. pilas, conficit. Sic enim Appuleius *de Deo Socr. Sive illa proprio, seu perpeti candore, ut Chaldæi arbitrantur, parte luminis compos, parte aëtera cassa fulgoris, pro circumversione oris dissoloris mutilisque polle specie fuæ variat.* Seu, ut Salmasius legit, *mutilisque polia, pro circumversione oris dissoloris, specieu sui variat.* Ubi de Luna, quam pilam esse confebant Chaldæi, parte fulgidam, parte obscuram, πρὸς ὁμοιον: quo facit id, quod Lucretius ait de Luna,

Inde minutatim retro concrescere, & augescere
Luciferam partem glomeramінis, aëre, pilæi
Ut Babylonica Chaldæûm doctrina fatetur &c.

V. Salmasium *ad Solinum pag. 754.*

Pollio Grammaticus, inter Præceptores M. Antonini Philosophi memoratur Jul. Capitolino in *Vita* hujus, *Usus præterea Grammatici Græci, Alexandri : quotidianis Latinis, Trosio Aspro & Pollione, & Eutyche Proculo Sicensi.* Ad quæ verba Salmasius, *Pollio*, inquit, *sive Latinus Grammaticus, verear ne hinc tandem motus sit, aliàs vero ignorassimus sit omnium hominum, ut quem nec notum habeant veteres membrana, quæ & Polono legum. Atque ut mei animi sententiam explicem subjicer, nec frustra, corruptum latere nomen urbis, ex qua fuerit Trosius Aper, ut duos tantum hic habeamus Latinos Marci Grammaticos, Trosium Asprum & Eutychium Proculum Sicensem. Trosii Aspri patria Asculum fuisse similiter illa verba, & Polono. an Polano, ex urbe Pola? Id quidem pro vero non affirmem, sed minimè dubito, quin patriam hujus Grammatici prodiderit Capitolinus, non minùs quàm & sequentis Eutychii Proculi, quem Sicensem esse significavit &c.* Meminit *Pollionis* Conf. Lampridius in *Commodo*, quem dicit, *Pollione & Apro* Conf. *triumphasse* Cum. Et paulo pòst, *Nominatum inter Cæsares*, eundem ait, *quarto. Oct. Pudente & Pollione Offic.* anno nempe Imp. Marci & vitæ Commodi sexto, Cafaub. *ad loc.*

Pollini Felix, inter Statii amicos, cui is *Sylv. 2. lib. 2.* facram fecit, cum lemmate, *Surrentina Villa Pollii Felicis.* V. ibi *Animad versiones* Casp. Barthii, aliosque Statii Commentatores.

Pollubrum, lacrificium vel facrum epulum, in Deorum honorem institutum, Jovis Dapalis, Herculis inprimis, aliorumve. Cato, *Jovi Dapali cultignam vini quantum vis pollubrum.* Varro, *Profanatum, quod in sacrario pollubrum. Atque Hercules sacrum dato est ab eo, quod in sacrificio quidam famulus — id dicitur Pollubrum, quod à porriciendo est pollum, cùm enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum pollubrum est*, V. & Festum, & Scaligeram *ad eum.* Hinc *pollucere merces* dicti Mercatores, quando de mercibus ἀπαρχὰς & libamenta Diis offerebant, Hadr. Turnebus *Adversar. lib. 28. cap. 31.* In cujusmodi sacrificiis (seu conviviis ne modus excederetur, cautum legehac, *Pisces quos squamosos non sunt, nec pollucen, squamosis omnem præter sparum pollucto*, de qua V. *supra* aliquid, voce *Pisces.* Dictum a. *pollucere*, quasi *porro luceo* ob copiam luminum & lucem sacrificiorum, Græcè λάμπω. Inde *pollubrus*, libatus seu cumulatus, largiter acceptus, aut videre est apud Cameratium *ad Plautinum illud, Pollubrus virgis.* V. quoque Casaubonum *ad Julium Sutonii cap. 48.* ubi in alio Plauti loco, *Non ego pollubra pago*, vocem interpretatur, *communia & omnibus expetita &c.*

Pollucre Jejunium, apud Nigidium: *Non nisi jentaculis levibus jejunia pollucimus* id eft ad vesperam, *dejejunavimus*, vel jentavimus. Unde Gall. *dejeuner*, pro *jentare.* Jejunat enim, qui totum dicm immorfus & jejunus perstat: at qui manè cibum sumit, is amplius jejunus dici non potest. Jejunium igitur solvit, id eft, Græcè ἀξιοπνεύσειν, vel λαυκνεύσειν, *dejejunat*: quemadmodum jejunium solvisse Proferpinam, dixit Ovidius, quæ apud Inferos septem grana mali punici contigerat, *Metam. lib. 5.*

Non ita Fata vetant, quominus jejunia Virgo
— *Solverat* —

Sic *pollucre famem*, dixit eleganter Symmachus *Epist. 7. lib. 1. Sed mihi hunc plus multitudinis nulla vitatio est. Et si his tanto plures, quàm scribis, affuerint, bonam frugem fecerit, nec deerit, quo famem pollucant. Nam comisibus restris, utpote sobriis, fagina caduntur cura posterior est.* Utrumque nempe idem, quod *famem imminuere & non integram servare.* Inde *fames integra* Ciceroni, *integram famem ad cænam afferam*, hoc, cum imminuturam, nec pollutam, sed intactam & intemeratam. V. Salmasium *ad Tacitum Vopisci.* Metaphorâ à virginibus desumtâ, quæ ἤυπρο *pollui* proprie dicuntur. Æl. Lampridius in *Commodo*, *Deorum templa pollut stupris & humano sanguine.* Sic & *pollutum* Moses appellat illam, quæ fecundi viri thoro adhæsit, Connanus apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Contra ἀγνεύω ἀγνεύω ἁγνίζω simpl. h. e. *impollutum*, appellari non rarò ἁγνὸν ἐξευλὸν Græcæ Eccl. Scriptoribus S. Eucharistium, docet Cl. Salmasius *Thes. Eccl.*

Polographia, Γραικὸ πολυγραφία, inter opera Aftronomica Democriti, recenfetur à Laertio in *Vita* ejus: quâ voce intelligitur descriptio σφαιρᾶς ἐν ἐπιπέδῳ σχήματι σχιαθοειδῶν, *polorum & analemmatum sfoiheericorum.* Nempe vett. Græci πόλον primitus dixere cœlum ipsum, non cæli axem, vel axis extremam partem, ut recentiores Mathematici accepere. E' quaantiqua notione, tota capitis rotunditas fic appellata eft, uti legimus apud Pollucem; quemadmodum idem ab eadem figura κρανίον appellavere, Lat. *testam*, item σκάφον. Ad quod inftar factum vas illud Veterum Gnomonicum, quo gnomon erectus oftendebat solftitium & æquinoctium, quod & πόλος appellabatur. Fortè & eadem forma fuerit Horologiorum, quæ σκάφια dicta funt : nam πόλος & σκάφος, quantum ad formam, idem, ac utrumque hemisphærii inftar reddebat, in cujus concavæ partis medio : rigi gnomonem solitum, docet Martianus Capella. Sic Berosus Hyemis tempus, quod ipse invenit, exhemicyclio fecerat, quod erat ex quadrato cavatum. Vitruvius quoque memorat, Aristarchum Samium ícapheu feu hemisphærium reperisse, h. e. horologium ea formâ. Et hæc vulgaris erat forma omnium apud Vett. Horologiorum vafrum. Unde non mirum, vett. Grammaticos nonasse, Πόλος & Ὡρολόγιον rem eandem esse: Sed nec mirum, quosdam Vett. πόλον appellasse, horologii ipsius σκάφον, vel σκαφίδιον. Dictum certè vel missorium, in quo XII. signa fuere cælata, vetus *Epigrammatum* Pocta ἀρχαῖος πόλος appellavit, *Anthologiæ lib. 4.* Εἰς μεγάλων ἐχον τὰ δώδεκα ζῶα. Verum alia apud vetuftiores vocis Πόλος notio, quibus idem fignificavit, quod *Heliotropium*, machinam, è qua non horæ captabantur, fed in qua, ante Horologia inventa, oftendebantur ἅλιε τροπαὶ, *conversiones Solis.* Cujusmodi Heliotropia ad formam Πόλου videntur esse facta, in quibus & γνώμων feu umbilicus erat, qui τροπὰς oftendebatur, ut in Sciotheris Anaximandri, quæ is Lacedæmone conftituit, ad defignanda solftitia & æquinoctia: in illis n. ὁ γνώμων τὰς τροπὰς τε καὶ τὰς ἰσονυκτίους ἐσήμαινε. Itaq; Ἡλιοτρόπιον nil aliud erat, quàm machinamentum denotandis, ut dictum, solftitiis, ex polo & gnomone facto : linea insuper habens, quibus umbræ difcernebantur. Ad quod inftar, quia Horologia poftmodum concinnata funt, hinc & Πόλων, de Horologiis Sciothericis Poetæ dixerunt. Sic Metrodorus *lib. Epigr. Ἀναπλοκάδων*, vas horologii : in quo gnomon erectus ftabat, πόλον vocat his verfibus,

Γνώμονος ὀρθοῦ μέσον Μεγακλείδη, ἀνὰ κοῖλον ἄυλον,
Ἡνίκ' ἀνὴρ ἀλίοιο πόλον τέλεσε χρονίοι κύκλα

Πελάν, τὸ δεῖν ἴσον ἀεὶ κεχωρηκὸς ἑρμοῖο
Τετράκι νόστον ἐνεῖκε μετ' ἐστεφάνῳ ἄθλα λαβόντα.

Primus verò gnomonis inventor, ut quidam volunt, Anaximander fuit, qui eo in Scioetheris, hemisphærii seu polisphæriem habentibus, erecto, æquinoctia solùm & solstitia deliganvit, horarum usu adhuc tum ignorato. Solis autem Mathematicis & Astronomis machinæ istiusmodi inservierant, nullius planè usus in vita civili, nisi quatenus populus ea de re disceret, quando futuri essent Solstitiorum æquinoctiorumque dies: quod & ipsum fieri quia non parvi momenti est in rebus Rusticis procurandis, ideo publicis in locis Urbium ponebantur ejusmodi vasa, ut populus id inde edisceret. Uti ille apud Aristophanem, in Vespis ὁ dici fibi postulabat, ex Heliotropio seu Polo Meteonis, πόσον κλεψύδρας πέπρωται, quota dies numeranda esset à Solstitio confecto. Cæterùm ad partes dieiobservandas, tempusque prandii aut cœnæ statum cognoscendum, aut cuiusnunque negotii, cui tempore condicto esset occurrendum, aliâ methodo, nondum horarum disciplinâ repertâ, utebantur: ex umbra videlicet, quam pedibus metiebantur, rei gerendæ tempora venabantur, uti infra dicemus. Forma harum machinarum quæ fuerit, non adeò liquet. Diximus antè, fcaphen aut scaphium dictum vas rotundum & cavum, in cujus medio fundo stilus erigebatur, ad horas monstrandas, atque id etiam Polum quosdam appellasse. Τὸν δὲ τάπεν rectius de pute proximè dicemus. Rotunda capacitur quam circumvaga, quem admodum hemisphærium Archiectis dicitur, non fupini ac inversi hæmisphærii figura, fed quæ inftar habet illius, quod fupra nos eft; alias quod jacet ac refupinatum eft, fcaphæ magis vel difci fimilitudinem obtinet. Præterea æque bene in extuberante hemisphærii facie horæ monstrari potuerunt. Unde forte ὠνεῖ Veterum, qui æquinoctia oßendebant, hæc formâ erant, cùm Horologia Neotericorum hemisphærio inverso, hoc eft, fcaphæ fimilia, &c. Utiuetum inftrumenta ejusmodi, Sciatherica & Ephemeropia, à fine & effectu. Poli à forma, fic Analemmata eadem appellata funt, à subjecto: quia viz. in fuggeftibus lapideis & columnis, feu saxeis pilis, ut Curtius vocat, quæ modò quadratæ, modò rotundæ erant, publico aßectui exponebantur, uti in paragrammatis, canon ortus & occasus fiderum fpectandus populo præbebatur. Quæ ambo primus cùm conjunxiffet Meton, hinc totam machinam cum Gnomonico analemmate & Astronomico parapegmate, quoque à Nonio appellatur τὸ Ἡλιοτρόπιον. Cujusmodi machinam in Syria Inf. etiam Pherecydes inftituit, ut alibi diximus. V. hanc in rem plura, apud Salmasium Exercitat. Plinian. ad Solinum pag. 633. & segq. ut & fupra, in voc. Analemma, Heliotropium, item infra, ubi de Sciotherici vafis, & Umbra stili.

Polonia, adde: Aliam quoque ejus etymologiam tradit Cromerus, qui putat, & quafi po Lech, i. posteros Lechi, vocitatos effe, Sic enim & Polacos dici Hungaris Lengei, quafi Lechi, à Lecho. Quoad fitum, extendit ver cum Antipodibus Sibi provinciis, in longum, à 38. gr. ad 54. ab Occ. æstivo versùs Ortum hibernum amplius quàm per 240. mill. Germanica: In latum verò, à montibus Carpathiis, usque ad mare Balthicum 200. mill. admodum. Limites funt, à Sept. Curlandia, Samogitia, Livonia: ab Ortu Boryfthenes, quâ Lithuania à Ruffia diftinguitur: ab Auftro, Tyras amnis, quo à Moldavia; & Carpathii montes, quibus ab Hungaria fecernitur; ab Occ. funt Silefia, Moravia, Marchia & Pomerania. De naturali ejus conftitutione, ita Sarmovelius Descr. Polon. pag. 9. & segq. Regio tota fere plana & aprica eft, nisi quà ad fines Hungariæ accedit, montana ac fylvestris. Quò longius autem inde recedit, eò leniùs declivia eft, & vallesa cadereur, &c. Ibid. Nisi quòd in mediuSio minoris Poloniæ Calvus mons fuperemineat, in quo monasterium eft S. Crucis nomine ßignâ, in quo Salvator noster pependit, celebre: vestigia colles fere in tota Regno funt pulla, quarum nexus Sylvestres, tam fuis superviens temporibus pluvia, omnia Polonia, non modò Lithuania, sed nunc ubique dilli genter excolitur, fruguum leguminumque fœrax, & pratis abundans. Et quamvis cali intemperie minimum laboret, pomaria nihilominus non infrequentia & fructuosa paßim habet; in quibus pyrorum, malorum, ceraforum, prunorum, perficorum & nucum bonitas, varietasque certat cum Hungaricis & Italicis. Sunt & vites pluribus in locis, quarum vero ejus qualem non infrutex fuit, præfertim ß aßas & auctumnus temperies ßuam ferunt, fed vilium inde expreßus acetabat, nibi dißicultatem eß. Neque negat folum caßanearum, nucum, oliuæ, ficus, amygdalas, crocum, anisum, pepones, melopones, herbas & flores omnis generis & alias horienses Italiæ delitias, palmarumque, lenoninia. Nec metalla fossilisque defunt plumbi, ferri, æris, cupri, argenti & auri. Avium quoque & altilium magnam habet copiam, siemque jumentorum omnis generis & ferarum, cervorum vix, aprorum, urßorum, luporum, fciurorum, dicadum, leporum, magyrorum, bißontium, caßarum suvarum, bombicarum, martdurum, vulpium, vormacorum, lutrium & caßrorum: Similiter pißium diversorum, quotquot nominari possunt; Nam fluvius, lacubus, pißinis atque ßagnis fupra modum abundat. Periodo tregni tredecim mutationibus inclusa Pistorius Tom. I. Scr. Pol. Brevius Auctor anonymus Histor. Orb. Terr. Primam defumit à Lecho. Reip. Polonicæ conditore, poft quem modò despoticè, modò Ariftocraticè gubernata eft, usque ad A. C. 830. Secundam à Piasto, usq; ad A.C. 1370. quâ periodo durante, memorabile fuit, quòd Miecislaus I. Piasti abnepos, primus gentem ad Christum perduxit; quòdque ejus fil. Boleslaus Chrobrius primus Regis titulum accepit, ab Ottone III. Imp. A. C. 1001. è quo quidam colligunt, Poloniam tum Imperio Rom. tributariam fuiffe. Tertiam à Casimiro I. Boleslaï præditi nepote, cujus Principata Sedi Rom. Poloniæ se submisit, cui tum præerat Benedictus IX. Tum enim hicin singula capita obolum pendentanis, ad luce nam in æde D. Petri Romæ perpetuò alea dam & rasuram capitis Monachalem, faciam item Equitibus linean candidam, ßolæ in modum. Cùm festa peragerentur solennia, imperavit, Cromer. de orig. & r. g. Polon. lib. 4. Quartam orditur à Casimiri I. filio Boleslao cognom. Audace, quâ Regia dignitas iterum ceßavit: ipßoque Regno excedente, Vladislaus frater in Principis tutelo accepit: donec pristinum ßplendorem reduxit Primislaus, circa A. C. 1295. qui in hunc usque diem conservatus eß, nisi quòd ßuccessor ejus Vladislaus Locticus Hæredis Regni Poloniæ nomen potius usurpavit. Ultimus familiæ hujus fuit Casimirus M. Sequitur periodus Jagellonica, à Jagellone M. Lithuaniæ D. in Baptismo Vladislai nomen adepto, inchoata. Hic Hedvigis Ludovici Hungar. R. quem Casimirus hæredem conftituerat, amorem meritus, Christianam Religionem aßumßit & Lithuaniam Polonia univit: regnauitq; ejus poßea Rex annis 42. 1573 qui Sigismundus Aug. ßine prole decessit. Ab illo tempore Interregni variis è locis Regis ßibi arceßiverere, Henricum Valesium è Gallia; quo clam ße in avitum regnum Galliæ recipiente, Stephanum Bathorium Transfyl. Principem, ea lege, ut Annam, Sigismundi Aug. sororem, licèt tum jam sexagenariam duceret, eleperunt A. C. 1575. Successit A. C. 1586. Sigismundus Johannis Sueciæ R. è Catharina Jagellonica filius: quem A. C. 1632. Vladislaus filius excepit, qui obiit A. C. 1648. ßoli ßuccepto in locum fratri Joh. Casimiro, qui regno ceßit A. C. 1668. Aliam poß hunc periodum eorum eß conceßit, quo tamen nexu hodiernus Electior Brandeburgabsolutus eß transactione Welaviensi A. C. 1657. Livoniam Sigismundus Aug. Teutonico in illa ordine extincto, Poloniæ sociavit; Gothardo Kettlero vero poßremo Ordinis Mag. Curlandiæ & Semigal. le provincias Ducatûs, fed fiduciario, titulo commisit. Versus Orientem, quâ quid regionis inter Panaßum feu Tyram, Hippaninique & Borysthenem ßtus, continetur, id totum usque ad litora ipßa Ponti Euxini, cui Sarmatico Solitudo Tartarorum imp. juris Polonici censeri, tradit Pialecius. Sed & ultra Tyram & Borysthenem versus, Moldavia eß Polonia regno quoque ßocialis, verùm Turcis tributaria. In Daniam, tempore Boleslai Cruvoißi A.C. 1124. penetraße quoque Polonos, eaque potitos fuiße, auctor eß Cromerus lib. 5. Sed rem hanc Danici Annales penitùs ignorant. Hungariæ junctæ Polonia eß, cùm, extinctis Piasti posteris, ad Ludovicum Hungar. R. deferretur regnum A. C. 1370. sed mortuo eo divisæ iterum, Mariâ Ludovicißa Hungar. & Hedvige Poloniam obtinente. Iterum tamen ßub filio Jagellonis Vladislao coiere, quanquam refragante Elizabetha Alb. R. conjuge, quæ etiam hujus poßhumum Ladisl. vix dum quadrimeßrem coronari curavit: fed cùm Vladisl. pugnâ Varnenßi caderetur, ßingulæ iterum seorßim Reges ßibi conßtituere coepere. Jura Regia Poloniæ hæc fere: Ut præfit Regno, ßummo contentus dignitatis gradu & censu. Pileßus à primordiis Regni præfinito, quem minuere augere, vel lege prohibetur ne. In publicis functionibus, omnes in Rege, Magistratuum officiorumque tutelor & conservatr. Ut non nisi ejus favore adeantur Episcopatus opulentiores, altisque Eccleß. dignitatum gradus, in quo Regiæ auctoritatis nervus conßißit. Studia enim eorum, quos Rex promoverit, ßibi mancipat, ßicque ßuavi flexu animos omnium illucaßpirantium ad partes ßuas inclinat. Interim tribunal nulla imponit, absque unanimi Ordinum consenßu: nec nißatrociora crimina & causas quasdam graviores in Comitiis Regni generalibus cognoßcit, excipe ßententia Senatorum decernit: reliqui omni negotio determinibus contingendi, penas irrogandi, controversias civiles decidendi, penes Judices cujusvis provinciæ residente. Nihil item ei in vitam facultatesque Nobilium poteßatis eß, nec ullum eorum, licèt manifeßè reum, præter paucißimos casus, vel nißi jure convictum, detinere aut vinculis coercere poteß. Horum enim amplißima jura: Namq; e Nobilitate quivis, jam à Miecislao I. in eligendo R. jus ßuffragii habet: Imò universi aliquando contra Regem Senatumque coeunt, indicto Rokoß, famoßo in unum concurrendi ßymbolo, quæ re V. infra, in voce Rokoß. Populi jus hodie ßtatutis Casimiri, Vladislai & Sigismundorum fere nititur, quorum defectu, ad Jus Saxonicum recurri ßolet: cujus tanta olim apud Polonos fuit auctoritas, ut non ßine gravibus impenßis ad Magdeburgenße tribunal appellarent; sed ßußulit morem hunc A. C. 1356. Casimirus M. conßtituto hac ßini ßupremo in arce Cracoviensi tribunali: Præ-

ter

ter quod duo alia erexit Stephanus R. A. C. 1578. Petricoviæ unum, Lublinii alterum, in quorum illo Palatinatuum majoris Poloniæ ac Prussiæ; in illo minoris Poloniæ ac Russiæ, item pertractantur. Quid porro genti cum Suecis, cum Russis, cum Turcis intercesserit negotii; quod cum Austriacis hactenus controversiatum? quid damni interni dederint motus Confœderatorum, Colascorum, Lubomirsicianorum, aliaque huc spectantia, V. apud præfatum Auctorem *Historiæ Orbis Terr. Geogr. ac Civil. cap. 8. in cujus §. 1. omnes rerum Polonicarum Scriptores recenset.*

Partes Poloniæ, ex Simone Starovolcio.

I. *Polonia major*, 8. Satrapiis comprehensa: quæ sunt *Posnaniensis*, *Calissensis*, *Lencicinsis*, *Brestiensis*, *Inowladislavviensis*, quæ utraque aliàs *Cujaviæ*, *Gradiensis*, *Rawensis*, *Terra Visliensis*. II. *Polonia minor*, cujus tres Satrapiæ: *Cracoviensis*, *Sandomiriensis*, *Lublinensis*. III. *Lithuania*, ubi Palatinatus itidem 3. *Vilnensis*, *Trocensis*, *Brestiensis*. IV. *Russia Rubra*, in qua 7. Satrapiæ *Russica*, *Podolia*, *Volhinia*, *Belza*, *Brasslavia*, *Kiovia*, *Terra Chelmensis ac Haliciensis*. V. *Russia Alba*, continens tex Satrapias, vel Palatinatus: qui sunt *Novogrodensis* (cœteris populosior, in Novogrodensem ac Slonimensem distributum divisus.) *Mislaviensis*, *Vitepscensis*, *Mindensis*, *Polocensis*, *Smolencensis*. VI. *Borussia seu Prussia*, de qua V. *suo loco*. VII. *Pomerania ulteri*. Pomerellia, divisa in 7. Territoria: quorum nomina, *Stuchoviensi*, *Tuchoviense*, *Sueceuse*, *Derfaviense*, *Zucoviense*, *Pucsenæ*, *Mirachoviensi*: quibus etiam *Crajna* & *Cassubia* adjunguntur. VIII. *Masovia*, quatuor Satrapiis distinguitur, quæ vocantur, *Plocensis*, *Podlachica*, *Masovia*, peculiariter sic dicta, & *Terra Dobrinensis*. Nomen à biasao seu Mado, Miecislai R. olim Pincerna. V. Thuanum *Histor. lib. 16.* IX. *Samogitia*. X. *Livoniæ* quædam partes Lithuaniæ contermiuat. Reliquum cum Sueeus, Moscus, & Curlandiæ ac Semigalliæ D. possident. Harum omnium Provinciarum potiore Urbes sunt *Posnanium* & *Gnesna*, in majori Polonia; In minori, *Cracovia*, quæ fedes Regia, *Lublinium*, & famosa Arianizantium Secinianorum receptacula *Racovia*. In Lithuania, metropolis est *Vilna*: in Russia Rubra, *Leopolis*: in Alba, *Smolencum* & *Kiovia*: Masoviæ primaria Urbs *Varsavia* est, etiam quandoque Regis fedes, & Polonorum clade celebris, tempore Joh. Casimiri R. iisdem Suecis R. & Electore Brandeb. illatâ. Vlorum quamque *suo loco*.

Pospech, serpens in Jucatana, Novæ Hispaniæ conterminâ, à sibilo sic dictus, & cremordere, & caudæ aculeo pungere, legitur apud Jo. Eufebium Nierenberg. *Histor. lib. 2. cap. 48.* Notat quoque, ex Arabum side, rem Græcis Romanisque Scriptoribus prætermissam Bochartus, serpentes alios, non modò acutum, sed & aculeatam habere linguam, aut verò rostrum & naſum, alios, scorpionum instar, etiam caudâ ferire; alios genino aculeo ex utraque parte pungere: in quorum posteriorum numero *Pospech* & Chicken *Dactarophina*, apud Alexandrum, *serpentis* itidem *genus*, *genino aculeo*, *quorum unus in naſo sit*, *alter in cauda*. Sic in Australi America, apud Chiribichenses, aspidum, quæ scorpionum instar feriant caudâ, meminit P. Martyr *de Novo Orbe Dec. 8. capp. 7. & 8.* V. Sam. Bochartum *Hierozoic Parte prior. lib. 1. cap. 4.* Eundem arbores scandere, seque, capite caudam complexum, acontiæ instar, in viatores sæpe ejaculari, Vossius addit *de Idolol. lib. 4. cap. 37.*

Pulex, V. *Pistrix Polographa.*

Pulvinar, Amicos & Hadr. Imp. V. supra *Polenus*.

Polyandrium seu *Polyandrum*, Gr. Πολυάνδειον, propriè *cœmeterium*, h. e. ut habetur in *Glossis Gr. MSS.* Reg. μνημεῖον, τάφος, ὁ ἢ πολλοὶ ἀνδρες κεῖνται, *monumentum*, *sepulchrum*, *ubi complures viri sunt siti*. Theodulfus Epiſc. Aurelianensis *in Capitular. c. 9. Antiquus*, *in his regionibus*, *in Ecclesia sepeliendorum mortuorum usus fuit & plerumq*, *loca divino cultui manicipata*, *& ad offerendas Deo hostias preparata*, *Cœmeteria sive* Polyandria *fuisse fama fuit*. V. Alcuinum Pruinensem, & quidem in epist. apud inferioris aevi Scriptores, monumentum seu *sepulchrum unius hominis*. Hinc in *Vita S.* Sulpitii Pii Epiſc. Bituricensis, *Cui sc. pronebat vir ejus natura debita mortis extinxit corpusculum*, *fulget tamen vi ventium virorum polyandro*, V. Car. du Freine *Glossar.* & Macros in *Fleetolexico*. Hæc in Templis neutiquam extruenda esse, sed in atrio, aut portico, aut in cœmeterio Ecclesiæ, præcipitur *Can. præcipiendum est 13. quæst. 2.* Imò palam extra Urbem relegandæ, Andreæ Politici *Sc.* Plura V. supra, ubi de *Cœmeterio*, aliisque passim.

Polybius, Augustiliberti, Cæsaris Augusti testamentum, unà cum Hilarione, scripsit. Suetonius *Aug. c. 101.*

Polybius, Gr. πολύβιος, Proscripiæ cognomen, Hesych. q. πολυβέστατος, *multus pascuæ*, Vossius de *Idolol. lib. 2. c. 60.*

Polycandelum, Gr. πολυκάνδηλον, vox hybrida, candelabrum est multis luminibus instinctum. Anastasius in Leone III. *Obtulit* Polycandelum *porphyreticum*, *pendentem in pergula*, *ante confessionem*, *in cæmitalis aureis*. Ubi vel *Polycandelum*, à masc. *Polycandelus* est, vel *pendentem* in *pendens* mutandum. Acta S. Eliæ Junioris pag. 199. Καὶ τελειώσας τὰς εὐχὰς ἐκέλευσε πολυκάνδηλα μεγάλα ἀνοῦναι τὰ κρεμάμενα ἔμπροσθεν. *Et videbant*, *Christianos* Polycandelum *ingens supra caput crucifixi fu-*

Tom. II.

ſpendisse &c. Anonymus *de Exile SS pag. 83.* ἢ κρεμνὰ πολυκάνδηλον, *& pendes polycandelum*. Car. du Freine *Glossar.* & in *Descr. Ædis Sophiane*, ubi docet *num. 48.* Græcis recentioribus vocem hanc originem fuam debere. Illiusmodi *Polycandelorum* celebre inprimis est candelabrum Basilicæ Vaticanæ, in forma crucis, ab Adriano Papa oblatum, in quo 1370 candelæ pendebantur, quodque is justerat quatuor in anno vicibus accendi, in festivitatibus Nativitatis Domini, Pafchæ, Apostolorum Petri & Pauli, atque in die anniversaria electionis suæ, Baronius *ad A.C. 795.* & Anastasius *in eodem*, apud Dominic. Macrum *Hierolex.*

Polycanus, Lelegis filius, cum uxore Messena, divinis honoribus affectus est, à Messenis: qui item Telopæ filiæ, Phorbantisnepti, ut qui primi apud eos regnarunt, eandem venerationem deferunt. Ut alios omittam, de quibus V. Pausaniam *in Messeniacis*, & ex hoc Gerh. Jo. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 1. cap. 13.*

Polycarpus, nomen inditum Collectioni Gregorii Presbyteri, qui floruit circa seculum XII. & *Collectionem Canonum* à se editam ita vocari voluit, forte quia in eâ multas particulas ex diversis, antpotius, quia multiplicem ejus utilitatem ac fructum hoc elogio indigitatum ivit. Manuscriptam illam citant, ex Bibliotheca Vaticana, Romani Emendatores Gratiani *in Indiculo*; Antonius item Augustinus, qui in *Dialogis* ejus meminit. De eodem Gregorio & Bern. Papiensi, auctore pro eo libri *Populeti*, hæc notat Bibliothecæ Prolegom. *ad Pseudo-Isidorum tom. I. cap. 18. pag. 99. in fin. Gregorius Presbyter similem collectionem publicavit*, *quam Polycarpum nominavit*; *in & Bernardus Papiensis & auctor libri Populeti*: *sed hæc ad manus non sunt*, *nec qui tempore vixere Anselmes*, *nobis compertum est.* V. Gerh. von Mastricht *Histor. Turic Eccl. num. 274.*

Polychronion, Græcè Πολυχρόνιον, i. *multos annos*, in diuturnæ vitæ ac Imperii omen, acclamarium olim Imperatoribus Patriarchisque Græcis, non sine genuflexione. Augustinus *de Verbo Dom. Serm. 30. cap 3. Exhibes aliquam solennitatem amicis*, *audis ibi & bene spantibus tibi*, *Multos annos vivas.* Leo III. *Epist. 4. Reverſus est ad murum Civitatis Constantinopolitanæ*, *& capiti cum eis foris muros vocibus magnis laudare* (*ινθρωπον*) *ac dicere*, *Constantinum Magnum Imp. Multos annos.* Πολλὰ ἔτη τὸν βασιλέα, item Προέκτασις κυρίου, *Complures annos Imp.* Item *Accessionem dierum*, exponit Synodus VIII. *act 1.* & Theophylactus Bulgar. *Institt. Reg. part. 2. cap. 14. Cod. 2003.* De eodem ritu hæc Formulas exh. Sect. Coll. Scriptus Biblioth. Reg. apud Car. Freine, ubi verba Latinè ſic habent: *Ite ſanctæ progenitalis acclamatione prognantur Imperatores & Patriarcham in summa Aede. Festo Nativitatis Christi*, *Festo Luminum & in magna Paraſceve.* Πολυχρόνιον ποιοῦσιν κτλ. *Ad multos annos conservâ Deus invictum & ſanctum Imperium eorum. Dominum & Pontificem noſtrum cuſtodi Domine multos annos ſi Domine. Tot in meridiani dictum eſt tic*, Εἰς τὸ μεσημβρινὸν, *ad multos annos Vita*, Ζωὴ, *Pax*, εἰρήνη. *Prosperi agre & vincere ſac inimicos invictorum & ſanctorum noſtrorum Imperatorum*, *ad multos annos Vita*, *Salutes & Salus*, *ſanctiſſimi noſtri Domini Universalis Patriarche &c.* Eodem ſpectat *Inſcr.* illa in nummo aureo Constantini Copronymi, C. LEON PAMVL Φ, id est, ut interpretatur du Freine, *Constantinus Leoni Perpetuo Augusto multos annos.* Ritûs origo à Votis publicis, nuncupati, ſuscipi & ſolvi ſolitis, profalute Principis, jam à tempore Augusti, ut Imperatorii nummi non pauci præstirum. Quæ cùm primitus quinquennalia seu decennalia tantùm essent, h. e. singulis quinquennibus seu decennibus repetererentur: procedente tempore ſuum eſt, ut nonſelicia duntaxat, sed & multa vovterentur decennalia, ut in Constantini M. nummo, in quo deſcriptum legitur, VOTIS MVLTIS X. & in alio, VOTIS V MVLTIS X. rursum in alio, X. MVLT. XX. Unde erebræ ejusmodi ſuaveæ formulæ ac inſcriptiones, in ſubſequentium Imp. nummis, cùm populi vota ſua ad ſolam Quinquennium aut Decennium felicitatem coërcere recuſantes, ſi non pro æternitate, saltem pro vitæ & Imperii diuturnitate, vota ſua nuncuparent. Nazarius, *Verùm quid agimus vicenis aut tam tricenis annis circumſcribendo*, *qua jam aeterna ſentimus. Amplitera ſunt merita Principum*, *quam optata Votorum*, *quinimò in immenſum felicis cursus Imperii*, *nec humanorum terminos cavent*, *qui ſemper divina medantur.* Et Corippus *de Laudibus Juſtini lib. 4.*

Hinc veſter primus ſolicitet excipit annus,
VOTA que PLURA *tuis celebret Nova Roma triumphis.*

Cujusmodi adprecationes cùm poſtmodum deſinſſent aſcribi nummis, poſt Theodoſii familiam extinctam: tametſi in Majoriani numiſmate legatur, VOTIS MULTIS, & in alio argenteo Juſtiniani, VOT MULTHTI; ut in nummis Baldacie Italiæ Regis, FLOREAS vel FLOREAS: Πολυχρόνιον illud acclamari cerpiſſe videtur, quod tamen non ruperum eſſe ex Copronymi laudato nummo apparet &c. V. hanc in rem plura apud præfatum Carol. du Freine *Dissertatione de Numiſmatibus Imperatis aevi num. 40. & ſeqq.* necnon *ad Alexiadem pag. 251.* ut & hic paſſim, ubi de *Acclamandi ritu*, *Votis*, *Votivis nummis* &c. Addam ſaltem, ad Domeſticum pertinuiſſe, acclamatione hac ad Imp. defungi,

ut & ad Patriarcham, notari Macro in *Hierolexico*. Cl. verò Suicerus ſic de illa, *Πολυχρόνιον eſt imprecatio vitæ diuturnæ, quæ ſubinde Inſcriptori CP. — Ita autem dicebatur à prima vice formulæ, quæ erat, Πολυχρόνιον κοιμᾶσθαι ὁ Θεὸς τὸν ἄγιον Βασιλέα &c. εἰς πολλὰ ἔτη. — Sed hæc in Liturgia duntaxat & ſalutatione aliqua ſolenni —— as in proceſſibus & acclamationibus ſimpliciter dicebant, Πολλὰ ἔτη, in Theſauro Eccl. voce Πολυχρόνιον.* Latius poſtmodum illam exeniam eſſe, diſcimus ex Odone de Diogilo *lib. 3. Polychronia eorum ſaluſpiā, ſed vilipendis: ſic enim vocantur reverentiæ, quas non ſolum Regibus, ſed etiam quibuslibet ſuis magnificis exhibent, capitis & corporis ſubmiſſibus inclinatnes, vel flexibus in terram genibus vel etiam ſe toto corpore proſternendo &c. Πολυχρόνιον τῷ Βασιλεῖ* vel τῷ Πατριάρχῳ, ſic illis acclamare, Græci dicere, ex *MS. cit.*

Polydeucus, ſtatuarius, adde: Toreuticen à Phidia inventam, confummaſſe, dicitur Plinio, qua de re V. hic ubi de *Calatura*, ut & in voce *Toreutice*.

Polycrates, Sami tyrannus, adde: Hanc hiſtoriam de gemma *Polycratis*, ita referunt Cicero, Strabo & Valerius Maximus, ut gemmæ quod fuerit genus, divinandum nobis relinquant. Sed diſcrte Plinius *lib. 37. cap. 1. Sardonychem eam gemmam fuiſſe confirmat: oſtendunt, Romæ, ſi credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Auguſtus dono inclinſum & nonniſimum prope locum tot prælatis obtinentem.* Et Solinus *cap. 33. de Arabia, Ex iſtius literis ſimo, Polycrati Regi auriſſa ſardonyx gemma, prima in orbe noſtro luxuriæ exercuit ſpecim.* Ubi quidam legunt Herodotum. Libro verò de cæ te ab ipſo Polycrate ſcriptum conſulueat. Smaragdum teſtifice refert, operæ pretium eſt ipſum afferre locum, quamvis nuspiam prolixiorem, ex libro eius 3. *Erat ei gemma ſignatoria ſmaragdus, quam geſtabat auro inclauſam, opus Theodori Samii Telecle geniti. Hanc ubi abſcidendam ſtatuit, ita adhibere illuſit. Quinquaginta remorum navem conſcindit: eam dehinc vivos, quibus illam inſtruebat, in pelagus edūcere juſſit. Et poſquam ab inſula procul abeſſet, detractum ſibi ſigillum, iis, qui una navigabant, oſtendit, ſtantibus, abjecit in pelagus; hoc acto navigavit. Reverſo demum, cum ex adtura aſſurgeret, quimo ſexove, quām hæc acta ſunt, die, hoc ei caſu advenit. Piſcator quidam captum à ſe piſcem, grandem ſane & pulcrum, putavit dignum, quo Polycratem donaret. Eum ad fores quum aſtuiſſet, dixit ſe in conſpectum Polycratis ire velle: à janitore permiſſus, donum Polycrati piſcem, Rex, inquit, hunc ego, quem capi, piſcem, tuſi operis mancipiis vitam vitere, tamen non judicavi ferendum eſſe, ut ab illis ſuum, ſed te unaſque potius tali dignum; eum itaq, oſſero tibi duvoque. Hīc verbis illi deſectatus, ita reſpondit: Tu vero probè, nec falſò ſolo, ſed etiam ruvine, apud me iniſſi gratiam, ad canamque te vocatum volo. Quæ magni faciens piſcator domum abiit. Piſcem Miniſtri reſindentes, offendunt in ejus alvo ſigillum Polycratis; quod ubi vidērunt ſummopere, ad Polycratem latabundi quām celerrimè perluterunt &c.* Illud 2 zetzes *chiliad. 7. Hiſtor. 131.*

Ὁ δὲ τὸν σφέτερον σφράγισμα ἐκεῖθεν ἐκομίσθη,
Ὅτι δὴ κατάπτωτον βαλλόμενον ἐφορᾷτο,
Ὅτι τεχνικὸν ἐν ἐφορᾶτο ὁ δακτύλιος ἀγαλμάδι,
Θαυμάζω ὁ Σάμιε, ὅμως τὸν τεχνίτην,
Ἐκεῖνος τὸν σφρᾶδα, ἤπερ τὸν ἐν μέσῳ τὴν πολλάγην.

Polycrates itaque vehementer perluſtus,
Quem habuit preciſſimum annulum è ſmaragdo,
Quem ingeniose ſignavit Anaximenes,
Theodori Samii filius Telecis
Conſpexit navigio, projecit in medium pelagi, &c.

Sed nec in eo verum dixit Solinus, quòd gemmam eam *Polycratis primam in Orbe Rom. luxuriæ exciatvifſe*, refert ex Plinio, *Proœm. lib. 34. & cap. 1. de auro & annulis.* De externis enim ibi, non de Romanis, loquitur Plinius: nec ex annulo illo vel gemma excitata in luxuriæ facem in Orbe Rom. dicit, imò nec in externis, ſed plurimam apud Græcos iam tum fuiſſe gemmarum auctoritatem circa *Polycratis* tempora. Et diſertim *l. 37. cap. 1.* tradit, victoriam Pontici M. Pompeji primùm ad margaritas gemmasque mores Urbis inclinaſſe. V. omnino *Proœmium* ſupra dictum, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum pag. 557.* Adhoc factum autem Polycratis alluſiſſe Nero videtur, qui, *ut conſulto Delphis Apolline ſupranaturalem ac certium annum cavendum ſibi anuvisit, quaſi eo demum obitueris, ac nihil cogitans de ætate Galbæ, tanta hominum modo ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularemque concepit felicitatem, ut omiſſis non-ſtragio proviſionibus redtus, non dubitaverit inter ſuos dicere, piſces eas ſibi relaturos eſſe*, teſte Suetonio in *Ne cap. 40.* Simili planè modo, Anoiphum, Lotharingiæ Principem annulum, quem in Moſellam flue, abjecerat, in piſcis ventre aliquando poſt recuperaſſe, hinc que de impetrata à Deo peccatorum venia bene ominatum eſſe, auctor eſt Petrus Damianus *Epiſt. 5. cap. 10. Bibl. Patr. Tom. III.* Nec multum abludit hiſtoria de Florentio, tartore Hipponenſi, hominereligioſo & pauperc, qui piſcem grandem in litore palpitantem apprehendi teſtimque trecentis ſolidis vendidit: in cujus iſidem ventre annulum aureum coquus invenit, ut Iuribus narrat Auguſtinus de Civ. Dei *lib. 22. cap. 8. & c.* Uti autem *Polycrati* annulus, ſupra omnem ſpem redditus, nuntius fuit ſummæ calamitatis imminentis: ita Eduardo III. Angl. R. annulum, quem pauperi olim ex elemoſynæ loco obtulerat, redditum, mortiſsimo ſenectæ feciſſe refert Joh. Kirchmannus *de annulis cap. 21.* quem vide omnino.

Polydori Tumulus, adde: Virgilius hinc *lib. 3.*

Æneadæque meo nomen de nomine fingo.

Ubi Servius: *modò Æneum melligit &c.* Sed uthem is *Æneum*, *Æneas*, cum urbe *Ænea*: à quo *Æneadæ*, confundit. Illa ante Æneam diu condita, contra Cherſoneſum Thraciam, in Meliae ſinu, ad oſtia Hebri fluminis, ſita fuit; ipſa in Cherſoneſo, cui nomen Paſſene, ab Ænea condita eſt. Et quidem illa in propinquo habebat *Polydori* tumulum, à Polymneſtore, qui eam Cherſoneſum obtinebat, occiſi: uti ex Euripide docet Salmaſius *ad Solinum pag. 163. & 164.* V. quoque ſtrabonem, ubi de his urbibus.

Polyeleos, Græcè Πολυέλεος, recitatum in Eccleſia Græca, cum alia ſint ſolennitates, quàm Chriſti & B. Virgini dicta, eſſque Pſalmus 135. cujus initium, *Αἰνεῖτε τὸν κύριον κύριον.* Sic autem dictus eſt, quòd eodem tempore canitur Pſalmus 136 in cujus ſingulis verſibus repetuntur verba, *ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.* In omni Paraſceve Polyeleum cant, habes in *Typico* Sabæ V. Meurſium *Gloſſar.*

Polygamia, apud Hebræos olim n ulto in uſu. Quamvis enim non deleatur, qui ex ipſa lege etiam binas uxores Iſraelitam ſimul retinere poſſe, fas non putarint: unde R. Ibbi Ammi, *Gemar. Babyl. ad ib. Jabimeth cap. 61 fol. 65. Quicquid uxori ſuperinduxerit, oportet eum priorem divortio eiicere cum dote.* Alii item ex illa de binis fororibus deducunt probare vellent: pro Hæreticis tamen hi habiti iunt à reliquis, qui con munitter ſtatuerunt, cor unicuique licere uxores ducere, quod collibitum eſſet. Hinc illud, de univerſis, præter Regem & Pontificem, inter coeteceptum, *Ducere cuiq, ſex quotcunque pro libitu uxores, modò habeat unde alantur*, Alpheſius *part. 2. fol.* Ita Maimonides *Hal. ſiſuth cap. 14. Licet homini ducere quot voluerit uxores; etiam centum: ſiquis ſit ſimul, ſive alteram poſt alteram. Neque impedire poteſt eum uxor ejus* (quam autem habuerit) *modò ſolitos ei ſuppetat, quo ſingulis victum, veſtitum ac debitum conjugale præſtet.* Ne tamen deciſſet certus numerus ſi nique, quo præcipitio quamplurimas, quæ numerolam uxorum caterarum ſequerentur, ſi commodis domeſticis, viri degerent immunes, ideo ita monebant Sapientes, quaternarium numerum à nemine, præter Regem, ne quidem unum ratione ducendi impediri. va debiti coniugalis præſtatione petitā. Ibi tamen iterum variat Magiſtri exci pciones habent, quas v apud S. Henium *Uxor. Hebraic. l. 1. 9.* Dutavitque hic *Polygamiæ* uſus in ea gente, absque ullis five interdictis five temperamentis, à Principibus Chriſtianis adjectis, usque ad tempora Theodoſii, Arcadii & Honorii A. A. A quo um ſcripto, ad Inſtitutum Orientis Comitem dato, *l. 7. C. de Judæis & Cælicolis*, lanciu m eſt, ne deinceps (annus erat Chriſti 393.) quis *Judæorum morem ſequens in conjunctionibus vetitarum, nec ſecundum legem nuptias fortiretur, ne in tempore quidem, quo tempore contrahit.* V. Dionyſ. ibi Gothofredum. Unde illud in Synodo *Βασιλικῶν, lib. 1. tit. 2. Ἰουδαῖοι, Καθὼς τὸν νόμον Ἰουδαίων γαμοῦσι καὶ γαμοῦνται, ἔστω τοῦτο κοινὸν τοῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος χρόνου συνιοῦσι, ἢ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος συναφθησομένοις.* Cette vicennio civitate ante Valentinianum Aug. (ſi Socrati fides) legem tulerat, *ὅτι ἐξέστω τοῖς Βαρβάροις δύο ταῖς ἐκγόναις γαμεῖσθαι, Ut cuilibet pro libitu fas eſſet duas habere uxores.* Ipſe tempe Juſtinian ſeverè ſuperinduxerat: quod ne contra legem fieret videretur, eam ita novavi ſy lum, tum Chriſtianiori de nuptiis ſcita, tum mores Majorum nimium impugnans. Ita ſe. Socrates qui ſub annum poſt Valentinianum hunc 60. ſcripſit. Quin & legem hanc de binis ſimul uxoribus, *τοῖς εἰθισμένοις*, inquit, *καὶ δύο γάμοις, ſingulis in civitatibus promulgavit.* Sic, quod ramen, velut fabulam, pluribus refellit Baronius *Annal. Tom. 4. ann. 370. §. 12.* Hodie verò, apud Europæos Judæos, veluti, quin Italia ac Germania degunt, inſecundæ uxori alia, prolis gratiā, idque non ſine Pontificis Rom. indultu, interdum ſuperinducitur. ut patet ex R. Leonis Mutinenſis, Venetiis Ar hiſynagogæ, de ritibus Hebræorum libello, ſeu *Hiſtoria de gli Riti Hebraici.* Neque verò ſolum apud Hebræos, ſed & alibi in Oriente olim hodieque apud variæ gentes, eadem conſuetudo viget. In Occidente non item: Nam ne quidibi as eodem tempore uxores haberet, Cecropem Athenienſium R. memoriæ prodidum eſt conſtitutiſſe, Vide ſis P. Fabrum *Semeſtr. 2. cap.* Et raræ fatis binæ ſimul in Occidente nuptiæ fuit, licet poſt Cecropem plerphiſma occurrat, *ὅτι ὁ κοινὸς νόμος, communis & ſolennis, γυναῖκα μὴ πλείονας ἔχειν ἀνδρί*, ἢ δὲ ἐναντίον, *Ne binæ, Ne homines deficerent atque ita mutilaudo crescerent, numquam ſirem & legitimam ducendam, liberos verò ejusmodi alia ſuſcipiendos.* Sed rara quidem apud Græcos aut Romanos plurium ſimul ſeu legitimarum fu iſtarum uxorum exempla. Apud Barbaros tamen ſeu gentes alias frequenter *Polygamia* reperta. Tacitus de Germanis, *Severiſſimi matrimonia: nec ullam morum partem magis laudaveris.* Nam *prope ſoli Barbarorum ſingulis uxoribus contenta ſunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed de nobilitatem, pluribus nuptiis ambiuntur.* V. præſtitum Sidonium *de Jure Nat. & Gent. juxta ipſ. Ebræor. l. 5. c. 6.* Inprimis verò inter Mahammedanos Orientales & Afric. pluralitas uxorum etiamnum

juris

juris locum obtinet, ubi tamen & numerum quaternarium, de quo suprà, observant Eruditi. Mahumedes in Alcorano Ἀσσυρᾶ 4. in Lat. *Accipiatis pro libitu uxores sive binas, sive ternas, sive quaternas. Quod si timueritis, ne possitis aquo jure agere, etiam & unicam, aut ex eis, in quas vestrarum dextrarum possitas eli (ex ancillis) sive institutum mihi est, ut numinquè æquis. Ubi convalescunt seu potius consuetudinum auxiliarum permixtis, utpote quibus cum ex jure nuptiæ iniri nequeunt.* At vero Mahumedi ipsi uxores, ut ajunt alii, facere undecim; ut alii, quatuordecim: quod mirum non est, cùm non solùm quotcunque vellet ipse, sed & quales cunque etiam concubinas, libi inter privilegia seu jura libi singularia haberet (si ipsi fides) indultas, *Accard Arab.* 33. &c. V. in hanc rem plura apud præladuatum Seldenum *Uxor. Ebraïc. passim* ibique. Addo Ol. Suiceram in hac voce, ubi, τετρα-γαμίαν apud Scriptores Eccl. non raro πολυγαμίαν quoque nominè venire, interalia, observat.

Polygraphia, sive Artificium linguarum, quo cùm omnibus totius Mundi Populis & linguis unusquisque licèt non aliâ, quàm maternâ lingua instructus, correspondere posse demonstratur, cum multis aliis ad Steganographiam T ithemianam pertinentibus arcanis; nomen est libri, Auctore Athanasio Kirchero, Romæ editi A. C. 1663.

Polyhistor, nomen amendatæ ac à se recognitæ editioni operis sui à Solino impositum, cùm priùs *Collectanea rerum memorabilium* titulus fuerit, quem obliterari cum aliis, quæ improbavit, in secundis curis, placuisse dicit Auctor. Scriptores tamen ex Vett. qui Solini testimonio utuntur, sæpius eum ex *Collectaneis* citant, raro ex *Polyhistore*: Prisicianus fere semper in *Memorabilibus*, semel tantùm in *Collectaneis* vel *Polyhistore*. Diuglas Grammaticus, cujus excerpta ex Solino & Plinio in membranis existant, Solinum in *Collectaneis* semper laudat: Variantque libri vett. Solini, in quorum aliquo sic legitur: SOLINI COLLECTANEA, vel POLYHISTOR vel MEMORABILIA. Sed dubium non est, quin Inscriptio, quam Exemplaria, ex recentata & recognita editione, ita fermè concipiunt, C. JULII SOLINI POLYHISTOR AB IPSO EDITUS ET RECOGNITUS, ab ipso Auctore operi suerit præfixa: cùm priorem editionem, priusquam summam manum accepisset, interceptam & prodiam vetustis, quàm ab se editam, intelligi voluerit. Præter Solinum v. qui titulum similem operi suo indiderit, nemo occurrit: multos *Polyhistores* cognominatos fuisse, constat, quorum aliquot memoravimus, in hac voce. Adde, *C. Julium Hyginum Polyhistorem*, uti in *Epic. Chronic.* vocatur. Et autem liber Πολυϊσ-ρ, idem quod Πανδ-ων Salmasius *ad Solinum pag.* 4.

Polymathia, Vossio visum ad Philosophiam parat. Cùmenim tria faciat disciplinarum genera, primum earum esse dicit, quæ pertinent ad *Theologiam*: Alterum, quæ pars fuit Philosophiæ, Reductionem Regine: Tertium, hujus comitum ac instrumentorum; cujusmodi utraque Eloquentia est. Et primum quidem, quod Græcis Προπαιδεία vel περιαιδεία nomine non fetur, qua late admodum patet, etiam Πολυμαθείας vel Πολυπαθείνης, Latinis *Variæ erudimenta*, nomen obtinet: Præterea Ἐγκυκλοπαιδεία nuncupatur: Artesque ipsæ, Ἐγκύκλιαι vel Ἕλευθέριοι, sicut Latinis *Artes liberales* dicuntur, quas ante Philosophiam, sicut *ad ad magnum mysterium ita minus ante majora mysteria* nimirum tradi oportere, docet Pythagoras apud Stobæum *Serm.* 4. Unde *Polymathiam* seu Encyclopædiam, *prooemium & velitibulum Sapientiæ*, Philo vocat Judæus eamque *famulam* appellans cum Agar confert, Sarræ ancillâ, *lib. ἀδὲ ἐσ-ν ἀσκησις ἀρετῆς ἢ σοφία.* Nec obitat Heraclitiillud, Πολυμαθία νόον ἔ διδάσκει, *Variarum eruditio mentem non docet*: Item, quod Cynici ethusiasmi Artes rejecerint, apud Laërtium *in Heraclito, & extremo, lib.* 6. Stoici quoque & Epicuri: ipsique Senecam secutus est Sextius Senior.

θεσιον exponit, &c. Imò & *plumarè*, quod initio nihil aliud erat, quàm plures notas in modum plumæ factas vestibus cum pictura intexere aut acu addere, postea de quacunque variatio, ne similiter cœptum erit usurpari, *Plumarisque* tractu temporis vocati sunt *ὁι ποικιλται*, cujusmodi ille generis essent & quo cuique nomine vocare fcirent vestes ac pingere. V. Salmasium *ad Flav. Vopiscum in Carino*, & supra passim.

Polymnia Lychni, V. supra, voce *Lychnus* &c. item in *Polycarcalium*.

Polyphagus, V. supra in voce *Phago*.

Polypticа seu *Polyptycha*, melius *Polyptycha*, libri multorum foliorum, Gr. πολυπτυχα. Cùm enim charta & chartaceæ libri olim in unum volumen contrahuntur, libri contra ex membrana, ex multiplicibus tabellis & foliis conflue bantur, haud secus ac nostri hodie libri, folent, qui ex multis constant foliis, aliis super alia structis & inter se compactis. Martialis, *Atomerus in memoranis*:

Ilias & Priami regnis inimicus Ulysses,
Multiplici pariter condita pelle latent.

Item,

Virgilius in membranâ:
Quàm brevis in modicum copit membrana Maronem,
Ipsius vultus prima tabella gerit.

Prima tabella, *ὁ πρωτος τυπος*, *primum folium*. Hinc Isidorus folia librorum dicta esse scribit, *quòd ex follibus fierent*, *id est*, *ex pellibus*, *quæ de uctis animalibus detrahi solent*. Sic & pugillares componi solebant, ex pluribus tabellis: unde *διπτυχα*, quæ ex duplici conflabant; Latini etiam *duplices* dixere: & *triplices*, *quæ* ex tribus: *quinuplices*, quæ ex quinque, *sic* πενταπτυχα, quæ ex pluribus. Martialis de pugillaribus citreis:

Scilia nitidis tenues effemus ligna tabellis,
Effemus Libyci nobile dentis opus.

Pugillares igitur illi citrei ex multis fectilibus tabellis, h. e. foliis ligneis feu *πτυχαις* compacti erant, eadem plane formâ, quâ & pugillares deletitii noftri, quibus hodie utimur: nec alia forma eft noftrorum hodie librorum de charta, qui omnes πολυπτυχα hinc dici poffunt &c. V. Salmafium *ad Vopiscum in Firmo*. In specie verò *Polyptycha* dici coeperunt libri commentarii, in quos redigebantur feu regerebantur Acta publica atque adeo domeftica quævis: maxime verò ita dictis libri Cenfuales, in quibus defcripti quotquot cenfitales ac tributarii erant, plaque foluti ratio exarabatur, in 2. *Cod. Theod. de Difcuffor. l.* 13. *Cod. de Indulgent. debitor.* apud *Cuiacium* 5. *Epift.* 14. & 39. ut & in *LL. Vifigoth. lib.* 12. *tit.* 2. §. 13. Hinc apud Marcellum *Formul. l.* 1. *cap.* 19. *Præcipientes ergo jubemus ut fi memoratus ille de capite fuo bene ingenuus effe videatur & in* Polyptycho *cenfitus non eft*, *fcientium habeat comitum capitis fui teftimonia &c.* Id eft, fi in hujusmodi libris feu publici libri tanquam debitor notatus talis non fuerit, fimiliter apud Gregorium *Regift. l.* 7. *cap.* 40. *notitia ejusdem donationis non erat de Polyptycis charaxata*: vox volumen inftrumentorum publicorum denotat. Eadem notione *Polyptico* fumunt *Gloffæ* vett. *ad Cod. Theodof. &c.* Etiam libri Commentarii privati ita dicebantur, in quos vel Ecclefiarum, vel privatorum bona regerebantur, Chartæque ipfæ donationum, emptionum & fimiles defcribebantur, Johan. Diaconus in *vita* Gregorii M. *cap.* 24. *lib.* 1. *Quotiescunque patrimonium præcipuumque rediens ex Gallofano* Polyptycho — *adaravit*. Fulcuinus de Geftis Abbat. Lobienfium: *Reditus villarum noftrarum defcribere juffit*, *quod* Polyptychum *vocant*, &c. Corrupte pro *Polyptycum* accurit interdum *Polegium*, *Poleticum*, ut apud Baldricum *Chron. Camarac. Polepticum*, V. fupra in hac voce: *Politicum* &c. Unde *Poullie* apud Gallos, pro regefto & catalogo Ecclefiarum feu Beneficiorum cujuscunque Epifcopatus, cum nihil aliud fit, quàm *Polyptycum* Ecclefiaftícum, in quo bona Ecclefiaftica eorumque Chartæ continentur: *Paulicium*, apud Marcellum *loco* & *Paleinum* A' qua voce Salmafius *ad Spartianum in Hadriano*, *tres Poulles* Gallorum deducit, epiftolas fc. amatorias his fic dictas, quòd & diptychis & polypticis olim amafias folicitatas legamus. Sed hanc vocem ab Italia manaffe, ubi epiftolas suas ad amafias pullorum gallinorum alvo mittebant interdum inclufas amatores, quò fic parentes cuftodesque fallerent, affirmat Car. du Frefne in *Gloffar*. V. quoque Macros Fratres in *Hierolexico*, & hic paffim.

Popysis, pifcis, an amphibium magis? de quo fic Plin. *lib.* 9. *cap.* 29 *Polyporum multa genera: terreni majores*, *quam pelagiorum brachiis*, *ut pedibus ac manibus utuntur*: *cauda verò*, *quæ bifulca & acuta eft*, *in volvo. Eli polypis fiftula in dorfo qua transmittunt naree. eaque modo in dextram*, *modò in finiftram*, *transferunt. Natant obliqui in capus*, *quod præcurrum eft*, *fuffulantes vivenibus. Cætera pene brachia veluti acetabulis diffidis*, *hauftu quodam adhærescunt*, *tenent fopiti*, *ni avelli non queunt.* — *Sed mollium in fectum exeunt* — *Colorem mutat ad fimilitudinem loci & navitæ in metu &c.* Ubi inter mollia reponit, fquamis enim & cute caret, interim circi illi dati, quibus quantum valeat, docet idem *cap. feq. Nullum eft atrocius animal*, *ad conficiendum hominem in aqua*, inquiens: *tuellari enim complexu & forbere acetabulis*, *ac numerosfuctu detrahere*, *cùm in naufragos mirantemque impetum capit.* V. quoque Ælianum *de Animal. lib.* 8. *cap.* 11. Accidit magnitudo, quæ tanta nonnunquam, ut cetis adæquari poffit, V. Plin. *ibid.* Solertia item ingens, de qua idem nonnulla, ut & Voffius *de Idol. lib.* 4. *cap.* 14. qui tamen cum fquatina coloris immutationem communem cum habere *cap.* 5. & ultra biennium non vivere, *cap.* 3. docet. Caro difficilis concoctu, teftis præftant. In Thuio & Caria optimi habebantur, Athen. *lib.* 7. Coreyra etiam multos & magnos alebat, *Ibid.* ubi & ex hoc pifce immodicè comefto in morbum lethalem incidiffe *ὑλοφάγον* illum Philoxenum, narrat: quemadmodum crudo guftato obiiffe Diogenem Laërtius refert. A' capite inprimis, qui ex fomniis divinabant, abftinuiffe Plut. ait *Sympofiac. lib.* 8. *quæft.* 10. ut quod turbida ea faciat &c. Plurà apud Voffium *d. l. paffim*, Auctorem *Sinæ & Eur. c.* 41. Alios. Hinc *Polypi*, homines rapaces. Plautus *Aulular.*

Ego iftos novi polypos, *qui alto quod attigerint*, *tenent &c.*

Polypus, tunica interior, apud Torrigium *de Cryptis Vaticanis*, an idem veftis genus cum *ἀσπαρτος* & *hypocamo*, an potius cum *podere*? Macri Fratres *Hierolexico*.

Polyfiaurium, Græcè πολυσταυριον, veftis eft Patriarchalis à *multis* intertexta *crucibus* fic appellata: quam in Eccleffiis fuis geftandi privilegium etiam Cæfareæ Cappad. Epheti, Theffalonicæ & Corinthi Ecclefiis conceffum elle, habet Zonaras *ad can.* 17. Concilii Chalcedon. Dicitur quoque *σταυρακιον*. V. Meurfium, Gloffar. & hic ctiam, in vocibus *Cafula*, *Gammadium* & *Staurarium*.

Polytheia, ex Oriente in reliquas Orbis partes transfit. V. fupra voce *Dii*, item *Idolatria* &c.

Polyxo, adde: Nutrix illa Hyppfipyles fuit, cujus parentes ignoti: De illa fic Apollonius *Argonautic. lib.* 2.

Tunc etiam vates Phœbo dilectus, Polyxo,
Non patrium, *nec certa genus* — —
Sæpe imis fe conjiciebat in cava flata, *patrium*
Surgit, *ut audiias referas in gurgite voces &c.*

Alia hoc nomine, mater Actionis, memoratur Callimacho *in Cereris Hymno*. Cæfp. Barthius *ad Statium d. l.*

Poma, in genere dicuntur omnes fructus, qui ex arbore fui apti proveniunt, five molles fint, five duri: *Pomorumque* appellationeuces & ficus & uvæ duracinæ & purpureæ, & quæ cuique generis funt; quæ enim vini cauæ habemus, continentur, 4. 205. *ff. de verb. fign.* Palladius in *Epigr.* de Nuce

Arbuteæ frondes vaftæ nucis occupat umbra,
Pomaq; fub duplici cortice tuta fovent.

Idem de Ficubus,

Se quoq; miratur pingui grandescere fucco,
Et fuilum gaudent vincere poma modum &c.

Hinc Erafmus *c. Fallax Elog. lib.* 4. *cap.* 28. *Fides*, *nuces etiam poma dici.* Nam & Martialis in *Apoph.* 93. nuces pomas *poma Cybeles* vocat. Indidem Macrobius *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 6. Cafcelli JC. urbanum hoc refert: *Lapidarius à populo Vatinius*, *cùm gladiatorum munus ederet*, *obtinuerat*, *ut Ædiles ederentem*, *ne quis in harenam nifi pomum miffile vellet. Ferè in diebus Cofsulibus conful tus a quodam*, *an nux pinea pomum effet*, *refpondit*: *Si in Vatinium miferas*, *pomum eft.* Ficum tamen, tanquam non pomum, à pomis fecerni, apud idoneos Auctores, idem teftis eft *lib.* 3. *cap.* 20. annotante Ertilonio. Sed & Macrobius ac Servius poma & nuces diftinguunt, & poma venerunt, quæ molli tunitur cortice, *nuces*, quæ duriore. In fpecie verò *Pomæ* eadem cum *Malis*: quorum fpecies quædam à mellis fapore, *Melimela*: alia *Mattiana*, quæ fe demiratum Romæ narrat Athenæus, & à Mattio inventore denominata putat Plinius. Sunt & *Appiana*, *Claudiana*, *Geffiana*, *Manliana*, *Quiriana*, ab auctoribus & hæris dicta; à patria item *Camerina*, *Græcula*, *Perfica*, *Sirafina*; à colore *Melapia*, *Rofea*; à figura, *Epiriotica*, five *Orbiculata*; abeffigie mammarum, *Orbomattica* &c. Quædam & genera, *alia fapore*, *alia magnitudine*, *alia nonfitu exquifita*, *pauperibus inerudita*, refert Plinius lib. 19. *cap.* 4. Et quidem, *Pomiferæ arbores*, aliæque *mitioribus fuccis*, *vulgatiorem primæ ubi cæleftis alimoniæ delitiarum*, *miferere dolcurum*, Idem *Fronem*, *lib.* 16. Unde & Reges φιλοπομους, i. *pomorum amatores*, fuiffe legimus, Philippum Macedonem & Alexandrum M. & de Alexandro Imp. fcripfit Lampridius, *pomis* impenfe fuiffe deditum, ita ut fecundæ menfæ fæpe exponerentur. Unde jocus, *Non fecundum*, *nempe Alexandrum habere*, *fed fecundum*. Sed & amoris fignum *poma*, apud Virgilium:

Malone Galatea petit lasiva puella,
Et fugit ad falices & fe cupit ante videri.

Hinc Veneris ftatua, apud Sicyonios, altera manu pomum, altera papaver, numerofam fc. fobolem ex amore geftans, videbatur. At illud funeftum, quod *pomi* intempeftivo ejn Adamus fcipium & poſteritatetem univerſam involvit, quod ficus indica videtur fuiffe multis, quo de fructu arboreque pluribus agit Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap.* 56. Porrò è *pomis* vinum confici, notum, quod *Pomata*, item *Pomacium*, recentioris ævi Scriptoribus, Vaſconibus *Pomada*, Gallis *Cidre* dici, notat Car. du Frefne *Gloffar.* Acidi nempe faporis & fucci vinoſi *pomi*, quæ & *uvida* hinc dicta, à quibus proin vett. quosdam Chriſtianos in ſtatio-

flationibus jejuniorum, abstinuisse, *ne quid vinositatis vel ederent*, ait Tertull. *Psych.* V. Calaubonium ad *Augustum Suetonii cap.* 77. Plautre & in coronas, ut infrà videbimus. Etiam ex ita cafellia conpositæ Gallicenum Imp. refert Treb. Pollio in *Vita* e jus, additque, *Et ut viridex & pomx ex arboribus recentia semper ultimis mensibus præbibile &c.* V. plura hanc in rem, apud Plinium passim, inprimis *lib.* 15. *cap.* 4, & 28. Auctorem Anonymum suprà cit. I. Altos. Addam hoc unum, *ad primitias pomorum, hæc verba esse dixisse Veti. alba nova opiasse*, ex eodem *lib.* 28. *cap.* 3. Ut & de *pomis Alcinoi*, Virgilio memoratis *Georgic. lib.* 2. μῆλα fuisse, ex arbore *malus*, uti ex Homerico hoc verbo,

Ὄρχατος ἐν τῷ ἔνθα μάλοι δ' ἐπὶ μῆλον ἔασιν.

docet Salmasius *ad Solinum pag.* 598. qui & *Pomæ paradisi*, dici hodie pomæ quædam prædicta, an ab excellenti odore, an quòd ex longinquis & incognitis locis veniant, habet *ibidem pag.* 1054. &c.

Pomale, à *pomi* similitudine, Gallis est enfis capulus, seu claufula; ita enim & Græci modò μῆλον, modò κεπιλλάδα vocant, dicuntque κεπιλλᾶσθαι τὸ ξίφος &c. de ense, cui capulus additur. Ve-tus Interpres Nicandri in *Alexipharmacis*, ad illud,

—— *ἐπὶ δὲ ξίφεος ἐν κεπιτέτρο ἄορτο.*

Μύωνε, inquit *κυρίως ὁ μῦς τοῦ ξίφους, ὁ κεπιλλάδες τὸ ὄνομ. Eustathius* propriè extremitas ensis est, operculum claudens. *Μύωνε* enim itidem Græci vocant enfis capulum, quòd *fungi* formam referat. Hinc *daufula* pro ansa, apud Appulejum de ftrigili in *Florid.* &c. Erant autem hæ *Pomalia*, Gallis *Pommeaux*, apud Vett. tenujoribus e cornu: unde apud Eurip. *Ἐλικοῖσι μελανόχροις* gladium Scholiastes interpretatur, habentem *μέλανας κεφαλὰς κερατίνας, nigrum pomum cornuum*; Basilius in *Grammat. Κεφαλαὶ ξιφῶν, ἃ καὶ νέφρες & ὄχθη τὸν κόπτε, κτὶ τὸ λαβεῖν.* Honestioribus ex ebore: quod & appellatione τὸ cornu potest intelligi, ex Oppiani quidem sententia. Virgilius,

—— *Aut enses collo suspendit eburnum.*

At Plinius sua ætate scribit, militibus lasti ditos etiam eburneos capulos & argento cælatos habuisse. Sed & ex auro & gemmis capulos legat, Calaubonius ad *Spartianum Hadr.* Spatham autem eburneo capulo claufam Græci *ἐλεφαντόκωπον* & *ἐπακτὸν*, item *διὰ ἐλέφαντος* vocant: quà tamen voce etiam intigniebantur, quæ capulum eboreis clavis fixum habrent. Apud Eurip. *in Palame de κόπτε χρυσοκόλλητον* habemus, *capulum auro vinctum*; quo modo & Virgilius dixit *Æn.* 4.

—— *Aut illi stellatus jaspide fulva*

Ensis erat, &c.

Capuli itaque enfium auro, argento, ebore, ære vinctireperiuntur, apud Gallos, & claufis aureis, æreis confixi, vel etiam auratæ & argentatæ: item aurei & gemmei; at Hadrianus Cæsar, gregarii planè militis incedens habitu, *capulo vix eburneo spatham claufit*, id est, claufam gestavit; genere loquendi non ineleganti, nec invenusto: cui planè par & fimile illud apud Jul. Capitolinum *in Maximinis*: *Usus est argentea lorica — fecit & spathas argenteas &c.* id est, factis usus est. Salmasius *ad Spartianum l. c.* Enfis fui *pomali* seu capulo literas obsignatile Carolum M. apud Historicos legimus, &c.

Pomari, memorantur Æl. Lampridio in *Heliogabalo*, *Dulciarios & Lactiarios tales habuit, ut quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores vel Pomarii, illi modo de dulciis modo de lactiariis exhiberent.*

Pomellati Equi, *Pommelés*, Gallis dicuntur, qui Latinis olim *fenulati*, à fenulis seu virgis, quibus distincti sunt. Ifidorus, *Senulatus rotatus, propter orbes, quos habet.* Sic *Varro de re rust. lib.* 2. *cap.* 7. *Sint humiliores, qui sparsiam albo pelleni habent; cujusmodi hinnulorum maculis similes esse etiam dicit camelopardalium maculas, quas similiter appellat *pardalis*, *lib.* 16. Sed hæ macula oblongæ ac segmentis similes: potius hæc quadrent maculæ orbiculares & occelatæ pardi, quæ & *oculi* Plinio dicuntur, Solino *orbiculi & oculati circuli*, Ὀφθαλμοὶ quoque vocat mellitifimus Oppianus *Kυνηγ. lib.* 3. & ἐφθαλμώδης *lib.* 1. quo nomine invellibus dicit rotundas notas five clavos aci textos suprà diximus. Idem *ἀνωφθαλμὸν* vocat, quòd fructuum, qui autumno proveniunt, *pomorum* inprimis, orbicularem figuram referant, *Kυνηγ. lib.* 4. *de pardis*,

—— *Καὶ γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ ἰκτὶς τόσα*

Τόσσ' ἀνωφθαλμοὶ

Unde omnino Solinum *pomellatum*, quà voce indigitant, quidquid hujusce modi orbiculis pictum est & veluti pomolis variatum. Propriè verò *virgata & fenulata* Gallorum lagæ Vett. quæ pluribus virgis b. e. vittis transversim decussatim quadris erant distincta, unde multæ in medio quadratæ notæ relinquebantur, quales in retibus ac reticulatis operibus apparent. Salmasius *ad Vopiscum in Carino*. Interim fictæ de plumato feu plumario opere suprà diximus, ita, *virgatum & fenulatum*, quibus liber etiam maculis variatum profici dixere, &c.

Pomerium, quafi *post murum*, ut auctor est Varro, quia Vett. *murum murum* dixere: vel, ut Festus, quafi *promurium*, i. *proximum muro*, apud A. Gellium *l.* 13. *c.* 14. ex Augurum libris definitur, *locus intra & extra agrum effusum, per totius Urbis circuitum, pone muros re-*

gionibus certis determinatus, qui facias finem urbani auspicii &c. Clarius ex antiquo ritu condendorum ac circumscribendorum oppidorum dignoscitur: quem his verbis describit Varro, *de L. L. lib.* 4. *Oppida condebant in Latio, Etrusco ritu multa, in eis, imitia bubus, tauro & vacca inpariter arato circumagebant sulcum: hoc faciebant Religionis causa die auspicato, ut fossa & murus esset munita. Terram, unde ex eo effoderant, Fossam vocabant: & inversum sulcum Murum. Postea, quod effecit urbi, Urbis Principium, quod erat post murum, Pomerium dictum, ejus quæ ambitus auspicia Urbana finiuntur.* Cum quo consentit Plutarchus, unde in ritu conditam esse Romam, docens in *Romulo*, cùm ait: *Romulus, postquam Remum inmanis naturicis fuisse in Remonia sepelivit, condidit Urbem, ad quod sacrivit Etruscos, qui vetus in mysteriis, ut quidquid sacrificiorum erat, ceremoniis spiritualem & propriis appellationibus enarrantibus. Comitis fossa ubi rotunda circumducta: In eam primitivos ex dauiorum omnium, quæ de more, ut bonis, natura uebantur. Postremò, ex qua quisque veneretur regione, eius terræ portiunculam collatam concrecerunt & commiscuerant. Fossam hanc coni quo calum, nomine vocaverunt Mundum. Hinc Urbe, sicut circulo, centrum circumscripsere. Conditor arato vertem vomerem adjungit, punctisque bobus, mare & famina, ipse circum finamenta profundum inducit sulcum. Sequentium murus est, ex exitialis ab aratro glebas inprovertant, nec ullum sinant extra ferri. Ita mania finem definiunt; idque ejus effigiei literis pomerium dicitur, quasi pone mania. Ubi portam adsignare visum est, vomere exempto atque arato sublato, spatium relinquitur. Unde totum habent murum præter portas, sacrum.* Vocuque Dionysium *l.* 1. Livius, de Servio Tullo loquens, *l.* 1. indicat, *Pomerium* locum fuisse, tam intra, quam extra Urbis murum, quem Antiqui in condendis urbibus augurato consecrarint: neque in eo ullum ædificium passi fuerint. Inde fatum ut quotiescunque Roma ampliorfieret, *Pomerium* profectò esse diceretur. Jus autem ejus proferendi neminem habuisse, excepto eo, qui populum Rom. agro de hostibus capto auxisset, docet A. Gellius, V. Ioh. Rosinum *Antiqq. Rom. l.* 1. *cap.* 3. Antiquissimum urbis Romæ *Pomerium*, Palatini montis radicibus terminabatur, & proin Romulus solum Palatium *Pomerio* includit. Sic enim ille apud Livium, *Jupiter*, inquit, *tuis jussus avibus hic in Palatino prima Urbis fundamenta jeci.* Postea pro incrementis Reip. ulterius prolatum est, & fex editos colles complexum, Capitolinum, Quirinalem, Cœlium, Esquilinum, Viminalem, quique primò dicendus erat, Palatinum. Solus Aventinus diu extra *Pomerium* mansit, quem tamen Ancus Martius, cùm ab ea parte Urbem non satis munitam animadverteret, muris solisque communivit atque ædificiis ex æquavit. Quando vero & à quibus Regibus incrementum id factum sit, docent Antiquitatum Rom. Scriptores, Onuphrius inprimis Panvinius *Reip. Rom. Comm. l.* 1. & Donatus *in Roma Vet. & Nov. l.* 1. *cap.* 5. Servium Tullium Livius *l.* 1. tres colles, Viminalem, Quirinalem & Esquilias, Urbi addidisse refert: Sulla quoque *Pomerium* protulit, Auctore Tacito *Annal. l.* 12. juxta eam urbis partem, ut videtur Onuphrio, quæ est versus hortos Sallustianos, portamque Collinam & Viminalem: Julius dein narrante Dione Cassio *lib.* 43. fed silentibus Dionysio, Tacito & Suetonio, quorum primus Cæsarem & Sullam omittit, alter Sullæ & Augusti ac Claudii meminit; ultimus non tam Urbem auxisse, quàm augere voluisse Cæsarem, indicat. Claudium quod attinet, Aventinum is montem intra *Pomerii* fines recipiens, Urbem sic vere ἐπεκτάθη quo seu *superficiem* fecit: idq; post Britannium Romano Imperio adjectam. Extat de eo vetus Inscr. apud Gruterum, *Ti. Claudius Drusi. F. Caisar, Aug. Germanicus. Pont. Max. Trib. Pot. VIIII. Imp. XVI. Cos. IIII. Censor. P. P. auctis. Pupuli. Romani. finibus. Pomerium. amplia vit. terminavitque.* V. præter Auctores præstantes A. Gellium *l.* 13. *cap.* 14. ut & infrà ubi de *Ponto Polemoniaco.*

ex *Pomis* corona, Autumno olim texta. Horatius *Epod. Ode* 2.

Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis exuit,

Qui digitum intendit Silius Italic. *lib.* 14.

Temporaq; Autumnalitas florentia donis
Fudavit.

Etiam ipsi Institores Autumno vota solvebant, ifiisumodi coronâ rediviti. Propertius de Vertumno *l.* 4.

Institor hic solvit pomosâ vota coronâ:
Cum prius inverso stupitur mala tutilo.

Sed & Bacchio è *pomis* coronam tribuit Philetas, in hisce versibus,

Μᾶλα φέρω κλωνέων τῶ σὺ κόμας ἔνεφαν ἰόεσσαν
Δῶρα Διωνύσου δῶκε κὰι κρητῆρον.

Cujusmodi coronæ *effigies* five *encyclicæ* vocabantur, quòd non solùm formâ essent circulari, sed & in eas non nisi res orbiculares ac veluti ad volabilitatem rotundatæ, admitterentur. Quippe hinc tota corona fiebat firmior ac solidior & proinde volubilis, *versatilis* rotatilis. Appulejus *Metamorph. l.* 11. *Festivissimo nexu corona tuis floribus, rosisque contexta* pomis *adhærebat.* V. Car. Paschalum *Coronarum lib.* 1. *cap.* 13. *lib.* 4. *cap.* 1. & suprà, ubi de *Encyclissibus Coronis.*

Pompa,

Pompæ, in Baptismatis solemnibus; *Abrenuntias Satanæ &* pompis ejus; ambitionem, jactantiamque denotat. Propriè, solennis processio apud Vett. fic dicta est, V. Jo. Meurfium, in Ἔκθεσιν, id est, deductio seu transvectio, quæ per publicas Urbis vias honoris ergo fiebat, uti in Triumphis, Supplicationibus, Funeribus, Nuptiis. Sic Gallienum decennia celebrasse novo genere ludorum, novâ specie *pomparum* &c. narrans Trebellius Pollio: *Jam primùm*, inquit, *inter vocatos patres & equestrem ordinem albatos milites & omni populo præsente, servis etiam propè omnium & mulieribus cum cereis & facibus & lampadibus præcedentibus, Capitolium petiit. Processerunt etiam altrinsecus centeni boves, cornibus auro ingatis & diversalibus floribus discoloribus prægentes. Agna candentes ab utraque parte 200. præsecerunt, & decem elephanti, qui tunicatam Romæ, nulle dictum gladiatorem pompa. I rei ornati, cum auratis vestibus matronarum, manu facta fere diversi generis ducentæ ornatu quammaximo affectæ. Carpenta cum mimis & omni genere lusionum, pugiles faculis non veriute pugillantes. Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii —— Omnes vix indis ferebiuque & plaubus personabant, ipse medius cum picta toga & tunica palmata inter Patres, omnibus Sacerdotibus præcessis, Capitolium petiit. Hasta aurea Altrinsecus quinque, vexilla omnia, & præterea, qua Collegiorum cum signis & signa templorum & præterea, qua Collegiorum cum signis & signa templorum & municipiæ legionum ibant. Ibant præterea gentes similatæ, ut Gothi, Sarmatæ, Franci, Perfectis ut non minùs quàm decenti fingi lis globis discrevenur. Hæc* pompâ *hominemque eiudere se credidit Populum Rom.* Speciatim & maximè propriè de *pompa* Circensi, quam Tertullianus de *Spectaculis cap. 7. Simulachrorum* dicit fuisse *feriem: Imaginum agmen, currus, thensæ, arcamaxæ, sedes curonæ & exuviæ.* Primo namque præfecturatis *simulachra* deorum, quibus succedebant *imagines* virorum bene de Rep. meritorum: sequebantur *currus* juxta Virgil.

——— *Hic illius arma,*

Hic currus fuit.

Quos excipiebant Insignia, ita enim Godvvynus *Thensas* interpretatur, funium quorundam ope gestata, quos attingere netas erat. Sequebantur *Harmamaxæ*: & quidem Currus imagines erant, Thensæ fecundum quosdam simulachra veterum. In Harmamaxis bominum erant, vel potius totum Imaginum agmen. Has excipiebant *Sedes* Magistratuum Curules, *Corona* & *Exuviæ*, i. Spolia hostibus ademta: quæ tria postrema in Supplicationibus inprimis ac Gratiarum actionibus publicis, pro victoria imperata, erant in usu. Solebant enim Romani in ilitusmodi *Pompis*, ubi ad certum Circi locum perventum erat, in honorem Victoris licet absentis, curum statuere, coronis spoiis que hostium, insigenis, ut docet Dio. Casiodorus *in Suronibus*. *Jul. cap.* 76. In *Pompa* Cæsaris apparatu Ovum primum numeratum est, ejus exhibit Macrobius *Saturnal.* quo forte Terræ, quam ob Cereris schemate cultum ibant, rotunditatem indigitare voluerunt. Quælibet enim *Pompa* Dei alicujus honori tribatur: quemadmodum Circensis, ut ad eam redeam, in Solis vergebat honorem, qua fini ingentis statuæ equi in ea deducebantur. Præter memorata, nobiles quoque Matronas serpentis suis vectas, *Pompa* fuisse patrem, Suetonius docet *in Claudio cap.* 11. Illa protatum effe, ejic

theatri. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 5.* Sic *Mariamus* Jupiter, à Mario, qui ei templum condidit, nomen traxisse legitur, ut Idem docet *ibidem.*

Pompeji Columna, uti vulgò vocatur, in ostio Matris Nigri seu Ponti Euxini, in ora ex Cyaneis rupibus, è marmore vix 12. pedes alta, & proin in altaris potius ulum extructa, describitur Jac. Sponio *Itinerar. Archiologi pag. 229. & 249.* ubi & iconem ejus exhibet. Inscriptio baseos, in honorem Augusti facta, sic habet.

CÆSARI AUGUSTO
E. CL. ANNIDIUS
L. F. CLA. FRONTO.

Pompeji Tumulus, apud Æl. Spartianum in *Hadriano*, *Sed in monte Casio, quum videndi Solis ortus gratia nocte ascendisset, imbre orto fulmen decidens hostiam & victimarium sacrificanti offavit. Peragrasse Arabiæ Paludum venis & Pompeji tumulum magnificentius extruxit.* Huic in monte Casio, quem Κάσιον ὄρος τῆς Αἰγύπτου & Κάσιον ὄρος τῆς Θηβαΐδος, vocat Strabo, ad differentiam alterius Casii, qui in Seleuca prope Antiochiam, V. in hac voce. Dio, *ὃς ἐν τούτῳ τῷ ὑποδηματίῳ ἀπηγχόνισται, Et tumulum ejus destructum reparavit.* Plura Appianus *Ἐμφυλ. lib. 2.* qui de illo versûs in Pompejum;

Τῷ τοῖς δεδουλωμένοις σπάνιος ἐκείνου τύμβος.

dissentit à Dione. Casiabonus ad *Spartian.*

Viri illustres.

Cn. *Pompeius*, nomen *Magni* meritus, adde: Primus Theatrum Romæ manforum extruxit, lapide quadrato, ad exemplum ejus, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico, ut refert Corn. Tacitus *lib. 14. Annal.* De quo sic Tertullianus *lib. de Spectac. Pompejus Magnus filo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ Censorium animadversionem, Veneris eidem superpositæ, & ad dedicationem edicto populum vocans, non Theatrum, sed Veneris templum, nuncupavit, sub scelestimo nomine, quasi gratiæ spectaculorumilla damnatum & damnandum opus Templi titulo præteriit & disciplinam superstitiosa ignoscit.* V. Jos. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 4.* Idem Romæ primus Triumphali currui elephantos junxit, Plin. *lib. 5. cap. 2.* quem dein icquitus est Cajus Cæsar, Gallico Triumpho, Suetonio, *cap. 37.* Claudius, apud eundem *cap. 17.* Quintilis, Allobrogibus Arvernisque victis apud eundem, *in Nerone cap. 2.* Gordianus, apud Jul. Capitolinum, & Aurelianus, apud Zonaram *Annal. 3 Tom.* nec non Alexander Severus, apud Æl. Lampridium. Unde patet, falli Sidonium, qui Cæcilium Metellum bello Punico victorem Elephantis triumphasse scribit: Neque enim ille currui subjecit aut jugo, sed *duxit, populoque Rom. ostentavit*, ut videre est ex Seneca de *Brev. vitæ cap. 13.* &c. Baschum tamen sententiæ præstat, qui *caput Pompeji* fcalptum tuisse Leonem Plut. *in vit.* tradit, qui de fortuna in feuto ejaculatus: *Tu me in altum vexisti, qui caput Pompeji sibi obstitit, ut detestabilem averteres ipsi. Animalium ejus accipiens illachrymavit: Insultatus Leo eras ensem vertere.* Idque ad imitationem Agamemnonis, quem simili emblemate fuisse delectatum, docet Pausanias *in Bœotic prior.* Unde pergit Plut. *alibi: Cæteri turgiversantem Pompejum increpabant irritabantque omnes, Agamemnonem & Regem Regum appellantes, quasi molentem deponere Imperium* &c. in *Cæs.* V. Fortun. Cretum *de Gemmis Annularibus Sobem. 48. cap. 146.*

M. *Pompejus*, Theophania Mitylenæi, amicitiâ Pompeji Magni & scripcione historiæ celebris, filius, inter primos Tiberii amicos censebatur, in cujus tamen fobolem quantam sævitiam Tiberius tandem exercuerit, narrat Tacitus *Annal. lib. 6.* Exhujus posteris fuit Balbinus Imp. ut docet Jul. Capitolinus *in Maximo & Balbino: Familiæ vetustissimæ, ut ipse dicebat, Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, quam ipse suæ patriæ nobilissimus idemque historiæ scriptor Pompiliana Curia*, memoratur Fl. Vopiscus *in Divo Aurelia no, Quum die xviii Non. Febr. Senatus amplissimus in Curiam* Pompilianam *convenisset, Aurelius Gordianus Cons. dixit* &c. Et *in Tacito, Die Sept. Cal. Octobris cum in Curiam* Pompilianam *ordo amplissimus consedisset* &c.

Pompilius, fabulinæ Apollonio, apud Athenæum *lib. 7. cap. 7.* nauta fuit vel piscator Icarius, in piscem sui nominis conversus: quod cornuscentum ex mea pisci hujus ærga navigantes affectione originem traxisse, docet Vossius *de n. & progr. Idolol. lib. 4. cap. 48.* Eundem *Nautilum* proin quoque vocat Plinius *lib. 9. cap. 29.* quem locum vidimus supra, in hac voce. Itaque hi magno usui nautis sunt, cùm quasi navium custodes ac tervatores, eas conmitentur, non quidem in portum usque, quod docet Nicol. Leonicus Thomæus *Varior. lib. 3. cap. 9.* refert; sed donec terram è longinquo præsentiant: Proin quo propius ad littus acceditur, eò ſe gnius comitantur. Qua de re sic Ælianus *de Animal. lib. 2. cap. 15. Pompili, pisces pelagii, omnium maximè piscium, quos auditione accepimus, in una sedemaris versari solent: sive ipsi terram maxè velerentur, sive hæc illorum odio tenetur. Hi autem ſic circa naves alium mantes, tanquam amicas, concurrunt eaufque huic illuc salutantes ſiſpans. Et homines quidem, qui navem vehuntur, quamvis à terra absint, prorsus ignorant & ipſi etiam nautæ à terra abvertare solent. At* Pompili, *tanquam sagaciſſimi canes, qui propinquam præsentiunt prædam, sic terram non longè abesse anie multis sentiunt, idcirco non tanto amplius studio navium tenentur, longius eas ut perſequi contendat velint. Sed quaſi signo ad abeuntium nubilo, frequentes in altum recedunt. Unde nautæ continentem, tamesſi non facilem eam adeuntem, sed à Pompilis tutiùs, propinquam ipſe ſentiunt.* Quæ verbi ſic redditi Interpres Oppianus *de Piscibus lib. 1.*

Pompilus his habitat perris, hunc lætus honoras
Navita: quod ſolum nautis ſe Pompilus offert,
Nomen habet: gaudet celeres per marmora cuntes
Aſſociare rates, curſum ventumq; ſequuntur,
Saltantes circum ceſſæ lasera alta carinæ;
Nonnulli puppim & curva moderamina navis
Prendunt: aſſilli collecto examine multi
Pendent à prora, dicas non ſtirpe ſecutos,
Invitis, gratis, nec paſſe obſtare carinæ,
Tanto veliferæ navis rapiuntur amore:
Et veluti Regem vel cinctum tempora fero
Victorem texiis ramis & fronde virentem
Proveſti Patres, & primo flore Juventus
Stipant: & circum denſi lætiſq; ferunntur,
Donec Victorem ſub ſolennia tecta reducunt:
Sic illi ad terram navem comitantur avantes,
Comtesi circum denſi ſeſe littora poſquam
Aſſicium: odium terræ immortale recondunt,
Exemplo celeres, veluti de carcere, piſces
Erumpunt: jam navem curſuq; relinquunt,
Dant terram nautis ſignum, quod terra propinqua eſt &c.

V. eundem ed. *libro*, ubi de Nautilo, quem tamen à *Pompilo* distinguit, ei ſermo eſt, à quo navigandi occalionem primam hominibus datam eſſe, contendit: Ovidium porrò in *Halieuticis*, Plinium *lib. 32. cap. vlt.* Vvilhelmum *de Isidol. Gent. lib. 4. cap. 32. 48. 49.* quorum ultimo, *Pompilum* ad philtra quoque utilem habitum, dictumque *ἀφ' ἱμέρου*, id eſt, *sacrum piscem*, ex Athenæo *lib. 7. & Nic.* Leonic*eno Varior. lib. 3. cap. 9.* docet, Fortun. tandem Licetum *lib. de Gemmis Annul. cap. 169.*

Pompioniana, adde: Valelio eſt trium Stœchadum maxima, a-lias *Maje* dicta, Gr. *Μαῖη*, quod inter Proten & Hyperæam medium locum obtineret. Ita enim Plinius, qui unus & ſolus Stœchadum eumeram, ſirum & nomina oprimè diligentiſſimeque designavit *lib. 3. cap. 5. Tres Stœchades à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quas item nominant ſinguli vocabulis: Prote, Maje, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hyperæa.* Sic autem nuncupata eſt à *Pomponio* aliquo, quam hodieque appellationem, ſed truncam atque corruptam omnino, ſervat, cùm dicitur *la Pomegues.* Sæpe tamen, cùm *Pomponiana* ſit Stœchadum maxima, ex proprio unius nomine communi omnium circumjacentium appellatione factâ, Stœchades in commune *Pomponianæ*, vulgò *Pomegues*, vel les *Pomegues* vocantur: quemadmodum Radis aliaque Sinûs Aquitanici Inſulæ circumjacentes, ab Olarione, proxima Inſula unum maxima, *Inſulæ Olarionenſes*, vel *Vitarenſes* appellari ſolent, vulgò les *Isles d' Oleron* & Leron ac Letinus, aliæque Inſulæ in vocantur *Inſulæ S. Margaritæ*, vulgò les *Isles de S. Marguerite*, à maxima earum Leronſe ſive Inſul. S. Margaritæ. 4. item Inſulæ in mari Britannico, à Sena, *Sein*, quæ earum maxima eſt, *Inſulæ Senenſes*, vulgò les *Sains*, V. Hadr. Valeſium, in voce *Stœchades.*

Pomponius JC. celebris, floruit ſub Alexandro Sev. ſi fides habenda Lampridio, apud quem in Imperatoris hujus conſilio dicantur fuiſſe, *Fabius Sabinus Sabini inſignis viri ſilius-Domitius Ulpianus* —— *Julius Paulus juris peritiſſimus, Claudius Venatus orator amplissimus*: Pomponius *legum peritiſſimus, Alphenus* &c. Sed, ut bene obſervavit Casiabonus, multi hic inter Alexandri conſiliarios nominantur Jurisconſulti, qui ætate longe antecefſerunt, ut nemini obſcurum eſſe poteſt qui in Pandectarum lectione paulò diligentius fuerit verſatus: Quæ cauſa eſt, quòd Jac. Cujacius multis ſurum ſcriptorum locis Lampridii fidem & hic diligentiam deſiderat. Sed abſolvunt Lampridium culpæ vett. membranæ Regiæ Bibliothecæ & Puteani: quæ, præter miſſa, qui in vulgatis libris poſt Claud. Venatum recenſentur, Venato ſtatim Catilium Severum ſubjungunt; miſſis compluribus illis, quos inter ambos vulgares editiones interjiciunt. Neque tamen omnes illi ſubditiſi ſunt ac adulterini, multi enim in hoc albo continentur Alexandreales, quorum nomina recenſuiſſe hic Lampridium, dubium non eſt. *Pomponius* intextum *velim*: namque licèt non conſtet de illius ætate accurata, antiquorum tamen

Alexandri principatu fuiſſe, certum eſt, cùm Ulpianus, Paulus, Marcianus, non ut æqualis hujus meminerint, ſed ut multo vetuſtioris. Ipſe *Pomponius* libro ſingulari, cui titulum fecerat *Enchiridium*, priorum Juriſperitorum ſucceſſionem ultra Salvium Julianum non perſequitur. V. præfatam Iſac. Caſaubonum *Notas ad h.l.*

Pompina Tribus, cum Popillia, in quas tum ii cives, qui agrum *Pomptinum* ſortiti erant, tum alii novi cives, qui indies civitate Rom. donabantur, conjecti ſunt, reliquis Tribubus additis ett A. C. 315. vigeſimo ſexto loco inter illas recenſita. Dicta eſt ab agro prætorio, de quo multa Livius *lib. 6. Sect. Pomp.* Feſtus *Pomptinam* eam appellat, & ab urbe *Pontia* ſic dictam ſcribit, quæ in Volſcis prope Terracinas fuit: Carolus tamen Sigonius apud Feſtum legit, *Pomptinam* Tribum, appellatam eſſe à *Pometia* Urbe. Meminit ejus præter Feſtum & Livium, Cicero *Epiſt. ad Attic. Tribus habet Pomptinam, Velinam & Maecian.* & Cæſius ad Ciceronem *lib. 8. Epiſt. ad Fam. L. P. Pomp. Annalis*, ubi per Pomp. tribum *Pomptinam* vult intelligi Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 19.*

Pomum Aureum, inter miniſteria & ornamenta ſacra. Hatuit. *lus lib. 2. cap. 10. Lampades argentea ſex, poma aurea 30. calices aurei cum patera 2. &c. lib. 3. cap. 3. Cruces majores 5. & minores 8. poma aëtarium 21. & quidem tria ſunt aurea, reliqua argentea.* Item *poma ganſafanninum 7. ex argento aveque parata.* Apud Bernardum Mon. occurrit *pomum vera quod per totum noctem ardebat*, in Conſuetud. Cluniac. *MSS. cap. 10. &c.* apud C. du Freſne *Gloſſar.* De *Poma*, quod Imp. & Reges geſtant, V. quoque ſuprà in voce *Palla*. Addam hoc unum, quòd *Pomum hoc Imperiale* globusque aureus, Caroli V. Cæſaris dono, infignibus Palatinis, illatus eſt A. C. 1544. cùm Fridericus III. Ludovico fratri in Electorali munere ſucceſſiſſet, uti refert Phil. Jac. Spenerus *Syllogē Geneal. Hiſtor. in Rem. Palatino-Bavarica.*

Pondus and ſtatus, olim in uſu, in agitudine liberorum, indigitatur in *Vita* Erminoldi Abbatis *lib. 2. num. 3. Dominus ſanctis ſuis quaſi privilegium ſpeciale conceſſit, quòd puerī egroantes, adjuti, ut ferri ſolet, pondera ſepulchrum, communi ejus meritis convaleſcant.* Nempe id moris fuit, in Communione Rom. qui etiam hodie. que in Belgio obtinet, ut ægros pueros ad Sanctorum feretra vel ſepulchra appenderent & *pondus* tritico, panibus, aliave re, quam offerre Deo aut Sanctis volebant, exæquarent, additâ ſummâ auri argentive. Ibidem occurrit pluries ſcio *Miraculis S.* Ludgeri Epiſc. Mimigard. *num. 41.* V. quoque Wolphgangum Presbyterum de *Mirac. S. Walpurgis n. 4.* ubi *libram* pro *pondere* ut ſurpat, Henric. Eddorfius *ſect. A. C. 1361.* & qui de obligatione *pondus* ceræ ad corporis *pondus*, agit non ſemel Anonymus de *Mirac. S.* Thomæ Cantuar. editus à Stapletono, *cap. 23. 63. 73.* Sic recitat Metellus in *Quirinal.* miraculum de quodam, qui *panibus & caſeulis ibi ſe penſans*, hos poſtea *eleemoſynæ tegenis.* Sed de miraculis, fides ſit penes auctores, nobis ſufficit rem indicaſſe. Idem Metellus *ibid.*

Jura tamen tenet hæc ſpecialia,
Quid puerilia corpora morbida,
Si fuerint ibi cum prece fedula
Penſa ſola, ſequitur reparatio.

Apud Car. du Freſne *Gloſſar.* De ritu *pondus* ſuum quotannis, publico teſtio, exigendi Magni Indiæ Monarchæ, *Magni* vulgò *Mogolis*, memoratu digna ſunt, quæ habet Joh. Bapt. Tavernier *itiner. Ind.* De Turcæ captivo, ſextuplum corporis ſui *pondus* in auro, ter in argento, ſemel in margaritis, pro libertate, nequice quam offerente, V. Thuanum *Hiſtor.*

Pondo, accuſſivo vel vocativo *libra*, partiumque aſſis, notans *ponderaria* intelligit: vel numeri, omiſſa mentione Libræ, non corpora numerata, ſed *pondera* & quidem Librarum, denotari indicans. Semper autem ſingulare eſt, ſemper caſus ablativi: Ut enim omnia *nomina* ſunt prius integra fuerunt, ita videntur antiqui diciſſe *Pondus, pondi, pondo*, licèt neutro genere, ut *Vulgus, Rudus*; & *Pondus*, ſive maſculino, ut *Lacer*, live neutro genere, ut *Jugum*: quas duas terminationes & inclinationes ita ſæculi ſubſtidium poſteriorum, ut prioris Genitivum & Dat. abolerent, alterius Nominativum & Accus. facerentque *Pondus, ponderis* &c. ſed dupliciAblativo, *Pondo* & *Pondere*, quæ duo etiam ſui diſtinxere. Modò autem adjiciur vox *Pondo* Libræ & partibus aſſis, ubi quoniam adhibentur eædem ati metiendum & partiendum, (ſic jugerum agri & loca : ſic pes, ſic hereditas, ſic nummi, ſic uſura, ſic tempora dividebantur) ad tollendam ambiguitatem, indicat eas Libras, ſcilibras, uncias &c. intelligi, quous pondera examinantur: modò ſine mentione, ut dictum, partium aſſis ſeu Libræ, cum ſolo numero, vox inventur, oſtendens poſito numero deinceps pondera, quæ ſingula ſunt librarum. Plautus *Pſeudolo, Euloſerpiſii Libram pondo dilunt: ubi Libra pondo* nihil aliud eſt, quàm *libra pondendo vel ad pendendum.* Idem *Rudente, Neque pitiſim ullam unciam hodie* Pondo *accipi.* Item *Menæchmis, Atq, huic ut addas aurī in Pondo unciam.*

Macrobius *Saturnal. lib. 3. cap. 15. Plinius Secundus temporibus ſuis negat facile mullum reperiri, qui duas* Pondo *libras excederet* &c. *à pendo.* V. Joh. Frid. Gronovium *de Pecunia vet. lib. 1. cap. 6.* & *alibi paſſim.* In recentioris ævi Tabb. *Pondo* fere ſemper attenti libram dici ; uti *Libram*, de libra aurea, obſervat Car. du Freſne ex *Chartis* Dagoberti R. & Ludovici Ump. apud Doubletum *pag. 661. & 736.*

Pondus, quòd grave eſt, ita dictum, quia in ſtatera libratum *pendet*; hinc & *ponjum* : magni in omnibus rebus momenti eſt. Unde *in Pondere numero ac menſura* Deum omnia feciſſe, Sapiens ait: & Statice, Gr. Στατικὴ, qua alias Ἰσοστασία ſeu Καταβολὴ, *cauſa*, Lat. *Pondorum Doctrina*, vel *Aequiponderantium*, vocitatur. Vide *Ponderis contro*, tanto apud Eruditos in pretio eſt. V. Archimedis *Libror. Ἰσορροπικῶν* & Simonem Stevinum *libb. 6. de ſtatica ſiv. Ἰσορροπικῆς*, ut & infrà *ſub loco.* Et quidem *Pondera* publica, in Capitolio, apud Romanos, aſſervari conſueverunt, ut & menſuræ publicæ : ſicut teſtatur antiquæ menſuræ inſcriptio à doctis publicata in hæc verba, IMP. CÆSARE. VESPAS. VI. COS. T. CÆS. AUG. F. III. I. MENSURÆ. EXACTÆ. IN. CAPITOLIO. Ad quas menſuras *ponderaſque*, tanquam ad Lydium lapidem, exigebantur pyxidera & menſuræ: quod cùm difficile eſſet, multique exhibidine *ponderæ* & menſuras ſibi componerent, inſtituit Valentinianus per regiones Urbis univerſas pondera, ut *lib. 27.* ſcribit Ammianus. Poſtea moris fuit, ut acceptas ab Imperatore menſuras ponderaque ſervarent vel Papa vel Senatus. Extat hinc Juſtiniani pragmatica ſanctio, cujus *cap. 18.* jubentur duæ vel ſuſcipi ſpecies vel pecuniæ, *in illis menſuris*, inquit, *vel ponderibus, qua beatiſſimo Papæ vel amplitiſſimo Senatui noſtræ pietas in præſenti contradidit.* Atque hæ menſuræ *Capitolinæ* dicebantur vel *urbanæ menſuræ* aut *Italicæ* etiam : aliis majores, quarum vulgò uſus altem in certis rebus etiam Romæ, nedum in provinciis, &c. Hinc de amphora Capitolina Fannius in *Carm. de ponder. & menſuris*,

Amphora ſit Cubus : quam ne violare liceret,
Sacravere Jovi Turpejo in nomine Quirites.

Caſaubonus ad *Jul. Capitolinum*, in *Maximinis*. *Ponderum* verò nomina à Siculis acceptiſſe Romanos, docet Salmaſius ad *Solinum pag. 650. V. infrà.* In nummisantiquitus ſolum attendi *pondus* ſolitum, diximus ſuprà, ubi de *Numma* & *Pecunia*. Nec omittendum, quòd Deos ſuos & Heroas ad *pondus* non raro laudant Poetæ, ut pluribus docet Cæſ. Barthius ad *Claudianum*; item ad *Statium Thebaid. lib. 4. verſu 796.* alibique paſſim. Atque hinc eſt, quòd *pondus Olympi* vocat Principem Romanum, olim conſecrandum, Calpurnius *Eclogā 4.*

Ab Jove principium ſi quis canat æthera, fumat,
Si quis Atlanticæ matris pondus Olympi.

Sed hæc de re jam ſuprà aliquid : Addemus variarum gentium *pondera*, ex Georg. Agricola de *Ponderibus.*

Pondera Romana.

a. Libra, continet uncias 12. dicitur etiam *As* ſeu *Aſſis*, & *Pondo*: Hinc *Bilibris, Triſilibris* &c. Item *aſſipondium*, *Dupondius* &c. Ejus nota *I* vulgò *ib.* Dupondii *I. l. 8.* Uncia, Libræ ſex Aſſis pars duodecima, Varroni ab uno, notatur ſic — noſtris Medicis ſic, ℥. Inde ortum Sextuncia, ex ſexqui & uncia. Antiquis. apud Scribonium Largum ſic ∞ & ejus ſemiſſis ſic ↄ. Unciæ partes hæ ; *Semuncia*, ſ. Unciæ dimidium, cujus ſign. ſ. *Duella* & *bina ſextula*, Unciæ pars tertia, quæ notatur hoc ſigno ʒ. & *G. Siciliens* & *Sicilicum*, Unciæ pars quarta : notari ſolita ſic ℈. *Sextula*, pars Unciæ ſexta, cujus ſign. ʒ. *Scripulum* ſeu *Scrupulum*, Unciæ pars 24. Antiquis ℈. vulgò ſic notata ℥. *Siminum*, Scripuli dimidium. Præterea dividitur Uncia, in Denarios ſeptem. V. hic infrà. 7. Denarius, ſeptimæ Unciæ pars, mediocris fuit : Antiquus gravior, drachmam Atticam & dimidiam pendens ; Fuit etiam levior poſt Claudium perculſus, Attice drachmæ par. Sed mediocri Auctorum maximè utuntur. Ejus dimidium Quinarius, ſeu Victoriatus. Quadrans & Sextans apud Celſum reperiuntur. ℈. *Sextans*, ſexta pars Aſſis, uncia 2. Ejus nota ═ & Celſo ƨ. ı. Quadrans, unciæ tres. Ejus nota X. ℈. Triens, unciæ quatuor : notatur ═══ ƨ. Quincunx, unciæ quinque, not. ═══ ƨ. Semis & Semiſſis, dimidium Aſſis, ſeu uncia ſex, ejus ſignum eſt ſ. etiam apud Græcos. In libra quoque, dicitur *Selibra*. Septunx, ſignum habet *V.* ſ. Bes vel Beſſis, bis triens, unciæ octo ; ſignatur ita, ═══ ʒ. Dodrans, quaſi *detrans quadrante*, unciæ 9. denotatur hoc modo ƨ ═══ ʒ. Dextans, unciæ 10. cujus nota ƨ ═══ ʒ. Decunx X. & Fannio *Decuncis* X. quòd deſit uncia, unciæ undecim, hanc notam habet ƨ ═══ ʒ.

Pondera Græcorum, quibus ila primus Pythagoras inuſit & quidem
I. Attiorum.

℈ *a.* Τὰ Τάλαντα, *Talentum*, duplex fuit : *Major*, 80. minarum, & *Minus* 60. Eo Latini tantùm utuntur, cùm de rebus Græcis ſcribunt aut Græca tranſferunt. *b.* ℈ *Μνᾶ, Mina*, major fuit 100. drachmarum, minor 75. quæ plane abolita eſt. Qui Latina de Græcis vertunt, pro *Mina* ſubſtituunt *Libram*, quamvis drachmis quatuor Libra levior ſit. *c.* ℈ Δραχμὴ, *Drachma* habet obolos 6. Alexarchus apud Athenæum vocat ὀβολοῦ *ſtatam* tamen

tamen aurea quoque, d. ὁ Ὀβολὸς, *obolus*, habet chalcos sex, unde ὁ μισθοδότης, ὁ ὀβολὸς &c. ἐν Χαλκοῖς, *Æretium* & *Æreolus*, quibusdam habet minuta 7. ſ. ϛ Λεπτὸν, *Minutum*, Senecæ *Minutia*: Pondus eſt minimum & individuum. Cleopatra porrò ſeveriſt drachmam in γραμμᾶς ſex ſcrupula 3. Obolum in ſeſquiliquinum, & in ſiliquas tres: Attici tamen γραμμὴν voce aut nun quam aut raro utuntur pro pondere. Numinus certè non ſuit, quamvis minimum ſeruæ gentis *Pondera* Græcia Latiniſq; non aut nè numinia aut ſummia quædam rei pecuniariæ ſignificetur.

II. Mediocrum.

a. Μνᾶ ἀττική, *Mina Media*, unciarum eſt 16. Alexandrina 20. Nota ejus *pro.* b. ὁ Λίτρα, *Libra*, nomen & *Pondus* à Rom. acceptam, habet uncias 12. drachmas 96. Notatur hoc modo ſic. λ. c. ὁ Ουγγία, *Uncia*, pondus & vox Rom. drachmas habet 8. Ejus ſignum eſt, *Exp.* d. ὁ δραχμὴ ϗ ὁ Ὅλκη, *Drachma*, ſcrupulum eſt 3. 1. Ejus notæ ſunt ϗ. ϗ. ϗ. ϗ. Ὅλκη. Alexandrina grav or fuit, ita ut 5. earum octo Atticas vel Medicas drachmas efficerent. Interpretes Græci & Latini, Drachmam pro Denario, & vicißim ſubſtituunt. e. ϗ Γέρμισμα, *Scrupulum*, eſt duorum obolorum, Junioribus in uſu. Ejus enim loco Vett. habuere διώβολον: Signum eſt Γ ϗ vel γ ϗ. ſ. ὁ Ὀβολὸς, *Obolus*, habet ſiliquas 3. ϗ. ὁ κεράτιον, *Siliqua*, quatuor σιτάρια habet. Signa tut ita ſic. ϗ. Χαλκὸς, notam habet. χ. ϗ. ϗ Λεπτὸν, cum *Pondus* eſt, duas tantùm habet uncias: Τετρασσαρία Ἰταλικὴ, Italica eſt. Σπυρὶς, dem quod Ἀσσαρίων pondetur: ἀσσαρίων vero Semuncia, par Aſſi lege Papyriana perciſſo, qui Varroni *Aſſarius*. ϗ. ϗ Ἑξάγιον. *Sextula* eſt Romana: pro quo Σταγὼν habet Nicandri Interpres, cx ſ. nota numeri ſenarii & ϗ γρ coalitum. Nota χ. ſ. Sunt apud Medicos præterea ὄμμα, *ſupinus*: Ὀφθαλμὸς, *oculus granuum*: Φακὸς, *lens*: Σίταρῐς, *frumenti granum* quibus non tam pondera, quàm modes, dengnant. Δισπύδιον & Δισπύδιος χρυσοῦς, *Baſilicius* Largo, *Mauropulus* Celio, quantumnamus complexa ſumitur, in Medicorum quoque Libris frequens eſt.

III. Hippiatrorum ſeu Veterinariorum.

a. Μνᾶ, *Mina*, uncias 15. b. ὁ Λίτρα, *Libra*, eſt drachmarum 90. c. ϗ Οὐγγία, *Uncia*, habet drachmas ſeptem & dimidiam. d. ὁ Δραχμὴ, *Drachma*, ſimpulorum eſt 3. e. Δυάξιον, continet ſcrupula 4. f. ϗ Γέρμισμα, *Scrupulum* ſeu *Scrupulum*, habet 2. Obolos.

Pondera externa.

a. Talenta varia ſunt, quæ cùm revera ſint pondera, non numismata, pondus hic non incommode. Itaque Talentum *Æginæum*, Atticas drachmas 10000. continet, Æginæarum verò 6000. *Ægyptium*, pendit libras 80. *Babylonium*, fuit 7000. drachmarum Atticarum. *Byzantinum*, apud Vitruv. librarum 120. *Corinthium* Æginæo par, b. Gell. lib. 1. cap. 8. *Eubœum*, fuit 4000. drachmarum Attic. *Sicilum* Talentum duplex fuit: *Varro*, 24. minarum; *Nonius*, minarum 13. *Syrium*, mille quingentarum drachmarum Atticarum fuit. *Thrœdium*, idem cum Byzantino Heſychius quoque Talenta habet varia, unum librarum 100. Aliud 125. Tertium 165. Quartum, quadringentarum. Quintum, Mille centum quinquaginta. Sed cujus ita Reipublicæ fuerint, ex eo non liquet. V. quoque infrà huc loco, in voce *Talentum*. 8. Mina Ptolemaica, continuit uncias octodecim. γ. Drachma Ægyptia, pependit Obolum. Χαλκῆ Ἀλεξανδρεῖα eſt apud Scriptor. Hippiatr. cos.

Hebrœorum Pondera.

a. Cicer Sanctuarii, ea magis Talentum, continuit minas Hebræos 100. Romanas libras 250. c. Cicer Congregationis, dimidium Sanctuarii. γ. *Manich*, *Mina*, pendebat Siclos 50. Romanas libras duas & ſemiſſem. δ. *Shekel*, Sicius Sanctuarii, *Gerah* 20. pendit, unciæ Romanæ ſemiſſem. LXX. vertunt 2. *drachmas*. ι. *Gerah*, Obolus, obolum faciebat Atticum, & ejus partem quintam.

Pondera Arabum.

Apud Arabes Pondera partim Romanis, partim verò Græcis reſpondent: Quorum appellationes Agricola ex eorum interpretibus collegit ſeqq. a. *Manes*, i. *Mina*, duplex fuit: Una, quæ *Attalica*, *Alexandrina*, *Ægyptia* & *Baſaria* dicta eſt. Medicorum Græc. Mina 16. unciarum. Alia, quam *Romanam* appellant, eſt, revera Alexandrina, 20. unciarum. β. Rotulus, Libra Romana, quam in 12. uncias dividunt. γ. *Sacrus* Uncia, ſextarius ſemuncia. δ. *Aureus*, eſt Romanus denarius, quem etiam vocant *Annins* & *Andanekerus* aliquando ponunt pro Drachma. ε. *Drachmi*, *Atki* & *Obligiæ*, unciæ pars octava. ζ. *Garmo* & *Kermet*, Scrupulum eſt. *Omiſeus* & *Ovulum*, Obolus: *Danic* & *Danich*, Lupinus gana 8. *Kirat*, Siliqua, dimidium Lupini. *Kefluſſ*, Æreolum, continet gana 2. Recentioris ævi *Pondera* Apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Ponere, apud Statium *Thebaid. lib. 2. verſu 82.*

Qualia per Rhodopen rapida convivia ponunt
Biſſenes: aut medio ponunt convallibus Oſſas

convivorum & interſtrum verbum eſt Hinc mox,

——— *ſeſſaeq; ponere menſae.*

Hæ enim ablatiles erant Veteribus, nec *ponebantur*, niſi tempore convivii parati, uti ſuprà diximus, in voce *Menſa*. Aliàs, *Ponere*, pro *dicere* vel *ſcribere*, ſicut Gr. Διαγράφειν, *ſeu quoque loco rem ponere ac digerere*, unde *Digeſta*. Hinc *ponere lucrum*, apud Perſium, eſt lucrum deſcribere vel deſcriptionem inde facere:

——— *Et ponere lucrum*
Artifices.

Juvenalis,

Pone *Tigellinum*, *taeda lucebis in illa*,
Qua ſtantes ardent.

Etiam Pictores Fictore que *ponere* dicebantur imagines ac ſtatuas, quas pingebant ſingebantque. Horatius,

Fic ære, ac liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Ovidius de *Arte*:

Si Venerem Cous nunquam poſuiſſet Apelles,
Nun. etiam aequoreis illa lateret aquis.

Uti ſcriptum in optimis membranis, repetit Salmaſius, cùm vulgò legatur, *pinxiſſet*. γράφειν nempe tam de Pictoribus, quàm de Scriptoribus, dicitur, & γράμμασι non ſolum, quidquid ſcribitur, led etiam quidquid pictum eſt. Hinc & *ponere* de utrisque. Sed & *ponere*, pro *indueve*, nonnunquam ſumitur, unde *ponere veſtem*, Græcorum more, id eſt, διδύσκειν, ἐνδύειν, *indueve*. Sic apud Thucydidem, *Βάττακοι ὅπλα*, *Ponenies arma*, id eſt, ὁπλίζεσθαι, *cum armarentur*. Cui contrarium eſt *ponere veſtem*, pro *deponere* ac *exuere*. Graeci recentiores θέσθαι τὸ ἔνδυμα, *veſtem indueve* dicunt; βάλλειν τὸ ἔνδυμα, βάλλειν ἱμάτιον, pallium apud Achmetem in Oniroeris, & aliosquam Galli indidque locutionem retinent, nam *mittere veſtem* eodem ſignificatu ponunt. Hinc itaque apud Tertull. anum de *Pallio cap. 5.* in verbis illis, *quod* (Pallium) *Cratetis more nunquam veſtiendo componitur*, cùm vetus editio habeat: *quod Cratetis more nunquam veſtiendo componitur*, pro *componitur* legi jubens Salmaſius *non ponitur*; totum hunc locum ita emendatum curavit: *ea enim pallio nihil expeditius, abſolutius, quod Cratetis, more nunquam veſtiendo non ponitur: quippe cum mollitiebus ejus &c.* Quæ dicerer, mora nullam in pallio veſtiendo intervenire, cum induitur: nullâ enim opas arte aut artifice ad frugar reformandas, ſi quæ deſtruêæ ſint, ut in toga. Adeoque cùm *ponitur*, exponit cùm induitur. V. omnino *Notas* ejus ad *l. c.*

Ponerapolis, adde: Latinè *Improborum urbs*, dicta inde, quòd Philippus 2000. hominum, qui ob improbitatem male audiebant, calumniatores, fallos teſtes & ſubſcriptores collocavit, ut docet Theopompus *Philippic. Rer. lib. 13.* Sic Δίκων πόλις, *Servorum urbs*, apud Solicatrem *Rerum Creric. lib. 1. &c.* Thom. Dempſterus *ad Roſinum lib. 1. cap. 2.*

Pons an ex *pendeo*, quòd velut in aëre *pendeat*; an ex *ponire*; an ex *pono*, quia ad tranſeuntem *ponitur*? propriè & communiter flumina jungit, atque eligno, lapide, navibus, cadaveribus quoque nonnunquam, factus legitur. Eum ſternendi facilis olim apud Romanos ratio fuit, ut in quos milites non ſecus atque alia in re bellica ſubinde exercebantur, cùm in Iltro & Rheno, tum in Euphrate; qua de re ſic Suidas in voce Ζεύγνυμι: *Ἐπεὶ πλοῖα νεῶν ſunt, quibus jungitur flu vius. Recedunt inquam ſurſum nonnihil ſupra eum locum, quem junctiuri ſunt duoque ſigno unam primò navem demittunt, quæ ſecundo flumine juxta ſuam ripam feratur. Quæ nihil ad locum Ponte jungendum per reverſi floream ſaxis plenam, in flumen conjiciunt, funi alligatum inſtar ancorae: quo devincta navis in ripa conſiſtit, tabulis & pontibus, quarum veram copiam vobis ſubito ingueo ad ex.ſtum conſtrata. Deinde aliam pontibus ab eo demittunt & mox aliam donec in adverſam ripam pervuxerint junctiuram. Navis verò ea, quæ ad poſtremo accedit, etiam turres habet, & portam, & ſagittarios & catapultam ſert.* Sinenſes, quorum indultriæ vix quidquam reliquus Orbis ſimile habet, non flumina ſolum, led & montes *Pontibus* jungunt, ſicque totum Regnum commode pervium faciunt. Ad urbem *Hiaucheung* inprimis, opus iſtiusmodi ſtupendum viſitur: Inter quam & Metropolim Imperii cùm iter eſſet devium admodum & flexuoſum, ob montium alcriudinem aſperitatemque, & vallium profundas voragines; ſub exitum Cinæ familiæ, à Changieango Lieupangi Imp. fideliſſimo ac prudentiſſimo Duce montium hæ aſperitates, ac præcipitia omnia æquata ſunt, ut hoſtes fugientes an evertereat. Intredibili itaq; celeritate ingentiq; opere omnes hi montes in plana dedudi, qua in re multa centena hominùm millia, totumq; exercitum ſunm deiudare juſſit, ſingulis turmis certâ operis parte aſſignatâ, quam perficiendam planam redderent, exurgentibus utrinque quaſi ad perpendiculum parietibus è monte factis, adeoque altis, ut in cœlum attrolli videretur vixque via ipſa lumen ab alto allapſum admitteret. Alicubi dein ingnes trabibus, aſſeribusque ſtratis, de monte ad montem *Pontes* ſtruxit, intra ipſas montium rupium que communitas exterebrati exſcalptisque foramnibus, quibus trabes impoſitæ ſuſtentaretur. Præcipue ubi torrentes ex montibus delapſi quaſi viam ſternebant, quorum ſemitam ſæpe ſequutus eſt. Alibi, ubi valles latiores, columnæ adhibitæ: Atque hujuſcemodi *Pontibus* tertia fere viæ pars conſtat tantâ ſubſunde per intervalla altitudine, ut fundum voraginis absque horrore vix aufis inſpicere. Viæ latitudo 4. Equites capit, & ſub-

inde reficitur proiter facientium commodo: quâ de causâ certis intervallis vici tabernæque dispositæ sunt. Ne verò viatoribus per præcipitia fortè ex *Ponibus* dilabendi aliquod immineat periculum, addita sunt utrinque podia, fulcraque lignea aut ferrea. Longitudo *Pontis* est ab urbe præfata, usque ad Metropolitanæ eam partem, quæ spectat ad Occasum, ubi 30. circiter stadiis ab Urbe distat ejus finis. Sic ergo cùm prius vix sufficerent itineri 2000. stadiorum, jam octingenta solùm superanda. Vocant autem *Pontem* cum Sinenses *Cientao*, i. e. *fulcrorum viam*. Sic ad Urbem *Changæ*, pons est ex monte ad montem à Natura ipsa protensus. In prov. *Suchuen*, Chingtæ metropolis regio partim plana, partim montibus exaltatum, per tridui iter supra centum lapidicis *ponibus* structis, tota ex facili permeatur, &c. Sed nec hunc *Pontium* usum Romanis fuisse ignotum, docent *Pontes militares*, seu *tabellarii*, de quibus sic vetus Inscr. *Viam. feceit. ab Regio. ad. Capuam, & in. ea. via. pontes. omnes. miliarios. tabellarios. que. posuit.* Ubi Gualterus *Pontes Milliarios* interpretatur columnellas, numero milliarium insignitas: *tabellarios*, lapides, minori, quàm milliaria, intervallo distantes, postrouque ut ille milliarii viatores commodiùs equos insilirent; Grenovius verò, qui miratur merito *Pontes* esse columnas, & *tabellas* lapides, intelligit è tabulis seu asseribus *Pontes* mille pedum longitudine, quibus opus erat propter vias voraginibus torrentibusque interruptas, de Decum. *ver. lib.* 1. *cap.* 3. Apud Hebræos quoque vias, præsertim ad Civitates Refugii ducentes, ut magis permeables effecent, *Pontibus* subindè junctas fuisse, notavimus suprà, ubi de *Asylis*. Ut alios *Pontium* usus, ut in quibus Principes quondam, que ad colloquia convenisse. Romanos in Comitiis suffragia tulisse, unde Prov. *de Ponte dejicere*, untum &c. legimus, in præsens tactus præteream. V. Auctorem *Sinæ & Eur.* (qui Adasmus fuit Preyelius) *cap.* 26. *cui tit. Pontes*, ut & *infrà*.

Pontes quidam celebriores ex eodem.

In Europa.

a. Alcantara, & Segovia, nobilissimis in Hispania, ubi 700. *Pontes* numerantur, superbiunt. b. Antenem fluv. quatuor jungunt *Pontes*: 1. *Manolius* vulgò dictus, primùm ab Antonino Pio factus, dein à Mammea Alexandri matre restitutus ac marmore sumtuose eli exornatus. 2. Paulo inferiùs viam Nomentanam jungit. 3. Succedit infra, in via Salaria, 3. ab Urbe mill. à Narpraf. de Decum. *ver. lib.* 1. *cap.* 3. Apud Hebræos quoque vias, præsertim ad Civitates Refugii ducentes, ut magis permeables effecent, *Pontibus* subindè junctas fuisse, notavimus suprà, ubi de *Asylis*. Ut alios *Pontium* usus, ut in quibus Principes quondam, que ad colloquia convenisse. Romanos in Comitiis suffragia tulisse, unde Prov. *de Ponte dejicere*, untum &c. legimus, in præsens tactus præteream. V. Auctorem *Sinæ & Eur.* (qui Adasmus fuit Preyelius) *cap.* 26. *cui tit. Pontes*, ut & *infrà*.

Pontes quidam celebriores ex eodem.

In Europa.

a. Alcantara, & Segovia, nobilissimis in Hispania, ubi 700. *Pontes* numerantur, superbiunt. b. Antenem fluv. quatuor jungunt *Pontes*: 1. *Manolius* vulgò dictus, primùm ab Antonino Pio factus, dein à Mammea Alexandri matre restitutus ac marmore sumtuose eli exornatus. 2. Paulo inferiùs viam Nomentanam jungit. 3. Succedit infra, in via Salaria, 3. ab Urbe mill. à Narnia, in Umbria Allobrogum, *Ponte* uno dirutissimo, à Plauco Imp. structus est. g. Istrum, *Ponte* lapideo vinxit Trajanus Imp. structus est. h. Istrum, *Ponte* lapideo vinxit Trajanus Imp. cujus pilæ 20. è lapide sectæ, 6. quadratæ, altitudine 150. pedum, latitudine 60. inter se 170. pedes distabant fornicibus devinctæ. Sabellico crassities in singulis pilis erat 60. pedum: Ipse *Pons* stadia bibait 7. pedes 220. Ejus postesa superiora Adrianus diruì jussit, an æmulatione in optimum Principem, an Barbarorum metu? V. Dionem. *x.* Ligeris, Aureliæ *Ponte* lapideo junctus est, in quo Puellæ Aurelianenses, quæ Gallias sub Carolo VI. ab Anglis tantùm non oppressam dictur liberasse, statua cernitur. *ℓ.* Londini, in Anglia suprà Tamesim *Pons* est adeò latus, ut hinc inde exædificatis domibus habiterur. Numerantur in eo 20. concamerationes ac pilæ. o. Muldava, fluv. Bohemiæ, apud Fragam, *Pontem* habet longum cubitos 872. latum ad excipiendos quatuor currus simul procedentes, totus è quadrato saxo, quo vix alius in Europa celebror. Habet fedecim fornices amplissimos. *π.* Supra Narem, prætergressis Narniam, apparent à dextris admirandi *Pontis* fornices, qui duos præcelsos & abruptos montes, subter labente flumine, conjungere solebat. Factum ab Augusto Procopius memorat: fuperfuntq; etiamnum ex lapide quadrato prægrandi reliquiæ. *ρ.* Praga, V. hic *suprà*, ubi de quadrato prægrandi reliquiæ. *ρ.* Praga, V. hic *suprà*, ubi de Istro. *σ.* Rhenus, à Jul. Cæsare *Ponte* 10. dierum fpatio junctus est, quem ipse prolixè describit. Iterum à Constantino M. V. *suprà*. *τ.* Segovia, unem ex pulcherrimis Hispaniæ *Ponibus* habet, ut & Alcantara. *υ.* Severinum opp. est in Valachiæ & Transfilvaniæ confinio, prope quod magnificas *Pontis* à Trajano extructi reliquias etiamnum conspici Paulus Jovius tradit. *φ.* Tiberinus *Pons* haud procul Ocriculo conspicuus fuit, ubi hodieque prægrandes quædam pilæ supersunt, quibus is fustinebatur. Fuit unus quaternorum è numero, quos Octavianus Augustus Via Flaminia perinsignes & magnificos ædificavit. *χ.* Trajanu, apud Dionem, lapideum super Istrum *Pontem* fecisse legitur, qui cùm pulcherrima alia Principis ejus extent opera, ipse tamen reliqua omnia facilè superavit. Auxit operis difficultatem flumen magnum ac vorticosum, fundusque ipse profundus ac limosus: cùm nec aversere ejus cursum ullo medio licuerit. Pilas habuit è lapide secto ac quadrato 20. ipse à cit. ripa ad ulteriorem stadiorum 7. Vide quæ suprà hic dicta: ubi de *Moldava* & *Severino*.

In Sinis.

a. Cancheu Urbs, pontem longissimum navibus 130. incumbentem habet: quarum una sic comparata est, ut facile aperiatur claudaturque pro navium transitu, ubi portorium solvetur. *β. Changcheu* Urbs, *Pontem* habet, totum ex secto lapide ad 36. altissimos & maximos porrectum arcus tantæ latitudinis, ut utrinque ædiculas cum Institorum tabernis sustineat. *γ. Changia* urbs, cavernam ingentem propè habet, ante quam pons est ex monte ad montem ab ipsa Natura protensus. *δ.* Prope *Chogan*, ad ripam, *Pons* est, de monte similiter ad montem, unico excrtus arcu, *Pons volans* incolis dictus, longo, 40. est Sinenf. perticarum, h. e. 400. cubitorum, altitudo 50. *ε.* Sub *Chingcheu*, ad *Queitung*, est magnificus lapideus *Pons*, in multos divisus arcus, & ad 100. perticas extensus, totus ex secto lapide. *ζ.* Chingta, V. *suprà*. *η. Cinan*, metropolisi Xantungiæ, *Pontes* lapideos numerat non paucos, in quibus *Pelosa* pluribus est fornicibus arcuatus, qui Insulæ cognominem in lacu *Taming* jungit. *θ.* Pochem, Metropolis Focienæ, *Pontem* habet superbissimum, supra maris sinum, cujus long. 150. perticarum, lat. fesquipertice: totus ex albo constans lapide, supra 100. altissimis arcubus insignis est, hinc inde cancellis ac podiis, debitis intervallis, supra lapideas bases, ex lapide eleganti operæ cælatis leonibus, ornatus. *ι. Gangni*, civ. Kiangsiæ, *Ponte*, qui *obsequii & obedientiæ* dicitur, superba est. Constat ex lapide, multis arcubus fornicibusque distinctus, è quo distissimum Patrum filia virtutem, supra maris fin

Quos ille, infulos certe admodum & ineptos, à Grammatico quodam, qui ita ex Græco illos transtulerat, se accepisse; aitipsum verò Epigramma in vett. Inscriptionum volumine, invenit Cataubonus: quad, ut descriptum est è lapide, qui est in agro Mediolanensi, ita habet.

ΚΑΛΥΑΙΟΣ ΑΥΡΕΟΛΟ ΜΕΤΑ ΔΗΙΟΝ ΑΡΕΑ ΚΑΙΣΑΡ
ΤΑ ΚΤΕΡΕΑ ΘΗΗΤΩΝ ΩΣ ΘΕΟΙΜΙ ΕΝΔΙΔΟΣΙ
ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΣΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΦΗΤΟΙΣ ΤΟΝ ΣΤΡΑΤΟΝ ΑΝΤΙΒΙΟΝ
ΚΕΙΝΟΣ ΔΕ ΟΙΚΤΙΡΜΟΝ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΣΧΑΤ' ΟΙΩΙΣΟΝ
ΑΥΡΕΟΛΟΥ ΓΕΦΥΡΑΝ ΣΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝΔΕ ΤΑΦΗΝ.

Atque ita quidem Trebellius: Aurelius verò Victor Aureolum non occisum, sed victum eo loci, neque à Claudio, sed à Gallieno, scribit: *Aureolum*, inquiens, *Gallienus apud Pontem, cui ex eo Aureoli nomen est, fusum acie, Mediolanum cogit.* V. Cataubonum ad *l.* 2. fed d. Salmasium, qui, inter alia hanc in rem præclara, Græca sita sic vertit:

Claudius Aureolo, post Martia prælia, Cæsar
Humana ut lex est, debita justa dedit.
Hinc vitam & volusit: diris insonsa tyrannis
Militis hand potuit mens generosa pati.
Hinc pius, atque suo cineres dignatus honore,
Aureoli pontem condidit & tumulum, &c.

Pons Cuppis factus, occurrit apud Jul. Capitolinum in *Maximinis*, *Ponte itaque cuppis facto Maximinus fluvium transmisit & de proximo Aquileiam obsidere cœpit.* Ubi glossam in margine apposuit habuit codex antiquus, *id est, navibus.* Sed falsus est: *Cuppa* enim quidem navis etiam genus sunt, sed non in hoc loco, ubi grandia vasa vinaria significant, quorum usus in pontibus contexendis & tumultuariis tabulatis extruendis fuit: ut apud Dionem in *Neronе*, Ἐ μὲν τῷ μέσῳ ᾗ ὑπὸ τῷ ὕδατι τὰ τε σκεύη τὰ οἰνηρὰ τὰ ξύλινα τὰ μεγάλα προκαθῆψε ἢ ἐπ' αὐτῶν σανίδας ἐπετήδευσεν. Quæ σκεύη οἰνηρὰ, ξύλινα, μεγάλα, vasa vinaria, ligneа, ingentia Dionis, *cupæ* huic appellat Capitolinus; Gallis hodieque *cuves*, Salmasius ad *Capitolin.* V. quoque supra, in voce *Cupa*. Pons *ex Ursinus*, V. eundem ad *Solinum pag.* 1266. & 1267. ut & infrà.

Pons Fabricatus, *Pont Faverge*, locus Galliæ, ad Supiam fluv. *Suippe*, inter Albam Ripam *Auberive*, & Cellam *Celle*. Hadr. Valesius in *Supia*.

Pons Naumachiarius, ab Augusto extructus, & postquam concrematus est, *ex Iarbe in Rhatia casa, à Tiberio refectus*, memoratur Plinius lib. 16. cap. 39. V. Hier. Mercurialem de *Arte Gymn. lib. 3. cap.* 13. ubi agit de *Navigatione ac Piscatione.*

Pons Petreus, *Pierrepont*, vel potius *Pompierre*. vicus est non ignobilis, in sylva ac monte Vosago, positus ad flumen Moiam, inter castella Moram, *la Mote* & Novum Castellum *Neuf-Chastel*. Ejus meminit Greg. Turonensis *lib.* 5. *cap.* 18. Nobilis est Guntchramni & Childeberti Regum colloquio, A. C. 587. habito, in confinio Burgundiæ atque Austriæ. Hadr. Valesius in voce *Petræ Pons*.

Pons Saravi, Germ. *Saybrucken*, Gallis *Sarbrue*, opp. est nobile Germaniæ, ad Saravum fluv. qui apud Augustam Trevirorum in Mosellam effluit, à ponte ibi super eum structo, nominatum: Caput Comitatus cognom. fub Comite è familia Nassovia. Ex Ludovico enim Com. Nassovio, mortuo A. C. 1637. natu V Vilhelmus Ludovicus *Pontem Saravi*: Johannes V Visbadam cum Insteneo, & Ernestus Casimirus V Veilburgum, nati, totidem liberis orti. Cuncti autem præf. V Vilhelmus Ludovicus, qui obiit A. C. 1640. ex Anna Amelia Badensi, Cratonem, natum A. C. 1621. denatum A. C. 1642. Joh. Ludovicum qui natus A. C. 1625. maritus Dorotheæ Catharinæ Palatinæ, habitat in *Orrweiler*: Gustavum Adolfum, natum A. C. 1632. qui, ductâ uxore Eleonorâ Clarâ Hohenloicâ, fedem habet in Ponte Saravi; Volradum, qui natus A. C. 1636. habitat in *Usingen*: Annam Juliannam uxorem Friderici Com. Palatini in *Zweibrück*; Carolam, uxorem Ludovici Eberhardi C. Leiningensis, & Annam Sibyllam, uxorem Aug. Philippi D. Holsatiæ. V. Hadr. Valesium *Not. Gall.* in voce *Saravus*, & Phil. Jac. Spenerum in *Theatro Nobilit. Europæ*, ubi de *Nassovica Fam.*

Pons Sulgæ, vel *Surgæ*, Gallicè locus, apud Hadr. Valesium, in voce *Pons altus*.

Pons de Vaux, nomen illustris Familiæ in Burgundia Comitat. cum tit. Comit. primùm, inde Ducatûs, ramus Stirpis Gorrevodiæ, de qua V. supra, in hac voce.

Pontes, vulgò *Pons*, locus Galliæ, in Santonibus, ad amnem in Carantonem influentem, cujus meminit Guilielmus de Nangiaco *his verbis*: *Dominum Regnandum de Pontibus, ad Regem in Villam de Columberiis, distantem à Pontibus 1. leucâ venisse, & publicè, coram Baronibus Regis, fecisse homagium Comiti Pictavensi A. C.* 1242. V. iterum Valesium in voce *Pontes Iccianæ*.

Pontes, in Campo Martio, Romæ, tumultuariè extuebantur, cùm Comitia erant indicta, ut per eos in Ovile seu Septum Centuriæ irent, suffragia ibi sua laturæ. Erant itaque viæ angustæ seu mensæ potiùs, præfertim post legem Mariam, quæ *Pontium* similitudinem haberent: numero 35. pro numero Tribuum, ut Tributa; 193. verò, pro ratione Centuriarum, ti Centuria. ta Comitia essent. Quod ideo institutum, ut per suum singulæ *Pontem* suffragium ferrent, neve, si ponte unico omnes Tribus simul ævè transire cogerentur, mora vel confusioni locus esset. Erant autem iis impositæ duæ cistæ oblongæ, una in capite *Pontis*, altera in fine, quibus custodiendis certi homines in Comitiis præerant, qui Plinio teste *lib.* 33. *cap.* 2. *Nongenis* sunt appellati. Sortitione igitur inter Tribus & Centurias de prærogativa factâ, Magistratus in Tribunali sedens, per Præconem, Prærogativam Centuriam ad suffragium vocabat; quæ de loco, in quo consisterat, per *Pontem* suum discedebat in Ovile, ibique suffragium ferebat; sequentibus dein reliquis, qualibet per suum pontem. Stabant autem in *Pontis* initio Diribitores, qui tabellas singulis miniſtrabant; quarum unam Ovile ingressuri, in alteram citâm, à Rogatoribus propositam, conjicerent: donec, totius Centuriæ tabellis collectis, educerentur suffragia, cui rei Custodes adhibebantur. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 14. & *lib.* 8. *cap.* 2. Hinc patet facilè, quo sensu accipiendum sit Prov. *de Ponte dejicere*; nempe *suffragii jure privare, ad suffragium non admittere*, denotat: Unde *Pontes* hos, in Campo, non super aquam extructos, cosque de illis deturbatos, *Non ut pereditarentur tales de vita, sed ne suffragarentur in Comitiis*, ait Joh. Saxonius *in Orat. pro Roscio.*

Pontica prov. Asiæ Minoris terminus à Septentrione, ut Agrippa & Missi Theodosiani statuerunt, adeoque Asiæ propriè sic dictæ, cujus duas partes idem Agrippa facit, *Ciceronem & Ulteriorem*, ambitu comprehensa non est: longè majoribus terminis Asiam circumscribente Strabone, qui eo nomine intelligi voluit, quidquid intra Ponticum, Ægæum & Cilicium maria concludebatur, ad instar Peninsulæ, *lib.* 11. Verùm ille Geographicè situm terrarum & marium rationem magis sequitur, quàm Politicam dispositionem provinciarum, quæ aliud suadebat. *Ita itaque Pontica prov.* Asiæ nomine involvit, quæ *Diœcesim Ponticam* postea fecit, ab Asiana diversam, qui Galatia, Paphlagonia & Cappadocia, *Armenia minor* & Pontus Polemoniacus comprehendebat. Sed & Augusti temporibus Bithynia, Propontis & *Pontica* pars prætoria fuit provincia, ab Asiæ speciali appellatione separata &c. Salmasius *ad Solinum p.* 807.

Pontica Terra, apud Zosimum Panopolitam, in confectione admirabilis illius tinturæ, quàm Ἔδωρ αἷματος vocabant, Τὰ δὲ ὑδάτα ᾗ καθαίνοντα εἶσιν ᾗ γῆ Πολική, ᾗ Ἀτλαντὶς ᾗ Ἀρμενιακὴ ᾗ βαθυῶδη δεκνυθὶ τὴν κρόκη ᾗ τὴ ἐλαφρὴν ᾗ ὁ ἔσαβο: Simpis est vel Pontica rubrica, de qua V. infrà in *Simpis*.

Pontica, apud Solinum & Plinium, gemmæ sunt, à patria sic dictæ, genere diverso. *Quippe alias aureas, alias sanguineas habent stellas & ea quidem inter sacras habentur: nam quæ ostentationi potius, quàm usui deliguntur, non guttis aspersæ sunt, sed longis colorum ductibus liniantur*, Solin. *cap.* 13. Nempe, quæ aureas aut sanguineas habebant stellas, amuleti vice gestabantur: reliquæ, quæ ad ornatum tantùm & ostentationem habebantur, lineis erant distinctæ, non guttis stellatæ. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 187.

Pontica, Poëmatis de Maritimis rebus, à Julio Solino compositi, titulus, cujus fragmenta superfunt. C. Barth. *Animadversion. ad Papinium Statium lib.* 5. *Sylv.* 3. *vers.* 188. V. de eo Salmasium *Prolegom. in Solinum.*

Ponticulus, structura supra tumulum demorui, in *ponticuli* speciem. *Lex Sal. tit.* 57. *§.* 3. *Si quis aripennum, h. e. ſtaplum super mortuum missum supra erexerit, aut manduletum, quod est ſtructura, ſive ſcalæ; qui est ponticulus, ſic ut more antiquorum ſaciendum fuit* &c. apud C. du Fresne *Glossar.*

Ponticus Stratus, seu *Pomilis stratus*, apud Vegetium, tabulatum dicitur, quo ſtabuli pavimentum consstratum est. Unde Græcia recentior πωλικόθεν verbum finxit, pro *ponte sternere*, vel pontilem stratum facere. Mauricius, πωλικόθεν ἤγουν καλαφόσιον. Eadem πωλίκια vel πωλίσια dixit *pontilem stratum*, seu *pontilia*. Nam & *pontem* pro hujusmodi stratu seu tabulato poluere. Glosſæ, Πωλίκιον, *pontem*. Uti Pontilias, ubi de Arabibus Asceitis, *Arabes*, inquit, *Aſſita appellati, quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte, piraticam exercens fugitivi venenatis.* Vocant *pontem* tabulas junctas & utribus superstratas. Quod *contabulatas crates* Solinus appellat *cap.* 56. Inde posteà πωντίσια usurparunt, pro quibuslibet tabulatis, quamvis non ad speciem pontis strata essent, sed suspensa. Leo *in Tactics*, ὁ πωλίσια, ἤγουν ξύλινα κατασκήνια &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1266. & 1267.

Pontifex, nomen maximi sit apud Romanos Sacerdotii, cujus potestas amplissima: qua de ultimam Numæ institutionum sonare, tradit Dio *lib.* 2. Dictus non à Ponte *faciendo*, quemadmodum Varro tradit & *L. L.* inquiens: *Pontifices ego à ponte arbitror*

bitror dictus. Nam ab iis fabricium est factus primum, & sæpe restituit, quum ideo sacra & uti & cis Tiberim non mediocri vitæ fuit. Nondum enim tum pons fuit ullus, qui refici potuerit, demumque post Numæ tempora ab Anco Martio pons primum Tiberi est impositus. Sed fortè à vetustissima sacrorum ratione, quæ ad pontes fierent; quod tamen eadem ratione refellitur, ut annotavit Sabellicus *lib. 3. Enn. 2.* Potius autem, *à posse & facere*, ut Q. Scævola apud prætorem Varronem contendit, *Pontifex existimat id, quod fieri potest fieri*, id est, *sacrificare, lib. 4.* Horum quatuor primitus à Numa instituti (quorum princeps Martius fuit, Marci filius, Vir Patricius) & è Patriciis electi, numerum ordinemque retinuerunt, usque ad annum U. C. 454. quo, Q. Appulejo Pansâ & M. Valerio Corvo V. Coss. Q. & Cn. Ogulnii Trib. Pl. legem tulerunt, ut numerus Augurum & *Pontificum* augeretur, & pars eorum ex plebe esset. Sic octo *Pontificum* numerus factus est, qui usque ad L. Sullæ Felicis Dictaturam manfit. Tum is, inter multa, quæ aut abrogavit, aut addidit, *Pontificum* quoque Augurumque collegium ampliavit, ut essent 15. Pontifices, & totidem Augures, Florus *Epit. 89.* Ex quo Sullæ instituto duplex *Pontificum* ordo factus est: Primi enim octo & duo deinceps, qui in eorum locum cooptati sunt, *Pontifices majores* appellati; reliqui vero septem, *minores Pontifices* dicti sunt, quorum pallim & apud vett. Scriptores & in vetustis dicti sunt, quorum pallim & apud vett. Scriptores & in vetustis Epigramm. mentio fit. Uniuscuius illorum cœtus, *Collegium* vocatus est, ut ex Cic. *Or. ad Pontif. pro Domo* ac de *Haruspic.* & ex antiquis Inscript. colligere est. A' Collegio itaque *Pontificum* primorum successores cooptari soliti sunt, usque ad ann. U. C. circiter 450. Non enim Comitiis à Populo creabantur, donec Cn. Domitius Cn. F. Ahenobarbus Tr. Pl. *Pontificibus* offensior, quòd alium, quàm se, in locum Patris sui cooptassent, lege latâ, jus Sacerdotum subrogandorum à Collegiis ad Populum transtulit, ut Cic. *in Rullum*, & Tranquillus *in Nerone*, tradunt. Quam cùm L. Sulla Dictator, plebi parùm æquus, abrogasset: restituit M. Tullio Cicerone, M. Antonio Coss. Tit. Labienus Tr. Pl. teste Dione *lib. 37.* Postea tamen, sub Augusto, iterum abrogatâ lege Domitiâ, Collegiorum primò, deinde Romanorum Principum arbitrio, *Pontifices* & reliqui Sacerdotes, cooptari cœperunt. De numeribus ac dignitate veto *Pontificum*, ita Dionys. *lib. 2. Pontifices*, inquit, *de omnibus sacris & de sacris peregrinisque judicata, tam inter Magistratus sacrificos, sic ad sacra peregrinisque judicata, tam inter Magistratus sacrificos, sic ad sacra peregrinisque judicata, tam inter Magistratus sacrificos, quam inter privatos homines: novasq; leges de sacris arbitratu suo condunt: & Magistratus, penes quos ceremoniæ sunt ac sacrificia, Sacerdotesque omnes examinant: Ministros quoque sacrorum in officio continent, ne quid contra solennes faciant ritus, à profano ea tam & impetu rituq; consuluntur de cultu Deorum ac Geniorum, allisque religionibus, quod si quem animadvertant, præcipua sua contemnere, eum multctant pro delicti magnitudine. Ipsi vitam potestati suæ donati, nec teneantur ad reddendam rationem vel Senatui vel Populo. Id genus Doctores, sive sacri Doctores, sive sacrarum legum Consulti, sive sacrorum Custodes vestè dicendi sunt: ego Hierophantas nostris appellari dixerim.* V. quoque Ciceronem, *Or. pro Domo*, ubi inter alia, *omnis Reip. dignitatem, omnium salutem, vitam, libertatem, aras, focos, Deos, Penates, bona, fortunas, domicilia, eorum sapientiæ, fidei potestatiq; commissa ac creditas esse*, ait. Et paulo post ad Lentulum, unum ex *Pontificibus*: *Te appello*, inquit, *Lentule, qui Sacerdotii jura tenes, curriculo, prætextio, lituis, libationes, epulas, ludorum. Vosque Pontifices, ad quos Epulones Jovis O. M. si quid est præterniilum, aut commissum, afferunt: quorum de sententia illa eadem renovata, atque instaurata celebrantur*, &c. Iisdem, sicut Magistratibus quibusdam Patriciis, Consulibus, Prætoribus, Dictatoribus & Interregibus, jus fuisse, Populum ad Curiata Comitia vocandi, ex eo patet, quòd Flaminum nauguandorum causa Comitia istiusmodi indici soleant, idque ad *Pontificum* pertinet officium. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 4.* Nec defuere ipsis Lictores, & fasces, Lictoris insignia, qua de re sic Gutherius *lib. de vet. jure Pontificio*: *De Lictoribus Seneca Pater*, „Non sine causa, inquit, Sacerdoti Lictor apparet. His tamen „publici solùm Sacerdotes utebantur cum Vestalibus, ut Pon„tifices, Augures, Quindecimviri, Flamines. Namque Livius, „quum Augusti facerdos Senatusconsulto constituta est, decre„tum, τὸ ἔσω κρὸς τὸ ἔσω ἀπαγορεύει, ut Lictore in sacrificio „uti posset, nihil ad veterum sacrorum rationem facit, quæ, ut „cætera, adulatione mutata est ac depravata. Lictor Pontifi„cum in antiquis Inscr. est Apparitor. Pontificum. Parmulario. Iidem „Pontificum Calatores dicti, κλητῆρες ἱερῶν, qui & Comitia „calabant & à Pontificibus sacra sacturis præmitebantur, ut ti„cubi videret Antifices adfidentes, opus fuum prohiberent, ne „Deorum arcaminarent ceremonias.* V. Fortunium Licetum *de Lucernis, lib. 6. cap. 103.* *ubi Lucernam Sepulchralem Sacerdotis, Lictorem habentis, explicat.* Duravit autem *Pontificum* Collegium, usque ad Theodosii Sen. tempora, quibus, Religione Christianâ omnia jam obtinente, Imperatoribus-que antiquæ superstitioni adverfantibus, uno edicto Sacerdotum omnium reditus fisco applicati sunt, ut Zosimus docet. Omnium superemus unus erat, qui & *Maximus* dicebatur, quo de V. hic *infrà*, & plura in hanc rem, apud A. Gellium *passim*, & Joh. Rosinum *lib. 3. cap. 22.* A' *Pontificibus* dicta *Pontificum* seu *Pontificia cœna*, in Prov. abit, de fauta supra modum ac magnifica, ut apud Horatium aliosque videre est; Angl. *a feast for an Abbot*: Pro quâ *Cœna adjectalis* quoque, nonnunquam dicitur. Lipsius tamen *Adjectalem* legi & intelligi eam vult, quam *in editis honoris quivis* Magistratus exhibere solebat, *de magnit. Rom. lib. 4. cap. 9.* Meminit cœnæ *Pontificiæ* Metellî Macrobius *Saturnal. lib. 3. c. 13.* ubi, postquam ordine enumerasset eos, qui accubuissent, pergit: Cœna hæc fuit, Ante cœnam echinos, ostreas crudas, quantum vellent, peloridas, spondylos, turdum, asparagos: subtus gallinam, altilem, patinam oftrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos, Iterum spondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas, „lombos, capragines, aprugnos, altilia ex farina involuta, aves „& purpuras. In Cœna fumina, fincipat aprugnum, patinam „piscium, patinam fuminis, anates, quæque dulas elixas, lepores, al„tilia alla, amylum, panes Picentes. Quod cùm jam fecisset 9. Da„mas Romæ Epiſcopus imitari inciperet, unde Ammianus Marcell. *lib. 19. Adepti* (nempe Pontificatum) *felicissimi sunt, eorumque convivia regales superant mensas*, Præterxtatus Præf. Urbis, *ludens*, inquit Hieron. *ad Pammachium*, dicere solebat ad Damasum, *Facite me Romæ Urbis Episcopum, & ero protinus Christianus*, &c.

Pontifex Aquarum, memoratur Servio ad Æneidem 12. *Jurare fans est in Italia salubrimus — Huic per* Aquarum Pontificem *sacrificari solet. Cui Lucatius primus Templum in Campo Martio fecit. Nam & Juturnias Ferias celebrant, qui aristicium aquæ exercent* &c. denotatque fummum Aquarum Inspectorem. Unde *Pontificum* nomen longè amplius patuisse, quàm vulgo notum sit, & *Pontificium*, quodlibet officium, quamliber potestatem, designasse, docet Justinianus *Novis ad Symmachum suum lib. 7. Epist. 27.* V. quoque Casp. Barthium *Animadvers. ad Papinium Statium lib. 4. Sylv. 3. vers. 55.* Τέλεσμα Ἐπιγνῶναι hujusmodi Magistratuum nominatum fuisse Athenis, discimus infrà, voce Puteus.

Pontifex Maximus, apud eosdem Romanos, dicebatur unus ille, qui reliquorum fuperavus erat, à Numa itidem institutus, *cui*, ut Dionys. tradit, *maximarum rerum, quæ ad sacra & Religionem pertinent, curam judicandique omnium, quæ in sacris fiunt, jus* commaciæ *privatarum & Magistratuum*. De jus creatione fic Livius *lib. 1. Minoribus Pontificibus creatis, Numa Pontificem deinde Maximum, Numam Marcium, M. F. ex Patribus legit, cui sacra omnia exscripta exfignataque attribuit: quibus scitis, quibus diebus, ad quæ Templa sacra fierent, atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Cætera quoq; omnis publica privataque sacra Pontificis scitis subjecit, ut esset, quo consultum plebi veniret, ne quid divini juris, neglectâ patriâ ritusve alienigenis, sumeretur. Nec cælestes modo ceremonias, sed justa quoque funebria placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret, quæq; prodigia fulminibus, aliove quo visu missa susciperentur atque curarentur.* Festus eundem ait *Judicem atque arbitrum rerum divinarum humanarumque fuisse*. Idem historiæ scribendæ munus habuit impositum, uti discimus ex *Tacito* Fl. Vopisci. Quod M. Tullius confirmat *de Oratore lib. 2. Erat initio historia nihil aliud, nisi annalium conscriptio: cujus rei memoriæque publicæ rerumque causa, ab initio rerum Rom. usque ad Mucium Pontificem Max. res omnes singulorum mandabat literis* Pontifex Maximus, *referebatque in album & proponebat tabulam domi, potestas ut esset Populo cognoscendi: itique etiam nunc Annales maximi nominantur.* V. Cafaubonum & Salmasium *Notis ad Vopiscum d. l.* &c. Creabatur is ex Collegio *Pontificum*, non quidem Collegarum cooptatione, ut in cæteris Sacerdotiis mos erat, sed à Populi Comitiis Tributis, ut idem Livius docet, etiam etiam tum non nisi ex Patribus creatus est, donec postremò omnibus honoribus Plebi communicatis *Pontifex Max.* quoque ex Plebe primus creatus est T. Coruncanus. Post quem multi tam Patricii, quàm Plebeji, id fastigii adepti sunt, usque ad Jul. Cæsarem. Quo mortuo, in ejus locum, *Pontificatum M.* per vim invasit Lepidus, post cujus obitum Sacerdotium id suscepit Augustus, quod vivo Lepido licèt oblatum sibi constanter rejecerat, teste Suetonio. Decens autem vilum fuerat, cum, qui totius Imperii potestionem esset adeptus, ipsum quoque suprcmam rerum divinarum auctoritatem, quæ hoc munere continebatur, habere. Quare, post Augustum, omnes Romani Principes seu Imp. *Pontificatum Max.* vel susceperunt, vel se *Pontifices M.* appellari, passi sunt: ut Constantinus, Constantius, Valentinianus, Valens & Gratianus: qui, Christianæ Religioni addicti, quanquam à munere abhorrerent, ejus tamen titulum eloquii suis adscripturn non sunt aspernati. Donec, qui ultimò hic nominatus est, Gratianus, edicto proposito, *Pontificem* se *Max.* appellari vetuit: quo facto ea Sacerdotii dignitas in Imperatoribus esse extincta, Zosim. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 22.* Sedes *Pontificis M.* regia, eique Flamines quoque, & ipse Rex sacrorum subjectus fuit, Idem *alibi*. Transiit postea ab Imp. hic titulus ad ejusdem Ecclesiæ Episcopos, quos moris fuit vetusti & in multa rempora durantis, appellari vulgò *Pontifices summos*, *Summos Anis*

Antiſtites, Summos Sacerdotes, Maximos Pontifices &c. Anacletus *Epiſt. 2. Unde liquet, quòd ſummi Sacerdotes, i. Epiſcopi, à Deo ſunt judicandi* Paulinus *Epiſt. ad Romanianum, inter Auguſtina 36. Tunc vero ſibi ſummus Chriſti Pontifex Auguſtinus videbitur.* Eusebius *ad Salominum, Cùm te ille beatiſſimi Hilarii, tunc inſulani tyranni, ſed jam nunc ſummi Pontificis doctrina formaret.* Nequeid ab initio tanùm, ſed & recentiori ævo. Sidonius Apollinaris vixunquam aliter: *Epiſt. 11. lib. 4. de Mamerco & Claudiano fratr.*

Nam de Pontificis *tenore ſummi,*
Ille inſignia ſumſit, hic laborem.

Idem *lib. 7. Epiſt. 5. Illuſtrioris decreto civium petitus ad verbi, cauſa ſuis evocationis titubans Eccleſiæ ſtatus, quæ nuper ſummo vidua Pontifice, utriu que profeſſionis ordinibus ambiendi Sacerdotii quoddam claſſicum cecinit.* Et *lib. 8. Epiſt. 15.* Ananuin vocat *Maximum conſummatiſſimumque Pontificem.* De Hartone Mogontiacæ Eccleſiæ Antiſtite, Witekindus *Geſtorum Saxonic. lib 1. Summus, ait, Pontifex mittitur ad ſedandam tam ingentem diſcordiam.* Sic Thegnanus de *Geſtis Ludovici Imp. Jamdudum illa peſtilens conſultudo erat, ut ex vilioſimis ſervis ſummi Pontifices fierent.* Et quidem id ituli quid ſignificaret, docet Opt. Milevitanus *lib 1.* qui, *Apices & Principes omnium* Epiſcopos vocat. Ignatius item *ad Trallian,* cum inquit, Τὸ μὲν τῶν ἀρχόντων, ἀλὼ ὁ κόσμος ἅπας ἤδη τὸν ἀρχιερέα σέβεται, τί οὖν τὸ ἀδ' αὐτῶν κρίνει, *Quid eſt Epiſcopus, niſi is qui prætergreſſus eſt omne imperium & poteſtatem, quippe omnibus præſidet, quamvis quidam eorum longe rare poteſt.* Tandem vero titulum hunc, ut & Papæ ac *Apoſtoli*, Romæ Epiſcopus ſoli ſibi vindicavit, neque in tota hodie communione Latina alius *Pontifex M.* titulo inſignitur, quàm qui Romæ ſedem tunc habet Præſul: cujus inſigne Cidaris *Pontificalis* eſt, ut dicitur *in præf. ad opus de attributis Rom. Pon.* cui titeſt, *Corona aurea ſupra mitram.* Continet illa triplicem coronam, ſupra mpiicem Epiſcoporum mitram, inventum, ut pleriſque vifum, Bonifacii VIII. V. Anton. Mazarotium *lib. de 3. Pontif. coronis*, & Carol. Paſchaſium de *Coronis lib. 9. cap. 14.* at *lib. 4. cap. 21.* Alii tamenà Paulo II. geſtamen hoc primùm inductum, nonnulli, antiquius quidem, ſed ab eo, cum exoleviſſet, ſuiſſe revocatum, contendunt, V. Jacobum Cardin. Papienſem *Comm. de rebus Pauli II. lib 2.* Sed hiſ miſſis, integumentum Pontificii capitis quali ufuarium eſt Camelaucus, quo de V. præter alios Anſelmum *de Pileo ſect. 13.* & ſupra in voce *Pileus.* Calceamenta *Pontificum* non ſemper eadem fuere. Primi caligis ſeu ſandaliis Apoſtolicis leguntur uſi: à quorum craſſitie ac ruditate, ad lintéos udones ſe transtulerunt, dono, ut quidam volunt, Conſtantini M. Poſtremò ſandalia purpurea, crucis aurea ornamento inſignita, adhibere cœperunt, V. Ben. Balduinum *de Calceo*, cap. 27. *ubi idtam Sandaliorum Pontificum Sylveſtri I. Martini I. Honorii I.* ut *Angelo Rocca ultima* sandalia *ſpectantibus* ſic inſtructa ſunt ut *Pontifices Rom.* eligendi, diximus alibi. De *Pontificis ſummi* Hebræorum, cujus non niſi umbra ad Romanos quædam ſparſa eſt, V. infrà in voce *Pontificalis Dignitas*, item *Sacerdos ſummus.* Commentaria *Juris Pontificii* vett. Romanorum, ſcripſit Labeo Antiſtius, quem libium citat Auguſtinus *de Civ. Dei lib.* 4. & 8. V. quoque Feſtum, & Anton. Thyſium *JC. Not in A. Gellium lib. 1. cap. 13.*

Pontificales Cerenoniæ, in inauguratione Pontificis Rom. hæ ſunt: Cùm in Synodo Rom. ſub Stephano IV. celebratâ ſtatutum ſit, non poſſe eligi in Pontificem, qui Presbyter, aut ad minus Diaconus non ſit; ſi occurrerit, Diaconum nomen in Papam conſecrari (ut aliquando accidit) obſervari ſolent cerenoniæ ſequentes. Nimirum, Papa tunc con parét ad ordinationem, indutus amictu, manipulo, cingulo, pluviali & mitrâ in capite: quæ deponitur, quan o Epiſcopus ordinans facit impoſitionem manus, Evangelii, & Papa in throno ſedente: qui tamen erigitur, quando ab Epiſcopo manus acceptura eſt. Mitrâ tamen cooperuas ac lectens librum Evangeliorum tangit. Si in Sacredotem eſſet conſecrandus, V. ſupra *Presbyter*: Si in Sub diacorum, V. *Subdiaconus.* Si in Epiſcopum itunc ſolitæ exhortationes atque interrogationes omittuntur, atque conſecrans, dum litaniæ dicuntur, Papæ benedicens, itare debet ſine baculo & genuflexi duo Affiſtentes. Dum poninar illi ſuper humeros liber, ſedet in throno ſine mitra Pontifex, ordinans vero ſtat: quod & in unctione capitis ac manus obſervatur, nec baculum in manu tenet, ſed tantùm annulum, quem dum illi Epiſcopus ponit, oſculatur Papæ manum. Quo impoſito, accedunt Cardinales ad illius pedis, manus & faciei oſculum, ac idem facit Epiſcopus ordinans, à quo, tempore Offertorii, ſtans Epiſcopus, recipit faculas, panem & vinum, ſine mitra, & manum offerentis Pontificis ſoſculatur, Papa in throno ſedente, qui tandem à Cardin. Diacono accipit palliuin, cum confueta verborum formula, &c. V. Chriſtophorum in *Ceremoniali.* Sed ante omnia ſtatim ac Pontifex electus eſt, in Cathedra collocatur, & ponitur annulus pifcatoris in digito, novoque nomine ſibi aſſumito, confeſſim primus Diaconus Cardin. ilium populo divulgat. Electus vero in Pontificem, depoſitis Cardinalitiis indumentis, induitur veſte candida lanea vel ſericea, juxta temporis exigentiam, ac caligis ejusdem coloris, cum calceamentis rubris, in quibus acupictæ ſunt aureæ cruces. Præcingitur cinguio rubeo aureis flocciis, atque birreto, rochetto, amictu, albâ, cingulo ornatur & ſtolâ ad inſtar pendente, ſi fit Sacerdos, ſeu ad ſinistrum humerum, ſi Diaconus: ſi autem nullum horum habeat ordinem, ſtola non ponitur. Mox in ſede poſitus, à Cardinalibus crocea indutus adoratur, deinde oſculando ejus pedem, manum & genam, deſertur illi interea pluviale, mitrâque pretioſa (de quo teguminis genere ſupra) Sic indutus ad ſedendum ponitur ſuper Cappellæ Altare, ubi iterum, ut ſupra, poſt aliam adorationem, Cardinales eum oſculantur. Tunc pateſacit Concla vis valvis, ubique lætitiæ ſonitus acclamationum, campanarum, tormentorumque bellicorum auditur. Atque ſic in ſede collocatus, proceſſionaliter, præcedente Vaticanæ Baſilicæ clero, concomitantibus Cardinalibus indutis rocheto & capa magnâ, ad eandem Baſilicam S. Petri defertur, populoque conclamanti benedicit, tandem ſuper Altare majus deponitur ibique ſacrum Collegium denuo illum publicè ordinatque adorat, & ſinguli ternam adorationem, ut ſupra, complent. Interim Purpuratorum Decanus genu flexo infonat *Te Deum*, quo à Muſtorum Choro expleto Decanus ſuper Pontificem nonnullas preces recitat, poſt quas Papa ſolenniter populobenedicit. In die autem Coronationis deſtinato, dum Papa ad Vaticanam Baſilicam defertur, Ceremoniarum M. gaſter immediate Pontificem antecedens, deſert in manibus duas oblongas arundines, in quarum unius veſticæ ſtuppa habetur, in alterius cuiinne parva candela, quæ ſtuppam accendens, dicit: *Pauſtillime Pater, ſic tranſit gloria mundi*, eandque ceremoniam ter repetit. Ciaconius tamen in *Vita Benedicti XII.* a fuis XIII. Antipapæ, aliam quandam ceremoniam antiquiorem ſuſtitarum refert, in coronationis actu Pontificii hæc verba dici confueviſſe ajens, *Pater Sancte, non videbis dies Petri.* Sed eam nec in Canonibus, nec in pervetuſta Ceremonialibus reperiri, contendunt Macri Fratres. Uſus vero ſpargendi ad Lateranum monetas, in Pontificis inauguratione, antiquus eſt, ut fidem probatum eunt, ex Bartolio *ad A. C. 867. num.* 143. & 144. Plura hanc in rem facientia, V. apud præfatos Fratres, Dominicum & Carolum Maeros *Hierolexico*, in voce *Papa.*

Pontificalia, Epiſcopalia ornamenta, veſtimenta. *Chronicon* Montilleriani A. C. 1122. *Quod etiam ſine viribus majus tentare auſus eſt, videlicet ut ei* Pontificalibus *uti Papa permitteret.* Nam & Epiſcopos olim *Pontifices*, imò *Pontifices ſui Sacerdotes ſummos*, dici conſueviſſe, docet & Cdu Freſne ex *LL.* Wiſigothorum, Longobardorum, *Capitul.* Caroli M. *vett. Formulis*, & Baronio ad A. C. 897. *num.* 61. In ſpecie ſic dicuntur, quibus ipſe Pontifex Rom. utitur, de quibus aliquid ſuperiùs, addemus hoc quædam alia. Indumenta Bonifacii VIII. cujus ſepulchrum detectum eſt A. C. 1605. talia erant, inter alia refert Joh. Mucantius, apud Torrigium pag. 373. *Vidi, inquit, illiſum corpus integrum conſervatum in dicta capſa lignea, in qua fuerat ſepultum per 302. annos: facies tantùm ejus aliquantulum conſumta erat, ita ut nec nares, nec labia, ſed tantùm mentum apparet & dentes. Habebat in capite mitram albam admodum parvam, &, ut conjecturare potui, ex tela bombacina; corpus indutum erat omnibus* Pontificalibus *indumentis, i. caligis, ſandaliis ex tela aurea, in ſummitate acutis, ſine cruce, tunicâ longa alba, ſtolâ, cingulo, dalmaticâ tunicellâ, planetâ ampla ſericea coloris nigri, rhombos & pallia, quod conſumtum erat: ſed plumbum apparebat & pendebat ſere usq; ad pedes. Spinulæ tres gemmatæ, manus ejus chirothecis albis non factis & margaritis ornatas erant & annulum pretioſum digito geſtabat, atque ſapphiram valoris (ut dixerunt aliqui) 30. ſcutorum &c.* Quod reliqua Papæ indumenta, V. hic paſſim, in vocibus *Birretum, Camelaucium, Camiſia, Cappa, Cingulum, Compagi, Crocea, Epigonatum, Manipus, Orale, Pedules* &c. & de his omnibus fuſe agentes Macros Fratres in *Hierolexico.* Non indutur autem Pontifex ſandaliis, ſubcinctorio, chirotheca & fanone, die Veneris ſancto, &c. De *Pontificali* ornatu Sacerdotis Summi Hebræorum, dicemus infrà.

Pontificalis Dignitas, in V. Teſtam. certæ familiæ fuit adligata. Et quidem primus Hebræorum Pontifex fuit, ex tribu Levi, frater Moſis: cujus duo filii *Eleazar & Ithamar*, binas conſtituerunt familias Sacerdotales, quarum prior tantùm *Pontificalis* fuit in Numer. *cap. 20. verſ. 28. Et exuens Moſes Aaronem veſtimentis ſuis, induit eis Eleazarum filium ejus. Et mortuus eſt Aaron ibi in vertice montis.* Turbata autem poſtea ſucceſſio hæc videtur, cùm Heli Pontifex Ithamarides fuiſſe creditur. Sed poſteri ejus Pontificatu rurſus excidérunt, Salomonis tempore, per Abiathaream: eoque amoto, ad veram ſtirpem honor iſte poſtl minio redidit, per Zadoeum Eleazaridem, i. Regum *cap. 2.* Poſt captivitatem dein Babyloniacam, iterum hic aliquid turbatum, cùm, *Diacum* extinct nomine, qui prius præfuerat, *Pontificatus* non quidem ad aliam familiam translatus, ſed cum Principatu primùm, exin cum Regno, præter divinam inſtitutionem, conjunctus eſt. Liberato enim ab Antiochi tyrannide populo, Alcimoque mortuo, populus ſui juris factus, Judæ Macabæo, filio Mathatiæ Sacerdotis, è ſtatione ſeu claſſe Sacerdotali Joaribi, i. Chro-

habiti. David quoque Rex legitur alios habuiffe præfectos
fuper boves, alios *fuper camelos*, alios *fuper oves & capras*, fed
de fubulcis nulla mentio eft. Unde Porphyrius *lib. de Abftinen-*
tia à cæde animalium, ullos in Judæa nalci *porcos*, diferte negat.
Neque obftarium, cur tantopere ab hoc animali abftinuerint
Judæi, cùm, quod non nili mortuum alis prodeft, ne mortuum
quidem nili ufui Judæis effe potuerit, utpote quod, nec ad fa-
crificia, nec ad efum adhiberi, Lex illis permifit, tanquam *im-*
mundum, Levitic. *cap. 11. vers. 7.* & Deuteron. *cap. 14. vers. 8.* V.
hac de re præclara, apud laudatum fupra Bochartum Part. *cit.*
lib. 11. cap 37. Præter Judæos verò etiam è vicinis populis, non-
nulli æmuli eotum à *porcina* abhorrebant: Arabes, Plinius *lib. 8.*
cap. 52. Saraceni Herronymus *in Jovinian. lib. 2. cap. 6.* Phœnices,
Herodian. *lib. 5. Ægyptii*, Herodot. *lib. 2. cap. 47.* Barcææ
mulieres, in Africa Cyrenaica, Id. *lib. 4. cap. 186.* Æthiopes,
Porphyrius: Indi, Ælian. *lib. 16. cap. 37. &c.* V. Eundem ibidem
pluribus, ut & fupra. Apud Romanos verò ex inftituto Aure-
liani Imper. *porcinam* populo diftribui confuevifle, indicat Vo-
pifcus in *ejus Vita*, *Nam & porcinam carnem populo Rom. diftri-*
buit, *quæ hodieq. dividitur*: & gratis quidem, ut Victor Schotti
docet; fuitque tum inftitutus Præfectus dividendæ porcinæ,
cujus Zofimus meminit *lib. 2. Ἀνακινῶν τὰ χοιρεῖα τρίτος ὁ χοιρε-*
γὸς, *ὃ τῷ δημοσίῳ ἐνεῖδεν ἀπὸ Ῥωμύλου ἕστως*, *Lucianus fuille car-*
nis eras Præfectus, *quæ publice adhuc à Populo Romano*. Alii e-
rant Porcinarii *urbis Romæ*, quorum mentio in *l. 1. Cod. de Suar.*
& Sufc. lib. 10. V. quoque Symmachum *lib. 1. Epift. 13.* & Joh.
Calvinum *Lexic. Jur.*

Porcus Marinus, Græcis *ὄνος*, item *ὗς*, Archeftrato *ψαμμί-*
τις ὀφυλίς,

Ἠδ' ἐλέφας δὲ καὶ ὃς πάντα τέλει ὄν ὀφυλίς
Τὸν καλέουσι λεοὶ Συρτάων ψαμμίτιν ὀφυλίδα.

Fuffor arenarius dicitur. Cujus epithetum Iidarus red-
dit, cùm ait, *Porci marini*, *qui vulgò vocantur Sulli*, *qui dum*
efcam quærunt, *more fuis arvum fub aquis fodiunt. Circa guttur n.*
habent oris officium, *& rifu roftrum arenis immergant*, *paftum non*
colligunt. Nempe pifcis hic roftro in arena fodit ac rimatur,
veluti porcus. *Sullus* autem, pro *Sullus*, quoque dicbus eft. Dra-
contius,

Præcidit Sullus vim cujusunque venenî.

Orbragoriffmum appellatum effe Lacedæmonis, Plinius ait *lib.*
32. cap. 2. Apion maximum pifcem tradit effe porcum, *quem La-*
cedæmonii Orbragoriffmum vocant: *grunnire eum*, *cùm capitur*. Sed

Lace-

Lacedæmonii ita vocarunt non *porum* piscem, sed lactentem porculum, quòd tales mane in foro venales prostarent, Hesychius, Ὄρος χοῖρος, χοιρίδιον μικρὸν. Apud Athenæum in Laconum institutis, *hoc* ὃ δὲ τοῦ γαλαθηνοῦ ὄρος ὀνόματι κέκληται &c. Hodie *Morisinum* Galli vocant, quasi *maris fœtum*. Jul. Scaliger hunc piscem cum delphine confundit: sed Vett. distinguunt, quod etiam Salmasius probat *ad Solinum pag. 536.*

Porodorax, unus ex 40. Galatis seu Gallis, quos Mithradates, in fe conjuratos cum comprehendisset, jugulari atque insepultos abjici justit: à puella Pergamena, quam amaverat, contemto Regis interdicto vitæque discrimine, sepulturæ traditus est. Plut. *de Virtut. Mulierum cap. 23.*

Porinus Julien, ὁ Πορῖνος Σατυρὸς, apud Plutarchum in *Vita Antonidis*, simulachrum est Sileni, ex *Paro* marmore facti, quod, *ob*pho ievitate præditum, cætera Pario simile erat, uti Theophrastus docet. Exco multa Vett. opera sicbant, quæ πόρινα dicebantur, ut Hadrianum, quæ ex Pario marmore, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 183. & Hor. ubi arenâ, quæ ex Poro lapide fiebat, marmora poliri consueviste, ex Plinio docet *lib.* 36. *cap.* 6. simulque Cardanum eo gemmas quoque antiquitus sculptas fuisse contendentem, refellit.

Porinus, apud Julium Pollucem *lib. de Conspectibus in Scen.* 5. *ac primus quid*. juxta interpretationem Hadoandri, sunt Judi Scenici, sic dicti, à productione *mercatorum* in scenam, & commemorantur inter spectacula, quasi Floralia, quæ per meretrices & perditissimorum hominum genera celebrabantur &c. Qui locus indicat, turpissima illa spectacula tarde fuisse sublata. Pratejus apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Græcis autem πόρνη, *meretrix*. V. Cl. Suicerum *Thesf. Eccl.* voce Πορνὴ.

Porphyra, Gr. *Purpura* (de qua voce V. infrà) locus Constantinopoli, ubi Imperatorum Græcorum Augustæ puerperio toleabant defungi, unde *Porphyrogenitorum* illustre cognomen, secundùm Auctorem Anonymum *Histor. Orbis Terr. Geogr. ac Civ. Palatium purpureum*, à Constantino M. ædificatum eo fine, qui dictus est, Lutthprando *lib.* 1. *cap.* 2. Alius tamen filii Imperatorum sic cognominati fuere, quia ritu genitos *purpura* colligebantur, quibus favere videtur Zonaras de Constantino Duca Imper. agens; sed prior sententia doctioribus arridet magis. Idem Lutthprandus *in Legat. Imudicitias res*, inquit, *ut porphyrogenita, h. e. in purpura natus sim, in purpura nata, gentibus miscatur.* Infrà, *Sed Christophorus, quem jam Porphyrogenitus fuit.* V. du Fresne *Glossar.* & *Not. ad Alexiadem*, ut & Macros *Fratres Felicioves*. Ad quam vocem alludens Nicetas *c. Judæor.* Ecclesiam Christi *Porphyram* appellat & Christianos *Porphyrogenitos*, quia purpureo sanguine Agni immaculati sunt redempti. Idem. Quo pertinet illud Tertulliani *de Ecclesia, sanguine fundata* &c.

Porphyrites, marmoris genus, candidi punctis in rubro lucentibus insigne, Plinius *lib.* 36. *cap.* 7. *Rubet* porphyrites in eadem Ægypto, *ex eo candidis interventionis punctis, Leucosticten vocatur.* Salmasius *Leucophyren*, ex ut, λευκοφυῆ, legit Paulus Silentiarius,

—— πολὺς δ' ἐσκίρτα Νόθος
Φορφύρη πάρος πάμπυρος ἀλλὰ πάλαι
Λευκὸς ἀναπρὸ δ' ἔπειτα μετ' ἀμφοτέρων δὲ φορῆ πλοκεῖα.

Ubi λευκόστικτος, *exiles stellulas* vocat in *Porphyrite* lapide candida illa puncta, quæ rubro interluceant, quas aiti λευκὰς ψήφους, unde λευκόψηφος ipse lapis appellatus. Sidonius *furfures* vocat. *Epist.* 1. *lib.* 2. *Neque per populos Æthiopicos & abrupta purpura geminos fucata conchylia sparsim mihi faxa furfuream mentiuntur.* Quæ *faxa fucata gemino purpuræ conchylio, sparsum furfuream mentienti*, Porphyreticæ omnino sunt. Fiebant ex hoc lapide, ut & Acathe, columnæ; sicut ex onyche pavimenta. Lucanus:

—— *flabatq; fibi non cognita Asbater,*
Purpureusq; lapis, totaq; effusus in aula
Calcabatur onyx.

Eundem pulchre describit Statius Papinius, *in Epithalamio Stellæ & Violantillæ.*

Hoc Lybius Phrygiusq; silex, hoc diura Taconum
Saxa virent, hic flexas onyx, & concolor alto
Vena nitet, rubicunda quies purpura sæpe
Oebalis & Tyrii moderator livet aheni.

Hinc *Porphyreticum marmor*, apud Æl. Lampridium in *Alexandro Sev. Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, h. e. porphyretico & Lacedæmonio primus instituit, Palatio exornato hoc genere marmorandi.* Non quòd Alexander primus marmoratorem instituerit ex duobus marmoribus jam Claudii enim ac Neronis temporibus notum illud inventum, ut docet Plinius *lib.* 30. *cap.* 1. & Seneca, qui Alexandrina marmora exultis Numidicis fuisse temporibus fuis distingui refert: Sed quia novam illud quoddam genus fuit è *Porphyrite* & Lacedæmonio, Casaubonus *ad l.* Portic. *porphyreticæ* meminit Flav. Vopiscus *in Probo*, *Usus etiam est regalis scribarum penicus* Porphyreticæ, *aliis etiam Senatus, ac Populi.* Heliogabalus verò etiam plateas in palatio saxis Lacedæmoniis ac *Porphyreticis* stravit, quas *Antoninianas* vocavit, quæ saxa ad suam usque ætatem manisse, fed cruta dein atque exfecta esse, narrat Lampridius *in Heliogabalo*. Ut non mirum sit, quòd Λαφυκὸς πορφυρίτης, i. *area Porphyretica marmoris*, in qua corpus Juliani repolitum, mentionem facit Cedrenus. Et in *Ceremonialibus* Ecclesiæ Rom. *Porphyretica tota* frequenter occurrit: lapis fit, rotundus, in pavimento Basilicæ Lateranensis positus, in quo Pontifex varias olim functiones peragebat &c. V. Salmasium *ad Solinum passim* & *Lampridium n. 1.* nec non Macros Fratres *Hierolexico*, & infrà, ubi de *Rosa Porphyretica*.

Porphyrius, cognom. Cledii Albini Imp. de quo fic Jul. Capitolinus. *Quum pueri ejus familiæ rusticis fascolis colligarentur, quod forsè lotæ atque nudæ essent rusticis fascibus, quas maxime præ gnans parturiret purpurea matris illigatus est fascis. unde illi jocus nuncupatus etiam* Porphyrius *nomen inditum est. Quæ atque alia figna futuri imperii fuere.* Nempe color purpureus quoquomodo infanti admotus, (sem faciebat regiæ fortunæ: quia πορφύρα seu *purpura* Imperii erat symbolum, & propria Imperatorum, ut notum ex Historia & Cod. ce. Unde inftitutum poffea ab Imperatoribus CP. ut Augustæ liberos non parerent, nisi ἐν πορφυρᾷ, *in purpura*, quem morem Nicetas Choniates aperit *lib.* 5. & Luitprandus *lib.* 1. *cap.* 1. Indidemest, quòd apud Scriptores Historiæ Augustæ inter omina Imperii, quæ frequentissima ibi, semper fere purpuream quddam invenitur. V. in *Diadumeno* fic Aurelianо, omen Imperii fcerunt crepundia purpurea &c. Apud Hieremiam Propheiam Lamentationum *cap.* 4. *ci τεθραμμένοι ἐπὶ κόκκοις*, non de regiis infantibus dicitur, fed de iis, qui in fummis deliciis educantur. Vetus tamen Interpres vertit, *qui nutriebantur in croceis*; quod potest referri ad exquisitiorem ciborum paratum. Nam & à colore cibum commendari, discimus ex Aristophane in *Equitibus*, ubi ἑτοῦτο κόκκινον: sed refellit id Hebraica veritas. Sic in Antipatri *Epigramm.*

Ἡ τὸ τέκ' ὀπ βρέφος πορφυρέοις ἀντύγεσσιν
Παῦρον ἐπὶ Παφίης νηπιάζει κραδίης.

Etiam moris infantibus fuit, appendere φάλαρα κόκκινα, *situm purpureum*, ut narrat Chrysostomus *Homil.* 13. *in 1. Cor.* fed ejus rei præter ornatum alia fuit causa, quam legeapud fanctiffimum illum Virum. Casaubonus *ad l.* 6. V. quoque fuprà in voce *Porphyra*.

Porphyrogenisi, feu *Porphyretici*, apud Conftantinopolitanos olim dicti funt, Imperatorum ac Regum liberi, quafi *in purpura* feu Patre Imperatore vel Rege, *nati*, quos *in Imperio natos*, interpretatur Chunradus Urfpergenfis Latinis *Purpurati*. Senator, *lib.* 11. *Epift.* 1. *Placidiam mundi opinione celebratam — purpurato filio* (Valentiniano) *studiosè percipimus*. Sic apud Eund. *lib.* 8. *Epift.* 5. *purpuratam infantiam*, filium vocat Athalaricus Rex, &c. Quòd ἐν πορφύρᾳ nati atque adeò fasci's purpureis inligatiac circumvoluti, fe offerri Imperatori confueverint, iidem ἐν λάκκοις τεφρώσεσι dicuntur, apud Libanium in πρὸς Βασιλέα, quem Julianoinfcripfit, &c. Car. du Frefne *Gloffar*. V. quoque quæ diximus paulo fuprà ut & infrà in voce *Purpurati*.

Porracetum, πράσινον, Græcis in fupremo viriditatis gradu pontur; vocant enim illὸ πράσινον χρῶμα ὃ πορφυροῦν ἐστι cum colorem quid ad plenum & faturc ac *meracè viridis*, feu qui auferi virioris eft. Unde πράσινος λίθος, de imaragdo præfiantiffimo proprie. Et Plinio chryfoprafus chryfoberyllo viridior dicitur, quòd ex auro & porraceo mixtum lucem trahat. Reliqua vero λίθοι πράσινοι ἐπιτεθῶσι, remiffius viridia funt, Salmafius *ad Solinum pag.* 1106. V. infrà *Porrum*; unde vocì origo.

Porretani, fectatores Gilberti Porretani Epifc. Pictavenfis, de quo Otto Frifing. *lib. de geftis Friderici cap.* 46. 47. & alii apud Baronium *A. C.* 1147. Besitum & Sammarthanos. Ebrardus Bethun. *contra Waldenfes, cap.* 1. *Inftimus Nominales in hoc, fed papiftæ Porretani.* De Gilberto eodem, Alanus de Inful's *Anticlaud. lib.* 4.

Illic caftra tonet & eadem milet in arte
Gilbertus fatis fallaci tr nfilit artem.

V. *Metalogicum* Joh. Sarisberienfis *lib.* 2. *cap.* 17. citatum Car. du Frefne *Glossar.*

Porrum, inter hortenfia, defcribitur Plinio *lib.* 19. *cap.* 6. ubi is inter alia, *fallyo auctoritatem dediffe principem Nervum, rectè gradi, ex eo, ftatis menfibus omnium diebus, nihil fuæ aliud, ac ne pane quidem refcendo*, refert. *Vici* namque *ftipendium offerre*, dicit idem *lib.* 20. *cap.* 6. V. quoque Palladium c. 40 *Febr.* At planè Ægyptiis olim pro Numine: quibus proin, ut Juvenalis obfervat *Satyr.* 15.

Porrum & cepe nefas violato frangere morfu.

Hinim. fuere, qui, ut Prudentius canit c. *Symmachum lib.* 2.

—— *Quadrivia brevioribus ire parati*
Vilia Niliaci venerantur olufcula in horti,
Porrum & cepe Deos impunè nubilibus aufis,
Allia, —— *cæli fuper æthra locare.*

Unde etiam irridendi Afclepiadis, qui, ifta damnans, pari ftultitiâ æquales Deos coleret, materiam fumens, apud Eund. φυβὶς *Hymno* X. Romanus Martyr ait:

Aupone portis reliquias armas,
Venerare acerbum cepe, mordax allium,
Fulginiffimbre placavitur Lares.

Et resonantur consecrata holuscula.
At unde major esse maiestas foci,
Quàm nata in hortis fartulatis creditur?
Si Numen illis, Numen & portis inest. &c.

V. Tob. Pfannerum *System. Theolog. Gentil. prior. cap. 1. §. 1.* Et *portis* iusculum confectum, *Porrectum* dicitur, in *Mirac.* S. Galterii Abbatis Pontifarensis *num.* 26. Gall. *Porrée*, apud du Frene *Gloss.* Sed & fucco ejus ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, Melam equestris ordinis reum ex procuratione, à Tiberio principe, accersitum, confectim exhaustè sine cruciatu, legas apud Plinium supra laudatum *lib. 19. cap. 6.*

Porta, præter commune significatum, recentiori ævo, mutatis ipsum *Portarii* Monastici nonnunquam denotat, seu quod ad portæ officium pertinet, apud Adalardum in *Statutis* Corbeiensibus, *pag.* 8. 19. & Hariulfum *Chron.* Centul. *lib. 3. cap. 19.* Tribus quoque vel urbis regio fic vocatur apud Mediolanenses ac Italos. Sigonius de *Regno Ital. lib. 6. Mediolanenſium civium alios in tribubus urbis, quas illi Portas vocabant & agri pagis, quos Vicos nominabant. Capitanei*, Otto I. *constituit.* Liber inscriptus *Flos florum: Ille semper, & per longa tempora ante Archiepiſcopos Mediolanenſes eandominus ſpiritualis & temporalis Mediolani & propugnator civitatis per Conſules datos per Archiepiſcopum, quibus enſem iſte dabat, cum regere incipiebant: aliquando per Capitaneos factos per Archiepiſcopum, in qualibeportæ ſpecialis parentela regebat.* Mox additur unicuique Portæ five regioni fuiſſe vexilla propria, quorum colores & figuras describit. Ita *Nouamina Portæ* memorantur, apud Chartæ apud Camillum Peregrinum *in Diſſertat. Italica de nomine hujus vrbis.* V. quoque Falconem Beneventanum *pag.* 209. 229. & Ottonem Morenam *Hiſtor. Rer. Laudenſium paſſim.* Cœterum *Portæ urbium*, quo pacto à priscis Conditoribus deſignari fuerint ſolitæ, docet Plut. *in Romulo*; ubi poſtquam dixit, conditorem aratro arvo vomere adjuncto, junctisque bobus, mare & fœmina, circa lineamenta, ab Hetruſcis Sacerdotibus, certis quibusdam ceremoniis adhibitis, facta, profundum induxiſſe ſulcum, ſicque mœnia fuiſſe definita; pergit: *Ubi Portam deſignare viſum eſt, vomere exempto atque aratro jubiato, ſpatium reliquit.* Additque, *Unde vtum habens murum, præter portas, ſacrum. Nam eas ſi dixerent ſacras, religioſum eſſe neceſſaria ac impiæ in Urbem recipere & exportare.* Sic M. Cato in *fragm. Capitas*, inquit, *augurio, qui urbem novam condebat, tauro & vacca aratas, ubi araſſes, murum facabat: ubi Portam volebat eſſe, aratrum tollebat & Portam tollebat.* Neque ſolum Urbes, ſed & Caſtra, apud Romanos præſertim, ſuas habuere portas, easque ut plurimum quatuor, de quibus hic paulo inſrà. Quâ verò ratione *Portæ* olim claudi atque aperiri conſueverint, diximus ſuprà in voce *Balanus*, alibique paſſim. At apertæ ſponte, ingentis alioqui molimonis, inter peſſimi ominis portenta olim habebantur. Cujusmodi quid Thebis acciderit, memorat Cicero *de Divinat. lib. 2.* Sicenim Deos è loco diſcedere credimus. Virgilius,

Exceſſere omnes adytis arisq; relictis
Di, quibus Imperium hoc ſteterat ——

Papinius Statius *Thebaid. lib. 8. verſu 173.*

—— *per ianuria ſemos*
Umus, abiiſſe Deos, delapſaq; Numina caſtris &c.

Sed & vocem auditam, Μετάβαινωμεν ἐντεῦθεν, *Migremus hinc*, in Templo Hierololymitano, ante tumnum ejus excidium, memorat Joſephus *Hiſtoſeo. lib. 6. c. 31.* ubi *Portam Orientalem* interioris Templi, æneam ſtrmiſſimamque à 20 viginti aliis hominibus ægrè claudiſſe quidam ex ipſis refert, addit. Portis in *Portis* Urbium, apud Iſraelitas, locum judicii fuiſſe, ex Scripturis diximus. In earum verò transitibus exigi aliquid ſolitum, pluribus docent Car. du Freſne *Gloſſar.* & Maeri Frattes *Hierolexico* in voce *Portaticum*. In Templis Græcorum, ut de iis etiam verbum addam, quæ circa ſec. VI. Orientales Monachi in tres partes dividere cœperunt, Ἰσοστάσιον, Νάον, & Νάοφόρον, Sanctuarium ſeu ἱσοστάσιον à Templo ſeu Νάῳ tabulato aliquo, aut etiam muro, dividebatur, in quo erat ἄβατον, ab iis *Sanctis* dictæ, ut Naòs à Nàrthece, in quo ſimiliter *portæ* erant, *Speciosæ*, Ἀγιάσματα appellatæ &c. V. Morinum de *Adminiſtrat. Panit. lib. 6. cap. 1. &* pluta ſuprà ubi de *Oſtiariis*, item in vocibus, *Fores*, *Janitor Janua* &c. De *Portis* privatorum id unicum adjiciego, antiquis temporibus etiam illas rarò patuiſſe; tum apud Græcos, tum apud Romanos. Unde vett. Græci de homine Φιλοξένῳ, ejus januas toto poſſe tempore aperras fuiſſe, dicebant, ἀθύρωτος καὶ θύρα. Et Martialis Procuili humanitatem erga hoipites laudans *lib. 1. Epigramm. 71. ait,*

Nullamagis toto januas poſte patet &c.

Porta Caſtrorum apud Romanos.

1. Prætoria, prima erat, aliàs quoque *Quæſtoria* dicta: quæ vel Orientem Solem ſpectare, vel è conſpectu hoſtium dirigiſſe debat: ut ſi quando ad arma conclamatum foret, ſine tumultu extra caſtra contrahi multitudo, & expliciari ordines ſignaque educi poſſent. Etenim ubi acie decernendum erat, illinc cohortes educi & copiæ admoveri ſolebant. Ibidem & inſtitutio captioſa inſtructaque ad ſubitos conatus erat: Quas ob cauſas quo que *Principalis* nuncupata eſt. II. Decumana, altera fuit à tergo Caſtrorum, ſic dicta, quòd ampla eſſet ac patens: ex qua deteriores & facinoroſi, in quos jure militari animadvertendum erat, educebantur pœnis coercendi. III. Principalis tertia erat; ex qua Principes ac ſummi Duces veluti ex poſtico, ſi quando opus eſſet, ſuis laborantibus opem ferebant, ordines tendebant & milites educebant. Ad hanc via quoque quæ tendat, *Principalis* dicta eſt. IV. Quintana, quarta fuit, poſt Prætorium: Per quam commeatus in caſtra convehi, & rerum utentium copia venalis exponi; inde etiam mercer, ad uſum militum mobilium, quæque bello ufui eſſent, importari & exportari ſolebant. V. Alex. ab Alexand. *o Genial. dier. lib. 1. cap. 12.* His quatuor *Portis* addit Hadr. Turnebus *Adverſar. lib. 30. cap. 14.* Extraordinariam, prope quam tenderentur extraordinarii, ex Livio *lib. 40.* Idem duas Principales fuiſſe, dextram & ſiniſtram, à *Principalibus* nomen adeptas, contendit ex eodem Livio *lib. 10.* & V. Roſinum *Antiqq. lib. 10 cap. 12.*

Portæ alia celebres, apud Scriptores.

2. *Porta Argentea* Baſilicæ S. Petri Romæ, apud Anaſtaſium in *Sergio II.* & Paulum Diacon. *Chron. Caſin. lib. 4. 8. Porta Aurea* Conſtantinopoli, Gr. πύλη χρυσῆ, de qua copioſè egit du Freſne *ad Ioſ. Ducam num.* 139. & *in Cf. Chriſt. Porta*, apud Ortonem Frisingenſem de *Geſtis Friderici*, 2. 22. & Annalis Anon. *Ligur. l. 4.* Hieroſolymis in *Geſtis* Franc. expugn. Hieroſ. *p.* 572. 1 nel. ſafonica, apud Joh. Cameniatam *de Excid. Theſſalonic.* 24. Ravennæ &c. Dicta autem funt in Civitatibus in joribus *Portæ aureæ*, portæ præcipuæ, per quas ioleonis ingreſſus vel procellus fieri ſolebat, *v. Porta S. Baſilii*, memoratur in *Expedit. b* liat. Friderici I. Imp. *pag.* 64. ubique angullia itinera, cujusmodi Hilpani *Portas*, Græci ϑύρα *vocant*, item πύλας, Latini recent. *Claustra* vocant. Quo modo vocem ulurpant, inter alios, frequentiſſime Albertus Aquenſis *lib. 1. cap. 8. lib. 3. cap. 5. & lib. 10. cap. 38.* & Ratin. Montanenſius *cap. 207. &. Portæ Eccleſiarum*, reliquiis Sanctorum conſecratæ vel non conſecratæ, occurrunt apud Longobard. *lib. 1. tit. 9. §. 30.* & in *Capitul.* Caroli M. *lib. 4. cap. 13. 1. Porta Guidonea*, fuit una ex quinque portis Vaticanæ Baſilicæ, ubi nunc eſt *Porta Sanctæ*: ſic dicta, quia ibi Guidones tendebant. Sic autem vocabantur Clerici à Carolo M. inſtituti ad ducendos peregrinos, in viſitatione Sacrorum Liminum Urbis locorum, uti quidem habebat Dominic. & Carolus Maria ſtatres *Hieroteos*, *Guerra Hiſpaniæ*, apud Rogerum Hovedenum, *pag.* 760. id eſt, *asinus angullus. n. Porta Judicii*, una ex quinque portis Vaticanæ Baſilicæ, fuit ſic appellata, quòd per eam mortui tantùm inferrentur. 8. *Porta Levatura*, pons ſubiicius ad portas urbium, *Hiſtor. Corſuſior. lib. 6. cap. 5. 1. Porta Poſitula*, in Jure Hungar. nomus habens paſſuum integrumque familiam, Alb. Molnarus. *n. Porta Leonina*, una ex 8. Vaticanæ Baſilicæ portis Ravennates feu Transtiberinos proſpectans. *n. Porta Regia*, ſeu abſolutè *Regia*, V. infrà. *n. Porta Romana*, ſecunda ex quinque Vaticanæ Baſilicæ portis, quod cives utriusque ſexus per eam egrederentur, nomen adepta. *v. Porta Ruſſica*, apud Rogerum de *Deſtruct. Hungar. cap. 14.* id eſt, anguitra, V. ſuprà. *ξ. Porta S. Batilii* & *Porta* Hiſpaniæ. *o. Porta Sanctæ*, porta eſt Vaticanæ Baſilicæ ubi prius *Porta Guidonea*, &c. *π. Porta Speciosa*, in Templo Hieroſolymitt. cujus mentio in actis Apoſtol. &c.

Portarius, Eckehardo de *Caſibus & Gallis*, *c.* 10 *p.* 52. *Portenarius*, Levi do Nortiovio in *Chron.* Mariano *p.* 15. Italis *Portenaro* nomen eſt Officii Monaſtici, qui *Portæ* Monaſterii curam gerit, *Janitor* alias, ſeu *Oſtiarius*, Udo de *combuſt. S. Martini, ita asininin ad hauriendam, quò aquam & ad diſcernendum volueriat*, Portarii non poſſidant. Quod munus viris ætate maturis & vitæ inculpatæ ut plurimum committebatur: adeò ut inter pottora Monaſterii nomina haberetur, interdumque in Abbates *Portarii* eligerentur, ut eſt in *Chron.* Monaſterii *de Fontanis cap. 10.* Ad id tamen ſufficere *ſapientum & bonaſtum ſimulum* eos tendebant Cluniacenſes, apud Petr. Venerabilem *lib. 1. Epiſt* 28. V. quæ de officio hoc & muniis congeſſerunt, Vigilius Diaconus in *Regula Orient.* 26. Iſidorus in *Regul. cap. 19.* Adalardus *in Statutis Corbeien. lib. 1. cap. 4.* Chrodogangus *in Regul. Canonic. cap. 12.* Aliique, laudati Carolo du Freſne *Gloſſar.* Apud Hebræos *Portarii* ſtuisnodi ſeu Oſtiarii Atrii Templi fuere minimùm ſeptem, שׁוֹעֲרִים *Amarasii*, dicti, quibus aperire, niſi omnes ſimul adeſſent, non licebat; tantaq; fubdiri Cachrolis, qui Segenis Vicarii erant, Joh. Selldenus *de Synedriis vet. Ebdr. l. III. c. 8. §. 6.* Hinc *Portarius* in Sanctimonialium Monaſteriis, quæ ideò nonnumquam obibat, debatque eſſe *ætate matura*, Conſtil. Cabillon. II. *cap. 64.* Aliàs *Portaria* 3 eſt Portarii vel Oſtiarii Officium Palatinum, de quo *LL.* Altonſinæ feu Partidæ *part. 2. tit. 9. leg. 14.* Item, *Portaria domus*, addicula *Portarii* Monaſtici, apud Laur. Leodienſem in *Epiſc. Virodunenſibus.* Aliter *Portarii* ſumuntur, apud Mich. del Molino in *Reperior. Foror. Aragonicæ* ubi Executores ſunt regiæ Jurisdictionis, quorum numerus XII eſt: in Regno illo *Portarii* ſeu *Officiales Prætorum*, in Concil. Palentino A. C. 1322. &c. V. ſupra *Arombitarios*, & plura in hanc rem apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Sed & Cubicularium, ſive potius Delatorem, *Portarii* vox denotat,

tæ, *lib. 5. Decretal. tit. 35. cap. 14. Canonicorum assensu per* Portarium *Regis exteros, apud* Macros Fr. *Heortes. V.* quoque supra, in *Janitor & Ostiarius.* Adde hic paucis aliquot *Portariorum* genera, ex Car. du Fresne præfato.

Portariorum aliquot genera in Monasteriis.

Portarius Claustri, in *lib. Ordinis S.* Victoris Parisiensis MS. *cap. 15.* unus est ex conversis fratribus, cui incumbit *claustra obire tam nocte quàm die, ne quis extraneus ingrediatur, aut intro ejiciat &c.*

Portarius Exterior five Curiæ, memoratur ibidem, ubi ad id officii eligi jubetur unus sitidem ex conversis fratribus, probatus moribus, affabilis &c.

Portarius Ordinis Cisterciensis *cap. 84.*

Portarius Pauperum, custodiebat portam, ad quam pulsabant pauperes eleemosynam petentes. *Tabular.* Conchensis Abb. in Ruthenis Chart. 312. ubi *Portarius Pauperum* à *Portario* distinguitur. Etiam *Subportarii* meminit *Liber Usuum*

Portatorium, in Ecclesia Rom. machina dicitur, cujus in Palmarum festo usus. Macri Fratres *Heortologio, In processione hujus dici super humeros duorum Sacerdotum machina, in qua triumphaliter positum erat sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, deferri solebat, ad denuandum Christi triumphum, Lanfrancus cap. 1. S. 4. sive liber Evangeliar. Hodie præparatur quoddam portatorium honestissimè, in quo innumbitur S. Evangelium, quod intelligitur Christus, dicitur in div. Offic. Et inferius, quod machina, in qua erat liber Evangeliorum in Dominicus sirebatur &c.*

Portianus Pagus, nunc *la Comté de Porcean*, id est, *Comitatus Portianus*, nunc absolutè *Porcean*, idque sæpius quàm *Porcien*, Galliæ portio est, inter Laudunensem pagum & Suessionicum intercepta, cujus fit mentio in Capitulis Caroli Calvi. Inter Vongenesm & Remensem, *in prec.* D. Ludovici A. de divisione Regni inter filios collocatur, ac nunc pago Reitestino, *le Retelois* connitetur: Archiepe enim, quas ita pago *Porcenſi* Frodoardus *in chron.* locat, (ta enim *Portianum* appellat pagum) funt omnino *Arc vel Archiad* Mosam, inter Macerias & Carolivillam, in pago Reitestensi qui locus aut vicus Principatus titulo nunc infignis est, à quo Dux Nivernensis & Reitestensis, *Principes Arebensium* nummis suis, cognominabatur. Ejus caput est Castrum *Portianum*, à pago nomen adeptus, quòd modo *Chasteau-Porcien* & *Chastiau Porcien*, modò *Chastel en Porcean* dicitur. Ab eodem pago oppidula quædam exiz. Calvus monsin Portatione, *Chaumont en Porcean*, & Asdelpum in Portiano, *Escly en Porcean*, nomen fanum habent. V. Hadr. Valesium *Not. Galli.* in voce *Castrum Portianum.*

Porticani, memorati in Concilio Lateran. I. A. C. 1122. *can. 12. Illam verò pravam* Porticanorum *consuetudinem, quæ hactenus ibi fuit — removendam censemus: ut* Porticanorum *habitatum sit ne haredibus morientium bona, contra meritum deliberationem, minimè paradantur: ita tamen ut* Porticani *in Romana Ecclesia & nostra nobisque fuæ fidelitatis & fidelitate permaneant.* Quinam fic dicti fint, minimè perspicuum est. Quidam hoc nomine *Portuenses* indigitatos volunt; quoniam Calixtus II. sub quo Concilium habitum, de *Porticanis*, tanquam de subjectis dominio temporali Ecclesiæ Rom. decernit: & videntur hi qui in Portu Romano habitabant, *Porticani* appellati, ficut Africanos, Illyricanos, Arasicanos, Anglicanos &c. novimus appellari, Afros, Illyrios, Arasitionenses, Anglos. Narrat autem Anastasius in *Vita* Leonis IV. Pontificem hunc, Corsis exulcerandam Portuensem civitatem donasse, cum circa S. Petri Basilicam absolvisset Civ. Leoninam, in cujus Curatorem ac Præfectum annonæ jus exercebat Præfectus Urbis Romæ; cujus munus erat, Portum Claudii ad ostia Tiberina reparare, curam mercium quæ ibi exponebantur gerere, atque omnes ab injuriis vindicare. Etiam verò Præfectus Urbis faciulatores publicabat comua, qui offensam contrahebant, propter operas portuenses, ut ex *Anastasii Epist.* ad Eufebium Bonion. liquet: quin etiam bona eorum vindicabat, qui fine liberis decedebant, & illis qui ab intestato ac fine hærede moriebantur, succedebat in Civ. Leonina, quod jus Calixtus præfatus ab levit A. C. 1123. bullâ datâ Albæ 5. Id. Jul. Indiction. 1. Pontif. V. Unde in portu quoque super bonis Publicanorum, cùm fibi quoque idem jus afferret, in Concilio Lateranenfi, vetitum fuisse videtur sub Calixto, qui Præfecto Urbis erat infestus &c. Alii à *porticu* dicti funt, qui provin can. 12. Concilii Lateran. inquilini habitabant, ac hi volunt, qui Romæ porticus habitabant. Romæ siquidem, ante Barbaricum vastationes & incendia, in gentes aderant *porticus*, ubi peregrini recipiebantur, quorum aliquæ erant à Basilica Petri, usque ad Molem Hadrianam, Sigonio referente *Histor. Ital. A. C.* 1145. Alize verò à Basilica S. Pauli, usque ad portam Urbis, ut colligiturex Procopio *de Bello Goth. lib. 2.* & Aretin. *de Bello Ital. lib. 1.* In his itaque porticibus habitantes, *Porticani* videntur iis dicti, quorum numerum non fuisse exiguum, è cade illorum, à Romanis in ipsa porticu facta, sub Eugenio III. dicitur, Sigonio *de Bello Ital. lib. 11. A. C.* 1145. memorata: Et certè in Diplomatis & Constitutionibus Pontificum tam Prædecessorum, quàm Successorum, Calixti II. Offsentem Potium habitantes, nunquam *Porticani*, sed *Portuenses* perpetuò, appellantur: quod satis firmo indicio est, divertos illos à *Portuensibus* fuisse. Nonnulli verò hoc nomine insignitos volunt peregrinos & crucesignatos, Hierosolymam & ad D. Jac Compostellanum, five crucesignatos ad Hispanicum bellum contra Agarenos iter facientes; quorum five in itinere, five in reditu morientium bonis nec canonice consultum fuerit. Hos autem dictos *Porticanos* ajunt, quasi *Peticanos*, quòd cospere urbia loca deducentes Guidones, petitam viatoriam gestarent. Macri fratres, ipsos Guidones five Bordinatos potius *Porticanos* nominatos volunt; hoc enim Clericorum Collegium seu Schola Carolus M. in Civ. Leonina fundavit, inter alia his verbis: *Constituimus etiam, ut ipsa dicta Ecclesia in circuitu ipsius vouum prædium, ubi sita esse videtur, in integrum, cum terminis, à primo lapete porticu majore pergente juxta Vaticanum &c.* Quæ porticus ab Adriani Mole, usque ad Basilicam Petri protendebatur, sub qua latentes Gothos, inde ex insidiis ad Molem modò dictam invadendam erupisse, refert Blondus *Dec. 1. lib. 4.* destructa postmodum, sub Gregorio VII. ab Imp. Henrico, una cum illa, quæ à regemina Ostiensi porta ad S. Pauli usque vias contegebat. Ad hanc itaque porticum cùm Concilium seu Bordinatorum Collegium una cum eorum templo S. Salvatoris pertingeret, *S. Salvatoris in Bordonia* five *in Bordonia & S. Salvatoris in Porticu & de Portiu* appellabatur, quæ hodie *S. Jacobi Coxcadalli* dicitur. Neque verò ipsi folum Guidones hic habitabant, fed cum vastissimum spatium in Civ. Leonina, ex prædicto Imper. privilegio, possiderent, variisque in eorum ædibus peregrini habitarent, hos omnes à contermina portieu nomen accepisse, & tanquam ultramontanos Henrico Imper. contra Calixtum II. adhæsisse, credibile est. Hinc Calixtus, post initam cum Cæsare paceem, ut in side Pontificum in polterum permanerent. *can.* hoc 12. Concilii Lateran. decrevit. Insuper, quia porticani Clerici Guidonesomnes hujusmodi advenas sepelieudi jus habebant vi privilegii à Carolo M. indulti, hinc ipsi peregrinorum (qui, quia apud ipsos habitabant, *porticanorum* nomine quoque sunt comprehenst) sine hæredibus morientium bona, tempore schismatis, usurpabant, cui consuetudini obviam tum fuit dicto canone. Sed & iidem *Porticani* dicti potuere à *portando* & ferendo mortuos, quos *Portitores* vocatos esse Latinis, disertius ex illo Virgilii *Æn. lib. 6.* ubi de Charonte, circa mortuorum curam occupato:

Portitor has horrendus aquas & flumina servat
Terribili squalore Charon —

Utalias eorum conjecturas omittam. Iisdem tamen Job, Suaresii Vasion. Epist. sententia magnopere probatur, qui Calixti decretum de militibus accipiunt, quorum scientio fit *can P. principalis dist.* 63. quæ est Pelagii Pont. f. Epistola, ubi sic habetur: *P. principalis de votissimorum militum, qui in Civitate Constantinopolitana conflitunt &c.* V. illos in *Hierolexico.*

Porticatio, structura porticum, in circuitu monumentorum ædificata, apud Macrum *Lexteris* 27. *D. de Reliq. & sumptib. fun. lib. 11. tit. 7. Itaque si amplium* (monumentum) *ædificari Testator jusserit, veluti in circuitu porticationes, eos sumptus in causa non esse.* Sepulchra enim Magnatum porticibus includi consueviste, docet Plinius *Epist. lib. 10. tit. de Dione, Id autem, in quo dicuntur sepulti filii ejus & uxor Dionis, in area collocatum, quæ porticibus includitur* ad Trajanum Imp. Atque ab his monumentorum *Porticationibus*, Clerici præfati *Porticanorum* nomen quibusdam videntur indepti. Macri Fratres in voce *Porticani.*

Porticus, in Gymnasiis Templis, Theatris, à Veteribus extructæ sunt. Prima namque Gymnasiorum partes *Porticus* fuere exedris five cubilibus apertis plenæ, in quibus Philosophi & Rhetores, Mathematici item, imò omnium Disciplinarum Doctores, disputando, legendo, ac docendo exercebantur: Quas non longè ab aliis Gymnasiorum partibus sitas fuisse, conjicere est cum ex ipsa figura, quam Mercurialis exhibet *de Arte Gymn. libro 1. cap.* 7. tum ex Prov. inde nato, *Dicum, quam Philosophum, audire malo:* quod in eos dicebatur, qui in eodem Gymnasio inter Philosophos sedentes, audito disertum crepitu, relictâ Sapientiæ Schola, ad proximum certaminum locum erumpebant. Ibidem & Medicorum fuere scholæ. Vitruvius *lib. 5. cap. 11. Constituantur in viribus Porticibus exhedræ spatiosæ habentes sedes, in quibus Philosophi Rhetoresque ac reliqui qui studiis delectantur, sedentes disputare possint.* Cujusmodi ifte præcitam Cicero in villa sua Tusculana habuit: Sic enim is ad M. Fabium Gallum *lib. 7. Epist. 23. Exhedria quedam nihil non fumi inflituta in porticula Tusculana: ea undique imitabilia examus.* Plenius de *Porticibus* Gymnasiorum, ita præfatus Mercurialis, cùm inquit. *In Palæstra perfpicua quadrata sive oblonga, ita fuit faciendæ, ut duorum stadiorum habeant ambulationis circumitionem, quod Græci vocant διαυλον. ex quibus tres Porticus simplices dispontur, quarum, ad Meridianas regiones sit conversa, duplex, ut cum tempestates ventosæ fant, non possis aspergen interiorem partem pervenire.* Et paulò pòst, *In duplici autem Portice* (nam tres illæ simplices Philosophis fervient, ut vilum) *cubicumtur hæ membra, Ephebeum in medio* (ubi nempe puberes exercebant corpus) *sub dextro Corycæum, deinde proxime Conisterium; à Conisterio in versura Porticus frigida lavatio, ad sinistram*

Ephebei

Ephebei Electotheſium, proxime autem Frigidarium, ab eque iter in Propnigeum, in verſura porticus. Iterum poſt quædam interjecta, *In Palæſtra periſtylia ita debant perfecte eſſe diſtributa: Extra autem diſpanentium* Porticus *tres, una ex periſtylio exeuntibus, ilinc dextra & ſiniſtra ſtadiatæ. Ex quibus una, quæ eſt Sept. perficiatur cinplex ampliſſimum latitudine, altera ſimplex ita facta, ut in parietibus, quæ ſurſum circa parietes & quæ unum ad columnas, margines habeant, ut ſemitas non minus pedum denûm, mediumque exca vatum, uti gradus bini ſint in deſenſis ſesquipedali à marginibus ad planitiem, quæ planitiesſit ne minus tata pedum 12. ita qui veſtibi ambulaverint circùm in marginibus, non impedientur à ſole exercentibus. Hæc autem* Porticus *apud Græcos ξυςὸς appellatur, quod æſtate per hyberna tempora in iſtis ſtadiis exerceatur. Proximè autem Xyſtum & duplicem Porticum, deſignentur hypæthræ ambulationes, quas Græci περιπάτους, noſtri Xyſta vocant, in quas per hyemem ex xyſto ſereno tuto ambleæ prodeuntes exerceantur*, &c. Addit tandem, *Inter duas porticus ſyſtæ aut platanones ſint, & in his perficiantur inter arbores ambulationes ibique exopere ſigninо ſtationes.* E quibus patet, *Porticus* in Gymnaſiis, partim Philoſophorum exercitationibus, partim deambulationibus fuiſſe deſtinatas; quorum illud adeò frequens, ut Stoicis nomen à Porticu, ubi docuit Zeno, haſerit, quaſi *Porticenſes* vel *Porticanos* dicas. Ad quam porticum alludens Tertullianus *in præſcr. ad v. Hæret.* ait: *Noſtram inſtitutionem de porticu Salomonis eſſe* Sed & ante Philoſophos hoſce, nomen ille poſſederat, ὁ λόγος ἐδόκει τὸν αὐτὸν (loquitur de *Porticu* varia ſeu *noxia*, de qua paulo infrà) *κωνεῖν*, Poeta, *qui ſtic loci verſaretur*, ut ait Laërtius *in Zenone*. Voſſium de *Stoïc. Philoſ. cap. 3. & 5.* Præterea omnibus vel ſaltem plerisque Templis, *Porticus* fuæ erat, Thom. Dempſterus *in Roſinum lib. 1. cap. 6.* ubi interalia de Fano Quirini: de quo ſic Martialis *lib. 11. Epigr. 1.*

Vicini pete Porticum *Quirini:*

Sic mentio eſt apud Vopiſcum, in *Vita* Aureliani, *porticum* Templi Solis: *Argumentoſit, quòd in porticibus templi Solis ſiſtu-lia vina ponuntur, non gratuita populo eroganda, ſed pretio.* Vetus lapis Puteolanus, ÆDEM. CUM PORTICIBUS. A SOLO. SUA. PECUNIA. FECIT. &c. Et cui ignota *Porticus Salomonis*, Actor. *cap. 3. verſu 11.* quam paulo ante *Porticus* Stoicorum à Tertullia-no opponi vidimus. In Theatris ſimiliter *Porticus* conſtruebantur; qua dere ſic M. Pollio Vitruvius *Architect. lib. 5. cap. 9. in limine, Poſt ſcenam*, inquit, *porticus ſunt conſtituendæ, ubi cùm imbres repentini ludos impeſſa verint, habeat Populus, quò & recipiat ex theatro, choragiique laxamentum habeant, ad eorum parationem, nisi ſunt porticus Pompeianæ.* Præter alias quamplurimas, quarum mentio jam facta *ſuo loco*. Harum autem cùm Pompejana fuerit celeberrima ſolaque Vitruvio memorata, pauca de ea adjicere liceat. Fuit illa ante Curiam Pompeji & malè à nonnullis cum Pompeji confunditur Theatro, quod conſtat ex Sexto Ruſo prope Circum Flaminium fuiſſe, h. e. in nona regione. Meminit ejus quoque Plinius *lib. 35. cap. 9. Hujus tabula eſt in* Porticu *Pompeji, quæ ante Curiam ſua fuerat.* Ambulationibus deſtinata, Martialis *lib. 11. Epigramm. 1. ubi de* Porticibus *celebro-vilius Urbis,*

Turbam non habet uisforum
Pompejus, nec Argeoris puella,
Vel prime dominus ſeris carinæ.

In vicinia nemus habebat, & arbores denſas: Unde *Pompeja umbra* pro eadem, apud eundem Poëtam, *Epigr. 48. lib. cit.*

Cur nec Pompeja lentus ſpatiatur in umbrâ
Imò nemus duplex: Unde idem *lib. 2 Epigramm. 14.*

Inde pejit centum pendentia tecta columnis,
Hinc Pompeji ilona nemus, duplex &c.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib. 5. cap. 4.* Sed & meminit vetus ſaxum, *Porticus, ante thermas Paſienſes adjicatæ.* Ante domos quoque & inſulas Nero *porticus* extrui Romæ curavit. Suetonius *in eo, Formam ædificiorum Urbis novam excogitavit, & ut ante inſulas ac domos porticus eſſent, de quarum ſolariis incendia arcerentur: eaſque ſuomet ſumptu extruxit.* De *porticibus monumentorum* diximus aliquid ſuprà. Apud Athenæos celeberrima *Porticus* erat, quam ποικίλην, i. e. *Variam*, dixere, cujus cauſam ſuggerit Laertius *in Zenone*, Ἐν τῇ ποικίλῃ τῇ κὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, διὰ τὴ γραφὴν τὴ Πολυγνώτου ποικίλην. *In porticu Varia, quæ & Pisianactio dicebatur*; *Varia autem à Polygnoti pictura.* Hinc Zeno docuit, unde fectæ nomen, ut diximus: Ibidem fortium Virorum ſtatuæ erigebantur, honori & imitationi, ut diſcimus ex Corn. Nepote, qui ſic in *Miltiade cap. 6. Hujus quo Athenas ornamento Græciam illorum tribuum ſtatuæ in porticu, quæ Poecile vocatur, cùm pugna depingeretur Marathonia, ut in decem Prætorum numero prima ejus imago poneretur: ſique hoc tum videre miſſes præſumpſe committeres*, &c. In his enim *porticibus* res bello geſtæ Ducum Imperatorumque, ad memoriam earum æternitati conſecrandam, pingebantur, qui uſus tum aliàs Romæ quoque, tum ſub Imperatoribus *porticibus* recentioribus magnopere viguit. De *porticu*, in qua res Severi depictæ fuerant, diximus ſuprà. Capitolinus de Maximino: *Juſſit, inquit, tabulas pingi, ita ut erat bellum geſtum & ante Curiam proponi, ne falſa ejus pictura loqueretur.* Sic ludorum magnificentiam in *porticibus* deplngebant, ne memoria intercideret, ut ſcribit Vopiſcus in *Commodo*. Hinc idem in *Carino*, *Memorabile maximè & Carini & Numeriani, hoc habuiſſe imperium, quòd ludos Romanos novis ornatos ſpectaculis oſtenderunt, quos in Palatio circa* porticum *Flabuli pictos vidimus.* V. quoq. Baſilium *Homil. in Pſ. 61.* Præterea, cùm milites æſtate in campo, hyeme verò (ſed pluviali tempore) ſub tecto exercerentur, *Porticus* ad rem hanc ſtructbantur & tegulis vel icandulis tegebantur, aut, ſi hæc abeſſent, ulvâ aut cannis. Vegetius *lib. 2. cap. 23. Miſſilia quoque vel plumbatas nisi tempestate vehementiori diebus exercitatores utique adeò, ne tempore hyemis de tegulis, vel ſcandulis, quæ ſi deciderint, certe in canna ne vel cul-men & porticus tegendæ ſunt, ut militum vetus baſilicas ne pa-diter.* Neque verò in *Porticibus* ſolùm exercebantur milites, ſed *porticus* nonnunquam habebant virides & flexilibus atque inter ſe curvatis arboribus conſtructas, ſubus quibus ibi delicati ac otioſi omnisque jam exercitii militaris expertes, æſtum vitabant ac deambulabant. Cujusmodi vitiorum delimimenta correctior diſciplinæ labentis Hadrianus Imp. diruiſſe legitur, apud Æl. Spartianum: *Triclinia de caſtris & porticus & cryptas & topia di-ruit.* In Monaſteriis *Porticus*, loco fuit, ubi adveniæ excipiebantur: *Locutorium*, forte etiam *Clauſtrum* ipſum, S. Stephanus in *Reg. Grandimontenſium cap. 51. Quoties autem, oportuerit vos exire in* Porticum, *causâ loquendi cum veſtris viſitatoribus, latam faciem eis prætendite, & cum gaudio eos ſuſcipite &c.* Metaphoricè verò *porticibus* decempedam nominat Horatius *Carm. lib. 2. Od. 15.*

nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat *Arctum.*

Nempe apud ealcos illos Romanos, quum ædium privatarum magnificentia nondum publicorum mœnium ſumtum ſuperabat, utgromis & decempedis perducenda eſſet ac dirigenda ejus longitudo. Sic Plinium ſanis ſtructionibus rem abſolvere, videmus in *Epiſt.* Tumque in tolis porticibus publicis metandis grumæ locum ulumque habuere. Ubi verò porticus privatorum & xyſti ampliores majoresque fuit, quam publici, tum privatis decempedis ad eas degrumandas locus fcilus eſt, Salmaſius *ad Solinum pag. 682. & 683.* V. quoque Vitruvium cum Interprete Guil. Philandro, Alios & ſuprà ubi de *Porticanes*. Unicum addam è Suetonio locum, è quo longiſſimas illas fabricari conſueviſſe patet, *Caligulà cap. 50. Magnâ parte noctis vigilie cubandique tædio, nunc tuto reſidens, nunc per* longiſſimas porticus *vagus invocare identidem aique expectare lucem conjue ratus*, &c. ad quem l. V. Calaubonium, uti de reliquis fidibi Rom. ſi quid palàm profiteri non auderet, in partibus, *porticibus*, ſtatuarum baſibus ſcribendi, eundem *ad Julium c. 80.* ſicut de *Porticibus* Templorum apud Cl. Suicerum voce Ἔρμῆς, ab ἱςάναι, quòd per eas ingreſſus pateat.

Porticus quedam, præter jam memoratas.

Porticus Curva, apud Æl. Spartianum in *Pescennio Nigro*, *Hinc in Commodianis horis, in* porticu curva, *pictum de Mauro inter Commodi amicissimos, videmus* &c. Salmaſio eſt *porticus* concamerata: cujus camera muſivo pictos habebat Commodique amicos, ſacra libidis ſecretes. *Curvatura* enim *arcuatura & concamerationes & voluta*, pro eodem.

Porticus Gordiani, de qua ſic Jul. Capitolinus in *Vita* Imp. hujus: Inſtituerat porticum „ in Campo Martio ſub col-„ le, pedum mille, ita ut ab „ altera parte æquè mille pe-„ dum porticus fieret atque „ inter eas pateret ſpatium „ quingentorum: cujus ſpa-„ tii hinc atque inde viridia-„ ria eſſent, lauro, myrto & „ buxo frequentata; medi-„ um vero lithoſtrotum bre-„ vibus columnis alternis cus „ poſitis & figillis, per pe-„ des mille: quod eſſet de-„ ambulatorium, ita ut in „ capite baſilica eſſet pedum „ quingentorum &c.

Porticus Sancta, ædis ſacræ propylæum, in porticus formam extructum, in quo conſiſtebant Catechumeni & Pœnitentes. Occurrit a-pud Gregorium Turon. *lib. 5. cap. 49. Sed & (Leudaſtes) in ædituvitii ſepe intra Sanctam porticum deprehenſus eſt.* Cæſarium Heyterbach. *lib. 6. cap. 5. Publicè pœnitentibus ita erat paratus, ut frequenter cum illis in porticu ſedens, charitular legens, conſolati. onem imponeret, orationum ſuffragia, ſcrifi facere* &c. C. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque *Deſcript.* Ædis Sophianæ.

Porticus Severi, de qua ſic Æl. Spartianus in *Vita* ejus, *Extat ſanè Romæ Severi porticus, geſta ejus* (in parietibus depicta, V. ſuprà) *expimunt, à ſiſtis* Antonino Caracalla) *quantum plurimi dederit ſtrenitæ.* Et in *Caracall. Reliquiis & porticum*, Patris *nomine, quæ geſta illius continentes & triumphos & bella.* V. Calaubonum, Gruterum & Salmaſium *ad l.*

Porticus Stabuli, memoratur Flav. Vopiſco in *Carino*, ubi ludos Romanos novis ornatos ſpectaculis, à Carino & Numeriano, *in Palatii circa porticum ſtabuli pictos* fe vidiſſe, refert: non *ſurticus* ſtabulo illi vicina, ſed tevera porticus ſtabulo Palatino addita & ante ipſum ſtabu-lum

lum ædificare à fuit, secundùm Salmasium. Celebri-oribus enim ædificiis *portiæ* additas fuisse, diximus suprà.

impetrant.

Portiæ, ius Triftegæ, V. infrà.

Porticus Stabilii, quibusdam à pud Vopiscum *Æ.* legendum, videtur: sed assensum non fum.

Porticus Veridis, occurrit apud Firmicum: *Vel qui buxeas arbores tondens in belluas fingat aut, virides porticus in circulum flexis vitibus faciat*, &c. Sub his delitiari militis consuevisse, retrò vidimus.

Porticus Triftegæ, V. infrà. *Porticus* Veridis, occurrit apud Firmicum: *Vel qui buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut, virides porticus in circulum flexis vitibus faciat*, &c. Sub his delitiari militis consuevisse, retrò vidimus.

Porticus Triftegæ, per ambitum Circi Romani ædificatæ à Jul. Cæsarem auctorem habuere. Nempe Tarquinius Priscus primus circa arenam extruere cœpit κοίλα χωρία, *subsellia tecta*, cùm antea Populus spectaret in tabulatis fortuito opere structis quæ fœcris instinebantur. Quod opus cum reliquisset imperfectum, adjecit aliquid Tarquinius Superbus, qui etiam foros publicâ impensâ facendos curavit, ut vidimus suprà, vocat *Forus*. Ultimam tandem manum Cæsar imposuit, per totum ambitum Circi *porticus* ædificatis. A quo tempore res *Porticus Triftegæ* Circum Max. cingebant, in speciem Amphitheatri, solo tatere, ubi carceres erant, excepto, quod absque ædificiis ac porticu fuit, & divo expositum. In interiore autem *porticum* parte fedilia fuere lapidea, uti in superiore lingea: quæ, ut minus ipatii perderetur, perpetuâ rectitudine videntur disposita, nullis intercisa viis transversariis, ut in Theatro: quos proin ordines longos fubdiffiorum ait Circo *Ilariæ* Tertullianus, *lineas* Ovidius vocat, qui limites pertinuo intergere incedunt, cum in Theatro *cardines & cunei* discrentur quia per cuneos divisi &c. Salmasius *ad Solinum pag.* 918. & *seqq.* V. quoque suprà ubi de *Circo*.

Portiforium nomen libri Eccles. apud Ingulfum *pag.* 907. *Restituis Monasterio nostro* Portiforium *de usu nostræ Ecclesiæ & unum Missale* &c. Car. da Freine *Glossar.*

Portingherius, five *Portcherius*, Minister Ecclesiasticus apud Hispanos, sic dictus à *portica*, quam gestat in functionibus suis, uti Romani Curiores & Sodalitatum Mandatarii ferre solent. Ita Porticanus, quasi *Porticarius*, quibusdam appellatos suprà vidimus Guidones seu Bordinatos Romanos, quod peregrinos per urbem deducentes, *periculum viatoriam*, lassitudini solandas ferrent. V. Dominic. Macrum *Hierolexico*, ut & hîc in voce *Bardarius*, item *Primipilarius*.

Portonarii, in Tuscia dicuntur Beneficiarii, qui unà cum Canonicis tenentur officiare in Choro; quod *portionem* mensæ Capitularis participent, ut idem habet. Porrò autem, medietatem totius significat, *argum. ex cap. statuto de Decim. in 6. in ff. de verb. sign. nom. filior. ff. portionis ff. de usufr. etiam.* Papiæ, *quando ff. unclus habent*, apud Car. du Freine *Glossar.*

Portsiculus, V. infrà, *Reserpis ad flagrum.*

Portitor Utiæ, apud Statium *Thebaid. lib.* 1. *vers.* 693.

Languescit per horas glacialis portitor Ursæ:

Bootes dicitur. Ita enim Glossographus, *jam diesis. Deficis Solis advenu Boötes, qui videtur quodammodo portare Ursam.* At potiùs ad Arctophylacis crymon alludit Papinius. Higinius in *Astronom. Poetico, Arctophylax a facto Ursam sequenti intelligitur, & Arctum fervente Arctophylax est nunciapatus.* Vide de Ilio Arctophylacis five Bootæ *Sphæram* Aratæam & Manilium *lib.* 1. de Portitoris verò voce, notata Joanni Savaronis *ad Sidonium lib.* 6. *Epist.* 4. & Joanni Passeratio *ad Propertium pag.* 696. Aliàs *Portimea* fignat, ira enim Charontem appellat Petronius. Ut apud Val. Flaccum *lib.* 1.

neq; enim ante leves niger æthere umbras
Portitor, *& cunctæ primus flans sanctibus Orci* &c.

Alia vocis notio in vet. *Glossis*, ubi *Portitor*, πλώτης: *Portitorium*, πλωτὸν· cuiusmodi hominum quæstus odiosos vocat Cic. *de Offic. lib.* 1. Nempe Publicani seu Publici Redemptores, Græcis *Ἀναγραφεῖς*. Portitoriis erant apud Romanos Ordinis, & Equestris ut plurimùm, dicebantur, qui publicum aliquod redimebant, ut vicesimas hæreditatum & vicesimas libertatum, quique cœtera hujusmodi vectigalia conducebant & portoria. Hi dein præficiebantur aliis minoris notæ, seu decimæ colligendæ, qui hinc *Δεκατώνδροι*, seu vicesimæ qui *Εἰκοστώνδροι* seu *portorii* exigendi, qui *Portitores* inde appellati, & Τελῶναι communi nomine. Quamvis enim & Publicani illi magni nonnunquam Τελῶναι appellarentur, magis tamen id nominis dabatur iis, qui in portoriis & teloniis fedebant, ad exigenda de colligenda portoria, Græcis etiam *Τελωνεῖαι* dicti. Cujusmodi homines, etiamsi illis dieter, vinata fuit exactio, & constituram, quantum accipere deberent, nihilominus ut rem suam facerent, plus sæpe, quàm licitum lege iis erat, exigebant. Unde inter *improbos sine, probrosas & turpes professiones*, Pollux omne genus istorum *Portitorum* recenset, *Ἐκατοντάρχαι, Δεκατώνδροι, Πεντηκοντάρχαι, Ἑκατοντάρχαι*. Atque tales in Evangelio Τελωνῶν nomine venire, quod proin *Portitores* potius, quam *Publicanos*, reddendum esse, docet Clar. Suicerus *Thesauro Eccl.*, voce Τελῶναι. V. quoque Suidam in eadem, Chrysostomum πρὸς τὸν ἐκ Δονβοκόμων *Tom.* VIII. pag. 74. item *Homil. III. de Pœnitentia*, ubi plura passim, Alterum *in bibliotheca* Photii *Cod.* 271. Theophylactum *Homil.* 15. Alios, nec non infrà ubi de *Publicanis*.

Portocarrero, nomen Familiæ illustris in Hispaniis; in qua Alfonsus Fernandus Dom. de *Moguer* fuit & successfores filium Martinum ac nepotem Petrum habuit. Hujus autem filia Maria Johanni Pacheco Gironi nupta, hæreditatem & nomen genti illi tutulit inprimis Johannis filius Petrus, cognom. *Surdus*, cognomine illo usus est inque hujus liberis Johannes Marchio Villænovæ five de *Villanueva del Fresno*, quos titulos hæredes hucusque habent. Præterea Johannis frater Garsia *Lopez Portocarrero* Dn. de *Alcala del Almeda* fuit, quam eandem ejus filius Petrus cum titulo *Marchionis* ob inuitsted postea per filiam ad Girones transmiit. Matiæ porrò prædictæ amita & Petri foror Francisca vocabatur, quæ Ægidio Boccanegræ, Alfonsi filio, Ægidii Genuensis qui Admiralis Castiliæ factus fuit nepoti, Palmæ domino, nupsit, unde liberi qu oque *Portocarrerium* nomen adsciverc. Ejus pronepos Ludovicus Fernandus *Portocarrerus*, Comes Palmæ creatus est & dignitatem ad posteros transmisit, fratre hujus Friderico Mauricio *Portocarrero* etiam posterosha bente. Præter quam Martini posteritatem, alius Alfonsi Dn. de *Moguer* filius Alfonsus Rodericum suscepit, qui *Comitis Astetilini* dignitate auctus, ea in suis posteritatem reliquit, V. suprà in voce *Medina*. Ludovici vero Fernandi modò dicti linea sic habet: Martinus *Fernandez Portocarrero Bucanigera* Com. Palmæ ex Maria (fil. Fernandi *de Valasco*) genuit Ludovicum Fernandum *Portocarrerum* Dn. de Palma, maritum Franciscæ Manriciæ & ex ea genitorem Ludovici Fernandi *Portocarrer* Com. de *Palma*: quo & Leonorâ Gironâ *de la Vega*, genitus Ludovicus Fernandus II. *Portocarrerus* Com. de *Palma*, junxit sibi Luisam Manriciam, atque ex ea suscepit Ludovicum Antonium *Portocarrerum* Com. de *Palma*; Partem ex Francisca Mendozia Ludovici Antonæ & Ludoviæ Antoniæ, quarum hæc Roderico primò Mexiæ *Carrillo* March. de Guardia; dein Johanni *de Mendoza & Luna* March. de *Monies Claros* nupsit, Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag.* 32. V. quoque infrà, in voce *Villa Nova del Fresno*.

Portonarius, V. suprà *Portarius*.

Portugallia, adde: Nomen ei non à *Gallis*, ut quidam volunt, sed à *Gallæcia portu*, Galæci autem prius *Calaïci* dicebantur, ut vel notum est è triumpho Bruti, qui à Calaïcis devictis *Calaïci* nomen est indeptus. Hæc Vossii conjectura est. Alii à *Cale* five *Calle* oppido, quod Antoninus in *Itiner.* Bracaram dum tere notat, situm ad ostium Durii fluminis. *Portugallia* vocem derivare malunt, ut Andr. Resendius *Epist. ad Ecbedium*, Osorius *in vita Emanuelis R.* Jac. Menetrius *in Antiqq. Lusitan.* Duard. Nonius *Consar. in Texeiram* &c. Illud conflat inter omnes jam annò à C. N. 500. in ufu fuisse *Portucalenses* nomen. Ita Concilio Tertio Toletano, interfuisse Constantius legitur, Episcopus *Portucalensis*, anno 584. Quarto Anciulphus *Portucalensis* an. 644. Imò & ante quingentesimum id nomen fuisse in usu, ex Itinere patet, qui in *Oscura & Fossis Cosular.* scribit, *Attobiarium ad locum*, qui Portucale *appellatur, profugum Regi Theudericio adductum fuisse*. Paulatim denique extentum est, ut *Portucalia*, sive *Portugallia* tandem regnum evaserit. V. Vossium *de Idololatria lib.* 1. *cap.* 34. Cum veteri Lusitania malè confunditur, cùm hæc ad Ostium, illa ad Sept. latior sit. Lusitania enim terminatur ad Bor. fluv. Durio & alio minori, qui hodie *Thormis*, in ripa dextra habens Salamanticam, ductaque ad hæc tendendum limitem Orientalem ab hujus fonte per Solerium montem filumque Manlanum ad Anam, ubi Castra quondam Vitelliana, linea Anæque porrò progressu per Emeritam Augustam ad Mare: *Portugallia* verò versus Bor. excurrit supra con fluentes Minium Aviamque ad opp. usque Ribadaniam, in Aviæ ripa positam, quâ parte Galliciam spectat ductaque in Ortum linea ad Mirandam usque ad Durium collocatam, inde verò Mer. versùs recto fere progressu facto ad ostia Anæ flu v. quæ intere Castiliæ, Extremaduræ & Andaluliæ est confinis. Interim, quamadmodum Hispaniæ partes vett. Geographi fecere tres, Tarraconensem, Bæticam & Lusitaniam: ita divisionem ejus hodiernam tria Regna efficiunt, *Portugallia*, Castilia & Aragonia, quam & Philippus II. fubjecta jam *Portugallia*, tribus galeis scuto suo impositis exprimere amavit, cùm antea à tantùm usus fuisset, V. Metulam *Cosmogr. part* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. & 26. Numeratur in hoc regno urbes 18. oppida 800. vici 14000. Post primariam, Olyssiponem, præ reliquis eminent Braga (seu Bracara Conimbrica & Ebora, urbes ecclesiæ Archiepiscopalibus celebres. Initia Regni ab Henrico Lotharingiæ Com. communiter peti solent, qui ducta Theresâ Alphonsi VI. Castellæ R. filiâ, mortuo Socero sine mascula prole, magnam *Portugallia* partem accepit & ad posteros propagavit. Veiontione autem is civ. Burgundiæ, Lotharingiæ olim attributa natus erat, unde error ortus eorum, qui CPolitanum (q. *Byzantinum* pro *Byuntino*) fuisse contendunt.

Incrementa Regno filius Henrici dedit Alphonsus I. qui & primus Regis titulum usurpasse creditur, circa A. C. 1139. & fuits quinque Saracenorum Regibus Regni insignia quinque Scuto rum crucis formâ dispositorum, & 5. punctulis figillatim inscriptorum, denotandis 5. devictis Regibus & 30. denariis, quibus SERVATOR olim venditus, instituit. Singulis enim scutis 30. denarii tum inscripti erant, donec à Johanne II. in stitutum ut unicuique quini tantùm inscriberentur, & pro explendo numero tricenario ipsa Scuta connumerarentur, Sousa *Proam.* 2. §. 2. & *Append.* cap. 3. Secuti dein Reges temporis nostro propiores, Johannes II. & Emanuel, porro etiam *Portugallicum*, per Africam ac Asiam, longè latèque propagarunt. Quid post Sebastiani cladem in Africa, ad nostram usque ætatem actum, diximus *suo loco*. Popul. *Portugalli*, quibus maximam partem deredtorum Africæ Asiæque tractuum debe t, ostendit Auctor Anonymus *Hist. Orbis Terrarum Geogr. & Civil. qui de hoc Regno pasim, Parte inprimis 2. cap. 2. 100 prolixè agit: ubi simul §. ultim. Catalogum Scriptorum de rebus eius Lectori avido exhibet.* Nec Hieronymus Osorius, ita Spenerus in *Int. Theatri Nobilitat. part. 1. Regnum hoc fundavit ex Burgundiæ Ducum, atque ita etiam Regum Gallie Capetinorum nobilitate, virunduc Alfonsus* 1139. *in cujus masculâ progenie duravit, usque ad Ferdinandum, qui A. C.* 1383. *obiit. Cùm verò huius gener Johannes R. Castellæ coronam sibi vindicaret*, 1385. *electus est adversus ipsum ab indignis Johannes. Ferdinandi nullus frater: cujus posteri saepenum tenuere, donec Sebastiani morte iterum res eò rediit, in mas/culos legitimos Ducis sui successores. Itaque inter plures Ducis mortis prae valuit Rex Philippus Philippus II. Veriùm sub nepote ejus* 1640. *Lusitani, Castellanorum Imperii perteesi ex Braganinis, qui, praeorquam quod ex nostro Johannis R. eorum stirps descendit, per faminam quoque ad Emanuelem Rorum suum referebant) Johannem Regem esse iuserunt, qui etiam, contradictentibus quam vis Hispanis, thronum retinuit & posteris transmisit.* Idem Sebastiani Regis progenitores, pag. 131. Johannis IV. vero *pag.* 119. repraesentat, & Pars *II. in Imp. familias*, quæ ex naturalibus liberis horum Regum prodierunt, tres praecipuas esse ait: Primam fc. deficendidle à Dio nysio *Duc. de Ossunes* & deinde *Alba de Tormes*, Petri Regis ex Agnete de Castro filio; unde Domini de *Torres Villar* & *Doupardo*. Item *de Colmenerajo* orti: Secundam Bragantinam, de qua dictum: Tertiam ab Alfonso, tertio Ferdinandi filio; unde Com. *de Faro*, *Odemira* atque *Vimiera*, cognom. *de Faro* & *Norgna* descendentem. V. hic paſſim.

Portunalus, qui & *Portunarius*, portuum maris vel flumin um eique nomine navium, quæ in ſtatio e ſunt, præſes quod officium hodieque ſub eodem vocabulo, in utraque Sicilia, viget. Ejus fit mentio in *Statuto* Honorii IV. pro Regni Neapol. incolis, A. C. 1285. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Deſcriptionem habes apud Petrum de Vineis *lib.* 2. *Epiſt.* 36. V. quoque ſuprà *Limonarcha*. Item nomen libri, Italis *Portolano*, quo nomine iis indigitatur *libro, de/ſcribo deſcripti portis dei mare*, h. e. *liber in quo deſcripti ſunt portus maris*, qui Gallicè etiam habetur editus V. *Turcograeciam* Cruſii p. 527. & plura infrà.

Portumnalia, 16. Kal. Sept. celebrari à Romanis ſolita, dicta ſunt, teſte Varrone de *L. L. lib.* 5. à *Portumno*, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feriæ inſtitutæ ſunt Hadrian. Turnebus addit, rem divinam fieri conſueviſſe ad pontem Æmilium, ubi ejus ædes fuerit. Fuit autem *Portumnus*, Deus marinus, portubus prælectus, Græcis *Palæmon*, Latinis aliter *Portunus aut Portumnus* dictus: cui ad Tiberim ædes, uti ait in II. Urbis regione, altera rotunda ad Pontem Æmilium, qua de dictum: altera iater Apollinem Cœlispicem & Herculem Olivarium. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 13. V. quoque in voce *Portunalia*.

Portus, literalis Maris pars, quæ navium ſtationi ſit idonea vocatur Geographis. De quibus in genere notant, *Portus Reales* vocari, quorum talis ſitus, ut nullo vento inſeſtari queant: quales Ricciolus enumerat *Portus* Meſſanæ, Carthaginæ, Tolonis, Meliræ, Rguſæ, Harvichii &c. Illos verò, quos omni tempore ingredi liceat, Italis dici *Porti d. contrata*: ubi tempus affluxûs expectandum, *Porti di Mare*. Sidem juxta *Portus* ordinarie requirunt, Navale pro fabricandis inſtauradisque navibus: Pharos item ſeu turres, in ſignum *Portus* vicini aut ad ſcopulos declinandos, &c. *Portus* antiquorum deſcripſit olim *lib.* 10. Timoſthenes Archithalaſſus Ptolemæi II. ſed qui interierunt: Recentioribus in iis enarrandis occupati fuere, Dudleus *lib.* 3. Funerius *lib.* 2. Riccioli *lib.* 10. *cap.* 9. & 10. quem in *Portubus* Maris Mediterranei Regionumque extra Europam ſe ſequutum eſſe, profitetur Auctor *Hiſtoriæ Orbis Terrarum Geogr. ac Civ. Parti. cap.* 3. 100

Portus Maris Albi & Maris Glacialis celebriores.

α. In Mari Albo, celebres ſunt *Portus* & Emporia Archangeli ſeu S. Michaelis, & S. Nicolai, ad oſtia fluv. Dwinæ: quorum deteſtio Rich. Chancellero Anglo debetur, A. C. 1560. β. In extrema Lappia Perſici Colæ ad fluvium cognom. memorat ur crebrò *in itiner.* 3. Belgarum ad N. Zembl an, *pag.* 49. & *ſeqq.* Atque hinc prope abeſt litoralis tractus *Kegor* & in eo Portus *Oſſerhaven*, Furnerio *Generalis ſpicium apothe ca* dictus.

Maris Balthici.

Mare Balthicum *Portus* ſuſtinet: In Suecia, ad Holmiam, Calmariam & Nepolim ſeu *Nyköping*; in Livonia, ad Rigam, in Sinu Livonico, juxta oſtium fluv. Dunæ, Revaliam, in Sinu Finnico & Narvam ad oſtium fluv. cognom. In Pruſſia Duc. ad Memeliam, Pillaviam, indeque Regium Montem: in Regia, ad Hilingam & Dantiſcum: in Pomerania Elect. ad Colbergam, in Suecica, ad Stetinum, Straſſundam & Rudam apud oſtium Panti, tantopere Brachelio celebratam, quò Guſtavum Adolph. Succ. R. cùm in Germaniam iret bellum, duxiſſe dicet *Hiſtor. l.* 4. In Duc. Megapolitano, Wismaria & Roſtochium *Portus* habent celebres. Denique Lubeca ad Travam. Quibus addit præfatus Auctor Kiloniam, Ekelnfordam, Flenſburgum ex Holſatia, & Hafniam ex Dania, ad Orelundam.

Norvegiæ, Holſatiæ, Belgii, Galliæ & Hiſpaniæ.

α. In Norvegia celebris *Portus* eſt Berga. β. In Holſatia, Hufum, Tonning, Fridericopolis: Sic Hamburgo Albis & Bremæ Viſurgis navium accellum reddunt commodum. γ. In Frisia Or. Emdâ *Portum* habet celeberrimum. δ. Belgium, & quidem Fœderatum, habet è Weſtfriiæ regione Teſſelliam & Vliam, *Texel* & *Vieland*; In Hollandia, Hornæ, Enckhuſæ, Amſtelodami, Roterodami, inprimis Brielæ & ab altero latere Inſ. *Heetvoets Sluys*, item Gœreæm. In Seelandia, Vliſſingam & Middelburgum: In Flandria, Sluſas, &c. Reclandia, Antverpiæ, Oſtendæ, Neoporti, navium ſtationes habent commodas: Dunkerkæ item & Gravelingæ, quæ Gallici jam juris ſunt. ε. Gallicæ portus ſunt, ad Cal-um, Dieppum, Portum Gratiæ, S. Maclovii, S. Brioc & *Brieux*, Brivatum *Broſt*, totius Galliæ optimus, adeoque ſecurus, ut appelletur vulgò *la Chambre*: Nannetes, Rupellam, Bajonam. ζ. Hiſpaniæ *Portus*, in ora Cantabrica ſunt, *Portus S. Sebaſtiani*, vulgò *Laredo*, quo Catolus V. poſt abdicatum Imperium, excepitus eſt, A. C. 1356. S. Andreæ, *Villa Viciola*, *Corunna*: & ab altero latere Gades, S. Lucæ ad oſtium fluvii Betis. In Portugallia, ad oſtium fl. Palmæ eſt *Sinabal*, ad Tagi oſtium Olyſippo, & ante eam Caſcalis ſ. *Caſcais*: Item *Porto*, ſeu *Port à port*, ad oſtium Duri fluv.

Portus Inſulani Magnæ Britanniæ & Hiberniæ.

α. In Anglia, primùm ipſo nomine celebres ſunt Quinque-portus, vulgo *the Cinqueports*, loca in Cantio & Suſſexia, ad fretum Britannicum. Nomina ſunt *Haſtings*, *Winchelſey*, *Rye*, *Rumney*, *Hyde*, *Dover*, *Sandwich*, *Seaford*: Pluria etiam eorum hodie, quàm 5. Quibus addi potèſt apertum litus Cantii, quod *Downes* & *Dunes* vocant. Reliquos *Portus* in plaga Or. præbent *Neucaſtle*, Hulla, *Lyn*, *Tarmouth*, *Ipſwich*, *Harwich*, *Colcheſter* &c. in Merid. latere occurrunt ad *Chicheſter*, *Portsmouth*, Inſ. Vectim, *Falmouth*, *Weymouth*, *Plymouth* &c. à. In Hibernico Mari, eſt *Portus* Briſtiæ ad Avonam & prope oſtium Sabrinæ. In Com. Penbrocenſi *Milford-haven*. Eſtque hoc in Angliæ *Portubus* memorabile, quòd ſingulæ nationes, vitandarum litium causâ: Belgæ *Sandwich*, Gallicæ Venetæ, *Dover*; Hiſpani *Plymouth*, Hiberni Segeſtriam *Sieſt* ex petant. γ. In Scotia, *Portus* ſunt, *Lith* prope Edinburgum, *Portus* item S. Andreæ, *Montroſe*, *Aberdon.* δ. In Hibernia, Dublinum, *Waxford*, *Bearhaven*, *Crookshaven* &c. Hitlandia, Orcadum extrema, celebris eſt ſtatione navium Belgic. capturæ Harengarum incumbentium, ubi ad 14. Junii usque hærent. Locus *Barcies Rea* vocatur.

Portus Maris Mediterranei,

α. In Hiſpania Malaga, Carthagena, *Alicante*, Barcino: Sed Carthagena præcellit. β. In Gallia, Maſſilia, ubi tanta ſecuritas navium, ut nulla unquam ibi dicatur periiſſe: Tolonium, ubi tertium ſtatio, & Antipolis *antibes*, ad Intulam S. Margaritæ. γ. In Italia eſt Villa Franca, ad Sabaudiæ D. Finalis ad Ducatum Mediol. pertinens: Genua, in cujus *Portu* præter ε. aut 6. *Galeæ*, aliæ 25. ſemper in promptu ſunt. In Duc. Florentino eſt *Portus* Liburnus, *Livorno*, commerciis variarum gentium celeberrimus. Romanum tertit. habet Archæopolim *Civita Vecchia*, ſed aere inſalubri; nocentem: quæ cauſa, quòd Pontium Inſulam ab altero latere Romæ ſitam, Pontificiæ claſſi commodiorem judicent. Vetus *Portus* Oſtienſis, in oſtio Tiberis condituS & magnificè olim ab Imperatoribus excultus, Pontificis juſſu deſtructus eſt, ne Turcis contra ipſam Romam caſtelli loco inſerviret. Regnum Neapolitanum *Portus* habet, ad Cajetam, ad Neapolim, & ad fretum Mam ertinum, ubi Rhegium *Regio*: in Sinu Tarentino eſt *Taranto*: in Mari Adriatico commendant Anconam, Ravennam, Venetias &c. δ. In Turcico Impe io *Portus* extant: In Europa, Rguſæ tum *Porto Navarino* in Morea, *Porto Lione*, Athenis, Portus Theſſaloni-

saloniceníis Portus *di Salonichi*, Portus Conſtantinopolitanæ adipſas ripas profunditatis, ut naves M. D. doliorum piat, ſtandi præterea nitidi, & hinc abinde, iſthinc à colle, in q. Galata, munitus. In Aſia, habet Abydum, alteram Dardanello dum, quò Chriſtianorum naves appellere oportet, ac Præfecto 300. aureos ſolvere, antequam Conſtantinopolim pertant. In Aſia min. Smyrnæ Portus eſt, non magnæ quidem profunditatis, ſed internum commercia frequentiſſimus tut & Syriæ portus *Alexandretta*, unde merces Aleppum tranſferuntur. Reliqui ſunt: Tripolitanus *Tripoli di Soria*, Berytinus *Baruti*, Sidonius *Saido*, Joppenſis *Jaffa*. Ad Ægyptum eſt *Portus* Peluſii ſeu Damiatæ, tum Alexandriæ, ubi Gallicarum, Venetarum, Genuenſium & Raguſeorum navium diſtinctæ ſtationes ſunt. In Barbaria ſunt, *Portus* Tripolitanus, Tunetanus, qui unà cum Bilerta portu ſucceſſit in locum prifci portus Carthaginenſis; *Portus* Algerius, Oranenſis, & qui tunc à nglorum eſt, ad Fretum Gibraltar P. Tingitanus *Tanger*. 1. Inſulæ quoque Maris Mediterranei ſuis *Portubus* inſignes ſunt: Tales enim, in Corſica, *Portus* S. Bonifacii, Calvi & S. Florentii *di S. Fiorenzo*: in Sardinia, *Portus* Calaritanus *di Cagliare*: Melitæ *Portus*, duabus obiongis terræ cuſpidibus incluſus & caſtro S. Elmi munitus eſt. Inſulæ Venetiarum *Portus* habent *Corfu*, P. *Sidari* & P. *Teno*: Cephalonia P. *Argoſtoli*: & Zacynthus P. *Chieo* & P. S. *Nicolai*. In Candia, communitatem *Portus* amnovæ Turcæ, undetanto eam conatu funt aggreſſi. Cum enim prius claſſem ſuam quotannis Conſtantinopolim reducere cogerentur, Inſ. jam occupata non tutam ſolum navibus ſtationem: ſed etiam fabricandis inſtruendisque triremibus amplißimam commoditatem nacti ſunt. Ex numero illorum indicemus Retimum, Caneam, Candiam, Spinam Longam, Carabuſam & Sudam. E` Candiæ regione eſt *Standia*, locus itidem navium receptioni commodus: in Cypro, *Portum* nobiliorem habet Famagußa.

Portus Aſiæ notiores.

a. In Mari Rubro, prope Fretum ejus P. *Aden* & in intimo recceſſu illius *Suez*, antiquis *Eleroum Portus*. b. In Sinu Perſico *Ormuz* & 250. leucis inde ſitus P. *Din*. c. In Malabarico littore *Portus* inſignes ſunt, Goa, Calicutium & Cochinum. d. In Inſula *Cypro*, P. *Columbo*. e. In Coromandelico littore, P. *Paliacata*. f. In Cherſoneſo aurea, *Malacca*, totius Orientis nav giis frequentata. e. In Inſula Bolgerian clariſſimus *Portus* eſt Batavia, in Inſ. Java maj. ubi & alium videre eſt Bantamenſem. i. in Lugonia, famam habet P. *di Manilla*. k. Regni Sinenſis *Portus* nobiliores ſunt, *Macao* & P. *Liampo*. l. In Regno Japaniæ, *Meaco*. n. In Mari Caſpio P. *Mirkiphaek* commendat Ottavius *Itiner. Perſ.* cui adjungi poteſt ad oſtium Volgæ celebre Emporium, *A ſtracan* regni cognom. caput.

Portus Africæ.

In Orient. Africæ littore *Portus* eſt Moſambici, quò Portugallorum naves Indicæ curſum dirigere amant. Præbet & *C. B. Spei* celebrem ſtationem communem ibus in Indiam navibus.

Portus Americæ.

a. In Continenti Americæ Sept. eſt P. Nominis Dei *Nombre de Dios*, P. Veræ Crucis *Vera Cruz*, & S. Johannis de Ulloa, omnium præſtantiſſimus, in quem merces ex N. Hiſpania & Philippinis colligæ devehuntur, ut indeper Pahamam in Hiſpaniam tranſferantur: Ab altero latere eſt P. Nativitatis P. *Natividad*, & P. Aquæ Pulchræ *Aquapulco*. b America Auſtralis habet P. *Carthagena*, in quo mercium ex Peruvia ſuperlex colligitur, in Hiſpan. poſtmodum exportan da. c. In Braſilia, ſunt, Portus *Phernambuco*, *Todos los Santos* ſeu Omnium Sanctorum, *Portus* Secutus P. *Seguro*, &c. Omnium totius Americæ celeberrimus eſt, *Portus* Inſulæ Cubæ *Havana* vocatus & veluti claVis Americæ habitus, in quo omnes Hiſpan. claſſes colliguntur, & M. Septembri in Hiſpaniam ſolvunt. d. Inter Azores, Angra Terceræ urbs prim. ex Canariis Teneriffa quoque *Portus* ſuos habent: Poſterioris S. *Cruzis* dictus eſt &c. de quibus omnibus plura ſuo loco.

Portus, Hiſpanicè *Puertos*, propriè cluſtra Pyrenæorum montium, ſeu fauces, al. *portæ*. Turpinus *Hiſtoriæ Caroli M. cap.* 11. *Twoc Aſturiæ Gallæque fugaces transmearit portus Aſperas & vastas nive pene Pampilonam*. Et cap. 21. *dum Carolus portus cum 20. millibus Chriſtianorum tranſiret*. Ibique paſſim. Sebaſtianus Salmanticenſis Epiſc. in *Hiſtor. Ital. ut ne unus Calaborum intra Pyrenæos* portus *remaneret*, &c. Guil. Britto *Philip. lib.* 1.

Uſus, ſub Hiſpanorum finea, portuum, remotus.

Nonnullis etiam *Gradus* dicuntur, V. in hac voce. Sed & in genere, *Portus* angullias montis notant. Nangius in *Philippo III. Interea Comes Aurebosii, qui, ut diximus, juxta introitum portuum vallida manu peditum & equitum ſe tenebat*, portus *Cyſereos evitando*, &c. V. Car. du Freſne *Gloſſar. & Not. ad Alexiadem* pag. 301. qui vocem hanc apud Recentiores, non raro *reditus* & prædiorum commoda, adeoque idem quod Gall. *Raports* & *Revenus* dicitur, quoque ſignificare docet. Atque hoc modo capiendus Gunterius *Ligur. lib.* 8.

Veſtigal, portus, *eudenda jura monetæ, Cumq; molendinis, ſalinis, ſtumina, portus* &c.

Portus Naonis, addè: In Foro Julii; quod juxta cum Carinthia Carniolaque emptionis titulo, ab Ultrico Carinthio, ultimo Carinthiæ Duce, Otrocarus Bohemiæ R. comparavit, A. C. 12. 1. five ut alii, ſcriptus ab eo hæres crevit. Quo devicto à Rodolfo I. Imp. unà cum Auſtria, aliisque regionibus, in Albertum hujus filium tranſiit. V. Bertium *Rerum Germanic. Commentar. lib.* 2. Gerhardum de Roo *lib.* 1. Alios, laudatos Franneto *de prær. Germaniæ Principum genitibus cap.* 1.

Portus, affluentiæ Deus, dum ſomno in horto Jovis premeretur, è Penia ſeu Paupertate Cupidinem genuit, uti habet Platonis commentum, ſub quo equidem multum veri latet. Nam lapius Adami non obſcura hic apparent veſtigia, ut & in aliis Gentilium Philoſophorum figmentis. Certe Heſiodus *Mulierem* humano generi curas graves machinatam eſſe, ait *Op. & Dier. lib.* 1. Idem Prometheum, per quem Commentator ejus Spondanus *Adamum* intelligit, Jovem voluiſſe decipere, ſicque ſibi mala attraxiſſe, tradit, *Ibid.* Empedocles *fugam à Deo* atque errorem, apud Plotinum, inculcat, *Ennead. IV. 8. 1. & 5.* Ut alia omittam. Huc itaque Heſiodi ejusdem de Pandora fabulam Origenes quoque refert, ut & Platonis de Cupidine, in horto Jovis, ex *Poro* & Penia ſuſcepto figmentum, ita cum hiſtoria de lapſu Adami contendit, ut Jovis hortum nonniſi Paradiſo ſimile habere, inſidiatricem Peniam ſerpentem, *Paurum* per ejus inſidias decepto hominem circumventum, Cupidinem verò inde ortum, miſeram hominis poſt lapſum conditionem, deſiderium undis indefinenter jactati, ſortè referre, animadvertat. V. cum *c. Celſum l. IV. num.* 13. & 16. Platonem *Sympoſ.* & Tob. Pfannerum *ſyſtem. Theol. Gentil. ſpirior. cap. VII. ſ. ult. ut & in Append.* Fuit & *Porus*, Indiæ R. de ejus duplici ad Augußum legatione, V. ex Oroſio, Eutchio, Strabone, Dione, Calaubonum *ad Auguſtum Tranquilli cap.* 21.

Poſca, vinum acidum aquæ mixtum, in *Gloſſis* Græco-Lat. ὀξύμελιτον: occurrit apud Plautum *Mil. Gloriol.* Suetonium *Vitell.* Plinium *lib.* 27. *cap.* 4. Sribonium Largum *cap.* 46. 104. Marcellum Empiricum, Celſum, Apitium, Appolonium *de Herb.* paſſim. At Agustioni & Johanni de Janua, *Paſca* (id eſt *Poſca*) & *paſcula dicitur quodam commixtio aquæ & vini, ubi plus aquæ additur* &c. Quo modo *Poſca* feu *Paſca* non ſemper fuerit, quod ὀξυμέλιτον vocant, fed commixtio aquæ ac vini, atque ſic accipienda videtur vox in *Regula* Magiſtri *cap.* 27. *Quiſquis, ſi. ducialiter indicet: Poſt hanc vinum qui fuerit ſitiens, mox de meniſa ſua reſponàeat, Benedic. Statim temperata in uno naſo paſca calida aut ſi volluerit infrates, cum juſta, qua ſemper ampliùs propter ſitientes fieri debet, in pulmentariis fortioribus* &c. Quod vero mirantur quidam, Alsatium Vitellii imperatoris apud Suetonium Libertum Puteolis *poſcam* vendidiſſe, quaſi hujusmodi potus in Medicum tantùm uſum adhiberetur: negat id adim rationem meteri Hieronymus Mercurialis *Variarum Lectionum lib.* 3. *capite ultimo*, quoniam vinum acidum aquæ mix um pro vili plebecula venale extitiſſe, rationi conſentaneum ut atque id *poſcam* fuiſſe appellatum. Moxq; addit, licut *poſcam* proclius ita poſcam pro potibus eſſe olim usurpatam, ſe ioveniſſe, & Barbarum notaſſe, in antiquiſſimis feſti codicibus & in Ferentini vetuſto monumento, *Poſcularia, pro Pocatoriis* legi. Et ſane in *Gloſſis* Græco-Lat. pro quavis potione ſumitur: *ſcana, poſca, potus, potio*. Nec probabile eſt, ad potionem Monachorum ὄξυγαρον datum. Car. du Freſne *Gloſſar.* V. & *Onomaſtion* Rotvveidi ad *Vitar* Patrum.

Poſcinus imperioſè, *poſtulamus* jure, *petimus* precariò, *rogamus* per amicitiam, *obſecramus* per cæſtas, *flagitamus* multo vehementiùs ſtrepitu, Joh. Calvinus *Lexic. Jurid. V.* inſtà, ubi & *Precibus*

Poſcidon, addè: Ποσειδὼν Græcis, à ποσεδῶν, id eſt, *Neptunus*, cui Kalendæ hujus menſis ſacræ; ut Caſaubonus docet in *Theophraſt.* unde & Ποσειδῶνος μηνὸς dies illa appellata eſt. Ejus die quinto, celebrabantur Athenis Dionyſia ἐν τοῖς ἀγροῖς ſeu λιμναῖς, dicta ἀπὸ τοῦ λύειν, i. *torculari*, quo feſto lætitiæ apprimè litabant. Unde Ἀνθεστήρια χύτροις, apud Optianum *Kuneg. v.* 127. Die 16. Ἀλῶα habebantur, in honorem Cereris. &c. V. Jamſ. Pettum *Commen. in Ll. Attic. lib.* 1. tit. 1. Franc. Roſſæum *Archeol. Attic. libro* 2. *capite* 20. Hinc *Poſcidonia*, à certamine Neptuni, & Palladis vocitata ſunt, quæ Kalendar. Rom. ad 4. diem Menſis hujus refert. V. Johann. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 4. *cap.* 4.

Poſcidon, Græcè Ποσειδῶν, canalis ſeu alveus, ex tribus, quibus Alexandria adibatur, unus, cui à *Neptuno* nomen. Solinus *cap.* 32. *Alexandria poſtquam acceſſus aditus, fallacibus vadis, cæco navigantibus tantum canalibus admittit navigantes, Pharo, Poſideo, Taſiro.* Ubi quos *canales*, Plinius ad *vias* vocat, de eadem urbe agens. Cum enim tres portus Alexandria haberet, uti Strabo teſtatur, totidem quoque canales erant, quibus ad eam mari accedebatur. Primus dicebatur ὕδατος κλυστὸς *portus magnus*, in quo ποσειδεὼν, quòd Templum ibi in anconeſtve aggere, medium in portum prominente, Neptuni eſſet: Secundus Ἑνετὸς λιμὴν,

q. dixeris, *Boni ad ventus*, sibi canalis Ἐτυμολ. Tertius Κόνωβος vocabatur, & fossilis erat, ubi alveus Τάφρος, id est, *Fossa*: quemadmodum hodieque multis in locis maritimis portus *Fossas* vocari notum. Salmasius *ad d. l.*

Posidippus, Medicus Veri Imp. cujus mentio apud Jul. Capitolinum in *Marco*, *Nemo eſt Principum ejusem non gravi fama perſtrictus, neque adeo inexiam Marcum in ſermonem venerit, quod Verum ſuſtulerit per Medicum* Posidippum, *qui ei intempeſtive languenti dicitur emiſſe.*

Poſidium, opp. Arabici ſinus, adde: ubi Ariſton *Nepium* Pelagio aram conſtituit, unde loco nomen. Fuit autem is a Ptolomæo miſſus, ad explorandum Arabicum Sinum, usque ad Oceanum Indicum, uti refert Diod. Siculus.

P. ſidonius Epheſius, inter nobiles Toreutas, apud Plinium *lib. 33. cap. 12.*

Poſtii, dicebantur apud Romanos mortui, qui ad fores erant collocati, verſis in publicum pedibus, donec efferentur, quem vicem θύρετρον dixere Græci. Gloſſæ, *conlocatur*, εἰς θ. κεῖται. Hinc leginus apud Plinium *lib. 31. cap. 3.* ubi de coronis, *Inde ilia XII. Tabularum lex, Qui coronam parit, ipſe pecuniave ejus, virtutisque ergo datur ei, ut ipſi mortuo parentive ejus, dum poſtes ei ad foris ve ſtent, ſine fraude ſua impoſita ſit.* Ubi coronam virtute parta tam & ei qui peperiſſet & ejus parenti ſine fraude eſſe impoſitam Lex jubet, & dum *poſtes* eſt, i. collocatus, & dum foris effertur. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 122. & ſupra ubi de *Funeribus Mortuiſque*. Sed & *poſtes ſui*, de Sole *poſtes*, apud Statium eſt *Theb. lib. 6. ver. 236.*

> —— *putres jam Mulciber ibi ſt*
> *In cineres, inſtans flammis, multoq; ſoporant*
> *Imbre rogum, poſito donec cum ſole laborer*
> *Exhauſti* ——

Nempe occaſum, *ſimnum* & *cubitum*, dixere Poëtæ: *Poſtum* autem *eſſe*, eſt ſe ſomno dediſſe, ex Virgilio *lib. 4.*

> —— *pecudes pictæq; volucres,*
> *ſomno poſitæ ſub nocte ſilentes*
> *Lenibat curas & corda oblita laborum* &c.

Poſſeſſor, Gr. Κτήτωρ, dicebatur olim Conſtantinopoli, qui domum in urbe extruxiſſet, Gall. *Proprietaire*. Liberatus Diaconus *cap. 20. Habens antem conſentaneos aliquantos ex Clero, & Poſſeſſores civilatis & corporatos & milites* &c. Κτήτορες eos duobus in locis vocat *Chronicon* Alexandrinum; qui ex eo, quod domicilia in urbe poſſiderent, jure patrum civilium & gradilium gaudebant, uti pluribus docet de Preſne in hoc *Gl.* Reſpicio κτήτορες hi *ſenatui*, h. e. *conſulares*, alicubi ſic. Hinc Κτητορικὸν λόγιον, apud Pachymerem *lib. 8. cap. 21. extremo*, jus quod alicui competit in Monaſterio aliquo vel Eccleſia à ſe vel deceſſoribus condita, quod vulgò *Jus* Patronatus dicitur. V. ſupra in *Panis Gradilis & Patronatus*, ut & Joh. Bapt. Cotelerium *ad Tom. I. Monum. Gr. Eccl. pag.* 750. In genere pro *Divite* accipitur vox hæc, in *Cod. Juſtin. l. deſponſores ita præcipimus. De defenſor. Civit.* apud Macros Patres *Hieroſex.*

Poſta, in *Charta* Honorii III. A. C. 1232. apud Ughellum in *Epiſcopis Senogall. Nec non de vipa & portu, ſeu & aliis ſupradictæ civitatis vectigalibus, ſiſiguatis, pedagio, muſoratico & de aliis poſtis & poſtaralis civitatis ipſius, exceptâ poſta S. Angeli, omnes veſtri in integrum ſunt provenius*: Statio, loci ſitus, *poſtio* eſt Italis *Poſta*, Gallis *Poſte*. Undeorta vox iisdem *Poſtes*, Germ. *Poſten*, pro veredariis, qui veredi ſeu equi curſoribus certas locorum *poſtiones*, ſtationes &, ut olim appellabant, mutationes, emetiebantur. Aliud quid vox ſonat, in Concilio Ravennenſi A. C. 1317. *cap. 15. ubi poſtarum libri* aliquoties mentio fit: ibi certa paginam denotat, unde quidam vocem *Poſtilla* antiqua cum ſum are reſſere volunt, du Freſne *Gloſſar.* Ut de priore vocis notione aliquid addam: Jus *Poſtarum* ſeu Curſuum publicorum inſtituendorum, in Imperio, inter Imperatoris Reſervata eſt, unde Duci cuidam, generales per Belgium, & Italiam *poſtas* conſtituere paranti A. C. 1579. ſeverè ab Imperatore id interdictum. Hodie ibidem duo ſunt *Poſtarum Præfecti*; unus per Imperium poſtas dirigens: Germ. *der General Poſtmeiſter im Heiligen Reich*; quod munus feudi titulo Imperator Comiti de Taxis contulit; alter per hæreditarias provincias (quæ ſunt hodie eodem jure collata eſt Baroni von Paar, Germ. *Obriſter Erbland Poſtmeiſter*) Inter quos acriter diſputatum ante annos aliquot, ad utrum, Aulæ Cæſareæ in urbe Imperiali, e. g. Ratisbonæ, exiſtente, receptio ſeu collectio & transmiſſio epiſtolarum, cum annexis emolumentis, pertineat & pro Barone Decretum prodiit A. C. 1640. d. 4. Aug. Ratisbonæ, ut Regnæ & Archiducalis Aulæ, per Hungariam, Bohemiam, Auſtriam &c. præfectio. V. Horningk *de Poſtarum Jure*, & ſupra paſſim, ubi de *Curſoribus*, *Curſu publico* &c.

Poſtcomes, in Charta Odonis II. Com. Carnotenſis & Trecenſis, apud Sammarthanos in *Abbatibus vallis ſereiæ*, ubi ſubſcripſere, *Sufanato Senekallus meus, Hombardus* Poſtcomes, *Odo Vicecomes, Hezelinus Miles* &c qui vices Comitis agit, ſed à Vicecomitibus diſtinguitur. Car. du Freſne.

¶ *Poſtcommunio*, vel *poſt Communionem*, in Eccleſia Rom. eidem Antiphona eſt, quæ poſt Communionem, in ſignum, quòd communicatio expleta ſit, concinitur: olim dicta *ultima oratio ad complendum*, ut teſtatur Walafridus Strabo *de Rebus Eccleſ. cap.* 2. Dominico Macro ſic appellantur Miſſæ preces, quæ à celebrante, poſt Communionem, recitantur & in aliquibus perveluſtis *Ritualibus*, *complenda* dicuntur, in *Sacramentario* S. Gregorii *ad complendam*, in *Vita* S. Bercharii *complere*, V. cum in *Hieroloxico*.

Poſte notare, apud Statium *Thebaid. lib. 8. verſ. 10.*

> *Nec dum illum aut trunca luſtraverat ubi via taxo*
> *Eumenis, anſurus Proſerpina poſte* notari.

eſt in omnium vocitum productore. Ut apud Martialem proſtantes libri, *poſtibus ſcripti* dicuntur *lib. 1. Epigr. 118.*

> *Scripſit poſtibus hinc & inde veris,*
> *Omnes in citò perlegas Poëtas.*

Nempe, *Aſſeruta Poëta*, ut ait Lutatius, *Mortuorum capita Furiarum lampade luſtrari, & eorum nomina à Proſerpina in Inferorum poſte conſcribi.* Quemadmodum alibi Virgilius, *abſciſſum crinis, Proſerpinam moribundos gregi defunctorum aſcitere ſcribit, ſine libri* 4. V. Caiq. Barthium *Animadverſionibus ad Papinium Statium d. l.* & quæ ſupra diximus de *Marqueis* Hebræorum ut & hic infrà in voce *Poſtis*.

Poſteri Dies, Kalendarum, Nonarum, Iduum, Veteribus infauſti atque atri habebantur; etiam *poſterum* diem mundinarum quidam obſervabant, ut de Auguſto ſcribit Suetonius: Hinc *Poſteriatles*, pro atris ac infauſtis. Nonius, *Atri dies dicuntur quos nunc infaſtos vel poſteros vocant.* Ubi male *improſteros* Viri docti corrigunt. Macrobius, *Dies autem poſtridianus ad omnes Majores noſtri cavendos putaverunt, quos etiam atros velut infauſtos appellatione damnarunt. Eadem tamen nonnulli communes, veluti ad exemplationem nominis, vocita verunt.* Dicrunt autem *communes*, quaſi neque bonos neque malos, ad vitandam nominis ἀνωμαλίαν, cum tamen eos malos eſſe intelligerent. Sic *communes Dii*, qui utrisque partibus favent, at contra *proprii*, qui nobis ſolis propitii ſunt, quos & *noſtros* dicimus.

Vadimus immiſſi Danaïs haud Numine noſtro, &c.

Meminit *p. ſteri Kalendarum diei*, Flav. Vopiſcus in *Tacito*, *Legi*, *ſane ſenex minutulas literas ad ſtuporem: nec enigmata noſtem interpoſita, qua non aliquid vel legeret vel ſcriberet, præter poſteriorum Calendarium diem.* V. Salmaſium *ad h. l.* & infrà voce *Tempus*.

P. ſteriores appellantur, qui ultra trinepotes ſunt & omnes reliqui deſcendentes, *l. ult. §. Parentes, ff. de gradib.* & ad fin. quos & *minores* Latinis dici ſervius ſcribit *ad Æneid. lib. 8.* Maligna videtur illa Caligulæ ſuit interpretatio, qua *poſteriorum* nomen ad filios coarctabat, ut ultra hunc gradum deſinere *poſteros* in telligi, quemadmodum in ejus *Vita* Suetonius ſcribit cap. 38. V. Joh. Calvinum *Lexic. Juridi*, Idem nomen fuit librorum Labeonic JC. qui poſt mortem ejus editi ſunt: unde *Poſteriores* Labeonis libri ſæpe in Pandectis laudantur. V. A. Gellium *lib.* 13. 8. 10. & Briſſonium apud Calvinum *l. c.*

Poſtorula ſeu *Poſterna*, idem quod *Poſtica*, poſteriori porta vel portula, Ital. *Poſterla*. Severo Sulpicio *Dialogorum*, *Dial.* 3. *cap.* 16. quemadmodum Galli *Fauſtæ portæ* vocant portulas ad urbis muros, quæ fere ſemper cluſæ manent, nec aperiuntur, niſi ingruente aliquâ neceſſitate, cujusmodi ſunt, quæ *poſtellæ* dicuntur in *Gloſſis* Gr. Lat. ὑπογειάδιοι *portella*. Ammianus, *lib.* 30. *Victor quidam ad exteriora feſtinans, cum brevem armato militi videſſet opicium, per poſtercalum tramitem medium ſqualentem ſpinetis & ſentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit paſſus* &c. Ubi tamen pro angulta ſemita videtur ſumendavox, cùm in tampa *portella* dingi non poſſint. Caſſianus *de Inſtitut. Cœnobior. lib.* 5. *cap.* 11. *Quamvis ſub Abbatiſſæ tamorum & clauſarum portarum firmitate muniatur*], poſteriùs *anuis quamvis paruſſimæ prudione vaſtabitur*, &c. Θυρίδας & παρεθύρους, quoque Græcis dici, adnotat Salmaſius *ad Vopiſcum in Probo*. Galli *Poſternes* dicunt, Cat. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque infrà, in *Poſtica*, & *Poſticium*.

Poſthumi, quinâ dicêdi, hæc lege definiebant Decemviri: *Ut ſi qua mulier poſt viri mortem in decem proximis menſibus parerit: qui quæ ex ea naſcentur, ſuus ſuæ in Viri familiæ hæres eſſe.* Ratio legis, ut ſobolem illam ex nuptiis vere natam Sanxerit eſſe contaret, neve aut proles aliqua notha facile ſuppoſiti poſſet, aut impudicis mulieribus liberum eſſe ſua temper adulteria tegere, obtentu matrimonii. V. A. Gellium *lib.* 3. *cap.* 16. Upianum *leg.* 3. §. 4. *ff. de ſuis & legit.* Julianum *leg.* 6. & *leg.* 7. *eodem. &c.* Ex illa fluxiſſe videtur formula illa Aquiliana inſtituendi *Poſthumi* hæredis: *Si quis mihi nepos poſt mortem meam in decem menſibus proximis natus erit* &c. Cum qua etiam conveniit Varronis teſtamentum: *Si quis mihi filius, natus pluresve in 10. menſibus gignuntur, ſi ſerum vivi ſuppe, exheredo ſunto.* Rofinus *lib.* 8. *pag.* 793. Ideò autem Ὄψιοι λόγοι, i. *Aſini ad lyram* dicti, quia homines decimo menſe dierum nati, inepti & obtuſi ingenii habebantur. *Quod ſi quis undecimo mense natus* Ἀκόντιος *natus eſt* (ita enim ulterius habent Varronis verba) *Accio idem quod Tibi, jus eſto apud me*, apud Gellium *loco cit.* ubi ſenſum horum verbo-

verborum, *juxta Aristotelem, hanc nonnulli esse volunt: Si decimo mense nati ossuti ad lyram, id est, inepti, insulsi, quia meos negare possum, exhaerentes sunt; Si qui undecimo, quia plane mei non sunt, licet Aristoteles putaverit, undecimo gigni posse.* In Gallia tamen undecim mensibus partum, & illustrissima familia, legitimum pronunt iasse hoc feculo Judices, accepimus: forte ex eodem fundamento, quo apud Homerum puella ex Neptuno gravida, ἐξεκολλᾶτο ἐκυεῖτο, *i. circumvolutum animo*, peperisse dicitur, quia *Neptuno Majestatis, ejus conveniret, ut longiori tempore fetus ex eo grandescerent*, Gell. *ibidem fol.* Potius autem *Postumus*, quam *Posthumus* scribendum, ex antiquis monumentis constat; Unde & in manuscriptis Horatii, *Postume* quoque, pro *Posthume*, reperitur. Neque enim ita dictus videtur, quasi *post humanum* partem natus, sed tanquam postremus. Hinc & *Postumi* vocabulo liberos ante Patris etiam obitum natos intellexerunt Antiqui: & quoque illi, qui post mortem Patris nascuntur, *postremo editi*, non *post humanum Patrem*, intelliguntur, quantum ad generationem Patris attinet. Anton. Thysius JC. in *A. Gellium lib. 2. cap. 16.* V. etiam Canterum *Novar. lib. 2. cap. 10.* Parthasiam *Epist. 34.* & Vossium *Art. Gramm. cap. 2.*

Principes aliis, Viri illustres.

Posthumius I. ad Imperium a Gallis vocatus, Principatu Gallieni. Treb. Pollio in *Gallieni*, *Galli, quibus infirum est leves ac degenerates à civitate Romana, & luxuriosis Principes ferre non posse*, Posthumium *ad Imperium vocarunt —— contra hunc Theodorus exercitum duxit &c.* seu potius, Gallienus ipse, in quo bello Gallienus fugitta ictus est. Praefuit per annos septem talemque se praebuit, ut Gallias instauraverit, quum Gallienus luxuriae & pompis vacaret; quemadmodum & antequam imperaffet, in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni vita ita gravis erat, ut Salonianum filium suum eidem Gallienus, quasi custodi vitae, & morum adhuncque Imperialium institutori, crediderit. Tandem tamen, *quum gravissime se regeret, more illo, quo Galli rerum novarum semper sunt cupidi, Lolliano agente, interemptus est.* V. Trebellium Pratatum in ejus *Vita*. Patet fuit *Posthumii* cogn. *Junior*, prioris filius, à Valeriano Tribunatu Vocontiorum ornatus; à patre postea *Cesar*, ac deinceps *Augustus* appellatus; sed & cum Patre interemtus est, quum Lollianus in locum *Posthumii* surrogatus, delatum fibi à Gallis fumfiffet Imperium. *Fuit in declamationibus ita disertus, ut ejus controversiae Quintiliano dicantur inferiae*, Idem *in vita Posthumii Jun.*

Posthumius Severus, unus inter Nobiles Romanos, jussu Severi Imp. necatos. Æl. Spartianus *in Severo*, *Post hac de sua clementia disserens, quam crudelissimae fuerit & immanis infrascriptos occiderit. Occidit autem sine causa dictione hos nobiles, Mummium Secundinum, Aufellium Claudianum —— Antonium Balbum*, Posthumium Severum, *Sergium Lufratem* &c. V. quoque infra *Postumius*.

Postica & *Posticus*, in *Gloss.* τὰ ὀπίσθια, τὰ ὄπιθεν: item *Posticium*, πυλεῶνα, πυλεῶνες. Alias *Glossae*, πυλεῶνες, *posticium*, h. e. porta quae in averfa parte aedium est, quam Graeci ἀνάπυλα *dicunt*. Aliquando tamen *Postica*, quamlibet parvum portulam notat; Sic enim in urbibus portulas, quae juxta portas sunt positae, Gall. *guichets*, Latini *posticas* & *posterulas* appellarunt, V. supra in voce *Posterula*. In Amphitheatris quoq; *postica* memorantur Amiano, & Orosio in *Probo*, portulae nempe, quae à cavis subterraneis (in quibus bestiae asservabantur) in arenam ferebant & è quibus in arenam fere solebant emitti. Ita enim Ammian. *Amphitheatrales fera diffractis undique plutei postibus, &c.* & Oros. *Vix alia die in Amphitheatro una missi sunt centum pulsos, qui rugitibus suis vinitus excitabant: qui omnes è posticis (ita legi jubet Salmasius, cum aliis legerit, conscissis) interemti sunt.* Ubi probe notandum, differentiam statui inter cavos illos subterraneos Amphitheatrales, & quibus per *postica* bestiae in arenam induebantur, & caveas, in quibus fera detinebantur. Sic enim addit, *non magnum probantes spectaculum, cum occidebantur, neque enim erat bestiarum impetus, qui esse et cavea ferocissimus solet.* Indigitans, non magnum nec gratum fuisse spectaculum eorum leonum, qui è *posticis* occidendi in arenam immittebantur, quòd non tanto impetu ex specubus his subterraneis egrederentur, ut è caveis solent. Non solùm igitur caveae ferreae continendis ac concludendis feris in amphitheatro habebantur, sed etiam cavi speluncaeque hypogaeae ad hanc rem factae. Et cavae quidem ex regulis ferreis contextae erant & ad lucem ducebant in medio amphitheatro; cavi autem & specus illi subterranei tenebrosi plane erant: unde non mirum, si ferae, in his specubus detentae, minore inde cum impetu exirent exilirentque, quàm quae in caveis habebantur. Tenebris enim ac pavore domitae, languidiores & quasi mansuetiores efficiebantur: at è caveis exeuntium major vis & impetus, nampe & major feritas, erat. Luce enim ipsa efferabantur & bestiarii ipsius fortasse conspectu, adversus quem emittebantur, fortasse etiam irritabantur, ut majore cum ferocia & impetu exilirent, &c. Salmasius *ad h.*

Posticium, idem cum *Postica*: nisi quòd maximè in Monasteriis vox usurpatur pro portula, per quam inducuntur, quae ad victum Monachorū vel Sanctimonialium, resq; alias, necessaria sunt. Hinc *Posticiaria*, quae curam *posticii* habet; in Sanctimonialium Monasteriis. In *Reg. S. Caesarii*, *Per posticiarias dei, & ille nomine illius transmittunt.* Item *Posticiarius*, in Monasteriis Viro rum &c. Car. du Fresne *Gloss.* & Macri Fratres in *Hierolex.* quibus adde Salmasium *ad Solinum p.* 1217. ubi de *Posticio* seu Ostiariatu *Templorum Gentilium.*

Postilla, apud Scriptores recentioris ævi, explicatio marginalis alicujus verbi, in textu S. Scripturae obscuri; aut *postea*, quod paginam notare supra diximus, an quasi *post illa verba*, quod hae subinde efferent Magistri, qui notas suumodi marginales & perpetuas in S. Biblia suis discipulis dictabant. Nicol. Trivetus in *Chron.* A. C. 1228. de Stephano Archiep. Cantuar. *Hic super Bibliam* postillas *fecit & eam per capitula, quibus nunc utuntur moderni, distinxit.* Idem A. C. 1238. de Alexandro Cestr. Episc. *Super Psalterium* postillas *scripsit*, &c. Macri Fratres *Hierolex.* & C. du Fresne *Glossar.* Henrico verò Altingio synonymā haec sunt, *Textus & Lectiones Dominicales, Evangelia Dominicalia, Postillae, Homiliae & codices earum Homiliarum*: dicique *Postillas* mera vocebarbari, ex *post & illa*, quia multi textus avelluntur à praecedentibus, quibus cohaerent, & in quibus alia commemorantur, quae dixit ac fecit JESUS. *Post illa* igitur. hoc illud dixit. Quam ob rationem, in editionibus Dominicalibus Pontificiis ubique, inquit, additur, *in illo tempore*; quod in quibusdam tantùm textus originalis habet. Hinc Evangelia illa, a Verbum certo tempore praecisa: quod apud eos contradistinguitur Verbo omni tempore praedicabili, &c. V. eum *Problem. Nov. Loc. II. Problem.* 29. ubi hanc in rem plura habet. A' *Postilla* vel *postillare* verbo hinc orto, deducit du Fresne verbum *Appostillare*, Practicis Gallis familiare, quo denotare volunt, scriptum aliquod notulis difficilare atque illustrare. Indidem *Postillator*, qui postillam ad Textum interpunxit, quorum primus fuit Hugo Cardinalis, qui floruit A. C. 1240. Domin. Macri *Hierolex.* cit.

Postis, Graece πλαγωθὶς, à *ponendo* nomen habet. Hunc in officio Templi, dedicaturum, dum verba praebat, manu tenuisse, illique eam sic impositam esse, ut tum certo indicaret aedem fie ubisti sacris addicendam, tum in eosdem, ex autoritate publica, dedicaret, discrimus ex Livio *Dec. 1. lib. 2.* ubi in Jovis aedibus, in Capitolio, dedicandis, *Postes tenuisse* legitur Horatius Pulvillus Consul, *inter precationem*, seu *inter nuncupationem votorum verborum*, ut habet Valerius Max. *lib. 5. cap. 10. §. 1.* V. de hoc ritu Ciceronem quoque *Orat. pro domo sua*, Alios, & de *Postibus* aedium novarum, etiam privatarum, Mauzius, apud Hebraeos, ornari solitis, supra in hac voce: plura verò hanc in rem, apud Alexandrum Neapolit. *Genial. Dier. lib. 6. cap. 14.* Scaligerum in *Coniectaneis*, & Jo. Seldenum *de Synedriis vett. Hebraeorum Lib. III. cap. 14. §. 6.* Porrò, in festivitatibus, rebusque laetis quā publicis, quā privatis, coronis redimiebantur aedium *postes*, frondibusque. Statius *lib. 4. Sylv. 8. vers. 28.*

Pronus ingenti non venis nuncia curru
Lustera, quae festos cumulare altaribus ignes,
Et redimire cholyn postesque ornare jubetes.

Juvenalis *Sat. 6.*

Ornentur postes & grandi janua lauro &c.

Qua de re V. Defid. Heraldum *ad Martialem lib. 8. Epigramm. 65.* & Casp. Barthium *ad Statium d. l.* Sed & Veteres, domum *postes*, in quibus quis graviter decumbebat, ramis lauri additis fignare solebant, ut Apollinem fic depreecarentur, forte & pererent à transeuntibus auxilium. Idem Statius *lib. 5. Sylv. 1. vers. 163.*

—— nunc amicus omnibus uni
Illachrymat, signatq; fores & pectore teges
Limina.

V. *Epigrammata* Diogenis Laërtii in Bionem Atheum; & Jos. Meursium *ad Hesychii Illustrii Tabulam pag.* 134. ut de hic passim ubi de *Foribus*; *Janua*, in voce *Parasitades* & ubi de phrasi *Postes mutare*. Addam falsem, *Postis* voce, non raro trabes faxaque lapideae aut portae, aliquando ipsas valvas, fores, januas, notari; apud Poëtas, uti pluribus docet Barthius praefatus *ad Statium lib. 2. Sylv. 1. vers. 64.*

Postliminium v. supra, voce *Eumenides*.

Post vera, adde: Dea fic Varro apud Gellium *lib. 16. cap. 16.* ubi postquam de fetu tractat, capite infimo mixum, fursum pedibus elatis esse, pergit: *Quando igitur contra naturam fetus conversi in pedes, brachiis plerumque nixibus vetinere solent, agrisque unc mulieres enituntur; Hujus periculi deprecandi gratia aras statuite sunt Romae duabus Carmentibus, quarum una* Postverta *nominata est, Prosa altera, à vetiti perversi, partus priscillate ac nomine.* Ubi quam *Prosam* vocat, alii *Porrimam*, item *Antevortam*. Dicunt. Mentio *Postverta* in lapide vet. apud Lingones reperto, sub capite Mercurii & Mulieris: *Deo Mercurio, & Postverta. C. Antius. Tit. filius &c. vota*, apud Gruterum *Inscript. p.* 50. Et fortè eiusdem lapidem exhibet Petavius *in vett. Numismum Gaza-*

visa, ubi incuriâ Sculptorum, pro *Postverte* irrepsit *Rostverte*. Alio tamen sensu atque Varro, scribit Ovidius in *Fastis lib.* 1.

Porrima placatur, Postverta, sive sorores,
Sive fuga comites, Antevolta diva, tua.
Altera, quod parto fuerat, cessisse putatur,
Altera venturum postmodo quidquid erat.

Sic Macrobius *Saturnal. lib.* 1. cap. 7. ubi de Jano, *Qui & præterita, ait, nosse & futura prospicere, ficus Anteverta & Postverta, divinitatis fe. aptissimæ comites, apud Rom. coluntur*, Jac. Oiselius *Notis in Gell. l. cit.* V. quoque Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 2. cap. 19. & Thom. Bartholinum *de Puerperio Veterum.*

Postulatio, in Comitiis one Rom. dicitur unanimis petitio, quâ is, qui fecundum Consulem vel ad Clerum, vel ad dignitatem Ecclesiasticam, etiam regulariem, assumi non potest, ex dispensatione tamen & gratia, causâ cognitâ, à Superiori admittitur. Quod cùm adverteriuri communi, ideo concordi omnium calculo fieri debet, *cap.* 3. & 4. *de postul. prælat. extr.* adeòut si concurrat *postulatio* cum electione, duplo major debeat esse postulantium, *cap. bonæ vol.* in eo tamen differunt, quòd *postulatio* ex mera libertate superiorisperidetur, *cap.* 5. *eod. &c.* A *postulando*; Dicitur autem *postulari* in genere, qui communi Cleri & Populi Decreto ad Episcopatum eligitur, apud Gregorium M. *lib.* 5. *Ind.* 2. *Epist* 51. 52. 89. & *lib.* 11. *Epist.* 14. alibique; Maxime verò *postulari* dicebantur, qui ex aliena parochia erant, cum id non liceret, nisi ex *cessione*, ut loquitur idem *lib.* 4. *Epist.* 39. id est, licentiâ sui Episcopi. Ie enim invalucrat mos, ut Episcopi ex alienis Ecclesiis non assumerentur, ut est in *Decretali* Calixtini Pontif. c. 18. & apud Nicolaum Pontif. *Epist.* 64. ad Consulares Bulgarorum: Ita enim pro Ecclesia Heduensi, in Tabulario eius„dem Ecclesiæ: Determinus, *inquit*, & regulariter ordinamus, „ut deinceps nemo Regum vel aliqua persona vobis superponere „vel ordinare aut sucessoribus vestris præsumat, nisi ex filiis ipsius „Ecclesiæ, secundum scripta Canonum, quem Clerus elegerit „& populus proclamaverit, si mea dignus reperiri potuit. Quòd „si in ea, quod forte accidere non credimus, inventus non fue„rit, unanimi eorum consilio tam Cleri, quàm Populi, de aliis „dignissimus expetatur. Car. du Fresne *Glossar.* Hinc *Postulati* Administratores &c.

Viri illustres.

Postumius Albinus, prænom. *Aulus*, cum L. Licinio Lucullo Consul fuit, ab anno U. C. 611. Literatum illum & disertum fuisse, scribit Cic. *in Bruto.* Res Romanas orationeGræca scripsitasse, dicitur A. Gellio *lib.* 11. *cap.* 8. in cujus historiæ principio, cùm veniam peteret, si quid is in libris parùm compositè aut minùs eleganter scriptum foret, reprehensus est à Catone. *Tibi*, inquiente, *oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod prius, quam faceres, petere* ut ignosceretur. Quæ eadem ibidem fe. ex verbis ex Gellio Macrobius repetit *in princ. Saturn.* Addidit Plut. in *Catone*, *veniam* illi *postulare dari*, *si Amphitheatrum decreto id scripsisset.* Interim non fine aliorum exemplo id *Postumius* fecit. Nam que C. Julius Senator, apud Florum *Epit. Liv. lib.* 53. & Cn. Aufidius, apud Cicer. *Tusculan* 5. idem fecit asse leguntur. L. Lucullus quoque bellum Marsicum Græcè scripsit, apud Plut. *in ejus vita* & Cic. *ad Attic. lib.* 1. *Epist* 16. Ipse etiam Cicero, de Consulatu suo, ut & Pomp. Atticus de eodem, hic lingua scripsere, ut ex Cicerone liquet, V. Jac Oiselium *Notis in Ad Gellium loco cit.*

Postumius Tubertus, Dictator, bello Fidenati anno U. C. 312. A. *Postumium* filium fuum, quòd non fuo justu, fed ipsonte praesidio progressus hostes fuderat, victorem securi ferii jussit, ut docet Valer. Maximus *lib.* 2. *cap.* 7. Idem tradit Diod. Siculus *lib.* 13. & A. Gellius *lib.* 17. *cap.* 21. ubi cum *Olim Postumium Tuberum* vocat. & *lib.* 1. c. 13. ubi *Postumiana* & *Manliana* imperia conjungit. Ab hac tamen sententia abit Livius, qui Manlio fo. lum Torquato id inexorabilis severitatis exemplum tribuit, quòd *Manliana imperia* dicantur, non *Postumiana*, quamvis *Postumius* ante Manlium vixerit, *lib.* 4. Interim non diffiterur Livius, ita eram alios Historicos retulisse, indeque noluisse tacitum præterire Postumium. *Ibid.*

Postumus, Sylvius dictus est, postrema Æneæ proles, de quo ita Virgil. *Æn. lib.* 6.

Ille vides, pura Iuvenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenes lucis loca: Primus ab auvis
Italus hinc commixtus sanguine surget
Bruti & Cassii castra diripuerunt Octaviani & Antoniani milites. Bello civili Galbæ Flavianæ Cæsarianum ducti, quanquam instabat nox, Coloniam divitem fefellabant impetu capere, vetque aliquot, ne opes Cremonenfium in sinu Prætectorum Legatorumque esset, quam fe. ut Tacitus ait, *Histor. lib.* 3. *Expugnata Urbis prædam ad militem, dedisse ad Ducem pervenere.* Quod languescente disciplina eo libentius concessum militi, ne manente periculo, omissis hostibus, prædæ manus impediret, quod plurimas sæpe victorias corrupit, V. Tacitum *Annal. lib.* 13. & 14. Erant verò quædam tam exigua, ut publicari digna non essent: quæ ubique solebant sapientes fequi, populi concessu. Talia vetere Rep. hasta, hastile, ligula, pabulum, uter, follis, fucurla & si quid minoris est nummi argentei; unde has exceptiones sacramento militari (quo militi imperatum, *ne quid volueret in exercitu decemque mill. p. prope, quod plures sit nummi argenti, aut fi fistulisset, ad Cæsarum proceres, aut tribuno proximo profiteretur*) additas apud A. Gellium legimus. Cui non dissimile est, quod nautis etiam stipendio militantibus hodie conceditur. Galli *de fpoliationum*, aut *plagium* vocant, & eo comprehendunt vestem, aurum quoque & argentum contra lo scutatos. Alibi pars aliquota prædæ militibus datur, ut in Hispania modo quarta, modo tertia, alias dimidia; penes Regem manet: & septima, interdum decima, penes Ducem exercitus: cætera sunt capienti um, exceptis ea ibus bellcis, quæ totæ Regi cedunt. Apud Italos vero op ræ periculi fumtuumque habita ratione, captæ navis pars tertia cedit Domino navis victricis; tantundem ferunt, quorum merces in navi erant; tantundem hi, qui pugnaverunt. Nec non & illud accidit, ut qui suo periculo ac fumtu bellum minis trant, non totam prædam auferant, de *dierant* publico, aut ei qui ex publico jus fuum trahit. d Hisp. in his bello naves privatis fumptibus instruantur, de prædapars Regi, pars & maris Præfecto debetur. Gallice moribus decimam fert Præfectus maris, at & apud Hollandos: fed hic quinta pruis *Præda*, ars a Rep. debet tur. Terra vero partim nunc ufurpatur, ut in diripiendibus oppidorum & prædis fuum quisque fatetur, quod cepit: in exercitibus vero capta communia fiant eorum, qui in commune funt, interpolitis pro dignitate ratione partiendæ. V. Hug. Grotium *de Jure Pacis & Belli lib.* 3. *cap.* 6. ubi & hoc notat, homines captivos, armenta ac greges Græcis Αἰσμὰ: quæ durante certamine cripiebantur hosti, ἐνόσιος quæ poit certamen, ἀσέβητος vocata elle. De *prædandi* licentia, inter varias olim hodieque Gentes ufitata, V. Lundem *lib.* 2. *cap.* 15. *§.* 9. & lupra, in voce *Piratica.*

Prædator, Jupiter cognominatus eft, à *præda*, quòd ei de *præda* aliquid deberetur, apud Servium *Æn. lib.* 3. cui Templum confecratum, fed, ubi & a quo, ignorari, adnotat Jo. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 5.

Prædeftinatiana hæresis, falsò conficta à Semipelagianis. Doctrinam enim, quam defendit S. Auguftinus *de Gratia & Prædeftinatione*, quam Faustus Semipelagianus in fuo opere *de Libero Arbitrio*, tacito Auguftini nomine, hæresim vocaffet ejusque defenfores hæreticos: Fauftí laudator, Gennadius Maffilienfis, addito cognomento *Prædeftinatianus* illos primus appellavit, eas congerentes in illo accusationes, quibus Auguftini doctrina à Pelagianis & Semipelagianis gravabatur: uti prolatis teftimoniis ex Auguftini & Profperi Scriptis, luculenter docuit Archiep. Armachanus Jac. Ufferius *Hiftor. de Godeschalco cap.* 2. ubi, nihil esse eorum, quæ *Prædeftinatis* & *Prædeftinatianis*, ab Arnobio, Gennadio, Hincmaro aut Sigeberto tribuuntur, quod non à Pelagianis & Semipelagianis, ipfi Auguftino & ejus fectatoribus, quo jure quave injuria, attributum fuerit: & odiofum novellæ cujusdam hæreseos nomen Semipelagianos excogitaffe, ut hac techna orthodoxam *de Prædeftinatione* doctrinam Auguftini omnibus invisam redderent, multis oftendit. Quod item pluribus probarum dedit Cort. Janssenius Epifc. Yprenfis *de Hær. Pelag. lib.* 8. *cap.* 3. cujus argumentum eft: *Non esse hæresim, fed calumniam, quâ Massilienses S. Augustini doctrinam infamarunt.* V. quoque Joann. Forbefium *Inftructionum Hiftorico-Theolog. lib.* 8. *cap.* 29.

Prædicandi Sacerdotes confuetudo, apud Judæos ac Chriftianos ufitata, memoratur à Lamptidio *in Alexandro Sev. Ubi aliquos voluiffet vel Rectores provinciæ dare — vel procuratores — ordinare, nomina eorum proponebat, iuttans populum, ut fi quis quid haberet criminis, probaret — dicebatque, grave esse, quum id Christiani & Judæi facerent*, in prædicandis *Sacerdotibus*, qui ordinandi *fuiit*, non *fieri in provinciarum Rectoribus*, *quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.* Et plena funt ejus S. Cyprani fcripta. Ut cum *Epift.* 34. fcribit, in *ordinationibus Clericis, fratres charissimi, solemus vos consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare.* Sed ex pluribus ejus locis, quæ huc facirunt, unus hic maximè docet, quid fit *Prædicari Sacerdotes*, & quàm bene Chriftianis Judæi, in obfervatione hujus moris, ab Alexandro conjungantur. Sic autem ille, poftquam retulit, quomodo Eleazarus Aaronis filius Sacerdos fuiffet creatus: *Coram omni fynagoga*, inquit, *jubet Deus conflitui Sacerdotem: id eft, inftrui & offendi ordinandum Sacerdotalem, nonnifi fub populi aflitentis conficientia fieri oportere: ut pleno præsente vel dicentium malorum crimina, vel bonorum merita a prædicentur: & fi ordinatio juffa & legitima, qua omnium fuffragio & judicio fuerit examinata.* II. Catalubonius *Not. ad Lampridium d. l.* V. quoque Juftellium *ad can.* 6. Conc. Chalced. & Suicerum *Thef. Eccl. voce* Ἐπιναγνῶναι, item Ἐπίνοια & nec non fupra voce Præco.

Prædicator, pro Epifcopo, non femel apud Avitum Vienn. *Epift.* 47. & alibi: à *prædicando*, id eft, concionando, Gall. *prêcher*. Concil. Vafenf. II. *can.* 2. *Si Presbyter, aliqua infirmitate prohibitus, per fe ipfum non potuerit prædicare, fanctorum Patrum homilia a Diaconibus recitentur.* Hinc de S. Cæfario Arelatenfi Cyprianus in *Vita ejus*, *Docuit præterea memoriter quando quidlibet ad pravitatem vos semper in Ecclesia prædicavit.* V. quoque *Capitulo* Caroli M. *lib.* 1. *cap.* 82. Ivo Carnotenf. *Decret. Part.* 4. *cap.* 26. Alios, Hodie in Ecclefia Rom: *Prædicatorum* Ordo, unus eft ex facris eorum ordinibus, inftitutus à Dominico, unde *Dominicani* dicti, reftituit laudati Carolo du Freine in *Gloffar.* Cantipratanus *de Apibus lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Mich. Scotus *Monse Philof. lib.* 4. *cap.* 37. & *Chronicon* Mont ffereni p. 137.

Prædicus, in *Gloff.* vet. ὀγχυρωτὴς ὃ, munitus, & ut Vopifcus loquitur *roboratus*. Inde *ornatus prædita* Gulberto, ὀχυρωτικὸς & munitæ. Et quidem *prædicum* dicitur Vet. V. in voce *Dominicus*. A' quo vero *Prædicatorum* nomen ita potiffimùm inditum fit, referunt laudati Carolo du Freine in *Gloffar.* Cantipratanus *de Apibus lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Mich. Scotus *Monse Philof. lib.* 4. *cap.* 37. & *Chronicon* Mont ffereni p. 137.

Prædicus, in *Gloff.* vet. ὀχυρωτὴς ὃ, munitus, & ut Vopifcus loquitur *roboratus*. Inde *ornatus prædita* Gulberto, ὀχυρωτικὸς & munitæ. Et quidem *prædicum* dicitur Vet. V. in voce *Dominicus*. A' quo vero *Prædicatorum* nomen ita potiffimùm inditum fit, referunt laudati Carolo du Freine in *Gloffar.* Cantipratanus *de Apibus lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Mich. Scotus *Monse Philof. lib.* 4. *cap.* 37. & *Chronicon* Mont ffereni p. 137.

Prædium, in *Gloff.* vet. ὀχυρωτὴς ὃ, munitus, & ut Vopifcus loquitur *roboratus*. Inde *ornatus prædita* Gulberto, ὀχυρωτικὸς & munitæ. Et quidem *prædium

auspicarentur. Hinc præter repagula, istiusmodi omnino linea seu funiculo prætenso illis fuit opus. Sed, omnia quæ de Circo & ejus partibus atque actionibus philosophatur Calliodorus cum à Græcis mutuatus sit, *altum lineam* vocavit, quam *cretam* Latini dicere, de qua V. *supra*: sicque lineam illam Circi Olympiaci, Βαλβίδα & Ἕρμαιον, item Ἀφετηρίαν dictam, cum linea Circi confudit: in Circo enim certum est, ab ipsis carceribus currendiæ spatii corripiendi initium capisse quadrigas. Hoc tamen portò Cassiodorus innuit, equos carcribus missos non statim in certamen curtius sese effudisse, fed ad lineam eam primò consistisse omnes, ubi è carceribus exissent, atque eidem lineæ limitique insistentes exquasitis frontibus mox in spatia sese deinde equos vitro alias non placet, cretam illam vero portò nominat tessile, non ad certamen inchoandum, fed ipsum, lineam hanc ædam, haud longè ab ostiis, in utrumque podium carcer ibus prædictam, per transversum, atque adeò inter carceres & primas metas fuisse directam, dicentibus &c.

Prædicăle seu *Prædicăle*, Græcè πυρμγγόβολον, à *prædicendis* lineis, dictum est plumbum vel ftilus, quo in membrana linea prædueantur, ad dirigendam scripturam. Vetus Grammaticus *Cap. de ferreis instrumentis*, Σκολὶς, *circulum*; Τόρνος, *futicus Cap. de ferreis instrumentis*, Σκολὶς, *circulum*; Τόρνος, *futicus Cap. de ferreis instrumentis*, Σκολὶς, *circulum*; Τόρνος, *futicus bia*, Σκαλὶς, *calculum*, Γραφεῖον γραφεῖον, *stylum*; Μολυβδοκονδυλεῖον, Πυρμγγόβολον, *prædicăle*. Ὀστεογλάφον, *Auricalpium*. Stilum figuit ferreum præacutum, plumbum fic vocitarunt, quòd eo præducerent lineas. *Colloquia Puer.* antiqua, *surge puer, quid ades? volle libros omnes Latinos membranas & pugillares & lineium & prædicăle.* In Græco est, τὰς διφθέρας, τὰς πυκνίδας, τὸ γλωσσόκομον καὶ τὸν πυρμγγόβολον. Græcum *Epigramma* ἀναζωγράφου à scriba vel Antiquario, apud Salmasium ad *Solinum pag.* 907. *Κρατεῖ σε σκιὰν ὁ γλύφας ἐγχαράξας*, ἐγγράψας κάλαμος. Hinc πυρμγγόβολον, qui *prædicităt* præscribit lineas. Ad regulam autem prædueabantur, qui Græcis κανόνι. *Epigrammata Dedicatoria ad* τοιχογράφων,

Καὶ κανόνα γραμμὰς ἰθυτάρους τεμάχιζε.

Hic enim canon live regula appolita plumbum live ftilum dirigebat, ad rectas lineas, quibus fcriptura infiftere, præducendas &c. V. quæ fupra de *Plumbo*, & plura hanc in rem apud præfatum Salmafium *ad Solinum pag.* 916. & 917. De *Prædnĕre* verò forcibus clauftro, apud Germanicum in *Aratei*, ubi de clavis Laconicæ cum fidere Caffiopeæ collatione,

Qualis ferratos obicit clavicula dentes,
Succulis & foribus prædicti *vincula* claufiri,
Talis diffpofita ft. ftellis ipfa horrida vultus:

hic paffim, ubi de *Claufiris adium*, *Obicibus*, *Poffulis* &c. item voce *Sera*.

Præfatio, in Communione Romana, pars eft Miffæ feu Liturgiæ Eccleſ. precatio nempe præcedens Canonem Miffæ & præfocutio totius orationis fequutæ. Alcuinus *de Div. Offic. Hucusq.* Præfatio, *id eſt, præloquio populi, hinc fequitur exhortatio. Surfum corda, &c.* in *Miffali* Mozarabico *Illatio* dicitur. Cujus auctorem Dionyſium quidam faciunt, Leonem alii, utrumque *Sancti* nomine in Eccl. Rom. infignem: nonnulli Gelafium Pontif. Pelagius I. in *Epiſt. ad Epiſc. Germ. & Gall.* novem *Præfationes* cantari inftituit, quas in Ord. Romano inferiptas obfervare eft, unam in Albis Paſchalibus, aliam de Afcenfione Domini, tertiam de Pentecoſte, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini, fextam de Apoſtolis, feptimam de de Trinitate, octavam de Cruce, nonam in Jejunio & Quadrageſima. Gregorius decimam de S. Andrea addidit, denique Urbanus II. undecimam, de B. Maria, A. C. 1095. V. Carolum du Freine *Gloſſar.* Dominicus Macer hac de re ita habet *Inſtra: Oblatum ſit ejusdem Oblatæ præfatio recitari, aliquibus tamen caſibus excipit, ut, e. g. in feriis per triegiatis, in quibus præfatio communis dicitur, unde in Miſſa Litaniarum majorum dicitur ſerialis præfatio temporis Paſchalis. Præterea, in quatuor temporibus, quæ infra Octavam B. Mariæ occurrere ſolent, item dicit debet præfatio communis ſerialis. Idem obſervandum in Vigiliis S. Johannis Bapt. S. Petri & Pauli infra Octavam Corporis Chriſti occurrentibus.* Et Frater ejus, *Antiquitates in præfatione Miſſæ narrabatur compendiosè vita illius Sancti de quo celebratur feſtum. Baron. A. C. 109. num. 5. Furiuſſimum* Præfatio *dicebatur, quia erat panegyris illius Sancti; deinde furiuſſimi laudes* Præfatio *appellabantur, quia in eis Sancti curriculi narrabantur laudes.* Uterque in *Hebdomadio* &c. v.]

Præfecti Baphiorum, Textrinorum, V. infra, *Præfectus Ærarii majoris.*

Præfectiani, ab Imp. dicebantur poſtremis temporibus, qui Præfecti Prætorio amplioribus erant, *l. 2. & 3. Cod. de apparit. Præf. Præt. l. 8 C. de Off. rect. provinc.* Atque hoc vocabulo utitur Tribonianus *lib. 12. Cod. de caſtrenſ. pecuniis mittum*: cubi pro *Præfectis annonæ* reſtituendum *Præfectianorum*, ex lib. ver. ut teſtatur Jac. Cujacius *in not. Poſtil. tit. de milit. Teſtam.* Marcellinus *l. 17. Hiſtor. Præfectianus*, nec *Præfectialis apparitor ad ſolvendum quinquam urgeret.* Pratejus apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Synodus Mopſveſtana in V. Concil. CP. *Collat. 5.* Præfectianus *ſum, in hac civitate natus.* Anaſtaſius in *Hormiſda*, *Tunc Imperator repletus fuit ejecti eos per poſterulam & impoſuit eos in navim periculoſam cum militibus & Magiſtrianis & Præfectianis, &c.* His ad alium militiam tranſeundi potestatem non fuiſſe, dilcimus ex *Cod. Theodoſ. lib. 8. de diverſar. Officiar. l. 19.* Cumultibus *Judicis appetitores, inter quos etiam* Præfectianos *locamus, ad quamcunque alium militiam vel palatinam, vel militarem tranſferri, retrahendi hos copiam illis, quos deſerere, tribunimus*: Quare verum hujus vocabuli ſignificatum intellexiſſe non videtur de la Cerda, dum inquit, *Præfectianos genus militum fuiſſe.* Macri Fratres *Elevolucio.*

Præfectivius Vir, *l. 1. ff. de Sonat. & in Epiſt. Juſtiniani Pandect. ita præfixa.* joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* Hinc *Præfectivia Civitates*, quæ à *Præfectis* feu Curatoribus reguntur, vel quæ is in bonis eorum conceſſæ ſunt. *Charta* Ottonis II. Imp. A. C. 974. apud Nicol. Zillesium, item *Charta* Ottonis III. A. C. 999. & Henrici II. Imppp. A. C. 1005. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* In *Vita* B. Wolphelmi Abbatis *num.* 34. Burchardus quidam ait memoratur, *Vir generoſus nobilis* —— Præfectoria *dignitatis*; apud Eund.

Præfectura, adde: Fuit inter omnes Italicas civitates *Præfecturarum* conditio duriſſima. Sic enim à Majoribus traditum erat, ut quæ civitates iniquæ ingratæque erg: Populum. fuiſſent, ubi in poteſtatem ditionemque eſſent adductæ, in *Præfecturæ* formulam, quæ non longè à Provinciæ formula aberrat, reterrentur. Ut enim quotannis in Provincias Prætores Româ mittebantur, ſic in *Præfecturas* Præfecti, qui eas adminiſtrarent, ac jus dicerent. De iis ſic Feſtus, *Præfecturæ appellabantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & mundinæ agebantur, & erat quadam tantum Reſp. neque tamen Magiſtratus ſuos habebant: In his quos legibus Præfecti mittebantur municipiis, ejus jus dicebant, quæ-rum generâ fuerunt duo; alterum, in quas ídebant ire Præfecti, qui auctore viginti ex Virum numero, populi ſuffragio, creati erant in hacoppida, Capuam, Cumas, Caſtinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: Alterum, in quas ibant quos Prætor Urbanus quotannis in quasque loca miſeras legebat, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Alliſas, Privernum, Anagniam, Arpinum, Reate, Saturnian, Nurſiam, Arpinum, aliaſque complures.* Hæ, cum jure civitatis, vel cum ſuffragio, vel ſine ſuffragio, utebantur. *Præfectiæ* ſimul & Municipia fuere. Joh. Rofinus *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 46 & lib. 10. cap. 22.* V. quoque Thom. Godvynum *Ambol. Rom. lib. 4. cap. 4.* At *Præfectura* apud Hygin. *Gromaticos de Limit. conſtit. Quotuſtatum deinde coloniis perticæ ſunt, hoc eſt, prime aſſignationis, aliis* præfecturæ, *competunt*: ieeunda aſſignatio eſt, ut cui pertica prima, qua de re diximus ſupra in voce *Pertica*. Addo id falcem, *Præfecturæ* (cujus nomen is ratio ibidem ediditur) ut quæ dives aſſignationis eenſebantur ab Coloniarum perticis live territoriis, decimarum in Sept. cardinem in Ortum habuiſſe, cùm contrarium in perticis fieret. Quam in rem V. plura apud Salmaſium *ad Solinum pag. 673. & ſeqq.* ubi *Præfectiæ* quoque & *Perticæ* diagramma, inter alia, exhibet.

Præfectura Urbis, ab Auguſto, inſtituta, ut incivilis, depoſita, apud Hieronymum: Ita enim is ex poſter. *Chron.* Euſebii; *Miſſalia Corvinus, primus Præfectus urbi factus ſexto die Magiſtratum abdicavit, sicut ipſe poſtea confeſſus eſt.* Ad quæ verba Scaliger, *quomodo*, ait, *incivitem, cujus antiquiſſima ergo? una civiliſſima, ſi quid in Romana antiquitate videmus.* Nomine, reſpondet Gronovius, fateor, te, pernego & ejuro: Unde Meſſala illam ranquam *incivitem*, h. e. luperbam & immodicam, multum vi utentem ac per hoc civibus, præſertim ſi quis ſupereſſet veteris Reip. memor, invifam ac odioſam, depoſuit. Certè notum Auguſti artem non ſilui Tac itus, illudere civitati *per eadem Magiſtratuum vocabula.* Olim erat poteſtas extraordinaria, neque ius poterat illis Magiſtratibus, quorum ſpecimen vicibus brevis tempus fungebatur: nunc *Præfectura* Urbis perpetua erat & illis ipſis, quorum vicaria quondam & fiduciaria fuit, obducta atque impoſita, & quidquid habuit juris, non ſine invidia, civilibus fere Magiſtratibus adeuntum ac detractum eſſe, habuit. Unde Statius ita laudat. Rutilium Gallicum:

Hic vitul, triſſet in vitum au dire catenas,
Parere verboribus, nec quæ jubet aliapoteſtas,
Ire, ſed arreſtas manibus, & tenere ſecures,
Dignarig, manus lictoris & verba precantium,
Reddere jura Foro, nec proturbare Curules
Et ferrum multere togâ.

Ubi, cùm qui faciat, quod pigretur facere, commemorat, quid potuerit facere, vel non facere, quidque ſecerint alii, vel non fecerint, latis oſtendit. Nimirum percivile erat, & leg bus Porcii Sempronique ſanctum, vincire & verberare cives, armatum jus dicere in Foro, exigere, cùm libuiſſet, Magiſtratus cum ſuis curulibus ſellis, Tacitus vero *Annalium lib. 6.* quem ſcribit, *Obſtarida Legum auxilia & ad coercendum, quod civium audacia turbidum, nuſquam nutuat*; ſuffituram hanc Præfecturam, eo ipſo dicit, non ſufficientibus (putà ad dominationem Auguſti firmandam) civilibus remediis, introductam, quod ſi liberatem & Remp. cogites, erat incivile. At Meſſallam, Hieronymo contrarius, ut videtur, Tacitus *lib. cit. cap.* 11. à Principe remotum,

tum, tanquam sc. nefsum exercendi, memorat. Nempe solent Principes, quos, ceu minus idoneos aut non fatis utiles rationibus suis, demandatâ curâ, præfertim si fieri id volunt sine invidia, exuere conflituere, per submissos eò adigere, ut ultro commeatu mi petant, & ita, tanquam propriis causis flagitave rint veniam ac missionem a, ut beneficium, non ut injuriam, ac cepisse videantur. Spartianus in *Hadr. Cui* (Tatiano Præfecto Præt. & quondam Tutori ejus) *cum successorem dare non posset, quia non petebat, id egit, ut pro exercitatum ubi primum patris, in Turboniem transitum postulaverit.* Sic itaque Messalla, vir civilis animi & veteris Reip. haud ignarus aut ofor, quam apud amicos ipsumque Augustum subinde contestaretur, novam illam vetere tutiorem ram potestatis esse nimiæ, immoderatæ, superbæ in privato feu non Principe ; visus est ipsi Augusto non satis aptus ad usurpandum jus tantæ potentiæ & infringendam, quæ fuberat, umbram Magistratuum potestatis. Hinc planè, ut ait Tacitus, in arcana penetrans, intra paucos dies finem potestatis non tam sumpsit, aut petivit, quàm accepit, quafi neclous exercendi : adhibita interim illâ specie abdicantis fe (quod haud dubie ex antiquiore alio Eufebius & Hieronymus hauferunt) & ultro ce ientis, ut artes Principis velarentur. Joh. Frid. Gronovius *Observ. in Eccl. cap.* 19. De voce vero *Præfectura*, V. quoque infrà, uti de *Præpositura*: addam hic faltem, *Præfecturæ* nomine *κατ' ἐξοχὴν* fignificari *Præfecturam Urbis Romæ*, vel *Urbis* CP. & *Præfecturam Prætorianam Orientis vel Occidentis*, id eft, Italiæ vel Africæ vel Illyrici, & Magiftratum militarem. Sunt autem certes dignitates inaufcretæ *l. 1. Cod. de præf. præt. free urb.* Cujacius apud joh. Caivinum *Lexic. Jurid.*

Præfectura Helvetiorum, V. in voce *Helvetii*.

Præfectus, non eodem femper fuit fignificatu. Nam & in re militari magnus eorum ufus, & inter Provinciales Magiftratus, non minor fuit. Scribit Dio, Octav. Augustum eos omnes, quos Provincia extra Italiam litis præpoluiffet, *Præfectos* appellaffe, quorum caufem, quæ Propratorum in Cæfaris Provinciæ mifforum, valio fuit. Inter hos de *Præfecto Ægypti* inprimis, quædam addenda. Dictus is & *Augustalis*, ab Augusto primùm inftitutus, ac Ægypto, quam Antonio & Cleopatræ victo in Provinciæ formam redegerat, præpofitus : diverius fuit a reliquarum Provinciarum Rectoribus, quòd non Senatorii, ut illi, ied Equeftris ordinis eflet. Senatoribus enim eam Provinciam committere Auguftus noluit, ut Dio docet *lib. 53.* veritus, ne fi violentiores Senatores Prætides nacta effet, occafionem retum novandarum adfciverit. Quin etiam, ut idem ait, proficifcendi in Ægyptum Senatui licuit, nifi ipfe Senatum aliter permiffiet, omnibus ademit. Primus autem, qui ex *Præfecti* nomine præfuit, Cornelius Gallus fuit, à quo deinceps omnes, quicam prov. adminiftrarunt, *Præfecti* funt appellati. Meminit eorum Ulpia nus, *ff. tit. de Præfecto Augustali, his verbis: Præfectus Ægypti non prius deponit Præfecturam & Imperium, quod ad fimilitudinem Prouinciæ integrefta, fub Auguflo ordinata eft, quam Alexandriam ingreffus fit successor ejus, ficut in provinciam venerit & ita in mandatis ejus continetur*, &c. Reliqua vero omnia cum Proconfulibus vel Propætoribus habuit communia. Joh. Rofinus *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 4.* De coeteris *Præfecturum* generibus, V. hic *infrà*. Apud Helvetios, ab Imperio olim *Præfecti* quoque genti funt dati, quos *Voge* & *Reichsvogt*, quidam *Vsiers*, fortaffe Græco nomine, quafi *Βοσκοὶ*, i. *Auxiliatores*, appellatos fant. Hi ab initio fedes luas non ipfis in Pagis habuere, fed alibi in iuis arcibus habitantes, quotannis temel atque iterum evocati illius profecticefolitæ juris dicundi gratiâ, præfidium in Pagis fuis habebant, ac capitalibus reis. Reliquas enim cauffas Ammanus & Senatores ex populo delecti cognofcebant, ac in commune Reip. fuæ confulebant. Quemadmodum noftrâ etiam ætate non ui læ civitates *Præfectos* ab Imperio accipiunt, qui tantùm judicis rerum capitalium præfunt, nullum præterea in illis urbibus Imperium aut jurisdictionem habentes : ficque inter alios, à Rodolfo I. Imp. Helvetiis Imperii nomine *Præfectos* datos fuiffe legimus. Poftea verò hujus filius Albertus, imminens Helvetiorum liberrati, poftquam ad Imperium pervenit, tum alia quæ Imperii erant Auftriis affervit, tum *Præfectos* Helvetiis mittere coepit duos perpetuos, qui, arcibus munitiffimis apud Urios, Suittos ac Underwvaldios excitatis, in Imperatoris poteftatem eos redigerent. Hi poftquam duro afperoque imperio populum premerent, priftinam libertatem recuperandi fortiffimæ genti præbuere anfam : qua de re alibi. V. Jof. Simlerum *Defcrip. Helvetiæ*: Item in vocibus *Grieiereus* & *Landebergius*.

Varia Præfectorum apud Rom. aliosque genera.

α. Ægypti: *Præfectus*, V. paulo *fupra*. β. Ærarii, ab Auguito inftituti, forte lecti funt tres viri Prætorii, quibus ejus curam ad triennium mandavit juffitque ut binis fictoribus, aliisque quos conveniebat Miniftris uterentur, Dio *lib.* 55. V. quoque Suetonium in *Aug. cap.* 98. Hipoftâ à Principe eligi & fine electoribus creari conftat vere, teftecodem Dione *lib. cit.* V. quoque infrà *Procurator Ærarii maj.* γ. Annonæ *Præfectus*, Magiftratus fuit extraordinarius, curavitque, ne plebs annonæ in copiâ & caritate laboraret, utque panis pondere juffo & mundities debita veniret. Livius *lib. 4.* ℘. Auguftalis, V. *Ægypti Præfectus.* ε. *Aulæ Præfectus*, feu *Palatii*, V. *Major domus.* ζ. Caftrorum *Præfectus*, caftrorum pofitionem, valli & foffæ deftinationem, tabernacula cafalque militum, cum impedimentis omnibus, curabat. Præterea ægri contubernales & Medici, nec non expenfæ, ad indufriam ejus pertinebant. Idem vehicula, fagitarios, ferramenta, ligna, ftramina, arietes cæteraque genera tormentorum, procurabat. Legebatur autem ad id munera, poft longum probatumque militiam, omnium fortiffimus. η. Celerum *Præfectus*, feu Tribunus dictus eft, qui Equitibus præerat: Obtinebat autem fecundum à Rege locum ; quo in numero fuit jun. Brutus, qui auctor Regis ejiciendi extitit. Pompon. ℘. *Præfectus* Evangelio dictus eft olim in Ecclefia Conftantinopolitana, qui in proceffionibus facris codicem Evangelii præferebat. Significat autem Proceffio agmen, quod quidem ad inftar exercitus modeftè ac devotè coordinatum, vexilla & cruces præfert, in Ecclefia tum Romana, tum Græca, Fratres Maroi in *Heortologio*, V. infrà, in voce *Proceffio.* ι. Fabrorum *Præfectus*, præerat Legionis Fabris, Tignariis, Inftructoribus, Carpentariis, Ferrariis, Lictoribus, reliquisque Artificibus, ad hyberna rum ædificia fabricanda, quæque alia vel nova facienda vel quaffata reparanda erant. Vegetius *lib. 2.* κ. Frumenti *Præfectus*, ab Auguito, inftitutus providebat, ut diftributio gratuita frumenti ex P. Clodii rogatione, quam confirmavit Auguftus, rité perageretur, populique in annonæ difficultate folleyaretur. V. Suetonium *Aug. cap.* 27. & 46. Dionem item *lib.* 54. Erant autem hi, Viri Confulares. λ. Largitionum *Præfectus* V. in hac voce. μ. Legionis *Præfectus*, abfente Legato, tanquam Vicarius ipfius, poteftatem habebat maximam : Ejus præcepta Tribuni, Centuriones, milites obfervabant. Vigiliarum profectionisque teffera ab eo petebatur : Arma omnium militum, item veftes, equi, annona, ad illius pertinebant curam, &c. Vegetius *lib. 2.* ν. Palatii *Præfectus*, vir fummæ erat, apud Imperatorem auctoritatis, præfertim translato Conftantinopolim Imperio, *Curæ Palatii* dictus Ammiano *lib.* 14. V. fupra in voce *Palatium.* ξ. Panis *Præfectus*, idem cum *Frumenti Præfecto.* ο. Præfecturarum *Præfectus*, V. fupra in voce *Præfectura.* π. Præto rio *Præfectus*, dicebatur is, qui militibus iis præerat, quos Impp in fui cuftodiam allegerunt : quod inftitutum ab Auguito, dein à Tiberio confirmatum eft. Fuit ejus dignitas ac poteftas maxima, unde *Sublimifimi Judicis* elogio, ficut Quæftores & Magiftri officiorum, honoratus eft. Cum primum tamen talis legebatur, dari ei iab Imperatore cingulum cum gladio folebat unde memorabilis illa Trajani vox, cujus Plin. *in Panegyr.* meminit, Duravit hæc dignitas usque ad Conftantinum M. qui, quòd *Prætoriani* cum Maxentio fecifient, caftro Prætorio diruto, cohortibus que Prætorianis exauctoratis, poftquam Orbem Rom. in 4. diœceles diviffiet, 4. quoque Prætorio Præfectos, in Galliis, Italia, Illyrico & Oriente, inftituit : qui tamen non nifi in civilibus cauffis judicandi habebant poteftatem. Pancirol. Fuit & *Præfectus* Auguftalis Prætorii, & *Præfecti* Prætorio comitatus: quorum unus in Italia: Conftantinopoli alter, fuere, Pancirol. item *in Notitia.* ρ. Regiæ pecuniæ *Præfectus*, apud Artemidorum *Oneirocr. lib. 4. cap.* 33. idem cum Thefauri regii, apud Perfas, cuftode. σ. Regius *Præfectus*, ne quid Reip. detrimenti capiat, conftitutus. Camden. Anglicè *Lieutenant of a Shire.* τ. Rerum capitalium *Præfectus*, Aleon, ν. Vigilum *Præfectus*, ab Auguito inftitutus, cognofcebat de incendiariis effractoribus, furibus, receptatoribus, &c. V. Sueton. *in Aug. cap.* 30. & infrà *huc loco.* φ. Virginum Sacrarum *Præfectus*, Jun. χ. Urbis *Præfectus*, fub Regibus & Conf. quando domo profecti, ne Urbs fine imperio eflet, eam interea moderabatur. Sub Impp. perpetua hæc poteftas erat, & quidquid criminis intra 100. lapidem admiffum fuerat, ad eam pertinebat. V. *tit. ff. de Offic. Præf. Urb.* & Tacitum *Annal. lib. 6.* ψ. Idem, abfente Rege vel Confule, ad præfidium Urbis relictus, imperium fummum habebat, præfidia difponebat, jura civibus reddebat, Senatum convocabat & Sed de hoc plura infrà, in voce *Urbi Præfectus.* ω. *Præfectus* Arcis, *Præfecti* morum, item thefaurorum, fub Com. Largitionum & c. V. Pancirolum *Not.* Addam faltem *Ecclefiæ Præfectum*, Gr. *Ἐκκλησιάρχην*, in Eccl. Græca, memoratum in *Typico* Sabæ p. 1. *Εἰπὲ ἀρχὴν ὁ Ἐκκλησιάρχης, Δέσποτα, πρωτοκάθεδρον.* Quo munere qui fungebatur in Magna Ecclefia CPoli, *Ἐκκλησιάρχης Μέγας* dicebatur, teste Meurfio ex Malaxi *Hiftoria Patriarch.* Aliis ab eo erat *Ἀρχῶν Ἐκκλησιῶν*, qui *generalium omnium Ecclefiarum Inftodiebat*, & Presbyteros illis præficiebat, uti videre eft apud Cl. Suicerum *Thef. Eccl.* voce *Ἀρχων*. De *Præfecto* XV. in Templo Salomonico, *Templorum, Patiarum, Cuftodiarum, Cantorum, Inftrumentorum Muficorum, Storium, Columbarum & avium, Tefferarum, Vinor. Aquarum, Valetudinis Sacerdotum, Panium propofitionis, Sufimentorum, Pelorum & Veftium Sacerdotalium*; præter Pontificem, cujus Vicarium *Segon*, hujus vicesitidem gerentes duos, feptem alios qui templi claves aflervabant, tres Ærarii Præfectos, cuftodiæ templi Præpofitum, & caput paternæ domus, quæ majorum digni-

dignitatum fuere nomina, V. Burmannum *Synopſ. Theol. Chriſt. Paræ prior lib. IV. cap. 8. §. 48. & 49.* &c. Hinc *Præfectiana Militia*, recentiori ævo, de qua V. Cl. Sulcerum *Thejaur. Ecd.* voce Πλατεῖαι, nec non ſuprà.

Præfericulum, vas æneum Romanis dictum eſt, ſive anſa patens ſummum, velut pelvis, quo utebantur in ſacrario Opis Conſ. Etrusc. Ejus iconem exhibet Joh. Rofinus *Antiqq Rom. l. 2. c. 31.* V. Feſtum. Nomen eſt à *præferendo*. Anglis *a great baſon, carried before him that dit ſacrifice.*

Præfica, memorata *in illo* Nævii,

Hæc quidem hercle opinor Præfica eſt,
Nam mortuos colandat:

Claudio dicebatur, quæ *præficeretur* ancillis lamentantibus. Unde *in Gloſſis* Philoxeni *Præfica*, ἡ πρὸ τ᾽ πλαυσῶν τῶν θρηνούντων ἐν τῇ ταφῇ. Et Feſto: *Præficæ mulieres erant ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dabant carmi modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præficiæ.* Sic & Nonius Marcellus, *Præficæ adhibiti ſunt funeri, mercede conductæ, ut & flerent & furiis ſæ ſtatis tandarent*: Lucilius quoque earundem officium deſcribit *lib. 22. in verbis ab hoc Nonio adductis,*

Mercede quæ
Conducta ſtent alieno in funere Præficæ.

Multo, & capillos ſimiles ſi quando magis.

Carmen, quod a *Præficis*, & quidem ad tibiam, cantabatur, peculiari nomine vocabatur *Nenia*. Quare iteram Nonius Marcellus, *Nenia*, inquit, *ineptum & inconditum carmen, quod adducta mulier, quæ Præfica dicebatur, his, quibus propinqui non eſſent mortui, exhibebat.* Ubi tamen Nonius fallitur, nam etiam in funere eorum, quibus propinqui eſſent, Næniam a *Præficis* cantari ſolitam fuiſſe ex tumeit. Plebat autem id ante lectum defunctæ, ut ex *Gloſſis* Philoxeni patet: durantique *Præficarum* appellatione usque ad ſecundum bellum Punicum, ut docet Varro *de vita Pop. Rom. lib. 4. Ibi a muliere, quæ optima voce eſſet. Pergama laudatur: deinde Næniam cantari ſolitam ad tibias, & fides eorum, qui bello Troïcas euerſauſſent. Hæc mulier olim vocitata fuit* Præfica, *usque ad ſecundum bellum Punicum*: ut optime Scaliger locum reſtituit, V. Jac. Oiſelium *Nota in A. Gellium lib. 18. cap. 7.* Eadem *Mulier planctus* dicta eſt, teſte Gutherio *lib. 1. cap. 24.* *Tum mulier funeris reliquum funus, facibus cum magno ſonitu circumſtabat, ut ſuncſtique nomen vocabat canorâ ubique voce*: quam proin à larva buccis hiantibus prominente, in fronte Lucernæ Galvaniange, repræſentari, ſtatuit Fortun. Licetus de *Lucernis lib. 6. cap. 7.* Poſtea Mimi mortuales perionari Næniam concinebant, eamque triplicem: Primam in exequiarum comitatu, Secundam ad rogum; Tertiam ad tumulum, ut docet præf. Gutherius de *Jure Manium lib. 1. cap. 23.* Nec omittendum, quod idem annotavit Licetus *lib. 6. cap. 17.* è vitro cruſtico olim in pullus ad excipiendum lachrymarum humorem, à *Præfica* cæteris que mulieribus funeralibus, pretio vendi ſolitum, conſtructas & cum cadaveram buſtis contumulatas fuiſſe: Quod idem *alibi* quoque confirmat. Sed & *Præficarum* in ipſo Dei populo veſtigia deprehenduntur, Jerem. *cap. 19. verſu 17.* V. etiam Matthæi *cap. 9. verſu 23.* &c. ut & ſupra in vocibus, *Defunctî, Exequiæ, Funus, Planctus* &c.

Prægnans, apud Vetr. braſſicam comedebat, Athen. *lib. 9.* edules item cochleas & malicorium, ſed non ſine damno, potu diptami addito. Serenus Sammonicus,

At ubi jam cerum ſpondet prægnatio fœtum,
Ut facili vigeas fer vata puerpera partu,
Dictamnum bibitur, cochleæ manduntur edules.

Abſtinebat porrò à ſale, & aqua frigida. Lectius ſubinde vehebatur, & equabus gravidis inequitabat. Peſtilentia varia religione averruncata. Zona in Templo Dianæ *Aricinæ* ut commodius fieret geſtatio, ſolutâ, quam primipara deinde ſuſpendebat cum veſtimentis. Temporis autem fallendi causâ faciolæ ligandis pueris parabantur, & ipſæ in lecto cubantes graviđæ celebrabant Parilia. Interea pro naſcentibus vota ſiebant. Genitæ Manæ, Hecatæ & Genetylli; Poſtveriæ item & Protææ Deæ, à ſitu embryonis ſic dictis, totidem dicatis aris & hoſtiis. Mox inſtante partu, ad Eugeriam & Fluoniam confugiebatur, Menam item, Lucinam, Uterinam, Alcmenam, Vitumnum & Sentinum. Ut autem *prægnantes* confidentius onus uterinum gereretur, diſtata ſupplicia plonec peperiſſent, lege Ægyptiis, Athenienſibus & Romanis ſancitâ; apud quos ne quidem quæſtio de gravidis habebatur. Apud Perſas aureo donabantur. Nonduin natis id dabatur, ut pro ſuperſtite haberentur &c. Quam in rem V. Scholiaſtem Apollonii, Plut. *Quæſt. Rom.* Gellium *lib. 16. cap. 16.* Arnobium *c. Gent. lib. 3.* Auguſtinum *de Civ. Deiſub. 4. cap. 11. & lib. 7.* Briſſonium *lib. 2. cap. 20.* Alios. Addo lalem, quòd apud Hebræos, *familiam gravidam* etiam *morâ peccant, ſi tamen, ut ea nupſerat, utique dum embryo non in uterum, cum nonnullis eſſet cum ea copta, aut in lucem prodiret, & dein eodem die mortuus aſſereretur*, docet Joh. Seldenus *de Synedriis vett. Ebræorum lib. II. cap. 13. §. 3.* ubi *de Executione ſententiæ capitalis*, in ea gente uſitatâ. Plura v. infrà voce *Puerpera*.

Præguſtator, ſervus erat apud Romanos, qui cibos potumque *Principis* præguſtabat. Tacitus: *Is inſtere epulas, & guſtu explorare ſolebat*: Idem *lib. Annal. 13.* *Mos habebatur Principum cum cæteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci, in aſſeclis propinquorum, propriâ & parciore menſa. Illic epulante Britannico, quia cibus potuſque ejus delectatus ex Mimiſtri guſtu explorabatur, ne omittere ritum inſtitutum aus utris que more prodetur ſcitus: talis dolus repertus eſt.* Hi ergo nonnihil ex cibis potibus cibus præmandebant, & quæ vita Regum Principumque multis inſidiis patet, ipſos hi non niſi *præguſtans* cepere cibos, ut docet Xenoph. *in Hieron.* & Athenæus *lib. 3.* quod primò à Perſis ſuiſſe inſtitutum, Suidas *his verbis* tradit: Ἐβάσκανον, ἢ ὑπὸ ὀφεῶς. Ἐβάσκανον, ἢ χαλεπὸν θηρίον, ὃν παρεγένοντο οἱ πάντα τὰ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. Et reſpexit ad hoc munus, Juvenalis *Sat. 6. verſ. 630.*

Mordeat anxi aliquis, quidquid poterexcitibus,
Cum paperis, animus prægulſet pocula Pocri:

quod quidem præmordendi munus ſcit fortaſſe, ut antiquus Grammaticus illa ejusdem Poetæ, *Sat. 7. verſ. 218.* ubi is ita inter alia ait:

Diſcipuli cuſtos præmordet Acanocetus,

de Papate interpretatus ſit. Eidem cautio in potu adhibita, proin iterum Principes, calicem labris, veneni metu, non antè admovebant, quam potus gullu fuiſſet exploratus: eaque de causâ, poſt phialam porrectam, qui degi a poculis erant, cyathos ex calice haurtum vinum in ſinuſtram manderes manum torſiſſent, quem ritum fuſe exponit Xenophon *apud. Kog. lib. 1.* Neque veto tantùm vitæ tuendæ, led & voluptatis gulæque causâ inſtitutos fuiſſe *Prægiuſtores*, edicens ex Arnobio *lib. 4. Curat, ut ad ſenſum palati ſuis cum jucunditatibus veniant rerum incorruptarum ſapores & an vile pulmenta condita ſint, Prægiuſtatoris ſungitur atque exper timo officio.* Quam voluptuariam *Prægiuſtatoris* opcram tetigit, in fabella de nutrice & unbano mure, Horatius *l. 2. Sat. 6.*

Ego abi parquam parcebam in vaſe locorum
Aggeſtum, veteri ſuccincius cuſtoſſat hoſtes,
Continuatq; dapes, nec non vernatiter ipſis
Fungitur officiis, prægambens omne quod offert.

Meminit *Prægiuſtatoris* Alexandri M. Philippi viz. & Jollæ filiorum Antipatri Juſtinus *lib. 40.* de Haloto ſpadone, qui eodem officio apud Auguſtum eſt functus, V. Suetonium *in Claudio c. 44.* Alterius memoriam ſervavit vetuſta Inſcr. quæ Romæ in Monte Viminali in vinea quadam, extra eſt, ſic ſonans: *Patum, Sylvano ſylvi. libens, merito. T. F. Diadumenus. Iuv Veſtianus. Prægiuſator. Auguſti.* Apud Cæſares autem procuratio *Prægiuſtatorum* Liberto de more demandata eſt *DIS. Manibus. Ti. Claud. Aug. Lib. Zoſimi. Procurat. Prægiuſtatorum* &c. V. Tit. Popmam *de Operis Servorum* & Laur. Rignorium *Comm. de Servis*, qui in ter alia quoquemanet, *Prægiuſtatorem*, Inſcrtorem & Peciſtatorem, diſtinctè habuiſſe inuita: licet quandoque idem duplici forſan munere fungeretur.

Prælatitius Habitus, in Eccl. Rom. birrus dicitur: unde de reverentia *Prælatis* debita Concilium Gangrense, *Si quis, ait, amictu pallii utitur, & eos, qui birris utuntur, deſpicit, anathema eſt*, can. 12. Ital. *Mozzetta*. Hæc veſtis ſupra Dalmaticam ſeu Tunicam vulgò *Mantelleum* & lineam, quam *Rochettum* dicunt, induebatur. Et quidem Roma ſolus Pontifex ſert birrum ſive mozettam, ſuper lineam ſive rochettum, absque mantelletto, quod eſt ſignum jurisdictionis: Nam cum aliquis domi propriæ moratur, mantello opus non habet: cumque, in ſolidomada in Albis, birro albo induitur. Cardinales itidem in Eccleſiis ſui tituli, ut & in congregationibus habitis in ſuis palatiis ſeu ibidem ſolemniter; viſitati, & in ſede vacante, utuntur birro & rochetto, absque mantelletto, quia tunc jurisdictionem exercent. Epiſcopi extra ſuam diœcelin non poſſunt ferre mozettam, exceptis Epiſcopis Regularibus: in ſua diœceſi vero poſſunt etiam coram Legato ſec Cardinali, ut Julii II. & Pii II. exemplis confirmat Angelus Rocca, apud Macros Fratres *Heroïces*, in voce *Birrus*. Color porrò violaceus in veſtibus *Prælaturum* antiquiſſimus eſt, imò eodem colore Eccleſiaſtici omnes utebantur, ad inſtar Pontificis familiarum in præſenti, Caudatariorum Card. & Clericorum in Epiſcopalibus Seminariis, ob ſimilitudinem cum veſte Dominica, quam Nonnus *ad Gregor. cap. 19.* οὐσιῶν vocat, id eſt, *vinacei coloris*, inter rubeum & violaceum medii, ſi ei fides habenda. Quamadmodum & id, quod de partitione hujus veſtis ab Emanuele Paleologo Græcorum Imper. Henrico Caſtellæ R. dono miſſa & in Monaſterio Carthuſianorum ſub tit. S. Mariæ de Arriago dicæ. Vallisoleti aſſervata: item de alia particulâ ejusdem, quæ Valentiæ reperiatur, ſcribit Scherlog. *Tom. III. cap. 5. Canic.* Auctori ſuo remittitur: V. eosdem Fratres *ibid.* Eſt autem propriè *Prælatus*, qui populis præeſt Magiſtratus. *Gloſſ.* vett. *Prælati, antiquoſtipite de cujusmodi Prælatis*, id eſt, Principibus ſecularibus, extat S. Valerianı liber. In Communione vero Rom. *Prælatus* eſt Præfectus Eccleſiæ, quomodo hodie Epiſcopi vocantur, qui *τιμητικῶς* Juſtino Martyri, *Præſidentes* Tertulliano *de Coron. lib. 3. cap. 3.* dicuntur: exratque liber *de Simplicitate prælatorum*, Cypriani nomen præfetens. Sed & ſic appellati quosvis inferioris dignitatis Rectores, ut ſunt Plebani & Curiones, tradit Lindevvodus *ad Provinciale Can. lib. 2.* Hinc

Præla-

Prælata, *Prælatia*, *Prælatio*, *Prælatura*, apud Auctores, quæ in hanc item laudat Car. du Fresne *Glossar.* Prætejo apud Jo. Calvinum *Lexic. Jurid. Prælatura* eſt Prioratus ſeu Guardianatus, locundum diverſitatem ordinum. *c. nullus de elect. in 6.* Imò & omnis honos ſic dicitur, qui propter adminiſtrationem alicui tributur, *c. quæ Epiſcopatum 7. q. 1. &c.*

Prælectio Legis, Verbisque divini frequentior & accuratior, quàm hactenus obtinuerat, prædicatio, inter Ebraïticæ Reformationis capita, memoratur Nehemiæ *cap. 8. verſu 8. Et legerunt in libro illo, in Lege Dei explanate, & apponerunt ei intellectum & intellexerunt quæ ſcripturarum ipſum.* Et qua originem traxit Sabbathomadalitia Sabbatina *Prælectio* in Judæorum ſynagogis frequentata, de qua actorum *c. 15. v. 21.* ubi *antiquis temporis* explicat Burmannus de temporibus Esræ, antequæ nec Synagogas ſtructas, nec Legem hebdomadatim præfectam fuiſſe, docet ex Deuteronom. *c. 31. v. 10, 11, 12.* coll. 2. Chron. *c. 17. v. 7, 8, 9.* & 2. Regum *c. 22. v. 8.* ut hic mos ultra mille annos, poſt Legem latam, demum inoleverit; confirmatus poſtmodum exemplo Chriſti, qui, *Sabbato ingreſſus in ſynagogam, docebat*, Marci *c. 1. v. 21.* coll. Lucæ *c. 4. v. 31, 33.* & Apoſtolorum, Actor. *c. 13. v. 14, 15, 42, 44.* &c. Eſt autem ea lectio ſic ordinata à Judæis, ut quolibet anno univerſa Lex abſolvatur die magno Feſti Scenopegiæ; quando ſimul novam ejus lectionem ordiuntur. Quo modo deinceps etiam Prophetæ diviſi ſunt, ut colligitur ex Actor. *c. 13. v. 27. Tum voce Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, impleverunt.* Unde etiamnum in more eſt, ut utramque lectionem ſingulis Sabbatis peragant. V. Franc. Burmannum *Synopſ. Theol. Chriſt. Part. 2. q. c. 37. §. 21.* & in Novum Teſtam. *Prælectio* verbi divini in Cœtibus vulgari ac notâ lingua, ejusdemque explicatio, ſimiliter diu in Eccleſia obtinuit, ut ex Veterum ſcriptis conſtat ac ſub Gregorio M. demum, & ſucceſſoribus ejus, Carolo M. tempore deſecviſſe videtur; ſub quo Latinos paſſim ritus, & in Sacris fermonem, invaluiſſe, ac de Evangelii corpore excerptas quasdam particulas, Eccleſiaſticæ Plebi in ordinem præſegi conſtet, idem docet Pars *II. c. 7. c. 17. §. 8.* more gentium nobis plurimarum in locis reyocato &c. V. plura ſupra voce *Lectio*, alibique. Addo hic ſaltem, *Prælegere* vocem Artis eſſe, & de Præceptore proprie ut *legere* de diſcipulo, uſurpari ſitut Græci *ἀναγινώσκειν*, vel etiam *ἀνάγνωσιν*, de Magiſtro; uti *ἀναγνώσκειν*, de diſcipulo dicunt, V. Caſaubonum *ad Sueton. de Grammat.*, & *Rhetor.*

Præliares Dies diuntur Romanis, quibus fas erat res repetere vel hoſtem laceſſere. Hos à juſtis ſegregat Macrobius, quitenant continui triginta dies, quibus exercitus imperato vexillum rubri collocabatur arce poſtridie Kalendas, & feſtus, *Præliares*, inquit, *dies appellantur, quibus fas eſt bello hoſtem laceſſere: erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas tuis id facere.* Ubi per *ferias publicas*, intelligere cum *dies juſtos*, notavit Jac. Oiſelius ad *A. Gellium l. 15. c. 13.* Non *Præliares* ergo erant tum hi dies juſti, tum dies arri, ut poſtridie Kalendas, Nonas & Idus. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l. 5. c. 5.* Adde *non Præliabiles*, dies Innominales, ut ante quartum Kal. Nonas & Idus, Item Feriæ Latinorum, Paganalium & Proſerpinæ. Hinc quod Quintus Sulpitius Tribunus militum divinum dimicandi gratia poſt Idus feciſſet, ad Aliam contra Gallos malè pugnatum Cannenſem quoque cladem, ante diem 4 Non. Sextilcs factam fuiſſe, annotatum eſt: *Comitiorum, Senatorum*, verba ſunt A. Gellii *l. 5. c. 17. recordari ſe diverunt, quoties belli gerendi gratia res divinas poſtridie Kalendas, Nonas, Idus à Magiſtratu Pop. Rom. factas eſſe, eas belli proximo deinde prælio Rei. male geſtum eſſe.* V. quoque Macrobium *Saturn. l. 1. c. 16.* Varronem, alios, verum tamen hi dies in bello quidem interdo, ſed non neceſſitando, obſervatiuit idem habet Roſinus *l. c.*

Prælium, pars pugnæ, ſicut pugna pars belli eſt, nonnunquam tamen cum pugna confunditur: Hocquo die commiſſuri erant Rom. ſignum ut caſtris proponebatur; tunica viz. purpurea vel coccinea, ſupra Prætorium expanſa, quus meminit Plut. *in Fabio* & *alibi*, Liv. item ac Polybius. Poſt ubi jam ad conflictum execundum, & exercitus caſtris educendus eſſet, ſigna militaria, quæ in caſtris fixa erant, ſuccedente ſenſim exercitu e terra: Habebaturque inter feliciu auguria, ſi avellentem ſigna facile ſequerentur; ideoque Craſſus in Arabis bello Parthico cum filio occiſus legitur, quòd ignus ad *Prælium* avellere ſigna vix potuerit. Educto caſtris exercitu, acies inſtruebatur, quod qui ratione fieri conſueverit fuſe docet Liv. *l. 8.* Cœterùm non uno ſemper illa inſtructa eſt modo, ut videre eſt tum apud Cæſarem *Comm.* tum apud Æl. *lib. de inſtruenda acie.* A Gellius *l. 10. c. 9.* aliquot militaria vocabula in his ordinibus inſtructa acies appellari ſtatim eſt, recenſet: qualia, *Frons, Subſidia, Cornua, Globus, Suffices, Serra, Ala, Turres* &c. de quibus conſulendi Scriptores Tactici, V. infra *hac voce.* Quod ſi periculum aliquod imminere videretur, & Auſpices nuntiarent, non placatos eſſe Deos, tum unus aliquis ex Romanis ſeſe pro exercitu ſuo & ſumul exercitum hoſtium devovebat, ejus de re videndus Livius *lib. cit. & dix. mus ſupra.* V. quoque Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l. 10. cap. 14.* Apud Athenienſes, poſt agnum in hoſtium fines in ſignum clangationis immiſſum, ut docet Diogenianus *Cent. 2. Prov. 96.* (quod Heſychius, in *Prælii* potius commintendi ſignum factum eſſe contendit) contra hoſtem movebant, dextroque aciei cornu, ex veteri lege, Polemarchus præerat, teſte Herodoto *in Erato.* Commiſſuri dein *Prælium* victimam ſacrificabant, extaque inſpicebant: tum *Θαῤῥοῦντι. Fauſti* præcuntes, qui antiquis temporibus Tubicinum loco erant, faces in medium utriſque exercitus projiciebant, conſuſiſque ſignum: Unde Statius *Theb. 6.*

Prima manu ruitam de vetit e Lariſſeo
Obtrudit Bellona facem.

Quo facto incolumes ad ſuos ſeſe recipebant, facri enim & in peculiari Martis turcla tales habebantur; quo factum, ut de totali interne cione exercitus in Prov. dicatur, *Μὴ ὁ πολέμος ἐκκαθαίρῃ.* Et ſtatim poſt laceſſerunt, quibus ferventer ad *Prælium* accurrentibus, quo minus in modum ad rem fortiter gerendam multum accendebantur animi. Unde Euripides in *Phœniſſis verſu 830.*

Ἔυτ' ἐ' ἀσπίων Ὄρθιος Ὑμέναιος
Σάλπιγγ' ἠ, συνέζευξ ἀδάμαστ ἀρμὸν.

Quatum vice nonnunquam clypeos quoque *conchas*, *ſonantes*, adhibitos legimus. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. l. 8. tit. 1.* & Franc. Roſiaum *Arch. Attic. l. 6. c. 5.* Apud cosdem, periculo imminente, Dux exercitus quandoque ſe devovebat, ut Codri Regis exemplo docet Velleius Pater. *l. 1.* Reliqua V. ſupra, in voce *Miles*, & *alibi*. Velitationes vero juſto Prælio præmittendas, ſuadent prudentiores, ut, ſi inferiorem ſenſerit hoſtem belli Dux, *Prælium* maturare; ſin ſuperiorem, morari interponere noſrit. Sic Alexander ac Porus, levis conſerentes prælia, parvæ rei diſcrimine ſummæ experiebantur eventum, apud Curtium *l. 8. c. 12, 13.* Quod idem Horatius, apud Livium, & Valerius apud eund. ſe. diſſe legunt. Nec Cæſar, cum hoſte præſertim novo, aliter dimicavit. Artſtam quoque, præcurſionibus aliquibus præmiſſis, qui tenuja primùm futuri conflictus ederent præludia, juſtæ pugnæ quaſi viſſe tempus & occaſionem, Nic. Olahus *in Vita* ejus ſcribit. V. Amiratum *lib. 1. & Machiavellum l. 37.* Sed nechoc omittendum, clamare *Prælium* orituros à plerisque conſultum duci. Hinc Cæſar, ubi conſilium Pompeji, qui id negleverat, damnat, *Non fruſtra*, inquit, *antiquitus inſtitutum eſt, ut ſigna militaria concinerentur, clamorem univerſi tollerent: quibus rebus & hoſtes terreri, & ſui inter ſe animarentur.* Canoq. e Scuto, teſte Plut. in *ejus vita*. 3. dicere ſolebat, *verba pius quam gladium, & voces plus quam manum, hoſtes in fugam vertere, animoſitate reddere, ſubſidio irruſum eſſe militem, qui latibis ſtertere, quam inclamaret.* Quem proin morem apud plurimas Gentes in uſu fuiſſe, legimus. De Germanis V. Tacitum *Germ. c. 3. §. 1.* de Perſis ac Macedonibus Curt. *l. 3.* de Britannis iterum Tacit. *Annal. lib. 14. c. 38.* de Poenis, Livium *l. 23. c. 21.* de Gallis eundem *l. 38. c. 17.* de Lusitanis, Diod. Siculum *l. 5.* de Parthis, Plin. *in vita Craſſi*, de Hibernis, Stanihurſtum *Rer. Hibern. l.* de Turcis Leonh. Chienſem &c. e quibus Germanorum clamorem *Barditum* vocat Tacitus: *Barritum* legit Lipſius, *Blatitum* mavult Althamerus: Hiberuorum *Pharro*, *Pharro* Stanihurſtus: Turcæ altiſſimè inclamant, *Illala*, *illala*, *Mahomet Ruſſolalla*, id eſt, *Deus eſt & ſemper erit, & Mahometus eſt ſervus ejus.* Ipſis Iſraëlitis, Jerichuntem invaſuris, Deus apud Joſuam *c. 6. v. 5. Cum inſonuerit*, ait, *vox tubæ longior*, quem ſonum *Oβὰ* Græci dicere, de quo ſupra) *& conciſior, & auribus veſtris incredibilis, concinnabit omnis populus vociferatione maximâ.* De Hiſpanis quoque ita Silius *Punicorum l. 3.*

——— *Rius jam moris iberi,*
Carmina pulſatâ fundentem barbara cetrâ.

V. Matth. Berneggerum in *Tac. German. quæſt. 8. & quæſt. 12.* Jo. Meurſium *de Lycophronem*, Jo. Parthalium, J. Lipſium *de Militia Rom. l. 1. c. 3.* Caſp. Barthium *ad Claudian. in Rufinium The. baid. l. 4. v. 5.* nec non ſupra ubi de *Bellì indicendi* ritu.

Prælutor, in *LL.* Baronum Scoticorum alibique, idem quod *Advocatus* eſt, Patronus, Cauſidicus. Interdum *Prolutor*. Matth. Paris *A. C.* 1254. *p. 792. Prolocutor Domini Regis, qui* nunc *Advocatus Regis* nuncupatur &c. Car. du Freſne *Gloſſar.* Qui nempe aliorum nomine verba facit. In urbe Gallica inclyta, Monſpelii, Magiſtratui municipali (*Conſules* vocantur vulgò) attribuitur è corpore Cauſidicorum delectatis quis, ipſi *Prolocutorum* itidem *titulo*, Gall. *Parlier*, appellant, quia & os Conſulum, & quaſi publicus Orator: quam eandem conſuetudinem in variis Belgii urbibus dicunt obſervari. Talis in Apoſtolorum collegio S. Petrus fuiſſe videtur, quem aliquoties in Evangeliis, ſil: ntibus cæteris, loquutum deprehendimus; id quod B. Chryſoſtomus, Theophylactus, & paſſim Patres *ἐκφέρειν* & illius ſe in loquuntur) & ea ſi vehementiæ aſſeribunt; cujusmodi præſervidi ſanctiſſimique zeli exempla quædam Hieronymus collegit *ad Matth. c. 24. v. 36.* idemque Chryſoſtomus, Theophylactus, Photius, Alii, propterea eum modo *ἔξαρχον* & *κορυφαῖον*, tum modo *πανσόφον* & *ἀποστόλων* vocant uti pluribus docet Cl. Suicerus *Theſ. Eccl. voce πέτρος*: eodem modo, quo voce Dei conſtitutis dicitur Aaron כְּבֵד *Jus ſit ei* Moſi, & loquatur pro illo &c. V. & Caſaubonum *Exercit. in Baron. XV. n. 5.* De voce v. *Proloquium*, apud Rhetores, V. Martianum Capellam *p. 98. & 121.*

Prælufium, dicebatur Gladiatorum exercitatio veli taris, qua vero certamini *præludebant*. Poſtquam enim dies ludo deſtinata illuxit, arma profcrebantur; eaque duplicis generis, *Luſoria* viz. ſeu *Exercitoria*, Græcis *ἐγγυμνάσματα ἀσκητὰ*, eò quòd

pilis quibusdam, ne læderent, erant præfixa: *Decretoria* seu *Purgatoria*. Quo respiciens Seneca *Epist* 117. *Remove*, inquit, *ista lusoria arma, decretoriis opus est.* Prioribus, cum utebantur. *Prætudium* appellatum est, quo sensu, Magea loquens de Hercule in cunis duos serpentes elidente, apud Senecam *Hercul. fur. versu* 221. ait,

Prælusit Hydræ.

Posteriora cum adhibebant, dicebantur *dimicare ad certum*, item *versis*, id est, *tranumunalis*, *armis pugnare*, Lips. *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 19. Ad quem morem etiam Statius alludere videtur, cum 1. Cor. *cap.* 9. *versu* 26, 27. inquit, *Ουτω πυκτευω ως ουκ αερα δερων· αλλα υπωπιαζω μου το σωμα, και δουλαγωγω*, idem quod *venitare* est, apud Senecam: *ὑπωπια ἀέρα* vero, fcrib *pugnare* la enim is *lib.* 1. *Contr. Aliud est venitare, aliud pugnare.* V. quoque Suidam in voce Τπώπια & Thom. Godvvynum *Antiqu. Rom. l.* 2. *Sect.* 3. c. 10.

Prælum, apud Martialem *lib.* 2. *Epigramm.* 46.

Sic tua suppositis pelluces præla lacernis:

trabs est, quâ vestes *premuntur*, itude & nomen. V. infrà *Prelum*, ubi & versus hujus sensum enucleabimus. Aliàs *Prælum* torcular, quo vinum exprimitur, apud eundem *lib.* 1. *Epigr.* 27.

Non hæc Pelignis agitur vindemia præla &c.

Quantum vero singulis pressuris exprimi justum sit, exponit Plinius *lib.* 18. *cap.* 32. ubi & alia hue facientia, Pressura una „culeos XX. implere debet. Hic est pes justus. Ad totidem culeos „ os de lacus XX. jugeribus unum sufficit orculum. Premuntur „ liqui singulis, ultimus binis — — Spongiæ quo refert non „ crassitudo. Spatiosa melius premunt: antiqui funibus vittisque „ loreis ea detrahebant & vectibus. Intra centum annos inven„ ta Græcanica, mali rugis *prælo* cochleæ illabentibus, palis affixa „ arbori stellâ, areas lapidum attollente: fecum arbore: quod „ maximè probatur. Intra viginti duos hos annos inventi, parvis „ prælis & minoribus torcularis, ædificio breviore, & malo in medio „ erecto, tympana impolita vinaceis, superinè toto pondere ur„ gere & superpraela construere congerium. Fuit autem Culeus mensura liquidorum maxima, quæ 20. amphoras continebat, & unas 40. V. supra in hac voce.

Præmium, Festo *quod prælibationis causâ ante præmittur*: in *Glossis*, *Præmia νμα ἀπὸ θεσπισμὸν δωσεσχας· ὑσια. sacrificium ante missum Cereri sieri solitum*, ἱερὸ ἀ ἀφ' ἱερὸ Callimacho, ubi de præmetiviis illis fragum, quæ ab Hyperboreis Apollini Delio per Virgines mittitabantur. *Primitias frugum* appellat Plinius, & Solinus, quorum hic *cap.* 16. *Agunt etiam*, inquit de iisdem populis, *festos per Virginem prohabissima primitiva frugum Apollini Delio insolitare.* Sed quod de Hyperboreis hi habent, vero non contentit; cum non primitias frugum, nec spicas, aut *præmetia* missitarent Delum, sed sacrorum primitias, ἱερῶν ἀπαρχὰς, stipulâ triticeâ involutas. Unde recte Pomponius, *sacrorum primitias*, non *frugum*, cas indigitat, profitias scilicet ex immolata hostia, extorumque partes: quas innexas stipulâ frumenti eos Delum mittisse, Herodotus auctor est, ἱερὰ εἰς ὑφασμένα ἐν σταλάμῳ σιτῶν. Ut & Paulanias, Τὰς ἀπαρχὰς ἐκφερόσιν ἐς τὸν σταλάμον σιτῶν, γεγράπται δὲν ἐπ' αὐτοῖς. *Primitias autem occultatas fuisse sti pula frumenti agnitasque à nemine.* Alitamen non stipularum manipulis, sed spicarum, obvolutas fuisse volunt. Servius, *Quidam dicunt, Opim & Hecaërgo primiva ex Hyperboreis sacra in Insulam Delon occultata in fasciculo mergilum attulisse.* Sunt autem mergites, ut omnes sciunt, spicarum manipuli. Callimachus ἀ ἀγγελὸς ἀστυφὴν vocat, i. *mergites*, in quibus tactorum primitiæ erant occultatæ, non ipsi mergites pro frugum primitiis perlati. Quod Plinium forte fefellit, & exco Solinum, qui *præmetiva* fragum vocat: cum inter primitias frugum, quæ in spicis offerebantur & primitias sacrorum, quæ in spicarum manipulis occultata asferebant, magnum esset discrimen. V. Salmasium *ad Solinum* pag 208.

Præmia, antiquissimis temporibus, victoribus proposita, in publicis certaminibus ad rem præclarè gerendam invitabant certantes, Gr. ἆθλα dicta, unde Ἀθλητὴς. Memmit eorum jam Homerus *Iliad.* ψ. *versu* 257.

——— Ἀντὸς Ἀχιλλεύς,
Αὐτὸς λαὸν ἐγεῖρε, κέλευε τε ἵππον ἀγῆναι
Νεῶν ἀ' ἐκέρι' αὐτὸν.

Sic Olympia Pisis, five in Elide, Nemea, apud Cleonas; Isthmia, in Isthmo ipso: Pythia Delphis, apud Græcos talia fuerunt, quales apud Romanos Ludi Capitolini, Seculares & alii, in quibus omnibus *Præmia* & honores magni constituti sunt, victoriam consequutis, ut non modo in conventu stantes, cum palma & corona laudes ferrent: sed etiam, ut Victuvius ait, cum revertentur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, & in Patriam quisque suam, inveherentur, æreque publico ad perpetua vota constitutis vectigalibus fruerentur. Mercurialis de *Arte Gymnast. l.* 1. *c.* 5. Transiit inde mos in Remp, pacatam æquè, ac militarem. Quamvis enim nullo honesta. mento Virtus egeat, honore tamen ad ejus studium excitari homines patet, proin *præmia* ad bene de Rep. merendum fuos ciues Legislatores prisci invitarunt, in Athenienfium inprimis Rep. inter quæ primum ἦν ἐπὶ ἅπι, quam optimè Suidas explicat, ex Interprete Comico ad *Arifloph. Equit. Σίτησις* item ex Solonis instituto, seu *epulum*, in Prytaneio talibus exhiberi solitum: quod sibi præbendum esse, jocose respondit Socrates, jam prius Judicum sententiis damnatus. *Cum enim interrogatus esset*, inquit Cic. *de Oratore l.* 1. *respondit, sese meritisse, ut amplissimis honoribus & Præmiis declararetur, & ut ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos habetur maximus.* Statuæ quoque honorem habitum fuisse bene emeritis de Rep. non dubitare ctiephimata honori Demosthi, Democharis, Lycurgi, scripturæ, ftatuæ ut plurimum in Foro ita bantur. Sed & monumenta publicè extruebantur. ut Plephisma, in honorem Zenonis, apud Diog. Laërtium docet: Etiam coronæ dabantur, vel à Senatu, vel à Popo. Athenienfi, vel à popularibus, vel à tribulibus, vel denique ab exteris Civitatibus: idque vel in Concione, vel in Senatu, vel in Populo, vel in Tribu, vel in Theatro, ac Ludis, si id Pop. Athenienfis iciviffet, quæ ultima Minervæ Incta erat. Etiam *ἀτέλειαι τῶν λειτουργιῶν*, seu *excusatio munerum*, apud eosdem inter *Præmia* erat. V. Sam. Petitum *Com. in Leges Attic. l.* 3. *tit.* 6. Nec minùs qui egregiam bello operam navabant seque Hipparchis probabant, ad majora evehebantur coronamq; ratio habebatur, in donandis *Præmiis*, conferendisque honoribus, ut puta *Δικαίῳ ἀρχαίας* & hujusmodi: licet contrà *ἀτιμητὸν τὸν ἐκ* lege Xenophonti in *Hipparchico* memorata notabantur. Mulctatis quoque Pistitrati rogatu, *ἀφαιρεῖν τροφὴν*, i. *pensitia ex publico*: pro Partia pugnando mortuis, monumentum in Ceramico publicè quotannis persolvebatur: de libera *ἐπαγωγὴ* itidem *τροφὴ ἐκ πρυτανείου* jus concedium legitur, V. Laëntium Petitum *l.* 3. *tit.* 4. Itaque tales ad annum ætatis vicesimum usque de publico educabantur, dein ad negotia sua mittebantur, & hæreditatem, patrem am abdicant: Intrucbantur etiam *γυμνασίαις* nonnunquam, hoc enim ætatis anno ad bella mittebantur, *γυμνάλιοι* instituti, postquam in Agraali fese obstrinxissent jurejurando, *Οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα*. Quade re V. plura suprà in voce *Miles*, item in *Triumphus*. Apud Philosophos, cum initio fere ipsi Reges Principesque sole his studiis vacarent, nullam aliud Sapientiæ, quam perennantis Famæ, præmium fuit & honoris eximii, Hieron. *in Jon.* c. 3. Postquam verò minoris id studium æstimari cœpit, falacia demum iis constituta sunt, eaque satis magna, de quibus V. infrà *suo loco*. Donec mercede docere, quod primus Protagoras fecisse legitur, apud Gellium *l.* 5. *c.* 3. Appuleium *Florid.* 18. Quintilian. *l.* 2. *c.* 1. imo, nisi cuivis mallem, expectare in ipsis ditiorum nummum æstibus diem pulsa, quos docerem, sunt coacti: ut disemus ex Laërtio *l.* 2. A. Gelio *l.* 6. *c.* 20. & c. Sed & studio fisjam olim, *Præmia* constituta: apud Hebræos *clavis*, Doctoratûs insigne: apud Sinenses ac Europæos, varii, ut vocant gradus, de quibus V. *suprà*; ut & Georg. Hornium *Histor. Philosoph. l.* 7. *c.* 15. & 16. Sequiori ævo, & Delationibus fua fuere *præmia*, & aliis ieleterum Miniftris; quæ tamen ab aliis Principibus ante fe concella abrogavit Trajanus, ut videre est apud Plinium Balneatorem & infrà in voce *Delatores*. V. hanc in rem plura apud Tim. Bafilicum *Dijf. de Præmiis*. Cæterum *Puerum* contextus tum in hac, tum in altera vita, justis expectandum esse; ut poenam improbis, id est, justissimis is illis, & fceleteissimis his, etiam Noachidæ olim crediderunt. Et quidem, ex sententia Fori seu Tribunalis superioris in universum ajunt esse *Bonum justis reposium*, i. *Præmium Justorum*, quod nuncupant Hebræi חיי העולם נערך *Vitam futuri seculi*; quam nominibus quoq; priscis, *Horti deliciarum*, *Paradisi*, *Montis Domini*, *Templi Domini*, *Domus Domini*, *Porta Domini*, ignificari docent. Idem justorum etiam dum vexam aguntur, *præmia* ait & imporum poenas, coelitus acceptæ agnoverunt, de quibus plura V. apud Seldenum *de Jure Natur. & Gent. juxta disipl. Hebr. l.* 7. *c.* 9. & 10. ut de Gentilium circa hæc perfuasione, Tob. Pfanerum *System. Theol. Gentil. puriorisc cap.* 20. & 21.

Reges Poloniæ.

Præmislaus leu *Primislaus* I. abnepos Micislai III. Cogn. *Magni* seu *Senis*, poli Vladislaum cogn. *Spuiatorem*, Patrem, A. 1329. defunctum, Regno admotus est: tantâ temperantiæ laude, ut nec ebrius unquam, nec iratus à fuis visus dicatur. Pater fuit ex Elisabetha Vratislaviensi, filii posthumi cogn. de quo *infrà*.

Præmislaus II. prioris filius, ab Henrico cogn. *Probo* Vratislaviensi scriptus hæres Cracoviensis Principatus, primus fuit, qui excusso Imperii obsequio, Regium qui in Bolesiao Audace cessaverat titulum resumsit 1295. quod exemplum cœteri in hunc usque diem sunt secuti, sibi quod Vladislaus Locticus, successor, *Præmislaus* nomen *hæredis Polonici* tantùm, ususpa verat, Cromerus *Hist. Polon. l.* 22. Sed brevi *Præmislaus* & dignitate & vitæ excidit, A. C. 1296. in Bachanalibus, (nec à nepotibus ex sorore, March. Brandeburgis, qui partem Marchiæ novæ à Polonis sibi asseruere, ut creditur, procurata) cæsus, extinctâ sic Micislai præfati linea. Primâ conjuge Luithgardi Megapolitanâ sterili per ancillas suffocata, ex alia Rixa filiam ejusdem nominis fuscepérat, cujus maritus Wenceslaus Bohemiæ Rex Polonia dictus, 1300. hoftem habuit Vladislaum Locticum, quem li. cèt compulsset in Ungariam, ab eo tamen vexari non desiit ad mortem usque, quâ 1305. oppressus, primus argentea in Polonia monetæ, cùm antea argento infecto & corio uterentur, auctor.

Prin.

Principes quidam, ex eadem familia Piastea.

Przemislaus, filius Henrici cognom. *Fidelis*, Ducis Glogovi-ensis (& A. C. 1306. à Posnaniensibus, ad Polonicæ regnum, adversùs Vladislaum Lochicum, vocati) ex Mechtilde Brunsuicensi Daniæ R. vidua: fpe adipiscendi Principatus Polonici, Bohemis sesubmittere recusavit, mortuus A. C. 1331. Ei successit frater Johannes, Princeps Steinaviensis, quo nomine Bohemiæ accessérat A. C. 1329. quemadmodum post Fratris obitum dimidium Glogoviæ eidem Regi Johannes vendidit. Reliqui fratres fuere, Henricus linexæ Sagano-Glogoviæ & Conradus Olsnensis, conditores.

Przemislaus, ex filiis Vladislai, Siliesiæ super. Ducis, in divisione hæreditatis paternæ, Ducatum Ratiborium nactus, eum ad filium Lescum transmisit, post cujus mortem A. C. 1340. foror Anna tum matris Nicolao D. Oppiaviesii ex nothis Bohemis attulit. Fratres *Przemislai* Casimirus II. Teschinensem & Boleslaus Oppoliensem ramos ori sunt: quorum ille ex filia fecundò genito Casimiro III. nepotem habuit, quoque *Przemislaum*, qui Teschinensem Principatum tenuit, inde fratris Semoviti, qui Glogoviam habuerat, hæres, postea quoque Falcoburgio ex dono Wenceslai Imp. auctus est: Mortuus A. C. 1407. cùm prius regimen filiis tradidisset. V. hic *infra*.

Przemislaus, filius Przemislai modò dicti, Glogoviam nactus, ab Imp. Wenceslao Steinaviam insuper & Freistadium confectus est: Sed sine prole extinctus A. C. 1421. hæredem habuit fratrem minorem Boleslaum, Wenceslao itidem dilectum: cujus filius unicus natus similiter *Przemislaus* dictus, vivendi finem fecit A. C. 1477. filiâ solùm relictâ, V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogæ Genea. Hist.* & in voce *Primislaus*.

Przmunire, apud Forenses Anglos, pro *præmonere*, subinonere est, citare, in jus vocare, unde celebris illius Brevis Regii nomen manavit, *Przmunire* facias, de quo V. du Freine *Glossar.*

Przmyste, adde: Fuisse id Fœminæ templum pulchritudine celebre docet Schol. Juvenalis *Sat.* 14. *versu* 90. *apud Przmyste & Fortunæ & Ehrviali habena aditus: nec erat, quod in Capitolio posi ædem Dianæ & Jovis secundam demiratus operis habens gloriam Fortunæ atque Herculis ædes. Fortunæ apud Przmyste pulcherrimam feruntfuisse.* Delubrum ejus I. thostroto parvulis satis cruftis Sullam ftraviffe, novo tum temporis invento, auctor est Plinius I. 36. c. 25. Cujus generis mirandum opus Venetiis, ad D. Marci, nomen Romanorum indufriam superare videtur. *Mosaicum* vocant. Fuere autem inprimis celebres *Przmystinæ* Sortes, unde de Domitiano Suetonius *cap.* 15. *Przmystinas, inquit, Fortunæ, non Imperii fisato annum novum commendanti, etiam eandem spe semper ferrem dare assuet, exremo trififfimum reddidit.* Sed præter Fortunam non alio magis quàm *Przmystina* olim nomine incelytam, Herculem ibidem fuisse cultum, jam diximus: quod deo sorte factum, ut fortituo calibus conjuncta cerneretur. Hinc & Juvenalis *ibid. vers.* 20.

Vincens Fortuna aut Hercules adem.

Papinius quoque Statius *lib.* 1. *Sylv.* 3.

Quod ni templa darem alias Tirynthia fortes,
Et Przmystinæ jouet ara migrare jovis.

Imò & Jovem Imperatorem apud eosdem fuisse in veneratione, antiqui temporibus legimus. Sed ejus simulachrum T. Quinctius *Przmystinis* in deditionem accepto, Romam devectum in Capitolium tulit, dedicavitque inter cellam Jovis & Minervæ, tabula sub eo fixa, quæ esset monumentum rerum gestarum. Fuit autem hæc fetere tabulæ Inscr. *Jupiter atque Libi Przmystina hoc dederunt, mi T. Quinctius Dictator oppida novem cepereet &c.* Livius in *Hiftam.* 276. Onuphrius quoque Ædem Jun Capitolio eidem extructam fuisse putat, cùm fragmenta illa in tabulis Capitolinis *Accus. & r. dedicavit*, sic legi vult: *Ædem Jov. Imperatoris. qui. Przmyste. Romam. actus. est. in. Capitolio. T. Quinctius. T. fili. n. Cincinatus. Imp. dedicavit.*

Przmystus, fil. Latini, Ulysse & Circe geniti, unde *Przmyste* dictū. *Przmmner*, libidinis hinc vocitatum est, *quòd nomini præpromat, ut Livius, Quintus*, id est, nomini gentis, quam ob causam Nomini proprio apud nos respondet. Cùm enim varia Romani nomine haberent, *Przmonen* ejusdem familiæ distinguebat Fratres: *Nomen* signabat gentem: & *Cognomen* ejusdem gentis familias ramosque diveríos denotabat. Ejus usus, Nomine multo recentior fuit. Solebat enim Nomen imponi pueris, nono ftatim à nativitate die. puellis octavo, uti docet Festus atque Plut. quos *dies Lustricos* appellavere Romani. *Przmonen* verò tum demum, cùm Toga virilis sumeretur, datum fuisse, indigitat Val. Max. cùm ait : *Pueris non prius quam togam virilem sumerent; Puellis, non antequam nuberent, Przmmina imponi moris fuisse, Q. Scævola auctor est.* Idem ex *Epiftolis* inter Ciceronis, ubi videmus liberos ejus non aliter quàm *Ciceronis pueros* vocari, usque ad ætatem prædictam, quum *Marcus filius*, *Quintus filius* appellati reperiuntur. Id autem observatum, ut Przmonen Patris filio natu maximo ; Avi verò vel Majorum reliquis imponeretur. Hinc Thom. Bartholinus *de Puerp. Przmonina honesta nomenclatura eligantur, quibu de eo primum pueritia qualibu habebatur, qui turpius nomen possiderent. Patres Romani suum mejori natu imponunt, Avi no-*

men reliquis. Xanthia mavilius mutuantur. Et quidem ordinariò Przmonen primo loco ponebatur : Aliquando verò devenichat *Nomen*, Prisciano teste, qui exempli loco affert, *Tullius Servius, M. Tullius.* Nonnunquam fecundum tenebat locum, annotante Sigonio. Unde apud Livium *Attius Tullus*, *Manlius Cnæus*, *Oclavius Mælius* : apud Cicer. *Malusginensis M. Scipio*: apud Suetonium apud *Pompeium.* Sed major adhuc fub Imp. mutatio: Cùm enim liberâ Rep. *Przmonen*, vel Nomen proprium, distinguebant ejusdem familiæ fratres, ut M. *Tullius Cicero* & *C. Tullius Cicerop*ottea fub Impp. Nomen proprium, ejusdem familiæ personas distinguens, ultimo plerunque loco poni cœpit: ut *Flavius Vespasianus* & *Flavius Sabinus* fratres apud Suetonium. Quod Senecæ quadruplicis exemplo imprimis clarum fiet: Pater enim qui Rhetor erat, *M. Annæus Seneca*; filiorum ejus etiam, tres, unus *M. Annæus Novatus*, alter *L. Annæus Actor. cap.* 18. non nisi *Gallionem*, *Mela*, dictus eft; quæ poftrema nomina unicuique horum adeò certa propria, ut pater aliquando sibi fuisque filiis non aliud quàm hoc ultimum nomen daret, ut ex iis, *lib.* 1. *Controv.* elucet: *Seneca Novato, Senecæ, Melæ filiis salutem.* Novatus quoque, poftquam adoptatus esset à Jun. Gallione, ab Eufebio *in Chron Junius Annæus Gallio, Senecæ frater*, nuncupatur : cùm Seneca Philof. eum communiter, ut & Lucas *Actor. cap.* 18. non nisi *Gallionem*, quod ei proprium poftea factum eft, vocent. Et hinc factum, ut primis Ecclefiæ fæculis etiam clariffimis in Imperio viris, non nisi ultimum, quo ab aliis folo diftinguebantur, nomen daretur. Hinc Hieron. *Præfat. in Epift. ad Galat.* Victorinum celebrem eum Rhetorem, *C. Marium Victorinum* appellari indigitans, nihilominus *in lib. de Scrip. Eccleſ.* tolum *Victorinum* eum vocat; quod & Augustinus facit *Confeſſ. lib.* 8. *cap.* 2. Similiter Paulinum Epiícopum Nolæ, licèt vocaretur, *Pontius Meropius Paulinus*, tamen idem Auguftinus, a ftique Auctores, non nisi ultimo nocabulo nuncupant: ut de Tyrannione *Ruffino*, Tyrone *Przpronio*, Cajo Cæsonio Rufio *Fulcano*, Antico *Evodio*, aliis, nil addam. Excipi tamen poffunt *Palladius* Rutilius Taurus Æmilianus, *Macrobius* Ambrosius Aurelius Theodosius, *Caffiodorus* Senator, annotante Sirmondo *Notis ad Sidonium* : è quibus tamen primum Iíidorus *Æmilianum*, fecundum *Theodosium* potius, vocant Avicinus & Boethius more uftato. Fœminæ & fervi cum folis gaudere nominibus, *Przmonina* non habuere. Interim hi cum manumittebantur, *Przmonen* Nomenque domini acciícentes, proprium fuum retinebant. Sic eruditus ille Ciceronis Libertus *M. Tullius Tyro* dictus eft. Sed & fœminas quandoque *Przmonina* habuisse, docet Festus cùm inquit: *Przmminibus fœminas esse appellatas teftimonio fuit Cecilia & Terratia, quæ ambæ Cajæ foliæ sunt appellati: Pari modo Lucia & Tusa.* Qua de re V. Petr. Servium. Nec omittendum, quod Gellius fuggerit *lib.* 9. *cap.* 2. *Antiquos Romanum Przmonina Patricium quorundam malè de Rep meritorum, & ob eam causam cajsit damnatorum, conſuliſſe ne cui ejusdem gentis Patricio indirens : ut ne duæ vocum earum defignatus atque ignominiam ipsis videretur.* Cui fimile quid habet Suetonius *in vita Tiberii cap.* 1. *Cùm Przmoninibus* (inquit ens) *cognominibusque variis* (gens Claudia *diffingueretur*, *Luci przmonem conſenſu repudiavit, poſtquam* à *duobus gentilibus prædiis eo alter latrocinio cædis alter convictus eſt.* Ita decreto cautum legimus, ne quis gentis Manlix, *M*, *Manlius* vocaretur, apud Livium *lib.* 6. & Dionem *lib.* 51. De L. Tarquinio Collatio, qui propter nomen Tarquinii invisus erat & turbe pulius, V. Livium *lib.* 2. Numerum *Przmoninum* Romanis usitatorum quod attinet, memorat Varro, illorum fuit ætate circa 30. fuisse quorum notiora 18. unicâ, duabus, tribus notari folita literis hic fubjungemus, &c. *Notæ. Methodo de la Langue Lat. Obſervat. partic.* V. quoque Casaubonum ad *Caſaubonus* ad *Suetonii* c. 30. ubi illuftrat illud Poëtæ,

——— *gaudent cognomine molles*
Auricilæ

& suprà, voce *Nomen*.

Przmonina, apud *Romanos* olim uftata.

A. *Aulus*, à verbo *Alo*, tanquam natus *Dii alendibus*. C. Cæius, quasi dictus à *gaudio Parentum*. D. *Decimus*, i. e. natus numero *decimus*. K. *Kæſo*, à *cædo*: quòd cæso matris utero editus. Unde & *Kæſar* feu *Cæſar*. L. *Lucius*, à *lux*, *lucis* : q. fub *lucis initium* genitus. M. *Marcus*, à *Martio menſe*. M. *Manlius*. i. *manu progenitus* : vel potius *suus bonus*: hoc enim vox antiqua *Manios* denotabat. N. *Numerius*, à *numero*. P. *Publius*, vel à voce *pubes*, vel à *populus* ; tanquam *populi gratus & acceptus*. Q. *Quintus*, ſuntè quòd *quinto* loco editus eſſet. T. *Titus*, à verbo *tueri* : ut hoc nomine indigitatus videatur, *Tutor* feu *Conſervator* Patriæ. AP. *Appius*, à Sabina voce *Attius*. Attius enim Claudius, patriâ pulfus, cùm Romam veniffet, nomine mutato, dixit voluit *Appius Claudius*. CN. *Cneus*, an ab aliquo *cortex* nævo. SP. *Spurius*, à natalium turpitudine. *Spurii enim quaſi extra puritatem*, Isidor. TI. *Tiberius*, quasi prope *Tiberim* fluv. natus. MAM. *Mamercus*, quod Tuscorum linguâ *Martem* notat, telle Pefto. SER. *Servius*, à voce *ſervus* : eò quòd qui primus id nominis usurpaſſet, natus eſſet ſervus. SEX. *Sextus*, à numero *ſenario* quasi *ſixtus* ordine inter liberos. Atque hæc octodecim nomina, maximè erant communia. Quibus ex veteri Historia addi poſſent, *Ancus*, *Arruns*, *Poſtilius*, *Tullus* &c. quæ fatis frequenter

occurrunt. Addendum, *Prænomina*, si quæ fœminis fuere data, *Caja*, *Lucia*, *Marcia* &c. inversis literis solita fuisse scribi ſic, Ↄ ⅃ Ⅿ. poſtea vero & hæc obſoleviſſe, dicitque *Sceppiſſe*, *Major*, *Minor*. Item *Prima*, *Secunda*, *Tertia* &c.

Præparare alterum, apud Recentiores, dictus olim eſt is, qui cùm facultates ſat amplas non poſſideret, ut ſpſemet in hoſtem pergere poſſet, ſimilis ſortis ac conditionis viros pro virili in armis ac inſtructu bellico adjuvabat. *Capitulare ann.* 807. *edit. Baluziane cap.* 2. *Ubicunque autem inventi fuerint duo, quorum unus quisque duos manſos habere videtur, unus alium præparare faciat & qui melius ex ſuis poterit, in hoſtem veniat*, &c. Quò pertinet *Capitular. I. anni* 812. *cap.* 1. *Qui vero tres manſos de proprio habent, hoc adjungatur unus, qui quatuor manſoum habeat & tres illi adjuvent, ut ille pro omnibus tres poſſit &c.* apud du Freſne, Alter ſubimitur vox *Præparatio* apud Harisſium *Gl.* 3. *c.* 3. *Præparatio unius hacuſ. e cryſtallo &c.* Hic enim *ornamentum* denotare videtur: cùm hodieque parer Gallis, *ornare* ſit. At *Præparatorium*, in Eccleſia Romana, idem quod *Aſſatium*, manſio eſt ſeu diverſitorium Templo contiguum, ſeu lacrarium, in quo Epiſcopus facris indumentis veſtiebatur, pro ſolennibus celebrationibus, ibique à Clericis obſequio & manuum ſuarum oſculatione ſalutabatur; hinc *Salutatorium* quoque Lat. & Gr. ἀσπαζόμενος, *Aſſatticum* dictum. Quia verò in eadem manſione Peregrini hoſpitabantur, etiam *Metatorium* appellatum eſt: ſic *Aſſaticum*, *Metatorium*, *Præparatorium* ſynonyma, promiſcuè Sacratium ſignificant, in quo inſtrumenta ad ſacra conficienda & ipſe celebrans ad rite celebrandum *præparantur*: Græci *Diaconion* dixere, V. ſuis locis: & plura hanc in rem, apud Macros Fratres *Horoleicos*.

Præpetes, dicebantur ex Augurum diſciplina, aves, quæ ſecundò volatu ante eum, qui auſpicabatur, volabant auſpicium que faciebant: Et hæc *vel ſuperiora petebant*, & *Præpetes vocabantur*, *vel inferiora & dicebantur Inferæ*. Servius ad Æneid. *lib.* 3. Unde Nigidius Figulus, apud A. Gellium *lib. 6. cap. 6. Diſcrepat*, inquit, *dextra ſiniſtræ, præpes infera, ex quo ſit conjectura*, addit Gellius, *Præpetes aſſolent, qua altius ſublimius que volitant*. In quæ verba Thylius: *Aves istæ, quæ felix præ ſe augurium anni volando ferebant, præpetes dictæ*. Pergit tamen Gellius, referrque ſe audiviſſe ex A pollinari Sulpicio, *Præpetes videri eſſe aves, quas Homerus νισσήεντα appellavit: quoniam iſtas poiſſimùm Augures ſpecta rent, quæ ingentibus alis pauùm atque parcèſſe prævolarent*. Ita autem Homerus *Iliad. m. verſ.* 257.

Τύνη δ' αὐτοῖσιν τανυσσέσθω τετάνυσται
Πιόθοϛ, ἥ τ' ἐπὶ μετωπίοιϛι ἰὸν ἅλτηϛιν.

Tu verò avibus alas expandentibus, jubes
Obedire, ego verò nimiùm illæ morer vel cuno.

Sed, nec Aves ſolum, verùm etiam *teta*, *quos capiunt*, *qui idonei faciendæ ſunt*, *appellantur* Præpetes, *idcirco Dædali pennas præpetes* dixit, Virgilius Æneid. 6. *Synniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora perveniat. Locos verò præpetes & Augures appellant, & Ennius dixit* &c. Idem Gellius *loc. cit.* Verſus Virgilii, ad quos aliudit, ite habent:

Dædalus, ut Fama eſt, fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo.

In quos ita Servius: *Præpetibus pennis*, inquit, *velocibus vel felicibus. Præpetes autem dicit, quod prima petant, vel summa in locis* (ſortè ad ἀστεῖον Græcorum reſpicit) *vel quæ præpetia volando, vel quæ ſecundum auſpicium facit. Et quidam* Præpetes *tradunt non tantùm aves dici ſed etiam locos quos capiunt &c.* Imò & *Portum præpetem* vocavit Ennius, ad quem facilis & fauſta eſſet navigatio, apud eundem Gell. Quæ verò cantu felix auſpicium faciebant, *Oſcines* vocabantur. Contrariæ *Præpetibus* erant Inferæ, ut dictum: quæ & *Inebræ* appellatæ, ut iterum Servius teſtatur *ad Æn. lib.* 3. V. quoque Feſtum.

Præpoſita, dignitas apud Latinos in Monaſteriis Sanctimonialium Abbatiſſæ proxima, in *Regula* Sanctimonialium canonicæ viventium *cap.* 24. Hinc legitur in *Vita* S. Auſtrebertæ Virg. *num.* 9. *Eligentium cunctis, conſentiente Matre, licèt invita, Præpoſita conſtituitur*, apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Præpoſiti, dicuntur *jub rubr. Cod. de ſuſcept. & præpoſ.* qui horreis pagisque præfecti ſunt *l. 2. Cod. eod. tit. horreis* ſc. in quæ ſpecies ſico debitæ importantur, *pagis* autem, unde exportantur, Pratejus ex Cujacio *ad l. unic.* apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* Cr. Ηγεμόνων τὸ ἀνὼ τέρατος πάλαι, apud Euſebium *in Epiſt.* Sabini Præfecti Prætorio Latina, quam Græce reddidit. Eos dem paulò pòſt idem τὸν κατ' ἀγρὸν ἐπίτροπον vocat: Sæcius lus *Magiſtros pagorum*, *lib. de condit. agr. &c.* V. ſuprà in voce *Magiſter*. In Romana militia *Præpoſiti* dicebantur, qui ſub Tribunis certo millium numero præfecti erant. Suetonius *in Otone*, *Anſus etiam eſt in Illyrico militiæ quondam, quòd motu Camilli ex pannonid Præpoſitos ſuos, quaſi deſertionis adverſus Claudium auctores, occiderant, capite puniri*. Modeſtinus in *l. 3. §. 2. ff. de re milit. Si Præfectis vel cohortis Præpoſiti ab exactatione quis deſiſtat, pecuniam deſertionis ſubibit. Et §. ult. Qui* Præpoſitum *ſuum protegere noluerunt, vel deſerturum occiſo eo, capite puniuntur*. Græci ἡγεμόνας dixere, Xenoph. *in Lacedæm. Rep.* Etiam *Præpoſiti* dicti ſunt, qui magno illi vexillo, quod vulgò *laborum* & *laborum ſalutis* five σημεῖα λάβρων dicebatur, præponebantur; Sozomenus λάβρων vocat, de quo ſuprà in voce *Laborum*. Unde in *Miſſa* Nicænæ II. quæ ex Bibliotheca veuſtiſſima cum Cujacio communicavit Anton. Loiſellus, ſignum, quod Sozomenus Conſtantinum in crucis uſum convertiſſe memorat, *laborum* vocatur. Id *Præpoſiti*, ut quæque pars in acie laborabat, in eam quaſi auxilii & liberationis vice inferebant; forteque jam olim, Euſebio teſte, hute rei à Conſtantino *præpoſiti* milites 50. qui, ut ex God. Theodoſiano liquet, ex protectoribus & domeſticis erant, quam ob cauſam, poſt titulum *de domeſticis & protectoribus*, ſequitur tit. *de præpoſitis laborum*: cujus idem *Clariſſimatus* honor, qui decem primis domeſticorum, defertur, Cujacius *ad Rubr. C. de præp. labor.* Scriptoribus verò Eccleſiaſticis *Præpoſiti* dicti ſunt potiſſimùm Antiſtites, cœteriique qui Eccleſiis præſunt, ut apud Cyprianum *lib.* 1. *Epiſt.* 5. *Epiſt.* 6. *lib.* 6. *Epiſt.* 73. in Concilio Carthag. III. *can.* 45. & V. *can.* 13. &c. Πρόεδροι itidem, apud Juſtinum Martyrem *Apolog.* 26. Concil. Aquiſgran. *can.* 139. *Quamvis omnes qui præſunt*, Præpoſiti *recte dicantur*, &c. Ita Abbates *Præpoſiti* dicuntur Bedæ in *Vita* S. Cuthberti *num.* 24. &c. Poſtmodum, in Eccleſiis quibuſdam Cathedralibus in ſpecie ſic dicti ſunt, qui Canonicorum Collegiis præſunt; cujusmodi Collegia complura extant etiamnum in Germania, quæ vulgò Probſtura, Germ. *Probſteyen* vocantur (dignitatem enim *Præpoſiti* ſtiusmodi *Præpoſituræ* vox notat. V. *infrà*.) Sed & in Monaſteriis ſic dicti ceperunt, qui ſecundi eſſent ab *Abbatibus*, quemadmodum in Monaſteriis Monialium Præpoſitæ, quæ dignitatem ab Abbatia deſignatæ proximam obtinent, quæ vidimus. Hinc *Priores* vocantur. Vigilius Diaconus in *Regula* Orient. *cap.* 3. *Ille vero, qui ſecundum ordinem diſciplinæ ordinatione Abbatiſſæ conſilio & voluntate omnium fratrum, fratribus præpoſitus eſt, omnem ad ſe curam de diſciplina Fratrum & ſilligeniam Monaſterii revocabit, habens poteſtatem Abbate abſente omnia, quæ Abbas præjens fecit*, &c. Imò eodem titulo inſignes tum, qui Cellæ ſeu obedientiæ Monaſteriæ ab Abbatia dependentis ſunt Præfecti. Oſtienſis *lib.* 3. *cap.* 13. *Reddidit Monaſterio cellam S. Benedicti de Salerno — ſed cùm domoto Abbate*, Præpoſitus ibi *juxta cellarum noſtrarum morem*, *conſtitutus eſſet &c.* Porrò, *Præpoſiti*, idem cum *Advocatis ac Vicedominis* Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum in Conc. Mogunt. *can.* 50. & Remenſi II. *c.* 24. Aut potiùs, cum *Villicis*: quod officium translatum poſtea ad ipſos eſt Monachos vel Canonicos, qui Monaſterii vel Collegii Canonicorum bona iis addita curarent & de reditibus rationes inirent &c. Nec omittendus *Præpoſitus*, qui idem, cum Judice pedaneo ſeu minore Judice in pagis, Ballivo ſubeſt, ad quem omnes ejus appellationes devolvuntur, Gall. *Prevoſt*, de quo *Statutum* Philippi Pulchri *A. C.* 1302. *pro Reform. artic.* 10. exhibet Car. du Freſne *Gloſſar.* è quo inter alia diſcas, *ad firmam* tenuiſſe *Præpoſituras* ſuas iſtiusmodi Officiales, ad triennium ſc. quod Ludovico IX. vulgò adſcribitur. Unde Benedictus VIII. Philippo Pulchro, ut in Sanctorum referretur canonem, urgenti, id objicit, *quòd tam Præpoſituras quàm Ballivatus, vendi ac diſtrahi in ſuo Regno paſſus eſſet*, *Chron.* Flandriæ *cap.* 33. quam in rem V. plura apud modo laudatum *Gloſſarii* Auctorem, cui adde Steph. Paſcaſium *Diſquiſition. Francicar. cap.* 15. Alius eſt *Præpoſitus*, in Fleta *lib.* 2. *cap.* 76. is nempe, qui ſub Seneſcallo vel Ballivo res Dominicas ſeu Regias in villis curat vel pagis & agriculturæ, pecudibus, paſturæ & hujusmodi invigilat, *Villicus*, ut infrà dicetur. Cujus munus, ut & reliquorum, de quibus diximus, dicemùrque, *Præpoſitura*, item *Præpoſituatus*, appellari, paſſim legimus. Addo ſaltem, Ηγούμενος, Πρεσβύτερος, apud Philotheorgium, per excellentiam, *Præpoſitum S. Cubiculi*; & in Eccleſia, Cyprian. tempore, qui, ſede aliqua E. piſcopi vacante, Clero præerant, ſic vocatos eſſe, ex Cl. Suicero in voce Ηγούμενος.

Variæ alia Præpoſitorum ſpecies, apud Auctores occurrentes.

α. Præpoſitus Auxiliorum, in Inſer. vocatur, qui alias *Dux Vexillorum*, item *Præfectus Auxiliorum*, & *Præpoſitus vexillationis* ut. Vexilla enim auxiliaſuere, Liv. *l.* 39. V. Salm. *ad Capitol. Pertinax. 8. Præpoſitus Cameræ* Regalis, in Vita Ludovici Pii A. C. Stydem cum Cubicularlo, in Eginhardi *ann.* ad. eundem. an. du Freſne *Gloſſ* 7. *Præpoſitus Comitis*, in *LL.* Wiſigothorum *l.* 9. *tit.* 2. §. 5. idem cum Vicario Comitis. *l.* 2. *tit.* 1. §. 23. qui ſc. abſente Com. vices ejus obibat, apud Eund. *d.* Præpoſitus Cubiculi Sacri, cui Imperatorii Cubiculi cura, qui fere ſemper Eunuchus; ὁ τὸν κοιτῶνα ἡγούμενος ὢν, apud Herodianum *l.* 1. προοίμιον, apud Xiphilinum, τὸν θαλαμηπόλον eidem Herodiano *l.* c. ut & θαλαμηπόλος *l.* 4. 3. Meminit autem *Præpoſiti Cubiculi* Ammianus paſſim, V. quoque Theoph. Simocattam *l.* 4. *c.* 15. Suidam in *Antiocho* &c. ut & infrà, *Præpoſitus Palatii*. Idem *t. Præpoſitus Domus regiæ* apud Monachum Sangall. *de Car. M. l.* 1. *c.* 33. Id. *ſ. Præpoſitus Auloſiſcus* Latinè dicitur, qui Græcis *Oeconomus*, h. e. qui proventus Eccleſiaſticos adminiſtrat & ſecundùm Epiſcopum plebi præeſt, *lib. feud.* 1. *tit.* 1. *§. Abbas*. Meminit quoque Juſtin. in *Nov.* 67. §. ubi, ſi Epiſcopus diutiùs Eccleſiam deſerueit, vetat Œconomum quicquam ei proventuum ſuppeditare. Pratejus, apud Johannem Calvinum *Lexico Juridico*. Apud Cyprianum, modò

Epiſco-

Episcopum, modò Vicarium ejus seu Oeconomum, tempore fe-dis vacantis, significat *Epist* 27. *Quarum jam audita causa, præ-cepernunt eas* Præpositi *tantisper fe. sse, donec Episcopus constituat. Hieronimus.* Macri. V. supra, ut & in vocibus *Oeconomus*, & *Vicedominus*. v. *Præpositus* Fabricæ, armorum se, apud Ammian. *lib.* 29. C. du Freine *Glossar.* 6. *Præpositus* à fibris, *ad fibras & fibularum*, apud Salmasium *Not. ad Jul. Capitolinum in Gordia-no tertio*. 1. *Præpositus Horreorum*. v. *Præpositus Pagorum*. 2. *Præpositus limp.* V. infra. 2. *Præpositus Mensæ*, dignitas in Pa-latiis olim Francix Regum, eadem quæ hodie *Magistri Hostitii*, Gall. *du Maistre d' Hostel* & apud Byzantinos Imperatores, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης. Hinc in Synodo VIII. CP. *Everardus Præpositus mensæ* Ludovici Pii, Legatus ejus, memoratur, Anastas. *adl.* 10. Et Aimoinus *Hist. Franc. lib.* 4. *cap.* 78. *Andulfi Regis Mensæ Præpositi*, meminit. Cujusmodi dignitatis officium describit Theodulfus Aurelianensis Episc. *Carm. lib.* 3. 10. *Præpositus Laborum*, qui magnis ille vexilli, quod vulgò *Laborum*, seu *Laborum salutis*, τροπαίου λάγαρου Nazianzeno, postea *Labarum* dictum est, curam gerebat. V. supra. v. *Præpositus Largitionum* sacrarum, posteriori ævo, dictus est, qui olim *Præfectus Ærarii Sacri* vocabatur. Se. Statii tempore *Ærarii Sacri Præpositus* di-cebatur, Claudiani ætate *Largitionum Sacr. Comes* seu *Præpositus*; habebatque de vestium omne genus Textores, Murilegulos, Tinctores, Gynæcia, Textrinorum, Barbaricorum, Magistros linex vestis, Magistros privatæ &c. V. Salmasium *ad Æl. Lampridium in Antonino Diadumeno*. 8. *Præpositus Mi-litum*, in leg. 3. §. ult. & leg. 6. §. ult. *D. de re Militari* & apud Rufum *in Lt. milit.* Militaris officii vocabulum fuisse, fub poste-rioribus Imper. Rhenanus apud Tertullianum observavit. Ex-tantque tituli quinque de *Præpositis in lib.* 12. *C.* Quod nomen, ut & multa alia, in re præterim militari uturpata, priici Chri-stiani libenter usurparunt. Poltea, ut mutatis moribus *Præpo-siti* nomen dignitatis esse vox cœpit, ita etiam latiùs patuit, quemadmodum ostendit Panormitanus, in c. quamvis. de verb. *signific.* Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* Hinc *Præpositura militum*, apud Lampridium *in Severo*. Idem in *Heliogab. Militaribus* Præ-posituris & *Tribunatibus & Legationibus & Ducatibus vendidit*. Apud vett. quoque Romanos *Præpositus* in militia dictus fuisse, qui sub Tribunorum militum numero præfecti erant, diximus supra. 9. *Præpositus Monetæ*, apud Ammianum *lib.* 22. occur-rit. & *Præfectus Monetæ Treverice*, apud Gruterum. 10. *Præ-positus Pagorum*, idem cum *Magistro Pagorum*, apud vett. Ro-manos, V. quæ de iis supra attulimus. 11. *Præpositus Palatii*, Amantius, apud Marcellinum Com. in Justino, qui nudè Πραιπόσιτος dicitur, in *Chron.* Alexandrino. Sic Rhodanus, ὁ πραιπόσιτος & *Palatii* Valentiniani, & Ἀγρυπνίου. *Ibid.* nu-de vero Πραιπόσιτος apud Cedrenum: Natles quoque *Præpositus sacri Palatii*, in vet. Inscriptione nuper. Apud Zonaram in Constantio pag. 17. Eunuchus Eusebius *Præpositi* dignitatem ambisse legitur &c. V. Palladium *in Hist. Lausiaca cap.* 43. Olympiodorum, Philostorgium *lib.* 11. *cap.* 4. Codinum *de Ori-gin.* &c. & supra *Præpositus sacri Cubiculi*. Apud Francos, *Præpo-situs Palatii* Erchenoaldus dicitur, Audoeno de *Vita* S. Eligii 1. 2. *cap.* 19. i. c. *Major domus*, du Freine *Glossar.* 12. *Præpositus Scho-larum*, qui etiam *Tribunus Scholarum*, apud Cujacium *ad l.* 1. *C. de Comitibus & Tribunis Scholarum lib.* 12. Habebant illæ beneficia, ut interessent lectionibus equitis, & actionis purpu-ram ejus. Joh. Calvinus *Lexic. Jurid.* 13. *Præpositus Thesauro-rum*, apud S. Basilium *Epist.* 264. & *leg.* 14. *Cod. de Murileg.* Pri-vatæ *vel linææ vestis Magistri*, *Thesaurorum* Præpositi *vel bapharum & textrinorum Procuratores*, *ceteriq; quibus hujusmodi solici-tudo committitur*. Dicebatur etiam *Comes Thesaurorum*, & *solici-tat.* Comiti Sacrarum Largitionum. Ejus officiales dicebantur, *Thesaurenses*: Sic *in Pal. Lex. Large. Nullus Thesaurenses vel officialis Comitis Thesaurorum simul deprehensus evertor* &c. ubi perperam *Comitem Thesaurorum*, pro Comite sacrarum Largitio-num accipit Vir quidam doctus, & *thesaurensem* pro ejus appari-tore. Salmasius *ad Æl. Lampridium in Severo*. v. *Præpositus Ty-rii textrini*, apud Ammianum *lib.* 14. 6. *Præpositus Vexillatio-nibus*, in Infer. idem qui *Præpositus* Auxiliorum, alias *Dux vex-illorum*: Nam *Vexillatio*, & *vexillum* idem. V. supra *Præpositus Auxiliorum*. 15. Villæ vel Hundredi, in *Lt.* Eduar. di Confess. cap. 28. idem cum *Præfecto Villæ*. Ibid. V. du Freine *Glossar.* &c.

Præpositus Imperatoris, Victori Tunnunensi *in Chron.* Chry-saphius vocatur, quem Marcellinus Comes *in Chron.* appellat *Eunuchum*, cui custodia lectorum cubicularium ornatusque com-missus erat. Sic Johannes & Paulus clarissimi Martyres Eunu-chi, *Præpositus* alter, alter *Primicerius*, à Terentiano, qui eo-rum pestis & deletrix fuit. Tom. *Y.* nominantur: *Præpositum* cu-biculo intelligo. Similiter *in Martyrol. Rom. d.* 19. *Maii*, Calo-cerus Eunuchus *Præpositus cubiculi uxoris Decii Imp.* & apud Am-brosium *Epist. ad Marcell.* Calligonus *Præpositus cubiculi Valen-tiniani*, vocitantur. Nempe inter munera Eunuchorum & hoc fuit, jamque olim privatis quoque dominis placuit. Unde Ap. pulejus *Metam. lib.* 10. *Dii boni, qualis ille, quamq; præclarus apparatus? Quatuor Eunuchi statim pulvillis compluribus venosè tumentibus, plumâ delicatâ*, &c. Aliàs in hunc usum paratæ erant ancillæ: Quam ob rem Ariadnæ pacem apud Catullum *de Nupt. Pelei & Thetidis*,

Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Sava quidè horrebas prisci præcepta Parentis:
Attamen in vestras potuisti ducere sedes,
Quæ tibi jucundo famularent serva labore,
Candida pernulcens liquidis vestigia lymphis,
Purpureave tuum consternens veste cubile.

V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*.

Præpotiatius, h. e. inciti cumcilius. Tertullianus *adv. Marcio-nem*, *Christus proprius & legitimus Dei Amissus*, præputiati Sa-cerdotii Pontifex. Meminit eorum, qui, cùm circumcisi essent, ante Chirurgicâ, *præputiati* denuo facti sunt, damnatque mo-rem Paulus I. Corinth. *cap.* 7. *vers.* 18. Περιτετμημένος τις κέκληται, μὴ ἐπισπάσθω· Circumcisus aliquis vocatus est, ne attrahat (sc. præputium.) Ubi ἐπισπάσθω, quod in genere significat *at-trahere*, accipit Beza passivâ significatione, ac de eo intelligit, qui Chirurgi operâ *præputiatur*: quod quidem flebat cute ferro adjuctâ, ut glandem rursus operiret, quemadmodum docet Celsus *lib.* 7. *cap.* 25. & testatur Epiphanius *lib. de Ponder. & Men-sur.* quorum hic, *at hoc*, inquit, *gravius est, quod etiam à cir-cumcisione præputiati sunt ære quodam Medico, qui instrumen-tum attractorium, Spathisterem appellatum, infimum membrorum cuiculam attrahi finenses, futuramque admirentes & glutinatoribus circumdatis, præputium rursus superinduxerunt.* In quibus verbis *Spathisterem* instrumentum hoc dictum fuisse, indicat: addit-que, Efavum impium, ut velut Apostata paternum signum deleret Legisque divinæ sic hostem profeisum se testaretur, illud primùm excogitasse. Similes *illis*, de quibus *l. c.* Paulus, fuere Judæi III. 1. Maccab. *cap.* 1. qui, ad Gentiles defecturos, *fecisse sibi præputia*, dicuntur *vers.* 16. Quod naturaliter fieri posse, fi-cèt negent Origenes ac Hieronymus, ex verbis Apostoli alitatis patet. Sed & Josephus *Antiquit. lib.* 12. *cap.* 6. refert, Judæo-rum quosdam circumcisionem ita occultasse, ut nudi à Græcis non distinguerentur; quod etiam memorat Theophylactus *ad l. c.* ac Talmudi assertio in tr. *Sebamoth cap.* 8. habetur, quòd nim. Hebræi nonnulli fuam circumcisionem ita inficere solint sint, ut non possent Mosaicæ legis professores agnosci, quò hoc pacto injurias, persecutiones ac tormenta evitarent: qui tamen in civ. *Beurer* deinde circumcisionem iteraverint, Hebræis hinc *Messhiuchim*, id est, *Attracti*, appellati. V. Car. Macrum *Hie-rolex.* in voce *Spathisfer*.

Præripere limitem, vox Circi. Silius de Cyrni curru, qui, in Judis Circenfibus Scipionis, primus exierat, & cœteros ante-verterat,

Evolat ante omnes, rapidoq; per æthra curfu
Callidus Lampum fugit atq; ingentia transit
Exultans spatia, & ventos post terga reliquit.
Cunctamen plausibus fremunt vostique peractam
Majorem credunt præcepto limite partem:

Idem est, quod *occupare*, de quâ voce tripla diximus.

Prærogativa Centuria seu Tribus, vocabatur olim, à *prærogando*, quæ, fortitione factâ, prima in Comitiis suffragium da-bat. Postquam enim sub Regibus, cùm aut Magistratus crean-di, aut de Legibus cognoscendum, aut bellum inferendum es-set, primæ ad suffragia vocatæ essent maximi centus Centuriæ, Equitum Peditumque: sequenti ævo liberaque jam Rep. omnes Centuriæ in sortem conjici coeperunt, quarum quæ prima exi-bat, prima ferebat suffragium & *Prærogativa* appellabatur, coe-teris, quæ diebantur *Jure vocatæ*, dein ordine sequentibus. Quod idem & in Tribubus factum: tantumque *Prærogativæ* omen fue-rat, ut plerunque ejus sententiam reliqui adoptarent, V. Afco-nium *Verrinâ* 2. Sortitione itaque inter Tribus & Centurias de prærogativa facta, Magistratus in tribunali, quod erat in Cam-po Martio, sedens, per Præconem vocabat *Prærogativam* Cen-turiam ad suffragium: quæ de eo loco, in quo consteterat, di-scedens in Septum seu Ovile (locus erat in Campo præfato, can-cellis conclusus, in quo suffragia dabantur) ibat per pontem, in cujus initio stabant Diribitores, qui tabellas singulis ministra-bant: ingredientibus vero Ovile Rogatores ejus tam proponebant, in quam eam quam vellent tabulam conjicerent. Cum collectæ erant totius Centuriæ tabellæ, educebant suffragia Custodes, hisque descriptis, *Prærogativæ* Centuriæ suffragium renuntia-bant. Quo facto hæc ex Ovili redeunte, prima Equitum Cen-turia: post singulæ Centuriæ primæ classia ordine ad suffragium ferendum eodem modo vocabantur, &c. V. Joh. Rosium *An-tiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 14 Hadr. Turnebus, verba illa Tullii, *Ma-jores voluerunt*, Prærogativam *omnem esse suffragium Comitiorum*, eò interpretatur, quòd tanti fuerit apud Rom. hæc Centuria, ut semper is Consul eligeretur, quem illa suffragio suo declarasset, *Adversar. lib.* 5. *cap.* 23. V. quoque infrà, ubi de *Revocandi in Suffragia ritu*. Hinc *Prærogativum Omen*, de quo suo loco. At *Prærogativarius*, seu officium *Prærogativarum*, apud Recentio-res occurrit, cujus exhibet formulam Senator *lib.* 11. *Epist.* 27.

Præcursor verb , quafi *Præcurgator*, fervi nomen apud Romanos, de quo infra in *Prorgator*.

Præfagium, V. hic in vocibus *Omen*, *Saga*, *Verum*, &c.

Præfanctificatorum Miſſa, dicitur in Eccleſia Græcorum, quam illi in diebus Quadrageſimæ feriatis, exceptis Sabbathis & Dominicis, nec non die Annuntiationis, celebrant, ſine conſecratione, ut ajunt: conſumunt tamen Euchariſtiam in præcedenti Dominica conſecratam, eo modo quo Latini ſolent in die Veneris Sancto: Gr. προηγιασμένα: fit enim in ſignum meſtitiæ. Meminit hujus Miſſæ Sexta Synodus in Trull. *can.* 52. *in omnibus Quadrageſimæ jejunii diebus*, *præterquam Sabbatho*, *& Dominica & Annuntiationis die*, *ſitat ſacrum præſanctificatorum myſteriorum*. V. Jo. Meurſium *Gloſſar.* in *Conſt.* Allatium *de Miſſa Præſanctific. Diſſertat.* 1. *de libris Eccl. Græcor.* item *de conſenſu Eccl. Occid. & Orient.* Suicerum *Theſaur. Eccl.* in *Ἀπόφορα*, item *Προηγιάσμενα Sec.*

Præſens, Latinis pergam eleganter dicitur, qui magnam vim habet pecuniæ numeratæ, Gr. ἰσχυρὸς: ſed & παρὼν, in optimo *Gloſſ. Præſens*, ἰσχυρὸς, ἢ παρὼν ἢ ἰσχυρὸν, quæ verba notatu dignifſima judicat Salmaſius. *Præſens* enim hic eſt, qui multum habet in numerato & præſenti pecunia poteſt ſolvere: quod vix adhibi alias eodem ſenſu reperitur. Hinc παρουσία Græci vocant *ſubſtantiam*. Heſychius, παρουσίαν, ὕπαρξιν ὑπάρχοντος πράγματος, ἢ μᾶλλον ὑπαρξὶς ὑπαρχόντων πραγμάτων, *opes*, *neque propoſito nunc redundat*; Salmaſius ad *Trebellium Pollion.* in *D. Claudio*. Unde *præſentia*, apud Matth. Pariſ. A. C. 1170. Gall. *preſent*; i. munus, quod *præſenti* in manus datur. Nam adjentibus rei *donari* dicuntur, *munera* autem mitti; ſic *præſentia* offerri, *leg.* 18. *D. de Verb. ſignific.* Etiam *Præſent*, pro *Præſtite*, V. infra in *Præſentes*. Inprimis *Præſens* ſeu *Præſentalis* dictus eſt unus e Magiſtris Militum, quòd in *præſenti* ; h. e. in comitatu Principis ageret, & *Præſentalibus* numeris præeſſet, ut docet *Notit.* Imperii, ubi *Magiſtri equitum & peditum in præſenti duo recenſentur*, *alii tres per Orientem*, *Thracias & Illyricum*. Idem *Magiſter militum præſentalis* vocatus eſt, *ibid.* Militabant autem ſub ejus diſpoſitione Palatinæ Vexillationes, ſ. Comitatenſes 7. Legiones Palatinæ 15. Auxilia Palatina 18. ex quibus conflictus. Hi *vexilles* eſſe appellatos, quòd *præſentes* adeſſent, in Comitatu Principis & in eo militarent, atque adeò Palatinæ militiæ ad cuſtodiam Imperatoris addictæ præeſſent, ex qua qui erant, *Præſentales* pariter dicebantur, ut & *Domeſtici*, qui in Palatinis Scholis militabant, *in lib. 4. Cod. Theod. de Protector. & Domeſtic.* Adde *leg.* 7. *eod. Cod. de Re militi.* Apud Marcellinum Com. in *Zenone*, mentio fit *Magiſtri præſentis militiæ*, apud Scholiaſtem Juvenalis Antecell. *ſat.* 83. *Magiſter militum præſentalis*. Apud Jornandem de *Succeſſione Regnor.* *Magiſter militum præſens*. Evagrius *lib.* 4. *cap.* 3. habet ἡγεμὼν τῶν καλουμένων παρόντων; Auctor *Chronici* Alexandr. ἡγεμόνα τῶν παρόντων, *pag.* 752. Ipſa dignitas, *Magiſterium Præſentale*, eidem Marcellino dicitur *in Juſtiniano*, poſt Baſilii Cof. IV. *Præſentanea dignitas*, Senatori *lib.* 11. *Epiſt.* 1. Τιμὴ τῶν Πραιτωρίων, Simocattæ *lib.* 1. *cap.* 7. Concil. CP. ſub Menna *A. C.* 536. Ἀνὴρ ἀνθρωπίνῃ ἐξουσίᾳ τῇ ἀπὸ Πραιτωρίου. Cas. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque Barn. Briſſonium *de verb. ſignific. lib.* 14. Jo. Meurſium *Gloſſar.* & Jo. Caſp. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce Πραιτώριον, ubi fuiſſe quoites pariter peditesque, per Orientem æque ac Occidentem diſpoſitos, atque hinc Πραιτωριάνους, *Præſentales*, tum Duces, qui aliter *Præſentes*, tum milites, qui *Præſenti* ſuberant, appellatos, ibidem notat.

Præſentatio, in Eccleſia Rom. B. M. V. Feſtum vocatur, à Gregorio XI. ad preces Cypri Regis Avenione inſtitutum A. C. 1372. cujus obſervatio *Mſs.* in Cod. Vaticano Pariſienſi, ut videre eſt apud Macros Fratres in *Hierolexico*. Secundùm Rivetum à Græcis in Gallias tranſiit, temporibus Caroli V. Francotum R. circa A. C. 1375. qui etiam inſtitutionem ejus Paulo II. A. C. 1464. & Sixto IV. adſcribi A. C. 1475. ab Onuphrio, in *Vita* hujus, & ab eodem *Feſtum Oblationis* appellari, addit. Celebratur die 21. Nov. Nomen ei, non aſolennitate, quâ Chriſtus fuit oblatus in Templo, quæ *Præſentatio* quoque olim dicta: ſed à *præſentatione Virginis* triennali, quam factam ab Anna matre, narrant Nicephorus Call. *Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 7. & Germanus Patr. CPolit. *Orat. pane.* edoctâ à Scriptore quodam, de quo ita præfatus Gregorius Nyſſenus *in Dien Nat. Chriſti Tom.* 2. *Audivi hiſtoriam apocryphum*, *tales de ea prodentem narrationes*. V. Iſaac. Caſaubonum *Exercitat.* 1. *ad Appar. num.* 21. Rich. Montacutum *Appar.* 9. *ſect.* 2. & *ſeqq.* A. Rivetum *Apolog. pro Sanctiſſima Virgine lib.* 1. *cap.* 10. Alios.

Præſentes, apud Eil. Lampridium *in Alexandro Sev. Si nonquam alicui præſentium ſacerdotium dedit*, *ſemper illud additis*, *Gratias tibi agit Reſpublica*, *cumque numeratus eſt*, *ita ut privatus pro loco ſuo poſſit honeſte vivere &c.* ſunt Præſides, qui viz. *Præſident*, ſicut *Præſentes*, qui *præſunt*; cujus utriusque verbi eadem proin notio. Juſtinianus, *In Berytenſium autem civitate* —— *Præſens Pœnicæ maritimæ*. Salmaſius ad *l.* V. quoque Spartianum *in Caſa*, ut & ſuprà.

Præſepe Domini, magnâ veneratione fuiſſe apud Helenam Conſtantini M. matrem, quæ proin *Stabularia* per convitium à Gentilibus dicta, legitur apud Ambroſium *Orat. de Theod.* Eſt autem *Præſepe*, Græcè φάτνη, propriè locus in ſtabulo concavus, ubi pabulum jumentis appenitur; olimque ſuam quisque equorum φατνὸν, quaſi menſam, ante ſe habuit, unde φάτνη & τροχὸς pro eodem paſtim & confuſe ἐφόδιον, primò *præſepium purgamenta*, inde *menſæ reliquiæ*, ſeu analecta. Impropriè φάτνη ἡ τοῦ *præſepe*, ſtabulum notat, Jeſaiæ cap. 1. *verſ.* 3. Sic Virgilius,

Setigeriq; ſues, *atque in præſepibus urſi*
Sævire ——

Atque hoc poſteriore ſenſu, contra Veterum opinionem, verba Lucæ cap. 7. *verſ.* 7. de B. Virgine, Καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, & *reclina vis eum* (infantem Jeſum) *in præſepio*, accipiunt Viri docti, de φάτνῃ nempe καλύβῃ. V. h. e. *Stabulo diverſorii*, uti videre eſt apud Salmaſium, laudatum Balduino Walæo in *Lucam cap.* 2. Heinſium *Exercitat. ibid.* & Suicerum *Theſauro Eccl.* voce Φάτνη.

Præſes, nomen generale eſt, verba ſunt Macri JC. *leg.* 1. *ff. de Offic. Præſid.* eo quòd & *Procuratores*, & *Legati Cæſaris*, & *omnes Provinciæ regentes*, *licèt Senatores non ſint*, *Præſides appellentur*. V. quoque Dionem *lib.* 4. Speciatim verò *Præſides* dicebantur, qui à Cæſare cum ſummo Imperio mittebantur in provincias: quemadmodum *Proconſules*, à Senatu, qui anno proximo Conſulatum geſſerant, & *Propræſores*, qui Prætoram adminiſtraverant, ſolebant mitti. Alii erant *Legati*, qui non ſuo, ſed Principis nomine in diplomatibus urebantur; Princeps enim quaſdam provincias, in quos Legatos mitteret, ſibi reſervabat. Unde Pontius Pilatus *Cæſaris Legatus* Lactantio dicitur. Anton. Thyſius *Notis in A. Gellium lib.* 2. *cap.* 2. Solebant verò non Proconſulares ſolùm, ſed & prov. *Præſides* forte concedi; nam *antiquæ libertati provinciæ* Proconſ. *dabantur*, *reliquæ per Præſides adminiſtrabantur*, Strabo *lib.* 6. in *fin.* quarum has *validiores audire*, dicet Suetonius *Auguſto cap.* 47. In harum numero Sicilia recenſentur & Sardinia, Sext. Ruffo *Brev. Hiſt. Rom.* quatuor Hiſpaniæ, Martian. Capella *lib.* 6. Tripolis, utraque Mauritania, Ruffo *ibid. loci.* Ægyptus Corn. Tacit. *lib. Annal.* 12. & *Hiſtor. lib.* 1. Gallia, Treb. Pollioni *in Poſthumo*: Dalmatia, Fl. Vopiſco *in Carino*: V. præter alios Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 2. *c.* 27. Provinciarum v. diviſio iſta in Proconſulares & *Præſidiales*, ab Auguſto, poſtquam Senatus P. Q. voluntate compellieretur, ut ſolus Remp. gereret, primùm inſtituta eſt, qua de re dicemus infrà paſſim, ubi de *Præſidialibus provinciis*, item in vocibus *Proconſul* & *Provincia*: plura verò de hac voce V. apud Joh. Roſinum *Antiquit. Rom.* Salmaſius, *Præſes* & Pro. curator idem, Æl. Spartianus in *Adriano*, *Et circumiens quidem provincias*, *procuratores & Præſides pro factis ſuppliciis affecit*, *ita ſevere*, *ut accuſatores per ſe crederetur immittere*. Et eſt quidem, ait, *Præſes* generale nomen de provinciæ adminiſtratore: propriè tamen ſic dicti, qui minores provincias, quæ à ſolis Procuratoribus regebantur, adminiſtrabant. Itaque inillis provinciis *Procurator* & *Præſes* idem. Quinimo utraque appellatione gaudebant: Hinc in vett. Inſcr. *Procurator & Præſes Aſiæ*, *Procurator & Præſes provinciarum per Orientem*. *Procurator & Præſes Sardiniæ provinciæ*. Sic Græcis Ἀγεμόνες ἢ Ἐπίτροποι. Unde Arrianus de Epiri Procuratore, nam & hæc provincia Præſidialis fuit, modò cum Ἄρχοντι, id eſt, *Præſidens*; modò Ἐπίτροπον, τὸν Ἠπείρου ἄρχοντα, τὸν αὐτοῦ Ἄρχοντα, τὸν Καίσαρος φίλον ἢ Ἐπίτροπον, Te *præſidentes* *ſuum Præſidem*, *Cæſaris Amicum & Procuratorem*. Et paulò poſt, Ὅσοι τῶν ἐπιτρόπων τὰ Καίσαρος ἔπραξι ἄκρα. Atque de iſtiusmodi *Præſidibus* provinciis Lampridius *in Severo*: *Provincias Pannonias Præſidales plurimas fecit*, *Proconſulares ex Senatus voluntate ordinavit*. Quo modo fere ſemper nomen *Præſidis*, apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, accipiendum, de Procuratoribus ſc. Cæſaris in illis provinciis, quæ nec Prætoriæ erant, nec Conſulares, nec Proconſulares, nec ab aliis adminiſtrabantur, quàm à Procuratoribus Cæſaris, qui & *Præſides* propriè dicebantur. Sic *Præſes Orientis* apud Vopiſcum, qui in vet. Inſcr. *Procurator & Præſes provinciarum per Orientem*, dicitur. Apud Eund. *Præſidium in Dalmatia adminiſtrare*, eſt Præſidem & Procuratorem Dalmatiæ eſſe: nam hæc etiam provincia Præſidialis erat. *In Carino*, *Statuerat deniq*, *Conſtantium*, *qui poſtea Cæſar factus eſt*, *tunc autem Præſidatum in Dalmatia adminiſtrabat*, *in locum ejus ſubrogare*. Et apud Trebellium Pollionem, Tetricus *Præſidatum in Gallia rexiſſe* dicitur, qui unius ex Galliarum provinciis *Præſes* & Procurator fuit. At qui in provinciis proconſularibus Procuratores erant Cæſaris, hi non *Præſides*, ſed *Procuratores* tantùm dicebantur, qui tem Fifci curabant & nullam, niſi in fiſcalibus cauſis, jurisdictionem habebant &c. Salmaſius *ad Spartianum*, *l.c.* Apud Flav. Vopiſcum, Probus Imp. permiſſe Senatui legitur, ut, inter alia, jus *Prætorium* Præſidibus *daret*. Quod ſic explicat Caſaubonus, ut Præſides provinciarum ex ſua provincia quisque ever ſi ſederent in Senatu inter Prætorios. Salmaſio verò id nihil aliud fuit, quàm Præſides cum jure Prætorio in provincias mittere. Quemadmodum enim, qui cum jure Con-

ſula-

fulari provincias administrabat Cæsarianas, *Consulares* dicebantur, etsi nunquam Consules fuissent: sic quos Cæsar idem provinciis suis præficiebat eum jure Prætorio regendis, *Prætorii Legati* & *Legati Propræatorii* audiebant, Idem *ad l.* Nonnunquam tamen de ipso Imperatore vox occurrit. Martialis *lib.* 12. *Epigr.* 8. de Roma & Trajano,

Dixit Præsule gloriosa tuli.

Uti Statius *Thebaid. lib.* 10. *versu* 12. de Imperatore seu Duce exercitus eam uiurpat,

Quatuor errantes Danubius sine Præside turmæ,

ad quem l. V. *Animadversiones Casp. Barthii &c.* Hinc *Præsidales* provinciæ, de quibus paulo infra: *Præsidatus*, dignitas Præsidis: & *Præsidiaria Toga*, quam omen Imperii fecisse Severo, docet Spartianus in *Vita* illius.

Præsicæ, V. infra *Præsicæ.*

Præsidales Provinciæ, quæ à *Præsidibus* regebantur. Postquam enim, partitione provinciarum instituta, Augustus quasdam Populo assignasset, quasdam sibi reservasset, ex iis, quæ Populo concessæ erant, duæ quidem *Proconsulares* fuere, Africa nempe & Asia; decem autem *Prætoriæ*. Ancilbon, *Spartian. lib.* 17. *sub fin.* Reliquas omnes sibi Cæsar retinuit ac regendas fuscepit, & in eas quidem modo Consulares vitros mittebat, qui *Consulares Legati*; modo Prætorios, qui *Legati pro Prætore*; modo Equites, qui, cum minutis provinciis præessent, *Præsides* atque *Procuratores* dicebantur. Ita tamen, ut pro arbitrio suo Imperatores provinciarum jura & administrationes sæpe mutantes, quæ Populi erant, sibi facerent; suas autem Populo transferebant: & sic de Consularibus Proconsulares ac contrà; deque *Præsidalibus* Prætorias deque Prætoriis *Præsidales* facerent, quarum mutationum exempla in antiquis Inscriptionibus reperiuntur quàm plurima &c. V. Salmasium *ad Spartianum in Hadriano.* Addam de provinciarum istiusmodi Præsidibus, quo honore illorum eos affecerit Alexander Severus, qui laudem meruerant, ex *Vita* ejus à Lampridio delcripta. Ita autem hic Auctor, *Præsides*, inquit, *provinciarum, quos verè, non factionibus, laudari comperit, & in itineribus locum semper in vehiculo habuit & muneribus adjuvit, dicens, & fures à Republica pellendos ac pauperandos, & integros sese redimendos atq, ditandos.* Ut alia omittam: de quibus V. eundem Salmasium *ad Solinum pag.* 806.

Præsidia Arcana, in *Inscr.* vet. Romana,

ANNUANT. DII. ROMANÆ. REIPUBLICÆ. ARCANAQUE. URBIS. PRÆSIDIA. QUORUM. NUTU. IMPERIO. ROMANO. REGNA. CESSERE.

Sunt *Præsidia fatalia*, quæ figebant olim in penetralibus Sacrariorum, salvis illis Rempublicam non posse perire perfuasi, uti de Palladio, Ancilibus, aliis, res nota. De iis Claudianus *Bello Getico*:

——— *procul arcana altus*
Jupiter, ne delubra Numæ, sedemq, Quirini
Barbaries oculis fatalia temerare profanis
Possit & arcanum tanti deprendere Regni.

Ad quem l. V. Casp. Barthium, quædam verò in hanc rem quoque suprà in voce *Conservatio.* Alia ratione sunt *Arcana Deorum*, illorum consilia, apud Statium *Thebaid. lib.* 8. v. 280.

——— *Qui cum ipse arcana Deorum*
Parcuit, & vetas ini sciare filebas
Amphiaraus ævo &c.

Præstimendi flores mos, memoratur Statio eidem *libro* 5. *Sylv.* 1.

Præteres si quando pio laudata marito
Umbra venit, jubet ire faces Proserpina lætas,
Egressuq, sacris veteres Heroidas amictu
Lumine purpureo tristes Laxare tenebras
Seriatq, & Elysios animæ præternere flores &c.

in quibus nempe pedem suaviter ponat. Quem pridem multi illustrarunt, inter quos Casp. Barth. *ad Claudianum.*

Præstor Jupiter, memoratur Capitolino, *in vita Maximi, Natione Maximo, carnem bubulam & quidem multam aquila in cellam eorum projecisse ferunt, quæ angustos paebas impluvio: cum deniquè —— iterum substulisse, & in proximum sacellum, quod eras* Jovis Præstitis, *detulisse.* Alias Præstites, dicti sunt Romanis Lares, qui curam hominum, locorum, urbium habere credebantur. Iidem & Genii, quorum singulos singulis hominibus antiquorum sanctitati simplicitas. Mart. Capella, *Specialis singulis mortalibus Genius admoverur, quem & Præstitem, quod præsit gerundis omnibus, vocaverunt &c.*

Præstigiæ, feverissimè prohibitæ, *can.* 65. Basilii, ubi præstigias confitentem *τὸ φάσμα γόητος*, *homicida temporis*, confiteri jubet. Quæ vero homicidæ pœna Ecclesi, docet idem *can.* 76. Cæterùm *Præstigiatores* remedia in omnes morbos venditare consueviste, diximus suprà, ubi de *Iuncultis* eorum.

Præstimonium, dicitur in Ecclesiis Rom. Ecclesiasticum beneficium cum aliquo onere: cujusmodi Beneficia in Hispania reperiuntur non pauca. Tridentina Synodus *Sess.* 23. *cap.* 18. Etiam præstimoniaq; & præstimoniales portiones nuncupat. Et in A.^ postilla ad calcem Extrav. Johannis XII. Et vindicat sibi lo.^ cum ista decretalis, in præstimoniis & præstimonialibus portionibus, quia sunt Beneficia Ecclesiastica & perpetua &c. apud^ Macros Fratres in *Hierolex.*

Præsul, dictus est apud Romanos primus inter Salios, Martis Sacerdotes, à *præsiliendo* quòd Saliis ancilla per urbem, cum cantu & tripudiis, circumferentibus præitet & chorcam ducet. Beemannus in *Origin. L. L.* Inde vox ad Episcopos denotandos à Christianis translata. Apud Ambrosium, qui mire hac voce delectatur, ipsi Deo tribuitur, passim. *De Virginibus lib.* 1. Tum ipse pacis dominus, postquam validioribus brachiis commissa fibi vineta complexus palmites fuos gemmare conspexe.^ rit, vultu præsule nascentibus fructibus auras temperat. Et *lib.* 3.^ Hostiam immolaret Deo, præsuli fuorum triumphorum. ^ dem *Exhortat. ad Virg.* Quem Sacerdotali munere offero, ut fu.^ pra hanc domum tuam, supra hoc altaria —— quotidianus^ præsul intendas. Et *de obitu Præsulat.* Ille vobis auxiliatu.^ rus fpererat, ille nocibus præsul adsistat &c. Idem facit Hegesippus *lib.* 1. *cap.* 43. *Audi Rex, Deo præsule, qui solus mihi victoriatis arbiter est.* V. plura apud Gronovium *Observ. in Eccl. cap.* 1. Ad *Præsulem Saturum* ut redeam, distinguit hæc tria in Saliatu munera Capitolinus, *Præsulis, Vatis & Magistri, in Marco, Fuit in eo Sacerdotio & Præsul & Vates & Magister, & multos inauguravit atque exauctoravit, nomine præsulis, quod ipse omnia sancta didicisset.* Ubi Salmatio *Præsul* est, quem *Prosatorem* vett. Glossæ vocant, ὁ ὲν ἱεροῖς ἀρχιερεὺς. *Vates*, est ὁμωιδός; Licèt enim omnes quidem Salii ὑμνῳδοὶ, *cantores* essent & χορευταὶ, *saltatores*, tamen ut inter hos erat Præsul, sic inter illos ille quem *Vatem* per excellentiam appellat Capitolinus. Hic carmen canebat Saliare, aut falrem præcinebat. *Magister* tandem ἐξαρχος est, ad quem videtur spectasse & inaugurandi & exaugurandi potestas. Ad omnes autem carminum & axamentorum cura pariter pertinebat. V. Salmasium *Not. ad d. l.* Ejusdem originis *Præsultator*, apud Livium *lib.* 2. *cap.* 36. Lu.^ dis (magnis) manè servum quidam patterfamiliæ, nondum^ commisso spectaculo, sub furca cæsum medio egerat Circo, cœ.^ pit inde ludi, velut ea res nihil ad Religionem pertinuisset. Haud^ ita multo post, Tib. Atinio, de plebe homini, somnium fuit.^ Visus Jupiter dicere, Sibi ludis præsultatorem displiciisse: ni.^ si magnifice instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore, ire^ ea Consulibus nuncirare &c. *Signonio* est, qui quasi ludorum prima pars fuerit; qui antequam ludi committerentur, saltaverit, *Not. ad d. l.*

Præsumto Imperii, apud Æl. Spartianum *in Hadriano, Habuit autem* præsumtionem Imperii *mox futuri, ex fano quoque Nicephorii Jovis manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit:* non simpliciter πρόγνωσις est, sed fiducia quædam & spes indubitata rei necessariò eventuræ. Uti patet ex eqq. ubi dicitur, *Secundò Cos. favore Plotinæ factus totam præsumtionem adoptionis emersit:* h. e. pro incerta spe, quam dudum conceptam hactenus foverat, πληροφορίαν & *plenam fiduciam* est consequtus. Primò enim Hadrianus de Imperio cogitavit, ex suggestione Patrui magni & Mœsi cujusdam Mathematici. Deinde donatus à Trajano adamante gemmâ, ad spem successionis eii erectus. In ea spe postea confirmavit eum Sura, à quo comperit, à Trajano se adoptandum; unde *in adoptionis significatum cum Palma & Cista venire* est aulus. Tandem verò secundum designatus Consul, totam præsumtionem adoptionis emeruit. V. Casaubonum & Salmasium *ad l.*

Prætendere, verbum castrorum. Uti enim *tendere* dicebantur Duces & exercitus, ubi castra essent metati: sic *prætendere* illa præsidia militum, quæ ante justum exercitum, aut præ ceteris, excubabant, quas ideo dicebant *Prætenturas*; Græcè πϱοφυλακὰς, & πϱοφύλακας: *prætendere enim & præsidia* propriè de his dicitur, quæ ad frontem objecta sunt & προβολικῶς. Salmasio castra Vett. in *Prætenturam & Retenturam* distinguentium. *Prætentura*, ea pars dicebatur, quæ in primore facie ante Prætorium erat, ubi Principia & porta Principalis: & qui in ea tendebant milites, propriè dicti *prætendere.* Quidquid a. à tergo Prætorii tendebat, & in posteriore parte, id *Retenturæ* nomine veniebat. V. cum *ad Solinum pag.* 436. cui adde Hadr. Turnebum *Advers. lib.* 4. *cap.* 7. Hein. Valesium *ad Amm. Marcellinum lib.* 14. *pag.* 52. & 81. Jac. Gothofredum *ad l.* 1. *Cod. Theodos. de Commeatibus*, Jo. Fridericum Gronovium *Observ. Eccl. cap.* 1. Alios omitto.

Prætextati Solidi, in *Charta* Longobard. in *Ballario Cassin. Tom. II. pag.* 12. apud Car. du Fresne, iidem sunt cum *Prætulatis* seu *Prædolatis.* V. *ibi.*

Prætexta, Togæ species, Etruscæ, ut Plinius censet, originis, ita appellata est, quòd in extrema ora limboque purpuram *præ*texam sive circumtextam haberet: quam ob rem à Plutarcho *περιπόρφυρος* nominatur. Instituisse illam omnium primum Romæ Tullium Hostilium Regem, Macrobius auctor est. *Puerilem* illam *Togam* vocat A. Gellius *lib.* 18. *cap.* 4. quoniam ea, ut est apud Cœlium Calcagninum *Epistolic. Quæst. lib.* 3. *Ingenuorum puerorum erat, antequam pro Togam induerent, quo tem-*

tempore, si quid peccassent, non solvebant pecuniam, sed angustiarum vergoribus mollitur. Hi *mulabantur* dein, Tinocinii die, quo dedudi in Forum transcribebantur in viros, pro *Prætexta*, Togam purtam, id est, sine purpura fumebant, id quod fiebat decimi quinti anni initio. Quòd enim Augustus, Ciceronis item filius, aliique eam seriùs deposuere, id magis ab alia causa, quam à lege fuit aut more, ut refert Manutius monet. Hinc *Prætexta ætas*, pro puerili: *Prætextati* ac *Prætextatæ*, pro pueris & pueellis; Namque & has, antequam nuberent, in *Prætexta* inceffisse, docet Cic. 2. *Verr. Eripies igitur pupillæ Togam* Prætextam? *detrahes ornamenta non solum Fortunæ, sed etiam ingenuitatis?* Sed falsò hinc quidam *Prætextata verba* deduxere, quæ erant obscœna atque impudica, & præin à prætextata ætate procul arcenda: nec rectiùs Turnebus à *Prætextatis Comædiis*, quæ lascivæ ac libertæ, ut infra videbitur illud vero melius, quòd cum nuptiæ puellæ *Prætextam* deponerent, ad demulcendum pudorem, nuptiali licentiâ fescennina cantarentur. Verùm, antequam *Prætexta* ufus Nobilium primò, dein omnium civium liberis, promiscuus concederetur, primis temporibus Sacerdotum erat, & præcipuorum Magistratuum. In sacris enim adhibitas fuisse illis modi Togas, indicat Plinius, cùm ait: *Purpuram Diis placandis adhiberi.* Neque verò Sacerdotes solùm, sed & Consules, Prætores, aliique Magistratus, qui sacra faciebant, *Prætexta*, uti & Germanico apud Tacitum legimus. Augures etiam ufos *Prætexta* notum est, unde Cic. *pro Sextio*, Lentuli Spintheris filium Augurem creatum indicans, *Cui superior*, inquit, *annus idem & virilem Patris & Prætextam populi judicio dedit.* Idem *Epist. 9. lib. 2. ad Att. Patinis strumam Sacerdoti Bonæ Deæ vestiam.* Præterea Magistratus omnes, tam Romæ, quàm in Coloniis & Municipiis, *Prætexta* ufos, imò & Collegiorum ac Victorum Magistros, ex omnibus obvia. *Livius lib. 34.* Purpurâ viri utemur: Prætextati in Magistratibus, in Sacerdotiis, liberi noftri prætextis purpurâ togis utentur: Magistratus in Coloniis Municipiisque: hic Romæ infimo genere Magistris, eorum Togæ Prætextæ habendæ ipus permittemus, nec id ut vivi solùm habeant tantum infigne, sed etiam, ut eo crementur. Hinc Magistratûs infigne *Prætexta* fuit: Proin verba illa Tulli *Or. pro domo sua, Videsis prætextatos inimicos*, optimè interpretatur eustabius, *in Magistratu positos.* Et quidem Consules *Prætextas* fuisse, docet Plut. in *Galba*, ubi eædem in foro factam memorans, *Prætextas* vocat Τριβωνία ἀρχικὰ, *Consulares vestes*: Appianus item, cùm *Civil. lib. 1.* de Octavii Consulis interitu loquens, eandem Togam vocat τὸν ἀρχικὸν τρίβωνα. De Ædilibus, ita Dio *lib 76. Antequam ingrederetur, Senatorem illum cæterum πλουσιώτερον ἰφάνιν habuisse.* *Tunc omnes in Marcellinum oculos conjecimus; is enim tunc Ædilis fuerat.* V. quoque Cicer. *Epist. 10. lib. 2. ad Quint. Fratrem*, de Ædilitate Appii Claudii. Prætores etiam in *Prætexta*, Appian. *Civil. lib. 2. Cinna Prætor, assistit Cæsari, præter expectationem progressus in medium, τὸν τε τοῦ πρὸ ἑαυτοῦ ἀνειδότα*, i. *Prætextam exuit.* Sumebant autem eam, Kalendis Januariis in Capitolio, vota solemnibus nuncupatis, una cum ceteris insignibus, quod iis cum Consulibus fuit commune: Sed capitis aliquem damnaturi deponebant. Præfecti quoque Prætorio hac veste usi, licèt jus lati clavi non haberent: Dio dat eam Sejano *lib. 8.* & Juvenalis *Sat 10.*

Hinc qui trabitur, Prætextam sumere mavis,
An Fidenarum Gabiorumque, esse potestas.

Etiam Dictatorem *Prætextatum* fuisse, dubium non est: cùm supremam ejus dignitatem, quâ cunctos Magistratus antistabat, non aliis insignibus, quàm securibus ad fasces additis, ab aliis distinctam Auctores prodant. Quemadmodum igitur is extra urbem paludatus, sic intra urbem, ut & Consules aliique Magistratus, non in alia veste, quàm in *Prætexta* fuit. An Senatorum quoque *Prætexta* fuerit, quærunt inter Eruditos, & affirmat Manutius. Sed non fuisse eam Senatorum propriam, illud Dionis ostendit, cùm in luctu Magistratus, depositâ *Prætextâ*, in veste Senatoria manssise, refert. Idem *lib. 51.* inter reliquos honores Augusto decretos fuisse narrat, ut Senatores Actiace ἐλαίας sociâ τὸν πτυκτοφόρον ἱματίων τὸν περιπλεῖν τοῖς συγκλη-τικοῖς, *Prætextâ cum ea triumpharent.* Nisi dicamus, ficut Consul, qui aliàs tantùm *Prætextatus*, in officio solemni annum auspicandi, in Toga Triumphali erat, ita Senatores eodem die, solemni *Prætextam* sumsisse, ut colligere est, ex Ausonio, solemnia kal. Jan. precante *Eidyll. 8.* Cenforibus *Prætextam* abjudicat Manutius, ex Polyb *lib. 8.* similiter Tribunis eandem admittit: Interim Cicero *pro Cluentio*, de Quintio Trib. Pl. loquens, *Facite, ait, ut non solum mores ejus & arrogantiam, sed etiam vultum, atque amictum, atque illam toga, ad talos demissam purpuram reverentiam*: ubi *Prætextam* innui verosimile est, & confirmat id Quintilianus *lib 6.* Nec retiendum, Prætores, ceteroque Magistratus, ac Sacerdotes eum *Prætexta* olim uti tem poribus noftris cum pallio Archiepiscopi, fepeliri consuevisse: Sic enim Polybius *loco cit.* cùm ornamenta mortuorum enarrat, ait: *Ubi præclarus aliquis ex domesticis obiit, infitutum fuerit apparatum, & circumfuit qui similes magnitudine ac statura videntur*: Ἐὰν δὲ ἐνδόξου τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, περιτιθέντες κομιδῇ νέοι τὰ ἐπιτήδεια, τοσοῦτοι. Quò respicere quoque, de Miseni funere loquens, Virgilius videtur. *Æn. lib. 5.*

—— Tunc membra toro defecta reponunt,
Purpureasque super vestes, velamina nota
Conjiciunt, &c.

Duravit autem puerilis *Prætextæ* usus, ad extrema usque Imperii Rom. tempora, ut indicat Ausonius *in Profefor. 19.*

Mox Scholæ & Auditor mulsus, prætextaque pubes,
ubi *prætexta* pubes, pro *prætextata*: ad exemplum Propertii *lib. 4. eleg. 1. Prætexto Senatus*, & Macrobii *Saturnal. lib. 2. verba prætexta*, dicentium. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. lib. 2. cap. 4. prior.* Hier. Bosfium *de Toga Rom. cap. 11.* Rosinum *Antiquit. Rom. lib. 1.*

Prætextatus, Cæsar, dicebantur illæ, ex Latinis, in quibus Magistratus: ficut *Togatæ*, in quibus viliores personæ, introducebantur. Horat.

Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas.

Cùm verò vix videatur potuisse dari Comœdiam, in qua foli comparerent Magistratus probabilius est, *Prætextatas*, illas nobiliores Togatarum, dictas esse, ab argumenti gravitate atque honestate, nulla jocorum licentiâ atque ob'cœnitate, quæ Magistratuum & puerilæ fanditatem dedecerent. Quanquam contra hanc sententiam Scaligeri sententia quis dictas suspicari possit, Sed tales Togatæ omnes, viliorum fe. personarum, lenonum, meretricum, nepotum, quibus vitæ licentiæ congruentes lascivior oratio. At *Prætextatas* seriastotas ac graves, omnique turpitudine vacuas fuisse par est, quibus affines videntur fuisse *Trabeatæ*, quod novum genus Togatarum edidisse dicitur à Suetonio *de clar. Gramm.* M. Silius, qui fuit ab Augusto præfectus Bibliothecæ, in porticu Octaviæ. Ob illiusmodi verò gravitatem ac dignitatem personarum, argumentorumque sublimitatem, *Prætextatas* illiusmodi Comœdias veteres Gram. Tragœdias, vel ad instar Tragœdiarum, dixere. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiaria lib. 2. cap. 1. & Part. 2. lib. 4. cap 2.* Pancirolum *Var. Lect. lib. 1. cap. 15*, &c. Quà ratione *Prætextatas* nomen factum fit, exponit Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap. 6.* ubi lepidam & festivam, de Papyrio puero, narrat Hiftoriam. V. quoque A. Gellium *lib. 1. cap. 22.* ubi, *ob temperantiam, sanctitatemque in ætate prætextata prudentiam, ei puero, honoris gratiâ, cognomentum* Prætextatus inditum fuisse, narrat: quo & posteri ejus vocati sunt, Familiæ item illius cognomina fuere, *Graffi, Curiones, Matrones, Magillani, Pati & Prætextati: Carbones* verò plebeji. V. Ant. Augustinum, ut & Ant. Thyfium JC. *Notis in A. Gellium loco cit.*

Prætextatus Cos. adde: His Coss. Gordianus Imp. aperto Jano Gemino, profectus est contra Persas, *cum exercitu ingenti & tanto auro, ut vel auxilia, vel militibus Persas facile vincere posse, jul. Capitolinus in Gordianis III.*

Prætextum, apud Senecam *Epist. 71. Sed On. Pompejus amitteis exercitum: sed illud præclarum Reipublicæ* Prætextum, *opponatur uno prælio profligabuntur*: ornamentum est. In Gloffis, πανὸς, *prætextum*, quod ad extremam oram adfutum est. Hefychius πανοφορῶν vocat, extremitatem vestis in fe replicatam & corrotundatam contoramque, supra quam limbi vel falciæ purpureæ vel clavi adfuebatur, quibus *prætextabantur* vestis. Unde πανοφορούμενοι· *vestis, purpureis clavis prætexta*, & πανοφόρ, ejusmodi *clavi* in limbi &c. Hinc itaque *Prætextum*, pro ornamento. Sic *Prætextum honoris*, apud Valerium Max. *lib. 7. cap. 1.* pro Insignibus Magistratus: & *Prætextum triumphi*, apud eundem *lib. 7. cap. 1.* pro Insignibus triumphi; h. e. πτυκτὰ ἱμάτια. *Præclavium* quoque id Vet. dixere, πλατύκλαβον Græci: cùm enim clavus in veste nihil aliud fuerit, quàm purpura ὑφαντὸν, præclavus vel præclavium meritò πατυφὲς appellatur. *Circumstitum* idem fignificabat, Varro interpretatur *purpuram circum* &c. V. quoque fupràin vocibus *Peristoma*, *Peristrios* ubique *passim*. Sed & *Prætexta*, apud Valerium, uti vulgò legitur, retineri potest: dum ne pro veste prætexta accipias, quæ fuit Magistratuum insigne, non triumphantium. Namque etiam de purpura, qua vestes prætexebantur, *prætexta* vocabulum occurrit. In Glossis, *prætexta* πατυφὲς, Idem Valerius *lib. 5. cap. 5. Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit: triumphique* prætextam *hujus accepit, illius tradidit.* Ubi de ornamento vel insignibus triumphi verum videtur exponenda &c. V. Salmasium *ad Vopiscum in Aureliano*, cui adde de voce *Prætextum* Cafaub. *ad Jul. Suetonii c.30.*

Prætor, adde: *Prætores* duo, quorum unus civibus, alter peregrinis jus diceret, Comitiis Centuriatis creati sunt, & à populo jurisdictionem, fed incertam, accipiebant, poft an. U. C. 512. Ubi verò defignati erant, ex Senatusconsulto duas jurisdictiones, urbanam & peregrinam, fortiebantur, quamque sorte adepti erant, illam exercebant: quamvis factum nonnunquam, ut ambas jurisdictiones unus *Prætor* ex Senatusconsulto fortitus sit, easque exercuerit; idque non antiquis solùm, de quibus Livius videri potest, sed & ultimis temporibus. Ceterùm, priusquam jus dicerent, ut cuivis notum esset, quemadmodum anno suo jus dicturi essent, in albo Edictum conscribebant: quod initio Magistratus, habitâ concione, & jurato in leges faciebant,

bant, ut Cicero testatur *de Fin. lib. 1.* Continebatur verò Juris dicundi munus tribus hisce verbis, *Do, Dico, Addico: Dabat enim Prætor actionem, dictabat jus, addicebat, tam res, quàm homines.* Quæ tria verba non Faltis modo dicbus, quibus proin à *fando* nomen, sed & Comitialibus, imò & Nefastis primò, tari poterat: unde Paulo Manutio occasio nata tria Fastorum dierum genera faciendi. Dicebatur autem jus, aut ex superiore loco, aut ex æquo: dicebat, aut de tribunali, aut de plano: & quoniam sella posita sedentes id faciebant, hinc eos dies *Sessionum* vocatum, quorum alii postulationibus, alii cognitionibus, iuere distati. Nec modicum obtinebant partem auctoritatem *Prætorum* edicta, quod jus *honorarium* appellatum fuisse notum. Illorum propria insignia fuere, Hasta & Glacies *illa quidem ad jurisdictionem, hæc vero ad quæstionem significandam*, reliqua enim cum cæteris Magistratibus habebant communia. Porrò, quanta fuerit Urbani inprimis *Prætoris* potestas, hinc liquet, quod absente Consule summa penès eum rerum potestas esset; nisi feriarum Latinarum tempore, quo durante Præfectus Urbis jus id habebat, V. Cicer. *lib. 10. Epist. ad Famil.* Unde *Consulum Collegæ* illos nominatos esse, testis est Cic. *lib 9. Epist. ad Attic.* & Livius *lib.* 7. quod tamen non ad æqualitatem Imperii, sed ad jus auspicii (quia *Prætor* eodem creatus auspicio) pertinuisse, monet Jac. Oiselius *Notis in Gellium lib. 13. cap. 15.* Similiter per absentiam Consulum, cum dignitate eis proximus esset, *Prætor* Senatum convocandi habebat jus, viz. ad rem novam: vetera enim in Consulum absentia reservari, bonellius indicabatur V. Livium *lib. 22.* & Cic. *pro Plancio*, apud præf. Oiselium *in Gellium lib. 14. cap. 7.* Idem Comitiis Centuriatis Consules creabant: Judicorum item causâ Comitia habebant, teste Livio *lib. 34.* Ad Curiata quoque Comitia populum vocandi jus habebant &c. Veniebant autem diebus Faltis summo mane in Comitium five Forum, atque in tribunali, sella posita, adsidebant, & Accenso, ut tertium horam populo circumstanti inclamaret, imperabant: quo facto, tum per Accensum eundem populum rogabant, num quis esset, qui apud se lege agere vellet: i. qui jus poseeret. Quod feriasi publicas attinet, indicebantur illæ & proclamabantur singuli menfibus, non tantùm à Rege facrorum, sed quoque à *Prætore*: ab illo quidem, facrorum rite peragendorum: ab illo vero, vacationis à forensibus negotiis gratiâ. Hinc *Prætorum* etiam feriæ, quæ *Compitalia* dicebantur, more Majorum, verbis olim solennibus concepisse, A. Gellius *lib. 10. cap. 24.* Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap. 4.* auctores sunt. Fuere autem verba illa: *Die Nonis post Kal. Jan. Quintilibus Compitalia erunt.* Idem de feriis omnibus conceptivis atque imperativis, docet Macrobius præf. & Suetonius in *Claudio.* Qua de re V. plura, apud Jac. Rævardum *Variar. lib. 5. cap. 19.* Nec omittendum, *Prætorem*, antequam damnationis sententiam pronuntiaret, Prætextam deponere consuevisse. Do ceteri Valer. Maximus *lib 9. cap. 12.* ubi Licinium ait Mucium, Reptendandum reum, cum vidisset, judicium cogentem Ciceronem Prætextam ponere; ne bona hastæ subjicerentur, interclusis faucibus vitæ fuæ finem attulisse, quo cognito Ciceronem mihil pronuntiasse. Seneca tamen *de Ira lib. 1. cap. 16.* non depositam Prætextam, sed perverlam indutam fuisse, indicare videtur, *Et si perversa indumenta Magistratui vestis.* An potiùs ideo deposita, ut perversa induceretur, quod Mureto placuit, qui *ad Senec. ait*, à Magistratu latuto sententiam depositam Prætextam, ut eam perversam indueret, id eli, partem ejus floridiorem ac nitidiorem introrsus verteret, Odi. Ferrarius *de Re Vest. lib. 2. cap. 4.* Plura V. apud Joh. Rosinum *Antiqq Rom. solem. lib. inprimis 7. cap. 11.* Quia de Edicto *Prætoris* supra adjudicatum, addatur, fuisse id appellatum, observante Pighio *Ag. pot. Com. Edictum perpetuum*, non quòd vigorem semper obtineret (cum officio enim *Prætoris* expirabat, unde *annua lex* Cic. *in Verr.* dicta) sed respectu Edictorum aliorum, quæ medio anno, occasione subitariâ ac extraordinariâ requirente, promulgabantur; quæ proin *Peculiaria & nova edicta*, idem Cic. *in Verr. 5.* vocat. Sequentibus temporibus salv, Justianus, ex omnibus *Prætorum* Edictis, Edictum collegit totius Juris Civ. nervum ac nucleum continens, quod propriè *Edictum perpetuum* appellitatum est: eo quòd, mandato Hadriani Aug. sequentes *Prætores*, juxta illud causas decidere, neque ab eo ullatenus recedere, tenebantur, V. Sigonium *de Judic. lib. 1. cap. 6.* Solebant denique *Prætores* maximis fumtibus ludos edere, ut se populo commendarent; in quibus ipsi mappâ signum dabant emittendarum quadrigarum, unde *Aperire* dicti. Tum autem totum humerum cum brachio togâ habebant exertum, qui *exertus Gabinus* dictus eli, quo habitu idem, Consulesque erant, quoties in aliquo actu solenni versabantur, five rem divinam facerent, five portas Jani aperirent, five alia hujusmodi munera obirent. In antiquo certè Lapide, apud portam Nomentanam, visitur *Prætor* mappam mittens & exertum togâ humerum habens. Neque alio habitu jus dixisse, discimus ex Tertulliano *de Pallio cap. 3. Idem Cato Juridicine sua in tempore humerum exerens, haud minus palliato habitu Græcis favit.* Nempe Cato, Prætore fuo tempore, cum humerum exertus togam ritu Gabino cinctam haberet, quasi palliato habitu videbatur esse, & Græcis Philosophis, Cynicis inprimis, dum sic eorum habitum imitaretur, favere. Ita enim exertum humerum habebat togâ, ut illi pallio, Ἐξωμὶς hinc dicti. Salmasius *ad l. De Prætorum* aliis quibusdam generibus, V. *infrà.*

Prætorum varia genera, apud Romanos.

Cereales *Prætores* duo, à Cæsare Dictatore reliquis additi sunt, testibus Tranquillo, Dione & Pomponio.

de Fidei commisso qui jus dicerent *Prætores* duo à Claudio imp. inftituti leguntur, apud Festeffilam *de Magistr. Rom.* qui sic 18. *Prætorum* numerum complerunt. Ex his cùm unum detrassset Titus, ejus in locum Nerva restituit, qui inter Fiscum & privatos jus diceret.

Fiscalis *Prætor.*

Peregrinus, V. *suprà.*

Provincialis, dictus est, qui; provinciis præfectus, illis jus dicebat, & si res cogeret, bellum administrabat, de quibus prolixius hic *infrà.*

Prætores Quæstores, appellati Urbanus *Prætor*, V. *suprà.*

Prætor Provincialis, qui provinciam regebat. Initio enim provinciis præfecti iure *Prætores*, ut & jus provincialibus dicerent, & si res postularet, bellum administrarent. Itaque *Prætorum* numerus ob id crevit, qua provinciarum crevit numerus. Nam cùm duo, ut dictum, Romæ Prætores essent, unus, qui inter cives; alter, qui inter peregrinos jus diceret: ac provinciæ duæ, Sicilia atque Sardinia essent institutæ, visum est faciendum, ut *Prætores* alii in eos duo adjicerentur. Inde duabus ad imperium adjectis *Hispaniis*, totidem alii accellerunt, qui quaterni quaternas in singulos annos administrarent provincias. Verum, quoniam in ipsis provinciis sæpe tumultus ac bella graviora excitabantur, hinc etiam Consulibus provinciæ committi cœperunt; sicque duo potissimùm ordinarii fuere Provinciarum Rectores: *Prætores*, qui in Prætura, & Consules, qui graviore urgente bello, provinciis præessent. *Prætores* itaque provinciales sicut & reliqui, Comitiis Centuriatis creati: iisque, ubi erant designati, decretæ à Senatu Provinciæ sunt, quas sortirentur. Insignia fuere iidem, quæ Urbanorum, unde à lex Focuribus ἐξωμίδα Appiano dicta lunt: tempus ordinarium fuit annuum. Si vero prorogato post Prætoram imperio in provinciis remanssissent, *Proprætores* appellati sunt: quod quidem usque ad ann. U. C. 600. obtervatum est. Postea verò, cùm L. Calpurnius Piso Tr. Pl. Marcio Censorino, M. Manilio Coss. anno ipso 604. telte *in Bruto* Cicerone, primus de quæstione perpetua Repetundarum tuisset, L. ille *Prætorius* is, qui provincias otiri solitus erant, unus Provinciæ loco quæstionem Repetundarum fortietur; eique per annum in Urbe præfuit: Cumque idem postea, etiam in aliis quæstionibus ac Prætoribus, alii aliâ lege sanxilent, factum est, ut *Prætores*, qui quotannis adhuc seni tantùm creabantur, jurisdictiones duas, quæstiones quatuor aut plures ex Legibus, quæ de quaque quæstione latæ erant, in sortem conjicerent eaque per annum in urbe exercerent: extremo autem anno, ex Senatusconsulto provincias in posterum sortirentur: unde hi *Proprætores* dicti, de quibus V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 43.* & infrà in voce, *Proprætor.*

Prætoria Cohors, dicebatur olim comitatus Proconsulis in provinciam cuntis, continebatque Adjutores, Miniltros, comitesque ejus omnes, quos cum usus ratioque provinciæ, tum dignitas ipla Magistratuum ac Reip. postularet. Fuerunt autem Legati, Tribuni militum, Centuriones, Præfecti, Decuriones, aliique militarium operum rationumque adjutores atque ministri: Præterea Scribæ, Accensi, Præcones, Lictores, Interpretes, Tabellarii, Auspices, Cubicularii, Medici &c. inter quos referendi quoque Adolescentes, qui rei militaris percipiendæ & provinciæ cognoscendæ gratiâ Magistratum in provinciam sequebantur. Joh Rosinus *Antiqq. Romanarum lib. 7. cap. 42.* Quòd à *Prætore* nunquam discederet, sic dicta. Manst postmodum vetus appellatio novo instituto militesque ab Imperatoribus corporis seu custodiæ causâ delecti, *Prætorii*, item *Prætoria cohors*: & Dux eorum *Prætorii Præfectus*, de quo infrà, & locus, in quo excubabant, *Prætoria castra*, dicta sunt. Similiter tabernaculum, quod Duces Exercituum vel Imperatores, five Consules, five Dictatores, five *Prætores* five Tribuni militum Consulari potestate ii essent, occupabant, *Prætorii* appellatione perpetuò veuit. V. eundem

dem *lib. 10. cap.* 12. Quà voce quoque posteriori ævo villas omnes elegantiores & non rusticè usus, dici cœpisse, Suetonius Auctor est, unde *Prætorium est villa urbana*, Salmas. V. *infrà*, & de *Prætorianorum* Bello, sub Maximo & Balbino, Capitolinus in *Vita horum*.

Prætoriæ Provinciæ, dictæ sunt X. provinciæ, quas Strabo enumerat *lib. 17. sub fin.* Ex provinciis enim, quæ Populo assignatæ sunt, in divisione pot Augustum institutâ, duæ quidem *Proconsulares* erant, quibus qui præerant, *Proconsules* dictisunt, Africa nempe & Asia; Decem verò *Prætoriæ*; reliquas omnes sibi Cæsar retinuit, ac regendas suscepit, & in eas modò Consulares viros mittebat, modò Prætorios, modò Equites. E quibus Consulares qui mittebantur, *Legati Consulares* dicti sunt: qui Prætorii, *Legati pro Prætore*; Græci Πρεσβεῖς Υπατικοὶ & Πρεσβεῖς Στρατηγικοὶ eos vocarunt, Strabo *lib.* 3. Quos vero ex Equestri ordine ad regendas provincias mittebat, hi minutis provinciis præerant, *Præfecti* nomine atque *Procuratorum*. Interim pro arbitrio suo Imp. provinciarum jura & administrationes sæpe mutabant, & quæ Populi erant, suas esse volebant, suas autem Populo transcribebant, atque sic de Consularibus Proconsularesque & contrà; de Præfidalibus Prætorias & de Prætoriis Præfidales faciebant, ut ex antiquis inprimis *Inscriptionibus* clarissimè patet. Porrò Cæsar, in provinciis suis Prætorios plerumque jure Consulari esse jubebat, quo pacto Consulares diebantur, qui nunquam Consules fuissent. Sic Plinius Cæcilius *legatus Augusti pro Prætore in provincia Ponti Consulari potestate*, dicitur in vet. *Inscr.* Quod sub posterioribus Imp. passim usurpatum. Idem & in Populi provinciis fiebat; Nam Prætorii plerumque jure Consulari, in Prætorias provincias, mittebantur à Senatu, qui etiam *Proconsules* vocabantur. Unde Suetonius in *Augusto*, cùm inter Populi provincias effent & Prætoriæ, *Proconsulares* tamen omnes vocat. Et apud Auctores *Historiæ Aug.* aliquoti locis *Proconsulares Legatorie* & Præfidales tantùm memorantur: ubi per *Proconsulares*, quæ Populi erant; per *Legatorias*, quæ Cæsaris, tam fc. Consulares, quàm Prætoriæ, intelliguntur. Cum autem Prætorium mittebat Cæsar in provinciam, ut eam regeret potestate Consulari, is non *Proconsul*, fed *Consularis* tantùm dicebatur: at cùm Senatus in eam provinciam, quæ sui juris esset, Prætorium mitteret jure Consulari, *Proconsul* dicebatur. Hoc enim inprimis vitiarum sub Historia Rep. Namque Prætorios, cum potestate Consulari & XII. fascibus, interdum in provincias Senatus misit, ut C. Ciceronem in Asiam, de quo Suetonius in *Augusto*, &c. V. Salmasium ad *Spartianum in Hadriano*, ubi plura hancin rem, ut & *hic publicis*.

Prætoriæ Vitæ, eædem cum *Regalibus* seu *Consularibus*, de quibus V. infrà, ubi de *Vita publicis*.

Prætorio Præfectus, dictus est olim, qui militibus iis præerat, quos Imperatores in sui custodiam allegerant: *Peierer enim*, inquit Æsconius Pædianus, *omnem Magistratum, cui parere exercitus*, Prætorem *appellaverunt*. Auctor instituti Oct. Augustus fuit, ut Suetonius & Dio docent: postmodum à Tiberio id stabilitum est. Et primùm quidem ex Equitibus tantùm Romanis Prætorio *Præfectus* legebatur: Dein verò, cùm ex Præfectis quoque Imperatores creati sunt, quorum primus Macrinus fuit, tum non Senatoribus modò, verum etiam Consularibus, hæc dignitas patuit: duravitque hic Magistratus, ad Imperium usque Constantini M. quo tempore, cùm *Prætoriani* pro Maxentio stetissent, contra Imperatorem, hic post victum occisumque Tyrannum, castro *Prætorio* diruto, cohortes *Prætorianas* exauctoravit, atque ita *Prætorio Præfectorum* dignitatem sustulit. In quo tum locum, quum idem Imperator novam Romani Orbis divisionem excogitasset, ipsumque in quatuor præcipuas partes seu Diœceses divisisset, quatuor quoque *Prætorio Præfectos* instituit, in *Galliis* viz. *Italia*, *Illyrico* & *Oriente*: qui tamen non nisi civiles causas discepterandi jus habebant. Olim verò, quanta munera hujus fuerit auctoritas ac potestas, Aurelius JC. docet his verbis: Ad vicem Magistri Equitum Præfectos Prætorio antiquitus institutos esse, à quibusdam traditum est. Nam cùm apud Vet. Dictatoribus ad tempus poteftas fumma crederetur, & ii Magistros Equitum sibi eligerent, qui, affociati Principali curæ, militiæ fecundam poft eos potestatem gererent, propterea quod Reip. ad Imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem Magistrorum Equitum, Præfecti Prætorio à Principibus electi sunt, dataque est eis plenior licentia, ad disciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis Præfectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut à Præfectis Prætorio appellari non posit &c. Et paulo infrà, Subnixi etiam sunt a plo privilegio, ne à sententiis eorum minores ætate ab assis Magistratibus, nisi ab ipsis Præfectis Prætorio restitui possint. Nec omittendum, quamprimum *Præfectus Prætorio* lectus effet, dari ei ab Imperatore cingulum cum gladio fuisse solitum: unde memorabilis illa Trajani vox, cùm Præfectum fuum cingulo donaret, dicentis: *Si è Rep. imperavero, pro me; fin secus, contra me ulcere*, Plinius *Panegyr.* Eosdem in Prætexta fuisse, licèt jus lati clavi non haberent, patet ex Dione, ubi eam dat Sejano *lib. 58. Quem vũ πεπορφυρῶσθαι ἐφοῦτο ornaverant, ad fupplicium duxerunt.* Unde de eodem Juvenalis *Sat.* 10.

Hujus, qui trabitur, prætexam sumere mavis,
Aut Fidenarum Gabiorumq; esse pusillus.

V. Oftav. Ferrarium *de Re Vestiar. lib.* 2. cap. 3. & plura de hoc munere, apud Wolffg. Lazium *Comm. Rep. Rom. lib.* 1. & 2. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 7. *cap.* 34. Thom. Godwynum *Antiol. Rom. lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 10. Thom. Marcilium *ad Titum Suetonii* inprimis, *cap.* 4. ut & in voce *Præfectus*, item *Præfectus Prætorio*. De *Præfecti v. Prætorio* Vicario, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 806. & infrà.

Prætorium, tabernaculum Prætoris, quod semper in medio erat castrorum, quum simplicia erant castra; paulo aliter verò res habuit, cùm duo castra jungebantur, qua de re ex Polybio pulchrè differit Salmasius *ad Solinum pag.* 671. Prope illud in ipso metationis centro *locus grumæ* erat, qua groma ibi ponebatur, ad dictandas metas: ad quem proin locum, velut ad Forum, è quatuor partibus, congrueban at ac conveniebant homines, ad introitum Prætorii, V. de magnificentia ejus, cum Templo proin comparati à Josepho, Casaubonum *ad Julium Suetonii cap.* 47. &c. Item locus in provincia, in quo Prætor sive Proconsul Jus dicebat. Posteriori ævo *Prætoria* dicta sunt Villæ omnes urbanæ elegantiores & non rustici usus. Æl. Lampridius *in Heliogabalo*, *Fertur, cùm quinquies convivia, vel pro ea libras auri mille, ut in* Prætorio *eam dimitteret.* In prætorio namque his ac villis elegantioribus phasiani, gallinæ rusticæ, meleagrides, pfittaci, merulæ aibæ, & aves aliæ id genus raræ ac inufitatæ, non folùm ad gulam & culinam habebantur, fed etiam ad voluptatem & ornamentum villæ. Cùm igitur Alagabalus convivis fuis promiffet, fe phœnicem exhibiturum, quoniam rara unicaque avis eft, ut eam redimeret ac dimitteret in *Prætorio* fuo, pro eadem aut libras mille fe daturum eft pollicitus. Apud Paulinum Statium *lib.* 1. *Sylv.* 3. hoc fenfu vox occurrit, *vers.* 25. ubi de Villa *Tiburtina*,

—— *nec te miffimus annis*
Dividit, alternas fervans Prætoria *vices.*

Ibi enim, magnificentiora ædificia ad ripas fluminis intelligun tur. Cujusmodi *Prætorium* in Villis etiam memorio, apud Pallad. *lib.* 1. *cap.* 8. & 11. alibique, laudatos Franc. Jureto *ad Symmachum lib.* 9. *Epist.* 17. & Cafp. Barthio *ad Statium.*

Prævaricari, apud Plinium, *Arator nisi incurvus, prævaricatur*, eft non rectà incedere, fed obliquè, non rectà fulcum agere. Ut rectum enim fulcum dirigat arator, incurvus effe debet. Gloffæ, *prævaricas*, Λοξοπλέξεις, imò Λοξοπλέξεις, *i. à recta via deducit.* Nam σκαλὸς eft *scambus & varus.* Nifi forte Λοξοπλέξεις retinendum, quod eft *crura in inversum pandere* & idem cum *varicare.* Sed ut *prævaricare* eft, qui valde *varus* eft, & *pregrandis*, aquil grandis, ita *prævaricari*, qui ultra modum *varicat.* Certè *varus* eft ille varicatique, qui pedes non rectè ponit, fed ad exteriorem partem eos detorquet. Ergo *prævaricari*, qui id fupra modum facit. Inde in officio fuo *prævaricare* dicuntur, qui non rectè ambulant, ut funt illi Patroni, qui clientum fuorum caufam adverfariis tradunt, &c. V. Claud. Salmafium *ad Solinum pag.* 945. & *infrà paffim*, inprimis in voce, *Varus.*

Prævenire Convivia, elegantes dicit Vopifcus *in Floriano*, ad quæ venitur horâ folitâ maturiùs, ut fere moris erat in conviviis fumtuofioribus. Catullus,

Vos convivia fumtuofa lauiè
De die facitis.

Ea enim tempeftivùs & de die inibantur, h. e. de meridie, uti quidem vox *dies* hic fumitur. Unde Ciceronis dictum in homines gulæ & ventri deditos, *de die, & in diem eos vivere.* Et apud Livium *lib.* 29. qui diem feftum Dianæ egere, *de die dicuntur epulati* feu tempeftivis epulis celebravisse. Quarum tempeftiorum quæ quietam conftitutam fuiffe, patet. Cicero enim idem, *in Pisonem, Demioiffin' eenam, cùm ad te quintâ ferme horâ cum C. Pisone veniffem, nefcio quo è gurgufiio te prodire, involuto capite, foleatum?* Undeeft, quod Cæcilianus ille apud Martialem, abipfo invitatus, ad quintam venerit, V. infrà in voce *Quinta*, item in voce *Tempestiva convivia*, & plura hanc in rem, apud Salmafium *ad Vopiscum.*

Prævenientes Milites, fub difpofitione Ducis Mœfiæ fecundæ, memoratur in *Not. Imp.*

Præurica, qui præfi *uxigini* equorum, ὁ τῶν ἵππων ἐπιστάτης, pro quo corrupte vulgò *Præurga* & *Prœriga* dicitur. Pro *uxigine* autem *virginem* dixit Arnobius *lib.* 7. *Semeleæ fabulis virgo contorsit.* V. Salmafium *ad Solinum pag.* 893.

Pragmatici, homines dicti funt forenfis profeffionis, qui caufarum actores Juris ignaros nonebant interdum, Juris refponfa actionumque formulas fubminiftrantes; quafi admonitores politici, dicendorumque fuggeftores, cum ad juris difceptationem venium erat: *Juris Interpretes* Quinctilianus *lib.* 3. *cap.* 6. More à Græcis ad Romanos translato. Cicero *de Orat. lib.* 1. *Itaque, non ut apud Græcos, infimi homines meredul, addnfti miniftros fe præbent in Judiciis Oratoribus ii, qui ab illi,* Pragmatici *vocantur.* Et Fabius *l.* 3. *c.* 3. *Neq; ego fum nefcii mori, igna-*

ignarus, obliturve eorum, qui velut ad aram sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem Græcis quoq; nescio facilimè fuisse, unde nomen his Pragmaticorum *datum sit.* Olim vero Romanorum Forum iis fuerat usum, Hottomannus apud Joann. Calvinum *Lexic. Jurid.*

Pragmaticum, τὸ Πραγματικὸν, seu *Pragmatica Sanctio*, aliter *Factum*, non est Edictum quodvis id, sed id, quod in publicis causis fieri solebat, ad preces civitatum & provinciarum, & ad fugitionem pleromumque Judicium ac Prædium provinciarum. De quo genere ita Constantini sanctionem esse, statim initio ejus prodimur: *Saluberrimâ magnificentiæ suggestione inter reliquas Reip. necessitates emolumenti subfruili, observanda provinciabus institui* &c. Dicebantur 2. *Pragmaticæ* ithmumodi Rescripta, quòd longo tractatu & confilio habito foleniter & multa verborum dissertatione formarentur. Quo modo quidquid fit, Græcos πραγματικὸν vocare, notum. Sic Πραγματικὸν τύπον Polybius appellat, quæ res gestas diligenter ac copiosè narrat. Eodem fensu τὸ πραγματικὸν Strabo dixit, *lib.* 13. cui opponit Σύγκρισιν ἱστορικὴν, Τὸ πραγματικὸν Graci simpliciter vocant talia Rescripta: ut in Concilio Chalc. Can. 12. Πραγματικῶν ὑποκειμένων τῶν μὲν ἐκκλησιῶν τῶν κεκτημένων. Zonaras. Τὸ πραγματικὸν exponit πρᾶγμα ἱστορίας &c. Dicitur etiam *Pragmatica Jussio*, *Pragmaticus Typus*, Πραγματικὴ τύπωσις &c. quibus vocibus sæpe Concilia utuntur, ad denotanda Rescripta Principum, in causis alicujus Communitatis aut Collegii, non verò in causis privatis. Dominic. Macer *in Hierolexico*, V. etiam Salmasium *ad Capitolinum in Gordianis*, & supra in voce *Factum*. De celebri autem Pragmatica Sanctione Ludovici IX. & Caroli VII. Galliarum R. diximus quædam alibi.

Prandium, Plutarcho παρ' ἑσπέραν, quòd *Meridie* sumeretur, antiquitus in usu non erat, Servius Honor. *in Æneid. lib.* 4. Unde Isidorus *Etymolog. lib.* 2. *cap.* 20. *Est autem*, inquit, *cæna vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant, in usu enim non erant prandia.* Semel enim in die cibum capere, neque fub meridiem, ut nunc fit, fed in vesperum illud differre, vetus frugalitas solita est. Salvianus Massil. *de Provid. & Jud. Dei lib.* 1. *Nunquid quærum illum tunc agrestemque vitam cum gentis & duræ re tolerabant, cum viles & rusticos cibos, ante ipsos, quibus exerant, fues, fumerent; eosque ipsis capere, nisi ad vesperam, non liceret.* V. quoque Casiodorum in *Psalm.* 14. & Boëthium *de Consol. Philos. lib.* 2. *metro* 3. quibus adde Pompon. Sabinum & L. Senecam *Epist.* 122. Postea bis in die epulari receptum, unde Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. apud Antiquos, *viros mandere & cænitare in propatulo, verecundiæ non fuisse*, ait: Aurelioque Macrobius Legum quibusdam, quibus imitantur, *ne patentibus tamen prandium venire & cænitare, Saturnal. lib.* 3. *cap.* 13. V. quoque Plut. *Sympof. lib.* 8. *cap.* 6. Polluccm *Onomaft. lib.* 6. *cap.* 1. &c. & facit huc mos Græcorum, apud quos nata Ἀρίστου & Δείπνου, Prandii ac Cænæ vocabula. Sed breviffima parcifimaque haec *Prandia* fuere: imò, ut quidam volunt, non nisi lautiorum, qui & ipfi fine ulla fercularum pompa aut fplendido apparatu accumbebant merè in privatæ penfiri, ad magnificas verò & exquisitas epulas amicis in cœnam condicebant, Celsus Medicus *lib.* 1. *cap.* 3. Feftisamen diebus, vel nuptiarum tempore, vel etiam ambitionis, largitionis luxuriæve causâ, fumtuosius inftrui affuevere. Sumebatur autem prandium Meridie, ut dictum, nam ὄψιος *meridianum tempus*, & ὀψὲ ἀρίστου meridiari, annotante Plut. *Sympof. lib.* 8. *cap.* 6. unde *Prandio* nomen; quo fumto quiescere Veteres foliti, ut effet velut alter dies, inter *Prandium* & Vesperam, Plin. Jun. *lib.* 3. *Epist.* 5. quod Sen. *Epist.* 84. *interjectæ diem*: Hor. *Sat. lib.* 2. *od.* 1. *Partem folidæ demere de die*, inquit. Manifitque hic meridiandi mos ad declives usque translati Imperii lapfus. V. quæ de Augusto Suetonius *cap.* 78. de Caligula idem *cap.* 38. de Trajano Plinius Jun. *Panegyr.* de Alboino Longobard. R. P. Diaconus *Hiss. Longob. lib.* 2. *cap.* 28 & de Romanis meridiantibus, urbe ab Alarico Gothorum R. captâ intratuque, Greg. Turon. *lib.* 10. *cap.* 2. & Procopius Cæsar. *lib.* 3. tradiderunt. Vethgium ritus & in facris, 2. Reg. 19. 11. ubi de Davide & in Hiobo *cap.* 24. Hinc Q. Catullus *Epigr.* 30.

Mea delicia, mei lepores,
Jube ad te veniam meridianum:

Quod paucis interjectis exponens, ait:

Nam prandius jaces & fatur, fupinus, &c.

V. quoque Hieron. Mercurialem *Var. lect. lib.* 4. *cap.* 17. *in Arte Gymn. lib.* 1. *cap.* 9. Aldum Manutium *lib.* 1. *de quæst per Epist. Epist.* 4. Thom. Dempsterum *Paradipom. in Rosinum lib.* 5. *cap.* 27. Alios. Horam *prandii* quod attinet, *sexta* illa fuit fecundum quosdam, ficut hora jentaculi tertia, aut quarta. Unde Martialis eum, qui ad quintam venerat prandsurus, ferò venisse dixit, ut jentaret, nimis tempori, ut pranderet:

Mane veni jentas, nam cur te quinta moretur?
Lis jentat, sera, Cæciliane, venis.

Alii verò *septimam* faciunt, ex Galeno *Tract.* 2. Τροφῶν. Olim Telephum Grammaticum, in quibus diebus non lavabatur, ungi solitum brevi attestit, *prandium autem circa horam septimam*, ait. Nempe urebantur Sole, ut Plinius habet *lib.* 6. *Epist.* 16. frigidâ lavabantur, guftabant, dein prandebant. Alii verò imprimis totum durabant diem, ut diximus. V. Salmasium *Not. ad Vopisci Tacitum.* At pueri, qui famem non ferunt, opifices, fervi, viatores, quorum vires labore fractas refici ebo neceffe; lenes tandem & valetudine tentati, quare in die cibum fumfere: Nempe matutinum jentationem, quam *Prandium* dixere priffi; hinc *Prandium*, tum cœnam, tandem comeffationem. Donec hum & nequitiâ ferpente, mutenda, quæ, *Prandii* nomine & ufu nondum introducto, prandii loco Veteribus erat, ei locum ceffit, & poft prandium, quoniam à meridie ad vefperam jejunitas nimium longa videretur, intermedio tempore fumi cœpit. V. præfatum Rufinum *lib.* 1. *cap.* 26. Nec præterea dubium, quod jam tetigimus, *antiquitus prandium idem cum rencaulo* fuisse, docere Feftum: quemadmodum vocc δόρπον Græcos modo *epulum* quodvis, modo *cibum matutinum*, modo *meridianum* feu *prandium*, modo *epulum vespertinum*, denotare, docet Cl. Suicerus *Thes. Eccl.* donec temporis tractu fignificationes hæ diftinguì cœperunt &c. Epulum quodvis ecrte fignifecat, in illo Heſiodi, ὁ δεῖπνον κοιῶν, *pro* ἐφεδρὸν, i. *comedere*, & Baffamonis *ad can. IV.* Concilii Antyrani, δεῖπνον ὁ ὄντως, *convivium idololatricum*. V. hic paffim.

Prandium Militare, apud Trebellium Poll. *in Gallienæ*, *Dicunt enim militare prandium* (*quod dictum est prandium, ab eo, quod milites ad bellum parent*) *à cinctis Ivnium*: Grutero cum *Manasa militari*, apud Lampridium *in Heliogabalo* idem eft, ficque dicebatur illi frugalior menfa, qua lu eratores olim foliti funt fuos Duces excipere. Cafaubonus, cum Romani, quoties aliquem invitarent, ad cœnam vocarent, Imperatorem contrà, *ad Prandium*, Duces fuos invitare foliti ut, ait, idque effe appellatum *Prandium Militare*. Et quidem Menfa hæc parca & raftrenfibus tantùm cibis inftructa fuit, usque ad Heliogabalum, qui *Romanorum Ducum primus hydrogarum publicè exhibuit, quum antea militaris menfa effet, quam poftea ftatim Alexander reddidit*, Lampridius *in Heliogabalo*. Cinctî autem huic prandio intererant Militares viri; unde origimem inde arcefit Salmafius, quòd, quemadmodum non licebat ad Imperatorem accedere Magiftratibus, nifi cum infignibus fuis; nec hos inibui fo renfibus, nifi cum toga; ita nec militibus, nifi cum eh amyde & balteo. Fruftra ergo Pollio eft, cùm *a.l.* à Salonini tacto eam deducit. V. Salmafium *ad eum.*

Prænsorium, Isidoro item eft cum promulfidario, quod vide infrà.

Prænsus paratus, Prov. locutio, quæ quid indigitet, diffcrimine ex Statio *Thebaid. lib.* 8. *verf.* 169.

—— *mensas alimentaq; bello*
Debita.

Nempe cibis largius fumtis fefforum corporum vires reparare foliti funt milites, & novis fic belli laboribus præparabantur: quod receptum olim ubique difcrimine infigniori fit manente. *Curtius lib.* 3. *Cæterùm, ut folet, cum ultimi diffcriminis tempus advenit, in folicitudinem verfa fiducia eft.* —— *Itaque corpora militis curare juffit, ac perinde terrâ vigilâ inftructis & armatos effe.* Hoc eft, *præffi parati* adeffent. Petronius *Satyr. Hæc locutus gladio latus cingor, & ne infirmitas militiam terreret, cibis excito vires largioribus.* Ad quem locum V. Bourdelotii *Scholia*, ubi aliquot loca Homeri eam in rem laudat. Qualis inter alia ille verfus apud Athenæum *lib.* 1. *cap.* 10.

Οἰ δ' ἄρ' ὄπιθεν ἔκορ', κὸν δ' ὠτὸν ἅμφεκόβη.

V. quoque Diodorum Siculum *lib.* 11. ubi de Leonida & nobiliffimis Spartanis. A militibus nomen manuò fumpfere alii, ut de Senatu Romano, cujus ipfe pars fuit, feribit Dio Caffius *lib.* 73. laudatus Cafp. Barthio *Animadverf. ad Papinium Statium d. l.* &c.

Præfina Factio, una ex quatuor Circi factionibus, à *præfino*, h. e. viridi intenfiffimo, feu porraceo, colore nomen habuit. Tertullianus *de Spectac. cap.* 9. *Aurigis colorius tubulatarium vestiuntur, & ab initio duo fuli fuerunt, albus & russeus. Albus hyemis ab nives candidas, russeus æstati ob solis ruborem, mox erant: Sed poftea tam voluptate, quàm superfitione provectâ, russeum illi albo, album Zephyrin conscreaverunt*: Præfinum verò *Terræ Matri, vel verno: Venetum cælo & mari, vel autumno.* In quæ cùm tota Civitas divifa ac velut quadripartita eft, alii uni, alii is alteri factioni faventibus, nec ulla pars Civitatis, ufusque hominum convenius reperiretur, in quibus, certaminum tempore, de hujusmodi factionibus aut ftudiofiffimè non difceptaretur, aut faltem fermo non haberetur, quemadmodum ex Plin. *lib.* 9. *Epiff.* 6. & Martial. *lib.* 14. *Epigramm.* 34. videre eft: non tamen ulla fuit, cui magis quàm *Præfinæ* faverent Romani. Non enim folùm Caligula ei apprimè addictus, *fic ut canaret in ftabulo affidinè & maneret*, teffe Suetonio *cap.* 14. & Nero, unde agitatorem *Præfinum* habuit, apud cund. *cap.* 55. & Dionem: Sed & maior Romanæ civ. pars in eandem propenfa fuit. Unde Juvenalis *Sat. II. verf.* 195.

Tuam hodie Romam Circus capit & fragor aurem
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.
Nam si defieres, mœftam attonitamque videres

Hanc Urbem, veluti Camarum in pulvere vilis Consulibus.

Quas in favendo contentiones inde ortas existimat Mercurialis de *Arte Gymn. lib. 3. cap. 9.* quoniam Romanorum quorumlibet vestimenta quatuor duntaxat his coloribus texebantur, quorum proin quivis ei factioni, quæ sibi similem colorem profiteretur, potissimum favebat. Aliud tamen videntur suadere illa Ovidii *de Arte lib. 1.*

Cujus equi veniens, facta studiose requirat,
Nec mora: quisquis erit, cui faves illa, fave.

Duraruntautem hæc studia, usque ad Iustiniani Imp. Principatum, quo, ex *Procopio* & *Venetæ* factionum contentione, ingenti diffidio, atque hinc quamplurimis mille hominum cladi ortis, Factionum nomina abolita funt, ut docet Zonaras, & ex eo Cuspinianus. Factionis *Prasinæ* agitatoris M. Aur. Liberi, memini vetus Inscr. *M. Aurelio. Libero. Patri. &. Magistro. &. Stato. Domino. &. Agitatori. Factionis. Prasinæ. Aurelius. Cæcilius. Planusa. Protogenes. ob. III. palmarum. hoc. donum. vovit.* Alterum extat monum. apud Onuphrium, in hæc verba: *C. Appuleyus. Diocles. Agitator. factionis. russatæ. natione. Hispanus. Lusitanus. ab. universum. 37. mens. 7. d. 24. Primum. agitavit. in. factione. alb. universum. Arvisi. &. Cornelio. Pantera. Coss. Primum. vicit. in factione. eadem. M. Acilio. Glabrione. C. Bellicio. Torquato. Coss. Primum. agitavit. in. factione. Prasina. Torquato. Asprenate. II. &. Annio. Libone. Coss.* V. Thom. Dempsterum *in Rosinum Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 5.*

Prasinæ, apud Jul. Capitolinum *in Maximino Jun. Monstrum de albis novem, vesticulum de prasinis undecim, dextrocherium cum cofinula de hyacinthis quatuor* &c. smaragdi funt. Nihil enim tam viride, quod smaragdo comparatum virere dici queat, uti Plinius alicubi habet; & chrysocollam smaragdumque ejusdem coloris esse, tradit Theophrastus: Chrysocollam autem probat Dioscorides *τὸν κεκλημένον πρασίζοντα*, i. *saturè prasinam*. Plinius idem, summam commendationis esse in Chrysocolla dicit, ut colorem herbæ fegetis lætè virenti quàm simillimum reddat: quem colorem *prasinum* Latini proprie vocarunt ex Græco. Unde *de Prasini factio*, & smaragdus quoque *prasina*; quo modo etiam pallim vocatur apud Anastasium. Sic Epiphanius, *Αἰθιοπικὸν δὲ, κεκλημένον τὸ πράσινον*, *Lapis smaragdus, qui vocatur etiam Prasinus.* Sed & colorem maris his attribuunt: Nam de smaragdis intelligit Martialis hoc versu,

Tres concolores flectibus maris gemmas.

Et Plinius, *smaragdorum virens mare* &c. V. Salmasium *ad Solinum pag. 195.* Uti verò Capitolinus, *albas*, h. e. margaritas, *prasinas & hyacinthos* jungit, ita apud Anastasium tria hæc gem. genera semper videre est simul & junctim posita: *in Leone* in primis V. *Circelli paria duo, habet gemmas preciosissimas, albas numero decem & octo, prasinas octo, hyacinthinas quatuor.* Similiter, nulli licere in frenis aut balteis, *margaritas, smaragdos aut hyacinthos*, aptare, in *Codice* legimus. V. Eundem *ad Capitolinum loco cit.*

Prasinum, apud Capitolinum *in Vero*, sub. *color*, *Amavit & in antiquo*, *Prasino favens*: est *Prasina factio*, ut Suetonius vocat *in Caligula*, V. supra *Prasina Factio.*

Prasium prom. hodie *Mozambicum*, V. Salmasium *ad Solinum pag. 244.* & in voce *Prasium.*

Prasella, vulgò *Preaux*, vetus oppidulum & monasterium Monachorum S. Benedicti Regulæ, ut vocant, subjectorum, in finibus Lexoviorum & in valle ad Risclam flum. propinquum Ponti Audomari, fed *Prasellenſi* Abbatiæ Benedictinarum propius. Meminit *Prasellenſis* Abbatis, cui à loco nomen, Order. Vitalis *lib. 12.* apud Valesium *Notis. Gall.* voce *Ulterior Portus*, Origo nominis à *prasellum* seu *prasium*, quod apud Monachos locum quoque sub dio notat, seu atrium, quod Claustri porticus cingunt in Monasteriis, Gall. *le Preau.* C. du Fresne *Gloss.*

Prasella Lex, de ambitu lata C. Fabio & C. Plautio Coss. anno U. C. 398. memoratur Livio, his verbis: De Ambitu à C. „Pratellio Tr. Pl. auctoribus Patribus tum primùm latum ad Po„pulum est, eaque rogatione novorum maximè hominum am„bitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, com„pressam credebant. Verùm tacito pòst consensu abrogata illa videtur, quippe cùm petitores Magistratuum etiam in Provinciis, ad Colonias & Municipiorum gratiam colligendam, accurrisse constet. V. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 29.*

Prasum, cùm vox appellativè sumitur, quid significet, notum. Ex eo autem dictum est, quòd *parasum* ad fructum recipiendum; seu, ut ait Columella *lib. 2. cap. 17. quòd pratinus esset parasum, nec magnum laborem desideraret.* Græcè λειμὼν, à verbo λεῖω. Prata enim *relinqui debent in lato solo, vel irriguo, vel humido: tale, quod pluvia rigari vix publica*, Plin. *lib. 18. cap. 28.* quo toto de *pratis* agit. Pauca hæc inde excerpere visum. Here„ba optima in prato trifolii —— secandi tempus, cùm spica de„florescere cœpit atque roborari —— noctibus roscidis fecari me„lius —— Fuit hoc quoque majoris impendii apud priores. Cre„scitis tantùm transmarinique cotibus notis, nec nisi oleo falcis „acies excitantibus —— Justum est una operâ jugerum in die de-fecari, alligarique manipulos mille ducentos quaternum pondo —— Rurius rigari defecta oportet, ut secetur autumnale fe„num, quod vocant cordum. Interannæ intimbria quater an„no secantur, etiam non rigua. Tet verò plerisque in locis, & „postea in ipso pabulo non minus emolumenti est, quàm à fœno.“ Armentorum id cura, jumentorumque progeneratio finum cui„que confilium dabit optimum, maxime quadrigarum queſtus.“ Gall. *Pré*, dicitur, unde illustri familiæ nomen, de qua infrà.

Pratum Longum, *Pratum*, Monasterium Virginum situm in Lingonibus; cujus meminit Hadr. Valesius *Notis. Gall.* in voce *Lingones.*

Praxeas, adde: Sectatorum hinc ejus, qui *Praxeani* dicti, quosdam non tinxisse, *in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* quosdam verò servasse formam in Baptismo Evangelicam, cosque, qui sic ab his baptizati essent, à Catholicis, ut verè baptizatos, fuisse receptos, docet Joann. Forbesius, ex Optato Milev. *lib. 1. cap. 2. §. 5.* & Hieronymo *adv. Luciferianos*, V. cum *Instructionum Historico Theologic. lib. X. cap. 2. §. 13.*

Praxeon Liber, apud Hilarium *in cap. 12. Matth. Acta Apostolorum* iunt, Mater in *Historicos*. Græcè Πράξεις Ἀποστόλων. Sic enim liber hic fuisse inscribitur, velut olim apud Gentes *Acta* publica appellabantur, quibus ratio fidesque imperii gesti & Reip. administratæ constabat. Vix namque ullus nostræ Religioni liber est, qui veritatis doctrinam irrefutabilibus exemplis, & eam sequutæ historiæ fide tam luculenter explanet. Et certè præter Epistolas Apostolorum, quæ hæc duo missent, nullus est. Unde in Pentecostalem maximè, potissimum apud recentes. Græcos à Dominica Paschæ usque ad Dominicam omnium Sanctorum, solum lectà hæc *Acta*, quòd resurrectionem Christi planissimè doceant, uti videre est apud Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce Γραφὴ & Πράξεις. Interim Severiani & Encratitæ illa rejecerunt, Euseb. *Hist. Eccl. lib. 4. cap. 27.* Manichæi quoque, quoniam manifestè continent adventum *Paracleti*, i. Spiritus S. uti ait Augustinus *c. Adiman. cap. 17.* Contrà Andreæ, Johannis & Thomæ Πράξεις seu *Acta* idem jactarunt Encratitæ, Apotheolici item, Apotactici & Xth, mani, uti docet idem Suicrus voce Πράξεις. Alius est liber Πραξεπισκόπων, & simpl. Ἀποστόλων recentioribus Græcis vocitatus, ut qui, præter *Acta*, etiam Epistolas complectitur, V. Joh. Meurfium *Glossar.* plura verò ubi de *Apostolorum Actis.*

Praxiboulus, Archon Athenis, Olympiadis 116. ann. 2. U. C. 439. quo Magistratum gerente Theophrastus librum *de Lapidibus* scripsit. Meminit ejus Plinius, ubi de minio, quod inventum ait XC. annis ante Praxiboli Magistratum.

Pré, seu *du Pré*, nomen illustris in Gallia Familiæ, quæ stipite *le Jay* ramus est. V. supra *le Jay.*

Precari, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 12. v. 816.*

Vive, precor, nec tu divinam Aneidos tenta:

vet. Scholiasti, *Deos precari* exponitur, optimè. Sæpe enim verbum hic absolutè positum, *Deos orare* est, optimis Scriptoribus, uti vel ex Virgilio notissimum. Id a. difficile est, agnovit Alcibiades, apud Platonem *Alcib. 2.* unde Socrates cum hoc ipso libro artem precandi docuit, quem proin περὶ Εὐχωϛῆς, *de Precatione*, inscripsit: quemad modum de Pythagora alisique idem legimus. Et quidem *ἀγαθὰ ἐχόντας, puros*, ad orationem suos accedere, voluit Socrates apud Xenoph. *Memorabil. lib. 3. pag. 778.* Pythagoras *καθὲ φωνὴ ἐυφημεῖν, clara voce precari*, apud Clem. Alexandr. 4. *Strom.* In rebus tamen maximè seriis clam precabantur. Statius *Thebaid. lib. 6. v. 31.*

—— *mox Numina fuppice*
Affatu tacito juvenis Tegeæus *adorat.*

Cui rei bene applicat *Arcanum* ovoventium Martialis Hispanus Doctor. Precabatur verò & Gentiles, pro Agrorum fructibus, in Negotiis publicis, aliisque vitæ necessitatibus, nec fine *Precatione* ullæ unquam cædebantur olim victimæ, aut Dii consulebantur. Plinius *lib. 28. cap. 2.* Quippe *victimas cæsi fine precatione non videtur, referri ad Deos, vitè consuli.* Consulebantur autem Dii de rebus futuris & eventuris, ut Oracula Delphis: referebatur ad Deos, de rebus, quæ jam acciderunt, ut de portentis & prodigiis aliisque hujusmodi, quo modo essent expianda ac depellenda. Unde *referri ad Deos*, & *vitè consuli* distinguit Plinius, cùm aliàs Consul ad Senatum *referres*, qui ei tam *consulere* dicebatur. Nempe non victimas cædebant, non referebant ad Deos, non rite consulebant, sine precatione. Sed alia erant verba precationis, cùm victimas cædebant, ut extis inspicerent, quod fiebat in rebus gravioribus, cùm solennis sacrificium faciebant, quo procurabantur ostenta & fulgura, quod *depulsorium*; alia porrò, quum aliquid vel aliquem Dii commendabant, quod *commendationem* vocat Plinius: alia, quum vota solvebant &c. V. Salmasium *ad Solinum pag. 787.* Imò à *precibus* omnium rerum duxere auspicia. Plato *Epist. 8. Ἀεὶ θεῶν χρὴ κοινῇ δεῖσθαι καὶ λέγειν τὰ τοιαῦτα, Omnibus in rebus sive assentis sive cogitandis semper principium à Diis sumendum est.* Neque pro se modo, sed & pro aliis, Deos adire, ut de Æaco, Laodamia, Hypsipyle, aliis, discimus ex Ovidio *Metam. lib. 7. Fab. 25.* & *Heroidum Epist. 6.* & 13. pro Rege, inprimis ac Prin-

ac Principibus, ex eodem, *Festorum lib.* 1. *Trifilium lib.* 2. *Eleg.* 1. &c. Idque maneprerunque ac vesperi, quod apud pierasque gentes fuisse usu receptum, testatur Plato de *LL. lib.* 10. *pag.* 665. Corpore ad Orientem ut plurimum, sed & ad alias nonnunquam cœli partes verso, uti videre est suis locis. Ut hac vice nihil addam de ritibus, quibus peractæ preces, ut capite aperto, stantes, procumbentes, ad vetusti aris, subsidiis incitum manibus; & mulieres genibus nixæ, capillis passis, interrasa prostratæ, crinibus humum verrentes, aliisque humilitatis indiciis, quæ Numinis reverentia & sua cuique calamitas sponte fere & velut naturâ monstrante suggerit, cas peregerint: de quibus, ñ cui noscere libet, Brissonius videri potest de *Formulis lib.* 1. *pag.* 39. & *seqq.* materiam hanc diligentissimè exequutus; Cui adde P. Fabrum *Agonisticis lib.* 2. *cap.* 30. Tob. Planerum *Theologiæ Gentil. purior. cap* XVI. *tom de Invocatione*, Alios; nec non his pastim. De *Precibus* vero Christianorum vett. deque gestibus eorum inter orandum, *precipue* inprimis *manuum ablutione*, *clara voce & exultatione sub finem*; porrò, *de ritu eorum precandi versus Orium*, *ad sepulchra* & processu temporis *pro sepultis*, item *de tempore precationis*, variisque *Precum* speciebus, tandem de *Ad versariis precum*, Bogomilis, qui, omnibus aliis rejectis, solam recipiebant Orationem Dominicam, & Pelagianis, qui hanc ipsam impugnatum ibant, everså *Petit* 5. & 6. sicut contrà Eucharæ nil nisi *precandum* affirmabant aliique hujusmodi veteribus, de quibus Cl. Suicerus *Thes. Eccl.* vocibus *Εὐχὴ, Παρεύχη*, *alibi*: à quarum prima *Εὐχητήριον*, liber est *Eccl.* apud Græcos, post tres Chrysostomi, Basilii & Præsanctificatorum Liturgias, continens *Preces* & ordinem Lychnici sive Vesperi, ordinem Sacramentorum, *Preces variæ ad rerum var. incidentiones*, in mortuos varios ritus & cantica &c. V. & hic non uno loco.

Precaria, in Ecclesia Rom. est libellus seu Charta, quâ quis aliquem seu præsulem, ab Ecclesia sub annuo censu ad vitam utendum accipit, illud precario possessurus, ut est in *Capitul.* Caroli M. *lib.* 7. *cap.* 104. Interdum tamen, ex pacti conventi Legibus, longius *Precaria* extendebantur, ad *quartum* nempe, ut apud Godefridum Monachum S. Pantaleonis in *Chron. Ann.* 1168. legitur, & ad *quintum* hæredem; quismodi *Precariarum* seu *Præsitariarum*, (namque & ita dicebantur, à *præstare*, quod est mutuo dare, Gall. *prester*) Chartas Formulasque aliquot, exhibet Cardin. Freher in *Glossario*. Variæ autem erant *Precariarum* leges, inter quas illa, ut de quinquennio in quinquennium renovarentur, ne ex silentio aliqua præscriptio posset obtendi, in *Capitulis* Caroli C. *tit.* 6. *pag.* 8. Sed & earum aliæ erant, quæ ab ipsis Ecclesiis, seu ipsis Præsulibus fiebant, aliæ quæ Regia auctoritate. Sæpe enim à Regibus *Precariæ* facere cogebantur Ecclesiæ, ut, quæ inde provenirebant, in subsidium exercitus impenderentur: quo pacto non solum ab Ecclesiis & Ecclesiasticis auxilia subinde ad bella tam de Regno quam extra exegere, teste Hincmaro *Epist. ad Carolum Regem* pleraque Ecclesiarum prædia in Laicorum manus transiere, dum qui iis donati erant, nequicquam obstante lege præcidcta, lapsu temporis non in precarium, sed in beneficium Regium illa possidere cœperunt. V. cundem fusè de *Precariis* differentem d. l. ut & Marcos Fratres in *Hierolexico*. At *Precatio*, in eadem Communione, dicitur Oratio, quæa Presbytero ante Epistolam in Missa dicitur. Amalarius in *Ecloga de Officio Missæ edita* à Stephano Baluzio: *Repiqimus quidem post primam orationem quam Precationem nominamus sicta verbis populum & Presbyteri cum eo* &c. apud Eund.

Precatores, dicti sunt Hæretici, per Syriam olim latè diffusi, ex Messalianorum secta, qui præterea *precum* continuò fundendarum, alia omnia exercitia, pro nihilo habentes, propriis operarimanibus, qui tum laudabilis Monachorum mos erat; jejunare item, detrectabant. Iidem divinam Ellenismi corporis oculis conspici posse contendentes, frequenter subsultabant, calcare fe Dæmonia jactantes, ac digitor ad modum collimantis figurabant, Diabolum hoc modo se transfigere, afferentes. Ob quæ delitia *Enthusiastæ* quoque vocitati sunt. Adhæsisse iis in Occidente etiam nonnullos, patet ex libro Augustini, quem *de Opere Monachorum* inscripsit. Hujus sectæ quidam, cum ad Abbatem Sylvanum in Monte Sinai venisset, Monachosque ibi operantes invenisset, increpuit eos his verbis, *Quare operamini escam, quæ perit? Maria autem optimam partem elegit*. Abbas verò dum quæ in cella sua fuitarum cum libro relictum ad prandium non vocasset, illi, ic neglectum postea querenti, aptè respondit, *Quia tu spiritualis es & optimam partem elegisti, cibisque prom non indiges, sicut nos, qui carnales sumus, & ideo manibus nostris laboramus, vocare te non audus fum*. Quibus verbis confusus miser, erroris mox pœnitentiâ ductus, veniam ab Abbate petiit, cui illestatim appositè *Ergo & Martha necessaria est*, respondit. Dominic. Macer in *Hierolexico*. V. quoque in *Adelphiani*, *Euchitæ*, *Messaliani*, *Sabaniani* &c.

Precatoriæ Sphæræ, seu calculi, quibus Christianorum nonnulli in *precando* utuntur, Petrum Erem. auctorem habent, V. ibi. Earum meminit Polydorus Virgilius de *Invento. rerum lib.* 5. *cap.* 9 ubi inquiremus, *quis primus grandiodum docuerit*, postquam egit de orationeDominica, ex Rufino, oltendit, modum, ex verbis Domini, Johann. *cap.* 4. *versu* 24. hæc postea subdit, de more invecto, & tunc temporis jam dudum usitato: *Cæterùm, ut rationem cum Deo habere possemus, quoties ipsam dominicam precem cum Angelica salutatione recitaremus, ost modus orandi postremò inventus, per calculos, ut ita dicam, ligneos, quos modò precularia, modò Paternostrorum vulgus appellat. His numero quinquaginta quinque ita ordine distinguuntur, ut post decem singuli majusculi affigantur filo, sunt enim perforati & quasi bi sunt, totes Dominicam precem; quot illi, inter Angelicam salutationem, ter numerum ineuntis recitant, perque symbolum brevius inferant. Et id Deipara Virginis Psalterium nuncupant — Hodie tamen hunc orandi calculis accedit, ut non modò ex ligno, fuscino & corallo, sed ex auro argentique fiant, sintque multeribus instar ornamenti & hy pocritis præcipui fucosæ bonitatis instrumenti.* Hactenus ille. V. quoque infrà in voce *Rosarium*. Simile quid de Tunquinensibus legimus, apud Jo. Bapt. Taverinier *Descr. Indiæ Regni*, sed calculos illorum centenos esse, scribit Auctor.

Preces Primariæ, in *Charta* Caroli IV. Imp. ann. 1350. à Marquard. Freherо editâ, & apud Gobelinum Personam in *Cosmodromio æt.* 6. *cap.* 94. dicitur jus, quod habet Imperator coronatus, ex antiqua consuetudine, in omnibus Cathedralibus Ecclesiis, atque etiam Monasteriis, per Germaniam, unius Canonici pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere tenetur. Quod, per diversum Spiritelem & Wormatiensem, in Rupertum Com. Palatinum Rheni Wenceslaus Imp. transtulit A. C. 1376. ut legitur in *Charta* hujus Imperatoris, apud Car. du Freine *Glossar.*

Prederia, apud Rollandinum *Chron. Paduam lib.* 1. *cap.* 12. machina bellica, quæ *Petraria* aliis, V. ibi.

Pretum, à *premo*, præsforum fuit, *premendis* vestibus, & præcipuè sericis, ut validiùs niterent, & splenderent ex pressura, adhiberi solitum, cum *cippus* foli Togæ umboni servet, ut rugas & plicas, quibus umbo illuctus & contabulatus erat, in sua sede contineret, ac constringeret. Quæ duo proin confundentes, pluribus refellit Salmasius *ad Tertull. de Pallio cap.* 5. V. quoque cum *ad Solinum pag.* 1049 & suprà voce *Pratum*.

Premere, apud Statium *Thebaid. lib.* 8. *versu* 568.

—— *tunc auro phaleræ aurea, sagittas*
Cingulaq; & maniceas (ne cuique vilior iret)
Præsserat ——

nere est veteri Scholiasti. Quæ locutio videtur ex eo deducta, quòd arcis & præsforis Vett. vestimentis formam servare consueverunt, de quo suprà aliquid, plura verò apud Calp. Barthium *ad Claudianum. Sic Val. Flaccus lib.* 2.

Illi servati genitoris conscia sacra
Presit acu, curruq; pios ——

Aliàs, *inquit*, *instare*, *proximè urgere*. Statius idem *Thebaid. lib.* 5. *versu* 247.

—— *Vix nulla arcere furentes*:
Hæ fugere ò miserande, prémunt, *aderunt q; morandi*,
Et mecum fortasse cadet ——

Propriè de Venatoribus. Virgilius *Georgic. lib.* 1.

Ingentem clamore premes ad retia cervum.

Et *Æn.* 1.

Aut spumantis apri cursum clamore prementem.

Porrò, *strictim examinare*, ut exprimatur veritas. Idem Statius *Thebaid. versu* 318.

inanua busta
Plango meu. si forte premant ——

Qua notione Maro quoque sæpe utitur. Etiam *vincere*, *superare*, apud Statium rursus *Thebaid. lib.* 6. *versu* 34.

Exemplo famulus premit &c.

Utalia significata inprasens omittam, de quibus V. Casp. Barthium *Adnotad versum ad Papinium Statium passim*.

Prensare, quid V. suprà ubi de *Gratulatio*.

Presbyter, Hebr. ⁋⁋ *Zeken*, i. *Senior*, nomen titulusque eminentioribus olim, alicoque Præfectis Iurisdictis Israelitarum iam per intervallum Legis datione in Sinai antevertens, tribui solitus & quidem his inprimis, uti videmus suprà voce *Judex*. Unde de *Presbyteruum Israelis* tam frequens mentio, Exodi *cap.* 3. *v.* 16 & 18. *cap.* 4 *versu* 29. *cap.* 12. *versu* 21. &c. Quos Philo nuncupat Ἀνδρῶν γέροντας & ἄρχοντας *Presbyteros* seu *Seniores gentis*, de *Vita Mosis lib.* 1. Et die pridiano ante confitium Jethronis, de instituendis Judicibus, congregatos esse Israelitas, *cap.* 18. *versu* 12. cunctos *Presbyteros Israel*, quos convivio excepit Jethro. Utut patur fc. ut notiffimum urne dignitatis generalis nomen *Presbyter*, cujusantiquioris etiam inter Ebræos ipsos ejusmodi usus vestigia deprehenduntur, jam Abrahami temporibus, ut videre est Genesios *cap.* 24. *versu* 2. ubi Eliezer Damascenus, qui *seruus Presbyter* Abrahami vocatur; Genes. *cap.* 25. *versu* 2. *filius gubernationis domus ejus*, i. gubernator seu præfectus, dicitur. De Josepho dein legitur Genes. *cap.* 50. *versu* 6. ascendisse eum ad sepeliendum patrem suum, & ascendisse eum eo omnes servos Pharaonis, *Presbyteros seu Seniores domui ejus & cunctos Presbyteros Terræ Ægypti*. Unde apparet, tum apud alias gentes, tum apud Hebræos, nonnem hoc pro dignitatis titulo jam antiquissimis temporibus fuisse inusu. Quod etiam mores ftatim post Mosen, antequam

tiorum velut ex seculorum consuetudine, recepti sub lege, circa Presbyterorum, quæ apud Israelitas creationem per manus impositionem, quæ Seniorum, ipsi fuerint, aci denominationem ita tis superci, evincunt. Alios nempe in dignitatem *Decanii* ac *Legati seu Imbolenti*, & *Sui vendi seu Permissarii*, id est, cujus confessionis & dubia sacra resolvendi, seu velut Doctoratus Theologiæ universæ, creabant. Alios, in Theologiæ capitum aliquot tantùm particularium explicandorum, quæ עברי יהלים vocitata, facultatem creabant, velut in Doctoratus Theologiæ limitibus singulis sibus circumscripti dignitatem. Alios [quod frequentissimum] causas qualescunque cognoscendi potestate donabant, Doctoris seu Juris simil ac Theologiæ creantes. Alios denique, cautis aliquot, velut pecuniariis, sed non capitalibus, supersimilis. Non tamen, ut ita ex ipsa tali creatione Judicium amiende ibi quis potestatem nancisceretur, quam ex creatione ipsa sola actu posset exercere, sed ut solum capax ita fieret præfecturarum Juridicarum, atque ut inde in Judicum Collegia ac Synedria, sive Magnum sive Minora, tuc posset eo optari. Ex recepta autem tum ante tum post legem à Mose lata dignitatum *Presbyteri* notione, pro eo qui inter sacra fapientia & dignitate præcellentior esset, illud Mosis Exodi *cap. 19. versu 7. Et venit Moses & convocavit Presbyteros Populi*, vertitur in Paraphrasi Hierosolym. *Sapientes Israel*: Ut quamplurima in Pentateucho loca omittam. Quò inprimis pertinet Lex, Levitici *cap. 19. v.* 32. ubi זקן seu *Presbyter* signantius, pro eo, qui fapientia & dignitate eminentior esset, qualiscunque interim ætatis effet, occurrit: *Coram cantie consurge & honora personam seu vultum senioris seu Presbyteri*. Hinc, velut ex receptissimo ab intima tunc antiquitate usu, notio *Presbyteri* ita habetur, in loco illo illustri de Synedrii Magni institutione, Numerorum *cap. 11. versu 16. &c.* ubi Deus Mosi ait, *Congrega mihi septuaginta viros, è senioribus seu Presbyteris Israel, quos noveris esse Seniores*. seu *Presbyteros Populi*: De quibus Philo, *Οὓς δὴ πρεσβυτέρους τινὰς χρεὼν καὶ ἀληθῶς μὲ μιμεῖσθαι & σπουδὴν ποιεῖσθαι, ἵνα τοῖς νεωτέροις παράδειγμα γένωνται*: (τὰς con creatur in manus ei designatum) *sine participatione Spiritus sapientissimi illius*, qualis Moses erat, qui eos activè creavitque. Unde etiam tam *Synedrium Sapientum*, quàm *Presbyterorum*, dicti sunt, &c. Pro corporibus verò ac cœtibus in prisco illo tempore Presbyterorum, Græci substituunt tum ante, tum post Legem datam, vocem Γερουσία, à γέροντες *i. Senes* seu *Seniores*, h. e. Presbyteri; quæ synonyma: cum comparativa pro abloluris non raro usurpari, etiam Quintilianus dicat *Institut. 9. cap. 3* Unde & Virgil us *Senurem* pro *Senem* dixit, *Æn. 6.* de Charonte,

Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.

A *Presbyteri* verò ufu Judaico, etiam vocabulum Πρεσβυτέριον, *Presbyterium*, natum est, cujus duplex notio: Altera qui dignitas ipsa ac officium Presbyteri, quod varium erat pro varia ejus creatione, fignificatur. Quo modo sumitur in illo Josephi ad. versus Appionem *lib. 2. πῶς οὖν τὰ πρεσβυτέρια λέγειν ἔχομεν τοῖς πάντα τὰ νομίμως ἐπιτηδεύουσι, πίστιν μὲν ἔχειν τὴν ἀρίστην, ἀξίους δὲ τοῦ τοιούτου ὀνόματος ἡγεῖσθαι τοὺς τὸν νόμον ἀκριβῶς ἐξηγουμένους*: Quomodo igitur Presbyteria dicemus, quæ omnia legitimè exercent, fidem optimam habere, & dignos hoc nomine existimandos esse eos, qui legem exactè interpretantur. Unde in Christianismum primitivum eadem vox ducta est. Altera, quæ & vulgatior, & ad Presbyteri usu frequentissimo, ut ex N. T. liquet) summa est, adeoque *Presbyterii honor, & munusimponere iis πρεσβυτέροις, ut Presbyterio quis fungatur*, Syn. Ancyr. *can. 18. in Cod. Eccl. Univ.* 38. Euseb. *Histor. Eccl. 6. cap. 7.* &c. Et *in Presbyteris filios generare*, apud Innocentium I. *in Decretis cap.* 23. est, postquam Presbyter quis creatus fuerit. Altera, quâ eadem vox *Presbyterorum* ordinem, cœtum seu consilium, seu collegationem aut collegium qualecunque denotat. Ut *Luc. 22. versu 66. συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, congregatum est Presbyterium Populi & Principes Sacerdotum & Scribæ & duxerunt illum εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν, in Synedrium* seu Constilium *suum*. V. quo que Actor. *cap. 22. versu 5.* Quo sensu etiam positæ inter Christianos vox non raro occurrit, ut ex *Constitutionibus* Apostolicis dictis *lib. 8. cap. 16.* Synodo Ancyrana, *Epistolis* Ignatio tributis, Cypriano, Aliis, liquet. Nempe licet & ille interdum dicti sunt quidam ex eo cœtu num, quod negotiis aliquot forensibus aut qua si, (ut Leviri renuntiationi) lege sacrâ præstitutis, haud impares reperiantur, quod Seldenus ostendit *Uxor. Ebraic. lib. 1. cap. 1.* tamen ut plurimum *Presbyterorum* nomine talte illi ven ba t, qui solenniter creati ac constituti juxta morem eranı, ut in Synedriis cooptarentur Judicesque fierent, aut Theologiæ Doctores ordinarentur. Hinc duravit per Judaismum *Seniorum Judaeorum* mentio C. *tit. de Judaeis l. 15. ut &. Synteriorum utriusque Tutelline*, ac *Presbyteriorum*, *C. Theodos. lib. 16. tit. 8. l. 2. 13, 14, 29.* Et eventuiffimo illo harum vocum apud Ebræos usu & Presbyterorum constitutione solenni, usurpantur itidem utræque in Judaismo Apostolorum reformato, seu Christianismo ex Judaismo sub illis nascente. Nimirum uti Ebræis non credentibus fai, ita credentibus seu Christianis sui *Presbyteri* jam creabantur, qui etiam *Ecclesiæ Presbyteri* dicti, Actor. *c. 20. v. 17. &* Jacobi *c. 5. v.* 14. ftique prima mentio eorum in Ecclesia Christiana Actorum *cap. 11.* Quamvis verò *Γερουσία* seu *Senatus* nomen, id in Fœdere N. semel habetur, pro Seniorum, in Politia Judaica, ordine, fed nunquam pro cœtu aliquo Fidelium seu Christianorum. Nec sanè, ut ad Christianismum attinens, occurrit in eodem Fœdere vox *Presbyterium*, nisi I. Tim. *cap. 4. versu 14. Noli negligere donum, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, cum impositione manuum Presbyterii*; ubi tamen Πρεσβυτέριον *Presbyteri*, non pauci, seu volunt: ut sensus sit, *quæ tibi data est, per Prophetiam cum manuum impositione, quæ creatus es Presbyter.* Maximè, cùm Paulus ipse, alibi de eadem gratia five dono in Timothco loquens, 2. Epist. *cap. 1. versu 6.* dicat expresse, *δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε χαρίζειν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, quod est ita se per impositionem manuum mearum*; quod quidem notat, quafi Paulus ipsum creaflet, non Presbyterorum cœtus aliquis, nomine Presbyterii figuratius inter creatores tunc notus. Nam Presbyterum unicum, alium creare potuisse ex more Hebraorum, qui tum viguit, vetusto, receptum erat; modò id fieret intra terram Sanctam, & binæ illi creationis actui interessent quam libertatem creandi poltmodum ita sub Christianismi initia, fcu tempore Hil ellis Seniotis Principis Synedrii M. temperatam effe, ajunt Magistri, ut sine licentia Principis Synedrii M. creandus inde effec nemo, nec ab patio Principe, fine præfentia Patris Synedrii, nec à Patre, fine præfentia Principis. A quibus tamen restrictionibus Apostoli, divino justu, etiam extra Terram Sanctam, Evangelium annuntiaturi liberi erant, qui proin in Asia minori, Creta alibique, *Presbyteros*, seu Pastores, Episcopos Doctoresque Theologiæ Christianæ, passim inftituerunt &c. Hactenus S. Idenus, ita haud laudandus. Utr autem Israelitis ac posthæc Christianis, & actis quoque Gentibus, sius fuisse *Presbyteri Midianitarum* ac *Moabitarum*, memorantur Numer. *cap. 22. versu 4, 7, 8.* ubi rici, qui legati ad Balaamum venerant, dicuntur *Principes Moab*. Sic cum Josuæ tempore non pauci Canaanæi, & Phœnicia in Africam fugientes, ibi sedes fixiffent, ut linguam, ita & mores fuorum avitos fecerut illue afferentes, ad posteros transmiserunt. Apud eos autem postm odum diu usurpari foliti tamen ipsum זקנים *Presbyterorum* seu *Seniorum*, nomen, pro eorum quidem patrum cœtu, V. Pro. *optum Vandalic. num lib. 2.* Hinc expresla Carthaginiensium Γερουσία mentio, apud Aristotelem *Politic. lib. 2. cap. 9.* quorum tamen in numerum diserte ait adscitos, *οἱονεὶ μικρόν τι καὶ ὀλίγων, qui eligi inter eventur magis quam qui state Seniores essent*. Hinc etiam ejusdem gentis Γερουσία erat seu *Senatus*, ut ipse idem ibi & Livius *lib. 30. cap. 7.* Ejusdem item collegæ *Seniores* nuncupatos esse testis est, tum in rebus Annibalis Livius *lib. 36. cap. 60.* tum apud eum Arillo Tyrius, qui profugus in rabulis, supra fedem quotidianam Magistratus suspensis, scripserat *ut Virgilius ad nauleum, publice ad Senatores*, mandata haud usquaque. Ubi Livius, *ad Senatores ita Senatum*, inquit, *vocabant*. E quibus Senioribus *Suffetes* eligebantur, qui apud Pœnos, tum ut Consules præerant, tum ut Judices omnimodas controversias, cognoscebant: quemadmodum & Romæ Consules & Senatoribus selecti *Senatorum* quoque nomine, cui illud Consulis velut innitebatur, gaudebant. Parilis apud Persas vetustissimos notio ac usus *Presbyteri* seu *Seniores*, quem Ὑφοράτην nuncupat Xenophon *Cyropæd. lib. 1. Pir.* in plur. Pirau & *Pirenai*, Pentateuchi verso Tavvasiana seu Persica. Vox etiam Γερόντες, *Seniores*, ut jam olim per Orientem ad *Optimates* Græcorum designandos usitatissima, Homero adhibetur, ut in Achillis scuto. *Il. 5.*

——— οἳ Γέροντες
Ἕδρης ἵεσαν ἔξοχα λίθου ἠὲ σιδήροιο.
——— *Seniores*
Sedebant in politis lapidibus sacris in circulo,

alibique sæpius. Qui eodem sensu Ἀρχιγέροντας habet, *Il. 9.* ubi de Populi Trojani Optimatibus. Γέροντες Lacedæmoniorum, meminit iterum Aristoteles d. *l. cap. 7.* & Plutarchus in *Lysandro*, Cretensium *Seniores* idem Aristoteles habet d. *l. cap. 8.* ut & Crotoniatarum, Malchus seu Porphyrius in *Vita Pythagoræ*. Samiorum Πρεσβύτερος memorat Jamblichus, *de Vita Pythag. lib. 1. cap. 5.* Et Γερουσία Nicæna haberi exsitimatur, in vet. *Inscr.* inter lchedas Baudequianas repertâ, apud Gruterum *in Thesaur. pag. 1096. 5.* De Γερουσιαστῶν Alexandrinorum, fonat *l. 19. C. Theod. lib. 10. tit.* 10. Quinctiam vetustum Γερόντων corumque Synedrii apud Græcos nominis sum, exhibet prilcum marmor Smyrnæ pridem in Angliam allatum, ubi affignatis eualem posteritque ejusab Artemidoro quodam fundi aliquot partibus, in ufum sepulchrem, adjicitur,

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΤΟΛΜΗΣΕΙ
ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙ ΤΙ ΕΞ
ΑΥΤΩΝ ΩΔΗΠΟΤΕ ΤΡΟΠΩ
ΑΠΟΤΙΣΕΙ ΤΟ ΣΕΜΝΟ-
ΤΑΤΟ ΣΥΝΕΔΡΙΟ
ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΑ ΓΕ-
ΡΟΝΤΩΝ ΑΥΡΥΓΡΙΟΥ
ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΙΣΧΙΛΙΑ ΠΕΝ
ΤΑΚΟΣΙΑ.

Cui concors est marmor unum & alterum Arundellianorum, ut ibi videre est. In Arabum porrò tam Orientalium, quàm Africanorum, scriptis nomen *Alchiech* seu *Xeque*, i. Seniores seu Presby-

Presbyteri, obvium est, uti diximus voce *Aithekh*. Sed & in *Historiis* eorum occurrit *Senex* κατ' ἐξοχὴν dictus, pro supremo Magistratu, apud Antoninum *Hist. part. 2 tit. 17. cap. 9. §. 7.* alibique non raro. Quod ad Occidentem, notus nihil est, quàm illud de *Senatoribus* à Romulo institutis *Senatus* Romanorum, de quo alibi dicemus. Nec cuiquam ignotum, in Italia, Gallia, Hispania, *Seniores* dici omnes illos, qui dignitate, honore alitèrque excellunt. Beda quoque, ubi de Earconberto Cantuariorum R. cum idola destrui & jejunium Quadragesimale observari, per regnum fuum, *Principali auctoritate* præcepisse dicit, A. C. 640. Anglosaxonica verbo subditurit, *Senioratis sui* auctoritate: ut alia transiliam. Cùm verò hactenus *Presbyteri* & *Seniores* voces pari passu ambulaverint, discrimen inde ortum, quod *Presbyteri* suos ita natalium fuorum primigenium, in Christianismo Ecclesiastico exortes corpit, altera verò illa *Senioris* & Barbaro-Latine & per linguas Provinciales, in Christianismo Politico, *Domini* fignificationem, à temporibus vetuftiffimis, nacta eft. Qua de re V. plura apud Johan. Seldenum *de Synedriis Vet. Ebræorum lib. 1. cap 14. & lib. 2. cap. 7. ubi de Presbyterorum, apud Hebræos, Ordinatione ac de Presbyteris Ecclesiæ Christianorum primitivæ, aliisq; hoc pertinentibus fuse disseritur*, & fuprà in voce *Ordinator*. In Ecclefia Chriftiana ut hoc addam, *Presbyteri* ifdem primitus cum Epifcopis, dicuntur, quibus prædicatio Evangelii commiffa his ex populo adjunctis, ut cuftos effent difciplinæ Ecclefiaftic æ, eodem nomine infignes erant, V. de utriufque Apoftolum 1. Tim. *cap. 5. verfis 17.* Succeffa temporis *Presbyteri* Epifcopis inferiores facti funt, & nomen ad Sacerdotes reftrictum, ut docet Malchus in *Byzantiis*, & Critopulus *Confeff. Eccl. Or. cap. 11.* ubi hic præcipuum eorum munus fuiffe τὸ ἐν μετανοίᾳ ἐγχειρίζειν κ' νέοις λόγοις ἀξιοπίστοις, *Sacramentorum administrationem & Verbi miniftrium* : cætera cum Diaconis habuiffe communia, ait. Ordinabantur autem ad hoc munus ab Epifcopis, fed non ante annum 30. more ex Judaismo retento, cujus χειροτονίας ritum fuse exponit *Euchologium* pag. 84. & *seqq.* ipfis verò aliis ordinare non licebat, Chryfoftomus *Homil. XI. in 1. ad Tim.* quanquam non penitùs olim fuiffe ab ordinationibus excluíos, patet ex ante dictis. Porrò in conjugio vivere non prohibebantur, uti docet Cl. Salmafius voce Ἐπίσκοπος, quem vide pluribus ibi in rem, : vocibus Ἐπίσκοπος & Πρεσβύτερος, ubi inter alia, in Eccl. Alexandrina, ex quo Arrius Ecclefiam turbavit, *Presbyteros* docendi populum jus perdiiffe, obiervat: uti de habitu eorum veteri Salmafium *ad Pallium Tert. c.* de vocis ufu in citeriore Ecclefia, hic infra, ubi de variis *Presbyterorum* in Ecclefia Latina Græcaque generibus. Non omittendus tamen hic locus, de Evarifto Papa, circa Trajan tempora, Alfonfi Ciacconi in *Pontif. Rom. Vitis Titulos in urbe Roma divifis* Presbyteris, *quos nunc Cardinales feu parochiæ terminis diftinguerunt*. Nempe *Titulis* vce, præter alia, veniebat *Inferipti* quilibet quanquis res, cui affixa erat, meliùs præterea tuitionis innotefceret. Livius *Der. 4. lib. 10.* ubi de Templo Larium permatrimonium, à M. Æmilio, dedicato, *Supra valvas*, inquit, *Templi Titulus cum tabula fixus eft*: dedicationis caufam fc. continens. V. quoque Plin. *lib. 7. Epift. 29.* Alios. Hinc à Chriftianis mos adoptatus atque ex hac origine demum, etiam hodieque, Ecclefias ipfas prædiaque illis affignata in jure Pontificio eaque formulis, paffim dicuntur *Tituli* : ut in Cardinalium Presbyterorum *Titulis*, nominibus illorum adjici folitis, aliisque id genus quamplurimis, licèt inferiptionum in Ecclefiis ufus vetus defierit aut rarò adhibeatur. Indeque apud Prudentium Perifteph. *hymn. 2. Titulumfigere Martyris*, & *ibid. hymn. 6.*

Parte alia Titulum Pauli via fervas Oftienfis.

Idem autem Titulus, verba funt Baronii *ad Martyrol. 26. Julii, quod Martyria Ecclefias. Et dein, Romæ obtinuit vetus locorum ufus, ut non omnis Ecclefia Martyrum ve Memoriæ* Titulus *diceretur, fed tantùm inſignitores Ecclefiæ, quibus præfiguerunt Cardinales Presbyteri*. Sed indevelit plerunq; ut ordinatus etiam quilibet ἀπολογισμὸν ſui *abſolute*, id eſt, citra ſpecialem Eccl. Monafterii, Martyrii, cui manciparetur, defignationem, *Ordinatus* diceretur *ſine Titulo* ſeu *non attitulatus*, Ivo *Decret. part. 6. cap. 26.* Unde *Titulari* verbum : Et in formulis Ordinationis Presbyterorum, in *Titulum S. Petri*, in *Titulum S. Albani*, id genus alia frequentiſſimè occurrunt, atque etiam hodieque licet in uſu ex vetere more, quem interdum locutiones ejusmodi non tam ſequuntur, quàm planè deludunt; tamefſi idem, quod decreverant Patres Chalcedonenſes (ordinationis iſtiusmodi χειροθεσίαν irritam pronuntiantes *Can. 6. & Diſt. 70. c. 4.*) inſtauratum ſit in Concilio Placentino *Diſt. 70. c. 2.* ſub Urbano II. Legitur etiam, circa A. C. 166. illud e Pii I. Epiſtolis, *Presbyter Paſtor Titulum condidit, Epiſt. 34.* cujus mentio quoque in Martyrologio Romano Jul. 26. &c. Plura hanc in rem V. apud eund. Seldenum *de Synedriis Vet. Ebræorum lib. 3. cap. 15. §. 4.* Neque verò *Presbyteri* ſolùm, ſed & *Presbyteræ*, Græcis Πρεσβύτιδες occurrunt in vet. Eccleſia ; quæ mulieres ceteras ad vitam honeſtè inſtituendam horta bantur, &, quia ſupra ceteras mulieres ſedebant in Eccleſiis, πρεσβύτερον hinc dicebantur, abrogatæ *can. 11.*

Synodi Laod. de quibus iterum V. Suicerum vocibus Διακόνισσα, & Πρεσβύτιδες &c.

Presbyterorum in Eccleſia præſertim Lat. & Græca varia genera.

11. Presbyteri Agrorum Scruris, apud Zachariam *in Epiſt. ad Pipinum cap. 4.* iidem funt cum Chorepiſcopis, quos vide *ſupra*. *β. Presbyter Aſſiſtens*, qui Epiſcopo ſacra facienti adeſt: de cujus munere, V. *Ceremoniales Epiſc. lib. 1. cap. 7. γ. Presbyteri Cardinales*, dicti *Parochiales*, V. *Cardinales*. *δ. Presbyteri Cathedrales*, in Concilio Emeritenſi *can. 12.* memorati, dicebantur, qui ex Parochiisab Epiſcopis in urbem matricem evocabantur, ut illorum operâ in ſacris obeundis ac componendâ diœceſi commodius uterentur. Hi, Presbytero in Parochiis ſuis conſtituto, qui annuum dabant ſtipendium, reliquas obventionum ſibi reſervabant. *Presbyteri Civitatenſes*, & *Diœceſani*, in Conc. Agath. *can. 22.* dicuntur, qui in Civitatibus. & in Diœceſibus ſeu Parochiis, munia ſua exequuntur. ζ. *Presbyter vel Sacerdos Domeſticus*, apud Agobardum Lugdun. de *Privil. & Jure Sacerdotii cap. 11.* dicitur is, qui manet in familia Proceris alicujus. Ejus enim ævo ita invebitur at conſuetudo impia, ut plane nullus inveniretur — *qui non domeſticum haberet Sacerdotem, non cui obedires, ſed à quo inceſſanter exigeres ſicitam ſimul atque illicitam obedientiam, non ſolum in divinis officiis, ſed & in humanis &c.* Hinc *Presbyteri Magnatum & Procerum* tales dicti, qui quòd ſub nullius Epiſcopi diſciplina eſſe viderentur, *Acephali* quoque nuncupati ſunt : Sed Concilium Caballonenſe *can. 14.* eos ſub Epiſcoporum obſequium revocavit. Sed & interdum Magnates ipſi ſervitutis, quos literis imbui permiſerant, libertatem ut *presbyteratum*, coramque iis, quotes luberet, Miſſam & Horas Canonicas celebrarent: eorumque mandatis obedirent, conceſſiſſe leguntur, quod auctoritate Synodorum confirmatum eſſe, tradit Auctor Fleræ *lib. 2. cap. 51. §. 7. 8. Presbyteri Foraſtici ſeu Pagenſes*, Martino Bracar. *capite 56.* dicuntur, qui ſunt in agris : περιοδευταὶ ἐπισκόποις, in Concilio Neocæſar. *can. 3. 4. Presbyteri Foranſes*, ii-dem cum prioribus: quo nomine illi inprimis veniunt, qui ex aliena Diœceſi ſeu Eccleſia ſunt, in Synodo Rom. ſub Leone IV. A. C. 853. *can. 39. 1. Presbyteri Inductitii*, in Concilio Rom. ſub Innocentio II. *cap. 10.* ſeu *Conductitii*, Concil. Remenſi A. C. 1148. *can. 10.* opponuntur *propriis Sacerdotibus*. κ. *Presbyter Locatis*, in Concilio Valent. Hiſpaniæ A. C. 524. *can. 6.* in *locis non ordinatus vel loco alicui addictus*, opponitur *Presbytero Diœceſano* ſeu Parocho, in Concilio Toletano III. *can. 20.* De his Concilium Chalced. *act. 15. can. 6.* ſtatuit, nullum Presbyterum vel Diaconum ordinandum, εἰ μὴ τόποις ἢ καλλιαῖς πόλεσι, ἢ κώμαις, ἢ μαρτυρίοις, ἢ μοναστηρίοις χειροτονοῦντος ἐπισκόπου. *Presbyter ad Eccleſiam institutus*, appellatur apud Leonem IV. *de Cura Paſtor.* λ. *Presbyteri Magnatum & Procerum*, V. ſuprà *Presbyter Domeſticus*. μ. *Presbyter Miſſalis* ſeu *Miſſæ presbyter*, Presbyter ordinatus, qui Miſſam dicit. ν. *Presbyteri Parochiales*, in *Epiſt.* Zachariæ Papæ ad Pippinum *cap. 1.* Græcis κοινοτικοὶ Πρεσβύτεροι, iidem cum Curionibus, de qua voce V. *ſupra*. ξ. *Presbyteri Peregrini*, apud Gregorium M. *lib. 7. Epiſt. 18.* iidem cum *Forenſibus*, ut patet ex *Charta* Adalberonis Epiſc. Virodun. A. C. 1135. apud du Freine, *Conſtitutiones ergo, quatenus eandem Eccleſiam cum aurio Abbas & Fratres libere & quietè poſſideant, ne aliquis forenſium Presbyterorum, ſine juſſu, vel conceſſu Abbatis, aliquando de ea ſe intromittat.* ο. *Presbyteri Plutæ*, apud Hebræos dicti ſunt, qui ob ætatem ſimul & qualemcunque rerum ſcientiam, è vulgo delecti (reliquis multo inferiores nec omnino ſolenniter ordinati) creabantur tum in Synedriis Triumviralibus, non publicè per urbes pagosque conſtitutis, ſed quæ à privatis five per compromiſſum, velut in arbitros, in cauſis etiam jurisdictionis contentioſæ, civilibus eligebantur, tum in iis, quæ actibus aliquot forenſibus quidem, ſed jurisdictionis tantùm voluntariæ, pro arbitrio eorum, quorum intereat, adhibebantur ; ut in ſolenni renuntiatione Levri &c. Johann. Seldenus *de Synedriis vet. Ebræorum lib. 2. c. 7. §. 3.* π. *Presbyter Regalis*, in Eccleſia Mutenſibus pag. 8. & 41. idem cum *Plebano*. ρ. *Presbyter Tribuæ*, V. Gregorium M. *lib. 5. Epiſt. 12.* σ. *Presbyteri Procerum*, V. ſuprà *Presbyter Domeſticus*. τ. *Presbyter Secularis*, in *Charta vet. A. C. 1241.* opponitur *Presbytero Religioſo* ſeu Monacho, in *Feſtiver.* Priores S. Martini pag. 499. υ. *Presbyteri Vicarii*, in Concilio Turon. II. *can. 4.* qui per vices diſperiti ſunt. φ. *Presbyteri Vici*, apud Ebræos, V. ſuprà *Presbyteri Plutæ*.

Presbyter Johannes, nomen Regum Tartariæ Magnæ Neſtorianorum, quod Marcus Paulus Venetus, eui omnem illius tractus notitiam debemus, primus in Europam ex Aſia reverſus transtulit ; è quo id reliqui hauſerunt ac innumera de illo Presbytero Johanne confinxerunt : præcipuè Johannes Mandevil. Ex hoc dein errore mirum eſt, quot alii fluxerint : dum quidam imperium eius in media Africa, alii in extrema Aſia, collocabant. Sed nec minus in nomine difficilium. Dreſſero enim *Diſcurſus de Statu Eccl. & Relig. in Æthiopia, ſub Presbyte Johanne*, qui *Geographiæ* Mich. Neandri eſt ſubjunctus, Presbyter Johannes eſt *Johannes Belul*, h. e. *alius five proximus*. Joſ. Scaligero vero hæc

hæc deducta est à Presbyter. Presbyterium, i. Homo Apostolicus sive Christianus Hornio in Orbe Politico Part. IV. Presbyterium, expo-nitur Rex manipulorum: Andr. Caspario Mullero, Presbyteratus est Dhama Christianus, quia Presbyter commune Christianorum in Oriente nomen est; cui accedit Beemannus in Tract. de Dignitatibus Illustr. pag. 60. &c. In qua tentatorum varietate mire illudtantus Humbertus hunc Presbyterium Joannem, in Asia, locat, in Orbe Patr. d. l. in media vero Africa, in Orbe Imper. pag. 460. ubi & ficbatet: Ab anno, C. 1100. jactari à peregrinantibus per Europam cœpit, esse in remotissimis terris potentissimum Regem Christianum nomine Presbyterum Johannem. Sed de loco concordare non potuerunt — Id in universum vulgus est debat, regionem illam omni modo felicissimam esse, ibi prætia semper, veritatis & nullo labore quæritas dapes, ibi Episcopos Poëtarum campos, ut Fabulista in Provinciam quoque abiecit, quo Belgæ hodieque florentissimum regionis Rtatum vocant Pago Joan Land, pro quo Germani dicere solent Schlaraffenland. Tandem circa annum 1500. detectus error & repertus in media Africa illetamdiu quæritus Presbyter Johannes: Cujus quidem nomen, ex Persica voce Preister Chan, i. Rex Mancipiorum, deductum, quod mancipia Abyssina toto Orbe frequentissima tunc fuum. i. Belial gian, lapidem pretiosum ac præfectum. (Dreiserus habet, Johannem Belial. h. e. s

Priapus, adde: Si qua subsit Historia, facilè credi potest, uti Tarquinii Romæ pulli sunt, ob vitiatam Lucretiam; ita quoque virum quempiam Principem in exilium esse actum, ob fordas libidines, quibus falacitiam *Priapo* vitium fuit comparari. Sed enim non ejusmodi potuisset conferri *Priapo*, nisi antea hic pro Deo fuit cultus fuisset. Sic autem cultus est antiquissimis jam temporibus, sub nomine *Baal-Phegor*, ab Arabiæ populis Moabitis atque Midianitis, Numer. *cap.* 25. *versu* 2, 3, 6. quo nomine certum est Solem fuisse adoratum; cùm & *Priapi* nomine Solverationem invenerit: quorum utrumque veteres habent Auctores. De priori ita Hieron. in *Os. lib.* 2. *cap.* 9. *Baalphegor, idolum Moabitarum, quem nos Priapum possimus appellare.* V. eundem *l.* 1. *c. Jovinian.* & Isidorum *Origin. lib.* 8. *cap.* 11. Posterius quod attinet, variis id argumentis asseri potest. Namque Orpheus seu Onomacritus *Hymnis* ou *Inniis* cum περιήγησιν celebrat vocatque μέγαν Διόνυσον λαγών, item πυριφοίτα ἔρωτα: ac mox de eodem subjungit,

Κικτὸν κόσμου
Λαμπτὸν ἄγων φαέθων ἀγυιὰ, ἀφ' ὃ σε Φάνητα κικλήσκω
Ἠδὲ Πρίηπον ἀνακτα.

Per mundum
Emicantem ducens lucem, à qua te Phanetæ vocant,
Atq. Priapum *Regem.*

Postea dicitur & πανδώρεως: quemadmodum Πρίηπον Grammatici dictum ajunt, quasi σημείωσιν τὸ σπέρμα, quod optime foli, undevis omnis seminatrix, convenit. Idem eo confirmatur, quòd *Priapus* idem ac Ægyptiorum Horus, is autem idem ac Solaudacæ quo etiam cognoscimus, cur *Priapus*, h. e. Horus five Sol, manu una sceptrum, altera rubentem illum ac pedalem teneat fascinum, utralia omnium. Sic igitur Baalphegor five *Priapus* nihil aliud fuerit, quàm seu Naturæ, seu Cœli, seu Solis vis generatrix, cœlitus esse distundens per universum Orbem, maximeque sese exerens, tum in plantis, unde & in hortis simulachrum *Priapi* conflitui solitum: tum in animalibus, etiam hominibus; Unde nupturæ ad Mutinum Titinum, cui ædes ad mutum Mustellinum in Velus fuit celæ Festo, olim deducebantury ut à Numine generationis Præside, post fœdos quosdam ritus, Virum & ipsæ generandi adipiscerentur. V. Arnobium *l.* 4. Augustinum de *Civ. Dei. l.* 4. *cap.* 11. Lactantium *l.* 1. *cap.* 20. Origenem *Numer. Homil.* 20. &c. Sacra quoque & figura utriusque fœdissima conveniebant: putanturque eadem fuisse, quibus præerat Maacha, mater Regis Asa: cui eam ab hoc removit officio ac Numinis illius turpissimi simulachrum combussit, cineresque projecit in torrentem Chedron, 1. Regum *cap.* 15. *versu* 2 & 2. Paralipom. *cap.* 15. *versu* 16. V. Hieronymum *locis.* Nec obstat huic sententiæ, quòd Athenæus, *Priapum* non Priapi modo, sed & Bacchus quoque, idem est ac Sol. Sed *Priapum* quando vocarent; universe spectabant generationem omnium rerum, maximeque plantarum & animantium, cùm verò Bacchum nominarent, particularitatem attendebant maturationem liquoris in vitibus, sive uvarum & vini productionem, V. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* Nec verò fuit cum tanùm hoc Numen, sed & marinum, navigationibus præpolitum fuisse, ex Leonida patet *Anthol. lib.* 1. *cap.* 56. *Epigramm.* 4.

Ταῖσδ' ὁ Πρίηπος ἐγκατέκτισεν ὁ λιμενίτης.

Hæc Priapus *ego impero, portubus præfectus,*

Quod confirmat Antipater Sidonius, & Marcus Argentarius, vetus itidem Epigrammatophorus. Unde à Satyro Thyllo ante citato Ποσειδῶνος & Διόσκουρος: ab Archia πόσει φιλίῳ Διὶ ξείνῳ Θεαγένεος ἀρχηγέτᾳ vocatur: eui æræ, ceu littorali Deo, Alexa Theagenis ἀρχηγέτης

9. *Quatenus annis die, post primam & pretiosa, tenentur omnes* ——— *Quatenus post mortem D. N. Papæ, post pretiosa statim ibus prædictis tenentur cantare, De profundis &c.* Idem, voce *Pretiosa*.

Prima Libamina, diebantur in sacrificiis Veterum fetæ, quas, post precationem solennem immolationem & libationem, inter cornua victimæ manu evulsas, Sacerdos in ignem projiciebat quo facto conversus ad Ortum, obliquum cultrum à fronte victimæ ad caudam ducens, tandem victimam, Diis exhibitam & dedicatam, jubebat jugulare Ministros: qui, quod mactarent eas, *Cultrarii* ac *Victimarii*: item *Popæ* & *Agones* dicebantur. Jo. Rosinus *Antiqq. Rom. l. 3. cap. 30.*

Primæ, dictæ olim provinciæ, quibus Metropoles obtigerant. Secundum Sirmondum enim ad Sidonium *l. 7. Epist. 5.* Provinciæ olim, cum simplices essent, postea Principum nutu dividi cœperunt, ortumque inde, ut aliæ *primæ* dicerentur, aliæ *secundæ*, aliæ *tertiæ* & ita deinceps, pro numero provinciarum. Primæ verò appellatæ, quibus Metropoles obtigerant, quæ totius provinciæ ante divisionem caput erant, unde eidem nata? *Primatum* origo, cum primarum provinciarum Metropolitani, Primates olim essent reliquarum ejusdem nominis provinciarum. Can. denus verò in *Brin. p. 94. 3. edit.* ait se observ asse, Romanos eas semper provincias *primas* vocasse, quæ Romæ propiores dic. Ex.

Primæ Domus, apud Papinium Statium *Thebaid. l. 1. v. 201.*

——— *ſtatiis hanc omnia iuxta*
Primæq; Occidua, & domus, aiq; uſta ſub omni
Terra aëq; unda dat ———

Et *Silvarum l. 1. in Sortilia Attilii,*

Occidua primæq; domus & Sole ſub omni,
Permenit durata manus ———

Orientalem Mundi plagam denotant, quæ cur hoc nomine indigiuerint à Poëta, enarravit jam olim Cælius Rhodiginus *Antiq. Lectiou. l. 1. c. 10.* V. quoque Barthium *Animad.* Papinium *ad Primarorum* Legio, memoratur Capitolino in *Clodio Albino.*

Primarum Partium Servus, apud Cic. *pro Rabco.* V. supra in voce *Partes.*

Primas, qui primas partes tenet: unde *Primates*, apud Wippon em *in Conrado Salico*, *Wormatiæ conveniunt cuncti Primates*, i. Proceres. Sic *Primates Judæorum*, qui antea Patriarchæ dicti, quorum abolitum nomen sub Theodosio Juniore, testatur *L. 29. Cod. Theod. de Jud. Primates Palæsti, in L.* Wiligoth. *Primates regionis, in Pragmat. Sanct.* Juftiniani; *Primates Librium, Victorium, Cassellorum*, in Cod. præsato non semel. Atque hactenus vox in Ecclesia ignota: unde & Joannes Evangelista & apud cap. 11. *primatum ambientem Diotrephen*, ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς ἐπὶ τὸ πρωτεύειν αὐτῶν, *Epist. 3. versu 9.* Tum enim nullum inter Presbyteros Episcoposque discrimen. Hinc ad Titum *cap. 1. v. 5.* constituuntur oppidatim Presbyteri, qui *versu 7.* vocantur *Episcopi*; & Petrus *Comprobetur* alloquitur Presbyteros, 1. Petr. *cap. 5. versu. 1.* quos *versu 2.* jubet ἐπισκοπεῖν non coactè, *sed libenter*, &c. Idem apertè testantur, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus & recentiores alii plurimi, de seculis Apostolico propioribus: quibus si aliquod inter hos discrimen fuit, fuit id *primatus* ordinis, ut primus concederetur locus Presbyteris seu ætate, seu ministerio, primo, quemadmodum & Judæorum Synagogæ suos seu ἀρχισυνάγωγος seu Præsides habebant. Exinde paulatim mutata est *Primatus* ratio; sic ut, qui antea illum ordine obtinebant, deinde electione primi constituerentur; quò devenium est, refert Ambrosius, *ob reliquarum Presbyterorum imperitiam*: Hieronymus vero *ad tollendu Schismata*, factum esse testatur, *ad Titum cap. 1.* a quo audito foûte concurrerunt. Ne verò Episcopus sustra & citra nominæ prior videretur, potestas & cura Ecclesiæ, quæ antea penes omnes Presbyteros sterterat, ab eo tempore ellè ferme soli demandata: inprimis ipsi soli jus ordinandorum Presbyterorum datum est, ad consilium tamen eorum & societatem, *ut simul cum Episcopo ordinarent etiam Presbyteri, & in thronis sederent*, telte Epiphanio. Uti autem Clero superior factus est Episcopus, sic cum primi Episcopi pares essent & à communi Concilio Ecclesiæ ejusdem provinciæ per Synodos regerentur; dein Metropolitanorum quoque seu Archiepiscoporum nomina nata sunt. Imò, pluribus provinciis sequenti ævo à Constantino in unam Diœcesim redactis, supra Metropolitanos constituti cœperunt Patriarchæ seu *Primates*, *Exarchi Diœcesium* dicti, uti pluribus docet Franc. Burmannus *Synopf. Theolog. Christ. lib. 8. cap. 13. Part. I. & Jo.* Casp. Suicerus *Thes. Eccl.* voce "Εξαρχος. Unde *Primates Diœcesium*, apud vet. Interpretem Latinum *can. 9. & 17.* Conc. Chalcedon. & *Præsules omnium Sacerdotum in partibus suis*, in *Appendice Cod. Theod. Constitut.* 3. appellantur. Ex quo dein profluxit nova illa *Primatis* significatio, (prius enim & Metropolitani *Primates* dicti fuerant) quæ postea in alteram abiens sola deinceps obtinuit, apud Canonum Collectores, ubi *Diœcesis* sumitur, pro tractu diversarum provinciarum in unum corpus compactarum: Græcis inde οἱ ἐπὶ διοικήσεως Ἐπίσκοποι dicti, in Concilio Constantin. can. 11. & Ἔξαρχοι τῶν Διοικήσεων, ut dictum. De *Primate* apud Gilbertum Lunicensis Epist. *Hic, de Usu Eccl. Primas quoque & ipse Archiepiscopus est, nec ipse Archiepiscopum ordinat. Utrumque enim Archiepiscopum & Primatem oportet Romæ ab Apostolico ordinari, aut à Roma eis à Papa pallium afferri, atque à Cæpiscopis jubilmarsque una datur licentia, si pure infirmitatis vel belli, aut alia aliqua causa necessaria interveniri. Eo tantum ergo præest* Primas *Archiepiscopo, quod cum multi sint in eadem regione Archiepiscopi, soli ex eis, qui Regem ordinat & in tribus solennitatibus coronat, & apud quem Concilia pro veritate peraguntur, ipse eorum primatum tenet, locum tiuque, quem apud Orientales Patriarchæ poſſident, tum apud nos* Primates *quodammodo obtinere videntur, utrip. Romano Pontifici primo gradu ſupponuntur.* V. de *Primatibus* Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Bulgariæ &c. Baronium, Sirmondum, Salmaſium, Morinum, Sauliarium, Ulſerium Archiep. Armachanum, Alios: Sed & *Primates* interdum occurrunt dicti Epiſcopi, qui alijs Coepiſcopis, ordinationis tempore, erant potiores: quo modo à Papa Hilaro Conſtantinus Epiſc. Civ. Uzetiæ dicitur eſſe *Primas ex honoris.* Et *Idatem*, cura provinciæ Naiſbonenſis, ob ſuſpenſionem Hermetii Metropolitani, transfertur ad eum, *quem reperiri Epiſcopalis Ordo Primatum.* Alio modo *Primas* inter Epiſcopos Comprovinciales dicebatur, cujus civitas ſecundum à Metropoli locum obtinebat, ac ſecundo ab ea loco, in provinciæ Notitia deſcribebatur. Apud Afros olim *Primas* quoque leu *Epiſcopus primæ Sedis* dicebatur, qui ordinationis tempore Collegas ſuos antebat, quem ideo *Senem* appellabant, ut infrà dicemus. Quæ tamen ſolius Carthaginis erat prærogativa, ut ejus Epiſcopus *Primas* eſſet Proconſularis provinciæ & ea pro reliquarum quinque provinciarum, &c. Inter Abbates *Primatis* titulo Fuldenſis eluet. V. Car. du Freine in *Gloſſario* & Macros Fratres in *Hiſtorico*, ubi hi inter alia annotant, *in illis Civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum atque primi Legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates vel Patriarchas* —— *in illis autem in quibus Archiſſamines* —— *Archiepiſcopos* —— *in reliquis vero civitatibus ſimpliciter Epiſcopos poſitos eſſe* ex Can. 1. *diſt. 23. in illis vero*, V. quoque *Can. quoniam & ſeqq. diſt.* 100. & *can. nullus Primas.* Auctoritatem *Primatum* hinc perſtringit Guil. Britto *Philipp. lib.* 12. ubi de Lugdunenſi Galliæ Primate,

Et Lugdunenſis, quo Gallia una ſolebat,
Ut fama eſt, Primate *regi, conſueq; referre*
Diſſidet: in diſ iis ultima ſtultus eſſet;
Nec mirabitur Roman ita ulla, niſi quæ
Lugdunenſe Forum ſi ſcierit noviſſet.
Cujus honoris adhuc memor eſt Epigramma ſtylli,
Quod, monetas datur ad commercia cenſus.

Primates Officii, iidem qui *Priores*, item *Principes Offi.* ii. V. *infra.*

Primatum obtinere, in Circo olim, idem quod *occupare* seu πρωτεύειν: de eo, qui, primo oltio miſſus, fortisae loci beneficio ceteros antevertebat. Vetus *Epigr. de Circo*,

Aſſi ubi pandantur, ſundunq; repagula currus,
Unus & ante omnes cogitur ire prior.

Atque hic, ſi nihil adverſi illi accideret, & inoffenſum curſum teneret, usque ad finem, viresque perferret equorum integras ad ultimum usque ſpatium flexumque metæ ſeptimum, haud dubie vincebat. Sed plerunq; evenicbatur præ ſtudio obtinendi ac ſervandi *Primatus*, quem ab initio ſortis munere adeptus erat, præ-laſtatis & conſumtis viribus equorum, ante ſeptimum curriculum deſiteret, palmamq; ſequentibus traderet, qui in ejus locum ſuccedebant, metamque ultimam circuire cœpiſſabant. Silius,

At queis interiit cura & prudentia Circi
Altior, aſſuſus primo certamine vires
Damnare.

Cauti igitur agitatores in primis ſpatiis ſuſtinebant equos ſpiritumque ac vires eorum diſpenſabant, priusquam ad finem venirent, ut integri & indefeti prægreſſos jam deſeſſos opprimerent, & in ſeptimæ metæ flexu præverterent. V. ſupra in voce *Occupare.*

Primi & *Magiſtri Numerariorum l. 8. Cod. Theod. de Numerar. Jubemus omnes Numerarios, non eis modo quos plebs conſtituit vulgus abſcindit, ſed primos etiam ac Magiſtros eorum officii ſedis amplioſſimæ, tum etiam Judicum exterorum &c. ſtant qui alias Primates officii, & Priores & Capita officii* dicuntur. Singula enim officia Palatina habuerunt Magiſtros ſuos ſeu Principes: qui tamen alter atque alter in diverſis officiis nominabantur. In officio Præfectiæ Prætorii, qui primus erat & princeps illius officii, *Primiſcrinius* vocabatur; in officio Sacrarum Largitionum & privatarum, ut & aliis plerisque, *Primicerius*, in ſcriniis Epiſtolarum, Libellorum & Memoriæ, *Proximus*, in Diſpoſitionis ſeu ſcrinio *Comes*. Nam intribus illis ſcriniis, Epiſt. Libell. & Memor. qui primi erant & primum locum inter homines ordinis ſui obtinebant, *Proximi* dicebantur. *Priores Scrinii* eos vocat *Cod. Theod. de prox. Com. diſſert. in capite ſcrinii* conſtituti dicuntur, *l. 11. eod. tit. Principes ſcriniorum* vocat Lampridius *in Alex.* Proximi igitur in ſcriniis iidem erant, qui in aliis officiis *Primicerii.* Hi enim omnes, qui in aliquo officio primo loco militabant, *Principes & Magiſtri ſtilus officii* audiebant. Sic *Comites Diſpoſitionum*, qui id erant in ſcrinio Diſpoſitionum, quod Proximi in aliis ſcriniis &c. Salmaſium *Not. ad Treb Pollionem Gallienis*, uti de *Primis Parmisius*,

bus, corumque memoria diu in Asia apud Gentiles conservata, Vossium *de Idolol. lib.* 1. c. 38.

Primicerius, dignitas *Primicerii*, quæ vox non uno modo apud Scriptores sumitur. Pro primo cujusque ordinis, apud veteres occurrit: quod talis (*officii principe* prius dictus) primus in cera seu tabulam relatus esset. ὁ πρωτος σχολαστικος, ὁ πρωτος ἀκκαρεως. Quæ supra diximus de Vett. *Cerati tabellis*. Hesych. *Primicerius de Limitibus agr. Hac conternationes fabulæ forte quidam tabulas appellaverunt, qui eum codicibus excipiebant & a prima cera, primam tabulam appellaverunt.* Sic autem dicebantur inprimis, qui in Officio Sacrarum Largitionum & aliis plerisque primi erant & principes officii, uti videmus. Posimodum ad militiam vox extensa: unde *Primicerii Legionum, nobilia bajulantes viri nobiles & inclyti*, memorantur Guillelmo Tyrio *lib.* 4. cap. 8. Et apud Hieronymum *ad Pammachium*, nonnisi dignitatis est militaris Tribuni dignitati proximæ. Apud Senatorem *lib.* 10. *Epist.* 11. *Primicerius* idem cum *Domestico* est. In *Monastico Anglicano Tom. I. pag.* 838. & 839. augustissima vocis obfervatur notio: Ibi enim Edmundus & Edgarus *Reges* & *Primicerios suites Angliæ* inscribunt. Quomodo in Ecclesiam idem titulus irrepserit, dicemus infrà: Hic varia *Primicieriorum*, primæ significationis præcipuè, subjungemus ægerata, ex Car. du Fresne.

Primicierium, apud veteres Scriptores, genera diversa.

α. *Primicerius Augustæ*, apud Eustathium in *Vita* S. Eutychii Patriarchæ CP. *num.* 84. β. *Primicerius Augustalium*, V. supra *Augustalis.* γ. *Primicerius Aulæ*, qui tubicinibus Imperatoris præerat. V. du Fresne *Not. ad Cinnamum pag.* 463. δ. *Primicerius Bardariotarum*, qui Achridensibus Turcis præerat, apud Impp. Byzantinos, V. eundem *ad Alexiad. pag.* 289. ε. *Primicerius Capellæ Regiæ*, vel *Palatii*. V. supra in voce *Capellanus*. ζ. *Primicerius Cenatorum*, η. *Primicerius Cubiculi sacri*, in *Not. Imp. pag.* 3. *Primicerius Cubiculi. Primicerius Lectorum.* ϑ. *Primicerius Magistrorum*, aureæ massæ, auri ad respondum, vestiarii sacri, argenti annularensis, a pecuniis. Ibid. pag. 49. V. Pancirollum. ι. *Primicerius Schole Cantorum*. V. supra *Cantor.* ι. *Primicerius Defensorum*, V. *ibid. Defensor.* ϰ. *Primicerius Deputatorum.* λ. *Primicerius Domesticorum.* μ. *Primicerius Excubitorum.* ν. *Primicerius Judicum.* ξ. *Primicerius* & Comes Sacrarum Largitionum, apud Senatorem *lib.* 6. *Epist.* 7. ο. *Primicerius Lectorum.* π. *Primicerius Magistrorum*, apud Cpolitanos, dignitas de qua V. Codinum & ejus Interpretem Joannem Vill. *Epist.* 166. ϱ. *Primicerius Notariorum.* σ. *Primicerius Palatii.* V. paulo *supra.* τ. *Primicerius Silentiariorum.* υ. *Primicerius Singularium.* φ. *Primicerius Tabulariorum*, apud Codinum *de Offic.* χ. *Primicerius* Vestiarii Imper. apud Leonem Gramm. *in Constantino Leonis lib.* 8c c.

Primicerius, cott. *Primissariius* & *Primitiarius*, in Ecclesia Rom. Dignitas est in Ecclesia Cathedralibus, qui cui præditus, *minus primorum Clericorum superior est*, ut ait Dominic. Macer. Ejus officium sic describit Gregorius M. Epist. ad Landefred. Epist. 2. Ad Primicerium pertinent Acolyti & Exorcistæ, Psalmistæ atque Lectores, signum quoque dandum pro officio Clericorum, pro vicæ honestate & officium meditandi, & peragendi solicitudo lectionæ & benedictiones & psalmum, laudes, offertorium & responsoria quis Clericorum dicere debeat: Ordo quoque & modus psallendi in choro, pro solennitate, & tempore, ordinatio pro luminaribus deportandis, si quid etiam pro reparatione Basilicarum, quæ in urbe ipse denuntiat Sacerdoti, epistolas Episcopi pro diebus jejuniorum Parochianis per Oftiarios ipse dirigit: Clericos, quos delinquere cognoscit, ipse distringit, quos vero emendare non valet, eorum excessus ad cognitionem Episcopi defert, Subdiaconos & acolytos curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo Diaconis vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis: ut ipse disciplinæ & custodiæ invigilat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus: & ut ipse Diaconibus donet lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, ut, in quacunque re capacem sensum habuerit, absque ulla vacet negligentia, aut à quo ipse juserit instruantur. Equibus apparet insigne olim *Primicerii* auctoritatem fuisse. Sic occurrit *Primicerius Sedis Apostolicæ*, apud Joannem præfatum *Epist.* 7. *Primicerius Ecclesiæ Tullensis*, in *Charta* Leonis IX. A. C. 1049. & apud Gregorium IX. *lib.* 1. *cap.* 8. ubi extinctam hanc dignitatem, in illa Ecclesia, sub ejus tempora observare est, *Primicerius S. Marci Venetiarum*, de quo multa Sansovinus & Stringa *de Venetia lib.* 1. *cap.* 143 & *seqq.* &c. In *LL.* Alfonsinis seu *Partitis* 1. *part. tit.* 6. *lib.* 5. cum Cantore *Primicerius* confunditur, ibi enim Cantorem & in quibusdam Ecclesiis *Cabiscol*, in aliis *Primicerio* nominat observatur. V. supra *de Primicerio, & Schola Cantorum.* Olim quando in Sabbatho præcedenti Dominicæ III. Adventus Pontifex Rom. in Basilica Vaticana solennes canebat Vesperas, tunc Antiphonæ laudes dicebantur, ac *Primicerius* suggerebat intonationem Pontifici primæ illius Antiphonæ, *Juste* &c. cujus operæ pretium erat aurea moneta, quam à Camerario acceptam ori Primicerii Pontifex imponebat, ut est apud eund. Macrum &c. Sed & alii inter Ecclesiasticos Officiales *Primicerii* occurrunt; De *Primicerio Capellæ Regiæ*, aliquid supra dictum; de *Primicerijs Subdiaconorum*, *Notariorum*, *Lectorum*, in Ecclesia Mediolanensi, V. Ughellum *in Append. Tom. III. ad A. C. 963.* Apud Lutilprandum *lib.* 6. *cap.* 6. *Diaconus Cardinalis Primicerius*, dicitur qui alias *Decanus*. Et Hincmarus Rhemensis, in *Tom.* Concil. Drogonem Epise. *Primicerium*, hoc est, *Vicarium*, appellavit, quia Vicarius Papæ in Galliis erat &c. Uti autem *Primicerius*, sic *Primicerius Virginum*, à Bernardo vocatur B. Virgo *Sermone*, ut videre est, apud Macros Fratres *in Hierolexico*. In malam partem vox accipitur apud Balsamonem, *in Can.* 6. *in Trull.* ubi lenes quosdam, qui in Arte Magica alios instruebant, *Primicerios ac Pseudothess*, h. e. *Deos mendaces* appellat. Nec omittendum, esse nonnullos, qui *Primicerii* vocabulo contendant notari à figilis Officialem, qui à Cassiodoro Πρωτοκολλος appellatur, Sed ea notione, quâ diximus, *Primicerius* apud Græcos non Πρωτοκολλος, sed Πεμπτικερικος, passim appellatur. *Ibid.*

Primicerius, in Concilio Emerit. *can.* 10. & 14. & in Toletano XV. ubi subscripsit *Musarius Primicerius*; nec non in *Historia* Wambæ R. *pag.* 832. ubi quidam *Gulricianus Primicerius* memoratur, Garsiæ Loaisæ corrupte est, pro *Primicerius*. Aliis munus est Ecclesiasticum, quo primus & præcipuus inter Clericos, qui nempe universæ Clericorum familiæ præerat, functus fit. Ut enim Diaconis Archidiaconus, Presbyteris Archipresbyter antistabat, ita Clero *Primicerius*, cujus arbitrio oblationes Clericis pro ratione virtutis & officii distribuebantur. V. Eilefacum *lib.* de Parœciis *cap.* 4.

Primigeniæ, Virgines majores inter Vestales, quæ septem erant, apud Baronium *A. C.* 384. *num.* 2.

Primipilarius, apud Spartianum *in Pescennio Nigro*, *Ad occidendum autem Nigrum, primipilarum Julianus missus, fuisse ad eum, qui haberet exercitum & jeueri posset: perinde quasi qui illiset Imperator a primipilario posset occidi.* V. supra Pilum & infrà in *Principilus.*

Primiscriniarius, apud Anonym. um Varicanum *de electione Paschalis* II. laudatum Baronio *ad an.* 1100. idem cum *Protoscriniario*, apud Reginonem *in Chronico*, inter officia nempe aulæ Romanæ, de quo infrà in *Scriba Regionarius*, sed & in voce *Protonotarius.* Ita enim hodie in illa Ecclesia appellatur, docet Dominic. Macer in *Introductio*; qui etiam *Primiscriniarios* olim Cardinales fuisse ait. In Aula CPolitana quinam *Primiscriniis* appellati fint, supra diximus, in voce *Primi.* Carolo du Fresne, *Primiscrinius*, qui primum locum obtinebat in Scriniis publicis, seu inter Scriniarios, dictus est. Varios *Primiscriniios Beneficiorum*, *Candidatorum*, *Canonum*, *Largitionum privatarum*, *fecuritatum*, memorat Macer *d. l.*

Primitiæ frugum aliarumque rerum, eo fine Deo offerri consuevere, ut in iis reliquæ omnes sanctificarentur, Sic *Primitiæ* arborum offerri jussæ sunt Levit. 19. v. 23, 24. quod hoc ordine fiebat: Tribus primis, à quo plantatæ erant annis, *propriatæ consabantur*, ade quæ nec edere, nec vendere, nec ulla ratione fructibus earum frui licebat: *Anno vero quarto omnis fructus earum, sanctia res erat laudationum Jehova.* Nempe vel dabantur Sacerdotibus, Num. c. 19. v. 23, 24. vel comedebantur coram Jehova, sicut decimæ fecundæ solebant, V. Talmud Bab. *in Magnas her Jchen c.* 1. Anno demum quinto usu vetiti quilibet poterat: Et hæc proprie σχολιογραφικα dicuntur Scripturibus. Sic cuique unæ annoredibus primitiæ, propriè Ἀπαρχαι dictæ, fimiliter offerebantur Et primò qui dem *manipulus frugum*, Levit. c. 23. v. 10. fub initium meffis, die 15. mensis *Nisan*: Dein *panes agitationis duo*, v. 17. fub finem ejus, die Pentecostes: repetiuntur quæ ambæ hæ Primitiæ appellatæ תנופות *Themuphoth*, *ibid.* Offerebant porrò *Primitiæ* cujusque malæ, Num. c. 18. v. 20. nim. vigesimam quartam ejus partem, quam Sacerdotibus exhibebant; quo respicit Ezra Apostolus ait; *Quidfi primitiæ sanctæ, etiam massæ*, Rom. c. 11. v. 16. Ex *area* etiam *oblationem* facere tenebantur, ita Num. ca. quæ duæ posteriores dictæ leguntur תרומות *Thorumoth*, & à prioribus in eo differebant, quòd *Thorumoth* hæ offerebantur, per modum *elevationis*, ad insigirandum, Deum esse cœli æque ac terræ dominum. *Themuphoth* verò, per modum *agitationis*, ab Ortu in Occasum à Meridie in Sept. ut fignificaretur, totius mundi Dominum esse Jehovam. Interim licèt quatuor fic essent *Primitiarum* genera, communiter tamen ultimum solum *Primitiarum* nomine ab Auctoribus tractari deprehenditur. Dominantur autem has Rabbini in duas species, quarum una בכורים *Bicurim*, altera תרומה *Thorumæ*, complectebatur *Primitias frumenti*, *multi*, *olei & velleris ovium*, Deut. c. 8. v. 8. & c. 18. v. 4. V. quoque Num. c. 18. v. 12. Et quidem, quoties iis de *Primitiis* fermo, faciunt illud nomine *Bicurim*, dicuntur, quòd has effe primitias illas, quas toties jussus fuerit Populus afferre in Sanctuarium: De his verò inteligendum est illud, Rabbinorum, *Quidquid edulium ex terra incrementum capit, ubnoxium eft primitiis Thorumæ & decimis.* Græci hoc posterius oblationis genus ἀφαιρεμα καθ' ὁμοιωσιν. *Separationem* appellant: quo allludens Paulus fe vocat ἀφωρισμενον εις Ευαγγελιον Rom. c. 1. v. 1. V. quoque Act. c. 13. v. 2.

Urrobique ad minimum decimam sextam totius partem *Primitiarum* loco offerri debuisse, colligitur ex Ezech. *cap.* 45. *versu* 13. Qui vero decimam quartam partem offerebant, quæ maxima in hoc genere oblatio erat, vocabatur *Theruma gnaiin iopha*, i. *Oblationibus boni*: Cæterorum, qui decimam quintam conferebant, *Theruma benenioh*, i. *Oblatio mediana*, dicebatur: Sicut quippræcise decimam sextam lotvebans, appellabatur *Theruma gnaperayna*, i. *oblatio vltimalis*. Unde Seniorum traditione inter decimam sextam & decimam quartam partem definitæ *Primitiæ* sunt: Id Phariszi, ut reliquis sanctiores viderentur, inter decimam quintam & decimam tertiam, illarum modum statuerunt, sic ut apud eos ordinibus haberetur, qui priorem: liberalis demum, qui posteriorem solvisset, V. Epiphanium c. *Phariæos* p. 11. Quo autem viru *Primitiæ*, dicit *Bicurim*, offerri consueverint; prolixe explicatur, Deuteron *cap.* 26. qui cum Propiectarum compore paulum immutatus videatur, eum ex Majemonide de *Bicurim cap.* 4. *sect.* 16. lubjungam. Itaenim is, *Qui ex Primitiæ colligebantur, singulæ oppida ad ipsas regiones convehebant ad turbem præcipuam, in vicos vrbium ingredierentur, dictum enim Deuteron. cap.* 14. *versu* 8. *in multitudine populi ejus decor Regis. Permollabant autem & diverbabantur, in vicis civitatum, non in ædibus, politionis meæ, pulvidiesque pererrituris dicebat Duæ gemina, Surgite, eamus Sionem, ascendamus ad templum Jehova Deinsitra segregate, eamus Sionem, ascendamus ad templum Jehova Deinsitra segregate, bant vero ante se bovem cornibus inauratis & fero oleagine infrigem, quo ipsum præstantorum fructuum Primitiæ indigitabantur. Similque ipsum præstantorum fructuum Primitiæ indigitabantur. Similque liter Tibi in præcedebas, donec Hierosolymam pervenirent, lætique incantabant, ex Psalmo 122. vers. 1. Lxor de eo, quod dicitur mihi, domum Jehova adeamus.* Quo forte respicitur Elaia *cap.* 30. *versu* 29. *Illud canticum*, inquit, *futurum est vobis, ut nobis, qua sanctificatur Festivus: & lætitia animi, quale est eunti cum tibia, ut veniat in montem Jehovæ, ad rupem Israelis.* Sed hominum in primis Primitiæ, nempe *Primogeniti*, ut & animantium, lactæ erant Jehovæ, eò quod, cum primogeni tum omne in Ægypto Deus percussisset, solis Israelitis eorum quæ primogenitis pepercisset Exod. *cap.* 13. *versu* 2. *At primogenitum hominis, & primogenitum jumenti immundi redimebatur, à nato uno mense, secundum æstimationem eorum, argenti quinque sicli, prout erat situs Sanctuarii*, Num. c. 8 v 16. quæ pecunia sacerdotibus dabatur quod videtur picere Petrus I. *Epist* 18. 2. 3. *Non ut argentum aut aurum redempti estis de vestra vana conversatione patrum traditione, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati & incontaminati Christi.* Et Hieronymus vero boreas argenti vel *auro simile* est, redimi non potesse: Ied oportebat animalia quæ *offerebantur Deo, & adipem illorum adoriri in odorem gratum Jehovæ*, Num. *cap. cit. vers.* 17. caro vero Sacerdotibus cedebat, &c. V. Thom. Godwynum *de ritibus Hebr. lib.* 6. *cap.* 2. Andr. Rivetum *Comm. in Exodum*, Alios. Neque tacio hujus ritus nulla un b aad Ethnicos ipsa fuisse. Unde veteres Tripolemi instituto, *πανηγυρεις αγειν*, id est, *Primitias frugum*, venerabantur Deos Athenienses, quæ *ex frugis suum* ... *Arvis vindemiis vigas* ... *τον αιτιωτατον χρονον. Leo ainuquisima acervisæ vindemiis in Attica*, dicta est, Sam. Petitus *Comm. in Leges Attic. lib.* 1. *tit.* 1. Hyperbore quoque *per Virgines probatissimas Primitias frugum Apollini Delio missitare consuevere*, teste C. Jul. Solino *cap.* 21. Janotiidem *Primitias* omnium iacrorum fuisse oblatas à Romanis, Thom. Dempsterus docet *Paralip. in Rosinum lib.* 2. *cap.* 2. Sed & Lares *πρωτογονοις, primitiarum*, oblatione cultos ait Horatius *Serm. lib.* 2.

Gaudia prima
Et quæcunq; focus servatus tibi fundus honores,
Ante Larem gestos venerabilis Lare dives.

Hinc Tibullus spicis & uvâ *lib.* 1 *Eleg.* 10. Juvenalis floribus, viola inprimis, Sat. 10. &c. Larem coronant. Nec omittendum, quòd vett. Romanos ne degustasse quidem novas fruges antequam *prima, antequam Sacerdotes primitias libasseni*, tertium Plinius *lib.* 18 *cap.* 2. ut de aliis gentibus in præsens taceam. V. quoque Lupiain voce *Prædia*.

Primi virgines, nomen officii in Aula CPolitana, id est, Lectorum, seu potius Prætorianorum, qui *Barbarion* dicti, Præfectus, quorum erat Imperatore equitante virgâ, quam manibus ferebant, obviam turbam summovere. V. Codinum *de Officiis Aulæ CPolitanæ*. Græce *πρωτοβουλοι*.

Primogenitura, magna semper veneratio, à qua *Fortuna Natalis Primigenia*, cujus memoriam Marmora servant non pauca: Gruterus *Inscript pag.* 76. *Fortunæ. Jovis. Pueri. Primigeniæ.* Et *pag.* 1006. *Jovi. O. M. & Fortunæ. Primigen. V. S. A. L. L. Primigenius. cum. filis. Torquato. &c.* Proin è solis fœmellis mancipiis quam expolire *primitivæ*: Hinc de gemellorum *Primogenitura* litigarunt jam olim Jurisconsulti, masculis fere faventes, ut forationibus, quod in Hispaniam veteres Gothi invexere primi. Proprium vero hoc Hebræis jus, quibus ex officio incumbebat & Deo tam perfectos fetus primos, quàm imperfectos, ad sacrum Ministerium offerre & oblatos deinde jumentis fictisque quovis redimere: quorum illud desit, quum ad Levitas fac orum jus devolverstur, illud in Ægyptiacæ servitutis memoriam servatum est. Verba sunt Thomæ Bartholini *p. de Puerperio Veterum*. Et quidem de *oblatione Primogenitorum* divino jussu fieri solita diximus supra, ubi de *Primitiis*: Privilegia illorum tria præcipuè fuere, I. Dominium in fratres, quò respicitur Genes. *cap.* 4. *versu* 7. *Erga te est appetitus illius, & tu præes illi.* 2. Portio dupla bonorum paternorum. Deuteron. *cap.* 21. *versu* 17. 3. Jus lacrorum, post partis obitum, quod obtinebat, antequam Aaronidæ ad Sacerdotium evehercntur, Num. *cap.* 18. *versu* 16. & *seqq.* Quæ omnia cùm unico eduio vendidisset Esau, Primogenitus Iaaxi, meritò *profanus* dicitur, Hebræor. *cap.* 12. *versu* 16. De jure *Primogenitura* apud alias Gentes, maxime vero in *successionibus Regnorum ac Principatuum*, conlule *rerum Civil.* Scriptores. Addo saltem, etiam apud Romanos, majores natu bisdomelticis sacris præponi consueville, ex Val. Maximo *lib.* 2 *cap.* 7. ex. 6. *Tu nanq; posthumi dicitur, ait, Posthumium, quin ad genera penetrandum, sacrorum successionem propagandam genue... secuti pervenis ipsissi &c.*

Primopilus, vel *Primipilus*, leu *Primi pili centurio*, vocabatur apud Romanos primus Triariorum Centurio. Hic Triariorum manipulo in prima cohorte præerat atque reliquos omnes Centuriones dignitate superans, consilii particeps fiebat; dictus à *Pilo*, teli genere Romanis usitato, quod Triariis nonnulli propriùm tuisse putant: unde & bonum prima centuria *Primum pilum*, cique qui præerat, *Primus pilus* vocitatus, quem adeò primum fecunda centuria *Secundum pilum*, cique Centurio *Secundipilus* &c. dictus est. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 7. Aquilam ejus curæ fuisse confenditam, unde Aquila non raro pro *Primopilum*, docet Lipsius *de Milit. Rom. lib.* 2. *dial.* 1. V. quoque Argolium *de antiquo cure provinciar. lib.* 2. *cap.* 2. & Ald. Manutium *de Quæstis per Epist. lib.* 3. *Epist.* 3. Commoda illorum varia fuere, inter quæ non minima, quæ ex militum testamentis conlequebantur. Fere enim milites, qui in castris testamenta condebant, amicis commilitonibus, præterim autem Primis ilarioris, sua reliquebant, Quintilianus *lib.* 6. *cap. de Rhet.* Unde & tum inprimis hæreditates expetitæ, uti docet Cataubonus ad Suetonii in Caligula *cap.* 38. *lib.* 1. *Testamenta primipilarium, qui ... se hæredem non reliquissent qui ingressa vestidis &c.*

Primus, apud Suidam, πρωτος ... καταλλος ... ὁς τῶν ἐμπειρων ἀνθρωπων, ἀφ' ὧν καὶ τὰ πλοῖα μᾶλλον τοῦ πεζοῦ ἐν ὀρθίοις τοῦ ὕδατος, ἢ ἐν ὑφέσει ῥεύματος ἕλκονται ἢ κατάγονται ὑπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ ἀφορμιζόντων, Primus & Cerealius in Romanorum *Gaudium* erupserunt. Et *primum quidem, arcis, quibus mortui efferebantur, inferendo, aut cum ipsi insi fructuum miscendo, aut inter calamos amputatorios occultando, epistolas invii eni communicarunt.* Et quo Suidæ loco, quibus altruentes, *Primum* quendam Cerealium institutisse apud Romanos, ut cadavera arcis conderentur, cùm antea comburi moriscellet, merito ridetur à Salmatio *ad Solinum pag.* 1205.

Primus, in Fragmentis *LL.* superstitibus, apud Frontinum de *Aquæduct. lib.* 2 *Tribus Sergia principium fuit: Pro trina Sexe. . . . L. F. Varro primus sirvit.* Item, *C. Antonius. F. F. Cn. Cornelius . . . , F. C. Fundanius , C. F. TRR. pl. dess. plebem. jure. rogarunt. plebesque. jure. sirvit. Pro, trin . . . primus sirvit &c.* id est, qui in prærogativa centuria primus suffragium tulit. Quæ enim prærogativa inter cæteras auctoritas erat, eadem penè apud ipsas prærogativas fuit eorum, qui in illis scivissent primi. Itaque honori quoque id illis ducebatur, atque, ut Senatus consultis quæ deinde affuffiunt, ita Legibus & Plebiscitis qui *primi sirvissent*, eorum tanquam auctorum nomina præscribebantur. Unde Cic. *Orat. pro Domo*, à Clodio in æs nomen Sedulii inisum, ut qui *primus* scivisset, testatur; cui tales *primi principes ordinis* dicti sunt, *pro Plancio* & Quæstam in rem v. plura apud J. Fred. Gronovium *Observ. lib.* 4. *cap.* 1. & hic passim.

Primus Blachernarum, πρωτοβλαχερνιτης, apud Constantinopolitanos, officium olim Ecclesiasticum fuit, de quo V. Jul. Cæs. Bulengr. tum de *Imp. Rom. lib.* 8. *cap.* 100. Fuit autem templum Blachernarum, extra urbem, versus mare, ut supra diximus. V. Gersh. von Mastricht *Histor. Juris Eccl. §.* 342. ubi, de Baltamone agens, voce hac *Præpositum* indigitari notat.

Primus Navium, apud Lulthpranduin *lib.* 3. *cap.* 6. Romanus Lecapenus fuisse dicitur, qui *Drungarius* Græcis, V. *ibi.*

Primus Palatii, dignitas, qua Hermenigildum donatum fuisse, circa A. C. 979. in Aula Rannitri R. Legionenlis, docet Anton. Yepezius in *Chron. Ord. S. Benedicti Tom. V. pag.* 428. & 438. apud C. du Freine.

Princeps, non lolùm apud veteres Latinos Patres, Hieronymum, Ambrosium, Auguitinum, sed & apud priores illis Latinitatis Auctores, idem quod *Primus*; aut, ficut est in Codice, *Primicerius*. Sic apud M. Tullium *Princeps Senatus* aut *Princeps Civitatis*; & *Princeps Actor*, ὁ πρωτοσυνηγορος: Auguitinus quoque, quando Petrum *Principem* vocat, explicans le, *fuisse enim*, ait, *in ordine Apostolorum primum, Serm.* 13. *de verbis Dom. & in Joh. tract.* 124. A quo vero Auguitus, arte ilogulari usus, Remp. occupavit, *Principis nomine*, ut ait Tacitus: cepit hæc vox duplici notione usurpari, & modo ὁ πρωτος, modo ὁ πρωτεύων designare. Fuit autem in eo Auguiti Sophisma, quòd sub veteri nomine (erat enim in Republica, qui dicebatur *Princeps Senatus*, ut monitum) Imperium novum sibi asseruit, un-

dche-

de homonymia orta. Nam etiam apud Tacitum & posteriotis Latinitatis Scriptores, ut de Augustino vidimus, *Princeps pro primo* in crebro usu est; ut cum ait Tacitus *Annal. lib. 1. Idem dies accepti quondam Imperii principes & vitæ fuprumus.* Sic in Ecclesiis Africanis, qui Græcis dicebatur Ἀρχιερεὺς (est autem Episcopus) vocabatur *Princeps* Sacerdotum; & Optato Scriptori Africano quidam Episcopi dicuntur *Κορυφαῖοι καὶ ἡγούμενοι τῶν ἁγίων, Apices & Principes aliorum*: quod quia propter ulum anci pitem vocis intelligi poterat, vel ἀρχιερεὺς Sacerdotum, vel de primo inter illos dignitate aut merito, imò quia jam ætate Augustini ad fovendam ambitionem vel luam, vel alienam, appellationem eam quidam trahebant & superbius aliquid ac πρωθιερεῖον ea vox significabat; in Concilio Carthaginensi illo, quo typhus titulorum est coercitus, etiam ille *Princeps Sacerdotum* damnatus est. V. Illatum Catalogum *Exercitat. 15. in Baronium ſect.* 14. & Suicerum voce Ἐπίσκοπος. Facit ad genuinum significatum vocis, quod Romani *Principem* Equestris ordinis illum, quem Censores primo loco scripsere in Equitum tabulis, sive Catalogo: *Principem* Senatus eum, qui in lectione Senatus ab iisdem, peracto censu, primo loco recitabatur, nominaverere, qui honor fere nemini nisi Consulari & Censorio tribuebatur: retinebatque talis locum illum apud alios quoque Censores, nec nisi eo mortuo alius hoc titulo veniebat. Iidem *Principum Juventutis* dicebant eum, qui ex numero filiorum primi nominis Senatorum, præsidebat Ludis Trojanis, qui in Circo à pueris majoribus minoribusque turmatim congredientibus, celebrabantur. Qua de re V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 25. & alibi.* Posteà tamen *Principes* Juventutis idem fuit, qui *Cæsar* vel *Nobilissimus*, indubitatus nempe Imperii hæres & successor designatus, eodem Augusto, de quo suprà, Auctore, V. Tacitum *Annal. lib. 11.* ubi eum, genitos Agrippâ Cajum ac Lucium *in familiam Cæsarum inductos*, *nec dum positâ puerili prætexta*, Augustus *Cos. designo. Principes Juventutis*, item *C. Cæsar. adauguris & Pont. Coss. desi. Princ. Juvent.* Item, *C. Cæsar. Augusti f. Augur. Coss. des. Princ. Juvent. &c.* ut taceam lapides, quos idem Golzius & Onuphr. Panvinius, hujus rei testes vocant. Postquam verò à Cæsarum familia ad alios Imperium esset translatum, destinati Successores, non *Principes* amplius *Juventutis*, sed *Cæsares* appellabantur, novo prorsus more, quo factum est, ut posteriotibus temporibus hæc appellatio non familiæ amplius, sed dignitati esset. V. Rosinum Spartianum *in Ælio Vero*, & Rosinum *lib. 7. cap. 25.* Retinuerunt hoc nomen etiam cum à cum ad Imperatoriæ Majestatis fastigium pervenerunt. Donec tandem *Cæsares Nobilissimi* vocitari cœperunt, ut ex *Fastis* Onuphrii Panvinii & imaginibus Impp. quas ex antiquis numismatibus Jac. de Strada illis Fastis adjecit, videre est. Ita ergo *Principes* tum *Juventutis*, dein *Cæsari*, tandem *Cæsares Nobilissimi*, olim iidem fuere, qui hodie in Imperio Romano-Germ. *Reges Romanorum*: in Gallia *Delphini*: in M. Britannia *Principes Walliæ*: in Hispania *Principes &c.* dici solent. Rosinus *lib. 7. cap. 13.* Addam, inter species Juris civilis scripti, quas Justinianus recenset *lib. 1. tit. 2. Principum placita*, numerari, quæ nihil aliud sunt, quàm id, quod Imperator per Epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit; quæ etiam Leges sunt Legisque vigorem habent: Cùm Populus Lege Regiâ, quæ de eius Imperio fertur, ei & in eum omne Imperium suum & potestatem concesserit. Idem Rosinus *lib. 8. cap. 1.*

Princeps, nobilior, Tibicinis, apud Phædrum, laudatum Salmasio ad Solinum pag. 1064.

Princeps tibicen notior paulo fuit.

Princeps Arechis, adde: E *Principatu* hoc Beneventano quomodo duo alii, *Principatus Salernitanus & Capuanus*, emerserint, ad Tancredi tandem Normanni familiam, & Reges Siculos, de voluti; quomodo porrò Rogerius R. Tancredum fil. *Principatu Barensi* donaverit, & Simonem fil. nothum *Principem Tarentinum* testamento nominatim vexit, sed reficiendæ patruæ justa filio Guilielmo R. diximus suprà, voce inprimis *Capua*. Repeto saltem de Guilielmo, quod *Ducatus Apuliæ, Tarentiq, & Capuæ Principatum legitimis tantùm filiis debere concedi: ad Comitatus autem aliasque Regni dignitates non indignum esse liberos naturales etiam admitti*, dixille legitur, apud Scriptorem harum rerum eximium Falcandum *p.* 659. E quibus sanè colligitur *Principis* titulum (de quo Mosichopulus, πρίγκιψ, ἀξιώμα & ὄνομα) Comitivam longè dignitate antecessisse. Unde appolite hanc in rem Georg. Hermius *Orb. Polit. lib. 1. cap. 1. Principes*, ait, *proprie dicitur, qui sub se plures habet Comites.* Ita ergo ex Italia, in cœtera Regna, *Principis* titulus profluxit Ergo idem in Regno Hierosolymitano, hinc orti *Antiochiæ*; *Galilææ* seu *Tiberiadis*; & *Philippensium Principes*. Inde transiit *Principis* dignitas in Imperium CPolitanum, sub Impp. Francis, ubi *Principis Achaiæ* & *Moreæ* occurrit, auctore Principatûs Guil. de Champlita. Unde fortean fluxit, ut complures dignitate, licèt & natalibus longè inferiores Proceres eundem titulum sibi arrogarent, vel cette ipsis ab Autoribus ascriberetur, quemadmodum & Comites castri solùm alicujus vel oppidi non tamen *Principes* dicuntur. V. *Charistam* Carolî C. apud du Freine *Glop.* Anselmum *l. 3. Epist. 8. alibi.* In Gallia, Belgio & Germania, primos *Principatus* ad tempora Carolingorum Franciæ Regum, Hornius refert *Orb. Imp. pag.* 122. cum *Notis L. Joach. Felleri.* Sed voce hac latiùs utitur: Idem verò du Freine primum *Principatum* in Francia *Chalesium* agnoscit in agro Incalismensi, erectum aut saltem memoratum demum circa A. C. 1478. A' quo complures instituti atque in iis *Jovis-villæ* A. C. 1552. *Porceani* A. C. 1561. *Guemenaji* A. C. 1570. *Luci* in Pictonibus, *Soyonis*, in Vivariensi agro, *Rupis* ad Yonem, *Lisnesii*, *Pascarii montis*, *Chalusii*, *Ambaisiæ*, *Chabanesii*, *Carouii* &c. In Belgio autem Principatus *Chimacensis* erectus est, A. C. 1486. *Spinetensis* A. C. 1541. *Garrensis* A. C. 1533. *Lignensis* A. C. 1602. *Barbanconensis* A. C. 1614 &c. De Germaniæ *Principibus* dictur infrà. Idem porrò nomen dignitatis in Anglia, jam ab antiquo in usu fuit. In *Charta* enim Offæ R. subscribunt, *Brorannus Patricius*, *Binnanus Princeps*; deinde *Duces*, in *Additam. ad Matth. Paris pag.* 35. Sic in *Charta* Knutronis R. anno 1086. subscribunt Aldeanus *Princeps Regis*, in Conciliis Anglic. &c. V. Sim. Dunelmensem A. D. 978. Sunniliter apud Hispanos dignitate hoc nomen, sed Comitivâ minori, fuisse, patet ex *Divisione* Exonienſis & Auxenſis Episcopatuum A. C. 1078. sub Aldefonso Imp. & Hispaniarum R. quæ post Concilium Bracarense I. ubi subscripsere primùm Episcopi & Abbates, deinde Comites, demum *Principes*. In Anglia, hodie *Principis* titulum nemo habet, nisi primogenitus Regis, qui *Princeps Walliæ* dicuntur, à quo ditio hæc, cui olim *Principes* præfuerunt, in provinciam est redacta. Apud Scotos primogenitum Regem *Principem Scotiæ*, reliquos verò ejus filios, *Principes* absolutè dici consuevisse, refert Camdenus. In Lusitania, titulum *Principis* primus assumsit Alphonsus, postmodum ejus nominis Rex V. Regis Eduardi primogenitus, cùm antea Regum primogeniti *Infantes* appellarentur. Capellanorum Regum primogeniti *Asturiarum Principes* dicti sunt, ut colligere est ex Scriptoribus Hispanis, quemadmodum Aragonensium, *Girona* &c. V. Cange. du Freine in *Glossario*; ubi etiam de *Principe Delfino*, dignitate Ecclesiastica, apud eos qui Latinos Ritus sequuntur, ex *Ord. Rom. Cum autem omnia usque ad Evangelia simplesa fuerint, accedat* Princeps Ecclesiæ *ad Episcopum, eyridem in qua thus habetur mattis ferent, sequente acolytho, qui thuribulum portat & quæ sequuntur.*

Principes Castrorum, in vet. *Instr. lib. 10. t. 31.*

Principes Civitatis, V. infrà *Principales.*

Principes Conventûs, apud Hieronymianum de *Reſtaur. Monaſterii S. Martini Tornac. cap.* 94. ubi de Fulchero Epiſc. Noviom. alias *Magnus Cognus*, dignitas fuit in Palatiis Principum, cui cognita curæ. Ei qui fuberant Officiales in Aula Gallica, ſic recenſentur in vet. *Compoto*, *Queux*, *Aideurs*, *Aſſeurs*, *Paiges*, *Souffleurs*, *Enfans*, *Saufſiers devers le Roy*, *Sommiers*, *Poulier*, *Eſcuſſiers*. Inalio, *Eſcuiers aux Maignen*, *Clerc fauſſeur*, *Clerc de cuiſine* , apud Car. du Freine, qui etiam ſeriem exhibet illorum in Aula præfata, & ſuppreſſam poſtmodum hanc dignitatem, ex Tillio obſervat, voce *Cognus*, quam etiam, ſi placet, ſuprà vide. Ad. dam ſaltem etiam Campaniæ Comites *Magnos Cognos* hæreditarios habuiſſe, ex eodem.

Principes & *Duces* Francorum, titulus quo poſtremi ex Majoribus Domûs Regum Francix uſi ſegnitur; Karlomannus, *in Præfat. Concilii Lepin.* Pipinus *in Præfat. Concilii Suſſion.* Carolus Martellus *in lib. Euſtoſian.* Bonifacii Epiſtolæ, Mogunt. Holdt verò *Principes*, in Francia, triplicis generis ſunt, Ac primò quidem ità appellantur, qui ex Domo ſunt Regia, & vulgò *Principes Sanguinis*, Gall. *Princes du Sang* dicuntur. Dein, qui orti ex Principum extracorum familia, in Aula Regum illorum militant & in Francia ſedes fixere, quorum etiam poſteri eandem dignitatem retinent: Denique, qui Feuda poſſident, cum titulo *Principatus*, de quibus ſuprà actum, uti habet Sanjulianus *de Orig. Burgundionum cap.* 53. *extrema*. Quibus quartum addit Bodinus *de Reg. lib. 1. cap. 6. pag.* 69. & Marca *Hiſtor. Beneharn. lib. 1. cap. 8. num. 6.* qui feuda majora vel etiam opida poſſident, in Regni confiniis, de quorum ſupremo dominio ac ſuperioritate Principes ac Reges non convenere invicem in pactis ac fœderibus atque adeò *ſuperiſſum eſt*, donec de rei veritate conſtaret. At cùm publicæ itâ vix dirimantur lites, factum eſt, ut flagrantibus poſtillimum bellis eorum poſſeſſores oppida ſua muniret, & cùm neutri Principum parerent, horum ſe *ſupremos Principes* indigitaverint: quod de Byzantio, inter Lacedæmonionum Athenienſiumque varias vices ſtuctuante, annotat Juſtinus *lib. 9.* Interim Principes Sanguinis, titulum *Principis* aliis in Francia quàm ſibi ſolis deferri, ægrè ferunt. Unde nota vox Franciſc. Borbonii San-Paulani Com. vox, qui cùm Guiſium Ducem ſeu plum *Principem* appellantem indignabundus cerneret, ad ad-

ſtantes ſubridens dixit, *Guilelmum Gallicâ linguâ Germanicè loqui*, uti Thuanus narrat *Hiſtor. lib.* 28. apud Eund. In Germania enim,uti docet Albericus *in Chron. MS. ann.* 1234. *omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi, quidam excellentiores nigri Abbates & omnes Duces & quidam Marchiones & Landgravius Thuringiæ, & Palatinus Comes de Rheno, omnes iſti vocantur Principes.* Imò, ut habetur *in Jure Feudali Saxonum, quicunque habet Feudi vexillum*, Princeps *dicitur & habetur. V.* Gerl. Buxtorfium *in Aur. Bul. 63.*

Princeps Imperii, qui ad alterum Statuum Imperii Claſſem pertinet, dicitur. Cum enim Statuum Imperii in tres Claſſes dividantur, prima Electorum, tertia Civitatum Liberarum, me dia *Principum* eſt: quorum ſinguli habent ſuperioritatem in ſuo territorio, unde vulgò, *Princeps in ſuo territorio idem poteſt, quod Imperator in Imperio*, Carpzovius *de Leg Reg. Germ. cap.* 1. *Sect.* 13. & Maximilianus hinc I. *Regem Regum* ſe eſſe dixit. Iidem poſſunt mittere Legatos, habent Conſtanrebnates, id eſt, pacta de futura ſucceſſione ; quale fuit inter Brandeburgicos & Pomeranos, Palatinos & Bavaros, Saxones, Lunaburgicos & Haſſos. Porrò fœdera inter ſe inire poſſunt ; defenſiva etiam contra ipſum Imperatorem inita. Cujusmodi fuerunt 1. Fœdus Suevicum, dictum *Sodalitas Civpei S. Georgii.* 2. Fœdus Civitatum & Epiſcoporum, contra Marchionem Brandeburgicum Albertum. 3. Fœdus Smalcaldicum, contra Carolum V. 4. Fœdus Saxonis, Brandeburgici & Haſſi A.C. 1587. 5. Electorum omnium. 6. Electorum Rhenenſium &c. Peruntur quoque cudunt, quæ ſuæ imaginis, ſuos ſigillos ſignant ; quod cum abſolutum Civitas Vſus V. Imp. obtinere id neutiquam potuit. Nec proſcribi poſſunt ab Imp. ſolo, ſed à *Paribus* ſuis judicandi ſunt ; quod vocant *das Fuerſtenrecht*, planè diverſum à Judicio Aulico & Camerali. Requiritur autem ad hoc Judicium Principum, 1. Ut ii, qui conveniuntur, ſint Germani Principes, Imperio ſubjecti. 2. Ut cauſa concernat eorum vitam, famam & feuda. 3. Ut ipſe Imperator præſit, vel Princeps aliquis, qui nomine. 4. Ut in Germania habeatur, & ſi lingui Germanicâ peragatur, &c. Sunt autem *Principes Germaniæ* vel *Catholici Romani* vel *Proteſtantes* ; idque ſecundùm pacem Paſſavienſem A. C. 1555. confirmatam Monaſterii A. C. 1648. Quod enim diviſionem illorum, in *Liglſtas* & *Unionem* ſeu *Correſpondentes*, circa A. C. 1610. factam attinet, accidentalis illa fuit, & pace factâ, abolita. Iidem vel *Eccleſiaſtici* vel *Seculares* ſunt : Ad *Eccleſiaſticos* pertinent I. Archiepiſcopi. II. Epiſcopi, quorum utrorumque continuum numerat Matricula Friderici III. in ſpecie tamen *Epiſcopi Imperii* appellati ſunt hi IV. *Babenbergenſis*, *Miſnenſis*, *Ratisbonenſis* & *Herbipolenſis*. III. Abbates & Prælati, qui tamen univerſi in Comitiis non niſi unum ſuffragium habent ; adeoque unius tantùm *Principis* vicem ſuſtinent, etſi plures *Principium* titulo ſint condecorati. In ſpecie, *Abbates Imperii* quatuor hi appellantur, *Fuldenſis*, *Campodunenſis*, *Weiſſenburgenſis* & *Murbacenſis*. Ex his autem Epiſcoporum nonnulli titulos quoque ſeculares uſurpant. Hinc Archiepiſcopus Colonienſis vocatur *Dux Weſtphaliæ & Angriæ* : Herbipolenſis, *Dux Franconiæ*, Argentinenſis, *Landgravius Alſatiæ* : & Verodunenſis, *Comes Verodunenſis*. *Seculares* Principes, ſunt iterum vel Archiduces, qui titulus in ſola Auſtriaca familia hæret ; vel Duces, è quorum numero quatuor hi *Imperii Duces* appellantur, *Brunſuicenſis*, *Bavariæ*, *Sueviæ* & *Lotharingiæ* ; vel Marchiones, è quibus itidem hi quatuor *Imperii Marchiones* vocitantur, *Brandeburgenſis*, *Miſnenſis*, *Badenſis* & *Moravia* ; vel Landgravii, quorum hi quatuor ſimiliter *Imperii Landgravii* nominantur, *Thuringiæ*, *Haſſiæ*, *Alſatiæ* & *Luchtenbergenſis* ; vel Comites, inter quos 29. qui Principes ſunt, quibus annumerandi 4. Burggravii, eodem titulo inſignes, *Norimbergenſis* viz. *Magdeburgenſis*, *Zorbellenſis* & *Miſnenſis*. Poſt quos Barones &c. V. de his omnibus Limnæum *de Jure Publ.* & Georgium Hornium *Orb. Polit. Part. II.* quibus adde Carpzovium *ubi ſupra*, & quæ dicta tetro.

Princeps Monaſterii, in *Reg. S. Pachomii*, idem cum *Archimandrita* ſeu *Diviſore*. *V. ibi.*

Princeps Officii, apud Romanos, tam in Palatinis Officiis, quàm in Officiis Præfidum & Rectorum provinciarum, dicebatur, qui primum in eo officio locum obtinebat. Singula enim Officia *Principes* ſuos habebant, qui & *Primates Officii* vocabantur & *Priores* : recentioribus quoque *Primicerii*. Sic *Principes Agentium in rebus*, occurrunt *lib.* 28. *in Cod. Theodoſ. lib.* 27. qui & *Primates* dicti, *in L.* 22. *de Agentibus in reb. cod. Cod. Principes ſcriniorum*, apud Lampridium *in Alexandro* &c. Præter hos v. Principes ſingulorum officiorum erat Magiſter officiorum, unus omnibus officiis præerat, & omnium Officiorum Palatinorum & Principum officiorum Princeps erat ac Magiſter, hinc quoque *Princeps Officii* Palatini & *Princeps Officiorum* dictus, in antiquo ſaxo, NERITO. DIVI. CLAUDII. PRINCIPIS. OFFICI. IMPER. qui probè à *Principe Officii* probè diſtinguendus. Ille enim *Magiſter* dicebatur & omnia officia ſub ſe habebat : ſite unius officii Princeps ac primus erat, nec Magiſter audiebat. Habebat autem hic Magiſter officiorum & officium ſuum, quod *Principatus* vocabatur & omnes, qui in ejus officio appa rerent, *Principes*, alias *Magiſtriani* quoque, ſeu *Magiſtri Prin-*

cipes dicebantur. In *Paſſ.* Proceſſi & Martinali, *Erant autem cuſtodientes eos de beatiſſimus Apoſtolos milites multi, inter quos erant duo Magiſtri Principes Proceſſus & Martinianus.* Quis paulo poſt *Magiſtrianos Principes* appellat: Græci *Agentes in rebus* exponunt. Nam ex Schola Agentium in Rebus Principes mitrebantur, ad gubernanda officia civilium adminiſtrationum. Unde ἡγεμονες, in *Gloſſis legal.* redditur ἔξαρχος τῶν πολιτικῶν ταξεωτῶν &c. A Principibus ita Principibus ſc. *Legionum & Cohortium*, de quibus Vegetius *lib.* 2. *cap.* 7. nomen ad *Principes officii*, in omnibus officiis Magiſtratuum tum civilium tum militarium, tranſiiſſe, notat C. du Freine. V. & Salmaſium *Not. ad Jul. Capitolinum in Marco*, Æl. Lampridium *in Alexandro Sev.* & Treb. Pollionem *in Gallienis*, Sirmondum *ad Epiſtr. 137. Ennodii*. Pancirolum *ad Not. Imp. tam. 1. cap.* 9. Henr. Valeſium *ad Ammianum lib.* 16. Jac. Gothofredum *ad l.* 10. *Cod. Theod. de Cohortal.* Alios. Nonnunquam tamen, per *Magiſtros Officii*, ſingulorum Officiorum Palatinorum Principes, qui omnes ſubeerant uni illi Magiſtro, quem ἀρχηγὸν τῶν ἐν τέλει τα ξέων & ἡγεμόνα τῶν πολιτικῶν καλοῦσιν Græci vocarunt ; intelligi deprehendimus. V. eundem Salmaſium *ad Pollionem d. l.* Quisque enim illius officii, cui præſidebat, revera Magiſter erat ; ſed, qui omnes eos ſub ſe habebat, abſolutè *Magiſter*, & *Magiſter*, item *Princeps Officiorum*, dicebatur &c. V. ſupra, *Primates*, *Primi* &c.

Princeps Palmyrenorum, apud Pollionem, V. infrà *Principales*.

Princeps Synedrii, apud Hebræos, V. ſupra in voce *Naſi*.

Principales, ſi in vet. *Inſcr.* præcipui civitatum, *ei ex vetere. Principes civitatis* vocat Vopiſcus in *Aureliano*, *inter hos etiam Palmyreni*, *qui ſuperſuerant Principes civitatis* ; Gr. ἀρχηγέτας. Quorum unus Odenatus erat, antequam Imperium arriperet: *Princeps Palmyrenorum* hinc dictus, Trebellio Pollioni *quem Decurionum Palmyrenum*, Sextus Rufus vocat. Decuriones nam que vel Curiales in unaquaque urbe erant civitatis Principes, & quaſi Senatores : quorum primi *Principales* dicebantur. Salmaſius ad *d. l.* Sed & in re militari, *Principales* occurrunt paſſim, apud Ammianum, quo nomine illos intelligit, qui alias *Principia* dicti. Vegetius *lib.* 2. *cap.* 7. *Principalium militum & ut propriis utar vocabulo*, *principiorum nomina & dignitates*, *ſecundùm præſentes matriculas indicabo*. Paulo poſt *ſub fin. cap. Hi ſunt milites principales*, *qui principalis manipulantur*. V. infrà.

Principalis Porta, V. ſupra Porta. In hac qui tendebant, propriè dicebantur *præcandere*, quod vide.

Principatus, Græce Ἀρχὴ, inter nomina Angelorum, Coloſſ. *cap.* 1. *verſu* 10.

Principatus, territorium & ditio Principis, de qua voce pluribus dictum. Adjicio hoc unicum de Tartariæ Turcicæque Principatibus. In illa, inter Ruſſos & Perſas, ſiti ſunt duo *Principatus*, *Tzerkaſſia* ſcilicet & *Dageſtana*, quorum prior ſubeſt Ruſſorum Imperatori, alter liber adhuc & ſui juris eſt : de quo utroque V. Olearium *in Itinerario*. Turcici *Principatus* in Europa, ſunt *Tranſſylvania*, *Walachia* & *Moldavia* : in Aſia, *Sidon Druſorum* & *Phylarchia Arabum*. Poſtquam enim Selimus I. Imperium Mamalucorum Cercaſſorum in Ægypto & Syria evertit, circa A. C. 1517. plures Arabum tribus, hæreditariis ſubjectæ Principum familiis, quæ tributum modicum ſolvebant hactenus, idem ab Ottomannica domo impetrarunt privilegium, ut, exemtitiulo à Baſſarum præfecturis, reipſa ſervirent. Inter omnes verò ſub Ottomannico hoc jugo Principes hæreditarios, quem alii communiter nunc *Emirem Saide* &c. *Principem Sidonis* vocant, potentiâ & auctoritate præcellit. Georg. Hornius *Orb. Polit. Part. II. pag.* 271.

Principes, in Exercitu Romano dicti ſunt, qui ſecundum in acie locum tenebant, ætate ac robore præſtantiores Haſtatis, qui primo ſtatim loco conſtituebantur. Arma eorum deſcribit Polybius *lib* 6. Locus, quem tuebantur, *Principia* dictus eſt, quò refugiens Terentianus Thraſo *Eunucho Actu* 4. *Sc.* 7. *Ego*, inquit, *ex poſt principiis*, *loco ignavos & maximè ſecuros*. Imò & ipſi *Principes* non tam *Principiorum* nomine veniunt, apud Auctores, Livium, Tacitum, Salluſtium, alios. Iidem, quem admodum *Principes*, ob ætatis viriumque vigorem, ita *Antipilani*, quòd ante Triarios erant collocati, vocabantur: *Pilanis* enim Triarios dictos, hisque proprium armorum genus Palum fuiſſe, multis rationibus contendit Godvvynus *Anthol. Rom. lib.* 4. *cap.* 2. & hæc ipſa *Principum* appellatio multùm favet. Sed & *Sudſignani*, quod ſub Signis militarent, nuncupati ſunt : quemadmodum Haſtati *Antehaſtati*, Triarii *Poſtſignani* dici conſuevere. Licet enim quivis Manipulus, adeoque multo magis quævis harum Legionis partium præcipuarum, ſuum haberet ſignum, Aquilam tamen ceteraque præcipua ſigna *Principes*, in quibus totius Exercitus robur, tuebantur. V. Juſt. Lipſium *Milit. Rom. lib.* 2. *Dial.* 3. Atque ita quidem liberâ adhuc Rep. verum, mutatâ poſtea forma in totum militiæ ratione, *Principes* dicti ſunt, qui in prima acie pugnam capeſſerent, quo nomine *prima ordines*, vel *primorum ordinum ductores*, &c. *Gliſſarii*, intelligi hantur. Veteres nempe & exercitati milites, quæ militia jam exierant, ſed ad eam ſponte revocabantur, ordinum & præ-

& præmiorum ſpe, *Evocati* hinc quoque, Græcis Τεθέντες, appellati. His in prima acie, & circa ſigna, pugnabant, & reliqua principia, ut vocabant, legionis. Inter principia enim erant Tribuni, erant Principes Centurionum, & Evocati: qui etiam *Principales milites* audiebant & *veriles caſtrorum* & *capita*. Quàm in rem V. plura, apud Salmaſium ad *Vopiſcum in Bonoſo*, ut & in ſtra, voce *Principia*.

Principes Aſiæ, V. ſupra, *Aſiarchæ*, & hic infra, *Principes Prov.*

Principes Centurionum, iidem cum *Primis Ordinibus* & *primorum Ordinum Duſtoribus*, apud Romanos. Prima enim legionis cohors, decem centurias habebat totidemque Centuriones, quos *Centenarios* poſterior dixit ætas. Ab hac prima cohorte, cùm pugnandum erat, prima acies incipiebat ordinari; in qua Primipilus quatuor gubernabat centurias & aquilæ præerat; Primus Haſtatus duas & Princeps unam ac ſemis; ſecundùm Vegetium. Licet enim vetus ordo inſtruendæ aciei, per Haſtatos, Principes & Triarios, Imp. ævo penitùs ab uſu receſſerit, retenta tamen nomina ſunt dignitatum *Primi Haſtati*, *Primi Principis* & *Primipili*: qui inter primos ordines erant & *principia legionis*, & cum Tribunis aliſque capitibus in prima acie & circa ſigna pugnare ſolitierant ſub Imp. Unde *alios ordines primam aciem habere* ſcripſit Seneca, *Quò quisq; generè honeſtior, famâ, patrimonio eſt, hoc ſe fortius gerat, memor in prima acie alios ordines ſtare.* Quos *primos ordines* à Centurionibus diſtinguit Frontinus *lib. 1. prior. Imperatori Magiſtratus & principales & Centurionibus.* Nempe Præfecti caſtrorum & Tribuni & Centuriarum primi, quos *alios* hic vocat *ordines* Seneca, ante aquilam in præſio ſteterunt & in prima acie pugnarunt: cœteri v. Centuriones juxta ſuam quisque centuriam &c. V. Salmaſium ad *Vopiſcum d. l.*

Principes Provinciæ, Græcè πρωτοστάτες τῶν τῆς ἐπαρχίας, apud Strabonem, dicebantur, qui in Ludis publicis præſidebant, cujusmodi erant *Agonothetæ* in Actia, quos non male Scholiaſtes Interpres, *Aſiæ Principes* reddit. Item *Lyciarchæ*, *Syriarchæ*, *Phœniciarchæ*, &c. alibi. Erant autem hi non Sacerdotum ſolùm Principes aut unius civitatis, ſed conſeſſus & conſilii totius provinciæ Primates habebantur, & Magiſtratum gerebant, non Sacerdotium ſolum. Strabo de Lyciarchis, Ἐκ δ' ἐτῆ συσέβουν πᾶσι τῶν εἰς Λυκίαν ἐρχομένων πρώτοις, ὥσθ' ἅπαξ ἔρχεσθαι αὐ τὸ συνέδριον. Ἀναγράφουσι δὲ καὶ ἀνατιθέασι τοῖς ἀναθήμασι. In Synedrio autem primum quidem Lyciarchæ eligitur, *dein omnes Magiſtratus ſiſtunatis. Judicia & res publicè exercentur.* Quod ſyned dem feu concilium Lyciæ, ex omnibus Lyciacis Urbibus erat compoſitum, quæ jus ſuffragii in illo conſeſſu communi habebant. Maximæ ſc. urbes trium ſuffragiorum poteſtatem obtinebant, mediocres duorum, reliquæ unius. Idem obtinuiſſe videtur in urbibus Aſiæ & Syriæ; quarum plures ſimul junctæ corpus unum & σύστημα faciebant, cujus conſilium & σύνεδρον Principes ac primas erat, qui Ἀσιάρχαι & Συριάρχαι dicebatur. Solebant præterea Magiſtratus hi creari, ad munera ac ludos edendos, in honorem Deorum, quorum & Sacerdotium ſimul capeſſebant: Annuiq; ea bantur. Uti verò in Provincia, qui ad hoc munus eligebantur, dicebantur habebanturque *Principes Provinciæ*; Sic in ſingulis oppidis & municipiis, hujusmodi etiam muneratii Sacerdoces capi ſolebant, ad ludos edendos, qui & *Primores* & *Principes Urbis* audiebant: *Flamines* vulgò vocab. ntur. Græcè Ἡγεμόνες & Πρῶτοι & Πρωτεύοντες. Fumicus *Principes Sacerdotum* appellat *lib. 3.* Facies Sacerdotum Principes, *& qui in ipſis Sacerdotiis, purpureis aut auratis veſtibus inducuntur* &c. Salmaſius ad *Solinum* p. 805.

Principes adorandi ritus, præſertim recèns conſecratos, in Hiſtoria Romana ſæpe obvius eſt, ut alibi vidimus. Eum morem in Chriſtianis quoque retentum, docet Leo Pontifex, adorans Carolum M. apud Monachum Com. Nitenarii, A. C. 801. *Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, cunctis Romanorum populis acclamantibus — Vitâ & victoria laudes, à Pontifice, more antiquorum Principum adorato eſt, ac deinde Imperator Auguſtus appellatus.* Sed & viciſsim Chriſtiani hanc eultum præſtitiſſe paganos, etiam Magiſtratus, diſcas ex Palladio *Hiſt. Lauſiac. in fine Melaniæ*, qui ipſis Chriſtianis fratres quoque adorators, qui peregre ad ipſos veniebant, habet *cap. 52. Vitâ Alob. Apollo &c.* De more pro *Principibus* precandi, etiam Gentilibus uſitato, eorum imagineni in annulo geſtandi; nummis inſculpendi; aliisque eos pertinentibus, hic paſſim. De annulo aureo adhibito à Principibus imaginem in annulo aureo geſtare Claudii Principatu, fas non fuiſſe, nifi ubi publica admiſitionum Liberti jus illud deſiſſent: *magnâ criminum occaſione*, ut Plin. ait *lib. 33. cap. 3. quæ omnia ſalutaris exoritus Veſpaſiani Principis abolevit, æqualiter publicando Principem.* Ingens itaque eatio iis adhibenda erat, qui Principis imaginem geſtabant, ne delatoribus calumniandi præberetur occaſio: quæ de re diximus ſupra alſquid, ubi de civili *imaginum uſu*: & extant memorabile exemplum apud Senecam *de Benef. lib. 3. cap. 26.* Cui non multum abſimile, quod Philoſtratus narrat, *Vitâ* Apollonii, de quodam impietatis damnato, quòd ſervum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam, Tiberii imagine ſignatam, geſtabat &c. Plura apud Jo. Kirchmannum *de Annulis cap. 13.* utl de more Principum, *initio principatus totum ſtatyarii patrimonium ſuum profeſtilium, vehendi in ſellis caruli, albas veſtes gerendi*; de more *Senatorum ſtantes illos alloquendi in Senatu, obviam procedendi*; porrò de illorum *cuſtodibus, imaginibus in pompa Circenſi, literis, papilionibus magniſ. is*; quòd tandem *thoro ſellæve eorum inſidere, etiam corpus tangere, licet bono animo, habuerint nefas*, apud Theod. Marcilium & Caſaubonum *ad Suetonium* paſſim, quorum hic Imperatorem Romi proprie *Principem* & Imperium *Principatum* dictum eſſe, ex inſtituto Auguſti, notat *ad Caligulam cap. 22.* V. & ſupra.

Principia, locus in caſtris, ubi Tribuni olim iudices ſolebant: quam ob cauſam, ut ait Polybius *lib. 6.* magnâ ſemper homium frequentiâ celebrabatur. Livius *lib. 1. Ibi in* Principiis *ſermo inter Tribunos militum ſecretus oritur; inde ad aures ipſius Mimilii pervenit.* Et *lib. 38. Militibus Tribunos jura reddere in* Principiis *ſinebam.* V. quoque Florum *lib. 3. cap. 10.* C. Nepotem *Eumene cap. 7. leg. 4. offi. D. de re mil.* &c. Alias etiam vox ipſos *Principes*, ſen *Principales milites* ſignificat, uti viſum. Gronovio voce hac tria ſignificantur, primo Locus, de quo dictum; dein Capita & Aptes caſtrorum, apud Vegetium *lib. 3. cap. 2. & 8. l. 1. Cod. de Veteranis &c.* Tandem, Frons aciei ſeu prima ſigna. Ut enim in caſtris, ubi prætorium & ſigna fixa erant, atque interdiu magna parte præcipui Duces imperia expectabant; *Principia*; Sic in acie, ubi ſigna in hoſtem promovebantur, & duces principesque laceſſendi ac committendi prælii conſilium capiebant, *Principia* dicebantur. Livius *lib. 2. Quanquam ceſſere magis quàm pulſi hoſtes ſunt, quia ab ergo eruta ſilvi, in quos pili principia integris ordinibus tutus recepius fuit.* Ubi frontem aciei indigitat turbatam, & qui ibi pugnabant; qui ſecundùm eam locati erant, eos ſalvis ordinibus pedem retuliſſe. Silenna *Hiſtor. lib. 3. Poſt principia paulatim recedunt, atque inde, cum pauciſ fugæ ſe mandant*, h. e. ex illo loco, ubi complexus armorum & diſcrimen erat, ſenſim referunt pedem; cumque conſtiriſſent a unde cum terga liceret dare, aliis etiam tum propugnantibus, necdum omnibus principiis turbatis Iraſique, maturè fuga ſibi conſuluere. Livius *lib. 3.* Trium *populorum tres ſeparatim acies circa vallum hoſtium inſtruxit. Ipſe eras melius cum legionibus Romanis: equites ſuæ cuique parti poſt principia collocat, ita triplicem adorsus cattra circumvenit.* Quod nihil eſt aliud, quàm ab tergo aciei, quæ oppugnabat; caſtra enim aggredientibus munita, ubi nullus equitatis uſus. At poſtea, ut refert idem, *effuſe fugi. eunt equer, cui ſeparati vallum hoſtis ſpectabant — libero cam po adequas, parte victoria fruitur, territes cædendo.* Quid proprie enim hic Equites facerent, inter Principes & Triarios medii? niſi ſimul Haſtati Principesque oppugnabant. Conſtitere igitur poſt aciem, quæ prima oppugnabat; partim ut victoriam perſequerentur, ſi ea eveniſſet; partim ut repulſos, ſi contrà eveniſſet, reciperent, hoſtesque erumpere prohiberent. Apud eundem *lib. 8. in principiis Latinorum ipſi jam Illorum trlarii erant*; unde perperam Valerius hic quoque *Principia* interpretatur locum medium in acie, ubi Principes eſſent, V. quoque Senecam *de Vita B. cap. 14.* & Tacitum *Hiſtor. lib. 2.* E' quibus omnibus, Terentii illud. *poſt Principia eſſe*, intelligit Gronovius de iis, qui poſt illam partem aciei ſtant, quæ omne diſcrimen excipit: Hi namque tuti ſunt, propugnatores habent, loco ſibi caverunt: unde pauliatim facium nomen loci poſt partem, quæ manum conſeruit, *Poſtprincipia*; quod denique generatim ad omnia, quæ ſecundùm quarumcunque rerum principia ſubſequuntur, transfatum. Ita Plautus *Perſa*, *Ut quisque vem accurat ſuam, ſic ei procedunt poſtprincipia.* Varro, *à poſtprincipiis inſipere.* Vetus Poëta apud Cic. *pro Sexiio*, *Poſtprincipia atque exitus vitioſæ vitæ* &c. V. præfatum Gronovium *Obſervat. lib. 4. cap. 10.* ubi Vett. quotiescunque de acie loquuntes *Principia* nuncupant, non eos qui *Principes* antiquitus dicti, ſed prima ſigna, primos ordines, frontem aciei ſ. intelligere, addit e ſcriore vero Impp. ævo, ſic Præfectos & Duces quoque appellatos eſſe. At *Principia Legionum*, apud Vegetium, iidem cum *Principibus Centurionum*, quos vide.

Principium, in *LL.* Fragmentis apud Frontinum *de Aquæd. lib. 2.* & apud Livium *lib. 9. cap. 38. Papinius C. Junium Bubulcum magiſtrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de Imperio ferenti triſte omen dicm diſſuit, quòd Fauciæ curiæ fuit principium, Bubulcis infignia etiadum*: idem quod *prærogativa* eſt. Nempe Centuria, Curia, Tribus *principium* erat, quæ primo vocabatur. Cujus cùm tantus eſſet ſuſpectus & reverentia, apud Jure vocatas in Comitiis, factum, ut vox ipſa *prærogativæ* acciperetur pro ſecundo omine, certo ſigno judicioque & p gnore ac quaſi arrabone futuræ rei optatæ vel fecundæ: Gronovius ubi *ſupra*. V. quoque retro in voce *Prærogativa*. De *Principio* verò Hæreticorum *duplici*, ex antiquiſsimorum Gentilium ſententia, V. Voſsium *de Idolol. lib. 1. cap. 5.* & Tob. Pfannerum *Syſtem. Theol. Gentil. parior. cap. de Deo.*

Prion, Græcè Πρίων, locus Carthaginæ, apud Polybium. Item Epheſi, apud Strabonem, qui πρώνια dicit eſſe collis jugum urbi imminens, prius Λεοφόρος Ἄρτεμις, h. e. *afperam Atlam*, vocatum, ἀλλὰ autem eminens littus & prominentia. Sardibus quo-

quoque, montesfus & acclivis locus, qui arcem cum oppido junGebat, apud eundem Polyb. Cujusmodi loca fecundum nonnullos, πρώνας vocarunt, quòd voluti ferrata essent & ob asperitatem & inæqualitatem ferre dentibus similia. Nisi forte omnibus his locis πρώνη sit, qui alias πρών & contracte πρών; quâ voce jugum collis eminens Græci notant. Dionysius,

Τὸν βωμὸν ἐκτὸς τῶν πρώνων πᾶσῶν Φολόης.

Et in alio *Epigr.*

— πᾶσὶ πρώνας ἀπροσπάτους.

In alio legitur πρώνας primâ brevi: dicebant & πρώνας &c. Sic πρών, πρῶνος & πρᾶνος idem erit, nec à ferre similitudine ea vox facta, de loco clivoso & jugis asperis assurgente. Hispani quidem montem hodie *Sierra* appellant, à Latino *Serra*, fortasse quòd malè redidderint ex Græco πρῶν, quæ *montem* significat & *serrato*. Verùm nec *serras* Latini clauluras dixerunt, à *serre*, h. e. πρῶνος figura, led à *ferâ*, qui januæ occludebantur. *Serram* enim fcripsere, &c. V. Salmasium *Exercit. Plinian. ad Solinum pag.* 808. & 809.

Prior, in *Charris* Dalmaticis, nomen Magistratus, à quo plerasque civitates Croatiæ & Dalmatiæ regebantur, qui postmodum *Comitis* appellatione donatus est, Lucius de *Regno Dalmatiæ lib.* 2. *cap.* 8. 16. & *lib.* 3. *cap.* 12. Ab Italis autem Dalmatæ id bauferunt; subjus *Priori* præcipuos esse Magistratus, discimus ex Joanne Villaneo *lib.* 1. *cap.* 38. & *lib.* 9. *cap.* 77. Certè *Priorem Civitatis*, habent Libertus Diaconus *cap.* 23. Senator *lib.* 1. *Epist.* 26. Alii. Et *Prioratum*, hanc dignitatem vocat *Instr.* in Ædè S. Nicolai Barensis, *Tempore Regis W. & Prioratus Domini Nicolai Corbelli Primicerii an. D. N. J. C.* 1188. apud Antonium Beatillum *Histor. Bar. lib.* 2. laudatum C. du Freine *in Glossario*. Sic *Prior loci*, Dominus est ejus feu Senior, in *L. Wisigoth. lib.* 9. *tit.* 1. §. 8. In Ecclesia Romana, idem nomen pro Abbate occurrit crebrò, in *Regula* Benedictinorum. Item proco, qui primus est post Abbatem, & alias *Præpositus* dicitur, de cujus officio le Lanfrancus, *in Decretis pro ordine S. Bened. cap.* 3. *Servatâ Abbatis in omnibus reverentiâ Prior, qui & Præpositus, in Regula nominatur, honorabilior est religiosis Minister domus Dei. Ipse solus caterorum ministrorum primum sua partis locum habet in Choro, in Capitulo, in Refectorio &c.* Sed hanc vocis notionem posteriores sæpè esse, & demum Cælestini V. tempore innotuisse, annotant Viri Docti. V. suprà, in voce *Decanus*. In eadem, *Prior Major* dicitur, qui Abbatis absentis vices gerit, ita tamen ut Obedientiarios inlituere non possit, aut deponere, nec quenquam de Monasterio ejicere, aut de novo recipere &c. Ad ejus quoque officium pertinet, tam præsente, quàm absente Abbate, cymbalum pulare, & tabulam ad laborem, & monitum in Dormitorio, & corrigere mendas legentium in Ecclesia & in Capitulo &c. V. Udalricum *Consues. Cluniac. lib.* 3. *cap.* 4. Uti autem hic Abbatis, sic *Prior Claustri* vel *Claustralis* ejus Vicarius est, qui in Claustro jugiter manet, absente Abbate & Magno Priore, & *pontalia tollat Ordinis spreat*, ut habet Bernardus *in Consuetud. Cluniac. cap.* 4. & Udalricus *lib.* 3 *cap.* 6. ubi plura de ejus officio. Cæterùm *ead. cap.* 65. *Regulæ*, *Præpositus Monasterii*, *secundum nomen nostrum* Prior Claustralis *vocatur*. Cui *Priorissa* respondet, in Claustris Sanctimonialium &c. Ipsum v. officium *Prioratus* dicitur, dignitas præcipua in Monasterio, apud Gregorium M. *lib.* 4. *Epist.* 4. Quamvis hoc nomine etiam aliquando veniat Obedientia, seu minus Beneficium, à majori Monasterio dependens, de cujusmodi *Prioratuum* origine supra aliquid dictum est, in voce *Obedientia*. Porrò in eadem Communione *Prior Scholæ*, dicitur primus in Schola Cantorum, qui primus, dum sacra fiunt Pontifex, *Antiphonam ad Introitum* incipit, ut est in *Ordine Rom.* V. suprà in *Capus Scholæ*. Qui omnes appellationem inde traxere, quòd apud Romanos, seniore ævo, *Priores Officii* dicti sunt, qui primi erant in suo quisque officio, alias *Primates* quoque, & *Principes Officii*, de quibus diximus. Sic *Priores Scrinii*, *Cod. Theod. de prox. Com. dilect.* qui alias *Proximi*, item in *Capite Scrinii constituti* dicuntur, *l. 11. eod. tit.* &c. Salmasius *ad Trebellium Pol. in Gallienis*.

Prisci Canones, in subscriptione Concilii Toletani II. *Sub sua auctoritate priscorum Canonum*. Sic appellatus est Codex Canonum Hispanicus Ecclesiæ Universæ, quem à Romanis accepisse Hispanos probabile est. Eum enim primò habere potuerunt ex antiqua Latina, postea etiam ex nova Dionysii Exigui versione, usque ad Martini Bracharensis Epist. interpretationem. Quanquam non ad modum verisimile sit, eos Dionysii Exigui versionem habuisse aut recepisse, quia ea fatis accurata erat, ut novâ versione Martini præfati facile superfederе potuissent. Utraque enim eodem fœculo adornata est, nempe sexto, & Dionysii quidem Exigui paulò ante, vel sub Justiniano Imp. altera verò Martini, septimo anno post mortem Justiniani, nempe A. C. 572. Etiam *Antiquorum Canonum* nomine venit, Concilii Bracharensis I. *can.* 40. *Placuit, ut præcepta antiquorum Canonum, quæ modò in Conciliis recitata sunt, nullus audeat præterire*. Item *Codicis Canonum*, cujus fit mentio ejusdem Concilii *can.* 18. & in Concilio Toletano IV. quod habitum est A.C. 733. V. Justellum *Præf. Cod. Can.* & Gerh. von Mastricht *Histor. Juris Eccl. n.* 87.

Privilanus, reus affectatæ tyrannidis periit, fed voluntaria mortе, sub Antonino Pio, de qua conjurationе quæri vetuit Imperator. V. Jul. Capitolinum *Vita Antonini Pii*.

Priscilla, uxor Abdacantii, cujus in eam defunctam pietatem peculiari carmine profequutus est Papinius *lib.* 5. *Syl.* 1.

Priscinianus Vicus, *Perscen*, locus est Galliæ, in *Brexia*, memoratus *in Vita* S. Triverii Monachi, apud Hadr. Valesium in voce *Brexia*, in *Not. Gall.*

Prismata Cryftallina, adeò unita, ut in duobus lateribus se contingant, complura adservantur in *Museo* Kircheriano: quæ si vulvarum foramini imponantur atque reliqua luminis ostia occludantur, in obscuro cubiculo solis radii vi tria mediante specula lenticulari pertranlitus, undique murus circa candidos diversicolo ribus peripetasmatis vestitos exhibet. Georg. de Sepibus in *Colleg. Rom. S. J. Museo pag.* 40.

Prisfaldi seu *Presfaldi*, executores Judicum nobilium, in *Decretis Chartisq.* variis Hungariæ, Dalmatiæque Regum.

Prisfus, genus bellуæ marinæ, in Glosſ. corruptè pro *Presfis*. Gr. Πρέσις, V. suprà, in voce *Physeter*. Item κῆτος, *navis est piscatoria habitus*, cujusmodi navigio capta est Andromeda, scribit Conon, atque inde fabulæ de monstro marino occasionem datam. Meminit navis ejusmodi Virgilius,

Velocem Monstbosa agit aeri remige prisfim.

Ubi Servius, vel à rutela depicta, vel ἀπὸ τῶ πρίζειν & πρίσσειν. Perperam, aliud enim rutela, aliud σκαφοπηγία in nave, uti suprà diximus in voce *Parasemon*. *Prisfis*, protome erat marinæ bellуæ ſic vocatæ, quæ in prora navis inter παρεξειρεσίας & ἐμβόλιον ſtatuebatur, unde ostì navi nomen. Quemadmodum eadem ob rationem, Aretis, Tauri, Chimæræ, Centauri &c. nominibus insignitas naves legimus. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 570. Inter Myronis ex ære opera *Prisfas* quoque memorat Plinius *lib.* 34. *cap.* 8. Ubi vel ferras lignum fecantes (quamquе hoc πρίσσω Græcè) vel cetorum genus, intelligi, ait Dalechampius.

Privata Ratio, Græcè ἰδικὸς λόγος, eleganter dicitur pro *Rationali rei privatæ*. Quemadmodum *Ratio patrimonii* in vet. ſixo, pro *patrimonii Rationali*: SUPERPOSITO, MEDIORUM, EX RATIONE PATRIMONII. i. qui ratio ſuit patrimonii, ut ex *Consule*, qui *Consul* fuit. Sic *Curam Prætorii* dicebant, & *Curam Palatii*, pro *Curatore Prætorii Palatiique*. Ita ergo *Privata Ratio*, Græcè ἰδικὸς λόγος. Strabonі, pro λογισεῖα, qui *Dispensator rationis privatæ* appellatur, in vet. *Inscr. Privatarum rerum Procurator*, apud Spartianum *in Sev.* Quod officium jam ab Augusti temporibus cum fuerit cognitum, fallitur Spartianus, ejus auctorem Severum alleгens. Sed tandem error. Rerum privatarum procurationem, ſub hoc Imp. primùm conſtituram fuiſſe ſcribit, quæ longè ante eum extitit, quo Curſus publici inſtitutionem Hadriano tribuit, quam certum eſt ad Auguſtum ipſum referri debere. Certè *Imperatoris Procurator*, jam Auguſti ævo occurrit, Græcis ἰδιόκτητος & ἀργολάβος: & *Procuratoris patrimonii*, meminit Lampridius *in Commodo*. & antiqui lapides Æpius, quod tamen poſteriùs diverſum quid ſonare videtur. V. *Inſcr.* Officium ejus quod attinet, Strabo *lib.* 17. inquit τὸν κατ' αὐτὸν ἐπίτροπον τῶν ἰδίων τοῦ Καίσαρος, ὃς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῦ Καίσαρος πᾶσιν ἐφίσταται, *curare, ut bona caduca & vacantia Fisco Cæſaris adjudicentur*. Nec aliud officium ejus, qui *Procurator rei privatæ* dictus eſt, etiam poſteriorum Imp. ævo. Caſſiodorus in *Formula Comitis Rerum priv.* (ſic enim tum dictus is Procurator) *Comicarcios dirigis poſſeſſores, admones, & cum aliis Judicibus non modica tua partis it. Caduca bona non ſinis eſſe vacantia: ita quod infarpatis quasi invadere, in ſiſcum noſtrum facis ſuſtis competentia eſtimare*. V. ut Cod. *Theod. de bonis vacantibus & de incorporatione*. Habuit autem Procurator hic ſub ſe Rationales & Magiſtros rei privatæ, qui in ſingulis provinciis tem Principis privatam curabant. Unde Rationalis Ægypti, Rationalis Africæ, & reliqui Provinciarum Rationales, luberant *Comiti & Magiſtro rerum privatarum*: itque etiam privati Principis Æ rii adminiſtratione mem gerebat. V. Jac. Cujacium *in Parataitlis* & Cafaubonum at que Salmaſium *Not. ad Spartianum l. cit.* ut & ſuprà; ubi de *Largitionibus privatis*, ſeu privato Ærario, quod non tantum ad aurigentoque, gemmis & veſtibus, ac reliquis mobilibus conſiſtebat: ſed etiam in domibus palatiisque, prædiis ac poſſeſſionibus, rebuſque ſoli, ut docet idem ad Lampridium *in Diadumeno*. Idem Privatæ Procurator: ſub. *Rei*, in vet. *Inſcr.* Ἐπίτροπος Ἰδιοκτήσεως &c.

Privatæ Feriæ, diebus inter Romanis, quæ non publico nomine celebrari ſolebant. Erantque vel propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, aut Juliæ aut Corneliæ, & ſiquæ aliæ propriæ quoque familia ex ſua domeſticæ celebrationis obſervabantur quibus XII. Tabb. *Sacra privata perpetua manent*: Velerant ſingulorum, ut Natalium fulgurumque ſuſceptiones, aut funerum aut expiationum Feſtus. Privatæ *feriæ vocantur ſacrorum proprietum, velut dies natales, operationis, dencales*: Apud Vett. quoque quicunque nom inaſſet, ut ait Macrobius. Semonam, Se-

jam,

jam, Segetiam, Tutelinam, ferias obſervabat. Item, Flaminica, quoties tonitrua audiſſet, feriata erat, donec Deos placaſſet. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 4. *cap.* 3. Cœterum *Privatis* concionandi poteſtas non erat, niſi venia à Magiſtratu impetrata: Tum enim cùm e.g. de rogatione Legum ageretur, poſtquam is qui eam promulgarat, Populo, ut rogationem acciperet, ſuaſiſſet, tum *Privati*, tum Magiſtratus pro ſuo quoque cenſu, ex Roſtris ſin Foro, ex ſuggeſtu aut alio editiore loco ſi in Campo Martio Comitia habebantur, ut ſuadebant, vel diſſuadebâr, Id. 8. c. 9. V. quæ di mus ſuprà in voce *Plebeji*. Etiam ex *Privatis*, nullo ante geſto Magiſtratu Urbano, aliquando ad bellum mittebantur, illud ad miniſtrandum, velut Proconſules: Sic Scipio apud Livium *lib.* 26 Ante quem cùm in Rom. Hiſtoria non reperiatur, ulli *Privato* Proconſulatum: hoc modo fuiſſe coneeſſum, proin negat Caro lus Sigonius, hos vere Magiſtratus fuiſſe aut dici potuiſſe. Idem *lib. eod. cap.* 42. *ubi de Proconſulibus*. Plura de *Privatorum* jure V. apud Hug. Grotium *de Jure Pacis & Belli paſſim*, & hic pau lo *infrà*.

Privatarius, apud Scyliztem pag. 705. ubi mentio eſt, τῶ πρώτου Ψ πεφώνημα ædis S. Demetrii Theſſalonicenſis: *Gazophylacii Præfec* eſt Goaro, quòd *Comites rerum privatarum* dicerentur, qui privati Principis patrimonii curam habebant. Certè *Privatum*, ærarium proprium Augu li appella um conſtat, Τὸν ἰδιωτικὸν Græcis. Sed *Privatarii* in Eccleſia alibi non occurrunt: ut de hac voce notione dubitare le, ait Car. du Freſne *Gloſſario* V. ſupra.

Privati, opponuntur militantibus, ceu pagani, apud Lampridium *in Alexandr. Sev. Sola quæ de hoſtibus capta ſunt, ſinciaeniis duabus & militibus cæteris, ita ut eorum ita eſſent, ſi hæredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent dicens*, &c. Sic Ambroſius *in Agneiis paſſione, Coronatur*, inquit, *civitas tota: ſi latitia militantibus, atque privatis, & univerſis audientibus hæc &c.* Certè in tali læ titia, ceu nonnulli gnitiis adjectioni fol ta eſt, ut in Neapolitano Lapide, Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ. ΑΚΥΛΑΛΑΣ. ΝΕ ΩΤΕΡΟΣ. ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ. ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ. Calaubonus ad *Lampridium in Alex. Severo*. Aliter vox ſumitur, apud Vopiſcum *in Aureliano*, *Dedit præterea poeſtatum, ut argentatas privati carrucas haberent, quum antea aratæ & eboratæ vehicula fuiſſent*. Ubi *Privatorum* vocabulo Vopiſcus tam Senatores, quam Magiſtratus, h. e. omnes honoratos, qui præcipuè Romæ dignitatibus ſpectu *Principis* nanquc ornati ſunt *privati* etiam ſummis Magiſtratibus præditi. Salmaſius *ad l. V.* quoque ſuprà, ubi de *Privatis Feriis*.

Privatus, Hæreticus, adde: De eo Cyprianus *Epiſt.* 55. ad Cornelium Epiſc. Rom. *Significavi ibi frater, veniſſe Carthaginem* Privatum, *veterem hæreticum, in Lambeſitana Colonia, ante multos fere annos, ob multa & gravia delicta, nonaginta Epiſcoporum ſententiâ, condemnatum*. Plura V. apud Jo. Forbelium *Inſtructionum Hiſtorico-Theologic. lib.* XII. *cap.* 11. ubi tertiam Claſſem Hæreticorum, illorum ſc. qui lapſos, ſine pœnitentia, ad communionem admittendos recipiendosque diſtribabat, enarrat, ut & ſuprà, in voce *Impœnitentes*.

Privilegium, jus eſt ſingulare, & in certæ perſonæ vel caufæ gratiam, ſayoremve: iſidoro *Ius de uno homine iatia*. De his Lex XII. Tabb. memorata Ciceroni *de LL. lib.* 3 *Privilegia ne irrogante*, i. de *priſci ſan ſingulis hominibus leges ne ferantur*; varie à variis explicatur. Quidam enim omnia hiccolli *Privilegia*, autumant, & æquitatis ratio ſavet, quæ vult, ut omnes homines, ſummi cum infimis, pariter teneantur, *juraque, non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituantur*, ut ait Ulpianus, *lib.* 8. *de Legg.* Οὐδὲν γὰρ δίκαιον· ἀδ' ὅτι μὴ κοινόν. Jac. Cujacius *Privilegia* duplicia eſſe docens, Alia quæ de una tantùm cerſona concipiantur, in omne tempus; Alia, quæ ad plures perſonas ejusdem conditionis vel ad univerſos cives pertinent: de hiſce non ſonare Legem, ſed de illis tantùm docet. Imò neque ullam de illis, niſi in omnia tempora concipiantur: Nam aliqui *in præſens tempus de ſingulis ferri Leges poſſunt*. Quintilianus *Declam.* 154. ut de Menandro *l.* 5. *ff. de Cant. de* Hoſtilio Manc*ino l. ult. ff. de Legat. &c.* Joſephus Scaliger *Coniiget. in Feſtum*, Legi addi vult, *niſi magno Comitatu*: quæ Cujacius ad ſequentia, *De capite civis ne ferunto*, referenda eſſe contendit. Scaligero aſſentitur Petitus, probatque ejus ſententiam ratione hæc firmiſſima: Cùm enim à Solone, inter alias Leges, & hanc inceperint Decemviri, ſi vel de illa, *niſi magno Comitiatu*, adjiciendum, vel reſpondent exactè his Solonis, Ἐὰν μὴ ἐξακοσίοις ὀδὲν κρυβδὴν ἀνῳλίσκωσιν. Integra hæc de re Solonis ſ. ex hac eſt: Μηδὲν ἴσι ἀν ἀρὰ τοῦ δήμου ἐξὸν, ἰὰν μὴ τὴν ἀνὴν ἰσι πάντι Ἀθηναίοι, ἰὰν μὴ ἐξακοσίοις ὀδὲν κρυβδὴν ἀνῳλίσκωσιν, *Legem de privo homine ne rogato, ſed de omnibus Athenienſibus: niſi id videatur ſex mille civibus, ſuffragia clam ferentibus*. Unde patet, *Privilegia* irrogata fuiſſe, ſi id leſſeret Populus. Quod ut facilius impetraretur, ſciendum eſt Athenienſium civium fuiſſe viginti millia, Heſych. Ἀνδρες Ἀθηναῖοι δισχίλιοι ὑπῆρχον. V. quoque De moſth. *Or. c. Ariſtogit.* idque jam ab ipſo Cecrope, ut Auctor eſt Philochorus apud Græcum Pindari Interpretem *ad Olympiar. Od.* 9. In ferendis autem ſuffragiis major pars obtinebat: Itaque

neceſſe erat Athenis, ut plures decem mille, ſiquidem duas in partes tantùm ſeinderetur Populus, in eandem irent ſententiam, At verò Solon voluit, ubi de *irrogando Privilegio* agreretur, ut in his ejusdem ſententiæ, qui plures fuere decem mille, eſſent ſex mille minimùm, qui ſuffragium clam ferrent, ne quis gratiæ lotus eſſet, Æſchin *c. Ctſiph.* Et hoc eſt, quod Dec-mviri expreſſerunt verbis illis: *Niſi magno Comitiatu*. Neque hinc abit Tullius *lib. exor.* 3. *de LL.* cujus verbis ſic refert Petitus: *Tum Leges irrogatiſſimæ de XII. Tabb. tratatæ duæ; quarum altera Privilegia vocabatur: altera de capite civis rogari, niſi maximo Comitiatu, vetat, nondum inita ſeditioſa Trib. Pl. negat aliis: ſiquidem admirandum, tantum Majores in poſterum providiſſe; in privatos homines Leges ferri noluerunt: id eſt enim Privilegium: quo quid eſt injuſtius? cùm Legis hæc vis ſit, ſcitum eſt, juſſum in omnes? ferri de ſingulis, nifi Centuriatis Comitiis, noluerunt. Deſcriptus enim Populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus habebat ad ſuffragium cenſui, quam fuit in Tribus convocatus. Quo verius in noſtra cauſa, Vir magni ingenii ſummæq; prudentiæ I. Cuta dicebat, nihil omnino actum eſſe de nobis. Præter enim quàm quod Comitia illa eſſent armis ſepta ſervilibus, transvera neque Tributa capitis Comitia rata eſſe poſſent, neque illa: Privilegii quoicrca nihil nobis opus eſſe Lege, de quibus nihil omnino actum eſſet Legibus*. Ubi verba, *nondum initis ſeditioſis Trib. Pl. negat aliis*: dicunt de propter P. Clodium, qui tum nondum ineerat Tribunatum Pl. illud verò, *ferri de ſingulis* referendum ad id quod præcedit, *quo opus eſt poſtius?* Verba dein, *praterea neque Tributa capitis Comitia, rata eſſe poſſent, neque illa*. *Privilegii quoicrca nihil nobis opus eſſe Lege* &c. ſic omnino interpung nda: Quando etiam Cicero in exilium miſſus eſt, à P. Clodio factum id eſt, non *irrogato Privilegio*, ſed Lege rogatâ, quam P. *Clodius tulit*. verba ſunt Velleji Paterculi, *ut qui civem Rom indemnatum interemiſſet, is apud & igni interdiceretur. Cujus verbis eſt non nonnihilabhor Cicero, ta men ſcias peredotur*. V. Sam. Petitum præſtantem *Comm. in LL. Att. lib.* 2. tit. 1. De *Privilegii* v. notione, in Eccl. Rom. ſuprà in voce *Benevaiete*.

Privi-en, apud Galfridum Monumethenſem *lib.* 7. *cap.* 2. nomen clypei Arturi Britonum Regis, in quo Deipara imago effigiata. V. C. du Freſne *Gloſſar.*

Proanla, apud Oridericum Vitalem *lib.* 2. *pag.* 412. dicitur *ædificium ſu cubicum, quod ante cubiculum eſt, quæ & Salutatorium dicitur, quòd in eo Principantur ſalutatores*. Aliud ſuprà Græcis πρόθυρον, dequa voce V. quæ habet idem *Gloſſarii* Auctor, in *Deſcript. Ædis Sophianæ*. Et Πρόαυλα Ariſtoteli *Rhetoric.* 3. eſt quod barbaris *pratiaullum*, in tibiis. Sed & Πρόαυλα Græcis dicebatur primus trium legitimorum dierum, quos in nuptiis habebant. Lat. *Deſponſalia*; quibus eo deſponderetur Virgo: ſicut alter Ἀκκιβάδ. Lat. *Decubatio*, tertius Ἔπαυλια, Lat. *Repoſia*, dictus eſt. Scaliger *Poet. lib.* 3. *cap.* 101. V. & ſuprà, ubi de *Nuptiis*.

Proba, apud Amm. Marcellinum *lib.* 21. *Jovinano vehiculo inſidenti, quod portabat reliquias Conſtantii*, ut *Principibus ſolet, annonæ militaris offerebantur indicia, & (ut ipſe nominat) probæ, & animalia publica monſtrabantur*: poſteriori æ o dictum eſt βάγμα ſeu ſpecimen annonæ. Nempe, quoties per provincias iter faciebat Imperator, totius annonæ militaris ratio coram illi exponebatur, atque etiam δεῖγμα & oculis ſubjiciebantur. Quam in rem V. quæ Calaubonus habet *ad Æl. Spartianum in Hadriano Cæſ.*

Probaſcation, in Hiertoſol. Templi faſtigio, ad ayes arcendas, occurrit apud Hebr. qui id vocabant: כוהה אורב *chole oreb, arcens corvos*. Kimchius *in Pſalm.* 84 *aliquid ſecerunt in Templi tecto, ne aves ibi quieſcerent, quod vocabatur Chole oreb*. Quod ſic deſcribitur in *Talmud*, in Tract. *Middoth cap.* 4. *fol.* 71. Et Chole oreb *perdebat corvos, quia Templum cingebat ſuper loricam à quatuor ventis ferreo cingulo cubitum alto, gladii inſtar acuto, ne ullæ aves Templo inſiderent, quia per gladium illum pedes eius abſindebantur &c.* Et quidem in ſecundo, iſtiusmodi πρόβασκοῦν opus ſuſſice, ſcribit Aruch, non verò in primo Sanctuario, quòd in illo habitaverit divina Majeſtas. Tamen etiam in Templo primo, Salomonis ſc. tale aliquid deſcribitur, ab Eupolemo apud Euſebium *lib.* 9. cùm eum feciſſe dicit, διανοῆσαι δὲ χαλκᾶν πλινθίδων (l. δικτύων δὲ χαλκᾶν πλινθίδας) κ. τοῖς αὐταῖς &c. *Retia duæ area humaliis conſerta & muſcivis impoſuiſſe, quæ vitrini cubitis tenuia Templum eminebant & unum illud ſolummodo foramen Templi reſilus appendiſſe ſinuimabula quadringenta magni ponderis & tota illa retia ſic adaptaſſe, ut ſonarem tintinnabula & aves ſolitis huc abigerent, ne Templo inſiderent, & in portarum aut porticuum laquearibus nidificarent & ſtercoribus ſuis Templum polluerent*. Sed *lib.* 1. Regum, ubi Salomonis Templum accuratè deſcribitur, nihil tale reperies: ut nequeiu Joſepho, quamvis idem ſcribat, de Templo ab Herode extructo, *de Bello Jud. lib.* 6. *cap.* 6. Καλὰ κεκρυβδὴ ἐν χρυσέοις ἑλάκαι ἀνέῳγε τὰ κλῆθρα, ὡς μὴ τὰν πρόσοψιν ἐμπόδιον τοῖς ὄρνισι. *In ſummo autem aureis rerubus horrebat acuiſſimis, ne ab inſidentibus avibus polluerentur*. Quæ deſcriptioni Talmudicæ ſatis conſona. V. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. Lib. I. cap.* 8.

Probatica, Græcè Προβατικὴ, Piscina fuit dicta. Johannis *cap. 5. versu 2.* "Ἐστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, στοὰς πέντε ἔχουσα. Quod Vulgatus reddit, *Erat autem Jerosolymis* probatica *piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda dicit.* à voce Gr. πρόβατον, *i. ovis*, quòd in ea mundarentur oves, quæ pro sacrificio offerebantur in Templo. Ita quidem Dominic. Macer *in Hierolexico*. Alii ἐπὶ τῇ προβατικῇ, *ad Forum pecuarium*, exponunt, subintellecto ἀγορᾷ. Beza tamen magis probat, ut legamus cum Theophylacto, ὃς δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα, quam lectionem apparet habuisse Cyrilli & Chrysostomi exemplaria. Sed is hanc piscinam προβατικὴν, h. e. *pecuarium*, dictam vult; quòd ex ea potari, & in eam mersari pecora solerent; V. cum *Annotat. ad loc.* Fuit hæc piscina, quam à Salomone Rege extructam & *Augustum Salomonis* appellatam, ait Josephus *de Bello Jud. lib. 6. cap. 6.* miraculosa ægrorum qualiumcunque sanatione, postquam Angelus statis temporibus descendisset in eam & aquam turbasset, inclyta, qua de re V. Johannem *cap. cit. in fcqq.* Quod miraculum paulo ante Christi adventum, in defectu Prophetiarum, innotuisse, & in die Pentecostes, post largam illam Spiritus S. effusionem, cessasse, narrant Cyrillus *in Joann. lib. 2. cap. 12.* & Tertullianus *contra Judæos cap. 13.* Josephus certè & Philo, qui potissima fusè scripsere, nullam ejus facturi mentionem. V. præfatum Macrum, *ubi suprà.*

Probatio, apud Cæsarium *lib. 1. cap. 10. Uno discedente, alter sui nomen erat Gosuinus, imporunitate sua ut reciperetur obtinuit, qui vix per sex hebdomadas*, in probatione *stetit*: & *cap. 2. lib. 2. Anno probationis expleto fatibus est Monachus*; dicitur in Ecclesia Rom. Religiosorum, ut vocant, Novitiatus, V. in hac *voce.*

Probus, Ægyptiorum Dux, Timogenis *insidiis* interemptus est, principatu Claudii II. apud Treb. Pollionem *in hujus Vita*, Zosimus & Zonaras *Probum* nominant, & *Timagenem*. Casaubonus & Salmasius *Not. ad l.*

Probiana Purpura, clarissimæ purpuræ genus dictum est, Lampridii ætate, ab Aurelio quodam *Probo*, qui illud invenerit. Fuit autem *is* baphiorum Præpositus. Lampridius *in Alexandro Severo.*

Probitas, apud vet. Scholiastem Statii *Thebaid. lib. 6. v.* 823. ubi Pœta habet,

——— *consilia virtus*,

virtutem bellicam notat. Hanc enim notionem sequiori Latii ævo vox adepta est. Sic idem *probum virum* pro forti, magnanimoque dixit, *ad lib. 9. vers.* 787. & *Probitatem*, fortitudinem *lib. 11. versu* 787. Cui rei exempla plurima de nota recentiore, congestit Casp. Barthius *Animadversion. ad Guil. Britonem Philippidos lib. 6. versu* 364.

in *Probo* & aspero folvere, apud Senecam, est in proba & bonæ notæ moneta solvere. Latini enim nummum *probum & asperum* vocant, pecuniam probè & expresse signatam, quam Græci ὀρθόχαρακτον & ἰσόσημον dicunt. Quemadmodum contra nummos, qui asperi non essent, sed aut valu deriti, aut malè à principio signati, ἀνόμισμα appellant. Pollux de pecuniæ vitio, ἄχρηστον, κακόξεστον, πλαστὸν, κακοχάρακτον, ἄσημον, ὑπόχαλκον. V. Salmasium *Not. ad Lampridium in Alexandro Sev.* & fusiùs, ubi de *asperis nummis.*

Probus, Severi hujus gener. Æl. Spartianus *in Severo*, *Filias suas duxerat maritas* Probo & *Aetio dedit. Et quum Probo —— præfecturam Urbis obtinenti, ille recusavit dixitque, minus sibi videri Præfectum esse, quàm Principis generum. Utrumq; autem —— statim Consulem fecit, utrumq; dixavit.*

Procastria feu *Procestria* in *Glossis*, οἰκήματα τῶν παρεμβολῶν, *loca extra castra*, feu *extra civitatem*. Idem nempe *Procastrium* vi detur, quod ἐξώκαστρον, Laonico *lib. 9.* & ἐξώστρον, Annæ Comnenæ *lib. 6. l. 2* ἔξωθεν τὸ κάστρον seu τὸ πλησίον κάστρου, *extra urbem munitio* seu *murus*, qui etiam *antemurale* aliis & *promurale* dicitur. Cujusmodi propugnacula seu muri exteriores graphicè describuntur, ab eadem Anna *lib. 4. pag.* 126. & à Petro Mon. Vallis Sarnei *cap.* 63. laudati C. du Fresne in *Glossar.*

Procella, Servio *in Æneid. 1.* est *vis ventorum cum pluvia, dicta quòd omnia percellat.* Ex iis Papinius ingeniosè monstra quædam viventia facit, *Thebaid. 1.10. v.* 531. *& seqq.*

Qualiter aut Malearn, aut alta Ceraunia supra
Consurgat in nube fidens, nigrisque lagenas
Collibus, & fubitæ fulmen in vela procellæ.

Ad quem locum, V. *Animadversiones* Casp. Barthii. Sic capiti ventorum eas infidere facit Valerius Flaccus *lib. 1.*

——— *crinemque procellis*
Hifpidus, & multâ flavus capui Eurus arenâ.

Et à tali fastu *abruptas* indigitat Virgilius, *Georgic. lib. 3. de Leandro*,

——— *abruptis turbata procellis*
Cæcâ nocte natat ferus freta ——

Inprimis verò formidabiles sunt, quas *Tranados* Portugalli vocant, frequentes in Oceano Atlantico inter Brasiliam & Africam, ad Guineam sub Æquatore, ad *Loango*, ad Caput B. S. ad Terram *da Natal*, ad Prom. *Guardafuy*. Quibus non absimiles, turbines sunt concitatissimi, quos subinde in Arabiæ desertis itinerantes, cumprimis qui Mecham abeunt, experiuntur. V. in voce *Travadias.*

Procer, apud Capitolinum *in Maximinis*, *Et in prima quidem expeditione pulsa pastor, nonnunquam* Procer, *qui Maximinus infestabatur*: dicitur, qui pastorum, ad pugnandum contra latrones adunatorum, dux erat. Scribit enim de Maximino Herodianus *lib. 7.* Pastorem initio fuisse, apud suos Thraces montanos: postea verò corporis robore ctò provectum, ut ducatum levem inter pastores assumeret. Ἐστασίαζε, inquit, *αὐτὸς μὲν ὁ Μάξιμος ἐν τοῖς ὀρεσιν ἐκτραφεὶς, ἐκ ποιμενικοῦ σχήματος.* Nempe qui in Rege eminent supra ceteros, *Proceres* dicuntur, ἀπὸ τοῦ πρὸ ἄλλων ἑστάναι, ut vertitur in Glossis & apud Sofipatrum. Ita autem dixit Capitolinus, quia neque Ducem neque Tribunum poterat: ea namque propria fuerunt militiæ Romanæ vocabula cum honorificentiâ conjuncta. Ideo & Herodianus non *στρατιωτικῶς* simpliciter, sed cum adjectione *ἰδίων τῶν ἐγχωρίων*, ait. Eadem voce Juvenalis utitur *Sat. 7.*

Agmina Procerem, *salve Gotulice* ——

V. Casaubonum *ad Capitolinum*. Vocis origo à Græco πρωτος, *qui in re aliqua eminet*, Æol. πρωτερος, πρωτερος, unde *proterus*: Et πρωτερος, πρωτερὸς, *procer*. Quo utroque indigitatur *eminens, excellens* & in erectô longus. Inde *Proceres*, pro Optimatibus & Summatibus. Et in adificiis, mutuli & capita trabium eminentium *Proceres* dicti, fecundùm Varronem; qui ab illis trabium capitibus, Principes civitatis, *Proceres* appellatos vult. Perperam, *Proceres* genium in civitate fuisse, *ut* πρωτόκτισας ves, & *proceres* in ædificiis, πρωτόρρυτα & eminentes trabes. Salmasius *ad Solinum pag.* 81. Apud Reges Francorum primæ fidpis, *Proceres* appellati sunt Aulæ Magnates Comitesque, qui cum Regibus in Judiciis Palatinis consîdebant. Monachus Sangall. de Carolo *M. lib. 1. cap.* 34. *In conflictu ferentissimi Regis & Procerum ejus.* Hinc apud Agobardum, Masfredus *Procer Palatii* dicitur, *Epist. ad eund.* ubi & *Ministeri Imperatoris & Imperii* appellatur. Sed & apud Wisigothos, *Proceres* eminentiatis fuisse, discimus ex Concilio Toletano VIII. in quo subscribunt, *Dabila Comes & Procer*, & *Frella Comes & Procer*, apud Car. du Fresne in *Glossario*. V. quoque Salmasium *ad Capitolinum in Marco*, ubi Optimates, & *Proceres* & Summates, iis temporibus, non alios fuisse de loci consuetudine, quàm Senatores, notat.

Processio, Græcè Ἔκπεμψις, dicitur in Sacris modus, quo Spiritus S. à Patre & à Filio est, adorandus potiùs, quam scrutandus, de quo V. Athanasium *in Symb.* Epiphanium *Hær. 62. c. Sabell. §. 4. & seqq.* Basilium *c. Eunomium lib. 5.* Ambrosium *in Symb. Apostol. cap. 1.* & Augustinum *de Trin. lib. 4. cap. 20.* A Filio verò Spiritum S. *procedere*, negat Ecclesia Orientalis, & queritur, lacniam istam, ἢ (sc. Πνεῦμα) ὁπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, à Latinis Symbolo Niceno assutam fuisse: Hi contrà à Constantinopolitanæ Synodi Patribus id factum fatagere. Qua de re acriter disceptatum inter utrosque Sec. VII. regnante Pipino, in Gentiliacensi Concilio. Eadem quæstio agitata in Synodo Aquisgran, Sec. VIII. Nec tam actum ibi de dogmate, quàm de interpretatione Concilii Constantinopolitani. Recudit in Sec. XII. Anselmus Cantuar. Arch. eadem contra Græcos acriter urgente. Et quamvis hoc fecisse Ecclesiæ Occidentalibus accessisse videretur Græci, in Concilio Lugdun. omnia tamen à Græcis paulo post facta rescissa. Certum, in Concilio Florentino A. C. 1439. Imperatore & Patriarcha Constantinopolitano consentientibus, litis sitis temperamentum quæstium fuisse, ut tam eretur, *Spiritum S. à Patre per Filium procedere*, negari tamen non posse ἢ, ab ista transactione Ecclesiæ Orientales, & in his sententia ad nostra usque tempora acriter perstare: nisi quòd Cyrillus Patr. Constantinopolitanus, qui ante 40. annos circiter floruit, in *Confessione* sua in Anglia editâ, eodem modo mentem suam, circa adornandam hoc dogma, explicuit. V. Frid. Spanhemium *Syntagm. Part. I. Disput. de Trinitate §. 14.* & Suicerum, voce Ἐκπόρευσις.

Processio, vox in Imperio olim, hodieque in Ecclesia Rom. nota. *Procedere* enim & *processiones* facere dicebantur Impp. quoties vel in palatia suburbana fecederent vel etiam ad Sacra procederent, quod cum apparatu & comitatu magnifico fiebat. Vulcatius Gallicanus *in Avidio Cassio*, *Imperatoris minio cum procedisset, eum, qui sibi aptaverat ornamenta Regia, Præfectum prætorii fecit &c.* Unde postmodum ipsæ Imperatorum in iisdem Palatiis moræ, *Processus* non semel dictæ; Byzantinis verò Scriptoribus Πρόοδοι & Πρόοδεια, item Πρόοδοι; quæ de re pluribus agit Car. du Fresne *in Constantinopoli Chr. lib. 3.* V. quoque Salmasium *ad Solinum pag.* 740. Maximè verò *Processus & Processiones*, de Cœli disfusi est, qui cum pompa & apparatu magnifico *procedere* ad Cœtum solebant: quod septies fieri consuevisse, Jurante Magistratu, docet Julianus Antecessor *Constitut.* 98. *Processiones scissas volumus esse septem, omnes in Circo & in harena, & in theatro &c.* Inde vox in Ecclesiam transiit. Cùm n. Arriani Theodosio imperante cantilenatâ (ad opinionem suam aptè respondentium)

per

per plateas recitararum primi inventores fuiſſent: Chryſoſtomus veritus, ne aliquis è ſimplicioribus, ejusmodi cantibus ab Eccleſia abduceretur, quosdam ex tuo populo illis contra comparavit, qui nocturnis hymnis decantandis ſimiliter operam darent: Arrianorumque ea in re ſtudium eo pacto reprimerent, denique ſuos in ipſorum fide admodum confirmarent, uti legimus apud Socratem *lib. 6. cap. 8.* & Sozomenum *lib. 8. cap. 8.* quod inſtitutum tamen manſuris & periculo non cariturum, addunt idem. Poſtea in Eccleſia Rom. hoc nomine inprimis mentio capitur ſeguen ſuppliciantium, ad inſtar exercitus, ordinatorum, & cum vexillis ac cruce, ad loca ſacra, procedentium. Romæ Baſilicarum Canonici etiam tentoria ſecum ferunt, ante quæ *loco claſtrorum*, ait Macer. *campanulas habent*; ad imitationem, ut habet Gemin. *lib. 1. cap. 68.* Iſraelitici Populi, ante Arcam, proficiſcentis. Et quidem olim, in memoriam Chriſti Reſurrectionis, in omnibus per annum Dominicis, *Proceſſio* celebrata eſt, ac Pentamus ſeu alius quidam Superior, reliquos Eccleſiaſticos, præceſſit, ad denotandos Apoſtolos aliosque Diſcipulos Chriſtum ſequutos, in ejus Reſurrectione, quum in Galilæam proceſſit: *Unde ſemper in hujusmodi Proceſſionibus Prælatos noſtros, quaſi Dominum in Galilæam, ſequimur*, ait Rupertus *de Div. Offic.* &c. Quam in rem V. plura, apud Dominic. Macrum *in Hierolexico*, ubi de variis *Proceſſionibus* tribus, de *Proceſſione Nigra*, ſeu *Litania major*, de *Proceſſione Sepiſtroni* aliisque hac de re inventibus, varia congeſſit. De *Proceſſione in die Aſcenſionis*, V. præſatum Rupertum *lib. 9. cap. 9.* &c. Sed & Græcis ſuæ *Proceſſiones* ſunt, in quibus ſemper defertur Codex Evangeliorum; quem qui deſerre conſuevit, in Eccleſia Conſtantinopolitana, *Præfectus Evangelio* appellatus eſt, Idem Macer. De *Proceſſionibus Gentilium* vett. V. ſupra in voce *Litania*; hodiernorum, Petrum de Valle *Itinerariis Tom. IV.* ubi de variis Indiæ Populis eorumque Cultu ac Religione. Hinc *Proceſſores*, in eadem Eccleſia Rom. dicuntur, qui *proceſſionaliter* incedunt. *Ordo Rom.* aſſocianeus Epiſcopum, quando proceſſionaliter ex Sacrario procedebat, *Proceſſores* appellat, ſic comitantes Diaconum, quando ad amboncm pro canendo Evangelio dirigunntur, *Proceſſores* nuncupantur, &c. apud eundem Macrum *in Hierolexico.*

Procidax, ſub principium regni Athenienſis, primus quadrigam junxit, Ado Vienn. *Chron. an. 1016 pag. 34.* Niſi forte meridum fubeſt. *Tonſor* enim dicitur primus tonſuriſſe quadrigam, Fleculpho Epiſc. Lexov. *Chron. Tom. I. lib. 2. cap. 6.* Quod & Euſebius habet in *Chron.* & Te ſullianus de *Spectac.* ubi *Trebellium apud Argivos, in honorem Junonis, Romulum, in honorem Martis ſeu Quirini, quadrigam exegiſſe*, ait.

Proclair, adde: Gangaridum regia Plin. in cujus regione, quam *Gandaratum* vult eſſe Ptolemæus, ſitam inter Suaſtum & Indum, Bucephalos Alexandria reconſtetur ab Ariano, vel quisquis alius eſt *Periplî Maris Erythræi* Auctor: Ἐὰν νίκᾳ τὸν Ἀσσάκανὸν ἢ Πώρρον ἢ Ταξίλην ἢ τὸν Ἀβισάρην, ἐν τῇ Βουκεφάλου πόλει ὃν αὐτὸς Βουκέφαλον ἐπώνυμον Ἀλέξανδρος. Sed ea Bucephalia ſeu Bucephalos Alexandria, condita ad Hydaſpen amnem, proditur Strabonis; ſatis longè à Gandaridis Ptolemæi &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 592.* & *993.*

Proclamandi V. Ctores, in Ludis Olympicis, ritus, V. ſupra ubi de *Præconibus Iudorum ſacrorum.*

Proclea, Ariſtodemi fil. ſextus, ab Hercule, genuit Soſum, proavum Lycurgi, Idem *ibid. pag. 16.*

Proconſus, apud Flaccum *lib. 3. verſ. 34.*

Aura velis, veligant tonſas, velocius Proconſon
Et ſat jam medio ſtarentem, Rhyndace, Ponto,
Spumoſumque ſequens fractâ Scytacen ab unda.

Pro Πρωνσώνιον vel Πρωνσῶν, ita enim recte dicuntur à Græcis iſta, non ad duplicanda modò, ſed etiam ad corripienda verba mirè artificioſi. Ut *Encænia*, qui Dionyſio Halicarnaſſenſi *Augustus*, Propertio eſt *Lucus*: *Ximenes*, apud Apollonium *lib. 1.* pro Χιμένων &c. Male ergo alibi *Proconſon* legunt & ex Strabone interpretantur exile oppidum, juxta Cephalleniam; præterquam enim quòd verſum vitiant (eſt enim Πρωνσῶν) non videruut, ſe bonos Argonautas, in Propontide navigantes, ſubitò tranſtuliſſe in Jonium mare, Jo. Friderieus Gronovius *Obſer vat. lib. 4. cap. 21.* In veteribus libris, *Proconſone*, pro *Proconſone*, ſæpe occurrit: Gentile, à *Proconneſus*: Sic *Proconneſio ancilla*, apud Solinum *cap. 1.* Plinius *Proconneſium marmor* melius vocat, ut & idem Solinus *cap. 37. Gemma ad imaginem marmoris Proconneſii, niſi quòd in medio umbilico lapidis iſtius glaucum, ut oculi pupa, interniret.* Ubi de lapide Zmilanthi. Nempe Proconneſium marmor album erat, venis intercurrentibus nigris, modò recto diſcurſu, modò obliquo & intorto: Zmilanthis verò lapis, qui illi ſimilis eſt, pro venis nigris in medio glaucas præfert. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 703.*

Proconſul, dictus eſt apud Romanos, vel cui ultra legitimum, id eſt, annuum tempus Magiſtratus prorogatus eſt; qualis primus fuit Q. Publilius Philo, bello Palæpolitano implicitus, ut in Tabb. Capitolinis exat & in Liv. *lib. 8.* Vel, qui è privato in provincias vel ad gerendum bellum, miſſus eſt; qualis primus fuit P. Cornelius Scipio, apud eundem Liv. *lib. 26.* Vel, qui ex Magiſtratu in provincias eſt protectus: Vel tandem, qui conſtituta Monarchia à Senatu in provincias eas, quæ Populi fuerunt, mittitoliſtus eſt. Et quidem, quod tertii ſignificatûs *Proconſules* attinet, qui nempe proximo poſt Conſulatum anno in Provincias Conſulares profecti ſunt, easque pro Conſulibus gubernabant: fuit conſtitutum lege Gracchi, atque poſtea usque ad Auguſti Imperium conſervatum, ut annuntium novi Conſulis atque Prætores deſignarentur, Provinciæ duæ Conſulares & ſex ſelecto vel plures Prætoriæ, prout numerus Prætorum poſtulabat, à Senatu futuris Conſulibus præterubisque decernerentur, quas illi deſignati ſortirentur, vel inter ſe compararent, ita ut finito anuuo Magiſtratu urbano in eas proficiſcerentur: Conſules quidem in Conſulares, unde *Proconſules*, Prætores autem in Prætorias, unde *Proprætores* dicti. Eligebantur hi, non à Populo, vel Plebe, Centuriatis aut Tributis Comitiis, ut de Q. Publilio Philone & P. Scipione prædictis, *legimus*: Sed quando Conſules, Comitiis Centuriatis, in annum ſequentem deſignati erant, tum alter Conſulum, qui Magiſtratum gerebat, ad Senatum referebat de Provinciis, quæ futuræ Conſulares, quæ Prætoriæ eſſent. Quod ubi conſtituerunt Conſulares Conſulibus deſignatis decernebantur, ut eas vel ſortirentur, vel inter ſe comparerent, utrum quisque ex Conſulatu ob-ineret. Quo facto, Conſulatus ſui tempore, quem Imperium Legem ad Populum per Curias congregatum ferebant, de imperio militari, ſi ne qua lege bellum gerere non poterant: tum Provinciæ Senatusconſulto ornabantur. Ad quæ ornamenta pertinebant, latitudo Provinciæ, magnitudo Exercitûs, ſtipendium in milites, victicum in Legatos & cohortem, comitatus & cœtera ejusdem generis: quæ quidem, quoniam non omnibus eâdem amplitudine numeroque concedebantur, propterea, cùm ea decernebat Senatus, tum Provincias aut Præſides ipſos *ornare* dicebatur. Ad viaticum pertinebat annulus aureus, item veſtes, vaſa, vehicula, munus, tabernacula &c. quæ inſtrumenta locata fuiſſe, indicio eſt P. Ventidius, quem A. Gellius *lib. 14. cap. 4.* ſcribit, victum quotidie comparandis mulis, & vehicula Magiſtratibus, qui ſortiti Provincias ſorent, præbenda publicè conduviſſe. Sed de hoc V. infrà in voce *Viaticum*. Comitatus quosnam fuerit complexus, diximus ſupra in voce *Prætoria cohors*. Ubi ergo Provinciam atque in ea Imperium *Proconſules* obtinuere, tum extremo Conſulatus anno, aut ſuâ ſponte, aut Senatusconſulto, paludati exibant. Prius autem in Capitolium aſcendentes, ſolemnia ibi pro Rep. vota nuncupabant, atque inde Padamento, lictoribus 12. cum totidem ſecuribus ac faſcibus, inſignibusque cæteris Imperii aſſumtis, recta ad portam Urbis ibant, indeque aut continuò, amicis officii causâ aliquousque proſequentibus ac bene omnantibus, in Provinciam iter ingrediebantur: aut ſi quid negotii in Urbe haberent, ad Urbem ali quandiu manebant, cùm in Urbe cum Imperio eſſe non poſſent. Ut autem Senatusconſulto jubebantur exire: Sic ne irent, Tribunorum Pl. edicto. aut Dirarum obnuntiatione, prohiberi poſſuere. Unde M. Craſſus, cùm P. Attejo, primùm edicenti, dein obnuntianti, non paruiſſet, contra Parthos paulo poſt infeliciter pugnans pœnas dediſſe exiſtimatus eſt. Ubi verò iter erant ingreſſi, faciebant eos, quibus ſuccedebant, de adventu ſuo certiores, ut nempe cum iis congreſſi, de ſtatu Provinciæ cognoscerent: & quo die in Provinciam accedebant, eodem Provincialis muneris capiebant initium. Quod cùm in duas partes eſſet diſtributum, *Poteſtatem & Imperium*: Illa fuit facultas cognoſcendi; iſtud exercitus imperandi, bellumque gerendi; quorum alterum pacis, alterum belli temporibus conveniens erat; iſtud æſtate, illud hyeme potiſſimùm fieri ſolitum; Sed & præterea, *Cognitionem* habebant, quæ conſiſtebat in cœteris rebus curandis atque provinciæ imperandis, ut in re Frumentaria, Tributaria, Vectigali, & Viaria, quæ omnia per Edicta ſua adminiſtrabant. In qua muneris parte uti multi avarè admodum & crudeliter verſati ſunt, ita contrà nonnulli tantâ abſtinentiâ fuerunt, ut non ſolùm publica vectigalia ſuſtulerint, ſed etiam Prætorium ipſum vectigal, in quo præcipuè gloriatur Cicero, remiſerint, nulli alii rei, quàm commodis ornamentisque Societum, intenti. Unde honores ſummos ab ipſa provincia retulerunt, legatos Romam honoris causâ miſſos, ſtatuas, fana, dies feſtos, alia, quibus ſe affici in Cilicia Cicero modeſtè recuſavit. Annuo poſtmodum tempore exacto, *Proconſul* ſucceſſorem, ſi maturè venturus erat, in provincia expectabat atque ei adventanti prodibat obviam, ac præſenti præſens Provinciam cum Exercitu tradebat, intra 30. dein dies (tot enim lex Cornelia Sullæ conceſſit) inde decedebat: quòd ſi ante Succeſſoris adventum deceſſiſſet, aliquem qui præeſſet provinciæ, ut Quæſtorem, vel Legatum, cum imperio, relinquere tenebatur. Conſtituto ſic Succeſſore aut imperii Vicario, Romam tendebat, ſi antè quod C. Jul. Cæſar in primo Conſulatu ſanxit, rationes pecuniæ confectas apud duas provinciæ civitates reliquiſſet, ſicque Romam reverſus, lictoribus dimiſſis ac paludamento depoſito, Urbem intravit, niſi forte Triumphum poſtularet. Ingreſſus, rationes referebat ad Ærarium, nec multo

pàsi Centuriones, cæterosque provinciales Curæ focios ad Æraium in beneficiis, fi liberet, deferebat; quod lege Iuliâ ad 30. dierum ſpatium reſtrictum. Verùm quemadmodum *Proconſulibus*, qui ſe præclarè geſſiſſent, magni & in Provincia & in Urbe honores habebantur: ſic contrà, ſi quid deliquiſſent atq; à legibus receſſiſſent, multis judiciorum, Peculatûs inprimis, Repetundarum & Majeſtatis, laqueis irretiri ſunt ſoliti. E' quibus Repetundarum quæſtio maximè Socialis fuit & Provinciarum ſalutem continuit, quo judicio paſſim plurimi, damnati multi, nonnulli etiam abſoluti ſunt, ut ex Hiſt. Rom. patet. Poſtquam verò Auguſtus, Populi conſenſu, ſolus Rempublicam regere cœpit, Provinciarum adminiſtratione, aliâ à priori inſtitutâ, illarum valentiores ſibi reſervatas, per *Præfides* gubernavit: Reliquas Populo attribuit, eosq; qui his præeſſent, *Proconſules* itidem appellari voluit, ſed minori longè, quàm *Præfides*, qui & *Proparores* quandoque dicti, potebant. Qua de re V. Dionem *lib. 53.*

Juriſconſulos *tit. de Proconſulis officiis* Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 42. &c.* & cujus ultimi *lib. 6. cap. 9.* addi poteſt, *Proconſules* etiam interdum Centuriatis Comitiis creatos fuiſſe, quod ordinariò non factum ſuprà diximus: & unicum fortè exemplum eſt P. Cornelii Scipionis, de quo Livius *lib. 26.* Imò & Tributis quoque: Quanquam enimex Senatus decreto Provinciæ ordinariè obtinerent, ſæpe tamen etiam præter Senatus voluntatem, Populi juſſu in Provincias miſſos fuiſſe, legimus, præſertim ſi extra ordinem Provinciæ illi mandarentur, V. rerum Roſinum in *Antiqq. Roman. lib. 6. cap. 16.* cui addè, ſi placet, Godwynum *Anthol. Rom. lib. 3. ſ. 2. cap. 22.*

Proconſulare Imperium, apud Jul. Capitolinum *in Antonino Pio*, *Adoptatus eſt —— factuſque Patri & in* Imperio Proconſulari *& in Tribunitiâ poteſtate collega*: nomen dignitatis Imperatoribus propriæ. Nempe inter Principatus titulos utrumque, jam inde ab Auguſto, quarum dignitatum origo diligenter expoſita eſt apud Dionem. Græci *Proconſulare Imperium*, ἀρχὴν τῶν ἀνθυπάτων nominant, modò τὰ τῶν ὑπάτων ἐξωτέρω: Cedrenus τὴν ἀνθυπατικὴν ἀξίωσιν. Mirum verò cùm uterque titulus hîc omnibus Imperatoribus competierit, non tamen omnes æquè uſurpaſſe. Nam Tribunitiæ Poteſtatis titulum Imperatorum nemo poſt Auguſtum prætermiſit, ut ex hiſtoriis, nummis, faxis patet. *Proconſularis Imperii* verò & Hiſtorici in rebus geſtis multorum Imp. qui Auguſtum ſunt ſequuti, non mentionem fecerunt, aut rariſſimè: & alia eorundem Principum monumenta penitùs eum titulum ſilent. Et quidem in vett. *Inſcr.* ſex tantùm inveniri, qui *Proconſules* nominentur: Severum, filium ejus Caracallam, Macrinum, Antoninum Heliogabalum, Alexandrum Mammææ & Aurelianum, qui paſſim in vett. ſaxis, PROCONSULES, vel iterum PROCONSULES, appellantur &c. Iſæc. Cæſaubonus refert. Auguſtus itaque non contentus perpetuâ Dictatură, omnium Populi Rom. Magiſtratuum, & qui intra Latium bem, & qui extra (ut Proconſulis Imperium haberet) titulis & inſignibus ornati munitique voluit. Unde & ſucceſſoribus ejus, inter alia, *Proconſulare* quoque *Imperium*, honoris gratiâ ſemper delatum eſt, & tam Cæſaribus, quàm Auguſtis, ſolebat dari. Tacitus *Annal. lib. 9. de Germanico Cæſari Proconſulare Imperium petivit*, *miſſique Legati qui deferrent.* Ut autem *Proconſules Auguſti* ab illo Proconſulari jure, ſic illi quos Proconſules in provincias Populi fortitò miſit Senatus, *jus Proconſulare* diebantur *accipere* à Senatu. Trebellius in *XXX. Tyr. Simul etiam Gallieni fratrem, qui quanus Theodoto vellet* Imperium Proconſulare *decernere, à Sacerdotibus eſſe prohibitus*, qui dixerunt, *faſces Conſulares ingredi Alexandriam non licere.* Sic *Jus Praetorium* decerni dicebatur Præſidibus, qui Prætores vel pro Prætore provincias erant adminiſtraturi. Vopiſcus in *Probo*, de *Senatu*, *Proconſules creavere*, *Legatos Proconſulibus darent*, *Præſidibus in Praetorium darent* &c. V. Salmaſium *ad Capitolinum in Ataro*, ubi etiam ante Severum, & Marcum Antoninum, & Commodum & Verum, & Gordianum & Valerianum & Gallienum & reliquos omnes ita paſſim in vett. faxis inferibi, obſervat: addè quæ Cæſaubonus habet *ad Auguſtum Suetonii c. 89.*

Proconſulares Provinciæ, poſt diviſionem Provinciarum ab Auguſto factam, dictæ ſunt duæ illæ Africa nempe & Aſia, quibus *Proconſules* præerant; qua voce denotabantur, ſi qui in Provincias Pop. Rom. à Senatu mittebantur, jure Conſulari, at dictum. Aliquando tamen, imò plerumque, Prætorii eodem jure in provincias Prætorias mittebantur à Senatu, qui & ipſi dicebantur *Proconſules*: Unde Suetonius *in Auguſto*, cùm inter Populi provincias eſſent & *Prætoriæ*, (numero X. ut apud Strabonem videre eſt *lib. 17.*) *Proconſulares* tamen omnes vocat. Sic apud *Hiſtoriæ Aug.* Scriptores, cùm paſſim, *Proconſulares*, *Legatoriæ* & *Præfidates*, tantùm memorentur, per *Proconſulares*, omnes quæ Populi fuere, veniunt intelligendæ. V. de hâcre, ut & de provinciarum variis vicibus, Salmaſium *ad Spartianum in Hadrianum*, ut & *ad Solinum pag.* 87. ubi *Proconſulares provincias* nullas fub diſpoſitione Vicariorum fuiſſe addit. At *Proconſularia*, diebantur Acta SS. Martyrum, à Notariis provinciarum Proconſularium ſcripta ac collecta, Baronius Cardin. *ad A. C. 338.* apud Dominic. Macrum *in Hierolexico.*

Proconſules, quinam vet. ævo dicti fuerint, V. *Spanh. in Proverſat*: addo ſaltem *provincialium morem Proconſulibus ſimplè exigendi*, ſeu potiùs *virtutes eorum conſecrandi*, ex *Cic. ad Quintum Fratr.* ubi hunc ei Aſiam adminiſtranti honorem habitum, refert. V. Caſaubonum *ad Auguſtum Suetonii c. 52.* Eadem appellatione donatos fuiſſe Imppp. omnes ab Auguſto, diximus in voce *Proconſulare Imperium.* Recentiori ævo ita dictos elle Vicecomites, aut Conſules Comitis, docet Cl. du Freſne ex *Tabulario Andienſi*, *Convenerunt itaque ex omni Normannicâ provincia Epiſcopi*, *Abbates*, *Conſules*, Proconſules *curiosque Dominus Sacerdotes* &c. Hinc *Proconſul Leviatanenſis*, qui vulgò *le Vicomte de Lavedan*, dicitur apud eundem, in *Charta* laudatâ à Marca *Hiſtor. Benebarn. pag.* 807. Similiter in Anglia, *Proconſules* olim dicti ſunt, qui poſtea *Juſticiarii errantes*, quòd Conſulum ſeu Comitum vice in provinciis jus dicerent. Quo ſenſu *Proconſulatum apud Britannos* geſſiſſe legitur Robertus Leycestriæ Comes, a. apud Jonannem Saresberiensem *Policratici lib. 5. cap. 15.* Quæ Britannos quoque, qui Conſulum Urbanorum vices agebant, Proconſules vocitatos fuiſſe, docet idem ex *Wichbild* Magdeburg. *art. 19. §. 1. &c.*

Procul ite profani, formula fuit apud Vett. Sacris & Sacrificiis amoliendi improbos homines, multis illuſtrata Briſſonio *lib. 1.* V. & Jo. Paſſeratium *ad Propertium lib. 4. Eleg. 6.* Joann. Parrhaſium & Caſp. Barthium *ad Inilium Claudiani c. de Raptu Proſerpinæ*, nec non hîc, ubi de *Initiandi ritu*, item in vocibus *Myſterium*, *Prorrhoſis*, ad plenum.

Proculus, nomen cujusdam, campanæve ade S Proculi Bononiæ Italicæ lapſu interfecti; unde in hac diſtichon ſequens viſitur:

Si procul à Proculo Proculus campana fuiſſet,
Jam procul à Proculo Proculus ipſe foret.

Uti refert Jac. Sponius *Itinerar. Part. 1. pag. 68.*

Procuratio, apud medii ævi Scriptores, quod vix Convivium, à *procurare* (excipiendi hoſpitio & convivio, quâ notione vox occurrit apud Lambertum Ardenſem, Ekkehdi ſibum Jun. *de Caſibus S. Galli*, Arnoldum Lubecenſem, Adamum Brem. Rogerum Hovedenum, Alios. Inprimis vero Exceptio ſtata ac debita dominorum à vaſſallis, à quibus hoſpitio & cōviviis ſtatis vicibus exigebantur, quum in eorum prædia diverterbant: quæ quidem *procurationes* in ſummam pecuniarum non raro convertebantur, uti dictum ſupra in voce *Gifla*. Hinc vetera Domini à vaſſallis; ſic Regii & Archidiaconi, cum Eccleſias ſibi ſubditas viſitabant, ab iis *procurari* conſuevere: de cujusmodi procurationum immodicis ſumptibus, cùm crebræ ad Pontifices ſubinde deferrentur querelæ, modum iis ponere illi anniſi ſunt, cùm in Conciliis, tum Bullis ſuis. Inter quas Innocentii III. Pontif. Rom. ex parte ita fonat, in *Monaſtico Angl. Tom. II. pag. 165.* —— *Querelam accepimus, quòd cùm olim Archidiaconus Richmondiæ Parochiam ſuam viſitationis gratiâ circuiret, cum centum equis minùs viribus, viginti canibus & una, tribus avibus venatoriis, ad quindam Ecclesiam prædictorum Canonicorum accedens, tantum dominum iſtum ſumtu immodico gravaris, quòd hora brevis dicitur conſumſiſſe, quod vix familiæ longo tempore ſuffeciſſet. Nos igitur —— inhibemus, ne quis reſtrim de cetero —— in procurationum exaltatione —— Eccleſias ſeu Canonicos vel ſervientes prædictorum Canonicorum gravare præſumat &c.* V. Renatum Chopinum *de Sacra Politia lib. 2. tit. 7. num. 11.* Sed & Pontificibus Rom. cùm in Franciam venientibus, *Procurationes* pro more fuiſſe ſolitas, docet du Freſne ex *Charta* Ilenbardi Abbatis S. Mauri Foſſatenſis *ad A. 1174.* —— *Omni autem anno, quo Eccleſia noſtra Domino Papæ in has partes venienti procurationem, vel aliquid pro procuratione dare &c.* Hinc *Procurator*, qui convivio excipit, vel convivium apparat, quâ notione in *Regula* Templariorum *cap. 34.* Chriſtus *ſummus Procurator* noſter: & in *Charta* vet. Theobaldus Can. Bleſenſis, *Procurator Regii Francorum*, dicitur. Ubi *Senescallus* ita *Dapifer* intelligitur; quòd *Dapifera Regii* munus ſit circa menſam Regiam & apparatum. Certè de Dapifero cujusdam Vicecomitis Adalbero Laudun. Epiſc. *Poëmate ad Robertum R. Francorum*, apud eundem du Freſne, ubi ironicè ſicait:

Ut Procurator Regis mundana miniſtrans,
Sit piger, ignaviæ, modicæ virtutis repletus,
Hic aliena petas, reperas ſua, vel tribuendo,
Et jugiter maneat diviſus forte jugali:
In Regis hæreditate non ſpes ſibi conſtet.

V. quoque Dominic. Macrum *in Hierolexico.*

Procurator, ſervus apud Romanos, *qui mandata Domini negotia ejus adminiſtrabat*, *l. 25. §. 3. ff. de Ædil. Edict.* Et ſupellectilem & cellaria credi conſueviſſe, auctor eſt Salvianus *de Prov. Dei lib. 3.* Moris autem Romani fuit, ut domi ſupellex, penuſque omnis annulo ſignaretur, ne quid negligentiâ aut fato periret. Unde apud Plautum *celle, ſalinum*: apud Plinium *lib. 33. cap. 1. cibi & potus*: apud Ciceronem *lib. 16. Epiſt. ad Tiron.* lagenæ quoque *ansæ* obſignatæ leguntur. Meminit *Adinondi Procuratoris* ab Adore & Diſpenſatore non omnino diverſi, Petronius *Satyrico*, *Jam ad triclinium veneramus*, *in cujus parte prima Procurator rationes accipiebat.* Et præter alios Fabius quoque major *Declamat. Satis ſit vobis* (ô divites) *hoc veſtras præſtare*

Fortu-

Fortunæ, quod per Dispensatores funeratis, quòd familiam per Procuratores *continetis*: unde de ejus officio largius conſtat. Et functus eſt tali miniſterio Bonifacius Martyr. Agladii ſerv. quem tamen quidam ingenuum faciunt. Stephanus autem Bonnitillæ *Procurator*, qui Domitiano Cæſari ſuſſo ditinguina, Libertus fuit, teſte Joh. Xiphilino; Acid ex præſcripto divinæ (uti appellabant) domus, cujus moribus receptum jam diu erat, miniſteria ſervilia Libertis demandari. Pen linpimis *Procurator* recenſendus venit, quem inter lautiores ſervos connumerat Plautus *Pſeudolo Act. 2. Sc. 2.*

—— Ha. *Quid ipſud verbi eſt ?*

Pſeu. *Condus, promus*, procurator, peni.

Hæc de privatis quoq; hominibus ſed *Procuratores* Cæſarum propè innumeri fuerunt; quibus in vett. monumentis memorantur, *Procuratio ornamentorum, bibliothecæ, Patrimonii & hæredit. Auxiliarium; Balnei Formis, Fundis Cajetæ; Laurentis ad Elephantum; ad Rationibus, ſiſtarum Tuſculanarum; Subpræcuratur Viſcinæ*, & alii non pauci. De quibus obiter animadverſum, hujusmodi ſervos plerunque in meretricios impegiſſe ſcopulos, non ſine magna rei dominicæ jactura, ut videre eſt apud Aſtenum *l. 16. ff. de ſer. corr.* Martialem *lib. 5. Epigramm. 42. &c.* Et CHRISTUS Dominus non ſemel hæc allubit, V. Matth. 24 & Lucæ 12. *capp.* Alius plane generis erat *Procurator*, homo liber, qui omnium ætatum rerum penè dominus alicunique juris erat vicarius, V. Lamprid. Pigmentum *Comm. de Servis &* Tit. Lipſium *de Cruce lib. 2. cap.* 5. nec non inſtrà. Nec omittendi *Procuratores* ſactionum Circenſium, quorum memoriam vetus lapis ſervat, ſic inſcriptus: *Q. Rapidio. Q. F. Lemſyllis. Procuratori, viromi. ſabbini. Venetæ. Q. Rapidius. Xenodotus. & Rapida. Juventina. par. fecere* apud Thom. Dempſterum *in Roſin. lib. 5. cap. 5.*

Procurator, apud Ælium Spartianum *in Hadriano, Et circumiens quidem provincias*, Procuratores & *Præſides pro factis ſuis publicis officiis, ita ſervit, ut accuſatores per ſervientem admittere; existendem cum Præſide, quod nonnullis generale eſſet de provinciæ Adminiſtratore, proprie tamen ſic dicti ſunt, qui minores provincias, quæ a ſolis *Procuratoribus* regebantur adminiſtrabant. Itaque in illis provinciis *Procurator* & *Præſes* idem; quinimo utra que appellatione gaudebant. Veteres *inſcr. Procurator & Præſes Aliplum*, *Procurator & Præſes provinciarum per Orientem*, *Procurator & Præſes provinciæ Sardiniæ*. Sic Gracis *Αγωνοθέτης* & *Ἐπίτροπος*: unde Artianus de Epiri Procuratore, *τὸν δὲ ἐπιτροπεύοντα τῆς ἠπείρου*. Et Præſidis ſitus, modo cum *Αγωνοθ.*, i. *Præſidem*, modò *Ἐπίτροπον τοῦ*, i. *Procuratorem*, vocat: *Σὺ ἐφὸρ βλέπουσα τὸν ἀεὶ πολιτεύοντα, τὴν Καίσαρος φίλον τῷ ἐπιτρόπῳ*. Et paulo pòſt, *Ὅτῳ πρὸς ἐπίτροπον & τὸν Καίσαρος θυμὸν*. De cujusmodi Præſidalibus Provinciis Lampridius *in Severo*, *Provincias Prætorias Præſidales plurimas faciebas &c.* Atque ita fere ſemper nomen *Præſidis*, apud *Hiſtoriæ Aug.* Scriptores ſumitur, de *Procuratoribus* tc. *Cæſaris* in illis provinci s, quæ nec Prætoriæ erant, nec Conſulares, nec Proconſulares, nec ab illis adminiſtrabantur, quas à Prætoratoribus ſeu Præſidibus ſtrictè dictis. Ita *Præſes Orientis* apud Vopiſcum, qui in vet. *inſcr. Procurator & Præſes provinciarum per Orientem*, dicitur. Apud eundem, *Præſidarum in Dalmatia adminiſtrare*, pro Præſidem & Procuratorem Dalmatiæ etc, ut alia omitam. At qui in provinciis Proconſularibus *Procuratores* erant Caſaris, hi non *Præſes*, ſed *Procuratores* ſolùm, dicebantur, quibus erant Fifci curabant & nullam niſi in fiſcalibus cauſis habebant jurisdictionem. Quâ notione etiam vox capi poſſet *d. loc.* De aliis *Procuratorum* generibus pauca hæc ſubjiciemus.

Procuratorum alia quædam apud Scriptores genera.

a. Procurator à Rationibus, ad *Rationes* & Rationum apud Salmaſium *ad Capitolinum Gordians. III. b. Procurator* ad Alimenta, *ad Bona damnatorum*, *ad Prædia Gallicana*, apud Eundem *ad Vopiſcum in Caro. 7. Procurator* ad Vicesimam, qui vicesimam procurabat. *Ibid. & ad Lampridium in Heliogabalo.* Idem *Procurator & Præſes & Præſidæ* dictus. *b. Procurator* Absentis Apiano Ἐπίτροπος & ἀποδημίας, ubi de Manio Antonii absentis res curante, V. Aconium Pedin & Caſaub. *ad Jul. Suet. c. 56. c. Procurator Ærarii*, apud Lamprid. *in Antonino Diadumeno*, idem cum *Ærarii ſacri Præpoſito*, tempore Statii, & *Præpoſito* vel *Com. Sacrarum Largitionum*, tempore Claudiani, V. Lipſ. *paſſim*. *d. Procurator* Centenariorum, *Ducenariorum* &c. *Centenarius*, *Ducenarius* &c. Aliter, *Procurator ad ducena ſeſtertia &c.* Vetus *Inſcr.* Romæ ante Portam Tiburtinas: PROCUR. TRIUM. PROVINC. GALL. LUGDUNENSIS. NARBONENSIS. ET. AQUITANIÆ. AD. SS. LX. PROC. ALEXAND. PELUSI. AD. SS. C. Id eſt, *Procuratori trium Provinciarum Galliæ Lugdunenſis — ad ſeſtertium ſexagies. Procuratori Alexandriæ Peluſii ad ſeſtertium centies &c.* Dicti ſunt, à numero pecuniarum, quas in ſalarium ſu ſtipendium accipiebant. Iterum in *Inſcr.* Ampliatæ Hiſpan. II. ITEM. PRO. AUG. PROV. BÆTI. AD. DUCEN. ACCIPIENDA, i. *Procuratori Augusti Provinciæ Bæticæ, ad ducena accipienda.* Quaſi diceſſet, *Procuratori ducenario*. Atque ita Pertinax *ad ducentum H-S. ſtipendium translatus* dicitur in *Diadem*, h.e. Procurator ducenarius Daciæ factus, apud Jul. Capitolinum *in Vita ejus*. *e. Procurator* Choragii Majoris, *ſeu ſummi Choragii*, in *Inſcriptionibus Gruterianis p. XLII. 5. & CCCXXXI. 3. f. Procurator* Ducenarius, V. *Procurator Centenariorum*. *i. Procurator* Eccleſiæ, titulus, quem Epiſcopi ſibi non raro tribuiſſe leguntur, apud C. du Freſne *Gloſſar.* qui præterea ſic dictos ſuiſſe Epiſcopos, qui electi, ſed nondum ſacrati ſunt: item Epiſcopos Commendatarios, notat. *k. Procurator* Francorum Regni, apud Scriptores *Rerum Gallic.* modò *Vicarium Regis*, modò *Senescallum ſeu Dapiferum*, modò *Admiratium*, denotat, apud Eund. *l. Procurator* Patrimonii & Hæreditatum, in vet. *Inſcr.* idem cum eo, quem *ſuper hereditates libertum* vocat Marcellus Empiricus: *Ubi Anteros Tiberii illorum ſuper hæreditates curatus eſt*, apud Salmaſium *Not. ad Spartianum in Hadriano Cæſ. m. Procurator* Principis, idem cum Rationali, uti poſteriori ævo dicti ſunt. Lampridius *in Alexandro Sev. Ubi aliquos reliquiſſe vel Rectores provinciis dare—vel Procuratores*, i.e. *Rationales, ordinare*. *n. Procurator* Privatæ, in antiqua *Inſcr.* Ἐπίτροπος σεβάσεως. Id cum *Procuratore Rei privatæ* fic *Comite privatarum Largitionum*; ſub ſe habebat omnes res privatæ Rationales, qui in ſingulis Provinciis Fiſcum Principis procurabat. V. ſuprà, ubi de *Largitionibus* & *Privatis Rebus Imp.* Dicebatur quoque *Procurator rationis privatæ* & *Rasio privata*. *o. Procurator* Reip. in Chartis Caroli III. Imp. in *Hiſtor. Pergam. Tom. III. pag.* 399. *Nemo ſuperioris aut inferioris Reip. Procurator ad cauſas judiciaria modo audiendas conventionem facere, vel ſtveda exigere &c.* apud Car. du Freſne, eſt Magiſtratus Publicus, &c. Ut de *Procuratore Operum*, *de Procuratore Metallorum*, aliisque, nihil addam, de quibus, præter Auctores præfatos, V. Joann. Calvinum *Lex. Jurid.*

Prodere, verbum ſolenne, de Interregibus, apud vett. Romanos, V. ſuprà. Sic *capta Veſtalis*, *dictus Dictator*, *proditus Flamen*, nonante Cur. Fortunatiano *lib. 3. &c.*

Prodiftator, propter Conſulis abſentiam, à Populo, cùm Dictatorem creare non poſſet, creatus Q. Publius Maximus, ſcigitur apud Liv. *lib. 32.*

Prodigia & Monſtra, apud Romanos, hoſtiis ſolebant procurari; idque ex præcinpto & conſilio Augurum atque Aruſpicum. Quindecimque Virorum, qui libros Sibyllinos ſuper hac re conſipiebant, ut averruncaretur, quod illa minsbantur, malum. Et quidem de Aruſpicibus Augustus, Liv. Dec. 1. l. 1. ubi de Tarquinio Superbo, *auguis*, inquit, *in ſcientia columna lapſus: cùm ad publicæ prodigia Etruſci vates adhiberentur, ab hic unum* Prodigium *Aruſpices in Senatum vocati, atque ex responſo eorum ſuppliciis Populi, in unum diem indictis.* V. quod. Decade 4. *lib. 2. in fin. Dec 3. lib. 7. Dec. 4. lib. 10. princ.* & Ciceronem *de Divin. lib. 1. &c.* Lucanus *lib. 1. verſu. 584.*

Hæc propter placuit Thuſcos, de more vetuſto,
Acciri Patres.

Poſtea, & quidem frequentius, inſpici cœpere Sibyllina Oracula. Livius *Dec. 4. lib. 1.* Marco Claudio M. Livio Coſſ. *decretum fuiſſe Prodigii, ſibi, ſuiſque libris curæ, ut libri Sibyllini de Portentis inſperent; Decemviri ex libris eos divinas exirent, quæ proximè ſecundum id Prodigium facta eſſent, imperarent.* V. eundem *Dec. 1. lib. 3. Dec. 4. lib. 6. & lib. 7. & libro 8. & 10. &c.* Utrumque conjunxit Claudianus *in Eutropium lib. 1. ſub init.*

Pandite Pontifices Cumanæ carmina Vatis
Immutatum, ne ſas ſibris explora Aruſpex,
Quæ nova portendam Superi?

Et hoc propriè Procurare dicitur eſt Unde totties apud Livium, *Prodigia procurare*, vel *majoribus hoſtiis procurare &c.* quæ ſuperſtitio etiam ad ſomnia pauio triſtiora ſeſe extendebat, in quibus procurandis expiandisque Veteres mire ſollicitos fuiſſe, indicat Tibullus *lib. 3. Eleg. 3. &c. lib. 1. Eleg. 5. &c.* Rationem nominis exponit Feſtus, cui quaſi *prolata & porrecta dicuntia, aliquid ſuturum eſſe*, appellata ſunt, Diſtrectiam inter *Oſtenta & Prodigia* hanc facit Ulpianus, quod *Oſtenta* dicti, quæ res naturalis forma, in eo quod nafcitur, non immutatur, ſed ſolùm modo interpolatur aut amplificando, aut detrahendo; aut mutilando: *Prodigium* verò, cujus forma in aliam ſpeciem eſt mutata & quaſi prodigium naturæ, quæ ſui ipſius oblita & *prodiga* adeò facta, ut interdictò fere opus habuiſſet. V. Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.* At Hoſtiæ *prodigiæ* dicebantur, quæ conſumebantur penitùs, Jo. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 39.* V. plura de *Prodigiis*, illaque etiam humanis hoſtiis procurandi ratione, apud Cæſ. Barthium *Theſaid. lib. 10. verſu 787.* nec non ſuprà ubi de Veteratum *Luſtrationibus*. Addam ſiltem, ex ſuperſtitione Vett. ipſos *prodigioſos* homines occidi, ut ſic iram Dæmonum expiarent, conſueviſſe. Cujus rei exempla ſunt multa, in Androgynis mari merſis, aliisque apud Livium, talibus notandis: bene ſuperſtitioſum, Jul. Obſequentem, Alios. Unde Claudianus *in Lib. in Eutropium*,

Cunctæ inſtrandi faſces, ipſoq; litandum
Prodigio &c.

Hinc *Prodigialis* Jupiter idem cum Averruncо; *Φιξάνδ.* *τῶν* Lycophroni de quo V. Johann. Meurſium *Comment. ad illum.*

Proditor, apud Athenienſes morte multatus eſt, neque intra Atticæ fines ſepultus & bona illius publicata: ex Lege, *Ἐὰν τις*

ἡ πόλιν περιδιῶσ', ἢ ἱερὰ πόλησ, περίπυσι τὸ ἐκφερόμ., ὡς πρὸ τῶν γινομ. μετ' ἀνθρώπ. τὰ Ἀνάκτορα τοῦ Διὸς ἐκφέρεται αὐτὸν ἀνθρώπ. πάντ. μεν ὀται Xenophonti Ἔπαν. lib. 1. Unde Lycurgus c. Leocr. A thenienses fuisse solitos eos exanim. ἐχειῶν corumque cadavera ἐξορύσσειν ἔξω τῆ Ἀττικῆς, inquit: Thucydidesque propterea Themistoclis ossa clam in Atticam illata refert, lib. 1. Οὐ γὰρ ἐξὸν θάπτειν, ὡς ἐπὶ πρόδοσία φόβῳ ἀπόντ. Cenotaphia tamen poterant iis extrui, intra Atticæ fines, sed imposità tumulo cruce: observante Marcellino in vita Thucyd. quod in hostium tumulis in usu habuisse videntur Græci, ut apparet ex Epigramm. Gr. ubi T. Quintus Flaminius Alcæo Poëtæ, qui gloriam fugati Philippi Maced. R. suis adscribebat Ætolis, rescripsit, in his tumulis ei crucem paratam esse; nempe propter illa ἐκφέρ., quæ hostium tumulis imponebantur & crucis vicem præstare poterant. Ita autem Flaminii verba sonant,

Ἀσφόσιο· κ' ἀδώλῳ., ἀ δοιάρε, τῷ δ' ἀπὶ πάντ' ὀρᾶν
Λάκωσι σωρὸς κύπρ' ἀλλαδ' ὦ.

Eâdem multabatur pœnâ, qui fuppetias vel verbulo Proditori tulisset. Similiter capite sanctum est in Prodiiores castelli aut navis, aut exercitus, ex Lege Lysiæ ἐὰ τῆ κατὰ Φίλιππ. δωκηρμάτω non indictâ. Quinetiam Proditores aliarum Civitatum Atticæ finibus arcebantur: si intrassent, non fecus ac in homicidas animadvertebatur & capite plectebantur juxta legem, cujus meminit Dinarchus c. Demosth. Imò cùm accusatus quis esset Proditionis, quanquam nondum convictus, habebatur in vinculis, ut constat ex jurejurando Senatus Quingentorum, apud Demosthenem in Timocratea: Unde tales in vinculis causam dicebant, ut idem ibid. paulo pòst docet, & ex Canoni Ptephismate, quod legitur apud Xenophontem loc. cit. patet. V. Sam. Petitum Comment. in L.L. Attic. lib. ult. Apud Romanos eodem, quo reliqua Majestatis crimina, Proditio vindicata est fupplicii genere. V. Rosinum Antiqq. Rom. &c.

Prodomus, Græca vox οἰκέμ., aliter πρόνα., πρόνοια. & πρόναλ., in Græcorum ædibus sacris, dicebatur fronsædis cum columnis & fastigio, seu porticus ante ædem: erat enim hæc pars Templorum, parietibus antarum vel columnis ædificata, cum fastigio. In Templis Christianorum, Νάρθηξ dicebatur, V. suprà Narthex. Hanc partem sequebatur Πρόναος, dein Σηκὸς, seu ipsa Ædes, tandem Ὀπισθόδομος, seu Posticum. Sed & πρόδομος, ac πρόπυλα habuere Græcorum privata ædificia, Procerum scilicet Principum, ut videre est apud Salmasium ad Solinum pag. 1216. ubi Πάτροκλος, cum atrio suo nonnullos confuntiere addit. V. quoque infrà in voce Pronaus. Latinè Antiscum dici potest.

Prodromus Coptus, in quo tum linguæ Coptæ sive Ægyptiacæ quondam Pharaonicæ origo, ætas, vicissitudo, inclinatio, tum Hieroglyphicæ literaturæ instauratio, novâ methodo exhibetur, nomen libri Athan. Kirchero Auctore, editi Romæ A. C. 1636.

Producere, Ciceroni, Plinio, aliis, lenonium verbum, uti Græcum προαγωγεύειν V. quoque Suetonium Tiberio cap. 45. & Vopiscum c. 22. At apud Papin. Statium Thebaidos lib. 2. v. 313.

—— —— prepidaq; tumulus
Dilapsa comites, nudum latus omne fugamq;
Fortune, nam q; nata soror producere tristes
Exulis aula vias ——

est comitari, simul ire, aliter deducere. Sic Euryali mater apud Virgilium Æn. 9.

Hen terra ignota canibus data præda Latinis
Atilicinq; jacet, nec te tua funera Mater
Produxi, presive oculos ——

Unde produx, cum quo tutò eas, apud Tertullianum de Carne Christi lib. 20. A lias producere est, prolongare: ut Producere filupas, apud auctorem Moreti de Lucerna,

Et producit acu stupas humore carentes:

Græce est τὰ λινόχνων πρόσθεν, προσθόν. Pollux, γ' πρωκίδη γὰ λύχνου, πρόσωπον λύχνου. Et Aristophanes,

Καθεῖν χαμηλὸν τὸν λύχνον, τὸν λύχνον πρόσωπον.

Hinc apud Heronem ratio in Pneumaticis redditur, qua Lychnus fieri queat, ἵνα μὴ πρόσθεν, cujus ellychnium ponte promoveatur & producatur. Cujusmodi lucernam Cassiodorum habuisse legimus. Plutarchus πρωκίδιον vocat: μόξα enim ellychnium, à cujus longitudine dicitur Myxæ fructus Ægyptiæ, cui Musa hodie nomen est, ex antiquo illo nomine mutuatum. V. Salmasium ad Solinum pag. 1225. &c.

Proëides, adde: Consentit de lacte caprino Plinius lib. 28. cap. 5. inquiens: Melampodis Fama divinationibus cognita est. ab hoc appellatum nomen electori genus Melampodium. Aliqui Pastorem eodem nomine inveniffe tradunt, caprasq; purgari pasto illis animadvertentem, datoque lacte earum famasse Proëtidas furentes. Unde morbo λυκάνθρωπίας (quo nomine intelligenda ea melancholiæ species, cùm quis non solùm in lupum, sed etiam in vaccam, vel aliud quid conversum se putat) Medicinam à lacte caprarum effe, annotavit Gerh. Joh. Vossius de orig. & progress. Idolol. lib. 3. cap. 68.

Profanatis Nominis, Hebr. חלל שם, ubi שם pro Sanctissimo Numinis Nomine, seu Nomen absolutè positum, pro Sanctissimo Numinis Nomine, seu ipso Numine, prohibetur Levit. cap. 22. versu 32. Custodite mandata mea ac facite: Ego Dominus, ne profanatis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israël. Cujus cum triplex luciat genus Hebræorum Magistri, de omnibus illis singulare hoc tradunt, quòd remissio Profanationis hujusmodi divina ab aliorum omnimodorum peccatorum remissione perquàm diversa sit. Ubi enim de Sacrificiis, Confessione, Pœnitentia, Castigationibus, die Expiationum, Hirco apopompæo, adeoque de peccatorum aliorum quorumcunque ac hisce Remissione plena ac perfecta, five ante diem illum, five in illo die expiare, nec per cafligationem fui afflergere. Sed omnino in fuffenfu manent, ne ante ipsum mortis momentum deleur. Juxta etiam illud (Jesaiæ cap. 22. vers. 14.) Et revelatum est in auribus Domini exercituum, si expiabitur iniquitas hac vobis, donec moriemini. V. Seidenum de Jure Natur. & Gentium juxta Disciplinam Ebræor. Lib. II. cap. 10. Est autem Profanum, Auctori Onomastici ἀνόσιον, non omne sacro contrarium, sed quod fuerit & esse desierit sacrum, uti habet Sct vius Æneid. lib. 12. ubi plura de hac voce.

Profeßio Natalis, Modestino πανήγυρις, apud Romanos, hoc modo olim peragebatur. Postquam, octavo à Nativitate die, Nomina illa effent celebrata, profitebantur deinde Patres parentorum nomina publicâ contestatione, quod addimus Appulejus dixit, Pater natum filiftilium cæterorum more profeßus eft: simul. que in Ærarium Iiithyiæ nummum inferebant. Mox intra tertium ab impolito nomine diem, in Actis publicis referebantur à Prætecto Ærarii, non nomina tantùm tam legitimorum, quàm spuriorum, sed ad confusionem vitandam, etiam cognomina, nec non dies nativitatis & Consulat, quod & Indis olim & Europæis hodie quoque haud infrequens: quæ Acta, Fasti aliàs dicta, Tabularia item & Charta in Saturni templo asservabantur. Unde Jul. Capitolinus in Gordiano, Cùm apud Prætectum ærarii, more Romano, profeßus fitilim publicis Actis ejus nomen inferret. V. quoque Brissonium Antiqq. lib. 1. cap. 5. Servium Georg. lib. 2. & Thom. Bartholinum de Usuerp. Vet. Apud Athenienses Filiorum profeßio triplex in usu fuit. Primò enim liberos, five legitimis è nuptiis fusceptos, five fecundum Leges adoptatos, Patres Lege jubebantur referre in φρήτορας, jurati profitentes ipsique apud φρήτορα acta, eos effe à legitimis è nuptiis fusceptos aut fecundum Athenienfium jura adoptatos: quæ factio tales τῶν φρητόρων alibo, quod κοινὸν γένος φρητόρων vocabatur, inscribebantur patterno nomine, hoc modo, ὁ δεῖνα. Fiebat id tertio festi Apaturiorum die, qui Κουρεῶν dicebatur, δὲν τὸν τοὺς κόμης τοὺς κόμης τοῦ ἐφήβου ἐς τὸν φρήτορας: idque intra septimum, ut plurimum, annum. Cùm dein adolevissent, inscribebantur in Epheborum album, quando nomina sua inter Ephebos profitebantur, annos ætatis decimo octavo, Pollace teste lib. 8. cap. 9. exploratis prius eorum virilibus, ut pateret, per ætatem ad publica munia, ἢ ἡ παιδικὴ τοῦ ἀβὲ πόλυ φρένα, utiles esse: cujus δοκιμασίας meminit Aristophanes Vespis. Tertia demum Profeßio fiebat apud populares, anno ætatis vicesimo, quo Lexiarchico inscribi foliti, ab hinc sui erant juris, mittique ad negotia poterant, Pollux lib. 8. cap. 9. V. Sam. Petitum Comm. in LL. Attic. lib. 2. tit. 4. Candidatorum apud Romanos aliqui in quo conficiebant, V. apud Joh. Rosinum Antiquit. Rom. lib. 7. cap. 8. & suprà, suo loco. De Profeßione in Ludis Sacris, inftà ubi de Profitendi ritu. In Christiana Eccl. Profeßio Christianismi Christianum facit. Hinc in Ecclesiis Or. olim ut plurimum primâ die fiebant & dicebantur Christiani, quâ credideraut & se credere profitebantur, sequenti die in Catechumenos conscribebantur tertiâ exorcizabantur & insufflabantur, postea inter Catechumenos diu manebant, audientes Scripturas, postremò baptizabantur & ungebantur, uti patet ex eam. 1. Concilii CPolit. Similiter in Occidente primâ credendi profeßione Christiani siebant, quam fidem primam credulitatis appellat Concilium Eliberinum Can. 42. Recipiebantur autem in Catechumenos, præviâ manus impositione, ac benedictione: quemadmodum post Baptismum, ultimâ manuum impositione, confirmabantur, ac Eidelium seu Fuffionem nomen accipiebant &c. V. Cl. Sucerum Theſ. Eccl. in vocibus Χείροθ., & Χειροτονία, ubi hæc paffim, ubi de Baptismo, Catechumenis, alibi.

Profeßores, jam olim Philosophi Literatique, sicut & Doctores, & Magistri appellati sunt, sed Profeßorum recentior appellatio. Quintilianus lib. 2. cap. 11. Geometriæ, Grammaticus cæterarumque Artium Profeßores. V. Georg. Hornium Hiſtor. Philoſ. lib. 7. cap. 4. ut de Salariis eorum infrà suo loco. Addam hic laltem ex Joh. Frid. Gronovio de Pecun. vet. lib. 4. cap. 11. ab Traiano Imp. honorem & dignationem tantam dicendi Magistris & Sapientiæ Profeßoribus fuisse, ut per eum spiritum & fanguinem & patriam recepisse studia, præcident Plinius & Juvenalis: Hadria-

hum omnes *Professores* honorasse, ac divites fecisse; in summa familiaritate Epictetum & Heliodorum Philosophos, tum Grammaticos & Rhetores habuisse; Doctores insuper, qui *Professioni* suæ inhabiles videbantur, ditatos honoratosque à *Professione* di missile, &c. Similiter Antoninus Pius Grammaticis, & Rhetoribus & Philosophis, per omnes provincias & salaria & honores detulit finivitque numerum, quot quibus in civitatibus exhiberi publicè deberent. Honorum loco fuere, *Immunes esse Gymnasiis, Sacerdotiis Patrice & neque ad frumenta & vilia & alia emolumenta & prafectiones, & neque ad alium familiarum copi*, quæ verba sunt *leg. 6. ff. 8. de excusat.* sed haud dubie corrupta. Cujacius ἀτελείᾳ γυμνασιαρχίων, ἀγορανομίων, ἰσαρχιῶν, ἐπιτροπῶν, rectè interpretatur: proin Gronovius legit, *Sacerdotiis flathmic*, quæ vox quid sibi velit, exponit Eustathius *Il. 1.* Interim complures & annonam procurabile, & legationes obiisse, & alia, quæ excusare poterant, muneribus ultro lunctos legimus. Neque enim aliud voluit Antoninus, quam quod exprimit Constantinus *l. 1. Cod. Theod. de Medicis & Professf. Fungi eos honoribus volentes per minutimas, invitos non cogimus.* V. omnino Gronovium *loc. prof.* adde Marcilium & Casaubonum ad *Suet. Oltonem*, 5. & *Vesp. cap.* 18.

Professus in Gellio Rom. dicitur, qui in Monasterio votum emisit, Gall. *Religieux Profez*. Votum autem Monasticum triplex est, *Paupertatis, Obedientiæ & Castitatis*, notum: quibus Jesuitæ quartum addunt, *Missionis*. V. Car. du Fresne *Glossar.* & Marcilium *Feriis Hierodoxis*. Apud vet. Romanos vero vox eum denotat, qui nomen suum aliorum catalogo inscri, alicujus rei gratia; curabat; ut *Professus honorum, censuum, nominis &c.* Cicer. *pro Archia Poeta*, *Cùm hic domi illum Romæ multos jam annos haberet, professus est apud Prætorem Q. Metellum, familiarissimum suum*, i. e. in civium Romanorum catalogum inscribi fecit. Liv. *lib. 2. Hoc proposito edicto, & qui aderant nexi*, profiteri extemplo nomina &c. Ut de iis, quæ licentiam stupri apud Ædiles vulgabant, sicque icirì & publicarì se impudicas elle, ex ipsa flagitii professione, avebant, *professæ* inne Ovidio dictæ, *Fastorum lib. 1.*

Nomina vulgares Veneris celebrate puellæ,
Multa profellarum quæ sibi spia Venus,

& quæ seqq. ni addam. V. C. Paichalium *Coronarum libro 4. capite 3.* & infrà.

Professi Dies, iisdem dicti sunt, qui hominibus ad administrandam rem privatam publicamque concelli erant, quali *prasidia æreligione Nominis divini*, ut ait Festus. Dividebantur in *Fastos, Comitiales, Prætorios*, *stator* & *Prætiares*, de quibus omnibus V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 4. cap. 3.* & *supra*, voce *Dies*. Anglì vocant *Working days*, Godvynus *Anthrolog. Rom. lib. 3. sect. 1. cap. 1.*

Professendi nomen fuum tirus, in Ludis olim Sæcis memorat tur Plutarcho *Sympos. 7. Problem. 5.* In omnibus enim Agonibus id observavatum est, ut ad illos admitteretur nemo, qui non prius apud Ludi præfectos nomen fuum edet profeslus: unde Calliftratus à nimphicij cupidus impetitus ulucidum quendam hoc nomine Ludorarium, *Ielid. Qui* verò inter Athletas nomen fuum erant femel profelli, iis recedere non amplius licebat, fed fortiter & animose certamen obire cogebantur. Sed nec cuivis permissum erat nomen profiteri, nonerte pueris, nec hominibus ieceltis, imò nec illis, qui nondum rationes admiltrati muneris retulisset, cùm lex eos coronari vetaret, Demolth. de Cor. Poltquam autem nomen datum esset, facta peragebant &c. Quam in rem V. C. Paichalium *Coronar. lib. 6. cap.* 1. & apud Romanos porrò, poli rem fortiter feliciterque geltam, coronis ab Imperatore in edito loco conltitutis, qui se iis dignos duceret, *in omnium ocultis id apud ipsum profiteri* jubebantur, Livius *lib. 16. Itaque quanquam omnibus omnia deberent, præcipuum tamen muralis corona decus ejus esse, qui primus murum ascendisset.* Profiteretur, *qui se dignum eo duceret dono. Duo professi sunt.* V. quoque Valerium Max. *lib. 1. cap.* 8. Quod ideo factum, ne ulla fraus subreperet, ut enim relibus *profiteri* nomen luum nemini fallo licebat. Quod fi verò in ipsius Imperatoris conspectu esset gesta, neque teltes, neque *professio* expectabatur: verum Imperator militeseo honore dignos nominatim appellabat. Quemadmodum Cyrum, apud Xenoph. *Pæd. lib. 4.* Chrysantam ordinis ductorem ait ftenuè fecisse, proximum sibi & in conspectu suo &c. V. item Paichalium ubi *supra lib. 2. cap. 2. & 3.* Aliàs *Profiteri*, Comitiale verbum, in lege Sylvano & Carboni Trib. Pl. latâ, *Ut qui fenatorii civitatibus adscripti essent, si tum, cùm lex ferebatur in Italiæ finibus non habuissent, ne ita agendo civitatem Romanam profelli essent. Cives Romani essent*, Cic. *pro Archia Ideni*, quod *profiteri nomen*, P. Romas in Ora. Cic. *Agr. 2. V. supra.*

Profunius, apud Spartianum in *Vateriano*. *Cape tunicam palmatam, togam pictam, subarmatam profundum, fellam eboream, nam te Consulem hodie defigno*: color est intenfior & saturatior Carolo du Fresne, quem Scriptores medii ævi *Fundatum*, Galli *Fondé* vocant. Unde *subarmatum profundum* sic dictum, quòd non modo purpureus fuerit, sed purpura subfuta intentiore ac impróbiore tinctinctus: adeoque eundem fuisse cum eo, quod Tre bellius Pollio in *Claudio* vocat, *Subarmale cum purpura Maura*, contendit. Helychius, ὁ βαθὺ ϖ ῥ ἡμ, ϖ ὁ βαθὺ ϖ ῥ ἡμ. *Profundum & magnum & altum, & nigricans seu subfuscum.* Est igitur et *subarmatis profundus ὑπερυθρὸς, hyacinthinus*, V. illum in *Glossario*. Ita ergo *profundus*, pro copioso, uti apud Poëtas paſſim. Sic *profunda cædes*, apud Statium *Thebaid. lib.* 10. *versu* 831. *profundus clamor*, apud eundem ſuprà *versu* 754. &c. Aliàs *profundus*, pro infero. Ut *profunda Juno*, Proſerpina dicitur Claudiano *initio Raptu. profundus Dis*, Pluto, Lucano *lib.* 1. qui idem *profundus Jupiter*, Statio *Thebaid. lib.* 1. *versu* 61. ſicut *profunda Ceres* iterum Proſerpina, eidem *lib.* 4. *versu* 460. quam *inferam Junonem* alibi vocat &c. V. Barthium, *ad loca cit.*

Prognostica, apud Scriptores recentioris ævi fere ſemper appellatur id divinationis genus, quod aliàs *Sortes Sanctorum* dicitur. Sic autem appellatum eſt Evangelii aut cujuslibet Libri ſacri inſpectio, ſpecieque eſt Παλιμβολογοστικὸν: cum ſc. aperto libro quidquid oculis ſe ſubjiciebat, pro ſorte i. oraculi loco, habebatur, origine è Paganismo, in quo Sortes inprimis Virgilianæ celebres, hauſti. *Sortes Apoſtolicæ* Gallis *Apoſtolicon* vocat Petr. Bleſenſis de *Præſtig. Dæmon.* vel quòd Pauli Apoſtoli Epiſtolæ, vel quòd Evangelia ab Apoſtolis deſcripti codices inſpiceretur vel denique, quod ab Apoſtolis miſſæ fortes. Divinationis hujusmodi exemplum ſuggerit Greg. Turonenſis *Hiſtor. lib.* 4. c. 16. *Poſtilis Clerici tribus libris ſuper Altarium, id eſt, Prophetiæ, Apoſtolis, atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chramno quid evenires; aut ſi eis felicitas ſuccederet, aut cerie, ſi regnare poſſet, dignaretur ipſe divinitus declarare: ſimulque unum ludicium convenientium, ut unius quisque in libro, quem primùm aperiebat, hoc ad Hiſtias etiam legeret. Apertoergo primùm omnium Prophetarum libro, reperiunt &c.* Atque inde fluxit mos ille in Eccleſia Rom. ut, dum eligeretur Epiſcopi, per inſpectionem Evangelii, quid de ejus moribus vel converſatione, in adminiſtratione futurum eſſet, inquireretur. Auctor *Vitæ S. Antanii Epiſc. Aurel. Cumque varia electio Populi ſuperdixiſſe - Antanium in meo conſiſtiſſe loco. Atque ut id ipſum divino cœleſtium clarifceret, cùm viciniarum ejusmium more Eccleſiaſtici indixiſſet, brevibus & Libris ſuper poſitis, nec dum loquentem par vulum afferri præcepit, ut ipſe Brevia ab Altari ſublevaret. Tunc verò cùm puer manum injeciſſet Altari, nox ut Breve teligit, v x incanſueta novella verba prodidit ipſeque Populo protocamavit. Antanius, Antanius, ipſius Civitatis à Deo ordinatus eſt inſtantus — Sed ut vos omnium ſorcti ſatisfactum, aperto Pſalterio, quem verium primum inventum legentes, dixerunt, Beatus quem elegiſti & &c. Pro eâ quoque Apoſtolica Cathic. in primo reperiuntur ſermone, fundamentum aliud nemo poteſt ponere &c. Sed & in Evangelii pagina hanc primam reperitur ſententiam: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c.* Ubi binas obſervare eſt divinationes ſeu prognoſtica, primum per *Brevia*, alterum per *inſpectionem ſacrorum librorum*, *Pſalterii ſc. Apoſtoli & Evangelii*. Sed poſtmodum ſola *Evangelii* inſpectio obtinuit, non quidem ad explorandum Dei judicium, an quis eligendus eſſet ad Epiſcopatum, ſed quid de eo futurum eſſet in Epiſcopatus adminiſtratione, qui ejus moribus, quis ſuis autobirus. Quæ quidem divinationis ſpecies Prognoſtico propriè dicta. *Libellus ſuppliex* Capituli Aurelian. ad Alexandrum III. *Aperte ſunt cataractæ cœli, ut credimus, & de cœleſtibus ſtillat indignatio, & Apoſtolicæ manus ſortitutionem indicantur, ut denudetur iniquitatis fundamentum usque ad collum, & ſi nemen iniquitatis ſortiatur, quem in die ſua promotionis ſermo divinus ex prognoſtica ſignificabunt propoſitus: aperto enim libro ſacri mortis eſſe Evangeliorum libro, ſermo qui primus occurrit, ſi bonus: adolescens autem celitèr ſyndone nudus profugit ab eis.* Guil. Malmeſbur. *de Pontif. Angl. lib.* 1. *pag.* 214. de Lanfranco: *Anno igitur ſuæ promotionis, Dixit cleemolynam & ecce omnia munda ſunt vobis. Quo ille ab acclamantibus hilari vultu ad Dominum divexit, Certemus ergo munda mundiſſimus, inquit, ego diſſertiendo &c.* Quam in rem V. plura apud Car. du Freſne in *Glossario*, ubi & id genus *Epiſcopatûs prognoſtici* obtinuiſſe etiam apud Græcos, oſtendit ex Pachymere; & in Canonicorum quoque inſtallationibus idem obſervari conſueviſſe, addit in voce *Sortes Sanctorum*. Cæterùm *Prognoſticorum* in Auctoribus priſcis explicationem non ineptam eſſe dit Jodocus Willichius. Veteres verò *Prognoſtici* docendis certas habuiſſe tabulas, diſcimus ex Gemino, Scriptore utili ac docto. *cap.* 14. & *Prognoſticon* merum, eſt liber Ptolemæi eum eo, à Pravio promulgatus, collectam ex variis antiquis Auctoribus, ut ſunt Metrodorus, Eudemon, Calipsus, Hipparchus, Eudoxus, Conon, Philippus, Dofitheus, Cæſar, Democritus & Meton. V. Caſp. Barthium *Adversar. ad Statium Thebaid. lib.* 1. v. 3. & plura hanc in rem apud Gerh. Jon. Voſſium de *Idolol. lib.* 3. *cap.* 14. & 15.

Programma, apud Vulcatium Gallic. in *Avidio Caſſio*, *Statim ad ſigna edidi juſſit* & programma in *parietibus fixit*; ut, *ſi quis cinctus inveniretur apud Daphnen, diſcinctus rediret.* Edictum eſt qua notione votem & impp. uſurpant in *Cod.* Caſſiodorus in *Formulis*.

Projecta Tecta, & *Projecta*, Latinis dicuntur meniana vel ſolaria illa, quæ in planis tectis ſtruebantur, Græcis ὑπαιθρεῖα & ὑπαίθρια & ἀνώγεια. In vet. Gloſſ. *Projecta tecta*, ἀναπτυκτὰ, ἀνάπτυκτα ὕφασι ἐν οἴκοις. Ἀναπτυκτὰ tamen & ἀναπτυκτὰ

vitrea

oxia, videntur de illo genere tectorum accipienda, quæ fastigata erant & culmen habebant, τὰ ἐς ὀξὺ συ ἀπηρεισμένα; hæc autem etiam ad illicitidia arcenda fuas projecturas habuere. V. ſupra *Meniana*, & infrain vocibus *Prophyrum*, *Protecta*, *Provolans*, ac plura hanc in rem, apud Salmaſium ad *Spartianum in Peſcennio Nigro*.

Promiſcui, Nonio *cives dicebantur, qui in plebe tenuiſſima erant, & non amplius quam mille & quingentos æris in cenſum deferebant.* Quod ex A. Gellio hauſit *lib. 16. cap. 10.* ubi *is Prætoriano à capite cenſi* diſtinguens, pergit: *Qui verò nullo aut perquam parvo ære cenſebantur, capite cenſi vocabantur; extremus autem cenſus capite cenſorum erat ille trecenti, ſeptuaginta quinque.* Rurſus *Antiqq. lib. 7. cap. 8.* poſtquam docuit ex Dionyſio, Floro, Livio, Eutropio, Aliis, à Servio Tullio R. *cives* Romanos omnes, pro ratione cenſus in 6. Claſſes fuiſſe diſtributas, de ultima claſſe loquens: *Reliqui*, inquit, *cives, quorum cenſus minor fuit quam centum millia cum dimidia, ſed numero non cedebant quinque claſſibus, aut ſuperabant etiam, in unum ordinem congeſti immunes facti à tribu-tis ſimul & militiibus.* Sed falſum eſſe, quod apud Gellium, cujus errorem dein reliqui ſequuti, Julius Paulus ait, tantulam ſummam, ut eſt mille qui gentium æris, quæ efficiunt in auro illius ævi, tres aureos cum tribus aureis quartis, in cenſum delatam fuiſſe, notavit Claudius Salmaſius *de Fœn. Trapezit.* Nemo enim, qui mille nummos, quàm quinquaginta æreos in bonis haberet, aliquid in cenſu deferre ſolebat, quia nec in una claſſe erat. Minimus quippe cenſus ultimæ & quintæ claſſis fuit illorum, qui duodecim millibus æris & quingentis cenſebantur, infra quem cenſum poſiti extra claſſes fuere. Quare quamvis inter hos etiam quidam fuerint gradus, ut inter divites, omnes tamen *Proletarii & Capite-cenſi* dicti ſunt. Unde alio loco meliorem Auctorem ſequutus Nonius, *Proletarii*, ſcribit, *dicti ſunt Viteliji, qui nihil Reip. exhibebant, ſed tantum prolem ſuſcipiebant* unde & nomen. Quod confirmans Feſtus, *Proletarium*, inquit, *cenſum dictum, quòd ex his civitas conſtet, quaſi prolis progenies*: uti legit Jac. Oiſelius JC. *Notis in Gell. loc. cit.* Ex infima itaque plebe *Capite-cenſi* dicti, qui nihil præter caput ſuum in cenſum deferebant: iidem quòd prolem Reip. progignerent, *Proletarii* inde vocati ſunt, & non amplius à capitis cenſione, fed proſperiore vocabulo, munere officioſoque prolis edendæ, appellati. Hi omnes, teſtante Rufinum *loc. cit.* in unam quidem Centuriam, cujus nulla fere ratio habita, jus habebant quidem ſuffragiorum in Comitiis, interim à tributis & militia erant immunes. De iisdem ex XII Tabb. hæc verba Q. Ennius affert, apud A. Gellium *ubi ſupra*: *Aſſiduo. Vindex. aſſiduus. eſto. Proletario. quoi. quis. volet. Vindex. eſto.* quorum ſententia eſt, Homini aſſiduo five locupleti ſolum aſſiduum, five locupletem poſſe fieri Vindicem; at *Proletario* ac nullius claſſis homini, quisquis velit, hoc eſt, non ſolum locupleti, ſed & utpote meliorem, fed etiam *Proletario*, quamvis parem, J. Gothofredus *Nov. ad Leg. XII. Tabb.* V. quoque ſupra, in voce *Plebeji*; ubi *Proletarios*, Tacem Plebejorum, non ſemel cum Plebejis mixtim tractavimus, cum alias abris diſtinguendi. Apud Athenienſes, quæ *Proletariorum* fors in pace, diximus *ibid.* ubi & de jure militandi, terreſtri præſio divitibus fere; omnibus à Lacedæmoniis oceiſis, (iidem conceſſo aliquid innuimus, ex Petito *Comm. in Legg. Attic. lib. 8. tit. 1.* qui alias quoque eos militaſſe, ex Antiphonte *contra Philinum*, fed evocatos, aut tumultuarios, non ſacramento rogatos, ait. Quemadmodum apud Romanos, ubi in Legione nemini militare licebat, niſi civi ingenuo & qui in quinque claſſibus cenſus, atque ludicræ Artis exercens eſſet, cogente tamen neceſſitate, in dubiis Reip. rebus, etiam *Proletarios* ſeu Capite cenſos, ſervos, libertinos, pueros, ſenioresac hiſtriones, ad arma vocatos eſſe legimus. V. Rofinum *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 4.* cum *Parallipomenis* Thom. Dempſteri.

Prologus, pars Dramatis, ex acceſſoriis ac ſecundariis, præfatio erat præparans Spectatores, vel excuſatione Poëtæ, vel commendatione fabulæ, vel expoſitione totius ſummæque cum Argumento ac Mimo, Comœdiæ ſere propria. *Prologo* enim Argumentum i. ἀφήγησις, paucis verſibus comprehenſum, præmitti ſolebat: ſed in veteri Comœdia, neque Argumentum neque *Prologum* fuiſſe, ex Arittophanis ac Plauti collatione apparet. Genera ejus quatuor, Ἀναπλοκικὸν, Συγκλιτικὸν, Ἐπεισοδιακὸν & Μικτὸν, recenſent Auctores *Poeticæ Ariſt. lib. 2. cap. 9.* quos vide. Cæterum μονόλογον, id eſt, *unius tantùm perſonæ*, eſſe conſuevit, apud Plautum ramen *in Trinummo* διπρόσωπον reperitur: Nequelegitima pars fabulæ habita eſt, quamvis in ejusdem *Amphitryone*, Mercurius de *Prologum* agat & magnam fabulæ partem expediat. Quidam porro, *Prologion* Latinis tantùm vendicantes, unum Calliam Athenienſem ajunt, Tragœdiæ eum addidiſſe, & Euripidem ſæpe *Prologi* aliquid habere ſimile, quem per plures perſonas inter ſe lucat. *Tetralogia* inprimis *Prologum* à Tragœdia omnino eſſe alienum, propter notam materiam ex conditione illuſtrium, obſervant Erudiri. V. quoque Jo. Roſinum *Antiquitatum Rom. lib. 5. cap. 9.* & Scaligerum inprimis *de Arte Poët.* Hinc *Prologus Galeatus*, nomen Præfationis, quam D. Hieronymus verſioni Bibliorum præmiſit, ubi inter alia, *Hic Prologus*, ait, *Scripturarum, quaſi galeatum principium omnibus libris, quos de Hebræo vertimus, convenire poteſt.* De eodem Sulpitius, *Quod idem galeatum à quibuſdam vocatur, quoniam ita communi eſſe poſſit, ut in omnibus canſis, quemadmodum galea pro galeato, omnibus poſſis indigiè eſſe communis.* Alii vero autumant ſic dictum, quòd, ſicut galea caput defendit, ita *Prologus* in principio libri appoſitus, totum eum ab Adverſariorum, detractionibus tuetur, V. Dominic. Macrum *Hierolex.*

Prolusiones, Diomedi dicuntur *Culex* Virgilii & quæ cum comitantia opuscula, quòd iis magno ſuo operi proluſerit, & præluſerit: rocè à Militibus an Muſicis mutuatâ. V. ſupra in voce *Præludium.*

Promachia, ludi Lacedæmoniorum, memorati Athenæo *lib. 15.*

Promachus, adhe, Iſidis, vinculis exſoluti, honorem, cognatos olim geſtari conſuevitſe, tanquam ejus indignatio ex concepta, quòd hominum causa indita illi vincula eſſent, hoc cultu minuit & placari poſſet, docet, Athenæo teſte, *lib. 15.* Æſchylus in *eo.* Idem, inquit Athenæus, in ea Fabula, cui nomen Sphinx, Τὸ γὰρ ἐν γε τῷ σφιγγὶ δρᾶμα τοῦτο
Δίκαιον ἀρᾶσθ᾽ ὧν πόλιν ἐλευθεροῖ θεός.
Hiſtiis coronam ipſum coronamentium (circundo)
Vinculorum optimum è Promachii ratione.

Qua de re V. Can. Peſchallum *Corvar. lib. 2. cap. 3.* & plura de *Promacheo*, apud Voſſium *de Idolol. lib. 1. cap 18.* ubi fabulam hanc ad Noachum trahit, cæterùm plures hoc nomine videri fuiſſe, cel-bratiſſimumque apud Græcos Atlantis patrem, & in *Prometheli* (quod ludo nomen) nocturnum ignem, qui in ara Academiæ accendebatur, adhibitum, cum Scaligero *Poet. lib. 1. cap. 32.* inter alia, addit.

Promiſtere, Fatorum ſimul & Sponſaliorum verbum eſt. Jupiter ad Venerem *Æneid. lib. 1.*

— — *immenſa tuorum*
Fata tibi, cernes urbem & promiſſa Lavini
Mania —

Latinus ad Turnum, *Æneid. lib. 12.*

— — *vincula omnia rupi:*
Promiſſam *eripui genero*

Hinc *Promiſſa*, in veſt. *Chron.* Eliondenſi A. C. 813 *Tautingus* promiſſionem fidei jidem dedit, profeſſio Monaſtica, V. ſupra. *Promiſſa Coma* verò quid ſit. Vide ubi de *Cæſarie, Capillo, Coma* &c.

Pronontorium, V. in hâc *Pronunvorium.*

Promoti, in *Not. Imp. Equitum Promotorum Juniorum*, ſub diſp. *Magiſtri militum Præſentalis*; dicuntur, qui inter vexillationes merchant: quorum etiam meminit Amm. Marcellinus *lib. 15. & ult.* Sed & ſic poſſimùm appellati occurrunt, Officiales Judicum ad altiorem aliquem gradum promoti. Vetus *Scho. Promotus ex Beneficiario Præfecti.* Item, *Promotus ſuceſſione in Legionem, 372. 5. 391 4.* Cæterùm de *Promovendis* ad Remp. ita flatuit Alexander Severus, uti Lampridius habet: *Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit: quamvis ſæpe dixerit, eos eſſe promovendos, qui per ſe Rempublicam gerere poſſent, non per Aſſeſſores* (h. e. Conſiliarios) *addens, militares habere ſuas adminiſtrationes, militares literatos. & ideo unumquemque hoc agere debere, quod poſſet* &c. In Eccleſia Rom. *Promotor*, nomen officii eſt Eccleſiaſtici, cui incumbit inquirere in Cleri navos, & Eccleſiæ jura ac privilegia ſarta tecta conſervare: quemadmodum in civilibus idem facit Procurator Regius, in Galliæ Regno, Richelieu.

Promptuarium, V. ſupra, *Cella*, & *Cellarium*, item *Penus*, de Vetorum vero more *Promptuaria*, cellas & armaria, claudendi, unò jam claustris ſeriſque occlusa, ulterius obſignandi, hic paſſim, inprimis ubi de *Clavibus* & *Obſignatoribus.*

Promulgatio Legis, quomodo olim facta, V. ſupra *Lex.*

Promuſſi, item *Remuſſi* Capilli, apud Appulejum, ſunt Græcis ἀγρίως κρατήματος, crines *pexi ac diviſſo* oppoſiti κατεσταλμένοις & ἐπιθέτοις, *tortis & calamiſtratis.* Mulieres enim, quæ capillum à fronte dividebant, vel præter hunc ſimplicem ornatum, calamiſtris cum intorquebant, aut in cumulum nodabant, aut ſpiris convolvebant, aut ſtructuris edificabant: vel, capillos in duas partes per medium caput tenuiſ dividere contenæ, alium præterea non admittebant ornatum; quos capitis diſcrimina pari Ovidius dixit. Atque hic ornatus, qui ſimpliciſſimus erat, ἁβρότερος κρατήματος ἐπιθέτου pelluci appellatur, in deſcribenda habitu Comicarum, ἃ ἐν τῷ ἁβρότερον ἐχειν κατεκτήσατο ἢ κρῖσις, *Puella autem diſcrimen habet puri capitis & promuſſi rum crinium.* Et alibi de Virgine, quæ in Tragœdia propter ludum tonſa eſt, Ἡ δ᾽ ἀκμὴ πωϊθέ ἀνελόντως ἐχει τοῖχον κρατήματον ἁβρότερον &c. Non neceſſario autem *promuſſi* crines divifi erant, nam que & decapillo ſolùm pexo ac dentibus pectinis diſcriminato poſſunt accipi. Non uno enim genere ſiebat capilli ἁβρότερον, ſed partim vittâ, partim acu, partim ſolo pectine. Hinc & *diſcriminare capillum*, pro *pectere*, occurrit &c. V. Salmaſium *ad Solinum p. 761.*

Promuſſis, apud Tertullianum *de Pallio cap. 5. Verum ſane, ne parva ſit iſta trutina, cum Druſillanus, & quidem ſæva Claudii, quinge-*

quingentarium promuldæum *ædificat supra scripsit forsan*, *mensis nouæ sariam* : lanx est (quingentarum librarum argenti) Erraut enim, qui *promuslidum* volunt esse antecœnam aut gustationem, quod vel hinc patet, quia si Promuslis ita tumuerint apud Latinos, *Promuslidarium* utique vas esse, recipiendæ gustationi parum & gustatoribus continuendis. At Promuldidarium, non hutic usui paratum apud Vett. erat, ut aliqui efculeuti aut poculenti continerent, fed ut alia rafa ac lances fuftinerent, nempe promuflides. Sic *Promuflides*, vafa erant fubjus fuftinendis *promuflidarium* dicatum diftumque. *D. de auro arg. leg. Sed & ini rafa fint tegata, non folum ea continentur, quæ aliquid in fe recipiant extendi bibendique causa paratum, fed & quæ aliquid fuftinent & ideo fuftilia vel* promuldaria *continent: repofitoria quoque continebuntur.* Petron. *Carmen* in Promuldidari *afellus erat Corinthius tegebant afellum duæ lances, in altera parte albas, in altera nigras, in quarum marginibus nomen Trimalchionis inferiptum erat & argenti pondus.* Ubi *Promuldare* dixit, quod alias *Promuflitarium*, fuftinebat autem illud afellum Corinthium cum biffacio olivarum, & lances duas, quæ afellum tegebant, quæ que utique promuflides dici debuere. Nam in afello multum reponebatur, quod in antecœna & guftatione fumebant. Idem Petronius, *Hoc inquis bello : erat in promuflide libidinis noftræ militalis, laridi enim poft afellum diaria nonfumo.* Ubi *afellus* & *promuflis* pro eodem erat enim afellus genus vafis vinarii, recipiendo mulfo parati : lances quoque, quæ vas illud tegebant, promuldides dicitæ, non obfcuris etymis ratione. Nam *Promuflis*, propriè mulfi vel vafis mulfarii operculum, non ipsum mulfarium. Inde *Promuflitarium*, quod vas mulfi cum fuis promuflidibus fuftinebat &c. Interim quamvis propriè fit id quod diximus, abufivè tamen pro quavis lance vocem hanc ufurpavere Vett. ut apud Tertullianum *d. l. Promuflis* eft lanx. Salmafius.

Promuntorium, Latinis dicitur, quidquid promines in æquor; hinc *prominens* quoque, & *prominentia*, quæ voces frequenter occurrunt apud Solinum : *pro rectis & prominentia. Δρὸ κάτων τε & ἀκρωτηρίων.* Ἀκρωτήριον a. Græcis *promontorium* eft. Idem & *ἄκρα* iis, h. e. *cornu*, aliquando. Unde lingua illa, in qua fitum eft Byzantium, *Prom. aurei cornu, ἀκτὴν τὴν χρυσοῦ κέρας*, appellat Plin. V. quoque Ammianum *lib.* 22. nifi malis finum intelligi, qui Byzantina mœnia alluit. Reverà enim littus illud potius, quàm promontorium, quod multis ramulis fciffum interfurentis maris finum efficit cornu cervino fimilem, unde nomen. Illa autem *Promuntoria* demum finis, (à fuis Prom. plerunque dictos) faciunt ac difcernunt, quæ linguis terrarum in mare excuntibus impofita, mari & ipfa incumbunt, ut contrà Sinus funt lacuiæ maris in terras exeuntis & promuntoria hinc inde ambientis. De cujusmodi promuntoriis Græci dicunt *ἀκρα κρατῶν*, quia circumvenda funt, ut mœtæ in Circo : Pomtinalia ea Martium vocat *in Peripius : Τὰν ἡλιακὰν πιὰν ἀκρωτηρίων, πὰν χίονόπαν τὰν ἐδὲ πὰν ἀνεμοφόρον ἀκρωτήριον.* In refto vero littore nulla funt *Promuntoria*, nulli finus, cujusmodi maris tractus *ὀλιγωλία* Græci vocant. Unde apud eundem fæpe legere eft, *ἀκρωτήρια ἐκτείνεσθαι, κόλπους ἐκτείνειν, γωνιαὶ ἐκτείνουσι*, in circumvectionibus magnorum finuum defignandis notari. Porrò finus *ἐξοχὰς* faciunt, Promuntoria *κολπώσεις*, quæ in mare penetrant projectis lingulæ : quod probè notandum, ne finuum *ἐξοχὰς*, pro *Promuntoriis* accipiamus. Quam in rem V. Salmafium *ad Solinum pag.* 782. & reliqua hucfacientia, fupra in voce *Caput*, Item in *Promuntorium*.

Promuntoria A. Terræ partium extantiora.

In Africa.

Tria funt illa celeberrima, *Capo Guardafuy*, ad ingreffum maris Rubri; *Capo de Buena Efperanza*, extrema pars Africæ, inter Oceanum Æthiopicum & Indicum; & *Capo Verde*, Prom. Viride, è regione Infularum ab eo cognominatarum, quaque litus Africanum ab Occid. in Orientem flectitur. Præter quæ minora funt, Caput Viride, *Capo de Gunt*, *C. de Guer*, Prom. Atlantis feu *C. de Non*, quòd olim crederetur fuperari non poffe adeoque pro termino navigationis habiretur, dictum; *Capo Bajador C. de Las Palmas*, & *C. Blanco*: Trans C. Viride, *Capo de S. Anna*, *C. de las Palmas*, *C. de tres Puntas*, *C. de Lop Gonzalves* nec non *C. Negro*.

In Asia.

Duo notiffima funt Prom. Coridanum f. *C. Ras Algate*, ad ingreffum finus Perfici. & *Capo Comori*, in concurfu Iuiorum Malabarici & Coromandelici.

In America.

C. de la Victoria, ad egreffum Freti Magellanici in Mare Pacificum, *C. S. Auguftini* ad Mare del *Nort*, *C. de Paffaro* & *C. de S. Francisco* ad M. Pacificum.

In Europa.

Ejus maximam longitudinem defignat Auctor Anonymus *Orb. Terr. Geogr.* ex Pr. *Ruthubæ* feu *Nortcap*, & Pr. Peloponnefi Tænaniæ, in Oceano Atl. *Capo de las Pennas de Guezon*, f. Pr. Scythicum, *C. d' Oregal*, *C. de Finis-Terra*, olim Artabrum, Celticum, Nerium. In Mari Medit. *C. de Gates*, in R. Granatæ, olim Prom. Charidemum; *C. de Palos*, olim *Sombraria*, in R. Murciæ, Ferraria feu *C. Martin*, in R. Valentiæ, *C. de Palafuget*, in Catalaunia, olim Prom. Lunarium; *C. de Creus* feu Aprodiffum ad M. Gallicum. 3. Portugalliæ *C. de Cafcais*, olim Prom. Magnum, ad dextram Tagi fl. *C. de Spichel*, olim Prom. Barbarum, ad eius finiftram; *C. de Vincente* feu Prom Sacrum, in R. Algarbiæ. Reliqua alibi recenfuimus fuo loco. V. Auctorem præfatum *Orbis Terr. Geograph & Civ. Part. I. cap. 7.*

Promus, Cellarius fuit Miniiter, Horatius *lib.* 2. *Sat.* 2.

Cùm labor extuderit fallibila, fenex, inanis,
Sperne cibum vilem: nil Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. Foris eft Promus, *& atrum*
Defendens pifces hiemat mare.

Adfervabant autem Cellarii tem cibariam quæ in penu fuit. Plautus *Captiv.*

Sume, pofce, prome quid vis: te facio Cellarium

Iidem curabant aliquando, ut eiffent falvæ rationes, inquit Ulpianus *l.* 1. *§. 5. ff. Nautic. Caup. Stabul.* Cœterùm præbebant famiiiæ potionem & cibum, fuftinuere tamquæ diligentiam eorum M. Ambivius, Mænas Licinius & C. Matius *l.* 4. 12. *de inoffic. vel inffr. leg.* V. quoque Varronem *de R. R. lib.* 1. *cap.* 16. & Columellam *lib.* 12. *cap.* 3. Antiquum marmor Pannuarium, Plautus *Condem Promum Procurarorem* ait vocat *Pfeud.* Meminit *Cellarum*, Tertullianus *de Refur. Carn.* Hinc Cellæ penariæ Suetonius, Ulpianus, Turonenfis, alii. Verùm inter Penu & Cellarium hoc intererat, quod Cellarium paucorum dierum, Penu effet temporis longi, notante Scrvio *ad Æn.* 1.

Cura penum ftruere.

V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis* & fupra in voce *Penus*.

Pronaos, Græcè *πρόναος*, in Ædibus facris Græcorum, dicta eft pars anterior Ædis, alias *πρόδομος* quoque, ficut ipfa ædes *νάος* ac *θεὸς*. In Templis verò Chriftianorum *Νάοθεὸς* eius locus erat, porticus via, vel atrium ante Balilicam ad deambulandum factum, V. fupra in voce *Narthex*. Nonnullem *Pronai* numen genus huic, ut ex Vitruvio difcimus; apud quem primum dicebatur in *Antis*, Græcè *ναὸς ἐν παραστάσι*. Ita enim *lib.* 3. *cap.* 1. In *Antis* erit Ædes, quum habebit in fronte *antas parietum*, qui cellam circumcludunt & inter antas in medio columnas duas, *fuftque fuftigium*. Ubi *Templum in Antis* dicitur, quod antas haberet in pronao: Erant autem antæ alpæ lapideæ in lateribus oftiorum. At *πρόναον* & dicebatur ea Ædes, quæ contra antas duas columnas angulares habuit, & fupra epiftylia & dextra ac finiftra in verfuris lingulas. Sicut *ἀμφιπρόστυλον* vocabatur, quæ in fronte &c. Et quidem *πρόναος* feu *pronaon* Ædis, cum columnis & faftigio uti dictum, plerunque major fedbat ipfa Ædis cella. Strabo *lib.* 10. de Templo quodam Ægyptiaco, Μετὰ γὰρ τὸν πυλῶνα καὶ τὸν πρόναον ἴχων μῆκος, καὶ αὐλόκοιχον τὸν ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ, ἔλαιον δὲ κἀκὶ, ἢ ἐπὶ πλείονα ἐκτείνοντα, ἄπαν δὲ ἐκ λίθων ἐλευθέρων. Poft veftibula Ædes fequitur, pronaum habens amplum & magnificum, cellam autem adis modicam. Vitruvius pronai voce utitur: *Duplices habet ordines columnarum.* Alibi frontem & poftícum vocat, τὸ πρόσωπον, καὶ τὸ ὀπισθόδομον. Atrium, pro Templi pronao vitavit dicere, quia propriè aliud erat (porticus nempe ante Ædem, quam templi) quamvis poftcrior Latinitas paffim ita vocet. Hinc & *πρόδομος* & *προπύλαια* habuere Præcerum apud Græcos ædificia, quæ tamen Atrium more Romano nentiquam habuerunt, &c. V. Salmafium *ad Solinum* pag. 1216. & *fegq.* ut & Car. du Frefne in *Defcript. Ædis Sophianæ num.* 81.

Pronefis, Græcè *Πρόνηος*, exile opp. circa Cephalleniam, in Jonia. V. fupra *Pronefos*.

Pronomus Thebanus, primus tibias invenit, quæ ad omnimodam modulationem verfarentur, Paufan. in *Beot.* & Athenæus *lib.* 14. Olim verò ita tibiæ erant comparatæ & factæ, ut fingulis, paribus unis tantùm & fingulares canerentur modi hinc pro varietate modorum variæ etiam tibiæ factitatæ, aliæque erant, quæ Phrygium, aliæ quæ Dorium, & diverfæ ab utrisque, quibus Lydium ineiebant. Sic Marfyas, qui primus geminas tibias inflavit, Phrygium his duntaxat canebat, nec in Dorium aut Lydium animam vertere aut cantum inflectere potuerat. Unde in certamine cum Apolline, cum victor Judicem fententiâ pronuntiatus jam difcederet, *Apollo citharam verfus ad eum vertere non potuit, itaque victus eft &c.* Diodoro Thebano Pollux attribuit, quod Athenæus *Pronomo*: Theophraftus verò Antigenidæ indidem oriundo. Quorum quisquis is fuerit, qui una iiinftituit, hoc affequutus eft lingularum in tibiis quarumlibet fonarum multitudine. Unde *πολύφθογγον & πολυκώδωνα*, in *Epigr.* paucis foraminibus erant apertæ. Salmafius *ad Solinum* pag. 119. & 120.

Pronuntiatores, apud Rabanum *de Ord. Antiph. cap.* 17. funt Lectores Eccleliaftici, de quibus *fupra*.

Proœtus, Græcè *Πρόοιτος*, Græcis diftus eft fervus *Major do-*

mus, quo nomine appellabatur, qui primatum in familia teneret, uti apud Donatum legimus. V. Salmasium *ad Solinum* p. 1221. alias verò vocis notionem suppra, item *Oecus*.

Prooemiacus, Gr. Προοιμιακὸς ψαλμὸς, dictus est in Scriptis Graeca, Psalmus CIII. ab inchoandis Officiis, Vesperis inprimis: quòd in iis Ie. vicem *prooemii* gereret, vel quòd ab eo *exordium* haberetur, vel κατὰ τὸ Προοίμιον, ut precationes quae in divinarum laudum officiis primum locum occupabant, vocabantur. V. Typicum *cap.* 1. 38. Zonaram in can. 117. *Afric.* & Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce Προοιμιακὸς.

Propempticon, Poëma est, quo profequimur abeuntes, vel votis vel bonis ominibus. Quale apud Horatium *Carm. lib.* 1. *od.* 3. quo Virgilium Athenas navigantem Poëta profequitur, & *Propempticon Musis Celeris*, apud Statium *lib.* 3. *Sil.* 2. Alias quoque *Apopemptikon*. Cui opponitur *Anapropempticon*, quo is, qui abit, amicos alloquitur. Quale eft illud, quod Ovidius in exilium abiens compofuit, quod orditur,

Cùm fubit illius triftiffima noctis imago &c.

V. Jul. Cæf. Scaligerum *Poëtices lib.* 3. *cap.* 104. Jac. Sirmondum *ad Sidonii Carmen XXIV.* Alios.

Propenfio Cura, apud Solinum *cap.* 32. *Apud eos verò, quibus ad vivendi rationem propenfior cura eft*: idem quod *major cura*. Sic *propenfiores unæ*, apud eundem alibi, pro majoribus; *propenfius torquet*, i. largius &c. Ponitur autem *propenfum* pro majore aut graviore aliquâ re, metaphorâ à ponderibus defumtâ, aut rebus quæ penduntur. Nam fi quæ funt graviora aut majora, ut in lance præponderant, ita etiam *propendent*. Cicero in *Paradoxis* sit. 3. *Cauſa igitur hæc, non natura, diſtinguit, quæ quando alteri acceſſit, id fit propenſius*: *ſi utrique adjuncta ſit, paria fiunt neceſſe eſt*. Hinc itaque *propenſus*, pro eo quod eft gravius ac majus. At cùm pondera pariant in libra, & invicem ſibi oppofita æquantur, velut in parallelo ſitu, *Interpendium* dicitur, quamvocem ſuprà vide.

Prophesa, adde: Primis Mundi temporibus, Adam in familia ſua *Prophetam* fimul fuos in agnitione Dei inſtruendo & Sacerdotem, victimas Deo pro ſe fuisque offerendo, egit: in quo utroque munere Primogeniti cujusque familiæ ei ſucceſſere. A' tempore Moyſis, privata quidem Legis expoſitio à Patribus familiis exercita eſt, ſed publicam Sacerdotes ac *Prophetæ* obtinent. Poſt captivitatem tandem Babylonicam, *Prophesis* ceſſantibus, plurimi Legis Expoſitores orti ſunt: quos in genere Διδασκάλους τῶν Ἑβραίων appellare licet. Joſt. *cap.* 3. *verſu* 10. in Synagogis indifferentias claſſes, *Sapientes*, *Scribæ* & *Diſpoſitores*, vocat Apoſtolus 1. Cor. *cap.* 1. *verſu* 20. E' quibus qui eruditione reliquos eminebant, *Rabbinorum* elogio ſuere condecorati. *Prophetæ* quod attinet, cùm varia vocis ſignificatio ſit, proprie illi dicti ſunt, qui ſpeciali revelationis lumine collustrati myſteria abſtrusa, & omnem humanum captum ſuperantia, populo pandebant: hinc olim *Videntes* appellati, 1. Sam. *cap.* 9. *verſu* 9. ſicuti *Prophesia* illorum *Viſio*, Eſaiæ *cap.* 1. *verſu* 1. quemadmodum alibi *Verbum Domini*, item *Onus*. Fuere ab ipſis, variis in locis, erectæ Scholæ & Collegia, ad Populum in agnitione Dei quotidie informandum: in quibus Auditores *Elisi Prophetarum*, 2. Regum *cap.* 6. *verſ.* 1. eodem ſenſu, quo apud Græcos Ἅλιοι τῶν ποιητῶν, appellati funt. Quò alluſum, Matth. *cap.* 11. *verſu* 19. Hinc *Patrum* elogium iis tribuum 2. Regum *cap.* 2. *verſu* 12. quo nomine cùm inprimis ſe jactarent Rabbini, ambitioſè illud apperi prohibuit CHRISTUS, Matthæi *cap.* 23. *verſu* 6. Nec omittendum, quod annotat Kimchi in *Jeremiæ* 23. cùm in Samaria, quæ olim *Prophesa* patria quoque illius nomen reperitur ſanctum, ut Hoſeæ *cap.* 1. *verſu* 1. Hebrææ illum vocaſſe, *Prophetam filium Prophetæ*: cùm non reperitur additum, dixiſſe ſimpliciter *Prophetam*: cùm nomen civitatis ejus nomini, *Prophetam Civ. illius*: cùm ſine illo, *Prophetam Hieroſolymæ* fuiſſe nuncupatum. V. Thom. Godwynum *de Ritibus Hebræorum lib.* 1. *cap.* 6. Quia verò hic autiquiſſimus Theologorum dicendi mos, hinc jam olim in Oriente Philoſophis eandem titulum fui tribuêre, aliàs מְרֻגָּנִים, quod *Interpretes Danorum* habentur & credentur futura: facilèque Unde & Epimenidi, Cretenſi Paulus idem elogium non invidet, Tit. c. 1. v. 12. Προφήτην cum vocansde quo Laërtius refert, Κρῆτες αἰεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπ' ἀληθείας εἴρηκεν. Appulejus quoque *Fatidicum* vocat in *Floridis*, V. Georg. Hornium *Hiſtoriæ Philoſ. lib.* 7. *cap.* 1. Æggyptiis inprimis antiquitus *Prophetæ*, qui Aſſyriis Chaldæi, h. e. Aſtrologi: Omnes enim Fatidici & Aſtrologi fuere. Clemens Alexandrinus *Strom.* de aſtrica Philoſophia ac Fatidica: Ἡσιόδου δ' αὐτὸν Αἰγυπτίων τὸν γενεσιακὸν, καὶ Ἀστρολογικὸν ὄντα, καὶ Ἡλιακὸν καὶ Σελιακὸν, ἀναγέγραπται ἀκριβῶς ἐμμελῶς ἐν Ἀιγύπτῳ ἀναστραφῆναι. *Præfuere tum autem illi apud Æggyptios quidem* Prophetæ, *apud Aſſyrios verò Chaldæi & apud Celtas Druidæ*. Sic à pud Arior. Muſam de *Herba Vetton.* & Appulejum de *Herbarum virtutibus* paſſim, *Prophetæ* videmus appellari, qui vaticiniis Religionem & Medicinam miſcebant, in quo tota magicæ artis ſumma olim conſiſtebat. Aliter *Propheta Animoli* Ulpianus quidam Apollonius dicitur in vet. *Inſcr.* Fuit nempe is Antonius delicium Hadriani. & poſt mortem ab Imp. inter Deos relatus, unde Oracula illi & *Prophetæ* (ceozelia Satanæ ſolenni) attributi. D. Hieronymus in Hegeſippo, *Tumulorum*, inquit, *ejus ſeptem ſtatuæ ſicut usque hodie videmus, quibus eſt & Animus ſervus Hadriani Cæſaris, cui & Gymnicus agon exercetur, apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit & ſtatuit Prophetas in templo*. V. & Origenem *c. Celſum*. Licèt verò in multis Græciæ urbibus templa & Sacerdotes habuerit Antinous, præcipuè tamen cum Ægyptii colucre, apud quos & ſepultus eſt, & oracula dédebat. Quæ ibidem & *Prophetas* habuit, Salmaſius *ad Spartianum in Hadriano*. V. & ſuprà, ubi de *Divinitatis* apud Gentiles probatione: uti de *Prophetarum* hujusmodi furore ac *inſania*, verorum Prophetarum geſtus raptuſque male imitante, in hac voce &c. Ut de *Prophetis* veris hoc unum addam, illos à bono Deo eſſe, negavit olim Simon Magus: eorumque Scripta rejecerunt, Manes, Marcion, Cerdo, Agapius, Saturnilus, alii, de quibus V. Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce Γραφὴ, ut & infrà, ubi de *Teſtamento Vet.* Hodie *Prophesa* inter ſuos per excellentiam Mahometes audit: undeni pietatem Saracenorum *Prophetismum* vocat Eulogius *Memorabil. Sanctorum lib.* 1. apud Car. du Freſne *Gloſſario* &c.

Prophetarum vel *Prophetium*, Græcè Προφητῶν, templum eſt honori alicujus Sti. Propterarum dicatum. Theodoretus *lib.* 5. *hiſt Arcad. Reliquiæ Sancti Samuelis in ejus* Prophetæo *ſunt poſitæ*. Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna *Actu* 3. Ἐφέρομεν δὲ περιέχειν τῶν, πλανίων τὸ προφητεῖον, *Quia ſcimus ipſum habere ſuburbanum, prop e Prophetium*, ſcilicet S. Jeſaiæ. V. Car. du Freſne *in CPolo Chriſt lib.* 3. *ubi de Ædibus ſacris*. Sic *Apoſtoleum*, Ἀποστόλιον, Ædes eſt Apoſtolo alicui ſacra, Macer in *Hieroſtic*. V. & ſuprà voce *Baſilica*.

Prophorum, ſeu *Prophorium*, apud Pomponium *l. penult. de verbor. ſignif. Idem Labeo ait*, prophorum *id eſt, iterum, quod in ædibus ferri ſolet*, *edium eſt* ? V. ſuprà *Iterum*, Nempe ἐφόριον, ſunt meniana ſeu itera, quæ ædibus adjici ſolebant ex provolantibus & projectis tabulatis compoſita, quæ & eximi facilè poterant. Hæc eadem nihilominus eſſe, reſpondet Labeo. Foribus etiam adjici ſolita notat Iſidorus; quas *Grandæ* propriè dixerunt Latini, *Balcones* hodie vocant Itali. V. Salmaſium *ad Spartianum in Pescennio Nigro*, & ſuprà ubi de *Menianis* & *Projectis*.

Propitiatorium, Græcè Ἱλαστήριον, Hebraicè כַּפֹּרֶת ſic dictum, quòd in eo Deus ſeſe præſentem & *propitium* Populo exhiberet, Arcam Fœderis in Vet. Teſtamento cujus ex ſolido auro conſectum, pari cum area longitudine ac latitudine, Exod *cap.* 25. *verſu* 17. 22. Eminebant ex eodem ex auro duo Cherubini, Exodi *cap.* 25. *verſu* 18. 20. de quibus V. infrà in voce *Vituli*. Inter Cherubinos ſedes & thronus Dei erat, qui locum iſtum gloriâ ſuâ implebat, cujus extenum ſymbolum *Nubes* fuit ac *Ignis*, quæ inde *Gloria Dei* appellantur, Exodi *cap.* 40. *verſu* 33. & 34. coll. cum Numerorum *cap.* 9. *verſu* 15. Erant autem duæ illic res, duplexque miraculum; *Nubes* & *Ignis*; ſive Nubes medio ſinu Ignem ſpeciem complexa; quæ ex Nube illa divinum in modum coruſcabat. Qui ſive Ignis, ſive Lux, *Dei gloria* proprie, ſeu glorioſum præſentiæ ejus ſymbolum erat, V. Exodi *cap.* 24. *verſu* 16. Numerorum *cap.* 16. *verſu* 42. & conf. Lucæ *cap.* 2. *verſu* 9. Matth. *cap.* 17. *verſu* 5. &c. Propria verò Numinis fedes erat locus ille in *Propitiatorio*, quem Cherubinorum alæ amplexu ſuo incingebant; quemque Nubes illa auguſtum in modum medium impiebat, *Quia in nube appariturus ſuper operculum eſſet Deus*. Levit. *cap.* 16. *verſu* 2. Inde Deus petentibus reſponſa dabat, Exodi *cap.* 25. *verſu* 22. & Numer. 7. *verſu* 89. Atque hæc erat illa אֲרוֹן, ſeu *gloriosa Dei in terris habitatio*, quam Judæi tantopere celebrant. Quorum omnium myſticam ſignificationem exhibet Fr. Burmannus *Synopſ. Theol. Chriſt. Part. I. lib.* 4. c. 14. In Nov. Teſt. *Propitiatorium* noſtrum eſt D. N. J. C. Rom. *cap.* 3. *verſu* 25. Sed & in Eccleſia Rom. ſic vocatur id, quod Ciborium aliàs & *Confeſſionem*, ut vocant, totumque Altare contegit, ut videre eſt apud Auctores laudatos C. du Freſne *in Gloſſario*.

Propola Circumforanei, apud Lampridium *in Commodo*, *Initatus eſt eam propolas circumforaneos, quos curules ſibi comparavit*: tetuces tunc quidam non magnarum mercium negotiatores, quas ipſi ſecum circumferunt & foras diverſas ſequuntur, tenuis lucri captandi gratiâ. Sic *Propolam ficuum* venditorem vocat Lucillius *lib.* 5.

Sicut cùm primus ficus Propola *recentes*
Protulit & preſis ingenti dat primitus paucos &c.

Nempe monſtrum hoc Imperatoris diverſis temporibus diverſa ſtudia amplexus eſt; & modò *Propolas* ac mercatores illos circumforaneos ſic *περιοδεύειν*, modò curulium negotiatores e. quorum, imitatus. A quo Græcos verò à quibus tamen vocem Latini mutuò ſumſerunt, περιοδεύτας, ſeu περιοδευτὰς is appellabatur, qui venditori emptorem conciliabat; Latinè *Interpres*, qui eo nominеab utroque *interpretium* accipiebat. V. Salmaſium *ad Lampridium & Solinum*.

Proponitis, prov. Prætoria, Auguſti temporibus, ſicut Bithynia & Pontiæ pars, ab Aſiæ ſpeciali appellatione ſeparata: ut cujus

ejus pars citeriorisseu propriè dictæ Asiæ terminus fuit, ab Occidente. V. eundem *ad Solinum p.* 802. & 809.

Propofis Thracia, memoratur Polluci *lib.* 6. *cap.* 3. bibaciſſimi enim naturâ Thraces, ut dilcimus ex Athenæo *lib.* 10. & vagrantibus hauſtibus aſſueti. Callimachus,

Καὶ γὰρ ὁ Θρήικιος τὴν ἀπίονγα χοιδὸν ἀμοιβὴ
Οἰνοποτὴς, ὁλίγῳ δ' ἤνυσε κοτυλίσκῳ.

Cerrè quomodo conviviari & compotare ſoliti, memorat, expertus ipſe, Xenophon *Anabaſ. lib.* 7. repetente indidem eodem Dipnotophiſta *lib.* 4. Qui illud memorant non adnotavit, Iacianum, bi gratum hoſpitem indepti fuerint, cornu illo uſitato vini pleno, adventum ejus excepiſſe, κέρατι οἴνου πλήσαντες, inquit Xenophon, &c. V. Caſp. Barthium *ad mauſoeum. ad Papin. Statium Thebaid. lib.* 2. *verſu* 81. & ſupra, voce *Philotheſia*. Aliàs vetbum κρατῆναι, unde κρατῆρες, de cibo etiam uiurpatum. Jul. Capitolinus in *M. Antonino*, *venenatam patrem fratri edendam propinat.* Hinc Martialis *lib.* 5. *Epigramm.* 78.

Si triſti domui non adnatat,
Turans: potes eſurire mecum.
Non deerunt tibi, ſi ſoles κρατῆρες,
Vilis Cappadoce gravesq; porri &c.

1. e. apponentur tibi in libationem, promulſidem, antecenium, guſtationem ſeu guſtum: κρατῆρα enim hic *præguſtare antecænam* eſt. Niſi malis B. ſcioli aſſentiri, qui de cibis Poetam agere, dedicitum bibendi exercitantibus, ſentit, *Ana. ad l.*

Propræfidis, dictus eſt apud Cicer. cui Præfectus Urbi ſeu Prætor. Præfectus Prætorio, in ſpecialinegotio, vices suas mandavit: *Propræfectis* verò agere dicebantur, qui ordine cedicitlorum vicariam potestatem exercebant. V. Henr. Valeſium *ad Amm. l.* 4. ad. de Gruterium *Inſ r.* 370.

Propretor, non uno modo dictus reperitur: Primùm enim *Prætores* provinciales, qui imperio prorogato in provinciis ultra legitimum manere tempus, appellati sunt *Propretores*: Deinde illi, qui ex privatis ad bellum gerendum, non autem ad gubernandam provinciam, miſſi sunt, ut C. Octavius. Et hi propriæ Magiſtratus non fuere. Tertio ſic appellati ſunt, qui Prætura in Urbe geſta, ſub finè annì, in provincias profecti eis præfuerunt, qui ordinarii Magiſtratus provinciales fuere, eodem imperio ac poteſtate, quo Proconſules, niſi quòd ſex tantùm licторibus, totidemque faſcibus ac ſecuribus uſi ſuerunt & provinciæ minores obtinuerunt. Proin quæ ſupra de *Proconſulibus* dicta, ad eosdem quoque referenda ſunt. Tandem *Propretores* etiam dicti ſunt ſi, quos C. Octavius Auguſtus & poſt eum reliqui Imperatores in eas provincias, quas ſibi reſervabant, mittere conſuevere; qui majorem, quàm Proconſules, qui provincias populi præerant, habebant poteſtatem. De his Dio *lib.* 53. *Qui neque Conſulares neque Prætorii erant, ipſe* (Auguſtus) *deiegit ac Legatos ſuos & Propretores nomina vit. Nam cùm hæc omnia diu admodum in priori Reip. forma floruiſſent, Prætores inquam & Conſules: Prætoris nomine, ut bellis maxima ab antiquis temporibus convenisse, à ſe delectus inſigni vi, Propretores ex numero eorum Conſulum appellatione reliquos, ut pari propinquione, affecit, Proconſules dicens. Hæc nomina in Italia Cæſar reſervavit: qui extra Italiam imperarent, quaſi eorum locum tenentes, Præfectos appellavit. A ſe porro diſignatis, præter nomen* Propretorum, *hoc etiam tribuit, ut pluriquam annuum eſſent cum Imperio, quatenus viz. ipſe ſtatuiſſet, ut militarem habitum geſtarent gladiumque & pro capite plectendi milites haberent.* Et paulò pòſt, *Propretores* addit, *cum urbanis negotiis plurimus Imperator Cæſar Auguſtus uſus eſſet, ut ſæpe ſine Conſulibus Curatores, qui publicos reditus colligerent & cer as faceret impenſas: Quin etiam conſtituum ne quem delectum militum agerent, ne pecuniam, præter eam, quæ conſtituta erat, exigerent, Imperator is inſtitu: cui Succeſſor miſſus eſſet, hinc ſtatim abires, ac intra tertium menſem Romam reverteretur.* &c. V. Joh. Roſinum *Antiquitatum Rom. lib.* 7. *cap.* 43. &c. Iſtiusmodi *Propretoribus*, licut & Proconſulibus, fuiſſe Legatos olim, quos ipſimet elegerant: fuiſſe Quæſtores Provinciales, à Populo electos, duos Tribunos Militum, Centuriones, Præfectos, Decutiones &c. annotavit Sigonius *de Jure provinc. lib.* 2. *cap.* 2. & 3. lidem tamen, Quæſtore in munere extincto, *Proquæſtorem* ſibi ipſi ſumendi jus habebant. A' *Propretoribus*, Imperatorum tempore, provinciæ hæ *Prætoriæ* appellatæ ſunt, ſicut *Conſulares*, provinciæ Populi. Camer. *pro E. Flacco*, apud Godvynum *Anthologiæ Rom. lib.* 3. *fol.* 21. 22. &c.

Proprietarii Sonachi, apud ſcriptores Eccl. Rom. dicuntur, qui *proprium* ſeu *proprietatem* ſibi loquitur Ekkehardus jun. *de Caſibus S. Galli cap.* 11. vel peculia poſſident. In quos Excommunicatio ſemel in anno proferri conſuevit, uti patet ex Honorio III. *lib.* 4. *Epiſt.* 136. Hinc ſepultura prohibitos, ſi qui in morte *Proprietarii* inventi, refert Vetus *Statutum* Monaſticum, in *Additam. ad Matth. Paris pag.* 115. Quam in rem V. complura, apud Cat. du Freine *in Gloſſario*. Sed & *Proprietas*, in eadem Eccl. officium proprium alicujus Sancti. Id.

Propriì Dii, aliàs *Noſtri*, qui nobis ſolis faventes propitiique ſunt: ſicut *Communes Dii*, qui utrisque partibus. Virgilius,

Vadimus immixti Danais haud Numine noſtro.

Tom. II.

Hinc *Dii ſuis* aliquid fatere dicebatur ille, qui faventibus & propitiis Diis faciebat. Ovidius in *Epiſt.* Medeæ,

Sed mihi tam faciles unde, meos, Dens?

Salmaſius *ad Vopiſcum in Tacito.*

Propugnator, epitheton apud Romanos Jovis, cujus ædesin Palatio fuit, memorata in ver. *Inſcr. P. Martius. Verus. Imp. Commodo. VI. &. Petronio. Septimiano. Coſ. A. N. P. R. C. DCCCC. LXI. K. Dec. in. Palatio. in. æde. Jovis. Propugnatoris. in. loco. P. Veri. L. Aelius. Cornelianus, curator.* apud Joh. Roſium *Antiqq. Rom. lib.* 2. *c.* 7. ubi de Jove.

Propylæa, Græcè πρόπυλαια, cui τὰ πρόθυρα, veſtibula erant, ſeu ingreſſus templi adeoque poſt Pronaum, ipſi Ædibus facris Geniſium & poſt Narthecem, in Chriſtianorum. In Graecorum enim Ædibus facris hæc erant, Pronaus, primum πρόδομος, deinde τὸ περιπτερωμα, ſequebatur ipſa Ædis cella, ὁ σηκὸς &c. ὀπισθίαι δὲ πλανεῖς ἴδιοι vocabant, Latini *Regias*. V. Claud. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1216. & 1218. Ornabantur illa exquiſitiſſimis. Artificum optimorum operibus. Sic in *Propylæo* Athenienſium ex marmore Charites, Socratis opus, memorantur Plinio *l.* 36. *c.* 5. & ibidem in Minervæ deliubri *Propylæa*, pinxit Protogenes nobilem Paraliam & Hemionida, cum parvularum navium parergis, apud eund. *lib.* 35. *cap.* 10. &c.

Propuſſor, apellatur Romanis ſeſt is, qui mortuo in muncre Quæſtore ad Prætæde provinciæ ipſo ſedus illud obiit: Item, qui Quæſtore ante adventum ſucceſſoris decedente, provinciæ ipſius interea præfectus fuit. Et hi provinciarum fuam, non à Senatu, aut Populo, uti Quæſtores: verùm ab ipſo Imperatore vel Proconſule, acceperunt, adeoque inferiori fuerunt gradu. Sed & præſentius nonunquam Quæſtoribus, tamen etiam *Proquæſtores* fuiſſe legimus, ſed raro. V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 7. *cap.* 43. & inſra in voce *Quæſtor.*

Prora, extremitas eſt partis anteriorisnavigii: in qua inter πρῳρεῖον & τὸ ἐμβολον ſtatuebatur *Parazonium*, protome viz. aliquius animalis, à qua tota navis nomen accipiebat. Eſt autem τὸ ἐμβολον *priſtrum navis*, ſuper quod *puri eminentia* prora πρωτοκάθιον, Poll. Sicut contrà Tutela navigii, in puppi erat. Sed & nomen navis in *prora* inſcripturn erat, quod etiam in alia navibus obſervarum, quæ parafemon habebant, idque in ſummitate ἠ ἐπὶ τῷ πρῳρεῖῳ, ubi ligni tabula videtur tuſſe affixa, quæ σανὶς vocabatur, item ὀθόνιον, quòd in fronte navis eſſet & in prora, ſicut oculus in facie: Nam πρῶτον, τὸ ἐπὶ τῷ πρῳρεῖῳ vel *oculi* forma. Apollonii Scholiaſtes, Σκάφος δ' λέγεται τὸ ὑξύτερον κοῖλον, τὸ πλοῖον ἄρσεν τὸ πρῶτον ἔχον ἢ θῆλυ· ἔστι δὲ τὸ πρῶτον ἴτυς ἐν ἑκατέρῳ μέρει. V. ſupra *puſſim*. Inde, voce ad Olympacum Cirsum translata, in quo cùm duplex fuerit carcerum ordo, unus ad luſtitram primæ metæ, alter ad dextram in medio utriusque partis locus erat, qui machinationem movebat, quâ omnia ofita aperiebantur; *Altare* è dictus, circa mediam *pronam* Circi: *prora* quippe habuit figuram ὀξέως, quæ utrumque oſſiorum ordinem dirci minabat. Qui ſæpiùs vel quæ *prora media*, Januæ Conſulum vel oſtio, quod ad medium Circi patium patebat Romæ, reſpondit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 972. & 901.

Prorogator, qui aliàs *Diſpenſator*, Gr. Οἰκονόμος. Actor ſecundarum in familia: ut tradit vetus Interpres *ad Perſium Satyr.* 2. *Fuit autem aſſis libralis & dipondius, quod hodie in uſu remaſſit, & filebus penſari poſſit, quàm numerari, unde & Diſpenſatores dicti Prorogatores*, Sic *Eccleſiæ Prorogator*, & *Diſpenſator veribi divini ac cauſſis eccleſiæ doctrinæ Prorogator & Scribus indiquinibus, quod ſuit proprium, liberalium proprium*, paſſim reperiuntur, apud Chryſoſtomum *Serm.* 23. 26. 31. &c. Similiter *Arrarius Prorogator* ſtatici memorat Caſſiodorus *l.* 10. 28. De Diſpenſatore Cic. *Quid in inquam ſoles, cùm rationem ab Diſpenſatore accip's ſi ara ſingula probabili, ſummam quæ ex his confiſta ſit, non probare in Verrem.* Quæ lanè ratio imminutier plerunque exacta eſt. Juvenalis *Sat.* 6. v. 284.

Et cadens longi relegis tranſversa diurni.

Ubi antiquus Gramm. *diurnum* interpretatur *rationilium*. Nec ahoſorian reſpexit Chriſtus Matthæi cap. parabolâ uſus ſervi, *quem Herus; tradidit ſorioribus, quousque redderet ei universum debitum.* Diſpenſator autem ſive *Prorogator* conſervis ὁ ἐπιτροπεύων ἢ ἐπὶ τῶν ἔργων ἢ τῶν τροφῶν præſtare conſuevera, *Demoſthenis* nim. Juven. *Sat.* 14. v. 126. ubi de avaro Patrefamilias, qui munus obibat *Prorogatoris*,

Ser vorum ventres modio caſtigat iniquo,
Ipſe quoque eſuriens.

Norat fordidus, qui in ill. ò incumbebat, ut de meſtrio etiam Demenſo lucrarentur aliquid ſemper conadendo. Et hic erat menſtruus Canon, quatuor vel quinque triticimodiorum in ſingulos, ſicuti diurnus fuit, nonnullis, libra Farris Horatio *l.* 2. *Sat.* 5.

Denig. cur unquam fugiſſet: cui ſatis una
Farris libra foret.

Alii tamen ſervis ad rationem demenſi cibarios panes quotidie, vel bilibres vel etiam trilibres, aſſignant: moti auctoritate Cæl. Aurelian. *l.* 3. *Acut.* 2. Catonis *ſis. lib.* 5. &c. Demenſum enim variaſſe certum eſt, & modò quatuor, modò quinque & ſenis, modò quinque modiorum fuiſſe, prout ſeruban & annonæ ratio & dominorum quâ ſplendor, quâ fordes. A' quo miniſteria & aliud

L l l 2 nomen

nomen Dispensator invenit, a *Frumento* dictus. Item *Ministrator à frumento*, & *Actor à frumento*, in *Inscript. antiqq.* nisi velimus, Ministratori & Actori quamlibet quoque obtigisse, ut & hoc munere fungerentur. Illud utique minime controvertam, diaria fervis fuisse exhibita, V. Horatium *lib.* 1. *Epist.* 14. Martialem *lib.* 11. *Epigramm.* 109. Senecam *Epist.* 80. Claudianum *de bello Gildonico*, &c. Codicem verò, in quem hæ *Prorogationes* referebantur, *Diurnum* Chirysologus vocat *Sermon.* 14. quæ adservasse, videntur, qui dicti sunt *ab Ephemeridibus*, in *Marmore vet.* & quidem ita dictus *Origin. lib.* 1. *cap.* 41. quod Latini *Diurnum*, Græcos *Ephemeridα* dicere, affirmat, &c. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, ut & infrà in voce *Tesserarius*, qui affine *Prorogatoris* ministerio munus obiit.

Prorrhesis, Græcè προῤῥησις, h. e. *denunciatio*, ritus in sacris Græcorum, quem Lucianus *in Pseudomante*, ubi sacrorum ceremonias Alexandri cujusdam impostoris recenset, tribus ex ordine diebus peractas, describit hisce: Καὶ μὴν ὁ πρῶτος ἀφίσταται ἡμέρας, μὴτε Ἀθηνᾶν τιμᾶν τὸ Ἐπὶ τῷ Ἀθηναίῳ, μὴτε Ἑρμῆν σέβειν, φυγόντα τὸ ὑποτίθεσθαι τῷ Θεῷ, πλεῖστα ταῦτα ἐργασάμενον. Ἐπὶ τούτοις ὁ δεύτερος ἐξελαύνει ἐγίγνετο. Καὶ ἐμοὶ γενέσθαι λέγων, ἔφη, ἔξεκενώσε, φ᾽ ὑμᾶς ἀπαλλάττεσθαι ἐφ᾽ ἑπτὰ ἡμέρας. *ac primo die Athenienſibus ritu denunciabo profana hujusmodi: Si quis impiam, aut Christianum, aut Epicurum, mysteriorum explorator acceſſit, diſcedat. Caeterum qui Deo credunt & parent, ſacris feſtiſque initiemur. Sub hæc proinus exlegabantur ſibi præcunte dicentisque: Foràs pellantur Chriſtiani. Tum multitudo acclamabat univerſa: Foràs pellantur Epicurei &c.*

Prorsa Dea, quæ rectis partubus præſidebat, dicta est: *prorsum* enim pro recto Vett. Salmatius *ad Solinum pag.* 31. 391. & 677. ubi de *Prorsis limitibus* seu Decumanis. V. quoque in voce *Prosa*.

Prosa, adde: Alii legunt *Prorsa*, sed eodem res redit, Namque & *prorsus* dicitur & *prosus*: Ennius,

Prosus rursus (pro *rursus*) *vecrirpocas ſtultus feram.*

Sic Plautus *in Milite*,

Prosus Athenas protinus abivi tecum.

Et in antiquis umis ejus MSS. Codd. *ſtultus* pro *prosum* quoque habetur: Denique apud Festum eſt, *prosi limites*, pro *directis ad Orientem*. In Glossis etiam *mista prosa*, cui opponitur *inversa*. *Prorsus* itaque vel *prosus* efficitus, unde *Prosa* Dea, quæ ea ſto five natum ali partui præſidet, hujusmodi ſcilicet partu, quando infans primum capite in lucem editur, jac. Oiſelius *Notis in Gell.* Eandem alii *Porrimam*, alii *antevortam* vocant: Habuitaram ſtaturam Nonæ, ut & , quæci oppoſita præpoſteris partubus præerat, *Poſtverta*. Thom. Bartholinus *de Puerperio Vett.* V. quoque ſupra in voce *Poſtverta*.

Prosa, in vett. Glossis, *pexa tunica*, παξὶς ἱματίου id eſt, *recta*, ut *prosa oratio*, *i. rudis*, opponitur *versæ*, vel verſificatæ, quemadmodum *prosa* tunica inverſæ. Hodie quoque in pannis dicimus *rectam* partem & *versam*: Vett. *prorsum*, *pro recto*, ut *prorsi limites* & *prorsum ire*; inde *prosa*, de oratione ac de veſte. Qua parte autem *prosa* tunica eſt, eâdem & pexa, politis nempe floccis. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 391. & de *Prosæ orationis* origine, ſupra ubi de *Orazione Solitia*. Eccleſiæ Rom. *libri Rituales* Eccleſiaſtici *Prosam* vocant eam orationem, quæ in Miſſa canitur, ante Evangelium, in majoribus Feſtis, quam aliàs *Sequentiam* vocant. Udalricus *in Conjectud. Cluniac. lib.* 1. *cap.* 31. *Prosa*, quod alii *ſequentiam* vocant, *non canatur*, *niſi in quinque Feſtis Principalibus*. Dicitur autem *Prosa*, quia in ea metricæ Regulæ non obſervantur. *Sequentia* verò, quia ſequitur poſt Gradualc. Cuiusmodi orationum Auctorem Notkerum S. Galli Abbatem facit Durandus *lib.* 4. *cap.* 22. qui ibidem Nicolaum Papam in Eccleſia eas cani juſſiſſe, addit. Eccleſia tamen Rom. his ſequentiis in Miſſa uitur. *Laudi Sion Salvatorem*, quam Thomas Aquinas compoſuit, *Veni S. Spiritus*, quam R. pertus Gall. R. ie. cundum Durandum, vel ſecundùm alios Herm. Contractus, *Pi Elime Paschali laude*, cujus Auctor ignoratur; *Dies iræ*, *dies illa*, quam Gregorius M. an D. Bernhardus, an Card. Urſinus, an Humbertus Dominicanorum Gener. compoſuit, &c V. Domi nic. Macrum *in Eſcrotex.* Hinc *Prosarius*, liber *prosas* continens, apud du Freſne.

Prosenium, locus erat ante Scenam porrectus, in quo Pulpitum, agentium loquentiumque ſedes, aditus *Proſcenia* & Orchestra, nisi Scenâ deperditâ. Ibi gesticulatione, cantu & ſaltatione, Artifices, perſonis in Scena abditis, populum detinebant, Jo. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 1. *cap.* 4. Thom. Godwynus *Proſenium* locum fuiſſe ait, ubi Actores ſeſe præparantes inde in Pulpitum Scenamque prodibant: aliquando tamen pro ipſo Pulpito ſumi, addens, *Anthol. Rom. lib.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 19.

Prosholtes, apud Auſonium *de Verbis Apoſtol. Serm.* 19. *cap.* 7. *Tam pauper*, *in* Proſcholos *eſſet Grammaticus apud Mediolanum*. Auſonio *Epigr.* 23. *in Proſſ. Subiectior*; item *tenuis Grammaticus*;

Exili noſtræ fucatus humore Cathedræ
Libato tenuis nomine Grammaticâ.

Fulberto *Epiſt.* 86. *Adjutor Scholarum* &c. dicebatur in Schola *is*, qui non tam docendis pueris, quam eorum moribus præfectus erat; ut ſc. coercinne ad Magiſtrum accederent, omnisque geſtu, inceſſu, veſtitu, eſſent compoſiti. Ante Scholæ auditorium enim eaim locus erat *Proſchuli* nomine, ab auditorio ipſo velo, tanquam alio intergerimo pariete, diſtinctus: Ibi puteri convenirbant ejus loci Præfectum, quem *Proſchulum* inde vocabant, ut admoneretur officii ſui, antequam ad Magiſtrum redirent velo accederent; V. *Colloquia* Puerorum *vett. Glossis* præfixa, *Nam* Tyronis pag. 163. Car. du Freſne in *Glossar.* & ſupra in voce *Archischolarius*.

Prosiendi, dicebatur Romanis tertia, quæ primò arabatur, quæ primaratio, vere fieri ſolita, *veris* Græcis, *vernalium* Latinis, quia vere æſtum. Unde Lamen Columellarium Ceres ac Telluri factura, Dyos Agricolas hoc ordine edebat, *Pastor*, *Redarator* &c. Quæ verò ſecundò, *offrinji*; quæ tertiò, *tirari*. Graeci χείμων quoque dicunt de prima aratione. In *Epigramm.* Græco,

γαῖαν χείμωνος ἀρότροις &c.

V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 724. & *ſeqq.*

Proscribere, verbum ſolenne de edictis Magiſtratuum loco publico poſitis, apud Cic. *ad Attic.* Suetonium *Jutio cap.* 49. Alior. Item de titulis rerum venalium, quæ claris literis, in de plano legi poſſent, ſcribebantur. Hinc de iis, quorum nomina publicè ad confiſcationem proponebantur, *Proscripti*, quæ duplex fuit, bonorum & hominum. Si enim is, unde peribatur, latitaret, ita ut nullam ſui in agendi poteſtatem faceret, cùm de domo extrahi non poſſet, actor (*creditor*) Prætoris auxilium implorabat atque reum (*debitorem*) evocari edicto jubebat. Edictum verò ad ipſius latitantis ædes ponebatur, cum ſolenni vicinorum teſtatione. Qui evocationi ſi non pareret, neque ſe defenderet, Prætor ſecundùm decernens evocationem, in bona ejus tempore Proscriptio fiebat, in celebrioribus Urbis locis, ita: *Ille debitor noſter, in ejusmodi cauſa eſt, ut bona ejus diverdi debeant; nos Creditores patrimonium ejus diſtribuimus: quicunque emere volet, adeito.* Inde poſt aliquot dies, tertium jam Prætorem adibant, poſtulantes, ut ſibi liceret legem bonorum venditorum facere, atque iude ita *proscribebant: Hæc quicunque emerit, Creditoribus in dimidiam partem eorum, quæ ipſe addixerunt, reſpondere debet, ſic ut, ubi aureî centum debentur, accipias quadraginta.* Et certo tempore elapſo Emtori patrimonium addicebatur. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 9. *cap.* 12. Alia erat *Proscriptio*, cujus mentio in Lege Cornelia, *ne Proscriptorum agri publicè eſſent*, apud Cic. *in Rullum*. Ibi enim de *Proscriptione* hominum ſermo, non ſolùm ea, quæ *media capitis Diminutio* aliàsexilio multavit, ſine libertatis jactura, verùm de calamitoſiſſima illa, cujus, Urbe per ſuos milites occupatâ, Sulla inveuit, præmium perculſibus *Proscriptorum*, duo ta lenta conſtituit, à tentionumque judicibus, & poena eandem abditos celantibus interminabatur. De qua ſic Florus *lib.* 3. *cap.* 21. *Proposita ſi ingens illa tabula*, & ex ipſo Equeſtris ordinis flore ac Senatu, *duo millia electi*, *qui mori jubverent*, *novi generis edictum*. Appianus *Civ. lib.* 1. *quadragintа Senatores*, & *mille ſexcentos Equites* habet. Valer. Maximus: *Quatuor millia*, *ait*, & *ſupingentos dixit* Proſcriptionis *ingulator*, *in tabulas publicas retulit*. Vellejus *lib.* 2. *cap.* 28. *§.* 3. *Primus ille & unicus ultimus exemplum Proscriptionis invenit*, &c. Sequuta *Proscriptio* Triumviralis, *inſtauratumque Sullani exemplimalum eſt nihilque tam indignum libitum, pore ſuit, quàmquid aut Cæſar aliquem proſcribere coactus eſt, aut ab illo Cicero proſcriptus*, *abſiſſaque ſatelre Antonii nox publica eſt*, Vellejus iterum *lib.* 2. *cap.* 66. &c. Utraque à *proscribendo* nomen invenit, *quoniam eorum nomina in publicos ſcribebantur*. F. Matur. in *Philipp. Orat.* 5. in tabula, ut ex Velleio vifum, quæ columnæ ſolebat adhiſi. Unde Cicero nam tantum πρωγράφειν, ſed etiam *ἀναγράφειν* id vocarunt, quòd non nomina ſcilicet, ſed & crimina *proscriptorum* publicè in feſtali tabula ſeu columna ſcribebantur, Suid. in voce *ἀνὰ*. Apud Græcos vetus admodum is mos, ut hoſtes ac fontes *proscriberentur*, interfectoribus eorum magnâ mercede per *proscriptionem* promiſſa; ut teſtantur, Ulpianus *Demoſth. Orat.* τὸν μεγάλην ἐπίκλησιν, Harpocration. Polyænus *Strateg. lib.* 4. & 5. Interpres Hiſtoriæ Apollonii Tyrii, Appulejus *Metam. lib.* 6. &c. quam *Proscriptionem ἀναγραφὴν* vocabant. Sic Xerxes qui vel vivum vel mortuum Athenas adduxiſſet, centum talenta polliceri ſunt Athenienſes: in Apollonia quæ rotidem promiſſa in Agathoclis, immenſa munera, de quibus Auctores præſ. Etiam columnæ quandoque pretium adſcriptum, ut docet Suidas, de Diagora Melio. V. Joh. Meurſium *Comm. in Lycophronis Alexandram*, *verſum hunc*.

Κτανὼν' ἀνάτου τιμὴν χαράξας.

Simile quid apud Germanos obtinet, ut videre est in voce *Bannus*.

Prosperi, Προσπέρια, Græcis dicuntur Psalmi XV. quos alias ἀδὰς τῶν ἀναβαθμῶν, Latini *Psalmos Graduum*, seu *Graduales*, appellant: quorum primus CXX. ultimus CXXXIV. Nomen à primo, cujus initium, Πρὸς Κύριον ὅτε τῇ θλίβεσθαι με ἐκεκράξα, *Ad Dominum, cùm tribularer, clamavi*. Canuntur in principio Officii Præsanctificatorum, aliisque fitatis temporibus, ut videre est apud Cl. Suicerum in ea voce.

Profecta, apud Statium *Thebaid. lib. 5. versu 641.*

— ubi adverso aderat profecta *Tonanti:*

vox sacrificantium. Verus Comm. *Cùm exta inspiciebantur, in minutas partes secabantur, ut fibræ pectoris inspiciari. Quæ ergo jam inspecta erant* & *secta*, profecta *dicebantur, ex quibus jam constabat, quod quærebatur.* Hæc ponebantur sub nudo æthere, quem Jovem pe hibent Poetæ. Ovidius *Fastor. lib. 6.*

Inde, ubi libavit, profecta *sub æthere ponit.*

Unde *dederat profecta*, inquit Statius. V. hanc in rem Hadr. Turnebum *lib. 15. cap. 7.* Barn. Brissonium *de Formulis lib 1.* Hug. Grotium *ad Arcadium Capellam*, & Jo. Gebhardum *Curar. Juvenil. lib. 3. cap. 7.* ut & infra in voce *Profiscæ.*

Profectualis, apud Lutatium *ad Statium passim*, adeoque ævo cadenti, Theodosianis & vicinis, orationem notat seu oratoriis deductionem, ut infinitis locis in *Collatione* Carthaginensi & paris census Patribus. V. Julianum Marcellum Memoriælem *in brevi culo Collat. præfiche*, ubi tota actio in *profectionibus & interlocutionibus* distinguitur. Servant hod eque vocem Hispani, retinentiores cœteris nationibus Latinismi, ut videre est in Leandro Bofcani, hendecasyllabis istæ fyllabarum dimensione, sine pedum obtequio, absque etiam rhythmis, eloquentissimæ tamen, etiam Poeticis scripto. C. Barthius *ad Statium Thebaid. lib. 2. versu. 427.* At Prosecutores *Auri*, de quibus est titulus, in cod. Theodos. lib. 12. tit. 8. dicti sunt, qui aurum sacris Largitionibus inferendum de provinciis *profectabantur* vel deferebant. Hinc *Profectoria*, præceptio Comitis sacratum Largitionum, qui illismodi homines jubebantur aurum in Largitiones sacras inferre, *d. l. 1.* V. ad eam Jacobum Gothofredum. De *Profectoribus Annonæ*, vulgo *Tomitarienses ad Annonæ*, in Not. Uptonus *de Militari Offic. lib 1 cap. 11.* Post præditos equitantes, alii nuncii habentur, qui *Profectores* appellantur, qui ex prædictis equitantibus poli excrcitium triennale in arte equitandi ad negotia cerantur, certâ solennitate adhibitâ. Creari autem debent Profectores, non in minori Feito, quàm in die Dominica, hoc modo. Aliquis Heraldus armorum nuncii Domini sui inbutus, præfatum ereandum in manu fuitibus ducent, & unus ciplum aqua & vino plenum, in manu dextera tenens, accedet ad Dominum sedentem cum Domino vel Magistri ipsius ereandi, à quo in præsentia multorum tellium — petere debet, quo nomine vult, ut *Profectori* suus nuncupetur. Quo nomine à dicto Domino vel Magistro dato, dictus Heraldus vocabit ſuum creandum illo nomine, projiciens partem ipsius aquæ super caput creandi. Tum accipit & tunicam Domini — & ponit ſuper caput creandi ex transverio — Sequitur jam juramentum — Heraldo ſic dicto, Tu eris fidelis Domino ſuo Magistro tuo, quem de nomine suo, in perpetuum, quacunque fruaris dignitate. Item Domino Regi & cuicunque Nobili, licèt hostis, item negotia quorumcunque Nobilium, licèt hoſtium, fideliter exequeris, & cùm inter hoſtes interrogatus fueris, tantùm ad interrogata fideliter respondebis, nihil non eis intimans &c. Et eſt iciendum, quòd tales nuncii Profectores poſſunt eſſe Milites & Militares; gaudere imo genitis, Monasterii sui, vel de quibus pannis aureis indui; non tamen, ſicut Milites. Et tales vocantur Milites linguares, quia eorum præcipuus honor eſt in cuſtodia linguæ, apud Carol. du Freſne in *Gloſſar.* Ibidem arma trium horum Officiariorum, Curſorum, Equitantium (Gall. *Chevaucheurs*) & *Profectorum*, his verſibus indigitantur,

Cuſtodis ſcutum dicas deferre Pedinum:
Sic Equitis dignum ſors ſapula dextera ſignum.
Sed humero lævo dicatis Profectus ab æno:
At Haraldorum ſua pectore ſint ſiculorum.

Profetyri, dicti olim ſunt, qui ex Gentilibus converſi ad Eccle. ſiam Judaicam eſſe conferebant, & vel totam Pædagogiam Moſaicam amplectebantur, vel in aliquibus ſolùm ei ſe ſubiciebant. Unde *Profetyrus* Godvynno duplex iuit, גֵּר בְּרִית *Ger berith*, id eſt, *Profelytus fœderis*, Rabsinis גֵּר צֶדֶק *Ger zedek*, ſeu *Profelytus juſtitiæ*, dictus, qui ſe Legi totum ſubmittebat, Circumciſione admiſſa, & גֵּר שַׁעַר *Ger ſahagnæ*, *Profelytus Portæ*, cujus alia quæ mentio Deuter. *cap. 14. verſ 21.* & *in præc. 4.* Qui neque ſe circumcidebat, neque Moſaicis legibus ritibusque ſe ſubiciens, obſervabat ſolùm præcepta illa, quæ *Noahi ſuptem præcepta* Hebræi vocant, de quibus V. Schindlerum *Pentagl. pag.* 1530. Talem Naamanem Syrum, Eunuchum Reginæ Candaces, Cornelium Centurionem, illosque, qui dicuntur ἀνδρες ἰουδαῖοι, Actor. *cap. 2. verſus 5.* fuiſſe, notant Kruditi. Tolerabatur hi inter Judæos & proin *Tolchabim*, id eſt, *Incolæ*, fuere appellati. Ritus initiandi *Profelytum* fœderis, pro ſexus & temporis diverſitate, fuere varii: in Mare requirebantur, Circumciſio, Purgatio per aquam & Sanguis oblationis; offerebatur autem communiter par columbarum, vel turturum: In Fœmella, duo ſolùm poſteriora. Hodie, *cùm abſidium eſt ſacrificium & munus*, Dan. *cap 9. verſu ult.* duo primoria in Maribus ſufficere dicunt Judæi, in fœmella, purgationem per aquam. Imò hæc ſolâ, absque Circumciſione, Davidis jam tempore, multa *Profelytorum* milia initiata fuiſſe, contendit Moſes Ægyptius *in Aſſare thiah*, Perek 13. *fol.* 137. V. Seratum *tribered. lib. 2. cap. 2.* Unde videmus, certum Baptiſmi genus inter Judæos obtinuiſſe, diu ante quàm *Sacramentum* is fieret, auctore CHRISTO, imò velut in præludium hujus: illustrandi immerſiones fuiſſe jam tum adhibitas. Quæ cauſa, quòd Johannis non tam de Baptiſmo, utpote re jam antea ſolita, quàm de auctoritate, qua inſtructus baptizaret, quæſtionem moviſſe Judæos legimus, Johann. *cap. 1. verſu* 25. Quamvis autem benevolos admodum ſe *Profelytis* exhiberent Judæi, nihilominus non ſolùm in Synedrium eos nunquam recepere, ſed & in communi converſatione, non facile ſe eis creſiderunt, ut ex Prov. illorum patet, *Vel ad decimam usque generationem à Profelyte cave*, V. Thom. Godvynnum *de ritibus Hebr. lib. 1. cap. 3.* Latius autem fuiſſe *Profelytorum jus* antiquis temporibus, patet ex Philone, qui *lib. de Monarch.* Moſen ferbit admiſſe ad ſtemp. ſuam, πάσης τὴν οἰκουμένην ἐπὶ τὸ ἡμέτερον ἔθη, *omnes eos, qui moribus istdem atque inſtitutis velint vivere*: ſive ab origine prima nati eſſent Judæi, ſive non. Interim & poſterioribus ſæculis, potuiſſe eum, qui fuerit *Ger* i. *Profelytus*, ſed matte Judæa natus, adoptari in numerum Senatorum, ait Moſes Ægyptius *lib. ut ſup. fol. cap 2.* Ab hoc hominum genere vocarunt Rabbini Herodianorum הוֹרְדְיִים, id eſt, *Regnum Profelytorum*: Herodem enim ex Idumæa in Judæos tranſcripſerunt eſſe, docet ſuſe Caſaubonus *c. Baron. Exercit. 1. num. 5. ubi varia de Profelytis.* Plura hanc in rem V. apud Seldenum *de Succeſſionibus ad LL. Hebr. cap. 26.* & *de Jure N. ac Gent. juxta LL. Hebr. paſſim.*

Proſerpina, addet: Fabulæ hiſtoria, ut aliàs, ita & hic, fubeſt. *Proſerpina* enim, quam Pluto rapuit, filia erat Heroinæ, quæ Proſerpinis Ætnam ſatorum frumenti dotem, ac ab Eubœo ad Joſtum tempora refertur. Sed vel duos Græciæ Plutones ſtatuere eſt neceſſe, inquit Voſſius; geminum item raptum *Proſerpinæ* (& ſolent Poetæ hiſtorias temporum diverſorum in unum commiſcere) vel ſtatuendum. Adoneum illum una ſolùm ætate vixiſſe, ante bellum Trojanum. Fuit enim Adoneus Moloſſorum R. ac Theæa tenuit ceptrum, usque dum Hercules eum liberavit: quod refert *Plut. in Theſeo.* Atque hanc ætatem ſententiam poſuit præf. Euſebius *in Can. Chron.* quod ejus ætate Hercules ejus uxorem, ut Hieronymus quidem tradit, ad num. 620. Fabula Proſerpinæ, quam rapuit Aidoneus, id eſt, Orcus, Rex Moloſſorum: cujus canis ingentis magnitudinis, " Cerberus nomine, Pirithoum devoravit, qui ad raptum ejus" cum Theſeo venerat. Quem & ipſum, jam in mortis potcia " conſtitutum, adveniens Hercules liberavit, & ob id, quaſi" ab inferis, receptus ſit birbut. Scribit Philochorus in Atthide" lib. 2. Similiter Cyrillus peræ laitio *lib. 1. c. Julian. Diſputationem, Contestino*, inquit, *& nonagesimo quinto anno, poſt Moſen, fuiſſe Proſerpinam virginem raptam ab Æneone, id eſt, Orco, Rege Moloſſorum.* Quomodo Phyſicè ſignificet ſimpliciter Terram fugiferam; ac frequentes vel ſemen, vel terram interiorem; quo pacto item, quatenus Cœleſte Numen habita ſuit, Lunam denotaverit, ſed Inferis ſacrarit, V. apud Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. lib. 2. cap. 60.* Item *lib. 3. cap. 28.* Plura de *Proſerpina* ejusque raptu, apud Thom. Dempſtrum, in *Paralipom. ad Joh. Roſini Antiqq. lib. 2. cap. 11.* Addam ſalcem, *Proſerpina raptum*, in annulo Neronis, memorati Suetonio *cap. 46. Sporus annulum meneri obtulit: cujus gemmæ ſculptura erat Proſerpinæ raptus.* Integras enim hiſtorias ac fabulas annulis nonnunquam inſculpi conſueviſſe, diximus ſuſe loco. Eundem plctum Nicomacho; quæ rabula in Capitolio, in Minervæ delubro, ſupra ædiculam Juventutis, aſſervabatur, Plinii ævo, *lib. 35. cap. 10.* Sed & inter pulcherrima Praxitelis ex ære opera, eidem adnotatur, *lib. 34. cap. 8. &c.*

Varia Proſerpina nomina & epitheta.

a. Κυναγεσία, apud Heſych. quaſi nova diceris, *Manugenuam*: fonte inde, quòd *Proſerpina* ſive Dana ſeu Juno, ſic partus Pæaſes, ac obſtetrix, quæ Afranio *adſeſtrix*, à diſidet parturientis, manus iis admovens, quibus parata ſit fœtum excipere, Voſſius *de Idolol. lib. 2. cap 28.* β. Cora, Gr. Κόρη, non per antiphraſin, quia nutrix Platoni: Sed quia Cereris filia. Κόρη etiam Συρακόσιοι, Schol. Theocritii *Idyll. 15.* γ. Ennæa, quia ad Ennam Siciliæ Urbem rapta, Lact. Firmianus *Divin. Inſtitut. lib. 2. cap. 4.* An *Ennæa*, ab Ætna monte, ſub quo, ut eſt apud Val. Flaccum, Statium, Auſon. &c. Furva Dea, Horatio *lib. 2. Od. 13.* ubi Acro, *Furva*, inquit, *myſtico nomine dicitur Proſerpina.* Id eſt, nigra: Terra enim infera, ſeu interior, ſemini

receptrix, hoc colore est. Hinc, quia infera loca lumine destituuntur, eo furvæ Diis inferis mactabantur hostiæ, Vossius *Idolol. lib. cit. cap. 60.* 1. Libera, dicitur apud *Obsavium* Minutii Felicis, quemadmodum Bacchus Latinis *Liber*. Hinc & Liv. *lib. 3. Familia*, inquit, *ad eadem Cereris, Liberi, Liberæque vetamur ires.* Tacitus quoque *Annal. lib. 2. Liberis, Liberæque & Cereri, juxta Circum Maxi.* Nempe *Luna*, inquit Vossius, *quam Inferis illuminat, Liberæ est*, ut *Sol, quando inferis luces, Liber.* ζ. Μελιτόδης, *Mellea*, Theocrito vocitatur, *Idyll. 15.* Quia Animæ demortuorum veteribus *apes* dictæ; Imò & hinc *Cereris Sacerdotes, veluti inferæ Deæ Antistites, Apes dixere, & filiam ejus Proserpinam Melleam, Lunam vero, generationis Præsidem Apum*, Porphyr. *lib. de Nymph. antro.* Quo ipsu Scholiastes Theocriti, Apes vocari amicas *Proserpinæ* ac Cereris, refert. 2. Perſephone, Gr. Περσεφόνη, per metathesin, ut Tullii est opinio *in N. D. lib. 3. Proserpina*, paritis quim à *proserpendo*, ut vult Varro de *L.L. lib 4.* Dicta autem Περσεφόνη, ἀφ' τὸ πάντα νέφειν τὸ φῶς, *quia omnia vestet cæde.* An ἀπὸ τὸ φέειν τὸ φῶς; Etymol. ὃ. Φερέφαττα, unde sacrum apud Cyzicenos φερεφάττεια, de quibus Plut. *in Lucullo* & Appianus *in bellic Mithrid.* 4. Phlœa, Gr. Φλοιὰ, Lacedæmonii appellata est, teste Hesychio. Nempe ut Latinis Bacchus *Liber*, Proserpina *Libera*, ſic Græcis Nempe ut Latinis Bacchus *Liber*, Proserpina *Libera*, ſic Græcis ille Φλοιὸς (unde Plut. *Numalli sacrificant Libero Phleo*) ille Φλοιὰ. Et quo nomine Terram *Proserpinæ* indigitari iterum patet. 5. Polybœa, Gr. Πολυβόεια, a βόω seu βοάω, i. *paso.* Terra enim πολυβοτεύει, i. *pascit*, &c.

Profiscina, à Gr. προσευχὴ, id est, *precatio*, Metonymicè *locum precationis* seu *Oratorium* Judæorum ſæpiſsimè ſignificat: qualia loca an à Synagogis Scholisque Judæorum fuerint diversa, in quæstione est. Beza *Notis in Act. Apost. cap. 16. vers. 13.* eadem cum Synagogis ; Pinto Judæus *de vita Mos.* cum Scholis, facit. Vbique quoque Epiphanium *tom. 2. lib. 3. cap. 80.* Erant autem quædam earum extra civitates, qualis illa Philippis, in qua Apostolus Paulus, κατέντα ἐπιλαὶ τῶν ἐκτὸς θύρας γυναικὶ, *Considens adloquebatur mulieres, quæ convenerant, loco cit.* qui tamen ſitus *concionantem* potius, quàm *precantem*, exhibet Paulum. Interim precabantur olim ſtando, ingeniculando & ſedendo. Ambrosius Ilabat eorum Ambrosius, *Genes. cap. 18. vers. 2.* ut & Publicanus, Luca *cap. 18. vers. 13.* Unde & Prov. *Sine ſtationibus non conſiſtere mendos*, apud R. Juda *in lib. Muſar.* V. Druſium *prælect. Mauth. cap. 6. versu 5.* Stephanus *posuit genua* Actor. *cap. 7. versu 60.* David *ſedebat coram Domino*, 2. Sam. *cap. 7. versu 18.* &c. Et quidem, Majmonides ex jure ſuis avito, aliique Magiſtrorum tradunt, ubicunque fuerit Israelitarum numerus denarius, eos oportere *Profeuchum* ſibi qualemcunque ad orandum ædificare, quæ nuncupatur בית תפלה *Domus Synagogæ*. Et Jamin urbe qualibet, quotcunque ſui ſint ibi incolæ juris, invitos, reliquorum juſſu, cogendos eſſe ad ædificandam ſibi Synagogam & librum Legis, Propheturum ac Hagiographorum comparandum &c. Dein ſubdit. *Profeuchæ*, ac Synagogas ita ubique exstrui debere, ut reſpiciant *plagam illam, in quam precari mos eſt Urbis illius.* Nempe orantis facies omnibus ex locis dirigenda erat versus plagam, in qua Templum ſitum erat, V. infrà ubi de *Respectu Templi*. Ad harum porrò odia, ſicut ad Templi portas, mendicorum turba confluere ſolebat, à populo elecmoſynam rogatura, unde factum, ut vox pro Noſoconio, vel potiùs Prochotrophio, nonnunquam fuerit uſurpata. Juvenalis *Sat. 3.*

——— *Quâ te quæro Proſeuchâ.*

Nec omittendum, cùm de loco precationis hic ſermo, Talmudiſtas, populi negligentiam in precando objurgantes, triplex *Amen* apud illos in uſu eſſe, dicere conſueviſſe, quorum laude bile oſtulum. Primum vocarunt תומה, *Jhehoma*, i. *populum*, cùm absque zelo ac animi fervore : alterum חשורה, *Chetuphis*, i. *ſurreptitium*, cùm præcipitanter, prece nondum finitâ : tertium קטורה, *Ketugna*, i. *feſtile*, cùm per oſcitantiam, quaſi in duas partes, ſectum eſset ; pronuntiatur, V. Canninum *de Linde N. Pſal. cap. 5. pag. 38.* Thom. item Godwynum *de Ritibus Hebr. lib. 1. cap. 3.*

Proſeuchæ vel *Prædicæ*, dictæ sunt partes extorum, quæ *proſecavi* & Dis porrici conſuevere. Feſtus, *Proſicium, quod præſecatum fuerit.* Arnobius *lib. 7. Quid ſi omnes has partes, quas Præſicias dicitis, accipere Dii amant, quid intercedit, quid prohibet, ni non ſemel hæc omnia tota cum animantibus inferatis* &c. Glossæ Συφλόκα ἀκαιρῶς interpretantur & ἀγαθὸν. Nempe aut totæ & ſolidæ hoſtiæ Diis concremabantur, aut partes extorum decidebat. Hoc ex Magorum inſtituto, qui Numen immolatæ hoſtiæ animâ contentum eſſe credentes, aut nihil omnino proſecabant, aut minutum quid, τὸ ἐνίοτε ὃ μικρὸν, inquit Strabo *lib. 15. partem exiguam omnis*, quæ in igne conſumenda *proſicia* fuit. Catullus hinc de diſciplina Magorum,

Gnatus ut accepto veneretur carmine Divos,
Omentum in flavina pingue liquefacientes.

Alias extorum partes, *apexamos*, *hiſcia*, *ſiſcernia*, *longavos* &c. enumerat Arnobius *ubi ſupra*: quæ omnes ſimiliter *proſicia* vel *proſecta* vocabantur. Moris origo ad Prometheum refertur, quo partem hoſtiæ in ignem conjicere ſolti ſunt, partem ad ſuum victum abuti, quum antea tota hoſtiarum & illibata viſcera igne conſumerentur. Partem igitur extotum *proſecatam* aræ ſuperimponebant ac Diis adoſebant, partem veſcebantur, qui ſacrificio intererant. Et extra quidem prolis mandebant, quàm reliquam carnem. Unde illud de Pinarius, qui in ſacrificio Herculis, extis jam adeſis, ad coeteram venerunt dapem: quâpropter inſtitutum, ut in poſterum quoque, extorum communione prohibiti, ad reliquam ſolùm admitterentur viſcerationem. Quæ v. ſic *proſecta* Dis porrò debantur, *veddi* dicebantur: unde de iisdem Pinariis, quod Dionyſius vocat ἐκκλησιαζομένους ἐπὶ τὰν ἐδὰν, Liviusque vertit, *extis jam adeſis*; exponit Servius, *extis jam redditis*. V. quoque cum *Tan. fa. ad illud, Et ſolida imponat taurorum viſcera &c.* Συκλαγχνισθεὶς, Græcis uno vebo ritus omnis continetur, quo extra inſitiebantur, probabantur, aræ imponebantur, &, quæ edulio erant, comedebantur. Quibus peractis thus & vinum in aram libabant, quod ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις σπένδειν dicebant. Σπλάγχνων verò ἀνάδεσις dicebatur, quum extorum proſicias in aram inferebant : hæc enim σπλάγχνα ἀνάδεσις propriè appellabantur. Inter cetta autem primum locum habet jecur, quod poſtquam rite explorarum probatumque eſset, in ara ponebatur : ſimul verò ex immolata hoſtia deſectum quid ; quaſi auctarii vice, imponebatur, quod *augmentum* appellabant ; caro viz. *ſtrebula*, & *vinna* & *cauda*, & *pleſus* & *ireæ* & *omentum*, ut ex Arnobio *d. l.* dicimus, quæ omnia in cauſam augmentorum altaribus ſuperimponebantur, cum jecore hoſtiæ immolatæ, & *proſicia* vel *proſicias* dicebantur, quòd eſſent ſruſta ſeu partes ex hoſtia præſecatæ, Si quid plus adjceretur, id *ex augmentum* appellabant : q. *multa augmentorum* ; unde *cana augmentaria*, quibus illa imponebantur, ut in aram inferrentur &c. V. quæ de phraſi, *Proſicias inferre*, eruditè congeſtit Salmaſius *ad Solinum pag. 127. & ſeqq.*

Proſidia, Græcè Προσίδια, carminis ſacri genus, quod cum tibia ad aras Athenienſes olim canere ſolebant : ſicut hymnos cum cithara, J.C. Scaliger *Poëtices lib. 3. cap. 11.* qui item προσῳδὰς & προσῳδικὸς modos ſaltandi Laconum memorat *lib. 1. cap. 18.*

Proſpectiva Catoprrica, in *Muſeis* Kircheriano, Occurrit ibi inſignis ciſtula, proſpectum Palatii amplitsimi undiquaque & apparatum ejus magnificum repræſentans, ubi ipſius palatii Dominus, auliorum globo ſtipatus ac famulantium magno numero circumdatus viſitur. Capſulæ fabricæ hæc : Fiat ciſtula in longum ad 3. palmos porrecta, latitudinis & altitudinis palmaris; quæ in una longiorum laterum parte, quadam ſui parte, ſuperiùs ſtram paulo ampliorem ſemipalmo, intromittentibus lucì inſervientem, quam vitro plano aut velo pellucido ita operias, ne introſpecturi lucem impediat. In hujus oppoſito latere circa extremitates duæ portulæ fiant, quæ interiorum cubiculorum, debitæ ſymmetriæ & architecturæ proportione, ornatum, porrasque concludvium, oculis exponant & introſpicientibus inſervient. Utrinque ſupra ſtrum ſpeculorum, quæ intrinſecus latent, duo parva fint foramina, eqnam introſpectui inſerviencia. Interior porrò pars ciſtæ ita coloribus ordinetur, ne coelum aut pulchram laquearis ſpeciem ; fundus verò, vartas pavimenti reſtellati figuras exprimat. Huic ciſtæ utrinque tria ſpecula plana ſemipalmaris latitudinis, quæ in longitudine ſemipalmum vix excedant, firmiter inſerta ſint fundo & utrinque ex oppoſito portularum latere normaliter erecta. V. Georg. de Sepibus *in Colleg. Romani S. J. Muſeo pag 37.* qui *Proſpectivam* etiam *Architectonicam* in eodem memorat *pag. 23.*

Proſpicii, apud Senec. in *Epiſt 110. Vitâ puerorum proſpicuos cultu atq, forma gregis, hinc feminarum. Et alia, quæ, res tuas recognoſcens, jummi imperii forums prouuleras* : idem ſunt cum Oſtentionalibus ſequiori ævo, ad pompam nitn. & gaudium oculorum parati. Barthius *ad Statium Thebaid. lib. 12. verſu 15.* V. ſupra *Oſtentionales.*

Proſtibulum, à *proſtando*, quæ venalem pudorem habet : aliàs *proſtituta*, loco Suetonii mox citando : Græcè λαὶ πόρνη πόρνη, *Epiſt. apud* Jetemiæ, Λάσκων δὲ ἐν ἀστῷ πόρνη ἢ ταῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ καθημέναις. Tripa enim feu ἐτῶδες, aliàs κάπηλος, cella meretricia, ut ait, ἀπὸ τῆς quoque nonnulquam, item ἐργαστήριον, in quibus hujusmodi merces *proſtituſis*. Chryſoſtomus ait *Hom de Babyla.* V. quoque Metaphraſten *Vitâ* Athanaſii & Chryſoſtomum *Homil. in Matth. 31.* Sed & in pergulis ſtare ſolitas, multorum atiſicum more, qui in pergulis ſe publicabant, ut in officinis, ex Pluto notum. Tondebantur illæ ξυρικὸν σκάλμα, quod *circumtondere* dicit Suetonius *Auguſto c. 45.* V. ſupra. Veſtis verſicolor, de qua itidem ſuo loco. Merces infamis cognitura dicta eidem *Caligulæ cap. 40. Exigebatur* enim ex *cauturis proſtitutarum* : Græcè μίσθωσις propriè, quòd δόμησε αἰσχρὸν interpretatur Phiio c. *Flaccum*; in *Gloſſ.* Graco-Lat. ἰσχνόν, &c. V. Cafaubonum *ad locum Suetonii &c.*

Proſtratus, ſepeliri veluit Pipinus, apud Sugerium *de Adminiſtr. jua cap. 25.* ubi de Carolo M. *Quia pater ſuus Pipinus im-*

pera-

peràtur extrà in introitu valvarum , pro peccatis Patris fui Karoli Martelli , prostratum *se sepelirì non supinum fecerat* &c. h. e. eo corporis situ, quo in Ecclesia *Prostrati*, ex eorum Pœnitentium ordine, quos πανικὰς ὀνόμας Græci Patres vocant , humiliatem lyam, in ingressu Ecclesiæ, solebant teftari. Theodorus Archiep. Cantuar. *Capitul. c. 11. de Pœnitentibus , In Capite Quadragesimæ omnes pœnitentes , qui publicam susfipiunt aut suscepernnt pœnitentiam , ante fores Ecclesiæ se representare debent, facco induti, cinere vultibus in terram* prostratis; *vos se esse ipsis habitu & vultu proclamantes.* Apud Chrodegangum , in *Regula Canonicorum Metvensium cap.* 33. cit, *prostratus omni corpore.* Non enim nudam ingeneculationem Υπόπτωσιν fuisse pœnitentium , cum incurvatione corporis , quod Allatius voluit , fed omnimodam *prostrationem* : quo ritu Fridericus I. Imp. ad pedes Pontificis Venetiis procubuit , *à quo superbè convolutus & sic absolutus est* , uti lo quitur Sabellicus *Ennead. 9. lib. 5.* docet Cæl. du Freine in *Gloss. sar.* Cl. tamen Suicerus Allatio accedit, & πανικὸν nihil fuisse aliud, quàm γονυκλισίαν, unà cum ipsius corporis incurvatione, probat Thef. *Eccl.* voce hæc: ubi & τὸν πανικὸν δίδωκε , intra Ecclesiam quidem ingredi , fed retro ambonem ftare , & cum Catechumenis , ante preces, exire confueviffe , addit. Ab his qui recitabantur Pfalmi , *Prostrati* quoque dicti funt, ut videre eft , apud Lanfrancum *in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 1. fect. 3.* Hinc Mifio in Pariſ. *Ord. cap. 1. Dicuntur septem Psalmos de Cantico Graduum prostrati super sedes de cantabunt.* Duos verò potiſſimùm Pſalmos , *qui per singulas horas dicuntur à prostratis* , recenſet Udalricus *Confuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 3. Ad Horas autem reliquas , post quatuor Psalmos, Eborarum , ut ita dicam , appendicios , suo corpore prosternimur , ut duos Psalmos dicamus , primum de septem Pœnitentialibus Psalmis , alterum de Canticis quindecim graduum &c.* Quod etiam fieri confueviffe , pro Regis ac Regni ſalute , diſcimus, ex *Append. ad Concilium Salegiuſtad. A. C.* 1022. &c. apud Eund. Columnæ ſæ veto pifces *Prostrati* dicuntur , quorum latera in tenuitatem degenerant , quosque Græci πλατὰς vocant , i. *latos*, de quibus V. Voſſium *de Idolol. lib. 4. cap. 26.*

Proſtylia Ædes , apud Vitruvium , Græcè Πρόναος , dicebatur ea , quæ contra Antas duas columnas angulares habuit , & ſupra Proſtylia , & dextrà ac ſiniſtrà in veſtibulo ſingulas. Ἀναστήλωσις verò , quæ in poſtico ad eundem modum columnas & ſaſtigium habebat , ut in fronte ſeu pronao. Cum *Templum in Antis* diceretur , quod antas haberet in pronao , ſeu cujus πρόναω antas tantùm habeba: in fine parietum , qui cellam adis circumcludebant & in medio antarum duas columnas in ſua quæ faſtigium. Quam in rem V. plura apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1216. & ſeqq.

Proſtypa , Græcè πρόστυπα , dicebantur ſimulachra , quæ ſic ſcalpebantur , ut non ſa exterent eminetenique , ſed velut adfixa vifis unum tantùm latus oſtenderent; à quibus diverſa ἐκτυπα, ἀφεδρικὰ etiam & ἐνάρυπα dicta, quum totæ & apparentes imagines ex omni parte eminerent. Illud Galli *en boſſe* , hoc *en relief*, vocant. Athenæus *lib. 5. Οὗτοι δ' ὄχον ἄνθη κάθησαν πεπαῆναι τὸ ἔμπροσθεν ξύλο, ἢ τὸ τοῦ γυμνάδου , τὸ δὲ τοῦς ὀπίσω πρόσωπα κεκολλῆσι πεποιημένα. In superiore parte* (craterum) *calata animalia ſic erant, ut tota conſpicua apparerent. In collo & ventre proſtypa adhærebant , dimidia tantùm ſui parte expreſſa.* Plinius *lib. 35. cap. 12. Primordia, perfimus regularum extremis imbricibus, quæ inter initia proſtypa notavit ; poſtea idem ectypa fecit*, &c. Niſi potiùs πρόστυπα dicas , quæ Galli *en demie boſſe , incuvum, en boſſe*, ipſi nempe & figuris extantia , quibus contraria ἔνστυπα , quæ intus depreſſa funt & meiſa : unde ἐνστυπώματα de gemmis ſignatoris dixit Clemens , quæ cavatæ funt. Nam ἐνστυπώσεις de his, quæ ectypam præferunt imaginem , ut loquitur Seneca *de Benefic.* Plerumque tamen ἔνστυπα funt ἀφεδρικὰ, quia ſi eras caper ille Veterum carminibus nobilitatus,

Stat caper in pbiala dulci Myrrhe unve Myronis ;

Sic nempe ut integer & ἀφεδρικὸς apparetet &c. Et quidem ſigna ſeu ſigilla , ἔνστυπα ac ἀφεδρικὰ , aliàs *emblemata*, uti cælaturas has Cicero vocat , plerumque poculis immittebantur & illigabantur ; ut cruſtæ , de proſtypis , quibus operiebantur; utraq; tamen eximi ac revelli poterant & aliis rurſus illigari , V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1046. & ſupra ubi de voce *Cruſta*, item *de Emblemate*, ut & in *Toreutice*.

Prota , apud Hebræos , dictus eſt minutulus nummulus, ſeu nummuli pretium , de quo V. Maimonidem *Tract. Toajon Wenetaien cap. 3. §. 1. &c.* Eo quod minus erat, pro pecunia non habebatur , adeoque nec forenſis ejus ulla erat ratio. V. Seldenum *de Synedriis Ebræor. lib. 2. cap. 12.*

Proteſilvyriitis , in *Charia* Irenes A. C. 1306. apud Guicheno. num in *Bibl. Sebus. Centur.* 1. *cap.* 86. Græcè πρωτοσυνοδὸς, dictus eſt *Tyrannis à Secretis*, voce Latinâ à Græcis recentioribus in ſuam linguam inſarta. V. Car. du Freine *ad Cinnamum pag.* 493. Dominic. Macrum in voce *Proto à Secretis* , & ſupra in voce *à Secretis*.

Protaſis , prima eſt ex 4. præcipuis Comœdiæ partibus , in qua proponuntur & ſuſcipiuntur conſilia rei gerendæ : ſeu, ut Scaliger habet *Poët. lib.* 1 in qua Summa rei proponitur , & narratur , ſine exitus declaratione , nempe ut ex inopinato exitu creſcat fabulæ jucunditas. Donato , eſt primus actus fabulæ , quo pars argumenti explicatur , pars retinetur , ad populum in expectatione tenendum. Comprehenditur illa plerunque actu primo , raro fecundo , ut in Plauti *Milite Glorioſo*. Ab ea perſona *Protatica* dicitur , quæ, ad *Protaſin* adiciti ſolita, in toto reliquo Dramatis non repetitur : Talis Sofia fuit , in *Andria* ; Davus in *Phormione*. V. Joh. Roſinum *Antiqv. Rom. lib. 5. cap. 9.* & Auctores Poëticæ Gieſſenſis *lib 2. cap. 9.*

Prote , adde : Valeſio una Stœchadum eſt , & Græcè νῆσος , id eſt , *prima* , à Maſſilienſibus appellata , quoniam primam Maſſiliam navi petentibus occurrit ; hodie dicta *le Rouneau*, quaſi *Protonesus* , litera ρ ſublata. Quemadmodum lecunda Stœchadum *Mese* , Gr. μέση , id eſt , *Media* dicitur , quod inter *Proten* & Hyperam , quæ terria eaque extrema ac Maſſiliæ proxima eſt , medium obtinet locum. V. Hadr. Valeſium *Notit Galliæ* , in voce *Stœchades* , ut & in voce *Maſſilia*.

Protectidus , Græcè Προϊσταμένος , q. *primus Vindex* ſeu *Defenſor* , nomen Officii in Aula Conſtantinop. cujus erat , ſuſcipere captivos & cauturam criminalium Judicium exercere. Codinus *de Offic. lib.* 1. Item in Eccleſia Conſtantinopolitana quod ſpectabat , cauſas criminales Clericorum cognoſcere Idem quod ille defenſor erat & ſuum jurisdictionem, in Templorum ingreſſu , exercebat , qui ideo πρωτοστάτης dicebatur. Quod officium primo ordini Clericorum à Patr. Gregorio Xiphilino additum eſt , *quia* , ut ait Balſamon , *non libenter defenſoris munus renuntiabant, ne ad alia officia aſcenderent, propter ejus incrum* , unde prædictus Parriarcha in cer primas Eccleſiæ dignitates hoc officium retulit. V. Dominic. Macrum *Hierarchico* , & ſupra in vocibus *Defenſor* ac *Ecclesia*.

Protellia , V. ſupra *Projecta*.

Protector, dicitur apud Anglos, Regni Gubernator ac Rector, abſente vel defuncto Rege , aliàs *Dux Defenſor* , apud Thom. Walſingham anno pag. 408. A' quo faſtigio ad dignitatem Regiam , quàm facilis aſcenſus ſit , ut ioquitur Verulamius *in Henrico VII.* Oliv. Cromvelli hiſtoria affatim probat. In Aula Romana , *Protectores Regnorum* Cardinales nonnulli dicuntur, quorum unus eſt , electiones ac alias Provinciæ libi addictæ cauſas , in Senatu Purpurato proponere. V. Octav. Veſtrium *de Judiciis Aulæ Rom. lib.* 1. Olim verò *Protectores* dicti funt , *ei συμβεβηκόσιν Principis* feu electi ad cuſtodiam corporis ejus. Æl. Spartianus in *Anton. Caracallo , naufragii periculum adiit , arenná fractâ , ita ut in ſcapham cum* protectoribus *deſcenderet.* Jul. Capitolinus *in Maximinis , Inde Carthaginem venit cum pompa Regali , &* Protectoribus *& faſcibus laureatis.* Ubi *protectores* , cum è militibus qui Carthagine potuerunt reperiri, tum è civium numero aliiſſimæ quemque ſtaturæ , eum ſibi ad corporis cuſtodiam legiſſe , addit Herodianus &c. Horum Schoſam inſtituiſſe Gordianum , auctor eſt Cedrenus , quæ longè dignioris ordinis cœteris Palatinis Scholis eſt habita : adeò ut Conſtantinus , Conſtantini M. Pater *Protector* primùm , dein Tribunus fuerit , atque ad id muneris militantes fere omnes aſpirarent, uti diſcimus ex Paulino Nolano *Epiſt.* 39. ad *Sillitem* & Julio Firmico *Mathem. lib.* 3. *cap.* 14. Προϊστάμενος & Προϊσταμένη dicuntur , in *Actis* SS. Philemonis & Apollonii *cap.* 3. Βασιλικοὶ ἀφεδρικοὶ, Menandro Protectibus aluti *lib.* 8. *Hiſtor.* Τακτικοὶ, in vet. *Gloſſ.* &c. Unde *Exprotector* , Ἀπολυθέντας, in *Vita* S. Eudociæ Martyris. Quia autem ex horum Schola mittebantur , qui limites tuerentur vel itinera , hinc *Protectores Limitum* occurrunt , in *L.* 1. *Cod. Theodoſ. de Protector. & leg.* 3. *de Litter. & Itinerum cuſtodia*. V. Car. du Freine in *Gloſſariis* & Salmaſium *ad Hiſtoriam Aug.* paſſim , maximè verò ad *loca cit.* De *Protectore* autem *Domeſtico*, ſupra in hac voce.

Protelea , Gr. Πρότελεια , quia eadem Diana ac Juno , tum Junonis erat ſacrum , tum feſtum Dianæ. Ac Junonis ſacrum ſic dictum ante nuptias fiebat , quo Sponſus Sponſaque fel abjiciebant retro atque à tergo : nomen ei , quòd Junoni τῇ τελείᾳ , id eſt , *Perfectæ* dicatum eſſet ; quæ & ipſa ſic dicta eſt , quia τέλος ὁ γάμος , ut eſt apud Suidam & Euſtathium *in Iliad. lib.* 8. & *in Odyſſ. lib. 2. cap. 26.* Veteribus autem ante nuptias ſacrificare in uſu fuiſſe poſtium , docent quoque Polyænus *lib.* 4. ubi de Nicæa , Demetrii ſponſa : Theophraſtus *περὶ γάμων. cap.* ἐκδὲ ἀνδρὸς ἐπὶ γάμους , Pauſanias , Pollux *lib.* 3. *cap.* 3. &c. Quod ſacrificium Προγάμεια , item Γαμήλια alii : Lycophron γαμηλίου θυσίαν nuncupat. Terentius *Phormione Actu* 4. *Sc.* 5. ejusdem meminit ritus , cùm inter alia ſic ait:

Ducenda eſt uxor, ut ait : concedo tibi
Spatium quidem apparandis nuptiis ,
Focandi, ſacrificandi, dabitur paululum.

Non verò ſolùm Junoni , ſed & Veneri Gratiisque hoc facrum fuiſſe factum, habet Meurſius in *Lycophron.* ubi etiam Romanis id moris fuiſſe addit , ut ante matrimonii copulationem ſacrificarent,ut & in divortio : unde Conſarreatio & Diffarreatio antiquitatis ſtudioſis notæ. Imò apud eosdem *Sponſus & Sponſa* hinc appellati, quòd σπονδαὶ interpoſitis rebus divinis facerent, teſte

teste Festo. V. supra in voce *Nuptiæ.* Similiter Athenis, pridie nuptiarum (Προγάμια itidem dixere) Virgines in honorem Dianæ, ad Deam placandam, canistra ferebant, quod pluribus exponit Theocritus Scholiastes *in Idyll. 2.* Quemadmodum Dehias Virgines, quando nupturæ essent, eorum desectam Opidi & Hecaergæ dicasse legimus, apud Pausaniam *in Arcadicis* & Herodotum *in Melpomene.* Unum autem idemque Numen fuisse Opidem, Hecaergam, Dianam, ostendit Vossius præfatus *de Idolol. lib. 2. cap. 29.*

Protelum, apud Plinium *lib. 9. cap. 15.* ubi de siluro pisce. *Protelo bovum & in Danubio extrahitur*: Paulo ante pro eodem dixit, *jugis bovum*, de Attilo Pati, *Cathonis equus bumo, nec nisi jugis bovum extrahitur.* Aliter tamen ea voce Vett. usi, qui dixellent, *Protelo jugis bovum extrahitur.* Necenim *protelum* jugum esset, sed tenor in ducendo quidam, tractusque longus & continuatus. Lucilius,

Quem neque Lucanis oriundi monibus tauri
Ducere protelo validis cervicibus possent.

Quo loco itidem *protelo* adverbialiter positum videtur, & *ducere protelo* idem est, atque uno tenore & continuo tractu ducere. Cato *in Originibus*, *Sed protelo trini boves unum aratrum ducent.* Id est, tres boves juncti facili & continuo tractu unum aratrum ducent. Quæ enim difficulter trahuntur, non continenter, & uno tenore ducuntur, sed saltuatim & crebris intermissionibus, repetito velutu impetu: cui contrarium est, *protelo ducere.* Lucilius,

Hunc juga mulorum protelo ducere centum
Non posserunt.

Quare Plinius ex Vett. usu scribere debuisset, *protelo jugis boum extractus*, &c. Hinc *prosetare* verbum, pro longe pesiere, vel inceslanter perfequi, quo de V. plura, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1318. & 1319.

Prosiliæum, Græcè Προσηλιάκειον, *Prosiliti Fanum* vel Sepulchrum, in Cherroneso erat, ex adverso Sigei; circa quod arbores plantatæ, ubi in eam altitudinem increverant, ut illum possent alpicere, statim inarcescebant, deinde reviescere incipientes iterum à solo erefcebant, Strabo & Plinius *lib. 16. cap.* 44. Paulo aliter *Epigramma* Philippi nondum editum, quod non totas arbores interisse docet, sed summum duntaxat earum cacumen, & quantacunque pars Ilium aspexerit, inarescere, desisi foliis. V. illud apud Salmasium *ad Solinum pag.* 870. Certè & apud Abydenos cultum esse *Prosiliæum* divinis honoribus, diximus ex Mela, qui *lib. 2. cap. 2.* in hac regione *Prosiliæi ossa delusbro conservata fuisse*, refert. Eundem Dionomenes pinxisse legitur, apud Plin. *lib. 34. cap. 8.*

Proteus, Rex Ægypti, quem tertio loco post Sesostrim præfuisse, tradit Herodotus; Trojani belli temporibus. V. *Proteus. At Proteus Cassoricus*, in *Musæo* Kircherianо, speculum erat prægrande, in quo seipsum intuens cernebat; machina verò talarte fuit compacta, ut immediatè mutato situ speculi, ex tympano rotatili diversorum angulorum, modò caput suum in alterum, modò in caprinum, fusilum, aliorumque animalium transmutatum admiraretur, artificio ab Auctore in *Magia Cassorica* descripto. V. Georg. de Scpibus *in Collegii Rom. S. J. Musæo pag.* 38. Ibidem *Proteus Metallicus* spectatur. Vesica nempe vitrea cava pendet, è fontibus vitriolatis Hungariæ transmissa, quæ adeo corrosivâ pollet qualitate, ut exiguo temporis spatio ferri terrea excrementa corrodendo, ferrum in rubrum cuprum tingat &c. *pag.* 46.

Prothesis, Græcè Πρόθεσις, vocabatur, cùm mortui ad fores extant collocati, vestibus in publicum pedibus, usque dum efferentur. V. supra in voce *Pofiti.* In Ecclesia Græca sic Altare minus adsinistram Bematis partem, (cùm majus, dictum ἁγία Τράπεζα, in medio sit) à dicum est, in quo Græci multis ceremoniis, panem & vinum, in Eucharistiæ usum præparant, indeque tempore consecrationis *processionaliter*, ad sacrum Altare, deferunt, cui pompæ interesse olim solebat Græcus imper, coronationis suæ die, hoc modo: Tempore deferendarum oblationum, aliqui Diaconi sibant invitatum novum Imperatorem, qui cum eis ingrediebatur in *Prothesis* locum, ubi manto auro contexto indutus, capite gestans coronam & baculum manu, qui *Narthex* dicebatur, sinistrâ, centum militibus armatis stipatus, inde procedebat: sequebantur Diaconi, ac his succedebant Sacerdotes, oblationes ferentes. Tum accedebat ad majorem portam in Sancta Sanctorum aditum pandentem, ubi expectabatur à Patriarcha, qui postquam se mutuò salutassent, in parte exteriore subsistente Imp. interim tranfibat Diaconus, Patriarchale ferens pallium dexterâ, qui in conspectu Imperatoris gradum sistens elatâ voce dicebat, *Recordetur Dominus Deus potentiæ Regni tui, in Regno suo, ubique nunc & semper & in secula seculorum, Amen.* Quod ab aliis quoque Diaconis ac Sacerdotibus, qui sequebantur, iterabatur: donec ingressi Sanctuarium simili modo Patriarchæ acclamarent, *Recordetur Dominus Deus tuus Pontificatus tui ubique, &c.* Quibus peractis, Imperator, salutato Patriarchâ, paludamentum deponebat & ad sinum locum recedebat. Tempore dein Communionis, quam hæc die sumebat intra cancellos, cum aliis factis Ministris, propriis manibus Eucharisticum panem & calicem, à Patriarcha sibi porrectum, accipiebat &c. V. Dominic. Macrum, *in Hierolexico*, ubi in Ecclesia Galliæ Turonensi similem quandam processionem hodieque vigere, addit. De *Panibus ante propositionis*, seu *Propositionis*, unde hæc appellatio mutuata, V. quæ supra diximus, in voce *Panis*; ut & infrà, ubi de *Tabernaculo.*

Prothi seu *Proti*, Græcè Πρῶτοι, dictisunt Primores seu Præsides Universitatis Judæorum apud Siculos, du Fresne. V. *Primi*, & Rocchus Pirrus *in Archiepiscopis Messanensibus*, ubi Chartam exhibet A. C. 1340.

Prothous, nomen Herois Homerici. *Il. 8.*

Μαχέσασθαι Ἀρηϊ Προθήνορι, Τεύκρῳ τ' ἠδὲ Θόῃ, Μηριόνῃ τε, Φέρεκλον ἀμύμονα παῖδα Τεκτονος.

V. quoque Statium *Thebaid. lib. 8. vers.* 537.

Protapostolarius, in Ecclesia Orient. dicebatur princeps Doctorum, qui, populo Apostolorum Scripta exponentes, οἱ λεγόμενοι τῶν Ἀποστόλων dicti sunt. Idem Prophetas quoque prælegendi jus habebat. V. Meurs. *Glossar.* & Suicerum *Thes. Eccl.*

Proto à Secretis, alias *Proto-Secretarius*, V. supra in voce *Protasiarii.*

Protobestiarius, in Aula CPolit. qui omnibus Vestiariis præerat, dictus eli. V. infrà *Protovestiarius.*

Protocanonarcha, in Ecclesia Græca, præfectus est Canonarcha rum, de quibus supra diximus.

Protocapellanus, dicitur Hebronius Episc. Pictav. in vet. *Chartа*, apud du Fresne, h. e. *Archicapellanus.* V. *ibi.*

Protocatapanus, apud Lupum Protospathar. in *Histor.* sæpiùs occurrit, V. supra *Catapanus.*

Protocerius, Græcè Πρωτοκήρυξ, apud Cassiodorum dicitur Officialis à Sigillis, Dominic. Macer *in Hierolexico*, V. quoque *Primicerius.*

Protochartularius, Officium in Ecclesia Rom. Monasticum est, V. supra *Chartularius.*

Protochrisiscla, Constantinus M. dicitur Glabro Rodulfo *lib. 4. cap. 6.* eodem sensu, quo Rex Galliæ *Christianissimus.*

Protocollum, Græcè Πρωτόκολλον, tum in chartæ scapis, tum in libris compactis, dicebatur olim prima scheda, quæ primo loco glutinata erat, à Gr. κόλλα, *gluten.* Notissima sunt de chartis Justiniani verba, *Novella 44.* qui constituit, ne Tabelliones in aliam chartam mundum contractum referant, quàm quæ habeat protocollum: Μὴ ἐξ ἑτέρου χάρτου καθαρὸν σχεδίον συνάπτειν, πλὴν ἐφ' ᾧ ἐν ὅλοις δι' ἡμερολογίου τὸ κεκτημένον πρόκολλον ἔχῃ. In prima fronte scapi positum erat illud *protocollum*; cumque scapus chartæ plures schedas ac plagulas haberet, sola prima adnotandum præferebat, quo Comite Largitionum, sub quo erant Chartariæ; quo tempore & à quo præparata fuisset illa charta; atque hæc prima scheda, quæ πρωτόκολλον habet, prorsus erat inutilis scribendo, ut quæ præscriptam haberet scripta. Hinc illam Tabellionès & Librarii excindere ac revellere, ut immundam, solebant. Justinianus verò *Nov. d.* constituit, ut in contractibus scribendis Tabelliones protocolla in charta relinquerent, & intacta finerent, quòd ex eo falsum sæpe coargueretur. Uti autem πρωτόκολλον, in Chartis & libris, prima erat scheda, in quâ Auctoris nomen & operis titulus; sic ἐσχατόκολλον, extrema scheda dicebatur, ultimo nempe loco glutinata, V. supra in *Eschatocollon.* Postea *Protocolli* vox ad librum tectricta, in quem Acta Publica folent referri. V. Salmasium *ad Papiam in Firmo.*

Protocursor, apud Landulfum in *Phoca*, Cursorum Præfectus est. V. Dominic. Macrum *in Hierolexico.*

Protocynegius, Græcè Πρωτοκυνηγὸς, *Venatorum Antesignanus*, quem Itali *Capocaccia* vocant. In Aula CPolitana dicebatur sic, qui stapedem tenebat, cùm Imp. equitare vellet, & vestes Imperiales, si forte inter venandum sanguine macularentur, accurabat. Codinus, apud Car. Macrum *in Hierolexico.* V. quoque infrà in *Protohierocarius.*

Protodiaconus, cognom. S. Stephani Protomartyris, apud Joh. Damascenum *lib. 4. cap. 6.*

Protoforestiarius, idem cum *Protocynego*, Venatorum Præfectus, V. supra *Forestiarius.*

Protogenes, auriga celebris, principatu Heliogabali. Æl. Lampridius in *Vita* hujus, *Aurigas Protogenem & Gordium, primò in certamine curuli socios, post in omni vita & actu participes habuit.*

Protohierocarius, in Aula Impp. Constantinopolitanorum, fuit supremus Accipitrariæ venationis Præfectus, sub quo alii fuere, ut in Curopalatæ Matricula videre est. Postquam enim venatio, quæ Accipitre fit, diu ignota esset Græcis ac veteribus Romanis; namque & Aristoteles, quod vulgò ferebatur, Thracum pueros focietate cum Accipitribus inita, solitos aucupari, portentosum id, ac incredibile censuit: demum circa Constantini & Theodosii Impp. tempora, cœpit inter Romanos; primùque Julius Firmicus & Sidonius Apollinaris falconum, aliarumque & accipitrum prælia memorant. Itaque his temporibus *Protohierocarii* dignitas fua debet primordia. Geth. Joh. Vossius *de Philosophia cap. 7. §. 14. 15. 16.* V. & supra in voce *Falco.*

Proto-

Protojudex Salerni, memoratur in vet. *Charta* apud Ughellum *Italiæ Sacr. Tom. VII.* laudatum Car. du Fresne in *Glossario*. V. suprà in voce *Judex*.

Proumandatior, Mandatorum primus, de quibus V. suprà in *Mandatores*.

Protomartyr, epitheton inter viros S. Stephani; inter fœminas S. Thecle, in *Menologio Græco*. Eodem titulo Abelem, Iliæ cuum ipsumque Christum, infignirí apud Patres, docet Cl. Suicerus *Thes. Eccl.*

Protome, Græce Πρότομη, alias *dorsi*, *spongyla*, *κύκλος*, *δίσκος*, & *Scipio*. I. at. *clypeus* vel *clypeum*, item *vultus*, dicitur *imago* vultu foliúm & pectore tenus expreffa: cujusmodi erat imago Achillis in Sigeo, de qua suprà in voce *Achillis Statua*: item imagines animalium, in prora navium effingi solitæ, à quibus naves nominabantur. V. suprà pafium, inprimis in vocibus, *Clypeus*, *Cycnus*, *Dircus*, item ubi de Navium *Paraxemis*.

Protomedicus, V. suprà in voce *Archiater*.

Protomystes, Græce Πρωτομύστης, Episcopus, apud Macros in *Hierolexico*.

Protonobilissimus, apud Ughellum in Archiepisc. Barensibus, *Basilius Imperialis Protonobilissimus*, dignitas fuit Palatina apud Imp. Constantinopolitanos, Græcè Πρωτονοβελίσσιος, de qua V. Car. du Fresne ad *Alexiadem pag.* 349. Eodem elogio Ludovicum VII. Franc. R. insignivit Manuel Comnenus Imp. Constantinop. in *Epist. ad Alexandr. III. Pontif.* descripta apud Baronium A. C. 1180. quæ quidem honorifica appellatio latis arguit, quo Francorum Reges femper apud exteros loco fuerint, qua de re idem du Fresne egit peculiari *Dissertatione ad Joinvillam*. Hodie apud Zelandos fimilis dignitas eft, Gall. *le Premier Noble*, qua Principes Atrallonenfis præfulget. Vi quoque fuprà *Nobilissimus*, de qua voce id folùm addo, etiam *Nobilissima*, cùm ereatrum, coronari confueviffe, veftem i. tem eorum purpuream & auteo limbo ornatam fuiffe, ex Zonara & Zofimo, laudatis Cl. Suicero *Thes. Eccl.* voce Νωβελισσιμος, ubi fub Conftantio & Licinio hoc nomen cœpiffe, & *Nobilissimas* quoque filias Imp. imò & uxores, nuncupatas effe, addit.

Protonotarius, vox hybrida, Πρωτονοτάριος, h. e. *primus Notarius*, nomen dignitatis eft in Aula Romana, qui alias Protofcriptor Ecclefiæ vocitatur, item *Notarius Sedis Apostolicæ*: inftitutæ primitus, ut Martyrum Acta collligeret, à Clemente Epife. Rom. ut quidam volunt; poftea ad numerum duodecim tum auctæ, à Clemente V. Ejus olim erat in creatione Pontificis, nomen ei pro jubitu imponere &c. Hodie duplices *Protonotarii* funt in eadem Eccl. *Participantes* & *non Participantes*. Quorum illi habitu Prælatitio utuntur, in Curia & extra eam, multisque gaudent privilegiis: Poffunt enim fpurios natalibus reftituere, Protonotarios non participantes, Equites Auratos, Notarios Apoftolicos, Doctores Ut. J. ac Theologiæ creare, Infuper mitrâ uti poffunt, aliisque Pontificalibus *paramentis*, in Miffa folenni, cum licentia Ordinarii, fi præfens fit. Iidem rochetti ufum in Urbe habent, in Pontificia Capella præcedunt Commendatarium *Spiritus S.* in Saxia, Meffanenfem Archimandritam ac omnes Abbates mitratos &c. Iifi, nempe *Non participantes*, numero indefinit, habent extra urbem rochetti & mantelleti ufum, fed non poffunt annulum habere in digito, dum celebrant, præcedunt Canonicos & Cathedrales &c. In Ecclefia Conftantinopolitana, *Protonotarius* erat ex fecundo Clericali ordine primus, cujus erat Antiftiti in Ecclefia mi iftrare, tenentemque attamentarium ftare ante ipfum, &c, fi quid fcripto opus fuerit, fcribere; præterea Lectores Ecclefiæ examinare, teftamenta fcribere & mandata manumittere. Idem *Janus Exactatorium* dicebatur, quòd ingreffi in ordinem fuperiorem Excactatorem primum propior eflet. V. Macros in *Hierolexico*. Sed & in Palatio duo hoc nomine, unus ὁ τῶ Σηκελλίου, alter ὁ τῦ βήματ. I. Caſp. Sucerus *Thef. Eccl.* in hac voce.

Protopapa, Græce Πρωτοπαπᾶς, nomen dignitatis præcipuæ in Ecclefiis Græcanicis, de qua Codinus *de Offic. cap. 1. num. 30.* & ibi Greterus, ac Goarus, Meurfius quoque in *Gloffar.* Eum fic dictum vult Leo Allatius *de Græcorum Templis pag.* 135. quia *ſi πρῶτος τῶν ἱερέων, primum inter Sacerdotes*: unde *ἀρχιερεὺς ἐστιν* vertunt interpretes eundem Codini. Πρῶτος certè apud Byzantinos ὁ τῶ Βασιλέως νεὼς, & Πρωτοπαπᾶς τῦ Παλατίου, inden apud Scylitzem pag. 717. & Joelem *in Chronogr. pag.* 182. Quæ quidem appellatio gradui *Protopapæ* omnino convenit, cùm in Ecclefia Sophiana fuerit πρῶτος τῦ βήματ. i. *in conſeſſu dignitatum Eccleſiaſticarum, intra Eccleſiæ cancellos, ſecundùm à Patriarcha* conſederit, ut eſt apud Codinum. V. Dominic. Macrum *in Hierolexico*, qui *Magnum Protopapam* hunc dictum, & ab alio *Protopapa*, qui omnibus Clericis Capellæ Imper. præerat, diftinctum nonnunquam: aliquando verò Magnum Protopapam, tum Patriarcharum, tum Palatii Clericis, præfectum fuiffe, addit. Meffanæ, in Sicilia hodieque, in Ecclefia, *Catholica* dictâ, viget eo nomine dignitas, cujus infigne baculus cum duorum leonum capitibus. Cùm enim adhuc fub Græcis Imp. Sicilia effet, manfit hæc Ecclefia Latinæ conformis, in dogmate de Proceſſione Spiritus S. licèt usque in hodiernum diem Græco ritu ibi Officia celebrentur: in azymo tamen conſecrant, & veſtibus Sacerdotalibus utuntur Latinorum more. Hic itaque Meſſanenſis *Protopapas*, præter jurisdictionem, quam in multis Eccleſiis ejusdem Civitatis, quæ ipſi olim ſubjectæ erant, exercet; non parùm à Clero Eccleſiæ Metropol. honoratur: Die enim Pentecoſtes ad hanc *Catholicam* Eccleſiam proceſſionaliter accedunt Canonici Cathedrales, Protopapam ad Cathedralem Eccleſiam deducturi, ubi Græco ritu ſolemnes illæ Veſperæ canit, dein eadem pompâ ad propriam Eccleſiam reducunt &c. Ill die item Circumciſionis, in ſolenni Cathedralis Miſſa, ibidem Epiſtola & Evangelium à Græcis Subdiacono & Diacono legunt. Sed & in Eccl. Bovenſi, appellari etiam num Archipresbyterum Πρωτόπαπαν, monet Ughellus, apud Car. du Freſne. V. etiam de Macrum *ubi ſuprà*, & Cl. Suicerum *Theſaur. Eccleſ.* in hac voce.

Protopsaltes, Hæretici, Judaico more in azymis Paſcha celebrantes: *Sabbatani* quoque dicti, à quodam Sabbatio Hebræo, Sectæ auctore. Baronius tamen eosdem cum Novatianis facit, *ad A. C. 413 num.* 28. Macri Fratres *in Hierolexico*.

Protopatricius, Græce Πρωτοπατρίκιος, apud Malchum *in Hiſtor. Byzant.* & Theophanem, dignitas fuit in Aula Conſtantinopolitana, quâ donatus legitur quidam Coſmas Arrhius: Protopatricius Imperatorius & Strategus Siciliæ ac Longobardiæ, ſub A. C. 893. apud Ughellum in *Archiepiſc. Benevenſan.* Mira Marcellinus Com. *Aſparis primi Patriciorum* meminit, V. ſuprà in voce *Patricius*, & Car. du Freſne in *Gloſſar.*

Protopincerna, apud Joannem VII. Pontif. *Epiſt. 216. primus Pincernarum*, in Aula Franciæ Regum, dignitas fuit: qui alias *Princeps Pincernarum*, in *Vita S.* Hermelandi Abbat. *Primus Pincernarum*, in *Diplomate* quoque Ludovici II. Imp. *Pincerna Regis* abſolutè apud Hariulf. *in lib. 4. cap.* 12. dicitur. V. *ſuprà*, *Protospatharius*, & *Protoparetus*, vox hybrida, apud Prudentium *Hymn.* 9. de Adamo, du Freſne in *Gloſſar.* & Macri Fratres in *Hierolexico*.

Protospatharius, in Eccl. Conſtantinopolitana, dicebatur primus eo um, qui Epiſtolam in Miſſa legebant, Dominito Macro *ibid.* forte *Protopsaltarium*.

Protospsiues, quaſi *Primus Cantorum*, dictus eſt in eadem Eccleſia, *ad quem ſpectabat intonare, ad officium vigiliarum, illa verba*, Ἐυλογητὸς ὁ ὀνομα, *i. Benedic Domine*, Idem etiam *polychronion* ordiebatur, Idem in voce *Domeſticus*. Porrò redigebat in ordinem & numerum cantiones ac Cantores, ac primus colocatur à Codino in ſeptimo quinario officiorum Eccleſ. aliter *Lanſnatia* dictus. Cujusmodi *Protopſaltæ* cùm plurimi erant, ad 25. redacti ſuntâ Juſtiniano. Cl. Suicerus voce Ψάλτης, ubi inter Lectores cenſitos, addit.

Protospsiniarius, in *Chronico* Farfenſi *pag.* 67. apud du Freſne, dignitas in Eccleſia Rom. V. *Protonotarius* ſuprà. Idem *Protoscriptor* quibusdam, Mac.

Protosebastus, Græcè Πρωτοσέβαστος, i. *primus Auguſtus*, dignitas præcipua in Aula Græca, quæ Imp. filiis ac conſanguineis conferebatur. *Protoſevaſtus* alias, quam dignitatem ab Alexio Comneno primùm inventam, fratrique ejus Adriano conceſſam, habent Anna Comnena & Zonaras. Blondus *Decad. 2. lib. 5. Emanuel Conſtantinopolitanus Imperator —— miſit Oratorem ex Italia Graiofronem Jordanum Roberti olim Capuani Principis filium, Patricii Imperialis, Protoſevaſtum*. Rogerius Hovedenus Latinè *Comitem Palatinum*, alii *Primum Comitem*, exponunt. V. Codinum *de Officiis Aulæ CP.* & *ad num* Gretterum ac Goarum, præterea Meurſium *in Gloſſar.* Car. du Freſne in *Gloſſario*, & *Not. ad Cinnamum pag.* 311. ubi Ducî Venetiarum hanc dignitatem olim ab Imp. Conſtantinopolitanis conceſſam eſſe docet, & Macros Fratres in *Hierolexico*.

Protoseretes, Gr. Πρωτοσπαθάριος, apud Anaſtaſium Bibl. *in Vitis Pontific.* Alias *Protoscrevarius*, apud eundem *in Collectaneis*, à Sirmondo editis, *pag.* 284. Et Ἐπισκοπολογίῳ, apud Anonymum *de Templo S. Sophiæ*, Salmaſium *ad Vopiſcum in Aureliano*, C. du Freſne in *Gloſſario* & inprimis *Not. ad Cinnamum pag.* 311. Dominic. Macrum in *Hierolexico* &c.

Protospsthariorius, apud Leonem Oſtienſem *lib. 1. cap.* 51. de Symbatio, *Imperialis* Protoſpatharius & *Strategus Macedoniæ* &c. eſt *primus* & princeps *ſpathariorum*, h. e. ἐυνοῦχος ὑπάρχων ἐυνουχισμένος cenſetur. *Protoſpatha*, in vet. *Epitaphio* in Baſilica S. Baſilii, Brundufii,

—— *illuſtris, pius acthius atq, refulgens*,

Protoſpatha *Lupus urbem hanc conſtruxit ab imo*:

apud Car. du Freſne in *Gloſſar.* V. quoque *Gloſſarium* Joann. Meurſii, & Cl. Suicerum *Theſaur. Eccleſ.* ubi inter *Magnificos* cenſitos addit.

Protosstrator, in eadem Aula dignitas, cui Stabuli Imperatorii cura incumbebat; quafi *princeps Stratorum*, qui ſub ipſo equos Imperiales curabant. *Mareſcallum* interpretatur Nicetas, ubi de Godofredo Bullionæo, *Dignitate erat ſtr ille Mareſcallus, quod Græcis eſt Protoſtrator*: Joann. Curopalata, *Equiſonum primum* exponit, apud Dominicum Macrum *in Hierolexico*. V. quoque Car. du Freſne *Notis ad Cinnamum, pag.* 474.

& 475. Hinc *Protosfatorius* Baculus, apud Nicephorum *Histor. lib. 7.*

Protosymbolus, in Historia *Miscella lib.* 19. *pag.* 600. *Mortuus est Mauharius Protosymbolus Saracenorum, qui fuit Prætor annis* 20. *& Amiræ functus officio annis* 24. nomen est, quo Saracenorum Principes olim vocabantur, ut Fresne.

Protosyncellus, Græcè Πρωτοσύγκελλος, & *e. primus domesticus* dignitas Ecclesiastica fuit in Ecclesia Constantinopolit. quasi omnium Syncellorum, *i.* habitantium sive Domesticorum Patriarchalis Palatii primarius. Idem Patriarchæ Vicarius, & futurus Successor erat; unde dignitas hæc, à Capitulo Ecclesiæ, consensu Imperatoris exorato, confrebatur. Meminit ejus Phrantzes *lib.* 2. *cap.* 2. *Eodem præterea mense ab Imperatore Joanne ad Papam Martinum Legati redierunt, Marcus, inquam, Jagrus, & Strauopedarcha & Magnus Protosyncellus.* Similis dignitatis vestigia sub Normannis Principibus in Sicilia deprehenduntur in *Charris* quibusdam vett. quæ habentur apud Ughellum, *Italia Sacr. Tom. IX.* uti nonc Car. du Fresne in *Glossario*, qui primum Syncellorum Patriarchatum vel Episcoporum hoc nomine fuisse infignem, addit. Quinam verò *Syncelli* Græcis dicti fuerint, videbimus infrà, in hac voce.

Protothronus, Græcè πρωτόθρονος, quis dictus fuerit in eadem Ecclesia, indigitat Guil. Tyrius *lib.* 14. *cap.* 12. *Certum est autem, quod inter tredecim Archiepiscopi, qui à dictus Apostolorum Sedi Antiochenæ subditi fuerunt, Tyrensis quidem primum locum obtinuit, ita ut in Oriente* Protothronos *appelletur*: Nempe ita appellatus est Episcoporum, ad Patriarchalem Sedem pertinentium, primus, ut Anastasius docet *ad Concilium Octav. act.* 1. apud Eund.

Protovestiarius, Græcis Πρωτοβεστιάριος, præterat omnibus Vestiariis in sæpius memorata Græcorum Impp. Aula; quod officium maximæ existimationis fuisse docet Codinus *lib.* 2. ubi Michaelem Palæologum Imp. refert *Protovestiarium* Palatii fecisse, suum ex sorore nepotem Michaelem Trachaniotam. Idem vero & Ecclesiasticum officium erat, quo de diximus aliquid supra, in voce *Cnyssifrus*. V. Dominic. Macrum in *Hierolexico*, cui adde Joann. Meurfium in *Glossar.* Xylandrum *ad Cedrenum initi. Historiæ*, Jo. Casp. Suicerum *Thes. Eccl.* voce Πρωτοβεστιάριος, nec non quæ dicemus infrà in voce *Vestiarius*.

Protus Æthræ, Lucifer dictus, Aldheimo *de octo vitiis, & Angelicis Principe & protus Lucifer ætheræ*:

i. primus, Græcè πρῶτος. Sic idem in *Chrysanthe pag.* 828.

Hunc igitur genitor florentem tempore proto,
Tradidit inveterum rectorum forte Magistris,
Ut quæ inscitia illius fuerant, discerem artes &c.

V. Gronovium *Observ. in Eccl. cap.* 20.

Proverbium, Gr. παροιμία, alias *Adagium*, λόγος ἐκ τριῶν ἢ πλειόνων λέξεων ἢ ὅλως ἀσύνθετος, *Sermo vim manifestam obscuritate tegens.* In quo proin Donatus ac Diomedes requirunt, tum involucrum aliquod, tum γνωσιμότητα. Verùm cum permulta reperiantur apud neutiquam violandæ auctoritatis Scriptores *Proverbia*, quæ nullâ tralatione tegantur, mavult Erasmus *Proverbium* definire, *celebre dictum sâtâ quadam novitate insigne*: duoque ad ejus rationem peculiariter pertinere docet, τὸ ξενιλόμενον & παντοτεῖν. Unde *Paræmiæ* quoque vocabulum Græcis, λόγοι τὸ σῶμα ἀλλὰ πάντα τρόπον ἔχοντες ἁπλοῦν, quòd palàm per ora hominum obambulet: & *Adagii* Latinis, quasi dicas *Circumagium*, auctore Varrone. Deinde seitum, & aliquâ, ceu notâ, à sermone communi dijcernitur. Neque enim protinus, quod populari sermone tritum est, aut figurâ novatum, in hunc catalogum adlegendum est, sed quod antiquitate pariter & eruditione commendatur. Celebritas iis concingit, vel ex Oraculis Numinum, vel à Sapientum dictis, vel è Poetis quopiam, maximè vetustis, vel è Scena, Comœdia præcipuè: Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis, quædam ex apologis trahuntur, ex historiis quoque nonnulla prosluunt, quædam ex apophthegmatis sunt profecta, imò & ex temerè dicto verbo non pauca arripiuntur &c. Noviratem autem nonnunquam ipsa res adfert, nonnunquam eam figura conciliat, dignitatem usus commendat. Præterquam enim, quòd *Proverbiorum* notitia plurimùm conferat, ad intelligentiam Veterum Scriptorum, etiam Ornatum adferunt, imò Majestatem & pondus, ob antiquitatis præjudicium. Et hinc est, quòd Aristoteles *Rhetoric. lib.* 1. *cap.* 4. ea inter argumenta ἄτεχνα reponit, velut illustre testimonii genus: Fabius quoque *lib.* 5. cum exemplis conjungit ac Deorum subjungit oraculis; addens, *Non durassent æternum, nisi vera omnibus viderentur.* Multam ad hæc Historiæ lucem præbent; uti ipsa vicissim ex Historia lucem capiunt: cùm plerisque ab Historia fit origo. Sed præcipuè ad vitæ institutionem condu cunt, maximâ saltem ex parte. Unde Aristoteles *Proverbia* dicit *esse veteris Philosophiæ, magnâ humanarum rerum jactura deperditæ, reliquias quadam, partim ob compendium ac brevitatem, partim gratiam quadam, perdurantes*, apud Synesium Epist. Cyrenensem, in *Encomio Calvitiei* &c. V. Erasmum *initio Adagiorum*, & Gerh. Joh. Vossium *de Philologia cap.* 6. *tom.* 2 *pag.* 1. *Auctores seu Collectores Proverbiorum, partim deperditos, partim superstites, hic damus.*

Auctores, qui de Proverbiis scripsere.

α. Æschylus, *Proverbia* collegit, teste Suidâ: Appulejus Madaurensis, *e* veteribus Latinis idem fecit, laudatque *Proverbiorum ejus secundum libr.* Sofipater *lib.* 2. β. Aristarchus, V. Suidam. γ. Aristoteles, librum Παροιμιῶν scripsit, memoratum Diogeni Laërtio atque aliis: à Cephisodoro, ejusdatis discipulo, hoc nomine reprehensum, ὡς ἐ γνώμας λέγων ἀξίας, ut testis est Athenæus *lib.* 1. δ. Clearchus Solensis, Aristotelis auditor, idem fecit, ut ex eodem Athenæo patet, *lib.* 4. &7. Quod nomen, etiam apud Theocriti Scholiasten, loco *Clearchi*, nominis non valde antiqui, *Idyllio* 5. reponit Schottus. ε. Demones, V. Suidam. ζ. Desiderius Erasmus, præf. seculo præcipuam hac in re meruit laudem. Coepit autem hoc *Proverbiorum* opus tractare A. C. 1500. & ante obitum decies, amplius auctiusque semper, divulgavit. η. Didymus, de *Proverbiis*, laudatur Helladio in Chrestomathia, apud Photium. θ. Diogenianus Heracleota, Principatu Hadriani, περὶ παροιμιῶν opus edidit, memoratum Suidæ: Quod & codice Electoralis Bibliothecæ Palatinæ & altero Petri Pantini, publici juris Schottus. Ex eo adagia in Lexicon tum transcripsisse, refert Hesychius *in præfat.* ι. Hadrianus Junius, Hornanus, Erasmo octo Adagiorum centurias, & dimidiam, addidit. κ. Johannes Alex. Brassicanus, proximam post Junium in hoc argumento meruit laudem. Ut & Johannes Ulpius, qui ambo vulgò uno fere volumine, cum Erasmi Junioque *Proverbiis*, excudi solent. λ. Michael Apostolius, familiaris Gemisti Plethonis, æqualis etiam Bessarionis, *Paræmias* quoque scripsit privatim Basileæ editas ab Hervagio, *A. C.* 1538. Quod opus postea duplo auctius prodiit, curâ P. Pantini & A. Schotti. μ. Mylon παροιμιογράφος, memoratur Zenobio. ν. Schottus præmon. Andreas, Diogenianum præfatum edidit, illique, ut & Zenobio, geminam *Proverbiorum* appendicem adjunxit; è Vaticana unam Bibliothecæ, ex Suida alteram. ξ. Seleucus, ὁ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν, de *Proverbiis apud Alexandrinos*, laudatur Suidæ & Lampriæ in *Indice Librorum Vitæ*. ο. Tharræus, à Zenobio non minùs, ac Didymus compilatus est, ut ipse Zenobius fatetur. π. Theæretæus, V. Suidam. ϱ. Theophrastus Magistri Aristotelis vestigiis etiam hic institit, *e scripsitque de Proverbiis*, ut indicat Harpocration, in Ἀρχὴ ἀδόξου βίου. σ. Zenodotus, seu potiùs *Zenobius*, uti eum, Aristophanis Scholiastem ὁ ψιθύρας sequutus Erasmus, vocat, itidem *Proverbia* collegit tribus libb. sed ex Didymo ac Tarrhæo, de quibus suprà, tertaque numerus, ut habet Suidas, qui etiam de ejus ætate consuli potest. Illum tum Diogeniano præfato primus edidit Schottus & hujc pari geminam *Proverbiorum* appendicem adjecit. V. suprà. Apollonidis quoque Niceni meminit Stephanus in Τεμνα, ubi idem ab eo argumentum tractatum esse, adnotat.

Proviliacum, vulgò *Preuilli*, locus Gallicæ, in pago Remensi, Abbatiæ titulo illustris. Ejus meminit Frodoardus, apud Hadr. Valesium *Not. Gall.*

Provincia, præter alia significata, regionem denotavit apud Romanos, quam aut armis devictam, aut quocunque modo in potestatem redactam, Populus Romanus Magistratui suo administrandam subjecit: à *provincendo*, id est, *à vincendo* dicta, teste Festo. Talis itaque regio tum vectigalia Romanis pependit, tum Magistratui Populi Rom. ex fœderis lege obtemperavit, exceptis civitatibus iis, quæ ob merita aut immunitate, aut libertate donatæ, atque in Amicorum formulas relatæ essent. Cùm enim unus Regionis populi atque civitates non eodem modo ferga Populum Rom. gessissent omnes, hinc fere eodem omnes pacto tractatæ: sed quædam illarum foederis factæ, aliæ immunes tectæ; quasdam servitute, aliæ libertate, affectæ fuit. Et quidem, quæ vectigales erant, solvebant vectigal, tum certum, definitam nempe *Stipendii* summam; tum incertum, quod portubus rebusque venalibus, pascuis item agrisque constitutum, *Portorium*, *Scriptura* & *Decuma*, fuit appellatum. Stipendium autem five Tributum duplex iterum fuit, unum pecuniæ ordinarium, quod, in caput atque in solum impositum, quotannis exigebatur: Alterum, quod aut ex Lege, aut Senatusconsulto, pro usu *Provinciæ* aliquando imperabatur, veluti cùm naves, nautas, milites ac fumptum in eas dare *Provinciæ* jubebantur. Portorium, ex importatione & exportatione rerum venalium: Scriptura, ex pactione pascuorum publicorum: Decuma, ex agris, qui frumenti decimam five quamvis aliam partem darent, capiebatur. Frumenti verò, quod ex *Provinciis* extrahebatur, tria genera exiterunt, Decumanum, decuma quam quisque arator fine pretio quotannis dare cogebatur, quamque aut Romæ Censores, aut in ipsa Prov. Magistratus Rom. vendebat Publicanis, qui ex eo *Decumani* dicebantur: Emtum, quod aratores vendere, accepto, ex Senatusconsulto pretio, cogebantur, ut Populus Romanus inde alceretur, & Æstimatum, quod *æstimabat* Magi-

Magistratus *in fasces cellam*, in usum familiæ; cujus tamen loco pecuniam aliquando accepit, V. supra in voce *Frumentum*. Servitus verò, de qua dictum, Civitatum tota in eo posita fuit, ut legibus & Magistratibus Rom. obtemperarent: qua de causa in singulis *Provinciis* diversæ dioeceses, five diversi conventus ac diversa fora, constituti conflueverunt, quibus sine civitates attribuæ, eò juris à Magistratu Rom. posendi causâ convenire tenebantur. Ut autem earum Civitatum, quæ fervitute oppressæ sunt, *Stipendiariæ* propriè dictæ, quæ aliquid Populo Rom. pependerunt; *Immunes*, quæ nihil: Sic earum, quæ libertate erant donatæ, *Foederatæ*, præcipuæ appellatæ sunt, quæ aliquid ex fœdere debuerunt; *Liberæ*, quæ nihil. Modus autem in *Provinciam* regionem devictam redigendi, hic erat. Acceptis ab Imperatore, de superatis hostibus & regione in potestatem adductâ, literis, fecum de multa ac præmia eorum, qui victi essent, Senatus consultativ, ac, quid sibi fieri placeret, Imperatorem admonuit, decem aut quinque Legatis Senatoribus ad eum missis, ut ex eorum sententia statueret. Tum aut victis hic Gentibus ignovit, aut in *Provinciæ* formam redegit. Ignovisse verò dicitus est, cum liberos reliquerit ac fuis uti Legibus fuosque creare more patrio Magistratus permitteret: in *Provinciæ* formam redigere, cum, adcentis aut immutatis legibus, eos omnino Magistratui Rom. quotannis ab Urbe mittendos subjecerit, vectigaliaque ac conventus ibidem ut tamen pro cujusque civitatis meritis quotidiam mitius, quædam durius habebantur. Quæ sic constituta cùm essent, tum ea in concione, silentio ante per præconem facto, Imperator ferè, Præconi pronuntianda mandabat ac postremò Romam, relicto aliquo Præfecto, decedebat. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 10 cap. 22.* Rempublicam *Provinciarum* quod attinet, primùm iis præpositi fuere Prætores, qui & jus dicerent *Provincialibus*, & si res cogeret, administrarent bellum. Itaque, cum *Provinciæ* duæ essent institutæ, Sicilia atque Sardinia, duo fuerunt earum Rectores, Prætores, *Peregrinum*, in eas adjecti sunt. Inde duabus ad Imperium additunctis Hispaniis, totidem alii accesserunt, qui quaterni quaternas in singulos annos *Provincias* gubernarent. Quoniam verò in ipsis *Provinciis* sæpe tumuli us ac bella graviora excitabantur, quæ bella jam inde ab initio per Consules geri erant solita, hinc etiam Provinciæ Consulibus ordine sunt commissæ: atque ita duo postremum annis fuerunt earum Rectores, Prætores, qui in Prætura, & Consules, qui, graviore ut gente bello, in Consulatu præfuere. Qui si, prorogato post Prætura mum aut Consulatum Imperio, in *Provinciis* remanserunt, *Proprætores* funt & *Proconsules* appellati, uti supra vidimus. Post annum verò 600. novâ *Provinciarum* ordinatione institutâ, Prætores ex Prætura, quam in Urbe gesserant, Consules ex Consulatu in provincias missi, & ipsi *Proprætores* ac *Proconsules* fuit appellitati: Hi Quæstores sibi adjunctos habebant, & alios Magistratus militares. Donec Imp. Augustus ordinavit *Provincias* fuas, ut aliæ essent Proconsulares, vel Proprætoriæ, aliæ Præsidales, quarum hæ Imperatorum, illæ Populi erant. Imò, quâ quædam Populi, quædam Principis censebantur, inprimis *validiores & quas annuis Magistratuum imperiis regi nec facile nec utium erat*, ut Suetonius *in Aug.* ita crebrò mutabantur; ut quæ præcedenti anno Proconsulares, dein Propræetoriæ fuerint, prout vel Coss. vel Prætor in illas mittebantur: Sic & fiebant Præsidales, quæ fuerant Proconsulares ac vicerversâ. Certe Cretam fuisse subjure Populi, Dio Cassius affirmat, quæ apud Gellium *lib. 2. cap. 2.* Præsidalis est, nisi *Præsidis* ibi nomen generaliter sumatur. V. Joh. Rosinum *Antiqq. lib 16 cap. 24.* A *Provinciis* non multum diversæ fuere, quæ *Præfecturæ*, quòd à Præfectis regerentur, dicebantur, nisi quòd duior earum conditio fuit, qua de re V. supra. Sumtus *Provinciarum* in Prætores, primus coercuit M. Porcius Cato lege Porcia, anno 506. De Magistratibus *Provincialibus* V. supra, in Gradibus *Præfectus*, *Præses*, *Proconsul*, *Proprætor*, & Salmasium ad *Hist. Aug. passim.* Sortiri autem hi illas solebant, aut inter fese comparare. Nonnunquam, quamvis rarius, Senatus extra ordinem pro suo judicio nominatim singulas decernere solitus est, V. Livium *lib. 27. & 37.* Item Jac. Oiselium JC. *Notæ in A. Gellium lib. 15. cap. 4.* Leges de Provinciis latas, V. hic *infrà.*

Leges tum in genere, tum in specie, de Provinciis latæ.

α. Clodia, *Gabinio Syriam*, *Babylonium*, *Persas*, *Pisonem*, *Macedoniam*, *Achajam*, *Thessaliam*, *Græciam omnemque Barbiam Pro-consulari imperio mandavit*, an. U. C. 695. β. Clodia altera, *Cyprum Insulam in Provinciæ formam redegit*, missò eò M. Catone Quæstore, cum jure Prætorio. γ. Cornelia, *ei qui cum imperio in Provinciam profectus esset, tandiu illud concessit retinendum, quoad in Urbem esset reversus.* Eadem *triginta tantùm dierum non, postquam Successor missus esset, Magistratui ad decedendum indulsit*: anno 672. δ. Julia Lex, à C. Jul. Cæsare Consule anno 641. rogata, *Achajam*, *Thessaliam*, *cunctamq; Græciam liberam justit esse: Magistratibus tranquillus eorumque comitibus, famum aliaque ab oppidis & vicis submittrari præcepit*: Item, *ut duabus in civitatibus Provinciæ suæ Magistratus decedentes rationes suas relinquerent, eandemque totidem verbis ad Ærarium referrent, voluit.* Porrò, ne *Coronarium aurum lis*, *qui Provincias obtinent*, *vel ab iis accipi liceret*, *nisi decreto triumpho*: *Ne liem*, *qui cum Imperio esset*, *injuste Populi*, *aut Senatus de Provincia exiret*, *exercitus educeret*, *aut*, *bellum sua sponte gerentes*, *in regnum alienum accederent*, vetuit. ζ. Julia altera, ab eodem Dictatore lata, *Provincias Prætoriæ plus quam annum Consulares*, *plus quam biennium*, *obtineri prohibuit.* η. Manlia, *C. Mario Provinciam Numidiam mandavit*, anno U. C. 646. θ. Pompeia Lex, à Cn. Pompeio M. lata est A. C. 701. qua is *filii ipfi Hispaniam Provinciam in alterum quinquennium prorogavit.* ι. Portia lex, cujus paulo suprà mentio facta, *ex Sardinia Provincia fenatusconsultis fugatis*, *sumtus in cultum Prætorum à fociis fieri solitos circumdatis*, *aut sustinit*, anno 506. V. Rosinum *lib. 8. cap. 30.* ubi *de Pecuniis repetundis.* κ. Semproniæ, quæ de *Provinciis* primùm occurrit, lata anno 630. volunt: *Ut Senatus quotannis*, *ante Comitia Consularia*, *defignandis Consulibus provincias arbitratus suo deterneret*, *quas deinde ipfi designati inter se sorirentur.* Præterea, *cum antea Senatus decreto per Tribunos intercedi posset*, *ne deinceps liceret.* λ. Trebonia Lex, anno U. C. 698. rogata, *Cæsari imperium in Gallia*, *in allos quinquennium*, *quàm quod ex Vatinia lege concessum erat*, *prorogavit*: Senatui fic Successoris mittendi potestate adempta. μ. Trebonia altera, *Pompejo Magno & Crasso Coss. Syriam & Hispaniam provincias in quinquennium concessit.* Plut. in *Pompejo.* ν. Vatinia Lex, anno U. C. 694. à P. Vatinio Tribuno Pl. lata, justit: *C. Cæsari Galliam Cisalpinam cum Illyrico in quinquennium*, *sine Senatus decreto*, *& extra sortem*, *mandari.* Eadem is rogavit, *Ut li*, *quis in lege nominavit*, *Legati sine Senatus decreto cum Cæsare proficiscerentur.* Ut idem pecunia ex Ærario *attribueretur*: *Ut idem Colonium Novocomum deduceret.* Sueton. *in Cæsare &c.* V. de his omnibus Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 8.* ut & harum Legum quæ unique fuo loco.

Provincia, in Ecclesia Latina, dioecesis Metropolitani; *quæ fe. habet decem vel undecim Civitates*; *& unum Regem*, *& vaidem presbiteres sub se*, *& unum Metropolitanum*, *alios*, *Suffraganeos decem vel undecim Episcopos &c. Can. Scitote 6. quæst. 3.* ſicut dicit eius Episcopi, Parochia, quod vide, ut & infrà in voce *Provincialis.*

Provinciales, dicitur olim moneræ Comitum Provinciæ in Gallis, vulgò *Provincialux*; quarum usum ac cursum, in Statuto de *Moneris*, sustulit Ludovicus IX. Earum figuram delineavit Anton. Rusius in *Fastis. Comitum Provinciæ.* At *Provinciales Coronæ*, apud Tertullianum *de Cor. mil. Sunt* & provinciales *aureæ*, *imaginum iam*, *non virorum capita majora quarentes*: dicebatur illud genus triumphalium coronarum, quæ imperatori triumphanti a *provinciis* mittebantur, ad hoc ut in triumphi celebritate præferentur, cujusmodi quadringentas Æmilio Paulo, cùm triumpharet, praelatas fuisse, refert Plut. *in eo.* Erant illæ non modo aureæ & gemmatæ, fed etiam grandiscula pondorosæ, ut munus non tantùm honore, fed & pondere ac pretio, censerentur. Et manebant, apud eum, cui mittebantur; cùm insignis illa, à Senatu triumphatori decreta, deponeretur apud Jovem. Sed processu temporis, quod prius fuerat munus, tributum factum est, cui & in libertate, quod mitere, fuit *Auro coronario* nomen, quod tamen nunquam accipiebatur, nisi decreto triumpho. Cic. in *Pisonem Orat. 38.* Postmodum verò, ſub Principibus, incunte Principatu, aut nato Principi filio aut adoptione facta &c. exigi coepit; & quidem ab eorum aliquibus satis aspere remissum tamen ab Hadriano, Antonino Pio, & Alexandro Sev. apud Spartianum, Capitolinum & Lampridium. V. supra ubi de *Auro Coronario*, & plura hanc in rem, apud Car. Pasch. lium *Coronarum lib. 8. cap. 6.*

Provincialia, dicitur in Ecclesia Rom. qui Monasteria eiusdem Ordinis *provincia* nomine, in eadem vel pluribus *provinciis*, ejusdem Regni, ſita, moderatur: quo ſenſu *provincias* nomine plurumque eſt à principe Monaſterio ejus Ordinis. Richelet. *Dictionn Gall.*

Provincialis Comes, Germ. *Landgrave*, Judex dicitur ſeu Comes territorii Mediterranei, ad discrimen Marchionum, qui limites tuentur. Per excellentiam ſic dictus occurrit Landgravius Thuringiæ, apud Arnoldum Lubec. *lib. 2. cap. 35.* Quin & Hafii *Provinciales* dicuntur, in libr. *Miraculorum* S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. *num. 3.* apud Bolandum, *Provinciales*, qui *Hafsi* dicuntur &c. Memorantur autem in Germania varii Landgravii, qui *Principum* titulo gaudent: *Alsatiæ*, *Thuringiæ*, *Haſſiæ*, *Leuchtenbergæ* & *Franconiæ.* Cœteri in Comitum dignitate, *Barenſis*, *in der Baar*, *Brisgoviæ*; *Burgendiæ ſeu Burgundiæ Helvetiæ*, *in Burgendem*; *Kletgoviæ ſeu Kleckgoviæ*; *Nellenburgenſis*; *Stigoviæ*; *Suffrungenſis*; *Sungoviæ*; *Suſenbergæ*; *Tullingiæ vel Sindlingiæ*, *Turgoviæ* & *Wolgoviæ*, *V. Metropolim Salzburg. Tom. II. pag. 532.* Sed & *Landgravium de Wechinburg* & *Landgravium de Kirchberg*, memorat Albertus Stadenſis A. C. 1112. & Continuator Lamberti Schaffnab. A. C. 1304. V. ſupra in voce *Landgravius*. Aliusſuit olim *Comes Provinciæ*, idem nempe cum Rectore Provinciæ, qui provinciæ Comitivâ primi or-

dinis decoratus præerat : de cujusmodi *Provinciarum Comitibus* agitur, in Z. Wilgoth. *lib. 8. tit. 1. §. 1.* Sic habetur titulus *in Cod. Theodof. & Justin. de Comitibus, qui Provincias regunt.* Formula hujus dignitatis exrat, apud Senatorem *l. 7. Epist. 1.* è quasi colligitur, dignitatem etiam fuisse militarem, præterea jus habuisse vitæ necisque & functum fuisse officio Judicis. Cujusmodi *Provinciarum Comites* plures recenset, *Not. Imperii lib. 2. c. 70. & seqq. Comitem Africæ, Tingitaniæ, Britanniæ, Italiæ, Argentoratensem, Hispaniarum* &c. V. Car. du Fresne in voce *Comes*. Sed ex his omnibus traxere prius memorati, uti alibi diximus.

Provisiones Solidus, in *Bulla* Urbani V. apud Sorefinum, *Tract. de Camp. SS. Petri & Pauli pag. 9. Et de dicta distributione Canonicis Sacerdos, qui celebrabit, habeat solidos provisionis octo, ultra distributionem & Diaconus & Subdiaconus solidos provisionis quatuor pro quolibet* : nomen monetæ est, sic dictæ, quòd à solita *provisione* per Senatum Rom. assignata proveniret. *Solidus provisionis* dicitur, à Romano Basilicæ Vaticanæ Canonico, qui tempore Calixti III. scripsit. V. Cencium Camerar. *in suo Ceremoniali* & Macros Fratres in voce *Solidus*. At *Provisio*, in Ecclesia Rom. dicitur Diploma Regium seu Pontificium, quo quisin posfessionem beneficii Ecclesiastici, vel alicujus Officii civilis, immittitur. V. Canonistas.

Provisor, in *Charta* A. C. 1111. *in Bibliath. Cluniac. pag. 579. Ricuinus Dei gratia Provisor Tullensium, Pontio Abbati Cluniacensi* &c. Episcopus est, Ἐπίσκοπος, Inspector. *Provisor Monasterii*, apud Ingulfum *pag. 887.* cui thesaurus Monasterii commissus est. Sic *Provisores* in Monasterio eos, qui rerum secularium curam habebant, seu qui necessaria emebant, inferebant, exporcabant, & hinc cæteraque negotia procurabant, vocant *Regulæ* vitæ Monasticæ, apud Car. du Fresne in *Glossario*. De *Provisore Studiorum*, pluribusagunt *Antiquæ Definitiones Ordinis Cisterc. diffinitâ 9. cap. 41.* ubi inter alia, *Monachus verò, qui præditorum studiorum cuilibet pro tempore præpositus fuerit, non Prior, sed* Provisor *vocetur, & ubique extra studium stet in dextro Choro immediatè post Abbatem &c.* Hodie apud Venetos *Provisoris* nomen, *Provveditore*, frequens est, de provinciarum clafsimque Præfectis, seu potius, qui illis additi *providens*, ne quid earum rerum, quæ ad fecuritatem provinciarum, & clafsium armaturam alit, desit, quæ necessaria sunt, deficiat. Sed & in Urbe *Provveditori de Commune* dicuntur, qui instituti sub Petro Gradenigo operam dant, ut naves rite extruantur, neque ulla modum onerentur: Iidem visrum publicarum & pontium gerunt curam; præsunt Opificiis, Scholis ac Fraternitatibus minoris momenti ; (majores enim ad Decemvirorum curam spectant) porrò Civium privilegia ut sarta tecta conserventur curant ; pretium libris ponunt &c. V. Nicol. Dolgionium & Joann. Zittium *in lib. cui titulus, Le Cose Notabili di Venetia lib. 1.* Nec omittendum *Provisoris* nomen, Lutetiæ, de Sorbona præcipuè dici, eoque designari dignitatem perpetuam, qua qui fulget, Collegii illius curam gerere, illudque sartum tectum conservare tenetur. Sic suo tempore *Provisor Sorbonæ* Cardin. fuit Richelius, hodie Archiepiscopus Parisiensis eodem munere fungitur, Richelict.

Provocatio gentium ad Justitiam incognitam, olim frequens. Unde Avienus ad Justitiam, à Poëtis in cœlum translatam, cùm olim in terris versata esset,

— *prece interpres procul advere ab alto*
Excite oculos, placidamq; mei venerabilis ore,
Pande facris aurem ——

Qui in *seqq.* tam alte cœlo ex indignatione subvectam ait, ut vix poisit inde terras conspicere. Postmodum à Christianis mutata est, in appellationem aut citationem coram Deo vero Judice *in Vallem Josaphat*, cùm enormiter quis læsus, aut mori contra jus coactus, in terris opitulatorem non invenit. Quam rem non invenusto libello illustravit Joann. Heringius, laudatus Calsp. Barthio *Animad. in Sidon. apud Papinium Statium Thebaid. lib. 2. vers. 360.* De *Provocationibus*, verò *Ecclesiasticis*, earumque origine, & gradibus, V. *Bibliothecam* Juris Can. aliosque Auctores, laudatos Cl. Suicero *Thes. Eccl.* voce Ἔκκλησ.

Provolantia Tabulata, apud Asconium, dicuntur quæ in mœnianis prominent & extra columnas ac mutulos extenduntur, V. Salmasium *ad Solinum pag. 330.* & supra palsim, inprimis in voce *Prophorum*.

Proxeneta, conciliator, mediator est, Apud Hebræos, per Interruncium sive *Proxeneam*, quem שדכין *seu Apostolum* nuncupant, five vir, five Pater, ante finitam potestatem patriam ; five puella, postquam erat fuæ, Sponsalia inibat. Nec solùm ejus potestas, ubi nomen five Sponsi, five Sponsæ futuræ, ei designaretur, locum habuit : Sed & ut Sponsum Sponsamque ipse pro lubitu suo feligeret, fi præscripta ei esset potestas, legitima habebatur; verùm strictè admodum observanda. Et quidem instrumentum, quo *Proxeneta* potestas mandari solita est, nuncupant שטר הרשאת שדוכין, *Instrumentum seu libellum potestatis conjugii conrahendi*. Formula Proxeneteæ viri erat, *Ecce tu Sponsa sis N. hoc mummulo, aut libello.* Ubi fœminæ Proxeneta aderat, futurus Sponsus dicebat, *Ecce N. cujus tu interruncius es, Sponsa mihi fis*, aut *Spondeone eam mihi?* Cui respondebat Procurator, *Despondeo eam tibi*, aut *do eam tibi*, aut id genus aliud fimile. Quemadmodum autem minimè inficiente puella, ubi fuæ erat potestatis, scribendus erat libellus Sponsalitius, ita nec inficiente five Patre, five *Proxeneta*, ubi eorum alterutrer partes puellæ sustinebant, & c. Joann. Selden. *Jus Uxor. Ebraic. lib. 2. cap. 3.* officium *Proxeneteæ*, dicitur *Proxeneticum*, *ff. de Proxenet. l. 1. & 2.*

Proximus, idem qui Secundus, nam qui primo proximus, is secundus est, Salmasius *ad Solinum pag. 1074.* Hinc in Scriniis olim Epistolarum, Libellorum & Memoriæ, *Proximi* dicti sunt, qui in scrinio quique suo primum & principem locum teuebant: quod Magistro Scriniorum *proximi* essent, seu primi ab illo, *Priores Scrinii* eos vocat *Cod. Theod. de Prox. Cam. diff. in capite Scrinii conflituti esse* dicuntur *l. 11. eod. tit. Principes scriniorum* appellantur Lampridio *in Alexandro*. Adeoque *Proximi* in tribus his scriniis iidem erant, qui in aliis officiis *Primicerii*. In scrinio verò Dispositionum, primus non *Proximus* dicebatur, sed *Comes* tantùm seu *Magister Dispositionum* ; sicque cùm reliquorum Scriniorum primi & *Proximi* dicerentur & *Comitum* titulo ac dignitate ornarentur, hic *Comes* solùm audiebat. Omnes tamen Ἀνθυπάτοι, item *Objectandatores scriniorum* vocabantur & fuberant Magistro scriniorum, qui omnia scrinia curabat, qualem fuisse legimus Ulpianum sub Alexandro Sev. & Papinianum sub Basiano ; cùm *Proximus ab Epistolis*, falsem scrinium epistolarum ; *Proximus à Libellis*, tantùm scrinium Libellorum &c. curaret. V. Salmasium eumdem *Not. ad Lampridium in Alexandro Severo, Treb. Pollionem in Gallieno & Flav. Vopiscum in Caro Imper.* Occurrit etiam *Proximus Admissionum*, apud Ammianum *lib. 14.* & extat *Epistola 78.* Theophylacti Bulgar. inscripta, πρὸς Πατέρα τὸν Πρέξιτον τοῦ Παπίσχη. V. & Meursium in voce Πρέξιτος. Dignitas eorum, *Proximatus* : quam amplisimam fuisse, ex dictis liquet.

Pruina, ex rore gelido, gignitur, Plinius *lib. 2. cap. 66.* à Poëtis, ut alia hujusmodi, πολυσήμαντα, qui oculos ei animumque tribuunt, uti ad Papinium Statium *Thebaid. lib. 10. versu 674.* docet Casp. Barthius. Hinc Val. Flaccus *lib. 8.*

—— *Ægeæ pruinis mobilis canfpicua pruinas &c.*

Lucifero asscribitur. Ovid. *Amor. lib. 1.*

Jamq; pruinoso molitur Lucifer axes.

Ut & Auroræ. Idem ;

Flava pruinoso quæ vehit axe diem :

quòd circa id tempus generetur. Idem Barthius *ad d. 1. versu 321.*

Pruna Damascena, in offas & πλακοῦντα condita, è Syria veniebant olim, in alias regiones : unde meminit πλακοῦντος Συριακοῦ Artemidorus *lib. 1.* Eft autem πλακοῦς, *globus prunorum* seu *massa*, eorum ἐκπλεκτὸς σύνθ. Quemadmodum Theophrastus, de prunis Ægyptiis siccaris & nucleo privatis, πλακοῦντες fieri similiter scribit *Histor. lib. 4. cap. 3.* Οἱ δὲ ἐξηραμένοι τῶν σφοδρῶν ἀμέτ τὸν ἀέρα ἐφθαίνουσι τὸν καιρὸν, καὶ γὰρ πυρῆνα ἔχουσιν κρύσιον καὶ πολὺν πλακοῦντα, Thebaidis incolæ ob arboris fertilitatem, *siccatis fructibus*, & *nucleo exemto — in massas ac globos redigunt.* Statius,

Nunquam turbine conditus ruenti
Prunorum *globus, atque cottanorum :*

apud Salmasium *ad Solinum pag.* 764. V. quoque suprà, in voce *Offa*. Illa verò Damascena & magnitudine & præstantia superant *Muiginli* in Siuis, h. e. *mulieris pulcræ pruna*, quorum figura rotunda magis, quàm elliptica aut ovalis, teste Auctore *Sinæ & Europæ cap. 36.* Sed nec esui solùm apta pruna, verùm & coronis olim adhibita, quæ στέμμ. dicebantur. Hinc quidam athleta, prunorum maturorum coronâ ornatus introducitur ab Hippocrate, apud Athenæum *libro 2.*

Ἔν τῷ σοφῷ τῶν ἀθλητικῶν μὲν ὧδε
Ἐλθὼν τεθυκὼς γοιὸς ἀσφοδέλου στέφάνῳ πολυὴν
Κακκυμέλων, ἱερόκλεις, πεπτέων.

Hujusmodi namque coronam victoribus quoque imposítam, ex Plinio etiam discimus *lib. 15. cap. 13.* Eam quoque erudi" tiores negaverunt ex Perside propter sapplicia translatam; " sed à Perseo, Memphi satam. Et ob id Alexandrum illi coronare victores ibi instituisse", in honorem atavi sui &c. V. de iis plura *ibid.* ubi inter alia, apud Romanos, post Catonem demum incepisse, ait, alibique palsim.

Prusa, adde: Descript ionem ejus, qualis hodie est, accurate exhibet Cl. Sponius *Itinerar. VII. Eccl. p. 276.* & *seqq.* ubi interalia, fitum ejus adeò sublimem, ut inde Constantinopolim prospici possit, solumque fertilissimum, esse ; præterea Turcarum circiter quadraginta, Judæorum tr. millia, urbem incolere, Armeniorumque & Græcorum etiam quosdam in subur biis habitare, refert. V. & hîc infrà.

Prusias, qui adversus Croesum bellum gessit, memoratur Straboni, qui illum *Prusam* sub Olympo condidisse ait, κλίσαι eam vocans ἡμερὶς τὸ ὄρος Κροίσου πολεμοῦντα. V. Salmasium *ad Solinum pag 877. & 878.*

Prussia,

Prussia, adde: Pop. Prussi, *Borussi* & *Prutheni*, qui, antequam nomen dedissent Christo, tria hæc Numina coluisse dicuntur, *Perkuno*, sive fulmen, cujus honorii quercus ignis servabatur: *Patrimpo*, cujus in honorem serpens vivus lacte alebatur: & *Patelo*, cujus symbolum hominis demortui erat caput. Eadem gentes hos Deos venerata est, *Pherkhayn*, qui Lar erat sive Deus domesticus, ac præterea jumentis & cæteris quadrupedibus. *Smeyhrato*, cui cura erat avium: & *Gurcho*, qui cibo potuique præsidebat. Auctor Guagninus Veronensis in *Sarm. Europæa*, in *Prussiæ Descript.* ubi & adjungit, præterea *tonitrui*, *Lunæ*, *Stellis*, *terpentibus brutibusque*, & *omnibus rem creatis*, *divinum hos honorem deculisse*.

Pruthingi, Zosimo dicuntur, qui *Gruthungi* Amm. Marcellino *lib.* 27. *Truttungi* Polloni in *Claudio*.

Prytaneum, adde: Hinc *Prytaneiorum Monera* dicta Comitum Campanæ, quod ibi cuderetur, du Freine *Glossar.* voce *Moneta*.

Prytis, Gr. πρῆτις, saltationis bellicæ genus: Ita enim Vossius *lib. de 4. Artibus Pop. cap.* 3. §. 51. *Saltationis bellicæ genera erant*, Πυρριχιστικὴ, Καυκικὴ, Κολυμβητικὴ, Πρῆτις, Πυρρίχη. Τελεστικὴ; quæ singula, ex Vett. monumentis, prolixè excutit Jo. Meursius in *Orchestra*. Et quidem Lacedæmonii non nisi eam saltationem placuisse quæ ad bellum conduceret, discimus ex Fabio Quintiliano *Institut. Orator. lib. 1. cap. 11.*

Prytanis, numerus erat apud Athenienses dierum triginta quinque. Harpocration, Ἓτος δὲ ἦγεν ἡμέρας ὁ πρυτανικὸς ἀριθμὸς τριακοντα πέντε, ὁ τριακοντα πέντε: Unde in quinque hebdomadas distribuebatur, secundum quam 50. *Prytanes* singularum Tribuum in quinque decurias distinguebantur; quæ res ut meliùs intelligatur, altius arcessenda est. Constituit Solon, ut quotannis summæ præsset Reip. Quadringentorum Senatus, non ducto è variis ordinibus numero, sed è quatuor Tribubus: Auctio dein juvenis ordinem redacto Tribuum, quæ decem fuerunt, numero, à Quadringentis fecit esse Quingenti Senatores, de quibus infra. Ex unaquaque enim Tribu quinquageni Viri sorte ducebantur, qui ætate essent Senatoria, anno triesimo definita: neque hi folum, sed etiam præter eos quinquaginta alii sufficiandi, in hunc finem, ut si primi illi, aut ex illis unus aliquis, vel probaretur minus, vel intra fasæ πρυτανείαν annum moreretur, in illorum locum sufficerentur illi quibus fors obvenerat. Hi quinquaginta, ex unaquaque Tribu capti Senatores, de quibus infra. Ex unaquaque enim Tribu quinquageni Viri sorte ducebantur; sorte autem Tribus ducta imperebant, sibi invicem succedentes, ita singulâ Tribus implebant fuas *Prytaneas* imperabantq; dies triginta quinque, teste Ulpiano *in Androtionam* idque continuo, non singulæ suam per orbem ἐφεξῆς, utheri ὁ Λίσκετὶς, hodie ὁ Κικροπὶς, eras ὁ Ἀκαμαντὶς, quæ sententia Scaligeri fuit. Apud Demosthenem enim *in Timocratea*, Tribum Pandionidem clare patet, duos continuos dies imperasse, quod adhuc magis confirmatur, ex Antiphonte ὁ τῆ Αἰγηΐδι καὶ Λεοντίδι, sed quinquaginta hi unius Tribus *Prytanes* finimal non imperabant suam 35. dierum *Prytaneiam*, sed cum hæc, ut dictum, in quinque hebdomadas distribueretur, *intotidem* Decurias sorte hi 50. distribuebantur *Prytanei*, & prima decuria suam imperabat hebdomadem, secunda secundam atque ita deinceps ordine sorte ducto, diebusque urbi decem, qui in sua hebdomade præerant, *Proedri*. Hi vero intersetortiebantur regna septem illorum hebdomadis dierum, quibus præerant, adeoque fiebat, ut è decem singularum hebdomadum Proedris tres tuperetlent qui suum non imperarent diem, ja autem, qui suum imperaret diem, vocabatur Ἐπιστάτης, qui penes se, quum regnaret, habebat claves Ærarii ac Tabularii, itemque sigilum publicum. Quatuor autem illi Ἀρχιφύλακες dies, qui anno Lunari perficiendo, postquam 35. dierum quibus quælibet decem Tribuum ordine sorte ducto præfecta fuerat, supererant, impar abatur quatuor Tribubus, quæ primæ imperaverant, Suid. V. de his plura apud Sam. Petitum *Com. in LL. Atticas lib. 3 tit. 1.* Sed & alii *Prytanes*, apud Auctores occurrunt, appellatione ab Athenienfibus mutuata. Uti enim in integra aliqua provincia, Alia puta, Lycia, Syria &c. Ludorum tempore legebantur Munerarii Sacerdotes, qui conseffus & consilii totius provinciæ Primates habebantur, & Magistratum gerebant, inde *Asiarche*, *Lyciarche*, *Syriarche* &c. dicti: Sic in singulis oppidis & municipiis, hujusmodi Sacerdotes capi solebant, ad Ludos edendos, qui & *Primores* & *Principes urbis*, vulgò *Flamines* Latinis, audiebant: Græcis ἱερεῖς & ἱερώμενοι & ἱερόμενοι dicebantur, ut docet Salmasius *ad Solinum* pag. 805.

Prytanis, Europi fil. pater fuit Lycurgi, Lacedæmoniorum Legislatoris, Iden *ibid.* p. 16.

Prytanitides, dictæ funt olim vidnæ illæ, quæ tum alibi in Græcia, tum Athenis inprimis, facrum Veftæ ignem cuftodierint. Ita enim Plut. *in Numa*, Τὸν Ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἐνιαυτοὺς ἐν τῇ Ἑστίᾳ τὸ πῦρ ἀσκοῦσι παρθένοι, ὃς Ἱστίαν μὲν Ἕλληνες, ὃ πυρὸς γενέσεως ἀπαθὲς καὶ ἀγήρατον ὑγρᾶς ἐπιστάσεως, *In Græcia ficuti fit æternus ignis, ut Delphis & Athenis, non virgines, sed vidnæ, quarum ætas ad iterum nubendum præterit, curæ ejus præsidebant*. Nempe vivebant ὁσίως καὶ σωφρόνως, unde illis nomen Πρυτανίδων quamque dixere loca Veste sacrata, quasi πυρὸς ταμεῖα, ut apud Pindari est Scholiastem, quoniam in iis ignis, h. e. lucerna ardens custodiretur die nocteque, ne defectu olei extingueretur. Pindarus *Nem. od.* 11. Ἀτὰρ ἅγαγε Πρυτανὶς Τεκμᾶνι ἁπορὸν ἐρείσαι:

Καὶ Ζεὺς ἀεὶ πρυτανεύει πλάγχθεν Ἑστίᾳ,
Ζωὸν ὑψίτατα πρυτανίαν, ἡμάτων Ἦρος.
Filia Rheæ, cui sortito obvenere Prytanea, Vesta,
Jovis altiffimi foror, & eodem folio confidentis Junonis.

Ubi Scholiastes, *Aptum*, *Vestam obsignifie Prytanes*, *quoniam foci publici conflituti funi in Prytaneis*, *ingue ibi reponitur ignis*, *qui facer nuncupatur*. Poftea, geminum adducit etymon *Prytanei*, ac repetit, quod dixerat, ὅτι ἐν ᾧ τὰ πρυτανεῖα τὸ κοινὸν τῆς Ἑλλάς, *conflituit in Prytaneis Vestam*. Æfchylus *Prytanium* hoc *Supplicibus* vocat ἕκατος ἡ κοινὸν ἑστίας, *aram ac focum terræ*: ipsumque Regem nuncupat, Πανδίονος ἀκμήτορ, h. e. ἀπογόνων. Dion. Halicarnaffæus *Antiqq. lib.* 2. Ἐν τῇ Ἑλλάδι, inquit, πρυτανεῖα, ἐστία κοινὴ τῶν Φωκέων, *in Græcorum Prytaniis communis eft focus omnibus civitas*. Etiam Athenæus *lib.* 5. ad follos Naucratitas ἐν τῷ πρυτανείῳ δεσπόζει τῆς πόλεως Ἑστία πρυτανικὴ, *in Prytaneo convivium celebrare die natali ejus*, *que sacris Vesta præsset*, refert. V. Gerh. Joh. Voffium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 5. Videntur hæ mufieres plebeiæ Viris doctis affevaffe hunc ignem in rogo ligneo, femper in combuftorum locum nova ligna adgerentes: Literas tamen illum in lucerna exarfiffe, ex Plutarcho contendit, *de Lucernis Antiqq. lib.* 1. *cap.* 28. Imò gemmam in *Prytaneo* extitiffe perpetuum ignem facrum, ait *lib.* 4. *cap.* 43. alterum, à Pauſania defcriptum, qui arferit in lignis fuper aras ad facrificia comburenda: alterum à Plut. fupra commemoratum, in lucerna, Viduarum præfatarum cuftodiæ demandatum. Sic in Tarentino rum Curia feu *Prytaneo* candelabrum poliffe Dionyfius junior, in quorot arderent lucernæ, quot anni dies fuut, legitur apud Athenæum *lib.* 15. *cap.* 19. ex more Vett. qui delubra perfibus lychnuchis exornare conſuevere, ut Cafaubonus annotavit ex Plinio *lib.* 34. *cap.* 3. Et quoniam maxima cum religione folitum caveri, ne olei defectu lucerna extingueretur, hinc Prov. *Lychnus in Prytaneo*, ad denotandam alicujus rei perpetuam & inexhauftam copiam. V. iterum Lipetum *lib.* 6. *cap.* 12. *Operis præf.* ut & in voce *Prytaneum*. Nec omittendus Pauſanias *in Eliacis prior.* locus, qui fic habet: *Atin ipso Prytaneo*, *quam ad eam ex efferis cellam*, *ubi focum habent*, *ad primi ingreffus dexteram Pansi aram videas*. *Focus ille è cinere fubstructus*, *perpetuo igni tamiterdiu*, *quam noctu*, *adoletur*: *è quo loco folemne eft transportari ignem ad Olympii aram*, *quam fuo loco è cinere congeftam diximus*; *neque illa aliunde magis in altiudinem profitis*. *Et ea ratum*, *quas hastenus enumeravimus*, *aram fingulas*, *quotibus mensis Elei factafaciunt*, *preso Parenum vim*, *thura & mellæ fubactum triticum adolentes*; & *aras quidem oleagina fronde velant*, *vino in libandis utuntur*.

P S.

P. S. in notis Antiquorum, *Possit sibi*: P. S. *plebiscitum*. P. S. F. *publice sibi fecit*, vel, *publice sua fecit*: P. S. F. C. *publicæ salutis faciendum curavit*, vel *Publico*, vel, *propriisanime faciendum curavit*: P. S. C. *plebiscitus* &c. fignificat, Franc. Goulmannus.

Psachion, Græcè Ψαχίων, in *Cubiftanis* Anaſtafii *in vit. S. Martini Papæ*, *Et cominus exclamans Sacellarius*, *quendam adstantium excubitorum sonsvem præcepit sine mora auferre* plachion *Summi & Apostolici*, *atque præcipui Pastoris* ; feu, ut Sirmondi editio præfert, *Summi & Apostolici Christianorum*. Et inferius, *Cùm incidisset* plachion *beati Viri Excubitor & corrigiam campagorum ejus*, *statim tradidit eum Sacellarius Præfecto Urbis*, *dicens*, *Tolle eum Domine Præfecte & continuò membratim incide illum* : Dominici Macro deducitur à voce Ψάγω, quo denotatur id quod radendo ademtum eft, adeoque fignificat *tal varium five cal varium parvum capitis*, *ubi formatur Clericalis corona*. Coronam nempe ejus, in fignum exercitationis, recidi juffit Sacellarius, quò fic degradat? brachio feculari tradi poffet. Unde mox Anaſtafius, *Statim tradidit Sacellarius Præfecto urbi dicens* ; *Tolle eum Domine Præfecte & continuò membratim incidelllum*. Cat. du Freine *Sacchion* legendum putat, ex Græcobarbaro σάκκιον ; nam *sacer* Patriar. etiarum hæc veftis. Baronius *ad A. C.* 651. *num.* 12. & 13. ait, fuiffe cingulo junctam compagibus peram (Græcis σαγὴν) quam ad libellos oblatos recondendos poſſiſſimum geſtare Pontifices ſolebant. Quam ſententiam Macer refellit pluribus ; in eorum cum Baronio conſentit, quòd voce hæc non ſignificetur ſtola feu pallium, cum, poſt inciſum demum *Psachion*, veſtibus ſuis à carnificibus diſpoliatum Martinum ſigillatim Anaſtafius narret. V. Car. du Freſne in *Glossario* & utrumque in Macrum in *Hierolexico*.

Psagda, Ψάγδα, idem cum *Sagda*, *Sakydus*, quod utrumque occurrit apud Athenæum & gemmam ſimul ac unguentum denotat ; à cujus colore viridi gemma forte nomen accepit. Quemadmodum *Myrrhites* dicitur, qui myrrhæ colorem habet ; *Libanochrus*, qui thuris ; *Stactachates*, qui ſtactæ &c. Sic autem de Sagda gemma Solinus *cap.* 37. *Sagda à Chaldeis usque ad nos fluxit*, *haud facilis reperiu ,nifi ; ut perhibent*, *ipsa se capsfondam daret*

namque ingenia spiritus efficacia, supermentes naves è profundo petit, & carinis ita tenaciter adorporatur, ut nisi abrasa parte ligni aegrè separetur. Ex Sagda apud Chaldæos, *propter effectus, quos ex ea faciunt, habetur in loco principe, ceteris propter gratiam magis com-placet jucundissimè vincire.* Quæ maximè patre ex ingenio conflatis Solinum, conjicit Salmasius, cùm pro his omnibus Plinius, unde alia sumsit, hæc tantùm habeat, *Sagdam Chaldæi adhæ-rescentem navibus invenium, præ coloris.* V. cum ad *Solinum pag.* 706.

Psalia. Græcè ψάλια, apud Strabonem *lib.* 4. Τὰλη ἃ ἵππος ὑποκάτω βαρῶν ἢ τῶ ἐξαρτυμένου ὡς τὸν Κελτικὸν σατιδίου ἢ ἃ ἐπ᾽ ἀυχένος ὀνοῦ ἢ. τοῦτο δὲ τὸ ἐπιζεύγνυσι ψάλιας περιαυχενίους ἢ λαγόνιους, ἢ γαλὰ σκυτίνους ἢ ἐκ τριχῶν πεπλεγμένους. *autem gravi rerum exportandarum in Galliam, vel inde importan-darum non sufficient. Sunt autem illa clunena* Psalia *& corpices & virrea peculia & aliæ hujusmodi missiles ac minutæ merces:* sunt or-namenta equorum, virioliæ seu frænа. Uti n. merces Britannicæ, de hac enim loquitur Geographus, quæ exportabantur, erant pel-les, canes venatici, aurum, argentum & ferrum: fic quæ importa-bantur, erant ἐπιζεύγνυσι ψάλια &c. Distinguunt quidem vulgo Grammatici, inter ψάλια & ψάλιας, ut ψάλια de frænis qui dica-tur, ψάλια de viriolis, Sed Auctores hæc differimina non jaro in-super habent. Hesychius, ψάλια, κόλλοι, δακτύλιοι. In *Epi grammate* Græco,

—— ὁ ψαλιάσας ἵππος,
frænatus equus &c.

Latini *viriolas* vocant. Glossæ *Viriola, κλοιὸς, ψέλιον, περιχεί-ριον.* Sunt autem viriolæ κόλλοι. i. *circelli*, ex ebore plerum-que fieri soliti. Salmasius ad *Solinum pag.* 245. V. quoque in-fra, in voce *Phillia.*

Psallenda, in Ritu Ambrosiano, dicitur Antiphona illa, quæ in fine Laudis & Vesperarum recitatur, in Eccl. Rom. pro com-memoratione alicujus Sancti, Dominic. Macer *in Hierolexico*, *Psallenium* verò & *Psallentia*, in eadem Ecclesia, cantus Eccle-siasticus est. *Ibid.*

Psalliani, Hæretici, *Euchitæ*, *Massaliani*, memorati Augu-stino *Hæresi.* 57. V. supra *Precatores*, nec non in voce *Pasi-lentes.*

Psallechiarissæ, apud Suetonium *in Domitiano c.* 4. ubi alii legunt *Ptilochiarissæ*, quod vide.

Psalmellus, in modò dicto Ritu, dicitur *Graduale*, seu Anti-phona, quæ post Epistolam cantatur : quia penès Ambrosia-nos quoddam responsorium significat, quod in Matutino Fe-riali Quadragesimæ recitatur, ut ait Macer *in Hierolexico.*

Psalmista, Græcè ψάλτης, in Ecclesia Rom. Ecclesiasticus ordo est, unus ex minoribus, qui *Cantor* dicitur in Concilio Toletano. In Bibliotheca domus Profeslæ Mediolanensis Soc. J. in quodam pervetusto *Pontificali MS.* reperitur, cùm simplex Sacerdos hunc ordinem conferre soleret, talia verba dixisse: *Vide, ne quod ore can-tas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.* Idem habetur in *Pontif. Rom. Vsuardi*, ubi *Cantores* pulsant *abrupe scientia Episcopi, solâ jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi ; dante eis Presby-tero, vel potius Episcopo, antiphonarium in manus & dicente, Vide, ne quod ore cantas* &c. V. quoque Durandum *lib.* 2. *cap.* 3. ubi inter alia ostendit, in 88. *Canon.* Clericum primi ordinis Ptalmi-stam dici, & *Psalterium* hisloquæ à Græcis vocem. Officium eius Isidorus hisce describit : *Ad Psalmistam pertines officium canendi, dicere benedictiones, Psalmos, laudes, sacrificii responsoria & quid-quid pertinet ad canendi peritiam* &c. Hinc *Psalmistatus*, digni-tas & ordo Psalmistæ, V. *Gloss. in can. Illud nos disp.* 77. & plura hanc in rem apud Macros *in Hierolexico.*

Psalmus, à Cantico qui differat, exponit Augustinus *in Psalm.* 67. *Inter Psalmum & Canticum hoc interest, quòd Canticum ore pro-feratur, Psalmus autem visibili organo adhibito, id est, Psalterio, ca-natur.* Quod confirmat Gregorius Nyssenus *Tract.* 8. *in Psalm. c.* 3. Ψαλμὸς μέντοι διὰ τῆς ὀργάνου μουσικῆς ἀκολουθία, *Psalmus qui-dem est melodia organo Musico fieri solita.* Adde Durandum *de Quæstionibus utriusque Testamenti, Papiam, Lexicon Græc. MS.* apud Car. du Fresne, Alios. Certè ψαλμὸς, vocabulum Græ-cum, à ψάλλω est, *tango* & leni quodam motu percutio : unde ψαλτήριον, *Instrumentum*, quo *psallitur.* Quod nomen à LXX. Interpp. inditum est *Libro Psalmorum Davidis*, quæ inscriptio à Luca Evang. usurpatur *cap.* 20. quando Dominum ipsum fe lo-quentem introducit, *versu* 42. & *ipse David dicit in libro Psalmo-rum, Dixit Dominus Domino meo &c.* Idem Actorum *cap.* 1. *versu* 20. Petrum citantem *Psalm.* 69. *Scripsum est in libro Psalmorum, fiat commoratio ejus deserta.* Cùm titulus apud Ebræos sit סֵפֶר תְּהִלִּים *Sepher Tehillim, Liber Laudum* seu *laudationum*, forma masculina anomalâ, qua utuntur Rabbini, loco femininæ תְּהִלּוֹת *tehillah*, in Bibliis usitatæ. Fuit autem ψαλτήριον, quo Psalmi occantari solebant, instrumentum Musicum triangu-lare, quod Δ. *delta* Græcum majusculum formâ referebat, ut a-iunt, superius ventrem habens concavum, in quo decem erant chordæ ; quæ cùm digitis rangerentur, à parte superiori dulcis reddebatur sonus, qui proprie ψαλμὸς dicebatur, h. e. con-sona & concinna illa melodia, quæ ex chordis psal entis ad ta-ctum digitorum reddebatur. Hinc *Psalterium* ad librum ipsum & *Psalmorum* nomen ad Hymnos translatum est. Ebraï in-strumentum illud נֵבֶל *nebel* vocant, *Nablium* veloderum quod unum omnium Musicorum instrumentorum vetustissimum esse di-cunt, nihil in se vel perversum continens vel obliquum. Augu-stinus ἀκκουρατώτερος hîc, *in suis Psalmorum explicatione*, ait, *Per Spi-ritum Sanctum aptatam fuisse gratiam Dei in superioribus ipsi tam huic organo, quod Psalterium appellatur, quàm huic solum organorum Musicorum sono de superioribus ludæis, quo utebantur, quæ jussum sunt ministeriis, & quæ in sinu, id est, vitia carnalia, abscindere.* Porrò, *Psalmorum* formam fuisse metricam & ad Musicam ac-commodatam, apud plerosque in confesso est : quo autem ge-nere metri scripti sint, etiam Ebraïcæ literaturæ peritissimi, ne-gant se exactè scire. Ut de Auctore eorum, Spiritu S. & Aman-uensibus ejus, Mose, Salomone, Alapho, Asiis, ni dicam Di-stributo seu Divisio *Libri Psalmorum*, secundùm nonnullos, in quinque fit partes seu libros, quorum 1. habetur à principio usq; ad Psalmum 40. 11. à 40. usq; ad 71. 111. à 71. usq; ad 88. IV. ab 88. usq; ad 105. V. ab 105. usq; ad fyc. eo quòd cæteris reperiatur in Psal-mis hæc clausula, *Amen, Amen*, *Amen.* Sed partitionem hanc rejicuit Hi-larius & Hieronymus, sequuti Ebræorum auctoritatem, & ma-ximè Apostolorum, qui semper in N. T. Psalmorum librum no-minant, unum afferentes Volumen ; quæ sententia etiam Augu-stino probatur *in Psalm.* 30. Interim non inutiliter Athanasius *Psalmos* distribuit, in *Antegressiones*, i. *Enarrationes*, *Progressiones*, *equitiones*, *Admonitiones*, *vel de majestate*, *Prophetiones*, *vel de visu*, *precatorios*, *vel de Ecclesiasticos*, *in Confessione versantes.* Quos-dam præterea agnoscens, qui *evgaristeriasticos*, *admistam*, habeant vel supplicationem cum confessione, vel vaticinium cum histo-ria, vel adhortationem cum cantico &c. quosomnes ordine re-censet *Epist. ad Marcellinum*, *de Interpr. Psalm. Tom. I.* ubi latè hoc argumentum tractat. V. Andr. Rivetum *Prolegom. de Psalmis*, cui adde Cocceium *in Psalmos.* Canebantur illi, apud vere Chri-tianos, ad mensam, Chrysost. *in Psalm.* 41. Clemens 6. & 7. *Strom.* nec non *Paedag. lib.* 2. *cap.* 4. Inter opera diurna, Basilius Cæsar. *Epist.* 1. Theodoretus *Praef. in Psalmos*, idem Chrysost. *in Ps.* 42. in conventibus maximè sacris, 1. Cor. *cap.* 14. *versu* 26. idque à mulieribus quoque, quod postmodum subtilitum, Isidorus Pe-lus. *Epist.* 90. *lib.* 1. Græci recentiores, illos in XX. classes, quas *Kathegesmas* vocant, q. *Sessiones*, hasque iterum in tres partes Gr. στάσεις seu *stationes*, dividunt, quas hymeo illo δόξα πατρὶ κ. υἱῷ &c. terminant ; aliter ac fit in Ecclesia Latina, quæ hymnum post omnes Psalmos recitat. Vocant autem *Kathegesmata*, judice Balsamone, quòd Concilii Laodic. decreto in unoquoque Psal-mo, intericto spatio lectio fieret, ne, dum Psalmi uno con-textu legerentur, tædium auditoribus oboriretur. Στάσεις ve-rò, quòd *stantes* recitant, vel, quòd lectione finitâ stant & re-spirant. Hoc modo divisos Psalmos quo pacto per totum an-num recitare soleant, docet Cl. Suicerus *Thes. Eccl.* voce ψαλμῳδία, et Leone Allatio, V. quoque *Typicum* Sabæ, *Triodium*, *Enchei-gium & Horologium* : uti de Latinorum divisione, infrà quædam, & plura hanc in rem, in voce *Psalmi* ; item *Psalmorum cantus.* Sed & præter *Psalmos Davidis*, cantabant nonnulli olim Psalmos, *Salomonis* dictos aliorumque, quod vetitum *can.* 59. Conc. Laodiceni, ubi ἰδιωτικῶν i. *privatorum* nomine indigi-tantur. At, quòd de scripto, in media Ecclesia, Psichatis die, uxores *psallere* justit Paulos Samosatenus, blasphemæ impuden-tiæ apex est. V. Eusebium *Hist. Eccl. lib.* 7. *cap.* 30. laudatum Suicero ubi supra.

Epistola Psalmorum varia, maximè apud Eccl. Rom. Scriptores.

a. Psalmi Abecedarii, dicuntur Augustino *Enarrat. in Psalm.* 118. *conclone* 32. illi Psalmi, quorum versus literis Alphabeti Hebraici respondent : inter quos eminet Psalmus 119. Idem Augustinus *Abecedarium* vocavit Psalmum, quem ipse contra Donatistas composuit, V. cum *Retract. lib.* 1. *cap.* 20. *b. Psalmi Alleluiatici*, Hieronymo *Epist.* 7. 17. 137. appellantur, qui *Alleluiah* pro titulo habent, numero 20. nempe 104. usque ad 118. dein 134. 135. 145. usque ad 150. *c. Psalmus Apertionis*, apud Amalarium *de Offic. Eccl. lib.* 3. *cap.* 9. quem in nocturnis ab Abbate dicitur-bet *Regula* Magistri *cap.* 44. *d. Psalmus*, *Domine labia mea a-perties* &c. *e. Psalmi Aspersionis*, V. *Graduales. f. Psalmi Baptis-males*, qui in diebus Baptismalibus recitari consuevere, nempe in Dominica nocte, Resurrectione Domini & Pentecostes, nu-mero tres sunt, utvidere est apud Durandum *Ration. lib.* 6. *cap.* 89 *num.* 4. *g. Psalmus Canusi*, apud Ruffinum Aquileiensem *in Psalm.* 51. cum, organo præcinente, subsequens vox chori can-tantis audiatur &c. *h. Psalmi Directanei*, qui, uno eodemque vo-citrono, nulla modulatione pronuntiantur. V. *supra. i. Psalmi Dominicales*, in *Martyrolog. Rom. cap.* 41. qui diebus Dominicis in Ecclesia recitari solent. *i. Psalmi Familiares*, apud Udalricum *in Consuetud. Cluniac. lib.* 1. *c.* 46. dicuntur, *il qui in omnibus 12. reflectionibus horas sequuntur. k. Psalmi Feriales*, in *Micrologo cap.* 5. vocan-

vocantur, qui in Feriis recitantur: Dominic. Maceri in diebus hiſce unicum noctурnum XII. Pſalmorum recitari, monet in voce *Nocturnus*. A. *Pſalmi Feriarum*, in Reg. Benedicti *cap.* 18. Pſalmi longiores dicuntur. ex. *Pſalmi Graduales*, dicti ſunt Pſalmi XV. à Pſalmo 120. usque ad 135. Hebr. *Amebaitoth*; vel quia cantabantur in XV. Templi Salomonici gradibus; vel quia vox gradatim elevabatur. In Eccleſia Rom. recitabantur quotidie tempore Quadrageſimali: donec Pius V. in Feriis quartis jejuniorum in Choro illos recitari ſtatuit; ab hac obligatione eximens eos, qui extra Chorum ad officium recitandum tenentur; conceſſit tamen eo, dies ſubſequentes illos recitantibus, tam in Choro, quàm extra, ut extat in *Bulla* Breviario præfixa patet, V. Macrum *ubi ſupra*. Car. du Freine Pſalmos hos ad quinque partes Horas, in quotidiano officio Deiparæ, congrue diſtribui, addit. ℣. *Pſalmus Invitatorius*, item nude *Invitatorium*, appellatur Pſalmus 95. *Venite exultemus* &c. apud Durandum *lib.* 5. *cap.* 3. n. 10. 11. & 12. Macer verò *Invitatorium* vocat antiphonem, quæ ad hunc Pſalmum replicatur, in voce *Invitatorium*. ℣. *Pſalmus Miſericordiæ*, Pſalmus 135. appellatur, à Gervaſio Tilleberienſi in *Otiis Imp. Deciſione ſua Parte I. c. Pſalmi pro Octava*, quòd Inſtrumento Muſico ſ. chordarum concentui, apud Macrum in *Hierolexico*. *v. Pſalmus Paramiacus*, *Hugolinianus*, ſic dictus Pſalmus 104. *Benedic anima mea Domino*; quòd ab eo Græci Veſperas, Miſſam aliaque officia aufpicentur. *g. Pſalmi Piebeji & Pulgares*, à privatis imperitiſque hominibus compoſiti, in Eccleſia cantari vetantur Conc. Laodic. *can. ult.* V. Henricum Valeſium *ad Euſebium lib.* 7. *cap.* 24. *v. Pſalmi Panitentiales*, dicuntur VII. hi viz. Pſalmus 6. 31. 38. 41. 102. 130. & 142. V. ſuprà in voce *Panitentiales*. *v. Pſalmi Proſtrales*, *Proſtratorii* ſive *Proſtrati*, V. ſuprà *Proſtrati*. *v. Pſalmi Reflectionum*, qui tam poſiti, quàm levatâ manu, à Monachis recitari ſolent, V. *Regulam* Magiſtri *cap.* 37. & 43. idque in Dominica vel diebus feſtis cum antiphona vel allelujah: cum aliàs directâneè pronuntientur. *ph. Pſalmus Reſponſorius*, V. ſuprà *Reſponſorium*. *χ. Pſalmi Salomonis*, ut apocryphi, laudantur Athanaſio in *Synopſi S. Scripturæ*, & Theod. Ballamoni. *ψ. Pſalmi Septuaſtes*, in *Capit.* A quisgran. ann. 827. dicuntur VII. Pſalmi Pœnitentiales. *ω. Pſalmi Sugnoſpiſti*, in *Reg. Magiſtri cap.* 50. vocatur dici Pſalmi, *ſuper* tabulas peregrinantium illiteratum: trum poſiti, Carolo du Freine in *Gloſſario*. *aa. Pſalmi Typicorum*, apud Græcos dicuntur Pſalm. 23. & 146. quòd in eo officio Typicorum recitarentur: eorum verò prior πρώτη Τυπικῆ, poſterior δευτέρα Τυπικῆ dicebantur. Apud eosdem Ἄμωμος vo atur Pſalmus 119. quòd ab hac voce incipiat: Μακάριοι, & Προσευχαὶ alii duo, de quibus ſuo loco. Sed & *Kathiſmata* Pſalmorum, pro materiæ diverſitate, nunc ἀναπαυσιμα, nunc ἀναπαυσιμα, nunc ἀγρυπνικὰ, nunc ἀναστασιμα nuncupantur, in *Horis* ſuprà cit. &c. V. plura hanc in rem apud Car. du Freſne & Macros Fratres *d. l.* de *Panitentia* verò *Pſalmorum*, in eadem Eccleſia diximus aliquid ſuprà in voce *Palmata* & *Panitentia*. V. etiam infrà in *Superpoſitio*.

Pſalterium, Græcè ψαλτήριον, inſtrumentum Muſicum, quo Pſalmi decantabantur, unde vox ad ipſos *Pſalmos* ſeu Hymnos ſignificandos transiata, uti ſuprà diximus, in voce *Pſalmus*. Cujus libri facri (quo in Græcorum officiis nullus frequentior) inſpectio, dilucidantis ergò prohibita in *Capitulis* Caroli M. *de div. rebus anno* 789. *cap.* 4. *De cæteris vel tabulis requirendum, & nihilo minus in* Pſalterio vel Evangelio vel in aliis rebus ſcribi præſumat, nec divinationes aliquas obſervare. Cujusmodi Ψαλτήριον χρυσοῦν ſpeciei etiam mentio eſt, in *Panitentiali MS.* Thuan. *Requiriſti ſcires in codicibus, vel in tabulis, ut plures ſolent, qui in* Pſalterio *& in Evangelio, vel in aliis hujuſmodi rebus, ſcribi præſumunt* &c. V. infrà ubi *de Scriptibus Sanctorum*. Alter verò vox ſumitur apud Joannem Epiſc. Abrincenſem *de Offic. Eccleſ. in omnibus Sanctis precibus ſemper. Adſiſtere mes Deus: cui ſi placet, unum* Pſalterium *Pſalmorum ſalutantium*. Ubi ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, quibus Litaniæ SS. ſubnecti conſuevere, videntur *Pſalterii* nomine indigitari. Sed & eam precationis formulam, quam vulgò *Roſarium* nominant, ſic appellari deprehendimus apud Eccl. Rom. Scriptores; eo quòd 150. Pſalmorum Davidicorum numerum referat, eorumque vice ſubſtituatur: cujus quidem Roſarii auctor vulgò habetur Dominicus, pro Sancto inter ſuos habitus. V. C. du Freſne in voce *Capellina*. Apud Paulum JC. tandem, *Pſalterium* cantticum vocatur, in alterius infamiam compoſitum, *lib.* 5. *Sentent. cap.* 4. ubi annotavit Pratejus, apud Joann. Calvinum *Lexic. Jurid.* in voce *Pſalterium*. Docebantur verò olim Clerici Monachique totum Davidis *Pſalterium* memoriter tenere; dicereque ſolebat Auguſtinus, Sacerdotis nomen non mereri, qui id non poſſit. De Gregorio quoque Magno legimus, neminem eum in Epiſcopum conſecrari permiſiſſe, qui *Pſalmos ignoraret*, V. eum *lib.* 4. *Epiſt.* 21. 23. 45. &c. Quæ cauſa fuit, quòd Donatum Archidiac. & Joann. Sacerdotem, ad Præfulatum Ravennenſem electos, ſubinde ab Exarcho Imperiali commendatos, rejecerit A. C. 597. uti refert Ughellus *Ital. Sacr. Tom. II.* De *Pſalterio*, inſtrumento, ſic Scaliger *Poet. lib.* 1. *cap.* 48. *Alexander Ciltherius Pſalterium referſit chordis. Ariſtoxenes trigoni Pſalterii meminit, cujus chordæ eſſent in-*

tenæ æquè omnes —— *Duras etiamnum ptetbri uſus in Hiſpania & Pſalterii: cujus ſonum miſcent cum ſono tibiæ, loco tympani, quod idcirco Tympanum chordarum vocant, Itali Tabuſſum* &c. Sed aliud id ab Hebræorum *Pſalterio*, quod quale fuerit, non adeò exactè conſtat. V. ſuprà.

Ψάλτες, Græcè ψάλτης, quis dicatur in Eccleſia Græca, V. ſuprà *Pſalmiſta*. His qui præerat, *Protopſaltes* dictus eſt, de qua voce itidem retro actum.

Pſalteriæ, luxurioſorum Conviviis olim adhibitæ, præter pueros Symphoniacos, de quibus *infrà* agetur. Undeapud A. Gellium *lib.* 19. *cap.* 9. habuiſſe quidam ſcribitur, *Siciſſimi utriuſque ſexus canentes & pſallentes*: & Horatius *lib.* 4. *Carm.* Ode 13.

Illæ virenti, & Doctæ pſallere Chiæ.

Aur. quoque Macrobius *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 1. *Quia ſub illorum ſupercilio non defuit*, inquit, *qui* Pſaltriam *intromitti peteret, an puella ex induſtria ſupra naturam mollior, canorâ dulcedine & ſaltationis lubrico exercerei illecebris Philoſophos*: Unde patet, duplicem earum fuiſſe uſum, tum ut ad lyram ſuavi modulatione vocis compoſitæ convivia oblectârent, tum ut lubricis indecoritaque motibus, libidinem convivarum concitarent. Petitæ autem Gadibus ex Hiſpania. Vet. Schol. *Juvenalis ad verſ.* 162. *Sat.* 11. *Sperat forſitan, quòd incipiant ſaltare deſitæ ex puella puelle Syriæ, quoniam de Syris & Afris Gaditi conſtat eſt. Nunc inquit expellas apud Pantomimas, aut Lyriſtrias de Gaditibus, quod laſciviant*, ſpice Juvenalis,

Forſitan expectas, ut Gaditana canoro
Incipias prurire choro, plauſuque, probatæ
Ad terram tremulo deſcendam clune puellæ &c.

In quod xevi vitium Martialis frequentiſſimè invehitur, inprimis *lib.* 3. *Epigr.* 62. *lib.* 5. *Epigramm.* 79. *lib.* 6. *Epigramm.* 71. *lib.* 14. *Epigramm.* 203. Seneca verò & in Theatris earum uſum oſtendit Papin. Statius *lib.* 1. *Sylv. ult.*

His agnoſcitur omne quod theatris
Aut forma placet, aut probatur arte;
Hos plaudunt grege Lydiæ nouentes,
Illic cymbala, timnuláq; Gades.

V. Thom. Dempſterum in *Roſinum lib.* 5. *cap.* 29.

Pſaltes, Græcè ψάλτης, Ital. addè: Jus ſepulchrum, in *Corinthiacis* templum inſtar ſpeluncæ, in *Laconicis*, in *Lacedæmonicis*, memorat Pauſanias. Plura de illa V. apud eundem in *Atticis*, ubi de infante ejus à canibus dilacerato hincque *Panæ* Argivis immiſſa, prolixè agens, Corœbum, qui Pœnam confecerat, poſt mortem monumento honoratum, in quo ipſe Pœnam interimens, ſculptus, hæcque ligna omnium in Græcia è lapide factorum antiquiſſima eſſe, addit.

Pſamatoſiris, Rex Parthorum, memoratur Spartiano in *Vita* Hadriani, *Pſamatoſiris, quem Trajanus Parthis Regem ſecerat, quòd eum non magni ponderis apud Parthos videret, proximis gentibus Regem dedit*. In membris Palatinis & editione Mediolan. *Samatoſiris* dicitur, quod propius accedit ad Ναοφαντάσιρις, ut eum Dio vocat. Sed *Parthamaſiris*, Armeniæ fuit Rex, juſſu Trajani occiſus, ut idem refert: is verò quem Parthis Regem idem Imp. impoſuit, *Parthamaſpates* dictus; quem proin perperam Spartianus cum priore confundit. V. Caſaubonum & Salmaſium *ad l.*

Pſambares, apud Solinum *cap.* 30. Apud Pſambares, *nulla eſt auritis quadrupes, nec elephanti quidem. His proximi ſummam Regiæ poteſtatis cani tradunt*: idem cum *Sambride*, apud Plinium, V. Salmaſium *ad Solinum p.* 388.

Pſeho, Græcè ψεὼ, int. Æthiopiæ ingens contra Sinum Arabicum ſita, quam *Ptolemæi* corruptè vocat Appulejus *de Mundo*, ut idem docet *ibid. pag.* 1111.

Pſecas, ancilla apud Romanos, ornandis crinibus præfecta. Veſtus Schol. *Juvenalis ad verſ.* 489. *Sat.* 6. *Pſecas, ait, Græcè dicunt, quando minutum ſi ve rarum pilus. Ornatrices igitur componunt: rarum aut parum apas ſolent mittere, ac reliqui ψεκάζειν: Ergo Etymologiam ab arte ſumſit*. Diſcreta enim cum eſſent ancillarum officia, atque nonnullæ diſponerent tantùm crines & in orbes digerent: aliæ crines diſpoſitos digeſtoque aquis aſpergerent, hæ proprie *Pſecades* ſunt appellatæ: Juvenalis *loco cit.*

Nuda humero Pſecas inſtilis, nudaq; mamillis,
Aſtior hic quare cincinnus? Taurea junis
Continuò flexi crimen facinuſq; capillis.
Quid Pſecas admiris? Quantum eſt hic colla puellæ,
Si ubi diſplicuit nullus tuus? altera lævum
Excendis, pectit, comas, & vel vis in orbem,
Eſt in conſilio materna, admotaq; lanis
Emeritæ quæ ofſa ſua.

V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & Thom. Dempſterum *Paralipomenis in Roſinum lib.* 5. *cap.* 35. ut & ſuprà, in voce *Crinarii*. Antimachum Poëtam *Pſecadem* quoque appellatum fuiſſe, refert Suid. in *Troïde*, ubi Hieron. Wolfius vertit, *rorem*: id enim Græca vox notat. Sed mollities ejus denotari potiùs videtur, ut quòd muliebribus ſe addixerit miniſteriis & capillos Matronarum, inſtar ancillæ, compoſuerit, *irroraverit*, digeſſerit. De eo autem Ariſtophanes in *Acharnens. versus ſinem.*

Ἀτὰρ τὸν τὸν ψεκάδ' ὃς

Τὸν

Τὸ ξυγγραφὸς ἅμιλλον, τὸν σωστὸν,
Ὡς μὴ κακὸν λέγῃ, κρῖνε
Ἐξαίρετον ὁ Σοὺς.
Antimachum illum Pfecadis
Verificat, rem hominem nimium, quę ineptum,
Ut breviter dicam, malo
Jupiter illum perdat!

E quibus verbis cum Suidas fuam fententiam hauferit, lapfum cum memorii judicat Dempft. neque enim illum *Pfecadem* fed *Pfecadis Poëtam* vocat Comicus, h. e. vilis alicujus ancillulæ Ornatricis amorem carminibus aucupantem. Conſule Scholiaſtem vet. & Euſtathium apud Bifetum.

Pſelchis, in *Itinerar.* Antonini: *Item per portam Arabicam trans Nilum. Contra* Pſelchin. *M.P. X. contra Talmis. M. P. XIII.* &c. locus eſt Ægypti, in Occid. latere Nili, in quo & Syenemale *Spelchis* alii habent. V. Salmaſium ubi ſupra p. 438. 448 & 880.

Pſellia, Gr. ψέλλια, inter Vet. armilas. Pollux *in Onomaſt.* inter ornamenta τῆ κορύθη enumerat καὶ τὰς περὶ τοὺς καρπὸς, ψέλλια, χλιδῶνας. Suidas, ψέλλη φέρουσι: τὰ ψέλλια, περιδέσεις τῆ χειρός. Ubi περιδέσεις dicitur, à circuli forma brachium ambientis. Diſcriminem autem inter *Pſellia* & Periscarpia indigitatum Pollucī quodnam ſit, non liquet; interim minus id eſſe, quàm inter *Pſellia* & χλιδῶνας, vero ſimile eſt inde, quòd in Codd. Suidæ non nullis inter ψέλλια & χλιδῶνας nulla intercedit, nulla inter περιδέσεις & ψέλλια diſcrimen. Utrumque complectitur Polybius *lib.* 2. voce περιδέρεον, quum ἀκροχείρια ad τὰ ψέλλια, vel, ut alii placet, ψέλλια ſeu ψελλία, arctaverit. Χλιδῶνας, vero vel hoc nomine forte à *Pſellis* differebant, quòd laxiores eſſent fluentesque, unde *Armillæ* veriùs redduntur: quodque delicatioribus luxuriosisque tantùm in uſu: à χλιδᾶ enim, *luxu, mollitie*, commode derivantur. Xenophon Pæd. 6. à Brachialibus quoque *Pſellia* diſtinguens, hæc tantùm τὰ περὶ τὰς χεῖρας poſita fuiſſe, ſolumque carpum ornaſſe; illa verò totum brachii progreſſum cum armis complexa eſſe docet: quem Pollux, ut viſum, ſequitur. Quare Strabo minimè audiendus, qui etiam ad brachia Pielliorum ufum extendit; V. Thom. Bartholinum *de Vet. Armillis, parium ab initio.* Geſtabantur itaque *Pſellia*, ubi per carpum manus ſungitur. Rhodiginus *lib.* 8. *cap.* 13. à nominis argumento comprobat, & in ſummis brachiis geſtari ſolita, quia *Pſellium* Dores ſummum dicant: Unde & quæ ſummis enuntiantur labiis accinctiuncula, *Pſilla* nuncupata. Idque ſanitatis causâ, ob micantis arreptæ cum corde conſenſum, cui aurum medelam affert, quam ſuſpicionem annulus apud A. Gellium *lib.* 10. *cap.* 10. ſuggeſſit. Majus quippe in carpis, quàm digitis, puſſantium venarum cum corde eſt commercium. Forte & falcina averruncarunt, quo fine amuleta moniliaque per collum demittebantur. V. literum Bartholinum *in fcap.*

Pſephobolus, Gr. ψηφόβολος, ſeu ον. apud Johann. Antiochenem, ὁ Ἀχιλλεὺς, λέγε ψηφόβολον, ἢ τὸν κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τῆ ἁρματος ἐκβαίνοντα· ἀπὸ τῆ ἐν αὐτῷ τὸν ἀγῶνα βαλλομένου ψήφου. Per pſephobolum & *quæ in eos ſeptem grana, ſeptem altra Planetarum, per pyrgum autem, tanti altitudo*: vox in re talaria uſurata. Quæ cum tota ſeptem hujuscemodi κογκίων, *granis*, conſtaret, quatuor talis & tribus teſſeris tam tali quàm teſſeræ, in pyxide aliqua lignea moveri concutique ſolebant, priusquam ſuper tabulam funderentur. Quod genus vaſculi ψηφοδόκον vocabant, quòd ψῆφοι, h. e. *talus teſſeraſque* jactarent; dixeſum à pyrgo, de quo infrà. Veteres enim aliquando ad cavendum improbi actus fallaciam, ſolo pyrgo uſi ſunt: aliquando tamen ad majorem ſi fortè cautionem & *pſephobolo* & pyrgo. Nam non manu teſſeras in pyrgum conjiciebant, ſed in pſephobolum priùs, dein per pſephobolum, in pyrgum mittebant, ut ſic magis ars & fallacia ingeniosi ac improbi aleatoris in jactando vitaretur. Eodem omnino modo, quo in judicialibus urnis ſortitio fiebat. Nec enim manu ſua Judices calculos, quibus ſuffragia ferebant, in urnam conjicere conſuevebant, ſed per vaſculum oblongum vimine textum eos demittebant in cadiſcum, quaſi per colum ſeu infundibulum, quod κυβεῖον Græcis, item φιμὸν, V. ſupra in voce *Phimus*. In re ita que teſſeraria, pyrgus, in quem teſſeræ mittebantur, urnæ vicem obtinebat & in parte alevoli reſidebat, crebris intus gradibus excultpris, per quos teſſeræ refultantes faltitantesque in tabulam effunderentur. *Pyrgus* vetus,

In parte alvei quæ velut urna refedit.

Vaſculum autem illud, per quod in pyrgum teſſeræ conjiciebantur, *Pſephobolus* erat &c. V. Salmaſium *ad Vopiſcum in Proculo.*

Pſeudepigraphus, Græca vox ψευδεπίγραφος, *falſo inſcriptus*, ſeu falſam inſcriptionem præ ſe ferens appellatur ab Hieronymo Liber Sapientiæ *in Prafat. Libr orum Salomonis*: *Et alius* Pſeudepigraphus, *qui Sapientia Salomonis inſcribitur*; Quòd non à Salomone, cujus nomen in fronte oſtendit, fuerit, compoſitus, nec ab Hebræis in Canonem relatus ſit &c.

Pſeudiſodomum, dicitur Vitruvio, genus ſtructuræ, *ſiſ.* mopoſitum, de quo Plinius *lib.* 36. *cap.* 22. *Græci e lapide duro vel ſilice æquato conſtruunt veluti tectorias parietes, quum ita fecerint, Iſodomum vocant genus ſtructuræ. Pſeudiſodomum*, itaque vocabant, quum inæquali craſſitudine ſtructi erant. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1331. & 1233.

Pſeudocatechina Veſtis, apud Auctorem *libri de Cana Dom.* qui vulgò Cypriano inſcribitur; ubi multa genera veſtium enumerantur, quas diverſis ex S. Scriptura perſonis tribuit Auctor apoſtolicè & accommodatè ad cujusque vitam, aut vitæ actum aliquem infigtem, *Adami integram, Annæ Proſetidum, Isaac nativam, Paulus Thaſiacam, Petri operariam, Joſephus* pleudochitonem, *Jesus columbinam*: eſt, quæ non ex purpura eſt, purpuram tamen, imitatur. *Alubinus* enim Græcè ἀλόπους, Lat. *vermis de purpureo* fumitur. Unde apud Anaſtaſium toties *alubinarium veſtimentum*, quas ille *allubinas* vocat, mentio occurrit. Tribuit autem Joſepho auctor *Pſeudoalubinam* veſtem, quòd falſo creditus eſt pater Domini. Salmaſius *ad Treb. Pollionem in Claudio.*

Pſeudoammonus, ab Heliogabalo per contumeliam Diadumenus appellatus eſt, apud Lampridium *in Heliogabalo*, *Inſectatus eſt Adamam Macrini studelitor, sed multo magis Diadumeni, quod Antoninus dictus eſt, Pleudoantoninus & Pseudophilippum appellans, simul quòd, quum luxuriosissimus existisset, vir forissimus, opsimus, gravissimus, severissimus ostenetur.* Nempe *Pseudoantoninum* ipſum vocavit, ob rationem dictam, ſicut olim *Pſeud. philippus* quidam vocitatus eſt. V. Salmaſium *Not. ad d. l.*

Pſeudocomitatenſis, in *l. un. Cod. Theodoſ. de ſe mil. Scient. igitur Comites vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commiſſa eſt, non ſolùm de Comitatenſibus numeris ad alios numeros militem transferre non licere, ſed ne de ipſis quidem* Pleudocomitatenſibus, *ſeu Ripariensibus, Caſtrenſianis exercituque, cuiquam eorum tranſferendi militem copiam attribuitam*: erant numeri Militares Comitatenſibus oppoſiti; ſicut *Pſeudoriparienſes* Riparienſibus, V. Jac. Gothofredum *add. l.*

Pſeudodemetrii Moſcoviam turbantes.

Pſeudodemetrius I. poſt excellum Theodori, Moſcoviam turbavit. Cùm enim Johanni Baſilidi, Theodori Patri, filius eſſet ſecundo genitus Demetrius, quem iracundus Pater, neſcio qua occaſione baculo percuſſum ſive interemerat, ſive relegaverat, Theodorus autem negligentius Ruſſiam adminiſtraret, quàm populi ferret ingenium, atque inſuper legitimâ careret prole: jejuniæ in Polonia hoc facinus auli dicuntur. Habebant illi in collegio quodam ſuo Juvenem Ruſſum, Otropiei Bojari cujusdam ab opp. *Galitz* fil. cui nomen *Gregorius Serapius* five *Gusica Letrepaja*: quem à prima Juventute ad futuram tragœdiam egregiè inſtruxerunt, atque præcepris imperandi ita imbuerunt, ut toti Ruſſiæ aliquandiu imposuerit. Is itaque, his artibus inſtructus, inſuperque ſtudiis Principis Lithuaniæ Adami Wiſnevicii ac Palatini Sendomirienſis adjutus, poſt mortem Theodori, res tras in Ruſſia cousque promovit, ut medio tempore moriente Borisfão Gudenvio (qui clam occiſo Theodoro Imperium arripuerat) ab omnibus pene vero Demetrius Joh. Baſilidis filio (quem tamen ante Patrem obiiſſe conſtat) adeuque hæredi Imperii ſuſceptus, publicè coronaretur, A. C. 1605. die 29. Jun. Sed quia peregrinos, ac inprimis Polonos, magno numero Ruſſiæ induceret, uxorem etiam Polonam, Palatini præfati filiam ſibi jungeret, inſuper Religionem Pontificiam in Ruſſia ſtabilire meditaretur & à moribus Ruſſicis alienum ſe præberet: in ſuſpicionem fraudis, unius è Proceribus Baſilii Zusku induſtrii, Ruſſi adducti, moxeum imperio pariter ac vita, una cum Polonorum, quos ſecum habebat, maximâ parte, exuerunt, ultimisque nuptiarum ejus diebus, quas cum Maria Mniſchovena, Palatini Sendomir. filia, celebraverat A. C. 1606. Menſe Majo.

Pſeudo Demetrius II. poſt hunc ſurrexit. Statim enim à tumultu invaſi rutrum, Demetrium Ducem vivum, licèt fauciun, effugiſſe: hinc prodit in Occidentalibus mox Imperii provinciis (Baſilio Ibanovico Zuski interea magno Duce à Moſcis creato) ludimagiſter quidam oppidi Sogotæ, qui Demetrii perſonâ denuo aſſumtâ à Polonis adjutus Coſacisque Zuskio non parum moleſtæ erevit, acceptâ in fidem plerisque Ruſſiæ provinciis & Moſcuâ ipsâ obſeſsâ. Nec aliud præſidium Zuskio, niſi ut à Carolo Sueciæ R. acceptis auxiliis æmulum diſtineret; cui acceſſit, quòd etiam provinciarum non paucæ gravioribus tributis exacerbatæ illum ſenſim deſererent. Obiit tandem prope Colugam, confectus à Tatarico quodam Murſa, relicto filio poſthumo, de quo mox.

Pſeudodemetrius III. priorisfil. poſthumus fuit, in cujus fidem Colugenſes ac vicini juraruut ſtatim, à Patris cæde quæ jura ſibi ut tanto acrius mater perſequeretur, nupſit Polono quidam Jo. Zoraskio, qui etiam bellimpetum aliquandiu ſuſtinuit, ſed captusbienio poſt à Michaelis Federovici exercitu, palo infixus, uxor verò cum filio perpetuo carceri addicti funt.

Pſeudodemetrius IV. in Septentrionali Ruſſia emerſit circa eadem tempora, ſcriba publicus Moſcovienſis, qui Novogardia aliisque provinciis Sueciæ vicinioribus in ſuas partes pertractis, etiam Sueciæ Regem ſibi adjungere annuſus eſt. Sed cùm infeliciſſimè ſe gereret, à ſuis captus & in Moſcoviam adductus, ad Aulæ portam catenæ alligatus eſt, & poſtquam populi ludibrium

brium aliquandiu fuiſſet, ſuſpendio juſſu Michaëlis vitam finivit. Quæ *Pſeudodemariorum* tibi invicem ſuccedentium factiones duravunt ab A. C. 1605. usq; ad 1613. quo Michael Federovitius Dux ſtabilitas eſt: qui primò omnium pace cum Suecis ſancita, quos amicos habebant expertus eſt; Polonis ſemper pro Pſeudodemetriis ſtantibus) omni illis Livoniâ, Ingriâ, Careliâ, & multis ad Mare Album provinciis, quas durantibus his turbis occupaverant, ceſſit. V. Auctorem Anonymum *Hiſtor. Orb. Terr. Geogr. ac Civil. cap. 7. ubi de Imp. Ruſſico*, & Georg. Hornium *Orb. Imper. pag.* 380. & *ſeqq.*

Pſeudoſoris, apud Sulpicium Sev. pro *pſeudonymo*, Gall. *Fauſſe porte*. *Pſeudoſorum* Fortunato in *Vita S. Martini. lib.* 4.

Nam ſæ, pſeudoſorum *calle dum accederes ager.*

V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1060. & ſuprà ubi *de Nardo piſtico*.

Pſeud. Nero, non unus fuit, Tacit. *Hiſtor. lib.* 2. Caſaubono tres, de quibus V. illum *ad Neronem Suetonii c.* 57.

Pſeudoprophesa, qui absque intentione Idololatriæ ſeu extranei cultûs introducendi, ſuum tantùm obrendens ingenium, homines ſeducere conabatur, vel ſectam ſibi peculiarem comparando, vel futura falſo prædicendo, lege illâ Deuteron. *cap.* 13. *verſu* 6. ſolummodo quâ quilibet alius ſeductor tenebatur. Quin & lapidationis pœnâ erat puniendus, idque ex ſententia Synedrii, cui ſubeerat, Vigintiviri virales: At qui vel veri Numinis vel Idoli ſibi dictata ſimulans, ſive in alienum cultum, ſive in hæreſin quempiam inde incitaret, futuraque etiam inde prædiceret, licèt res ipſa, quam ex Idoli auctoritate præmonebat, aliàs licita eſſet, nec a vero cultu diſſonans in eum Judicium extra Synedrium Magnum neutiquam poterat ferri, nec alia in illum præter Strangulationis pœnam ſtatui, vide Deuteronom. *cit.* & 7. 20. ubi verba illa, *morte plectendus eſt*, de Strangulatione ſolent plerunque accipi. Quo facit, quod habetur apud Jeremiam *cap.* 38. de ſe in jus vocato & in lacum conjecto: Nec deſunt, qui exiſtiment jurisdictionem hanc Synedrii M. ſpectaſſe D. N. Jeſum Chriſtum, Lucæ *cap.* 13. *verſu* 33 *uti*, *Fieri non poteſt*, ait, Prophetam *venire* (morte plecti) *extra Hieroſolyma*, ubi Synedrii illius ſedes. Quòd verò Hieronymus habet *in Eſaiam lib.* 2. *cap.* 3. *Conſtituos fuiſſe in Populo Judaorum Sacerdotales gradus, qui Prophetas Pſeudoprophetasque diſcernerent*, alibi non reperitur. V. quæ hanc in rem congeſtit erudituſ. Seldenus *de Synedriis vet. Hebræorum l.* 3. *c.* 6.

Pſeudoriparienſes, V. ſuprà *Pſeudocomitienſes*.

Pſeudo Sebaſtiani Luſitaniam urbanites.

Pſeudoſebaſtianus I. Garrexit A. C. 1585. Cùm enim poſt mortem Sebaſtiani, in Africa cæſi, & Portugalliam in Hiſpanorum poteſtatem redactam, magna Luſitanorum pars deſiderio priſtinæ Regum ſuorum familiæ quemvis fingere etiam maluiſſe viſa fuerit, quàm Hiſpanorum jugum perpetuò pati; prudentioribus interim de more Sebaſtiani neutiquam dubitantibus, nec causâ ſuſpicionis de ſuperſtite adhuc illo aliâ exiſtente, quàm quia Alphonſus Pereiius Tavora captus, ut hoſtilem furorem evitaret, ſe Regem ſimxerat, eoque ad Melici lectiçam adductus ſervatus fuerat, ut videre eſt apud Thuanum *lib.* 65. Primò Sebaſtianum mentiti coepit anno præſato, tegulari filius, Alcaſonæ natus & Olyſiponæ educatus, poſteaque vitam cremiticam, ampleaus ſed cum Alberto, Prorex Philippi, quadi fronte & habitu corporis Sebaſtianum diſſimillimus eſſet, ex Judicum ſententia paulo poſt remis admovit.

Pſeudoſebaſtianus II. fuit Gonſalvus Alvarus, è Tercera Inſ. atq; fidem eremiticam vitam profeſſus Hi erat ad littus maris, quo uſtico fundamento Portugallicum vulgus motum, credidit Regem Sebaſtianum, amiſſi prædi II pœnitentiâ ductum, in eum locum ſeceſſiſſe. Quare perſentilcens is talia & in commoda ſua transferre cupiens, Ixplus in tugurioio ino exclamavit: *Miſeremini ſe Sebaſtianæ, cujus causâ innumeropotiore ex fortiſſimis milites, quâ poteris panitentiâ culpam eluere?* Sed captus & ille, nomen patrium ac vitæ inſtitutum ponere profeſſus eſt, ac Iæſæ Majeſtatis reus ſuſpendium pertulit.

Pſeudoſebaſtianus III. cum excepit, Gabriel *de Eſpinoſa*, Madrigalæ piſtor Dulciarius, inſtinctu Fr. Michaelis à Sanctis, qui olim Sebaſtiano à concionibus fuerat, ſeductus: ſed ambo morte multati ſunt A. C. 1595.

Pſeudoſebaſtianus IV. Calaber, innotuit demum A. C. 1598. ſidemque omni exceptione majorem meruit videbatur: Maximè quod in colloquio cum Duce de Medina enſem inter varios, qui proferri jubebantur agnoſceret, quem Sebaſtianus olim Duci ad ſeabilegato dono dederat, & uxorem Ducis monilis admone ret, ipſi tunc etiam dono dati, eſſeque in monili quippiam quod hactenus ille neſciverit, ſibique conſtitutum eſſe, ut Sebaſtianum ſe eſſe fidenter crederunt. id ili monſtrare: Quo allato juſſu gemmam eximi & poſtcriori, quæ auto antea tecta fuerat, parti, nomen ſunm inſculptum oſtendit. Unde nec Portugalli à tumultibus vacui manſerunt: quibus tamen ille, in arcem confugiens, ſuâ, an accelerată morte, finem impoſuit, A. C. 1601. V. Chiffletium *in Tenne vr. Expoſ. cap.* 7. & 8. laudatum Auctori *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap.* 2.

Pſeudoſericum, in *Notis* Tyronis pag. 159. Car. du Freſne eſt pannus ex ſerico & tela confectus.

Pſeudobaſsus, apud Baſſamonem *can.* 6. *in Trull.* V. ſuprà *Hecatontarchus*.

Pſeudolybyrum, Græcè *ψευδόλιβυρον*, apud Auctorem Queroli, *Eamus huc ad* Pſeudolybyrum, *quam noſti hinc*; idem eſt cum Sulpicii Severi *pſeudoſore* vel *pſeudoforo*, *de Vita Martini libro* 3. *dial.* 16. V. ſuprà *Pſeudoſoris*.

Pſeudophiasmum, Græcè *ψευδίασμα*, apud Caſſianum *lib.* 6. *cap.* 35. *Inſcipientem idem ſeſſum corpus reſcicere & incumbentem* pſiathio *reperiſſes*, & *lib.* 1. *cap.* 13. *Quos ita novimus omni ex parte nudos exiſtere, ut præter colobium, maſorem, caligas, melotem & pſiathium, nihil amplius habeant. Pſiathus* quoque dicitur, *in Vita Pachomii cap.* 43. *At ne otioſus eſſem*, Pſiathos *elegi cum fratribus texere &c.* & matta, ſtolea, teges fuit, ex junco aut pappyro conſecta, in qua & cubabant & conſtebabant Monachi, Gallis *Natte*, *Πάλαιν* hinc *ψιαθ@-*; Græcis, quòd è *phileo* fieret, quaſi *ſirpea teges*, apud Pollucem, V. ſuprà in voce *Phileos*. De illis ſic Philo Judæus *lib. de Vita Contempl. pag.* 616. *edit. Turnebi*, *Στελλάδες ἐκεῖν ἀκριτόχρο ὕλης, ἀφ' ὧν ὑπτίοις πάνυ μαλακοῖσιν πασῶν ὑγιείαν μερὸν ὑπερέχου-ᾳ κ' τῶν ὑγιαίνων, ἴσα ἐκτεθνάσιν.* V. Car. du Freſne in *Gloſſario*, ubi plurimos Auctores hanc in rem laudat, Dominic. Macrum *in Hierolexico* & Salmaſium *ad Solinum pag.* 999. & 1002. Arabes hodieque *Pſath* appellare ſtoream ſeu tegetem, quæ humi pro more Orientalium ſternî conſueverit, monet idem Macer. V. quoque ſuprà in voce *Natta*.

Pſlia, genus tapetis, minimè villoſi, quod variis coloribus pingebant Plumarii Artifices, hinc *ψιλοβάφοι* dicti. Vett. Gloſſæ, *Plumarius*, *ψιλοβάφος*. Eædem, *Balneatores*, *ψιλὰ πελλάμια*. Eædem, *aulæum*, *ψιλά*. Vetus auctor, apud Euſtathium, *ψιλὰ περικεκαλυμμένα τὸν ὑπογεγραμμένον ἔχοντα ζῶον*, *Pſilia Perſica acuratæ intexturæ animalium ornamenta habentes*. Lucilius, *Pſilia atque amphitapæ βάκτρου* autem Græcos etiam pro πεκτόνων uſurpaſſe poſſiſſet, notum. Unde *βακτὸς ὄρνις* & *βαπτὸς ἵππος*. V. Salmaſium *ad Vopiſcum in Carino* & *hic ſuprà paſſim*.

Pſilina Corona, apud Athenæum *lib.* 15. Lacedæmoniis fuere dictæ *Thyreaticæ*, quòd geſtarentur in ſignum victoriæ ad Thyream obtentæ; conſtabant autem è palmæ ſollis, Paſchalius *Coronar. lib.* 6. *cap.* 21.

Pſilium, Græcè *ψίλιον*, ſtumen & oppidum in Ponto, de quo Salmaſium V. *ad Solinum pag.* 880. ut & in voce *Bſilis*.

Pſilla, apud Anaſtaſium Biblioth. *in Paſchali Pontif. pag.* 152. V. ſuprà, *Pſalia* & *Pſellia*.

Pſiloſtichariſæ, apud Suetonium *Domit. c.* 4. quinam ſint, exponit Athenæus *l.* 14. qui nempe ſolebant *κὰ ἀεὶ ψίλοι*, ut eleganter ait Diodorus *Fiſſ.* 2. cui *κὰ ἀεὶ ψίλοι* ſeu citharizationi adjungebatur vocis melodia, ut in *l.* 2. Platonis *de L.L.* V. Caſaubonum *ad Suetonium & Athen. d. l.*

Pſilothrum, Græcè *ψίλοθρον*, apud Martialem *lib.* 3. *Epigr.* 74.

Pſilothro faciem levat & dropace calvam;

& dropax, ſunt medicamenta depilatoria, quibus piloſa loca ad tempus lævia ac glabra reddebantur. Lævigabant autem hoc modo faciem, ut hic: alias, ut viſum ſuprà ubi *de Alopiis*. Porrò inguina, & uſum. *Epigr.* 123 & partem oberſam, V. ſuprà *Cultpilarius*: de *Pſilothri* verò vim habentibus Plinium paſſim.

Pſimmythium, h. e. ceruſſa, & plumbarius officinis, *laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſſimis, ſuper vas aceto affervimi impoſitis, atque ita diſſillantibus. Quod ex eo cedit in ipſum acetum, arefactum moliter & cribratur, iterumque aceto miſtum in paſtillos dividitur, & in Sole ſiccatur aſtate — vis ejus ad candorem ſtemmarum &c.* Plin. *l.* 34. *c. ult.* Illo enim inter cœtera, ad faciem & cutem dealbandam, fœminæ olim uſæ ſunt: cujus moris meminit Hieronymus *Epiſt.* 23. *Etverbis lachrymis factas pſimmythio anus ſordidata purgatur* &c. V. hic paſſim, inprimis ubi de *Fuco*.

Pſithia, apud Statium *lib.* 4. *Sylv.* 9. *verſ.* 38.

Vel paſſum pſithiis *ſuis recoctum*.

ex emendatione Do nii Calderini; Gr. *ψίθια*, Heſychio *εἶδος ἀμπέλου κ μῆλον λευκὸν, ſpecies vitis & pomorum eſt*. Certè *Pſithias* vineas inter Græcolas recenſet Columella *l.* 3. *c.* 2. Dicit autem *recoctum* Poëta, quia exiguitate acinorum & raritate avarum, quod & conditi opus habuerit: *paſſas*, tales uvasin vino ſuo recoqui ſolitas ait, *paſſum* vinum intelligens, uvis ſuis denuo ingeſtis decoctum. Quod quo modo fiat, docet Palladius *in Octobri cap.* 19. laudatus *ad Statium d. l.* Barthio.

Pſithyrus, Gr. *ψίθυρος*, epitheton Cupidinis admodum celebre Athenis: ubi *ἐρωτ-* quoque & *Ἀντέρωτ-* commemoratum fuit, in via ad Academiam ducente, unde populum illum admodum amoribus deditum, colligit Franc. Roſſæus *Antheol. Stu l. c.* 1. Ratio nominis in promtu, quamvis enim non tanta ſi entii religio in Veneris, quàm in Cereris fuit facris, nihilominus maxima eorum

pars ὑποψαρὸς involucris abſcondita fuit. Ovidius *Metam. lib. 4. fab. 4.*

Conſcius omnis abeſt, nutu ſignisq; loquuntur.

Et clandeſtini maximè congreſſus colloquiaque, & ut Horatius ait, *intimo ab angulo riſus proditur*, Cupidini litantibus imprimis placent. Unde ὀπωπᾷ ὃ βοῦς, apud Euripidem *ſuccrouit bos vacula*, apud Titianum : *Feminina fabulare ſuccrouilla vocula: ὀπωπᾷ ὃ ταῦρος χάριτος ὑπερβολάσιος*, apud Euſtathium *Iliad.* legimus. V. Roſſæum præfatum *lib. 4. cap. 3. ubi de amore Mulierum.*

Piſtacus, pulchritudinis inter aves primas tulit, à Statio *Sylvarum 2. Epicedio in Piſtacum Melioris Atedii*, ubi *Piſtacum* jungens Pavoni ac Phaſiano ait,

Piſtacus ille plagæ viridis regnator Eoæ,
Quem non gemmata vincerit Iunonia cauda
Vincerit, aquoſſum gelidi non Phaſidis ales.

Scaliger tamen *in Exercitat. num. 236.* quia Cardanus aveni hanc commendaverat à colorum varietate ac præterea fulgore ; quod & Appulejus facit *Floridorum lib. 2.* contrà contendit, eſſe deformem, non modò ob fœditatem roſtri, ac crurum & linguæ, ſed etiam, quia ſit coloris ſuſci ac cinericii, qui triſtis. Ad quæ Voſſius, *Quid faciamus ſummo Viro*, inquit? *Si Cardanus ea diciſſet, procul dubio ad Judicia Pſittacorum ; atque adeò omnium hominum. Nunc quia pulchri dixit coloris, ille deformis comendit.* V. eum *de Iudicil. lib. 3. cap.* 80. ubi ſub initium, ſolum inter aves *Pſittacum*, ſicut ex animantibus ſolum Cynocephalum, ſuperiorem commovere mandibulam tradit. Et *cap. prac.* docet, *Pſittacum*, ut non accenſeas id ætatis, quo in Indicis vixit, priusquam huc advehebatur, (quod quantum ſit, ſciri nequit) tamen ſic quoque ad annum vivere ſexageſimum, quod & à Verulamio prodítum eſt *in Hiſtor. vitæ & mortis.* Inprimis verò docilitas ad hominum ſermonem imitandum in *Pſittaco* illuſtris eſt. Unde non ſolùm ei latior lingua, quod in omnibus avibus ſermonis noſtri imitatricibus requirit Plinius *lib.* 10. *cap.* 42. ſed & ſtructura mandibulæ, præſertim ſuperioris, ab avium vulgo variat. Quomodo autem loqui doceatur, cùm apud Plinium & Solinum, tum apud Appulejum *loc. cit.* legas his verbis : *Cùm ſermonem noſtrum cogitur æmulari, ferrea clavicula cupis tundituripſum magiſtri ini pſittacidas, hoc ferulæ genus eſt.* Qui & Ariſtot. *libid.* ut primo ſolùm pleniorip docilis ſit ſenex verò, obliviosus : Item, ut facilius diſcat, qui glandibus veſcitur, ac cujus in pedibus quini digituli numerantur, quæ omnia hauſiſſe videtur ex Plinio *lib* 10. *cap.* 42. ſed Plinium non bene intellexit ; qui hæc non de *Pſittaci*, verùm picis, ſcripſerat. Infigne docilitatis hujus exemplum in vita habemus Baſilii Macedonis Imp. qui filium Leonem cognom. *Philoſophum* Imperii ſeceratconſortem, ſed calumniis Sabareni deceptus, in carcerem conjecerat. Conjugi autem ut ſuum filium conſortem Senatoribus aliquot convivaretur, *Pſittacus* ſæpe inclamaret, *Αἰ αἰ κύριε λέον, Αὐγ, αὐγ, Domine Leo.* Hinc ſicentium convivis, cujus cauſam cognante Imperatore, reſpondere cum lachrymis, *Animal rationis expers luges inſeſtitatem domini ſui Leonis, & nos inſontis obliviſcimur.* Imperator igitur cos porrò in convivio eſſe hilares, deque Leone bonum habere animum juſſit, neque multo pòſt eum carcere eductum priori reſtituit dignitati, Georg. Cedrenus in *Comp. Hiſtor.* & Conſtantinus Manaſſes *in Annalibus* : quorum hic tamen avem vocat *ἐφεδρὸν μυσικὸν* : quod propriè ſit, *paſſerculum canrum.* Generatim, *aviculam canorum* reddit Leunclavius. Cedrenus autem appellat *ψιττακὸν ζῶον μιμητικὸν ἀνθρώπου, Pſittacum, animal imitatrix vocis humanæ ac loquax.* At in medio relinquit, utrum iſta dixerit, edoctus ab aliquo, an aliâ ratione fortuitâ. Manaſſes verò clarè addit, edoctam hoc avem à muliere bus aſſiduè Leonem lamentantibus. Nec enim homo, nedum *Pſittacus* ſermone loquetur, quem non dixerit : Quippe verba non ſignificant naturâ, ſed hominis inſtituto. Quare Poëtica eſt adulano, quando Martialis ait *lib.* 14. *Epigramm.* 72.

Pſittacus à nobis aliorum nomina diſcam,
Hoc didici per me dicere : Cæſar ave.

V. iterum Voſſium *lib. eodem cap.* 89. & *Pſittaci* Epitaphium ſatis prolixum, apud Statium : Adde Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. lib. II. cap* 30. Nomen quod attinet : Apud Plinium *lib.* 10. *cap.* 42. libet Rigaltianus habere, *Sipatem*, in aliis *Scipatem*, verum eſt *Sittacus* apud Sittam. Helychius, *Σίτταξ· ὁ μικρὸς ὄρνις ὡς ψιττακὸς Λίγυας.* Item *Σίττη· ὄρνις σοφὸς, οἱ ὃ ἑρμηνεῦται λίγυες.* Item *Σίττακος· οὐ μὰν γλαῦκα, σίτακα δ' ἀγάγες.* Cteſias *in Excerptis Indicorum Βίττακον* vocat, & inſtar accipitris habere ſcribit. *Σιττάκος* etiam alibi legitur. Et ſanè *Σίττακος* & *Ψίττακος* idem : *σίττακος* autem, quo modo & Arriano *in Indicis* hæc avis dicitur, à *σίττη* deducitur. Non Indi verò ipſi ſic videntur vocaſſe, ſed Græci, qui eam illam Indicam, ſermonis humani imitatricem, nomine hujus avis appellaverunt, quæ maxima hominum vocis æmulatrix eſt, h. e. *picæ* : quemadmodum Nili belluam, quam Ægyptii ſuî vocarunt *Κυνοκέφαλον*, iidem *Κερκοπίθηκον* vocarunt, quòd ſimilis eſſet lacertis maceriarum, dictis *κερκοπίθηκοι* apud ſe. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1014. Hodie Græcis *σπουσγιὰς*, Gallis hinc *papagay*, Arab. *babga* vel *babgia* dicitur : quibus vocitus cur Hebræorum אפרה *anapha* tradidcrint Arabes paraphraſtæ, in Cod. ſacro, non liquet. Niſi per *ajin* עפא *anapha* legerint, tanquam ab עף *bochatus*, à nomine, id eſt, ab arboris ramo, à quo pſittacus videatur dictus, quia nodum habet ex arboris ramo penſilem. Bochartus, *ubi ſupra.* De patria ut aliquid ſuper addam : Indica avis eſt, uti magno conſenſu teſtantur Auctores, Cteſias apud Photium, Aristianus *in Indicis*, Ariſtoteles, *Hiſtor. lib.* 8. *cap.* 12. Plinius *lib.* 10. *cap.* 42. Ælianus, Pauſanias, Appulejus, Alii. Imò Solinus *cap.* 52. *Sola*, inquit, *India mittit avem pſittacum.* Unde *Ovidius de mor. lib.* 2. *Eleg.* 6.

Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab Indis.

Et Poëta in *Antigon. de Pſittaco.*

Indica purpureo genuis me littore tellus,
Candidus accenſo quæ redit orbe dies.

Tamen, ut de Novo Orbe taceam, aſſerri etiam ex Africa, ſed intima, nos docent hodiernæ navigationes. Neque Plinium id latuit, qui *lib. 6. cap.* 29. in Itinerario à Syene ad Inſ. Meroen, quod eddidrant Neronis exploratores, Gagaudem Inſ. deſcribens ait, *Indæ primùm viſus ex avibus pſittacos.* Quod confirmat Paulus Venetus, cum de Abaſſa ſcribit *lib. 3. cap.* 45. *Etiam pſittacos & ampullimos diverſos.* Sed hæc Dioſcor. *lib. 2.* de *Simplic. ψιττακὸς & παραδισιακὸς & μελαγγωνίτης* (*σπουδαῖος*) cum plané falſum ſit naſci in Syria pſittacos, nullum ſe capere fatetur idem Vir Magnus loc. cit. V. quoque ad Statii *carmen in Pſittacum Melioris* eruditas *Animad v.* Cap. Barthii.

Pſophis, adde : Munitiſſima ſitu, triplici fluvio & validis muris fuit, adeò ut confiſa his præſidiis, parumque cauta adverſùs vim armatam, capta facilè fuerit à Philippo, unà cum exercitu ſua arce, de quibus omnibus legi poſſunt *lib.* 4.

Pſychia, à ψυχὴ, i. *Anima*, dicitur Græcis, quæ Latinis recentioribus ævi *Animeria*, V. ibi.

Pſychici, Græcè ψυχικοὶ, liber Chryſippi, laudatus Laërtio *in Zenone.*

Pſychici, Græcè ψυχικοὶ, h. e. *Animales*, Spiritualibus nempe oppoſiti, dicuntur Tertulliano Orthodoxi, poſtquam is ab Eccleſia ſe ſubduxit, Montani erroris amplexus : *Adverſ. Pſychicos cap.* 1. *Et nos quidem poſtea agnito Paracleti, atque defenſo illuſtrique à Pſychicis* : ubi per *Paracletum* Montanum ; per *Pſychicos*, Orthodoxos intelligit, cos ſic vocans quòd Montanum, tanquam Spiritum agnoſcere renuerent. Quò etiam detorſit verba Apoſtoli, 1. Cor. *cap.* 2. ubi de ψυχικὸς ἄνθρωπος, *Animali homine*, dicitur, quòd non capiat ea, quæ ſunt Spiritus Dei &c. Dominic. Macer *in Electoricos.* V. quoque Cl. Suicerum *Thesaur. Eccl.* voce hac.

Pſychomachia, Græca vox, h. e. *Animæ conflictus*, titulus libri, quo de conflictu ſpirituali in vitia agit Prudentius.

Pſychrotites gaulapatus, apud Sen. *Epiſt.* 54. dictus eſt, quia quâ exiens poſt natationem gauſapâ lic ſe involvebat, de quo more Vett. V. Caſaubonum *ad Oclavium Suetonii cap.* 83. & hic paſſim, inprimis ubi de *Balneo.*

Pſychrometrica Inſtrumenta, in *Muſeo* Kircheriano, aſſervantur ; quibus gradus humidi & ſicci ſenſibiliter viſui reddantur agnoſcibiles, quorum variæ ſpecies excogitatæ, paucæ tamen in uſum perductæ ſunt. Horum ratio ſumitur ex ambiente aëre, aut humido aut ſicco, qui quorundam corporum ſuperficiem rarendens, eos ſuæ qualitatis communicatione afficit. Corpora autem invitæ impreſſioni magis congrua ſunt ſtipula avenacea, & ſimilia. Inter artificialia verò omnis generis chordæ ſive ex fibris plantarum quarundam excerptæ & contortæ, aut etiam (quæ & maximæ ſunt activitatis) ex animalium inteſtinis fides. Cujusmodi inſtrumenti duo exhibet in *Collegii Rom. S. J. Muſeo* Georg. de Sepibus : Quorum primum in ſuperficiem gradibus ſuis diſtinctà avenaceâ ſtipulâ velut indice quodam, tenuiſſimo leviter inſiſtens, in quibuscunque locis conſtituto vaſe, gradus humidi & ſicci pro varietate temporis demonſtrat. Alterum intra cryſtallini globi graduatam circumferentiam, indice ſtipulâ ex quacunque materia, ex chorda fidicina, quæ contorta, vel conſtringendo, vel dilatando, ſiccum & humidum, pendula, una ſecum indicem trahit. Tertium, in nauticæ pyxidis formam, planum & ſuperficiem, in eo, primaria minutetum ſpatia, dextrorſum & ſiniſtrorſum divi ſa, intrinſeci circuli indice mobili gradus ſicci & humidi demonſtrat, cujus figuram V. in *Arte Magnetica* Kircheri.

Pſylla vel *Pſyllium*, urbs Bithyniæ, non procul ab Heraclea; Stephan. nomen habet à ψύλλα, i. *pulex.* Quemadmodum ab eadem origine *Pſylli* viri nomen eſt, in Menandri *Meſſenia*, apud Suidam : *Οἱ καλούμενοι ψύλλοι, Pſylli canes*, ab Acharide urbe dicti, apud Pollucem. Nec deſunt, qui Gracos Africæ *Pſylli*, ὅτι ἅ ψύλλου, itidem Græcum nomen indidiſſe ſuſpicentur, quia *judicum* more ſanguinem exugebant, nempe ut à ſerpentibus percuſſos ita ſanarent. Plinius *libro* 28. *capite* 3. *Quorundam hominum vis ea corpora profunt, ut ex his familiis, quæ*

quæ sunt terrori serpentibus, tactuique levans percussæ fuctus vermiculos Unde *tabis Psyllia*, apud Arnobium *lib.* 2. V. Bochartum *Hierozoici Part. poster. Lib. II. cap.* 19.

Psylli, adde: Quæ si vera sint, de serpentibus ab iis fugatis, naturæ potius tribui debent, quàm vi Magicæ. In qua sententia plerique Vett. fuere. Plinius *lib.* 7. *cap.* 2. de Psyllis, *Eorum*, inquit, *corpori ingenitum fuit virus existiale serpentibus, nec unius odoris perimens eas.* Et paulo post, *Similе & in Italica Marsorum genti datur, quos à Circes filio oros ferunt, & ideo inesse iis vim naturalem eam.* Et Solinus, *Supra Garamantes Psylli fuerunt, contra noxium virus munitii incredibili corporis firmitate. Soli morsibus anguium non interibant, & quam vis lethali dente appetiti, incorrupta dorsorum fundere &c.* Circa Hellespontum certe Parium eadem vis Ophiogenis, de quibus sup. a Nec Celsus *libro* 5. *cap.* 27. *Psylli* quidquam habuit, fu.ra vu gus hominum, *præter audaciam sua ipso confirmatam.* Ac si idem iis accideret, quod Mithridati, de quo Poeta,

Effecit pon Mithridates sæpe veneno,
Toxicum ipsissimi sæva nocere sibi.

V. Bochartum *d. l.*

P T.

Ptelea, propriè locus Ephesi, in quo Templum ædificatum; unde urbs *Ptelea*, Stephanus. Vide Claud. Salmasium *ad Solinum pag.* 810.

Pteræ, Græca vox πτερὰ, in Ædibus facris Vett. propriè, ad latera ædis columnarum ordines feu porticus: unde hodieque colu nnata Templorum latera *Alas* Galli vocant. Strabo de Templo quodam apud Thebas Ægyptias verba faciens parietes, qui ut unique πτέρυξιν includebant, vel templum, five columnis, five muris circumvallarentur, *ἄπτερα* vocata ait. Vitruvius vero *ἀδιάπτερον* id genus ædis tantùm appellatum ostendit, quæ columnas in fronte & poltico & circa eadem utrinque habuerit: idem de ariensis inventione, *τέγην ἀδιάπτερον* Latinè vertit *fonstratum*, qua de voce V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1218 Sed & *ἄπτερον* Templum dictum, quod in circuitu deambulationes haberet &c.

Pterela, apud Plautum in *Amphitruone*, nomen viri, qui aliis *Pteretes*. V. Gronovium *Observ. l.* 4. *c.* 15.

Pteropheri, Græcè πτεροφόροι, dicebantur Tabellarii apud Romanos, rem male gestam ac bellum annuntiantes, à *pinnis*, quas in summo hastarum fixas gerebant. Hesychius, *Πτεροφόροι, τελῶν-ται ἀγγελιαφόροι.* Quemadmodum contrà laureatas hastas gerebant, aut laureatas tabellas asferebant, qui victoriæ & rerum secundarum erant nuntii. Statius *Sylvar. l.* 5. *Sylvæ* 1. cùm ex omnibus locis felices nuntios, nullum vero triftem nuntium, Domitiano advenisse, dicere vult, ait,

Omnia nam lauræ pia attollenia frondes,
Nullaq; famosa signatur epistola pinna.

Cur verò pinnis lignatas hastas præferre, cum adversa haberent nuntianda, nihil aliud fingi causæ potest, quàm magnæ cujusdam & præcipitæ celeritatis argumentum, quod longe majori festinatione scilicet opus esset, in perferendis tristium casuum eventibus, quàm in successibus prosperis nuntiandis: nam ijs his nuntiorum tarditas nihil poterat adferre periculi, in illis duplicata celeritas requirebatur, ut quamprimum impendenti malo posset occurri. Nunciis itaque & literis publicis perferendis destinati milites si quid minus prosperi incidisset, in signum festinationis pinnas in summis hastis figebant, quo signo admoniti, qui Curiis publico præerant, intelligerent non esse cessandum, sed rebus ceteris omissis, hos quamprimum esse absolvendos & quasi pinnata velocitate diuittendos &c. Sed & quotidiet nuntio, tam terum lætarum, quàm triftium, *Πτεροφόρος* appella vit Pitaricus in *vita Galbæ*: de quorum pennis fic legitur *in Glossis vetustissimis MSS. Veredarii dicuntur à vehendo, quiveltinanter in equis currunt, nec descendunt, de equis, antequam liberarium à festinatis habeat pennas in capite, ut inde intelligatur festinatio itineris, dauuque eis equus semper paratus*, & quæ leqq. Auctor dicti funt *Ἀγγελιαφόροι* & *Frumentarii*; cum Speculatoribus minimè confundendi, quod fecit Vir magnus *ad Suetonium*. V. Claud. Salmasium *ad Ælium Spartianum in Hadriano* & *Lampridium in Alexandro Severo*: nec non *supra*.

Pteraphoras teg. adde: Sic dicta, ab assiduo nivium casu, quæ πτερὶς feu pinnis limiles funt; unde *Nives pinnatæ* appellat Arnobius *lib.* 2.

Pteroti Calices, apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 26. *Sed quidreferi, Neronis principatu reperta vitri arte, quæ modicas calices dixit, quos appellabant pteroton H. S. fex millibus venieres*: ex Græco πτέρωτοι, q. *pinnati* & alati dicti funt, à duabus anfis appositis. Quidam tamen *apteros* legunt, & ita diei putant vafa frigidaria. Dalechampus *ad l.*

Pterygia, Græcè πτέρυγια & πτέρυγες & πτερὰ, funt anguli veftium, *ai γωνίαι* aliàs. Hefychius, *Θύσανος πτερὰ. τῶν ἱματίων λεπτὸν πλέγμα ἐχόμενον τῶν ἱματιωδῶν κρασπέδων.* πτερυγία ὁ κρασπεδωτὸς αἰ τῶν ἱματίων γωνίαι, διὰ τὸ ἐοικέναι πτερυξί. Cujusmodi πτέρυγα seu γωνίας duas ab utroque latere pallium habebat in parte inferiori, duas in superiori, unde *quadrangulum* vel τετράγωνον. Sed πτέρυγα propriè vocabant Græci angulos illos, qui extra imum vestis, ab *alarum* similitudine ita aperti fiuuidem & divisi in medio veftimenti partes, ab utroque latere fluitantes, avium alas plane referunt. Hinc idem Hefychius πτέρυγας vocat μέρος χιτῶνος ἢ τοῦ κρασπέδου, *tunicæ partem, circa imum as.* Idem *alibi*, πτέρυγια interpretatur τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων, *extremitates talari veftimentorum.* Et Pollux πτέρυγα vocat τὸ κάτω τῆς χιτωνίσκης, *dimidium partem tuniculæ*: quia, ut alves fingulæ binas habent alas, fic etiam hujusm di tunicæ, quæ per medium apertæ funt, duas utrinque partes habent, quæ ad avium alarum imitantes inde πτέρυγια vocantur, quarum utrinsque acumen extra summum amplum facit, qui & ipse πτέρυξ dicitur. Ἴπτερι enim & πτέρυξ cujusque rei *summitatem & acumen* apud Græcos fignificat, ut ex eodem Pollace discimus *lib.* 7. *cap.* 14. Hujusmodi itaque πτέρυγας rotundæ vestes & totæ ab imo circumclusæ non habebant, sed quadratæ solum, quæ fibuis vel in humero vel in pectore tenebantur & apertæ erant, *vestimenta συρικὰ* Græcis & *συμπεφυσμένα* appellata, contrà *ἀδιάπτερα*, quibus nulla commissuræ, utpote eæque ab omni parte conclusa & coarctuata essent, qualis fuit Domini Noftri tunica *ἄῤῥαπτος*. Spartanarum autem Virginum amicu'a aperta erant, & multum corporis aperiebant; hinc πτέρυγας habebant: nam fibulâ in pectore ftringebantur. Similite: Carthaginenfium quadratæ tunicæ alas habebant: Unde servus Plaut nus Pœnulum, in comœdia cognom. fic tunicatum *Avem* appellat ab hujusmodi alis,

Sed quanam illa avis est, quæ cum tunicis huc advenit?

V. Salmasium *Notis ad Tertullianum de Pallio cap.* 1. Sed & πτέρυγιον vitium gemmarum est: a quo πτερυγοφόρος electrum, quod non translucidum est, fed fordibus inquinatum, *pterygia* referentibus. Plinius, *Vitia prater jam dicta eadem fere quæ in smaragdis & pterygia*, apud eundem Salmasium *ad Solinum pag.* 1107. ubi de Beryllis. Nec omittendum, quòd etiam πτέρυγας, Poëmatis Simmiæ Rhodii Poëtæ nomen fuiffe, docet Scaliger *Poët. lib.* 1. *cap.* 18.

Ptochium, in *Vita S.* Euphrosynæ *cap.* 7. *Relinquæ omnia & fuga facultates patris sui, quæ multos in venicni hæredes. Effe* Ptochia, *Hierosomita, Xenodochia, Monasteria &c.* Græcè πτωχεῖον, dicimus est pauperum hospitio destinata; Constantinus Porphyrogenitus *de Cerimoniis aulæ Byzantinæ lib.* 1. Πτωχῶν ὑπάρχοντος τοῦ ἐν τῷ ὑποδοχείῳ κρεβατίου, *Ptochium extruxit, in quoque conflitut sepiuaginta lectulos.* Aliter Ἡσυχασταρίδιον, Lat. quoque *Ptochotrophium*, apud Palladium *in Lausiac. cap.* 5. *Habebat autem* Ptochotrophium *in superiore quidem parte mulieres, in inferiore autem Viros.* Cujusmodi domibus qui præfuit, πτωχοτρόφος, *Ptochotrophus* nominatur in *lib.* 2. Cyrilli, in Concil. Conftantinop. II. *can.* 1. *in fine. Nunc puto omnes quidem ante pedes tuos cadere, & pauperes & Ptochotrophos, omnes vero Monachos & Virgines*, apud Dominic. Macrum in *Hierolex.*

Ptolemæus l. Adde: Hic & *Magnus* & *Soter* dictus. Rhodius hoc agentibus, ut gratiam ei reponderent, ab Oraculo Ammonis pronuntiatum eft, divinis afficiendum honoribus: unde lucus illi in Urbe Rhodi facratus atque in quadrato, extructâ ad latus quodque porticu ftadium longâ, quam Πτολεμαΐδα nuncuparunt. V. Voffium *de orig. & progr. Idolol. l.* 1. *c.* 31.

Ptolemæus II. adde: Hic poftremò foiorem duxit Arfinoën, antea Lysimacho & *Ptolemæo* Ceraunо nuptam. Quam quantopere amaverit, argumento eft, quòd Deorum cultu eam cupiverit honorari. Plinius *lib.* 34. *cap.* 14. *Eodem lapide* (magnete) *Dinocrates Architectus Alexandriæ Arsinoæ templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum eius in ferro pendere in aere videretur. Interveiit mors & ipsius & Ptolemæi, quibi fieri hæc fuisserat fieri.* Ausonius tamen ita rem narrat, quali eò rem perduxerit, quòd volebat. Sic enim is *Idyll.* 3.

Conditor hic fuit an fuerit Ptolemaidos aulæ
Dinocharès: quadro cubi in fastigia cono
Surgit, & ipsa suas consumit Pyramis umbras,
Juffus ob incestis qui quondam fadus amoris
Arsinoen Phœbi fuspendi in aere templi.

V. quoque Augustinum *de Civ. Dei lib.* 21. *cap.* 6. Quia verò *Ptolemæi*, dicti funt Regis omnes Ægypti, poft Alexandri temporа, ficut Pharaones antiquitus, inde *ptolomare*, pro regnare & more Ptolemæorum imperare, in Tabularia Sanct. Severini Burdigal. apud Columbi da Freine *in Glossario*, Anno *milles. mo —— Indictione* 8. *Gregorii VII. —— Gofcelino Præpule Burdegalensi archiepiscopante. Rege Philippo Francorum* ptolomante; *Aquitanorum D. Wilhelmo, pacem & justitiam docente, ego &c.*

Ptolemaïa, Athenienfium XII. tribuum ultima, quæ ficut & *Attalis*, à Rege in Remp. beneficio nonen accepit: eâm prius *Demarias* dicerctur, à Demetrio fimiliter de Athenienfibus bene merito. V. Stephanum, Franc. Roflæum *Archæol. Attic. lib.* 1. *c.* 5. & fupra voce *Demarchus.*

Tribus Ptolemaidis Δῆμοι, i. *Populi.*
Βρεγμὸς οφ. Conchye.
Thygonidæ.
Psyche, ex Græco *ψυχη*, tabella, in qua navis oculi pingebantur & nomen navis inscribebatur. V. *supra Acrostilium.*

P U.

P U, in notis antiqq. *Puella*. PVB. *Publius*, denorat &c, *Pubes*, apud Statium *lib. 5. Sylv. 2.*

Quem non corrumpit pubes effræna ——

prima pubertas est. Hanc in venalibus servis quomodo avertrentic olim Manciparii, ut eos velut nondum puberes cariùs venderent, exponit Plinius *lib. 21. cap. 26. Hyacinthus —— radix est bulbacea mangonibi venalibus rum pulchri nota: quæ à vino dulci illitu pubertatem curcet & non patitur erumpere.* V. quoque eum *lib. 30. cap 5.* ubi languinem è cicliculis agnorum castratorum eidem fini adhibitum fusse docet; nec non *lib. 32. cap. 10.* Ad quam turpitudinem præterea institutæ funt in urbibus officinæ, teste Clemente Alex. *Pædag. lib. 3.* ubi molles pice oblitı a vulsoribus depiles & glabri fiebant. Nec alio pertinebant in Commodiana fupelle&tile Samnitica vafa tabefa&iendæ reiinæ ac pici, apud Capitolinum in *Pertinace* &c. V. Laur. Pignorium *de Servis*, & hic paffim, imprimis infra ubi de *Venalitiis*. *Pubertas* autem tem vel inchoata vel plena, quæ *prætextata* dicta, inter anum

Publica, Servi dicebantur olim, qui officium & ministerium publicum Sacerdotibus aut Magistratibus & Populo exhibebant: de quibus Livius *lib. 26. Scipio vitta Carthagine nova, opifices ad duo millia hominum* Publicos *fore Populi Romani edixit, cum sibe propinqua libertate, si ad ministeria belli exiga operam navassent.* Habebant enim Civitates & Provinciæ, illiusmodi Servos, quos vel bello captos, vel ære coëmtos, manumittebant etiam, impositis à se nominibus. Item Municipia, Collegia, Decuriæ, Fiscus, Societates, Fana, Curiæ, Corpora, talibus *Ministeriis publicis*, ut Labeo vocat *l. 11. de servo fugit.* utebantur. Romæ *in vet. Elogio: DIS. Manibus. Attico. III. Provinciarum. Gallicarum. Servo. C. Licinius. Januarius. Parenti. Optimo. & Licinius. Januarius. conjugi. sanctissimo.* Plinius *lib. 10. Epist. ad Ulpium per Publicos* exigendum esse *quod ipse, adhuc fatigem, an per milites adservare custodias debeam?* Ad quæ Trajanus, *perseveremus*, respondit, *in ea consuetudine, quæ ipsi provinciæ est, ut per Publicos servos custodiantur.* Idem *lib. 7.* Municipalis servi meminit, ut de aliis taceam. Hi varium ufum præbuerunt dominis: Namque facta eurasse argumento est factum Potitorium, apud Livium *lib. 9.* Val. Maximum, alios, qui servos *Publicos* face Hercules docuerunt; Cujusmodi videntur fuisse & Martiales Lanistæ, apud *Cic. pro Cluentio*, Ministri publici, Marti Deo sacri: nec non & Calatores, qui apud Festum legunt, & Scaligerum audimus. Tac. *lib. 17. Pijo in eadem Vestæ per vitia exceptus, misericordiâ* Publici *servi, & contubernalis ejus abditus, non religione &c.* Dein omnibus Magistratibus appareunt, Lictorum, vel etiam Scribarum, aliisque officiis functi: quorum aliquos *Limoniellos* appellatos fuisse, legimus in antiqua terra tabula, apud Laur. Pignorium *de Servis.* Censoribus certe interfuisse, Livius habet: Æmilius, Varro: Quæstoribus, idem, &c. Interim alios à Lictoribus fuisse, oftendit Senatusconsultum verus, quod Frontinus *de Aquæduct.* fic refert: *Placere Senatui, ea qui aquis publicis præesse, cum ejus rei causa extra urbem esset, Lictores binos, & Servos Publicos ternos, Architectos singulos & Scribas, & Librarios, Accensos, Præconemque totidem habere, qui habent ii, per quos pronuntium plebei datur.* Iidem pro qualibet civium thyalibantur, *leg. 1. de Magistr. conven.* pecuniam publicam à debitoribus exigebant, *leg. 19. de compens.* cuftodias adservabant, ut visum, & *leg. ead. de compens.* Etiam in triumpho eorum usus: Juvenalis *Sat. 10 vers. 40.*

Magnaq; cervix
Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla!
Quippe tenes sudanti hunc Publicus *& filii Consul*
Ne pereat, curvis servus portantur eodem, &c.

An verò eadem sit ratio *Publici*, qui apud Longobardos legitur, aliorum esto judicium. V. *LL. Longobard. Tit. ex edit. Basil.* Sic Luitprandus Rex, *Insuper & Publicus, in quo loco factum fuerit, comprehendas ipsas mulieres, & facias eas decalvare, & frustrare per vicos vicinantes.* Et sane Leges ejus gentis non semel *Publici* meminerunt. Fuit quoque olim Romæ familia „*Publica*, quæ incendia restingueret. Seneca *Epist. 66.* Interpvencrunt quidam amici, propter quos major fumus fieret: „non hic qui crumpere ex lautorum culini & cerere Vigiles „solet, sed magnorum, qui hofsites vensite significarent. Et hi quidem Senecæ Vigiles ad Augustum pertinent, qui rejectâ Triumvirorum nofturnorum, Ædilium & Tribunorum Plebis, per se vaiuit huic rei consuli, instituto Præfecto vigilum, cui id muneris demandatum esse voluit, teste Suetonio & Xiphilino. De familia illa veteri Jul. Paulus *lib. 1. de off. Proc.* Qui scribit, *Circa portas & muros fuisse disposium, unde si opus esset, evocabant.* Eundem Augusti liberalitate factum est, ut familia Aquaria legata fibi, à M. Agrippa, *Publica* quoque esset. In qua connumerabantur Aquarii, qui aquam publicam è castellis crogabant &c. V. omnino Pignorium *Opere præf.* & Tit. Popmam *lib. de Operis Servor.* quibus adde Juftum Lipsium *lib. fing. Electorum cap. 22.*

Publicia Lex, de lusu: *Ne quis in pecuniam luderes sponsionem ve ejus rei ergo, nisi ludus virtutis causa fuisepus esset, faceret; veluti si quis cursu suo vel pila saliendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando*, Marcianus *leg. 3. ff. de aleator.* Quod lege Titia quoque & Cornelia sanctum fuisse, refert idem. V. Joh. Rosinum *Antiqq. lib. 8. cap. 31.*

Publicum. V. supra *Publica.*

Publicus, in *L.* Longob. in *LL.* Luitphandi R. & *LL.* Rachis, Judex eft publicus, de quo V. supra, in voce *Judex.*

Publicus Lex. de Censoribus è Plebe creandis, memoratur Livio *lib. 8.* Cæterum enim primum Patriciis solis ea dignitas patebat, tulit legem Q. *Publilius* Philo Dictator, anno U. C. 446. *Ut, cum ex ventum esset, ut utrumque plebeium Consulem fieri liceret, alter ex plebe Censor crearetur.* Alia de Centuriatis legibus, eodem Auctore lata, an. præc. fuit, *Ut legum, quæ Comitiis Centuriatis ferrentur, ante initum suffragium, Patres auctores fierent*, idem Liv. *lib. 6.* Fuit & *Publitia Lex* lex, à Volerone *Publilio* Philone, & Lætorio Tribunis Pl. rogata, App. Claudio Sabino Regillenfi, T. Quinctio Barbato Capitolino Coss. an. 282. Ut plebesi Magistratus, qui antea Curiatis Comitiis fiebant, deinceps remotis Patribus, Tributis Comitiis, crearentur. Liv. iterum *lib. 2.* Dionysius *lib. 6.* Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 6. & 7. &c.*

Puri Illustres.

Publius Proconsul, memoratur Constantino *lib. 1. de Thomat.* ex Insc. cujusdam monumenti Smyrnæi, quæ sic habuit, Τὸν ἀνδριάντα τὸν ἄρχοντα Ἰωνίας, Φρυγίας Ἀλαβάδης, Μαιάνδρου, Ἀσσηνιτῶν, Μυσίας, Βιθυνίας, Τρφάδος, Ἑλλάδος, Μακεδονίων, Πόντου, Παφλαγονίας, Καππαδοκίας μικρᾶς, τῆς μεγάλης, Ἰουδαίας τε καὶ Λυκαονίας, ὃς μέχρι τῶν ὅρων τῆς Ταύρου καὶ τῶν μακρῶν Ἀμανίδων. Quas omnes provincias vir Ἀναδεικτὸν nominat dictas, & ab uno Rectore Proconsule olim administratas fuisse, hinc colligit Author. Sed nunquam eæ provincias simul rexit Asiæ Proconsul, nec *Publius* hic Ἀναδεικτὸς seu *Proconsul* appellatur omnium suprascriptarum provinciarum, quod tamen oportuit, siquidem eas omnes Proconsulis nomine obtinuisse. Præterea, si provinciæ hæ universæ Asiæ Proconsulatum constituissent & Asiam eam particularem, quæ Proconsuli suberat, satis fuisset dici, *Publius Proconsul Asiæ.* Nec enim Proconsules in titulo sux dignitatis signando nominarunt præter eam, quor regiones sub se haberent. Cum igitur inscribatur ille *Publius*, Ἄνθυπατος ἄρχων Ἰωνίας, Φρυγίας &c. non Proconsulis nomine & officio provincias eas omnes, quæ ibi nominantur, administravit, sed illud indicatur, Proconsulem illum fuisse & variis administrationibus eas regiones obtinuisse. Utut sit, extraordinaria illa potestas fuerit oportet, & à Proconsulatu diversa, quæ Ἀρχὴ habuit tam late diffusam. Salmasius *ad Solinum pag.* 807.

P. *Cornelius* Nasica, adde: Primus apud Romanos clepsydram seu horarium ex aqua, fecisse legitur, apud Censorinum *de die Nat. cap. 23.* Deinde aliquanto tempore post P. Corne.“ lius Nasica Censor ex aqua fecit horarium, quod & ipsum, ex“ consuetudine nofcendi ex Sole horas, solarium exceptum dici.“ Sic ergo posteriori zevo posita clepsydra horæ distingui solitæ sunt, cum prius Solis tantum umbris tempora internoscerentur, Aur. Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap. 3.* Hinc Sidonius Apollinaris *lib. 2. Epist. 9.* Per *fluvia, inquit, clepsydrarum horarium incrementa servantem probabat.* V. quoque Plinium *lib. 7. cap. 60.* Victorium *lib. 31. cap. 13.* Cœl. Rhodiginum *lib. 18. c. 39.* Cassiodorum *Var. Epist. uli. lib. 1.* Appulejum *Apolog lib. 2. & 2.* Plinium Jun. *lib. 2. Epist. 1.* alios, & de clepsydrarum aquæque in Judiciis inprimis Veterum usu, apud Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum lib. 9.* ut & aliquid supra in voce *Horologium.*

P. *Mallobius*, ut eum vocat Florus Livii Epitomator, vel *M. Malleolus*, ut placet Alexandro Neapolitano *Genial. dier. lib. 1. cap. 5.* vel etiam *Publicius*, uti Paulo Orosio dicitur *lib. 5. cap. 1.* primus apud Romanos, ob Matrem necatam, damnatus est, quod factum, post bellum Cimbricum & Marii victoriam. V. Joh. Rosinum *Antiqq. lib. 8. cum Paralipomenis Dempsteri ad cap. 24. 26. 29. 34.*

P. *Papirius*, leges Regias in Codicem & in unum corpus primus redegit, teste Pomponio JC. *lib. 2. ff. de Orig. Juris.* Unde *Jus Papirianum*, de quo librum edidit Gravius Flaccus, referente Paulo JC. *leg. 145. ff. de verborum signif.* Eandem leges *Curiatas* fuisse dictas, Dempsterus docet *in Rosinum lib. 8. cap. uli.* Ex recentioribus in hoc Jure *Papiriano* colligendo ac illustrando utilem posuere operam, Bartholomæus Martianus, Lud. Charondas, Pandultus Pratejus, Fr. Balduinus & Justus Lipsius. V. quoque supra in voce, *Papirianum jus.*

Pucheim, nomen illustris in Germania familiæ, quam derivare volunt ab Alexandro Cumineo, qui, Richardum Anglicæ R. in Palæstinam sequutus, hoc ab Austriæ Duce capto, in Austria sedem fixerit A. C. 1193. Nepos Albertus Archidapifer hæreditarius Austriæ ab Ottocaro constituti meruit, cujus nepos Albertus III. per filios, Pilgramum, Albertum IV. & Albertum V. totidem lineas fevit. Et quidem à Pilgramo descendit linea Comitum, cujus hæc series est ab aliquot seculis: Hartneid Dn. de *Puchein*, ex Dorothea Dn. de *Wildungmarter*, fuscepit Joannem, maritum Barbaræ Streinizæ, & et ea Patrem Michaëlis Ludovici: cui Polyxena de *Roggendorff* genuit Joannem Christophorum Dn. itidem de *Puchein*; quo, & Margaretâ Com. Oetingensi, genitus Joannes Christophorus *Comes de Puchein*, junxit sibi Susannam de *Hofkirchen*: è quo matrimonio prodierunt, Joannes Rudolfus, cui uxor obtigit Maria Elisabetha Trautsona; Otto Fridericus Epifc. Labacensis; Joannes Christophorus, Polyxenæ Com. Leiningensis maritus; Eva Susanna, uxor Stephani Com. Palfi, Maria Elis Canonissa & Johanna Constantia, omnes *Comites de Puchein* &c. V. Pitt. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. pag. 82.* & *in Indice, ubi Familiæ disposito exhibetur.*

Pudens, Consul sub Commodo Imp. quo & Pollione Magistratum gerentibus, Commodus numeratus inter Cæsares est, quarto Idum Octobrium, quas ipse Hercules postea nominavit, Æl. Lampridius *in Commodo Antonino.*

Pudicæ Vestæ, apud Ovidium, *de Ponto lib. 4. Eleg. 13.* ubi scribit, ad Carum, se aliquid in laudem Cæsareæ domus Getico sermone meditatum esse, inque eo cecinisse,

Esse pudicarum te Vestæ, *Livia*, *matrem*,
Ambigium est, *nato dignior*, *anne viro*:

Gronovio sunt Virgines Vestales. Etsi enim & matronæ, uno viro contentæ, sint *pudicæ*, tamen interdum *pudicitiam* dici absolutientiam ab omnibus viris, notum. Hinc Justinus de Alpasia, *Solit eam facerdotis præficis* (Antaxercxes) *quo perpetua sibi ab omnibus viris pudicitia imperaretur*. Harum ergo *pudicarum* seu Virginum *Festa* Matrem Livium vocat, respiciens ad titulum Augustæ, MATER VESTALIUM: quem, cùm cautus & invidus Tiberius immensos honores in matrem certatim Patrum adulatione effusos recidisset, illi utpote sibi minimè periculosum, reliquit. Hoc namque aliquanto minus est, quàm MATER PATRIÆ. V. præfatum Gronovium *Observat. lib. 4. cap. 15.* At *Pudicæ habiti*, apud Solinum *cap. 37. Chalcophonatos vesonas*, at *pudicæ aræ*: pudicè habitis *servati mores charitatem*: Tragedi sunt, quis ad vocem, cujus claritatem maximè affectabant, conservandam, Venere abstinebant. Unde & fibulâ hanc in rem usi sunt, de qua supra dictum aliquid. V. Salmasium *ad Solinum pag. 764.*

Pudicitia, adde: *Patriciæ* ædem, quam Æmilius consecrasse dicitur, ad ædem rotundam Herculis positam, non licebat ingredi, nisi iis quæ semel nupsissent. *Plebejæ* adem Virginia extruxit, quæ familia Patricia, plebeio nupta, a fo-
„rore clarissima *Patriciæ Pudicitiæ* arcebatur: qua de re sic Liv. In-
„signem, inquit, supplicationem fecit certamen in sacello Pu-
„dicitiæ, inter Matronas orum & Virginiam, Auli filiam, Pa-
„tricium, Plebeio nuptam L. Volumino Consule. Hanc enim
„Matronæ, quòd è Patribus nupsisset, sacris arcuerant. Bre-
„vis altercatio, inde ex iracundia muliebri, in contentionem a-
„nimorum exarsit: cùm & Virginiam & Patriciam & pudicam
„in Patriciæ Pudicitiæ templum ingredi am, & uni nuptam ad
„quem Virgo deducta sit, non fore Ve ris honorum que ejus ac te-
„stium gestarum peenitere, vere gloriaretur. Facto deinde e-
„gregio magnifica verba adauxit. In vico lo go, ubi habita-
„bat, ex parte ædium, quod fatis effet loci, modico sacello ex-
„clusit, aramque ibi posuit, & convocatis plebejis Matronis,
„conquesta injuriam Patriciarum, Hanc ego aram, inquit, Pu-
„dicitiæ plebejæ dedico: atque horror. ut quod cernarent vi-
„tutis virilis in hac civitate esse, hoc Pudicitiæ inter Matronas
„sit, uterque operam, ut hæc ara à sanctioribus & castioribus
„coli deceat. Eodem ferme ritu hæc ara, quo illa antiquior,
„culta est, ut nulla nisi spectatæ pu licitiæ matrona, & quæ uni
„viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Hinc Valerius Max. *lib. 2. de Institutis*, *Quæ uno contenta matrimonio erant*, *ait*, *coronâ Pudicitiæ honorabantur*. Festus auctor est, exiitimare quosdam, *Pudicitiæ* simulachrum, quod in Foro Boario, Fortunam fuisse. V. Joh. Rofinum *Antiqq. lib. 2. cap. 18. ubi de Dîis*, *propter quæ dantur ascensus in cælum*, *tertiâ nempe Deorum*, *ut Cic. vocat*, *classe*.

Pudor, apud Statium *Theb. lib. 2. vers. 213.*

Candida purpureum fusa super ora pudorem:

nihil aliud est quàm rubor, quem ille in genis, (ubi ejus sedes, Plin. *lib. 11. cap. 37.*) efficit. Ut *Rosa pudicitiæ* dicitur, quam mille locis cum Virginum colore Poëtæ componunt: Musæus quidem & Nonnus adeò, ut sub pedibus etiam formosarum rosas inveniant. Et fic Columella *lib. 10.*

Tum quæ pallet humi, *quæ frondes purpurat auro*,
Ponatur viola, *& nimium vosa plena pudoris*.

H. e. semper rubens. Uti de Aurora Mart. Capella, *lib. 2.*

— *Ambrosium promens aurora pudorem*.

Quàm proin & vetus Poëta *pudoriolorem* vocavit. V. Columellam iterum *d. l.* & Zenonem Veronensem *Serm. 54.* Color autem iste prorsus Virginalis. Euripides *Phœnissis versu 1493.*

Οὐ κερκιδοποίκιλα διαγραφὰς ἐν-
Ἀξιὰ πωτῆ ἀ, ἐν' ἐπὶ παστάσιν
Τὸν κοσ βαλόμενος φοίνιε ἰούπεμ-
Προσώπε, αἰδοφόρα φέρουσ —

Virgilius de Lavinia *lib. 12.*

Flagrantes perfusa genas, *cui plurimus ignem*
Subjecit rubor, *& calefacta per ora cucurrit*.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, *mixtæ ceu lilia multa rubent*
Aut rosa, *aut cui pulcher virgo dedit ore colores*.

Ubi cautè *sanguineum ostrum* dixit, *purpureum*, illud alterum, *violaceum ferruginumque*, excludens. Quam in rem V. plura apud Barthium *ad Statium d. l.* nec non *lib. 5. vers. 396. Pudibunda dies* &c.

Puduclare, in Monachorum *Regulis*, *cap. 81. Habere debent Fratres in hyeme paratum grossum quotidianum stramineum & tunicam aliam nocturnam*, *quam post nocturnum* puduclare, *quia in die diversis occupantur laboribus*, Lucæ Holstenio in *suo Glossi.* deponere est. Sed ad deponendam vestem non tantum tempotis requiritur, ut à laboribus diurnis propterea Monachi diu vacaturi esset: hoc enim sine mora peragi potest. Adde, quòd de hyemali tempore, ac de tunica nocturna, quâ indutus Monachus frigoris injuriæ resistere possit, sermo est. Nec verisimile videtur, quòd post Nocturnos, cùm iterum dormire ac calore se fovere debuissent, nocturnam tunicam deponere jubeantur. Itaque *Pediculosi* legi vult Dominicus Macer, tum ex ignorantia Scriptorum illius seculi, tum etiam ex do. „cumento usus aliquarum Religionum, ubi post nocturnos so-„lent Religiosi, in medio alcujus Aulæ, accendere pyram hi-„berno tempore & discingere cingulum, ac pulices, finitesque fordidas bestiolas in ignem excurere & pustmodum ad itenm dormiendum ire, in *Hierolexico*. Quo pacto *puduclare* idem esset, quod Græcis φθειρίζειν, Gallis *Esplucher*: quorum illud occurrit in Græca versione Jerem. *cap. 43. versu 12.* Φθειριεῖ τὴν Αἰγύπτιον, ὃν τρόπον φθειρίζει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. *Expediculabit terram Ægypti*, *ut pastor expediculat vestem suam*. i. ex ea pediculos eximit, ad quem Theodoretus indigitat ait, „Nebuchad-„nezarem non perfunctorie in Ægyptum bellum gesturum, fed illam exacte deleturum, ut pastores, cùm pediculos suos collegunt, maximè id faciunt accurate, ut pote otio abundantes. Verùm cùmà textu Hebræo prorsus fit alienum, nec Sacro Scriptore fatis dignum, ut vastatorem Ægypti pu ctur comparasse pastori φθειρίζοντι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ: fuspicatur Bochartus, Græcos scripsille, φθειρεῖ γὰρ Αἰγύπτε, ὡσπερ φθείρει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. *Ægyptum corrumpit* (scil. *desteruit*) *ut pastor corrumpit*, (scil. *vestimenta*) *ut vestem*. Et cum *Hieronymi Pariæ prior. lib. 11. cap. 44.* & plura hanc in rem, apud Casaubonum *ad Theophrasti Characti pag. 326.*

Puella, cognom. Guilielmi Abbatis Fiscan. *pro decore*, ut ait Order. Vitalis *lib. 11.* Aliàs *Puella*, quid significet notum, vocis originem ex *puera*, *puerula*, ficut ex *puer*, *puerulus*, *puellus*. Quâ licèt nupta veniat, apud Ovidium *Fastor. lib. 2.* ubi jubet *virdues cessare puellas* : à prarticrum complexus abstinere: etiam puegnans, apud Horatium *Carm. lib. 3. ode 22. laborantes utero puellæ*. Insuper quæ aperti, ut de Penelope idem Ovidius *alibi*: imò bis puerpera, apud A. Gellium *lib. 12. cap. 1.* communiter tamen juvenculam notat viro intactam. Cujusmodi *Puellæ*, apud Romanos, ingenuæ in Prætexta, donec nuberent, fuere. Unde Cicero *in Verrem*, *Epiphes*, inquit, *puellæ ingam Prætexam* ; & Propertius *lib. 4.*

Mox ubi jam facibus cessit Prætexta maritis,
Finxit & accepta altera vita toma.

Festus quoque ; *Nubentibus*, *depositis Prætextis* , *à mulieribus puerorum*, *obscæna clamabantur*. V. supra in voce *Prætexta* Prætexebantur autem nupturis faces, quia nunquam nisi noctu nubebant *Puellæ*, neque in domum mariti deducebantur, quamdiu quidquam diurnæ lucis fupercerat. Valer. *lib. 1. cap. 5.* Tacitus *lib. 11. Interdin in vico nubente spectata*, *quæ etiam in famina nox operit*. Catullus *Epithalam.*

Vesper adest, *Juvenes consurgite*.

Hinc itaque tædas ardentes pueri patrimi & matrimi quinque geftabant. V. Dempfterum *in Rosinum lib. 5. cap. 37.* Apud Athenienses , *Puellarum* causâ duplex præbebatur equlum τοῦ ἁρμάτου, alterum à Patribus, ſtatâ die, τῇ κρεσίλλῃ καλουμένῃ ἱππάσῃ : alterum à Sponsis , nuptiarum solenni, uti teſtatur Demosthenes ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τρ Βοιωτίας ἐπὶ τὸν γάμον : V. Sam. Petitum *Comm. in Legg. attic. lib. 2. tit. 4.* De earum opificiis, V. Fr. Rosſæum *Archeologiæ Att. lib. 4. cap. 5.* de arcta inftodia, ſupra in voce Oecuria: de nuptarum ritibus, ſupra it. in voc. *Nuptiæ* & *Proteles*, ac infrà in *Sponsa*. Dico hic ſaltem, *puellas* ſecretim à cœteris in arcibus & domibus coluiſſe , *thalami ſecreta in parte*, ait Statius *Thebaid. lib. 8. verſu 607.* h. e. in parthenone. Sic *arcano thalamo* egrediuntur filiæ Adraſti: apud eundem *lib. 1. verſu 534.* Novis autem nuptis conventus, novi ſtebant thalami ; id eſt , thori inſtar conclavium exſtructi, feu tentoriorum, uti docet ex Claudiano *Nupt. Honorii*, Heſychio, Auctore *Etymolog.* Barthius *Animadverſion. ad Statium d. l.* Nec omittendum , apud Romanos nono , à nativitate , die ; apud Ebræos initio menſis , *Puellis* nomina indita fuiſſe, ritu apud Græcos variante , cùm modò id quinto, modo decimo facere ſolerent. Sed & de hac re actum ſupra, in voce *Nominatio* , & *alibi*. Etiam ab Ægyptiis circumcidebantur *Puellæ*, unde Nymphæ Ægyptiæ exſcindere, dicit Galenus *in Introduct.* Et hodieque hoc in Ægypto ſervatur, ut dicvi. dem incidant fœminæ , teſte Alpino. Contrà maſculos Judæi aliæque gentes circumcidunt ; illis honor, his lex : ibi ſoram amputant pellem & reliquum unguibus abradunt ; illi Arabesque incidunt tantùm , ut iterum conſolidetur. V. Thom. Bartholinum *de Puerp. Vet.* Apud Græcos , ut & hoc addam , in Gymnaſtica quoque arte *Puellas* exercerì fuiſſe ſoliras legimus. Unde Plato *de Legg. lib. 7.* decernit publicos Magiſtratus habendos , qui Gymnaſticam pueros atque *Puellas* edoceant , & apud Athenæum reperimus , *Dipnoſophiſt. lib. 4. cap. 13.* nonnullos teſtamento caviſſe , ut pulcherrimæ *Puellæ* , Monomacho-

rum instar, decertarent, notat Hier. Mercurialis *de Arte Gymn. pagim.* Propertius, de Spartanis inprimis, id eleganti Carm. tradit, *lib. 3. eleg. 13.* cujus pars,

Multa tua, Sparte, miramur iura Palæstræ,
Sed magè virgineis bona Gymnasiis,
Quòd non inflammas exercet corpore lædas,
Inter luctantes nuda Puella viros &c.

V. etiam Xenoph. *de Rep. Laced.* Plutarchum *in Lycurgo*, veterem Poetam apud Ciceronem *Tuscul. 2.* Claudianum *de Cons. Manlii*, Alios ; ut & infrà, voce *Virgo*. De *puellarum* verò *ministerio* apud Romanos, hic pasim, ubi de *Gaditanis*, item in vocibus *Ornatrix, Psicas &c.* Apud Capitolinum *in Marco*, *Puellæ Novæ, Novæ puellæ Faustinianas instituit, in honorem uxoris moriuæ* : eodem loco dicuntur, quos *Pueros & Puellas novum nominum*, Idem ipsrà dixit. V. superiùs ubi de *Alimentariis Puellis*.

Puellatoriæ Tibiæ, apud Solinum *cap. 5. Thermisanis locis Insula est arundinum ferax quæ accommodatissima sunt in omnem tibiarum : seu præcinoribus facias ——— seu vasces ——— seu puellatorias, quibus à coro clariore vocamen datur : sive gingrinas* &c. in Schedis Palatinis, *Puellarice* tum, quod rectiùs videtur. Cœteri tamen omnes *puellatorias* habent. Intelligit autem *τιμῶντας αὐλοὺς*, qui clarissimi soni. Aristoteles *lib. 7. cap. 1.* Ἀλλ' ἐστι ὁ φωνὴ ἐξυγὸς μὲν ὑγλοῦς τοιοῦτος, ὁ τῶν ἀρίστων ἢ ἀναγκαῖον αὐλῶν τὸ ποιεῖσθαι ἐξυγῆ &c. Ad quarum cantum *puellæ* saltare soleant, fuit putari, ad sonum *τῶν τραυλῶν*, & viri, ad *τῶν ἀνδρῶν*. V. Salmasium *ad Solinum d. l.*

Puer, aliquando idem, quod Servus. Cicero *lib. 1. ad Attic. Nam Puer fallitur, Anagnostes noster Sositheus, decessorat, meq; plus, quàm fervi mors debere videbatur, commoverat.* Quò referenda Festi verba : *Quasi puer, servile nomen frequens apud Antiquos erat, à prænomine Domini diuctum* (quali *Quinti puer*) *ut Marcipor, Caipor.* Hic nempe Veterum fervos vocandi mos fuit : quem intercidisse, refert Fab. Quintilianus *lib. 1. cap. 4. In servis jam interciditi illud genus, quod diucebatur à Domino : unde Marcipores, Publiporesque* : imò quæritur & objurgat Varro *de L. L. lib. 8. Quamquisquam jam servos habet priscis nominibus?* Hinc itaque lux veteri Inscr. quæ & ad Libertos id transferre videtur, *P. Rutilio. Latino. Sicinius. P. Pur. Patrono, fac. b. m.* apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Et eo motorum quidem frequens apud Romanos fervitium fuit : beatolos inprimis illos, qui illustrimodi *Pueris* non Ticiinum modò, fed & Coquinam referrent. Martialis *lib. 10. Epigr. 66.*

Qui vago nam durus, unis tam fuit ille fupérbis,
Qui juslit fieri te Theopompe cocum ?
Hanc aliquis faciem nigrâ violare culinâ
Juftines ? hæc unclo pollinet unque comas ? &c.

In quibus fanè verìbus latens fub nomine Trimalcionis Petronianæ illa lautitia eluceat ; Ut enim ille digitos in capite *Pueri* terfit, ita videtur Theopompi dominus ad eiusdem comas ungues unctos, mundities causa, affiduisse. Sic apud Ciceronem *in Verr. 2. circumpedes homines formosos vel literatos*, hic habuisse dicitur : quo um erat, foleas accumbentis domini cuftodire, ut patet ex Martiali *lib. 12. Epigr. 89.* Inprimis grati conviviis fuere *Pueri* ex Ægypto, dicaces. Petron. *Satyric. Difubuimus Alexandrinis puerig aquam nivatam in manus infundentibus* : quemadmodum iisdem Puellæ Gaditanæ aprisiinæ viſæ. Et Symphoniacorum *Puerorum*, quanta fuerit copia, infrà videbitur : quos omnes vocales vide. *Jubulat in naturis habuisse, ne coiram*, docet Juvenalis *Scholiastes*, *ad verſum 73. Sat. 6.* Sed de his, fuo loco. Tranfeo ad ingenuos, de quibus adhuc in infantia conſtitutis, *supra* actum, in voce *Infans*, *Nominalia*, *Profeſſio &c.* Eorum veſtimenta, apud Romanos erant. Præ texta & Chlamys, de quibus *fuo loco* : donec adultiori ætate virilem fumerent Togam, ante quod tempus cum iis commercium ulli Viro eſſe non licebat. Quæ causa, quòd Mercurialis Guil. Choulum, qui in *Antiqq. Exercitat. libro*, in Ephebeo, ſecundâ Gymnaſii parte, *juvenes ſtudendi gratiâ ſeſſitſe*, ſcriptis mandavit, refutat *de Arte Gymn. lib. 1. cap. 7.* Id verò negari non poteſt, Galeni tempore, ut is *l. 1. præc. ad Poſth.* teſtatur, *Pueros* exercerì in palæſtra conſueviſſe, cùm is cujusdam ægri tudinis, quam Commodus Puer atque Imperatoris filius in Palæſtra acquiſiverat, ibi ingerat mentionem. Sed & idem Plautus *Bacchidibus*, *Actu 3. Sc. 3.* aperiiſſime oſtendit, ubi Lydus Piſtocleri Pædagogus, Patrum erga filios ſui temporis indulgentiam taxans, de antecedi temporis moribus ita loquitur,

Nego tibi hoc annis virginis fuiſſe primis copiæ,
Dicitum longè à Pædagogo pedem ut efferres ædibus.
Ante Solem exorientem iuſſi in Palæſtram venerat,
Gymnaſii præſidia haud mediocres pœnas penderet,
Id quasi obnoxeras, hoc etiam ad malum accrefcebant malum :
Et diſciplulus & Magiſter perbibebantur impróbi,
Ibi curſus, luctandi, haſta diſco, pugilatus pila,
Saliendo ſe exercebat magis, quàm ſervo, aut ſaviis.

Unde conjicere eſt, *Pueris* ſummo mane Palæſtram adeundi præceptum fuiſſe, ut Virorum, qui tunc non aderant, conſortium vitarent, atque etiam literarum ſtudiis inеumbendi otium ſupereſſet : Etenim non deſuiſſe, qui *Pueros* videre nudos & nefandum eorum amorem ſibi conciliare ex Palæſtris ſtuderent, facile ex Plutarchi *Erot.* colligitur. Quæ cauſa, quòd & Athenis ſeverè cautum, ne *Puerorum* Præceptores ludum literarium aperirent, ante Orientem Solem, & ut clauderent ante Occaſum. Imò nec ingredi uiſi ætatem puerilem ſupergreſſo in Ludum, quandiu in illo *Pueri* erant, ſub pœna mortis licebat, excepto filio Præceptoris, aut fratre nepote, aut genero. Etiam Gymnaſiarchæ neminem provehtori ætate, Mercurii feſtis diebus, admittendi facultas permittebatur, ut patet ex Lege Æſchini memorata *c. Timarch.* Agitabant autem *Pueri* Mercurii dies feſtos, in Palæſtris : ſicut Muſarum, in Scholis ; quorum illi diccbantur Ἑρμαῖα, hi Μουσεῖα. Magiſtratus verò, cujus curæ commiſſa erant, τὰ διδασκαλεῖα, & τὰ γυμνάσια, Κοσμοῦσι dictus eſt, de quo vetus lapis Athenis in Gymnaſio, Ἐπὶ Φαίνου Ἄρχοντος Κοσμοῦντος Διονυσίου πάππου Λαμπτρέως· γυμνασιαρχήσαντος ; ubi qui *Gymnaſiarchus* ſimpliciter dicitur, *Puerorum* intelligitur, Magiſtratus Κοσμοῦντος nomen additur, quia curæ Gymnaſiorum erat præfectus. Alia ab his Gymnaſia & alii Κοσμηταὶ Ephebeorum erant, qua de re V. Erotianum in *Lexic.* In quibus enim *Pueri* exercerentur, hoc Terentii *Eunucho* docet ;

——— ——— *Fac percolarum ut literis,*
Fac in Palæstra, in Musicis : quæ libertim
Sine ægnum eſt adoleſcentem.

At aliæ erant Ephebeorum *ἀσκήσεις*, militares nempe omnino : verùbamur in eorum Gymnaſiis ii, quos inanis gloriole γυμνασιαρχικῆς titillaret, quos nimirum poſſent à Junioribus conſpici, atque hunc ipſi ſui honoris fructum perciperent, dum in ſe illorum converterent ora ; Quam ob rem Æſchines Demoſthenem facit σκωπτόμενον ὡς τῆς τῶν μειρακίων ἀζητεῖας : Cùm contrà in *Puerorum* palæſtras nemo impunè horum ætatem ſupergreſſus, ingredi poſſet. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 3. tit. 7.* De *Puerorum calliſthenia*, præclare diſſertarunt adi Franc. Roſſium *Anthol. Att. lib. 5. cap. 11.* Plura verò de *exercitationibus Puerorum*, apud Græcos, *gymnici & ſcenici*, *præmiisque illorum*, Car. Paſchalius habet *Coronar. lib. 6. cap. 29. 100.* Ubi *de Pueris Alexandrinis*, *Mauris*, *Syris*, garrulitate ſua, apud Romanos magni æſtimatis, de quibus & ſupra, præclara multa, præter Calaubonum ad *Suet-nium Aug. cap. 83.* Caſp. Barthius *Adnad verſion. ad Papinium Statium lib. 5. Sylv. 5.* ubi hos verſus illuſtrat :

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumq; ſui convicia Nili
Infantem, linguaq; ſimul ſaltiuque proterrum
Dilexi ———

Apud eundem Suetonium *Tiberio c. 6. Præfedit Trojanis Circenſibus, dilitor turmæ majorum puerorum* : *Pueri majores* ſunt, qui ἀγένειοι Græcis, mediæ inter puerilem & virilem ætatis. Nec omittenda Babia *puerilis* Dea, memorata Photio : de qua V. Caſaubonum *ad Suet. Aug. c. 87. &c.*

Puer, ſicut *Infans*, ſexcentorſi ævo, nomen Magnatum filiis promiscuè tribuit, qui nondum ex ætatis defectu feudorum paternorum poſſeſſionem adierant, quæ interim à Cuſtodibus vel Tutoribus adminiſtrabantur, donec ad legitimam ſi perveniſſent ætatem. Sic Fridericus Henrici II. Imp. filius, quem ſpectabat Apuliæ Siciliæque Regnum, ex Matris jure, modò *Infans Apuliæ*, modò *Puer Apuliæ*, dictus occurrit, in *Chron. Sanmenſi cap. 19. & Andreæ Dandulo pag. 324.* Die primogenito Filio Regis Angliæ, Guilielmus Britto *Philippidos lib. 12.*

Non tibi des regnum, donec Puer Anglicus armis
Victa, quibus nisi juris habes, tibi ſæpius reſignet.

In *Charta* Gaufredi Epiſc. Ambian. *A. C. 1118.* apud Louvetum *Antiqq. Bellovac. Tom. II. pag. 115.* ſubſcribit *Radulfus Puer de Averis*, h. e. hæres &c. Interdum tamen hæc voce quoque denotabantur, qui prædiorum paternorum adiiſſent poſſeſſionem, vel certè eorum poſſeſſiones audirent. Sic Ludovicus *Rex & Puer* dicitur, in *Charta* Alemannica *76.* Goldaſt. *El puer Dux Saxonum*, in *Charta* Adalbronis Archiep. Hamburg. *A. C. 1143.* apud Ughellum *Tom. II. Fridericus puer Dux Suevorum*, in *Diplom. Friderici I. Imp. A. C. 1160.* In *Charta* quoque Bartholomæi Epiſc. Pariſienſis *A. C. 1146.* ſubſcribit *Philippus puer Frater Regis.* Eodem modo olim Imp. filios, ſuperſtitibus Parentibus, *Nobiliſſimos Pueros* appellatos in Faſtis, declarant eorundem Imp. *Conſtitutiones*, in quibus ut plurimum binis iſdemque literalis, *N. P.* hæ appellationes deſignantur, ut obſervavit Jac. Cujacius *ad l. 4. Cod. de Privil. cor. qui in ſacro Palatio. mil.* Hinc *Conſtitutio* Theodoſii, Valentiniani & Arcadii, apud Simondum *in Appendice ad Cod. Theodoſ. cap. 8.* ſic claudit : *Dat. X. Kal. Majas Conſtantinopoli, Honorio* Nobiliſſimo Puero *& Evodio Coſſ.* Ut *Epiſtola* Valentis & Urſacii, *in Fragm. S. Hilarii*, *Data Gratiano Nobiliſſimo P. & Dagalaſſo Coſſ.* Exinde, voce *Puer* abrogatâ, *Nobiliſſimi* nudè talesve appellari cœperunt &c. V. ſupra in voce *Infans*, item *Nobiliſſimus*.

Puer, Seniorum vox & cum auctoritate patria fuadentium. Apud Virgilium *Æneid. lib 5.*

Tum pater Æneas : vestra ifthæc munera vobis
Certa manent, pueri.

Et *lib. 6.* Anchises,

Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella.

Quem pari in negotio imitatus Statius *Thebaid. lib. 5. ver-fu 628.*

O' pueri, *Virtus iterum tentanda* &c.

Ad quem l. vide Barthium, uti de *Pueris Alimentariis*, item *Pueris novorum Nominum*, apud Romanos, fuprà, In Ecclefia Rom. *Pueri Monaferii* dicuntur, qui alias *Nutriti & Oblati*, item *Infantes Monaferii*, quales ante 25. annos ordinari vetantur, in *Capitulis* Theodori *Cantuar. c.* 34. & 115. V. fuprà, voce *Infantes*. In eadem *Pueri de Altari*, item *Pueri* nudè, dicti occurrunt, qui vulgò *Pueri Symphoniaci*, Gall. *Enfans de Chœur*, apud Car. du Freine *Gloffar.* voce *Infans* &c.

Puerpera, à *puerì partu* dicta, olim variis obnoxia fuit tribus. Mutini faeino infidebat fœmina, ut conceptui faveret; quæque fefe offerebat, & ferulâ arcebatur caprinâ pelle corioque tecta, geftabat præterea pyxide Lyden, immenfo prolis defiderio, quo Reip. augendæ ac connubii retinendi, ut & ob jus trium liberorum, ardebat. Hinc, ne effet infelix, fupplicationes & vota Veneri apud Romanos, Τελεσφόρον Athenienfibus Pacique, magis pro filiis & gemellis, quàm fillabus, concepta, quæ illud includebant, ut fimilies fierent Parentibus. Gravida jam, hæc ut felicius affequeretur, bratiacim, ficut in Amphidromiis, comedebat ad fortem incrementum, edules cochleas & malicorium, fed non fine damno, potu diptami addito. Abftinebat à fale & aqua frigida : *lectricis fubinde* vehebatur & equabus gravidis inequitabat, peftilentiâ variâ Religione averruncatâ ; zona dein in templo Dianæ, ut commodiùs fieret geftatio, foluta, quam primipara eidem poftea fufpenderet cum veftimentis. Temporis verò fallendi gratiâ faliculæ ligandis pueris parabantur & ipfæ in lecto cubantes gravidæ celebrabant Parilia. Interea pro nafcentibus fiebant vota, primò animi gratiâ Genitæ Manæ, ne domi quis bonus naſcerer. hi. e. imbecillis; cui ideo canis immolatus, ficut Hecatæ & Genetylli, non ob pariendi facilitatem, neque ob animalis fin ceritatem, fed propter vigilantiæ, audaciæ & fœcunditatis omen: dein pro corpore, ne perverſæ partes aut præpoſteræ exirent, Poſtverſæ & Profæ ftabatur, canibus fortè. Mox inftanti partu ad Eugeriam & Fiuoniam conjugiabatur, quæ & *Adeona* dicta. Invocabatur quoque Uterina, Alemena ad alendum, Virginnus & Sentinus, ad vitam fenfumque inftituti : Apud Athenienfes Genetyllis acceſſit, cui feſto die canis immolatus. Tandem, ut confidentiùs onus ventris ponerent, quædam gravidis privilegia concella, immunitas à quæſtione apud Romanos; à fupplicis, apud eosdem, Ægyptios ac Græcos : apud Perſas annulo aureo donatæ &c. Imminente *Puerperio* clavis tradita à marito, locusque *Puerperii* idem eligebatur, quem olim habuerat Pater, purpurâ ſtratus antiqui *Imperii* nord, fed ad plures ob luxum dein divulgatâ. Habitu ornabatur prægnans proprio, quem ex fiiguiina tabula erait Thom. Bartholinus, in qua caput faſciis cinctum, pallio abjecto & foleis, (quæ peracto refumtæ opere) aſsidet, fed nec poplite in alterum genu impoſito, nec digitis pectinatim implexis. Proxima ſic quæque apprehendens, dolore ſe fublevabat, primaque cura erat, ob partûs facilitatem, palmam tetigiſſe : qui ſi difficilior, Nixii Dii invocati, nec non, ſi Parturum effet ſuſpicio, ſolique operto capite & lotis manibus. Alioquin lucis causâ Lucinam familiaris vigebat advocandi mos, parturientium Deam, quæ *Hithyia* Græcis & *Zuyia*, Latinis *Juno* & *Opigena*. Huic vota ipſæ nuncupabant *Puerperæ*, haſtas conſecrabant, publico vaccas nomine immolaturæ, & , ne quid deeſſet, nummis cuſis monumenta erigebant; cultu à Græcis deducto, quibus Diana Lucina erat & Lucifera, eadem cum Luna (Levana) ex Hebræorum origine ; cunctaad partum, tanquam noctis præſide & fœmineo fidere, conferente. Nox enim, genitalis Dea, liberorum ſtudium juvare credebatur. Formula invocationis magnâ voce ter repetita, & extenſis brachiis : Eidem aliàs in ara ſacrificabatur pulte fabaceâ & larido, nec non gemellis agnis altrinſecus religatis, nummusque perdi ſolitus. Transactis laboribus decumbebat ægra, dum obſtetrix, ſervi & adjutrices ancillæ partibus fuis defungerentur : Jamque *Puerpera* ipſo puerperii momento, ſine ullo ſexus diſcrimine & edere dicebatur, quem modum inter ſuſcipere, licèt & latius vagetur diſcretionis licentia. Sic *Infans*, dictus ab infando, natalem fuum auſpicabatur, magnaque ſemper Primogenitura veneratio erat: Sociabatur autem ei natu ſtatim Genius, Lareſque eodem cum Genio inter naſcentium Deos habiti numero, ut & alii : quibus de rebus V. in votibus *Genius*, *Infans*, *Lares*, *Natalis*, *Primogenitura*, ſupra. *Puerperæ* verò proprii Dii, Parcæ tres erant & Partula, à *pariendo* : poſt partum cuſtodes tres, Sylvanum ab ingreſſu nocturno arcentes, quem omni invidiâ abigebant, etiam coronato afini capite, ad lectum *Puerperæ* ſuſpenſo ; qui i-dem cum nuptiali, fœminis familiaris, in atrio ſeu aula ſex horis, dum in terram natus deponeretur, iterenebatur exemtiis, (nonnullis Pilumno & Picumno, vice *Puerperæ*) claufis januis obduc-ftoque thalamo. Staturam is Hercules exprimebat, in certum futuræ magnitudinis omen, vel ut facilius *Puerpera* cum infante caperet : ditioribus auratus & argenteus, ſimplici pauperioribus ornatu, vel ex ebore vel teſtudine compactus. Accedebant lecto flores veſtesque ſeu purpureæ ſeu auratæ, cui, loco *Puerperæ*, infidebant mariti Tibareni & Cantabri, ut uxorum vice ægrotarent. Nato inſante, nunc ploratus, nunc lætitia, apud diverſos, ridebant poſt ſeptimum ſuprimi diem Mates, vitalem ſperantes partum : quo meliorem motum Genius de feliciter transacto *Puerperio* gratulabantur. Gaudium nempe & ſalutatio inter amicos & clientes, verbis *Hodie nate ſalve*, ab Orientæ ad Romanos delato more, exprimebatur : qui amicorum congreſſus antequam fieret, utero egreſſus lavabatur, tanquam à Matre fanguinolentus ; de quo ritu V. quoque *ſupra*. Lavabant autem ſuis interdum manibus *Puerperæ* ipſæ rogatiores, ut plurimum, obſtetrices vel ancillæ, quin ſervi & Eunuchi, qui dicitco muneribus donabantur. Lotus infans in terram ſtatuebatur, non ſine pompa ; hinc ſuſcipiebatur à Parente, vel Procuratore ejus, qui inter legitimos numeraretur hæredes. Aliquando Parentis *vice* ipſa eum tollebat *Puerpera*, vel ſoror illius, vel familiaris aliqua ; obſtetrices quoque. Quos ſuſcipere nollet pater, ominis ergò & metus, expoſiti fuere, qua de re V. ſupra *ſub loco*. Aliàs apud Antiquos videas *Puerperas*, quæ tantum abeſt expoſitorem natos, ut, quibus carebant, alieno expoſitos filii expoſitorem natos, vel fubdiderint : Meretrices imprimis, ut ſe *Puerperas* amantium gratiâ ſimularent, & Obſtetrices, faſſum partum aliis ſupponentes, quarum illæ aquâ & igni arcebantur, in has verò capitalis conſtituebatur pœna. Hoc pacto à ſterilibus hæredes quæſiti, quos etiam ex via Appia petere potuere &c. Tertius poſtquam aſſuſſit dies Romanis, Græcis quintus, coronæ natalitiæ foribus ſuſpendi ſunt ſolitæ, eadem fere, quibus Nuptialium feſto frontem crinesque hoſtâ compoſitos cinxerat nova Nupta, in honorem Laris familiaris, qui foribus præſidere putabatur: Athenis quidem, maſculis oleaginea, lanea fœmellis: Romanis ex lauru, hedera, apio cæteriſque fragrantibus herbis. Quinto die emergente, inſtituebantur Λουτρὰ Μικρὰ, *ad* manus earum ablucndas, quæ obſtetricatæ fuerant, aut aliquid attigiſſent ex *Puerperio*, ipſisque adeò *Puerperæ*, ob curarum ſolutionem & laſſitudinem : quo more poſtea ſolennibus Natalitiis ſervato, lavabant manus, unum, ejulas inſtruxere, idque in Cœna Dei Genitoris. Quæ eadem bantur eadem luce munera Natalitia puero oblata, à miniſtris *Puerperii* & *Puerperæ*, cui ſolennia Kal. Martiis etiam dona, umbellas, armillas, aliaque donabant Mariti, fanili JCtorum veniâ. Totâ reliquâ hebdomade primâ Junoni propoſita menſa, ſuper quam votivus infans Diis oblatus & commendatus, votis, quæ ſuſcepta fuerant, vel ſolutis vel adauctis. Menſam adeſſe *nullam*, pro malo omine interpretabantur, eratque fere ara, in qua libatum. Dese Junoni ſedus additus & in ejusdem ærarium conjecti nummi : Sequutæ pro natis ſuppliciationes, per omnia Templa circumductis. Templa item novæ erecta & aræ poſitæ ob *Puerperia*, cuſique nummi Fœcunditati, pro ſingulorum conditione, Spectacula varia, Circenſe, Atticum : ad hæc ſtatuæ cum inſcriptionibus, ſoluto voto, extructæ. Quæ commendatio ſiebat per Patrem, vel Atuſpicem, vel nutricem, apud Lacedæmonios, in Dianæ Corythalliæ ædc, Epulo, quod *Kourótpo* appellabant, inſtituto apud Romanos inſuper si dies variis ludis celebratus. Ultimo poſtremi hebdomadis die natis infantibus tabellæ ſtatæ inſcripta, vel virgæ Natalitiæ compactæ, quæ cum iis adoleſcerent : Huic luſtricus ſucceſſit dies, quo nomen adepturi, ut mortui, luſtrabantur : fed quemadmodum breviter luſtrabatur infans, ita longiores moras *Puerpera* in purificatione traxit. Nulla prægnans ante 40. diem, qui Athenis τετραμηνιαῖος, in Fanum prodiit, quia adeò impura, ut ædes *Puerperarum* Romanorum nullus ſit ingreſſus, vel egreſſi ſe purgarint, tanquam ex funeſtorum comtactu. Idem Æthiopes & Hebræi, hoc diſcrimine, ut pariens fœminam 80. diet, maſculum 40. explerent. Idque quia tot diebus cenſebantur impuræ ; quanquam ſeptem tantùm diebus ſumma impuritas fuerit, reliquis à facro contactu arcerentur. Ratio autem ritus, quia ob corporis imbecillitatem hic majorem, ibi minorem, quæ impuras fecit, tanquam morboſæ, ſacris abigebantur. Unde curatæ interea Puerperæ & poſtremo die per Sacerdotes à peccatis purgatæ, procuratore tanquam à Romanorum fœminæ &c. Plura V. apud Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* Franc. Roſſarum *Archæol. Antica lib. 5. cap. 1. ubi de Puerperarum veſtigione, cap. 2. ubi de Puerperio ſeu ſuetu maſculo, cap. 3. ubi de infantilibus lavandis & ungendis, cap. 4. ubi de Cunabulis* &c. ut & ſupra, inprimis in voce *Infans*, & *aliis paſſim*. Addam hoc unum, ex Plut. *in Sympoſiac. lib. 3. cap. ult. Puerperas*, quamprimum doloribus erant defunctæ, Junoni quidem ſacrificium ſtruxiſſe, veſtimenta verò Dianæ conſecraſſe, quæ & *Auxia*, *Eochia* hinc à levando ſeu curando partu dicta : *Ἐλείθυια* item, quaſi *turul-*

cata,

vata, ut verus ostendit marmor: *Chitoni. Virgini. sacrum.* Desacrificandi ritu post partum, Phronesium apud Plautum *Truculi. Scen. puero ili.* sic loquitur,

Eumiq. vero ornatum, ut aqua quasi Puerperio *cubem.*
Date mihi huc flaccam atque ignem in aram, ut Venerem Lucinam meam.
Hic apponite, atque adite ab oculis; ô Pithecium,
Face ut accumbam, adjuvare sic decet Puerperam.
Ubi sit Alsaphium! fer huc verbenam mihi, thus & bellaria,
Soleas mihi date, pallium in me huc inice Archilis,
Date aquam manibus &c.

Pugela, Græcè τὸ Πύγελα, urbs Joniæ circa Ephesum Chio opposita, vitiosè *Fugela*; non enim quòd à fugitivis fuerit condita, quod Pomponio Melæ, corruptâ scriptione decepto, placuit: sed ἀπὸ τῆς πυγῆς, *à natibus*, nomen accepit. Nonnulos enim ex iis, qui cum Agamemnone militatum venerant, illic propter morbum, sedem ac nates infestantem, commorates esse, scribit Theopompus. V. quoque Salmasium *ad Solinum pag.* 100.

Pugil, dictus à *pugna*, & pugna à *pugno*, inquit Donatus in *Prolog. Hecyræ*, *Veteres namq; ante usum ferri & armorum, pugnis & calcibus & morsibus, corporumque luctatione certabant.* Similiter, qui Latinis **Pugil**, Græcis πύκτης, à πυξ, pugnò. Ita ergo in **Pugilatu**, qui potiùs luctam repertus est, primò *pugnis* solùm pugnabatur, idque ilando, quod Luciano est, τὸ πυκτικὸν ἀλλ' ἁπλῶς ἰσθμιάζειν, *rectâ statu se & nervum servare.* Postea ut ferirent fortius, uti cœpere cæstibus; vel sphæris, quæ cæstuum vice essent: unde tantum sæpe periculi, ut in luctando nonnulli exspirarent. Imò vel à solis pugnis, temporibus, sive locis prope aures diremum imminebat, quas proin luctaturi tegumentis, quæ ἀντωτίδας vocat Clem. Alexandrinus *in Pædagogo lib.* 2. muniebant. Atque ut homo non interimeretur, sic tamen mulctabatur sæpe, ut pollicem pugnum adeò cruentatus dignosci non posset. Dentes etiam oblaque laxabant aut frangebant. Quare eos, qui ad hujusmodi certamina pecuniâ se fiscebant conduci, meritò increpans Cyprian. de *Spectaculis*, *Ibidem*, inquit, *infelix facies locatur, ut infelicior venet sanguinor*: jureque idcirco, ut crudelior, ab Anmm. Marcellino *lib.* 14. culpatur Constantius Cæsar, qui nullo æquè certamine, ac **Pugilatu**, caperetur, cæteris licèt duro magis diroque. V. Gerh. Joh. Vossium *lib. de* 4. *Artibus Popul. cap.* 3. 5. 81. 82. 83. 84. Hicron. Mercurialis *Pugilatum* à cæstuum pugna distinguens, in priore homines nudos ait concurrere cum cæstibus, pugnisque strictis vel nudis, vel armatis lapideaque sphæra plenis, (unde σφαιρομαχῶν) vel loris lamineque circumseptis, sese invicem percussisse, modò caput, modò dorsum, modò brachium petentes, neque unquam sese mutuò complicantes; in qua pugna superabat, qui vel adversarium pugnorum ictibus in terram prosternebat, vel graviùs damnosiusque feriebat; quanquam non desint, qui etiam calcibus hujusmodi pugnam factitatam, tradant, ob id apud Senecam *Epist.* 80. non σφαιρομαχίαν, sed σύγχυσιν, *legendum* contendentes. Victoriæ signum erat ipsius Adversarii confessio, vel manu demissâ, vel alio quodam gestu, factâ; ut enim porrectio manûs **Pugilatus** fuerat *præmium*; Papinius *Thebaid.* 6.

Promisere manus;

Sic demissio, argumentum fuit diffidentis suis viribus, sequevictum agnoscentis. Quod quoniam Lacedæmonii turpe vitium, propterea interdictum iis, ne forìt, ubi demissio illa obtineret, **Pugilatu**, *Theocrito* aut cæteribus, decertarent: Sed nec Alexander ipse unquam certaminis probabat genus, ut docet Plut. *in ejus vita*. In usu autem **Pugilatoriam**, Gr. πυγμικὴν, fuisse jam ante Trojanorum tempora, auctores sunt Plinius & Homerus, quem etiam Plut. *Sympof. lib.* 2. *Probl.* 5. observavit, continuò **Pugilatum** luctæ, & cursui idcirco præponere, quoniam exercitationis id genus prius illis originem acceperit. Sicut quoque Lucretius *lib.* 3. innuere videtur, *hoc versu*:

Arma antiqua manus, ungues dentesque fuerunt.

Principes auctoresque ejus, Amycus atque Epeus produntur, apud Platonem de *Lazg. lib.* 7. Notum etiam de Castore, *Pugile* eximio, qui Amycum interemit. Glauco item Carystio, qui 25. Olympiade coronatus, *Pyctæ* seu **Pugilis** elogio, per excellentiam mernit vocari. Imò & in Deorum numerum quosdam **Pugiles** fuisse relatos, docet & damnat Eusebius *de Præpar. Evang. lib.* 5. Quia verò ad grave hoc pugnandi, magno corporis robore viribusque erat opus, hinc faginando corpori, ut & gravius percuterent, & plagas minus sentirent, mirè incubuerunt, Terent. *Eunucho Actu* 2. *S.* 3. unde & apud Plautum Thesipio ab Epidico rogatus, quomodo herilis filius valeret, *Pugilice* respondit, atque *Athletice*. Isidorus quoque propterea **Pugilatum** vocat *virtutem*, *Origin. lib.* 18. *cap.* 18. In Gymnicis namque certaminibus Virtutem reponit, perque eam intelligere fe ait, *immensitatem virium in labore & pondere*, &c. Sicut verò **Pugilatus** accessit Luctæ, secundùm Vossium, Mercuriali contrà illum hunc præponente: ita ex Lucta & **Pugilatu** tertium quoddam compositi cœpit Exercitationis genus, quod *Pancratium* dictum, dequo V. suprà. Cùm namque **Pugiles** solis contenderent pugnis, nec unquam complicarentur: Pancratiastæ utroque utebantur, insuperque in hoc à **Pugilibus** differebant, quòd illi pugnis strictis, illi digitis solummodo inflexis, certarent. Certabat porrò **Pugilatus**, imò & Pancratio, uterque sexus; namque & Spartanis Virginibus Propertius id clarè tcitatur *lib.* 3. *eleg.* 13. & Xenophon *de Rep. Lacedæm.* Utilitatem ejus in Gymnastica Militari inprimis, ac Athletica, pluribus perfequitur, qui & **Pugilum** iconcs, ex vet. monumentis gemmarumque antiquarum sculpturis, exhibet, eorum inprimis, qui cæstibus certabant, suprà laudatus Mercurialis *de Arte Gymn. lib.* 2. *cap.* 9. *cui sit. de Pugilatu, Pancratio & Cæstibus*. Neque verò semper veris armis, h. e. cæstibus, pugnabant **Pugiles**, quod nunquam sine sanguine fiebat, sed aliis quibusdam mollioribus & innoxios ictus inferentibus, Unde in Gallieni decennalibus, legimus inter alia, apud Treb. Pollionem, exhibita *Carpenta cum mimis & omni genere Histrionum*: **Pugiles** *faculis*, *non veritate*, *pugilantes*. ita enim legit Casaubonus, qui Pugiles, quoties incruento pugilatu volebant dimicare, manus muniisse faculis vel tomento fartis, vel aliâre plenis, quæ gravem ictum non redderet, contendit. Sed cùm faculi fint, quibus exercendantur Athletæ, hic verò fermo sit, non de Pugilibus exercentibus, sed pugillantibus, qui tamen veris armis non uterentur, *faculis*, uti habent meliores libri, omnino legi vult Salmasius. Quemadmodum enim gladiatores, qui per lusum depugnabant, lucentium mucronum loco, aut ferulis batuebantur, aut hebetibus gladiis & mucronibus plumbeis decerabant, *sic* Pugilibus, ludicri gratiâ pugillantibus, lusoria quædam arma videntur præsto fuisse, quæ ad cæstus ἀπάτην essent, & eodem modo manibus aptarentur & circumligarentur, ut cæstus. Et quidem ἐπιτηδειότατα ad hanc rem usi deprehenduntur, quæ manibus eorum & pugnis innexa hoc præstabant, ut mollius plaga caderet, & citra sanguinem conflictus explicaretur. **Pugilatus** Latini vocabant, ut videre est hic infrà; Pollio *flacculas* appellat, quòd in morem pilæ laxæ & flaccidæ essent &c. V. Salmasium *ad l.* Ut de præmiis aliquid adjiciam, **Pugilatum** & Luctam, majoribus præmiis donari ait, apud Euripidem, Hercules *Alcest. Actu* 5. ubi cos, qui in levioribus vincebant, equos abduxisse; at qui graviorum certaminum victores erant, nempe Pugilatus aut Luctæ, boves accepisse, ac mulieres, ait. Sequentibus temporibus palmâ quoque **Pugiles** coronatos, habet Tertullianus *adv. Gnosticos*. Qua de re V. plura apud Cart. Paschalium *Coronar. lib.* 6. *cap.* 20. & 23. ubi etiam de triplici ictu adversario infligendo, de quo aliquid quoque suprà diximus in voce *Cædere*.

Pugilla, V. infrà **Pugilli**.

Pugillares Tabulæ, quas jam ante Trojana tempora in usu fuisse, apud Homerum invenimus, ut ait Plinius *lib.* 13. *cap.* 11. primùm, ut Alexander docet Wilthemius *in Comment. ad dipsychon* Leodiense, nec majores, quàm quas *pugillo* contineres, duabus paginis, aut ternis, aut quinis, constabant; unde *duplices*, *tripices*, *quinuplices* appellatæ: Gr. δίπτυχα, τρίπτυχα, πενταπτύχια. *Polypycha* verò fuisse, disputat Cujacius *Observat. lib.* 4. *cap.* 36. V. in hac voce. Materies frequenter è buxo, unde πυξίον è citro, Martialis *lib.* 14. *Epigr.* 3.

Sacta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis opus:

ex obore, Idem ibid. *Epigr.* 14.

Languida ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum littera pingit ebur:

è membranis. *Ibid. Epigr.* 17.

Esse putas ceras, dicis hæc membrana recevit,
Delebis, quoties scripta notare velis:

ex aere item aliisque; ut plurimum ex & ligno, unde *Tabulla* dictæ. Quibus omnibus ceram coloratam superinducebant. Ovidius *lib.* 1. *Amor. Eleg.* 2.

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ,
Tuque negaturis cera referta notis;
Quam puto de longæ collectam flore cicutæ,
Mille sub infami Corsica musta apis.
At, tanquam minio, penitus medicata rubebas,
Ille color vero sanguinolentus erat.

Unde *cerei pugillares*: de quibus ἀσώτημα Althelmi apud Delrium *in Oblatitiche, ænigm.* 1.

Melligeris apibus mea prima processit origo,
Sed pars exterior crescebas cærea silvis,
Calceamenta mihi prebebant tergora dura.
Nunc ferri stimulus faciem prosundit amœnam
Flexibus, & sulcis obliquas ad instar aratri.

Nempe calami vicem in his gesiit graphium sive stylus, tum è ferro, tum ex ære, de quo *suo loco*: unde ita & nomen, quòd *pungendo* in illis scriberetur. Forma fuit oblonga, & quadrata, eminenti quodam margine circumcirca concluía, ut Romæ se vidisse in vet. arca sepulchrali, in hortis Cyriaci Matthæi, refert Laurentius Pignorius Vir clar. in suo de *Servis Commentario*, vide quoque suprà. Non solebant autem

magni momenti scripta iis mandari, sed res, quæ haberent usum familiarem, & penè quotidianum: cujusmodi erant Epistolia, Magistratuum annunciationes & id genus alia. Et hæc ferme fuit prisco rum *Pugillarium* seu Diptychorum ratio. Postea accessit eorum magnitudini, ut nonnulla pugillum multo excederent: Usus etiam in Rep. Christiana augmentum accepit. Fuit enim celeberrimum id Diptychorum genus, quo nomina Episcoporum, qui rectè munus sum administrassent, continebantur, & quibus, si quando contingeret in ea referri Episcopos minimè id meritos, nomina iterum eradebantur: quibus de re plus acerimus olim contentiones vigisse, ex *Isidor. Epist.* notum est. Inferibebantur porrò Diptychis nomina Imperatorum, eorumque, qui locis Deo dedicatis dona tulissent, tum virorum, tum mulierum: ac tandem Synodorum vocabula, quæ omnia cum Episcoporum nominibus sub sacrum recitabantur. V. Wilthemium *loco præfato*. Nec omittenda theca, *Pugillaribus* asservandis apta, cujus iconem ab Andrea à Tornaco feliciter expressam, habes apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, cui *Inscriptionem. A. Civitas*. Antiquum scribendi in iis rationem ad amussim explicat, Prudentius in *hymno de Cassiano Mart.*

Conficiunt alii lapides, inque ora tabellas
Frangunt, relictâ fronte lignum dissilit:
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubrica, ab ictu cui va tumens pagina.

V. omnino Pignorium *loco cit.* ubi de Notariis, quorum erant hæc theca, quibus includebantur *Styli & Pugillaria*. Ammianus *l. 28. Maximè, cum hæc eadem numerantes, Notarii prope 30. adfiliani cum thecis, & Pugillaribus tabulis.* Apud eundem Pignorium, crystallina quoque & onychina, sed extra ordinem, *Pugillaria* fuisse reperies. Adde Pignorio Gellium *lib. 17. cap. 9. cum Notis Jac. Oiselii JC.* At *Pugillares*, quæ in Ecclesia Rom. inter ministeria sacra, Pontifici ad stationem procedenti præferri solita, recensentur, Panvinio fistulæ sunt aureæ vel argenteæ, quibus in Eucharistia olim Calicis habitator, quarumque usum Pontifex Rom. etiamnum fervat. Græci *Bombiliæ* etiam vocant, Latini aliter *siphones*. V. Car. du Fresne *Glossar.* Mactos fratres in *Hieretexico*, & in voce *Calix*.

Pugilli, in *Glossis isidorianis*, pro *intrinsecus*, more scribendi illis temporibus usitato. Eadem, *Pugilla, intrinsecum*. Item, *Pugil, intrinsecus, intrinsecum*. Cæstibus opponuntur. Cæstus enim ex crudo corio erant, plumbosque & ferro insuto rigebant: at *Pugilli*, ut videtur, fine plumbo & ferro, ex molli coro confecti, & in modum pilæ circa manus & pugnos alligati. Ἐφαίστιον hinc vocat Pollux, *Εἶσιν δ' ὁ τὸν ἐν ᾧ πάλῃ χεῖρε ἀνασειρώσῃ ἱμᾶσιν ἐπιδεῖσθαι, καὶ τὰ ὀνόμα σφαῖραι, ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρὰ Λεπτογόνοις ὁ Διονύσῳ ἀσκεῖται.* Sic *pilæ* illas, quæ gladiis præfixæ sunt, pugilum in armorum exercitio jusu ventas depugnat, similiter *σφαῖραι* Græci vocant & *ἐνσφαῖραι*: ad quarum etiam pilarum similitudinem videntur hæc fuisse *intrasphæræ*, seu *pugilla*, quæ Pugilum exercentium nec in veritate pugnantium manibus circumligabantur, & multum distabant ab illis faceulis arenâ plenis aut follibus, quibus itidem exercebantur, quosque cum *pugillis* istis nonnulli confundunt. Hæc enim *intrasphæræ* manibus alligata gerebant: at faceulos illos follesve mittebant & remittebant manibusque inter se expellebant. Quia verò pilæ istæ, vel pugilli, qui circumponebantur brachiis pugillantium, ut mollem & innoxiam plagam infligerent, in morem pilæ lusi & flaccidi erant, hinc *flaccidas* eas vocavit Pollux, V. *supra*.

A *Pugione*, nonnem officii apud Romanos. Nec enim solùm Armiger, in Aula Constantinopolitana, qualis describitur à Cocrippo Nasses *lib. 4.* vel Scutarius, in eadem, apud Curopalatem, & hinc demum in Turcica, apud Menavium *lib. 3. cap. 10.* puer ephebus, qui Sultano gerit arcum & sagittas: sed & apud Lampridium, Commodo imperante, tres Præfectos Prætorio fuisse deprehendimus, inter quos libertinus, qui à *Pugione* appellatus fuerit. Quod *pugionem* Imp. suæ curæ commissum habuerit. Apud Vett. autem, ut summi Magistratus gestamen gladius, sic Pugio minoris fuit: quem tic describit Martialis *lib. 14. Epigr. 33.* cui tit. *Pugio*.

Pugio, quem curvis signat brevis orbita ventis,
Strictensem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum lib. 10.* Imò Imperatorize potestatis ac Majestatis insigne *Pugio* fuit, quem Gallo ante pectus fusum demum gestabat Regium. Solum autem, ut fama Regni, & omnes insuæ verba juraste comperit, depositâ *Ergasi*, suscepit *Cesarie* appellationem, iterique ingressus est paludatus ac dependente à cervicibus *pugione* ante pectus; nec prius usum togæ recuperavit, quàm opprelsis, qui novas res moliebantur. Hunc itaque *pugionem* Imperatores Præfecto prætorio committebant, qui eum gerebat, vice Imperatoris, unde nota Trajani vox. Philolitratus quoque de Bassò Præfecto Prætor. Marci, *τὸ ξιφίδιον παραδιδοὺς*. Atque hinc Commodus, cum tres Prætorio Præfectos creasset, & in his Libertinum quendam, hunc, cui soli *pugionem* concrediderit, reliquis duobus prætuliste (adeò non illis subjecisse, ut quidam volunt) confendus est, utpote vero potestatis insigni solum ornatum & c. V. Salmasium *ad Commodum Lamprid.*

Pugnax, à *pugna*, propriè de Pugilibus, postea ad alios significatus translatâ voce, exercitationem, in qua duo ut plurimum inter se dimicabant, in ludis, Amphitheatris, atque aliis publicis certaminibus spectaculisque, ut victoriæ obtinerent coronas populumque oblectarent, denotare cœpit. Hosapud Eusebium *Hist. Eccl. l. 8. c. 18.* μαχηταὶ τεθριπποι appellatos, quos quidam, sed minus recte, *Pugiles* ibi interpretari iunt. Duplex verò & ad sanitatem optimumque corporis habitum comparandum (nam & hæc fini *Pugna* fuit, ut inter alia Pugnæ genera in Medicina Gymnastica celebre fuisse, apud Oribasium legimus: Alterum cum telis, quam antiqui *Mamachiam*, Cæsius Aurelianus *Homomachiam* vocavit: Alterum sine telis, *Sciamachiam* dictam, cùm homo adversus umbram & brachiis & cruribus pugnabat, vel etiam cùm adversus columnam & palum aut murum, decertabat: Quo reliquiens *Apollonius l. Corinth. cap. 9. vers 26.* Οὐτω πυκτεύω, αὶ, *ὡς οὐκ ἀέρα δέρων*, id est, *ita pugnis cædo, quasi non aerem cædens*. De quibus accurate agit Hier. Mercurialis *in de Arte Gymn. lib. 3. cap. 4. & lib. 6. cap. 2.* V. & hic palsim *suis locis*. Tandem ad militiam, cujus *Pugna* hæc velut prædudia ac progymnasmata fuere, fe fignificatio nominis extendit, qua de re V. *supra* in voce *Prælium*. A' *Pugna* feu monomachia Gladiatorum, *Pugnatoria* tela dicta funt, quæ aliàs & *decretoria*, quibus de vita decertabatur, lusoriis feu exercitoriis telis oppositæ: quorum his qui utebantur, *ventilare*; qui illis, *pugnare*, proprie dicebantur, ut videre eft apud Scriptum *lib. 3. Controv. ubi & verfes armis pugnare*, apud Lipsium, *Saturnal. lib. 2. cap. 19.* & *supra* in voce *Gladiatura*.

Pugnandi mos vetus, indigitatur Statio *Thebaid. l. 8. v. 571.*

Arma refert focis & in agmina fida, peracta
Cæde, rudis ——

Nempe Heroës ante agmina fua procurrentes olim pugnabant, & partis fpoliis aut cæde peractâ redibant ad turmas fuas, uti ex Homero videre eft. Quem morem ante aliquot fæculi, in pugna illa celeberrima Bovinensi, (quâ ftabilivit fibi poftertque Regnum Franciæ Philippus Auguftus) Reginaldum Bolonize Com. fuiffe imitatum, fcribit Rigordus, qui pugnæ illi interfuit. Hinc de eodem Guil. *Brito lib. 11. verfu 352.*

Bolonidesque fibi fimili profiexerat arte,
Ingi, chori fpecium poftes triplicaverat ipfos,
Ut, quoties velox, per eos invaderet hoftem,
Signa recuperaret, quoties opus eftet, in illos &c.

Porrò primùm intorquebant holti jaculan Veteres, deinde cese invadebant, Strabo *lib. 10.* ubi de Eubœenfibus. Et de Latinis Virgilius Æn. 10.

At Pallas magnis emittit viribus haftam,
Vaginaque cava fulgentem diripit enfem.

V. eundem de pugna Æneæ ac Turni, *lib. 12.* Statum verò *pugnantium*, indicat idem *lib. 10. cit.*

—— *propiùs dum pede lævo*
Aptat fe pugnæ &c.

Quam in rem, V. Papin. Statium *Thebaid. lib. 9. verf. 473.*

Pugnare, inter Jovis apud Romanos cognomina, de cujus Templo, V. Jo. Rofinum *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 8.*

Pulegium, inter hortenfia, pluribus defcribitur Plinio *lib. 19. cap. 8.* quod in coronas quoque adhibitum, docet idem *lib. fec. cap. 14.* *Dignior* e pulegio *corona vertigini, quàm è rosâ, cubiculis noftris pronuniata eft. Nam & capitis dolores creditur impofita levare.* Quin & obfactu capita tueri contra frigorum æftusque injuriam & ab ifti, tradit Plut. *Sympofiac. lib. 3.* Sed & corona *pulegii* feu calamintæ, colli valis retinitur, ne inde vinum effluat, difcimus ex Conftantino Caf. *lib. 6. cap. 14.* V. Car. Paschalium *Coronarum lib. 1. cap. 4.* Meminit coronæ ex *pulegio* Martialis *lib. 12. Epigr. 32.* ubi Vacerram, divitias fimulantem, mendicabulum omnibus ridendum oftendens, inter alia, ait,

Nec quadra deerat cafei Tholenfis,
Quadrima nigri nec corona pulei &c.

Pulejatum, apud Æl. Lampridium in *Heliogabalo*, Et *mafticatum & pulejatum & omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus invenit*: poculi genus eft Cafaubono. Sequitur enim, *Denig; hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.* Sed cùm *poculis* appellamus & vafa ipfa, unde bibimus, & liquorem, quem inde bibimus: utro modo hîc vocem eam accipere oporteat, ambigit. Proxima verba, in quibus de efcariis vafis agitur, fuadent interpretari de veris poculis: ut intelligamus nova genera poculorum ab Heliogabalo fuiffe excogitata, quæ etiam odore oblectarent, aut ad libidinem forte ftimularent. Verùm placet magis de potionibus diverfis è vino variè condro pocolorum genera hæc accipere: ficut in *Gota* dixit Spartianus, cum vini varie condiri cupidum fuiffe, V. Cafaubonum *ad l. qui certam Pulveratum*, in Regio & Futeani, pro *Pulejatum*, extare, addit.

Pulex, Atabibus *paser faltus*, nec enim folùm anterius, fed & retrorfum mirum in modum falit, ut tenatorem fugiat.

Hinc

Hinc in *Nebulis* Ariſtophanes, ut Socratem docear de rebus nihili philoſophari, fingit illum *pulicis* ſaltum dimetiri & ſaltu ſuo proprios pedes quot tranſiliat. Verba ſunt *Aëlii* 1. *Sc.* 2. de Latuſe ſic habent:

DISC. *Nuper interrogavit Chaerephontem Socrates, Quot ſuos ipſius pedes ſaltet pulex?*
Demoriſſe enim Chaerephontis ſupercilia,
In Socratis corpus inſiliens.
STR. *Quomodo igitur id metitus eſt.* DISC. *Dexterrime.*
Ceram enim liquefacit, & capto pulice,
Pedes eius in ceram immerſit:
Et mortua crepidae admatae ſunt,
Quibus ſtatim ſaltum dimenſus eſt.

Et *Aëlius* 3. *Sc.* 1.

ΦΕΙ. Τὶ φησι τοῦτο; ΣΤΡ. Σωκράτης, ὁ Μᾶλε,
Καὶ Χαιρεφῶντ᾽, ὃς οὐδὲ τὰ ὄμματ᾽ ἔσχε.
PHI. *Quis haec dicit?* STR. *Socrates Melius,*
Et Chaerephon, qui novit pulicum veſtigia.

Nempe de Socrate fuiſſe diſſeminatum tale aliquid, etiam ex Xenophontis *Symporio* colligere eſt, ubi Socrati dicit quidam Syracuſanus, *Εἰκὸς μὲν πάνυ σοφὸν μέδας εἶναι ἄνδρα τοῦτο γὰρ οἱ φασι γιγνώσκειν. Die mihi, quos pedes à me diſſet pulex: animi enim te haec dimittit.* Utut autem vile animalculum *pulex* ſit, unde Dativum Rege Saule diſceptans, humiliatis causâ *pulicem* ſe vocat, 1. Sam. cap. 24. *verſu* 15. & apud Dionem Claudius, ut doceret, ſe tenuiorum hominum inſidias ſuſque deque habere, Οὐ γὰρ ἀνὴρ χρὴ σέθεν ὄψιμος τε καὶ ὄρθιος ἀμυνέσθαι, *Non oportet*, inquit, *eodem modo adverſus pulicem, quo adverſus feram, ſe tueri*; Tzetzis quoque *Hiſtoriarum Chiliade* 9. *Hiſt.* 72. Xerxis imbelles copiae vocantur, Ψυλλῶν πλῆθος, *pulicum numen*; & ridetur in Fabulis, qui à pulice morſus Herculem invocavit: Inde tamen etiam illuſtri viro nomen fuiſſe legimus, Hebr. פַּרְעֹשׁ eſt viri nomen, de quo Suidas. Et *Pſylla* urbs ac *Pſylli* pop. indidem nomen habuere, V. *ſupra* & plura hanc in rem, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. Lib. IV. cap.* 19. nec non Auctorem Anon. *Sinæ & Europ. cap.* 38.

Pulla Veſtis, Romanis, cùm lugebant, in uſu fuit. Unde *Togæ pullæ* meminit Cicero in *Piſon. Pullatorum Proœmm*, Juvenalis. Tacitus, in funere Germanici *atratam plebem* inducit: Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 8.

Denig; quis noſtro curvum te funere vidit,
Aeram quis lachrymis incaluiſſe togam?

Etiam Artemidorus *lib.* 2. *cap.* 3. nimirùm ægrotanti, ait, alba veſtimenta ih ſomnis viſa, mortem portendere: quòd mortui in albis efferuntur. Nigrum autem pallium falſum ſignificare; quòd non mortui, ſed qui lugerent mortuos, tali veſte uterentur. De Mulieribus ambigitur, cum alii Scriptores eas, depoſitâ purpurâ & auro, in veſte lugubri fuiſſe dicant: Haliearnaſſeus, & cum ſequutus Suidas veſtem nigram adſcribat, & magna pars Veterum. Vatro apud Nonium *de vita Pop. Rom.* Val. Maximus *lib.* 1. *cap.* 1. Appianus *Civil. lib.* 3. Atqui Herodianus, Statius & Plutarchus albam veſtem à fœminis in luctu uſurpatam tradunt: Lucanus quoque *lib.* 2. de Martia, à funere Hortenſii, Catonem, priorem Maritum, repetente, ait:

Obſita funereæ celatur purpura lanâ:

Id eſt, *pullâ*. Quos Lipſius ſic conciliat, ut dicat, nigras veſtes luctus proprias fuiſſe, ſtante Rep. albas ſub Imperatoribus. Interim & ſubtilius, in luctu matronali, meminit Appuleius, & Dio *lib.* 56. Tiberium, ſiliumque ejus Druſum, in funere Auguſti, *Θοιᾶν τὸ ἀγαθὸν τρόπον πεπτωκότε, pullum togam, vulgari more paratam*, geſtaſſe tradit, V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. lib.* 1. *cap.* 23. Porrò, quandiu in uſu Togæ fuerunt; ingenui non niſi albati, extra luctus tempus, incedebant: Pænularum verò, lacernarum item, imò & tunicarum Romanæ plebis color ac viliſſimi cujusque, *pullus*, ſive ſubnigter ac fuſcus erat. Unde *pullata multitudo*, *pullatus circulus*, apud Scriptores, pro plebe infima ac fœce vulgi: Qui color partim lanæ nativus, ut Canuſinæ; cui pulligineum ſuam adſcribit Plinius; partim ex albo, veſtium uſu, ac ſordibus in *pullum* degenerans. Idem color tribonis fuit, ſeu Pallii Philoſophici, ut Philoſtratus *lib.* 2. *cap.* 9. docet, cùm ait, Apollonium, visâ apud Indos byſſo, lætatum fuiſſe, quòd ἐκεῖνος φασὶ νεῖσθαι: Baſilius ſimiliter, Τεθώνται, inquit, σκυτοβαφικῇ τινι, Τῶν μὲν Τυρίων ἁλουργὶς καὶ φοινικὶς, φασὶ γὰρ αὐτὸν ἐκείνων. Ptolomæi Pallia quædam, *Rhetorum purpurea*, Philoſophorum pulla ſeu fuſca. V. iterum Oct. Ferrarium *Part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 17. & infrà *Pullati*. Nec omittendum, cùm Romani lugentes *Pullam* induerent, dictos eſſe, *mutare veſtem*, quod in Prov. dixit, pro *Lugubria ſumere*. Cic. *Orat. pro Sext. Suum dolorem veſte mutata ſignificabant Romani.* V. Signonium *de Judic. lib.* 3. *cap.* 19. Verùm, in epulo, etiam lugentes albati accumbebant. V. Hier. Boſſium *de Toga Rom. cap.* 15. & Thom. Godwyvium *Anthol. Rom. lib.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 7.

Pullani, dicti ſunt apud Francos, in Regno Hieroſolymitano, *qui de patre Francigena & matre Syriana, vel de patre Syriano & matre Francigena generati erant*; uti habet Sugerius *in Vita Ludovici VII. Reg. Franc. cap.* 24. Hos, Saracenorum vicinia infectos, non multum ab iis fide moribuſque diſcrepaſſe, atque inter Chriſtianos & Saracenos velut *neutros* fuiſſe, docet Willh. Neubrigenſis *lib.* 3. *cap.* 15. Unde non ſemel in illos inſurgunt, Jac. de Vitriaco in *Hiſtor. Orient. cap.* 67. 72. & Sanutus *lib.* 3. *part.* 8. *cap.* 2. V. quæ de iis, & vocis etymo, obſervat Car. du Freſne *in Notis ad Joinvillam pag.* 84. Illis opponi conſueſſe *Filios Arnaldi*, diximus ſupra ex Macro.

Pullarii, à pullis dicti ſunt, teſte Cicerone *de divin. lib.* 2. *Attulit in cavea pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.* Hic cavæ pullorum curam agebat, è quorum paſtu auguria capturent Augures: quæ, quoties oſſa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in ſolum, *Tripudia ſolliſima* dicebantur. Ita Feſtus, *Pulsi potiſſimùm dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt, terrapavium.* Captabantur autem ex pullis Auguria hoc modo: Quotiescunque de inchoanda re quapiam exequendaque, Deorum per pullos ſenſa placitaque exploratum ibant (oportebat autem id fieri ſummo manè & primo diluculo) imperato de more ſilentio, pultem illis aut oſſam, cavâ receluſâ, objiciebant. Quòd ſi ad oblatam eſcam mox pulli è cavea non proſilirent, aut ſeriùs egreſſi vel non attingerent eam, vel alarum plauſu diſiparent, vel relictâ eſcâ oberrarent, aut occinerent, aut pro more non reſcirentur, vel avolarent penitus, omen præſe ferebant magni terroris & ſolicitudinis, eventusque triſtiſſimos, & *Pullarius* exitum animo præmetiens, ne quid moliretur, ſed vel deſiſteret ab incepto, vel different deliberationes, vel prorſus hoc mutarent, quod præ manibus erat, horabatur. Sin pulli mox proruerent cum impetu certatimque in eſcam involarent, & avidè depaſcerentur, ita ut veſcentibus illis ex ore aliquid relaberetur & terram paviret, quod tripudium faceret ſolliſimum, inde ſpe hauſtâ mirificâ *Pullarius*, ut conſtanter fortiterque cœpta urgerent, jubebat, ſucceſſuſque optatos ac proſperos à Diis ſpondebat omnia. Solebant autem in auſpiciis non paſſim omnes, ſed hi tantùm adhiberi, qui eſſent periti, id eſt, qui, quid *Silentium* foret, intelligerent, Cic. *loco cit.* Qui, ſi quæ Dii diligavaſſent, ita ut veſcentibus illis ex ore aliquid relaberetur & terram pava

cap. 10. *cum Parallipom.* Thom. Dempſteri; quorum is cavea & *Pultorum* icona ex vett. monumentis exhibet *ibid.* Origo huic divinandi generi à Lyciis arceſſitur Al. ab Alexandro, qui quoties eventum rei alicujus præſeire fatagebant, acceſſiſſe ad fontem Apollini dicatum, & eſcâ piſcibus objectâ, exinde futura augurati fuiſſe, leguntur. V. cum *Gen. Dierum lib.* 1. *cap.* 39. cu ade,ſi placet, Thom. Godwynum *Antiqu. Rom. lib.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 7. qui *Pullarios* non tam cuſtodes pullorum, quàm Auguſtum genus, facit. At *Pullarius*, in vet. *Inſcr.* 647. 2. —— *Cariſſimo negotianti Pullario Patri B. M. T.* officium eſt in Coquina Regia, cui *pullorum* ſeu altilium cura commiſſa, Gall. *le Poulailler*, Car. du Freſne *Gloſſar.* Poopic autem Gallis *pulli* gallinæ cujuslibet ætatis, uti de Afris ſuis ſcribit Auguſtinus *in Judices cap.* 25. Sed *Pullorum cantus*, apud varios Scriptores medii ævi, pro *gallicinio*, occurrit, de quo V. quæ annotavit C. du Freſne *ad Alexiadem pag.* 271. & nos ſupra.

Pullati, memorati *Suetonio in Auguſto lib.* 2. *cap.* 44. *Sanxit, ne quis Pullatorum mediâ cavea ſederet*; plebeii ſuere & inferioris ordinis cives. Cùm enim ſtante Rep. *pulla* veſte non niſi in luctu uterentur Romani, ſub Impp. Togæ antiquato uſu, exolevit etiam ſimul coloris albi uſus, & tum omnis plebejæ veſtes pullæ fuerunt. Hinc *Pulla pauperas* Calpurnio,

O nunquam nobis non ruſtica veſtis ineſſet,
Pullaq; pauperias & adunco ſtibula morſu.

Indeque diſcrimen natum inter cives, ignotum ſeculo priori, ut alii *Candidati* dicerentur, non ſenſu priſco, ſed honeſtioris ordinis cives: alii *Pullati*, infima plebs five vulgus; utrique à colore veſtium, quo uterentur. Quorum illos Seneca *de beats vit. lib.* 2. *Pexatos*, iſtos *Colonatos* vocat, obſervante Lipſio. V. Joh. Roſinum *Antiqu. Rom. lib.* 5. *cap.* 22. & ſupra paſsim, uti de *pullo colore* Caſaubonum *ad Aug. Spartiani c.* 41.

Pulliceni, apud Æl. Lampridium *in Alexandro Sev. Nam aviaria inſtituerat —— hiſq; vehementer oblectabatur —— & ne eorum paſſus gravares annonam, ſervos habuit veſtigales, qui eos ex ovis & pullicenis ac pipionibus alerent*, pulli ſunt faſianorum, pavonum, perdicum, anatum & gallinarum. Unde Gallorum vox *Poucins*, de pullis gallinaceis. *Pulli*, *pullici* & *pullicini*, *Pullivae* dixit Varro, in genere gallinaceæ, & *pullivae* opponit vitulis gallinis, *de R. R. lib.* 3. *Et ea, quæ ſubjicias vitulis pullitiæ, quam pullivis.* Sed & *pullivos*, diverunt pullos equinos, qui recentioribus *poledri*. Ita certe ſcriptum in *LL.* Salicis. *Pullitrus anniculus*, in *LL.* Viſigothorum: unde Galli iterum *pullitras* vel *pultras*, equulas vocant. Utì verò gallinaceos & pavoninos pullos, *pullicenos*; ſic palumbinos, *pipiones* vocat Lampridius. V. Salmaſium *Not. ad anno*: uti de altro, Gallis *Pullinaria* dicto ſupra, voce *Gallina*.

Pullinus, in vet. Inſcr. *M. Pullieni Priſci*, apud Eund. *ad Spartianum in Hadriano*.

Pullus, puer effœminatus antiquis, quem *Catamitum* alibi dixere. Feſtus, *Antiqui puerum, quem quis amabat*, pullum *ejus dicebant.* Græcis eodem ſenſu πωῦλος, ut & de mercetrice. Heſychius, πώλων, πώλιον. Πάλαι τὸ παῖδας ἐλεγον, οἱον ἀφροδίτης πώλους· ἡ τὸν νέας ἢ παρθένους. Aliter vocem uſurpat Lycophron *Caſſandr.* ubi de *Tenero*,

—— ἁ πανεῖα φανὺς
Πάλαι, νέου φόνοιο ——
—— *peremtor patrii*
Pulli, malum propagmen ——

Hic enim Ajacem vocat πάτερων πῶλον, quia efflictim à patre amarctur &c. V. Jo. Meurſium *Commentar ad l.* & Caſaubonum *ad Caligulam Suetonii cap.* 13. ubi inter faſtuta nomina, quibus Caligula exceptus, *pullus* & *pullum* & *pupum & alumnum*, recenſet Auctor.

Pulmentum Unctiusculum, Plauto βάμμα eſt; quod *unctum* „Perſio, *canare ſine unctio*, l. oleo. Plinius *lib.* 19. *cap.* 4. Nec „caules ut nunc maximè probabant, damnantes pulmentaria, „quæ egerent alio pulmentario, id erat oleo parcere, nam gari „deſideria etiam in exprobratione erant. Horti maximè place„bant, quia non egerent igni parcerentque ligno, expedita res „ſemper: unde & acetaria appellantur, facilia concoqui, nec „oneratura ſenſum cibo & quæ minimè accenderent deſiderium panis. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 375. Hodie *Pulmenti* nox frequens in *Regulis Mon.* ubi pro quovis obſonio, quod pani additur, Græcisque ὀψοφάγιον eſt, ſumitur &c. Sed & pro piſce vivarii vel ſtagni, in *Charris* quibusdam medii ævi, occurrere, monet Car. du Freſne *in Gloſſario*. Vox à *pulo* deſcendit, & idem notat quod *pulpamentum*, τὸ κρέας, ὀψοφάγιον; cui à *pulpa* origo. *Pulpa* verò ex Græco πολφὸς ve.it, quod interpretantur μάζαγμα ἐκ σαύλης, tractam ſc. *farinæ ſubacta & in maſſam coctæ*, V. Salmaſium eundem *ad Tertullianum de Pallio cap.* 5.

Pulpitum, excitatum in Proſcenio, agentium & loquentium locus erat. In *Pulpitum* enim Actores prodibant, quod, ut Vitruvius docet, latius erat Latinis, quàm Græcis. Altitudo illius Romanis non plus pedum quinque; adeoque humilius Scenâ, ſed altius Proſcenio ac Orcheſtra fuit. Ibi geſticulatione, cantu & ſaltatione, Artifices perſonis in Scena abditis populum retinebant. Joh. Roſinus *Antiqv. Rom. lib.* 5. *cap.* 4. V. quoque Scaligerum *de Poëtic. lib.* 1. *cap.* 21. Hinc Suetonius *in Caligula cap.* 54. *Saltabat autem nonnunquam etiam mediis, & quandam tres Conſulares ſecundâ vigiliâ in Palatium accita, multaq; & extrema menentes ſuper* Pulpitum *obſcœnia*. In conviviis quoque, Lyriſcas, Chordaules, Tibicines organarios, alioſque Artifices domeſticarum oblectationum, ſedere in *Pulpito* atque inde audiri conſueviſſe, docet Vitruvius laudatus *Architect. l.* 5. *cap.* 8. V. iterum Roſinum *lib.* 5. *cap.* 29. Apud Scriptores Eccl. *Pulpitum* eſt ambo Eccleſiæ, interdum ipſum analogium ſeu lectrum portatile, C. du Freſne *Gloſſ.* Fuit autem ambo ſeu *pulpitum* in mediis Chriſtianorum Templis, unde prædicationes ad populum habebantur, teſte Socrate *Hiſtor. Eccl. lib.* 6. *cap.* 5. & Georgio Alex. *Vitâ* Chryſoſtomi, quod hodieque apud Græcos in uſu eſt. Ex eodem, Evangelium & Epiſtola, in cœlebratione Miſſæ legebantur, diptycha recitabantur; ibidem Cantores ſtabant, hymnos & Pſalmos decantaturi: denique quidquid publicè in Eccleſia edicebatur, ex eo loco fiebat. Poſtambonem veró à Sacerdote recitabatur ἀπὸ ἀμβώνος & ὑψηλῆς, in *Liturgiis & Ritualibus* Græcorum adeò frequens, ſi. *oratio poſt ambonem*, propter eos qui in extremo Templo ſtarent. Factum id finitâ Liturgiâ, ſtatque hæc oratio ſigillum omnium celebrationum, & ἀπαναπλάσεως ταυλικῆ, κήρυκα τῆς πίστεως ἢ τοῦ παρόντος λόγου, *ſumma ordine repetita, conveniens primis & pretioſoribus Epiſtolis*, ut loquitur Germanus CP. *Hiſt. Eccl. pag.* 179. Analogii hujusmodi argentei, in cujus ſummitate leonis caput aureum, memini Anaſtaſius *Leone IV.* V. De la Cerda *Adversar. cap.* 8. *p.* 6. *c.* 15. *f.* 18. Cl. Suicerum vocibus Ἀνάβασις, Ἀναγνωσμάτων ἀναλήμψεις, alibi, & hic paſsim. De *pulpitis* Circi Conſtantinopolitani V. *Chron.* Alexandrinum *p.* 582.

Puls, farina cocta cum aqua & ſale, antiquum Romanorum victus ſuit, domi ac militiæ uſurpatus. Plinius *lib.* 18. *cap.* 8. *Pultem, non panem, vixiſſe longo tempore Romanos, manifeſtum eſt.* Val. Maximus *lib.* 2. *cap.* 5. *Erant* (Majores noſtri) *adeò continentiæ attenti, ut frequentior apud eos* Pultis *uſus, quàm panis eſſet.* Ad quem veterem morem reſpiciens Juvenalis *Sat.* 14. Inquit,

—— *Grandes fumabant* Pultibus *olle.*

Et Romani hinc *Pultiphagi*, *Varrones*, Plauto dicti, &c. Unde verba illa XII. Tab. de debitore, qui ſolvendo non eſſet, *Libras farris in dies dato*, contra Cujacium *Obſervat. lib.* 1. *cap.* 22. *de libris farris* interpretantem, cum Marcilio *ad Legg. XII. Tabb. de Pulte farrea*, explicat Jac. Giſelius JC. Sic idem Marcilius rectè eidem monet, apud Livium *lib.* 4. ubi de Sp. Melio, *farris libras*, non frumenti, ſed Pultis, accipiendas, ut & *lib.* 5. in M. Manlio *ſeſtibus farris*: & *lib.* 6. de ſeſtiba Pultis intelligendas: qui etiam illidem *cibus militi ſeſtius ſit*, l. annis U. C. 295. appellatur. Nec proin antiquis temporibus Piſtores Romæ orti, qui panem conficerent, ſed tantùm, qui farinam pinſerent, id eſt, tunderent. V. Oiſelium laudatum *Notis ad A. Gellium cap.* 20. *cap.* 1. ut & Joh. Roſinum *Antiqq. Rom.* Sigonium, Lipſium &c. Sed & in factis quibusdam *pulte* Romani uſi ſunt. Plinius ubi ſupra, *Et hodie ſacra priſca atque natalium pulte friſtilla conficiuntur*; ad quem locum V. *Notas* Dalechampii.

Pulſantes, in Eccleſia Rom. dicuntur, Monachiſmi Candidati, quòd *pulſent* ad fores Monaſterii, in Monachorum album admitti poſtulantes. *Regula* S. Benedicti *cap.* 58. *Novitor veniens ſpiritu conſentiens, non ei facilis tribuatur ingreſſus — ergò ſi veniens perſeveraverit pulſans, & illatas ſibi injurias & difficultates ingreſſus, poſt* 4. *aut* 5. *dies ipſius juſſi patienter portare & perſistere patientiæ ſuæ, annuatur ei ingreſſus & ſit in Cella hoſpitium paucis diebus, poſtea ſit in Cella novitiorum, ubi meditetur, manducet & dormiat.* Hinc de Carolomanno fratre Pipini R. Monacho facto ad Caſinum, ait Regino *An.* 747. *Ipſe autem morem portam Monaſterii pulſans, collogulum Patris Monaſterii expetit &c.* Hi itaque, antequam reciperentur, priùs probabantur & examinabantur in *Pulſatorio*, loco ſic ab iis dicto, qui in Cella hoſpitum erat, uti docet eadem *Reg. d. c.* In eo enim 4. aut 5. dierum, ut vult Benedictus, vel 2. menſium, ut Magiſter, vel annì ſpatio, ut Caſianus, rigidiori examini ſubjiciebatur pulſans, *laborando cum fratribus, conentus annone modica menſura. vel regule diſciplina & excommunicationum; ut & mores Monaſterii probares & ipſe probaretur — In quibus* 2. *menſibus, ſub cura illorum Fratrum, qui peregrinos cuſtodiunt, &ipſe ſimiliter cuſtodiebantur* ſecuri habet Magiſter *Regulæ cap.* 88. *Domus pulſantium* hîc locus dicitur alias, & in Monaſterio S. Galli hanc Inſcr. habet:

Hoc clauſtro Oblati Pulſantibus aſſicianur.

Sed & *Pulſantium* nomine Novitii quoque nonnunquam veniunt, quòd necdum omnino admiſſi voum profeſsionis Monaſticæ nondum emiſerint. V. Auctores laudatos Car. du Freſne *in Gloſſariis* qui ab hac origine Gallicum vocem *Eſſoufler*, quod ſtrictius examinare ſignificat, deducit.

Pulſare Parentes, apud Athenienſes, capitale fuiſſe videtur, ex Lyſia ubi de Agorato: ſed morte talem non fuiſſe, venim ignominiâ fuiſſe notatum, patet ex lege Solonis, Atticis Jurecoſſ. ἐὰν γονέας κακῶσαι, *male tractaſſionis Parentum* dicta, quæ

ſic

ſe habet: *O τὰς γυίας πάλλει — πάλλε δ᾽ ἐκ. Si quis paventes pulſaveris — ignominioſus eſto*, apud Diog. Laertium in *Solone*. Quæ autem fuerit hæc capitis minutio, oſtendit comparatio LL. *ἀγορίων* & malæ tractationis Pœnarum, quas *in Timocratea* Demoſthenes conjungit. Nempe arcebantur tales coetione, multitiâ, Templorum publicorum ingreſſu & omni coronarum in publicis feſtivitatibus uſu. Quæ loca ſi nihilominus ingrederentur, Undecim viri capitales illos vincire & in Judicium apud Heliæam rapere jubebantur, legealiâ ab eodem latâ, cujus idem Demoſthenes *ibid.* meminit. V. Sam. Petitum *Commentar. in LL. Attic. lib. 2. tit. 4.*

Pulſatio, in *Chron.* Wilhelmi Thorn. *an.* 1242. campanarum notat pulſationem, quæ fit in ſignum honoris ac reverentiæ ergà aliquem, per locum illatum tranſeuntem vel illuc advenientem, de quo ritu V. aliquid ſupra in voce *Campana*. *Pulſare* enim ſignum, campanas, frequentiſſimè dicitur: Unde & *Pulſatio terroris*, quâ, præter alias ſolennitates, Feſta Conceptionis B. Virginis & Beati Auguſtini celebrari jubet Henricus Epiſc. Ratisbon. *in Charta A. C.* 1278. in *Monopoli* Sal. burg. Tom. 3 *pag.* 264. *Carillon* Gallis; ſic dicta, quod ita olim in feſtivitatibus pulſarentur campanæ, quemadmodum in tumultibus bellicis &c. Hinc *Pulſatores*, qui alias *Matriculârii*, in Eccleſiis, V. ſupra in hac voce. Apud Innocentium III. *lib. 15. Epiſt. 7. Pulſatores & Exequiales*, Innocentio Cicono ſunt monitores Funerum, Gallis *Sennonneurs*, h. e. Sub nonitores, dicti, qui campanas *pulſando* præteruntes, ad tundendas pro defuncto preces invitant, apud C. du Freſne in *Gloſſario*.

Pultarium, apud Celſum, genus vaſis eſt, quod alii *Paltorium* vocant. V. Salmaſium *ad Treb. Pollionem in Claudio*.

Pultarius, apud Franciſcum *Tum. I. Opuſc. de Vera & perf. Eat. pag.* 94. *Recentia hiſt.* Pultrones *viliſſimi & ile ad Heliſſandi*; Italis *Poltroni*, Gallis *Poltrons*, dicuntur homines ignavi & timidi. An ab Italico *poltro*, i. lectus, quòd ſopori ac deſidiæ dediti, ut vult Landinus *Comment. ad Dantis Infern.* 24. An ab eorundem *poltro*, i. *pulcro*, Cpuletro, quòd pullum equinum notare diximus? *Pultrones* dictiſunt, quod ad modum pullorum quinorum leviter agitati ſuam arripiant, quod placet Octav. Ferrario *in Originibus Italic.* An ſic dicti ſunt, quaſi *pollice truncâ*, ut auctoreli Salmaſio *de Hyperct. Pannor.* p. 783. Pro ignavis enim olim habitos, qui ne militarent, ſibi pollices truncabant: ſed & hoſtibus captis interdum manuum pollices, ne au plus militare poſſent, abſciſſos eſſe, diximus ſupra in voce *Pollex*. Y. quæ hanc in rem habet Car. du Freſne in *Gloſſar.* ubi varios Auctores præterea laudat.

Pulveraticum, in *L. 16. Cod. Theod. de Tiron.* ubi ejus nomine bonoſolidos dandos ſervis is, qui ſe militi e offerunt, præcipitur in genere mercedem notat, quo modo apud plurimos medi ævi Scriptores vox ſumitur, multipliciâ ductâ à *pulvere*, quo Palæſtritæ mutuò ſe aſpergere ſolebant, *certamen inituri*, ut corpora ceromate & fudore lubrica mutuas prehenſiones non fruſtrarentur. Non igitur ſolùm honorarium, ſalarium, mercedem *pulveri* laboris ſeu mercedem, quæ dabatur Agrimensoribus, quaſi pro *pulvere*, in quo operam ſuam navarunt, notat, ut Cujacius ſentit *Obſervat. lib. 4. cap.* 18. & ex eo Rigaltius, inducti *Conſtitutione* Theodoſii & Valentiniani, quæ extat apud Frontinum *de Diverſitate Agrorum*. V. du Freſne *in Gloſſario* pluribus id refellentem & Dominum Macrum *in Hierolexico*, qui etiam pro *tributo* quocunque in vert. Tabb. uſurpari id vocabuli obſervant.

Pulveratio, in vineis proprie vocabatur, occatio ſive glebarum imminutio, quæ raſtris fiebat Varro *lib. 1. cap.* 30. *Vineæ novellas arare antiſedere, & poſtea occare, id eſt, comminuere, neſit gleba*. Quòd glebæ grandes in *pulverem* raſtris redigerentur, Poëta,

Sollicitanda tamen tellus, pulvisq; movendus.

Ubi Servius, *Hoc genus culturæ*, inquit, *pulveratio nem vocant pro prie, quæ minimissa glebæ ad vites applicantur*. An *pulveratione*m à foſſione ſeparavit ille verſu Poëtæ? Nam ſolicitatur tellus foſſione, pulvis movetur pulveratione. Verius eſt, ut confundecrit utrumque. Sic Columella *pulveratione*m cum *foſſione* eandem plane facit *lib. 4. cap.* 28. ubi monet, crebrò fodiendam eſſe vineam, quia pulveratione hæc uberior. Plinius quoque idem facit. Sed nec ille fuit vineæ pulveratio apud Latinos, quòd enim ſiccâ ſolùm tempeſtate & pulverosâ terrâ vineas movendas foſſionibus præcipiunt, eas foſſiones *pulveratione*s propriè vocant. Uti *hibernum pulverem*, de hieme ſicca Poëta dixit,

——— *Hibernoque ſiccaſſima pulvere farra.*

Et in illa vet. Rufticorum cantilena: *Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes*. Quia igitur non niſi hiberno & æſtivo pulvere vineas fodiebant, ideo *Pulveratione*m vocabant foſſionem. Alia fuit *vangiones* ſeu *pulveratio* vinearum, apud Græcos, à foſſione prorſus diverſa. Monet enim Theophraſtus *Hiſtor. lib. 2. cap.* 9. pulverandam non eſſe vineam, variante ſe uvâ, nec omnino tangendam, niſi ſiforte cùm penitus nigreſcerent, quamvis ne tum quidem movendam cenſebant nonnulli. At Romani, variante ſe uvâ, ultimam foſſionem vineis dabant, ut videre eſt apud Plinium *lib. 17. cap.* 23. & Columellam *l. b. 4. c.* 28. ubi ex auctoritate vet. Magiſtrorum Agriculturæ ſtatuit, ſatis eſſe vineam ter confodere, germinante, floreſcente & matureſcente &c. E' quibus apparet, diverſam vineæ colendæ rationem, apud Græcos & Latinos, fuiſſe in uſu. Nempe Latini tories pulverabant, quoties fodiebant; glebas enim aridas & partes comminuendo roſtris, pulverem movebant: Græci verò eo dem um tempore eam uſurpabant, quo vuæ pendebant in vinea & ad maturitatem tendebant, quia tunc ſimplus motâ tellure ſubpulverabant. Quemadmodum & Megaris cucumeres & cucurbitas ſuas, *pulvere* cooperiebant, eodem Theophraſto auctore. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 532. & *ſeqq.*

Pulveratum, apud Lampridium *in Heliogabalo*, V. *Pulejatum*.

Pulverea Voluratio, apud Tertullianum *de Pallio cap.* 4. *Studeas pallio male ſonecentia & laboranda & lutea unctio & pulverea voluratio, & aurea Cognatio &c.* terminus palæſtræ. Poſtquam enim legitimo oleo unctiverant Palæſtrici, alii luto ſe totos op, lere ſolebant, alii pulvere ſeſe aſpergebant; quem ut rumque modum hic Tertullianus complexus eſt, *luteam unctionem τὸν κάκωνα, pulveream voluta tionem, τὸν κόνιν* vocans. Sic Lucianus ἀπὸ Τριποδος. poſtquam de unctione hic dixit, pergit ad voluta tionem pulveream, verbis, quæ Latinè ſic habent: *Alii vero ſubito ita aute idem faciunt, non quidem in luto, ſed arenam hanc pr ſundam & foſſa cruentes contaminant ſe ipſos & pulvere aſpergunt, gallorum gallinaceorum inſtar, qui minuta ſtabrica ſua in conflictibus, utpote ſabulo faciente, ut in ſicco firmiores ſint mutuæ prehenſiones*. Poſt oleum nempe & ceroma, alii in luto, alii pulvere voluta bantur, diverſo utrique fine & reſpectu. Qui luto ſeſe inliniebant, id ei ratione faciebant, ut lubrica cute anſam non darent antagoniſtis, quâ prendi poſſent, aut teneri, ut κάκωσις ſe. effugerent. Illi contrà, qui pulveris tactu ſeſe inſpargebant, hoc capiebant, ne manus laberentur in apprehendendo Antagoniſtarum corpore. Firmiorem namque κάκωσιν præbebat pulveris conſperſio: Utrique tamen oleo prius vel ceromate ungebantur. Hinc Pl. tarchus *in Sympoſ.* palæſtram tribus his conſtare ſcribit, *pulvere, luto & ceromate* &c. V. Salmaſium *ad l. & infrà in voce Pulvis*.

Pulvillus, Græcè πρόσκεφάλαιον, ὑπηνήνιον eſt. His inſternabantur vet. lectos cubatorios conſueviſſe docet *ad Martialem lib. 14. Epigramm. 14.* Ratcus, nec non Marc. Donatus *ad Latinum lib. 19.* Unde pa um dil genter luxum Romanorum deſcripſerunt, qui hæc in Commentariis tractare omiſerunt, Joh. Meurſius & qui nomine Stanislai Kobercyki *Collectanea* edidit. Et quidem *pulvillis plumeis*, iisque ad partes corporis ſei è conformatis, uſos ſile Romanos, diſcimus ex Appulejo *lib.* 10. ubi de Matronali lecto inter alia, *Sed & ſtragula ſopiſſi — probè conformata, ac iemper brevibus cumulum ſed ſatis expreſſi pulvillis, aliis nimis modicis qui maxillas & cervices ſatisate mutuères ſuffulcire conſuerunt, ſuperſtruunt* &c. De cujusmodi *pulvillis* capiendus Martialis *lib.* 14. *Epigr.* 146.

Laſſas impulea potens requieſcere plumâ,
Interior cygni quam tibi lana dedit.

Ubi quod *interiorem lanam*, Monachus Sangall. de *Rebus Caroli M. lib. 2. cap.* 27. *fericum avium* vocat. Suntque id generis cygneæ exſiviæ in Bacaria hodie celebres. Caſp. Barthius *Animadverſ. ad Statium lib. 1. Sylv. 2. verſu* 59. De *pulvinis Regum* eorumque qui vivebant luxu ita ſimulo, roas, Meliuenſi inprimis, farciri ſolitis, V. Car. Paſchalium *Coronar. lib. 3. cap. 6.*

Pulvinar, idem aliquando cum Tempio. Romani enim in honorem Deorum in Templis *pulvinaria* ſternere ſoliti, paſſim leguntur apud Auctores. Sic Epulum, quod Joviſalisque Diis apparabatur, *Lectiſternium* dictum reperimus, quòd, placandæ nonnunquam alicujus Numinis iræ, convivium in templo illuſtre ſub lectur, Diis ſimulo, roas, Meliuenſi inprimis, farciri ſolitis, V. Car. Paſchalium *Coronar. lib. 3. cap. 6.*

Pulvinar, idem aliquando cum Templo. Romani enim in honorem Deorum in Templis *pulvinaria* ſternere ſoliti, paſſim leguntur apud Auctores. Sic Epulum, quod Jovi ali

Hallicarnaß. *lib.* 7. & Jul. Pollux *lib.* 1. §. 3. Adeò ut præsentiam suam templis præstando crederentur(Nam non dubitabatur, quin ea Dedicatione invocati illuc se conferrent superveniretque) sive decumbere, sive stare sive recliuare sive sedere Pulvinaribus illis, unde fiebant etiam in supplicationibus publicis Lectisternia illa solennia. Hinc *Fama sistere*, significabat, *Lectisternia cessitasse & Dijs hostera*, uti Labeo ait apud Festum. Accessere huic *publicis*, *sacris* & *Funebribus*, *qui pro Deorum capitolinis præbantur*, ut Festus, cui *Struppi* dicuntur quæ vox videtur corrupta esse à *Strophiis*, h. e. coronis, quatum inter *Sacra* tantùm & *bellicos honores usus esset*, Plinius *Histor. Natur. lib.* 21. *cap.* 2. Quò spectat locus Origenis *in Ceslum*, ubi in Δαιμόνιον, nomine Deorum, cultum apud Gentiles, meritissimè invehitur, *Malus*, *inquit*, *es tibi* Θεὸς Δαιμόνιον, *Omnes enim Dæmonum sunt in dæmonia*. Reliqua Latinæ sic habent : *Hoc vero nimirum sit ex eo quòd*, *ut efficaciora videantur ea*, *quæ pro Sacris accipiuntur*, *fieri solent curiosa nimis decubituria* (Pulvinaria) *idque sub initia Dedicationis simul achrorum ejusmodi Templorumque*; *quæ quidem Pulvinaria Dæmonum cultui vacantes per præstigias faciunt.* Quod recte planè, ut in illis Numina se reponerent, quibus Dedicatio fiebat, ibique seu Templo habitarent, quæ locutio etiam apud Hebræos vett. de veri Numinis in Templo suo præsentia & habitatione, notissima est, undè similis in Gentiles propagata, circa tione, notissima est, undè similis in Gentiles propagata, circa tione, Dæmonia fua, notio. Et appositè dixit Origenes, τῶν ἐδωλικῶν ἀνδρίαντων, artificiosissimè enim pulvinaria hæc facta fant, & ſtruppis fuis eximiè ornata. *Μαγγανικὸν* seu *præstigiarum* nomine, intelligit invocationes illas seu appropinquationes Dæmonum, quas Καλοῦσι & Θεουργίαν vocabant, de quibus Mich. Pſellus. Nec verò ſolùm apud Romanos, ſed & *Græcos*, *Pulvinaria ſeu Κλίνας* aut *Κατακλίσεις* Deorum, *i. Lectiſternia*, in uſu fuiſſe, aut apparet ex Pauſania *l. ſuprà cit.* ubi & Minervæ & Æſculapio, in Templis ſuis, Κλίνη tribuitur : Pindari item Scholiaſte *ad Olymp. Od.* 1. Corn. Nepote *in Timotheo*, & Val. Maximo *lib.* 2. qui de Attico & Rhodio *Pulvinarium ſacrorum* uſu, expreſſiùs loquuntur & V. Seldenum *de Synedriis Lib. III. cap.* 14. *&* 6. *De pulvinaribus* verò, in civitatis cujusdam celebris annua ſupplicatione, capiti B. Virginis, tanquam in puerperio decumbentis, ſuppoſiti ſolitis adà Melanum *Hiſtor. Imag. lib.* 2. *cap.* 27. Nec omittendum, quòd in Circo *pulvinaris* meminit Suetonius *Auguſto c.* 43. ubi ex eo ſedentem ſpectaſſe ludos Auguſtum refert : Nero verò & accubans, ceu Deus aliquis vivus, inter ſimulachra mortua, apud eund. *Primam frentem ſpectaculorum* cum locum vocat idem Imperator *Epiſt. ad Liv.* V. Calaubonum *Not. ad l.*

Pulvis, olcum & ſudor, Athletis derafa, ſimulque mixta, in aſſum Medicum olim adſervabantur & ab Atticis κονίσαλος, ab aliis verò κονίσηρις, vocabantur. Illi enim, qui ſefe lotturi vel exercitaturi in Gymnaſium veniebant, majori ex parte ſpoliabantur in Apodyterio : poſtea, qui vel luctam vel pancratium inituri erant, Aliptetium ingredientes ungebantur, atque ſic unctì in quintam Gymnaſii partem, *Coniſterium* dictam ſe conferebant, ubi *pulvere* conſpergerentur : quo facto, in exercitationes diverſas diverſi prodibant. Conſpertere autem te hoc *Pulvere* luctatores, ut tortiora corpora redderent, ſecundùm Luc. qui de Hercule & Antæo loquens, ait :

Auxilium membris calidas infudit arenas.

Vel, ne oleo manus laberentur, fed facilius Athletæ ſeſe comprehendere valerent, neve ſudore diffluerent, aut venti aperta ingrederentur corpora. Qua de cauſa à Martiale *ἀδὺ* vocatus eſt (*ſtatuſve haphe*) Unde ſi qui adverſarios perunctos & fine *pulvere* certantes vincebant, majori gloriâ habebantur digni, qualis fuit apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 11. Dioxippus, & apud Pauſanium *Eliac. lib.* 6. Dioteus, Ἀσπὶς nomen promeritus. Horatius *lib.* 1. *Epiſt.* 1. *ad Mæcen.*

Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contendat Olympica, *cui ſpes*,
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ.

Aſſervabatur vis *Pulvis* in loco memorato, quem Κονίστρα vocavit Pollux, advehebaturque ex variis regionibus in hunc uſum : Sed duo imprimis palmam meruere, Puteolanus & Ægyptius. De quorum illo Sidonius Apollinaris,

Nam ſi, Dicarchæ Puteolanus Pulvis arenæ.

Iſtum Romam hæc ſini advehi fuiſſe ſolitum, refert Suetonius *in Neronecap.* 45. quemadmodum & Patrobium Plinius *lib.* 35. *cap.* 13. ubi Libertum Neronis tradit ex Nilo arenam renuiſſimam non multum à Puteolano pulvere diſtantem, ad debellanda corpora, Palæſtræ ſtudiis advexiſſe eandemque à Leonato, Cratero, & Meleagro Alexandri M. Ducibus, cum reliquis militaribus commerciis portatam. Cui forſan haud abſimilis illa fuit, de qua Ovidius, Achiloi pugnam deſcribens, ſic loquitur :

Ing, vicem ſulvis tacta flaveſcit arena.

Nam & Martialis *lib.* 7. Philænim irridens, quòd Palæſtritarum exercitationes niſret, dixit ipſum hac arenâ flaveſcere, quam *haphen* ab illo vocari ſuprà dictum : quoniam contrectationibus exercitatorum inſerviebat. Ἀφὴ namque, *tactum* nemo denotare ignorat. Seneca *Epiſt.* 57. *de cavmate nos Haphe excepit:* Poſtquam verò ſeſe Athetæ, quantum libuerat, exercuiſſent, ad unctuarium ſeu Elæothefium, quartam Gymnaſii partem, Ἀλειπτήριον Pollux dicitam, reverſi, ibi à Mediaſtinis & Renitoribus, ſtrigilibus ferreis detergebantur, in qua detenſione oleum, *Pulvis* & ſudor, ut dictum, ſimul mixta, in Medicum aſſervabatur ſuſum, ut videre eſt, apud Dioſcoridem *lib.* 1. *cap.* 3 Plinium *lib.* 14. *cap.* 8. Galenum *de ſimpl. Medicam.* &c. V. plura hac de re, apud Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 1. *c.* 8. & ſuprà. At *pulveris pedum excuſſio*, contemtus argumentum fuit, uti diſcimus ex Matthæi *cap.* 10. *verſu* 14. & Marci *cap.* 6. *verſu* 11. Hinc de Eugenio III. Pontif. Rom. *ſeditione in populo orta*, pulverem *pedum in ſiligenes excuſſiſſe*, & *relictis iis*, *in Brantium venijſſe*, refert Abbas S. Theodori *Vita* S. Bernardi *lib.* 2. *cap.* 8. apud C. du Freſne *Gloſſar.* quem V. etiam *Matis in Cinnamum pag.* 481. Sed & eodem ſenſu *pulvis*, in eſcam edit, animalium quibusdam. Cecìt *Pulvis Terræ*, ſerpenti aſſignatur in cibum, Geneſ. 6. 3. 14. Eſ. 6. 5. 9. 25. & Mich. 6. 7. v. 19. non quòd veſcatur ſolo pulvere (eſt enim in πανδαισίαις, & carnem quoque ac herbam edit, λάχανα τῷ Θεῷ, Ariſtoteles *Hiſtor. Anim. lib.* 8. *cap.* 4.) ſed quia cùm humi repat, non poteſt, quin pulverem in os cum aliis cibis ſimul ingerat. Ita David in ſuſto queritur, ſe comeduſſe cinerem, ſicut panem, *ſi manducavi cinerem tanquam panem*, quia pronus in terræ jacens pane in terram projecto veſcebatur. Talmudici tamen *in Tract. de Sabbatho*, *Terram comedebant*, *ut ſerpens*. Et Nicander, de cherſydro, *Theriac. verſu* 372. cùm exſiccata prorſus illum deſecit aqua, *ὑγρὸν δ' ἀνέρυκε ὄγκιον*, *aridos ſuicus*, inquit, *depaſcunt*. Et Phile *cap.* 59. de ſerpente quodam Indiæ, qui videtur eſſe ſepis ſpecies,

Πωλεῖ γὰρ ἐν γῇ, καὶ γλυκὺν χρῶν ἰὸν ἕλκει,
Διὸς γῆ νέμει ρύμενον, οὐδὲ φλεγόμενον.

Sed & eodem ſenſu *pulvis*, *cibus*, *ſi ſolus*, *ſi elementalis*.

Sed & eodem cibo veſci alia putantur animalia : in quibus lumbrici ac vermes. Plautus *in Cuſina Act.* 1.

Poſt autem niſi ruri ervum ut comederis,
Aut, quaſi lumbricus, terram.

Et eicindela, de qua Algiabid', *Alimentum ejus eſt* pulvis, *quo nunquam ſaturatur*, *ideò ſolum*, *quia timet*, *ne deficiat terræ pulvis*, *augue ſame pereat.* Imò & ſcorpiones terram habere pro cibo, Bardianes ait in Eudei alia *Pratjar. lib.* 6. & Plinius *lib.* 30. *cap.* 7. &c. Quam in rem V. plura apud Bochartum *Hieroz. Part. prior lib. I. cap.* 4. ut de *Pulvere in Gemmis*, ſ. infrà voce *Puntius*, & de *Pulvere Pyrio* ſuprà, *in Bombarda.*

Pamex, apud Virgilium *Æn. lib.* 12.

Inclusa ut cum lateberit ſub pumice puſtor
Veſligavit apes fumoſq, *impleverit arnos:*

& Propertium *lib.* 3. *Eleg.* 3.

Tondebant, cavati tympana pumicibus:

eavum eſt & latebroſum ſaxum, pendens, antroſum; laxus aliàs, rarus & leviſſimus lapis. Plinius *Hiſtor. Nat. lib.* 36. *cap.* 21. *Non prætermittenda & pumicum natura. Appellantur quidem ita & ervſa ſaxa — ſed & ii* pumices, *qui inquino turbis ſunt in uſu corporum lævigandorum & ſaminis*, *jam quidem & virit atque ili. bris. Laudatiſſimi ſunt in Melo*, *Scyro & Æoliis inſulis. Probatio in candore minimoque pondere & ut quam maxime ſpongioſi ariditque ſint*, *ac veri faciles*, *nec harenoſi in fricando.* Ubi quod de eorum uſu in libris tangit, exponit Martialis *lib.* 1. *Epigramm.* 118. quo *raſum pumice* librum memorat. Nempe libri pellibus, ut nunc fit, olim obtegebantur, exque *pumice* poliebantur aclævigabantur, unde *pumicatam frontem* idem ita tribuit *l. eod. Epigr.* 67. Hinc *Pumicatores*, inter Librariorum olim adminiſtros ſicut & Glutinatores, Malleatores, Ornatores, Miniculatores, alii. V. Catullum quoq; *Epigr.* 1. Tibullum *l.* 3. *Eleg.* 1. &c. Sed & alcrum uſum, quem in corpubis lævigandis exhibet, idem Martialis confirmat, *l.* 1. *Epigr.* 46. ubi *pumicatam manum* vocat teneram, mollę, delicatam, quæ non ſunt nobiſi feminarum & puerorum. Eò a, mollitie devoluti Romani funt, ut non manus ſolum, ſed & aſias corporis partes *pumice* ſibi lævigarent, Juven. *Sat.* 6. & 8. Sidonius Apollin. *lib.* 1. *Epiſt.* 7. &c. Et quidem quæ mulieres iis ut & pilliothro & volſellis pilos detrahebant, *Strictiſ vellit* dictæ : ut *Incelle*, quæ nimio calamiſtrorum uſu pellem adurebant, Dalechampius *ad Plin.* Hinc Pignorius, *Cur autem axillas* &c. *lim vellerent*, & *lævigarent cum toto corpore*, *id vero mollitiei adſcribendum eſt. Imò pul pumices*, *vellulam* & *volſellam* vocamus, *pilliothro & dropace adhibitis*, *pilos arcerent.* Quod miniſterium Aſtipilarii, Græcè Ἀποτριπτικοὶ, fuit. V. eum *Comm. de Servis*, & ſuprà ubi de *Aliptariis.* Porrò, *mitiſſima ſuave* ex pumicibus *antifricia Thraſtuſique auctor eſt petores in certamine libendi præsumere farinam ejus*, *ſed*, *niſi immenſo potes impleantur*, *periditaritantamq*, *refrigerandi vim eſſe*, *ut miſſa ſit vere definant pumice addit*, Plinius *l.* 2. V. Theophraſtum ipſum *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 18. ubi de Eudemo Chio.

Pumilus, apud Statium *lib.* 1. *Syl.* 6. *verſ.* 64.

Mirantur pumilos ferociores.

Seu *Pumilio*, apud Martialem *lib.* 14. *Epigramm.* 232. cujus is titulus : idem cum nano eſt, quam vocem V. ſuprà. Addam ſiſtem fuiſſe *pumilum*, non ſolùm naturâ, ſed & curâ atque inſtitutione. Mangones enim ut efficerent nanos, concluſos alebant in arca pueros,

puëros, & fuſcilis revinctos, uti ex Longino ἀπὸ τύχης docet Caſaubonus ad *Auguſtum Suet. c. 83.*

Punctis, apud Juſtinianum *Cod. de advocat. diverſ. Jud.* commoda ſunt ac ſalaria militiæ, quæ etiam *ſalatia* appellant *Impp. in Cod.* Unde *Diſpunctores*, donatores in *vet. Gloſſis*, & *adpunctari* hodieque apud Gallos dicitur, ſui ſalarium conſtituitur eſt. Salmaſius *apud Spartianum in Hadriano*. In gemmis *Punctis* ſunt guttæ, rarius ac diſtinctius notatæ & quaſi ſtellæ interſparſæ; unde *ſapphirum aureis punctis collucere*, ait Plinius; & gemmæ ſtellatæ dicuntur aureis guttis vix diſtinctis. Sicut *pulvis* in iisdem, granaſunt maiora, ſpiſſius denſiusque & quaſi continuatim ſparſa, in modum pulveris, qualia in cyano apparent. Idem Salmaſius *ad Solinum pag.* 220. Lucinia tabula, *Punctis* apud Ma rtialem, qui *duodeno puncto teſſeram in tabula numerari* dicit, *iunt ſcripta & linea alitur* Latinis, Græcis κύρτοι & κεφαλὴ γράμμης, & γραμμαὶ & γράμματα: quorum duodena utrumque latus habebat, inverſum ſibi oppoſita & contraria, unde *Duodecim Scriptorum Ludum* Romani cum dicere, Idem ad *Flav. Vopiſcum in Proculo*. In Teſſeris dicuntur, quæ Græcis τετράδες, πεντάπτυχα τρίπτυχα, ἕνεκα γραμμῆς &c. Autonius,

Narantem ſido per ſingula puncta vocaris,
Quæ data per longas, quæ revocata moras,

Luxurius in *Epigramm. de Tabliſſa*,

Ludis cum multis Varanas, ſed ludere neſcit,
Et patiat imperio currere puncta ſuo &c.

Hodieque *puncta* Gallis. Hinc *τραγικὸν* apud Dores, *puncti ſis ludere &* τραγικὸν *ludere*. Quod de illo genere alexæ proprie dicebatur, quo in lingula *Puncta* certam pecuniæ ſummam conſtituebant & in medium conferebant: itque eam tollebat univerſam, qui multitudine punctorum ſuperaſſet. Suetonius *in Nerone* vocat, *in puncto ludere &c.* Idem *ibid.* Apud Scriptores tandem, infimæ præſertim ætatis: *Puncta* dicuntur ea, quæ ſingularum linearum initio ac fine deſcribuntur, vel lubula punguntur, intra quæ exarantur ipſarum linearum ductus, quos *ſulcos* vocant, qui in codicibus è pergameno confectis obſervatum. Prudentius περὶ στεφ. in *S. Caſtiano*.

Pungere puncta libet, ſulcis, inexere ſulcos.

Et Radulfus Monchius Mon. Vedaſtinus, laudatus à Gazæo *ad Caſtianum lib. 5. de Canob. inſtit. cap. 29.*

Cum librum ſcribo, Vedaſtus ab aſtere ſummo
Respicit è cœlis: notat & quæ grammata noſtris
Depingam calamis: quot areum pagina ſulcis:
Quæ ſolium punctis: hinc hinc lacretur acutis,
Tunc, ſi forſan aperi noſtro, noſtroque, labori,
Grammatice quot, ſubſit puncta, quot denique, puncti,
Inquit in hoc libro, tot crimina tam tibi dono.

Apud du Freſne in *Gloſſar.* ubi *Punctum* in Plalmodia, apud Romanæ Eccl. Scriptores, lyllabam denotare; & hinc *punctatim canere* ac *tractim*, elle uno tenore, absque ulla modulatione, cantare, ſingulis tamen punctis, i. verbis, quodammodo tono elevatiori notatis, ita ut, qui ita cantat, iis immoretur, addit. Alias *Punctum*, pro Suffragio. Poſtquam n. in Comitiis olim totius alicujus Centuriæ vel Tribus tabellæ, in quibus ſuffragia ſua ſcribebant, collectæ erant; illis è cella educendis adhibebantur Cuſtodes: quorum munus erat ſuffragia deſcribere, ut ea Centuriæ Tributque ſententia renuntiaretur, in quam plures inclinaſſe appareret. Hoc autem erat deſcribere ſuffragia, tot *Puncta* in tabella notare, quot tabellæ ſimiles reperirentur; ut intro tandem numero, ea renuntiaretur ſententia quæ plures; habere ſimiles tabellas, ex *Punctorum* numero, perſpiceretur. V. Joh. Rolinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 14.* Hinc ortum phraſes, *Puncta ſuffragiorum non tulit ſuperus, tulit puncta &c.* Conſule quoque Plinium *lib. 33. cap. 2.* Contra *Expuncti*, dicebantur homines viles & favore privati.

Punctim, & *Caſim*, termini palæſtræ. Et quidem, quæ *punctim* ferit, τύπτει ἐν ὀξυτῆτι, quæ cæſim, ἐν πλατυτῆτι dicitur apud Polybium *lib. 17.* Τὴν ἐν πλατυτῆτι τῆς διάτρησιν ποιοῦσι, τὴν πάταξιν, de Romanis, *gladio caſim punctimque ferire*. Alias ἐν ὀξυτῆτι καὶ πλατυτῆτι eadem, cum τὸ ἐν πλατυτῆτι. Nam *Diagon* dicitur, quum brachium in *diverſam* pandit ur & *attollitur* ad ictum cæſim inferendum, τὸ δὲ διαγὼν vero, cùm ex alto defertur enſis. At *Stigme* eſt *transfixio*, à verbo στίζειν. Vegetius *punctum* vocat, i. *punctionem*: Sed & διάτρησιν alibi Polybius, ubi itidem τὴν πλατυτῆτι opponit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1071. Cujusmodi pugna delectationi Galli ſunt, uti diſcimus *ex Deſcript.* victoriæ obtinetæ per Carolum Siciliæ R. ubi Caroli inſidiæ rullies tuis hortatus exclamat, *Punctim inſigite, milites Chriſti, punctim transfigite.* V. ſupra *ad Brachia*.

à *Punctis*, in familia aquaria, quam, ſibi à Marco Agrippa legatam, Auguſtus publicam fecit, vocati ſunt, qui ex publicis fiſtulis aquas in privatum uſum derivabant, Laur. Pignorius *Comm. de Servis*,

in *Punctum* ludere, apud Suetonium *in Nerone*, dicebantur in teſſeratum ſeu aleæ ludo, qui ſic ludebant, ut in ſingula puncta certam pecuniæ ſummam conſtituerent, & in medium conferrent, quam univerſam tollebat is, qui punctorum multitudine ſuperaſſet. Dores τραγικὸν appellarunt, uti diximus ſupra, in voce *Punctis*.

Punica Mala, V. ſupra ubi de *Granatis* & *Malogranatis*.

Puniceus Color, *exſuperantiam*, ut loquitur A. Gellius, *ſplendoremque ruboris ſignificat*, diverſus à *phœniceo*, licet eodem utemque nomine Græcis dicatur φοινὸς. Sed *Puniceum* etiam φοινικοῦν vocitatur. Phœniceum enim Philargyro nec diluti coloris eſt neque nimium faturi: at *puniceum* coloris tubri vegetiſſimi & exuperantiſſimi, ἐρυθρότατος, vel teſte eodem Gellio, qui tamen de phœniceo hoc eradit, quod unice conveniat puniceo, *lib. 3. cap. 9.* de equo Sejano, *Eum equum faiſſe dicunt magnitudine inſignem, corpore ardenti, colore phœniceo, flora & comanti juba*. Sub finem dein cap. colorem hunc explicans, *Autumo equum*, addit, *Gabias Baſſus videſſe Argis refert, haud credibili pulchritudine virginea & colore exſuperantiſſimo, quem colorem non, ſi nuti dixi, Phœniceum dicimus, Graci parim φοινικοῦν parim σπαδικὸν appellant: quoniam palma termes ex arbore cum fructu aruſſus σπάδιξ dicitur*. Quamvis enim in omnibus coloribus ſuus ſit vigor & exuperantia, ſic ut Phœniceus quoque equorum color alius ſit dilutior, alius tatutatior, quem vulgo *Badium obſcurum* Galli vocant: planè tamen patet, hic Gellium de phœnicio hunc equi colore idem omnino pronuntiare, quod de illo Phœnicio, quem in differentiis & gradibus rubri coloris ſignandis ſummum tenere locum fecerat. His namque gradibus rubrum colorem Græcis vocabulis percenſuit, ξανθὸν, ἠμίξανθον, πυῤῥὸν, φοινικοῦν. Atqui hunc φοινικοῦν, *phœniceum & ſpadicum* eſſe Latinè volui, vigore & exſuperantiori coloris omnibus præſtantem. Quod longè ſecus habet: quippe hic *puniceus* & φοινικοῦν Græcorum, quo colore nullus unquam equus natus aut viſus eſt, nil pictus fuerit, haud magis ſane, quàm coccineus. Nam cocci color puniceus, hic coloris rubri acutiſſimi: purpuræ quoque rubræ tale lumen, ad cocci naturem accedens, quam dicit Pollux φοινίκεον, ὃ τὸ ἐπὶ πᾶσι πυῤῥὸν, i. *ſplendorem coccis ex albo recipere, dum radiis Solis incendiur*. Hinc ἡ φοινικοῦν βαφὴ vocat Tyriæ *purpuræ tinctūram &c.* V. 130. ubi vocem φοινὸς, cum pro *phœnicio* & badio ſumitur equorum colore, à palmulæ termite, qui φοῖνιξ & πτελέα. & *Baiis* Græcè vocatur; cùm verò *puniceum* notat, à φοινικοῦν, h. e. *cruento, & ſanguine inſtico*, deduci: & puniceum, quod Africæ proprium facit Tibullus, h. e. coccineum, in purpura quoque, præcipuè Tyria ac rubentem, conſpici addit. V. quoque ſupra in voce *Vaniium*.

Puppa, ſeu Poppæa, Joanni de Janua dicuntur *quadam flatuentule, quas virgines ſilent facere in modum ſiſſurum & veſtibus obvolvere: eas poſtquam ad annos nubiles venierunt, & publicibus abre nunciabant, quod ſub puellare Deveris fuerint, Veneri ſacrificabant*. In vett. *Gloſſis*, πάαγγοι, Unde Perſius,

Dixit Pontifices inſacro quid facit aurum,
Nempe hoc quod Veneri donantur à virgine puppæ &c.

V. de *Pupis* hujusmodi Deſiderium Heraldum *ad verſar. lib. 1. cap.* 8. laudatum Car. du Freſne, in voce *Poppea*.

Pupillus, idem cum *Orphano*, V. ſupra in voce *Orphanotrophium*, item in *Orbona*. Hinc *Pupillares pecuniæ*, apud Livium *lib.* 24. *cap.* 18. ubi in auxilium ærarii Romani illas collectas memorat: *Quum hæc indictatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarii ſuſſet; pecuniæ quoque pupillares primò, deinde viduarum ætate conferri: nusquam eas ſanctius intuitusque deponere credentibus, qui deferebant, quàm in publica fide, inte ſe quid emptum paratumque pupillis ac viduis ſuis, à Quæſtore perſcribebatur.*

Pupinia Tribus, ut ſcribit Sext. Pompeius, dicta ab agro *Pupinio*, qui in Latio, cis Tiberim ad mare vergens, haud longè ab Urbe erat, ut videre eſt apud Livium *lib. 26.* Meminerunt ejus Cœlius *Epiſt. ad Cicer. C. Lucretius C. F. Pup. Fam.* & Cicer. *ad Q. Fratrem, CN. Nerius Pupinia*. Valerius etiam Maximus *lib. 4. cap. 4.* cùm ait: *Ibi etiam prædiviues, qui ab arato accerſebantur, ni Conſules ſierent, voluptatis causa ſterile ague affuſiſſimum Papinæ ſolum verſabant*. Et paulo pôſt, *Atilius Conſultus ſcripſit, villicum in agello, quem ſeptem pugnorum in Pupinia habebat, mortuum eſſe*. V. Johann. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 15. ubi de Tribubus*.

Purpa Toga, communis olim Romæ hominum privatorum fuit: ſic dicta quòd tota alba eſſet, nihil purpuræ admixtum habens, hinc κάθαρμα. Græcis. Eadem *Perſius* appellat eſt quòd qui eam ſumerent, poſtiâ Prætextâ, ex Ephebis tranſcribebantur in Viros. Dabatur enim illa pueris virilem ætatem ingredientibus, exitu anni 17. ut de M. Ciceronis filio legimus, Roſinus: Sub initium anni 15. habet Ferrarius. Ita enim Interpres verus Juvenalis nondum editus Bibliothecæ Ambroſianæ, *Prætexta quæ erat Toga, quæ nobantur pueri adhuc ſub diſciplina, usque ad 15. annum: deinde Togam virilem accipiebant, unde in vita S. Germani legitur, eſſe prætexta Toga*: Scripta eſt autem verſibus ea vita ab Ericio, qui ſub Carolo Calvo floruit, *Codebat Prætexta Togæ*. Proin quòd Auguſtum aliosque ſeries Caligulam inprimis anno demum 19. id geſſiſſe legimus, magis ab alia cauſa, quàm à lege & more

more proveniſſe, monet Manutius. Sumebatur verò hæc Toga in templo Jovis Capitolini, ut M. Cottæ pietatem laudans Val. Maximus docet *lib. 5. cap. 4. Et ipſo die, quo Togam ſumſit virilem, protinus ut è Capitolio deſcendit, C. Carbonem, à quo Pater ejus damnatus fuerat, poſtulavit: protractumque reum judicio afflixit.* Quique eam ſumebant, Tyrones. Plin. *lib. 8 cap. 48. Tanaquil prima texuit veſtem tunicam, quâ ſimul cum Toga puta Tyrones indiuntur, nov æque nuptæ.* Hinc Cicero in illud ad *Attic. Epiſt. lib. 8. Habebamus in manibus Antonii concionem, in qua erat Pompeio accuſatio tuta, & Toga pura:* dicti omnes interpretantur, *ab ejus tyrocinio*: Budæusque ait, *Puram Togam Tyranuli ſæculi aſſumebant Tyrocinii die*. V. Hieron. Bolſium *de Toga Rom. cap.* 12. Et quia hujusmodi Tyronibus id Togæ genus illotæ ſignum erat; antea enim à Pædagogis cuſtodiebantur: hinc & *Libera* appellata eſt. Sed & eandem veſtem nuncupatam eſſe, ex Feſto diſcimus: *Recte appellantur veſtimenta virilia, quæ Patres liberis ſuis conficiendis curarunt, ominis causâ, ita appellata, quòd à ſanctitate & in ainudinem texantur.* Tandem & Toga ſimpliciter adjectione uſualia vocabatur. V. Joh. Roſinum *Antiquy. Rom. lib. 5. cap.* 32. & Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. l. 2. c. 1.* Eodem modo *Pura Mantilla*, apud Æl. Lampridium in *Alexandro Sev Convivium neque opiparum, neque nimis parcum, ſed niveria ſummi fuit: ſin tamen in mantilla pura miſterentur (ſapius cocco clavata &c.* Nempe ſic dicebantur, ut Toga pura, à δὸς ἐφῶ. Sic & vexilla purpuratis nempe clavata opponuntur. Non enim tunicis ſolum, ſed & ſupellectili, præſertim tricliniari, clavi adjudabantur. Sic *Linteorum purorum* & clavatorum, *ab ſcyph.* idem meminit &c. V. Salmaſium & Caſaubon. *Not. ad Lamprid.* ac ſuprà in *Pura Toga*.

Purgamentum Lanæ noviſſimum, apud Plinium *lib 8. cap. 48. Lanæ & perſæ oviſque veſtem faciunt: corſi addidêre acetum, etiam ferro veſtiunt: imò verò etiam ignibus, noviſſimo ſuo purgamento; quippe ineis pollentium extrahitur, in ujum tamen veniunt*. eſt, quo in veſtejam texta *purgantur* & polluntur depectuntque. Nam ex illo purgamento, ex floccis viz. derafis inter pectendum, ſegmenta fiebant. Inde γναφικὰ ἴλια *purgamenta* vocabantur, quæ penis adhæserant pectinis γναφικοῦ, h. e. *fullonii*: qua voce dein ſpinis adhæserant pectinis γναφικοῦ, h. e. *fullonii*: qua voce dein ſpinis tomenta inſigniri cœperunt; hinc que γναφάλιον herba, quam Latini *Conunculum* dixere, quòd ejus foliis candidis ac mollibus pro tomento cuticitrarum uterentur. Ut mirum ſit Plinium ſcribere, id Galliarum invento prodium eſſe, retrimentis & purgamentis lanæ, quæ expolitione veſtimentorum detrahi ſuccrint, cuticitras fareri; cùm Græcis nominibus ex antiquo vocentur tomenta γναφάλια hoc modo inculcata. Vocat autem hoc *noviſſimum lanæ purgamentum*, quia primum erat quo lanæ ipſæ per ſe purgabantur, priusquam in fila deductæ & in tela textæ eſſent: quod Græcis ἀπλῶς, unde πλυντικὸν γένος, *Lanæ purgandæ ars*. In noviſſimo quidem purgamento ἔριον quoque dicebantur, ſed propriè ξυλίνας ad primum purgamentum pertinet. Κρεμνὸν ἔριον etiam de utroque dicebant: κρεμνὸν γναφικὸν hunc Helychio, & κρεμνὸν ἔριον Polluci, ὃ ἐκλέγων ὁ γναφεὺς τὰ ἐξω, *ſuperiores floccos extrahens*. *Carminare* enim propriè Latini de priori purgatione: & hoc *primum* lanarum *purgamentum*, cum carminantur, *noviſſimum*, quum in veſte ipſa carpuntur & depectuntur erinaceo fullonis. Propter quod ſummo ſtudio erinaceiexquirebantur &c. V. ſuprà ubi de *Erinaceis*, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum p.* 398.

Purgantes ſe, Gr. Καθαιρόμενοι, infimus inter Chriſtianos ordo, ſic dicebantur, qui vel fidem Chriſtianam non recepiſſent, vel poſt eam receptam novis contractis culpis piaculares eſſent vel ſi vel à dæmonibus oſſeſſi eorum vivendi rationem amiſerant, eo tamen obſequio ducerentur, ut vel ſtatim ampleCti, vel culpas exoſas abjicere vel à dæmonibus liberari, avide cuperent. Undetria eorũ genera, *Catech. Energumeni & Pœnitentes*: qui omnes in Narthece ſtabant, & peractis ſacris, ante preces ac communionem, dimittebantur. *Purgare* autem eos Hierarchæ erat, de cujus munere V. S. Maximum *de Cæl. Hierarchia c.* 3. Reliqui verò duo ordines erant *Pœnitentium, perfectionem*, quorum primus modò dictus Hierarchia, ſecundus Presbyter: tertius Miniſter: & τὸν τελεσμὸν, *perfectionem acquirentium* quorum primi Monachi, ſecundi pii Fideles, tertii Pœnitentes, conſiſtentes, Cl. Suicerus *Eccl. Theſ. voce* Καθαίρω.

Purgatio Animæ, apud Gentiles, triplex credita: illam enim expiari putabant *Aëre, Igni & Aquâ*. Et quidem ipſa expurgatio in genere, *venti* ſymbolo, in Bacchi ſacris, ſuit repræſentata. Unde,

Æſtiva vannus Bacchi;

apud Virgilium *Georg. l. 1.* & ipſe Bacchus λικνίτης, ac λικνοβάκχος apud Plut. *de Iſide & Oſir.* ut & Demoſthenem *Orat. c. Cteſiph.* Imo & in Minervæ ſacris, ut indicat vetus Poëta, cùm apud Plutarchum, tum apud Alexandrinum *Admonit. ad Gentes*. Quemadmodum enim vanno ab acervibus ac retrimentis expurgatur triticum, ita Jacchi ſacris mundari animam ab omni crimine antecacto, perſuſi ſunt. Specialiter tamen ventilabrum ſeu vannus Liberi ad *Aëra* pertinet, uti & oſcilla. Honor. Servius *ad Æneid. lib. 6. In omnibus ſacris tres ſunt ſtbi purgationes. Nam aut terrâ purgantur & ſulphure; aut aqua abluuntur; aut aëre ventilantur, quod erat in ſacris Liberi*. Hoc enim eſt, quod *dixit, in 2. Georgi.*

Tibi[illegible]
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

De *Igne* alibi dictum. Ad poſtremam, quæ *Aqua* fieri exiſtimata, reſpicit Heſiodus cit. Walæo *ad Matth. cap.* 27. v. 24.

Ὅσ τοι μιαιφόνου ἀχέσσεται ἀνιηρὸν,
Τὰ ζῶα πολλὰ ἐπὶ ἑωυτῷ ἐπάσσας ἀνιηρὰ.

V. quoque Platonem *in Cratylo pag.* 256. Ovidium *Faſtorum lib.* 2. *ſub prin.* Senecam *Hippol. Act.* 2. *ſ.* 2. *ſub fin.* Athanaſium *de act. ſubſt. Filii & contra Sabell.* & qui ſusè de hoc ritu agit, Tob. Pfannerum *Syſtemat. Theol. Genil. Par. cap.* 14. *ſ.* 2. *num.* 2. Fuit etiam *Terra* purgatio, ſed hæc comprehenditur ſub eâ quam Ignis ſuit & Terra. G. Joh. Voſſius *de Orig. & Progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 14. Cæterum *purgamentorum* ſordes in aquas veſtluviales vel marinas abjiciendi ritus, frequentiſſimus olim. Homerus tories,

——— ὐὸ ἅλα πόλυφλοισσοῖο θαλάσσης.

Virgilius *Ecl.* 8.

Fer cineres Amaryllidis foràs, rivoq; fluenti,
Transq; caput jace.

V. quoque Theocritum Ἡρακλίσκον, Val. Flaccum *lib.* 3. Ciceronem pro *Roſcio*, Alioq; locis & in trivia projici ſolita. Petronius, *Quod purgamentum in noctem ad aſſes in trivio?* Ad quem locum V. *Notas* Wouverii, & plura hanc in rem apud Jo. Meurſium *ad Lycophronem*, uti de *Purificationibus* Legalibus in Vet. Teſtam. quas ſic inter ſuos æmularii voluit Dei ſimia, infrà.

Purgatio Canonica, apud Honorium III. *in V. Compilatione, Alioqui ipſa publica Fama laborat & manifeſtæ præſumtiones apparent*, purgationem *ſuper præmiſſis* Canonicam *cum manus decima ejusdem dignitatis & ordinis inducatur*, paſſimque in Jure Canonico, eſt denunciatio innocentiæ ſuæ, ſuper objecto crimine, proprio juramento, vel ſi oporteat, juramento Compurgatorum. Et opponitur *Purgatio Vulgaris*, de qua dictum ſatis. V. quoque ſuprà *Judicium*.

Purificationes & *Piacula*, quibus in Vett. Teſtam. expurgari ſolebant Immunditiæ & violata ceremoniarum religio expiari, fiebant tum in Sacrificiis, tum in Lotionibus & Aſperſionibus, Hebr. *cap. 9. verſ.* 13. Et quidem Sacrificium Purgatæ deſcribitur, Leviticí *cap.* 12. *verſa* 6, 7, 8. Gonorrhœi Levit. *cap.* 15. *verſa* 14. Mulieris fluentis, Levit. *cap. eod. verſ.* 29. Leproſi Levit. *cap.* 14. *verſa* 10. quod omnes oſſerebant, poſquam probè purgati & abluti eſſent. Communis verò *Purificationum* ratio & quaſi caput conſiſtebat in Balneis, Levitici *cap.* 15. *verſa* 16. in quibus aquâ vivâ totum corpus abluebatur, quæ abluto Hebræis טְבִילָה Bi aſſimis erat *mannum ad tibi*, quam anxiè & ſuperſtitiosè jam inde ab antiquiſſimis temporibus obſervabant, ut diſcimus ex Marci *cap.* 7. *verſu* 2. Solennior verò erat Leproſi purificatio, quæ ſiebat adhibitis duabus avibus mundis, cedro, hyſſopo, lanâcoccinâ aliisque in Lege expreſſis ceremoniis: quibus peractis ſeptimo die radendus erat leproſus corpusque mundandum balneo, inde ſeptimo die iterum radi & lavari, octavo denique die ſacrificia offerre, ſanguine aſpergi & oleo inungi debebat, Levitici *cap.* 14. & *ſeqq.* Quo fere modo etiam domus expurgabantur. Præ cæteris autem omnibus ſingularis erat *Purificatio* polluti è monſtrino *quæ aqua ſeparationis*, ſeu aquâ cinere vaccæ rubræ conſpersâ peragebatur, Numeror. *cap.* 19. *verſu* 19. De quibus omnibus, & ſignificatione eorum myſtica, V. Franc. Burmannum *Synopſ Theol. Chriſtian. Part. I. lib. 4. cap.* 23. Sed & in Eccleſia Rom. hodieque *purificari* Mulieres, quæ poſt partum in Eccleſiam veniunt, & benedictionem à Sacerdote accipiunt: & *Purificatio*, oblatio dicitur, quæ ab iſtiusmodi Mulieribus offertur, candelâ comitata. V. Car. du Freſne in *Gloſſar.* ubi etiam *Purificatorium* dici linteolum quo in eadem Communionis & ſacræ Euchariſtiæ cæremonia extergit, poſt communionem verò ejus loco ſpongiam à Græcis adhiberi, addit. In linteoli hujus medio *Cyaeon* acu deſignari, uti à cæteris linteolis in uſum Sacrificii ut vocant præparatis diſtinguatur, olim verò manipulum huic ſini inſerviſſe, obſervat Dominicus Macer *in Rubricis*.

Purificationis B. M. V. Feſtum, in eadem Eccleſia, celebratur ſub initium menſis Februarii: inſtitutum in locum Ambarvalium ſeu Ambubaliarum, ut Macri Fratres habent, in voce *Hypapante*; ſic enim hæc feſtivitas Græcis dicitur, apud quos Imperii Juſtinianiannoxv. d. 2. Februarii, initium ſumſit. V. ſuprà in *Candela* & *Hypante*.

Puriani, adde: Aliter longâ vox ſumitur, à Jacobo M. Britanniæ. R. *Præfat. Δῶρα βασιλικὰ*, in qua ait, *Puritanorum nomen propriè viſibilimæ illi Anabaptiſtarum ſectæ accommodari, quam familiam amoris vulgo nuncupant, propterea quòd libellas ſibi ab omni peccato quaſi puros putos aſſimare ſolent, ſe ſolos eſſe veram Eccleſiam — Hoc eodem cognomento cerebroſos iſtiusmodi concionatores, phanaticos ſtrum diſcipulos & pedaſſequos valuiſſe inſignire, quia — eandem diſciplinam pertinaciſſimè propugnant &c.* Quæ proin dire vocis notionem ne confundercntur, addit *ita omnibus universim præticatoribus* (hoc nomen adhibendo) *minimè ſenſiſſe, ne is illis*

illis quidem, quibus simplex illa Ecclesiæ nostræ gubernandæ forma magis placeat, quàm multiplices illæ Anglicæ ceremoniæ, & quæ plura sibid.

Purpura, propriè concha, cujus liquore olim vestes tingebantur. Cn. Mattius in *Mimiambis*, apud A. Gellium *lib.* 20. *cap.* 9.

Jam vestes tapetes vbrii fuco,
Quos concha purpura *imbuens veneno vrit.*

Dico, *olim*, quia Veterum *Purpura* nobis periit, ut infrà videbimus. Ejus inventionem Hercules cani tribuisse Phœnices. Unde Nonius *Dionys. l.* 40. *de illo*,

Χιονέας σεφύρε κυφίοιο κάιμβαλε κόχλε.
Niveas purpuravit matas sanguine cochleæ.

Cujus rei causam sic aperit Bochartus. Verbum כלב *chelab*, Syris primò *βαφειν*, inspergere, deinde etiam *tingere*, ionat, unde nomen כלאי *chilab* tinctorem seu insectorem. Canis autem nomen כלב *cheleb*, iisdem pene literis scribi, reminem latet. Igitur Tyrios luisse apparet in voce ambigua כלב, quæ & *insectorem* & canem significat, & Herculis cani tribuisse nobilem artem, quam lanarum insector, Herculis ævo, Tyri reperit; Herculis sc. illius antiquissimi, qui Mosi fuit vetustior. Proinde in Mosis scripsis de purpura multa mentio. Et gravi errore Justychius Alexandrinus Patr. hæc refert ad Hieramı illius tempora, qui Salomoni fuit æqualis &c. De ea autem sic Plinius *lib.* 9. *cap.* 36. *Purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus: in medio habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, unde preciosas ille bibitur margaritis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Viva capere consentium, quia cum vita succum eum evomunt. Et majoribus quidem purpuris, duracta conchâ, auferunt; minores trapeti fanguine, ita demum rorem eum excipiuntes Tyrii.* Ibidem duo esse genera turbinatorum, florem illum tingendis vestibus expetitum continentium, reperies, *Purpuram* & Buccinum, ambo *Conchyliorum* nomine laxè accepto comprehensa. Quandoquidem vocabulum *Conchylii* strictius sumitur, ut olim Dioscorides jungit *Conchylium*, Purpuram, *Buccinum*: imò & Buccinum *Conchylii* nomine solùm quandoque venit. Sic ut illo modo ezdem fint *vestes conchyliatæ* & *purpureæ*. Marco apposuit *Brixid. lib.* 1. *Tyrio murice* infectas; hoc oppo nantur vestis *conchyliata* & *purpurea*. Nempe apud Romanos fic ufus erat, ut conchyliat' color effet dilucidior ac pallidior: purpureus vegetior florentiorque. Quafis Tyrius, ut idem Plinius ait, *concreti sanguinis nigricans affectus idemque suffectis refulgens.* Ufum *Purpuræ* in feq. fic exponit, *Præcipuus hic affus, in Meninge Africæ, & Getulo littore Oceani, in Laconica Europæ. Ethic fascis fecturisque Romana viam faciunt: idemque pro Metaffate purpurissa est. Distinguit ab æquite Senatum: Dis ad vocatur placentis, ommumque vestem luminat, in triumphali misceur auro.* Et ufum quidem ejus Romæ femper fuiffe, obfcv vat idem, *in trabea fub Romulo, in prætexta & clavo fub Tullo Hoftilio.* Non idem tamen *Purpuræ* genus, ut idem Cornelii Nepotis docet, his verbis: *Me Juvene violacea Purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat: nec multo post rubra Tarentina huic succesit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther Ædilis Curulis primus in prætexta usus improbatur, quid Purpurâ quæ jam, inquit Nepos, non triclinaria faciat? Spinther*, subjicit Plinius, *Ædilis fuit Ciceronis Consule dibapha tunc dicebatur, quæ bis tinctas fuisses vetusi in magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores* Purpuræ *tinguntur.* Primis ergo temporibus, Prætextatum, nam illæ à Regibus invectæ funt & clavorum in tunica. *Purpura* violacea fuit; mox rubra Tarentina, à loco, ubi tingebatur, fic dicta; tandem omnium pretiofiffima Tyria fuccefit, quæ à duplici tinctu *dibapha* appellata; Eaque initio ob luxum notata, ut in Spinthere & M. Cœlio, de quo Ciceronis extant verba *pro eod. Si quem etiam minimum horum offendit, fi Purpura genus, fi amicorum cater ve:* ubi *Purpura* genus, h. e. *Tyria* feu *dibapha*, quæ tum improbabatur. Vegeti illum coloris florentisque maximè, ac luminofi, contrà vulgarem violaceam obtufioris ac penèfufci fuiffe, docet, Plutarchus in *Catone.* Poft Ciceronis verò Confulatum, crefcente luxu, omnes fere purpuræ commodiores Tyria erant & Laconicæ, h. e. dibapha: ac bis tinctæ, ita tamen ut Laconicæ Tyriis effent deteriores. Ovidius *de Rem. Am.*

Confer Amyclæis medicatum vellus aheni;
Murice cum Tyrio, turpius illud erit, &c.

Quare Tyriam Horatius *lib.* 2. *Od.* 16. *muricem bis Afrum* appellat, id eft, ut Porphyrio interpretatur, *dibapham preciofiffimam.* V. Octav. Ferrarium *de Re Veftiar. lib.* 2. *cap.* 7. *ubi de Purpura, cocco, blatta, exactè differit.* Hinc *Purpurea* Toga, id eft, Triumphalis, primùm: quæ poftea acu picta, id eft, elaborata Phrygioque opere figuris diftincta eft, unde aurum ei immixtum, quemadmodum & Plinius docet, verbis, *in Triumphali auro mixtum*, & Dio proin ἀλικρίνῃ χρυσίωσιν appellat *lib.* 63. Hujus jus, ad privatos quandoque homines translatum eft, exemplo Pauli Æmylii, docet Livius: Pompeji M. Dio, eundemque honorem Catoni, ob regiam Cypri gazam ſanctè Romam transvectam, oblatum, fed repudiatum ab illo, tradit Plutarchus. Similiter *Purpura* Prætextam illuminabat, unde pro illa non raro ſumſit tur: Senatorum porrò tunicam, nil enim plerisq; clavi aliud, quàm *Purpuræ* fuere fegmenta, five fruſta *purpurea*, quæ in pectore tunicæ affuebantur. Matronas etiam in Tyria aureis inſtitis ſegmentata inceſſiſſe, notarunt Eruditi: Sed libertinæ & quæcunque apud Ædiles licentiam ſtupri vulgaverant, quia illis *Purpurâ* interdictum, aliæ alios veſtibus colores aſciſcebant. Nec omittendum, Pædagogianos pueros tunicâ auro diſtinctâ, indutos calce in pubem *purpureis* pedum tegminibus opertiri fuiſſe ſolitos, id quod docet Cujacius *ad inſtit. de Cuſtrenſ. & Minuſt. Cod.* 12. Inferiori verò ævo, Veſtis *purpurea*, id eſt, Toga & Paludamentum, Imperatorum fuit, initio à Galieno facto, ut de eo narrat Trebellius. A' quo tempore *Purpura* pro Principatus ſymbolo à Scriptoribus paſſim capitur. Hinc *ſumere Purpuram*, pro *ſumere Imperium*: & in tumulturaria Imperatorum creationibus, diceparatà vexillis *Purpuram* aut de Imperatorum adunatione, aut de Imperatoris ad militibus, cum aliunde non ſupperetet, ut eâ Imperator induerent, Hiſt. Auguſtæ Interpretes annotarunt. V. infrà. Unde etiam eſt, quòd inter omina Imperii ſemper aliquid *purpureum* occurrit, ut in eadem Hiſt. paſſim obſervare eſt. Denique inde Imperatoria *Purpura ſumma* dicta eſt: Item *Purpura Principales*, *ſacer murex*, *Purpura veri luminis* & *veſtis alethina*, li. 6. *vera* & *verique coloris*, Caſaubonus. Similiter, ſingulare id fuiſſe ſimp. Conſtantinopolitanis, ut rubris & *purpureis* calceis uterentur, oſtendit Paul. Diaconus, inquiens, *at ego ſecretior Imperator ex rubris calceis.* Hinc Georg. Phranzez Protoveſtiarius in *Chron. lib.* 1. *cap.* 17. Manuelem Imperatorem creatum *coco vneſtis calceamentis conſeſſe*, Succeſſore denique ab omnibus aguitum fuiſſe refert: & Corippus *lib.* 2. *de Juſtino Jun.* ſic ſcribit,

Purpureo ſurae rutilans fulgente coturno,
Cruraq; puniceis induxit regia vinclis,
Purbibat Campano decium qua tergora fuco.
Augustis ſolis hæc cultu compeſit uti.

Imò ipſe Cæſar apud Dionem, *Calceamentis utebatur altioribus & coloris rubri, more Regum Albanorum* : cùm mulierum uſus Patriciis in Rep. Rom. olim promiſcuus eſſet, qua de re V. ſuprà *ſuo loco.* Ab Impp. dein ad Pontifices Rom. ufum tranſiiſſe, conſtat ex Ceremoniali Pontificum *l.* 2. *cap. de Indum. Indutui Papali habitu, togâſc. lineâ alb.d, fandaliis rubris, aureâ cruce ſignatis*, ita Baldarius de *Calc. A* Pontifice *Purpura* uſus Cardinalibus indultus, quo de V. in voce *Cardinalis*. Sed etiam Rhetores in *Purpura* olim inceſſiſſe, Baſilius minor Oratiouum Greg. Nazianzeni Interpres docet, cùm contrà Philoſophorum pallia nigra eſſent. Tragicis inprimis hic color conſentaneus Theatris, in quibus Principum, conſpicuo ſplendentis *Purpuræ* decore illuſtrium, caſus ac funera repræſentabantur, unde *Purpureus Coburnus* non raro memoratur, quo Dianam quoque ſuras alte vinxiſſe Poeta ait. Laconibus ſimiliter grata hoc colore tincta veſtis in praliis fuit, *cum quia coloris pene quod augufti habet, cum ut ſtunt ſanguinis à vulneribus occulentur, tum ut eius affectus aerior ac terribilior magis hoſtem percellerent.* Idem de Carthaginenſibus, Silius *lib.* 3. de Iberis Polybius *lib.* 3. prodidere. V. Anſelm. quoque Soletium *de Pileo*, & præterea Claud. Salmaſium *ad Tertullian. de Exercit. Pilin. ad Solinum*, præ his autem Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſteriori. lib. V. cap.* 9. 10. & 11. Præter *Purpuram* verò genuinam, cujus duæ ſpecies jam ſuprà indigitatæ, *rubra*, Hebr. ארגמן *argavan*, & *caerulea* תכלת *thocheleth*, de quibus V. quoque in his vocibus: *Purpuræ factitiæ* plures ſpecies fuere; quas ſi ex vacuiniis, *alga Creticâ, amorge herba, purpurea herba in Abaſenia, Abrotherringine, flore purpureo ad finem Hyparchi ſtam. & Indica ſanitice*, quæ fuit divini fulgoris. De quibus alibi, hic ſaltem de alga Cretica addo locum Theophraſti *Hiſtor. lib.* 4. *cap.* 7. qui Latinè ſic habet: *Etiam in Creta juxta terram, ſuper faxa nascitur alga plurima & pulcherrima, quâ non ſolùm vittas, ſed & lanas veſtesque inficiunt. Et quamlibi vocem eſt tinctura, color purpurâ longe præſtat.* Et Plinii, *Hiſtoriæ Naturalis. lib.* 33. *cap.* 27. *Circa Cretam inſulam nato (phyco) in pavis rpuras quoque inficiunt &c.* Cujusmodi alga paſci purpuras, atque inde florem ſeu colorem ſuum trahere, nonnulli affirmant; auctore Philoſopho *Hiſtoriæ Animal. lib.* 8. *cap.* 13. V. quoque ſuprà non uno loco, inprimis voce *Fucus*, item *Phœnicium*. Cum itaque tot ſpecies factitiæ purpuræ fint, hinc Purpura, quæ ſit ex conchæ ſanguine, *marina* dicitur ab iis, qui preſſius loquuntur, ἀξιακρίβως, ut ab aliis diſtinguant: unde Pollux de Rege Perſarum *lib.* 7. *cap.* 13. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνδύεται ἀλικρινῆ πορφύραν, ἢ τὴν ἀληθῆ καλουμένην. *Regis quidem tunica ex marina purpura fuit, reliquorum verò ex vulgari purpura.* Et Demetrius Ephefius, ſonum iuvit, Καὶ περὶ μὲν τὰς ἀληθεῖς πορφύρας ἐγένοντο, οἱ δὲ ἀπόγονοι. Et *Sarapes ipſe fuerunt Iteti, purpurei & albi, quidam etiam ex marina purpura.* Hodiq; tam *purpureus*, quàm conchyliatus color, non à *Purpura* liquore, ſed ab herbi eſt, Gerh. Jo. Voſſius de *Idolol. lib.* 4. *c.* 47. Ita enim hodie vera purpura deſilit eſſe, ut nemo jam ſit mortalium qui illius parandæ modum noverit, Samuel Bochartus ubi ſuprà.

V. quoque Casp. Barthium *Animad verſion. ad Papinium Statium Thebaidos lib. 4. verſu* 265. ubi poſtquam de *ardore* purpuræ, ſecundum quem pretium ejus æſtimabatur, hominum que hinc in Solem prodeuntium more, varia diſſiſet, addit: *Nihil verò pene invenies antiphraſtatis deſectibius mihi mirandum magis obvenit, quàm hoc genus tincturæ —— adeò penitus interiiſſe, ut nec vatis ejus reparandi ulla ſuperſit.* Docet dein, *purpuram*, ſi cut apud Græcos, Romanos, Parthos, Perſas, *Magiſtratus & Honoris*; ſic *ingenuitatis*, ſignum fuiſſe, apud Barbaros, hoc eſt, plane à moribus cultu Orbis abhorrentes, ex Tertulliano *de Idolol. c.* 18. Refer huc etiam quæ retro diximus de *Cochlea Purpuraria*, ex Cl. Bochartio, Collegii Jeſu, Matæo Kircheriano Romæ, *Purpuras*, aliàs turbinatas & in mucronem gracilescentes, aliàs tuberculis & multâ colorum aſperginе varias: quasdam ex candido rubeſcentes, ſuperficie levi & tersâ, Pario marmori non abſimiles; nonnullas aſperas, rugoſas & in varios gradus diſcretas: multas in ſpiras detortas, aliquas in helices convolutas tandemque in cuſpides abſecedentes oſtendi, docet Georg. de Sepibus in *Decor. Ceſp.* pag. 28.

Purpuræ variæ ſpecies, apud Auctores.

a. *Purpura Alba*, apud Vinc. Belvacenſem *l.* 33. *c.* 30. 8 *Purpura Alexandrina*, apud Æl. Lampridium *in Alex. Sev. Purpura clariſſima non ad uſum ſanum, ſed ad marmorarium ſi quæ aut poſſeni, aut vellent, cerâ ad vendendum, graviſſimus exactor fuit*: item A Lexandrina purpura *hodieque dicatur, quæ vulgò Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphiis præpoſitus id genus mariciis reperiſſe*: eſt purpura clariſſima, quæ omnis tum generali appellatione *Alexandrina* dicebatur, quòd claræ purpuræ graviſſimus & faſtidioſus exactor extitiſſet Alexander. Unde & illud etiam purpuræ genus longè clariſſimum, quod ab inventore vulgò *Probianum* appellatum *Alexandrinum* quoque eſt vocitatum, Salmaſius *Not. ad Lampridium. 7. Purpura Cærulea*, V. ſuprà in voce *Cærulea* & infrà in voce *Thebetheth*. 8 *Purpura Faſtidia*, V. ſuprà. 9 *Purpura Girbiana*, apud Trebellium Pollio in *Claudio*, *Album ſuſcericam unam, cum purpura Gir biana*, dicta eſt à *Girba* Inſ. quæ *Meninx* Veteribus, hodie *Gerbi*, in qua nobiliſſimum olim Baphium, cujus meminit *Not.* Imperii. 5. *Purpura Marina*, Zgazzarian dicitur vera Purpura, tria factia ejus, Argavan, guatur, V. *ſuprà. n. Purpura Rubra*; Hebr. ארגמן Argavan, proprie *Purpura* dicitur, non verò *Cærulea*, quæ ilsdem תכלת *Thebetheth*. Non enim à cœruleo, ſed à rubro colore, purpura commendatur, ut omnibus notum. Hinc *purpuræ* colorem Poëtæ ſanguini tribuunt: Item Soli, Auroræ, vino, uvis, moris, narciſſo, roſæ, papaveri, violæ, puellarum labris & genis, maximè in pudore, amethyſto &c. Sic *purpureus, coccineus & puniceus* color promiſcuè ſumuntur, tam à Sacris, quàm à profanis Scriptoribus, uti pluribus probat Bochartus *d. l. 8. Purpura Sarrana*, eadem cum Tyria, Sar enim olim Tyrus. Unde *Panos Sarrá orlundos*, Ennius dix. t. V. *inf. 2. t. Purpura Tyria*, præſtantiſſima. Virgilius *Georgic. lib. 3.*

—— —— *quamvis Miletia magno*
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.

Statius *lib. 1. Syl. in Epithal. Stellæ & Violantæ.*

Vellera Sidonio jam pauca rubeſcere tabo.

Et *lib. 3. in Propemp. Maſſi Celeris,*

Quæ pretioſa Tyros rubeat, quæ purpura ſucco
Sidonis iterata vadis &c.

Unde Syriæ iſta pars, in qua optima purpura tingebatur, *Phœnice*, *Phanice*, appellata eſt, à verbo φοινιω, quod proprie *cruento & ſanguine inficio*, inde *rubro colore inficio*, denotat. Ei opponitur Purpura ὑακιγθοβαφὴς, quæ ſtigidâ tantùm aquâ intingebatur, non jure decocti, adeoque fucum non retinebat. Porrò *Tyria purpura* ſuſpectio ruborem nitoremque præferebat coctio cocco verò tinctæ ruſſus Tyrio tingebant, ut fieret hyſginum &c. Qua de re V. pluribus agentem Salmaſium *ad Solinum paſſim inprimis verò p.* 273.

Purpuram adorare, olim dicti ſunt, quibus Imperatorum chlamydis laciniam tangere vel oſculari conceſſum erat. Et qui dem Patricii ad dextram Principis mammam adorabant, quorum recedentium caput deoſculabatur Princeps: Senatores verò ac coeteri genu dextro ante Principem flexo diſcedebant, uti docet Car. du Freſne ex Procopio *Hiſt. Arcan. ſub finem.* V. quoque eidem laudatos Senatorem *lib.* 11. *Epiſt.* 20. Henr. Valeſium *ad Ammianum lib.* 16. & Jac. Gotofredum *ad l. un. Cod. Theodoſ. de Præpoſitis ſacri Cubiculi & ad l. 6 de Decurion.* At *Purpuram ſumere*, apud Treb. Pollionem *in XXX. Tyr. in vita Baliſtæ, Multi & ſumpſiſſe illum* purpuram *& more Rom. imperaſſe, exercitum dauiſſe —— dixerunt*: idem eſt, quod *Imperium ſumere*. Sic enim Capitolinus *in Gordiano, Gordianum Proconſulem reclamantem & ſe terræ adſligentem, nolentem purpurâ, imperare cogerunt. Et primò quidem invitus Gordianus* purpuram ſumſerat: *poſtea verò quàm vidit, nequit filii nec, familiæ id unum eſſe, volens ſuſcepit Imperium.* Ubi *Imperium ſuſcipere & purpuram ſumere* idem valet. Omnes certe cum Imperio *purpuram*, cujus Impetii indigne rear *jungere* Imperatores. Hinc in tumultuariis eorum creationibus legimus ſubſatam aliquando de vexillis purpuram à militibus aut è ſimulachris Deorum direptam, cum alia ad manum non eſſet, quâ humeros eorum adveſarent, quibus Imperium deferebant. Apud eundem Pollionem *in Ceſo. Ceſium Imp. appellaverunt pepio Dea Cœleſtis ornatum.* Vopiſcus *in Saturnino*, qui in Ægypto Imperium ſumſit, *Depoſita purpura ex ſimulachro Veneris, cujuſdam uxoria mulieſtris circumſtantibus amicis & adoranti ſibi. Idem in Probo* ſcribit, eum appellatum eſſe Imp. à militibus *ornatum* etiam *pallio purpureo quod de ſtatua Templi obſtalum eſt* &c. V. quæ apud eundem Pollionem, de Herenniano & Timoläo, filiis Zenobiæ habentur & plura hanc in rem, apud Salmaſium *Not. ad Hiſtor. Aug.* Atque hinc *Purpurati, Porphyrogeniti* & *Porphyrogenidi* dicti Imppp. Regumque liberi, quòd in *purpura*, ſeu patre Imp. vel Rege nati eſſent, *ex diuturnis regnantibus*, apud Lubanium in *Epheuer. Juliano inſcripto*: quos prorſum falſiſſe purpureis illigatos & circumvolutos in cunis legimus. V. ſuprà ubi de *Porphyrogenitis*, & quæ ad hanc rem obſervavit Car. du Freſne *ad Alexiadem p.* 321 Claudianus in 3 *Conſul. Honorii*,

—— —— *Hoc nobilis orbis*
Naſcenſis aqua ex cunis Majeſtate creatus,
Nullaq; priva te paſſus connæſcia ſortis,
Omnibus exceptis, ſolitæ Regia ſolium
Protulit & puerile gerens ad adoleſcentia veſtem,
Membraq; veſtitus nunquam tenerata profano
In ſacros cecidere ſinus &c.

Purpurarium Judææ dittus, in tribu Zabulon, memoratur, Deuteronomii *cap.* 33. *verſu* 19. ubi paraphraſtis Jonathanis ſic habet, *Quia habitans ad littus maris Magni* (ſeu Mediterranei) *& in deliciis habebunt tabi ha: & chilzona capient, cujus ſanguine hyacinthum tingent, ad ſita veſtium ſuarum.* Ubi *chilzona* Arabs eſt, ex qua purpura elicitur (quæ & ipſa *purpura*) aut conchylium ſalem ſanguinem, cum genera purpuræ non admiſcuit. Extendit autem ſe illud à Tyri tractu, usque ad Chaipham, quod promontorium eſt ſub Carmelo, patuitque ſtadiis circiter ducentis triginta. Non tamen ubique purpurarum par copia fuit, ſed hodium præcipua uberta circa Carmelum & Chaipham. Quò referendum, quòd in Guil. Tyrio Caiphæ vetus nomen *Porphyria* fuit. Ut eadem fuerit, quæ Phœnicia Hegeſippo, apud Stephanum ex Polybii tum ſententia, quòd ibi purpuræ piſcatione facto nomine. Præterea à Paralipom. *cap.* 2. *verſu* 7, 14. & *cap.* 3. *verſu* 14. ארגמן, *Carmil*, ponitur inter purpuræ ſpecies, *coccum* eadem interpretes, Bochartus purpuræ genus ad Carmelum capi ſolitæ, &c. V. quæ hanc in rem eruditè congeſſit Samuel Bochartus *Hierozoïd Part. poſterior. lib. 1. cap.* 9.

Purpuratus, nomen monetæ, in Imp. COſilano, olim currentis. V. ſuprà in voce *Hyperperus*.

Purpureus Color, V. ſuprà. Aliquando parabatur ex creta infectâ rubra radice, quam Græci ἐρεθεδανον vocant & hygiano: ut ex coccino purpurâ ſuperficio fiebat hyſginum. Vitruvius, *Fiunt etiam purpurei colores infectâ creta rubrâ radice & hygino*. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 272. & 273 ubi multa de *Purpurei, Coccini & Hyſgini* coloris diſcrimine. Sed & *purpurea* dicebantur, quæ eximii candoris ſunt, ut nix & cygni. Albinovanus in *Maecenatis obitum*,

Brachia purpureâ *candidiora* nive.

Horatius *ad Venerem lib.* 4. Od. 1.

Tempeſtivius in domo,
Pauli, purpureis ales oloribus
Comeſſabere Maximi &c.

Quia utrique colori, candido, inquam & purpureo, hoc commune eſt, ut admixti luminis multum habeant. Unde ab Hebr. זהר *Zohar*, quod *lucere eſt*, Chaldaicum *Zohori*, pro *purpureo & coccineo* ſumitur: Viciſſim candori nomen eſt à luce ignea; nam *candere* proprium eſt ignis. Quin λευκὸς, *album*, ſit ἀπὸ τὸ λεύσσειν, quod *videre eſt*, quia color eſt maxime conſpicuus. Unde λευκὸν dicì poſſunt, quæcunque ſplendent inſigniter, quomodo rutila & purpurea, Quòd ſacit, quòd illud ipſum verbum אדם, quod Hebræi *rubere eſt*, Arabicè *candere* ſignificat &c. V. plura apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 256. & 257. ut & Sam. Bochartum *Pars. poſter. Hierozoici libro V. cap.* 6.

Purpuriſſum, ex Græco φοινικοῦν, eſt creta argentaria, tincta cum purpuris. Plinius *lib.* 35 *cap.* 6. *E' reliquis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinem preſii, annotemus & purpuriſſum. Creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibliique eum coloremi coloratis lanis.* Sed & egregium *purpuriſſum*, ex rubâ radice hyſgino ſiebat. & quod *Purpuſſum* vocat Idem. Eriam anchuſæ radice, & radicula φῦκος dictâ genas ſi bi *purpuriſſabam* mulieres &c. V. ſuprà in voce *Fucus* & plura hanc in rem, apud Claud. Salmaſium *ad Solinum pag.* 257. 276. & 1148.

Ruſſus-

Pustulati Balthei, apud Treb. Pollionem *in Gallienis, Saloninus puer his auratos pustulatosque balteos rapuisse ferunt*, funt *pustulis* vel bullis argenteis diſtincti : *Pustula* enim de argento optimo dicebatur ; Martialis,

Et niveum candens pustula vicit ebur.

Bullæ autem auteæ vel argenteæ in baltheis, Virgilius,

.... nexis fuiſerum cingula bullis.

Idem,

.... phaleras Rhamnetis & aurea bullis
Cingula.

Pustula certe pro *bulla*, & *pustulatum* pro *bullatum*, apud Tertullianum de concha margaritifera, *Quòd ſi, in ba lla aliquid intrinſecus* puſtulat, *vitium ejus magis debes eſſe, quam gloria &c.* Cur autem *pustula* de argento & quidem primæ notæ dictum fuerit, hanc rationem reddit Salmaſius *ad Solinum*, quòd ad cæluras non niſi optimum ac præſtantiſſimum argentum eligeretur : at cælata vaſa feu τορευτὰ & ſignis aſpera erant. Unde hodieque opus ſ. *ſculpt* vulgo Galli en *boſſe* dicunt, id eſt, *in puſtulas* ſive *puſtulatum opus* 1048. Vocabulo vero argentum *putum*, Vett. *puſum*, pro excocto & expurgato, hinc quæ *puſulatum*, vel *u.* in *o.* mutato, *puſulatum*, cujus mentio apud Alphenum, *D. Ju.* 13. *Locat.* alibique, pro recenti & adhuc ex novitate aſpero, inſtar *puſtulatum*, ſumi exiſtimat. Certè *puſtula* quoque ignis facer, & *puſtulata ovis* Columellæ dicta. V. Plinium *lib.* 26. *cap.* 8. & plura hanc in rem, apud Alciatum 6. *Parerg.* 4. Turnebum *Adverſar. lib.* 24. *cap.* 2. Alios.

Puta, primum puella dicta, poſtmodum ad ſæviciores deducta vox. Scaliger *ad Catalecta Virgilii*. Idem vero nomen Deæ, quæ *putandis* arboribus præeſſe, Voſſius de *Idol. l.* 2. *c.* 60.

Putare lanam, *ξαίνειν* Græcis. Tunc autem dicuntur *putari* purgarique lanæ, quum ipſæ per ſe purgantur, priusquam in fila deducantur & in tela texantur. V. ſuprà ubi de *Purgamentis lanæ*. In arboribus *putatio*, Græcè *κλάδευσις* ſeu *λοπὰς ἀγρίων*, cum interluciatione ſeu conluciatione, h. e. amputatione vivorum ramorum, ſed ſupervacaneorum, eadem eſt. V. Theophraſtum *de Cauſ. lib.* 5. *cap.* 21. Quod *coinquere* in lucis dictum, ſeu ſacris ſylvis, h. e. *contaminare*. Non enim ſolum, cum arbores fulguritæ penitus exciderentur, ſed & cum ſanè, ſacrificio prius facto, interlucarentur & coercerentur, *coinqui* dicebatur ſeu contaminari lucus &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 587.

Putbuſch, nomen generoſæ in Rugiis Familiæ, cujus iſta ſeries : Nicolaus de *Putbuſch*, ex Brigitta *Molken*, genuit Woldemarum, patrem ex Agatha Eberſtenia Com. Georgii quo & Annâ Catharinâ Com. Honſtenia, genius Ludovicus, ſibi junxit Annam Mariam Com. Honſtenianm (ſil. Erneſti Com. qui obiit A.C. 1562.) atque ex ea ſuſcepit Erneſtum Ludovicum, defunctum A.C. 1606. Hujus ex Magdalena Com. Eberſtenia, filii fuere Wolfgangus Henricus, Ertmannus, Erneſtus Ludovicus. V. Philip. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Tom. II. p.* 119.

Puteal Navii, apud Ciceronem *de Divin. lib.* 1. ubi de præcipue à Navio Augure cœtis miraculo, *Ex eo venit, ut & Turquinius Attio Navio augure uteretur & populus ad eum de ſuis rebus referret. Cotem autem illum & novaculam deſoſſam in Comitio puteali, impoſitum accepimus*. Dionyſio *ἀγορᾶ* eſt, *ara*, ſuo ara enim defoſſam cotem cum novacula ait: Cum *Puteali Libonis* malè à nonnullis confunditur. *Puteal enim Navii*, in Comitio fuit ante Curiam, ubi etiam Navio ſtatua togata poſita erat, Plinius *lib.* 34. *cap.* 6. At *Puteal Libonis* longè ab eo loco, ut docent S. Rufus & P. Victor, qui Libonem ſive Naviam ſicum, quæ juxta Navii Puteal erat, & Puteal Libonis in longè diverſis locis ponunt. Adde, quòd Libonis Puteal in ſuo loco manſerit, usque ad extrema Romani Imperii : at illius ara apud Auctores illius temporis nullum veſtigium. Et ſanè Plinius memorat, Aram illam ex eo loco ſublatam gladiatorio munere Jul. Cæſaris, quod in Foro editum eſt : poſt quæ tempora loco tamen *Putealis* nomen manſit. Sed nec unum *Puteal* Romæ fuiſſe, docet Ruffus, qui in Reg. VII. Urbis *Puteal Libonis* vocum recenſet. Certerum non ibi ſtatim *Puteal*, ubi *Puteus*, ut viri docti hactenus ſibi perſuaſerunt nempe quia *puteal* operculum putei, ideo neſcio quos Deûm Manium puteos hariolati. Imò ideò *Putealia* hæc dicta, quia ſine puteo : Ubi enim puteus ſubeſt, non puteal dicitur, ſed puteus, quâ voce etiam comprehenditur operculum putei *Puteal Navii* ara fuit, ut videmus, talis etiam *Puteal Libonis*, in cujus nummis facnè anæ inſtar viſitur. Non verò quia libet ara hoc nomine venit, ſed quia locis fulguritis vel fulguribus conditis impone bantur, foramen in medio habentes, ut ceſſum deſuper pateret. Hujusmodi n. lapis in medio perforatus, veluti templum Fulguri fuit, & ara ; imò & *Puteal*, quia talis forma Putealis. Nihil enim aliud ſignificat vox hæc primigeniâ & propriâ ſui notione, quàm lapidem pertuſum, qui ori putei circumponebatur, cujusmodi ſuggeſtum lapideum, circa os putei, plerique etiam num ædificant, cui magnus lapis imponitur, in medio foramen habens, ad inſtar orificii putei. *Sacella* quoque vocabant iſtiusmodi putealia, Templa nim. ſine tecto, ſed & quod ſine tecto eſt & foramine aperto pateat, *Templum* etiam dicitur. Sophocles *σκηνὴ ἀγαλμάτων* vocat &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 138. & *ſeqq.* ubi inter alia & hoc addit, fieri poſſe, ut cum arae Deorum, qui Templi regnime nolebant claudi, quæque proin ſub dio poſitæ erant, non tamen nudæ, ſed aliquo ſepto, quod ipſis conjunctum erat, nullo interſtitio relicto, munitæ, iis *Putealis* nomen fuerit quoque adjunctum. Septum enim tale, inſtar putealis, aras tales cingebat. V. etiam *hic infrà*.

Puteal Scribonii Libonis, vulgò ſimpliciter *Puteal Libonis*, in *Fragm.* Feſti, *Scribonii puteal ante Atrium Maſcarum*, *quod Scribonius, cui negotium datum fuerat, ne conquireres ſacella, id dominum curavit, quia in eo loco olim ictitum fuit, quod ignorabatur. Tradunt quidam fulgur conditum eſſe loco, quod teſtaſeſt integi ſed ſuper foramine aperto cœlum patet.* Non eſt *Puteal Navii*, ut vidimus, interim ſimiliter ara, cujusinſtar in numinis Libonii conſpicitur. Cujusmodi aras, foramen in medio habentes, ut ceſſum deſuper pateret, locis fulguritis vel fulguri condito imponi conſuevile, etiam Vitruvius docet *lib.* 1. *cap.* 2. *Jovi*, *Fulguri & Cælo & Soli & Lunæ*, *ædificia ſub dio hypæthrapeo conſtituuntur. Horum enim Deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque lucenti præſentes videntur.* Idem Artemidorus teſtatur. Ipſum verò locum Fulgurium ari impoſita ſic conſecratum, *Bitellianus* dicere ; quòd ovibus bidentibus factum ibi fieret &c. E' quibus patet, errare illos, qui *Puteal* exponunt tribunal vel forum. Athenis enim Diceſterium quidem fuit ex *Pyladis* dictum, ſed alia appellationis ejus ratio. Nec verſus Perſii *Satyr* 4. patet,

Si Puteal nullâ cautus vibice flagellat :

Ut qui de fœneratore agit. Ad *Puteal* namque *Libonis* conſiſtebant Toculliones Romani, & qui argentum bonis nominibus & idoneo ſponſu locare quærebant. De more autem ſit, ut quiſrequetuer ad locum aliquem conveniunt ibique diu deſident, per otium ſæpe dum aliud agunt & loquuntur, vel ſtilo pariter conſcribillent vel unguibus deradant vel aliquid nugarum faciant. Unde lepidè dictum & emphatice de fœneratore, qui totum diem ad *Puteal* conſiſtebat, expectans qui pecuniam accipere vellet, *multâ vibice cum Puteal flagellare*. Quâ ſignificatione *Puteal* Cicero poſtea de Clodio, *Alter unguentis affluens, adamiſtratæ comæ deſpiciens conſcios ſtuprorum, ac vexatores annulæ ſuæ Puteali aſſuetus astrum gregibus infanus atque compoſitus olim, ne Scyllax illo arris alienis in fretis ad columnam acharenſeret*, in *Tribunatus potum perſugeret, Orat pro Sextio*, &c. V. Salmaſium, *ubi ſupra* pag. 1140. & 1142.

Putealium Vicus, Romæ in regione ſeptima, memoratur Ruffo. V. iuprà, ubi de *Puteali Navii*.

Puteana Familia, vulgò *du Puy*, in Gallia illuſtris : è qua ſtirpe Dominorum *du Coudray-Monin* ſeries iſta eſt. Perrinus Puteanus, Dn. de *Damet*, ex Joanna *du Four* Dn. des *Places près Romorant*, genuit Godofredum de *Puy* Dn. *du Coudray Monin* (qui obiit A.C. 1421.) Hunc ex Joanna de *Vieuxchaſtel* genitus Ludovicus *du Puy*, Dn. *du Coudray* Baro de *Belliſaye* (qui duxit Catharina de *Brie* ſuſcepit, Joannem, nuptum Philippæ de *Baiſſey* & ex ea patrem Georgii cui nupta Joanna Raffina, genuit ei Claudium *du Puy* Dn. de *Coudray* Bar. de *Belliſaye* (cujus fil. Joanna hæres bona attulit marito Lud. Sangelalio poſt obitum patris, qui contigit A. C. 1577.) Philippum Abb. de *la Prée*, defunctum A. C. 1560. Godofredum, qui excellit A. C. 1573. & Philippam uxorem Francisci de *Gamaches* Dn. de *Quinquempoix & Jouſſy* : Joannam Monialem ; Claudiam, nuptam Ludovico *Chaſteigner*, Dn. d' *Abain*, quæ obiit A. C. 1632. & Franciſcam ux. Claudii de *S. Quentin* B. de *Blet*, omnes nominis du *Puy-Coudray*. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. III. pag.* 5.

Putines, adde : Apud Plautum, pœna fuit furacium coquorum, ut diſcimus, ex ejus *Aulul. Sc.* 2. *Actu* 5. *Coqui aliſtarium, comprehendite, vincite, verberate*, in Puteum *condite*. Antiquitus viliſſimâ pauperrimaque ſepulturâ ſepeliri condi ſolitos, & in tenebras ac *Puteos* abjici, docent quidam ex M. Varrone *de L. L. lib.* 4. V. quoque Feſtum *lib.* 14. in voce *Puticulus*, Antiphilum *Anthrolog. lib.* 1. & Clar. Sylvium *tib. ſing. in LL. pag.* 547. nec non Intrd. Lucernam *Putei*, à tribus Juvenibus alatis circumdati, explicat Fortun. Licetus *de Lucernis antiqq. lib.* 6. *cap.* 36. Idem *Putei*, ſed lemnifco inferne coronati, laterique capitibus humanis exornati, & ſuper hexagona baſi firmati lucernam, exhibet, *cap. ſequenti*. Quomodo autem lovidendi *Putei*, docet *Putens intra Hippicum*, Athenis, de quo lex Solonis : *Ὅσοι μὴ εἰσὶ ἀρχαῖοι φρέαρ ὀρύσσει ἀπὸτοῦ τείχους, ἀπὸ ὃ πόδας ἀπόσης, ἐχέτω ὀβολὸν ἕλαιον, Publico puteo, qui intra Hippicum ſit, utuntor : ſi majus ſit intervallum, privatum ſibi quisque effodiunto.* Nempe cum ſiticuloſa eſſet admodum terra Attica, nec perennes eſſent amnes aut fontes muli, aut lacus, ita ut *putens* effodere neceſſe eſſet, Legem hanc ſcripſit Solon, ut legimus apud Plutarchum *in Vita ejus*. Eſt autem Hippicum, intervallum ſtadiorum quatuor, ut inquit Idem ; ſeu potius, unius ſtadii, ut Heſychius : quantum viz. fine ulla intermiſſione equus

conficit ac decurrit. Temerè tamen intra fines suos *puteum* sibi fodere non licebat, sed ὀργυιὰς latitudinem ab alieno fundo oportebat relinquere, ex altera ejusdem Lege: *Ἐὰν δὲ ὄρυγμα καὶ ἀφανισμὸν ἐργάζηται, ὀργυιὰν διαλιπόντα, Si quis puteum fossamve alterius agrum fodiat, orgyiæ spatium relinquito*; cujus meminit Gajus *lib. 4. ad L.L. XII. Tabb.* Addit Harmenopulus, Εἰ μὴ νομίμως πρου πάρχοντα τὸ ὄντως ὃν ἀφῇ τὰ καλὰ ἔργα βλάπτει. *Ni si forte puteus vicini præexisterit, qui novo hoc opere læderetur.* Quòd si qui aquam non invenisset depresso in altum puteo decem ὀργυιὰς, hic adjicit Lege voluit Solon, licere è vicini puteo bis quotidie aquam exhaurire urnâ sex choum capace: Ἐὰν ἡ ὑφάνιλις ἐργάσηται βάθος δέκα ὀργυιῶν, καὶ μὴ εὑρίσκῃ ὕδωρ, ἐξαντλεῖσθαι τοῦ γείτονος, ἡμέρας ἑκάστης δὶς ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι δύσεως. *Si qui depresso in altum puteo decem orgyiarum, aquam in suo non invenisset, extrahito è vicini puteo bis quotidie urnam sex choum capacem*, apud Plutarchum *d. l.* Sed quia sæpe fiebat, ut hac de re moverentur controversiæ, hinc Mag. stratus Athenis, qui ὠθεῖται Ἐπιγνώνας dicebatur, cui hæc res curæ, ut collegitur ex eodem Auctore in *Themistocle*, ἀεὶ καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἐπιγνώσεται καὶ διαγνώσεται, μὴ γίνηται ἔλεγχος, ἢ αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχὴν ἐπιγνοὺς, ἢ ἄλλον τὸν ἐπιγνόντα ἐπιγνώσεται καὶ διαγνώσεται. *Ut si forte lertibendum excitari, quod Græcè ἐπιγνῶναι. Puteus in Templo Eleusiniorum*, teste Attico apud supposititans, memoratur in Codice *Middoth* Talmudi Babylonici. Sed & in Christianorum Ædibus sacris, Theophanes *puteus* fuisse in Attiis refert, quos *Aquarum beneficiarum receptacula & fontes perennes* vocat, p. 38. apud Cat. du Frefne *in Glossario*, Sic Abbo Floriac. *de bellis Parisiac. lib.* 2. Puteum in Capella S. Germani Pratensi, cujus aquæ ægrotantibus vice Medicinæ fuerint, memoiat apud Eundem,

Cujus adaccubitat puteus vestigia, cujus
Qui potabit aquas, exemplo sobre laborans
Anxitio sancti sidens capies Medicinam.

Quæ Auctoritas fuis remittimus.

Puticuli, antiquissimis Romanis dictæ sunt cavernæ, in quibus mortuos tum sepeliri mos. Κοιλώματα γῆς vocat Auctor *Etymologici*, ubi in cavis hujusmodi, absque feri ærisque usu, Græcos quoque primitus mortuos suos condidisse, docet. Hinc Lycophron *Cassandræ*,

Ἐφ' ὑψηλοῖσι κρήμνοις ἐν κοιλώμασι θήσουσιν.
Condent hiantis in foli voragine.

Idem Hebræis fuisse in usu, ex Abrahami Patr. historia patet. V. Jo. Meursium *Comm. ad Lycophronem*. Non ergo in *puteos* abjecerunt suorum cadavera Romani veteres uti vocis affinitate decepti quidam voluere &c.

Puipus, Veteribus urbs Africæ, quæ Recentioribus *Putput*. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 309.

Putinus, idem cum *Tusino*, V. ibi.

P Y.

Pyanepsion, Græcè Πυανεψιών, mensis apud Athenienses nomen, nostro Novembri respondens, quo celebrabantur *Pyanepsia*, festum Apollini sacrum die 7. mensis, V. in hac voce. Nomen à voce κύαμος, pro quâ κύαμα. Vett. dixere, i. *faba*.

Pyctacium, V. supra pallium, imprimis in vocibus *Periapta*, *Phylacteria*, *Pinacidium*.

Pyelus, Græcè πύελος, pala annuli, quæ à Græco nomen habet. Apud Artianum *lib. 6. de motu* ὃ δὲ κύκλος ἐνθένδε ἐνθένδε ἐστὶν ἡ σφῦρα τὴν κύλην ἔχουσα, ubi de sepulcro Cyri, *Immediis autem Eleli πύελος erat, cadaver Cyri continens*: Interpreti expositur *urna*. Sed urna propriè erat, in qua cineres & reliquiæ corporum combustorum reponebantur, Græci κάλαθον, & ὑδρίαν & κεραμεοῦν στάμνον Persæ cadavera sua non cremabant. Hinc corpus Cyri in illa πύελον, quam magnitudo hæc ac longum, jacuit. Curtius *solium* vertit *lib.* 10. Et certè πύελος proprie *solium* est, sed & *alveum* significat, in quem loturi descendebant. Præterea verò vox hæc Græcis denotavit vas lapideum vel ligneum, in quo mortuorum cadavera ponebantur, quod alias σορὸς & λάρνακα. Unde *Sarcophagum* vel *arcam* reddere mavult Salmasius, quæ alvei figuram exprimebat. V. in vocibus *Arca*, *Sarcophagus*, *Solium*, & plura hanc in rem, apud præfatum Salmasium *ad Solinum* pag. 1104.

Pygargus, Græcè πύγαργος, aquilæ genus est, *à candicante cauda* sic dictæ, cujus meminere Aristoteles, Plinius, Hesychius, Suidas. Sed & inter damarum aut caprearum genera, Sic Herodoti *lib. 4.* inter animalia, quæ habent pastorales Afri, recenfentur, πύγαργοι, οἳ ξυνοῦσι τοῖσιβουβάλοισι, *pygargi & capreæ & bubali*. Ælianus *Histor. Animal. lib. 7. cap. 19.* Ἄπληκτος δὲ καὶ δειλὸς ὁ πύγαργος, *Timida autem animalia sunt hinnuli & cervi & capreæ & pygargi*. Plinius *lib. 8. cap. 53.* ut capras probet in plures similitudines transfigurari, *Sunt caprex*, inquit, *sunt rupicapræ, sunt ibices — sunt & damæ & pygargi & strepsiceroses multaque alia haud dissimilia. Sed illa asperi, hæc transmarini situs mittunt*, id est, Numida & Africus. Juvenalis quoque *Sat. 11.*

Sumine cum magno lepus, atq; aper, & pygargus.

Ad quem locum Scholiastes vetus, *Pygargus fera ejt ſpecies cervi, quæ retrorſum partes albas habet.* Ἀλκὴ & πύγαργος Græcè dictus eſt. Aponius item *in Canticum lib. 4.* capreasque pygargis confundens, *Caprearum poſterior pars candorem demonſtrat.* Et Bellonius *Obſervation. lib. 2. cap. 54.* in gazellæ Arabicæ deſcript. *Nates ut in damis albeſcunt.* Alias hujus animalis rara apud Vett. mentio, nisi quod Deuteronomii *cap. 14. verſu 5.* πύγαργον, in Græca Verſione, & in Vulgata *pygargus* legitur pro Hebræo דישון *diſon*. Non tamen ab *albo colore*, ſed à cinereo לשון, *lichur*, & cinis ad nigrum vergit portius. Virgilius *Æneidos lib. 4.*

Namq; ſuam patria antiqua cinis ater habebat.

Sed poteſt idem animal eſſe πύγαργος, i. *natibus albus* & albi cinereum; quomodo Pygargus definitur à Bellonio, quamvis ſub *tragelaphi* nomine: *Tragelaphus*, inquit, *quoad plica ibicem referet, ſed barba caret. Cornua ei caprinis ſimilia, ſed aliquanda recurva, ſicut arietis — Cauda ejus albicans, ovillis ſimilia. Cauda caprea, cum ſub cauda alba ſunt. Pili armorum & pectoris, longi & nigri ſunt, cum duabus maculis albis circumcirca ad ilia.* A quibus cinereis maculis Hebræis *diſon* dici potuit, quaſi דישון ab דישון, quomodo ab albis natibus, Græcis πύγαργος, V. quæ de voce hac Hebr. *Diſon* commentatur Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poſter. lib. III. cap. 20.*

Pygmachi, Græcè πυγμαχοι, apud Theocritum in Ἡρακλέους Πυγμάχου.

Ἀλλ' ἄγε γυμνὸς πρωτοστάτης

Pancratiaſtæ ſunt, qui hanc artem habebant ut vincerent vellut interram cadentes ac reſupinantes eſſe; cùm Pugiles non niſi ſtantes arcteti certamen peragerent. Vocat autem illos πυγμάχους & παλαιστὰς ſimul illis ſubjuit, quia ex pugillatu & lucta compoſitum genus agonis illud erat, quod & πανκράτιον inde dicebatur. Forſan & apud illum πυγμάχον meliùs legeretur, ita ut & Pollux Pancratiaſtas vocat, V. Salmaſ. *ad Solinum pag.* 1150. ubi de Pancratii, Alii erant *Pygmachi*, Ἀπωνυμία πυγμάχου, genus medium inter Græcorum pugiles & Romanos gladiatores, de quibus V. Scribonium, Ingham. *cap.* 25. *item* 101. & Cafaubonum ad *Suetonium Aug. c.* 45. & *Caligulæ cap.* 26. Damaſcorum ἀεὶ γὰρ πυγμάχων ἀπόπληκτον mentionem habes non ſemel, apud Eufebium.

Pylades, Pantomimus celebris, primus ſaltationis Artem, à Tragœdia & Comœdia ſeparatam in ſcenam Latinam introduxit, eamque ex tribus ſaltationibus compoſitam, Tragicâ, Comicâ & Satyricâ excoluit expolivitque, ac *ballum* vocavit, quòd Romæ primum ſpectinen ejus in Latino Theatro ediderit. Natione enim ipſe Cilix fuit, ut Suidas docet. Ejus ἀντίτεχνον Bathyllus fuit Alexandrinus, quem proin primum inventorem hujus ſaltationis Athenæus facit, meliùs Ariſtonico ad utrumque id laudis referente, apud Eund. Namque primi hi Pantomimos à Tragœdia & Comœdia ſeparatos in Orcheſtra oſtenderunt, licèt non iisdem argumentis ambo claruerint: In Tragœdia enim & tragicis argumentis ſaltandis primas *Pylades* obtinebatin Comœdia & Comicorum argumentorum ſaltatione principatum ſibi vindicabat Bathyllus. Nec obſtat, quòd Italica ſaltatio, cujus auctores memorantur ambo, ex triplici ſaltationis genere, conſtaret, uti dictum: nàmque non ita ex omnibus mixta erat, ut confunderentur & ex tribus una fieret ſpecies. Sed quum omnia Tragœdiarum Comœdiarumque & Satyrorum argumenta primi ſaltare inſtituiſſent, Tragœdias, ſecundùm tragicæ ſaltationis leges; Comœdias verò, juxta Comicæ ſaltationis inſtituta, defaltabant. Undenuter ipſos Auctores & Inventores artis facta dividia eſt, & in diverſo ſaltationis genere contraria quoque factio inſtituta, quam ad diſcipulos ſuos & artificii per longam ſeriem ſucceſſores uterque transmiſerunt. Et quidem de Bathyllea ſaltatione diximus ſuprà, *Pyladea* verò ſaltatio, graviserat, feria, ſaltuoſa, ſupercilioſa & affectuum plenaac Tragica tota. Ejus argumenta antiquorum Poëtarum Tragœdiæ, Deorum Heroumque facta: perſonæ, ut in Tragœdia, divi, duces, heroës & Reges. Athenæus illi tribuit ὃ ὄγκωδες & σκαῦλικὸν καὶ πολυσύστατον, quod & Plutarchus facit *Sympoſ. Problem. libro 7. capite 7.* Unde ſaltationes Bathyllea coactitatores erant Pyladeæ, ut quæ κόσμῳ haberent, moram generantia. Cujus rei exemplum illuſtre hoc eſt: Hylas, Pylades hujus diſcipulus, cùm cantucum quoddam ſaltaret, cujus clauſula erat, τὸ μέγαν Ἀγαμέμνονα, *magnum Agamemnonem*: ſublimem ingentemque ſe faciebat, ut verba illa cantici exprimeret. Non tulit id Pylades atque ut ejus errorem caſtigaret, exclamavit ὦ κακῶς, ἀ μέγαν ποιεῖ, *Tu longum, non magnum facis.* Tunc populo cogen-

cogente, ut idem canticum saltaret, cùm ad eum locum pervenisset, quem reprehenderat, expressit Agamemnonem cogitantem, quòd nihil magis conveniret magno Duci, quàm pro omnibus cogitare. Quæ *μίμησις* Ducis cogitantis multum habebat *τὸ ἀθὲς*, sed multum etiam moræ. Porrò hi-striones Bathyllæi nudum aliquod simplexque & siccum *ὀρχήμα* defaltabant, Panis: aut Echus, aut Satyri nimirum; hinc unica fere perfona folùm faltabat: At *Pyladæi* plura aliquando in uno argumento *ἐμπλέγματα* faltabant frequentiusque plures & multiformis illorum fuit faltatio. Et quum Poetarum antiquorum tragœdiis faltrandis operam darent, in una eademque *τετραδίᾳ* plures plerumque perfonas unus & idem hiftrio fuftinebat: quæ caufa, quòd *πολυπρόσωπος* hæc faltratio dicta eft. Hujus autem Pyladis, ut jam innui, omnes fucceffores, *Pyladæ* quoque dicti, idem etiam faltationis genus excoluere; ficut Bathylli fucceffores, *Bathylli* fimiliter appellati, Bathyllæam faltationem exercuere: femperque in Tragœdiis Pyladæ, in Comœdiis Bathylli operam fuam artemque collocavêrunt. Mediolanenfis Lapis,

THEOCRITO
AUGG. LIB.
PYLADI
PANTOMIMO
HONORATO
A SPLENDIDISSIMIS
CIVITATIS PALLIAE
ORNAMENTIS
DECURIONALIB. ORNA.
GREX
ROMANUS
OB MERITA EIUS
TIT. MEMORAE
POSUIT.

In quo à finiftro latere virilis eft effigies palliata, quæ fupra caput adfcriptum habet, IONA: ad dextrum alia effigies chlamydata, quæ finiftrâ manu lanceam gerit, dextrâ perfonam five larvam attollit, cum tit. TROADAS, & fupra illum, SUI TEMPORIS PRIMUS. Quibus fignificatur, Pyladem illum pantomimum, in his duabus Euripidis tragœdiis faltrandis, *Jone* & *Troadibus*, cùm alios omnes æmulos vicifle, tum fe ipfum fuperaffe & fui temporis fuiffe primum. Sic *Pylade Pantomimi Eleganter* memini alia *Infcr. Pyladis* quoque, Hiftrionis celebris, fub Marco Imp. meminit Capitolinus in *vita* hujus Imp. &c. A' *Pylade* v. primo comeffationem Bacchi cum Bacchis & Satyris bacchantibus faltatam, maximè commendant & celebrant illius ætatis Poëtæ; vel quòd eam primùm omnium hypothefin in Latino theatro faltaverit, vel quòd in ea defaltranda ars illius maximè emicuerit. V. Antipatri Theffalonicenfis, qui *Pyladem* faltantem vidit & Boëthi Elegiographi *Epigrammata* hac de re, apud Salmafium *ad Vopifcum in Carino*. Idem primus ftiftulas & chorum fibi faltanti ut præcinerent curavit: Nam ante illum fine ftiftulis & choro Pantomimi faltabant, folo adhibito pueri canentis & tibicinis concentu. Unde ab Auguſto interrogatus, quid faltationi conduliſſet, refpondit,

Αὐλὸν σύριγγι τ' ὠιδὸν ὀρχηθμὸν τ' ἀνθρώπων &c.

V. Lucianum *de Pantomimi fcena & appar.* ubi addit etiam citharas, cymbalorum crepitum, & *πολὺν κτύπον*, de quo V. fupra in voce *Crupezia*, & plura hanc in rem apud Salmafium *d.l.* ut & in voce *Bathyllus*.

Pylæmenes, addit Dictys Cretenfis illum Paphlagoniæ Regem, Melio patre natum, & non alienum à fanguine Priamidarum fuiffe, quippe ab Agenore genus fuum repetentem, dicit. Quidquid ejus fit, ab hoc certè Duce fequentes Paphlagoniæ Reges nomen traxêre, quorum complures, hujus nominis fuiffe, ex Juſtino *lib.* 37. *cap.* 4. liquet; unde ipſa Paphlagonia *Pylæmenis* dicta, Plin. *lib.* 5. *cap.* 3. Inter eos celebris interimis *Pylæmenes* fuit, cognomine *Εὐεργέτης*, qui Romanis contra Ariſtonicum, cum Regibus aliis, copias adduxit. Ultimus item *Pylæmenes* cognom. *Φιλοπάτωρ*, cui vicìo Mithridate regnum reddidere Romani, quo mortuo, *provincia Paphlagoniibus impoſita* eſt, Sextus Rufus *in Breviar. cap.* 11. Prioris memoriam ſervat numnus æreus tarifilius, in Muſæo Farſchiano Baſilææ, in cujus parte una cadueus viſitur, cum adjectis in medio pinnis & *Inſcr.* BAΣΙΛΕΩΣ ΠΥΛΑΙΜΕΝΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ: altera, bovis capput. V. de eo Sebaſtiani Farſchii JC. *Epiſtolam ad Tob. Hollanderum Baſil. editam A. C.* 1680.

Pylos, apud Lacones, corona dicta eſt, quâ Junonem illicronare ſolebant, Athen. *lib.* 15. Aliàs quælibet puellatis corona, ut ex Alemane patet, apud eundem,

Καὶ τὸν ἰοχαιρᾶ φέρωμε τὸν ἁ ἐλικτὰ-
σα πλόκα ἀνάρθα κοσμίᾳ.
Puellam ego quæ affert ex elichry-
ſo pyleonem & *immortali* cupro.

Et verò Heſychius *πύλαιν* interpretatur *στέφανον*. Car. Paſchalius *Coronarum lib.* 4. *cap.* 2

Pyra, rogus, buſtum, Servio ſic diſtinguuntur, ut *Pyra* ſit lignorum congeries; *Rogus* dicatur, cùm ardere cœperit; *Buſtum* vero jam exuſtum vocetur, q. *bene uſtum*. V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 6. ut & hic paſſim, inprimis ubi *de Cadaverum cura, Cremandi ritu* &c. item, voce *Rogus*.

Pyrale, in *Hiſtor. Alamann. Tom. II. Præſul in* Pyrale *Congregationis intravit*, apud Dominic. Macrum *in Hierolexico*: hypocauſtum eſt Conventuale, in quo Capitulum celebratur. In eo flagellum diſciplinarum appenſum, & columnam fuiſſe, ad quam cædcrentur rei, auctor Ekkehardus jun. *de Caſibus S. Galli, cap.* 16. *Ille ad columnam Pyralis ligatus acerrimè virgis cæditur*. Proxima eidem conclavia, Lavatorium & Scriptorium, idem memorat *cap.* 16.

Pyrallis, animal penoatum, haud trunko majus muſcis, in fornacibus ærariis Cypri. Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. *In Cypri ærariis fornacibus & medio ignium majoris mufcâ magnitudinis volat pinnatum quadruples: appellatur* Pyrallis, *à quibusdam* Pyraufta. Idem de Caryllitis *σάνδαρος* feu *ſerrariis fornacibus*, memorat Antigonus *in Admirandis cap.* 90. Quum ob cauſam *Caryſtias aves* eas appellat Solinus *cap.* 11. *Caryſtos aquæ calentes habet, Hellopias vocant: & Caryſtias aves, quæ flammas impunè involant*. Ineptè. *Vulcores* quidem de muſcis dixit Amminanus; ſed volucre dici poteſt, quidquid pinnatum eſt, etiam quadrupes; volucre namque τὸ πτηνὸν, *quod volat*. At *avis* eſt *ὄρνις* vel *ὄρνεον*: quo nomine muſcas nullus Græcorum inſignivit. Præterea; quòd ait, aves illas impunè flammas involare, ne id quidem fatis rectè dictum. Imò non evolitant, ſed in ignibus. Nam ut ſcribit Antigonus, τὸ πυρὸς χωρεῖ μόνον πέτεσθαι, *ab igne ſeparatæ moriuntur*. Plinius quoque, *Quamdiu eſt in igne, vivit: cùm evaſit longiore paulo volatu, emoritur*. Cujusmodi animalium in igne ferrariarum officinarum naſcentium, meminit quoque Strabo, & *κάνθαρος* appellat &c. V. Salmaſium *Exercitat. ſuis ad Solinum pag.* 177.

Pyramus, Græcè *πυραμίς*, placentæ genus, victoribus olim dari ſolitum, Artemidorus *lib.* 1. *cap.* 74. Non tamen omnibus, ſed tantùm iis, qui in pentatoria paleſtra reliquos inſomnia vicilſent. Ariſtophanis Scholia *Equitibus*, ὁ Δημοτικὸς μέχρι νῦν τὰς πλακοῦντας τὰς πυραμίδας, *qui ad auſtorum usque pervigilaſſet, accipiebat ex tritico, melle admixto, placentam*. Hæc enim vocis notatio V. Meuſium *ad Lycophronem*.

Pyrathela, dicta ſunt ſepta ingentia, in quorum medio fuit ara. In hac Magi, Perſarum Sacerdotes, & circetum multum & ignem perennem ſervabant, eoque quotidie ingreſſi, impreCationes faciebant, per horam ante Ignem (gentis Deum) virgarum faſciculum tenentes, pileisque infulis velati ex utraque parte dependentibus, adeò ut vittæ labia malasque contegerent. Anſelm. Solerius *de Pileo ſect.* II. V. quoque Cæl. Rhodiginium *Antiqq. Lect. lib.* 7. *cap.* 29. Delirium *Diſquiſ. Mag. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 7. §. 2. & ante utrumque Strabonem *lib.* 15. ubi de Cappadocia, & Procopium *in bello Pun. lib.* 2. ubi, *Hîc magnum ignis Perſarum numen, quem ſacrificantes cuſtodiunt Magi*. Quo modo autem ignis hic manſerit perennis, cùm diſquirant Eruditi, ſenſit Licetus, *non interpolatâ reptiliaque novi fimilis adjectione, ſed in materia diuiſſimè ardente, cujusmodi flamma erat Pallantis & Olybii, conceptum conſervatumq; fuiſſe*, *lib.* 1. *de Lucernis cap.* 20. Idem ſignem hunc in *Pyrathelorum* ſeu *Pyrethiorum* ara jugi ſplendore ardentem, cum lucerna Minervæ Athenis in Prytaneo, cum lucerna in urbe Mantychia, in Ammonis æde, in Britannicæ Minervæ delubro, in altari Delphico, in ſano Veneris, in Terentini Ditis & Proſerpinæ ara ſubterranea alibique confert, *Op. cod. lib.* 3. *cap.* 5. Iſtiusmodi itaque *Pyrenum* cùm Audas Epiſcopus zelo correptus ſuſtuliſſet, circa A. C. 421. Varanes Perſarum R. (cujus Pater Isdigerdes Chriſtianis multum libertatis conceſſerat) offenſus graviſsimè, non ſolùm eum cum aliis Epiſcopis interfici, ſed & templa deſtrui præcepit, crudeliſsimâ in omnes Chriſtianos regni ſui perſecutione excitatâ, de qua V. Theodoretum *lib* 5. *cap.* 38. & 39.

Pyraufta, eadem cùm pyrallide, de qua modò. Sed & *πυραυστὴν* Græcè dicitur papillonis genus, quod lucernas accenſas circumvolitat & adſultat ſua plerumque cum perniciè. Idem *ibid.* Quo nomine Reformators in Gallia à Pontificiis appellari notum; eos circa Myſteria divina tamdiu volitare, donec eorum ſublimiorate abſorbeantur, dicentibus,

Pyreum, Græcè *Πυρῶν*, quid apud Perſas, V. ſupra voce *Πυρεῖον*. Communiter ignitabulum. Diodorus Siculus de Prometheo, *Τὸν πυρῶνα ἐνθεὶς, εἰς ὃν τὰς σπάθας ἐνίπτειν*, *Ignitabulorum inventor, quibus ignis evitatur*. Cùm ignem è ſilice primus elicuerit Pyrodes Cilix, Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. unde ſilex hujusmodi Græcè *πυρίτης* dictus eſt. *Πυρῶν* autem proprie fuit lignum, quod altero ligno tamdiu terebrabatur, donec ignem conciperet. Hunc enim modum excitandi primitus vigiſſe, docet Scholiaſtes Apollonii, *ad illud*

——— Τοὶ δ' ἀπὸ πυρὸν ἀνῆπτον ἀνειείροιο.

Ubi lignum, quod ſubſterneabatur, *ἀνειείρος*, alterum, quo vicè perforaculi utebantur, *τρύπανον*, dictum eſſe ait. Theophraſtus *ἐμπυρον* vocat lignum inferius, *Hiſtoriar lib.* 5. *cap.* 10. Plinius in hos uſus hederam & laurum commendat: *Sed nihil ederâ*

præstantius, quæ teratur, lauro quæ terat. Probatur & vitis sylvestris alia, quàm labrusca & ipsa edcræ modo arborem, scandens. Lauro etiam rhamnum jungit Helychius. Nempe fortius & durius lignum quærebatur, ex quo terebra fieret, leviùs & rarius, quod tabulæ vel ἐμβάσεις vel *cornua* usum præstabat. Hinc ferè à postmodum te ebrà usi Vett. cujusmodi Ignarii inventum Homerus Mercurio tribuit, *in ejus Hymno*,

Δώσειν ἀγλαὸν ἔγχος ἐλᾶν ἐκτάμνοντ᾽ ἐπὶ πάγῳ
Ἄρμενον οὐ πελάσῃ, κεῖνο δ᾽ ἀπωτάτω βαίνε ἀοιδοῦ.

Sic Vestales ignem æternum, si quando defecerat, reparabant, materiam nempe ligni felicis ferro terebrando. Festus, *His mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque ex ceptum ignem in cavo aneto Virgo in eadem ferret.* Excipiebatur verò ille excussus ignis *materia aridi fimilis, fungi vel foliorum.* Plin. iterum, V. fuprà in voce *Fomes*, & ubi de igne: plura tero hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 179. & 180. ubi *Ignitabulum*, propter duplicis ligni attritum, πυροτήριον quoque Græcis & lignum ſuperius, quo alterum terebrabatur, ἀγκλιτοῦν τρύπανον Sophocli dictum eſſe, addit.

Pyrgus, V. fuprà *Ambo*.

Pyrgus, idem quod *turricula*, *fritillus*, *ſimus*, *orca*, cornea pyxis erat, è qua in ludo teſſeræ in tabulam jactabantur. Quandoquidem enim Johannes Antiochenus pyrrhen Pyrgum etiam ψυρβόν, per quod in pyrgum tali vel teſſeræ conjiciebantur, meminerit, plerumque tamen ſolo Pyrgo Alcatores fuere contenti. Vetus Schol. Juvenalis *Sat.* 14. *verſu* 5. *Fritillus*, *pyxis cornea*, *ſimus Græcè*: *Apud antiquos enim in cornu mittebant teſſeras*, *mox teſtaceque ſundebant*: *quod is Fritillum vel Pyrgum dixit.* Sidonius Apoll. *lib.* 3. *Epiſt.* 3. *Omitto*, *quòd hic primum iſti Pila*, Pyrgus, *Accipiter* &c. unde idem, *Alearum ad Pyrgum vocare*, *ait lib.* 5. *Epiſt.* 17. Martialis *Turricula*, voce Romanâ, vocat *lib.* 14. *Epigramm. cui it.* *Turricula*, ubi docet, evitandæ fraudis tollendique doli causâ, hujusmodi turriculam fuiſſe inventam, quod hodieque in Aulis fieri aſſolet. Orcam vocatum, A. Perſius *Sat.* 3. & Pompon. Bononienſis Conſularis ac Poëta: è scipo anguſto collo in tabulam effuſæ teſſeræ, ingentem edidere ſtrepitum, Sidon. Apollinaris *lib.* 2. *Epiſt.* 9. & *Carm.* 23.

Hic promens tenero pila ter horrida,
Hic talus crepitantibus fritillis.

Gradus habuiſſe, Auſonius docet, dum ait:

Fundunt exclſi per cava buxa gradus.

Et Sidonius iterum *lib.* 8. *Epiſt.* 12. *Hîc te æſtifactus calculis thorus*, *hîc tabula calculis ſtrata bicoloribus*, *hic teſſera frequens ebo ratis reſultatura* Pyrgorum *gradibus expellat.* V. Thom. Dempſterum *in Roſinum lib.* 5. *cap.* 1. & ſuprà in voce *Fritillus*. Fritillum tamen aberuditis, pro ipſa tabula ludoria, haberi, licèt Pyrgum quoque *Fritillum* vocaverit Antiquitas, contendit Anton. Thyſius JC. *Notis in A. Gellium lib.* 1. *cap.* 20. Eſt enim Fritillum, inſtrumentum ſeu vaſculum, in quo teſſeræ *frilliminant*, id eſt, *juxta* Nonium, *cum ſino ſubſiliunt*, concuſſaque agitantur. V. *ibi*. Erat autem hæc turricula gradibus intus multis exciſis exſculptisque aſperata, per quos teſſeræ reſultantes ſaltantesque in tabulam effundebantur, ne absimproba manu jactæ fallaci & arte, quo quis vellet puncto eas cadere, conſiſterent. Hinc Δέξασθαι κύβοι & Δέξασθαι ἀσφάλειαν teſſeræ talique Græcis dicti. Non enim mittebantur ſolùm per pyrgum, ſed movebantur etiam & concutiebantur, in eo, autequam mitterentur. Hodie *Cornetum* vocant Galli, quòd ex cornu ut plurimum fiat; uti etiam de Vett. legimus. Scholiaſtes Juvenalis, *Fritillus*, *pyxis cornea*, *quæ φίμβις dicitur Græcè.* *Pyxides* enim dicebantur, cujuscunque materiæ eſſent: primitus tamen è buxo fuere. Auſonius,

—— *quos præcipitante rotatu*
Fundunt exciſi per cava buxa gradus.

Pyxidem exciſi per cava buxa gradus.

Πύργον ἀκράτειαν appellat Agathias &c. In hunc per infundibulum quoddam Σκεῦος πῖλος, φίμβι & ψηφοθῆκαι, teſſeras non-nunquam in iſſas fuiſſe, diximus ſuprà ubi de *Pſephobolo*. Cujus reſpectu pyrgus urnæ vicem obtinebat, & in parte alveoli reſidebat. *Epigramma vetus*,

In parte alveoli pyrgus velut urna reſidit.

Aliud,

Contenquet varios alternans teſſera miſſus,
Fatalique ludentum colos & urna probant.

Ubi tamen antiquum exemplar ſcriptum habet, *colles & ima*, h. e. pyrgus & tabula. Et certè, quæ *ima* huic Auctori dicuntur, vetus cento *MS. de alea*, apud Salmaſium, *imum fundum* vocat;

Oſſa minutatim fundo volvuntur in imo.

Imum nempe tabulæ fundum. Per *collem* autem pyrgum intelligit, nam πύργος in tabula τὸ ὕψος τῦ ὄφους, *altitudinem cœli* ſignificare tradunt, qui hunc ludum allegoricè exponunt. Per *ima* ergo vel *imum fundum*, & per *collem* fata ludentium probari dixit, quæ per pyrgum & tabulam probabantur &c. Quam rem V. pura apud Salmaſium *ad Popiſcum in Proculo*, ubi etiam fritillum cum pyrgo eundem facit. Idem tamen *ad Solinum* diſtinguit, & fritillum pro ψηφοθήκῃ accipit, *Pyrgum* verò definit *turrim lignem in modum modii factam*, *quæ in parte alveoli haberbat*, *in ſumma aperta*, *& gradus intus ſeu ſimilios exſculptos habens*, *in imo vero foramen*, *quo teſſeræ in tabulam effundebantur*, *pag.* 70.

Pyriaders, V. ſuprà *Paryadris*.

Pyrigium, apud Matth. Pariſium *in Vita Guarini Abb. ibi loquuntur quandiu in Hoſpitali vîſum fuerit aut hora permiſerit*, *non autem ultra pyrigium*: tempus denotat, in quo Monachis pigmentorum gratiâ ſegregabantur. Vox hybrida ex Græco πῦρ, *ignis* & Latino *tego*. Dominic. Macer *in Hierolexico*. V. ſuprà *Ignitegium*.

Pyrites Lapis, *ſulvus eſt*, *teneriique ſe vehementius non permittit*: *ac*, *ſi quando artiori manu premitur*, *digitos aduris*. Solinus *cap.* 37. Hinc πυρίτης λίθος, quòd dictum ſuprà. Sed *Pyritis* gemma eſt, *Pyrites*, Græcè πυρίτης, lapis; quemadmodum ætitis gemma eſt, quæ aquilæ colorem præfert, ætites autem lapis, qui in nido aquilarum reperitur. Hinc Plinius, *Pyritis nigra quidem*, *ſed auſtrius digitos aduris.* Vocarunt autem Græci πυρομάχας, item πυρίτας, molarem lapidem, non quòd ignem faciat percuſſus, ſed quòd igni reſiſtat nec eo ſolvatur facilèque rumpatur. Cujusmodi lapides ſocis hodie ſubſternimus, eosdemque carminis appellamus, quia igne minimè domantur, nec diſſiliunt aut erc. itant: magna tamen ignis vi domiti in fornacibus liqueſcunt, ut omnes ali lapides ſolent, marmore excepto, V. Plinium *lib* 36. *cap.* 19. Sed eſt alius, apud eund. *Pyrites*, *ſimiliusdine aeris*, de quo Dioſcorides, Πυρίτης δὲ ὁ ὑπὸ τὸν λίθον, ὃν ἐκ χαλκοῦ μεθιᾶσιν, ὁμοῖον ἐστὶ τῷ ἐν χαλκοῦ. *Pyrites ſpecies eſt lapidis*, *ex quo æs conficitur*, *ſumendus autem qui æri colori eſt.* Quo forte utuntur hodie ad ignem eliciendum, in machinis ſclopetariis. Vulgò *Marcaſſitas*. Addit Plinius, *Pyriarum etiam aliqui unum genus faciunt*, *plurimum habens ignis*, *quos vivos appellamus.* Hi ſunt vulgares ignarii lapides, quos inſimâ Latinitas *ſocares* dixit. Subjicit idem, *Hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarii*, *qui*, *clavo vel altero lapide percuſſi*, *ſcintillas edunt*, *quæ excepiæ ſulphoratis aut fungis aridis vel ſilis dictis citiùs ignem prabent.* E quo lap de ignitaria ſunt, quæ *fuſilia* dicuntur vulgò. Ex illicum autem genere is eſt & ignifer Latinis dictus. Incertus Auctor *de lapidibus ſimil.* *Lapis albus ſiliceus*, *ſi peralbus fuerit*, *Gallienſis nuncupatur* : *ſi mixtam venam habuerit*, *ignifer nomen habet.* Notum illud,

Et ſilicis venis abſtruſum extunderes ignem.

A quibus omnibus *Pyritarum* lapidum generibus diverſus eſt ille *Pyrites* lapis, quem inter gemmas recenſet Plinius, qui ſic dictus eſt, quòd attritus vehementius digitos adureret, ut vidimus. Niger is eſt, unde *formæ* apud Solinum potiùs legendum quàm *fulvus*. Quem tamen ſequens illuſtrat *Pyritum*, lapidem ſimiliter eum *Pyriti* gemma confundens, *Pyrites*, inquit, *Perſicus lapis*, *ſulvus*, *aris ſimulans qualitatem*, *cui plurimus ignis*, *ſiquidem facilè ſcintillas emittis. Hic tenentis manum*, *ſi vehementius prematur*, *aduris.* V. Salmaſium *Exercitat. Plin. ad Solinum paſſim*, *inprimis pag.* 717. & 718.

Pyrocatæ, dictæ funt circa A. C. 1247. mulieres quædam, in Italia, caſtitatem ac abſtinentiam à conjugio profeſſæ, inſtar Beghinarum in Gallia alibique, de quibus V. Joannem de Deo Doctor. Bonon. *in Pantlentiario*, *haud pridem edito*, & *Jac. Peiſ. lib.* 11. *cap.* 13. laudatum Car. du Freſne *in Gloſſario.*

Pyromachus Lapis, Græcè Πυρομάχος. V. ſuprà in voce *Pyrites*.

Pyromantia, Græcè πυρομαντεία, Lat. *Ignifpicium*, notum divinationis apud Vett. genus fuit; de quo V. ſuprà, in voce *Flamma inſpectio*. Addam hîc ſaltem, nonnunquam veteres urinâ plenas & lanâ in collo vinctas, quam proin κοπανίτιδας urnas vocat Sophocles, in ignem conjeciſſe, obſervaſſeque, quâ parte crepaſſent, ὃ, τι ἂν ἐν ὑδρ ἀκούσῃς, & *quorſum utrinam ejaculaverint.* Interdum quoque pices tædis degluptam, in ignem ſparſiſſe, bonique omnibus bonaſſibus loco, ſi luculenta mox ſurgeret flamma. In re bellica verò inprimis attendiſſe ἀκεφῳ πομπάδα, uti diſcimus ex Euripide *in Phœniſſis*: Plura apud Iloſſæum dicto loco. Illuſtre exemplum πυρομαντείας habes apud Papinium Statium *Thebaid. lib.* 10. *verſu* 591. & *ſeqq.* ubi Oedipus à filia ex flammatum inſpectione futura edocetur: ad quem l. V. Bartbium, ut & *ad Claudianum*, & *in Superſtitionum libris.*

Pyrophori, Græcè πυροφόροι, iidem nonnullis videntur eum *Frumentariis*; hancejus appellationis cauſam reddentibus, quòd ex horreis publicis frumentum, quod civibus præbebant certâ menſurâ, in domos portarent. Sed *Frumentarii* non ii erant, qui frumentum collo portarent & laturam faceremt: cujumodi erant, qui ἀχθοφόροι Græcis dicebantur. Verùm vera ita dicti ſunt, quòd frumenti publici pi oſecuti nem curarent, ſive potius, quòd annonæ militaris exactioni præſerent. Nec πυροφόροι Græcis, ὅσοι τὸ πυρὸ, h. e. à frumento, ſed ὅσοι τῷ πυρὶ, ab igne, dictus eſt, idemque eſt quod πυρίβολοι. Fuit autem πυροβόλος dictus, qui antiquis Græcæ temporibus, antereperatum tubarumuſum, face tædâ præſili fignum dabat. Unde Prov. ἐπὶ πυροβόλῳ ἐλαύφῃ, de clade ingenti, & intemecione, quâ nè huic quidem hominum genesi, quod aiſis ſanctum habebat.

bebatur ac inviolabile, parcitum est. V. Salmasium *ad Spartianum in Hadriano*, & supra ubi de *bello*.

Pyropi, Græcè πυρωποὶ, carbunculi appellati occurrunt, apud Plinium *lib. 37. cap 7. Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium vocati, clam ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam* pyropi *appellati*. Ubi etiam scribitur in quibusdam exemplaribus, *clam ipsi non sentiantur*. Cujus lectionis hic esset locus, carbunculos ab ignium similitudine appellari, cùm tamen ipsi non sentiantur igniti, ut carbones, fed inftar tantùm ignium ardeant, unde & Pyropi quibusdam dicti. Quam fententiam forfan aliquis præferret. Ovidius,

Clara micante auro, flammaq; imitata pyropo.

Epiphanius de Sarda, ἡ δὲ σαρδὼνυξ τοῦ ἐβένου ἐστὶ χρωματώδης, *eft autem pyropus ebeni fanguineus*, Nam Sarda itidem inter andentes gemmas, quarum omnium principatum carbunculi habent &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 277. Sed Bochartus *Pyropum*, Æs dicebatur, cùm fe, arri coronario in fingulas uncias fex addebantur ferupuli auri, i. quatuor æris parribus auri quinta; quòdignem fulgore fuo referret. Quomodo Eumolpus *in Bacchicis*, apud Diodorum *lib.1.* Bacchum feu Solem appellat,

Χρυσόπυρον διόνυσον ὃν ἀθλίοτεκος πυρωπὸς.

Et Strabo *lib. 15. Tertas in auro dicis in lumine habitiffe & πυρωπὸν, i. ignemfpeciem, quia ignem colebant.* Sic in Solino, *Luftitatis Ceramites color eft, & pyropo*: His enim fulgorem effe ignem alli docent. Martianus Capella *lib. 1. Ceraunorum vi terans fulgurans, & lumen.* Et expreffius Claudianus *in Laude Serenæ*,

——— *Pyrenæifq; fub antris,*
Ignea fulmineæ legere Ceraunia nymphæ.

Sed & in variis coloribus, quibus columbarum pluma Soli opolita fulgrt, hic quoque à Lucretio memoratur *lib. 2. verf.* 802.

Namq; alias fit, ubi claro fit rubra pyropo.

Ut Philo *lib. de tenuitenia, columbæ cervicem, Solis radiis oppoftam, colorem habere dicit φοινικοῦ καὶ πυρωποῦ, puniceum, & pyropium.* Et Romanes Propertius ævo fuo parenti *pyropum* induxiffe docet, cùm prifci temporis frugalitatem ita laudat *lib. 4. Eleg. 10.*

Illis non indocta fulgebat parma pyropo &c.

Et quibus omnibus colligit Bochartus, *pyropum* metallum effe, non carbunculum: cùm aut; vel æris bractea parmæ induci recte dicatur, ut paricti rectorium: Carbunculus non item. Hinc & Plinius de Auro coronario, *Idemque in uncis additis auri ferpentis finis, præterea pyrobacta ignifcit.* V. cum *Hieronymi Parr. poffer. Lib. VI. cap. 16.* ubi *Pyropi*, quod ex ære auroque conflatum ignea fulgore curcuscat, vocem Hebr. *Hafmal* non male convenire, docet.

Pyropis, eadem quæ Ortygia Solino, quòd ibi *ignitabula*, Græcis Πυρῶια, repeita. Male *Pyrpite* alii. V. fupra *Pyrum*.

Pyrrha, nomen Achillis, quo appellatus eft, cùm in aula Lycomedis virgineo habitu inductus lateret, à flavis ejus capillis: notus enim ex Homero ξανθὸς Ἀχιλλεύς. Higinus *cap. 96. Virgines Lycomedis* Pyrrham *nominarunt, quoniam capillus flavus fuit.* Quam in rem V. egregiæ lectionis virum Andr. Tiraquellum *ad 3 Legem Connubialem pag.* 122. ubi aliorum, qui paria fecerint, exempla plura affert, adde Caslp. Barthium *Animadverfion. ad Papinium Statium Achilleid lib. 1. verf.* 328. & 611. nec non M. Ant. Delrium *Comm. in Senecam Tragic.* Atque hinc Tibrii jocularis quæftio Grammaticis objecta (olvitur, de qua V. Suetonium, *cap. 70.*

Pyrrhica Saltatio, vel à *Pyrrhicho* quodam Lacone, vel à *Pyrrho*, Achillis filio, inventa, armata peragebatur, vel cum cantu, vel line cantu, ut videre licet ex Icone, quam è lapidibus antiquis expreffam, in fasum de *Arte Gymn.* opus, *lib. 2. cap. 6.* tranfluli Riccion. Mercurialis: Inter Saltationis bellicæ genera præcipua, (cùm enim armatis peragererur, in militari bus reponebatur exercitationibus) *bellicrepa* proin, teste Festo Pompejo, Latinis dicta eft. Nec verò in armis folùm fiebat, fed præterea imitabatur omnes corporis flexus, quibus & telorum, & cominus pugnantium ictus, exrent: utin alterum latus declinando, cedendo retro, fubiliendo, humique fe demittendo. Imo & actus refertur, quibus bonis peterentur, gladio, jaculo, fagitta; idque & acriter & decorè: quem fine faltatio fuiffet turpis & ingrata. Atque ex his liquet, non faltaffe modò, fed etiam manibus gefticulatores effe; ec que Πυῤῥίχλου aliter χειρονομίαν effe dictam, legimus apud Athenæum *lib. 14.* & Euft. *Il. 7.* Habuerunt eam, inter exercitationes, Lacones imprimis, teste Fabio *lib. 2. cap. 11.* Cretenses quoque illam pueros addocebant, ut scribimus ex Nic. Damasceno, apud Stobæum *Eclog* 42. Ad Romanos inde tranfit, apud quos Trojanum ludum memoratum Suetonio, pro *Pyrrhica* ufurpari, funt qui dicant: Verùm dum utrumque horum cum Luftis Juvenilibus, à Neronе inftitutis, confundit Alex. Neapolitanus *Genial. dier. lib. 6. cap. 19.* hallucinatur non leviter, cùm ifti ludi effœminati admodum & molles, cum militari illo exercitationis genere, nihil penitus commune habuerint. Exercebantur verò hac faltatione, non modò Tirones & Milites, fed nobiliffimi quique Adolefcentes, Principes interdum ipfi. Imò Sueton. *in Nerone cap. 12.* dicens, *Exhibuit Pyrrhicen quatdam & numero Ephebiorum, quibus poft editam operam diplomata civitatis Rom. olmtulit*: ignobiles quoque fervilisque conditionis hemines *Pyrrhicam* luffiffe, innuit. Adde & viriffima Beftiarorum capiti, ex Ulpiano JC. *l. 8 ff. de ſpect.* Pueilas item, ex Apuleio *Miliaſiac. lib. 10.* Præterea pugnus in ca gladii usus: Mufcus concentus ftibulis peragebatur, Ammn. Marcellino teste *lib 16.* in rebus Juliani, præcra que exercitius aliquis fummæ auctoritatis, qui non modò hortari poterat, fed & coercendo Tirones impellere; ὀπλομαχίαν in Vett. Gloffis, *Campi doctor* Scholiafti Juven. *Sat. 6. verſu* 260. *Magiſter* eidem, *ad v. 87. Sat. 2.* Iidoro *Cuſtos*, *lib. 9. cap. 8. Monitor* Tertullano *apolog. cap. 30.* vocatur', V. fupra. Proximæ poft eam dignitatis ἔφηβοι fuit, Vofsius de 4. *Artib. Popul.* Sed & eiaflais erat, non tam funebris fecurfio, quàm caftienfis, parando gravioribus conflictibus militi inftituta, apud Capitolinum *Maximino*. Noftris temporibus illa pugnarum genera *Pyrrhicas* æmulantur, quas *Moreſcas* populari vocabulo Itali appellant. Plura V. apud Hier. Mercurialem *l. 10 cit.* & Thom. Dempfterum *Paralipom. in Rofinum lib. 5. cap. 25.* Claudianus *Panegyr. de quarto Honorii Conſul.*

Mutatos edunt pariter tunc peftora motus,
In latus illifa ſiquet, aut curſus in ictum
Vibratis, gratæ parmæ ſonat, macronis acutum
Murmur & umbonum pulſu modulante reſultans
Ferrum alterno concentus clauditur enſe.

Cœterùm militaris dicitur, *Pyrrhica*, apud Æl. Spartianum *in Hadriano*, *Militares pyrrhicas Populo frequenter exhibuit*; non quòd alia fuerit non militaris, fed quia hoc perpetuum ejus epitheton eft, Caſaubonus *ad l.* Salmafius v. ad eundem, aciem illam in armis faltantium, ex viris & mulieribus componi foliatam, & buxeis armis, non ex ferro fuiffe inftructam, docet ex hoc *Epigr.* πανκάτιον,

DE PYRRHICA.

In ſpatio Veneres ſimulantur prælia Martis,
Cùm ſefe adverſum ſexus uterque venit.
Fœmineum manibus nam confert Pyrrhica claſſem,
Et vetus in morem militis arma movet.
Quæ tunc hamatæ nullo calabra ſanie tella rigure,
Sed ſolum reddunt buxea tela ſonum.
Sic alterna petunt jaculis, clypeisq; ſeguntur,
Nec ſibi congreſſus vir nocet aut mulier,
Luſus habet pugnam, ſed habent certamina pacem:
Nam remeare jubent organa blanda patres.

Ubi organa fiftulæ funt, uti difcimus ex Ammiano, *Artem modulantilis incedendi per* pyrrhicam *concinentibus diſcipulis fiſtulis*, de Juliano. V. eundem Salmafium *ad Solinum pag.* 171.

Pyrrhus, Rex Epir. adde: Splenetico curabat pede dextero lieni leviter impreffo, præmii loco, ut gallus fibi facrificaretur, poffeffo, Voffius de *Idol. lib. 3. cap.* 171.

Pyrrias, feu *Pyrrhias*, Græcè Πυῤῥίας, fycophantæ cujusdam nomen, apud Comicum: ut & *Pyrrander*, Πυῤῥανδρος, apud eundem *in Epitilbus*. Utrumque à voce πυῤῥὸς, qui color eft flercoris humani. Unde apud eundem πυῤῥὸν, hoc fenfu, in Ἐκκλησιαζούσαις.

Εἰ τοῦτο σοι τὸ πυῤῥὸν ἦεν, ὅτι σὺ κόμινον σὺ κρεμεττίλλας πάσει·

Idem ergo utrumque cum voce *Copriæ*, feu *Stercoreus*; quo nomine homo jactabundus, κορακίζων, fycophanta venicbat. Plautus *in Militie glorioſo*,

——— *impudens*
Stercoreus, plenus perjurii & adulterii &c.

V. Salmafium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 4. plura verò de voce πυῤῥὸς, apud eundem *ad Solinum*, ut & ſupra in voce *Burrus*.

Pyrrichus, feu *Pyrrhichus*, Cretenſis, *Pyrrhicæ* inventor, faltationem armatam, à Curetibus excogitatam, in ordinem ac artem redegit, ipfique à fe nomen impofuit. Euftathius *ad Iliad. 1.* V. fupra *Pyrrichæ*.

Pythagoras Samius, adde: V. quoque fupra, ubi de *Italica Secta*. Nomen verò *Pythagorarum* factione Cyloniana poftea extinctum in Italia, vel majore Græcia, habes apud Salmafium *ad Solinum pag.* 845.

Pythaules, apud Vopiſcum *in Carino*, *Exhibuit* ——— *centum falpiſtas uno crepitu concinentes & centum campaulas, choraulas centum, etiam centum* Pythaulas, *Pantomimos &c.* κἀπὶ τῶν Πυθῶνι, dictus eft, qui *Pythia* fe. cantabat & *pythicas* tibias inflabat. Vel potiùs κἀπὶ τῶ Πυθῶι, ab urbe *Pytho*, quòd enim in urbe Apollinis Πυθοῖ quum di cantus frequens & celebris eſſet, quo pæanes in laudem Apolli nis ad tibiam canrari ſolebant: hinc πυθαύλαι tibicen dictus, qui in urbe Pytho pæanas hujusmodi canebat. Semper autem fine choro πυθαύλῃ iftiusmodi ἀῳδαὶ confuevit cantari, neque unquam Pythaules ad chorum aut cum choro canebat: unde *Pythaulæ* à choraulis ubique diffi- cti. Pollux, Πρὸς πυκάσμας ἢ αὐλητοῦ τελεῖον δὲ αὐλὸς σύστημα ὄφεως δὲ τὸ ἄκρον αὐλητοῦ, τὸ πυθαῦλαι. Hincque in canticis Comœdiarum,

dixrum, quòd una ibi tantùm perſona locum haberet, artifex qui reſponſabat, *Pythaules* vocabatur; at, qui Choro canenti concinebat, Choraules. Diomedes, *Quando enim chorus cane bat, choricis tibiis, id eſt, choraulicis artifex concinebat, in canticis autem*, Pythaules *pythicis reſponſabat.* Et quidem priſcis temporibus, ut idem Grammaticus obſervat, *Pythaulæ* in Comœdia cantabant, ipſa tea, ut quoque Choraulæ & Pantomimi, ſeorſim in ſcena ſua res agere cœperunt, & à Comœdia ſeparati, de artificio ſuo, in ludis Muſicis per ſe contenderunt & de palma in certamen ſoli deſcenderunt. Seneca *Epiſt. 76. Quoties ſcholam intrant, prater ipſum theatrum Neapolitanum —— tranſeundum eſt, Meis oraclis petentibus donum. Illud quidem fartum eſt & ingenii ſtudio, qui ſit* Pythaules *bonus, judicatur. Habet ti bicen quoque Graecus & graco concan tum; at in ludo loco, ubi vir bonus dijcitur, pauciſſimi ſedent.* Iidem porrò in Comœdiis antiquis Latinis, duabus tibiis ſimul ſlabant, aut dextrâ & ſiniſtrâ; aut duabus dextris aut duabus ſiniſtris: Quum dextram & ſiniſtram inflabant, *imparibus tibiis*; quum duas dextras, vel duas ſiniſtras, *duabus dextris paribus* vel *duabus ſiniſtris paribus* canere dicti &c. A' voce autem *Pythaules*, deductum ſtudiosorum, pro Πυθαύλων, quo nomine Graeci hodierni *tibicines* appellant. V. Salmaſium *ad Vopiſcum d.*

Pythias, nobilis Toreuta, apud Plinium *lib. 33. cap. 22. cujus bina uncia virginis veniebant. Ulixes & Diomedes erant, in phialae emblemate*, *Palladium ſurripientes.* Nempe viginti libris vaenierunt binae unciae argenti ab eo caelati, Salmaſius *ad Solinum pag.* 1048.

Pythia, Ludi Apollinares, addit. Agon ſolet Olympico Agoni dignitate proximus, quamvis Apollinis *illud factum fuerit Pe*lopeio utique antiquius; ſtatim enim à caeto draconae *Pythonem* ſeſtum coepiſſe, conſtat ex eo, quòd cultus ibi ſerpenti loco Numinis fuerit, ut rectè *Pythia* etiam funebribus Ludis aſcribantur. Celebrata fuiſſe circa Elaphebolionem memini, ſecundo quoque anno vertente Olympiadis ex Thucydide diſcimus *lib. 4.* ubi incunte año nono belli Peloponneſiaci, annuas inducias inter Athenienſes & Lacedaemonios pactas eſſe, refert, quae durarint usque ad *Pythia*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Aticas lib. 1. tit. 1.* Cùm autem complura eſſent certamina *Pythia* clariſſima Nemaeo inter Nemaeo & Delphis fuere: quorum Auctorem quidam ſerpentem *Pythonem*, ab Apolline poſtea occiſum; alii Apollinem ipſum, fuiſſe aiunt. Unde Ovidius *Metam. lib. 1.*

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomiti ſerpentis nomine dictos.

Itaque occiſo ſerpente ſeptimâ die ludos peregiſſe dicitur, muneribus à Nymphis Parnaſſiis donatus. Illuſtres autem primo hoc certamine, cui ipſe Apollo praeſuit, fuiſſe dicuntur victores, Caſtor ſtadii curſu, Pollux pugilatu, Calais dolicho, Zetes armis, Peleus diſco, Telamon luctâ, pancratio Hercules, quos omnes laurea coronaverit Apollo. Manſitque haec ſolennitas ſatis diu, donec Cyrrhaei circa Parnaſſum depraedarentur, qui munera Oraculo oblatum veniebant: Quos Eurybatus Theſſalus cum Amphictyonibus aggreſſus vicit, Criſſaque urbe everſâ, & Oraculum in priſtinam reſtituit dignitatem, & ludos inſtauravit, pecuniarum praemio conſtituto, Qui in iis vicere, *Pythionicae* dicti. Ceterùm, ad *Pythia* certamina omnes Athletae praeter Poetas, deſcendere nudi: primadque corona ex oleulo fuiſſe videtur nonnullis, ex Ovidio *Metamorph. lib. 1.*

Hic Juvenum quicunque manu, pedibuſve, rotave
Vicerat, oſculeae capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat ——

Poſtmodum ex lauro, & quidem Tempica, Aelian. *Var. Hiſt. lib.* 3. tandem ex auro, Pindar. *Pythic. Od.* 2. Praefectura verò horum ludorum tanti fuit habita, ut de Hippodromo, tanquam rem ingentis praerogativae obtinuiſſet, adnotarum ſit, quòd bis iis praeſederit, Philoſtratus in eo. V. *Commentar. in Pindari Pythia*, Car. Paſchalium *Coronarum lib. 6. cap. 25.* P. Faburum *in Agoniſtic.* Caſp. Barthium *ad Papinium Thebaid. lib. 6. verſu* 9. Alios.

Pythia, Vates, adde: Oraculum per eam ſciſcitandi ritum, Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 6. cap.* 2. prolixè perſequitur, ſi quibus haec pauca adjiciam: In eo id praecipuum fuit, ut qui „Oraculum conſulit, brevi admodum oratione, quid velit, ex„ponat: utique nullum Latinè edatur Oraculum: neque edatur „prius, quàm ab imo, dum ſacrificant, tota victima contremi„ſcat: Nec capitis commotione fatis eſt, ſed omnibus illam „partibus quati oportet. In quo proditur memoriae, quum inſulto die reluctantem *Pythiam*, & invitam Alexander cogeret; „illam vi coactam, quòd eſſet invictus, reſpondiſſe &c. Nec omittendi *Pythii*, Laconum Legati, qui ad conſulendum Oraculum Delphos mitti conſuevere. His in ſumma poſt Regem auctoritate fuiſſe, & cum illis cibum cepiſſe, memorat Heraclotus *lib. 6.* V. quoque Lieetum *de Gemmis.*

Pythobarris, Tibicen, luporum impetum vehementi & concitato tibiae ſono inhibuit, apud Aelianum *Hiſtor. Animalium libro* 11.

Pythom ſeu *Pithom*, vox Hebr. פִּיתוֹם, à Graeco *Pythom* leviter deflexa, genus ariolorum notat, qui ex axillis vocem emittebant, vel falcem emittere ſe ſomniabant. Talmudici in *Sanhedrin cap. 7. fol. 65. Baal Ob idem eſt, qui* Pithom *ſeu qui loquitur ex axillis ſuis.* Et ibi *Gloſſa*, *Mortuum ex terra evocavit, quem ſub axillis & brachiis ſuis conſtituis ut loquatur.* Hinc R. Selomo, *in Deuteron. cap.* 18. *verſu* 11. explicans, quid ſit אוֹב שׁאל *conſulens Ob* (ſeu Pythonem) *Hoc eſt*, *inquit*, *divinatio, quae vocatur pithom, quod loquitur quis ex axillis, mortuum ad axillarum locum evocans.* De quo ritu qui plura volet, conſulat Maimonidem in *Tract. de Idololatria*, *Jacium initio cap. 6.* laudatum Bocharto *Hierozoici Partis poſter. Lib. III. cap. 5. pag.* 383. V. quoque hic *infrà.*

Pythius, Ephoro apud Strabonem *lib. 9.* homo fuit atrox, χαλεπὸς ἀνὴρ, Πύθιος ὄνομα, ἐπικλησει δὲ Δράκων, *Pythius nomine, Draco cognomento*, ab Apolline ſagittis interemtus, poſtquam caedibus & latrociniis diu fuiſſet Parnaſſius infeſtus. Unde occaſio fabulae, de draconе hujus nominis in Parnaſſo ab Apolline peremto. Idem pro Pythio *Delphinus* nominatur, à Suida in Ἰούδα, poſt Apollonium *Argonautic. lib. 3. verſ.* 708. Unde Bochartus videtur is fuiſſe praedo inſignis in Phocide, cujus verum nomen erat Delphynes; *Python*, cognomen inditum à Phoenicibus in vicina tum Baeotia degentibus, ob tumultus concitatos & latrocinia commiſſa. Nimirum apud Arabes *phathana* eſt, concitare tumultus: *phithna*, ſeditio, caedes: *phatthan*, ſeditioſus, latro, graſſator: *illis enim Pho* eſt loco *Pe*, quâ literâ carent. Sed idem ex graſſatore dicto factus eſt, à Fabularum architectis; quia Syris *python* vel *pithon*, draconem ſonat. Itaque etiam *Python* dictus eſt: unde *Pythii* Judi & Delphorum urbs *Pytho*, atque ipſe Apollo *Python* vocatus. Macrobius *lib. 1. cap* 20. *Hinc nomen* (Ἰοβακχ) *ex nece draconis inditum Deo Graeci fabulantur.* Hinc Actoram *cap. 16. verſu* 16. πνεῦμα Πύθωνος, *Spiritus Pythonis*, i. Apollinis, quo Damone mulier illa ἐγγαστρίμυθος, *ventriloqua*, plenè eſſe credebatur. Unde ipſos *ventriloquos* Ευρυκλεια πάλαι, τοὺς Πύθωνας, *olim Eurycles*, *nunc Pythones appellans*, ait Plutarchus *de defectu Oracul.* Quo ſenſu pro *Pythone*, Hebraeos פִּיתוֹם ſcribere, diximus *ſuprà.* V. Bochartum *d. l.* & infrà de *Ventriloquis.*

Pythonos Come, in Aſia locus eſt *campis patentibus*, *ubi prima advenus ſui tempore ciconiae advolant*, *& eam*, *quae ultima venerit*, *lancinant.* Quomodo apud Gallos Caeſar, qui noviſſimus in conſilium venitur, omni cruciatuum genere affectum, in conſpectu multitudinis necari ſolitum, refert.

Pytisma, apud Juvenalem,

Qui Lacedaemonium pytiſmate lubricus orbem:

malè *pirisma* nonnullis legitur & à πτύσσω Graeco verbo deducitur, cùm πτύσμα Graecum non ſit, nec ufpiam apud Auctores legatur, ſed πτύελον & πτύελμα: atque adeò omnes libri in illo Juvenalis verſu rectè *pytiſmate* legunt. Virtuvii etiam loco, qui Juvenalem unus unicè explicat, *pytiſmatis* habent ſcripti libri, pro *pytiſmatis*, h. e. πτύελματος. Πτύελον igitur eſt *ejaculari* vel *ejicere*, à πτύω, *ſpuo*, ut Etymologicum Magnum habet. Loquitur enim Poëta de Delphica ex Lacedaemonio lapide, in qua proſabant omne genus pocula, ac ubi *pituſſabant*, abacum cum pavimento effuſionibus rejectionibusque lubricantes. Hinc οἶνος πτύελον & σκανδύλων, *vinum ore rejicere.* Alexis,

Καὶ τὸ μὲν ἡδὺ οἶνος σκανδύλεται.

Et Ἀλφπτίδι, apud Archedicum,

Ἀλαπτόδιν' οἶνος ἢ τοῦτον κρατεῖ.

Idem intellexit Callimachus,

Τὸ πρῶτον ἐν ἴωνι, τοῦ' ἀνδρα φιλοβλαβέα
Τὰνδρὸς δὲ ἐσσῆνα πᾶσῆ γλυκεῖ κρατεῖ.

Quem morem hodieque obſervare eſt, apud eos qui vinum probant, illud enim expreſſis labris exſpuere ſolent, quod voce πτύελον propriè indigitari, docet Eugraphius, apud Claud. Salmaſium *ad Aël. Spartianum in Peſcennio Nigro.*

Pyxis, in Eccleſia Romana, dicitur vas, in quo reponuntur hoſtiae, ut ajunt, conſecratae ad viaticum: Πυξὶς, Pachymeri *lib. 7. cap.* 15. & 22. Meminit ejus Leo IV. *de Cura Paſtorali*, *Super altare nihil ponatur*, *niſi capſae cum reliquiis Sanctorum aut pyxis cum corpore Domini*, *ad Viaticum pro infirmis.* Quippe ſuſpenſa imminebat altari. Gervaſius Dorobern. in *Deſcript. Eccl. Cantuar. Suſpenſa à Monacho quodam pyxidem cum Euchariſtia*, *qua deſuper majus altare pendere ſolebat*, quae da re pluribus agit Car. du Freſne in *Deſcript. Aedis Sophianae num.* 63. Plenius ſic deſcribitur, in *Pontificali MS.* Thuanaeo, *Omnis Presbyter habeat pyxidem*, *ubi vas tantis Sacramentis dignum*, *ubi Corpus Dominicum diligenter recondatur ad Viaticum recedentibus à ſeculo*; *quae facra obſtatio inunctis debet eſſe in ſanguine Chriſti*, *ut veraciter poſſit Presbyter dicere infirmo*, *Corpus & ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti proficiat tibi ad ſalutem animae ac corporis.* Conſecrandum eſſe vas hoc ſacrâ unctione, uti Calicem, volunt nonnulli: communior verò ſententia eſt, ſimplicem ſufficere benedictionem; quin imò non neceſſariam eſſe, ut deaurctur inſtar Calicis.

licis. Habetur interim ex argento, auro, stanno, (quo casu *frustulum telæ cum amylo accommodatum, uti fit in corporalibus, imponendum esse*, docet Suarezius) ebore inprimis. *Pyxides* enim, in quibus S. Eucharistia ad infirmos defertur, *eburneæ* esse jubentur, *propter casum*, in *Statutis* Synodal. Odonis Episc. Paris. *cap.* 5. *num.* 5. & *cap. ult. num.* 35. apud præfatum du Fresne in *Glossario*. Formam pomi plerumque habet, unde πυξόμηλον Græcis dicitur, qui aliàs Ἀρτοφόριον vocant &c. Dominic. Macer *in Hierolexico*, qui aliquando pro incensi navicula vocem usurpari, addit ex *Ord. Rom.* V. & Cl. Suicerum voce Πυξίον. Sed & *Pyxides reliquiariæ* occurrunt, apud Leonem Ost. *lib.* 3. *cap.* 30.

Pyxis, in tesseratum ludo, dicebatur turricula illa, quâ tesseræ in tabulam fundebantur, de qua diximus suprà in voce *Pyrgus*. Scholiastes Juvenalis, *Fritillus* pyxis *cornea, quæ* φιμὸς *dicitur Græcè*. *Pyxides* enim dicebantur, cujuscunque materiæ essent: Veteribus v. ex buxo fiebat, unde nomen. Ausonius de pyrgo,

—— quæ præcipitante rotatu
Fundunt excisi per cava buxa gradus.

Postea ex cornu, V. *d. l.*

Pyxis Nautica, magnetis virtute ad Polum sese convertens, navigantibus utilissima, Johannis Gojæ Amalphensis inventum est. Unde Anton. Panormitanus,

Prima dedit nautis usum magnetis Amalphis.

Idque circa A. C. 1300. *Flavium Giram* alii, Alexander Sardus *lib. de rer. Inventor.* eum *Flavium Campanum* vocant, sed prius nomen tantæ rei inventori communiter tribuitur, Vossius *de Scientiis Mathem. cap.* 4. Nisi dicamus Gojam hunc non tam invenisse, quàm in communem usum, verticitatem Magnetis, produxisse. Gujotus enim *de Provines*, Poëta Gallus, qui vixit ac scripsit circa A. C. 1180. postquam de Polo Arctico locutus esset, *Pyxidis* jam hujus mentionem facit, *Marinette* eam nautis nomine Gallicano vocari innuens: cùm ait,

Stella illa se non commovet,
Ars est mentiri nescia,
Virtute talis Marinettæ,
Lapidis tetri & nigricantis,
Quo ferrum sponte supplicat.

Imò apud Arabes quoque legas, anno 670. Hegiræ, nautas Mechâ per mare rubrum in *Herdi*, ita Indiam vocant, proficiscentes, magnetico quodam instrumento, quod Canopum semper ostendebat, se direxisse: Quis tamen auctor fuerit, aut unde inventionem hauserint, altè siletur, &c. Quadruplicem autem Nauticæ *Pyxidis* compositionem refert Athanasius Kircherus: Pro mari Mediterraneo, ubi multa declinatio: pro mari Balthico: pro Russia & pro Hispania ac Anglia; Petrique Nonii & Medinæ compositionem ingentium errorum arguit. V. eum *de Arte Magnet.* Auctorem *Sinæ & Europæ cap.* 43. ut & in voce *Magnes*.

Pyxodorus, ob marmoris inventum, apud Ephesios in veneratione fuit, Vitruv. *lib.* 10. *cap.* 7. V. Vossium *de Idolol. libro* 1. *cap.* 21.

Pyxurates, nomen Euphratis, à fontibus suis; qui; ubi Taurum irrumpit, *Ommas*; tandem, perruptis Tauri montis angustiis, *Euphrates* dicitur. V. Salmasium *ad Solin. p.* 627.





Q. QUA

Q.



In notis antiqq *Quartus*, item *Quintus* vel *Quintius*. Q. B. F. *quare bonum factum*. Q. B. M. V. *quæ bene mecum vixit*. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt*; notæ, quibus Veteres in Senatusconsultis perscribendis utebantur. Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. D. D. D. P. F. *Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dato; restituisq; duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam*: formula, ex Prætoris Magistratusve, qui in pro vincia juri dicundo præerat, edicto; cujus in L. Fannia de Colonis *dictus in lib.* Varronis *auctor*, exemplum extat. Q. F. *Quinti filius*. Q. L. *Quinti libertus*. Q. N. A. N. N. *quando neque ais neque negas*. Q. S. S. S. *quæ supra scripta sunt*. Q. M. *quemadmodum*. QM. *quomodo*. QU. *Quartus*. QUÆS. *Quæstor*. QUIR. *Quirites* &c. denotat.

QUA.

Quadra, in ver. Glossario *tessera* exponitur: ubi tamen malè de tesseris frumentariis, à nonnullis accipitur, ut quæ longiores. quàm latiores erant. *Κύβοι* itaque denotat, feu *tesseram alea toriam*, de qua suo loco. Apud Scriptores Ecclesiæ Romanæ maximè *de quadra panis*, apud Monachos, fumitur. Joann. Laudensis *in Vita Petri Damiani num.* 24. *Sola panis quadra cum crudis oleribus cænam apponitur*. Hinc *per quadras panes partiri*, apud Gregorium M. *lib.* 1. *dial. cap.* 11. V. quæ hanc in rem congessit Haeftenus *Disquisit. Monastic. tract.* 3. *disquis.* 4. & quæ dicemus *infrà*. Sed & panes in *quadras*, quadræ in bucceas fecabantur antiquitus, Cæsubonus ad *Augustum Suetonii cap.* 76. Sic *quadra placentæ* occurrit, apud Martialem *lib.* 3. *Epigrammate* 77.

Nec te tiba juvant, nec fidæ quadra placentæ.

Namque & placentæ apud Romanos in simila frusta fecabantur, quorum unumquodque *quadra* vocabatur; uti etiam videre est ex ejusdem *lib.* 9. *Epigramm.* 92. At *Quadra Vafris*, V. infrà *Quadrata Vestis*.

Quadragena, apud Vulgatum Interpretem 2. Cor. *cap.* 11. *versu* 24. *A Judæis quinquies quadragenas una minùs accepi*: pœna verberum est, quæ tot numero infligi lex justit, Deuteron. *cap.* 25. *versu* 3. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne forte laceratus ante oculos tuus abeat frater tuus*. Ne itaque in verbum numero excederetur, unam semper minùs infligebant, ut videre est latiùs infrà, ubi de *Verberum pœna*. Idem antiquitus obtinuisse in quibusdam Ecclesiis Christianis, discimus ex *Cap. nullus Clericus* 11. *quæst* 1. *Quòd si quis Clericus hoc adimplere dissuleris, si minor fuerit, uno minus de 40. ictibus accipiat; si verò honorabior*, 30. *dierum excisione mulctetur*. V. supra in voce *Carena*. Sed & in Hispania, pro qualitate delicti, reos ponte, tricenis, seu pluribus paucioribusque fustium ictibus fubjicere se consueviſſe, legitur *in* 5. *Decretali tit.* 39. *cap.* 36. ubi id Clericis prohibitum, V. Dominic. Macrum *in Hierolexico*.

Quadragesfima, Græcis Τεσσαρακοστὴ, vectigalis species fuit, apud Rom. quod non de rebus venalibus, fed litibus, fummi que controverſis, pendi ſolebat, apud Suetonium *in Cajo*. Item tetonii nomen leguportorii Publicanis pendi ſoliti, quod eum aliis exactionum generibus fuſtulit Nero, teſte Tacito *Annal. lib.* 13. cumque Neronis decretis reſciſſis, iterum exigi cœpiſſet, rurſus abolitum eſt à Galba, ut ex nummo ejus liquet, V. Theodor. Marcellum *ad Veſpaſianum Suetonii cap.* 1. ubi de Sabino, Veſpaſiani patre, *publicum* Quadrageſimæ *in Aſia* egiſſe, dicit. In Eccleſia Rom. ſic appellatur Jejunium 40. dierum ante Paſcha, de quo divimus aliquid, ubi de *Quadrageſimali Jejunio*. Et quidem *Quadrageſimas tres* obſervabant olim Latini, *Majorem* ſic de quo modò, alteram *ante Natale Domini*, quæ communiter vocabatur *S. Martini*, & initium capiens ab Octavis omnium SS. durabat usque ad Natale; tertiam 40. dierum itidem, *ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ*. Sed duæ hæ poſteriores, propter horninum fragilita tem, ad unam ſunt redactæ; & iterum illæ diviſæ in tres hebdomadas Adventus & tres ante Nativitatem S. Joannis, in quibus jejunatur & abſtinetur à nuptiis, V. Durandum *Rational. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. Omnium verò trium inſtitutum inde profluviſſe, Viri doctiexiſtimant, quòd cæ pœnitentibus olim uno anno jejunandæ indici ſoleront, ex Burchardo *lib.* 19. *cap.* 5. ubi, varios dandæ pœnitentibus fatisfactionis modos enumerans, *Per ſingulos*, inquit, *annos quatuor, qui*

QUA

remanent (ex ſeptenni pœnitentia) *tres* quadrageſimas *per legitimas ferias debes jejunare, primam ante Paſcha cum cæteris Christianis: alteram ante Nativitatem S. Joannis Baptiſtæ, & ſi quid remanet poſt adimpleas; tertiam ante Nativitatem Domini, ut vinum, & medone, mellitâ ceruiſia, à carne, fagimine & à caſeo, & à piſcibus pinguibus*. Unde *Quadrageſimarum pœnitentia*, in Concil. Tribur. A. C. 895. *can* 58. In Eccleſia Græca *Quadrageſimæ* quatuor obſervatæ ſunt, prima *Major*, ante Paſcha: ſecunda *Apoſtolorum*: tertia *aſſumptionis Deiparæ*: quarta *Nativitatis Domini*. Quarum primam à feria 2. Sexageſimæ incipiunt: ſecundam à 1. die poſt Dominicam Pentecoſtes; tertiam à Kal. Aug. ultimam à quadrageſimo ante Nativitatem die; in quibus Quadrageſimæ Jejunia ab iis exiguntur hoc modo. In Majori Quadrageſima, à feria 2. Sexageſimæ, usque ad Dominicam Quinquageſimæ, à carnibus abſtinent: ovis tamen & lacticiniis veſcuntur, vinumque bibunt. A ſecunda feria Quinquageſimæ usque ad Paſcha, abſtinent non ſolùm à carnibus & lacticiniis, ſed etiam à piſcibus, quòd ſanguinem & carnem habeant; ovis tamen, piſcium, ſquillis, limacibus, cancris, veſcuntur, vinumque bibunt, unicâ in die refectione contenti. In jejunio Aſſumtionis, bis quidem in die comedunt, non tamen piſces præterquam in feſto Transfigurationis. Jejunium Nativitatis, eo modo quo Apoſtolorum, obſeunt: ſed in vigilia Nativitatis, ut in Majore Quadrageſima, ejunant. V. Scaligerum *de Emendat. Temp lib.* 7. Chrithoph. Angelum *de Hodierno ſtatu Græcorum capp.* 4. 5. 6. & 7. Joann. Baut. Corſellium *Not. ad. lib.* 3. *Conſtitut. Apoſtol.* alioque Auctores laudatos Car. du Freſne *in Gloſſario*, ut & Sponium *Itinerar. Græciæ*, ubi admodum exactè jejunare Græcos inter alia obſervat. His verò quatuor Græcorum Quadrageſimis quintam addiderunt Jacobitæ, five Suriani, *Quadrageſimam* viz. *Ninives*, vel *Jonæ*, quæ trium dierum eſt & ab illis celebratur in hebdomada ante Septuageſimam, feriâ 2. 3. & quartâ, in memoriam pœnitentiæ Ninivitarum, Basilius *Quadrageſimas* Chaldæi ſeu Neſtoriani obſervant: Nicolaus Nicolai Grammaticus Armeni 8. jejunia celebrant, quæ omnia vocant *Quadrageſimas*, quòd in ipſis quadrageſimal. bus veſcantur cibis. De *Quadrageſimali Moſcorum*, Ruthenorum, Æthiopum, agit Filelfacus *de Quadrageſima cap.* 10. & 11. laudatus Carolo du Freſne *loc. cit.* ubi etiam meminit hic Auctor *Quadrageſimæ Aſcenſionis* ſeu τῶν Ἀναβάσεων, ex Liberato Diacono *cap.* 10. & *Quadrageſimæ S. Theodori*, ex Humberto Silvæ candido *c. Nicetam Pectoratum*. V. denique Macros Fratres in voc. bis, *Jejunium* & *Quadrageſima*, ubi de Latino un ritibus paulo fuſius; inprimis Cl. Suicerum voce Νηστεία. Addit de Normannis italicis du Freſne, per *Quadrageſimales illos dies* à pugna ſeu præliis abſtinere conſuevisſe, ex Gregorio VII. *lib.* 9. *Epiſt.* 4. Sed & *Quadrageſimæ* nomine, in eadem Eccleſia Rom. venit Dominica prima Quadrageſimalis, quòd ab illa die usque ad Fer. quintam in Cœna Domini numerentur 40. dies, Macri *ubi ſupra*. In Portelianis Bigotvenſibus ar. 6. apud eundem Cdu Freſne, ſpatium ſic quoque appellatur 40. dierum, intra quod vaſſallus, qui contra dominum deliquerat, damnum refarcire tenebatur, quo elapſo, ſi non ſatisfeciſſet, poterat Dominus feudum ipſius ſibi afferere, V. eum etiam *Not. ad Alexiadem Annæam pag.* 398. & 399. De *Quadrageſima* verò *Reſtitutionem Eccleſiaſticorum* indictâ, in Terræ Sanctæ ſubditum, ab Innocentio III. ex at epiſtola, hanc in rem conſcripta, *in Geſtis* ejus. Sed & in Eccleſia Orientali olim, ſoletum *quadrageſimæ* à partu deinfantes ſuos in Templum deferre, initium illorum in Eccleſias introducendi. cendorum ſic facientes, quod ἐπλεκτικὲς ἡμέρας Græcis dictum, uti videre eſt in *Gloſſario Meurſii* &c. De quo more ſic *Euchologium*, Τῇ δὲ μ' ἡμέρᾳ πάλιν ἀναγαγόντες τὸ παιδίον ἐπὶ τὸ ναὸν ἐπλεκτικὸν, εἶτα δῶμεν λαῷ τὸν ἀσπασμὸν, ἵνα τὸν ἐπλεκτικὸν προσάγῃ τοῦ ἁγίου τὸ μυστήριον, καὶ τὸ μελισσῶδες· ἀκολούθως τότε κομιτὰ τὸ διαλυτικὸν. *Die verò quadrageſimo* (infans) *rurſus inferatur in Templum, ut initium ſui ejus in Eccleſiam introducendi. Deferatur autem à matre, & ab eo, qui tum ex Baptiſmo ſuſceptaverat*. Additur ibidem, poſtmodum tum pro matre, tum pro infante preces recitari, ac Sacerdotem, accepto puerulo, eructem cum eo, præ foribus Templi, formare conſueviſſe, hæc verborum formula uſum, Ἐπλεκτικὲς τοῦ ὁ δοῦλ- τῶ δούλ- ἐπὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ παγῆσι, καὶ τὰ τῶν, καὶ τὸ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ. *In Templum introducitur ſervus hic Dei, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper*: apud Cl. Suicerum *d. l.* voce Ἐπλεκτικὸν.

Quadragintarius, nomen fœminarum quarundam religioſarum, in *Charta* Philippi I. Regis Francorum apud Carol. du Freſne in *Gloſſario. Beneficium*, quod *Oblationes* tenebans

bant, quæ Quadragintarias *vocabant, quia non satis convenienter vivebant* &c.

Quadrangula Vestis, V. infrà *Quadrata Vestis.*

Quadrans, quod assem *quadraret*, id est, in *quadrum* vel quatuor partes redigeret, sic dictus, minima ærea pecunia Romanis fuit. Unde Plut. *in Cicerone*, ὁ δὲ τελευταῖος κοδράντης κοδράντης ἐκαλεῖτο, dixisse Romanos scribit: quod cùm Savotus neget, *sirah ginulumque* & *sesculum*, & quascunque partes aris facit Volsius Marcianus, formas fuisse signatæ pecuniæ exhibuit, refelluit solide, à Frid. Gronovio *de Pecudib. vet. lib. 4. cap. 12.* Certè pro nummis minimis *Quadrantes* ponit, Phædrus *lib. 4. fab. 20.*

Qui dum quadrantes aggerat patrimonio,
Calcum fuitgas fordido perjurio.

Ubi sensus est, talem vel oboli nummique minimi gratiâ perjurium committere: quæ nota est ex characteribus Avari. Sic Horatius *Serm. lib. 2. Sat. 3.*

Forte minus lucupies uno quadrante perire,
Juvenalis *Sat. 7. vers. 8.*
Nam si Pieriâ quadrans tibi nullus in umbra
Ossenditur &c.

Nota ejus, ut & trientis, rates erant: quemadmodum nota reliquæ pecuniæ æreæ ex altera parte erat Janus geminus, ex altera rostrum navis, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 21.* Hinc Lucilius *quadrantes rairos*, id est, tatis figurâ notatos & signatos vocat, uti adnotat Hadr. Turnebus *Adversar. lib. 20. cap. 30.* V. quoque Dalechampium *Not. ad Plinium lib. 33 cap. 3.* Solvebant autem Romæ *Quadrantem*, qui in hernite & balneis publicis lavabantur: unde tem *quadrantariam* balneum Seneca appellat *Epist. 86.* quod tamen de viris solum intelligendum. Juvenal. *Sat. 6.*

Cedere Sylvano potuit, quadrante lavari.

Pueri enim, qui balneas ingrediebantur publicas, ante decimum quartum annum, gratis lavabant: ut idem testatur, *Sat. 2.*

Nec pueri norunt, nisi qui nondum ære lavantur.

Fœminæ item, ut idem *Sat. 6. 11.* docet, ubi inter ea, quæ virorum tantùm esset, *lavari quadrante* ponit. Et Gloss. vett. *Quadrante virorum pretium: fœminæ vero gratis.* Nec obstat locus Cic. *pro Cælio*, ubi Clodiam is *quadrantariam* vocat: Non enim, quòd balneatori mercedem solvillet, sed quòd ex amatoribus ejus perfectetus quidam *quadrantes* argenteorum loco in loculos miserat, sic appellatam fuisse, ex Plutarcho constat. Tandem verò Antoninus Pius sine mercede etiam Viris balneum constituit, ut dicitur ex Jul. Capitolino & Athenæo *Dipnosoph. lib. 3.* Centum *quadrantes*, id est, 25. asses, sportula erat, quam tenuiores à suis Patronis avaris accipiebant: hanc *aridam sportulam*, vocat Martialis *lib. 10. Epigramm. 75.* Idem *lib. 3. Epigramm. 7.* dicens,

Centum misselli jam valete quadrantes &c.

divitum notat *φιλοκοδραντίαν* & avaram ambitionem, qui leviculà pecuniâ miserorum clientulorum atque anteambulonum officia bene munerari existimabant. Et quidem, Nero cœnam refert, Clientibus exhibitam à potentioribus, redegerat ad Sportellam, quæ cela his fuit, quo primum obsonia dabantur: postea centum *Quadrantes*: donec Domitianus, antiquato illo Neronis edictore, ocavit cœnas, Suetonius *in eo cap. 7.* &c. V. Ferrarium *de Re Vestiar.* & Mercurialem *de Arte Gymn.* illum *lib. 3. cap. 6.* hunc *lib. 1. cap. 10.* Alter vox *Quadrans* fumitur, in lege Voconia, quam Q. Voconius Saxa Trib. Pl. his verbis tulit: Ne, „cui census esset, virginem neve mulierem supra Quadrantem „fuorum heredem instituito, neve heredem instituere, quique ita „erit, quam ad hereditem heredesve pervenire; cujus meminit Cic. *Verr. 3.* Ibienim *Quadrans* tres uncias totius Asis. id est, tertiam totius hereditatis partem, denotat, Thom. Godwynus *Antiqu. Rom. lib. 3. sect. 4. cap. 15. de Testamentis.* Sed & *Quadrans*, nomen monetæ apud Anglos minutioris, de qua Matthæus Westmon. *An. C. 1279.* *Quia denarius findi in duas partes pro obolis, & in quatuor partes pro quadrantibus, conservis: ordinatum fuit, ad tollendam scissionem defalcationis monetæ, quod rotundi essent denarii, oboli & quadrantes*, apud C. du Fresne *Glossar.* quem V. etiam *Dissertat. de Numism. inferioris ævi num. 93.* ubi de *lepto*, *quadrante* & *nummo*. Porrò, *Quadrans*, & *τέταρτον* in anno Ægyptiaco. V. quæ. Tandem & censuræ liquidorum species fuit. Martialis *lib. 9. Epigr. 94.*

Addere quid cessat, puer, immotale Falernum?
Quadrantem cluplica de sextare cado.

Ubi *quadrans* tres cyathos continens mensura est: uti docet Virenditus *ad lib. 1. Epigr. 28.* Ut enim assem in 12. uncias, sic in totidem cyathos sextarium divisere Romani & c.

Quadrans Catoptricus, instrumentum est, quo, ope aliorum speculorum planorum, quæ in modum libri ad invicem commissa sunt & circa communem verticalem axem mobilia, inter duas planas & Horizonti parallelas tabulas & secundùm quadrantis lineas concentratæ, atque graduata sunt, mira exhibentur. Hoc, quo magis acuitur angulus, tanto pluries objecta multiplicat; Videque, dum; aries ad angulum acuiorem promoves, objecta & multiplicari & velocissimo motu mox ad objectum accedere, mox recedere, usque ad angulum rectum, latera reducendo, donec paulatim eorum species penitùs evanescant: unde & objectiva species in eo varias vultuum transmutationes, membrorumque mutilationes, modò in tholo pendulas, modò in aëre volitantes, exhibet: in *Musæo* Kircheriano Romæ. V. Georg. de Sepibus in *Descript. ejus pag. 36.*

Quadrantal, amphora dicta est apud Romanos, quæ 80. pendebat aquæ libras & duodequinquaginta sextarios tenebat. Africanus, ὅσα γὰρ ἀμφορεῖς εἶναι ξέσῖν μέτ. Rationem nominis Festus exponit, in voce *Quadrantal*: Sic *vocabant Antiqui amphoram, quòd was pedis quadrati octo & quadraginta capiat sextarios.* Duas autem urnas continebat amphora; quarum una opus fuisse ad implenda bina cornua unius capitis uri, quibus Barbari Sepientrionales potare solebant, refert Plinius *lib. 11. cap. 37.* ad quem locum V. Salmasium *ad Solinum pag. 231.* Octa-a pars *Quadrantalis* erat congius. Idem *pag. 932.* Cujusmodi *Quadrantalis* antiqui, in cubum adjecti, mensuram referunt tex lapidem tabulæ è schisto lapide concinnatæ, in *Musæo* Kircheriano; in quibus mensuratum ac ponderum proportionem prisciis usitatam Auctor exhibet. Cum *Inscr.* hac in una facie,

Quadrantal ponder LXXX.
Fannio.
Seu puros pendas latices, seu dona
Lyæi.

In alia,

Rhemnius Fannius
Palemon.
Pes longa ſpatio tatoſ, noctur in anglo,
Angulus ut par ſit, quem claudit linea triplex,
Quatuor ex quadris ipediuus cingatur inane.
Amphora ſi Cubus, quam ne violare liceret,
Sacravere Jovi Tarpeja in monte Quirites.

In tertia facie incisus est pes Romanus antiquus, cum his verbis:

Romana Amphora
pedalis.
Sext. XLVIII. &c.

apud Georg. de Sepibus in *Collegii Rom. S. J. Museo pag. 22.*

Quadrapalæ Vestes, seu *Quadrapola* absolute, apud Anastasium tibl. *in Vitis Pontif. passim*, Bulengero fic appellatæ putantur, quarum quatuor anguli auro texti sunt aut ferico vel tabulis auro clavatis: ut *Quadrapalæ*, octo angulis auro aut serico intextæ. V. in hac voce.

Quadrata Moneta, una est ex 4. speciebus monetæ minutioris ac præmii vilioris, quæ recensentur inter alia in *Nov.* Justiniani, quâ, ne Consules in Processibus publicis auros nummos aut argenteos in populum deinceps jaegant, vetatur: ita tamen, ut τετάρτια seu *missilia* sua facere iis liceat, τὸ μὲν μίλιαρησιον τὸ ἡμίσεως τῷ τετραγωνίῳ συνιστῶσι, τῷ τοῦ τριτίου, ὑπὸ μιλιαρησίου, *miliarenses*, fuere nummi argentei seu minutiores; μέσα. Cujacio fuere nummi ærei parvi rotunditate, sic dicti, respectu alterius, quam τετράγωνον seu *quadratum* vocat Imp. cujusmodi, inquit Scaliger, nummulos Turcicos videre est, quos *Aspros* appellarunt, aut *Tartaranes*, quos quadratos fuisse, scribit Ordericus Vitalis. De *Cassiis*, supra visimus. V. Car. du Fresne *Dissertat. de inferioris ævi numismatibus, num. 98.*

Quadrata Roma, nomen loci in Palatino colle, à Romulo ædificati in *quadratam* speciem, muniti, prius quam ubi condendæ ducret sulcum, quem Victor in X. reg. urbis, h. e. in Palatio collocar. V. Salmasium *ad Solinum c. 1.* ubi hunc Auctorem Romam à Romulo conditam *quadratam*, dictam, quòd ad aequilibrium foret posita, scribentem refellit, similemque locum, in Aventino, à Remo Romuli fratre, *Remuriæ* nomine, munitum; & post hæc demum, avium auspicio, Romam ab urbe conditam, addens.

Quadrata Saxa, apud Vitruvium *lib. 1. cap. 5.* Sed ubi sunt saxa quadrata, five silex, five cæmentum; aut coctus lapis, sive crudus, his erit urendum. Et *lib. 2. cap. 7.* Sequitur ordo de lapicidinis explicare, de quibus & quadrata saxa & cæmentis ad ædificia eximuntur copiæ & comparantur: à cæmentis distinguuntur, quòd cæmentum lapis quidem sit non rudis, ut vulgò fibi persuadent, sed cæsus & politus ad usum ædium, non tamen *quadratus*. Græci σύνηυτον λίθον vocant, qu d *quadratum saxum* Latini, *lapidem de tabia* vulgò Galli appellant; cùm cæmentum minutus sit lapis ex cæsus & æquatus ad structuram ædium. Neutro horum Græcos uios esse, in ædium structuris, idem docet Vitruvius *libro 2. cap. 8.* Non est contemnenda Græcorum structura: non enim utuntur è molli cæmento posita, sed quum difficilè erunt à quadrato, ponunt delicatè silice seu de lapide duro ordinariam & ita, uti laetricia struentes, alligant eorum alternis corlis coagmenta. Nempe non utebantur è quadrato saxo structurâ, nec è cæmento molli posita, sed è silice, vel è duro lapide ordinariâ, id est, ordine structâ, è duro lapide æquato. Salmasius *ad Solinum pag. 378.* Hinc *Quadratarii*, de quibus infrà.

Quadrata, *Quadræ* & *Quadrangula* Vestis, sæpius in Vett. scriptis occurrunt, ut apud Græcos πεπεζυγωνα ἱματια; quæ à *rotundis* diversa fuisse certum est. Rotundum enim est, quod angulos non habet; *quadratum* verò sine angulis esse non potest: hinc veliles, quæ angulos non habebant, ex rotundæ fuere atque ita dictæ sunt. Vocabant autem angulum in veste, partem extremam ejus, ubi aperta est, quæ in acumen definit, tam in ima vestimenti ora, quàm in summa. Vestes igitur, quæ circa imas oras apertæ non erant, fed undique concluſæ & commiſſæ, hujusmodi angulos nullos habebant & rotundæ propterea vocita tæ sunt, Græcis κυκλοτερῆς. Cujusmodi erant olim mulierum Cyclades, quas nunc *Zupas* vocant. Sunt enim planè planeque rotundæ & nullum habent angulum, quia undiquaque clauſæ ſunt per extremum ambitum. His vero contrariæ *Quadratæ*, à ſummo quippe ad imum apertæ, unde 4. angulos habuiſſe neceſſum eſt; duos in imâ oră, duos in ſumma, unde *quadrangulæ* appellatæ. Tale Pallium Græcorum fuit, & pallia fere omnia mulierbia. Feſtus, *Rizinium*, *pallium muliebre quadratum*. Pallam quoque *quadrum pallium* interpretantur Grammatici. Sagaitem militaria & ſaga Gallica & Paludamenta Imp. At Togæ Romanorum rotunda erat, unde *Pallium teres* cum vocat Tertullianus *de Pallio*. Hæc namque nullum angulum in imo habebat, fed cohibili circumcirca remeans ambitu & clauſa undique, omnia corporis contegebat. Quam *quadratarum & rotundarum* veſtium differentiam confirmat egregiè Ammonius, verbis quæ Latinè ſic habent: *Chlamys & chlæna differunt, uti pluribus demonſtravit Didymus Commenta. 2. Iliados. Chlæna enim Ἑκτικὸν ϛοῦλμα, chlamys Μακεδονικὸν, ſaxonibus, annis memorata Sappho, illa enim de Chlamyde loquitur. Sed & formâ differunt. Chlæna enim inquit quadrangulum veſtimentum, Chlamys verò, circa eximam oram undique circumcluſa eſt.* V. Salmaſium *Not. ad Tertullianum de Pallio cap.* 1. ubi hæc verba explicat. *Pallium extrinſecus habitus & ipſe quadrangulus, ab utroque latorum regeſtus* &c. ut & ſuprà ubi de veſtium *Alis*, & infrà, ubi de *Quadrato Pileo*.

Quadratarii, Græcis ἀκτοπλινθοι, ut eſt in *leg.* 1. *Cod. de extruſ. Arriſſ.* Lapicidæ ſunt, qui ſtiuumodi ſaxa cædunt, ut pares evadant anguli, licet non paria ſint latera, ait Philander. Præſertim verò ſic dicti videntur, qui lapillis *quadratis* & variæ commiſſuræ *pavimenta* ſternunt; à Muſivariis diſtincti, qui *parietes* hoc modo exornabant. Sicenim *muſeum* & *quadratarium* opus „Conſtantinopolim ad conducendos Muſeï & Quadratarii operis „peritos artifices mittitis ut ali deſidam & aretum atque veſtibulum majoris Eccleſiæ Muſivo componerent: alii Eccleſiæ totius „pavimenum lapideum pulchrâ varietate conſternerent. Quàm „verò periti ipſi artifices fuerint, ex opere ipſorum facile conji„ci poteſt: cum & in muſivo animatas fere effigies & virentia „quæque te putes aſpicere & in marmoribus omnigeni coloris „flores pulchrâ varietate vernare videantur &c. V. quoque Paulum Silentiarium *in Deſcr. S. Sophiæ part.* 2. *verſu* 320. & *ſeqq.* & *ſuprà paſſim*, inprimis ubi de *Muſivo opere* & *Pavimentis*.

Quadratariæ Vitreæ, occurrunt apud Vopiſcum *in Firmo*, *De hujus diviſiis multa dicuntur. Nam & vitreis quadratariis binis adjiciis, mediamenſis interiis domum inſtruxiſſe perhibetur.* Inter alia enim parietum ornamenta, de quibus tetro diximus, ſolebant Vett. & abacorum formis ſpeculorumque oribibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes diſtinguere, ſed & *vitreis quadratariis* inſertis inducere. Et quidem de ſpeculis, quæ in parietes ad ornamentum inſerebantur, V. Plinium *lib.* 36. *cap.* 26. & Vitruvium *lib.* 7. *cap.* 3. Seneca *orbes* vocat, *Epiſt.* 87. Eorum enim formæ rotundæ, ut & abacorum, eorum certè, qui miniſterium ſuſtinebant, V. ſuprà in voce *Delphica*, item *Orbis*. At parietum abaci quadrati fuere, uti & Logiſtici & columnarum abaci: Sicque alternatim diſtinguebantur parietes abacorum ſpeculorumque diviſionibus, h. e. figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. Unde *Specula* & *Abaci* junctim poſiti, apud Vitruvium, parietibus decorandis *d. l.* ut & apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 1. *Non placent iam abaci nec ſpecula in cubiculo nitentia.* Immittebantur autem & inſerebantur in parietes, tum ſpecula, tum quadraturæ hujusmodi vitreæ, ut emblemata in pocula: unde dicit Vopiſcus, *Interias binumine aliiſq; medicamentiis* fuiſſe, id eſt, immiſſas in parietem & illigatas; ſic ut in pariete bituminis aliorumque medicamentorum ope fixæ colligatæque tenerentur &c. V. Salmaſium *ad d. l.* Sed & *quadraturæ* ſeu *quadratæ notæ* in Vett. veſtibus; *Pergata* enim propriè ſcutulatæque Galforum ſagula pluribus virgis, h. e. trameribus decuſſatimque ductis erant diſtincta, unde multæ in medio quadratæ notæ relinquebantur, quales in retibus aut reticulatis operibus apparent. Certè maculas retium ῥαβδωσεῖς χάμας efficere tradit Pollux, ſi extendatur rete. Et Dionyſius Halicarn. *lib.* 2. ῥαβδωσὰ ὑφὴ vocat *ſcutum quadrangulum & oblongum*, quales erant peltæ Thraciæ, τῆ ὑπαυλίῳ καλουμένῃ πελτῇ ὑφαίνωσι, ᾗ ἐπὶ ῥαβδωσὰ διαφὴ τετράγωνα ἐχουσὶ τὰς πλευρὰς ἴσας. *ibid.* Porrò *quadræ* illiusmodi & ῥαβδωσεῖς figuras in veſtibus Gallorum, Diodorus Sic. πλαιδὶ vocavit, ut animadverſum Scaligero *ad Varronem*. Scribit enim Gallos gaſtare, πάχος ἡμιδάλιον, πλαιδὶοις πεποικιλμένον ἡ πυκνοῖς διαλεπτοῖς. Quales erant & *ſagula*, quos veſtibus ſuis intextos gerebant Epheſii, de quorum luxu ita ſcribit Demoſthenes Epheſius, apud Athenæum *lib.* 12. τὰ δὲ τῶν ἱματίων ὑφάσματα ἡ ποικιλία τοῦ τεχνίτου, ἡ ἐκ. *rhombis & figuris* ῥομβοειδῶν καὶ ἰδέαις, inſtar fagorum Gallicorum. De eodem genere veſtimenti fuiſſe veſtes *lacunatæ*, apud Iſidorum, *quas quadratura quoſdam cum pictura habebant intextos aut additos acu.* Idem namque *lacus* in veſte, quod πλαιδὶος. Quibus adde *ſcutulatas*, quæ & cædem, cum virgatis & V. eundem Salmaſium *ad Vopiſcum in Carino*, & infrà quoque in *Stauracinatus*.

Quadrati Lapides, quibus inſiſtebant pedes lupi vel urſi, avulſi à tibiis, pro terminis olim, apud Latinum Togatum Hyginum, *Terminus ſive petra naturalis, ſi brancam lupi habuerit faſtam, arboreum peregrinam ſignificat, ſi brancam urſi habuerit, lucum.* Ubi *brancam* eſſe partem extremam ſive eium ſilve brachiorum in ferís & avibus rapacibus, ait Oct. Ferrarius apud Car. du Freſne in voce *Branca*.

Viri illuſtres.

Quadratus Conſ. cum Candido iterum munere functus eſt eo anno, quo Hadrianus Imp. Tribunus plebis eſt factus, apud Æl. Spartianum *in Hadriano*. De utroque vetus *Inſcr.* T. IULIO. CANDIDO. II. A. IULIO QUADRATO II. COSS. qui annus erat Imperii Trajani octavus, ætatis Hadriani vigeſimus nonus. Cæſubonus ad *Spartianum*.

Quadratus Mummius, memoratur Jul. Capitolino *in Marco Antonino*, *Antoninus — honorum maternorum partem Mummio* Quadrato *ſororis ſuæ* (*quia illa jam mortua erat*) *tradidit.*

Quadratus Pileus, Doctorum plerisque locis ſingulare eſt. Non enim talis modò ea figura jam olim pileata eſt, teſte Pancirolo *var. lect. Jur. lib.* 1. *cap.* 23. quam tamen ſub tempore in deſuetudinem abiiſſe ait: ſed etiam Sinæ, ut ſcribit Nicol. Trigaultius *Expedit. Sinicæ cap.* 8. eam formam in pileis Literatorum amplexi ſint, cæteris non niſi rotundorum Pilcorum uſu conceſſo. V. Kircherum *Chinâ Illuſtr.* ubi veſtitum P. Riccii deſcribens, ait habitum hunc omnibus eruditis, omnibusque magnè Cœcidentis Doctoribus proportum fuiſſe & peculiarem, ante Tartarorum irruptionem. Iconem Pilei Solei us exhibet *de Pil. ſect.* 10. Ratio ritûs, quia forma *quadrata* immobilitatis ac ſtabilitatis ſymbolum eſt, Gregor. *Hom.* 21. *in Evang.* At Doctoris, qui verèid nomen impleat, doctrina facile mobilis noneſt; cùm *omni doctrinæ vento circumferri*, in vitio ponat Apoſtolus. Idque forte expreſſum voluit, qui Mercurium, diſciplinarum cœleſtium, juxta Manilium *Aſtronom. lib.* 1. ac etiam Eloquentiæ & Veritatis Præſidem, cubicum & *quadratum* effinxit, ut ex Leonida refertur *lib.* 1. *Anthol. Epigramm. ad Deos expoſitos*, Solerius *loco cit.* Etiam Pileas Clericalis paſſim *quadrata* formâ vilitur, quam ad Chriſtianos derivatam eſſe, à Reg bus Perſarum, Ammeniorum & Medorum, affirmat Pancirolus *Var. lect. Juris lib.* 1. *cap.* 2. Perſas quoque & Lydos Dynaſtas pileo *quadrato* uſos, ait Caracciolus *ad reg. Theatin. part.* 2. *cap.* 2. *S. Pileus*, adducto Dionyſ. Halicarnaſſeo *lib.* 3. ubi tamen hic de veſte *quadrata*, non in ſpecie de capitis tegmine, loquitur. Interim formam *quadratam*, in pileo Clericali peranticuam eſſe, ex effigie Tertulliani, pictură antiqua Romæ & auctoritate Pierii *lib.* 40. *cap. de Pileo*, probare conatur aliquoties laudatus Solerius *ſect.* 14. Quod verò modo de veſtibus *quadratis* ex Dionyſio dictum, patulo accuratiùs excutiendum. Sunt qui omne Pallium, imò veſtimenta omnia aperta, *quadrata* ſive *quadrangula* fuiſſe contendant; eò quod Athenæus tradat, Romanos in Aſia, ut Mithridates effugerent iram, depoſitis Togis, *quadrata veſtimenta* ſumſiſſe: quod idem de Antonio Appian. *Civil. lib.* 5. refert. Sed ſi omnia veſtimenta aperta *quadrata* fuere, cur quædam peculiariter à Scriptoribus, quòd hæc formâ eſſent, notantur? Vetula apud Petronium *quadrato pallio incincta* legitur: Feſtus *vicam quadratam Pallium fœmineum fuiſſe* ſcribit: Iſidorus Sagum Gallicum *quadratum* vocat: Tertullianus, vetus Carthaginenſium pallium, quod ipſius ætate tantùm ab Æculapii Sacerdotibus geſtabatur, fuiſſe quadrangulum refert. Non ergo omne Sagum, omne Pallium tale. Itaque in re hac admodum difficili, conjicit Ferrarius, Pallium *quadratum* non fuiſſe Græcorum, ſed Africatorum & reliquarum gentium ad Orientem colentium, ideoque Romanos, qui in Aſia negotiabantur, ut fœvitiam effugerent Mithridatis, politis Togis, *quadrata* veſtimenta gentis illius propria ſumſiſſe: Antonium quoque ut Cleopatræ gratificaretur, ſtolam in Ægypto quadrangulam induiſſe; Id autem Pallium tantùm poſteriorem corporis partem operuiſſe, vereque fuiſſe quadrangulum, cujus anguli ſuperiores tibulâ cervicibus adſtringerentur, duo ad latera, & infra caderent. Obſtat tamen, quòd Appianus Pallium illud ſeu ſtolam Antonii πτερύγιον Græcanicum vocat, eodemque habitu Athenis verſatum cum Octavia, quem Alexandriæ cum Cleopatra habuerat, ſcribit. V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiaria Parte* 2. *lib.* 4. *cap.* 4.

Quadrelli, apud Guil. Britonem *Philipp. lib. 2.*

Necnon interea ceſſas ballifta, rotarum,
Quadrellos haec mox multiplicat, pilula ſpiritus.

tela ballistarum sunt brevia, spissa & formâ quadrata, unde nomen Gallis *Quarreaux*, C. du Freine in *Gloſſar.*

Quadriſſitum Gemmarium, *τετράκωπον*, in *Gloſſis*, est quod ex quaternis margaritarum filis constabat. Nam & *filum* & *linum* dicebant Latini, quo intricabantur margaritæ, ut videre est supra in voce *Filum*, item *Linea*.

Quadriſſus disparata arbor, *Plinio lib. 16. cap.* 42. ubi deabiete, Theophraſto *τετράφυλλος* dicitur, alii potius *τετράφυλλος* legi, *quæ quadrifidos habet ramorum cacumina*, qui in arboribus *fluvii* dicuntur Latinis, unde *fluviari arborem* idem dixere, quæ vens distingueretur. Hinc idem de abiete, *A fabrorum inteſtina opera media pectilis optima quadripartitis materiis & mollior quam cæteræ.* Abies enim ea parte, qua terræ proximo est, quadruplici venarum cursu fluviatur, atque hæc pars dicta est *ſappinea*, à similitudine Sappinæ materiei; cum superior *ſtellerea* vocetur, quod nodosa sit, ut ſtelles efferfolent, & baculi crebris nodis ut plurimùm aſperi &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1033.

Quadrifuris Janua, apud Vitruvium *lib 4. de Foribus*, *Sin autem val varæ erunt, altitudines ita manebunt; in latitudinem adjectiur amplius ſexis latitudo: ſi quadrifuris futura eſt, altitudo adjiciatur:* Est *ὑπόζυγον*, Janua duplex, cujus singulæ tabulæ duplicantur: fieri *valvata*, quæ & *bifuris* dici potest, dicta eit, quæ ferme tantum plicatur. Idem *ibid. pag.* 9.17.

Quadrifrons, cui sus eſt Janus geminus, quem ſic finxit appellavitque Antiquitas, quòd universa climata Majeſtate ſui complecteretur, Baſſus apud Macrobium. Templum hic habuit Romæ amplissimum quatuor portarum, in Foro, ab Augusto dedicatum: transiatusque in Urbem legitur, Falisci Thuſciæ civitate captis, apud Servium. Simulachrum ejus in nummo veteri, & templi nomen in vet. lapide, exhibet Johann. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 3.*

Quadriga, Minervæ quartæ, quæ Jove nata & Coribe, Oce ani filia, fecundùm Ciceronem, inventum, non quòd quatuor rotis primitus conſtaret, ſed quòd quaternis equis traheretur, dicta est: ut ex Lucretio contendit Licetus *de Lucernis Antiqq. lib 6. cap.* 29. Hygimus vero *in Poet. Aſtronom. ad pedum deformitatem velandam primum* Quadrigam *invenisſe Erichthonium*, quartum Athenienſium R. tradit. Cui assentiens Virgilius *lib. 3. Georg.* inquit,

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Jungere equos rapidisq; rotis inſiſtere victor.

Quod ramen ad Græcos ſolùm trahit Freculphus *Chronic. tom. 1. lib. 2. cap 9.* Æschylus id laudis Prometheo adſcribit. Tertullianus *de Spectac. cap. 9. Trochilum apud Argivos, Phonorem Junonis, Romulum in honorem Martis ſive Quirini, Quadrigam excogitaſſe*, scribit. Ado Viennenſis, de Proœdo, ſub initium Regni Athenienſis *Chron. an. 3.* Fr. Lazardus *Hiſtor. Univ. Epit. cap* 24. de Trigoleonis eadem habent. Herodotus in *Melpom. cap. 189. à Libyibus quadrijugos equos jungere Græcos didiciſſe* narrat, ut alios omittam. Earum uſus in Ludis Olympicis Græcorum: Post 48. enim Olympiadem aliis ludis additum fuiſſe equorum curſum, & de *Quadrigis* victorem renuntiatum fuiſſe Chilthenem, Sicyhnorii Tyrannum, memorat Pauſanias *in Phocaicis* cui contradicens Cœl. Rhodiginus *Antiqq. Lect. lib. 13. cap. 17. In Olympicis*, inquit, *certaminibus principem omnium legimus veniſſe ſtadium Lycomidi Illium, Omnium, id eſt, Quotiès quisquam de omnium (ſegmento) Acteſſis primatum tulit Dorycium*: Quadrigis *Samum Mutineum, unjus in Thoſide meminit Diphilus.* Idem in Circenſibus Romæ factitatum, quia, ut Lunæ biga, ita Soli *Quadriga* dedicata erat: Soli autem Circus facer fuit, Qua de re ſic Iſidorus *Origin. lib.* „18. *cap.* 33. Quadrigæ, & Bigæ, & Trigæ & Seiugæ ab equo, „tum numero & jugo dictæ. Ex quibus Quadrigas Soli, bigas „Lunæ, Trigas Inferis, Seiuges Jovi, Deſultores Lucifero & He„ſpero conſecravere antiqui. *Quadrigæ ideo* Soli jungunt, quia per „quatuor tempora anni veritur: Bigas Lunæ, quoniam gemi„no cum Sole contendit &c. Et paulo pòſt. Idcò autem rotis „*Quadrigæ* currere dicunt, ſive quæ mundus ſit circuli celeri„tate transcurrit: ſive propter Solem, qua volubili ambitu „rotatur. Septem autem ſpatia *Quadrigæ* currunt, referen„tes hoc ad curſum 7. ſtellarum, quibus mundum regi dicunt; „ſive ad curſum ſeptem dierum potentium, quibus peractis vitæ „terminus conſummatur, quorum finis eſt meta, id eſt, ju„dicium, & quæſequ. Hinc Virgilius *in Georgiſ. lib. 4.* „*fin.* Rhodii quotannis Quadrigas Soli conſecrarae in mare ja„ciebant, quòd vulgatum eſt eam tali circumvehi Mundum. Certantes autem *Quadrigis* Aurigas, quatuor factionibus colore diſtinctos fuiſſe, Prafino, Veneto, Roſeo, & Albo, diximus ſuprà *paſſim*. Victori *Quadrigarum* Romæ, coronæ loco præmiique ſolitum fuiſſe propinari abſinthii poculum, ſanitatis ergò, obſervavit laudatus Valerianus, ex Plinio *lib. 27. cap. 7.* ubi ſic: *Hic enim ferebat* (Latinas intelligit) *qui Quadrigas vicerat, abſinthium in Capitolio bibebat: idque Majores noſtri ſanitatem fuiſſe præbantur, quod magni Jani præmii loco ſe profitebantur dare.*

Tom. II.

Transiit dein mos ad reliqua ſacra, ſtudiumque id ita apud Romanos excultum atque auctum eſt, ut pauca vel nulla fere publica ſpectacula edcerentur, quin currurum certaminibus honorifica propoſita ſpectarentur præmia, Hier. Mercurialis *de Arte Gymnaſt. lib. 3. cap. 10.* Nonaſſentum tamen imperat, qui ludum Equeſtrem, cui *Troja* nomen, quæ deſcribitur *Æneid. lib 5. verſu* 545. *& ſeqq.* cum *Quadrigarum* ludo eundem facit, Vir eruditus. Nam que bigarum *Quadrigarumque* ludus ſi comæ multo poſt Aſcanium Troici ludi inventorem, haberi cœpit: illosque apertè à ſe invicem diſtinguit in *Cæſare* Suetonius *cap.* 39. cum ait: *Quadrigas bigarum & equos deſultorios agili venere nobiliſſimi Juvenes. Troiam inſit turma duplex, minorum majorumque puerorum.* Porrò *Quadrigis*, quas albi vehebant equi, Triumphatorem Romam ingrediebantur, teſte Servio *ad Æneid. lib. 4. verſu* 543. *Qui autem triumphas albis equis utitur quatuor*: quod obtinuit, quamdiu ſtetit Reſp. at libertate creptâ mutati mores, & pro equis leones jundi, ut docet Plinius *lib. 8. cap. 16.* elephantos junxere, Pompeius, Cajus Cæſar, Claudius, Domitius, Gordianus, Alexan. Severus, aliique quos hermaphroditos Nero: tigrides, Heliogabalus: imò Reges quatuor captos Sciſoiris, V. Thom. Dempſter. rum *Paralipom. in Roſinum lib. 5. cap. 5.* Tortum, Licetum *de Gemmis annular. Abrm.* 41 *cap.* 130 & Mercurialem *de Arte Gymn. lib. 3. cap.* 10. Falcatarum *Quadrigarum* meminit etiam Rhodiginus *lib. 21. cap. 31. Falcatas*, inquiens, *in bello Quadrigas eſſe unicum nonnullarum genium auxilium, multiplex prodit hiſtoria, & Q. Curtius non præmittit*: quem illas prolixè describentem V. *lib. 4. cap.* 9. cui adde Xenophontem *Cyri Pæd. lib. 6.* ubi Cyro inventionem earum attribuit. Sed earum jam mentionem in lucris Literis Judicum ingerit *cap. 1. &. 4.* V. quoque Diodorum *lib. 15. cap.* 28. Vegetium *lib. 3. cap. 24.* Appianum de *bell. Syr. & Mithridat.* Briſſonium *lib. 3. pag.* 304. & *ſeqq.* &c. ut & infrà in voce *Veſtitio.* Apud Romanos argentææ pecuniæ nota quoque fuere Bigæ atque *Quadrigæ*, unde *bigati quadrigatique* Denarii, quemadmodum notam æris fuiſſe, ex altera parte, Janum geminum, ex altera rotium naris: in trinete verò & quadrante, rates, ſuprà vidimus in voce *Quadrantal*. V. quoque Roſinum *Antiqq. lib. 8. cap.* 20. *ubi de re Nummaria*: & hic infra. Sed & *Quadriga*, in annulo Plini Sec. *Epiſt. 16. lib. 10. Signata eſt annulus meus unius effigiem equi cum Quadriga.* Cujus figilli variasrations erudite redit Fortunius Licetus *de Gemmis Annular.* Plura verò hancin re reo, imprimis de *Quadrigarum certamine*, in Olympicis Circenſibusq; ubi plerunq; qui & equæ, nonnunquam etiam muli mulæque adhibiti, V. apud Car. Patchalium *Coronarum lib. 6. cap.* 15. ut & hic paſſim. Addam pauca quædam. Quomodo in *Quadriga* equi jungerentur antiquitus, dictum retro, ubi de Vett. more equos ad *Currum* jungendi. Nempe cùm primi quatuor equi ſic jungerentur, ut duplici temone equis interjecto perpetuum jugum omnibus conjungeretur, ſic que nullus jugalis, omnes funales eſſent: Primus Cliſthenes, ratione hac immutatâ, uno temone currum fecit ac medios tantùm duos junxit, eisque ad latera lingulos adjunxit ex utraque parte loro vinctos, hinc *ἐκτὸς ἵππους* feu *τροχαίους*, item *ὠμοζύγους* & *παραβατὰς* Græcis vocatos, quemadmodum & *Cyclon Isocratem*, alter à *μεσοδέσιος* ab eo tempore dici cœpit. Ex his autem quatuor equis cùm funalis ſiniſter præcipuus eſſet, ut & quo potiſſimum victoria penderet, hinc factum, ut nonraro apud Auctores unius tantùm equi mentio fiat, eoque nomine tota *Quadriga* intelligatur, ſicut retro vidimus non uno loco, V. ubi de equis, *Bubalo. Panchae, Pompejano*, & his imprimis verò voce *Funalis*. *Quadrigarum* porrò *emiſſio* in Circo Olympiaco ſic habuit. Cùm duplex carceruum ordo fuerit, unus ad ſiniſtram primæ metæ, alter ad dextram: in medio utriusque partis locus erat ejus, qui machinationem moverbat, quâ non tamen ſimul ac ſemel omnia oſtia aperiebantur, Altare viz. circa mediam Circi proram, Januæ Conſulum in Circo Rom. reſpondens. Quandoquidem enim omnes currus ſtare æquo limine debebant ad dextram partem illius Aræ vel primarium metarum, ut recto curſu ad ultimam metam circumflectendam contenderent: Si omnia oſtia ſiniſtrâ ac dextri lateris vel ordinis aperta ſimul fuiſſent, evenisſet ut ex dextri lateris carceribus excuntes, longo ſpatio præverterent eos, qui emiſſi eſſent ſiniſtræ partis carceribus. Nam lævorum oſtiorum quadrigæ è ſuis primùm locis exire, deindead ea loca venire debebant, ubi dextri carceres erant: inde enim curſus incipiebat, qui utiq; longus erat circuit? Sicnec ex æquo certarnen his & illis fuiſſet, quum dextri lateris quadrigæ multò ante exiliſſent. Ut itaque æqualitati æquitatique certaminis conſuleretur: mora machinatione, quæ in medio conſiſtebat, aperiendis reyagulis, dextri lateris ſive ordinis oſtia primò aperiebantur. Quadrigæ inde emiſſæ ſtabant ad eum locum, ubi carceres ſortiti fuerant currus ordinis ſecundi ac dexteri: qui ne ulteriùs progrederentur, ſunc omnibus oſtiis prætentro cavebatur. Ubi primi ac ſiniſtri ordinis quadrigæ ad eum locum conſtiterant, tum ſecundi ordinis oſtia pandebantur, ac ſic æquatis fronribus tam primi ac ſiniſtri, quàm dextri ac ſecundi ordinis currus, in ſpatia ſiſe addebant, uti Pauſanias pluribus docet. Atque ad hanc for-

mam ædificati sunt carceres in Circo Rom. & plures etiam tum certasse videntur, cùm ædificari cœpti sunt. Eadem enim ornamenta Romæ fuisse observanda, duodecim quadrigis certantibus, quæ in Olympiaco Circo circa quadrigarum missionem observabantur, quæ in Olympiaco verò quatuor tantùm committi cœperunt, nihil opus fuit duplici vice apertionem ostiorum fieri, quemadmodum Olympiæ flebat: ex parte quippe dextera omnes poterant emitti, æquo limite & æquatâ fronte, cùm ibi lex oftia eodem ordine directa essent. Igitur Olympiæ emittendi currus & equi ejusmodi linea prætenta ubi ve funiculo, uti videmus Supra in *Alba Longa*, cohibebantur, ceu ante signum datum extenta, utique in æquo limite conjungunt omnes, quæ linea pro repagulis vel fortibus carceris fuit: At in Circo Rom. Equi cum Quadrigis intra carceres continebantur, repagulis vel cancellatis foribus oppositis coërciti, priusquam signum daretur emittendi, figuo vero misso, uno eodemq; tempore laxatis repagulis & carceribus effusi, sese protipiebant prosiliebantq; Porro ostia quadrigibus dividebantur, quorum *primum* dicebatur, quod erat prisorte dividebantur, quorum *primum* dicebatur, quod erat primis metis proximum & primâ forte dabatur; sicut secunda secundum dabat, & sic deinceps. Et quidem è primo exilientibus breviffimum iter ad metas, idcoque prior ejus portiorque conditionde primo ostio missus sortis ac loci beneficio cœterosante verebat, & *occupare* dicebatur. Sed is plerunque non perfer. batetiam ad metas, sed ab ultimis metis & extremum curriculum licitatem fuam usque ad ultimas metas & extremum curriculum succedente ejus loco metamque septimam circumire anticipante non raro illo, qui secundo ostio exibat, uti supra diximus in non raro illo, qui secundo ostio exibat, uti supra diximus in voce *Occupare*. Plura hanc in rem V. hic *passim*, ut & apud Salmasium *ad Solinum pag.* 897. & *seqq.* ubi totam Circensium rationem erudite explicat. Hactenus *Quadriga* pro curru, quem quatuor equi trahebant. Sed & *Quadrigam* frimicus dixit, pro quaternis equis sine curru, quos Deiuitor transiuhebat: *Aut qui jungitis quadrigas transeat*, apud eundem Salmasium *Not. ad Vopiscum in Carino*. V. supra in voce *Desultor*. Apud Capitolinum autem *in Gordiano*, *His in Senatu sictis*, *quadrige elephantorum Gordiani decretæ sunt*, *utpote qui Persas vicisset*, *ut triumpho Persico triumphare: Adjiciebantur quadrigæ ex equorum & triumphalis currus & insulæ hujusmodi &c.* pro sejuge curru impropriè usurpatur. Idem *ad h.l.* Nec omittendum, inter dona Dis oblata, *Quadrigas*, non raro apud Romanos fuisse. Unde apud Livium, *Quadrigas aureas in Capitolio ab Ædilibus curulibus lib.* 29. *cap.* 38. & *Quadrigas inauratas in eodem positas*, *de manibus dumtaxat lib.* 35. *cap.* 41. legimus &c.

Quadrigarum Supplicium, ab Hercule excogitatum deprehenditur, qui, florente adhuc ætate, Eubœæ R. Pyræchmen, bellum Bœotiis inferentem, vicit, victumque pullis equinis ita affligavit, ut in duas discerperetur partes, uti refert Plut. *Parall. cap.* 15. V. quoque *cap.* 14. præterea A. Gellium *lib.* 20. *cap.* 1. Virgilium *Æneid. lib.* 8. Claud. anum *in Gildonem*, Alios: Hodieque Majestatis reis id supplicii in Gallia irrogari, exemplo ei infelix Regicida Ravaillacus, qui Henrico Magno necem infert Suetonius *Quadrigarum supplicium* Parisiis subiit, anno hujus fæc. 10. Semel tantùm ea usi Romani qui *Quadrigis* discerpterunt Metium Suffetium, Albanorum R. Liv. *lib.* 1. *cap.* 28. *Duobus admotis* quadrigis, *in currus earum distentum illigat* (Tullus) *Metium deinde in diversum equi constituti lacerum in curru corpus*, *quà intra fuerant vincti membra*, *portantes*. *Avertere omnes*, *at tanæ fædatæ spectaculo*, *oculos*. *Primum ictum unum*, *id ad supplicium apud Romanos fuit*. Similiter remium supplicium est, apud Tuniquinenses allaque nonnullas Orientis gentes, de quo infrà dicemus suo loco. V. quoque hic passim, ubi de atroci homines *Lacerandi*, *Secandi*, *Trahendi* more, nec non voce *Disiphondemus*. De *Quadrigarum* vero *lusu*, Suetonium *Neronæ cap.* 16. & Calaubonum ibi.

Quadrigæ Nummi, à notis *quadrigarum* sic dictis, apud Romanos, ante Victoriales, in usu fuere. Plinius *lib.* 33. *cap.* 3. *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ*, & *inde bigati quadrigatique dicti*. *Mox lege Papyria nummiorum æs fuit*. *Livius Drusus in Tribunatu Plebis octavam partem æris argento miscuit*. *Qui nunc Victoriatus appellatur*, *lege Clodia percussus est* &c. V. supra.

Quadrigemina, apud Plinium *lib.* 8. *cap.* 25. ubi *cerastis eminere cornicula*, *sæpe quadrigemina ait*, barbaris Interpretibus *cero* sunt seu *quaterna geminata*. Unde Vincentius *Doctrinalis lib.* 16. *cap.* 108. *Cerastes est serpens cero in capite cornua habens*. Et Bellonius *Singularium lib.* 1. *cap.* 54. Plinio litem intendit, quasi cerastem dicere octo habere cornua, cùm bicornis sit: quæres profiteur se vidisse in Ægypto. At *bicornes esse*, Plinius baudquaquam negat. Tantum in cerastæ asserit *eminere cornicula sæpe quadrigemina*, id est, *quaterna*, non octona, ut volunt. Sequitur enim Nicandrum, cujus hæc verba sunt,

Δίκερως μὲν κεράσπεσι, τέτ' ὀκτὼ κεράσσεις.

Quandoque quidem quatuor, *quandoq; duobus cornibus* (riget) *cerastes*.

Eodem sensu legimus apud Solinum *cap.* 1. *Faustum quandam ex plebe partus uno edidisse quatergeminos* (ubi alii legunt *quatuor geminos*) *mares duos totidemq; fœminas*, *monstruosæ fœcunditatis portendentem futuræ calamitatis indicium*. Sic *septemgemini*, Græcè ἑπτάδυμοι, *octuplè duplæ* &c. Catullus *ad Furium & Aurelium*, de Nilo,

Sive quid septemgemus colorat
Æquora Nilus.

Et Virgilius *Æneid. lib.* 7.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Notum autem, Nilo amni solùm fuisse septem ostia. Similiter Claudianum *in Fescenninis nuptiarum Honorii & Mariæ*, Romæ tribuit *septemgeminas arces*, h. e. *septenas*, in totidem Romæ monubus &c. V. quoque infrà in *Tergemini*, ut & in *Quadruplum*, *Quadrimenstrui*, in *rubr.* & *de quadrim. bre*v. dicuntur, quòd quarto quoque mense confleiuntur. Conflictantur, hi Steves à Chartularis & ab officio Palatini aut Præfecti Prætorii transmittebantur. V. Gothofredum *in Cod. rubr.* & Cujacium *ad lib. Cod. de Appelis*, *in rubr.* laudatos Joanni Calvino *in Lexico Jurid. Quadringenti*, apud Martialem *lib.* 5. *Epigramm.* 23. ubi de Basso, purpuram & coccina, quò Eques videretur, gestante,

muricis instar
Vestenies, & *te sic dare verba putat*.

Quadringentorum *nullæ sunt*, *Basse*, *laternæ* &c.

Equites sunt, horum enim census fuit *quadringenta* H-S. Cui summæ si quidquam deesset, non erat justus Eques, neque in *Quatuordecim* sedere poterat ex L. Roscia. V. eundem Poëtam *lib.* 1. *Epigramm.* 104.

Quadripertitus, apud Anastasium *in Symmacho*, *Cantharum B. Petri cum* quadripertitu *marmoris ornavit*; item *in Dono*, & *Leone II* attrium est, *quatuor portibus* circumdatum, ante ædium fuerarum vestibula, Græcis στοὰ δίολος, Fortunato *quadratis porticus*, *lib.* 9. *Poëm.* 15. de Attio ædificatæ. Cujusmodi atrium sic describit Paulinus *Natal.* 9.

Ecce vides illum, *quà janua prima reseptat*,
Porticus obsuro fuerat prius obruta tecto,
Nunc eadem nova pigmentis & culmine crevit.
Assi ubi conspexum quadrato tegmine, *circa*
Fistibulum medio reservatur in æthera campo &c.

apud Cat. du Freine *in Glossar.* V. quæ de ejusmodi *Quadripertitibus* idem congestim in *Descr. Ædis Sophiane num.* 20.

Quadrisomum, in *Fragm.* Sepulchrali Romæ ad S. Agnetem vià Nomentanâ, apud Bund.

DEPOSITUS P. . . . FIECT. . . .
DN. VALENTINIANO AVE. . . .
IN PACE ETC. VIXIT ANNUS XX.
FECIT LOCUM QUADRISOMUM,

Sepulchrum est, quatuor corporum capax, ut *Bisomum* duorum, V. supra in *hac voce*.

Quadrivium, quod proprie significet, notum: Recentioris æ vi Scriptoribus 4. partes Mathematicæ vos significat, *Arithmeticam*, *Musicam*, *Geometriam* & *Astronomiam*, quatum prima unitati, alteri binario, tertia ternario & ultima quaternario numero comparatur, ut eli ὁ πλάτωνικὸς & Ἀριθμὸς ἐν. Joann. Saribericiis *Metalogici lib.* 1. *cap.* 24. *Mathematicæ* quadrivii *sui vatis veritatur alarumque vestigiis inhiens*, *colores & remulfates suas multiplici varietate conterit*. Hinc *vulgaris* ἡ *Mαθημάτων*, apud Annam Comnenam *lib.* 1. Et *Epitaphium* Hugonis Medici, apud Naudæum *de Antiq. Schola Medicæ Paris. p.* 74.

Quadrivium docuit, *actavum sere reliquit*,
Annos milleno bis centum, *sex minus uno*.

Rationem nominis reddit Papias, *Quia se invicem complectantur & connexant*, *ut non bene unum noveris*, *quin aliarum noveris* aliam V. in voce *Universitas*. Plura hanc in rem reperies apud Auctores laudatos Car. du Freine *Glossar.* & apud eundem *Notis ad Alexiadem Annæ prefat.* ut & infrà, in voce *Trivium*.

Quadruplator, apud Jul. Capitolinum *in Pio*, *Provincias sub se cunctas floruerunt*. Quadraplatores *existisse fama*: & *in Marco*, *Cavis famosibus publicis & calumniis quadruplatorum intercessis*, *applausis falsis delatoribus nota*, vi le, legis Rhemaïæ, de qua Plinius *in Panegyr.* *Neque ut anie exsanguem illam & ferream frontem nequisquam convenerandam probaret punctis & notis suas videant*, idem cum Delatore eli. V. *ibi*.

Quadrupli, hodie Gallis dicuntur nummi, quos *quaternarios* olim Latini vocabant, quorumque formas *quaternariæ* appellat Lampridius *in Alexandro Severo*, *Formas binarias*, *ternarias & quaternarias*—*quas Heliogabalus inventas*, *repulit præcepit*. V. in-trà in voce *Quaternariæ*. Sic *Quadruplus Ludovicus*, Gall. *Quatruple-Louys* & simpliciter *Quadruple*, nummus est aureus valoris 20. lib. lub Ludovico XIII. cujus A.C. 1624 in cujus una parte, crux vitiur quatuor coronis tertiemque lilis insignita, cum Inscr. *CHRISTUS VINCIT*, *REGNAT*, *IMPERAT* Ilio altera, effigies Ludovici XIII. cum verbis, LUDOVICUS XIII. D.G. FRANCORUM REX.

Quadruplum, pœna ejus, *qui ovem furatus fuerit*, & *occiderit* vel *vendiderit*, Exodi *cap.* 22. *versu* 1. cùm reliqua furta ex Dei Lege duplo solùm restitutione puniretur; excepto bove, qui quintuplo rependendus erat. Nempe vestes, pecunia, annuli monilia, & reliquus mundus muliebris, quæ inter pretiosiffimæ fumta-

sunt, in seriniis reponuntur: armenta verò & greges in communibus pascuis ubertate coniuvenrunt, omnium rapinæ expositi, nisi Legum metus abactores coercuisset. Ad quam Legem David respiciens, ita statuit de divite, quem pauperis oviculam Nathan abdutilie dixerat, *Reddet ove ejus reddet* אַרְבַּע יְהֹוָה *quadruplum*, 2. Sam. *cap.* 12. *versu* 6. Ub. male Kimchius intelligit *bis quatuor*, eo quod vox illa dualem habeat formam: quem proin sequens Pagninus habet, *Agnum restituet bis quatuorsatim*, & Munsterus in *Notis*, *Reddet bis quatuor*; i. octo. Dualem hoc אַרְבָּעַיִם *quadruplum*, quemadmodum & duale שִׁבְעָתַיִם *septuplum*, quod occurrit Ge ef *cap.* 4. *versu* 15. Psalmo 12. *versu* 7. Iliade *cap.* 30. *versu* 26. non significat duplicari quatuor narium; nec afferum repetenarium: sed utrumque rem ipsam, de qua agitur, per quaternarium aut septenarium geminari ac multiplicari denotat. Cui locutionis linguæ Romanæ illa similis est, qua de retro egimus, in voce *Quadrigemina*. V. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. cap.* 40.

Quæstor, nomen officii apud Romanos, jam ab antiquissimis temporibus, de quo V. in voce *Quæstor*.

Quæstiones & Convivales, V. supra in hac voce.

Quæstor Exercitus, in *Nov.* a Procopio definitur χαρτοφύλαξ τῶν καθ' ἑκάστην δικαιωμάτων, τῶν στρατιωτῶν διαφόρων, & Juliani *Nov.* 50. annonas militum tam Comitatensium qui per castra sunt, quàm Limitaneorum, cum distribuit, legimus. Sed habuit jurisdictionem & auditorium & apparitionem, instar Præfecti Prætorio & Vicarium in urbe. Namsub eo erant provinciæ V. *Scythiæ*. *Mysia*, *Caria*, *Cyprus* & *Cyclades insulæ*, quarum caput Rhodus; unde *Rhodi* appellatione d. *Nov.* 41. Cyclades significantur. Harum autem provinciarum una quæque suum Præsidem habuit, a quo appellabatur, non ad Præfectum Prætorio, sed ad *Quæstorem Exercitus*, ex *Nov.* 50. cui *Novella* 41. ita derogat, ut ex Mysia quidem & Scythia appellationes apud eum inducantur, quòd is fedem suam in iis provinciis habeat: ex cæteris autem provinciis, ut appellationes in Urbem deducantur apud eundem, fi forte in Urbe fuerit, vel apud Vicarium ejus, adhibito Quæstore Sacri Palatii. Idem à Judice, quem ipse dederit ex provinciis, puta Caria, Cypro & Rhodo, ut appelletur ad Vicarium ejus, peragi posse, si forte eum exercitus causa & necessitas à munere judicandi avocaverit &c. Joh Calvinus *Lex Jurid.*

Quæstor Sacri Palatii, sub Impp. CPolitanis is erat, qui petitionibus subscribebat, vel etiam responsa reddebat, & ut verbo dicam, qui leges dictabat, precesque ac responsa fabricabat, ut constat ex *Notitia Imp. Rom.* Sub eorum dispositione etiam latercularium mus erat, ut patet ex l. 32. *Cod. de appell. l.* 1. *Cod. de Offic. Quæstor. Item Palatinus* dicitur in *Lib. Cæremoniarum*, *Quæstor Palatinus*, ὁ κοιαίστωρ τοῦ ἱεροῦ παλατίου, *Basilic.* κοιαίστωρ τοῦ ἁγίου παλατίου. *Quæstor

graviorcillo & justi ponderis solido celebrari, impensas verò & largitiones isto *quæstorio* tunc primùm à se invento & edito. Quod & Cedrenus tradit, Ἐδείκνυτο δὲ καὶ ἀγορανομίας καὶ ταμίας τοῦτο ἐποίησεν. Ubi ταμιεύειν ad verbum *quæstorios* est: nam ταμίους Græcis est *quæstores*, pura seu *quæstarii* τοὺς ἁπλῶς quidem dicunt: at, quos *quadrantes* Latini dicunt. Verùm in tantum fuisse solidi pondus mutilatum sub Nicephoro, ut ad quartam ejus duntaxat ponderis partem, quod olim habuisset, contraheretur, vix vero simile. Forsan τεταρτηφόρι ille vocavit, quòd ei *quæstores* pars legitimi ponderis abesset. Salmasius *Not. ad Lamp. d.*

Quartarius, mensura liquidorum, apud Gregorium Turon. *Miracul. lib. 1. cap. 7.* Hemina 2. *quartarios* & accensula vino continuisse, docet Georg. de Sepibus, *in Collegii Rom. S. I. Museo Amstelodami edito* 1678. p. 22.

Quartarizatio, apud Thom. Walsingham *in Ricardo II. Audiunt & confessim turpissima sceleraa tractiosi, suspendio, decollationi, exenterationi & quartarizationi, in usu vulgari loquar, adjudicandi* : pœna reorum est lætæ Majestati apud Anglos, quibus capite minutis eorum corpus in quatuor partes secatur, easque partes illis in locis publicè exponuntur. Idem A. C. 1306. *Cujus caput illis in locis eminentiis figitur super palum, corpus verò in Scotiam transmissum est, in quartas, quæ ad aliorum terrorem in diversis partibus suspenduntur*, apud C. du Fresne *in Glossario*. Paulo aliud est *Quadrigarum Supplicium*, de quo dictum.

Quartinus, apud Herodianum in Maximini historia, Θεατρικῶς τοῦ κράτους ἐπιβὰς ὁ Μαξιμῖνος τὸν μὲν Κυαρτῖνον ἐκ τῆς ἡσυχίας, ὃν Μαξιμῖνος ἐπαινέσας ἐν τῷ κράτει ἐποίησε κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἀνεῖλε τῶν ἑαυτοῦ φίλων τοὺς ἐπιφανεστάτους, *Cùm incidisset in quendam virum Consularem ex Alexandri amicis* (Quartinus vocabatur, *quem Maximinus ex exercitu miserat*) *raptum tum invitum ac nihil tale præcidentem, Thronum suum constituerunt.* Jul. Capitolino *Tiuus* dicitur *in Maximinis*: unde colligit Salmasius et *Tito Quartino* nomen fuisse. Fuit autem is Tribunus Maurorum, quem, à Maximino privatum jam dimissum, *milites sui & purpurâ circumdederunt religioque apposita coronarunt*, — *virum quidem*, Capitolin. *d. l.* Verum intra paucos dies, post vindictam defectionem, quam Consularis Vir Magnus Maximino paraverat, à suis militibus interemptus est, dormiens domi suæ, Treb. Pollio in *Vita ejus : ab uno ex amicis, qui eum sibi præpositum dolebat*, habet Capitolinus. Sixor ejus Calphurnia hic, de genere *Consorinorum*, mel. *Consoninorum*, id est, Pisonum. fancta & venerabilis fœmina, quam univirum sacerdotem inter acratissimas Romanæ adornat. Idem Pollio. Alius *Quartinus* meminit vetus *Inscr.* M. VIPSANIO QUARTINO SUCCONDITORI.

Quartodecimani, adde: Græcis Τεσσαρεσκαιδεκατίται: Acta Pilati corrupisse, unde multum auctoritatis fidei que deperdiderint, legimus apud Joann. Lud. Ruel. *Hist. Concil. Tom. I. pag.* 692. V. supra ubi de *Pilati Actis*.

Quartumviri, apud Romanos, creabantur, quibus deducendarum Coloniarum, aut si quid novum nuntiarum foret, ut curarent, ne damno afficerentur Resp. obque varia alia negotia, munus mandatum erat. Præter quos fuere *Quinquemviri*, agris dividendis, muris, turribusque reficiendis, fæpius ut plebem fenebri pecunia elevarent, utque ex alienum pro his, qui solvendo non essent, de publico solverent, qui *Mensarii* nuncupati. Alex. ab Alexandro *Genialium Dier. lib. 3. c. 16.*

Quartus Scholæ, in Ecclesia Rom. idem cum Archipsaltho nitâ, qui est in *Ordine Rom. semper inscribitur Postis & Cantoribus, adstans ante facim Pontificis, & nutum ejus ad psallendum expectans.* V. supra *Archipsaphonita*.

Quasillariæ, ancillarum Textrino infervientium, apud Romanos, nomen, à *quasillo* seu calatho. Petronius, *Nec contemta mulier tam gravi injuriâ, convocat bunes Quasillarias familiasque fortissimam parum, ac me consuli jubet.* Romæ olim, *Missa. Quasill. vix. an. 30. Orationes. Lauipond. de suo.* Dicebantur autem *Lanipendiæ* vel *Lanipendiæ*, qui inter Lanificas penfa partiebantur, quando ea materia fordere Matronis visa sunt. Propertius earundem meminit *lib. 4. Eleg. 7.*

Et gravia rependit iniquis pensa Quasillis,
Garrula defacie fpa sua locuta mea est.

V. quoque Hieronymum ad *Lætam* apud Laur. Pignorium *Comment. de Servis.*

Quater, apud Statium *Thebaid. lib. 4. versu* 545. in sacria Infernalibus,

Lasse quater ſparſas —

ritualis vox numerosque. Est enim felicitatis numerus in omnibus. Val. Flaccus *lib. 1.*

—— *vacua nam lapsus ab arbore parvum*
Te quater ardenti tergo circumvenit anguis.

Tibullus *lib. 1. Eleg. 10.*

—— *quater ille beatus,*
Qui venera iras flore puella potest & &c.

At de eodem numero Lutatius *ad Statium Thebaid. l. 5. v. 87.*

—— *quater ara ſereno*
Intenuit.

De numero, inquit, *contiterum ratio est. Nam omnis impar numerus prospera significat, & vivis ascribitur. Id vero quod par, exitio infestum* — *quatuor juvenes Inferis Orphei immolat* (Virgilius) *Georgic. 4.*) *Quatuor tamen infera mactat. Idcirco quater advertium vinas. Et mitide observavit, ut jena horæ exumpore divicerentur à Sole, ut par numerus, quia est vivis contrarius, poneretur. Dicitur autem hic honor numeri à Pythagoræ peritus, & masculinæ virtutis & Deorum superiorum propter regularem eorum divinæ rationis. Ergo hujusmodi signa contigerunt. Ut, quater ipsum limine porcæ Subsistit, atque utero sonitum quater arma dedere. Non omitte Virgilius de numero sancti equi infausiam* — *ter, id est nostrum pronunciari potestatis. Et paulo dicas infelix omen ominis prodigiis hujus numeri, quod adferrent & alii, et si rari scriptorum.* Servius tamen pro *ipsius* tantùm accipit, in equi illius Trojani fonitu &c. V. Calp. Barthium *Animadv. ad Statium d. l.* nec non in *Libb. Superstitionum*, ut & infra, in voce *Turaltyr*.

Quaternariæ Formæ; apud Lampridium *in Alexandro Sev. Formas binarias* — *quaternarias & denarias, etiam quas Heliogabalus invenerat, refovi præcepit* : non tam hic *ternio* aut *novio* erat, quàm nummi ipsi aureiteli forma percussi, qui quaternis aureis valerent. Uti enim *Quaternarii* olim fefterti dicti sunt, postquam quaternis assibus valere cœperunt ; Innocentius Agrimenfor, *Habet decies & plumbum & quaternarios & calcem*: unde *ex quaternum* Martiali,

Amphora vicesis, mollius datur ære quaterno :

Græcis τετρώνουσα & τετρώνουσα: Ita *Quaternarius* aureus dicitur ell, nummus quaternorum aureorum vulgarium pretio ac pondere conflans. Galli *Quadruples* hodie vocant. τετρώνουσα Græci, & τετρώνουσα. Hinc & apud Cyrenæos in usu fuisse τετρώνουσα νομίσματα, quæ 4. *aureos flateres* pendèrent, legimus. Salmasius *ad l.*

Quaternio literarum, in Nominibus Dei, apud plerasque gentes memorabilis. Observat enim Marsilius Ficinus *Argum. in Platonis Cratylum*, quòd omnes gentes atque linguæ præcipuum Dei nomen *quatuor* tolum literis pronuntiare dicantur, ut qui Latinis *Deus*, Ægyptiis *Tosi*, Perfis *Syre*, Magis *Orsi*, Græcis θεὸς, Arabibus *Alla*, Mahumeti *Abdi*, Hebræis celebri nomine ifto tetragrammato appelletur. Quem equidem literarum in divino Nomine quaternionem etiam à Clemente Alexandrino animadversum jam esse, deprehendit Tobias Pfanner us *System. Theol. pur Gentilis cap. 2. §. 11.* At apud Recentiores, *Quaterniones*, Græcè τετρώνουσα, chartæ sunt in viscem compactæ, quas *Cahiers* vocant Galli. *Quaternatio Arietis* Manil. *Poem. 2.*

Plurimus ille Præsul patravis signa stupendus,
Quæ nunc in chartis scribuntur vite quadratis.

In cujusmodi τετράδια divifos fuisse libros Nestorii Patr. CPolitani, docet C. du Fresne, ex Concil. Ephes. part. 2. *act. 1.* Sed & *Quaterniones* dicti Latinis sunt nummi *Quaternarii*, de quibus diximus.

Quatuor Dominorum regio, Germ. *Vier-Herrſch*, pars est non exigua Comitatus in Germania Cattimelibocenfis, 270. circiter pagos complexa, sic dicta, quòd *quatuor* diversis *Dominis* subsit, Hassiæ Landgravio, Decienfi, Isdtenio & Welburgenfi Comitibus ex Naffovia Familia. Locus ipse, quem Cattimeliboci peculiari nomine infignunt, Hasso parens, vix oppiduli appellationem meretur ; paucis circa arcem vacuam & domuum tuderis circumjectis : tribus circiter horarum spatio Decies ad Meridiem distans. Sed oppiduli tenuitatem territorium com penfat. *Corpus. Chamberg. Wirbinii*, & ipfa jurisdictionis communitate non exempta ; venationi, piscationi, vectigali, frugibus, pecuariâ, vinetis, aucupiis, Gallicelmo Friderico Naffov. Com. commoda funt. Cyr. Lentulus *in Geneal. Principum Naffoviæ MS.*

Quatuor Tempora, in Ecclesia Rom. quid indigitent, V. in voce *Jejunium*. Auctor *Græcismi MS.* apud Car. du Fresne,

Dant Crux, Lucia, Cineres Karismata dia,
Ut sis in angaria quatra sequens feria.

Quatuordecim, apud Senecam *de Benefic. lib. 3. cap. 9. in quatuordecim deduxisse* : absolutè, pro *Quatuordecim Ordines*, feu *Quatuordecim Gradus*, itidem cum *Equitibus*, sedes viz. feu gradus Theatrales, in quibus non nisi Equitibus spectandi jus erat. Erant illi fcenæ propiores, unde clariùs atque expressius actores exaudiebantur. Et quidem cùm sedendi in Theatro variasset ordinem multos ligisset, tantum multitudinis nequivit XIV. ordinibus capi. Contrà Otho Tribunus Pl. pro consilo locatis civibus, exclusit à primis XIV. ordinibus eum, cui ipsi, patriique avoque quadragies sestertium non fuisset. Item qui artem ludicram exercuisset. Idem voluntarios decoctores toto Theatro abstinere justit. Idque ut ser varetur, per cuneos dispositi, quos *Præfectos Ordinum* appellabant, qui excitarent de sede, quam quis contra legem occupallet. Cujusmodi munere functus est Domitiani, qui legem defuetudine muratam revocavit, anno Occanus, item Lectius, Martialis carminibus notissimi. Erant porrò in his Ordinibus subsellia. Unde Martialis *lib. 5. Epigramm. 27.*

Bis septena tibi non sunt fabbella tanti &c.

ad quem l. v. Heraldum, plura vero de his gradibus, apud Jul. Caes. Scaligerum *Poetic. l.* 1. c. 21. & *supra* in voce *Equestria*.

Quatuor viri virum cutan darum, nomen Magistratus apud Romanos, qui vius vel municipiis vel Herandis praesient, Maximam cum prisca temporibus Senatus diligentia ellet in factendis faciendisque viis tam intra, quam extra Urbem: earum curandarum munus primum Censoribus commissum est; qui cum aliis rebus pro officio occupati huic muneri solicite vacare amplius non possent, ex Senatusconsulto Magistratus speciatis ob eam causam creatus est: qui *Quatuor viri viarum curandarum* nominati sunt, Eorum non multa in Scriptoribus mentio, quos habemus; in antiquis autem Epigammatis plurima, V. Harn. Brisson. *de Antiquip. lib.* 4. *cap.* 12. & Rosinum *lib.* 7. *cap.* 29. E liberis Senatorum videntur lecti. Fuit enim liberis Rep. vetus consuetudo, ut populus quotannis XXVI Viros crearet, quorum munia sic postea distribuebantur. Febant ex illis Triumviri Capitales, Triumviri Monetales, *Quatuor vi Curatores viarum in Urbe*, Decemviri stilitibus judicandis, qui haltam centumviralem cogebant, Duumviri Curatores v. c. rum extra Urbem, *Quatuor viri* in praefecturas Campaniae mittebantur, sed hic munus ab Augusto iminutus est, Judiciis Viocuria extra Urbem & Quatuor viris, qui in praefecturas Campaniae mittebantur. V. infra dii de *Pigimi-Viris*. idem, ut ex Equestri ordine eligerentur voluit, V. Salmatium *Not. ad Spartianum in Didio Jul.* & *supra Quarumviri*.

QUE.

Quei, flos Sinicus. Nascitur in procera arbore, quae folia habet lauri vel cinnamomi; exiguus admodum, flavi coloris, in racemulos dispolus, suavissimi plane odoris. Apertus in pila arbore perflat longo admodum tempore integer, minimeque flaccescit, ubi decedit, interjecto unius mensis spatio, denuo repullulat arbor novumque florem gignit, autumnali tempore. Tam tragrantem autem pomorum odorem exhalat, ut regionem totam, cui arbor vicina est, sua suavitate recreet atque perfandat. Turcae, limonum fucco maceratum, ad crines sequorum tingendos adhibent: Sinenses vero ex eo multa bellaria, ori barbisque gratissima adornant. Nomen dat *Quelio*, metropoli Quantae provinciae, quod in hujus territorio copiosissime provenial, Auctor Anonymus *Sinae & Eur.* c. 33. Idem nomen elle herbae, in Xenia prov. in monte *Nituxen*, quae comeda tristitiam mox pellat, risumque ac laetitiam parial, legas apud eundem *cap. prae.*

Querculanus, V. *Querquetulanus*.

Quercus, Jovi olim sacra, magna apud Veteres in veneratione fuit. Namque & ex ea, antiquissimis mortalium cibus: & inter illas Dodonae responla: & sub illis Druidarum, qui veterum Celtarum Sapientes fuere, practica sedes sed & alius ejus apud Romanos usus: *Hinc enim civica corona, militum virtutis insigne clarissimum: jam pridem vero & clementiae Imperat. rum postquam civilium bellorum profligatum meritum coepit videri civem non occidere. Ceduna his murales, vallares que & aureae, quanquam pretio ante, edentes: cedunt & rostratae, quamvis in duobus maxime ad hoc aevi scriptoribus: M. Varrone, & priscis Catonibus, dante M. Pompeio terumque M. Agrippa, uridonemque Caesare & Siculis*, verba sunt Plinii. Et paulo post, *Civica ilagna primo fuit postea magis placuit ex ilicibus Jovi sacra. Feruntur & Sabinae quae de causa quoque quae fuerat, cujus dationis honore glandis.* *Addita teges arcla, & ides Saporbus, quatuque conferre illud eum illa Graecorum summa quae sub ipsis Jove datur, cuique muro Patria gaudens rumpit: Civem servare, hostem occidere. Utique eum locum, in quo fit actum, hostis obtinea ea die: neque servatus servatur: aliasve stes nil proinde: Ut vivi fuerit, Auxilia, quamvis Rege tur, nisi decisi id non dant. Nec crabit hunc item Imperatorum simplicitas, quoniam conditores in quocunque cive summum esse voluerunt. Accepit dicta haec perpetuo. Exuviae insuni jemper assurgi etiam ab Senatu, in more est. Sedendi jus in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patriqne & avo paterno: Subdit candem, & matri datorae, qui tanta opera homine hilo dona verunt & cum reliquas coronas auro commendarent, salutem civis in praelio esse nolucrunt; clara profecto, fervari quidem hominem nisi ipse iuvi causa, Fabbr. Natur. lib.* 16. *cap.* 4. E quibus verbis patet, quid recipiatur hac voce. *Quercum* meretetur coronam, & quibus privilegiis, qui eam inte lucta adeptus, ellet insignis. Mallius Sabinus apud A. Gellium *lib.* 5. *cap.* 6. *civi coronam tum dari solitam dixit quum is qui civem servaverat eodem tempore etiam hostem pugna occidisset, neque locum in ea relinquisset. Interim Tibe. rius Caesar consul*, ab eam capere poterat, qui civem in praelio servaverat & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset, ut scripsit apud eundem, *cum quoque civica corona dignum videri: quia apparet ea, tam longo loco civem ab servatum, & ne etiam defendat pugnantibus retinet non qui vevit.* Quamobrem idem illum modi coronam accepit Scipio Demetrius: Ita Capitolinus; & hic quidem de duce quoque Servilio: Africanus de Patre accipere noluit, apud Trebiam, Plin. ubi *supra*. Eadem L. Gellius in Senatu Ciceronem Consulem donari e Rep. censuit, quod ejus opera effet atrocissima illa Catilinae conjuratio detecta & vindicat sque, apud Gellium *loc. cit.* qui ibidem causam, cur e fronde *quercus* civica corona, quam civis civi, a quo ser-

vatus est in praelio teltem vitae salutisque perceptae, dare solitum fuerit, conflarer addit: *quonium olim, vitalisque antiquissimus quercus capi solitus fit*, qua de re V. Plinium & Gilen. *de Asiat. fac. lib.* 2. & plura, de causis datae e *Quercu* coronae, apud Plut. *Quaest. Rom.* 92. Idque obtinuit prisco aevo, postmodum etiam illiusmodi serto exornari coepit Imperator, qui civi, quem occidere poterat, peperciffet, tefte Pighio *l. Tryumph.* Quoties autem dabatur quercea corona, tem priis divinam ad *q vercum* fieri necesse erat, uti colligere eli ex Val. Maximo *lib.* 2. *cap.* 3. *Caeterum ad quercum prone manus porrigunlur, ubi eb dives servandos opum & dandas de* Nec omittendum, quidquid Dionysius Suggerit, ante fores Palatii, in ter geminam laurum, *Quercum* ftetiffe: ita enim is *Metamorph. lib.* 1. *fab.* 9.

Poltibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis medium, & tutere Quercum.

Quo indigitatum, gemina Principi virtute inprimis opus esse, fortitudine in hoftes, & clementia in cives: fed hac praeci ue, unde in medio posita: *Salus enim unum civem servare, quam mittere hostes occidere.* V God verum *Ambol. Rom. cap. ult.* Sed & *Quercus* corona ac draconum volumibus olim Triviae Dianae & Ecatae five *Tpiodo &*, quae eadem cum Hecate credita, imaginem coronari moris fuisse, Sophocles in *Rhizotomis* docet, apud veterem Apollonii Interpretem, cum ait:

Ἦλθ ἐπ᾽ αὐτὸν κἀς ἐκεῖ ἐκὼ γὰρ τόνδε τοιόδε
Τὴν θεοῖσιν ἔσχατα φίλτρα ξυνάψασα τοῦτο ἐς πλέξασα
Τῇδε Ὀδοῖσιν κατὰ τριόδους· Ἄκαιρ᾽ ἐπέλευσε στρόβιζον.

Eandem, ut inferis Dis, fic etiam Parcis fuisse impositam, Catullus habet:

His corpus involvimus compleclens undig. Quercus
Candida purpureis ramis indaxeras ora &c.

Porro, apud Ovidium, Tmolus mons, Judex inter Pana & Apollinem redimitur quercu, *Metamorph. lib.* 11. In Capitolino agone, idem victoribus praemium, olivae mixtum. Athenis quoque, in folemnibus nuptiarum, moris fuit, ut puer patrimus & matrimus geltaret ipsius cum fructibus *quercus*, dicereque cantilenam ibi poltum elle panibus plenum. Adde illos, qui Cereri hymnos canebant, cum meffis aristas ipsae coperat, non alio lertu fuille infignes. Virgilius *Georgic. lib.* 1.

——— *nec, ante*
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri inita redimitus tempora quercu,
Det motus incompositos & carmina dicat.

Imò ipsi etiam Cereri *quercum* factam, eamque vittis, tabellis, fertis ornatam, habet Ovidius *Metamorph. lib.* 8.

——— *ingens animosq; robore quercus*
Una nemus: Vitae medium, memoretq; labellae,
Sertaq; cingebant voti monumenta potentis

Ut de Rhea nihil superadjungam, de qua, ut & alia huc pertinentia, V. apud Cae. Paschalum *Coronar. l.* 7. c. 8. & *seqq.* ut de *Quercu* tum *terrestri*, tum *quae inter magna, maris virgulta*, Salmasium *ad Solinum*.

QUI.

Quiny Lacus, nomen Supremi Dei apud Peguenses, quasi *Mille Numinum Nomen*, apud Ferdinandum Pinto *suo pag.* 372. V. quoque infra *Tinagogo*.

Quibiarii, apud Arnobium pro *Cybiarii*.

Quid pro quo, Anglorum Jurisconsultis idem esse, quod *τοῦτο ἀντὶ τοῦ*, in contractibus, docet Covvellus.

Quidil, apud Athenum pro *Cydil*. V. Salmasium ad Jul. Capitolinum *in Antonino Pio*.

Quies, item *Quietis* Fanum, adde: *Quietem* hanc ad mortuos pertinuisse, cum & Orcus ab antiquis *Quietalis* dictus sit, Vives existimat *ad Augustinum de Civ. Dei lib.* 4. *cap.* 16. Meminit Fani Plinius *l.* 4. *Cum hoc ingressus, jam Consul Labicana ad Fanum Quietis erat.* Via haec Labicana a porta Exquilina ducta: *lib.* 6. c. 15. inili. deducet Labicum, versus oppidum, fed jam Strabonis avo dirutum, ut legere eli apud eum l. 5. Quare Augustini, Fanum hoc extra portam Collinam fituerit; cum inter portam Exquilinam, quae nunc vocatur *Divi Laurentii* & Collinam, quae dicitur *Salaria*, interjecta esset porta Viminalis, quae nunc B. Agnetae; sententiam Strabonis poli habendam judicat Vossi. At idem Antistes non solitos esse *Quieti* Romanos publice sacra facere, casumque adeptos, geminam, quarum una est, quia Populus Rom. est iniquior. *Num hoc voluit*, iterum Vossius quaerit, *fusse emanarium bolli, quam pacis? Utrumque est, tenfeo ab ea ejus publice negleli, quia legnium videretur, amare quietem magis, quam laborem: tum etiam quod quies propria fit mortuorum. Sed verisimile est, eo qui Quietem inter Numina retulerunt, illam potius cam salutem spectasse, qua honeste gravia dissimulantur negotia, ut sit vita progaretur & edulcetur.* de qua luculenter Seneca *de Tranquill. Anim. cap.* 15. V. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 19. Ceterum *Quies*, pro somno, passim. Unde Plinius *lib.* 18. *cap.* 3. *Quies somnus*, (antiquitus) *in sirumentis erat.* Et *Quietis* hinc *Ministri*, de quibus infra. De *Quiete* verò ab opere, in festivis diebus, etiam Gentilibus usitata, dicemus ubi de *Sabbatho*.

Quietini, V. *Theatini*.

Quietis Ministri, apud Procopium *de bello Pers. lib.* 2. iidem, fucre, qui aliàs *Silentiarii* appellati funt: quos Eunuchos fuisse, videtur

videtur innuere Claudianus, apud quem istiusmodi hominum genus, in famina Palatina,

——— *Praefecti gemmis vestibus, dabantur*
Custodes sacrog; adhibere silentia somno.

Quo munere an functi fuerint etiam, apud homines privatos, non quidem omnino liquet. Neque vero id prorsus abnuerem, cum apud Salvianum *de Gubern. lib. 4.* mentio *Silentiariorum* extet. Vbi infra *in hac voce.* Affines munerii illis fuere, quos *ad Somnum* appellat Curtius *lib. 6. At ne in vicinia quidem diversoria quenquam commitatum receptum esse, sed per dispositos, quos ad Somnum habebat, omnes procul relegato, ne fumina ibi murmurantium inter se silentio verbis, quidve jocularetur.* V. Laur. Pignorium *de Servis.*

Quisvorium, in ver. Inscr. *Quaestorium hic ibi veteres paravit.* In aliis: *Requietoriorum*: Eadmero in *Descr. Cantuariensis Ecclesiae, locus Quietis*, sepulchrum est. Unde formula recepta in Inscr. sepulchrorum, *Hic requiescit* &c. Car. du Fresne *Glossar.*

Quietus, Marciani fil. cum Patre & fratre Macriano Jun. Balistae judicio, Imperator factus est, principatu Galieni: haud ita multo post, una cum Balista, in Oriente, ab Odenato interfectus. Zonaras *Quietum nominat*, Κύιητον, fedin nummis QUIETUS appellatur. V. Casaubonum & Salmasium *Not. ad Trebel. Pollionem in vita Quieti.*

Quisquirli, Gr. κυισκιλιον, dicebantur olim Romanis, qui *quinquennales* erant, Salmasius *ad Lamprid. in Alexandro.*

Quincanx, apud Ciceronem, *directis in quincuncem ordines*, ubi de arboribus, hanc notam habebat ——— Xenophon ἐφύτευσεν ἄλσος ἐν ᾧ ἦν πάντα τὰ ἐγγύνια. Virgilius,

——— *Omnis in unguem*
Arboribus positis fecto via lumine quadret.

Sic in delineatione quoq; ac descriptione littus urbium condebarum, quae in folo arearformabatur, fectio viarum & directio praecipue fpectabatur, ut omnia rectis ordinibus dimenfa eſſent. Quam viarum directam fectionem Θωμισμὸν Graeci dixere. Unde urbes κανὼν ἐφυγμένας, quae hac in parte laborabant viis male fectis; quod de Athenarum urbe refert Dicaearchus. Ut a recta eſſet βιμφόμενος, duae maximae ac latiſſimae viae concurrentes ducebantur ac ſeic σχὸς ὀρθὰς unviecm fecabant: coeterae minores utrique παραλλὰ ducebantur, quod in Vet. Colonia & caſtris metandis Romani, atque in Urbibus ſuis condendis. Graeci ſemper obſervarunt. In agrorum quoque metatione publicè facienda idem confectaſi funt ridem Romani, per decumanos & cardines maximos, uti pluribus docet Salmaſius *Exercit. Pliniian. ad Solinum p.* 821. Idem poculi nomen, quod *quinque* cyathos continebat. Martialis *lib. 1. Epigramm. 28.*

Hoſterna tibi nocte dixeramus
Quincuncem *puto poſt decem peraſſos &c.*

Atque hinc de poculo quoq; in, apud Mart. *lib. 2. Epigramm.* 1.

Te convivia quinque poſt decemque
Ad quem locum Radcrum vide.

Quindecim viri ſacris faciundis, à Sulla Felice inſtituti funt, Decemviris ſacris faciundis (cum antiquitus Duumviri ſolùm eſſent) aliis quoque additis. Officium eorum, quod prius Decemvirorum, & ante hos Duumvirorum, erat cuſtodire libros Sibyllinos, & in rebus Reip. dubiis illos inſpicere ac conſulere. Lactantius, *de falſa Relig. lib. 1. cap. 6. Harum omnium Sibyllarum carmina & terminat & hodierna, praterquam Cumaae, cujus libri occultantur, nec eo ab ullo nisi à Quindecimviris in ſpici, fas habent.* Quod Sacerdotium manſit usque ad Theodoſii imp. tempora, quibus meliore Senatûs parte ad fidem converſa, cum coeteris priſcae ſuperſtitionis ſacris, abolitum ipſaque dein carmina, ſub Honorio Principe, à Stilicone, combuſta funt. Ex 4. Caelii ad Ciceron. *Epiſt.* populi ſuffragiis Sacerdotes hujus Collegii aliquando, idque per legem Domitiam, fuiſſe creatos colligitur, cum antea à Collegiis coopratis fuiſſent ſolitos. Livius paſſim dicat V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. l. 3. c. 24. cum Paralip.* Thom. Dempſt. Quia iidem ſacra quoque procurabant, à Fl. Vopiſco Pontifices videntur appellati, qua de re Salmaſius in *Vopiſc.* conſulendus eſt. In eorundem Collegium receptum Catonem fuiſſe Plut. refert, ὁ Κάτων, inquiens, ἐπειδὴ τὸν ἱερὸν τῶν ἓλλήνων Ἀπόλλωνα, *Catonem autem, accepto Sacerdotio Apollinis.* Sacerdotes n. Apollinis *Quindecimviros* fuiſſe, adeò certum eſt, ut & ipſinge Sacerdotii triopodis in ſtat domi habuerint. Unde intelligitur facile illud Valerii Flacci in *princ.*

——— *Sic Cumaea minas canſcia Vatis*
Stat caſtâ cortina domo:

in quo miré laboraruntBarthius in *Adverſ* aliique. Significat autem Valerius ſe *Quindecim virum* eſſe, & Phoebum ita ſibi propitium optat, ut ipſe domi cortinam ejus religioſè caſtus habeat Sacerdos. Quam interpretationem egregiè firmat Servius *ad Aen. l. 3. Patriisque obtinuere ad aras. Hinc ergo & Delphinum ajunt inter ſacraria. Apollinis receptum: cujus rei teſtigium eſt, quòd hodieque* XV. *virorum cortinis Delphinus in ſummo honore ponitur & pridie quam ſacrificium faciunt, velut ſymbolum Delphinus circum ferunt, ab hoc ſe, quia* Quindecimviri *libro rum Sibyllinorum ſunt Amiſtices: Sibylla autem, Apollinis vates & Delphinus Apollini ſacer eſt.* Quia itaque Apollinis Sacerdos fuit Cato, ſtipes autem Dius infundi ſolitus, atque adeo etiam Apollini, certum eſt (quas Sacerdotes accipiebant atque inter ſe partiebantur)per diſſequim neſcio cujus, aut ſuae aut domini religionis causâ, denarium in ſtipem Apollini ſolenni die dediſſe, & Catonem Sacerdotem eâvâ manu accepiſſe, refert ex Varrone Appulejus in *Apolog.* Neque enim id ſolo Auguſto uſitatum, quod ſcribit Suetonius *c. 12. Ex noctuino vifu ſua etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à Populo cavam manum offerentibus precantibus.* V. Jo. Frid. Gronovium *de Pecunia vet. lib. 2. cap. 11. ſub fin.*

Quinciennium, in Aula Romana, Datariae, ut vocant, Apoſtolicae terminus, ſignificat quandam unius annatae integrae penſionem, ſeu ad minimum ſemiannatae, quae ſolvitur Datariae de beneficiis unitis alicui Capitulo ſeu Communitati, quae in manus mortuas tranſierint, apud Car. Macrum *Hierolexico.*

Quingenaria Cohors, apud Spartianum *in Hadriano, Hiberorum Regi elephantum & quingenarias cohortes, qui magiſtria deinde na pro Quinquagenaria* legit Salmaſius. Nullae n. cohortes quinquagenariae, h. e. quae quinquaginta hominibus conſtarent, ſed *Quingenariae* omnes, ex *quingentis*, ſc. hominibus. Erant quidem & miliariae, ut primae quaeque in legionibus, fed coeterae cunctae *quingenariae*, quae *quingentenariae* dicuntur in editionibus Veg. &c. Sic *Quingentenarii*, in *L. Wiſigoth lib. 2. tit. 1. §. 26.* qui *quingentis* multibis praerant. C. du Freſne *Gloſſar.*

Quingenti, Gr. Πεντακόσιοι, Senatus Athenienſis. Poſtquam n. Solon conſtituiſſet, ut quotannis ſummae praeeſſet Reip. Quadringentorum Senatus, auctio deinde, ſive in ordinem redacto Tribuum, quae decem fuere (cum antiquitus quatuor ſolùm eſſent) numero, e Quadringentis facti ſunt *Quingenti* Senatores, qui dicti ſunt τῆς Πεντηκοστῆς βουλῆς, vel οἱ Πεντηκόσιοι. Ex unaquaq; autem Tribu quinquaginta Viri ſorte ducebantur, teſte Ulpiano *in Andratianam*: Sortiebantur vero qui aetate eſſent Senatorii, quam an. 30. definitam fuiſſe, hinc colligitur, quòd tot annos natum fuiſſe Judicem oporteret, ex jurejurando Heliaſtarum, Quingenti à cetiam inter Judices erant; Praeterea hocSenatu mori poterant ſorte capi in Judices, ut legimus in Graecorum Comm, non potuiſſent ta. nili annos minimum 30. nati &c. Neq; vero ſolùm ſorte ducebantur Quinquaginta ex unaquaque Tribu Viri, ſed etiam praeter eos, quinquaginta alii ſuccedanei, in hunc fine, ut ſi primi illi Quinquaginta forte lecti, aut ex illis unus aliquis, vel probatur minus, vel iisdem ſine excuſatione morerentur, in illorum locum ſufficerentur iiti, quibus ſors obvenerat. Adnotetbantur in hunc Senatum etiam adſcripti cives, ut è Lege τὸν δυνασεύοντα colligere eſt, ſiebatque ſortitio hac quatuor ultimis diebus de trecentis quinquaginta quatuor anni Lunaris, ut docet Ulpianus iterum in *Andrat.* Quinquaginta hi ex unaquaque Tribu ſorte capti atque approbati Senatores Βεβουλευμένοι dicebantur, de quibus V. ſupra in voce *Prytania.* Ex his, qui ſuum dicem impetraret, *Epiſtates*, reliqui novem (quamquc enim Prytaneam in 5. hebdomadas fuiſſe diviſam ibi diximus) Prytanes dicebantur: à quibus alios quoque fuiſſe Proedros atque Epiſtatas notatum Eruditi. Nam quotiescunque habebatur Senatus, aut concio, ἐὰν τῇ ἡβδομαδικῇ ἀγορᾷ Ἐπιστάτης, legebat novem Proedros, è ſingulis unum Tribubus, exceptâ Tribu, penès quam erat Prytaneas imperium, ut docet Arift. *de Rep. Athen.* & quibus novem Proedris unus Epiſtata quoq; dicebatur, ſorte ex illis ductus, ab Epiſtata, penès quem ejus diei regnum erat, Suid. Harpocrat. &c. Atq; hi Proedri Senatui & Populi concioni praeſidebant, unde iis nomen: ſicq; per eos curabatur ea quae κατὰ τὸν Βουλευτικὸν ἢ Ἐκκλησίαν erant, iidemrelationé faciebant eorum, quorum causâ conveniebat, ſiſtebantq; in Judicium coram Populo: quas tamen partes ſuiſſe praecipue Epiſtatae Proedrorum, ex Suida diſcimus. Libi vero ſorte capti fuerant *Quingenti*, qui Reip. praeſſent, inquirebatur in eorum vitam morcsque ; qui cùm probati erant, jusjurandum dabant, cujus aliquot capita hanc ſunt: Τὰ βέλτιστα συμβούλευσω τῷ δήμῳ Ἀθηναίων, Ὀρθῶς ἀκούσομαι συμβουλεύων Ἀθηναίοις τῷ Δήμῳ, &c. Demoſth. *c. 26.* Κατὰ τὸν νόμον βουλεύσω, Ἀθηναίοις ἄριστα συμβουλεύσω, Xenoph. Ἀκούσομαι. Ll. 1. Οὐδὲν ἄδικον Ἀθηναίων οὐδένα ποιήσω γνώμης οὔτε κεφδέων ἕνεκα οὔτε ἄλλου οὐδενός. Ll. 2. Οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς ἐπὶ τοῖς τῶν πολεμίων ἡσθήσομαι. Ll. 3. Οὐκ ἀποκτενῶ τὸν ἔξωθεν ἀκρίτον, ἢ ἐγγυησάμενον, ἢ ὑπόσπονδον μὴ κεφδαλέον. Ll. 4. Οὐκ ἐπιβουλεύσω τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, οὐδὲ τῶν ἄλλων, οὓς ἂν ὁ δῆμος ἀρχὴν ἄρχειν ἐθέλῃ, οὐδὲ ἐπιβουλεύοντι οὐκ ἐμηνύσω. Ll. 5. Ἐὰν δέ τις ἐπιβουλεύῃ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, ἢ τῶν ἄλλων, οὓς ἂν ὁ δῆμος ἀρχὴν ἄρχειν ἐθέλῃ, ἢ ἐγγυησάμενον, ἢ ὑπόσπονδον, ἢ ἀκρίτον, ἢ ἀποκτείνῃ, ἢ ἀποκτείνοντι συμβουλεύσῃ, ἢ ἐπιβουλεύοντι οὐκ ἐμηνύσῃ, ἢ ἄλλο τι ἀδικῇ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ἢ τῶν ἄλλων, οὓς ἂν ὁ δῆμος ἀρχὴν ἄρχειν ἐθέλῃ, ἢ τὰ ὅπλα ἀφέλωμαι τοὺς ἄρχοντας, ἢ ἀφαιρεθέντι ἢ ἀφαιρουμένῳ, ἢ ἄλλῳ ἢ ἀφαιρουμένῳ συμβουλεύσω, ἢ ἐπιβουλεύοντι οὐκ ἐμηνύσω, ἢ ἄλλο τι ἀδικῶ

quales fuit fuerunt, cum universa civitas feriaretur, ut habet L. 1 de Feriis. Imò eautum Plebiscimate, anno 3. Olymp. 103. Capitolio Athenis Prætore, ut Senatus Quinquertrum dies quinque feriaretur; cum agebantur Apaturia. Porrò de publico pecuniam Senatores accipiebant, honorarium ejus operæ, quam Resp. impendebant, Ulpianus in Timocratem: quod in diem erat drachma, ut Hesychius docet. Senatum cum ingrederentur Senatores, Jovi atque Minervæ faciebant sacra: quod τὰ εἰσιτήρια ἱερὰ vocat Ulpian. in Mid. dictum. Proscribebantque Prytaneis, de quibus nam futura esset relatio in Senatu, Pollux lib. 8. cap. 9. & fumebant hi una quotidie cibum, singulis suæ Φυλῆς diebus, Idem lib. 8. cap. 15. Cùm verò Quinquenni in decem classes distribuerentur, quarum unaquæque erat 50. virorum ex qualibet Tribu, Quinquaginta illi Viri in sua classe singuli fecebant & sententiam dicebant, non conferè, sed in sua Tribu quisque: fecit bantque calculi & sententiam dicebant, eo ordine, quem fors ab ipso anni principio unicuique attribuerat, sic ut principem locum obtinerent Tribus illa quæ tunc ἐπρυτάνευον. In unaquaque autem Tribu, præfecisse videntur Proëdri Prytanum & Proëdri illi novem, ab unaquaque Tribu electi, exceptâ illâ quæ eo die imperabit: ad cœteros quod attinet, ratio æstatis habita & illi sententiam primò rogati esse videntur, qui ætate erant provectiores. Plut. in Nicia, quemadmodum in Senatu, ubi, pro ætatis ratione primi, secundi, tertii & ita deinceps, oratio nem habebant ad Populum. Donec Glaucippo Athenis Prætore, anno 3. Olymp. 92. alio ordine instituto, uniuscujusque Tribus Senatores ab illo tempore, præter Proëdros sederunt & sententiam dixerunt in sua Tribu, eo ordine, quem fors unicuique adsignavit. Unde, ut vifum supra, relatum inter Kapita jusjurandi, eo ordine quem litera sors (per literas enim illa fiebat A. B. &c.) attribuisset, in Senatu iurare. V. Græcum Artifoph. Interpretem Plauti ad v.

Ἀλλ' ἢ λαχὼν ἕπεισι τὸ πρῶτ' ἐμοῦ.

Sed & Populum in conciones congebant Prytaneis ftatis diebus, singulis nempe Prytaniis quater: & quidem prima ἡ κυρία ἐκκλησία cognebatur, d. 11. Prytaniæ, fecunda die 20. tertia d. 30. quarta d. 33. E' quibus hoc agebat, ὅσοι ἱερῶν τ' ὁσίων: illa, Præcones & Legatos expedibat: illa τὰς δικαιώσεις ἐποιοῦντο ὁπόσοι ἀδικεῖν φαίεν ἢ ἀδίκως ἠ δεδικῆσθαι, vocabat: in prima verò ἐπιχειροτονία τοὺς ἄρχοντας ἐπεχειροτόνουν, ἐάν τινες δοκῶσι μὴ καλῶς ἄρχειν τοῦ τε ἄλλου βίου, καὶ τὰς κρίσεις τὰς κλήρου, V. Pollucem lib. 8. cap. 9. &c. Mulctas quod attinet, non nisi quingentis drachmis multandi jus erat, Quinquennium Senatui, ex Lege memorata Demosthenis c. Timocr. & Mneſio quod si gravior mulcta irroganda esset, tradebant eos à se condemnatos τῷ δικαστηρίῳ: quod quando fiebat, Tyles ad hetæ in judicium introducebant. Quia verò maximum fuit apud Athenienses rei nauticæ ftudium, quotannis Senatus Quinquennium lege decretum naves ædificare novas, Libanio teste in Hyp. theſi Androtiana; quam in rem pecuniam è publico accipiebat: Idque insiturum videtur à Themistocle tempore bus, vel certè facti atum, post nobilem illam Salaminiam victoriam, Demostn. in eadem Or. Quod ut Senatus promtius faceret, munere invitabatur, Corona viz. ut annotavit Ulpianus ad Androtianam. Tandem (ut reliqui omnes, qui Magistratu exibant, intra 30. ab abdicato Magistratu dies, rationes administratæ Reipsubreddere tenebantur ista & Quinquennium Senatus eadem ratione τὰς εὐθύνας ἐποιοῦντο, ut cæteri, quos memorant Scholiastæ ad Æschinem c. Ctesiph. Quare, ne Senatus paucorum facilore damnaretur, quando rationes suas referebat, verrente Magistratus sui anno leverè in fuos animad verterebat, & si qui munus fuum bene non fungerentur, Senatu movebat. Iatis per folia, caleuforum vicem, sententiis unde ἀποψηφίζεσθαι ortum. Si itaque munus fuum egregiè obiisset Quinquennis, coronâ Senatus cohonestabatur: bonâ autem fide & cum administrasse non judicabatur, si tiremes fecisset. Rationes verò apud Scribam & Logistas referebantur, V. supra in voce Logiſtæ, & plura hanc in rem, apud Sam. Pet tum Comm. in LL. Attic. ad tit. 3. lib. 1. cui adde Franc. Rossaum Archæol. Au. lib. 3. cap. 3. Sect. 1.

Quinisexta, Græce πενθέκτη, dicta Synodus Trullana secunda, habita C. Poli sub Justiniano Rhinotmeto, quòd quinta & sexta Synodi defectum supplevisset, ὅτι ἡ μὲν πεντηκτὴ τὰ ἐν ταῖς συνόδοις ἁπταίσματα, τὴν δὲ τῶν ἁγίων πατέρων, verba sunt Maximi Ancyrani. De qua plura agit Jo. Forbesius Instructionum Hiſt. Theol. lib. V. cap. 5. num. V. & Cl. Suicrum Thes. Ecc. voce Πενθέκτη.

Quinquagenarii, in re militari, qui 50. militibus; in re civili, qui 50. familiis, inre monastica, qui 50. Monachis præerant; πεντηκοντάρχοι, apud Guillelmum Tyrium lib. 2. cap. 20. Cathvulphum in Epiſt. ad Carolum M. & Auctorem vitæ S. Alexandri Acœmeti Abbatis, V. quoque supra Quinquenalia.

Quinquagesima, apud Ferrarium Diac. cap. 14. ex Synodo Sardicensi cit. Ut diebus Quinquagesimæ genua non flectamus: & apud Cassianum de Canob. Inſtitut. cap. 6. 18. & Collat. 21. cap. 8. ubi observat, in ea non custodiam à districtioris vitæ Monachis jejuniorum Regulam usque ad vigiliam Pentecostes: est quæ aliàs Pentecoste dicitur, ex Græco Πεντηκοστὴ. Spatium viz. dierum, à Pascha tis die usque ad diem diem festum Pentecostes. Quinquagesima Paschalis, Rabano de Institut. Clericorum lib. 2. cap. 41. & 34. ad differentem alterius Quinquagesimæ, quæ Quadragesimam præcedit. Aliquando & de ipsa die Pentecostes &c. Can. ex Presbc in Glossario. Quod verò attinet Quinquagesimam, quæ Pascha præcedit, sic dicta est Dominica, ut habet Dominic. Macer, quæ Dominicam primam Quadragesimæ præcedit, quòd ab ea usque ad Resurrectionis Paschæ quinquaginta dies numerentur. Orde Rom. Quinquagesima vero, quia decurris ut que in diem Resurrectionis Dominicæ. Ab hac Dominica antiquitus jejunium incipiebat, ut adhuc Orientales Christiani de intere Latinorum nulli Ordines faciunt: unde Dominica Carnisprivium aliis appellatisque: & Telesphoro Papa inftitutam hanc Quinquagesimam, sed ad jejunium ejus Clericos tantùm obstrictos fuisse, idem atti qui etiam Quinquagesimam pœnitentiæ vocat, & à Quinquagesimalitate, h. e. Pentecoste, distinguit, in Hieralex.

Quinienes, πενταπλασιοι, sicut Biniones, Terniones, Quaterniones, V. supra.

Quinquasinus, adde: Cicero pro uno de possisse videtur, lib. 12. Epiſt. 25. Vetus Kalendarium Martio mense sestum hoc ponit & Quinquatria appellat: celebrabantur autem 14. Kal. April. eoque tempore publica erant Oratorum ac Poëtarum certamina, teste Xiphilino. De pueris Juvenalis Sat. 10.

Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis,
Incipit optare & totis Quinquatribus optas.

V. Anton. Thylium JC. Not. in Gellium.

Quinque Certamina, in Ludis olim Græcorum Gymnicis, certari Tolita, fuere Curſus, Luctta, Saltus, Jactus, Pugilatus, juxtà versum Simonidis, apud Pollucem lib. 3. cap. 30.

Ἅλμα, ποδωκύην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Inter quæ quis ordo fuerit, non adeò liquet. Pugilatum primo, luctam secundo, jaculum tertio, cursum quarto loco, Vett. numerarum esse, docet ex Homero ll. Ψ. ubi de funere Patrocli, & Odyſſ. 8. ubi Ulysses provocat Phæacas, Car. Pafchalius Coronar. l. 6. c. 14. Scaliger, pro motus ratione statuens, Luctam putat fuisse postremum omnium inventum; utpote compositum simulque in duobus motum: Cursum autem primum, mox Saltum. Pedumqi initio (à Pastoribus, hinc enim & horum ludorum originem arcellit) jactum arbitratur, mox lapidem crassium ac gravem, Qui motus fuit quasi introitus forum, contrarius autem huic jactus erat forum, quem in discojactum exercebant &c. V. eum Poëtic. l. 1. c. 22. Hoc certum, Certaminum horum ordinem sæpe inversum fuisse, quo minus certi de eo quiddam tradi potest. In omnibus verò illis qui victoriam obtinuit, νικηφόρος Græcis, Quinquertio Latinis dictus est, V. infrà in hac voce.

Quinque Portus, addeIn his, villisq; aliis ad eos pertinentibus, Rye præfectum & Winchelſey, qui degunt. Barones de Quinque Portubus dicuntur, præter antiquam nobilitatem gloriamque in Regni defensione repertaram, non Baronum solùm appellatione, sed amplissimis insuper privilegiis, insignes. In Regis namque coronatione quatuor ex numero suo electos mittunt, qui umbraculum supra ipsius caput deferunt, eademque die solennibus epulis coram ipso à dextris accumbunt. In Parlamentis porrò, proximum olim à Baronibus Regni obtinuere locum sed hodie Communibus immiscentur, quod fieri cœperunt an. 4. Jacobi I. R. &c. Quorum omnium auctor Guilielmus Nothus, qui, ut Cantium, Angliæ clavem, sanctò firmiùs retineret, Connebilem Castro Doverensi, quandoque Limenarchum, ex vet. Romanorum inftituto, Quinque-Portubus præfecit. Henr. tamen Knyghton A. C. 1207. Joanni Angliæ R. id inftituti tribuit. Quorum utrum sit, etiamnum privilegia illa vigent & Limenarcha semper est è fidei spectatissimæ Proceribus habetque in sua jurisdictione, in pluribus, Admiralli auctoritatem aliaque jura. C. du Fresne in voce Baro.

Quinque Primi, in Verginia, sunt Quinque Viri, qui principem in Senatu locum habebant, Hi, ut & Decemprimi (de quibus V. supra) muneribus quibusdam ac functionibus obnoxii erant, ut à Juteosi. traditur. Prætejus apud Johann. Calvinum Lexico Juridico.

Quinquennales Ludi, apud Spartianum in Hadriano, V. supra Pialia. De Quinquennalibus & Ludis Neapolitanis, quæ indigitat Papinius lib. 2. Sylv. 2. v. 6.

Hæc me poſt patrii latum quinquennia luſtri &c. *

V. Interpretes; illique adde Petrum Fabrum Agoniſt. pag. 645. & Marcellum Donatum ad Suetonii Auguſtum cap. 18. Sacra certè fuerunt illa. & Musica: quem agonem Strabo ἀγῶνα τῶν τῆς φύσεως τοῖς θεοῖς ἄθλα, confirmatum eum quotidie clariſſimo Artemidoro eorum, qua in Gracia celebrantur, dicit lib. 5. Aliud certamen Quinquennale, cui proprium nomen Πυτικὸς ἀγὼν, memoratur Plutarcho, in Ariſtide, ubi, pompam horum ludo-

cum sigillatim recenſens, inter alia ibi fuiſſe ait currus plenos myrtis coronamentorum. Quò referas etiam *Quinquennales Cæſar*, quos Plinius, Trajano ſcribens, *Trajanos* appellari poſſe, ait *lib.* 10. *Epiſt.* 79. &c. De quibus omnibus V. Car. Paſchalium *Coronarum lib.* 6. *cap.* 30.

Quinquennalis, apud Æl. Spartianum *in Hadriano*, *Apud Neapolim Demarchus*, *in patria ſua* Quinquennalis: & *item Hadriæ* Quinquennalis, *quippe in altera patria*; nomen eſt Magiſtratus, quem *Turnebiolo*gus exponunt. Gloſſæ *in cap. de Magiſtratibus*, *Magiſter equitum*, *Fiamen*, *publicus*, *Quinquennalis*. Sic dicti, quod functio eorum annos duraret. Cujusmodi *Quinquennales* in plerisque Coloniis & Municipiis fuiſſe, conſtat, ſic varia corpora & Collegia ſimiliter fuos *Quinquennales* habuere. Abſens autem geſſit hunc Magiſtratum Hadrianus, uti notat Dio, V. Caſaubonum & Salmaſium *Not. ad locum.*

Quinquertio, Græcè πεντάθλον dicebatur olim, qui omnibus *quinque Artibus*, *ſeu exercitationibus Gymnicis*, valebat, curſu viz. ſaltu, diſco, jaculo, luctâ: quæ Simonides *Anthology. lib.* 1. *cap.* 1. complexus eſt hoc verſu,

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντ', ἠδὲ πάλην.

Quemadmodum, qui in ſingulis polleret, *Curſor*, *Saltator*, *Diſcobolus*, *Pugil* &c. quin luctu ſimul & pugilatu excelleret, *Pancratiaſtes* vocitatus eſt. Livius tamen Andronicus *Quinquertiones* appellavit Athletas, ut Feſtus teſtatur: apud quem etiam periodon vicitile dicebatur is, qui Pythia, Iſthmia, Nemea & Olympia ſimul vicifſet, nam ita circuitu eorum ſpectaculorum accepto. Apud Lactium, Democritum legimus Philoſophum πένταθλον ſeu *Quinquertium* dictum eſſe, quòd in Juventute forte vicifſet, ut vult Mercurialis: Voſſius tamen per tralationem illum ſic vocitarum fuiſſe contendit: *Siquidem verè erat in Philoſophia* Quinquertio. *Nam & rerum naturalium*, & *Metheſeos*, & *Liberalium diſciplinarum Orbis & Artium omnium peritiam habuit*, *longo uſu firmatam*, ut inquit Laertius. Fuere autem & plura certaminum genera, quibus Athletæ olim inter ſe contenderent, ſed quinque præcipua erant, in quibus plerunque, tam in ſacris Certaminibus, quàm in Ludis, Amphitheatris & publicis ſpectaculis, fed præſertim in Stadio, quod fere ſolis Athletis propriè deſtinatum erat, certabant. Poſtea quoque *halteres*, atq; nonnulla alia in uſum venitebant, ab Athletis obiri ſolita, ſed & illa in publicis Ludorum & facrorum Certaminum Spectaculis raro peragebantur, ana exceptâ Monomachâ, quam Græcos Scecio ex aditivo tempore in Pergamo exercere conſuevifſe, memoriæ prodidit Galenus *lib.* 3. *de Arte cap.* 13. Quanquam Monomachos ab Athletis diverſos fuiſſe apud Vett. indigitet Cicero *lib.* 7. *Epiſt.* 1. Niſi dicamus, quod memoriæ proditum eſt à Dionyſio Halicarnaſſeo *Antiqq. Rom. lib.* 7. *Athletas alios fuiſſe leviorum*, *alios graviorum certaminum*, *atque hos poſteriores fuiſſe Gladiatores*, V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 1. *cap.* 14. Voſſium de 4. *Artibus Popul. cap.* 3. §. 36. & 38. ut & ſuprà *Pentathlus*.

Quinquiviri ex Coloniæ deductæ, Curatores erant, quibus colonias deducendæ, agrorumque dandorum cura incubebat. Cum enim aut lege aliqua à Plebe ſcitum, aut Senatusconſulto decretum eſſet, Coloniam aliquam deduci, numero Colonorum ſcripto, creabantur Comitiis Tributis, modò per Conſulem, modò per Prætorem Urbanum, Curatores, qui Coloniam deducerent, interdum tres, interdum *Quinque*, ſeptem, decem, viginti etiam; qui inde *Triumviri*, *Quinquiviri* &c. *Coloniæ deducendæ*, aut *agris dandis attribuendis* re, appellabantur. Hi poſtquam creati erant, Colonos, qui veſtia ponte nomina dederant, vel forte exierant, in agros lege definitos atque in Coloniam ſub vexillo, quaſi Exercitum aliquem, deducebant: eratque deductionis Dux & Curatoribus Agrariis unus, V. Appianum, Plut. Ciceronem, Alios. Ubi verò Colonos in agris collocarant, tum aratro Urbem & agrum circumferebant, uti ex iisdem, ut & Dionyſio ac Varrone, diſcimus: nummis item, quales in *Faſtis*, *Julio* & *Auguſto*, Huberti Goltzii multi cernuntur, in quorum uno vexillum, aquila, & ſignum militare, in alio vexillum, & equila, aratrum, decempeda, five pertica agri menſoria: in alio facerdos agens jogum boum & ſulcum aratro ducens, repræſentatur. Tum vero agri diviſionem ac ſuæ cuique parti aſſignationem aggrediebantur: quod proin munus difficultatis ac molestiæ plenum videtur fuiſſe, cùm in odium Colonorum facilè, diviſionis iſtiusmodi cauſa, incurrere poſſent. Atque hæc omnia ſubeunt auſpicato: qui ſini Curatoribus illis Pullarius attribui ſolebat. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l.* 7. *c.* 47.

Quinquiviri Epulonum, cum prius *Triumviri* eſſent, equo ſum facrorum apud Romanos agebant curam: Iis poſtea duo additi, ſeptenarium expleverunt, unde *Septemviri Epulonum* dicti. V. Lazium *de Republ. Roman. lib.* 3. & ſuprà in voce *Epulones*.

Quinquiviri Menſarii, à diſpenſatione pecuniæ dicti, nomen Magiſtratus apud Romanos. Creati illi ſunt ut Livius tradit *lib.* 7. anno U. C. 320. Coſſ. Valerio Poplicola, C. Marcio Rutilio, ex plebe. Cùm enim fœneratorum improbitate & æris alieni magnitudini, qui Plebs præmebatur, Principes Plebis ſuccurrere ſæpenumero, ſed fruſtra, tentaſſent, *hoc anno*, verbâ funt Livii, *inclinaſis ſenſel in concordiam animis*, *novi Conſules ſaluberrimum quoque rem*, *quæ detinere unanimos videbantur*, *levare aggregi*, *ſolutionem alieni æris in publicum curam vertentes*, Quinqueviris creati, *quos Menſores à diſpenſatione pecuniæ appellarunt*. *Meriti autem æquitate curaque ſua*, *ut per omnium Collegium monumentis celebres nominibus eſſent*. *Fuere C. Duellius*, *P. Decius Mus*, *M. Papirius*, *Q. Publius & T. Æmilius*, *qui rem diſficillimam tractatu & plerunque pari iniquæ*, *ſemper cerè alteri gravem*, *cunctis moderatione*, *tum impendio magis pub.* 9. *quam publicè*, *adſtimerunt*. *Tarda enim nomina & impeditam in integra debitorum ſpem facultatibus*, *aut ærarium mendis cum aere alieno poſita diſſecuit*, *ut Populo prius cavetur*: *cui aſſumpti æquato pene totis libertati*, *ut non modo ſine injuria*, *ſed etiam ſine querimoniis partis utriusque exhauſta vis ingens æris alieni ſit*, *lib.* 23. Idem alibi tradit, anno 537. tempore primi belli Punici Triumviros Menſarios, propter penuriam argenti, creatos fuiſſe &c. Creabantur autem hi Comitiis Tributis. V. Joh. Roſinum *Antiquit. Rom. lib.* 7. *cap.* 39. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 3. *cap.* 16. & Joach. Camerarium *in Orat. Cic. pro Flacco*.

Quinſdam, adiit M. P. Veneti temporibus regia Sinenſium fuit, quam decimus Imperator familiæ Sungæ Kaocangus Kin, Tartaros fugiens, hic ſtatuit, atque icirco *Kingſa*, corruptè *Quinſai* vocata eſt. Nec abſcedit pontium numerus, quorum 12000. Venetus refert in Urbe reperiri; inprimis ſi pontibus Arcus jungantur Triumphales, quos ob fornicis ſimilitudinem pontium loco Auctor ita habere potuit: quemadmodum idem ingredes Leones dixit, cùm tamen leones in iis tractibus nulli. Forte & non tantùm eos pontes, qui in & extra Urbem ſunt, ſedqui in toto ejus territorio, comprehendit, qui maximè numerum augere quoque potuiſſet. Auctor Anonymus *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap.* 6. *ſect.* 2. §. 6.

Quinta Dies cujuslibet menſis Lunaris, olim infauſta; illæ-mini Eumenides, Erinnyes, Furias perjuros in pœnam quæritare, in Theologia Græcanica creditum eſt. Heſiod. de diebus infaſtis,

Πέμπτη δ' ἐξαίνοις, ἐπὶ κλαιτοὶ τε βόεσσι·
Ἐν πέμπτῃ γὰρ Ὅρκον ἐρεννύες ἀφροδότοιο
Ὅρκον ἔτικτε βροτοῖς ἐπιορκίην ἀνίηνεν.

Quintas verò *evitata* (manine in conjugiis) *quia diſſidiales ſunt gravedæ*.

In Quinta enim ajunt *Furias circumambulare*,

Ut juramentum (violatum h. e. perjurium) *vindicent*, *quod Concubio genuit*, *exilium Perjurii*.

Ubi Moſchopulus *νυμφίους* interpretatur, *ἀπειλὰς* & *ἐχθύσους*, *ut rationem exigant & inquirant*. Quam diſciplinam addit Joan. Tzetzes Heſiodum è Melampode, Poëta veteriſſimo, ſumſiſſe, qui etiam ſcripſerit, perjurii die Quintâ commiſſi pœnam divinitus inſligendam, fuiſſe intra quinque dies mortem. Ἐν πεμπτῳμηνὶ φησὶ, inquit Tzetzes, δεῖ ἐν τῷ ἀλωδῇ, *quod exclusive nonne opera comperi eſſe verum*. Proclus autem ibi, juxta diſcipli-nam Pythagoricam, τὸν Ὅρκον ſumit pro eo quod eſt, τὸν Ὅρκον θεὸν κολάσεως ἐπ' ἐνγυήσεσι τοῖς ὁρκοις ἐν τῇ πεντάδι γενέσθ᾽ ἐφ' ὅσοις ἡμέραις ὁ ὁμόσας τὸν γένεσιν αὐτὸν τετέλεκεν ἐπὶ τὸν πεντηκοστὸν, *Orcum Deum*, *qui punit perjuria*, *id quinta natum*, *adeoque Damones ultrices natalitia ejus quintana ſic obſervare*. Ita quidem ille, quaſi natum ex Eride Orcum die quinta ille volutaſſet Heſiodus; ideoque die illâ itaad perjurii vindictam circumambulare, ut Orco Deo Juramentorum inſervientes Erinnyes. Certè Virgilius eſſe Erinnyes, i. Eumenides, tunc natas, refert ex Heſiod. canit, *Georg.* 1.

——— Quintam *fugere Pallidus Orcus*

Eumenides, *ſatæ* ———

Quo de loco Salmaſius de *Annis Climactericis p.* 828. Nempe ſive per Deum unum, plures, aut omnes, aliasve res juraretur, pœnæ cœlitus inſligendæ perjurii expectabantur; quæ non omnino (juxta illud Ciceronis de *LL. l.* 2. *Perjurii pœna divina exitium*, *humana dedecus*) aut rariſſimè eo nomine ſecuſis veteſtioribus urogatæ leguntur. Poſtea verò, ſi per Principem ejusve Genium, Veneration em, Salutem, Caput, quis pejeraſſet, nil *excalore* quodam, necex ſedatia animi ſententia id feciſſet, *periculum corporis aut Majeſtatis crimen inſerri plaeuit*, uti Alex. Sev. *l.* 2. *Cod. lib. de violated. & Jurejur.* idque ex Deciſorum conſtitutionibus. V. Jo. Seldenum *de Synod. vet. Ebraorum Lib.* 1. *cap.* 11. n. 4.

Quinta Hora, epulis tempeſtivis conveniens. Ciceron *in Piſonem*, *Meminiſtiſ canam*, *cùm ad te quintâ ferme hora cum C. Piſone veniſſem*, *nuſcio quo à gurgulione prodire in vitio capite*, *locatum*. Dicebantur a. *Convivia Tempeſtiva*, epulæ feſtæ ac ſumtuoſæ, quæ de die, h. e. ſolito maturius inibantur, ac in multam noctem, eriam ad galli usque cantum protrahebantur. Inde eſt, quòd Cæcilianus quidam apud Martialem, ab ipſo invitatus, *ad quintam* venerit, quæ ſtata erat hora convivii ſumtuoſi. Juvenalis,

iam nunc in balnea salvo
Fronte lices vadas, quanquam solida hora superfit
Ad sextam &c.

V. suprà ubi de phrasi, *de Die epulari*, & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Vopiscum in Floriano.*

Quintadecima, apud Henricum Knyghtonem A. C. 1349. & Matthæum Westmonast. A. C. 1227. redituum fc. erat, quam *annalis* vice tenebantur omnes Laici & Beneficiati Regi persolvere, apud Anglos; quæ tamen nec annuatim, nec sine Parlamenti decreto exigebatur; aliàs *Tallagium* & *Taxa*. Carol. du Fresne in *Glossario.*

Quintana, adde: Carolo du Fresne decurso fuit equestris ludicra, ad metam, hominis armati figuram exhibentem, ad umbilicum mobilem & versatilem, sinistrâ clypeum, dextrâ ensem aut baculum tenentem: quæ si aliter lancea, quàm in pectore, percutertur, mox à scopo aberrantem baculo repercutiebat. V. eum *Differtat. ad Joinvillam libr.* 7. Eius loco hodie viget *Decursio in statarium pugilem*, Gall. *la course au faquin* &c. Salmasio *Quintanæ ludus* hodie dicitur Gallis, quem *Kovtsavio ναϊδων* vocat Photius *Nomoc.* V. suprà voce *Contacopædes.* De *quintana* à Nerone *domi instituta*, ubi *partæ* (nocturnis grassationibus) *& ad lictationem dividendæ præda pretium assumeretur*, V. Suetonium *in eo*, c. 26.

Quintiliani, adde: Iidem Baptismum quoque rejiciebant, contra quem errorem ex professo disputat Tertullianus *de Baptismo.* V. Joh. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. X. cap.* 5. §. 34.

Quintilis Mensis, primis temporibus dictus est, quòd à Martio, quem Romulus anni principium fecerat, quintus ordine esset: retinuitque etiam sub Numa hoc nomen, licet is duobus aliis mensibus additis atque Januario, anni principe constituto, septimus tum numeraretur; Donec à C. Julio Cæsare, qui eo natus ferebatur, *Julii* nomen accepit, Macrobius *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 12. Dio *Ulpian. lib.* 44. Suetonius *in eo*, *cap.* 76. &c. Ejus Kalendis migrationes ex ædibus olim fiebant. V. suprà in voce *Julius.*

Quintilla, nomen fœminæ luxuriosæ. Ita enim Rigaltius *Notis in Phædrum lib.* 1. *Prolog. Saxyris*, inquit, *nomina scripsit satis convenientia pudicam, postea si in mulieres luxuriosas involuntur, nomina inserunt, Migedes à Migdalione, Tryphæna, Quintillæ, Lycisce, Phiales, Thibæ, Flore: Si in molles semiviros, Tryphori, Trimalcionis, Hedymeles & sic deinceps.* Fabulatores quoque meribus hominum notandis bestias introducunt &c. V. quoque in voce *Quintiliani.*

Quintilius Cardianus, seu potius *Cordianus*, & Maximus, fratres nobilissimi & magnæ dum viverent optimæque famæ, sub Commodo perierunt. Æl. Lampridius *in Commodo*, *Et Paternum* [*Cordianum*] *manu sycofeis. Domus præterea Quintiliorum omnis exinanita; quòd Sextus Cordianus filio suo mortis ad defectionem dicereturevasisse.* Dio occisos ait, quòd magna florerent gloria propter eruditionem, scientiam regendorum exercituum, concordiam inter se & divitias. Omisit honores, quibus erant functi maximis. Consules enim fuisse, & quidem annis circiter triginta, prius quàm occiderentur; discimus ex *Fastis. Sed & provinciarum* sub ambo Præsides fuere, eodem Dione auctore *in Vita Marci*, ubi fortitudinem ipsorum iterum prædicat. At Xiphilini quidem ex verbis Pannoniæ eos præfuisse videtur colligi: Philostratus tamen Achajæ ait. Eruditio, quam Dio illis tribuit, utcunque apparet etiamnum in Fragm. librorum *de Re Rust.* quos sub *Quintiliorum* nomine toties laudatos videmus in *Ecloga Rei Rusticæ five Geoponicorum libro*; in quod corpus multa è libris Quintiliorum fratrum sunt relata. Opes verò domus magnas fuisse, etiam illa historia docet, quam narrat Dio, de illo plano, qui, imperante Pertinace, in Seati Condiani nomen invafit, fortunis inhians, quæ illius fuerant. At concordia horum fratrum planè æterna laude dignissima. Putes unum fuisse, non duos: ita semper conjunctim *Quintilii* nominantur à Veteribus, Consulatum simul gesserunt, provincias simul rexerunt, libros simul scripserunt, simul ediderunt; ad Marcum Imp. simul literas dederunt; Marcus quoque ambos bus simul reliquit, ut eit *in l.* 15. *Dig. de bonis Libert.* Postremò, qui ita conjunctî longam egerant vitam, una simul Consulatu simul perierunt. Porrò non fuisse *Quintilios* ab antiquo cives Rom. sed Trojanos, scribit Philostratus *in Vita Herodis Sophi.*

in *Quinto*, vel *Quarto*, Advocati Ecclesiarum olim constituti leguntur, quibus *quinta* vel quarta pars emolumentorum & commodorum Ecclesiarum ex pacto dabatur, in *Chronico* Mosomensi, apud C. du Fresne in *Glossario.*

Viri illustres.

Quintus Antistius Vetus, divortium fecit cum uxore, quòd *cum Libertina quadam vulgari scœvio fuisse collocata.* Sic Sulpitius Gallus, quòd uxorem *foris capite nudo conversatam*, compertus fuisset & Sempronius Sophus, quòd uxor *se ignorante ludos spectasse*, idem fecisse legunturV. A. Gellium *lib.* 37. *cap.* 21. apud Thom. Dempsterum *Paralipomenis in Joh. Rosini Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 38.

Quintus Catulus, primus omnium vela in Theatris, umbræ faciendæ, inveniffe legitur, apud Plinium *lib.* 19. *cap.* 1. ubi ait: Postea in Theatris tantùm umbram fecere (vela) quod primus omnium invenit Quintus Catulus, cùm Capitolium dedicaret; carbasina deinde vela primus in Theatrum duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Sext. Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Nec sinuosa cavo pendebant vela Theatro.

Et ex illo P. Ovidius *de Arte lib.* 1.

Tunc neque marmoreo pendebant vela Theatro.

V. Thom. Dempsterum *in Rosinum lib.* 5. *cap.* 4. ut & infrà in voce *Vela.*

Quintus Cervidius Scævola, laudatur Ulpiano *in l.* 3. *ante hær. ff. de liberis & posth.* & Paulo *in l. cum quidem ff. eod.* Vixit temporibus Marci Antonini Phil. *l.* 39. *ff. de leg. ff. ad Sc. Trebell.* V. in voce *Cervidius* suprà.

Quintus Coponius, quòd *amphoram vini cepisset*, ambitûs damnatus est, *lib.* 6. *Epist.* 5.

Quintus Saturninus, *l.* 13. §. *Marcellus ff. de jurejur.* V. Calvinum *Lex. Jur. Et Quintus Limes*, apud Agrimensores, id. cum *Quintario*, fic dictus est, non qui loco quinto numeraretur à Decumano & Kardine maximis, fed qui centurias quinas includeret; Hic quinta centuriæ à primo centuriam includente, qui & quinque centurias includebat. *L.* antiqua, *Ut à Decumano Maximo quintus quisque limes spatio itineris amplior etur.* Posito nempe Decumano Maximo & Kardine Maximo, quinque postea limites dirigebantur. Horum quinque limitum, qui primam centuriam cludebat, dictus est etiam quibusdam *primus*, licèt secundus esset à Decumano maximo. Hic cum novissimo, id est, quinto, latior ceteris medius linearibus & subrunci vis fiebat, non tamen Decimano aut Kardine maximis, qui omnium latissimi Quibus quinque limitibus cùm Decumanus accelleret, fiebant. Porrò quinque horum limitum primus & novissimus, h. e. *quintus*, *Αὐλιανὸς καὶ ἔσχατος* appellati sunt, ab actibus includendis, qui & ceteris latiores fiebant. Quamin rem V. plura apud Salmasium *ad Solinum pag.* 679. & 680.

Quirina, apud vet. Auctorem Judicii Teftamenti, cognomen est ioveris percelli, ut qui alludit ad vocem Græcam *κείω*, & *κειόω*: quemadmodum ipsum porcelli cognominavit *M. Grunnium Corocottam*, V. eundem *Ibid. pag.* 317.

Quirina Tribus, memoratur Sext. Pompejo Festo his verbis: *Quirina Tribus à Curensibus Sabinis videtur appellationem traxisse.* De eadem Cic. *Or. pro Quinctio*, *L. Allius Sext. F. Quirina.* Et Asconius *Orat. pro Cælio*, *Duæ fuêre Tribus*, *Sergia & Quirina domus erunt.* Cœlius quoque ad Ciceronem *C. Sipitium T. F. Quirina*: & Joseph. *Antiqq. lib.* 14. *cap.* 17. *Papyrii Quirina*, meminerunt. V. Jo. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 19.

Quirinales Salii, *Quirinalis Flamen*, V. ubi de *Flaminibus* & *Saliis.*

Quirinalis, adde: Varroni à *Quirino* Deo dictæ sunt, *quòd ei feriæ, & eorum hominum, qui Fornacalibus sacris non fuerunt feriati.* In Romuli igitur honorem celebrabantur, die Februario 17. feu 13. Kal. Martii. Eodem die, quia Stultorum etiam fuere feriæ, hinc *Quirinalia* feriæ ftultorum dicebantur, ob hanc causam, quòd, cùm quisque in sua Curia Fornacalibus, quæ Indictitiæ feriæ erant, feriaretur, & sacra faceret, ftulta Populi pars, quæ sua Curia esset, ignorans, rem divinam Fornacalibus omissam, *Quirinalibus* faciebat, Festus. V. Joh. Rosinum *lib.* 4. *cap.* 6. Scaligero *Quirinalibus Lud.*, qui & *Romani*, dicti sunt, qui peregrini haberent nihil, *Poëtic. lib.* 1. *cap.* 1.

P. Sulpicius *Quirinus*, *Κυρῖνος* in Hist. Evang. dictus, Consul Rom. mox à Conſulatu, expugnatis per Ciliciam Homonædenfium caſtellis, insignia Triumphi adeptus, damnato Archelao, in Syriam, ab Augusto, missus est, cum duplici potestate, regendæ Provinciæ & censûs habendi, teste Josepho *Antiqq. lib.* 17. cui usitatius *ἀγεμὼν* alias, fed hic *διοικητὴν*, id est, *jura reddens* appellatur: ut ordinario Imperio qui præerat, id est, Præsidem, designaret. Illud enim ordinarium *Quirino* imperium demandatum fuit; negotium agendi censûs extra ordinem & ultra consuetum Præsidum munus. Est verò cum Josepho *τεταγμὸν ἰδιάτατον*, *lib.* 20. *cap.* 4. voce, egit tamen is censum, non in Judæa duntaxat, verùm in tota Syria, ut & eodem discimus *lib.* 7. *fub finem.* Τιμοῦσθε autem minus rectè *Censor* à Ruffino vertitur; cùm *Censores* isti, non *Censores* dici folitifuerint, ut ex tit. Pandect. de *Cenſibus* videre est. Hic itaque ab Imperatore Procurator, ut cum Justinus vocat, missus in Syriam & Judæam est primus: non primus Augustalium Procuratorum, qui communi jure in omnes provincias mittebantur; neque illorum, qui post Archelaum miti folitifuere, ad Judææ administrationem (talis n fuit Coponius) fed illorum primus, qui ad negotium censûs in Syriam Judææmque missi. Fuisse enim moris, ut quando vifum esset Imperatori, mitteretur per provincias, qui censûs ageret, vel unicum Augusti exemplum ostendit, de quo Dio *lib.* 61. narratque Suidas, ex antiquo Scripto, τὸν τε-

ros inculparæ vitæ aliquando ad id ministerium ab Augusto fuisse delectos & per omnes provincias dimissos, qui & personas describerent & fortunas. V. de hac descriptione & censu à *Quirinio* acto, Isaac. Casaubonum *Exercit. 1. ad Appar. Annal. Baronii Num. 30. & 86. & seqq.*

Quirinus, adde: Huic posteremum inter Deos Indigetes locum dedit Tullius, temporis in eo rationem secutus, de quo sententiam fuam in hæc verba adfcribit Volfius, *de orig. & progr. Idolol. lib. 1. cap. 12.* Tarius, Rex Sabinus, si victoria de Romanis potiretur, votum fuis voverat Diis, in quibus & Quirinum, sic dictus à Curibus, Sabinæ oppi. Deinde cives ejus oppidi Curites five Quirites. Victa Urbe vel saltem pejus conflictura, æquam quod dictum, inter facrum & faxum, fic interventu veneru rapturum est transactum, ut ex Sabinis & Romanis unus fieret Populus, ac deinde paribus auspiciis Romulus & Tatius imperarent. Quanto deterior rum fuerit Romuli, quàm Tatii, conditio, quis non videt. Romulus enim coactus recipere hostes in Urbem, & Tatium agnoscere Imperii fui consortem, At Tatius, credo, imperium, quod Curibus habuerat, retinuit solus. Permissis ita Romanis & Sabinis, Romani etiam „Quirites dici cœpere, quæ appellatio antè Sabinorum duntaxat erat. Mortuo Romulo, inque Deos relato, prævalenti„bus Sabinis, id nomen ei datum, quod Curibus habuerat Deus „Tutelaris; indeque & ipse Curinus vocatus. Forte vetus ille „Cures opp. condiderat. Utrumque est, postquam Sabini è Cu„ribus Romam migrarunt, placuit, ut Deus Romæ πολίτης, „non alio vocaretur nomine, quàm ille oppidi, unde venerant. „Inde & Romulo successor dictus è Curibus Sabinorum Numa „Pompilius. Hactenus Vossius. Fani, in honorem *Quirini* erecti, adyta ne Sacerdotes quidem ipsos adeundi veniam habuisse, innuit Horatius *Epodon od. 13.* ubi hanc in rem ista habet;

Quæque cavent venis & Sulbus ossa Quirini,
Nefas videre dissipabis insciens.

Ei, ut omnibus aliis Templis, aut certè plerisque, adjunctam porticum, memorat Martialis *lib. 11. Epigr. 1.*

Vicini pete porticum Quirini.

Claudian. *de bello Getico*,

——— ——— *Procul arceat altus*
Jupiter, ut delubra Numæ fedemq; Quirini
Barbaries vestris sollem violare profanis.

Posita, & *arcanum*, tanti deprendere Regni.

Nec unum modò *Quirini* Fanum Romæ, sed plura fuere. Unde Notitia Urbis *in 10. reg.* collocat, Templum *Quirini prope Lupercal*, *ubi erat lignum lupæ duobus pueris*, *Romulo & Remo*, *mammas præbenti*. Et tamen in 7. reg. in eadem Notitia, *Templum Quirini novum* statuitur: quod fortè idem, cum eo, cujus meminit Dio *lib. 54.* Ἠδη δὲ ἡ ἀφορμὴ, ἀφ' ἧς βασιλεὺς πᾶν καθίερωται, ὧν καινὸς ἐκεῖνος ἐγένετο, ἀπὸ ἰωμὴ ἀβίωτον Templum *Quirini de novo ædificatum dedicavit.* Ovidius *Amor. l. 3. El. 7.*

Qui licet affectes cœlum quoque, tempta Quirinum,
Liber & Alcides, & modò Cæsar habeni.

V. Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 1. cap. 6. ubi de colle Quirinali*: ut & in *Janus*.

Quiris Dea. Juno dicta est apud Romanos: in cujus tutela quod Matronæ essent, hinc factum, ut celibari haftâ, quæ in corpore Gladiatoris abrdi occisique ferisset, nubentis virginis caput, sub matrimonii auspicia, comeretur. Sabinorum autem lingua hasta *Curis*, unde ab ea ferenda Juno *Curiis* seu *Quiris*, appellata est. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 5 cap. 37.* V. quoque Plut. *in Romulo*, & *in Quæst. Rom. quæst. 87.* Ratio ritus inter alias hæc dari solet, quod pleraque ad nuptias pertinentia ad Junonem referentur; cui facta habebatur hasta: unde pleraque ejus statuæ hastæ unitentis, ipsaque *Quiris* nominata. Nemini prisæ hujus consuetudinis Ovidius *Fastorum lib. 2.*

Nec tibi quæ cupide mutua videbere Mari,
Comæ virgineæ hasta recurva comas.

Quirites, cives Romani, unde appellati sint, V. suprà in voce *Quirinus*: Eorum jure dicebantur donatæ Colonizæ illæ, quæ civium Romanorum erant, Latinis Colonijs oppositæ. Id est, quæ jus privatum Civium Romanorum habebant, quod consistebat in jure connubii, libertatis, connubiorum, jure Patrio, jure legitimi dominii, ut hæredi atis, mancipii & nexus, usucapionis & vindicarum: Item jure Testamentorum & tutelarum: jura verò publica civitatis Rom. non habebant. Quare, qui *Quiritium jure* adscripti Coloni erant, nomine quidem erant cives Romani, re verò autem coloni. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 22.* Quo modo Cæsar, unici hæc voce, *Quirites*, mistes tumultuantes compellando, iam erumpentem seditionem compescerit, narrat pluribus Mich. Montanus *in lib.* cui tit. fecit, *Essais*.

Quiriquæ es, formula in sacrificiis Veterum usitata. Ut enim Athenienses *Ignoto Deo* aram extruxere, ne forte aliquem Deum Numenque in cultu suo præterirent, ita alibi dictum: Ita Romani (quorum potentiam in tantum evectam quoque ideo putat Cæcilius, apud Minucium Felicem *in Octavio*, *dum aras extruunt Ignotis etiam Numinibus*) soliciti ne forte Numen aliquod suo cultu fraudarentur, cujus opè ipsis opus esset, hoc dum *si Deæ*, non addito nomine, immolabant, aut communi aliquo, *Quisquis es*, illud compellabant, quo non minùs ac Athenienses illud implorabant, cujus in largiendo aut averruncando beneficentia indigerent. V. Tob. Pfannerum *System. Theologiæ Gentilium puriorisque cap. 11. § 14.*

Quiritem, in vers. libris nomtarò, pro *Cyclum*, V. in hac voce, & Salmasium *ad Solinum pag. 246.*

QUO.

Quod exturris, phrasis apud Africanos Patres, frequens pro *plus minusve* seu circiter. Optatus Milevit. *lib. 1. Nam ferme ante annos quadraginta & quod exturrit*, *per totam Africam persecutionis ifta devastata tempestas*. Augustinus de Donatistis loquens, *lib. 2. Non enim certe ante populus appellandi fuerunt pauci*, *qui intra quadraginta*, *& quod exturrit*, *Basilicas*, *locum*, *ubi colligerem*tur, *non habebant*. Et de *Baptismo lib. 7 Post Cypriani mortem quadraginta & quod exturrit*, *annis peractis*, *tradidis Ordinem fa*ctis *&c* apud Dominic. Macrum *in Hierolexicon*.

Quod fecit, vetus formula in designandis & adscribendis Mensium diebus. Vetus *Epitaphium* repertum in Ædes Acheoli, prope Ambianum A. C. 1660. *Lendelinus hic requiescit in pace vixit annos L. defunctus est ubi fecit Genuarius dies XV. Valdesina hic requiscit in pace*, *vixit annos XXX. defunctus est*, *ubi fecit Julius dies XXIII.* Sic *Diploma* Childperici R. apud du Freine ibi claditur, *Datum quod fecit mense Martio*, die 10. anno I. regni *instri &c.*

Quod non est, Platoni dicta est Materia prima. Clemens Alexandr. 5. *Strom.* juxta Interpretem, *Ita inquiunt*, *sed Materiam ponunt Philosophi & Stoici & Pythagoræ*, *Aristoteles quinetiam Peripatenicus*, *non autem unum principium* — *Solunt ergo eam*, *quæ vocatur*, *Materiam*, *quæ ab his dicitur quidem ousia & figuræ*, *audacius quoq*, *a Platone appellatam esse*, quod non est. *Annon vel inprimis mystice cum Scires*, *sive unum*, *quod vero est principium*, *in Timæo dicit his verbis*: *De universorum quidem sive principio*, *sive principiis*, *sive quomodocunque de his videatur*, *nunc non est dicendum*, *non propter aliquid aliud*, *quàm quòd sit difficile præsenti modo tractationis ea*, *quæ videantur*, *declarare*. Agit enim ibi Clemens de gravidima quæstione, an *Mundus*, præter causam Efficientem, *& Exemplarem unius Illius Principii* nondum indigitat, *habueris Materiam aliquam præexistentem?* V. Tob. Pfannerum *Theol. Gentilis purior. cap. 5. §. 3.*

Quod norunt Fideles, formula quâ S. Cœnam Patres olim indigitabant. Non enim solùm nefas tum habitum, Mysteria literis committere, voce tantùm tradenda, ut Eraimus docet *in Hieron. Apolog. ad Domnion verb. Καλλιγράφος*, addens, se in antiquissimo quodam Codice legisse, Pontificem quendam Romanum, cùm multa docuisset eum, à quo interrogatus fuerit de Sacramentis, subtraxisse verba, quibus solum facerdon confecrarentur, ne mysterium literis commissum, aliquo modo promanaret ad profanos. Sed & vivâ voce Catechumenos informantes eâ cautione usi sunt, ne omnem Mysteriorum doctrinam illis præmaturè propalarent: ut ex Ambrosio apparet, qui Baptismatis lavacro iam ablutos alloquens, *de his qui Myster. init. cap. 1. Nunc*, *ait*, *de Mysteriis dicere tempus admonet aut ipsum Sacramentorum rationem edere*, *quam ante Baptismum si institissemus infantium mentibus imbecillis*, *prodidisse potuis*, *quam edidisse*, *effutiaremur*. Sic Augustinus *Tom. I. de Moribus Eccl. Cathol. lib. 1. cap. 2.* Episcopis, Presbyteris aliisque Ecclesiarum Ministris curæ fuisse innuit, *ut passim caverent nudare mysteria*: ipse, ut Leonhardus Cocquejus *ad eum de Civ. Dei lib. 8. cap. 11.* adeò de arcano isto solicitus, ut, quotiescunque Eucharistia loqueretur, non facile proprio eam vocabulo, sed his verbis, *Quod norunt fideles*, plerumque designarit. V. suprà in *Novum fidele*, & plura de Veterum in sacris silentio, apud Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. purior cap. 5. §. 9 & seqq.*

Quonin, nomen idoli apud Sinenses famosissimi, cui multiplex forma: item fontis ab eo dicti, ad urbem *Xanning*, quem ignotum quidam Senex baculo elicuisse creditur, uti Hippocrenem Pegasus, Auctor *Sinæ & Eur. cap. 46.*

R.

R. Nota erat, quam Vett. adponebant, ad locum, cui aliquid deesset ad sententiæ integritatem, quod *requiri* deberet & investigari: unde *Requirere* significat, aut *requirendum*, atque ita notatur in veterum libris 8. Huic respondet apud Græcos nota ex ϙι & ϵῦ, quam adscribebant, quoties locus aliquid difficultatis haberet & φροῦτῶ· ἀξιον. Quod proin R. cùm è margine nonnunquam irrepsit in textum, Scriptorum loca varia non parùm reddidit depravata. Sic apud Plinium, ubi de nullo ingenitis pretii, in antiquissimis & optimis codicibus, ita scriptum legitur, *Asinius Celer à Consulatibus, hoc pisce prodigus, Cæn Principe nunam mercatus. R. VIII. mullum.* Quod & in omnibus ferme manu exaratis libris eo loco comparet; unde & in quibusdam reperitur, *mercatus Romæ*, quod ineptum est. Nempe R. ex ora libri in contextum irrepsit. Cùm enim ita in libris locus ille mendosè conceptus esset, *mercatus VIII. mullum*, aliquis in margine adscripserat hanc R. notam, quâ significabat & monebat, requirendum esse, quid vellet ille numerus VIII. quomodo, aut de quo genere nummorum intelligendus esset; nomen quippe numeri aut ascriberat, aut aliquando vox *requirendum* integra sic in textum transiit. „In Fragmentis Hilarii, Perfidiam autem apud Sirmium descripsi„tam, quam dicit Liberius Catholicam à Dmophilo sibi exposiram, hi sunt qui conscripserunt: Narcissus, Theodorus, „Basilius, Bassus, Gaudentius, Macedonius, Marthus, Attius, Julius, Surinus, Simplicius & Junior, requirendum, „omnes hæretici. Ubi illud *requirendum* notavera ad margineni aliquis, quâ *requirendum* admonebat, quinam ill esset, quorum ibi nomina expolita habentur, quive inter eos Presbyteri qui Episcopi & quarum civitatum? V. Salmasium *Not. ad Tertullianum de Pallio cap.* 5. R. C. in notis antiqq. *Romana Civitas*. R. D. *Regis domus* &c. denotat, Fr. Gouldmannus &c. Cœterùm crepitus in lit. R. notus, ut in Æn. 11. *versu* 296. per quatuor ferè versus, obſervante Barthio:

varius ibi per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur,
Cùm rapidos amnes, clausis sit gurgite murmur,
Vicinaque fremunt ripæ, crepitantibus undis.

V. eum *Animad version. ad Pap. Statium Thebaid. lib.* 1. *versu* 1. & *Advers arior. lib.* 121. *cap.* 18. ubi varia ex Auctore Latino *Parva Iliados*, Ennio, Thulio, Val. Flacco, Guil. Britone, Aliis, colluſu literæ hujus ingeniosè utentibus, exempla depromit.

R A.

Rab, Ribi, Rabbi, & *Rabban*, tituli apud Hebræos Literatorum Doctorumque, à radice רבב *Rabab*, id est, *multiplicavit sum*; ut iis denotarentur οἱ πολυμαθήσεις, cognitione ac doctrinâ multiplici instructi & præ reliquis eminentes. De his scribunt, *Rabbi* plus esse, quàm *Rab*, & *Rabban* quàm *Rabbi*; sed nomen Doctoris absque ullius tituli adjectione, ut *Haggai*, *Zacharias*, *Malachias*, adhuc magis esse, quàm *Rabban*, Attach in voce אברך. Alii observant, titulum *Rab* iis fuisse attributum, qui in Babylonicis Academiis Magisterium consequuti essent: *Rebbi* autem illis, qui in regione Israel per impositionem manuum, *Sanhedrim* esset declarati: titulum denique *Rabboni*, peculiarem fuisse Sapientibus domus David. Beza *ad Matth. cap.* 23. *versu* 7. Syris Ribbon *vocabatur vel* Rabboni, *quod Johannes cap.* 20. *v.* 16. Ἑβραϊστὶ λεγόμενον interpretatur: Lucas autem Ἐπιστάτην, *cap.* 5. *versu* 5. *vocat eum, qui apud Danielem cap.* 2. *versu* 48. *vii Rab*. Tempore Christi, cùm Eruditorum inter Hebræos tituli suprà modum crescerent, etiam hic frequens adhibendum, sed in plerisque non nisi vanæ ostentationis erat argumentum: unde teste à Christo atque Apostolis rejectus. Modestiùs alii se subjungebant תלמידי חכמים, licèt alios docerent, vocarentur: uti *Philosophi*, pro *Sophis* dicti sunt, L'Empereur *Notis ad Benjamin*. Hodie rursus, tanta Judæorum ambitio est, ut favore & pecuniâ titulum *Rabbini* sibi conciliare omnino annitantur, Munsterus *ad Genes. cap.* 21. quos, barbaro seculo, Scholastici æmulati, non nisi *Magister noster* appellari voluerunt: hoc nomine, sub renascentis literaturæ initia ı, à Reuchlino, Erasmo, aliisque vehementer exagitati. V. Georg. Horrium *Philosoph. lib.* 7. *cap.* 1. Ad veteres Hebræorum *Rabbinos* ut redeam, is in eorum Academiis Scholisque mos obtinuit, ut Audisor vocaretur תלמיד ı. *Discipulus*; item קטן *Katan*, i. *Junior*: בחור *Bachur* quoque, id est, *electus* seu *cooptatus*: illud, quòd disceret: istud, quòd statute minor: hoc, quòd electus seu cooptatus esset in numerum Discipulorum. Cùm aliquos jam profectûs fecit, dignusque habitus est gradu aliquo, factus est, per impositionem manuum חבר *Chaber*, i. *Rabbini scitus*: vocabant autem hanc cerimoniam סמיכה *Semicha*, vel *Semichah*, cumque ad exemplum Mosis Josuam inaugurantis adhibebant, Num. *cap.* 27. *versu* 18. hac verborum formulâ uti solitî: *Ego Tibi impono manum*, & *manus tibi imposita esto*, Scalig. *Tribarcel. cap.* 3 & Cunæus *de Rep. Hebr. lib.* 1. *cap.* 21. Postea, cùm talis idoneus habebatur, qui alios doceret, *Rabbi* vocatus est. Et quidem, quemadmodum, cùm adhuc esset *Katan*, nomine proprio fuppresso, Patris solùm nomine est appellatus: dein, postquam factus est *Chaber*, nomen ejus nomini Patris adèi cepit: *sic Rabbini* jam axiomate aucto, titulus hic utique nomini præfigi est solitus, hoc modo: Maimonides primò *Ben Maimon*, postea *Moses Ben Maimon*, tandem רמבם *Rambam*, id est, *Rabbi Moses Ben Maimon*, vocitatus est. Similiter Rabbi Levi, primò *Ben Gerson*, exin *Levi Ben Gerson*, postremò רלבג *Relbag*, id est, *Rabbi Levi ben Gerson*, est appellatus. Ab hoc gradium discriminc, ordinum apud Hebræos prov. est, Rabbino quodam Auctore, qui sæpe dicere solitus: *Multa à Rabbinis, plura à Sociis, sed plurima à Discipulis meis didici*, apud P. Fagium *in Scholiis ad cap.* 4. *Pirke Aboth*. In publicis Actibus, *Rabbini* sedebant in peculiari Cathedra, Matth. *cap.* 23. *versu* 6. Socii in examinis hujusmodi locis erant dispositi, Discipulis ad pedes Doctorum suorum humi sedentibus, Actor. *cap.* 22. *versu* 3. V. quoque Lucæ cap. 10. *versu* 39. Corporis etiam situs, pro gradium ratione, diversus erat. *Rabbinus* enim vocabatur à suo situ, יושב *Jeschob*, id est, *sedens*: Socius שותף *Mutsib*, se rectinans (in alterius sinum, qui accumbentium olim in mensa ritus) Discipulus מתאבך *Mithabek*, i. *in pulvere jacens*: quem morem in Christianam Ecclesiam introducere voluisse, Paulus, 1. Cor. 4. videtur Ambrosio. V. de his Philonem Jud. *Quòd omnis probus*, pag. 679. Scaligerum in *Tribarcel. cap.* 1. Ecc. *cap.* 1. *Beracoth*, Pirke Aboth *cap.* 4. &c. Nec omittendum, in quatuor classes Discipulos suos distinxisse olim Judæorum Magistros. Quorsam enim dixerunt, habere *conditionem spongiæ*, qui absque judicio mala æque ac bona imbiberent: nonnullos *Cleptydræ*, qui salutaria monita effluere rursus facilè paterentur, aliquos *sacci facinacei*, qui, vino percolato, fæces tantùm retinerent: Reliquos verò *cribro* similes esse, qui paleis excussis bonum solum tritîcum pietatis ac doctrinæ servarent. Pirke Aboth *cap.* 5. V. Thom. Godwynum *tr. Angl. de Ritibus Hebr. lib.* 1. *cap.* 7. *ubi de iis. Rabbi*. Addam, quod Cafaubonus monet, *Rabbinis*, præterquam in Gramm atica, parùm fidendum. Unde is *Exercit.* 1. *ad Appar. Annal. Baronii, num.* 3. Rabbinis, *inquit*, " etiam in Historia sacra (nam in omni alia talpis ut plurimum" cæciores sunt) quàm parum fidei sit tribuendum, ignorat Eruditorum nemo. Et *Exercit* 16. *num.* 15. Rabbinis, ubi de lingua" Hebraica agitur, & vocis alicujus proprietate, vel aliquo Trad." modico instituto, meritò à Christianis tribuitur non parum: " ubi verò à verbis venitur ad res, aut ad hiſtoriam, vel rerum an" tiquarum veteris populi explicationem, nisi falli & decipi vo" lumus, nihil admodum est fidei habendum. Hactenus ille.

Rablata, Hieronymo *lib.* 2. *in Ezech. cap.* 6. civitas est, quæ aliàs Theopolis, V. *ibi*.

Rabinus seu *Rabinus*, apud Guil. Tyrium *lib.* 22. *cap.* 23. ubi de forma colligendi censûs, pro Regno Hierosolymitano, Si verò præditi 4. selecti, qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non valeat centum Byzantios, accipiat super eum foagium, id est, pro foco Byzantium unum: quòd si non poterint integrum, accipient dimidium, & si dimidium non poterint, accipient rabuinum: Monetæ species est in Regno Hierosolymitano & Cypro. V. Car. du Freſne *in Glossario*.

Rabula, propriè dicitur multis intentus negotiis, paratusque ad *radendum quid* & auferendum: vel, qui acrior in negotiis agendis, & quafi *rabiosus*, Fest. vel, qui *radit*, id est, offendit aures ac nimiâ verbositate ferit, Non. olim hodieque Fori opprobrium: *Proclamator* & *Clamator* Ciceroni appellatus, quia *Rabulis* forenſibus in more positum, vociferationibus implere Forum magnisque clamoribus ad *rarum* usque (nam & hinc quidam nomi atos volunt) Judices obtundere. Ita autem Cicero *de Orat. lib.* 1. *Non enim Causidicum nescio quem, neque Pro-*

Proclamatorem, neque Rabulam *hoc sermone vestro cognoscimus*: & *lib.* 3. ubi de Pericle: *At non hunc Clamatorem aliquis ad clepsydram latrare docuerat.* Eosdem *Latratores* Quintilianus vocat *Infitiat. Orator lib.* 12. *Super omnia peris illa, quæ plurimum Oratori & auctoritatis & fidei affert, modestia, si à vire bono in Rabulam Latratoremque converitur.* Jac. Otelius *Notis in Gelli verba lib.* 14. *cap.* 2. *Is tamen, cum suis multis Patronis clamitabat, probari apud me debere &c.*

Raca, Matthæi *cap.* 5. *versu* 22. Ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακᾶ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. Qui vero dixerit fratri suo Raca, *obnoxius erit Synedrio*: Hieronymo denotat hominem vanum & absque cerebro, *adv. Pelagian lib.* 2. Sic Hilarius *in Matth. Raca fatuitatis opprobrium est.* Quod confirmat Em. Tremellius Hebræus Christianus, vir linguæ suæ peritissimus, qui in *Talmud* sæpe legi ait רֵיקָא, pro quo Syri dicant רֵקָא & significare *hominem cerebro vacuum*, quem etiam Galli linguâ suâ *follem* ab inanitate vocant. Quod convitium aliquanto levius est, quàm si quempiam μωρὸν, ἠ *stultum*, vocaveris. Nam רֵיק dilud deducêum est, *vacuum* & *inane* significat. Cæterùm *balatronem* est interpretatus, quàm *recte*, ipse videris. Matthæi Hebraica interpretatio legit רָעֵר, i. *malum*, quod non probant Eruditi. Magis enim est convitium, vocari *malum*, quàm *stultum*: de quo tamen poſtea agitur, tanquam de atrociore injuria, quàm hæc ſit. Beza vocem *Raca* in verſione ſua retinet & aſſentitur iis, qui volunt eſſe vocalem inconditam hominis indignantis: ita ut tres *d. l.* conſtituantur gradus eorum, qui contra hominum opinionem pro homicidis apud Deum cenſentur. Unus eorum, qui intus duntaxat adverſus proximum commoventur; alter eorum, qui eousque effervescunt, ut iracundum aliquid evomant; Tertius denique eorum, qui in apertum aliquod convitium erumpant, &c. V. Theod. Bezam *Annotat. in N. Teſtam.* Spanhemium *in Matth.* Alios. Utr autem *Judicium* feu *Regnæ*, in primo gradu, de conſeſſu Triumvirali, qui de pecuniariis & minoris momenti cauſis cognoſcebat, exponitur: Ita *Conſeſſus* feu *Synedrium*, de quo in verbis præcidtis, ubi de ſecundo gradu homicidarum agitur, de Synedrio XXIII. Virali accipi ſolet. de quo *infrà.*

Racemas, apud *Gallicanorum Scriptores*, panni pretioſioris ſpeciem notat, in hin multo in uſu. Unde Hiſpani *Racemar*, Galli *Recamer*, h.e. *Broder*, pro opere phrygio aliquid exornare ac acu pingere uſurpant. An ab Hebræo *racam*, quod eſt *acu pingere* ſeu intexere varia fila diverſorum colorum? Car. du Freſne in *Gloſſar.*

Racana, apud Anaſtaſium Bibl. *in Sylveſtro*, *Oleum Cyprinum libr. centum*, *papyrum racanas libras mille*, ubi Salmaſius legit, *papyrum*, racanas *mundas mille*. Et infrà, *Pyſſiſſio inſula Sardiniæ ebubon præſtans foliata quinquies centum*, *papyrum mundum* racanas *quingentas*, *linum ſacos trecentos*: ſign.ficat papyrum mundum ſeu mundas papyri philyras, quæ ad chartas erant parate & in faſciculos colligatæque. Nam *racana*, eſt faſciculus, Græcis ῥάχιον, à voce ῥάχος, quæ falcem & ſagma vel ſarcinam ſignificat. Heſychius, ῥάχος, κρεμάδα, ἐνόδιά, σαγήνιον, ἢ τὰ φανέλια τῶν ξύλων. Hinc *lanæ racanæ*, *libri* ex Ennodius, pro lanæ glomi vel faſciculi, *Epiſt. lib.* 19 *Lanæ* racanas, *cujus nec volumina coloris, nec odoris auſis, nisi ſub celeritate diripi.* Quas proin *papyri racanas* vocat Anaſtaſius, vel auctor, unde is ſumpſit, vet. Gloſſæ *papyrinas faſces* vocant: *Reſumm opus* ; *papyrinæ faſces*, βαργοὶ, ubi forte ῥάχοι legendum. Sed & *βαργοὶ* retinerí poteſt. Significabat enim *bargus* ramum arboris vel ſcapum: in *L. Sal. de bargo ſuſſendere.* Itaque faſces papyri fic colligatas, ut baculi vel ſcapi figuram referrent, *bargos* dixere &c. V. Salmaſium *ad Flav. Vopiſcum in Firmo.* Sed & *Racanæ* ſignificat faſciculos de papyro ſeu ſcirpo, qui corticium vicem præbebant, Monachis præſertim & Alcetis. Papyro enim ſeu ſcirpo (nam non ſemper pro planta Ægypti peculiari hoc nomen) toros pauperes ac ſtramenta faciri conſtitueſſe, diximus ſuprà, ubi de *Phleo.* Idem Anaſtaſius „in Vita Joannis Eleemoſynarii, Illic enim eos fecerunt, quali „tholos quosdam proluxos, ligneis tabulis pavimento ſtrato, ad „requieſcendos eos & ſimul cum floreis & rachanis per totam „hyemem. V. cundem Salmaſium *Exercitat. Plinian. ad Solinum pag.* 1004.

Racenburgum, adde: Eadem origo huic Epiſcopatui, idemque finis, qui Suerinenſi fuit. Godeſcalci Obotritorum Principis operâ, vertendis ad Chriſtiana ſacra popularibus, conſtitutum, certâ agri parte aliisque reditibus auxit Henricus de *Badervide*, Polaborum (ita tum incolæ appellati) Comes, cuſ pauloante ea provincia obvenerat, proprio auſu, ut videtur, per temporum Henricianorum (quibus ab Henrico Leone nomen) turbas occupata, inde ab Henrico Leone confirmata, in vicem Wagriæ (Oldenburgiæ terræ) Adolfo Holſatiæ Com. ceſſæ, poſtquam Henricus Leo, cujus invidiâ Adolfus Holſatia pulſus, ſuam ſuorumque rem reſtituiſſet. Henrici autem Comitis proſapiâ in pronepote emortuâ, Comitatus ad Bernardum Saxoniæ, ex Gente Alcania, Ducem (cujus clientelam, poſt ſupremum Henrici Leonis caſum, Bernardus ſil. Henrici ſubierat) *Feudi*, ut vocant, *aperti* jure pervenit. Num verò Epiſcopatui is poſſeſſa acceſſerit, incompertum. Cæterùm hic ſacris Evangelicis & Meckelburgiæ ſtipis Præſulibus jam pridem aſſuetus, aequalis cum Suerinenſi ſorte, ademtæ Wilmariæ jacturam, Weſtphalicæ Pacis lege penſavit. V. Tob. Pfanuerum *de præcipuis Germaniæ Principp. Gentibus*, *cap.* 6.

Racemus, ab exploratoribus terræ Canaan, à Moyſe emiſſis, portatus, de quo V. Num. *cap.* 13. *versu* 24. quantæ fuerit magnitudinis, exponit Philo *de Vita Moſis lib.* 1. ubi Interpres, Maximè autem admirationi is fuit fructus vitis: Nam prægnans de ea erant uvæ, de palmitibus pendentes, vix credibile ſpectatu, ſum. Nam unam cumpleſcuiſſent, ſuſpenderunt de medio vectis; cujus extrema cùm duo juvenes hinc & inde ſibi impoſuiſſent, deportarunt eam, aliis poſt alios ſuccedentibus, propter pondus. Ita is non à duobus tantùm palmitem hunc, cum uva abſciſſum ſua, deferri neceſſe habuiſſe ſtatuit, ſed & arbitratur, his pondere feſsis bajulos ſucceſſiſſe alios atque alios. Sed memtuit Voſſius, ne πρὸ ὑπερόλου iſta diceret Philo: vel ſi ficalios aliis ſuccedere opus erat, id credit fuiſſe, non tam ob pondus uvæ, quàm ob vectis moleſtiam, & longitudinem viæ. Interrim ingens illa ac pulchra fuit, cujus de vecte pendentis aſpectu accendere volebat Moſes Iſraelitas ſuos ad terram eos, unde nobilis ille botrus afferretur: hinc quoque *Liberi* nomine Gentilibus cultus. Quousque verò nonnullis uvæ terris exercſcant, docet nos egregius naturæ Myſtes Plinius *lib.* 14. *cap.* 1. *Uvæ magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exſuperant.* Quòd enim apud Steph. Byzantinum Metrophanes refert, in Εὐφρασίᾳ, *Racemum* generari ejus magnitudinis, ut ab eo curtus in medio ſæpe rumpatur, fidem non impetrat, *niſi res de papyro eorum iſtum ætas ſecerit puerilis*, *vel non magnitudine uvæ*, *ſed mendacii hujus*, *cæpariis exſtructis*, Voſſius *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 30. *ſub fin.* Cæterùm *racemi*, coronamentum Bacchi ſunt apud Virgilium, in *Epigr.*

Temporaq; Amuſinni cingunt tua, Bacche, racemi.

Unde eum non κισσοβόστρυχον, *cornutum* folùm, verùm etiam ἐυστεφανηφόρον βοστρύοις, *coronatum racemis*, pingi ait Lucianus *Bacch.* Quo ſpectant coronæ illæ vitigineæ, i. ad pampineum vitis ſimilitudinem effictæ, de quibus ex Horatio, Tibullo, Silio, vitia congeſsit Car. Paſchalius *Coronar. lib.* 4. *cap.* 1.

Racha, iis qui Hebraicè callent, interjectio vitioret fuiſſe, animi indignantis: quali dicatur, *malum stili*, ſc. eveniat, diſtortus & iniquus es, Auguſtinus *Tract. lib. in Joannem Chryſoſtomum*, latius *in Matthæum* ſ. *Homil.* 11. *c.* D. Baſilius ait eſſe hoc verbum ſuæ regionis populo peculiare, leviorisconvicii grasiâ adversus familiares uſurpatum. V. ſuprà Ῥακᾶ.

Rachum, Hebr. רַחַם ſeu *Rachama* רַחֲמָה, cujus mentio Deuteronomii *cap.* 32. *verſu* 11. Vultur eſt, aquila ſimilis, ſeu Γυπὸς, *vulturinâ ſpecie aquilæ*; Cujusmodi avem ſic deſcribit Philo,

Οὐ γὰρ τὸ κεφαλικὸν γρὰ, βασιλεὺ, ἢ τὸ φύσης,
Καὶ κραμβὸν βλέγμ᾽ ἐς, οὐτὸν λέγω.
Cujus caput, ὁ Κρὺ, & *os*
Si quis eminus videat, *aquilam esse dicit.*

Maximè certè in aquilarum genere percnopteri ejusmodi ſpecies habent, unde Γυπαιέτοι vocantur, apud Ariſtoteleni *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 32. Plinium *lib.* 10. *cap.* 3. Æliánum *Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 64. Alios. Sed & Aquilas ex diverſo cotu tandem in vultures degenerare, volunt magni Scriptores. Inter quos Ariſtoteles *Mirabil.* Ἔτι τὰ ξύνυρα ἐκ τῶν ἀετῶν γίνεσθαι τῶν ἀγενῶν ἀλκιμέτερ᾽ γίνεται μαρτυρεῖ, ὅτι οἱ σῦζυγα γίνεται, ὧν τὸν ἀλκιμέτερον φύσιν γίνεσθαι· ὁπ δὲ τοῦτο οἱ γυπὲς ὧδε δι᾽ αὐτὸ βοσκῆσαι· ὅτ᾽ἂν τὸν γόνατ᾽ ὦσι δι᾽ αὐτὸ ἐκ τῶν μεγάλων ὄρπων, ἄλλο δ᾽ οὐκ ἀγονοι. *Ex paribus aquilis unam aquilam ignobilem alteris naſci*, *ballaetum ſcilicet. Et cùm hinc aquilæ degeneres mares ſint*, h.e bini haliaeti; *ex iis naſci oſſifragas*, *ex oſſifragis percnos & vultures*: *quorum genus non nunquam amplius. Etſi enim alios nuncupet generosos*, *ſua magnos & fortes.* Ob quam harum avium cognationem, ſæpe eas à Scriptoribus confundi atque unam pro altera ſumi videmus. Sic Prometheï jecur ab aquila fuiſſe exſum, tradunt Heſiodus, Æſchylus, Apollonius, Actius, Apollodorus, Diodorus, Philoſtratus, Plutarchus, Lucianus, Alii. Fulgentius verò *Mythologic. lib.* 2. nobis deſcribit Prometheum *vulturi foro jecur perenne prabentem*: & Auctores citat Nicagoram *de Promethea*, Artiſtoxenum *in Epimethiorum libro*, & Petronium Arbitrum *in his Eſtendes ſtabit*,

Cui vultur jecur inimum perverſat,
Et pectus trahit, *ultima ſq*, *fibras*,
Non eſt, *quem lepidi volunt Poëtæ*,
Sed cordis mala, *livor atque intus.*

Valerius quoque Flaccus, de herba Promethea, *Argonautic. lib.* 7. *versu* 357. ſic canens,

—— *Prometheæ florem de ſanguine ſtirpis*,
Caucaſeum vomitu, *nutritaq*, *gramina*, *pronis*
Quæ facer ille, *ratæi inter*, *irriſtetq*, *gruinæ*,

Durat

Duras edidque cruor, cum gutture vultur adeps
Tollitur e populis & vestro terrorat aperto:

Vulturem facit, quem *aquilam* vocat Apollonius, de eadem bella verba faciens *Argonautic. lib.* 3. v. 850. Quomodo è noſtris Theophylactus, cum aquilas, de quibus Chriſtus Matthæi cap. 24. *verſu* 28. vult pro vulturibus haberi: Ἔστι γὰρ ὁ ἀετὸς ὄρνεα, ἁρπάζοντα, καὶ ἁρπαγὴν ἀξιοῦντα ἀεὶ, καὶ ἐπὶ νεκροῖς δηλαδὴ. *Aquila enim aquilata, id eſt, vultures, ſtatim congregantur &c.* Quam in rem V. plura apud Sam. Bocharum *Hierozoici Part. poſter. Lib. II. cap.* 27. & infra in *Vultur.*

Rachana, V. ſupra *Racana.*

Rachel, adde: Sic autem dicta eſt, vel ob manſuetudinem, quemadmodum Quintus Fabius Maximus, *Ovicula a clementia morum*, appellatus eſt, apud Livium *lib. 22. Pœnis illuſor*, & propter curam pecoris, *ſergem oviſque ipſa peſcolas*, Geneſeos *cap. 29. verſu 9.* Ita Varro *Ruſtic. lib. 2. cap.* 1. *Multa nomina*, inquit, *habemus ab utroque pecore, à majore & à minore: à minore, Porcius, Ovinius, Caprilius; ſic a majore, Equilius, Taurius &c.* In *Lexico* Cyrilli *MS.* Ῥαχήλ, ἀρνὰς ἡ πρωτότοκος, *Rachel agna, vel paſcua*, apud Sam. Bocharum *Hierozoici Part. prior. lib. II cap.* 43. Super ſepulchrum ejus *ſtatuam*, quæ *ſtatua ſepulchri Rachelis* dicta eſt, ſtatuiſſe legitur Jacobus, Geneſ. *cap.* 35. *verſu* 20. id. eſt, *columnam*, ut interpretatur Ambroſius, Illud enim in tumulis olim frequens. Unde I. Macchab. 3. Simon ſuper monumenta Patris ſui & fratrum, *ſtatuiſſe ſeptem Pyramidas & circumpoſuiſſe columnas magnas, quibus ad æternum nomen eorum arma impoſita*, legitur. Sic, in ſepulchro Toxaris, *ſuper columnam vir ornatus Syrbico* ſculptus fuit, apud Lucianum in *Hoſpite*: in Ifocratis, Siren cippo impoſita ſtetit &c. Triplex enim earum in ſepulchris uſus, vel ut fulcirent aliquid, vel ut cadaveratrinra le continerent, vel ut ſimpliciter illa exornarent. Sutilinebant autem vel ardentes lucernas, vel arma defuncto tum, aut illorum iconas; frequenter apud Gentiles Mercurii in illis imago viſebatur: in columna Diogenis ſepulchrali, canis è Pario marmore excubabat. Aliquando ipſa intra fe continebant cadavera, ut Dio Caſius, ubi de Domitiano, habet. Nonnunquam nuda erant ornamenta, qualis illa Rachelæ. V. Fortun. Lieetum *de Lucernis antiqq. lib. 6. cap. 6. ubi multa præclara de Columnis Sepulcralibus.*

Radanus ſive *Rodanus*, amnis Germaniæ, qui, Dantiſcum præterlapſus, ſub ipſis oppidi mœnibus, tertio à mari milliari in Viſtulam fluv. influit. Ἠριδανὸν, judice Cluverio, vocat Herodotus, quatit, in extremis Europæ finibus, Ἠριδανὸν καλεῦσι ἐκδιδόντα πόντῳ βαρβάροι· ἀπὸ οὗ φασὶ τὸ ἤλεκτρον τῦτο ἐκδιδόναι, ἐπὶ τῦ τὰ Ἑλληνικὰ μέλη ἐκδιδόναι· ἔστι, *flavium quendam, Eridanum nomine, in Septentrionalem Oceanum exire, unde electrum nomine fama eſt.* Nempe Græcos, vocis barbaræ ſonum emollientes, ex Ῥοδανὸν, vult *Eridanum* feciſſe, quod Attici fluvio nomen fuit. Atque id quidem poterat ferri. Sed in eo erraruntlongè graviùs Veteres, quod flumen Germanicum è Venedico ſinu in Venericum tranſulerunt. Quid quod Venetieum illud flumen afferit Philoſtratus *in Phœnic.* ἀπάγειν τοῖς ἐν Σικανίᾳ βαρβάροις τὸν τῦ αἰγιόχου ψεκτικῶς, *deferre ad barbaros Oceani accolas populorum tumenta*, i. electrum, quòd Phaetontis ſororesin arbores populos mutatas, lachrymas fundere finxerint. Sic apud Apollonium *Argonaitic. lib.* 4. Rhodanus, cum Eridano, fluvio electrico, confluens,

—— τὸ μὲν ἐκχεύοντα ἁλὸς
Σικανὸν, τῇ δ' αὖτε ναῦς ἐπὶ ἴσιον ἄκλαδε βάθρα,
Τῇ δ' ἐπὶ Σαρδόνιον πέλαγος, ἠδ' ἀπόπροσθε κέλευθα,
Ἔστ' ἐπὶ Δῆλον ἔασιν ἐπὶ ἕδνα θεοῖ.

—— *magno hinc ſe murmure miſcet*
Oceano, ſonitumque illinc deportat in ora
Litoris, Sardoniumque aliunde per oſtia ſpumat
In mare præcipites fluctibus ——

Ad quæ verba Scholiaſtes, Ῥοδανὸς ποταμὸς τῶν Κελτικῶν τῇ Ἠριδανῷ συμπλησιάζων, ἢ κρίμνασιν, ὅτι μὲν ἐς Σικανὸν φέρεται τὴν δὴ, ὡς τὸν Ἴστρον λέγει, τὸν δὲ ἐς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος. Quod idem eſt, ac ſi *Rodanum* & Viſtulam, Germaniæ fluvios, in Oceanum, Eridanum inſulæ in Joni maris partem Adriano, & Rhodanum Gallæ, in Sardonium mare exeuntes, in unum compegiſſet. Quam fabulam ex eadem Dioſcoride ſequitur, ex quo Avicenna *lib. 2. cap. de nace Rom.* hæc habet, *Dicitur populus Romana creſcere ad fluvium, Eridanum nomine, & ex illa arbore gummi fluere, quod, quamprimùm exiit, prope annum illum concreſcit & hoc eſt, quod a Græcorum aliis dicitur, ab aliis χρυσοφόρος & à nobis cerabo &c.* Quæ omnia non niſi de *Radano* Germaniæ, & ambarum ſenſu fucinum, intelligi poſſunt. Quamvis enim alibi quoque fucinum proveniat, Germaniæ tamen fucinni, quod in mari Balthico, in Æſtiis, circa Dantiſcum & Regiomontem colligitur, ea eſt copia & nobilitas, ut aliorum famam facilè obſcuret. Unde è Vett. non pauci, præter Germanicum, ſuccinum aliud nullum agnoſcunt, Tacitus de *Mor. Germ.* Caſſiodorus *Variar. lib. 5. Epiſt.* 2. Diodorus, Alii. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. Lib. VI. cap.* 15. & hic paſſim, inprimis in vocibus *Ambarum* & *Succinum.*

Tom. II.

Radendi genas ritus, olim in funeribus à ſequiore uſurpatus ſexu, à Solone apud Athenienſes, quæ hinc à Decemviris apud Rom. fublatus eſt: Ita enim XII. Tabb. *Mulieres genas ne radunto: neve ioſſum funeris rogi habento.* de quo more ſic Servius *ad illud Æneid. lib.* 12.

Et rejtas laniata genas.

Moris, inquit, *fuerat, ut ante rogos lamentanti ſanguis effunderetur, vel capiti vorum, vel Gladiatorum : quorum ſi furit copia non eſſet, laniantes genas ſuum effundebant cruorem, ut vopia imago illa reſtitueretur.* Quid autem ſit, *Radere genas*, explicat Feſtus, *unguibus eas cruentare & ſindere.* Quod quanquam hac lege vetitum eſſet, tamen id Varronis temporibus etiam factum fuiſſe, docet ex Servianis ſchediis Joſephus Scaliger *Caſſigat. ad Feſtum*, ubi eum ſic ſcribentem adducit Servius: *Varro dicit, Mulieres in exequiis & luctu lico ſuitas ora lacerare, ut ſanguine ſtruis funeris ſatisfatiant.* Adrianus Junius *Comm. de Coma cap.* 2. XII. Tabb. interdicto, *ne Mulieres genas raderent*, cautum fuiſſe, ne diutino radendi uſu ſuccreſcentibus pilis, à natura non datis, ſub cmentitio virilis oris honore fallerent, contendit: Sed aſſenſum non impetrat Jo. Roſinus *Antiqq. Rom lib. 8. cap. 6.* Ἀλογώτατος, id reddit Plut. *in Solone* &c. Caput vero *radebant*, è naufragio emerſi. Juvenalis,

—— —— *Gaudent iſi vertice raſo*
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Ad quorum ſimilitudinem, ſervi qui manumittebantur, tanquam è ſervitutis fluctibus liberati, *radebantur*, teſte Nonio in voce *Tolere*: ſicque *raſis* Pileus imponebatur, vulgata apud Romanos libertatis teſſera. Unde votum manicipi, apud Plautum *Amphitruone*,

—— —— *Quod ille faciat Jupiter,*
Ut ego hodie raſo capite cativus capiam pileum.

Hinc quoque Pruſias R. apud Diodorum, ut ſe Romanorum profiteretur Libertum, Legatis eorum *raſa* capite & pileatus occurriſſe legitur. Contrà, quos in ſervitutem aſſerere volebant Græci, eorum *radebant* capita, Appulejus *Miliſear. lib.* 6. Briſeis ad Achilem, in *Epiſt. Ovidianis*,

Nève meos coram ſcindi patiare capillos &c.

Ipſi enim promiſſas alebant comas, ἐφηβικοὺς προπέρεια tonſis Principi Poëtarum dictis: Neque hanc capillum, nifi urgente maximo periculo, exuebant, Petron. *Sat. pag.* 60. Similiter victi Duces, apud Romanos, in ſignum ſervitutis, *radebantur*: veteresque olim Romani, Franci, Gothi, ut de Græcis diximus, intonſi fuere. V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Joh Roſinum Antiqq. Rom. lib.* 10. Pignorius, Foſſores, Uſtores & Piſtrinarios *ſeminudos* tuiſſe docet, fugitivos omnino *raſos*: Quem in finem exhibet antiquum æream icunculam Foſſoris, in qua caput cereagiabrum, niſi quà à vertice in occiput capilli, in geminum nodum conſtricti, dependere videntur. Unde & Cyprianus *Epiſt.* 77. *ad Martyres in metallo conſtitutos, Semiſenſi capitis capillus horreſcit, ſed cum ſit caput Chriſtus, qualecunque illud caput deceat neceſſe eſt, quod ob Domini inſigne eſt.* V. quoque Artemidorum *Oniroer. lib.* 1. *cap.* 22. Columellam *lib.* 11. *cap.* 1. Cat. *lit.* 59. Catullum, Appulej. m, Petronium & Æneam *in Tactici*, apud modò laudatum Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, ut & infra in voce *Tondeo*, nec non tero ubi de *Capillis.* Sed & *Veſtores* Tornatorum eſt & Cælatorum ; *radunt* enim utrique. Poëta,

—— *Et torno raſtile buxum:*

cùm *terere* omnium commune ſit, Tornatorum, Sculptorum, Cælatorum & Raſorum. Græci χηλεῦν & ξύειν dicunt. Verùm propriè loquendo, ξύειν vel ξέειν, χηλεῦν & τορνεῦειν differunt: Raſoresque ac Interſatores à Cælatoribus ac Tornatoribus ſunt diverſi, ut ſuo loco videre eſt. Porrò & in nauticis apud Poëtas vox frequens. Virgilius *Æneid. lib.* 3.

Hinc altas cautes, projectaq; ſaxa Pachyni
Radimus ——

Et *lib.* 7.

Proxima Circææ raduntur littora terræ.

Val. Flaccus *lib.* 5.

—— —— *alta Carombis*
Raditur, *& magnæ pelago cremis umbra Sinopes,*

Papinius Statius *Achilleid. lib.* 2. *verſ.* 3. Alii: ubi ſemper vicinitas loci interfur, & *radi* dicitur, prope quod navis devehitur. Hinc de columbâ, æthere ſulcante, idem modò laudatus Maro *Æn. lib.* 5.

—— *nec aere lapſa quieto*
Radit *iter liquidum &c.*

Imò & *radi* dicta Tellus Romanis, quum occabatur, uti diximus ſupra, voce *Pulire.*

Radiatus, apud Treb Pollionem *in Gallieni, Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit*, radiatus ſaxe *proceſſit* ; idem eſt ac cinctus coronâ radiatâ, quæ Numinum propria : quorum imitatione Principes Romani id capitis decus aſſumſerunt. Certè C. Julii Cæſ. ſimulachrum *crinibus ſideris —— inſigni in Foro conſecratum* eſt, apud Plinium *lib.* 2. *cap.* 25. Unde coronam ei ſtellatam tribuit Silius *libro* 13. forte Jovis exemplo, quem Lycophron in Pleiade Lyricorum celebertimus, Κρόνου ἀστέρων ἀγγελιάφορος, Cretæ

Yyyy Impe-

Imperatorem stellatum, vocat *in Cassandra*. Sed & Latino Regi *temporæ circum Auratæ bis ter radios*, Virgilius adscribit *Æn. lib.* 12. Certè illustrandi *studiosa dubitatio*, *coronâ radiatâ*, præter lauream, mitrâ Romani Principes delectati sunt, omni diadematum genere abstinentes, usque ad Aurelianum, qui primus *diadema capiti innexuit*, *gemmis*, & *aurata omni veste*, *quod adhuc incognitum fere Romanis moribus videbatur*, *usus est*, Victor *in eo*. Hodie laureas coronas Principes retinuerunt; *radiatam* vix quisquam, præter Magnum Hetruriæ Ducem, ulurpat &c. Quam in rem V. Car. Paschalium *Coronarum lib.* 9. *cap.* 13. & infra in voce *Umbella*. Aliter Carmelitæ Monachi olim *Radiati* dicti sunt, quòd viz. vestibus radiatis, quæ ex panno segmentis versicoloribus distinctò confecti erant, uterentur. Vetus *Schedæ*, ex Bibl. Cottoniana, edita *initio Tom. I. Monastici Anglic. Anno C.* 1045. *Albertus Patriarcha Jocis regulam fratribus*, *qui Siragulati*, Radiati, *Birrati vocabantur*. *Et ex post anno Christi* 1279. *Martinus Papa ad instantiam diffrorum fratrum & nomen eorum mutavit & habitum*, *convertens vestes siragulatas in capas albas*, *dans eis nomen novum*, *vocans eos videlicet Carmelitas*, apud C. du Fresne in *Glossario*.

Raticula, Græcè ῥᾶξις, absolutè, aliter συκαμινὸν ἄνθος, quòd in Syria tantùm nasceretur, ὄνικος & χαμαιζηλος nomine veteribus Græcis nota fuit, quòd ex ea mulieres genis rubro facundis medicamentum conficerent. Plinius *lib.* 19. *cap.* 3. *Trans Euphratem laudatissima*, *caule fœnilaceo*, *venis*, & *ipso cibis indigenarum expetito & tingenti quidquid sit*, *cum quo cocquuntur*. Illustrantem *Raticulam* malè confundunt cum *rubia* radice lanaria, quam hodie *Saponariam* vocant; hæc enim minimè βαφικὴ est, & candorem tantùm lanis, non fucum, conciliat. Meliori jure Græcus Auctor hanc *Raticulam* cum *rubia* confundit, quia utraque radix tingit; quamvis & à rubia terrestre hoc φυτὸν fuerit diversum. Interim φόινικ-tam marinum, quo lanæ tingebantur, quàm terrestre ex Syriaca hac Radicula, quo genas fucabant mulieres, rubrum fuit ac puniceum. Unde παφλαγονικὸν & ψιμυθιοβαφὲς Clementi Alex. & Pluscarbo γυναικεῖον φυκίωμα τε καὶ παφλαγονικὸν, Salmasius *ad Solinum pag.* 1162. ut & *segq.* & suprà in voce *Phucarium*.

Radius, apud Virgilium, de Conone & Archimede,

In medio duo signa, *Conon*: *& quis fuit alter*,
Descripsit radio totum quæ gentibus orbem:

Servio, est *virga Philosophorum*, *quâ Geometræ lineas indicant*. *Inventa autem hæc Ars est tempore*, *quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionum*, *ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi*, *qui lineis diversimenti agros*. *Inde Geometria dicitur*, *cum non tantùm terræ*, *sed & maris & cæli & aëris*, *spatia metiri consueverit*. Sed quid ille *radius*, quo Conon & Archimedes ductus indicant Geometræ, ad spatia cœli mensanda? Virgâ quoque sive *radio* circuli in sphæra solida, quam κανονικὴν dixerunt, indicantur. Marcianus Capella, de *Astronomia*, *Et cum dicto proficio quandam feminam luculentam*, radium *dextrâ*, *altera sphæram solidam*, *gestantem*. Verùm nec hic *radius* liderum interualli ac magnitudinibus signandis valet. *Totum* nempe *Orbem*, pro Cœlo Poëta dixit, *ut alibi* Idem,

Nec dum orbem medium nox horis æqua sublibat.

Id est, cœlum medium. Et *medium cœli orbem*, alio loco,

Sol medium cœli conscenderat igneus orbem.

Describipit autem Archimedes *totum Orbem radio*, quum totum Cœlum describipsit, qui describiptus radio possit indicari. Nec enim hic *Radius*, diopticum organum, sed *Radius Mathematicus*. Cicero, ex *radio* & *gubernc* exclarc. Atque hæc Cœli describiptio Archimedea ad parapegmatum describiptionem referenda est, de qua V. *suprà*. Ovidius hoc *radium* dixit:

Nec quoquæ sub Ducibus cælum metabimur illis,
Ponemusq, *vagos ad fixa signa dies*.

Leon Philof. μετρῶν πάντων,

Πρῶτ' ἐμὲ τὸν γῆν, κ' ὅλων μετρῆ πόλον.

Prodat quidem terram, *sed Theon meâtur polum*.

Qui terram metabantur, etiam metiebantur, & *Menfores Metatoresque* iidem; metam namque vocabant, unde aulpicabantur metiri &c. Salmasius *ad Solinum* pag 821. & *segq*.

Radix Pontica, V. infrà *Rha*.

Viri illustres.

Ragnerus I. filius Giselberti, Manfuariæ Com. generi Lotharii Imp. celebris Lotharingiæ Ducis, itidem Giselberti (quem cùm Carolus Simplex Gall. R. pepulisset, restituit focer Henricus Imp.) pater, Hasbaniæ & Haiteci Dux fuit: Eodem genitî sunt, Lambertus Com. Lovaniensis, Baldericus Epiſc. Leodiensis, &

Ragnerus II. cognom. *Longicollus*, quem Bruno Archiep. Coloniensis, Dux Lotharingiæ, expulit. Hujus, & Adelæ Daghurgiæ, filii, alter *Ragnerus* IV. Hannoniam recuperavit, & ad filium *Ragnerum* V. (à cujus filia Richildi maritus ejus Balduinus Com. Flandriæ Comitatum nactus est *fuisque junxit*) transmisit; fed alter, Lambertus dictus *Barbatus*, Lovaniensem Comitat. ex hæreditate propioris sobrini Ansfridi, qui dein Epiſc. Ultrajectinus, obtinuit, præliquedad Flotinas, adversus Godofredum Gibbolum, commiſo A. C. 1015. cecidit. V. Phil. Jac. Spenerum *Sylog. Genial. Hiſtoria*, in *Fam. Hiſſiaca*.

Raglorius, apud Wallos, idem quod Præfectus. V. Seldenum *de Titulis Honorar. pag.* 597.

S. *Ragneberti* opp. adde: Prius *S. Rambert en Forêt*, posterius *S. Rambert de Bengy*, Galliis; olim *Brede* quoque, apud Henricum Valeſium.

Ragonius Clarus, Præfectus Illyrici & Galliarum, ſub Valentiano, cujus ad illum Epiſtolam *Vita* Balitæ inseruit Pobl.

Principes Transſylvaniæ.

Ragozius seu *Racozius* Georgius I. Principes pacificus & egregius, ſucceſſit Bethlemo Gabori, A. C. 1629. poſtquam præcedente anno Moravis Bohemisque exclusus, in ditione Raccohovienſi & Lednicenſi, in Ungaria, locum benignè conceſſiſſet. Quò proin tam ex Baronum, Nobilium Plebejorumque, quàm Eccleſiaſtico ordine, innumeri ſeſe recepere. Eccleſiaſticorum capita tum Henricus Evanicius, Paulus Hladicius, Joannes Chodnicius, Matthias Polydorus, Tobias Junius, Conſeniores: cui cœtui, poſt Lanecii obitum, Senior datus eſt Laurentius Juſtinus. V. Jo. Lætum *ad annos præditos*.

Ragozius Georgius II. filius prioris & ſucceſſor, cùm bello Suedico-Polono fortiter magis, quàm prudenter, ſe immiſciuſſet, cæsâ à Polonis, & à Turcis (quorum Sultana tum Polona fuerat) Principatu pulius eſt. A. C. 1658. Cui poſt varias rerum vices ſucceſſit Joannes Kemenius, qui, exercitûs Rakoziani in Polonia Generalis, inde in carcere Crimenſi aliquandiu fuerat detentus. Hunc verò excepit Michael Apafius A. C. 1661. qui hodieque Principatum tenet. V. Georg. Hornium *in Orbe Polit.* & Auctorem Anonymum *Hiſtor. Orbis Terrar. cap.* 9. *ubi de Regno Hungariæ*.

Raja seu *Argilla*, piſcis ex mera cartilagine, exceptâ ſpinâ dorſi, absque oſſibus & ſquamis, à natura compactus, formâ à reliquis piſcibus planè diversus eſt: cum omnibus ſuis partibus, ſolâ modicâ caudulâ, quæ longa, tenuis, rotunda eſt, exceptâ, in planum corpus abeunt, undiquetenui pelliculâ, quæ ſubtus albicat, ſuperius verò aliquantulum nigreſcit, circumpellitus; pellibus caret, nec pinnis ſcatet, niſi in extremitate caudulæ, quibus ſe in quasvis partes natando flectit. A caudæ extremitate, usque ad corporis initium, in medio dorſi, acutiſſimorum aculeorum ſeriem habet, quæ etiam per totum corpus ad caput usque excurrit, ſed ita diminuti, ac in medio dorſi ſunt, ut potius noduli, quàm aculei, videantur. Caput itidem planum, nullo collo, eminens tamen quantum ſatis eſt. Oculos duos habet parvulos & rotundos, in ſuperiori corporis parte, os verò latum ac denticulorum minimorum infinita ſerie inſtructum, quæ circa cartilaginean pelſem in unum quaſi oſſiculum, multis denticulorum acumiuibus refertum, concreſcit. Corporis moles non eadem omnibus; ſunt enim quos palmâ contegas, alii ad 2. & ultra palmos excreſcunt in latitudinem; 3. & ultra, in longitudinem. Cujusmodi, ſed factitios, nec deſcriptioni huic apprimè convenientes, ſervat Muſæum Kircherianum Romæ, ut videre eſt in *Indagin Rom. Soc. Jeſu*, *edito Amſtelodami A. C.* 1678. *pag.* 26. & 27. Quia verò pinnis Raia caret, ut quæ ſolo corporis flexu natat, hinc inter immundos piſces fuitin Vet. Teſtam. uti docet Bochartus *Hierozoici Part. prior. lib. I. cap.* 6.

Raimundenſis, dicta olim moneta Comitum Toloſæ, in Gallia, apud quos admodum frequens *Raimundi* nomen fuit (nam ad ſeptem in eo ſtemmate recenſentur.) Occurrunt *Raimundenſi ſolidi*, ſub Henrico & Philippo I. Regibus Franc. quod nomen, etiam extinctâ præfatorum Comitum ſtirpe, ipſoque Comitatu ad Regiam coronam devoluto, manſiſſe Toloſanæ monetæ, docet C. du Freſne. Sed & ſic dicta eſt moneta Viccomitum Turenenſium, apud quos *Raimundi* nomen non minùs in frequenti uſu fuit, cùm ad ſex recenſeantur hoc nomine inſignes. In ejus facie altera crux, cum voce RAYMUNDUS, deſcribitur; in altera binæ cruciculæ, cum voce TURENNE. Alia Viccomitum Turenenſium inſignia præſert, cum voce RAYMUNDUS, in altera facie crucem cum biſce characteribus, MON. VICECOM. apud Juſtellum *Hiſtor. Turenn. lib.* 1. *cap.* 14. qui haſce monetas *Raimundo* I. Vice-Comiti, qui expeditioni Hieroſolymitanæ interfuerat, aſſcribit. Sed non aſſentitur Vir eruditus prædictus, cùm familiarum inſignia monetis ea tempeſtate, quâ & fortè neque fixa erant, nondum apponi conſueverint. Ejusdem fuiſſe ponderis, quo Cadurcenſis, & 20. ſolidos eum ſemiſſe confeciſſe Raimundenſem Marcam, idem docet in *Gloſſario*. V. quoque eum in *appendice*.

Raimundus, V. quoque infrà *Raymundus*.

Rainaldus, V. infrà *Rinaldus*.

Raix, ſive *Rex*, nomen illuſtris in Gallia Familiæ, quæ, origine Florentina, ab Antonio Gondio deſcendit, qui Magiſter Aulæ Delfini fuerat. Huius filius Albertus, apud Regem gratiâ valens, *Ducis de Rais* ſive *Rex*, titulum

ſum ac dignitatem obtinuit: auctor ex filiis Carolo March. de *Bellisle* ac Philippo Emanuele Com. de *Joigny*, duarum ſimul cum quæ tamen iterum in unam coaluere, cum hujus filius illius nepotem ac hæredem ibi matrimonio junxiſſet. Ex eadem Familia IV. Epiſcopi ſeu Archiepiſcopi Pariſiorum fuere. V. ſuprà ubi de Eam. *Gondis*, ut & in voce *Retiatorbis Pagus*.

Rolla Tunica, memorata Plauto in *Epidico Actu* 2. *ſc.* 2.

Tunicam tallam, *tunicam ſtiſſam*:

dicta eſt pellucida, à *rarisse*: proin *rara* etiam Ovidio. *Gloſſæ* tamen vett. *tallam* pro *rasa* accipiunt, de qua V. infrà.

Ramata, apud Scriptores Eccleſiæ Rom. dicitur *ramalium* umbraculum, cujus in proceſſionibus Eccleſ. uſus, dum ea per plateas urbanas paraguntur, C. du Freſne *Gloſſar.* Sed & piſcationis ſpecies, proteſtis in aquam *ramalibus*, intra quæ piſces ſe recipere ſolent, ſic vocari, docet idem ex *Tabulario* Prioratus de Paredo.

Rambuvelli, vulgò *Rambures*, locus Gallicæ in Ambianis, memoratus Guarino Epiſc. Ambianorum, in *Lib.* A. C. 1138. ubi habet, altare de Bailloio, altare de Ardicuria & altare de Ramburellis. Hadr. Valeſius *Not. Gall.*

Ramenta Auri, capiti olim aſperſa, memorantur Capitolino in *Vero* & Lampridio *in Commodo*: Ῥαγισμὸς Græcis, & ἔφεσις, item πέπερμα χρυσὸ dicta, unde & Latini *trimmam auri* fecere, uti diſcimus ex Anaſtaſio Bibl. *in Sylveſtro*: de qua *ramentorum* ceruſſarum ſuprà paſsim, inprimis voce *Flavenses*.

Rami, apud Virgilium *lib.* 5.

——— *Et cingite tempora ramis*:

in coronarum olim uſu. Nempe aut duo ramuli invicem nectebantur, ut in laurea corona, aut è fronde frondi ſuperinducta & conjuncta corona texebatur, ut in alibi coronis, aut unico *ramo* confiebat omnis ille corona circuitus, ut in corona Olympionicarum, quæ ex oleaſtro ſeu cotino erat. Aliquando verò & diverſarum arborum ramuli ſociabantur, uti de hedera & lauri ramis habet Virgilius *Ecl.* 8. Interdum ramuli floribus quoque ſociabantur, uti apud Theocritum *Eidyll.* 1. chlichyio flori hedera: nonnunquam ramuli, ſolicuti & flores miſcebantur, ut apud eundem hedera, ſolicuti & apium *Eidyll.* 3. Qua de re V. Cl. Pabchalium *Comm. lib.* 3. *cap.* 1. &c. Inprimis verò de coronis Olympicis vox frequens: quas *ἴουλα Ἄλφεῖ*, *ramos Alphei*, Pindarus *Iſthmior. Od.* 1. *ramos Olympiacos*, Statius *Thebaid. lib.* 6. *ramos* ſimpliciter, idem vocat *Thebaid. lib.* 4. Sed & in ſuppilcando *rami* adhibiti. Nonenim Epheſi ſolùm στέφανοι ἀφὴ Ἀπόλλωνος καὶ ἐκκλησίας ἀνάπαυσις, coronis per olea ramos *ſupplicationes faciebant*; uti ait Etymol. quo habitu ad aliorum quoque Numinum aras ſupplices conſeſſiſſe olim legimus paſsim: Verùm etiam notum ſimilibus *ramos ingeſſiſſe*, *alba lanâ coronatos*, capiebant, dextrâ ſtatuas Numinum tenentes, uti docet Æſchylus *Supplic.* Plut. *Theſeo*, Alii. Eosdem nonnunquam movebant ſeu quatiebant, ut eò vehementiùs obteſtarentur, Appulejus *Metamorph. lib.* 3. Cùm verò aedes sacra adibatur, Sacerdos cos ſumebat & ponebat in Altari, Æſchylus ubi ſuprà &c. Cujusmodi *ramos* ferebant quoque Athenis in pompa Panathenaica Seniores, unde Σκιροφόροι appellati, de quibus alibi. V. iterum ſuperius laudatum *Iſthmium lib.* 4. *cap.* 12. & de Feſto *Ramorum*, apud Chriſtianos ſuprà ubi de *Dominica*, *Ramispalmarum* vulgò dicta, item in voce *Oſanna*. Recentiori ævo, per *Ramum* Invectiva frequens fuit, ut & per *Coſbitem* & *Wiſonem*, uti videre eſt ſuprà voce *Coſbes*, item ubi de *Invectivis*. Et quidem inſigebatur *ramus coſpiti* (cùm ager tadebatur) qui ſic ſaſceſtucatus dabatur in manus Domini ſeu Majoris, certa verborum formula adjubitâ, hiſque dein eum emtori vel donatario tradebatur, uti ritum hunc pronuntiat. Atque poſſeſſionem hoc modo conferre Gallis dicitur *par vain & baston*. Non rarò tamen inveſtitura per *ramum* ſolum occurrit, uti docet C. du Freſne plurib. *voc. Inveſtitura*.

Ramiſes, adde: V. ſuprà, ubi de *Lateranenſi*, & *Pamphilio Obeliſco*.

Ramnes, adde: Fuere Ramnenſes, qui cum Romulo primò Urbem condiderunt. Paſtores Albani & Græcanici generis alii quot, qui ante Urbem condatam illa loca tenuerant; atque hi omnes habitarunt Palatinum & Cœlium montes. Tatienſes verò Sabini fuerunt; cæteri adventitii: quorum illi Capitolinum & Quirinalem. iſti locacolere, inter Palatium & Capitolium platea, atque circûm Forum. Permanſerunt que hæ Tribus, usque ad Tarquinii Priſci tempora. Cùm enim ſub Tullo Hoſtilio Albani victi in *Romanoſium* Tribum aſcripti, cæterique omnes populi, qui ſub Regibus Romam habitandum venerant, præter Sabinos, Lucerum tribui incluſi fuiſſent, urbeque multùm adaucta, tres hæ Tribus neutiquam ſufficerent: L. Tarquinius Priſcus numerum earum augere & de ſe & aliis amicis, nominare volens, cùm ne id faceret ab Augure Navio prohiberetur, veteres illas ſub iisdem, quibus inaugurate à Romulo erant, nominibus duplicavit, primosque & ſecundos Tatienſes, *Ramnenſes* & Lucereſes conſtituit, quod ex Sext. Pompejo manifeſtum eſt, cùm ſcribit: *Sex Veſtæ ſacerdotes conſtituiæ erant, ne Populus pro ſua quoque parte haberet Miniſtram ſacrorum. Quia urbis Romana in ſex erat diſtributa partes, in primos ſecundoſque Tatienſes, Ramnenſes & Luceres.* Eodem modo ceuturias etiam Equitum Tarquinium duplicaſſe tradunt, Dionyſius & Livius. Poſtea, ſublato filiorum Ancii Martii inſidiis Tarquinio, aliam Tribuum diviſionem inſtituit Servius Tullius, ſextus Rom. Rex, quatuorque earum conſtituit, Palatinam, Suburanam, Collinam & Eſquilinam: qua de re V. Dionyſium *lib.* 4. Car. Sigonium *de Antiquire Civ. Rom. lib.* 3. *cap.* 3. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 15. &c.

Ramphaſtus, V. ſuprà *Pica Braſiliæ*.

Ramus Petrus, adde; Ab eo *Ramea* ſecta Philoſophorum dicta eſt, non quòd ab illo ſumpſerit initium, jam olim enim à Peripateticis non pauci diſſenſerunt, inter quos Laur. Valla. & Lud. Vives, è quibus plurima *Ramus* deprompſit; ſed quòd ille melius de rebus cogitandi hinc occaſione ſumtâ, ſententiam illorum in lucem produxit, fortiterque propugnavit. Qua de re ſic Hornius: Anſam ei, *inquit*, dederunt Pleudopetripatetici Sophiſtæ Pariſini* abiibique, Scholaſticâ barbarie & corruptiſſimâ Philoſophiâ, in* media literarum luce, delectati, nec non Interpretes Ariſtotelis* pravi ac rudes. Quorum furiasnon tolerans primò in illos, mox* in ipſum Ariſtotelem acriter invectus eſt & Adverſariorum ea* lumnias divexatus, longiùs proceſſit, novamque ſectam de ſuo* nomine, plurimos in Anglia, Gallia, Germania, ſectatores nactus,* condidit. In Italia verò & Hiſpania obſcurum & penè ignorum* ejus nomen. Oppoſuerunt ſe plurimi, præſertim Laurent. Joach.* Perionius: Tubingæ Jac. Schekius: è Theologis Beza & Urſi.* nus; à quibus tria ei potiſſimùm objecta, *ἀπιστία*, *ἀθλιότης* & *ἀνθρωφαγία*. Sectatores Ariſtotelis infenſiſſimi ſunt, à quibus et* iam lectione illorum rigiaiores abſtineri volunt. Interim po.* mœria Philoſophorum protulerunt, eamad uſum revocando: * Meraphyſicam exteminant prorſus, præceptorum pauciratem* & uſum urgent: hanc ob cauſam à quibusdam Philoſophiſtis,* qui voce Juſtinianus alicubi utitur, appellati. Hactenus Georg. Hornius *Hiſt. Philoſ. lib.* 6. *cap.* 11.

Rana, in ſigillo Mæcenatis. Gemmarum certe icones plurimùm fuiſſe hieroglyphica virtutum, indicare Quintilianus videtur. dum Oratorem nullà virtute prædium, ſigillum appellat rafum atque teſum; inde ſignificans, aliquam ſemper virtutis teſſeram inſculpi ſolitam annuſis ſignatoriis. Sic itaque Maecenas, Herturiæ è Regibus ortus, præcipuusque Auguſti amicus, uius ſigillo legitur, cui *Rana* rubeta ſeu Scriphia inſculpta erat: forte ad taciturnitatis in ſicum & ad Auguſti captandam gratiam. Hinc Pierius *Hieroglyph. lib.* 29. Invenias, *inquit*, ſilentium ſi* gnificari etiam per rubetam Ranam illam grandiſſimam, quæ* geminis veluti cornibus inſignita eſt, properera quòd obſerva.* runt Magi, ſica in multitudinem vociferationibus obſtrepen.* tem inferatur, ſilentium fieri: Eoque ſpectare nonnulli putant* *Ranam* illam Mæcenatis celebratiſſimam, quà is literas & tabel.* las obſignare ſolitus erat. Sed enim, quum Rana, non rubeta, in* omnium ſermone, ego eò potiùs tem ſpectare dixerim, quaſi* Mæcenas id in Auguſti gratiam factitaris, de quo etiamnum in* ſanctis illud fertur, quòd in avito ſuburbano rana fortè obſtre.* pentes ſilere juſſerit: cui quidem commento adeò favit Vetuſtas* illa, ut ex eo negentur ibi ranæ coaxare, quaſi etiam adhuc tan.* ti Principis imperio obſequantur. Voluiſſe igitur Mæcenatem* eo ſchemate taciturnitatem polliceri, in iis quæ Auguſtus ejus fi.* dei credidiſſet, non ſecus ac *Rana* ipſe, motosà adeò garrulita.* te inſignes illi adhuc infantulo parueie. Nam Sext. Aurelius & * Eutropius teſtantur, Mæcenatem Auguſto ab ſtetiarum ſervitio præ.* cipuè gratum fuiſſe: quam tamen in eo nonnunquam defidera.* tam, ab Imp. Tranquillus ait, &c. Mutas autem *Ranas* eſſe in Scripho Inſ. notum, idem de Cyrenaïcis Plinius tradit *l.* 8. *cap.* 58. cùm ait: *Cyrenis mutas fuiſſe ranas, illasis è continente vocalibus durare genus earum. Mutas etiammum eſſe in Scripho Inſ. eadem alio translatas canere; quod accidere & in lacu Theſſaliæ Sicenio tradunt.* Cujus rei causam, nimium eſſe aquæ humorem, vel amaritiem, proin in aquas craſſiores dulciosque translatas vocem recipere, docet Voſſius *de virg. & progr. Idolol. lib.* 4. *cap.* 77. ex Theophylacto Simocatta *Probl. phyſ.* 8. Etiam in frigidiores conjectas fontes obmuteſcere, translatas in tepidiorem paludem loquaces iterum evadere, tradit laudatus ſuprà Pierius *loco cit. &c.* Sieut verò *Ranæ* Mæcenas, pro ſymbolo, uſus eſt, ſic Plinius jun. qui fuit apud Trajanum eodem auctoritatis ac gratiæ loco, uſus in ſigillo Quadrigà tradit ur. V. de utroque erudité diſſerentem Portum. Liccium *de Gemmis Annular. Schomata* 27. *cap.* 14. Cæterùm *Ranæ*, Mahomeranis in pretio: unum enim hoc eſt ex quinque animalibus, quæ apud illos occidere non licet. Ea nempe ſunt, *formica & apis & rana & upupa & ſurad*, id eſt, lanius minor, qui paſſeres venatur. Cur autem *ranas* tanti faciant, causa nituntur duplici; Una, *Adamalli* teſte, *illarum coaxatio eſt Dei laudatio*: altera, *quòd ranæ ad Abrahamum ſe conſulerans* (cùm ſc. ingnem à Chaldæis conjectus eſt) *& ore ſuo aquas attulerint, quibus illum in igne aſperſerent*, ut Alkazuinius fabulatur ex Mahomete. Pari ſtultitiâ jam ante Chriſtum, ſi Philaſtrio credimus, nonnulli *ranas* colucrunt,

quas sub Pharaone per iram Dei nunc temporis Ægyptiorum terra emanavit, ut putore Ægyptios defatigarent, inque eo scelere (inquit) *adhuc perseverant, pinantes Dei iram ex hac rana obfervantia posse placari* &c. Ubi plagam illam Ægypti repicit, quâ Deus inter alia Pharaonem populumque ejus afflixit, in ustionem imperitis infantum Israeliticorum in aquis miserè suffocatorum. Unde non desunt, qui *ranas* perdomos reptitantes, coaxantes atque in stratis jacentes, infantum incessum, vagitum atque in cunis quietem volunt aliquo modo adumbrasse, ut ipsa poena crimen admissum illis in memoriam revocaret, de quo consule inprimis Theodoretum *in Exodum Quæst. 19.* Utut sit, etsi *rana* non videatur animal usque adeò maleficum, cùm neque morsu, neque veneno, noceat, gravis tamen fuit haec plaga, nec sensu exporitis ullus est, cui molesta non fuerit ranarum tanta multitudo. Horrendum enim erat spectaculum, non foliùm agros, sed & urbium plateas, atque ipsas domos videre tam turpi agmine scatentes. Et aures fatigabat continua coaxatio. Nec palato sapiebant cibi illarum contactu fœdati. Nocturnam tandem quietem interturbabant tam importuni contubernales; & tetter mortuarum odor sævam mephitim exhalabat. Quæ incommoda graphicè describunt Judæi duo, sermonis elegantia Græcis nostrisque inferiores, Philo de *Vita Mosis lib. 1.* & Josephus *antiq. lib. 2. cap. 5.* quos vide, præter Historiam sacram, quæ in Exodo continetur. Sed & aliis gentibus, ab hoc reptili, gravissima incommoda. *Ab ranis enim civitatem in Gallia pulsam, Marcus Varro auctor est*, apud Plinium *lib. 8. cap. 29.* Et de Abderitis, scribit ex Trogo Justinus *lib. 15. Cassander ab Apollonia rediens, in Abderitas, qui propter ranarum multitudinem, relicto patrio solo, fugas dederant.* Ubi lege, *redeuntes ab Abderitis*, ex Orosio *lib. 3. cap. 13.* Abderitæ nempe fuerunt veré βατραχογενεῖς. Sed inprimis memorabile est & Moſis historiæ de ranis ex *putredine*, quæ de Paonia & Dardania referuntur a Scriptoribus pervetustis, Phœnia & Heraclide Lembo, quorum ille Aristotelis fuit discipulus & amicus Theophrasti, hic sub Ptolomæo Philometore vixit, circa Olymp. 150. Et Phœnias quidem scripsit, Deum *ranarum pluviam* immisisse circa Paeoniam & Dardaniam, quarum tanta fuerit copia, ut vias impleverint: cunque ad Meotidem occidendo & domos occludendo nihil proficeretur, ut omnia vasa implerentur & cum cibis ranæ sequerentur, neque aquis uti liceret, neque pedes ufpiam in terra figere, & mortuarum foetor admodum gravis esset, ex ea regione homines se fubduxisse: quod forsan de Autariatis pop. intelligendum, quos circa Paeoniam & Dardaniam aliquando habitasse, Strabo refert *lib. 7.* De Heraclide Lembo V. Athenæum *lib. 8. cap. 2.* &c. & plura hanc in rem, præter Plinium, apud Sam. Bochartum *lib. II. Part. poster. cap. 1. & seqq.* ubi hoc animal superbiæ, propter inflatas buccas; impudentiæ, propter sanguineos oculos & maledicentiæ, ob notam loquacitatem, symbolum esse addit.

Randan, nomen illustris in Gallia Familiæ, quæ Rupifulcaudiæ stirpis ramus est. In hac enim, cùm Franciscus II. filius primogenitus Francisci I. duos genuisset filios, Franciscum & Carolum; *ille Comites reliquos* (qui nunc Duces *) de la Rochefoucaud*, nec non Comites *de Roucy*, ille Comites *de Randan*, profevit, quorum hæc series est. Joannes Dn. *de la Rochefoucaud*, ex Margaretha (fil. Joannis Rupifulcaudii Dn. *de Barbefieux*) genuit Franciscum I. Com. Rupifulcaudium; maritum Ludoviceæ Crussoliæ, & ex ea patrem Franciſci II. quo & Annâ *de Polignîae* Dn. *de Randan*, genitus Carolus Rupifulcaudius Com. *de Randan*, junxit sibi Fulviam Picam (Galeacii Pici Com. Mirandulæ filiam) atque ex ea suscepit Joannem Ludovicum Rupifulcaudium Com. *de Randan*: cui Isabella agnata (filia Franciſci III. Com. Rupifulcaudii) peperit Mariam Claritianam *de Randan*, uxorem Henrici *de Beaufremont* March. *de Senetey*, lineæ suæ ultimam. V. Philipp. Jacobum Spenerum *Theatr. Nobilitatis Europeæ Part. II. pag. 18.* & *in Indice*, ubi de *Rupifulcaudiis*.

Rapa, adde: Aliàs *Reptus*, in Anglia, est Comitatus portio major, *Lasfi* inſtar, quæ plures in se continet *hundredos* seu centurias. Omnis sic Suſſexia in VI. *rapos* dividitur, Henr. Spelmanno *in Glossario*.

Rapa, inter tortentia, pluribus memorantur Plinio, qui à frumento protinus, aut certè faba, illa dicenda esse, *quando alii usus præstantior ab his non est*, ait *l. 18. c. 13.* Ubi, postquam quadrupedes alitesque ex iis commodum aliquod capere, dixit, addit: *In cibis quidem nostris pluribus modis commendantur, duranticq, ad alia, sinapis acrimonia domita, etiam colubrino pitta, præter suum, sex alii, purpureo quoque: neque aliud in cibis pingi decet.* Ibidem palmam in Nurlino agro nascentibus, & eorum nonnullis 40. librarum pondus tribuit &c. Cæterùm *Rapis*, aut unilio, aut panico, restibilem agrum faciebant Veteres. Plinius ubi supra: *Si fuerit illa terra, quam appellavimus veneram, posteris subdato hordeo milium seri. Eo condito rapa: his subtatis hordeum rursus vel triticum, sicut in Campania.* Subdecto nempe hordeo, quod est ex genere farrei spici, milium serebatur frequente anno; iterum fequente, rapa; quibus subtatis & præparato per annum novali rursus hordeum vel triticum. Sic quadriennium intererat inter farrei spici utramque sationem: qui ordo obtinebat, in optimis ac pinguissimis arvis, qualia erant Campaniæ. Quâ porrò superstitione ceri *rapa* confueverint, docet idem *cap. 13. lib. 18.* Ferunt subtili obſervatione, quotâ Lunâ præcedente hyeme nix prima ceciderit, si totidem lumi.num die intra prædictum temporis spatium seramus, mire pro.venire. V. de conditura illorum Columellam *lib. 12. cap. 54.* & Dioscoridem, qui murâ candori ferìbit &c. Nec omittendum, quòd *rapa* in Vespasianum, jus in Foro dicentem, Adrumetis sedition obortâ, jacta legimus, apud Suetonium *in eo cap. 4.* de quo contumeliæ genere supra passim.

Rapax, live *Rathodax*, filius major natu Lancelini vel Kancelini vel Cuonzelini, (quem alii quotiesque *Berghinus* vel *Lancelinus* vocant) Guntramno cognom. *Divite*, Hapsburgicarum soror, geniti, Hapsburgios continuavit. Ejus conjux ex Lotharingica, Friderici D. filia, Hugonis Capeti ex forore neptis, filius præter alios Wernerus I. fuit, nepos Otto, ab Hellone *de Ussenberg* A. C. 1110. cæsus. Otton natus Wernerus II. hoc Wernerus III. Adelberti cognom. *Divitis* pater, qui primus, Landgravii Alsatiæ titulo insignis, Rudolphum edidit, patrem Alberti Sapientis, qui Comitatus ex Rodolphi I. Imp. Frater vero *Rapacini* junior Landolus, qui etiam *Berglinus* & *Lancelinus* quibusdam dictus est, Duces Zeringiæ, è quibus Duces Teccii & Marchiones Badenses orti, progenimur. Phil. Jac. Spenerus *in Fam. Austr.*

Raphanus, in templo Delphico ex auro dicatus. Plinius *lib. 19 cap. 5.* Ut *Graca sit vanitas, ferner in tempto Apollinis Delphis, auteà certeris cibis præcluus* raphanus, *ut ex auro dicaretur, bota ex argento, raphani è piumbo.* Idem vero & paederastiam ac mœchorum odium poena. Id enim perpeti confuerisse, ut fublatis pedibus violentam admitterent in depilatos vasculla podices *raphanorum* & mugilum & lignorum contorum impulsionem, Scriptores tetiantur: quorum primus omnium Aristophanes *in Nubibus Act. 3. Sc. 3.* Justum & Injustum altercantes introducens, id pluribus exequitur. Idem confirmant, Catullus *Epigramm. 15.* Juvenalis *Sat. 10.* Steph. de *Urbibus*, Alii, sed & Didymus, apud Hom. *Il.* in verbo, ὑπαπόδη, de A. dulteris, *inquit*, legitur. Tribus enim Attiæ, Lacinius interqua multi raphani, quibus utuntur ad irrisionem eorum, qui in adulterio deprehensi. Utuntur verò manubriis quoque se curis in anum intromissis, eis deficientibus. Suidas rem ple.nius sic explicat: Et raphanis in podicem injectis puniri: evul sis pilis, einere calido aspergi, apud Aristophanem de impudi.cis dicitur, Sic enim Mœchos fœdè tractabant: Raphanos ca piebant, quos in eorum podices immittebant & eos pilis evul.is nudabant, calidoque cinere aspergebant, eos abunde ficexcruciantes. Licet enim hæc cinerum calidorum ac propemodum uentium insperso super depilatas & diffractas ani partes, fortasis remedii loco adhiberetur, ad sanguinem sistendum vulneraque curanda, non tamen fiebat ea fine exquisito dolore: Quemadmodum Tuscæ verbera curare soleant, contusas partes acrio falsque aegrbe perfricantes. Idem poenæ genus obtinuisse in Armenia, Lucianus docet *dial. de Morte Peregrini*. V. quoque *leg. nec in ea. 5. fid quis accidit. ff. ad l. Jul. de adult. stupro.* ubi ἐπὶ τὰ ἐκκλητὰ ἀποκαθαίρειν, Nicet. Choniates, poenam hanc vocare videtur. Plura de hac aliisque Mœchorum poenis, apud Liceum de *Lucernis Antiqq. lib. 6. cap. 75.* ubi *Lucernam Judicium Jacobi Philetti fusè explicat.*

Rapina, furtum impudenter ac vi factum, JC. definitur: cujus actûs simul rem & poenam perfequebatur, Justinian. Quamobrem formula erat: *ajo Mævium vi vestem mihi eripuisse, eique, ejus rei nomine, cum pugnum ostendi dixerim.* Joh. Kosinus *Antiqq. Rom. lib. 9 cap. 13.* Idem verò triplì poenam suggerit, *eod. lib. cap 5.* Olim tamen latrocinari & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito habebatur, quod Συνήθειαν vocat Epiphanius Hinc illa, apud Homerum, *an Prædones essis?* amica interrogatio, *Odyss. 7.* ubi Scholiastes, *τὸν λῃστὸν οὐ παρὰ τοῖς πολλοῖς ψόγον, ἀλλ' ἔνδοξον, Latrocinari apud Antiquos, non tantum infamiâ carebat, sed etiam gloriosum discebatur.* Cujus & Thucydides meminit *lib. 1.* & in Solonis I. vet. Collegia *τοῦ λῄζεσθαι* ἐφιεμένων. Quippe, ut Justinus ait, ad Tarquinii tempora, latrocinium maris gloriosum habebatur, Hug. Grotius *de jure Belli ac Pac. lib. 2. cap. 15. §. 5.* Sedhac de re plura divimus supra, in voce *Piratica*. Apud Romanos *rapiundæ Virginis* (Sponsæ) *vis simulata*, inter aupticales ritus, viguit, nec ullum habebatur connubium legitimum, nisi *simulato raptu* peragererur: Quam legitimi Matrimonii rationem antiquissimam fuisse, & à raptu Sabinarum initium sumsisse, Jac. Ravardus JC. arbitratur, qui quia feliciter Romulo succeſſerat, ideo inſtitutum ab eodem putat, ut non vero, sed simulato *raptu*, omnis sponsa Sponsi in posterum caperetur. Sic itaque quisque Virginem è gremio Matris, aut ex proximanecessitudine, vi simulatâ rapturu non aliter fuam faciebat, quàm Romana pubes Sabinas olim Virgines usu fuas fecerat. Quod omnino videtur voluisse Festus,

ſtus, cùm ſcribit: *Rapi ſimulatur Virgo ex gremio Matris, aut ſi ea non eſt, ex proximâ neceſſitudine, cùm ad virum trahitur, quod vi-delicet ea res feſtiuior Romulo ceſſit.* Eodem reſpiciens Tertullia-nus *lib. de Spectaculis*, Deinde, inquit, *Equiria Martî Romulus inuâsit, quanquam & Conſualia Romulo defendant, quòd ea Conſo diuarerit Deo, ut volunt, conſilii ſui, quo tunc Sabinarum Vir-ginum rapinam militibus ſuis in matrimonia exoptiuis vit: Prodium planè conſilium & nunc quoque apud ipſos Romanos ipſum & ſce-tum &c.* Prolixè & eleganter ritum deſcribit Appuleius *Milesi-ar. lib. 4.* Interim nulli alli connubii contrahendi modo, quàm ei qui ultu ſiebat, raptum hunc conueniſſe, docet Rœuardus, a-pud Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 37.* Primi autem mu-lierum *Raptores* Centauri perhibentur, qui à Lapithis fortè ad conuiuium inuitati, cùm vino inebriſſent, illorum uxores ra-parent, unde grauiſſimi inter utramque gentem bellum, quod pluri-bus Poëtæ perſequuti ſunt, Ouidius inprimis *in Metamorph. lib. 9.* V. quoque Palæphatum *lib. 1.* Boccatium 9. *Gen. cap. 31.* Fortun. Licetum *de Gemmis annul. Schem 35. cap. 122. ubi vel ab Eurypto Hippodamen, vel à Neſſo Dejaniram raptam, in Gemma, exhibet atque Cumm. ſua illuſtrat &c.* A' Tritonibus non raro fœ-minas formoſas, ſi fortè incautius in mari ſe abluant, aut in li-tore obambulent, *rapi* ſub undas teſtantur Lucianus *Dial. Trit. nom. 3.* Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 3. cap. 8.* Gyraldus *Synagm. 3.* &c. quorum ille ita quondam marinum hominem, mu-lieribus ad fontem in Epiro accedentibus inſidiarum, poſtquam ſemel atque iterum ſolam aliquam nactus eſſet, ſub undas de-tuliſſe, tandem cùm apud loci incolas perer buiſſet, captum ne-catumque fuiſſe, refert. Similiter in Tanagræorum primari-as matronas, quæ arcanis Liberi patris initiis, ad mare, quò expiationis causâ lauarent, deſcenderant, Tritonem impetum feciſſe, narrat Pauſanias *Beotiis*, ut alia omittam. Quod duas ob cauſas maximè ab ipſis heri, tum Ibidinis, tum gulæ capien-dæ, contendit Fortun. Licetus *de Gemmis annular. Schem. 10. cap. 61. ubi puella à Tritone rapta iconem prolixè explicat.* Cui addæ, ſi vltum eſt, Joſ. Scaligerum *c. Cardan. Exercit. 216. & lib. 2. de Hiſtor. Animal.* Majolum *in Dieb. Canicular. colloq. de Piſcibus*, Bapt. Fulgoſum *lib. 1. cap. 6.* Theophanem Iſaurium Abbatem *in Chronol.* Dam. Goes *in Oriſſipinos enarr.* Georg. Bruin *in Hart-lemo &c.*

Rapina, in vetuſtis *Schedis MS.* quæ Honorii Scholaſtii non-nulla *pro ſilentiolus acuta dicta facilaue continent*, *Aliqua nubi-liſſima mulierum duo tenuia lintea palladiis aribus unius in tota vo-lumine rapio delicatiore texuerat*: asus eſt, à verbo ἁρπάζω, unde ἁρπαγὴ & ἁρπαῖον. Hinc *rapio limea fuere*, idem quòd ea pingere eſt, de quo artificio diximus ſuprà paſſim, inprimis ubi de *Pina-mariis*. V. Salmaſium *Not. ad Vopiſcum in Carino.*

Rappoſſeinum, Comitatus Alſatiæ, ſub proprio olim Comite-quarum ſtirps *Rappoſſeinda* ſeu *Rothſpeluana* ſeu *de Ribeauipierre*, in Alſatia, à multis ſeculis, rebus geſtis & adſtirpatibus illuſtri-ſima, floruit. Communis traditio Scriptorum Germania (qui-bus etiam Franciſcus Sanſovinus, in honorem gentis Urſinæ, calculum adjecit) eam à Rocho D. Spoleti, Italiâ circa finem IX. aut principium X. ſeculi pulſi, derivat. Aliquoties in di-verſos ramos abiit. Sed quorum, excepto primario trunco, nul-lus diuturnus fuit, qui tamen & ipſe in Ioanne Jacobo haud pri-dem extinctus eſt, Comitatu ad generum ejus Chriſtianum Com-Palatinum Rheni delato. Series familiæ talis: Wilhelmus Dn. *de Rappoſtein*, qui obiit A. C. 1475. ex Joanna Com. Novoca-ſtrenſi (*de Neuenburg* ſeu *Neufchaſtel*) genuit Wilhelmum Dn. *de Rappoſtein*, defunctum A. C. 1547. Huic ex Maria Com. Bi-pontina (*de Zweibruck & Bitſch*) genitus Ulricus Dn. *de Rap-poſtein*, deceſſit A. C. 1571. Pater ex Anna Alexandrina Com fur-ſtenbergica, Egenolphi Dn. *de Rappoſtein*, qui defunctus eſt, A. C. 1585. Hoc Matris Com. Imagnachiâ, natæ Eberhardi Com. *de Rappoſtein*, (qui obiit A. C. 1637.) junxit ſibi Annam Ringra-viam, atque ex ea ſuſcepit Joannem Jacobum Com. & Dom. *de Rappoſtein*; matrium Annæ Claudiæ Com. Sylvarum & Rhe-ni, atque ex ea patrem Eberhardi Caſimiri, (qui natus & dena-tus eſt A. C. 1639.) Catharinæ Agathæ, quæ nata A.C. 1648. nupſit Chriſtiano Com. Palatino præfato, qui nunc Comitatum tenet; Chriſtiani Eberhardi (qui natus A. C. 1650. deceſſit A. C. 1651.) Annæ Dorotheæ (quæ obiit A. C. 1653.) &c. V. Joſ. Spenerum *Syllege Geneal. Hiſtor. in Fam. Palat. & Theatro Nobil. Europ. Part. I. p. 4.*

Raptores, propriè Veteribus dicti ſunt, qui tigridis catulos ra-piunt; quam vocem in *Latrones* non bene mutavit Solinus cap. 17. ubi, de tigribus loquens, inter alia ait, *Maximè potentia eorum probatur, cùm maternis curis incitantur. Cùm catulorum inſiſtunt raptoribus, faccedans ſibi equites lices & fugâ quamtalibet, aſtu quamtolibet, amolirî præſum veint, ni in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt anſanus omne. Nitentur frequentiſſimè & quando latrones ſuos aſſortatis catulis renavigantes videnî, in litore irritâ rabie ſeruari, velut propriam tarditatem volumtariâ calligantes ruina: quanquam de ſatu univerſo vix unus quem ſubtrahi.* Ubi quos *Raptores* priùs vocat, dein *Latrones* dicit. V. Salmaſium *ad l.* Coe-tcium Romanum *raptus* in nuptiis placuit, V. ſuprà voce *Rapi-na*, & de communi vocis notione in *Direptio*, item *Preda*.

Rarunge, pop. Indiæ, montium accolæ & perpetuo actu oræ Oceani obtenti, Plinius *lib. 6. num. 20.*

Raſa Veſtis, pexæ oppoſita, dicebatur olim recens ſine villis, quales ex lana Iſtrica & Liburnica, quæ pilo propior, confieri ſolebant. Plinius *lib. 8. cap. 47. Iſtricæ ac Liburnicæ lanam pilo propiorem, quam lanæ & ideo pexis veſtibus aptiorem & quam ſola Ars ſubtilem texto commendat in Luſitania.* Ubi obiter notandum, ſcutulas in veſtibus quadraturas fuiſſe ad inſtar plagarum, qui-bus retia diſtinguuntur, contextas, quæ proin ex lana villoſa haudquaquam poterant texi, quòd villorum denſitate textura & artificium operiretur: cùm contrà in lana pilo propiore ſcutu-latus textus, non impedientibus villis, facilè appareret. Iſtimu-modi itaque *Raſæ* veſtes, poſtquam uſu obſoleverant, ut idem Plinius habet, colorem quidem amittebant, fed ſtingerentur, reci-piebant denuò & interpolabantur novæque videbantur, nihil enim præter colorem amittebant, ſlorum texturam, ſive veteres, ſive recentes eſſent, facilè oſtentantes: ſecus in pexis, ubi detrita ſemel ſila reparari non poterant. Meminit *Raſæ* veſtis Juvenalis *Sat. 2.*

Carulea indutus ſcutulata, aut galbanaraſa.

Martialis item, ubi Togam raſam æſtati judicat aptiorem *lib. 2. Epigramm. 89.*

Dona quòd æſtatis miſi tibi, menſe Decembri,
Si quereris, raſam tu mihi mitte Togam.

Alibi videtur *raſam* appellare, *lib. 7. Epigramm. 85.* niſi tenui filo intelligat, ideoque pretioſam, V. Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. lib. 1. cap. 17.* Plinius *lib. 8. cap. 48. Togas* raſas *Phrygianasque D. Auguſti noviſſimis temporibus cepiſſe*, dum ſcribit: Turnebus *Phryxianas* legit, ſicque dictas vult, quòd Phryxæ velleris cri-ſpos & eminentes villos imitarentur, quas proin cum ſpiſſis con-jungit Seneca de *Benef. lib. 1. cap. 3.* His oppoſitæ *raſæ* fuerunt, id eſt, minimè villoſæ: quemadmodum ſpiſſis rallæ. V. eundem Ferrarium *lib. 2. cap. 11.* Aliquando tamen *Raſæ* pro *rallis* ſu-muntur, apud Auctores, ut vſum ſuprà in voce *Ralla.*

Raſburg, ſeu *Rasburg*, nomen illuſtris in Suecia Familiæ, Comitivæ dignitate illuſtris, quæ Leuenhauptiæ ſtirpis ramus eſt. In hac enim cùm Steno, frater Margaretæ Reginæ, (Gu-ſtavi I. R. uxoris) ab Erico jam jam ſolio deturbando occiſus ef-ſet, in liberorum ſolatium, à Joanne Rege, *Comes de Raſburg & Grafſpanieus* creatus eſt, cujus filius Falkenſteinianus conjugem na-ctus, novis titulis bonisque gentem auxit. V. ſuprà in *Leuen-hauptio Fam. & Phil. Jac. Spenerum Theatro Nobilit. Europeæ Part. III. pag. 37.* nec non *Arte Herald. Tom. II.*

Rasdi, Dea olim Hungarorum: De iis enim Jo. Tuvvroc-zius *Chron. Hungar. Parte 2. cap. 39.* refert, ut Janus, filius Va-thæ, de caſtro Beli, qui primus Hungarorum Dæmonius ſe de-dicarat, pro Dea coluerit *Rasdi*, quæ rapta à Chriſtiano Rege Bela carcere concluſa fuit, usque dum proprios comedens pe-des moreretur. Sed *Rasdi* quam hîc vocat, eam Antonius Bon-finius *Rer. Hungar. lib. 12. Varaſdo* appellat. V. Gerh. Jo. Voſſium *de Idolol. lib. 3. cap. 17.*

Raſophori, Græcè Ῥασοφόροι, novitii Monachi dicuntur, apud Baſilmonenem in *Syn. Cpolit. can. 5.* à voce *raſum*, ῥάσον Græcis re-centioribus, quo nomine indumentum indigitatur detritum & uſu deflocctatum, ὁ τρῶσιν ὑπὸν ὁ πολλοῦ. Alſhelmus *de Laude Virgin.*

Nec lacerna tibi villoſas vitrea, Virgo,
Tergore vel raſo, & lignis compacta ſatigniſ,
Seu membranarum tenuis velamine falda.

Itaque Ῥασοφόροι ſeu Ῥασοφορῖται Monachi ſunt οἱ Ῥασοφόρτοι, qui Ῥάσον gerunt. Qua voce citimæ ætatis Græci propriè no-tant Monachicum pallium, id eſt, τριβώνιον: quod olim Phi-loſophorum erat. Unde Ῥασοφόρια & Ῥασοφόρτια Monachi. Quamvis Græci quidam inter τριβώνιον & τρῶσιν diſtinguentes, Τριβώνιον, Philoſophi veſtem exponunt, τρῶσιον verò ῥάσον. Sed hoc diſcrimen paſſim confundunt Auctores. A' Philoſophis igitur Chriſtiani Aſcetæ pallium acceperunt, cumque procedente ævo ἀσκησις ad certum genus hominum redit, Monachos viz. exinde eorum proprium pallium eſſe cœpit. Unde Ῥάσον, i. τρῶσιον ſeu τριβώνιον, pro *pallio Monachico*, apud Zonaram *ad Can. 12. Synodi Gangrenſis.* Sed & Monachium pallium Ῥάσον, Nice-phorus Xanthopulus in *Catalogo Pat. Cpolit. de Baſilio Diac.* Ubi Τινὰ ἐπ' ὀψεως ὦ ῥάσε, *eſt mulier quæ habitum monachum ejuravit & abjecit.* Et Palladius *de Tam Virg. in Lauſiaca*, Ῥάσον ἐνεδύσατο καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀρχὴν ἔσχε τῆς ἀσκήσεως &c. Salmaſius *ad Tertullianum de Pallio p. 89. & ſeqq.* Cl. Suicero Ῥάσον ſunt inte-rius velamen corporis, cui toga talar s ſuperinducebatur, Mona-chis, Sacerdotibus, Miſitibus etiam in uſu, voce Ῥασοφόροι: Faci-li viz. ſignificationis prioris in iſtam flexu.

Raſores & Intonſores, Græcè ἀκουρεῖς, Artifices quinam di-cti, V. ſuprà *Radere.* Horum opus *raſile.* Papinius Statius *The-baid. lib. 7.*

—— *& ſibula raſilis auro*
Tenarium ſul vá mordabat iaſpide pallam.

Ubi Lutatius, *ad luxuriem retulit puichritudinem fibulæ. Erat*

unius tenui diffrimibus multis exornata, quam vulgò interrasile vocant. V. Barthium *ad h. l.* ut & supra in voce *Interrasile.*

Rasterum, quibusdam ex vett. Grammaticis *ruscum & vruscum*, sed hoc *rarum* potiùs, quàm rastrum: *Rastri* enim eradendæ potiùs & poliendæ terræ, quam fodiendæ factâ sunt. Hinc *rusticus* à *rastris* fecerunt Cato, quæ perperam hodie confunduntur. Erant autem *rastri* dentati, unde à *radendo* dicti. Hinc Catoni *rastri quadridentes.* Ennius,

Rastros densifabres capsit agri polienda, &c.

Primum nempe in agricultura erat arare & fodere, deinde *rastris* glebas imminuere, quod & *occare* propriè dicebatur. Virgilius,

—— *rastris glebas qui frangit inertes.*

In vinea *pulverationem* id dicebant, uti vidimus &c. Interim, pro fossorio instrumento vocem hanc tum Poëtæ, tum coreti Auctores, non raro ponunt, & *rastros*, *ligones*, *bidentes*, confundunt. Sic Plinius ex Virgilio tradit, *eleam non assiare arastros, ut vitem*: ubi per *rastros* intelligit fossionem. Idem *inimicus infossionis vitæ rastros esse* dictitans, id ipsum vult. Et Theophrastus, *Bagoras & vas vineyas fugit ἐργάζεσθαι τῷ δὲ ἀρότρῳ καὶ τοῖς ἀμπέλοις*, i. *vomeribus & rastris.* Et quidem *rastri quadridentes*, seu qui pluribus dentibus instructi erant, occanda magis terræ apti esse videntur, *bidentes*, fodiendæ. Quæ duo genera rastrorum tangit Varro, non tantùm eradi terram rastris, sed & erui, docendo: unde Rastri alii *Occatorii*, alii *Fossorii.* Quorum hos intelligit Solinus quoque, cùm *Balsamum rastris mitescere* dicit, h. e. *rastris evanescere, fossionibus.* V. Salmasium *ad Solinum pag. 375. & 387.* & supra quoque, ubi de *Abiegnatione*, & *Ocatione.*

Rasura, in Ecclesia Rom. est incisio capillorum in modum coronæ facta, qua Ecclesiastici insignes sunt: Germanus Patr. Constantinop. *Radiatur caput medium in gyrum, ut ea corona sit pro corona Christi.* Beda *Histor. Anglic. lib. 1. cap. 22. Abraso capitis Ecclesiastico rum, in corona forma, coronam Salvatoris nostri ibireum significat* &c. Et quidem Episcopi ac Cardinales præ cæteris amplioribus *rasuram* defrunt: Pontifex autem totum caput *rasum* habet, præter circulum capillorum brevem, ad formam Monachorum Benedictinorum, de quo vide, qui Conciliet Toletano IX. *can. 4.* ea disponitur: *omnes Clerici vel Lectores sicuti Levitæ & Sacerdotes, ut unus superius capite tono, inferius solum circuli coronam relinquant.* Hodie verò *rasura* tam exigua in plerisque, ut vix cerni possit. Sed & Maronitæ aliique Monachi Orientales, ita *radunt* caput, ut reliquant capillorum circulum in vertice, verum lutulliorem Monachis Occidentalibus. Quosdam tamen in modum crucis capita *rasisse*, Oforius testis est *lib. 3. rer. Em.* Quod hodieque observat Episcopus *Curangor* Diœcesi, Indiarum Oriental unlegitur in historia Soc. *Nova Orbis cap. 13.* Dr. Christianus Georginanis memorat Roraldus Episc. qui floruit A. C. 1300 a: *de Sacrofidus Terræ S.* scripsit, Clericos eorum in orbem, Laicos in quadrum, comam radere. Neque vero Clerici solum, in præfata Eccl. fed & Monales *raduntur*, uti docent Macri Frates *in Hierolexico*, voce *Tonsura.* Olim veriam Serapidis & Isidis Sacerdotes radebantur: Hodieque Mahometani totum caput *radunt*, flocum solum in vertice relinquentes, quod etiam, à Christianis fibi fubditis, obfervari volunt &c. V. fupra *Paffim*, inprimis in voce *Capillus* feu *Coma*, ut & ubi de *Radendi* ac *Tondendi ritu.*

Rates, olim ad navigandum adhibeæ. Plinius *lib. 7. cap. 56. Nave primus in Græciam ex Ægypto Danaus advenit: ante ratibus navigabatur, juventis in Mari Rubro inter Insulas, à Rege Erythra. Reperiuntur, qui Myos & Trojanos priores exogitasse in Hellesponto putent, cùm transirent adversus Thracas &c.* Sic autem dici confuevere connexarum rabium compages: an à Græco *ῥέω*, i. *fluo*, quòd in aquis fluant; an à *radendo*, quòd aquas *radant*; an quòd *ratæ* ac firmæ fint? Græcis *σχεδίαι*, à facilitate tumultuaria ftructura. Sed & fequenti ævo earum, in exercitibus inprimis trajiciendis, ufus frequens. Ita Rhooanum Annibal cum exercitu fuperavit, apud Livium *lib. 20. cap. 27. Ratibus cæsa materia, rapesque fabricatæ, in quibus equi virique & alia onera trajicerentur. Hispam fine ulla mole in utres veftimentis conjectis ipfe certis fuppofitis incubantes flumen transnavare Et alius exercitus ratibus junctis trajectus &c.* Hinc *Ratium* feu *Ratius*, vett. Romanis quadrans appellatus eft, quòd in illo ac trienie *ratis*, ficut in affe navis, figura expreffa effet.

Ratiarium, adeb: Caput fuit Lemovicum, uti docet Claud. Ptolemæus, *οὗ γὰρ μεσόγειός Λεμόβικες ἴδιε Πικτονες οἰκοῦσιν*) *Augustoritum Turonenfis.* Greg. gidem Turonenfis *lib. de glor. Confeff. intra Pictavorum terminum, qui adjacet civitati Nammetice, vicum Ratiarenfem*, five Ratiarum, qui pago circumjacenti nomen fuum dedit, & in vet. nummo *Raciate* inícribitur, commemorat: & Adelphitis Epifc. Ecclefiæ Pictavorum in vett. codd. nonnullis *Adelphius de civ. Ratiatica*, & *Adelphius Epifcopus de Ratiate*, nunc autem, à Ratiario illo vel Ratiate Pictonum, Magno quoque, quem quidam & recentioribus fequuntur, caput Lemovicum Auguftoritum fact. At hoc quidem Pictonum, *Ratiafium* verò Lemovicum caput effe Ptolemæus affertit, cui, utpote Auctori gravi ac diligenti, haud dubiè fides adhibenda eft. Poftea *Ratiafium* depofita propria ac vet. appellatione, nomen Gentis, cujus caput erat, ut in aliis quoque factum, accepit, ac dici cœpit *Lemovicæ.* Hinc Auctoribus *de vita Eligii*, vocat *Lemovicas civ.* Fredegarius *Lemovicas*: Fortunatus *Lemovicinum urb.* Alii aliter: *Lemovicas* inprimis vett. tummi & Annales & Historicus quoque in *Chron.* hodie *Limoges*, quafi *Lemocas*, mutilato Lemovicarum nomine. In vett. Notitiis provinciarum & civitatum Galliæ *Civ. Lemovicum* vocatur, & inter provincias Aquitaniæ primæ civitates octo fextum obtinet locum, Rutenis, Albienfibus Caduci que poft poftita, quibus tribus populis Lemovicei olim multo fuperiores fuere. Sextum locum tenet & *in Biturienfi prov. civitas Lemovice*, apud Robertum in *Chron.* at apud Gerval. Tilefberienfem & in *Notitiis* ipfius ætate recentioribus, quinta locatur, Albienfibus vel Albigenfibus infeptimum locum rejectis. Ejus Epifc. Rauricius Concilio Aurelianenfi IV. B. illo V. Cuniflo, Indict. 4. anno C. 541. per le. & Synodo Aurelianenfi V. per Bantaredum interfuit. Habuit olim Amphitheatrum fuum extra muros, quod *Arenas*, nomine apud Gallos ufurato, appellat vetus anonymus de *Excidio S. Martialis Arenis*, cujus mentio in Conc. Lemovicenfi II. habito A. C. 1034. quod Amphitheatro huic proxima effet, dicta eft. Stephanus cette Abbas Monafterii S. Martialis VII. *Turres in Caftello Martialis duas, unam contra Sextarium, nomine Orgelotum, alteram contra Arenas, nomine Fuffinilam ; præcipiente Rege Carolo min. ad repellendum Guilielmum à Ducem, Pictavinum Comitem*, fecifle legitur in *Hiftor. Abbatum Lemovic.* Hodieque inter feptem portas, quarum duæ obftructæ funt, una eft Lemovicis, *porta Arenas*, rum vel *porta ad Arenas*, vulgò *la porte des Arenes*, appellata, quòd eâ Amphitheatrum fuburbanum ei proximum peterent Lemovicini. Ibidem eft & Cœmeterium Arenarum, *le Cimetiere des Arenes*, locus incolarum ambulationibus celebratus. Monetarium Regum Galliæ, Merovingorum Principatu, hic fuiffe, & Monetam percuti, autumque fifcale purgari fornace confuevifle, docet Audoenus *lib. de nummi item veteres inscripti Lemovitis*: & *Lemovicas Ruderi*, in *Lemovicas fit.* V. Hadr. Valefium in voce *Lemovices Aquitani* & fupra *Ravi.*

Viri illuftres.

Ratiborus, filius fuit Miflævonis, Herulorum Regis, frater Udonis Vandaliæ & Megapolis Principum Auctori, à quo & Boguslao, fratre ejus, Pomerani Principes ortum trahere, Filios illius octo, Magnus Rex Dan. in Duc. Slesvicenfi occidit, A. C. 1048 Boguslao vero genitus Suantiborus, filios reliquit quatuor, è quibus Wartislaus & *Ratiborus* citeriorem, Suantupolcus & Bogislaus ulteriorem fortiti funt Pomeraniam.

Ratiborus, filius Suantiburi prædicti, una cum Wartislao fratre, Pomeraniæ citer. Principum fuit conditor: Rugiis Bartum, Tribfelium & Grimmium eripuit, Pater Wartislai & Suantopulci, qui relictâ patruelibus ulteriori, Principatum citeriorem, cum Stetino *fibi* fumpfere. Ex his inpri mis W artislaus Princeps fortiffimus cum Danis & Hear. Leone pro libertate fua & Megapolitanorum, geffit diuturna bella : Quatuor Comites, Adolfum Holfatum, Chriftianum Oldenburgicum, Reinaldum Dietmarfum & Gunzelinum Suerinenfem, obtidione Demmini depulit, Adolfo cæfo. Inde tamen fe recipere coactus, cùm Leo Demminum & Wolgaftum diripuerit, hoc digreffo, ita recuperavit, ut eum in ejus filio Bartholomæo linea defecrit A. C. 1224.

Ratiborus, filius minimus natu Bogislao præfato aviti Subslai, cum fratribus Wartislao & Samboro, fuo dicitur Crucifertis Bonuffiæ legaffe, quæ gravium bellorum origo. V. in voce *Pomerania.*

Ratio Patrimonii, in vet. Saxo, SUPERPOSITO. MEDIOCRUM. EX. RATIONE. PATRIMONII. idem quod *Rationalis* eft. Unde ex *Ratione Patrimonii*, qui Ratio fuit patrimonii; quem admodum ex *Conjule*, qui Conful fuit. Plebeant autem, *Ratio patrimonii*, pro *Rationali*; ficut *Cura Prætorii* vel *Palatii*, pro *Curatore Prætorii Palatiique.* In *Vita* Claudii, *curam Prætorii annum*, apud Trebell. Pollionem. Ovidius,

Tertius immundæ curia pdelis bavæ.

Hinc ἴδιος λόγος, *Ratio privata*, Straboni pro Λογιστὴ *Rationalis* &c. V. Salmafium *ad Spartianum in Severo*; uti de Vett. more *rationem domeftican tollus vitæ per dies fingulos fcribendi*, Calaubonium *ad Perfpatium Sueconii* 6. 22.

Rationale, quod & *Logium*, in V. Teft. quid fuerit, divimus fupra, in voce *Ephod.* In Eccl. Rom. quoque inter veftes feuornamenta Epifcoporum occurrit, quod cum Pallio idem fere C. du Frefne, qui addit, haberi in Miffa ab Illyrico edita hanc orationem *ad Rationale*, cùm fc. illud Epifcopus induit, facia ctaurus: *Da nobis Domine virtutem tuam fymitter velnere, & declarinem veritatis pichi tuæ dignè aperire*, in *Glofario.* Interim quibusdam tantum Epifcopis, non vero omnibus. *Rationale* hocâ Pontificibus Rom. concedi confuevifle, refert Ivo Carnutenfis *Serm.* 3. & certialiquando fedibus, aliquando certis perfonis. De Sede Eyftettenfi, V. Philippum Epifc. Eyftett. in *Vita S. Wilibaldi cap. 23.* De Archiepifcopo Mutenfi regalis in Sicilia, Marga-

Margarinum in Bullario Cassin. Tom. II. pag. 199. Chappeavillus ad caput 40. Ægidii Aurevallis Abbat. Chartam Innocentii II. qua adcelebrari II. Epist. ultim. Rationalis certis diebus concessit, describit, in qua inter alia hæc habentur: Et quoniam sanguam Aaron & loco Moysis constitutus, eorum quoque dignitate participem constitutus, & ufsum Rationalis, postquam in Episcopum consecratus fuerit, persone tue concedimus: Juncetes ut eodem sacro ornamento intra Ecclesiam dumtaxas his diebus utaris, qui in presentis scripti serie præscribuntur, id est, Cœnâ Domini, Pascha, Ascensionis, Pentecostes, in Festo B. Joannis, in solemnitatibus Apostolorum Petri & Pauli, assumptionis Virg. in Festo B. Laurentii, omnibusque Sanctorum, Natali Domini, in Octavis ejusdem & Epiphaniæ, in Purificatione B. Mariæ, in Dedicationibus Eccl. intra tuam Parochiam, & ordinationibus Clericorum, & in anniversario die Dedicationis Leodiensis Ecclesiæ, apud eundem in Gloss. cit.

Rationalis, in vett. *Inscriptionibus*, apud Ammianum, aliosque medii ævi Scriptores, idem cum *Procuratore*: uti discimus ex Æl. Lampridio, in *Alexandro Sev. Ubi aliquos voluisse Rectores provinciis dare, vel Præpositos facere, vel Procuratores, vel etiam Rationales*: & Commodo in *Epist. ad Albinum*, *Super hoc ad Procuratores meos litteras misi, quas ipse signatas accipies signo Amazonio, & cum opus fuerit, Rationalibus dabis*. Nempe quos primi *Procuratores Principum*, eos sequens ætas *Rationales* dixit, V. infrà in voce *Rationes*. Horum cùm duo genera essent, Procuratorem Rei privatæ seu Rationis privatæ, qui etiam *Dispensator rationis privatæ* dicitur in vet. *Inscr.* item *Ratio privata*, Gratiæ Principis & Augusti Severi imp. Inscriptionibus vult Spartianus; cùm constet, jam sub Augusto rei vel rationis privatæ Procuratorem fuisse cognitum, ut superiùs ostendimus. Quod enim Strabo *lib.* 17. munus τὸν ἐπὶ τοῖς ἴδιοις λόγοις hoc fuisse narrat, ἐξεταζειν τὰ ἀδέσποτα καὶ τὰ εἰς κληρονόμους ἀφικνούμενα, curare, ut bona caduca ad vacantia fisco Cæsaris adnecterentur; hoc omnino officium fuit ejus, qui *Procurator rei privatæ* dictus est, etiam posteriorum Imp. ævo. Habuit autem hic Procurator vel Comes Rei privatæ, ut postmodum dictus est, sub se *Rationales* & Magistros Rei privatæ, qui in singulis provinciis rem Principis privatam curabant. Unde *Rationalis Ægypti*, *Rationalis africæ* & reliqui *provinciarum Rationales*, quos τοὺς ἐπὶ τοῖς λόγοις vocat Strabo, fuberant Comiti & Magistro rerum privatarum, qui etiam privati Principis Ærarii administrationem obibat. Procuratores verò rei privatæ, Advocatos Fisci, *Rationales rei privatæ*, non diu in officio manfisse, fed cito mutatos fuisse, docet idem Spartianus ibid. & *quotannis citò mutabantur, ita ut nemo nisi annum compleret* &c. V. Salmasium *in Vit. Adriani* cit. qui ad *Spartianum in Hadriano* citam *Constitutem rerum privatarum*, in vet. *Inscr.* occurrere pro *Rationali rei privatæ*, cosdemque *Καθολικοὺς* & *Καθολικιανοὺς*, dictos esse, addit. Plura hanc in rem congessit Jac. Gothofredus *in Notitia Dignitatum Cod. Theodosiani*.

Rationarium Imperii, ab Augusto institutum, descripsit habebat accuratissimâ diligentiâ, qui agri quibus colonis essent divisi, & quæ subsiciva agrorum superessent, quæ divisi aliis possent. Hygenus *de Limitib. constituendis*, V. quæ de *Tabulario Cæsaris*, & *Libro Beneficiorum*, qui pars hujus Rationarii erat, Suetonius habet & nos suprà diximus. Proin, quod diligenti Patrifamilias privatarum Rationum libri fuerunt, id fobriis & frugi Cæsaribus, quales inprimis Octavius, Vespasianus, Hadrianus, hi Commentarii fuere. De Hadriano certè Spartianus, *Omnes publicas rationes*, inquit, *ita compiexus est, ut omnium privatam quoque posterisamilias diligens non minus novit*. Sic de Antonino Pio Capitolinus, *Omnium provinciarum rationes apprime scivit & vestigalium*. Alexander verò Severus, non agros tantùm, verùm & alia, quæ largiri Principes solent, habuisse descripta legitur, apud Ælium Lampridium &c. V. infrà in voce *Rationes*.

Rationatores, apud Belgas dicuntur, qui tam civiliter, quàm criminaliter, in tribunali Præpositi jus dicunt, vulgo *Redenaers*. V. Miræum *in Donationibus Belgic. p. 749.*

Rationes, olim à Dispensatoribus diligenter exactæ. Petrus Chrysologus *Serm. 33. De cautelibus conditis, de horreis divinis rationem reddit*. Cicero in *Verrem*, *Quid tu inquam folles, cùm rationem ab Dispensatore accipis, si ærа singula probasti, summam, quæ ex his confecta est, non probare*. Nec diligentes solum, sed & immaniter nonnunquam. Seneca *Epist.* 47. Audio circa horam tertiam noctis, flagellorum sonos, quæro quid factæ? dicitur rationes accipere. Juvenalis *Sat. 6. v. 482.*

Et cadens longi relegit transversa diurni.

Ubi antiquus Grammaticus *diurnum*, interpretatur *rationinum*. Nec aliò forsan refpexit Christus Dominus, parabolâ usus servi, *quem herus tradidit tortoribus, quoad usque redderet universum debitum*. Quòd autem Seneca nocturni temporis facit mentionem, hinc est, quòd Arcarius seu Dispensator singulis noctibus Domino seu Patrifamiliâs, totius diei expensas offerre tenebatur. Unde ad *Juven. loc. cit.* Scholiastes vetus, *Rationinum*, inquit, *diurnum accipit, in trans verso charta scriptum*. Ut igitur Cantheri, *rationes* esse redditas, antequam cubitum iret Dominus, jis à servo libi oblatis subscribebat, computatis diligenter singulis & expunctis. L. Appulejus *Apolog. lib. 2. negotium rationibus vilicorum, epitionum & equisonum folertissimè subscripsisse*. Quod usque adeo religiosè obiervatum, ut ne servus, qui *à rationibus* Domino fuisset, testamento ab eodem nonsente manumissus, potuerit ab hærede in servitutem retrahi, nisi subscriptione probatas rationes ostendere potuisset. Scævola JC. *l. 40. ff. de statu lib. & l. 41. ff. de fideicommiss. libertat.* Et hic quidem, ut modò dictum, à *Rationibus*, item *Procurator*, sequiori ævo *Rationalis* dictus est, qui à cæteris servis *rationes* ipse capiebat. Petronius *Satyr. Jam ad Tricinium veneramus, in cujus parte* (Cella) *Procurator rationes accipebat*: reique adeò domesticæ gerebat curam, quem proin malè Joh. Sarisberiensis *Policr. lib. 3. cap. 12.* cum *Secretario* confundit; rectiùs cum *Dispensatore*. Ita enim Suetonius *in Galba cap. 12. Dispensatori breviarium rationum adferenti, parapsidem leguminum pro sedulitate ac diligentia porrexisse* &c. Transeo ad Principes, apud quos duplex horum hominum usus erat: Nam vel privatum Imp. censum administrabant, vel publicum provinciarum proventum. Unde notus in Historiis *Procurator* Cæsaris seu ut posteriores loqui amaverunt *Rationalis*: Constantinus Aug. scribit *Gallupio Rationali rerum provincialium*, *l. 5. Cod. Theodof. de petit. & nitor datis*: Plin. *lib. 2. cap. 16. rationes Belgicæ procurare*, dixit: Æl. Lampridius in *Alex. Rectores provinciis dare*, vel *Præpositos facere vel Procuratores*, id est, *Rationales ordinare*. Tandemque isti, quasi *reddendis rationibus obnoxii*. *l. 4. C. de Cleric. & Episc.* quorum institutio primâ Constantino Cæl. qui in universum negotiis fiscalibus eos præesse voluit, & in criminis illa seu iri pecuniariæ, ex Martiano collatum *l. 3. Cod. l. Jul. Maj. & Jul.* capitolino in *Maxim.* Ausonius eorundem meminit *in parental. Carm.* 24.

Scrinia Præfecti meritus, rationibus inde
Præpositus Libycis.

Atque isti quidem provinciis præerant; de privatarum faculta *Rationalibus* Corippus, ubi de *laudibus Justini Minoris lib. 1. num. 1.* agit, fic:

Mente placens Dominis, sacris rationibus apius.

Et licèt *Rationalis* appellatio, ut dictum, non nisi sequiore ætate, ut testantur vetustissimo inscriptionum, apud Ant. Augustinum, *D. M. Abascanto. Augusti. Lib. Ædituo æditr. Neptuni qui est in Circo. Flaminio. Fucrius. Abascanius & Pallas. Cos. N. Ser. Adjutor. à Rationibus. Patr. pissimo. fecit.* Nempe in domo Cæsarum Libertus pro more huic muneri præficiebatur, ut ex vet. quoque marmore Lanuvino patet, cujus inscr. *T. Aurelio. Aug. Lib. Aphrodisio. Proc. Augusti. à. rationibus.* V. quoque Inscript. aliam in hortis Carpens. apud Manutium *Scrip. p. 683.* Hinc Suetonius *Claudio cap. 28. Sed ante omnes* (Libertos) *Narcissum ab Epistolis & Pallantem à rationibus; quos decreto quoque Senatus, non præmiis modo ingenibus, sed & Quæstoriis Prætoriisque ornamentis ornari libenter passus est.* His inferviebant *Calculatores* servi, à *calculis* seu minutis lapillis dicti, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant, de quibus, ut & tota Vett. computandi ratione, prolixè Pignorius *Comm. de Serv. Sed* & eorum qui provinciis præerant, originem haud paulo antiquiorem esse, quàm credidit Spartianus fupra laudatus, Suetonius indigitat, cùm Augustum Principem, depositurum Imperii administrationem, *reddidisse Rationarium* ait, *cap. 26.* Imò & stante adhuc Rep. sumptus annuos seu census Civitatis, positâ in Foro hastâ, à Consule exigi fuisse solitos, docet Ovidius *de Ponto lib. 4. Eleg. 5.*

Aut Populi censum, positam compones ad hastam,
Et minui magna non fines Urbis opes.

V. Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 5. cap. 28.* Confici ebant verò, ut & hoc addatur, *Rationes* Romani *ad denarium*, in quibus æs excurrens partibus assis notabant & appellabant: Aliquando *ad sestertium* etiam, ubi æs excurrens vocabulis minutiorum quondam argenteorum nummorum circumscribebant. Erat, ubi *ad victoriatum* quoque cun ficerent: in quibus nunc æris partibus, ut ad denarium, nunc argenteolorum nominibus, ut ad sestertium, æs excurrens nuncupabant. Quæ omnia Negotiatores, Nummularii, Dispensatores, imò omnes liberè educati, tam parata habebant ac prompta, ut etiam multo citiùs, quàm nos forte simplices assium numeros, vel scriberent vel computarent. Etiam pueri edisebant, eum primis jam literarum elementis; unde de Helvio Pertinace Imp. Jul. Capitolinus, *Puer*, inquit, *literis elementariis & calculo imbutus*. Et Ulpian. *lib. 1. Orig. cap. 3. Primordia Grammaticæ Artis, literæ communes existant, quas Librarii & Calculatores sequuntur, quorum disciplina velut quadam Grammaticæ Artis insimilis est.* Horatius lepide de *Arte*,

Rumani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere. Dicas
Filius Albini, si de quincunce remota est
Uncia, quid superest? poteras dixisse, trients. Eu,
Rem poteris servare tuam. Redis uncia, quid fit? Semis,

Quam in rem, præter Pignorium præf. consule inprimis Joh. Frid. Gronovium de Pecunia vet. lib. 3. cap. 12.

Raubo, V. infrà *Roba*.

Rauca Tonitrua, apud Papinium Statium *Thebaidos lib. 2. versu* 39.

Plausus adit colles, nec rauca tonitrua *pulsant.*

sunt ingentem inconditumque fragorem excitantia. Omnis enim sonus inconditus ac ingratus Poëtis *raucus* est. *Rauci flu-tus*, apud Horatium *lib. 2. Carm. 14. rauca fata* maris, apud Virgilium *Æneid. lib. 5. rauca flumina*, apud Lucanum *lib.* 1. idem 5. *rauci Aquilo*, apud Martialem *lib. 1. Epigram.* 50. magis proprie *rauci ursi*, apud Statium eundem *Thebaid. lib. 11. versu* 29. &c. V. Barthium *Animad. ad eum d. l.*

Raudus Æs, imperfectum Veteribus dicebatur ac rude. Unde in venditionibus mancupi scriptum erat, *Raudusculo libram fe-rito* Festus; ad quem V. Scaligerum.

Ravensperga, ad de Ditionem, olim hanc proprii Dynastæ Comitesq; habuere. Memineruntur. Juliacenſ. *Annales* præter Ludovi cum Osnabrugenſium Antiſtitem, ex Ravensburgis Comitibus, Eberhardi atque Ottonis ejusdem gentis Dynaſtarum; quorum iſte exercitum Henrici Aucupis, contra Hunnos ſectus, ſ. inſtitu-tis pòſt Magdeburgi A. C. 935. ab iſto Equeſtribus ludis; alter ſimilibus ludis Coloniæ celebratis A. C. 1179 interfuerint. Ab hiſce, defuncto ſine filiis O. tone, ad Juliacenſes Bergenſeave de-veniſſe referunt, Margaritæ Ottenę, prognatæ ſive beneficio, ſi-ve occaſione ſaltem, ad dotum iſtam, cui illa innupſerat, Cæſa-ris ſponte translatam. Sed alium huic Ottonem fuiſſe, inde co-jicere licet, quòd Elizabetham, eadem familia ortam, Henrico Com. Hennebergico Juliacenſium *Annales* tociant, qui morta-litati anno demum 1261. parucrit, quòd ab Ottonis iſtius ætate nimium diſtare videtur. Quidquid ejus ſit, ab Ottone quo-dam ad Bergenſes abiiſſe dirionem hanc certum eſt; quam po-ſtea à Guilielmo Bergenſi, adeoque antequam Juliaci quoque Bergenſemque Ducatum Clivenſis familia adipiſceretur, Adol-phus Clivenſium Ducum primus obtinuit, pretium liberatis, quod victus ille, captusque ab Adolfo, victori obſolvaret. Hodie cum Marcæ Comitat. Dominio Ravenſteinio, ſubeli Electori Brandeburgico, ex formula pacti cum Principe Neoburgico ini-ti A. C. 1666. Tob. Pfanner us de *præcip. Germ. Principp. Gemſibus c. 2. & cubi inter Saxoniæ Ducum titulos etiam hos comparentes ernditi-ſi exponit.*

Ravenſtenium, Germ. *Ravenſtein*, nomen Dominii ſeu Dyna ſtiæ, in Germania, quæ quo tempore, quâ ratione, quâ cauſa pri-mùm Ducatus accelſio facta ſit, ignoratur. Memoratum ta-tem in Hiſtoriis Adolphus, & inprimis Philippus Ravenſteniius, Cominæo maximè celebratus; at uterque ex Clivenſium fami-lia orti; quibus terra iſta, ut veroſimile, a patribus, fratribusque natu majoribus, ſuſtentandæ vitæ fortè conceſſa. Jam cum Marcæ ac Ravenſpergæ Comit. Electori Brandenburgico, uti modò dictum, paret. Quamvis enim pòſt varias diſſentiones, & reſumpta aliquoties arma, re inter Electorem Brandeburg & Ducem Neoburgicum compoſita, 1666. *Ravenſtein* cauſa ad ar-bitros remiſſa eſſet, poſtea tamen & hoc conventum V. *ſupra.*

Ravoli Verſus, à *raucitate* Latinis ſcitiſſimâ voce dicti ſunt, qui aliàs *ſtreperi*, Græcis μυιγει, quaſi *queruli* aut *querqueri*, ſunt appellati. Ut,

At tuba terribili ſonitu procul ære canoro
Increpuit

De quibus V. Scaligerum *Poëtices lib. 2. cap.* 32.

Rayme, apud Peruanos, menſis eſt anni primus, noſtro De-cembri reſpondens, quo feſtum *Cusapallayme* celebrare conſue-verunt, uti auctor eſt Hugo Linſchotanus *Hiſt. Ind. Occid.* V. ſu-prà in voce *Cusapallayme.*

Raymundus de Pennaforte, Gregorii IX. Capellanus, juſtu Pontificis, ex omnibus Compilationibus anterioribus, congeſ-ſit *Collectionem Decretalium ſextam*, quæ in Corpore Juris Can. exhibetur: inſertis quoque iis, quæ in præcedentibus omiſſa e-rant; item quæcunque ab ipſo Gregorio ſunt conſtituta. Quæ ille multa ex jure Civ. hauſit & non conſulis reſpondit quæ cauſa, quòd eius Conſtitutiones ſæpe ad neminem dirigantur. Sed & multa detraxit *Raymundus*, quod particulæ hæ in Decre talibus, ET INFRA affatim oſtendunt. Fuit a. Catalanus, pa-tria Barcinonenſis, ex Regibus Aragoniæ oriundus, Ordinis Præ-dicatorum III. Magiſter Generalis & Gregorii Pœnitentiarius, cu-jus præter Decretalium ſitam Collectionem, extat *Summa de Caſti-*Romæ excuſa 1603. Obiit 1275. à Clemente VIII. in Sanctorum Eccleſiæ Rom. ordinem relatus V. Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccl. ſ. 353. & ſeqq.* ut & ſupra in voce *de Pennaforte*, nec non in *Raimundus.*

Ravenburgum, Libs Saxoniæ inferioris, ſub proprio Duce ex Fam. Ducum Saxoniæ infer. & Angriæ leu Lauenburgi: Nactus eam Augullus, filius Francifci jun. ex Elisabetha Sophia Holſa-ta ſuſcepit Sophiam Margaretam, (quæ nata A. C. 1622.) Fran ciſcum Aug. (qui natus A. C. 1623. obiit A. C. 1624.) Annam E-lisabetham (quæ nata A. C. 1624. nupſit Wilhelmo Chriſto-phoro Haſſiæ Landgr.) Sibyllamq; Hedwigen (quæ nata A. C. 1625. uxor eſt Francifci Erdmanni patruelis) Spenerus *in Theatro Nobil. Part. I. p.* 111. V. in voce *Ravenburgum.*

Razza, filius ſeu agnatus Critonis Augiorum Principis & Obo-

tritorum Regis, Patri fraude uxoris Slavinæ occiſo ſucceſſit, *Ra-burgum* condidit, muitaque bello præclarè geſſit. Pater Jaro-mari, pòſt Vineam deſtructam, Straſſundi conditoris & Suan-teviti idolocontemto Chriſtianæ apud ſuos fidei Auctoris à cu-juſtrattibus Tetzlavo & Storislavo Putbuſchii Barones derivari-amant. V. Phil. Jac. Spenerum *Syll. Geneal. Hiſtor. in Fam. Van-dalica*, & de Baronibus memoratis in *Theatro Nobilit. Europ. ubi Hiſtoriam Henrici, Erimanni & Ernesti Ludovici, Parentum Baronum de Putbuſch, Ernesto Ludovico & Magdalena Elisabetha Com. genitorum, παραγενολογιαν exhibet, part. II. pag.* 119.

R E.

R. F. E. D. *reſte factum eſſe dicitur*: R. F. E. V. *reſte factum eſſe videtur*; REG. *Regi*: REI. M. *rei militaris*: R. G. F. *Regis filius* &c. in notis antiquis denotat, Franc. Gouldmannus *Diction. Lat. Angl.* &c.

Reatan, vexillum paganorum Britannorum, *corvi* imaginem habens adpictam, qui Anglo-Saxonicè *raven* dicitur, de quo ſic Aſſer de *Ætelredi Rebus geſtis*, *Dicunt enim, quòd in nunc bello nis praeterea idem ſignum in victoriam adquirit ſibi, apparere in media ſigni quaſi corvus voluans. Sin vero vincendi fuiſſent, penitus dire ſit nihil moveus.* Adde *Encomium* Reginæ Emmæ p. 169. laudatum C. du Freſne *Gloſſar.* Spelmannus *Reafan* emendat.

Reales, Scholaſticorum ſecta, Nominalibus oppoſiti. Poſtquam enim Guil. Occam Anglus, dictus primo *Venerabilis Inceptor*, de-in *Doctor ſingularis*, tandem *Doctor Invincibilis*, quartam Scho-lam condidit, quæ *Occamiſtarum* dicta, ortus eſt; unà cum Rucelino *Univerſalia non ſunt nomina, nec res*, contra Scotiſtas a-certer contendit, hinc duæ novæ Scholaſtic. ſectæ, *Nominales*, qui ejus ſequebantur placita & *Reales*, qui Scoto adhærebant; ortæ, tantis ſæpe inter ſe concertationibus deſævierunt, ut non raro à verbis ad verbera, à ſyllogismis ad ſaxa deveniretur. Id quod Heidelbergæ contigiſſe, ubi contigua utrique Collegia habebant five *Burſas*, ut tum loqui moris erat, teſtatur Aven tinus *Annal. lib. 6. Quam miſerabiliter id ævi Philoſophia fuerit ſa-cies, volumina ab utriusque ſectæ aſſeclis emiſſa nonnisi de nominibus manes, quàm barbaris tremenda, luculenter oſtendunt*, verba ſunt Georg. Hornii *Hiſtor. Philoſ. l. 6. cap.* 5. V. quoque ſupra *Nominales.*

Rebapiſzanes, V. ſupra *Anabapiſtæ*, & *Catabapiſtæ.*

Rebrachiatorium, tenum cingulum, apud Caſſianum, ubi de Ægyptiis ita: *Geſtant reſticulas duplices, laneo plexas ſubtegmine, quas Greci ἀναλαβους vocant: hoc vero Sinctinctoria ſeu Rudimenta, vel perperia* Rebrachiorii, *ſubſtamen Philippus* Ravenſtenius, *Cominæo maxime celebratus at uterque ex Clivenſium fami-lia orti; quibus terra iſta, ut veroſimile, a patribus, fratribusque natu majoribus, ſuſtentandæ vitæ fortè conceſſa. Jam cum*

occentat & obſibilat: quemadmodum iidem *aſſummo*, i. *ſurdum* vocant, qui cantu non afficitur. Sive autem ad cantum obſurdeſcat, ſive *recantet* ſerpens, non eſt dictum ſolum, ſed & Mago creare periculum re ctitur. Sic apud Ariſtotelem, cùm Theſſalæ vi neficæ facer ſerpens occentaret, parum abfuit, quin in ſoporem lethiferum illa dilaberetur. Atque, ut teſtatur Aleimus, *de Peccato Orig. lib.* 2.

Interdum potis incantanſi ſi callida ſurdus
Adjuratoris conſenſu murmura ſerpens.

Sive tota vis incantationis, juſto Dei judicio, cedat in perniciem auctoris; ſive ſerpens incantatori lethale vulnus inferat. Quò pertinet exemplum Salzaburgenſis illius Magi, apud Delrium *Diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 13. qui cùm omnes ſatanæ numinibus ſere ſerpentes in quandam foveam cogere niteretur, tandem à magni quodam & annoſo, in eum inſiliente, necatus eſt. Qui porrò ſerpentes *recanant*, vel ad cantum obſurdeſcant, vel quorum ſerpentum virus quovis faxino credatur eſſe potentius, Græcorum nullus explicat: niſi quòd Ælianus id *aſpidi* tribuit *lib.* 1. *cap.* 54. quòd in illius morſum neque medicamina neque incantationes quicquam proſint. Avicenna verò non hanc accurate & diluculè exponens *cap. de Speciebus ſerpentum*, ad claſſem ſui dorium ac ſtridulorum refert, *aſpidem*, *hydrum*, *regulum*, *ceraſtam* & *cherſydrum*. Sed, quidni etiam regulus, aut aſpis, potentiâ Dæmonis tam facilè evocetur, aut obtorpeſcat, aut veneno exarmetur, quàm quivis alius ſerpens? Et Magis hic hæreſe calculum quis crediderit, cùm majora in aliis artis ſuæ ſpecimina videantur edere? Præterea hos quoque ſerpentes incantationi eſſe obnoxios, multi ſcribunt. Itaque cenſet Bochartus, non eſſe certas quasdam ſerpentum ſpecies, in quas Magorum carmina nil poſſint, ſed in eadem ſpecie poſſe eſſe diverſum ſucceſſum, prout variè Deus (quinon vult ut Satanæ omnia liceant) ei habenas aut adducit aut remittit. Sed nec Dæmon paredrus, à quo pendet incantationis vis tota, ad Magi nutum ſemper ſefe accommodat &c. V. Hadr. Turnebum *Adverſar. lib.* 23. *cap.* 10. Sam. Bochartum *Hieroglici Part. poſter. Lib. III. cap.* 6. & ſuprà in voce *aſpis ſurda*.

Recanare, cognom. Herculis: Auctor incertus de *Orig. urbis Romæ*, ex Caſſio, *Tunc* Recaranus, *ſub Aventino inventi ri pari aram dedicavit*, *appellavitque Maximam & apud eam decimam ſui pecoris profanavit ſub Aventino*: ad porram ſc. Trigeminam, quæ ſub Aventino fuit. Idem ex *libris Pontificalium*, *Cum ergo* Recaranus *ſive Hercules*, *patri Inventori*, *aram Maximam conſecraſſet*, *duos ex Italia*, *quos eadem ſacra cervo vitu adminiſtranda edocerat*, *advivi Potitium & Pinarium*. Servius Caranum vocat ex Vertio. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 8.

Recedere, in *Inſcr.* Eccleſiæ S. Petri in Caſtello Veronæ, apud Ludovicum Moſcardum *Hiſtor. Ver. lib.* 4. *Hic requieſcit in pace S. Valens Epiſcopus*, *qui vixit annos p. m.* XXXXV. *& ſedit in Epiſcopatu annos* . . . *menſ. VII. & dies XVIII. & receſſit ſub diem VIII. Kal. Auguſtas P.C. Lampadi & Oreſti VV.CC. Ind.* VIII. eſt mori, fato fungi, vitâ excedere. Sic *à corpore recedere*, in Scriptis Patrum & Concilii, item *de ſeculo recedere*, frequenter pro eodem. *Solitus homine decedere*, *cap.* 52. & alibi, *hominem exire*, *ſicciz.* V. Car. du Freſne in *Gloſſar.* & Salmaſium *ad Solinum p.* 1007. Quemadmodum Aſtra quoque *cedere*, & *recedere*, dicuntur, quæ ad occaſum feſtinant & quæ occidunt. Manilius de Canicula: occaſu,

Nec gravius cedit: namq; horrida frigore ſævit.

i. χαυνοφλέγει, χαυνοδύεται, *occidit*. Unde ἀχρεῶν ὀρτὴν, motus ſtellarum, quo ad ortum procedunt; χαυνοδυσμὸν verò, quo ad occaſum recedunt, ipſa verò ortuum occaſumque momenta, ἀχρονυχίην &c. Idem ibid. *p.* 719.

Recentatum Vinum, ſeu *Recens*, apud Alexandrum Trallianum *lib.* 2. & Avitum Viennenſem *Epiſt.* 65. & 77. fuit propomatis genus, quod, ut in eo bibendo magis delectaretur, peculiari quadam arte refrigerabant Romani: ſic dictum, quod vinum antiquum multo, vel lixivio, vel tortivo commiſceretur, vel quaſi renovaretur, ut cenſet Hieronymus Mercurialis *Variar. Lect. lib.* 1. *cap.* 7. quod hodieque ſæpe fieri novimus. *Recentare* autem vett. Romanos pro *renovare* diviſſe, docet A. Gellius *lib.* 15. *cap.* 15. Idem Mercurialis vinum *Picatum* & *Racemi* memorat *lib.* 2. *cap.* 13. aitque, ita populari vocabulo vinum condirum & in ſtatum appellari, quod *picatum* Romanis dicitur. Solebant enim illi vaſa vinaria pice oblinere, reſinamque ipſam vino commiſcere, quòd talia vaſa non modò gratum quendam odorem impertirent, verum etiam vinum redderent generoſius &c. Hinc *Recentatum*, vas in quod plumbeâ vinum infuſa debatur: inter vaſa & miniſteria lacta, apud Auctores laudatos Carolo du Freſne in *Gloſſario*.

Receptor, inter Equites Meliteníes is dicitur, qui, in aliquo coetum Prioratu reſidens, ad *recipiendos* proventus & ſpolia pro communi ærario, deputatuſeſt & reſidentiæ Conventualis pri vilegio gaudet, Dominic. Macer *Hierolexico*. Hinc *Receptus*, Gall. *Recepte*, proventus, reditus, apud Petrum Joſſredum *in Epiſcopis Nicienſibus*. Item jus paſtus, quod vulgò *Albergaria*. Gall. *Droit de giſte*. quæ notione etiam *Requenus* dicitur. Unde etiamnum Gallo. Belgæ *Receptes* vocant convivia, quibus agnati, qui agnatorum nuptiis interfuerunt, eosdem novos conjuges domi veſtiſſim *recipiunt* & excipiunt: quæ de voce plutima congeſſit Cat. du Freſne in *Gloſſar.* de *Requiſime* v. in *Eccleſiam* V. hic paſſim.

Receſſus, apud Solinum *cap.* 7. *Peloponneſon Pelopi regnatum nomen indicio eſt. Ea, ut pleraque inſulam, receſſibus & promineniis ſignata*, *divorſum facit inter Jonium & Ægeum mare*, *quatuor non amplius* &c. ſunt κόλποι ſeu *ſinus*, quos faciunt prominentiæ, V. infrà in voce *Sinus*. Etiam in Ædificiis vox uſitata. Trichora enim Apſis dicitur, quæ tribus concavis *receſſibus* ſive finubus recedentibus, quaſi *volutis*, ut vulgò Galli vocant, conſtat. Κόλπος ſimiliter dicere Græci & *Iidas*. Paulus de Conſta S. Sophiæ,

Τὰ δὲ κάτω ἐκάθηντο ὡς ἀίδιον ἕδρανον
Τῆς ἱδίου ἀκτῖνος μία τερπόμενοι ἡλίου
Νέῳ τε κυανόχρωτι.

Trino receſſu ſinuatum appellat Paulinus. *Epigramma* vetus de templo Polyeuchi Mart. à Juliana conditi,

Κόλποις δ' ἀμφιτέθηκε τὸν ἀδύθεον χοβίοιο
Ὑψηγὲς κεδνοῖσι τμήμασιν ὀκτάκλιτες.

Culmen nempe, quo tegebatur Sanctuarium, in formam Conchæ, ſtructum erat, & *Concha* quoque dicebatur &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1213. & infrà in voce *Trichora*.

Rechinus, cognom. Fulconis Andegav. Com. apud Guil. Malmesbur um *lib.* 3. *Fulco* Rechin *dictus*, *quòd*, *germani* (Gaufridi) *ſimpliciuſi crebrò inſrendens*, *ad ultimum honore ſpoliatum perpetuâ cuſtodiâ coercuerit*: Ob morum nempe aſperitatem & morofitatem ſic dictus eſt. *Rechiner* enim & *rechigner* Galli dicunt eum, qui moroſus eſt, rudis, vel immitis: hodiéque rude Picardi vocant, quod aſperum eſt, inprimis in pomis pyriſque. V. Cat. du Freſne in *Gloſſar.*

Recinium & *Recinium*, item *Ricinium*, dicitur Servio, quod *palium maliebre* vocat Spartianus *in Alexandro*; Feſto *Recinium* (ita enim meliores libri habent) *eſt omne veſtimentum quadratum—vel toga*, *quæ mulieres utebantur*, *præterea clavo purpureo*. Nempe pro toga vel pallio muliebrius fuit, ſub quo tunicam vel cyclidem geſtabant, & *palium* quidem dicebatur, quòd eſſet quadratum: toga verò etiam vocabatur, quòd in modum togæ à dextro latere in lævum humerum ponebatur. Unde *Ricinium* Varroni, *quòd ejus dimidia pars retro rejiceretur*. Pallium certè & ricinium idem: Hinc *riciniati* planipedes mini Feſto, qui *pallati* in ver. Gloſſario dicuntur. Similiter Juvem *palliatum* uno loco dicit Arnobius, quem alio *ricinium* appellat. *Pallum ſimplex* interpretatur Nonius, *Ricinium*, *quod nunc Mofurium dicitur*, *pallium ſaminenum breve*. *Varro tamen Menippæ nihilo magis dicere ricinium*, *quam de mulieri ricinio pallium ſimplex*. *Idem de vita Pop. Rom. lib.* 1. *& quo mulieres in adverſis rebus ac luctibus* . . . *ſimum veſtimen delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt*, *ricinia ſumunt*. Ubi primùm *ricinium* exponebat Nonius, *pallium ſaminenum breve* ſecundo loco, *ſimplex pallium*, quod geſtabant mulieres in luctibus &c. A *rejiciendo* vocem deducit Varro; Servius à *rica*: *rica autem & ricinium* prope eadem res. *Ricinium* omne veſtimentum quadratum, ut videmus: *Rica* quoque Porro ait, *veſtimentum quadratum*, *purpureum*, *quo Flaminica pro pallio utebatur*; alitet *Flaminneus*, item *Feminalium*. Alio loco idem *rica* & *riculas*, *parva recinia* interpretatur, ut palliola ad capitis uſum facta. Utrumque enim & *Rica* & *Ricinium* pallium erat, quo mulieres caput operiebant; niſi quòd *rica* proprie geſtamen Flaminicæ diceretur: Varro tamen etiam aliis mulieribus attribuit, etiam ſacrificium facientes caput velabant. V. Salmaſium *ad Vopiſcum in Vita Aureliani*. & infrà in voce *Rica* & *Ricinium*.

Recitationes Veterum, egregium Poëmatum examen, V. ſuprà ubi de *Lectione Poëmatum*, item ubi de *Rapſodis*. Sed nec Poëtæ ſolùm, verùm & Oratores & Aretalogi & Hiſtorici ſuas olim publicè *recitabant* lucubrationes; ut de Herodoto, interalios, *Muſæ* ſuas propriò ore pronuntiante, docet Scaliger *Poetic. lib.* 3. *c.* 109. V. quoque Cafaub. ad *Suetom. Aug. c.* 89. & hic paſſim, uti de *recitationibus* Pſalmorum, ad pœnitentiam redimendam, in Eccl. Rom. ſuprà, ubi de *Pſalmis*.

Reclauſus, cognom. Caroli Simplicis Franciæ R. in *Charta A. C.* 937. apud Miræum, in *Not.* Eccleſiarum Belgii, *Altum Blandinienſi Cœnobio regnante Ludovico filio Regis Caroli Reclauſi*: quòd in carcere detentus fuerit. V. infrà in voce *Reclauſi*.

Reclinatorium, apud recentiores *sevi* Scriptores idem, quod ἀνακλιντῆριον Græcis, de qua voce V. ſuprà in *Anaclinterium*. Item, Septum inferius velcancellus brevior, inter Ciborii columnas, ubi communicabant Diaconi, Subdiaconi, alii: apud Bernardum Mon. in *Conſuetudinibus Cluniac. MS.* laudatum Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Recluſi, V. ſuprà *Incluſi*; item infrà ubi de *Virginibus recluſis*.

Recolfi Senes, dicebantur Latinis, qui alias *paſti* & *returridi*, Græcis ὀψὲ & πέπεφις. Coſtumenim iidem pro *maturâ* dixerunt de *coctæ ſicus* & *coctæ uvæ*, pro maturis; & *coqui*, pro matureſcere, apud Virgilium,

——— *in aprica coquitur vindemia ſaxo.*

Ita ergo & *coctiſicus*, quos *avi maturos* idem alibi vocat. Simi-

liter κίναιδος γεγώς, apud Hesychium ; Latini *recoctam annum* & *retorridam* dicerent. Horatius , *Serm. lib. 2. Sat. 3.* §.

——— *plerumq;* recoctus
Scriba ex Quinqueviro &c.

Illiusmodi seni opponunt Graci τὸν ὀψιγονώτερον, cujus adhuc viridis senectus, & nondum penitus cocta. Quia verò ejusce modi homines, qui longo tempore vixerunt, & qui multa ætate cocti sunt, plerunque experientiâ & usu rerum valent ; hinc factum, ut *recoctos* & *retorridos* pro exercitatis & multo rerum usu tritis usurparent. Sic ad *verba Horatii* modò citata Helenus Acron, *Recoctus*, inquit, *dicuntur Scribæ, qui sæpius cum Proconsulibus ad provincias missi exercitatiores factisunt in usu & frequentia* &c. Salmasius ad *Lampridium in Alexandro Sev.* V. quoque infra in voce *Retorridi*.

Reconciliatio, voc Ecclesiæ. Dicebantur autem *Reconciliari* Pœnitentes, cùm tempora pœnitentiæ indicta adimpleverint, hoc enim facto in gratiam recipiebantur , præviâ *Manus impositione* ritu : cui divinæ quoque *Eucharistiæ communio* accedebat. Sed &, de rigore disciplinæ, τοῦ ἐπιτιμίου λῦσαι τὸν ἀκοινώνητον, *Synodorum Episcoporum dispositionem*, ut ait Ballamo ad 4. *Can.* Concilii Ancyrani , non rarò remittebant, atque maturabatur reconciliatio, si fe. tempore exomologeseos gravimorbo pœnitens videretur de vita periclitari, si instaret persecutio, si cum multitudine negotium esset, illaq; censuræ mitigationem suaderent.ut videre est apud Jo. Forbesium *Instructionum Hist. Theolog. l. XII. c. 7.* Hic verò in duo extrema utrinque abhire Hareticiditeinim paeem Ecclesiasticam pœnitentiâ negabant Montanistæ, Novatiani, Sabelliani, Apollinaristæ & quoad Episcopos ac Clericos lapsos, etiam Luciferiani , de quibus aliquid supra dixi nus , in voce *Implacabiles* : ita Gnostici , coique fecuti Priscillianistæ ac Libertini, utpote inficiantes peccatum , tollebant pœnitentiam , atque una *reconciliationem*, de quibus V. in voce *Impeccabiles* &c. In Ecclesia Rom. quibus ceremoniis peragatur *Reconciliatio*, docet C. du Fresne ex *Pantientiali MS.* Thuanæo, *In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes anteforis Ecclesiæ ſe repræſentent Epiſcopo Civitatis, ſuam indutiinduis peccibus, vultibus in terra proſtratis — Illi adeſſe debent Decani vel Archipreſbyteri Parochiarum , id eſt , Presbyteri pœnitentum, qui eorum conversationem diligenter inſpicere debent & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungunt, Poſt hæc in Eccleſiam Epiſcopus reconciliat & cum omni Clero 7. Pœnitentiales Pſalmos, in terra proſtratus , cum lachrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc— manus eis imponat , aquam benedictam ſuper eos ſpargat, pręlio clericem imitat, deinde cilicio capita eorum coopertiat & cum gemitu & lachrymis Epiſcopo Civitatis, cum ſuis , Adam projectus iſt de paradiſo , ita & ipſi ab Eccleſia pro peccatis abjiciuntur. Poſt hæc jubeat miniſtros , ut eos extra januas Eccleſiæ expellant. Clerus verò proſequatur eos cum Reſponſorio , In ſudore vultus tui &c.—In ſacra autem Dominicæna, rurſus ab eorum Presbyteris Eccleſiæ limioibus repræſententur.* Orationes verò quæ hac die, ad *reconciliandos Pœnitentes* recitabantur ab Episcopo, habes apud Gregorium M. in *Libro Sacram. p.* 226 & in *Ordine* Rom. quas *Ordinem reconciliandi* vocat. Hinc marus. In *Ordinario MS.* Ecclesiæ Rothomag. apud eundem du Fresne is hoc modo describitur : *Finitâ Nonâ, Archiepiſcopus , vel ejus Vicarius , indutus albâ , cum Diacono & Subdiacono indutis albis , cum Cantore , proceſſione ordinatâ, ad Occidentales portas Eccleſiæ ad reconciliandos pœnitentes pergat & eojdente juxta januas , Diaconus legat hanc lectionem, Adeſt tempus , ô venerabilis Pontifex. Finitâ lectione, Archiepiſcopus vel ejus Vicarius ſerigat & dicat, Venite. Diaconus ex parte pœnitentium dicat, Flectamus genua, ſurgite. Et tribus vicibus hoc dicatur. Ad ſtum dicatur ista Antiphona Venite, Venite, Venite ſilii. Chorus finitas & dicatur Pſalmus , Benedicamus Dominum & ad quemlibet verſum repetatur , Venite, Venite. Tunc Archiepiſcopus vel ejus Vicarius pœnitentes intromittatin Eccleſiam cum bacilo , & reconciliati ardenter candelas ad Altare deferant , alii autem in : Et Archiepiſcopus vel ejus Vicarius , manum ſuam ponant ſuper capita ſingulorum , dans pacis oſculum & dicens , Pax tecum, His ita peractis, ad chorum redeant & ſermonem ad populum faciat. Quo finito Pœnitentes proſtratos abſolvat. Primò dicantur 7. Pſalmi & Nevemiſcariis, Pſalm. Domine ne in furore &c. Kyrie eleiſon , Pater noſter. Salvos fac. Verſ. Mitte eis auxil. Verſ. Domine exaudi, Or. Dominus vobiscum , & cum Spiritu tuo. Orat. Munifica Domine quæſumus iis famulis &c. Alia Orat. Deus miſericors. Alia Oratio , Abſolutionem & remiſſionem. Ita ita peractis , processus peragat ad ignem benedicendum* &c. Uti autem singuli pœnitentes hoc modo *reconciliantur*, in Ecclesia Rom. ste tota aliqua Ecclesia, cùm scelere aliquo polluta , vel ab Hæreticis aut Paganis aliquandiu possessa fuit, *reconciliari* dicitur , quando rursum ab Episcopo consecratur & aquâ benedictâ aspergitur. Qua de re V. *Ordinem Rom. de Reconciliatione violatæ Ecclesiæ* & Auctores laudatos præfato Car. du Fresne in *Glossar.* De *Reconciliatione* verò nostri cum De ficerem totam paucis complexus Paulus 2. Corinth. *cap. 5. versu 19. Deus erat in Christo Mundum reconcilians ſibi, non imputando eis offenſas eorum, poſuitque in nobis ſermonem illum reconciliationis*, Et *versu 18.* Itaque *nomine Christi legatione fungimur , velut Deo rogante per nos, reconciliamini Deo.* De *reconciliatione* typica populi Israelitici, in veteri Testamento , V. supra ubi de *Festo Propitiationis*. Addo salem , ubi duo fuere genera *symmixiæ, communionis , & Mixtæ* , quæ fuit omnium rerum societas & commutio , excepto Eucharistiæ & Oblationum usu & potestate; & *Major* , quæ etiam Eucharistiæ usu duplicem κοινωνίαν, i. *Reconciliationem*, occurrere in *Canonibus* Conciliorum. Et quem prioris mentio est , in *can. 45. Codicis* Eccl. Afric. *Ut fidelis atque hiſtrionibus — reconciliatio non negetur* : quod & κοινωνίαν τῶν ὁμοδούλων λειτουργίαν Græci dicebant. Posteriorisin Cap. 8. Ancyrano , ubi τὸν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀφορίσαντα , *perfecti veniam*, tam. 7. Carthag. ubi *reconciliari divinis altaribus tales* dicit , quod verbo Græco κοινωνίαν τῶν ἱερῶν μυστηρίων reddit &c. V. Suicerum, voce Κοινωνία.

Recredivi, inter infames habiti , unde maximi probri loco habebatur , hoc nomine notati. *Recredimum* certè & *prodimum* , synonyma facit Joannes Villaneus *lib. 7. cap. 85.* *Recredimus & ignavum*, Joinvilla pag. 38. Bractonus verbum hoc describit *lib. 3. tractatu 2. 1. cap. 34. §. 2. Non ſufficit, quòd appellatur cognoſcas ſuiſſe ſocium ſuum vel latronem vel aliquia ſimile ad recreantiam, nisi dicas verbum illud oditioſum , quòd recreantus* (h. e. recreditus) *ſit.* Ranulfus de Glanvilla illud adeò turpe judicavat, ut ne nominare quidem voluerit , *lib. 2. cap. 7.* Significat autem vox, nomen dimicando deficientem, & verbo medii ἀνὰ *Recredere*, h. e. *reddere* , in duello seu monomachia victum se profiteri , hosti sese reddere ; quod eo ævo maximè turpe habitum , Dirmarus *lib. 3.* ubi de duello Waldonis & Geronis , *Vulneratusque in certamine bis Waldo ardentiùs inſequitur hoſtem , percutiensque ictu valido caput. proſtravit eundem, Interrogatus autem Gero Comes ab eodem; ſi plus poſſiſſe pugnare , coactus eſt , quòd jam deficiſſet, profiteri— Tunc Gero juſſus decretis Judicum & voce Imperatoris à certaminis quo dam deviliari* , apud Car. du Freine *d. l.* Mare è veteri Gladiatorum , apud Romanos , arena petito , de quibus supra diximus.

Recta Coena , Suetonio & Recta absolutè Vett. dicta est cœna, quam Clientibus, vetò ordine discumbentibus , Principes Viri apud Romanos , dare solebant , ὡσὶ ὁμότιμον Gr. Turnebus *Adversar. lib. 5. cap. 10. Rectam*, interpretatur *verum, sinceram* ; quemadmodum idem Græcum ἰσότιμος denotat , sicque dictam ait opposite ad Spartulam, munus magis tenue ac frivolum , cum vix. loco cœnæ calathum dabant obſoniis plenum ; & hujus loco tandem centum quadrantes, de quibus *suo loco*. Ita enim diversis ætaferorum Clientulorum atque Antreambulonum officia muneranbantur, Utriusque meminit Martialis, *in illo tratatio , Promiſſa iſt nobis ſportula*, Recta *data eſt*.

Et Nero quidem cœnam Rectam Clientibus exhiberi ſolitam ſuſtulit , atque ad Spartulam redegit ; *Rex* proin *ſuperbus* eidem Græce dictus *lib. 3. Epigrammate* 30. Domitianus , edicto ejus abrogato, justæ cœnæ usum restituit. Unde dicebat *ibid.*

Nihil ſtrophorum eſt : jam ſatarium dandum eſt.

Id est , nihil fraudis jam faciendum est Clienti, quem sæpe invitatum , tanquam ad Cœnam *Rectam*, dimiserunt divites tandem, cum ejusa ſportula : *Jam Satarium dandum eſt* , id est, cœna, quæ Romanis ὀλιγαρχικὸν, *cibarium* (annona diurna) ex pacto debitum, ut Spartula , ex placito. Nanque de ipso Tiberio Sueton. *Peculia parcus ac tenax , comites peregrinationisque expeditionisque nunquam ſatiaris , cibaria tantum ſuſtinendo*, id est, Spartula tenui. Interim ex Spartularum captatoribus, qui ex centum ſportulæ quadrantibus, geniis suum fraudantes, cellæ pensionem & vestes subtrahere ſolti erant , ſublata Domitiani edicto ſportulâ, in deteriorem conditionem ſibi incidiſſe vili sunt : cùm è cœna *Recta* jaltaque nihil pecuniæ ad illos redundaret. Undead Gargilianum idem Poëta *lib. cit. Epigr* 30.

Sportula nulla datur , gratis conviva recumbis,
Dic mihi , quid Romæ , Gargiliane , facis ?
Unde tibi togula eſt , & ſufcæ penſio cellæ ?
Unde datur quadrans ? unde vires Clivumæ ?
Cum ratione tibi dicas te vivere ſumma :
Quid vivis , nulla cum ratione facis.

Quasi dicat: Cur non hinc migras , nihil ulterius pecuniæ accipiens? Unde vivis? unde vestem comparas? unde rectam solvis, hoc enim eſt *pretium cellæ fuiſcæ*. Unde sumis, quo laves? &c. Sere vehus *Nos. in locum.* V. quoque Meursium *ad Lycophr.* A lius est *Rectitudinum* , apud Messianum Presbyt. in *Vita* Cæsarii Arelat. colloquium viz. quod post cœnam inter convivas peragitur, &c.

Recta Tunica , Festo & Isidoro. *quam ſurſum versum ſartetate tenduntur* ; quorum ille addit, *Recta veſtimenta ſunt virilia, quæ Patres liberis pulc conſilendæ curant, ominis causa.* Et quidem ut conſtat , vetus fuit texturæ ratio , quâ mulieres stantes texebant : sed quid ſit *ſurſum versum* texere , non omnibus notum. Græci dicere ἄνω ὑφαίνειν, quem texendi modum omnibus gentibus fuisse usitatum , præterquam Æggptiis, narrat Herodotus *lib. 2.* ubi hos κάτω τὸν κρόκον ἄνω ὑφαίνειν ait. Nempe apud eosteras gentes, cùm trama vel ſila infra eſſent , in superioribus texebatur vestimentum, & sic trama semper pectine ad superio-

rem

rem partem ducebatur & trudebatur, id quod *sursum versùm* vel *in altitudinem texero*, vocabant. Contrario modo Ægyptii, ex superioribus, ubi erant filæ, vel licia, ad inferiora procedebant, ubi vestimentum, vel tela, quæ texebatur, inerat. Prius illud ἀνακύφειν etiam dicebant Græci, & hoc modo texta ἀνακεκυφότα, ut videre est apud Ilidorum Pelusiotam de Gallitra. Sed politiorem rationem omnes posteà imitati Græci, vetustæque illa consuetudo & in altum texendi & quæ à stantibus peragebatur (*Ægyptii enim* (ædebant) apud solos Linteones permanſit: Romanis quoque idem inſtitutum ſequutis. Utrumque genus eleganter expreſſit Seneca *Epiſt.* 90. de quo infrà latius. Græci itaque ὀρθιοϋφῶν, ut Latini *Rectam tunicam*, dixere, σπαθωτὸν, σπαθωτὸν κατερρυτὸν ἢ κλινὴ h. e. *ſpathâ percuſſam*, non *pectine*: qui enim ſtantes ſuſ texum texebant, non pectine ſed ſpatâ tela percutiebant, eamque recentiores, qui ſedentes ſcortum texebant, pectine eam ferirent, &c. Sed & *Rectæ tunicæ* dici poteſt, quam Græci ὀρθὸν ἐκ ὑφασμάτων χιτῶνα vocant; quæ minimè cingeretur: nam ζωστὴν illi χιτῶνας diſtinguunt ἀπὸ τῶν ἐσθωτῶν ἱματίων, quas etiam *ſuſas* appellabant. Cujusmodi fuiſſe Pœnorum tunicas, diximus ex Terrulliano de *Pallio*, *Sed nec cingulo ſimus dividente expeditæ & quadratæ in Viris ſtabant*. Ubi *rectum χιτῶνα* planè expreſſit. Tranſit voce Latini in *Rectas*, unde *legimus*, apud Heſychium, *Tunicæ*, ὀρθοὶ χιτῶνες. *Rectas virilis tunica* Sic apud Vopiſcum Aurelianus Imp. primus *paragaudas veſtes miſſilibus dediſſe* dicitur, *cùm ante non niſi rectas purpureas acceptiſſent*, ubi *purpureus*, non blateum aut ſanguine purpuræ tinctum, ſed ſimpliciter rubrum aut ruſſum, adeoque pet *rectas purpureas*, mitium *ruſſas tunicas*, inteligendas eſſe monet Salmaſius; addens, *Rectam* ſubſt. hic ſumi & idem eſſe quod *Tunicam*. V. *ibi* hanc in rem plura. Cœterùm, *recta* para in pannis holic dicitur, quam *protàm* Vet. vocavere, item *pexam*, politis nempe ſtocis. Ars enim polituræ pexuratem in ſubtemine excitat, non in trama aut ſtamine unde ab uno tantùm latere pexi illi flocciei *verſa* opponitur. Idem ad *Solim.* p.391. Apud Lucanũ vero ubi de Marſyæ ſtupi

Quid cæter & teſtis deſcendens Marſya tipis
Evanium Maximon adit :

rectæ ripæ, flexuoſis ac recurrentibus opponuntur. Quales ſunt præcipitantium fluminum, ut Marſyas eſt, qui prunc *declives ripas* Ovidius tribuit. V. Salmaſium *ad Solinum* p. 835. & 836.

Rectus, apud Lutphrandum *l.* 3. *c.* 7. Conſtantinum Porphyrog. *de Adminiſtr. Imp. p.* 199. Scylitzam, Zonaram, alios, dignitas eſt in Imperio Cpolitano, de qua V. Freſn. *e Not. ad Alex. Anne Comnenæ p.* 233. Apud Scriptores Eccl. Rom. *Rectores Eccleſiarum*, dicuntur Prælati, Epiſcopi, Abbates, Presbyteri Eccl. maximè verò hoc titulo inſignis eſt Curio: unde *Rectoria*, dignitas ejus, vel *Eccleſia Parochialis*. In eadem Communione. *Rectores Apoſtolici patrimonii*, dicti olim ordine Clericali à Pontificibus Romanis ſubinde in provincias & Regna mittebantur, ut Rom. Eccl. patrimonium curarent, i.e. *maſſas & familias Eccleſiaſticas*, de quibus, agit Gregorius M. *l.* 7. *Ind.* 2. *Epiſt.* 17. cenſus item & *denarios S. Petri* exigerent, Romamque transmitterent, apud eund. *l.* 2. *Ind.* 11. *Epiſt.* 32. &c. quod etiam *Defenſorum* fuiſſe munus, patet ex *Goſtis* Innocentii III. *p.* 137. Cdu Freſne *Gl. Inf. Rector* Academicus, dicitur qui in Academia, inter Profeſſores primas ſibi partes vendicat, ad imitationem Ciceronis *Rectorem Reip.* appellavit eum, qui luminarn in Republica auctoritatem habuit. Idem *Caput* quoque *Academiæ* vel *Collegii* appellatur, & nihilominus Collega. De quo, *an Clericus*, vel *Laicus eſſe debeat*, quærunt Doctores. In Germania uterque illius muneris capax eſt: ubi Rectorem Profeſſores eligunt, vel ex iuo ordine, vel Principum, Comitum, Baronumve numero, in Academia literis operam navantium, non magno ætatis habito reſpectu. Neque verò delatum hoc modo *Rectoratum* temerè detrectare licet, unde in Academia Gryphiswaldenſi *Statutum* habetur, ſi quis id recerit & in certium usque diem in ſua ſententia, absque probabili ratione perſiſtat, ves autcos pro multa perſolvere, & nihilominus Rectoris munus ſuſcipere teneri, ſub pœna amiſſionis privilegiorum. Idem de Academia Wittenbergenſi legitur. Eſt autem munus *Rectoris*, Studioſis in album recipere, de negotiis ſuæ jurisdictioni ſubjectorum ſive per ſe, ſive cum Aſſeſſoribus, cognoicere, & ſi quæ alios in articulos jurarit, ea ſummo obſervare ſtudio. Ad honorem ejus pertinet, principum repræſentet perſonam indeque omnes præcedit, Epiſcopos etiam, in Academia illa literis vacantes. Imò & Ludovicum Gallię Regem, infra ſubſellia Jaſonis ſediſſe & cum Gallorum gentium eſſet, ſiniſtrum illi adequitaſſe, cum his verbis, *Nunc Jaſon, incipit Regnum tuum*, refert Piccardus in *Obſerv. Hiſt. Polit. Dec.* 7. *c.* 1. Carolum quoque V. in Academia Lovanienſi, Jodoco Ravenſtenio Tiletæ, no S. Theol. Licentiato, Academiæ tum Rectori, loco ceſſiſſe & latus eius texiſſe, A. C. 1546. legimus. Sic Gerardus Quesbeckanus latus eius texiſſe, A. C. 1548. legimus. Sic Gerardus Quesbeckanus Leodienſis Epiſc. & Anat. Gall. JC. cùm de pace Belgica ex Burgundiæ Ducatu, ubi tum Vicecomes, ad Philippum II. Imp. volueret, acturi, Lovanio Gandavum contenderent, A. C. 1576. *Rectoris* latera utrinque cinxerunt & inter ſe medium incedere voluerunt. Inprimis verò memorabile eſt, quod de Carolo Bellicoſo ſeu Audace, Brabantiæ Duce in literas relatum eſt. Is an. C. 1464. menſe Januario, Antverpiam provenerat ſuarum ordines evocarat, & Academiæ Rectorem, ut adeſſe una vellet, miſſis literis monuerat. Aderant igitur Brabantiæ, Hannoniæ, Artefiæ, Namuri, Ordines, Prælati, item Nobiles, & quorundam Flandriæ oppidorum Deputati: unaque aderat Robertus de Lacu J. U. D. Academiæ Rector, quem cum aliis ex Academia Viris benigniſſimè excepit. Cùm autem coram Duce, qui tum in aula Cœnobii D. Michaëlis cum Conſilio ſuo eratcomparere omnes deberent, præcepit Dux, ut Academiæ Lovanienſis Rector coram ſe primum diceudi locum obtineret, declarans ſe illum, & Academiam Lovanienſem, nobiliſſimum honorati ſſimumque totius Brabantiæ membrum habere reipſum dein congregati ibidem Ordines dicendo ſequerentur. Quam Ducis voluntatem Toparchia Bergæ ad Zomam Rectori, ut juſſus erat, ſignificavit. Neque tantum hunc honorem Princeps Academiæ invidit, quòd in illo & Academicis Viris, virtutis & ſapientiæ moderatoribus, honorandam eſſe virtutem ſapientiamque omnes judicarent. Præter locum verò honoratiorem & *præcedentiam*, ut vocant, *Scepro præſatio* ejus auctoritatem quoque commendat: & quidem aliquando unus, aliquando plurium. In Academia Lovanienſi, cùm in publicum *Rector* procedit, ante eum Accenſus valdit, argenteum ſceptrum præferens: cùm verò, ad Comitia egreditur, vel cum ſolennis ſupplicatio indicta eſt, vel feſtus aliquis è primis dies imminet, octo ac nonnunquam plures Accenſi præcedunt, ſinguli argenteum geſtantes ſceptrum, auro obducturn, inſignia honoris amplioſſimi, uti habet Vernuæus *in Deſcripſ. Acad. Lovan. l.* 1. *c.* 6. Tandem & ſuus eſt Rectori, in plerisque Academiis, *peculiaris* & augulus *Amictus*; Nempe fere communiter epomis five paludamenti genus, ex panno ſericio coloris purpurei & caputrium ejusdem materiæ. Sed & in Academia Julia *Rector* durante officio, eſt laeri Palatii Lateranenſis, Aulæ & Conſiſtorii Imperialis Comes, ex privilegio Maximiliani I. Imp. apud Sagittarium *de Comit. Palat. ab.* 13. *ſiſt. a.* Dixi, *durante officio*: Academicus n. hic Magiſtratus, non perpetuus, led ambulatorius; & Altorpbii quidem, Baſilex, alibique, annuus: Wittenbergæ ſemeſtris, ut & Lipſiæ apud alios trimeſtris eſt. Titulus ſolennis, *Magnificus* eſt: in quibusdam Academiis *Magnificentiſſimi* elogium aſſumunt Comites Principesque, quibus, præter ordinarium Rectoris munus, extraordinaria hæc dignitas conferitur. V. præter Vernuæum laudatum & prà Cothmannum *Reſp. ſing. five Academ. n.* 108. Hœppingium *Tract. de jure inſig. c.* 6. *ſect.* 6. *num.* 1. *n.* 588. *p.* 109. alios, citatos Limnæo *de Jure Publico, ubi de Academiis*.

In *Rectum*, πρὸς ὀρθὸν, apud Hygianum eſt *normaliter*, ſeu ad rectos angulos erectum. Norma n.ex angulis rectis componitur, & normalis linea eſt, quæ cum alia recta linea rectos angulos faciet, five ex media erigatur, five ex fine. Vitruvius, *Doſcribatur linea in planicie & ex eâ media πρὸς ὀρθὰς erigatur, uſſa ad normam, quæ dicitur gnomon*. Quod formâ literæ L. exprimit vetus Agrimenſor, apud Salmaſium *ad Solinum p.* 669. Apud eosdem Agrimenſores, *Rectoria* limitum, aliter *rigor* dicitur, Vitali *rectaries*, Græcis ὀρθὰ ἀγραφικὰ. V. infrà.

Recuperatores, quinam olim apud Romanos dicti, & quodnã illorum fuerit officium, inprimis ex Cicerone colligitur *Orat. pro Cæcina, quam ad Recuperatores habuit*. Sic nempe vocabantur primum Judices, qui inter Populi Rom. & civitates peregrinas de rebus privatis reddendis recipiendisque cognoſcebantjen a. *Recuperatio* dicebatur. Poſtea verò etiam Judices, à Prætore, poſt judicium conſtitutum, dati, qui prætecti erant recuperandis reddendisque; à *recuperando* proin, quòd per eos quisque ſuum *recuperare* poſſet, dicti. Neque v. tantùm de bonis inique ablatis, verum etiam de actionibus injuſtis, cognitionem habuere, ut è Gellio diſcimus *l.* 20. *c.* 1. Crebra eorum apud Vett. mentio Plautus *Bacchid. Act.* 3. *Sc.* 3.

Poſtquam quidem Prætor Recuperatores *dedit,*
Damnatus demum vivoſſus reddidit
Ducentos & mille Philippûm.

In Judicio muralis coronæ, poſt expugnatam in Hiſpania Novam Carthaginem, duobus ſe ea dignos profeſſis, Q. Trebellio & Sext. Digitio, datos à Scipione *Recuperatores* tres, habes apud Livium *l.* 26. *c.* 48. &c. Hinc *Recuperatorium Judicium*, de quo V. Jo. Rofinum *Antiqq. Rom. l.* 9. *c.* 15. & plura, de variis *Recuperatorum* generibus, apud Marcilium *ad Suetom. Veſpaſianum c.* 3.

Recuſitii, epitheton apud Scriptores frequens Judæorum, à circumciſione, qua præputium illis demtum: unde non pauci illorum, ad Chriſtianismum recens converſi, præputium ſibi attrahebant, quod Apoſtolus prohibet. Efficaemna. ad præputia circumciſa reflunianda aloën eſſe, ſcribit Dioſcorides, *cùm aut ἀπὸ γένους τινὸς ἐστὶν* optimus ac veri ſimus ſit, aut nare vocem omittit) ἢ κακοῦργός τις ἀναγκαῖος. Ubi ἀναγκαῖα χρειάσιμα ſunt, *præputia, quæ circumciſa ſunt. Χρειάσιμα* n. Hippocrati idem, quod *χρήσιμα, annis operatio, quæ manu fit, & proprie* ea, quam Chirurgus exercet. Atque hi quidem ex circumciſione *λειποῦρροι* ſeu *recuſiti* ſunt. Præter hos verò reperiuntur & naturâ *Recuſiti*, ad quorum præputia reficienda, *Suellius* valere, idem Dioſcorides tradit, apud Salmaſium *ad Solinum p.* 1050. Meminit *Recuſitiorum* Judæorum Martialis *lib.* 7. *Epigramm.* 30.

Rite recutitorum *fugis inguina Judæorum.*

Unde *Sabbatum recutitum*, Gentilibus dictum est Sabbathum Judæorum, per contemptum. Persius *Sat.* 5.

Labra moves tacitus, recutitâ sabbata palles &c.

Reda. V. infrà *Rheda.*

Redarator, inter Divos agricolas Romanorum, qui à Flamine Cereali, quum sacrum Cereri ac Telluri faciebat, hoc ordine invocabantur; *Vervactor*, Redarator, *Imporitor*, *Insitor*, *Obarator*, *Occator*. Sic nempe dictus est, quem secunda arationi, quam etiam *Iterationem* vocabant, credebant præesse. Fiebat autem secunda aratio æstate; quod *νεὸν* dictum Hesiodo: *Νεὸν, servam* sc. *novalem*, quæ iterata est. Et sanè hæc etiam significatio est verbi *νέω*: de novo enim fieri ac *novari* dicitur, quod secundò fit. Sed & *offringere* Latini id dicebant. Nam proscissione, h. e. primâ aratione, grandes glebæ excitantur, quæ iteratione offringuntur & rumpuntur æquantúrque &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 724.

Reddere Symbolum, V. *infrà.*

Reddi, diechantur proprie, quæ profectâ Diis porriciebantur. Unde de Pinatris, qui in sacrificio Herculis ad tempus præsto non fuerant, venerantque, *ἐπιπλαγχνισθέντων τῶν τῶν ἱερῶν*, ut ait Dionysius, h. e. *exsis jam adesis*, ut vertit Livius, Servius exponit, *Exsis jam redditis*. Nempe, ritu à Prometheo accepto, partem hostiæ in ignem conjicere foliti sunt Vett. cùm sacrificarent, partem ad usum victûm abuti, quam antea tota hostiarum & illibata victima igne consumerentur. Partem igitur exterorum profiscatam aræ superimponebant & Dis adolebant seu in ignem inferebant (quod *ἀπαρχὰς ἱερείων* Græci dixere) partem vescebantur, qui sacrificio intererant. Et exta quidem prius mandebant, quàm reliquam carnem. V. suprà in voce *Profiscia.* Idem ad illud *Æneid.* 6.

Et solida imponunt taurorum viscera flammis:

Solida, inquit, *viscera holocaustum significant, quod detractis exteris aræ superimponebantur, quæ nonnunquam adusta, etiam ipsis reddebantur.* Ubi indigitat, in holocaustis carnes immolatarum hostiarum concremari solitas tantùm, non etiam exta. Nam *viscera* sunt propriè, quidquid inter ossa & cutem est. Interdum tamen etiam exta unà cum reliquis carnibus aræ superimponi & comburi consueviſſe. Idem alibi, *Reddi exta dicebantur, cùm probata* (Barthius mavult *prolata*, tam enim de adversis, quàm prosperis, commune verbum) *& elixa aræ superimponebantur.* Sed & Suetonius *in Augusto*, „ Tam divinam Martis faceret, „ nuntiarâ repente hostis incursione semiruda exta rapta foco „ profiscuit: atque ita prælium ingressus victor redijt, decretum „etiam exuabat, quo cavebatur, ut in posterum quoque simili „modo exta Marti *redderentur*, reliquiæque ad Octavios referrentur. Sic *exta reddi* & *profequi* idem. V. suprà in voce *Profiscia.* Lutatius ad Statium *Thebaid. lib.* 4. *versu* 464. verba Arufpicinæ sive Extispicii hoc ordine disponit: *Primò sit sanguinem libare, deinde immolare, servâ* reddere, *quarto litare.* Rationem addit Barthius hanc de: Barthius: *Reddere dicebatur* (Sacerdos) *quia debitæ flammæ ipse sanguinem, itaque fervali illi igni suum quod erat restituit, Animadversion. ad Poetam præfatum lib. cit. vers.* 466. At *Reddi* Flumina, dicuntur Latinis, quæ emergunt, postquam aliquandiu latuerunt. Plinius *lib.* 5. *cap.* 29. *Marsyas ibi* redditur, *orsus, ac paulo mox condidit, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline Aulocrenis.* Fluvius enim hic apud Celænas oritur ex monte, mox conditur: deinde emergit ac *redditur*, paulo post iterum conditur, ubi in Maandrum cadit. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 827.

Redditi, apud Scriptores Ecclesiæ Rom. Monachi sunt, Eremitæque, qui se in Monachos *reddiderunt*, Gall. *qui se sont rendus Moines*: quòd Deo *redderentur*. Propriè verò *Fratres* seu Seculares, qui abdicato seculo, ut loquuntur, in Monasteria recedebant. Cujusmodi *Redditurum*, qui & *Laici*, & *Donati* & *Prædendarii* dicuntur, crebra mentio est in *Statutis* Ordinis Cartus. est autem ordo eorum Conversorum ordine inferior, unde, si Conversus deliquerit, in ordinem *Redditorum* dejicitur: in eo tamen horum conditio potior, quòd inter eos posit esse unus Clericus, qui tamen in habitu Redditi non posit ultra Diaconatum promoveri. Ita porrò ii sc Monasterio *reddebant*, ut in professione, quam edebant, hanc apponerent clausulam: Quòd „si aliquo tempore unquam hinc aufugere vel abire tentavero, „liceat servis Dei, qui hic fuerint, me plenâ sui juris auctoritate „requirere, & coactè violenter in unum servitum revocare, apud Guigonem *in Consuetud. Cartus. cap.* 74. laudatum Carolo du Fresne in *Glossar.* V. quoque suprà, ubi de *Donatis*.

Redemito Altarium, in Eccl. Rom. quid sit, V. suprà. In eadem *Redemptio Penitentiarum*, multiplex olim fuit. Interdum enim elemosynâ redimebantur, quas *pœnitentias deargentatas* vocat Guigo *Priû* Hugonis Epist. Gratianopol. *num.* 20. Nonnunquam flagellationibus, *psalmatis* & Psalmorum recitationibus. Interdum prædiorum cessione &c. V. suprà *Pœnitentia*, alibique passim.

Redemtio Captivorum, inter præcipua, apud Hebræos olim Charitatis ac Munificentiæ officia fuit. Unde inquiunt, *Redemptio capitvorum antepenenda est officio pauperes sive victûs sive vestitus juvelvandi. Neque* (in rebus hujusmodi) *habetur præceptum æquale ei, quod de redimendis est captivis*, apud Maimonidem *Halach. Mishnuth Aşaim cap.* 8. Etiam officia, ergà opera publica, velut urbium muros, synagogas aut alia ejusce modi sive extruenda sive retinenda, antepolita. Quin ad hoc inprimis attinere volunt, præcepta de munificentia, clementia & charitate, erga inopes fratres, tradita, Deuter. *cap.* 15. *versu.* 7. & *seqq.* Levitici *cap.* 19. *versu* 16. & *cap.* 25. *versu* 53. Horum enim in numero primarium eos habere ajunt locum, quòd non modò victu egerent & amictu, fed in horas, ex dominantium arbitrio, & vitæ & honestatis periculum adirent. Habebant autem tractionem sexus, dignitatis, natalium aliarumque circumstantiarum, secundùm quas alii ante alios, si omnes simul commodè redimi nequirent, erant redimendi. Anteponebatur namque ut plurimum fœmina viro, Sacerdos Levitæ, Levita Israëlitæ, Israëlita profano, profanus Mamzeri, Mamzer Nathinæo, Nathinæus proselyto, proselytus libertino, libertinus servo, postò sapiens Regi, Rex Pontifici Max. Pontifex Maximus Prophetæ. Quòd si quis cum Patre suo & Magistro suo captivus teneretur, ipsum Magistro, Magistrum Patri, fed utrique Matrem antepenendam judicabant, V. *Genarum* uttamque. Certè & in veteris Romæ moribus gradus fuere, iisque ex difficilina & ordine hujusmodi officiorum, veluti Parentibus primò, dein tuteoribus atque nostræ credititæ fecundo, dein hospitibus, clientibus, cognatis, affinibus ac præfandorum uti ex M. Catone, Mutio Sabino, aliis, monet A. Gellius *Noct. Atticar. cap.* 13. Deprecio verò *redemtionis*, ita statuerunt Magistri, in *Misna tit. Gutin cap.* 4. *Non redimendos esse captivos pretio majori quàm valerent, nec in fuquem pelliciendos: utrumque, ob commodum publicum.* Hoc, ne alicujus fugâ irritati cultodes in cœteros inde acriùs sævirent: illud, ne ob grandioris pretii spem, hostes frequentiùs capturæ affuefcerent &c. V Joann. Seldenum *de Jure Naturali & Gentium*, juxta *disciplinam Ebræorum lib.* 6. *cap.* 19. *fub fin.*

Redicultus, adde: Male antea *Ridiculus* erat, cùm *Redicultus* scribendum esset. Festus Pomp. *lib.* 6. *Redicti fanum extra portam Capenam fuit, quia accedens ad Urbem Hannibal ex eo loco recedere, quibusdam perseritius visti.* Capenam enim portam maximè armis pulsasse Annibalem, Valerius M. refert *lib.* 3. *cap.* 7. *in.* 10. Sant tamen, qui non Capenam, fed Codinam portam, eum obsedisse contendunt. Prudentius *in Symmachum lib.* 2.

Affirmemique Libyæ Collina à carcine porta
Hannibalem Jovis imperio Martisq; repulsum.

V. quoque Sidon. Apollinarem *Carm.* 7. Imò ad neutram castra illum habuisse, fed tantùm Urbi fuisse vicinum, volunt alii. V. Plinium *lib.* 34. *cap.* 6. Unde Silius de obsidionecilla, *Punicor. lib.* 12.

Nunc adhuc lustrat, nunc clausas cuspide portas
Assilit pulsat, frustratq; timore parentem.

V. quoque Manilium *astronom. lib.* 4. Claudianus tamen *de bello Gildon.* medíæ fententiæ favere videtur, Thom. Dempsterus in *Rosinum lib.* 1. *cap.* 13.

Redimiculum, Isidoro est, quod aliàs *succinctorium* sive *bracile*, *quod defendens per cervicem & à lateribus colli divisum, utrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde fuccingit, ut conspringens latitudinem vestis ad corpus conrahat. Hoc vulgò bracile, quasi brachiale vocant, quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit cingulum.* Idem *Cingulum in tumbis* vocat. cùm ait, *Fibulæ sunt, quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur virio in humeris, seu cingulum in lumbis.* Quod utriquevis est cingulo Monachorum intelligit, qui *ἀναξυρίδας* Græcè dicebatur; *Rebrachiatorium*, Cassiano. Ita enim hic de Monachis Ægyptiis, Gestant enim reticulas duplices, laneo plexas fubtegmine, quas" Græci *ἀναξυρίδας* vocant: nos verò fuccinctoria, seu *redimicula*," vel propriè rebrachiatoria possumus appellare, apud Salmasium" *ad Tertullianum de Pallio cap.* 1. V. quoque suprà, in voce *Mitra*, item *Rebrachiatorium.*

Redire à cœna cum pompa, honoris genus, bene meritis de Rep. viris, quoties foris cœnassent, olim apud Romanos permissum, occurrit apud Florum, ubi de Duillio, qui primus navalem victoriam reportavit, atque ab eo tempore, præluccentibus funalibus & præcinentibus tibiis, *quasi quotidie triumpharet*, semper à cœna redit. Sic Cornificius, ob rem in Sicilia bene gestam, elephanto vehens *redire* folebat. Cæsar verò, post epulum triumphale, vesperè domum redit ab 20. elephantis decta atque sinistra lychnuchos gestantibus, Sueton. *in* 10. *cap.* 37. ubi Casaubonum vide, ut & suprà, voce *Feria* alibique.

Reditus Athenienfium Reip. annui, sex mille eram talenta ducentis quinquaginta minus, Polyb. *lib.* 2. quæ pecunia à Quæstoribus decem, è Pentacosiomedimnorum numero, electis, administrabatur. Accipiebant enim illi coram Senatu, & adservabant in Minervæ templo, quod erat in Arce, *Minervæ simulacrum, victorias, alium mundum, & pecuniam publicam.* Pollux *lib.* 8. *cap.* 8. *Ταμίαι τῆς θεοῦ, κληρωθέντες μὲν, ἐκ πεντακοσιομεδίμνων τῶν δὲ χρήματα παραλαμβάνοντες, τὸν δεκάτου ἀριθμόν.* V. etiam Suidam & Harpocrationem, in voce *Ταμίαι*. Sic Lycurgum

gum Plut. ſcribit, Quæſtorem fuiſſe ἐπὶ τῶν παγκοινῶν ταμίων μικρὸν ὑστερήσαντα, ἢ ὧν τινες, μικρὸν ὑπερκύψαντα, ὑπ' ἀγορᾶς ἀνῃλωκότα; ubi tamen reponi vult Petitus, octogintа ſex millia ducenta quinquaginta, reditus nempe annorum 15. quibus ſi addas ἑξήκοντα καὶ πεντακόσια, apud Lycurgum à privatis intra illud tempus depoſita, fient octogintа ſex millia & nongenta talenta, quæ in admirativrit. V. Sam. Petitum *Comm. in L. Attic. Lib. 3. tit. 2. De Reditibus* Reip. Rom. diximus aliquid ſuprà, in vocibus *Ærarium* & *Rationes*.

Reduvia eſcarum, apud Suidam *cap. 32. Trochilos avis parvula eſt, ea dum* reduvias *eſcarum affectat, ob beluæ hujuſce* (crocodili) *paulatim ſcalpis &c.* Sunt cibi reliquiæ, quæ dentibus crocodili adhæſerunt. Sic ſuprà, *reduvias conchyliorum*, exuvias vel reliquias conchyliorum, τὰ λεπύδια, *fragmina conchyliorum* dicit Melæ, eo loco, quem imitatur Solinus. Propriè autem *reduvia* eſt ἡ περονίς, cùm cutis reliquit ungues, & citra illos ſeſe reſolvit. Tertinnius, de ſervo maſtigia,

Laſſitudo conſervim, reduvia flagri:

in cujus tergo ſc. reduviam pellis facit flagrum. Unde & *reduviosa*, aſpera & extantia, apud Lævium,

Scabra in legendo, reduviosave offendent.

Παρονυχία Polluci, quæ utrinque extant in unguibus & præſecantur, Latinè *redutiæ*, ut diximus. Hinc *reduvia*, pro reliquiis & præſegminibus: *Eſcarum minutias* dixit Ammianus, ex hoc loco. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 445.*

Reum, ſeu *Rem*, Hebr. רֵאם vel רֵם, Jobi *cap. 39. verſu 9.* animal eſt procerum, ἀλλοῖον, validum, ferum, indomitum, cornutum, Principum in S. Scriptura typus: quod Aben-Ezra *ibidem*, Bootius *verum*; Alii *monocerotem*, ſed Arabes, Chaldæi, & vet. Hebræi communiter *caprea ſpecies* eſſe contendunt. Et quidem Damir *cap. de caprea*, *Diverſi*, inquit, *coloris ſunt caprææ. Nempe illarum tres ſunt ſpecies: Prima earum, quæ vocatur arâm, quæ ſunt ſinceræ albedinis, cujus ſingulare eſt Rum. Hæ in arenis habitant. Earum ajunt caprearum eſſe ovez, quia plurimum habent carnis & pinguedinis.* A qua Arabem quendam Principem, Zachæum nomine, Camili Catienſis filium, qui obiit anno Hegiræ DXLVI. cognominatum fuiſſe *Rumicidam*, Alasmajus refert; eò quòd hujus animalis venatione maximè delectaretur. Atque ita *Reem* pro caprea ſpecies, eaque nobiliſſima, tum coloris (non enim albet ſolùm, ſed & candicat) tum pinguedinis ratione. Nec improbat ſententiam Bochartus, qui voce hac bicornem Capream, ſeu Orygem indigitari, pluribus it probatum, *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap. 27.* V. ſuprà in voce *Oryx*.

Refectio, apud mediæ ævi Scriptores, pro cibo: Sed & *refici ſtomachum*, *refici vires cibis*, Latini dixere. Unde *Refectorium*, in Monaſteriis, *locus ubi infirmi comedunt fratres*: Matthæus Paris. ubi habet Joann. de Janua. Gregorius Turon. *in Suppl. cap. 36. Temerario conatu Rex refectionem ingreſſus fuerat.* In cujus *area*, *ſine mappula & menſa comedere*, pœnæ Monachicæ ſpecies eſt. Ei curando qui præeſt, *Refectionarius* appellatur; ad quem pertinet, *tempore ſtatuto ſive ad prandium, ſive ad cœnam, menſas preparare, panem & vinum & leguminа apponere, & ſi qui fratres deforis veniant, ubi ad refectionem ſedere debeant, providere & eis ſimiliter, quæ ſunt apponenda, apponere* &c. ut habetur in *Libro Ordinis* S. Victoris Pariſ. *MS.* apud Car. du Freſne *cap. 12.* V. quoque de hoc officio Monaſtico, Udalricum *Conſuetudin. Cluniac. cap. 21.* aliosque eidem *Gloſſarii* Auctori laudatos. Sed & *Subrefectorarii*, qui viz. *Refectorario* in Monaſteriis ſubeſt, mentio occurrit, in *Libro Ordinis* modò cit. V. etiam Macros Frattes in *Hierolexico*, & Salmaſium *ad Tertullianum de Pallio cap. 3. ad verba*, *Jejunus ſalices ſemper & indefeſſus*.

Refectorium, adde: Adde Salmaſium *ad Vopiſcum*, in *Aureliano*, ubi Παιδοκομεῖα, à recentioribus Græcis dictos ait, quos *Apocriſiarios*, h. e. τῶν κοινῶν μυστῶν, item Ἀποκρίσεις, quos Vopiſcus *Nutrices ſecretorum* vocat, quoque appellarunt. V. eundem in *Vita Carini*. Sed & in Romana Curia, Referendarius eſt Prælaturæ munus, ad quod ites & cauſas in ſignatura Juſtitiæ & Gratiæ coram Sanctiſſimo *referre* ſpectat, & ideo, utriuſque Signaturæ Referendarii hujusmodi Prælati appellantur, quia Alexander VI. inſtituit, ac multis privilegiis munivit; ſi tamen quos XII. antiquiores Votantes appellantur, quia illi ſoli in Signatura dant vota, & in paritate votorum Cardinalis Præſectus Juſtitiæ Signaturæ dare poteſt ſuum votum. In Signatura autem Gratiæ, quæ — ſemper coram Papa habetur, ibi nullus habet votum &c. uti habet Dominic. Macer in *Hierolexico*; ubi etiam quædam ſubjicit de *Referendarii* dignitate, in Eccleſia Conſtantinopolitana, item apud Longobardorum Reges, apud quos *oblationis annuli*, Referendarii dignitatem conſueviſſe conferri, narrat Auctor *Vitæ* S. Bonifii Epiſc. &c. In Aula Francorum Regum, qui hoc nomine illuſtres fuere, reſcenſentur C. du Freſne iſti: S. Bonitus, *Referendarius* Sigeberti R. Siggo, Theutarius, ſub eod. Marcus, ſub Chilperico R. Flavius, Liceritus, ſub Guntranno: Charimeres, ſub Sigeberto fil. Childeberti; ut & Gallomagnus: Otho, *Referendarius* Childeberti Auſtraſiæ R. Baudinus, Chlotarii, ut & Charigiſilus: Boſo: S. Audoënus, Dagoberti: Faramundus: Adoindus, ſeu Dudo vel Audoënus, ejusdem: H. Rotbertus, *ſummus Palatii Referendarius*: Chrodegangus, Caroli M. Stephanus Philippi I. qui plerumque Abbates, Epiſcopique factì. Sed & in vet. *Placito*, ſub Childovæo III. inter alios memorantur Referendarii, ſc. *Wiſofalcus*, *Aiglar*, *Chrodeberchus* & *Waldramnus*; ediditillud Joannes Mabillonius *SS. Ord. S. Benedicti tomo IV.* unde, aliam ac diverſam planè fuiſſe *Referendariorum* dignitatem, à Cuſtode annuli Regii, eruit Car. du Freſne præfatus. Verùm ſicut tres Prætorio Præfectos creavit ſimul Commodus, uti tamen ſolum pugionem ſuum credidit, pignus Imperii, uti diximus ſuprà, in voce *Pugio*: ita plures potuere eſſe *Referendarii*, quorum unus tamen annulum Regium haberet. At *Referendarii* Curiæ, apud Senatorem palſim, eidem memoratum, dicuntur, qui extra ordinem referebantur à Principe in Album Curiæ & Senatoriã digintate hoc pacto donabantur. V. quoque Caſsiodorum *Var. lib. 3.*

Referre ad Deos, Plinii *lib. 28. cap. 2. Quippe victimas cædi ſine precatione non videtur*, referri ad Deos, *rite conſuli*: aliud quid eſt, quàm *conſulere Deos*. Non *referebant*, voluit dicere, *ad Deos*, neque conſulebant eos, ſine precatione. Conſul quidem ad Senatum referebat de Rep. qui & *Senatum conſulere* dicebatur: ſed de Dîis hæc diſtinguit. Nempe conſulebantur Dii, de rebus futuris & eventuris, ut oracula Delphis; *referebantur ad Deos*, de rebus, quæ jam acciderant, ut de portiis & prodigiis, aliisque ejusmodi, quomodo expianda eſſent, ac depellenda. Unde ſcipugionem ſuum credidit, pignus Imperii, uti diximus ſuprà, in voce *Pugio*: ita plures potuere eſſe *Referendarii*, quorum unus tamen annulum Regium haberet. At *Referendarii* Curiæ, apud Senatorem palſim, eidem memoratum, dicuntur, qui extra ordinem referebantur à Principe in Album Curiæ & Senatoriã dignit

dit Dubravius *Hist. Bohem. lib.* 22. V. quoque Aventinum *Annal. Bojor. lib.* 5. *pag.* 353. L'imaeue duas lanceas inter *Regalia* seu Clinodia Imperii fuisse reperit. Refert enim Sigebertus *ad A. C.* 919. lanceam mirandi operis, ex clavis Jesu Christi crucifixi fabricatam, quae dicitur Primi & Magni Constantini fuisse, donatam Rudolfo Burgundionum Regi, à Samsone Com. sed ab Henrico R. precibus, minis, muneribus, additâ etiam parte provinciæ Sueverum, Rudolfo extortam, & ad insignæ tutamenque Imperii ad posteros transmissam esse. Eandem Lupoldus de Babenberg *de Zeio Germ. vet. Princip. cap.* 12. arte nova & singulari elaboratam scribit, quæ juxta medium spinam habuerit utrobique quasi fenestram & in media ipsa cruces ex clavis, manibus & pedibus Salvatoris nostri infixis. Plura qui cupit, adeat Goldastum in *Politischen Reichshandlun pars.* 6. *tit.* 1. *pag.* 204. ubi syllabus exhibetur coram, quæ Carolo IV. Imp. anno C. 1350. Monachii tradita sunt &c. Ex his quædam asservantur Norimbergæ, cum aliis quibusdam, ad coronationem Regis Rom. pertinentibus, viz. *Corona Regalis*, intra cujus ambitum mitra Episcopalis bicorni cacumine exturgit; *Dalmatica* vestis Caroli M. pretiosis margaritis dilti cta; *Cappa* Choralis, mantus seu mantellum aut paludamentum Cæsarum, cui Phrygio operte intexæ fun aquilæ aureæ; *Stola* aurea; *Amicultum* rubri coloris; *Chirothecæ* unionibus ornatæ; *Sandalia* aurea; *Tibialia* seu *Ocreæ*, *Chirothecæ* unionibus ornatæ; *Sandalia* aurea; *Tibialia* seu *Caligæ* ejusdem Caroli; *Zona* coriacea, cum retinaculo aureo; *Pomum*, à Com. Palatino gestandum; *Sceptrum* aureum & *Gladius* Caroli M. quorum illud Marchio & Elector Brandeburgicus, istud Elector Saxoniæ, in Coronatione Regis Rom. præferre consuevere. V. Limnæum *de Jure Publico*, & Enucleatorem ejus *lib.* 1. *cap.* 12. nec non *lib.* 4. *cap.* 39. Sed & Regalia, apud Scriptores Ecclesiæ Rom. dicuntur Jus regia, quæ ab Impp. vel Regibus interdum Ecclesiasticis personis concedi consueverc. Unde *Regalia & Patrimonia B. Petri*, apud Petrum Diaconum *Chron. Casin. lib.* 4. *cap.* 35 36. & 39. h. e. dominium temporale Pontificis, quod alter *Patrimonium S. Petri* dicitur. Sic *Regalia* Galli vocant prædia, quæ ad Ecclesias pertinent, iis olim à Regibus concessa: alter *Elemosyna Regis*. Cujusmodi cum olim Regibus concessa: alter *Elemosyna Regis*. Cujusmodi cum olim omnia fere Ecclesiarum, Episcopatuum & Monasteriorum à Regibus donatorum prædia fuit, eodem jure reguntur, quo beneficia militaria five feuda, iisdemque sunt, quibus ea, servitiis obnoxia. Extinctis quippe personis Ecclesiasticis, ad Regem ipso jure redeunt, donec alia iisdem investiatur: cujus quidem investituræ ratione juramentum fidelitatis ei præstant Episcopi. Hominium quoque iidem faciunt, cùm iii redduntur fini. Hominium tuuntur Regalia, quod fit, cùm contec attienem, ut vocant, aut benedictionem accepere. Permortem itaque Episcopi Regalia aperta dicuntur, ut contrà, *clausa*, cùm ea Episcopo successi reddantur. Quod ut sæpe differetur satis diu, Principes Regesque fecere, ut Ecclesiæ um Regalibus diutiùs fruerentur, quemadmodum inprimis Germanicis Augustis id objectum, in controversia illa, quæ diu inter Imperium & Sacerdotium, etica investituras, fervebat, V. Arnoldum Lubecensem *lib.* 3. *cap.* 16. Anglicis item Regibus, ut videre est, apud Ordericum *cap.* 16. Anglicis item Regibus, ut videre est, apud Ordericum Vitalem *lib.* 10. ubi de Guillelmo Ruffo Angl. R. &c. Cœretum non defuere jam olim, qui tantas Ecclesiarum Ecclesiasticorumque opes ac prædia improbarent. *Libellus precum* Martyrii, Clerici & Fautini *pag.* 46. Intendite in hoc adversus Catholicos quasi quendam triumphum Hæreticorum: & in miseram & opaci ultimam & fœdissimam captivitatem, in his Episcopis condemnata pia fide & Catholicis Episcopis eorum in fe dominium, delusionemque thesaurorum meru exilii, & ut Episcopale nomen apud homines retinere videretur, quod utique non apud Deum, post subscriptiones impias, non habebant. Sed jam apud Deum, post subscriptiones impias, non habebant. Sed adeo nominis illius etiam cum omni decore quæ habuere auctoritas, ne illis possessiones Ecclesiæ tollerentur: quâs utinam nunquam possedissent Ecclesiæ, ut à postolico more vivens sidem integram inviolabiliter possiderent &c. At Episcopatuum, qui à *jure Regalium* immunes erant, regalia, sese vacante, servabant Archiepiscopi; ut de Monasteriorum Regalibus alibique huc pertinentibus, nil addam, de quibus omnibus fusè agit præfatus Car. du Fresne in *Glossario*: uti de lire inter Ludovicum & XIV. Gall. R. hodie feliciter regnantem & Pontificem Rom. ob eandem ab aliquo temp. fervente, moderni *Gallicar. Rerum* Scriptores.

Regalis Via, eadem cum Consulari, Prætoria, Militari, V. ubi de *Viis*.

Regalitas, apud mediævi Scriptores, titulus est Regum honoratius, de quo vide *Il. Freigundam* Melbomii *pag.* 119. alioque Auctores laudatos Car. du Fresne in *Glossario*.

Regaria, vulgò *Regaires*, dicuntur Jurisdictio & Feuda Episcopatuum Britanniæ Min. ab antiquo, quòd jam inde à Mucleri seu Mali Clerici Ducis seculo, ad Regium Gallicæ Senatum devolverentur provocationes, à profanis Antistitum Juridicis, non ad Ducales Magistratus. V. Chopinum *de Sacr. Polit. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 21. alioque laudatos Carolo du Fresne in *Glossario*.

Regendarius, apud Senatorem *lib.* 11. *epist.* 29. ubi *Regerendarius* Viti doctiilegi volunt, dictus est, qui esset à Regestis & scripta *regerera*, h. e. in Codicem referret, Id. V. quoque Pancirolum *ad Not. Imp. Orientalis cap.* 28. Macros Fratres in *Hieroloxico*, ut & hic in voce *Regestum*.

Regerendis, apud Leonem Epist. Rom. in *Epist. ad* Flavianum Patr. contra Eutychetis errores scripta, *Ne ipsius quidem Symboli initia comprehendis*; & *quod per istum Symbolum omnem Regenerandorum voce deprimitur, ipsius adhuc fonis corde non capitur*: dicuntur, qui proximè baptizandi erant, aliter *Competentes*, ad differentiam Catechumenorum. Hi, antequam ad Baptismum admitterentur, Symbolum prius Fidei publicè recitare tenebantur, ut hinc videre est. C. Macer in *Historia*.

Regnes, vulgò *Regens*, apud Gallos Gubernator Regni dicitur, qui vel absente, vel minorenni adhuc Rege, vices ejus obit. Sic post mortem Ludovici Hutini R. Philippum M. ut, quoad Clementia Regina partum edidisset, regnum Francix administraret. Quæ Navarræ ipsi interea *regeres* & administraret, à Regni Proceribus electum, atque in magno ejus sigillo hare verba fuisse scripta, *Philippus Regis Francorum filius, Francie & Navarre regens Regna*, annotavit Contin. auctor Nangii, A. C. 1316. apud C. du Freine in *Glossario*. Eodem titulo & Regina vidua, Mater Regis adhuc minoris, in eodem Regno, insigniri non raro solet, quæ proin tum Gall. *Regene* dicitur, uti exempla obvia sunt. Sed & in Lusitania, haud pridem, matrimonio Alphonsi VI. Regis cum Ludovica-Maria Duc. Nemorosia & Aumalensi resciss., Regeque ad Regnum insonem declarato, & in Inf. Terceram fepolito, Regnum Petro fratri ejus defatum, isque *Regens* declaratus est, à Julio an. 1668. qui etiam Fratris exorem sibi jungit, ratum id habente Clemente IX. Occurrit vero ea notione vox, jam apud Claudianum IV. *Consul. Honor.*

nec fic infœcitere fenfus
Humanos edicta valent, ut vita Regentis.

Et Statium *Thebaid. lib.* 11. *verf.* 159.

——— *magnaque* Regentum
Obsecrare animas

Reges & *Regere*, quæ funt à pastoribus mutuatæ: Pastor enim propriè Hebræis רוֹעֶה רעה; pascere, רָעָה *raga*, ut Suris *rega*. Et certè in Pastorali arte Politi ci regiminis species non obscura cernitur: ut enim Pastor fe habet ad oves, ita Rex ad subditos. Unde illud in Poesa toties repetitum,

——— *Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν.*

Sed & in S. Scriptura, paffim *Reges* dicuntur *pastores populus fuus*, & regale sceptrum conf ntur cum pastorali pedo, ut videre est, in Psalmo 77. *verfu* 71. 2. Sam. *cap.* 5. *verfu* 2. & 7. *verfu* 7. V. quoque Psalmo 80. *verfu* 2. Imò fxcentis Scripturæ locis, Ecclesia eum ovili, fideles cum ovibus & verbi Divini Præcones cum Pastoribus conferuntur: quod loquendi genus in Novi Testamenti libris tam frequens est, ut Christianorum vulgus plurimis in locis *Pastorum* nomine vix alios intelligat, quàm eos qui Ecclesiæ præsunt; ac si Metaphorica locutio propriam penè abolevcrit. Sed & alte ius Pastorum apud Hebræos nomen נוֹקֵד, *noked*, Regibus tributum legitur. Ita enim 2. Regum *cap.* 3. 4. dicuntur, qui proxime

vocat. Hinc is, ubi de perfidia, *Falsum est*, ait, *venenata cum crudelitas in Persis gigni & parturiam causa à Regibus translatas in Ægyptum, terra mitigiali. Id enim de Persis diligentiores tradunt.* Idem de nuce juglande, *Et has à Persidè à Regibus translatas initio sunt Græca nomina.* Ubi Reges absolutè sunt *Persidis Reges.* Hinc κύριος Περσῶν, simpliciter Βασιλεὺς, h. e. *Regia*, dicta. Transiit vox recentiori ævo in Latium eadem notione, uti suprà diximus in voce *Basileus*. Cum contrà minoris dignitatis & potentiæ Principes, *Pepi* à Græcis ejusdem ævi, ex Lat. *Reges*, dici consueverint: quòd apud Latinos *Rex* minor Imperatore esset: V. Salmasium ad *Solinum*, & hic infrà passim, inprimis voce *Rex*. Addam satisem, *Reges* in scenam olim introductos, cum diademate & sceptro; filios eorum cum diademate, sine sceptro: in specie, Reges Latinos cum trabea & lituo, Romanos Imp. paludatos, cum purpura, & laurea, & stipatoribus & igni; Reginas cum palla & croceo velo, ut videre est apud Jul. Cæs. Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 16.*

Regalia, apud Flav. Vopiscum in *Probo*, *Usus autem sum — libros ex Bibliotheca Ulpia — item ex domo Tiberiana. Usus etiam ex Regestis scriptorum poetici: Porphyretice, Actius etiam Senatus ac populi*; in *Glossis* Nomicis, Ῥηγικὰ, Καισαρικὰ: libri funt, in quibus Principum Edicta, & Commentarii ac Epistolæ publicæ continentur, à *regerendo*, quòd in eos regerantur. Sic *Constitutio* Honorii 19. in *Appendice* Codicis Theodosf. his verbis claudiur: *Regestum Ravenna XV. KL. Febr. Honorio Aug. XI. & Constantio II. V. Cons. cujus Observationem lib. 15. cap. 7.* Petrum Fabrum ad leg. 92. de *Regulis Jur.* Jac. Gothofredum ad *l. 14. Cod. Theodos. de Indulg. debitorum*, laudatos Carolo du Fresne in *Glossar.* ut & Salmasium ad *Vopiscum d. l.* Inprimis autem *Regestum* (quod postea degeneravit in *Registrum*, ut videre est in hac voce) liber ille dicitur, in quo suas tolebat describere Decretales quisque Pontifex. Quilibet enim peculiare *Regestum* habebat, in quibus integræ scribebantur Decretales, quæ in collectionibus plerumque erant truncatæ, in principio, medio vel fine. Hinc ex *Regestis Pontificum*, Gregorius XIII. qui Decretum Gratiani emendatum vulgavit, etiam Decretales emendasse ac restituisse legitur, apud Gerh. von Mastricht JC. *Historiæ Juris Eccl. num. 394. & 399. Regestorum* origo, à more referendi aliquid in volumina singularibus officiis, vel negotiis destinata, quòd in ea res, uti dictum, *regerentur*: quod verbum hic in proprium ab Ammiano, Quintiliano *lib. 9. cap. 1. in fin. Similiter, commentarius puerorum fit, in quos ea, quæ allis declamantibus laudata sunt, regerunt. Et lib. 3. cap. 8. Suos enim veluti res regeſtæ in hos commentarios, quos puer deduxerat Schola &c.* Verbo, *Regesta*, fuere monumenta, actaque publica diversorum officiorum & Judicum, veluti Præfectorum Prætorio & aliorum Judicum, quà civilium, quà militarium; imò & in urbe Roma Scribarum, de quibus agit *l. 1. Cod. Theod. de Iuris Offic. ubi* & quæ circa illa Interdictiones Principum, ad cujusque officium pertinentes, uti haber Gothofredus lauda tus *ubi suprà*. Inde *Regerendarii* dicti, teste Cujacio *lib. 15. Observ.* 37. Quemadmodum itaque actio ipsa, *regestio*; sic libri actaque, in quæ *regerebantur* seu referebantur, *Regesta* dicta sunt. Ab Impp. Pontifices postea acceperunt, ut libros, in quos suas Decretales referebant, *Regesta* primum, post *Registra* appellarent. Eadem vocant Pontifices Scriptores *Originalia*; Rem dicunt esse *in integra*, nempe Decretali, 1. Originali, cujus res exempla V. apud Albericum Gentilem *de libr. Legat. Canon. cap. 3. pag. 30. & seqq.* Ex his porrò *Bullaris* postea confecta sunt, quæ exhibent integras Pontificum Constitutiones ex regestis. Quale Romæ edidit Laërtius Cherubinus de Nurfia JC. quod *Magnum* vocavit, Romæ A. C. 1588 &c. Nec valde aliena hæc *Regesta* à *Diptychis* sunt, de quibus suprà diximus.

Regia, Latinis, quod Βασίλειον Græcis, proprie *domus Regis* vel *Palatium*. Hinc Urbs, in qua Rex degit; seu in qua Palatium & habitationem constituum habet. Solinus *cap. 26. Carsienſi Colonia inſi, à D. Claudio deductæ. Bocchi prius Regia.* Plinius *lib. 1. cap. 6. Circha procul mari, quondam Regum domus, &, cum fores Syphacis, opulentiſſima.* Et paulo pòst, *Jol ad mare aliquando ignobilis: nunc quia Jubæ Regia fuit, & quòd Cæsarea vocitatur, illuſtris.* Strabo Cirtham τὰ Σύφακος Βασίλεια fuisse dicit. Pro quo arcem etiam aliquando Latini dixere. Plinius, *Bizye, quondam arx Thraciæ Regum.* Inde & cognomina Urbium, *Bulla regia*, *Hippo regius* &c. In his autem Regiis civitatibus, quantum *Regia*, seu sedes Principis, spatium olim occupaverit, discimus ex eodem Plinio, ubi de Alexandria verba facions, *Metatus eſt*, inquit, *eam Dinocrates Architectus pluribus modis memorabili ingenio XV. m. p. laxitate in ſese ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lachiſſam, dextra lævaque angulos procurſu, jam tum tamen quinta ſuus parte* Regiæ *dicatâ.* Ubi quidam *quartâ parte*, corrigunt ex Strabone, sed falluntur. Plinii mens, etiam tum, cum Dinocrates Alexandriam metatus est, quintam partem fuis Regiæ dicatam fuisse: quibus indicat longè majorem partem occupavisse *Regias* eo tempore, quo hæc scribebat. Nam Strabonis ætate, ut ipse tradit, *quartam*, imò *tertiam* partem totius pedaturæ, detinebant Regia ædificia; singulis Regibus semper aliquid addentibus de suo & sic *ὁ Βασιλεὺς* amplificantibus. Quo modo plures Regiæ factæ, quæ una tantùm fuit, cum Urbs conderetur, & multo plus patuit sub ultimis Regibus Regiæ illæ occupatum, quàm olim primùm est constituta. V. hanc in rem plura, apud Salmasium *ad Solinum pag. 475. 829.* & infrà in *Urbs Regia*: ut & *Regia Theatri* apud Sucton. *Aug. c. 31.* Casaubonum.

Regia, quæ Imperatoris erant, appellata sunt. Etsi enim nomen *Regis* Imperatores Romani vitarunt, ut notum; tamen quæ ad Imperatorem pertinebant Xlaperatoria erant, *Regia* vocaverunt: quâ notione vox non semel occurrit apud Aurelium Victorem, Schotti *Sic Regia animalia*, apud Flav. Vopiscum in *Aureliano*, *Quemlibet fumum, cujuslibet gentis captivos, quælibet animalia regia non abnuo, sed libens offero*: non tam sunt animalia de Regibus victis capta, quam ipsius Aureliani propria, quæ, ut & reliquos fumtus necessarios sacrificiis, offert Imperator hic Senatui. Sed & Regilianum milites. cum Imperatorem facerent, *Regem* appellarunt, *Ergo paulò Rex ipse: ergo paulò nos regere.* Quam appellationem superioribus quoque Principibus aliquando hæsisse, docet Vopiscus in *Vita* Carini, *Regem denique eum plerique Illyrici vocarunt.* V. Salmasium *ad Vopiscum in Aurelian.*

Regia Via, V. *Via.*

Regia, quoque dicitur Latinis, quæ Græcis πύλαις Βασιλικαὶ, seu πύλαις simpliciter, vestibula nempe five ingressus Templorum, qui poſt Naribecum seu Pronaum, unde in ipsum *Templi Sanctum*, ut vulgò vocant, venitur. Anonymus in *Rituum veſtitutionum Imag. pag. 741.* Καὶ δὴν κλεισίδας μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τῶν κλειόντων τὸ ναόν, ubi Interpres, *Ad usque Palatii portas, quæ Græcarie dicuntur, ſupplicantes venerunt.* At ferme eſt de *Regis* ædis sacræ, quæ τὸ ναὸς, quòd cancellatæ essent, & instat *pectinis*, seu *claviis*, cliſtibus, V. Car. da Fresne *in Descript. Ædis Sophianæ num.* 80. Nonnunquam tamen & aliorum ædificiorum primariæ portæ sic vocitatæ occurrunt, ut idem pluribus docet. V. quoque Macros Fratres *in Hierolex.* & de portis ædium sacrarum Salmasium *ad Solinum p.* 1218.

Regilla, apud Plautum *Epidico Actu* 2. *Scenâ* 2.

Quid eras industa, an Regillam *industam*, an *medicstam?*

haud dubiè, inquit Ferrarius, tunica fuit, quæ & *pectia*, quòd sursum versùs à ſtantibus texeretur, de qua Festus, *Regillis tunicis ab illis & reticulis luteis, utrisque rectis, sursum versùs à ſtantibus, pridie nuptiarum Virgines olim induite, cubium ibidem ominis causa, ut etiam, in togis virilibus dandis, observari ſolet.* V. præter alios Octav. Ferrarium *de Re Veſtiaria Part. 1. lib. 3. cap. 20.*

Regillus, cum Jusiano, in locum Cleandri sub Commodo surrogatus, paulo pòst hujus justa cum eodem interfectus est, apud Æl. Lampridium *in Commodo.* V. suprà *Iulianus.*

Regiolorinus, fil. minimus natu Theodorici Ringelhemii Comitis, geniti Walperto, Angriæ Duce & Ringelhamii Comite, Witikindi Saxonis ex Wigperto fil. nepote) Danos cæcidit A. C. 918. Oldenburgiorum Comitum, ut traditio habet, fatror: fieret ex fratribus ejus, Immondo Sabaudos; Witikindo, Ferrarienses (an Montisferratenses?) Theodorico (patre Mathildis Henrici I. Imp. nuptæ) Marchiones Brandeburgicos vett. ortos fuisse, perhibetur. Dantur certè *Regiolorini* filius Sigfridus, nepos Ulricus, Comites Oldenburgici: quorum posteriore natus Otto, cui à Spectro cornu illud mirabile, de quo suprà, oblatum asunt. Phil. Jac. Spenerus *Sylloge Genealogica - Hiſtor.* in Fam. *Oldenburgo - Danica.*

Regina, cognom. Junonis, apud Romanos, quæ templum habuit, in XIII. reg. teste P. Victore. Sed ea appellatio, ſi Romanorum religionem ſpectemus, non aëri minùs, quàm Lunæ, quæ cùm Junone ac Diana quandoque eadem, convenebat: Gerh. Joh. Vossius *de Idolol. lib. 2. cap. 27.* Eadem in Oriente *Aſtarte* seu Ἀστροάργη est, παρὰ τὸ τὸν ἀστέρα ἄγειν, *ab imperio in ſidera.* Ut enim Luna ac Juno, ob lumen fuum, Urania; sic obnitorem, quo reliquas ſtellas ſuperat, *Aſtroram Regina*, vel, ut Horatius de Luna, *Siderum Regina*; aut secundùm Virgilium, qui de Junone,

Divûm (inceđo) Regina:

appellata est: eadem haud dubiè cum *Regina cæli*, de qua Jerem. *cap. 7. verſu* 18. & *cap. 44. verſu* 19. V. Thom. Godvynum *de ritibus Hebræor. lib. 4. cap. 6.* & paulo infrà, in voce *Regina Cæli.*

Regina, Regis uxor: quæ duo tamen distinguentes olim Saxones Occidentales in Anglia, *Reginæ* nomine non admisso, *Regis conjugem* appellabant; quod unde ortum, pluribus exponit Alfectus *de Aelfredi rebus geſtis pag.* 3. & ex eo Matthæus Westmonasterr. *A. C.* 854. *Regina* Lampridio in *Vita* Alexandri, Augusta est. Licet enim *Regis* appellationem multum vitarent primi Imperatores, Aurelianus tamen sumsit diadema & reliqua *Regum* insignia, quo tum primùm tempore Imperator dici potuit *Rex*, Augusta *Regina*, Imperium *Regnum*, Casaubonus *ad Spartianum in Hadriano.* Posterioribus seculis, præ-

præfertim sub Impp. Constantinopolitanis prioribus, titulus hic Regum filiabus tribuitur ex. gr. Claudianus *Panegyr. 2. in Stilichon.*

Nam domus hæc utroque pari diademata sexu,
Reginasque parit, & Reginarum, maritos.

Sic Atticum Epist. C. Politan. *ad Reginas Arcadii Imp. filias librum de Fide & Virginitate*, scripsisse, ait Genadius &c. Quem etiam ulum in Francia invaluisse, disertus ex Gregorio Turon. *lib. 7. cap. 49.* & *lib. 10. cap. 19.* ubi nomen hoc Rigunthi filiæ Chilperici R. & Chrodieldi filiæ Charibertr R. tributus. Neque aliâ fortè causâ, Caroli M. filiabus coronas attribuit Anonymus *in Poëm. de eo*, ubi de Rotrude,

Namq; corona caput pretiosis aurea gemmis
Implicat &c.

De Bertha,

—— *Caput aurato diademate cingitur almum &c.*

Inferioribus quoque paulo temporibus, atque adeò sub tertia Regum stirpe, *Reginas* itidem vocitatas esse natas Regum, paſſim apud Scriptores, observat Car. du Freſne, qui in Luſitania quoque hanc conſuetudinem olim fuiſſe, duraſſeque ad Alphonſum usque II. addit, ex Duardo Nonio *lib. de vera Regum Portugalliæ Genealogia.* Quid quòd jam, *ad illud Virgilii xen. 1.*

—— *donec* Regina *Sacerdos*
Marte gravi

Servius, *Regina*, ait, *Regis filia*, &c. V. omnino eum *loco cit.*

Regina Cœli, apud Jeremiam *cap. 7. verſu 18.* item *cap. 44. verſu 16, 17, 18. Facientes faciemus omne verbum, quod egreditur de ore noſtro, ut ſacrificemus* Reginæ Cœli, *& libemus ei libamina* &c. quibusdam eſt Sol, nomen enim hoc apud Hebræos, uti apud Germanos, fœmininum eſt: plerisque Luna, ſive Juno, quibus commune *Urania* nomen. Eadem *Aspasiæ*, *Regina Siderum*, uti Lunam Horatius vocat, ſeu *Dirnia*, uti Junonem Virgilius. Alii etiam Venerem hîc intelligunt, quam in Babylonia, *Reginam cælorum* indigitatam eſſe, Seldenus notat *Syntagm. de Diis Syris.* Sed ad Lunam omnia Numina fœmineni generis referri conſueviſſe, jam ſuo loco diximus. Hunc morem poſtmodum imitatæ ſunt mulieres illæ Arabes, adversus quas & earum ſectatores, ſcribit Epiphanius, quæ B. Virginin Chriſtianiſmo, illo nomine indito, *placentas* ſimilitèr obtulerunt. V. A. Rivetum *Apolog. pro Sanctiſſ. Virgine Maria lib. 2. cap. 2.* & ſuprà in voce *Regina*. De libis verò illis ſeu placentis, ab idololatris Judæis ſuo illi Numini oblatis; *In Eunæ ſimilitudinem formabant libas ſeu placentas, illasq; religionis gratiâ, vel comedebant, vel adorabant*, ait Caſp. Sanctius *in Jerem. cap. 44.*

Regina Sacrorum, uxor Regis Sacrorum, apud vett. Romanos, quæ & ipſa aliquot ſacra obire ſolebat, ut videre eſt apud Plut. & Macrobium *Saturnal. lib. 4. cap. 15.* Inprimis ſingulis menſium Kalendis Junonis parcellum, vel agnum, *Deæ* ſacrificebatur, Thom. Godvvynus *Anthology. Rom. lib. 2 ſect. 2. cap. 9.* V. infrà quoque in voce, *Rex ſacrorum.*

Reginaldus, Bononiæ Com. in pugna Bovinenſi, magnam fortitudinis & prudentiæ militaris laudem retulit, ſub Philippo Aug. *Arte enim quadam mirabili uſus erat. Fecerat namque ſibi quaſi vallum quoddam de ſagittibus armatis & conferciſſimis duplici ſerie, in modum rotæ, ad inſtar caſtri objecti, ubi pauſibus quibusdam actionis quaſi portæ, quæ reciprobatur, quatuor vel ſexviros volebat reſumere, vel ab hoſtibus urgebatur, & ſic facis ſapiſſime*, uti scribit Rigordus; veteri pugnandi more hic in uſum revoca to, de quo retro diximus. De eodem *Reginaldo* Guil. Brito *lib. 11. versu 252.*

Bolonidesq; ſibi ſimili proſſexeras arte,
Inque choris ſpeciem pedites triplicaverat ipſos;
Us, quoties veleo, per eos invaderere hoſtem;
Seque recuperare, quoties opus eſſet, in illos.

Reginula vel *Reginetta*, vulgò *Reinette*, q. *parva Regina*, ludus eſt, quem, præter *triſtracum*, cum teſſeris & calculis in tabula luſitare Galli conſueverunt. Eſt is ingenioſus admodum & multum habet artis, luditurque ſuper duodecim tantùm tabulæ punctis; in quo vincit, qui omnes adverſarii ſui calculos capit. Quod idem olim fiebat in XII. Scriptorum ludo; & hodieque, in eo genere *triſtraci*, quod *magnum* vocant. Nomen ludo ab uno ex calculis, quem *Reginulam* vocant. Salmaſius *ad Vopiſcum in Proculo.*

Regio, à *rego*, quòd, priusquam provinciæ fierent, *regiones* ſub Regibus erant, atque ab iis regebantur. Poſtea à ſimilitudine earum, in quas Orbis dividitur, majores in Urbe partes *Regiones* appellari cœpæ, quæ in vicos iterum ſubdividebantur. Tales tres primitus, quot nempe Tribus fuere, à Romulo inſtitutæ: quarum unaquæque propriam in Urbe ſedem quòd occuparet, hinc *Regionum* & eis adaptari poteſt nomen. Fuere autem hæ tres, Ramnenſes, Tatienſes & Luceres, de quibus ſuprà dictum. Tullius dein, poſtquam ſeptem colles uno complexus eſt muro, urbem in quatuor Tribus ſeu *Regiones* diſtribuit, duravitque illa diviſio usque ad Auguſtum: quem primum in certas *Regiones* vicoſque Urbem diviſiſſe, tradit Suetonius *in ejus vita, cap. 30.* & quidem in earum quatuordecim, ut Plinius auctor eſt, *lib. 1. cap. 3.* à quo non diſſentit Tacitus, qui *lib. 15. Annal.* ubi de incendio Neronano, idem tradit: quibus addi poſſunt Sext. Rufus & P. Victor, qui quatuordecim illas Urbis *Regiones* pluribus deſcripſere. Hos ſequutus Onuphr. Panvinius idem, ſed eadem ac plenius longè præſtitit, qui, quo ordine id fecerit, his verbis indicat, Hinc meæ Urbis deſcriptioni integros illos duos libellos Sexti Rufi &c. & P. Victoris inſuli, ut ajunt, ordinem ſequutus, in recenſendis Urbis *regionibus*, quos dein ex antiquus probatisque Auctoribus ſexcentis locis auxi. In eis autem enumerandis, quæ per ſingulas regiones erant, eorum ordinem non admiſi, ſed quandam mihi commentus ſum rationem, quam is tradendis rebus commodiſſimam eſſe exiſtima vi, ut facilè legentes cognoſcere poterunt. Primo enim loco *Regionis* trado nomen, dein montes, inſulam, Via nita Urbem, ri vos, aquas, ſi quæ eam pomœria cingunt, vicos, Vicomagiſtros, Curatores, Denuntiatores, cohortes Vigilum, nominaque locorum publicorum vel incertorum: dein lucos, Templa, ædes, ædiculas, porticus: Janos vel æanos, atria, areas, fabricaria, lacilia, delubra: nomina cceterorum locorum ſacrorum, aras, ſigna, ſtatuas Deorum, hominum vel animalium: hippodromos, equitia, circeos, obeliſcos, ſtadia, factionum ſtabula, theatra, Amphitheatra, ludos, naumachias, ædificia reliqua publica, incerta, fora, ſacraria, baſilicas, regias, comitia, ſcripta, carceres, reliqua ædificia prophana, caſtra ſive ſtationes, campos, hortos, ſcholas, tabernas, anas, thermas, balnea, lymphea, nymphæa, lavacra, lacus, fontes, Bibliotheeas, arcas columnas, ſeptizonia, ſepulchra, emporia, macella, horrea, piſtrina, domus, inſulas & poſtremò *Regionis* ambitum, quem ordinem ſequi decrevi. Hæc ille. V. quoque infrà in *Regionarius*. Sed & *Regio*, pro territorio, apud Sæculum Flaccum, *Regiones autem dicimus, intra quarum fines, ſingularum Coloniarum aut Municipiorum Magiſtratibus, jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas. Ἠγέσεις τῶν πόλεων* vocat Euſebius *in Epiſt.* Sabini Præfecti Prætorio Latina, quam Græcè redidit. Hodie *banleucam* vel *bannileugam* vocant Galli, ut ſuprà in voce hac vidimus. Hinc tractus ille, qui urbi Romæ circumjacens, ſuberat jurisdictioni Præfecti Urbis, & usque ad centeſimum lapidem extra Urbem ſeſe extendebat, *Urbicaria Regio* dicitur, in *Cod. Theodoſ.* Item *Roma Regio*, in lapide antiquo.

POLLIO. IULIO. CLEMENTIANO
SUBVENTORI CIVIUM
NECESSITATIS. AURARIÆ
DEFENSORI. LIBERTATIS
REDONATORI. VIÆ. POPULI
OMNIUM. MUNERUM. RECREATORI
UNIVERSA. ROMA. ROMANA
STATUAM. COLLOCAVIT
CURANTE CL. PLOTIANO.

Ubi *univerſa Romana Regio* & *univerſa Urbicaria Regio* idem eſt; quo nomine ἡ πᾶσα ἀστικὴ καὶ τὰ πέριξ τῆς Ῥώμης intelligitur. V. Salmaſium *ad Treb. Pollionem in XXX. Tyrannis*, *ubi de Tetrico Seniore.*

Regio Annonaria, V. ſuprà in voce *Annonaria*

Regio Cœli, Favorino apud A. Gellium, item *Limes Cœli*, dicitur quod κατὰ τοῦτο vocat Dionyſius Uticenſis, *partem cœli* Plinius, *cardinem* Latini inferiores. E' quibus *Regionibus* ſeu plagis Cœli IV. (tot enim earum ſunt) Antiqui IV. Ventos Cardinales eduxerunt, uti videre eſt apud Salmaſium *ad Solinum pag. 1239.* ubi plura hanc in rem.

Regionarius, apud Blondum *Dec. I. lib. 5.* Sed priusquam Pon ifex (i. e. Sylverius Papa) reſpondere poſſet, acceſſerunt ſatellites, qui, pallio detracto, cucullum illam Monachicam in ſuo duerunt; tunc egreſſus ad Sacerdotes Clericique Joannes Sub diaconus *Regionarius* primæ regionis & alii factionis ſuæ Clerici, Vigilium proclamarunt in Romanum Pontificem ſubro gatum: aliter *Regionalis*; titulus in Eccleſia Romana, à ſeculo V. Notariis, Diaconis, Subdiaconis & Defenſoribus tribui ſolitus; à *Regionibus* Urbis Romæ Eccleſiaſtici ordinis, quas numero VII. fuiſſe, quarum unaquæque Diaconos Regionarios habuerit, quibus cujusque Regionis Acolythi per manum Subdiaconorum Regionalium ſubditi fuerint, habetur in *Ordine Rom.* Sed & *Regionum* mera ſecundùm hebdomadæ vices ſie fuiſſe diſtincta, legitur *ibid.* Primâ enim feriâ Paſchæ miniſtrabat Regio tertia: ſecundâ feriâ, Regio quinta: feriâ quartâ, Regio ſexta: feriâ quintâ, Regio ſeptima: feriâ ſextâ, Regio prima: Sabbato, ſecunda Regio. Ergo unaquæque Regio ordines proprios tam in proceſſione, quàm in Eccleſia habebat: & nullus in aliqua deſignatus, à miniſterio Pontificis, ſine ex communicationis vel animadverſionis ſententia deeſſe poterat. Cui vero ex præfatis dignitatibus *Regionarii* titulus non competierit, quærunt Viri docti, V. Car. du Freſne *in Gloſſario* & Macros Fratres *in Hierolexico*, ubi & *Correpiionalium* meminere, *ex can. leg. 16. queſt. 1.*

Regiſtoria, in *Regula* S. Cæſariæ Virg. *cap. 26. Quod habueritis, reponite & claves de arcellis vel proſſoriolis veſtris* Regiſtoria *tenete*: officium eſt Sanctimonialium, in Eccl. Rom. ſicque dici.

dicitur Monialis *depositaria*, *apud quam deponitur Monialium pecuilium*, *ne sint proprietariæ*, ut ait Dominic. Macer in *Hierolexico*. Car. du Freine habet, *cui* Regestii *seu thesauris Monasticis cura commissa est*. Regesti enim voce, thesaurum nonnunquam, seu fiscum, quo *regerantur* pecuniæ, venire ait, ex Prudentio *adv. Symmach. in S. Romano*,

Aurum regestum nonne sarni ac quiritur?

Regnorum Liber, Tertulliano, Cypriano, Augustino, Lucifero Calaritano, Aliis, passim dicitur, qui aliàs *Regum* liber, V. quæ diximus de *Regum Libris*.

Regnator, apud Papinium Statium *lib. 4. Syl. 7. versu 5.*

Tuque regnator Lyricæ cohortis,
Da mi spatium loquendi curæ vacui,
Si tuas cantu Latio sacravi,
Pindare, *Thebas*:

Rex est: quemadmodum eidem *Carm. sap.* Alexander *Pellæus Regnator* dicitur. V. Barthium *ad d.*

Regnum, adde: Polybius à Monarchia sic distinguit; ut *Monarchiam* dicat, si quis robore corporis & animi virtibus præstans sibi ipsi Imperium & Principatum alicujus populi sumat & obtineat, sine voluntate Populi consensu: *Regnum* verò, cum subditorum voluntate ac consensu summa potestas uni alicui conceditur *lib. 6.* Isidem, quomodo è Monarchia *Regnum* oriatur, pluribus edisserit. Apud Romanos, defuncto Rege aliquo, Senatus à Populo accipiebat potestatem constituendæ, ad quam placeret formam, Regis. Itaque Interreges creabat, qui Virum eligebant optimum, nullo civium, factorum, aut exteriorum discrimine, quem Regem constituerent: in quem, si Senatus Populique consentirent suffragia, & adiicerent auspicia, assumebat is imperium; quod si horum trium aliquid deesset, alter nominabatur & post hunc tertius, nisi secundus ille probaretur, Deorum hominumque judicio. Et hæc quidem ratione omnes Reges, post Romulum, imperium nacti sunt, præter Servium Tullium & Tarquinium superbum, qui non legitimè ad *Regnum* pervenerunt. Romulus autem, cum nullus adhuc Senatus esset, à Populo communi consensu Rex declaratus est; qui tamen populi declarationi obtemperare prius noluit, quàm Deus auspicio certo comprobasset illam electionem: ac dein hunc morem instituit, *ne quis nisi auspicato Regnum assumeret*. Magistratumque inivit, uti refert Dionysius *lib. 2.* qui etiam addit, observatum hoc apud Romanos esse longo tempore, non solum sub Regibus, verùm etiam sublato *Regno*, in Consulum, Prætorum, cæterorumque Magistratuum Comitiis. V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 3.* *ubi de officio Regni*, *Regnig. Regnique minis addita egregia*.

Regnum, seu *Imperium vestrum*, *Βασιλεια ὑμων*, titulus erat honorarius, apud Græcos posteriores, quo illi, cùm Regem aut Imperatorem alloquebantur, uti consuevere. Pro quo infima Græcia etiam Βασιλειον dixit. Sed & *Regnum* Latinis recentioribus, corona Regis est, quo sensu vox sæpe occurrit, apud Anastasium *de Vitis Pontificum*. Sic Innocentius *Serm. 3.* de Sylvestro, *in signum Imperii Pontifex mitrâ Regno*, *in signum Pontificis*, *mitiur mitrâ*. Nempe coronâ Pontifices uti cœperunt, à tempore Chlodovæi R. Francorum, qui *Regnum* (ab Anastasio Imp. Constantinopolit. acceptum) *cum gemmis pretiosis donum B. Petro Apostolo* missile legitur, apud eund. *in Hormisda*: cujus tamen ulum nonnulli antiquiorem faciunt. Eam describunt *Acta* Alexandri III. apud Baronium A. C. 1159. de Hadriano IV. *Conscratus est —— & secundum solitum Ecclesiæ morem Regno insignitus*, *mitra videlicet & cum cæteris*. Cujusmodi diuma in Ecclesiam Constantinianeam, *Coronam* fe. cum *Mitra*, quæ caput operiret, fuse docet Car. du Freine *ad Joinvillam Dissertat. 24.* Et quidem primitus hoc *Regnum* unica corona cingebatur, quâ, quoties ad Ædis sacræ januam veniffet Pontifex, depositâ, cum mitra solum introisse, Cencius Camerar. refert in suo *Rituali*. Postmodum triplici coronâ adornatum, hinc*que Tiriregnum* dictum est, addente reliquas duas Bonifacio VIII. *ut denotaret triplex Pontificis dominium*, *Regium nempe*, *Imperiale*, *Sacerdotale*: uti quidem habet Macer. Spondanus verò ex Nic. Alemanno *de Latetan. paries.* & ex Rogerio Abbate, Bonifacium secundum solum coronam, tertiam verò Urbanum V. adjecisse, contendit. Certè Joannem XXII. qui Bonifacio fuit multo posterior, duas tantum coronas in Regno gestasse, exipsius deposito in Avenionenti Ecclesia sito liquet. Paulus tamen II. tres pretiosissimas coronas, à suis Antecessoribus prætermissas, in Cænatico seu Regno, renovasse, ac Nicolao Beneventano Archiep. usum Triregni prohibuisse, legitur apud Car. Macrum in voce *Mitra*. Uti tur hoc Triregno Pontifex, *in maximis solemnitatibus*, *eundo ad Ecclesiam & redeundo*: *sed nunquam in divinis*; *in Ceremoniis Rom. lib. 3.* Quod cùm prima vice novo Pontifici imponit primus Diaconus Cardinalis, his cum verbis affatur: *Accipe tiaram tribus coronis ornatam & scias te esse Patrem Principum & Regum*, *Pastorem Orbis in terra*, *Vicarium Salvatoris nostri Jesu Christi*, *cui est honor in secula seculorum*, *Amen*. In eo vocem MYSTERIUM scriptam esse, sunt qui adnotent &c. Uti autem *Regnum* pro *corona* dixere citeriores Latini, sic Βασιλεια apud Diodorum Sic. occurrit, pro σἰκημα Βασιλικὸν, quod idem est, *Biblioth. lib. 1.* Ἔχουσι δὲ τρία βασιλεῖα ἐκεῖ τῶν κεφαλῶν, ἃς ἐξαμπισκίων, ἀτὶ τῷ ὄγκῳ καὶ μετὸ βασιλικὸν τοὔνομα, *Habentem vira* Regna *in capite*, *quibus significarent se & fratres & universi & maiorem Regis fuisse*. V. Car. du Freine *in Glossario*, Macros Fratres in *Hierolexico*, voce *Mitra*, & Claud. Salmasium *ad Solinum pag. 476.*

Regradatio, Græce Καθαίρεσις, pœna fuit militaris, civilis & canonica, cùm quis à gradu dignitatis dejiciebatur, V. Jac. Cujacium *ad lib. 12. Cod. tit. 17. leg. 3.* Il. Calaubonum *ad Aug. Suet. cap. 24.* Henricum Valesium *ad Ammianum lib. 15.* Gregorium M. *lib. 1. Epist. 8.* Alios. Car. du Freine *in Glossario*, inter Monachos etiam locum habet quid obtinet, si quoq; hic *passim*. De militari ut pauca addam, in militia Rom. post quinque loco, quem obtinebat in matriculis dignitas, *degradatio* fuit; ac ut quisque fortiter fecerat, aut flagitium admiserat, ita vel præponebatur aliis, vel postponebatur. Infimus gradus erat tironum, militam auspicantium & caligatorum, quibus omnia fere incumbebant militiæ munia. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid admiserant, ii *regradatione* puniebantur, siebantque ut ab ilo ordine, in quem promoti fuerant, pro beneficiariis munifices: uti de iis, qui apud Cannas Remp. deseruerant, postmodum à M. Marcello in expugnatione Syracusarum adhibiti, apud Val. Maximum legimus. Sic Augustus Centuriones, ignominiæ causâ, cum decimpedis stare, & cespitem portare, quorum usus in rabernaculis conficiendis, aliisque militiæ muneribus obeundis multus fuit, justit apud Suetonium *d. l.* De canonica, V. inprimis *supra*, voce *Remotio*.

Regula, Græcè Κανὼν, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 6. vers. 593.* ubi de Cursus certamine:

Jam vult aiq. agmen summisis regula limen,
Corripuere leves spatium ——

rectus est vectis, qui demissus transvertim eo loco, quo procursurî consisterant, facibat, ut, ad eum firmato aut compolito pede consistentes, æquo fpatio cursum orsierntur. Qua de re nemo clarius Papinio locutus est hoc loco, quem illustrarunt, adjectis aliorum Scriptorum locis, Petrus Faber *Agonistic. lib. 2. cap. 7.* Lipsius *ad Senecam Epist. 12.* & 49. fuperutumque verò Salmasius *ad Solinum pag. 923.* V. quoque infra, in voce *Regulus*: item ubi de *Hermulis ædificiis*. Sed & de pertica, quæ metandis agris callusque, apud Romanos, olim publice fervicbat, vox occurrit, apud Salmasium *ad Solinum pag. 682.* V. quoque *supra*, voc. bus *Decempeda* & *Perica*. De canone seu *regula*, quæ appositis plumbum dirigebat, ad rectas lineas præscribendas, quibus scriptura ludiceret, egerunt *supra*, voce *Præductus*, item *Plumbum*. Porrò in re Cartaria, *Regula* seu Καὼν Græcis dictus est rutulus seu fcapus chartæ, h. e. charta in rutulum seu volumen complicata. Unde verbum κανακίζειν, apud Hefychium, *menjuram exequare*: & κανάκιζε, pro eodem, apud Epiphanium *de Ponder. & Mensur.* Nempe iftiusmodi chartæ volumen, baculi crasi rotundi fimillitudinem præ se ferebat. Dicere autem κανόνα Græci *baculum rectum* vel *regulum*, hinc*que* & textoris instrumentum licio involutum & chartarum volumen. Hefychio κανονὶς dicitur, Ἐπιστολὴ, ἢ τὸ διπλοῦν γραμματεῖον παρὸ τῷ ἀγνωσθέντι λαμβάνειν τὸ κανονὶς ἐν τῷ καυσῶνι, *Epistolæ*, inquit, *vocabulum*, *qui Judiciales libellos à Judice accipiebat & in scapum seu volumen compingebat*, &c. Idem Salmasius *ad Vopiscum in Firmo.* V. quoque infra, in voce *Scapus*. In Ecclesia Rom vox quandoque Leges denotat, Ordini cuique religioso, à fundatoribus præscriptas: nonnunquam pro Necrologio accipitur, & *in Regula inscribi* idem valet, ac in *Necrologio*: quòd in omnibus fere Monasteriis, maximè Benedictini Ordinis, idem Codex & Martyrologium, & *Regulam* & Necrologium continetur, & ex iis quotidie in Capitulo aliquid Monachis prælegeretur; ex Martyrologo o quidem, ut oratio Sancti diceretur, ex *Regula* verò, ut memoriæ mandaretur, & ex Necrologio, ut pro defunctis hac die tum Monachis, tum aliis, in societatem beneficiorum adscitis, oraretur. *Capitulare* Aquisgran. *a. C. 817. cap. 69. Ut ad Capitulum primitus Martyrologium legatur & dicatur versus*, *deinde* Regula, *aut Homilia quælibet legatur*. Et quidem, quod *annotationem nominum in Regula* attinet, refert Cardin. Bona *Rerum Liturgic. lib. 2 cap. 14. num. 2.* in Monasteriis viginille hunc morem, & in plerisque adhuc manere, ut mitterent filii invicem fratrum, amicorum & benefactorum, defunctorum nomina, ut Diptychis inscriberentur: postquam verò Diptychorum usus defit, in libro, quem *Necrologium* vocabant, ea describpta, & quotidie post lectionem Martyrologii, ex ipso Codice, eorum nomina lecta, qui ipsâ die obierant, simulque pro ipsis Psalmum *de profundis*, cum oratione competenti, decantari solitum &c. apud Carol. du Freine *in Glossario*. V. quoque Macros Fratres *in Hierolexico*. Cl. Sutcrium *Thesaur. Eccl.* voce Κανὼν, & plura de hac voce *supra*, in vocibus *Canon*, *Canonicus* &c.

Regulæ Cancellariæ, norma funt Judicii Romani in judicando, valentque per vitam cujusque Pontificis, cum eo verò mo-

Merlinus *Decif.* 192. *num.* 4. &c. Gomesius *ad Regul. Cancellariæ Præem. fol.* 8. *pag.* 1. *in fin.* Eas sequens Pontifex, pauciſſimis immutatis, initio creationis ſuæ iterum proponit, teſte Car. Emanu. Vizzanio *Tract. de mand. Principum, in Prolegom. num.* 7. Unde Edictis Prætorum eas comparat Franc. Florens *ad tit. de Reſcript. Prætor.* An leges ſint generales, an particulares, late idem Gomeſius diſquirit *ad d. Conſtitut.* ſed tantùm particulares eſſe, & Curiam ſolùm Romanam tangere, extra verò eam non obligare, docet Albericus Gentilis *de Libr. Jur. Can. cap.* 3. *pag.* 52 ubi addit, Conſtitutiones Marchiæ Ancontanæ, quæ *Regulariæ* appellantur, jus generale facere in Statu Eccleſiaſtico, extra eum autem non valere. Auctor *Regularum* harum Joannes XXII. fuit, ut Lud. Gomeſius teſtatur *d. l.* ubi ait, illud ſatis competere, quòd Regulas Cancellariæ à Joanne XXII. initium & originem habuiſſe —— nec ante ipſum alius ſummorum Pontificum »inveniri, qui hoc priùs tenta verit —— Licèt enim ante tempora »illius, Vicecancellarius, Scriptores & Correctores literarum jure »conſtituti eſſent, nihilominus *Regulæ Cancellariæ* nondum compoſitæ fuerant: ſed primus omnium Joannes XXII. tanquam »bonus domus ſuæ Paterfamilias eas introduxit. Nec ſolùm *Regulas*, ſed etiam, ut rem anguſtam domi juvaret, beneficiorum electivorum reſervationes & taxas, quibus æſtimarentur, »invenit. Collegium quoque Scriptorum Apoſtolicorum, antea ſi»ne ordine vagans, numeris diſtinxit —— Hoc »beneficiorum annatas —— in uſum revocavit —— Roam novis »ſalubertimis ſtatutis ornavit, quæ hodie apud nos etiam ſervantur, & quotannis initio audientiarum publicè leguntur. Et »in ſummâ, ille primus adminiſtrationem Juſtitiæ, cujus Vice»cancellarius caput eſt, quæ in *Regulis* & Rotæ ordinationi»bus conſiſtit, invenit. Quæ quidem officia, ſucceſſores Pon»tifices indies magis propagarunt. Num quod ad Regulas attinet, Joannes XXII. in ſuis Regulis hoc tantùm egit, Abbre»viatores inſtruere, videlicet quomodo literas in Cancellaria, »extra ſupplicationum varias ſignaturas, deberent expedire; »quas ſummâ Pontifices deinde magis auxerunt, usque ad tem»pora Nicolai Papæ V. qui omnium Pontificum primus Præ»deceſſorum utiliores Regulas colligens, ac plures alias judicia»les addens, eas omnes in eo ſtatu, in quo nunc reperiuntur, »redduxit. Quem ſucceſſores usque in hodiernum diem, pauci»s additis vel immutatis, in eo ſequuse ſunt ſequuti. Totius hu»jus harmoniæ laus Joanni debetur —— Et paulò pòſt, illud ad»men est omnibus ſeculis memorandum, quòd primus omni»um Cancellariam & Vicecancellarii dignitatem ac Rotæ tri»bunal illuſtravit, quæ ſunt duo in Urbe luminaria & Collegia »præſtantiora. Nam tres ſunt gradus dignitatum principalium, »in Urbe, poſt Papam: Prima eſt Vicecancellarii, qui adminiſ»trationem Juſtitiæ, Regularum Apoſtolicarum, ac Conſtitu»tionum tutelam & cuſtodiam tenet; circa cujus poteſtatem »ſpectales *Regulæ Cancellariæ* conditæ ſuerunt. Et mult. ex »Doctoribus multis de illo notabiles tractatus ſcripſerunt. Se»cunda dignitas, eſt Camerarius —— Tertia, majoris Pœni»tentiarii —— Primam ad lucem reduxit Joannes: Secundam »Eugenius auxit: Tertiam Benedictus XII. in lucem produxit &c. Hactenus Gomeſius, qui *Regulas* has *Cancellariæ* Commentariis illuſtravit. Plura V. apud Gerh. von Maſtricht JC. *Hiſt. Juris Eccl. num.* 373. & *ſequentibus*; cui, ſi placet, adde Beſoldum *de Libris Juris pag.* 47. ſeu *cap.* 8. *fub finem.*

Regulare Æs, Græcè ἔγγραφον, V. ſupra in voce *Æs Regulare.*

Regulares, in Eccl. Romana, Religioſi dicuntur, de quibus V. ſupra in voce *Canonici.* Apud Anaſtaſium *in Vitis Pontificum* paſſim, inprimis *in Leone III Facis & columnas argenteas ſex* —— & regulares *duos ex argento puriſſimo* —— *Atque* regularem *ibi ſuſperinveſtitum ex argento puriſſimo & ſuper ipſum regularem poſuit arcum & gammadias ex argento* —— *nec non & imagines tres* &c. Bulengero & exco Ludovico de Cerda, ſunt vi gelignææ aut æreæ, quibus vela adducentium retinebantur. Sed quia *Regulares* hîc dicuntur ſuſtinuiſſe imagines, aras, aliaque ornamenta, ad quos appenſa interdum vela, quæ etiam imagines ibi ſtantes velarent; mavult Car. du Freſne fuiſſe, quæ Græci κίονα vocant, *cancellos ſuſtites* Leo Oſtienſis: cùm etiam ad cancellos Altaris vela apponerentur. Versùs Presbyterium enim fuere, quo fere loco *Rugæ* erant, h. e. viæ in Æde ſacra, ante Presbyterium, quâ in illud pergit Pontifex ſacra facturus. V. Car. hunc du Freſne in *Gloſſario & Diſſertat. Ædis Sophianæ num.* 70. Pro Bulengero verò ingeniosè facit Ducas, apud eundem Anaſtaſium *in Hadriano Papa*, *Vela pendentia in regulari ante imagines*, adducibus à Dominic. Macro *in Hierolexico*, qui iſtiusmodi *Regularem* ſeu *Regulam* Italicè *ferro da portiera* dici, addit. Quid verò ſit *Regulia aris* vel *ferri*, diximus ſuprà ubi de *Æve Duſtili.* In Chronologia Eccleſ. *Regulares*, alii *Solares* iunt, alii *Lunares. Regularis Solaris* numerus eſt invariabilis (unde nomen) datus Menſi, qui *concurrensi* adjunctus declarat, quâ feriâ ſeptimanæ quilibet dies intret, cujus fuerit Regularis. Habent autem ortum hi Regulares à Martio, & hodie, Scaligero judice, ſuperflui ſunt; cùm via ad inveniendum ferias longè expeditior ſit, per Cyclum Romanum, ſeu per literas Dominicales. *Regularis Lunaris*, numerus itidem invariabilis eſt, datus Menſi, ad inveniendum Lunam, in Kalendis ſingulorum Menſium. Qua de re V. quæ ex *Gul. Alb. Victorino* affert Car. du Freſne *Gloſſar.* plura v. hanc in rem apud Scaligerum *de Emendatione Temporum lib.* 7. *pag.* 749. & 777. Addo ſaltem verſus huc facientes, ex priore,

Quem ferias numerum ſigna verit F. elementum,
Ille ſit illa tibi concurrens illius Anni.

Vel ſic,

D. capias ternos, F. unum, Elige quaternos,
A. ſex, F. binos, G. ſeptem, li. quoque quinos.

Regulatores, in *Compoto* Theſaurariæ Bononiæ urbis in Italia A. C. 1364. apud Eundem, dicti ſunt Rectores Communiarum, qui viz. Republicam componunt, adminiſtrant & *regunt.* V. quoque ſuprà in voce *Rector.*

Regulii, apud Ammianum *lib.* 18. videntur eſſe Reges, qui potentioribus Regibus obnoxii erant, quosque Græci recentiores Ῥηγας dicere, ad diſtinctionem τῶν Βασιλέων, quâ voce Imperatorem ſolùm, & celebriores potentioresque Reges, appellare conſueverunt, uti videre eſt ſuprà, in voce *Baſileus.* In Conciliis Anglo-Saxonicis, *Regulus* Comitem, *Subregulus* Vicecomitem, aliquando verò & Comitem, imò & Comite potiorem, Saxonice *half kinig*, id eſt, *Semiregem*, denotat. Sic in *Charta* quadam vet. Wigornienſis Eccleſiæ, ſubſcripſere, *Offa Rex Merciorum, Milfredus Wiltorum Epiſcopus, Ethre Regulus* (Wicciorum) *Aldredus Sudregulus frater*, ubi Regulus *Comitem* notat. Alibi tamen *Subregulus* pro Comite, accipi videtur, ut apud Florentium Wigornienſem *A. C.* 1066. *Haraldus Godwini Ducis filius Subregulus.* Ubi *Subregulus* idem videtur eſſe cum eo, quem *Vice Regem* hodie appellamus. V. Seldenum *de Titulis Honorariis pag.* 603.

Regnii, pro talis. Coel. Rhodiginus *lib.* 20. *cap.* 27. Vett. tribus eſſeriis, quatuor verò talis nos ſuſſe, cùm luderent, hosque nonnunquam *Pulturios Regnii* ſe, appellari conſueviſſe, tradit. Rationem reddit Hadr. Turnebus *Adverſar. lib.* 5. *cap.* 6. *quia*, inquit, *pro numeris* (ſeu punctis, quibus eſſeræ notatæ erant) *effigies animalium habebant, aut militarum aut Regulorum.* Et quidem, quod de Vulturiis uterque docet, confirmatur illo Plautino *Curcul. Act.* 2. *Sc.* 3.

Tace parumper, jacit Pulturios quatuor.

De *Regulis* verò, dubitat Godwynus, exiſtimans, cùm *Regulus* Latinis idem ſit, quod *Baſilicus* Græcis, talorum jactum fortunatum, ſicut *Venerem*, ita & *Baſilicum*, adeoque Latinis *Regulum*, vocitatum eſſe. Certè Lipſius *Antiq. lect. lib.* 3. *cap.* 1. pro uno eodemque ſumit *Venerem* & *Baſilicum*, auctoritate ni xus Horati & Plauti, quorum is jactum talorum, quo priſco more *Modimperator*, ſeu *Rex convivii*, eligebatur, *Venerem*, hic *Baſilicum* vocat. Ita namque Horatius,

Venus arbitrium
Dicet libenti.

Plautus *Curcul.*

Jacto Baſilicum, propino magnum poculum.

V. præfat. Thom. Godwynum *Anthol. Rom. lib.* 2. *ſect.* 3. *capite* 13.

Regulus, ſeu *Baſiliſcus*, Hebr. צפע, *ſiſpha* vel צפעוני, *ſiſponi*, Iſidoro *Bibliſt.*, quòd *ſibilo occidat, antequam vel mordeat, vel exuras*; Avicennæ in *cap. de Speciebus ſerpentum*, eſt de prima ſpecie ſerpentum, *quorum venenū vis tam intenſa eſt, ut mors à tempore morſus non differatur ultra tres horas*, *neque ulla ſit curatio.* Seu, de ſpecie *ſerpentum ſurdorum & ſibilatorum*, hoc eſt, eorum, qui vel ad cantum Magi incantatoris videntur obſurdeſcere, ſive quibus non magis afficiuntur, quàm ſi ſurdi eſſent; vel etiam τοῦ ἐπαοιδοῦ ἀδίαφορα, *Incantatori vecanum*; ita ut in illos irritæ ſit incantatio, qua de re diximus ſuprà, ubi de *Aſpide ſurdâ*, nec non in verbo *Recantare.* Eum cerè non morſu ſolùm, ſed viſu etiam & ſibilo nocere, idem tradit, idque *usque ad ſagittæ jactum.* Longitudinis eſt unius ſpithamæ, ſeu trium palmorum minorum, quorum quisque quatuor digitorum eſt. Nicander *Theriacon verſ.* 398.

Ἐκδύσῃ, ὅτι τοῖο δύσις ὄφεος μάκρος τε καὶ ἶβις.
Exuvias eſt, *ad tres palmos habet longitudinem &*
(creſcendi) *impetum.*

Proprium ejus, quòd *ſtatu adverſi* : in Ægypto frequens, ut & in Lybia ac Cyrenaica regione &c. de quo multa V. apud Sam. Bochartum *in Hieroz. Part. poſter. Lib. III. cap.* 9. & 10. ut & ſuprà, in voce *Baſiliſcus.*

Regnum Filii, diverbio ſolenni olim univerſi Iſraëlitæ *dicti* ſunt, ob ſingularem generis & Reip. ſanctioris dignitatem nobilitatemque. Undenon ſemel occurrit in *Talmudicis* illud R. Simeonis velut vulgari uſu atque exiſtimatione notiſſimum, *Univerſi Iſraëlitæ ſunt Filii Regum.* Sic in *Miſnaïa. Sabb. cap.* 14. §. *ult.* & in *Gemara* Babylon. *ad tit. Baba Metzia*, *cap.* 9. Cujus diverbii ratio ſeu anſa huiusmodi eſt. Ubi diſputatum de obſervatione Sabbathi, quæſtio intervenit: Utrumne Judæo liceat eo die liquoribus aut oleo ſe perfundere ſeu tingere? Qua de re *Miſna*, *Cui*, inquit, *dolent lumbi, ei nec infundere li-*

tes (Sabbatho) *vinum aut aceum, at vero oleum licet. Modo nemo minimè oleum illud sit voluptatis causâ ; & oleo illo diebus profestis imbuere soleat. At vero respondit R. Simeon, Universos Israelitas esse filios seu Liberos Regum.* H. e. tales haberi ac nuncupari &c. Atque huc referendi videntur quidam Dominum noſtrum, apud Matthæum *cap. 17. verſu 24.* ubi tum acceſſiſſent ii, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixiſſent, *Magiſter veſter non ſolvit didrachma?* ipſique mox Chriſtus intraſſet in domum, quæ fuit ex ipſo, *Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον, ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ; accipiunt tributum aut cenſum, à filiis ſuis, an ab alienis?* V. Johann. Seldenum *de Jure Nat. & Gentium juxta Diſciplinam Ebræor. lib. 6. cap. 18.*

Regyrasii, apud Cæſarium *lib. 4. cap. 44. Quam ——— ſaroves in textu ſuo ponentes & principium Evangelii Sancti Joannis ſuper eam legentes, manè regyrasam invenerunt* : eſt, cubito innixa. Qui enim cubito innititur, incurvari ac *regyrari* quodammodo cogitur. Dominic. Macer *in Hierolexico.*

Rei conſeſſi, *ligantur*, id eſt, pœnâ tenentur eique obnoxii ſiunt. Unde illa apud Comicum locutio, *Audin' tu, hic furti te alligat*, i. reum te furti efficit ; furem te manifeſtarium probare intendit. Nempe uti innocentes abſolvuntur, ſic *Rei* ligantur. Quod in Foro quoque conſcientiæ obtinet, & in Regimine Eccleſiaſtico. Ibi enim pœna delinquentibus pro noxia, *ἀπόλυσις* eſt, *ἢ ἀφορισμὸς ἀπὸ Ἐκκλησίας καὶ κοινωνίαν ἁπάντων*, cujus rem. pus ſtatuitur, pro peccati qualitate & pœnitentia ejus, qui deliquerat. Unde tota ligandi & ſolvendi poteſtas, quam Dominus Apoſtolis ſuis reliquit, pendet. *Ligantur*, qui, propter aliquod delictum, Eccleſiâ ejiciuntur ; rurſus ſolvuntur ligati, quum peracta legitimâ pœnitentiâ Eccleſiæ reconciliantur. Hinc *ἀναθεματίζειν*, *ligare* & *anathematum vinculis conſtringere*, exponunt, quod propriæ extra Eccleſiam *peſtore* ſignificat. Ad quam notionem pertinent *Reos* Regni Celeſtium, Petro & reliquis Apoſtolis traditæ : *Eademque* ratio & *ligare ἀνάπαυσιν*, ut *aperire* & *ſolvere*. Et certè, cum ſua quemque ligent peccata ; unde *ναῶν* peccatorum, apud Apoſtolum, & apud Sidonium Apollin.

Præceptum ſolvent culpâ nos perpete vinxit :

juſtum eſt, ut ſimiliter pœnarum vinculis *Rei* irretiantur &c. De iisdem, refert Kirchmannus, *eos*, legentium & arumnoſorum more, *animos* poſſidet, ex Val. Maximo *lib. 8. cap. 1.* de Gabinio reo, *Filius namque Gabinii Siſenna conſternationis impetu ad pedes ſe Memmii* (is accuſator erat) *ſupplex proſtravit : inde aliquod ſomnium proceſſu pœnæ, unde vana imperii poteſtatis eruperat. Quem tunc vultus à ſe victor inſolens repulſum, exanimo & manu amulo, homini jacere aliquantiſlo paſſus eſt, ne animilis eſſet.* V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1091. & *ſupra paſſim*, etiamin voce *Ambuſti*, it. ubi de *Pulla velte*.

Reſectiones, in *Decreto* Gratiani, ab Emendatoribus Romanis adjectæ ſunt. Cùm enim hi juſſu Gregorii XIII. Decretum repurgarent, addiderunt *Notas*, quæ ſingulis capitulis ſolent ſubjici, & *Reſectiones*, quibus docent, apud quos Collectores Canonum anteriores, idem Canon inveniatur ; quæ rejectiones in edit. Romana & Gorpore Juris Canonici Glollati in margine legun tur, in aliis omnibus, in hac parte mutilatis. Earum nota eſt *in cauſa 16. queſt. 7. cap. 35.* eſt litera *f.* in edi ſione vero Romana vel Corpore Gloſſato, numerus capitis tantùm in margine nota tus eſt : quam in tem V. Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccl. num.* 224.

Reiſſerſcheid, nomen illuſtris Fami iæ, quæ Salmenſis ſtirpis ramus eſt. Cùm enim Walramus cognom. *Pegaſius*, duos habuiſſet filios Henricum & Fridericum, ille *Reiſſerſcheidius* dictus eſt, hic reliquos Salmenſis Ardennatis Comitatus, qui extincti ſunt mortè Henrici VIII. qui agnatam Joannam Reiſſerſcheidiam hæredem teſtamento militari dixit : unde licèt gener ejus Otto Raugravius (cui tamen nulla proles ex Henrici filia Maria) Comitatum retinere vellet, A. C. 1455. in Curia Lucenburgica latâ ſententiâ eum *Reiſſerſcheidiis* reſtituere coactus eſt. Horum auctor Henricus fuit, Friderici frater, ut dictum. Ejus filius Henricus reliquos Henrici & Gertrudis Lucenburgicæ Ducis & Comitiſſæ Salmenſis, Gerlacus vero vel Gerhardus, qui *Dominus Reiſſerſcheidii* dictus eſt, & hunc titulum ad poſteros propagavit. In illis ſexto gradu Joannes, agnati Henrici teſtamento, Salmenſem in Ardenna Comitatum obtinuit, & reliquos *Comites Salmæ & Reiſſerſcheidii*, qui nunc quoque ſuperant, fevit. Eorum ſeries ab illo auctore ſeculis hæc eſt : Joannes Com. Salmæ & Reiſſerſcheidii, ex Irmgarde Dn. *de Wiedenbrugen*, genuit Petrum, qui obiit A. C. 1505. Pater ex Regina Com. Salmenſi Joannis, defunctî anno Chr. 1529. Hoc & Anna Com. Hojenſi genitus Joannes deceſſit A. C. 1556. relicto, ex Elifabetha Prine. Hennebergicâ, fil. Wernero, defuncto A. C. 1629. Huic Maria Com. Limburgia Ernefium Fridericum genuit, qui (mortuus A. C. 1639) ex Maria Urſula Com. Leiningeniî, ſuſcepit Ericum Adolfum, Mariam Sophiam Abbat. *in Eſſen*, *Freden & Borchraff* ; Erneſtum Salentinum, Annam Salomen Abbat. *in Eſſen*, Sidoniam Elifabetham, Annam Catharinam & Ferdinandum Albertum Canonicum Colon. (quæ obiit A. C 1652.) omnes *Comites Salmæ & Reiſſerſcheidii* &c. E quibus Sidonia Elifabetha nupſit Hartmanno Prine. Liechtenſtenio, & Anna Catharina Joanni Com. Friſiæ Or. & Rietbergæ : Ernefius Salentinus, duxit uxorem Claram Magdalenam (fil. Philippi Theodorici Com. *de Manderſcheid in Keyl*) maximus verò natu Ericus Adolfus nuntie ſibi Magdalenam Landgrav. Haſſiæ (fil, Mauritii Landgr. Haſſiæ in *Caſſeln*) ejus ea genuit Wilhelmum Henricum, qui obiit, Sophiam Magdalenam (uxorem Caroli Landgrav. Haſſiæ) Annam Ernefinam (quæ nupſit . . . Com. Truchſeſſio) & Catharinam Mariam Canonicam Eſſenſem. Philippus Jacobus Spenerus *Theatr. Nobilis. Europ Part. III. pag. 3. & 85.* V. quoque infrà in voce *Saxa*.

Reinerus Nicolai, navis cujusdam Zeelandicæ præfectus, pretio inter Fialcardum Hiſianum & Hauterenum Batavum, anno Chriſti 1606. mari commiſſo, cùm recedentibus reliquis certamen per integrum bidum ſolus ſuſtinuiſſet, nullâ ſpe auxilii reliquâ & fluctibus ingruentibus, cum ſuis flexis genibus Deum veniam precatus, nitrato pulveri flammam injecit, quâ 60. homines p rire. H. Grotius *Belgic. Hiſtor. lib. 15. pag.* 700.

Reinfelſia, arx Haſſiæ, ſub proprio Principe, ex Familia Haſſo-Cellana. Nactus eſt eam Ernefius fil. Mauritii ex Juliana Naſſovia ; quam illa, cum Valeriano Magno Capucino, Petro item Haberkornio D. & Balthaſ. Menzereo D. Gieſſ. excitis, colloquio habito anno Chriſti 1648. paulo poſt Coloniæ Pontificiam religionem, cum uxore Maria Eleonora Solmenſi, amplexus eſt, A. C. 1652. Fratri Hermanno, cui Rodenburgum obtigerat, ſucceſſit Pater Wilhelmus (n. 1648.) & Caroli (n. 1650.) Qui uterque anno Chriſti 1669 ille Mariam Annam Com. Lowenſteinam, hic Sophiam Magdalenam Com. Salmenſem Reiffericheidiam duxit. Quarum hæc Ventritis obiit A. C. 1676. mater Wilhelmi, Friderici & Philippi, A. C. 1671. 1673. & 1674. natorum. V. Phil. Jac. Spenerum *Sylloge Genealog. Illuſtr. in Familia Haſſiaca & Theatr. Nobilis. Europ. Part. III. paginâ* 88.

Reingravii, V. infrà *Rhingravii*.

Reinſtenii, nonnes illuſtris Familiæ, in qua memoratur A. C. 1090. tempore Henrici Lonis, quidam Henricus Com. de *Reinſtein*. Ejus proneporti Ulrico Rinſtenio duæ liberes, Henricum, fatorem Blanckenburgiorum (in quo ſorte fallitur, Blamontios in Lotharingiæ confinius cum aliis Blanckenburgiis confundens) ac Ulricum, reliquorum Comitum *Reinſteinorum* & Blanckenburgiorum auctorem. E quibus cùm ultimus extinctus eſſet, ditiones ad Bunſuicenſes partim devolutæ ſunt, partim Tattenbachiis obtigere. Series Familiæ ab aliquot ſeculis iſta eſt : Ulricus Comes de *Reinſtein*, ex Catharina Com. Lippiæ, patre ſuit Bernhardi (n. qui, jandiſtin Auguſtæ Schwvarzenburgæ) ſuſcepit ex ea filium cognominem avo. Huic Anna Com. Honſtenia peperit eidem Ulricum, qui obiit A. C. 1551. Pater ex Barbara Com. Manſeldia Ernefii, defuncti A. C. 1581. Hic maritus Barbaræ Com. Honſtenæ, ex ea genuit Martinum, qui deceſſit A. C. 1597. ſuſcepto ex Dorothea Com. Solmenſi Joanne Ernefto, familiæ ultimo, *Com. de Reinſtein & Blanckenburg.* Idem *ibid. Part. II. pag.* 81.

Relationis jus, haud minima olim Conſulatûs poteſtatis, apud Romanos, pars fuit ; cùm ſine *relatione* SC. fieri non poſſet, jus autem *referendi*, præter cum ex Conſ. cujus faſces erant, nemo haberet : licèt Conſulibus abſentibus vel prævaricantibus ac muſſantibus, *referrent* alii e principibus amplioſſimi Ordinis, puta Conſules deſignati, aut Prætorum (qui jus hoc non uterino amiſere, donec ab Auguſto in eius poſſeſſionem reſtituerentur, an. U. C. 745. poſtquam verò dictatura jactură factâ) vel Tribunorum aliquis. Poſt ſublatam libertatem, jus quidem hoc Conſulibus ademtum non eſt ; tamen & poteſtatis Imperatoriæ pars eſſe cœpit, à quo Auguſto primo hic honor decretus eſt An. U. C. 731. ut, aſſumtâ in perpetuum Tribunitiâ poteſtate, liceret ei, quoque Senatu, unam de quacunque re vellet *relationem* facere, quamvis Conſul non eſſet, Dio *lib.* 53. Exin, ampliato Principum honore, inventa ſunt ad ſimilitudinem hujus decreti, *ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ relationis jura*, h. e. ut quoque Senatu poſſent de duabus &c. rebus, quas vellent cunque, etiam non Conſules, *referre*, ut de eo ſententiæ diceretur. Exempla apud Capitolinum *in Pertinace*, cui *quartæ relationis* ; in *Mario*, cui *quintæ relationis jus* ; uti & Alexandro Sev. apud Lampridium, unà cum nomine *Auguſti & Patris Patriæ*, *jure* item *Proconſulari & Tribunitiæ poteſtate*, collatum &c. V. Caſaubonum *ad Fulium Suetonii c.* 20.

Relegati, dicti ſunt Feſto, quibus ignominiæ aut pœnæ causâ ne eſſet ſibi ab urbe Roma ad ove loco abeſſe, lege Senatusque conſulto aut edicto Magiſtratus. Idque ad certum aliquod tempus, quinquennium forte, ut videre eſt apud Cœl. Rhodiginum *lib. 10. cap. 5.* & proin maximæ capitis diminutioni, ſeu Latæ fugæ aut Deportationi, hoc pœnæ genus contradiſtinguitur. Ita eum Ovidius *de Tryſtibus lib. 2. Eleg. 1.*

Adde, quòd edictum quamvis immite minaxque,
Attamen in pœne nomine lene fuit,
Quippe relegatus, non exul dicor in illo &c.

Delatores eâdem pœnâ affectos legimus. Apud Herodianum enim *lib. 2.* Pertinax Aug. *eos Urbe exigebat.* Et Martialis *lib. Spectac. Epigr. 4.*

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper vitiis sollicitabat opes.
Tractatu est Gratulis opus, nec cepit arena
Et delator habet, quod debat exilium.

Ubi indubiè legendum,

Tadnctia est Gyaris.

Insula namque illa, ut & in illo mari pleraque, *Relegatis* civibus receptaculo fuere. Quòd autem *Exilium* vocat Poëta, abusivè loquitur: Gordianus enim demum paulo gravius in hanc hominum pestem animadvertens, Exilio illos multasse legitur, apud laudatum Herodianum *lib. 5. & 7.* V. Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 9. cap. 17.* Sed & fervi *relegabantur*, qui dominum offenderant, *in agrum*, Ulp. *l. 35. ff. de her. inst.* Ad cujus moris imitationem Livia, cata illa fœmina, inter leviores pœnas, quibus civium delicta ab Octavio castigari vult, κρίμασιν ἀστῶν ἀχρῆ quosque recenset, apud Dionem. V. Casaubonum *ad Octavium Suet.* c. 24.

Relevatio, in *Miraculis* S. Aigulfi Abb. Lerin. *cap. 6. Postea relevatio pulsatur*: hora est, qua Monachi cubitu surgunt. Hodiè nunc Galli horam pomeridianam, quâ ex somno meridiano exsurgi solet, appellant *Heure de relevée*, C. du Fresne *Glossar.*

Relevatum Opus, Gallis vocatur, torcuma οἰνοπιεστήριον, ὀνοπιεστήριον, quum imagines torc & apparentes omni ex parte, in vasc aliquo apparent. Cujusmodi erat caper ille in phiala expressus, pro emblemate, apud Satyricum *Sat. 1.*

Criminibus debens hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.

Vulgò *en Relief*: cui opponitur *en bosse*, cùm argentum cælatur figuris dimidiâ tantùm parte extantibus, quæ viz. ita adfixæ sunt vasis, ut unum tantùm latus ostendant, Græcis πρότυπα, Latinis quoque *crustæ* dictæ. Utraque *signa* & *sigilla* vocat Cicero *Actione 6. in Verr.* quæ plusquam peculis immittebantur & illigabantur, iterumque revelli ac eximi poterant. Cujusmodi extantes figuras, & extra corpus materiei prominentes, five totas five dimidiatas, ostendunt ars, *delatura*, dicta est, de qua V. *Salmas. prol.* Plura vero hanc in rem apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1046.

Relevium, in *LL.* Malcolmi II. Scot. R. *cap. 1. Et ibi omnes Barones concesserunt sibi vvardam & relevium de hærede cujuscunque Baronis defuncti, ad sustentationem Domini Regis*, in *Charta* libertatum Angliæ Henrici I. in *Charta* Theodorici Com. Flandriæ A. C. 1147. alibique, apud Car. du Fresne *in Glossario*, servitus est realis seu patrimonialis, tam ad feudum militare, quàm ad focagium, fœdans, quâ Feudatarius tenens per servitium militare, five mas, five fœmina, qui die mortis antecessoris sui justam ætatem complevit (ille nempe ɛt. hæc 14.) certam pecuniæ summam solvere tenetur. Qui verò per focam, id est, *per arraturam* tenet, quidquid annui reditus domino pendit, tantundem *relevii* nomine solvit &c. A' *relevando*. Est autem *relevare Feudum*, Gallis *Relever en Fief*, feudum ducatum vel possessoris morte in Domini superioris jus relapsum, illius consensu, hæreditario jure, prævii certæ summæ solutione, adire, seu potius in Feudi caduci possessionem à Domino immitti. Quippe, cùm ea primùm Feudorum fuerit conditio, ut non nisi ad vitam & usufructuarii utenda à Dominis concederentur, quâ finitâ, in donatorum jus rursum devolvebantur, uti diximus in voce *Feudum*: Factum postea, & sæpe, ut tacito introductum, ut illa in hæredes transirent, Domino superiore ita consentiente, pretio certo exoluto, quo mediante hæres caducum prædium *relevare* dicebatur. Et quidem *Relevium Comitis*, apud Anglos, dicebatur ad Regem pertinebat, erat olim 8. equorum ephippiis & frenis instructorum, 4. loricarum, 4. galearum, totidem scutorum, hastarum & gladiorum: præterea 4. equorum, venationi aptorum & palefridorum fræniis instructorum. *Baronis seu Thaini*, 4. equi, quorum duo sellis instructi, 2. gladii, 4. lanceæ, 4. scuta, galea una cum lorica & 50. marcæ auri. *Vavassoris seu Mediocris Thaini*, equus parentis, cum ejus lorica, helmo, scuto, lancea & gladio. *Villani*, optimum animal. *Pauperis Adscripti* seu quod debet servitium integri Militis, 100. sol. quod dimidii, 50. &c. Sed & ex peculiari Feudi singularis conditione, diversa quandoque *Relevia* sunt, nec Legi Municipali obnoxia. Alia enim debent, Releviilloco, *cyrogrillum, falcas, ferreas* aliæ, *alias accipitrem, cervum, calcaria aurea, operas &c. marcam argenti &c.* ut videre est apud Auctores laudatos Caroli du Fresne *in Glossario*: qui etiam, in plerisque Consuetudinibus municipalibus Galliæ, *relevium* Feudorum, in linea directa, non exsolvit: inaliis, relevium esse 60. solidorum Paris. pro feudo plani hominii: 10. verò librarum, pro feudo, quod *in Pariam* tenetur; at in collaterali, fere semper esse reditus annuos, addit. Apud Andr. de Iletria & Matthæum de Afflictis *in Consuetud. Neapolit.* Marinum portò de Frecciis *de Feudis Sicul. lib. 2. tit. de Relevio*, Alios, pro ture *Relevii* aut *Rachesi*, vox *Adhoa*, ut plurimùm occurrit; quæ tamen *Servitium militare* exponitur, in *Charta* Joannæ Siciliæ Reginæ A. C. 1356. quâ Margaretha Borbonia Imperatrix CPolitana, Margotæ de Novavilla, Magistræ suæ, quoddam casale concedit, *movens in capite à Curia nostra, sub certo militari servitio, seu adhoa.* V. cundem, *in hac voce.*

Relicta, in *lib. 3. Decretal. tit. 17. de ord. & vendit. cap. 4. Pranominato verò Militi, viam universæ carnis ingresso*, relicta *ejus venire contra hoc præsumpsit*: vidua est, quæ *Licta* quoque, voce simplici, dicitur in vet. *Epitaphio* in Eccl. S. Mariæ de *Sanctâ* Barensi, apud Beatillum *Historiæ Barensis lib. 1.*

Hic pia licta *jacet &c.*

V. Dominic. Macrum & Car. du Fresne *in Historicis ac Glossario.* Apud Agrimensores *Relicta loca*, funt quæ sive iniquitate locorum assignari nequiverunt, sive ex voluntate conditoris, hoceſt, mensoris relicta, limites minimè accepimus, ut habet Aggenus; eadem *Soluta* diebantur, & *in soluto remansisse*. Pingues enim tantùm agri, aut illi, in quibus culturæ exerceri potebat, assignatione dividebantur ac metabantur. Virgilius *Eclogâ 1.*

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

V. Salmasium *ad Solinum pag. 628.*

Religio, qui à Superstitione differat, docet Cic. *de Nat. Deor. lib. 2.* ubi, Majores, *inquit*, noſtri Religionem à Superstitione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, " ut sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati, quod" nomen postea latius patuit: Qui autem omnia, quæ ad cultum" Deorum pertinerent, diligenter retractarent & tanquam rele-" gerent, dicti sunt *Religiosi*, à *relegendo*, tanquam ex delegendo," deligentes & intelligendo intelligentes. Ita factum est insuper," ſtitioso & religioso alterum vitii nomen, alterum laudis. Quæ" ſententia displicet Lactantio *de vera Sap. lib. 4. cap.* 28. V. quo que Macrobium *Saturnal. lib. 3. cap. 3.* Hanc apud Romanos Senatus decretis, ſtabilitam antiquitus esse, Gellius habet *lib. 14. cap. 7.* ubi Varro, qui Cn. Pompejo Conſuli primùm designato Commentarium dederat, de officio Senatus habendi, inter alia docet, *Quibus diebus habere Senatum jus non sit, immolatoſque hoſtiam prius, ausficiatis, debere, qui Senatum habiturus esset: de tonitruque divinis prius quam humanis ad Senatum referundum esse, & quæ segq.* Omnia enim, quæ ad *Religionem* Cultumque Deorum publicum pertinerent, Senatûs decreto prius ſtabiliendia erant, cùm & maxima pars Juris divini ampliſſimi Ordinis fidei, poteſtati & voluntati esset permiſſa. Undeeſt, quòd Tertullianus refert, nullum Deum Romæ cultum, nisi qui SC. auctitus esset: Imò neque ullum Sibyllinum carmen vulgatum fuiſſe, nisi id Senatus decrevisset, tradit Dio *lib. 39.* De *Religione* autem tribusque divinis referre dicebantur Conſules, cùm prodigiis & oſtentis nuntiatis, de iis, quæ ad pacem Deorum & ad avertendas eorum iras pertinebant, vel quæ librorum Sibyllinorum monitu fieri debebant, Senatum conſulerent. Hinc Livius, de prodigiis & oſtentis, quæ ex pluribus simul locis nuntiata erant, *lib. 22. His*, inquit, *ſicuti erant nuntiata, expoſitis, auctoribusque in Curiam introductis, Conſul de* Religione *Patres conſuluit.* Cicero quoque de Marcellino Cof. *Epiſt. 1. ad Lentulum, Quod ipſiinſti vrſtore de* Religione, *& ſape jam retulit, ab eo deduci non poſſe.* V. Jac. Oſilium *Notis in A. Gellium loco cit.* Veteris autem inprimis *Religionis* tenaces fuere: Proin Servius ad illud *Æn. lib. 8.*

Hanc tanti Numinis aram
Vana superſtitio, veterumque ignara Deorum
Impoſuit:

Cautum, inquit, *fuerat apud Athenienſes & Romanos, ne quis novas religiones introduceret, & ideo Socrates damnatus eſt Athenis, & Tarquinii ex Chaldæi Urbe expulſi sunt.* Idem *ad illud ejusd. libri in fine*,

Omnigenumque Deum monſtra:

Monſtra dixit, quia nuddum ſub Auguſto Ægyptiaca ſacra Romani receperant & Varro Alexandrinos Deos Romæ colii indignatur. Sed vide illi adversantem Lucanum, cui Suetonium adde *in Auguſto cap. 93.* quò Caligulæ quoque commitatio pertinet, apud eundem *cap. 22. Et ſpecie Deorum vtendi est.* Certè Tullo Hoſtilio R. prodigio diiterre Romani, *ſuis locis ſacra non esse movenda*, apud vet. Schol. Juvenalis *Sat. 12. verſu* 61. Interim peregrinos Deos, (qui evocatis è civitatibus obſeſſis invitabantur à Sacerdote Rom. noto coram exercitu, Romam nededignaretur migrare, habituri auguſtiora templa, ampliorasque ſacrificia & magis ſolemnes cultus) sæpe Romam translatos fuiſſe constat; meminitque peregrinorum ſacrorum Feſtus *lib. 14.* cùm ait: Peregrina sacra appellantur, quæ aut evocatis Dijs, in" oppugnandis Urbibus Romam sunt conſata, aut quæ ob quas" dam religiones, aut pacem sunt petitæ, ut ex Phrygia Matris" Magnæ, ex Græcia Cereris, Epidauro Æſculapii, quæ colun" tur eorum more, à quibus sunt accepta, &c. Quod verò Athenienſes ſpectat, lex apud illos Draconis fuit, Venerandos esse

Deos

Deos atque Heroas patrios & indigenas, *secundum patrias sanctiones.* Id nim. unice observatum volebant, ne quid temere immutaretur in sacris Deorum ceremoniis, ut ait Isocr. *in Areopag.* Poëta tamen adiciti sunt & advecti Athenas præter patrios. omnium pene gentium Dii, ita ut,

Αἰγυπτίων ἀπ' ἀνδρῶν πάντων ἀπ' ἀνθρώπων ἀπ' ἀνθρώπων Ἀθηνῶν :

quod exprobrat aliquis Comicus, reclamantibus tamen plerisque prisci moris. M. Tullius de *LL. lib. 2. Novos vero Deos hic Attilopolus nec facere solemus Poëta veteris Comediæ, nec, ut apud eum Sabazius, & quidam alii Dii peregrini judicati*, è civitate ejiciuntur. Interim, nullius admittebatur peregrini Numinis apud eos cultus, nisi ex Senatusconsulto Areopagitarum, ut ex Harpocratione discimus, & Pauli Apost. historia, qui cum videretur Deos peregrinos, *ξένα δαιμόνια*, Jesum nempe & *Ἀνάστασιν*, annuntiare, *ἐπεὶ καινότομος τούτων τῶν ἀκουσθέντων ἐφαίνετο λόγων*. Actorum cap. 17. v. 19. Qui itaque ab Areopagitarum Senatu probati & publice adsciti fuerant, coli poterant, imò debebant, ut qui jam Civitatis essent, quanquam *ἐνίδιοι*, non minùs quàm *ἐγχώριοι*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 1. tit. 11.* De *Religionis*, in hominibus in officio continendis, vi admiranda, V. si placet Jac. Oiselium in *A. Gellium lib. 15. cap. 22.* Sed & *Religio* in Ecclesia Rom. dicitur Vita Monastica, seu voto, ut vulgò ajunt, Religionis addictæ. Sugerius Abbas S. Dionysii *Epist. 163. Etenim duo pessimorum amputavimus, videlicet de statuenda* Religione in *B. Genovefæ Parisiensis & nobili Comprendiensi Ecclesia*, Unde *de Ecclesia S. Martini Religionem exturbatam*, refert Hugo Flaviniac. in *Chron.* Et Ulgerius Scholasticus, deinde Episcopus Andegav. *in Epitaphio* Marbodi Epist.

Omnes personæ, quæ sunt in Religione
Ingemmare nimis planèribus & ludrymis.

Hinc *Religiosi*, apud eosdem, dicuntur ii, qui voto Religionis obstricti sunt, Anachoretæ, Monachi, Colidei &c. Guil. Brito *Philipp. lib. 1.*

Nil toga rusticola, nil frocus Religioso,
Nil fragilis sexus mulieri, nil sacer ordo
Presbytero prodest.

Et *Religiosæ*, Monaices, apud Gregorium M. *lib. 7. Epist. 28.* V. Car. du Freine in *Glossar.* & Marcos Frantes in *Historicis.* Quo modo *Religio*, prodictore Apiboviapud Ægyptios fuerit? V. Salmasium *Not. ad Solinum p. 307.*

Religio, apud Spartianum *in Adriano*, *Ad collegendam autem gratiam nihil prætermittens infinitam pecuniam, quæ ajso debebatur, privatis debitoribus in urbe atque Italia, ne provinciis verò etiam ex* Reliquis ingentes summas remisit Syngraphis in Ero Divi Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis: Græcis Λογισθὲν & Λογισμῷ δοῦναι, est scindium debiti, quod nondum Fisco erat exsolutum. De qualiberalitate Adriani V. Salmasium *ad locum.*

Reliquiæ, Græcè λείψανα, ossa illius defuncti rum, quæ post cremationem remanserant cadaver. Quippe nunquam in corpus crematum eousque sævire passi sunt, ut totum illud consumerent, sed ossa cineresque asservabant solicitè, hos quidem in tumulum aggerentes, illa autem postquam aquâ ablutæ essent & unguentis delibuta, atque linteo puro involuta, sepulchro recondentes, V. Franc. Rosseum *Archæol. Atticæ l. 5. c. 29.* Meminit earum Tacitus *Annal. lib. 8.* & Suet. *Domit. cap. 8. Monumentum, quod Liberius ejus è lapidibus templo Capitolini Jovis destinatis fieri construxerat, dirui per milites, reliquiæ* & Reliquias, *quæ inerant, mari invehi jussit.* Idem in *Augusto cap. 100.* Reliquias *legerunt primores Equestris ordinis.* Rutum illas legendi egregiè exponit, in funere Maleni, Virgilius *Æneid. 6.*

Postquam collapsi cineres & flamma quievit,
Reliquias vino & bibulam lavere favillam,
Ossa, lecta cado texit Chorinæus aheno.

Et ita Suetonius *ditto cap.* paulò antè, *Legitima pompa ossa per Sacerdotes summorum Collegiorum.* In quem finem, in pyra cremandos sic collocabant, ut cineres offaque separata manerent, neque aut ligni cineribus, aut animalium, quæ fœpissimè simul comburebantur, offibus commiscerentur, uti clarè docet Q. Smyrnæus *lib. 3.* ubi de funere Achillei. Id quod verius putat, quàm quod quidam de linteo lini absebi ajunt, Casaubonius *ad Augustum Suet. c. 100.* &c. Unum, in qua condebantur, *ferculum* vocat Tacitus *Annal. lib. 3.* Poëta,

Quod digitis quinq; levatur onus.

Eaque extra Urbem (apud Rom.) in celeberioribus vis, recondi solebat: Unde Juvenalis *Sat. 1. versu ult.* mortuos denotatarios, dicit,

Quorum Flaminiâ tegitur cinis atq; Latinâ, &c.

Erant autem magna in veneratione antiquis hæc mortuorum *Reliquiæ*, unde inconsulto Pontifice, nec refodi, nec in alium locum transferri poterant. Plinius Jun. *lib. 10. Epist. 73. ad Trajanum, Petentibus quibusdam ut ossa* Reliquias *suorum, aut propter fluminis incursum, transferre permiserem: quid sentiam, in Urbe nostra exisitis modi causes Collegium Pontificum adiri solere, te Domine Max. Pontificem consulendum putavi, quid observare me velit.* V. quoque Scholiastem Juvenalis *loco supra laud.* Inter Christianos quoque *Reliquiæ* seu corpora Sanctorum in honore semper ut de-

cet fuere, V. Gregor. Nazianzenum *c. Julian.* & S. Ambrosium *Serm. de S. Nazario & Celso.* Sic ramen, ut religiosius ita culeus minimè præberetur. Hieron. *c. Vigilantium, Quis, o insanum caput, adlignando Martyres adoravit? Quis hominem putavit Deum?* Postea vero ex adorari, pro gratiæ fontibus haberi, altaribus imponi, in Templis collocari, ac in processionibus gestari, cœpertunt. Quæ de reconciliationis Georgii Cassandri, a Ferdinando I. & Maximiliano II. Imp. ad Ecclesiæ reformationem instituendam adhibiti, *Articulus* 22. sic sonat: Legimus ad loca Martyrum, reliquias insignia, vota nuncupata, & peregrinationes *]usceptas*, quæ omnia utilia erant, cùm adhuc teneræ & certa memoria Martyrum vigerer & Deus indubitatis miraculis eos, qui mortui videbantur, sibi vivere declararet, quibus fides, quam ipsi professi erant, confirmabatur. Verùm in hæc paulatim abusus irrepsit. Nam queritur Basilius hanc consuetudinem, suo tempore corruptam fuisse & reprobrius Augustini ac Ambrosii, mos ferendi epulas ad Martyrum memorias, ac Ambrosio interdictus erat, ut apud Augustinum patet. Posterioribus etiam temporibus, memoriis Sanctorum nimium indulsum est, cùm ab impiis hominibus falsa fiducia in cultu inepto & superstitioso collocabatur, qui usus reprehéditur in Concilio Cabilonensi *can. 43.* Accesserant & alia mala, quod avaritiæ causa falsæ Reliquiæ supponebantur, ficta miracula præsidiabantur, superstitio inducebatur. Nonnunquam illusione Dæmonis, hominum superstitione abutentis, novæ Reliquiæ in dies revelabantur, qui abusus damnatus in Conc. Lugdunensi can. 62. & Conc. Carthag. V. can. 14. Hodie verò, cùm omnia Sanctorum *Reliquiis* plena esse videantur, verendum est, ne diligenti examinatione adhibitâ detestandæ imposturæ pateſant, quemadmodum in nonnullis locis factum est: ut olim B. Martino accidit, qui in loco, nomine Martyris celebri, deprehendit non Martyris, sed ſceleratî latronis, nomen, mentum. Multò consultius videtur, ut ab omni Reliquiarum ostentatione abstineatur, & Populus ad veras Reliquias colendas, das, id est, ad exempla Sanctitatis, quæ in Scripturis, vel ab ipsis Apostolis vel de ipsis extant, imitanda provocetur. Hactenus ille. Babylæ ossa primam colendis hoc modo *Reliquiis*, occasionem præbuisse, V. in voce *Babyla.* Porrò eas inter spinas deponendi ritus, occasit passim apud Scriptores Ecclesiæ Rom. Nempe, jam à primis Monarchiæ Francicæ primordiis, quotiès Viri Ecclesiastici de injuriis Ecclesiis suis illatis, à Vitis potentibus, justitiam extorquere non poterant, *Sanctorum Reliquias* & imagines, crucem quoque interdum, inter spinas depositas legimus, ut omnium hoc pacto odium in eos concitarent, ſicque eos ad rerum ablatarum restitutionem cogerent. Audoënus *in Vita S. Eligii cap. 30. Nisi ejus ornamenta tabernaculi hujus furaca reduxerit, ejusdem ſpinis ablatas faciam hanc jamium ita observari, ut nunquam ibi in hoc loco venerabis præsumat ad lectio*; ubique passim, apud Ordericum Vitalem *lib. 8.* Rogerum Hovedenum & Cuiry. Ægidium Mon. Aureæ Vallis *cap. 103.* Jo. Hoeſemium *cap. 5.* in vett. *Chartis*, apud C. du Freine &c. Quod tandem prohibitum, in Concilio Lugdun. sub Gregorio X. Sed & in prædia Monasteriorum *Reliquiæ* illatæ, ut prædatores ab iis invadendis averterent, qua de re multa congeſtit idem *in Glossario & Append.* ut & de ritu eas per vicos & provincias etiam nonnunquam circumferendi, ad corrogandas pecunias, quo Ecclesiarum indigentiæ subveniretur: Item de ritu eas deferendi, ad loca, quæ Ecclesiis cedebantur, ut hoc ritu quodammodo in possessionem eorum Sancti ipsi mitterentur: Infuper de ritu eas conferendi, cùm vicinæ Ecclesiæ vicinæ suas vicissim *Reliquias* ad ſtatum & definitum locum, cum processionibus deferebant, in pacis & concordiæ symbolum: Tandem de ritu easdem in castra & prælia ferendi: de quo altiùs V. quoque ſupra ubi de *Capella S. Martini.* Aliàs Sanctorum Martyrum Reliquiæ, in eadem Ecclesia, sub altari quiescunt, ut ex ordinatione Felicis Papæ *Epist. 2.* ad Episcopos Galliæ constat. Unde Paulinus,

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
Regia pauperis marmore crustatregit.

Cujusmodi Reliquiæ hodie sub Altaribus ponuntur, ex constitutione Concilii Tridenti. Congregat. 13. Sept. 1593. Quòd sivero ex dispensatione Pontificis celebrare contigerit super Altaribus Reliquiis carens, omittunt verba illa in principio Missæ, *Quorum reliquiæ hic sunt.* De quæstione verò, *An Reliquiæ ad essentiā requirantur in Altari portatili*, disputat Macer in voce *Altare*, quem etiam vide de ritu consecrandi Reliquias eidem sacrarum portas. Insignores verò *Reliquiæ* habentur, *caput, brachium, crus, alteque pars*, in qui Sanctus pro Christo tormenta ſit passus &c. Namque à corporibus Martyrum, ad alia quoque venitum, qua de re V. Cl. Suicerum in *Addenda.* Plura apud eundem Macrum in *Hierolexico*, & hiepassim, in vocibus *Brandeum, Canola, Cineravium, Cimeterium, Cimitium, Confessio, Encolpium, Gleba, Hierobotæ, Lipsana, Locellus, Nauſeus, Theca* &c. etiam in voce *Reduvia.* Contrà *reliquiæ* exoforum hominum post obitum ſpargere, arbore tyrannorum mos, cujus in Historia Eccl. & SS. Martyrum, Romana item, multa mentio. V. Casaubonum *ad Tiberium Suetonii c. 55.* & hic passim. Sed & idem de questione,

vett. Philosophis tractatâ, *Cur igne cremati manent reliquiæ, in sarcophago absumi non manent?* videri potuerit *ad Aug. quædem Auctoria* c. 1600. uti de mire medii ævi *ad Reliquias & Tumulos SS. jurandi* C. du Fresne ibrum *Glossar.* ubi de *variis Juramentis fpecibus.*

Reliquiæ Victimarum comburendi ritus, in Vet. Teft. occurrit Exodi cap. 12. *verfu* 10. ubi de Agnto Paschali, *Nec reliquiæ quicquam ex eo* (agni carne) *usque ad matutinum tempus fed fi quid reliquum erit, comburite.* Cujusmodi quoque fuere Leges in omnibus factis convivitis. Sic de Manna Exodi cap. 16. *verfu* 19. *Nemo ex eo quicquam reliquum usque in crastinum.* & de facrificio Eucharistico Leviticiap. 32. v 30. *Enim die illud comedetis, nec ex eo quidquam reliquum facietis,* &c. Tranfiit inde ad Gentes, uti vidimus fupra ubi de *Pridianis Dapibus.* De *Reliquiis & Cœna* V. fupra voce *Eulogia* alibique,uti de *Reliquiis convivorum*, plura apud Cl. Rittershusium *Lect. Sacr. l. 6. c. 13.*

Remedia, dicta Amuleta, apud Salmasium *ad Solinum p.* 439. Eft lutum *Amuletum*, omne genus remedii, imprimis ve dixi vetitis veteficis, *ab amolendo.* Sic *Amomum* Remedium, e fepulchris mortuorum coaquitere,ad morborum fe. Magicas fanationes, ad quas oſſa mortuorum Vett colligebant, vetat L. V. ifagothorum. V quoque Lindenbrogium *ad Ammianum pag.* 86. *De Remediis*, hominibus per fomnia nonnuquam oblatis, dicemus infra.

Rememoratrices, in Eccleſia CPoliana olim dictus eſt Cerem oniarum Magister, quo de Concilium Turonen. in *Epiſt. ad* Gregorium XV. apud Macros Fratres *Hieroléxico.* V. fupra in vocibus *Hypomnimſi;on* & *Hypomnemata.*

S. *Remigii* de Monte, *Saint Remy du Mont*, locus Gallix ſicut & S. *Remigius* de Planis , *Saint Remy du Plain* , caſtellum ejusdem Regni in Cenomanis , memoratum Ordericio Vitali *Eccl. lib.* 10. apud Hadr. Valeſium voce *Maxatum.*

Remipedæ Aves, Latinis, *Nageurs* Gracis, diuntur aves palustres feu paludicolæ, in quarum cenſum Merulas & Perdices poſt collocat Plinius *lib.* 37. *cap.* 2. *Aradias Africæ lacum Sicyonem appellas, & Crasin omnem effluentem e lacu, in quo funt aves, quas Mileagrides & Penelopas vocant.* V. fupra *Mileagrides.*

Remittere, apud Tacitum *Annal. lib.* 1. *cap.* 8. ubi narrat, ut Patres Conſcripti funus Auguſti mitu Tiberii adulati fuerint, *Conclamant Patres precibus, ad regum humeris Senatorum ferendum, Remissis Cæsar arrogantiæ moderationeſeli reuntiere in adverſando & decedere.* Nã ea vis verbi eſt,ut indicandi,concedi,ſe Cæſarem, ſed tamen poſt aliquod certamen conceſſiſſe , ut victus & expugnatus crederetur. Sic *lib.* 12. *Et Cæſar assulationibus Senatus libens effit* &c. Similiter apud Ovidium de *Arte lib.* 2.

——— *Nihil hic niſi lege remiſſum.*

Nil niſi conceſſum.

Sed & *dimittere*, vox notat , ut remiſſus adulter *l. 25. ff. ad l. Jul. de adulteriis* , & *in Faſtis.*

Incepiafq; ſeta remiſſa.

Plura V. apud Gronovium ad *Obſervationum lib.* 4. *cap.* 2.

Remmia Lex , de Calumniatoribus ; *ut Calumniatoribus pœna conſtituta juſtitia imponeretur* : memoratur Ciceroni *pro Sext. Roſcio.* Pœna autem erat in fronte impreſſa litera K. qua indicabatur, calumniatum eum eſſe. Sic enim Cic. *loco cit. Literam illam, cui vos inimici eſtis , ut etiam calumnias oderitis , ita vehementer ad caput affigens , ut poſtea neminem alium , niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.* Quidam *Remiam* appellant. Sed Paulus Manutius *Comm. in Ci. pro Roſcio, Remmiam* vocat. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 22.

Remonſtrarer, dicimant, quos alii *Arminianos* vocant, à Jac. Arminio ſectæ conditore , de quo V. ſuo loco, & plura hanc in rem in *Epiſtolis Remonſtrantium* Amſtelodami editis A.C.1660.

Remora , Græcis ἔχενὶς, *a navibus ſiſtendis* , ſeu *retinendis*; item *Naucrates* , ab eadem cauſa : Latinis aliter *Remeigo* : Plautus *Cafina* ,

Nam quid illa tam diu latus remorantur remeligines.

Piſciculus dicitur, cui naves ſiſtendi vim Vett. tribuêre. V. Ariſtotelem *Hiſtor. Animal. lib.* 2. *cap.* 14. Unde Plinius *lib.* 9. *cap.* 25. *Eſt parvus admodum piſcis , adfentia petris , Echeneis appellatur; hoc carinæ adhærente , naves tardius ire creduntur.* Idem fabjungit ut ſiſtereit naven Perſandri ; &c *lib.* 32. *cap.* 1. ſimile ait uſui veniſſe Antonio Triumviro ; ad hæc Cajo Principi. Quis verò is fit piſciculus , mire variant Scriptores. Nam, ut ibidem refert Plinius , linaci eam ſimilem fuiſſe aiebant , quæ quinquenemum Caji ſiſtiterit : ac priori loco *lib* 9. Muciánus ait , eſſe lationem purpurã. Trebius Niger eſſe pedalem & craſſitudine quinque digitorum Ælianus autem anguillæ æquat mediocri de *Anim. lib.* 12. *cap.* 45. Ut omnino videantur plura eſſe piſcium genera , quæ vim navem ſiſtendi habeant , ac propterea communi *Echeneidas*, vel *Remoræ* nomine, appellentur Quid minum? quando & quali adjectivè eã voce utitur Ælchylus *Perſe* illa verò Ælianí videtur lampetra eſſe noſtra , quam & Oppianus intellexit *Halieut. lib.* 1. Sanè lampetra (à lambendis petris dicta) naves ſectatur , præſertim recèns pice illitas , idque ut picem exſugat : quòd ſi clavo ſe applicave-

rit , etiam moratur navem. Id experientiâ comprobari, ait Rondeletius *de Piſc. mar. lib.* 14. *cap.* 4. Nam cum Romam tiremi proficiſceretur una cum Cardin. Tunnenſi, & Cardinalis fuiſſet inhibitum magnâ cum admiratione vectorum atque his in cauſam inquirentibus, deprehenſam eſſe lampetram , oreaſiſam clavo; eam captam coctamque pœnas more dedite injectæ : atque hujusce rei teſtes ſe habere ait ſoeuplettes , viros nobiles , & graves, qui una vehebantur. Objicienti omnem id excedere fidem, regeruntur Pliniana illa *lib. locoque cit. Anam vero licet, & faviana proculit , imperat furori , vereque tanta vis inſidet in corpuſculo parvo. Nigita : quod non minuta ulla , non anchoræ pondere invenerint , ita ebæ inferenas impetus , & domat mundi rabiem nullo ſui labore aut rei tendo , aut alio modo quam adhærendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus , ut vetus ire navigia.* Admiratio verò omnisest à cauſæ ignorantia. Doctiſſ. Suarezius , eam *vult eſſe virtutem mirabilem & occultam , quam ſorte adjuvet ſpecialis aliqua Cæli influentia , Metaphyſ. Diſp. 18. ſect. 8.* cui ſententiæ favet Bahilius *Hexaem. homil. 7.* & cum levibus Ambrolius *Exameron lib.* 3. *cap.* 10. Hier. Fracaſtorius *lib. de Symp. & Antip. cap.* 8. hanc rem non à *Remora* , ſed à ſaxis vim magneticam habentibus , eſſe contendit : quod rider Cal. Scaliger *Exercit.* 218. cenſens ut magneti vis ineſt movendi, ſic Echeneidi vim eſſe motu privandi. Acutiùs verusque Rondeletius *lib.* 15. *cap.* 8. quia Echeneis non eam habeat vim , niſi clavo adhæreat , colligit , non eſſe id ab occulta quadam Echeneidos proprietate , ſed à natura gubernaculi ; quòd ſe habet inſtar velũ , ut motum navis impedire queat. Nempe ecentrum motus ejus eſt in cardine gubernaculi ; unde navis impellitur obliquè, dextrorſum , ſi clavus movetur ſiniſtrorſum , contra ſiniſtrorſum , ſi is dextrorſum impellatur. Sitigitur *Remora* clavo vel puppi ſe applicet , & nunc dextrorſum nunc ſiniſtrorſum ſe moveat , propter ambiguum hunc ejus motum, etiam ambiguus redditur navis motus ; proque exiguo motu unius extremi , alterum etiam extremum atque adeo tota moles, nutat , nec progreſſi idonea eſt , vel ſi lenis ventus. V. quoque Ariſtotelem *in Mechan. quæſt.* 6. Keckermannum in *Problem. Nauı. Probl.* 11. Hug. Linſchottanum *Navig. Indic. Hiſtor. tom.* 1. *cap.* 48. Gerh. Joh. Voſſium *de Idololatr. lib.* 4. *cap.* 11. Alios.

Remoria ab Officio, Gr. *Καθαίρετης*, ut *Ἐκκλητὸς* & *Ἀναγνώστης*, Clericorũ pœna, in *Canonibus* Concil. crebrò occurrit. Formula quã ad Neſtorium uſa eſt Synodus Ephelina , cum *καθαίρει* ei indicat, hæc fuit , *Ὁ νόμος ἀναγκάζει μὲ τὸν ἀναγνώστην μὲ ἀναγορεύσω ἐπίσκοπον. Ἀνάγκη δὲ ἐστὶν ἐμὲ καθαιρεῖν ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ βαθμοῦ, ὡς ποιοῦντα ἀναγνώσματα ἐπὶ θυσιαστηρίου. Si lex , to propter impia magnanimitate 22. Junii- depoſitum eſſe & ab omni Sacro ſacrificio gradu eſſe alienum,* V. *Acta* ejus pag. 135. Aliquando , propter defectí enormitatem, accedebat *ἀφορισμὸς*, *excommunicatio*, & cum *καθαίρεσις* τὸν ἀφορίσμενον ἐξεκκλησίασε. Clericorũ tonſa. ut vocabatur. V. Cl. Suiccrum *Theſ. Eccl.* voce *Καθαίρεσις* & hic paſſim.

Remoſham, addit Mentio ejus Auctor. cap. 7. *verſ.* 43. *Imò hæjuſſit tabernaculum Moloch , & ſidus Dei veſtri Remphanis, quas figuras feciſtis , ut eas adoraretis.* Paſſim vocatur LXX. Interpr. Amoſi cap. 5. *verſu* 26. ubi eadem verba reperiuntur , *Καὶ ἀνελάβετε τὸ σκηνὸν τὸ Μολὸχ , καὶ ἄστρον τὸ θεὸν ὑμῶν Ῥαιφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε αὐτοῖς.* Quo nomine Herculem indigitatum fuiſſe Godwynus ſentit: Quemadmodum enim is *Chiun* , ex Ægyptio *Chon* ; ita enim apud hanc genremj appellatus reperitur ,Sic *Remphan*, vel *Rephan* , idem dictus eſt , ab Hebr. *Rephaim*, quæ vox Gigantes in ſacris Literis notat. Herculem autem non inepte Solem interpretantur Etuditi , qui ſub vario ſchemate ab Idololatris Iſraelitis cultus eſt. Namque idem & *Moloch* & *Remphan* & *Chiun*, & *Kemphan* & *Tamuz* fuit , aliis atque aliis ritibus , pro virturum ejus diverſitate , à gente illa , in Idololatriam maximè propenſa, colleratus. Nec deſunt , qui *Hercules* nomen ex Hebr. הַאֲדִיר בֹּכֶר *Hier ol*, id eſt, *illumina vis* omnia , deducant : uti apud Gracos *nihil aliud eſt quàm Magus* ἀπὸ τοῦ μάγειν, *Lætis gloria: qua porro alia eſt acris gloria, nisi Solis illuminatio?* verba funt Macrobii *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 20. Quid autem per *ſidus Remphanis* intelligendum ? Reſpondet Oecumenius ad *Actor. loc.* cit. probabile eſſe indigitari *ſidium* , *in fronte Moloch* idoli depictam vel ſculptam. Nihil n. apud Idololatras inſolens , Idola tymbolicis illisumodi additamentis inſignire : Quemadmodum Suctonius de Julio Cæſare , in Dorium numerum relato , ait *cap.* 88. *Credimusque eſſe , animum eſſe Cæſaris in cœlum receptũ* (loquutus autem in præc. erat , de ſtella crinita , quæ per 7. dies ab ortum ejus ſulſerat) *& cum eo ſimulachro ejus in vestibulo ædium ſtella.* Quamvis, in Cæſaris Augustique numinis vanitas , Patrum *ad Sion*, exhibet. V. quoque Plinium *Hiſt. lib.* 2. *cap.* 25. Bochartum *lib.* 1. *cap.* 42. Thom. inprimis Godwynum *de riſibus Hebr. lib.* 4. c. 2.

Remulcus , Græcè ῥυμουλκὸς, eſt, unde ῥυμουλκῶ, τὸ ῥυμουλκεῖν, de navibus, quæ *fune trahuntur*, apud Auctorem *Periplũ* Maris Erythr. Sic ῥυμὸς , *remus*: quo modo lorum tubæ vocalis Veteres, Servius auctor eſt. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1116. Cœterum *remum Copa, laſtitudinem ejus Plautus in venerem* Mil. act. 4. ſc. 6.

ad Remum damnatio , inter pœnarum , apud veteres Athenienſes , genera, memoratur Scholaſti Ariſtoph. *Ranis* ubi illos *ἐπὶ τοὺς* , *capite innutos* fuiſſe ait. Nempe qui publico judicio

cò a-

eò addicti erant: quòs etiam hostes bello captos damnabant, dextro pollice abscisso, ut hastam quidem non amplius ferre, remum verò ducere possent. Plut. in Lysandro. Aliàs ad remum mercede conducebantur Thetæ, de quibus suo loco. V. Sam. Petitum Comm. in LL. Attic. lib. 4. tit. 9. Cæterùm Remiger, erant in bireme 160. in trireme 240. in quadrireme 320. in bicere 480. in hepticre 560. in octere 640. in ennere 720. in decere 800. in viginti ordinum nave 1600 atque proportionem quinqueremis Caji Cæs. in qua 400. fuere, Plin. lib. 32. cap. 1. At juxta Polybianæ quinqueremis numerum 300. remigum, ad moderem fuere requisiti 60. ad biremem 120. &c. Tettaraconteres Ptolemæi Philadelphi erant 4000. libratis, apud Athenæum: V. supra Thalamegos, alibique passim, & plura hanc in rem apud Jac. Gronovium Epist. ad Græv. ium.

Remunerationes Sacræ, l. 20. de Palat. ac l. 1. 41. de Appell. Cod. Theodos. & Privatæ l. 2. eod. C. de Comm. V. supra, in voce Largitiones.

Renegati, dicuntur vulgò, qui, ejurato Christianismo, Mahumetanam impieratem amplectuntur. His in Turcico Imperio ad summos honores aperta via est, cùm nativi Turcæ eousque non evehantur unquam. Occurrit vox jam in vett. Charvis, & apud Rogerium Hoveden anno ad C. 1192. nec non Jovivillam, in Ludovico IX. V. Nic. Fullerum Miscellan. Sacr. lib. 2. cap. 31. Car. du Fresne Glossar. & Jo. Bapt. Tavernier Observ. Serrallì.

Remensis Pagus, vel Remensium pagus, vulgò Pts lands van Reyen, olim ditius est Brabantiæ tractus, cujus caput Antverpia vel Andoverpum, urbs ad Scaldim posita, 42. m. p. à mari, cujus tamen adeo eousque accedere consueverunt. In literis ante annos 670. datis pagus Rien & Comitatus Rien appellatur, sed prius nomen vetustius est. Decurrit per illum fluvius exiguus Nutta, vel Nuta, nunc Neta vocatus, & Liram oppidum præterlapsus Liet, Rupelà accipitur. V. Hadr. Valesius n. Not. Gall. in voce Andoverpum.

Renes Hebr. כְּלָיוֹת à libidine, cujus in renibus sedes, item טְחוֹרִים ab adipe, quo illiti inunt ac obducti: quem eorum adipem τὸν περιττὸν ἀπὸ τῶν νεφρῶν appellat Homerus Il. 9. 710. nos autem ejus variis reddit Philosophus de partibus animal. lib. 3. cap. 9. Uti verò omnium vis, eum renes pinguissimi, ita omnium animalium maximè in ovibus pinguedo exuberat. Unde renes inter partes sacrificiorum fuere, quas sibi Deus olim in Altari adolendas delegit, inprimis arietum, adipem enim renum arietum commendari leginus Ex. cap. 34. vers. 6. Sed & Meruanum, Ægyptii Pro-Regem, sub Imperio Saffahi Chaliphæ XXII. tollis ovium renibus tantopere delectatum, ut quotiescunque in mantis ejus lucidiora non essent, renunciare se non posse ii, quin manum suam, tunicæ manica involutam, in ovis ventrem inserens, renesque accipiens ac comedens, Elmacinus tradit Histor. Saracen. lib. 2. capp. 2. & 8. apud Bochartum Hieroz. Part. prior. lib. II. c. 45. ubi plura hanc in rem. Nec omittendum, quod & ille τὸν ἡγεμόνα νεφρὸν κ. τ. λ. appellat, servatorem renum ac cordium, Dominus, noster ait Apocal. cap. 2. vers. 23. De cingulo renum alibi.

Renes, vox puræ Græcæ, Salmasio ad Tertullianum de Pallio, V. infra Rhenus.

Renodatus Crinis, apud Horatium, Epod. Od. 11.

Sed alius ardor aut puellæ candidæ,

Aut teretis pueri longam renodantis comam:

idem cum cirratus. Erant autem cirrati pueri & puellæ innuptæ, apud Romanos & nodo religatam in vertice comam habebant: ut & pueri Græcorum, V. supra, ubi de crinibus Nodis.

Renovandi lautum quotannis ritus, in Curia & Regia Flaminis nunquæ dominati, nunquæ hæ nunquam non lauro coronatæ aspiciebantur, apud Macrobium, memoratur Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 12. Cujus moris ratio, ut eo velut clarissimo virtutis primio quisque admoneretur, ne quod in foribus renovabatur, in laude arsceret. Vocabant autem laurum virentem περιφανῆ Græci, uti apud Etymologum legit Car. Paschalius Coronar. lib. 8. cap. 7. quem vide, ut & supra, ubi de Lauro.

Renuca, adde: in Comitatu quidem Aurebatensi est, sicut & Blanzaiacum, in pago Tarvennensi, Blangyen Termois, sedin finibus Morinorum, non autem Aurebatum: cùm ambo Episcopum Bononiæ urbis Morinorum agnoscant, Hadr. Valesius, voce Aurebates, ut & Renuca.

Renuitæ, quasi renuentes jugum Monasticæ disciplinæ, dicti sunt Monachi vagi qui aliàs Sarabaitæ, V. ibi.

Renunculus, Gall. Renoncule, flos miræ pulchritudinis, sed odore destitutus, de quo ita Fr. Pomey, Ut primùm oculos & manum advenit, inde tenuule speciosissime, teque legi humi "serpentem ——magno cespiti esse tum primùm apud me loco. "Cauliculum quippe senfi tibi esse teneum ac mollem ——hinc "que carpsi ego te studiosè, nondum quidem tatis explicatum, "satisque comtum, splendentiamen haud absimilem carbunculo, aut ardenti sphæræ, aut glomo cereè, coccineì ex ferico "fili. Paucatum tibi diffusa ineant foliola, sph.erulam illam "venustè prætexentia. At ubi in ampullam algentis aquæ inferui "te ab extremo caule, sinum illico deducere senfim: & quas ob "volutas gremio complicatasque continebas Veris opes & Flo- "ræ gazas, recludere cœpisti atque evolvere. Proh! quantame "go tum, ex aureo illo purpureoque textili & minutis illis lo "lis, tænioloque, tam mirabili consertis opere, hausi oculis vo "luptatem &c. V. eum in Descript. div.

Renuntiatio, Quæstorum, Ædilium, Prætorum, apud Romanos, gradus habuit, Cic. pro Murena, conjuc tres potissimùm; sic Cicero primum Quæstorem se factum gloriatur pro Pompejo, in Pisonem, sive Brutì &c. Medium, in quo alii honestiores aliis, nempeut primo quisque proximus, sed omnes inprimis renuntiati discebantur, quia ante postremum. Ultimum tandem, non sine rubore & quadam quasi infamia, ut de Varinio apud Cic & Vespasiano, apud Sueton. c. 2. videre est. Fiebat autem Renuntiatio, ab eo qui habebat Comitia: item voce alicujus de Centuria, vel voce Præconis in Centuria. Theod. Marcilius ad Suet. d. 1. In Græca Eccl. Renuntiatio, ἀναγορὰ, in Patriarchæ creatione, duplex erat, μεγάλη ἀναγόρευσις, renuntiatio parva, & μεγάλη ἀναγόρευσις, renuntiatio magna, de qua utraque V. Malaxum Hist. or. Patr. & Jo. Meursium Glossar. plura vero hanc in rem hic passim.

Reordinare depositos, vetant Canones Concilii orum. Fulbertus Carnot. Epist. 25. apud Car. du Fresne in voce Ordinare, Reba "ptizationes & Reordinationes fieri Canones vetant. Propterea "depositum non reordinabitis, sed redderis & fous gradus per "instrumenta & vestimenta —— ita dicendo. Reddo tibi gradum "Spiritui —— in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Novissi "me autem benedictione latisfactibis eum. sic concludendo, Be "nedictio Dei Patris & Filii & Spiritus S. super te descendat, ut sis "confirmatus in ordine Sacerdotali & offeras placabiles hostias "pro peccatis atque offensionibus Populi omnipotenti Deo, cui "est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Repa, apud Auctorem Vitæ S. Eligii lib. 1. cap. 32. seu Reba, in Glossa. Epist. Metensium, feretri operculum, umbraculum, ciborium est. In S. Gothlaci Translatione, apud du Fresne, num. 8. Condudtis autè fabrorum & gemmariorum primoribus, elimatæ amplitudinis arisficiosè sculpturæ repam in fabricæ fastigium coustruxit, quam ex diversorum metallorum lignorumque generibus compactam, auri argentique laminis vestitam, crystallis variisque gemmis adornatam diuvis &c.

Repagula, apud Lucanum,

quamvis jam carcere clauso

Imminet foribus, primusq; repagula laxet,

Alibi,

Ast ubi pandunter fundunt, repagula currus:

Latinis dicuntur, quæ Ἑπάγυγα Græci vocant. Manilius claustra appellat,

Ut cum laxato fugerunt cardine claustra.

Erat autem ἐπάγυγον, seu ἀμφίπλαξ, uti aliter quoque dicebatur, in Stadio, regula seu linea, quæ laxabatur & aperiebatur exitu rii in stadium Curforibus. Similiter in Circo, de quo loca præcipua sonant, Ἑπάγυγα carcerum repagula vocabantur, quibus laxatis & apertis ostiis emittebantur equi. Et quidem Dionysius Circi omnes ἀναφέσεις, i. carcetes, uno tempore relcrari solitas, refert, διὰ μιᾶς ἐπαγύγου: quasi unum ac perpetuum repagulum omnibus Circi ostiis præduceretur, quo laxato omnia simul pandirentur. Sed melius, ut per ἐπάγυγον intelligat machinationem, qui Circi duodecim ostia eodem tempore pandebantur: voci enim ἐπάγυγος non unam significationem tribuunt Grammatici. In Stadio itaque, ad thatii ingressum, erat & βαλβὶς ἐύστοιχος. Βαλβὶς, linea erat in solo deprella & modicè cavata, cui insist. bant Curfores, Ἑπάγυγος, repagulum vel regula transversa, paulo altiùs à solo elata & oppolita Curforibus, quæ signo currendi dato repentè ruensin βαλβὶδα incidebat, ad cujus cavimodulum ita adtempcratè erat stata, ut decidens linea cavitatem impleret & exæquaret. Quo facto & limine conplanato in cursum se dabant ac pedum certamen auspicabantur Stadiodromiti uti docet Statius lib. 6.

Ut ruit, atq; aquum sammisse regula limen,

Corripuere iuves spatium.

Unde apud Græcos sæpe legere est, ὑστέρημα κρέσσονος, de signo curforibus ad exeundum dato. Quod probè notandum contra eos, qui βαλβὶδα & ὕστερμα confundunt. Porrò transversarium illud lignum, inter duo alia arrectaria & extantia polita, figno dato funibus laxabatur, erantque duo Hermuæ utrinque, quas ἑστηκότας ἐπὶ βαλβῖδος fuisse, ait Hesychius; aliter Aphthonius in Epigramm. 10. quem Lyclum vocat Paulanias & equo singulari viciise dicit Olymp. 131. Eosdem Hermuas ad eundem usum, in Circum tradudos esse, ex Cassiodoro conjicitur, Bissena quippe ostia ad duodecim signa posuerunt. Hæc ab Hermulis funibus semisse fabrè æquatitate pandimuur, docentes totum illic, utputatur, tonsilio pari, ubi imago capitis cognoscitur operari &c. Sed nec eadem Circi Olympiaci ac Romani ratio fuit. In Romano, equi cum curribus intra carceres continebantur, repagulis vel cancellatis foribus (de quibus V. infrà in voce Transenna) oppositis coercti, priu quam signum daretur emittendi signo misso, uno eodemque tempore laxatis repagulis, è carceri bus

bus effusi esse propiebant. At Olympiæ, emittendi currus & equi linea prætenta five funiculo cohibebantur, ne ante signum datum exirent, utque in æquo continerentur omnes, eaque linea pro *repagulis* vel foribus carceris fuit. Paufanias, Δοὰ δὲ κρηπὶς ἐπ' ἀμφοτέρα τὰ κλίτη ἀπὸ τῆς αὐτῆς πρὸς ἄνδρα ἀπὸ ὀκταπλέθρου. Ubienim ἀπὸ ὀκταπλέθρου, i. *carcerum repagula*, & fores, ibi non opus erat alio repagulo, ad equos coercendos. Sed cùm idem paulo pòst etiam τὸ ὀκταπλέθρον meminerit, in dextra ac finistri lateris oftia aperiendis, veritimile eft, priusquam ædificia eflent in Circo carceres, hujusmodi funiculum prætendi solitum, in æquo limite continendis equis. Quò Lycophron Poeta allusit verbis hifce,

Ἔγνω δ' ἄναξ βαλὼν μηχανὴν ἡνίας,
Πάντων ἀφῆκας πύκνας, ὡς πλοῦς ἄφυκτος,
Ἀπεπλ. λαξῶν δ' ὀκτάπλεθρα ἐπτὰ κἀ.

V. plura apud Salmafium ad *Solinum* pag. 915, & *feqq.*

Repagula Januarum, in *Gloffis vetuftis*, Helychio κάγκανα, κλοιὸς ἵππου, *circuli equini* vel ærei erant, qui foribus adfigebantur ad eas *ferri*, *circuli corrui

abolitas, fecuriorem luxum feciſſe. Meminit *Reportiorum* Auſonius quoque *Epiſt.* 13.

Sed ſaſtas quia ſæpe dies partimque ſepe mearum
Exactus, inq, *vicem convivia vocatus adivi*,
Nuntiis ſi forte fuit ſolennis amico
Conjugiuq, dapes & feſta Reportia Paurum
Audi vi, meminiſq, bonos laudare frequenter.

Ceterùm is dies novæ nuptæ initium erat juris, quod in familiam eſſet habitura, quam ob cauſam clavis dabatur illi, domini ſymbolum. Poſtis autem cum domo quæ marito ferret, Græcis ὄψιον dictis, à patre adibus procedebat, eodem die ad Sponſi domum : cum quibus vas quoque (cui *Camilla* nomen) à Socero, opertum illud atque opplerum minuta ſuppellectili, in quo etiam Virginis eſſet ſe crepundia. Poſtquam verò in mariti jam eſſet, ecce à patre dona iterum quæ *Επαυλια* δῶρα nominarunt. Tum claves dabantur, inſtaurabantur epulæ, ut Dion &c. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetices* l. 3. c. 101.

Repreſſalia, apud recentiores Jurecoſſ. ſeu *Repreſſaliarum Jus*, poteſtas eſt impugnandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori, pro injuriis & damnis, *l. ſi pignerationes, de injur. & damn. dat l.* 6. Cujus inventum non novum eſſe contendit Zaſius, quod Bartholus ſenſit, ſed à vetuſtiſſimis Romanorum legibus originem ſumpiſſe. Concedebatur autem, ob denegatam juſtitiam, publica auctoritate & Principis ſuperioris conſenſu, Jo. Calvinus *Lex. Jur.* Ἐπιχειρημάτων Græce, h. e. *pignorationibus Populos diverſos*; Σύλας dixit Demoſthenes *Orat. pro Coron.* & Ariſtoteles *Oeconomic. l. 2.* Σύλησιν & Ἀγωγὴν *Πίστωλικὴν* vocant, Galli etiam, ubi Regie impetrari id ſolet, *lettres Marque*. Ejus vetuſtiſſimum exemplum apud Homerum eſt *Il. λ.* ubi Neſtor narrat, ob ereptos Patri equos, Elidenſium pecora & armenta cepiſſe, ποτὶ ἑκατόμβοιον, ut Poeta loquitur ; ubi ſcholiaſtes interpretatur Euſtathius, ὡς ἀντὶ ἑκατὸν βοῶν, ὅ ἐστι ἐκλεκτῶν καὶ ἀντὶ τῶν ἀφαιρεθέντων ἀφ' ἑαυτοῦ. *Quæ in vicem aliorum prius nobis ereptorum rapiuntur.* Quo ſenſu voce invenias in *excerptis Legationum* ex Polybio 38. ubi de Achæis contra Boeotos & excerpto 223. ſequitur dein in narratione, convocari edicto ad jus ſuum perſequendum, omnes eos, quibus aliquid ab Elidenſibus debebatur, minimum, —— *Μὴ ἐκ τὸ ἐπιβραδύνειν ὀφθῶσι πλεονεκτεῖν.*

Ne quis juſſa ſibi parte careret.

Aliud exemplum eſt in Hiſtoria Rom. apud Livium *l.* 11. de Romanorum navibus, quas pro bonis Tarquiniorum Curtius Attiſtodemus, Tarquiniorum hæres, retinuit. *Famoſis, jumentis, peculiaribus retenta* dixit Balicarnaſſenſis, Ex apud Ariſtotelem, de oeconomico Cariſtagenes ex Polybio 38. ubi de Achæis contra Boeotos & excerpto 223. ſequitur dein in narratione, convocari edicto ad jus ſuum perſequendum, omnes eos, quibus aliquid ab Elidenſibus debebatur, minimum, —— *Μὴ ἐκ τὸ ἐπιβραδύνειν ὀφθῶσι πλεονεκτεῖν.*

Ne quis juſſa ſibi parte careret.

Aliud exemplum eſt in Hiſtoria Rom. apud Livium *l.* 11. de Romanorum navibus, quas pro bonis Tarquiniorum Curtius Attiſtodemus, Tarquiniorum hæres, retinuit. *Famoſis, jumentis, peculiaribus retenta* dixit Halicarnaſſenſis, Ex apud Ariſtotelem, de oeconomico Cariſtagenes ex Polybio 38. ubi de Achæis contra Boeotos & excerpto 223. S

digna ſint, quæcunque Deus creare & conſervare non dedignatur Nec minus eſt, quod in aps miremur, aut formico, quàm in ceto aut elephante: cùm hoc ipſum inprimis mirabile ſit, quòd in tantillo corpore tot animi dotes emineant. Acceſſerunt autem *Reptilia* ad Adamum ipſo quo creata ſunt, die ut colligitur ex Geneſeos cap. 1. *verſu* 25. & cap. 2. *verſu* 19. Quam in rem V. plura apud Bochartum *Hierozoici Parte prior. Lib. I. cap.* 45. & 9.

Repudium inter & Divortium, illud interfuiſſe Paulo & Modeſtino placuit, quòd repudium Sponſæ remitteretur, Divortium eum uxore fieret. Itaque *Repudii* formula fuit, *Tuâ conditione non utor*: ſicut Divortii, *Res tuas tibi habeas*. Iſidoro vero *Etymol. l.* 10. c. 8. Repudium eſt, *quod ſub teſtimonium teſtium vel per ſcripturæ vel abſenti nuntium, Divortium, diverſum à Matrimonio, alter eorum alteras nuptias ſequitur*. Unde *Repudium dicere*, item *Repudium mittere*, ſc. *abſenti*, Terent. *Phorm. Actu* 5. ſc. 8. Similiter, *Repudium ſcribere*, Tertullianus *Apolog. Per annos ſexcentos nulla repudium domus ſcripſit*: Primus enim. qui id faceret, fuiſſe legitur. S. Carvilius Ruga M. Attilio P. Valerio. Coſſ. Idem *renuntiare* dicebatur, item *mittere* vel *remittere repudium*, ut *Cæſar Cæſo Pompeiæ nuntium remiſit*: quò alludens Cicero, *Pirrhi nuntium remiſit*, *Epiſt. Fam. lib.* 5. inquit. Libellus enim *Repudii* ſæpe per nuntium mittebatur, qui vel aliquis è Libertis erat, vel Procurator. Suetonius *in Tiberio cap.* 11. *Comperit deinde Juliam Uxorem, ob libidines atque adulteria damnatam, Repudiumque eius nomine ex auctoritate Auguſti remiſſum; & quamquam latus nuncius, tamen officii duxit quantum in ſe eſſet exonerare filiæ Patrem frequentibus literis, ut vel utcunque mœrebat, quòd quid nuntium domo dediſſet, ignoraret*. Nec Martii modo mittebant hunc libellum, ſed & Patres, impudicitiâ offenſi, ut ex loco apparet: at, quanto vehementius crudeliusque Caligula, qui, ut eſt apud Suetonium *in eo cap.* 36. *quibusdam, abſentium Maritorum nomine, repudium ipſemiſit, juſſitque in acta referri*: quemadmodum puerperia in Acta publica five Cenſorum Commentarios referri conſueviſſe, alibi diximus. Libello vero contine bantur juſtæ *Repudii* cauſæ, quas prius apud Cenſores experiri moris erat: Simul nunquampotuit tabulæ dotales, reſtituebatur dos, repetebantur claves domus, ſicque ipſa exibat ædibus Mariti. V. Dempſterum *in Roſinum lib.* 5. c. 38. & ſupra in voce *Divortium*.

Repumicatio & politura gemmarum, quas frigus hirtas ac retorridas reddidit, apud Plin. *lib.* 7. c. 26. *Gemmas, ſfrigiur vetoribus hirtasque facerit*, repumicatio & *quedam politura*, ſc. reſtituit: Gr. ἀναυαίνουσι. *Repumicare* n. πάμξυλον, *deputare*, *polire*, *pumicare*. Heſychius, πάμξυλον, ξυλόξεσις & κόνις ac *nodos* idem, quod *ſcinditare* ac *pumicare*. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 519. ut & ſupra voce *Pumex*.

Repnies, pro morte, *in Inſcr.* Sabatiæ in Pannonia à Lazio editâ, *Hic poſitus eſt Florentinus infans, qui vixit annos ſeptem & requiem accepit in Deo Patre noſtro & Chriſto ejus, alibique paſſim*. V. C. du Freſne in voce *Requieſcere*, ut & ſupra in voce *Quies*.

Restuppis, inter Vett. amuleta, V. infra *Turpia*.

Reſcripti ſub flagrum, apud Caronem, in diſſuaſione de Rege Attalo & veſtigalibus Aſiæ, ſc. *Licinio Praetore remiges ſcripti ſub pontis vallum, ſub flagrum reſcripti* (vulgò legitur *conſcripti*) *veniere paſſim*: ut apud Cæſarem, *Reſcripti ad equum*, h. e. mancipati. Quemadmodum enim milites conſcribuntur, ut ſequantur & audiant ſigna: ſic ſocii navales, ut pontiſvallum (qui *malleus erat in manu portatus*, ſub *ſignum remigantibus dabatur*, Iſidoro; *perticæ paulò ſuperiùs* Douzæ) ſequantur brachia & intenti exſpectent, & ferviat flagrum, quod illos regit non minùs ac ſigna milites & pontiſvallus remiges. Hos nempe malâ fortunâ vel vitio præfecti claſſis captos ab hoſtibus, ait relatos in alias tabulas vel catalogos, nempe captivorum venalium, & ſub corona veniſſe in ſervitutem, cujus magiſtri verbera ſunt & flagella. Quo modo ſingit eos elegantèr *reſcribi* vel *conſcribi ſub flagrum*. Jo. Frid. Gronovius *Obſervat. l.* 4. c. 26. alias *Reſcribere* dicebatur Princeps, ad Epiſtolas, ut infrà videbimus: & Debitores, cùm pecuniam reddebant, ſicut *ſcribere* & *diſcribere* dicebantur Creditores, cùm credebant. Horatius *Sat. lib.* 2.

Putidius multo cerebrum eſt (mihi credo) Perilli,
Dictanti, quod tu nunquam reſcribere poſſis.

Et *ibid.* *Scribe decem Nerio: non eſt ſatis, adde Cicutæ.*

Nempe moris fuit, ut Creditores in Argentariorum, apud quos ſuas pecunias collocarant, tabulis expenſum alieni ferrent & Argentario id nomen dictarent: Debitores a. cùm eam pecuniam redidiſſent eidem Argentario, ſuis tabulis acceptum ferebant, in acceptum referre, dictabant. Unde Donatus *in Phorm. Reſcribi*, inquit, *eſt vendi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad mutationem pecuniæ antecedit ſcriptura, Reſcribere dicebant pro remutuare. Per ſcripturam, id eſt, de menſæ ſcriptura dari. Unde hodie additur Chirographis, Domo ex arca ſua: vel ex menſa ſcriptura*: V. Jo. Calvinum *Lexic. Jurid.* & infrà quoque in verbo *Transcriptio*.

Reſcriptum Principis dicitur, quo ille vel ad libellos præſertim, vel ad Magiſtratuum abſentium conſultationes, quid ſibi de ea re fieri placeat, reſpondet. Ut in *ſubſcribere* libellis, ſic *reſcribere* ad epiſtolas, h. e. *reſpondere*. Cujusmodi *Reſcripti* forma pulcherrima & paucis admodum verbis multa complectens Pii Imp. extat, apud Ulpianum *in l.* 2. *ff. uchis qui ſunt ſui vel al. jur.* Omnium artem *Reſcriptorum* ſive Civilium ſive Pontificiorum prima ac ſummisque lex eſt: *Si preces veritate nitantur*; quæ conditio etſi non ſubjiciatur, ſubaudiendam tamen eam jubet Ponitex *In c. 2. de Reſcript.* Sed & eam adjicit deinde, aut *Reſcriptum* rejiciendum, eſſe, Zenone Imp. conſtituit, *in l. fin. de div. Reſcript.* apud Imol. *de Reſcriptis Pragmaticis* Principum, diximus ſupra voce *Pragmaticum*.

Reſcuſſa, vulgò *Recouſſe*, apud Anglos dicitur tumultuoſa & violenta ereptio *arreſtati* ſeu capti, è manibus ejus, qui licitè eundem cepit aut arreſtavit; quaſi *Recuperatio*, vel potius *Recurſus*, quòd, qui rem recuperare cupit, poſt cum *recurrat*, qui illam abſtulit. Hinc clamor militaris, *à la Recouſſe* dictus, apud Froiſſardum aliosque, qui eum quis in periculo ſuis ſubvenire aptus adhortetur, continuò inclamabatur, ut omnes ſtatim ad eum recipiendum confluerent. V. Covvellum *Inſtitut. Anglic. l.* 2. *tit.* 18. *§.* 14. & plura de hac voce, apud Car. du Freſne *in Gloſſario*.

Reſecrandi ritus, occurrit apud Gorn. Nepotem *in Atchiade*, *Reſtituta ergo hinc ſunt publicè bona, ſidemque illi Eumolpide ac Ceryces rituſque reſecrare* (alii legunt, *reſacrare*) *iunt coacti, qui eum devoverant, pilæ, illæ, in quibus devotio facta ſcripta, in mare præcipitatæ ubi reſecrare, eſt ſolvere obſecratione, devotione liberare, & diras atque execrationes, quibus antea defixus ac devinctus erat, mutare precibus ac benedictione. Sacer n. homo, in L. L. Romanis, quæ Sacratæ* vocantur, *lege occurrit, pro eo, quem Germani vocant in die Achs und Vogelfrey erklärt*; ſeu pro execrando, imò potius pro eo, qui omnibus ſacris prohibitus diriſque devotus ecclieſti vindictæ permittitur. *Sacer eſto, i. e. diris & imprecationibus devotus eſto*. Sic apud Livium, Lex lata de *ſacrando* cum bonis capitis, qui Regni occupandi cauſa interfuiſſet, Tum ergo cum tabis religione & diris ſolvebatur, dicebatur *Reſecrari*. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1098. Sed & apud Iſraelitas *reſecrandatur* Imagines ac res Idolis prius ſacratæ, absque qua relecratione earum poſſeſſione & uſu iis omnimodo fuit interdictum: quod etiam intelligendum de victimis, oblationibus, inſtrumentis ac valis, veluti pollubris, ſimpulo, ara, menſa & quæ ſunt alia id genus. Quòd ſi verò hæc omnia relecrarentur, h. e. religione ſolverentur, ſic ut ſacra eſſe deſinerent, antequam in Iſraëlitæ poſſeſſionem devenirent, non aliter atque alia bona, in vitæ ſuim & commodum licitè adhibebantur. *Reſecrandi* a. facultatem ajunt fuiſſe tantummodò Gentili, qui ſic. hactenus eſſet ipſe Idololatra, non Gentili, qui Idololatriæ renuntiavérat. Nec tamen omnigenas imagines conſecratas reſecrandi ei facultatem fuiſſe, ſed eas tantùm, quæ à Gentili etiam conſecratæ fuiſſent, ab Iſraëlita nondum poſteà. Nec ipſe Iſraëlita reſecrare potuit ejusmodi five imaginem, ſive res, ſive apparatus facti partem aliquam à quocunque ſacratam: Nec poſtquam ipſe poſſederat, quis alius mortalium, ut voluunt nonnulli. Reſecrata a. Idolo ipſo, reſecrata ſimul conſequenter omnia vaſa, inſtrumenta & apparatum ad illud ſpectantem afferunt, præter victimas atque oblationes, quæ nec *reſecrationis* capaces: Vaſis v. inſtrumentis aut apparatu reſecrato, non ſimul cenſebatur reſecratum Idolum &c. *Reſecrare* nempe hic erat, non ſolùm ſiquefacere, ſeu reſecrandi animo, comminuere aut mutilare, verùm etiam, ut liquefieret ſeu confringeretur, alienare & uſibus communibus palàm addicere, juxta illud Terenti. *Apolog. c.* 13. *Domeſticos Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva; ni quis, convitus aut, contuſus eſt, dum diis colitur; ni quis, Dominus ſanctiorem experius eſt domeſticam neceſſitatem*. Quin item Idolum, quod tempore pacis coli deſiit, exinde *reſecratum* eſt, non itidem, quod tempore belli. Hoc enim *tempore pacis à colentibus neglitur ſunesti deſinit, nil frui ſas eſt. Nam* id reſecratum. *At vero ſi id fit tempore belli, eo ſic viris frui eſt neſas, quorum non ob aliam, quàm belli cauſam ſolis deſice &c.* Sed tamen ſi Gentilis, tam alienum, quàm ſuum Idolum, ita potuit reſecrare, ut uſus ejus rerumq; ei antè ſacratarum promiſcuus inde licitus eſſet, non tamen viciſſim rem alienam ita conſecrare quibat, ut inde eandem uſus fieret illicitus. Quam in rem V. plura apud eruditum Seldenum *de Jur. Nat. & Gent. juxta diſciplinam Ebræor. l.* 2. c. 7.

Reſidentes, inferiorisordinis Legati, V. ſupra *Ambaſſiator*. At *Reſidentia*, quid ſit in Eccleſia Rom. V. ſupra in voce *Perſona*, & Jac. Petitum poſt *Pontificiale Theodori p.* 442. & *ſeqq.* ubi de *Reſidentia Canonicorum* complures *Chartas* collegit.

Reſina, ut eliciatur, *τὸν πίνυκα*, *picem*, in cortice vulnerari & corticem ipſum auferri, ait Theophraſtus, quo facto *ὑγρὸς ὡς ἐν ἰσχυρῷ τῷ πίνυκι ὁ ἰὸς γίνεται*, *conſtat in vulnus abundanter humiditas*: ait in abiete & pinu. Quam ipſam deſiluri & in vulnus feindi, aut cùm arena picea multo fuco abundet, præter cæteras fit *ὑγρὸς* & *ὑπνον*, non tam'alte impreſſis vulneribus opus eſt, ut fluens ex ea *reſina* intercipiatur. Poſtquam autem humoris pici confluxus decideret in locum vulneris ac corticis ablati, cum aſtula ipſa abſcindebant fecuribus, ſ' quo abſciſſo, iterum alius tædæ fluxus eò conveniebat, iterumque excindebatur, & ſic tertiò (etiam & amplius intervallo) donec arbor ſuccifa frequentibus tædæ extractionibus everteretur. Plinius *lib.* 16. *cap.* 11. *Alia temperies ad crapulam: nam ſine ſtu crudus refrinæ cum multa aſtula tenui brevique avulſus conciditur ad criſpi nitida, dein ſer venti aquâ, donec coquatur, effundatur. Incipit expreſſum*

sum pingue præcipua vefina fit, nec nisi pauca in locis Italiæ, convenientibus Medicis. Ubi *æstuta* est, *τὸ σκατάλαμπρον*. Paulinus.

— *vicis brevis æstuta flammam* :

cum quo *ἡ τοῦ ᾳδ ὦ-ἐπιῤῥοὴ, refina confluxum* ; eximebatur. Dicebatur autem *ὄπὸ* cum hujusmodi æstuta flos refinæ excisus. Imprimis vero refinifera radix est picea, quæ pedquam fuceia accrescat arbor est, aut confuerit, ad cognendam picem ; quæ fic aliter inde colligebatur, quàm ex codice & Ramis. Qua de re V. Salmasium *ad Solinum p.* 503. &c. ubi totam colligendi refinam, ex picea alisque arboribus rationem, apud Vett. usitatam, accurate perfequitur. De usu *Refinæ* vario hic passim, inprimis ubi de *Atiphilis* cœtersique hujus commentis, plura vero hanc in rem apud Plinium *lib.* 14. *cap.* 20. & *lib.* 16. *cap.* 10. Inde *Refinata Vina*, apud Martialem *lib.* 3. *Epigramm.* 77. h. e. Scriptorem & picem valis oleniis, V. eundem Plin. *lib.* 21. *cap.* 1.

Respector, amicitiæ Insulensis. in *vet. Charta A. C.* 1238. *in Probat. Historiæ Gulvensis*, apud Car. du Freine *Glossar.* eft præfectus urbis(vel provinciæ) Belgis *Revvard*. Idem de variis notionibus forensibus vocis *Respectus*, apud medii ævi Scriptores, multa congestim *ibid.*

Respectus Templi Hebr. נכה המקדש, plaga dicitur illa, in quam orandum Judæis, eximiliter Majorum. Nempe poltionem Templi Hierofolymitani, tam antæ, quàm poft excidium ejus, imitatæ funtam Profeuchæ, quàm Synagogæ Judæorum. Unde Majmonides, *Non fieri debent ulla Synagogæ in Orientem ; juxta quod dicitur (* Numerorum *cap.* 3. *verfu* 38.) *& qui castramentatur ante Tabernaculum, Orientem versus, ante Tabernaculum Fœderis ad Orium*, in *Halach. Thephila* *leu de Orazione cap.* 11. §. 1. & 2. Adjicit, *Et confirmendum eft facellum, in quo ponunt Librum Legis, Sacellum autem hoc fole. erui debet, ut situm fit ad plagam illam, in quam precari nos eft* (d. l. *Illine.* Nimirum plagam, in quam orandum, aliam vifle, aque aliam, ex avita traditione docent Magistri. Unde, dum octo inter orandum obfervationes, neceffarias tradunt, unicam interjiciunt de *Respectu Templi*, jux ta quam, extra Terram Sanctam, orantis faciem poni volunt versus illud ; ut apud Mahumedanos, versus Meccam feu Templum ibi. Expreisè enim Mahumetes fub initia Imperii fui vetuit fuos, qui citus retinerent Judaicos, adorare versus Templum Hierofolymitanum, uti docet Gregorius Abulfarajus de *Arabum moribus* p. 10.). Ita autem intra Terram, adorabant versus Hierofol.m Hierofolymita, verùs Templi, in Templo versus Sanctum Sanctorum. Origine moris a Salemone R. & dedicatione Templi ejus petita, de qua V. *1. Regum cap.* 8. & 48. & *præcedd.* 30. 35. 38. & 40. ubi de precationibus, à Judæis, ubicunque eflent, eftun dendis, verba faciens, de precantibus extra Terram loquitur, ut qui orarent *ad ea versus* (ea, in via *telluris eorum, quam dedisti patribus eorum, civitatem* (. *quam elegisti & Ædes* (*eu Templum, quod ego Nomini tuo ædificavi.* Ubi Levi Gerfonides, *Et quamquam non precantur intra Templum, dum tamen precantur, ut obvertans fe illi, quoad fieri poffit.* Atque inde, quod habetur Danielis *c.* 6. *v.* 10. de Danielis ter quotidie precantis feneftris apertis versus Hierofolymam adeoque locum Templi (ubi fc. ante Nebucadnezaris excidium ftetrat)intelligitur. Eadem enim poft excidium, quæ anté, loci illius habita inter precandum ratio eft. Verùm *Respectus ille Templi* fub Vett. quidem Teft. locum habuit, at Christo in carne exhibito, cujus typus Sanctuarium Leviticum erat, is fublatus eft, V. Joh. *c.* 4. *v.* 21. & *fqq.* plura vero hanc in rem, apud Jo. Seldenum *de Syndriis Vet. Ebræorum Lib. III. cap.* 15. *§.* 2.

Respicientes Dii, qualis Lucina apud Statium *Theb. l.* 3. *v.* 159.

Quisseries thalami, nullos, ultrix dolore
Respexit Lucina domum —

sunt fortunatos homines facientes, de quibus V. multa apud Briffonium in *Formulis*, Caſp. Barthius *ad Statium d. l.*

Respirandi Ipatium, Athletis olim in Gymnicis Ludis conceffum. Et quidem in Ludis præcipuè, prius quam Athletæ implicabantur, de loco & ftatione contendebant. mox ita pugnabant, ut aliquantulum respirarent. Quo facto *πάλιν ἐκκαλεῖσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, τοῦτο δὲ ἀναπνοὴν δίδοντες*, Philo ait *π. μεθ.* Hinc idem alibi, Ægyptios comparans Athletis ait, *Δίχα τοῦτον ἀναπνεῦσαι τὸν ἀθλητὴν, ἀπαιτῶ δὲ τοῦτο ἀναπνοὴν δίδοντας*, *Cum vero paululum respirassent ab ictione, quemadmodum athletæ collecti virilibus* &c. V. Car. Paschalium *Coron. lib.* 6. *cap.* 14.

Responsa, Oracula funt apud Poetas. Virgilius *Æn. l.* 6.

— *Cæpia Regna*
Responsis horrens Divûm.

Ibid. *Hic unæ responsa animum delusit Apollo.*

Lucretius *l.* 1. *Ex adyto cordis* Responsa *dedere*
Sanctius, & multo certa ratione magis quam
Pythia, quæ tripode ex Phœbi, lauroq; profatur.

V. quoque Statium *Thebaid. lib.* 2. *v.* 171. & Barthium *ad eum.* Hinc ad Viros prudentes, qui in dubiis rebus consulebantur, Principesq; vox translata. Sed *Responsa* Episcoporum, olim magni habita. Quemadmodum n. in civilibus Impp. Sacratiffimi, ita in spiritualibus & sacris consulebantur Episcopi : inter quos cùm emineret Romanus, is quoque præ aliis consultus eft sæpius, e-jusque *Responsa* majorem præ cæteris auctoritatem progressu

temporis acquiverunt & diligentiùs adservata sunt, reliquorum Episcoporum Responsis, quæ fenfim negligi cœperunt, plerunque deperditis. Quæ causa movit Crefconium, quare Decretales Pontificum Romanorum Epistolas, quæ à *consulendo* originem habuere, inter Canones retulerit primus, illisque fic auctoritatem Canonicam conciliaverit. quæ antea cum reliquorum Epifc. Responsis pari pallu ivere. Ad quod exemplum poftea, in Orientali quoque Ecclesia, *Responsa Patriarchalia* ævalere, adservari & colligi cœperunt ; imò & ad initar Ecclesiæ Occident. Codici Ecclesiæ Or. subjecta sunt adnexaque, ut videre eft ex editione Parisienfi A. C. 1620. Fuit autem Codex is in Concilio VI. Oecum. Trullano, vel potius in Quini-Sextæ Synodi *Can.* 2. confirmatus ac approbatus. V. Gerh. von Maftricht *Hiftor. Juris Eccl. num.* 187. & 188. ut & fuprà, ubi de *Canon. Jure* & *Decretalibus* illtem voce *Rescriptum*.

Responsorium seu Responsorius Cantus, apud Alcuinum *Poem.* 3.

Hymnos, ac Psalmos & Responsoria fcitis
Congrua promemus fubter ustudine Templi :

Cantûs Ecclesiaftici in Rom. Eccl. species eft, qui poft Lectiones in Matutino proferri solet. Dictus à *respondendo*, quòd uno definente alter respondeat : differt ab Antiphona, quòd in Antiphonæ unus dicat versium, in *Responsoriis* autem chori verfibus alternent. Ortigo ab Italis, qui *Responsoria* primum tradunter inventifle, ficut Antiphonas Græci. Illdoro de *Eccl. Offic. l.* 1. c. 8. *Responsoria ab Italis longo tempore ante* (Antiphonas) *funi in venta, & vocata hoc nomine, quòd uno cantente Chorus confonandoresponderet.* Micrologo & Radulpho *Hiftoria* dicitur, qua de re V. Macros Fratres in voce *Hiftoria*. Repetit a. Chorus communiter partem *Responsorii* tantùm, quod in aliquibus tamen solennitatibus integrè replicatur. ut poft primam lectionem, in nocte Nativitatis, in Festo Refurrectionis & primâ Dominicâ Adventus. Ultimum Responsorium Dominicarum olim pe. annum erat, quod incipit *Tu es Sacerdos* & de S. Triade agit, introducto verò Hymno *Te Deum*, translatum id eft in calcem penultimæ lectionis &c. Plura apud Macros præfatos in *Hierol. De Responsorio v. Horsationis*, V. quæ fupra diximus, in voce *Invitatorium*. Hinc *Responsoriale* Hadriani P. de quo Amalarium vide.

Ad Responsum, apud Julianum Antecessorem *Const.* 17. *de Præfore Pifidæ*, *Habeat a, & carrucam argenteam & fecurim & fasces & Adrel, onfum propter milites* ; Alter *à Responsis*, apud Papiam, Gr. ac' *Ἀπόκριτος*, nomen fuit eorum, qui à Magistro militum deputabantur in provinciis, ut de militibus, qui in iis degerbant, eum admonerent & responsa darent inquirenti. Aliàs ad *Responsum* idem eft cum Apocrifiario feu Responsali, qui negotia alicujus curat & de is *Responsa* dat ; qui mittitur *ad responsum dandum* de negotiis, pro quibus mittitur. Sed & *Responsum*, apud medii ævi Scriptores ipsum negotium fignificat, maximè illud quod forte perquiritur, de quo *responsum* Dominus expectat. Hinc *facere responsa Episcopo*, apud Liberatum Diaconum *cap.* 5. V. plura apud C. du Freine in *Glossar.* & de *sermo Auri ad Responsum*, Pancirollum ad *Notitiam Imp. Orientalis c.* 80.

Respublicæ Eur. adde : *Respublica* Genevenfis, urbs libera fuique juris, ad lacum Lemanum ; quæ, ex vet. Inícriptione, *Zequestris* civ. olim dicta, poft everfum Imperium Rom. & novum à Francogallis in Oec. fundatum, fub ejus patrocinio diu libertatem levavit. hicipitis Aquilæ, cujus imago etiamnum pro vallvis majoris Templi vifitur, & ad Caroli M. tempora refertur, alis veluti defenía, quousq; exortis in Imp. diícordiis civilibus, cùm à Cæfaribus defereretur, ad Epifcopos, quorum tunc etiam in iis, quæ ad civilem jurisdictionem fpectabant, magna auctoritas erat, confugit, Nova dein inter Epifcopos & vicinos Sabaudiæ Comites cum effent fuborta, Urbs miíera femel atque iterum incendio vaftata, variaque pelle deftructa eft ; Sabaudi jus in Urbem arripientibus, vi inprimis Teftamenti à Petro ejus antiquo Genevenfium Com. Stipite ultimo 1392. conditi. Sed Comites illi Genevæ, feu potius Genevenfis territorii, cùm quidquam juris in civitatem nihil unquam habuerint, quin potius ipsi femper Epifcopis & Ecclefiæ fidei facramentum dixerint, & utriusque beneficiarii per 400. & amplius annos, Civitas autem ipsa libera fem per & Imperialis fuerit, ut ex Friderici Ahenobarbi Imp. diplomate A. C. 1155. conftat, detentor temper Sabaudorum causa habita eft. (Hinc etiam præt. fec. cùm ad Juliani fanum utriusque partis Delegati convenifient, nulla jurium refervatione facta Sabaudiæ Dux confenfit, ut pax cum Genevenfibus facta Vervicnienfi pacificatione comprehenía intelligeretur.) Donec, mutata Religione Syndici, qui fub Epicopali auctoritate libertate antea tuebantur, fupremi jus dominiquod Epifcopi femper Sabaudiæ Principibus controverfum reddere, fumentes ejectis Epifcopis, fub Imp. patrocinio, cujus infignia monetæ ab eo tempore imprimunt, Remp. adminiftrarunt. V. Thuanum *Hift. l.* 126. *p.* 934. *edit. Aurel.* Quomodo verò A. C. 1602. die 12. Xbr. Sabaudiæ D. nocturnis infidiis Urbem aggreffus fit, idem *alibi* exponit. Sufficiat diiffe, Deum mirabili quodam modo egregiam Urbem fervaffe, dum noctù explosum ad portam novam tormentum fcalas, jam mœnibus admotas, quæ etiamnum in Armamentario oftenduntur, fregit, hoftesque fic, quorum jam intra

Urbem non exigua manus erat, coëgit retrocedere: quam ob causam singulis annis, liberatæ Urbis die præfato, solennes preces, tum gratiarum actione publicâ, Deo persolvunt, quod festum *Ferialem*, seu *Aſſanſio ſolarum* apud illos dicitur. Cæterùm, ut à Vicino adeò potenti Urbs turior eſſet, cum Tigurinis & Bernatibus fœdus fecit, quod in hæc usque tempora inviolatum perduxit. V. Limnæum Boucleatum *lib. 3. cap. 22. ubi controverſia hæc prolixè enarratur*, & in voce *Geneva*.

Reſtibilis Ager, qui quotannis obſitus eſt; ſicut *Novalis*, qui *interreſt*, *in rudi terra*, *an ineà ſatus*, quæ *quotannis obſita ſit*, *an verò vacuus*, quæ *inarata* & *inquarta*. Et quidem, pinguiſſima hujusmus eſt, quæ ſit *reſtibilis* & quotannis fert: media, quæ alternis annorum vicibus requieſcit ac ferit. Sic de Meſopotamiæ fertilitate Plinius, *Nec terra ubertate ſua herbas gigni, uberiates tamen tantæ ſunt, ut, ſequente anno, reſtibilis ſua ſpes, impreſſis veſtigio ſeminibus.* In Hyrcania fœlicior, tantam eſſe fertilitatem Auctores ferunt, ut ſemen ex ſpicis cadivum ſequente anno reſtibilem ſegetem reddat &c. Atque hinc *reſtibile* videtur Plinio dictum, quaſi *reſtituibile*, ut reſtibilem dicat fieri ſegetem, quæ omnibus annis reſtituitur, quemadmodum *ſubſtituivum* Appulejus vocat, quod in locum deperditorum ſubſtituitur. Mavult tamen *arſtandi* vocis etymon arceſſere Salmaſius, quòd illiusmodi ager duret, perſeveret ac reſiſtat. Properties,

——— *Dum veſtat barbarus Hector.*

Sedulò autem caviſſe vett. Agricolas, ne frumentum biennio continuo terris ingererent, ſed leguminibus, aut millio aut panico aut etiam rapis *reſtibilis* fierit ager, diſcimus ex Feſto: namque & qui diverſi generis fruge ſeminaretur, *reſtibilis* dictus eſt. De optimis ac pinguiſſimis Campaniæ arvis Plinius, *Si fuerit ita terra, quam appellavimus ventoſam, poterit ſublato hordeo* (quod eſt ex genere farrei ſpici) *milium ſeri. Eo condito rapas: his ſublatis, hordeum rurſus vel triticum.* Qui ordo obſervabatur apud Vett. in omnibus agris pinguibus, ut viz. collecto frumento bis leguminibus obſererentur, priusquam ad frumentum ſeu farreum ſpicum redirent. In minus pinguibus ac mediocribus, ſublato frumento legumen tertio terebatur. Graciliores nempe terræ in tertium annum ceſſabant, & per id tempus nec arabantur, de quibus Virgilius,

Nec nulla interea eſt inarata gratia terræ.

Quo tempore, terra ceſſante, quum herbæ ſuccreſcerent, pabulo erat pecoribus. Uti verò graciles terræ requieſcunt intermiſſione laboris & ceſſatione, ita pingues renovationem acrationis & frugum mutatione. Idem,

Sic quoque, mutatis requieſcunt fœtibus arva &c.

V. Salmaſium *ad Solinum p.* 731. & 732.

Reſtio & *Reſtiarius*, differunt ut Linteo & Lintearius, Optimæ Gloſſ. *Linearius* δθονοποιὸς. *Linteo* λίνεος: Sic *Lintearius* proliniæ veſtis negotiatore, *l. 7. Cod. de exact. mun.* Linteo vero eſt, qui linteæ conficit & texit. Similiter in *Gloſſis Reſtio*, χοινοπλόκος eſt; *Reſtiarius*, χοινοπλόκης; ille qui reſtes conficit, hic mercator ſeu negotiator, qui vendit. Non defuere tamen ex antiquis Grammaticis, qui in contraria omnia irent, & *Lintearius* ac *Reſtiarius* acciperent pro iis qui faciunt, *Linteones* & *Reſtiones*, pro mercatoribus. Quam in rem V. Salmaſium *ad Flav. Vopiſcum in Saturnino*. Videntur autem *Reſtiones* inter villiſſimos olim habiti, unde M. Antonius *libertinum* probrum *reſtionem* Auguſto exprobraſſe legitur, apud Suetonium *in vit. Cl.* Et apud Græcos ἰσχνοσκελὴς ἀνὴρ, *reſtionis camilena*, Prov. de cantilenis hominis vilis & ἰσχνόβιος. Gratianus verò Kambunarii Aug. pater *funarius* dictus eſt: aqua funes venales circumſtrebat &c. V. Caſaubonum *ad Sport. d. 1.*

Reſtituta ſeu *Revocata* Nummi, dicuntur in Re Nummaria, qui ad vitorum illuſtrium, qui prioribus ſeculis vixerant, revocandam memoriam ab Impp. ſunt cuſi, cujusmodi complures habentur ab Auguſto ipſo & Succeſſoribus ejus cuſi. A' quibus diverſi ſunt nummi *Concordiales*, de quibus ſuprà; quippe qui primùm occurrunt poſt Conſtantini M. ævum, adeoque circa Honorii tempora; in quibus ſi primas tenet æreus ille Medallio, in cujus poſtica Euthymii (cujus memoriam jam Nero edito nummo revocaverat) imago conſtitut. V. ſuprà in *Euthymius* & plura apud C. da Freine *Diſſert. de Inſcr. avi Numiſm.*

Reſumio, Gall. *Reſompre*, terminus eſt Scholæ Theologicæ in Academia Pariſienſi, notatque Actum publicum à 1. hora ad ſextam, à Doctorâ Candidatis, ſta. im poſt impetratam Licentiam, ſuſtinen ſolitum, ad jus ſuffragii in Facultate, & cœtera privilegia Doctoralia conſequenda. Et quidem in illo ex univerſa S. Scriptura, Hiſtoriâque Eccl. utriusque Teſtamenti, Locis inprimis controverſiis, theſes ventilantur mane, poſtquam aliquandiu obſolevillet, in uſum revocato A. C. 1676. Richeletius.

Rete, Arachnes inventum, Plin. *lib. 7. cap. 56.* qui idem lium Zoelicum ex Hiſpania illis aptiſſimum judicat, *lib. 19 cap. 1.* Uſus in *Venatione* maximè: unde *Retia* Dianæ, utpote venatricis Deæ, ſtatuis olim addita, quemadmodum & venabula, lineæ verſicolores, canes catenati, aliaque venatus inſtrumenta. Hinc & ipſa *Dictynna*, Plut. *Sympoſiac. lib. 3. cap. ult.* & *lib. de ſolertia animal.* Namque *Retia* δίκτυα Græcia, Jul. Pollux *Onomaſt. lib. 5. cap. 4.* Ἄγκυτα, ἢ δίκτυα, ἢ ἰνίδια; ἢ μὴν λίνα αὐτὰ καθόλου, ἢ ζωστικὰ ἢ κυνηγετικὰ ἢ ἀναβολικὰ ἕτερα ἂν εἴη. *Retia, taguei, & caſſa; horum quidem linum Ægyptium, Phyſicum ſeu Colchicum, Carthaginenſe aut Sardium eſſe aportet.* Subdit dein, omnia quæ plicari poſſent, *Retia* ἕλικτα dici, vel ἕρση, ſepta, auctoritate Pherecratis. Virgilius Æn. *lib. 4.*

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

L. Seneca in *Hippolyto*, *Actu* 1. *Sc.* 1.

——— *Altiles varas*
Cervice gravi portare plagas,

Ac delino, quod Pollux dixit, transtulit, ut videtur, ex Gratio, qui *in Cynig.* & magnitudinem *Retis* & linum, ex quo conſici debeat, præſcribit,

Et bis vicenos ſpatium præcedere paſſus
Rete volam, pleniſque decem conſurgere nodis,
Optima Cynophiæ, ne quid cunctere, paludes
Lina dabunt.

His inter venandum præpoſitus quidam ſedebat, ſeu verius ſtabat. Plinius, *lib. 1. Epiſt. 6. Apros tres & ejaculem pulcherrimos cepi. Ipſe linqueſtri ſiſſi, non tamen, ut omnino ab inertia nos & quietis diceretem. Ad Retia ſedebam, erant in proximo, non venabulum aut lancea, ſed ſyſtus & pugillares, & Cluſor ſtatarius.* Sidonius Apollin. *lib. 2. Epiſt. 2.* vocat *Subſeſſorem*: Seneca in *Hippol. ab init. Retium cuſtodem.* V. quoque Xenoph. *Cynig.* Auſonium *Epiſt. 5.* Servium *ad Æneid. lib. 11. verſum* 268. &c. Paulus JC. *lib. 3. Sent. Retia aperata*, alibi JC, *aperta*, memorat; de quorum confectione Nemeſianus Carthagin. Poetæ præceptum extat, *in Cynig.*

Nec non & caſſes lirdem venatibus aptos,
Atq; plagas, longoq; meantia Retia tractu
Addiſcant variis ſimpi; contexere nodis.

Cervinorum mentionem facit Ovid. *Epiſt. 4. Phædræ Hippolyto* &c. Ab his diſtinctæ erant Lineæ verſicolores, ad concludendas ſaltibus feras vel ad terrendos aprros, vulpes, lupos, urſos, & præcipuè cerves, adhibitæ: in quibus alternus plumarum coloretus, ſed vulturis & gruis præcipuè; interdum & ſandyce fucabantur. Car. Rittershuius, *e ſparo torsan furmidinem*, vocat. Meminit Hieronymus *Dial. Lucifer. & Orthod. Parvitorum more cervorum, dum vanos evitant pinnarum volatus, formidinis* Retibus *implicamini.* V. quoque Arrianum *Diſſert. at. Epicteti lib. 2. cap. 1. in princ.* apud Thom. Dempſterum *Paraliporn. in Rolinum lib. 2. cap. 7.* nec non hic ubi de *Aucupio* & *Piſcatione*, item voce *Venatio*. Sed & podium Amphitheatri olim *Retibus* cingebatur prætendebaturque, ad feras arcendas; quorum loco poſtea rudi facceſſere leviuſculæ ſegetis & rapegula vetuſtiſſima, ut notabam ſuprà ex Plin. *l. 37. c. 3. Equeſ, Romanus miſſus ad id* (ſuccinum) *comparandum, à Jutiano curante gladiatorium munus Neronis Principis, qui hæc commercia & littora* (Germaniæ) *peregravit, tanta copia in vecta, ut retia arcendis feris podium prætegenda ſuccino nodarentur, arma vero & Libitina, totuſque ludus dies apparatus eſſet à ſuccino.* Ubi non ſolùm arma omnia gladiatoria & vela è ſuccino compoſita, ſed *retia* quoque eo nodata fuiſſe, i. nodos è ſuccino habuiſſe, velloco nodorum ſuccinum, air. *Nodoſa* certè *retia* Tibullo, ut notum. Porrò cunas *retibus* vel velis reticulatis è circumdari conſueviſſe, uti conoſco lectos, ſimiliter conſtat. *Reticulum* vocatur Spartiano *in Helio Vero*, *Nam lectum eminentibus quatuor anaclateriis fecerat, minutis reticulo undique imbuſum eumque foliis roſæ, quibus dempturn erat alium, replebat &c.* Ubi *Reticulum* eſt conopeum reticulatum ſeu reticulato opere confectum, cujusmodi etiam apud Ægyptios fuiſſe conopea legimus, ſi Herodoto hinc ἀμφικρήδεσσι dicta. Paulus Silenti arius *Epigr. in Conopeum*,

Καὶσὺ Λιμνὶς λάκτερος ἐὼν ἐρεθίσματα, καὶ ὃ ταῦτα
Δίκτυον ἐ θνόων, ἀλλ' ἀνεμῶν ἔπλεξεν.

Alium ſuum indigitat Capitolinus in *Marco*, *Funambulis*, *per puerum lapſum, cultcirasſubjici juſſit, unde hodieq; rete* prætenditur. Nempe cùm funambulus puer lapſus eſſet, &, ut credi par eſt, collum fregiſſet: Marcus, quâ erat moderatione ac pietate, ne quid tale poſtea eveniret, culcitras ſubjici juſſit, ut, ſi laberentur, ita exceptí nihil damni paterentur: quarum loco poſtea rete prætendi cœpit, ut, ſi de ſune labererent, rete ſuſceptí ad terram usque non devenirent, Salmaſius *ad Hiſt. Aug.* in pugnis gladiatorum *retia* adhibita, V. inſtà ubi de *Retiariis* &c.

Retebrarium, ingenioſum planè ac commodiſſimum inſtrumentum, ad horologia in muris deſcribenda, excogitatum, auctore Alex. Floravantio Capucino, qui floruit 1690. V. F. Cherubinum *Thaumatolemiadas de Horologiis*, Jul. Dianam *Chronol. Mathem.* & Gerh. Jo. Voſſium *de Scientiis Mathem. c. 49. §. 30.*

Retentura, dicebatur olim poſterior Caſtrorum pars. Illa enim in *Prætenturam* & *Retenturam* à Romanis diſtincta, qua *Prætenturam* vocabant illam partem, quæ in primore acie ante Prætorium erat, ubi Principia & porta Principalis: *Retentura* verò, quidquid à tergo Prætorii tendebat & in poſteriore parte, Salmaſius *ad Solinum p.* 415.

Retiarius, Præfectus legionis ſecundæ Parthicæ, à Severo inſtitutæ & equitum extraordinariorum, inter conſicos cædis Antonini Caracallæ, memoratur Spartianus in *Vita* hujus.

Retia-

Retiarius, Græcè ἀνανσιὰτὴς, alter Gladiatorum ; qui *rete*, quod *jaculum* vocabant, Plautus una voce *Retejaculum*, pugnabat contra Secutorem, quo adversarium fuum involveret, Festi. alterâ verò manu tenebat fuscinam triculpidem, gladii loco. Juvenalis *Sat.* 8.

——— *Movet nec tridentem.*

Hoc Gladiatorum genus perpetuò in tunica pugnabat : unde *Retiarii tunicati* Prov. Spongias fecum ferebant, ad sanguinem abstergendum obstruendaque vulnera, qua de re Plin. *lib.* 31. *cap.* 11. Vide Lipsium *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 7. Pugnanti adversùs Mirmillonem *Retiario*, acclamari solebat : *Non te peto, piscem peto; quid me fugis Galle?* Mirmillones enim piscis effigiem in galeis gerebant. Exemplum armaturæ à Pittaco, uno ex septem Græciæ Sapientibus, &c. V. quoque infrà. in voce *Secutor*.

Reticuli Campani, memorantur Trebellio Pollioni *in Gallieno*, *Caligas gemmatas annexuisse dicitur*, *cum campagos* Reticulos *appellaret*. Ubi quidem *Reticulorum* nomen adjunctum, cum, in campagis illis Imperatoris, ornatum suggerit, quo eorum obstragula crebris & apte distinctis incisuris, retium ad instar, aliquando fuisse fenestrata intelligamus. Sic enim Varroni *Fenestratæ reticulatæ* dicuntur *de R. R. lib.* 3. *cap.* 7. quæ cancellis sive reticulis objectis munitæ, B. Balduinus *de Calceo Antiq. cap.* 18. *ubi de Campagis & Tzangis*, ad quæ verba Andr. Frisii, *Siquidem verbis Auctoris*, inquit, *fides, putaverim optimam Campagorum delineationem esse, quæ inter* Romæ Elegantias, *ante annos aliquot, auctore Machuno, prodiit. Est enim ea reticulata prorsus & frequentibus incisuris confficiua. Sed nec aliam Tzangæ figuram fuisse autumaverim, quàm quæ libello eodem exhibetur, propendente in fummitate pelois quadam quafi lamella, quæ Aquilæ repræsentat effigiem*; cujus utriusque iconem exhibet *loco cit.* Alios autem ab his *Reticulos*, calceos esse *fenestratos* dictos, ostendit I. dem Balduinus *cap.* 12. *de Sandaliis*, effigiemque eorum similiter Frisius præfatus, in statua Eumenio Rhetori, in illustri Clivotum oppido posità, repræsentat, ibid.

Reticulum, tegmen capitis muliebre. Varro. *Suspendit Laribus marinis molleis picas*, Reticuli, *ac strophia.* Cic. *Verr.* 7. *Ipse autem coronam habebat unam de capite, alteram in collo : Reticulum, ad nares fibi Reticulos, tamquifimo lino, manutis mentalis, plenum rosæ.* E quo loco colligere est, *Reticulum* etiam dictam fuisse fasciam laneam vel lineam, ad formam retis factam, quam faciei admovebant, ne agnoscerentur ; vel ut naribus suaves inspirarent odores. Sed cùm ad ornatum muliebrem spectat, tum id est, quod capillos continet. Ita enim Varro præfatus *de L. L. à Reti dictum est, quod capillum coninuet.* V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 35. Festus *Reticulorum vestorum* meminit, h. e. quæ fuerint versus testa rotunda, non versus ex tenuiore retiae. *Reticuli muliebris albis & reticulis luteis nuringe nitidis, textis fuerunt versum à Plautibus, pridie nupciarum diem, virgines indutæ cubitum ibant, animis causâ, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet.* Ubi *Reticula*, non funt fafciæ pectorales, uti quidam contendunt, fed *capitales*; quæ videntur eadem ratione, qua ἐπίδεσμοι, texi folitæ. *Reticulum de praefinis*, occurrit apud Capitolinum *in Maximino Jun.* inter arras fponsalitias Juliæ Paulillæ. *Monilium de albis novem, reticulum de praefinis undecim, dextrochirium cum cellula de hyacinthis quatuor.* Ubi obfervat Cafaubonus, *Reticulatis* operibus inseri gemmas solitas. Sed & *reticulorum*, cum *dextrochirii*, meminit Trebellius Pollio in *Vita* Quieti, ubi Alexandrum in illis plerumque exfcultptum refert : *Alexandrum Magnum Macedonem viri* (de Macrianorum familia) *in annulis & argento, mulieres in* Reticulis & *dextrochiriis & in omni ornamentorum genere, exfcalpum femper habuerunt* &c. De *Reticulo minuto*, quo lectum fuum circumdedit Alilius Verus Imp. diximus fuprà, in voce *Rete*.

Retinacula five *Corrigiæ*, ftringendis fervicbant calceamentis : Unde Sidon. Apollin. *Carm.* 2. *verfu* 401, & *feqq.*

——— *Retinacula bina colluntis*
Mitris in adversum vinclo de fornice pollex,
Quæ ftringant crepidas.

Antiquis enim non modò, ac zevi noftri hominibus, decorum maximè vifum effe, fi ftrictim calcearentur, auctor eft Feftus in *Tintilla* verbo. Homini nifi ineuti ac mimæ lauti indicium fuiffe habitum, fi pedes in laxa calceorum pelle natarent, Ovidius innuit, *in illo*.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Sic autem ex verbis Sidonii crepidæ pedibus adftringi confuevifse videntur, ut primùm ab uno folæ latere ad aliud, per fuperiorem extremi pedis partem five fornicem, corrigia, vel fi mavis, ansula quædam, duceretur : deinde ab hujus ansulæ medio, quod pollici proximum eft, duæ aliæ corrigiæ in adverfum ita procurrerent, ut alteram ansulam, quæ medium pedem fuperne vinciebat, per latera utrinque fiffam, pervadentes ponè talum fimul arctè connecterentur. Quod dum fiebat, fi quando *Retinaculum* corrigiamve contingeret effringi, mali ominis loco habitum eft ; fic ut fufcepta negotia, ad quæ prodituri erant calceati, deferentur. Id enim diferte Cicero teftatur *de Divin. lib.* 2. *Quæ fi fufcipiamus, pedis offenfio nobis, & abrupto corrigiæ, & ftertutamenta erum obfervanda* &c. Similiter, quibus in itinere *Retinaculum* forte rumpebatur, differebant iter. V. Balduinum *de Calceo cap.* 21.

Retinendi Judæos jus, nemini olim erat, qui viz. alterius Domini eflent, ut videre eft in *Statuto* Ludovici IX. de Judæis A.C. 1238. apud Car. du Frefne, *Nec aliquis in suo Regno possit retinere Judæum alterius domini : & ubicunque aliquis inveneris Judæum suum, ipsum licite capere poterit, tanquam proprium servum, quamcunque moram facerit Judæus sub alterius domino vel in suo Regno.* Nifi focietas inter duos dominos, pro utriusque fubditis, eflet inita, quam *Percursum* dixere, quòd utriusque domini hominibus liceret, domino fuo refidi, & alibinum Dominum, quo cum *Percursum* ille habebat, tranfire. Nempe glebæ adfcripti fimiles habiti Judæi, quos Dominorum fervitio fubtrahere nemini licebat, ut idem docet C. du Frefne *in Glossario*.

Retinlum, apud Auguftinum *Epift.* 109. *Nec fint vobis tam tenera capitum vegmina, nec retiola fubtus apparean* : diminutivum eft à *Rete*, & fignificat faciam, quæ comas colligebat, κρωβύλον. Virgines nunquæ circatæ olim erant, & crinem in vertice concumulatum & colligatum gerebant, absque ullâ βλαβερείᾳ ; cùm Mulieres crines haberent, coque à fronte divifos. Tertul. *de Virginibus vel. Utique hoc maximè virginis infignia eft, quarum & ornatus ipfe proprie ficeft, ut comulata in verticem coma ipfum capitis arcem ambitu crinium contegat.* Qua de re V. Salmafium *ad Solinum pag.* 760. & *feqq*

Retricatæ Mentes, apud Æl. Lampridium *in Alexandro Sev. Verum Gallicanæ mentes, ut fepe habent duræ ac* retorridæ *& fæpe Imperatoribus graves, feveriatem hominis* ——— non tulerunt : funt afperæ ac difficiles & intractabiles inflexibilesque ; metaphorâ ductâ à *Cicis & reticulis* ramalibus, quæ citiùs frangas, quàm flectas. Sic Græci ἐφηβὸν homines propofiti tenaces & nefcios fiecti vocant. Unde Prov. *Ἀγναπτὸν ἐπὶ ῥάκει ῥάπτειν, in hominem rigidum & inflexibilem.* Proprie autem *Retorridum*, in arboribus, Rei Ruficæ Auctores dicunt, *ut retorridus ramus*, qui non grandescunt, fed in nodos contrahuntur fcabritiemque corticis & æqualorem præ fe ferunt, Galli *rabougri* vocant. Sed & fenes *retorridos* & *recoctos* dixere, qui plerumque morofi funt & difficiles, Græcis ἐσθὶς & πεπεσμένοι : quibus oppofiti ἀμφιγήροις, quorum adhuc fenectus vires, necdum penitus coda eft. Quia vero hujusmodi homines multa ærate incocti plerumque experientiâ & ufu rerum valent, hinc factum, ut recocti & *retorridi* pro excercitatis & multo rerum ufu tritis quoque dicerentur. De qua voce *Recocti*, diximus fuprà. *Retorridos* etiam pro excercitatis, quos Græci πεφλασκὼς & πεπλεσμένους nuncupant, occurrere, videmus apud Phædrum ; qui de mure vetulo & mustum rerum perito ac experientiâ Magiftra callido fic fcio, ait,

Aliquot fequutis vernis & retorridus,
Qui fape lapfus & mufcipula effugerat.

Et A. Gellium, *Qui ab alio genere vitæ jam deviis & retorridi, ad literarium afcifcimus feriis ademm.* Porrò, quia plerumque, qui tales funt, incedunt vultu fubtrifti & ad feveritatem compofito ; inde *retorridum vultum*, pro fevero, dixit Jul. Capitolinus *in Marco.* V. Salmafium *ad Lampridium d. l. ad Capitolinum in Maximo & Lampridium in Commodo.*

Retorta, apud Guili. Imum Brittonem *Philippid. lib.* 7. *p.* 170.

Quos multo vincis ferro, multisque retortis :

vox medii ævi eft, & fuperiorem virgam, qua fepes continentur ac vincuntur. nectat, Italis *Ritorta*, Gallis *Riorte*. Cujusmodi vimineo cingulo ftrangulatos, paribulis olim affixos, notum. *In vivis cum retorta in pede fepulti*, occurrit in *L.* Ripuaria *tit.* 43. V. Car. du Frefne *in Glossario*.

Retro ambulandi, cum Deo fuo tenfam duceret, titum in Alagabalo Imp. notavit Herodianus, Πάσαν τὴν ὁδὸν ἅπαν τρέχων ὑπεκάλει ἑαυτὸν, ἀφορῶν τε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ Θεοῦ, καὶ τὰ μὲν πρὸσσω αὐτὸν ἠγεῖτο ἀσύνετα, ὀπίσω δὲ ὁρῶν ὅπῃ βαίνῃ, γῆν ἐ κτενιζόμενα πυμανικὸν ὑπεσκόπει ubi *aurora arenæ* viam, ne forte, *irretorto vultu idolum afpiciens, fefque qua ire, non videret, laberetur, confperfam fuiffe*, ait. At *retrovedendo*, tem faram agendam, *retrovifcionem* omne facrum perdi, tradit Apollonius *lib.* 3. ubi de Hecates facris,

Ἔνθα σ' ὀπίσσω ὁδὸν μεμυκότ' ἐκάλεσσαν
Ἀ^ν ὄ' ὀπὶ πυκνοῖς ἀνοιγόμεν. Μοῖτ σὲ δῶκεν
Ἥτε θεοῖν ὄρκοισι μεμορμένον ἀπίσσω
Ἥτε κοινὸν ὑλακὴν μὴ πάντ τὸν ἐφορᾶν πολέεσσιν
Οὐδ' ὠπίσσ κατὰ πρήσσειν ἔδος ἀνθρώποι πεπόνωνται.

Unde Virgilius, de iisdem facris,

——— *Subjectum more parentum*
Aversi tenuere facem, conjecta cremantur
Thurea dona, dapes, fusis & crateres olivo.

Sed & in aliis vetiti refpectus. Ut apud eundem *in Pharmacentria*,

Fer cineres Amaryllidi foras, vivoq; fluenti
Tranvique caput jace, ne refpexeris &c.

V. Cafp. Barthium *Animadverfion. ad Claudianum VI. Honor. Conful. verfu* 339.

Retrochorus, apud Herbertum *de Miraculis lib.* 1. *cap.* 11. *Quadam itaque die, cùm in Ecclesia vesperæ cantarentur, & ipse filiabus in* Retrochoro, *juxta quendam Monachum* &c. dicitur pars Templi post Chorum, sacella viz. Deiparæ Virgini fere semper dicata, apud Monachos Benedictinos, unde & *S. Maria* nominetur donantur, apud Adalhardum Abbatem in *Capitulis*. Eò Monachos infirmos & advenas Monachos, ut plurimum fecederi dicebat, ibique sacris interesse consuevisse, docet Car. du Fresne, ex *libro Ordinis S.* Victoris Paris. *MS. cap.* 29. *Quando frater in Retrochoro est, in tabula poni non debet. Infirmi, qui in Retrochoro sunt, ad Te Deum laudamus, ad Benedictus, ad Evangelium debent flare, si possunt.* Sed &, aut tardiùs ad officium venerant, eodem fecedebant, *Ibid. cap.* 52.

Rerogarda, nomen dignitatis & officii, apud Eund. in *Tabulario* Grattianopoli. Ecclesiæ, sub Hugone Episc. *Et Comes mittit homines suos, filiiet Jonnem de Poilo & Benedictum Botelarium suum & Petrum Chainofium miss fralem suum & Bernardum* Rerogardam *suam de Grattanopoli, id est, Bernardum Ruferium* &c.

Retroprincipes, apud Lampridium *in Severo* & in Cod. Theodos. non semel, dicuntur Principes, qui priùs regnavere, Car. du Freine *Gloss*

Revalia, adde: Hujus cives, Mosci miniterriti, urbem, unè cùm Henrico, Virtiæ & Efthoniæ ditione, ob memoriam ortis Danorum antiqua in fe merita Christiano III. Dan. R. jam seni, obtulerunt. Sed ætatem causatus Princeps animi moderati, fe excusavit, arquealiquot aureorum millibus & commeatu ac pulvere tormentario donatos amicè dimisit, A. C. 1558. Sic ad Succos itum: quorum Rex Ericus, hac illorum subjectione, clarior, Polonicas in Livonia Danicarque ditiones lacessere cœpit: navigantes ad Narvæ emporium *Revaliam* inter flectere, coegit, oneratas naves Livonicum detinuit, unde bellum atrox A. C. 1563. exortum, quo post varias utrinque clades, è portu *Revaliensi*, ductu Petri Munckii, triginta Succorum naves onerariæ, abductæ funt, A. C. 1569. ipsaque urbs à Magno, quem Livoniæ Regem Mosfus dixerat, obsessa est: donec pax, Cæsare & Gallo R. intercedentibus, Stetini cit consecta, A. C. 1570. Ossiliaque & Dicæ. *Revaliensis* Fridericus II. Dan. R. ad dictæ, *Revalia* vero & Wittenfteinum Sueciæ manfit. Joh. Cluverus *Epitom. Fridfor. in Maximiliano II.*

Revelatio, quâ mediante Deus voluntatem fuam hominibus palàm facere dignatus est, duúm est generum, Naturæ una: Gratiæ altera. Quarum illa ad omnes homines, quibus non reliquit fe ἀμάρτυρον, Actor. *cap.* 14. *versi.* 17. fe extendit, hanc unicè fuo populo indulsit: eamque in V. quidem Testam. multifariàm, *Multis enim vicibus multisq; modis olim Deus loquutus Patribus in Prophetis*, Hebr. *cap.* 1 *versi.* 1. in Natura verò uniformem, *Ultimis* namque *diebus hisce locutus est nobis in Filio*, Ibid. Itaque Israëlitis manifestavit te Deus, *per Somnia, per Urim, per Prophetas*, 1. Sam. *cap.* 28. *vers.* 6. 7. *per Visiones, per Angelos, per voces, &c.* V. Joel. *cap.* 2 *versu* 28. extra ordinem nempe: Ordinaria enim *Revelatio*, à Moysi tempore, facta est per Verbum Scriptum: quod enim Legem Moysi commissam, in monte Sinai, duplicem Rabbini faciunt, videlicet תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *Thora Schebicthab*, id est, *Legem Scriptam*, & תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *Thora beenalpe*, id est, *Legem per traditionem datam*, quam *Kabbalam* vocare folent, illis relinquimus. Ad priores Revelationis modos ut redeam, licèt multiformes illi, ut visum est, fuerint, quatuor tamen eorum præcipuos faciunt Scriptores Hebræi, quos *gradus Prophetiæ* vocitare folent, P. Fagius in *Esodum cap.* 28. Horum I. illis dictus est נְבוּאָה *Nebuah*, i. *Prophetia*, cùm viz. DEUS voluntatem fuam, per visiones & apparitiones varias, hominibus manifestavit. II. רוּחַ הַקֹּדֶשׁ *Ruach Hacudesh*, h. e. *Instinctus Spiritus Sancti*, cùm absque visione vel apparitione, ad Prophetiam, homo idoneus fuit redditus: quem modum à priori in eo quoque distinctum fuisse volunt, quòd in illo homines extafin paffi fint, non verò in isto, ut in Hiobo, Davide, Daniele, apparet. Ambas verò has *Revelationis* species, ut & tertiam, de qua post agetur, in fecundo Templo, locum non habuisse amplius, fed ceffasse, dicunt: Unde vett. eorum Doctores dicere folíti funt, *Post ultimos Prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam, Spirium S. ab Israële discessisse*, id est, non amplius, inspiratione sua extraordinaria, ad munus Propheticum homines aptos reddidisse. Quò forsan refpexerant illi Discipuli, qui Paulo interroganti, *Num Spiritum S. accepistis?* respondentes, *Imò sit ne Spiritus S. ne audiimus quidem*, Actorum *cap.* 19. *versu* 2. III. *Urim & Thummim*, quæ duo ornamenta erant Pectoralis Sacerdotis Summi, & in rebus magni momenti, Regi vel etiam Patri Synedrii, per Sacerdotem summum rite fcifcitanti, divinam ignificabant voluntatem. Quod quo modo contigerit, in abdito eft. Quidam enim, per illa intelligentes quatuor il las gemmarum feries, quæ in Pectorali erant, harum vel fplendore vel caligine futura prænuntiata fuisse, contendunt, V. Josephum *Antiqq. lib.* 3. *cap.* 9. Alii iis nominibus intelligunt vocabulum *Jehovah*, in duplicatione Pectoralis positum, Exodi *cap.* 28. *versu* 16. V. R. Salomon. apud D. Kimchi *in rad.* Nonnulli per *Urim* & *Thummim*, nomina intelligentes XII. Tribuum, in quibus omnes Alphabeti literæ continebantur, oraculum refpondiffe literis fupra reliquas eminentibus, vel etiam fele mutuò in fyllabas vocesque jungentibus, aiunt, qua de re V. Talmud *in Jonah cap.* 6. Fagium *loco cit.* & infrà, in voce, *Urim & Thummim*. IV. & ultimus *Revelationis* modus, בַּת קוֹל *Bath Kol*, id est, *filia vocis*, vel *Echo*, vox dicta est cœlitus audita, quam etiam fecundo Templo ftante Dei voluntatem populo suo fubinde declaraffe, ajunt. Et certè *Quæ id dignum, quæ vox è cœlo*, CHRISTO teftimonium perhibuit, Matth. *cap.* 3. *versu* 17. cæteraque velut Prologus, Præfatio vel Typus *Verbi filius æterni*, quod Patris voluntatem hominibus patefecit, ultimis temporibus, V. Joh. *cap.* 1. & plura de his apud Thom. Godvynum *de Ritibus Hebræorum lib.* 4. *cap.* 8.

Reverendæ, in Concilio Trid. dimissoriales literæ, Dom. Macei *in Hierolexico*.

Reverendus, nomen proprium Viri, apud Jul. Capitolinum *in Gordiano III. in Epist.* Gordiani ad Misitheum Socerum & Præf. *Quia enim facerem, quod nos Mauros vendere, & insidias cum Gaudiano & Reverendo & Mimiana habito vel laudare aliquos vel vituperare & illorum consensu quasi sestium, quod dixerat, approbarem* &c.

Reverentia, titulus honorarius, apud Anselmum *lib.* 2. *Epist.* 12. alibique, etiamnum inter Viros Ecclesiasticos receptus. *Reverentiæ* verò apud Odonem de Diogilo, falutationis funt impensa officia, Gall. *Reverences*. Ita enim is *de Profect. Ludovici VII. in Orientem, Presbyterium eorum fuscipit, fed vitupendit: Sic enim vocantur* Reverentiæ, *quas non folùm Regibus, fed etiam quibuslibet fuis Majoribus exhibent, inpus & corpus submissibus inclinationes vel flexu in terram genibus vel etiam fe toto corpore prosternentes*. Ubi *Polychronius* quid sint, diximus suprà. Eodem fere modo *reverentias* fuas Monachi facere jubentur, apud Udalricum *in Consuetudinibus Cluniac. lib.* 2. *cap.* 2. V. quoque infrà in voce *Venia*, num & fic dicuntur. In *Ceremoniali Rom. lib.* 3. *sect.* 1. integrum caput extat de *Reverentiis*, *quæ Rom. Pontifici* exhibentur.

Reverfatus Panis, apud Isidorum *Origin. lib.* 20. *cap.* 2. *Panis fubcinericius, cinere coctus & reverfatus, ipse est & focatius*: eft panis inter coquendum verfus. Sic Hieronymus, *Ephraim fabius est subcinericius panis, qui non reversatur*, ubi explicat verba Oseæ *cap.* 7. *versu* 8. Græcis ἐγκρυφίας, à ἐγκρύπτω. Columella dixiffe, *Panis qui non versatur*: ut cùm jubet aviarium *gallinarum ova manu versare, ut aequaliter calore concepto facile* ἀναθερμαίνωσι *lib.* 9. *cap.* 5 Eò quo Turcentinus *Synopsin lib.* 14. Μαθησεφάνου τὰ ὠὰ, ait. Confertur autem Oseæ l. cit. Ephraim cum *pane subcinericio, qui inter coquendum non fuit versus*, ac proin partim coctus eft, partim crudus, ita ut meritò dubites, fitne panis, an mera maffa. Neque enim perfectè hujusmodi panis coquitur, nifi vertatur: Coquitur namque in cinere calido, in quo fepultus latet, unde ei ἐγκρυφίᾳ nomen. Idem ἐγκάκιας dictus eft, à *focus*, in quo paratur. Puit is in ufu Rhodi, inter panem & placentam medius, teffe Pollucé, & nelle condiciatur; tamen proin fuavitatis, ut eo vefcentes vix fatiarentur & inter edendum femper efurirent, uti ait Lynceus Samius apud Athenæum lib. 3. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap.* 24. & hic non uno loco. De *Azymis reversatis*, quorum mentio apud *Heraldicæ Artis* Scriptores, V. fupra in voce *Azyma*.

Reunctores, Plinio ac Celfo memorati, inter Gymnasiorum olim miniftros erant, fic dicti, quod corpora jam exercitata ungerent *renungerentve*. Illi enim, qui vel loturi, vel fefe exercaturi in Gymnasium venirebant, majori ex parte fpoliabantur in Apodyterio: poftea horum nonnulli, & præfertim, qui vel luctam, vel pancratium inire intendebant, Alipterium ingredientes, illic ungebantur, ficque ad Conisterium tranfeuntes, pulvere ibi conspergebantur atque hoc modo præparati in exercitationes diverfas diverfi prodibant. Poftquam verò fefe, quantum libuerat exercuiffent, ad Alipterium fui Unctuarium redeuntes, ibi à *Reunctoribus*, ftrigilibus ferreis, de quibus Martialis *lib.* 14. *Epigr.* 49.

Peregrinus hos mifit curvo destringere ferro,
Non tam sape teres lintea Fullo tibi:

detergebantur; in qua detertione oleum, pulvis & fudor, quæ deradebantur, fimul mixta in ufum Medicum adfervabantur, & ab Atticis σφαιρὰ, ab aliis verò σπάτη vocabantur, ut ex Diofcoride, Plinio, Galeno & Atheo difcimus. Detersi tandem iterum diligentiores aliqui, valetudinis aut delitiarum gratiâ, ungebantur, & nonnunquam reunctî balnea adibant; ex illisque regreffi denuo ungebantur, ut latius dicemus infra, ubi de *Unctuario*, & *Ungendi ritu*. Alii abbis furtæ latralique, de quibus *fua loco*: Sed & fervi, qui ad præcipitum Gymnaftæ, aut Paedotribæ, modò nudis manibus, modò unctis, modò cum lenteis, mollibus, duris, mediocribus, prout opus erat, corpora fricabant, diverfum miniftrorum genus fuisse videntur V. eundem Mercurialem *lib. cod. cap.* 12. *ubi poli Fricatores, demum Reunctores* dicti.

Revo-

Revocandi in Suffragia prærogativam Centuriam mos, apud Romanos olim, occurrit, apud Livium *lib.* 24, *cap.* 9. sub finem Fabianæ concionis, *Lacus Thrasimenus & Cannæ, trifita ad revocationem exempla; & ad præcavendos similes Duces documento sunt — Præco, Antiensem juniorum* (cui fors prærogativa exiit) *in suffragium revoca.* Hucusque concio Fabii; sequitur: *Quum T. Otacilius ferociter rem continuare Consulatum velle vociferaretur atque obstreperet, illorem ad eum Consul accedere justit* &c. Quibus verbis Consul denuo tribum citare præconem jubet. Nempe prærogativæ Centuriæ tanta erat auctoritas, ut, nemo eam unquam tulerit, quin renuntiatus sit. Quod quidem religionis specie invalisse videtur, quando ineffe principiis omina putabant, ne principium suffragiorum vanum & irritum toti negotio malam fœvam objicerent: fed tamen, ut multa Romanorum superstitiosa, idem & inter arcana potentiæ Optimatum censeri debet atque sutilissimum inventum Servii Tullii, quo comparavit, ut Comitia maxima, h. e. ipfa vis Reip. & majestas, illorum in manibus, absque tenuiorum invidia, esfent, hac religiosa observatione mirifice stabilitum est. Quoniam igitur populus ut plurimum sequebatur prærogativarum voluntatem, ut sit Alconius, ne quo casu tam ratum suffragium redderetur irritum; si cauta intercederet, quamobrem is, qui earum puncta tulisset, Magistratum eum gerere non posset, mos fuit *revocandi suffragium* & locum latini consultationem designare. Quod hic tacite Livius innuit, verbis, *Præco Antiensem juniorum in suffragium revoca.* Præcones enim apparebant Consulibus Comitia habentibus, qui tribus ad suffragia ineunda citarent & creatos Magistratus renuntiarent. Pergit Livius, *Iterum prærogativa suffragium ivit, creatique in ea Consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eosdem Consules cæteræ centuriæ fine ulla variatione dixerunt.* Quibus verbis, quæ de fecundo fuffragio prærogativæ, fi ratum non effet prius, diximus, apertè docet. Imprimis vero hanc morem revocandi fuffragia, totamque rem, quæ plerumque cum iftis tolet conjungi, egregie illustrat narratio *lib.* 26. *cap.* 22. *Fulvius Romam Comitiorum causâ arcessitus, quum Comitia Consulibus regendis haberet, prærogativa Veturiæ juniorum declaravit T. Manlium Torquatum & T. Otacilium.* Mox de Manlio, cæteriante valetudinem occultorum; *ut pauca fua verba audiret, centuriatis, quos, quæ tulisset suffragium*, revocari *juberet. Iterum, proinde si videretur, redire in suffragium Veturiam juniorum juberet.* Iterum, *Tum centuria & auctoritate Viri nota & admirantium circa fremitu, petiit a Consule, ut Veturiam seniorum citaret.* Denique, *citatis Veturiæ senioribus, datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus* &c. Vt eundem Livium quoque *lib.* 45. *cap.* 36. & 39. Uti autem prærogativæ interceterans maxima erat auctoritas, & eo quidem plus, quo paucioris manu erat comta, qui in illis primi fciviffent: Unde honori quoque id illis ducebatur, atque, ut Senatusconsultis qui scribendo adfuissent, ita Legibus & Plebiscitis qui primi scivissent, corum tanquam Auctorum nomina præ cæteris confueviffe præscribi, discimus ex Ciceronе *pro Plancio*: unde totics apud Vett. occurrit, *Principium fuit, Primus scivit*, ut videre eft *fupra*. Plura hanc in rem quære apud Joann. Frid. Gronovium *Observation. lib.* 4. *cap.* 1. V. quoque in voce *Prærogativa*.

Revocati Nummi, quinam ab Antiquariis dicantur, V. fupra *Restituti Nummi*.

Rex, Actori oppositus eft. Poftquam enim privatus privatus civis, qui privati nomen deferre in animo habuit, cum in Jus vocavit, & Prætorem in Foro adiens, dicendi potestate acceptâ, poftulavit, ut fibi nomen ejus deferre liceret, re impetratâ, nomen deferebat, quo recepto atque à Scribis, Prætoris juffu, in tabulas relato, ille *Reus* vel dictus; prius vero à Accusator *Calumniam juraverat*, id eft, conceperat folemne jusjurandum, fe non calumniandi causâ nomen delaturum esse, Liv. *lib.* 44. Cic. *Epist. ad Famil. lib.* 8. & Alconius *in Cornelianam*. Receptо fic *Rei* nomine, Prætor certam diem, quâ Accufator & *Reus* ad judicium adeffent, conftituebat: quæ dies in aliis legibus decima, in aliis tricefima fuit. Quibus actis *Reus* veftem mutavit, id eft, Togâ albâ depofitâ, atram indut, & barbam capillumque demisit, fqualoreque contracto Populi mifericordiam movere foletus eft. Quòd enim de Scipione Æmiliano Gellius *lib.* 3. *cap.* 4. de Macro Plut. de Rutilio Val. Max. *lib.* 6. contrarium referunt, id plane fingulare fuit. Inde Patronos conquivit, de quibus Alconius annotavit, ante bellum civile Cæsaris raro quenquam pluribus, quàm quatuor Patronis, fuiffe ufum, poftea vero, autе Legem Juliam, ad duodenos effe perventum. Imò & præter hos Laudatores quoque adhibuit quifquere aut fummâ auctoritate cives, qui in periculo capitis vitam *Rei* laudabant; aut ejus municipes, quos Municipia publico nomine ejus officii causâ Romam mittebant; aut homines provinciales, quos fingulæ provinciarum ab eo administratarum civitates, cum publica laudatione, ad fublevandum illius periculum mittere folebant: qui minimùm decem dabantur: Accedebant & alia *Rei* auxilia, à Magiftratibus, fi Tribuni Pl. aut Collegæ acculatori aut alteri Magiftratui intercefiffent: à Populo, cùm is pro *Rei* falute fupplicaret: à Lege, fi qua res dem judicii aut aufpiciis aut excufatione fuftuliffet: ab ipfo tandem Accufatore, fi, acceptâ excufatione, aliave de caufa, aut diem produxiffet, aut omnino incepto deftitiffet, ut apud Livium videre eft in judicio Appii, Scipionis, P. Mundii & Acilii; item, apud Ciceronem *in Epist. ad Fr.* de Milonis judicio, intentato à Clodio: ubi formula *Rei* dimittendi fuit, *Non mortor*, Liv. *lib.* 4. &c. Quòd fi *Reus* per Præconem ex Roftris citatus ab Accufatore non adfuiffet, in aerem, & ante fores, per Corniciнem evocabatur. Unde Plut. *in Gracchis*, *Miris eft Romanis, fi quis capitis anquifitus non adfit, Cornicinem, fummo manè ad fores ejus venientem, clafico evocare, neque prius de eo Judices fententiam ferre.* Inde fi ne itaquidem adfuiffet, exilium eifcifebatur; aut, fi exilii causâ folum vertiffet, ei juftum id effe exilium jubebatur, Liv. ubi de Poftumio & Fulvio. Si verò adeffet, dum Accufator agebat, ipfe, fub Roftris abjectus, Adolefcentum conviciis ftabat expofitus: ad dicendum poftea tres ei horæ datæ; dumque Judices in dicenda fententia eſſent occupati, ipfe ad pedes eorum jacebat proftratus, Alconius *in Orat. pro Scauro*, & Val. Maximus, &c. V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. tot. libro* 9. *qui eft de Judiciis*: Addo falteu, cùm *Reus* ad fupplicium ducebatur, *ſpolia* appellata fuiffe pannicularia illa, quæ indutus erat, *l.* 6. *ff. de bon. damnat.* unde *ſpoliari* dicebantur, cùm veftes eorum exuebantur, quæ à lictoribus plerunque diftrahi & inter eos dividi ſolebant. Præfes enim Provinciæ eas pro lubita illis donabat, vel milites, qui fortiter fecerant, aut etiam Barbaros, Legationis causâ ad ſe venientes, inde munerabatur, Ulpianus *d. l.* Unde obiter intelligimus, quâ juris ſpecie Milites veſtimenta noſtri Crucifixi vindicaverint: haud dubiè enim à Pilato, qui pro Præſide tunc Provinciis præerat, fuere iis donata, V. Anton. Matthæum *Tract. de Crimin. ad l.* 48. *tit.* 17. *cap.* 6. ut & Matthæum Evangeliſtam *cap.* 27. *verſ.* 35. Apud Athenienſes, quicum *Reis* actum, explicat pluribus Sam. Petitus *Comm. in LL. Attic. suo lib.* 4. *de LL. & lib.* 7. *de Sicariis*, è quo unum hoc libet adſpergere: Infidebant Actor & *Reus* duobus argentеis ſcabellis, quorum illud, cui Actor infidebat, *ὑβρεως* i. *Contumeliæ*; alterum, cui *Reus*, *ἀσεβειας* i. *Impietatis*, vocabatur. Pauſan. *in Atticis Πρυτανεῖα* *bibus* vocat: Meliorque Reo & potior locus, qui dexter, & *Innocentiæ* dictus, aſſignabatur, ut ultimus Actori æquaretur. Ita enim argumentatur Ariſtoteles *in Problem.* dextrum ſeu potiorem locum ſemper apud Judices *Reis* aſſignari: *διὰ τὸ πρὸς τῇ φυλακῇ εἶναι τὸ δικαιοφυλάκιον τῶν δεξιῶν (τῶν κρίτῶν ἐστὶ γὰρ ἡ φυλακὴ) εἶναι δεξιὸν, ἢ διὰ τὸ ἐπαινεῖν βουλεσθαι, τοὺς ἐπαινοῦντας δεξιοὺς ποιεῖσθαι, τὸν εἰρκτὸν τῇ φυλακῇ διδόασι.* V. quoque Franc. Roſſæum *Archæol. Att. lib.* 3. &c.

Reus voti, apud Statium *Thebaid. lib.* 6. v. 198.

Jupiter, hunc crinem voti reus ante dicaram:

juxta vet. Scholiaſtem, *obligatus eſt voti ſervandi*. In alio libro, *Reus, qui debet votum, damnatus, qui ſolvit*. Macrobius *Saturnal. lib.* 3. *cap.* 2. *Virgilius*: *Conſtituam ante aras voti Reus. Hæc vox propria ſacrorum eſt, ut reus vocetur, qui Numinibus ſuſceptо voto ſe obligat & damnatus autem, qui promiſſa vota jam ſolvit.* Quem locum non rectè cepit Alciatus *Comment. ad cap. VI. de verb. ſignif.* rectè autem ſic emendavit Joſ. Caſtalio *Obſervat. lib.* 3. *cap.* 9. V. quoque Servium *ad Virgilium d. l.* & Barthium *ad Statium*.

Rex, nomen proprium & gentilitium, apud Romanos: uti *Malchus*, nomen Regis Nabathæorum, apud Hirtium *de Bello Alexandr.* quem Μαλίχῳ appellat *Periplı* Auctor, item cognomen Porphyrii Philoſ. ab Hebr. *Melech*, quod *Regem* notat. Sic apud Horatium *Serm. lib.* 2. *Sat.* 7. *Rex Rupilius* occurrit,

Proficifci Regis Rupili *pus atyna venenum*
Hybrida quo pactо ſit Perſius ultus —

Et paulo pòſt,

Ad Regem redeo ——

V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1264.

Rex, inter Magiſtratus ordinarios, primis temporibus, apud Romanos principem tenuit locum: *Urbem* enim *Romam à principio Reges habuere*, Taciti *Annal. initio*. In quorum creatione qui ritus fuerint obſervati, diximus ſupra, in voce *Regnum*. Poteſtas officiumque *Regis* verò erat, primùm, ut ſacra curaret atque ſacrificia, perquæ illum gereretur, quidquid ad placandos Deos attineret: Dein, ut legum ac morum patriorum haberet cuſtodiam; utque de injuriis graviſſimas cauſas ipſe decerneret, leviores Senatoribus permitteret, providendo interim, ne quid peccaretur in Judiciis: utque Senatum cogeret, Populum in concionem convocaret, primus ſententiam diceret, quodque pluribus placuiſſet, haberet ratum. Præter quæ ſummum ei in bello Imperium erat, Dionyſ. *lib.* 3. Livius *lib.* 1. *Dec.* 1. &c. Inſignia, quibus præ cæteris internoſci & à Populo diſcerni poſſent, erant varia: Incedebant ornati purpurâ & togâ purpureâ, ſedebant in ſella curuli, habebant circa ſe lictos juvenes robuſtiſſimos 300. qui *Celeres* dicti; alios inſuper miniſtros 12. fuccinctis veſtibus & expeditos, ad plectendum facinoroſos, *Lictores* dictos, qui ipſis Curuli ſella vectis præferrent falciculos virgarum, intra quas obligata ſecuris erat, ſicut ferrum in ſummo falce extaret,

taret, Plut. *in Problem.* Tarquinius Priscus insuper Togâ picta, sella eburnea, coronâ aureâ, sceptroque itidem eburneo, in cujus apice Aquila, permissu S P Q. usus est. V. Joh. Rosinum *Antiquit. Rom. lib. 7. cap. 3.* &c. Post Romulum, Urbis Regnique conditorem, per licarios à Patribus subornatos, confectum, quòd nullos ex Hersilia conjuge filios susceperat, Regnum electionis jure ad Numam delatum est; quem Tullus Hostilius excepit: post quem, nepos Numæ Ancus Marcius præfuit, qui tutorem Priscum, ab Hetruria advenientem, filiis suis post obitum Tutorem designavit. Sed hic *filiis relictis, Regnum interceptit*, Aur. Vict. Verum posteà, à genero suo Tullio, insidiis illorum, sublatus est: quo iterum à Prisci nepote, an filio, Tarquinio Superbo, interfecto, hic Regum ultimus aliquandiu rerum est potitus. Verùm cùm in Senatum cædibus, in Matronas libidine, in omnes superbiâ grassaretur, Brutо Collatinoque Ducibus, Populus Rom. illum expulit, *Regumque* abolitâ potestate, in libertatem se asseruit, Dennatione etiam apud Tacitum *Regnum* appellatum esse frequentavit. Hanc etiam apud Tacitum *Regnum* appellatum esse frequentavit. Imperium, adoptarunt Eruditi, & *Dominus regnatrix* filiam initio apud eundem. Atqui multum interfuit, ætate præfertim illâ, inter Imperatorem, qui *Princeps* dictus est initio, & Regem. Unde Suetonius de Caligula, Nec multum, inquit, abfuit, quin ftatim diadema fumcret fpecie mque PRINCIPATUS in REGNI formam converteret. Sed quod tentavit hic furiosus, perfecit postea sobrius Princeps Aurelianus, ut in ejus vita Latini Gallicique observant. Sumsit erelianus, ut in ejus vita Latini Gallicique observant. Sumsit enim diadema primus & reliqua *Regum* insignia. Imò multo ante Latini Scriptores cœperunt ita loqui, ut diximus. Sic in Scriptoribus Historiæ *Hadriano* Spartianus, *servi Regis*: alibi apud Scriptores *Historiæ Aug. Statio regia, ornamenta Regia, Sedile regium, & Regale Imperium* Vopisco, *Regina* Lampridio *in Alexandro*, pro *Augusta*. Græcis verò jam inde ab initio Βασιλεὺς & Βασίλεια, sed per catachresin & adulationem: cùm ipsi Imperatores, ut scribit etiam Appianus, eam appellationem non ad titores, ut scribit etiam Appianus, eam appellationem non ad mitterent, certè non usurparent, neque in Epistolis Latinis, neque in Græcis, uti patet ex loco infigni Synesii ἐπὶ Βασιλέως, quem Basilius noluisse Imperatores vocari, Αὐθοκράτορας appellatione contentos, ὁ δὲ αὐθοκράτωρ ὄνομα κοσμικὸν ἐστι, *Autocrator autem nomen est Ducis exercitus*, pluribus docet. Posteà verò labefactato Imperio, cùm à Francis, Gothis, Vandalis, aliisque Barbaris, regna Urbis loco stetere constituta, *Regis*, aliisque Barbaris, regna Urbis loco stetere constituta, *Regis*, nomen à novis Dynastis usurpatum, eviluit apud Romanos & nomen à novis Dynastis usurpatum, eviluit apud Romanos & *Regno & Regni* appellatio; neque illos Græci Βασιλέας, sed Πάπας appellant, una voce in duas notiones diccrpta. Procopius *Gothicorum lib.* 1. de Theodorico, qui Romam & totam fere Italiam obtinebat, Καὶ Βασιλέως μὲν τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τοῦ σχήματος, ὅτι ἐν ἰσότητι τὴν ἐπιστροφὴν ἔχειν ἐδόκει Ῥᾳδ καλεῖσθαι· ἐπὶ δὲ τοῦ ἔργου τὰ πολλὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐς τὸν τῶν τυράννων ἐφέρετο τρόπον, *Et Basilei quidem nomen in Romanorum* (h. e. Imperatoris) *negotio habitum, neque nomen imperandi, sed tyrannidi simillimum. Ita enim fuit Duces Barbaros tractare fastimit. Sed Rex vocatus est. Ita enim fuit Duces Barbari appellandos censuerunt.* Certè apud eosdem, etiam Regum *bari appellandos censuerunt.* Certè apud eosdem, etiam Regum *lib.* 3. Di filii *Reges* appellati: unde apud Gregorium Magnum *lib.* 3. *Dialog. cap.* 31. Hermenigildus *Rex* Leuvigildi Regis filius, & apud Gregorium Turon. *lib.* 3. *cap.* 22. Theodebertus, Theodorici Regis filius, ut & *lib.* 14. *cap.* 13. Chramnus Chlotarii itidem Regis filius, *Reges* nuncupantur, V. Cafaubonum *ad Spartianum in Hadriano Imp.* & Car. da Freine *Glossar.* Jo. Casp. Suicerum voce *Βασιλεὺς*, ne non suprà, in voce *Basileus*. Redeo ad veteres Romanos. Quamvis verò tantopere *Regis* illi nomen averfarentur, quia ramen & sacra quædam per *Reges* factitata fuerant, necubi *Regnum* desiderium subrepteret, *Regem sacrificulum* creârunt Romani, de quo *infrà*. De regimine autem septem illorum primorum Regum, ita Florus *lib.* 1. *cap.* 8. Hæc eft prima ætas Pop. Rom, & quasi infantia, quam habuit sub Regibus septem, quadam Patorum industriâ, tam variis ingenio, ut Reip. ratio & utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut Regnum invaderet? Quid Numâ religiosius? ita res poposcit, ut rerum populus Deorum metu mitigaretur. Quid pacis militiæ artifex Tullus, bellatoribus viris quàm necessarius, aut acueret ratione vir utem? Quid ædificator Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam yerò Tarquinii ornamenta ac insignia quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio cenfus, quid efficit, nisi ut ipsi se nosset Reip. Postremò Superbi illius importuna dominatione factum est, ut agitatus inquitis Populus, cupiditate libertatis incenderetur. Hodie qui *Reges Romani* in Imperio vocantur, quali ultimus fuit Ferdinandus IV. Imperatoris Leopoldi Aug. Frater, titulum hunc, velut indubitatæ successionis Imperatoriæ pignus, habent: quemadmodum in vett. Cæsarum Fastor. legimus, destinatos Imperio successores *Principes Juventutis*, *Cæsares*, & *Nobilissimos Cæsares*, fuisse appellatos, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 7. *cap.* 3. Apud Athenienses, ab initio similiter *Reges* fuerunt, quorum ultimus Codrus, cùm fortiter pugnando occubuisset: Resp. per Archontes, perpetuos primò, dein decennales, tandem annuos, administrari cœpit. Horum novem cùm essent, quorum unus *Archon* dicebatur, signabatque Fastos, alter Rex vocabatur, tertius *Polemarchus*, reliqui sex *Thesmothetæ*. Pollux *lib.* 8. *cap.* 9. Qui cùm omnes, antequam Magistratum capessierent, apud Senatum Quingentorum & Judices, vitæ morumque *ἀνακρίσεις* subirent, de religiosa Novennium intelligi vult Petitus. Hoc verò extra dubium, *Regem* non nisi uxorem civem atque virginem ducere potuisse, ex lege, perseri ta in columna Judicia, juxta aram Bacchi οὐ λίμνας, τῷ τὰ βασιλικὰ γυναικὶ δεῖν εἶναι τὸ παρθένον γαμεῖν. Quod sanctum est, propter ea sacra, quæ cum uxore sua Rex curabat, ne quid secus & præter ritus patrios in his fieret. V. Demoth. c. Neæram. Sam. inprimis Petitum Commentar. in Leges Atticas lib. 2. tit. 3. & Franc. Rosiæum in Archæol. Att.

Rex, tit. fœminis quoque nonnunquam conferus. Ita enim Mariam Hungaricam Ludovici Regis primogenitam, antequam Sigismundo Luxemburgico nuberet, *Regem*, non *Reginam*, appellatam esse à Proceribus, observat Caretinus, *Elizabeth regina uxorq. dicti Regis* —— *non Maria filia eius* ——. *Reginam Hungariæ gubernatus, quæ quidem Maria appellabatur* Rex *Hungariæ* gubernatus, quæ quidem Maria appellabatur Rex *Hungaria* gubernatus, quæ quidem Maria appellabatur Rex *Hungariæ

Secundum, per quem facta sunt omnia ex voluntate Patris. Sed his credere, meritò vetuit Henricus Stephani *Observationum lib. 3. schediasm. 7. in Thes. Crit.* ne sit tantum mysterium profanare. Certè ipse Marsilius Ficinus, alioqui talibus captandis intentus, verba sita longè aliter interpretatur, *Argum. in d. Epist. & Plotinum d. l.* V. Tob. Pfannerum *Theologiæ Gentilis purior. System. cap. III. §. 2.*

Rex Populi Romani, Oraculo prædictus. Memorat enim auctor Julio Maratho Suetonius *in Augusto cap. 94.* ante paucos, quàm Octavius nasceretur, mensles, prodigium Romæ factum, publicè, quo denuntiabatur, *Regem Populo Romano Naturam parturire.* Unde Senatus exteritus censuerit, ne quis illo anno genitus educaretur; at eos, qui gravidas uxores habebant, ad se quemque spem trahentes, curasse ne SCtum ad ærarium deferretur. Verùm non Octavium, sed qui, Octavio imperante, natus, Christum Servatorem, prodigium istud portendisse, quivis forte Christianus confentiet. Cujus oraculi occasione & istud observari hic meretur, quod Cicero tradit *de Divinat. l. 2.* Interpretem quendam Versuum Sibyllinorum, suadere Senatui pene autum, *Eum, quem revera Regem habeamus, appellandum quoque esse Regem, si salvi esse vellemus.* Quibus utut Julium Cæsarem, Dictatoris nomine potestatem Regiam exercentem, non minùs Interpres ille, vim vaticinii ignorans, ac ipse Cicero, ea quidem Tyrannidis odio arguens refutansque, deligantum velint, altius tamen quòd Sibyllam, ipsum viz. Christum, significasse credi par est, supremum nempe REGEM, cui patrem necesse est, qui salvi esse, quàm perire, præoptant. V. quæ hanc in rem infigni industriâ congessit Tob. Pfannerus præfatus *d. l. cap. 1. §. 4. ubi fusum de Sibyllinis Carminibus, & Eclogâ quartâ Virgilii, judicium exponit.*

Rex Regum, Βασιλεὺς βασιλέων, non in Sacris solùm, sed & apud Plotinum Deus O.M. dictitur *Ennead. V. cap. 13.* Veruntamen Rex ille supremus non tanquam alienis inperat, sed justissimum naturaleque habet Imperium, habet & Regnum vetustum: Quippe cum ille sit Rex veritatis atque suapte naturâ sit „universi simul fœtus sui divinique collegii Dominus: Rex certè „Regis atque Regûm, atqui & pater Deorum justiori nomine „nuncupatus &c. Quod elogium etiam ad homines translatum legitur. Namque & Imperatorem *Regem Regum* dici, testatur Lanfius *Orat. pro Ehifbania*, & Franciæ Regem non semel à Scriptoribus, Matthæo Pariso præsertim, *Regem itidem Regum*, ut ab Anna Comnena *Basileus seu Basileus*, appellatum refert, observavit Car. du Fresne *Dissertat. ad Joinvillum* 27. Quæ quidem in *Glossario* quoque, ex Nicolao de Braja, in *Rebus gestis Ludovici VIII. de Philippo Aug.* ista reperies,

Rex Regum Mundi venerabilis ille Philippus.

Et de eodem Ludovico.

Incipit Rex Regum &c.

Rex Sacrorum, nomen Sacerdotii, apud Romanos, Flaminæ Dialisque superiori, sed infra Pontificis Max. dignitatem: de quo „sic Livius *lib. 2.* Regibus exactis, & parta libertate, rerum deinde „in divinarum habita cura, & quia quædam publica sacra per „ipsos Reges facitata erant, necubi Regum desiderium esset, „Regem sacrificulum creant; id Sacerdotium Pontifici subjecere, „ne, ne additus nomini honos, aliquid libertati, cujus tunc prima „erat cura, officeret. Et Dionysius *lib. 5.* Quonam multa magna beneficia collata videbantur in Remp. à Regibus, volens „ses hoc nomen in Urbe fervari perpetuò, jusserunt ut Pontifex & Augures religionum curam aliquam è senioribus, ad „hoc idoneum, qui sacris tantùm præesset, immunis à militia, „vocareturque *Rex sacrificulus*; Primusque hunc honorem Ro„mæ accepit Manius Papinius, vir Patricius, quietis amantissimus. Creabatur is Comitiis centuriatis, & quidem, quamdiu religio manfit, semper ex Patriciis, Cic. *pro Domo.* Magistratum verò alium ei gerere, aut orationem ad populum habere, non licebat, *nec jurisquam, nisi in fastis, fervire, utique in gratiam Deorum Regum, Plinius Secundus*, Plut. *quæst. 63.* unde & hunc ritum à Majoribus traditum esse, scribit Idem, ut *Rex* hic ante Comitium, postquam rem divinam fecisset, fugâ se & in Fo to proriperet. Indicebat is ferias, & quidquid ad publica sacrificia necessarium esset, procurabat: ut qui omnibus sacris præerat. Interrogantibus, qui dies sacri, quid quolibet mense licitum illicitumve, respondebat. ac quinto Idus Januar. arietem Jano immolabat. Quia verò ei scriti opus videre religio erat, quemadmodum & Flaminibus, idem per Præconem denuntiabat, ne quid tale agereturc, & præcepti negligens mulctabatur, Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 16.* Ad eundem certâ die Virgines Vestales, pro more, isse ac dixisse, *Vigilatne Rex? vigila*, testatur Servius in 10. *Æneid.* Aliquando & simpliciter *Rex* appellatus legitur, *quem in Sacerdotum ordine primum fuisse & maximum, & in ipsis inauguralibus comitiis sulum supra omnes auctus fuisse*, docet Festus in verbo, *Ordo Sacerdotum.* Unde Massurius Sabinus scribit, *Super Flaminem Dialem in convivio, nisi Rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit*, apud A. Gellium *lib. 10. cap. 15.* qui *lib 10. cap. 27. Calata Comitia* vocat, *quæ pro Collegio Pontificum habebantur*, tu Regis Sacrorum, *aut Flaminum inaugurandorum causâ.*

In quæ verba, Oiselius notat, primùm omnia Comitia *Calata* dicta fuisse, postea verò, cùm in defuetudinem hoc rituum abiisset, retentum esse nomen Calatorum Comitiorum in his tantùm, quæ modò memorata. Uxor *Regis sacrorum*, dicta est *Regina sacrorum*, de qua suprà: Manfit verò hoc Sacerdotium, usque ad Theodosii Senioris principatum, quo cum reliquis Gentilium sacris ab ogatum est. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 25.* De *Rege sacrorum* apud Athen. V. *suprà.*

Rex, nomen illustris in Gallia Familiæ, de qua V. suprà in voce *Rait.*

Rex, nare nummum, apud Nonium, *Alterum, quem in saccoperione condidissent, compito vicinali solere rexare*, est de faceipcione promere. In *Zona* enim pecuniam portabant milites, ut ii conflat ex *§.* Spartiano, apud quem *jussis* Pescennius Niger Imper. ne amplius *in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent, sed publicè commentarios, receptoris poli pratica, quod dederunt.* Aliud quid erat *ventralis seu funda*, in qua nummi ad victum quotidianum condebantur; zonæ nempe genus, quæ, quòd ligamenta & habenas, quibus circa ventrem cingebatur, habebat & in medio receptaculum, quo nummi continebantur, *Funda* solebat dici. V. Æl. Spartianum *d. l.* & hic passim, in vocibus *Funda, Ventralis, Zona.*

R H.

Rha, seu *Rhoon*, simpliciter dicta Veteribus radix, cognominis amni, juxta quem nasceretur, supra Pontum & Bosphorum: ne *Rha* quidem *Ponticum* dicentibus propterea, quòd unum tantùm genus nossent. Postquam verò & ex aliis locis importari cœpit radix, *Rhco* quidem Pontico quantum ad formam similis, sed toto genere diversa ac virtute dispar, *Pontici* accessit priori cognomen, ut à recentiorum *Rha*, quod *Barbaricum* dixere, illud patriâ distinguerent. Quod contra Isidorum notandum, qui ejusdem loci & regionis denominationem utramque facit; & recentiores Græcos, quos ille sequitur, qui *Rha Ponticum & Barbaricum* confuderunt. Dictum autem hoc est *Barbaricum*, à *Barbaria*, sic propriè vocata Græcis recentio ribus Æthiopiæ pars, quæ Mari Rubro præterna erat. Stephanus, Ἔστι καὶ χώρα παρὰ τὴν Ἀράβιον κόλπον βαρβαρία, ἀφ' ἧς καὶ τὸ βαρβαρικὸν πέπερι. Arabes, quòd ex Sinarum regione adfertur, *Reynaud Sinè* appellant, h. e. *Rheon Sinense*: à qua regione in Indiam defertur, unde & *Piper Indicum* dicitur Myrepso &alii; quod idem cum Barbarico. Nam & *Barbaricum*, Indiæ emporium celeberrimum. Uti verò Veterum *Piper*, quod ex locis supra Pontum afferebatur, σκάλικες erat faculatis; sic Neotericorum *Rha* seu *Rheon*, quod ex Barbaria affertur, vim planè contrariam, κοιλιολυτικὸν sic habet. Qua de re, ut & de *Rha* fluvio, cui vetus *Rha*, nomen fuum debet, varia congestit Salmasius *ad Solinum pag. 792. & seqq.* E' quo hoc tantùm adde. *Rha Ponticum* succum habere croceum & proin inter species inspectorias lutei Democrito nominati; in officinis, pro centaurium majus vendi, quòd ei in multis simile sit, *pag. 1163. &c.* V. quoque in voce *Rhonbarbarum* infrà, ut & ubi de *Rha fluv.*

Rhabduchi, Græcè Ῥαβδοῦχοι, dicti sunt, qui Latinis *lictores*, item *viatores*; cujusmodi ministri ante Principum imperia in Theatro constituebantur, ad seditiones atque rixas cohibendas: quemadmodum polita sub Imp. Ratio cohortis eadem fini posita est, quam Nero ad speciem libertatis fabulit, Sed & à nonnullis Græcorum appellantur Ῥαβδοῦχοι Olympici Agonotheræ, qui pro numero tribuum Elidis urbis Olympo. 26. tredecim electi sunt: aliàs Ἀθλοθέται, Αἰτωλοὶ τὸ γένος, Βοιωτιοὶ, Ἐπαμεινώνδειοι &c. appellati, de quibus V. Jul. Cæs. Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 24.* & suprà in voce *Brabeutæ.*

Rhacias Crotensis, Manto Tiresiæ filiam, cùm inter captivos in Asiam abducenda, ad Claros exponeretur & à Cretensibus, qui ibi armati occurrebant, Rhacio tuerentur, in domicilii sui focietatem ejus comitatu receptio, uxorem duxit, & ex ea Mopsum genuit, qui Lelegas omnes è dition sua finibus ejecit. Paufanias *lib. 7.*

Rhacodyte, Græcè Ῥακοδύται, quinam dicti? V. suprà *Rasophori.*

Rhadamanthus, adde: Fratre Minoë durior habebatur. Virgilius:

Crotus hæc Rhadamanthus habet durissima regna &c.
Unde *Rex crudelis* dicitur Statio *Thebaid. lib. 8. vers. 25.*

Juxta Minos cum fratre verendo
Jura bonus meliora monet, regemque cruentum
Temperat ——

Ad quem locum V. *Animadversiones* Casp. Barthii.

Rhæti Alvei, limites Atticæ & agri Eleusini, paludes sunt, de quibus V. Cl. Sponium *Itiner. Parte 2. pag. 276.*

Rhæna & *Rhænia*, per metathesin literarum, factum ex *Harmena*, locus erat ieu pagus Atticæ, in quo Amphiarai fanum, teste Solino *cap. 7.* ad quem vide Salmasium *pag. 146.*

Rhamnetes, V. suprà, voce *Rammes.*

Rhamnus, Attiæ reg. vicus, adde: Statua hæc Nemesis ibi collocata erat, ab Agoracrito, discipulo Phidiæ, hæc oceasione. Erat ei certamen cum Alcamene, ejusdem Phidiæ discipulo, uter in simulachro Veneris sculpendo palmam meriturus esset; cumque ambo summâ qua potuerunt arte opus suum perfecissent, Populo Athenienti rei arbitrium detulere. Qui cùm in Alcamenis, utpote civis sui, favorem, cauſam decidiſſet & altero, qui Parius erat, rejecto, ne permittere quidem illi velient, ut simulachrum suum Athenis venale exponeret, egit cum Rhamnusiis Agoracritus, ut ſtatuam ſuam, quam *Nemesin* appellavit, in Fano collocarent: vindictam ſic inſignem de Athenienſibus ſe ſumpſiſſe haud vanè ratus. Namque illâ in loco facto publicè expoſitâ omnium oculis, facilè perſpici potuit, alterius Venerem iniquè huic eſſe præferatam. Varro certè majoris Agoracriti hanc ſtatuam æſtimavit, quàm omnes quas vidiſſet unquam alias. Jac. Sponius *Itinerar. Græciæ Part.* 3. pag. 189. V. quoque cum *Part.* 2. *pag.* 315. ubi de ruderibus hujus vici. Idem ex Gruterο *pag.* 84. hanc *Inſcr.* veterem eodem pertinentem, Athenis Patravium delatam, ſic corrigit & explicat, *pag.* 191. *Part.* 3. cit.

ΘΕΟΔΙΔΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ
ΤΗΝ ΚΟΝΙΑΣΙΝ ΤΟΥ
ΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΥ ΚΑΙ
ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ
ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΙ
ΚΑΤΕΙΝ ΤΗΝ ΘΥΡΑΝ
ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΧΟΙΣ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΠ ΑΥΤΟΙΣ ΣΑΝΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΠΙΚΟΡΑΤΕΙ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΡΑΜΝΟΣΙΟΥ.
THEOPHILUS THEOPHILI
ANTIOCHENUS MELANEPHORUS
DEALBATIONEM HUIUS
SACRI TECTORII ET
PICTURAM
PARIETUM ET
CONTIGNATIONIS ET EN
CAUSTICAM PORTARUM
ET MUTULOS IN PARIETIBUS
ET IMPOSITAS IIS TABULAS
DEDICAVIT SARAPIDI ISIDI
ANUBIDI HARPOCRATI
SUB SACERDOTE SELEUCO
ANDRONICI
RHAMNUSIO.

V. quoque *Inſcript.* Græcam Herodis, cum Cafuboni Salmaſii, que doctiſſimis *Commentariis*, Barthium item *de Superſtitionibus*, ut & *ad Statium lib.* 3 *Sylv.* 5. ubi hoc Idolum obſervare ac punire magnificos homines creditum fuiſſe, notat. Hinc Ædes *Rhamnuſianæ* Patavii, in quibus marmoreum Triclinium vetuſtiſſimum viſitur, cujus iconem exhibet Hier. Mercurialis *de Arte Gymn. lib.* 1. *cap.* 11.

Rhamnus, ſpinoſa arbor, inter *ἀκάνθινα* Theophraſto, è qua ſepes vivæ fiebant, quibusdam videtur eſſe Alba Spina, quâ nulla hodie ſepibus faciendis communior, fed folia repugnantia Græci enim *rhamno* tribuunt foſſum *κοφῖνι ὑπόμορον, λεπτόκλωνον, ραιτικὸν, ἀναφυτικὸν, ὑπόφυτον & molle*, quod de Alba Spina dici non poteſt. Interim, facultatem malas noxas à foribus pellendi, quam Albæ Spinæ tribuit Ovidius, *βάτοις* vet. vindicant Græci, qui eam propterea *ἀλεξίκακον* appellavere. V. Salmaſium *Exercitationib. Plin ad Solinum pag.* 271. & *pag.* 535. ac 731. ubi de *Rhamni* duobus generibus, albo & nigro, ex foliis, quærdam addit.

Rhapbanus, V. ſuprà *Raphanus*.

Rhapſodi, Græcè Ῥαψῳδοὶ, dicebantur olim, qui epica carmina Homeri vel Heſiodi, *ἐν ᾠδῇ* pronuntiabant, Lauream enim hi virgam tenentes ea ſolebant decantare: non tamen propterea ſic dicti, quaſi Ῥαψῳδοὶ. Nam antequam mos ille *ἐν ᾠδῇ* ſolvendi, aliena carmina natus notuſque eſſet, Auctores ipſi ac Poetæ hymnos & alia carmina in honorem Deorum, à ſe compoſita, ſic cum lauru in manibus pronuntiare conſueverant, hinc *ἐν ᾠδῇ* ἀείδειν dicti. Pauſanias *de Bœotiis*, de Heſiodo, qui cum cithara pictus erat: *Οὗτος ἔχει ἀκούειν Ἡσιόδῳ φόρμιγγι δῶκεν γὰρ δὴ τὸ πάντων τῶν ἐπῶν, ἐν ᾠδῇ δὲ ἄδουσι ἔχοντι.* Nullum certè Heſiodo familiare geſtamen, *quod ex ipſius carmine apparet, cum virga enim Laurea canavit.* Intelligit hos verſus ex *Theogonia*,

Καί μοι σκῆπτρον ἔδοσαν δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
Δρέψαντες θηλῆν εὐπετέος, καὶ μ᾽ ἐνέπνευσαν ἀοιδὴν
Θέσπιν, ὄφρα κλείοιμι τά τ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα.

Ubi tamen ſibi à Muſis ex lauri ramo baculum dicit, tanquam vati futurorum, non tanquam Poetæ, datum: At Pauſanias ſic accepit. Et morem hunc poſtea Ῥαψῳδοὶ, qui aliena pronuntiarunt, imitati ſunt. Certè *ἐκ βάβδου* omnium fuit communis, qui carmina quæcunque publicè privatimque pronuntiarent; at non omnes, quicunque *ἐν ᾠδῇ* canebant, Ῥαψῳδοὶ erant, ſed illi ſoli, qui per *ῥαψῳδίαν* alienis carminibus certabant. In conviviis apud antiquos jam moris fuit, ut pro lyra myrti vel lauri virga circumferretur; cum qua accumbentes, qui ſtabus meſciebant, ſcolia, i. convivalia carmina cantarent, ut videre eſt apud Athenæum, Heſychium & Ariſtophanis Scholiaſten. Nempe & Lyrica carmina, ſi quis citharizare neſciret, à tenentibus virgam canebantur. Unde videmus *ἐν ᾠδῇ ᾄδειν* ἀφ᾽ ὑμῶν, ſive antiquiorem Ῥαψῳδεῖν, qui poſtmodum, aliena opera in theatris recitaturi, nunquam iſi ſimiliter ſine virga vel baculo laurino ſe cerunt. Ἀπὸ τῆ βακτῆου ligitur portius *Rhapſodi* dicti ſunt, quòd *aliena* carmina velut *ſuerent* texerentque. Homeri namque Poëſis per partes & membra olim cum diſcerpta eſſet, nec in unum corpus relata, Agoniſtæ, qui per *ῥαψῳδίαν* in certaminibus ſuperea recitanda contendebant, partem aliquam ſumere conſueverant, quam pronuntiarent: poſtea verò partes carminis, quas uterque antagoniſta recitandas elegerat, invicem committebantur & velut ſartoris acu jungebantur. Quo modo quum univerſam Poëſin percurrerent & ſparſas partes conjungerent ac velut ſarcirent, dicti ſunt Ῥαψῳδοὶ. Nam quod Philochorus eos *ἀπὸ τῆ τυθίνας ἐν ᾠδῇ τὰ ἔπη ἄδειν*, h. e. *compenendis carminibus*, *dictos* vult, locum properera habere non poteſt, quia ſi *ῥάπτειν ᾠδὴν* idem ſimpliciter eſt, ac *carmen aliquod texere* ſeu componere, non Epicus ſolùm, ſed quivis etiam verſificator, Tragicus, Comicus, Melicus, Ῥαψῳδοὶ fuiſſent dicti: quam tamen appellationem in Epicis ſolis tributam videmus. Habitus illorum erat *ἐδὴς ποικίλος, ποσῖς βρέτα ἕως ποδῶν*, h. e. *compositus carminibus*, *ἀπὸ τῆ τυθίνας ἐν ᾠδῇ τὰ ἔπη ἄδει

tavit Lycedæmonius; quæ in duo corpora, *Iliadem* atque *Odyssiam* composuit Pisistratus, an filius ejus Hipparchus, qui in Panathenæicis festi vitatibus Rhapsodos canere instituisse legitur, apud Ælianum *Var. Histor. lib.* 8. & 13. V. Jul. Cæs. Scaligerum ubi supra.

Rhapsodomantia, Græcè Ῥαψῳδομαντεία & Ῥαψῳδομαντική, Divinationis genus, quod per *sortes* fiebat, *Virgilianas* plerumque, aut *Homericas*, Æl. Spartianus *in Hadriano Cæs. Quo quidem tempore cùm solicitus, de Imperatoris ergà se judicio, Virgilianas consuleret,*

Quis procul ille autem ramis insignis olivæ
Sacra ferens? visco crines incanaq; menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundavit, Curibus parvis & paupere terrâ,
Missus in Imperium magnum, cui deinde subibit

Sors excidit Sec. Varii autem hujus *Mantheos* modi fuere. Interdum nobilis alicujus Poetæ selectos versus in pittaciis describebant: quibus in situlam conjectis idem ordo servabatur, qui in aliis sortitionibus, queis una interveniebat, & de hoc genere propriè dicebatur, *sors excidit* vel *exiit*, Græcè κλῆρος ἐξῆιεν. Interdum versus fatidicos in tabella describebant, & talorum arbitrante æleâ divinationem petagebant: è hic est τὸ κύβος ἀγορεύει, seu κύβος ἀγορεύει ἐστὶ, cujus crebra in Græcorum libris mentio. Fuit & alius modus Ῥαψῳδομαντείας, cùm temerè arrepto apertoque Poëtæ cujusdam libro, ut quidque se primum oculis obiecerat, pro sorte id & oraculi loco habebatur, de quo V. Augustinum *Confessionum lib.* 4. *cap.* 3. Atque hoc divinationis genus, à pagania acceptum, etiam Rabbinorum curiositas frequentavit & veteres quoque Christiani nonnunquam usurparunt, lublitrato in Poëtarum locum Sacri Fœderis utroque Testamento. Gregorius Turon. *lib.* 4. *mem.* 16. *Psalis Gerosi tribus libris supra Altarium, id est, Prophetiæ, Apostoli atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Christiano quid eveniret ostenderet.* Mox : *Aperto igitur primo omnium Prophetarum libro, reperiunt, Auferam maceriam ejus.* Et *lib.* 5. *Ego verò, referato Salomonis libro, versiculum qui primus occurrit, arripui, qui hæc continebat, Oculum qui adversùs despexerit Patrem —— Tosti hæc continuatò tristus in ingenuis, vigiliis atque ordinationibus, ad beatum tumulum Martinum accedens ad librum, quem erat Regum, versus autem primus paginæ, quam reservavi, hic erat : Pro eo quòd detestigustibus Dominum Deum &c.* V. ejusdem *libros* 5. *mem.* 49. & Nicephorum Gregoram *lib.* 8. ubi similis Andronici Sen. consultatio, aperto Psalmorum libro. Aliquando verò, qui consulebant, non aperiebant ipsi libros sacros, sed de voce Diaconi legentis in Ecclesiâ omen captabant, cujus rei exemplum est, apud eundem Gregorium *lib.* 8. *mem.* 4. V. quoque Metaphrastem in *Othori* & S. Cyprianum; qui aliàs ipse ab eo, cujus hodie fertur extare, loquentem & plura hanc in rem, apud Cafsubonum *Not. ad Spartianum l. c.* ut & *hic passim*, inprimis in *Psalterium aperiendi ritus*, & infrà in voce *Sortes*.

Rhapton, Græcè Ῥαπτὸν, prom. Barbariæ, à quo urbs totius hujus regionis Metropolis Ῥαπτὸς & portus & emporium. Stephanus, Ῥαπτὸς μητρόπολις τῶν κάτω Λιβύων, οἱ πολῖται Ῥαπτῖται —— ἐστὶ δὲ καὶ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας τῆς Ῥαπτὶ, *Rhapta metropolis interiorum Æthiopum, cujus incolæ Rhaptæ —— est & metropolis Barbariæ Rhaptæ*; Sed *Rhaptæ* & *Rhapta* idem oppidum. Erat illud haud longè à Mari, dicebaturque *Barbaria*, quidquid post mare Rubrum, inter sinum Arabicum & Persicum ad Meridiem patet, versùs Austrum tendenti, in ora sinus Barbarici, qui ad Orientem jungitur Mari Indico, usque ad prom. Rhapton. Salmasius *ad Solinum pag.* 798. Aliàs Ῥαπτὰ, quum appellativum eâ nomen, dicuntur Græcis tapetia Babylonico opere picta. Xenophon, Κυρίδαντα δὲ τὰ τῶν Μεγαβάτου μητρὶ, τῇ τῶν πεθέρων οὖσα μαλακὰν, *Cuvanta tapetia* videtur vocare Plautus,

Tum Babylonica peristromata, consutaque tapeta
Advexit nimium bona ei.

i. ἱματίδια, κιθάρια, ἀναπετάσματα. Unde Ῥαπτοβοιοὶ Græcis *ai* ποικιλτικοὶ, *qui acu fuciunt*, ut de Phrygibus dicit Plinius. *Insuere* enim non minùs propriùm Babylonicorum plumariorum, quàm *intexere*: quemadmodum vicissim *intexere* non minùs de Phrygibus sive phrygionibus dici queat, quàm *insuere*. V. suprà, ubi de utrisque. Quid *navigia* navigia, Ῥαπτὰ στρώματα, V. infrà, in voce *Stratilis*, & plura hanc in rem apud Salmasium prætatum *Not. ad Historiam Aug. pagsim.*

Rhavias, cognom. Ceretis, à *Rhavo*, teste Strephano. Fuit autem *Rhavus* hic fil. Cranai, qui Cecropi, in Athenienfium regno, successit. Eo Triptolemum genitum, docet Pausanias in *Atticis*, ubi & Chœrilum auctorem laudat. Suidas verò patrem Celei, avumque Triptolemi facit. Quia autem five *Rhavus*, five Celeus, Cererem hospitio excepérat, hæc Triptolemum agriculturam docuit à *Rhavo* volunt cognominari. Sunt tamen, qui ad Pandionis tempora, quæ de Cerere, *Rhavo*, Celeo ac Triptolemo modò dicta, referre malunt, Vossius *de Idolol. lib.* 1. cap. 13. Hinc *Rhavius* ager, Eleusinis, à Cerere primùm conditus. Pausanias, Τοῦ πεδίου τῆ Ῥαρίᾳ σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι καὶ θερίσαι σφίσι πρῶτον, *Agrum Rharium conditum primò ferunt & primum fruges protulisse*. V. *Rharium*.

Rhea. adde: Etiam Βριμὼ (quod alias Proserpinæ cognomen) appellatam fuisse, docet Theodoretus *Therapeut. Sermon.* 1. Ὅτι δὲ τὴν Ῥέαν, ἡ τὴν Κυβέλην, ἡ τὴν Βριμὼ, ἡ ὅπως ἄν ἐθέλοις ὀνομάζειν. Apud Orpheum in *Argonaut.* idem nomen reperitur, ubi tamen Proserpinam intelligi vult Meursius. Adi Canteri *Notas*. Templum ædemque habuisse nullam, observat Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 4. Plura V. apud Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 54. Nec omittendum, quòd *Rhea* Semiramidis cognomen Assyrium fuisse, notat Auctor *Chronici Alexandrini pag.*85. De ejus πυργωτῇ κεφαλῇ, *turrita corona*, V. Cur. Pafchalium *Coronarum lib.* 3. *cap.* 3. & 11. ut & *lib.* 9. *cap.* 10.

Rhea, Numitoris filia, adde: *Rhean Silvium* vocat L. Florus *Hist. Rom. lib.* 1. *cap.* 1. *Sirvium* appellat Ælianus *Var. Histor. lib.* 7. *cap.* 16. *Iliam* nuncupat Scholiastes Juvenal. *ad Sat.* 9. *Catenlis Marsi, quibus Junonis sacra celebrantur à Romanis, quia tunc ilia compressa est à Marte, nam tunc Matronalia fiunt.* Salmasius non uspiam alias, apud bonos Auctores, *Rheæ Silviæ* nomen occurrere, annotavit; fuspicatur tamen, *ad cap.* 1. *Solini*, eundem fuisse Σαρδόπαλιν in ἐπιτομῇ τῶν Κυρίνι templi, quod Attali & Eumenis Matri dedicatum fuit. Hinc Amulius, fratter Numitoris minor, Numitore pulso filiisque eius occiso, ad Vestale Sacerdotium cepit, sicque perpetuæ Virginitati damnavit, ne qua forte legitimus Regni hæres exipia nasceretur. Sed postquam furtivo concubitu gravidam deprehendit, sepsit eam custodiâ, ut partus enecaretur: Quæ cùm gemellos peperisset, illi Amulii imperio, in profluentem projecti, beneficio Faustuli, Regii Paltoris, servati sunt ac educati, Mater autem, à partu liberata, Patrui justu, viva defossa est, V. Salmasium *Not. ad Florum loco cit.* Et ab hujus filio Romulo Romam conditam tradunt, Solinus, Ælianus, Justinus, Livius, Velleius, Virgilius, Alii : à Romulo & Remo, Pomponius Mela *lib.* 2. *cap.* 4. Plin. *lib.* 8. *cap.* 18. &c. Manilius *Astronom. lib.* 5.

Quâ genitus cum Fratre Remus hanc condidit urbem.

Callias Tamen, apud Dionyf. Halicarn. *lib.* 1. Romen, fœminam quandam Trojanam, Latino Aborigenum Regi nuptam, Remum Romulumque peperisse, Urbemque ab illa Ῥώμην appellatam esse, tradit. Etymologici Auctor, ἀπὸ Ῥώμης Ἀκάκης, cum quo memorata *Rome* in Italiam delata, Romulum & Remum filios facit. Salluftius, primordia Urbis Æneæ R. tribuit, Romulo nullà mentione factâ. Interim, quòd Romulum ex Silvia à Marte prognatum esse crederent Romani, præcipuâ hunc veneratione, tanquam Gentis fuæ conditorem, coluerunt: unde etiam in nummis quibusdam expressus videtur, Mars accedens ad *Rheam* Sylviam, quorum unum operi fuo inscruit Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 10. Lupæ quoque imago, fub ficu Romina, duos puellos Romulum & Remum hactenus expofitos lactantis, eft in nummis Pompeiæ gentis, Commodi, Alagabali feu Heliogabali, Macrini, apud Fulv. Urfinum *in Volum. numism. pag.* 222. V. quoque Bæum *in nummis Cretis Tab.* 5. *num.* 2. Abrah. Gorlæum *Tab.* 44. *num.* 7. &c.

Rhecias, vel *Cercias* & Amphitus, aurigæ Caftoris & Pollucis, Diofcuriadis Auctores, urbis Colchorum, Solinus *cap.* 15. Eorum meminit Appianus quoque *lib.* 22. Et *Diofcuriae nunc urbis nota, cujus auctores Amphitus & Cercius Spartani —— à quibus Heniochorum natio eft inftituta &c.*

Rheda, vocabulum Gallicum, Quintil. *lib.* 2. *cap.* 5. fignificabat genus levicuti currus, quo geftabantur olim nobiliores Romani in villas fuas, uti de Milone legimus apud Cic. *Orat. pro eo.* Gallis hodie *Coche*. Hinc *Rhedariæ* mulæ, apud Varronem *de Re R. lib.* 3. *cap. ult.* Fere enim mularis hic currus Romæ fuit, ficut ἅπαξ Græcis, V. Sulpicium *Dial.* 2. *cap.* 4. Proinde Apocalypseos *cap.* 18. *vers.* 13. pro Græcis ἵπποι ἐν ἅρμασι, *equorum & rhedarum*, Arabs habet *equorum & mulorum*. Erant autem *mulares* hæ *Rhedæ* vel bigæ, vel trigæ, vel quadrigæ, ut fuprà videre eft, voce *Mularii*. At M. Donatus, *rheda unius equi currus ne plus rimum*: Cafaubono verò quadritorum ὄχημα, Æolibus quoque πτέκκαν, unde πτεκκανικὰς Græcis, ut cilium birotum, *ad Julium Suetonii cap.* 37. Sed & fervorum *Rhedariorum* mentio eft apud Cic. *ad.* 1. V. quoque Pignorium *de Servis. Rhedarii* item *Vehicularii Fabricenses*, apud Capitolinum *in Maximo*, ubi ejus patrem nonnullis talem fuiffe ait. Eam portò Fortunatus ita defcribit, *lib.* 3. *Poem.* 20.

Curricula genus eft, memorat quod Gallia Rhedam,
Mollitur incedens orbita fulcat humum.
Exilium duplici bijugo volat ave citato,
Atque moves rapidas junctia quadriga rotas.

V. Cafaubonum quoque *ad Suetonium*. Sam. Bochartum *in Hierozoico Part. prior.* ubi de *Mulis*, Alios. In fpecie, *Rheda*

Fiscalis, apud Sulpicium Severum *lib. 3. de Vita Martini*, *Per argerem publicum plena militantibus viris fiscalis* reda *veniebat*; est equus usus erat in Cursu publico, quem *Fiscalem* quoque vocat Spartianus *in Hadriano*. Quæ ambo sic dicta, non quòd præstatio eorum Fisco incumberet, sed quòd res Fiscales eo transveherentur, ut aurum & argentum sacrarum Largitionum, cum ad comitatum Principis destinabantur, vestes aliæque species, quæ *Fiscales* dicebantur. Instituit autem cursum publicum, etiam vehicularium, primus Augustus, ut, quid in provinciis gereretur, cognosceret celerius, quem postea Hadrianus Imp. Magistratibus quoque, cùm in suas ibant provincias, indulsisse legitur apud Spartianum, cum prius suis fumtibus irent redirentque, sed hac de re suprà. Eædem *Rhedæ cursuales* dicuntur, *l. 9. Cod. Theod. de Legatis*, de quibus V. plura apud Jac. Gothofredum *Parat. ad tit. Cod. Theod. de cursu pub.* nec non suprà, ubi de eadem.

Ruinger-wals, seu *Comites Rhoni*, illustris in Germania Familia, quæ à pluribus seculis in radicu Rhenano viret. Adelhelmi certè jam circa A. C. 670. mentio fit, qui Auctor esse creditur. Accessit deinceps Comitum Sylvestrium, seu Wildgraviorum successio ac titulus. In filiis Joannis, Joannæ Sarv verdenfis mariti, qui exeunte seculo XV. vixit, rami diversi coepere. Nam Joanaes quidem *Merchingensem* seu *Kirchburgum* procreavit, qui nunc in Joanne (ad quem Merchinga spectat) atque Georgio Friderico (qui Kirræ Linchingi habitat) subsistit. Sed Philippus, alter Joannis ex Joanna filius, *Daunium* emisit, qui iterum tres præcipuos palmites habet. Primus est Principum *Salmensium* seu de *Neuville*, alter cos complectitur, qui *Grumbachii* habitant; tertius *Daunensium* est. De quibus omnibus V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobil. Europ. Part. I.* & *hic passim*.

Rheni nodi, apud Martialem, *lib. 3. Epigramm.* 35. de Erotio puella,

Quæ crine vincis Batici gregis vellus,
Nodosque Rheni, *extremique nitelam*:

cirri sunt Germanorum, in nodos substricti. Nempe illi non quidem crines calamistro torquebant ac rotabant, quod quidam volunt, cùm Phrygum hoc fuerit proprium & effœminatarum gentium, quibus hoc probrum passim objectum, quòd haberent comas

Vibratas calido ferro murrasque nitentes:

Sed, qui simpliciter fuit crines torquendi modus, eos in nodum cogebant vel nodo fubstringebant. Tacitus *de Moribus Germanor. Infigne gentis obliquare crines*, *nodoque fubstringere*. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 761. & suprà in voce *Nodus*.

Rhono, seu *Reno*, Savaroni à *Rheni* accolis, Loccenio *Antiqq. Suecic. lib. 2. cap. 20.* à voce Gothica *Reen*, adhuc Suecis usitata, quâ animal illud appellant, quod aliàs *Rangiferum* dicitur, Salmasio *ad Tertullianum de Pallio*, vox meræ Græcæ, ex *ἰλὸς*, i. *agmen*, vestis fuit ex pellibus confecta, quæ humeros & latera tegebat. Certè *ἰλωτὸς* seu *ἰλωτὸν*, i. *lorum pelles*, una cum *λανα*, in vestium usum maximè commendant Medicorum filii, ut quæ non solùm plus caloris, quàm ovillæ, conferant, fed & dorso & renibus plurimum prosint, Sam. Bochartus *Hierozici Parte prior. lib. II. cap. 43.* Memnit *Rhenonis Galliæ* Cæsar *de Bello Gall. lib. 6.* ut & Sallustius. Ex medii ævi Scriptoribus vocem usurpavit Sidonius Apoll. *lib. 4. Epist. 20. Viridantia saga limbis marginata puniceis*, *pendula ex humero gladii baltheis superverrentibus strionorans clausa bullatis taurea fibronibus*. In Ipece *Rhenonis equini*, mentio est in vet. *Charta* apud Car. du Fresne, quæ propria vocis notio est, ut dictum, sed latiùs, quod & in aliis usu venit, ea postmodum extenta. Namque *Rhenonem de preciosis pellibus peregrinorum murium*, (Moscicorum fine dubio, V. *suprà*) habes apud Ordericum Vitalem *lib. 4.* & *Renonem ex arietinis pellibus*, *lib. 12.* &c.

Rhenus fluv. adde: Ejus simulachrum memoratur Statio *lib. 1. Sylv. 1. versu 51.* ubi de *Rheno Max. Domitiani*,

Rhenus — *tacitæ pro cessite terræ*

Ænea capiti crinem negit ungula Rheni:

quod suâ ætate, ante annos hos centum & quod excurrit, Romæ superfuisse, scribit Barthol. Marlianus *Topogr. Urbis lib. 3. cap. 3.* Fingebantur autem hoc modo domitarum provinciarum simulachra pedibus subjecta Victorum Romanorum. Sic apud Claudianum *fine VI. Consul. Honorii*,

Cuda triumfali prostrata Hispania pedi
Hesperiæ sedet, *& Rheno laxat sua crura*.

V. Casp. Barthium *ad Claudian. lib. 44. cap. 18.* & *Animad version. ad Statium* ac *Claudianum d. l.*

Rhetor, per excellentiam Demosthenes dictus est. Harpocration in Οἱ περὶ Δημοσθ., *Μαρτυροῦσι δ' αὐτῷ ὁ Ὑπερείδης τῷ περὶ Ἐυξιθέου, ὁ δὲ Θουκυδίδης τὸ τῆ δυσίμει. Et in Sirrina*, Ἐγὼ δὲ τὸ Σάμιον πάλαι ἴδιωλικῶ τ᾽ ὄντα τὰ ἐκείνου ὑῤῥάτερον μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνα αὐτὰ Σαμίοις εἶναι τὸ Ῥήτορι. V. Barthium *ad Statium Thebaid. lib. 4. vers.* 464. Aliàs vox appellativa, ut notum. Et quidem *Rhetores*, & Grammatici, à quo primus è Sophistis Protagoras merecde docuit, ut docet Philostratus, ampla, modò disciplinâ & assiduitate Scholas tuerentur, emolumenta habuere. M. Antonius Gnipho de mercedibus non pacifcebatur, eoque plura ex liberalitate discentium consequebatur. Remmius Palæmon ex Schola quadraginta annua capiebat. Tantidem docendum condunt Calvinum Eficium Eq. Rom. L. Appulejus. Verrius Flaccus habitationem in Palatio, & centena sestertia in annum ab Augusto meruit. Jul. Cæsar honorem addidit, omnes civitate donando: quos tamen extra classem projecisse, & non nisi capite censos fuisse, videtur Ovidius *Fastor. lib. 3.*

Nec vos turba fori cinsta fraudate Magistri
Spernite: *Discipulos attrahit illa suos*.

Vespasianus *Rhetoribus*, quum ingenia & artes maximè foveret, primus ex fisco annua centena constituit: & M. Fabium Quintilianum ex Hispania Romæ inquilinum, stipendium è Fisco accepisse, testis est Eusebius. Ab Trajano honor & dignatio tanta dicendi Magistris & Sapientiæ Professoribus, ut per cum spiritum & fanguinem, & Patriam receptisse diceretur. Hadr. eosdem honoravit, & divites fecit: in summa famsitatitate Epictetum & Herodorum Philosophos, tum Grammaticos & *Rhetores* habuit. Antonius Pius iisdem per omnes etiam provincias & honores & falaria detulit: finivitque numerum, quot quibus in Civitatibus exhiberi publicè deberent: Metropoles gentium quinque ut tucrentur *Rhetores*, Grammaticos totidem: Juridici conventus quatuor, qui docerent utramque doctrinam: reliquæ minores Civ. tres Sophistas & Grammaticos totidem, &c. Salaria quæ ex Fisco iis decreta, *μισθοὶ ῥητόρικοι*, statuunt Lucianus & Eun. Philostratus in *Proæresio* & *Chrysto*, ut alios omittam, quæ, five Pius, ut Capitolinus: five Marcus, ut Philostratus videntur velle, primus ipsis contulerit, efficiunt Romanæ monetæ sestertia quadraginta, aureos quadringentos, at nostræ coronatos mille, verba sunt Gronovii. Sic refte Salmasius *ad Hiftor. Aug. Tatianus* Rhetor *Herius χρυσὸς ἑξακοσίους eos in stipendium accepisse dicit*, *quæ sexcentorum aureorum summa*, *non μισθοὺς ἀγοραίους*, *sed μισθοὺς ὑητορίκους* comines: ad quæ verba quid annotaverit modò laudatus Joh. Frid. Gronovius, vide in *de Pecun. Vet. lib. 4. cap. 11.* Augures, in quibus docerent *Rhetores*, inftituit à Caligula, & Domitiano, celebres admodum: de quorum illis sic Valesius, in voce *Atanacum*: *In eo autem Urbem* (Lugdunum) *loco*, *anno U. C. 744. ara Augusto Cæsari cum Templo*, *ad confluentem Araris & Rhodani dedicata est*, *à Gr. Gallicæ civitatibus*: *ibidem & ludos miscellos & certamen Græcæ Latinæque facundiæ edidit C. Cæsar Caligula*, V. quoque in voce *Lugudunum*. Ibidem enim & Profeffores itidem Latinosque Grammaticæ & *Rhetoricæ* Scholas publicas, & è Fisco falaria annua, Romanis imperautibus, habuisse, docet ex Autonio *grat. act. ad Gratianum*, & literis Friderici Aug. datis A. C. 1157. Lege item Imp. Valentis, Gratiani & Valentiniani A. A. A. ad Anton. Præf. Præt. Galliarum, quæ est in *Cod. Theod. lib. 13. tit. 3.* Nec verò annua solùm ex Fisco salaria, sed & stremas Kal. Januariis ab Impp. accepere, fuerique tales Scholæ, ut olim Gallia loquax & verbosa, Narbonæ, Augusti, Burdigalæ, Vesontionæ, aliisque in urbibus, quæ Metropoles erant, de quibus præ cæteris V. Aufonium Sed & Augustoduni, ubi *nobilissimam Galliarum juventutem* liberalibus studiis & *ingenuis Artibus eruditi*, Diocletianus & Maximinianus Augg. scripsere, & Auditorio loci Eumenium, Latinum *Rhetorem*, præfecere. Jam Arborius, Exfuperius & Sedatius *Rhetores* Tolosæ fuere, Eusebius *in Chron.* Statii Urfuli Tolosenfis meminit, qui *celeberrimè in Gallia Rhetoricam docuit*, fub Nerone: Ruft *Rhetoris* Pictavici, mentionem injicit Ausonius, eumque, cui infantem ac elinguem, non uno Epigrammate deridet. Omitto quod Hieron. *in Chron.* tradidit, *Arnobium*, Rhetorem in *Africa clarum*, *Sicca juventes ad declamandum eruditisse*, Habitus *Rhetorum* colligitur, ex ftatua iconica, in illuftri Clivenfium oppido, ad portam mediaftinam Eumenio præfato pofita, cujus hæc Infer. *Eumenius. Rhetor. Temporibus. C. Jul. Cæf. Dict. arcis. Clivenfis. fundatoris. Oftav. Augufti. juvenfi. qui. praftidio. munivit. Urb. Treveni. qui. in. Colon. profeft. Del. Eludend. qui. in. Forum. Veter. ampliavit. Hic. Eumenius. Rhetor. qui. in. hoc. auguft. Clivienfium. oppido. ad. Praftidem. Galliarum. poft. eorum. in. Batavian. ingreffum. oratione. Panegyrica. habita. fcholis. praffect. annuo. fexcen. feftert. ftipendio. Gallicam. Juventutem. inftituit. hac. ftatua. iconica. tripedanea. id. eft. veftitus. fui. temporis. tunicâ. talari. comâ. decurt. vitta. vonfricâ. baltheo. bullato. calceis. fenefiratis. maffa. aurea. ad. liberalit. præfentat. & fartula. Magiftertii. infignt. ad. antiq. monumenta. Urbis. & lonjus. portæ. renovatio. poftrini. pof.* apud Teschenachrum in *Annal. Clivor.* Addatur Prov. Lat. cam *videlam effe à Rhetorica*, quod in Germania percrebuit, poft. quam Magnus Brunfuicenfium D. & Albertus Halberftadienfis, fubtilis Logicus, à Gerhardo Barone *à Berg*, qui dicendi Arte pollebat, prælio fuperatus eflet, circa A. C. 1364. ut refert Georg. Hornius *Hiftor. Philofoph. lib. 6. cap. 5. &c.*

Rhetorii, Hæretici, in Ægypto & Alexandria; à *Rhetorio* autore fectæ, nomen habuere, qui omnes laudabat hæreles, dicens *omnes bene fentire & nemitem ex eis errare*, ut narrat Philaftrius *Catal. Hæref. cap.* 44. Quod Auguftinus dicit ita abfurdum effe & nimium mirabilis vanitatis, ut ipfi incredibile videatur, *Hær. 72.* V. Jo. Forbefium *Inftruftionum Hiftorico-Theologic. lib. 3. cap. 20. §. 38.*

Rhetio,

Rhenbarbarum, Sinis *Taihoang*, in Xenſia prov. copioſè provenit, diligenti culturæ arte. Radix eſt ſat ſolida, tuberibus hinc inde prominentibus, foliorum formâ haud ita procul à caulibus noſtratibus, quos tamen magnitudine ſuperant. Has radices pertuſas incolæ in umbra ſuſpendunt ac ſiccant: nam in Sole ſuſpenſæ vim amittunt. Inde poſtmodum, uti & ex prov. ejusdem Imperii Suchuena, magna ex parte eſt *Rhenbarbarum* omne, quod ad nos in Europam defertur, nim. per mare Indicum, ycl Caſan, Aſtracaniam & Ruſſiam; vel per Tibethum, Mugor & Perſidem &c. Auctor Anonymus *Sinæ & Europ.* c. 31. V. quoque ſupra in voce *Rha*, Jo. verò Bapt. Tavernier omne *Rhenbarbarum*, ex magna Tartaria ad nos deferri, optimum autem in Regno *Boutam*, ultra Gangem, Septentr. versùs, provenire, ted ob itineris diuturnitatem & pluviarum madorem, radici inimicum, inde in Europam non advehi, docet in lib. cui titulum fecit *Observations faites à Commerce des Indes Orientales*.

Rhianus, Poeta Epicus, inter Auctores raræ ac reconditæ lectionis, nec omnibus protritæ, qui profanum vulgus arcebant obſcuritate fuâ, numeratur Salmaſio *ad Solinum p.* 876.

Rhimetales, V. infrà *Rhamatales*.

Rhinoceros, quaſi *nariconis*, quòd in *nare cornu*, idque prævalidum, habeat, ſpeculum divinæ Providentiæ, apud Hiob. eſt c. 39. ubi tamen alii malunt *Monoceros* reddere. Cum elephanto, vitibus licèt impar congreſſus ſi ventrem eius attingat, cornu illum ſuum ſurſum vibrat. *Cornu ad ſexta cimatia propitiat & tuetur, in dimicatione autem maximè petens, quam ſibi eſſe mollirem, longiudo ei par, crura multo breviora, color buxeus.* V. quoq; Diodorum. Sic l. 14. & Strabonem l. 16. Georg. de Sepibus *Deſcripti Kircheriani Muſæi p.* 30. ſic de eo: *Animal eſt grande, duriſſimo & ſolidiſſimo cutis ceu thorace ferreo loricatum. Corporis mole elephanto non impar, niſi quòd breviores habet pedes. Caput ad modum ſuum in roſtro acutius, & utrinque ad frontem protuberans, gruſſiſſimi & robuſtiſſimi colli, ex regnantium, inter nares excreſcit cornu valentium & robuſtiſſimum, paxumque verùs frontem incurvatum, ferruginei nigroris, cauda more boum. Nonnullis duo cornua, majus inter nares, minus ſuprà: feriunt, dolo, vobore animalium nulli cedit. —— Habet Muſæum ſuis cornua, duo minora bipalmaria in longitudine & 7. unciarum, in cateis radice diametrum. Tertium ſubtilius, cùm in calce ſemipalmarum ſolum expleat dimidiarum inclúſus ultra 3. palmos in acumen decreſcit, priorum more.* Sed quidquid ſit de Rhinocerotis feritate ex Strabone *lib.* 16. ubi bove vel tauro rhinoceroton majorem non eſſe, docet. Nec geminum cornu, quod ex Martiali *lib. Spectac. Epigr.* 22. Pauſania & Scaligero adſert, dubio caret. Anno certè Chriſti 1515. ex India in Luſitaniam advectum *rhinoceroson*, accuratè depinxit Alb. Durerus, ſui temporis Apelles: è cujus prototypo expreſſa ἐικὼν per totam Europam ſparſa fuit, quæ cornu nullum exhibent in fronte, ubi puſillum eminere ait Scaliger. Sed Plinius, quod eſt in nare infima, quatuor tubercula, quorum ſummum frontem, cotera glabram in una parte attingunt, Sam. Bochartus *Hieroz. I. Parte prior. Lib. III. c.* 26. ubi *de genitore cornu rhinocerotis*, apud Martialem *d. l.* varia aſſert, ut & *c. ſeq.* Cœterùm animal hoc Ariſtoteli notum non fuit; primus illud deſcripſit Agatharchides, ſub Ptolemæo VI. poſt quem Artemidorus, Diodorus, Strabo qui viderat, Plinius, Solinus, Ælianus, Oppianus, Philoſtratus, Dio, Pauſanias, Alii. In ſpectaculo primus exhibuit Cn. Pompejus M. teſte Plinio & Solino. Dein Domitianus non ſemel, ubi elephantos, leopardos, leones, tauros, urſos aliaque feras in arena devicit, ut ex parte apud Martialem ubi ſuprà legimus. Aliud ab eo *Monoceros*, de quo V. infrà, ubi de *Unicornu*. Sed & *Rhinoceros*, avis nomen eſt, quæ eadem cum *Pica Braſilica*, V. ſuprà.

Rhinometeus, cognom. Juſtiniani II. Imp. ex Græco Ῥινόμητος, h. e. *narinus truncatus*, V. *Juſtinianus II.*

Rhinon Tarentinus, Φλυακογράφος & Ἰαμβογράφος *mentionem fecit* Heſych. ſeque Auctor fuit ejus mimiologiæ, quæ Ἰλαροτραγῳδία appellata eſt, item Φλυακογραφία, V. ſuprà.

Rhipe, urbs Arcadiæ. Stephanus, Ῥιπὴ, πόλις Βοιωτίας. & ἰδιωτὶς Ῥιπεών. V. Caſp. Barthium *ad Statium Theb. l.* 4. *v.* 286.

Rhipidium, Græcè ῥιπίδιον, tabella, cujus motu ventulum ſibi faciebant in æſtu mulieres. *Tabellam* appellat Ovidius,

Nec pudeat ventum motâ feciſſe tabella.

Et,

Utque ſitas ventos mota tabella mana.

Aliàs *flabellum* vocabatur, quod tabella erat vel πλέγμα aliquod; unde ῥιπὶς, inſtrumentum quo ignis ventilatur, Salmaſius *ad Solinum p.* 353. V. ſuprà ubi de *Flabello*. Sed & in facro uſu ῥιπίδιον, ut videbimus ſuo loco, ubi de *Vimine*.

Rhizes, barbarum animalis nomen, quod Græci *taurele phantem* dixere. Strabo *lib.* 17. in deſcript. Æthiopiæ, quæ ſuprà Mauritaniam eſt, Ἐντεῦθεν ἡ φυσιολογουμένη φησὶν Ἰδιόκρατος γιγνόμενα ἐν τοῖς κροκόττησι Τίγρει, οὓς καλοῦσι τὰς μὲν ἀπὸ τῆς μορφῆς κεντὰ ἢ γὰρ βλαῦτα τῷ μεγάθει, τὰ δὲ ἀλκὴν τὴν ἀπὸ μόρων, ἢ ἀλθαίνει ἐλέφαντι. *Auctor eſt Idiocrates hoc in loco, camelopardales gigni & elephantes & Rhizes quos vocant, formâ quidem tauris ſimiles; viribus verò & magnitudine & viribus ad pugnam elephantis pares.* An hi ſunt Æthiopici tauri vulgaribus duplo majores, quos deſcribit Ælianus *lib.* 17. *cap.* 43. V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior. Lib. II. cap.* 23. & infrà in voce *Taurelephantes*.

Rhizophagi, adde: Eos è paludibus fuis alio migrare coëgiſſe κυνόκεφαλα ἔθνη κακόβουλα, *cultres quosdam terribiles*, totamque regionem manſiſſe deſertam, docet Ælianus *lib.* 10. *cap.* 40. Quod Myuſſis quoque accidiſſe, legas apud Pauſaniam *in Achaicis*.

Rhizoxumi, dicti qui ſimplicia tantum medicamina vendebant herbarum ac radicum, quas ipſi conquirebant ac colligebant. Eorum cum *Pharmacopolis* junctim mentionem Theophraſtus *lib.* 9. Περὶ φυτῶν ἱστορίας ποιεῖται. Firmicus *Herbarios* vocat, at & Plinius, quòd *herbas* legerent venderentque. Hinc qui ſimplicium herbarum poteſtates tantùm olim deſcripſerunt, libros ſuos τῶν ῥιζοτόμων inſcripſerunt, ut Micion apud eundem Plinium. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1091.

Rhoas, Græcè Ῥοὰς vel Ῥοὰ, dicta eſt Laodicea ad Lycum, cùm prius *Diospolis* nomen haberet, tandem *Dionyſaea* dicta. Nempe *Laodicea* dicta eſt, ab uxore Antiochi Stratonicæ gentili, qui illam condidit; Διόνυσος, Oraculi juſſu; *Rhoas* verò, ἀπὸ τῶν ῥοῶν, quòd terræ motibus frequenter quateretur, quaſi *fluidam* dicas & in lubrico ſitam. Uti μέλαν ῥοὰς vel ῥοὰν Græcè genus papaveris eſt, fluidum habentis florem & protinus decidunm; & genus vitis ῥοὰς, quòd ctiò ſolia amitteret. Folia quippe ἵσεν & λάπαθον ducuntur, quæ decidunt, ut & capilli. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 818. & 829. ut & in voce *Laodicea*.

Rhodia Lex, quæ mercaturæ in celebrem erat *l.* 9. *D. ad L. Rhod. ex* Voluſio Mœciano, ubi porrectis Antonino Auguſto libellis ſuppliciburs, à quibusdam, quin in Ægeo Mari naufragium erant paſſi & à Cycladum Publicanis expilati fuerant, Imperator hæc verba ſubintulit: *Ego quidem Dominus, Lex verò Maris*; terum maritimarum eo tempore regula fuit ac norma, quâ omnes iſtiusmodi controverſias dirimi voluere Imperatores, ubi Imperii Legibus contrariæ non eſſent. Nomen ei ab Inſ. *Rhodo* urbeque cogn. quæ olim & opportunitate ſitus & oportum nobilitate & navigandi ſolertia, navalibusque victoriis celebrata, atque adeò omnib⁹ ornamentis tantopere eæteras civ tates ſuperabat, ut nulla legum præſtantia æqualis putaretur & navalis rei peritiâ adeò valuit, ut multis annis Imperio maris potiretur, & piratarum latrocinia longè lateque ſuſtulerit, quod latiſſimè Strabo docet *lib.* 12. V. quoque A. Gellium *Noct. Attic. lib.* 7. *cap.* 3. Cùm igitur Mercatorum mari ſe exercentium in re Inſulari ſæpe incideret numerus eſſet, ac de re navali indies lites jurisque exoriretur; *Rhodiæ Leges* latæ ſunt, quibus altercationibus, de re nautica exortis, ac præcipuè, ſi exonerandæ naves eſſent, provideretur, *l. ſin. diſſ.* 1. Joann. Calvinus *Lexic. Jurid.* Ita Imperator præſatus controverſiam de naufragorum bonis Lege Rhodiâ dirimi juſſit. Nempe quum introductus paſſim in naufragiis abuſus, quo, quidquid navis naufraga contineret, Publicani ad ſe rapiebant, tanquam ad Fiſcum pertinens, adoleri non poſſet, ut quòd omnes fere gentes obtinerent, factum inde, ut pro Lege in mari receptâ haberetur. Atque hoc unum ex præcipuis Legis Rhodiæ capitibus fuit, de qua V. Aliatum *Diſſert. lib.* 2. *cap.* 5. Sam. Petitum *Miſcellan. lib.* 3. *cap.* 11. Jo. Seldenum *de Maris dominio lib.* 1. *cap.* 25. Iſaac. Pontanum *Diſcuſſion. Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 15. Jo. Bapt. Burgum *de Dominio Maris Ligu ſtici lib.* 1. *cap.* 14. Cland. Salmaſium *de Modo uſurar. cap.* 5. Alios. Certè *Legem* ita *Legatum* apud recentiores paſſim appellatur jus illud, quo naufragorum res ac bona in dominorum poteſtatem cedebant; quæ quidem vox idem notat, quod *Lagæ*, h. e. *Lex*, & aliquando ſimplicitèr, aliquando cum *maris* adjunctò, ſcripta occurrit, ut videre eſt ſuprà in hac voce. Porrò *Rhodus* Cycladum caput fuit, quæ *Rhodi* proin appellatione ſignificantur *Nov.* 41. V. ſuprà ubi de *Quæſtore Exercitus*, & plura de hac Inſula ac civitate ſuo loco.

Rhodiacæ, Rhodiorum calcei, quibus à gente & reg. nomen. Sic *Argiæ*, apud Argivos; *Theſſalides*, apud Theſſalos, celebres fuere, Lyſippus in *Bacchad.* laudatus, B. Balduino de *Calceo Antiquo cap.* 20.

Rhodinus Color, Græcis Ῥόδινος, apud Anaſtaſium Biblioth. *in Benedict.* III. *Peſtem rubeam de rhodina*: roſeus color eſt, quem in ſerico tingendo olim ex tuberculis adnatis radici pimpinellæ confici conſuevit, tradit Salmaſius; hodie ſit è quibusdam ſeminibus ex India Occid. allatis, quæ ſimilia ſunt cimicibus quibus demptum caput. Democritus certè *in Phyſicis*, inter colorem ῥόδου recenſet, & apud Æginetam pigmenti genus mentorat τῷ ῥόδῳ εἶδος. Hinc *Diarhodinum*, apud Leonem Oſt. *Chron. Caſin. lib.* 2. *capp.* 44. & *lib.* 3. *cap.* 19. h. e. rhodinus color intenſior, *Leucorhodinus*, albi, roſeus dilutior; *Rhodomelinus*, color partim luteus, partim roſaceus, apud Car. du Freſne in *Gloſſar.* V. quoque Dominic. Macrum *in Hieroleux*.

Rhodiopolis, oppidum I. prim. quod aliàs *Rhodia* quoque, Ῥόδια, V. Salmaſium *ad Solinum p.* 785. ut & in voce *Rhodia*.

Rhodium Numisma duplex, alterum Romæ in Æde S. Crucis in Hieruſalem, alterum Pariſiis in æde S. Joannis Lateranenſis, oſtentatur, velut exargenteis illis triginta, quibus, ut monetâ ibi tum in uſu promiſcuâ, divenditus eſt à Juda proditore Dominus noſter. Sed yeterum Rhodiorum hæc numismata eſſe, non

Judæorum, Infcr. docet, ΡΟΔΙΟΝ (juxta vet. morem ο. pro ω. ſcribendi) unde & *Rhodium* & *Rhodienſis* Scriptoribus dici ſolet: Flos item additus; qui aut roſa habetur aut heliotropium Facies in parte altera pro Solis Phœbive ſeu coloſſi Rhodienſis facie ſumitur, vel capite, quod non minùs radiatum, quàm capillatum eſt, Etnota Inſulæ ac Solis, in ſcriptis Vett. conjunctio, tum Rhodi nomen à *roſis* deductum, quæ *ῥόδα* Græcis. Accedit, quòd nummi figurâ ſimili urtæ que inſigniti habeantur inter Rhodiorum nummos, apud Hub, Goltzium in *Numm. Inſul. cap.* 23. ut & alii, apud Antonium Pifonem *Diſcours ſur les Medailles*. cap. 8. Alios. V. de duobus his numismatis pluria, apud Card. Baronium *ad. a.* 24. Odon. Pinellum *Trophæi noſtri dell' antica città di Roma, Rome* 1635. Antonium Auguſtin. Epiſc. Tarracon. *Dialog. de Numiſm.* 2. Andr. Schottum in *Tab. Numiſm.* 68. Guil. Budæum *de Aſſe lib.* 5. Marquardum Freherum *Diſſertat. de Numismate Cenſus a Phariſæis in quæſtionem vocato*, Caſparum Wæferum *de Antiquis Ekthrasorum Nummis lib.* 2. & qui hos laudat, Joann. Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta Diſcipl. Ebr. l.* 2. c. 8.

Rhododaphne, Hebr. רִכְבְּרֹדֶם *Kirkebrodem*, aliàs *rhododendros*, inter herbas eſt, quas Patechalius hebus cum agno comedi ſolitus, Exod. *cap.* 12. *verſu* 8. de ſuo inferiùs Gemarifiæ. Crefcit ſecus ammes & habet *τὸ ἀνθος ὁμοιον ῥόδοις, ſtorem roſeo ſimilem*, uti ait Dioſcorides. Qui proin ſtos, ſi credimus, Appulejo prope impoſuit, qui, in aſinum mutatus, cùm roſas quærens, quarum eſu priſtinam formam recuperaret, in rhododendri flores incidiſſet, illud venenum roſarum ſumere geſtiebat, quod fuiſſet ifti lethale. Hinc Lucianus *in Lucio*, de hoc eodem aſinello, *Καταφαγὼν*, inquit, *τὸν τῶν ῥόδων φυλλῶν τὸν φυγόλυπον πάντοτε σώτειρα. Malum hoc eſt prandium omni æſino & equo, ajunt, non veſcentem illicommoro.* Quàm ob cauſam *Herba aſinaria* dicitur, in *Gloſſ* ; uti referibit Bochartus, pro *Herba ſinaria*. Strabo certè *lib.* 15. in Ariana, multa Alexandri jumenta hujus plantæ eiu periſſe ſcribit. Quanquam non ſolis jumentis, ſed & pecori mortiferam eſſe, referat Dioſcorides. Unde Plinius *lib.* 16. *cap.* 20. *Jumentis caprisque & ovibus venenum eſt*. Quod ut à primi hominis labe derivet Prudentius in *Hamartigenia*, cicutam ante peccatum & *rhododaphnen* innoxias fuiſſe, his verbis docet :

Cùm prius innocuas tulerit Natura cicutas,
Roſcidus & viridem qui veſtit flos rhododaphnem,
Pabula ſatiſfaris dederit ſenſtra capellis.

Sed in hac planta inprimis Vett. mirantur (quam verè, jam non quæritur ,) quòd, quæ beſtiis venenum eſt, eo modo homini non nocet, ſed & pharmacum prodeſt, uti apud Dioſcoridem & Plinium *lib.* 24. *cap.* 11. Ingimus quibus ſimilia habet Iſidorus, qui *rodandarum* corrupte vocat. Id verò Hebræi peculiare quòd hujus arbuſti ramo in aquas *Mara* injecto, volunt eas edulcuſſe: miraculum ſe, ut eſſet illuſtrius, Deum contrariis medis uſum eſſe ſibi fingunt & amari ligni injectione amaras aquas edulcaviſſe. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. prior. Lib.* II. *cap.* 30 Eadem porrò in coronas adhibita, legitur apud Poëtam ;

——— hic rhododaphne
Liliaq; & roris non avia cura marini.

Cœterùm mirum illius ingenium, utrâmi terræ impacti ab omni peſte legumina protegant, refert Conſtantinus Cæl. *lib.* 2. *cap.* 42. Sed & hæc voce ima quædam' fœditas ſignificata à Syris eſt, qui neſcio quem probè causâ Ῥοδοδάφνην vocavere, teſte Lucian o in *Pſeudot.* V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 3. *cap.* 17.

Rhodogyne, adde: Memmii & *Rhodogynes* Polyænus *lib.* 8. ubi ejus, disjectis capillis & noctes perquirentis, imaginem in ſigillo Perſæ Regum ſculptam fuiſſe, narrat; quale quid de Semiramide aliàs legitur. V. Jo. Kirchmannum *de Annulis c.* 13.

Rhodopa, prov. Thraciæ, apud Ammianum Marcellin. *lib.* 27. Rhodopa *huic antexa Maximianopolim habet & Maroneam & Æmum*, albisque. Ubi obſervatione dignum, cùm de monte loquitur, unde huic prov. nomen, *Rhodopen* vocare, cùm de provincia, *Rhodopam*. Eaidem, ut & Hæmimonti prov. meminit *Notitia* Imperii. Sic Feſtus Rufus *in diviſi Reip. ex Thrakermin provinciæ ſunt acquiſitæ , Thracia, Æmimontus, Maſſia inferior , Scythia*, Rhodopa , *Europa*, *in qua nunc ſecunda arces Romani Imp. ſunt conſtituæ*. V. Salmaſium *ad Eutr. Popiſcum in Aureliano.*

Rhœ, fluv. apud Arrianum *in Periplo*, ubi Bosphori fauces ponit ad ſacrum Jovis Urii, dein Melænam ſtrom. mox Artan en, deinde Piſilin, poſtea Calpes portum & inde *Rhœ* & *Cholae* & Sangarium fluv. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 879.

Rhœmacites, Bosphori prov. Græce Ῥοιμακίτικοι five Ῥοιτικοὶ, utroq; enim modo ſcriptum ſculptumq; hoc nomen occurrit, utrumq; ex veteri conſuetudine. Sic enim & Rœtas Heſych. qui *Rœtas* Suidæ, Rex ille, qui dedit proverbio originem, Ῥοῖκος κῦβος. Meminit hujus *Rhœmetalcis* Jul. Capitolinus in *Pio*, ubi *Rhœmetalcen* vocat, *Rhœmetalcen in Regnum Bosphoranum, auctio inter Ipſum & curatorem negotio , remiſit*. V. Caſaubonum ad *l.*

Rhotarum litus ſic *Rhotacum* litus, in quo tumulus vel ſaltem Ajacis , *Rhœteus*, à *Rhœteo* prom. vel oppido nomen habet de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 870. ut & voce *Rhoeteum*.

Rhogomanes, Ῥωγόμανος, Marciano & Ammiano Ῥάγανος, fluvius Perſidis eſt, juxta quem Perſæpolis ; fontè idem cum Araxe, quem ad Ipſam Perſæpolim tranſiiſſe Alexander legitur, apud Strabonem , quique alius omnino erat à nominatiſſimo Armeniæ Araxe. Certè Ῥάγανος hunc quidam videntur Ἀρᾶξον vocaſſe græcatiore, ut ille loquitur, appellatione. Si in ſonum ſpectes vocabuli, idem Ῥάγανος ſignificat, quod Ἄραξος, cùm Græcis *ῥωγὴ* idem ſit, quòd *ῥῆξις, rupturæ* ; unde *ῥαγάδες*, & *ῥωγμάδες*. A *ῥαγνυμι* autem *rumpendi* autem obicibus, Rhogani nomen fortè habuit, quem Alexandri comites alio nomine , ſed idem ſignificante, Ἄραξον appellaſſe videntur. Nam Ἄραξος, *ἀπὸ τοῦ ἀράσσω*, quod idem per*rumpere* notat. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1202. ut & in voce *Rhogomanis*.

Rhombus, piſcis, inter immundos erat in vet. Lege , quòd pinnas quidem habet , ſed ſquamis caret , V. Levit. *cap.* 11. *verſu* 9. & 10. & Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib.* I. *cap.* 6. inprimis vero Voſſium de *Idolol. lib.* 4. *cap.* 16. & 26. ubi inter alia Prov. *nihil ad rhombum*, de junioribus inprimis capiendum docet. De eo ſic Martialis *Lib.* 13. *Epigramm.* 61. cui tit. *Rhombus*, *Quamvis lata gerat paſella rhombum*,
Rhombus *latior ſit tamen paſella.*
Unde *Rhombi ſpatium*, de amplitudine rhombo, apud Juvenalem,
——— ſpatium admirabilis rhombi &c.
Apud eundem Martialem *lib.* 9. *Epigr.* 30.
Quæ nunc Thraſſitæ Lamam deducere rhombo,
Quæ ſeris hos illos vendere lena thoros !
Et *lib.* 2. *Epigr* 57.
Dicet quot ærа verberent manus urbis,
Cum ſella Dolichi, cum rhombus populat thoros &c.
vox hæc vertiginem ſeu gigillum notat, cui involvebant filum, quo Lunam torqueri & è cœlo deduci poſſe ſagæ jactitabant, qua de re V. quæ Farnabius habet *ad Senecam Hippolyto verſu* 420. *Turbinem* vocat Horatius *in Epodis*; ubi rotam ferream ſeu æream intelligunt , cui fila & ſtamina , quibus ſe viros illigare credebant , Sagæ intorquere ſolebant. Alias *Rhombus* figura eſt quadrata , quæ in vertibus iidem quod *μέσον*, *virgæ*, & *κανθοὶ*, *anguli*, *cantherium*. Unde de Ephefius Demonstrius Ephefius , apud Athenæum *lib.* 12. Τὰ ἐν Ἴασιν ὠνομάσθη, ὁ κορυφαῖος ῥόμβος ἐμοῦ ἐν ᾧ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων ὑφαντὸς ἐστὶ τὸ ἱμάτιον. vestimenta dicuntur, quæ *ῥομβοειδεῖ* figuris *ῥομβοειδέσι* distincta erant ac virgata ; qualia fuiſſe Gallorum ſagula Vett. ſcribunt. V. hic paſſim , & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Popiſcum in Carino*.

Rhopalis Verſus , dicti à Græca voce *ῥοπαλὶς*, *clava*, quam magnificum Galli vocant, à monoſyllabo incipiunt, quod eſt veſtigii caput maſſucæ. Ut in hoc ver ſu

Spes Deus æterna eſt ſtationis conciliator.

Et apud Homer. *Ἐξ μάκρ' Ἀγαιοὶ σπουσὶν ἐν ὀβελοῖσιν δέον*. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1317. Hujusmodi metro ſcripta oratio adjicitur Aufonianis operibus; quam licèt illi non vindicet, indignam tamen vel illius ingenio, tertiò tandem Chriſtiano, non putat Barthius, quòd curioſum fuit Grammaticas res verſibus commendare & immiſcere. Itaque vel animi gratiâ , vel ad exemplum ſudentium aliorum potuit & tale quid otioſus ſcripſiſſe, cùm liceat ex etiam Poeticæ generiſorum Chriſti præconem agnoſcant. Hactenus ille, *Animadv. ad Statium Thebaid. l.* 2. *v.* 242.

Rhopographi, Græcè Ῥυπογράφοι, dicebantur olim, qui beſtuas, arbores ,homines, inſuper , antra, portus & alia id genus, variaque & minuta opere topiario exprimebant, Ῥύπος enim vitia & minuta mercesèſt, ut inſra videbimus. Inde Ῥυπογράφοι *tripolis*, apud Ciceronem *ad Attic. lib.* 14. *epiſt.* 16. *Et tamen hæc ἐπιγραφὴ ἐν τῇ τριπόλει videtur habituta eſſorum ſalutatum* & Ῥυπογράφων, pictor ille dictus eſt apud Plinium, quod humilia tantum pingeret , ut aſcllos , obſonia & ſimilia *ῥυπάρα* , ubi alii perperam legunt, *ῥυπαρογράφον*. *Propoſito noſcio an deſtruxeris te, quòd nimium humilia quidem ſequutus , humilitatem tamen ſummam adeptus eſt gloriam . confirmat , patrinatq; pinxit & aſcllos & obſonia ac ſimilia, ob hoc cognominatus Rhopographus.* Et *magalographium* Vitruvius opponit, quæ in rebus magnis & argumentis nobilibus exequendis verſatur. ut in Deorum simulachris , ædes , heroes, bellorum hiſtoriæ veteres & alia id genus. V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano Cæſare.*

Rhoppola, Græcè Ῥοππόλας , Gallicè *Eſcoiler*, qui mercesomnes minutas acminutas vendit , quæ Medicis , Pictoribus, Tinctoribus & Myrepſis conducunt, Latinis *Seplaſiariis*, *τοῖς σηπλασίοις*. Marcellus, *Quod ἐξ ab Idumæis vectium ſeplaſia vendunt*.

Et quidquid cultori ſervis Medicis Lagea Cataplus.

A *ῥυπὸς*, quâ voce ſordes & quæcunque minuta & mixtas, Græci appellabant. Heſychius . Ῥυπὸς, ὁ λεπτὸς ῥύπος, ὅσα ζωγράφοις, ἀκτρίδες, ἀμμάδια, χρυσόκολλα ; pleraque enim horum , & fere omnia, quæ Pictoribus, Tinctoribus & Myrepſis ſitui ſunt, Medicis quoque utilitate præſtant , ac Medicinæ inſe. vient. Plures ejus modi merces numerat Vopiſcus in *Aureliano*, *Veſtigal ex Ægypto urbi Romæ ſtreilanus viuri, chartæ, lini, ſtupæ, atque anabolias ſuccos asperæ conſtituit*. Quæ omnia Αἰγυπτίου ὑφασμὸν vocabat Vett. Heſychius , Αἰγυπτία ὑφασμὰ ῥάκη, ex Ægypto enim illiusmodi merces advehebantur, quas *ῥάκη* quoque Græci, item *χάρτα*, appellavere. Lucilius *miſtiorem vel miſtiſſimum mercem* vocat,

Pulmen

Pulmentaria, ut intybus aut aliquas id genus herbas, Es jus menarum, bene habes si, misericors hæc est Mors, &c.

V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1050. & *Not. ad Popiscum d.* 1. ut & suprà ubi de *Anabolitis Speciebus*.

Rhos, V. infrà *Rosica Classis*.

Rhosilica, Monialis, Latine Græceque docta, claruit sub Othone I. & II. Augg. de quorum rebus gestis *Panegyricum* scripsit. Ejusdem præterea fertur *Comœdiæ sex*, *Laudes B. Virginis*, *versu Exeg.* ut & *B. Dionysii Vita*, aliaque. V. Gesn. J. Vossium *de Philolog. c.* 2. §. 3. & *de Hist. Lat.* nec non *lib. de Poetis Lat.*

Rhoxolani, adde: Eorum tumultum, sub Hadriano, memorat Spartianus, *Audito enim tumultu Sarmatarum & Roxolanorum, præmissis exercitibus, Massam petit. Martium Turbonem, post Mauritaniæ præfecturam, insulis ornatum Parthonicæ Dacicæque ad tempus præfecit. Cum Rege Roxolanorum, qui de imminutis stipendiis quæreretur, cognito negotio, pacem fecit.* Vetus enim in Romano imperio malum, annuis muneribus barbararum gentium pacem redimere: quod à Domitiano primùm factum, & dein tertentum à successoribus, qui consulturi utcunque existimationi suæ pensionem hanc annuam, quæ veræ tributum erat, honestiore vocabulo *stipendium* nominarunt, aut *munus*, Herodianus *συνταξιν*; ipsi verò Barbari *μισθὸν ἀφορμὴ*, *pretium patiis*, apud Syncellum *Orat. ad Arcadium*. Sed cùm querelam Regis Roxolanorum facili negotio compositam dicat Spartianus; ob tumultum verò *Roxolanorum* exercitus miti fuisse necesse; hæc disjungenda esse indicans, licèt non in omnibus libris repertam, *Cum Regemox Alanorum* &c. reponi vult Salmasius *ad h.*

Rhunnus, Nævio dicitur, qui aliis *Rhacus* ex Gr. Ῥάκος. V. *Isaprix.*

Rhus, adde: Hodie *Palea chorio* incolis dici, q. *veterem vicum* & in ruinis esse, docet Jac. Sponius, qui ibi *Inscriptionem* aliquot superstites notavit, unam inprimis Niciæ Hermiæ genii, cui fullonicæ artis inventionem tribuit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. V. cum *Istiner. Gracia lib.* 2. *p.* 291.

Rhymnus, adde: Meminit ejus Athenæus *lib.* 3. fabulæque *Amphitruo* ab eo compositæ. V. Jul. Cæs. Scaligerum *Poetices lib.* 1. *cap.* 7. ubi de *Comœdiæ Speciebus*, & suprà in voce *Rhimbus*.

Rhypargraphos, cognomen Pyrrei pictoris, de quo sic Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. *Pyreicus, arte paucis postferendus — humilia quidem sectatus, humilitatis tamen lucrum ad aspectus efficiendi gloriam. Tonsirinas fictrinasque pinxit & asellos & opsophagia ac similia, ob hoc cognominatus Rhyparographus, his tamen consummata voluptatis. Quippe ea aluris venire, quam maxime inulierum.* A Græco *ῥυπαρὸς*, *humilis*, *sordidus*. Salmasius *ad Solinum Rhopographos* legi vult, V. ibi.

Rhythmus, Bedæ videtur *meiris esse consimilis*, *qui est verborum modulata compositio non metrica ratione, sed numero syllabarum ad judicium aurium examinata, ut sunt Carmina vulgarium Poetarum.* Nempe omnis structura & copulatio vocum aut *rhythmus* est, aut *metrum*. Rhythmus spatio temporum constat, metrum etiam ordine: in illo quantitas tantùm, in isto qualitas quoque observatur. Pavi pendit Rhythmicus, dum ipsi conflet temporum ratio, quo pedes ordine colligat; at Metricus non satis est fecurus, nisi & rationem ordinis servet. Rhythmico indifferens est dactylus & anapæstus, jambus & trochæus, sunt enim *τοιοῦτοι ποδὶ* pedes: Metricus verò eos neutiquam confundit, licèt temporis spatio sint æquales. Unde longæ major licentia in Lyricis cantionibusque & Musicorum canticis, quàm in metris. Quæ causa, quòd Lyricos vett. *numeris lege solutis ferri*, dixit Horatius. Solutiori tamen pede ambularunt plebeji illi & Poetæ, de quibus Vossius *de Poetibus Lat.* ubi suprà, in voce *Ballistea*. Imò nulla penitùs lege teneri se passi sunt, nec ulla syllabis tempora assignantes, nec brevium longarumque agnoscentes differentiam. Unde genus quoddam, inter rhythmum & metrum medium ortum; sic tamen, ut magis ad rhythmum accedere videatur, solo licentiæ nomine, quam imperitiâ, non ratione, affectarunt. Numerum tamen syllabarum & pedum satis anxiè custodierunt, quod vett. Rhythmici magnopere negligebant, quibus in usu & mos fuit, duas plerumque syllabas breves loco unius longæ ponere, quia idem utrobique tempus esset. Interim obtinuit, ut talium quoque Poëtarum compositio *Rhythmus* diceretur, ipsique *Rhythmici* vocarentur. Rhythmi enim proprium est, breve temporis plerunque lugum efficere & longum contrahere, quod Metrico non licet: unde rhythmus etiam illis ineffe potest, quæ metrica ratione facta non sunt; cùm contrà metrum absque rhythmo esse non possit. Sic versus in puerili cantilena de Aurelliano, apud Vopiscum,

Tantum vini habet nemo, quantum sudit sanguinis:

rhythmum trochaici metri habet, contra legem tamen ac rationem metri factus est; id, cùm totidem syllabis consteret, quot legitimum metrum, rhythmus eadem illis temporum spatia accommodat, quæ requiruntur in legitimo metro. V. Bedam pluribus *d. l.* Atque hoc inprimis metrum, utpote saltationibus cantionibusque accommodum, & proin vulgi caput maximè familiare, Rhythmicis ad imitationem placuit. Unde Joci militum, & tripudiantibus exultantibusque in triumphantes Duces jactari solebant, illo metro ut plurimum concepti, cujus exemplum rei habes apud Suetonium *in Cæsare*. Vulgaria quoque dicteria, quæ populus ipse in aliquem joculariter jactitata canebat, modulis trochaicis decurrebant, ut videre est apud vet. Juvenalis interpretem, de Sarmento quodam. Cantilenæ tandem & saltatiunculæ omnes vulgares non alio metro constabant, vel *rhythmis* ad ejus imagination commodularis. Quo factum, ut Græca quoque Poesis vulgaris numeris trochaicis tota conflaret & Latino etiam magna ex parte, uti suprà, ubi de *Politicis versibus*, videmus. Similiter hodie tota Poesis vernacula rhythmica est, certo syllabarum ad rhythmum copulatarum numero, libero scribentis arbitrio, currens, nec enim propriè pedum dimensione graditur. Sed *Rhythmum* male vocamus in nostra Poesi syllabarum ad finem cujusq; versus, in eundem sonum recidentium, *τοῦ τέλους*. *Rhythmus* in cantione Vett. vocavere, quam Galli hodie *æram cantionis* vocant: Latini *numerum* dixere. Virgil.

Numeros memini, si verba tenerem.

Hinc Canticum Plotino dividitur, *εἰς τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ ᾠδόμενον*: *in numerosq; verba*. Idem Virgilius, *in numerum ludere* dixit, quod Servius interpretatur, *ad Rhythmum saltare & cantilenæ modum*. Idem verò *Aera*, quod *numerus*, ut alibi diximus. V. Salmasium *ad Popiscum loc. cit.* Sed & in oratione *Rhythmi*, ut videre est apud Quintilianum *lib.* 9. *cap.* 3. ubi orationem numeris contortam ferri vult, non rhythmis. *Neque enim Demosthenes fulmina tanopere vibrasse discreverit, nisi numeris contorta ferrentur, in quos hoc sentimus, rhythmis contorta, dissimilis.* Nam rhythmi *neque finem habent certum, neque ullam in contextu varietatem sed quâ caperunt subtilitate ac pestilone ad finem usque decurrunt. oratio non desinendi ad strepitum digiterum.* Dicere vult, orationem quæ rhythmis non alligari debeatur, nec synonorum modis saltuare debet, in strepitum digiterum ac pedum crepitum non desendere, quemadmodum Rhythmi solent; quorum tempora Musici pedum digitorumque ictu metiuntur ac signant. Ita verò *Rhythmi* iisdem semper cum numeris, ac, quo cœperunt modo, ad finem usque decurrunt: ita in fabellis, ac cymbalis & testulis percutiendis, quibus histriones olim usi, perpetuus quidam numerus servabatur, adeò ut finis nullus apparetet, &, si tibias non audiremus, nec tibi non posset, quousq; procurreret connexio pedum, & unde rursus ad caput redieret, ut ait Augustinus. Atque hinc omnia crepitaculorum genera, ut fabella, cymbala, crotala, testulas, solis rhythmis constitisse & in ea Musicæ parte positas esse, quam *Rhythmicam* Vett. dixere, adeoque *synonorum* nomine cenieri posse, ait idem Salmasius *ad Popiscum in Carino*. V. quoque Scaligerum *Poetices lib.* 2. *cap.* 2. & hic passim, inprimis infrà, in voce *Symona*.

Rhysium, seu *Rhytum*, vas ab angusto fundo in latum surgens, instar cornu, memoratur Athenæo *lib.* 10. *cap.* 13. & *lib.* 11. *cap.* 1. & 25. nec non Martiali *lib.* 2. *Epigram.* 45. ubi in Phœbum quendam, cui diducebantur pocilles, tali verò seu plantæ coibant, hoc pacto jocatur,

Cùm sint crura tibi, similem quæ cornua lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

Ubi nota lusum in paribus, *cornu* & rhyto *Lunæ* & *Phœbo*. Farnabius *ad l.*

R I.

Ribaldi, apud Rigordum *A. C.* 1189. *Dum Rex circumquaque immunita civitatis conspiceraret, Ribaldi ipsius, qui primos impetus in expugnandis municionibus facere consueverunt, eo vidente, in ipsum civitatis impetum fecerunt.* Guil. Brittonem *Philipp. lib.* 3.

Et Ribaldorum *nihilominus agmen inerme.*

Alibique passim, apud ejusdem ævi Scriptores, velites sunt, Gall. *Enfans perdus*; inter vilissimos hominum, quorum vita nullius esset momenti, habiti. Deligebantur fere semper ex caplonibus, quorum & in castris vicem perspe agebant, impedimenta curando ceteraque villora officia obeundo. Quare, cùm id hominis genus ex gancombus potissimum conflatum erat, factum postea, ut vox hæc de vilissimis, abjectis, perditis, scortatoribus &c. usurparetur. Apud P. Mariam Campum, *in Histor. Eccl. Placent.* habetur, *Revocatis factis per D. Gregorium P. X. de consuetudine, quòd solis Ribaldis debatur eleemosyna, in domo Papæ, in Festo Carnisprivii, qua statuit idem Gregorius, quòd ejusmodi eleemosyna erogaretur pauperibus aliis communiter, & ipse ribaldis ad domum Papæ, in festo Carnisprivii suprà dicto, circa horam vesperam.* Ubi *Ribaldorum* nomine eos intelligit Car. du Freine, quos *Vagabondi* Galli vocant, V. eum in *Glossario & ejus Appendice*, ut & Auctores quos ibidem laudat, Albertum Stadensem ann. 1229. Ericum Upsaliensem *Histor. Sueror. lib.* 1. *pag.* 8. Mich. Scotum *Mensæ Philosoph. lib.* 4. *cap.* 6, 37. &c. Quia porrò *Ribaldorum* cohors in Francia Regum Aula instituta est, ut in ganeones & scorta publica, quæ Regium Comitatum sectabantur, inquirerent, ipsi verò cùm lupanaria ingrederentur, ad capiendas meretrices, ipsamet sibi non rarò conciliabant, lenonumque vices agebant, inde factum ut *Ribaldi* etiammum Gallis dicantur homines in libidines & luxum projecti. Habebant hi præfectum, *Regem Ribaldorum* dictum, qui in Comitatu Regio in crimina, quæ in eo perpetrabantur, inquirebat ac de iis judicabat: cujus quidem

off-cii

officii nomenclatura desiit, regnante Carolo VI. sub quo, qui *Rex Ribaldarum* antea dicebatur, *Praefectus Hostilii Regii* appellari cepit. De illius in scorta inprimis publica jurisdictione, insignachoc monumentum idem du Fresne exhibet, ex vet. *Charta A. C.* 1380. *Remissio pro Petro & Stefano Calce fratribus ac Cola di eli Petri uxore, de xerra Bellipoi, expunctibus quod Antonius de Sagiano & genero pro Ribaldo & dicenda de ordine seu de statu Coquinariorum, fitz Busshuman, & ad causam hujusmodi super qualibet mulierve uxor ista adulterante, fibi competere & posse exigere quinque solidos & pro eisdem dictam talem mulierem de huc triepede pignorare, de tatifque & alio villi quefiis, quem sub umbra ribaldiae, goliardiae seu Busshuiae hujusmodi, a simplicibus mulieribus, dicti probi, ac in tabernis, quas frequentabat & aliis inhonestis peccatis & procurabat sibi dari, vivebat, die quadam venit ad Colam praedictam & ei contra veritatem imposuit, quod ipsa cum alio, quam vire, accubuerat, petitis ab ea quinque solidos hac occasione sibi dari, aliisque pro eis ipsam pignorares de duo vivode, ut dicebat. Anno* 1380. *mens. Aprili post Pascha.* Vocis origo incerta: quidam à Banu Angl. i. Leno; alii à Germ. *Raub*, i. praeda; alii alunde arcessunt, V. Octav. Ferrarium de *Orig. Ital.* & praefatum du Fresne d. i. ubi genus quoque vehiculi *Ribaud* appellari cuidam Scriptori Gallico, adnotat,

Ribeaupierre, nomen illustris in Alsatia Familiae, haud dum extinctae, qua Germ. *Rauh-Steinberg* dicta est, V. Spenerum *Syll. Genealog. Hist. in Ind.* suprà voce *Rappoltsteinum.*

Ribera Francisus, Hispanus, ya ria Villacastinensis in Castella, Soc. Jesu, ut vocant, Theologus inter suos insignis. Obiit Romae, A. C. 1591. aet. 57. Ejus extant: de *Templo*, aut *ad Templum pertinentibus libb. 5. Comm. in XII. Prophr. min. In eosdem Hist. selectior: Comm. in Johann. in ad Hebr.* ad cujus c. 5. v. 7. cum pervenisset, morte praeventus est, reliquumque à Pratribus supplerum, Poss. vin. V. Gul. Crovvaeum *Biblioth. Script. in S. Scripturam*, ubi & *Comm. in Apoc.* ab eodem Auctore editi, meminit. *Vir fuit egregie doctus & pius, ingenio excellenti, judicio acri, tenaci memoria, S. Patrum lectione atque uberratione instructus, singulari modestia, animi candore, caeterisque Virtutibus commendatus*, Alegambis Bruxellensis *Bibl. Script. Soc. Jesu.* Caeterum *Ribera*, familia illustrius, è Gallicia oriunda, à Ramiro, ultimo Overensi ac Legionensi R. per masculos defendere gloriatur. In qua Ruis Lopezius de *Ribera*, meritis sub Alphonso undecimo, Castaniae filius autem Peranfanus I. *Adelantado*, i. e. *Judex major*, Andaluliae fuit. Eundem honorem filius Didacus Gomesius & nepos Perafanus II. gessere: hic vero *Com. de los Molares* titulum prioribus adjecit, pater Beatricis & Catharinae, quae Petro Henriquezio Dn. de *Tarifa* nuptae, fuccessionem & nomen *Riberarum* Henriqueziis intulerunt, qui & retinuere hanc decora & Duc. *Alcala* ac March. de *Tarifa* & *Villanova*, dignitate auxere. Sed & praeter praecipuam hanc linearam, Perafani I. praefati filii etiam ad Dni. Gomesii Fratres fuere, Rodericus, & cujus posteris Perafanus Com. de la Torre creatus est) Conlalvus *Marinno* & Mich. Lopezius, singuli peculiarium linearum Auctores: Inprimis *Payo* five Paganus de *Ribera* Dn. de *Malpica* & *Palidipsa* aeque Marescallus Castellae. Verùm cùm hujus filii prole careret, per filiam Aldonciam fuccessio & nomen *Ribera* ad Barrosios transtatum est, namque Petro Gomesio nuptam; cujus posteritas hucusque duravit, nomine March. de *Malpica* impetrato. Imò & praeter hosce, Marchiones de Monte majore familiae de *Sylva*, nomen *Riberarum* gentili fuo adjecere folent, ob matrimonium Joh. I. C. *Cifuentes* & Agnetis *Riberae*. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nob. Eur. part. II. ubi Balsha saris Com. de Navamoraz, Caiharinae, Marrae & Angelis Germanorum, nominis de Ribera Barrosii, progenies exhibet.*

Rica, Festo *pallidum est*, *ad sum capitis factum*: quasi *parvum vitinium* ad caput *velandum*. Jac. Olfelius *Not. ad A. Gellii l. 6. c.* 10. *de Euclide verba haec: Tunica longa mulieri indutus & pallio vestitore amictus, & caput* Rica *velatus, è domo sua Megara ad diversa ad Socratem commeabat.* Ejusdem meminit, in catalogo vestium sequioris sexûs, Plautus *Epid. Act.* 2. *Sc.* 2.

Supparum, aut *Subminium*, Ricam, *Basilicum aut Exoticum.* Ubi Ferrarius ista habet, de Re *Vestiar. l.* 3. *c.* 20. *De Rica hac Nonius*, Rica *est*, *quod nos sudarium dicimus: Novius Pedo*, *Mollicinam crocotam, chiridotam Ricam, vicinium Lucil. Sat. l.* 2. *Ricini atrati*, Ricae & oratia *mitra. Turpilius Ebria*, *Ducit me secum, pollquam ad eum venimus, venerabar Deos: Interea affexit Pyrgi-non, injecit in ea capita Ricularn indutam ufirinam. Plus in libris fuis*, pro Injectam Instantem *repperis & pro* Ostrina, Mustelinam. *Varro Promethei l.* 1. *Aliae mirum vicinam aut mitram Mutienses. Festus vestimentum quadratum & fimbriatum interpretatur. quo Flaminicae propallulo utebantur. Varro de L. L. l.* 4. *a ritu dictum vult, quod Romanovitu sacrificium femine cum facium, capita velant.* Ad quae Varronis verba facit, quòd Romanos omnibus Diis, Saturno, Honore ac Hercule exceptis, aperto capite sacrificasse docet Plut. *Qu.* 8 Rom. 11. & 13. unde tutuli, apicesque sacrificantium tegmina: de foeminis in specie, Propert. *l.* 2. *Eleg.* 19.

Ante tuos, *pudes illa ipsa adoperta jacebit.*

Gravius mulierbre cinglum capitis fuisse ait, quo pro vitta Flaminica utebatur. A. Gellius *l.* 10. *c.* 15. ubi de Flaminica, *Et quod* in Rica *furcatum ar borve felici habet.* Idem cum Flamineo facit Thom. Dempsterus *in Rosinum l.* 5. *c.* 37. nixus auctoritate Caes. Germanici *in Aratois*, de Virgine dicentis.

Triftes, gemas absondit Rica:

Licetus quoque Recam vocat, & cum Ricinio confundit, V. hic *infrà*, ut & Salmasium, qui Ricam *Flammeum*, *Venenatum*, *Tiaram*, fynonyma facit *Not. ad Vopiscum in Aurel.*

Ricinus, cognomen Fulconis Com. Andegavensis, apud Wilhelm. Malmesburiensem *lib.* 3. V. suprà *Rechinus.*

Richtanis, summus incolarum Novae Angliae in America Deus; à quo increato & Invisibili, cum caeteros Dens, tum coelum, terram & mare, omniaq; quae istis continentur, condita creditunt. Rich. Waitbon *Descript. Nov. Angliae Part. I. c.* 4.

Simulque humanus ſanguis effundebatur vel captivorum, vel Gladiatorum, qui à *Buſtis Buſtuarii* dicti funt, idque *Inferias* appellavere. Sin horum copia non eſſet, laniantes genas, qui lugebant, fuum ſic effundebant cruorem; ut *Rogis* illa imago reſtituercetur, quod iterum Lege XII. Tabb. *Mulieres genas ne radunto*, interdictum. Mox ubi uſtulatum cadaver fuit, *Rogus* dicebatur *Buſtum*, cineresque & oſſi cado ſive urnâ colligebantur ab amico, & ſepulcro inferebantur, ante quod ardi conſecrata fuiſſe, oftendit ex Manilio *lib. 1.*

——— *Ut corpus ſepelires naufragus ignis*
Et colleſta Rogum *facerent fragmenta cavinæ &c.*

Plura ſuprà *poſſim*, *ni de funebribus viribus*. In funere Imperatorum, *quos omnes poſt mortem inter Deos referri ſolitos* fuiſſe, diſcimus ex Servio *ad illud* Virgilii Georg. *lib. 1. v. 24.*

Tuque adeò, quem mox, quæ ſint habituta Deorum
Concilia, incertum eſt:

ut pompa magnificentior. Illa longè *Rogi* ſpecies fuit. Poſtquam enim extra Urbem in Campum Martium pervenitum eſt, ibi qua latiſſimè campus patebat, *Rogus* five ſuggeſtus quidam, ſpecie quadrangulâ, lateribus æquis aſſurgebat, nulla, præterquam lignorum ingentium, materia compactus in Tabernaculi formam; quos quidem interius totum erat aridis fomitibus opletum, extra autem, intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis variisque picturis exornatum. Supra verò minuſculum alterum tabernaculum poſitum eſt, forma & ornatu perſimile portis januisque patentibus. Tertium item & quartum, ſemper inferiori contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod omnium breviſſimum, perveniebatur. In hujus ſummo currus inauratus, quo mortuus Imperator olim vehebatur, conſtitutus erat: ut iſtiusmodi tabernaculi formam videre eſt, in nummis Antonini Pii, M. Aur. Antonini, L. Aur. Veri, P. Helvii Pertinacis, L. Septimii Severi; Sabinæ item Auguſtæ, Faufinæ, Juliæ Piæ, conſecrationem, apud Hubertum Golzium. Sic itaque lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbas ſuccoſque odoratos, acervatim effundebant; quorum copiâ magnâ aggeſta locoque omni oppleto, poſt varias ceremonias, facem capiebat Imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admovebat: tum Conſules primò, ceteræque omnes Magiſtratus & alii ordine ignem undique ſubjiciebant cunctâque flammâ ſuâ corripiebantur. Tandem à ſupremo minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam, ſimul cum ſubjecto igni Aquila dimittebatur, quæ Auguſti: vel pavo, qui Auguſtæ animam in cœlum ſubvehere credebatur, ut iterum in nummis conſpicitur, ubi ab una parte tabernaculum cum voce *Conſecratio*, ab altera Aquila, vel pavo, animam vehens, cum eadem inſcr. expreſſus eſt. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 18.* ut & ſuprà in vocibus *Apotheoſis & Conſecratio*. Nec omittendum, in *Rogis*, non niſi adultorum cor pora arſiſſe, *Adminiculo* enim, *priùs quàm genito dente cremare*, *mos non erat*, Plinius *Nat. Hiſtor. lib. 7. c. 16.* Proin Infantum nulla Buſta, ſed ſuggrundaria tantùm fuiſſe, obſervavit Thom. Bartholinus *lib de Puerperio Vet.* V. quoque *infrà*. Facta eſt a Romanis apud Vett. luſtratio in decurſionibus funebribus, at & hoc addam, ſiniſtratione. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum p. 936.* Caſp. Barthium *ad Statium Thebaid. lib. 6.* nec non ſuprà, voce *Dextratio* &c.

Regus Dei, in Eccleſia Rom. eſt precatio, *Vigilia*, *Kiges lxiii. ccv.* In Regula Magiſtri *cap. 33. Extra lectiones, verſum & regus Dei.* Et *c. 33. Pſalmi tempore matutini, reſponſorium unum, verſum, lectionem Apoſtoli & Evangelii, quam ſemper dicit abbas & regus Dei*: ubi non *Kyrie eleiſon* tamen, ſed collecta & oratio ulcima, eſt Dominico Macro. Nempe Regus, apud citimiæ ætatis Scriptores precatio, deprecatio eſt; unde *regum emittere*, crebrum in formulis *precariarum*, de quibus V. ſuprà, & plura hac de voce, apud C. du Freſne in *Gloſſ.* & Macrum *ad l.*

Rohan, nomen Familiæ in Gallia perilluſtris, quæ in Armorica Britannia à pluribus feculis floruit, & facile in reliquis primas tenet. In ea Alanus VI. *Rohanus* duos ſuſcepit filios, Alanum VII. & Eonem, à quorum ifto linea Dominorum *de Gaut de l'Ile & Pontalin* deſcendit & nunc quoque, ſed in Fœmina tenuiori, pro illo domus ſplendore, ſupereſt. Alano genitus Joannes II. genet Philippi Eburovicenſis Navarræ R. obiit A.C. 1398. communis pater duarum iterum lincarum. Nam ex Alano VIII. primogenito reliqui *Vicecomites de Rohan*, *Com. de Porhoet*, & *Principes de Leon* deſcenderunt; donec priori feculo deficerent. Ex Carolo verò filio minori, omnes reliqui deſcendunt, ita quidem, ut obiervetur, Ludovicum, Caroli filium, genuiſſe Ludovicum cognom. Magnum (à quo Domini, vel, uti nunc vocant, *Principes de Guimené*, *Ducs de Montbazon*, & *Comtes de Rochefort*, qui nunc quoque floreut, derivantur) & Petrum Dn. *de Gié*, Marefcallum Franciæ, patrem Caroli Dn. *de Gié*, & *du Verger*, cujus poſteritas in nepotibus deficit & Petri Domini *de Frontenay*, maritum Annæ; quæ hæres primarii fuerat rami. Unde in hujus poſteris iterum *Vicecomitum de Rohan*, *Principum de Leon*, & *Dn. de Soubiſe* titulus continuatus eſt, ac domum Ducalis corona acceſſit. Ultimus ex ea maſculus virum claufit, ſeu Henricus Dux A. C. 1638. ex vulnere in prælio Reinfeldenſi accepto; feu filius ejus (de cujus natalibus magna contentione diſputatum eſt) Tancredus, in Pariſienſibus motibus extinctus, ſucceſſione, per Margaretam Henrici filiam in Domum Chabotiam illata, V. ſuprà in voce *Chabotia*. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilitis. Europ. Parte I. in Indice*, ubi Familiæ hujus illuſtris diſpoſitionem exhibet. De Montbazonio verò ramo, unde Duces *de Montbazon*, & Principes *de Soubiſe*, ad quem Ducatus Rohaneus, per conjugem Chabotiam; delatus eſt, ſuo loco.

Rojas ſeu *Roxas*, nomen illuſtris in Hiſpania Familiæ: in qua Joannes *de Roxas* Regis Sanctii IV. amicitiæ fingulari claruit & Martinum genuit atque Joannem Rodericum. Ille domus *de Poza*, hic *de Mora* auctor eſt. Martinus Didacum Martinum & Sancium *Sanchez*, filios habuit; Didacus Lupum Diazium, ille Sanctium Sanchez Dn. *de Poza*, cujus filia Sancia ſucceſſionem attulit marito Didaco Fern. *de Cordoba* Dn. *de Bæna*, unde hujus filius Joann. Rodericus *de Roxas* dictus Pozam tenuit, pater Didaci & Gomeſii Manricii *de Roxas*, Dominorum *de Requenna* fatoris. Verùm à Didaci filia Elvira, uxore ſua, Pozam recepit agnatus, ex Sancii *Sanchez* prioris poſteris, Didacus *de Roxas*, Dn. *de Monzon & Cubia*, Joannis *de Roxas*, primi Marchionis *de Poza* & hujus ſucceſſorum pater. Familiæ hæreditate demum, Mariana *de Roxas* conjugio cum Ludovicum Ferdin. *de Cordoba & Cardona D. de Sta* devolutâ) Ex Monzonenſi linea etiam fuit Agnes *de Roxas*, Fernando *Gutierez de Sandoval* nupta, à qua cognomen illi genti, quam ſuo loco vide. Ulterius, Lupus Diazius prædictus, præter Sanctium *Sanchez*, Ruſſium Diazium genuit Dn. *de Sanmartin del Campezo*, quorum hæreditatem adiit merc Mendozio-Guzmanni *de Orgaz*. Alterum arboris ramum quod concernit, qui in Joanne Roderico exipit, exitus is manifeſtus. Siquidem Joannis nepris, Teresia Gonſalia *de Roxas*, Franciſco Vasquezio *de Toledo* Dn. de Villa-majore nupta, nomen gentilitium intulit huic familiæ, inde iterum per fœminam delatum, ad familiam *de Cazores & Eſcobar*, quorum poſteri *Comites de Mora* dicuntur. Idem Spenerus *ubi ſuprà, Part. II. in Indice*, *ubi hiſtoria illuſtris hujus Familiæ.*

Rokerzani, addes: Aliquando univerſi Nobiles contra Regem & Senatum coeunt, *Rokoſſ* indicunt, quod famoſum in unum concurrendi ſymbolum eſt. Genuinum nomenclatorem dari vix poteſt, interim ſonat tem inum ſtatu tempore controverſiarum de Symbolum eſt in iſta gente uſitatum, quo tota Nobilitas, cujus amplifſima ſunt jura, ad conſurgendum contra Regem & Senatum, pro vindicandis privilegiis ſuis, convocatur: Formidoloſum quondam Regibus, idque eo magis, quod Nobiles etiam Regi & Proceribus familiares, tunc heros ſuos deſerere ſcin communæ opes ſuam contrahere adſtricti ſunt. Cujus exemplum, præter id, quod de Sigismundo Aug. memoratum, ſub Sigismundo I. fuit, A. C. 1537. cum coactâ totius Equeſtris Ordinis manu Moldaviam petens cæſtra ultra Leopolim, prope oppidum *Gliniany* poſuiſſet, Tum enim, acclamatâ hac teſſerâ *Rokoſſ*, Nobiles omnes Rege, Proceribusque relictis, inviecm conjuncti ſeverioremadminiſtratæ Reip. rationem ab ipſis requirebant, ac Senatores quosdam, pravorum conſiliorum Auctores, tumultu popolari penè oppreſſerunt. Aliud ſub Ludovico R. A. C. 1382. inſtitor, videre eſt. Auctor Anonymus *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. & Civil. cap. 8. §. 8. ubi de Juribus Nobil.*

Rokus, apud Turcas, dignitas ſecunda poſt Sultanum, de qua V. Matth. Pariſium A. C. 1250.

Roma, mulier Trojana fuit, quæ unà cum Æneæ in Italiam devenit, & nupta Latino, Aboriginum Regi, Romulum & Remum peperit, qui cum Themen condidiſſent, *Romam* eam à Matris nomine dixere. Ita Callias, qui Agathoclis geſta memoriæ mandavit,

davit, apud Dionys. Halicarnass. *lib.* 1. Meminit ejusdem, Lycophron *in Cassandra*,

Tunc δ' ἐκ βορᾶ δὲ σὺγγονοι κλύσει βοαὶ
Σκύμνοις λεόντος, ἡνίκα τέκνων γάμοι.
Tales velinquet consobrinus duplices
Mens Leones, maximum Romæ genus.

Communis verò opinio est, Romulum Remumque à Rhea Sylvia, vel Ilia, prognatos esse, ut ultimus suprà, in voce *Rhea*. Interim, si non mulieris, saltem Deæ nomen quoque *Roma* fuit. A' Romanis enim ac Græcis *Romam* pro Numine habitam esse, docet Martialis *lib.* 11. *Epigr.* 8.

Terrarum Dea gentium, Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Et Frontinus de *Aquæduct. lib.* 2. *Regina & Domina urbis, quæ terrarum Dea gentium, consistit, cui par nihil & nihil secundum.* Quod non καθ' ὑπερβολὴν tolùm, sed propriè etiam accipere possumus : cùm sit, ut Claud. Rutilius *Itiner. sui primo*, ait,

Inter fratres Roma recepta pares.

Itaque & Templum Dææ *Romæ* fuit : cujus meminere Livius & alii multi ; uti pluribus dictum Vossio *Institus. Orator. lib.* 4. *c.* 6. *sect.* 5. V. eundem *de or. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 62. & in voce *Roma* Urbs.

Roma, Latii urbs, adde : Cur a. Latinum Urbis nomen ignotum esse voluerint Romani olim, ratio hæc. Cùm omnes urbes in alicujus Dei essent tutela, mos Romanis fuit arcanus, & multis ignotus, ut cùm obsiderent urbem hostium, eamque jam capi posse confiderent, certo carmine evocarent tutelares Deos, quod aut aliter Urbem capi posse non crederent, aut etiamsi posset, nefas existimarent, Deos habere captivos : Quare ipsi Romani, tum Deum, in cujus tutela Urbs *Roma* fuit, tum Urbis Latinum nomen ignotum esse voluerunt, hoc pacto caventes, ne, quod ipsi fæpe adversùs hostium Urbes fecisse se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, ii Turcæ fuæ nomen divulgaretur, tria Macrobius *Saturnal. lib.* 3. *cap.* 9. V. quoque Sylvium *in Epistol. Virorum illustr.*

Roma Gallica, civ. Arelatensis, Auson. *Carm. de nobil. Urb.*

Roma Nova, à Constantino M. Cpolis dicta est, in *Can generaliter* 16. *quæst.* 1. & apud Baronium *ad A. C.* 330. *num.* 37. quam appellationem duraste, ad ultimam Imperii Græci ætatem, patet ex *Confessione Fidei*, quam in ipso mortis articulo Florentiæ, ubi tum Concilium habebatur, exhibuit Josephus Patr. CPolitanus, *Josephi misericordia divina CPolis & novæ Romæ Archiepiscopus, & Oecumenicus Patriarcha ; Quoniam ad extremum vitæ pervenit, & Ecclesiarum pro meo munere ditectiki filiis benignitate Dei meam sententiam his literis palam facio &c.* apud Dominic. Macrum *in Hierol.* V. quoque Cl. Stuckrum *Thef. Eccl.* voce Πάμη.

Roma, Gr. Ῥωμαίη, Græci dici cœperunt, à quo Imperii sedes à Constantino Magno CPolim translata est : ut docet Sponius ex *Itiner.* Græca ; in Templo Monasterii S. Lucæ, quod in Parnasso est, superlitite, ;

ΠΑΣΙ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΜΕΓΑΣ ΕΓΕΙΡΕ
ΡΩΜΑΝΟΣ
ΝΕΟΝ ΠΑΜΜΕΓΙΣΤΟΝ ΚΑΙ ΠΥΡ-
ΤΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ.

Hodieque se *Romæos* Græci vocant dicentes : *imè Romaos*, h. e. Græcus sum ; *mìa Romaika*, Græcè loquor &c. V. Jac. Sponium *Itinerar. Græc. Part.* 2. *p.* 76. Atque hinc Calo-Joannes Bulgaro-rum Rex Ῥωμαιοκτόνος, quasi *Græcorum occisor*, dici amavit, ut infra videbimus, in voce *Romæo-Clonus*.

Romana, apud Plav. Vopiscum *in Probo, Posteri Probi, vel odio invidiæ vel timore* Romanam *refugerunt : & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium Larem locaverunt* : eſt *Romana regio*, quæ & *Urbitaria Regio* dicebatur. Unde ROMANA UNIVERSA REGIO in vet. *Inscr.* quæ urbicarias regiones omnes, intra centesimum ab Urbe lapidem, complexa, ab Italia separabatur, uti multis testimoniis fit probatum Salmasius *ad Spartianum in Hadrian.* & cum ipso loco clarissimè liquet. Dicit enim Vopiscus, Probi posteros odio invidiæ vel timore non urbe Romæ tantùm cessisse, sed etiam omnem Romanam provinciam refugisse & ultra centesimum in Italiam longè recessisse, ac circa Veronam Larem collocasse. Sic infimis temporibus sublato discrimine Annonariæ & Urbicariæ regionis, *Ducatum Romanum* à provincia Italiæ ita separarunt, ut olim Urbicaria vel Romana Regio, ab Italia vel Annonaria Regione, distingui solebat. Anastasius *in Zacharia*, *Hic invenit totam Italiam provinciam valde turbatam, simul & Ducatum Romanum, perfequente Luitbprando Longobardorum Rege.* Salmasius *ad Vopiscum d. l.*

Romana Lex, dicitur Cathvvlpho *in Epistola ad Carolum M. totius Mundi primu*, quo nomine postea Codicis Theodosiani *Breviarium*, quod Tolosæ anno Alarici 20. collectum, biennio post per Anianum Aduris editum fuit : qui quidem Codex interdum in *MSS. Auctoribus Alarici Regis*, interdum *Liber Legum*, sed crebrius *Lex Romana* appellatur, ut in Codice Bibl. Regiæ, apud Cl. du Frefne, *Incipit Lex Romana. In hoc corpore continentur libri Legum Romanarum lib.* 13. *Novellarum lib.* 5. &c. Eâ verò utebantur Galli, præfertim *Romani*, qui à vett. Gallis, qui sub Imperio Romanorum erant, antequam Franci & Burgundiones eâ potirentur, originem duxere. Provinciæ item Galliæ, quæ Gothis parebant, V. *Legem* Wisigothorum *lib.* 2. *tit.* 1. §. 9. Sed & in Ecclesiafticis cauſis eam obſervatam potiſſimùm, docent variæ Auctores laudati præfato C. du Freſne in *Gloſſar.* inprimis Innocentius Citonus *ad* 5. *Compilat. Decretorum lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 3. & Steph. Baluzius *Not. ad Capitul. Reg. pag.* 995.

Romana Kalendæ, apud Lampridium *in Commodo*, *Datus in perpetuum ab exercitu & Senatu, in domo Palatina Commodiana conservandus, XI. Calendas Romanas* V. ſuprà in voce *Mensis*.

Romanati, apud Joannem Lucium *in Histor. Dalmatiæ pag.* 423. *Solvat nomine panæ Comiti præfato* 1000. *Romanatos* : nomen nummorum aureorum, qui *Romani* Diogenis Imper. CPolit. Imagine ſignati fant. De eadem moneta Anna Comnena *lib.* 3. *Alexiad. pag.* 94. Καὶ τὸ ῥᾳδίν νόμισμα ἀνεκαλεῖτο Δι' ἃ εὐγενεῖς τὸ ὄργυρον ἐς Ῥωμανάτα πελαιεῖν ποιοῦσιν, apud C. du Freſne, *in Gloſſario*. Sic ſuprà habuimus *Conſtantinatos*, *Mercuelatos*, *Michelatos*, Conſtantini Ducæ, Michaëlis Ducæ & Manuelis Comneni Imp. imaginibus inſignes.

Romanenſis Eccleſia, apud Tertullianum, ejusdem eſt cum Romana fidei, aliâ notione *Hiſpanenſis* occurrit, apud Æl. Spartianum *Hadriano*, *Origo Imperatoris* —— *poſteriùs ab Hiſpanienſibus manat* : ibi enim, qui in Hiſpania quidem natus, ſed ab urbe oriundus, intelligitur ; cùm *Hiſpanus* ſit ὁ αὐτόχθων, & cujus majores aliunde orti non dicantur. Salmaſius *Not. ad Spartianum.*

Romani & Cives, adde : Fuere a. *Romani cives*, definiente Sigonio, *homines liberi, qui urbem agrumve Rom. inhabitarent* ; quod poſtiſimùm de iis, qui ſub Regibus fuere, intelligit. De illis verò, qui liberâ Rep. optimâ lege nomen id habuerunt, ſic pergit : *Optimâ lege is mihi civis Romanus videtur, qui domicilium, qui Tribum, qui honorum potestatem ejt adeptus, de antiq. jure Civ. Rom. lib.* 4. *cap.* 1. Et talis non niſi Romanum ducere poterat, ut Juſtinianus *in Inſtitut.* indicat : quod tamen quomodo intelligendum ſit, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 37. Tandem verò nomen hoc latiùs extenſum eſt : ut dictum *ſuo loco*. V. & infrà, *Sordidi*.

Romani Ludi, à Tarquinio Priſco inſtituti, in honorem Jovis, Junonis & Minervæ, menſe Septembri celebrabantur, teſte Paulo Manutio. De iis ita Alconius Pedianus *in Verr. I. Romani Ludi ſub Regibus inſtituti fuere, Magnique appellati, quod magnis impensis dati ſunt : tunc enim primùm ludis Imperii ſui ducenta millia nummûm. Alii dicunt magnos Ludos dictos putant, quòd Conſo conſiliorum ſecretorum Deo, id eſt, Neptuno Larium Regi & rerum conditarum, & Diis magnis, id eſt, Laribus urbis Romæ, dati ſunt : quibus ajunt rapias Sabinas eſſe, ut videatur propter hoc dicere Virgilius,*

Magnis Circenſibus actis.

Nam & Magni, & Circenſes iidem ſunt. Ubi, quòd *Conſo hos ludos dans eſſe* ſcribit, neſcio quàm verum ſit, inquit Roſinus, cùm Livius eos ludos, *Conſualia* appellatos *lib.* 1. dicat, cui etiam Varro de *L. L. lib.* 4. Tertullianus de *Spectac.* & Sixt. Aur. Victor aſſentiuntur. Livius de illis ita habet *lib.* 1. *Bellum primum cum Latinis geſtis* (Priſcus) *& oppidum Appiolas vi cepit : prædaq, inde major, quàm quanta belli Fama fuerat, revectâ ; ludos opulentius inſtruit insuque, quàm priores Reges ; ſteit. Tunc primùm Circo, qui nunc Maximus dicitur designatus locus eſt, Circa dixit Patribus &c.* Unde patet, Ludos hos, à Romulo, ut quidam volunt, inſtitutos, à Tarquinio verò Priſco magnificentiùs inſtructos fuiſſe, quæ cauſa, quòd Auctorem eorum hunc Manutius tacit, ut dictum. *Ludicrum fuit, equi Pugilesq, ab Hetruria maximè acciti, ſolennes eum annuis manſere Ludi*, Romani *Magnique variè appellati*, idem Liv. Atque hi quidem primùm à Regibus edebantur, tum à Conſulibus, indeab Æditibus Plebejis, tandem à Curulibus : quod vel ex Cicer. *lib.* 5. *act.* 2. *in Verrem*, conſtat, ubi iſta habet : *Nunc deſignatus Ædilis hæres rationem, quid à Populo Rom. acceperim. Mihi ludos ſanctiſſimos, maxima cum ceremonia Cereri, Libero Liberæque faciendos, mihi Floram matrem Pop. Plebiq, Rom. ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquiſſimos, qui primi* Romani *appellati ſunt, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni Minervæq, eſſe faciendos.* Fuere verò illi primùm Circenſes, dein etiam Scenici, ut idem docet Livius *lib.* 31. & cum primùm unus die, poſtea biduo, interdum triduo peragerentur, tandem plures dies ſis tribuit ſunt. Faſti veteres novem continuos dies, a pr. Nonas Sept. usque ad pridie Idus eos fuiſſe celebratos docent : poſt quos biduo interjecto, alios Ludos *Romanos* in Circo per quinque dies habitos iidem teſtantur. Sed Paul. Manutius *Comm. in* 1. *Verr.* hoc poſt illud demum tempus, quo Verres, à Cicerone accuſatus eſt, fuiſſe habitos contendit. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 19. Thom. Godwyvnum *Anthol. Rom. l.* 2. *ſect.* 6. 6. Alios.

Romania, adde : Sede Imperiali Conſtantinopoli, quæ *nova Roma*, celebris, hinc nomen accepit. Quanquam non Thraciam modò, ſed & Græciam eo nomine appellari videas ; in Aſia quoque magnam partem Aſiæ min. ſeu Anatoliæ ; Græcis ſibi hæc nomen ambitioſiſſimè vindicantibus, quibus ea propter & à Turcis

cis Romiletum & *Romaiæ Romiliæ* appellatio tribuitur. Est hic inter Begler begatus Imperii Turcici, numero decimus octavus, à quo dependent 24. Sangiaci. Tractus enim provinciarum Turcis subiectarum distribuitus primum inter Beglerbegos, quos & *Bassas* sæpe vocant, postea tque Ducibus aliorum Regnorum comparari, dein *Sangiacos*, quos Comitibus assimiles, notum est: quorum ordinem diligens Auctor *descr. Imp. Ottomannici lib.* 1. *cap.* 12. exhibet. Præter Constantinopolitum, urbes *Romaiæ* ex tantiores sunt. Callipolis *Gallipoli* & Cordia, nunc *Corlidia*, quæ in illa parte *Romaniæ*, quæ ad Hellespontum porrigitur, olim *Chersonesio Thracica*, ita tunc, Ibidem & Sestus *Sestos* Anaes Dardanelli, & Antinopolis hodie *Andrinopoli*, Urbs Mediterr. olim Imperii ieles &c. V. Auctorem Anonymum *Hist. Orbis Ter. Geogr. ac Civil. can. 6. S. 1. de Regionibus Eur. S. 19.* Cæ. du Fresne eam Alliæ partem, quæ Græcis Byzantinis parebat, alteriusparti respectu, quam invaserant Turcæ, quæque hinc *Turcia* dicebatur, hoc nomine indigitatam propriè fuisse, docet *Not. ad Villhardiuinum*. Quo sensu Gul. Apuliens. *de Gestis Rogerii Normannorum l. 2.*

Hæc tempestas Turcis Græcisque ab oris
Imperiis sæpiis gens nova Christicolarum,

Qua Romaniæ *loca dextrosa colebam.*

Sed & totum Imperium Orientale leu Byzantinum, *Romaiam* dictam esse, docet Fornandes *de Rebus Getitis cap* 25. ubi à Wesgothis Legatos, *ad Romaniam*, ad Valentinianum Imp. mittos esse, ait. Etiam pro *Romaniola* alicubi, & tandem pro ea Galliæ parte, quæ Romanis parebat, aut parueret, vox nonnunquam occurrit. V. præfatum du Fresne in *Glossario*, & in voce *Villanes*, turri. V. præfatum du Fresne in *Glossario*, & in voce *Villanes*, tut & in *Romanitas*, hic infrà.

Romanitas, monetæ species, *Extravag. Joannis XXII. de sententi. excommunic.* quam *Romaniam* vocat Faleo Beneventanus *in Chron. ad A. C.* 1630. & *Romaniam A. C.* 1119. à Rogerio Siciliæ R. fublata, *ibid. A. C.* 1140. V. infrà in voce *Romesina*.

Romanitas, apud Tertullianum *de Pallio cap.* 4. eft Romanus Orbis seu Romanum Imperium, Barbariæ oppositum. Terram enim dividunt Romani Scriptores, in *Orbem Romanum* & *Barbaricum*; quo posteriore nomine intelligunt, quidquid alienum erat Imperio Romano, seu quidquid erat ultra limitem Romanum quaquaversum, ut videre est apud Amm. Marcellinum, & alios. Huic itaque Tertullianus *Romanitatem* opponit, Græci Scriptores *Romaiosynen*. Sic Epiphanius de Manete, τῷλεγόμενῳ τῶν τῶν Περσῶν χώρᾳ τὴ Ῥωμαίων ἀφορμὴν, reticta *Persarum* regione, *in Romanorum orbem perrexit*. Idem *alibi* de Ario, Καὶ ἐχωρὸβουλ ἐς αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῆς ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ad Græci interdum ὑ Ῥωμαίων ἐθνῶν, vel τῶν κατὰ τὴν Ἑσπέραν ἐπικρατῶν. Salmatius *ad Lampridium in Alex.*

Romanum, adde: Aliàs S. *Romani*, locus est Abbatiæ seu Monasterio nobilis, ad ripam Iiaræ, in Rhodanum decurrentis. Ejus meminit Gregorius VII. Pont. Rom. *in Epist.* scriptâ *Fratribus constantinopolitanis in Abbatia Romana super Ararim constituta*. Item in altera, *Clericis Romanensibus* interipti. In Actis S. Barnardi Epist. Vienensis, quæ servantur in Archivis Monast. Ambronsiaci *Ambronay*, B. Barnardus vocatur *Patronus Romanensium*, dicitur, confruxisse *Monasterium in loco, cui* Romanis *nomen imposuit*; confirmâsse *Ecclesiæ in honore B. Petri & Monachis cum Abbate collocatis, in ipso loco fepulti desiderantem, virium Martyrum re liquias, quas fidei sua primitias Vienna primùm habuerat, eis tradi tas esse reverenter, sc. Severini, Exuperii & Felicionis*, principatu Karoli M. Liber de Vita ipsius, *Bernardum* eum vocat, memoriæ *loci solitarii, ubi Monasterium S. Apollinaris Petri & Pauli constructi monuit*, de Romanis ab eo, *penes quem ius loci spectabat, indidit*. Ibidem sæpe de *Romanis* dicit, *de loci cui Romanis nomen impositi*. Alibi quoque locus semper *Romanis* dicitur, & Monachi atque incolæ loci *Romanenses*. V. Hadr. Valesium *Not. Gall.* Est & *Romanum* Monast. *Romain Moustier*, in diœcesi Lausannensi, quod una cum aliis, ab Henrico Abbate Cluniacensi, vel potius à S. Odilone, vel instauratum, vel à fundamentis extructum esse, Monachus quidam *vitæ ejus* Auctor refert, apud eundem Valesium in *Celtinarie*.

Romanum Collegium, V. infrà *Senatores*.

Romuelfonius leu *Romuelfonius*, Græcè Ῥωμυελφὼν, cognominari volunt Calo-Joannes Bulgarorum Rex, quasi *Græcorum occisor*; nam Græci Romæi dicti sunt. Idque ut paria faceret cum Basilio Græcorum Imp. qui, ob fragem Bulgaris illatam, *Bulgaroctonus*, h. e. *Bulgaricida*, fuerat cognominatus, apud Macrum *in Hierolexico*.

Romesina, apud Falconem Beneventanum A. C. 1135. & 1140. nominatæ Romanæ species, quâ Barenses in Apulia tum utebantur. Forte fic dictæ funt viliores ac æreæ Augg. Constantinopolitanorum monetæ, du Fresne. V. supra, *Romanitas*.

Romeus, & *Romeus*, in *Ballario* Cafin. *Secundum fratum Romæum*, idem cum *Romano*. Apud Odonem Abb. *Clunia*c. qui ad S. Petrum religiosam peregrinationem fuscipiet *Romipeta* Guil. Brittoni, quales Provinciales Galliæ *Romieux* vocant; unde *Romei* Arelatenses, quibus prærogativa inligni, item Hispaniæ nobiles. &c. C. du Fresne *Glossar.*

Romilia, Tribus Romana, prima inter Rusticas seu nobiliores, sic dicta est, quòd sub *Roma* esset, teste Varrone. Sext. Pompeius sic de illa, *Romilia Tribus dicta, quòd ex eo agro constaret, quem Romulus ex Veiorum agro ceperat.* Et, quo loco Onuphrius *Comm. Resp. Rom. lib.* 2. colligit, hanc Tribum tam agri Romani partem obtinuisse, quæ in Tuscia, prope Urbis mœnia, inchoans, secundùm flumen usque ad maris ostia trans Tibetim extenderetur. Meminit ejus quoque Cicero *Orat.* 2. *Agrar.* item 2. *Verr. Fortem virum ex eadem familia, Q. Verrem, Romilia &c.*

Romulus, adde: Idem Trium pharum invenisse, Quadrigam in honorem Martis seu Quirini excogitasse, bellicorum saltationem Instituisse, primum Augurem genitori suo Numitori adhibuisse aliaque egregiè fecisse, legitur. V. Joh. Rosfinum *Antiqq. Rom. passim*. Quanta ejus fuerit potestas, Tacitus indigitat *Annal. lib.* 3. *Nobis* Romulus, *uti libitum, imperaverat*: ob aulteros tandem mores, per ficarios à Patr-bus fubornatos, interemtus. Apud Festum unius tantùm *Romuli* legis mentio est, quæ tamen, an ei adscribenda, jure dubitat; quum Auctor is dicat (fec. lectionem Scaligeri) Is legibus Regia Romuli & Tatii & Servii Tullii tam exactis, Etiamautem hæc, *Sci. Parentum, puer, verberit. ali. olos. pleraffeni. puer. Divelr. parentum. fater. effo. fei. nurus. facra. Divels. Parentum. effo.* Meminit tamen ejusdem Regis Legis de Judicibus Dionys. Halicarn. inquiens, *Romulus, postquam disposuit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit, quid unicuique faciendum: Ut Patricii facra curarent, Magistratus gerarent, jus redderent, sicum Reop. administrarent, res urbanas obirent.* Similiter Legis de Tutor, à *Romulo*, inter alia statuto apud Auctores prifcos, *Quisque demissam ad tales Togam in urbe habere.* V. Joh. Rosfinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 32. & *alibi*.

Romulus Sylvius, aliis *Alladius*, decimus Rex Albanorum, ab Ascanio Æneæ filio: successit Agrippæ, regnavit annos 19. eique defuncto fubrogatus est Aventinus, Dion. Halicarnass.

Roncalia, V. infrà *Scies Curia Gen.*

Ronchus, apud Martialem *lib.* 1. *Epigramm.* 4. ubi de Roma,

Majores nascimur ronchi

derisor est, censor superbus, seu derisio, censura. Ut apud eum idem *lib.* 4. *Epigr.* 86.

Nec ronchos *metuet malignorum.*

Aliàs ftertentis sonus. Nasum enim, per quem is editur, irrisioni ac censuræ dicatum esse, diximus suprà.

Ronda, vulgare vocabulum, apud nudite denotet, nemini ignotum. Aristophanes *in Avibus*, ubi de ridicula illa civitate agit, jubet Καὶ κυκλοῦσθαι, id est, *tintinnabuli gestatores*, circumcurrere: Inquit enim, Καὶ κυκλοῦσθαι κέλευσον. Ad quæ verba Scholastes Græcus scriptum reliquit, eos, qui circumibant Urbem noctuino tempore seu phylacas, id est, *excubias ac vigiles*, gestare consueville tintinnabula, ut, num vigiles veré vigiles essent, deprehendere possent, quod ipsum & ab Hesychio, voce Κυκλοῦσθαι φορῖν, proditum, Quo pacto autem id tintinnabulo deprehendérint, non annotarunt. Forté Codonophorus circumcurrens (hodie *Ronda*) tintinnabulo perfonare solitus est: cui si non flatim occurrerint aut assurrexisset vigiles, eos minimè vigilasse, sed κώδωνι tinnitu è somno excitatos fuisse, apertum erat. Romanos verò, dum vigiles murarent, buccinâ canere, non tintinnabulo uti consueville, constat ex Lucano,

Et jam quarta canit ventivam buccina lucam.

Germani hodie tympanum pulsant & tibias cantant, &c. Hieron. Magius de *Tintinnabulis cap.* 10.

Rondellus leu *Rondellius*, apud Joh. Andreæ *ad Clementin. Ne in agro*, capa est, sine caputio, V. infrà *Rotundellus*.

Ror, V. infrà *Rufica Classis*.

Ros, Solino *lunaris asperge*, Alemani *Thau*, *Suvaine* & *erdaus*, *Aeris filia & lunæ*. Unde vetus Poëta *in Pervigilio*;

Humor ille, quem serenis astra fudant noctibus.

Et *pruffus Luna*, ita vet. Poëtæ *Fragm.*

Quam nos pruffiam fellemur carmine Lunam.

Quæ, judice Salmasio, importuna cacoeclia est, & nimis Poëtica locutio. Ros enim matutino tempore, non vespere maximè cadit & quidem sæpe, quum Luna nondum supra terram conspicitur, & quum jam sub terram in occasum abit. Eundem *margaritarum matrem* vocat idem Solinus *cap.* 53. *Margaritas legunt plurimas maximasque; conchæ sunt, in quibus reperiuntur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu fœtum rorem veluti matrimum*: quæ, ut Solinus è Plinio, fic è Solino Ammianus mutatus atque imitatus est. Sic Isidorus de margaritariis conchis, *quæ quibus vitalem* — *quod noctuma tempestas ejectum & ex cœlefti rore margaritam concipiunt; unde & cœlæ nominantur.* Sed, quomodo conchæ, in medio mari conditæ totæ intra aquam, rorem illum capitum haurire queant, qui de cœlo cadit, percipi vix potest. Pernoctes Δημόκριτος eas ait Isidorus. Verùm non in summo natant æquore, nec extra aquam totas fe pandunt, ut jilis influere polit humor ille nocturnus plerasque lavit & fopulis adhærefcunt, fixæque radices agunt, totæ mari rectæ: ad quas quomodo ros pervenire possit, ut inde concipe. rent? Atqui illæ, quæ βιβλιώδεις, plurimum & maximum nutriunt margaritum, eodem auctore, imò adeò in penitis ac profundis marium conchæ hæ fedes fibi colloeant, ut ad eas exquirendas uti-

urinatores ſæpe in mare deſcendant viginti orgyarum altitudine. Quod verò ſcribit idem Iſidorus, per tonitrua frequentia & imbrium effuſionem, magis parere conchas & plurimum gigni margaritum, non inde fit, quod imbres illos hauriant conchæ atque humore inde accepto gravidæ fiant, ſed quadam occultâ naturæ vi ac proprietate: quâ & tubera tum maximè naſci ac grandeſcere traditum eſt, quum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra, & præcipuè à tonitribus. Hinc Juvenalis,

——— *ærumnator tubera, ſi ver*
Tunc erit & factum optata tonitrua cunas
Majores &c.

Qua de re V. Salmaſium ad *Solin. p. 1128. & ſeqq.* ut & ſuprà, in vi citibus *Margarita, Perinthi &c.* Utut autem ſe res habeat de conjugio *Roris* & Margaritarum, certum eſt, *rorem* pinguem ac mellеum, qui de cœlis cadit, maturitris temporibus & ubique ab apibus colligitur, purum putum mel eſſe, nihil hîc facientibus apibus, quam quòd cum exciptant & in favos refundant. Ariſtoteles *Hiſt. animal. l. 5. c. 22. de apibus, ὅσῳπερ ἂν πλείω ἔδωκαν τὸν ὄνειρον, τοσῷδε καὶ τὸ μέλι τὸ ἐπιγιγνόμενον ἡδὺ καὶ καθαρώτερον γίνεται.* Ubi *cerae fiori ex floribus* ait, *κηρὸν ex arboribus* (unde *κομιστὴ* alii hîc legunt) *mel ex aere* (de cœlo cadens, *exipere* & inde favos fous ſtipare. Itaq; ceram ex floribus facere; mel non facere, ſed afferre tantùm purum putum, ſicut ex cœlo defluxit, de iisdem in *ſeqq.* ſcribit. Quem ſecutus Cornelius Celſus, apud Philargyrium, *apes, inquit, exfloribus ceras fingunt, ex rore mutuino mel.* Hic autem ros, ex quo apes mel ſuum conficiunt & qui ubique locorum cadit, in quibusdam locis coit in grumulos ac denſatur ac pro Manna colligitur. Seneca *Epiſt 85.* Ajunt apud Indos inveniri mel in arundinum foliis, quod aut ex illius cœli, aut ipſius arundinis humore dulcis, aut pinguior gignat. In noſtris quoque herbis vim eandem, ſed minùs manifeſtam & notabilem ponit, quam perſequatur & contrahat animal huic rei gentium. Dicere vult, Rorem illum matutinum in foliis ubique madentium arborum & herbarum inveniri, quem apes legant & contrahant ad mel faciendum: at apud Indos, eundem rorem notabilem ac manifeſtum deprehendi in arundinum foliis. Quæ vett. *Manna* eſt, eorumque *Mel calaminum*, & Dioſcoridis ac Plinii *ſaccharum*, de quo hodiernoque ſaccharo aliisque huc facientibus, V. eundem *ibid.* Sicut & miraculo duplici, quod in *rore* Deus exhibuit Gideoni, Judici Iſraëlis, aliisque, Sam. Bocharti *Hierozoici Pante prior. lib. II. cap. 49.*

Roſa, in delitiis Veterum. Unde de Verre Cicer. *Oration. 10.* in lectica pulvinus erat pellucidus, Melitenſi roſa fartus: ipſe autem coronam habebat, unam in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares ibi admovebat, tenuiſſimo lino minutis maculis, plenum roſæ. Similes Thorii Epicuræi, in *roſa* potantis, delitias perſtringit idem *de Fin. l. 2.* Crinibus enim implicitas, ex Euripide *in Medea* aliisque conſtat, iisque, qui luxurioſius epulari ſolebant, inprimis placuiſſe. Unde Martialis *lib. 9.*

Nunc mihi die quis erit, cui te, Cotiliſſe, Deorum,
Sex juleo cyathos ſpondere, Cæſar erit.
Suiſiis apetur decies Roſa crinibus & ſi,
Qui poſuit facræ nobile gentis opus.
Nunc bis quinamihi da ſuavia, ſicut illud,
Victor ab Odryſio quod Dea tenebe ſolet.

Ubi cyathorum, & *Rorum*, bativrum numerus, reſpondet his tribus nominibus, *Cæſar, Domitianus, Dalmaticus.* Idem *Roſarum ſuiſilium*, id eſt, coronarum è meris roſarum foliis conſuturarum, meminit *l. 3. Epigr.* 64. ad quę verba Farnabius: Florum, inquit, faſciculis coronisq; capita revinčti, in conviviis potare ſolitos erant: primùm quidem hederaceis & ex apio, mox myrteis, quippe quæ adſtringunt, & vini exhalationes arcentur, & *Roſis*, quæ & gravitatem capitis ſedant & potione aſſumentes refrigerant. Corona inſuper plenitudinis & libertatis ſymbolum, feſtis conviviisque competit, ut & capiti, quod Animæ ſedes. Nec vero crinibus ſolùm *Roſas* implicabant Priſci, ſed & menſas ad convivia ſtructas *Roſarum* foliis contexere, & epularũ eas fercul is inſpergere, tutâ & minimè noxiâ voluptate, ſolebant. Menſas inſuper citreas, in ſummis delitiis habitas, *Roſarum* inungebant ſucco, qui ob amarorem intactas eas & illæſas à carie tineisque ſervarent. Imò Heliogabalus in recumbentes convivas per laquearia, vehiculi per impluvium, *roſas* effundi juſſiſſe legitur. V. Plinium *Epiſtor. Natur. lib. 21. cap. 4.* In auribus eadem geſtatas fuiſſe, monet Joſephus Laurentius *Polymath. lib. 2. Diſſert. 36.* & confirmat ex Athenæo *Deipnoſoph. l. 12. Molle ſymbolum*, aut Roſa, aut *lilium auri inſidebat.* Quò ſorſan reſpiciens Calphurnius *Ecleg. 6.*

——— *ramoſaque tempora molles*
Implicuere Roſæ.

Niſi de coronis hoc intelligi malimus. V. Caſpar. Bartholin. *de Inauribus.* Porrò in cubiculis *roſæ* ſuſpentæ, Plinius *lib. 20. c. 14.* & lecti amantium iisdem reſperſi, uti legimus apud Lucianum *Aſſ. aur.* V. quoquo infrà ub. de *Roſis purgatis.* Sed & antiquæ Majorum inſcriptiones defunctorum urnas *roſis* ſpargi, ornarique quotannis ex teſtamento jubebant, de quo more V. Hieronymum *ad Pammachium.* Coreteri mariti ſuper tumulos conjugum ſpargebant violas, *roſas*, lilia, purpureasque flores & dolorem pectoris his officiis ſolabantur. Et quidem tum ſerſis tum ſolutis roſis ſparſum funus Menetoei legimus, apud Papinium Statium *Theb. l. 10. v. 782.*

——— *his ſertis, hi veris honore ſolutis*
Accumulant artus parviaque in ſede reponunt
Corpus adoratum.

Ubi *veris honore*, eſt omne genus florum, præcipuè tamen *roſæ*, cujus encomium ſuper omnes cœteros illuſtre eſt, V. *Scholiaſt.* ſive Sa. phus, ſive Achillis Tatii, Anacreontem, Alios &c. Sed ut delicata & faſtidii plena res luxus eſt, feræ maximè, & hyberna: *Roſæ* expetebantur, quibus ut nihil ſuavius, ſic nil magis caducum. Unde Horatius *l. 1. Od. 38.* apparatum menſæ puero ſuo præ cribens, inter alia, ait:

Mitte ſectari, Roſa quo locorum
Sera moretur.

Itaque, cùm earum copia non eſſet, ex Ægypto primùm peti conſuevere: donec Domitiani ævo Romæ quoque educari cœperunt, Plin. *l. 21. c. 4.* Hinc Mercatoribus Ægyptiis, ſese ob hybernarum *Roſarum* advectionem jactantibus, monet, ut ipſi nunc roſas ex Italia petant, Italis autem viciſſim mittant frumentum *lib. 6. Epigram. 80.* Martialis,

Ut nova dona vibi, Cæſar, Nitotica tellus
Abſtruſa hibernas ambitione Roſas.
Navita derſit Pharios Memphiticus horreus &c.

Et paulo poſt,

At tu, Romane juſſus jam cedere Brumæ,
Mitte tuas meſſes, accipe, Nile, Roſas &c.

V. plura de *Roſa*, apud Plinium paſſim, inter alia *l. 21. c. 19.* ubi de iis in ſebos condiri ſolitis; *l. 13. c. 16.* ubi de vini, & floribus illarum conficiendi, ratione, inprimis verò apud Car. Paſchalium *in Coronarium libb* & Franc. Pemey *in Dior. Dio.* Addam ſaltem aliquid de *Roſa Sinica*, quæ duobus ſingulis bis colorem mutat, purpuraque modò tota modò ruſſa: omnino alba evadit, ſed odore deſtituta. Quæ mutatio colorum arcanum fuerit naturæ myſtis i'lis diſcutiendum, quibus novas jam de colorum natura, lucisque incidentia & reflexione ſententias cudere allubeſcit, Auctor Anon. *Sina & Eur. cap. 33.* Hinc *Roſa color*, nonnullis, quem in factionibus Circi numerat Caſſiodorus *l. 3. Var. Epiſt. 51.* Iſidorus item *lib. 17. c. 41.* Sed non à *roſa* hunc colorem denominari, verùm eundem cum *ruſſeo* eſſe ſeu *ruſſeo*, quem Martialis *coccineo*, Sidonius ſimpliciter *rubeo* vocat, dicemus infrà, ubi de *ruſeo colore*. V. quoque *Roſarium*, *Roſatum* &c.

Roſa Alba & *Rubra*, in Anglia, factionum nomina, quæ Angliam diu graviterque afflixerunt. Poſt obitum enim Henrici III. cùm Eduardus I. ei ſurrogatus eſſet, poſthabito fratre ejus majore Edmundo, Lancaſtriæ Duce, quòd & gibbo deformis & Regno non adeo aptus crederetur, hinc feralia illa diſſidia, inter Lancaſtrenſes, qui *Roſam rubram* pro inſigni habebant, & Eboracenſes, qui *album*, originem ſumſere: quæ inprimis recruduerunt circa A. C. 1455. ſub Henrico VI. ex Lancaſtrenſibus, quem Eduardus IV. *Roſæ albæ* Princeps ſeu Dux Eboracenſis Regno depulit A. C. 1460. Sed intra decennium Henricus è carcere liber, amulum in Flandriam fugavit, paulo poſt à Carolo Audace, cujus ſororem duxerat, reſtituitur A. 1471. Atque tunc Henricus in carcere necatus eſt. Poſt mortem Eduardi, cum frater ejus Richardus ſtagitioſiſſimæ vitæ tutorem ageret Eduardi V. Regis minorennis, eo una cum fratre nefariè occiſo, atroci tyrannide Regnum occupavit, & occaſionem præbuit *Roſæ rubræ* ſeu Lancaſtrenſibus repetendi jura Regni. Erat autem caput tum Lancaſtrenſium Henricus Comes Richmondiæ, qui victo ad Lecefriam & occiſo Richardo III. thronum conſendit, anno Chr. 1485. dictus *Henricus* VII. Cumque unice tantùm filia ex Eboracenſium factione ſupereſſet, Elizabetha, illi in uxorem ducta, *utramque Roſam* conjunxit ac diſſidiis his adeò diuturnis ac cruentis, ut intra non multos annos 80. è regio ſanguine Principes iis conſumtos, referat Cominæus, finem impoſuit: unde hodieque inter Anglíæ Regum inſignia duplex *Roſa alba & rubra* conſpicitur. Ut autem Regnum familiæ ſuæ duraſſilius redderet Henricus, Eduardum V. Tarvienſem Clarentiæ Ducis filium, Eduardi IV. & ex fratre neporem, adhuc puerum, Londini in Foro publicè ſecuri percuſſit: & conſobrino ſuo Richardo Polo junctò cum Margaritha Clarentiæ D. filiâ, reliquias generis ſui fœcundâ prole auxit. A' quo tempore regnum manſit pacatum. Interim nec Henricus Eliſabethæ maritum nimis indulgentem per omnem ſuam vitam exhibuit, quamvis ea eſſet & formâ commendabilis & obſequio facilis & puerperiis quoque fœcunda. Nempe pertinax illa animi à domo Eboracenſi averſio tantum apud eum potcrat, ut non in bellis ſolùm ac conſiliis, ſed etiam in cubili & thoro locum reperirit, V. Franc. Baconum à Verulamio in *Vita* Henrici, & Hornium *Orb. Imper. cum Animad ver.* Joach. Feller. *p. 326. & ſeqq.*

Similes factiones. & ferme circa eadem tempora, alibi quoque viguerunt, *Gibellinorum* viz. & *Welfsrum* in Italia, *Mursinorum* & *Calopirinorum* in Rep. Veneta, *Cabeljaviorum* seu *Aselliatorum* & *Hasbingiorum* seu *Hamatorum*, in Belgio &c. Uti verò Henricus VII. præfatus *Rosas*, sic postmodum Jacobus *Regna* junxit, cujus in æternam rei memoriam nummo, cum memorabili hac inscriptione, HENRICVS ROSAS, REGNA JACOBVS & &c. uti diximus in *Jacobo I. M. Britanniæ* R.

Rosa Aurea, Dominicâ *Lætare*, i. IV. Quadrag. solenni ritu benedicta à Pontifice, comitatoCardinalibus, in æstitiæ signum rosei coloris vestibus indutis, eundo ac redeundo à Capella, manu ferri consuevit, quam is deinde magno alicui Principi, si adsit in Curia Romana, concedit, vel ad alium Regem Principemque, ut eidem Pontifici cum consilio Purpurati Collegii visum fuerit, mittit, ut inter alia Pontificem ab Alexandro III. Ludovico VII. R. Franciæ cum Parisios ad eum venisset. Idem Pontifex, cum Venetiis moraretur in eadem Dominica, induens tus sacris vestibus & de consuetudine *aureum* ferens *rosam*, cum ,,Episcopi & Cardinalibus ad Altare majus' *Eccl. S. Marci*) pro ,,cessit: & compleris Missarum officiis, Rosam. quam detulerat, Duci Venetiarum, in signum gratiæ Sedis Apostolicæ contulit, ut habent Acta eiusdem Alexandri. apud Baronium. Tradit præterea Auctor *de Ritibus* V. Jonnum Regiam Siciliæ ,,& Petrum Regem Cypri Romam ven si', & cùm tunc occurreret Dominica Lætare Jerusalem, in qua consuevit dari per ,,Papam *Rosa* — dictam *Rosam* memoratæ Joannæ — dedisse — quæ more solito demum cum Cardinalibus & aliis ,,Nobilibus per urbem equitavit &c. Orationes ad benedictionem pertinentes, exhibet *Ceremoniale Rom. l. 1. sect. 7.* Anticquitus vero solebat hæc ceremonia fieri Romæ in Æde S. Crucis in Hierusalem, ubi concionem ad populum habere solebant Pontifices, quorum exemplum sequutus Pius II. roiam postea à se consecratam, Senas natale fuum solum misit, cujus loco Sixtus IV. in signum gentilitii stemmatis, quarcus aureæ ramum Cathedrali Savonæ, itidem Patriæ suæ, transmisit &c. Ritus origo, in incerto; viguisse jam ævo Leonis IX. qui præfuit A. C. 1050. Cencius Camerarius refert, qui etiam Pontificem hunc Monasterio S. Crucis in Lotharingia, in Æde hujus impensa, certi quidam imposuisse, scribit. Nec de causa magis liquet, aliis aliam prætexentibus. *Rosa* verni temporis filia, fætitiæ symbolum est: Sed & vett. Christianos *rosæ* imaginem sepulchris inscripsisse, in signum fugacis hujus ac transitoriæ vitæ, legimus. Imò jam prisci Romani, in Testamentis suis, sepulchra rosis spargi voluere, ut in antiquis monumentis scriptum legitur, hac fere verborum formula: *Ut quotannis rosæ in monumentum meum deferant.* Seu, *Ut quotannis tempore Julii rosa illis ponantur.* Seu, *Rosa quotannis ornandum &c.* Quam in rem faciunt illa Poetæ:

Mirabar celerem fugitivæ ætate rapinam,
Et dum nascuntur, conferuisse rosæ.

Sed & *rosas* olim, in hominis natali præbitas, donatasque, docet vetus *Inscr.* 636. 12. Plura V. *supra*, & de *Rosa* hac *Aurea* Durandum *Rationalis l. 6. c. 3. n. 8. & 9.* 10. 11. Petrum Blesensem *Serm.* 35. Ughellum *Italiæ Sacræ Tom. I. Tract. 1. pag. 867.* aliosque Auctores, laudatos Car. du Fresne in *Glossar.* & Macris Fratribus *in Hierolexico.*

Rosa Hierosolymitana seu *Hierichuntina*, V. in voce *Jericho*, & apud Salmasium *Exercitationibus Plinianis ad Solinum* pag. 401. ubi illorum sententiam, qui *Rosam* hanc cum amomo confundunt, refellit.

Rosaceum, seu *Rosæ lignum*, odoriferi ligni species est, quod in Quantonia Sinensis Imperii provincia, Chaokina producit, ad capsulas, mensas, fedes similiaque conficienda aptissimum, quoque vix aliud est præstantius, coloris ex nigro rutilantis, venis quibusdam intercisum & artifice osi benignè obtemperantis naturæ quasi manu depictum. Idem in montibus urbis *Kiunchieu*, quæ metropolis est inf. *Hainan*, provenit, uti refert Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap* 34. qui etiam liquoris suavissimi in regno *Gannan* ex arboribus stillantis, quem Lusitani *Rosinallum* vocant, meminit *ibid.*

Rosæ purgatæ, apud Spartianum in *Ælio Vero*, *Jam illa frequentantur à nonnullis, quòd & accubationes ad mensas de rosis acillis fieri cerit, & quidem purgatis*: fic dicebantur, quibus demtum erat albumen; quòd ea pars minimè tenera fit ac delicata. Ita enim idem ,,paulo suprà, Lectum — fecerat minuto reticulo incilum, ,,cumque follis *rosæ*, quibus demtum erat album, replebat, ja-,,censque — velamine de lilijs facto fe tegebat, unctus odori-,,bus Petficis. Quod autem hic de Menfis ait, fic intelligendum, uti cùm Trebellius de Gallieno ait, *Veris tempore cubicula de rosis fecit*, h. e. cubicula rosis ftravit. Itaque Veros *mensas de rosis fecit*, h. e. rosas in mentam fparsit & mensam rosis ftra vit ac operuit ita, ut tota de rosis facta videretur. Ovidius,

Tempora fusillibus cinguntur tota coronis,
Et latet inpofita splendida mensa rosa.

Salmasius *ad Spartianum.*

Rosaria, erogatio dicta est *rosarum* in convivio, seu coronarium è rosis erogatis, quemadmodum *Mitellita*, vel *Mitellica*, apud Suetonium *in Nerone*, mitellarum fimilis erogatio. Ita autem is, Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita" quadragies festertio constitit, alteri pluris aliquanto rosaria." Coronarum certè apud Vett. in conviviis multus usus & *pretium* fuctilium præcipuè, poftea luxuria invenit, è nardi folio: & vefte Sericavericolore fuere, quas unguentis aspergebant pretiofiffimis. Plinius *l. 21. c. 3.* Summaque auctoritas paddi coronæ, uti Saliorum facris invenimus folennes cœnas. Tranfiit & inde ad *rosaria* eoque luxuria proceffit, ut non effet gratia, nifi è mero folio futili, mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautiffimum quippe habetur è nardi foliis eas dari aut vefte verficolori Sericâ unguentis madidas. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 577.

Rosarium, dicitur in Communione Rom. liber Ecclefiafticus preces ad B. Virginem directas continens: cujus auctor fuit Dominicus Calaguritanus, parens Fratrum Prædicatorum. Qua de re *Bulla* Pii V. qui ufum ejus auctoritate fua confirmavit, data A. C. 1576. ita fonat: B. Dominicus Spiritu fancto (ut pie "creditur) afflatus, occafione qui Albigenfium hæresis per partes Galliarum & Italiæ miferè graffabatur — levans in eorum oculos — admodum facilem & omnibus pervium & admodum plum orandi & precandi Deum, *Rosarium* feu Plalterium. Beatæ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatiffima Virg. falutatione Angelicâ centies & quinquagies, ad numerum Davi" dici Pfalmi repetitâ & orationeDominicâ ad quamlibet decimam, cum certis meditationibus, totam D.N. Jefu Chrifti vi" tam demonftrantibus, interpofita veneratur, excogitavit & " excogitatum per fanctæ Romanæ Ecclefiæ patres propagavit" &c. Ubi quod & Albigenfibus dicitur, locum non habet, apò Alanum de Rupe, Pfalterii reftituatorem, qui Fraternitatis hujus (namque mox *Fraternitas de Rosario* inftituta) ortum, non ab occafione Albigenfium, fed Saracenorum piraturam, in quorum manus prope Compoftellam incidiffet Dominicus, acceffit. Sic autem habet *Bulla* Sixti IV. A. 1476. quà appiobat *Fraternitatem de Rosario* nuncupatam, renovatam Coloniæ per FratresOrd. Præd. Omnibus & fingulis ut iusque texus, præcipuis B. Virginis fe ri" ftivitatibus, fc. Annuntiationis, Viftationis, Aflumtionis, Nativitatis & Purificationis, C. dies indulgentiarum, in qualibet" dictarum feftivitatum die, atque quotiescunque per fe vel per alium, *Rosarium* B. Virginis, quod quinquaginta Ave Maria" cum quinque Pater nofter continet, legerint feu legi fecerint" — mifericorditer relavamus. Acceffere poftea ab Innocentio VIII. Pio V. præfato, aliisque Pontificibus indulgentiæ aliæ, eæque adeò ampliæ, ut Paulus V. An. 1608. *revocatis omnibus indulgentiis à prædecessoribus fuis concessis, quas fraternitas B. Virginis de rosario, quidam alliis, novas indulgentias volueris concedere, quibus deinceps frueretur*, uti habetur in *Bulla* cujus Romæ data dicto anno &c. Quòd verò Petrum Eremitam, modum orandi per calculos § §. *ita ordine distinctos*, ut *post decem singuli majusculi affiguantur filo — & quo ibi sunt, toties Dominicam precem; quotiès, toties Angelicam salutationem*, *tot memoriam ineundo recitent, quæ finitodum brevius instituit; quod Urbanus Perpinianus tertium nuncupans*, circa A. C. 1090. jam introvifle, dicit Polydorus Virgilius *de Invent. rerum l. 5. c. 9.* cum iis, quæ diximus de Dominico, fic conciliat Alphonfus Fernandes Placentinus Dominicanus *in Concord. Prædicator. Fam. ad An. C.* 1213. ut dicat: De Rofario poffe loqui dupliciter, uno modo, ut eft Orarium" per calculorum fupputationem. Aliter, ut eft devotio cultus" B. Virginis Mariæ, complectens potiffi na vitæ & myfteria" Dei & ipfius Matris myfteria, primo modo Rofarium accipientes, fatendum Petrum Eremitam fuiffe adinventiffe, fi per" calculos filo introductos orare docuiffe. Secundo verò modo, ut *Rosarium* centum & quinquaginta falutationum Angelicarum & quindecim Orationis Dominicæ repetitionibus" conftat, à B. Patre Dominico — inftitutum eft. Qua de re V." A. Rivetum *Apolog. pro Sanctissima Virgine Maria l. 2. c. 12.*

Rosarius, monetæ adulterinæ fpecies, prohibita in Anglia An. C. 1299. & 1300. V. *supra* in *Crocardus.*

Rosatum, apud Æl. Lampridium in *Heliogabalo*, *Nam* rosatum *ab aliis acceptum, pinearum etiam attrivione odoratius reddidit*: an poculi, an potionis nomen? Sequitur certè, *Denique, hæc genera poculorum* (namque & *mafficiati* quoque ac *pulciati* paulo ante meminit Lampridius) *ante Heliogabalum non legimus*: ut intelligamus, nova genera potiorum vaforum ab Heliogabalo fuiffe excogitata, quæ etiam odore obfectarent. Verum potius videtur hic nomen potionum genera diverfa intelligi, & vino variè condito: ficut in Gæa dixit Spartianus, cum fuiffe cupidum vini, variè conditi. Sequitur non longè, *Condito piscinas & salsa temperavit & rosato asque absinthiato.* Etiam Capitolinus *mafficbati & rosati & absinthiati* fimul meminit in *Gordianis*. Fuit vini cupidior, femper tamen undecunque conditi, nunc *rosæ*, nunc maftiche, nunc abfinthio, cœtera. Hinc *rosatus*, quibus gula maximè delectatur. Latini Gr. forma. Adhibe-

Adhibebantur autem,ad alias species odoratas, quæ in pila trite rosato condiendo inferviebant, ab Heliogabalo & pinea; quarum attritio Græcis κοσκινισμὸς est. V. Casaubonum *Not. ad loc. cit.* Apud Anastasium v. in *Leone III. Rosata vela*, sunt *rosis* distincta & ornata.

Rosula Lex, anno II. C. 687. Metello & C. Martio Cost. lata, à L. *Roscio* Othone, in Spectaculis, *Equitem à Plebe distinxit*, cùm antea promiscuè sederent. Sic tamen ut, qui ex Equite vel vitio vel Fortunâ decoxissent, ab aliis separentur & remotiori loco considerent. Meminere hujus Legis Horatius, Juvenalis ac fæpe Cicero. præsertim *Philipp.* 2. qui natos hinc se Consule, odio præfati Roscii, tumultus non solùm compescuit, verùm etiam effecit, ut errorem suum Plebs agnosceret, neque se notari fedis discrimine iniquo animo ferret, V. Plut. in *vita ejus* & Plinium *l.7 c.30.* Verùm lex *Roscia* nihil, nisi de XIV. ordinibus sanxit: sequutus vero Augustus, tum illam moderatus est tum alia quædam addidit, de quibus Lat. v. Torrentius consuli potest *Comm. in Suetonii Neronem*, V. quoque Rosinum *l.5. c.4.*

Roseus Color, apud Lampridium *in Antonino Diadumeno*, *Paravenat sanè penulas populo roseî coloris dare Macrianus Imper* &c. non est à rosa, sed pro *roseus* vel russeus scriptum est. Quæ vitiosa scribendi consuetudo non infrequens occurrit in vett. libris; ubi imperiti *à rosâ* deductum arbitrantur, ut facile patebit hoc exemplo Corippi *l.1.* de 4. coloribus fachionum Circi, de quibus suprà,

Aurigas totidem, totidem posuere colores,
Et fecere duas studia in contraria partes,
Ut sunt æstivis contraria frigora flammis.
Nam viridis vernis campus, cui conculor herbis,
Pinguis oliva comis, uxus nemus omne virescit:
Roseus æstatis rubro face roseſe refulgens,
Ut nonnulla rubens ardenti ponus colore.

Ubi *roseus* primum scribebatur. Quod is, qui nobis editionem illam Corippi adornavit, à *rosa* putans deductum, perperam sit mutavit.

Æstatis roseus &c.

Similiter apud Isidorum de equis, *Color hic præcipuè spectandus, badius, aureus, roseus, mirteus, cervinus, gilvus, glaucus* &c. *roseus* est pro *russeo*, qui Græcis πυῤῥὸς, Latinis quoque *aurreus* Quandoque & *rubeus* scribebatur, unde & Græci ἐρυθρὸν dixerunt, non ῥοδινὸν. V. Salmasium *ad Lampridium* & infrà in voce *Russeus*.

Rosica Classis, ῥόδιαι· Ῥόσικοι. vel ὁ τῶν Ῥοὸς σόλος, apud Cedrenum *in Michaele Theophili filio, circa A.C.* 850. τὸ δὲ ὕδωρ Εὐξείνου πᾶσαν τὴν ἀνὼ κεκραδίλασι ὁ τῶν Ῥὸς ἐκπεσόντος κατέσχεσε σόλος. Ἔδοξε δὲ τοῖς Σκυθικὸν μὲν τὸ τῶν Ἀρεσίων ταῦρον κατωνομάσθαι, ἀπὸ τῆς ἀγέλης. *Quod est intra Euxinum Pontum, & tantæ maritimam regionem, classis eorum qui* Ros (seu Rhos) *dicuntur* (*Rosica classis* vertunt alii) *incredibilibus vexabat atque perrumpebatur. Gens autem est* Ros Scythica, *ad Taurum Arsidum pertinens, fera & agrestis.* Quod idem legitur apud Joannem Curopalatem. V. quoque Zonaram aliosque Græcorum Scriptores recentiores, qui passim meminere τῶν & τῶν Ῥὸς, *gentis Ros* quam Scythicam esse, Ortelius ait. Pro iisdem sumuntur, qui Protomæ in Sarmatia Europæa *Roxolani* dicuntur & recentioribus *Russi* ac *Ruteni*. Joannes Tzetzes caput habet *Chiliad.* II. *c.* 396. περὶ τῶν τυγχόντων ἐν Ῥῶσι, ἐπικὰ τῷ γένει Μυσῶν, De eo quod est *Quærenti non Ros, sed genere Mysius sit:* ubi plurima more suo de Mysia & Mysis congerit; nihil tamen de Ros, tametsi paulo antè Tauros, populum Scythicum, eosdem faciat cum *Ros*, *ibidem cap.* 393.

Σκύθιον ἰδιάζων τοῦρος τὸν πολλάζ,
Clarius indicavi Taurus Ros nuncupari &c.

Occurrit vox in Græca verfione Ezechielis c.38 & 39. 1. ubi de Gog & Magog verba fiunt ἐπὶ τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ ἄρχοντα, Ῥὼς, Μοσὸχ καὶ Θοβὲλ, *super terram Magog Principem. Ros, Mosoch & Thobel*; ubi בראש Ros Aquilæ est κεφαλὴ, uti & Theodoreto, aliisque tam priscis, quam recentioribus. Hinc Hieronymus, *Primam gentem illam Ros* (namque non defunt Rabbini, qui hic gentem intelligant) *Aquila interpretatur Caput, quem & nos sequuti sumus, ut sit sensus, Principis Mosoch & Thubal. Et reverantur in Genesi, nescio Judæpin quidem — hanc gentem potuimus invenire.* Atqui apud Arabas, etiam inter gentes, ex gibbere de Noachidarum propagine, natas habetur *ad* Ras. Sic Eutychius Patr. Alex. de posteris Japheti agens, eorum quosdam fuisse ait, qui habitarentà Tigri, *atque ad extremas Septentrionis partes*. Et dein præter gentes complures alias, Græcis, Romanis, Byzantinis memoratas, subjungit, & *Al Ros & Al-Dilam & Bulgari & Slavi* &c. Qua de re V. Joann. Seldenum *de Synedriis vet. Ebræorum lib. II. in addendis.*

Rosinadesia Familia, inter Gallias illustres. Floret illa in Britannia Armorica, quam aliqui à Comitibus *de Cornou.* ac ita in ferioris Britanniæ Principibus; alii à Guillelmi *de Rosfrenan*, Conneftabilis Franciæ A. 840. filio, qui antiquioris domus *de Rosmadec* hæredem duxerit & nomen assumserit, deducunt. A Rivalone Equite A. C 1191. series continua ostendi potest. Lineatum diversarum primordia concurrunt, in Joanne III. Dn. *de Rosmadec*, mortuo A. 1515. Hujus enim filius Joannes Dominus *du Pleſſis*, nunc quoque superstites sevit. Major autem frater, Alanus Baro *de Molac*, iterum communis pater est Baronum *de Timalis, de S. Jovan, & de Comper*; ex filio Claudio. inprimis autem, ex filio primogenito Tanaquile Marchionum *de Rosmadec & Molac*, Com. *de Chappelles & de Crozon*; quorum series ab aliquot seculis hæc est. Joannes III. prædictus, qui obiit An. 1515. ex Joanna fil. Alani Do. *de La Chapelle & Molac* pater fuit Alani II. Dom. *de Rosmadec*, qui obiit A. C. 1560. relicto ex Joanna *du Chaſtel*, filio Tanaquile Dn. de Rosmadec, Bar. de Molac, defuncto A. 1574. Hoc & Margareta *de Boumanoir*, genitus Sebastianus I. *Marchio de Rosmadec*, decessit A. 1613, pater ex Francisca Montmorantia, Sebastiani II. qui juxtit sibi Renatam, *de Kerouem* Dn. *de Kergurmadec*, atque ex ea suscepit Sebastianum III. cujus uxor Renata fil. Ivonis *de Botoer*, Baronis *de Sacé*, duda An 1635. Barthelomæum Renatum Comitem *de Chappelles* (natum A.C.1635.) Ludovicum Gorentinum (n.A.C.1636.) Mariam Annam & Mariam Renatam · omnes nominis de Rosmadec. V. Philippum Jacobum Spenerum *Theat. Nobil. Europ. Part. I.pag.* 354.

Rosmarinus, λιβανωτὶς est coronaria Vett. Salmasio *ad Solin. pag.* 405. Aliquando Ros simpliciter,ut apud Ovidium *Faſtorum lib.* 4.

Pars thyma, pars rorem, *pars mellitos amant.*

Eo Lares coronatos, docet Horatius,

Parvis coronantem marino
Rore Deos, fragilis, myrto,
Carm. lib. 3. Od 23. ubi myrto illum jungit. Aliàs floribus vernis omnium lectissimis miscebatur. IdemOvidius *Metamorph. lib.* 12.

Utmodò rore maris, modò se violave rosave
Implicet, interdum canentia lilia gestet.

Pindarus quoque secundùm nonnullos lilio miscet *Nem. Od.* 7. cùm ait, Musam plectere coronam Olympicam, cui

Κολπὸς χρυσὸν, ἠ τερπνὰν, ἐλελιχθὼς ἄμπε,
Καὶ λιβανὸν ἀ θύμον ποσ-
σὶν ὑπὸ σὺν ἴησιν.
Gestinat sinuum, atque, eburque simul,
Et lilium floridum & ma-
rino attollumrore.

Sed *hic rorem marinum*, non pro flore coronario, sed pro coralio, quod in imo maris nascitur, accipiendum, monet Car. Pathalius *Coronarium l.6 c.20.* V. plura hanc in rem, apud Plinium *lib.* 24. c.11.

Rosolea Panormitana Sancta, apud Dominic. Macrum *in Hierol.* V. quoque infrà *Ruvisacia*.

Rosomacha, hyænæ species Sclavis, in Septentrione frequens, Suecis *Jerf*, Germanis *Vilfraz*, de qua sic Olaus: Petuntur, in quâ, à venatoribus, pellis solùm gratiâ, quæ apud nobiles & ditiffimos ad vestimenta in pretio est, utpote splendentes & florum instar distincta coloribus, quales in Damascena vestefspectantur. Item, candet fuscâ nigredine, instar panni Damascæ nidiversis ornata figuris. Cujusmodi colorum varietas & mixtura quoque est in *ginetta* animali in Hispania vulpis maculosæ nigredine, de quo Cardanus, Pelle variâ est & nigro ac cinereo alternantibus maculis distinCta Et caliger, Admirabili pul. chritudine eis Maculatum celebrat, ordo vegetus, splendor & nulli cedit. Unde *ginettam*, vel *jinettam*, vel *hyænettam* dici vult Salmasius, q. *hyænulam* ὑαινιδεκτὸν, quia utrumque animal similibus maculis pellem habet variegatam. Certè de hyæna, quam propterea *cuſon*, i. *maculosam* appellat, ita Oppianus *Cynegeticon l.3.*

—— *ἰδίωτον δέμας αὐτὸν,*
Κυσίνοις ἐικυῖαν ἐπιστρωφᾶσι γαμέτοις.
—— *cuſis horrida corpore tota*
Cæruleis denis conspergitur undique vittis.

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib.III. cap.* II. præter alios, qui de *Animalibus* scripserunt.

Rostra, adde: Erat autem Antium, Volscorum Metropolis, maritima, quam in suo Consulatu expugnavit C. Mœnius, anno U C. 416. L. Ann. Florus *l.* 1. c. II. Extant & pars de Antio spolia, quæ Mœnius in suggestu Fori, capta hostium classe suffixit; sit tamen illa classis, nam seu fuere rostratæ. Livius item *lib.* 8. Naves Antiatium, partim in navali Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisque earum suggestum in Foro extructum adornari placuit, *Rostrisque* id Templum appellatum: quod propè Comitium, partem Fori, quæ à Palatii porta incipiens finiebat ad templum D. Mariæ Novæ, ut Martianus docet; erat. Eorum crebra in Livio, Cicerone, aliis, mentio. Ferebantur in illis leges, agebantur causæ, & conciones habebantur. Hinc Rostrum, loco sacro LL. ferri consueviſſe affirmat, in *Rostris*: ait, *quod loues erat augurium, Templumque dicebatur, sæpe à Magistratibus celebrantur.* Ex iisdem defunctos laudare, priscus mos fuit, quem Polybius *l.6.* fic describit, Si quando apud eos, (*Romanos*) quispiam ex Illustribus viris ex hac vita decesserit, elato funere portatur cum reliqua pompa ad Rostra, sic dicta, in

„Forum & nunc ſtans conſpicuus, nunc obvolutus, idq; raro u„niver ſa plebe circumſtante. *Roſtra* adſcendit: ſiquidem filius „adultus ſuperſit, ac præſens exiſtat, ſin verò, alius quispiam ex „ipſius genere, ac demortui virtutes, & quæ in vita ſ'præclarè „geſſit, deprædicat. Et paulo poſt, Ubi autem præclarus ali„quis ex domeſticis ultimum diem obiit, inſtituunt funeris ela„tionem, & circumſuſi, qui ſimillimi magnitudine & reliqui „ſtaturâ videntur, veſtitum ſuſpurpi, ſi vei Conſul vel Imper„rator fuerit, purpuream: ſi triumphum egit, vel talo quid „perfecit, auro contextum. Igitur illi curru incedunæ Falces „verò & ſecures ac reliqua Principatus conſueta, fecundum di„gnitatem cujusque, præcedunt, quâ, dum in vivis eſſet, in Re„publ. eminuit. Ubi ad *Roſtra* veniunt, cuncti ex ordine ſel„lis elephantinis ſedent, quo ſpectaculo haud facile poteris ſpe„ctari pulchrius. Hinc de Q. Metello Prætore, qui à devictis Macedonibus *Macedonici* cognomentum tulit, Velleius Paterculus *Hiſt. Rom. l. 1. c. 11. Mortuus, inquit, eſt Lucium pro Roſtris ſe„pulturam quatuor filii.* Nec piget obiter reſtare, primum Popilicolam ſupremè hau ſaſſe Britum, qui ritus inde ad fœminas, & Imperatorum ævo ad juvenes, eſt progreſſus. Sed *hoc Fori decus, hoc velut Populo Rom. impoſita corona*, verba ſunt Plinii, ſequiore ævo Tribunitiis, ſeditionibus calcari ac pollui cœpit. Unde de Tiberio Gracco qui primam certaminum facem accendit, Florus *l. 3. c. 14. Poſtquam magnitudinis dies aderat, ingreſſi ſpectaculo agmine* Roſtra conſcendit (ubi nempe ſolebant ſupra Magiſtratus jus dicebant, Leges ferebant, concionem habebant, Stadius) Et paulo poſt; *Sed ubi intercedentem legibus ſuis Cn. Octavium videt, injecta manu depulit Roſtris.* A' quo ulteriùs itum, & proſcriptorum Civium capita pro *Roſtris* expoſita; uti Octavio Conſuli ſeciſi Marius; & inprimis in Triumvirali proſcriptionerde qua ſic idem Auctor *l. 4. c. 6. Roma capita ſuſorum propoere in Roſtris jam uſitatum erat; verum ſic quoque Civitas liberrimæ tenere non potuit, cum vectium Clarorum capita in illis pro Roſtris viderentur nec aliter ad videndum eum, quàm ſilebas ad audiendum, concurreretur.* Namque Antonius præcipuum Oratoris caput ad ſe allatum in illuſtri illo loco, ubi ille eo ipſo anno adversùs eum dixerat, poni curavit, ut præter Florum teſtantur Livius, Plut. in *Cic. Dio l. 47. Ali.* Tandem itaque, poſquam indignum avitâ libertate ſe Populus Rom. reddidit, pro *Roſtris* oblata Cæſari regni inſignia, ipſis Lupercalibus, ſeu 16. Kal. Mart. quæ is pro *Roſtris* in aurea ſella ſedens conſecrabat, cognitum Plutarchi cum ſpectaret, Antonius Conſul, unus ex Lupercis accedens, capiti ejus diadema impoſuit, ut apud eundem Florum *l. 4. c. 2.* videre eſt. A' *roſtris* porrò navium, *Roſtrata* corona nomen habuit, quæ inter præcipua olim militaria præmia, de qua ſic Plinius *l. 16. c. 4.* Antea roſtra navium tribunali præfixa, Fori „decus erant, veluti Populo Rom. ipſi corona impoſita. Poſt„quam verò Tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpere, „poſtquam vires ex publico in privatum magis ſingulique ci„vium quæri, facroſanctâ omnia profana facere, tum à pedibus „eorum fubiere in capita civium Roſtra. Dedit hanc Augu„ſtus coronam Agrippæ & C. V. Jo. Roſinum *Ant. 99. Rom. l. 6. c5. ubi navorum quoque quæ ad Palatii radices, Roſtrorum mentionem facit, & ſuprà in voce *Navalis*.* Addidit autem primus *roſtra* navibus Piſeas Tyrrhenus, teſte Plinio *l. 7. c. 6.* &c.

Roſtra. apud Adalberonem Laudun. in *Carmine ad Robertum* R. *Cepit ſumma pedum cum vertit rostra profundi.*

calceorum ſunt acumina, quæ Annæ Comnenæ *in Alexiade* dicuntur τὰ ἐπὶ τῶν πεδίλων ἀκρωτήρια. Ita enim Scriptores vocant promi nentes & ultra pedum longitudinem protilientes extremas cal ceorum partes, in acumen definentes, uti pluribus obſervavit Car. du Freſne *Not. ad Alexiadem.* Meminit *Calcei, ad aquilini roſtri ſpecies*m, Petrus Damianus *l. 5. Ep. 16.* Cujusmodi *Stolarium roſtratorum* ufu interdixit Sacerdotibus in Concilio Pariſienſi *A. 1212. part. 2. c. 9.* &c. V. ſuprà quoque in voce *Pontifex*, & de *roſtris calceorum*, apud vett. Romanos, ubi de *Calceo*. Joh. Archithrenius, apud eundem du Freſne. *Roſtra* hujusmodi ſic deſcribit, *l. 2. c. 3.*

——— *Soleæ fubſtringitur arcu*
Calceus obliquo, pedis inſtar fulcius, ut ipſas
Exprimat articulos, cujus deductior ante
Pinnula pro-dit, paulopoſt reflexior exit,
Et fugit in longum tractûmq; inclinat acumen &c.

Roſtrata Domus Cn. Pompeii, memoratur Jul. Capitolino *in Gordianis, exta teſtata ejus* (Gordiani Imper.) *memorabilia - quæ plaſtatim domo noſtrata Cn. Pompeji, quæ ipſius & patris ejus & pro avi fuit, quam Philippi temporibus ſiſtus in vaſti. In qua pictura etiam nunc continentur cervi palmati ducenti &c.* Qui pingendi mos eo ſeculo frequentiſſimus fuit, cujus originem indicat Plinius *l. 35. c. 7.* V. Caſaubonum *ad Capitolinum*.

Rota, apud Plinium *l. 19. c. 4.* Portos ville jungendos non eſt „dubium riguoque maximè habendos, ſi contingat profluo „amne, ſi minùs, e puteo *rotâ* organisve pneumaticis, vel tol„lenonum haulfu rigatos: qua ex puteo hauritur aqua, non eſt *in τροχοῖς* Pollucis, cujus quidem etiam uſum ad hauriendum è puteis accommodatum, docet. Sed machina, quam Plinius idem deſcribit cum tympano *lib. 10. cap. 9.* ubi *tympanum* quidem prius non inat, deinde & *rotam*. Altius autem aquam tollebat *rota*, quàm tympanum. Ita ſuppoſito, inquit, libro ligneo, " habente una ſecum conjunctum canaiem, & hortis ad irrigan „dum & ſalinis ad temperandum præbetur aquæ multitudo. Nempe inter tympanum & rotam plauſtrorum hæc erat differentia, quòd tympana ex ſolidis tabulis erant contexta, rotæ ex radiis. Virgilius,

Quæ radiis trivere rotis aut tympana plauſtris.

Ad quam ſimilitudinem *rotæ* ac *tympana* hauſtoria machina fiebat, quæ verſabantur hominibus calcantibus, & aquæ è puteis varios in uſus extrahendæ inſerviebant. Aliæ ab his *rotæ* erant, quibus eosdem in uſus è fluminibus aquæ hauriebantur: quæ, fluminis ipſius impulſu, affixas circa earum fronteis pinnas percutientis, verſari ſolebant. Cujusmodi *rotarum* meminit Lucretius, cum ait,

Ut fluviis verſare rotas atque hauſtra videmus.

Ubi vocat *hauſtra*, modiolos rotis illis affixos, quibus aqua hauriebatur ac fundebatur. Vitruvius, Circa earum frontes affi„guntur pinnæ, quæ cum percutiuntur ab impetu fluminis, co„gunt progredientes verſari rotam & ita modiolis aquam hau„rientes & in ſummum referentes, ſine operarum calcatura, " ipſ u fluminis impetu verſatæ, præſtant, quod opus eſt ad uſ m. " Sed & aliæ ita rum erant molendinorum *rotæ*, quarum idem Vitruvius meminit, *ſuperioribus ratione*, inquiens, *verſantibus dentibus*. Ὑδραύλαις Græci vocant, verùm de his infrà. Etiam alia machina fuit, quâ Ægyptii aquam è Nilo hauriebant rigandis agris, Κοχλίας Græci, Latini *Cochleam* dixere, cujus deſcriptionem ex eodem Vitruvio diſces & c. Atque hoc pacto, aquâ nempe è puteis hauſtâ & manibus infusâ, non riguis aut rivis indu„ctâ, quum irrigatio fit, βάτος Theophraſtus appellat, cujusmodi *Bætzen* non minimam cultus partem eſſe, que ſumitur circa baliani arborem inprimis, idem ait ubi de balſamo. V. Salmaſium *ad Solinum p. 389.*

Rota, petauro impacta, cujus meminit Martialis *lib. 11. Epigramm. 21.*

Quam Rota *transmiſſis voties impacta petauro:*

Ubi alii legunt, *intacta*, ludi apud Romanos ſpecies fuit, nobis non ſatis cogniti. Turnebus enim *Petaurum* putat lignum fuiſſe per rotam à Petauriſta trajectum, *l. 8. c. 4.* Cora. Vitellius Carmata Georg. Merulam c. 3. contendit Petaurum ipſum fuiſſe Petauriſtam, qui ſe per rotam, quaſi in aere volantem, transmiſerit, unde & nomen vult inditum. Aliter Hieron. Mercurialis *de Arte Gymn. l. 4. c. 8* ubi Petaurum vult fuiſſe, *machinam quæ ſi dam lignearn, qua homines reis quibusdam in aerem jactabantur* fortè affimilandam afferi ſanibus quatuor ad laquearia ſuſpenſo, cui pueri puellæque inſidentes per aerem jactari ſolent. Sed hoc genus, ſubOcciſarum appellatione à Vett. indigitatum, V. Salmaſium in voce *Petaurum*. Curnum *Rotæ* quod attinet, qua rum axibus ſiteem, fraxinum atque ulmum, idoneam judicat Plinius *l. 16. c. 42.* Homeri temporibus ſtanno ornabantur; poſteriori verò ævo, ut & tota vehicula, obere obductæ ſunt, Plautus in *Aulul.* ſicut Plinii tempeitate, tota eſſeda atque vehicula, auro ac argento inſignita conſpiciebantur, Plin. *l. 34. c. 17.* Et præſeis quidem temporibus, duabus tantum *Rotis* conſtruebantur currus, alias duas poſtea addiderunt Phryges, teſte eodem *l. 7. c. 56.* Scythas dein lex rotis conſtruxiſſe, memoriæ tradidit Hippocrates *lib. de aere, aquis & locis.* V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymnaſ. lib 3. cap. 10.* & ſuprà in vocibus *Currus* & *Quadriga*.

Rota, apud Anaſtaſium in *Leone III.* Fecit veſtem albam hoſoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de Tyrio, cum" hiſtoria Crucifixi. Nec non *rotas* de chryſoclavo ornatas in" circuitu de quadrupalo &c. pallis eſt Eccleſiaſtici ſpecies, in *rotæ* formam effictı, vel pallium *rotarum* figuris diſtinctum. Alia fuit *Rota Judæorum*, apud medii ævi Scriptores, nota vix. in veſtibus, quâ à Chriſtianis diſcernerentur, uti videre eſt ſuprà ubi de *Judæis*. At apud Adamnanum *de Locis Scripturæ l. 1. c. 6. Cujus* (Templi) *in ſuperioribus grandis quædam ærea cum lampadibus* rota *in faribus pendet*: lychnuchus eſt in *rotæ* formam de fornice pendulus, in ſactis ædibus, quam *coronam* vocari aliis, notat C. du Freſne *Gloſſar.* In Monaſteriis porrò Monialium, ſic dicebatur turricula lignea verſatilis, quâ neceſſaria in Monaſteriium inferuntur, Gall. *Tour*. Sed de inſtrumenti Muſici ſpecies eodem nomine occurrit, apud Sanutum *lib. 2. parte 4. cap. 21.* & *in Epiſt. 85.* Bonifacii Arch. Moguntinenſis, ubi inter cæteræ ſpecies reconſeturu *Rota* aliàs, quam vocem vide apud du Freſne ubi ſuprà.

Rota, Luſitanis dicitur, vimen illud mirabile, quod in Quantonia prov. Sinici Imperii creſcit & incolis *Teng* vocatur. Funem à natura contortum, credas, quòd in maximam extendatur longitudinem, & ad velati funis per terram & montes proepat. Spinis horridum eſt, fortiùq; oblongioribus *vitex*, craſſitie vix digitum æquat & tamen ſæpe ad integrum ſtadium diſſunditur, tantâ per montes copiâ ut pene ſit ſentes ſtirpes etiam cervis intrat impervium reddant. Lentiſſimum porro eſt, & frangi neſcium; quamobrem ex eo rudentes funesque pro navibus

bavibus confieri solent. Imò illud in licia vittulasque tenuissimas minutissime partiri solent, ex iisque corbes, crates, sedilia, aliaque contexere; maximè verò subtilissimas ac mollissimas illas floreas, in quibus sinenses plerique nudi, dum somnum capiunt, decumbere consueverunt. Ex iisdem ipsis quoque lectulos efformant & pulvinaria, quæ rebus quibusdam odoratis ad delitias inferciunt. Insula *Hainao* tota hoc vimen profert atque illud præcipuè præstantissimum, quod *Rotam album* dicunt. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ c.* 32.

Rota Porphyretica, apud Petrum Diac. *Chronici Casin. lib.* 4. *cap.* 37. *Chim in* Potam Porphyreticam *vomisset* (Imp. Henricus) *pedibus utrisque, sedibus, consistere.* Alias *Rota Romana*, & simpliciter *Rota*, dicitur tamen Romanæ, cujus pavimentum ex marmore Porphyretico in *Rotæ* figuram effornatum est; in qua agitantur publica Judicia, quorum Decliones circumferuntur. Seu Tribunal Romæ est ex XII. dectiis è iis Prælatis compositum, ad decidendas lites; *Papæ Capellani & Rotæ Auditores* appellantur. Sunt illi ex variis nationibus selecti, nim. tres Romani, unus Germanus, unus Gallus, unus Catellanus, unus Aragonensis, unus Venetus, unus Mediolanensis Senensis & Pisanus per vices, Bononiensis item & Ferrariensis, qui *ex causis Appellationis* cognoscunt omnes lites beneficiales totius Orbis Romanam Religionem amplexi, ac causas civiles totius Ecclesiastici Senatus. Extat hoc tribunal Joannes XXII. Petrus And. ,,Gammarus Rotæ Auditor Scholis ad Extravag. Julii II. Inter ,,hæc *Rotam* novis & saluberrimis Statutis ornavit, quæ hodie ,,apud nos etiam fervuntur & quotannis initio audientiarum ,,publicè leguntur, Et in summa ille primus administrationem ,,militiæ, cujus Virecancellarius caput est, quæ in Regulis & ,,Ordinationibus *Rotæ* consistit, invenit &c. V. supra, ubi de *Regulis Cancellariæ.* Postea Clemens VIII. multis illud privilegiis cumulavit; Alexander postò VII. *Auditoribus Rotæ* vestes & cingulum in pileo violacei coloris concessit, cosque *Subdiaconos Apostolicos* declaravit: qui proin Papa solenniter celebrante, canunt Epistolam, & in Capella Papali Clericos Camerales præcedunt, sed & Decanus eorum Cruciferi officium, in publicis functionibus, gerit. &c. V. Car. du Fresne *in Glossario*, inprimis verò Macros Fratres *in Hierolexico*, ubi à *Rota Romana*, distinguentes *Rotam Porphyreticam*, hanc fuisse lapidem rotundum, in pavimento Lateranensis Basilicæ positum, in quo Rom. Pontifex diversas functiones olim obierit, Ptolemæo Lucensi eclam *Raccam* dictum, aiunt.

Rota Romana, V. hic *supra*.

Rotabilis Via in *Inst.* veteri p. CXLIX. I.C. JULIUS CÆSAR. VIAM. INVIAM. SOLERTIA. SUA. ET. IMPENDIO. Ro. TABILEM. REDD. eit quæ *rotas* non malignè patitur, aut opponitur inæqualis, fallens & maligna, uti vocat Statius *L.4. Sylv.* 3.

Rodebatq; rotas maligna tellus.

Ubi *rotas corrosas* à tellure dicit, modò subsidente lacunis, modò extante aspebibus, ut rotæ nullibi sine detrimento vetti possent. V. Barthium *ad L.* Unde *rotatorium*, tributi genus, apud C. du Fresne *Glossar.*

Rota fupplicium, apud Græcos jam olim in usu, Suidæ Ὀ ῥοτὸς ἐστὶ βασανισμὸς ἢ ζήμιον τὸ σώμα, inftrumentum hominibus exercitandis inventum, corpora diftendens. Et alibi ξύλινόν τι, ὃν ὁ ἀνομώτατος οἱ πλεῖστοι ἐχρῶντο, lignum quoddam, in quo fervi vinčti caftigabantur. V. Apuleium *Metamorph. lib.* 3. & 10. quorum illo, *rium Græcienem*, ifto *morem Græcorum*, hoc modo reor, olim de criminibus quæftiones haberentur, torquere vocat. V. quoque Ariftophanem, Pace, item *Plutio*, & utrobique Scholiaftem. Sed & inter Veterum fupplicia fuere *rotæ*, quibus alligati rotabantur per lignum, aut membratim frangebantur, ut videre eft apud Jof. ubi de Maccabæis fratribus, Bafilium *Hom. in Gordium Mart.* Alios, nec non in iis, quæ mox dicemus. Aliud fuit fupplicium, quod Franciftus I. Gall. R. A. C. 1535. in graffatores conftituit, ubi fractis membris feminimes in altum elatis *rotis* fupini imponuntur, cum in fupplicio illo Veterum *rotis* alligati crudeliter torquerentur ac diftenderentur: de quo quidem ita legitur in *Actis* S. Julianæ

„Virg. & Mart. *cap.* 3. *num.* 14. Tunc Præfectus juffit afferri Ro„*tam* ferream & figi in ea quatuor acutos & fuper ipfum totam „imponi Virginem, ut ftaret rota in medio duarum columna„rum & quatuor milites de ifta parte & alios quatuor ex alia „parte & milites trahebant totam —— Trahentes autem ma„chinam tangebant & nobile corpus —— omnibus membris fin„debant & medullæ de offibus ejus exibant & tota rota tinge„batur de illa &c. V. Anton. Gallonium *de Martyrum tructatibus cap.* 2. Non tantum autem à Rota, fub Franciſco inventa, differebat *Rotæ fupplicium*, fub prima Galliæ regum ſtirpe atq; adeò poſterioribus ſeculis, cùm rei contractis oſſibus moriturí vel poſt ſuſpendium aut decollationem, *rotæ* ad ſpectaculum ac judibrium innectebantur. Phil. Galtherus *Alexandreidos l.* 8. *de cæde Caroli Com. Flandriæ p.* 64.

Hoc habitus quondam Buchardum Flandria vidit
Sol ventem meritas, occiſo Principi, panas;

Quem Rota *pœnalis pro tanto crimine torſit,*
Tuaq; confregit, Ludovico vindice, membra &c.

Imò jam apud veteres, Gallos *rotæ* fupplicio in graffatores animadverſum fuiſſe, dicitur ex vet. *Gloſſario* Græco-Lat. ubi *rotam* inventas *Gallicianum* dictam: Τροχὸς, *Gallicia.* Cujus fin ſi ſtudine pœnæ, adolefcens Plautinus, *in amorir ſe rota verſari* ait &c. V. Car. du Freſne in *Gloſſar.* ex Joh. Calvino *Lex. Jur.* & Auctores ipſi laudatos. Inprimis Jac. Cuacium *Obſervat. lib.* 3. *cap.* 28. Hadr. Turnebum *Adverſar. lib.* 7. *cap.* 16. Hadrianum Junium *Animad verſ. lib.* 3. *cap.* 12 *pag.* 145. & Joh. Caſp. Suicer. *Theſ. Eccl.* voce Τροχός.

Rota Aquartæ, apud Lampridium in *Heliogabalo*, V. infrà *Rota Molendinorum.*

Rotæ Hauſtoriæ, V. *ſupra.*

Rotæ Molendinorum aquariæ, quarum hodieque multus uſus in Aquæmulinis & *vdραύλαις*, memorantur Æl. Lampridio, *in Vita* Heliogabali, *Parafitos ad rotam aquariam ligabat & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſuſq; in ſummum revolvebat: eoſq; Ixionios amicos vocavit.* Earum inventio ad Ciceronis ævum refertur, uti docet apud Salmaſium, Antipater in elegantiſſimo *Epigramm.* nondum edito, quo ſuâ demum ætate illas excogitatas tradit:

Γ'ρχετε χῶρα μυλαίων ἀλιτρῶδες, ὀδόντι μακρῷ·
Κὰν ὀφρὺν σκολιὴν γ'ρύζοι ἀλικτεύων.
Δικὰ γὰρ νυκτὸς χρῶν ἐκτίνατο μοχθός·
Ἀὶ δ' ἐκ' ἀκλοήτοιο πλανώμενοι σταγόνος,
Ἀ'ξονα δινοῦσιν· ὁ δ' ἀκτίνεσσιν ἑλικτὰς
Στρωφᾷ· πνεύμων κοῖλα βάθη μυλέων.
Γ'ελᾷσιν· ὄρχαλε διστὰ πάλιν, εἰ ὄγκον μὴ φθῇ
Δαίνυς· ἀλλ' ἴσχε ἑὰ ἀιδεσίμοτε.

Fuit is Antipater Theſſalonicenſis, qui Ciceronis temporibus vixit & Piſonis, in quem extat Ciceronis oratio, quique Macedoniam proconſule obtinuit, familiaris. V. Salmaſium *ad Solinum* p. 589. & *ad Lampridium a. l.*

Rotare Arma, apud Auctorem *Panegyrici ad Piſonem*,

Arma *inis etiam ſi fortè rotare iacevit,*
Tuq; gradum claſſis libuis conſiſtere mentibus,
Et vitare ſimul, & capere arcuere petentem:

Vegetio eſt, *Scutum rotare, lib.* 2. *cap.* 14. *Præterea, ſicut Centurio eligendus eſt, qui ſit magnis viribus, & præterà ſtaturâ, qui noſtis vel miſſilia peritè jaculetur & fortiter, qui dimicare gladio & ſcutum rotare doctiſſimè noverit, qui omnem armis militeri armaturam;* alibi *arma tractare*, apud Spartianum & Senecam. Quibus intelligitur id exercitii genus, quod *Armatura* dictum eſt, de quo egimus *ſub loco.* At *rotare capua*, apud Lucanum de cæde Pompeji *lib.* 8.

Tunc nervi venales, ſecat, nodoſaq; frangit
Oſſa din; nondum artis erat capua rite rotare:

eſt uno ictu decutere. Cujusmodi *rotatie* haud dubiè intelligitur in artificio decollandi, apud Suetonium *Caligulæ cap.* 32. uti Cafaubonus notavit. Aliter verò *colla rotare* dicitur, apud Statium *Sylv. l.* 4. *in via Domitiani*, Sibylla,

Et & colla rotat, nutuq; latè
Bacchatur ſpatiis —

Ut nempe vaticinatio am intelligas. De cujusmodi Numine afflatis eorumque geſtibus, V. Virgilium *Æneid. l.* 6. Lucanum *libro* iridem 6. Ruffinum *Hiſtor. Eccl. l.* 2. *c.* 4. Joh. Meurſium, *Initio Commentar in Lycophronis Caſſandram*, Alios.

Rotella, Germ. *Rotelle*, arx Germaniæ in Marchia Durlacenſi; nuperò bello penitùs deſtructa: Hanc, ſive dono, ſive ſeitamento Leopoldi, ultimi ejus Dynaſtæ, Henricus Huchbergius Marchio, accepit A. C. 1315. vel 1320. obitu Philippi in Badenſes tranſlatam. Nata tamen de ea Badenſibus, adverſus Duces Longavillanos, hac de cauſa contentio, quòd Joanna Philippi filia A. C. 1504. poſt mortem Patris Ludovico Duci Longavillano nupta, hæreditatis jure terram illam mariti domui intuliſſe videbatur, quam jam Rodolphus Philippi parens filii è primo matrimonio liberis, veluti præcipui quodam jure, addixerit. Cujus litis moleſtias redemere Badenſes, exſolutis 300. ſive, ut alii 225. aureorum millibus. Ita ſecutior atque ſoli his poſſeſſio manſit; quanquam titulo Marchionum Rotelenſium ne nunc quidem Longavillani abſtineant. V. Tob. Pfannerum *de præcipuis Germaniæ Principum gentilibus*, *cap.* 9. *pag.* 282. & 289.

Rotula, vel ſphærula, à *rotunditate*, Inaurium ſpecies (Hebr. רוֹתֵל) nomen accepit, veluti tres quoddam ornamentum, ut Numer. *cap.* 31. *verſu* 50. & apud R. Dav. *in lib. Radic.* notante Mercero. Sic & apud Pollucem βοτρύδια pro Inaure. Aurium verò fuiſſe ornamentum, liquet ex Ezech. *cap.* 16. *verſu* 12. Et *ornavi te ornamentis, & dedi inducem ſuper os tuum & Rotulas auribus tuis & ornamentum decoris in capite tuo.* Ex Rotulis iſtis vel Circulis auri perforatæ inſertis, margaritæ dependebant; de quo erudite diſſerentem V. Caſp. Bartholinum *lib. de Inauribus Veterum.*

Rotulus; adde: Apud infimæ Latinitatis Auctores, eſt ſcapus

chartarum, h. e. chartæ in volumen corrotundatæ : ex voce *Rutulus*. *Rutulus* autem erat baculus rotundus, quo cumulus mensuræ derui & exæquari consuevit. Glossæ, *rutulum* exponunt ἀκοντίδιον. Corippus,

Et vis in rutulum.

Rotulum etiam appellarunt, unde verbum ἀποροτυλίω, apud Hesychium, *mensuram exæquare*. Ac similitudine *rotuli* itaque, scapum chartarum etiam *rutulum* vocarunt, chartam viz. in rutulum convolutam ; quæ ob eandem rationem *scapus* quoque, item *regula* dicta est. Græci recentiores ὀβολίσκον, Latini *volumen*, Galli *un rouleau* vocant ; à qua voce iidem *roole* dicunt, unde & *Contrarotulator*. A λίκνον &c. Salmasius *ad Vopiscum in Firmo*. Cujusmodi chartarum volumina, cùm, inter insignia Magistratuum, in utriusque Imperii *Notis*, conspicantur, unde colligit Cl. du Fresne, ea reipublicæ obtrusisse, h. e. circa temporа Theodosii Jun. in quæ Acta Judiciaria referebant, licèt etiam codicibus, qui hic effinguntur, uterentur. Sic *cum rotulis* vel *libris* Prophetas & Apostolos depingi solere, ait Durandus *Ration. lib. 1. c. 3. num. 11.* V. quoq; in voce *Rotula*. In Ecclesia Rom. hodieque *Rotulus* dicitur schedа, seu index, in formam voluminis complicatus, in quo Magister Cæremoniarum, omnes cæremonias in aliqua functione observandas, annotare solet. Iren ischeda, quam Collegii Cardinalium Computista, ad singulos Cardinales mittere solet, in quo notatæ sigillatim portiones, in distributionibus ad quemq; eorum pertinentes, V. Macros Fratres in *Hierolexico* &c. Sed & *Rotulum*, prolibro dixit Baldricus Burgul. Abbas *Hist. Franc. Tom. IV.*

In Rotulo *multa cum sollicitudine quadam*
Dicendi scriem semper memoriter ab Adam.

Etiam pro Epistola. Idem.

Penis ad extremum Rotulus *de Principe magno.*

Quæ notiones impropriæ sunt & tralatitiæ. V. præfatum Car. du Fresne *in Glossario*.

Rotunda Figura, ait omnium reliquarum capacissima, ita & perfectissima est : proin aliæ eò capaciores, quò ad *rotundam* propius accedunt. Hinc facilè apparet, cur ecclium colectiaq; corpora ; item elementa & mixta, uti plantæ ac animalium interiora, tetiæ etiam cochlearum, *rotunditate* sint figuræ. Cur item animalia pleraque opera sua faciant *rotunda*, vel figurà ad eam proximè accedente : ut aves nidos suos, aranеæ telas ; & apes lexagonà figurà cellulas suas figurant. Interim, sicut exquisitæ rectitudo, ita perfecta *rotunditas* in nulla re est. Licèt enim Aristoteles *de Anima l. 3. textu 13.* lineam rectam sphæræm æneam in puncto tangere dicat : ut non est ipsi interum naturа ulla sphæra, quæ folium tangat ἐφ' ἑνὶ σημείῳ, seu *in puncto*, verùm semper parte aliquâ suæ superficiei subjectam lineam planam attingit, quemadmodum Geometris objicebat olim Protagoras, apud Aristotelem *Metaphysl. lib. 3. cap. 2. &c.* Verùm, *quam non est corpore occultis corporis, hanc Mathematicos, quæ abstractionis, videri oculis mentis*, Vossius *de St. Mathemat. cap. 1. §. 10.* Et hinc est, quòd in rebus plurimis in perfectionis symbolum *Rotunditas* assumta fit, in Templis, Pilcis Doctoralibus, aliisque. Uti enim de *Pilcis* aliquid aspergam, licèt Filei, Doctoribus in Academiis imponi soliti, apud nonnullos quadratæ figuræ sint, ut supra vidimus, Rotundum tamen fuo tempore fuisse, notat Petrarcha *de Remed. dial. 12. l. 2.* quod similiter de suis Cadomensibus, scribit Petrus Lenaudiere *tr. de privil. Doctorum part 1. quæst. 3.* ubi hanc tradendi Pilei formulam refert: *Accipite Birretum* rotundum, *ad modum coronæ, in signum sanctitatis & veritatis ac doctrinæ, ut tales sitis in mente, quales fueritis in conversatione, nec à doctrinis essa verit is, quia non coronabitur in regno celorum, nisi qui legitimè certaverit.*

crundine canens: ad quem audiendum quum plurimi ex Italinibus confluxissent, inserpit vox & spectatores, rapta de uno tuba prosiluit ad flumen, & ingenti spiritu clasicum orsus, praecipitis ad alteram ripam. Tunc Cesar, inquit, quidnam ostenta & inimicorum iniquitas vocat: Factus est alea; eo, ita trajecto exercitu, adhibitis Tribunis Pl. qui pusse superaverant, pro Concione sidem militum stens, ac vesse à pectore dijosa, vocavit & qua segq. Pro qua liberatione, à trajiciendi fluminis metu, contra publicum Patriæ decretum, lucernam Opt. Max. Jovi facravit, in qua gesterum exhibuit icones, utrinque tuba canentem cum tripodi Nymphaum, cum inscr. L. C. I. C. O. M. N. S. quam sic exponit Licetus, *Larve Clasico. Imperator. Cajus. Julius. Cæsar. Jovi Optimo. Maximo. sacravit.* Quidam Legem illam contra Cæsarem à Senatu latam, descriptam in marmore supra columellam erecto, prope Rubiconem fluv. hisque verbis, ut Gruterus descripsit, conceptam fuisse, referunt ex Blondo: *Jussu. mandatuve. P. R. Cn. imp. mil. tyro. commilito. manipularive. Cen. turmave. Legionarive. armat. quisquis. ex. hic. sistito. vexillum. sisito. hic. cita. hunc. amnem. sub. ignem. signa. arma. ductum. transmeatum. exercitumq. traducito. si. quis. haussse. justionis. ergo. adversus. ierit. fecerive. adjudicatus. esto. hostis. P. R. ac. si. contra. Patrium. arma. tulerit. sacrosq. Penates. & penetralibus. afforsve. vit. sanctio. plebisci. Senatusve. consulti. ultra. hos. fines. arma. proferre. licet. nemini. S. P. Q. R.* Cæsenæ, ad fecundum lapidem in ripa *Rubiconis*. Sed Gruterus, cum aliis, non paucis ac, ut ipse dicit, cum Senatu Criticis sententiæ melioris, in quam ivit etiam Cluverius *lib. I. cap. 18. Ital. antiq.* Inscriptionem illam adulteriam suspicatur ac supposititiam: V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib. 6. cap. 2.*

Rubigus, V. suprà **Robigus.**

Rubinus, quibusdam **Robanus**, Gallis **Rubis**, Italis **Robino**: Salmasio ad *Solin.* ubi de hyacintho, est hyacinthus Veterum, ex eorum genere, quos Græci ἰοβοτρυς vocabant, unde ei & nomen. Idem ἰὸ κυάνεον, i. *cærulcum coloratum*, quæ ex Indis mittuntur, genere **Rubinum** effic ait, *Ibid. p.* 1093. Profert autem optimæ notæ *rubinos* Insula Ceilana; minoris pretii Calicutum, Corea, Cambaja, Bisnagaria. V. suprà, ubi de *Commerciis, Gemmis*, & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte Poster. p.* 729.

Rubra Cera, V. suprà **Bulla.**

Rubrensis Lacus, adde: *Rubrefus* Valesio, ex Mella; **Robanus** & **Robina** posterioribus dictus, spatiosus admodum est lacus, sed, quà mare admittit, tenuis aditu, vulgoque *Spinlanensis* vocatur. Emittebat olim Rhenum in mare, nunc Ataxi postquam Narbonem alluit, lacum non pe meat, fed fosse per Narbonem ductæ, quam **Robinum** vocant, immissus, in mare Gallicum effanditur ad 7. ab ipsæ lapidem. Meminit utriusque Fortunatus, cujus ætate adhuc *Rubrefum* Ataxi ingredie batur;

Alitis Atax Robani mulliter intrat aquas.

V. Hadr. Valesium *Notit. Gallie*, in voce *Atax.*

Rubria Lex, post captam Carthaginem, *de agris in Africa dividendis*, ut & Livia de Decemviris, qui dividerent, lata est: quarum Legum in tabulâ æneâ mentionem se vidisse, affirmat Manutius, apud Joh. Rosinum *Antiqq. l. 8. c. 8.*

Rubrica, inter austeros colores Plinio, h. e. qui minùs lucidi floridique nec tam vegeti intensique luminis, adeoque obtusius pinguinsque relucent. Ægyptia & Africana fabris utilissima, quia *maxime ferunt picturis*, ut habet Idem: melius *diluitur*, habet Salmasius. Nam funiculo *rubrica* tincto dirigebant ligna secanda Fabri. Vetus *Epigr.* τῶν τεκτόνων

— μιλτοδόμων τε

Σκοῖνος ὁπ' ἀκρονύχῳ ψαλαμήδιον κρούσῃ:

In ferrariis eam metallis nasci, ait porrò Plinius, Theophrastum sequutus, & ex ochra exusta fieri, qui de re V. Salmasium *ad Solinum p.* 1156. & suprà, ubi de *Lemnia rubrica*; Simon & Simonis generale ejus nomen est. Et Vett. interdum, uti & minio, libro. rum indices, id est, titulos, notabant; unde factum, ut & pro titulo ipso **Rubrica** capitur. Paulus *l. 2. §. recap. ff. de interd. Recuperande possessionis causâ interdictis proponuntur sub rubrica, unde vi.* Hinc illud Juvenalis *Sat. 14.*

perioge rubrai

Majorum leges.

Et Persius *Sat. 5.*

Exceptos signâ Masuri rubrica notavit &c.

De quo **Rubrice** usu notat Hadr. Turnebus *Adversar. lib. 4. cap. 5.* **Rubricas** Veteres tantùm possuisse in publico legitimoque jure, ut Majestas Legibus accerceret, capitibusque earum sinopide insignitis & sanguinem quiddam & cruentum fortasse etiam minantibus, nec ad Prætoris album pertinuisse: tum etiam Jurisconsultorum libros rubricâ notari non solitos; quod tamen eum superiorum Auctorum sententia minùs convenit. Idem addit, Democritum Physicum graviffimum ea, quæ experius ipse erat, confignasse rubrâ cerâ annulo impressâ, & postea Commentariis commisisse, ex Vitruvio. V. suprà in voce *Chiromesa* & plura hanc in rem apud Joann. Calvinum *Lexic. Jurid.* In Ecclesia Romana, **Rubrica** appellatur norma illa, quæ modum recitandi divinum Officium ac aliarum functionum Ecclesiasticarum, præscribit; solet enim & illa *rubris* characteribus formari. Cujusmodi **Rubricas** Joannes Burchardus Papæ Ceremoniarum Mag. collegisse fertur; Theologi Communionis illius in *præceptivas* & *directivas* distinguunt, ut videre est apud Dominic. Macrum in *Hierolexico.*

Rubridium, seu *Roboretum*, vulgò **Rouvroy** en **Beauffe**, locus Galliæ in Belsia, inter villas S. Dionysii in hoc tractu sitas, commemoratur in *Lit.* Roberti R. apud Hadrianum Valesium *Not. Gall.* voce *Tauriacum.*

Rubus, Græcè βάτος, inter spinas, è quibus vivæ sepes fieri consuevere. V. infrà *Sepes*: uti defritu Jurisconsultorum *rubo lumbos tingendi*, cùm jurabant, suprà voce *Juramentum.*

Rucetum, vulgò **Rouffe**, locus Galliæ in Cenomanis, Ord. Vitalis *Hist. lib. 10.*

Ruch, inter fabulosas Arabum aves, in extremis Sinarum insulis degit, & alas habet, quarum singulæ patent *decem cubitorum millia.* Unde mercatorem quendam, qui inter Sinas diu vixerat, tadiceu pennæ ex alis pulli esse novem aquæ utres contenterunt, in Africam Occidentalem deportasse, addunt. Referebat idem, se aliquando venisse ad insulam Sinensis maris Insulam, cum fociis, quò cum appulissent, ut lignum & aqua ex ea sumerent, oriste tentorium magnum, alcum supra centum cubitos, *in quo fulgor erat ac corusatio.* Quod mirati cùm accessissent, deprehendisse, esse oyum avis **Ruch**: quod lignis & fœcuribus & batillis & lapidibus percutere non desisse, donec à pullo divinitùs missa, qui fuerit instar montis, & quæ alia hanc in rem habet Damir. Ut jam modestus videri possit Paulus Venetus, qui de eadem ave hæc scribit, *lib. 3. cap. 40. Suni & alie Insule vitra Madagascar, versus Meridiem, sed que difficilime adiri possum, propter velocissimum maris cursum. Et in illis certo anni tempore apparet mirabilis species avis, que RUC appellatur, aquile quidem habens effigiem; sed immense sit magnitudinis. Ajunt, qui illas viderunt aves, pterasq, alarum pennas in longitudine continere duodecim passus, fortissimumque vero ejus proportionem tenere longitudinis & totum avis corpus proporione respondere. Avis vero ipsa tante fortitudinis est, ut sola sine ullo adminiculo elephantem capiat & in sublime fustollat, atq, virtutem ad terram evadere sinat, quo carnibus ejus vesci possit.* Paulo nimirùi id affirmaverat nuntius quidam Magni Chami Cubilai, qui in illis Insulis diu fuerat detentus. Potuit Græculus alliquis hujus fabulæ architectus esse, qui avem ita vocaverit ἀπὸ τῆς ῥώμης, à *robre* magnitudine, quomodo piscis Ægyptius ἰξὸς dictus, ἀπὸ τῆς ἰξύος, *ab acuto robre* nomen habet. Et trochi species κύκλος ῥώμβος, à *mobilitate robri.* Propriè quidem, Athenæo teste, ῥόμβος de *subus* dicitur: fed & apud eundem meleagris avis ῥόμβος habere legitur. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. poster. Lib. VI. cap. 14. ubi de Avibus fabulosis apud Arabes.*

Rucharium, id est, *Vestiarium*, ex voce recentioris Græciæ ῥοῦχα, seu ῥοῦχον, quæ vestis quoddam genus notat, de quo Curopalata agit, ubi de vestibus Græcorum Imperatorum, Cantacuz. in *Hierolexico.* Sed & Latinis medii ævi **Rucas** vel *roca*, pro quovis operimento; unde *rubruch*, quasi *tubi ruci*, tuborum sc. *ruci*, h. e. tuborum vel tubulorum operimenta, de quibus V. infrà in hac voce, plura verò hanc in rem apud Salm. *ad Lampridium in Alexandro Severo.*

Rudesstadium, nomen loci in Thuringia prov. Germaniæ, vulgò *Rudelstat*, quasi *Rudolphopolis*, sub proprio Comite, ex familia Schwartzenburgica. In qua cum linea tres essent superiori seculo, ad medium iterum hoc essio devoluta est, atque in hac communem Patrem omnes, qui hodie superstant, agnoscunt Guntherum, mortuum A. C. 1632. Huius minor natu filius Albertus *Rudesstattensem* ramum produxit; sicut *Arnstattensis* à majore Joanne Guntherо descendunt. Illorum scriet hæc: Henricus Com. Schvvartzenburgi, qui obiit A. C. 1488. ex Elisabetha Clivisca (fil. Adolphi I. Ducis) genuit Guntherum, qui ante Patrem defunctus A. C. 1482. reliquit ex Catharina Querfortia Henricum, qui decessit A. C. 1512. Patet, ex Magdalena Com. Honstenia, Guntheri præfati: quo & Elisabetha Com. Isenburgica, natus Albertus, Com. Schvvartzenburgi in *Rudelstat*, decessit A. C. 1609. Ei peperit Juliana Com. Naslovia Ludovicum Guntherum A. C. 1646. Patrem, ex Æmilia Oldenburgica, Sophiæ Julianæ (n. A. C. 1639.) Ludimillæ Elisabethæ (n. 1640.) Alberti Antonii (n. 1641.) Christianæ Magdalenæ (n. 1642.) & Mariæ Susannæ (n. 1646.) Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. Part. I. p.* 41. Ex quibus Alberto Antonio, nati sunt ex Æmilia Juliana Barbieni - - - Com. Schvvartzenburgi, Lineæ *Rudolphipolitanæ* I. *Rudelstattensis.*

Rudenhausia Familia, inter Germaniæ illustres, ramus est stirpis Castellensis: quæ tota in duabus lineis *Remlingensi* & *Rudenhausia* jam conflit, quas Wolfgangus & Gotfridus, Georgii fubi finem superioris seculi filii, coperunt. Et quidem linea in *Rudenhausen* probatio hæc est: Fridericus Com. *de Castell*, qui defecit A. C. 1498. suscepit ex Elisabetha de *Reizenstein* Wolfgangum, extinctum A. C. 1546. Hoc & Martha Com. Wertheimia genitus Georgius, junxit sibi Sophiam Dom. Limpurgiam, & obiit A. C. 1597. relicto filio Godfrido, defuncto A. C. 1633.

quo

quo & Annâ Dom. Limpurgia genitus Georgius Fridericus, qui
deceſſit A. C. 1013. numeroſam progeniit ſobolem, ex Ani a
Luiſa Dom. itidem Limpurgia, Pater quip, e ex ea Philippi
Godofredi (nati 1641. & mariti Annæ Sibyllæ Florentinæ Com.
Sylvarum & Rheni) Friderici Ludovici (n. 1642.) Henrici Al-
berti (n. 1643.) Sophiæ Chriſtinæ (n. 1644. den. 1647.) Julianæ
Luiſæ (n. 1646.) Mariæ Magdalenæ (n. 1647. den. 1649.) Eber-
hardi (n. 1650.) Joannis Friderici (n. & den. 1651.) & Dorotheæ
Eliſabethæ (n. 1652.) omnium *Comitum de Caſtel in Rudenhauſen.*
Idem Spencerus *ubi ſupra, Parte II. pag. 68.*

Rudenter, crinibus multierum fácti, in obſeſſa Byzantio, me-
morat Polybius *in Scytha.* Cui ſimile, quòd Aquilejenſes
cùm contra Maximinum acerrimè ſe obſeſſi tuerentur, nervos
deficerent ad ſagittas emittendas, funes de capillis mulierum
feciſſe leguntur, apud Jul. Capitolinum *in Maximino Jun.*

Rudimenta Literarum, V. ſuprà ubi de *Calculationibus, Edoma-
tore primo vocis*, alibique paſſim: uti *de Rudimentis Religionis
Chriſt.* ubi *de Catechumenis.*

Rúdimes Jacobus, Philoſoph. Basil. Natus A. C. 1633. Stirpe Tri-
buntia, Rhetorices primùm A. C. 1669. inde Philoſophiæ Prac.
Profeſſor dictus A. C. 1677. Academiam patriam eruditione
multijugâ illuſtrat. Ad præſum partarum habet, *Theatrum Aca-
demicum Profeſſorum Baſilienſium:*

Auctor Academici, parvi, ipſe haud parva, Theatri,
Vivere Raurtacos quo facu ut, Sophos.

Rudis, virga *rudis* ac impolita, ſeu baculus gladiatorius,
quo prima pugnæ *rudimenta* gladiatores olim meditabantur,
unde & nomen: Certaminis enim initio, ubi præluſoriis ar-
mis utebantur, poſtquam inter ſe *Rudibus* batuiſſent, ad decre-
toria dein tela nudumque ferrum ſeſe accingebant. Quòd ſi
triennium integrum (de damnatis in Ludum loquor) victi non
eſſent, hoc baculo, propter fortitudinem, donabantur, in ſignum
immunitatis ab iſtiusmodi cruentis pugnis: quemadmodum
ſi quinquennii ſpatio ſuperiores ſemper evaſiſſent, Pileum, cum
liberatæ omnimodæ ac civitatis jure, adepti unt. Unde *Rude
donari*, apud Horat. V. Lipſium *Saturnal. lib. 2. cap. 23.* & *Ru-
diarii*, hoc modo liberati. Alii triſeſimo ætatis anno Gladiato-
ribus *Rudem* concedi conſueviſſe, dicunt. Aliud autem erat
Miſſio, item Palma, de quibus *ſuo loco* dictum eſt. V. quoque
Thom. Godvvynum *Anthologi. Rom. lib. 2. ſect. 3. c. 10.* At *Rudis*
Terra, quæ nunquam profciſſa eſt, cui *Novalis* opponitur, ſeu
runcina, quæ, ubi primâ aratione demùm profciſſa eſt, jam arata
fuit & conſita. Ita enim votari ait Varro, priuſquam ſecunda
aratione *novetur* ruſus. Sic idem eſt *Novale* ac *Vervactum.* Sic
autem is, *illud quoque*, inquit, *multum intereſt in* rudi *terra, an
in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis: an in
vervacto, quæ interdum requieriti*, i. in terra profciſſa ac novali &c.
V. Salmaſium *ad Solinum p.* 724.

Rudolphopolis, Germ. *Rudolſtadium*, opp. Germaniæ in Thuringia,
ſub proprio Com. ex Familia Schvvartzenburgi Comitum, V.
ſuprà, in voce *Rudolſtadium.*

Principes Vri.

Ex Familia Auſtriaca.

Rudolphus I. Imp. V. *Rodolphus.*

Rudolphus, filius prioris, à Patre Sueviæ Ducatum accepit
(quem is, tanquam caducum, fiſco addixerat, A. C. 1283.) & ad
filium, Johannem, patrui ſui Alberti Imp. cædeinfamem, ac de-
mum Piſis monachum, transmiſit: cujus extincti hæreditatem
crevere patrueles.

Rudolphus, cognom. *Ingeniosus* vel *Fundator*, filius Alberti
cognom. *Sapientis* vel *Conrafti*, Alberto Imp. geniti, cum fra-
tre Friderico cognom. *Spiendido* vel *Liberali*, à Patre cœptam
A. C. 1384. Academiam Viennenſem & S. Stephani Baſilicam
abſolvit, aliaque fundavit: Maritus Margaretæ Maultaſchiæ
Carinthiam, antea ab Imperatore Ludovico Bav. Imp. jam
Alberto Contracto datam, pieno jure domui intulit: absq; prole
extinctus.

Ex Familia Palatina.

Rudolphus I, primogenitus filius Ludovici I. Electoris Palat.
cognom. *Severi*, à Patre Electoralem dignitatem cum Palati-
natu; ſicut frater ejus minor, Ludovicus, Imp. poſtea factus,
Bavariam, accepit: *Rudolphinæ* lineæ, ſicut Frater Bavaricæ,
utriusque etiamnum florentiſſimæ, conditor. Adſtitit ſocero
Adolpho, Comiti Naſſovio, Imperatori electo, contra Alber-
tum Auſtriacum armato, eumque hic prælio ad *Gellenheim*
A. C. 1298. Alberti manu cecidiſſet, vix fugâ Wormatiam ela-
pſus eſt. Nec tamen minùs Alberto ſe opponere, inito cum Ec-
cleſiaſticis Electoribus fœdere, perrexit, donec devaſtato Pala-
tinatu ſupplex fieri cogerctur. Inde Henrico VII. Imp. fortem
in expeditione adversus Urſinos operam navavit. Demum à
Ludovico fratre, contra quem ſuffragium in eligendo Impe-
ratore Friderico Auſtriaco dederat, ditione ſuâ exutus, A. C. 1317.
exterris in Anglia deceſſit A. C. 1319. cum Patre Heidelbergæ ſe-
pultus: Pater Adolphi cognom. *Simplicis*, Rudolphi II. & Ruperti
cognom. *Senioris*, quibus Palatinatum Ludovicus patruus reſti-
tuit, cà conditione, quæ Ticini eis dicta A. C. 1329. ut in alterna
tionem Electoralis dignitatis, inter lineam utramque ſervan-
dam, conſentirent. Sed transactio ea, tanquam minorenni-
bus vi extorta irrita eſt reddita, Comitiis Ratisbonenſibus
A. C. 1339.

Rudolphus II. cognom. *Cæcus*, filius ſecundogenitus prioris,
fratre Adolpho ſponte cedente, Electoratum nactus, tenuit
eum annis 26. & relictâ filiâ Annâ, uxore dein Caroli IV. Imp.
obiit A. C. 1353. Eum in Electoratu excepit frater minimus Ru-
pertus I.

Ex Familia Badenſi.

Rudolfus, filius Conradi Zeringiæ Ducis, ex Clementia, filia
Godfridi C. Lucelburgii & Namurcenſis, Epiſcopus Leodicenſis
(aliis Lauſannæ) electus, etiam ad Archiepiſcopatum Mogun-
tinum aſpiravit; in quo cùm prævaluiſſet Conradus Com. Pa-
latinus, ipſe Fridericum I. imper. in Palæſtinam ſequutus, in
reditu deceſſit, Anno Chr. 1190. Frater Bertholdi IV. & Adel-
berti, quorum is Zeringiam lineam continuavit, iſte novam
Teccenſem ortus eſt.

Rudolphus I. ſli major natu Henrici, Hochbergiæ lineæ con-
ditoris, extincti A. C. 1221. Pater fuit Henrici II. frater Her-
manni, quo geniti Henricus III.

Rudolphus II. & Fridericus fuere.

Rudolphus III. filius Henrici II. prædicti, cum fratre Henrico
majore natu ditiones partitus eſt qui Hochbergam obtinuit:
Pater filii cognominis. Iple autem Sufenbergii rami auctor ex-
titit.

Rudolphus IV. filius prioris, minor natu, ejus fuit Rhodius,
frater Henrici, qui auctus dominio Rœtelenſi, anno Chr. 1367.
dono Leopoldi, ultimi Dynaſtæ, illud filiis ſuis reliquit, Ottoni
& *Rudolpho* V.

Rudolphus V. modò memoratus, ante fratrem obiit A. C. 1356.
Eo genitus

Rudolphus VI. ex Catharina Thierſtenia, à Patruo Tutore
hæres relictus, obiit A. C. 1428. plurium filiorum Parens. Iater
quos,

Rudolphus VII. elogium meruit, ut *Flos pietatis ac Fuſtitiæ*
denominaretur. Frater Ottonis, qui ab A. C. 1431. Conſtan-
tienſem Epiſcopatum nexit, & Guilielmi, qui ſtemma pro-
pagavit.

Rudolphus VIII. præfati Guilielmi, ex Eliſabetha Monſorti-
tia, filius, ductâ Margaretâ Viennenſi, ultimum Hochber-
giæ lineæ Philippum genuit. Cujus filia Johanna cum Ludo-
vico Aureliano D. de Longavilla nupſiſſet, *hinc* de Rœtelano
dominio jure diſceptatum: ut videre eſt in voce *Philippus.*

Rudolphus I. cognom. *Senior*, filius minor natu Hermanni
IV. Badenſis rami Auctoris, cum fratre Hermanno V. initio
communibus auſpiciis patrias ditiones rexit, donec ille, ob
uxorem Gertrudim, filiam Henrici Mettlingenſis, hæredem Au-
ſtriæ, Istne & Styriæ Principatus adiit: quo in Auſtriam ſe-
dente, *Rudolphus* regimen ſolus geſſit: Hermanno Thuringo,
adverſus Conradum IV. Imp. inde Richardo Anglo adhæſit, &
cum aliis in Sueviâ, cujus poſſeſſionem tempore Interregni a-
veſerant, à Rudolpho I. Imp. armis petitus eſt. Vivendi finem
cepit A. C. 1288. Pater ex Cunigunde Eberſtenia Hermanni VI.
qui ſtemma continuavit, *Rudolphi* II. III. & Heſſonis.

Rudolphus II. filius Rudolphi I. cognom. *Junior*, deceſſit
A. C. 1295.

Rudolphus III. prioris frater, Stolhoſio ernto, & bello adver-
sùs Epiſc. Argentinenſem clarus, obiit A. C. 1332.

Rudolphus IV. Heſſo, filius minor natu Heſſonis prædicti,
de Ludovico Bavaro Imperatore bene meritus, aliqua ab ipſo
impetravit: ab uxore autem Johanna, filia Regina di C.
Montbelg. hærede, vilua Ulrici Com. Pfirretarum, dominia
Hericuræ & Belliforti tenuit. Sed absque liberis extinctus eſt
A. C. 1332.

Rudolphus V. filius ſecundo-genitus Hermanni VI. Pfort-
zhemium tenuit; frater Friderici II. majoris natu, qui, vetus
Eberſtenium Caſtrum nactus, novi auctor fuit rami. Ipſe Ludo-
vico Imp. gratus, A. C. 1348. ſucceſſionem transmiſit, ad filios
ex Maria Oetingenſi ſuſceptos, Fridericum III. & *Rudolphum*
Weckerum.

Rudolphus VI. VVeckerus, Carolo IV. Imp. ob fidem acce-
ptiſſimus, patruelis Hermanni VIII. ſucceſſione auctus, ſine li-
beris obiit A. C. 1361.

Rudolphus VII. cognom. *Magnus*, à ſtatura, quæ 12. pedum
dicitur fuiſſe, filius ex Urſula Teccenſi Friderici III. præfati di-
verſarum linearum collegit bona, & in Caroli IV. aula educa-
tus, in ejus gratia ſtotuit, ab eo proin Comitatus etiam Lœven-
ſtenſi feudum nactus A. C. 1367. Bellum dein, cum Eberhardo
V Virtenbergico geſſit A. C. 1370. quod Cæſaris auctoritate ſo-
pitumeſt: Ex Mechtilde, filia Johannis Cœci Com. Spanhemii,
quæ Comitatus hujus partem domui illius intulit, patergemini
Rudolphi & Bernhardi.

Rudolphus VIII. filius minor natu Hermanni VIII. unà cum
fratre Friderico IV. ante Patrem turbato ordine, etatus A. C.
1353. lineam à Friderico II. cœptam terminavit. Fuit etiam

Rudol-

Rudolphus, inter posteros Bernhardi paulo supra memorati, frater Bernardi & Ernesti, Badensis ac Durlacensis rami conditorum. *Ex Familia Ascania.*

Rudolphus, filius Alberti II. Saxon. Electoris, ex Agnete, Rudolphi I. Imp. filia, Patri A. C. 1297. in solennitate coronationis Alberti I. Imp. operosi, successit: Burggravius Magdeburgicus, Comitibus exauctoratis, à Schrapela, ut quidam volunt, factus; de Bellum à Patre contra Guenbertum Archi. Magdeburgicum coeptum continuavit, denum pace facta, Friderico cum dein Auftrium cum suffragio juvisset, adversus Ludovicum Bavarum, hujus odium incurrit; Tum contra ejus filium Ludovicum, defuncto agnato Electore Brandeburgico, Marchiam invasit, atque Francofurtum obsedit, sed repulsus est; Demum Cæsari reconciliatus, Marchionatum Landsbergium, in vet. Marchia, ab eo obtinuit: Carolo postea IV. Imp. fuit acceptissimus; Tandem, cum trium Imperatorum electioni interfuisset, valde senex naturæ concessit A. C. 1356. genitis ex Juditha Brandeburgica Alberto, *Rudolpho* II. Ottone, ex Cunigunde Polona, Mesicone; ex Agnete Lindavienſi, VVenceslao & VVilhelmo filiis.

Rudolphus II. Patris in Electoratu successor. Adolescens in Gallia exercitum, non fine laude, duxit. Ottone fratre mortuo, cum is uxorem habuisset Agnetem, ultimi Ducis Luneburgici VVilhelmi filiam, & filium ex ea reliquisset Albertum, pro hoc, quem initio ipse Avus haberet, esse susserat, successionem Luneburgicam petiit, quæ demum A. C. 1370. *Rudolpho*, fratri VVenceslao & alterius filio, memorato Alberto, à Carolo IV. collata est: Unde inter hos & Brunsuicenses, illorum Agnatos, gravissimum bellum; quo Albertus, in oppugnatione arcis Pielingenſis, à nobili Mandesloo saxo ictus, interiit, A. C. 1385. Nec minùs qui *Rudolpho* fratri successit VVenceslaus Elect. cum arcem obsideret Cellensem, lethale vulnus accepit, A. C. 1388. dorsi filiabus ejus in Brunsuic. familiam enuptis his terminata. Eum in Electoratu excepit

Rudolphus III. filius, gravitate ac prudentia insignis, in comitatu affinis Friderici Brunsuicensis, cùm ab electione rediens cæderetur, captus ac vulneratus, tandemq; in Legatione Bohemica veneno subtatus est, A. C. 1418. Cùm nullos filios, hi enim ruinâ in arce Sueticia oppressi pericrant, (filia autem Barbara Johanni Alchymistæ M. Brandeburg. co nupsit) superstites habueret, successit ultimus frater Albertus: quo sine prole extincto A. C. 1422. Misnicæ Marchionibus Electoralis dignitas est collata, in quorum familia adhuc durat. Fuit q; eoque Rudolphus, filius Alberti I. rami Saxonici in Familia Ascania auctoris, frater Alberti II. Elect. de quo suprà.

Rudolphus, Princeps Anhaltinus, filius quarto-genitus Johannis Ernesti, qui post plura fecula totius Principatus unus fuit possessor, Serenissimam linean condidit: Pater ex fecunda uxore Magdalena Oldenburgica Johannis, qui solus ex sua gente Augustanam Confessionem amplexus, ex Sophia Holsatia, numerosam suscepit prolem, &c. V. Phil. Jac. Spenerum *Hyl. Geneal. Hiſtor. in Fam. Ascania.*

Rufa Vacca, immolari jubetur Numerorum *cap. 19. verſu 2. Exite filii Iſraelis, ut accipientes* adducant *ad te juvicem rufam, perfectam, in qua non ſit vitium, cui jugum nondum impoſitum ſit:* cujus rei rationem aliis disquirendam relinquit Bochartus; hoc saltem observat, Judæos hæc duo copulasse, *rufam perfectam*; quasi his verbis veteris loci usum juvencum sibi offerri, quæ non esset perfectæ *rufæ*. Proinde, *Si dives fuiſſet pilor ædes, aut nigror, ſibi mutuò incumbentes, hâbuit in medio loci depreſſi, aut inter duos pores, habebatur pro politura, i. ad facrificium inepta*, ait Maimonides *in Tractatu de Vacca rufa cap. 1. §. 2.* Et multo plura Talmudici, in Tr. *Para fol. 94.* Quâ ipsâ superstitione imbuti Ægyptii, *τὰν βοῦν τὰν πυῤῥὸν τριπλοκέσθων, ὅπως ἀκεκλὸς καὶ ἀβλαβὴς ἔχῃ τὸν παράγοντα, ἀπὸ κὲν μέλας ἔχῃ τρίχας μέλανας ἢ λάμπρ, ἀμέλων ὀγδὸς, ὅντες τυφὸς ἐπιτυχόντως, ἴσα κὲν ἀκεκρὶς ὀβεϛανται, ut, si bos rei unum pilum nigrum aut album habeat, putetur esse profanus*, Plut. *in Iside.* Cœterùm *rufus* in boum coloribus vulgatissimus est. Unde Jason Pelitæ dicit, Pindari *Pythiâ quartâ*,

Μελὰ τε γὰ τεὸ ἐγὼ,
Καὶ βοῦν ξανθὸς ἀγλαὸς ἀζόμαι,
Πρωτέρ ἐπὶν ἐλθεῖν ἐπὶ
Ἐς βωμὸν ῥυσὰ ἀρνειὰ τελίουσι.

Et, cùm idem Neptuno sacrificavit,

Φάιστα δὲ Θρῄκιον ἄγλαα ταῦρον
Υ πάξας ——

Rubrum *Thracicum armentum tauronum* Assuit.

Et Theocriti *Idyll. 4.*

Αὐτὸς δ᾽ ἐμὸς ἔσσο καὶ ἀ πυῤῥὸς ὁ ταῦρος. ——

Mecum quidem & iſte taurus rufus *eſt.*

Ubi Scholiastes, πυῤῥὸς, ἐρυθρὸς, quod πύῤῥης palàm fatetur apud Theocritum Scholiastem nonnulli τὸν πύῤῥιχον, pro *Epiroto* dici volunt, ὅτι Πύῤῥος τὸ ἔθνος βασιλεύσαντος, ἀ Pyrrho Rege, qui *ibi regnaverit*. Cui sententiæ favent hæc Plinii *lib. 8. cap. 45. in noſtro orbe Epiroticis bubus latus magna, à Pyrrhi, ut ferunt, jam inde Regis cura.* Omnino enim intelligit ὁ τῆ Ἠπείρῳ τὰς ἀρχαιότερας Ἱστορίας ὧδε, quas memorat Philosophus *Hiſtor. lib. 8. cap. 7.* Verùm non à Rege, fed à colore, eas ipsas nomen traxisse, certissimum. Quò facere videtur, quod illi ipsi boves ex eorum genere esse crediti sunt, quos ex Erythia Insulâ abduxerat Hercules. Cùm enim à colore dicerentur *ἐρυθρὸς*, vel *ἐρυθίνος*, id ita fumtum à Mythologis, quasi fuissent ex Erythia Insulâ, quæ ultra Gades est: à qua tamen Ἐρυθίη vel Ἐρύθεια potiùs dicendi essent, V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap. 29.* Fit autem *Rufus*, idem cum luteo dilutior, qui Latinis antiquis *Ruffus* & *Roſſus*, Græcis Ἠιθρὸς, ἐρυθρὸς; V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1154. & 1155.

Ruſſe, merctrices dicitæ, quòd capilli illis essent flavi vel rufi, cùm matronarum nigri essent, ut observatum Franc. Pithœo & VVoverено *ad Petronium*; qui hinc *Ruſſiani* nomen arcessunt: quo Itali Lenonem indigitant, seu *Inſtitorem libidinis*, uti vocat Val. Maximus *lib. 6. cap. 1. num. 6.* Aliter tamen de vocis origine Ferrarius *in Orig. Ital.* quem vide.

Ruſſus, Cond. cum Orphito, sub Commodo, apud Lampr.

Ruſſus Festus, Proconsul Græciæ, *ἀνθυπατεύσας* titulo ab Athenienſibus insignitus est, cujus memoriam servat *Inſcriptio* Athenis & Epitaphium Vulsinii, in Italia, quæ patria ejus erat. Sed & sub nomine Festi Avieni ejus quædam extant, V. Jac. Sponium *Itinerar. Græciæ l. 2. p. 148.*

Ruſuli, dicti sunt Tribuni Militum, qui non à Populo, sed à Consule facti sunt, quòd de eorum jure Rutilius Rufus Legem tulerit. Postea *Ruſuli* dicti, mutatione unius literæ, Festus. V. Livium *lib. 9.* & Joann. Friderium Gronovianum *ad Livium*.

Ruſus, in vet. *Charta* apud Columbum, herba est inficiendis rubro colore vestibus; quæ *Roux* dicitur in alia Guidonis Fulcodii, apud eundem, *de Epiſcopis Veſtus. lib. 3. num. 5. Rot. in Gloſſa MSS.* ad Alexandrum Jatrosophistam *lib. Paſſim. cap. 66. ad hæc verba, Rore, quo Gothi utuntur — Ros quo Goti utuntur, eſt herba, cum qua cordouanum paratur.* Ubi per *Gothos*, Occitani intelliguntur. Sabaudi *Ruſſes* vocant, alii *Rou*, proprer ulum in tinctura, Itali *Roſſa* & *Roſano*, atque *Roſolo*, in Apenino, quia curticis ulus, conchylii illius; tamquam verò, quia ligni interioris aureus color, ad lutei tincturam & *Coccinum* Illiii esse quidam volunt, de qua is sic *lib. 16. cap. 18. Eſt & in Apennino frutex, qui vocatur Cotinus, ad limeamenta modo Conchylii colore inſignis, folia ejus quaſi terebinthi fructus ex bumbella, in parvulis ſiliquis.* V. Car. du Fresne in *Gloſſario.*

Ruſus Color, Græcè *πυῤῥὸς*, V. suprà ubi de *Ruſa vacca*, & adhibi *paſſim*. Inter species distinctioris rubri, his autem gradibus ac numeris ab infimo *ruſo* ad fummum progrediuntur Græci, Υ πυῤῥὸς, ὀξυὸς, ὑπόξανθος, πυῤῥὸς, ὑπόξανθος, ξανθὸς, ὑπωχρὸς, ὑπόλευκος, πυῤῥὸς, πυῤῥὸς, Salmasium *ad Solinum* p. 1155.

Ruga, apud recentiores ævi Scriptores, platea seu vicus est, Græcè *ῥύμη*, Gallis *Rue*, à *rugis* seu sulcis in fronte, quòd id efficiant in Urbibus, quod rugæ in fronte. Ut autem bene esset urbs *ἐῤῥυθμισμένη*, seu *in rugas ſecta*, duæ maximæ ac latissimæ viæ ducebantur olim ac sese *ὀρθὰς* invicem secabant; cæteræ minores utrinque parallelæ delineabantur. Quod in vett. Coloniis & castris metandis Romani; ut & in urbibus suis Græci condendis, semper observarunt. Imò in agrorum quoque metatione ac divisione publicè faciendâ idem confectari sunt itidem Romani, per Decumanos & Maximos cardines. In metanda vero ric urbe, *rugæ* seu viæ vulgò cretâ solebant designari; in Alexandria, polentâ sparsâ id factum; Romani vigilem fectionem fulco videntur delineasse, quo etiam vestigia murorum imprimebant &c. Quæ fecus fecêre cives urbes, ut inter alias Athenæ, *κυκλῶ ἐῤῥυθμισμένῃσι* dictæ sunt, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 821. In *Ordine* Rom. & apud Anastasium *in Vitis* Paparum, vox *Ruga* frequens, fed quid ibi notet, non fatis liquidum est. V. suprà ubi de *Raura*, & plura hanc in rem, apud Car. du Fresne *in Diſcr. Addis Sophianæ, num. 73.*

Rugæ, in vestibus, aliæ cafu fiunt, quæ ex ipsa vestis redundantia variis modis complicatâ nascuntur, inconditæ ac inordinatæ; aliæ arte constant, quæ ex industria struuntur, ad aliquem vesti ornatum concilandum; de quibus posteriori-bus Tertullianus *de Pallio cap. 5. Pallium — nullo tedio conſtat, adeò nec artifice neceſſe eſt, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in ilias, vicunq; contractis umbonis ſegmentum, cuſtodibus curticibus aſſignet: dehinc dilucido tunica &c. Σδολίαις* Græci vocant, quas in fine tunicarum certo modo atque ordine juvenum nexas, vinculum retinebat, unde *σδολόστομοι γνάθοι*, qui *rugis* hujusmodi & plicis ſtribantur: item *σπασίδες*, & *σωλῆνες*, h. e. *tubulos*, quòd in ſtrias, velut tubulos, deducantur & ordinarentur. Inde *dependula conubulatio*, in veſte lſidis, apud Appulejum; & *σωληνωτὴ σολὴ*, apud Cedrenum, quasi *canaliculatæ* aut *ſtriglatæ* &c. Et quidem Romani in Toga priùs *rugas* formabant, deinde deducebant in *ilias*, inquit Afer: potius *tallas*, reponit Salmasius; quo nomine ait venire rugarum in veste partem eminentem & protuberantem, quæ & *ſtria* Latinis & Græcis *χύδη* dicebatur. Omnem poſtea *rugarum* structuram antè & retro nedo quodam retinebant, qui in medio, tanquâ umbilicus aliquis tabulas omnes colligebat, & conſtrin-

gebat, inde *umbilicus* togæ & *umbo* dictus; de quo sic Macrobius, ubi de Toga Hortensii ci ferno: Fuit vestitu ad mundi-„cum curioso, &, ut bene amictus iret, facem in speculo pone-„bat: ubi se intuens Togam corpori sic applicabat, ut *rugas* „non forte, sed industria locatas, artifex nobus (ita umbonem „vocat) conspringeret, & sinus ex compositio distuens nodum „latius ambiret. In quonda m cum elaboratus incederet ad specu-„em, collegæ de injuriis diem dixit, quod sibi in angustiis obvius „offensu fortuito structuram Togæ destruxerat, & capital pu-„tavit, quod in humero suo *ruga* locum mutasset. Ubi autem desinebat rugarum complientio, ibi sinus incipiebat; quem ab umbone diversum fuisse, videbimus infra. Plura hanc in rem V. apud Salmasium ad *Tertullianum d. l.*

Rugii, addit: Nimirii loco hi populi olim S. Vitum adorabant, hac occasione. S. Vitus, circa annum 300. temporibus nempe Diocletiani, martyr obiit cum Modesto & Crescentia, quod paucis referunt in Martyrologio Bedæ, Usuardi, Adonis & Romano 15. *Jun.* fuse autem deducitur. apud Surium *in vita ejus*. Hujus corpus a Fulrado, Abbate S. Dionysii, Roma sub Pipino R. translatum fuit Parisios, ut Sigebertus in *Chron.* annotavit ad A. C. 777. Anno autem 879. ub Imp. Ludovico Pio, ut idem refert, reliquiæ Martyris hujus Parisiis *ad Corbei am Saxoniæ translatæ; unde ipsi Franci restituti sunt, quòd ab illa temp ore gloria Francorum ad Saxones translata fit*. V. & V Viticbium Saxon. *gest. lib.* 1. Porrò *Rugii*, qui à Saxonibus, & Corbejensibus inprimis, religionem haufcrant Christianam, eorum exemplo, summo in pretio habuere S. Vitum templumque magnificum ab eo *Viti* vocitarunt. Postea vero reversi ad Religionem gentilem, cum nihilominus in S. Viti cultu perstiterent, eum in superni Numinis evexere locum, qua de re pluribus agit Helmoldus *in Annal. Slavorum lib.* 1. *cap.* 6. ubi inter alia, ubi, inquit, *nomine S. Viti glorianture, cui etiam Templum ac simulacrum amplissimo cultu dedicaverunt, illi primatum Deitatis specialiter attribuentes; De omnibus quoque provinciis Sclavorum illic responsa petuntur, & sacrificiorum exhibentur annua solutiones. Sed nec Mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, pacet ulla facultas vendendi vel emendi, nisi prius de mercibus suis Deo ipsorum pretiosa spargi, libaverint: Quo tempore demum mercimonia Fora publicantur*; Rugianus *Jovem, non minus quàm Regem, venerantur*. Atq; iterum *cap.* 53. *Inter multitudinem Sclavorum Numina præpollet Zuantie Vith* (h. e. *sanctus Vitus*: uti nunc Polonicè *Swiety Wit*) *Deus terræ Rugianorum : cui in peculium honoris annuatim hominem Christianum litare consueverunt*, similia habet *lib.* 2. *cap.* 12. ut & Alb. Crantzius *Vandal. l.* 3. *cap.* 37. ac Saxo Grammaticus *lib.* 14. V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idololatriæ l.* 1. *c.* 41. Et hoc fuit Idolum illud Suantevith.

Rugule, vulgò Rugier, locus Galliæ, ad Rifelam fluv. inter Aquilam castrum & castellum Litam. Hadr. Valesius, in voce *Rijela*.

Rumbulæ, apud Cæsarium Heisterb. *lib.* 7. *cap.* 45. *Ipsam iconam* (Deiparæ) *reflicient — indignans ait, ut quid hi stat vetus hæc Rumbula?* Et mox, *Quia Domina illa me vocavit veterem Rumbulam*: contumeliosum nomen, quo vetulas appellabant contemtim. An à *rumbolo*, quà voce in Inf. Melita venit trochus puerilis, quem *turbinem* dicunt Latini, & tralatitie, homo parvæ staturæ: quòd in senio homines repuerascant? An *Rumbula* idem, quod venefica, à *rhombis*; quibus istiusmodi mulieres olim utebantur, ad deducendam Lunam, ut videre est apud Ovidium *Amorum lib.* 1. Mattialem, Alios. Unde Propertius,

Desiluit magico forti sub carmine rhombi &c.

V. Dominic. Macrum *in Hierolexico*.

Rumia, adde: Maj. Rumia, de qua fic Aug. de *Civ. Dei l.* 4. *c.* 2. *In Dea* Rumina *mamman puero immulgeat, quia* rumam *dixerunt Veteres mammam*. Cato apud Nonium, *Ehe Semonibus* (ut emendavit Lipsius *Antiqq. Lect. lib.* 2. *c.* 18.) *tacle fit, non vino. Cunina, propter cunas*. Ruminæ, *propter rumam, id est, mammam, à quo subrumi agnû &c.* Hinc *Ruminalis* Ficus, V. supra *Ficus Ruminalis*.

Rumor, apud Lampridium in *Heliogabalo*, Erat *præterea etiam* rumor, *qui novis post tyrannos fere donari Principibus; qui nisi ex summis virtutibus non permanet & quem multi mediocres Principes amiserunt*: novè dicitur favor ac studium, quo ferri vulgò solent homines in eos Principes, qui tyrannis succedunt. Casaubonus *ad loc.*

Runæ, teste Olao Wormio *in Monumentis Danicis pag.* 514. & 523. *in Literatura Runica cap.* 3. & *in Fastis Danicis lib.* 1. *cap.* 1. & *lib.* 3. *cap.* 3. literæ Danis dictæ sunt, figurarum ductibus à ceteris discrepantes; quarum quibusdam ad res gestas consignandas & ad scribendum : aliis Magi in incantationibus ac præstigiis fuis, olim usi fuere. Unde *Airunæ*, Magæ vocatæ; quas corrupte alii *Aïrumnas* & *Aïorumnas* dixere. Sed & omnibus Danorum literis id nomen tributum ; quas quidem in oblongioribus baculis eos scribere consuevisse, testatur, præter Fortunatum, Saxo Gramm. *lib.* 4. ut & varia ligna inscripta, ab eodem Wormio allata, *Fastorum Danic. lib.* 2. Hinc Brynolphus *in Notis in Saxonem MSS. Antiqui autem suas Runas — tabellis ligneis, quæ* Spioldkelle *nominarunt, commiserunt, non atramento, pigmento aut colore illitas, verùm cultellis insisas &c.* Quam porrò vocabuli vim inprimis Fortunatus firmat *lib.* 7. *Poem.* 18.

Barbara fraxinelis pingatur Runa tabellis,
Quodq; papyrus agit, virgula plana notet.

Istiusmodi characterum rabellam exaravit idem Wormius, in *Literatura Runica pag.* 60. censetque, literas aut characteres, quos Chilpericum Francorum R. Francicis addendos statuisse, narrant Gregorius Turon. *lib.* 5. *cap.* 45. & Aimoinus *Historiæ Franc. lib.* 3. *cap.* 41. non *Runicos*, id est, *Gothicos fuisse*, quem si placet vide, & prater eum Locenium *Antiqq. Suecicarum lib.* 2. *cap.* 14. Auctor literarum barum, fecundùm quosdam Uphiliæ fuit, Gothorum Episcopus; sed idem V. Wormius, non illum eas invenisse, verùm fatem ad exteros protulisse, pluribus docet *d. l.* Hinc *Runen*, insurrare, quod Magi Sagæque solent, unde *fusurrus Magicus*, de quo Car. du Fresne *Notis ad Cinnamum*. V. quoque eum in voce *Aïrumna*, ut & Auctorem Anonymum *Historiæ Orbis Terr. Geogr. & Civ. in cap. de Lingua*, nec non in voce *Runica litera*.

Runcana Dea. V. *Runcina*.

Runcarii, inter alia, quoque dicti sunt, ii, qui Valdensium Patarinorumque doctrinæ adhærebant: an à *Roncalia*, de qua suprà, quòd ibi primùm visi ; an à *Runcaria*, villa sic dicta ; an quòd in *runcariis*, h. e. locis incultis & senticosis, ut plurimum degerent? Car. du Fresne in *Glossario*. Est a. *Runcaria* vox media ævi, à verbo *runcare*, quod Latinis est malas & noxias herbas extirpare; sicut *rustare*, rubos & sentes, h. e. *rusta* evellere. Salmasius *ad Tertullianum de Pallio cap.* 2.

Runcinus, apud Bernhardum in *Vita S. Malachiæ*, *Ehe solum dolere se inquiens, quòd esset* runcinus *durè portare*; Gallis Roncin, Italis Ronzino, equus minor, gregarius, non delicate ac molliter sessorem ferens: quibusdam sic dictus est à Germanico *Ross*, vel *rynen*, cattrare, quòd *runcini* fuerint equi castrati. Erat autem propriè *Runcinus* scutiferorum, ut *palafredus* Militum, sicut observat Car. du Fresne ex *Stabilimentis* Ludovici IX. *lib.* 1. *cap.* 54. Eadem voce etiam apud Guilielmum Brittonem *Philippidos l.* 12. *pag.* 242.

Illi præcia placet dextrarius Ardinia, illi
Runcinus *caput ignoto dat fune ligandum.*

V. præfatum du Fresne in *Glossario* & Dominic. Macrum *in Hierolexico*.

Viri Principes, ex Familia Palatina.

Rupertus I. cognom. *Senior* & postea *Præsenior*, filius tertiogenitus Rudolphi I. Electoris Palatini, *Rudolphinæ* linex conditoris, fratre Rudolpho II. Et. defuncto Electoratum gessit, quo vivo etiam curis admotus fuerat : Quam dignitatem cum Stephanus Bavariæ D. sibi vindicaret, Electoralis Collegii & Caroli IV. Imp. auctoritate rejectus est. Academiam Heidelbergensem fundavit filiæque nomine nuncupavit, extinctus A. C. 1390. Successit ei nepos ex Adolpho cognom. *Simplice* Elect. fratre,

Rupertus II. cognom. *Præjunior*, vel *Clemens* dictus, qui Boparliæ, ab Electoribus, cùm Venceslao Imperium abrogassent, A. C. 1400. die 21. Aug. electus Imperator ac Coloniæ coronatus; cùm ab Aquisgranensibus non admitteretur, proscriptione illos punivit. Coëgit insuper Venceslaum Ordines juramento solvere, nec tamen Regnum à Bohemis oblatum accepit : Cùm dein adversùs Galeacium D. Mediolanensem, turbas moventem, profectus esset, defertus à Pontifice & Florentinis, Mogutino etiam ei adversante, rem minùs è sententia gessit. Obiit A. C. 1410. communis linearum Palatinarum universarum, quæ postea profatæ, Parens. Epitaphium ejus Heidelbergæ in templo Spiritus S. sic habet : *Robertus Bavariæ D. Comes Palatinus Rheni, Romanorum Rex justus, pacis & Religionis amator, diligens Deo visus, qui pro justitia paterentur, justus sacra actis & Collegii institutor, hic cum castissima conjuge Norici montis Burggravia quiescit, vitâ functus A. C.* 1410. *Kal. Jun.* 15. Inter filios ejus 4. Ludovicus Electoratum, Johannes Neoburgum, Sultzbacum & alia tenuit, Stephanus Simmerenſem & Bipontinum tractum fortitus ; demum Otto, Mosbacum inhabitavit. V. quoque in voce *Robertus*.

Rupertus, filius minor natu Ludovici præfati, electus est Archiep. Colonienſis, fed oppositus ei Hermannus Hassus, in obtinendo Archiepiscopatu, prævaluit, licèt pro *Ruperto* Elector frater & Carolus D. Burgundiæ faceret. Unde exul demum obiit A.C. 1480.

Rupertus, cognom. *Virtuosus*, filius Philippi Electoris, ductâ Elisabethâ, fil. unicâ Georgii cogn. *Divitis*, Bavariæ D. asCetro omnium ejus bonorum ac ditionum hæres Testamento scripsus est, cui executores destinavit Vladislaus Bohemiæ R. Ludovicus Gallus & alii magni Principes. Quod cùm probaret Pontifex, probare verò nollet Imperator, ut in fraudem agnati Bavari Alberti cognom. *Sapientis*, contra leges Imperii, factum, duæ primò trientes ditionum Georgii, nomine tum dotis, tum etiam prætenſionum, quas ab antiquo adversus

tus Bavaros habebant Palatini, ut res sine bello posset perfici, *Ruperto* oblatæ sunt: sed cum fiducia Bohemiorum & Regis Galliæ, qui stimulasse dicitur, conditiones is recusasset, à Maximiliano I. Imp. ipse & mox Pater A. C. 1504. proscripti sunt. Inde omnibus in Palatinos irretentibus, acrique præsio ad Ratisbonam *Ruperto*, qui sternuè diuiciaverat, victo, Wirtenbergensis D. Winsbergam, Maulbronnam, alia: Norimbergenses Altorfium, Heresburgum, Lauffenam: Bavarus Ingolstadium, rapuerunt; alibi quoque carpentibus ditiones Bipontino, Hassiæ Landgravio, Comitibus Leiningensibus. Cæsar insuper, quæ ab Imperio oppignorata erant Palatinis, sine cæde recuperavit, & Advocatiam provinc. Alsatiæ suæ adscripsit genti. Dum interea scelus ex vicinis Christophorus March. Badensis non tantum nihil adversus *Rupertum* enovit, sed omni potius ope ejus cum Cæsare reconciliationem quasivit; excesit animi elogio ad omnem posteritatem dignissimus. Sic, qui sub Philippo virtis, opibus, literis mire floruebat Palatinatus, mox bello hoc Bavarico omnigenæ calamitatis theatrum factus est. Tandem, in gratiam receptus Pater, & *Ruperti* filius pars aliqua avitæ hæreditatis, inter Nabum & Danubium, qui *Novburgensis Principatus*, aliis *Palatinatus junior* dicitur, est concessa. Fatilus autem dictus Imperator A. C. 1918. Palatinis injuriam se fecisse, & pollicitus restitutionem, vectigal *aurum* appellatum illis attribuit. Descripsit bellum carmine Richardus Bartholinus libb. 12. quos Commentarius Spigelius illustravit: *ipso* autem adhuc durante, *Ruperti* seu mœrore, seu veneno, vitam finiit. Pater Ottonis Henrici, posti Fridericum II. Electoris, cognom. *Magnanimi*, & Philippi cognom. *Bellicosi*, Viennæ contra Solimannum Turcarum Imp. defensione inclyti: quo utroque fine prole defuncto, defecit Ludovici I. cognom. *Barbasi* linea, & in Simmerensem, quæ hodieque superest, lineam Electoralis dignitas transiit.

Rupertus, filius Friderici V. Electoris, Bohemiæ Regis electi, post fratres Fridericum Henricum, & Carolum Ludovicum hodierum Electorem, Patre Rege (quod ipsi premium contigit) natus, in Belgio educatus est. Captus in Westphalia A. C. 1638. ad Cæsarem Viennam est deductus: inde liber A. C. 1642. cum fratre Mauritio, auxilio Carolo I. M. Britanniæ Regi avunculo venit, & ad *Kingston* Parlamentariorum cornu fusiffrum in fuga cum conjecit: seq. anno Brissolium deditione cepit, sed A. C. 1644. ad Eboracum à Cromvellio victus est, cum alterum Fairfaxii cornu penè esset deletum. Hinc cum fratre & Rege Oxonii obsessus, hoc ad Scotos profugo, in manus hostium venit, atq; cum fratre regno excedere jussus est. Mari itaq; Parlamentariis infestus, cum iisti classem contra ipsum instruerent, A. C. 1650. magnas copias opes in Lusitaniam detulit, ob quod Angli Classipotorem aggredi decreverunt. Demum triennio fere in Oceano acto, cum 4 navibus in Gallia Namnetas appulit, inde in Germaniam ad fratrem profectus. Auspiciis postea Cæsaris expeditionem in Pomeraniam suscepit A. C. 1660. inde post Angliæ Regem restitutum ad eundem reversus. A' quo tempore, bello gemino contra Belgas, semel atque iterum regiæ classi præfectus, magna cum fortitudinis laude egregias res gessit, hodieque aulæ præcipuum decus &c.

Ex Familia Plastica.

Ruperius, Dux Lignicensis fil. VVenceslai, ex conjuge Teschinensi, Patri A. C. 1364. extincto, successit: frater VVenceslai Episc. Lebusiensis & Vratislaviensis, cui, ab Vratislaviensibus allium Episcopum sumi desiderans, insestus fuit VVenceslaus Imp. Cum itaque ei à fratre *Ruperto* aliquot dolia Suidiciæ cereviside dono mitterentur, Senatus urbanus, Regi addictior, vehicularium prætextu privilegiorum civitatis fitit, Episcopumque Canonicis excommunicavit. Unde motus, in quibus Ecclesiasticorum, qui ejecti ac spoliati, ægreque reconciliati, deterior fuit conditio. Obiit *Rupertus* A. C. 1406. successore fratre præfato, qui Imp. VVenceslao Ducatum Goldbergensem vendidisse dicitur. &c. V. Phil. Jac Spenerum *Sylloge Genealogico - Historica*, ut & *Theatro Nobilis Eur.*

Rupes Ridulæ vel *Rupes* Ridulæ, *Roquedrille*, pro *Roque de Rille*, locus Galliæ, ad flumen *Risolam*, quod in enumeratione MS. fluminum Galliæ antiquum, corruptissimè, *Ridula* vocatur, *Ridula in pariibus Mimis Fovis & Ponobi Audomari currit*: Ejus ostio proximus. Hadr. Valesius in *Rjula*.

Rupes VVidonis, adde: Sed quis *Rupes* omnes, id est, loca in *Rupibus* condita, & varia eorum cognomina, vel in uno regno, enarrare possit? Ut de sola loquar Gallia, tradunt Annales Bertiniani A. C. 767. Pippinum, in Aquitania, inter Biturigas Cubos & Garumnam fluvium *multas Roccas & spelunccas* conquisivisse. Idem eisdem verbis in 2. veterrimis Annal. alteris ad A. C. 800. alteris ad Caroli M. mortem deductis, reperitur. Illas vero *Roccas*, seu *Rupes*, quæ erant castella rupibus imposita, Eginhardus in eod. anno *Petras* appellat, Florus, *lib. 3.* c. 10. de Julio Cæs. in Aquitania bellum gerente, eadem penè habet, *Aquitani castellum genus, in spelunccas se recipiebant, justa includi*: quæ verba, cum soli Aquitaniæ Julii Cæsaris, inter Garumnam & Pyrenæum, convenire debeant; tamen & de gentibus, usque ad Ligerim, multo ante Flori ætatem, ab Augusto, Aquitaniæ attributis, accipi possunt, apud quas multæ ejusmodi Roccæ, Petræ atque Spelunccæ fuerunt. Prosper *in prolog. libb. de Provid.* de Aquitania sua loquens, *castella pæne impostta* memorat, quæ *Rupes* postea:

Non castella Petris, non oppida montibus altis
Impostta aut Urbes omnibus æquoreis.

Addam saltem *Rupibus* jam memoratis, *Rupem* Berroaldi *Roche Baritaud*: *Rupem* Canderici, *Roche Chandry*: *Rupem* Corbonis, *Roche Corbon*: *Rupem* Fortem, in Andicavis, ad Ligerim, *Rochefort*: in Aquilina sylva *Rochefort en Yveline*: in Nemausensi agro, non longè à Rhodano, *Roquefort* &c. Hadr. Valesius *Not. Galliæ*.

Rupes, apud Tertullianum *de Pallio* c. 4. ubi ite Chirone Centauro, qui Achillem educaverat, *Naturam itaq, concessis Lariffæi Heros, in virginem mutandæ: illa ferarum medullis educatus — illa apud rupicem & fylvicolam, & monstrorum eruditorem, Scrupea fchola eruditus*: homo rusticus est, agrestis ac durus, quasi a *rupibus* asperitate. Quo sensu Perseum etiam Latini vett. dixere. Atq; ita quidem Tertullianus vocem sumpsit; aliàs alia ejus cum ratio, tum significatio est. Non enim à rupibus *rupex*, cum prima in *rupex* brevis sit, quæ in *rupe* longa est. Lucillius,

Farorum ac rupicum *fpuafoq; incondita rofpri.*

Itaque *rupex*, pro rum putum Græcum est, à *ῥὴξ*, h. e. *incultus* ac *foridus*. Salmasius ad *locum*.

Rupicapra, Hebr. זמר *Zemer*, à *saltu*, colore est inter fuscum & rufum, fed qui æstate magis ad rufum, hyeme ad fuscum vergit. Meminit tamen Gesnerus *de Rupi-capris pag.* 292. *parium alibam pavim nigram, distinctis coloribus fe vidisse.* Qui, *colorem eis per anni tempora mutari, totas q, albas interdum, sed verissimè conflici*, addit *ibidem*. In monte Carpatho *Rupicapræ* genus unicorne, Polonice *Skatnskoza*, quasi *rupea capra*, reperiti, indeq; sæpe à venatoribus Cracoviam, in Aulam, adferri, Gesnerus idem docet, unde de monocerote quibusdam fabula. Quod animal pugnax admodum esse, & omnia alia impetere, refert Bochartus *Hierozici Part. prior. Lib. III. cap.* 27. ubi vocem ראם *reem*, explicat.

Rupicbouardi feu *Rupicbovardi*, Gall. *Rochechouart*, nomen familiæ illustris in Gallia; quæ ex prisci Lemovicum Vicecomitibus deducti amat, & in plures tamos distincta est. Primus omnium *Vicecomitum de Rochechouart*, defecit in Anna, quæ hæreditatem transtulit ad maritum Joannem *de Pontville* Dominum *de Breuilbez*, cum nominis onere, unde nova Vicecomitum progenies: Reliqui rami fuere Dominorum *du Baftoment*, Comitum *de S. Orven*, Dn. *de Bourdet & Chandenier*, *de Faudeas*, *de Jars*, *de la Broffe*, *de Chaftillon le Roy*, *de Montpipeau*, *de Bonnivet*. Inprimis verò Dominorum *de Aubermar*, qui ramus nunc quoque floret. Et, supra in voce *Abertenet* & plura hanc in rem, apud Ph. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. III.* pag. 8 & *in Indice*, ubi stirpis hujus historiam exponit.

Rupiforia Familia, Gallicè *Rochefort*, inter illustres Germaniæ, Leonstenæ stirpis ramus est. Ludovicus enim Com. Leonstenius, filius minor natu Ludovici primi Comitis. Leonstenii, VVertheimæ lineæ auctor, à conjuge Anna (fil. Ludovici Com. Stolbergii & VValburgis Com. VViedanæ) accepit Comitatus VVertheimensem, *Rupiforensem* & Montacutensem; Dynastiæ Breutbergensem, Herbimontanam & Chaspirensem. E' quibus jus ad *Rupiforium* & Herbimontium à Ludovici Stolbergensis matre Anna Königstenia arcessitur, cujus mater Luisa è Marcanis *Rupiforiis* & Herbimontiis fuit. Hoc editi, præter alios, qui improles obiere, Christophorus Ludovicus & Joannes Theodoricus, duarum linearum, *Vimenburgicæ* & *Rupiforiæ*, auctores VVertheimensem, *Rupiforensem* & Montacutensem, Dynastiæ Loæunensium Comitatum, posteriori Breubergensem Dynastiam & Belgicas ditiones haberet. Hic itaque, natus A. C. 1584. post varia in bello, in Ungaria contra Turcas, in Germania contra Herbipolenses, in Belgio contra Batavos, iterum in Germania contra Fridericum Bohemiæ *Regem*, alibiq; fortiter gesta, obiit A. C. 1644. ex Josina Marcana (fil. Philippi Com. Marcæ & Catharinæ Com. Manderscheidiæ) pater, prater filias, Josinam VValpurgim (quam, natam A. C. 1635. Hermannus Com. Bergensis è Coenobio abduxit) & Dorotheam Catharinam (quæ genita A. C. 1618. Ferdinandum Com. Manderscheidium matrium accepit) Philippi Ernesti (n. 1612. den. 1635.) Ernesti Theodorici (n. & den. 1613.) Friderici Ludovici (n. 1614. den. 1615.) Ferdinandi Caroli, & Joannis Theodorici (n. 1623. den. 1645.) *Comitum Lauenstenii & Wertheimii, in Rochefort* & c. E' quibus Ferdinandus Carolus (natus A. C. 1616.) Patri successit, Cameratius Ferdinandi III. & Alfestus Consilii Aulici Imperialis: Pater verò ex Anna Maria Fürstenbergica, ducta A. C. 1651. numerosæ prolis. His enim Parentibus nati sunt A. C. 1652. Maria Anna; uxor VVilhelmi Hassiæ Landgr. Eleonora, conjux Erici Adolphi Com. Salmæ & Reifferscheidæ; A. C. 1654. Ernestina Barbara Dorothea; A. C. 1656. Maximilianus Carolus; A. C. 1657. Philippus Eberhardus Josephus, Canonicus Argentinensis; A. C. 1659. Amalia & A. C. 1661. Franciscus Leopoldus. Ipse

Pater haud pridem decessit. V. eundem Spenerum *Sylloge Genealog. Histor. in Appendice Familiæ Palatinæ, & Theatro Nobilitatis Europeæ Part. II. pag.* 59.

Rupifulcaudia Familia, five *de la Rochefoucaut*, antiquiſſima eſt inter illuſtres Galliæ familias, in qua memoratur Fulco A.C. 1026. Seculo XIV. Americus III. Guidonis & Raymundi pater fuit; quorum hic Dominus de *Verneuil* genuit Joannem Dn. de *Barbeſieux*, cujus filia Maria, adgnato Joanni nupta, huic hæreditatem attulit. Ille (Guido) ex Margareta Craonia hærede, pater erat Fulconis & Aymari; cujus poſteriores filia Joanna dominium de *Monſbaſon* attulit marito, Joanni *du Fou*, à quo ad Rohaneos delapſum eſt. Nova diviſio cœpit, cùm Fulconis nepos Franciscum II. Antonium & Ludovicum genuiſſet. A' Ludovico deſcendunt Barones de *Montendre*, ab Antonio *Domini de Barbeſieux & de Chaumont*. Franciſcus autem primogenitus, ex filiorum altero Franciſco III. reliquos Comites (qui nunc Ducali dignitate aucti) *de la Rochefoucaut*, nec non Comites *de Roucy*, ex altero Carolo Comites *de Randan* proſevit. V. iterum Spenerum *Theatro ſuprà cit. Part. II. in Ind.* ubi Familiæ diſpoſitionem, & *Part. III. pag.* 77. ubi hanc Rupifulcaudiorum ſeriem exhibet. Franciſcus Com. *de la Rochefoucauld*, ex Silvia Pica (ſil. Galeotti Com. Mirandulæ) genuit Franciſcum, qui deceſſit ex C. 1691. Pater ex Claudia *de Xaintrailles*, Franciſci I. Ducis, defunctâ A.C. 1650. Hoc & Gabrielide *du Pleſſis de Liancourt*, genitus Franciſcus II. junxit ſibi Andream *de Vivonne*; atque ex ea ſuſcepit Franciſcum *de la Rochefoucaud*, Principem de *Marſillac*; maritum Joannæ Carolæ *du Pleſſis Liancourt* (filiæ Henrici *du Pleſſis de Liancourt* Com. *de la Rocheguyon*) & ex ea patrem Franciſci Com. *de la Rocheguyon, nominis de la Rochefoucauld*.

Rupilia Fauſtina, Rupilii Boni Conſularis filia, avia paterna Marci Antonini Philoſophi, memoratur Jul. Capitolino, in *Vita* hujus Imperatoris; fuit autem *Rupilius* hic & nomine & cognomine homo obſcurus, forte Conſul ſuffectus, aut ſaltem Conſularibus ornamentis honoratus, Caſaubono *Not. ad Capitolinum*.

Rupilius Bonus. V. hic *Rupilia*.

Rupipozæi, Gall. *de la Rochepozay*, in eodem Regno, illuſtris Familiæ nomen eſt; Ramus hæc ſtirpis Caſtaneæ, five *Chaſteigneri*. Cùm enim ſeculo XII. Theobaldus tres filios genuiſſet, Theobaldum, Joannem & V Vilhelmum; primus auctor fuit Dominorum *de la Chaſteigneraye*; alter Dominorum *de la Meilleraye* & *Reaumur*: tertius Dominorum *du Breuil de Chaltans*. Quorum medium quod concernit, is denuo in tres palmites excrevit: quorum tertius Dominorum *de Reaumur* proximè elapſo ſeculo exaruit; nec non alter Dominorum *de Arnac*. Præcipuus verò fuit Dominorum de S. *George de Roze*, è quibus deſcendunt Domini *du Perger*, & *Audouville*, & *la Gabilliere*, *des Touſches*: Primogeniti verò ſunt, Domini *de la Rochepozay* atque *de Abain*; poſt quos Comites de *Chinſié*. Illorum hæc ſeries: Petrus *Chaſteigner* Dn. *de la Rochepozay*, qui obiit A.C. 1474. pater fuit, ex Joanna *de Vareze*, Guidonis Caſtanei, defuncti A.C. 1506. Hoc & Magdalenâ Puteanâ, genitus Joannes Caſtaneus III. Dn. *de la Rochepozay*, obiit A.C. 1567. relicto ex Claudia *de Mouſſon* Dn. *de Touſſia* & *Talmond*, Ludovico Caſtaneo Dom. *de Abain*, Bar. *de Malval* & *Previlly*, defuncto A.C. 1595. Ei Claudia Puteana genuit Joannem Caſtaneum IV. Dn. *de la Rochepozay* Bar. *de Frevilly* & *Malval* (fratrem Henrici Ludovici Caſtanei, doctiſſimi Epiſcopi Pictavienſis) qui ex Diana *de Fonſeque* genuit Carolum Dn. *de Rochepozay & Abain* (n. 1608.) Ludovicum (n. 1613. Abbatem *de Beaupori*) Joannem (defunctum A. C. 1615.) Annam (natum A.C. 1623.) Mariam, Mariam Luciam & Dianam; omnes *nominis & familiæ Caſtaneæ-Rupipozææ*. V. eundem Spenerum *Part I. Theatri* p. 33.

Rupitani, ſeu Rupitæ, contemtim ab Auguſtino appellati ſunt Donatiſtæ, qui Romæ morabantur, *lib. de Unit. Eccleſ. cap.* 3. & *de Hæreſibus cap.* 69. quòd in rupibus & montibus (unde iidem *Montenſes* quoque) conventicula ſua haberent. V. ſuprà *Montani*.

Ruptarii ſeu *Rupturarii*, apud Gallos (qui eos *Routriers* vocant) homines ſunt ignobiles ac obnoxiæ conditionis, cujusmodi ſunt coloni ac ruſtici, quibus viri Nobiles ac ingenui opponuntur: *Rupturariæ* enim proprie colonus, apud mediî ævi Scriptores, quod agrum ſeu terram *rumpit*, proſcindit, colit: Poſtmodum *Ruptarii* quoque dicti ſunt prædones quidam ſub XI. ſeculum, ex ruſticis potiſſimùm collecti ac conflati, qui provincias populabantur & interdum Principum militiæ ſe addicebant. Matthæus Paris. *A. C.* 1250. *Ubi eſt ille* rupturius *perculſor impius — In civitate igitur occubuit Oliverius de* Termes, *cum ſuis omnibus, quos* Ruptarios *vocamus, prognatoribus* &c. Eorum colonos Ruptæ, apud Guil. Britonem *Philipp. lib. 5. p.* 152.

Quos Marcharderii ſic clauſit rupta ——

Idem *lib. 7. pag.* 171.

—— *Tecum Lupicarica* rupta

Fac erat, &c

Unde hodiegi *Ruta*, vulgò *Route*, Gallia uſurpatur, pro quavis turma militari, quæ de voce agit Nicetas Choniates *in Balduino num.* 5. & qui hunc laudat, Car. du Freſne in *Gloſſar.* ut & *ad Villharduinum*. V. quoque infra in *Ruta*.

Ruriacia, Dominico Macro, appellata eſt Roſolea, quam Panormitani pro Sancta habent, V. cum *in Hieroticis*.

Ruricus, conditor Monarchiæ Ruſſicæ. Ex Vvitzenio enim (quo nomine intelliguntur, qui mari Balthico adjacent populi, Finni, Sueci, Livones, *Ruſſi*, V Vandali) delati circa A. C. 753. tres fratres, *Ruricus* Novogardiam, Sciaus *Biela-Gioro*, & Truborus Pleſcoviam, tres celebres Ducatus condidere. Quorum duobus poſtremis absque prole extinctis, ſolus *Ruſſus* Monarcha factus eſt *Ruricus*, conditor familiæ Ducum, quam *Iedalam* vocant, unde Flecherus, Eliſabethæ Angliæ Reginæ Legatus, *Ruricum* hunc ex Hungaria oriundum fuiſſe, ibi Bela nomen frequens, conjecit, fed nullo fundamento. *Ruricus* ſuceſſit Thor filius five Jehor, quem Cedrenus & alii Græcorum Hiſtorici vocant *Ingor* Regem Ruſſorum, quo intra juventam defuncto mater ejus Olha, feu Helena Principatum ſuſcepit, vera Ruſſorum Semiramis. Poſt illam regnavit Stoslaus ſeu Suatoslaus, Græcis *Sphendoſtablus*; qui, domitâ Bulgariâ Imperium Ruſſiæ, usque ad Pontum Euxinum Thraciamque extendit. Eo mortuo Ruſſia, pro numero filiorum, in tres ſubdivisa, Xiovienſem, Peraianeenſem & Novogardienſem, donec ſolus fratribus ſuperſtes Uladimirus, eos iterum junxit A. C. 976. & ductâ Annâ, Baſilii Imp. CPolitani ſil. religionem Chriſtianam, fecundùm fidem & cæremonias Eccleſiæ Græcæ, in Ruſſiam introduxit, A. C. 989. Urbem inſuper Uladimiriam extruxit, & Imperii in ea ſedem poſuit. Obiit A. C. 1005. relictis XII. filiis; unde Ruſſia in totidem Ducatus diviſa eſt, è quibus præcipui, *Novogrodenſes*, *Roſtovienſes* & *Uladimirienſes*. Sed A. C. 1033. Jaroslaus, qui ſolus manſit ſuperſtes, Ruſſiam univerſam iterum conjunxit: donec cum 5. partes ea denuò diſcerpta eſt, A. C. 1052. Ducatum vic. *Smolenſienſem*, *Vladimirienſem*, *Kiovienſem*, *Czernicovienſem* & *Pereaslavienſem*; à quo tempore variis diſſidiis Ruſſia collidi cœpit. Duo autem præcipui Ducatus fuere, *Kiovienſis* & *Vladimirienſis*, quibus qui potiebantur, ii veluti Ruſſorum Monarchæ erant; Kiovia quidem Ruſſiæ Nigræ, Vladimiria verò Ruſſiæ Albæ Ruſſenæ adſcribitur. Horum dum inter ſe diſcepsant Ruſſi, Tartaris Zavolhenſibus in præda cedunt; qui A. C. 1224. & ſeqq. eſſufi è Scythia, ſub *Batti* Ducis auſpiciis, univerſam Ruſſiam in poteſtatem ſuam ac ſervitutem miſerrimam redegere, de qua legere eſt Baronem Herberſteinium, Petrum Petræum, alioſque *Rerum Moſcoviticarum* Scriptores. Duravit autem illa tria circiter ſecula, usque ad tempora Baſilii & A. C. 1500. Interea Ruſſia Nigra Polonîæ acceſſit, capta devaſtatâque Kiovia A. C. 1300. Albæ verò caput Moſcua evaſit A. C. 1325. quo Georgius Ducem Imperii, ex urbe Vladimiria, eò tranſtulit: obtinet tamen hodieque Vladimiria primum locum in Magni Ducis titulo, ſequente demum Moſcuâ. Poſtmodum Joannes Baſilides I. excuſſo Tartarorum jugo, omnibusque Ruſſiæ Regulis ſubactis, primus *Magni Ducis* nomen aſſumſit, & Ruſſicum Imperium ad ſummum potentiæ faſtigium evexit. Cujus ſucceſſor Baſilius, initio contra Tartaros Precopenſes infelix, poſtea extenſis longè lateque finibus, *Turcum* ſeu Imperatorem ſe primas dici voluit: pater Joannis Baſilidis II. qui duobus regnis Tartaricis, Caſanenſi & Aſtracanenſi, auctior, usque ad Mare Caſpium Perſiæque fines, Imperium promovit; primusque, veluti Romani Imp. æmulus, duplici Aquilâ, ſed alis in terram verſis, in inſignibus ſuis uti cœpit. Poſt exceſſum filii ejus Theodori, novam Magnorum Ducum familiam condidit Michael Fedrovitius, poſt varias turbas à quatuor Pſeudodemetriis motas, de quibus V. ſuprà: A' quo hodierni Duces deſcendunt, V. Georg. Hornium *Orbe Imperat. cum Not.* L. Joachimi Feller, pag. 372. & ſeqq. Idem tamen *in Orbe Polit. part. I.* Fratres tres Ruſſi, Zechum, Leclum & *Ruſs*, atque à duobus prioribus Bohemos & Polonos, à tertio verò Ruſſos conditos ait, quod Fellerus *Animadvert. ſ.* 51. *ad Orb. Imp.* confirmat. V. infrà quoque in voce *Ruſſia*.

Ruſcino fluv. adde: Græcis Geographis, Straboni *Ruſcino Πύρηνος*, Ptolemæo *Ruſcio Πυρηνίων*, Athenæo *Ruſcynius Πυρηνιώτης*, Avieno *Roſcinus* dicitur, *in ora Maritima. lib. I.*

—— *Poſt Pyrenæum jugum*
Jacent arenæ littoris Cynetici
Earûm, late fulcat amnis Roſcinus.

Ruſor, cognomen Orci ſeu Plutonis, apud Romanos, quòd *rurſus* cuncta eodem revolvantur. Joh. Roſinus *Antiqq. lib.* 2. *cap.* 15.

Ruſs, Imperii Ruſſici conditor, V. ſuprà *Ruricus*.

Ruſſadium, prom. Africæ, de quo V. Salmaſium *ad Solinum p.* 304.

Ruſſati, una ex quatuor factionibus Circenſibus, quæ in Circie inprimis, tum in Ludis, ac aliis equeſtribus certaminibus, adhibitis equis, five ad equitationem five ad aurigarionem, ſemper certabant, tantumque ſtudium equis optimis eligendis ac parandis exhibebant, ut Galenus ſcribat *Method.* 7. Venetæ ac Prafinæ factionis homines, etiam ſtercora equorum odorati ſollitos,

factiosos, quò ex illis animalium habitus, atque temperamenta intemosere & cognitis inde melioribus uti valerent. Siquidem harum factionum contentiones tantæ erant, ut nullis sumtibus fluo ique parcerent, quò victoriâ potiti favorem Populi, quasi quadripartiti, ob dissidium hujus vel illius factionis, sibi conciliarent. Alias *Russatæ, Rubeni, Rubræ* eadem factio dicta, de qua fic Tertullianus *de Spectac.* Ab uno *fuis fuere colores, albus & rufus: Albus hyemi ob nives candidas, rufus æstati, ob Solis ruborem, veti etanti: Sed postea tam voluptate, quàm superstitione provectâ, rufum Marti, album Zephyris consecraverunt.* Alii colorum alias reddunt rationes, ut alibi visum. Hier. Mercurialis *de Arte Gymn. lib. 3. c.9.* has in favendo diversis factionibus hominum accrimias contentiones inde ortas exiftimat, quòd Romanorum vehementia quatuor duntaxat coloribus texerentur, rubeo, albo, veneto, fed præcipuè rubeo magis fuíco, ut Martialis indicat l. 14. *Epigr.* 27.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia russis,
Et placet hic pueris milleliusque color.

Proin ei factioni quisque favebat, quæ ibi fimilem colorem profitebatur ; nifi quòd in Amicarum gratiam quandoque aliter agerent, juxta præceptum Ovidii *de Arte*,

Cujus equi vincent, facito studiose requiras,
Nec mora, quidquis erit, cui faves illa, fave.

Meminit *Russatæ* factionis antiqua Inscr. C. *Appulejo. Diocli. Agitatori. primo. factionis. Russatæ. natione. Hispano. Fortunæ. primogeniæ. dd.* Et Gruter. *Polyphemo. domino. Agitatorum. factionis. Russatæ. Togensi. Cæsareo. fab. temporis. primo. Gressi. factionario. ab. gloriam.* Unde liquet, numerum victoriarum, quas retulissent, consuetas inscribi tumulorum cippis, aut statuarum elogiis, una cum Factionis mentione, in qua circiffari contigisset ; genus item, gentemque exprimi, dignitatis tandem inter Agitatores fuisse gradus. Medici factionis *Russatæ* in alia Inscr. mentio : *Dilc. Atonibus. M. Antonio M. F. Arniensi. Marinio. Eroti. Aug. vixit. annos. 38. Medicus. factionis. Russatæ. fecit. fratri. fanctissimo. fec.* apud Rosinum *Antiqq. l. 5. c.5.* V. & fupra in *Rosinus*. At *Russæ Tunicæ* apud Treb. Pollionē in *Claudio*, *Tunicas* ruffas *militares duas annuas, fagochlamydes annuas duas* &c. *Pomeius* dei exponuntur Turnebo, quem fequutus eft Cafaubonus ; fed *Pomeius*, appellant Graeci *τον τροχεῶδε*, h. e *paludamentii* vel chlamydem, quæ fupra tunicam accipiebatur. Tunica verò militaris interior veftis, fupra quam fagochlamys affumebatur, unde *tunicas militares* & fagochlamydes jungit Trebellius. Sunt igitur hic *Tunicæ russæ* tunicæ *χιτῶνες πυρρόνες* vocat Plutarchus in *Problemate*. *Russatas* appellat Isidorus : *Russata*, inquit, *quam Græci phœniceam vocant, nos coccinam, reperta est à Lacedæmoniis, ad celandum coloris similitudine sanguinem.* Addit, *Hæc usi sunt milites Romani, sub Consulibus, unde etiam russati vocabantur.* Sequitur apud eundem *Solebat enim pridie quam dimicandum esset, ante principia poni, admonitio & indictum futuræ pugnæ.* Quod infigne, ante Ducis tentorium erigi ſolitum, cum ad arma concuri oporteret, *χιτῶνα κόκκινον & χιτῶνα φοινικῶν* iti dem Græci dixere, h. e. *Tunicam russam* &c. Porrò *russas* iftas militares *camufinas russas* vocat Martialis,

Roma magis fuscis vestitur, Gallia russis,
Et placet hic pueris milleliusque color.

Ubi intelligit *tunicas russas camusinas*, quæ ſervis militibusque in uſu fuere : vel certè *panulas russas* ; vel utrumque. Namque & panulas & tunicas ruffas militem habuiſſe videntur &c. Uti autem *purpurarium* fuit *panulas* hîc non blatteum aut ſanguine par puræ tinctum defignat ; (ſolis enim Imperatoribus purpureis tunicis uti conceſſum) verùm ſimpliciter rubrum : Sic viciſſim *russum*, Græcè *πυῤῥὸν*, plerunque & *ξανθὸν* & *φοινικῶν* & *μιλτῶδες* comprehendit ; adeoque omne id quod vel rubrum eſt vel ſafranum vel croceum aut luteum, coccinum & purpureum ſignificat. V. Cl. Salmaſium ad *Trebellium d. loco* & *Vopiſcum in Aureliano.*

Russum, in Monaſtico Angl. *Tom. II. pag. 419. Sex ulnæ* deruſſeto, *& decem virgæ de linea tela* &c. pannus eſt vilior, ruſſei ſeu ruſi coloris, quem Galli *Roux*, Angli *Russet* dicunt. V. Car. du Freſne *in Gloſſar.*

Russus, inter equorum colores, Græcè *πυῤῥὸς* ; potiùs quàm rufus. Palladius *lib. 4. cap.13. Colores* (equorum) hi *præcipui, badius, aureus, albinus, russus*. Unde *roux* Gallicum. *Rosinus* Iſidorus perperam ſcribit *Origin. l. 12. cap.1.* V. ſupra ubi de colore *Rosco*. Idem Græcis *πυῤῥὸν*, ut videre eſt apud Philoſophum *Phyſiſt. lib. 9. cap. 45.* ſed *πυῤῥὸς* magis in uſu. Sic in Theocriti *Syracuſiis*, Praxinoe de equo ruſo in poſteriores pedes aſſurgente,

Ὄρθιος ἀνέστα ὁ πυῤῥὸς. τὸ δὲ ἄγριον ἐκινδάνευθε.
Burrus ut erigitur, quanquè ferus eſt ac protervus.

Inferiores Græci, cùm ſcriptum apud Latinos *rusceum* paſſim invenirent, *ῥούσιον* quoque dixerunt. Sed & hinc *russatum fabrilamentum*, de qua V. ſupra, Poetæ Græci ætimæ ætatis, *ῥούσιον* appellant, *lib. 5. Epigramm. in Ἐπιλυκίου ἀνέμου ῥούσιον*, in Julianum, agitatorem Ruſſatæ factionis :

Ἔρκιον, μεδίκιον ῥούσιε τὰς ὑφὰς

Tom. II.

Ἐπιλυκίου τὸν ἄνεμον ῥούσιε
Ἔχων, ὑπὲρ τὸν ἱππικὸν δρόμῳ θέε.

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. Lib. II. cap. 7.* & Salmaſium *ad Lampridium in Antonino Diadumeno, & Exercitat. Plin. ad Solinum pag.* 1155. ubi *Russeum* & *Russum* antiquis Latinis, idem & *Roſum*, quod Græcis *ῥοῦσιν*, hodieque *Russum* Italis Gallisque dici colorem luteum vel flavum, ait. Interim *russeum* potiùs, quàm *rusum* de equis dici, vidimus ſupra ex Bocharto. Quod verò de *Russatæ* factione dictum, non ſic accipi debet, quaſi ab equorum colore ſic eſſet dicta, nam contra hic color erat. Unde & *versa pannis agitasse Auriga* dicebantur, quum ab unius factionis panno ad alterum transferrentur. Idem *pag.* 1903.

Rusiia, adde : nomen ejus à veteribus Roxolanis, à quibus & gentis origo ſortè petenda, deducit Auctor Anonymus *Hiſtor. Orbis Terr.* triumque generum *Russiam* facit, *Albam, Rubram & Nigram*, quæ nomen videntur à colore, quib incolæ olim uſi, accepiſſe : niſi etiam priores diſcriminis cauſa ita appellatas dixeris, ut à Ruſſia Nigra, quæ Moſcovia eſt, diſcernerentur. *Alba*, ad M. Ducatum Lithuaniæ pertinet ; *Rubra*, aliàs *Roxolania*, & quoad eximiores potiſſimùm oras, *Ucraina* dicta, ab Auſtro Hungariam, Moldaviam & Beſſarabiam habet : ab Or. Tartariæ & *Russiæ* tractus à Bor. Albam Ruſſiam Stiro & Pripecio fluminibus diſjunctam : ab Oc. Poloniam minorem. De utraque V. in vocibus *Polonia*, item *Lithuania*. *Nigra* verò, alias *Moſcovia* dicta à Bor. habet Mare Glac. ab Ortu fluv. Boream & extremam Volchdam, ab Auſtro, ſunt Tartari Crimenſes & Lithuania, ab Occ. Livonia & Suecia, de qua V. in *Moscovia*. Vitibus *Russia* caret, æquè ac aliæ ad Septentrionem ſitæ regiones, quarum defectum vinis Archangelum allatis facilè ſupplet. Feris ſylvæ abundant, cervis exceptis, quos non habent, veluti nec in re piſcaria carpiones : ex vulpinis verò Hermelinis & Zebellinis pellibus, commercia ejus non leve augmentum capiunt. Frigus ibi ingens, quod peregrinantes Gallias & opertis trahis utcunque declinant. Imperii *Russici* quod planè deſperatum eſt, hiſtoriam, ſeriem Imperatorum alioque huc pertinentia, V. in *Cæsar*, item *Moscovia*. De *Russorum, Moscovitarum & Tartarorum religione, sacrificiis* &c. uno volumine prodierunt Scriptores varii, Francofurti fol. A. C. 1600. Apud Anglos, melioris notæ Scriptor, de *rebus Russicis*, proſtat Giles ſeu Ægidius Fletcher *de Republ. gestis Ruthenis*, editus eſt tractatus in Ignis Adami Bohoriczii &c. V. quoque prælatum Auctorem *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. & Civ. paſſim, præsipuè cap. 7. inſt. de Imperio Russiæ post. 21 seqq.* Addam ſaltem, quæ de *Russorum* Imperatoris, vulgò *Magni Ducis Moscoviæ*, polo, Sigismundus Baro *Comm. rer. Moscov.* in hæc verba refert, *Pileus ipsorum lingua*, Schapka, *dictus, quo Wolodimerus Monomach usus est, & quem gemmis ornatum, aureis item laminis, quasi quibusdam spiritus subinde se vibraniibus, mirâ continuatum reliquit.* V. quoque ſupra in *Ruricus*.

Russicæ, unum ex tribus gallinarum generibus, Varroni *de Re Ruſt. l. 3.* ubi recenſet *Pilaticas. Rusticas, asiaticas* : Græcis verò tuntur *Ἀνδρώνες* ; hodie Italis *Francolini, Gallis si vestires Gelinotæ*. Nam & ſilvas amant & nomen reſpondet. *Rusticulæ* ab uno verbo etiam dicere Latini, atque ita in *lemmate* Martialis ubi ſic canit,

Rusticæ sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est ?
Carior est perdix, hic sapis illa magis.

Certè nullam hodie avem habemus, quam dicere poſſimus æquè benè reſpondere ac convenire Antagenis formæ & deſcriptioni, ut hanc *Rusticulam* Gallorum five *gelinottam* ; nam quæ & colore qui *χιονοπέρδικες* eſt, & roſtri longitudine atque acumine ei omnino ſimilis eſt. Nec obſtat, quòd Plinius & Martialis Attagenem à *Rusticula* diverſam faciunt. Attagenem nempe Ionicum maximè celebrant ; & ſapore inter omnes aliorum locorum attagenas commendatum præditant. Nec mirum aut novum, geſtu & formâ differre idem genus prò patriæ diverſitate, &c. Interim, *Gallinas rusticas* in Urbe raras fuiſſe, & in ornatibus publicis ſpectandas exhibitas, ſimul cum piſtacis & merulis albis, atque aliis id genus inuſitatis, idem indigitat Varro, ubi ſupra. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 149. & 150.

Rusticæ Tribus, apud Romanos, hanc habuere originem. Servius Tullius, aucta mirum in modum adventitiâ multitudine, quam in tertiam Tribum, Lucerim ſc. Romulus conjecerat, auctâ etiam Urbe, quam fecerat amplioremſ, totam urbanam multitudinem, in quatuor partes, ſecundum loca habitationis, diſtribuit, quas à tributo *Tribus* appellavit, neglectis illis Tribus generalibus tribus à Romulo inſtitutis, iisque nomina indidit *Suburanæ, Palatinæ, Esquilinæ & Collinæ*, atque eas *Urbanas Tribus* appellavit. Poſtea idem univerſam multitudinem *Rusticam* in quindecim Tribus diviſit, illiſique ſimiliter nomina à locis impoſuit quarum tamen multæ poſtea, in libertatem Civitate vindicati, illuſtrium aliquot familiarum nomina ſibi aſciſcere. Acceſſere tandem Tribus aliæ, donec numerus 35. excæperetur, qui integer usque ad extrema Reip. tempora permanſit, Carol. Sigonius *de antiq. jure civ. Rom. l. 2. c. 3.* V. quoque Rosinum *Antiqq. Rom. l. 6. c. 15.* & in voce *Tribus*. Hæc omnes di-

vifæ fuerunt in Urbanas & *Ruſticas*, quæ ſic dictæ ideo ſunt, teſte Dionyſio *l.* 4. quod primis quidem temporibus Urbanis iiqui urbem, *Ruſticis* illis, qui rus haberent, comprehenderentur. Poſterioribus vero temporibus hoc diſcrimen inter utrasque tribus fuit, quòd *Ruſticæ* Urbanis longè præferrentur, & ita optimus ac præſtantiſſimus quisque in illis cenſeri vellet, at tum Tribus, non Urbis, ſed Civitatis, partes haberent. Cujus rei cauſas duas fuiſſe laudatus Signonius refert vitæ nimirum *Ruſticæ* commendationem, & Cenſorium norem, de qua utraque V. Varronem de *Re ruſt. lib.* 2. Plinium *lib.* 18. *cap.* 3. Livium *l.* 8. e quibus diſſimulo, an Urbanas Tribus transferri ignominiæ, deſidiæ & propriis fuiſſe, Fabiumque Cenſorem in duas partes diviſa civitate, cum aliud integer populus, fautor & cultor bonorum; aliud forenſis factio teneret, omnem forenſem turbam, ne humilimorum in manu eſſent Comitia, excretam in quatuor Tribus conciſſe, *Urbanasque* eas appellitaſſe. V. iterum Rollinum *loc. cit.*

Ruſticarum X V. Tribuum antiquarum, nomina.

a. Æmilia, antiquo nomine, quod à loco petitum erat, relicto, ad imitationem Claudiæ, à gente feu familia cognom. illuſtri, appellari maluit: quod tum videtur factum, cum forenſi turbâ, in Urbanas Tribus conjectâ, viles ceæ haberi, & illuſtres familiæ in *Ruſticas*, in quibus agros ſuos habebant, concedere inciperent. *β.* Claudia, ab Appio Claudio denominata, vetus nomen prima depoſuit, quam dein multæ aliæ ſequutæ. *γ.* Cornelia, à gente Cornelia. *δ.* Fabia, à gente cognom. *a* Galeria, à gente antiquum nomen retinuit, ſi bona nobis hodie notitia non perierat. Thaleiæ Galeio dicta, quaſi *Galeſea*. *ζ.* Horatia, à gente. *η.* Læmonia, à vico Lemonio. *θ.* Menenia, à gente. *ι.* Papiria, à gente. *κ.* Pollia, à loco, cujus nomen ac memoria intercidit. *λ.* Pupinia, ab agro Papinio. *μ.* Romulia, vel Romilia, ab agro quem Romulus Vejentibus eripuerat. *ν.* Sergia, à gente. *ξ.* Veturia, prius *Vaſuſia*, ſimiliter à gente. *ο.* Voltinia, à loco nobis hodie ignoto nomen accepit. Vide quamque harum *ſuis locis*.

Ruſticâ, apud vet. Romanos, in rebus ſacris perficiendis, placabant ſua Numina, nomine familiæ & liberorum. Commeabant autem in Lucos feſtis diebus & ibi perpetrabant illa *Elog. ult. l.* 1.

Ruſticus è luco revehit, male ſobrius ipſe,
Uxorem plauſtro progeniemque domum.

Uxor nempe & liberi *Ruſtici* feſto die in luco perpotaverant & ſaltando ludendoque feſti pedibus non poterant eaſam repetere. Ergo ruſticus Paterfamilias conſulit illis plauſtro impoſitam familiam revehens, non minùs & ipſe interim flore Lieri ſaucius. Ita Lucum colluerans Paterfamilias precabatur, ut præſcriptum ad Romanum morem eſt à Catone *de R.R. cap.* 139. *Eſto rei ergo ſi hoc puro placulo immolando, bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, DOMO FAMILIÆQVE meæ LIBERISQVE meis.* V. Barthium *Animad.* ad *Statium Theb.* 9. *p.* 103. At *Ruſtici* apud Hieronymum *ad Pammachium*, de optimo genere interpretandi: Sufficit in præſens nominaſſe *Hilarium* Confeſſorem, qui Homilias in Job & in Pſalmos tra-,,ctatus plurimos in Latinum vertit Græco; nec aſſedit literæ ,,dormitanti & putridâ *ruſticorum* interpretationi ſe torſit, ſed ,,quaſi captivos ſenſus in ſuam linguam victoria jure transpoſuit: Suut indocti & indiſerti, quo modo vocem idem frequenter uſurpat, *ad Minervium & Alexandrum*, *ad Paulinum Præfat. in Eſaiam*, *in Ezechielem* &c. Qui, cùm in aliam ſermonem quidquam transferre volunt, verbum de verbo ſolent interpretari. Cicero *de Finibus lib* 3. *Nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſum erit, ut Interpretes indiſerti ſolent.* Quos ipſe *ad Atticum* ſcribit, verbum de verbo exprimere conantes obſcuriores facere ſententias & veluti herbis, creſcentibus fru gum ſtrangulare uebertatem. Quare interpretationem illorum *putidam* vocat, h. e. anxiæ ſtultæque diligentiæ. Ut Cicero *de Oratore l.* 3. *Nos exprimi putidiùs, nam obſcurari diligentiâ.* Atque eo magis hoc nomine pravos appellat interpretes, quòd ipſi eorumque ſectatores, veluti in invidiam doctrinæ Hieronymi, *ruſticitate* ſuâ gloriabantur, velut tum demum Apoſtolici, ſi in ſermone maximè rudes & barbari eſſent. Hinc *in eodem libello, Veneranti mihi ſemper fuit non verboſa ruſticitas, ſed ſancta ſimplicitas. Qui in ſermoneſe dicit imitari Apoſtolos, priùs imitetur vir tutes & vitam illorum. In loquendo ſimplicitatem excuſabit ſanctimoniæ magnitudo. Cæterùm ridiculum, ſi quis à nobis manens, inter Cræſi opes & Sardanapali deliciis, de ſola ruſticitate ſe jactet.* V. Jo. Frid. Gronovium *ad Scriptores Eccl. c.* 19. ut & infrà.

Ruſtici Dii, agrorum habebantur Præſides & agricolarum cenſebantur promovere. Eorum XII. numerat Varro, quos *Deos conſentes* quoque vocat, ſed ab iis, qui à Jove in conſilium adhiberi credebantur, diſtinctos. Ita enim is, *de Re ruſti-*,,*ca* præcepta conſtringturus, Quoniam, inquit, ut ajunt, Dii ſa-,,cientes adjuvant, prius invocabo eos: nec, ut Homerus & Ennius, Muſas, ſed XII. Deos conſentes. Neque tamen Urbanos, ,,quorum imagines ad Forum auratæ ſtant, ſex mares & fœmi-,,næ totidem, ſed illos XII. Deos, qui maximè Agricolarum Dii ces ſunt. Paulo poſt dein illos recenſet, *Jovem Patrem*, & *Telluremi Matrem*: *Solem* & *Lunam*: *Cererem* & *Liberum*: *Robiginem* & *Floram*: *Minervam* & *Venerem*: *Lymphan* denique ac *bonum eventum*. Præter quos innumera minorum Deorum turba fuit, è qua notiores infrà recenſentur, e Roſino *Antiqu. Rom. l.* 2. *cap.* 20. & Voſſio *de Idolol. lib.* 2. *c.* 61. Priùs autem de ruſticis, alterò hominum genere, à colendo rure dictis, addam pauca. Apud Romanos, *quum vera Romuli probes*, ut ait Columella *aſſiduis venabulis, nec minus agreſtibus operibus*, exercitaretur, *Ruſtica* plebs urbanæ eſt præpolita. Namque & proceres civitatis in agris morabantur, inde, ubi conſilium deliberaturus publicum, è villis in Senatum arceſſiri ſoliti, per Viatores. Proin honeſtum nomen plebeji ordinis, *Ruſtici Romani*. Cic. *pro Sextio*, in Optimatum, h. e. qui conſilia ſua optimo cuique probari vellent, ſecta colliocat *Municipales Ruſticos ſui Romanos*: De Senectute, *Poſſum nominare exagro Sabino ruſticos Romanos, vicinos & familiares meos*. Idem *de Divin. l.* 1. *Exin cuidam Ruſtico Romano dormienti viſus eſt venire, qui diceret, prætulorem filii non ſatisfacturum ludis*, Tib. Atinium *de Plebe* hominem vocat Liv. Marcus fil. *ad Tiron. Habes ubi deponendæ ſunt urbanitates*, Ruſticus Rom. *factus es*. Meminit & Varro apud Feſt. *in Re R. l.* 3. *c.* 1. At ubi nec conquerebatur Varro, Patresfamilias *falce & aratro relictis, intra minutum corre-,,piſſe*. V. Jo. Frid. Gronovium *de Pecun. Vet. l.* 4 *c.* 9. His apud Athenienies videntur reſpondiſſe *Τριπτόλεμι*, in tripartita illa Populi, in Paſtoralem, Geomoros & Demiurgos, diviſione, à Ceolo facta, de quibus alibi. Apud Germanos, Hoſpitum ac Principis tempora nono quoque rure ex agro in oppida hinc inde noviter condita ac munita translato, reliquorumque laboribus in urbana horrea conditis, diſcrimen factum eſt inter plebem Urbanam ac *Ruſticam*, atque hi *Bauren*, à ture colendo, quod Germ. eſt *bauen*; illi vero *Bürger*, à *burgis*, h. e. locis muro vel alio ſepimento firmatis, appellari cœperunt. V. Limnæum Enucleat. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 3. De *quatuor Imperii Ruſticis*, inter quos Colonia Agrippina eſt, hinc in media nigræ cruris colonia, Scello inſtructum, in inſignibus gerens. V. Zeillerum *Continuat Itiner. Germ. cap.* 21. *p.* 265. Senes *ruſticos* in Græcia *ἀγέρωχα* ſive *pelle* indui conſueviſſe, liquet ex Ariſtophanis *Νεφέλαις Actus* 1. *Sc.* 1. & Pollucē *l.* 4. *c.* 19. *ſect.* 3. unde hi Comicis *ἀγέρωχοι* dicti, de quo Petrus Victorius *l.* 26. *c.* 23. Fuit autem *Diphthera*, ſecundum vett. Grammaticos, veſtis ex corio ſeu pellibus, Paſtorum ac Agricolarum propria; ſagum fc. ex pellibus, quod exomidi injiciebatur, pallio brevius indumentum, *ἀξιδωτὸν ἀναξυρὶς ὁ. ἐς ἄχρι τῶν ὀκλάδων*. Scholiaſti Ariſtophanis. Alias *Baeta*, ut videre eſt apud Theocritum *Idyll.* 3. & 5. quam vetus Scholiaſtes *Meleten* & *Diphtheram* reddit. E' pellibus vero caprarum fuiſſe, docet Vairo *de Re Ruſtica l.* 2. *cap. ult.* Calcei eorum perones fuere, V. ſupra in hac voce: & quia caligæ clavis fuſſigi olim cœpere, à militibus, hinc mos calcearnenta eodem modo muniendi, ad *Ruſtici* tranſiit, quod Theophraſtus in Græcia fe obſervaſſe ſcribit, hodieq; plurimis in locis obtinet V. Beued. Bulduinum *de Calceo* & Jul. Nigronium *de Caligâ*. Familiam *Ruſticam* non pluribus perſequitur Laur. Pignorius *Comm. de Servis*. V. infrà.

Dii Ruſtici, apud Vet. mborum gentium.

a. Bubona, Dea Boum. *β.* Collina, publicæ præerat. *γ.* Deverrona, à *deverrendo* dicta, quo in frugibus coacervandis opus. *δ.* Fauna ſeu Fatua, cum Tellure eadem. *ε.* Fornax, Dea frumento, in fornacibus torrerii ſolito, præfecta. *ζ.* Fulgor, ne fulgura fierent, invocatus. *η.* Hippona, equarum ſtabulique præſes. *θ.* Hoſtilina, facilebat, ut in ſegete ari ne nova aliæ alias hoſtirent, id eſt, æquarent. *ι.* Jugatinus, jugis montium præſidebat. *κ.* Lactucina vel Lactens Deus, lactenti fœtabat frumento. *λ.* Mellona, mellificationem curabat. *μ.* Nodinus vel Nodotus, à *nodis* geniculisque plantarum nomen habuit. *ν.* Pales, pabuli Dea. *ξ.* Pan, Paſtorum Numen. *ο.* Patalena, ſegetes & ſolliculos promovere credebatur, ut pateſceret. *π.* Picumnus & Pilumnus is ſtercorandis agris, hic pinſendo præerat frumento. *ρ.* Pomona, pomis præfecta fuit. *σ.* Popolonia, populationes arcebat. *τ.* Priapus, Hortorum erat cuſtos. *υ.* Puta, ab arboribus putandis dicebatur. *φ.* Runcana, runcandis frumentis præſidebat. *χ.* Rusina, à *rure* habuit nomen. *ψ.* Segeſta, ſeu Segetia, à *ſegete* dicta: Ejus ſimulachrum in Circo & in nummo Salonitæ, uxoris Gallieni Cæſaris, conſpicitur. *ω.* Seja & Sera, à *ſerendo*: ejus ſimulachrum itidem in Circo; cum priore à Numa conſecrata eſt. *αα.* Spinenſis Deus, ab expellendis ſpinis. *ββ.* Stercutius, ſtercorandis agris præfectus. *γγ.* Sylvanus, Deus pecorum & agrorum. *δδ.* Terminus, agrorum fines tutelæ ſuæ commiſſos habebat. *εε.* Tullina vel Tutelina, frumentis collectis atque reconditis, ut tutò ſervarentur, præfuit. *ζζ.* Tutanus & Tutilina, eadem tutati ſunt. *ηη.* Vallonia, vallium Dea. *θθ.* Verumnus, rebus permutandis præerat. *ιι.* Volturina, involucris ſegetis præfecta & c.

Ruſticus Sermo nonnullis, *Ruralis* Dinamio Patricio *Præfat. ad Vitam S. Germani*, *Quotidianus* Suetonio in *Auguſto cap.* 86. *Verſtris* Vopisco, *Vulgaris* Sereno Sammonico *c.* 19. *Simplex*, Honorato Maſſilienſi in *Vita S.* Hilarii, Aliis aliter appellatus, Caro Freine ſermo eſt ſimplex, nec affectatis Rhetorum ornamen-

tis calamistratus. Quotiescunque enim ejusmodi stylo quidquam chartæ mandare volebant Veteres, id se rustico scribere profitebantur, ut qui ad rusticorum seu popularium sermonem proximè accederet. Quo modo Hieronymus scribit, Fortunatianum gente Afrum, Aquilæ ensem Episcopum, *in Evangelia brevi & rustico sermone scripsisse Commentarios*: Inprimis verò progressu ævi & barbariæ per Gothos invectâ, sic dicti cœpit non humilior modò, & qui sublimi opponitur sermo, sed qui magis reperet barbarismis solœcismisque refertus, quem appositè Sidonius *squammam Sermonis Celsici*, alibi *rubiginem trivialium barbarismorum* vocat *l. 3. Ep. 3. & l. 4. Epist. 10. rusticum silicem & impolitum sermonem*, ut est in *Epist.* Eadurgæ apud Baronium A. 722. *num.* 23. & qualis describitur ab Anonymo in *Miracul. S. Agili l. 1.* Sed „& si quis movetur *rusticitate* sermonis, solœcismorumque in„concinnitatibus, quas minimè vitare studui, audiat: quia re„gnum Dei non est in sermone, sed in virtute, neque apud ho„mines bonos interesse, utrum vina vasè aureo, an ligneo pro„bibentur. Itaque Rusticum ab eo tempore fere semper appellabant, qui nullis Grammaticæ legibus esset adstrictus: in cujus modi inisiti sermonibus pretium varia Epitaphia adfert Car. du Fresne *Præfat ad Glossar.* V. quoque supra, in voce *Rusticè*, ut & Maresium *Dissert. qua varias in Ecclesiam errores ex vitiosa Grammatica irrepsisse docet.*

Ruta, in insignibus Saxoniæ Ducum. Uti enim Serenissimus Electior peculiaria *Enses & Aquilam* : Sic communia cum reliquis ejusdem Familiæ Ducibus habet. *Sinistra ligna* cum *Sceptro Rutaceo*, vel potius ferè rutaceâ parte, cujus diversa affertur origo. Communior opinio fertum id deducit à tempore Bernhardi Ascanii, Alberti filii fil. Saxoniæ Principis: cui à Friderico I. Imperat. supplicitèr petenti, ut aliquo à fratribus diferiminе Ducatus sui (quem in Comitiis Herbipolitanis, exauctorato Henrico Leone obtinuerat) insignia distinguerentur, Imperator rutaceum sertum, quo tum per æstum utebatur, capiti suo detractum, donasse, clypeoque cujus ex obliquo injecisse dicitur. Limnæus Enucl. *l. 3. c. 23.* Brotuff autem Alberto filio id ascribit *l. 4. c. 1.* uti notat Spenerus *in Familia Ascanio - Saxonica*, quem V. pluribus *de Arte Heraldica*.

Ruta seu *Rutus*, apud medii ævi Scriptores pro Cohorte militum, à *Rupturis*, de quibus suprà, uti quidem vult du Fresne, an à Germanica voce *Rot*, idem omnino significante, uti fatuit Dominic. Macer *in Hierolex.*

Rutabæ, apud Varronem *de L.L. Rustri, quibus dentati penitus evadunt terram atque eruunt, & quo & rutabri dicti*. idem quod *rutabulum* est, Græcè σκαπάνη, de quo vove V. Salmasium ad *Solinum p. 514.*

Rutellum, lignum dictum est, quo cumulum mensuræ deruitur, aliter *Rutlus* : ex *Rutulus*, Græcis κάνθηλος, uti exponitur in vet. Glossario. Regula nempe ligna, quâ cumulum mensuræ frumentarii ruebant vel deruebant & exæquabant. *Ἀπόμαγμα* Græci etiam vocant, *ὄβριμον & συντάβιν, & συντάβιν & ὄκταφον*: recentiores quoque *ῥόγμα, h. e. regulam, κανθηλόν* apud Hesychium, *regula mensuræ cumulum deruere*; & modio exæquare. Meminit ejus Lucillius.

Frumentarius hic modium, non, acium, atque rutellum,
Asserit.

Ad cujusmodi regularum similitudinem, *rutulos* Calpurnius vocat repagula versatilia & cardines caveatum, quæ in Romanorum Amphitheatris vertendo bestias adsilientes excutiebant; uti diximus suprà, in voce Repagula. V. Salmasium *ad Flavium Vopiscum in Firmo.*

Rusent, etiam *Russi* nonnunquam dici solent, V. in *Russia*.

Rusenі, Germ. *Rusinen*, gens in Germania illustris, à Columniis, ut quidam volunt, & à Drufo aliquo, deviâc provinciæ *Advocati* titulo præfecto, originem trahens. Certum verò est, à plurimis seculis *Advocatos S. Rom. Imperii*, Germ *Voigte*, nec non *de Wveida, de Plawen, de Gera, de Graez, de Gleisberg*, appellatos esse. Lineas ſtirpis, cum omnibus *Henrici* commune nomen sit, distinguere difficile est. Defecere autem superiori seculo tres nobiles rami, nempe præter Advocatorum *de Wveida*, nec non de *Gera* ſtirpem, inprimis in Henrico VII. Ann. C. 1572. ramus Burggraviorum Misniæ & c. qui titulus cum Principali axiomate, à Sigismundo Imperatore an. 1421. familiæ collatus, & quamvis hodiernæ lineæ usu illius ex certis causis abſtinuerint, ex eo, ad hunc usque diem, ſingulorum Cæſarum inveſtitură confirmatus eſt. Qui hodie ſunt, in duas lineas, *Seniorem & Juniorem* diſpeſcuntur, quæ autem *media* fuerat, defecit. Priori lineæ annumerantur, qui in Graizæ utraque domo & Burckii habitant. Ad Juniorem X. filii Henrici & Magdalenæ Schwartzenburgicæ (quibus in *Gera*, *Salburg*, *Schleitz* & *Lobenſtein* ſedes) ſpectant: quorum geneſin, ſpectatim autem Henrici I. in *Salburg*, qui tertius ex X. illis natus erat, τοκισσόμαγμα exhibet Spenerus *Theatr. Nob. Europ.*

Rutilæ Canes, apud Romanos, Canicular ſacrificabantur, die 7. Kal. Aug. id eſt, *non procul à rubro colore*, ait Acteus Capito. Dieſtamen incerta Roſino.

Rutilæ Coronæ, apud Prudentium *in Hamartig.*

Juſſorum diriminet Choro, rutilasque coronas
Eminus oſtendi penatrum carcere vveſtis.

auræ ſunt, quibus ad imitationem militum qui præclarè contra hoſtes rem olim geſſerant, Martyres, utpote tyrannicæ impietatis victores, à Poeta donari, ait Paſchalius *Coronar. lib. 8. cap. 5.* Cœterum *rutilare* apud Latinos, ſicut רָאַם *adam*, apud Hebræos, eſti propriè *rubere* ſignificet, ſæpe tamen nihil quidquam, quàm *ſplendere* eſt. Ut Æneid. *lib. 8.*

Arma inter nubem cæli regione ſerena
Et calo rutilare vident —

Hinc Philoxeni *Gloſſæ*, λάμπει, *nitet, ſplendet*, *rutilo*. Et paſſim in Poetis *rutilare* dicuntur Luna & ſtellæ, ſplendoris certè ratione, non rubedinis, quæ in iis vix ulla apparet. Eodem exemplo ab iis *purpurea* vocantur, quæ eximii candoris ſunt, ut nix & cygni. Nempe utrique colori hoc commune eſt, ut admixti luminis multum habeant &c. Qua de re V. eruditè diſſerentem Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. lib. V. cap. 6.* ubi locum explicat Threnorum c. 4. v. 7. in quo *Nenimim*, h. e. margaritæ, *rubere* dicuntur, ut & *ſuprà*.

Rutilus, ruſum ſignificat Feſto, *cujus coloris*, inquit, *ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt*: in crinibus viz. quamvis pollea inter mali animi κακίαν is repoſitus, in Martialis *diſtichon noviſſimo*,

Crine rubet, nigrevo &c.

Certè & de Davide legimus, 1. Sam. cap. 16. v. 12. *Erat* rufus & *pulcher aſpectu*. Sic apud Euſebium de *Præparat. lib. 9.* Arabus de Moyſe ait, *γεγενῆσθαι τὸν Μωσέα μικρὸν, πυῤῥαιὸν*, &c. *Meſen fuiſſe procerum, rufum* & Qui tamen pulcher vocatur Exodi c. 2. v. 2. & ἀνέβησαν τὸν ὄρος, *veniſſe Deo*, phraſi Hebræa, id eſt, maximè venuſtus, Actor. c. 7. v. 20. V. Bochartum ſuprà laudatum *Hierozoici Part. prior. lib. II. c. 34.* & hîc ſuprà.

Ruttmanna, quibusdam auriæ nomen, cujus equi ſeſſore excuſſo in Circenſibus, in curſu nihilominus pergentes, palmas reportarunt, uti legimus apud Solinum *cap. 49.* Aliis *Ruumanna*, pro *Rutumena* vel *Ruumena*, quod vide.

Rutumena, non idem cum raſtro, ut plurimis viſum. Cato, *rutra, raſtri quadridentes*. Græcè σκαπάνη vel σκάφιον. Feſtus, *Rutrum terendis in agris eſt effigies, in Capitolio, ephebi more barenam exercitationis gratia.* In quo athletico exercitio Græci Auctores σκαφίδιον dicunt, Pomponius *ad Nonium*,

Serratum hinc illo pr ſtitus, Vline redliſti rutrum.

Elegans verſiculus de homine ἀκροάτῃ & cui res retro currunt. Cùm hinc profectus es, dicere vult, ſegetes tuæ jam in herba erant, & farculum ſpectabant: at cùm illinc redisti, ad *rutrum* tibi res redîit & ad carceres revocatus es, jam meræ cum eſſes propinquus. *Rutro* enim terram vertere primum eſt, cum ſementem jacere, deinde occare, quod raſtro fieri ſolet, poſtea farrire. Interim, utut raſtri eradendę potius terę & poſiendæ, quàm fodiendæ & eruendæ, facti ſint; Auctores tamen plurimi pro foſſorio inſtrumento paſſim ponunt, uti ſuprà vidimus. Plura apud Salmaſium *ad Solinum p. 514.*

Rutuli, in Amphitheatris apud Romanos, clathri erant, ſeu lignea repagula verſatilia, quibus feræ aſſilientes excutiebantur. V. ſuprà in voce *Rutellum*. Aliàs *Rutulus* idem, quod *Rutulus*, de qua voce itidem retro diximus.

RY.

Rythmici Verſus, melius *Rhythmici*, V. ſuprà ubi de *Rhythmis*, ut & in vocibus *Leonini* & *Politici verſus*.





S.

SC. intra coronam, in nummis quibusdam Ochonis, de quibus V. Jac. Sponium, *Itiner. Græc. part. 3. p. 166. S. V. S h.c. sine fraude sua*, inter Vett. notas apud Valer. Probum. Sic in *L. Julia de Adulteriis*, *Ruinere adulterum horas viginti sine fraude sua pure licitas*, V. Ulpianum in *l. 5. ff. de adulter.* laudatum. Cæsyno *in Lexico Juvid.*

SA.

Sa, in lingua Persarum *Regem* notat; quo nomine plerique è Sultanis donari mos erat. V. Guil. Tyrium *l. 23. c. 10.* Reinecc. in *Stemmate Persicorum Sultanorum in Append. ad Aimoinum*, Scaligerum *Canonum Isagogic. l. 3.* Seldenum *de Titulis Honorar. Parte 1. cap. 6. §. 5. & 7.* & Henricum Valesium *ad Aimoinum l. 19.* laudatos C. du Fresne *in Glossario*. Idem cum *Seach*, unde ludos *Sacorum* vel *Sachorum* quidam nomen inditum volunt; quod præcipua in illo persona Rex fit: uti eodem Auctori observatum *Not. ad Joinvillam pag 59. & ad Alexiadem p. 383. & 384.* Hinc apud Thuanum legimus, *Schachus Schacho opponendus est* &c.

Saavedra, Familia Hispaniæ illustris, quæ ex Gallicia in Andalusiam transiit. Titulos ejus Dominorum *de Fiso & Castellar*, donec Joannes Arias *de Saavedra*, à Carolo V. honorem Comitis *de Castellar* obtinuit, qui hactenus in ejus posteris, per Philippum Ferdinandum Ariam continuatus est. Reliqui verò Comitis illius filii Rodericus, Johannes, Franciscus & Ludovicus, singuli peculiares lineas ex se dedere. Præterea dicti Comitis patruus magnus Gonsalvus Arias de *Saavedra*, Marcescallus Castiliæ, longam posteritatem sevit; cujus partem Domini *de Alcala, de Jruana, de Orta*, constituunt. Ferdinandi Ariæ Comitis Castellar (cui uxor Beatrix Menesia) & Teresiæ, utriusque de Castellar (cui uxor Beatrix Menesia) & Teresiæ, utriusque de *Saavedra*, progenitores exhibet Phil. Jac Spenerus *in Theatro Nobilit. Eur.*

Saba, urbs Æthiopiæ Reginæ *Sabæ* quæ maximo & difficillimo itinere suscepto, audivit Salomonem, historia lectu memorabilis, extat 1. Reg. c 10. Eam *Nicanmen* Cedrenus *in Hist. Eccl.* & Sabellicus *l. 1. c. 5. Makedam*, Annales Æthiopiæ vocant: *Sabam* seu *Sabeam* Metropolim eius, in extremo Arabiæ Felicis littore, nonprocul ab Ipsi finus Arabici faucibus, ſitam esse tradentes: aliis aliter ſitam tradentibus. In quo Regno quanta fuerint Sapientiæ incrementa, inde conſtat, quòd

gredi vid capital leges fecere, ibi decimas Deo, quem vocant "Sabin, mentsurâ, non pondere, Sacerdotes accipiunt. Caput fuit thuriferæ Regionis Arabiæ, seu τῆς Νομαδικῆς, quam ad Sachaiten finum fuiffe fitam, ex Ptolemæo & Arriano conftat V. Salmaſium *ad Solin. p.* 498. & *ſeqq.* ubi, cum Sabæorum metropoli, ab aliis eam civitatem male confundi, inter alia hinc probat, quod in Atramitarum regione fuerit, & alium quoq; Regem habuerit. *Artiani* namque temporibus, " haribae Homeritarum & Sabæorum regnum poſſidebat, at Eleazar regnabat ὧν τῆ Λιβανωτοφόρῳ &c. Sed error inde ortus, quòd cum a pud Sabæos thura & myrrham, aliaque aromata, Mercatores Ægyptii emerent, ibi etiam naſci putaverint: Thuriferam regionem in Sabæis collocantes. V. quoque infrà in voce *Thuriferæ Regio.*

Sabatia Vada, apud Jul. Capitolinum *in Pertinace*, Tam paratus autem & tam ducti cupidus fuit; ut apud *vada Sabatia*, ,,mercaturas exerceret: Imperator, pecuniis suos, non aliter, quàm privatus ſolebat, V. *Sabatia.* Hinc *Sabatica* Tribus, ,,memorata Liv. *dec.* 5. Tribus quatuor ex novis civibus additæ, ,,Stellatina, Tromentina, *Sabatina*, Narnienſis: eæque viginti ,,quinque tribuum numerum explevere. Idem *Sabatiorum*, Campaniæ pop. meminit *l.* 26. *c.* 33. Hodie in Academia Pariſienſi *Sabatine* Gall. vocatur diſputatio, dictus *Sabbathitis* olim ſolum, jam verò etiam aliis debitus haberi ſolita, in qua ex Logica & Ethica theſes tractantur, Rich.

Sabaudia, adde: Principum horum Familia, inter Europæas potiores jam diu numerari meruit. In quâ Patrum memoriâ, præcipuè duo rami, *Nemoroſus*, Gall. *de Nemours*, à Philippo (quiſtilius erat Philippi Ducis Sabaudiæ, extincti An. C. 1497. & Claudiæ Pentheuriæ) marito Caroli Auræ Auræ Auræ

de moribus Trans-Sabbatariam hanum *Gentium*, confarcinare fuisse eft Eliad Haddani feu Danita, quem Latio transferi-pfit Genebrardus. Similis alius eft *Megilah* R. Mejer, confer R. Azarjah *in Meor enajim* c. 12. &c.

Sabbatum, vox à *quiete*, Hebr. שַׁבָּת deducta, vel feptimum dicm Gen. c 2. v.2. Exod. c.20. v.10. vel feptimi anni oftum, Lev. c. 25. v. 4,5, 6. denotat. Longior translatio eft, cùm ipfam feptimanam comprehendit, ut in illo, *Jejuno bis in Sabbato*, & *pro eo ebdomadem* Matth. c.28. v. 1. nonnunquam omni feito denotando adhibetur, ut *Pro pollutis non Sabbata* Ezech. c.20. v.21. Prima tamen fignificatio maximè propria eft, cùm dicus denotat feptimum, quem hominum quieti, fuoq; cultui deftinatum fanctificari præcepit in Decalogo unicus noftet *Nomotheta* Erat autem hic dies fanctus, vel fanctitate fimplici, quia feptimus, vel duplici, quia Feftum in eundem incidebat, & tunc *Sabbatum magnum* fuiebat appellari, Joh. *c.19. v.36.* Reliqui vero hebdomadis dies *Chollim*, i. *profani dies*, Græcis ἄτεγοι i. *operofi*, aliquando τὰ μεθ' ἡμέραν ἑκάθαρτα. Int Actorum c.3. v. 42. dicebantur. Incipiebat *Sabbatum* horâ fexta noctis præcedentis, quod Hebr. *Biath hafchabbath*, Græci παρασκευὴ τοῦ Σαββάτου, id eft, *invitatum Sabbati* dixere. Præparatio ad fanctificationem ejus tertiâ meridianâ incipiebat, quam Hebr appellabant *Gnereb haschabbath*, i. *vefperanum Sabbati*: prifci veró Patres, nomine à Gentilium facris mutuato, *Canam* parant. In ritibus enim Paganorum, *Cena appellatur, cena illis apponi dicitur, qui in facto erant, quos ad dicum cyathos vel ynnos vocant*, Isaac Casaubonus *Exercit. Bar.* Evangeliftæ παρασκευὴν promoverunt, ipfe Parafceuitas familias, licet opulentus & numerofo ftipatus famulitio, evellendo herbas, verrendo domum, ligna findendo, accendendo ignem aliaque fimilia faciendo, manum admovebat. Et quidem olim *Parafceve*, tubarum cornuumque clangore proclamabatur, poftea verò id fieri coepit per Ædituum, *Schallach fchabbat*, i. *Nuntium congregationis*, vocitatum. Ipfius *Sabbathi* fanctificatio in quiete, & recto ejus ufu, confiftebat. Quies rigide olim exigebatur, ita, ut opus fit exercitæ capitale foret, exceptis iis, de quibus infrà, V. Exodi *cap.31. v.14, & Num. c. 15. v. 32, 35.* Præfertim requirebatur bonus facræ quietis ufus: Unde illo die in colloquia & cœtus ibant: quietis iftius myfterium revolvebant, & precibus ac religio cultu Deum propitiabant fequc Deo exhibebant dignos, 1. Reg. c.4. v. 22, 23. V. de facrificiis eodem die præfcriptis, Num c.28. v. 9,10. & adhibito cantu facro, Pfalmo 92. v. 1. Judæi verò addictius fervire fuetis, præcepti rigorem ac feveritatem etiam eduxere, & multa alioqui licita die iifto nefaftæ effe jufferunt, inter quæ *Sabbati iter* eft, quod ad 2000. cubitos reftrinxerunt. Sed &, cùm unicum diem facrum juffiffet Deus, illi *Sabbatorum* addiderunt, quo nomine additamentum *Sabbati* divinitus præcepti vocare funt foliti. Tiberiadis enim incolæ *Sabbatum* reliquis citiùs ordiebantur; qui verò Sephoram incolebant, illud diutiùs continuabant, & ficuirique *addebant de profani ad facrum*. Unde vorum R. Jofe, *ut potiùs fua effet cum iis, qui Sabbatum incipiebant mane illorum qui Tiberiadem & finitrens more eorum, qui Sepphoram inhabitarent*. Dein præcepturn, *quod collum effet, coquitur & quod elixum fuiffet, elixate*, Exodi cap.16. v.23. cùm *manna* folùm fpectaret, & tempus, quamdiu illud cœlitus cadebat: ifti extenderunt ad fequentia quoque tempora, adeoque nunquam *Sabbati* die olitum ceperunt, V. Suetonium *Aug. cap.* 76. ut & Martialem *l.* 4. *Epigramm.* 4. quorum is: *Ne Judæus quidem, tam diligenter Sabbatis jejunium fervat, quam ego hodie fervavi, qui in balineo, demum poft horam primam noctis, duas bucceas manducavi priùs quàm unqi incipierem.* Hic memorat.

Jejunia Sabbatariorum.

Unde & Judæi, ob hæc jejunia, *fatentes* vocati Amm. Marcellino *lib.*2. Porrò, prohibitionem *de igne non accendendo*, Exodi c.35. v.3. Item *de opere non faciendo*, nimis fcrupulosè interpretati funt: donec, poft geminam cladem eo die acceptam, Mattathias decrevit, *Licere Sabbato hoftì refiftere & vim illatam armis repellere*, Jof.*lib.*12. c.8. quod ipfum, cùm feq. ævo Judæi tantùm exponerentur ad defenfionem, in reipfa inferretur: illicitum vi judicarent, ad imminentem vim debito modo fe præparare denuo hoc die fuperati funt à Pompejo. Poftetiores contrà Judæi, epulis ac carnalibus voluptatibus diem iftum celebrare coeperunt, in quo tamen cultu, quiab una parte minutis quibusdam ceremoniis ac tricis, ab altera parte, convivii ac voluptatum ufu, conflat, omni ferià pietate neglectâ, maximam religionis fuæ partem conftituunt, taleque *Sabbatum* univerfæ legis obfervationi æquant, Bunn. *de tempo. Jud.* Quenam itaque opera illo die non illicita, brevibus fubjungam. 1. *Opera charitatis*, eo die fieri poterant impunè, Lucæ *cap. 13. Unnequisque veftrum Sabbato nonne folvit bovem fuum, aut afinum à præfepi, & ducit aquatum, verfu* 15. Quæ Chriſti erat interrogatio oppofita Adverſariis quærentibus, cur is Sabbato ægros curaret? 2. *Opera pietatis* & cultus divini: Namque & machabæi hoc die victimas, & circumcidebant infantes, & tubarum cornumque fono Sacerdotes convocabant popul um, Numer. *cap.* 20. *verfu* 2. 3. *Opera abfolutæ neceffitatis*, ut propugnatio publicæ falutis contra ingruentes hoftes, aliaque huic fimilia. Unde Prov. Judæorum, *Vitæ periculum removet Sabbatum*, & Chriſtianorum, *Neceffitas non habet ferias*. V. Joſ.Scaligerum in *Emend. Temp. lib.* 6. Bezam *Notis in Actor. cap.* 13. *verſ* 42. Joſephum *Antiqq. lib.*16. *cap.* 10. Buxtorfium *Synagog. Jud.* Hofpinianum *de origine Feftorum c.*3. & *alibi*. Thom. Godvvynum *de ritibus Hebr. l.*3. *cap.* 3. Alios. De Tranſlatione *Sabbati*, conſule Theologos. A *Sabbato*, feptimus quisque annus in V. Teſtam. apud Iſraelitas, *Sabbatici* nomen habuit, alias *Sabbathimus annorum* nuncupatus, de quo Levitic *cap.* 25. *vers.* 2. &c. Ejus ſanctificatio in duobus præcipue conſiſtebat: Primò, in ceſſatione tertæ, *cum nec agrum ſeminare, nec vitem ſuam cuiquam putare licuerit*, quod vocabatur, *Sabbathah Haarets*, i. *Sabbatum terræ*, *cit. cap.* 25. v. 6. Dein in intermiſſione, cùm creditor debita à proximo exigere non poſſet, quod dicebatur *Schemitta laihova*, i. *intermiſſio Jehovæ*, Deuteron. *cap.* 15. *verſu* 2. Plura V. apud præfatum Goodvvyum *lib.* 3. *cap.* 9. & Seldenum *de Jure Nat. & Gentium l.*3. *Ad Sabbati* porrò Judici imminentis, aliique quoque ab operibus quotidianis ceſſatio apud Gentiles occurrit, in celebrandis feſtis diebus. Hinc in imperandis feriis, *ut diebus & jurgiis abſtineretur*, per Præconem edici ſolitum, Cicero teſtis eſt *de Divin. lib.*1. Quò reſpiciens Ovidius, ubi de feriis Calendis Januariis apud eosdem Romanos celebrari ſolitis, agit *Faſtor. lib.* 1. ſic canit,

Lite vacent aures, infanſaque protinus abſint
Jurgia, differ opus lividaſingua tuum.

Unde & Livius *l.* 7. c.13. ait, nimis, quæ Romæ per octo dies habebantur, lectiſterniis, *jurgiis ac litibus temperatum* dicit. Atque apud eundem Scipio, Hoc die, ad Populum inquit, cumHannibale & Carthaginenſibus, ſignis collatis, in Africa bene ac feli ter citer pugnavi. Itaque hodie, cùm litibus acjurgiis ſupersedere" æquum fit, ego hinc extemplo in Capitolium adjovem Optimum Maximum, Junonemque ac Minervam, cæterosque" Deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo. Cicero proin, inter alias, quas ſuæ Reipublicæ præſcribit, Leges, *de Legg. lib.*2. c.8. etiam hanc habet: *Feriis jurgia amovento*. Quibus judiciales maximè diſceptationes, feriarum tempore prohibitas, quivis facile animadvertet. Quam in rem Impp. quoque Chriſtianorum extant *Conſtitutiones*, l.2.3 7 & li.*Cod. de Feriis*. Imò & ante hos jam, Tiberio imperante, Calpurnio Silano exilii cauſam fuiſſe, quòd Feriarum Latinarum diebus, Præfectum Urbis Druſum auſpicandi gratiâ Tribunal ingreſſum, in Sex. Marium adierit, Tacitus auctor eſt, *Annalium l.* 4. *cap.* 36. Nec verò minùs ab aliis operibus negotiisque ceſſatum. Sextus Pomponius *l.*14. Præciamitatores, vel, ut alii, Præclamitatores" dicuntur, qui Flaminibus *Diali*, Quirinali, Martiali, antece-" dentes exclamant, Feriis publicis ut homines abſtineant ſe o-" pere, quia his opus facientem videre, irreligioſum eſt. Et rurſum, Præcias dicebant, qui à Flaminibus præmittebantur, ut" denotent opificibus manum abſtinerent ab opere. Apud Servium quoque *ad Georg. lib.*1. Pontifices facrificaturi præmittere Calatores ſuos ſolent, ut, ſi cubi viderint opifices adſidentes, opus fieri prohibeant, ne pronegotio fuo & ipſorum oculos & Deorum ceremonias attaminent. Feriæ enim operis Deorum creditæ ſunt. Quod inſtitutum ad Numam referens Plutarchus in *Vita* Numæ *cap.* 36. ait, τὸ δὲ τοῖς θεραπόντων τῶν ἄλλων τὰν ἀρχὰν τῶν ἐργασιῶν, ἡσυχίαν ἄγειν κελεύειν αὐτὸν τὸν θεὸν, ἀπὸ τῆς ἀργίας παίζοντες. In profeſtis autem & omnino in Sacerdotum Feſtis, per Urbem Præcones præcedebant, qui — ut ab operibus ceſſaretur, jubebant. Adjecta inſtituti iſtius ſatis pia ratione, quòd, uti Pythagorici dicantur, non finere homines per tranſitum adorare Deos — ſed continuò ex ipſa domo mentem id patrando pergere: Ita & Numa decere eives" exiſtimaverit, neque audire quicquam rerum divinarum, neque aſpicere per deſidiam atque negligentiam, ſed vacare" à cœtetis oportere mentemque adhibere, perinde ut rei ad" pietatem maximæ. Quibus ut egregiè indicatur, quâ animi intentione atque ab alio negotio ſeparatione ſacris opera danda; ita & aliam, cui *Sabbathi* feriatio à Deo quoque deſtinata, cauſam videtur ſubindicare Cicero *de L.L. d. l. cap.* 11. Feriarum, inquiens, feſtorumque dierum ratio in liberis requiſita" rem habet litium & jurgium, in fervis operum & laborum &c." Qua de re plura V. apud Briſſonium, &, qui hinc laudat, Pfannerum *Syſtematis Theologiæ Gentilis purioris c.* II. §.10. Joannem Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta Diſciplin. Hebræor. lib.* 3. Alios, ut & infrà, ubi de *Sejis mo dis*. Apud recentiores Scriptores, *Sabbatum*, quodvis Feſtum notat; unde *luxum Sabbatarium* dixit Sidonius *lib.* 1. *Epiſt.* 2. qui diebus potiſſimùm

potissimum festis obtinebat. In Communione Romana *Sabbata* quædam, peculiari quodque epitheto insignita, adnotavit da Fresne in *Glossario*, quæ hic subjungere libet.

Sabbata quædam peculiari epitheto insignita, in Ecclesia Romana & Græca.

α. *Sabbatum in Albis*, quod præcedit Dominicam primam post Pascha, sic dictum, quòd hac die Baptizati in Sabbato sancto, de quo infrà, deponebant albas stolas seu vestes, quas in Baptismo susceperant. Durandus *Ration. lib. cap. 81. num. 16.* β. *Sabbatum Enoch*, in Kalendario Christianorum Æthiopiæ, Jos. Scaligero dicitur dictum pars periodi annorum Solarium, septem millia annorum continentis, quòd Vir ille sanctus natus fuerit anno ab Orbe condito 700. V. eum in *Emendat. Temporum 4.7.* Aliis probabilius videtur, quòd uti Sabbatum est septimus hebdomadis dies, & generatio Enochi septima fuit ab Ada mo, Enoch habitus sit æternæ quietis ac beatitudinis typus, ut Scholæ Rabbinicæ docent: à quibus postmodum Æthiopes, cum aliis quibusdam Judaorum ritibus, hoc festum acceperint, tum Reginæ Sabæ, tum Candaces Reginæ Eunuchi cum Judæis commercio. Unde hodiernæ Circumcisionem & *Sabbatum*, cum aliis nonnullis ceremoniis Mosaicis, Æthiopes retinent. Domin. Macer in *Hierol. 7. Sabbatum XII. Lectionum*, idem est cum *Sabbato IV. Temporum*, Amalarius *l. 2. cap. 1.* & *Sabbatum Luminum*, in *Chron.* Orientali pag. 125. dictum est, quòd in eo Baptismi fierent, quos Græci φωτιζομένους *illuminationes*, appellant. γ. *Sabbatum Magnum*, quod Dominicam Paschæ præcedit, idem cum *Sabbato Luminum*. Extat Amphilochii Icon. Epist. *Sermo, dictus τῷ μεγάλῳ τῶν Σαββάτων. δ. Sabbatum quatuor Temporum*, A malarius *l. 1.* & *Sabbatum Sanctum*, illud dicitur, quod Pascha præcedit; *maximè propter hoc, quòd——nova Ecclesia sacro Baptismi fonte lavatur*. Rupertus *de Divinis Officiis cap. 35.* ε. *Sabbatum Vacat*, dictum Sabbatum ante Palmas seu Diem Dominicum, qui Pascha præcedit, in *Sacramentario* Gregoriano, quia propterea officio *vacat*. Idem Amalarius *de Eccl. Off. l. 1. cap 9.*

Sabie, Hebr. שבע, Genesios *c. 21. v. 13.* ubi de Arietc, qui pro Isaaco pro modium immolatus, *Ecce aries, qui retrorsum detinebatur* שבך Septuaginta Senioribus eft arboris aut fruticis peculiaris species, in qua hæserit aries; Quod Hesychius δάσος explicat, Cyrillus & Favorinus, χαμαίζηλον: melius locus perplexus seu *densitas* aut *perplexitas* sylvæ, in qua detentus ille aries, uti docet Samuel Bochartus *Hierozoici Parte prior. Libro II. cap. 49.*

Sabellinæ Pelles, apud Hovedenum *p. 758. Pellis ab Episcopo Lincolniensi singulis annis unum manutellum furraturn de Sabellinis; à Sabelo*, nomen habent. Eft autem *Sabelum* martes, Gallis *Martre*, multo pilo & subtili pelle infignis: Anglis itidem, Gallis olim, *Sable*; tametsi martres à *Sabelo* diffinguant ferme Scriptores omnes. Hinc Alanus de Insulis in *Planctu Naturæ, Illic martes & fabela femiplenam pallorum pulchritudinem eorum postu tantem fubfitilia, fuarum mobilis ste pellium ad plenum deducebant* &c. De vocis etymo, & plura hanc in rem V. apud Car. du Fresne in *Glossario & Differtat. I. ad Joinvillam pag. 137.* nec non Henfchium *ad Plutum S. Guthlaci num. 17.*

Sabina, Joannis II. Duc. Simmer. A. C. 1557. extinctæ filia, uxor fuit Lamorali, Com. Egmendani, quem Albanus Belgicorum tumultuum victimam esse voluit, A. 1568. ducta in Comitiis Spirensibus, magnâ solennitate, A. 1544. ipfa vidua, cum XI. liberis in summa egestate relicta, tanto miserabiliorem Mariti mortem reddidit. Soror Friderici III. Elector. Palatini, de quo V. suo loco.

Sabina Herba, hodie *Savinaria*, Plinio *arbor Brutia*, Græcis βρέθος, memoratur Virgilio in *Culice*,

Herbaque Sabinis opta prisci imitata Sabina.

Nempe Græci vett. aute thuris notitiam & usum, hanc maximè ad fusitus adolere foliti erant. Plinius, *ture multis in sacrificio pro sbare affumitur*. Hesychius, βρέθος (hoc enim proprium ei nomen fuit) τὸ παρὰ Σκύθαις θυμίαμα, *Brathy, herba Dis adoleri solita*: quod idem Dioscorides confirmat. Sic idem Plin. Arabes eam in Elymos petiisse, ad fumum odoratum ex ea accensa faciendum, narrat. Hinc *Sabæ* per excellentiam vocata: cujus odorem cedro proximum, tradit idem. Homerus quoque cum cedro unà uri ait, in specu & loco Calypsûs,

Κέδρῳ δ' ἰτεαίνοτο, σὺν δ' ἄκτις νόησε θύωδε.

Quam vocem uttutali aliter explicent, hoc certum, non ex alio magis fruticc, quàm ex hoc, vetustissimos Græcos in sacris convolutum nidorem odorem ve novisse, quemadmodum Hammoniaco Libyes utebantur, quod similiter *Sustiaçon* absolute inde appellatum eft. Certerum, non tam herba, quàm arbor pumila eft, quam *Herbam Sabinam* Latini dixere. Inter arbores certè perpetua comà virentes Plinio recenfetur *l. 16. cap. 19. Harum generi non decidunt, olea, lauro, myrto, cupressi, pinis, hederæ, rhododendro, & quam vis herba ibi aut, Sabinæ*. Ad ejus similitudinem Græci Theræi qui colonias

Carmania culta esse incipit vineis & arvis. Inde pop. *Sabe*, quos in ora maritima Carmaniæ ponit Dionysius,

Πρῶτα Σάβοι ναιετάουσι Παναμβάιοι ——

Primùm Sabæi, *post his Panambæi* ——

V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1188.

Sabæa, Gallica *vox*, *Sabot*, calcei sunt lignei, qui apud rusticos in usu. Eorum jam Philostratus meminit *l.* 2. *c.* 9. ubi vitam Apollonii enarrans, inter cætera, quæ de Indorum edit ferit moribus, eos ex arborum cortiebus sibi calceos conficere solitos fuisse tellatur. Abiis dein ad alias gentes, ut præcedere par est, mos transiit: ita ut alii tudioribus & omnino ligneis usi sint (quemadmodum de Germanis prisci sreferi Cluverius: Populique aquelles ceinturnum gestant) alii paulo erudiriores, quorum nempe solæ tantùm e ligno, cætera e corio vel è qua vis alia materia molimine fuerint. De prioribus intelligi Petronius potest *in Sat. Anus præcipue loppa, foeidissimo linteo præcinctus, solas imparibus ligneis impositas, canem inguinis magnitudinis cæsnà trahit.* Quo sensu solæ quoque illæ forte fumantur, quasdamtatis ad culeum induci moris erat, de quibus ita Auctor ad Herennium, *Si quis Parmenonem occiderit, vel verberarit, ei damnato tibi videtur ad pollicis impingi, solea ligneæ pedibus inducantur.* &c. Soleas enim, quæ proprie lumæ vimas tantùm pedum plantas tegunt, pro alia calceorum specie, interdum sumi, nihil novum: Rursusque sordes illius vetustæ, ut & parricidarum enormè crimen, non aliud quidem, quàm vilissimum calcei genus, postulant. Unde & viliores quique tenuiorisque fortunæ homines, sive urbium, sive rurisincolæ, passim hodieque ilissumodi calceamenti genus in usu habent. De posteriori bus verò, accipi posiunt tubicinum illa crepezia, quorum meminit Jul. Pollux *Onomast. l.* 7. *c.* 22. Τὰ δὲ κοινῇ μὲν ξύλινοι σανδάλια ὀνομαζόμενα ἐν τοῖς ἀγῶσι χορῷ, *Crepezia, lignum calceamentum est, saltum ad auspicationem chori.* Unde ab ejusmodi calceorum usu, Bœotos *Crepezidiphoros* esse dictos, refert Tiraquellus *ad Alex. Neapolitan. l.* 5. *c.* 18. Sic etiam de calceis illis, qui soleis tantùm ligneis constant, intelligi possunt Caligæ seu Gallicæ, quæ diminutiva voce *Caligulæ* & *Gallicula*. Gallice verò *Galloches* appellantur, quibus non tantum milites, sed & plerique alii, pluvio hyberno que tempore, uti consueverunt. Earum enim soleas è ligno fuisse, colligere est ex ipsa Caligarum appellatione, quæ potiùs ἀπὸ τοῦ κάλου, à *ligno*, quàm à *callo* pedum, ut vult Isidorus, dicte omnino videntur. Hinc & Gallicarum, quibus hodie Galli utuntur, compositio è ligno talis est, ut soleæad minimum hac materia constent. Addæ, quòd *Calceamenta militum fortia esse debent*, ut Aurelianus quondam Plaut. Vopiscus ait, & aliibi in folio edita, ut iis fumius tutiusque per loca fimo infesta lutoque incedant, ad quod crassiores è ligno solez aptissimæ sunt. De soleis ligneis quibus Scricfinni atque his contermingæ gentes utuntur in transmittenda glacie altissimisque nivibus, Caiopodiis item Belgarum, quæ *Schaatjes* appellant, V. Ben. Balduin. *de Calceo hap.* 5. & suprà in voce *Nartæ*; item *Sabatati*.

Sabaha, Græce Σαββαὶα, Atramitarum metropolis, caput Thuriferæ regi. in excello monte condita, quò thus omne camelis devehi solitum, diximus in *Sabatha*, namque & sic vocata est. Ibi *Sabis* Deus cultus, cui decimas thuris capi à Sacerdotibus confuevisse, apud Plinium habes: Theophrastus verò tertiam pretii idolo facram fuisse refert. V. Salmasium *ad Solinum p* 492. &*seqq.*

Sabarra, in naves firmamenti gratiò rec pta est. Græci eam ἴρια vocant Helychius, Ἔρια, τὰ τῶν πλοίων ἐπιβλήματα. Festo hinc *Eferna* quoque nominantur, *Aberuvii numen invenerunt, ut pluviæ, frena orationis tollam.* Sed & κάρπια, & κὶ ῥμάτα, eodem Hesychio testie, vocabatur. Lycophron ἱστιοπέτων πίτνων appellat, in *Cassandra*,

Τὸν ἱστιπέτνον τοὺς ἐκβαλὼν πίτνον.

Saxis, fabarra navis, *edulibus ferax*.

quia erant ut plurimum lapides. Aliquando tamen etiam facos habebant fabulo repletos, quibus in aquam demissis, naves à vi ventorum impetuque fluctuum defendebant. Hodie in Indicis Belgarum Hispanorumque navigationibus, pipes & aromatibus, imò auro argentoque, ac aliis rebus pretiosissimis, naves nonnunquam *faburrari* notum. V. Joh. Meursium *ad Lycophronem d. l.* communis verò *fabuli* intra navem receipi, in hunc finem usus est.

Sabina, addæ Eum cum *Sabazio* confundit Hornius *Hist. Philos. l.* 2. *c.* 9. Sed dilinctum ab hoc Numen fuisse idem paulo post ipsemet fuggerit, cum *Sabazium*, utpote peregrinum, à Romania rivitate pulsum fuisse memorat, authoritate Valerii Max. qui ait, *Itidem, qui Sabazii Jovis cultus mores Romanos inferre conati sunt, &c.* Sabinos autem, quorum *Sabus* primus Rex, cum Romanis in eandem gentem coaluisse, extra dubitationis aleam est. Licèt enim B. Augustinus *de Civ Dei l.* 18. *c.* 9. Sanguin gentis Sabinæ primum dicat Regem; Vossius tamen Sanguin à *Sabo*, conditorem auctoremque gentis à *primo* ejus Rege, distinguendum esse censet, testimonio nixus S. Isi, utrumque aperte differentem. Cùm namque dixisset, parti cantatum esse Sanctum, gentis Auctorem: continuò subjungit,

—— *Pari laudes ore ferebant,*

Sabe. tinus: qui de patrio cognomine primus

Dixisti populos magna divine Sabinos.

Sanctus verò ille quomodo gentis auctor fuerit, infrà dicetur. V. Dionysium *ib.* 2. ubi Sabinos Lacedæmoniorum ἄποικους, *Sabinumque* coloniæ Ducem ac Principem fuisse, indigitat, & Vossium *de Idolol. lib.* 1. *c.* 12.

Sabina seu *Sambuca*, aut etiam *Sambuca*, apud recentiores Scriptores, cuvnis, quo nobiles fœminæ vehebantur. Species est. Ordericus Vitalis *lib.* 8. *Mannos & Mulas cum lambucis muliebribus prosexit.* Vincentius Bellov. *Cambucam* habet *lib.* 30 *c.* 85. ubi describit ornatum mulierum Tartariæ, *Vastrilio equitant magnos & pingues, quibus cambucas de corio diversis coloribus pictis, cum auro multo insertis, ex utroque equi latere dependentes,* apud Car. du Fresne *Glossar.*

Sica, V. infrà *Scala*.

Sicabus, apud *Rerum Francicarum* Scriptores, lanceæ species est, quam Joannes Abbas Laudunensis *in Speculo Historiali MS. lib.* 10. pluribus describit, apud Carolum du Fresne *in Glossario*.

Sicadar, addet Tribus modis, Dorio, Phrygio & Lydio, it aut ne misscrentur, Choros eum canere potuisse, atque hinc eam legem κιθαρῳδῆ five κιθαριστῇ dictam esse, quod inventum Clonæ alii tribuant, habet J. Cæsar Scaliger *Poetic. lib.* 1. *c.* 20.

Sicæa, Gr. Σίκαια, festum Anaitidi, in Persia olim ac Babylonia, sacrum, quo Domini servos suos procurabant. ut Romæ Saturnalibus: uni etiam ex vinctis morti adjudicatis permittebatur, ut priusquam duceretur ad supplicium, nullo non voluptatis genere animum explerei. An à *Sicach*, Babylonium Numine? An à Babyloniorum & Armeniorum de *Sacis* victoria? V. Gerhardum Johannem Vossium *de orig. & progr. Idol. lib.* 2. *cap.* 22.

Sicali, olim electrum Ægyptiis. Plinius *lib.* 37. *cap.* 2. Quod ' succum esse pritci nostri credidere, inde succinum appellan " tes. Et, Nicias in Ægypto nasci simili modo (*vitrei*) & vocari" facali. Nempe rediens vel gummi genus, fuccinum feu electrum Antiquis creditum est, unde illi nomen inditum, quòd arboris *succus* esset. Hodieque Arabibus *Sachol*. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. lib. IV. cap.* 15, & hic in vocibus *Electrum* ac *Succinum*.

Sicapena, regio Armeniæ majoris apud Ptolomæum, quam is ad Paryadrem montem, una cum Sibacene ejusdem Armeniæ provincia, collocat. Vide Cl. Salmasium *ad Solinum pag.* 621. & 624.

Sicar Mambu, ſponte nascens in harundinibus dictis *Mambu*, Indicè voce, & amyli modo crassitate ac fragile; Persis & Arabibus *Tabaxir*, idem est cum *Sacharo Vaterum*, quod cum arbio melle, quæ manna est nostra, idem facit Isidorus *Origin. lib.* 20. Sunt autem arundines illæ ram magna, teste Chirilophor. à Costa, ut cymbam inde faciant ibi homines, quæ binos ac ternos etiam vehant. Aliæ sunt arundines Isidoro eidemmemoratæ: è quibus succus ad potum dulcis exprimebatur, ut is alibi habet: Is Indicis flagnis nasci arundines calamisque dicunt, ex quorum radicibus expressum suavissimum succum bi " bunt. Subjicit dein verbis Varronis, quibus describitur hodierna Saccharina canna, quæ modica est, & papyro similis:

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,

Illius è lentis premitur radicibus humor:

Dulcia cui nequeunt succo contendere mella.

Nempe canunas Indicas, unde hodie succus exprimitur, qui cogitur in saccharum, non as quidem habuere Veteres, fed hachenus nustrum, ut succum ex iis ad potum exprimerent. Postea verò demum ratio inventa est succi hujus excoquendi, & coctionibus cogendi in lapideam pendi duritiem: quod Arabes primi monstravere; fortasse ab ipsis Indis, sed longo post tempore, proditum. Quo modo succum coctum & coactum *Sachar* vocarunt, veteri nomine, quo mellis aliud genus in harundinibus colledi Veteres appellarunt. Idem nomen est multis aliis locis tributum, sed non nisi congelatis ita duxim ac coagulatis &c. Ita autem hodiernum *sacharum* quod factitium est conficitur: Secant ejus harundinem, tundunt & molunt premuntque ad succum eliciendum; hunc deinde excoquunt ad eam spissitudinem ac candorem quem videmus. *Sacar Mambu* verò arti nihil debet, sicut nec Veterum manna seu mel calaminum aut arundineum, cum quo idem est, & cum reliqua sali vel cineri in fe coacto fimilia fint, ipfum naturâ coloris lactei esse, fragile & denique, ut dulce, sed in Medicina solùm usu adhiberi solitum. Reperitur modò in parvis, modò in majusculis grumis concretum. Præter hoc verò & *Sacar Tenæ* habent Indi, quod verò fimilitet factitium est, & ex liquore quodam palmeo conflt. V. Salmasium *ad Sol. tum p.* 1018. & *seqq* nec non infrà plura in voce *Saccharum*.

Sicasine, teg. Sacarum. Sytharum Isidoro, eadem cum Parætacene: Strabori reg. Albaniæ vicina & Cyro fl. Ptolomæo reg. ad montem Paryedrem. Aliis prov. Regni Parthici. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 620.

Sicario

Sacare, Græcè σακκᾶσαι, vel σακκάσαι, *ex* σάκκος *in fucum exprimere, seu saccum volare*, apud Joh. de Janua: Hinc vox ab Hesychio ad afflurentes & tortuarios equos translata, quos σακκᾶσαι dicit; quòd eorum gradus in ambulando perinde minutus sit ac crebet, quasi *sacco* volatus esset & eliquatus. Liquores enim per saccum dum exprimuntur, crebris & minutis guttis eunt. Cui non absimilis, imò prorsus eadem meta, hora, & minutissimo ac spississimo gradu, dixit Plautus, cum *saccatum officinæ pollinario*. Vegetius de Perficiendis equis, qui *saccaticis* vulgò dicuntur: *Perfici, inquit, & saltare & positione ac veteris equorum gradum plurimùm differunt, sed solus ambulatura quadam gratia discernuntur à cæteris gradus est minutus & crebet, & qui sedentem delectes & erigas* &c. Idem alio loco de Parthicis, qui tolutim docebantur. *Præterea minutos greffus imitantur, ut inter anteas aequales ponat, nam si excutere voluerit, effundet in cunctum, minutim autem equus ambulans commodus vehit, & pulcherrimè videtur incedere. Sic tertiarii* ii appellari à *tricino* & spissò minutatimque tracto & mollito gradu. Quòd itaque minutissimè & quasi per colum greffus *saccarent* & eliquarent, vel quòd viam minutim carperent & quodammodo percolarent, σακκᾶσθαι vel σακκίζειν dicebantur. Ita σακκιστὰς ὁδὸν Græcis dictum de iis, *qui gradum movens & promovent* & eundo subinde aliquid de via subtrahunt & eam sensim quasi eliquant, ac conficiunt. Quod fecit ac si colo vel sacco eam transmitterent, V. Eustathium *ad Homer.* & Hesychium. Quam ob causam idem equi *volatrii* sunt appellati, h. e. σακκισμοὶ vel σακκισταὶ; quos à *guttonariis* distinguit Vegetius, simili metaphorâ à *gutta* vel *gutione* dictos, uti in hac voce suprà vidimus. V. Salmasium *Not. ad Jul. Capitolinum in Maximinis & Exercitation. Plin. ad Solinum pag.* 520. nec non hic passim, in vocibus *Acupedes, Asturones, Tolutarii* &c. Porrò ab hoc verbo *Saccatum* vinum nomen accepit, cujus mentio, apud Agobardum Abbatem *de privil. & jure Sacerd. cap.* 11. *Ita ut plerique* (loquitur de Sacerdotibus domesticis) *inveniantur, qui aut mensas ministrent, aut saccata vina misceant, aut canes ducant aut caballos, quibus feminæ fedeant, vegant, aut agellos provideant*: Nempe vinum eft sacco expressum & per eum colatum. Isidorus, *l.* 20. *c.* 3. *Saccatum, liquor ef vinæ, faci vini admixtus, facco expreffus* &c. V. Carolum du Freine in *Glossario* & Dominic. Macrum in *Hierolexico*.

Saccarii, apud Ulpianum *l.* 4. *§.* 3. *D. de contrahenda empt.one*; & *Saccarii portus Romæ*, de quibus eft titulus in *Codice* Theodof. 22. *l.* 14. funt, qui species alunde advectas comportant, & facciis gestandis operam suam mercede locant. Id.

Saccati, cognomen Ammiano, Origenis præceptori, attributum; quod, antequam sub disciplina Clementis Alexandrini literis operam navasset, pomodum Pr.e ceptoris sui successor & Origenis Præceptor evasit, gerulus effet feu bajulus. Græcè enim Σάκκας, *saccarius* eft feu *facciger*ius. At *Saccati*, apud Mauh. Parisium, *A. C.* 1257. *Eodem tempore novus Ordo apparuit Londini: de quibus fratribus ignatis & non præviſis, qui, quia facci incedebant Induti*, Fratres Saccati *vocabantur: Saccini* alii ter, item *Saccitæ & Sacci*, Monachi quidam appellati funt, quòd *facciis* pro veste uterentur. Iidem *de Pœnitentia Jesu Christi*, vel *de Sacciis*, vocitantur in *Annal.* Joannis anno 1239. qui in Gallia frequentes, inde in Anglham transfierunt, anno præd.cto. Nec Fratres folum, fed & *Sorores de Sacco* occurrunt, apud Raymundum de Capua in *Vita* Agnetis *num.* 7. Proferipti in Concilio Lugdunenli anno C. 1275. Thom. Walsinghamus, *Aliquos status de ordinibus mendicantium approbavit — aliquos reprobavit*, ni Saccinos, *qui instituntur de Pœnitentia seu de Valle viridi*. Galli *Sacs* & *Sachez* vocarunt, Car. du Freine in voce *Sacci* V. & Marcos *Hieros.*

Saccatum, V. suprà *Sacare*.

Saccharum, Dioscoridi Σάκχαρον, Arriano Σάκχαρις, recentioribus Græcis Σάκχαρ & Σάχαρι, Indis *Sachar*, aliud *nali vum* eft, aliud *factitium*. Illud *Saccharum Mambu* hodie vocatur: & cum faccharo Dioscoridis ac Plinii, manuaque Vett. idem eft, & *Tabaschir* feu *Tabaxir* Arabibus dicitur, de quo suprà aliquid dictum, in voce *Sucar*. Alterum hic faltem, quòd in Pamfilia Indiæ gente circa Gangem, per quam quoddam liquidum feribat Arrianus *Hiſſor. lib.* 15. *cap.* 7. ὑπὸ ἰμελικῶν τινῶν νόσων, ἢ τῶν τῶν ἀλλοίων κρᾶσιν κακὴν, γίνεται τὸν ἄνεμον τὸν πνεόμενον ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, *quod in herbas & palustrium arundinum comas incidens, mira bobus & ovibus pabula præbet*; unde luaviſſimum lac à Paſtoribus exprimi addit: Quod ipſiſſimum eſſe hoc *Saccharum nali vum*, & lidem omnino cum manna Deſerti, Bochartus affirmat. *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 46. V. suprà in voce *Manna*. Atque hujus Saccheri nullum in cibis, in Medicina faltem, uſum fuiſſe, Plinius docet. Illud nempe *factitium* & hodiernum, fuccus eſt ex cannis expreſſus & igne concretus, adeoque ex arundinibus ſit fectis, tuſis & molitis, uti ſuprà innuimus; quæ ars ignota Veteribus, licèt ipſæ hæ ſaccharinæ arundines illis non fuerint incognitæ. Ut patet ex verſibus Varronis ſuprà laudatis, & illis Statii Papinii,

—— *Et quas præcoquit Ebuſia cannas.*

Sed & Lucanus, de fluido ſaccharo, 3. *Pharſal.* ſic canit.

Quiſq; libens tenera dulces ab arundine ſuccos &c.

Verùm ſuccum tantùm inde potui exprimebant, non verò ea arte conficere illud norant, quam Arabes primi tradidere, inde ad hæc fecula delaram, quibus non ſolùm multo labore ex coquitur, fed & conditur inſuper ſpiſſaturque. Quod ſic ſolet fieri. Accipe viginti aut quot voluerit, libras ſaccharî, quod ad manum fuerit, five Canarium, five Thomaſinum (Maderenſe omnino præſtat) electum, comminue, contunde, in abenum aut alud quodpiam vas ingere, adde paululum aquæ fontanæ, ut facilius liquefcat ſaccharum, impone pranis donec ſaccharum liquefactum tantillum bulliat, idque vel ocior, ne ferverem & flavedinem contrahat; itaque panculâ opus eſt aquæ, ut candidius evadat inque ſyrupum ſpiſſum convertatur. Tum paratam habe oblongam, quadratam ſiglinique operis arcam, vitrò obductam, ab imo interſtitiis per duos digitos transverſos diſtinctam, adeò ut arca ab anguſtiis fundi dilaretur ad ſuperiora: interſtitiis impone tenuia, cundrata, longa baccilla, tribus digitis transverſis ab invicem diſtantia, ab imo fundo usque ad ſuperiera. Sic infunde calidum ſaccharum ad ſummum, operi arcam, aſſerique impoſitam admove fornaci, per ſeous denos adeoque vicenos dies. Remoto poſtmodum operculo ſi videas ſaccharum baccillis adhærere, inſtar cryſtalli, reſunder cautè quòd reliquum eſt ſyrupi, ut denuo ſervidum, ſed paululum remiſſe, in eandem arcam refundatur, & octo decemve diebus in loco caliente reponatur, ut Candum ſaccharum tanto fiat ſplendidius. Bacilla autem in hoc amplexu ſaccharum pinea amat, cætera reſpuens, unde in pinneis doliolis omnia conficiuntur. Veneti hic ſuum faciunt, ad morem Valentinorum, de quibus hic infrà aliquid. Aliquando additur loco fontanæ cinnamomi aqua diſtillata, ad majorem virtutem &c. V. hanc in rem plura apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1137. & *ſequentibus*, Item peculiari *lib. de Manna & Saccharo*, Auctorem Anonymum *Sinæ & Europæ cap.* 34. Cl. Sponium *Itiner. Græciæ Parte* 1. *pag.* 24. ubi *Officinam Sacharinam*, à Societate Indica Orient. Fœderati Belgii Maſſiliæ erectam, & poſtmodum civi cuidam Maſſienſi venditam, pluribus deſcribit; Alios, nec non de variis *Sacchari* ſpeciebus, hic infrà. Maxima *Sacchari* copia ex America, Braſilia inprimis advehitur &c.

Sacchari varie ſpecies ac nomina.

a. Alhuſar, Avicennæ, dicitur ſaccharum, quod aliis *Hoſer*, item *Tigala*, reſudat ex betha Tigala; quæ extergeciæ & concreſcit in minutas grandines, ut habet Scaliger *Exercit.* 169. De eo dicit Bellonius, *Obſervationum lib.* 3. *cap.* 76. ubi exponit quæ ſpecies quibus nominibus in officinis Pigmentariorum Cpoli vulgò appellentur, pro ſaccharo *Alhuſar*, petendum eſſe Tigala. Verùm hoc Tigala quidem, non verò ipſam herbam, fed, ait Salmaſius. Subamarum autem eſt, & à manna è cœlo cadente ſuper fruticem *Alhuſar* originem ducit, ſecundùm plerosque Arabes. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1232. *&.* Canarienſe, ab Inſ. Canariis dictum, inter ſaccharî ſpecies Tabernæmontano recenſeas, ſecundum tenet locum: quod albo colore gaudens quomodò condiatur, ac ſpiſſetur, diximus. *γ. Saccharum Candi* nativum, longè præſtantius illo, quod arte fit, ex cannis ſaccharinis exit, & denſatur calore, ejusdem planè facultatis, imò aliquanto majoris, quam ſuccus ipſe cannæ, quo expreſſo & decocto ſachrum ſaccharum paratur. Salmaſius *ad h. pag.* 1313. *ε. Saccharum Candum* ſachtium non à *candore*, nec à *canna*, ſed à recentioris Græciæ voce *Κάνη* vel *Κάννη*, & *Κάννης*, nomen habet, quòd *anguloſum* ſit, &, quum frangitur, in partes ſemper diſtillat angulatas; id enim Græci vulgares *κανὸν* appellant. Idem *ibid. pag.* 1022. *ι.* Fluidum *ſaccharinum*, jam Straboni ac Solino memoratum, qui ex cannis & arundinibus quibusdam Indiæ ſuccum melli ſaporis exprimi ſcribunt: V. ſuprà *ζ. Hoaſer* Arabum, idem cum ſaccharo *Alhuſar*. *η. Jagara* aut *Jagra*, ſpecies ſaccharî apud Indos, quod ex liquore Palmæ conficitur. Salmaſius *ibid. pag.* 1313. *θ.* Maderienſe, ab Inſ. Madera, omnium præſtantiſſimum eſt. *ι.* Maltanum, *Melſenum* ſeu *Melitenſe*, ex Inſula Malta ſeu Melite, Canarienſi denſitate par, & bonitate ſecundum eſt. Refinato præſtantius. *κ. Saccharum Mambu*. V. ſuprà in *Sachar*. *λ.* Miſcellaneum, ſextæ ſpecies interecenſitas à Tabernæmontano, ſyrupis & cibis inſervientis minutiæ ſunt cujusvis faccharî, unde el nomen. *μ.* Panormitanum. V. ſuprà in voce *Cannamella*. *ν.* Peniduum & pyramidale, maximè Thomaſino, & rectius Caſſaunio conficitur, admixto albumine ovi, ut fordes contrahantur in ſuperficiem & iis ſubiatis pannum transmeet, donec in clavum parieri impaſtum maſſa conſiciatur & validis lacertis. inſtar picis redactæ, diducantur. Tum digitales accipit formas, inſtar lapidis & confringitur inſtar vitri, imò friabile evadit. Anonymus Auctor *Sinæ & Europæ cap. tit. ſub. fin. ξ.* Refinatum, ſeu Valentinum, ab urbe Valentia Hiſpaniæ, officinis Arabicè *Tabarzeth*, quod *opidum* denotat *ſaccharum*, tertio loco memoratur Tabernæmontano. Fraus in eo manifeſta, cùm pro prima ſpecie obtruditur tertia, quæ marmoris & alabaſtri candorem induit, & ſuperflores ſuperat, lixivio ſic fucatum; unde à remediis propter acrimo-

scrimoniam areeri debet. Accedit nonnihil farinæ fuco, imò calcis, ut denſitate quoq; optimum mentiatur. Idem *Ibid. o. Tabar qd*, apud Arabes, optimum Saccharũ dicitur. Aliud eſt *w. Tabaxir* ſeu *Tabaſchir*, quod idem eſt cum *Sacharo Mambu*, & *Sacharo priſcorum*. 6. Saccharum Tengæ, Indis *Jagara* ſeu *Jagra*, quod ex liquore Tengæ conficiunt. Salmaſius *ad Solinum p.* 1313. V. quoque ſupra in *Sachar Mambu. o.* Tigaia, in officinis COpolitanis dicitur, quo arabes Saccharum *Athiopi* vel *Alboſſor* vocant. V. *ſupra* 7. Thomaſinum, Ex Inſ. Thoma allatum, quinto loco inter ſacharã ſpecies memoratur Tabernæmontanus, rubrum eſt & villiſſimum. Ex eo ſacharum Penidium fieri, diximus retro. 9. Valentinum, ab Urbe Hiſpaniæ Valentia, idem cumReſinato eſt, & non una fraude præſtantiſſimæ nuncæ ſaccharum imitatur. &c. Eſt & Diapenidion, trochiſci ſc. hectica & pectoris obſtructione laborantibus apprime utiles, apud eund. Auctorem Anonymum.

Sacchivas, Babylonijs ventriloquus, qui Græcis Ἐγγαστρίμυθος & Ἐγγαστρίμαντις dictus eſt. Photius Auctore 94. ex Jamblicho de amoribus Rhodanis & Simonidis, Καὶ ἐγγαστρίμυθον, ὃν καὶ Ψυθοφθόγγτε & Πύθωνα δηλοῦσι τρόπον, Βαβυλώνιοι δὲ Σακχῆβαν. Forte ex Arabum *ſachir* vel *ſachar*, quã voce Magum illi vocant, unde *ſachirare*, *incantare*, in Nubienſi Geographo *Clim.* 1. Vel potius ex זכר Zacchuru vel Zechuru, quomodo à Chaldæi & Syrii *arioſum* appellari conſtat. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. Lib. III. cap.* 6. ubi de voce Hebr. *pithon*.

Sacci, ſeu de Sacco Fratres ac Sorores, in Communione Romana. V. ſupra in voce *Sacculi*.

Sacci, cibicidæ, Græcis σίτακες, item μάγειροι, Heſychius, μάγειροι, γαστρίμαντις, σίτακες. Sunt homines guloſi, qui *Phagones* Flav. Vopiſco in *Aureliano*, *vehementiſſime autem delectatus eſt Phagine*; *Pathphagi* Suetonio &c. V. ſupra *Phago*. At *Sacci-buccæ*, apud Arnobium *lib.* 3. *Fru alſſoſti nartbus, illo reſimis: nonnullis turgentibus malis aut ſacci-buccationi facilioris*: Græcis ἀνεφγκότες; ſunt qui buccas naturaliter tumidas ac inflatas habent. Trafatitiæ verò, ſcurræ ſic dicti ſunt & *buffones*, uti hodie Galli vocant, imò & Adamantius jam Martyrius, quòd buccas inflarent in mimo alapis accipiendis, ut validius ſonarent; aliter φυσήγγαλοι. Item, inflati, jactantiæ ſui ſtudioſi, de quibus V. Salmaſium *ad Tertullianum ad Pallio cap.* 4. & hic paſſim, inprimis in vocibus *Cuppa*, *Scurra*, item *Arrogans* & *Sacculari*; qui vetitis & Magicis artibus, ex alienis ſæculis aut ſubducunt pecuniam, aut ſubrahunt, ut ſpiano *leg. 41. §. 1. ff. de ſideicomm. libertat.* cenſentur, *plusquam fures puniendi*. Eſt autem *ſubducere*, pecuniam ante ad ſe elicere, vel quã alia ratione illicitã; *ſubrahere* eſt, manu auferre. Cu usmodi præſtigias Syneſius *in Epiſt. Euthalii* deſcribit, quem & Βάσκανον, id eſt, *ſacculariun*, vocat: qui cum, in mulcta ſolvenda, unum *ſacculum* oſtenderet, in quo aureã cernebantur, de illum huc illuc nimium oculareret, in quo æreã; numerarã pecuniã aureã & ſuo reddita *ſacculo*, mox eam alterum pro altero ſuppoſuit & tradidit. V. Tit. Popmam *de Operis ſervorum*.

Sacculi, item *Folles*, Græcis κόρυκοι & σάκκοι, inter vaſa ſeu inſtrumenta, quibus olim Athletæ exercebantur, numerantur Pollux, cum σάκκοι, μάγειρον & κάνιον in eorum ſenſu locat. Erant illi, vel tomento farti vel alia re pleni, quæ gravem ictum non faceret; parti ſuccinctis grauis vel farina aut huiuſmodi, interdum & arenã. Chryſoſtomus *Homil.* 20. *in ad Hebr.* Ἀγωνίζονται παγκρατιασταὶ, οἱ σάκκοις τὰ σφίγγοντες ὃν ἐφίασιν ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ ὑπαίθρου ἀέρα συναγαγόντες ὅτου γενέσθαι). Hinc *adverſarium*, & *tollis coronarum occaſionem*. *Nonne vides, ait Athletæ folles fabulo referentes ſic exercentare V.* ſupra, ubi de *Coryzomachia*. Atq; hujusmodi *faculos* Cafaubonus intelligit, apud Treb. Pollionem *in Gallieno*, ubi Trebellianus *tyrannus* ait: *ſum ego minimis & omni genere hiſtrionum: pugiles faculis, non veritate, pugilantes*. Salmaſius verò *ſfaculis* legendum & pugiles, judicri gratiã pugillantes, ἐπισφαιρίσεις quidem ſeu *pugillos*, loco cæſtuum, non verò *faculis* ulos, fuiſſe, docet: inter quæ diſcrimen haud exiguum. Namque illa ἐπισφαίρια manibus alligata gerebant, at faculos illos follesque mittebant, manibusque inter ſeſe expellebant. V. eum *Not. ad Pollionem* nec non ſupra, in voce *Pugillo*. Sed & *Sacculi* & *Sacci*, in miniſteriis Eccleſiaſticis recenſentur, apud Scriptores Eccleſiæ Rom. Unde *Acolyto ante Pontificem Evangelia, ſindones & faculos & aquammanile portare* conſueſſe, legitur in *Ordine* Rom. ubi de Pontifice, & Secretario ad altare procedente. Ibidem, quo fine adhibiti ſint, innuitur, *Poſt expletum, Agnus Dei: & accedentes Subdiaconi ſequentes cum Acolytis, qui faculæ portant & dextris & ſiniſtris altaris, extendentibus Acolyti brachia cum faculis, Subdiaconi ſequentes ſtant à fronte, ut parum ſimus faculorum Archidiaconus, ad ponendas oblationes, prius à dextris, deinde à ſiniſtris*. Mox enarratur, ut eæ oblationes ab Acolytis confringantur & ex iis populus communicet: apud Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Saccus, Hebræi ſermonis dictio, Latinis quoque cum Græcis communis, varia ſignificat. Pro marſupio, loculis, crumena, repoſitorio & reconditorio nummorum paſſim occurrit, apud Juriſconſultos. Sic Horatius *Serm. l. 2. Sat. 3.*

——— *Morſum poni jubet aut, Effundi ſaccos nummorum.*

Juvenalis *Sat.* 14.

Interea pleno cum turget ſacculus ore, Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit &c.

V. hic paſſim, ubi de *Crumena*, *Marſupio*, *Venali* &c. Unde *Saccus*, pro ipſo Fiſco ſeu Theſauro, apud Iſidorum *Origin* l. 20. c. 9. *Fiſcus*, ſaccus eſt *publicus*. Item *Sacculus*, *Sæculum* & *Sæculum* à qua voce *Sæcularii*, h. e. Sacelli ſeu Fiſci Cuſtodes, βαλαντιοφύλακες apud Impp. CPolitanos, Impp. Occidentis, Reges Anglo Saxonum, Alios. Etiam in Eccleſia Rom. ubi *Sacelli* dicti, quibus Fiſci Eccleſiaſtici cura incumbebat, apud Anaſtaſium *in Conſtantino Pontif.* & *Gregorio II. Sed & Sacellarii* dignitatem in Eccleſia CPolitana magnam fuiſſe, patet ex Guilielmo Bibliothec. *in Hadriano II.* de qua V. quæ adnotavit Car. du Freſne in *CPoli Chriſt.* ubi de Scrinariis Eccleſiaſticis, ut & infrà. Porrò *ſaccus*, apud Hebræos, lugubris veſtimenti genus fuit, cujus tories in S. Scriptura mentio, Hebr. שַׂק, quam veſtem fuiſſe è villis hircorum & caprarum contextam ſunt qui velint. V. Calaubonum *Exercit.* 13. Eodem nomine tunica appellata olim eſt Monachorum Ægyptiorum, quòd *ſacco* ſimilis eſſet, utpote manicis carens & corpus preſſule conſtringe s, quam & *ſaccineam tunicam* dixere. Ruffinus de Monachis Tabennenſibus, quos ingentis abſtinentiæ viros vocat, *quibus vita, inquit, indui cilobis, quæ ſaccis ſimilis & pelle conſtat*. Hieronymus, in *Vita* Hilarionis, *Igitur octogeſimo anno cum abſens eſſet Hiſpichius, quoſi teſtamenti vice brevem manu propria ſcripſit epiſtolam, omnes divitias ei ſuas derelinquens, Evangelium ſilices, & tunicam ſaccineam, cucullum & pallioium*. Nempe præceptum Domini, de una tunica habenda, quorumque Apoſtolorum ei conſentaneum, ſtudioſè obſervarunt Monachi antiqui, Ægyptii præcipuè, quibus in locis hyemes mitiores ſunt & major aeris temperies, Europæis verò, propter hyemis rigorem, una tunica non ſufficiebat, ideoque plures uſurpabant, easque manicatas, uti diſcimus ex Caſſiano de *Habitu Mon. lib.* 1. c. 11. Præter tunicam autem illam, pallium ferebant, & cucullum parvum cum melota, Ægyptii Monachi, ut vidimus ſupra. Τεγγίον σάκκου, *ſaccum aſperum*, illam tunicam vocat Baſilius *Epiſt.* 120. σάκκος τραχὺς, *ſaccum pilioſum*, Gregorius Decapol. de *Miracu. S. Gregorii num.* 47. σάκκος, *malè dicunt*, Idem *num.* 49. *ſaccipio de ſagois & laciis confectum*, ut ait Auguſtinus *in Pſalm.* 29. *Enarr.* 2. &c. V. Socratem *l.* 7. c. 22. aliosq; Auctores laudatos Car. du Freſne in hac voce, ut & Salmaſium *Not. ad Tertullianum de Pallio*. Sed & *Saccus* apud Græcos, veſtis dicta eſt Patriarcharum vel Epiſcoporum, cujus inventor Joannes Chryſoſtomus vulgò fertur, qui proin cum iſtiusmodi veſte pingi ſolet. Habet illa formam Di. conalis Salmaſiæ in Eccleſia Rom. nihil quòd ſit aliquanto longior, & in interibus fibulata; conceſſa ſolùm Patriarchis & Metropolitanis, cùm ſacra celebrant, idq; non niſi ter in anno, nempe in Paſchatis, Nativitatis ac Pentecoſtes feſtivitatibus. Licèt enim Jejuniorum quoque tempore & in mortuorum commemorationibus ferretur, illa tamen rubri coloris fuit, qui pro lugubri Græcis habetur; aliàs albo colore fulget. V. Dominic. Macrum *in Hierolexico*; ubi *Saca* ufum Patriarchis eximium, nec nili per abſulam à Metropolita quoq; proceſſu temporis adhibitum eſſe, addit ex Balſamone & *Jure Græco Rom. lib.* 1. Imò & inter Regias veſtes, *Saccus* occurrit, in *Ordine* ad conſecrandum Regem Franciæ, apud Car. du Freſne: quam vocem Renatus Benedictus ibi vertit, *un ſac, ou manteau &c.* Σάκκος quoque ſeu *Saccum*, indueſſe Impp. CPolitanos, eſt apud Codinum *de Officiis cap.* 6. *num.* 35. Ὁ γὰρ ὁ Βασιλεὺς τὸ σάκκον φορεῖ, ὅτερον τὸ ἐνδυτὸν ὃ φορεῖ, τὸ μὲν τὸ σάκκον ἡ τὸ λόριθλον, *Cùm igitur Imperator corona gestat, aliud indumentum non fert, quam Saccum & cladema*. Ubi Goarus, *Talaris tunica ex villoſo ſeric tamen corpus obtegens, ad illius ſimium undis circa illud ludens, aut mota, verùm nonnihil angustior, liberos, ut videtur, inceſſus non permittens, ac denig, facci figuram referens*, ſaccus eſt. Quibus verbis innuit eas veſtes, cum quibus Theodorus Laſcaris, Michael Palæologus, aliique Impp. vulgò effinguntur, *in editione* Nicephori Gregoræ Wolphiana, Wilhabduini *edit Lugdun.* Rhamnuſii *Hiſtor. CPolit.* &c. V. præſtatum Car. du Freſne *in Gloſſar.* & Macrum ubi ſupra, qui de *Saco Patriarchali* agens, Imp. Conſtantinopolitanum in ſolennioribus quoq; proceſſibus *Saccum* genere ſolitum, ait. Occaſione ritus ab Hebræorum *ſacco*, pœnitentiæ, humilitatis ac ſuffimſionis indice petiti, ut cuivis attentiùs iſta conſideranti facilè conſtat. &c.

Sacellarius, Eccleſiæ Rom. ex præcipuis olim erat Pontificalis Palatii Miniſtris, thefauri cuſtodiam ſibi commiſſam habens, ex voce *Sacellum*, de qua V. ſupra, in *Saccus*. Ejus, in proceſſione Pontificis, meminit *Ordo* Rom. hoc ordine, *Poſt quorum vero* (Pontificis) *hi ſunt qui equitant, Vicedominus, Veſtiarius, Nomenclator alq, Sacellarius*. Quos poſtremos duos etiam ſuppliciationes eorum, qui Papæ in via occurrebant, audiſſe, ibid. legitur: *Expectãs, inq, eum poſſit audiri, & peſita benedictione diſcutitur à Nomenclatore* vel Sacellario *cauſa ejus, & ipſi indicant Pontifici & ſuiunt*. Duravit id officium usq; ad Hadrianum I. ait innuit Blondus, qui ab hoc Pontifice Paulum Romanum & Stephanum

phanum Sacellarium, ad Defiderium, Italiæ Regem, miſſus fuiſſe, ait *Decad.* 2. *lib.* 1. V. quæ de voce hac ſuprà diximus, ut & in voce *Sacellarius*. At à *Sacello*, nomen Officii in Eccleſia olim Tholitana, diſtinctè à *Sacellarii* munere; quippe cui Patriarchales carceres & Monialium *claufuræ* ſeu *facella* curæ erant, Dominic. Macer in *Hierolexico*, ex Anaſtaſio Synaita *in Itinerar. Syriaco*. Certè *Sacellum* primitus *facultus* erat, ſeu marſupium, Græcis quoque σακκίδιον dictum, V. Cæſarium *Homil.* 2. *de Elemoſ.* Hinc pro theſauro; tandem pro loco ſacro, ſicut ſuprà diximus in voce *Capella*: eo quòd th-ſauri Principum in locis ſacratioribus eſſent reconditi. &c. Jam tamen apud Feſtum, *Sacella dicuntur, loca Diis ſacrata ſine tecto*; Græcis περίβολοι. Latinis quoque *Conſepta*, muro enim tantùm claudebantur. Sic à *ſacer*, erit *ſacellum*; quæ tamen duæ notiones ſequenti ævo in unam coaluiſſe videntur. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 147. ut & ſuprà, in voce *Conſeptum*. Hujusmodi *Sacella* coronari olim, b. e. flore conſpergi, in ſacris feſtivitatibus, conſueviſſe, docet Propertius *l.* 4.

Flore ſacella rego, ſervebris compita velo,
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.

Quemadmodum & Templa, & antrum illud, unde Apollinea edebantur oracula, uti pluribus docet Car. Paſchalius *Coronarum l.* 4. *c.* 18.

Sacer, inter accipitrum aut falconum hodie ſpecies, Gall. *ſacre*, quæ vox Latina non eſt (licèt *ſacer* olim Accipitris cognomen fuerit, uti poſteà videbimus) ſed Arabica; à verbo *ſakara*, quod *acuit videre* ſonat. Et quidem primò ſignificat hæc vox omnem avem aucupatoriam Arabibus. Secundò unam è quatuor avium rapacium ſpeciebus; quæ ſunt, *Sacer*, *Sahin*, *Okab* & *Bazi*: è quibus *Sacer* iterum in alias tres ſubdividitur, nempe *in Sacrum proprie dictum*, *Chaunec* & *Jugn*. Sacrum propriè dictum, aliter *agiat* vocant i. *robuſtum*; & *achdar*, i. *fuſcum* & *rumati*, i. *carnis avidum*; ac ſic deſcribit Damir: Se habet ,,ad alias aves rapaces, ut mulus ad reliqua jumenta. Eſt enim ,,viribus fortior & aptior ad ferendas graviores læſiones & oe-,,curſu melior & pedibus firmior, contra omne genium genus ,,— Frigidioris eſt temperamenti: neque etiam irascibilis — ,,Ac proinde inſtituitur ad caprearum & leporum venationem. „Et *ad* bazi (ſeu Accipitre) docilior eſt & ab hominibus eitius ,,ciscuratur & faciliùs illi ſatis fit. Propter temperamenti ſui ,,frigiditatem aquam non bibit unquam — In manu ſuo volas ,,habet ferarum inſtar, quibus in id involet, quod capit & illud teneat. Nullius avium rapacium aucupium tam mirabile eſſe, ſcribit Alexandrinus, cùm *Sacri* duo in capreæ oculos involantes, aut cum aliis diverberantes, detinent, donec in venatorum manus veniat. Idem miratur, quòd tantùs avis in gruem inſilire audeat, quæ molis eſt tanto majoris: primum autem aucupii hujus apud Arabes auctorem Alharitz fuiſſe, Muhaviæ filium, addit. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. lib. II. c.* 19.

Sacer Alces, apud Virgilium *Æneid.* II.

Quadrifidâ ſacer accipiter ſanguine licet *alces ab alto*:

Accipiter eſt, Græcè ἱέραξ, unde illi hoc nomen potiùs, quàm à verbo ἱεῖν, ut vult Euſtathius *in Odyſſ.* O. ἱέρακι ἐφάπτω Ἡλίῳ Ἀπόλλωνι ἱερῷ τοῦ κύκνου· δοκεῖτοι ὁ ἱέραξ, ὃ ἡ Ἀθηνᾶ ἐξοικειοῦται, ὃ ἱερὸν τῇ ἐνυαλιοφόνῳ συγγένειαν, ᾗ ὁ ἱέραξ ἡ Ἀθηνᾶ. σύνεσθαι δὲ καὶ ὁ ἱέραξ ἀνθρώπῳ, *accipiter Soli Apollini ſacer eſt, propter mores celeritatem, pernix enim eſt accipiter. in Sui eſt velocia mulus, & propter ejusmi affinitatem. Sol enim & facilè, unde accipitri nomen eſt.* Certè Petrarcha *in Præfat. ad Hieracoſophiam* legebat ἱέρακι ἐφάπτω Ἡλίου Ἀπόλλωνι ἱερῷ τοῦ κύκνου· ὁ ἱέραξ ἱερὸν τῇ Ἀθηνᾷ μαχανῷ. *Sacrarium avium genus ad ſalutem aliquam avium in venere.* Et rurſus, Ἱερακόβοσκοι πᾶσι χρήσιμοι θεραπεύειν ἀεὶ τὸν σπείραντα τοῦ μὴ ἐξ ἑρπόντων ἰόντων κατηλεῖσθαι. *Utilem aliquam ad ſalutem curationem ſacrorum avium generi relinquere conatus ſum.* In quibus verbis, per *ſacras aves*, & *ſacrarium avium genus*, τὸν ἱερακα, i. *accipitres*, delingnari palàm eſt. Et cur Accipiter Græce ita dictus ſit, inquit Servius, *ratione non caret, quæ nota eſt ſacrorum peritis.* Fortè id natum ex Ægyptiorum ſuperſtitione, quibus ex ſacris animalibus nihil fuit ſanctius, quàm Ibis & Accipiter. Iraque, ſi quis aliud animal in vitus neceſſet, ad Sacerdotum arbitrium muſtabatur: Ὅς δ' ἂν ἕτερον ἱερὸν ἀποκτείνῃ, ἢν τε ἐκὼν, ἢν δὲ ἄκων, τεθνάναι ἀνάγκη. *At quisquis illud, aut accipitrem necavit, ſive volens, aut invitus necaſſet, eum mori neceſſe erat*, ut habetur in *Euterpe* Herodoti. V. eundem Bochartum ubi ſuprà.

Sacer Lucius, apud Dionyſium *lib.* 1. Ἡ δὲ λόφωσις ἡ μάλα ἀγχιμάχοιο τέτυκτο ἀνδρὸς, ὃν ἄστεα μὲν χαίροθεν, πόλεμον δὲ τε βρῆσιν ἔχεσκε· ᾧ δὲ πάλαι ἀλκηρὸν τὸ κυνοκέφαλον ἔπιπτε ἄκρῃ ἐν ἠγορῇ· τὸ πολὺ δ' ἀνέχωρε λαὸς ἐναντίος. *Lupa autem non multum acceſſo hominum efferati, ſed velut cicurata, ſenſim ab infantibus abſiſtens — abiit. Erat enim haud procul ſacer lucus denſa ſylvâ obumbratus*: Joſepho Scaligero idem fuit cum ſicco, quod ex Ficu Navia propagarum eſſe, dicit Feſtus *in Fragmento*; ubi ait, plures ficus fuiſſe enatas, ex illa ficu, quæ ad Comitii aram è Navio fata eſt. Sed ſitus repugnat, & male confunditur Ficus Ruminalis, ſub qua inventa lupa ubera feli-

tanda præbuit Romulo & Remo, cum Ficu Navia, ab Atio Navio Augure ſatâ. Illa enim in Tiberis littore, quousque hiberna ejus alluvies pervadit; unde non procul *Sacer Lucus*: hæc in Comitio fuit. V. Varronem *de L. L. lib.* 4. & Livium *lib.* 1. ut & Salmaſium *ad Solinum p.* 1137.

Sacer Serpens, memoratur Ariſtoteli, aut quisquis *Mirabilia* ſcripſit; quem ut examinaret Theſſala mulier, in urbe Teno, Κύκλον γεγένηται τῷ τὸ ἑφόμενον δίκτυ, πάντας εἰς τὸν κύκλον αὐτὸ τῷ ὄφι. *Cùm circulum deſcripſiſſet, & pharmaca in eo poſuiſſet, in eum circulum cum filio ingreſſa eſt.* Sed cùm is occeutaret, quin illa in ſoporem lethiferum daretur, abſuit parùm. V. Bochartum *d. Opere, lib. III. c.* 6. ut & infrà, in voce *Recanere*: item ubi de *Aſpide Surda*.

Sacerdos, nomen officii Eccleſiaſticii, apud Iſraëlitas. Quemadmodum enim in Eccl. N. T. inſtitutos legimus Epiſcopos ſeu Miniſtros Verbi, Diaconos & Subdiaconos, ſic in Vet. Eccleſia fuere *Sacerdotes*, Levitæ ac Nethinæi: quorum quidem caput Pontifex erat, ſeu *Sacerdos* ſummus, Pontificis noſtri Summi, CHRISTI JESU, illuſtris typus. Habebant *Sacerdotes* vulgares multa cum Pontificibus communia, ſed & non pauca ab iſtdem diverſa. De ritu initiationis utrorumque V. Exod. *c.* 29. & Levit. *cap.* 8. ubi diſcrimen fere in his duobus ſitum erat. Quòd omnes & ſinguli Pontifices, in novi honoris exordio, ungebantur, ut infrà videbitur: *Sacerdotes* autem reliqui, in prima conſecratione filiorum Aaronis unctâ & conſecrati centebantur. 2. Quòd Pontifices, oleo in capite perfundebantur, Exodi *cap.* 29. *verſus* 7. conf. Levit. *cap.* 8. *verſus* 12. & *cap.* 21. *verſus* 10. *Sacerdotes* verò, admixto victimarum ſanguine, in facra veſte, leviter tantùm adſpergebantur, Exodi *cap.* 29. *verſ.* 7. Levit. *cap.* 8. *verſ.* 12. & *cap.* 21. *verſ.* 10. Adde, quòd & in veſtitu diſcrimen fuit: Nam cùm ex octo diſtinctis veſtium generibus *Sacerdotis* ſummi habitus conſtaret, quatuor tantùm illorum adhibebantur à *Sacerdotibus* reliquis, functioni ſuæ vacantibus: *Femoralia* nempe: *linea*, *tunica* item, *balabeus* & *tiara*, ad eadem materia Exodi *cap.* 28. *verſ.* 40, 41. Diſſerebant quoque in conjugio, quòd cùm *Sacerdotes* contrahere poſſent cum vidua, ſi nec meretrix, nec repudiata, aut profanata eſſet, Levitici *cap.* 21. *verſu* 7. Pontifici præterea viduâ interdicebatur, *caſu eod. verſu* 14. Quintum diſcrimen conſernebat ipſam muneris adminiſtrationem: Pontifici enim ſoli, idque non niſi ſemel in anno, Sanctum Sanctorum licebat ingredi, Exodi *cap.* 16. *v.* 34. Sextò, *Sacerdotibus*, in proximorum obitu, luctus permittebatur, Levit. *c.* 21. *v.* 2. cùm Pontifici, qui unicus erat, & ſemper in atrio verſari tenebatur, omnia luctus ſigna, quocunque in funere, prohibérentur, *verſu* 10. 11. Conveniebant verò, ratione initiationis ſeu conſecrationis in Iſſe, Primò, *abrâ omni corporis veſte* ſeu tenebatur, Levitici *cap.* 21. *v.* 17. Dein *accedere jubebantur ad tentorium conventus*. Porrò, *lavabantur aquâ*, Exodi *cap.* 29. *v.* 4. Præterea, conſecrabantur oblatione tantùm victimarum, *cap. eod. verſ.* 11. 15. &c. Tandem *ſanguis arietis imponebatur infimæ auriculæ, & pollici manus eorum dextræ & pollicis pedis illorum dexteri*, *verſu* 20. Tempore autem conſecrationis, quòd partes quædam ſacrificii imponerentur manibus Sacerdotum, (cui ritui in Eccleſia quibusdam S. Biblia initiandi porrigendi mos reſpondet) hiac conſecratio dicta Hebr. ityl, dicta eſt *Impoſitio in manus*. Officium utrorumq; Quod attinet, ea, in quibus iterum conveniebant, erant iſta: Primò, utriq; ſacrificia offerebant, & odoramenta adolebant, 1. Chron. *c.* 6. *v.* 48. Caeteri quidem *Sacerdotes*, per vices ſtationesq; ſuas, & factâ primùm inter ſeſe ſortitione, Pontifex vero, quoties & quando ipſi libitum eſſet, absq; ſortitione, cùm ipſi omnia facra omni tempore obire fas eſſet. 2. Utriq; nomine Dei populo benedicebant, Numer. *c.* 6. *v.* 23. Pontifex quidem, ſolennem in modum, in Templo, in anniverſario ſacro, expreſſa cum nuncupatione ſacratiſſimi nominis, iuxta formulam Numer. *c.* 6. *v.* 23. &c. Ordinariam verò benedictionem peragebant quoque *Sacerdotes* gregarii. Porrò utriq; jus habebant clangendi tubis, ſeu populus convocandus, ſeu claſſicum canendum eſſet, Numeror. *c.* 10. *v.* 2. Utrique jugulabant victimas, 2. Chron. *c.* 29. *v.* 22. Utrique inſtruebant populum, Malachiæ *c.* 2. *v.* 7. Utrique pariter de lepra judicabant, Levit. *c.* 13. *v.* 2. Succedebant vero *Sacerdotes* hi in Sacerdotium, natalium jure, (Aaronis poſteris divinitus conceſſo) prævio tamen Senatorum magni conſeſſus examine, ſi quibus forte familiæ aut generis mota controverſia, vel vitiis morbisq; corporis aliisq; modis probroſi, ac ſacro muneri impares eſſent: Et ne illorum pollueretur genus, tabulas habebant Genealogicas, in quibus Parentum nomina, genus, alia, recenſebantur, ex quibus de puritate natalium conſtaret. Eſra *cap.* 2. *verſu* 62. conf. *Neh. c.* 7. *v.* 64. Miniſtrabant illi in templo ſtantes, ut colligere eſt, ex loco Deuter. *c.* 18. *v.* 5. cùm nemini in loco ſancto ſedere fas foret, niſi ſoli Regi; ac primùm loti, ex lege iis dictâ, Exod. *c.* 30. *v.* 19, 20. quod ſub comminatione mortis inſtitutum, ſtrictè adeò ſervabatur, ut, ſi vel antea lavaſſent, tamen Templum ingreſſuri iterum lavarent. Quo factum, ut, dum ſtantes ac nudis pedibus rem divinam, tenui lino indut, quod ſæpius de die ſumere ac ponere neceſſe erat, facie-

faciebant, dumque identidem lavare vel miniſterium mutare opus habebant; ac ſolere fere ſacrificiorum carnibus vetiebantur, frequentibus morbis obnoxii eſſent. Sunt autem *Sacerdotes ordinarii* diſtributi in varias claſſes, partim à Moſe, partim à David; qui in 24. ordines eos redegit, quorum ſexdecim erant Eleazaridæ, octo Ithamaridæ, 1. Chron. c. 24. qui numerus ſub ſecundo quoque Templo duravit: quanquam non eædem familiæ ſemper manſerint incolumes, ſed novæ quædam, poſt redtum ex Babylone, in ordinem iſtum facturn fuerint aſcitæ, Nehem. c. 7. v. 30. & c. 10. v. 1. & c. 12. v. 1. Veteſbantque illæ claſſes per vices Hieroſolymam, ſingulæque in templo hebdomadem unam ſacris operabantur, adeò ut bis in anno ad unumquemque ordo rediret. Unaquæque autem claſſis rurſus in 7. ordines diſpeſcebatur, intra 7. hebdomadæ dies, quibus illi miniſtrandum foret. Offi ia illorum ſpecialia, præter jugis ſacrificii aliarumq;, ſeu ſolemnium ſeu votivarum & ſponianearum victimarum oblationem, erant: *quotiès ne bis in altari aures ſuffitum facere*, Exod. c. 30. v. 7. 8. *Lampades in templi atrio inſtruere & accendere*, Exodi cap. 27. *vers.* 21. *Ignem ſacrum curare, ne extinguatur*, Levit. c. 6. v. 12. 13. *Aram emundare, ſtercuſque everere*, Levit. c. 1. v. 16. *Quolibet Sabbato panes ſacros recentibus permutare*, Exodi c. 25. v. 30. *Prophanos denique & impuros à templi limine arcere*, Numer. cap. 5. *vers.* 2. Præter quod Altaris Tabernaculi; ſeu Templi miniſterium, ad docendum etiam, conſtituti erant, Deuteron. cap. 17. *vers.* 9. Malach. cap. 2. *vers.* 7. ut alia eorum munera, quibus in Synedriis cooptati fuerint, taceamus. Sed & iis cum Levitis commune erat, excubare circa *Templum*, diſpoſitis quasquaverſum in Templi ambitu cuſtodiis, ac de nocte vigiliis: quæ 24. ſtationum erant, quarum unaquæque denoſtum hominum, ut ſic univerſa cuſtodum cohors 240. capitum eſſet, ut videre eſt. Numeror. cap. 18 v. 2 & 4. ſecundum quæ omnia munera *Sacerdotum*, Templo ſpectatum ſecundo inſervientium, varii erant gradus ac genera, quæ *infrà* ſubjiciemus. Verùm, quemadmodum, non niſi poſt Nεαγια γενεσεις in Defecto ab Iſraelitis commiſſam, rejecta à ſacrorum adminiſtratione tota gente, Levitæ à Deo ſacro miniſterio adhibiti, & Aaronidæ, in locum Primogenitorum ac Patrum familiàs, qui primis temporibus ſacra curabant, ſunt ſuffecti: ſic totum hoc veteris Hierarchiæ, ſub Novo Teſtamento, ſublatum eſt imperium atq; diſcrimen, eodem hac umbrâ, cum adventuret corpus, CHRISTUS, *Sacerdos* noſter unicus ac perpetuus, ſub quo, tanquam Duce ſuo, deſcripti omnes Fideles, ſpirituali omnes *Sacerdotio* defunguntur, quod *Sacerdotium univorum* turba adumbrabat; ac ſpirituales hoſtias Deo offerunt, *ſuèli per Chriſtum Sacerdotes Deo & Patri*, Apocal. c. 1. v. 6. & c. 5. *vers.* 10. In quo miniſterio, qui altos ad Deum adducunt, ii ſpeciatim *Sacerdotes* ſunt, ut apparet ex Eſaiæ, c. 66. v. 20. 21. Sicut ita Paulus ſe dicit, *Miniſtrum* eſſe *Chriſti ad Gentes, ιερουργουντα το Ευαγγελιον το Θεο, ut oblatio Gentium ſit accepta.* V. Thom. Aquinatis *in Rittos Hebr.* c. 1. c. 5. & Franc. Burmannum *Synopſi Theologiæ Chriſt. Part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8.

Sacerdotum, Templi inprimis ſecundo, diverſi gradus.

a. Pontifex Max. Sacerdotum omnium Princeps, ac Sacrorum veluti Rex: de quo v. infrà, in voce *Sacerdos ſummus*. 8. Pontificis Vicarius כֹּהֵן *Segen*: ſub cujus imperio reliquæ *Sacerdotum* familiæ. γ. Duo, qui eandem operam huic Vicario, quam ille Pontifici, præſtabant: קְתִיקְרִין vocati. δ. His 7. ſubeiant, qui Templi aſſervabant claves, appellati אַטְרָלִין ε. Tres, ſub prioribus, ſacro Ærario præfecti, גִּזְבָּרִין *Theſaurarii* dicti. ζ. Hos ſequebatur רֹאשׁ הַמִּשְׁמָר, h. e. *cuſtodiis Templi præpoſitus*. Tum רֹאשׁ בֵּית אַב i. *caput penes domos*. θ. Reliqui omnes, de *Sacerdotum* plebe ac vulgo erant; quos *Sacerdotes Itinerat* Hebræi indigitant. ι. Præter hoſce ordines, ις. enumerantur ſpecialia munera, quorum ſingula ſuos habebant dies feſtos, quibus iterum magna ſuberat Sacerdotum turba: Horum 1. Præfectus temporum ſacrificiorum. 2. Portarum templi, qui ſignum dabat eas aperiendi claudendive. 3. Cuſtodiarum Templi. 4. Cantorum. 5. Inſtrumentorum Muſicorum. 6. Sortium jaciendarum ſuper Sacerdotibus, illo die miniſtraturis. 7. Columbarum & avium, quæ in Templi ambitu divendebantur ſacrificaturis. 8. Teſſerarum, quibus opus erat, ut vina ad libamina acciperentur. 9. Vinorum, qui ipſa deprompebat. 10. Aquarum urbis & Templi, quibus ad ſacrificia erat opus, ne unquam illarum eſſet defectus. 11. Valetudinii *Sacerdotum* præpoſitus ſeu Archiater. 12. Panum propoſitionis præfectus. 13. Suffimentorum conficiendorum. 14. Velorum & cortinarum templi. 15. Veſtium Sacerdotalium, de quibus ſupra dictum. V. de his omnibus, præter alios, Burmannum *loco præd.* Ut & de Gentilium *Sacerdotibus*, quos, ad imitationem veterum Iſraelis *Sacerdotum*, à Simia Dei inter ſuos inſtituit, aſpergam pauca: Nobiliſſimæ ſemper apud Romanos Græcosq; familiæ ſacris præfici ſolitæ ſunt: Unde Patricii, inter alias prærogativas, à Romulo injunctum, *ut ſacra curarent*, Dionyſ. *l.* 2. & nota Ceryciun, atque Incobutadæum, apud Athenienſes, privilegia. Apud Ægyptios ſimiliter ſummâ in veneratione *Sacerdotes* fuiſſe, diximus in voce *Hierogrammatei*, ut de aliis taceam. De Romanorum *Sacerdotiis* fuſe agit Joh. Roſinus, *Antiq. Rom. l.* 3. *c.* 14. & *ſeqq.* complexisque eſt ferme iſta omnia Lucanus, *Pharſal. l.* 1. *v.* 598. *his verſibus*,

Pontifices, ſacri quibus eſt permiſſa penſus,
Turba minor ritu ſequitur ſpectincla Gabina,
Veſtalemq; chorum ducit vittata ſacerdos,
Trojanam ſibi cui ſas viſiſſe Minervam;
Tum qui Fata Deûm, fertur q; canenda ſervant,
Et totam parvo revocant Aenean Cybelem,
Et ductus volucres Augur ſervare ſiniſtras;
Septenæ qui, ſpiſſis, ſoliis, Titiis, ſoutes:
Et Salius lato portans ancilia collo,
Attolleniq; apicem genero ſo vertice Flamen.

Fratres ſolim Arvales omiſit, nisi forte de iis ſecundum verſum intelligamus, quod tamen Dempſtero in *Rofinum* non placet. Apud Athenienſes *Sacerdotes* ac Sacrorum miniſtri itidem varii erant, de quibus quædam ſubjungam, ex Franc. Reſſaco *Archæol. Attic. l.* 2. *c.* 8. poſſumus addidero, Gentilium Sacerdotes, vittatos, inſulatos & coronatos, plerunque oleâ, nonnunquam & auro, facra obiiſſe, qua de re agit multis Car. Paſchalius *Coronar. l.* 4. *c.* 13. ritus originem, apud Romanos, ex his Plinii *l.* 18. *c.* 2. arceſſens: *Etuli cerei* (Romulo inter XII. arvorum Sacerdotes uni) *ab acica Laurentia nutrice ſua ſubica corona, qua vitta adhuc colligantur, in ſacerdotio priſcorum inſigne datur, quæ primo apud Romanos fuit corona. Honoris, ſi non niſi vitæ ſuæ, & tenues etiam captæq; comitatus.* Cæterum iisdem vettis talaris, *longa* Virgilio *Æn. l.* 6. cui niveus color, Statio *Thebaid. l.* 6. *v.* 330. &c. Nec de contradibus omittendum, qui *Sacerdotum* nominibus inſigniri olim ſoliti ſunt. Sic Sacerdos Auguſtalis Nicopoli inſtitutus & anno nomen dabat, & in ſcribendis publicis aut privatorum *contractibus* inſtrumentis, ad tempus notandum, nomen ejus aſcribebant: quod & in pleriſque Græciæ civitatibus factum. V. Arrianum *Diſſertat. Epictet l.* 1. *c.* 19. Multæ enim civitates ſub Imperio Rom. proprios annorum characteres habuerunt, & neque Coſſ. Romanos indices cujusq; anni ſcripſerunt, neq; Juliani rationem ſunt ſecutæ: ut, præter Nicopolitanos, etiam de Alexandrinis legimus, qui ſimiliter Auguſtalem ſuum, anni indicem, & τὸ ἐτους ἀφορισμα, ut loquitur Theodoretus, habuere. Donec Juſtiniani edicto omnes communi partium Imperii Rom. Σκηδοκογράφοι, in ſcribendis inſtrumentis annum Impp. & Coſſ. annotare juſſi ſunt, ut ex *Novella* ejus apparet. Magnum autem fuiſſe eum honorem, & inter alios ſummis Sacerdotibus deferri ſolitum, ut *Contractibus* nomina ſua commodarent, diſcimus ex Macab. *l.* 1. *c.* 14. ubi, poſtquam de Simone in Ducem & Sacerdotem ſummum electo actum eſſet, additur ejus honori datum, ὁπως γραφωσιν ἐπὶ τῆ δοχαστι αὐτου καὶ ἐπὶ τῆ ἱερωσυνῃ καὶ ἐπὶ τῆ δοχαστι ἡγουμενου τῶν ἰουδαιων καὶ ἱερεων, *Ut ſcribantur de nomine ejus omnes ſcripturæ in regione & in Sacerdotio*, &c. Cæſubonianum ad Suetonium *l.* 2. *c.* 18. ubi & de *coronis auratis Sacerdotum Auguſtalium*, *imperſtitem in Ludos aliaq; ingentilius*; uti *de more Impp. Sacerdotium introitus vendendi, ad Claudium ejusdem c.* 9. In Eccl. Chriſt. nomen *Sacerdotis*, poſt Apoſtolorum tempora, Epiſcopis primùm, inde Presbyteris, dari, illosque *primi, iſtos ſecundi ordinis Sacerdotes*, appellari cœpiſſe, docet ex Patribus Cl. Salmeſius *Theſ. Eccl.* voce ἱερεὺς. V. quoque eum in vocibus Θυσίαι, item Θυσιαστηριον & hic non uno loco.

Varia Sacerdotum apud Athenienſes genera.

a. Βασίλινα, Sacrorum Regis uxor, cui apud Romanos reſpondebat, Regina ſacrorum. β. Ceryces, an à κηρυξ, i. parcus, an ἀπὸ τῆ κειττῶ, ut vult Caſaubonus in Athenæum *lib.* 15. *c.* 23. *hoſtias maſtabant adolebantq; &c.* Verbo ἀζομενοι, συμ πᾶσι ἐπὶ τὸν λαὸν, ſacrum imperabant ſilentium: populum tandem, voce λαὸν ἀζεσθαι, *i. miſſa eſt*, poſt peracta facta dimittebant. Iis lingua victimarum eſſit. γ. Hierophantæ, iidem cum Myſtagogis, ad ſacra accedere volentes, certis ritibus initiabant, πρὸς τὸ τὰ ἱερὰ ἐνβαινειν. Sic à Nazianzeno Moſes *Iſraelitarum* dicitur *Hierophanta*. δ. ἱερεῖς, erant *Sacerdotes*, Numini perpetuò vacantes, qui olim ſacrificaturis preces præibant; His quædam victimarum, cum exuviis, ceſſere. ε. Ἱεροποιοὶ, dicti ſunt Sacerdotes, numero X. in Magnis Myſteriis. ζ. Καιηφόροι Virgines quibus apud Romanos Veſtales reſpondebant, Dionyſ. Halicarnaſſius *l.* 2. *num.* 3. θ. Myſtagogi, iidem cum Hierophantis. ι. Νεωκόροι & ἱεροθύλακες, adem ſacram mundam & immundam à ſordibus ſartam item tectamque conſervarunt. ις. Parafiti, reditus curabant ſacros. V. ſupra *in hac voce*. ια. Πρόεδροι, Ariſtophani dicuntur, qui aliàs ἱερεῖς. ιβ. Πυρφόροι, in aris accendebant ignes, & in bello faces præferebant, ſacri & inviolabiles etiam ab hoſtibus habiti. Unde Prov. ὑπὸ πυρφόρῳ, de internecione totali, &c. Hi omnes, antequam eligerentur, examini ſubjiciebantur, ut apparet, ex ὀφρικὸς, ἡ, ἱκανότης τοῦ ἱερέως, eſſe, V. Chriſtian. *in Artiſtoph. Sacerdos* Summus, in Hebræorum Republica inter perſonas ſacras facratiſſimus, dignatione maximus. Regio, ſolio proximus erat, ſub quo reliquus Sacerdotum ordo: ejus electio primo juſſu ac delignatione Dei peracta eſt, in Aaronæ ac filiis eius

Lieu-

Eleafare, Exodi cap. 28. v. 1. & Num. c. 20. v. 26. deinceps, juxta Judæos, penès Confessum LXX. senum & Reges permansit Primus itaque *Sacerdos* S. seu Pontifex fuit Aaron, ex tribu Levi: cujus duo filii, Eleafar & Ithamar, binas constituerunt familias Sacerdotales; quarum prior tantum Pontificalis fuit, V. Num. c. 20. v. 28. Posteà, eâm turbatâ videretur successio, in Heli Sacerdote, qui Ithamaridès fuisse creditur, posteris ejus Salomontis tempore turbus munere excidentibus & Abiathare remoto, ad veram ftirpem postliminio illud redit, Zadoco Eleasaride in *Sacerdotem summum* electo, 1. Regum c. 2. Confecratio verò tribus rebus constabat, Vestitu, Unctione & Sacrificio. Vestibus Sacris, quibus in Templo ministrare mos erat, per dies septem continuos magis indebatur & vesperi rursus exuebatur *Summus Sacerdos*, quem rite ungens Aaronem administrasse Moses, Levit. c. 8. v. 7. & *seqq.* eumque illæ vel *Aaron* vel *Aaronem* dicebantur, non quòd totæ auro conflarent vel omnes auro illusæ ac interlinitæ forent; sed, quòd quibusdam ex iis aurum variè intextum, reliquæ autem ceteris ejus vestibus ornatores erant ac splendidiores. Quæ Rabbinis *Rigde Zahab* dicta, erant octo: *Pectoralia*, *Tunica*, *Baltheus*, *Cidaris*, *Pallium*, *Ephod*, *Decisorale & Frontale*, de quibus legere est, Exodi c. 28. Ex his quatuor priores etiam reliquis Sacerdotibus cum essent communes, reliquæ ad solum Pontificis cultum spectabant: Quarum autem *Tunica* puriffimo ac pretiosissimo erant contextæ. Atque in facro hoc ornatu ministrabat bis quotidie in Sanctuario; juxtaq; cum Sacerdotes suo ordine: Sine illo enim sacris operari adeo non licebat, ut si vel minimum deesset, Pontifex *reflexus* à *filiis* di ceretur haberetur; profanus. Non autem facilè extra templum his vestibus utebatur; quanquam & hoc accidisse nonnunquam constat ex extra-ordinâ Hierofolymam iis uti prorsus actas erat; nisi extrema necessitate urgente. Quod factum, cum Simeon cognom. *Justus*, Alexandro M. gravia Hierosolymis minitanti, obviam processit, V. Mosem Kotsenem *prac. affirm.* 173. *ad* 210. *col.* 3. &c. *Alios*. Hebr. is *Bigde Lahan*, appellitatæ, quatuor erant, quatuor prioribus aureis cognomines, *Tunica viz. Bracca*, *Cingulum* & *Filicus seu Cidaris*, e lino contexta; quibus solus usebatur Pontifex vel in annuali illa piaculare sacrum administraturus, interius adytum intraret: quo peracto vestes illæ, quinto, sequenti anno novas rursus acceperunt, V. Levit. *capab.* v. 4. 32. Unctio per totidem dies fieri solebat, antequam sacrum oleum amissum erat. Illud enim, semel à Mose consectum, Exodi c. 30. nongentos fere annos durasse dicitur, quo tempore *Sacerdos Summus*, *Mithrabe Mischa*, i. *Anctus unctione*, apud Talmudistas, dictus reperitur: deinde autem, sub Templo nempe secundo, Pontifices imaginarii, ad vetitum peracta, aqâ, adeò is ab iis dem, *Mithrabe Ingadim*, h. e. *Anctus vestibus*, dictus est. Eiusdem tantum vero oleo sacro omnes & singuli Pontifices, cùm officio suo inaugurabantur, hinc *Sacerdotes unctî* appellati, Levit. c. 4. v. 5. & c. 6. v. 22. Ubi Lyranus. *Sacerdos unctus*, inquit, *est Sacerdos magnus, quia inferiores Sacerdotes non ungebantur*: Cum Reges, quos eodem cum Pontificibus oleo quidam inaugurare volunt, non omnes, sed tantùm, qui rebus turbidis, & successione ob tumultus ac seditiones incerta, in Davidis solium evehebantur, ungerentur, ut in Salomone ac Jeu factum, I. Regum c. 1. v. 39. & 2. Reg. c. 11. v. 12. Porrò, tic mundus & vestitus rite Pontifex, sacrificium in muneri auspicium offerebat; quemadmodum & quisque Sacerdos gregarius, ut dictum supra, ex Levit. c. 6. v. 20. ubi simul videre est, quid omnibus commune, quidq; utrisq; peculiare fuerit. Repetam hic paucis. *Sacerdotem Summum* deluisse esse absq; omni probro corporis; vitio, non nisi illibatæ Virginis, vel Sacerdotis viduæ, maritum in virginitate tuorum non contactu solum, sed & approximatione, ac omni lactu (cùm unicus esset, semperq, in atrio verfaretur) abstinere jussum, quia *corona Dei & sacra unctio super ipsum erat*: in specie ipsi injunctum, ne *capita denudaret*, Levit. *cap.* 21. v. 10. neve *vestimenta discerperet*, ibid. &c. Cumq; eidem ministeria varia cum reliquis Sacerdotibus essent communia, hoc inprimis nobile ac primarium ejus munus erat, quòd semel quotannis piaculare sacrificium offerre sacrum, & templi adytum intrare, solebat; quo solemni die ipse omnia sacra, etiam quæ illius Festi propria non erant, solus obibat, V. Levit. c. 16. v. 2. & Hebr. c. 9. v. 7. Verùm cùm periculum foret, ne quâ res fortuita illum contaminaret ac solemni prohiberet sacro; illud si forte accideret, quotannis sub diem jejunii Vicarium creabant: qui, si quam pollutionem sub illud tempus Pontifex contraxisset, vel immundo forte visa per nactem fese inquinasset, eâ die rem faceret sacram. Vocabatur is sub primo Templo, כהן משנה *Cohen Mischneh*, 2. Reg. c. 25. v. 8. & Jeren. c. 52. v. 24. sub secundo, סגן *Sagan*, eratq; ordinariò ille, qui dignitate ac successione Pontificatui erat proximus: Quemadmodum in Eccl. Græca, Patriarcha suum Protosyncellum, in Lat. Episcopus suum Suffraganeum & apud Romanos olim, Centurio suum habebat Optionem, &c. V. Thom. Godwynum *de vitibus Hebr. l.* 1. c. 5. & Franc. Burmannum *Synopf. Theol. part. prior. l.* 4. c. 8. Alius erat *Sacerdos Summus* hujus vel illius classis, de quo paucæ hæc subnectenda. Posquam Rex David Sacerdotes, ut dictum, in 24. Classes, Gr. ἐφημερίας, i. turmas, vices, digessisset, prodiisseq; prima fors Jehojaribo, Jedahiæ secunda &c. quæ libet harum hebdomadatim munere defungebatur, capite batq; nomen à capitibus familiarum: Classis vero cujusq; Principes, *Summus Sacerdos ipsius Classis* appellabatur, unde *primarium Sacerdotium* mentio, Marcie. 14. v. 1. Quòd duorum A *Pontifice* Annæ & Caiaphæ, meminit Historia Evangelica, ex præcedentibus facilè solvitur. *Summo* enim *Sacerdoti*, non raro subslitutum esse fuum Vicarium, rectè Theod. Beza observavit Marci cap. 1. v. 26. quorum is (præter dicta) כהן הראש *Pontifex primus* vel כהן גדול *i. Pontifex magnus*: Alter, כהן משנה, A' *ge*ῶ*tos* ὁ ἀ*ρχιερεὺς Pontifex secundarius*, five *vicarius* dicebatur: ut 2. Regum c. 25. v. 18. & 1. Paralipom. c. 24. Nodab & Abiu conjunguntur: Item Eleazar & Ithamar, alibiq; alii; quam consuetudinem durasse ad postremum usq; tempora, docet Jos. Scaliger in *Prolegom. Eusebian.* Ita ergo Annas & Caiaphas se habebant, ut *Cohen Gadol*, & ejus *Sagan*: quemadmodum & in Cœnobiis Præfecti Monachorum suos semper habebant paratos vicarios & ἀρχιερεῖς πατρικίους, ut appellat Basilius M. V. Casaubonum *Exer.* 9. De *Sacerdotio* apud Rom. vett. *Summo*, V. supra, in voce *Pontifex*. *Sacerdotes* Literæ apud Papiam Car. du Fresne in *Glossario* latinorum, Græce ἱερεῖαι, sunt Epistolæ Canonicæ seu Formatæ, de quibus retrò actum. At *Sacerdotalis* Liber, in Communione Rom. appellatus olim est liber, quem nunc *Rituale* appellant; quòd in eo ritus ad *Sacerdotem*, qui vocant, pertinentes, describi essent. Apud Præmonstratenses vero Monachos, sic dicitur vesticulus in Oriticio divino, quem illi recitant, in principio *ad Lavdes*, uti habet Dominic. Macer in *Hierotexico*.

Sacerdotes Matterarii, vulgo *Platonici*, Græce ἱερόδουλοι, & ἱερολάτραι, & ἱερωμένοι, dicebantur illi, qui in singulis oppidis & municipiis olim capiebantur ad hos ce edendos: Quemadmodum in provinciis Asiæ & Syriæ itidem ex primoribus & opulentissimis Civium elegebantur, ad manera edenda in Asia hinc *Asiarchæ*, in Lycia *Lyciarchæ* dicti &c. Uti enim, qui in provincia ad hæc munus elegebantur, *provinciæ Principes* habebantur, ita qui in singulis oppidis & municipiis, *primores & principes Urbium* ibidem audiebant. Hinc *Principes Sacerdotum* Firmico dicti, l. 2. *Facies Sacerdotum Principis & Archisynagogi, principes Sacerdotales, purpureis aut auratis vestibus indnuntur*, V. Salmasium *ad Solinum* pag. 805. & hic passim. ubi de *Asiarchis*, *Lyciarchis*, *Phœniarchis*.

Sacerdotium, titulus honorar. Episcoporum, Augusti. *Epist.* 143.

Sachar, Arabibus in specie fuccus est, ex cannis Indicis expressus, dein coctus & coactus, de quo dictum in voce *Saccharum*, quod & nomen iidem tribuunt aliis quoque succis, qui congelati ac coagulati sunt, uti ci, quem *Sachar Mambu* (cui primitus id nomen fuit) & *Sachar Tinge* vocant. V. supra in *Sacrum*. Hinc *Sacharicum*, σάκχαρον, apud Achmetem, placenta vel dulcia ex *sacharo* facta. Salmasius *ad Solinum pag.* 1023. Posliquam enim sacchari conficiendi ratio innotuit, ex eo placentæ confieri coeperunt; cum prisci mel solum iis adhiberent &c.

Sachari, Hæretici, qui & Anthropomorphitæ, de quibus Facundus Hermianensis *l.* 8. *c.* 7. ad quem V. Sirmondii tr. de supra.

Sacilinium, vel *Sacilinium*, vulgò *Sasile*, locus Brabantiæ, caput olim Medenantensis pagi, ad fluv. Scaldim, Coilegio Canonicorum & S. Pharonis Martyris reliquis, ut vulgò creditur, nobilis: *Vicus Sacilinius* Audoeno *in vita S. Eligii l.* 2. *c.* 7. ubi scribet: *Simili modo, grandi labore & infantili in ventu in terrioris Medenantensis, vico Sacilinio S. Martyrem Pientonem, cui clavus prolixus ex corpore ablatus, pinulis in argumentis manifestavit corpus, sicut Martyrem decuit, elegenter compositum, & honorifice desuper fabricavit.*

Sadei, nomen malo Deo seu Principi tenebrarum tribuitum; Hic enim veterum Philosophorum, de duplici Principio bono & malo errorem (qui etiam Christianæ promæ atrix Ecclesiæ negotium facessivit, inventis Gnosticis aliisque Deum geminum bonum & malum statuentibus, in iis tamen oppressus est) ex Oreo revocavit, ac Deo bono illum quasi simulum tenebrarum Principem, cui *Sadei* nomen indidit, ad ritus constituendos de quo V. Eusebium *Hist. Eccl. l.* 7. *c.* 30. Socratem *l.* 1. *c.* 17. Athanasium *contra Haret. p.* 850. Basilium M. in *Hexam. Homil.* 2. Epiphanium, & præsertim Augustinum *de Vera Relig. c.* 9. V. quoque infrà in voce *Zeenabeh*.

Sacra, apud Augustinum *adv. Donatistas c.* 31. *Illi universum Imperatorum* Sacras, *nos sola paucarum Evangelia*: Epistola est seu Diploma Principis, Græcis recentioribus quoque ἱερὰ γράμματα. Hinc ἱερὰ ἐπιστολὴ, in Chronico Alexandr. p. 772. quæ ἱερὰ γραφὴ, in Concilio Ephesino *part.* 1. Qui quidnam vox ista sæpius occurrit in Conciliis, & apud Scriptores mediæ ævi, ut videre est apud Meursium in *Glossario* & Fabrotum *ad Cedrenum*. Adde Cl. Juretum *Miscell. ad Symmach. l.* 7. *Epist.* 59. & 94. & Suicerum voce Σάκρα.

Sacra, apud Romanos *publica* erant, & *privata*. Illa quidem, ut ait Festus, quæ publico fiuntu, pro Populo fiebant: quæq; pro montibus, pagis, curiis, sacellis: Ista verò, quæ pro singulis hominibus, familiis gentibusq; Idem *aitibi*, *Quod*, inquit *privata sunt Religionis causa Deo dedicantur, id Pontifices Rom. non exiftimant sacrum: at si quæ privata sacra suscepta sunt, quæ ex instituto Pontificum facta die, aut certo loco, facienda sint, ea sacra appellari, tanquam sacrificium. Ille locus, ubi illa sacra, facienda*

sunt, vix videtur sacer esse. De iisdem sacris Macrobius *Saturnal. l.1. c.16.* Sunt *praterea ferie propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, ut Æmiliæ, sive Iuliæ, sive Cornelie: & si quas ferias proprias quæq; familia, ex sua domestica celebriati, observat, sive singulorum, ut natalium fulgurium, suscipiones: item funerum atq; expiationum.* Erant autem hæc *Sacra* propria eorum Deorum, quos *Penates*, itemq; *Lares* nominabant: & quia gentis alicujus propria certis ritibus & ceremoniis colebantur, dicebantur *Gentilia*, de quibus Lex XII. Tabb. *Sacra privata perpetuo manento*: cujus sententiam eam vult esse Cic. *de Legg. l.2.* ut quæ *Sacra gens aliqua, sive patricia sive plebeja sit, adsciverit, ea deinceps ab iis, qui ejusdem stirpis futuri essent, colerentur & conservarentur. Unde etiam illud institutum constat, ut & mulieres in virorum & adoptati in Parentum & hæredes in defunctorum sacra transirent:* qua de re prolixè Hotomannus. Similiter apud Athenienses *publica* erant *Sacra & privata*: illa *δημοτελῆ* Demosthenī dicta, *c. Nearam*, quibus cum non omnes interesse permitterentur, peregrinis tamen & supplicibus datum est, ex Lege. Erant nempe, in quibus sacra fiebant publicis totius Civitatis impensis, ut optime explicat Hesychius; quemadmodum *τὰ δημόσια* erant, in quibus sacra unius tantum Athenientium Demi impensis fiebant: præter quæ & *ἀγγειωνικὰ* & *Γοιμῶ* de quibus Harpocration. An vero firmiphe lege ius ellet peregrinis & servis, tria posteriora hujusmodi genera ingressui, si cui ita permissum erat in *τὰ δημοτελῆ ἱερὰ καὶ*, compertum non est. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. l. 1. tit. 1. vers. 1. ubi de Deorum cultu, sacris aditus* &c. & *tit. 2. ubi de Sacrorum ministris.* At *Sacris*, apud Gentiles, exesse jubebantur olim, qui fibi alicujus sceleris essent conscii. Unde in sacris Eleusiniis clamabat sacer Præco, *ὅσοι, ἐσθε ὄχλοι, procul este profani*; vel, ut ait Lampridius, *Nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem sciat.* Imo & in aliis sacris idem factum, quod fic eleganter à Gratio describitur:

——— *ipse manu ramum pallente Sacerdos,*
Termidum spatiens, procul hinc extorribus ire
Edico, præsente Deo, præsentibus aris,
Quos scelus aut manibus sumptum aut in pectore motum est,
Intactas animis trepidantia membra.

Atque hæc prioribus temporibus erat *ἀφορισμὸς* formula. Poftea fuit alia: Nam ritus humanum hominum genera accebantur, *Athei, Clivifiani, Epicurei*, ut fupra vifum, voce *Prorrhefis*.

Sacra Anchora, dicitur cujus ejicienda cura fuit Magiftro imminente tempeftate, utpote in re Nautica magis verfato, incumbit; Vertitur enim in clavo & anchora hac totius navis falus, quæ fine his vix eft ut periculum evadere queat. Duplex nempe anchora in omnibus navibus bene inftructis, ut Pindarus *in Olymp.ait, ἀγκύρᾳ καὶ γνώμονι δύο τινὰ ἀσφαλῆ ἐν ὀργάνοις, Bonum eft hiberna in mari, duas de navis anchoras effe fuffenfas*; quarum maximam & validiffimam *Sacram Anchoram* vocant, non adhibendam, nifi extrema urgente neceffitate. Unde Lucretius *in Draperis, Vifum eft igitur*, inquit, *te perpetua extremam anchoram, quam navis* facram *nominant, dimittere.* V. Erasmum *in Adagiis*, ubi de Prov. *facram anchoram fol vere.* Altera vero, etiam ferreno cœlo & ubi neceffum matris fluctuumq; dimiffo velo quiescendum eft, utuntur. Petronius *l. 1. ad calcem, S. Magiftrum navis, n. 2. tit. de exercitor. eft.*

Sacra Certamina fint, quæ Diis olim dedicata. *l. 4. ff. de his qui not. infam.* qualia erant apud Romanos *Jovis Capitolini, Apollinares Ludi*, Romani *Ludi* & *Magnæ Deûm Matris.* Quintilianus *l. 3. c. 7. Ac laudes Capitolini Jovis perpetuæ facti certaminis materia, vel dubia funt, vel in Oratorio genere tractantur.* Inde Firmicus *Mathef. l. 3. c. 12. Sacris quog; facis certaminibus præpofitus.* In antiqua Urna a *Sacra certamina* quatuor erant lege vetuftiffima, *Olympia, Pythia, Ifthmia & Nemea*, in quibus præmium corona erat, V. fupra *paffim*, ut & in voce *Agones*. Græcis dicta funt Certamina hæc, *Ἀγῶνες ἱεροὶ, item ἐθελονικοὶ, ἐθελόνικοι & ἐθελονίκου* : quibus oppofiti *οἱ ἀργυρίτου*, feu *χρηματίται*, feu *βωθέται*, in quibus præmii ergò decertabatur. De quo præclaro difcrimine extat infignis locus apud Plutarchum, quo docemur, præmia *Sacrorum Certaminum*, præter *Coronam*, fuiffe *Infcriptionem*, *Tabulam, Decretum* & *Ramum olivæ*, h. e. victoribus corum proponi confueviffe præmia honoris, laudis, gloriæ & famæ perennis: cùm aliis certaminibus, quæ tanti non eflent, dona darentur ex argento, ære, ebore, talibusque, quæ variis funt competendii, quàm illius celebritatis, quæ generofiffimi cujusq; pectus acuit, V. cum *πολιτ. Παραγγ.* Atque hinc *Sacrorum* illis cognomen additum, non tam, quòd in Deorum honorem inftituta eflent (hoc enim iis cum aliis certaminibus commune fuit) quàm quòd eorum præmia conflerent ex *στέφανῳ καὶ τιμῇ, in corona fola*, uti Pollux ait *l. 3. c. 30.* iisque, adde, quæ modò diximus: Unde & *στεφανίτης* quoque & *φυλλίτης*, *coronarii*, ac *foliacei* funt appellati. Uti autem hæc certamina *Sacra* dicta, fic & *Sacras coronas* memorat *lex 40. ff. de re Jud.* quæ viz. in *Sacris his certaminibus* paratæ fint, de quibus, aliifque huc pertinentibus, V. C. Pafchalium *Coronarium l. 6. tit. 3.* & infrà.

Sacra Cryphia, feu *Operanea*, apud Petronium, ubi alii *crypta* legunt, dicebantur Veteribus illa, ad quarum infpectionem, non nifi poft variorum annorum moram & per difficiles plurimarum ceremoniarum ambages, homines admittebantur. Qualia erant *Eleufinia, Muriaca, Corycia, Samothracia* & alia id genus: in quibus *ἐκτελεῖσθαι & οἴκτειρησαι* præcipuè locum habebant. *Secreta* quoque vocat idem Petronius & *nefarias religiones*: *Petoq; & oro, ne nefarias religiones penitus irrumpat facilitas, neve traducere vetitis ea annorum fecreta, quæ mille vix homines norunt.* Sacra operta Valerius, ubi de Samothraciis facris loquitur,

Hactenus in populos vates Samothraca, Delosq;,
Myfta vate, facrisque metum fervenus operta.

Occulta Tibullus,

——— *& occultis confcia ciffa facris.*

Ipfa verò vox *Cryphia*, in vet. *Infcr.* occurrit, OSTENDERUNT. CRYPRIOS. &c. V. quæ de *Silentiis* in facris infra dicemus, ut & quæ retro dicta, in voce *Myfterium*.

Sacra Ficus, apud Dionyfium, ubi de ftatua Navii Augurii, quam ex ære in Foro Romano politam ait ante Curiam, juxta Sacram ficum, *καὶ τὴν συκῆν αὐτὴν τὴν ἱερὰν ὑπὸ τῷ ἀγορᾷ, ἣ κατὰ τὸν τῶν ἱερῶν ἀριθμὸν ἑκκαιδέκατος ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς

Cebatur, quà tamen & Diofcuros & Apollinem quoque cingi folitos legimus. Autumnus coronabatur pomis; corymbis tæmisque Bacchus; ficis recentibus Saturnus; floribus Jupiter; populo albâ Hercules; pinu & ebulo Pan; oleâ Pallas, fano Vertumnus; pylcone Juno; rosis Gratiæ; myrtô & rore marino Lares, alias alii: omnibus vero dendrolibanus conveniebat, quovis sacrificio iis gratior. V. Car. Paschalium *Coronar. l. 4. capp. 1. 2. & 3.* Neque vero ipfa horum idolorum fimulacra folum, fed etiam hinc luci, æræ, facella, templa, aliaque ejusmodi sacra, eundem honorum accepere, ut alibi diximus. Domo honori Deorum coronæ interdictæ, in editiffimo Senatus populumque locis, fufpendebantur, idq; nonnunquam publico Decreto, teftandæ, aut oftentandæ pietati, vel celebrando infigni alicui Numinis beneficio: aliquando privato affectu. Cujusmodi *Sacras coronas* Nero *in cubiculis circum lectos posuit*, apud Sueton. *c. 25.* templis vic. detractas, eoque pacto cultum divinum ad fe tranftulit. Mutuô inde vero aliquando fumtas effe, condecorando illa, cujus virtus univerforum judicus patratæ utilis fuiffet, ceremoniaque peracta, repofitas, colligitur ex Tacito *Annal. l. 14.* ubi de Neronc. Ut autem, cujus donum effet corona talis, fciretur, addit æ Inscriptiones funt, uti de corona aurea à T. Flaminio Apollini confecrata, docet Plut. in *Vita* ejus. Etiam in æde facra non appendebantur, ut aureæ illæ ingentes & ponderofæ, fed, ut leviores & plures, aliquando conjiciebantur coronæ in adyta ædium facrarum ipfâque Numinum ftatuas, cujus moris meminit Capitolinus in *Marco*. Sed & coronati afpiciebantur facrificantes interdumque, ut quæ facta peragebant, victimæ quinetiam, & fupellex facra, neque ulla para divini cultus coronis carebat, ut idem Paschalius pluribus docet *lib. cit. capp. ſeqq.* V. quoque hic paſſim, Alia ſunt *Sacræ coronæ*, de quibus ſupra diximus, in voce *Sacra certamina*.

Sacramentorum, feu *Liber Sacramentorum*, liber dicitur Eccl. in Communione Rom. in quo omnes *collectæ & preces in Missis dicas, orationes ad Officium divinum & ſacros ritus cujus anni conſuetudinem* apud Dominic. Mactum in *Hieroteo*. Cujus primum Auctorem fuiſſe Gelaſium Epiſc. Rom. ſcribit Joannes Diac. *Vitæ* Gregorii M. à quo *emendatum, recenſitum & breviatum* ait, quod & præſert titulus Codicis Riviplenſis, apud Steph. Balluzium *Not. ad Agobardum*, laudatum Car. du Freſne in *Gloſſar.* ubi & de *Sacramentorum libro*, qui Gregorii nomen præfert, quique Hugonis Menardi Benedict. *Obſervationibus* illuſtratus eſt, varia habes. Et *Eucharistion* reſponſet, in Eccl. Græca, quod vide.

Sacramentum, unum ex tribus Militiæ generibus fuit apud Romanos, de quibus ita Servius *ad Æneid. lib. 8. Tria fuere Militiæ genera, Sacramentum, Conjuratio & Evocatio. Sacramentum eorum, qui ſingu. i juranbant, pro Rep. ſe eſſe factura, nec diſcedebant, niſi conſectis ſtipendiis* &c. Eratque hoc ipſum legitimum militiæ genus, quo qui militatuti erant, ab ipſis Ducibus delectu habito conſcribebantur, quod quo modo factum fuerit, tradit Polybius *l. 6.* Ubi quod *Sacramento* militari dicit, quale id fuerit, nemo exponit, niſi quod ſanctè atque religiosè id à *Militibus* obſervatum, eoque illos juſſos fuiſſe Ducem ſequi, quocunque ducereti, ſcribant Auctores. Sic enim Dionyſius Halicarn. *l.11.* ubi de ſeceſſione plebis in montem Aventinum, *Horatium*, inquit, *multis ſacra movere ſigna, neq; unum neq; ſanctum eſſe exiſtimantibus omnibus Ducem relinquere, ob* Sacramentum *militare, quod maxime omnium ſervant* Romani. *Juſtè enim militantes ſequi Ducem, quocunq; ita at: Lexq. Ducibus paruiſſe decies octoviemi non parentes relinquentes, ſi ita, indemnatos & indicta cauſa.* Et primùm quidem, milites *Sacramento* tantùm à Tribunis rogabantur, non jurejurando ad militiam adigebantur: ipſi autem inter ſe conjurabant, ſe fugæ atque formidinis causâ non abituros, neq; ex ordine receſſuros. Poſtea verò, L. Æmilio Paulo II. Terentio Varrone Coſſ. anno U. C. 538. jureiurando milites fieri cœpere, *Liv. l. 22.* Milites unc, quod nunquam antea factum erat, jureiurando à Tribunis militum adacti, pulſi Coſſ. conveniuntque ejuſdem auctoris *Sacramentum*. Nam ad eam diem nihil præter Sacramentum erat: & ubi ad Decuriatum aut Centuriatum conveniſſent, ita volumtate, ipſi inter ſe Equites Decuriati, pedites Centuriati conjurabant, ſe e fugæ ac formidinis ergò non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi aut petendi aut hoſte ferienti aut Civis ſervandi cauſâ. Id ex vocabulantario inter ipſos fœdere, à Tribunis, ad legitimam jurisjurandi actionem translatum. Quod jusjurandum prolixè exequitur A. Gellius *lib. 16. cap. 4.* Quidni autem hæc haberit militare *Sacramentum*, & ut fine illo pugnari cum hoſte more Majorum non liceret, oſtendit pluribus Cic. *in de Offic. lib. 1.* ubi reclrat, inter alia, exemplum filii Catonis, qui in Exercitu P. Æmilii tyro militabat. Cùm enim huic videretur unam dimittere Legionem, & Catone quoque filium ſic dimitteret, ille autem amore pugnandi in Exercitu remanſiſſet, Cato ad P. Æmilium ſcripſit, ut, ſi filium paterettur in Exercitu remanere, fecundo eum obligaret militiæ *Sacramento*. Cujus rei & Plut. meminit *in quæſt. Rom. qu. 39.* ubi quærit: *Quâ cauſâ ſtat, quod qui* Sacramento *militari non teneretur: etiamſi alias in caſtris exercituq; verſaretur, non tamen habirent jus interficiendi aut vulnerandi hoſtis?* V. Joh. Roſinum *Antiqp. Rom. l.10. c. 3. cum parallipom. Tho. Dempſteri.* Horatius *l.2. Od.17.*

—— *Nim ego perfidum*
Dixi Sacramentum: *ibimus.*

Servius un formulam *Sacramenti* antiquitus uſitatam, proponere videtur *ad Æn. l.2. v.157.* cùm inter alia ait, *miles exiens ad bellum jurabat, ſe nihil contra Remp. facturum.* Et paulo poſt, *Poſt electi nem in Remp. jurant: & ad l.7. v.616. ſinguli jurabant, ſe pro Rep. ejs facturos.* Simile quid ſuggerit Tertullianus *de cor. Mil. cap.11. Credimus ne humanum* Sacramentum *ſe vino ſuperinduci exercere, & in aliuno Dominum reſſuntere poſt Chriſtum ſe jurare Patrem ac Matrem* &c. Claudianus item in *Ruffinum l.2.*

Tu licet ovidivo manetas ſub cardine Solis,
Tu mihi Dux ſemper Stilicho, noſtramque vel abſens
Experiere fidem.

Aliam non obſcure clicias ex Cicerone *Philipp.13. At militibus inclusis opem ferre, nihil miror illos ſalvos, & ire quò jubeiis.* Quibus omnibus antiquior illa apud Livium, *Dec. 1. lib. 3. Centurio Cæſo M. Flacco, quo inter primores pugnæ flagitator, victor, inquit, M. Fabi, reverear ex acie, ſi fallo Jovem Patrem Gradivumque Martem, aliosq; ſtratos in voco Deos. Idem dein omnis exercitus in ſe quisq. juras,* V. eundem *Dec. cit l. 10. & Dec. 3. l. 2.* Ita inter ſe igitur primitus milites jurabant, pòſt, in eadem verba, ab iis à Tribuno juramentum exactum, ut diximus, ex A. Gellio. Sub Principibus dein, ut ipſa regendi norma, ita & *Sacramentum* immutatum, & cum ſub Conſulibus illud præſtitiſſe fatis eſſet, ſub Cæſaribus inſuper juramentum à *Sacramento* diverſum fieri cœpit, non in caſtris modo, ſed & in Urbe, quod cupidiſſimè retentum eſt. Non enim leve imperii firmamentum fuit, in obſequium Principis Optimates adactos eſſe. V. Lipſium *ad Tac. Annal. l.16. ſub fin.* Hodie *juramentum fidelitatis* dicitur, de quo alibi. Porrò, enſes juraturi vibrabant, & diſtringebant, quò ſignificarent, evaginatis gladiis ulciſcendam *Sacramenti* violati fidem, quæ de re locus eſt notatu digniſſimus, apud Amm. Marcellinum *l. 21.* Seq; edatur ſtatim ipſa quædam alacritas, quam etatis in altum manibus attreftabantur: uti diſcimus, ex M. Annæo Lucano *Pharſal. l. 1. v. 386.*

—— *Fis cunctæ ſimul aſſenſere cohortes,*
Elatasq; alii, quæcunq; ad bella vocarat,
Promiere manus.

Quod *ſanctiſſimum juramentum* videtur appellari, apud Cæſarem *de bello Gall. l.6.* &c. Uti verò Tirones arma ſumturi in jusjurandum adigebantur, ita exauctorandi, eodem illo *Sacramento* ſolvebantur priusquam dimitterentur. Amm. Marcellinus *l.24. Duos Tribunos ſacramento ſolvit, ut deſides & ignavos. Et l.25. abjecti autem ſunt* Sacramento *alii quatuor, tib flagitium ſimile* &c. V. omnino Dempſterum præfatum. Nec verò Latinorum ſolium militum, ſed & Græcorum, eam fuiſſe conſuetudinem, ut *Sacramento* adigerentur, docet Eurip. *in Iphigenia in prine.* & Apollodorus, *Bibl. l.3.* ubi de adactis in fidem Agamemnonis militibus, cùm in Trojam moverent. Idem in Ajacis perſona Ovidius confirmat, *Metam. l.13. fab.1.*

Et nunc ille eadem nobis juranta in arma,
Ex pare una Ducem &c.

E re bellica *Sacramenti* vox in Eccleſiam translata eſt, de qua Theologi conſulendi: pauca tamen & hic ſubjungam. Nempe apud Scriptores Eccleſiaſticos, quodvis myſterium, ac Chriſtianæ Religionis arcanum, hoc nomine venit; ſed ſpecialiter res *ſacra*, arcana, ſymbolica, ſpiritualis gratiæ ſignificativa, adeoq; qualibet ritus facer, cunctæq; ceremoniæ, quibus arcana illa vel velabantur, eo denotari coepere. Quo pacto ad Fœderis Divini ſymbola & ſigilla denotanda adhiberi cœpit, quod à Tertulliano primùm factum, ut male ex latiori vocabuli uſu, plura *Sacramenta* proprie dicta, quàm duo, nonnulli colligant. Cùm & Patres & Vulgatus Interpres & ipſum Pontificale Romanum, res omnes, ritusque ſacros, ità voce complectuntur. Idem vocis Mysterium apud Græcos uſus; quo illi partim & ante Chriſtianæ Religionis dogmata, partim etiam ſacra illa Signa & ceremonias expreſſerunt: tum, quod occulta Græcorum ſacra & myſteria multiplicibus olim conſtabant ritibus; tum quia externi illi Ritus & Signa, arcanam ſignificationem habent & latentem myſterio ſeſe potiſſimum commendant. S. Scriptura *Signa Fœderis* appellat, Genel. *c. 9. v. 12, 13. & c. 17. v. 11. Sigilla ſuſtitiæ Fidei*, Roman. *c.4. v.12. Signa ſimpliciter*, Exod. *cap. 12. verſu 13. & alibi ſæpiſſ.* Hebræorum *cap. 8. v. 5. & c. 9. v. 23. & Apocal. c. 1.* Petri *cap. 3. v. 21.* Quæ Spiritus S. voces longè aptiores ſunt. Interim vulgato jam vocabuli hujus uſu & Eccleſiaſticis juris redito, non ea ſuperſtitione verborum duci convenit, ut Signa illa *Sacramenta* appellare vereamur: quæ Socinianorum fraus eſt; quâ non tam vocabulum, quàm ipſam *Sacramentorum* naturam ac vim, petere conſtat. Franc. Burmannus *Synopſi Relig. Chriſtianæ Part. 1. Lib. VII. cap. 4. §. 2. 3. & 4.* De *Sacramentis* in ſpecie, *Circumciſione, Paſchate, Baptiſmo, Euchariſtia*, V. quædam hic paſſim. De *Sacramento Catechumenorum*, Veteribus memorato; quod quidàm de Exlogiis; alii de ritibus & ceremoniis quibusdam antè baptiſmum adhibitis; ſolitis, fale inprimis, qui peculiari

benedictione conficerauss Catechumenis dabatur, præfertim ad festos Paschatis dies, quibus Fideles communicabant, accipiunt. V. Car. du Fresne in *Glossar.* ubi varios Auctores hanc in rem citat, nec non supra passim, ubi *de Eulogiis, Fractu pane &c.* De horribili verò *Sacramenti* ritu, quo Samnites ex vetusta sua superstitione à Sacerdote Ovio Paccio initiati sunt, Livium *c.* 38. *l.* 10. Addo saltem; *per Sacramenta* jam olim, item *super Sacramenta* juratum, à Christianis, uti docet C. Barthius *Animadv. ad Statium Theb. l.* 5. *v.* 168. V. & supra, ubi de *Juramento.*

Sacramentum, Latinis peculiarn quoque notat seu pignus à litigantibus, apud Pontifices, in sacro loco depositam, quo mulctabatur is, qui causâ cadebat. Similiter apud Athenienses *Sacramentum* deponebat, initio litis, tum Actor tum Reus; quorum is, qui judicio vicerat, fuum facramentum ne auferebat: victi verò facramentum, & illud quoque, quod victor absolutum, fed victus reponebat, ad ærarium redibant; ut ex his Aristophanis verfibus *in Pluto* constat,

Κἄξω γέγε τὰ τῶν γραμμῶν, ἃ γὰρ πολλὰς ἐκατοντὰς,
Πανσανίου μεγαλὴ ἀγορὰ, λίμναι, μισθὸς τῷ δημιόκρατι.
Τοῦτον τὸν ἄνδρα τανυστὶ ἴγγυᾶ διηλέαι λέγω.
Ἀ' ἀὰ τοῦτο τὸν μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τὸ σύντριβ.

Ad Ærarium nempe redibat Sacramentum, quod Προῖκα vocarunt, atque merces Judicibus dabatur, ut habet Pollux *lib.* 8. *cap.* 6. Variè autem Veteres, hoc *Sacramentum* definiunt; nam alii exiftimant effe decimam mulctæ; alii verò putant definiri dimidium tribus, ubi controvertitur de agitur de centum drachmis, aut pluribus ad mille usque; & triginta drachmis, si de mille drachmis, aut pluribus ad decem millia usq; agatur. V. Eundem *ibid.* At Παρακατάθηκη dicebatur *Sacramentum*, quod deponebant vel litigantes cum Fisco five Ærario publico, de bonis publicatis, aut aliis hujusmodi, vel litigantes alii cum aliis de hæreditatibus, quæ petuntur, aut Virginibus dotalibus. Et tum, cum litigabatur cum Fisco, in Sacramentum deponebatur quinta pars æstimationis illius rei, de qua litigabatur; in litibus verò, quibus hæreditates petebantur, aut virgines dotales, facramentum erat decima pars eorum, quæ judicio petebantur, bonorum. Erat prætrea ἐπωβελία, quâ Actor mulctabatur, nisi judicio vicisset & reo cedebat, idque in pecuniariis cauſis, eratque sexta pars pecuniæ illius, de qua lis erat & controvertebatur &c. V. Harpocrationem in vocibus Παρακατάθηκη & Ἐπωβελία, plura verò hanc in rem, apud Sam. Petitum *Comment. in LL. Attic. Lib.* 5. *tit.* 2.

Sacramentum Juris fodalitii, apud Juftinum *l.* 20. *cap.* 5. *Sed treceni ex Juvenibus, cùm* fodalitii Juris Sacramento *quodam nexi feparatam à cæteris civibus vitam exercerent, quaſi cœtum clandeſtinæ conjurationis habuerint, civitatem in ſe converterunt*: uti ex *MSS.* reſtituit Gronovius; eſt formula feu pactio, in quam ſe obligant Sodales vel Collegiati. Facit enim poteſtatem Lex Sodalibus pactionem ſibi, quam velint, ferendi, dum ne quid ex publica lege corrumpant. *L. 4. ff. de Collegiis & Corporibus.* Quod Pacta *inter ſe componere*, vocat *l. un. Cod. de Monopoliis.* Sic de Chriſtianis ad Trajanum, refert Plinius, eos ſe facramento *non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria commiterent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent, lib.* 10. *Epiſt.* 97. Non enim proprie jurejurando ſeſe adigebant, ſed de legeDei admoniti quisq; & ſibi & Eccleſiæ, manſuros in hac vitæ regula, recipiebant. Sic & Pythagoræ diſcipuli, *νόμοις πας' ἀυτὸ διέκειντο τὸ πείθεσθαι, ὅτι ἀπὸ τῶν ἐκείνου ἀκροάσεων ἐμανθάνομεν*, ut ait Jamblichus; & alibi, *ὡς τὰ παραδόσιμα τῶν ἀρχαίτερων ὑπ' ἀυτῶ ἡμῖν λόγων*, *Prius quàm contra ea, quæ definita ab ipſo erant, impingerent vel minimùm, mori præoptabant.* Atque hoc erat *Sodalitii juris ſacramentum*, illud vinculum, quo continebatur ſocietas illorum, qui coierant. Hinc *nexi ſacramento juris ſodalitii* dicuntur, qui ſub certis legibus, pactisque coierunt, & Collegium inſtituerunt. Joh. Friderius Gronovius *Obſervationum l.* 4. *c.* 17.

Sacrarea, in ve. *Inſcr.* SACRANEA. DEÆ. CERERIS. pro *ſacrata*: ſicut *Conſeranea*, apud Capitolinum *in Gordian.* III. quam nomium formam medii temporis amavit Latinitas, Salmaſius *ad Capitolinum.*

Sacrare, cùm de perſonis dicitur, eſt *Deos ἀφορίζειν, divini quiddam tribuere*; ut olim in Tribunis factum, poſtea in Imperatoribus: at *conſecrare*, quod de mortuis Principibus uſurpatum, eſt *ἀνοσίζειν*, vel *Deos ποιεῖν*; *i. inter cælites referre*, non ſolum divini quidam, ſed Deitatem, ut ſic dicam, iis tribuere. Quod etiam *inter Divos ſacrare*, dixit Spartianus *in Severo.* Nempe *ſacrati* Imperatores, & *ſacratiſſimi*, etiam vivi dicebantur; at qui Divi jam facti, ii *conſecrati*, vel *inter divos ſacrati*, dicebantur. *Deſacratæ* quoq; dixit Capitolinus *in Marco*, *Sacerdotes Antoniniani, & Sodales & Flamines & omnia, quæ deſacratis decrevit Antoninus.* Interim verba hæc nonnunquam promiſcuè ſumi, docet Salmaſius *ad Spartianum.*

Sacrata Cultus, in *Regula* Iſidori *c.* 19. eſt, qui aliis *Sacriſta* dicitur. Apud recentioris enim ævi Scriptores, *Sacrarium* non rarò appellatur, quod aliàs *Secretarium*, *Diaconicum*, *Sacriſtia*. Nonnunquam verò eam partem Ædis ſacræ denotat, quam Græci τὸ ἱερατεῖον, Βῆμα & ἅγιον Βῆμα appellavere! Locus nempe prope Altare, ut vocant, cancellis circumdatus, quò ſolis Sacrorum Miniſtris ingreſſus patebat: de quo dictum ſupra paſſim, inprimis in vocibus *Bema, Cancelli, Chorus, Presbyterium* &c. Ex hoc loco Ambroſius Epiſc. Mediolan. expulit Theodoſium Imp. qui paulo antè ingentem innocentium hominum ſtragem ediderat. Græci eum aſſeribus occludunt, ac tempore conſecrationis, ut ajunt, portam ejus velo obtegunt; quod à Valentinianis quoq; factitatum olim, arguit Tertullianus *ad uxorem lib.* 2. & 3. Iidem armatum eò ingredi neminem patiuntur. Hinc Justinus Parmæ Dux, cùm in Ædem S. Athanaſii Græcorum colle. gii de Urbe Romæ haud pridem veniſſet, & Græci ritus ſacrum audiendi cupidus, ipſum *Sacrarium* ingredi vellet, gladium ponere juſſus eſt: uti refert Car. Macer *in Hierolexico.* Sed & generaliter pro Templo, non apud Gentiles modò, verùm & apud Chriſtianos, vox occurrit &c. De *Sacrario* Templi Hieroſolymitani, unde vox ab aliis mutuata, diximus infrà, in voce *Sanctuarium.* At *Sacrarium aterræ genii*, apud Statium *lib.* 5. *Syiv.* 1. templum eſt Flaviæ Familiæ auguſtum; de quo, ut novo quodam cœlo, ſupra etiam locutus eſt, in *Epulo Domitiani verſ.* 18. & *ſeqq.* De eodem Val. Flaccum rectè exponit Andr. Schottus *Obſervation. l.* 2. *c.* 56. V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Statium d. l.* cui adde Caſaubonum *ad Tiberium Suetonii* s. 51. ubi de *Sacrario Auguſti*, in quo pretioſiſſima *κειμήλια*, ab Auguſto ſibi relicta, Livia habuit & *Sacrata Lex*, apud Livium *lib.* 22. *cap.* 33. dicitur, quòd in *ſacro Monte* à jurata plebe ſcita & lata ſit: quæ an una, an multiplex, non ſatis conſtat. Livius & Dionyſius, ubi rem ipſam narrant, unam ſolùm nominant. Sed Livius alibi non ſemel *Sacratas Leges* dixit; quemadmodum & Cicero *de provinciis Conſular.* & *in Orat. pro C. Cornelio*, ut annotavit Manutius *de LL. Rom.* Budæus verò, in poſterioribus Annotat. *Leges ſacratas* dictas, quibus ſanctum jubetur eſſe alicui Deorum, quidquid adversùs eas fecerit, ſicut familia pecuniaq; *Sacrilegum* verò Leges, aut conſecratione, aut pœnarum ſanctione, uti Cicero docet *pro Corn. Balbo*, *Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, ut obteſtatione & conſecratione Legis, aut pœnâ, cùm caput ejus, qui contrà facit, conſecratur.* V. quoque Connanum *Comm. Juris Civ. lit.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. laudatum Joanni Calvino *Lexic. Jurid.* fed inprimis, Joann. Friderieum Gronovium qui *Sacrata* & *Sacratiſſima Militaris lata* legitur, *ne cujus militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur, additumq; legi, ne quis, ubi Tribunus militum ſaciſſet, poſtea Ordinem ducere eſſet*, apud Livium *l.* 7. *c.* 41. &c. In *Leges D. de leg.* occurrunt *Sacratiſſimæ Leges*; quæ idem ſonant, quibus nempe ſanctum eſt, ut qui quid adversùs eas fecerit, ſacer alicui Deorum ſit &c.

Sacrati, apud Capitolinum *in Gordianis*, ubi verba Maximini ad milites referuntur, *Sacrati commilitones, imo etiam mei conſcribani, & quorum* &c. addito à Maximino, ut eas facramenti militaris admoneat, cujus religionem maximum & præcipuum fidei vinculum fuiſſe, ſupra diximus. Illud verò *ἀνοσίζειν*, quòd etiam *conſecrateos* vocat: hoc enim idem, quod commilitones, ſeu eorundem ſacrorum participes. Aliàs *Sacrati* & *Sacratiſſimi* Imperatores dicebantur, dum in vivis adhuc erant, uti diximus ſupra, in verbo *Sacrare.* V. Caſaubonum *Not. ad Capitolinum d. l.*

Sacres Porci, V. infrà *Sacri ve Arbores.*

Sacricola, apud Solinum *c.* 1. ubi de Sacello Herculis in Foro Boario, quò nec canibus nec muſcis ingreſſus erat: *Exanimi chm viſcerationem* Sacricolis *daret, Myagrum Deum di. itur imprecatus; clavam verò in altilo reliquiſſe, cujus oſſaſſarum vefugerent canes*: ſunt facri cultores, omnes qui ſacris interſunt, non ſoli Sacerdotes. Huic enim viſcerationi Herculeæ Evander, cum ruſticorum turba, aderat. Ufurpavit vocem, de Juliano Imp. Ammianus, qui multas ex Solino dictiones & loquendi genera mutuatus eſt, *l.* 22. *Idemq; nihilominus pro* ſacricola *dicebatur, ad celebritatem hoſtiarum allubentibus multis.* Viſceratio autem *d. l.* epulum eſt vel convivium, quod ex viſceribus, i. earnibus immolatarum hoſtiarum inter ſacricolas agitabatur, uti videre eſt apud Servium, *ad illud* 7. *Æneid.*

—— —— *populiq; Latini* &c.

Sacriſica, in Communione Romana, officium Monaſticum eſt, in Monaſteriis Sanctimonialium. Petrus Abælardus *p.* 154. *Sacriſica quæ & Theſauraria, uti Ordinis providebit* &c. Sed ibi legi vult *Sacriſta*. Circa quæ fine *in Glossario.*

Sacriſicantes, olim coronati fuere, ut & Sacerdotes omnes: Sed illi tantùm coronati, hi verò inſuper & vittati & infulati erant. Coronabantur autem plerunque oleâ, uti Statius habet *Thebaid. lib.* 3.

Hæc gemini vates ſanctam canentis olivæ
Pronæ comam, & niveis ornati tempora vittis
Evadunt pariter —

Atque tunc denique *ſacrificabant.* Quandoque tamen & auro, ut apud Prudentium *Perſteph.*

—— *ſecta vittis tempora*
Nexûs, corona tum ruperas aurea;

Cinſia

Gentis Gabino vsurpare fultus togam.

Et Terrull. *de idol.* ubi in Sacerdotibus tantum provine. id obtinuisse, docet. Atq; hinc coronæ hujusmodi diademata dicta sunt, ut de Sacerdote Lunæ, apud Cumanа Pontica, refert Strabo *l.* 12. Quin & ipsi Reges, quoties *sacrificabant*, regalibus insignib. erant conspicui, ut iterum ex Prud. discimus in *Apoth.* Porro sumopere cavendum erat, ne amplexando & concrectando Sacerdotem, ingratia prædicta rumperentur: hoc enim pessimi omnis erat, Eurip. *Jo Act.* 2. Et vero is ita adornatus ab omni injuria tutus erat, sicut Minister Dei: nisi forte id dira imprecaretur civitati, tum namque ipsum haud minus infensis animis, quam tyrannum, exturbare, prælarum facinus fuit, ut Cabirichi Sacerdotis exemplo docet Theopus, apud Plut. *de Socratis Genio.* Cœrebrum, quomodo corona in *sacrificantibus* fuit omnis fanditatis index, ita quoque, si cui sacrificanti ea decideret, quod in Galba Suetonius, & in Sulpitio Val. Maximus *l.* 1. c. 1. notavere, infaustum habebatur. Inter eos autem, qui, præter Sacerdotes, pro publica salute vota faciebant, supplicabant, *sacrificabant*, a quibus Græcos ; primi erant Magistratus illi, qui à re nomen adepti Στεφανηφόροι, *Coronigeri*, appellati sunt, quam inter eminentissimas fuisse dignitates, Plut. docet *in Præc. Polit.* Athenis inprimis Magistratus fuits cui nomen ἐπὶν Ἄρχοντι, dicebatur; Στεφανηφόρος ἄρχη. quali augustior conseſſus, cui *coronæ gestandæ*, ac proin *sacrificandi* jus fuit: de quo, alisique hue pertinentibus, V. apud Car Paschalium *Coronarium l.* 4. *cap.* 13. & 14. de hubitu talem hoc addam, navigium, cum superstitiosum, tum infaustum litarent; illum fuisse, obſervat Caſpar. Barthius *animadverſ. ad Papin. Statium Thebaid. lib.* 4. v. 449. V. quoque cum, *ad cund. l. ver.* 467. ubi nigro veſtitu Inferis ſacrificantes ex *Seneca Oedipo*, innuit &c.

Sacrificati, in Eccleſia dicti olim, qui ſuppliciorum vitæ, vel etiam amiſſionis bonorum metu, idolis *ſacrificabant*, licèt Chriſtianam fidem ex animo proſiterentur. Alias *Thurificati*, Cypriano *Epiſt* 52. ubi illos, ut & lib. de *Lapſis*, pluribus exagitat, ac Acteorum communione non ſolum arcendos contendit, ſed & in graviori verſari culpa, quam *Libellatices*, de quibus ſuprà. Vide Joannem Forbelium *Inſtructionum Hiſtorico - Theolog. lib. XII. cap.* 1.

Sacrificium, Hebr. מנחה & זבח Græcis θῦσια & θυτία, qui conjunguntur Pſalmo 40. v. 6. erat in V. Teſt. *oblatio religioſa, qua Sacerdotis miniſterio res aliqua Deo ſacrificabatur & ſuſcipi ſolebat, in ſymbolum cultus ſpiritualis.* Eorum prima poſt lapſum mentio: ac à Protoplaſtis *ſacrificatum*, ex tunicis peliceis *quibus amicti fuerunt*, Genel. *c.* 3. v. 21. quidam collgunt, hucque putant reſpici Levit. *c.* 6. v. 31. & *c.* 7. v. 8. Alterum, ſi non primum fuit *Sacrificium* Caini & Habelis, quorum alter de frugibus, alter de pecudum grege, ove aut vitulo, feciſſe legitur, Genel. *cap.* 4. *verſ.* 2. & *ſeqq.* Tertium memoratur Noachi, Genel. *c.* 7. v. 2. & *c.* 8. v. 20. Quartum Melchiſedeci fuit, Genel. *c.* 14. v. 18. Quintum *Sacrificia* legitur Abrahamus, Genes. 22. v. 7. 8. & *c.* 22. v. 13. poſtque eum Iſaacus *c.* 26. v. 25. & Jacobus *c.* 28. v. 18. & *cap.* 35. v. 7. 7. In Ægypto poſtea collapſo, ut videtur, hoc ritu, confer Exod. *c.* 5. v. 1. cum 8. v. 26. ſub Iſraelitarum exitum, Pacha inſtituitur eſt, quod tum *Sacrificium*, tum convivium factum fuiſſe, patet ex 1. Corinth. *c.* 5. v. 7. coll. cum Deuter. *c.* 16. v. 5. 6. Circa quæ tempora obtulit quoque inter Idumæos aut Arabes Hiobus, *c.* 1. v. 5. & *c.* 42. v. 8. inter Midianitas Jethro. Exodir. 2. v. 16. 21. & *c.* 18. v. 12. inter Syros ac Moabitas, Balearmos, Numer. *c.* 22. & 23. & 24. quæ Eccleſiarum olim florentium, inter gentes iſtas, erant reliquiæ. Fuere autem eousque Sacerdotes, more avito, familiarum præcipui ac primogeniti: in quorum locum, ob peccatum in vitulo commiſſum, rejectâ univerſa gente, lecti ſunt Levitæ, atque inſtituitum fuit Sacerdotium Aaronicum, Exodi *c.* 40. v. 12, 13. ritusque *Sacrificiorum*, qui prius liberior, à Deo præſcribi, & ad certum locum, Tabernaculum viz. vel Templum reſtringi cœpit. In eorum vero quorum plurimæ fuiſſe ſpecies, infrà videbimus) adminiſtratione, varia exactè conſideranda veniebant. *Sacrificiorum* integritas & perfectio accuratè præſcripta deprehenditur, Levit. *c.* 22. v. 22. & Num. *c.* 29. v. 8. necante octavum diem agnum, aliamve pecudem, offerre fas erat, Levit. *c.* 22. v. 27. cùm ante id tempus, fœtus à matre adhuc rubens & mollis ac partus illuvie ſqualidus, nondum pro perfecto animali habeatur, Oblatio ipſa hoc ordine, quoad illius præcipua, fiebat. I. Imponebantur victimæ manus, à quibus peccatorum confeſſione, ſeu ab offerente, ſeu à Sacerdote. II. Inde victima maclabatur, excoriabatur, & in partes ſex vel novem ſecabatur. III. Exta abluebantur, ſanguis excipiebatur crateribus, & ne concrefceret, agitabatur. IV. Aſpergebantur eo Altaris cornua; quodque reliquum erat, ad illius pedem effundebatur. V. Holocauſtum totum igne conſumebatur; ex reliquis autem *Sacrificiis* ſolum pars aliqua in Pacificis & Peccatis victifera ac adeps, quod & in agno Paſchali obtinebat; in Muneribus, farinæ pugillus, cum olei ac thuris libamine. VI. Dumque ardebat victima, Levitæ Muſico concentu Deum celebrabant, utque propitius *Sacrificium* acciperet, orabant. VII. Avibus autem, quod operoſius fierum fuiſſe eradunt Judæi, Sacerdotis pollice diſcindebatur caput; tum ſanguis ad Altaris angulum exprimebatur; dein ingluvies auferebatur, tandemque, diſciſſis ſub alarum receſſu carnibus, concrematbantur; Levit. *c.* 1. v. 14. 17. Ad quem locum Abarbenel res X. in ſacrificio numerat, quarum quinque ad eos attinuerint, qui offerebant victimas, quinque reliquæ ad ſolum Sacerdotem. *Illæ* funt. Manuum impoſitio in caput victimæ, mactatio, excoriatio, diſſectio, & extorum abluſio. *Iſtas*, ſanguinem in pelvi excipere, eundem aſpergere, ignem ſuper Altare accendere, ligna dige rere & partes carnium quæ adolebantur. Itaque is qui victimam donumque offerebat, præſens adeſſe atque eo tempore, in atrio Sacerdotum, verſari tenebatur : Cùm verò pro Populo faciendum eſſet, aderant Legati univerſitatis ſacrorum causâ, זקני אשר אל ed. *Virilitanienſi*, appellati. Veram cùm ſine Sacerdote Deus adiri non poſſet, à Sacerdotibus *Sacrificium* peragebatur. Pontifex *ſacrificatus*, nihil iſtorum eſſet, qui tamen *Sacrificia* potiùs auſpicabatur, reliquis partibus Sacerdotum minorum ſuſtæ mandatis, qui ſortito munus obibant, victimarumque partes præcipuas nancifcebantur, Exodi *c.* 29. v. 27. 28. Deuteron. *c.* 18. v. 3. Partcipabat verò cum Sacerdote, de rebus ſacris, univerſa ejus familia, excepris mercenariis, Levit. *c.* 22. v. 10, 11. hoc tamen diſcrimine, quod Sacerdoti ſoli res ſanctiſſimæ, c. g. *Sacrificiorum* carnes: reliquis verò res ſanctæ, *ſanctitates* dictæ, ut *Primitiæ*, *Decimæ* &c. confer. Exodi *c.* 29. v 37. & *c.* Locus, ut dictum, poſt latam legem non amplius liber, fed, repudiatis omnibus aliis, iis inprimis, qui *Exoſſa* dicebantur, Tabernaculum primò, dein Templum fuit; ubi in Altari oblata victima, ligne facto, qui ſuper eo erat, depaſcebatur ac ſanctificabatur, V. Matth. *c.* 23. v. 19. Quæ omnia quem uſum, quemque finem habuerint, apud Theologos videre eſt. Sufficiat dixiſſe, tantum *Sacrificiorum* numerum ac varietatem, ad Deo inſtitutum fuiſſe, tum, ut multiplici illo miniſterio Populum exercerer; tum ut varia adeò imagine CHRISTI plenitudinem, quam ina figura caperenon poterat, exprimeret; denique, ut ipſorum *Sacrificiorum* imperfectionem teſtaretur, quæ cùm ſingula peccatum expiare non poſſent, tanto numero offerenda, identidemque variandа ac iteranda erant. Quæ cùm cunctа GHRISTVSunico ac dignoSacrificio impleviſſet, hicq; ipſe Sol juſtitiæ Populo ſuo affuliſſet, noctumq; illa *Sacrificiorum* vett. umbræ ac faces, rebus jam lucе retectis, paulatim evanuerunt. V. Franc. Burmannum *Synopſ. Theol. Tom. prior. loco* 21. & De *Sacrificiis* Gentilium, ad quæ dem Romanorum, V. Joh Roſinum *Antiqq. Rom. paſſim lib. inprimis* 2. *cap.* 39. *cum Dempſteri Paralip.* Athenienſium, à Franc. Roſſæum *Archeol. Attic. l.* 6. *c.* 3. Aliorum, Alios: nec non ſuprà in voce *Proſiciæ*, alibique paſſim.

Sacrificiorum Vit. Eccleſiæ varia genera ac ſpecies.

α. Animalia, quæ offerre fas erat, mactabantur ad aram, è grantque illorum quinque genera, *Fœtus* autem, ſub quibus *vituli* quoque, Oren, Gepar ac Hedri ; *Columbæ* & *Turtures*, Aromitationi contra Deum erat omnis Ἀφροσύνοβοσία, V. paulo infrà, *Victimæ*. β. Anniverſaria *Sacrificia*, feſtis ſolemnioribus, Paſchatis, Pentecoſtes, Feſti Tabernaculorum, in novi Anni exordio, ac præſertim Expiationis die, offerebantur, V. Num. *c.* 28. v. Fruges, V. paulo infra, *Oblationes*. δ. Hebdomadalia *Sacrificia*, Sabbatis peculiaria erant. ε. Holocauſta, tota igne conſumebantur, hinc כליל quòd tota in fumum aſcenderent, dictæ Quale fuit *Sacrificium* iuge, de quo mox. ζ. Iuge *Sacrificium* maxime celebre erat, Hebr. תמיד, Græcis ἐνδελεχισμὸς, appellatum: quia nunquam omittebatur, feu feſtus, ſeu prophanus eſſet dies. Conſtabat id duobus agnis anniculis, quorum alter manè, alter veſperi mactabatur, V. Exod. *c.* 29. v. 38. & Num *cap.* 28. v. 3. 4. Dignum autem notatu quòd eadem hora, qui Sacerdos agnum in Templo, mactabat, ſeipſum Patri obtulit ipſe cujus juge hoc ſacrificium typus erat, SERVATOR noſter, Marci *c.* 15. v. 25. 34. 8. Libamina dicebantur, olei ac vini liquores, qui, ſacrificiis affuſi ac in Altari libati, Deo offerebantur. Affundebantur autem ex vino holocauſtis & ſacrificio votivo & ſpontaneæ oblationis, ut & inſeſtis, quibus & *Minha*, id eſt, Munus dapale, adjungebatur, Exodi *cap.* 29. v. 40. & Num. *c.* 15. v. 3. 4. 5. 9. Menſtrua *Sacrificia*, noviluniis offerebantur. η. Minha, V. hic *Munus*. ϰ. *Munus*, Gr. δῶρον, Hebr. מנחה *Minchæ* dicebatur oblatio ſeu ſacrificium e frugibus, quod conſtabat ex ſimila; cui oleum affundebatur, addebaturque thuris odoreis: unde acceptum pugillum, cum univerſo thure, adolebat Jehovæ Sacerdos; reliqua ipſi cedebant, Levit. *c.* 2. v. 1. 2. 3. V. quoque hic infrà *Suffimentum*. Neſas verò erat his donis mel aut *fermentum* admiſcere : contrà, omne munus ſale erat *ſaſcindum*, Levit. *c.* 2. v. 13. λ. Oblatio, V. hic ſuprà *Munus*: Triplicia enim, quoad materiam erant *Sacrificia*, nim. *Victimæ*, *Oblationes* & *Libamina* ; unde primariæ eorum apud Hebræos ſpecies זבח מנחה, prout vel *pecudes*, vel *fruges*, vel *uti vinifque ſuperquere* Deo offerebantur. μ. Occaſionata, quæ non ſtatis temporibus, ſed occaſione datâ, fiebant. ν. Pacifica, Hebr. שלמים vocitata, pleraque libera erant ac voluntaria, eaque iterum duplicia, vel Ἐυχαριστικὰ, pro beneficiis acceptis, vel Ἐυκλικὰ,

pro futuris. Dividebantur illæ in tres partes, quarum una Deo, altera Sacerdotibus, tertia offerentibus, ad epulum in templi atriis, cedebat, Levit. c. 3. v. 1. & c. 7. v. 11. §. pro Pecca-to *Sacrificium*, Hebr. חטאת, Gr. ἁμαρτία, illi explando & pec-catoribus ad Sacrorum communionem re lucendis, ierviebat. Levit. c. 4. v. 2. Erant autem pleraque pro impuritatibus cere-monialibus vel levioribus quibusdam noxis; aut etiam pro gravioribus, modo non ex fuperbia, aut elata mau, commifi-la essent. Num. c. 15. v. 29. coll. cum Levit. c. 6. v. 4, 6. Cum eo conveniebat *Sacrificium* pro Reatu, Hebr. אשם, Græcis πλημμέλημα: quod certa quædam duntaxat peccata procurabat, V. Levit. c. 5. v. 1. & c. 7. v. 1, 2. Ejus dominus, manu hoſtiæ impoſitâ, delictum coram Jehova, ad templi oſtium faceri, &, ſi in proximum peccaſſet, de illata ei juria ſatisfacere tenebatur, Num. c. 5. v. 7. Puppetiores offerebantur turturum par, aut 2. columbarum pullos, Levit c. 5. v. 7. aut ſi nec hisce ſufficerent, decimam ſimilæ, fed ſine oleo actiure, Levit. c. 5. v. 11, 12. quæ infirmitas *Sacrificiorum* iterum accuſatio erat. ✠. Quotidia-na, V. hic ſupra, *Juge*. ℣. Spontanea, his libamen affundi ſo-lebat. ℟. Stata erant vel *Anniversaria*, vel *Mensturna*, vel *Hebdomadalia*, vel *Quotidiana*, vel certis denique annorum intervallis recurrebant. ✠. Sufficmentum mactandæ Deo, propter do-na thuris, gratiſſimum, *Manhe* fuit & Victimæ, pecudes dice-bantur. V. ſupra *Animalia*. ℣. Votiva ſeu *Ἐυκλοὰ*, pro futuris beneficiis offerebantur cum libamine. Porrò, alia erant pro peccato Pontificis, alia pro totius cœ nis aberratione, alia pro homine privato, coque vel pauperc, vel divite &c.

Sacrilegus, qui *legit*, i. *adimit & aufert ſacra*, quemadmodum verbum hoc ſumitur, in Lcg. XII. Tabb. *Hominis mortui ne oſſa legito*: ubi ſenſus eſt, ne Cicerone *de Legg. l. 2.* ne quod mem-brum mortuo abſcindatur. Ad eum enim morem Lege hac reſpici videtur, de quo Feſtus ſcribit, digitum cadaveri decidi conſueviſſe, ad quem ſervatum juſta ſacra herent, reliquo cor-pore in pyra concremato; id quod his verbis Decemviri pro-hibuerunt, niſi quis aut peregrè aut in bello mortuus eſſet. Tum enim permiſerunt, eis oſſa legi, quo poſt funus fiat, h. eſt, membrum aliquod admini, ad quod ſervatum juſta Rome fierent, reliquo corpore apud peregrinos ſtammis dato, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 1. c. 6.* Itaque *Sacrilegi* vocitati, quis publica facra compilari nulla religio, *l. 6 & 9. ff. ad leg. Jul. pecul.* Imò & furtum conſtitutionum violatarum crimen, *Sacrilegium* appellant Impp. *leg un. Cod. de Crim. ſacrik. l. 6. de ap-pellat.* in *Cod.* Theodol. Sacrilegique crimen irrogant his, qui præcepta ſua *neglexerint, vel ſcita violaverint, l. 1. Cod. ut ingrati. ord ſer. l. 12. l. 13. C. de erogat. militum annon.* V. quoque Calliſtho-rum *Var. libris* aliquot *c. 8.* & Vegetium *Prolit. lib 2.* Apud an-thenienſes *Sacrilegi*, ut & Proditores, morte multabantur, neq; intra Attice fines ſepelebantur, bonaque eorum publicaban-tur, ex Lege: Ἐαν τις τὸν πόλιν προδῷ, ἢ τα ἱερὰ κλεπτη, κα-θίστω ἐν δικαστηρίῳ, μὴ ταφήναι ϛο ἐν Ἀττικῇ, τὰ δὲ χρήματα αὐτὸ δημόσια ἔσω, *Si quis in judicio proditionis aut ſacrile-gii damnatus fuerit, intra Atticam ne ſepelitur, bona ejus publicantur*, V. Jam. Petitum in *L. Attic. lib. 8 tit. 10.*

Sacrificiatrices & *Sacrificiatus*, apud Aſtricum in *Gloſſis Cuſtos Eccleſiæ* eſt in Communione Rom. idem cum *Sacriſta*, qui alias *Theſaurarius* quoque & *Aperiſtarius* dictus occurrit: Subjectum eſſe Archidiacono, & ad ejus curam pertinere cuſtodiam ſa-crorum vaſorum, veſtimentorum Eccleſiaſticorum, ſeu totius thetauri Eccleſiæ, nec non quæ ad luminaria pertinent, ſive in cera ſive in oleo, legitur *in lib. 1. Decret. tit. 26. cap. 1.* apud Ca-lolum du Freſne; qui *Glossarium Gr. Latinum* S. Victoris Paris. *Acts. c. 20.* to eandem rem laudat, ubi paullo prolixius oſtium illud ſic ab deſcribitur: Ad officium *Sacriſtæ* pertinet, omnia quæ in the-„ſauro ſunt cuſtodire, reliquias & omnia ornamenta altaris & „ſanctuarii ae totius Eccleſiæ, ſive in auro, ſive in argento, ſive „in oſtro & palliis & tapetibus & cortinis: ſacras quoque ve-„ſtes & pallas & manutergia, calices & textus & cruces & chu-„ribula, & candelabra & cætera vaſa, quæ vel ad miniſterium „vel ad ornatum altaris & ſanctuarii totiusque Eccleſiæ perti-„nent Libros quoque Miſſales, Epiſtolares & Evangeliſia, V. quoque Dominic. Macrum *in Hierol.* De *Sacriſtaverò Aperito-libi*, ut vocant *Palatii*, quem ſemper Prælatum eſſe conſueviſſe, ſcribit Auctor libri *Ceremon. Capellæ Pontif.* multa commentatur VVaddingus *in Annal. Minorum.*

Sacrivæ Arbores, in Concilio Autiſiodor. *can 3.* eædem cum *Ar-boribus conſecratis*, quarum mentio eſt in Concilio Nannetenſi *can. 20.* dictæ ſunt, quas ut *ſacras* colebant pagani: cujusmodi idolo-latras ſylvarum vocat Nicetas Paphlago *in Encomio S. Hyacinthi*. Vetus ſuperſtitio: quarto enim cultu priſci Galli quer-cum inprimis coluerint, docet inter alios Plinius *l. 16. c. 34.* & videre eſt ſupra, ubi de *Druidibus*. Imò poſt Chriſti fidem per Orbem longè lateque propagatam, arborum tamen & lucorum cultum coruque, in Africa, Germania, Italia, Gallia aliisque provinciis invaliſſe ac viguiſſe legimus, apud Auguſtinum *Ser-mone 215. & 261. de Tempore*, Gregorium *M. l. 7. Indict. 1. Epiſt. 5. & 20.* Gregorium Turonenſem *Hiſt. l. 2. cap. 10.* Alios; ut in eo evellendo Chriſtiani Principes magnopere defudaverint. V. ſupra in voce *Arbores*. Uti autem *Sacræ* hæ *arbores* dictæ, ſic *Sacrivus majalis* occurrit *in L. Sal. tit. 2. §. 14.* cujusmodi pecora, ad Monaſteria aut Eccleſias pertinentia, *Vulgo porca* dicun-tur Greg. eidem *de Mirac. l. 2. c. 3. Sic et Porci ſacri* Plauto *Mercat. modo* cuntur, id ſacrifi. ium idonei &c. V. Chabotium *ad Avitum lib. 3. Carm. Od. 23.* ubi hu usmodi porca his verbis deſcribitur.

Nam quæ nivali pascitur Algido
Devota, quercus inter & ilices:
Aut cresti Albanis in hvis
Victima Pontificum secures
Cervice tinget.

Sacro-ſanctus, Magiſtratus, dictus eſt, quem vel vi vel verbis vio-lare, capitale eſſet, & ſcelus inexpiabile; qualis Tribunatus Pl. erat apud Romanos, teſte Dionyſio *l. 6.* Cum enim plebs, quæ in monte Urbi vicinum, qui poſt modum *Sacer* dictus eſt, receſſeraet, a Patribus per Legatos lautis conditionibus oblatis revocata eſſet; plebeji interim mecuerent, ne ſoluto cœtu vel promiſſis non ſtaretur, vel alioqui comprehenſi rapterentur ad ſupplicium, ſecuritatis ſuæ causa, patellatem illam potula-rant & adeiti ſunt, ut ipſi ibi e tuo corpore, contra Patricio-rum potentiam ac vim, creare peculiarem Magiſtratum poſſent, à quo auxilii latio adversus Conſules eſſet; utque hic Magi-ſtratus *Sacroſanctus* eſſet: Quem proin qui violaſſet, *Homo ſacer*, i. omnibus diris devotus, dicebatur, impunè à quovis è medio tollendus, *Quoniam illius anima, Diris devota, auxilius humani commercium eſſet*, Alex. ab Alexandro *Genial. dier. l. 6. c. 14.* V. quoque Feſtum, qui *Sacrum* nominem appellatum ait eum, *quem Populus ob maleficium judicaſſet, quamvis homicidii ſas non eſſet: qui vero eum occidiſſet, parricidii non damnaretur*; unde in XII. Tabb. *Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*, &c. inprimis verò Livium *l 3 cap. 55.* Sed & Ædiles *Sacroſanctos* Cato vo-cat, & *Sacroſancta Vacatio* occurrit, apud eundem *l. 27. c. 38. Oſtro-rum ad maritimos, qui ſacroſanctam vacationem dicebantur habue-re, dare milites cogebant.* Sic autem ea dicitur, teſte Marc. Do-nato, quòd jurejurando ea firmata eſſet, ita ut invitè dare mili-tes cogi non poſſent: ex Feſto eodem, cui *Sacroſanctum* dicitur *illud, quod jurejurando interpoſito inſtitutum eſt, ut, ſi quis violaſſet, morte pœnas penderet; vel quod ſine inexpiabili ſcelere vio-lare nemini prorſus liceret.*

Sacrovienſes, nomen priſcæ apud Romanos Tribus, inter quos & Suburanos non levis quotannis erat contentio, de capite O-ctobris equi (Martiimmolari ſolito, in campo Martio, menſe O-ctobri) ut illi, in Regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent: quem ambobus laudatæ caudæ tanti celeritate per-ferebatur in regiam, ut ex eo languis deſtillaret in focum, parti-cipandæ rei divinæ gratiâ. V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 4.* & ſupra, voce *Oſtober*.

Sad-hazar, inter fabuloſa Arabum animalia, quod in extre-mis regionibus Gręcorum reperiri & cornu habere divitum in ſeptuaginta ramos concavos, unde, quoties dux it ſpiritum, ca-noras audiri aves, atque ad harum concentum omnia alia ca-nimalia, fabulantur. Addunt, Reges hoc cornu ibi comparare, & cum venti flatibus illud recta opponunt, ex eo vocem e-mitti mire jucundum, ita ut audientes tantum non in ſuporem de antur: at ſi contrario ſenſu invertant, lugubres ſonos inde e-rumpere, quibus adſtantes ad fletum provocentur. Nomen a-nimali à *ſad* vel *ſada*, quod *canere* eſt; propriè *canere vaticinium*, ab inventrice Sido (muliere apud phœnices magni nominis & jam Sanchoniathoni memorata) ſic dictas, V. Bochartum *Hie-rozoic. Parte poſter. Lib. IV. cap. 13.* ubi de variis Arabum anima-libus fabulolis.

Sadducæi, adde: Nomen quidam ab Hebr *Sedeck*, i. *Juſtus*, de-rivant, quaſi *Juſtitiarios* dicas, alii tamen ejus originem potiri jure arceſſunt, à primo ſuo Auctore *Sadoc* dicto, qui floruit ſub Antigono Sochæo, Simeonis Juſti ſucceſſore, Synagogæ magnæ. Cujus diſcipulus cum eſſet, non intellecta mente Ma-giſtri, cum æquali & commilitone ſuo Baithio, innocua & pia quas vercbat, *non eſſe Dominum ſervientium præmii ergò*, pervertit & inde extudit, *nullum poſt hanc vitam manere præmium aut pœnam*, atque ita novum *Sadducæorum* & *Baithuſæorum* ſectam cudit. Alter etiam Judæis dicuntur *Minæi*, *Epicurei*, *Dositheani* (at hiſce ſurrectionem agnoverunt) *Samaritani*, V. *Jun Ioan*, & *Karaï*, quia nempe traditiones cum Karæis rejiciebant. Ætas eorum inci-dit in annum 226. ante C. N. ut ſic ex Judæorum Sectis omnium ant quiſſimi ſint. Solam illos Legem ſeu Pentateuchum rece-piſſe ſunt qui dicunt, unde è Lege ſola à SALVATORE noſtro refutati, Matth. c. 22. ſed probabilius eſt, univerſam ab eis Scripturam, ſolis traditionibus inſuper habitis, receptam fuiſ-ſe. Mores illorum depingit Joſephus, & confirmat dogma-ta, ut feros & ἀγρίους, tanquam hominum profanorum; unde licèt ferme potentiſſimi eſſent, quamvis & pauci, nihilominus exoſi erant vulgo, cum contra Phariſæi vulpinari noſſent & in-ſinus hominum influere. Interim hodieque aliqua parte inter Judæos hæc ſecta ſuperſtes eſt, cum multi eorum negent ani-mæ immortalitatem, quorum numerus frequens in Oriente & Turcia,

Turcia, ubi multi quoque Karæi: Europæi enim Judæi fere Rabbanitæ sunt. Paria quoque cum *Sadducæis* faciunt, inter alias sectas, Mahometani finter eos, qui Christianum nomen profitentur, *Socinjani*. Franc. Burmannus *Synopf. Theol. Part. 1. l. 4. c. 39.*

Sadoc V. supra in *Sadducæi.*

Sævire, proprie de ursis. Spartianus in *Antonino Geta, Familiarelli fuis has quæstiones Grammaticis proponere, ut diceret: singula animalia quomodo vocem emittrent, Agni balant —— Ursi sæviunt, leones rugiunt* &c. Ad quem locum refert Salmasius, paginam fe habere MS. fragmenti veteris Vocabularii, in qua cum diversorum voces animalium exponantur, etiam id legatur de ursis, quòd *uncum* five *sæviens.* Sumptum autem id ex Principe Poetarum, *Æn. l. 7.*

—— *atque in præsipibus ursi*
Sævire & formæ magnorum ululare luporum.

Quòd verò in fragmento illo, *sævire*, pro uncare, exponitur; confirmatur ab Auctore Poematii *de Philomela*,

Dum lynces arcando premunt, ursus ferus uncat.

Sed eam vocem, ut plures alias in eodem Poematio, meritò suspectas habet Bochartus, cùm *ὠμοβόρος, uncare*, alinquam fit. Frein fequitur non multo post,

Quiritat verres, saxatus rudit, uncat asellus.

De ursis verò *sævire*, Hebr. est הכאר. Ita enim Efaias *c. 8. v. 11.* שאגו כרעים כלו *Sæviunt ut ursi nos omnes.* Interim non urso propria vox est. Namque & de canis ululatu dicitur, Psalmo 59. v. 7, 15. & de gemitibus columbarum, Ezech. c. 7. v. 16. & de tumultu visceruin, Jerem. c. 30. v. 20. & de maris fremitu plusculis locis, Græci interpp. habent Efaiæ *d. l. Στενάξουσιν ὡς ἄρκοι, Gemunt ut ursi.* Non omninomale; videtur enim ursorum vox habere aliquid gemebundum. Unde Horatius,

Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.

Et Ovidius de Callisto in ursam mutatâ,

Assidnoque suos gemitus testata dolores &c.

Itaque, *Sævimus ut ursi nos omnes*, id est, gemitu nostro fevientes ursos referimus. Proin icquitur, *Et ut columbæ gemendo gemimus.* V. Salmasium *Not. ad Spartianum* & Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior. Lib. III. c 8.*

Safarium, in *Glossis* Isidori, *Pastophorium*, *Atrium Templi* vel *Safarium.* Item *Safarium*, *Atrium Templi.* Nempe Πασάς, in Templis Gentilium dicebatur ea pars, quæ *ἁγία ἁγίων*; non ὁσὸς τῶ παντὸς, quòd ibi conviverantur, sed ὁσὸς τῶ ναοῦ quod est *πανδόκιον*, quòd opere intellino cælaris laquear bustetorio albarioque opere obductis pictisque & auratis ornata esset. Sed & velum vel figmentum variegatum *Safarium* dicitur, quod Italami vel aris foribus prætendebatur. Unde *παραπέτασμα*, Templorum Atria, in quibus ejusmodi vela prætenta esse vel potius quòd is locus destinatus esset manfionibus *Ἁγίων ἁγίων*. In templo namque Iudis, & aliarum fortè etiam Dearum, certus coetus fuit facratorum hominum, qui velum linteum variegatum, thalami foribus vel facrae calybæ oppandi folitum, fere folebant. Atque hinc Isidorus *Safarium*, Atrium Templi exponit. V. Jac. Gothofredum *ad l. uh. de pubi. ædific.* & Salmasium *ad Solinum p. 1217.*

Saga, à sagiendo. Cicero *de Divin. l. 1. Sagire enim sentire acute est, ex quo Sagæ anus, quia multa sire volunt & sagaces dicti canes.* Appulejus *Metam. l. 1. Pontus illa & Regina campona, quid mulier is est? Saga, inquit, & divina, potens cœlum deponere, terram suspendere fontes durare.* Hoc eft, præcia futurorum. Festus, Sacrorum peritam mulierem & Virum lapientem *Sagæ* dici notat. Nonius, conditces libidinum virilium fic dictas autumat, ut Lucilius *l. 7.* fcripferit,

—— *Saga & bona concilitatrix.*

Plerunque tamen divinatrices *Sagæ* dicuntur, *Saganæ* Prisciano *l. 4. Phædades* vet. Scriptori *Onomasti*, quæ & Sacrorum peritam simulant. & libidinum conciliatrices funt ut plurimum. In quo genere Thessalæ olim inprimis celebres, quibus frequens cum Luna commercium. Hinc ad divinationes suas fpecioso usu, in eo literas sanguine inscribentant, espionia ipsarum continentes quas legebant, qui consulerant, non in speculo, sed in orbe Lunæ. Id enim carminibus fuis fe præstare jactabant, esseque id Pythagoræ inventum. Unde Aristophanes in *Nebulis*,

Ὥσπερ κάτοπτρον, κἀνὰ σεληνὴν ἴχων &c.

Sed hæc de re V. infra, ubi de *Speculis.* De circulo, quem ingrediebantur, ferpentes incantatæ aliasque præstigias facturæ, diximus aliquid supra, in voce *Sagæ sopenæ. Defigere* autem dirisaliquem, incantationibus, maleficis herbis & aliis veneficiis Sagæ dicebantur, Græcis *πήσσειν* & *κατατήκειν*? Unde *κατάδεσμος*, pro *veneficio*, quæ de re dictum suprà ubi de *Nodo Veneris*, cui contrarium erat, *solvere*: quod utrumque duobus potissimùm faciebant modis, cantibus viz. & herbis. Unde Sottilegium hodieque Gallis *carmen* dicitur, *charme*, & hinc verbum *charmer*, pro *carminibus aliquem devovere ac* defigere. De cereis imaginibus, quas Veneficæ feu *Sagæ* fingebant, earum beneficio homines, quibus inminebant, ad obsequium pertractuæ, vel vehementiribus dolor ibus excruciatuæ, Ovidius agit, in versu

Sagaque pluniica defixit nomina cera.

Et, —— —— *Simulachraq; ea cerea fingit.*

Quod *defingere* vocat Horatius: *Defingis Rhoni luteum caput.* Ubi probe *defingere* à *desigere* distinguendum, quo posteriore vocabulo effectus fignificatur deficæ imaginis, de cujusmodi venificio ditimus aliquid suprà ubi de *Cereis imaginibus*, item voce *Lena.* V. Salmasium *ad Spartianum in Didio Juliano* & *ad Solinum pag.* 1088.

Saganna, V. *Sagana.*

Sagamos, in America, Regulos fuos vocant, qui habitant Continentem; fecut qui Insulas, *Cassiquas* habent. Hornius *Orb. Imperant.*

Saganæ, apud Ptolemæum, Carmaniæ flumen, quod poft Andanim illi ponitur, versus Occidentem naviganti; *Siganæ* Plinio, pro *Siganas* vel *Taganas*, de quo V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1181.

Sagaria Negotiatio *in l. cum duobus §. quidam, ff. pro socio*, fagorum negotiatio fuit, de quibus V. infrà, ubi varia de voce *Sagum.*

Sagarii, Ajacis Locri fil. memoratus Solino *c. 2. Notum est, à Philoctetæ Petiliam conditorem — Sybarim à Troezenijs & à Sagarii Ajacis Locri filio* &c. Sed Achæos cum Troezenijs Sybarim condidisse, tradit Aristoteles *de Republ. l. 5.* de *Sagarii* verò Ajacis Locri filio, nihil alibi occurrit. *Sagarii* quidem nomen proprium Græcum, in antiquis *Inscriptionibus* occurrit, & in illo versu Martialis *l. 8. Epigr 58.*

Passum te Sagarim intre vocare men.

Salmasius *ad Solinum p. 65.* Alii tamen apud Martialem, *Sagarum* fcuti genus effe & Poetam in ambigua hac voce, quæ & pro *sage* accipi poffit, ludere, contendunt. V. Raderum *ad l.*

Saganæ tractus, in *Charta* ver. Philippi Francorum R. A. C. 1282. apud Sammarthanos *in Archiep. Rotomag.* facultas eft piscandi & rete in piscarum jaciendi & immittendi. Pro *rete* namque vox Latinis nota. Sed & navigii fpeciem defignat, apud recentiores ita vri Scriptores. Unde *Sagena Petri*, Petro Damiano apud Baronium A. C. 1062. *num.* 57. Sic Laurentius Veron. *de Bello Italicatico lib. 1.*

Barcæ, curralii, tinures, grandesque fagenæ.

Etiam apud ejusdem ævi Græcos Scriptores, crebrò hæc notionecæγηνὴ occurrit, Conftantinum de *Administr. Imp. cap.* 31. *de Thomatibus l. 1. c. 1.* & 6. Mauritium *Strategic. l. 1. c. 21.* Gregoram *p. 72. &c.* V. Cdu Freine *Glossar.*

Sagibarones, memorati in *L. Sal. tit. 56. §. 2. 4.* & 9. & in *L.L.* Inæ Regis *c. 6.* Caufarum judices funt, qui in mallis publicis jus dicebant; à Saxon. *Sacb* five *Sacu*, causa, de qua litigatur & *Baro* i. Homo: itaut Jurisperiti fuerint five Legis Doctores, qui Gallis dicuntur *Hommes de Loy.* Eorum in Judiciis non plures esse debere, quam tres, colligitur ex dicto *§. 4. Sagibarones infinguilis mallobergiis — plusquam tres esse non debent*: cùm Graffiones judicaverint cum feptem. V. Henricum Spelmannum & du Freine *in Gloss.*

Sagina, apud Solinum *c. 22.* ubi de conchis margaritiferis, *Sic conchjani gravitasque sinus & de* fagin æ *qualitate vectum habitus unionum*: pro cibo vel pabulo ponitur. Sic Sympofius in *Ænigmatis*, *saginas* dixit de glandibus, quæ fuum pabulum funt,

Setigera mavis facunda natus in alvo
Defuper ex alto virides expecto faginas.

Unde Symmachus in *Epistolis*, *Saginam cædere*, eli cibum cædere ac comedere. Et Nemefianus *in Cynegetico*,

—— *tunc conjuntam retinere saginam*
Profuerit.

Ubi de eanibus venaticis, qui non faginantur, loquens, vocem pro fimplici cibo ufurpat &c. Alias Veteribus *sagina*, eft *victus* ac *nutritura.* Plinius de cochleis, Quin & *saginam* earum eum "mentus eft, fapa & farre, aliisque generibus, ut cochleæ quoq; " alcoles ganeam implerent. Cujus Artis gloria in eam magni " tudinem pe ducias, ut octo quadrantes impleret fingularum " cochlearum, auctor eft M. Varro &c. Et quidem vel ad facra, vel ad lautum, id fiebat. Boves altiles ad publica facrificia *saginatos*, habet Varro *de R. R. l. 2. c. 1. v.* quoque fuprà, voce *Adeps* alibique paffim. Gallinam altilem, exhibet Martialis *l. 13. Epigr. 59.* &c. cui muneri qui præerat, *Saginius Altilitarius* vocatur in vet. *Inscript.* Roma, *Farsor* Horatio *Sat. 3.* & in alia *Inscr.* ibid. à alia vocatione *Farsor* fuprà. V. L. Fignorium *Comm. de Servis*, ut & hic paffim, inprimis vocibus *Ligare* & *Zonheca.* Proprie verò *Saginatores* de Athletis usurpatum. Terentianus *adversus Pyschicos, saginentur pugiles & pyrrhe Olympici, illi ambitio corporis, quibus & vires necessariæ.* Sic Gracis *εὐτέλεια*, de iisdem. Diogenes Laertius, Οἱ δὲ Πυθαγόρου δοκοῦσι τοὺς τόπους εὐτελεῖς τὸ τοῦπνου τοὺς ἀθλητὰς, *ad hunc modum pugiles faginasse.* Hinc Curtius Dioxippum pugilem, *faginati corporis belluam* vocat. Et primò quidem ficus aridas eftabant Athletæ, quam veterem *σκαμμὸν* Pythagoras quidam Diogeni modò memoratus fuftulit, & Pugiles ad carnium ufum trantulit, uti quoque Jamblichus memorat *in vita* Pythagoræ Philof. A quo tempore licèt ficeæ ficus non amplius comederent, manfit tamen huic faginæ ἔφοδος *φυγίνη* vocabulum: quòd pulpam tantùm ficeam aridamque, nullis

nullis fcitamentis & jurulentiis ebianditam ederent. Carne autem utplurimum utebantur bubula & fuilla, pedes inprimis edebant bubulos & fuilla ἀχροκωλια, quod hæ partes maxime aridæ fint ac ficcæ & minimum fucci ac pinguedinis habeant &c. Qua de re V. fupra ubi de *Arida Aegrotantes*, ut & in voce *Colophia*, plura vero hanc in rem, apud Salmafium ad *Tertullianum de Pallio cap.* 4.

Sagitta Veterum, an à Scythe Jovis, an à Perfe Perfei filio, inventa, V. Plinium *l.* 7. *c.* 56. atrox telum. Statius *Theb. l.* 12.

—— —— *paturæ recifæ*
Cum capitis haftifque manus, medifique fagittæ
Luminibus ftantes.

„Ad quæ verba Barthius, Ex hoc aliifque talibus Scriptorum lo„cis patet, inquit, quàm atrox fuerit *fagitta* Veterum; ut contra „minùs curiosè armatos, pejus longè putem hodiernis minori„bus fclopetis, quæ tranfeunt, aut certè tam fœdè laniandos „Chirurgis non exhibent vulneratos. Adde celeritatem itera„tarum plagarum. Et quàm fœdum hoc folum Papinianum „fpectaculum putes, craffam fagittam & humatam in cerebro „ftantem videres? Quæ autem ratio quisque alius *fagittandi* & *jaculis* jaciendi Veteribus fuerit, idem Statius indicat *Theb. lib.* 4. *verfu* 354.

Quale quater jaculo ftatium, ter arundine vincat.

Nempe trium fagittarum fpatium, quatuor jaculorum longitu dinem habuit: h. e. quatuor ictus jaculorum æquabant trium fagittarum fpatium; quod hodie fecus habet. Unius enim fagittæ expulfio decem amplius jaculorum fpatium conficit eoque amplius. Sed verum eft, nos fagittarum tenere veterem ufum, eumque habiliorem reddita jaculorum autem omnem fermè amififfe. Nec verò fagittæ nonnullis ad nocendum fatis vifæ, nifi & veneno tingerentur, qua de re aliquid infrà. *Sagittis* porrò parvis totas gentes, quod *fagittando* valerent, ca pillaturam fuam ornaffe legimus. Claudianus *de Nuptiis Honorii verfu* 222.

—— *quantum crinita fagittis*
Auxilia extremo Meroë circumftitit Nilo,

Idem 3. *Conjul. Honorii v.* 21.

—— *poftis Numen conjiftis pharetris*
Ignavas Meroë traxit de crine fagittas.

Et *de Laudibus Stilichonis v.* 254.

Veneras & parvis redimitus Nuba fagittis &c.

Cujusmodi *fagittæ*, inftar utilium, fignatæ quoqueerant. Prudentius *Hamartigenii*,

—— *non accola magni*
Euphratis Parthus rapidi, non dextior Indus,
Tempora pennatis redimitus nigra fagittis.

Eædem in orbem compofitæ erant. Claudianus *Nilo*,

Et gens compofitis crinem velata fagittis.

Ubi crinem ipfum præ orbe fagittarum non fuiffe conspicuum notat. V. quæ *ad tabulam Sub* ex Heliodoro & Luciano pulchre notat Hieronymus Aleander, & plura hanc in rem, apud Can. Palchalium *Coron. l.* 3. *c.* ult. & Cafp. Barthium *Animadverf. ad Statium paffim*: ubi inter alia & *fagittæ finum* hoc verfu Virgilia no Æn. *l.* 12. repræfentari adnotat,

—— *ftridens alis allapfa fagittæ ift* &c.

Addam folùm, non ornatui tantùm, fed & ufui, aliquando id factum. Æthiopes enim pugnaturos *fagittas* capitibus fuis in orbem *circumdare*, *ficuti radios*, circumponere confuevifle, ut illas, cum ufus effet, contra hoftes ejaculaturos. tradit Lucianus *de Salt.* De eo rectò pœnæ apud Perfas genere, quo *fagittis* nares trajiciuntur, V. Petrum de Valle *Itinerar. Tom. III.* Hinc *Sagittariorum Doctor*, occurrit in vet. *Inscr.* apud Cl. Sponium *Itiner. Græciæ.*

Sagitta, navigii fpecies eft, apud Recentiores. Otto Frider. *l.* 1. *c.* 33. Aptatis tribembus & birembibus, quas modò galeas, feu *fagittas* dicere folent, aliisque navibus bellicis oneratis &c. à velocitate dicta. In vellibus vero *Sagitta* dicitur pars ea, quæ contrahitur in finus, quod *Sagittæ* fpeciem effingat, apud Udalricum *Conſuet. Cluniac. l.* 2. *c.* 11. Sedens ad lectionem — „anteriora frocci fui femper ingremium ita attrahit, ut pedes „poffint bene videri. Girones quoque vel quos quidam *Sagittas* vocant, colligit utrinque, ut non fparfim jaceant in terra. C. du Freine in *Gloffario*. De cujusmodi veftium fagittis, V. fupra in voce *Ruga Veſtium*, item hic infrà ubi de *Sinu*.

Sagittarius, lignum cochleæ, adeò dictum, quod illi verticem Veteres fine chorda Latini ita ↑ quam fagittam effe arcui applicatam, interpretatur Scaliger: fed hæc figura ab illa deficit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1236.

Sagma, Græcis σάγμα & σαγή, propriè eſt, quod jumento onera bajulantibus imponitur, ut mollius & fine fua noxa vehant; diſtinctum a fella equorum vel aliorum animantium, quibus homo vehitur. Vegetius *Rei veterin. l.* 2. *c.* 59. Exceptibilis, qui „deputati funt Circo, reliquum equorum, mulorum, afinorum „fue genus fub fillis aut *fagmis* folotergo præftat officium. *Deinde*, tum fellarum vel *fagmarum* menfura conveniens & apta qualitas debet adhiberi. Inde *equi fellarii* & *fagmarii*: *Sellarii* Gr. σαγ@- *Φορεῖς*, Plut. vel κάνναι *Sagmarius* v. κανναῖος, & properea à fellari feparatur, qui abfolutè equus dicitur. *Ut in vita* B. Hilarii, Quod ubi vir cempeit, protinus & ipfe pedibus iter ingreffus, urbem Romam fine equo, fine *fagmario* intravit. Quæ tamen diſtinctio non obfervatur apud Lampridium in *Heliogabalo*, ubi inter Semiamirica Semanconfula, etiam hoc de Matronis conſtitutum, *Quæ plenio, quæ equo fagmario, quæ afino vehuntur.* Nec apud Vopiſcum, in *Aureliano*, ubi de militum officio, *Equum fagmarium ſuum defricet &c.* Facciebantur autem σάγματα tomento σαγὴ dicto; unde voci origo, σάτιον enim idem eſt, quod *impleo & farcio*. Unde σαγματοφόρον ὄθνιον, apud Auctorem *Periplii, lintei ex lana ſtragula & fagmata conficiebantur*, ſpecies. Poſtmodum *Sagma*, jumenti farcina & onus, Græcis σαγματόφορον, Gallis vulgò *Serge* dicta eſt. Unde *ſagmare aſinum* velequum, onerare eſt; & *equus ſagmatus* onuſtus; σαγματοῦσθαι. Ex *Sagma*, recentiores *Salma* fecere, hinc *Sauma*. Unde *Sauma vini*, apud Falconem Benev. A. 1124. Tanti fuit fertilitas vini, quòd —— centum fauмæ pro 30. denariis vendebantur. Et *Samarii*, apud Theodorum Campedoctem in *vita S. Magni*. 2. qui cellis vinum & fruarum habet, & Gallis *Sommelier* vocantur, eo quòd horum poſſimmum curæ incumberent *Equi ſagmarii*, quibus vinum deferebatur, eidem poſtea appellatione ad cæteros miniſtros, qui clitellaria jumenta agebant; & tandem ad illos quoque, qui in Aula Gallia Regum ſupellectilis Regiæ curam gerunt, extenſa. V. C. du Freine *in Gloſſar.* Salmaſium *ad Hiſtoriam Aug. paſſim*, inprimis ad *l.* ult. & *ad S. Sinum p.* 598. & 1170. nec non Paulum Leopardum *Emendat. l.* 11. *c.* 6.

Sagmiarius, memorata Trebellio, qui inter dona dari juſſa Claudio recenſet *Sagmiarum ædes annuas duas*: vel ſi fuit militaris, ex duplici genere veſtium, *Sago* & *Chlamyde*, conflans, ut Caſaubonus explicat. Sic *Chlamydem mantuilem*, idem Auctor nominat: Sic *tunicam pallolatam* Vopiſcus recenſet in *Bonoſo*. Figura eius quæ fuerit, non adeò facile explicatu eſt. Si enim tota clauſa, nihil ex Sago habuerit, quod apertum ſi ſolùm in parte interiori, tantùm Chlamys fuerit. Fortaſſe ex vulgari Chlamyde & Sago Gallico conflatum fuit, ut ad militiæ Tunicæ, quem admodum Gallorum Saga, induretur & manicas haberet, cæterùm ad latera hinc inde pendulas alas, ad inſtar Chlamydis, Octav. Ferrarius *de Re Veſtiar. Part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. Gregariorum militum veſtem *Sagochlamydem* fuiſſe, contendit Thomas Dempſterus *Paralip. in Rofin. Rofin. Antiquitates tib.* 10. Non diverſum videtur id genus veſtis, quod σαγομάτιον Græci recentiores vocarunt; nam κατὰ τὸν *chlamydis* diſcrimen Gloſſæ. *polutelamonium*, χλαμὺς πολύτιμος. De *Sagmario* Suidas in *Etymol.* χλαμύδιον interpretatur, τὸ ἐκ τριῶν ἢ τεσσάρων ὑφασμάτων συγκείμενον σαγμάριον, ὅτι ὑφίεται τὸ κεφάλιον. Rotundum vulgo dictum *Sagmarium* &c. Nempe rotundum fuit, ut chlamys, non quadratum vel quadrangulum, ut ſagum. Et *Sagochlamys* ad utrumque formam factum. & aliquid habens ex chlamyde & ſago veſtimentum. Salmaſius *ad Pollionem d. l.*

Sagomanium, Græcis recentioribus σαγωμάνιον, V. hic ſupra *Sagochlamys*.

Sagones, medio ævo dicti qui prius *Curioſi*, & antiquitus Frumentarii, publici nempe curſus protectores. Occurrit vox frequenter apud Caſſiodorum, eique colligi poteſt, non eos tantùm publicum curſum curaſſe fed etiam pecuniis, publicas exegiſſe. Undeeſt, quòd *Sagones* (namque fic poſtmodum vox corrupta, ut ex *ſago ſaga* Galli fecerunt, panni ſpecies) ab *exigendo* dictos annotet Iſidorus, more ſuo ineptus in etymologiis eruendis. Caſſiodorus *Var. l.* 4. *epiſt.* 47. *ad Gudiſtalcum Saionem*, *Nullam praterea Saionum diminutionem aut pravitatem, fed ad cauſam, quam directus fuerit, uno tantùm itinere permittatur accedere vel venire.* Ubi quos *Saiones*, eosdem paulo poſt *Veredarios* appellat. Et idcirco quinquaginta ſolidorum mulctamjam non veredarius, ſed catabulenſis incurrat, quisquis ultra centum libras pariter hippum crediderit onerandum. Nam qui curſu publico, alias quo juſſerit incipis deſtinabantur, dicebantur *Veredarii* & *Sagones*, hujus Scriptoris ætate, quòd *ſagis* uterentur. *l.* 47. & 48. *Cod. Theod. de curſu publ.* Sint præterea duo Palatini profequatores singularum tribulum, cum ſuis ſervis habentes quinquage. narum librarum avertas & *ſaga*, quibus parati eos profitere nis neceſſitate muniri. Et *l.* 2. *Cod. eod. tit. d.* cavetur, ne hippocomis *ſaga* ſua auferant Veredarii. Ubi *ſaga* perperam nonnulli pro equorum ſtratis accipunt. Græci illo loco κάνναι verterunt, quam vocem Latinam illi ufi ſua fuam fecere. Multorum ſc. & Veredariorum pænulæ ibi intelligiuntur; ut & in *l.* 37. cum qui *ſagum* hippocomorum notabili populatione voluerit ufurpare vel feindere &c. V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano*, & ſupra ubi de *Curioſis*, *Caſtoribus*, *Frumentariis*.

Sagulum Imperiale, aj ut Treb. Pollionem in *Vita* Zenobiæ, Zenobia —— poſt Odenatum maritum *Imperiali ſagulo* perhibe per humeros habitu, donis ornata —— imperavit: Ubi forte *habitu Didonis ornata*, legendum eſſe, judicat Salmaſius. *Sagulo* namq; ornata dicitur Zenobia, Didonis habitu, à qua ſe originem

rem ducere memorabat. Didonem autem fic ornatam introducit Poeta l. 4. ejusque habitum hoc modo describit:

Tandem progreditur, magna stipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
Cui pharetra ex humero, cui gemmis nodantur in aurum,
Aurea purpureum subnectit fibula vestem.

Sagulum nempe *Imperiale* Zenobiæ tribuit Trebellius, at Virgilius *purpureum chlamydem*: *Sagulum* autem & *chlamys* idem. Et quidem *sagulo per humeros ornato*, est τὸ χλαμυδίον ἢ τὸν ὦμον κατακαλυπτὸν ἔιδος: fibuli enim per humeros fubnexa erat vestis, ut in *sequ.* dicitur, non circa pectus, cum brachio sæpe nudo ageret. Vel simpliciter, *sagulo per humeros ornata*, τῷ χλαμυδίῳ κατὰ τῶν ὤμων ὑφασμένῳ. *Sagulum* autem *purpurfum*, quòd addit, est βαπτὸν πλουσίως. Sic *purfusam purpura vestem* Latini dicunt τὸν πορφυροβαφῆ. Virgilius,

purfusamq; ostro vestem ——
Idem, —— & *ostro*
Perfuse vestes, argenti aurique talenta &c.

V. Salmasium *d. l.*

Sagum, vox purè Græca, à σάγω, in genere quodvis tegumentum est. Hinc quæ alii coopertoria vel tegumenta equorum dicunt, ea sæpe *saga* nominantur. Jul. Capitolinus in *Vero*, ubi de Veluceri ejus equo, *quem*, *sagis fuco tinctis coopertum*, *in Tiberianam ad se adduci jubebat* &c. Vegetius *Artis veterin. lib.* 2. *Animal loco calido fistatur*, *ac sagis coopertur*, ubique paſſim. Absyrtus vocat σκέπας ἢ ἔφιππα καὶ ἱππικὰ καὶ ἱππάρια καὶ ἵππους. *Sagum* pro pallio, vidimus supra, in hoc *Sagulet*. In specie autem *Sagum*, vestimentum erat armis superindui solitum, Joh Rosinus *l. c.* 31. Idem cum Chlamyde Octav. Ferrario. Indumentum fc. feu ἐνδύματον, quod tunicæ imponeretur & fibulâ in humeris necteretur; unde auctor Etymologici, χλαμὺς τὸ ἀπλοῦν μὲν κυκλοτερὲς, τὸ δὲ συνδέσμῳ λεγόμενον Σάγον. ἱμάτιον ὅτιτε φορεῖται ἢ περονᾶται. Propriè vestis militaris, quâ tamen, non tam gregales ac manipulares, quàm Ordinum Duces, Centuriones & Præfecti uebantur. Capito inus in *Marco Philosopho*, *Perfrauduisum veniens in Italiam*, *sagum & ipse sumsit*, *& militer sagatos esse jussit*, *nec unquam saverun sagati sub eo milites*. De Centurionibus, V. Suetonium *Augusto cap.* 26. de Tribunis, Livium *l.* 7. ubi tamen apparet, fuisse discrimen aliquod, inter Tribunorum, Centurionum, ac Manipularium *Saga*, de quo infrà. Milites ergo in bello *sagati*, Sueton. *Julio cap.* 48. Galli inprimis, unde de Belgis Strabo *l.* 4. Σαγοφοροῦσι δὲ καὶ κατατρέχουσι. Figuram *Sagi* quod attinet, fuisse vestimentum apertum & infibulatum, quodque reliquis vestibus superinduceretur, Cæsar docet *lib.* 1. *Sinistras sagis involvens*. Silius item *l.* 17.

Humeris imponis honorem
Fulgenti Sagulo.

Hinc extensfoeo homines per ludibrium in sublime jactabantur quod à Nerone factum tradit Suetonius & Martialis *libro* 1. *Epigram.* 4.

Ibis ab excusso missus ad astra Sago.

Idem Suetonius de Othone, *c.* 2. *Ferebatur*, inquit, *& vagari nocte solitus*, *atque in solitudine quempiam obviorum vel prudentum carpere*, *ac diffensu ingo imposium in sublime jactare*. Sic de visco Plinius *Hist. Nat. l.* 16 *Sacerdos candida veste cultus*, *arborem scandit*, *falce demetit*, *candido id excipiunt sago*. Porrò tunica longius *Sagum* fuit, non tamen talare erat, ut vult Vualtrinus, non benè intellectò illo Trebellii *in Saturnino*, *Etsi qus insigne est*, *quòd in consilio disceudere milites*, *ne inferiora deambularent*, cum Sagis *sublimioremque vestitum*, *quasi purpuratis*, &c. Quæ omnia propriè de *Sago* Romano capienda sunt. Non enim omnia *Saga* fibulare fuisse declarant verba Claudii ad Regillianum, apud Trebellium. Quamvis enim de Romanorum *Sago*, ex Varrone: Hilpanorum ex Appiano: Illyricorum, ex Trebellio: Germanorum ex Tacito, qui ait, *spina fagulum infibulare solitus*: Gallorum ex Polyæno id videatur conflare: tamen Gallica *Saga* fine fibula fuisse videntur, ad inflar tunicæ & quidem manicata, qualia hodierna *Saga* sunt & Italis *Saji* vocantur. V. Tacitum *Histor. l.* 2. ubi de Cæcinna. Quod ideo fortè factum, quia cùm braccati essent, inferiora corporis velabantur, adeoque opus non habebant vestibus clausis atque prolixis. Interim etsi, more tunicæ, Galli *Sagum* induerent, tamen forte, cùm ad pectus apertum esset, fibulâ ei, quâ clauderetur, fuit opus. Unde & Diodorus de iis, ἐκπεπερονημένοις σάγοις ἐσθῆσιν virgatum enim, & intercurrente purpurâ distinctum fuisse *Sagum*, Veteres prodiderunt, Marcia *Sagi*, ficut & aliarum veſtium apud Romanos, lana fine, majoris minorisque pretii: *Saga* fc. gregalium & manipularium militum craſſiora ac viliora fuere, ipſa lanæ ingobilitate: at Centurionum ac Tribunorum majoris pretii ac nobilioris textune. Hinc *Sagum* pro veſte viliori ac craſſiori, apud Martialem *l.* 6. *Epigramm.* 11.

Te Cadmea Tyros, *me pinguis Gallia vestit*,
Vis te purpureum, *Marce*, *fagatus amem?*

Ubi pingue craſſumque ſagum, quod ferme in Gallia conficiebatur, Tyriis lacernis opponitur. V. eundem *l.* 8. *Epigramm.* 48.

Tom. II.

Senec. *Epiſt.* 18. & Strabonem *l.* 4. Ex ſerico poſtea chlamydem Cajum & Commodum geſſiſſe, apud Dionem legimus: auratarum meminit Spartianus *in Hadriano*. Porrò, ut tunica militaris alba fuit, ita Chlamydes & *Saga* nativo lanæ colore fuerunt: hocque uno Impp. Ducesque à militibus diſtinguebantur, quòd Paludamentum purpureum ſive coccinum geſtarent, Gallicum tamen *Sagum* intexta purpurâ diſtinctum fuiſſe, docet Virgilius *l.* 8. *ubi de Gallis*;

Aurea cæsaries illis, *atque aurea vestis*,
Virgatis lucent sagulis; *tum lactea colla*
Auro innectuntur, *duo quisque Alpina coruscant*
Gæsa manu ——

In quæ verba Servius *Sagula virgata erant*, *quæ habebant in virgarium morem deductas vias*. *Et bene adjuncta ad Gallicam*, *Sagum*, *per quam virga purpura dicitur*. *Virgatis ergo*, *ac ſi diceret*, *purpuratis*, *quæ Sagula virgata etiam Trabeata dicta sunt*. Quam ob cauſam verba Gallieni, perditâ Gallia querentis: Non hæc trabeatis ſagis tura Reſp. eſt? de *virgatis sagis*, interpretatur Caſaubonus, ex Diodoro *Scriulata* eadem, id eſt, maculatum inſtar, cancellatim & reticulatim diſtincta, vocat Scaliger. Hinc *Sagulum* brevius Sago, &c. Neque verò tantùm pro veſte militari, ſed & pro quovis tegumento. *Sagum* uſurpatum olim fuiſſe, notat Caſaubonus ad Capitolinum de L. Veri equo, V. ſupra. Præterea, cùm inter bella civilia mutatio veſtis fieret, depoſitis togis, *Saga* ſumebantur: Unde *Ire ad saga*, & *esse in sagis*, apud Cic. Philippicis: Graeci Scriptores, *sumere chlamydem*, dicerunt. Sic apud Vell. Paterculum *l.* 2. *c.* 16. in hæc verba, *Utique ad saga iretur*, *disuque in eo habitu manseretur*, notat Schegkius, Sagum Romæ in dubio belli eventu ſumere, moris fuiſſe: ut in tumultu, & triſti tempore, ponere annulos, indicere juſtitium, differre vadimonia, mutare veſtem: neque, cùm ſemel ſumptum eſt, fuiſſe depoſitum, niſi ſæ lætiore. Idem *ibid.* tria *Saga* genera facit, unum lugubre, i. luridum, nigrum, pullum, de quo modo: Alterum gregale Militum, cenſum ac villoſum: Tertium Imperatoris, quod *Paludamentum* proprie, de quo utroque ſupra. V. Octav. Ferrarium *de Re veſtiaria paſſim*, *inprimis c.* 7. & *ſeqq.* In *Sagis* ac centonibus fuiſſe ſervos, docet Columella *de Res Ruſt.* paſſim, &c.

Sagi varia genera.

a. Æſtivum, quod levius, cujusmodi deſcribitur à Statio *Theb. lib.* 7.

Etrusbat imbellis Tyrio sub tegmine thorax.

b. Attrebaticum, frequens apud Auctores, V. ſupra. *Atrebatica Veſtes*. *γ.* Gallicum, manicatum fuit, quadratum, interquæ purpurâ diſtinctum, ut divimus. *δ* Germanicum, Tacito memoratur, futique non raro ſpinâ, fibulæ loco, nexum. Argento variegata Herodianus habet. Caracallam, chlamyde Romanâ depoſitâ, ſæpe Germanorum indumenta ſumiſſe, referens. Iconem è Cluverio in opus ſuum tranſtulit Ferrarius *Parte* 2. *l.* 3. *c.* 10. *t.* Preſonicum, apud Monachum Sangall. *lib. t. c.* 36. breviſſimum fuit. *ζ* Hybernum, denſius ex lana ſi craſſa & villoſa, vi dere eſt apud Strabonem *l.* 3. & 4. *η* Hiſpanicum, apud Valerium Max. *l.* 3. *c.* 2. duplex fuit veſtimentum, craſſum itidem & infibulari ſolitum, Appiano *Iberic.* 9. Luſitanicum, Strabonî memoratum *l.* 3. ubi nigriveſtes Luſitanos omnes, & plerunq; *saga* indutos, in quibus & accumbant, habet. Περιστικὸν, & feſtivitatum proprium, occurrit apud Spartianum *in Severo*, *Quum Romam Severus venisset*, *prætorianos cum saburralibus sine sagis sibi occurrere*. Quod plenius expliansHerodianus, juſſit Prætorianos, inquit, obviam ſibi prodire in habitu pacis & triumphali. *i.* quo uterentur feſtis diebus & cùm Imperatorem triumphantem fequerentur. Erat verò Prætorianorum veſtis ingenua, ut is vocat, ſive habitus pacem denotans; ut loquitur Tertullianus, ἔφιππος & trabeæ ſimilis chlamys, vel Gallicum. Herodianus *l.* 7. ἄλλοι μέχρι τῶν ἰσχίων ἐσφιγμένοι, ὡς λατικὴ ἐσθὴς ἢ τὸ ἔφιππον. Sed *Saga* illa, quorum ibi Herodianus meminit, quotidianæ veſtes erant, at iſtæ, de quibus Spartianus *d. l.* erant περιστικὰ. Cujusmodi *Sagatos* togas militares, *Subarmalia* vocat, quòd ſub *armis* fibulâ annecterentur, vel ſub armos rejicerentur. Nam etſi ἱππικὸν erant, ex parte tamen militarem habitum referebant. Salmaſius *ad loc. cit.* *κ.* Punicum, apud Valer. Max. *l.* 3. *c.* 1. *exempl.* 11. *λ.* Romanum, apertum fuit & ſolitum infibulari, cujus uſus in bello ac rebus triſtibus: ut pluribus ſupra diximus. *μ.* Saracenicum, coloratum erat, ut tradit Ammianus *lib.* 14. *ν.* Scutulatum, notante Scaligero, dictum eſt, quòd *in virgatum*, item *trabeatum*, Gallicum nempe. Gallos enim faga geſtaſſe, μαλθακὰ καὶ πολλοῖς πολυσπίλοις, καὶ ποικίλοις διειλημμένα. *Scutulata & reticulatim distincta*, narrat Diodorus &c. V. quoque Roſinum *Antiqv. Rom. paſſim.*

Sahimes, falconum ſpecies; ex *Sacrorum* genere, niſi quòd eſt frigidioris & ſiccioris temperamenti, ac proinde motus eo jus maxime valet ex alto in inferiora. Unde eſt, quòd in præ dam ſuam deſcendit absque ullo circuitu. Et quamvis natu re tardior & remiſſus ſit, tamen tanto impetu fertur ad aucupium, ut quandoque ſemet in terram præcipiti lapſu dejiciat, ac

Eeeee &c

„& mociatur. Offa tamen habet duriora, quàm rapacium ul-„lus alius. Sunt qui nomen *Salsis* ſtateram ſignificare affe-„runt; quia nec tantillum famis, nec tantillum ſaturitatis „poteſt ferre hæc avis. Laudatiſſimus in eo genere, qui capite eſt „magno, amplis oculis, lato pectore, plena pectoris ſumi parte, „media lata denſie coxis, brevibus brachiis paucis plumis, cinc-„cauda. Si cum his notis robuſtas alas habeat, nihil erit præ-„ſtantius & grues venabitur atque alias avet hujusmodi. Damir Scriptor Arabs. Alkazuinius ex eadem gente, avem eſſe columbis maximè inimicam, quæ viſo illo, ſtatim volatu ſuperent, ſtatim tanquam præ metu debilitentur, uti ovis lupo & mures ſe-le conſpecto: eandem cum teſtudine rerum obverſatam, eam arreptam attollere in ſublime & in durum lapidem impingere, ut confractam comedat, addit. Primum autem hujus aucupii autorem iidem Scriptores Conſtantinum Rom. Imp. faciunt, cum *ſabinos* habuiſſe ſupra caput ſuum volare edoctos & umbram ipſi facere, ne à Solis æſtu torreretur, referentes. Thuanus hanc avem, poſſquam *Peregrinum* vocari dixit, ſic deſcribit, *Rei Aucupiariæ lib.1. pag.14.*

— *magnum caput, arduæ cervix,*
Depreſſus rorsex: hinc candida linea utrumque
Per tempus transversa ſcit, paululumque coronat
Culmen, & in ramos plures cervice reflexa,
Tandem abit, artificis præcingens colla catena.
Immane hunc ita corpus; at illi longaque coxa,
Subtilesq; ala, brevis cauda, brevisq;
Cauda per adversum cervix regit aera nitens &c.

apud Sam Iſbochartum *Hierozoici Partæ poſter. Lib.II. c.23.*

Sanca vel *Saiga*, monetæ Germanicæ ſpecies, deſinitur in L Alemann. *tit. 6. §. 3. quatuor parti vermiſſos, boſcit, denarius unus:* apud C du Freſne in *Gloſſario*. V. Aventinum *Annal. Bojor. lib.* 4. & Goldaſſum *Conſtit. Imp. Tom. I. p.* 210.

Sagones, corrupte ex *Sagones*, apud Gothos & Viſigothos dicti ſunt Apparitores, regii viz. ac Magiſtratuus Miniſtri, qui ad eorum juſſa exequenda præſto ſemper erant: quod præ cæteris, apud eundem docet Senator *Lib. Epiſt. 3. Sagones*, apud Mich aloum Lithuan. de *Mor. Tartar. fragm.* 7. V. ſupra *Sagones*.

Sais, V. infrà, ubi de *Sebennitico oſſio*.

Sal, Lycophroni Ἅγνισμα Θεῶν ἁγνὸν πάγος, à Neptuno, in Tragœdi gratiam, congluinatus fingitur Poetis, teſte Polluce *l.6 c.10.* quod ſi quis de mari intelligat, haud fecerit inepte. Hac enim ratione Alexander Aëtolus,

— Ἅλα ζωτικὸν ἀνδράσιν,

nuncupavit citante Parthenio. Ob beneficam ejus vim, nam-que noxios depaſcit humores atque ita putredinem arcet, factas fieri menſas ſalinorum appoſitu, creditum fuiſſe Romanis, Arnobius refert *l.2* Imò & apud Græcos, *ſalem* apponi in men-ſa hoſpitibus conſueviſſe, velut concordiæ ſymbolum, utpote quod ex aqua & terra conflaret, ait Plutarchus Ἐρωτ. V. quo-que Heliodorum *Æthiop. l.4. & l. 6.* Cum pane autem & cæco appoſitum, docet Varro apud Plin. *l.31. c.7.* Unde illa apud De-moſthenem querela, Ὅτου οὐχὶ συνφάγετ' ἅλα δ' ὀλίγ', οὐ τεχνᾶ-ζομ, κ' ἀνωτικὸν, & vetus Prov. Ἅλα καὶ τεχνῖζε συμφάδιον. In-primis verò *Sal* pauperum videtur fuiſſe cibus. Solebant n. tenuiores πρὸς ἅλα ἄνωτον καὶ κρόμυον, *ſale & cumino* cænare. ut ex Plutarcho colligere eſt. Unde Horatii *l.1. Satyr* 3 Tigellius, ut videatur homo frugi, divitum, inquit, lautitias nil moror,

— *modo ſit mihi menſa tripes, &*
— *Concha ſalis puri*

Quam in rem V. Sam Bochartum *Hierozoici Part poſter. l.I. c.7.* Unde per *Salem* ſive *Sales*, juratum eſſe antiquis legimus, apud Carſium & Libanium, quòd *nonnum* ſic & *neceſſarium vitæ con-dimentum eſſet*, adeò, ut Plinius teſtetur, *totis corporibus nihil eſſe utilius Sole & Sale, lib.31. cap. 9.* V. Caſpar. Barthium de hoc ju-randi genere *Adverſ. l.13. c.10.* Sacerdotibus verò Ægyptiis, eò quòd *Sal* Typhonis ſeu Neptuni ſquem. velut Oſiridi vel Oro inimiciſſimum, nullis dignabantur ſacrificiis; eſſet ſpuma, ſa-lem menſis inferre in uſum non erat, V. Geth. Joh. Voſſium *de o-rig. & progr. Idolol. l.2. c.75.* Major hinc Sali dignatio, quòd omne Munus ſita vocabatur Oblatioæ frugibus, *ſale ſaliri*, De-ut præcepit, Levit.c.2. v.13. Unde & *ſale conditi ſermonem noſtrum* vult Apoſtolus Coloſſ. *c.4 v. 6. &* Apoſtoli *Sal Terra* dicuntur, Matth. c. 5. v. 13. & cum immortalitatis eſſet emblema, *ſaderis ſale*, in Sacris, crebra mentio eſt, V. Num *c.18. v.19. & 2* Chron. *c.13. v.1.* Sed & inter Ethnicos, auctore Plinio, nulla ſacra con-ficiebantur, ſine mola ſalsa, *l.31. c.7.* Ut & alia quadam addam: *Infantes quoque ſale conſpergebantur, partim ne molestio tactu, partim aqua, ſolitos olim, adnotat Thom Bartholinus de Puerpe-rio Vet.* & Suiceras *Thes. Eccl.* voce, Ἅλας, ubi & *Sal* Catechu-menis olim datum, ut condimentum ſapientiæ perciperent, & ipſi alios condirent, docet. Etiam *honoribus militiæque inter-ponebatur*, apud Romanos. *Salarijs inde dictis*, ut *ibidem* Plinius habet, de quibus infrà dicemus. Imò & *Carolis Arabiæ oppido muros domoſque muſſis ſalis facere conſueviſſe, aqua ferruminante*, idem habet *eod. cap.* ubi & odoribus additis conditum luxuriosis & plurima hanc in rem addit, inprimis de *Salis Fodinis* Vett. Hodie *Sal* uſuale triplex, *Foſſile*, *Marinum* & quod ex falſiginoſis aquis per coctionem extrahitur ſeu *Coctile*. Primum in Hungaria, Calabria, & maximè copiâ juxta Cracoviam, cruitur, cujus fo-dinæ admirandis ſuis ſubſtructionibus ſubterraneis integrum civitatem referunt, è quibus *Sal* duritie lapidis ſolidum, inſtar ingentium ſaxorum, in cuniculis ſub terra longè lateq; pate-reatim excavatis, ferro exſcindunt. Sed & alibi paſſim ejusmodi montes ſunt, ut in Hiſpaniæ Alpibus, circa Iberum, in Lae-guedocia Galliæ, Salinis, urbe à *ſale* dictâ in Burgundia, in Germ. Halæ ad Oenum (ubi tamen *Sal* non cruitur ſorma ſaxorum, ſed intra falſiginoſa continuorum receptacula coctione elaboratur, in-tra quas aqua dulcis derivata, paulatim falſuginem terebrum glebarum imbuitur, ac dein inter prægrandes farragines cæsæ bosque, per rivos deducta, in ſal excoquitur) in Aſia, ubi ma-ximè celebres montes Caſpii ſale concreti: in Ormuzia Inſ. quæ tora ſal eſſe creditur; in America circa litora S. Michaelis, ubi ſaxa ex ale, ſcopulorum inſtar, procul ſpectari, teſtantur Iti-neraria. Alterum ſeu *marinum*, ex falſa maris aqua extrahitur, idque vel natura, vel arte. Illud enim, maris ſervenis æſtu in ſpumas æctum & ad littora ſcopulosque expulſum, Solisque ardore excoquitur: Iſtud ſit, aquâ maris in foſſas littori proximas vel vi tempeſtatis depulsâ, vel arte etiam derivatâ, ibique calore Solis exiccata; qui præparandi mos Meſſinenſibus, Siculis totiq; fere Italiæ communiſſimus eſt, Calabriâ excepta, in qua, præter marinum, nobiliſſimi Sali foſſilis quoque ingens eſt copia. Dre-pani etiam, in Sicilia, maxima abundantia Sal provenit & arte & natura concretum. Quo in Germaniam, Belgium, Daniam & Sueciam defertur, è Gallia, haud procul Rupellis, *portus Coſtilis* tandem ſalis fontes in Germania paſſim, ut Halæ Saxo-num, cui, velut & aliis oppidis hujus nominis, à Gr. ἅλας i. *Sale*, ipſum nomen eſt, Halæ ad Oenum, Saltzæ in Magdeburgenſi Duc. Lunæburgi &c. quorum cauſa procul dubio, quòd rivi ſubterranei montes ſalinos aut glebas falſugine refertas, per-mcent, ſicque falſuginc imbuti fontem, quo erumpunt, ſimili-ter ſalſum efficiant. Sole Suecia & Anglia ale carent, quorum illa, ut dictum, è Gallia, ita ex Portugallia, ut plurimum, ſi ad petunt: quemadmodum Bohemiæ, ubi & rarior ejus prove-tus eſt, è Polonia proſpicitur. V. Athanaſ Kircherum. *Mund. Subterr. l.5. c.3.* & Salmaſium *ad Solinum paſſim*, ubi de modo cogendi falis apud Vett. in *Παραλειπομένοις* item de *Sale Agrigenti-no*; *Armenico* ſeu *Cappadocico*, quod crocint coloris; *Attico*, quod aſtat; *Centuripino*, purpureo, de *Sale Chalci*, quod magni ho-dierni Chymiſtæ faciunt; de *cauſtili*, *foſſili*, *nativo*, *Tragaſæo*, *A-cambite* item, variè habet: imprimis *l.31. c.7.* De Sale cæ-chumenorum, diximus aliquid & ſupra, voce *Sacramentum*, de *ſale*, juxta *projectos* ſeu *expoſitos* apponi olim ſolitos, in ſignum Ba-ptiſmi nondum ſuſcepti, V. Concilium Nemocienſe A.C.1298. *can. 2.*

Fodinæ Salis hodie in orbe celebriores.

α. Africa, non alio utitur Sale, quàm quod ex ſpecium ſali-nis, velut marmor, candidi, rubri & cinericei coloris effoditur. β. Aſia minor, ſalis copia celebris eſt. γ. Bagangæ, urbs eſt Indiæ Coromandelicæ, in regno Muſſilipatano, ubi ingens *Salis* copia, ab omnibus incolis inde peti ſoliti, effoditur. δ. Ca-ſpium mare loca habet vicina, ſale refertiſſima, uti dictum. ε. In Cuba mons ſalinus eſt. ζ. Hiſpania, in montibus prope Ibe-rum, ſale abundat plurimo. η. Kiloſſim, Perſiæ mons, eadem laude claret. θ. Koſtovvata Inſ. eſt, non procul à Volga ſi.unde Ruſſi ſal effodiunt, & ad juriorem ſubſtantiam decoctum, per totum Ruſſiæ imperium deferunt, magno cum lucro. ι. Numidia, Siaus Perſici inſ. non montes ſolum ſale conferta habet, ſed & ipſa fere nil niſi ſal eſt, ex quo parietes quoque ædium fieri ſolitæ. κ. In Peruvia 18. à Lima milli. Sept. verſus tanta copia eſt, ut, li-cet cuivis inde prolubitu petere liceat, nunquam tamen fodina exhauriatur, imò ne decreſcat quidem. λ. ad Pochniam in Po-lonia, 4. à Cracovia milliaribus, pellucidi & candidi ſalis copia fingens è terra exſcinditur, V. ſupra. μ. Transſylvania, Salis fodinas quoque ſatis opulentas habet. ν. Tirolenſis Comitatus in Germania, ſalis proventu maximè clarus eſt. ξ. Volga, V. hic ſupra *Koſtovvata*, & Auctorem *Hiſtor. Orbis Tartarum capite 7. §.11.*

Salacatabata, condimenti ſpecies, apud Apicium *libro 4. cap. 1.* ubi Humelbergius, apud Carolum du Freſne in *Gloſſario*, *Sala-caccabia* reſtituit, id eſt, *ſalsamentum*, ſeu *faſcicia ollaria*, & ſa-la cacabularia, hoc eſt, quæ in *cacabis* vocatis olim co-quuntur.

Salamandra, ſtellioni ſimilis, aut ſpecies ejus; Hebr. *lezaa*. ſi Syro Interpreti credimus, & qui hunc ſequuntur. Pagnino, Ariæ, Junio, Caſtalioni. Sed Bochartus hoc nomine ſignificari la-certæ eam ſpeciem, quam Arabes *vvachra* vel *vvdchara* vocant, doctè probat. Colore vario eſt; cujus venenum quam ſit po-tens, docent hæc Plinii *l.29. c.4.* Inter omnia venenata ſala. „mandræ ſcelus maximum eſt. Cætera enim ſinguios fetiunt, „nec plures pariter interimunt. *Salamandra* populos necare im-„providos poteſt. Nam ſi arbori irrepſit, omnia poma infi „cit veneno, & eos, qui ederint, necat, frigidâ vi nihil ab arc „nito

ſnito diſtans. Oginimo ſi contado ab ea ligno vel pede cru-
,,ſta panis inoquatur, idem vereſimum eſt vel ſi in puteum ca-
,,datur. Quippe,cum ſaliva ejus,quacunque parte corporis, vel in
,,pede imo reſperſa, omnis in toto corpore deſinat pilus. Et
,,l.10.c.67. Ejusdem tanic, quæ lactea ore vomitur, quacunque
,,parte corporis humani contacta, tori deſinunt pili: idq; quod
contactum eſt, colorem in viſigium mutat. Unde æſtimus
de fuc, quæ ſalamandram ederit l.9.c.28. *Tùs γὰρ ἐνὸς ἀνὸς γονοπ-
,,ποιὸν ἀπεκκίνεσιν.* Illos, qui caruibus ejus veſcuntur, interi-
,,mit. Et Theophraſtus, Aquas, quibus admixta fuerit exiti-
,,ales reddit, præſertim mortua. Et Geſnerus p.89. Galli quidam
,,olim mihi narrarunt, vulgo apud eos ferri, ſi Blanda *quo-
,,modo* ſalamandram *Narbonenſes vocant*) in acervo tritici repe-
,,riatur, totum infici, adeo ut vel gallinæ veſcentes inde pere-
,,ant. Et infrà, Hanc lacertam in quibusdam Galliæ locis a-
,,*pellant* vocum, quibus mobum adeo exitialem eſſe putant, ut
,,nulla vitæ ſpes relinquatur. Inque vulgò hæc metra cele-
brant,

Si morduit a tua arreſtade
Pren ton linceul, & ta ſiſſade,
Si momorderit ſe ſalamandra,
Accipe linteum tuum & tuum lodicem:

i. in lecto decumbito, tanquam moriturus. Et Rhazi à *Sala-
mandra* morſum aiunt tot Medicis opus habere, quot maculis ea
diſtinguitur &c. V. Bocharium *Hieroz. Ia Parte prior. Lib. 2. c. 1.*
ubi Hebræam vocem *Chodaviot*, de hac lacerta ipsâc exponit,
à *macula* ſic dicta. Hinc Feſtus c. 13. p. 23. *Chobarbarulo*, ſunt
parvorum maculæ. Ita *mael* Germanicè dici conjectat Geſnerus
à maculis ſeu punctis ejus, *Mael* enim maculam & *maelen*, pin-
gere Germani dicunt. In igne porrò vivere eoque ali *Salaman-
dram* vulgò creditum. Imo ex igne generari, nugantur more
ſuo Judæi. Ita enim Gloſſator Hebræus *ad Levitic. cap. 11. v. 29.*
,,Cum accenditur ignis in uno loco per ſeptem annos, creatur
,,ex medio ejus ſimilitudo muris, quam vocant ſalamandram.
,,Addit alius, ignem deinceps ab eo cuncta, eligua myrteis, per
,,manum hariolorum. Hinc Porta *Mag. ſal. l. 2.* Ex igne generatur
,,animal *ſalamandra* nomine, quod ſolo igne alitur: Quin ignis
,,eſt materia ejus & ſit in fornacibus viteri, quæ arferunt per
,,ſeptem annos. Similia farinæ eſt, quod legitur *in tract. San-
hedrin cap. de 4 ſupplicijs criminalibus*, Ezechiæ Regis judæ pa-
trem Achazum voluiſſe, ut in igne comiceretur, ſed cum ma-
ter filii corpus unius ſuffiet alamandra, cum remediis quibus e-
vaſiſſe inculpatum &c. Verum nugas has retractatile, refutaſſe eſt.
Quòd verò in igne vivere hoc animalculum hactenus fama vul-
gatum eſt, eatenus quidem admittitur, quòd aliquandiu in igne
maneat illæſum, quandiu nempe flamea ei ſupereſt, quam vim
ignis ſentiens ore evomit: cùm verò illa exhauſta eſt, non mi-
nùs & ipſum igne conſumitur, ut oculis ſuis Romæ ſe vidiſſe
teſtatur Sponius *Itinc. Græciæ*

Salambo, adde: Sic autem Venus, Alexandri M. temporibus,
vel deineeps, à Syris & Babyloniis, dicta eſt, ob planctum, quo
in ſacris ejus Adonidis mors deplorabatur, *Quartam namque
Venerem, Syria Typoque concipiam, Aſtarten vocant fuiſſe, & Ado-
nidi nupſiſſe*, tradit Cicero *de Nat. Deor. lib. 3.* Quod verò, quemad-
modum Σαλαμβὼ, ſic & Σαλαμβὼ, à Gr. σαλὸν. i. *ſalum* veniat,
docet Etymologicum magnum, ſive vetus Audio, quem Ety-
mologus exſcripſit: ubi verba Latinè ſic habent: *Salambas ali
cum ſonoſtrus, quia ſint in perpetuo motu (qui Græcè Σαλὸν) & Sa-
lambo Dea, quia ſtationes ſemper hos ſibi circumagit, & Sara-
rum aſtu (qui Σαλὸν dicitur) ſluctuet ac cum tumentis circumeat
Adonidem.* Ut & ſalatizein *Anacreon dixit, pro tumentari: Agitat
enim ac perturbat mentem talis in luctu ac planctu dolor.* &c. Inde
Salambonem exhibere, apud Lampridium *in Heliogabalo*, *Sa-
tambonem etiam omni planctu & ſactatione Syriaci cultus exhibuit,
omen ſibi factens imminentis exitii*: eſt Venerem imitari, dum
Adonidem plangit ac luget. *Salambo* namque Veneris epithe-
ton, Adonidem plangentis, ut dictum. Cujus luctus memoria
magnâ ſolennitate quotannis revocabatur per Adonia, non
ſolùm in Græcia, ſed etiam in Ægypto & Syria, aliisque regioni-
bus Orientis. V. Salmaſium *ad Lampridium loco cit.* & ſupra ubi
de *Adonide.*

Salarium, merces ſervitio acquiſita, inter alia ſal quoq; ha-
bens, unde à *Sale* nomen accepit. Plinius *lib. 31. cap. 7. Honoratus
vitæ eſtum militiæ, interpolitur*: Salariis *inde dictis, magnâ apud
antiquos auctoritate fuit, annus Salarius ſalis modus ſervientibus
in congiaria dedit Populo.* Sed & Aſſyriæ Reges pro ſtipendio ſa-
lem dabant. Unde Esdræ *cap. 4. verſu 14.* ad Artaxerxem Re-
ſcribunt Samariæ præfecti, *Propterea quod ſale palatii ſalimur.*
h. e. ut rectè interpretatur Junius, *Salarium de Regis palatio ac-
cipimus &c.* Poſtmodum accellere vinum, olcum, bubula, por-
cina, olera ligna, & cætera, quæ Tribunis, Ducibus, Rectoribus
provinciarum, militibus præberi ſolita; *cellarium ſalarii* di-
xit Lampridius *in Heliogabalo*, *Mutabat parabilia per cellaria ſa-
laria annua, ut pro annis vanis & ſorpitis & cum ſerpentibus, & hujus-
modi monſtris. Cellariorum ſpecies* dicuntur *l. 32. C. Theodos. de erog.
mil. ann. &c.* Quod *Salarium* plerunque cum ſtipendio idem ta-
ciunt Auctores. Capitolinus tamen diſtinguit *in Clodio Albino*

Eboſe ſalarium duplex decreti, veſtem militarem ſimplicem, ſed laci ſui, ſtipendium quadruplum. Sic apertè eadem ſeparantur *in Epiſtola* Valeriani ad Mucianum, quæ apud Flav. Vopiſcum legitur in *Vita* Probi. Poſtquam enim ſtipendium, quod in auro & ar-
gento dabatur, memoravit, & veſtem; ſequitur de ſalario: *Bi ſalario*, inquit, *diurno, bubulis ſumis oleo, porcina pomis pex &c.* Hæc enim ſalario continebantur, Salmaſius *ad Capitolin. l. 1.* Inde ad præmium Philoſophis ſolvi ſolitum voce translata. Et qui-
dem initio, cùm ipſi Reges Principi ſuque Sapientiæ ſtudiis fere ſoli incumberent, nullum iis laboris præmium, præter nomi-
nis perennitatem, ſuit. *Salaria* demum, cùm minus æſtimare-
tur, conſtitui cœpere, atque ea fatis luculenta. Strabo Philo-
ſophus à Ptolemæo Philadelpho, talentis 80. h. e. coronatis 80000. donatus eſt, ut apud Laertium legimus. Ariſtoteles ab Alexandro M. 800. talentis fuiſſe honoratum Plut. docet *in vita ejus.* V. Juſt. Lipſium de Satiriis vett. Doctorum *Cent. 1. Epiſt. 76.* Primus autem mercede docuiſſe Protagoras traditur, apud Aul. Gellium *l. 5. c. 3.* Appulejum *Florid. non c. 18.* Quintilianum *lib. 3. cap. 1. &c.* Unde Philoſtratus de illo, πρῶτος δὲ, inquit, παρέδωκε Ἕλλησι τοῦτο μισθὸ μαθητῶν, & idoneam ratio-
nem ſubjicit: ὁ γὰρ οὐ δύναται σπουδάζειν, μάλιστα ἀσκεῖ ἐμπόδια ἑ πρόκειται. A quo tempore Grammaticis & Rhetoribus, modò diſciplina & auctoritate Scholas tuerentur, ampla emolumen-
ta non defuerunt. Æquitatem rei exponit Quintilianus *l. 12. c. 7.* Si res familiaris ami ius quid ad usus necessarios exiget, ſe-
tundum omnes Sapientiæ leges patrem ſibi gratiam referri,ſ cùm & Socrati collatum ſit ad victum & Zenoni, Cleanthes, & Chryſippus, mercedem à Diſcipulis acceptave int; Neque n.ſ video, quæ juſtior acquirendi ratio, quam ex honeſtiſſimo la-
bore, & ab his, de quibus optime meruimus. Apud Roma.ſ nos M. Antonius Gnipho de mercedibus non pacisebatur, eo-
que plura ex liberalitate diſcentium conſequebatur: Remmius Palæmon ex Schola quadragena annua capiebat. Tantidem decendum conduxit Calvinus Teſtinus Com. L. Appulejus. Ver-
rius Flaccus habitationem in Palatio & centena ſeſtertia in an-
num ab Auguſto meruit; ut taceam ſervos literatores immuni-
bus prætiis emptos. dein manumiſſos. Ex Fiſco primus Rhe-
toribus annua centena conſtituit Veſpaſianus: & M. Fabium Quintilianum ex Hiſpania, Romæ inquilinum, ſtipendium è Fiſco acceptile retert Euſebius. Antoninus vero Pius per o-
mnes etiam Provinciæ Grammaticis, Rhetoribus ac Philoſophis honores & *Salaria* dettulit, *ut opinor* nempe *χρυσοῦς, denies mille drachmas*, ut ſtatuunt Lucianus in *Eun.* Philoſtratus in *Theodoro*, & *Chreſto* &c. quæ efficiunt Romanæ monetæ ſeſtertia 40. aureos 400. at noſtræ coronatos mille. Quosdam tamen, pau-
cos nempe & eximios, *ἑτοίμως χρυσῶν ἑξακοσίων, annuos aureos ſex-
centos*, id eſt, duodecies mille drachmas, ſeu 1200. coronatos accepiſſe, tradit Tatianus Rhetor, qui de re V. Joh. Frid. Gro-
nov. *de Pecun. vet. lib. 4. c. 11.* Hinc itaque interrogatio illa Chre-
ſti apud Philoſtrat. *ἆρ οὐ μισθοὶ ἦ διδοῦ ſubſtit. τοῖσδε* vel *ζητοῦ-
σι*: quæ verba ita concepta ſunt, ut & Sophiſtæ modeſtiam præterre poſſint; quaſi dicerer. *Annon ut μισθὸν virum quærunt, & ἀνάλωτα πάντοτε*, ut ait Lucianus? ſe talem eſſe diſſimulans: & arrogantiam dicam, an fiduciam ſuperbiamque meritis que-
ſitam, ceu non ille *vas ἐκλεκτὸς*, verum *οὐ μισθωτὸς*, ipſum ambi-
rent. Ut in armorum judicio Virille militaris,

—— —— *Quarituc iſti,*
Quàm mihi, major Priſtur, tenta clariſque gloria noſtra eſt,
Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur, &c.

Plura de his vide infrà in voce *Stipendium*, alibique paſſim. Aliud eſt *Salarium* ſeu *Salaria*, quod inter miniſteria ſacra me-
moratur in Inventario Eccleſiæ Eboracenſis *Monaſtici Anglicani*, *Unum ſalarium argenteum intus deauratum, pro ſale in domi-
cilio diebus bonoris deno, ponderis 3 marcarum & dimidii.* Salinum nempe, Gall. *Saliere*. C. du Freſne, *Gloſſar.*

Salatare, Græcè Σαλατάω, Ptolemæo; iidem cum *Sarapa-
ris* Plinii, Oxi amantis incolæ, de quibus V. Salmaſium *ad Solim. pag. 987.*

Salburgum, nomen caſtri Germaniæ, in Thuringia, ſub pro-
prio Dynaſta, ex illuſtri Ruthenorum de Plavia familia. In hac enim duæ cùm ſint lineæ, *Senior & Junior*; ei adnu-
merantur, qui in Graziæ utraque domo & Burckii habitant. ad Juniorem, decem filii Henrici & Magdalenæ Schwartzenbur-
gicæ, quibus in Gera, *Salburg, Schleiz, Lobenſtein* ſedes ſpectant. *Sal-
burgum* autem nactus eſt, qui tertius ex decem illis natus erat, cujus τοκογλυφία hæc eſt. Henricus Ruthenus ſeu *Reuſſus*, Jun. in Plavia, qui obiit A. 1461. ex Irmgardi ſil. Alberti Bu ggr. Kirch-
bergæ genuit Henricum Jun. Ruthenum, defunctum A. 1498. Quo & Magdalena Bar. Schwartzenbergia, natus Henricus Jun junxit ſibi Æmiliam Annam Mansfeldiam Com. & ex ea genuit Henricum Jun. Ruthenum qui obiit A. 1572. Pater, ex Dorothea Com Solmenſi, Henrici Jun. Rutheni, defuncti An. 1635. Hujus ex Magdalena Com. Schwartzenburgica filius ter-
tius, Henricus Jun. Ruthenus Dn. de *Plavien* (qui deceſſit A. C. 1640.) ex Juliana Eliſabetha Com. Reingravia, genuit Henri-
cum I. jun. (n. 1639. & maritum N N. Com. de *Hardeck*, ductæ

A.C. 1662. & Magdalenam Julianam (n. 1641. den. 1649.) germanos: *Ruthenes, Dominos de Plawen* &c. *Liber Jun. in Salburg.* Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. Part. I.* p. 48.

Sale, Σαλη, vel Σαλασσ, recens appellatio Taprobanes Insulæ, *Zeilan* hodie Salmasius *ad Solin.* p. 1110.

Salera, vulgò *la Sandre*, fluvius Gallicæ duplex, *major & minor*, quorum hic *la petite Saudre*, illum auget. Mentio ejus apud Hadr. Valesium in *Sexcalanna*, cùm ait: *Quidam parvum Scalonia aliquam in Biturigum finibus collocant, circa utrumque Saleram.*

Salernum, addo: Inter Lucernas, *Salernitana* quoque celebris, cujus inter *Salerni* in ære Episcopali, annotante Jac. Sirmondo Jesuita excudi illiberius, hic habet; *Hæve. Sepiima fel. tibi. serva. levis. Quisque. huic. inmulo. pofuit. fit. amicus. Lucernam. Illius. vivens. aurea. terra. tegat.* Ubi *ardentem* omnino ab Auctore scripturam, m. verò vel ab Opifice omissum, vel carie illius partis vetustate corrosum, vel quavis alia de causa deletum esse, judicat Fortun. Licetus *de Lucernis Antiqq. l. 1. c. 21.* Quod tamen non videtur, cùm Inscriptio metrica lit, *ardentem* autem metro non quadraret: addo quòd *ardente* ad *inmulo* referri possit qui propter Lucernam *ardens*, per translationem, dictus est. V. quoque Gruterum *in Inscript.* Gutherium, itemque Licetum *l. 2. c. 19.* Scholam *Salernitanam*, sexcentis annis vett. codd. inscribitur, *Medicinam Salernitanam*, sive *de conservanda bona valetudine*, item *Regimen Salernitatis Salerni*, vel etiam *Florem Medicinæ*, scripsit, nomine Collegii ibidem Medici, versibus Leoninis, Johannes de Mediolano, qui claruit A. C. 1100. videturque is liber auctior fuisse initio, nempe versuum 1239. ficut à Joh. Georgio Schegkio in *Bibl.* proditum est. At in vulgatis libris folium 373. reperiuntur. Sunt tamen qui habent 604. vel etiam 1096. Augliorum: Rex, cui opus id dedicatum, forte Robertus fuit Normanniæ Dux primogenitus Guilielmi Nothi five Conquæstoris, Normannæ Ducis primò, dein Angliæ Regis: ac scriptum videtur, cùm is Robertus è Palæstina in Apuliam rediisset, & ob filiulam è vultnere venenato, de ea & valetudine tuenda, consuluisset *Salernitanam scholam.* Nec obstat, quòd liber hic inscribatur Anglorum Regi, at Robertus non regnavit in Anglia. Nam Regnum ei debitum, quod, cofabsente, minor natu frater Guilielmus Rufus occupavit: De quo pluribus agit Renatus Moreau *in Prolegomenis Animadversionum eruditarum*, quibus hoc opus illustravit, Gerh. Joh. Vossius *de Philosophia c. 12. §. 37.* Cœterum prodiit Principatus *Salernitanus*, ut & Capuanus, à Principatu Beneventano (in quo *Principis* titulum, ut honorarium seu potiùs feudalem titulum, in Italia, primus invexit Arechis Dux, uti scribit Leo Ostiensis *l. 10. c. 10.*) Cùm enim Siconolfus, Siconis Principis Beneventi filius & Sicardi Principis frater, *Salernum* & Capuam Radelchisio Principi ademisset, Ludovicus II. Imp. in Italiam veniens A. C. 871. pulsis & profligatis Saracenis, quos uterq. Principum in auxilium evocaverat, totam Beneventi provinciam inter Ledelchum & Siconolfum æquo discrimine partitus est; quâ quidem partitione *Salernum* & Capua Siconolfo cessere. A' quo cœteri, qui Salerno imperavere, *Principes Salerni* appellati sunt, quo Principatu postmodum iterum divifo, Capuanis Principatus emersit, utroque tandem ad Tancredi Normanni familiam & Siculos devoluto. V. Constantinum Porphyrog. *de Adm. Imp. c. 27.* & C. du Fresne, in voce *Princeps.* — *Sales*, auctore Plinio *l. 31. c. 7. omnis vitæ lepos & famina hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo confstat*: transeunte intellectu à sale, tam necessario vitæ elemento, ad animi quoque voluptates. Inprimis dicteria seu joci, ghos in Exodus petulantes Mimi ingerebant. Claudianus,

Qui lætis risum Salibus moviffe facetis.

Cùm enim in principio, conviviis auribus, revocandis animis ta dioque liberandis auditeur Exodium, procedente tempore *in vitium libertas excidit*, ut Horatius ait, & ex laudabili ac jucundo officio transiit in amarum carpendi cacoëthes. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 9.* Hinc verò ulterius itum, & Scurræ mensis adhiberi cœpti, qui convivas dicteriis salibusque ad hilaritatem provocarent, Plinius ad Amicum, *Vis tu remittere aliquid ex rugis? Equidem nihil tale habeo, habemus tamen fero. Cur ego non habeo? quia nequaquam me ut inepfiffimum fofi. mum, deliciæ, fi quid nostri habeo, petulans à Scurra, fmulum à Marone profertur.* Ægypto autem pueri hi dicaces, & Alexandriâ inprimis, petiti. Petronius *Satyrico, Discubuimus Alexandrii pueris aquam nivatam in manus infundentibus*: Nobilisq; inter eos Sarmentus ille, cujus cum Cicerro velitationes commemorat Horatius *lib. 1. Sat. 5.* de quo etiam Juvenalis *Sat. 5. v. 4.*

Si puer ille pati, quæ nec Sarmentus inliquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tuliffet.

Ubi Glossator antiquus notat, Sarmentum formâ ac urbanitate demeruisse fibi plurimos. Augusto fane olim placuere tales lepóre ac festivitate, ut notat Plut. *in M. Antonio*; qui etiam tradit, hujusmodi pueris Romanos *Deliciorum* nomen impofuisse. Et quidem pueros urbanos & procaces, hoc nomine appellari consuevisse, Statius docet *Sylv. l. 5.*

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Deliciasq; dedi tumq; fub convicia Nili
Infantem, linguaq; simul Salibusque procrem Dilexi.

V. Laur. Pignorium *Comment. de Servis.* Quas verò *Delicias loquaces* intelligat Statius, explicat Suetonius *in Aug. c. 98.* Quæ re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus divisit, juste jurandum & cautionem exegit à finguliszon alio datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumpturos. Ubi quod *Alexandrina* ei *merces & loquaces de puppe Pharia delicia* Statio, pueri funt Ægyptii, dicaces, & ob id convivits aptiffimi. V. quoque Quintilianum *l. 1. c. 2.* Jul. Capitolinum *in Vero*, Martialem *l. 4. Epigr. 42.* Thomam Dempstrum *Paralipom. in Rosinum l. 2. c. 19. & alibi.*

Salgama, dicta funt olera, quæ sale & aceto condita servabantur; sicut *Acetaria*, quæ recentia ac cruda ex aceto vorabantur; & ὀξύμελα, quæ ex pluribus speciebus compsita una tritis mixtisque, quibus etiam acetum addebatur. Græcis ἁλμάδες. Uti autem duo sunt, quibus unguentorum confectio constat, ὄξυμελα & σύμμικτα, succus & corpus, oleum & odores, qui in oleum addunter, ut ferventur quafi quadam conditura, sic *Salgamis* confitendis condiendisque, acetum & muria, hi. ms & succus conditura dicitur obtineat, res verò ipsæ, quæ condimittuntur servandæ, corporis instar sunt, ut herbæ omne genus, quæ ad hunc usum reponuntur, pyra etiam & mala, cucumeres aliaque similia. Gallis vulgò *Salaées* vocant. Quod nomen traducêtum pollea à militibus, ad rerum ad victum necessariarum præbitiones, quas ab hospitibus fuis exigebant. *L. 3. Cod. Theodos. de Salgamo hospitibus, non præsendis: Nemo militans à suo hospite* Salgami *aliquid postulet, id est, ne lignum aut oleum, aut cibaria vel pulmentum*, apud C. du Fresne *Glossar. V. Salmalium ad Solinum p. 466. & 1373.* Hinc *Salgamarii*, qui *salgama* condiebant & vendebant, apud Columellam *l. 1. capp. 4. & 6.* 4. Eorum mentio in Concilio Chalcedon. *act. 11.* Ἐκεῖ συλλαμβάνουσι γυρτοπωλαι, ἢ ἀλλ' τινὲς ἀνατροπὴν ἔχοντες, ubi Salgamarios *eliguntt*; *hinc illa subversio* &c.

Saliares Inf. apud Plinium, *Sunt & in Nymphæo* Saliares *dicti, quoniam in symphonia canunt, ad illum modulationum peritum movendum*: Græce ἐγχορδίους & χρουστὰς; item ἐγχόρδιον, Varro *de R. Rust. l. 3. Cum eodem tempore Insulas Ludionorum ibi ἐγχόρδια visisset.* Earum Martianus quoque Capella meminit. 9. Nonne ipsius vetustatis persuasione compertum, in Lydia Nymphærum Insulas dici, quas etiam recentior afferentium Varro fe vi se dissetestatur, quæ, in medium flagnum a continenti proceden tes, cantu tibiarum primò in circulum motæ, dehinc ad littora se revertuntur. Ubi *Insulas Nymphærum* vocat. Fuere illæ in Lydia, in Lacu feu Stagno, quod Σαλμανὶς dicebatur. Καλαμαῦλαι illud appellat Sotion. Quod conferens Salmasius cum verbi Capellæ, qui insulas has in continenti esse aut littore teneri aits inde elicit, Insulas has calamos esse, in littoribus Nymphæi lacus nascentes; qui ab littore in medium flagnum procedant & ad littus redeant vel ventis vel contis impulli, & fluitantium insularum speciem præbeant. Græci ὀχυρὰδας nuncupant *veros*, quales in multis circa Ægyptum flagnis alibique reperiri, auctor est Theophrastus. V. Salmasium *ad Solinum p. 1115.*

Saliari Carmini nomen inferendi ritus, occurrit apud Capitolinum *in Marco Antonino Imp.* Jussit, ut statuæ filio mortuo de cerneretur, & imago aurea Circenfibus per pompam feren de, & ut *Saliari* carmini nomen ejus inferretur. Et Taci tum, *ut nomen ejus* Saliari carmine *caneretur*, de quo genere honoris multa dixit Casaubonus *ad Athenæum l. 6. c. 14.* Simile apud Athenienses fuit, quòd bene mentos de Rep peplo Minervæ intexerent: unde natum apud illos Proverbium, ἄξιος ἐν τῷ πέπλῳ, *dignus est peplo*, ut: Is dignus, dignus est, cujus nomen Saliari carmine canatur. Aristophanes *in Equitibus*,

Ἐκεῖνος ἐκ βουλευτὴς τὸν πατέρα ἠκάλει, ὅτι
Ἄνδρα ποιῶν τὸν ἐν γῇ ἄξιον τῷ πέπλῳ.
Præclare *volumus patres nostros, quoniam*
Viri erant terra ac peplo digni.

De quo ritu, V. quoque Diodorum Siculum *l. 20.* ubi de decretis, ab Athenienfibus, Antigono & Demetrio honoribus, & præfatum iterum Casaubonum *Not. ad Capitolinum d. l.* Nomen à *Saliis*, de quibus mox.

Saliares, apud eundem Capitolinum in ejusdem *Vita*, Frequentavit & Declamatorum scholas — educatus est in Adriani gremio, qui illum Verissimum nominabat, & qui ei hono rem equi publici sexenni detulit, octavo ætatis anno in Sali orum collegium retulit. In *Salisatu* omen accepit Imperii. Co ronas omnibus in pulvinar ex more jacientibus, aliæ aliis locis haferunt, huius veluti manu capiti Martis apratæ eft. Fuit inseo Sacerdotio & Prasul & Vates, & Magister & multos inde guravit arqueevauguravit, nemine præcunte, quòd ipse carmi-na cunsta didiciffet, ubi pleraque ad Saliosspectantia comme-morantur. Et quidem Saliatus, ipsa dignitas est Sacerdotiibus. Quod autem de ritu corum coronas jaciendi in pulvinar Dei fui habet, vix ex alio discas auctore. Idem vero in reliquorum Deorum festis diebus fáctitatum esse, notum: quæ causa, quòd in cultu Deorum inter alia ἐφάπτειν, i. coronas, quoque

pona-

quoque ponat Justinus *Apologetico*. Nempe Salii die festo ancilia per urbem gestabant apicati & caput coronati: quam coronam, mox, conditis ancibus, in pulvinar conjeiebant, ubi Martis simulachrum. Porrò in *Saliatu* hæc tria munera distinguit Capitolinus, Præsulis, Vatis & Magistri. *Præsul* dicebatur, qui *πρόεδρος*, ut infrà dicemus, *Vates* ei Y *ὑμνῳδὸς*, qui inter *ὑμνῳδοὺς* erat princeps & carmen præcinebat; *Magister* verò ἐπάρχων, ad quem inaugurandi & exaugurandi pertinebat potestas. Ad omnes autem carminum atq; axamentorum cura ex æquo pertinuit & c. V. Salmasium *ad Capitolinum d. l.* & cetera hic, ubi de *Saliis*.

Saliens, Gall. *Jet d' Eau*, fons dicitur miro artificio aquas ejaculans, cujusmodi in Principum fuburbanis, Pontificis inprimis seeessu Tiburtino & Tusculano, ingeniosissimè facti conspiciuntur. Franc. Pomey in *Lexicon. var.* hanc *Saliensis* imaginem exhibet: Projectus per ambitum illarum undium terrenus ₰gger exporrigitur, columnis nixus, perbolio vicena quaterna ₰stinente vasa, opere antiquo elaborata, paribus disposita intervallis, foliis nenupharis, alisque floribus aquatilium plantarum elegantissimè decorata. Spatio inter illa interjecto, *Salientes*, totidem, ad fastigium usque domus ejaculantur aquas in subjimos, quam ubi crystallinâ veluti coronâ cinxere, grato cum murmure recidunt, nutriendis per occultos tubos subjectas pari numero spelunceas, quæ ₰stivo tempore aggeri imo inadhærant, inundant. Medios inter arcus ₰stelunearum, vasis, quæ dixi, substructi viginti quatuor cernuntur loculi in hemicyclum excavati, aquaticorum totidem Numinum simulachra ostentantes, nim. Deorum fluvialium duodecim & duodena cum Naiadum, habitu vario ac discrepante, aquarum vim ingentem efusis urnis effundentium in suppositas conchas è candido marmore. intra hujus Basilicæ æream collocatas. Inde per subterraneos meatus fe insinuans aqua, eundem in æreæ melio, emicat mirabilem planè in modum. Media fequidem in cupa marmorea nunquam non plena, ad summum labrum emergunt in orbem velut innatantes Tritones duodeni grandiores, specie eximia eminente omnium ore, resupinato rapite, quali cœlum ſu piciant. Qui — conchas in tubam effictas admovent, tasquæ ex ₰stremo ore, quem ea res evibrant, ad aggeris altitudinem, totidem deinde in Sirenes depluentem marmoreas — pectentes capillum & ſuperno illo in lacu Tritonibus nivo pene fluitantes &c.

Saliī, adde: *Saliebant* autem, neq; in aqua, neq; in longum, fed pedes alternis attollendo, ſicq; ancilia ferentes, tripudiabant per urbem, ſolemnia cantantes carmina. Præſſiliebat verò unus, ex eo *Præſiī* dictus, certasque adhibebat gesticulationes, ac corporis circumvolutiones; quod videntur dixiſſe *amurare*, à *mura*, quod à *regione*. Hinc reliqui *Saliī* exemplum ejus imitabantur, quod *redamurare* vocatum. Lucilius, fecundâm emendationem Scaligeri,

Præſul, tu amurrat, inde & volgus redamurrat illi.

V. Gerh. Joh. Voſſium *de quæſt. Arnibus Popular. c.* 3. §. 48. & *c.* 4. §. 37. Fiebat id in Comitio quorannis, amictiq; illi erant tumeis verticoloribus & æneis balteis fuccincti. Unde præter nomen *Saliorum*, dari illis eſſe ait Ovidius *Fiſtorum l.* 3.

Armati, & ad certos verba canenda modos.

Saltatores, quoq; eosdem & *Laudatores Deorum belli Præſtitum*, appellat Dionyſius. Legimus enim, præter ea, quæ dicta. Togas nexiſſe fibulis, habuiſſe altiores pileos & deſinentes in conum, accinctos ſuiſſe gladiis, dextrâ lanceam virgamq; lævâ Thraciam geſtaſſe peltam, quam *Ancile* nominabant; Ad miſtum etiam modum geſticulabantur cantente tibiâ, jam quidem ſimul, nunc per vices, interea canentes partim Pæana. Et quidem, armatam illi motodi tationem, quæ ſiebat collibi ad ſeuta gladiis, à Curetibus inventam, tradiderunt nonnulli: quod alii Saonii, vel potiùs Salio acceptum ferunt, ſed minùs recte. In ſine verò Pæanis, appellabant *Mamurium*. Cœterùm Pæanes, qui canebantur ab iis, *Junonii*, *Minervii*, *Jannaliī* atq; ita deinceps dicebantur, à nominibus Deorum, quorum laudes celebrabant: at in homines universos ſcripti vocabantur *Axamenta*, à verbo *axare*, quod nobis eſt *nominare*; vel, quia in *axibus*, id eſt, tabulis, deſcribebantur. Antem. Thyſius *Notis in A. Gellium l.* 1. *c.* 12. Primum *Saliare* carmen compoſuiſſe ferunt ipſe Numa, qui ex Patricio ordine *Saliis* primus inſtituit, illudq; prorſi antiquiſſimum & ideirco obſcuriſſimum fuiſſe, Cicero aliiq; paſſim teſtantur, & multa vocabula ex eo à vett. Grammaticis citata, probant, Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. l.* 3. *c.* 20. Lege latà liberos ſuiſſe omnes & indigenas, quorum uterque Parens, cujuscunque fortunæ, in vivis eſſet, antecedat Thyſius *loco cit.* Feſtum illorum incidiſſe in Panathenæa Graecorum menſemque Martium, celebratumque publicè ad dies aliquot, per quos torâ Urbe choreas duxerint, usque in Forum, & Capitolium, aliaque loca, tam privata, quàm publica, refert Dionyſius *l.* 2. Quibus diebus, prius quam cundita rurſum eſſent ancilia, ominoſum fuiſſe nubere, neq; etiam Flaminicæ Diali licuiſſe ſeſe pectere atque ornare, Ovidius tradit *lib. laudato*. Cœtus *Saliorum*, dicebatur *Collegium*, cujus caput *Magiſter Saliorum*, item *Præſul*, vocitatus eſt, neque

Tom. II.

Tributis illi comitiis, ut alii Sacerdotes, ſed à ſuis Collegis, cooptabantur, quemadmodum & Luperci, & Fratres Arvales, & Sacerdotes Galli, & Sodales Titii, Roſinus *l.* 16. *c.* 16. Quod autem hos Sacerdotes Herculi dedit Virgilius, cùm inquit:

Tum Salii ad cantus &c.

rectè quidem à Poëta id factum vult Macrobius, ecò quòd Hercules apud Pontifices idem eſſet, cum Marte, & Chaldæi *ſtellam Herculis* vocent, quam reliqui omnes *ſtellam Martis* appellant, &c. Sed & Virginium *Saliarium* meminit Sextus Pompeius, his verbis: *Saliares Virgines Cincias alia ſic vocabantur, quæ ad Salios adhibebantur, cum apicilous paludatæ, quas Ædius Silus ſcripſit sacrifi ium facere, in Regia, cum Pontifice, paludatas cum Pontificibus, in modum Saliorum.* De Mamurio quod ſuprà dictum, hinc eſt: Cùm plura fierent ancilia, quibus ceeleſte id, quod Numa regnante delapſum dixere, interimſceretur, ne dignoſci, & ſorte ſurripi poſſet, probatum maximè eſt opus Mamurii Veturii, qui præmii loco nihil aliud petiit, quàm ut ſuum nomen inter carmina *Saliī* cantarent. V Addam Mamurium *de Quæſtis per Epiſtolam l.* 2. Roſinum, Alios, nec non *ſuprà*. Ut pateat ſubjungam de Pileis rectè memoratis horum Sacerdotum, ſeu *Apicibus*, ut alii vocant, formam eorum fuiſſe *κωνοειδῆ*, ſive *metalem*, docet Dionyſius, ἢ ὡς ἄν τις φήσειεν πυραμοειδεῖ κωνοειδῆ, ἢ ὡς Ἕλληνες καμπάνῃ λέγουσι, *Vitos aliter in formam coni tornatos*, Graeci Cyrbaſias dicunt. Varro *Tunulatos* vocat; unde & Feſtus de meta Tuculus pileus lanatus metalli formâ: & aſtipulantur nummi antiqui, V. Philipp. Rubenium *Eccleſiaſtem l.* 2. *c.* 23. *ubi de ſacris apicibus*: cum Tiara Perſarum aliquid commune habuiſſe, obſervat Dionyſ. *l.* 2.

Salinacidæ, V. infrà *Salinacidæ*.

Salina, urbs Burg. adde: Hujus Dynaſtas Principum locoatq; dignatione habitos olim, ſunt qui affirment. Inter titulos gentis Auſtriacæ, V. Bertium *Commentar. Rer. Germ. lib.* 2. *cap.* 3. & Cl. Pfaunerum *de principii Germaniæ Principp. genitibus c.* 1.

Salinarium Vallis, ſive *Salinarius* vel *Salis*, Gr. *c.* ἁλικὸς ἀνὴρ, vel ἁλικός, in Parallipomenis *l.* 1. *c.* 18. *Abiſai vero, filius Saruiæ, percuſſit Edom in Valle* Salinarum *decem & octo millia & conſtituit in Edom præſidium*: Epiphanio eadem eſt cum Mari mortuo vel lacu Aſphaltite, *Hær.* 19. Ἔστι δὲ αὐτὴ νῦν ἐρημωθεῖσα θάλασσα. Porrò occaſione loci Geneſeos *c.* 14. ubi Vallis memtio, quæ poſtea in Mare illud Mortuum converſa eſt. Alii vallem illam *Saltuginis* ſive *Saltuarium* ad Mare Mortuum ponunt, & reverà faciunt vallem, à Mari ſpio diverſam. Sed falluntur utriq. Tempore n. Davidis R. non amplius illa vallis erat, quæ, Sodomis divino igne conſumtis, in Mare Mortuum verſa eſt. Et vallis illa, in qua Idumæi proſtigati ſunt, in Idumæa ipſa fuit, utpote in qua præſidium impoſitum memoratur. At Idumæa à Mari Mortuo procul abfuit, quippe ab Ægypti Caſio & lacus Serbonidis emeſſa incipiens. Dicta eſt autem *Salinarum* hæc vallis, vel à fontibus ſalinaceis, qui in ea ſcaturiebant, vel à ſale, qui effodiebatur. Alteram verò, vallem *Sidim* appellat Scriptura, quod nonnulli vertunt, *arvorum præſiſtarum vallem*, alii nomen Hebraicum retinent, quaſi proprium fuerit illius vallis, à multitudine agrorum arabilium denominatæ. Cœterùm quòd eadem S. Scriptura teſtatur, vallem hanc poſtea extiſtiſſe *Mare Salis*, non inde ſequitur, illam eum *Salinarum Vallem* eandem eſſe. Non enim illam ipſam *Salinarii ſam* vel *Salinarum Vallem* appellat; ſed in *Mare Salis* converſam eſſe dicit. Ita namq; Scriptura vocat Mortuum Mare ſive lacum Aſphaltitem, non quòd falſus fuerit; nam bitumen falſum non eſt, nec falſis naturam inhæret ſed eo ſenſu, quo *terram Salis* eadem appellat, quæ deſerta eſt ac deſolata. Lacum verò hunc nihil generare, non piſces, non aves habere aquis affuetas, nihil denig. vivi ſuſtinere, notum eſt. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 614. & ſuprà, in voce *Mare*.

Salinum, apud Statium *l.* 1. *Syl.* v. 4. v. 131.

—— Sepe Dein hos inter honores
Cæſpes, & exiguo placuerunt ſarea ſalino:

exiguâ capis eſt, ſeu vaſculum minutis oblationibus dicatum, de cujusmodi oblatione loquitur Horatius *Carm. l.* 3. *Od.* 23.

Mollibus averſus Penates
Farre pio & ſaliente mica.

Unde *mola ſalſa*. item *ſale conſita*. Et ſepius occurrit eadem ſententia, apud Ovidium aliosque Poëtas. Erant autem ex argento ditioribus. Hinc cùm omne aurum, argentum æsque ſignatum in publicum conferri juberet Levinus Comul, ſola illa excepit: *Annulos ſibi quisq; & conjugi & liberis & filio bullam. Et quidem uxor filiæq; funt, ſingulis uncias auri pondo relinquunt; Argenti, qui carnali ſella federunt, equi ornamenta & libras pondo, ut ſalinum patellamq; Deorum causa habere poſſint.* Et Val. Maximus *lib.* 4. *c.* 4. *In C. Fabrizii*, inquit, *& Q. Æmilii Papi, principum ſeculi ſui domibus argentum fuiſſe conſtitare aporiet. Uterq; enim patellam Deorum & ſalinum habuit.* Utpote lupelectilem maximè neceſſariam, in *tutelam menſarum*, ut Statius vocat: quapropter ſi caret mensa, in profanis olim habitum eſt, ut ex hiſce Arnobii verbis conſtat: *Sacras facilis menſas ſalinorum appoſitu & ſimu-*

tachris Deorum. Quam in rem V. plura, apud Barthium *Animadv. ad Statium lib. 1.* & Chabotium *Commentar. ad Horatium Carm. l. 2. od. 16.*

Salwe. V. infrà *Salisfatores.*

Salis Mare, V. suprà *Salinarum Vallis.*

Salisfatores, Magorum quoddam genus, qui, dum eis membrorum quæcunque partes *faciebant*, aliquid sibi exinde propferum seu trifte fignificari, præcliebant, Isidorus *l. 8. c. 9.* Hinc *Salisfatio*, ipfa hoc pacto divinandi ratio, cum ex palpitatione cordis, vel oculorum aut mufculi alicujus, futura augurabantur. Unde apud Poëtam, *falsi aliquid, in læva parte mamillæ*: & apud Theocritum *Idyllio 3.*

Α'λλ' ἀθλιμμένη μοι ὁ δεξιὸς.

Salit oculus mihi dexter.

Quod omen non minus aufpicatum erat, quàm βάσκ᾽ ἔνδοθι seu tinnitus auris dextræ. Gr. πταλμὸν ἀδύνειον, quo titulo librum fuum infigivit Melampus, Ptolemæo Philadelpho infcripfum, & Polidonius, apud Suidam V. Jul. Scaligerum *Auforian. lect. l. 1. c. 16.* Dempfterum in *Rofinum l. 3. capp. 7. 9. 11. &c.* Sed & in Extipicina vox ufitata. Statius *Thebaid. l. 8. v. 178.*

—— *exeis* faliat *quod Numen in exis.*

Id eft, vaticinatio Numinis, quæ in fallentibus extis deprehendatur, exponente Barthio: qui ex Lucano, quoddam in extis fignum, *Deum* appellatum effe, quoq; adnotat *ad lib. 4. v. 175.* Illud vero, *falire in læva parte mamillæ*, aliquando etiam de naturali motu ac palpitatione cordis fimpliciter intelligitur. Unde Statius idem verba Juvenalis *Sat. 7.*

—— *Lævain parte mamillæ*

Nil falit *Arcadio juveni* ——

interpretatur, *or non habet, ad Statium l. 1. Sylv. 2. v. 210. &c.*

Salwa, ad Medicos Magicosque ufus Veteribus multum adhibita, memoratur Plinio *l. 28. c. 4. Hominum vero inspirinis jejunam* falivam *contra serpentes præsidia ipfe docuimus. Sed & — deinfluimus Cantidiæ morbos, hoc eft, contagia regerimus. Simili modo & defixationibus repercutimus; dextræq; claudicanti occurfum. Veniam quæq; & Deis ffeci alicuius audacioris pectmus, in finem ffendo.* Eadem ratione terna *despuere præcidatione, in omni medicina mos eft* &c. ubi quoddam de Comitiali morbo inter alia habet, confirmatur ex Plauto *In Captivis*, qui hunc morbum peripheti iftâ, *qui infpuitatur morbus*, propter hoc ipfum delignat. V. plura hanc in rem apud Voffium *de Idolol. lib. 3. cap. 29.* & infrà, ubi de *Spuo.*

Salinca, herbæ genus, quæ *Orci tunica* dicta; adeoque ipfiffima nardus montana eft. Veftibus interponi foliam, odoris gratiâ, Plinius tradit *l. 21. c. 7. Tunæ fuavitatis, ut metallum esse caperis*: (i. ut in veftigali ac reditu publico cenfeatur non aliter, quàm metalli fodina) certe *vestibus interponi eam gratiffimum, ficut apud Græcos polion herbam, indicatum Mosfei & Eisfodi laudatione, ad omnia talium præcidentium.* Theophraftus ad tineas encecandas id fieri tradit. *Orci vero tunicam* hanc herbam dictam effe, notat Servius *ad illa*,

Puniceis humilis quantum falinca *rubetis.*

Nempe tunica, qualem geffere Romani fine manicis, ejusdem ferme cum facco figuræ; *Columbum* poftea dictum eft. Ruffinus colobia feu tunicas Monachorum, quafi faccos linteos effe dicit; & Hieronymus *tunicas facilineas ac faceas* vocat, quibus operiebantur Monachi in Ægypto. Eiusmodi proin radix, quæ facci habet inftar vel tunicæ, se fub terra eft, non ineleganter *Orci tunica* eft appellitata: Græcis quoque ὑπανάγκες & ὑπόζωμα, ab effigie *facculi* vel *peræ*. In coronis eandem herbam adhibitam, à Lucano & Martiali dilcimus &c. Plura hanc in rem V. apud Claud. Salmafium *ad Solinum p. 1066.*

Salix, antiquiffimis temporibus in coronis locum habuit. Et quidem eum eo tempore coronæ vinculi tantùm ufum præbuerint, quippe capiti inter convivialem lætitiam adtringendo; primitus reperta, ex Amerina *falice* nexæ coronæ placuerunt, donec fequiori ævo, crefcente luxu, ludibrio haberi, & quòd nexibus tantùm ac vitilibus eflet idonea, *coronamentum rusticorum* appellari falix coepit. Eiusmodi tamen corona Megiffhen ufum fuiffe totos decem menfes, Anacreon tradit *Comm. l. 2.* Imo ejus ufum apud Samios duraffe, usque ad Polycratis ætatem, refert Athenæus *l. 15.* qui priscum id coronamenti genus Catum fuiffe, occafione ftatuæ Junonis, cùm apud ipfos fugam meditaretur, longiffimis falicis ramis impl. citæ, addit. Corterum *ingo vimen, face ffipes*, Apollonio Rhodio hæc arbor dicitur *lib. 4.* Tradit tamen Plinius, Homero eam fuiffe *frugiferam, quod ocffime amittat femen; fecundæ, etiam fcetere fuis interpretatum esse hanc fententiam, quando femen faciès mulieri ffeciliatis medicamentum esse conftat, l. 16. c. 26.* ubi plura de hac arbore. V. quoque eum *l. 16. c. 40.* ubi inter arbores fcutis faciendis, quorum plaga contrahat se protinus cludatique fuum vulnus & ob id contumeciis transmittat ferum, idoneam *falicem* quoq; recenfet: ut & infrà, ubi de *Pomone.*

Salma, addè: Duplicem *Salmam* habent, qui Gentis hujus originem indagant, Ardennatem & *Novam Salmam* feu Lotharingicam, quam Henricus II. ex poftcris Caroli I. à Marcomiro Francorū R. Auftrafiæ Præfecti conftituti, oriundus condidiffe dicitur; Pater Henrici III. qui ftirpem claufit anno A.C. 810. vel 812. relicta filia & hærede Hedvige. Per quam cum nupfiffet Henrico IV. Sadigeri Principis Ardennatis filio, Friderici ex Mofellanicis ijuxta aliquos, agnatis Caroli M.) & Felicitatis *Salmensis* (quæ Hedvigis amita) nova gens *Salmensis* prognata fit. Hedvigis enim & Henrici abnepos Theodoricus ex Berta Blamontana fufcepit Henricum VI. & Carolum, quorum illi *Salmam* Lotharingiæ, ifti Ardennæ hæreditate cluenti obtigiffe, adeoque à priore *Salmensem* in Lotharingia gentem prodiiffe. Ex ea Johannes V. Johannem VI. & Simonem, fufcepit: quorum hic filiam genuit Joannam, à qua Johanni Comitum Syræ & Rhemi nupta pars Comitatus *Salmensis*, cum titulo, huic familiæ innata, nunc quoq; in ea hærente, unde ramus Principum *Salmensium*, cujus στεμματογραφίαν exhibet Spenerus *Theatr. Nobil. Europ. part. II.* ille vero, nempe Johannes VI. filium habuit, Johannem VII. patrem Nicolai & Johannis VIII. quo nati Johannes IX. & Paulus, hincam terminavere. Paulus vero filia Christina, Franc. Lotharingo Com. Valdimontio marito omnia reliqua in Lotharingia bona *Salmensia* attulit. Sed Nicolaus, Auftriæ Capitaneus, qui fideli operâ Ferdinando I. Imp. navatâ, in Viennæ obfidione, vulnere accepto extinctus eft, novus auctor fuit Com. *Salmæ* & Neoburgi ad Oenum, de quibus idem Auctor *part. III. apud* Carolum quod concernit cui *Salmæa* ditionem eidem diximus obligaffe, fi ab Imp. Henrico II. perhibetur, Oduine ultimo Carolingiorum genere, Lotharingiæ infer. obtinuiffe, delo fuperiorem etiam occupaffe, fed pulfus à Gozelone, Lotharingiæ genere ditionem reminiffe. Filium ei affignant, qui Limburgi Comes fuerit, nepotem Henricum, qui Duc. axioma nactus fit, pater Henrici (Luftanorum fecundum quosdam Satoris) & Walrami cognom. *Pagani.* Hunc filii dantur Henricus & Fridericus, cui ortum debent reliqui Ardennatis *Salmæ* Comites, mortuo Henrici VIII. qui agnatam Johannam Reiffer(cheidtæ) Gerlaci teftamento militari dixit, extinctâ. Unde, licet genere ejus, Otho Raugravius (qui tamen nullam ex Henrici fil. Maria prôlem fufcepit) Comitatum voluerit retinere 1455. in Curia Lucilburgenfi lata fententiâ eam Reiffer(cheidtiis reftituere eft coactus. Referebant autem hi originem ad Henricum præditum, Friderici fratrem, utpote Patrem alterius Henrici (a quo reliqui Limburgici & dein Luxemburgici Duces atque Comites) & Gerlaci Gerhardi, qui *Dominus Reiffer(cheidtii* dictus hunc titulum ad poftcros propagavit in quibus fexto gradu Johannes, ut dictum, agnati teftamento, *Salmensem* in Ardenna Comit. obtinuit, & reliquos Com. *Salmæ* ac Reiffer(cheidii, qui nunc quoq; fuperant, profevit. V. eundem *Part. III. pag. 3. & p. 85.*

Salmacidæ Aquæ, apud Plinium *l. 31. c. 3.* ubi de aquis: *Ante omnia autem dammnior amaræ, & quæ ferobem (i. hoppe) flatim implent: quod evenit Trogeæ & nitrofæ aq.* Salmacidas in *desertis Rubrum Mare penetre addita polenia nitro intra duas horas faciunt, ipfaq; vefuntur polenta*: Legendum *Salmacidæ*; cuiusmodi aquæ non funt fimpliciter *ai ἀδυωφόρ* aut *ἀδυώδες*, ut Græci vocant fontes falfos, fed acidæ fimul ac falfæ, acidæ nim. falinæ. Qui mixtura fontes reperiri, qui utriusq; laporem præferant, idem teftatur: *Alia fulphuris, alia falis, alia nitri, alia bituminis, nonnulli etiam acidæ falsæ mixturæ &c.* Aliud eft *fatinascum*, quod Auctor Glofiarum cum *falsinacio* perperam confundit, illud enim fimpliciter eft *ἁλμυρὸν*, a falinis; hoc vero *ἀξαλμυρὸν* dicas vel *ἀξάλμυρον*, ex *ἀκίδο* & *ἁλμυρὸ* compofitum. Quemadmodum & *dulcaticum*, *ἡδυάλμυρον*, in Glofi. occurrit. Salmafius *ad Solinum p. 115.*

Salmedina Cæfaraugufiæ nomen eft Magiftratus, Prætori urbano apud Romanos aliqua ex parte refpondentis, ut videre eft apud Hieron. Blancam *Epift. Dedicator. ad Commentarios de Rebus Aragon.* V. eundem *libr. p. 638.* ubi ab Alfonfo R. novæ urbi hunc Magiftratum præpofitum, & Arabico nomine retento, fic inftitutum effe, ait: ut & infrà *Zavalmedina.*

Salmona, addè: inter Celbim & Lefuram.

Salmonis Saltus, Gyraldo dicitur locus in Dimetiæ, Britanniæ Inf. regione, ubi Tivius fluv. ad Kilgaran à Gyraldo munitum, lapfus ex alto præceps ruit; quòd *falmones* (pifcium majorum genus) interiora fluminis ex Oceano petentes, cum obftaculum hoc occurrit, caudam ad os replicant, interdum etiam ad majora falitur efficiendo, quæ ipfis incompetunt, dumque à circulo hujusmodi fe relolvunt, cum impetu quodam, tanquam virgæ circulatæ explicatione, fe ab imis ad alta, cum intuentium admiratione, transmittunt. Unde fcitiffime Autonius:

Nec te punico rutilantem vifere falmo

Tranfierim, late cujus vaga verbera caudæ,

Gurgite de medio summas referuntur in undas.

In ejusdem Inſulæ Britannicæ, Lonus fluv. vulgò *Lune*, ex Weftmorlandiæ montibus cadens, accolas adfluis menſibus ejusdem pifcis opima pifcatione ditat. Sed Banna Hibernicæ fluv. *Salmonibus* totius Europæ fæcundiffimus longè, ea quoq; omnium fluviorum, ut aliqui exiftimant, fit limpidiffimus, cujusmodi aquis unice fi pifces delectantur. V. Guil. Camdenum

in Bri-

in Britannia passim. & infrà in voce Scotia. In Sinici Imp. Kingsia prov. Vim ingentem pisium, salmonum præcipuè, quorum unus 160. libras pendens, sex Julii regalibus Hispanicis quandoque ematur, reperiri, tradit Auctor Anonymus Sinæ & Ear. cap. 42. plurà de huc pisce, V. apud Vossium de Idolol. l. 4. capp. 3. 22. 29. 31. præter Auctores, qui de Piscibus scripsere.

Salmunitacum, V. *Salmenlacum*.

Salomon, apud Gothicò-Italos *Sallomain*, in *Stephano Vt. Consulis Idolum cantharum exuvialum notum*, Salomonem *unum, regnum antyrum unum ceu gemmis pretiosissimis, & vestitu unum cum auro & gemmis albis &c.* valis species est, operis pretiosioris; fortè cujusmodi fuere vasa Salomonis in Templo ab eo ædificato, quæque in urbem Carassonensem in Gallia, Româ capta, translatilisse dicitur Alaricus Wisigothorum Rex, apud Procopium *de Bello Gothico lib. 1. cap. 12.* unde videtur id manasse, ut pretiosa vasa *Salamoniaca* appellarentur. In *Monasticis* Angl. *Tom. 1. pag. 410.* occurrunt *duo vasa cristallina pretiosissima ex operibus Salomonis*; & in *Chartis* quadam vet. Aldegasii, fil. Sylonis Reg. Ovietensis *A. C. 781. vna vasa Salomonigi*, apud Sandovallium: uti *fortiora Salmaniacæ*, in alia Stephaniæ, uxoris Garsiæ Navarræ R. æræ 1060. apud eundem in *Episcopis Pampilon.* laudatum Carolo du Fresne in *Glossario*.

Salonina, Gallieni Imp. conjux, mater ex eo Salonini, apud Treb. Pollionem in *Gallienis*.

Saloninani trientes, memorantur Treb. Pollioni in *Claudio*, inter ea quæ Gallienus placitado Claudio ei dari jubebat, *Aurios Valerianos CL. Trientes Saloninianos CCC.* Fortè dicti à Salonino fil. ejus, qui postmodum Imperator evasit.

Salsamentum, de pisibus præcipuè: Et quidem *Salsamenta* magna, apud Græcos, eodem nomine veniunt, quo pisces, unde fumta. Sic Ixcíus Κοῦλος, quæ frusta funt quadrata pelamidis, vocavit *pelamidas*. Similiter Τόμος ὀψαρικὸς frustum caniculæ; quam & ἔγκλασιν dixere. Cujus Ὀψαρικὸν *salsamenti* meminit Athenæus *lib. 6. init fin.* Thyrfio quoque pars ejusdem canicula: falitæ, quam Romani à *thyrfi* capitis similitudine fic vocarunt. Omnibus enim thyrfis globus imponebatur; unde frustum fal famenti ea forma concifum Θύρσιον vocabatur. Qua eadem ratione, & thymum Θύρσιον appellatum, à capitulorum thyrfi fimilitudine & cc. Minora vero frufta aliter appellata. Sic, uti dictum, majus pelamidis frustum *pelamis* quoque appellatum eft, item κόλλα, ἢ κόλλιξ, ut fubint. Τετράκολλα, minora vero frufta κόλλα dicta. Hinc Plinius *lib. 9. cap. 15. Pelamides in apo ceftos, & particulatim concefas in genera cybiorum diffpartiri*, fcribit. Sunt a. *cybia*, frufta falfamenti quadrata, unde Κυβιοδέκτης cognomen Ægyptii R. turpiffimarum fordium. Sed & μελανόρνιον, pro fegmento falfamenti ex dorfo fere & duriore thynni vel orcyni catne fumpti, reperitur. Græcis enim μέλανα ὄρνυσι vel μελανὰ ῥύμα, *mediale roboris* fignificat, quæ pars eft firmiffima ac nigerrima: ipfi, alburno tempio. Inde μελανόρνυσι vel μελανόρνυσιν, thynni pulpamentum durius, cervice, cauda, abdomine & clidio demptis &c. V. Salmafium *ad Solinum p. 1317.*

Salficia, Græcis recentioribus Σαλάμια, apud Acronem in membranis, *Hiftæ & hilli dicuntur falfa inteftina. Hirri pofitivus eft, diminutivè hilli dicuntur. Hæc illis quidam in diminutione neutrius generis effe, alii dicunt hilli fi ve hilla fartu fafficia:* Lucanicæ hunt, hodieque Gallis *Saucisse* dicuntur. Quæ vox non multum abludit, à voce *Inftia* vel *Ifica*, de quibus copiosè egit Apicius *lib. 12.* qui eo duplici modo fieri fcribit: ex variis nempe carnibus tritis & pipere commixtis, ut Athenæus quoq; fcribit: vel ex pifcibus diverfis, ficut Alexander Trallianus docet. V. Car. du Fresne in voce *Salficia*. Salmafius verò vocis originem a *falfus* deducit, *ad Solinum pag. 1231.* V. quoq; eum *ad Ael. Lampridium in Alexandro Sev.* Hinc Σαλαμιοπώλαι, veteri Etymologico funt ἀλλαντοπῶλαι: Graci enim ἀλλᾶσθαι, iifdem modi inteftinum fartum vocant, *ibid.*

Saliago, V. infrà *Siliudo*.

Saltare canticum aut *cantilenam*, dicus eft qui & cantat & faltat fimul, aut alio canente faltat. Unde *faltatiuncula* & cantilena apud Vopifcum *Aureliam*, pro uno & eodem, quod aliter *Ballifperum*. In fcena tamen *canare & faltare*, diverfarum artium & Artificum fuit, quorum illud proprium Tragœdorum, illud Hiftrionum; *fabulamq; canare* dicebatur Tragœdus; *faltare* Hiftrio feu Pantomimus, Suetonius in *Caligula*, *Sed & diverum genera Artes ftudiofiffimè & diverfiffimas exercuit. Thrax & augura idem, canior & faltator*; ubi per *canorem*, Tragœdum; per *faltatorem*, Hiftrionem intelligit. Idem ibid. *Canendi ac faltandi voluptate ita effverbatur, ut ne publicis quidem fpectaculis temperaverit, quo minùs & Tragœdo pronuntiandi concineret: & geftum hiftrionis, quafi tacitum, vel corrigens, palàm effingeret &c.* V. quæ fuperius dximus in vocibus, *Bathyllus*, *Pylades*, *Pantomimus &c.*

Saltatrix & *Saltatrices*, in L. Longob. non uno in loco, Græcè Ὀρχήστρας, dicitur eft, cui incumbebat τὸν ἔχων ἰατρικὴν, *fines cuftodire & invigilare*, ne à vicinis agri occupentur, ut ait Theophraftus *in Character.* ad quem V. Cafaubonum p. 228. A' voce *faltus*, de qua hic infrà, ubi & de *Saltuario*.

Saltuatio, quanti fuerit à Veft. æftimata, argumento multa funt: id verò inprimis, quòd ceremoniæ nullæ aut fpectacula antiquiora fuere, quibus *Saltatio* non adhiberetur. Eft autem hæc facultas quædam, motibus ac geftibus corporis, certo artificio, numero & ratione factis, imitandi hominum mores, affectus & actiones: quod quo pacto fieret, unus omnium clariffimè, poft Ariftoteles, expreffit Plut. qui in *p. Con vival. Quæft. problem. 15.* tres partes *Saltationem* habuiffe fcribit, *Imitamen, figuram & indicationem*, eafque omnes pluribus exemplis *Veffis* proin tatens, Simonidi dicta. Ejus auctor quis fuerit, usq; adeò compertum non eft: nifi quòd Thophraftus apud Athenæum refert, Androna Catanenm Tibicinem, dum fonaret, motiones atque numeros corpore effeciffe; & ob id apud Vett. *faltare* dictum fuiffe ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, id eft, *Siciliffare*. Poft quem Cleophantus Thebanus & Æfchylus multas *Saltatorias* Artis figuras invenerunt, quas Βακτηρίας Sicula voce appellatas, Epicharmi auctoritate, infinuat Athenæus: unde hodieque apud multas Italiæ nationes *ballì* nomen perdurat. Et quidem *Saltatio* veftiffima fine cantu fuit; cantus dein acceffit, ac tandem inftrumenta Muíica, tibia, lyra, aliaque adhiberi cœperunt: refert tamen Plutarchus, tempeftate fua verum *Saltationem* à Muíica, cui affociabatur, depravatam fuiffe, atque à cœleíti illa decidentem, in tumultuofis ac indoctis theatris, inftar Tyrreni cujusdam, imperium tenuiffe, idq; poftmodum usque ad tempora noftra perdurauffe, *fecus ita*. Imò ipfum Muíices patrem non mihi fuit Jul. Pollux *lib. 4. cap. 13.* atque idcirco, ut *canere & pfallere* fubinde conjunguntur; ita & *pfallere & faltare*. Salluftius de *Catil. Hæc mulier* (Sempronia) *litteris Græcis & Latinis docta: pfallere & faltare elegantius, quàm neceffe eft probæ*. V. fuprà in voce *Orchefica*. Exercebat porrò *Saltatio* primò partes inferiores duntaxat, dein χειρονομία, ordinatas manuum motiones edocens; adjunctâ eft, ut una cum cœteris motionibus, ambulatione nempe fimplici, flexu, procurfu, falti, divaricatione, claudicatione, ingeniculatione, elatione, jactatione, permutatione pedum, manuum connexio, confertio, compeditratio, diftenfio, complexus alternatioque peragererur: atque ita univerfa faltatio, ex motibus tam manuum, quàm pedum, ad res repræfentandas, conftarer. Quòd verò *falsamen* brachia præcipuè moverent, fignificavit & Ovidius *de Arte lib. 3.*

Si vox eft, cantas: fi mollia brachia, falta &c.

Ad imitationem inprimis adhibita antiquitus, tranfiit in Theatra & Ludos, voluptarem concihatura fpectantibus: inde in convivia irrepfit; moris enim apud Vett. fuiffe, in conviviis, ante Triclinia, *faltare & canere*, docet Macrobius *Saturnal. l. 3. c. 14.* V. quoque Xenoph. in *Symp. fin*, & Rofinum *Antiqq. Rom. ubi de conviv. Rom.* Sed &, ob religionem quandam, ad facrificia in ufu fuiffe, præter Platonem atque Plut. teftatur Galenus, *in Protrep.* hypocheneata, quæ in Deorum facrificiis Gentiles canebant, quos initiari absque tripudio non potuiffe, docent Euripid. V. paulo fuprà in voce *Salii*. Quod ex cacozelia quadam Populi Dei (quem hoc quoq; Muíices genere, in Deo celebrando, ufum eíle, ex Scripturis manifeftum eft) factum fuiffe, non eft veri diffimile. Cinædos v. maximè omnium faltandi Arti operam dedifle, fignifieat Plautus, *Mikite Ctor. Actio 3. Sc 1.*

Tum ad faltandum, non Cinædus magis agnus eft, quàm ego.

Quo nomine tamen Nonius Marcellus ipios à Vett. *Saltatores* dictos vult ac Pantomimos, ὀπὸ τὸ κινεῖν τὰ σώματα. Poterat fimilitter omnes, non modò Hiftriones motus figuratos edocebant, verùm & ipfi quoque interdum *faltabant*: quemadmodum Thefpis, Pratinas, Cratinus, Phrynicus. Poterat omnes, ideirco Ὀρχηστὴν funt nuncupati, tum quòd propria dramata, inter faltantes repræfentabant Choros; tum quòd extra ea, volentes artem docerent. Loca, ubi choreæ peragebantur, primitus vici fuerunt ac plateæ publicæ; dein cùm majorem dignitatem præpollerent, ad Theatrorum partes quasdam coepere tranfiri, quæ ab Ariftotele & Polluce propterea *Orchoftræ* dictæ funt. A' Tucatris ad Palæftras five Gymnafia tradictas fuiffe, auctor eft Athenæus *lib. 14. cap. 7.* & Plut. *Sympof. 9. Probl. 15.* Species *Saltatoriæ* innumeras fere recenfent Plato, Xenophon, Ariftoteles, Strabo, Plutarchus, Galenus, Pollux & Lucianus: quæ vel a regionibus, vel ab Inventoribus, vel a motio multiplici, vel aliunde nominatæ, ut infrà videre eft. Summa tres genera Ariftinus duo facit, *Statuarian & Mavorian*, pro argumento fabularum, non quod non utraque moveretur, fed quòd hæc magis: à quibus fpecies illæ deductæ funt, *concenta, vemiffæ, ferie, molles, ridiculæ, aliæ*. Seneca tres ejus fpecies indigitat *Epift. 15.* in *alium, in longum, & quæ fit pedes alternis ambiendo*. Aliter dividitur illa in Κυβιστικὸν, Σχηματικὸν & Ὀρχηστικὸν. Bellicæ *Saltationis* genera fex facit Meurfius *in Orcheftra*, inter quæ præcipua *Pyrrhicha*, de qua fuprà, & poft hanc Εὐμένεια. In Poefi triplex adhibita legitur, Ἐμμέλεια, quæ Tragica; Κόρδαξ, quæ Comica; & Σίκιννις, quæ Satyrica, quæ iterum in varias alias fpecies fubdividebantur: ex omnibus autem tribus Italicam conflavit Bathyllus Alexandrinus, teíte Athenæo *Deipnofoph. l. 1.* V. Coel. Rhodiginum *Antiqq. Lect. lib. 9. cap. 3. & 4.* Jul. Cæfarem Scaligerum *Poet. lib. 1. cap. 18.* Hier. Mercurialem *Artis Gymn. lib. 2. capp. 3. 4. 6. 7.* Gerh. Joh. Voffium *de 4. Artibus Pop. cap. 3. & 4. &c.* In Ludorum

dorum Pompa, quam prolixè describit Dionysf. Halicarnaſſæus *lib.* 7. Habitus *Saltatorum*, erant tunicæ punicæ, balteis æreis adſtrictæ, gladiis dependentibus; geſtabantque breviores medioribus lanceas: Viri verò etiam æreas galeas, criſtis pinnatis inſignes, & quemque chorum præcedebat unus, qui *Saltationis* præbat formulas; unus item, militares ac concitatos præcinens modulos, rhythmis plerumq; proceſſumaticis: quod de Pyrrhica *Saltatione* intelligendum. Qui enim, hos ſecuti, Sincinnem Græcanicam referebant, Satyri Silenos repræſentabant, erantque inſtructi tunicis hirſutis ſeu ſcorteis atque amiculis ex omni florum genere conſertis: Aliis ex hircinis tergoribus campeſtria erant ſetæque in vertice horrentes &c. V. iterum Roſinum *lib.* 5. *cap.* 23. cum Dempſtero *Paralipom.* & plura de *Saltationibus Vet.* apud Stuckium *Antiqv. Conv. lib.* 3. *c.* 21. Suiceum voce Ὀρχηστὴ, Alios.

Saltationis ſpecies quædam, Vet. uſitatæ.

α. Anthema erat, cùm ſaltantes clamabant. *ubi mihi roſæ, ubi mihi lilia, ubi mihi apia*, ſpecies inſtanæ Saltationis. *β.* Apochinoſis five Maſtrirſmus, a mulieribus ſaltabatur eratque ridicula Saltatio. *γ.* Calabrismus. *δ.* Carpæa, apud Æolianenſes & Magnetes in uſu, Xenoph. *Expedit. Cyri lib.* 7. *c.* Caudiſcr, infanæ *Saltationis* ſpecies. ζ. Δίκνις, Erotianus vocantur, ſaltationes torſionibus ſeu verſoriæ. *η.* Ἐμπελείαι, proximæ poſt Pyrrhicham dignationis, ſaltatio fuit armata, graviv ac Tragica. *θ.* Epichedios, penes Cretenſes in uſu. *ι.* Glaux, ridiculæ *Saltationis* ſpecies. *κ.* Grus ſeu Γέρανος, gruini colli flexus imitabatur, à puellis Athenienſium, in Deliis facris, exerceri ſolita. *λ.* Gymnica, cum thyrſo, calatho, haſta, arattro, abaco, olla &c. *μ.* Gymnopædica, Lyricæ ſaltationis ſpecies. *ν.* Hyporchematica ſimiliter. ξ. Igdis, ridicula ſaltatio. *ο.* Jonica, mollis & effœminata. *π.* Italica, cujus Auctor Bathyllus Alexandrinus, ex triplici ſaltatione Theatrali, Ἐμμελείᾳ, Cordace & Sicinne, erat conflata. V. Athenæum *Dipnoſophiſt. lib.* 1. *c.* Καστὴν, armatæ ſpecies ſaltationis. *ρ.* Κολοβοσφυρίς, ſimiliter. *ς.* Κόρδαξ. *τ.* Κυβιστικὴ, quâ homines manibus pedibusque ita ſe contorquebant, ut converſione fui, capiti inſiſterent: quod qui faciebant, *cernui* & *cernuti* dicebantur. *φ.* Leo, ridicula ſaltatio. χ. Maſtrirſmus, ſimiliter: ſaltatio a mulieribus, quæ olim ad *Maſtrirſmi* ſimilitudinem Μαζωνοδοῦσαι, à modo motionis. *ω.* Mongas, infanum ſaltandi genus. *αα.* Morefcæ, populari vocabulo Italis hodie dicuntur, vett. Pyrrhicharum æmulæ. *ββ.* Morphaſmus, ſaltatio ridicula. *γγ.* Nicatiſmus, ſtabilius ſaltandi genus. *δδ.* Orcheſtica, V. *ſupra. εε.* Orſitii, apud Cretenſes. ζζ. Πίτταυκτοι, ab inſtrumentis. *ηη.* Πυρίχιος, ſicut & Βρομάλεντοι, armatum ſaltandi genus. *θθ.* Pyrrhicha, V. ſupra *hoc loco. ιι.* Scenica feu Theatralis ſaltatio, triplex fuit, Emmelia, Cordax & Sicinnis. *κκ.* Sicinnis, lafciva erat & inconſtans, in Satyris, ſuſurpari ſolita. *λλ.* Sobas, ſaltatio ridicula. *μμ.* Sphærriſtica, ubi pila ludentes ſaltabant, V. Homer. *Odyſſ. ζ. νν.* Teleſias, inter armatas ſaltationis ſpecies, à Teleſio, qui primus eam ſaltavit, dicta. Hac utentes Etolemei milites, Alexandrum Philippi fratrem ſuſtulerunt. ξξ. Theatralis, V. *Scenica. οο.* Thermauſtris, infanæ ſaltationis ſpecies. *ππ.* Thraciis modus, à gente. ϱϱ. Tornatilis & Verſoria, quæ ſe in circum vertentes ſaltabant. Erotianus *Δίνας* vocavit. *ττ.* Τραχηλισμὸς, à cervice nomen habuit. *υυ.* Ὑπόρχημα, ſicut & Βρομάλεντοι, armatum ſaltandi genus. *φφ.* Pyrrhicha, V. ſupra *hoc loco. ιι.* Scenica feu Theatralis ſaltatio, triplex fuit, Emmelia, Cordax & Sicinnis. *χχ.* Sicinnis, lafciva erat & inconſtans, in Satyris, ſuſurpari ſolita. *ψψ.* Sobas, ſaltatio ridicula. *ωω.* Sphærriſtica, ubi pila ludentes ſaltabant, V. Homer. *Odyſſ. ζ. νν.* Teleſias, inter armatas ſaltationis ſpecies, à Teleſio, qui primus eam ſaltavit, dicta. Hac utentes Etolemei milites, Alexandrum Philippi fratrem ſuſtulerunt. ξξ. Theatralis, V. *Scenica. οο.* Thermauſtris, infanæ ſaltationis ſpecies. *ππ.* Thraciis modus, à gente. ϱϱ. Tornatilis & Verſoria, quæ ſe in circum vertentes ſaltabant. Erotianus *Δίνας* vocavit. *ττ.* Τραχηλισμὸς, à cervice nomen habuit. *υυ.* Super Utres oleo unctos & vino plenos, in ludis Baccho dicatis, pedibus ſaltare, quod ἀσκωλιάζειν dictum, antiqua fuit conſuetudo: Ubi victores cenſebantur, qui ita dextrè ſe tenebant, ut præ lubricitate humi non caderent; victoriacq; præmium ferebant utrem: reliqui, qui natibus terram pervertebant, non ſine magna voluptate, riſum movebant ſpectantibus. Meminit ludi hujus Græca; cum ait: *ἀσκὸν ἐπ' ὀρθὸν ἑστὸς, Μαίλιον ἐν πρατὶ πυκνὸν ἑλίσσει per utres.* V. Ariſtophanem *Plutο*, Jul. Pollucem voce ἀσκωλιάζειν, Mercurialem *lib.* 2. *c.* 11. & infrà *hoc loco. νν.* Vulgare ſaltandi genus, in conjugiis ac ſacrificiis uſurpabatur. &c. Quæ omnes, quomodo fierent, difficile eſt explicare: Licèt enim variè de illis ſcripſerint, ut teſtis eſt Lucianus ὑπὲρ ὀρχήσεως, omnes tamen eorum libri deperire: quod damnum relatorite conatus eſt Meurſius *de l.*

Saltatiuncula, apud Vopiſcum *in Aurelianο*, *Before Theoclina* — *Aurelianum magna fuit bello Sarmatico uno die quadraginta & octo interfeciſſe* — *adeò ut etiam baiſſea pueri & ſaltatiuncilas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus teſtis militariter ſaltitarent, Mille, mille, &c.* idem quod βασκίσια ſeu *baiſſea*; βασκίνω enim & βάσκω χύπτω, *manus jactare* eſt, quod ſaltantium proprium. Hinc apud Propert. *manus jactabat crumcas manus*, i. *ſaltabat ad tibiæ cantum.* Nempe *ſaltatiuncilas* hic videtur addidiſſe Vopiſcus, ut *baiſſea* explicaret, eodem modo, quo Patres Concilii Laodic. ἐξορκιστὰς adjecerunt, quò vocem illam vulgarem βασκάνους exponerent. Eſt autem *Baliſſima* ſeu *Ballematium*, chorea vel cantilena, ad quam cantatur, de qua voce pluribus dictum eſt *ſupra*.

Saltica Fabulæ, inter opera Lucani, memorantur Auctori vet. *Vitæ* Lucani, *Extant ejus & alii libri complures. Ut Iliacon, Saturnalia, Catuſconon, Sylvarum X. Tragœdia Medea imperfecta.* Salticæ *Fabulæ XIV.* &c. dictæ ſunt, quæ taliter erant factæ, ut eorum pauſo *ſaltari* poſſent, h. e. non minùs geſtibus, quàm voce, exprimi: quibus *Scenicæ* fortè oppoſitæ, quarum apud A. Gellium mentio. Ita *ſaltabantur* res geſtæ Bacchi primùm, dein ab eo aliorum Heroum, à Tragœdis, Comœdis & gregè Tibicinum, qui pariter οἱ σὺν τῷ Διονύσῳ τεχνῖται appellabantur, notatum eidem A. Gellio *l.* 20. *c.* 4. Barthius *ad Papinium Statium Thebaid. l.* 6. *p.* 469. V. quæ ſupra diximus, in *Saltare cantum.* Ita *Saltica puellæ*, quæ *ſaltandi* modis inſtructabantur, in quas graviter nonnullibi Horatius invehitur: Et per contemptum ſic appellat puellam Herodiadis, cujus ſpectaculo faſcinatus Herodes Joanni Baptiſtæ caput dempſit, Tertullianus *adv. Gnoſticos cap.* 10. *Ipſe clauſula Legis & Prophetarum, nec Prophetes, ſed Angelius dictus, contumeliosa caste truncatus in Puellæ lucar.* Quo tenui quoque *Salticum puellam* legimus, in Aldhelmo *de Virginit.* c. 8. &c. Idem Barthius, ubi *ſupra*.

Saltuarius, cujus mentio *l.* 60. *§.* 3. *ff. de Legat.* 3. ſervus erat, apud Romanos, qui univerſum tuebatur fundi, fructus conſervabat, fines cuſtodiebat; Gr. Α' γροφύλαξ. Cujusmodi munere functus eſt Aſaph, cuſtos *ſaltûs* Regis, apud Nehemiam *c.* 2. v. 8. & Tirrhus ille, apud Virgilium *Æneid. l.* 7. *v.* 485.

——— *Tyrrheius Pater, cui regia parcit*
Armenta & tanti cuſtodia credita campi.

Ubi notat Servius, deſcr bi Magiſtrum pecoris & *Saltuarium*. Meminit *ejusdem l.* 16. *§.* 1. *ff. de uſu & habitat.* Dominus proprietatis etiam in vſu uſufructuario, vel uſuario, fundum, vel ædes per Saltuarium, vel Inſularium cuſtodire poteſt: Intereſt enim ſuus prædii tueri. Conſtabat autem *Saltus* quatuor centuriis, vel quinque, &c. Flacco teſte; & fuit fundi pars, ex Ælio Gallo, apud Feſtum & Varrone *de L. L. l.* 4. in qua ſylvæ erant ac paſtiones; & harum causâ cæſæ quoque, ubi dominus habitaret, V. Laur. Pignorium, qui nomen etiam hodie Italiæ tuſticos retinere docet, *Comm. de Servis ſub fin.* Porrò alios hybernos, alios æſtivos fuiſſe, diſcimus ex *l.* 3. *§.* 11. *ff. de acquirend. poſſ. &* 193. 67. *ff. de leg.* 3. *Æſtivos* definit Ulpianus, *quibus interdum etiam hyeme, plerumq; autem æſtate mittitur*, apud Tit. Pompam *de operis Servorum*. Hinc recentioribus *Saltuum* præfecti, paulò diverſo à veteri ſignificatu, dicuntur in Principum Regnis; aulis, qui rei Venatiæ præſunt: quemadmodum in *Annal. Francor.* Ducum legimus, Barnimo III. & IV. à Carolo IV. Imp. Venatorum Imperii ſui Magnorum *Saltuum* Præfectorum dignitatem, collatam fuiſſe: Similiter, primos Hannoniæ Com. ex Magnis Saltuum Præfectis, in Comitum dignitatem, à Gallîæ Regibus fuiſſe evectos, alibi. Iſtiusmodi *Saltû* Normanni *Foreſtam*, Saxones, qui ante eos Angliam occupavere, *Saltum cervinum*, item *Saltulum damarum* appellare conſueverunt. V. in voce *Foreſta*.

Saltuenſis pagus, in *Pago de Sanc*, in quo ſtatutus Hieronymo Zuritæ erâ 1296. cum aliis *Lauracenſem, Bonifacium, Petrenſem, Alinerivenſem, Fontiladenſem, Saltuenſem, Petrapertuſenſem, Æmilianum, Crodonenſem, & Gabaldanam ditiones* &c. tractus eſt Galliæ, in Diœc. Electenſi, novendecim vicos continens. V. Hadr. Valeſium in *Alinervæ caſtrum*.

Saltus, Gymnicæ olim exercitationis ſpecies, Gr. Ἅλμα, curſui non parùm ſimilis erat; nempe qui, ſicut curſus continuatus eſt ſaltus, ita ipſe interciſus ſit curſus ita *Saltatione* de qua ſupra, meritò diſcriminandus; hujus enim opus ἀρχαῖος, illius κάλλος dictum. Meminit inter ludos in Pentathlo contentos, primo loco, Simonides *Anthelog. l.* 1. *Epigr.* 1. cùm illos ſic recenſet,

Ἅλμα, ποδώκειον, δίσκον, κόντον τε βαρεῖαν.

Eſt hæc ſimiliter, ἰδ. V. Ἅλμα, πάλλειν, δίσκοβολίαν, κόντον τε καὶ ἀγῶνας. Nec minùs Scholiaſtæ Pindari ac Sophoclis, qui hoc ordine eos dem enumerant: Ἅλμα, δίσκον, ἄκοντον, ἀγῶνας, & πάλλειν. Idem quod progymnaſmatis genus fuiſſe ex Vegetio perſpicuum eſt, qui *de re Mil. l.* 1. *c.* 9. ſcribit, *Juvenes, qui militiæ operam navare, ad Saltum præcipuè exercendos eſſe, quo vel ſuffe tranſilimus vel impedimenta aliquæ altitudo ſuperatur, ut, cùm ejusmodi difficultates evenirint, poſſint ſine labore tranſire.* Nec Medicinam Gymnaſticam hoc exercitii genere caruiſſe, docet Galenus & Oribaſius, apud quem Antyllus, hac de re pluribus differens, *exſtire ſive* τοῦ ὃς *ſaltare* ſeu ἅλλεσθαι diſtinguit, priusque dicit eſſe motum curſui perſimilem, cùm ſc. corpus eodem in loco manet, pojtires inflectendo & circumvertendo. Quæ omnia non ferme continuum in ſublime, vel tanquam medium, vel tanquam nostam, nullis certis legibus aut imitationis figuris (quemadmodum *Saltatio*) terminatum. Et videtur has *Saltûs* ſpecies intelexiſſe Seneca *Epiſt.* 15. dum pro exercendo corpore eum commendabat, vel qui corpus in altum levaret, vel qui in longum mitteret. Exilitione certè utebantur Lacænæ veteres, quæ rettoflexis cruribus ita *ſaltabant*, ut calcibus nates attingerent, quandoque cruribus alternatim inflexis, quandoque verò utrisque uno & eodem tempore: quas æreis poſtmodum ſtatuis repræſentaſſe Callimachum Statuarium, ob nimiam diligentiam, *Cicirotechnum* dictum, auctor eſt Plinius *l.* 34. *c.* 8. *circa fin.* Qui verò proprie *Saltus* Antyllo dicitur, in Gymnaſtis duplex iterum: vel n. ſaltantes vacuis manibus ſeipſos in ſublime agebant, de quo V. Ariſtot. *lib. de Comm. animal. greſſu*; vel manibus pondus ſcula captebant, ut illis firmati vehementius ſaltarent; quæ pondu-

pondufcula tamen ſi Theophraſtus & Ariſtoteles ἀλπῆρες nuncupent (quo nomine hic ſibi cavit, Pentathlos Athletas halteribus utraque manu comprehenſis, majorem facere & concitatiorem ſaltum, quàm non comprehenſis, ait) proprie tamen ἀλπῆρες peculiare fuiſſe exercitationis genus, oſtendunt Eruditi. Modus ſaltationum hanc præcipuè ob oculos ponit: Interdum per plana loca, continuatis ſaltibus ſaltabant, atque nunc limes, unde ſaliendi principium, βατὴρ dictus eſt, ut menſura πάντὸν terminus vero ἀνάπαυσις, quem attingere, magna; præterire, maxima laus fuit. Aliquando ex humili loco ſaltabant in altum, aliquando contrà, ex alto in humilem: quorum illud laborioſius, & proin gloriæ majoris, V. Ariſtot. *lib. prof.* & Theophraſtum *de laſſitud.* Neque ſolùm manibus pondufcula ſaltantes, ut melius exercerentur, habuere, ſed & graviora pondera: interdum ſupra caput, nonnunquam ſupra humeros, aliquando in pedibus geſtaverunt, quemadmodum videre eſt in æneca tabula, quam, à Ligorio acceptam, in opus ſuum de *Arte Gymn.* tranſtulit Hieron. Mercurialis *lib. 2. cap. 11.* V. quoque Caſaubonum ad *Auguſtum Sueton. cap.* 83. ubi de variis *Saltuum* apud Vett. ſpeciebus. Erant & qui ſupra utres oleo lubricos & vino repletos pedibus ſaltarent, de quibus infrà in voce *Utres*: ut & de *Salibus* Pateriaſtratum ſupra, *ſuo loco.*

Saltus, apud Solinum, Plinium que, ubi de cervis, cubile & luſtrum eſt, σκήνωμα κ᾽ ὕλη, locus ſit editus & arboribus fruticibusque condenſus, in quibus cubile ſuum & refugium habent cervi. Aliàs in genere montem notat ſylva opacum. Unde *Saltuarius*, ἀγροδιαῖος, de quo ſupra. In agris publicè diviſis, *cùm quinque centuriæ includuntur*, Saltus *appellatus* eſt, uti legimus apud Sæculum Flaccum. Varro verò quatuor includi centurias ſic appellatas eſſe, docet. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 679. Compoſitilis *Saltus*, de Lyma, eſt καπάβασις ὑλώδης. Cumminnus Hibernus de *Comrov. Paſchali*, *Alium in Epiſtla*, *alium in augmento Lunari*, quod vos Saltum dicitis. Auctor *Querolæ*, *Mercurius huic ſtratus*, *Sol rotundus*, *Luna in ſaltu eſt.* V. Scaligerum *de Emendatione Temporum lib.* 7.

Saltus Algiæ, Gall *Saut d᾽ Auge*, & corr. *Saudauge*, vicus eſt Galliæ, ad caput fatûs Algiæ, in Lexovii, inter duos amniculos, ſeu inter S. Petrum, & S. Barbaram, loca ita dicta, ex una parte; exaltera Condæ ac Macertas, *Meſſieres*, intercepti, quo de V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* in voce *Algia.*

Salvator, cognom. Jovis, in vet. *Inſcr. Jovi cuſtodi Quirino ſalvatori*, *pro ſalute Cæſaris Nervæ Trajani Aug. Col. Sarmiz.* Quanto potiori jure DOMINO noſtro paſſim tribuitur, apud SS. Patres; quam vocem eſſe parùm Latinam, cùm cenſeant nonnulli, eos ab hac calumnia egregiè liberat Paulus Manutius *ad Ciceronem 2. Verr.* ubi vocem *Soter* pluribus exponit. Quorſum verò id, quòd inter Pontificis Rom. titulos, etiam hunc recenſet Dominic. Maeer in *Hierolexico*? V. quoque Claud. Dauſqueium *ad Baſilium Seleuc. Orat.* 11. ſeu 1. *de Jona*, infrà in *Salvs*, & *Servator*, & *Soter.*

Salve Regina, in Eccleſia Rom. ſequentia eſt, ſeu antiphona, à Petro Compoſtellano compoſita, ut refert Durandus *Ration. lib.* 4. *cap.* 22. qui quando floruerit, non liquet. Meminit tamen illius ſequentiæ, & alterius, *Alma Redemptoris* &c. Abbo de *Bellis Pariſiaci lib.* 1. S. Bernardus poëta, *O clemens*, *ô pia*, *ô dulcis Virgo*, adjecit. S. Ephræmius, compoſuit verſiculum, *Dignare me* &c. Poſtea Gregorius IX. qualibet feriâ 6. in Officio divino, in perſecutione Friderici II. cani imperavit: quod ſucceſſori illius Cæleſtino IV. tribuit Blondus *Decad.* 2. *lib.* 7. uti habet Dominic. Macer *in Hierolexico.*

Salve Supremum, apud Papinium Statium *lib.* 3. *Sylv.* 3.

Audiit & immites lenitè deſcendit ad umbras,
Verbaque, illicèt a, ſuo narrantem Etruſcæ.
Salve ſupremum, ſenior meritiſſime Patrum,
Supremumq; vale ——

Salutatio eſt ultima, quâ in funebribus olim defunctum inclamare proximi ſolebant. De quo ritu etiam Virgilius loquitur, *Æneid. lib.* 11.

—— Salve *mi maxime Palla*,
Æternumque vale ——

Nempe ſic ſalutabant, qui ſalutare non poterant, demortuos ſuos in æternum ſe amittere rati. V. Deſiderium Heraldum *Not. ad Martialem lib.* 5. *Epigramm.* 66. Joann. Kirchmannum *Funerum lib.* 3. *cap.* 9. Calpar. Barthium *Animadverſion. ad Statium d.l.* & *ſupra paſſim*, ubi *de Defunctis*, *Funere* &c.

Salvia, vulgò *Sauve*, oppidulum Galliæ, in pago Nemauſenſi, non procul à Sumerio, *Sommieres*, à *Salvio* quodam, quod nomen viri apud Romanos proprium fuit, dictum. V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* voce *Sumerium*. Aliàs herbæ nomen, verbaſco ſimilis, de qua V. Plinium *lib.* 26. *cap.* 6.

M. *Salvidienus*, memoratur Vopiſco *in Saturnino*, ubi orationem, quâ Saturninus imperandi difficultates expoſuit, cùm invitus ad Imperium raperetur à militibus, vere illius fuiſſe, affirmare hunc Scriptorem, ait.

Salvitas, Gall. *la Sauvetat*, nomen eſt variorum Galliæ locorum, à vett. Vaſconibus ac Gothis, quòd eorum munimentis ab

externa vi defendi ac ſervari poſſent, appellatorum: cujus loco Galli Cis Ligeritani *Firmitatem*, vulgò *la Ferté* dixere. Talis fuit *Salvitas* in Comit. Gaurenſi, non procul ab Auſcis, *la Sauvetat de Gaure*: in Dicœ. Tomerienſi, *la Salvetat*; in Cadurcis *la Salvetat* ſimiliter; in agro Toloſano, *la Salbetat*, & multæ aliæ in Gothia & Aquitania interiore *Salvitates*, quæ, quòd locum munita eſſent, hoc nomen, ut dictum, nactæ ſunt. Eandem ob rationem, *Salmurum*, q. *Salvus murus* & *Salva Terra*, nomina ſua accepere. V. Hadrianum Valeſium *paſſim*, inprimis in voce modò memorata, *Salva Terra*. Sed & *Salvitas*, apud mediî ævi Scriptores, immunitas eſt data loco alicui, vel Ædi ſacræ, vel Monaſterio, à Principibus: quod à Civitatibus Refugii apud Iſraelitas, Gentiliumque Aſylis originem traxit. Limitibus tamen eadem ſimiliter contracta eſt: uti habet Catellus *ver. Charta A. C.* 1132. *Occiſarum Rerum libro* 69. Qui præ-"ſentes erant Epiſcopi, locum ad eandem *ſalvitatem* circumcun-"do deſignarunt & ejus continentiam crucibus infixis termina-"verunt. Quæcunque igitur perſona, quidquid intra easdem cru-"ces continetur, invaſerit, prædatus fuerit, aut vexationibus fa-"tigaverit, vel ad hoc conſilium ſeu auxilium ſubminiſtraverit, "ita ut vel incolam, vel peregrinum, ſive omnino aliquem in" ſalvitate præfata læſerit, aut quicquam abſtraxerit, ex auctori-"te P. C. T. SS. anathematizati erunt &c. Ubi locus limita-" tus: Sed & crimina non quævis in iis tutum habuiſſe refugium; docet idem ex alia *Charta*, *in Comitibus Toloſanis A.C.* 1150. *Qui ſcienter occida hominem injuriâ*, *non defendas eum Eccleſia*, *neque clauſtrum*, *neque ſalvitas*. Quam in rem plura V. apud Marcam *Hiſtor. Beneharn. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 3. laudatum Car. du Freſne *in Gloſſ.* & *ſupra*, ubi de *Aſylis ac Refugiis Civitatibus.*

M. *Salvius* Julianus, adde: *Salvia* gentis ſtemma exhibet Æl. Spartianus *in Didio Juliano*, ſed latis perturbatè, quod proin ad majorem lucem oculis ſic ſubjicit Hac. Cæſaubonus, *ad eum.*

Salvius Julianus bis Cos. IIcius, *auctor Ædicti perpetui*
ſub Hadr.
Aſter Hadrumetinus.
|
Salvius Julianus
|
Æmilia Clara. Salvius Julianus.

Quorum illa nuplit *Petronio Didio Severo* (filio Didii Severi, nepoti Didii Severi Iuſubri Mediolanenſis) atque ex eo genuit *Didium Proculum*, P. *Didium Salvium Julianum Severum* AUG. & *Nummium Albinum.*

Salus, adde: Habuiſſe Romæ Fanum, prope Portam *Salutarem*, in monte Quirinali, teſtantur Feſtus *lib.* 17. Sext. Ruffus in *actis ſenitis*, P. Victor in 6. reg. memoratuque Templum ejus frequenter Barthol. Marliano *Topogr. lib.* 5. *cap.* 24. Diem dedicationis ſeu inaugurationis *Natalem Salutis* appellatum fuiſſe, docet Cic. *ad Attic. lib.* 4. *Epiſt.* 1. Livius *Dec.* 4. *lib.* 10. *Decemviri libros inſpiciere*, *Conſul Apollini*, *Æſculapio*, Saluti, *dona vovere & dare ſigna inaurata*, *quæ vovit*, *dediſque.* Idem *Dec.* 5. *lib.* 1. *Cæteris Dis perlatarem ferunt*, *Saluti Publilium perſtiſſe negant.* Sunt & numini, apud Lazium *Comm. Reip. Rom. lib.* 3. *cap.* 12. in quibus ſcriptum, *Salus Publica.* Neque verò placet eorum opinio, qui *Salutem* ab Auguſto Principe confecratam cenſent, cùm Cicero votum ei Fanum, ante Auguſti Imperium, teſte ut *de Nat. Deor. lib.* 2. Imò æadem ei dedicavit, primus Qu. Junius Bubulcus Liv. *Dec.* 1. *lib.* 10. eamque Fabius pinxit anno U. C. 450 quam picturam ad ætatem usque ſuam duraſſe, refert Plinius *lib.* 35 *cap.* 4. Saltem itaque Auguſtus abolitum jam & intermiſſum *Salutis* augurium renovavit, Cl. Suetonius *in eo cap.* 31. Dicebatur autem *Salus* iſta *Publica*, ut vult Joh. Saliſberienſis *Policrat. lib.* 3. *cap.* 1. ſeu, utalii volunt, *Popularis*, V. Dionem *lib.* 54. *ſub fin.* Dedicatio incidit in d. 3. *Kal. Aprileis*, V. Faſtos, & Ovidium *Faſtorum lib.* 3. *in fin.* ubi ſic habet,

Janus adorandus, *cumq; hoc Concordia mitis*,
Et Romana Salus uraque Pacis erit.

Diu verò poſt hæc tempora, Neronis præſertim Principatu, ædes *Salutis* ſtructa eſt, obſervante Joh. Cuſpiniano, in *Faſtis Aur. Caſſiodori*, ex Tacito *Annal. lib.* 15. Sed quod Romanis erat *Salus*, id Græcis Θεὰ Σωτῆρα, id eſt, *Dii Salvatores*: quo epitheto Dioſcuros inſignes fuiſſe, legimus apud Aelianum *Var. Hiſt. lib.* 1. *cap.* 36. Nilum, apud Heliodorum *Æthiopic. lib.* 9. Jovem inprimis, apud Pollucem *Onomaſtic. lib.* 6. *cap.* 16. Athenæum *lib.* 45. *cap.* 20. alios; quem ædæ ſtructâ venerates eſſe Græcos, tradit Pauſanias *Corinth.* ut & Epiſtularios, idem *Lacon.* cujique in omni convivio, poſt Jovem Olympium & Heroas, tertium poſculum ſacrum erat, Διὸς σωτῆρος dictum, ut Schol. Pindari ex Æſchylo & Sophocle *ad Iſthmior. od.* 6. tradit. Neque verò Dii ſolùm, penès quos tuta & ſalus hominum eſſe credebatur, fed & homines, qui in difficili & anxipiti anguſtia conſtitutis liberatum ſubveniſſent, Σωτῆρας appellatione venire conſueverunt, uti diſcimus ex Heliodoro *Æthiop. lib.* 2. Interim non eadem in Diis memoratis appellationis hujus ratio fuit.

Castor enim & Pollux, quòd è tempestatibus liberare crederentur: Nilus, quòd Ægyptum fœcundaret: Jupiter, quòd, mixtis pluvia poculis vino semiplenis, salutarem hujus suum mortales docuissent; *Salvatores* seu *Σωτῆρες* dicti sunt. At Redemptor nostre omnia hæc, imò longè plura, unus præstat, solus proin ΣΩΤΗΡΟΣ (cujus vocis vim exprimere se fatis non posse fassus est Ipse sanctissimus Rom. Parens) elogio dignus, *Dens in secula benedictus!* Nec omittendum, *Salutares* hos Deos, quos *Σωτῆρας* nominc indigitavit Antiquitas, *Διοσχόυρους*, *opitulantes*, seu *assistentes* quoque vocatos reperiri, apud Æliánum: quam vocem ad Judicium transfert Pollux *Onomastic. lib. 1. cap. 10.* ut sit *συνήγορος*, qui *alicui in judicio præsto sit, favet, tuetur.* Quo fenfu Apollo dicte, apud Ovidium *Metam.* ait,

—— *Opifex ſi, per orbem*
Dicor.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. ad Roſinum lib. 1. cap. 13.* Et quia *Salutis augurii*, quod *ὑγιείας αὐσπεκῆς* Dioni, cujus multa apud vett. Scriptores mentio, ſuprà meminimus, quid illud fuerit, ex Dione *lib. 17.* paucis indicabo; ita autem is: *Annuo, inquit, tunc ſtatio Romani bellis vacarunt, ita ut longo tempore intermiſſum augurium Salutis repeterent: Eſt autem quoddam divinationis genus, quo probatur, concedantne ipſi Dii, ut populo Salutem pollicens, quod nefas eſſet, eam præbeat, quam concedatur, petere. Ad id dies aſſignatur ſingulis annis, ad quem diem ſalutem ſe daturum pollicetur; nullus hoſtis in acie, aut pugnatum ſit, ad nullum ſis profectus, nullus hoſtis in acie, aut pugnatum ſit. Hanc ob cauſam in coninentibus malis maximeque inteſtinis non celebratur: alioquin etiam difficillimum eſt Romanis, ut eam diem exacte ab his omnibus purum ſervent. Præterea, abſurdiſſimum eſt, cùm ipſi ſeſe mutuò, fatisimilibus ultro, malisq; infandis, affligant, ut ſive vincamur, ſive adeò vincant, in miſeriis ſint, ita ſalutem à Deo velle flagitare.* V. quoque Angelum Politianum *in Miſcell. cap. 13.* & Caſaub. *ad Trebellium in Gallienis.* Addatur ex Macrobio *Saturnal. lib. 1. cap. 15.* tam ſanctè ac religiosè Numen hoc Romanis eultum fuiſſe, ut etiam, quoties quis *Salutem* Deam nominaſſet, ferias illis eſſent. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 18.*

Salus, avicula, quæ aliàs Ægithus, ut videre eſt apud Bochartum *Hierozoïc. Part. poſter. Lib. 1. cap. 13.* ubi exponit verba illa Siracidis *cap. 11. verſ. 31. καὶ ὀξὺς ἐν πτηνοῖς ὁ κηρύκων, perdix ventor in cavea.* Sed & *Salus*, *Græcè σωτὴρ*, *ſalutus* eſt: quo nomine propter Chriſtum nonnulli inter Sanctos Græcorum appellari amavere, quòd, *σωτῆρα* ſimulando, pietatem infignem hoc ſtultitiæ velo, pro Chriſto, occultaverint. Davidis forte exemplo, qui in Aula Regis Philiſtæorum, deſipere vieri voluit; & occaſione verborum Pauli. Inter hos Græci memoriam colunt *in Menaïs* S. Simeonis *21.* Julii & S. Theodori *25.* Februarii. Adde Evagrium *lib. 4. cap. 33. 34.* & Palladium *in Hiſtor. Lauſiac. cap. 42.* ubi legimus, *Τοῦτο ἐστ σωτὴρ*, quæ verba exponit vetus Interpres: *Hoc eſto ſanus*, apud Car. du Freſne *in Gloſſario.* Porrò ſic dictus eſt nummus aureus in Francia ab Henrico VI. Angliæ Rege cuſus, quòd in eo efficta eſſet *Annunciationis Deiparæ* ſeu *Salutationis Angelicæ*, ut ait idem, figura, pone utrumque ſcutum Franciæ & Angliæ, cum volumine continente AVE, inter utriusque capita, & hæc Inſcr. HENRICUS. DEI. GRATIA. FRANCO. RUM. ET. ANGLIÆ. REX. In averſa parte, crux plana inter lilium & leopardum; pondebit 3. denar. 1. gran. pretii 27. ſol. Turon. cum 4. parte remedii, pond. 63. den. ad marcam. 6. Febr. 1422. Dicti ſunt hi nummi Gall. *Saluts aux armes de France & d' Angleterre*, h. e. *Saluts cum armis Franciæ & Angliæ.* Typum exhibet Car. du Freſne in voce *Moneta.* Occaſionem iis præbuerit moneta aurea, eodem anno, ut & priore, cuſa à Carolo VI. Francorum R. qui nummi itidem *Saluts cum armis Franciæ*, Gall. *Saluts aux armes de France*, dicti ſunt: in quorum altera parte ſcutum cum tribus lilis effictum, inter Angelum & Deiparam; in volumine ſcripturn, AVE, ſuprà radii exeuntes: in altera vifitur crux plana inter duo lilia, cui ſubeſt litera K. cuſi ad 24. *Karats*, 8. parte minus, pond. 3. den. 1. gr. & pretii 25. ſol. Turon. ponderis 63. den. ad marcam Paris. Hinc ſemiſſes eorum, ſub eodem cuſi, *Demi-ſaluts*; V. eundem *d. l.* & Monſtreletum *Volum. 1. cap. 251.* Apud Suetonem tandem *in Hiſtor. Dan. cap. 5. Miſit ſuis inaque Legati, qui —— Reginam convenirent, pariterque ſalutes perferrent Imperatoris & ſimul eius donaria regiaq; munera offerrent.* Et in *Hiſtr.* Sepulchri Benedicti Epiſc. Albinguan. edita A. C. 1409. apud Ughellum;

—— *Et egenis quatuorque* Salutes
Concedbus enim munitus amore ſuperno &c.

Vox *Salus* feu *Saluts*, notat Xenium, unà cum *ſalute* offerri ſolitum: Atque hinc præſtationem, quæ ultra debitum cenſum aut debitam penſitationem, ſtatutis temporibus, eodem ritu Dominis exhibet; ſolebat, apud Petr. Diaconum Caſin. *lib. 4. cap. 53. Ut haberet inde omnem reditum —— præter conſuetas ſalutes.* V. eundem *Gloſſarii* Auctorem, in voce *Saluts.* Templum eodem nomine Venetiis magnificum habes apud Cl. Sponium *Itinerar. part. 1. pag. 76.* &c. Plura de hac voce, V. apud Cl. Suicerum *Thesaurv Eccl.* voce *Σωτὴρ*, *num. 1.* item voce *Σῶς*, *num. II. 3.* & voce *Ilios*, *ſub lit. B. 4.* ubi de uſu ejus facro, nec non infrà, non uno loco, inprimis voce *Soter* & ubi de nummis *Soteriis.* Addam quædam de voce *Saluturis*, inde deſivati. Et quidem, præter jam dicta, occurrit *Saluturis*, inter Jovis epitheta, apud Pollionem *in Gallienis.* Sed & regio, ut viſum, eodem nomine venit. Meminit ejusdem *Not.* vetus provinciarum Romanarum, hoc modo: *In Aſia provinciæ XII. Aſia ipſa, in quæ eſt Ilium, Lydia, Galatia, Lydia, Caria, Helleſpontus, Pamphylia, Piſidia, Phrygia prima, Phrygia Saluturis, Lycaonia, Cyclades.* Ubi cùm utramque Phrygiam ſecluſat ab Aſia, imò Salmaſius, cur in Aſia ponat Ilium, quæ Phrygiæ minoris fuit. Addit, videri poſteriores ex *Phrygia Magna* duas provincias feciſſe, *primam* & *ſecundam*, illamque *Pacatianam*, hanc *Saluturem*; at quæ *Phrygia minor* olim appellata eſt, *Troadem*, fuiſſe dictas. Certè Conſtantinus *τὴν μικρὰν Φρυγίαν καλέμενην* Thracenſium Themati vindicat; & tamen utramque Phrygiam, *Saluturem* & *Pacatianam*, quam ipſe vocat *Καπατιάνην*, ſub Anatoliæ provincia collocat. Sic utraque illa Phrygia, Saluturis & Pacatiana, una fuit olim Phrygia Magna. His enim verbis idem Conſtantinus *Ἀνακλητὸς δέησις* determinat: *Ἀρχὴ γὰρ ὡνὶὸ δεῖ τὸν Καπατιάνδον τὸν ὑπερκρᾶτοῦντα Μαρὶ πετοίητον τῷ λέγεται Φρυγίαν Σαλυτάριαν ἴσε τὸ Ἰλιεῖον. Initium namq; ejus à Compoli, quæ Metrus dicta eſt, & Phrygia Saluturis appellatur, Iconium usque.* Iconium autem Lycaoniæ opp. erat, quo Phrygia Magna finiebatur. Habuit hæc prov. Præſides, ſicut Piſidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Lydia & Caria; qui diſpoſitioni Vicarii Aſianæ Diœceſis ſubierant. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 806.* Sed & *Saluturis Porta* Romæ, ubi *ſalutabatur*, qui in provinciam Proprætore aut Proconſule exibat, memoratur Feſto Pompejo &c.

Salutandi Deos maritimos, conſpectis terrarum oris, conſuetudo, occurrit, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 4. verſ. 808.*

—— *Sic Ambracii per littora Ponti*
Nauticus in remis Iuvenum, monſtrante Magiſtro,
Fis ſonus, inſq; vicem cunctis perculſa reclamat
Terra, ſalutatus cùm Leucada pandit Apollo.

Et *Propemptico Criſpini, lib. 3. Sylv. 3.* ubi de navejeus,

Prima ſalutavit Capreas, & margine dexiro
Sparſis Tyrrhenæ Maronica vina Minervæ.

De qua V. Calpar. Barthium *Animad. ad loca hæc.* De ritu *ſalutandi*, *ampullam Corſicanis*, diximus ſuprà. Plura verò de *Salutandi* apud Vett. *ritu*, hîc infrà.

Salutandi Patronos ritus, apud Romanos, memorabilis. Nempe *Salutatores* Romæ paſim divitum & potentiorum limina obibant & matutinum *Ave* (hæc enim *ſalutatoria* vox erat) portabant. Martialis *lib. 1. Epigr. 56.*

Et matutinum portat ineptus, Ave.

Eorum ſtatio veſtibulum fuit. A. Gellius *lib. 4. cap. 1. In veſtibulo ædium Palatinarum omnes fere ordinis multitudo, apperientes Salutationem Cæſarin, conſiſtebant.* Sed & *Salutatoriorum cubiculorum* meminit Plinius *lib. 15. cap. 11. Omnia jam, cotoneorum genera) & virorum ſalutatoriis cubiculis incluſa, ſimulachrie noctium conſiis impoſita.* Ubi cubicula ſic vocari, in quibus divitem è dormitorio ſuo prodeuntem communis ſalutabat amicus; illaque imaginibus variis ornata fuiſſe, ait Dalechampius, V. Caſaubonum *ad Suetonium pag. 70.* Hora, antelucana; & quidem potentiores horâ primâ, vel ſecundâ matutinâ, *ſalutabantur*, ut idem Poëta *alibi* indigitat. Hinc Juvenalis *Satyrâ 5. verſu 19.*

—— *Habet Trebius propter quod rumpere ſomnum*
Debeat, & ligulas dimittere ſollicitus, ne
Tota ſalutatrix jam Turba peregerit orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo ſe
Frigida circumagunt pigrè ſervacca Bootæ.

Veſtis, Toga: Idem Poëta *Sat. 3. verſ. 126.*

Quod parvi officium (ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hic meritum, ſi cures nocte vocatus
Currere?

Præmium, cena recta, vel ſportula, ſive pecunia vel obſonium, quæ pro ſalutationis officio diſtribui ſolebant, de quibus ſæpe jocantem adi Martialem: Hinc iterum Juvenalis *Sat. 3.*

—— —— *Omnia Romæ*
Cum preiio: quid das, ut Coſſum aliquando ſalutes?
Ut te reſpiciat clauſo Veiento libello.

Numerus ingens: Virgilius *Georgic. lib. 2.*

—— *Ingentem ſoribus domus alta ſuperbis*
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.

Cui turbæ præfuit aliquis, ſaltem in ædibus Cæſarum, *Officii curator*, in marmore vet. dictus: hoc enim nomine officiola illa *ſalutandi* ratio infignitur apud Auctores. Hinc apud Phædrum *lib. 1. fab. 29.*

Aſellus Apro cùm veniſſet obvius,
Salve, inquit, Frater. Ille indignans repudias Officium.

Et Ariſtippus, apud Horatium *in Epiſt.*

Officium facio.

Gallicè, *je fay ma cour aux grands*, &c. V. supra in voce *Officiosi*. Principum autem *salutationes* aliquid adorationis admixtum habuere. Suetonius in *Vitellio*, *Idem miri in adulando ingenii, primus C. Cæsarem adorari, ut Deum, instituit: cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato circumvertens, dein procumbens.* Gellius enim habitusque Deos adorantium is erat, ut velato capite, dextrâmanu labris admotâ, prioteregitio, in rectum pollicem reflexo, corpus dextroversum circumageret, ut ex Lucretio *lib. 5.* Macrobio *Saturnal. lib. 1. cap. 8.* Plut. *Quæst. Rom.* 10. Appuleio *Milef. lib. 4.* Minutio Felice, aliis, liquet. Quem religiosum *salutandi* morem, cùm Diocletianus Imp. quoque admisisset, manifestè ex parte & sub infectis Principibus. V. quæ supra diximus in voce *Osculum*: namque hæc non olim solum, sed & hodie, inter urbanitatis *et salutationis* indicia. Et hæc quidem pamphe publicæ fuit *Salutatio*, illa privata, quam apud Suetonium *cap. 4.* Gaiba Sulpicius *exoletum alibi, in domo sua obstinatissimè veninit, ut libet, ut hybris, his diebus frequenter adsessus, ac mane salvere, vespere valere sibi singuli dicerent.* Communis salutationis inter æquales solemnem formulam fuisse, *Ave Frater*, ex loco Phædri *in.* liquet: aliàs nomine quemque proprio compellarunt. Peditores verò seu Candidati civium quemcunque honestiore vocabulo, *Patris, Patroni*, compellare solebant. Post puerperium feliciter transactum, gaudium & *salutatio*, inter amicos & clientes, his verbis peragebatur, *Hodie nate salve*, apud A. Gellium *lib. 12. cap. 1.* & Plautum *Pseudolo Act. 1. Sc. 3.* ab Oriente ad Romanos delato more; quam gratulationem prout quisad publicum bonum, vel damnum natus videbatur, variabant. Sternuntem genu flexo *salutari* fuisse solitos, testatur Athenæus *Dipnosoph. lib. 2. cap. 27.* apud Græcos viz. qui sternutamenta aliquid divinitatis habere credebant: Latinis ea inter minimæ dignitatis omina reponentibus, Plin. *lib. 2. cap. 7.* Idem Græci hospites ad epulum invitatos, si pueri essent, osculi genere, quod χύρεσ vocavere (cùm nempe arreptis utrinque auribus illos osculabantur) si provectiores, osculo manuum & amplexu exceptos *salutabant*, verbo τύχει, id est, *vir bonus*. Unde Euripides *in Suppl.*

Ὸς ἐνεγκὼν, τύχει θ' ἁγαθὸν,

Hebræi itidem *salute* defungebantur, usi tum verbis, tum gestibus. Verba erant, *Dominus tecum*: Item *Benedicat tibi Jehova*, Ruth. *cap. 2. vers. 4.* Quæ posteriori formulæ adeò usitata fuit, ut *benedicere*, pluribus in locis Scripturæ, *salutare* significet, V. 2. Regum *cap. 4. versu 29.* & Tertullianum *adv. Marcionitas lib. 6.* Aliquando dicebant, *Pax tecum*, *Pax super te*, *Abi in pace*, Matthæi *cap. 10. versu 12, 13.* Gestus fuere, corporis prostratio; pedum osculatio, Lucæ *cap. 7. versu 38.* communiter, vulgare osculium, Exodi *cap. 18. versu 7.* & Genes. *cap. 45. versu 15.* usus promiscuus 1. Cor. 16. *versu 26.* dicitur *Osculum sanctum*, 1. Petri *cap. 5. versu 14. Osculum charitatis*: Tertulliano *Osculum pacis*, V. Drusium *ad locu. differ. Exod. cap. 12.* Nec mortui fuè *salutatione* carebant: Postquam enim Præfica, exequiis perfectis, novissimum verbum illud, *Ilicet*, alta voce pronuntiasset; qui comitati funus erant, domum abirunt, extremum vale eodem sono, inclamabant, hoc modo: *Vale, vale, nos te ordine, quo natura permiserit, sequemur.* Quo de more Varro *Logisl.* loquens, *Ita*, inquit, *mortuis Salve & Vale dicitur: non quòd valere & salvi esse possint, sed quòd ab his recedamus, eos nonquam vivos*, &c.

Salutatio Angelica, in Ecclesia Romana, in invocatione Matriæ Virginis Θεοτόκε ut plurimum adhiberi solita, concinnata est partim ex Angelica Salutatione, partim ex verbis Elizabethæ, partim ex aliis aliunde postmodum additis. Sic enim cantatur, *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.* E quibus priora verba occurrunt apud Lucam *c. 1. v. 28.* & 42. ubi in Græco habetur, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ: quæ sunt verba Angeli. Item εὐλογημένὸς ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου; quæ verba sunt Elisabethæ. At posteriora, nempe verba illa, *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus*, seculo V. ultima vero, *Nunc & in hora mortis nostræ*, demum Pii V. jussu, adjecta esse, docet Dominic. Macer *in Hierolexico*. Idem, signum campanæ, quo ter in die dato Christiani monebantur, ut salutationem hanc recitent, institutum fuisse ab Urbano II. præcipuè matutinum & vespertinum, ut omnes fideles hac oratione, pro recuperatione Terræ Sanctæ Deum precarentur, dum illo bello eram occupati, addit. Quæ consuetudo postquam 134. annos duravisset, neglecta est, usque ad Gregorium IX. qui illam denuo mutum revocavit, addito meridiano signo. Platina tamen & Ciaconius à Calix to III. id institutum contendunt, victoriæm Hungaria tunc obtentæ causâ. Ludovicus postmodum XI. Gall. R. Kalendis Maji, ut per totam Galliam idem fieret, præcepit. Quòd verò, sub initium concionis, recitari debeat, primus Dominicus, ordinis sui auctor, sive, ut alii volunt, Vincentius Ferreaus, ordinasse legitur, V. eundem Macrum *in Hierolexico*, ubi & de *Salutatione Beatissimorum &c. de Salutationibus verum in Psalmis die*, in vocibus *Dipsychus* & *Psalma* nec non supra in voce *Ispsalmen*.

Tom. II.

Salutatores, Deductores, Assectatores, tria funt nomina & genera sive clientum, sive amicorum, qui attendendi ad honores adspiranti, Romanis moribus, apud Q. Ciceronem *lib. de Petit. Consul.* V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium lib. 2. silv. 153.* & supra ubi de *Salutandi ritu*.

Salutatorium, in Communione Rom. in Monasteriis Virginum, locus est, in quo ad *salutandum* advenientes excipiuntur. Præfertim verò sic appellata est exedra Ædi facræ adjuncta, ubi Episcopi, priusquam sacra peragerent, salutationes adventantium excipiebantur apud Latinos Græcosque. Sed & ibi indui ac præparari solebant. Gregorius M. *lib. 4. Epist. 74.* ubi Marianum Ravennæ Archiep. monet, ne extra celebrationem Missæ, pallio utatur: *Non aliter*, inquit, *se uti memineris pallio, nisi in propria tua Ecclesia, dimisso jam filio, Ecclesia, procedens Salutatorio, ad sacra Missarum solemnia celebranda, peractis verò Missis, illuc in Salutatorio rursus curabis deponere.* Ibidem, propter angustiam loci, nonnunquam habitasse sacrorum Ministros, refert Gregorius Turon. *lib. 2. cap. 21. Et quia eo tempore Ecclesia parvam intra Muros possessionem habebat, ipse Sacerdos, in ipso, quod modò Salutatorium dicitur, mansio erat*, apud eundem Macrum *lib. cit.* V. quoque C. do Freine in *Defer. Ædis Sophianæ num.* 88. Suicerum voce Ἀκτουάριος, ut & supra in voce *Absatium*. De *Salutatoriis* vero *Cubiculis* Romanorum distinctis, ubi de *Salutandi ritu*.

Salutes, Gallicè *Saluts*, nummi dicti sunt aurei, sub Carolo VI. Gall. R. & Henrico VI. Angliæ R. in Gallia cusi, de quibus V. supra in voce *Salus*. Item xenia & præstationes, quæ cum *salutationis* ritu offerri solebant, *ibid.* V. quoque infra *Visitatio*.

Salutigeruli Pueri, comitatûs portio apud partum publicas mulieres olim fuere; qui dominarum jussu hanc illum *salutabant*, erantque nunc 1. interruntii, renuntii. Memînit eorum, ubi mones mulierum perstringit, Plautus *Aulularia*, *Actu 3. Sc. 5.*

M. *Nolla ergo dicat; Equidem dotem ad te attuli*
Majorem multo, quàm tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquum est, purpuram atque aurum
dari,
Ancillas, mulos, Mulieres, Pediseguas,
Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehar.

Eosdem idem *Domigerorulos* vocat, item *Gerrones*, & *bonorum Exagogas*, ut qui ad fœcundam etiam infœcundamque dominorum bonajussu efferebant, *Truculent. Act. 2. Sc. 7.*

S. *Ite hæ simul Mulieri, dumigerulis, foràs gerrones,*
Bonorum exagogæ.

Juvenalis de iisdem *Sat. 14. versu 28.*

Ut non ser dectes resolvet: consicia Matri
Virgo fuit, cerasæ nunc hæc dilelante puellas
Implet, & ad machinam duo eludere verre cinædis.

Quò respiciens *Salutigerulos Damonæ* habet Appuleius *de Deo Socr.* inquiens, *His Græco nomine Δαίμοσιν nominum, inter servicolas collocatis, vectores, hinc pueros, inde domorum: Qui ultro citroq. portant, hinc petitiones, hinc suppetias, cos quidam urinteis, Interpretes ac Salutigerulos.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & Tit. Popmam *de Operis Servorum.*

Saluvii, Latinis dicti, qui Græcis Σάλυες. V. Salmasium *ad Solinum. pag. 95.* ut & in voce *Salyes.*

Salvus Lotus, in Theatris olim acclamatum à Gentilibus, cùm Martyres seris objectos propriosanguine perfusos videbant: Quia enim à Christianis auditu acceperant, lavacro Baptismi salvos heri credentes, quam fidem proprio sanguine obsignare Martyres non dererebant; hinc illos sanguine in Amphitheatris fuo consperfos cernentes, cruento hoc facrafmo excipiebant, *Salvus Lotus.* Auctor *Passionis* Perpetuæ & Felicitatis, per Holtenium editæ, *Ex statim in sine spectaculo stupebo effeta, de una mansio tanta perfusus est sanguine; ut populus revertenti illi secundi Baptismatis testimonium reclama verit*: Salvum lotum, Salvum lotum. *Plane utiq. salvus erat, qui hoc modo laveras*, apud Donatistas. Macrum *in Hierolexico.*

Salyi, vel *Salyes*, in Romanis tropæis *Salluviei*, apud Goltzium, i. *Salluvii*, ut eos vocat Amm. Marcellinus *lib 15.* Floro *in Epit. lib. 60.* nunc *Provinciani Ligures*, nunc *Falisci*, vel *Salentini*, pro *Salluvii*; Strabonis *Salyes*, pop. Galliæ, à Mari Gallico sive Massilia, usque ad flum. Druentiam, sedes suas habebant. Idem eos oræ maritimæ imminentes Alpes incolere ait, id est, montes, ac partem litoris *Græcis mistos*, nimirum Massiliensibus; quos prisci Græci *Λιγύας* sive Ligures, & eorum regionem Ligusticam, posteriores *Κελτολίγυας*, h. e. *Gallo-ligures*, vocitarunt: Item oram maritimam tenere Massilienses & *Salyes*, usque ad fines Italiæ. Quod de Massiliensibus quidem, Antipolim & Nicæam ad Alpes occupantibus, vere dictum esse: at non *Salyes*, verùm Deciates & Oxubios, Alpes tangere, contendit Valesius. Si Plinio creditur, *Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salyi* fuerunt, tum Deceates & Oxubii: & Vercellæ Libicorum ex Salyis ortæ funt. Florus *lib. 3. cap. 2.* eos *primos trans Alpes arma Romana, cum de incursionibus illorum Massilia quereretur, sensisse*, memoriæ falsò traditis: quippe Q. Opimius Cons. Oxubios & Deciates, *Massiliensium federatorum oppida Antipolim, Nicæam*, vastantes, antè subegerat, ut Epit. *lib. 47.* T. Livii addocet.

Fffff 2 Tem-

Teutomalium *Salvionum* Regem à Rom. victum Allobroges recepere unt: ideo bellum illis illatum. Caput eorum Aquæ Sextiæ, de quibus V. *supra*: Arelatum quoque & Tarasconem ad Rhodanum, huic genti attribuit Ptolemæus, à quo *Σαλυες* mendose, pro *Σαλυες*, nuncupantur. Hadr. Valesius in voc *Aquæ Sextiæ Salyarum.*

Samaritani, vel Semechonites Lacus, *Σαμχωνιτις*, vel *Στυγναριτις λιμνη*, apud Josephum *Antiq. lib. 5. cap. 4. Aquæ Meroth*, Josuæ cap. 11. *versu* 5. 7. unus fuit ex tribus Israhus, ad Jordanis fontes, longus 60. stadia, latus 30. Josuæ fic à situ, quòd *superior* esset, Josepho à *piscatione* dictus est ac ubertate piscium. *Samachon* enim vel *Semechon* Arabicè, pisces est. Inde *Semechonitæ* populi, eidem *de bello Jud. lib. 4. cap. 1.* & *regio Semechonitis cap. 3. cap. 2.* ubi Pereæam ad ortum terminari dicit: *Ἀφ' ἑσπέρας τε πρὸς Σαμαρεῖτιν, Ἀραβίᾳ δὲ πρὸς Σεμεχωνίτιδι.* Quò pertinet, quòd Arabiæ nomen Chaldæus Interpres passim reddit *Samchanitam I. Regum cap. 10. versu* 15. Jerem. *cap. 25. versu* 20. & Ezech. *cap. 30. versu* 15. Sed & huc referendum, quòd à Kimchio *in Psalmum 24.* septem maximi terræ Canaanææ unum vocatur, יאם דסוכני *Mare Sochni*: omnino enim legendum סמכני, id est, *Semechonitæ.* Quod ex ipso ordine colligas, *Et hæc sunt septem Maria, Mare Magnum, mare Sochni, mare Tiberiadis, mare Salsum &c.* Ubi *Mare Magnum*, est mare Mediterranæum: *Mare Sochni*, est Lacus Semechonites seu Samaritanites, in ipsis Jordanis fontibus, ut mare Tiberiadis in medio & *mare Salsum*, i. Lacus Asphaltites, in Jordane extremo. V. Sam. Bochartum *Hierozoïci Parte prior. Lib. 1. cap. VI. ubi de Piscibus in specie.*

Samaracus, in *Actis* Quirini Mart. *num. 5. Video enim te fi*ctis *rusticanum*, *quasi à* Samaracho *indutum*, *qui & te & se decepit*: Aris impostor est, morio, planus. Augustinus *contra Academicos lib. 3. cap. 15. Ille autem cujus planus erat, de iis, quos* Samaracos *jam vulgus vocat.* Eorundem meminit Chrysostomus *Homil. ad Ephesios* 18. apud C. du Fresne in *Glossar.*

Pedum enim posteriorum longitudine & saltu infigne est; interrim & aliquando pedibus anterioribus nititur, quod fruitra negat Plotius. Naturam habet cum mure & urso communem, habitatque in cavernis petrarum, & terræ foveis & in singulis saxis & collibus cuftodem habet in exeubiis, cujus negligentia morte multatur &c. Dicitur autem *Saphan* Hebræis, tanquam à *tegendo*, quia latibuli sui foramina terrâ obtegit, vel tanquam à *delitescendo*, quia ubi terra latet & hominum conspectui se subtrahit: Arabibus *alsarbou*, quasi *quaternarius*, appellatur, quia domum sibi fodit ad ftatus quatuor ventorum, ut hi Authores scribunt: Chaldæis *Tzaphca*, à *fallo*; *Arbias* enim esse mentem, docent Theophrastus, Ælianus, Texeira, Alii. Χαιροφώνιον, quoque Græcis Interpp. à *pœni fagina* aut *fœcie* &c. Cujusmodi Judæorum *fepharim*, aut χαιροχώνιοι Seniorum seu δρυόβοιοι Hieronymi, quadam cum Hispaniæ cuniculis, oculos viz. capue & imam caudam, habere commonia, obiervat Texeira, ut &, quòd posteriores pedesprioribus sunt longiores, quodque subsultim graciuntur & pariter ruminant, quamvis ruminque dentati, & subterranea sibi latibula defodiunt, in quibus de die latitant. Itaque, ut Hebræi hodie, ita Poeni videntur olim Hebræo. rum nomen שָׁפָן *Saphan*, cuniculis indidisse, atque inde esse, quòd Hispania שְׁפַנְיָה Σπανία, id est, *Cuniculosa*, dicta est, ut in Catullo *Celiberia*, Sam. Bochartus *Hieroznic Partie prior. Lib. III. cap.* 33.

Saphsuah Paneah, nomen quo Pharao Ægypti Rex Josephum, postquam eum annulo, vestebyssinâ & torque aureo ornaviffet, infignivit, Genes. *cap.* 41. *versu* 45. Quod Onkelus reddit, *Vir, cui fercia revelantur*; Jonathan, *Vir occultorum interpres*; Josephus κρυπτῶν ἐυρετὴν *occultorum invenior*. A' quibus omnibus diversus abit Latinus Vulgatus, qui vertit, *Salvator Mundi*: ac Ægyptiacè id sonuisse, ait quoque B. Hieronymus *Quæst. Hebr. Diffinxe*, inquit, *Salvator mundi, eo quod Orbem terræ ab imminenti famis exitio liberavit*. Quem diffensum difficile sit bodiè dirimere, pasti intermortuam penè vetetis Ægypti linguam, V. Gerh. Joh. Vofsium *de Idolol. lib. I. cap.* 29.

Sapientes, Gr. Σοφοὶ, quorum mentio 1. Cor. *cap.* 1. *versu* 20. *Ubi Sapiens? ubi Scriba? ubi Disputator fœculi hujus?* Pharisæi videntur fuisse: Licet enim titulus hic omnibus Legis Doctoribus, apud Hebræos, communis esset, nihilominus tamen jam pridem ante incarnationem Servatoris noftri, sibi instrà ambitionem cum proprium fecere Pharisæi, ut vult Gorionides *lib.* 4. *cap.* 10. vel saltem iis ab ignorante vulgo is attributus est, ob eximiam *Sapientiæ* opinionem, quam Traditiones suas, quas Verbum Dei scripto longè præferebant, magnâ verborum pompâ hominibus inculcando, excitaverant. Unde & *Magistri Traditionum* dici amaverunt, Drusius *de trib. Sectis pag.* 86. & hinc fluxit, quòd R. Eleazer Auditoribus suis consuluisse legitur, *ut liberos suos à Biblicorum lectione avocarent, atque ad genus Sapientum considere juberent*, V. Buxtorf. *R. Moseni, operis Talmudici pag.* 155. Similiter inde factum, quòd, cùm aliqui Doctorum horum docerent, dicere soleret, Οἱ Σοφοὶ ἡμῶν ἐδίδαξαν. *Sapientes noftri traditiones docent.* Eadem ambitio Græcorum invaserat Magistros, ut de elogio Σοφῶν seu *Sapientis* multum contenderent, & si qui publicè perorando vel disputando rem egregiè videretur gessisse, hoc applausu solemni ab Auditoribus excipere tur Σοφὸς, σοφὸς. Quod non facile parari, innuit Martialis *lib.* 1. *Epigr.* 67.

Non fex paratur aut decem Sophos nummis.

Idem *grande Sophos* acclamari fuisse solitum, docet *lib.* 6. *Epigramm.* 48.

Quòd tam grande Sophos clamat tibi turba togata,
Non tu, Pomponi, cana diserta tua est.

V. quoque *lib.* 1. *Epigramm.* 4. ubi Scholiastes annotavit, ab Auditoribus acclamatum olim Oratoribus aliisque fuisse, σοφὸς, δεινὸς, μεγάλως, Pulcrè, bene, rectè! Euge, belle! Facetè, laudatè, lepidè, infrà fuprà; & ex Theophr. *Char.* περὶ κολακείας, ὁ ἐπαινέτης, σοφὸς. *Turgeminum Sophos*, apud eundem Poëtam *lib.* 3. *Epigr.* 46. *Maximum Sophos*, apud Sidonium Apollinarem *lib.* 1. reperitur. Cumque nonnulli ex Romanis Poëtis mercede eos docere foleient Auditores, ut carmina sua laudarent, & adeò defideratam illam epiphonesin inclamarent, *Insanum Sophos* vocat idem Martialis *lib.* 1. *Epigr.* 50.

Mercatur alius grande & insanum Sophos,
Miserere tu felicium.

Idem *perinane Sophos*, *lib.* 1. *Epigr.* 77.

Nil habes, & magnum, sed perinane Sophos.

Quam gloriæ captationem jam fuo tempore averfatus Pythagoras, tituli hujus tumore depositio, Φιλόσοφος, i. *Sapientiæ amator*, appellari voluit: cujus modestiam imitati poftea Hebræi Doctores, ut arrogantiæ fuit nomen amoliretur, non amplius Σοφοὶ, *Sapientes* seu חכמים *Chacamim*, sed חברים *Chaberim*, i. *Discipuli Sapientum*, dici amavere. V. Thom. Godwyvium *de ritibus Hebr. lib.* 1. *cap.* 6. Porrò *Sapientiæ* elogium, à Populo Rom. P. Sempronio in specie collatum, neque quenquam ante eum aut poft eum hoc nomine cognominatum fuisse, refert Pomponius JC. *l.* 2. *de orig. Juris* §. 37. Idem tamen de L. Acilio §. *seq.* & Cicero habet *in Latio Scimus L. Acilium apud Patres noftros appellatum esse* Sapientem, *quia prudens esse in jure civili putabatur*. Unde colligitur, apud Romanos *Sapientis* titulum propriè jurisperiti datum fuisse: quod A. Gellius confirmat *lib.* 4. *cap.* 1. cùm ait: *Ne illi quidem veteres Juris Magistri, qui Sapientes appellati sunt*. Sed & Cato, quòd Romanâ Philosophiâ solidè ac plenè, si quisquam alius, instructus esset, *Sapientis* cognomen tulisse legitur, apud Quintilianum *lib.* 12. *cap.* 6. Sequiori seculo vox *Sapientiæ* ad ipsius Artis & Sapientiæ Gymnasia traducta est, ac Sedias, Romæ, Senis, Perusiæ. Quo exemplo & Heidelbergenses Athenæum institutum eft. Fridericus enim III. Electur Monasteriam Bonifilium in Collegium Studiorum vertit, illudque, cùm à Paulo II. Pontif. ad Collegii Romani exemplum, *Collegium Sapientiæ* appellatum esset, eodem porrò nomine appellari voluit, *d.* 3. *Non. Sept. A. C.* 1560. V. Georg. Hornium *Hiftor. Philof.* l. 7. c. 1. Sed & *Sapientes*, in Longobardiæ civitatibus, ubique in Italia, antiquitas dictitant, Civitatum primarii cives, quorum consilio publicæ res gerebantur. De quibus sic Hieron. Rubeus *Ravennat. hift. lib.* 6. *fol.* 197. *Ravenna tempore Pelemi.* "ni, quanquam vires quotidie majores Ravennæ accipientes, "primi ex sententia Rempublicam administrare ab Senatu tamen" Ravennati Magistratus accipere, quibus Consules & Rectores" Civitatibus vocabantur. Verum Lambertus ac Cestasius fratres," ea mutantes vocabula, quæ in vetustis eorum temporum codi." cibus nos legimus, pro Rectoribus & Antianis Consulibusque, "novem fcilicet & quandoque fex hominibus, qui Magistratum" & virtutis obtinent, qui Sapientes appellantur, quod nomen adhuc fupereft. V. quoque Ott. & Accrium Monachum *Hiftor. Rerum Laudensium*, Albertin. Mussatum *de Gestis Italicor. post Henricum VII. Lib.* 4. *Rubr.* 1. aliosque laudatos Car. du Fresne in *Glossar.*

Sapientia, vulgò *Sapientia Salomonis*, liber Apocryphus, sic vocatus est, non quòd Salomonis esset, quamvis Auctor Scripti eum fe fuisse fingat, *Cap.* 9. *versu* 28. *Tu me elegisti Regem populi & Judicem filiorum tuorum & filiarum. Jussisti ædificare Templum in monte fancto tuo* &c. Ille enim ipse partim fui memor, fchema fuum non tuetur, fed ea profequitur, quæ argumunt, illum Salomone aliquot fœculis fuisse recentiorem. Nam præterquam, quòd se Græcum potius esse, quàm Hebræum docet, eorum meminit, quæ longè post Salomonis tempora demum inter Græcos in usu esse cœperet: ἀδὰν viz. ἀγγῶν & σταφυοφόρίας, quorum ludorum pompa demum institutaeft, circa annum periodi Julianæ 3938. temporibus Ulyssæ R. Verùm sic dicitur, quòd res ibi tradita sapientissimè & cum indigitat non fint; five quòd ex iis principiis & placitis liber extructus fit, quæ Salomon olim in Israele profitebatur. Auctor ejus Philo fuisse dicitur: sed cùm tres fuerint Philones, duo ante, alter post natum Christum, quis eorum is fuerit, quæritur. Byblius certè esse non potuit, quippe qui Ethnicus Alexandrinus fuit: nec ille qui Claudii virtutes & Actus *Apostolicos* dictus est; sed potius longè vetustior, qui sub Onia Sacerdote, annis ante Christum 160. pulchras illas Interpretationes scripsit & congessit, uti videtur Drusio, Gerh. Joh. Vossio *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 11. & Fr. Junio, qui in opere suo Biblico, ante Ecclesiasticum, qui aliàs dicitur *Sapientia Jesu Filii Sirachi*, hunc Philonis fœtum collocat: certum autem, Ecclesiasticum ante tempora Christi conscriptum fuisse, Hornius *Hist. Philof. lib.* 4. *cap.* 2. Continet Liber iste *capp.* 19. in quibus præclara plurima Sapientiæ monita complexus, subinde tamen impingere videtur, uti proliximè ostendit Spanhemius mox laudandus. Accedit affectatum dicendi genus & Græcam eloquentiam redolens, ut notavit B. Hieronymus *præfat. in libr.* Interim melior est hic liber & castigatior aliis scriptis Apocryphis, habetque ἀδὰς varia probi commatis. V. Frider. Spanhemium *Diff. de authoritate librorum Apocryphorum*. Extat in eum S. Bonaventuræ *Expositio*; Joh. Lorini *Commentarius*: ut & Corn. Jansenii & Dionysii Carthusiani

fiani & Corn. à Lapide & Rob. Holkoti & Laur. de Aponte, & Rabani Mauri, & Christ. à Castro &c.

Sapinitiæ Morbus, apud Plinium *lib. 7. cap. 5.* V. supra *Phrenitis.*

Sapinus, V. Infra *Sappinus.*

Saponaria, mel. *Saponariæ*, villa olim Regia, à *sapone*, qui ibi conficiebatur, nominata: uti Argillaria vel æ, opp. non procul à Domnamanto, *Dormans*, ab olio *argilloso*, & à *fabulo* Sabloniariæ, opp. itidem Galliæ; dictæ sunt, H. Valesius *Not. Gall.* voce *Sabolonum*, V. & *Saponaria.* Ut de *sapone* aliquid addam, *Sapo* est *Unctura*, Monachis dati ad ungendos calceos, memorantur in *Additione* I. Ludovici Pii: unde non semel *saponem*, in reditum iis affignatum, habent vett. *Chartæ.* De *sapone*, quo Constantinus Sen. usus est, hinc cognomen adepto, V. Ptol. Silvium in *Laterculo*, uti de Massiliensium *Saponariis Officinis*, Jac. Sponium *Itinerar. Part 1. pag. 29.*

Sapor, an à *sapus*, quod ab ὠπὸς; dixerunt autem Vett. ὠπὸν seu *sapum* aut *sapam*, humorem illum arborum, qui vere ac autumno abundat: an potius ab ὠπὸς? Sanè *Sapor*, hoc est, ὠπὸς, ex succo & humore. Unde *Saporem* pro *succo* aliquando posuere. Tibullus,

——— *Tacuere, ferax quicunq; sapores,*
Quicunque & cantus corpora fessa levant, &c.

Horum odo genera, Aristoteles & Theophrastum sequutus Avicenna *Tom. I. pag. 117.* fic enumerat: 1. τὸν γλυκύτητα, *dulcedinem.* 2. τὸν πικρότητα, *amaritudinem.* 3. τὸν ἁλμυρότητα, *acrimoniam.* 4. τὸν ὀξύτητα, *acidas tatem.* 5. τὸν στρυφνότητα, *acerbitatem.* 6. τὸ ἀσηπὲς, *salsum.* 7. τὸ αὐστηρὸν, *austerum.* 8. τὸν λιπαντικὸν, *pinguedinem.* Quorum singulis suas figuras Democritum assumsisse, & *salso* e. g. angulosam, aliis aliam, tribuisse, adnotat Salmasius *Exercitat. Plin. ad Solinum pag.* 1284.

Sappa, V. supra *Sapa.*

Sapphir vel *Sappir*, Græcè Σαπφὶρ, vel Σαπφὶρος, ut Ὄφιος, *Ophir*, nomen Insulæ Arabici finus, in qua eruebantur *sapphiri*, quibus & nomen dedit. Vulgò *Sapphirine* dicitur, Σαπφειρῖνος Stephano, V. *ibi.*

Sapphirinæ Pelles, apud Jornandem *de Rebus Geticis cap.* 3. ubi de Scanzia Insl. *Hi quoque sunt, qui in usus Romanorum Sapphirinas pelles, commercio interveniente, per alias innumeras gentes transmittunt, famosi pellium decora nigredine*; unde *Pallia Sapphirina*, apud Mo. a hum Sangall. *lib. 2. cap. 14. Pallia, Presbinica, alba, tana, vermiculata*, Saphirina, *quæ in illis partibus rara & multum cara comperiri*: nonnullis sunt, quas *Griffinas* vel *Fariasi* vili vocant, quòd ad cœruleum colorem accedentes, *Sapphirinas* nunquæ cœruleus intelligitur, *cæruleum cum purpura* esse dicit Isidorus *lib. 16. cap. 9.*) Unde etiamnum in armorum insignibus eo colore pingi solet. Sed videtur obstare, quòd illiusmodi pellibus *decorum nigredinem* videtur afcribere Jornandes, ut potius *Martarinæ* videantur hic innui; nisi hæc appellatione decora sita nigredo subsulcum in *Griffeis* seu *Fariis* colorem ipectet. Car. du Fresne *in Glossario.* V. quoque cum *Differtat. 1. ad Joinvillam pag. 136.*

Sapphirus, Græcè Σάπφειρος, ab Insl. *Sapphir*, Σαπφὶρ, supra memorata, quæ *Sapphir* Hebræis; gemma quibusdam videtur fuisse fecunda, in primo ordine Rationalis, de quo supra diximus. Sed incertatilla omnia lapidum nomina sunt, nec satis nota Magistris ipsis. Hodiernis Gemmariis indifereto nomine *Cyanos*, & *Turcica*; quòd cyanos è transluciais sit & sapphiro fimillima. Nec n ultum abludit Turcica, vulgò *Turcosia* dicta, fed hæc potius jaspidis species, quam Græci διάλιθους appellabant, quòd cæteris omnibus fimilis sit, unde Βυζαντὶς Arabicum corruptum est, quo nomine *Sapphirum* indigitari quidam perperam volunt. Aureis punctis sparsa, Græcè χρυσοστιγὴς, diu in pretio fuit; unde Βασιλικὸς est nomen datum. Epiphanius, Ἔστ γὰρ ὁ βασιλικὸς λεγόμενος. Addit, ὁ πάνυ δὲ ἐν τῷ θωρηκίῳ Ζωνιῶν, ὡς ὁ δι' ὅλου περφιλέλυκ, *Non, omnino autem ea admirabile; majoris enim æstimanda, quæ tota purpurafsit.* Hoc est, quæ punctis illis aureis caret & planè pellucida est: cujusmodi *sapphirus* in India & Æthiopia reperiri, idem fubjicit. Plinius verò non aliam novit *Sapphirum*, præter eam, quæ ftillis aureis conspuncta est, ut inde liquet, quòd pronuntiarit, nusquam inveniri pellucidas, seu Διαφανὰς. Iifiumodi enim punctamaculæ sunt, vet. Auctori *de sapphiro*, ἀπιλάδες, quæ Διαφανῶν arcent. Atque hujusmodi optimas in Media gigni dicit: Hodie verò illæ rariores sunt &c. Cum cyano aut dicitur, magna sapphiro convenientia est. Unde hodierni Gemmarum polytores, cum nomen non habeant, quibus cyanum à sapphiro distinguant, cyanum fœminam *adiæ sapphiri* nomine appellant; masculum verò, *Sapphirum nigrum* vocant: qua de re V. pluribus agentem Salmasium *ad Solinum passim, inprimis pag.* 131. & 132. Inter monumenta inferioris ævi insignis est *Sapphirus* Constantii Aug. Constantino genoiti, in qua Xiphiana ejus venatio exhibetur. Hæc gemma, ut in se vulgaris non erat (ipsa enim vel pura, absque cæluturæ æstimio, tam rara magnitudine, quàm coloris verè cœrulea ferenitate, non parem, non fecundam, admittit) ita nominatim honori Cæsaris delecta, ipsique à provincia, aut Procerum aliquo, oblata videtur. In illa bellua conspicitur, vasto corpore, seus, rostro, dente metuenda, & digna planè, quæ non plebeja manu caderet. Telorum dein non unum genus, jacula, hastæ, hastilia, conti, enses, cultri, venabula, ipse Constantius neque militibus & multa comitum manu cinctus; nec equo fublimis hic videtur, sed manus potiùs lacertorumque fiducia ferum comitus aggressus reprærentatur: & quidem eo ftatu nixuque corporis, quem peritissimus Magister præscribit; lævà telum dirigente, dextrà urgente, & pede utroque fuum brachium juvante. Denique, non temerarium fortuitumque infert ictum, sed vulneri locum cauè deligit, delectum valide penetrat. Utique non alia fere præsentiope Dianæ: quæ cælatoris ingenio pone aftat, telum & ipsa gerens, nefcio quid fatagens. Si modò paganum Numen religioso Principi apponere conveniebat; & non potiùs aliquem comitum fociorumque (quod Laur. Pignorio placuit) interpretamur, præ terrore refugientem, nec congressum horribilis monstri fustinentem. Provincia ipsa, quæ publicum hunc habet diu fenfi gravem (& hoc ipsum forsan donatrium artificem manu fcalptum Liberatori fuo obtulit) fpectatrix accubat, dextrà feram demonstrans, finistra corna Amaltheæ tenens: quo symbolo fertilitatem regionis frugumque abundantiam Geographis notam demonstrari palàm eit. Eam verò jacentem cælator fecit, five quòd non aliter gemmæ patriique ratio ferret, five ftudiosè: ut in nummis fubinde provinciæ afflictas, & bellis aliisque calamitatibus oppressas ac prostratas, salutari demum Principum manu eas, surgere obfervamus. Quadere plura, in *Epist.* Marquardi Freheri, ad Marcum Velerum II. Vir. Præf. Aug. Vindelicor. quâ gemmam hanc nobilem eruditè exponit atque illustrat: ut de supra, ubi de *Aprorum Venatione.*

Sappho, Poëtria, adde: Illius imaginem in nummis luis exprimere soliti fune Mitylenæi, uti legimus apud Jul. Pollucem & Aristotelem. Quod confirmat numifma antiquum apud Urfinum, in cujus una parte facies hujus Poëtræ, in altera polypus, cum literis MYTIA. Ut & aliud apud Jac. Sponium, in cujus antica parte Nauficaa Herois, in altera Sappho fedens cum lyra, V. cum *Itiner. Orac. Part. 3 pag.* 166. & 169. & supra in voce *Nauficaa.*

Sappinus, item *Sappium*, pinææ fativæ fpecies, quæ cæsa nunquam repullat, hinc à *Sapino*, quæ pinus fpecies est & *cæsa vegenerosa*, ut ait Plinius, diversa. A'cujus materiei fimilitudine, imam abietis partem, quæ fluviata est & quadripartitos venarum nodus habet, *Sapinæum* appellarunt Graci, docet Vitruvius *Imo autem, quum excisa tenuitas illius disparatur, ejecto tornulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur*, & Sappinea *vocatur.* Quemadmodum fuperior pars *fustena* dicebatur, quæ nodosa est, ut folent fustes & baculi crebris nodis utplurimum asperi. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1034. & supra in voce *Abies.*

Sarabaites Oraria, apud Treb. Pollionem *in Claudio*, *Cucuzia villosa duo*, *oraria* Sarabadena *quatuor*: unde potuerint nomen invenire, non liquet. Fotiè *Sarabrena* legendum, ut Hispanienfia fuisse intelligamus, ex ea urbe Tarraconenfis provinciæ, quæ *Sarabris* dicitur Ptolomæo. Sic apud Catullum, *Sicca Setaba*, occurrunt eædem Hispaniæ, Calaubonius *ad l.* Quid autem *Oraria* fuerint, diximus *supra.* V. quoque infrà in voce *Sarapta.*

Sarabaitæ, Monachorum genus, qui nullam Regulam fequentes, fuo lubitu vivebant & bini aut terni paffim per villas urbesque vagabantur, accuratè defcripti à Benedicto *Regul. cap.* 1. Cassianus *Collat.* 18. *cap.* 7. *Sextum genus Monachorum, quod per Asaniam & Sappiram pullulavit, Sarabaitæ, quibus ab eo, quod è cœnobiali disciplina fenetisse fuguerint, fumpsit libera appetitus voluptates, abusivè dicti fuit ingenii Ægypt acâ. Hieronymo ad Eustochium de Custod. Virgin.* appellantur *Remoboth*, à quo acriter exagitantur. Aliter *Remnitæ*, apud eundem Cassianum *Collat. lib. 3. cap. 24. Non Monachus, ne falsò nominantur, sed Sarabaitas, id est, Remnitas, qui jugum regularis disciplinæ renuimus.* S. Nilo dicuntur κυκλοφορικοὶ καὶ χαμαιτύπαι, *Monachi circumcursorani sacris vacui*, de quibus peculiarem tractatum scripsit. Voci origo, ab Heb. סרב, *sarabin*: i. rebelles; quod vocabulum, aliunde Hebræis ignotum, Chaldæis Ægyptiisque familiare fuit, apud quos fic Monachi dicti funt, qui omnis disciplinæ jugo excusso, suo solùm arbitratu, vivebant. Extat id femel tantum in Scriptura, Ezechielis viz. *cap. 2. vers. 6. Filii hominis, ab iis* (gente rebelli) *ne timeto, & ab illorum verbis ne metuito, quia rebelles sunt & spinæ tecum, & cum scorpionibus habitas.* Ubi *rebelles*, in Hebr. funt *sarabim*; à Chald. סרב, *rebellare seu remuere*; unde סגבב *sarban*, i. *rebellis* & סרבנות, *sarbanuth*, id est, *rebellio.* Indigitat nempe Prophæta vocèhæc eos, qui renuentes jugo Dei fe fubmittere & propriis affectibus indulgentes, extra præscriptum legis iter, in transversum abripi fe finebant. LXX. Interpretes, διὸτι παραπικραίνουσι, hic habent, quia *tanquam astro agitati* insanient & feretur in præcepsi quod vim vocum כי סרבים fatis exprimit,

primis. De hujusmodi porrò Monachis ita Auctor *Sermonum ad Fratres in Eremo*, sub Augustini nomine, *Serm.* 29. Solâ voce jugitant ea movere. Corpora despectis vestibus tegunt, foris ostendunt, sed intus purpurâ ad carnem induuntur. In cinere præcidant se jacere, fed excelsa palatia non despiciunt. Angelicam faciem foris ostendunt, fed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi *Sarabaitæ*, de quibus tertio nobis scripsit pater Hieronymus, quorum genus est omni affectu vitandum &c. Apud Sam. Bochartum *Hierozoïci Parte poster. Lib. IV. cap.* 14.

Sarabanda, genus saltationis ad commovendos animos mirè porens, cujus auctores Mauri feruntur Granatenses: à fide Quæstionibus in Hispania ob hoc ipsum, quòd vim præcipuam mollioribus extendatis affectionibus & animis percolitore pertubandis habere credatur, veritum Delectibur elegantissimo stylo à Franc. Pomey Jesuita *Discurs. Universel.* ubi fic de petito Chorea ta orditur: Saltationem aufpicatus eft cum admiratione fpectantium, graviter primùm ac fenfim, æquabili lentoque motu, tam fcitè —— fe invehens, ut quocunque fe ageret, regiam circumferre Majeftatem, nec venerationis minus concitare, quàm oblectationis affunderet. Poft paulò autem alio quanto magis fe incitans, brachiaque nonnihil attollens, atque nonnihil explicans, faltus edebat mirabiles ac ftupendos. Non affluente gradu fecit fine fcitu inferebat &c. Et poft multa, Verùm haudquaquam illa magnifacienda, præ illis, quæ funt confecuta, cùm intimos viz. animi motus cœpit homo admirandus vario exhibere corporis motu, & vultu, oculis, inceffu, habitufque toto, totos præferre. Nunc languidulos adjicit ebat hue illue oculos, cupiditatis plenos & amoris indices, quandiu elanguere videbatur ftidium cantus —— Aliquando iracundiam indignationemque, præcipiti & turbulento motu tefabatur: aliquando moderatorem affectuum exprimens —— fuspiria videbatur trahere, deftitui viribus, animo delinqui, languentes errantesque oculos circumjicere, multifariâ demum converfione ac contorfione brachiorum & corporis, nunc tremere, nunc remiffè, nunc perturbatè projectorum —— quandiu præftigiatrix hæc faltatio tenuit, omnium tenuit animos, more devinctos &c.

Sarabara, apud Tertullianum *de Pallio*, *cap.* 4. ubi de Alexandro M. Virtrat Medicam gentem, & victus eft Medicâ vefte, triumphalem cataphractâm amolitus, in captiva *farabara* deceffit; pectus fquammarum fignaculis diftulptum, textu pellucido tegendo, nudavit: non numero unitatis & fexu fequiore eft, ut quidam crediderunt, qui Alexandrum *in fuis braccis decefsiffe*, h. e. mortuum effe, in ligitarià Tertulliano volunt. *Sarabara* enim funt τὰ Σαραβάρα, nec unquam aliter Tertullianus uiurpat. Nidem enim *libr. de Trinit. Cujus etiam cura & providentiæ non fimi Ifraelitarum nec veftes confumi, nec viliffima in pedibus calceamenta deteri, fed nec ipforum poftremò adoleícentium captivâ* farabara *comburi*. Nec decedere hoc loco *mori* eft, aut fato fungi, fed de alto loco cedere & faftigio fuo degredi ac defcendere: quod fecit it. Alexander Magnus, dum à triumphali cataphractè, *in captiva farabara deceffit*, h. e. τὰ Περσικὰ καταφράκτα ἐξ τὰ τῶν αἰχμαλωτῶν σαραβάρα κτησάμενος. Hoc nempe pacto multum defraudatum ac diminutum ivit priftinæ fuæ gloriæ. Sunt autem *Sarabara*, quæ & *Sarballa* dicta occurrunt, capitum & crurum integumenta; ita n. utraque vox promifcuè ufurpatur: eaque è villori & crafsiore panno. V. Salmaſium *ad d. l.* Car. du Freſne *in Gloſſario* & Matros Fratres *in Hierolexico*.

Saraca, adde: Hinc *Saraceni* dicti, quos à *Sara*, Abrahami uxore, perperam nonnulli appellatos volunt. A Σάκκων Arab. h. e. λῃστὴς, *latro*; ranquam λῃστεύειν, *latrocinia deûlit*. Inco. lucrè illi in Phœnicionem, de quo locus fuprà dictum, eorumque regio ad Occidium latus Melanorum montium versus Ægyptum prætendebatur, haud procul à Pharanitide. Poftea appellatio ipfe extendit ad omnes Scenitas ac Nomades Arabes Æthiopesque, uti pluribus docet Salmaſius *ad Solinum paſſim*, inprimis *pag.* 484. & *ſeqq.* Imò & *Saracenorum* vocabulo Ungaros quoque, atque adeo gentes pagánas, promiſcuè donant interdum Scriptores, ut Hepidanus, Ekkehardus Jun. *de Caſibus S. Galli lib.* 3. *cap.* 2. ubi de Tu Hiſpania, Regia olim per Dominorum *Saracenis* fuiſſe, uti Judæos, proinde etiam in commercio, docet Michael del Molino *in Repertorio &c.* In *de Saracenica*, cratis ferrea ad portas urbium, in *Hiſtor.* Corruſiorum *lib.* 4. *cap.* 5. *Saracenicum*, de panno Saracenici operis, *Sarcenet* Gall. *in Inventario* Eccleſiæ Eboræc. *A. C.* 1530. &c. apud Car. du Freſne *in Gloſſar.* De *Saracenis* V. plura infrà.

Saraca; apud Anaſtaſium *in Benedicto III Saraca de oloſero cum chryſoclavo, camiſiæ altera ſigillatæ holoſericæ*, Item *Serica*, genus tunicæ eſt, quas mentio, *in veteri Inſtrumento* plenariæ fecuritatis, quod extat *MS.* in ligni cortice, in Bibl. Reg. Pariſ. Camiſia tramoſtricæ in cocco & præſino valente ſolidos tres ſemis, ſarica præſina ornata valente ſolido uno. Et paulo poſt, Sarica miſtica cum manicas curtas, valente ſiliquas aureas duas. V. Salmaſium *ad Spartianum in Caracalla*. Unde hodieque Romæ *Sariga* vocari vilem ſemitunicam lineam ar tudem, quâ Bajuli, Venatores, Lanii, aliique hujusmodi ſuperindui ſolent, ut veſtibus ſuis in opere parcant notat Caſtalio Macet *Hierolexico*.

Saracenatus, V. infrà *Saracenus*.

Saraceni: Ab Iſraëlitis prigenitoribus ſuis, Veneris accepere cultum, ut traditum Euthymio Zigabeno *in Panoplia*, quo loco *Saracenos* refellit. Græce eam partem edidit Sylburgius, in qua, inter alia, legas, ut lapidem illum, quem *Saraceni* magnâ animi devotione oſculabantur, ex quodâ exiſtimarent, eſſe lapidem, ſuper quo Abraham cognovit Agar, vel cui alligavit camelum, ſacrificaturus filium, eſſe caput ſimulachri Veneris credi derint. Verba ejus ſunt, Ὁ δὲ μισθὸς λιθός, καθὰκαὶ τὸν Ἀφροδίτου ἐσὶν ὃν πολλοὶ σεβασμίως ἐ προσκυνοῦσι Φίλοι γάρ μοι ἔφασκε, ἐκ τοῦ λίθου ἀκριβῶς ἐκ ἐστιν ὁ τοῦ Ἀβραὰμ ὑπόστασις ἀλλὰ φαλὸς. *At prædictus ille lapis eſt caput Veneris, quam ſimulitiam olim adorabant. Quippe lapis ille accuratius ſpectanti etiamnum præſert deformationem capitis.* Sed & in anathematiſmis qui recitantur convententi ſe à *Saracenis* ad fidem Chriſtianam, lapis ille dicitur eſſe in domo *Μάκε*, atque σπάνιστος τὸν Ἀφροδίτου ἴχνος, *Veneris effigiem in ſe habere*: ſicut & de Abrahami lapide hoc lapide congreſſu, & de camelo ad eum alligatione, ibidem practicata referuntur. Quæ forſitan de Venere, prout ſub ſignificat & *Uranie* five *Cœleſti* nomine celebris erat, intelligenda ſunt. Quippe Arabes junxerunt cultum Lunæ & Luciferi: ab Arabibus autem hunc rítum didicere *Saraceni*. Saltem ſic eorum mentem cepere Græci, ut videre eſt ex initio *Saracenicorum*, in Euthymii Zigabeni *Panoplia*, ubi Auctor gentem hanc, unque ad Caſſaïs Heraclii tempora, idola coluiſſe, adorantes Luciferum ac Venerem, *Chubar* illorum lingua, id eſt, *Magnam*, diâtam, refert. Idem habet Georg. Cedrenus *in Chron.* ubi de *Saracenis* ex Arabia Petræa:

Macrobii & alii scimus, Augusti Cæs. Præceptor. Hic enim teste Clemente *Prov.* 10 *Sarapidis* vetustatem asstruebat, quòd Sesostris, subactis Græcorum nationibus multis, reversus in Æ-gyptum, Osiridem (qui idem cum utroque) à quo genus ducebat, ab Artificibus effingi fusserit ex ramentis auri, argenti, alitis metallis, etiam gemmis ac lapidibus variis: quæ omnia levigata contritaque, cæruleo imbuerit colore, unde nigricaverit, color imaginis: Posteaque etiam simplicem effrenum, viz. ut, quia pria-ret Osiridis imago, ab Osiride & Apide, prius dictum fuerit *Osarapis*; inde consuetudo fecerit *Serapis* vel *Sarapis*. Hactenus Vossius. Sed Scaligero accedit Bochartus, ut videbimus infrà, in *Serapis*. De structura *Serapei* (i. fani huic idolo dicati) Alexandrini, V. Amm. Marcellinum *lib.* 22. Prosperum Aquit. de *Prædictionibus lib.* 3. *cap.* 38. inprimis Rufinum *Hist. lib.* 2. *cap.* 22. Roma verò ægrè Serapidis admisit cultum, nec nisi exta urbem, quippe intra eam *Serapeum* extruere non licuisse, tradit Dio *lib.* 40. Unde fortillum illud Varri apud Catullum, deferri ad Serapum cupit, *Epigr.* 10. V. iterum Vossium *l. cit.* Cùm autem multos alios Deos ab Ægyptiis cultos esse legamus, unus tamen eorum *Sarapis* ab omnibus Ægyptum incolentibus, cujuscunque nationis aut superstitionis esset, divino honore affectus est. Hinc & Romanos, & Græcos, & Syros & Armenos & Persas & Judæos, ipsos quoque Christianos, Sarapim venerantes &c, & ad id vel blanditiis, vel majore vi adactos, discimus ex *Epiphan.* Hæresi Haliani, cujus meminit Vopiscus *in Saturnino*, Ægyptum, *quam mihi laudabas —— totam didici, levem, pendulam & ad omnia fame motam volitantem. Illi qui* Serapim *colunt Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic Archiepiscopus, nemo Samarites, nemo Christianorum Presbyter, non Mathematicus, non Aruspex, non Aliptes. Ipse ille Patriarcha, quum Ægyptum venerit, ab allis Serapidem adorare, ab allis Christum.* Quæ verba cum Casaubonus de Patriarchis Gentilium nefcio quibus velit intellecta; intercedit Salmasius, nullos Gentilium religionum cultores fic esse appellatos, docens: adeoque de ipso Christianorum Patriarcha, si quando in Ægyptum veniret, *Serapim* cum adorare coactum fuisse, ex hoc loco contendit, V. utrumque *d. l.*

Sarapis, urbs Phœnices; *Sarepta* Corippo *lib.* 3.

—— *Et dulcia Bacchi*
Munera, quæ Sarepta *ferax, quæ Gaza creavit:*

Sarepta Arculfo, *de locis Sanctis*. Hinc Σαρεπτηνὸς & Σαρεφθηνὸς, *Sarepitenus*; quam vocem reponit apud Treb Pollionem, *in Claudio*, *Cincilia villosa duo. Oraria* Sarapitena *quatuor*; ubi aliàs *Sarabadena* feriptum, Salmasius. Indidem Σαρεπτηνὸς ἐπὶ & Σαρεφθηνὸς, apud Alexandrum Trallianum, V. Salmasium *ad Pollionem*, ut & in voce *Sarepta*.

Sarapus, Græcè Σαράπους, & Σέραπος, cognomen Pictaci, unius è VII. Græciæ Sapientibus. Di genes Laërtius de illo, *Τὸν δ' Ἀλκαῖον Σαράπου δὲ μὴ καὶ Σάμιον ὀνόσας, ἢ ἐκ τῶν πλατέων ὄντας τὸ γενόμενον τοῦ πάππου, Πιττακὸν Μυτιληναῖον Σαράπουν καλεῖσθαι, φησὶ Τιμαῖος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν.* Hos nomenclatores, qui repunt potiùs, quàm ambulant, aliàs *Syræ*, *Syrones*, dicti sunt, *ἀπὸ τοῦ σύρειν τοὺς πόδας*. Salmasius *ad Solinum pag.* 415.

Sarbrugium, Germ. *Sarbruck*, nomen Comitatus Germaniæ, in Westerwaldo sub proprio Comite ex familia Nassovia ad fluv. *Saravum*, unde ei nomen, *Saravi-Pons*, hoc enim vernaculum nomen fignificat: haud pridem à Gallis male habiti. Linea hujus auctor Joannes fuit Com. Weilburgi & Idsteini, Adolphi Imp. nepos, ex filio ejus Gerlaco. Is enim ductâ Annâ, Joannis Com. Sarbrugiensis filiâ unicâ & hærede, Comitatum hunc Weilburgensi junxit, defunctus circa A. C. 1371. Ei succeffit in utroque Comitatu filius Philippus qui decessit A. C. 1429. Sed cùm geminos reliquisset filios, Philippum ex priore conjuge, & Joannem ex altera Anna Hohenloica Com. diviss ejus diœcesibus, prior Weilburgensis natus est, alter *Saraponatum Comitatum*, obtinuit. A quo tempore diviss illi manserc, usque ad A. C. 1559. quo, Philippo Joannis Ludovici filio, ultimo lineæ suæ, extincto, ad Albertum Com. Weilburgi hæreditas devoluta est, qui utramque ditionem denuo junxit. Mox iterum diviso facta, mortuo Ludovico Comite A. C. 1627. Ex hujus enim filiis, Wilhelmo Ludovico *Saravi-pontano*, & *Sarbruckio*, Joanne Wisbada cum Idsteino, & Ernesto Casimiro Weilburgum obtigit, unde totidem linex. Primi fibetos, qui novam iterum divisionem constituunt, recenfebimus paulò pòst, Majores fic habent: Joannes Com. Nassov. in *Weilburg*, defunctus A. C. 1480. ex Elisabetha (fi. Ludovici Landgr. Hassiæ) fuscepit Ludovicum Com. in *Weilburg* 3 qui decessit A. C. 1523. Pater ex Margaretha Nassovia, Philippi Com. Nassov. in *Weilburg*, demortui A. C. 1559. Hoc & Anna Com. Mansfeldi, genitus Albertus, junxit sibi Annam Nassoviçam, & ex ea genuit Ludovicum Com. Nassoviæ in *Sarbrück*, qui decessit A. C. 1627. uti diximus. Ejus fil. primogenitus, ex Anna Maria Hasiaca, Wilhelmus Ludovicus *Saraponatum Comit.* in hæreditati: paternæ divisione nactus, junxit sibi Annam Ameliam March. Badensem (Georgio Friderico March. Badensi in *Durlach* genitam) & ex ea numerosam fuscepit prolem, defunctus A.C. 1640. Eorum liberi erant, Crato (n. 1623. dep. 1642.)

Joannes Ludovicus (n.1625.) Gulfaphus Adolfus (n.1622.) Volradus (n. 1635.) Anna Juliana (uxor Friderici Com. Palatini Rheni in *Zweibrucken.*) Carolus (ux. Ludovici Eberhardi Com. Leiningensis) Anna Sibylla (uxor Auguſti Philippi Ducis Holſatiæ) omnes *Comites Naſſovia &c. Linea Sarapontanæ.* E quibus Joannes Ludovicus, junxit ſibi Dorotheam Catharinam Palatinam, & habitat *in Ottweiler*; Paſet Chriſtiani Ludovici (n. & den. 1650.) Friderici Ludovici (n. 1651.) Annæ Catharinæ (n. 1653.) Volradi (n. 1656.) Carolli S. (n. 1659.) Ludovici (n. 1661.) Luiſæ, Mauritii &c. *Comitum Naſſoviæ & Sarapontanæ &c. in Ottweiler.* Gulavus Adolfus habitat *in Sarbruck*, ex uxorem nactus Claram Hohenlolam, ex ea ſuſcepit Ludovicum Cratonem, Carolum Ludovicum &c. *Comites Naſſoviæ & Saraponti &c. in Sarbruck.* Volradus vero, habitat *in Uſingen.* V. Philipp. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. 1 p 21.* & 164

Sarcites, apud Chrodegangum Epiſc. *in Reg.* Canonicorum Mettenſium cap. 29. *Et ibi ſenores illas cappas, quas reddere debent, non commutent. Sarcites acceptans ibi Presbyteri, qui ibidem in domo abſidat diebus ſuis, & illi Canonici ſupterm, qui in eorum gradu conſiſtunt, aut lanam, unde ipſa ſarcites binos in anno habeam: & ille alius Clerus unusquisque ſingulos. Camiſſites autem accipiant illi Presbyteri &c.* Infrà, *ipſa autem veſtimenta, illas cappas & ſarcites ad transitum S. Martini accipiant: illos camiſites, vigintis dies poſt Paſcha accipiant: illa calceamenta Kal. Septembris habeant;* Carolo du Freine, ſum lancæ vellis, ex panno ſic dicto, ſpecies, in *Gloſſario.*

Sarcinator, cervus dictus eſt apud Romanos, qui *ſarcienda* veſtimenta accepit, cujus mentio apud *Naſonem 2. Senem.* ubi, *Fullo & Sarcinator*, inquit, *qui polienda, vel ſarcienda veſtimenta accepit, ſi ſorte his utatur, ex contractatione eorum furtum faciſſe videatur, quia non in eam cauſam ab eo videntur accepta.* Similiter Ulpianus *lib 29. ad Edict. Licè mercis appellatio anguſtior ſit, ut neque ad ſervos, Fullones, vel* Sarcinatores *vel Textores vel Venatilia. vivo pertineat.* Lucilius quoque, *Sarcinatorem eſſe ſummum, fuere tentamen quinta.* Inter Servos ignatiatores citat Laur. Pignorius. Hinc *Sarcinatrix*, cujus meminit Feſtus & antiqua Inſcr. *DIS. Manibus Ides. Sarcinatricis.* quæ nempe veſtes *ſarcebas* reficiebatque. Neque eum fidem faciunt fragmenta quædam, Corn. Frontonis nomine edita, in quibus legitur, *Sartrix, quæ ſarcit; Sarcinatrix, quæ ſarcinas ſervat*, niſi hic *ſarcinarum* nomine veniat mundus muliebris, quod non omnino improbandum videtur; cùm legatur in antiquo marmore, *Juſtia Jucunda. Aug. L. Sarcinat. & mundo. muliæ. &c.* Erſand mandus hic plerunque, non *ſarcinas* modo, ſed & impedimenta militaria æquavertit. At Frontonem tuetur Nonius, in voce *Sarcinatrices.* V. præfatum Pignorium *Comm. de Servis*, Titum item Popmam *de operis Servorum.*

Sarclide, vel *Sarclite*, vulgò *Sacle ſur Joine*, villa Galliæ eſt, *ſuper fluv. Joina*, in *pago Stampenſi*, Dagoberto memorata: ubi *Joina* fluv. junta eſt, *la Juine*, qui Stampas alluit. Hadr. Valeſius in voce *Stampæ.*

Sarcodia, luchry ma eſt arboris, quæ thuris pollinis effigiem habet: cui ſimilem ſuccum Euphorbiæ putriorem, Plinius eſſe dicit. V. ſuprà in voce *Euphorbia*, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum p.301.*

Sarcophagus, in *Inſcr.* vet. apud Gruterum *pag. 689.* L. Julii Marcelli, qui viviſſe dicitur ann. 5. diebus 31. *Corpus, integrum, condium. Sarcophago.* & apud Juvenalem, ubi de Alexandro,

Quæ ſignis poſſquam mundo intraverat urbem,
Sarcophago *contenta fuit:*

arca eſt ſepulchralis, quam σωλεον Græci & σορον dixere. Græcienim, qui corpora defunctorum non cremabant, condere ea ſolebant σωλεοις, ex lapide ut plurimum factis, cui natura eſt corpora citò abſumere. Cujusmodi erat Aſſius lapis, quem & σαρκοφαγον, ab *edendo carnes*, propterea Græci nuncupavunt. Plinius *lib. 36. cap.17. In Aſſo Troadis Sarcophagus lapis ſiſſili vena ſinditur.* Ubi quod *ſiſſilem venam* vocat, Dioſcorides διαβασιν, item διαλειψιν appellat. Subjicit, *Corpora defunctorum condita in eo diſſumi conſtat, intra XL. diem, exceptis dentibus.* Poſtea vero, Σωρκοφαγοι dictſunt quilibet mortuorum ſoculi, etiamſi ex alia materia fierent. Quemadmodum διαλειπτοι πλατυσται, quarum fuit ara Delphi nobiles, poſtmodum quilibet abaci, ea formâ facti, Delphicarum nomen habuere. Hinc *Sarcophagi Porphyretici* meminit Anaſtaſius *in Sylveſtro*; Hodieque *Sarcolium* dicunt Galli, quamlibet arcam ſepulchralem, voce detortâ ex Sarcophagulus. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1203 & 1204. ut & ſuprà, in voce *aſſius Lapis.* Propriè vero *Sarcophagus* dictus eſt, illa arca, quâ grandiores natu integris corporibus condebantur, in loco communi, vel ameæras. Infantum enim, quibus mortuis nec inferias libarunt, nec ens ante dentes natos uſſere; nulla nec buſla, nec *Sarcophagi*, fed Suggrundaria, de quibus infrà, fuerunt, corporibus eorum in urnulis, quia is vetuſtior mos, impoſitis, Thom. Bartholinus *de Puerperio Vet.* Apud Scriptores Eccl. Rom. vox caſtam majorem St. regulas continentem nonnunquam notat. Sic Ditmarus *lib. 6. Sarcophagum ingentem, ad indendenias Sanctiorum reliquias de argento fecit &c.*

Sarda, gemma rubricæ concolor, unde etiam nomen, rubrica enim Hebræis eſt שרד *ſered*, unde Phœnices שרדא *ſardâ* fecere, Græci σαρδιν & σαρδιον. Centò *rubere* ſardium, in conſeſto eſt. Hinc Orpheus in *Achate*,

——— σαρδιὸς ἠ ἀνθρακίνοιο,

Sardiaque ſanguinea,

dixit. Et Theophraſtus *de Lapid.* Τὰ γὰρ σαρδία τῶν μὲν λίθων ἐρυθρότερα ἐϛὶ, ἰσοβάρῆτον δὲ &c. Plinius quoque *lib 37. cap.7. Sardium inter lapides rubros recenſet.* Et in India, deferibit trium genera, rubrum &c. Itaque cum Apocalypſeos *cap. 4. versu 3.* Jouni Deus apparetin ſolio ſedens ὁμοίῳ ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ, *aſpectu ſimilis lapidi* ἰάσπιδι & *ſardio*; veteres, ut ſapidis color aquco diluvium, quo prior mundus periit: ita rubro *ſardii* colore, ignem ultimi judicii, quo poſterior abſumetur, ſignificari volunt, in qua ſententia ſunt, Victo inus Pictavienſis (ſi verè opuſculi illius) & Primaſius in *Apocalypſin.* Quo pacto corruit opinio illorum, qui vela *Sardium*, vi lab Inl. *Sardinia*, gemmam hanc dictam volunt, cùm Sardinia neutrum horum locorum producat. Ut autem coſtall rubor proprius ſanguineus eſt, imò ſardicus ac ſandarachinus, ſic in ſardio color eſt ſanguidior atque dilutior, & ille colori ſimilior, quem a carne *incarnatum* linguæ vernaculæ appellant. Unde eſt, quod hæc ipſi lapidi *carneoli*, vel corruptè *corneoli*, nomen hodie indiderunt Europæi fere quotquot ſunt. Itaque auctore Plinio eodem *lib. cit cap. 6. Sardonyches ſibi, ut ex nomine ipſo apparet, Inſtigebantur cantore in carne, hoc eſt, velut carnibus unque hominis impoſito, & nitroque tranſlucido.* Sentus eſt, ut patet ex eadem citati, ita conjungi hanc gemmæ eſſe concolorem, ac prunde tangam ac unguæ perſpicuo, carni itidem perſpicuæ ſuperinducto, fieri tardonychem &c. Viſſimam eam gemmarum eſſe, Solinus ſcribit; ſed deceptus forte verbis Plinii, qui, cùm calcedonium, ſandaſtrum, hyeniten, & carchedonium ſcalptuæ pertinaciter reſiſtere, parte quæ cereæ in ſigno tenere dixiſſet; addit continuò pœti, Et *diverſo ad hæc ſarda utiliſſima*: nempe ad ſcalpturam, & ſignum ut quæ tute ſit *διὰ τὸ ἀνομοιοπαθὲς*, nec ceram in ſe concretam ſpiſſe cenſe Plinius, *lib. 37. cap.10.* plus centum gemmas hac viliores, peraliphabeti ordinem, recenſuit. Idem *vulgarem ſardam* eſſe dicit, *non vilem*: quo in Babyloniam maximè laudat, & albi quasdam deferibit argenteis, quasdam aureis venis ſubſtras; marcs quoque excitatius afferit fulgere, nec illam translucentiam tardius ſuffuſo humore hebetari. Hæc denique gemmâ ſubjungit quasdam, apud Menandrum & Philemonem, fabulas ſuperbire. Menandri item pe de *Sarda* locus, fuit, ex *Stobæo*,

Εἰσὶ συφορώτατον τοῦτ' ἔξω τῆ σαρδίου;

apud Athenæum. Easdem in mundo muliebri cenſet Ariſtophanes, in alteris Θεσμοφοριαζούσαις, quarum fragmenta extant, apud Clementem Alexandr. *Pædagogi lib. 2. cap.12.* & Pollucem *lib. 7. c. 22.* ubi inter alia hic verſus,

Παιπάλωνας, βάτιν ὑφαντ, ὀπλοθήκ, σαρδία.

Imò in Theophraſti in trariſſimi cenſetur. Quò facit, quòd & XII. gemmis in Aaronis pectoralı, prima eſt τὸ σάρδιον Ex. c. 28. v.17. & cùm Tyrio Principi dicitur, πυρὸς λίθου χρυσὸν ἐκδιδόντος &c. Ezech. cap. 28. *verſu 13.* rurſus Σαρδίον, primus eſt & XII. gemmis, quibus ille ornatur. Et quamvis *Sardam* Theophraſtus in iis lapidibus cenſeat, qui placent τῷ ὄψει μόνον, *ſolo viſu*: tamen apud Epiphanium, *medendi vim habet & eo Medici utuntur, πρὸς αἷμ ατος καὶ αἱμορροίας ἐκεῖ σὺν ἀνθρακὶ γιγνομένας, ad tumores & alias plagas, ferro inflictas* &c. V. ſam. Bochartum *Hierozoici Part. 2. ſuper. lib. 1. cap. 7.* Laudatiſſimam *Sardam* circa Babyloniam effe, luprà diximus, quam, cùm lapicidinæ quædam aperirentur, hærentem in faxo, cordis modo repertam Plinius tradit, fed mirtallum hoc, i hoc genus marmoris vel ſaxi, deſcribi addit. Διόσκορ, quoddam *Sardæ* genus dictum, quæ paulo amplior eſſet, quaſi magnitud nem haberet duplicia σφραγιδῶν: quo nomine ſigillum primò, inde *gemma* dicta eſt, quòd primus & vetuſtiſſimus apud Græcos uſus earum eſſet, ut ſcalptæ auro includerentur, digitoque ad ſignandum geſtarentur, Salmaſius *ad Solinum pag. 98.* V. quoque infrà in voce *Sandaracis.*

Sardachates, inter achatis gemmæ cognumina, apud Plinium, de quo V. eundem Salmaſium, ubi ſuprà, pag. 130.

Sardararii, in Baſilicis Græc. exponuntur *cabitarii* ſeu *cavinarii*, hc. gemmarum cavatores; à *ſarda* gemma: quam omnium gemmarum optime ſicilimeque ac utiliſſimè ſcalpi, ſuprà ex Plinio diximus. Idem *ibid. Expetuntur à ſcalptoribus, ferroque includantur, nullam non duritiam ex facili cavantes.* Salmaſius *ad Hier. Vopiſcum in Saturnino.*

Sardatica Veſtimenta, id eſt, *puniceæ & coccina.* meminrantur Æliano, ubi de punicea Perſarum veſtibus, τὸν δὲ σαρδιανὸν ἐξ Σαρδιανικὸν ἐξύφανε τε καὶ πολυωρίαν. Hinc Heiychius, Σαρδιανικὸν βάμμα, τὸ φοινικοῦν; Quem colorem ἐξοφθινικὸν vocabant. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 344.* & infra in voce *Oxyblatta.*

Sardica, adde: *Sardicenſes* Canones XXI. cùm in Codice Eccleſiæ Univerſæ non extiriſſent, teſte Dionyſio Exiguo, quin verſione nova Græcis Græci, Præfat. ad Stephanum Epiſc. ait, *in Chalcedonenſi Synodi Decretis, ſinem eſſe Græcorum Canonum, quibus ſe ſubjicere Sardicenſis & Africani Concilii decrevit;* à Trul-

lanis

lanis Patribus, poſt Juſtinianum Imperatorem demum additi ſunt, una cum aliis quibusdam. E' quibus colligit Vir Cl. Chriſtophorus Juſtellus, Synodum Sardicenſem à Græcis inter Orientales Synodos non ſuiſſe relatam, quippe cujus Canones non Græcè, ſed Latinè, primùm editi fuiſſent. Pergit, *Sed alia eáque puiſſima ratio exiſtit, cur ſtatim ab initio illius Synodi Canones ab Orientalibus Eccleſiis non fuerint admiſſi; nimirum ob Canones de Appellationibus ad Romanum ſedem, qui è diametro Canonibus Antiochenis adverſabantur, quos Epiſcopi Orientales etiderant, qui appellationes extra diœceſim graviter & inique animo ferebant. Quemadmodum & Africani Patres, qui eandem ob cauſam Sardicenſes Canones neglexerunt, nec appellationes transmarinas lubenter admiſerunt, quippe qui eadem, quæ Orientales, prærogativa ſe inuebantur, ne ex variis Gallicis Eccleſiæ Africanæ canonibus patàm eſſ, in Proviſa. Biblioth. Juris Canon.* Quomodo eosdem Canones, pro Nicænis Synodi VI. Carthagin. Patribus obtrudere voluerit Zoſimus Papa, V. apud Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccl. num.* 67.

Sardinia, adde: Prov. *Sardi venales, alius alio nequior*; auctoribus Feſto & Plut. *in Quæſt. Rom.* ortum eſt ex ritu in Iudis Capitolinis uſtato, in quibus auctio ſimulabatur Veientium & noviſſimus producebatur ſenecio, cum toga prætexta bullaque aurea, præfante atque incitante præcone, *Sardi venales &c.* At *in Romulo* Plut. ab ultimo Regis hujus mortalium operum cum Veientibus prælio arceſſi originem: traductum eorum Ducem in triumpho, provectæ ætatis, ſed vilum imprudenter, nec pro ætate, rem geſſiſſe, inde *Sardos venditum*, i. fœnem per Forum in Capitolium trahere prætextatum cum bulla puerili & hoc carmine Præconis. Veientes nempe Etruſci, at Etruſci coloni Lydorum, quorum caput olim *Sardes*. Sed præterquam quòd à Sardibus gentile non eſt *Sardi*, nimis longè denominatio hæc petita eſt Veientium & vix Poëtæ permittenda, nedum ut Romanum vulgus in Veientibus illudendis, ex ultimis Thuſcorum antiquitatibus, appellationem illorum ereuerit. Alia referuntur ſententia Catonis apud Feſtum, Tib. Gracchum, collegam P. Valerii Faltonis, in Conſulatu *Sardiniam* Corſicamque ſubegiſſe, nec prædæ quicquam, præter mancipiorum vilſimam multitudinem, fuiſſe. Utramque interpretationem ut nugacisſimam, nec unius aſſis, proſcribens Joh. Meurſius *Miſcell. lib.* 3. tanquam duplici linguarum vocabulo homines nequiſimos, *Vernales* & Sardos appellatos, ſcribit. Sed vernarum, præter ceteros ſervos, ſcelera & inde *vernalis*, pro omnium nequiſimis, paſſim reperire eſt. Gronovius quoque non Veientium auctionem principium iſti dictio deduxiſſe, ſed vel eladem *Sardorum* à Tib. Sempronio Gracchо Prætore, à quo hoſtium cæſa vel capta 80000. Liv. *lib.* 41. iis illatam: vel occupationem ejus unà cum illo ſanguine factam à Romanis, cenſet. Certè peſſimè ſervile *Sardos* teſtatur Euſtathius, Dionyſii Scholiaſtes: idque ob indomitam eorum contumaciam, cujus cauſam probabilem ſuppeditat Diodorus *lib.* 4. & 5. Jolao colonias Thſpiadarum in *Sardiniam* deducendi oracſum datum, ἵνα τοῖς ἐγχωρίοις ταύτης κρατοῦσιν Ἀλεξῆται τε ὁ Ἡρακλέους κτισθεὶς ἡρῶον, atque ideo nec Carthaginenſes, nec Romanos, quantiscunque cladibus, ita univerſam Inſulam ſubigere potuiſſe, ut non plurimi repudiata omni jurisdictionis externæ patientia in montes illos inſanos refugerint & per antra ac ſpecus ſylvasque ferarum, quàm hominum imperantium, conſortia ferre maluerint. Unde Livius, Ilienſes *Sardiniæ* gentem ne ſuà quidem ætate omnem pacatam fatetur. *lib.* 40. Tacitus etiam, 4000. libertinis generis Judaicæ Ægyptiæve ſuperſtitione infectos, in *Sardiniam* coërcendis illis atrocinüs, ablegatos fub Tiberio, ſcribit: S. Floro gentium illius Inſ. *feritas & gens contumax vilisq; mori*, memoratur, ut alia omittam. Poſtquam igitur *Sardi* non ſemel rebellantes devicti, qui de captivis ſub corona veniebant, nequiter ſerviendo dederunt occaſionem proverbio de fuæ nationis mancipiis: à quo tempore in Ludis Capitolinis Præcones (quos in illis mancipiis jumentisve, quæ non promtos invenirent emptores, alacritatem ſuam exercuiſſe, docet Appulejus *Miſcell.* 3.) cæteris jocis in mancipia minimi pretii hanc quoque adjecerunt præfationem: *Sardi venales, alius alio nequior.* Hæcenim ultima verba, non explicationem eſſe Feſti, ut voluit Scaliger, ſed partem Proverbii, auctor eſt Cic. *Fam. Epiſt. lib.* 7. *epiſt.* 24. ubi de Phamea & M. Tigellino Hermogene nepote illius, modulatore optimo, in Sardinia nato loquens, *Habet*, inquit, *Sardos venales, alium alio nequiorem.* Alii Proverbii tutiſſimam eſſe, non in negotio inſtituræ proli vitatis ac quæ inexplicabili (ut, reſpiciens ſolùm illud *ἐπὶ τῷ venditione*. apud Victorem, ſtatuit Erafmus) ſed vel in mercimoniis nihili & faſtidiendæ abundantiæ vel in duobus pluribus quæ ex ea nota mortalibus, ut, cui palmam improbitatis & nequitiæ tribuas juſtius, cunctoris & dubitès, præſertim ſi vel ipſi ſeſe vel alii illos vendiderit: Quales Octavium, Lepidum, Plancum, Aſinium, poſt Mutinenſe prælium, Cicero & Senatus experti. V. Joh. Frid. Gronovium *de Pecun. vet. lib.* 4. *cap.* 10.

Sardis, adde: Ad radices Tmoli, hodie ad exiguitatem pauperis vici redacta, paſtoribus ſolùm inhabitatur, qui, majore parte Turcæ, mesquitam ibi habent, nullo Chriſtianis ibi adhuc parvo numero ſuperſtitibus ad cultum divinum loco relicto. Vocatur etiammum *Sardo*, tranſitu ſolùm Caravanæ Smyrnâ Aleppum, atque inde in Perſas cuntis, nobilis. Memoriam tamen veteris magnificentiæ ſervat eximius mutorum, in quo caput ejus turrigerum viſitur, cum *Inſcr.* CAPAIC ACIAC ATΔIAC ΕΛΑΔΟC Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. SARDIS ASIÆ LYDIÆ GRÆCIÆ METROPOLIS, apud Jac. Sponium *Miner. Græciæ Part.* 1. *pag.* 348. & 3. *pag.* 191. 192.

Sardius Lapis, V. ſupra *Sarda*.

Sardonyx, lapis apud Vett magni nominis, de cujus vocis etymo diximus ſuprà, in voce *Sarda*. Joſepho primus fuit è XII. illis lapidibus, qui Aaronis *ὑλὸν ἐκείνῳ* diſtinguebant, ut Senioribus *Sardius*. Eidem *Sardonyches* fuere duo lapides ſphæræ, in Hunefali Sacerdotis ſummi, Exodi *cap.* 28 *verſu* 9. Ὀνυχίους, inquit, *τῶν ἐγκολπίων ἐκφόρους ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκάτερον τὸν ὄμον*. Ita etiam Aquila, & Hieronymus *Epiſt. de veſte Sacerdotali*. Sic, cùm ex Ammonitarum metropoli *Rabbath*, quæ Græcis *Philadelphia*, auream Regis coronam talento gravem & inſigni lapide ornatam, abſtuliſſe legitur David, 2. Sam. *cap.* 12. *verſ.* 30. multi per numeri enallagen plures intelligunt gemmas, quibus corona hæc fuerit interſtincta. Sed Joſephus *Sardonychem*, quem in medio habuerit hæc corona, maximi pretii: cujus ceteros crudè detexit Bochartus, ex ambiguitate vocabuli *Adnoch*, quod in Oriente & Regem & *Sardonychem* notabat. Neque defunt, qui *Sardonychem* fuiſſe gemmam illam, cujus jactură Fortunam mitigare volunt Polycrates Tyrannus, ſtatuant; quamvis verius ſit, ſmaragdum fuiſſe, uti diximus ſuperius. Apud Romanos, primus *Sardonyche* uſus eſt prior Africanus, teſte Plinio *lib.* 37. *cap.* 6. à quo tempore Romanis hæc gemma celebrirma fuit. Hinc idem *ibid. Claudius Cæſar ſmaragdes indutus & ſardonychas.* Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 29.

Rufe vides illum ſubſellia prima tenentem,
Cujus & hinc lucet ſardonycha manus.

Juvenalis *Sat.* 13.

—— —— *gemmaq; princeps*
Sardonyches, *loculis quæ cuſtoditur eburnis &c.*

Neque minùs in Syria in pretio fuiſſe, ex Luciano colligas, in quo Syriæ Deæ *χιτὼν τὸ μὲν ἐπιφανὲς ἦν λίθοις κεκαλλωπισμένος, & aliud aurum circumpoſitum eſt, & lapides valde pretioſi*, in quibus cenſentur ὀνυξ οἱ Σαρδόνιοι πολλοὶ καὶ ὑακινθοι καὶ σμάραγδοι. *ſardonyches multæ, & hyacinthi & ſmaragdi.* Ut & ex Plutarcho, *lib. de fluviis*, ubi Euphrati adjacere montem Drimylum, in quo lapis ſardonycha ſimilis naſcatur, quo utantur Reges *ἐν τοῖς δακτυλίοις, in digitalibus*, refert. Eſt & in India à monte *Sardonyche*, ab argumento dictus, quòd in eo multi ſardonyches, ut videre eſt apud Ptolemæum *lib.* 7. *cap.* 1. & Cteſiam *in Indicis*, Photio laudatum. Quæ gens, quamvis olim neglexerit ſardonyches, à Romanis tamen poſtea eos in pretio didicit habere. Plinius, *Has India non habitat in honore Zenothemis ſcribit: tantæ aliàs magnitudinis, ut inde capulos factitarent. Etenim conſtat ibi torrentibus degesti. Et placuiſſe in noſtro orbe initio, quoniam ſolæ prope gemmarum ſcalpræ ceram non auſerrem. Poſtquàmvis deinde & Indis, ut ipſi quoque ita gauderent.* Jam, ſi conſulamus Arabicos Scriptores, Joannes, ut dictà, ita etiam *Sardonychis*, meminit Apocal. c. 21. *verſu* 20. ubi è fundamentis XII. cœleſtis illius Hieroſolymæ, ὁ πέμπτος Σαρδόνυξ, ὁ ἕκτος Σάρδιον, *quintum* Sardonyx *ſextum* Sardius. Et de Aſſiuro, legitur in Chaldæo, *Ethnic. cap.* 1. *v.* 4. *Fodit in Euphratis ripa & ibi reperit ſexcentas & octoginta arcas areas, plenas margaritarum, beryllorum & ſandalichin*, h. e. *Sardonyche* &c. Omnium autem optimæ Arabicæ. Nec minùs *d. l. Nullo ſardarium veſtigio Arabica ſunt, caperuntque pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi, radice nigrâ aut cæruleum imitante, aut unguem, crediſum enim candido pingi, nec ſine quadam ſpe purpuræ, candore in minium tranſeunte.* Item, *Arabicæ excellunt candore cirſuli præcucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ, aut in dejectu renidente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimo colore.* Et quidem hæc in montibus reperiebantur, ſi cui torrentibus detegebantur Indicæ, eandem in rubro habentes & utrumque tralucidum, quas Arabicis præferunt alii. Sed Plinii ævo cœcæ in pretio erant, h. e. minimè tralucentes, *quæ proin nomen abſtulerunt, ut propriè vocarentur Sardonyches &c.* V. Sam. Bochartum, *Hierozoici Parte poſter. lib. V. cap.* 7. & Salmaſium *ad Solin. paſſim, inprimis pag.* 558.

Sardopater, Græce Σαρδοπάτωρ, h. e. Σάρδος πατὴρ, *Sardus pater*, dictus eſt *Sardus*, Sardiniæ Rex, quem in Sardinia primum regnaſſe & ſeſuges antea populos in unum congregaſſe ac conciliaſſe, refert Solinus *cap.* 4. *Nihil ergo mirum dicere, ut Sardus Hercule, Norax Mercurio procreati, cùm alter à Libya, alter ab usque Tartello Eſpaniæ in hoſce fines permeaviſſent, à Sardo terræ nomen datum.* Hinc divinis poſt mortem honoribus excultus, & Σαρδοπάτωρ appellatus eſt. Nam, ut notat Servius, Veteres omnes Deos *Patres* vocabant. Sic *Jupiter*, q. Jovis Pater, Ζωπάτωρ; *Mauſpiter*, Mars pater, *Diſpiter*, Διὰπατὴρ &c. Ejus Fanum celeberrimum in Sardinia fuit, quod Σαρδοπατόριον ipſe indigitat Ptolomæus, apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 99.

Sargani, in *Charta* Henrici VI. Imp. apud Goldastum *Constitut. Imperial. Tom. I. pag. 287.* *Bellites luques* & Sarganti juraliani &c. & apud Willebrandum ab Oldenborg *Itiner. Terræ S. Inter quos & ipsum multi* Sarganti *pedites*: Dicuntur *Sarianti*, in *Epistola* Henrici Balduini Imp. CP. fratris, in *Gestis* Innocent. III. Quod utrumque corruptum est, ex Servientes: quo nomine recentiores, milites indigitantur passim, cosque tum pedites, qui vulgò Scriptorinus Gallis *Sergeans*; tum equites. V. infra, in voce *Servientes*.

Sargentum, & *Sargentus*, apud ejusdem ævi Scriptores, pannus est fertio-laneus, unde nomen Gall. *Serge* vel *Serge*: de quo V.C. du Freine in *Gloss.*

Sarissa, Festo Pompejo *lib. 17. hasta* fuit *Macedonica*. Livius *Dec. 4. lib. 7. Ibi simul perturbati ordines & impeditus incursus suorum usus prælongarum hastarum* (Sarissas *vocant Macedones*) *intuere signa Romanæ legiones: & pila inter turbatos conjecere.* Apud eundem *lib. 8. ejusd. Dec. per operculi foramina, prælongæ hastæ*, quas Sarissas *vocant, ad summa ordines hostes promittuntur*, dicuntur. Hastæ itaque species fuit, a male Rob. Valturius *de Re mil. lib 10 cap 3.* exponens verba Curtii *lib 9. Macedo justa arma sumpserat, arcum clypeum, hastam, quam* Sarissam *vocant, lævâ tenens*: cenfuerit, *clypeum* avcum fuisse. Unde & Pollux *Onomast. lib. 1. cap. 10. num. 7.* δόρυ vocat id eque inter ξυστὸ refert, *lib. 10. cap. 31.* Torquebatur autem utraque manu à Græcis, & præterea à Lacedæmoniis, ad quos ejus usum translulit Cleomenes, Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 6. cap. 22.* Longitudinem ad 14. cubitorum fe debere, docuit Æliamus *lib. de acie bus instr.* ut recliffimè cum *Picqua* Gallica comparari possit: Ulum defcripfit Modeftus *lib. de vocab. militar.* & ex illo Vegetius *de Re Milit. lib. 3 cap. 24.* Nec omittendum, id haftæ genus è fraxino fuisse, Suid. in voce *σαυνίοφιλος* & Statius *Thebaid. lib. 7. versu 169.*

Fraxineæ vibrant Macetum de more Sariſſas.

Ubi Luctatius *Sariſſas* interpretatur *Macedonum lanceas.* &c. Hinc in Alexandri M. exercitu *Sariſſa* five haſtis armatos *Sariſſophoros* nuncupatos legimus, apud Q. Curtium *lib 4. Non immeritò itaque virebatur Areiam Ducem haſtatorum, quos* Sariſſophoros *vocabant.* V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Rofinum lib. 10 cap. 10.* & Nic. Rigaltium *in Lexico Græco-Barb.* Hanc *duplicare* dicebantur, qui vibrabant eam & crifpabant, quaſi duplicem quatiendo facerent. Hefychius, *πλοκάζει, κραδαίνει, τὰ δόρατα ὁπλίζει*, *vibrat haſtas & duplicat.* Sic *διπλοῦν αὐλὸν* pro *αὐλὸν ἐν ἀμφοῖν* ἔχοντι, vertibus illis, quibus plexa & philira deſcripſit, *bicaulæ* dicuntur, quòd caudæ affiduâ vibratione quadantenus, duplicem eam faciunt & fic duas videntur caudas habere. Nec alia ratione *bilingues* ſerpentes appellatæ; nec enim duas habent linguas, fed quòd tam tremulo motu linguam crifpant, ut non una fed gemina videatur eſſe. Salmaſius *ad Solinum* pag 943.

Sarlatum, adde: Notitia Epiſcopatuum Galliæ, ſcripta paulo poſt A. C. 1292. in prov. Aquitanica fecunda five Burdigalenſi IV. *novos Epiſcopatus* ponit, *Sarlatenſem, Malleacenſem, Lucionenſem, & in Vaſconia Condomienſem*: ex quibus Sarlatum *Sarlat* Petroco ait; Lucio *Lugion*, vetus Cœnobium una cum Malliaco Inſ. Pictavis, Condomium, & ipſum olim Monaſterium, Aginno detractum. Hadr. Valeſius *Not. Gall.* in voce *Malliacum*: ubi addit, *Sarlatum* S. Sacerdotis, vulgò *S. Sardos* dicti, Epiſcopi Lemovicini tumulo atque Monaſterio olim inclytum, atque ex hoc Epiſcopatum factum eſſe. Vocat id Petrus *Hiſt. Albig. Adnaſſerium Monaſterium nigrorum*, Sarlatum, *in Epiſcopatu Petrogoricenſi*: Alii *vicum Sarlaenſem*: Vetr. tabulæ *Sarlatum*, appellant. Caput eſt agri ſiu pagi *Sarlatenſis*, qui vulgò *le Sarladois* dicitur.

Sarmatia, adde: *Sarmatæ* Europæi, ut rerum Polonicarum tradidere Scriptores, coluere non Solem modo ac Lunam olim: ſed etiam *Pogvvisle* five Auram, *Jeſſam* five Jovem, *Latton* five Plutonem, *Niam* five Cererem, cujus celeberrimum Gnetnæ Templum fuit; Mazanam porrò five Venerem & *Zievoniam* five Dianam: in quæ ad tempora Miefconis ſeu Mieczlai Regis, qui ſacris Chriſtianis eſt initiatus, circa A.C. 965. Eosdem Caſtorem quoque & Pollucem, ſub nominibus *Leli & Poleti*, venerato fuiſſe, nonnulli volunt, cujus veſtigia hodieque in ſympoſiis Polonorum, ubi vulgò *Lelus & Poletus* inclamari ſoleat, diſcunt ſupereſſe: Sed Voſſius à priſcis iſtis *Sarmatis* per hæc nomina intellectos potiùs contendit, five bonum nigrumque Deum; ſive Cœlum & Tellurem, ſive Joven & Neptunum, aut ſimilia: de quibus ait, illos à Græcis, illis accolis, Caſtoris & Pollucis cultum accepiſſe. Quomodo & à Græcis fuit ara Alexandri M. ad Borythenem: uti à Romanis illa, quæ ibidem conſtituta fuit Cæſari Auguſto: cujus utiusque memimit Amæian. Marcellinus *lib. 22.* Porrò, ad Obium fluv. coluere Auream Verulam; quæ num ſymbolum fuerit Evæ, noſtrûm omnium Matris, an Telluris quæ & ipſa antiqua omnium Mater, difficile dictu eſt. Ab hoc Idolo, oraculi Delphici inſtar, futura quærentibus reſponſa fuiſſe data, refert Paulus Oſterbonius *in vita Joh. Baſilidis*. Cultum ejus hoc pacto deſcribit Adamus Clemens *in Angliæ Navig. ad Philippum Angliæ sum temporis & Eliſabetam. Principem*, Si *qua graviter calamitas genitem* (Moſcovum) *premit, Idolum ſuum ſtatim conſultunt hoc modo: Coram ſimulacro proſtrati pectora ſundunt: mox tympanum in medio ſtatuunt. Hoc ſonè tecti circumſtant: argumentum bujuſmodi tympano impoſuere, dein bacillo concutiunt tympanum. Ac cus circumjacentium circumſtas buſo, proximus inverſicitur. Statim, neſcio quibus ritibus præſignis, vice reſtitutus malorum cauſas exponit. Itaque placato Idoli Numine, non ita multo poſt publica calamitate liberantur.* V. Gerh. Joh. Voſsium *de Idolol. lib 1. cap. 19.* Sed & ignem à vete Sarmatis cultum fuiſſe, docet Glem. Alexandrinus *Admonit. ad Gent.* denique eo teſtem laudat Nymphodorum *lib. de Legibus Barbar.* Eoque magis fidem facit, quia à Lithuanis, gente *Sarmatica*, priusquam Chriſtum ampleſcerentur, quod contigit circa A. C. 1230. honore divino cultum eſſe Ignem, quem dixere *Znicz*, ſcribunt, quòd de Sarmatia Europæa egere: ut Alex. Gaguinus *Sarm. Eur. cap. de priſca Lituanorum relig.* Imò Idololatriam hanc denotum à Jagellone R. Lituaniæ Magno Duce, qui omnibus ſubditis hanc manu fua illis, quas aliquando colucrat, arboribus magnâ vi ſecures impingens, tum ipſorum tum aquæ profundens in illum tandiu adoratum Ignem, *Non eſt*, clamabat, *non eſt Deus, quod exſtindi, diruti, extinguiq; poteſt*, fuiſſe extirpatam, docet Sigismundus Baro in *Moſcov.* circa A.C.1390. Hinc *Sarmaticus Ludus*, apud Flav. Vopiſcum *in Carino, Exhibuit* & Ludum Sarmaticum, *quo dulcius nihil eſt*: Deſultorius ludus eſt, à *Sarmatis*, qui optimi ac præſtantiſſimi equorum deſultores, nomen adeptus. Hinc in Curio *Sarmatis* vulgò Romanuſii, ad equos hujuſmodi agiliores, quod imprimis à Carino factum, poſtquam, Sarmatico bello prefi garo, vidit ur Sarmatas captivos in Circum induxiſſe, & populo ſpectandos oſtendiſſe; qui ex more & exercitio gentis ſuæ in equis deſultoriis curerent. Certè hæcarte olim claram eam genrem, docet Æelianus *in Tactic.* Τὰλλοτα δὲ τὸ τοιοῦτον σχῆμα μάλιστα σώζει τὰς ἀρὸ τῆς Ἰαζυγίδος, ὃς ἐς ἀμφίππους ἵππους, ἀς ἐκδιφρίους μεταβαίνειν ἀπὸ ἑτέρου ἐπ' ἄλλον ἐπιτηδείως. *Inſtruitur autem ſchema hoc optimè à Barbaris, iſtis ſub Danubii accolis; quos & Dejudaridem dicebam, atque ab equis in equos tranſilire doctos.* Inter Danubii autem accolas etiam Sarmatæ. Unde *Sarmaticus Iſter*, Symmacho. V. Salmaſium *ad Vopiſcum d. l.* & de *Ludo Deſultorio*, ſuprà.

Sarmenes, qui de equitatu primus ſcripſit, memoratur inter opera ex arte Demeſtrii, Plinio *lib. 34. cap. 8.* ubi tamen *Sermem* habet *MS. Xenophon Simonem* vocat *de Re Equ.*

Sarmenta, furculi amputati ſunt, à *ſarpendo*, i. putando. Hæc arida boum cornibus præligata accenſaque, magnum hoſtibus terrorem intuliſſe, legitur apud Livium *lib. 22. cap. 18. Annibal—necubi Romanus inclinſum vallibus agmen aggrederetur, tudibrium autorum ſpecie terribile, ad ſruſtrandum hoſtem commentus, principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit. Fallacis conſilii talis apparatus fuit. Faces undique ex agris collectæ, faſcesque virgarum, atque arida ſarmenta, præligantur cornibus boum, quos domitos indomitosq; mutos inter cæteram agrentem præda agebat — Primi humeris ſilentio motu caſtra: boves aliquanto ante ſequebat (quod negotium Audrubali datum) ubi ad valles montium viarij, angustias ventum eſt; ſignum extemplo datur, ut accenſis cornibus armenta in adverſis concientur montes: & metus ipſe reluctentis flammæ ex capite, calore, jam ad vivum ad imaq; cornuum advenieni, velut ſimulatos furore agebat boves, quo repente diſcurſu, haud ſecus quam ſylvis mmibuſq; accenſis, omnia circum virgulta ardere, captumque irrita quaſſatis excitans flammam, hominum paſſim diſcurrentium ſpecies præebat. Qui ad tranſitum ſaltus impediendum locati erant — circumventos fugæ vana, præſidio cauſſere — cæde — cum majore metu conciam ſe in fugam — ſuerea ton agmine Annibal tranſitio per ſaltum, & quibusdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis, in agro Allifano paſtis caſtra &c.* De *Sarmentis balſami*, Plinius, ubi de hac arbore: *Et ſarmenta quoque*, inquit, *in merce ſunt*, DCC. *IS amptaſio ſpa furculiq, veniere intra quinquiam deviche annum*, h.e. ſeptingenties ſeſtertio ſex ſeptingenties millibus ſeſtertium nummum. Tanto pretio erat xylobalſamum, intra quintum annum, poſtquam deviçta eſt à Romanis Judæa. V. infrà, in voce *Xylobalſamum*. A *Sarmentis*, *Sarmentitii* & *Semiaxiarii*, à Gentilibus olim Chriſtiani dicti ſunt; quòd ad ſtipitem dimidii axis alligati ſarmentis accenſis exurerentur. Tertullianus *Apologet. cap. 50. Vincemus, cum occidimur, licèt nunc Sarmentitios & Semiaxarios appelleris, quia ad ſtipitem dimidii axis revinčti ſarmentorum ambitu exurimur.* V. Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Σαρμέντοι*, ubi de variis Vivicombuſtigeneribus.

Sarmia, aut *Sarnia Inſ. Gronsoy*, Anglis *Sarnsy*, Inſula eſt Oceani Britannici, cum Cæſarea vulgo *Jerſey*, Galliæ quam Angliæ propior, hujus tamen imperium agnoſcit: natura muninentis tuta & ſmiris lapidis ferax, pomatiis præterea non minùs ac Cæſarea abundat. Veteri Regum Angliæ privilegio gaudet, quòd in oppido ejus S. Petri perpetuæ ſint induciæ, & Gallis aliisque, quamvis bello ſæviente, ultro citroque hue ſine ullo periculo venire & commercia ſecure exercere, liceat, Camdenus *de Inſulis Britann pag. 716.* De utraque Inſula ſic Valeſius *Not. Gall.* in voce *Gallicus Oceanus*, *Sarnia*, inquit, 10. *parvulæ conſtant, Cæſarea* 12. *ambæ quandam Epiſcopatus Conſtantienſis partis & olim*

Francorum, nunc Anglorum Regi subjectæ, à Normannis & Britannibus, Francicâ lingua mentibus habitantur, Rubio memorante &c. V. quoque Sarnia.

Saron, adde: Regio campestris est circa Joppen & Lyddam, de qua Actorum c. 9. *versu* 35. Οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σαρωνᾶ, *viz.* Situs ejus ex his Eusebii in *Locis* liquet, A' Cæsarea Palæstinæ usque ad oppidum Joppen, omnis terra quæ cernitur, „ dicitur Saronas. Et Hieronymi in Isaiæ c. 33. Saron omnis juxta „ Joppen & Lyddam usque appellatur regio, in qua latissimi campi „ pi fertilesque renascuntur. Et in Isaiæ c. 65. In Hebræo Saron „ ponitur. Omnia regio circa Lyddam, Joppen & Jamniam &c. Sunt, qui *Saronis* nomen, *campum* explicant ex Symmacho: quod sequutus Hieronymus Isaiæ *cap. 65. versu* 10. pro *Saron* habet *Campestria*. Sed Græci Ἀρωμᾶ, id est, *sylvam*, proprie *quernam* & *glandiferam*. Forte ex Græca lingua, qua Σαρωνὶς est quercus. Callimachus *Hymno in Jovem*,

Ἠ τινὰ καὶ δρύτομος σαρωνίδα κόψεν ἀξίνη
Hesych. ——— *Desuper*

Innumeræ quercus ilquidus producit Saron.

Ubi Scholiastes, Σαρωνὶς, ὄρος. Et Plinius *lib.* 4. *c.* 5. *Sinus Sarronicus olim quercu nemore vestimitus, unde nomen, ita Græcia antiquâ appellante quercum.* Et fortasse Galli indidem Drudes, alio nomine Σαρωνὶς ab appellantur, ut auctor est Diodorus *lib.* 5. Proprietatem *συμωνίᾳ* nonnullis tam *quercus cava & propter vetustatem hianti* &c. Sed aliud Hebræis *Saron*, locus ic. lati prospectus, qui certe nullibi latiùs patet, quàm in campis apertissimis. Cyrillo in *Isaiæ c.* 33. Saron Judææ locus est ἐυφορώτατος πρὸς γεωργίαν καὶ ἐυκτητὸς ἔχοντα λειμῶνας, *Campos habens arabiles & ad agriculturam valde accommodos.* Sed pasuus describi Hieronymus, cui hæc notiora fuere. Quo facit locus 1. Paralipom. c. 27. *versu* 29. *Et bubus pascentibus in Saronæ præpositus fuit Sitrai Saronita.* Agitur de Davidis Regis armentis, quæ ibi pascebantur, antequam in campo ubertimo & pascuis fertilissimo. Sed & alius fuit ejusdem nominis locus, de quo Eusebius *ad Hoziæ regis inter mortem Thecuæ & Tiberiadis stagnum vocatur Saronas*, Joiuæ c. 12. *versu* 18. ubi Vulgata, Rex *Saron*. Hebræa habent, Rex *Lassaron*. Chaldæus item, & Arabs & Græci *Barchain Asotensis*. Locus est à *Saronæ* diversus, verum ubi fuerit, ignoratur hodie. Regna enim, quæ ibi describuntur, aut urbes & oppida sunt, quorum nonnulla deinde Josias, ita ut illorum vestigia cruenta quærantur. Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. Lib. II. c.* 31. V. eundem *ibid. c.* 48.

Sarpedon, adde: In Troade cultum esse, discimus ex Plinio *lib.* 13. *c.* 13. *Præterea Mutianus ter Consul prodidit, solegisse eum præsidere Lyciæ*, Sarpedonis *à Troja servatum in quodam Tempio chartam.* Sic & Ilienibus cultum Hectorem ac Helenam: ab iisdem Ajaci, uti à veteris Sigeensibus Achilli, Patrocloque Antilocho, sacra facta fuisse, & nonnulla adhuc nova *Leg. pro Consil.* Clementem Rom. *Recognitionum lib.* 10. & Strabone *lib.* 13. Theatculo *Sarpedonis* habes, apud Tertullianum *de Anima c.* 46. item Philostratum *in Heroicis.*

Sarra, adde: de Pilce *Sar*, quod ex Servio *ad Georgic. lib.* 4. desumtum, non extare illud ullibi gentium, Bochartus ait, Servium que memoria lapsum contendit, *Georgr. Sacr. Part. II. lib.* 2. *cap.* 10.

Sarracum, apud Capitolinum, *in Marco Antonino Philos. Tanta autem pestilentia fuit, ut vehicula cada vera sint exportata sarracis quæ.* Alias *Sarracum*, vox est jam optimis Latinitatis temporibus usitata. Juvenalis,

——— ——— *currus*

Serraco veniente abiet.

Græcè ἅμαξα. Ammianus Marcellinus *lib.* 31. *Cumque ad gramina veneritit, inorbiculatum figuram locatis sarracis ferino ritu vescuntur.* Ubi *serracis* est, pro *sarracatis*. Aliud planè est *Sarracum*, cujus meminit apud Festum & Horatium, in illo versu,

——— ——— *senis luibet invergere foracis.*

Ut infrà videbimus, in hac voce. V. Salmasium *ad Capitolinum de I. Apud* Festum, *Sarracum vehiculum est, quo ornamenta portantur Scnicorum frequentius tamen pontur, pro vehiculi genere, quo ligna & lapides devehi consue verunt*, Corrasius *Miscellan. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 4.

Sarrire, unurè Dius Romanorum Agricolis. Hoc enim ordine hisque nominibus Fiamen, Sacrum Cereale Cereri & Telluri faciens, Divos bos invocabant, *Verrator, Redarator, Imporitor, Insitor, Obarator, Occator*: Sarritor, *Subruncinator, Messor, Conjector, Conditor, Promitor.* Plinius erat frugum jam nascentium, quæ *sarriebantur*, fi ut Occator ultimus erat agri colendi. Nam, ut ait ille, *ordita occant quam sarriant rustici.* Itaque præcrat hic Deaster *Sarritioni*, cui operi *farcultum* inservit: quo herbæ noxiæ segetibus evellantur; hoc in *Sarrire* est. De quo elegans verficulus extat, apud Pomponium Nonio laudatum,

Sarcatum hinc illo profectus, illuc redisti rutrum.

Quo uti possumus in hominem *Sarriegnum*, cui res retro currunt. Sensus enim est: Cum hinc profectus es, fegetes tuæ jam in herbam erant & farculum spectabant; at cum illinc rediisti, ad *rutrum*, quod Græci σκαπάνην & σκαλέαν vocant, tibi res rediit & ad carceres revocatus es, cùm prope metam jam esses. Nam rutro terram vertere primum est, tum sementem jacere, dein occare, postea farrire, &c. V. Salmasium *ad Solinum p.* 515. 728 & plura *de farriendarum segetum disciplina*, apud Plinium *l.* 18. *c.* 17. & 21.

Sartorium Opus, apud Dionysium *Epigramm.* 91. quod inscribitur, *de Matermoribus opere sartorio*, opus est ex variis distcolorum marmorum cruftis invicem ita commissis, ut unum corpus & unam quasi picturam efficant, concinnatum, uti describitur à Senatore *lib.* 1. *Epist.* 6. Cujusmodi opera *Libolitrota*, *Musiva*, *Tessellata* aliàs dicta sunt; inter quæ tamen discrimen, ut fuis locis videre est. Ratio nominis est, à *sarcio*: unde *Sartorium* propriè opus, variis quadamodo materiis contextum confectumque, ut plerunque *Sartorum* sunt opera. Car. du Fresne *Gloss. & Dominic.* Macer in *Hieroglexico.*

Sarta Tecta, apud Flav. Vopiscum *in Divo Aurelliano, Templum Solis fundavit & Pontifices roborvit, decrevit etiam emolumenta tartis tectis & muralibus*: in *Glossis* exponuntur τειχήρεις Pæstum enim ὀτοβάτους & τειχήρεις Græci dicebant, vel ex novo ædificare, vel *resarcire*. Eadem, τειχήρεις ὀτοβάτους, *subftruo, refarcio*, τειχήρεις, *plicatura, refarcinatio. Substructiones* etiam dicebant. *Gloss. Substructiones*, τειχήρεις. *Substructiones* idem erant. Eadem, *Substructio*, τειχήρωμα, τειχήρεις. Ἔπαγωγοι quoque, quo nomine Græci *farta tecta* dicunt. *Substructio* interpretantur illæ Glossæ. *Substructiones, intersticia*, Salmasius *ad Vopiscum.* Quæ *farta tecta* eo modo locari exque poni solebant, ut redemptores suo lapide, suâ calce ac fui materiâ: deis fartas tectas præberent, certo pretio in singulos annos addicto. Quod fieri solitum in Roma minimo licitantibus, observat Budæus *Annotat. prior. in Pandectas.* Hinc *Sartiectores*, pro iis qui *farta tecta* curabant, posuit Ilidorus *in Glossis*; *Sartiectior*, qui *tectas resarcit*; vulgò *Sarsiator*, malè &c.

Sartago, inter fuppicia Martyrum, V. Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce Πυρόκαυστος: ubi de variis Vivicomburii generibus. In re falinaria, *patella* alias dicitur; de occurrit apud Wigulejum Hondium *in Episcopis Frisingen.* ex *Charta*, *Insuper tradidit ei omne jus, quod habuit in loco Hali dicto, cum Sartagininus &c.*

Sarsina, apud Pomponium, in scriptis codd. pro *Satarchis* & *Sarmatis*. Salmasius *ad Solinum p.* 191.

Sartoria, Gr. σφαιρίστρα, & Textoria, Gr. ὑφαντικὴ, præcipuæ fuit Artium, quæ circa vestes conficiendas occupantur. Nam *Sartores*, quæ & ὑφάνται, non conficiè vestes, sed tantùm jam veteres & usu tritas reficiè: quod ejusdem Artis non esse, *in libro ad Thrasybul.* non semel scribit Galenus. Hyphantice, quæ telas & pannos è lana aut serico aliaque materia conficit, vulgò nostilima est & eleganter describitur Senecæ *Epist.* 90. Rhaptice sive *Sartoria*, pannos priùs necidit, deindeacu consuit, quod *vestimenta concipere* dixere Latini. Servius *ad Æn. lib.* 12. *Sarcinatores concipere dicuntur vestimenta, cùm à diversis conjunguntur & adsuuntur.* Et hodie quidem, tarifilima vestis aliqua conficit, sine Sarcinatoris opera; olim verò parandarum vestium alia fuit ratio. Textores enim vestem absolvebant; neque eorum operâ ut plurimùm urebantur, quos fermo Gallicus vocat *Couturiers*, Latini *Sartores* aut *Sarcinatores*, quæ vocabula refectorem potius vestis, quàm novæ confectorem, denotant. Et quum *pannus* fit acu iuere. *Sutores* tamen Romanis dicti sunt, non illi qui acu vestes consuunt: sed qui coria, in usum calceorum, plato quoque in *Politico*, de artificiis vestimentorum differens, commemorat *vestiveνὸς μαῖος χρωτίνων εἰς ἐσθῆτα, conficientium illam quæ sit perforatione & sutura*: qua generali descriptione *Sartores* quoque comprehendi possent; interim illorum non meminit, sed tantùm σκυτοτόμων, *Artis coria consuendi.* Nec Galenus *lib. cit.* ubi multam facit mentionem earum Artium, quæ vestes Veteribus conficiebant, nostrorum *Sartorum* meminit; solum in eo genere agnoscens Textorium, quadi illa non tantùm pannos conficeret, ut hodie, fed etiam ipsa absolvilet vestimenta. Unde colligere est, eosdem, qui erant Textores & *Sartores* fuisse aut certe longè aliam fuisse olim indumentorum rationem, quàm sit hodie. Evangelista Johannes, de tunica DOMINI agens, utriusque artificii meminit, sed *Sartores* illi manum adhibuisse neg-t, dicens, quod fuerit ὡν τὸν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι ὅλου. V. plura hanc in rem, apud Isaac. Calaubonum *Exercitat.* 16. *ad Annales Baronii fect.* 34. & fupra in *Sarcinator*, it. infrà in voce *Sutor.*

Sartor, cum Adano, Adamorum ubis conditor, memorat. Stephi. Ἄνδανα Κίλικες πόλις, ἣν ἔκτισεν Ἄδανος ὁ τοῦ Σαρδόνος Ἄδανα, *Cilicia civitas, genere neutro. Hanc exstruxere Adanus & Sartor.* Ubi per *Adanum*, primum hominem *Adamum* intelligit Vossius, dicens: *Confitcimus hic, ut Cilices viderit voluerint, Adanum & Sarum, esse Urbis suæ conditores. Nempe quia Adana ab omni hominum memoria fuisset, voluere videri esse pars primi hominis five Saturni vel Adami vel potius in honorem Adami, suum Urbem fuisse vocitatam.* Quod vero & *Sartum* urbem eam ædificasse, ac honori ejus flumen, ad quod extructa fuit, *Sarum* dictum fuisse, idem Stephanus ait, optimè id tum Adamo, tanquam Deo tutelari, unde Urbs dicta: tum conditori Urbis, qui & ipse forsan *Adam* vocatus, convenire videtur: quo modo anti-

quitas vocabuli occasionem præbuerit Cilicibus, natalisque Urbis referendi ad primum hominem, Cœli Terræque filium. Utrique enim competit appellatio שר *Sar*, quod est, *Dominus, Principes*. Unde & Abrahami uxor שרה *Sara*, h. e. *Domina*, vocata est. Quam conjecturam vanam non esse, arguit, quod Stephanus fluvium illum alitet vocatum addit Κύδνον, i. *Dominum*. Nempe, à Syris *Sarus*, à Græcis Κύδνος vocabatur: cùm Cilicize variis in locis Syri Græcique effent permixti, V. Geth. Joh. Voffium de *Idolol. lib.* 1. c. 38.

Safem, apud Arabes, lignum eft ebeni inftar; in plur. *femafim*, eodem nomine dictum, quo *fefamum*, quamvis à fefamo diver fiffimum. Quòd hæc pertinent in *Alcamus*, Sive vel Sivæ, nigrum. *Lignum de patria conficiendum. Aut eft ebenus, aut falem, aut ilex, aut guaiacum, aut quidam in terra Adarbifgan* (id eft, Atropatia Strabonis) *ex qua nempe buccilignum afferuur & nomen fumit.* Idem alibi, *Safim, arbor nigra, aut ebenus, aut liz, aut arbor, ex qua fiunt arcus* Damit in *cap de Simfima*, quod formicæ rubræ gignus eft, dicit hoc idem lignum *femfem* vocari & plur. *femafim*, quod probat ex his Pfeudoprophetæ, de iis, qui in gehenna torquentur: *Exibunt ex igne, poft aliquam in eo moram; exibunt, inquam, tanquam ligna femafim*, id eft, paruer nigri, propter adufticnem ex igne. In quo loco fatvia Commentatores multa hibent mic abfurda. Sed peritiores agnofcunt, ligna *fefamina* eft ebenina ligna, aut ebeno autore fimilia, itaut exufta videantur. Unde lux his Diofcoridis *cap. de ebeno*, Ἔνιοι ἢ τὸ σκοτόμενον, ἢ ἀκριβέστερον ξύλον ἰκρίδος ὄντος, ἀντὶ τοῦτου πωλοῦσι. Quæ Marcellus Virgilius ita reddidit, *Pendunt præbeno quidam fpinæ Indicæ, aut mori, fallente fimilitudine, materiam.* Putat nempe pro σκοτόμενον legendum σκοπάσιον, quia felamum nihil habet commune cum ebeno. Sed neque ïycaminus, feu fycomorus, nifi quòd arrumque lignum eft. Itaque nihil mutandum: *Safamina* enim hic funt ligna illius arboris, quæ Arabicè *fafum* & *femfem* appellatur, & in plur. *femafim* habet. Sed & præter Diofcoridem, Arrianus in *Periplo*, meminit φλοιὸν γραφικώτατον κ. ἑδώδιμον, palangarum *fefaminarum* & ebeninarum, quæ ex Indiæ urbe Barygaïa in Perfidem afferebantur. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. pofter. lib. Icap.* 20.

Sargana, vel *Sargauno*, Hebræis eft animal fex colorum, uti legitur in *Midrafe* feu Commentario Myftico in Legem; fed falsò colorem enim vox notat. Ita enim Syrus Interpres Exodi *c.* 26. *verfu* 14. *Item fac operimentum Tabernaculo ex pellibus arietum rubris & ex pellibus arietum* fosgauno *defuper.* Et Exodi *c.* 39. *verfu* 34. *Et operimentum ex pellibus arietum rubris & operimentum ex pellibus arietum fosgauno.* Ubi arietum pellibus rubris opponi videmus arietum pelles *fosgauno*, ita ut utrumque illi ex æquo coloris nomen. Et quidem Joann. Baptifta Ferrarius in *Lexico Syriaco*, *xanthinum* colorem reddit. Gabriel Sionita *cæruleum*, Exodi *c.* 25. *verfu* 5. & *fubigrum*, Exodi *c.* 35. *verfu* 23. fed Numerorum 19. *c.* 6. rurfus *cæru.eum*. Nempe hofterni Syri hoc faltem fciunt, *fosgauno* colorem effe: fed quus fit color, definire non poffunt. Bochar o videtur effe ὑσσινῶδες, *hyginus*, initiali afpirarione mutatâ in ibilum. De quo Plinius *lib.* 20. *cap.* 26. *Hyacinthus in Gallia optimè provenit: hic ibi pro cocco hyginum vingitur.* Ubi Turnebus in *Adverfar. Hac*, inquit, *Plinii verba indicant, hyggen hyacinthum effe, unde factitium color vocabatur, quem hyginum dicebant.* At in Nicandri *Theriacis verfu* 511. ariftolochiæ flores hygsino rubefcunt. V. fupra in voce *Hyginum* & plura hanc in rem apud Sam. Bocharum *Hierozoici Pare pofter. Lib. III. cap.* 30.

Sata, Magicis artibus alìò tranlata, apud Virgilium *Ecl.* 8.

Has herbas atque hæc poram mihi lecta venena
Ipfe dedit Mæris: nafcuntur plurima Ponto.
His ego fæpe lupum fieri & fe condere filvis
Mærim, fæpe animas imis excire fepulchris,
Atq; fatas alìò viti traducere meffes.

Cui veneficio quodammodo fimile illud, cujus in *Ex.* Bajovar. *tit.* 22. *c.* 8. mentio fit, ubi *Arancearu* vocatur. Cùm viz. arittas feu fpicas illorum, quibus nocere mi malefici volebant, inanes reddebant ac vacuas &c.

Satanæ tradendi ritus memoratus I. Cor. *c.* 5. *verfu* 3. ubi de probrofo homine, non de ordinaria difciplina, fed de majori quadam ac peculiari Apoftoli poteftate, accipitur nonnullis, ex *verfu* 2. coll. cum 1. Tim. *c.* 1. *verfu* 20. & exponitur corporea alia pœna & vexatio, quâ peccator ille caftigitur & domitus, fiquum tandem accipere & Domino parére difceret, ex *verfu* 5. V. Franc. Burmannum *Syn. Theol. Chriff. Part.* 2. *ubi de Difcipl. Eccl.* Communiter verò, *Satanæ tradere* hac in materia, idem cenfetur cum verbo ἀναθεματίζειν, h. e. *excommunicare*. V. fupra; & plura hanc in rem apud Ambrofium *ad d. l.* Theodoretum *ibid.* ubi juffe excommunicatos *Satanam* invadere docet, Alios imprimis Jo. Forbefium *Inftructionum Hiftorico-Theologic. lib. XII. c.* 3. ubi de Anathematis feu Excommunicationis fpecibus ac gradibus, & Jo. Cafp. Suicerum *Thef. Eccl.* in voce hac,

Satanæ Sanctus, à Petro Damiano vocatur Hildebrandus Cardin. qui poftmodum Papa factus Gregorii VII. nomen affumfit, quòd apud Alexandrum II. eum impediffet, ne Epifcopatum dimitteret Oftienfem. *Satan* enim, vi vocis, *Adverfarium* feu *contradictorem*, notat, Dominic. Macer in *Hierolexico*. V. Cl. Suicerum *Thef. Eccl.* in ea, ubi & de phrafi πιεῖν τὸν Σατανᾶν, *tradere Satanæ*, quâ utitur Paulus I. Tim. *c.* 1. *v.* 20. Hinc *Satanianæ* dicti, qui *Satanam*, velut veræ fuæ præfidem, omnimque actionum moderatorem, venerabantur, ut à malo Genio tuti eflent, apud Epiphanium *Hær.* 80. V. iterum Suicerum, ubi de epithetis *Enchiridium*, ut & voce *Satanitæ*.

Satelles, in *Glofis* Græco-Lat. Βασιλικὸς σώματος, Φύλαξ, *Imperatorii latus Regis corporis cuftos.* Solebant enim illi Regium folium circumitare & Principis latus tueri. Unde Statius *Thebaïdos lib.* 2. de Eteocle,

——— *Ibi durum Eteoclea cernit*
Sublimem filio, fepiumq; horrentibus armis:
Jura ferus Populi tranat ingens, ac tempora Regni
Jam fratris de parte dabat.

H. e. *refidemem in folio paterno & fatellitio Regio ftipatum*, Commentar. vett. Et Claudianus,

Non fic ex urbia, non fatellitia pelta,
Quàm tutatur amor.

Sic Lucianus *Necromant.* Τὸ μὲν γὰρ βασιλέως ἢ τύραν βασιλικὸν ἀγαλμάτων, ὑπόρρησις ἐν ἐπιθέτοις, ὡς δορυφόροις πάντοθεν ἐν τοῖς περιπλοῦν εἴη ὑπὸ τῶ δορυφόρων. *Hunc quidem exceptum Fortuna regiftce ornavit, tiaraque impofita & addita ei fatellitibus, capax diadematis cinxit.* Ubi Δορυφόροι, *Satellites* exponuntur, in iisdem *Glofis*, quafi, *Haftiferi*; quòd hoc armorum genere potiffimùm uterentur. Cujusmodi *Satellitium* Regium infigne fuiffe habitum, norat de Sulla Appianus *Civilium lib.* 1. Αὐτὸν δ' εἰσ ἐδ βασιλικὸν ὑπεστρώσατο ἐν ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν ἐν πάλαι ἐπὶ τοῦ ἀρχῆς, καὶ ἐς δορυφόρους ἐπὶ αὐτῷ, εἰν δικτάτορος ὄντος, καὶ ἐς τὰ πέλτας ἐπὶ τοῖς ἀσπίδων ὑγκῶν ἐν φυλακὴν τῶ σώματος ἐκκλησίαν πολλὴν. *Ipfe autem, velut imperans Dictator inter Confules erat. Sedere enim ante ipfum, velati Dictatorem, geftabantur virgini quatuor: quos numero Regibus olim præferebantur: in fuper* Satellitio *ftipatus erat numero 9.* Τὰς δὲ τὸν βασιλικὸν δορυφόρους, vocat Herodianus *lib.* 1. à corpore nempe Regio non difcedentes. Invexit autem Romæ *Satellitium* ufum Tarquinius Superbus, tyrannidis veræ fignum ac præfidium, quæ de re V. Dionyfium *lib.* 4. Decrefcente dein Româ abufus eousque extenfus, ut Regiam quicunque causa ingredientium finus veftesque excuterentur, ut videre eft apud Suetonium *in Vefpafiano c.* 12. & c. Pulchrè Imperatorium Satellitium Corippus de Iciipfit *l.* 3.

——— *miratur Barbara pubes*
Ingentes aftare viros, fcuta aurea cernunt,
Pila, fufpicium alto phrafibanica ferro
Aurea, & auratos conos, craffifq; rubentes
Horrifico cono, fparaq; inftare fagittes,
Cetteraq; egregie fpectans miracula pompæ,
Et cremum alium Romana Palatia celum.

Apud Cafpar. Barthium *Animadv. ad Statium d. l.* V. quoque infrà in voce *Sturra*, item fupra in vocibus, *Armiger, Buccellarius* &c. Addam hic faltem, ex Car. du Frefne, infignem locum, qui occurrit in *Annalibus* Fuldenfibus *A. C.* 880. Normanni fupe. « riores exiftentes, duos Epifc — & duodecim Comites his nomi- « nibus appellator — occiderunt. Præterea 18. Satellites Regios « cum fuis hominibus profravcrunt, quorum iffa funt nomina « &c. Ubi *Satellitum* nomine ei videntur intelligi Palatini Proceres dignitate tamen Comitibus inferiores, fed quibus alii fuberrantadeò ut Regii corporis cuftodiæ Præfectos, fuiffe conjiciat, eosque quoshodie *Capitaines des Gardes* Galli vocant.

· *Sathaniani*, Hæretici memorati Dominico Macro in *Hierolexico*, in voce hac *Euchitæ*, *Pretcatores*, *Sathiani*. V. fupra.

Sativa, circa Vergiliarum occafum hebat, in Græcia fere omni & Afia, Plinio: *Æftiva*, quæ aeflate ante Vergiliarum exortum « feruntur, ut milium, panicum, feſama, horminum, irio, Ita « liæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Afia omnia Vergilia- « rum occafu feruntur. Quæ verba abfolutè accepta locum non habent, quum & Græci milium, panicum, fefamum aliaque pariter æftate ferarent de θέρους fimiliter nuncuparent. Nec quòd Hefiodus, *qui primus omnium de agricultura præcipit*, ut is ait, unius tantum fementis meminit, propterea unum tantùm apud illos ferendi tempus, quum tam tantum fementis Autumnalis, veluti præcipuæ, mentionem fecit tantùm Poëta ille in Rufticis γεωπόνοις. Fuiffe vero, quæ & verno tempore Græci *ferarent* & æftivo, Theophraftus docet. Similiter Xenophon *in Oeconomic.* fementis hibernæ tantùm meminit, quæ frumenti eft, quo præcipuè vita conftat, ejusque tempus affignare videtur per illos imbres, qui fequuntur ab occafu Vergiliarum fentimo fere die, quosque idem Theophraftus appellat ὑετοὺς τοὺς Πλειάδος ὄψιμους. Idcò vero Xenophon poft Vergiliarum occafum fementem rejicit, quia in madida *feri* vult: At aliis placebat in ficca ferendum, qui proin Vergiliarum occafum præveniebant. Itaque legitimum fementis tempus præcipuè tricitcæ, in Attica & Græcia omni fuit, ab occafu Vergiliarum, additque Xenophon, multis damnis affici, qui ferunt, σχεδιάζοντες ἔτι, *antequam Deus fignum dederit*, ut Plinius vertit, elegantèr & erudite. Καλῶσι enim dicebatur horator, qui per- tica

tiesa seu portisculo remigibus signum dabat remigandi cessandique. Sic Prætor mappa signum dabat emittendarum quadrigarum; Coryphæus endoli nunc pede dabat: Ita secundum Xenophontem, Deus serendi signum dabat imbre. Item autem totum illud tempus ἐν ᾧ μάχεται, & μέσον ἡ ἐνδυομὴ distinguit. Et quidem felt nata latio a Virgilii tum vocali incipebat, deducitque ἀφ᾽ οὗ ἄρχεται & ἕως τοῦ τέλους seronina certa Brunam: Hinc ἐνδυόμενον vocat Hesiodus, qui circa illud tempus ferit; contra πρωϊόγεων, quæ a Virgiliarum occasu. Vide indefelt, quod Plutarchus Πυανεψιῶνα Atticum mensem, ἐνδεκάτῃ μάλα vocat & circa Virgiliarum occasum ponit; cujus septimâ ἐν Πυανεψίοις faciebant, quod eras sacrificium *præsentibus*: eo enim facto sementem aut, incabantur. Unde etiam Ἐτησίους pro foribus constituebatur, omni genere fructuum & pomorum onusta &c. Grate autem *Satirnus* ajunt paffim in vocat Hesiodus, h. e. *arationem*, quia tertia aratione fara inarabantur, cum de prima aratione, δευτεραῖος, de secunda, τριτ᾽ ἀροτος de tertia dicat. Sic de gnis adventu,

Τὴ δ᾽ ἀρότου ὅρον οὖρος ὑπὸ κληδὼ ὀρνις.

Hanc sementis signum affert & hyemis tempus.

Ita alibi apud eundem ἄρου est *feres*. Atque ita vett. Romani interpretati sunt. Inde ἄρια Græcis, *pratum, campus arabilis*: Siculis ἄρουα, unde *arvus & arvum*. Ab ἄρου vero verbum ἄρω & ἄρομαι, quæ vox *terram aratam* notat, fed eam maxime, quæ *fata* est, Latinis *fegez* &c. Quam in rem V. Plinium *lib.* 18. *capp.* 3. 21. 24. & quæ erudite congessit Salmasius *ad Solinum p.* 730. & 1097. Præge autem *Satini*, apud Romanos. Deus *Satur*, de quo mox.

Satnicus, dicebatur apud Croatas & Hungaros Prætectus regionis, quæ centum armatos dare poterat; in quorum locum luc cessere *Knezi*, h. e. Comites, Joann. Lucius *de Regno Dalmatiæ lib.* 6. *cap.* 1.

Sator lea *Jesor*, inter Deos Agricolas Romanorum, qui *fationi* præerat. V. *Jupiter* voce *Jesius*.

Satrapa, & *Satrapes*, Perfica vox, Provinciæ Præsidem significat: ut in Textu Graeco Danielis *cap.* 4. Σατράπαις. Unde *Satrapia*, provincia quæ *Satrapæ* administranda concessa est, apud Curtium alibosque, qui de rebus Perficis agunt, paffim. Sed & in *Charta Æthelredi* Regis Angl. poft Duces, fubcribunt aliquot Viri nobiles, cum tit. *Satrapa Regis: quæ appellatio*, inquit du Freine, *eadem, ejt forte quæ Minittri*. Sidonio *Satrapes* dicitur, *Carm.* 12.

Quis rig, fodes fub Rege Satrapes ——

Satria, gens Romana, de qua V. Cafaub. *ad Sueton. de Grammat. & Rhet. p.* 736.

Satum, aridorum menfura, in Palæstina, quæ fecundum Zachariam Chrysostomi Epist. *in Comment. Evang. c.* 74. continebat modium cum dimidio: alii tamen unum modium capere existimant. Syriaca vox eft *Saato*, & occurrit Numerorum *cap.* 5. *versu* 15. 1. Regum *cap.* 25. *versu* 18. 2. Paralipom. c. 2. *versu* 10. Matthæi c. 13. *versu* 33. Lucæ c. 3. *versu* 21. Joanni de Janua, *Genus est mensuræ, juxta morem provinciæ Palæstinæ, unum dimidium modium capiens: cujus nomen ex Hebræo sermone tractum est. Satum vero apud eos nominatur sumtis vel electis: eo quod, qui metitur, eandem mensuram sumat & teret. Et sit aliud Satum mensura fextariorum 22. capax, quasi modius. In 17. Gen. dicitur, Accetera, aria fata farina simila commixe, & fac subcinericios panes.* Bezæ *tria* illa *fata*, de quibus Matthæi *d.l.* Οὗ ἐκρύβη ἐν βασιλεῖα τ᾽ θεοῦ ἔζμ, ὃν ἀνθρωπος ἔλαβε ἐκρυψεν ἐν ἀλεύρου σὰ τρία, ἕως ἐζυμώθη ὅλον, *Similis eft Regnum cœlorum fermento, quod accepium mulier condidit in farina fatis tribus, donec fermentatum sit.* Quintianus epha, five modii quatuor & femis. Nam addit בְּאַת *Judæos menfura fuit rerum aridarum, fesquimodium capiens: quam ter continebat epha. Sed exftim: nonnullos intempeftive in hac mentura philosophari*, V. cum *Annotat. ad N. Teft.*

Satura, an à carminis rerumque varietate; an à *Satura*, lance, quæ referta multis variisque primitiis Diis olim in facrificiis offerebatur; an à lege *Satura*, quæ uno rogatu multa simul complecterbatur; an à *Satyris*, quod in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæque feriberentur; an ab Hebraico שָׂתַר, *à latendo*, quòd raro in eo aspectum, hominum veniret? dicta, parserat olim Tragœdiæ accessoria, quæ, actu absoluto, ad leniendam atrocitatem, introducebatur, cum scommatibus & jocorum petulantia. Poftea extra Scenam excoli cœpta, in peculiare Poëma exercevit, adeoque cum Chorus è Comœdia fublatus esset, in ejus locum adfita est; ita, ut ait Volant. Tragœdia fublata in illud Comœdiæ genus migravit. Quanquam Scaliger videtur hanc *Saturam* Comicam, *Mimum* appellare, *Poetic. lib.* 1. *cap.* 10. &c. Quorum quidquid fit, Tragica certè *Satura* portius est, quàm Comica: vicifim Mimus Comicus potius, quàm Tragicus; cum *Satura* severitatem, Mimus verò ridiculam gesticulationem in jocis fere usurpet. In Latinis autem Tragœdiis *Satura* non fuit, fed in novum planè Poëmatis migravit genus, (auctore Lucilio, majore avunculo Pompeji Magni) quod Græcis ignotum, ut teftatur Quintilianus. Metrum etiam mutatum est: cum enim Lucilius primò usus esset Jambis, eos poftea in hexametros vertit primusque *in ea fi ftylum acuiffe*, ob virulentiam, Plinio dicitur: & cum antè agricolæ genio indulgentes alternis versibus opprobria ruftica fudifient, uti docet Horatius *Epift.* 1. *lib.* 1. poftea confuerudo in pompas & folemnes Deorum ludos abiit, ut etiam iſ *ἀκρόδρυα*, i. *plaustro*, convitia & scommata in quosvis obvios libere dicerentur. Confer Horatium *Sat.* 4. 1. *Serm.* & *Epiſt. 1. lib.* 2. Hanc *Saturam* novam Latinam definire licebit, *poema multiforme mordax & jaſſum, ad corrigendos hominum mores accommodatum.* Modò enim ἰαμβοειδὲς, modò ὁμοιομετρικὸν, modò μικτὸν carmen eſt, ut ad certum genus referri non poſſit. Materia eſt turpitudo ifta & infectatione digna: poſtulat ingenium verſutum & fagax, amat varietatem rerum: cebras item & acutas fententias, numerosque humiles & idcirco negligiores, quem ipsum negligêtum proculru habet. Ne verò potentiores in irritarent, ficti utebantur nominibus Veteres, aut vera nomina ex hiſtoriis ſimilibus ſumebant: quemadmodum Neoterici ſe leteratum nomina è Veteribus mutuò ſumunt aut è Græcis effingunt nova. Portò partes certas nullas habet, uti nec certam diſpoſitionem, elegantem tamen eam vult: quemadmodum & ſtylum, vulgarem quidem, verum purum & præſenti negotio poſcit accommodatum. *Quis enim ferat contrapoſitis & confimilibus irafcentem, flentem, gaudentem, deprecantem, sibi atrocitate, invidiâ, miſeratione opus eſſe? Cum jam cura verborum deroges affectibus fidem, & ubicunque ars oſtentatur, veritas abeſſe videatur*, Quintilianus *lib.* 9. Verba obſcura reſpuit, quam ob cauſam Auſonius, Lucretius, Juvenalis prudentiſſimè alicubi Græca vocabula interſeruere, quod flagitia & arcana quædam neutiquam Latinè dicenda putarent. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetic. lib.* 3. *cap.* 48. & *alibi paſſim*, Taubmannum *ad verſ.* 129. *Cuticis Virgil.* l.l. Gyraldum *Dialog.* 6. *Hiſt. Poet.* Dan. Heinſium *Diſſertat. Horat. de Idea Satyræ Horat.* Auctores Poeticæ Gieſſenſis *lib.* 2. *c.* 9. &c. In hac Satyros, eosque nudos, qui ſaltarent & acuta dicta in hominum mores evibrarent, fuiſſe introductos, Hor. *de Arte Poët.* docet,

Carmine qui Tragico vilem certa vit ob hircum,
Mox etiam agreſtes Satyros nuda vit.

Illos verò à Sophocle, ut aiquando ſuam gravitatem Tragœdiæ recideret, rejectos fuiſſe, teſtis eſt Ariſtoteles *lib. de Arte Poët.* Receptos poſtea à Latinis in Comœdias, primumque inductos à Livio Andronico; exin verò à Juventute remotos elle, & in fabulas Atellanas demigraſſe, videtur indicare Livius *lib.* 7. V. Aldum Manutium Pagii ſil. *Comm. in Horatium loco cit.* Floruerunt poſt Lucilium memoratum *Satyrici*, à *Satura* dicti, Terentius Varro, Horatius, Juvenalis, Lucretius, Auſonius, Perſius, alii: è quibus Horatius feſtivus denſior occultiùs quàm reliqui vitia tetat, falliorque & jocoſior cenſetur; Perſius tetricus habetur cenſor, ſevetior & triſtior, Juvenalis petulcus exagitator, petulantior ac obſcœnior, judicatur. *Princeps Satyricorum* à Scaligero Juvenalis præcipitatur, ob elegantiam verſuum & acrimoniam ſententiarum; Heinſius tamen Horatium reliquis anteponit, &c. Aliud erat *Satyræ* genus, quale Pacuvius & Ennius ſcripſiſſe leguntur, *carmen nempe anod ex variis Poëmatibus conflabat*, ut inquit Diomedes: quæ *Satura* Enniana à Lucilliana, de qua ſuprà differebat tum in genere carminis, quo vario Ennius uius eſt, tum inprimis in materia & tractandi modo. Nam ſpectavit quidem ad morum doctrinam utraque: ſed Lucilius multò magis, quàm Ennius, perſonis ad-hæſit, & quia pluresſemper magis, quàm boni, in notandis aliorum gandisque vitiosis, plurimus fuit: Qua in requoniam ſummâ libertate uius erat, nominibus etiam Magnatum & in Rep. potentium adjectis, vitus dictusque eſt, mutato genere metri & fabeie Poëtico, priſcam Athenienſium Comœdiam reduxiſſe. V. Anton. Thylium JC. *Notis in Gellium lib.* 1. *c.* 16.

Saturnalia, adde: Iisdem bellum ſumere, nefas habebatur; quemadmodum & pœnas à nocente iis diebus exigere, placulare erat, teſte Macrobio *loco cit.* Primùm ea celebrata fuiſſe à Noëaho, tempore diluvii, in Arca, menſe 10. eo die, quo primùm juga montium ex aquis apparere cœperint, ac dein ſingulis annis illum & em teſtum fuiſſe, pluribus contendit Goropius Becanus *lib.* 4. *Orig. Antwerp.* quem *Genia* inſtruplit. Hoc certum eſt, multo ante Romam conditam non in Italia modò, ſed & in Græcia illa floruiſſe: Unde eorum Auctorem quidam Janum, alii Hercu lis comites in Italia relictos nonnulli Pelasgos, in Deucalion I ſil. delatos, faciunt, ut apud eundem Macrobium videre eſt. V. quoq; Jac. Oiſel ium JC. *Not. in A. Gellii ſil.* Saturnalia *Athenis agitabantur, hilarè prorſum & modeſte, l.* 8. *c.* 2. Et primùm quidem Romæ ad d. 14. Kal. Jan. celebrabantur per anticum diem poſtquam verò C. Cæſar in anni emendatione, huic menſ. duos dies addidit, 16. Kal. Jan. agitari cœperunt; quâ re factum, ut eum vulgusignoraret ſertum *Saturnalium* diem, nonnullique à C. Cæſare, incerto die, & alii veteri more celebrarent, plures dies *Saturnalia* ſerve ent. Quod Auguſtus Imp. confirmavit, cum in Legibus Judiciariis triduo ferias eas juſſit ſervari. Quanquam & apud Vett. vel 7. dies ea peragi conſuevisſe, Nonius & Mummius; vel ſaltem triduum viguiſſe, Mallius, tradant. Inter alia verò munera, cereos inprimis miſſitari ſolitos, legimus, vel

quòd

quòd Saturnus luminibus accensis coleretur, vel ut significarent, hoc Principe, à vita rudi ac inculta, ad politiorem, tanquam à tenebris ad lucem, se traductos fuisse: Cùmque Patroni nimis avare, hac occasione, munera à Clientibus exigere solerent, Pub. ius Trib. Pl. tulit, ut non nisi certi prædicti diebus mu-nera tenerentur. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 4. cap 16.* Horatius *libertatem Decembrem* hoc Festum vocat *Sat. 7. lib. 2.* V. quoque Athenæum *lib. 14.* & Dionem *lib. 58.* Cujus rationem, ex mixto cultu Naturæ & Adami, arcessit Vossius, per Saturnum non alium, nisi primum Parentem nostrum, indigitans. *Naturâ enim omnes liberi nascimur, eoque antiquissimus temporibus, quibus natura jequebantur ductum, homines iernato ani libertate in nihil dissingebantur* tenus vivebam *Saturnalia* servantes. V. Vossium ut citatum de *Orig & progr. Idolol. lib. 1. cap. 18.* Neque verò ad dominicam solùm mentem Dominis præministrantibus tedebant his feriis servi, sed & vetlem cum iis communi rabant, teste Dione *lib. 8.* ut (præter rationem jam allatam) hac comitate obstricti, in Dominos obsequiis parationes essent odiaque invicem ac offensiones dimitterent: *Fidelius enim & gratius semper obsequium est, quod ab amore, quam quod a metu profisciscitur*, Seneca *de Clementiam.* Alius fuit Servorum festus dies, de quo Sene ca *Epist. 47.* ille enim in Eidus Augusti, quòd eo die Servius Tullius servâ natus esset, incidebat. Tit. Popma *de Operis servorum.* V. & *infrà.*

Saturni Ærarium, V. suprà *Ærarium.*

Saturnii Baptismus, apud Augustinum *c. Crescon. Gramm. lib. II* 2. 7. V. Planeorum System. *Theol. Gentil. pur. cap. XIV. de Sacramentis §. ult.* & suprà, ubi de *Baptismo.*

Feri Priscis &c.

Saturninus, optimus Ducum Galliens temporibus, fed à Valeriano dilectus est. Hic quoque, quum dissoluionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non posset, & milites non ex emplo dm, oratoris, fed uos, regeret, ab excubitus fumpsit Imperium, Vir prudentiæ singularis gravitatis insignis, vitæ amabilis, victoriarum barbararũ, etiam ubique notarum. Hic eâ die, quâ eft amidus à militibus ꝓplo ſe peratorio concione habitâ dix ſſe ferat: *Commilitones, donum Deum preſidiũ & meum Principem recipite.* Denique quum multa iterumque in Imperio feciſſet, quod eſſet ſeverior & gravior militibus, ab iisdem ipſis, à quibus factus fuerat, interemtus eſt Hujusinſigne eſt, quod convivio diſcumbere milites, ne inferiora denudarentur, cum fag.igiuffit, hyeme gravibus, aſtate perluecidis, Treb. Pollio *in XXX. Tyrannis.*

Saturninus, Orientis Imperium arripuit, ſub Probo Imp. Quo, poſt varia præliorum genera, ſuperato & *vitâ, tanta in Oriente quies fuit, ut, quemadmodum vulgò loquebantur, mures re-belles nullus audiret*, Vopiſcus *in Probo.* Oriundus fuit Gallis. Cui Aurelianus Imp. limitis Orientalis ducatum cùm dediſſet ſapienter præceperat ne unquam Ægyptum videret, & mente quidem divinâ. Nam ut primùm Ægypti magnam poteſtatem adſe veniſſe viderunt, ſtatim clamaverunt, *Saturnine Auguſte, Dii te ſervent.* Et ille quidem de Alexandrina civitate mox fugit, atque ad Palæſtinam redit: ubi tamen, quum cogitare cœpiſſet, rutum ſibi non eſſe, ſi privatus viveret, depoſità purpurâ ex ſimulachro Veneris, cydade uxoriâ militibus circumſtantibus amictus & adoratus eſt Memorabilis eſt concio quæ ad Milites, quum eum animarent vel ad vitam, vel ad imperium, apud Vopiſcum laudatum, qui cum obſeſſum tandem in caſtre quodam, ab iis, quos Probus miſerat, in vito Probo jugulatum eſſe, addit.

Saturninus à Tucca, Confeſſor, in Concilio Carthaginenſi, in Marcionitas invectus, Ethnicis illos deteriores eſſe oſtendit: *Gentiles*, inquiens, *quamvis idola colant, tamen ſummum Deum Patrem Creatorem agnoſcunt & confitentur, in hunc Marcionitæ blaſphemant.* V. Joann. L. Ruellium *Hiſtor. Concil. Tom. I. Perie. 3. Sylloge* 31. *p* 845.

Saturninus Mons, adde: Hic quia tutiſſimus & provida Naturæ manu, adversus injurias hoſtium, ſituque munitus erat, Plut. *in Romanis Quæſt. cap.* 42. in Æde Saturni Ærarium ſuum eſſe Romani voluerunt: primo Val. Publicola rei Auctore, ut diſcimus ex Macrobio *Saturnal. lib. 1. cap. 6.* Qua de re lic quoque Tertullianus *Apologet. cap. 10. Si quæ rerum argumenta, nos quum humana fidelium, quàm apud ipſam Italiam, in qua Saturnus poſt multas expeditiones, poſtquam Autica hoſpitia conſedit, exceptus à Jano, ut Sallu-volunt. Mons, quem incoluerat*, Saturnius *dictus*; *civitas, quam depalaverat*, Saturnia *usque nunc eſt : vita denique Italia poſt Cronvium* Saturnia *cognominabatur. Ab ipſo primum tabula & imagine ſignatus nummus & inde Ærario præſides.* V. Jo. Rosinum *Antiqq. lib. 7. cap. 31.*

Saturnus, adde: Regem fuiſſe Aboriginum Eufebius docet, quem ad modum & Jenum, ſed ita ambo Indigetes fuiſſent Romanorum Dii, cùm tamen ad Deos Selectos pertinuerint, quales octo, præter duodecim Conſentes, habuere. Quare non animales, ſed naturales fuiſſe hos Deos, h. e. non humanæ, ſed mundanæ Naturæ appellationes, oſtendit Vossius, *de Idolol. lib. 1. cap. 23.* Error vero hinc ortus, quod cùm Romani facta ſua haburint vel ab Albanis, qui à Phrygibus oriundi, vel ab Oſca, Sabinorum Gente, vel Thuſcis, qui teſte Servio ex Aſia venere ; Adami primi parentis cultum, qualis in Aſia vigebat, ſub Jani *Saturnique* nominibus accepere & cùm ſierent, Reges antiquis ſolere temporibus inferi ordinibus Deorum, facile ſibi perſuaſerunt; unumque Latii fuiſſe Regem. *Saturni* autem ſub ſchemate Adamum latuiſſe, varia pr bant ; ætas aurea, antiquitas Pœnnini, Imperium in omnia, ſtatebræ pudendæ, expulſio e regno, agriculturæ ſtudium, ortus è Cœlo & Tellure, cultus, tandem apud Græcos Romanosque, ut pluribus probat Vossius præſatus *cap. 18. lib.ix.* Sed & in eodem conſervatæ nobis reliquiæ quædam de Patriarcha Noacho. Namque hic primus omnium, qui poſt cataclysmum vixere, iterum Imperium habuit in omnia & inter tres filios ſuos diſtribuit; quibus ſimilia de Jano in *Saturni* fabula reperies. Fortaſſe & Patr. Abrahamus in *Saturno* cultus eſt ut videtur colligi poſſe ex loco Porphyrii ab Eusebio adducto. *Præp. Evang. lib.1.* obi *Saturnum ſuum unigenitum in ara ad hoc extructa immolaſſe*, refert. V. Voſſium *loc cit.* Cum ſtellam vox notat, modò ſupremum Planetarum, modò ſolem, ſignificat. Quod enim de vinctis, à jure injuſtis, de imperio in animas, de Sapientiæ præſtantia &c. dicitur, ad Planetam ſupremum ſpectare, eruditè notum Voſſius oſtendit *lib. 2. cap. 32.* Quod *Κρόνος* item dicatur, quod *Βολιάτης*, quod libros ili immolaſſe Placentes leguntur &c. id ad Solem qui a, ſe referri poſſit, docet idem *lib. 12 cap.4.* Et quidem cùm ſupremus Planetarum voce hac indigetur, nonam illius apud antiquos fuiſſe ex dubius primis literis nominis ejus, quo Græcis a, pellatur, conflatam, adeoque eum hac effigie primitus deſcri, tum *Κρ*, id eſt, *Κρόνος*, notat Salmaſius *ad Solinum p.* 1237. & 1238. A quo initio per quos gradus itum ſit ad hodiernum ejus ſignum ♄, ibidem docet. In deſcriptione Africæ reg. Urbis Romæ, apud Rosinum *lib. 1.* trium ædium ſacrarum *Saturni* mentio fit, duarum item ararum, unius arcæ, luci & ſacrarii: primusque ei eam Romæ voviſſe, ac extruviſſe, in Capitolino monte T. Tatius Sabinorum R. legitur, apud Dionyſ. Varionem & Auguſtinum. *Saturni* & Opis tem plum Tullum Hoſtilium, eo tempore, quo cum Sabinis bellum gerebat, voviſſe, idem Dionyſius *lib. 3.* teſtatur: quo tempore primùm inſtituta fuiſſe *Saturnalia*, Macrobius ait *Saturnal. lib. 1. cap. 3.* Alia quæ ædes fuit, in Clivo Capitolino, incertum à quo conditi. Livius anno 256. U. C. A. Semp. Atratino, M. Minutio Coſſ. templum *Saturni* dedicatum eſſe ſcribit, quod & Dionyſius Halicarn. affirmat, in clivo illud prædicto colloeans. Quod quidam ſcribunt locatum à T. Largio ſuperioris anni Conſule, quidam à Tarquinio Sup. dedicatum vero ex SC. à Poſt. Cominio. Macrobius ex Varrone notat, L. Tarquinium R. eam ædem faciendam locaſſe, T. vero Largium Dictatorem Saturnal. bus dedicaſſe. Et hanc quidem ædem, Ærarium fecit M. Valerius Poplicola, Plutarchus ait, Romanos Ærarium, Romam undecunque miſſos, accedere neceſſe erat, ut ibi nomina ſua Prætectis ærarii darent, à quibus antiquitus hoſpites munera accepere. In eadem contractuum monumenta, Acta, quæ ſuſcepta liberis Parentes faciebant, nomina item civium Rom. in Elephantinis hibris, adſcribabantur. Ejusdem ædis faſtigio Tritonas cum buccinis ſuperpoſitos, à *Saturni* commemoratione ad noſtram ætatem hiſtoriam ejlaram eſſe & vocalem, cùm antea muta, obſcura & incognita fuerit, ſignificaſſe, indicat Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap.* 8. Meminit tandem & ædis Saturni, à Munacio Planco extructæ, Suetonius: quæ tamen ex vet. aliqua fuerit ab ipſo refi cta, an prorſus nova, incertum eſt. In omnibus autem hiſce ædibus, *Saturni* ſtatuis vincula fuiſſe injecta, quæ feſto ipſius ſolebantur, in memoriam fecuritatis ac felicitatis, quo ſub eo mortales fruiti, docet Lucianus in *Saturno* & Arnobius *adv. Gentes.* Quo alludens Martialis *lib. 3. Epigr. 29 ait,*

Hæc tum genialis conpeda dedicat cætera an,
Satu nc, ibi Zoilus, annulos priores.

Ubi Scholaſtes notat, *Servos libertate donatos, compedes & catenas* Saturno, *in cujus clientela eranſervi & qui proin Romæ in compedibus lanes videbatur, ſacraſſe.* Statius quoque, *l.1. Sylv. ult.*

Saturnus *mihi compede exolutus,*
Et multo maldixo mero Decembri,
Et videns Jocus & Sales proservi
Aſſiſtu.

Illi in eadem Urbe ſacrum aperto capite, cùm aliis Diis teſto ficret, factum fuiſſ, diſcimus ex Fulgentio *Mythol. l.3.* Feſto Pompeio *lib. 17.* Servio *ad Æneid. lib. 3.* Meurſium *Exercit. pàrt. 2. cap. 21.* &c. De *Saturnalibus*, quibus ceſſabat Senatus, neque convocari potuerunt Patres, neque judicia ulla peragi, Sueton. *Augusto cap.* 32. & obid nec Cauſidici in Forum ventitabant, Martial. *lib. 8. Epigr.am. 27.* Feriæ etiam ſtudiorum clauſeque ſchole erant, Plinius Jun. *lib. 8. Epiſt. 7.* dona paſſim per Urbem conferebantur, & ludendi concedendique cum Dominis aqua ſervis libertas vigebat, Tibull. *lib. 1 Eleg. 3.* V. poſt Macrobium, *Lipſium lib. Saturn. dub.* & paulo ſupra in voce *Saturnalia.* A *Saturno*, fa-miliarum nobilium Regumque, qui urbes conditerunt, feminis-mos, *Saturnios* olim vocari conſueviſſe, in *lib. de Æquivocis*, qui Xenophontem præ ſtet Auctorem, ſcriptum eſt. De *Saturno* planeta, ut pauca addam : Hugenius Belga Planetam novum prope

prope *Saturnum* detexit, qui, Lunæ instar, 16. dierum spatio *Saturnum* circumit periodum; suam absolvit. Idem & *Saturnum* annulo circumvinctum esse, primus intuitus est telescopio pervisit, Jac. Oiselius JC. *Nouis in A. Gellium lib.* 14. *cap.* 1. Gerh. Joh. Vossius, duas stellas noviter inventas, quæ veluti individui comites semper *Saturno* assistant, memorat *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 34. *fub fin.* &c. V. quoque de *Saturni periodo* & Magno Anno, Salmasium, *supra laudato Opere pag.* 564. Addam vobis hoc de eorum amento hujus Idoli. Coronari *Saturnum* (quod honoris primo illi contigisse nonnulli volunt) ficis recentibus contuevisse, colligit inde Palchalius, quòd Cyrenenses, cum rem divinam illi facerent, simili modo redimiri iolitos, tradit Macrobius, *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 7. V. eum *Coronarium lib.* 4. *cap.* 2. &c.

Nomina Saturni apud varias gentes varia.

m. Baldeus, Bäl, Hta. apud Phœnices cultus *Saturnus* fuit, Damascius apud Photium *cod.* 242. Hæc vero esse solent, ostendit Servius de Bello Phœnice, Idem Palmyrenis *Agrippa*, Oribus *Dominus*, appellatus est; quod Soli apprimè, quem *Saturni* quoque nomine cultum fuisse notum. convenit. ß. Cronus, Gr. Κρόνος, q. *Χρόνος*, i. *tempus*, Soli enim temporis auctor, Græcis dictus est. Unde *Κρόνια*, i. *Saturnalia*, γ. Ilus, à Phœnicibus quo que dictus est, uti docet Sanchoniathon apud Euseb. *Pr. Evang. lib.* 1. *Ἴλου τὸ ὄ Κρόνος*. Ex *Il*, Hebr. *El*, quod unum ex decem Dei nominibus, Hieronym. *Epift.* 136. *ad Marcellam*. *Ὄνωδ*, Saxonibus olim appellatus fuisse, quod Cranzius in *Saxonic lib.* 2. *cap.* 12. ubi hoc Numen Harteiburgi in Saxonia veneration fuisse, ait. Et certè *Saturno*, temporis Præfidi, illa Crodi seu Crodonis effigies convenit, quam Georg. Fabricius *Origin. Saxon. lib.* 1. proponit his verbis: *Mafforia habebat speciem, qui cinctum lineum gestans, dextræque ferens rafium rufis repletum, & finistra cruda rotam curtis pedibus nudis insistebat; pisi squamoso & aspero, quem peromatum. Quam statuam, ut & alias Numinum, dejecisse memoratur Carolus M. Saxo quoque Grammaticus lib.* 1. Saxonum hos Deos refert, *Crodum*, Humam, Irmam, Flinnum, Sibam. Fortè à Græcis litterarcolis & cultum & nomen Idoli, ex Κρόνος levi immutatione factum, accepere. v. Lampon, Gr. *Anjuron*, ab Ægyptiis appellarus legitur apud Auctorem *Chron. Alexandrini*, p. 209. ζ. Molochi nomine cultus est ab Orientalibus, Judæis imprimis Idololatris. V. supra in hac voce. ϑ. Nemelis, *Saturni* Ille ab Ægyptiis quoque dicta reperitur, apud Artemidorum, Tatium in *Στέφει* p. Priapum eadem dicta, licet posteriùmus, boni omnis causa, vocitata est, apud eundem. V. quoque Auctorem *lib. de Mundo* & Appul. junctæ *de Mundo*. ι. *Satur* vel *Saturn* videtur Celtis olim (*Saturnum enim vulgò maximè ad Occidentem tiebant*, Cic. *de Nat. Deor lib.* 3.) dictus, eo quòd hodieque septima feria *Saterdag*, id est, *Saturni dies*, appellatur. Nili ex Latino *Saturni* nomine hanc appellationem eas deflusisse, *a Saturnus* Latinis item *a Stercutius*, quod ipse primum literas excudisse traditur. Agris stercubius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 7. V. quoque Rosinum *Antiqq. Rom.* l. 2. *c.* 4. *cum Paral.* Dempsteri.

Saturnus, in coloribus, Græcè *κρόνωρις*, idem quod *anfiretum*, *πυρρὸν*, cùm viz. plus coloris inditur, quàm *Jaminis*; tum enim fuscior & obscurior atque adeò tristior color evadit. Sic *fauræ purpuræ*, veritlimæ viz. & meracius imbutæ, seu *ad plenum*. Ut Jul. Capitolinus in *Clodio Albino* ait, *Nam & hos albos purpureis ad plenum colorem cornibus natos eft*. H. e. cornibus colore ad plenum purpureis. Interdum verò, quia plenum & saturatum colori etiam accedit lumen intensius ac vegetius, *Saturnus* etiam vocatur, quod multum habet luminis, cum plurimo ac pleno colore: atque tum ab excitato non adeò differt. Sic *κόκκος* & *πυρρὸς*, *austerum & amarum*, tam tristibus dant & pleno colore faturis, quàm florido & acuto lumine excitatis: V. supra in voce *Austerus*, item *Excitatus*. Uti autem *fatura* & *obtusa* dicuntur latine hujusmodi, ita eadem metaphorâ *potare* colorem dicuntur. Solinus cap. 33. ubi de Hispania, *Fucum vellera, quæ ad tinctum venium epotent cocci venenum*. Et Plinius, de purpura tingenda. *Quimi tanta potas hôrti, ruísusque mergitur carminata, donec omnem exhibat fanicem*. V. Salmasium *ad Capitolinum d. l.* & *ad Solinum pag.* 268. 345. &c.

Satyra, teste Diomede *Gramm. lib.* 3 fabula fuit, in qua Tragici Poëtæ non Reges aut Heroas, fed *Satyros*, inducerunt, ludendi jocandique causâ, ut Spectator inter res Tragicas feriatus, à gravitate quotidianorum negotiorum abduceretur. Saturejus quâ in voce V. *supra*. Erat autem *Satyrorum*, in ludorum pompis, Sicinnem referentium Græcaniam, habitus hic: Distructi erant tunicis hirsutis, quas quidam *Scorteas* appellant, habebant que amicula consertæ ex omni florum genere; Al. ex hircinis tergoribus campestria fetæque horrentes in vertice & similia erant. Hi ferias armatorum præcedentium saltationes ridicule imitabantur, illas per ludibrium depravantes, quibus lusibus *Satyrici* falibusque jam inde à prisci seculis delectatos fuisse Roma nos, ex triumphis apparet in quibus iis, qui Victores deducebant, jambos & dicteria in illos jaciendi venia dabatur. Quemadmodùm Athenis solebant pompam in plaustris ducentes, scommatibus obvios quosque impetere. Quin & in illustrium Virorum funeribus pompis inter alios feretrum præcessisse saltatores *Satyricos* legimus, qua de re V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 23.

Tom. II.

Scena vero *Satyrica*, ornabatur arboribus, speluncis, montibus, viridantis & rebus agrestibus aliis, in topiarii operis speciem quibus dein variam accessisse ornatum dictimus, ex Valerio Maximo *lib.* 4. V. iterum Rosinum *ejusdem lib. cap.* 19.

Satyri, addes Auctor Anonymus *Histor. Orbis Terr. Geogr. & Civ.* ad Sirenum, Neregum, Tritonum, Centaurorum, Sylvatiorum, *Satyrorum*, Faunorum, Sorigum, Harpyiarum, Cobalorum farraginem, refponsuri. Aut fuisse monstra humanæ individuæ alicubi conspecta, five ea ex notatio hominum cum bestiis coitu, five ex alio quovis Naturæ errorgenita fuerit; aut fuisse specta Diabolica, quæ hominibus subinde ea formâ apparuerint; Aut species brutorum, simias similesve bestias, quæ aliqua ex parte ad figuram humani corporis propius accedunt, aut ad fabulas & otiosorum hominum commenta, quæ de iis scribuntur, referenda esse. V. quoque Voetium *Fa. t. Disput. de Gent. parte* 8. Ut meritò fabulis accenseatur, quod D. Hieronymus de *Satyro*, pro fua gente, ad S. Antonium Abbatem Legat. manere fundos, habet *in vita S. Pauli Erem.* Interim Marcus Polus *lib.* 3. *cap.* 15. ubi de Regno *Lambri*, homines ibi in montanis habitare *caudatos, minimè verò pilosos*, narrat; & Maffæus *lib. ad Soc. Jesu*, Japonicæ cujusdam ftirpis mortalium, *capite quasi cornicum quodam extuberare*, ait. Nec omittendas *Satyros* Indicas, ex Angelona Henrico Friderico Araufionenfium Principi hoc ficulo dono missas, quem ita ad vivum defcribit hic, Tulpius *Observat. Medic. lib.* 3. *cap.* 56. *Puerum ex trimatu fanguineo refert rebat. Corpore quidem quadrato, fed valde agili: artubus adeò compactilis, vastisque musculis: ut quidvis audaces de posse: audacia parte virilique glabet, pollicâ nigris pilis vestitus. Facies hominem fingebat, fed nares fimæ atque adunc æ. num rugosam & edentulam: aures, pictas faminæ mammosum, venter umbilico deprestore, brevis superiores ac inferiores, cubiti commissura, digitorum ordo, pollex, cruris & calcis fabricam, ad humanam omnia formam accedebant. Idem: ore laxis bonis Sylvestris appellatus, nonnunquam erectus incedebat; dibiturae tenebari anfam altera manu prehendebat, alteram ejus fundo subjiciebat, talna pisi destergebat. Caput in pulvinar inclinans corpusque stragulis vestes ad quietem se componebat. (Inò Satyrorum hoc genus quandoque veros armatos in rad. necrare lassimis ajiro pe cium, in fabulis bus & hiftoria mulieribus insidiatur.*) Eundem Pliniano fimilimum existimat, quem confultissimus hic Naturæ Scri tor, *Subsidiania Indorum montibus pernisi fimum animal humana effigie memorat*; apud Licetum *de Gemmis cap.* 140. Addam latens, cum Panibus *Satyros* male nonnullis confundi, licèt n. cum iis ita bauisse dicantur commune quòd cornuti & captipedes fimiliter; at nec fitulam, nec pedum, nec pellem pantherinam, nec ex pinu coronam, adscribunt Satyris Poëtæ, quibus tamen Panaquod eosdem infignitur. Coronabantur tamen: namque *Satyrus cum lyncibus coronatus*, inter opera Artiftipi memoratur Plinio *l.* 35. c. 10. Et quidem hederâ, utpote libidinosum genus, Hinc in pompa Ptolemæi hederati illi Satyri & celebritino antro apud Theabas Ægyptias, faxeus ille *Satyrus* ita fuit hederâ redimitus, ut ejus rami comam illius umbrarint, & protensi fuerint supra cervicem &c. Sed de *Satyris* V. plura apud Salmasium *ad Solinum p.* 413 & 833. & Sam. Bochartum *Hierozoi Parte poster. lib.* 2. de lutibus imprimis eorum vindemialibus, apud Nemefianum, & ex eo Barthium *Animad. ad Statium l.* 2. *Sylv.* 2. v. 109. de variis illorum generibus habitisque, Jul. Cæl. Scaligeri *Poet. l.* 1. c. 17. de aliis Alios. Inter Myronis ex ære opera *Satyrum admirantem tibias & Minervam*; Praxitelis item, ex eadem materia, *Librum Patrem nobilemque una* Satyrum, *quem Græci Periboeum cognominant*, memorat Plinius *lib.* 34. *cap.* 8. De *Satyri* effigie in phiala argentea calatâ, ipsâ aliquid diximus.

Satyrica Signa, apud Plin. *l.* 19. *c.* 4. *In XII Ta'nilis legum nostrarum nusquam nominatur vilis, semper insignis fatio ne bonus, ni horis vero hæreditum: quam rem comitata eft, & regia quædam, bonopique & fero tantum contra invidentium, effascinationes dicari videmus in remedio* Satyrica Signa, *quanquam bonis tuteia Veneris affingantur Planto*: Non funt *Satyrorum* pertinæ picturæ fictæve, ut perperam quidam exponunt, fed virilia infignis fubrecta, ut ea femper Satyri habere Poëtis fingantur. Cujusmodi obscenas figuras *deris & πρόσωπεῖα* apud Vett. & *arcendo fascino* iu usu facre. Et quidem ex eo, quòd olim *horto* villa dicebatur; tralatum nunc morem vult Plinius dicendi *Satyrica Signa pro* amuletis. Fe. *ro tantùm & Horto*. Cùm enim Veteres tam in Urbe, quàm rure, munire se vellent aliquo remedio, adversùs invidorum fascinum, in Foro tantùm, h. e. in Urbe, publicè ea signa conseciabant & privatim rure quisq; apud se in Villa, i. e. in Horto. Hinc hodieq; inquit, *Horto tantùm & Foro illismodi signa dicari videmus* &c. V. Salmasium *ad Solinum p.* 320. & infrà, ubi de *Turpicula Re.*

Satyrus Gellius, apud Manilium *l.* 5. de Pantomimo,

Et si tamen eorum vires comprenta negarint,
Externis tamen opus erit nunc voce Poëtis,
Nunc Satyro gestu, referendi, affectibus ora,
Et sua dicendo facies, saltuq; per omnes
Ibit perfonas & turbam reddet in una.

Est gestus Pantomimicus. Namq; & *Satyros* Latini pro Pantomimis dixere. Persius,

Tres tantùm ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Iiiii ubi

Ubi *Satyrum Bathyllum*, vocat Pantomimum Bathyllum, de quo diximus. Quia nempe omnes Saltationes à Satyris, uti docet Lucianus *lib.* de *Saltat.* ἀπὸ τῆς ἀρχαίας τῶν Σατύρων ὀρχήσεως, ἣν ἐκεῖνοι ἐν τοῖς Διονυσιακοῖς θιάσοις ἐχόρευον; ὅτε καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰ ἀναπαύματα καὶ τὰ ἐπιστροφὰς ἐκεῖνοι ἐξεῦρον, ἀπ' αὐτῶν ἐκλήθησαν ὀρχήσεις. *Cum autem tria fuisse saltationum genera, cordax, sicinnis & emmelia, quæ Satyri simuli Bacchi in venerem, ab illis ea singula ita appellata.* Inde Σατυρὸς & Σατυρικὸν Pantomimi ac Saltatores; & σατυρίζειν, pro *saltare*. Hesychius, Σάτυρδι· χορευτὴς. *Glossa* vet. *Ludio*, Σατυρικὸς; *ludionem* autem dici saltatorem, nemo qui Latine scit neget. Atque hoc modo accipiendi sunt Σατυρικὰ, apud Dionysium Halicarnassæum, Σατυρικὸν χορὸν, *Ludorum Chori* &c. V. Salmasium *ad Hist. Vopiscum in Carino Imp.*

Satyrica, in antiquo lapide, II. VIR. ITER. Q. Q. PATRONO. SACERDOTI. SACROR. SAVADIOR. eadem plane funt, quæ *Sebadia* Arnobio *lib.* 5. *Ispanovisima sacra & ritus imitationis ipsius, quibus Sebadii nomen est, ostentando ipse potuerunt revivabi.* Gracchi *Sebadiæ*; de qua voce fuspra vidimus. Sic *Sebadia*, pro *Sebazia*, in alia *Inscr.* veteri.

Sauca, alias *Fauda* una ex 30. vett. Romanorum Curiis, memoratur Livio *lib.* 9. *Dicitur Papyrius C. Jun. Bubulcum Magistrum Equitum dixit, atque ei, legem Curiatam de Imperio ferenti, irrito omen dum dissidit, quod Faucæ* (vel Saucæ) *Curiæ suæ principium, duabus insignibus cladibus, capte Urbis & Cautinæ pacis.* V. Jo. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 2.

Sauci, Lusitanis dicitur piscis genus in Sinis celebre, quod *Xiyu* incolis. Eorum ingens copia in fluv. magno *Kiang*, urbi Nankingæ vicino, ubi ineunte Aprili & Majo mense eorum annua piscatio est. Qua durante unus ex nobilissimis Eunuchis ab Imperatore constitutus, captos pisces vivos, glacieque in navibus destinatis quodam modo sepultos (quam tota ad id æstate fervant) magnâ cum Pekinum in aulam mittit. Sed & in Hucquania prov. ad Changxa urbem occurrunt. Navibus autem, quæ hos pisces, uti & quæ fericos pannos ad Regiam deferunt, nihil aut paucissimi videri, aut invenri possunt: itaque omnes annuæ naves, si fortè occurrerint, & ornamentorum splendore, & loci dignitate, cedere necesse habent, Auctor Anonym. *Sinæ & Eur. cap.* 25. & 42.

Savennejum, vulgò *Savigni*, V. *Savinnejum.*

Savernianum, V. *Savardunum.*

Savina, mensura liquidorum, apud Cencium Camerar. in *Ceremoniali MS. Senatores quando comitium, debent habere lavinam metiam vini & metiam clavati.* Item pondus, apud eumdem, ubi de censibus: *Ecclesia S. Basilii unas lavinas piscium*, Dominic. Macer *in Hierolexico.*

Sauscot, in *L.L.* Canuti *part.* 1. *cap.* 13. i. *animæ symbolum*, nummus dictus est sepulchralis, qui ex offo tumulo Sacerdoti pendebatur, qualis in animæ defuncti fubdidium, apud C. du Fresne *Gloss.*

Sauma, apud Anonymum Monachum Cafin. *in Chron. A. C.* 1181. *ad quinque annis & unfrra, scenes fuistam valida per totam Italiam, quod diversis in partibus* Sauma *tritici pro auri unciæ non pretio ut revniri*: aridorum mensura est. At de liquidis usurpatur vox, apud Eundem *A. C.* 1192. *Inter has angustias adeò fames invaluit, ut sæpe apud Sanctum Germanum vendereur ofsina frumenti plus quam una uncia auri & Sauma vini similiter & capsa olei tari quinque.* Dominic. Macer *in Hierolexico*: quâ posteriori notione hodieque in usu vox est, apud Germanos. Origo autem ejus a *Sagma*, quod vide.

Saura, lacerta est, cujus multus olim in amatoriis usus fuit. Hinc Lucianus *apologia* Appuleji, ubi pleraque philtra veribus destripsit, *taurorum* etiam memini:

Phitra omnia undig, terunt,
Trochus, pili ——
Sauri, illices & dolulæ.

Uti veram lectionem Salmasius restituit, ex Florentinis & Cod. Fuxensi. Ita nempe vocat lacertas, Σαύρους, Græcâ voce retentâ. Tritæ autem dabantur in potu, uti docet Theocritus *in Pharmaceutria*,

Σαύρου ἐμοὶ τρίψαντα κακὰν ἐπὶ νειὸν ἀλῆσαι οἰκία, (*asservam &c.*

Lacertam autem postquam vivero, pernicio sum potum eras Qua de re V. pluta apud præfatum Virum Cl. *ad Solinum pag.* 943. An hinc *Sauraria* Isf. quam *lacertis gravidibus referiam*, vocat *Capraria* Plinius, Σαυραρίαν, pro *Capraria* capiens? Nam Græcum figma antiquum, in libris eadem figurâ fignari, ut C. Latinum, conftat. Idem *libd pag.* 1313. At in Falconaria venatione *Saurus* seu *Sorex*, dicitur falco annicubus & paucorum pennarum, quæ coloris sunt, quem *Soli* dicebant, apud Fridericum II. Imp. de *Arte Venandi lib* 1. *cap.* 54.

Saxa, apud Godefridum Viterb. *Pars.* 15. *p.* 367.

Ipse brevis gladius apte illos Saxa vocatur,
Unde sibi Saxo nomen paperisse notatur,

cultellus est, Saxonicè *Saax* & *Sahs*: *semi patibulum*, in Glossario Lat. Theotisco. Cujus modi cultellis longis Saxones olim pugnasse, discimus etiam ex Continuatore Florentii Wigorn. *A.C.* 1138. *Mutuo desiderio inimicæ, quæ ad id tempus Turlingiæ, ex longis cultellis, feu vulgariter, pasnendum vocata ijs—Saxonia.* Sic Witekindus *Corbeiæ Saxonum lib.* 1. *Fuerunt autem & qui hoc facinore nomen illis* (Saxonibus) *indiderunt tradunt: cultelli enim nostra lingua Sahsis dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantum uti solerent pluribus fertur.* Quod tum primò contigit, cum per insidias *Saxis* suis Britannos adorti, gentem illam fibi subjecissent. Gaufridus Monemuth. *lib.* 3. *cap.* 3. *Commissionibus suis præcepit, in unaquæque congressu cultrum intra calige absconderes & cum colloquium fecerint tractarent Britones, eis hoc signum daret.* Nimirum cure *Saxas* (*h. e. capite vestros cultros*) *unde quisque paratus adsistentes Britannum occidat in compares* &c. V. C. du Fresne in *Glossario*. Macros Erasmus in *Hierolexico* & plura de hac gente, in vocibus *Saxones* & *Saxonia.*

Saxa, libri antiquissimi fuere. Ut enim de duplici Sethi columna nihil dicam, antiquissimum fuisse morem literas *Saxis* inscidendi, testis est Jamblichus *de Myster. Ægypt. lib.* 8. *cap.* 2. ubi Ægyptios communia lapideis *libros suos insculpsisse*, scribit. Ejusdem jam Hiobus meminit c. 19. v. 23. *O si quidem dare!, ut scriberentur sermones mei? o si quis det ex iis stylo ferreo & plumbi lamina vel cete sculpantur in silice!* Quæ vox in Sacris valde probat, & in vetusta Sextii Parasiti apud Salonem Dalmatiæ Urbem Inscr. inter alia extat: *Malleolo & celte literarius ferex.* V. Hornium *Histor. Philos. lib.* 7. *cap.* 2. Israelitis vett, idem in usu fuisse, patet ex lapideis tabulis & monumentis peregrinationis eorum in rupibus inscisis in deserto Sin. Babylonios ac Phœnices, legeæ autque inflituta sua inscripsisse cochis lateritiis, docet Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. quod ante ufum papyri in Ægyptiis quoque factitatum, qui notas suas hieroglyphicas *Saxis* insculpserint, oftendimus jam ex Jamblicho, & confirmat Lucanus *lib.* 3.

Nondum fuminea Memphis concevere biblos
Noverat & sayis tantum volucres ge ferabat,
Scriptaq; per volucres Magicas animalia linguas.

Idem obtinuisse apud Græcos & Romanos, fatis indicant columnæ & monumenta, quæ hodieque fuperfunt. Indeque Horatius *lib.* 4. *Od.* 8.

Indeq; notæ marmora publica

Etiam de Danis Saxo Gramm. in *præf. Histor. Dan.* illos literis fuis, quas *Runer* dixere, non in ligno modò, fed & cautibus incidiffe gefta Majorum, locuples teftis eft. V. Voffium *de Arte Gramm. lib.* 1. *cap.* 35. Inftrumentum, quo *Saxis* ac lateribus literas infculpere Prifci ut Græcis γλυφὶς, fic Auforio *calum* dicitur, *Epigramm.* 56. Sed & *Celtem* vocant, ab eadem origine: quod vocabulum habemus in vet. Iapide, apud Aldum in *Or.* Gudium & Gruterum *Inscrip.* 359. Celtes Scali, *Celtes*: ut & apud Hobii Interpretem, uti dictum. Ubi licèt in mendis Mstis legatur certè: item in Complutenfibus, Stephanicis, Regiis & Hentenianis fcu Lovanienfibus; tamen non dubium Voffio, quin *Celtes* fcripferit Interpres. Quam & lectionem tuetur Casaubonus *in Athen. lib.* 7. *cap.* 20. & Molina *Disput. in Thomam.* imò & nuda *Saxa*, mera fimplicitate veri conftantia, ab interitu tamen fecurifilima, a rerum geftarum memoriam apud Orientales olim ferrifolit, docet P. LaValle *Itiner. tom.* II. Quò, & literalis quoque Europæ Antiqq. monumenta lapidea vetorum Heroum, per Germaniam, Angliam, Daniam, paffim conspicua, referri poffunt: Lapides nempe majores feu *Saxa*, ordinata ferie in circulum difpofita, quæ ut non fortuitò confluxiffe unusquisque facile agnofcit, ita antiquiffimarum rerum argumenta continere, ipfe fimplex hic ordo indigitat. Idque ad imitationem Jacobi Patriarchæ, qui in memoriam divinæ vifionis, erexit *lapidem in stilum*, Genel. *cap.* 28 *versu* 18. V. quoque Genel. *cap.* 31. *v.* 47. & Josuæ, qui in memoriam tranfitus Ifraelitarum per Jordanem 12. lapides, ex alveo Jordanis, pofuit Galgalis, Josuæ *cap.* 4. *v.* 6. 7. 20. & 21. cenfet ingenteni iftiusmodi monumentorum numerum Wormius *in Monum. Danicis.* Germania, Saxonia, Marchia vicinæque provinciæ eadem non uno in loco habent: nec ignobilem eorum varietatem videre eft ad vicum *Maschdorf* 2. mill. Francofurto ad Viadrum diftante, quam monumento Hiarnæ Regis Danitæ in Isl. Hiarna fimillimam ibi femper vifam effe, ait Auctor Anonymus *Ephor. Orb. Terr. Geogr. & Civ.* In Anglia ejusdem notæ aliquod eft, ad vicum *Long-Compton*, in Com. Oxoniensi, *Rollrichstones* dictum, de quo ita Camdenus *Britann. Vafa Saxa in Oxonia dissipata* Rollerichftones *vulgus appellitat, hominesque olim fuisse, qui in saxa fuisse, ob metamorphosi divinitus ingeniti, informia sunt, inanimata, longisque temporis vetustate multum immutata & exesa* &c. & paulo poft, *Hæc victoriæ alicujus monumenta crediderim & forte a Rolone Dano, qui postmodum rerum in Normannia potitus est.* Omnium verò nobiliffimum, prope Salisburiam, nonnullis *Victoriæ Gigantum & Stonehenge* proftat, ab eodem Camdeno, ob vaftiffimam amplitudinem, *Insane subsistentiæ* nomen meritum, quod etiam non unum *Scriptoribus* Anglicanis in admirationem rapuit, qui tantæ molis *Saxa* in loco alias minus petrofo ibi congeftæ atq; in altum elevatæ fuerint: aliis infuper adjicientibus, rerum eorum numerum iniri non poffe. V. Sidnejum in *Mirac. Angliæ*, Inicum Jonefium *of the Stonehenge on Salisbury plain* & Joh. Webb. *a vindication of Stonehenge &c.* Armillas *Saxis* trivisque frohonem M. Danorum Regem, ad fepulchrum explorandum ibidem, fuspendisse,

dissè, Saxo habet *lib. 5. Armillam*, inquiens: *unam in rupe, quam Frothonis petram nominant; alteram apud Wig provinciam defixit, editâ à fonte centesimè experimentum dasuras.* Et paulo pòst, *in Justia, tanquam in capite Regni sui magni ponderis aureum armillum triviis affigi curavit.* Cujusmodi quid etiam de Alvredo Angloru R. recensèt Matth. Westmonasterienfis *ad A. C.* 892 &c. Hinc in suspicionem venit Fortun. Licetus, corruaureum A. C. 1639. in Dania in Ripenfi Cimbriæ Dicec. repertum, fimiliter ad explorandam Pratidum vig lantiam in bivio olim ab Haraldo R. fuisse expositum sed refellitur à Thom. Bartholino *in. de Armillis.* Plura hanc in rem V. hic infrà paffim, inprimis voce *Saxum.*

Saxa jaciendi in hostes consuetudo veruftissima, unde à Poëtis vix ufpiam in conflictibus, jam ab ipfa Homeri ætate, magnorum *saxorum* jactus omittuntur. Ut Homerum, Virgilium que jam in partes non vocem, sufficiat unicus è Papinio Statio locus *Thebaid. lib. 6.* ubi de diffi cil ratione militari, cui ideo assuefcebant Vett. ut in pugna feliciori succeffu *saxa* in hostes rotarent:

Ergo ceterum fidens, non prouinus horrida campi
Jugera, sed celso dextram meditur, humiq;
Prassus utroq; genu, collecto sanguine disum
Ipse super superat.

Et paulo pòst,

Jam cervix conversa & jam latus omne redibat:
Extidit ante pedes elapsum pondus & ictus
Distinuit &c.

Jaciebantur autem non nudâ solùm manu, sed & fundis excussa: utrumque tanta nonnunquam copia, ut denfitate pluvias imitarentur. Lucanus *lib. 3.*

——— *nudis evolvunt saxa lacertis*
——— *aut grandine tecta*
Innocua percussa sonant.

Statius *alibi*,

——— *ftridentia funda*
Saxa *plumbo* &c.

V. Casp. Barthium *Animadversionibus ad Statium d. l.* & *Thebaid. lib. 8. versu* 437. In pugnis verò navalibus antennis ad *saxorum conjectionem* utebantur Veteres, quas ἀφεσίνας λιθοβόλους appellabant, ut eft apud Diodorum Sic. ubi de pugna Cononis & Callicratidæ. V. Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* & plura hanc in rem fuprà, voce *Lapis.*

Saxa Lapidesque olim perfundendi facer ritus, occurrit Geneseos *cap. 35. versu 18.* ubi, poft memorabilem Scalæ visionem & Dei O. M. alloquium, Jacobum *effudisse oleum fupra fummitatem lapidis*, quem pro cervicali fibi ftraverat, narrat Moses; an ut, cùm nihil aliud haberet in manibus, quod Deo offeret, oleum saltem effunderet in ejus honorem illudque libaret: an ut talium tu conferaret locum illum *saxumque*, illudque deftinaret ad diuinum cultum, quod frequentia videntur omnino requirere, quia pollicitus eft, *de* locum, into lapidem illum, habiturum pro domo? Notum autem, olei in rerum tam animalium, quàm inanimatarum, consecratione, plurimum olim fuisse ufum. Hinc in reditu Jacob ædificatrifle Altare & lapidem, quem erexerat (מַצֵּבָה) *i. in titulum*, ut Vulg tus reddit, seu σῆμα, h. e. columnam, ut LXX. perfudit liquore & oleo inunxit deuao, Genes. *c. 35. versu* 14. E' quo Patriarchæ facto (ut & aliis fimilibus Sanctorum Patrum contigit) per cavoeleam & superfitio fam imitationem, orum habuere idololatriæ inuctiones Gentilium, quam more Hebræorum, latius & dolatos lapides, alios etiam sæpe rudes & impolitos non inungere, modo, fed & eosdem poftea colere aut adorare, uti pluribus exemplis ex illorum libris probari poffet. Unicus Arnobius præfecerit, qui, poftquam Christianus factus eft, agnoscit *contra Gentes lib. 1.* ie, cùm adhuc in Ethnicismo detineretur, si quando conspexiffet lubricatum lapidem & ex olivæ unguine irrigatum, tanquam fuiffet vis præfens, adulatum fuiffe, allocutum & à nihil fententiæ trunco etiam beneficia petiiffe. Sed & ipfos olim terminos agrorum Gentiles unguento, velaminibus & coronis superfti tiosè ornaffe, conftat &c. Quam in rem V. Andr. Rivetum *in Genes. Exercitat.* 125. & hic paffim, inprimis fuprà, in voce *Lapis.* Porrò & huc facit *ofculandi saxa* ritus, indigitatus Statio *Thebaid. lib. 10. versu* 52.

——— *veditumq; suorum*
Exposcunt, pictaq; foret, & frigida vultu
Saxa terunt, parvuq; diem procumbere natos.

Cujus paganicæ superstitionis reliquias, in Christianismo quoque deprehenfas fuiffe, colligimus ex Concilio Agathenfi c. 5. & *l. 7. Capitul.* Caroli M. quibus *ubi Saxorum venerationem*, & Audoeno *in Vita* Eligii *lib. 2. c. 15.* ubi confuctudinem *ad Petrum votum reddendi*, prohibita legimus. Sic Concilium Nannetense can. 20. *Lapides quoque, quos in ruinofis locis & filvestribus dæmonum indifciplinabilibus decepti venerantur, ubi & vota vovent & defe runt, funditus effodiantur* &c.

Saxa Rubra, locus Italiæ, ubi fuit Vejentes, apud Livium *lib. 2. cap. 49. Hæc dirigendi aciem ftatium Vejentibus fuit, adeò inter primam trepidationem, dum poffigna ordines inrorunt, pòsidiaque*

locant, in vecta fubito ab Latere Romanâ equitum alâ, non pugnæ modò incipiendæ fed conflictendi ademit locum. Ita fub vetero ad Saxa Rubra (ibi caftra habebant) pacem fupplices petunt. cujus impetratæ, ad inspectu animis devitate, ante ad editum Cremera Romanum præfidium, præmittit.

Saxanus, cognomen Herculis, occurrit in *Inscr.* circa A. C. 285. fub Severo factâ, hodiequæ Tiburi superstite, quam fic exhibet Jac. Sponius *Itinerar. tom. 3. p. 47.*

HERCULI SAXANO SACRUM SER. SULPICIUS TROPHIMUS ÆDEM ZOTHECAM CULINAM PECUNIA SUA A SOLO RESTITUIT IDEMQUE DEDICAVIT K. DECEMBR. L. TURPILIO DEXTRO M. MÆCIO RUFO COS EVTYCHICUS SER. PERAGENDUM CURAVIT.

Saxifraga, nomen variarum herbarum, quæ vel è *saxis* erumpunt vel calculi frangendi vim habent: tut sunt *Adiantum, Scariopendrion, Trichomanes*, aliæ, de quibus V. Salmasium *ad Solinum p. 1273. 1297.* &c.

Saxifica Gabathæ, apud Anaflasium Biblioth. in *Gregorio III.* IV. *Leone III.* &c. C. du Freine ſunt, opere *Saxicis* elaborata, Nam que & *calcis Saxonici*, mentio eft in *bulla* Benedicti VIII. in *Ballario* Caſin *T. m. 1. Saxifraga* autem pro *Saxonicus*; ut *Francifraga*, pro Franciscus, unde *Francifica*, nomen fecutis Francis olim ufitatæ; *Spanifraca*, pro Hifpanicus, ut *Spanifcum Argentum*, apud eandem Anaflafium: *Dacifci*, pro Dacis, in libro *Notitiar. Imperiis* equi, apud Vegetium *lib. 3.* &c. terminationæ ex illius Scriptoribus, in nationibus appellandis, familiari. V. Salmasium *ad Capitolinum in Maximinis.*

Saxones, adde: *Witekindo* ejusque Majoribus, regnum in Saxonia plerique tribuêre, at incerta id fide niti, atque Wittekindum Angrivariorum tantùm atque Westphalorum Ducem, nec hæreditario quidem jure, fuiffe, meliorisque notæ Auctores noftræ ætatis oftendunt, H. Conringius *ad Lampad. de Rep. Rom Germ. Part. III. c. 5.* Georgius Fabricius *Orig. Saxonic l. 4. p. 425* Alii. Antequos etiam alii obfervavere, non temper *Regis*, fæpe & *Ducis* nomine Regio minore, Witte kindum hunca Scriptoribus antiquis fuiffe compellatum, haud fortian adeò incommode, fi, quod quidem certo affcere Cranzius refert, *Saxon. l. 2. c. 22.* Saxonum tum XII. Proceres alterni vicibus, & ambulare ex certo temporis fpatio ordine, administrare rempe jus dus ingruente forte bello Rex delectus: quem series provinciæ gubernandæ contigerat, Imperium militare non ante posturus, quam posfitis armis pax rediiffet. Dictatorium fer, apud Romanos: & Æfymnetarum, apud Lacones, ai formam. Eamque forsem Wittekindo obveniffe jure, cùm arma regioni Carolus M. inferret; cui, licèt victo debellatoque, manfit tamen benignitate Victoris in terras tus, Angrivarum, saltem, imperium. Hujus è filio Wittekindo nepote Dietgermum, à patruele Ottone M. Imp. Saxonia pulsum, Hermanno *Billingio*, nobilis, ut alii illuftris, profapiæ viro, locum feciffe, Saxoniæ Ducatu in fortiudinis fidelique præmium ab Ottone donato, addunt. Cui familiæ honor duravit, usque ad Magnum Hermanni abnepotem, quo absque prole mafculâ defuncto, ut quidam voluere, alii ob rebellionem contra Henricum IV. Imp. vita opibusque exuto, Lotharius Com. *Supplinburgius*, Comitum Quedlinburgenfium princeps oriundus *A. C. 1106.* volente Henrico V Imp. succeffit. V. infrà, ubi de *Supplinburgiis*. Lotharius hic dein Imp. creatus, generum Henricum Superbum *Saxoniæ* præfecit, quo pacto ad *Lunæburgium* Familiam transitus factus eft. Sed cùm is plusquam civilia animo agitare vifus eflet, Conradi Imp. Proceribus decreto Saxonia cedere juffus eft, Alberto Urfo, Ottonis Com. Ballenftedii (*qui* Anhaltino-Lauteburgicam gentem condidit) Magni Billingiadum poftremi ex filia Heilike nepotis concefsa. Hujus fil. Bernardus rutacæum fertum infignibus Saxonicis primus intulit, uti infrà dicemus, quod, fubmotis illius Domûs Principibus, etiam Mifnici fervarere. Ex illis enim ultimus imperavit Albertus VI. quo extincto *A. C.* 1421. Misniæ tandem Familiæ Principes Saxoniæ terras cum Electorata à Sigismundo Imp. in redhoftimentum operæ à Friderico Bellicoso, contra Huffitas, præftitæ, acceperunt, ut jam videmus. Titulos Principum quod fpectat, quidam funt totiElectorum Ducum; Saxoniæ Dominus communes ut qui omnes funt *Duces Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ & Montium, Landgravii Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, Comites Palatini Rheni, Langravie, Comites Marcæ & Ravensbergæ, Domini in Ravenſtein.* Alii Electoralis Familiæ proprii, neque bi tamen ad omnes ex æquo ſpectantes. *Marchionum* enim *Lufatiæ ſuperioris & inferioris* titulo omnes hac Domo prognati utuntur: fed *Burggravii Magdeburgici*, solus Elector. Quemadmodum in altera linea *Domini* feu *Dynaſtæ Tonnæ* titulum solus utuntur Friderieus Dux Gothæ & Altenburgii. Quam in rem V. Tob. Pfanner *um de princip. Germ. Principibus* &c. ut & hic paffim fuis locis. Addam hoc unum, de certo *Saxonum* Diis, apud Saxonæ Gramm. *l. 1.* recenferi eos his nominibus:

Crodus seu *Krodo*, quem Saturnum fuisse, Crantzius refert *Saxonine lib. 2. cap. 12. Hama, Irmus* (qui *Ερμῆς*, id est, *Mercurius* quibusdam, aliis *Apis* seu *Mars*) *Plinius* & *Siba*: quorum omnium statuas à Carolo M. gentis domitore dispectas esse, tradit Gerh. Jo. Vossius *de Idolol. lib. 2. c. 33.*

Saxones Transfyviani, unus ex tribus populis, Transfyvaniam hodie incolentibus; sunt nempe illi, *Saxones*, *Siculi seu Ekuli* & *Hungari*, quibus & Walachi, sed in fæce plebis tantùm, & locis magis desertis, se intermiscent. Unde facilè ratio patet, cur hodie in media Hungaria lingua *Saxonica* obtineat. A° Longobardis autem (quos *Saxones* fuisse, Corn. Tacitus satis innuit) orti bi videntur, qui egressi è Rugelandia seu Rugia, sub Agelmundo A.C. 390. regnum in Pannonia condidere. V. Hornium *Arcd Noæ pag.* 185. & *Orb. Imper. cum Notis L. Joach. Fellerí pag.* 138. Ab iisdem dictæ sunt in eodem Transfyvaniæ Regno *Saxum Sedes Saxonicæ*, de quibus, Vide in voce *Transfyvania.*

Saxonia, addè: Nonnunquam *Saxoniæ inferi.* nomine, sola dicto Lavvenburgiæ seu Angriæ Ducum intelligitur, de quibus hæc addere visum est. Historia Ducum Saxoniæ Ascaniæ familiæ ista est: Bernhardus minor natu Alberti II. filius, frater Ottonis I. Elect. Brandeburgici, de Friderico I. Barbarossa bene meritus, ab eo, in Comitiis Herbipolitanis, Ducatum Saxoniæ, exauctorato Henrico Leone, cognomento primum, retinuit in insignibus ferri anchor. Idem Lavvenburgum condidit, Pater Alberti I. qui *Saxonicum*, & Henrici gemini, qui Anhaltini ramî, fuere Auctores. Alberto nati Albertus II. linêæ Electoralis *Saxonicæ*, & Johannes, Lavvenburgicæ, Auctores fuere: quorum posteritate in Alberto III. A. C. 1422. extinctâ, posthabitis agnatis dignitate Milniæ Marchionibus collata est. Quamvis enim non semel, Johannis posteri, & præcipuè Ericus V. agnatis mortuis, sibi conferri dignitatem poterint, proximoque tempore Principes illi *Electores* atque *Archimareschalli* dici voluerint atque in electivis dictis non semel comparuerint, nihil tamen ab illis obtentum. Quo verò non obstante etiam nostra memoria, scripto aliquod jus sibi adhuc supposse, contenderunt. Erico. V. A. C. 1435. sine prole mortuo, succedit frater Bernardus: qui extinctus A. C. 1463. reliquit filium Johannem, Patrem Magni II. qui primus titulo *Electoris* abstinuisse dicitur. Eo genitus est Fridericus I. pater Francisci II. & Mauritii, quorum is Augustum, qui A. C. 1616. morientis nullam mas. prolem reliquit, Philippum, Franc. Julium, Julium Henricum, Ern. Ludovicum, Franciscum Carolum, Rudolfum Maximilianum, Franc. Albertum (præsto Luzensi, quo Gustavus Adolphus Sveciæ R. cui is præsto fuerat, obiit, captum) Jo. Georgium & Henricum, suscepit. Quibus omnibus, vel sine sobole, vel ea minùs diuturnâ, defunctis, unicus maticulus superest Jul. Franciscus Julio Henrico, ex Anna Magdalena Popelia, genitus A. C. 1640. V. Pfuli. Jac. Spenerum *Syll. General. Fris. in Fam. Afcan.ia*: Item *in Theatro Nobil. Eur. part. 1. ubi Sophiæ Margaretæ Anne Eilsabethæ, Sibyllæ Hedwigis, Augustli D. Saxon. Inser. & Angriæ in Kaz.enburg & Bisf. Sophiæ Holsatæ filiarum liberorum item Franc. Henrici in Framzhagen Progeniores exhibet.* Adde Tob. Pfanncrum *de prac. Germaniæ Principum genibus cap. 2.* ubi, inter alia, Julium Franciscum præfatum insignia Electoratus, *tanq. fic. Enfes. supremi* Marescallatus munus designantes, iterum usurpasse, fed Cæsaris justu abstinere coactum d. an. Jul. 1667. refert & *cap. 10.* ubi controversiam de titulo adhuc retentis, inito inter Saxonem Elect. atque eundem Jul. Franciscum mutuæ successionis pacto, transactam, A.C. 1671. memorat, ex Spengro. V. quoque in voce *Lavvenburgum.*

Saxonia Trans-marina, apud Bonifacium Epist. *Epist. ad Zachariam Pontif.* Anglia est. V. in voce hac, ut & in voce *Saxones.*

Saxonum Schola, item *Saxonum Vicus*, locus Romæ, memoratus Baronio *Notis ad Martyrolog. 10. Nov.* de quo V. aliquid suprà in vocibus *Bordinali, Gualmes* & *Porticum.*

Saxum Adorationis, prohibetur Levitici *cap. 26. verſu 1. Ne facite vobis idola—neque Saxum formatum ponite in terra vestra, ut incurvetis eos ante illud.* Ubi *formatum*, additur, nempe in imaginem aliquam adorationi expositam. V. Seldenum *de Jure N.* & *G. juxta Discipl. Ebræor. l. 2. c. 6.* Sed & *Saxa* rudia antiquitus pro simulachris ifti usmodi. Paulanias *Achaicis*, Τὰ σκιαγραφήματα ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἀπὸ ἀρχαίου ἔτι ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσιν ἀνειμένα, *Siculis vetustissimis, apud Græcos quidem antiquissimis, rudes lapides pro simulachris divino habuere honore.* Qua de re hic passim. Hujusmodi verò *saxa* fieviffe faepe leguntur. Statius *Thebaid. lib. 9. verſu 636.*

Aſpicis & nivea ſaxum maduiſſe Diana.

Ubi fcitè *Saxum Dianæ*, non ipsam, dicit. Credebant enim vel credere videri volebant, in palatiis ftatuisque habitare fua Numina. Ovidius *Metamorph lib. 15.* in præfagiis cæfi Cæfaris,

Stabile locis lachrymavit ebur —

Alii. Quò illa Lucani pertinent, *lib. 1. verſu 566.*

Indigitat ſeviſſe Deos Urbiſq; laborem
Teſtatos ſudore lares.

V. Plutarchum *in Camillo*, ubi hujus rei causam dare nititur, Casp. Barthium *Animad verſ. ad Statium d. l.* & suprà in voce *Saxa*, item infrà, ubi de *Statuis.*

Saxum Rutilum, in Nemea, pro Tarxippo fuit, in ipso curriculi flexu, cujus fulgore equi non aliter concitabantur, quàm si objectis ign.bus orta trepidatio fuisset, uti docet Pausanias. At in iisdem ludis Statius Apollinem fingit, ut Polynicis equos turbaret, fpectrum quoddam iis objecisse, *Thebaidos lib. 6.* Ita Dius imputabant miseri, quæ vel propriâ vel equorum imperitiâ, sibi accideranr. V. infrà in voce *Taraxippus.*

Sayna, locus Germaniæ, valgò *Sayn*, in Circ. Rhen. olim fub C mi l.usq; orum, ut & Wittgensteniorum, familia, utraque vetusta, cùm extincta esset, Spanhemii Comites utriusque fuccessionem obtinuere. Nam Johanni Com. Spanhemio Adelheidis Henrici *Saynenſis* filia, fœculo 13. fed Johannis abnepoti Saleintio *Saynenſi*, Elisabetha, filia Sigismundi Com. Wittgensteinij, nupsit. Bis jam dicti Johannis nepos Godofredus à Palatino in cstitus A. C. 1277. duos genuit filios, Johannem & Engelbertum quorum illius posteri Comit. *Saynenſem* tenuere, usque ad Henricum, qui A. C. 1606. fine mascula prole, obiit: Hujus progenies Dominorum in *Homburg* & *Valendar* titulum gessit, donec Wittgensteinia successio accederet, & dein iterum ab agnatis *Saynenſis.* Qui hodie vivunt, *Comites Sainæ* & *Wittgenſtenij*, omnes communem Patrem habent Ludovicum Sen. immane hoc fœculo monstrum: Eo enim nati Georgius, *Berlenburgium* linea monstrosi (ex Elisabetha Witgenstenia, Georgij Ludovici qui obiit A. C. 1606. Catharinæ Elisabethæ, Lud. Ernesto Com. Lævenstenii & Werthemii nuptæ &c. parens) Wilhelmus, (qui ex Anna Elisabetha *Saynenſi*, filium genuit, Ernestum, Patrem Johannæ, joh. Georgio Saxon Duci, lin. Iienacensis nuptæ & Ernestinæ uxoris Salentini Ernesti Com. Manderscheidij, quæ adversus Patruos ob Comit. Saynensem judicio expertæ sunt) ac Johannes (tertiæ linêæ caput, locum tenens Electoris Brandeburgici, ex Anna Augusta Waldecia, genitor, Ludovici Christiani n. A. C. 1639. (unde nupsit Elisabetha Magdalena Solmensis) Georgii Wilhelmi n. A. C. 1630. extincti A. C. 1677. Joh. Friderici n. A. C. 1631. den. A. C. 1657. Gustavi, n. A. C. 1633. (marìti Annæ Helenæ de *la Place*) Elisabethæ Juliannæ, n. A. C. 1634. (uxoris Jodoci Hermanni Com. Lippiæ) Augustæ n. A. C. 1638. (quæ nuptæ Antonio Com. Aldenburgico) Ottonia n. A. C. 1639. Christianæ Luisæ n. A. C. 1640. Mariæ Magdalenæ n. A. C. 1643. Christinæ n. A. C. 1645. Friderici Wilhelmi n. A. C. 1647. alioramque, quorum omnium *nyμφαγωγίαν* exhibet Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobil. Europ Part. I.* Altenkirchæ, in Com. *Sayn* aliquando habitat Johannes Georgius D. Sax. præfatus. V. eundem Spenerum *d. l. Part. II. pag.* 35. ubi progenitores Annæ Elisabethæ, Wilhelmo Com. *de Sayn & Wittgenſtein* nuptæ, ac defunctæ A. C. 1608. in qua præcipuus *Saynenſes* ramus hæreditate ad ipsius ex agnato posteros transmissâ, defloruit, reparatione *Part. 2. pag.* 85. ubi vivos exhibet, linêæ Berlebergicæ, item *pag.* 33. ubi progenies liberorum Ludovici Alberti, qui Altkirchæ habitavit, antequam Saynensi Comitatu ex fraute Ernesto nepres potirentur: & *pag.* 85. ubi Homburgiæ linêæ, cujus Ernestus auctor, dat indicium.

S B.

Sbernia, nonnullis vocatur palliolum Romanis farum brevissimum, cum fenestella, quà brachium exeritur: cujusmodi palliolum olim præter velum & pallam Reginæ, in Scena, gerebant, uti videre est apud Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap. 16.*

S C.

SC. in notis Antiqq. *Senatusconſultum* est, V. Salmasium *ad Capitolinum*, in *Maximo & Balbino.*

Scabellum, Græcè σκαμβέλιον, ad verbum *Suppedium*, unde σκαμβελίδιον apud Nicetam profcabellis, quæ pedibus fupponuntur, Græcis recentioribus σκαβέλιον, quam tamen vocem Eustathius interpretatur σκαμνίδιον, *mulierbria scabella*, quæ *ἀδέρμονα* Suidæ, ὡς Ἴωθεν, quòd per foramen eorum, prunarum inclusarum calore, hyemali tempore calefiant. Latinis quoque *pedicula*, unde *pedicularii* iisdem dicti, qui Græcis πεδοψάλται. Nempe in Theatris falationibusque Vett. qui pede pulpitum percutiebant ad incentivum dandum, calceolo id ferreo aut ligneo faciebant; cujusmodi lignea fandalia Latinis videntur *scabella* appellasse, vel quòd instar fcabellorum ex ligno essent, vel quòd scabella potiùs essent revera, h. e. σκαμβέλια, quæ pedcsfrebantur cum ligneæ aut ferreæ solæ, ut sonantior ederetur crepitus. Cujusmodi crepitaculis in Theatris & in theatris fe temper cum fymphonitis, tibiis, cymbalis aliisque crotalorum generibus jungebatur. Cicero *pro Cœlio*, *Mimi ego jam exiui, non fabula: in quo cùm claufula non inveniitur, fingi aliquis animibus, deinde* fcabella *concrepant, autcum tollitur.* Augustinus *de Muſica lib. 4. Veluti cùm Symphoniaci* fcabella & *cymbala pedibus feriantur, certis quidem numeris — ſed tamen tenore perpetuo; ita ut ſi tibias non audias, nullo modo ibi notare poſſis, quousque procurrens connexio pedum & unde rurſus ad caput reuertatur &c.* Quia autem funcilla toni variatione, tenore quodam perpetuo & æqualiad pedem feriebantur, (uti quoque alibi diximus) inde etiam ex Græco *ſymfonia* funt appellata, uti diximus ex

Quin-

Quintiliano *lib. 9. cap. 4.* Præter ea verò & tesserum crepitus saltantibus Pantomimis adhibebatur, strepitus item digitorum, alia; quæ omnia crepitaculorum genera solis constabant thythmis, & in ea Musicæ parte ponebantur, quam *thythmicam* vocarunt Veteres. V. plura hanc in rem apud Casaubonum *ad Caligulam Suetonii c. 54.* ubi Aquitanis Hispanisque *castabellos* etiamnum dici, & R. Jonam vocem quoque usurpare, in ☐☐, inter alia, notatis: Salmasium *ad Vopiscum in Carino*, & hic passim, inprimis in vocibus *Crupezia* & *Petitcanlarii*.

Scabies, V. *Vitiligo*.

Scabillum, idem cum priore. Interpres vetus Statii, *Scabillum, quod in sacris pedes sonare consueverunt.* Unde *Sonipedes*, qui pedes scabillum sonabant, apud Gratium *Cynegetic.* ubi de Ilidis Sacerdotibus, τερδοποῖοι & τερδοποῖοι Græcis. Sic & in Choro fuere, qui pede percusso *cadonizo* canentibus dabant & saltantibus *signalum* motitabantur: quod ipsi quidem non simplicis pedis percussione faciebant, sed foleâ ligneâ, cui fuppâda fuit ferrea regula, ad majorem sonum edendum. Hinc *σκάμων κατάδησις* vocat Lucianus. V. Ibianium *Apolog pro saltatoribus* & hic supra.

Scabini, adde: Vox hodieque in Germania utraque frequens; Galliâ item, ubi Scabinos etiamnum *Scabinos*, vulgò *Echevins* vocant, Judices urbanos seu æduiticios: qui in plerisque civitatibus inquilini ac cives, & quidem ex utroque patentie clive editi, esse jubentur. Quemadmodum de Pericle, legem cum tuliste, ut nemo ad tempus accederet, nisi patrentibus *ἀστοῖς* natus, tradit Æliamus *Var. lib. 6. cap. 10.*

Scabrities, inter vitia dentium, memoratur *in Augusto*, apud Suetonium *cap. 79.* cui ne dendæ limam adhibitam, docet Matt. Capella *lib. 3.* &c.

Scacarii Barones, appellantur in Anglia Magnates, qui in *Scacario* seu *Scaccario* Judicum vice funguntur, quorum præcipuus *Capitalis Baro Scacarii* appellatur. Deiunctabatur ii primitus, ex *Carlæ Baronibus*, h. e. ex Magnatibus, qui ratione feudorum à Rege nudè pendebant & ei hominium præstabant: hinc *Majores* vulgò dicti, quo nomine de majori Nobilitate vitos compellari in ea gente notum. Et quidem deligebantur arbitrio Principis antiquitus, postmodum perpetui facti & Curiæ assistentes, sub Henrico III. an Eduardo I. de quorum illo Matthæus Paris, A. C. 1244. statuisse ferunt, *Ut duo Justitiarii eligerentur in Banco, & duo insidem Barones in Scacario conservarentur.* V. de prærogativa & auctoritate horum Baronum *Nigrum librum Scacarii parte 1. cap. 4.* Catalogum verò habes apud Henr. Spelmannum *d. l.* Significat autem *Scacarium* propriè apud Anglos Curiam, in qua res Fisci pertractantur, in aula fc. Westmonasteriensi, Angl. *The Exchequer* vel *The chorker*; id quod bis in anno fit, in Pascha te vic. & Festo S. Michaelis, quotempore Vicecomites computa sua reddere tenentur. Officiarii ejus recentenfur varii in Fleta *lib. 2. cap. 27. §. 4.* *Thesaurarius*, *Camerarius*, *Garones scacarii*, *Clericus Regis*, *Custos Garerii*, *Constabularii de Marefalli*, *Clerici Scriptores rotulorum*, *Milites Argentarius* &c. Neque verò tantum de rebus Fiscalibus ibi, sed etiam de feudis, juribus ac libertatibus Regni, aliisque cognosci, legas *ibid.* Aliquando verò *Scacarium* iisdem Anglis pro ipso Fisco seu Ærario Regio sumitur, quòd ærarium Regis in eadem æde, ubi Judices Scacarii confident, asservetur &c. Sed & *Scacarium* dictum olim est, in Normannæ Ducatu, suprema Curia, in qua appellationes, ab inferioribus Judicibus, supremo jure dijudicabantur, quod totidem viribus, iisdemque temporibus, uti de Anglico diximus, fiebat. Postmodum verò Normanniæ illud Scacarium, in Parlamentum Rotomagi erectum est, V. *Monasticon* Anglic. *Tom. 2. pag. 995.* Vocis originem quod attinet, Spelmannus aliique à Saxon. *Schats*, i. thesaurus, eam arcessunt; Magi Fratres *Scacarium*, quasi *Sacarium*, dici volunt; Car. du Fresne *Scacarium*, Normannicum præterea, nomen accepit à loco, in quo Judicia supremæ exercebantur, fic dicto, quòd illius pavimentum esset talia quadratis diversicoloribus instratum esset, tabellæ instar, in qua *Scacarium* ludo ludatur. Sic enim ex *Necrologio* Eccl. Carnot. vocem usurpari observat, *Scacarium de aurichalco & marmore in pavimento Chori*. Vel certè à mensa, cui adsidebant Judices, à quâ *Scacarium Anglicum* denominatum, testatur Gervasius Tilesber. ubi scacarium virgulis distinctum exhibet, quo modo olim etiam erant hodieque aviei lusorii, uti videre est apud Gruterum 1049. 1. & Salmasium *ad Vopiscum in Probo*. Cujusmodi tabulas memorat fubminisstrandæ gratiâ Trapezitas feu Menfarios olim habuisse, scribit in *Asbiogia* Spelmannus. V. præfatum du Fresne in *Glossario*.

Scaeci, vel *Scaccorum Ludus*, Galli Italisque *Scachii*, voce à *calculis* detorta, ut placet Salmasio, nonnullis à Germ. *Schach*, i. latro, ut sit latrunculorum ludus; C. du Fresne nomen habet à Persica voce *Schah*, i. Rex, quòd præcipua hujus ludi persona Rex, V. cum *Not. 4 Joinvillum pag. 39 Scad Alexiadem pag. 383 & 384.* vel quòd *Regibus* dignus lit: (quamvis ejus ufu interdixit filio fuo primogenito Jacobus M. Britanniæ R. in *Δώρῳ suo Βασιλικῷ lib. 3.*) Græcis verò tribus *πάσι*, recentioribus *ζατρίκιον* dicitur, uti videre est apud vet. Theocriti Scholiastem coll. cum eo, quod Achmes habet de Zatricio. Describit illum eleganti Poëmate Tom. II.

Hieronymus Vida, & varia jam de eo præsbavimus, in vocibus *Calculi*, item *Latrunculorum ludus*. V. quoque ubi de *Zatricio* alibi; pasim. In eo eum ad imaginem bellì omnia composita sint, hinc *militum*, *acies*, *phalangis*, *prælii*, *fossium*, *capsiorum*, *troparum*, passim mentio apud Vett. dum illum ludum describunt. Victoria autem penès eum, qui *Regem*, h. e. principem calculum, ad incitas, id est, eò redigit, ut *iteru* moveique nequeat. Quod *facium mattum*, h. e. constitutum & subactum, Galli vocant. Scedes, in quibus calculi dispositi, *σχάφι*, *mandræ*, *valli* Latinis; Græcis *πάτοι*, *γραμμαὶ*, *χάρακες*, dicti sunt, ut videre est in his vocibus. Plura verò hanc in rem apud Salmasium *in Proculo*, ubi totam eruditi huius Ludi rationem accuratè exponit, & in quo à *Palamedis ludo*, *Ludo item XII. scriptorum*, diversus sit, docet. Addam hic ialtem, ex vet. *Arsesio* Patrì. A. C. 1320. *Scaccarii*, seu tabulæ lusoriæ, ex *jaspide & chalcedonio*, cum *familiis virginum partæ de jaspide & alia parte de crystallo*, mentionem facere Car. du Fresne *Gloss.* Ceterum, quantopere lusus hic militaris peritiæ candidatis utilis sit, docet Dan. Heinsius *Orat. Fun. in obitum Mauricii Princ. Nassovii habita* &c.

Scæva, adde: Hinc *scæva consilia*, i. sinistra, infelicia, apud Spartianum *in Pescennio Nigro*: *scævum crimen scævæ loquelæ*, *scæva pectora*, apud Aldhelmum. V. Salmasium *ad d. l.* & plura hic, ubi de *Læva*, seu *Sinistra manu*.

Scala, à *scandendo*, per illas enim in superiora domus ascenditur. Sic apud Græcos, qui uxores filiasque anxiâ solicitudine custodiebant, ad Parthenonas vel Gynæconas, in superiori ædium parte constitutas, *Scalarum* ascensu perveniebant; quæ an gestatoriæ fuerint adeoque removeri solitæ sint, an fixæ, non adeò liquet. Prius tamen verosimilius esse, videtur colligi ex Euripide *Phœniss.* ubi Antigone, permissu Matris, è Parthenone seu cubiculo suo, Pædagogo comite, exiens, *Scalas* scanfura hujus opem inclamat;

Ὀρσοῦ νιν, ὀρσοῦ γεραιὸν
Νάος χαῖ δόμ ἀπιμόλων
Πόδα ἐχ ἔδ' ἐξαίνει σον.

Eandem *Scalam* Penelope habuit, apud Hom. *Odyss. a.* per quam tamen ivit sola, fine ancillarum quæ, quarum duæ illam fequebantur, pro more,

Κλίμακα δ' ὑπαλὺς κρίσσασ' εἰς ὑ θάλαμο.

Similiter, apud Romanos, cœnaculum, *pars aditum superior*, *in qua ejudari confuetum*, Donat. in *Ter. Adelph. Act 3. Sc 3.* admotis *Scalis* ascensum est (*postquam in superiori parte cœnitare cœperunt*, Varro de *Ling. Lat. lib. 4.*) Ita enim Livius *Dec. 4. l. 9. Cænaculum super ædes datum, ferentibus in publicum scalis, obsessatum.* Unde Festus Pomp. *lib. 3. Cenacula*, inquit, *dicuntur, ad quæ Scalis ascenditur.* Martialis de incommoditate habitationis iuæ, *lib. 1. Epigr. 118.* trium meminit,

Longum est, si velit ad Pyrum venire,
Et Scalis habito tribus, fed altis
Quod quarit, propius petas licebit.

Nempe, postquam in superiori parte, ut diximus, cœnitari cœpium, *superioris domus universa Cenacula dicta sunt*, Varro *ubi supra*. Has, obtentâ apud Judices causa, Clientes in Patronorum gratiam eoronis exornare consueviste, colligere est, ex Juvenali *Sat. 7. vers. 18.*

Rumpe miser tenuem ieuræ, ut tibi lasso
Figantur virides, Scalarum gloria, palmæ.

Ubi Casaubonus, *Scalæ*, inquit, *hic sunt aditus domus*, *janua*, *ita autem vocat ἐμφατικῶς*, *ad indicandam Oratorum pauperiem*, *qui*, *tenuium & mendicorum more*, *in cenaculis habitabant*, *ut habitationes suas nisi scalis iuxtare non possent.* V. & Thom. Dempsterum *in Rosinum lib. 5. cap. 28.* Flaminicæ verò *Scalas* plus tribus gradibus, nisi Græcas, fcandere non licebat, ut Massurius Sabinus habet apud A. Gellium *lib. 10. cap.* qua de re V. paulo infra, in voce *Scala Græca*. Sed & in bello *Scalarum* usu est; quibus urbem hostilem conscendere, primus docuit Caparius, teste Vegetio *de Re Militari lib. 4. cap. 21.* Cujusmodi *scalæ* meminit *MS.* liber apud Lindenbrogium, *De Armorum Judicio*,

Tum præ je portant adsendibilem fomitam,
Quam fcalam *vocitant.*

Statius *aërium iter* vocat, *Thebaid. l. 10. v 836.* Quo fine hodie exteris fiunt, facile portatiles. Sed & lincarum jam meminit Jo. Garzo *Regum Friderici Magni lib. 3. lit. 10. loco accommodo perficio*, *in mensa evaserunt*, *putulinum morati* fcalas lineas, *quarum extrema mis alligatæ eram manus ferreæ*, *superiorum murorum parti injiciunt.* Quam in rem V. Barthium *ad Statium d. l.* De usu *Scalarum* in confcendendis equis, dicemus infrà. Porrò in pœnis quoque *Scalæ* adhibitæ occurrunt, apud Gallicarum inprimis rerum Scriptores, in quo proin Regno *Scala*, una est ex *altioris.ut* vocant, *justitiæ* seu fupremi dominii notis. Scala quippe pro crimium quorundam aut malefactorum punitione erigitur, intra dominorum, qui jus gladii habent, jurisdictionem & districtum, quanti ascendere coguntur rei, qui ejus modi pœna multantur, ut universæ plebi expositi infamiæ notam fubeant. Cujusmodi fcalam, *Scalam Templi* appellatam, quòd fuerit Templariorum olim fupremæ Justitiæ nota, etiamnum in urbe Parisiensi prostare & ad

Hospitalarios ejus urbis jam pertinere, docet C. du Fresne in *Gloss* ubi varias voces notiones alias exponit, cum viz. urbis regionem, apud Monspelienses; lectica speciem in *scalæ* modum confectam in *Vita* Filiberti; manipulum militarem, Gall. *Escadron*, apud Guil. Britonem *Philip.* l. 3. in fi. portum minorem, seu potius tra jectum vel *escegre*, in majori porta (quo modo variæ extiere *scalæ* in po tu CPolitano Ceratino, de quibus idem multa congestit *Not. ad Alexiadem*) alia, notat. V. & infrà.

Scala Tyrionum, adde: Illuc usque ad Chaiphan purpuratum Judææ littus extendi, docet Bochartus *Hierozoici Part. poster lib V. cap 9.* V. supra in voce *Purpurarium Litus*.

Scalæ Ferreæ, apud Mauritium Στρατηγικ. *lib.* 1. ἵχνη δὲ καὶ ἐν ταῖς ἑῴοις σκάλαι σιδηραῖ δύο: & ella equestri pensiles, sunt quos Hieronymus *flapedes*, Eustathius in *Odyss.* Ἀναβολεῖς vocat; qui & ferreas fuisse docet, cum σιδηρᾶς exponit. Cùm enim, antiquissimo instrumenta teanseria, quibus hodie mantentes in equum levamus, inveneris, Homines ad hanc rem Veteribus fuerint, qui dextrâ manu erigebant equo inteflurum & fuftolebant, Ἀναβολεῖς hinc Græcis, *Stratores* Latinis dicti: factum poftea, ut & *scalæ* prafatæ, quod eundem ufum præ ftarent, fimiliter appellarentur. Unde Suidas, apud vet. Scriptorem, ἀναβολεῖς exponit, τὸν ἀναβιβάζοντα ἐπ ἵππον, fed addit, ἀναβολεῖς δὲ καὶ οἱ σπαθῶν ἐπιλαμβανόμενοι ἱππάζεσθαι. Ubi manifeftè indicat, Romanos *fcalam* vocaffe illud inftrumen tum, cui pedem impoebant, ad confcendendum equum. Cujusmodi *scalæ* feu ftapedis vitem Valefianus Imp. Sapori exhibuiffe coactus legitur apud Eutropium & Aur. Victorem, ideméque miniftrerium nobilibus matronis præftabant olim mulieres, κλιμακίδες hinc dictæ, apud Athenæum. V. Salmafium *ad Pollionem in Valeriano & Spartianum in Caracallo*, ut & infrà in voce *Stapia*.

Scalæ Gemoniæ, in monte Aventino, fuppliciî locus erat, quò unco pertracta mali fecorum cadavera, fede in Tiberim præcipitabantur, Thom. Godwynus *Antiqu. Rom. lib. 2. fect. 3. cap. 8.* ubi locum hunc fimilem fuiffe contendit faxo vel rupi Tarpeiæ, & qua rei vivi in præceps dabantur. Cœl. vero Rhodiginus *Antiqu. l. 10. cap. 5.* reorum jugulis unco injecto, à Carnifice, ad Scalas illas eos pertractos, ibique artubus contractis, uftulatos effe, ait. Quod fi ita eft, idem hoc Suppliciî genus fuerit cum tunica, cujus nomine Seneca *Epift. 14. Cogita illum tunicam alimentis ignearn & iciliam & inuexam*: & Juvenalis *Sat. 8.*

——— *Tunicâ punire molefta.*

Iftiusmodi enim tunicâ, qui flammis deftinati erant, indui funt foliti. Idem Rhodiginus addit, nomen fuppliciо fuiffe, aut à quodam *Gemonio*, qui illud primus fubierit: aut à *gemitu*, quòd eſſet locus *gemitus & calamitatum*. V. quoque *Gemonia fcalæ*.

Scalæ Græcæ, memoranur A. Gellio *lib.* 10. *cap.* 15. Poftquam enim ipſi de variis ceremoniis Flaminii Dialis & Flaminicæ inpofitis actum, etiam hoc de Flaminicæ additur: *Et quòd fcalas, nifi quæ Græcæ appellantur, eas afcendere ei plus tribus gradibus reli gioſum eſt.* Ita enim emendavit Scaliger, cùm vulgò legeretur, *Et quòd Scalas, quæ Græ cè κλιμακτῆρες appellantur*; vel in antiq. Ven. Ed *Græcæ κλιμακτῆρες* irrepſiſſe videtur, ex gloſſa, cùm *Græ cè* legeret, & puraret vocabulum Græcum intelligi. Ita tamen etiam legi poteft, nifi quæ *Græcæ κλιμακτῆρες appellantur*, ut de quibusdam Græcis fcalis intelligatur. Ad hujus loci interpretationem egregiè facit fragmentum Servii *: *apud veteres Flaminicam fcalas plus tribus gradibus, nifi Græcas, fcandere non licebat, ne ulla pars pectoris ejus, crurum ve fulter conſpiceretur. Eoſq; nec pluribus gradibus, feu tribus, ut in afcenſu duplices nifus non paterentur exolli veſtem aut mudari cura. Nam ideo & Græcæ fcalæ dicuntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum ſint, ne ad ſpectum ad partum aliquam corporis admittant.* V. Scaligerum *ad Festum pag.* 72.

Scaligeri in *Hiſtoria* S. Cuthberti, appellantur non ſemel Dani, ſeu Normanni, quòd, ad Scaldim amnem poſitis caſtris, diu ibi morati ſint, ann. 883. ut eſt apud Sim. Dunelmenſem, laudatum Car. du Freſne in *Gl. ſſ.* V. in voce *Scaldis*.

Scaldri, veruſtiſſimi Danorum Poëtæ, à ſono & murmure, quod canendo edebant. V. Stephanium *Not. ad Saxonem Grammaticum* & Olaum Wormium, eidem citatos. Iis tamen illos appellat Saxo *Bardi*, apud veruſtiſſimos Græcorum Ἀοιδοὺς fuere, dequorum officio diximus in voce *Cantor*.

Scalia, apud citatum à Sylvio Scriptorem, ex Italico *Scaglia*, h. e. ſquama, lapis eſt ſectilis, quos *ardoiſes* Galli dicunt, V. ſupra *Ardeſia*.

Scalpellum Scriptorium, quo calami ad ſcribendum olim aptabantur & temperabantur, γνώφων Græcis dictum eſt, quæ vox aliàs ealim notat, quo argentarii operantur. Sed & γλυπτὴς, & γλυφὶς & γλυφὶς. Nam γλύφειν καλαμῳ dicebant, qui acuebatur: aliàs ξέειν. Unde & ξεστῆρα καλαμου *Epigr.* Græcum vocat ſcalpellum hujusmodi. Porrò σχεδὴ & σχεδὶον. Hinc σμίλη ἀναγλυφικὴ, in vet. *Epigr.* ubi de inſtrumentis Librarii,

Σμίλαι Ἀνεστόνδε δουκεσγλύφεε, δεῦ' ἐπὶ μικρῷ
Σκεδάσῃ ἐχρὴ καλαμου Ψαίεσσ' ὀδὸν Κυδίων.

Atque inde σμιλευτὸν γράμμα, in altero *Epigrammate*, pro elegans ſcripto, quod utrnque exaratum eſt calamo bene temperato; de tragœdia, quam invenit Theſpis, ſed ex humili in ſublime evexit Æſchylus.

Αἰσχύλ ὃ ἐξύβριστα ὁ μὴ σμιλευτὰ γράφᾶς
Τραγῳδίᾶ, γλυπτὴν δ' οὐ παρεδίδεσκεν.

Namque Æſchylum majeſtatem potiùs & pondus verborum ſententiarumque confectatum eſſe, quam elegantiam & nitorem, vett. Criſici obſervant: uti contrà Euripidi nimius nitor in Tragico argumento virtodanus eſt. Ita ſcribitur iſtiusmodi *ſcalpellum*, in alio *Epigr. de ſapelleſtile Notarii*,

Καὶ γνώφωνα κάλαμα πταλεῖν γλωσσικὸν ὀδῖτα,
Scalpellum calami, tati cum cuſpide ferri.

Quo modo autem calamos hoc inſtrumento temperariat Veteres, diximus ſupra, ubi de *Calamo Scriptorio*. V. plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1044 & 1045. Idem *Canniſ* Gall. à *canna*, i. calamo, diei nt tar pag 969

Scalpere à Gr. γλύφω, *Æol.* σκάλλω, & *Scalpere*, à Gr. γλύφω, *Æol* σκάλλω, uti origine, ſic & ſignificatione, conveniunt. Uſus tamen & conſuetudo obtinuit, ut de his, quæ ad figuandum cavantur, *ſcalptura* propriè diceretur: *ſculpere* verò, celare ſigillis eminentibus notaret. Unde *ſcalptas gemmas*, & *ſculptam gemmaram*, in antiquis libris fere ſemper legere eſt, non *ſculptas*; quæ vitæ *σφραγῖσιν* uſum præbebant, hoc modo ſcalpere, *conveniebat*. Clericuni, ut *tonſum* enim dicimus, quæ inutilis depreſſilant & ignilus eſt. Contrà *ſculpta gemma* dicebantur, quæ eminentem & expreſſam habebant imaginem. Illius Artis periti: *Cavatores*, & recentioribus Græcis κοιλογλύφοι, item *Scalptores*: iſtius *Anaglyptæ*, *Calatores*, de argento; *Sculptores*, de marmore; porrò *Toreutæ* vocati. Auctores tamen non ratòsiùs confundunt, & Plinius *ſcalpturas cælypsas* vocat, in quibus è plano eminent imagines, quæ propriè ſculpturæ ſunt vel cælaturæ. V. hic paſim, & plura apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 1046. & 1102. Lucianus *ſculptor* & γλυφὸν, *ſculptorem* tamen de tabulo Argenta iorum, quod γράφειν vocant Græci, vix Latinis dicitur. *Scalpra* enim Suiorum propria, Horatio *Sermon. lib.* 2. *Sat.* 3.

Si ſcalpra & formas non fuior ——

quæ Græcis σμίλαι ac σχεδίαι. Sed & ve bi in ſacris uſus. In ſacris namque inferiorum evocatoriis te ram unguibus *ſcalpebant* Veteres: ut inter alia de Candida & Sagana idem refert *lib.* 1. *Sat.* 8.

——— *ſcalpere terram*
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in ſiſſam conſuſus, ut inde
Manes elicerent, animæque reſponſa darentur.

Qui de re V. Cafp. Barthium *Animad verſion. ad Statium Theb. lib.* 4. *verſu* 5 2.

Scamander, fluv. Siciliæ circa Segeſtam: huc enim cùm pervenille Æneas, duobus circa urbem hanc fluminibus *Simoenti* & *Scamandri* nomine, indidſle, tradit Strabo, Salmaſio laudatus *ad Solinum pag.* 113.

Scambus, apud Suetonium, *male pedatus ſcambus*, ex Gr σκαμβὸς, eſt qui pedes corumque poſi es introrſum convertit aliàs *valus*, item *vaigus*; cui opponitur *varus*, qui in exteriorem partem eos flect t. Unde vari, quia propiores ſibi utrinque calces pedum habent, quam digitos, lit. rat. V. figuram pedibuseſtitium: *ſcambi* verò inveniam eam literam reddunt, converſis introrſum pedum pollicibus & diverſis calcibus. V. ipſum in hujusmodi *ſcambum* Martialis, in voce *Rhyſium* ſupra; plura verò hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solin. p.* 945.

Scamma, apud Petrum Chryſologum *Serm.* 124. de *Div. & Lazaro*, *vanies nobis à Deo dives ingerimur purpurariis, quoties pauper vulneratus apponitur vities nobis miſericordiæ* ſcamma pandituri, *vanies nobis ſtadium pietatis aperimus*? Ditem Hieronymum *ad Pammach.* & Tertullianum *ad Martyr.* ex Græco eſt σκάμμα, quod à σκάλλω, *fodio*, & propriè notat limites ac terminos Stadii, ſodis ac terræ ſulcis deſignatos. Unde Prov. ἔσω σκάμματος τὰ ἐκτὸς κρίνειν, *tranſire ſuſſas*, i. limites: idem cum hoc, *extra oleas vagari* &c. Inde Stadium, ipſumque Certamen. V. Eraſmum in *Adagiis* ——— icerum *Theſ. Eccl.* voce Σκάμμα.

Scamna, nagris dividundis, id dicebatur, quod latius erat, quàm long. ——— it contra *ſtriga*, quæ longior, quàm latior. Unde *ſcamnati agri*, qui in centum in ſingulis habebant jugera decuria quadragena, hæc per longitudinem ducenta pes, per latitudinem actus 24. cum centuriæ quadratæ ducentena tantum jugera haberent. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 680. & *ſeqq.* ubi Agrimenſoriam Vett. pluribus exponit. Sed & inter ſuppliciorum inſtrumenta *Scamnum* funt L. Salica tit. 62. §. 1. *Servus ſuper ſcamnum tenſus* 120 *illius accipiat*. V. quoque §. 8. item Gregorium Turon. *Hiſtor. lib.* 7. *cap.* 21. & Hieron. Bignonium *ad L. Sal.* nec non ſuprà, ubi de *Exilio*, hujus enim ſpecies fuiſſe videtur. Alias voci ſignificat ones V. apud Cl. du Freſne *Gloſſar.* ubi etiam ver. *Inſcriptionem* Græcam, inter alias, Smyrnæ erutam A. C. 1672 exhibet, in qua vox *Scamnocancellus* occurrit, ΕΠΟΙΗCΑ ΤΗΝ CTO CIN ΤΟΥ ΕΙCΟ ΤΙΧΟΥ CΥΝ ΤΟΙC CΚΑΜΝΟΚΑΝ-ΚΕΛΛΥC &c.

Scancio, & *Scancionarius*, in L. Salica *tit.* 11. §. 5. alibique apud recen.

recentioris ævi Scriptores, Pincerna est, Gall. *Echanson*, à Germ. *schenken*, fundere. Officium *Scanconatus*, Gall. *Echansonnerie*, sub quo titulo, *Scanconarius*, *Clericus in Scanconaria*, *Madelinavios*, *Summularius Scanconariæ*, *Burillarius*, *Bustarius*, *Quadrigarius bustorum*, *Postarius* &c. fuisse comprehenso, docet *Nic. ad Jolivillam pag.* 109. Car. du Fresne. Apud Wisigothos, huic muneri qui præerat, *Comes Scanciarum* vocatus est, hodieque vulgari Hispanorum lingua *Escanciar* est poculum porrigere. V. supra in voce *Pincerna*, item *Pocillator*.

Scandia, addes: Auctor Anonymus *Hist. Orbis Terr. Geogr. & Civ.* Septentrionales regiones, nomine communi *Scandiæ* & *Scandinaviæ*, antiquitus appellatas fuisse, notat, limitibus tamen, pro diversitate Auctorum, alteratæ aliter positis. Jac. Ziegleros *in sua Schondia*, Groenlandiam, Islandiam, Oreades, Lapponiam, Norvegiam, Sueciam, Bothniam, Gothiam, Finlandiam, hoc nomine comprehendit: Cluverius *Germ. antiq. lib.* 3. *cap.* 38. Biarmiam, Lappiam, Finmarchiam, Bothniam, Sueciam & Norvegiam: A. Bureus Sueciam & Norvegiam: Pontanus *in Descr. Scaniæ* Scaniam, Sueciam & Norvegiam. Stiernhielmus *in Differtat. de Gothis*, Sueciam, Gothiam & Norvegiam &c. Quæ omnia tamen illutcendunt, complures Arctoas regiones *Scandia* olim inisse compertenias. Eadem ob numerosas inde coloniis emissas, *Officina & vagina Gentium* mihi dicta, hodie non ab eò populosa est: quæ res rationem suam sortie in recepta prisci temporibus polygamia habuit, cui cùm per LL. Christianismi obviam itum, eo ipso & numerosæ illi multitudini finis allatus est. V. Auctorem supra memoratum *cap. 6. sect.* 1. §. 10. *num.* 4.

Scandula, an à *scandendo*, an à *scindendo*, Græcè σχίνδαλ, in tectis adhibito Romæ non est, ad *Pyrrhi usque bellum*, *annis quadringentis LXX.* apud Plinium *lib.* 16. *cap.* 10. ita enim *MS.* habet, *Scandulam non conspectum fuisse Romæ*, cùm editus codex passe ferat. *Scandulæ conspectum fuisse Romam.* Habentur autem scandulæ *è robore opistinæ*, *mox è glandiferis aliis*, *fagoq; facilime ex omnibus*, *quæ vsiperam ferunt*, *sed minime durans*, *præterquam è pino*, *ibid.*

Scansor, in *Glossis*, σκαλοφόρος. idem cum *Scratore*, quod vide.

Scantinia Lex, de pueris in pudicis, memoratur Juvenali *Sat.* 2. Suetonio *Domit.* Aufonio, Ciceroni *Philipp.* 3. Eam tulit, ut Publio Mantio placet, C. *Scantinius* Arienius Trib. Pl. in ea, qui alienam pudicitiam sollicitaffent, aut fuam ipsi prostituissent, quibus pœnam irrogavit decem millia nummûm. Meminit ejusdem Fab. Quintilianus *lib.* 4. *cap.* 2. & *lib.* 7. *cap.* 4. Val. Max. *lib.* 6. *cap.* 1. C. *Scantinium* Capitolinum Trib. Pl. quòd filium M. Claudii Marcelli Ædilis Curulis de stupro appellaffet, damnatum fuisse, scribit: id quod etiam Plut. *in Marcello* habet, unde ab eo quidam Legem dictam volunt, quod tamen vero simile non est. Hanc pœnâ legemini fuisse, bolitam ob adulterio & pudicitia corrupta. Odavius Augustus, graviori pœnâ impositâ, eam sedit Justinianus *Institut. lib.* 4. *tit.* 18. *de Judiciis publicis*. V. etiam Lævinum Torrentium *Comm. in Suetonium in Aug. cap.* 34. Elias verò Vinetus *Comm. in Ausonium*, libi nondum compertum esse ait, quæ & qualis lex *Scantinia* fuerit: apud Joh. Rosinum *Antiq. Rom. lib.* 3. *cap.* 24.

Scantio, V. supra *Scancio*.

Scapallare, apud citeriores Latinitatis auctores, fustibus concidere, batuere est: Glossæ, *Scapellas*, κοπανίζειν, κοπανίσαι. Unde de Gallicum *chapter*. A voce dimin. *scapulus* seu *scapellus*, de qua V. infra in *Scapus*.

Scapha, Græcè σκαφὴ, à concavitate nomen habet, ex σκάπτω, *fodio*: quòd primum ex prægrandi arbore excavari cœpit sunt, Unde *carymon robur*, apud Statium *Thebaid. lib.* 5. *vers.* 287.

Qua data fagna, *fequor*, *dem curvo robore clauſum*
Diis pelagi, *ventis fi*, *& Cycladas Ægæus*
Amplius, *commenda patrem*

Ad quæ verba vetus Scholiastes, *Navicula*, inquit, *& scapha*, *quam uno robore edolatam ibi forte offendebamus. Rudimentum in scapha navigationis indicavit.* Sic Avorum aut Proavorum memoriâ repertæ terræ incolas habuere *scaphis* unâ arbore factis pelagus incurrentes: talemque omnino fuisse navigationem antiquam, in artis principiis, docent etiam Poëtæ, quibus *trabs*, *alnus*, *robur*, *pinus*, navem defignant, Cæsp. Barthius *ad Statium d. l.* De *Scaphis*, ex arundinibus citeis Gangem nascentibus: teibacis item, quibus utebantur in Nilo Ægyptii, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1016. & 1117. Apud recentiores postmodum Græcos σκάφαι dicti sunt alvei inbalneis, qui alias ἐμβάδες Græcis, Latinis *defossiones*, unde σκαφοκλυσία & σκαφοκλυσταί. Item alvei pueriles, in quibus infantes excaldabantur, etiam Græcis σκαφίδες, Latinis quoque *scaphiferia*, & cort. *capiferia*, appellati, de quibus V. Salmasium *ad Capitolinum in Albino*, ubi Capitolinus *Cæsarianam familiam ad sbiciate habuisse*, *ut parvuli summos ejus in infundibuli alveis lavarentur*, ait. Sed & σκαφὴ vel σκάφιον, *scaphe*, seu *scaphium*, i. hemisphæricum, dictum est horologium ab Aristarcho Samio factum, in cujus concavæ partis medio gnomon erectus erat; de quo invento V. Salmasium *ad Solinum pag.* 636. & *segq.* ut & aliquid supra in voce *Capus*, item *Polus*.

Scaphifanes, fupplicii genus apud Persas, memoratur Eunapio *de Vitis Philosophorum*, in *Æsopo*, & fic ftebat: Scaphi duabus, quæ commuttuntur ac congnentantur, ita includitur homo totus, ut promineat foris, per quinque foramina, caput cum manibus pedibusque, deinjubetur edere, aut, fi nolit, vi allatâ cibum capere compellitur, compunctis etiam oculis: infundunt postmodum lac melle mistum radilsque Solis advertio objicitur, ubi facies coeteraque membra prominentia prolsus tam mulcis apibusque oppletur, dum interim ab excrementis intra capbas verminantibus, corpus miserè absumitur. Inventrix ejus fabrefactæ Perfarum regina, Artaxerxis Mnemonis & Cyri junioris mater, quæ nuncium vicit Cyri, cui in oculto magis fayebat, hoc fupplicii genere exercuisse dicitur. Quadraginta dies in eo hominem diutare posse, tradunt Auctores. V. Baronium *Notis ad Martyrol. 28 Julii* §. *Absurum in asicis lit. f.*

Scapiia, addes: Meminit quoque *Scapiæ* tribus Suetonius *in Augusto*, *Fabianis* & *Scaptenhibus tribulibus suis*, *die Consilium singula millia nummûm à se dividebat.*

Scapius, familiaris Bruti. Cic. *Epist. ad Attic. lib.* 5. & 6.

Scapulare, Monachorum vestis propria, cum labore & operi fuisse tabant, loco cucullæ, ut quæ brevior esset & minus ampla & caputi tantùm *Scapulatique* tegeret, memoratur in *Regula* Benedicti *cap.* 55. V. Haeftenium *Disquisit. Monastic. lib.* 3. *tr.* 3. *sect.* 3. §. 26. Hodie verò *Scapulare*, Gall. *Scapulaire*, dicitur *Mathæi quasi tessera Scapularis*, ut ait Fr. Pomey in hac voce, pannus vix pedem latus, qui *Scapulis* impositus nocte quidem ad genua, vel etiam cingulum solum; interdiu verò ad talos usque ut inque pendulus est. Et quidem in quibusdam Ordinibus Ecclesiæ Rom. candidum illud fuerat Novitiæ, nigrum autem professiæ. Sed & hoc nomine veniunt exigua duo fruta pannifuci coloris, à Carmelitis conferata, quæ in eadem communione utridque fuos homines tæniolis ad aliquam distantiam colligata in collo gerunt, ut indulgentias ei habitui promissas consequatur: dicuntur ii de *Confraternitate Scapularis*, in cujus albo nomina sua inscribere, hebdomadatim aliquoties jejunare, & quotidie Salutationem Angelicam cum Oratione Dominica fæpius recitare tenentur, Richelieu. Nomen à *Scapulis*, in quibus olim Catechumenos, cùm baptizabantur, oleo illini confueviste, refert Macer *in Hierolexico*. De *Scapulorum* fupplicio, V. supra voce *Catomidiari*.

Scapus, ex Gr. σκάπτω, Dor. σκάπω, idem quod σκάφος & σκαφίδιον, propriè baculus est vel fustis & ramus, unde diminut. *Scapulus* & *Scapellus*, à quo verbum *Scapellare*, de quo diminus. Per similitudinem inde notiones variæ vox accepit. Nam & *Scapus columnæ* dictus est, apud Vitruvium Plinium que, columnas pars crecta inter capitulum & basin: & *Scapi fictæ*, apud Zenonem Veron. *Serm. de Abraham* 3. asseres illi duo arrectarii, qui scalarium gradus sustinent, & *Scapi finantes*, apud Lucretium, radii texteri licio involuti, & *Scapus charæ*, pallus, charræ plures in unum volumen complicitæ & convolutæ, quòd baculi erecti fi similitudinem præ se ferrent &c. Et quidem Græci κρόκινα & κρόκινα dixerunt tam scapos charrarios, quàm textorios, ut suprà vidimus: κρόκη autem baculum rectum vel regulam fignificat. Idem omnia Græcis recentioribus κρόκιδες, & Latinis codex fignificabat. Nempe certo numero inter se consuevere apud Veteres charræ jungi & in scapum convolvi complicarique, quæ *scapi* quoque nomine veniebant. Hiforus in *Glossis*, *Scapus*, *certus numerus vomerum charræ non scripsæ*. Unde *scapus* pro charris usurpavit Aldhelmus *de laud. Virgin.*

Sed tamen egregias depromens garrula scapis
Inclipias celebrare viros nunc pagina versa.

Erant autem pagulæ in scapo vicenæ, tempore Plinii; at inferiori ævo denæ tantùm, uti diximus suprà, ubi de *Charta*, item in voce *Decas*. Porrò non charræ solum, sed & libri, eodem pronomodo convolvebantur: *scapus* enim nomen proprie magis de charris, *tomus* verò & *volumen* de libris ut diceretur, usus obtinuit. Unde illud Satyrici,

penem
Tum grandem, *quem sunt duo Cæsaris Anticatones.*

Duo enim libri Cæsaris adv. Catonem in unum volumen compliscati, haud malè figuram ingentis virilis capi referebant, qual. in Claudius intuleratin pulvinar Bonæ Deæ. Quæ vox scapo charrarum singulares pagulæ revelebantur, ut iis committe etur substantia ac tumultuaria scriptione, quod in manu dorem postmodum charram regererentur, *fibetas* vocavere, V. in hac voce, & pluna hanc in rem apud Vopiscum in *Firmo*.

Scarabæus, pro Nomine Ægyptiis. Arnobius *adv Gentes l.* 1. *num.* 29. *Templa fabilina*, *scarabæis*, *& buculis*, *fabilinibus tunis etiam fulfigis*: aut falrem Numinis symbolo, inprimis is, qui pilas volvit ab Oriente in Occidentem, fulfo Plinio, βοηθὸν Epiphanio vocatus, *Taurus* etiam κάνθαρος, i. *scarabeus*, *Interpret. Orphei*, *Scarabæus cornutus taurum* imitatus: Quorum illum Soli, illum Lunæ tacitum habuere. V. de utraque pluribus differentem Salmasium *ad Solinum pag* 438. 439. ut & hic in voce *Cantharus*, item *Taurus*. Addam falrem, scarabæos illos, quos *tauros* vocat Plinius *lib.* 30. *cap.* 5. malè nonnullis confundi, cùm iis, quas *Cervos volantes* Galli vocant. Hos enim *Lucanos* Nigidius appellat

pellavit, apud eund. quod plurimi in Lucania essent, & eos cotinua prelonga bifulci detenta forcipibus in caeumin habentes jnnua, *fautium remedia*, i. amuletis, σκόλοπρους ἢ φυλακτηρίοις, *ex service suffraudi* solitos, aut Plinius: *suspendes* vero ferarbaeus corna ad ostiar bovis habebat, eratque *diuspos* tantùm. Salmasius d. l. Certè multarum rerum hieroglyphicum *Scarabaeus* olim fuit: *Dei in humano corpore, Generationis, Lunæ, Mercurii, Mundi, Solis, Strenui bellatoris, Viri patrivæ, Virtutis enervatæ debilis, Unigenitì &c.* ut videse est apud Jo. Pierium in *Hieroglyph.* & Nic. Caussonum *de Symbol. Ægyptiorum Sapientia.* Nec omittendus *Scarabaeus viridis, cujus cunninu gemmarum sculptores adquiescere*, utpote visum maximè acuente, Plinius habet *lib. 29. c. 6. n.* 1. V. quoque Vossium *de Idolol. lib. 4. cap. 59.* ubi de cibo, *c. 62.* ubi de origine eorum ex afinis &c.

Scaramanga, seu *um*, apud Luithprandum *in Legat. lib. 6. cap. 5.* ubi de donativis, ab Imp. CPolitano, in Sabbato ante Dominicam Palmarum, distribui solitis: *Pauciorum debinde ordo jaciatus & duodecim numismatum libris cum* Scaramanga *una donatus & duodecim numismatum libris cum* Scaramanga *una donatus*; vetustè est enim: quam viri militares gestare consuevere, supra veltes alias interiores, ad arcendas pluvias, nives, gelu, cetera denique aëris incommoda, uti Leunclavius exponit in *Pandectæ Turcico mm.* 17. ex Theodoro Zygomala: adeoque pænula vel pallii genus. V. Pachymerem *lib.* 12. *cap.* 11. & 15. alosque Auctores Jo. Meursio & C. du Freine in *Glossariis* laudatos.

Scarduo, Gall. *la vivière aux Cardons* : amniculus Galliæ, qui in Suminam devolvitur contra Montdidier, in Ambianis: ad cum Centulum oppidulum & *Monasterium*, ab Abbatissilla cuipie pagi Pontivi duabus leucis, Ortum versùs distans, situm est. Hadr. Valesius in voce *Centulum*.

Scarifatio, inter arborum remedia, Plinio recer setur *lib.* 17. *cap.* 27. *Scarifatio quadam in remediis, cùm macie corticis ex agritudine adstringenur se jusiog, plus arborum vitalia comprimente, exactam facies acien nitragine manus imprimentes perpetuis incisuris discutiendum, ac velusi cutem laxant.* Ita enim legendum, non *Scarificatum*, uti vulgò, censet Salmasius. Græcè namque σκάφος, unde *Scarifium* forte in *Notis* Tyronis) τὸ ξύειν, τὸ γλύφειν, significat, & σκαφεῖον, rado, fundo, sculpo. V. præfatum Salmasium *ad Solinum pag.* 590 *ubi de Balsami cultura.* Ab hominibus ad arbores ulu translato. Idem Plinius ubi suprà, *Magna ex parte similis hominum medicina & arborum est, quando earum quoque verebranur ossa.* Artem verò ab hirudinibus homines didicere, V. Crollium *Basilic. Chym.*

Scario, in *Italario Casin.* *Tom. II. Conflitut.* 124. Macro Militem significat, seu Equitem Auratum. Forte à Germ. *Schaar*, Hincmaro *Scara*, *Epiſt. ad Diac. Rem. Epiſcopos cap.* 3. quæ vox cuneum, turmam militarem, copias, significat. Carolo verò du Freine, apud Monachum Sangall. *de Carolo M. lib.* 1. *cap.* 20. Ostiarius, alàs Minister Judicis est (quos eadem notione Galli *Huiſſiers* vocant) vel certè minor Judex, V. eum in *Glossario Huiſſiers* vocant) vel certè minor Judex, V. eum in *Glossario* ubi inter alia vet. *Charta* meminit ann. 1047. in qua hoc ordine collocantur: *Ut planè nulla humana poteſtas Regis, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Castellanorum*, Scarionum, *vel Archiepiscoporum, Epiſcoporum* &c.

Scarpa, adde: Dicitur quoque *Scarbus* & *Scarpus*, Hadr. Valesio Albiniacum, Arrebatas, Duagium & Marcianas *Marchienes*, Monasterio S. Richtrudis illustres, alluit & ad vicum Confluentem *Conflan* Scaldi recipitur. V. cum *Notis. Gallia* in voce *Duagium Atrebatum.*

Scarpus, apud Gaufridum Malaterram *lib.* 1. *cap.* 16. stinerarii calceamenti species est, Ital. *Scarpa*, vel *Scarpetta*, Gall. *Eſcarpin*, ex Lat. *carpus*, quòd à *carpendo* ortum calceum olim notavit καταγιὼν, seu κατάγραφὸν, *multisarium ſiſſum & cæſum.* Unde *carpiſculus* diminuti v. apud Flav. Vopiſcum *in Aureliano*, de quà voce V. suprà.

Scarus, principem inter pisces fatatiles, judice Galeno, locum tenet: pro quo Diphilus est apud Athenæum *lib.* 8. Σκάρος ἀνὴρ πλούσιος, Ἀθηναῖος, γεγονὼς, κἀβδηλος, ἑυτυχὴς, ἑυσεβὴς, ἐυκλεὴς, ἐυδόκιμος, ἐυπολέμος, *Scarus* verò *est* carne *friatilis, dulcis, levis, concoctu facilis, facilè redditur, ventrem mollit.* Romani verò non inter fatatiles modò, sed pisces universos, primum ei locum tribuerunt. Unde Plinius *lib.* 9. *cap.* 17. *Nunc scaro datur principatus; qui solus piſcium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piſcibus.* Et *lib.* 32. *cap.* 17. *Scarus principatis bodie.* Ubi caute prior loco nunc: altero *bodie* adjunxit. Primus enim penes accipetsferre his honos erat: forte cùm patrium cognitus esset *Scarus.* Fuit enim hic Romanis peregrinus, *Mari ille Carpathio maximè frequens*, Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Unde Columella *lib* 8 *cap.* 16. *Scarus Asiæ Græciæq, littoribus, Siciliæ tenus, frequentiſſimus exit, nunquam in Ligusticum.* Et æqualis ejus Petronius,

——— *Siculo Scarus æquore merſus*
Ad menſam vivus perducitur.

Ac alibi,

——— *Ultimis ab oris*
Auratius Scarus eſt.

Quandoque tamen tempestate aliquâ, ab Carpathio & Siculo mari, in mare Tyrrhenum fuisse compulsos, innuit Horatius *Epod. od.* 2.

Non me Lucrina juverint conchylia,
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare.

Sed sponte nunquam ultra Siculum mare prodibant: quæ causa, quòd Fab. Quintilianus, homo quidem Hispanus, fed Romæ agens, *lib.* 5. scribat: *Non eloquens noſtro mari, non ſcarum ducas.* Itaque jam imperante Tiberio, non intra eft cum hic teminandi. Qua de re sic Macrobius *Saturnal. lib.* 2 *cap.* 12. *Nec omnia illa inglavies fuit maris ſui copiis; Nam Oſtavius præfectus claſſis, ſtatim Scarum adeò Italiæ littoribus ignotum, ut nec nomen Latinum ejus piſcis habeamus, incredibilem ſcarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam, inter Hiſpiam & Campaniæ litus, in mare ſparſit, miroq, ac novo exemplo piſces in mari, tanquam in terra fruges, ſeminavit: idemq, tanquam ſumma in hoc utilitatis publicæ verteretur, quinquennio dedit operam, ne ſi quis inter alios piſces ſcarum foriè capiſſet, incolumem conſiſtim & invitatum mari redderet,* Plinius *Oputum* vocat *lib.* 9. *cap.* 17. *Scarus promontorium Troadis Lectum ſponte nunquam transſit. Inde advectos, Tiberio Claudio Principe, Optatus, Libertus ejus, Præfectus claſſis, inter Oſtiam &c.* Quæ tamen opera, seu Optati, seu Octavii, non diu videtur fuisse utilis. Nam & poëta rarus is piscis, utantè: hoc genere, quod fatum erat in mari Tyrrheno, partim interiunte, paulatim, partim ad mare Siculum ac Carpathium, unde venerat, iterum remeante: Cœterùm jam, ante bellum Persicum, Romanis hunc piscem fuisse cognitum, indicat Ennius, qui temporibus Hannibalis ac deinceps claruit. Is enim in *Phagetlorum fragm.* quod apud Appulejum *Apolog. lib.* 1. legere est, *Scarum* vocat *cerebrum Jovis*: *Scarum præterii, cerebrum Jovis pene ſupremi,*
Helloris ad patriam hic capitur magnus, bonuſque.

Nempe loquitur more Græcorum, qui, quidquid est delicatum, διὰ τραχήλου nominatur. Præcipuè verò commendabatur assatus, Athenæus *lib.* 7. Cùm a. illorum caro tantopere laudaretur, longè tamen præstare carnem viscera. Unde in Vitellii patina, apud Suetonium, legimus fuisse *Scarorum jecinora.* Imò Martialis *lib.* 13. *Epigr.* 88. vilceribus solùm reservatis, carnem coquo reddi jubet. At immensi fres elogii est, quòd Epicharmus in *Hebes nuptiis*, apud Athenæum *libro citato*, de sparo & scaro, inquit:

Τὸν λαὸν ἢ σκάρον θεοῖσιν ἀπάρξαι θέσις,
Abjicere quorum ſtercus hanc ſuſ eſt Dies.

Ut non jecur modò, sed etiam intestina, videantur in summo fuisse honore. Interim summa ejus raritas, unde, quia in sacrisparsimonia observabatur, ex loquax ofis tolim pollucere *Scarum* non licuit: quam Legem a Numa Pompilio latam putat Jof. Scaliger. Verùm jam iis temporibus notum fu sse Romæ *Scarum*, vero simile haud eft. Quare potiùs censet Vossius, à Numa, vel alio, antiquiore fuisse temporibus lactitum: *Piſces, qui, ſquama ſi non, ſunt, nec pollucem.* Posteaquam verò innotuit *Scarus*, qui ob raritatem magni venibat, lege eam parsimoniæ causâ fuisse exceptum, ne epulæ ad pulvinaria magno nimis constarent, additumque: *Squamoſos. omnes, præter Scarum. pollucto.* V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progreſſu Idolol. lib.* 4. *cap.* 24. Inter peregrina ciborum genera, *Scaros Cilices* habet A. Gellius *lib.* 7. *cap.* 16. ubi fic dictos ait Anton. Thylius JC. quòd Carpathio mari, cui Cilicium vicinum, frequentes essent, ut dictum. Caterùm

& Præceptor fuit Alexandri Severi, memoratur Jul. Capitolino *in Vero*, *Anubio* Scaurinum *Grammaticum Latinum*, *Scauri filium*. Sicut posteriori *Scaurinus* Lampridio, *Rome* (Alexander) *Grammaticos* Scaurinum *Scaurini filium*, *doctorem celeberrimum*. V. de utroque Salmasium *ad Capitolinum a. l.*

Scelerasi, in mari olim pœnas dare credit. Unde Horatius *lib. 3. carm. 2.*

——— *vetabo, qui Cereris sacrum*
Vulgaris arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemq; mecum
Solvat phaselum ———

Quod hinc ortum, quia magis absoluta in mari Deorum potentia iis visa est, juxta illud Poëtæ, de impio homine, qui se mari commiserat,

totus Fati voti q; Deorum est.

Hinc Paridem, furem, adulterum, raptorem, felici navigare aura, dupet & queritur Thetis, apud Statium *Achilleidos lib. 1. versu 67.*

——— *ſpolia hoſtica portans*
Navigat impaſſæ temerarius arbiter Idæ.

At tales nec in mari tutos, quin pariter atque in terra illis & ibidem multa mala præparari à Diis, ſcribit Dionyſius Periegetes,

τοῖς δ' ἀλίτροις
Εἰν αλὶ ϗ γαίης κρυφὰ μηχάν βάσσαι ὀφέρουσι &c.

V. Barthium *animad. verſion. ad Statium d. l.*

Scena, fronti, ejusque pars illa, quæ ab uno ejus cornu ad alterum, cum cooperturis, ducebatur, Joh. Rofinus *antiqq. l. 5. c. 4.* Seu, locus ad Drama agendum apparatus conſtructus], Auctores *Poet. Gieſſ. l. 2. c. 8.* Proprie vero umbraculum, quò se Hiſtriones conferebant; quod primò ex arboribus erat; Nam priſcis temporibus, ante uſum Theatrorum, ſub frondibus agebant; Unde *Scena dicta eſt*, verbis Calliodori, *ab umbra ineſtimabilis, ubi à Paſtoribus, inchoante Vere, diverſis ſuis carminibus canitur*: Poëtica ſiquidem, ieu tapetia cum ulum præſtare coeperunt. Longitudo eius ad Orcheſtræ diametrum duplex erat, decente Vitruvio *l. 5. c. 7.* Fuit q; ipſa vel Verſatilis, cum machinis quibusdam ſubitò vertebatur & aliam pictúræ faciem oſtendebat; vel Ductilis, cùm tractis tabulatis hæc atqua illæ ſpecies picturæ interior nudabatur. Sed & pro Argumenti varietate, varia erat, Tragica, Comica & Satyrica; quarum prima conformabatur columnis ac faſtigiis ſignis; ac regali inſtruebatur magnificentia: Comica, privatorum ædificiorum ſpeciem habebat & mœnianorum, ſatyrica ornabatur arboribus, ſpelun cis, montibus, viridariis & rebus agreſtibus aliisque in topiarii operis ſpeciem; quibus poſtea varius ornatus acceſſit, ut inter alios ex Val. Maximo, Vitruvio, Scaligero *Poet.* videre eſt. Nec verò locí noſtrum hoc nomen fuit, ſed & Actus pars ſic vocata eſt, quam perſonarum ingreſſus ac ſermocinatio conſtituit: In quam non introducebantur plures perſonæ loquentes, quàm ſi, nili forte conſilatio inſtituenda eſſet: mutæ verò perſonas adeſſe plures, nil prohibebat. Horatius tamen jubet,

——— *Ne quarta loqui perſona laboret.*

Fortè, ad confuſionem rerum vel orationis, tædiumque Auditorum virandum. Novum autem Grammaticorum inventum *Scenam* eſſe, Muretus autumat ex eo, quòd nec apud Græcos, neq; Plautum, ulla ejus fiat mentio, nec in vetuſtioribus aliquibus Terentii exemplaribus manuſcr. Adeſt, quod tam varie *Scena* diſtinguantur, ut vix certa diſtinctionis ratio deprehendi poſſit. Sed Scaligeri rationem antiquam tradit, quòd alia atq; alia facies ſubinde appareret ex ædiculis, in Theatro, quæ olim, quum è ramis ac frondibus conſtarent, ita fint ab umbris & tabernaculis appellatæ. Mine Ariſtoteles *Scenam* Tragœdiæ eſſe partem negat, eo quòd agi poſſit extra *Scenam*, ſicut primitus, cùm à ſolo Choro ageretur: donec Æſchylus primùm σκηνογραφίαν meditatus eſt. Fiebat *Scena* initium aliquando ab omnium (ejusdem Scenæ) ingreſſu; aliquando unius, qui è ſuperiori *Scena* alium relictum invenit: Finiebatur ſimiliter vel egreſſu omnium vel unius, reliquis ſequentem *Scenam* conſtituentibus. Nonnunquam & unus ſolus ad futuram *Scenam* relinquebatur: cavebatur verò, ne qua perſona, in fine Actus, in Theatro eſſet reliqua. Numerus *Scenarum* definitus non erat &c. V. Auctores ſupra laudatos. Redeo ad *Scenam* Theatri partem. Ante eam Proſcenium fuit, locus in quo Pulpitum, in quod Actores prodibant, altitudine pedum 5. Inter Pulpitum fuit *Scena*, ſicut Proſcenium & Orcheſtra depreſſior: ibiq; geſticulantes, cantu & ſaltatione, Artifices perſonis in *Scena* abditis populum retinebant. Roſinus *l. 5. c. 4.* V. quoq; Scaligerum *Poet. l. 1. A' Scena* dicti *Scenici* cùm homines, tum Ludi, de quibus infrà.

Scenici, dicti qui in *Scenam* prodirent. Hi apud Athenienſes omni notâ vacui erant, agebantq; ſaltatim, poſtquam tricesimum ætatis annum attigêre, ex Lege: Μὴ ἐξεῖναι τὸν ἐπὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότα. Itaque cives ipſi Artici & Poëtæ, in *Scenam* prodibant, quod de Sophocle, Ariſtophane, aliis, ob ſervatum. Romæ contrà Hiſtriones notabantur infamiâ, unde Laberii querela, de qua *ſuo loco*. Scilicet: *Ait Prætor, qui in Scenam prodieris, infamis eſt*, 2. 3. *ſ. ult. D. de his qui not. infamiâ.* Unde factum, ut *Scenici* ſpectaculorum deberentur obſequiis; eaq; *Scenicis* nati non poſſent derrectare, fed vel inviti ad ea præſtanda adigerentur. Primus Valentinianus Princeps optimus A. C. Dionyſiano 371. conſtituit licere *Scenicos*, in extremo vitæ periculo conſtitutos, baptizare, & ſi forte evaſiſſent, nohuit ad ſcenam revocari: ne autem fraus aliqua fieret, inſpicere juſſit Judices aut Urbium Curatores, an vitæ periculum adiſſent: Non enim volebat eos baptizari, niſi falute conclamata, ne conſideratio factaſſi me Religionis & Chriſtianæ Legis reverentia ſcenæ emanciparet. *l. 1. Cod. Theod. de Scenicis.* Anno deinDionyſ. 380. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius A. A. mulieres *Scenicas* proguatæ, cum detrectarent ſpectaculorum obſequia, juſſere Lege latâ, quæ habetur *l. 4. Cod. Theod.* in pulpitum retrahi ludicriſq; depurari miniſteriis, niſi, antequam poſſent ſcenæ inſervire, Chriſto dixiſſent ſacramentum. Unde colligas, licitum fuiſſe tunc *Scenicis* progenitas, antequam poſſent Scenica præſtare officia, ſacro tingere lavacro. cùm nondum tamen *Scenicos* & *Scenicas* liceret baptizare, niſi in extremo vitæ conſtitutos. Poſtea de his ipſis, ab iisdem lapp. ſcripta Lex eſt, ann. ſeq. ut ſi qua mulier Scenica, volens in Eccleſiam Chriſti admitti & Baptismate tingi, poſtularet eo nomine vacationem officiorum Scenicorum, impetraret: pœnâ tamen ſancitâ, adversùs eam, quæ ſui copam poſt ſibem Chriſto datam feciſſet, ut viz. ludicris miniſteriis depuretur, & in ſcenam revocata, non niſi γεγεὶς ἄνω ſeu *anus viduitas* repræſentaret, donec ipſa revera ſenectute fieret deformis. Inter Hiſtriones tamen infames non cenſebantur, qui agebant Atellanas, de quibus *atibi*, V. Sigon. Petitum *Comm. in l. 1. Attic. l. 1. tit. 1. p. 73. & ſeqq.* ut ſic ſupra paſſim, inprimis, in voce *Hiſtrio*. Cæterum præmia *Scenicorum* ingentia erant, ſub luxuriosis Principibus, quæ tamen ſobrii Imp. aut temperantes aut reſerdebant. Ut, præter Tiberium, Pius, qui Meſomedi Lyrico ſtipendia imminuit: Marcus, quem *Scenicas donationes temperaviſſe*, ait Capitolinus. Quod an de corollariis ſolum hiſtrionicis intelligæ, quorum meminere Cicero, Suetonius, Plinius, Alii: an in univerſum de omnibus, quæ acceperè Hiſtriones ſoliti, non liquet. Alexander inprimis Sev. de quo Lampridius, *Scenicis*, inquit, *nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit: prætioſas veſtes, quas Heliogabalus dederat, etiam ſuſtulit*, ad quem locum V. Salmaſium.

Scenici Ludi, qui in Scena peragebantur. In univerſum enim duo fuere apud Romanos genera: Alii Circenſes, alii *Scenici*. ut docet Cicero *de L. L. l. 2.* ubi de Lege, *Ludis publicis, quod ſine curriculo & ſine certatione cuyrorum fiat, quod in ſcenam latibula in arena & ſiſibus & ſibilis moderanto: eam, cum Divum honore jungunto*, De Circenſibus ſupra actum. *Scenici*, à Gr. σκηνὴ, quòd in umbra fierent, dicti, ingenti ante exercitabantur, & à Græcis originem traxere, ut ex Ariſtotele *Poet.* Polydoro Virgilio, Lud. Vive, alijs, diſcimus. Qua ratione autem Romæ inſtituti ſint, refert Livius ad ann. U. C. 389. his verbis: *Et hoc & inſequenti anno, C. Sulpitio Pæto, C. Licinio Stolone Conſ. peſtilentia fuit, eo nihil dignum memoriâ actum, niſi quòd, quia Deum expoſcendæ caſa ſervitii vim poſſendum Urbem teſtiſſerimum fuit, & nam sis morbi nec humanis conſiliis, nec ope divina levarentur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoq; Scenici, nova res bellicoſo Populo (nam Circi modi ſpectaculum fuerat) inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicun tur. Cæterùm parva quæq;, ut ferme principia omnia & ea ipſe res peregrina fuit: ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos ſaltarent, haud indocto rus motus more Thuſco dabant. Imitari deinde ea Juventus, mixtis inter ſe ſocularia fundentes verſibus coperè: nec abſoni à voce motus erant. Accepta res, ſæpiq; iſurpando excitata. Vernaculis Artificibus, quia Hiſter Thuſco verbo Ludio vocabatur, nomen Hiſtrionibus inditum: qui non, ſicut ante, Feſcennino ſimilem verſum, compoſitum temerè ac rudem alternis jaciebant, fed impletæ modis Saturas, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuq; congruenti peragebant. Poſt aliquot annos, qui ab Satyris ausus eſt primus argumento fabulam ferere, idem ſolitos id quod omnes tum erant, ſuum carminum actor dicitur: cùm ſaspius revocatus vocem obtuliſſet, venia petitâ, puerum ad canendum ante tibicinem, cùm ſtatuſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu: quia nihil vocis uſui impediebat; Inde ad manum cantari Hiſtrionibus cœpium, diverbiaq; tantùm ipſorum voci vellitâ. Poſtquam lege hac fabularum ab ritu ac ſaltatio joco vel avocabatur, & ludus in Arcem vertirat, Juventus, Hiſtrionibus fabularum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ſimilia inconta verſibus faſtare capit: quæ inde Exodia poſtea appellata, conſeriaque fabellis poſtiſimum Atellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit Juventus, nec ab Hiſtrionibus polluì paſſa eſt. Eo inſtitutum manet, ut Actores Atellanarum nec Tribu moveantur & ſtipendia, tanquam experies Artis ludicræ faciant. Inter altarum parva principia rerum, Ludorum quoq; prima origo ponenda vila eſt, ut apparet, quam ab jam inviis res in hanc, res opulentiſſ Regni inlerabitem, inſpirium venerit.* Hæc Livius *lib. 7.* quæ eadem etiam Valerius Max. *lib. 2. cap. 4.* habet, ut de aliis jam nil dicam: ex quibus videre eſt, quàm tenue initium *Scenicorum* ludorum fuerit; quòd feliciet primùm Ludiones ex Etruria

aceiti fine carmine, ad Tibicinis modos, saltarint: pòst verfus, fed inconditi & motus à voce non abfoni acceſſerint: tandem Arte omnia fuerint perpolita, imò & regio luxu exornata. Quomodo autem hæc omnia exagitet D. Auguſtinus, V. cum de Civ. Deiul. 1. c.32. & l.2. c.8. Récentemun Ludorum *Scenicorum* ſpecies ità te, *Tragœdia*, *Comœdia*, *Satyra* & *Mimus*, de quibus V. *ſuis locis*.

Scenographia, quaſi πάν σκηνῶν γραφικὴ, ut Politiano appellatur in *Panepiſtemone*, pars eſt Optices ſpecialis; quæ res in plano eo modo refert, quo radii ab objecto producuntur, ad oculum: nempe ratione pyramidali; cùm ſubliminoribus radiis altiora, humilioribus humiliora, ſiniſterioribus ſiniſtra conſpiciuntur: Adeoque docet, quomodo illa, quorum exhibetur imago, commode ſciteq; pro diſtantiis & altitudine, apparent. Cujus exemplum habemus in porticu longa; ubi ultima tabulati pars deprimi ac pavimenti ultimæ atrolli, parietes ultimi contrahi videntur. Non igitur veram docet æqualitatem; ſed quæ viſui commode ſe offerat. Ideoque ſi circulus debeat repræſentari, ſæpe non circulum referte jubet, ſed ellipſes: quadrata item docet referre, non ut ſunt; ſed altera parte longius producta. Quidam *Sciagraphiam* dixere, ſed hoc nomine potiùs intelligenda Graphices ſive Artis pingendi pars, quæ pictura exprimit ac repræſentat tempore noctu nio facta: ut ſi pingatur Judæa Chriſtum nocte capiens. V. quæ Conmanditinum *Prolegomenis in Euclidem*, & qui omnium trium Optices ſpecialis partium *Orthographiæ*, *Scenographiæ* & *Sciographiæ* diſcrimen uſumq; & quàm jucunda utilhaque ex iis exuigant problemata, breviter exponit, Hug. Sempilium *de Machem. diſ ſpl.* l. 4. c. 7. Ad *Scenographiam* pertinet quoque Planiſphærii doctrina, quam Ptolemæus tradidit, uti & Jordanus Nemorarius. V. Voſſium *de Scient. Mathem.* c. 25 §. 4. Sed & in Architectura, Σκαινογραφίαν dixere, qui non ſimilium frontiſa imago, quæ operis futuri ſcham faciem modicè depictam oſtenderet (id quod Ὀθογραφίαν proprie dixere) fed totius corporis ædificii è folo excitati imago, cum laterum abſcedentium adumbratione formata, præferebatur. Σκαινὴ enim τὸ σῶμα eſt, quâ voce non humanum ſolùm, ſed & ædificii corpus, Græci indigitarunt. Unde Auſonius in *Moſella*,

——— *Scenaq; domorum.*

Quam in rem V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 821. Galli *Scenographiæ* vocant, & exponunt, *repreſentation en relief*. Richelietus in hac voce.

Scenopegia, V. infrà *Tabernaculorum feſtum*.

Scepici, Gr. Σκεπτικοὶ, Philoſophi iidem cum Pyrrhoniis fuere. Ita enim A. Gellius *l.11. c.5. Quos Pyrrhonios Philoſophos vocamus, ii Graco cognomine Σκεπτικοὶ appellantur. Id verbum ſignificat, quaſi Quæſtores & Conſideratores. Nihil enim decernunt, nihil conſtituunt, ſed in quærendo ſemper conſiderandoq; ſunt, quidnam, Hominibi rerum, de quo decerni conſtituiq; poſſit: ac ne videre quog, planè quidquam, neq; audire ſe putant, ſed ita pati affici, quaſi vocent vel audiant.* Nempe, quia ſemper ἐσκέπτωνται, i. *rem conſiderabant*, neq; unquam decernebant: aliàs Ἀσκεπτικοὶ, quia ſemper κρίσιν, i. *dubitabant*: Ζητηταὶ, quia ſemper ἐζήτουν, i. *quærebant*: Ἐφετικοὶ, quia longæ inquiſitionis non alius eventus, quam ἐποχὴ, h. e. *judicii ſuſpenſio* ſive *aſſenſionis retentio*. Pyrrhonii tandem ab authore ſectæ Pyrrhone, qui Socratis, Arceſilæ, Carneadis, Anaxarchi Abderitæ, Anaxagoræ que veſtigiis inſiſtens, illisq; initiis majora ſuperaddens, à κρυπτικοῖς λόγοις dogma in Arce collocavit, ſtatuitque: *Neque rerum veritatem, neq; falſitatem ullâ ratione comprehendi poſſe, omnia incerta eſſe, dubia & fallacia; neq; ſenſuum judicio, neq; rationibus fidendum.* Quo uno omnia Vett. Sapientum placita, quibuscunque fundamentis innixa, funditus evertit. Differebant à Neo-Academicis, quòd hi modeliores & Socratici *ſicuntin* inſtricti, illud pro certo habebant, *Nihil poſſe comprehendi*; Scepticei vero, ne id quidem certò aſſeverare voiebant. Hi omnia prorſus rejiciebant, Illi verò hoc unicè omnium ruinâ adſtruebant: Hi ferio, illi ſimulatè pleraque agebant: Hi indoctiores, & barbâ potiùs, quàm ingenio Philoſophi; Illi doctiſſimi & acutiſſimi erant, V. iterum Gellium. Hinc illæ voces eorum apud Sext. Empiricum, Οὐ μᾶλλον τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο, *Non magis hoc, quàm illud*: Οὐδὲν ὁρίζω, *Nihil definio*: Σκεπτόμεθα, Ζητοῦμεν, *Conſideramus, quærimus*: Πάντι λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, *omni rationi ratio oppoſita eſt* &c. quod etiam ἀπορίαν, item ἀφασίαν, vocabant. Iidem negabant, *quidquam revera eſſe honeſtum, vel turpe, juſtum vel injuſtum: ſed hominis judicium ferre, pro lagum inſtituto, vel conſuetudine; cùm non unum magis ſit, quàm alterum.* V. Lacrtium in *Pyrrhone* & inprimis Sextum Empiricum *lib. adv. Mathematicos* & *Hypotypoſeon libris*. Inter Chriſtianos ſectam erudite propugnavit Franc. Picus Mirandula: quæ, uti ſecta Epicurea, fed diſpari ratione, valde contraria eſt Religioni Chriſtianæ. Unde Nicetas de ſe & fratre Aquila, in Epitome Clementis Rom. *de geſtis B. Petri pag.* 65. Ἡ κεφάλαιωμαι δὲ τὸ καθ' ἑκάστους, ἕως ἂν τὰ ἀδιάφορα λέγω δὲ τὰ Ἑλληνικὰ καὶ Ἰουδαϊκὰ, ἵνα τὰ μάλιστα ἀναπολόγητοι ὦσιν, Accurate etiam ea inquiſivimus, quæ à Philoſophis traduntur: præcipiè illa, quæ maximè repugnant pietati erga Deum: Ita, inquam, Epicuri ac Pyrrhonii, quò magis ea reſellere poſſimus. Interim in totum Sectam damnandam non eſſe, vel hinc patet, quòd, etſi multa ſint certa, longè tamen plura incerta ſint, quæ permixta veris ſimilitudine veri fallant: in cujusmodi utile eſt ἐποχὴν ac verum ruſpari. V. Geth. Joh. Voſſium *de Scientiis Philoſoph.* c.20. & ſuprà in voce *Pyrrhonii*.

Sceptrum, Regum inſigne. Hoc initio Haſta fuit, teſte Juſtino *l.43. c.3.* ubi deſcmolo loquens, ait: *Per ea ætatem tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Graci Sceptra dicunt. Nam & ab origine rerum, pro Dis immortalibus, Veteres haſtas colnere: ob cujus religionis memoriam, adhuc Deorum ſimulachris haſta additur.* Inde Homero σκηπτοῦχοι, i. *Sceptriger*, Reges: & apud eundem Juſtinum *l.23. c.4.* cùm Hieroni aquila in clypeo, noctua in haſta conſedißet, conſilio cautum & manu promtum, Regemq; futurum, ſignificabant. Pauſanias in *Bœotiis*, Chæronenſes refert, ex Dis *ſceptrum* colere, quod Vulcanus Jovi fabricavit & id haſtam vocare: Adde Turnebum *adverſar. l.* 22. *c.* 12. (ubi tamen, quod mulieres non ſolitas dicitur haſtam gerere, diverſum habet ſcientiſſimus antiquitatis, Apollinaris *Carm.* 2. 7.43.) Quo factum, ut in hujus Religionis memoriam, maximo ſemper honore *ſceptra* eſſent, & ab iis, tanquam Impetii & Juſtitiæ augulto ſymbolo, jurisjurandum petere Vett. uſitatiſſimum fuerit. Ita enim Achilles, apud Homerum *Il.* 0.

——— *Nεῦ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους Φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσι λέλοιπεν, Οὐδ' ἀθαλήσεται· ἀμφὶ γὰρ μιν χαλκὸς ἔλυψε Φύλλα τε καὶ φλοιὸν.*

——— *Magnum juramentum juro, Certè per hoc ſceptrum, quod quidem nunquam folia & ramos Produces, poſtquam primùm in ſiſſionem in montibus reliquit. Neq; poſtulabit circum enim ipſi gladius decortita vis Folioq; & cortici eam.*

Et apud Æſchylum Partheopæus,

Ὀμνύω δ' ἀέρμονι, τὸν ἐχεῖ, κάθεν θὶὶ Σκῆπ· πατοῦλον, ὁμοκαπὸν δ' ὑπαίτιον.

V. quoque quæ de Græci haſta proverbiali à Græcis Interpp. referantur. Similiter ad imitationem Homericam Virgilius,

Ut ſceptrum hoc (ſceptrum dextrâ tum forte gerebat) Cùm ſonet in ſylvis ima de ſtirpe relictum Mauro ſcet, poſtiiq; comas & brachia ferro, Nunquam fronde levi fundet virgulta neq; umbram, Olim arbos, nunc Artificis manus ære decoro Inclusit; Patribusq; decibi geſtare Latinis.

Ubi ſimul *Sceptri* Regibus priſcis uſitati deſcriptionem habes. Eundem per *Sceptrum* jurandi morem Romani ſequuti. e Templo Jovis Feretrii illud, ut & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent, deprimere conſueverc. Joh. Roſinus *Antiqv. Rom. l.* 2. *c.* 7. Tunus autem apud Romanos *Sceptrum*, & quidem ex ebore, cum aquila in ſummitate, Tarquinius Priſcus geſſiſſe legitur, qui Etruſcis novennali bello fractis hac conditione pacem conceſſit, ut ad ſe Principatus inſignia, quibus ille tunus Reges ornare conſueverant, deferent: Ita q. delata Romam tunt, Corona aurea, *Sceptrum* in ſummitate Aquilam habens, Sella eburnea, Tunica purpurea auro diſtincta, Amiculum purpureum varium, qualia Lydorum olim ac Perſarum Regum &c. V. Florum *Hiſtor Rom. l.*1. c. 5. Dionyſium Halicarn. *l.* 3. *c.* 62. & Strabonem *l.* 5. Quæ poſtea, pulſis Regibus, penes Conſules manſere, ut ex Hiſtor Rom. notum. Sed & inter Triumphalia ornamenta *Sceptrum* fuiſſe, diſcimus ex Livio *Decad.* 3. *l.*10. & Dionyſio Halicarn. *lib.* 5. ubi de Menenii Agrippæ triumpho: & quidem itidem *eburneum*, Valer. Max. *l.*4. *c.*1. ad Attilium Calatino, idq; ſimiliter *Aquilam in ſummitate habens*, Iſidor. *l.*18. *c.* 2. Unde Juvenalis *Satyrâ* 10.

Da nunc & violacrem Sceptro *que ſurgat eburno.*

Ovantibus verò idem minimè conceſſum fuiſſe, ait Servius *ad illud Ecl.* 10.

Sanguinis ebuli bacis, &c.

Inter inſignia Romani Imperii hodiei, *Sceptrum* eſt aureum, quod unà cum quibusdam aliis Norimbergæ aſſervatur: in coronatione verò Imperatoris, cum Corona, gladio, pomo aureo, ac amictu, Imperatori tradi, & in proceſſitionibus Imperialibus, ab Electore Brandeburgico præferri ſolet. Addit, cum Carolus IV. Augurgrani inauguraretur, atq; Juliacenſis Dux, in cujus clientela urberat, novo Principi ſceptrum præferre coaretur, ei Ludovicus Elector Brandeburg. reſtitit, id ſui muneris eſſe aſſerens: quam litem Imperator ſic diremit, ut diceret, Brandeburgico id competere in inauguratione Cæſaris; Juliacenſi verò, cùm feuda clientibus Imperii conferuntur, V. Aventinum *Annal. Boiorum l.* 7. *p.* 635. & Freherum *Notis ad Petr. de Andlo l.*2. *de Imper. Rom. c.* 8. *in fin.* Quid verò jutis ſit, eo caſu, quo ipſe Elector præſens non eſt, an tunc Legati ejus, vel hæreditarius Imperii Vicecomearius *Sceptrum* Regi electo præferre debeat, quoq; nò fuit extra controverſiã. An. certè 1653. in coronatione Ferdinandi IV. Brandeburgenſes Legatos, præ Vicario Hohenzollerano, *Sceptri* geſtationem; item ut menſa Electoris Palatini, poſt Brandeburgici Electoris menſam, ponerctur, prætendiſſe.

disse, patet ex protestatione ab illis tum temporis Imperatori, ac Directorio Moguntinensi, insinuata. V. Limnæum Encl. lib. 2. c. 10. & plura hanc in rem, apud Salmasium ad Pollionem de Tetrico Jun. ubi Duces quoque olim cum sceptris Curiam ingressos esse, ex Servio addit, nec non Car. du Fresne Differtat. de infer. ævi Numism. num. 11. ubi de Sceptro Consulari Imp. pluribus disserens, gestamen ittud fensim desuisse, primumq; Phocam Imp. pro Pontifice usurpasse, eumque assumisse cum volumine monet, ex nummis eius; quamvis idem postmodum sceptrum gestasse Philippicum Imp. ex eiusdem nummis constet. Alias Sceptrum in genere, virga, baculus, fcipio, Græce ῥάβδος & σκῆπτρος, à qua origine quoque Scapus, quod vide. Unde Sceptrum ferulæ, apud Ausonium & Sceptra pædagogorum apud Martialem, Sceptrifera virga, ac sceptrina vimina, apud Aldhelmum de Laud. Virgin. c. 25. quæ nodofa dicuntur rigiditate, idem in profa dicit & c.

Scerifi, in Africæ Imperio Oattaffenis fuccefforum. Poftquam enim ex Merina familia ultimo Abdulacum Scerifbius seu Scherifbus quidam extinxit, circa A. C. 1480. hic intra annum decefsus eft à Said-Abra, ex Oattaffenorum familia: quorum potentia circa ann. 1500. defectione provinciarum admodum debilitata, Ahmed & Muhammed fratres, à præfato Scerifa genus fuum arcceflentes, regiam fedem Marocci conftituerunt; primò tributum pacti à Muhammede Oatazeno, qui feffæ regnavit, mox eo fuperiorem redditi. Et Muhammed quidem, frater Ahmedi mortuus, Oatazenum, filiumq; hujus familiæ Hamede extinctio, Mauritaniæ Regnum folus confecutus eft. A. C. 1548. Ei fucceffit fil. Abdalla A. C. 1577. quo de V. Thuanum lib. 20. Cujus filius Mahumedes Niger cùm à patruis Melico & Hamede regnis Fezzæ & Marocci exutus eflet, Sebaftianum Lufitaniæ R. ad auxilium ferendum evocavit: fed utroque in acie cæfo A. C. 1578. Hamedes tandem Imperio potitus eft, verùm intentis Scerifiorum diffidiis ab illo tempore fubinde commotis. Quibus duratibus quidam Muley Hamed Ben Abdalla impoitor, à Deo fe miffum jactans, ut à Scerifiorum tyrannide Africam liberaret, Muley-Sidan Marocci R. primò quidem vi cit acie, mox ab eodem ornatus & deletus eft, ficque fluctuans hactenus Scerifiorum familia, fublato æmulo, reftituta. Hunc in regno excepit A. C. 1634. frater Mula Alyvalid: quem A. C. 1639. Muhammed Ibbea Mula Sidan. Noftris vero temporibus Thaffarate Princeps vidit Gerardus, Imperium hoc fibi fubjecit: uti difcimus ex Relat. Reflexionis Angl. in Append. Diarii Europ. Continuat. XIX. Plura autem de regnatrice hac Familia, ex Thuano Hift. lib 7. 29. &c. V. quoque in vocibus Fezza, & Marocchum.

Scevophylax, Græcè Σκευοφύλαξ, h. e. Vasorum Custos, ut Guilielmus Biblioth. reddit in Hadriano II. dignitas fuit in Ecclefia Græcanica, versium locum in Cerimoniali primo ordine obtinens & curam habuit vasorum sacrorum, Sede vacante, Oeconomi officium obivit, teste Dominico Macro in Hierolexico. V. de ea multis differentes Gretzerus in & Goarum ad Codinum de Offic. Meurfium in Glossar. Car. du Fresne Descrip. Ædis Sophianæ, & Joh. Calp. Suicerum Thef. Eccl. ubi, cùm facrum Antiles faeicbat, cum ante scevophylacium ftare, ut fi aliquid inde depromendum eflet, five libri, five candelæ, five veftis, five aliud quid, depromeret; judicis porrò incumbere, & Σκευοφυλακεῖν etiam, unum v. qui inter eos excellebat, τὸ μέγιον, magnum, dici confueviffe, addit.

Schabek, feu Sabakan, Rex Chorazanæ, pulfo Budako Usbekorum R. & Baburo cognato ejus, qui in Mauaranalharia late regnabat, in Indiam ejecto, Usbekanum Imperium vel condidit vel inftauravit, fub initium feculi XVI. Sed ab Ismaële Sophi Perfarum R. tota Chorazanâ pulfus, fedem Regiam in urbem Boccaram tranftulit. V. infrà ubi de Usbeckis. Alius fuit eodem nomine, id. Schabebam, h. e. Rex Mundi, dictus, qui potentiffimum in India Imperium condidit, circa A. C. 1530. quo, poft mortem ejus, in fex minora Regna diviío, ex iis præcipuum hodie fupereft regnum Decan. Georg. Hornius Orb. Imper. cum Animadverf. Felleri pag. 441. 445. & Orb. Polit. cum Animadverf. Menckenii p. 426.

Schadagai, tertius filiorum Schinguis-kani, accepit à Patre Mauaranalharian, Corasmiam, aliasq; provincias, ad Oxum fl. quæ fuffecerat ab ipfius nomine Schagatai, al. Tartaria Orientalis, dictæ funt. Sedem Regni Samarcandæ poffuit, & conversus ad fidem Chriftianam templum Joanni Bapt. in ea ftruxit, Paulo Venetо teftе. Ei fucceffit fil. nomine Barak, poft quem feries Regum Scha-Jadajæ interrupta eft usq; ad A. C. 1300. quo Samarcandæ regnaffe iterum legitur Soyorgat-Mech, feu Huffein, cui Tamerlanes fucceffit A. C. 1370. Qui cùm Tartaricæ Imperii fines immane quantum ampliaffet, poft mortem ejus ortis diffidiis interfilis imminuta potentia eft non parum; poftea tamen illius Regnum Scha-Jadajæ & Indiæ retinuerunt: quorum illo in Regnum Chorazan & Mavvaranachar diviío, circa A.C. 1470. ex hot tandem Regnum Magni Mogolis ortum eft. Idem Orb. Imper. p. 438. & seqq.

Scharfenfteinium. Germ. Scharpfenftein, caftrum Germ. in Circulo Rhenano, cum tit. Comitatus, fub proprio Comite, è Tom. III.

Cratzia Familia, in qua Joh. Philippus Comitis axioma primus meruit. Fuit is fil. Antonii Cratz de Scharpfenftein & Catharinæ Mettenrichiæ: & ex Maria Mettenrichia genuit Jo. Antonium Cratz Com. de Scharpfenftein, maritum . . . de Sotern, è qua proles hoc feculo fufcepta. V. Spenerii Theatro Nobilit. Europ. Part. III. p. 691.

Schawenburgum, Germ. Schawenburg, aut V Velfphaliæ, cum tit. Comitatus, cujus hæc hiftoria. Adolfus de Salingstaven Equeftris in V Velfphalia ordinis, Francofuci coetereoquin præclarè nobilitatis familiâ ortus, à Sigefrido Brunonis fratris fuit in Mindenfi Epifcopatu fucceffore præda quædam nactus, etiam villam extruxit, venationibus tantùm, ut præferebat, deftinatam. At Sigefridus molem, ultrà ac fperaverat, fucceffiffe conspicatus, Conradum Salicum Imp. adit, ut Adolfum cœptis juberet deffiftere. Venit Imperator in rem præfentem, & indigenum dirui ædificium judicans, Epifcopo, ut Feudi loco id Adolfo per-niteret, perfuafit. Hoc Comitatûs initium, quo, adjectis patriis Salingslevii aliisq; prædiis, folennibus Comitiis A. C. 1300. Mindæ celebratis, Conradus Adolfum ornavit, in fidei Hungaricis, Italicis, Burgundicis bellis præftitæ præmium. Arcà Cæfaris verbis, pulchritudinem ejus commendantis (Schœnbe Iwrg) Comitatui ab arce appellato initio. Poft quæ, collatâ in Schauenburgios à Lothario I. Holiatiâ V Vagriaque, fucceffu temporum, feculo fc. XIII. inter fratres Henricum I. & Gerhardum II. Gerhardi I. filios Stormarienfia linææ, conventum, ut Gerhardus Stormariam, Henricus Schauenburgum obtineret, morte tum agnati Conradi vacuam, acciperet. Hujus in duos ramos divifa ftirps abiit, Chilonienfem vel Wagrium, qui defecit in Adolfo A. C. 1390. & Rensburgenfem, qui iterum in Rensburgenfem & Pinnebergenfem feu Schawenburgicum divifus eft. Prior, au ctus dignitate Ducali, cùm Gerhardo Slesvicum concederetur, fed in ejusdem filio extincta eft linea, A. C. 1459. Pofterior iterum in duas lineas cùm abiiffet, una earum in Ernefto, Principiali axionatæ infignita, defecit A. C. 1622. altera, & fic tota Familia, in Ottone (fil. Georgii Hermanni Com. Schawenburgi ac Holfatiæ in Pinnenberg, & Elfabethæ Lippenfis) extincta eft A. C. 1640. Ad quem Comitatum pertinentes præfecturas, Schawenburg, Bickenburg, Saxenhagen & Stadthagen, Epifcopatui Minden hactenus affertas, V Velfphaliæ pacis conftitutione cum Hirfefeldia Catti accepere. Unde titulus quoque hiffce Principalis axionatæ infignita, defcit A. C. 1622. altera, & fic tota Familia, in Ottone (fil. Georgii Hermanni Com. Schawenburgi ac Holfatiæ in Pinnenberg, & Elfabethæ Lippenfis) extincta eft A. C. 1640. Ad quem Comitatum pertinentes præfecturas, Schawenburg, Bickenburg, Saxenhagen & Stadthagen, Epifcopatui Minden hactenus affertas, V Velfphaliæ pacis conftitutione cum Hirfefeldia Catti accepere. Unde titulus quoque hiffce Principalis axionatæ infignita, defcit A. C. 1622. altera, & fic tota Familia, in Ottone (fil. Pfannenius de Principio. Germaniæ Principum Gentilibus c.8. de Gente Holfatica, & Phil. Jac. Spenerum Theatro Nobil. Eur. Part. I. p. 100. ubi Ottonis præfati majores, & Part. II. p. 16. ubi Erneffi præditi progenitores; item p. 49. ubi ramum Slesvicenfem five Rensburgium, exhibet. Plura verò hùc pertinentia, apud eundem Spenerum Sylloge General. in Fam. Oldenburgo-Danica & Wynmerum d. l. c. nis. de Gente Holfatica.

Schedia, Isidoro eft, quod adhuc emendatur, & notum in libris Isidorum eft. Nempe Schedia propriè dicebantur Romanis fingulares plagulæ, quibus ex papyro chartarum revulfæ, quibi scribebant, quidquid fubitâ & tumultuariâ fcriptione commentati eflent, quod emendatum poftea in mundiorem chartam regerebatur. Et quidem in averfa parte, h. e. in tergo hæ quoq; non folùm in adverfa, exarabantur, unde iis Opisthographorum nomen, quod vide. At nitidæ chartæ & mundæ, ex quibus librorum volumina compaginabantur, & in quibus emendata opera perfcribebantur, in adverfa tantùm facie fcribi foleban t, uti difcimus ex Juvenali Sat. 1. Sed & Schedæ paulo laxiùs nonnunquam, pro quavis fcapi plagula, aut libri pagina: hinc utrobiq; prima Schedia, quæ primo loco glutinata erat, πρωτόκολλον Græcis; fumma Schedia, apud Martialem, Gr. ἐσχάτοκολλον dicta eft, de quibus vocibus fuprà, plura verò hanc in rem apud Salmafium ad Popiscum in Firmo. Schedæ autem ex Græco ortum, in qua lingua χάρτες & χαρτίδιον idem notat; χαρτία, navigii genus tumultuario opere concinnatum, ἀσφάλιον, quam vocem retro vidimus.

Schedia Græcè σχεδία, in majori flumine Nili & Canopico oftio, haud longè ab Alexandria, memoratur Straboni, qui non multò fupra Schediam Naucratim urbem à Milefiis conditam eft, in Schedia autem ftationem fuiffe Ἡ διάπλους ἐν πλοίοις, ἐφ' οἷς ἀγωνίας ἐκ τῶν ἀνω χώρων ἀπαγγέλλουσιν, ait. Qua de re V. Salmafium ad Solinum pag. 476.

Schefer, nomen caftri in Suevia, cum tit. Comitatus, fub proprio Comite, ex Familia Truchfeffiorum de Dapiferorum & Waldpurg. In hac enim cùm Joannes, qui defeciit A. 1402. tres reliquiffet filios, Eberhardus primogenitus Sonnenbergensem, medius Georgius Wolfeiaam & Zeilensem, tertius denique, Jacobus, Schoerensem lineam orfi funt. Et quidem ultima hæc in duos iterum ramos abiit, quorum priorem Comites Trauchburgenses in Schoer conftituunt, alterum Comites de Fridberg & Trauchburg: utriq; Dapiferorum feu Truchfeffiorum gentile nomen commune eft. V. progenitores Ottonis Com. de Trauchburg, Fridberg & Schoer (qui natus eft A. C. 1615. ex Wilhelmo Henrico & Juliana Com. Sultzenii) apud Spenerum Theatro Nobil. Europ. Part. III. p. 9. & ex eadem linea Majores Gebhardi, quondam Archiep. & Electoris Colon. ibid. p. 51

Schellingus Britannicus, nomen monetæ, quæ par eft denario veteri Romano, cum beffe feu quatuor obolis: atq; adeò ipfa

drachma Παγγὰ sive Ægináca, quæ decem valebat obolos Attícos; tres *Schillingi*, quinque denarii. Unde Aureum Romanum Thomasius quindecim *Schillingis* æstimat: *justissimè*, ut ait Gronovius, *hi enim sunt 75. denarii.* Duodecim Staterem Attícum efficiunt: octo *Schillingis* Solidus Constantini & sequentium definitur, h. e. tredecim denariis, duntaxat ex veteri auri ad argentum proportione: nam tum pius valuit. Minam, ut & librum Romanum *Schillingi* sexaginta implent; V. Joh. Frider. Gronovium *de Pecun. vet. lib. 3. cap. 6.* ubi quoque Librum Sterlingam, Britannis usitatissimam, solidos vel *Schillingos* genticos continere viginti, solidumque hunc vel *Schillingum* folidi vetuſti Francorum trientem esse, asserit. Idem *lib. 4. cap. 15.* Milliarensem drachmæ Ægineticæ vel *Schillingo* Britannico, i. Belgicis thaleris decem, parem facit. Hinc Millarensis 60. comjicebantur in Librum argenti, quemadmodum totidem ad Librum Rom. *Schillingos* tequiri supra diximus.

Schema, Græcè σχημα, propriè vestis exterior est; Sic paludamentum, quod Plutarchus ἐφεστῶτα & φοινικὶς appellat, Dioni nunc est σχῆμα ἡγεμονικὸν, *vestis imperatoria*, nunc σχῆμα τύραννικὸν, *militaris vestis.* Nec aliter Plautus *Amphitryone in Prol.*

Quòd ego hæc processi, sic cum servilis schema:

Ubi *schema* σχῆμα exstat genere muliebri; sicut & Tranquillus *lib. 3. c. 43. Ne cui in operâ edendâ exemplar imperatæ schemæ deesset.* Sed & eo nomine intelliguntur gestus corporis: ac imprimis petaurista rum sive saltatorum, respondentes Musicorum instrumentorum modulis: quo pacto usi voce Herodotus, Xenophon, Aristophanes. Aristoteli *lib. de Poetica* dicitur σχηματοποιητικὸν ἐνθύμιον. Atque hinc *figurandi* verbum, apud Lucretium *lib. 2.*

Ac Musica mole, pro chordæ organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Hujusmodi *schemas* aliquot Tragicæ Chironomiæ antiquæ, i. gestus, recenset Pollux *lib. 4. cap. 15.* quales σχῆμα ἀγὼ, ἐγκαλυπτόμενον, χεῖρ κατατρυχοῦσα, ἔδνα παράλυσις, ὄνειρ ἐγερσις & alii, quibus addit Salmasius, χεῖρ πάντοχρως, qui gestus est eorum, qui intense aliquid & diligenter speculari volunt: manum enim fronti obtendunt, ne sol officiere oculis & prospectum impedire possit; V. eum ad *Vopiscum in Carino.* Fortasse & *Schematis* nomine intelligitur ipsa gradium, ut ita dicam, arbor cum ænaginibus, quarum suis singulæ appositæ sint locis. Ita in *lib. de Spectaculis*, qui Martiali tribuitur, in vers. Codd. exaratum est,

Cæsaris atq; Jovis confer nunc ischema juvencos.

Sed de hoc vocis significatu, V. Ger. Joh. Vossium *Institut. Orator. lib. 5. cap. 1.* Apud Monasticæ Rei Scriptores, σχῆμα Græcum, & *schema* feu *Scema* Lat. propriè uiurpari pro habitu Monachico; hinc que apud Græcos, Monachos effe quosdam, quos μικροσχήμους & μεγαλοσχήμους vocent, docet Car. du Fresne, ex Goaro ad *Euchologium Græcorum p.* 489. quem vide.

Schematici, Joh. Damascenus *de Hæres.* dicuntur Hæretici, qui eidem Ægyptii, aliàs *Monophysitæ*, quos vide; ut & plura de iis, apud Joh. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. l. 3. c. 14. de Acephalis.*

Schillingsfurst, castrum Germaniæ in Franconia, cum tit. Comitatus, sub proprio Com. ex Familia Hohenloica. Hujus enim etiam præcipua divisio sit in duos ramos *Langenburgicum & Waldenburgicum*; hic posterior iterum in alios, quorum unus *Schillingsfurstius* est, abit. Eo quidem Georgius Fridericus fil. Eberhardi Com. de *Hohenlohe in Waldenburg* (qui obiit A. C. 1570.) ex Agatha Com. Tubingensi, junxit sibi Dorotheam Ruthenam, atque inter alios genuit Georgium Fridericum Com. de *Hohenlohe in Schillingsfurst*, defunctum A. C. 1635. quo & Dorothea Sophia Solmensi nata fuit, & Elisabetha Dorothea (n. 1617. ux. Georgii Alberti Com. Erpachii) Ernestina Sophia (n. 1618. uxor Wilhelmi Com. Solmensis) Philippina Sabina (n. 1620. uxor Friderici C. Wiedæ) Maria Juliana (n. 1622. uxor Caroli Magni March. Badensis & Durlac.) Carola Christina (n. 1625. uxor Georgii Ernesti Com. Erpachii) & præter alios utriusque sexus, qui cœlibes defuncti, Christianus (n. 1627. maritus Luciæ Hatzfeldiæ & Gleichensis) & Ludovicus Gustavus (qui natus A. C. 1634. uxorem sibi junxit Mariam, eodem cum Lucia prosatis patre Hermanno Com. Hazfeld. & Gleichen genitam) omnes *Comites Hohenlohe &c. in Schillingsfurst.* V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. I. pag.* 117. & *Part. III. pag.* 83. ubi Christiani quoque & Ludovici Gustavi fobolem enumerat, quorum illi solùm filius fuperstes Friderici us Hermannus (n. 1658.) ibi memoratur.

Schinguis Khan, id est, *Rex Regum*, Tartarici Imperii conditor, circa A. C. 1187. Fuit is filius Suko-Baduri, Mogolum, qui Tartarica tribus erant, Principis, qui in aula Unkami Regis Magnæ Tartariæ Neſtoriani, velut obſes educatus, ac proditionis apud eum falsò insimulatus, ad populares, qui tum è prov. *Korokoram* versùs Septentrionem in campestria *Bargu* migrarant, tributumque Unkamo pendere desierant, profugit, divinaque ad Imperium vocatione simulatâ. & omisso *Temukini*, quo prius vocabatur, nomine, *Schinguis Khan* appellari voluit. Rex creatus barbaros Scythas, hactenus inopem in re pecuariâ agentes vitam, legibus & disciplinâ militari instruxit; quarum illæ *Jasak Schinguis Khan*, i. Leges Regiæ, dictæ sunt, teste Haitone Armeno c. 17. Præcipuè autem id suis inculcavit, ut suis, suorumque Successorum mandatis, eorum præsertim obsequtum. Ita instructo exercitu contra Unkamum, in Tenduksanis campis cum eo conflixit, victumque majori dimicandi parte exuit. Ex Tartaria dein Persiam ac Indiam aggressus, usque ad Tigrim & Volgam cunctis portis ferè est ingressus. Moriens inter quatuor filios ditiones ita divisit, ut *Octai* seu *Hoksta* primogeniturus maximam earum partem retineret, cum tit. *Magni Chani & Regis Regum*, ac superioritatis in reliquos fratres acquirens: Tuki, alter filius, omnes provincias Occid. ad diur. Volgam, nim. Tartariam deserram, Russiam, Cumaniam, Bulgariam, Gothiam, Alaniam, alias: Tertius Schadagai, Orientem Imperii partem, ut supra diximus &c. tenerent. Qua de re V. Georg. Hornium *Orb. Imper. cum Animadversion. Tolleri p.* 330. & *seqq.* Adde eundem *Orb. Politic. p.* 420. ubi primum hunc Tartarorum Imperatorem, superato muro, Sinenfibus bellum intulisse, circa A. C. 1206. fieq; Tartaris ad vastum illud Imperium occupandum, viam straviſſe ait. Certè poſt 73. annos hi vix contempti, familiâ Sinenſium Imperiali *Suigâ*, & plerisq; Procerum exinde nova constituerunt consilia, quæ continuâ succeſſionis serie novem dedit Imperatores per annos septuaginta, ut habet Auctor Anon. *Sinæ & Eur. c.* 48. vel nonagintà, ut Hornius ubi supra: donec Tartaris iterum pulsis *Taiminga* familia succeſſit.

Sibira, castrum Bavariæ, cum tit. Comitatus, olim sub proprii Comitibus, poſtmodum ad Duces Bavariæ pervenit. Inter quos cùm Arnolphus Malus adversus Conradum I. atque Henricum Aucupem simp. rebellaſſet, filius eius Arnulfus, hæreditate paternâ exclusus, *Sibirensis Comitis* titulo atque conditione uti coactus est: quo in gradu manſit quoque fil. eius Bertholdus, & nepos Wernerus. Wernero natus Otto I. filium habuit Ottonem II. patrem Ottonis III. qui Vitelspachium condidit (unde poſtea familiæ nomen) *Schirensi* arce in Monasterium conversa. Hujus fil. Otto IV. genuit Ottonem V. qui, proscripto Henrico Leone A. C. 1180. à Friderico Barbarossa Bavariæ ducatum accepit, poſtmodum in tres familias ditum ducem. Eo genitus Ludovicus, à Friderico II. Imp. confœtus est Palatinatum, cùm ejus filio Ottoni uxor obtingeret Agnes, hæres Palatinatus, Henrici Saxonis filia: unde Serenissimæ Familiæ origo. V. Phil. Jac. Spenerum *in Familia Palatin. Bavar.* & Tob. Pfannerum *de præcip. Germaniæ Principum Gentibus c.* 3.

Sibima, ab Hæresi sic distinguitur Augustino, ut *Schisma* ab hæresi differt, quòd communionis diſsutà societas, *Quæst. Evangelic. sec. Matthæum* lib. 1. Quid verò *Sibima* inde præferverando fit hæresis, ut idem monet *Epist.* 164. neque ullum Schisma eſt, nisi aliquam hæresin confingat, ut recte ab Ecclesia recesſisse videatur, uti monet Hieronymus, apud Gratianum, *causa 24. quæst. 3. can. Inter.* propterea alibi Augustinus eam distinctionem magis probat, *qua*, inquit, *schisma ipse dicitur recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio — hæresis autem schisma inveteratum, contra Crescon. lib. 2. cap. 7.* Basilius M. antiquos Patres inter Hæreſes, Schismata & Διαφοραγωγὰς hoc discrimen feciſſe tradit: ut *Hæresin* dicerent, quando homines prorsus abrumpuntur, & secundùm ipsam fidem ablienantur; *Schisma*, quando propter causas quasdam Ecclesiasticas & ζητήσεις ἰάσιμας, *quæstiones medicabiles*; *Paraphrasin* eam verò, conventum rebellium Presbyterorum aut Epiſcoporum, & ab iisruditis Laicis factum, *Epist. 1. Canon. ad Amphiloch. cap. 1.* ubi *Sibimatis* exemplum dat in Novatianis seu Catharis, qui pœnitentia differentiam ignorabant, ab iis, qui in Ecclesia *Jacobeum* vero exempla adfert, Manichæos, Valentinianos, Marcionitas, Pepuzenos, alios, de ipsa Fide in Deum diſsentientes &c. Cùm igitur Paraphragoga fit species quædam Schismatis, fed sine hæresi; omne autem Schisma contumaciam habeat, diſsinguendum *Schisma mere rebellionis*, à *Schismate* etiam *dogmatico*: ut Schismaticorum alii sint simpliciter *Schismatici*, alii *Schismatico-Hæretici*. Qui posteriores ab alis simpliciter Hæreticis in eo diſsiant, quòd alii Hæretici, etiamsi nolint, ejiciuntur ex Ecclesiæ communione: at Schismatico-Hæretici, nisi ità sponte diſsederent ab Ecclesia & unitatem ultro dirumperent, tolerari possent in Ecclesia, *tanquam infirmi fratres, vel patres*, ut ait Augustinus *de Civ. Dei lib. 18. cap. 51.* in aliquo errantes, salvo tamen veritatis fundamentalis & pacis concordiæque vinculo: cùm talium hæresis in eo maximè deprehendatur, quòd unitatem abrumpendam existiment, propter ea dogmata & facta, ob quæ tale diſsidium merito faciendum est; V. Joh. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic. lib. XIV. c. 1. & seq.* & Joh. Casp. Suicerum *Thes. Eccl.* paſſim.

Schisso, inter genera hæmatitis gemmæ, memoratur Plinio *lib. 36. cap. 20.* à venis, quibus diſtinguitur, nomen nactus, Salmasius ad *Solinum pag.* 408. Græcis enim σχίζειν, *dividere, diſtinguere est.* Sic aluminis genus, *in capillamenta quadam debiq; ens, schiston appellatum*, docet idem Plinius *lib. 35. cap. 15.* qui & *schistum*

forum eorum, meminit *lib. 29. cap. 3.* Et quidem in fex lapideis tabulis, è *chisis* lapide, in cubum adaptatis, mentiuram ac pondorum proportionem prifcit uftatam, exhibet in fuo Muſeo Athan. Kircherius, ut vidimus supra in voce *Quadratal* Cœterum verbum *χίσις* Græci Ruſticæ Rei Scriptores de prima ac verna aratione quoque dixere, uti dicimus ex *Epigr.*

——— *χίσις ἀγέρτος ἀρότροις.*

Quod *ſcindere* Virgilius exponit, Servius *vervactum facere*, alii *proſcindere*. V. Salmaſium ubi ſupra p. 725.

Schiæ, Bithyniæ urbs, memorata Annæ Comnenæ in *Alexiade p. 87. 2.* eadem ſcribitur, quòd in agro à conſtituti quodammodo *dirvulſi* continuſta eſſet de qua V. C. du Freine *Notis ad Villhardouinum p. 350.*

Schlesvicum, Germ. *Schlevvi-k*, prov. Germaniæ, in Cimbrica Cherſoneſo. Marchionatus primum ab Henrico Aucupe, victo Danorum Rege Gormone, inſtitutus: à Conrado II. Imp. Canuto Dano ceſſus eſt, cujus filiam Henrico filio in uxorem pepigerat. Ductatis dein titulo à Nicolao Danæ R. Canutus Erici R. fil. A. 1118. in le alii, regio Danorum ſanguine orti, usque ad VVoldemarum Erici filium tenuerunt, qui 12. adhuc annorum puer, pulſo à Danis Chriſtophoro, in Regnum accitus, Gerhar do avunculo *Slesvicum* conceſſit. Sed brevi poſt inter hos tres conventum, ut Chriſtophorus Regno reſtitutus 80000. marcas argenti Comiti Gerhardo exſolveret, *Slesvicum* etiam recepturo, quando VVoldemarus ſine hæredeexcederet. Quæ fors obvenit Gerhardi nepoti, Gerhardo VII *Ducis Slesvicenſis* titulo in clientelam, ab Olao II. ejusque matre Margareta, accepto, An 1280. illi ſucceſſit A. Nicolaus, inſidiis & aperta vi, à Margaretha, & Erico, quem illa adoptaverat, fruſtra petitus. Poſt ejus mortem, in Chriſtiano ſororis filio, Daniæ regnum Slesvicique Ducatus coalucre, ex cujus poſteris Holſatiæ Duces, quandiu clientelæ nexu ſe agnatis Daniæ Regibus obſtrictos haud inficiarentur. cùm tamen majorem libertatem ſibi arrogarent, ac iſtis permittere commodum eſſet, lites diuturnæ exortæ ſunt, poſtremæ tandem, Auguſto I. Saxoniæ, Uirici Meckelburgii & Guilielmi Haſſi operâ, utcunque compoſitæ. Accelus certamen hæc ætas tulit. Redintegrato enim inter Danos Successoque ante aliquot luſtra bello, Daniæ Regi, adverſam fortunam experto, inter alias leges etiam hæc impoſita ut Fridericum Holſatiæ D. (cujus filiam Hedvigem Eleonoram Caroli Guſtavus Succorum R. ſibi junxerat) ſicque Gottorpicus familiæ Duces, ſui juris eſſe paterctur. Sed Chriſtianus hodie imperans, Chriſtianum Albertum Holſatiæ D. eò poſtmodum adegit, ut is abdicato fummo ipſo in Slesvicenſium terram iu re, Danicam clientelam publicâ fide denuo profiteretur. Quod cùm hic vi extortum quereretur, provincia pulſus, tandem Pace Noviomagenſi reſtitutus eſt, V. Tob. Pfannerum *de præci puis Germ. Princ. genious*, ut & in voce *Slesvicum*.

Schlesinga, nomen caſtri in Suevia, ſub proprio olim Comite, ex Familia Hennebergica. In qua Bertoldus *Schlesingenſis* profapia ortus (ad quam deficiente agnatorum Michaelium ſtirpe A. C. 1449. tota ditio tranſiit) *Principis* axioma primus adeptus eſt, ab Henrico VII. Imp. A. 1310. Poſterorum ejus ſerie habes apud Philipp. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Eur. Part. II. pag. 50.* Ultimus linex, totiusque adeò Familiæ hujus illuſtris fuit Georgius Ernestus, qui, nullâ ex duplici matrimonio, Elisabethæ ſc. Brunsuicenſis, & Elisabethæ V Irtenbergicæ, prole ſuſceptâ, obiit A. 1583. Saxonibus hæredibus. Tob. Pfanerus *de præcip. Germ. Princ. Gent. c. 2.*

Schmidefelda, caſtrum & Franconiæ Germaniæ provincia, ſub proprio Domino, ex illuſtri Limpurgiorum Familia. In hac enim cùm duæ ſint linex præcipuæ, *Gaildorfia* & *Speckfelda*, vel *Synthemia*, ad priorem *Schmidefeld* etiam refertur. Originem ei Cundas dedit, major natu filius Friderici, extincti A. 1414. In cujus poſteris Joannes VVilhelmus Dominus & Pincerna de *Limburg* (qui obiit A.C. 1695. ex Maria Juliana Hohenloica, patre ſuſtulit præter alios, qui naturè defuncti, Philippi Alberti (n. 1648.) Chriſtophori Henrici (n. 1652.) Sophiæ Eleonoræ (n. 1655.) &c. linex *Gaildorfia*, in *Gaildorff* & *Schmidefeld*. Ad hos autem *Schmidelfeldia* ſucceſſio delapſa eſt; mortè patruelis VVilhelmi Ludovici. V. Phil. Jac. Spenetum *Theat. Nobil. Eur Part. I. p.55. 101* & *Part. II. p. 123.*

Schonbornia Familia, inter Equeſtres Rhenanasà plurimis ſeculis floruit, ab Euilachio de *Schonborn*, qui floruit A. 1192. condita. Ex ejus poſteris Joannes Philippus ſn. 1605. Elector & Archiepiſcopus Moguntinus. Epiſcopus Herbipolenſis & Wormatienſis, obiit A. 1673. frater major natus Philippi Erwini Bar. de *Schonborn*, cujus ex Maria Urſula *Greiffenclau de Vollrahs* liberos, & utriusque fratris progenitores, V. apud Spenerumubi ſupra *Part III. p.60* & 86.

Schonburgia Familia, antiquitate & affinitatibus illuſtris, inter Imperii Status claret. In qua ab Erneſti filiis tribus, ſuperiori ſeculo, tres linexe ortæ ſunt, *Glauchenſis*, *Waldenburgia* vel *Liechtenſteinia* & *Penniczenſis*; quarum prima in ſecundo gradu defecit. Mediæ ſeriem habes apud Spenerum *d. l. Part II. p.97.* ubi Ottonis Alberti Dom. de *Schonburg* Majores recenſet. Natus

autem is eſt Hugoni (defuncto A. 1603.) ex Catharina Comite Sylvarum & Rheni. Idem Spenerus, *Schonbergia* Familiæ, inter Equeſtres Romanas diu præcipuæ, poſtmodum Comitivæ dignitate auctæ, quam geſta inprimis bellica Friderici Schœnbergii ampliùs illuſtrarunt, hiſtoriam exhibet, *Part. II. p.63.* & *in Indice.*

Schonbostes, memoratur Juvenali Sat. 3. Laboeni *Funambulus p. 84. ſ. de act. empti.* Appulejo *Floridor. l.* 4. apud Romanos inter ſervos fuit Artifices, è quibus dominus non voluptatem modo conſequi, ſed & lucrum facere. operas eorum locando, conſueverat: Tales enim Gladiatores, Agitatores, Funambuli, Palæſtritæ, Pueri Puellæque Magicæ fuere, ut videre eſt, apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Iſtiusmodi *Schonobatas*, quales hoc tempore lueri gratiâ per orbem vagantur, etiam Veteres ad populum oblectandum adhibuiſſe, non modò ex Auctoribus præfatis, ſed & icone, quæ in ſculpta Veterum gemmis ſpectatur, & à Mercuriali de *Arte Gymnaſt. lib. 3. cap. 5.* exhibetur, cognoſci poteſt. Unde & Terentius *in Eteocra, Prologo* I.

Ita populus ſtudio ſtupidus in funambula
Animum occuparat.

Tranſtulit eleganter vocem M Cœlius *l. 8. Ep. 1. Ego, qui ſirem & Pompejum Bambis* Schœnobaticam *facere & usque eo, ut ego miſe rerer ejus eſſurii, non ſum commotus.* Ubi *Schanobaticam* dixit *fa cere* Pompejum, quòd iis premeretur angultiis rei familiaris, ut illi pedes, quod Funambuli ſolent, diducere non liceret. Quod planè eſt Tullianum illud *Phil 2. Quid erat in terris, ubi in tuo pedum ponerei?* Sed & alia exercitatio, licèt & alibi locorum, præſertim tamen in Gymnaſiis, effici conſuevit, quam vocabant τὸ διὰ χειρὸς ἀναίρειν, *per funem aſcendere*, Quomodo autem ſe ſe per funes aſcendendo exercerent, facilè apparet ex eadem deſcriptione, quam è Veterum gemmis in ſuum opus tranſtulit Mercurialis *l c.* Et meminit exercitationis ejus atque inter vehementes reprobit Galenus. Porrò *Schœnobatis* ſeu Funambulis non admodum diſſimile fuit genus illud ludi, quod apud Hesychium & Polluccm σκανδάλεθρα vocatum reperitur: In eo enim ſe trabs ſolo depacta erigebatur, in cujus ſummo foramen erat, ut per quod ſunis trajiciebatur ex una parte funiculi, alter aver ſus circumligabatur; Tum alter ab altera trahebat, ſiquetrahens ſocium usque ad ſummum traxiſſet, protinus victor denuntiabatur; Sin alter reſiſtens minimè ſe trahi permitte ret bat. penès ipſum ſtabat victoria.

Schœnus, apud Plinium *l. 5. c. 14.* ubi de Thuriferâ regione, *Syſtrarum longitudo eſt ſchœnorum XX. latitudo dimidium ejus*: ex Græco σχοῖνος, *funiculus*, menſuræ genus eſt, cui idem acpatasſangæ ſpatium attribuit Hero, quo itinera metiebantur Veteres. Hinc in amne Nilo navigantes, ad menſurandà intervalla, de urbe in urbem, *Schœnos* adhibuiſſe, docet Strabo *l. 11.* Ad quem locum egregiè facium illa Hieronymi *in Joelem, in Nilo flumine, ſive in rivis ejus, ſolent navesfunibus trahere*; *Certè habenes ſpatia, quæ vocant ſchœnos, ut latori deſſiderent recentia tractoribus cibia ſuccedant.* Alius erat *ſchœnus* ſive funiculus, quo terras metiebantur, quod & καλάβος vocarunt Agrimenſores, & χοῖνος, quorum alterum decem, al erum duodecim orgyiarum fuit. V. de hoc poſteriori vocis ſignificatu Salmaſium *ad Solinum p.* 683. 688 de priori eundem *ib. p.* 1196. A Græco χοῖνος, extat de Poematibus lonicis. vetus verbum χοινίζειν, quod interpretantur, σώτερα πάντα ἴδιον κόσμον, *omnia ſuorum præter decorum*: quod nempe agerent adulteræ, meretrices, productores, lenones, ebrios &c. Quam in rem V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poet. lib. 1.* 151.

Schola, quid proprie ſit, indicat *Auſonius Eidyll.* 32. *ad Nepot.*

——— *Græjo Schola nomine dicta eſt,*
Juſta laboriferis tribuantur ut otia curis.

A Græco nempe σχολὴ, quod *otium* denotat, nomen invenit. Quia enim ſecundum Celſum *de re Medic. l. 1. in proœm. literarum ſtudium tam eſt corpori inimicum, quàm animo ſalutare*, & ſecundùm Senecam *l. 1. controv. præf. laſſitudo ingeniinon minor eſt, quàm corporis, ſed occultior*, hinc Feriæ quædam delaſſatis Muſis antiquitus inſtitutæ fuint. Romæ namque Meiſis & Vindemiarum tempore feriæ datas fuiſſe, non Foro tantùm, ſed & *Scholis*, docet Auguſtinus *Conſeſſ. 9. cap. 2. Et opportunè jam paciſſimi dies ſuppetebant, ad vindemiales feriας.* Vt quoque Minucium Felicem in *Octavio.* Idem & Saturnalibus luſtra fuſtum, id eſt, medio Decembri, diſcimus ex C. Plin. Jun. *l. 8 Ep. 7.* Neque ut Magiſtro Magiſter, neque ut diſcipulo diſcipulus, ſic enim ſcribis, ſed ut diſcipulo Magiſter; Nam tu Magiſter, ego contrà, atq; ideo tu in *Scholam* revocas, ego Saturnalia extendo, librum miſiſti & &c. Sic Martialis *l 5. Epigr. ult.*

Jam triſtis nucibus puer relictis,
Clamoſo revocatus à Magiſtro,
Et blandis mala prætitus frittilis,
Arcana mouſ vagus à pupina,
Addam regna dabo alearor,
Saturnalia tranſiere tota,

Ubi Scholiastes notat, pueris nucum ludum Saturnal. virilis aleam indultam, fintisque Saturnalibus, quo tempore Scholæ claudebantur, pueros in eas fuisse revocatos. Apud Athenienses, pueri Musarum festos dies agitabant in *Scholis*, sicut Mercurii provectiores in palæstris: quorum illi Μούσεια, hi Ἑρμαῖα dicti, idque per comessationes, aliaque delectationis genera, ut patet ex Æschine: ὃ μὲν γὰρ ἐν Μούσειον διαλύσειν, ὃ δὲ τὰ πανήγυρα τῶν ἐφήβων τοῦτο, τὰ τοῦ Διὸς, ἢ τὰ τοῦ Ἡρακλέους ἑορτὰς ἢ τὰ τοῦ Ἑρμοῦ τοῦ ἐν τῷ γυμνασίῳ, ἢ ἄλλ' ἄττα ἀγωνίσματα ἐν τούτοις ἐπιτελοῦσιν, ἢ ἐφ' ἑστιάσεις καὶ ἐπὶ δεῖπνα ἀπίασιν, ἢ ἐπὶ τὰς παλαίστρας. V. Sam. Petitum *Comm. in L.L. Att. l.* 3. tit. 7. Ipsi, qui *Scholæ* præerant, eos dies hilaritati dabant, proponebantque invicem ænigmata ac griphos, quos qui solverat, coronâ è lauro nexa & præmio donabatur, A. Gellius *l.* 18. *c.* 2. utque Athenis iertarum tempore in circumjacentes Insulas, vel æstuaria vel etiam villas amœniores, fecedebant, teste eodem *l.* 1. *c.* 2. Ita Romani delitiis Campaniæ fruebantur, apud eund. *l.* 9. *c.* 15. Hæc de vocis per-, unde fluxit parct. locum in quo typocinia literarum exhibita, *Scholam* Latinis feu *Ludum literarium*, Græcis Διδασκαλεῖον, dictum esse. In balneis vero istæ *Scholæ* erant, teste M. Poll. Vitruvio *Architect. l.* 5. *cap.* 10. aut in porticibus, C. Plin. *l.* 35. *c.* 10. eratque separata *Scholarum* distinctaque à balneis posticibus, in quibus erant, consecratio: ut ex vet. marmore apparet: *Bebrys. Ill. F. L. Drusianus. A. Fabius Sec. Xantius. Cur. imagines. argenteas. Deorum, septem. ad. celebitatis-num. Scholæ.* Mercurii. Sub Fini Romæ loca fuisse, ubi literariæ exercitationes obirentur, ex variis Galeni libris, ostendit, *Templum Pacis*, antequam conflagraret, *Gymnasia publica & Auditoria*: quo referri quoque potest *Scholæ Medicorum* appellata, in Esquiliis: multis imaginibus atque marmoribus ornatissima, ut ex ruinis illius partis à pluribus & præsertim à Ligorio observatum fuit. In qua quid potissimum ageretur, Auctores non memorant. Fortè, præter disputationes & alia Medicinæ Studiosorum exercitia, simile quid ibi tractari solitum fit, atque nunc in *Collegiis* vocatis fit; quando & *Scholam* ejusmodi proprios Tabularios habuisse, ostendit marmor cum hac Inscr. Romæ apud D. Sebastiani repertum: *M. Livio. Celso. Tabulario. Scholæ. Medicorum. M. Livius Eutychus. Ar hiatros. Oll. D. II. In. fr. ped. III.* V Hieron Mercurialem de *Arte Gymn. l.* 1. *c.* 7. Apud Athenienses, *Scholam* Ludumque literarium, aperiri ad orientem Solem, claudi ante occasum, justit Lex: Οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι ἀνοιγόντων μὲν τὰ διδασκαλεῖα, μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, κλειόντωσαν δὲ πρὶν ἢ ἡλίου δύνοντος. Puerorum Præceptores, Ludum literarium ne aperiunto, ante orientem Solem, claudunto vero ante occasum, ut sic puerorum pudicitiæ caveretur. Unde nemini ætatem puerilem suppergresso *Scholam*, quamdiu pueri in illa, sub mortis pœna, ingredi licuit; excepto filio Præceptoris, aut è fratre nepote, aut genero; ex Lege eadem, Æschini *contra Timarch.* memorata, ᾗ μὴ εἰσίεναι τοῖς ὥραν ἔχουσι παισὶν ἐλεύθερον ὄντα τινὰ, τῶν παίδων τοῦ τε γένους, ἢν μὴ ᾖ ὁ διδάσκαλος, ἢ ἀδελφὸς, ἢ γαμβρὸς οὗτος. E quibus patet, quâ ætate oporteurit ire in *Scholam*, quique fuit exesse fuerint jussi. Quinam vero hi fuerint, qui in ludum literarium irent, idem *Æschines loco* c. docet, cum τῶν παιδῶν τὸ ἐλευθέρον meminit: nempe conditionis ingenuæ & liberæ, non fervilis, hi enim ad manuarias operas abjiciebantur. Quare Terentius *Eunucho* ait:

— *Fac periculum in literis,*
Fac in palæstra. In Athletis, quæ illorum
Scire aquum est adolei omem.

An definitus fuerit numerus puerorum, qui in eandem *Scholam* convenirent, incertum. Interim multos eorum fuisse, discimus ex Plutarcho in Camillo, καιοῦ γὰρ ἐχώρει τὸ διδασκαλεῖον, φέρειν Ἑλληνες, οἱ φιλέλληνες βαθέλοιπεν συντρεφόντες μὲν συναγελαζόμενοι μὲν ἀλλήλων ἕδρας τε ἀφ' ἧς τοὺς πολέμους. Magistratus, cui curæ erant committæ *Scholæ* & *Gymnasia*, κοσμητὴς dictus est, de quo nos supra. V. plura de his apud Petitum *loco cit.* Apud Hebræos, Synagogis connexæ erant *Scholæ*, sive Collegia, fublimiori Legis studio dicata; quæ בֵּית הַמִּדְרָשׁ, à falubriori inquisitione dicebantur; erantque (ut & ipsæ Synagogæ, in colli bus fitæ. V. Judic. *c.* 7. *v.* 1. ubi mentio גִּבְעַת מוֹרֶה & Proverb. *c.* 1. *v.* 21. ubi Summa Sapientia dicitur proclamare הֲמוֹנִיּוֹת Franc. Burmannus *Synopf. Theol. Part. I. l.* 4. *c.* 16. Fuisse à Synagogis diversas, patet ex eo, quòd Paulus, postquam *tres menses in Synagoga* Ephesi, Epheli, eandem *abjudans* inde, *quotidie disserisse in schola Tyranni cujusdam*, legitur Actorum *c.* 19. *v.* 8. 9. 10. Dicebantur veró aliquando simpliciter *Beth*, i. *Domus*, ut in illo apud Drusium de *tribus Sectis l.* 2. *Osseduecimvæ*, de *quibus contensio fuit inter domum Sammai, & domum Hillei, ne Eliai quidem absolvere posset.* Aliquando, ut dictum, *Beth Hammidrasch*: ubi fublimior rerum divinarum disquisitio vigebat, quàm in Synagogis, vel Templo: quæ causa dicti Hebræorum, *ad Synagogas ad Scholam transire licet, non viuisse*: *Sanctius enim scholæ sanctitatem Synagogæ sanctam habet*, Maimonid. Tephilla *c.* 11. *sect* 14. Et hinc verba Psalmi 84. *v.* 7. *de Virtute in Virtutem*, de promotione Academica intelligunt è Templo, ubi *ad Populum*: in Scholam, *ubi ad Clerum* termo, Paraphr. Chaldaic. *in loc.* In his Præceptores, cum instruebant Juventutem, dicebantur *dare*, Proverb. *c.* 9. *v.* 9. Dicipuli verò *recipere*, Prov. *c.* 4. *v.* 10. quo forte respiciens Apostolus 1. Tim. *c.* 1. *v.* 5. *Certus, inquit, sermo, & dignus omnibus modis qui recipiatur*, id est, *addiscatur*. Cui simile, apud Horat. *l.* 2. *Sat.* 8.

—— *Da, si grave non est.*

Virgilius *Bucolic. Eclog.* 1.

Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.

Contrà *Æneid. l.* 2.

Accipe nunc Danaûm insidias, &c.

V. Thom. Godwynum *de Ritibus Hebr. l.* 2. *c.* 2. & supra in voce *Rabbi*. Quemadmodum autem apud Hebræos, sic & apud alias gentes, non raro vocabulum *Scholæ* de sublimiori literatura ac disquisitione, fumum est: Unde Plato in Siciliam profici scens *schola* suæ Heraclidem Ponticum præfecisse legitur; quo fignificatu *Schola*, *Collegium*, *Academia* & ἐξ ὑπονομίας erant, de quibus V. *supra*.

Sed & traducta vocabuli hujus fignificatio, in Aulam, & *Scholæ Palatinæ* dictæ funt cohortes variæ, ad Satellitii & Principis cuftodiam deftinatæ, quæ fingulæ in fuis *Scholis* excubabant, dignitate, ftipendiorum modo ac gradibus differentes. Corippus *l.* 3. *n.* 3.

Accii Proceres omnes, Scholaq; Palatii est
Jussa fuis affare locis ——

Scholam Domesticorum vocat Suidas aliique, cujus egregia hæc defcriptio, apud Corippum African. *de laudibus Justini min. lib. 3. num. 6. Illis summa fides & prima licentia fuit:*

Discrire locis atque aut a fistra parare,
Regales mensa epulis onerare superbis,
Consternare domum, sanctissima, instrare vebile,
Internas munire fores.

Atque hæ Palatinæ Scholæ omnes erant fub difpofitione Magiftri Officiorum, uti difcimus ex *Not. Imp.* Ab iis porrò *Scholæ* nomen tranfiit ad militiam civilem, feu civili um Magiftratuum, quarum major erat numerus: atque hinc denique ad Ecclefiafticos Ordines, uti hic infrà ftrictim videbimus Addam hic faltem de iis, Henr. Valefio *Scholas* generaliter dictas effe ædificia, ubi convenire folent plures homines, aut ftudendi aut prefolandi, aut conferendi, aut alterius rei causâ, atque hinc à loco eorum, qui in hisce Scholis confiftebant, cætervis ipfis *Scholarum* nomen inditum *ad Ammianum l.* 14. Sed nec omittendum inter *Scholarum* Gymnafiorumque ornamenta, quorum plura erant, Amoris ftatuam Ven. eximiam habuiffe, uti docet Athenæus *l.* 13. *c.* 8. Unde Lactantius *l.* 1. *c.* 20. citat ex Ciceronе *de LL. l.* 2. *Magnum audacis, confilium fuscipisse Gratium, quòd Cupidinum & Amorum fimulacra in Gymnasiis conse cra sset. Virtutes enim oportere, non vitia, conse crare.* Et Appulejus *de Philof. l.* 1. dicit, *Socratem vidisse sibi visum esse, Cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, volasse & in suo gremio re sedisse.* V. Georg. Horninum *Fasti Philosoph. l.* 7. *c.* 3. quo quid indigitatum fuerit, notum.

Scholarum varia genera, apud Auctores.

a. Schola Adexercitorium, eorum erat, qui Papalem mitram deferentes, ipfi equitanti *ad dexiram* incedebant. Marcell. *in Historicis. β Schola Agentium* in rebus, *Not. Imp. γ. Schola Bestiarum*, Tertulliano *Apologet. c.* 35. Ludus dictus eft, quo rei cum beftiis olim committi foliti. *δ. Schola Cantorum*, ordo Cantorum Ecclefiæ Rom. eft, ab Hilaro Papa inftitutus, ut habet Anaftafius in Vita ejus. Cui, qui præerat, *Magister Scholæ* Cantorum, item *Prior Scholæ* Cantorum, Præcentor dictus eft. V. Macros Fratres in *Hierol. ε. Schola Capitum*, five Præfectorum tyronibus exercendis, apud Ammianum *l.* 26. *ζ. Schola Capulatorum*, in prima Urbis regione, memoratur Auctoribus. *η. Schola Chartulariorum*, *Not. Imp. θ. Schola Domesticorum*, V. *supra*. *ι. Schola Dominica*, apud Rabanum *de inssit. Cleric. l.* 3. *cap.* 18. Ordo eft Ecclefiaticus. *κ. Schola Exceptorum*, V. *supra Exceptor*. *λ. Schola Genuilium* feniorum & *c.* in *Not. Imperii*. *μ. Schola Græcorum*, locus illuftris Romæ, in Reg. Ripæ, prope Velabrum, an quod ibi Græcis literis Romana juventus imbueretur, an ab incolis Græcis, nomen nactus: fundatus dicitur a Dionyfio Papa, ex ructus & ampliatus à Nicolao I. inftauratus & largiffimè donatus à Gelafio II. Diaconia Cardinalis eft & Canonicos fous habet, de quo multa apud Macros. *ν. Schola Martis*, in quibus juniores ad futuram militiam præparabantur, exercitati apud Caftiodorum *ξ. Epift. l.* 5. *Scholæ Armaticæ Cancellarii* paffim occurrunt: quibus oppofitæ *Scholæ Canonicæ*, i. Canonicorum, feu, ut aliis placet, in quibus pueri feculares extra Claufirum à Monachis erudiebantur, V. de utrisque Car. du Freine *in Glossar. o. Schola Notariorum*, occurrit apud Gregorium M. *l.* 7. *Epist.* 17. *π. Schola Offaviæ*, apud Plinium *l.* 35. *c.* 10. & 36. *c.* 5. eadem hodie cum *Schola Græca*. Car. Macro. V. *supra in voce Portious*. *ρ. Schola Palatina*, V. *supra*. *σ. Schola Publica*, in Cod. Theodof. *Magistratuum publica*, in Epifcopis, à Carolo M. primùm inftitutæ leguntur. V. *supra* ubi de *Collegiis*. *τ. Schola Regionaria*, V. *Regionarii*. *υ. Schola Sacerdotum*, dicta peculiariter Congregatio Clericorum Eccl. Veronenfis, apud Ughellum *Italia Sacr. Tom. V. p.* 751. *φ. Schola Sagittariorum*, *χ. Schola Saxonum*,

rum, V. supra *Particani*. ℣. *Schola Scotariorum* prima, fecunda, *Not. Imp.* ut *Schola Sileniariorum*, V. infrà. aut *Schola Speculatorum*, in vet. marmore. ℣. *Schola Stratorum*, *Subdiaconorum*, *Tribunum*, *Vexillariorum*, *Virgariorum* &c. de quarum magna parte V. V Volfg. Lazium *Comm. Rep. Rom. l. 4. c. 13.*

Scholares, Ordo eſt in Eccleſia Rom. inſtitutus ab Innocentio III. in Concilio Lateran. ut eſt in Magno *Chronico* Belgic. *ibi 4. ordines fuit conſtituit, ſcilicet Presbiterorum, Diaconum, Triodatus & Scholarium.* Sed & Guilielmus quidam Anglus, qui Pariſiis *Scholaris* fuerat, & poſtmodum in Burgundia Rectoris munus obiverat, cum ſcholaribus ſuis tandem ad eremum convolaſſe, & formam vivendi peculiarem, ex diverſis religionibus, ſibi fuiſque elegiſſe legitur, apud Martinum Polonum *in Honorio III.* ubi hunc ordinem *Vallium Scholarium* vocat, & anno ejus tertio ab illo confirmatum, addit. Alii erant *Scholares vagi*, quorum ordo ſeu ſecta damnata eſt in Concilio Herdipolenſi An. 1287. *can. 34.* & cubi eorum mores & doctrina retenſentur, Alias *Scholares*, ſi ita ſe *διηγήσωνται οἱ τὰ ἀλλὰ κακὰ ἔργα ἐν δὲ σχολαζόντες κακῶν*, ut ait Agathias *l. 5.* qui in *Scholis Patavinis*, militabant, & in aula noctu ac die verſantes, magnificentiæ & ornatus causâ, Imperatores in publicum prodeuntes, comitabantur, V. de illis Meurſium in *Gloſſar.* Item Scholaſtici, qui in *Scholis* docentur, apud medii ævi Scriptores: Ex quibus propriè in Monaſteriis Novitii Monachi, qui inſtituebantur ad lectionem Sacrarum Scripturarum quoque dicebantur. Hinc Adalardus in *Statutis* Corbeienſibus, eorum ait Monaſterii familiam dividi, in *Famulos* vel *Matriculanios*, *Fratres*, *Vaſſallos*, *Hoſpites*, *Poſſantes* vel *Scholarios*, *Proventarios*. Habebant vero etiam „Presbyteri ſeu Curiones juxta *Scholarios*, id eſt, ita nutritos — „ut ſi fortè eis contingat non poſſe occurrere tempore competenti ad Eccleſiam ſuam, officii causâ perſolvendi, id eſt, Ter„tiam, Sextam, Nonam & Veſperas ipſi *Scholarii* & ſignum in „tempore pulſent & officium honeſtè ibi perſolvant &c. in Capit. Car. M. De quibus omnibus V. du Freine in *Gloſſar* cui addde Macros Fratres in *Hierolexico*.

Scholaſtici, tum inter Græcos; tum inter Latinos dicti ſunt, qui cum initio Theologiæ in *Scholis* Cœnobiſiqæ vacarent, mox ad Philoſophiam tot abrepti, eam miſcere primò Theologiæ, exin eidem æquiparare, tandem & ſupra eam efferre, conati ſunt. Factum illud partim ex nativa Philoſophiæ cum Chriſto nomen ſedentis, & Sapientia ſecularis, in *Scholis* Chriſtianorum, locum invenit: partim & præcipuè, poſtquam Philoſophia Peripatetica, quæ per aliquot ſeculа neglecta jacuerat, per Arabes Muhammedanos excitata & exculta Chriſtianorum orbem invaſit. Tum enim illa Theologiæ petmiſſa, Theologiam conſtituit *Scholaſticam*. cui præcipuè nomen fecere illi, quos nominatim *Scholaſticos* fuiſſe vocatos diximus. Certe Scotus tradit 2. *dist. 38. q. 1. Scholaſticos Doctores tantùm Philoſophiæ cum Philoſophia maximè cum fructu miſcuiſſe*. Quod primus feciſſe legitur Petrus Abelardus, de quo agens Trithemius, *Ab hoc*, inquit, *tempore Philoſophia ſecularis ſua inutili curioſitate Theologiam fœdare cœpit*. Caput eorum apud Græcos Johannes fuit Damaſcenus, Philoſophus inſignis: cujus opera Syriacè conſcripta, ex Oriente cum attuliſſet Guili Poſtellus, ea Ottoni Henrico Electori Palatino cum aliis MSS. oppigneravit: Floruit autem is circa A. 740. ut Petrus Marsy: eiusdinerum, utpotè bar. In Occidente ſpoliatum primum ad Scholaſticam Philoſophiam, an Theologiam ituxiſſent gradum, Lanfrancus Papienſis ac Archiepiſcopus Cantuarienſis, Gilbertus Epiſcopus Pictavienſis cogn. *Porreta*, & ei coætaneus Abelardus præfatus; Petrus Lombardus Epiſc. Pariſienſis *Scholaſticorum* caput habetur, qui in intres periodos ſive ætates vulgo dividi ſolent. Prima ſeu vetus, ſive à Lanfranco, ſive potius à Petro Lombardo initium ſumpſit, uſq; Joannis Damaſceni exemplar, Thomam Aquinatem in novam Methodum, & Religionis Romanæ dogmata in 4. libros Sententiarum, redegit, circa An. C. 1145. Patrum ſcripta maximè frequitare, eisque nimium tribuens: Duravit ætas per annos 100. vel 115. quo tempore, niſi quòd barbaries omnia occuparet, major adhuc Philoſophiæ puritas fuit: *Theologiam verò eanum ſpeciſſimum opinionumq; vivulis mirè conturbavit*, ut loquitur Aventinus. Inter omnes verò Periodi hujus *Scholaſticos* non ultimi nominis fama, quàm Alexandres de Ales, quem primus in Lombardum commentator, *Doctoris irrefragabilis* elogium tulit. Secunda eaque media ætas, ab Alberto M. & A.C. 1200. ad Durandum de S. Portiano per centum annos decurrit. Albertus is Epiſcopus Ratisbonenſis, qui floruit circa A.C. 1220. præter Patres, Ariſtotelem & Philoſophiam in Theologiam invexit. Ex eius Schola prodierunt *Alberiſtæ*, prima Scholaſticorum ſecta, *Thomiſta*, *Scotiſtæ* ſeu *Reales* Thomiſtarum adverſarii. Tertia illaque Nova ætas, à Durando de S. Portiano, ab A. C. 1320. u. que ad Gabrielem Biel extenditur, quo tempore, neque finis neque modus in Magiſtrum ſententiarum ac Ariſtotelem commentariis fuit: quarianque *Nominalium* viz. vel *Occamiſtarum*, ab Auctore Guil Occamo Anglo, ſecta acceſſit; donec in Gabriele Biel Spirenſi, qui præx. vixit ſeculo. Theologia iſta maxima ex parte exſpirare. Tum ſupra ipſam Theologiam Philoſophia ſurrexit, eaq; barbara, obſcura, confuſa, ſpinoſa, quamvis nec deſuit ſua laus ejus Doctoribus. Unde de iis Verulamius judicat *de Augm. ſcient. lib. 1.* ſi ad inexplebilem ſitim veritatis & perpetuam ingenii agitationem, varietatem & elegantiam lectionis & contemplationum adjunxiſſent, inſignia extituros fuiſſe lumina, omnesque Artes ac Scientias mirifice provecturos: *Fuit enim* ver bis Joh. Picus *apolog. 90. illaſ. in Joannes Scotus vegetum quiddam & diſcurſivum, in Thoma ſolidum & aquabile, in Ægidio ſerium & exactum in Francisco acre & acutum, in Alberto priſcum, amplum & grande, in Henrico ſublime & venerandum*. At has omnes dotes ſpinoſæ illæ ſubtilitates corruperunt, quas ſubtiliores reddebant tot Scholaſticorum viæ, ut ciciùs e Labyrinthis temet explices, quàm ex involuer is Nom nalium, Realium, Thomiſtarum &c. Quæ quis intelligat niſi 36 annos totos in Phyſicis & ultramundanis Ariſtotelis ac Scoticis contrivit, Eraſmus in *Moria*. Eorum verò omnium conatus ſuperarunt Magiſtri Colonienſes, qui Ariſtotelem Divis annumerare & Joh. Baptiſtæ comparare non ſunt veriti, ut referr Corn. Agrippa *de Van. Sc. c. 54.* Addam judicium Franc Burmanni, quod extat *Synopſ. ejus Theol. part. I. l. 1. c. 2.* Laudatur in hac Scholaſtica Theologia I ſimplex ac breve orationis genus. II Methodus accurata ac Dialectica. III. Uſus ſive ſubtilium Philoſophiæ & diſciplinarum naturalium. Improbantur autem abſurdus ille contequi deſenſibilibus. I. Doctrina, unde doctrinantis obnoxia. II. Rerum Philoſophicarum ſtudium. III. Vanarum quæſtionum curioſitas. IV. ex ignorantia linguarum profecta ipſarum rerum perturbatio. V. obſcuritas & barbaries. Unde patet, Theologiæ hujus Architectorum hunc fuiſſe ſcopum, ut per illas ſpinas & difficultates non plebem modo, verum etiam liberaliora ingenia à Theologiæ ſuæ aſpectu arcerent, ibique ſolis ciavem ſcientiæ tient relervatum. *Scholaſticus*, cognomen Joannis Antiocheni Presbyteri & Aſcetæ ſi primus, exin Patriarcha Cpolitani, cujus extat *Συναγωγὴ κανόνων, Collectio Canonum*. cui is primus Græcorum interiit Canones Apoſtolicos, ut vocant, LXXXV. Sardicenſes XXI. eosque præmittit Antiochenis antiquioribus, & Baſilii LXVIII. Ejusdem eſt *Νομοκανὼν*, de quo utroque opere V. Gerhardum von Maſtricht ic. *Hiſtor. Juris Eccl. num. 162. & ſeqq.* Dictus eſt autem *Scholaſticus*, quòd in Foro ex Advocatorum numero eſſet: hos enim eo nomine, tempore ſuo ſuſſinxit Scholaſtiorioribus, inſignirí conſueviſſe, vel unicus probat Agathias, quem Suidas *Σχολαστικὸν* vocat Cujus autem ſi fuerit profeſſionis, docet ipſe *Eccl. l. 1. & 3.* Atque hæc notio vocis eſt in Codice & aliis juris libris. Nempe ſic dicebantur primum, qui in umbra circa fictas hypotheſes occupabantur Declamatores, qui circa fictas lites verſabantur, ut videre eſt ex Quintiliano *de caus. corr. eloq.* Poſtmodum in dici cœpit quivis eloquens, diſertus, oratoriæ facultatis & politioris literaturæ ſtudiis exercitus. Exin Advocatis civitatum & Patronis ſed peritis, & eruditis, vox hæſit: quòd *Scholæ* tum temporis eſſent Collegia jurisperitorum. V. Jo. Meurſium *Gloſſar.* & Voſſium *de Philoſ. Gr. l. 2. c. 22.* ubi de Agathia. Inde ad Judices provinciarum tranſiit, unde apud Sigebertum in *Chron.* Franco-Leodienſium, & apud V Valair. Srabonem *de Rebus Eccl. cap. 25.* Prudentius Hiſpaniarum *Scholaſticus* dicitur. Tandem dignitatis Eccleſiaſticæ nomen id factum eſt, quâ qui eſſulget. Scholis præeſt Eccleſiaſticis, & *Magiſter Scholarum* dictus in Eccleſia Cadurenſi, V. inprà *Capiſcholæ*. Genebrardus idem cum Protonotariis munere facit. Dominico Macro, Canonicus poſſidens Theologicam præbendam in quibusdam Eccleſiis Cathedralibus *Scholaſtici* nomine intelligitur &c. Sed & *Scholaſticus* pro eleganti, occurrit apud Capitolinum in *Maximino Jun.* ubi barbare patri opponitur filius Scholaſticus & Hieron. *in Catalogo ſcriptor. ob elegantiam ingenii cognomen* Scholaſtici meruit. At Ecclesiaſtes ad doctrinæ laudem pertinet. Sic Plinio in *Epiſtol.* Suetonius & Iſidoro *Scholaſtici* dicuntur, quòd, in polvere literario vitam agentes, ad Forum non accederent, neque ullam dignitatem ambirent. Quod genus hominum dicebat Epicterus eſſe *ζῶν ὁ σοφὸς ἐπιτήδειον, animal, quod omnes rident*. Plinius quoque idem *Scholaſtico homine nihil ais offenſipicius*: unde vulgo hominem terum imperitum & ineptulum, *Scholaſticum* vocarunt, ut apud Plurarchum in *vit. Cicer.* Apuleium *l. 2.* Alios. Primus autem, qui vocem *Σχολαστικὸς* pro literarum ſtudioſo, & qui Muſis vacat, uſurpavit fuit Theophraſtus *Epiſt. ad Fanium*: qui notione ſemel uſurpari cœptam retinuerunt Græci Latinique. V. Iſaac. Caſaubonum *ad Capitolinum d.l.*

Schotia, V. infrà *Solium*.

Schuba, Perſici pallii ſpecies, apudKæn. Sylvium *Hiſtor. Bohemica cap 70.*

Schwarzenburgum, nomen Caſtri in Thuringia, cum tit. Comitatus, ſub proprio Comite, e ſimilia perantiqua, cujus originem à quodam *V* Viriki ndo nigro e ſeculo Caroli M. ſunt qui derivent. Eam Guntherus ad Auguſtam axiona cvctus, A. 1349 celebriorem fecit, & quòd inter quatuor Imperii Comites reterantur. Lineæ ſuperiori ſeculo tres fuere, ſed ad mediam reliquarum ſucceſſio terum delapſa eſt: in qua communem Pa-

rtem omnes, qui hodie superfunt, agnosfunt Guntherum de-
functum an. 1552. Hujus minor natu filius Albertus *Knuiffiatten-
ſem I. Rudolphipeltinarum* ramum produxit à maiori Joh. Gun-
thero *Arnſtattenſes* defcendunt, jam iterum in *Arnſtatt, Sonders-
hauſen & Ebeleben* divifi, de quibus omnibus V. hic paſſim plura
vero apud Philip. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. I.* p.
141. & 143. & *Part. II.* p. 868. Idem *Schwartzenbergiæ* quoque Fa-
miliæ hiſtoriam exhibet ac ſeriem *Parte II.* p. 66. & in *Ind.* nec
non Parte III. p. 46. & 88. De qua id faltem addo, Erckingerum
ex Saynshemia familia Baronem in *Schwartzenberg* creatum eſ-
ſe, an. C. 1428. à cujus filio minore natu Sigismundo orta linea
prima Comitum dignitatem impetravit, fed in Georgio Ludo-
vico defecit an. 1642. Alter Michael duos filios genuit: fibi co-
gnomines: è quibus major natu filius Erckingerus, cum Ma-
ximiliano I. profectus in Belgium, hic fortunæ fedem collocav-
it, author denuo duarum, linearumquarum alterum Adolphus
celebris belli in Turcas Dux. Inprimis nobilitavit. & Comitum etiam
dignitatem ei intulit. Alter Michaelis fil ramum Baronum ex fe
dedit, qui in Frifia commorantur, & cum agnatis de agnatio-
is titulo difceptant. Adolpho præfato, qui obiit an. 1600. ex
Margarета V Voſſia de *Ottersteinh zur Trachc*, natus Adamus
obiit an. 1641. pater ex Margaretа de *Ballard* Francifci Hartmi
(qui n. ann. 1614. obiit 1656.) & Joannis Adolfi, qui natus an.
C. 1636. junxit fibi Mariam Juſtinam Com. Stahrenbergiam, &
inter alios genuit exa Ferdinandum Philippum V Vilhelmum
an. C. 1672. &c.

Schwartzenfelſa, Germ. *Schwartzenfels*, locus Germaniæ in
V Vetteravia, ſub proprio olim Comite, ex Familia Hanovica.
In qua cum variæ eſſent lineæ, ex Guntheræ *Schwartzen-
felſium* tantum ortus eſt. Philippo enim Ludovico Com. Hano-
viæ in *Munzenberg*, (qui deceſſit An. C. 1580.) ex Lucia Magda-
lena V Valdeccia, genitus Albertus Com. Hanoviæ in *Schwartzen-
felſ*, obiit an. 1636. Pater ex Irmgarde Com. Sienburgica, præ-
ter filias quinque, filii unici Joannis Erneſti, qui ramum hunc
Schwartzenfelſium totamque ſecum lineam Muntzenbergicam
terminavit, defunctus an. 1642. Phil. Jac. Spenerus *d. I. Part. III.*
pag. 116.

Sciamachia, Gr. Σκιαμαχία. Lat. *umbratilis pugna*, Senecæ *Ver-
ſitatus*, pugnæ Gymnaſticæ olim ſpecies fuit, quæ fine telis ſicbat
adeoque monomachiæ vel hoplomachiæ erat oppoſita, ex men-
te Oribaſii. Secundum alios, qui homo adverſus umbrâ & brachi's
& cruribus pugnabat, ut ex Platone difcimus, qui & *in Aspal.* &
alibi σκιαμαχίαν de pugnantibus fine adverſario dixit. Eosdem
tradit Anthyllus, apud Oribaſium, non ſolum cum umbra ma-
nibus atq; cruribus pugnare, verùm etiam adverſus columnam,
& adverſus palum aut murum, nec non aliquando fummis pu-
gilibus imitari & interdum tanquam falientes, interdum
tanquam pedibus cedentes, certare ſolitos fuiſſe: inprimis, cùm
adverſarius deerat, aut exercendi adeò delicatus erat, ut non poſ-
fet minimum quid damni pati. Quorum prius innuit Platode Leg.
l. 7. ubi interpret. *Si canibus animatis & inanimatis certaverint, nunquid
nos ab eorum, qui nobiscum exercentur, inopiam, adversus nonnet
ipſa verò umbratili pugna decertare audebimus.* Et poſt ipſum
Plut. *Problem. Conv.* to. ibi Interpr. *Sed video, ut non jam umbratili
pugna adversus ideas certare parvipa.* Neque verò minùm, anti
quos σκιαμαχοῦντας, ſeu *cum umbris pugnaſſe*. Nam & his tempo-
ribus non pauci ſunt, qui ex ſeipſis, ut exerceantur, adverſus ae-
rem pugnis, brachiis armiſque certant, vel cum adverſarius
in promptu non eſt, vel cùm ioli eſſe amant. Quò reſpiciens
Apoſtolus 1. Cor. c. 9. v. 26. Οὕτω πυκτεύω, inquit, *ὡς οὐκ ἀέρα δέ-
ρων, ἴσε pugnis certo, non quaſi aerem cædens.* Sed & telis quan-
doque illiusmodi exercitationes peractam eſſe, ratione con-
ſentaneum eſſe, judicat Hier. Mercurialis de *Arte Gymnaſt. lib. 3.*
cap. 4. Voſſius verò, non opponit *Sciamachiam* Monomachiæ,
ſed pugnæ Gymnaſticæ duas faciens ſpecies, *eam quæ inter du-
os*, id eſt, *μονομαχίαν, & eam, quæ inter plures*, ad utramque
decertatione cum umbra, Athletas præparatos fuiſ-
ſe, docet, & Σκιαμαχίαν, à pugna cum palo, de quo ſuprà
actum, in voce *Palus*, diverſam facit. *Lib. 4. Artium Poet. c. 3. v. 91.*

Sciatherica ſeu *Solaria*, ſunt Horologia, quæ, ope *umbræ* aut fo-
laris radii, horarum æqualia ſpatia determinant, quorum con-
ſiruendorum rationem adeò fusè, doctè & perſpicuè tradit, in
Arte Lucis & Umbræ, Athan. Kircherus, ut omnes, qui hucusque
in eo pulvere desudarunt, facilè antecellat. Nec enim is horas
ſolùm determinare docuit, verùm, & totius primi mobilis do-
ctrinam diverſimodè ex umbræ fugacis indicio tradidit. V.
quoque infrà *Solarium*.

Scilius, addè Hic famum & ſimulachrum Dianæ Xenophon e-
rexit, ad inſtar ejus templi & ſimulachri, quod Epheſi fuit, un-
de & illum quoque, cui agri Scillunti parem dedicaverat, E-
phesium dici voluit, V. eum *Κύρ. Ἀνάβ. l.* 5. ubi quod mireris, ſi-
mulachrum Dianæ, quod Epheſi erat, aureum fuiſſe ſcribit: cùm
Mucianus illud vitigineum, Vitruvius cedrinum, cæteri au-
ctores ebeninum, faciant. uti videre eſt apud Salmaſium *ad Sa-
linum p.* 817.

Scimaſarium, apud Mich. Scotum, de *Phyſion. c.* 56. *augurium
eſt, quando tu vides hominem vel avem poſt te, & tu ſonguſi & tranſi-
ſire te, & antequam perveniat ad te, vel tu ad eum, ali ubi ſe reparet ſot
vi vidente in dextro latere tui: & tunc eſt ibi bonum ſignum* &c. V.
infrà *Scimaſar* & *Venta*.

Scimpodium, Gr. Σκιμπόδιον, ſimile quidam lecto penſili ſu-
it, quod licet nusquam apperdenter, erat tamen vel lectus par-
vus, vel quid in formam penſilis lecti conſtructum: cùm per u-
bes ac viastam vitri, quàm muliores, geſtabantur. Hinc Dion
Hiſtoricus, *Augustum ac Tiberium in Scompodio quandoque
vehi ſolitos, cujusmodi muliores tempore ſuo geſtabantur: Severum item
dum Britanniam obiret, ſcompodio undique tecto ferri* conſueviſſe,
ſcribit. Qualis ejus fuerit figura, haud ſatis conſtat: Videtur
tamen ſella fuiſſe ita fabricata, ut lectum plumeum parvum ca-
peret, in quo, ſi non pernox, ſaltem aliqua parte, qui geſta-
bantur, jacebant & undique arcebat extis injuriis lædentium, ea
operiri poterant. Quod intellexit forte Juvenalis *Sat. 1. v. 158.*

Qui dedit ergo tribus parvos ſcomiia, vehatur
Penſilibus plumis, atque illinc deſpiciat nos.

Et de eodem fortè interpreteris Inſcr. quam ab Aldo Manutio
Parmâ allatam ſuo operi inſeruit Mercurialis, ita ſonantem:
D. M. L. Æmili. Victori qui, pridie, natalem ſuum, vitelimum,*
& lucundum, pruin. in penſilib. poſiti, urgente, Fato, ſanum,*
ipſe, necavit. ſe. L. Æmilius. Victor. Principalis & Æliæ Ve-
neria. filio. pientiſſimo. & ſibi. Neque al ud ſignificat Gale-
nus 10. *Method.* quando balnea ingredienti modum hecticis
præſcribens, mandavit, Ἀῤῥώστοις κομίζειν καὶ τὸ σκιμπόδι-
ον τὸ βαλανικὸν, Ægrotantem portari in Scimpodio ad balneum. Et Li-
banius Rhetor de *vit. ſu.* *Cum domi ſum, in lecto jacco, ubi vero
in S hola in Scimpodio*: Geſſius quoque *Lib. 3.* to. ubi ſcribit, *Severum
Cornelium, pedibus graviter egrum, in Scimpodio Cæſar ipſe ad
bonum invenifſe*. In quæ verba Jac. Oiſelius J.C. *Scimpodium*
eſſe ait lectulum diſcubitorium, qui unum tantum hominem
capiebat; eoque Vett. ad meſam & in morbo, uſos fuiſſe, con-
tendit: Cùm tamen ex præcidtis pateat, gestationi illud inprimis
inſervi iſſe. V. Hieron. Mercurialem de *Arte Gymn. l.* 3. c. 12.
& 1.6. c.11. Heſychio vocatur, σκιπόδι· κλινίδιον μονοκοίτου, *vilis le-
ctulus, unum ſolum capiens*; Idem cum Suida κράβαττον λεπτὸν μόνο-
ἐκοιτον, fu ſic dicatum. Quod confirmare videtur Scholiaſtes Ari-
ſtophanis *in Nu.* ad iſtud, Κεῖται τοῦτον ἐνὶ τῷ ἱερῷ σκίμποδι, u-
bi notat Σκίμποδα ab Atticis vocari κραβάττου, & Σκιμπόδιον
Vett. eſſe τὸ χωλὸν κραβάττιον· σκιμπόδιον enim τὸ χωλόπουν ſi-
gnificare, i. *claudicare*. Euſtathius verò *ad Hom.* Σκίμπους, ir-
quit, κλινὶ ευτελὴς ἢ χθαμαλὴ, πεπάζεται γὰρ τῷ τάχ, *Scimpos, lectus
ſit vilis & humilis, terram attingens &c*

Scincus, Gr. σκίγκος, animal amphibium. Ægypto ſecundùm
Plin. pecu iare, quod ex crocodili ſemine extra aquas effuſo
naſci Atal-es tradunt, inde Hebr. dicitur שממית *Semamith*, & *Sa-
lirius gigantum*. Notum enim, *gigantum* nomine Orientales non
homines ſolùm ſignificare, ſed & bruta quævis majoris molis.
At *Scincus* Crocodilo coſtatus, nihil eſt, quàm perpuſillum ani-
mal. Sed & in India ac Mari Rubro *ſcincum* reperiri, & maxi-
mum quidem Indicum, dein Arabicum eſſe, docet Salmaſius.
Ejus carnes in potionesindiras ad Venerem inflammandam va-
lere & contra venenum antidotum eſſe. ſcribit Plinius, quem V.
l. 8. c. 25. & *l.* 28. c. 8. plura vero de hoc animali, apud Salmaſium
ad Solinum p. 474. & Sam. Bochartum *Hier. Parte prior. l. IV. c.*
1.

Scindendi Contus, in luctu, ritus, occurrit apud Statium *Theb.
lib. 11. verſu* 317.

At genitrix primam ſumeſſe fortis ut amens
Expavit ſam am (nec tarde creditis) ibat
Sciſſa comas

V. ſuprà, ubi de *Capillis* &c. Item Veſtes, apud antiquos fre-
quens admodum, tum in Sacris Liteiis, tum apud omne genus
aliorum Auctorum occurrit. V. de Perſis Herodotum *l.* 1. de
Armenis Xenophontem *Cyripad. l.* 3. de Romanis, Herodianum
l. 1. ubi de forore Commodi; Silium *l.* 13. ubi de Scipione, &c.
16. ubi de Peloro, Alios Unde & apud Virgilium,

— *it ſciſſa veſte Latinus.*

De Ægyptiis, Muſæum, ubi de præcipitante ſe Hero; de Lu-
ceſibus, Agathiam *l.* 1. &c. Inprimis Judæos morem habuiſſe,
audito blaſphemo in Deum, *ſcindere*, notat in *Præterniſſo-
rum* libris Jo. Druſius. Et quidem de aliis cauſam affignat Se-
dulius *l.* 4. de Miraculis in morte Chriſti:

— *rius plangentis alumni*
Sancia diſſiſſo nudavit pectora velo.

Nimirum ut vulnerata pectora conſpicerentur: vel ſaltem, ut
ea nuda apparerent, quod itidem in luctu factitatum. Statius
d.l. de eadem matre,

— *& pectore nuda cruento.*

Sed exteriorem ſolium tunicam Judæos *ſcindere* in more habu-
iſſe, obſervat Victor Antiochenus *Commentar. in Marcum c.* 4.
Quam in rem V. plura apud Caſp. Barthium *Animadv. ad Papi-
nium Statium paſſim*, inprimis *ad locum ſuprà cit.* Et quidem mœ-
ſtitiæ hæc ſigna. At *ſciſſio coronarum*, quam στέφανον σκίσιμον
vocat Plut. περὶ ἀδοξ. libi dinis & intemperantiæ certiſſimum
indicium fuit, de quo multa Cæt. Paſchalius *Coron. l.* 2. c. 7. Unde

Ho-

Horatius invitans Tyndaridem in agrum Sabinum, ad convivium modestum ac pudicum, ait *Carm. l. 1. Od. 17.*

—— nec munera promerum
Sustpecta Cyrum, nemale dispari
Incontinentes injicias manus,
Et scindat *haerentem coronam*
Crinibus &c.

De ratione cibos ingeniosè *scindendi*, V. quoque infrà in voce *Sissor.*

Scissa, addes: *cap. 7.* sed erat *Solinus.* Plinius enim *lib. 4. c. 5.* in Achaia novem montium *Scissuram* notissimam esse, ait; quae verba exscriptor hic sic accepit, quasi Plinius dixisset, *Scissam novem essemontium*, h. e. novem montes habere, à quibus umbrare tur, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 138.

Sciobri, dicti olim Danorum Vates, qui apud vett. Britannos *Bardi*, apud Celtas *Eubages* & *Druidae*, V. Pontanum *in Chorographia Daniae pag.* 779. & 780.

Sciotherа, Graecè Σκιόθηρα, ἀργανα, dehorologiis à plerisque accipi solent: quod admitti potest de illis, qui scripserunt post horologia inventa. At priùs σκιόθηρα eadem fuere, cum τὰ διὰ γνωμονικοῦ & ἀνεπτύκτου, machinae vix cum gnomone, ad colligendum inprimis ex umbrarum incrementis, quo die futurum esset Solstitium aestivum. Erant illae instar pilae aut sphaerae, hinc σκίοθηρα dicti Aristophani. Cujusmodi *Scioth'rum* in Achradine Syracusarum vilebatur, ab Archimede forte positum: primus autem inventor Anaximander fertur, cujus heliotropium Fu *Sciotherum*, uti vocat Laertius, licet horologium non fuerit, utpote horarium vim tum adhuc ignoraro, ad formam tamen horologii deferipsum fuisse videtur. Nam & gnomonem erectum habebat, ad umbrarum incrementa & decrementa notanda, lineas item XII. in hemisphario vel polo signatas, ex numero partium diei aequinoctialis, per quas umbra decurreret. Solis itaque Mathematicis tum usui erant & Astronomis, nec ullius in vita civili usus, nisi quatenus populus ex iis discebat solstitiorum & aequinoctiorum dies, quo fine publicis locis urbium poni consuevisse, ex Scriptoribus discimus. V. de iis pluribus agentem Salmasium *ad Solinum n. 672. & 899.* nec non hic parsim de *Sciothericis* verò *Horologiis* suprà, in voce *Sciatherica.*

Scipio. Consulum apud Romanos gestamen fuit. Vopiscus *in Aureliano, Nam te Consulem hodie defigno* (verba sunt Valeriani ad Aurelianum) *scripturus ad Senatum, ut ubi depositi scipionem, deponet etiam fasces.* Et quidem vett. Consules *scipionem* gestabant triumphi tantùm die, aut aliis diebus festis, uti docet Juvenalis *Sat.* 10. At sub Imperatoribus quotidie cum Consules gestabant & Scipione Curiam ingrediebantur. Imò ne Consules solim, sed & Consulares, scipionem servabant, velut insigne dignitatis olim habitae. Ex eboe fuisse, res notissima: in apice aquilam habuisse, discimus ex Juvenali *d.l.*

Da nunc & volucrem, sceptro quae surgit eburno.

Peculiare quid habuit Anastasii Imp. scipio Consularis, ut in quo aquilam corolla laurea ambibat & includebat, cui tria imminebant virorum capita. uti in Diptycho Leodiensi videre est. In Bituricensi verò aquila alis expansis circulum vel orbem amplectitur, in quo viri, Imperatoris forte, effigies delineata. Postmodum Phocas Imperator, pro sceptro aquilifero, crucem assumsit, quod coeteri ferè demcps: Augusti usurpavere, ut docet C. du Fresne *Dissertat. de infer. aevi Numismatum.* II. V. quoque suprà, ubi de *Sceptro.*

Scipio L. Cornelius, cognom. Asiaticus, adde: *Centum triginta sepem terbium simulachra in triumpho duxisse*, legitur apud Livium *Dec. 4. l. 7. in fin.*

Scirra, apud Tertullianum *de Pallio cap 4.* ubi de Hercule a. pud Omphalen haerente: *Credo & jubas pectinem passas, ne servilem enervem inveret* scirra *femina*: Graecè σκιῤῥα vel σκιῤῥὶς, *durities, rigor* est, qualis esse solet in pellibus non confectis, quas Graeci ἀδιψήρεις & ἀμαλάκτους appellant. Cujusmodi leonina illa fuit, quam gestavit Hercules, dura enim & inflexibilia esse non confecta coria pernotum est; ut contrà lenta & mollia, quae confecta. A' Graeco σκιῤῥὸς, unde & σκιῤῥοὶ *Suoi*, apud Tyrium Maximum & Theodoretum. *Frigidi & inexorabiles Dii*, Salmasius *ad l.*

Sciron, peculiare nomen Argeftae sive Chauri, qui Athenienfibus fic dictus eft, quòd ex Scironis faxis illum fentirent: hinc non aliis eo nomine notus. Idem in Ponto Euxino *Thraciae* habuit nomen. In turre octogona Andronici Cyrrestis, quae Athenis magna ex parte hodieque vifitur, ventus hic exprimitur fpecie juvenis barbati ac pallati, cum ocreis, ficuti Boreas, fed infuper uvnam manu aqua plenam invergit. Sic, licèt alibi locorum nubes diffipet, Athenis tamen pluvium eum fuiffe, oportet. Plura de his V. apud Jacobum Sponium *Itiner. Graec. Part. 2. pag* 178.

Sciron alter. Maximinus Imp. ob faevitiam cognominatus legitur, apud Capitolinum *in eo.*

Scirpus, Graecè σκῖρπος, fui generis, inter ea, quae praeter fali cem ligaturis utilia funt, memoratur Plinio *l.16. cap. 37. Nec in fruticum, nec in veprium cauliumq; neque in herbarum, aut alio telo, quam feo genere, numerenur minoris scirpi fragiles palustresque.* Ejus usus multiplex. In filo & in *scirpo* nectebantur corollae, Tertullianus *de cor. mil.* ubi tamen per scirpum philyram vult intelligi, de qua dictum. Coetera Plinii iterum verbis expediemus, *d. l.* ad tegulum tegeresque: è quibus, detracto cortice, cande-re lae luminibus & funeribus fervient. Firmior in quibusdam lo-re cis eorum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantùm navitici, verùm & in mari pifcator Africus praepoftero more, vela intra malos fuspendens. Et inpalia luaMauri tegunt: pro timeque aeftimani hoc videntur effe, quo inferiore Nili parte pappiri fiunt ufu. Quibus in poftremis verbis caufam dat, quare, cum papyrus fit Nilotica propriè planta, *scirpus* quoque *papyri* nomine fuerit infignitus, nempe à fimilitudine & ufu: fe quo utroque diximus fuprà, ubi de *Papyro* & *Philo.* Addam fal-mafius, *ficelle scirpea* nomine appellari in vitagatis Bibliis Exodi c.2. v.3. inftrumentum feu navigiolum, quo Moyfes expofitus, uti pluribus videre eft apud Thomam Bartholinum *de Puerperio Veterum.* ex papyro enim fuiffe, Jofephus & Clemens Alexandrinus tradunt. Certè & *inftrumentorum scirpeorum* Efaias meminit c.18. v.5. ubi Aethiopiam *mittere Legatos & inftrumentis scirpeis per inpofitiam aquarum* uti, ait. Sed de hujusmodi navigiis etiam nos fuprà egimus.

Sciomafae Vetus, apud Mich. Scotum *de Phyfionomia cap. 6. eft augurium, quando us videre hominem poft se, vel avem pauſantem, ita quòd ſit ibi dexiro latere: iſtud enim ibi malum ſignum &c.* Ei oppofita fuit *Sciomafae Nova*, de quo augurii genere fuprà in voce *Sciomafaroma.*

Sciſſor, fervus erat apud Romanos, decoro manuum geftu cibos *ſcindendi* praeminiftrandique in conviviis Artem edoctus. Poftquam enim Structor menfam inftruxiffet & propriam convenientemque cibum appofuiffet, aderat *Sciſſor*, qui cum peritè divideret & epulantibus miniſtraret: quos ambos una producit Juven. *Sat.5 v. 120.*

Structorem interea, ne qua indignatio ſiſtit,
Saltantem ſpectes, & Chironomica volanti
Cultello, donec pereat dulcia Magiſtri
Omnianeglumino tam diſcrimine referri,
Quo geſtu lepores & quo gallina ſeciſſae.

Ubi per *Chironomica* intellige *Sciſſoren*, quòd *manus ducens artificioſe omnia incideret*, ſic appellatum; à ſcenica conſuetudine nomine tradu&o. Ita & Sidonius Apollinaris *l. 4. Apicio epulones & Byzantinos Chironomatas*, memorans, de iisdem accipiendus eſt. Ritum eleganter deſcribit Seneca *Epiſt.* 47. Cùm ad coenandum diſcumbimus, alius reliquias temulentorum ſubtrahit, diligit, alius pretiofas aves, alius pectus & clunes, certe tis dutibus circumferens manum eruditam, in fruſta excutit. Quod dum fiebat, organa, tibiae, variaque alia, hydraulica inprimis, inſtrumenta perſonabant. Perronius, *Proceſſi ſtatim* Sciſſor, *& ad ſymphoniam ita geſticulatus tacerat ubi ſonitum, ut putaret Darium Ephraimle cantante pugnare.* Idem *Carpior* dictus eſt; Petron. iterum, *Non minus Trimalchionem ſuum dii meliora latus, carpio inquis. Proceſſit ſtatim Sciſſor.* Hinc Juvenalis *Sat 9.*

—— Audies & quae
Fimerum pariter Librarius, Archimagiri,
Carptores.

Diribitor idem Appulejo vocatus videtur *Metam. l.2.* niſi potiùs hi panem diribebant: mutuatà à Comitialibus & Judiciariis Diribitoribus appellatione. Fuiſſe enim penès aliquem ſervorum Tricliniarium hanc panis diſtributionem, Juvenalis docet *Sat 5. v. 66.* V. Laur. Pignonium *de Servis*, Lipſium *Saturnal. Serm. l.2. c.2.* Tit. Popmam *de Operis Servorum.* Thomam item Dempſterum *Paralip. in Roſini Antiqq. Rom. l.5. c.29.* ut & ſuprà in voce *Carptor.*

Scita, Hebraïs poſterioribus *Scythopolis* dicta eſt, tanquam à Scythis: utpote qui non pauca linguae ſuae vocabula à Graeca deducere amarunt. Qua de re V. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. l.IV cap.9.*

Sclavina, ſeu *Sclavinia*, apud recentiores ævi Scriptores. veſtis eſt longior, fagi mitarisi inſtar. *Sclavus*, ut videtur, familitaris, unde nomen. Eà peregrinantes poſſimmum uſos, docet Malbrancus *de Morinis l.10. c.1.* Unde juxta *palmam peram & Sclaculum*, in ſupelleftile peregrinatoria. *Sclavina* quoque memorator, apud Herbertum *de Miraculis l.1.c.25.* Vilem fuiſſe Rabbi Kimchius ait, *Eſclavinam* eam vocans. Aliud quid apudMaurieium & Leoncm Σκλαβίνια ſeu Σκλαβινιωτὰ eſſe, jaculum ſcilicet leviuis, quo Sclavi utebantur, uti annotarunt Rigaltius & Meurſius. V. quoque Car. du Freſne in *Gloſſario.*

Sclavitium, vel *Vicus S. Vitalis*, vulgò *S. Vian en Rets*, memoratur in *vita S. Vitalis* Angli, qualis in *Breviar.* Tinurtienſi legitur. *Erat cellula habitatio B. Viri in ipſo confinio Ratiſſae, quodam in monte* Scobrit *nomine.* Ejusdem Ludovicus Pius *Aug.* meminit, *in literis datis* A.839. *Villam juris noſtri, nomine* Scobrit *atque ſit in pago Pictavo in Vicaria Ratiſſenſium Eccl S. Vitalis.* Locus ita q; Gallis, in Pictonibus, in pago Ratiatenſi vel Ratenſi, quà à Patrono

Ecclesiæ loci & ab agro, in quo situs, *S. Vitalis in Ratensi* postmodum dici cœpit. Callistus II. Pont. *literis* datis A. C. 1120. pro Ratensi *Raas* habet, & in Epitcopatu Namnetensi, cum *Monasterio S. Filiberti* & cum *Machico, Ecclesiam S. Vitalis de Raas*, ad Monasterium Tiburticnsc vel Tornoticnsc, pertinere ait. *Scobrus* proximus locus est *in Kestail*, qui forsitan Gregorii est *vicus Ratiatensis*, Hadr. Valesius *Notit. Gall.* in voce *Ratiatensis Pagus*.

Scobs, vetcribus Romanis in usu fuit, ubi pavimentum detergendum. Excavabatur namque *foramen, in pariete Tricinii, pro lucenti pavimenti causa, l.28. ff. de fer vit. præd. urb.* quod ad analecta & vina profusa in pavimentum exportanda paratum fuisse, conjicit Pignorius: Cui profusioni quà ratione occurrerint Græci, exponit Vitruvius *l.7. c.4* bibulo nim. pavimento *ex carbonibus, fabulo, calce & favilla mixtis*. Verùm non extante foramine, adcerant fervi, qui sputa detergerent, & reliquias fubditi temulentorum colligerent. Horatius *lib.2. Satyr* 8.

Hîc ubi fabulatis, puer alte cinctus acernem
Gausape purpureo mensam per vertis, & alter
Sublegat, quodcunque jacentes inutile, quodq;
Possit cenantes offendere.

Ad quæ & similia *fcobem* adhibebant. Unde idem *lib. eodem Satyr.* 4.

Vilibus in scopis, in mappis, ita Scobe, quamvis
Confectis sumtus? neglectûs flagitium irgent.

Et Julius Baſſus apud Senecam *Rhet.l.9. Controv.* Inter temulentas reliquias fumtuoſiſſimæ cœnæ, & faſtidioſos fub ebrietate ,cibos, modò exciſum caput humanum fertur. Inter purgamenta & jactus cœnantium & ſparſam in convivio *Scobem*, humanus ſanguis everritur. Juvenalis item *Satyra 14. verſu* 64.

Ergo miſer trepidat, ne ſtercore fuſca canino
Auria diſplicent? oculis venientis amici;
Ne perfuſa luto ſit poricus: & tamen uno
Scobdis Scobis hæc *emendat ſervilibus unus.*

V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Sed & *Scobe auri* crines aſperſi, ut de Gallieno Imp. habet Pollio, & de Salomonis equitibus diximus alibi. Unde & *Scobe auri argentique* porticus ſtratas, legimus apud Æl. Lampridium in *Heliogabalo, Scobe auri & porticum ſtratis & argenti, dolens quòd non poſſet & electri*: idq; frequenter *quadrupedes iter facti pedibus, magnæ ad equum vel carpentum, noſtis hodie de auro ſtrata*. Ita eadem potuit inſperſa, adeoque plura in hanc rem V. ſupra ubi *de Auro etiamnùm ante.*

Scolium, Græcè Σκολιὸν, ſubint *μέλος*, genus Carminis apud Græcos convivalis. Quamvis enim Socrates apud Platonem *in Protagora*, Muſicæ ſuum in conviviis improbet, illamque Euripides funeribus magis convenire, ad luctum mitigandum, aſſerat, tamen & Xenophon in cpulis eam admittit, & Phemius apud Homerum *Odyſſ.* exemplo idem fito docet. Cùm autem ad choreas vel cantum convivantes accederent, minoribus poculis remotis, majuſculum κρατῆρα poſcebant, uti diſcimus ex Euripide *in Ione* verſu 1177.

Ἐπεὶ δ' ἐὶς δαῖτὸς ἦεν ἐς κρητῆρά τε
Κἀνὸν, γέων ἔλαξε, ἄφωσεν δ' ἀργύρεα χεῖρι
Οἰνοχόη σκεύη μικρὰ μεγάλα τ' ὑπέρθεν.

Quem in convivio circumferri ſolitum appellabant ὄβελὸν, quòd non liceret absque cantu propinare vel excipere, ut videre eſt apud Tryphonem Gramm. *de Τροπικ.* Cantus autem vocabatur Σκολιὸν; de quo nomine inter Grammaticos non convenit. Nugantur de *Scolio* pede, ſic enim nominant Amphimacrum, quem tamen nihilo frequentius in illis invenias, cum pedibus aut numeris à Pæane heutiquam differat, uti oſtendit Scaliger *de Arte Poet. lib.1. cap.14.* Similiter ludunt, qui κατ' ἀντίφρασιν nominatum ajunt, quaſi omnium facillimum & μὴ ὀλοσχερῶς, Schol. *in Ariſtoph.* Ran. τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μετονομάζουσιν, ὡς τὰ θεμιτὰ. Nonnulli Δι' ὃν δίκαι τὸν κλέπτ' ἐκόλιον, *à ſitu leſtorum & conviverum obliquo*: vel ab obliquis tibiis, ſic nuncupatum volunt, de quibus tamen apud idoneos Auctores nulla mentio. Sunt qui ex Oro Gramm. ab oculis temulentorum, qui σκολιὰ καὶ διεστραμμένα, *diſtorta*, appellationem arceſſant. Scholiaſtes Ariſtoph. *in Vespis* hîc ita nominatum vult, quòd à primo cœptum, nequaquam à proximo, ſed ordine flexuoſo ultro citroque excipieretur. Quæ ſententia Scaligero non diſpliceret. Tres enim erant in conviviis cantiones recitandi modi, teſte Dicæarcho ἐξῆς μουσικὸν ἄγων, apud Schol. *loco prafat.* Unus, quum κατὰ πόδας id fiebat, pluresque concinerent, ut in *Choris & Nuptiis*. Alter καθ' ἓαυ, quum in convivio aut feſtis ſodalitatibus, ſinguli per ordinem cenabant. Tertius, cùm canebatur σκολιὸς, ſuccedebantque non ſeriatim, ſed, ut cuique viſum eſſet, à cantu myrti laurive ramus dabatur ei, qui magis idoneus judicaretur, aut quem ei, qui canere deſiſſet, placebat eligere. Ratio enim *Scolia* cantandi hæc fuiſſe legitur: Qui primus ordiebatur, ramum myrti, dictum ἀοίδιμον, thyrſi inſtar, manu tenens, incipiebat decantare carmen aliquod Simonidis, vel Stesichori vel Æſchyli, quodcunque adibuiſſet, & continuabat quoad volebat, poſtea ramum cui lubebat porrigens, illi locum pergendi cantu, ubi is ſiſſet, dabat, hic ſimiliter alteri, donec omnes decinſſent. Tum victori ὀβελὸν cedebat. Cùm Homericum recitabatur Poema, laurus in myrti locum, & agnus in poculi ſubſtituebatur. Aliſ tamen malunt, à primo lecto cœptum, altrinſecus primo lecto datum ramum, ſimul cum cantionis jure: inde ab illo ei, qui ſecundus erat in adverſo lecto ab hoc ei, qui exadverſum inalterno ſecundo diſcumbebat; ita enim revera σκολιὸν erat, cùm reptatio ſerpentum & quaſi feræ dentes. Auctor hujus carminis Terpander fuit, teſte Plut. *in Mul.* Materia, laudes virorum fortium. Unde vulgatiſſimum erat *Scolium*, dictum *Harmodius*, quòd frequentiſſime cantaretur, in laudem Harmodii & Ariſtogitonis Tyrannicidarum, cujus mentio apud Ariſtophanem *Vespis & Acharn.* Incipiebat, ἐφίλατε Ἁρμόδιε, ὥτοι καὶ τεθνήκατε &c. Aliud de Admeto,

Ἄδμητε λόγον ὃν ἔτεκε μαθὼν,
Τὸν ἀγαθὸν φίλει,
Τὸν δειλὸν δ' ἀπέχε
Δειλὸν ἄληθες χρέος.

Ubi notanda τὸν ἀγαθὸν & τὸν δειλὸν oppoſitio. Similiter ab Euſtathio refertur unum ſuper *Il.δ.* relatum ad eorum fortitudinem, qui in oppidi Lipſydrii fuerant obſidione; ut alia omittam. Neque vero ſi thuce olim occupabantur *Scolia*, fed & ia communibus ſententiis & adagiis & quocunque genere adhortationis ad bene beateque vivendum. Sic enim Timocreon Rhodius in divitias *Scolium* concinnavit,

Ὦφελες ὦ τυφλὸς πλοῦτε,
Μήτ' ἐν γῇ μητ' ἐν θαλάσσῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ
Φαίνεσθαι,
Ἀλλὰ Ταινάρῳ τε νέμειν ἠ Ἀχερουσίᾳ,
Διὰ σὲ γὰρ πάντ' ὀκνηρὸν καὶ κακὸν

apud Scholiaſtem *Ariſtoph. Ran.* In quibuſdam *Veſpis*, aliud incipit,

Χρήματα τὰ βίου κλεπτογλῶσ' ἐς κάλλει,

Et ſcribit Plato *in Gorgia*, cani *Scolio* ſolitum, ὑγιάσειν μὲν ἔφην, τὸν δὲ ἀστεῖον, καλὸν γενόμ, τοῦτο δὲ τὸν ἐπαινοῦντα ἀδίκων. Aliud recitatur à Plut. *in Amator.* quod quoniam Græcas olet fœditates, indignum putis his Commentariis puto. Lyricorum verò aliis plurimus in Amoribus & Luſibus & Potationibus; in quibus exercuit fele inprimis Sappho. V. Scaligerum *loco citato.* A *Scolio* diverſum non videtur fuiſſe τὸ ὑπὸν μέλος, niſi quòd hoc ab unico, illud à pluribus, canebatur. Dicebatur vero ὑπόειν, non quòd *recto ordine* procederet, ſed quòd *alta & erecta voce*, ut Suidas explicat, vel ſecundùm *Orthium modum*, caneretur. Sed & loco *Scoliorum*, integras aliquando Comœdias tractatas fuiſſe in conviviis legimus, quamvis non ad Menandri unguem edecumatas. Interea dum hoc pacto lætitiæ irritabant *Veſ. σφαῖρα, ὑρίσκοι ſeu ὑσκίλα* inferebantur, rerum vices & incertitudinem, conviviis in animum revocatura, qualibus in Sigillaribus Romani uſi, vel Auguſtus inſit, apud Suetonium *in ej. cap. 8. §. 3.* Fuit etiam *Scolia*, nomen poematis ab Origene compoſiti, plurima perplexa & obſcura continentis: Pericles quoque Leges ſuas, ad modum *Scoliorum*, ſcripſiſſe legitur, apud Ariſtophan. *Ran.* forte non tam, ob perplexitatem, quàm quòd eodem cum *Scholiis* metri genere illas voluerit hominibus inculcari. V. Franciſc. Roſſæum *Archæol. Attic.l.6. c. 6.* Nec omittendum, ad Citharæ cantum cani *Scolia* conſueviſſe. V. quæ ſupra, ubi de *Aegrotis* nec ut de *Scholiis*, quæ apud Græcos ab *Commentariis*, ad oram librorum attexti, ſcriptionis explicandæ, ſolitis, Cl. Suiceriun *Thef. Eccl.* voce Σχολιαστὴς.

Scolopendra, quòd σκόλοπα ὁ τὸ τέρας, *cornicinum* ſeu *palum in extrema* geſtet, Arabibus *mater quadraginta quatuor*, dicitur, tot enim præcisæ habet; Hebræis גְּרָר, i. *centipeda*, Rumero incerto pro certo poſito: marinum inſectum eſt, de quo ſic Avicenna *l.4. Fen.6. Tract.6.* ubi de animalculis, quorum morſus eſt venenatus: Illud eſt animal notum, quia in aurem intr. greditur. Plerunque eſt palmi longitudine. Ab utroque que latere pedes habet viginti duos, de modo incedit antrorſum, modo in poſteriora ſertur. Et quidem *ini tu ὀπίσω, eadem versibus* ferri, Philoſophus quoque ait *Phyſ.l.4.c.7.* unde ἀμφικαμπὴς Nicandro vocatur *Theriacôn verſu* 812. Sed in *aurem ingredi*, alibi non legitur. De iisdem ita Plinius *lib. 9. c.43.* Scolopendræ *terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.* Idem integros populos, Treirenſes ſc. ab iis fœdibus pullos, teſtert ex Theophraſto *lib. 8. cap. 29.* contra morſus vero earum remedia exhibet paſſim. V. & Voſſium *de origine & progr. Idolatr.l.4.c.14. & 75.*

Solymus, Græcè Σόλυμος, male cum cinara ſeu cardno nonnullis confunditur; cinara enim ſeu cardus aut cardnus Græcæ ignotus prorſus. At *Scolymum* in cibis Oriens & tota Græcia receperat. Plin. *l. 22. c. 22.* Scolymum quoque in cibis recepit Oriens,

Oriens & alio nomine limoniam appellavit. Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtisque foliorum ac radice nigra, ſed dulci: Eratoſthenis quoque laudata in paupertæ cœna. Nempe radix illius edulis tantum Plinio. At Dioſcoridi herba ipſa, dum tenella eſt, refrendo decoctæ ſuis, haud ſecus atque aſparagi. *Εστι κακλιμον & τὸ ἐν τῷ Φ. 1. tempore autumni & æſtatis*, Theophr. *de cauſis plant. lib.* 3. *cap.* 17. Hæc Φ. *Θ ἐκάλουσι τ ἀνθ. & ἐρίφια τιτθὶς κρ.*

Quod ſecutus Ariſtoteles *ἐπὶ ἐκάλυμμ. i. ſolymo florente*, mulieres avidiſſimæ libidinis eſſe, ait in *Problem. &c.* V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 228. & 1286. ubi Cretas hodie cardui hoc genus *Aſcolimbron* vocare, addit: nec non Heinſium *Notis in Heſiodum.*

Scomber, Gallis, ut & Anglis ac Belgis, *Maquereullus* vocatus, inter piſces littorales & cetaceos, non tamen ſquamoſos, levi cute præditos, celeberrimus, craſſi de eo benigne fatis ſuadent apud Athenæum Diphilus & Niceſius, ſucci tamen eſt craſſiuſque viſcoſi, & difficilis concoctionis: ac propterea, quo pinguedo ejus liquefeat, ſalti ſolet. Ex ſanie vero putrefcentium eliquabant olim garum laudatiſſimum, de quo V. Plinium *Naturæ Hiſtor. lib.* 31. *capite* 7. Hinc Martialis in *Xeniis, Epigrammate* 102.

Exſpirantis adhuc Scombri *de ſanguine primo*
Accipe ſuffuſum, muneris arra, garum.

Dixere id *ſociorum garum*, quia à Sociis Populi Rom. apportaretur: quales Hiſpani, unde idem Poeta *in lib.*

Hiſperius Scombri *temperet ova liquor.*

Nimirum Carthaginenſe No-a ſive Spartaria fiebat: atque id tanti pretii, ut nullus, præter unguenta, liquor cariùs divenderetur, teſte Plinio *l.* 31. *c.* 7. Odoris tamen ſuſtile ingrati, indicat hoc Poetæ ante memorati *l.* 7. *Epigramm.* 93.

Unguentum facias, quod olyra modo parva gerebat.
Oſtrite poſtquam Papilus, ecce, garum ſti.

Uſum ejus hodieque eſſe Conſtantinopoli, traditum eſt Bellonio. Variam garorum confectionem docent *Geoponica* Conſtantino tributa, *l.* 20. *cap. ult.* ubi legas, *garum σιμάτων & ſanguineum*, cœteris eſſe præſtantius, quod idem eſſe ac illud Socio rum videtur. Namque *piſcis* ſilicæ nigrum, *de Conſyn. Medic. lib.* 3. Galenus vocat: *πορφύρα ὁ ἁλιτικὸς*, nominat Paulus Ægineta, *Eo autem nigrum & ſanguineum* dicebatur, quonam confieret ex piſcium cruore, qui nigrorisiſtius cauſa. V. Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. l.* 4. *cap.* 26. *ubi Scombro ſubdit Τρίγωνον*, *Gall. Maquereau baſtard, q. d. Scombrum nothum.*

Scopa, Mediaſtini olim infigne. cujus præcipua opera fuit, in cœnatione *Scopis* mundanda. Hinc vitus Romæ, in pavimento vermiculato, homo cum *Scopa* & canilro, enn Inſcr. *Cornelius, Servus. Mediaſtin.* apud F. Ulſinum. Jurisconſultus *Scoparium Servus. Mediaſtin.* apud F. Ulſinum. Jurisconſultus *Scopariun* appellat, *l.* 8. *de Inſtrumento, vel inſtruno. leg.* cujus operam tetigit Horatius *l.* 1. *Sat.* 4.

Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſorde quantus
Conſiſtit ſumtus?

Et Juvenalis *Sat.* 14.

Hoſpite venturo feſtabit nemo tuorum:
Verre pavimentum, nitidas ſtrenue columnas,
Arida cum tenui deſcendat aranea tela.

Plautus item *aſſimo Aſt.* 2. Sc. 4.

Juſſin' feciſſe ab janua hoc ſtercus hinc auferri?
Juſſin' olivarium denicr operam arancarum?

Eodem pertinent illa Ulpiani *l.* 12. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* „Item centones, ſyphones, funes, perticæ quoque & ſcalæ, & „phormiones & ſpongiæ, & amas & *Scopæ* contineri, pleri „que & Pegaſus aiunt. E. Item pertica, quibus aranea deter„guntur: item ſpongiæ, quibus colatur, & pavimenta p. d. a exterguntur. Item quoque, quæ ad lacunaria admoventur, inſtrumenti ſunt, quia mundiorem domum reddunt. Et profecto, Mediaſtinus ſemper ſordidiorisoperæ fuiſſe videtur, tum in urbana, tum in ruſtica familia: V. inſignem hac de re locum apud D. Bernardum *Serm.* 2. *de Aſſumpt.* A pud Petronium hanc operam Lecticarius navavit, *qui argentum inter reliqua purgamenta Scopis capit everrere.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis. mentis Scopis capit everrere.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Et hæ vulgares *Scopæ*. At ſpoliicti Templi pulpita & pavimentum, virentibus & laurus ſcopi, everri conſueviſſe Eutipides ait *in Jone Act.* 1. qua de re V. Paſchalium *Coron. l.* 8. *c.* 8. Sed & *Scopæ* ſeu *Scoparum* & virgarum diſciplina frequens in Monaſteriis, apud Romanæ Eccl. Scriptores, cui & Reges ſubjecti, uti de Henrico Andegavenſi Angl. R. quod Thomam Cantuar. Archiep. necidari curaſſet, legimus apud Matthæum Paris *in Henrico II.* Neque verò ſemper *ſcopis* cædebantur rei, ſed aliquando *ſcopa in ferre* poenitentiæ loco fuit. *Chron.* Montis-Sereni An. 1213. *Nudis pedibus in veſte nigra, ſcopam ferens — pedibus ejus proſtratus* &c.

Scopas Syracuſius, plinthion ſive lacunar, ad horas invenientas excogitavit multasque res alias organicas & gnomonicas, numeris naturalibusque rationibus inventas & explicatas reliquit, Vitruvius *lib.* 9. *cap.* 9. V. de illo Salmaſium *ad Solinum pag.* 636.

Tom. II.

Scopas, marmorarius Sculptor, adde: Cum omnes columnæ hujus Templi cælatæ eſſent, ex iis 36. ſculpta fuit uno à Scopa, Plinius *lib.* 36 *cap.* 14. Inſuper & artificis fuit, inter artis enim artifices recenſetur eidem *lib.* 34. *cap.* 8. neque λόγῳ ἀγαλματοποιᾶς, ſed etiam æreas ſtatuas, inter ejus opera recenſet Pauſanias *Eliac. lib.* 2. qui eundem Tegeatis Minervæ Templum architectatum elle, tradit in *Arcadicis*, quum vetus eorum ædes incendio conſumta eſſet, Olymp. 96. anno ult. Sed & in Mauſoli ſepulchro cælando cum aliis artificibus tribus certaſſe dicit, Plinius *lib.* 36. *cap.* 5. V. de eo Salmaſium *ad Solinum pag.* 813.

Scopelos, adde: Aliàs vox Græca *Σκόπελος*, Latinè *ſcopulus*, meta eſt, *στέρφος ἔζωα* quoque Græcis & *σκόπελον*, ſcopulus ſcilicet in metæ acumen ſubrectus. Qua notione occurrit, apud Heronem in *Geodaeſia*, Vide quoque Claud. Salmaſium *ad Solinum pag.* 681.

Scorbutus, morbi notum genus, Septentrionalis primùm Balthici maris oras qui accolunt, illiusque loca vicina paludoſa, infeſtavit: qui proin eum, ut morbum *Ἑυξείνιον* & *Σκύθικον*, primi ſentiebant, eo prorſus more, quo Ægyptii elephantiaſin, Alpini bronchocelē, Americani ſyphylidē, Anglı phthiſin, Judæi lepram, Hiſpani ſtrumā &c. ſuv ian em negleeta fede avita, longè lateq; virulentiam tuam diffundens, Daniam occupavit, Holſatiam, Pruſſiam, Sileſiam, Bohemiamque pervagatus, quin & navigia infedit & aratis in terras tricentibus, una cum vectoribus deterrima merx in Anglian, Belgium, Lubitaniam, Americamq; delata eſt. Denique & Gallia ac Italiæ maritima loca infeſtans, nec mediterranea pepercit &c. V. de eo Medicorum Collos.

Scordiſca, medio avo pelles dictæ ſunt ſeu dorſualia, quibus equorum tergia tuffere bantur. Uti enim equum iuum Volucrem ſagis fucotinctis cooperuit Verus, apud Capitolinum, ſic Commodus pelle inaurata equum Pertinacem intexit, apud Lampridium. Cuusmodi pelles *ſcordiſca* appellatæ ſunt, à *ſcorzo*. Vegetius *de re Veterin. lib.* 2. *cap.* 60. *Quod ſi durſum ſedentis injuria tumere jam cœperit*—ſcordiſcum *ſuperimpones*. Hinc *Scordiſcarii* D. Hieronymo, qui *ſcordiſca* conficiunt. V. Salmaſium *Not. ad Capitolinum in Vero.*

Scordiſci, adde: De his Ammianus Marcellinus *l.* 27. Scordiſci, inquit, longè nunc ab iisdem provinciis diſparati, ſævi quondam & truces, ut Antiquitas docet, hoſtis captivorum Bellonæ litantes & Martihunanumque ſanguinem in oſſibus caſtipitum humanorum bibentes avidius.

Scorpiacum, libri titulus à Tertulliano contra Gnoſticos compoſiti, qui *potionem adversus ſcorpios* indigitat. Ita enim hæreticos olim appellatos legimus paſſim, V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte poſter. lib.* 4. *cap.* 29.

Scorpio, *ὁ τὸ σκορπίζειν τὸ ὖο, & veneno, quod diffundit*, an potius ab Hebr. *akrab*, cum proſthefi *v. c. Jacq. ακκρεβ*, *animal, magno aculeo?* Certe, *Μέγα τὸ κέντρον τῶν σκορπίων ἐστὶν* &c. Corpus hujus ovi figura, in quo caput ita conditum eſt ut vix emineat: & *χηλαὶ*, ſeu *cancri brachia*, quibus amplectitur, quidquid obvium eſt, ut ſit firmior & pungat fortius: & octo pedes, à quibus diſcriminatur *ἀκανθώδες* in Erov. fed caudā inprimis eſt terribilis, in qua venenum & aculeus. Itaque paſſim à Poetis, non aliter, quam à cauda, deſcribitur. Eſt autem illa *κεντροφόρον*, habetque ſex aut ſeptem vertebras, ſui internodiis: in extremitate vero ejus aculeus eſt, quem quandoque geminum habet, quumodoſi ſcorpiones *διπίτρους* vocat Ælianus *Hiſtor. l.* 6. *cap.* 20. Porrò aculeum illum tenui ſtillulā perforatum eſſe, quā venenum infundat, tradit Plinius *l.* 11. *c.* 37. alibique, inter quos *κεντρίδιον ἀπὸ κέντρου ſimulque duplicitatem*, cum voce Ælianus *l.* 9. *c.* 4. Galenus verò negat in ſcorpionis aculeo ullum eſſe foramen, quo venenum dejciat, & proin animalculi hujus vim noxiam referre malvit ad ſubtilantiam ſpirtualem, quæ, ut mole minima, ita facultate maxima ſit, ut quæ, præter hominem, leonem, elephantem, camelum quoque punctione puſilla exanimat. Sed in ſcorpione id graviſſimum, *quod* auctore Plinio, *ſemper cauda in ictu eſt*, ſemper erecta & intenſa, ut ad ictum ſit paratior. Ovidius *Faſtorum lib.* 4.

Scorpius clatæ *metuendus acumine caudæ.*

Excepto eo ſcorpionum genere, quod caudam humi jacentem trahit, hincque Arabibus *gerrara* dicitur; veneno præſentiſſimo nocens. Cujusmodi ſcorpiones qui venentur, mittere tribuno anvè Perſarum Regem, iliac ſtatio ſecunda eſt in itinere à Perſicis Suſis in Mediam; iter factorum, refert Ælianus *l.* 15. *cap.* 26. Dolor ex punctione, prout diverſa ſcorpionis ſpecies, diverſus eſt: ſed in plerisque cum acuum punctura ſentitur dolor igneus. Hercules Oetæus apud Senecam *Act.* 4.

Eheu quis intus scorpius, *quis fervida*
Plaga revulsus cancer infixus meas
Urinemadulas?

Verùm *familiare periculi tempus, æstus*, Tertull. *hyeme torpescum*, Macrobius *Saturnal. l.1. c.21.* unde in Apocalypsi mysticis locutis scorpionum caudas habentibus, non datur potestas nocendi, nisi per menses quinque: & in Africæ urbe *Pescara*, cives ferè omnes metu scorpionum, æstatis tempore, relictâ urbe, rus commigrare. nec nisi Novembri mense redire, teste Plinio *l.11. c.25.* Africanus. Sed & contrarius & impositus scorpius proprii vulneris curatio est, Dioscorid. *l.2.* Quòd enim in Ægypti urbe Coopto, in Fano Isidis, magni scorpiones, *mulieres, quæ apud Deam Typhæi & humi cubabant & pedibus nudæ incedebant, & eos scorpiones solùm non calcabant, non laderent*, uti refert Ælianus *Histor. l.10. c.23* Diaboli cacozelia fuit, Dei miracula, qui in animalium veneno reprimendo virtutem suam sæpius exeruit, simiæ inflat imitantia. Nomen ab iis monti Judææ non procul ab Asphaltite lacu, qui à scorpionum copia Hebraicè *ascensus acrabbim* dictus est. Numer. c.34. v.4. Unde *Acrabatene* regio Idumææ vicina. 1. Maccab. c.5. v.3. Forte & *Acrabatas*, Æthiopiæ lacus, indidem appellatus est. Græci quoque Aliæ partem eandem ob causam Σκορπιόφορον χώρον nominaverè, ut ex Ptolomæo constat & c. Quam in rem V. plura apud Vossium *de Idolol. l.4. c.* 56. & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. l. II. c.* 29. ubi & de tralatitiis vocis significatibus varia. Addam saltem, Anne de Graston gemmam & σκορπιὸν, aconiti genus, à *scorpii* similitudine, dictum esse, V. Salmas. *Exercit. ad Solinum p.* 712. & 882.

Scorpio, Græcis, σκορπὶς & σκορπίδιον, machina bellica est, quâ fagittæ mittuntur, 1. Maccab. c.6. v.51. ubi de Regæ Eupatore Hierosolymam obsidente, & apud Polybium, ubi de Archimede Romanos Syracusis arcente, *scorpionibus intra mania constitutis*. Sic apud Plut. *in Marcello*, cum ab eo clam positi fuissent αἱ σκορπίοι, *parvi scorpii*, quique hostium oculos fallerebant, cùm le latere putantes, *ἀνὰ τὰ δόκανα τὰ τῶν ὀστράκων ἐπήρσια in muttas fagittas inciderant* ficque retrocedere coacti fuit. Appellatam autem ita hanc machinam, *quoniam aculeum habeat desuper erectum*, dicit Ammianus: qui eam multis describit. Et Tertullianus *Scorpiaco, Bellicam machinam verutâ tela vegetantem de scorpio nominans*. Et Vegetius, *Scorpiones dicebant, quas nunc manu-ballistas: ideo sic vocati, quòd parvis subtilibusque spiculis nocentem infernant*. Nota *spiculis*, i. *jaculis*, quæ & ipsa *scorpiones* dicta, ut in Historia *Belli Gr. l.5.* Sic Vitruvius catapultis & scorpionibus fagittas, balistis lapides, mittit alte. 10. *cap.* 15. & 16. Cui tamen *Δημήτριος* oppositus Ammianus *scorpione* lapides & balistæ fagittas exhibuisse docet: Forte ejusdem machinæ diversi usus, cùm & nos arcuballistis modò fagittas modò plumbeas glandes, ejaculemur &c. Sed & vivos *scorpiones in hydriis Zythi impositos per machinas bellicas in Nilbin projecisse* Regem quendam, ait Geographus Nubiensis *Climatis IV. Part. 6.* laudatus Bocharto ubi supra. V. quoque in voce *Onager*.

Scorpio, 1. Reg. c.12. v.11. in his Roboami verbis, *Pater meus cæsligavit vos fcuticis, & ego vos cæsligabo scorpionibus*, flagri genus est fcutică gravius. Hebraei *virgam spinarum, aut flagellum spinis aculeatum* intelligunt, V. supra in voce *Marrugina*. Certè avo deteriore etiam Latini Scriptores pro flagello aculeato vocem accepere, Isidorus *Originum l.* 5. *c.* 27. Honorius *Serm. de S. Laurentio*, Alii qui Martyrum tuppliciis expoluere. In *Excelsonati* tamen *scorpiones à flagellis* distinguuntur: *Scorpionibus, dolore, hastilium aspergines, tandem flagellis cæsitur*. V eundem Bochartum *d. l.* Baronium ad 12. *Jun. in Martyrol.* & Gallonium *de Cruciatibus Martyrum edit. Parif.* p. 88. Sed & *Scorpiones*, acervi, qui fiunt jactis lapidibus, ut testa inilloco fint, quòd in metam desinant: σκορπὶς enim dicitur, quidquid in metam fattigiatum est, ad modum caudæ *scorpii*, unde & cutulus crinium in puero sic dictus est. Vossi. qui & de *Scorpio* pisce agit, de *Orig. & progr. Idolol. l.4. capp.* 2. & 25.

Scorpes, agitatornobilis, qui sæpe in Ludis Circensibus, aurigandi dexteritate, palmam reportavit, tempore Domitiani Aug. Ejus meminit Martialis *l.4. Epigram.* 66. & *l.* 10. *Epigram.* 50. 53. ac 74. V. quoque Lipsium *Hist. Epistol. quæst. Epist.*

Scortea, Latinis vocata est, quæ Græcis Διφθέρα, tagum viz. ex pellibus caprarum, Pastorum & Agricolarum proprium, quod quia exomidi inficiebatur, indeμυροβάλανον quoque dictum est, Aristoph. *Nub. Ubi grandior erit, capellas agito è Pholoe, ut & Pastoritidi, Διφθέραν ἐκδύσασαι*. Sic *Scortum vestem indutum* & Varro *de Re R. lib.2. cap. 11.* Neque non quædam nationes harum (*caprarum*) pellibus sunt vestitæ, ut in Getulia & in Sardinia Cursus usum apud antiquos quoque Græcos fuisse, apparet, quòd in Tragœdiis senes ab hac pelle vocantur Διφθέραι, & in Comœdiis ii qui rustico opere morantur. Aliquem, v. earum quoque ingenuis vilum fuisse, præfertim tempore pluviæ, La ertius docet, ubi Anaxagoram profectum in Olympiam fudo ac fetavo, fedisse *ἐν διφθέρᾳ*, quasi brevi erupturâ pluvia. quod & Factum, refert, quod idem narrans Philostratus *l.1. c.2.* vestem ὑετοδόκιον vocat. Quemadmodum & Romanis Pænulas, non tantum laneas & gaufapinas, *sed & scorteas* fuisse, legimus. Seneca *Quæst. natur. lib.4. cap.6.* Hi cùm fignum dedissent, adeste jam grandinem, quid expectas, ut homines ad pænulas difcurrerent aut scorteas. Et Martialis *l.14. Epigr.*130.

Ingrediare viam, cælo licèt usque ferono;
Ad subitas nunquam Scortea desit aquas.

Id est, Pænula ex pelle facta. Nam *scorta* pelles, fell. Unde Varro *de L.L. l.6.* Pellem non solùm antiquo dicebant *scortum*, sed etiam nunc dicimus Scortea ea, quæ ex corio & pellibus fant facta. Ideo in aliquot locis meris aut facellis fcriptum habemus, Ne quid scorteum adhibeatur, *ideo ne muricinum quid adsit*. Imò & apud Tertullianum *de Pallio c.4.* Scortum pro pelle leonina, *Qualis stle Hercules in ferox Omphales furbi: iam Omphale in Hercules scorto disfignata describitis*. Supra enim ad eandem vocem alluferat: *Tanium Lydiæ clanculariæ licuit, ut Hercules in Omphale, & Omphale in Herculis prostituerentur*: nempe in *Scorta* five *pelle Leonina*, V. Oduv. Ferrarium *de Re Vestiar Part.2.l.4.c.14.* Hinc tralatitiè *Scortum*, pro prostituta, cujusmodi fæminarum probra post epulas olim, imò & iisdem durantibus, in Theatris item, & post Spectacula, introduci solita, discimus ex Lipsio *Elect. l.1. c.11.* Cerda exinde *Ad verse. c.13.* 5. 20. Bulengero *de Theatrol. l.c.42.* Doctis *ad Tertull.* Paschalio *Cor. l.2. c.6.* Barthio *ad Statium l.1. Sylv.6. v.67.* Aliis; quibus adde de hodiernis *Perfiæ, Istorumque Regibus* P. de Valle & Jo. Bapt. Tavernier *Itiner.* plura in Voce *Meretrices*, item *Prostibulum*. At de *scortea pænulis* prætatis consule porrò Salmasium *Am. ad Spartianum in Hadrianu, Lampridium in Diadumenos & Alex. Severum*.

Scorthaci, Scythis Persæ dicti sunt, apud Solinum *c.*49.

Scotalia, in *Statutis* Concili Lambethensis an. 1206. *cap.2. commenes potationes, quas* Scotalias, *mutato nomine, Caritatis appellatione detestantes* &c. aliis item Conciliis Anglicanis & Statutis Episcopalibus, comportato eft. Alias *Scotallum* & *Scotale*, quod V Vasio tabellam cerevisiariam, improbante id Spelmanno: faltem cerevisiam, quam quidam fructuarii communibus expensis comparant, dominium tam vel ejus vicarium excepturi, peculiariter notat. Qua de voce V. pluribus agentem Cav. du Frefne *Glossar.* Macros Fratres in *Herolex.* Spelmannum, Alios.

Scotatio, apud Danos olim, tactus baculi dicebatur, vel pulveris aut partis terræ venditæ in finum excussio aut immissio quæ in emptionibus venditionibus symbola traditionis erant, Leccenius *Antiqy. Suecic. lib.2. cap.16.* V. quoque Cujacium *Observ. l.6. c.8.* Innoc. Cironum *Observat. l.1.c.9.* Andr. Suenonis Arch. Lundensem *L.L. Scanie lib.4. c.13.* Pontanum *rerum Danic. l.7.* & præfatos *Glossarii ac Herolexici* Auctores. A' voce Saxon. *scot* (unde Gall. *escot*)quæ inter alia fymbolum notat &c.

Scotia, adde: Secundùm Auctorem Anonymum *Hist. Ord. Trevir.* regnum hoc ab Anglia dividit fluv. Tweda, Mons Cheviot, & aestuarium Solvæum. Ejusdem divisionis teu fluvio feu monte Grampio (qui vulgò *Granfebain* dicitur) facta, aliam partem ejus Meridionalem, aliam Borealem, efficit. Celebre eft ingenti pifcium copia maximè harengarum, quorum tantùm non naturæ fedes in Scoticis eft littoribus Salmonum captura opulentam reddit Aberdonam, quæ fola eorum 300. cados circiter, in folam Gallam, quotannis emittit, numero minimùm 60000. quorum aliqui & 40. æquant libras. Nec avium fylveftrium & aquatilium minor ibi vis, celebratur. que cumprimis æstuarium Roderæ anferum marinorum abundantiâ. Ibidem fingulare Anarum feu Anserum genus eft, *Bernaches* incolis. Belgis *Rotganzen* dictum, quod ex conchis, arboribus & fimilibus nafci communiter perhibetur, qua de re fupra *suo loco*. V. Auctor em præfatum *Paris p. 5. l.5. in Hift Inf.* Familiæ regnaticis in *Scotia* hiftoria compendio hæc eft. Regno per plura fecula præfuit pofteritas Achaji, qui Caroli M. amicus & confœderatus perhibetur. Ab ejus nepote Kenneto per filios Conftantinum & Ethum duæ Regiæ linex ortæ funt, donec Conftantinus hujus abnepos, ab æmulo Malcolmo, illius abnepote, prælio cæderetur, A. C. 996. A' Malcolmo iterum multi profati, donec ultimus ex illius mascula progenie Alexander III. extingueretur A. C. 1286. & ita Regnum ad familias *Ballioliam* ac *Brussiam*, per fœminas priorem Domum Regiam contingentes, deferretur. Poft Davidem II. ex Bruffiis, extinctum A. C. 1370. Regnum deiatum eft ad Robertum Stuartum, Mariâ Davidis forore natum. Verùm nec hic alienus ab Achaji fanguine, in qua familia hodieque hæret, ut infrà videbimus, ubi de voce *Stuartus*. De *Scotorum* vero Hofpitalibus in Gallia, & Monafteriis in Germania extructis (mirum enim, nullum inprimis, Scotorum Britonumque peregrinandi defiderium) V. Gretzerum *Observ. ad Vitam S. Willibaldi l. 1. c. 19.* Rhenanum *Rerum Germanic. lib.2.* Innoc. Cironum *Observation. Juris Canon. l.1. c.13.* Alios.

Scotopici, Hæretici, V. fuprà *Bonefiani*.

Scotsbrigamses picti, apud Senecam, de quibus V. Salmasium *ad Solinum p.* 189.

Scrama, in *L. Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9.* fpathæ latioris fpecies, qua cæfim infligebatur vulnus, quod *fcramme* hodicque dicitur Germanis. Unde, qui hac ratione vulnera infligunt, *fcrimer* Gallis dicuntur. V. infrà *Scrimia*.

Scra-

Scriona, in L. Salica tit. 14. §. 2. *Si tres homines ingenuam puellam de casa aut de* screona *rapuerint*; seu *Screo*, L. Frisonum, *Qui screonem effregerit*, Sicamæ in L. Frisionum scrinium est. At Pithœus ad *L.* Salicam, hoc loco legit *Screunia*, aitque *Esfredes* etiamnum rusticis Campanis dici cameras illas demersas in humum multoque insuper timo oneratas, in quibus hyemis pueliæ convenientes ad mediam noctem pervigilant. Id quod jam olim Germanis fuisse in usu, colligit ex Tacito *de Germ. moribus* Hier. Bignonius, V. Car. du Freine *in Glossar.* & Macros Fratres *in Hieronex.*

Scriba, uti Festus docet, nomen erat apud Romanos Librarii, qui rationes publicas scribebar in tabulis. Apparuerunt autem singulis Magistratibus, eo nomine, ut publicas rationes in tabulas referrent & leges actaque omnia perscriberent. Unde Cic. *Verr. 5. Scribarum ait ordinem honestum esse, quod eorum hominum fides tabulæ publicæ, perfecta, Magistratuum commentarii.* Leges quodammodo in manibus *Scribæ* habuisse, & Magistratibus jus suggessisse, ostendit idem *de L. lib. 3.* Quo factum, ut eorum arrogantiam M. Cato minor coercere necesse habuerit, uti discimus ex Plutarcho. Accepisse à Quæstoribus apparitionis merocedem, ex fragmento veteris hujus tabulæ intelligitur: *Q. Urbeq. uti. erarium provinciam. obtinent. eam, mercedem. deferto. Quæstore. quei. erarium. provinciam. obtinent. eam, pecuniam. ei. Scribæ. Scribisque. quei. apparent. eis. facito. sidque, & finis. facito. ei. facto. dicto, quod. fine. dolo. malo. faciatur. fiat. nihilque. hominibus. eam pecuniam. capere. licito.* Habuisse tabulas semper in promtu, colligit Barthius, ex A. Gellio *lib. 6. cap. 9.* ubi *Cn. Flavius Annii filius* dicitur *tabulas possisse, scripta* (id est, *Scribarum munere*) *fese abisse. & Ædilis Curulis factus esse.* Interim vile fuisse munus, ex variis probatur. Namque mercenarii erant, & vel servi, vel liberti. Unde de præfato Cn. Flavio, ita Plinius *lib 33. cap. 1. Ethanmq. publii aiii dictus fuisti, quos Populus à paucis principum quoniste petebat, tamsam gratiosus publis adpetus est, adloquin Libertino patre genitus, & ipse Appii Cæci Scriba, cujus horum excerpsit vos dii conjulianda affidue lagaci ingenio, promulgaverat, ut Ædilis Curulis crearetur cum Q. Anicio Cranestino, qui paucis ante annis bellis fuisset & praturiis C. Petilio & Domitio, quorum patres Consules fuerant. Additum Flavio, ut simul Tribunus Pl. esset. Quo facto, tanta Senatus indignatione exarsit, ut annuum ab eo abjectus fuisse, in annum proximum reportandum.* Quam historiam quomodo narrans Gellius *loco cit. cum Ædilis, qui Comitia habebat, negares arripere, neque fibi placere, qui scripsum fuerat eum Ædilem fieri: Cn. Flavium tabulas possisse scripsumque sese abdicasse*, refert. Addit Livius, *& jurasse, se scripsum non fecturum.* Non tamen adirum omnem *Scribæ* ad majores honores fuisse Romæ interclusum, Cicerejì, qui Scipionis Africani majoris *Scriba* fuerat, exemplum ostendit, qui auctore Valerio, cum in campum Africani filium Candidatum Prætoris comitatus deduxisset, fequi noluit. Quem Centuriis Scipioni anteferri vidisset, è Templo descendit. Quin & Cicero quendam memorat, qui, cum in Sulla Dictatura *Scriba* fuisset, postea Cæsaris Prætor Urbanus fuerit. Adde quòd Alexandrum, Perfei Maced. R. à Rom. deviti filiũ tertium, Romæ *Scribam* munus obisse, Plut. tradit *in Paulo Æmilio.* Omnium verò minimæ dignitatis fuit *Scriba* navalis, ut ex Festo docemur, quòd periculis quoq; cum militibus fubjectum esset. Cum autem multi esset in Civ. *Scriba*, factum est, ut in variis tamen fereretur Decurias, Quæstoriorum, Ædilitiorum, Prætoriorum, prout à Quæstoribus, Ædilibus, Prætoribusque lecti essent quod jus rorum Magistratuum fuisse, non obscure innuit Cicero *pro Cinenio*, & Livius *lib. 40.* Aliquot tamen etiam decurias fuisse pretio emptas, apparet ex *Verrina 5.* Tullisse fustragium in quæ tuor urbanis Tribubus, quæ Ruftiris ignobiliores erant, habet Rofinus *Antiqq. Rom. lib. 1. c. 20.* qui idem *lib. 7. cap. 48. Scribæ* Pontificum Tribus liberis tempore natos, fuisse annotavit. Meminit eorum Jul. Capitolinus *in Antonio Pio*, *Eundem* (Macrinum) *quum Scriba Pontificum esset (quos hodie Pontifices minores vocant) Pontifices Max. appellavit, & vetus Infcr.* LIVIUS. THEONA. AB. EPISTULIS. GRÆCIS. SCRIBA. A. LIBRIS. PONTIFICALIBUS, apud Salmasium *ad Capitolinum* &c. Et hi quidem publici fuere, privati *Scribæ* adhuc minoris notæ erant, V. Barthium *Adver.* 50. c. 1. & fupra in voce *Notarii.* Postquam verò Resp. in Principatum verfa est, jam ordo dignus *Scribis* accrevit, illique ad Principum fecreta admissi funt, unde *Notarii Principis* memorati Cassiodoro, qui iidem cum Macedonum *Scribis*, de quibus infrà quædam dicentur. Nec omittendum, aliam quoque vocis apud Romanos notionem fuisse & *Scribam* Sidonio Apollinari *l. 5. Epist. 15. & 17.* vocari, qui alias *Bibliopola*, vel *Librarius* seu *Antiquarius* dictus est, cujus aliquod munus indicat nobis Cicero *ad Atticum l. 12. Et erit gratius, si non modò libris tuis, sed etiam & aliorum per Librarios tuos Scribophoros reposueris pro Eupoli.* Sic Eusebius scribit *Eccl. Hist. l. 6. c. 7.* Origeni ad manum fuisse Librarios, unà cum puellis, quæ fcite & concinnè scriberent. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, Tit. Pompam *de Operis serv.* Rosinum *loco cit.* &c. Apud Athenienses, fimiliter *Scribarius* munus vile fuisse, indicat Ulpianus *ad Leptinem*, ubi Γραμματεὺς ἢ Γραφεὺς dicit esse nomina πρὸς Α'θηναίους παρῤῥησίαν: & Libanius *in argum. Or. Demosth.* ὑπηρεσίαν, Scriba civitatis, *quod erat vile ministerium.* Ad id proin munus præcipuè adfumebantur Servi publici feu δημόσιοι, qui *Vulgares* Jurisconsultis dicuntur, & *Calones*, in Glossis: Erantque illorum tres, forte erari foliti: Suid. & Harpocrat. quorum unus fervabat tabulas & decreta: alter Leges, de quo Lysias *Orat. c. Nicom.* ubi docet, munus illius fuisse, tum Leges deferre, cùm prælegere atque referre in concionibus & judiciis: tertius Populo ac Senatui præ legebat, Jul. Pollux *lib. 8. cap. 9.* E' ubibus, duo priores à Senatu legebantur, unde τῶν βουλῆ διακονούντων dicuntur Demostheni: tertius à populo, τῶν πόλλων proin nuncupatus, ut est apud Thucyd. *lib. 7.* Legebantur verò singulis Prytaniis, fingulisque etiam administrati muneris rationem referebant, ita ut legitimum Ministerii tempus diebus 30. verteret, reliqui 5. dies Prytaniæ, reddendas rationibus impenderentur, V. Lysiam *Orat. cit.* Neque verò licebat amplius, quàm femel tantùm, sub eodem Magistratu, hoc munere fungi, ex Leges: Τὸ γραμματεύειν δὲ ἐξεῖ ἅπαξ τὸν αὐτὸν τῆ ἀρχῆ τῆ αὐτῆ. Peculiare quid erat, quòd Nicomachus *Scriba* Leges Solonis intra menses quatuor scribere jussus est, quod is non 4. menfibus, fed totidem annis præstitit, & quidem immutavit abrogavitque; quas describendas acceperat Leges, neque rationes retulit, de quo Lysias *Orat. cit.* cum tamen *Scribam* 30. folùm dies munere hoc fungi jus esset, ut dictum. V. Petitum *Comm. in LL. Att. l. 3. tit. 2.* Apud Syracusios major *Scribarii* dignitas fuit, uti patet ex Ulpiano *in Leptin.* Eἰσι δέφορος τῶν Συρακουσίων ἀρχῶν, τῶν μεγεθοποιούντων λίαν ἐλάτταις, Γραμματεὺς δ' ὑπάρχει περισσῶν. Et paulo pôst, Εἰσὶ τοίνυν οἱ μὲν ἀπὸ τῶν Συρακουσίων Γραμματεῖς τῶν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἢ ὁδοὺς ἢ ἀγορὰς, ὡς οἱ ἀπὸ τῶν Α'θηναίων. Similiter apud Macedones, *Scriba* idem, qui posteriori ævo apud Principes Rom. *Notarius Principis.* Ita enim de Eumene Corn. Nepos, *Philippus* jam in *Adolescentiâ indolem virtutis, Itaque* (Philippus A mynta fil.) *eum habuit ad majorem* Scribæ *loco: quod multa apud Graios honorificentius est, quàm apud Romanos. Nam apud illos ad id officium nemo admittitur, nisi' honesto loco & fide & industriâ cognita, quod necesse est, omnium consultorum tum esse participem.* De Hebræorum *Scribis*, hic infrà.

Scribæ apud Hebræos dicti sunt duplicis generis homines; quorum alii Secularé, alii Ecclesiasticum obiere munus. Prioris generis erant, quibus Juventutem in primis Grammaticæ elementis, restâ inprimis *scribendi* ratione, instituere incumbebat: quos *Grammatistas* dixeris, & è tribu Simeonis desumtos fuisse legas, occasione loci Genes. *cap. 49. versu 7. Dispertiveos* (Nempe Simeonem & Levi) *per Jahabebi & dispergo eos per Israelis*, sub. *posteros*: quod varicinium fic impleturn volunt Hebræorum Magistri, ut Levitas dicant & Simeonitas, per Tribus Hebræorum dispersos, illos quidem Altari ferviendo, hos verò pueros primis Grammaticæ rudimentis inftituendo, vitam fustentasse, Salom. Jarchi *in loc. cit.* V. quoque Ambrosium *nom. 4. c. 3.* & Targum *Hieronymi.* Sed hanc fententiam ægrè conciliaveris cum Josuæ c. 19. v. 1. ubi de tore Simeonitarum agitur. Adde; quòd nomine *Scribarum* in SS. veniant, Notarii publici cujuscunque Tribus, qui in Sponsalibus aliisque contractibus confignandis adhibebantur; quò aliisum videtur Psalmo 45. v. 2. *Lingua mea & stylus, ut Scriba promtus:* Et ex his videntur lecti *Scribæ* Regis, Gr. Γραμματεῖς τῆ βασιλέως, quorum mentio 2. Reg. *cap. 22. versu 3.* ut & 2. Sam. c. 20. v. 25. & *Scribæ Populi*, Gr. Γραμματεῖς τὸ λαὸ, de quibus V. Matt. c. 2. v. 4. & 1 Maccabæ. 5. 42. quorum illi in Aula, hi in Curia, honorificum obiere Ministerium. Posterioris generis *Scribas* quod attinet, erant illi Expositores Legis Γραμματεῖς τὸ νόμου, Notarii & Notabilium scholæ, vocati, V. Esræ *cap. 7. versu 9.* Lucæ *cap. 5. vers. 17. & cap. 7. v. 30.* Officium eorum erat, describere, prælegere & exponere Populo Legem, etiamsi ejus rei ex quacunque Tribu fuisset. Illi erant quidem ex Tribu Levi, Esræ *cap. 7. vers. 6.* Alii ex Tribu Juda, alii ex aliis. Druſius *de scribis Sectis lib. 2. cap. 12. ex Chald. Paraphr.* eodemque ita fua gente loco erant, quo inter Chaldæos Magi, inter Romanos Quindecimviri, inter Pontificios Canonistæ. Heb. סוֹפְרִים *Sophorim* vocabantur, id est, *Numeratores* vel *Calculatores*; quæ vox dein Masorethis, quorum inſudiſiā non libri folùm Veteris Canonis, fed & literæ quæcunque numerâte sunt, fit attributa: Et autem *Sapientes*, id est, Phariſæi, Traditiones, ita hi *Sophorim* feu *Scribæ*, Verbum Dei scripturn, urgebant, *Traditiones* dicti, Druſius *l. 2. c. 13.* quod ex difputationibus cum Chriſto manifeſtū est, Matth. 9. in quibus Chriſtum *Scriba* blasphemiæ feu violatæ Legis, *vers. 3.* Phariſæi, commercii cum Publicanis ac peccatoribus, id est, violatæ Traditionis, *versu 11.* accuſaſſe legunturi V. Thom. Godvynium *de Ritibus Hebr. l. 1. c. 6.* Horum *Scribarum Legislatio* (quos Baronius membrum Sectæ Phariſæorum fuisse hallucinatur) ordo fuit apud Judæos ex antiquissimo inſtituto, cujus Auctor ipſe Moſes quibusdam creditur; aliis David Regius Prophetæ, ex *1. Paralipom. cap. 23. & 26.* In ipſa Captivitate durante, argumento eſt magnus ille *Scriba* Esdra; qui Legem reſtituit, à Collegis adjutus, ut præclarè diputat Abrah. Zacutius *in Juchasin p. 55.* Unde manifeſta in Epiphanio, *Scribas*

eodem tempore capisse cum Sadducæis, statuente *διαγνώσει*, nisi de genere quodam *Scriborum* peculiari placeat intelligi. Cœterum è corpore eorum fuisse. qui sequerentur Pharisæos, qui Sadducæos, nec non qui Essenos, non inficiamur: de quorum pallio *virorum ἱερῶν* habente, V. Salmasium *ad Tertull. de Pallio c. vlt.* & Vorstium *Philol. sacr. c. 5.* ut & Casaubonum *Exerc. 1. num. 9. p. 52. col. 2.*

Scribendi ratio, tenuibus initiis orta, fensim ad id perfectionis, quod nunc habet, assurrexit, magno mortalium bono. Neque enim satis cavisse habuit aut Socrates, qui literas ingenii pestem pronuntiavit, quòd his notis confisi homines memoriam minùs exercerent: aut Thamus, Ægyptiorum R. qui eas improbavit, quòd memoriæ potiùs obfuturæ & homines ad eam excolendam inertes reddituræ viderentur aut apud Gallo-Druides, quos Cæsar *Gall. bell. lib. 6. cap. 14.* disciplinas *scripto* non contignafle, refert, tum ne in vulgus illę efferrentur, tum ne præfidio literarum freti diligentiam in perdiscendo remitterent, cum ex fententia Senecæ *Epist. 88. certior sis memoriæ, quæ nullum extra se subsidium habet.* Sit satis in præfens, quòd Verbum fuum DEUS ipfe *scripsit*, Exodi *cap. 32. vers. 16.* & a Mose *scribi* voluit, *cap. 34. vers. 27.* repetitque Johanni Evang & Apostolo dudecies mandatum illud, *Γράψον, τι βλέπεις, ut videre est in Apocalypsi passim.* Quis *scribendi* artificium primus docuerit mortales, inter Eruditos controvertitur: Illum enim *lib. 3. cap. 66.* ait Diod. Siculus *lib. 6.* c. 15. eum glorfam Cadmo tribuunt: Servius *Æneid. lib. 2.* Palæmedi. Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 1. cap. 30.* Rhadamanthum in Assyriam; Memnonem in Ægyptum, Herculem in Phrygiam, Carmentam in Latium, literas attuliffe refert: & nomen de Phœnicibus illud Lucani,

Phœnices primi, Famæ si creditimus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris, &c.

V. de Æthiopibus Diodorum *lib. 4.* de Assyriis Plin. *lib. 7. c. 56.* Quos omnes intra recentius ævum fe continere, certum eft. Altiùs afcendit Eusebius *Præp. Evangel. l. 18.* ubi Moïsen literarum ufum primum docuiffe Ifraelitas, à quibus ad Phœnices, inde ad Græcos aliasque Gentes prvenerit, tradit: fed ut ille in fua gente id præstiterit, primus *scribendi* Magister Occumenicus nondum patet. Sethum potius dicemus, vel ipfum mirabilem hanc Artem invenisse, vel à Patre inventam jam & constitutam, accepisse & ulteriùs edeenmalle: Quorum prius confirmatur ex Suida, ubi ait, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ τινες ἀνέφασαν ἐκ τῶν ἀγράφων, ὅτι ἐν ἐξαπλοειδεῖ τῷ τὸ Ἑβραϊκὸ γράμματα, τὰς τε τῶν ἀστέρων συμπλοκὰς: & duabus illis columnis, de quibus Josephus *Antiqq. Judaic. l. 1. c. 3.* Posterius fuggerit Auguftinus, cùm ait *quæst. 69. Enoti, Nonnullis videtur à primis hominibus literas cæpisse & perditas esse ad Noe, & inde ad Populum Israël.* Imò fimiliter Suidas, qui, cùm alibi Abrahamum, item sethum, literarum dicat Auctorem, idem tamen in Aὐτὰ, inquit, τέσσαρα γένη γράμματων ἦσαν, Ἑβραϊκὰ, Συριακὰ, Ἑλληνικὰ, καὶ Ῥωμαϊκά. V. Gerh. Joh. Voffium *de Arte Gramm. lib. 1. cap. 9.* & fupra, in voce *Literæ*. Et quidem primò incidendo, dein pingendo, *scribere* mortales: incidebant prius manu, exin ftylo. Namque & manum ipfam ftyli vicem præstitisse, docet mirabilis *Scriptura*, quæ epulante Belshazzæ, five, ut Græci vocant, Beithalare, ultimo Babyloniorum R. derepente in pariete appatuit, *ἀκρίδες manus humanæ egressæ*, exarata, Dan. *cap. 5. v. 5.* V. quoque Johannis *cap. 8. versu 6.* Etiam de captivo narratur, eum cùm penna & atramentum negarentur, unguibus ad ferinum modum fuccrefcentibus, pro penna; carbone autem faliva vel urina temperato epiftolam ad amicos perfcripfiffe. Stylus, antiquitus ferreus fuit, Gr. σίδηρος, Lat. *Calum* vel *Calles*, quo in faxis, lateribus, ceris *scripserunt*. Succeffit poftea, quum σίδηρος non literret, & graphis, ad vulnerandos alios, homines abuterentur, oftes: donec in ufum ferreus redüet. Uti autem graphio feu ftylo *scribendum*, in charta & membrana (qualis *pergamenus* Catulli & Auforii *Libri lituratis*) fcripta, fpongiâ delebant, Varro *Modin.* Literas vero incidendas in faxis, lateribus, plumbo, ære, cui ultimo Acta inprimis publica, Legesque incifas fuiffe, patet ex Dionyfio *Antiqq. Rom. lib. 10.* Suetonio *in Julio*, & Maccab. *l. 1. c. 8.* Unde Ovidius *Metam. lib. 1.*

——— *Nec verba minantia fixo*
Ære legabantur.

Galli autem & antiquitus habuere monumenta publica, teste Trithemio *Breviari Annal. Franc. lib. 1.* Præterea & tabulis ceratis literæ incidebantur; unde, poft interdictum ferrei ftyli ufum, Lex *Ceram fcito ne cadito*: apud Iidorum. Cùm pingere incipiebant, utebantur primò arundinis calamis, poftea verò avium pennis; habebanturque calamorum optimi, qui crefcerent juxta Memphim, Nilum vel Gnidum, Plin. *lib. 16. cap. 36.* Martial. *l. 14. Epigramm. 38.* Appuleius *Metam. l. 1.* &c. Sinenfes penicillo, è pilis leporinis confecto, *scribere*, auctor eft Nic. Trigaultius *Expedit. Sin. lib. 1. cap. 14.* Materia, in qua pingebantur literæ, intio arbores, hinc quadrupedia, poftea & lintea præbuere. Ex arboribus fola primum aflumpta, poftea libri, five interior corticis tunica, poftremò & tabulæ dolatæ fuerez; arbores iflæ inprimis tilia, leu philyra & papyrus feu biblus, e qua charta ficbat. Ex animantibus, pelles in hunc ufum translatæ, unde Pergamenæ & inteftina, V. Iidorum de *omenti* Elephantorum, Zonaram *Annal. 3.* de inteftino Draconis &c. donec lintels libris conceptus fignari cœperant, Plin. *l. 13. c. 11.* vel ferico, ut dePerfis habet Symmachus *lib. 4. Epist. 34.* findonęque, ut de Indis, Philoftr. *in Apollonio*. Hodie qua utimur charta, ex linteis contufis & concerptis eft, more jam aliquot feculis inveterato. *Scribendum* autem in libuis leu chartis, membranis & linteis, communiter atramento, quod Vitruvius *librarium*, Corn. Celfus *scriptorium*, è fuligine fornacium ac baffenearum fieri fblitum: Horatius *nigræ fuligine lotigniæ*, vocat. Nempe hæc in metu de fe effundit nigrum fuccum, qui pro atramento eft, quemadmodum & fepia apud Plin. *lib. 9. cap 29.* cujus fuco Afros *scribere* confuevifle, auctor eft vetus Scholiaftes Perfii *ad Sat. 3 vers.*

Nigra quod infusa vanescat sepia lymphâ.

Sed atramento quidem libri *scribebantur*; ituli vero & capita libtorum rubri erant colotis, quam ad rem minii ufus. teste Ovidio, *Tristium initio.* Idem in Legum titulis factum fuiffe, ex Perfio difcimus *Sat. 5.* Encaufto, quod ex muricis feu conchylii cruore erat, literis fuis fubfcripfiffe Imp. Graecos, docet Conft. Manaffes *Annal.* & Briffonius *lib. de verborum fignif.* Ut de actuli *scribendi* modis, ubi alia materia opus, nihil addam, de quibus V. Voffium *lib. 2. cap. 40.* Antiquiffimum porrò *scribendi* modum fuit, à dextra ad finiftrum, qualis Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, multarumque aliarum Orientis gentium; etiam Ægyptiorum, hodieque Indorum, exceptis Malabaris & Siamenfibus: ubi tamen obfervandum, Hebræos ipfos, etfi literas componentes procedant finiftrorfum, in fingulis tamen literis effcrmandis prius effingere finiftrorfum, hinc dexteriorem partem. Huic modo alter fucceffit: Nam morem quidem veterem hactenus retinebant, quòd primo à dextra finiftrorfum iretat, fed ubi ad finiftram paginæ partem deventum, inde, quia is fe locus primò offerret, dextrorfum in fcribendo recurrebant; quod antiquis Græcis placuit dictumq; eft *βουστροφηδὸν γράφειν*, quia literas ducerent, uti *boves* in arando *aurum fulcos*. Hoc modo exaratas fuiffe Solonis leges, auctor eft Didymus. Recentiores Græci, ut & Latini, Germani, Illyres, hodieq; in Africa Æthiopes, à finiftra dextrorfum *scribere* amavere, nec fine caufa: Nam motus manuum noftræ dextrorfum eft, ftoque pugna citetur, & cetera opera extento potiùs, quam retracto brachio, peraguntur; Præterea, nobis relinquitur fub oculis contemplandum, quid quantumque de criptum fit, quod ipfis calamo ac manu tegitur. Quartus acceffit modus, ut à fummo in imum deveniretur, quomodo olim *scripsere* incolæ Taprobanæ, Diod. Sic. *lib. 2.* hodieque Sinenfes, Coreani, Japanenfes, atque ex Indis aliqui. Nec Græcos id *scribendi* genus, *Tapeton* illis dictum, plane latuiffe, teftatur ipfe eorum docent. Sed neque hic variis ufus illa fubftitis Tartgitani navium, populus ad Sept. à Sinenfibus fiti, à dextra ad finiftram tendunt, fed lineis ab inferiori parte fuperiorem versus multiplicatis. De prifcis Gothis, teftatur Olaus M. *lib. 1. cap. 29. Scripturas eorum à dextro latere in sede saxorum inch atas usq; ad vertices & tandem reflectendo in finistro pede finitas, vel iterum eodem ordine inferiùs ex vatas, deperfarg, terminari.* Mexicani eandem in formam circuli *scribere* folent, lectione à centro ad circumferentiam fuperiùs inftituenda, dicuntur. V. plura de iis, ut & *Stenographia, Tachygraphia, scribendi compendiis variis, literarum Characteribus apud Europæos inprimis usitatis, aliisq; huc pertinentibus*, apud Voffium *de Arte Gramm. lib. 1. cap. 4.* & *seqq.* Herm. Hugonem *de Orig scribendi*, Vinc. Contarenum *Comm. de universa scribendi ratione*, Auctorem Anonymum *Fasciculi. Orbis Terrar. cap. 9. Sect. 3. ubi de Lingua*, *§. 13. 14.* &c. fupra item, in vocibus *Literæ, Mus* &c. Cœterum verbum *Scribo*, à Græco γράφω, addito *s.* originem habet, cujus etiam notiones omnes fubeit. Pro *sculpere* enim, quæ prima eius fignificatio fuit, occurrit apud Claudianum *Ruffin. lib. 2.* de monetà,

Inscribi proprijs aurum fatale figuris.

Et Iidorum *Origin. lib. 16. cap. 17. Statuarios signari nummos & scribi constituit.* Pro *pingere*, quæ notio priori fucceffit, apud Statium *Epito Max.*

——— *Apellea cuperem te scribere cerâ.*

V. Francifci Junii *Commentar. de Pictura lib. 1. cap. 4.* Tandem pro *literis mandare*, ut notum.

Scribo, apud Anaftafium Biblioth. in *Vigilio, Quo audito Augusta misit Arthemium Scribonem*; Satellitum præfectus eft Magro: Certè τὸν πανσεφθαλμὸν τὸ Βασιλέως ὑπηρέσιον, dicuntur paffim apud Theophyl. Simocattam & in *Glossis* Basilic. Quos mitti folitos ab Imperatoribus in provincias, ad mandata perferenda & exequenda, docet Gregorius M. à quo *Privilegia* vocantur, *l. 8. Epist. 57.* &c. V. de iifis C. du Frefne *Gloffar.* Dominic. Mactium *in Hierolexico*, ut & fupra voce *Scriba*.

Scrimia, vulgò dicitur Italis Gallisque umbratilis pugna, ut placet Badæo *Commentar. ad Pandectas*, Guil. Choulo, Aliis: Mercurialis vero voce eâ indigitari mavolt militarem monomachiam, rudibus armis factam, quam Hermippus Martinezos invenisse, & Cyrenæos æmulatos effe feribit, apud Athenæum *lib. 4.*

lib. 4. c.13. In hac certatores haud quaquam gladiatorum inſtar ſe usque ad necem feriebant, ſed rudibus teſis quaſi ſeſe invicem petere ſimulantes, quandoque etiam re vera ferientes, & plagarum inflictiones & averſiones edifcebant. V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. l.3. c.4.* & ſupra in vocibus *Monomachia* & *Sirama.*

Scriniarius, in *Epiſt. Sergii IV. Scriptum per manus Benedicti Notarii Regionarii* & Scriniarii *S. R. E.* Notarius, Scriba eſt, cujusmodi *Scriniarii* in Eccleſia Rom. duodecim erant, & primò quidem ad colligenda Martyrum acta inſtituti, poſtmodum *Scrinia* publica ſcripturarum feruare, epiſtolas à Cancellario & Scriniis dictatas ſcribere, inſtrumenta que, donationes ac reliqua hujusmodi confiecere cœperunt, V. Iſidor. *lib. 20. cap. 9.* Joh. Sarisberienſem *Epiſt. III.* Anaſtaſium in *Stephano IV.* ubi *Scriniarius Eccleſiæ Ravennatis* occurrit, Alios. Tranſiit vox ex Aula in Eccleſiam. In Domo enim Auguſta *Scriniarii* dicebantur, qui in *ſcriniis* ejus operam locabant, & *Scripturam* vices agebant, de quibus paſſim Cujacius, Gotofredus, Alii. V. quoq; hic infra.

Scrinium, ex Gr. *σχρινιον*, quod factum ex *σχινος*, prætoſito *σ.* quid vulgò ſignificet, notum. Plinius *præfat. l. 13. Primum quod equidem inveniam, caſtris Darii Regis expugnatis, in reliquo ejus apparatu, Alexander cepit* ſcrinium *unguentorum*, de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag. 947. & 948.* Idem *Scriniis* fagum aptiſſimam, notat *lib. 16. cap. 43. Eadem* (fagus) *ſcitilibus lamínis, in tennia flexilis, capſis,* ac ſcriniis *ſolaniilis* &c. Hinc in *Not.* utriuſque Imperii, *Cod.* Theodoſ. & Juſtin. aliisque ejus æevi Scriptoribus, *Scrinia* dicuntur capſæ & loculi, in quibus Principis acta, quæ ad jus pertinent, aſſervabantur, qua de causa *in l. omnium 19. C. de ſeſſam. autum jus ita ſcriniis Principis conſtitutum* dicitur. Duorum ea generum facit Budæus, *ſtataria* quadam, alia *viatoria.* E' quibus *ſtataria* erant in Regia vel alibi concdita, in quibus monumenta antiqua ad Imperium Regnumque pertinentia aſſervabantur, Græcè *χαρτοφυλακιον*, Latinis recentioribus *Archivum. Viatoria* vero, in comitatu Principis circumferebantur, in quibus libelli ſupplices Principibus poſtulantibus porrecti condebantur, quod Principi vocare libellis & poſtulantibus operam dare libellisque reſponſitare. De quibus poſterioribus loquitur Lampridius *in Alexandro, Poſtmeridianis horis ſubſcripſionis & lectioni epiſtolarum ſemper operam dedit, ita ut ab Epiſtolis, & libellis & à memoria ſemper aſſiſterent, relegentibus cuncta Libratiis, & iis, qui* ſcrinium *gerebant, ita ut Alexander ſua manu adderet, ſi quid eſſet addendum, ſed ex ejus ſententia, qui diſcribo habebatur.* Cum autem complura eſſent *Scrinia* hujusmodi, ut in Pauciis videbimus, quatuor eorum genera hæc inprimis memorantur *lib. 1. fin. C. de ſacroſanct. Eccl. C. de prox. ſacr. ſcrin.* Nempe *Scrinium memoriæ*, in quo annotationes Principis aſſervabantur; *Scrinium Epiſtolarum*, in quo civitatum poſtulata & legationes; *Scrinium Libellorum*, qui ſupplices Principi oblati ſtant; & *Scrinium diſpoſitionum*, in quo cognitiones & decreta Principis cuſtodiebantur. Unde totidem Antigraphei, apud Anonymum Scholiaſtem *in Juſtin. Nov.* qui etiam, *Priores ſcrinii, Cod. Theod. de prox. Com. diſp.* item *in copiis ſcrinii conſiſtoni l. 11. eod. tit. & Obſcurandi vores ſcrinium* dicebantur *l. 3. d. t.* Eorum ingenio ſortmodum Principiis ſanctiones, epiſtolæ, reſponſa & reſcripta, habebantque ſub ſe librarios, exceptores & eos qui ſcrinium gerebant, i. *Scriniarios*, qui manu tantum, non mente, ut illi, in ſcriniis militabant. Iidem in tribus prioribus ſcriniis etiam *Proximi* vocati, *Comitum* titulo inſuper ac nomine ornabantur & *Magiſtri* dicebantur: in ſcrinio vero diſpoſitionum, non dicebantur *Proximi*, ſed *Comites* tantum, atque iidem quoq; *Magiſtri diſpoſitionum* audiebant. Præter hos autem ſingulorum ſcriniorum Magiſtros, fuit qui appellaretur & eſſet *Magiſter omnium Scriniorum*, ſeu ſimpliciter *Magiſter ſcriniorum*, & *ſcrinia curare* diceretur: qualem fuiſſe legimus Ulpianum ſub Alexandro Sev. & Papinianum, ſub Baſſiano. Et quidem Magiſtri hi ſcriniorum præferuntur Vicariane poteſtati *tit. 11. C. Theod.* Proximi vero ſcriniorum *eod. Cod. tit. de Prox.* popularunt ordini Vicariorum. Ipſis vero Magiſtris ſcriniorum, ut & reliquorum officiorum Magiſtris, præerat Magiſter officiorum, ſeu *Magiſter* per excellentiam dictus, de quo vide ſupra. Nec omittendum, licèt in ſingulis officiis Palatinis primum locum obtinentes, *Principes* & *Magiſtri* illius officii, in quo eminebant, dicti fuerint: peculiariter tamen in officio Præfectuæ Prætorii, qui primus erat & princeps illius officii, *Primiſcrinium*; in officio ſacrarum Largitionum & privatarum, nec non aliis plerisque *Primicerium*; in Scriniis Epiſtolarum, libellorum & memoriæ, *Proximus*; in ſcrinio diſpoſitionum, *Comitum diſpoſitionum* appellari conſueviſſe. Quam in rem V. plura apud Salmaſium *ad Lampridium in Alexandro Sev.* Treb. Pollionem *in Gallienis*, & Flav. Vopiſcum *in Caro.* Præter præfata autem *Scrinia* Palatina, quæ *Auguſta* vocat Symmachus *l. 4. Epiſt. 53.* & *Sacra* Sidonius *carm. 5.* erant quoque *Scrinia Magiſtrianum*, de quibus in utroque itidem Codice, *tit. de Numerariis*, ubi multa Cujacius & Gotofredus præfati commentantur. V. quoque hic infra.

Scrinia varia, præter prædicta, occurrunt hæc:

* Annulariuſe. *β.* ab Argentariis. *γ.* ab Argento. *δ.* Afianum. *ε.* Aureæ maſſæ. *ζ.* Auri ad reſponſum, quod militaribus uſibus inſervit. *η.* Barbaricarium. *θ.* Beneficiorum. *ι.* Canonum. *κ.* Daciæ. *λ.* Exceptorum. *μ.* Fabricarum. *ν.* Largitionum privatarum. *ξ.* ad Limitem. *ο.* Macedoniæ. *π.* à Militarenſibus. *ϕ.* Mittendariorum. *ρ.* Numerariorum ſeu Numerorum. *σ.* Orientale. *τ.* Operum. *υ.* à Pecuniis. *χ.* Rationum. *ψ.* Securitatum. *ω.* Tabulariorum. *α α.* Veſtiarii Sacri. E quibus compluta, *Sacrarum Largitionum* ſcrinia ſunt; quatuor verò iſta, Beneficiorum, Rationum, Securitatum, & Largitionum privatarum; *Rerum privatarum.* De quibus omnibus V. Auctores ſupra laudatos: adde Briſſonium *de Signif. verb. l. 17.*

Scripta duodecim tabulæ luſoriæ, in monumento antiquo ſingulis lineolis & quidem tectis, explicantur; quem ludum Vett. præclare illuſtravit Claud. Salmaſius *in Vopiſcum.* Intelligendus de illo Petronius Arbiter, quum ait: *Sequebatur puer cum tabula verebinthina & cryſtallinis teſſeris: notavi, rem omnium delectiſſimam. Pro calculis enim albis aut nigris, aureos argenteoſq; habebat denarios. Interim dum ille omnium teſſerum ter ingeſta conſumit, guſtaculum nobis* &c. Ubi cùm Gonſalius ludum hunc cum ludo latrunculorum commiſcet refellitur à Gronovio, oſtendente, in Ludo illo *Scripturum* XII. & teſſeris & calculis fuiſſe pugnatum, quod de ludo Latrunculorum dici non poteſt, in quo nihil Fortunæ committitur. Judicat itaque hic, ludum illum admodum ſimilem fuiſſe illis, qui hodie *Trictrac* aut *Verkeeren*, aut *Lurs/chen*, aut ſimplicis genus *eus und ein*, Gallis Germaniſque utrisque appellantur. Teſſeræ mittebantur vel jactabantur per pyrgum ſeu turtillum, ut hodieque inter diſſidentes colluſores; calculi dabantur & movebantur in eadem tabula vel alveo luſorio, notato duodecim lineis, per quas collocabantur & procedebant calculi, prout illos fortuna jactus & ars jactum diſponentis juviſſet. Hinc Antigonus Pyrrhum, teſte Plutarcho, comparavit luſori *bene jacienti, ſed male danti.* Series *Scriptorum* dicebatur *Iter*, uti viſum, quia calculi per ſcripta commeabant, & iter habebant. *Tramitem* dicit vetus *Epigr.*

Diſcolor in ſpiti ſub ſacta tabulaſ aſſtat,
Decertandi, ſimul concidias arg, eadem,
Et quamvis pariti Scriptorum tramite curraſi,
Is capiet palmam &c.

Viæ ordinales, appellat Iſidorus, in voce *Calculi.* Hoc itaq; iter qui occupaſſet, victor erat; vincebatur verò, qui cum calculis in ſua parte frequentibus, minimum uno, relinquebatur, ut hodieque in plerisque generis ejusdem ſit. V. præter Salmaſium *ad Hiſtor. Auguſt.* Joh. Frid. Gronovium *de Pecun. vet. lib. 3. c.15.* & infra in voce *Tabula.*

Scriptor, V. ſupra in voce *Notarius*: ſervus nempe erat literatus, apud Rom. Domini dictata excipiens vel aliud quiddam ſcribens, idem cum *Amanuenſi* de qui *à Manu* dictus eſt Suetonius *Nerone c. 46. Thallo à manu, quod pro Epiſtola predicta denarios quingentos acceſſiſſet, crucifixit.* Hi fuerunt pretioſi & excepti, etiam quando ſervorum numerus dominis indicebatur. *Scriptor* vel appellavit Cicero *de Orat. l. 1. & in Bruto*, Plinius *Notarios, l. 9. Epiſt. 36.* quamvis aliàs aliud quid hæc vox ſonaret. Omnium vero horum, in velocitate excipiendi, fuit commendatio. Manilius *in Aſtronom. l. 4. v. 197. & ſeqq.*

Hic & erit Scri, ir velox, cui littera verbum eſt,
Quid, mais linguam ſuperet verſuma, loquentis
Excipiens, longas nova per compendia voces.

V. Laur. Pignorium *Comm. de Scr. ir.* Apud mediævi Autores, dicuntur *Scriptores* in Monaſteriis, qui in *Scriptorio*, cella ita nuncupata, librorum *ſcriptioni* operam dabant. Nempe cùm Monachorum nemo eſſet, qui non reliquâ occupatione, ſingulari certo numero ad id ab Abbate delegabantur, qui tum libros Eccleſiaſticos, quò horum ſem per copia eſſet, tum alios, ad literarum humaniorum & Eccleſiaſticarum ſtudia ſpectantes, deſcriberent, de quibus V. Ekkehardum Jun. *de Caſibus S. Galli c. 11.* Hæftenum *Diſquiſition. Monaſtican. l. 9. tract. 2. diſq. 4.* Alios. Et quidem ad poſteriorem officii partem, adhibitos potiſſimum pueros & novitios Monachos; ad priorem verò, non niſi perfectæ ætatis homines, docet Cæſ. du Freſne, ex Sulpitio Severo in *Vita S. Martinic. 7. & Capitulari* Aquisgran. A. C. 789. c. 70. Idem *ſcriptionem* peculiare fuiſſe *Carnuſienſium inclauſorum* inſtitutum, refert ex Guigone Priore Cartus. de *Quadripartito exercitio cellæ c. 36.* Nec omittendum, tum magnorum Virorum imagines per genera diſtinctas haberent vett. Romani, *Scriptorum* imagines ac ſtatuas ſeparatas quoque ab aliorum ſimulachris; ipſosque generatim etiam diſtinctos fuiſſe, ut ex Tacito *Annalium l. 2.* Sidonio Apollinari *Epiſt. lib. 9.* Suetonio inprimis *in Tiberio c. 70.* docet Caſaubonus *ad h. l.* Locus *Bibliotheca* fuit, ut videmus &c.

Scriptulum ſeu *ſcripulum*, Græcè quoque *γραμμα*, vox in ponderibus Latinis uſurpata, tertiam drachmæ partem conſtituebat, hoc eſt, duos obolos. Et quidem decem *ſcripulorum* pondere, h. e. ſemuncia ſcriptulo, maximas margaritas cognitas eſſe Veteribus, Plinius tradit, quæ proin ducentis & quadraginta grani gravi expendebantur: cum plerunque cæteræ ſemuncium pensitarent. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum p. 1171.* Nomen ei, quòd

quòd duabus lineis scriberetur, notareturque ad hunc modum, = Aliter vox fumitur in illo Ovidiano,

Est etiam quem in eadem ratione reducîtum

Scriptula, *quos menses annusve orbis habet.*

De lineis viz. vel punctis duodecim tabulæ tesseraræ, in quibus, prout tesseræ cecidissent, calculi variè disponebantur; quæ etiam *Scripta*, unde *Scripti rem duodecim lusus*, de quo supra.

Scriptuarii, seu *Textuarii*, nomen Sectæ, inter Judæos, Hebr. קראים *Karaim*, V. supra in voce *Karaïtæ*. item *Saduczei*.

Scrobiculus, nomen loci, in quo Romani Inferiis Diis sacrificare solebant. Tria enim apud illos distincta fuere locorum, seu in Templis, seu in Lucis, in quibus sacra obtulere, nomina, *Scrobiculus*, Ara & Altare; in quorum illo Diis Infernalibus, ibi Diis terrestribus, & hocce, Diis cœlestibus fecere. Et quidem Altare locus erat altior Arâ, quam quidam vel huno æqualem vel parum eminentem faciunt: *Scrobiculus* verò fovea erat, Aram intra se continens, in quam victimarum cruor, cum melle, lacte & vino infundi solebat, Alex. ab Alex. *Genial. dier. l. 5. c. 16.* Diminut. à *Scrobs*, in cujusmodi locis federe olim solitos, qui se interimebant, aut carnificis manu puniebantur, forte ut cafus *ἀφορμὴν*, poll vulnus acceptum, evitaretur, difcimus ex *Nerone* Suetonii *c. 49. Scrobem coràm siti imperavit, dimensus ad corporis sui modum* &c. V. quoque Appianum *Bell. Civ. l. 4.* ubi de Labeone, Tacitum *Annal. l. 15.* ubi de Flavio Vriano, Alios. Certe & Athenis, locum fuppicii *ἐφύμα*, *βόθρον*, dictum esse, docet ex Harpocratione Calaubonus *ad locum Suetonii cit.*

Scrobuli, aurium foramina, per quæ Barbari trajiciebant gemmas & annulos, ita enim legit Rhenanus apud Tertullian. *lib. de veland. Virg. Scrobuli Barbarorum*: Arabum nempe vel Afrorum, qui, pertundere aures soliti, Romæ inter fervitia erant & *Barbari* appellabantur. Idem tamen in alt. edit. repofuit *Strobulos*, quod Græcis *pineam nucem* fignificat, geftamen ex auro Barbarorum: malutta, apud eundem Tertullian. *de Patient. cap.* 3 10. *Scrupulosa Deus auriùm vestra inania*, legere *Scrobiculosa*. Sed *Scrobiculus* illos à Rhenano Barbaris affignatos, non nifi commentitios vocat, adeoq; eam emendationem derident Hadr. Junius *Animadv. l. 2. c. 1.* & antiquam lectionem defendit, *Crobylos Barbarorum*, quia auctoribus plurimis *crobylus*, crinium eft plexus in acutum desinens, de quo Thucyd. *l. 1.* & Lucianus *in Navigio*. V. Cafp. Bartholinum *de Insultibus Vet.*

Scrofa, in Glollis MSS. *γεγωδὼν*, porca eft plus fimplici vice fœta, de qua V. hic in vocibus *Porca*, & *Sus*. Item machina ad fuffodiendos urbium obfeffarum muros, apud Guil. Tyrium *l. 3. c. 1. l. 17. c. 24. l. 18. c. 19.* Fulcherium Carnot. *l. 1. c. 18.* Matth. Paris. A. C. 1226. Alios: de qua V. Car. du Frefne *ad Alexiadem p. 391.* Sed & Græci *σκρόφας* feu *σκροφὰς* vocant, quos alias *lardos* & *πρόσουλλους ὀνους*, Latini *multipedas* dicunt, qui tacti in orbem piluæ vel piío fimillimum icie convolvunt. *Claustrpras* vulgò Galli appellant, pro *claustrorcis*, porcæ enim clufiles funt & porcelliones vocantur Gallo Aurelianto de *Tarais Peftimibus l. 1. c. 4.* V. Salmafium *ad Solinum p. 13. 2.*

Scrua, Vafa funt vilia, quæ & *Scrvola*, unde Plauti Comœdiæ *Frivolariæ* nomen. Sic futilia vafa, plena rimarum, Terentius in *Eun.* ufurpat, quæ Græci *γεγύνια* live *γυνία* appellant. Simiiter res viles & antiquitate deteriores factæ, ut vetites detritæ, calceamenta mareida & id genus quisquiliæ. Hæc qui vendebat, *Scrutarius* dicitur Lucilio apud Gellium *l. 3. c. 14.*

Quid ni? & Scruta quidem ne vendat, Scrutarius laudat
Præfractum, strigilem, illeam improbus dimidiatam.

Eundem intelligit Horatius, ubi de Vultejo Macna præcone, *lib. 1. Epift. 7.*

——— ——— *Vultejum manè Philippus*
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat.

V. Pignorium *de Servis*, & hic ubi de *Aditiis merx* & *Rhopopolis*. *Scrutator*, apud Monaflicæ Rei Scriptores, idem, qui alias Circator, eft de quo munere V. fupra in voce *Circa*. Sed & Cancpucini fic vocant, qui in electionibus aliisque hujus generis negotiis colligunt fuffragia eligentium fcripto exarata, eaque digerunt ordine ac numerant. Cujusmodi *Scrutatores* in Capitulis Generalibus quaterni, in Provincialibus bini, eflc folent. Auguftiniani quoque fic appellant eos ex Ordine fuo, qui ad examinanda fuffragia, in Capitulo Provinciali lata, eligi confuevere. Unde *Scrutinium* apud illos, ut & Monales Hofpitalarias, ifiusmodi electionis forma appellata, quâ vel ad officium aliquis, vel aliqua ad Novitiatum vocatur, fuffragiis fcripto exaratis & modo prædicto examinatis, Richeliet. Alias *Scrutinium*, forma exacta fuit apud Romanos furti perquirendi per lancem & licium, ut videre eft apud Appuleium *l. 1* poftmodum verò lacinius extenfa vox, uti etiam ex fequ. videre eft.

Scrutinii Dies, in Ordine Rom. *Scrutinii diem — quo electi nostri divinitus instruuntur, imminere cognoscitis* &c. quarta dicitur feria majoris hebdomadæ, quia illâ Catechumeni olim inftruebantur, & febat *scrutinium, rarum firmâ mente senerent, quæ à Magistris didicerant*, uti habet Papias. Nempe tempore Quadragefimali examen Catechumenorum de rebus Fidei inftituebatur, ut exploratum fieret, an ad recipiendum proximo Sabbato Sancto Baptifmum idonei fint. Fiebat id autem per 7. vices, ut habet Alcuinus *de div. Offic. cap. 19.* Et primum quidem ac fecundum fcrutinium celebrabatur Feriâ 4. & Sabbato tertiæ quadragefimalis hebdomadæ. Tertium quartumque in iisdem diebus quartæ hebdomadæ fequentis, quod maximè folenne erat, & per antonomaſiam *Feria Scrutinii* dici conſuevit. Quintum & fextum, quintæ hebdomadis eiusdem diebus inftituebatur. Ultimum tandem erat Feriâ 4. fextæ hebdomadis. Ad quorum unumquodque Dominici qualibet præcedente unius fum Fidelium cœtum, his verbis, *Scrutinii diem, dilectissimi Fratres, quo electi nostri divinitus instruuntur, imminere cognoscite, adeoq; sollicitâ devotione sequenti quartâ feriâ circa horam nonam convenire dignemini, ut cælestis mysterium, quo Diabolus cum sua pompa defruitur & janua cælestis Regni aperitur, inculpabilis ministerio peragere valeamus*; invitari ſolitum eſſe, ait Durandus *l. 6. c. 96.* apud Dominic. Matrarium in *Rhetoricio*. Alias vocis *Scrutinii* notiones V. ſupra. Sed & de electione Pontificum eam uſurpat, adſcit Richelieus *Diction.*

Scubula, in vet. *Inſcr.* Trojæ ſuperſtite, in honorem C. Ant. Ruſi, Sacerdotis Julii & Auguſti, factâ, ubi is inter alia *Præfectus Equitum Ala I. Scubulorum* appellatur, quinam? V. Cl. Sponium *Itiner. Græcia Part. 3. p. 90.*

Sculptura, ars eſt repræſentandi res, ſeu faciendi imagines in ligno prominentes. Quemadmodum Statuaria idem præſtat in lapide & metallo: Plaſtice, in materie, in gypſo. Cum cœtrâ Cælatura in ligno, lapide metallove, imagines faciat cavas, ut in annulis ſignatoriis &c. Qua de re ſic Cardanus *lib. 17. de Subtil. Cum videantur tria reprasentandi genera; primum quidem in superficiebus, vocatur, Pictura: alterum in corporibus jam factis, cælando ſculpendo, &c. tertium quod corpora ipsa effcit, vocatur opus Plasticæ: manifestum est, Picturam omnium hominum esse difficillimam, atque adeo nobilissimam.* Unde patet, memoratas modo Artes cum Pictura ſeu Graphice multum adſtringi habere; imò & ſibi invicem arcte cognatas eſſe. Quo factum, ut Vulgus interpres I. ſeu 3. Regum *cap. 6. verſu 32.* dicat, *Sculpſit in eis picturam Cherubim.* Ubi Hebræa ſonant, *Cela vit in eis cælaturas Cherubim*: vel potius, *Exſculpſit ſculpturis Cherubim.* Sive, ut Franc. Junius, *Incidit cæſuras Cherubinorum.* Quòd verò Cardanus Picturam *Sculpturâ* difficiliorem facit, non impetrat aſſenſum, à Mich. Angelo Bonarota, qui, hancce illâ magis operoſam judicans, ideo plura pinxit, quam *ſculpſit*: Nempe, inquit Voſſius, *quia in statua sint diversæ magis affectus pleni anagliphi.* Quam ſententiam quoque probat Cæſar Bullingerus ac *Pictura & Statuaria lib. 2. cap. 7.* judicium ſuum ſuſpendente Ludov. Demontioſio *Comm. de Sculpt. & Pictura antiquorum.* Idem Cardanus Cælaturam *Sculpturæ & Picturæ* interlocutor, utraque autem operoſiorem eſſe Plaſticen, contendit *lib cit. Difficilius non paulo est cælare, quam sculpere. Quia enim Sculpsit, quod vident, agunt: qui cælant, aliud videnti, aliud agunt; & dum videnti, non agunt, non agenti, non videnti. Similiter neq; mente concipere possunt, quid scalpri ſit, dum cælant, ut qui ſculpunt: ignota enim est illis natura, tum usus, tum vis illa. Et ſi, dum anges in cera, quod prominere debet, paululum aberraveris, jn gemma cavisse aut à errorem effecies, qui non nisi toto subverſo opere poteris emendari. At in Sculptura operes, verumatelo, primùm ſa ſitus eſt non nimis adimere, ſed reſingnere; quam cælando non impune. Deinde, ſi etiam nimis pius adimat, facilius in opere exuberantia, quàm cælando, nam quæ inſcitia are; alij, commodius cælando quoque dextra ſiniſtris. Siniſtra dextras reformare: quod difficillimum eſt in hoc opere, dum nam effigiem cælare voluimus: cum in ſculptura dextra remanentem dextra, ut ſiniſtra, ſiniſtra.* &c. V. Voſſium de 4. *Artibus Popular. cap. 5. §. 22.* & de *Philoſophia c. 16. §. 33.* ubi addit §. *prec. Cælaturæ eſſe exſculpta, Gr. ἀνάγλυφα, ut eſt apud Euchenium lib. 3. Reg. cap. 17.* Sic *vetus Gloſſ. Anagliphia, vaſa ſuperbia ſculpta, ut eminenti. Anagliopharius, Sculptor, qui eminentias illas & umbras effcit. In Sculpturibus funt lapidicæ, qui ab excavando poſterioribus eſſunt Cæſuriarii dicebantur, voce exinde à Gracis etiam recentioribus recepta.* In quibus vocem *Sculptoris* videtur paulo laxiùs ſumere: Quemadmodum & *κλυπτὸς* voce utitur Philoſtratus *præfat. Iconum*; ubi etiam ad eam revocat *Sculpturam* in ære, *χαλκῶν* ſive alabaſtro, Pario lapide, vel ebore. Antiquam verò admodum artem, *Sculpturam* eſſe, ex eo patet, quòd Deus Beſeleelem & Oſolibum Tabernaculi Archiredtos deſignaſſe legimus Exodi *cap. 31.* in quo *Sculptura & Cælatura* opus erat: velut in Cherubinis effigiandis, atque alii. Imò *Prax.* 2. Decalogi prohibita jam *Sculptilia*. Quid quod ipſe Tara, Abrahæ Patri parens, dicitur fuiſſe *Λιθογλυφὸς*, quodque ipſe Seruchus, filius *Ragau* ſive *Rebu*, Abrahami proavus, primus iconibus fortes vitos expreſſiſſe putatur, V. Voſſium præfatum *de Orig. & progr. Idolol. lib. 3. c. 45.* Inter priſci ævi *Sculptores*, magna fuit Pyrgotelis fama, à quo ſolo ſculpi: quemadmodum à ſolo Apelle pingi, à ſolo Lyſippo ex ære duci, voluit Alexander M. teſte Plinio *l. 7. c. 37.* Illura ſuppeditabit Pompon. Gaurieus *de Sculptura ac Lod.* Demontioſius *libb. 2. de Pict. Sculptura, Cælatura, Gemmarum Sculptura & Fictura.* Addam ſalem, Salmaſio, improbatâ Cardani ſententiâ, *Sculpturam*

Scurram æquè ac Cælaturam, figuras extantes facere, soloque materiæ nomine ab ea distingui: utpote cùm Cælatura fit auri, argenti, & æris, Sculptura verò in ligno, marmore, ebore & gemmis, operetur, ex Quintil. *lib.* 3. c. 21. Eidem Arti illa, quæ deprimit figuras & cavando opus fiunt peragit, *Sculptura* propriè appellatur. Hinc *Scriptores*, Παῤῥάσ, eidem dicuntur, qui ex marmore signa & statuas faciebant. Instrumentum eorum γλύμμον, quod impropriè *scrinum* exponit summus Poëta. Tornatores enim exculpunt quidem & insculpunt ligna, sed ſtrias solùm & sulcos faciendo, non verò figuras & signa exprimendo &c. Vi cum *Exercat*, *Plin. ad Sulpitium p.* 1045. 1046. & 1100. ut & ſuprà in voce *Asiopere*.

Scapi, adde: Hic Regillianus præclarè rem geſſit, unde apud Pollionem *In vo*, Claudius inter alia hæc de illo prædicat: *Pertulerunt ad me Bonitus & Ceſſus — qualis apud* Scupos *in pugnando fuerit, quo imo die prælia & qua celeritate congererim. Digna erat triumpho, ſi antiqua tempora exarent* &c.

Scurræ, duplicis olim generis: *Urbani*, qui in Scenas adhibebantur, & *Domeſtici*, qui menſas obſidebant; ob verborum lacſtivam geſtiunque temperamentum. Populo charissimi. Praeter enim Mariones, Nanos & Nanas, *Scurræ* quoque menſis adſtabant, convivas dicteriis ad hilaritatem provocaturi. Unde Plinius Jun. *lib.* 9. *Epiſt.* 17. objurgans tædium amici, qui in propudioſum convivium impegerat, retulerat; domum pro apophoretis naufeam & ſtomachum, *Vis tu*, inquit, *aliquid remittere ex ingiis? Equidem nihil tale habeo, habentes tamen ſero. Cur ergo non habeſt quia nequaquam ne tu inexpellatum ſiſtivum, delicias, & quid multa? a Cinædo, joculari? a Scurra, illuſtrum? a Morione grylleur.* Idem in *Panegyr. Neque enim aut peregrinæ ſuperſtitionis myſteria, aut obſcæna pestilantia menſis Principis obversat, ſed benigna in vitalio, & liberales joci & ſtudiorum honor.* Suetonio *Coprea* dicuntur in *Tiberio* c. 61. ubi a quodam Nano, ſtante inter *Copreas*, convivantem Tiberium, *cur Paconius Majeſtatis reus tam diu viveret* interrogatum ſuiſſe, refert. Idem Claudium Imp. *quoties poſt cibum obdormiſceret, dicitarum ac palmicinum oſtibus inceſſum, unus dum formula ſtat, velut per ludum, a Copreis fuſtibus excitatum*, ait, in *Claudio cap.* 8. ubi tamen alii legunt *Tropeis*, quòd *Scurræ* iſti, poſtquam Claudium percuſſerant, ſtatim ne deprehenderentur, ſe verterent joculari motu; τροπεῖς enim *vero* denotat. *Copreas* verò, vorem Græci ulus oſtendit Dio Coccejanus *l.* 50. & *l.* 73. non multum ab initio: quam *Sicrorarios* vertit Hadr. Turnebus. *Paraſitos* eosdem dictos eſſe, vetus Scholiaſtes Juvenalis *ad vers.* 34. *Sat.* 5 docet. Inter hos nobilis fuit Sarmentus ille, cujus ſæpe apud Horatium mentio commemoratur Horatius *l.* 1. *Sat.* 5. de quo & Juvenalis *prafato loco*.

Si poter illa pati, quæ nec Sarmentus iniquus
Cæſaris ad menſas, nec villis Gabba tuliſſet.

Ubi Gloſſator antiquus notat, Sarmentum formâ & urbanitate demeruiſſe ſibi plurimos; additque *Gabbam ſub Tiberio Scurram nobilem fuiſſe*. Pentalabi *Scurra*, meminit Horatius *l.* 1. *Sat.* 8. Augusto ſane Sarmentum olim placuiſſe, ſupòne & ſeſtivitate, notat Plut. *M. Antonio*, ubi etiam tradit, hujusmodi pueris Romanos *Delicirum* nomen impoſuiſſe; quamvis appellatione hac Vett. & turpius abuſos fuiſſe, offendit Prudentius *lib.* 1. *adverſ. Symm.*

Quid loquar Antinoum cæleſti in ſede locatum,
Illum delicias nunc diví Principis &c.

Alexandriæ Ægypti pueros illos urbanos & procaces peti confueviſſe, primus alibi, ac Statio Sylvar. 1. & aliunde V. Cl. Pigaorium *Comm. de Servis* & Thom. Dempſterum *in Roſinum l.* 5. c. 6. nec non Joſ. Scaligerum ad Feſtum, in voce *Scurra*. & Claud. Salmaſium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 4. Alia vocis ſignificatio apud *Fritiriæ Aug.* Scriptores, Lampridium *in Heliogabalo*, *Occiſus eſt per ſcurras*; & in *Alexandro Sev. Unus ex Germanis, qui ſcurrarum officium ſuſtinebat.* Hi enim *Scurræ* appellant, qui alio nomine *Domeſtici* dicebantur, &, corpore cultodes ac proredtores Principis, poſteriori ævo *buccellarii* vocati. Nemen illis inde, quòd non magis ab latere dominorum ſuorum diſcederent, quam parafiti illi veri & adſeculæ, ab eorum, quorum menſas ſectabantur &c. Ad quam proin differentiam notandam, idem Scriptores, eos denotaturi, qui in ſcena agerent, *Mimicos ſcurras* appellant, Capitolinus *in Maximinis*, & Vopiſcus *in Aurelliano*, quos *Urbicos* & *Urbicarios* & *Exodiarios* & *Atellanos*, Latini dicere. V. Salmaſium *ad loca cit.*

Scutale, ſinus ſunæ Latinis, quòd *ſcuti* formam haberet. Latior enim erat in medio ſunda, qui parte lapis fedebat; oblonga autem ſcuta fuiſſe, notum, non rotunda. Et quidem nonnullæ earum ſimplex, alia triplex *ſcutale* habuerunt: Livius *lib.* 38. c. 29. *Et eſt non ſimplicis habenæ, ut Balearicæ, aliarumq; genium funda: ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duraium, ne fluxa habena volutetur in jactu ſæpius, ſed libraia cum feteris, velut nisſo nervo, excutiatur.* Ad ſimilitudinem ejus militaris zona, in medio receptaculum habebat, quo nummi continebantur, ut ſinum funda, quo lapides conjiciebantur, unde & *funda* nomen accepit. V. ſuprà in voce *Veruratile*, & plura hanc in rem, apud Spartianum *in Pescennio Nigro*.

Scutarius, Jul. Firmico *l.* 4. c. 14. armiger: in *Gloſſis* Gr. Lat. Ἀσπιδοφόρος, ὁ, *ſcutorum artifex*: in aliis, ὁπλομάχος ἀσπιδιώτης eſt, ὁπλίτης (ſub. ὁπλίτ) Certè inter Palatinas Scholas mentio eſt non ſemel apud Scriptores, *Scutariorum gentilium*, *clibanariorum*, *ſagittariorum* &c. de quibus V. Henr. Valeſium *ad Ammianum lib.* 14. *p.* 33. In Aula C'politana Σκουτάριος, quod idem cum *Scutario*, dictus eſt, qui tenebat *ſcutum* & labarum Imperatoris, apud Codinum *de Offic. c.* 2. *num.* 42. Anonymus à Goaro edito,

Ὁ ἐγὼ Σκουτάριος ἐν τῷ ἀξίῳ
Τοῦ βασιλικοῦ, λαμπάδα τὸ ἀξίωμα.

Quâ dignitate Xyleas quidam ſunctus legitur, apud Acropolitam *num.* 66. 70. &c. Idem & *Sagittarii* Ἰοβόλοι, unde *Sagittarius*, vulgò *Eſcurie*, officium in Aula Regia, complectens quodcunque pertinet ad *Sagittarios*, corum familos, ſtabula, quodcunque ſerrarum &c. apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Scutella, apud Gregorium M. *l.* 12. *Epiſt.* 30. *Scutellam quoque argenteam Monaſterio cuidam reliquerit*: eſt patina in modum cavitatis *ſcuti*, unde nomen. Gall. *Eſcuelle*. Hinc *Scutellarius*, in Aula olim Francica & Anglica, officium in coquina regia, cui *ſcutellarum* cura incumbebat, in *Ordinat. Philippidi* S. Lud. R. A. C. 1261. & in Fleta *l.* 2. c. 14. *§.* 3. apud præfatum du Freſne. Sed & *ſcutella*, inter miniſteria faera, reponitur ab Udalrico *Conſuetud. Cluniac. l.* 1. c. 12. ubi de Cœna Domini: *Interea vero conditur Dominicum corpus à Sacerdote vero altare; ponitur in patena aurea & patena inter ſcutellas aureas, & adhuc ſcutellæ inter tabulas argenteas, quæ fuiſſe ſunt ad uxium Evangelii*, apud Eund. Vocis originem quod attinet, Salmaſius eam arceſſere mavult à principali *ſcuras*, per diminutionem ſcutum; quòd primam ſcripſiſet, ſicque à *ſcuto* deduci non poſſit. *Not. ad Vopiſcum in Carino*. V. quoque ſuprà in voce *Scutula*.

S uti Jactatio, non Principum ſolùm exercitium fuit, ſed militum omnium, qui in armaturæ exercitio hoc primum diſcebant, quomodo tractandum & jactandum eſſet ſcutum. Græci τύπτειν ἀσπίδα & ἀσπίδα κρούειν, item βάλλειν dicebant, uti patet ex Æſchylo *Trag. intra in Θήβαις*. Ejus exercitii meminit Spartianus *in Vero*, *Quum eum videret — miſcrivo & valtnudinarium, ſcutum ſolidùm jactare non poſſe*. Nempe præcipua apud Romanos pars & ars exercitii armorum in *ſcuto ſcite tractando*, quo & ſe protegerent & ictus cautè exciperent, poſita erat; unde *armorum ſcientia* hæc appellata eſt, & *armorum peritus*, qui illam teneret, & *armis exercere* dictus eſt, qui illi exercitationi ſtuderet. Naturâ enim prius eſt, ſe ac ſua tegere & tueri, quàm alium petere aut ferire. Arma verò de cuto vel clypeo propriè dicta, unde quod *arma tractare* Spartianus & Seneca *armis tractare*, Auctor *Panegyrici ad Pilon.* id *ſcutum rotare* dixit Vegetius *lib* 2. *cap.* 14. Erant autem hujusmodi *Scuta* exercitoria luſoriaque *de vimine in modum cratium corrotundata, ita ut duplum pondus haberent, quàm ſcutum publicum habere conſueviſ, ibid.* V. Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano & Vero*.

Scutula, Græcè σκυτάλη, apud Cæſarem *de Bello Civ. l.* 3. *Quatuor birremes fabricſis* ſcutulis *impoſitas veſtibus in interiorem partem transiuduit*: phalanga eſt & virga, quæ fabricantur navibus, ad eas in mare deducendas & impelleandas. Hinc que pro ornatura veſtium ſumitur; unde σκυτάλωσις Heroni; faſcia ſeu inſtita, in ima parte veſtis circumcurrens, quam ἑρμῖνθον Pollux vocat. Aliàs *Scutulæ*, in veſtibus quadraturæ erant. ad inſtar plagarum, quibus tetia diſtinguuntur, contextæ; Unde *Scutulata* Toga, *Scutulatæ* Veſtes, quas in Luſitania ex lana Iſtrica & Tarentina, quæ, quòd fine villis eſſet, optimè propter ſuos pinnicſi confueviſſe, docet Plinius *l.* 8. c. 47. ubi ait: *Iſtricæ Liburnicæ lanam pilo propiorem, quàm lanæ, & ideo pexis veſtibus alienam, & quam ſola ars ſcutulato textu commendat in Luſitania*. Ex lana enim villoſa haudquaquam texi poterant illiusmodi *Scutulæ*, quòd villorum denſitate textura & artificium operiebatur, cùm contrà in lana pilo propiore ſcutulatus textus non impedientibus villis appareret. Similis lana Ægyptia erat, è qua confectas veſtes, poſtquam uſu obſolevere, *undas rurſus*, ἄνω ἀναῤῥᾶς, idem Plinius habet. Cùm enim illæ nihil præter colorem amitterent, utpote villis carentes, quotiès denuo tingebantur, eum denuo recipiebant, & veteres recentesque florum textum oſtentabant: qua in parte *Scutulatis* ſimiles fuere, quæ *Raſæ* dictæ ſunt, quasque proin conjunxit Juvenalis *Sat.* 2.

Carulea lunatus Scutulata & *galbana raſa.*

V. Oſtav. Ferrarium *de Re Veſtiar. Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18. Iſtiusmodi contextu conſtituſſe Saga Gallorum, *Scutata* dicta Lat. quæ Græcis ῥαβδωτὰ ſeu *virgata*, quòd virgas quasdam in longum aut latum varia ſerie ac colore porrectas haberent, macularumque inſtar cancellatim & reticulatim diſtincta eſſent, docet Scaliger. Unde Gallos Diodorus ait, ſaga geſtaſſe, ῥαβδωτὰ σκουλωτὰ πεπλωσμένους ἢ κοκκίνοις διειλημένα, *Scutulata & reticulatim diſtincta*. *Scutulæ* enim Græcis τὰ κλωτία, *l.* *quadra ſimilia rotium maculæ*, *quas Graci vocant* τὰ ῥόμβους, idem Ferrarius *Part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. V. quoque Dempſterum *ad Roſinum lib.* 7. *cap.* 31. ubi ex Jul. Pollucc *Onomaſtic. lib.* 5. *cap.* 4. affert, *Scutula*, ῥόμβος, *rete quadrangulum & oblongum*: Inprimis verò Salmaſium *Not. ad Vopiſcum in Aureliano & Carino*.

Indidem *Scutulati equi* occurrunt apud Palladium *lib. 4. cap. 13. Colores equi praecipui, badius, varius, galbaneus, russeus* — scutulatus, *albus, guttatus* &c. ex emendatione Barthii. *Scutulatos* autem vocari ait Isidorus, *propter urbes, quas habent candidos inter purpureos, scutularium fic forma.* V. de illis Sam. Bochartum *Hierozoi. 1 Parte prior. lib. II. cap. 7. ubi de 6. equorum coloribus in Zacharia: & lib. III. cap. 7. ubi de Parad.* Sed & *Scutula* genus lancis vel dilci, unde *Scutella* : quod utrumque a *Scutra* ortum, non a *Scutica*. Unde cum scutula fint, *Cutus* in vehibus, quae quadratae erant, cum Illis nihil commune habuere, Salmasius ad *Vopiscum in Carino*, ubi tamen, ficut *virgatum*, ita & *scutulatum*, nonnunquam quibusdibet etiam maculis variatum indigitare, addit: exemplo equorum, de quibus dictum, quosque *Pomellatos* hodie Gallis vocari obfervat.

Scutum, Gr. ἀσπὶς, Romanae armaturae genus, cujus latitudo curvae superficiei pedum duorum femis, longitudo pedum quatuor, majori additi ampliis quatuor digiti, duplici tabulato, glutino taurino, linteolo infuso compactum; exterior superficies vituli corio integebatur, hinnulive aut alius ejusmodi animalis. Circumferentia habebat ferreum munimen a fummis imisque partibus, quo enfium ictus vehementiores tuto exciperet, terraeque admixendo non corroderetur. Impactus erat *Scuto* ferreus umbo, qui ingentes fuftineret ictus ac lapidum impetum fariffimum ac amplius quatuor librarum. Brachium enfis pendebat Hifpanienfis ad dextrum femur & c. Ita Polybius *lib. 6.* ubi Veletibus parmam, Haftatis, Principibus ac Triariis *Scutum* attribuit. Clypeum a *Scuto* diftinguit Aldus Manutius, Januinque Lafcarim ὅπλον Latinè *Clypeum* reddentem carpit, quod *Scutum* quadratum effet, Clypeus rotundus, ex aere, minor Scuto, V. cum *de Quaeftis per Epift. lib. 2. Epift 6.* Dempfterus tamen in *Rofin.* clypeos, cum umbonibus, parmis & *Scutis* rem eandem facit, quamquam & materiâ & formâ differre dicat. Item *omnium Graecorum fcuta rotunda, cum umbonibus fuiffe, in iisq; praemia fua milites geftaffe*, annotat ex Servio *lib. 1. &. 3. Aeneid.* Blancardus ad *Curtium, lib. 3. cap. 2. num. 5.* verba, *levibus q; fcutis cerae maxime fpeciem redentibus*, ait: *Scutum* σκεπὴ τὸ ἐκτὸς, ἀ. *corio*, & quo factum recte contra Varronem & Isidorum defendit Lipsius; differit a Clypeo, quia hi ἄκανθαι, at *Scuta* longa, ut idem ex Apollinari aliisque probat. Certas *pegmatis* pictant optimi Scriptores, quae *levia* dicuntur *Scuta*, quia geftari folita & loro de collo pendula, contra ictus aut tela incidentia, ac ut ad motus concuffufque milites effent promtiores: pro quo *Scutorum* genere, Peltam variis in locis Livius habet. V. Lipfium *Analectis ad Milit. Rom. lib. 3. Dial. 1.* Quod vero in *fcutis praemia fua milites geftaffe* ait Servius, explicat idem ad *Aeneid. lib. 7. verf. 796.* Ubi, *fortium virorum fcuta, pictae interdum & inauratae* effe confuevifle, tradit. Hinc Virgilius, ignavi cujusdam *parmam alienam, bene di.* Statius contra viri fortis Capanei *nigrum umbonem, Thebaid. lib. 10.* memorat. Uti; gloriofum, multis vulneribus fcutum habuiffe perfpicuum, fic illud abjeciffe in pugna, fummum habebatur dedecus, M. Anton. Muretus *Var. Lect. lib. 9. cap. 2.* Porro, in clypeo vel *Scuto* fuo efferri, unicus Ducum in acie vulneratorum vel occifforum honor fuit. Virgilius *Aen. 1.* 10. v. 507.

— *at fcii multa gemitu, lachrymisq;*
Impofitum Scuto referunt Pallanta frequentes.

Etiam inaugurandos Imp. *Scuto* vel Clypeo infidere, lapsâ Rep. mortis effe coepit, ut diximus fuprà, in voce *Clypeus*. Germanorum Gallorumque *Scuta* ingentia, longosque & graves olim gladios fuiffe, notat A. Thylius JC. *ad A. Gellium lib. 9. cap. 13.* Qualia *Alboina*, apud Feftum *lib. 1. quibus Albones utebantur, quaque etiam decimana dicta, quod eifem amplifimus, aut ultimus fuiffet.* V. Auctores retro laudatos. Apud eofdem Germanos, *Scutum reliquifle praecipuum fignum* fuit, teffe Tacito: quod & de Romanis legimus, apud Plautum *in Trinummo*, & Graecis, apud quos projn Fυλακτὴς infames habiti. *Scuta* porro generibus illidebant vel haftis feriebant olim milites, horrendo utrumque fragore, quorum illud profperitatis, hoc irae ac doloris indicium erat, Ammian. *lib. 15. Cum fcuto & fuite* contendebant Campiones, uti dictum in hac voce. V. quoque fuprà, ubi de *Scuti* jactatione, & plura hanc in rem apud C. du Frefne *Not. ad Alexiadem*, ubi vet. Galloram & Francorumque fcuta trigona fuiffe, imer alia, oftendit. Hinc *Scutagium*, apud medii aevi Scriptores, militaris fervitii fpecies, qua tenebatur quisque dominium fuum in bellum contra Scotos propriis impenfis, 40. dies fequi, V. Covvellum, Raftallum, Littletonem, alios Britannicos Scriptores, nec non praefatum Auctorem *in Gloffario*.

Scutum, moneta Regum Francorum, fic appellata, quod in ea defcripta effet Franciae in *fcuto* infignia. Hae ex auro primùm fuere, & quidem fub Philippo VI. primùm cufi funt Denarii auri puri cum fcuto, Gall. *Deniers d' or fin à l' Efcu*, vulgo *Scuta prima*, Gall. *Efcus premiers*, dicta, in quibus Rex in Cathedra fedens, finiftra fcutum lilliatum, enfem dextrâ tet. pretii 20. fol. Turon. A. C. 1337. Sub eodem dein prodierunt Denarii auri cum Scuto itidem, pretii 15. fol. Parif. vulgo *Secunda Scuta*, Gall. *Efcus deuxiemes*, dicta, A. C. 1347. Sub Carolo VI. cufi funt Denarii auri puri, dicti *Ecus à la Couronne*, vulgo *Vetera Scuta*, in quibus effictum *Scutum coronatum*, ita illis comprehendens, cum cruce admodum variegata, pretii 24. fol. 6. den. Turon. A. C. 1384. Item *Scuta cum corona*, Gall. *Ecus à la Couronne petite*, cum iisdem fignis, pretii 15. fol. Turon. A. C. 1417. Porro *Scuta Galeata*, Gall. *Ecus Heaumez à 3. fleurs de lys*, fimplicia & duplicia, in quibus efficta galea coronata, cui imminet magus lilium, apicis vice. A. C. 1619. &c. Sub Ludovico XII. praedierunt *Scuta cum Hifpera*, Gall. *Ecus à la Hifpere*, in quibus bina hiftrices fcuti latera ambiunt, in aversa parte crux vifitur, in muris Pontici vellus definens, inter binas hiftrices, & bina l. pretii 36. fol. 3. d. Turon. A. C. 1507 Sub Francifco I. *Scuta* fimilia, item *Scuta cum par va crince*, Gall *Ecus à la petite Croix*, pretii 45. folid. Turon. A. C. 1540. Sub Henrico II. *Scuta cum Sole*, Gall. *Ecus au Soleil*, in quibus loco crucis Rex expreffus eft, pretii 46. fol. Turon. Sub Carolo IX. iisdem, fed absque ulla effigie, pretii 65. fol. A. C. 1577. Et quidem hoc anno, abolitis rationibus feu numerationibus *ad Librum*, introductae primùm funt *ad Scuta*, quorum pretium fuit 66. fol. Turon. usque ad ultimum Decembris, & deinceps 60 folid. Ex argento vero, primus Albos Denarios cum Scuto, Gall. *Blancs Deniers à l' Ecu*, cudit Carolus VI. cum cruce fc. maiore pedata inter binas coronas & bina lilia, cum Infer. SIT NOMEN Dei &c. & in poftica, cum fcuto lilliato, ad Infer. KAROLUS FRANCORUM. REX. A. C. 1384. Sum binis dein Scutis Franciae & Angliae prodierunt, fub Henrico VI. R. Angl. Gall. *Blans Deniers à 2. Ecus de France & d' Angleterre*. Sicut Quadrantes *Scutorum*, Gall. *Quarts d' Ecus*, & *Octava pars Scuti*, fub Henrico III. &c. de quibus omnibus V. Car. du Freine in voce *Moneta*.

Scutum, idem cum *clypeo*, in quo pictae olim imagines pectore tenus, quas *Thoracidae* vocavit Walaf. Strabo de *Rebus Eccl. c. 8.* Cuiusmodi fcuta defcribit Paulus Silentiarius in ἐκφράσει ἀνδὸς Sophianae *Pars. 2. verf. 598.*

— ἴσαν γὰρ ὑπερθυμάοντες
Ἀσπίδι μισοκάπηλοι τύπον ἀνδρὸς χαίρειν
Σπουδὴ ἀ ἀναγγέλωσι &c.

V. Salmafium *ad Tertullianum de Pallio*, *Hiftor. Aug.* paffim & Nic. Alemannum *de Lateranenfibus Parietinis*: nec non fuprà in voce *Clupeus* feu *Clypeus*. Plura vero de aliis vocis hujus, inprimis apud Feudiftas, fignificatibus, apud Car. du Freine *in Gloffario*.

Scutum Punicum, ad malum fufpenfum, pacis fignum olim apud Danos, de quo V. Saxonem Gramm. *Hiftor. Dan. lib. 3. pag. 27.*

Scylla, filia Nifi, Aede: In hac fabula cernitur veftigium alicujus quod capillis fatalis, quo Simfonem fuiffe invidiam contraxit, in Sacris legimus. V. fuprà, in voce *Sampfon*.

Scylla, faxum, Aede: De ea fic Auctor *Hiftoriae Orbis Terr. c. 3. de Hyrtreyr. num. 8. 5. 7. Scylla*, inquit, promontorio Italiae, quod e olim Ceryx dicebatur, modo Scyllaeum, Ital. Sciglio, oppo- Syrtibus in Charybdis aeftuaria devolvi vefint. Inprimis au- fretu-ftantibus Ortivi, & Occidtuis ventis, magna quas vis eft ex & Athanas. K. tchetio *Mund. Subterr. l. 2. c. 16.* Hinc fabulae de *Scylla* occafio.

Scyllium, Graece Σκύλλιον, mons Cretae, cujus accolae *Scylli*, memoratur Stephano, apud quem fic legit Salmafius, Σκύλλιον (pro Σκυλλαῖον, quod vulgo extat) ὄρος Κρήτης· οἱ κατοικοῦντες Σκύλλοι, Σκύλλαι δὲ ἀ Σκύλ ωσαν πμᾶ], ἐπὶ φυσὶν τῆς Κρήτας ἐστὶ ἀ Καφηλαίου τὸ ὄρος. *Scyllium mons Cretae: accolae Scylli. Scyllius quoque Jupiter ibi cultus, ubi Curetes cum Corybantibus Jovem Cre.* V. cum *ad Solinum p. 169.*

Scylax, Inf. Indiae Or. in qua fimiæ dens cultus, V. Voffium *de Idol. l. 3. c. 76*

Scyphati, in *Chron. Cafin. lib. 3. cap. 56. Donavit ei Dux — gemmas atque margaritas complures pro fcyphatis fepingensis*; nummi fuere aurei, primò quidem Imp. C. Politanorum, poftmodum Siculorum ex ore Normannica Principum, de quibus *d. l.* fermo eft. Forti ex pecie illorum, quos κρατὰ ἀ vocat Juftinianus, à *cancro*, Scypho, quòd ic. cavi effent & cauti feu fcyphi formam prae fe ferrent. V. de illis fuprà, ubi de *Cancris*. In Apulia praefertim & Calabria in ufu fuiffe, docet C. du Freine *Differt. de infer. aevi Numism. num. 99.*

Scyphus, inter poculorum genera Romanis ufitata, memoratur *l. 36. ff. de auro & arg. leg.* ubi JC. enumerat *trullas*, Scyphos, *modiolos, phialas*: & Macrobio *Saturnalium libro 5. cap. 21.* ubi is habet *carchefia, cymbia, cantharos, fcyphos*, alii *pateras, crateras, emiftes, bacchia, calatos, calices & ampullas*. &c.

Graecis

Græcis etiam in usu fuisse. Jul. Pollux ostendit *l. 6. c. 2.* & à Latinis usurpata vox. Cic. *Verr. 6. Hinc illa Verres nata sunt, hinc in convivium Sextum Cov. protrahi justit, in quem Scyphum de manu lacere conatus est.* Suetonius *Nerone cap. 47. duos Scyphos grassimi usus, quos Homericos à cæsarum carminum Homeri vocabat, soto illisit.* Ubi quos *Scyphos* Suetonius, illos *Calices* vocat Plinius *lib. 37. cap. 2.* quod non magna utriusque gentis differentia. & materia communis esset, fc. aurum, argentum, gemmæ. Meminit tamen & è fago *Scyphi*, Alb. Tibullus *l. 1. eleg. 10.*

Divitiis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,
Faginus astabat cum Scyphus ante dapes.

Herculaneos præ aliis laudatos reperias, ab Hercule inventore, apud Macrobium *Saturn. loco cit.* capacitatis tantæ, *ut eo velim navigio maria trajecisse*, finxerit Antiquitas: Quos Bœotiis in præcipuo usu fuisse, docet Athenæus *lib. 11. cap. 12.* quòd turbelare ejus urbis regionisque Numen effet. Eo nondum epoto, *repente velut telo confixum ingemuisse*, Alexandrum M. refert Curtius *lib. 10.* qua de re Lipsius *ad Senec. ep. 38. Alexandrum*, ait, *insemperantia bibendi & ille Her ulanum ut fatalis Scyphus condidit*: quem duos congios capisse, tradit Athenæus *l. 10. c. 9. V.* quoq; Tiraquellum ad *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 10.* Iliusmodi Scyphum semper post cœnam habuisse Camatherum Logothetam, narrat Nicetas *in Comnen. quique Cic. loco cit. cum poculi tum calculi, manu Memoria facta.* Ex ligno fuisse poculum illud Herculis, præque oblitum, ne carie consumeretur, & ab eo in sacris adhibitum, Serv. *ad lib. 8. Æn.* meminit, *vers.*

Et sacer implevit dextram Scyphus, &c.

Plura apud Thom. Dempsterum *ad Rosinum l. 5. c. 30* Sed & fic vocabatur vas illud, quod in sacris Veteæ Deæ ufurpatum, quibusdam *Cadus*, communiter *Futile*, appellatum est. De quo ita Gyraldus *Hyfior. Deorum Syntagm. 17. Et aqua in sacrificiis adhibebatur. Nam & expergari adeuntes ad sacra folitos aqua insperfionibus leginus; in qua torrem ex altari, ubi rem divinam fecissent, prius extinxissent; qua Cherubyn dicebatur. Hinc Servius Æn. 4. quòd qui Superis sa rificibant, abstinerentur, scripsit. Aquam autem Romani de fonte Iturnæ in omnibus sacris adhibebant, aspergebantur&c. Eam vero super terram posuisse, diaclinum scripsit omen erat: Sico vas tam ore, quàm fundo angusto, in quo hauriretur, ne stare posset, in sacris adhibebant. Quod Donatus & Servius Futile vocant; Eruditi quidem Cadum vel* Scyphum *dicunt. Tenere id manibus oportebat, quod quidem Examinia Virginis sacrorum minister ait Vestalium famulæ, & nonnunquam puer. Haminum ministri, quos Camillos appellabant, patrimi & matrimi omnes cornuti tenebant*, &c. V. Fortun. Licetum *de Lucernis l. 6. c. 17.* Etiam in Ecclesia Rom. *Scyphus* inter vasa sacra recenseturur vulgo, in quem vinum, quod in S. Eucharistia offsecrabatur, ex calice folebat refundi. *Ordo* Rom. *Missæ obtulerunt populorum suscipiente Archidiacono fusile pisi post eum ammiam, & refundit in calicem majorem, quem sequitur cum* Scypho *super planetam Acolytus, in quem calix implenus refundebatur.* V. de eo Dominic. Macrum *in Hierolexico* & Car. du Freine *in Glossar.* e quibus hic. *Scyphum tenendi usus, mensæ*, cùm bibebatur, morem, Monachis fuisse proprium, insuper observat. De *Scyphorum* vero *cavitura*, & paribus in Delphica feu abaco apud Romanos collocatis olim, diximus suprà.

Scytale, serpentis nomen, cujus meutio apud Solinum *c. 27.*, *Scytale tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia videnes retardet, & quamiam repando pigrior est, quos assequi non quit, miraculo suo capias illupentes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales exuvias prima ponit.* Sed quod de maculari varietate habet, nemo Veterum quidquam de ea prodidit: Nec nominis notatio hoc ducit. *Scytale* enim dicta est, à forma τοῦ σκυτάλου, quæ *bacillum* significat. Nicander tic vocatam affert, quòd craffitudinem habeat manubrii ligonis:

——— Ἐπεὶ σκυτάλοις ῥᾳδ ὄφις εὐδινὸς τέτυκ᾽
Στελεοὶς πάχεσσι ———

Cœterum amphisbænæ fimilis est, quam, quòd tractibus fergat circulatis, σκύτινον vocat idem &c. V. Salmasium *ad Solinum pag. 319.* ubi *Scytale* attribui à volino, quod de cenchri feu cenchrine traditur, judicat. Ab eadem origine Σκυτάλη dictæ funt naves codicariæ, ex codicibus pluribus junctæ, similes Δρομώσιν, quibus in Nilo olim frequenter usi Ægyptii; Gall. *Radeaux* vel *Radeaux*, Idem pag. 1116. Item Σκυτάλια, tibiæ genus, ab exigui *fcytali* fimilitudine, apud J. Cæf. Scaligerum *Poëtic. lib. 1. cap. 20.* Epitheton etiam illud Herculis, *Scytalo Agitthelli-ger*, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4.* clavam, fagittas & pelleni leonis (quem totum ejus κλῆρον fuisse ait) comprehendens. V. quoque *suprà, Scutula.*

Scytale. Gr. Σκυτάλη, genus Epistolæ fecretæ, Laconibus olim usitatæ, de qua fic A. Gellius *lib. 17. c. 9.* Laceden monii veteres, quum diffimulare & occultare literas publicè ad Imperatores fuos miffas volebant, ne, fi ab hoftibus excepræ forent, consilia sua nosceretur, Epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craffamento, ejus demque longitudinis, deraft atque ornati confimiliter; unus Imperatori in bellum proficifcenti dabatur: alterum domi Magistratus cum jure, atque eum signo habebant. Quando uſus venerat literarum fecretiorum, circum eum furculum (σκυτάλην) modicæ tenuitatis, longum autem, quantum rei fatis erat, complicabant, volumine rotundo & fimplici; ita ut autor adjunctæ undique & cohærentes tori, quod plicabatur, coirent: Literas deinde in eo loro per transversas junctura-rum oras, veribus à fummo ad imum proficifcentibus, inferebant; id lorum literis ita perfcriptis revolutum ex furculo Imperatori, commenti illius conscio, mittebant: refolutis autem lori literas truncas atque mutilas reddebat; membranæ earum & apices in partes diversiffimas fpargebat. Propterea fi id lorum in manus hoftium incideret; nihil quicquam conjectari ex eo fcripto quibat. Sed ubi ille, ad quem erat missum, acceperat; furculo compari, quem habebat, à capite ad finem, perinde, ut debuit fieri fciebat, complicabat: atque ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes rursum coibant; integramq; & incorruptam Epistolam & fatis lem legi præstabant. Hactenus ille: quæ videtur defcripsiffe ex Plut. *in Lysandro.* Accuratè eandem defcribit Suidas, quem vide; quibus adde Joh. Tzetzem *Var. Hiffor Chil. 9. c. 288.* veterem Scholiaftem Pindari *ad Olymp. Od. 6.* Demetrium item Triclinium *ad eandem Od.* ut & Scholiaftem Aristoph. *ad Aves.* Baculi habuille formam tradit Auctor *Reynol. in Hippocrat.* quatuor cubitorum, quatuor vero album fuisse, diximus ex Triclinio præcido, & Athenæo *lib. 10.* ubi ait, λόγῳ ἰμαίῳ ἐντυλίσσοντες τὸν σκυτάλινον λάκωνες, ἐγγράφοι ἐ ἐπέστελλ. Jus mittendi penès solos erat Ephoros, Corn. Neposin *Pausania*, & *Lysandro*: idque non nisi ubi gente neceffitate maxima, unde *Cyrbis Spartana* Achæo Erythrienfi vocata est, quia, ut in *Nomis*, publicis vic. tabulis, Leges erant exaratæ; ita in *Scytale* præcepta ad Duces & Imperatores militiæ fcribebantur, Junius *Animadversion. lib. 4. cap. 14.* &c. Hoc Laconum inventum imitatos esse, per quandam *Anamnesin*, Athenienses, refert Franc. Rossæus *Archæol. Attic. lib. 7. cap. 6.* Sed Scaliger rideť hanc Attem & *Exercit. 127. ad Card* vocat *Laconica nugalia*: quin an ingeniosi hujus veteris commenti arcana fatis perceperit, vehementer dubitem. V. omnino Gellium *loco cit.* & *ad eum Notas* Jac. Oiselii JC.

Scypha, alias Florinio, quos Indi de *Tavarna* appellamus, antiquior aras *Homina* vocavit, qui in locum priscorum *Scyphorum* per Asiam succefferunt, *Orb. Imper. cum Animadversion. Feleri pag. 130.* Eorum muqus olim facere carnificinam fuisse, Hyginus arbitratus est, cùm de Marsya agens, *Apollo*, inquit, *victum Marsyam ad arborem religavit, Scypha tradidit, qui eum membratim separavit* Sic nempe verti verbum κατατεμόντος, quod in Græco erat, unde is historiam eam defumpfit. Sed κατατεμόντος hic eft pellem detrahere, ex more Scythiarum pervulgato, qui ex capitibus hoftium bello interfectorum, pellem cum pilo detrahebant & mantelia inde faciebant. Unde Prov. Σκυθικὴ χειρόμακτρον. Quamvis alias σκύθαι σίδηρῳ, i. *ferrum*, ut Stephanus interpretatur & κατατεμεῖν, abscindere eft Helychio, i. *circumsidere*, item σὺν τοῖς τοξικοῖς τεμεῖν, *ferro capillos resecare*. Sed & Corpus Athenis fuit mimistrorum publicorum, five lictorum, qui Τοξόται dicebantur & Σκύθαι & Παδισταὶ, ad coercendos, qui immodestè agerent: quam in rem V. plura apud Salmasium *ad Solinum p. 827*

Scythicæ, Scytharum calcei: quemadmodum *Amyclaidæ*, *Laconicæ*, *Persicæ*, ipsa fuo nomine Auctores fuos fonantes. V. Pollucem *Onomaflic. lib. 7. cap. 22.* & Baldninum *de Calceo cap. 20.*

Scythismus, Gr. Σκυθισμὸς, V. suprà *Barbarismus.*

SE.

Se ipsum renuntiare victorem, in facris olim Certaminibus non licuit, fed Præcones ad id inftituti funt, de quibus diximus. Qui proin & ipsi cùm coronabantur, adhibito aliorum Præconum ministerio id fieri necelle erat. Cicero *lib. 5. Epist. fam.* ad Lucejum, Verecundiores esse Præcones ludorum gymnico. rum, qui, cùm cœteris coronam impoſuerunt victoribus, se eorumque nomina magnâ voce pronuntiarunt, cùm ipsi ante Ludorum miſſionem corona donantur, alium præconem ad. hibeant, ne ita voce ipsi fe victores prædicent. Ad quod exemplum Plato, ubi agit de fumtuoſa illa electione Censorum, disertim cavet, ne quis semet eligat; fed tres eligant, prout quisque eos præstantissimos dixerit, πλὴν αὐτὸν, ἐ γὰρ καλὸν, *de Legg. lib. 12.* Interim id aliquando licuit illis, qui in comparatione virtutum vere fe legis haut ausi illius victores affirmare poſſent, ut Mnesippo dicit apud Lucianum *Toxari.* Poëtis quoque, qui in Musicis certaminibus superiores fuiffent, idem concessum eft: qui proin scipios canebant ὡς ἄλλοι δ᾽ ἄλλῃ, *ibi alibi & choro*, uti ait Aristides περὶ τῶν παναθηναϊκῶν. ubi non malo id more fieri pluribus it affertum. Inde Prov. ortum πάνυ τοῦτο ἐπαίνει, *remmittere feipsum*, de quo, ut & plura hanc in rem, V. apud C. Pafchalium *Coronarium l. 6. c. 12.*

Sebadia Sacra, apud Arnobium *l. 5. Ipsa novissimè sacra & vitus initiationis ipsius, quibus* Sebadius *nomen est, testimonia esse poterunt*

veriusti : in antiquo lapide *Sarudia*, II. VIR. ITER. Q. Q. PA-TRONO. SACERDO TI. SACROR. SAVADIOR. eadem fuit cum *Sabadiis*. Nam & *Sebadio* pro *Sabadio* in alia vet. *Inscr.* incisum est, Salmasius *ad Capitolinum in Pio.* V. supra.

Sebalis Fax, apud Ammianum *l.* 18. a *Sebo* vel *Sevo* nomen habet. Aldhelmus *de Lampade*,

Jam ſig, tatex lucens flammas paſcebat edaces.
Papyrus in medio radiabat lumine cereo,
Carilis & multo pingui ſuffusa nitebat,
Aut cerâ in vitro ſplendens arvina ſcrofæ.

Ubi *ſcrofæ arvina* eſt ſuillus adeps, qui tamen hodie pretioſior & in cibis eſt. Idem in proſa, *Ut latex lucernarum fundibalis infuſus in alci craſſitudinem verteretur, & papyrus in centro poſitus, vetuſtæ fumes, arvina vel ſevo madefactus, ſolitis claritis lucet ceris.* Jam bovinum ſebum in frequentiſſimo uſu eſt, quod nullibi in candelarum ſuum præſtantius quàm in provinciam. Kiangſia Sinici imperii, ad urbem *Quanzeu*. Ibidem tamen *Iu-lou* in Quangſia prov. arborem gignit, ex qua mundiſſimum quoque hi ſebum. Ad *Kinhou* etiam in Chekiana prov. pinguedo quædam ex arboribus naſcitur, ex qua, veluti ex *ſebo*, optimæ atque candidiſſimæ fiunt candelæ, quæ nec manus inficiunt, cùm tanguntur, nec fœtorem exhalant, cùm extinguuntur. V. hujusmodi arboris & modi *ſebum* inde conficiendi deſcriptionem, apud Auctorem Anonymum *Sinæ & Eur. cap.* 36. Adde ſaltem, olim candelis *Sebacis* ſolos pauperes, reliquos ſucibus vel lucernis uſos, ex Caſaubono *ad Jul. Suetonii c.* 37.

Sebaſtas, apud Auctorem *Expeditionis Aſiaticæ Friderici I. Imp. Et alios quatuor Græcorum principes ratione dignitatis, Græce vocabulo* Sebaſton, *cum eis dennntias advexire* ; dignitatis nomen eſt in Aula Cpolitana olim notiſſimæ, ex Gr. *Σεβαζὸς*, *Auguſtus*. Occurrit in titulo Conſtantini Harmenopuli, qui præfigitur ejus *Epitomæ div. Canonum* ; in eo enim vocatur is Βασιλεὺς Θ᾽ σεβὴς, μονάρχης ἡ κοσμοκράτωρ *Auguſtus*. Adi quæ vetba Gerh. von Maſtricht, *Sebaſti*, inquit, & *Protoſebaſti dignitates fuerunt ſub ſequioribus Imperatoribus cognitæ, quales tamen fuerint, id non ſatis conſtat, Hiſtor. Juris Eccl. num.* 284. Inde aliæ dignitates formatæ. *Sebaſtocrator* enim, dignitas erat in eadem Aula maximæ exiſtimationis & conjunctiſſimis Imperatorum conſerti ſolita, fed Deſpotæ dignitate inferior : quam vocem nonnulli *Augſtum Principem*, alii *venerandum progenitum*, exponunt. De qua ſcila, mencia, & proclamatione V. Nicetam *lib.* 3. ubi ſlaccinus à Patre Alexio eo honore mactatum refert. Pilcus ejus aurei coccineique coloris & limbatus fuit, cujus umbo & τὸ σάκκι, qualia Deſpotæ, Codin. *de offic. Eccl. & Aulæ CPolit. c.* 4. Coronam habuit, in cujus anteriore parte apſis una, C. Paſchalius *Coronarum lib.* 10. *c.* 8. Alexius Comnenus Imp. dein titulum excogitavit Βασιλοπάτωρ, q. dicas *ſuum Auguſtum* : qui dignitatem Michaëlem Taronitem affinem decoravit ac participem Cæſaris throni effecit. Andronicus vero Joannem Comnenum, tacuzenum Magnum Domeſticum, æqualem *Panhyperſebaſto*, conceſſis ei veſtimentis, calceis & equi ornamentis lutei coloris, declaravit, ut idem Nicetas refert *lib.* 7. Nempe Imp. illi hujusmodi dignitatum titulos pro lubitu extollebant aut deprimebant. Tranſiere autem illi ad fœminas quoque, unde *Sebaſtocratoris* uxorem *Sebaſtocratiſſam*, alterius *Panhyperſebaſtam*, dici conſuevilſe, docet idem Auctor *lib.* 8. Sed & Βασιλοπατόρισσα *πρωτόγονος* dignitas & nomen prodigioſum occurrit apud Lambecium *de Bibl. Cæſar. l.* 5. p. 213. de qua ut & reliquis dignitatibus præfatus V. quæ congeſſit Jul. Cæſ. Bulengerus *de Imperio Rom. l.* 8. *c.* 5. & Jon. Meurlius *in Gloſſario*.

Sebum, V. ſupra *Sebalis Fax*.

Seceſſius, telle Feſto, aliis ſecuris, aliis dolabra ænea, aliis cultellus fuit. Ipſe cultrum putat fuiſſe ferreum, oblongum, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vinculo ad pulvillum auro argentoque, fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificeſque ad ſacrificia utebantur : Poſtquam enim victima mactata, excoriata, ablura & perpurgata eſſet, mox Aruſpex, Flamen, aut Sacerdos *ſeceſſita* viſcera rimabatur, attenteque explorabat, an perlitatum foret : cùm manu ea, ne qua offenſa pollutis ſacris intercederet, contrectare non liceret. A *ſecando*, nomen invenit. Iconem ejus, ex Guil. Braſſicani *Antiquitatibus Gallicæ linguæ edidit*, in opus ſuum *de Antiqq. Rom.* tranſtulit Joh. Roſinus. V. quoque Greg. Giraldum *lib. de Muſis quibus Vett. in ſacrificiis uſi ſunt.* Caſaubonus *ſeceſſitâ* victimas humi ſtratas feriri conſuevilſe, addit *ad Octavium Suetonii c.* 15. ubi de hoc more plura : & *ad Tiber. cap.* 25. μαχαιρίδιον δίκελο Luciano dici : vett. verò Latinis *aciem* propriam huic minſterio fuiſſe, *aciem ærpeiáτου* Græcis dictam, monet.

Seceſſus Poëtarum, non raro apud Scriptores occurrunt. Nempe *ſecedebant* illi, poſt exhibitam Romæ operam & famam acquiſitam, uti de Martiali conſtat, qui ex *Seceſſu Feliſſanico* Romam libellos aliquot miſit : de Papinio item Statio, qui Neapoli idem fecit. Sic enim hic *Præfa. l.* 3. *Sylv. ad Pollium* , *Summa eſt Ecloga, quâ nuper ſecedere Neapolim Claudium meum exhortor. Hîc, ſi verum dicimus, ſermo eſt quidem ſecurus, ut cum uxore, & qui perſuadere malit, quàm placere: huic præſertim libello favebis, cum ſciat hanc deſtinationem quietis meæ, tibi maximè innotuiſſe : meâ, nam in patriam , quàm ad te, ſecedere.* Ad quæ verba Barthium vide. De *Seceſſibus* Philoſophorum, Romæ olim itidem, Athenisque, diximus aliquid ſuprà in voce *Schola*. Aliud quid *Seceſſio* erat, ultima æquali vetb. Romanos rabies, quam graphice deſcripſam habes, apud Livium *lib.* 3. *cap.* 52. ubi de Seceſſione plebis in montem Aventinum & *lib.* 34. *cap.* 5. ubi de Seceſſione mulierbri &c.

Sechanpha, Ægyptius Sacerdos, Platonis præceptor, memoratur Clementi *in Strom.* γραφῇ δὲ Πάνχρεως μὲν Σαγχῶ τοῦ Αἰγυπτίων ἱερογραμματέως γεγονέναι. Πλάτωνα δὲ Σεγχῶτι τῷ Νανσιράτῃ. *Narratur autem Pythagoras fuiſſe diſcipulus Sonchedis Archiprophetæ Ægypti* : Plato autem Sechnuphidis *Hieroglyphatis* &c.

Secreta, in *Capitulis* Caroli M. *lib.* 6. *cap.* 170. Ut Secreta non inſpiciatur, niſi *poſt Angelicum hymnum finitum* : Carolo du Freine eſt oratio, quæ poſt Præfationem in facra Liturgia *ſecreta* & *ſuperſecreta* vocat. Sacerdos dicitur, Ait eidem. Et ecclefiaſticis deſcribere, ubi facienes illum ſecrete. Eſſitit de quibus idem pluribus *in Deſcr. Ædis Sophiatæ num.* 35. & 36. uti de *Secretariis Judicum, Nov. ad Alexiadem pag.* 262. & 269. At *Secretarius*, ab eadem voce dicitur, quem *Secretorum notarium* vocat Vopiſcus *in Aureliano*, de quo V. ſuprà in voce *Aſcreta*.

Secretus Jupiter, apud Lutatium *ad Statium Thebaid. l.* 2. *v.* 715. ubi de Minerva. e Jovis cerebro nata ; *Eſt vero myſterium, quòd tunc incontaminata, atq; armis munita virgo de vertice Dei ſe eximi & ſecreti ora dicitur* : cur vocetur, explicat Fulius Avienus *interpretatione Paraphraſi in Arat. Phænomena*, quem vide ut & Barthium *ad l. In Conſtant.* Sicuis *lib.* 1. *ſit.* 36 58. *Secreti Dnane*, inter Miniſtros & Officiales regios recenſentur. Sic occurrunt *Secreti*, in *Charta* Caroli II. Siciliæ R. *Juſtitiarii*, Secreti & *Officiales alii Apruſii* : apud C. du Freine *Gloſſar.*

Sectia, apud Henr. Knyghtonum *A. C.* 1377. *Cives obviaverunt ei vitreamille Equeſtres moliore modo, quodlibet arriſicium ſimul veſtiti in una ſectia* : videtur veſtis genus intimum, toti alicui Corpori conveniens. Unde forte *Sectarum* nomen olim apud Mercenſes cuidam hominum generi hæſit, quos Meurilius *tes Sectes* & dtos ſcribit in *Epiſcopis Metenſibus p.* 399. cujusmodi fuit Lutetiæ *Capeorum* in Collegio Montacutiano. Alias *Secta* vox eſt Anglici Fori, in quo *Secta Curiæ* feu *Sectæ ad Curiam*, dicitur ſervitium, quo feudatarius ad frequentandam Curiam domini ſui tenetur ; In *l. 2. C. de Dedicat.* vide inſtitutum feu agendi ratio de dicitur. Apud Papiam, equitio ſeu familiam fementia diverſa, hæreſis, *ſecta* vocatur. Sed & *divinam ſectam* *deſipientiam* dixit Tertullianus *de Pallio cap ult*, Origo voci à *ſequendo*. Unde *Sectatores*, apud Romanos, dicti ſunt, qui cum Peritoribus ſeu Candidatis aſſidui erant, illorumque latera ſtipabant. Cùm enim amicorum & populi voluntas Candidatis concilianda eſſet, quod *Profeſſio* dicebatur, & integrum nonnunquam annum ante Comitia incipiebat, teſte Cic. *de Petit. Conſul.* inter Amicos & propinqui & neceſſarii & omnes ii, qui aliquid voluntatis oſtendebant, habiti ſunt : qui omnes, quòd ſtudia earum plurimum ad petitionem valerent, conciliandi erant. Qui verò aliquid voluntatis oſtenderunt, ii ferme aut Salutatores erant, qui primâ diei horâ Petitoris domum adeuntes, ſalute dictâ, inde diſcedebant : aut Deductores, qui præterea tantisper exſpectabant, dum illum domo exeuntem in Forum deducerent : aut denique *Sectatores*, qui, ut dictum, aſſidui lateri ejus hærebant, Joh. Roſinus *Antiqq lib.* 7. *cap.* 8. De horum numero, cum Fabia Lex temporibus Marii & Sullæ promulgata, *inſque* retributus eſſet, repudiata Lex eſt à Populo. Unde Cic. *pro Murena*, Tenuiores, inquit, *Legi Fabiæ denumero Sectatorum reſtituerunt.* V. iterum Roſinum *l.* 8. *c.* 29. *ubi de Ambitu.*

Sectarius Vervex, Feſto eſt, qui gregem agnorum præcedens ducit, Græce *Κῶδων*. Homerus de Ulyſſe *Iliad.* 7.

Ὡὰν δ᾽, ὡὰδ᾽ ἐς, ἀγκυλοκέλευθα ἕῤῥησε κἀδῆσεν.

Ille autem, ut duæ pergit aries, ſinuque retrorſum ordines.

Ubi Scholiaſtes Κώδων ait dici, quaſi ἀκόλουθος, ὁ τὸν ἀγέλην τὰ ποίμνια ἑρόμενον, ἀ ducendo reliquo pecore. Laconum lingua *Tityrus*, ſi Servio credimus. Talmudicis *Karkaſtha*, à tintinnabulo ei appendi ſolito, quod à verbo קרקש *Karkaſ*, i. ſonare, eſt : Arabibus *Chorraz*, i. qui peram paſtoris gerit, ὁ πηρηφόρος. &c. V. Sam. Bochartum *Hierozoïci Parte poſter. lib. II. c.* 43.

Sectile Pavimentum, apud Suetonium *Cæſare c.* 46. *In expeditionibus inſtituta & ſectilia pavimenta circumvulit*, idem cum lithoſtroto eſt, quod ſuprà vide : ut & Caſaubonum *ad l.*

Sectio, in ſuppliciis olim frequens. Et quidem vel de flagellatione ante ſupplicium vox ſumpta. Horatius de Mena,

Sectius flagellis hic Trium viralibus.

Vel de quovis alio excarnificationis genere, ut *tigno* apud Gracch,

Graeca. V. Arrianum *Dissertat. Epictet. lib. 3. cap. 21.* Imò reverâ *scelte* usurpata olim, in suppliciis praefertim ferrorum, quod *σκολιὸν τάμνει* vocat Homerus *Od. 9.* qui Melanthium sic punitum refert *Od. 22. μελανθίῳ δ' ἐχθρὸν ἀκοντι* Socrates *Histor. Eccl. lib. 7.* ubi de Hypatia, quod tamen ad lacerationem potius spectat, de qua Suidas *τὴν ἀκριβεστάτην ζωὴν διατρίβουσαν* Lydias *Orat. pro Gallis: περὶ ἀδικημάτων*, Herodotus *lib. 6.* ubi de Aethiopicis Sacerdotibus Sabaci fi. justu dilectis: *διχοβώτους*, Matthaus *cap. 24. περὶ σῦ, κἀζεν μέσου*, auctor Historiae *Susannae vers. 59. &c.* Fiebat namque id modò in minutas partes, cultro, ut de Agage à Samuele Proph. 1. Sam. *cap. 15.* & Martyribus, Tyrannorum justu, minutatim concisis, legimus passim: vel in duas partes, serrâ, uti de Esaja Proph. Justinus *Dial. cum Teypho.* & multis honesti ordinis viris, à Claudio dissectis, Suetonius habent. V. Cataubonum *ad Octavium Iustus cap. 13.* Gataker*um Adversar. Miscellan. cap. 45.* & hic passim, inprimis ubi de *Debitoribus*. Idem verò in victimis fuere ritus, de quo suo loco. De *Sectionibus* S. Scripturae, V. supra, voce *Persona*.

Sector, Afconio asstimator fuit ac redemtor bonorum damnati atque proscripti. Aestimabat nempe quanti essent, & redimebat ab his, qui *sectionem* vendebant, ut, quod pactum esset, illis redderet in pecunia, quod in rebus aut jure earum perfequendarum accepit. Hinc in Festo, *Sectio persequutio juris: & Sectores, qui bona sua persequuntur.* Ad quem locum, notat Scaliger, verbis illis non satis declarari quid sit *Sector*, neque ab auctore Glossarii, qui *bisono* interpretatur. Secus tamen videtur Salmasio *in de M. U.* qui ab utroque recte id factum dicit, ut nihil melius: neque *Sectio* Graece melius, quam *Bonis* reddi poteft. Hi aliquando iidem cum Delatoribus feu Quadruplatoribus, qui mollius fe *Cognitores* appellabant, fuere, cum viz. hi, specie commodorum Aerarii vel Fisci, fua commoda curantes, non folium Praefectis fubjicerent obnoxios mulctis, aut debitores vel victores; fed & ipfi damnatorum dein fubhaftatorumque bona coëmerent. Ex qua mora fuit factus ille, *excrementis* idem *apud Aerarium sectionibus famosus*, & veterum Aerarii debitorum perfecutor, apud Tacitum *Annal. l. 13. c. 23.* De iisdem pervagatus eft Manilii locus, *lib. 5.*

Non ullo careat dignis, quaeque, iverit hasta,
Infuetis, bonis Sector, praedamque locretur
Nuntius & patrium fraudari debitor aeris.
Cognitor eft Urbis. Nec non fatis erit amores
In varios, ponique forum, & dare, & ejurare.

Sella, atque Lectica, ob commoditatem potius eorum, qui vel infirmae vel morbo impediti ambire publicum non poterant, vel ob debilitatem, quibus femper homines fuduerunt, quam ob aliud quid, inventa, nonnullis videtur, inquit Mercurialis *de Arte Gymn. l.* 3. c. 11. nec forsan fine ratione: quandoquidem nulla apparet probabilior causa, qua indudi Vereres hujusce modi instrumenta excogitaverint, quam quod equitare & pedibus incedere nequentes, aliquid oparverint, quo domo exire, per urbes vagari, iter facere commode valerent: Nifi dicamus Imperatores, Reges Principesque, ne in faciendis iuneribus à Sole, à vento, pluvia atque tempestate, offenderentur, Lecticas ac *Sellas* undique obtegi & vergi jussisse, inveniffe, quas alii posthea divites, luxus ac voluptatis gratia, & poftremò Medici Gymnaftaque ad ufum hominum traduxerint. Hac itaque vel voluptatis gratiâ vel morbi levandi cauſâ, modò ſub dio, modò ſub tecto porticus, in locis peculiaribus hutusque uſui deſtinatis, quos *Geſtationes* dixere, in obeundis eriam privatis negotiis Veteres geſtari ſoleban. Unde Galenus *de incundo valetu. l.* 5. c. 2. *Antiquum Imperatorum jam oblungarentur & in vendo ſuperfluiſſimum, ſi quando longius ire vellet, modò Sella, modò vehiculo geſtari ſolitum.* Similiter Plinius Cæcilius *l.* 3. *Epiſt.* 5. *Avunculum ſuum Romæ Sella vehi ſolitum, ne cæli aſperitas ullum ſtudii tempus eriperet*; ſcribit. Eam duplicem fuiſſe tradit Antyllus, five potius eius Interpres; alteram, in quaſedebant, quæ vel cooperi debatur vel aperta ſinebatur, & à nonnullis, *Sella geſtatoria*, ſeu *portatoria*, *ferioria* item ac *Ferratium*, dicebatur: alteram, in qua jacebant. Quarum priorem, noſtris quoque temporibus, videri docet præfatus Mercurialis, cum podagrici, divites, Principes illâ quotidie vehantur, eaque viros Magiſtratuum gerentes olim geſtari conſueviſſe (unde *Curulis Sella*) exiſtimat: poſteriorem hodie non haberi, niſi Lecticam hodiernam quis vice ſumas, jácendo eoque ac ſedendo idoneam. Olim tamen *Sella* à Lectica diſtincta non fuiſſe, diſcimus ex Martiali *l.* 10. *Epigr.* 10. cùm de utraque ait,

Lectica Sellamve ſequar? nec ferre recuſo,
Per medium pugnas ſed prior ire iuvem.

quod ſimiliter confirmatur illo Tertulliani *lib. de Pallio*, *Pilos quoque jam lecticas & Sellas, quæis in publico quoque domeſticè ac ſecreiò habebantur, ejeravere.* In ſpecie, quâ Mulieres in publico portabantur, *Cathedræ* nomen habuit: circa quam puerulos ſuſtantes, memorat Phædrus *lib.* 3. *fabula* 8. ubi v. 4. de ſe habet,

His ſpectatum ſe Cathedra Matris ſuppoſitum fuit,
Puerilibus ludentes ſimi inſpexerant.

V. quoque Martialem *l.* 3. *Epigr.* 63 *lib.* 12. *Epigramm.* 38. & Juvenalem *Sat.* 9. Putatque ad femineas Cathedras pertinere illud Gloſſ. Vet. MS. Ἀγκαλιδρον, τὸν καμπυλὸν καθέδρον, Johan. Laurentius JC. *Notis in Phædrum*: Vetus Juvenalis Interpres, *Scamillum ſericatilibus ſtratis* &c. Hinc *Cathedrarii* ſervi Sidonio *l.* 1. *Epiſt.* 11. à delicatis illis & *Cathedratilibus*, de quibus Martialis *l.* 10. *Epigr.* 15. diverſi. Ejus quæ forma fuerit, non adeò certum: veriſimile tamen eſt, ea pulvinar & lectulum, ſicut & in Lectica, ſtratum fuiſſe. Juvenalis certè *loco citato*, longam facit, cùm ait,

—— *Strata poſtius longaque cathedra*
Munera faciniesis tractat ſecreta Calendis.

Materiam fuiſſe variam ex Lampridio *in Heliogabalo* percipimus, ubi earum alias *pellicas*, alias *oſſeas*, nonnullas *eboratas*, quas dam *argenteas*, memorat. Geſtabant autem homines duo: Martyrologium 3. *Kal. Mart. Alexandriæ paſſio S. Juliani Martyris, qui cùm ita podagra conſtrictus eſſet, ut neque incedere, neque ſtare poſſet, unâ cum duobus famulis, qui eum in Sella geſtabant, Judici offertur.* Namque & ad ſupplicium hæc raptatos eſſe reos, tormentis afflictos, notavit Ammianus *l.* 29. *Indefenſi, bonis abbatis, nullo contactis delicto, promiſcuè Juvenes, alliique membris omnibus capti, ad ſupplicium* Sellis geſtatorlis *ducebantur*. Parabantur verò ad onera & Sellas ſeu Lecticas, ſervi viribus pollentes, Syri, Medi, Moſi, Galli, Bithyni, Cappadoces & Liburni. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, *Mercurialem loco ſupra citato*. Johan. Laurentium *de re Vehicularia* &c. Nec omittenda hîc Sella Regum Parthorum, memorata Spartiano in *Vita* Adriani, *Tiberachus & Reges ad amicitiam invitavit, invitato etiam Cosdroe Rege Parthorum, remiſſaque illi ſella, quam Trajanus ceperat, ac promiſſa ſella, qua filiam capta fuerat.* Aurea erat eique inſidebant Parthorum Reges, & mox Periarum, cùm ſe præberent ſpectandos hominibus. Sic apud Dionem *l.* 49. Parthorum Rex Legatis Antonii χρυσοῦν τινὰ θρόνον καθιζανόμενον. De cujusmodi *Sella*, non ſemel apud Romanos captivâ, multum in Hiſtoriis. Hadrianus verò promiſſum non implevit, nec ſellam reſtituit, ne Pius quidem, etſi multum oratus, uti apud Capitolinum legimus, V. quoque de *aurea Cæſaris Sella* Caſaubonum *ad Julium Suetonii c.* 76. Sed & *Sella* Regia apud alias quoque gentes, in qua federe privato neſas. Spartianus in *vit. Severianum*, *quod in Sellis Regio juxta lectum poſito ſediſſet — mori coegit* Idem in *Severo*, *Sellis & in* Sella Imperatoria *tamdiu è Miniſtro poſita. Ignarus*, *quòd non liceret.* V. de jacobo Adajo Medico, in Leonis Auguſti regia ſella ſedente, hiſtoriam, apud Muſſatum Com. *in Chron.* Apud Auctorem quoque Arteh inter XXX. Regia Judæorum prærogativas, hanc item legi. *Nemo in ſella ejus ſedeat*, notat Caſaubonus *ad Spartianum d l. De Sella geſtatoria Pontificis*, qui Pontificem devehi mos, V. Dominicum Macrum in *Hierol.* ubi & iconem ejus exhibet. Reliquas *Sellarum* ſpecies, quarum Vetr. meminere, hic infrà, paucis indicare libuit. Adde priùs in *Sella* omina quoque olim captata, V. ſupra, *Sedere.*

Varia Sellarum apud Veteres ſpecies.

α. Arcuata ſeu arquata, apud Arnobium *adv. Gent. l.* 2. & Tacitum *Annal. l.* 15. Gloſſario veteri Σφενδὼν est. V. *infrà.* β. Balcatis, apud Jul. Paulum *l.* 3. *Sent. tit.* 8. eadem videtur cum *Sella perluſa Cassini*, & ita delineatur à Theodorico, apud Caſſianum *l.* 2. *Var.* 39. *Hinc deſuper ſella compoſita*, *quæ humanis neceſſitatibus in aſſibus ſpecies perforatur*, *agros ſuſcipit inverno humore deſluentes.* Varro *Familiarium ſellam* nominat *de Re R. l.* 1. c. 13. γ. Curulis, *Sella* fuit eburnea, alta & excelſa, qui apud Romanos olim Conſ. & Prætores ſedebant: cùm reliquorum Senatorum ſedes humiles eſſent. Uſus earum ab Etruſcis ad Tarquinio Priſco Romam translatus eſt, Florus *l.* 1. c. 5. Coronis rotundis ornari conſueviſſe, docent Hubertus Goltzius, Guil. Braſſicanus, alii que. Nomen ejus à curru: Qui enim Curuiem Magiſtratum, is majorem honorem gerebant, in curiam vehi curru conſuevere, in quo *Sella* eburnea erat, ſupra quam conſiderent, teſte Sellio *l.* 3. c. 18. Ea, Λυχνοῦχος διφρος dicitur in Gloſſ. quia erat *pedibus innexis*, ut illæ quas *Eſſipanicas* hodie vocamus. δ. Equeſtris, V. infrà. ε. Familiarica, eadem cum Balneari. ζ. Ferratoria: memorata Cœlio Aureliano *l.* 1. c. 4. eadem cum *Geſtatoria*. η. Geſtatoria, proliſe ſupra deſcripta eſt. θ. Κλινὶς, cujus mentio apud Hom. *Odyſſ. δ.* Ὑρῶ δ᾽, inquit, ἴζων τι ἀνάκλιτον, ὄφρ᾽ ἐν ἑζόμενος ἐξ ἐδέω ὑπίσσεαι, πεφιδήσεαι δὲ καὶ ἔπος, *Thoronis eras in quo reclinare ſe poterati, cum cervicali & lana conſecta*, Al. Κλισίην. ι. Meretricum, Jun. c. Mulierbris, *Cathedra* dicta eſt apud Martialem frequens. V. ſupra. λ. Pertuſa, eadem cum Balneari & Familiarica. μ. Plicatilis, Jun. c. Prima dicta, *Sella* eſt in curru ſcamnum equis proximum, in quo propria Auriga ſedet, Phædrus *l.* 3 *fab.* 6. *Sed iſtum timeo, Sella qui prima ſedens jugum flagello temperat.* ξ. Regia, ſeu Imperatoria. V. ſupra. ο. Seliquaſtrum. π. Solida, V. Pignorium. ρ. Thronus, ſella cum ſuppedaneo, *Odyſſ. δ.* Κλισιὰς ἠδὲ θρόνους, πρεπάντιον ἠδὲ καὶ ὑπνοδόκας. *Thronos eras in quo reclinare ſe poterati, cum cervicali & lana conſecta*, Al. Κλισιὰς. τ. Meretricum, Jun. c. Mulierbris, *Cathedra* dicta eſt apud Martialem frequens. V. ſupra. υ. Pertuſa, eadem cum Balneari & Familiarica. φ. Plicatilis, Jun. c. Prima dicta, *Sella* eſt in curru ſcamnum equis proximum, in quo propria Auriga ſedet, Phædrus *l.* 3 *fab.* 6. *Sed iſtum timeo, Sella qui prima ſedens jugum flagello temperat.* χ. Regia, ſeu Imperatoria. V. ſupra. ω. Seliquaſtrum. ϖ. Solida, V. Pignorium. ϱ. Thronus, ſella cum ſuppedaneo, *Odyſſ. δ.* Κλισιὰς ἠδὲ θρόνους, πρεπάντιον ἠδὲ καὶ ὑπνοδόκας. *Thronos eras in quo reclinare ſe poterati, cum cervicali & lana conſecta*, Al. Κλισιὰς. ι. Meretricum, Jun. c. Mulierbris, *Cathedra* dicta eſt apud Martialem frequens. V. ſupra. λ. Pertuſa, eadem cum Balneari & Familiarica. μ. Plicatilis, Jun. c. Prima dicta, *Sella* eſt in curru ſcamnum equis proximum, in quo propria Auriga ſedet, Phædrus *l.* 3 *fab.* 6. *Sed iſtum timeo, Sella qui prima ſedens jugum flagello temperat.* ξ. Regia, ſeu Imperatoria. V. ſupra. ο. Seliquaſtrum. π. Solida, V. Pignorium. ρ

Impositum scapulis at comitibus Comitatus
Cognatur per rura canem confinia ferre,
Sin alites, fellam

Nempe, uti Nobilis, qui hujusmodi scelere aliquo caput obstrinxerat, canem, si cognobilis *fellam*, de Comitatu in Comitatum gellare cogebatur. Quæ ignominia, procedente ævo, ad majorem infamiæ notam, ad Viros quoque Nobiles & Magnates etiamsi capite non plecterentur, transiit. Hinc legitur apud Thom. Walsingh. anno, V Wilhelmum Belisme sem Comitem bellum, à Roberto Normanniæ Duce, intra munitionem conclusum esse, *donec ejus clementiam experti, & nudis vestigiis equestrem fellam — humeris ferret*, p. 430. Instituti ratio forte, ut hoc pacto omnimodam subjectionem testaretur reus, qui tanquam equus aut jumentum factus jugum sesubire, & ad per; etuam fervitutis conditionem deductum sese, ultro confitebatur. Certe id quibus hæc poena imponebatur, Dominorum, quos crimen ius offenderant, non pedibus modo advolvebantur, quo calceranter ab iis & veluti pedissequi sectabantur, sed & *ut obequitarentur* (ii ita loqui fas) *equi in modum*, uti ex *Chronico* vernaculo Normanniæ de Hugone Com. Cabillon. docet Car du Fresne, qui plura egregia de hoc ritu congessit, in *Glossar.* Eodem pertinent, quæ de Valeriano Imp. & Bajazethe victis ac in potestatem redactis alibi, ut & quæ *supra* de *Calcandis hostes rim* dictus.

Sede Græa, apud Papinium Statium *l. 5. Sylv. 3. v. 127.*

Te de gente suum Lunis allsita colonia
Græa *refers* Selle: *Græjus qua puppe Magister*
Excidit ——

urbs Epiri, colonia vel Romana vel Italica, de qua V. Strabonem *lib. 7.* Cæsparum Barthium *ad Statium d. l.* ut & in voce *Sella.*

Sellularii O ffices, qui dicantur, notum. Eos sub tumultus Gallici famam ad bellum excitos, Plinius memorat *l. 2. ep.* Consules novi —— comparare inter le provincias iussit & Mæ, interclinus, cui Gallicum bellum obvenerat, ferbere exercitum, sine ulla vacationis venia, quin opificum quoque vulgus & *sellularii*, minime militiæ idoneum genus, excitit dicantur. De illorum commissionibus, Athenis olim in festo χαλκεῖα factis, diximus supra.

Selmecenses Nicolaus, Germanus, ex oppido *Herstbruck*, non nullis alii, inter quos Meleh. Adamus, Norimbergâ oriundus, magni interfuos nominis Theologus fuit. Obiit An. 1592. æt. 60. Extant ejus, Collatio Testis Biblici & Chald. Paraphrases de Ἀσὺν & Melchia, Annotat in Genesin una cum Isagoge in Evang. Ioxod. Levit. Num. & Deuteron. Explicatio Jeremiæ, adjuncto Sophoniæ, trium item priorum capitum Danielis: nec non Amos, Abdiæ & Sophoniæ: Historia Passionis: In Evang. Harmoniæ, Explicationes & Homiliæ, Commentarii in Johannem, in Acta, in Epistolas Pauli, in pr. & sec. Petri: & Homiliæ breves in 3. Joh. & c. Prodierunt operæ ejus tomis in quarto Lipsiæ A. C. 1585. De ipso hæc distichon fecisse legitur:

Quid sum? nil. Quis sum? nullus: Sed gratia Christi,
Quod sum, quod vivo, quodque laboro facit.

Selsna, mel. *Sesinna*, V. ibi.

Semanterium, item *Simanter* apud S. Germanum in *Thear. Semanterium obscure significat Angelorum tubas.* Et, *Simanter est veluti signa clarum, quibus perfectorum manus & pedes Domini* ex Gr. σημαντήριον & σημαντὴρ est instrumentum hastæ longitudine, cujus fonitu in Ædibus sacris utuntur Græci, campanæ loco, Dominic. Macer in *Hierol.* V. infra in voce *Simantrum.*

Semeca Joannes, Teutonicus glossator Decreti. Fuit Azonis discipulus, cumque diu Juri operam dedisset, Prædicatorum ut vocant Monasterium ingressus est. Postea initio seculi XIII. Præpositus S. Stephani Halberstadiensis factus, *Decretum* interpretari cœpit. Cum vero anno IV. decimus per Germaniam & Gallias, ad Palæstinæ loca redemenda, exigeret, *Semeca* ad Concilium appellavit, hinc diris subjectus & loco motus, V. Crantzium *de Eccles. Saxon. l. 8. cap. 29.* Obiit A. 1269. Præter meroratum opus, quo anteriorum Glossas reformavit & paucis additis suas fecit, composuit quoque *Summam Confessionis*, quæ, primum inter breviaria locum obtinens, quoties *Summa* non alio addebo citatur, in diligenda eft. De eo Panicrollus *de clar. I. L. Interpp. l. 3. c. 6. Non mediocris, inquit, Operis Gratiani lucem affert; pleraque novi & veteris Testamenti loca erudite explicat,* V. plura apud Gerh. von Maestricht *Hist. Iur. Eccl. n.* 374.

Semele. adde: Sepulchrum ejus Thebis, eoque pomœria hujus urbis fuisse terminata, notat Tuinebus *Adversi. l. 28. cap. 43.* Alibi tamen fuisse sepultam, tradit ex relatione Brasiatarum, quæ fuit civitas Laconiæ, Pausanias *l. 3.* Interim idem apud Thebanos eius monumentum agnoscit, *l. 9.* Alibi tradit, à Bacchobab Inferis reductam, se vero nec omnino eam mortuam esse recedere, quin nec mori quidem potuisse, quæ Jovis fuerit conjugio dignata, *l. 2.* Inter Deos certe relatam, annuaque festivitate cultam esse, discimus ex Lutatio *ad Statium Thebaid. l. 2. v. 71.* meminit que fefti eius Hesychius Statos tres annuos dies illi dicatos post medium diem a Livio: Nullum enim dubium, cum *Similam*, voce in Latium demotam, Numen illud appellet Livius, omnia quæ eo *libro 39.* de Bacchanalibus illis deterrimis scribuntur, ad egregium illud pervigilium, quod Papinius commemorat *Theb. l. 1. 71* ubi late de *Semele* ipsius, pertinere. Ingentem verò in eo religionem fuisse oportet, cum & fulminata à Jove & à filio Bacchoab Inferis restituta, & *Thyiadæ* postea nomine culta sit, ut narrat Diodorus *Sic.* 3 Hymnum ipsius habes apud Orpheum, utique annuis his festis repeti solitum. Quam in rem V. plura apud Casp. Barthium *animadv. ad Statium passim*, inprimis *l. 6.* ubi per ignem à Jove eam in cœlum translatam esse, tradere Aristidem *De nupt.* additi imitantæ fabuli sacram de Eliæ raptu historiam, quod in aliis etiam usu veniffe, videmus his passim. Sed nec omittendum, uti tumulum, ita & thalamum *Semeles*, Thebis offenfum, & ab omni hominum accessu custoditum, sua adhuc ætate, notare Pausaniam, *l. 9. quam ærem Semeleæ* vocat Lutatius *ad Statium l. 5. v. 68. & c.*

Semen, quibus in fructum assurgat aradibus, V *Patea.*

Semenda, axis in Mediterranei Indiæ novem, quam phœnicem esse non dubitat Scaliger *Exerc. 133.* & Cardanus *de Subtil. l.* 10. quibus accedunt Arabes, docentes *Semendat esse avem quandam Indicam, quæ in igne non conburatur*, uti legimus in Giggejo. Damir addit, mantillafieri ex ejus plumis, quæ in ignem conjiciantur, cum expurgari eft opus. Sed perfonaræ huic avi largam detrahit, & hoc non eo corruptum ex falamandra esse, quam in igne vivere conftans apud Vett. fama fuit, erudite docet Bochartus *Hieroz. Partes poster. lib. II. c. 6.*

Sementinæ Feriæ, die 24. qui eft 9. Kal. Febr. à Romanis olim celebrabantur, quamvis non ftatæ, fed conceptivæ eſſent, ut ex Macrobio discimus. Ita enim Ovidius *in Fastis*,

Tum mihi ſpecies enim lux hæc invidicitur, inquit,
Absq; quid à Feſtis non ſtata ſacra petis?
Utique dies incerta ſit, ſi tempore certo
Seminibus ſactis eſt ubi ſatus ager:
State coronati plenum ad præſepe juvenci,
Cum tepido veſtrum Vere redibit opus.
Ruſticus emeritum palo imponit aratrum,
Omne reformidat ſre quæ vulnus habet.
Villice, da requiem terræ: ſemente peractâ,
Da requiem terræ qui colit, inquit, ovis.

Varro *de L. L. l. 5. Sementinas feriæ*, diem illum vocat, qui à Pontificibus dictus eſt, cui nomen à *semente*, quòd tarionis causâ ſuſceptæ. Iis ſacra in arce Telluris, Cereri & Telluri, fieri conſueviſſe, docet idem *de R. R. l. 1. c. 12.* ad quas pro felici frugum proventu, conceptas preces habes apud Ovidium, ubi *ſupra*. De *Semenii* autem tempore, apud vett. Romanos Græcosque, V. ſupra ubi de *Satione.*

Semſtre Aurum, apud Juvenalem *Sat. 7.* ubi de Paride Pantomimo,

Ille & militiæ multis largitus honorem
Semeſtri *aurum dignos circumligat* auro:

annuli ſunt, quos gerebant Tribuni ſemeſtres, pro dignitatis usu insigni. Meminit hujus dignitatis Plinius *l. 4 Ep. 4.* qui rogat Sossium, ut Calvisium Nepotem *tribunatum ſemeſtri* splendidiorem facias. Nempe fuere Tribuni Laticlavii, qui in pena Senatorii ordinis Tribunatum gerebant: fuere & Augusticlavii, quafi fecundi ordinis Tribuni, e quo genere fuere Tribuni Semeſtres, qui Equitibus tantùm aut Equeſtri dignitate donatis conferebantur. Cujusmodi dignitatem & jus annuli Poetis ſuis Pantomimus ille ſimul donabat, Salmaſius ad *Solinum pag.* 50. Aliud fuit *aurum aſtivum* apud eundem Satyricum *Sat. 1.* quod proin cum *Semeſtribus* his *annulis* male nonnulli idem faciunt, V. ſupra, ubi de *Aure aſtivo.*

Semsmira, adde: Unde *Semsmirica Sextus Iconſulta*, dicta sunt quæ in illo Senaculo fuere lata, *ridicula* videlicet *de legibus Matronalibus*: quæ quo veſtitu incederent, quæ cui cederet, quæ ei cui ab oſculum veniret: quis pileuto, quæ equo, quæ lagmario, quæ aſino veheretur &c. Lampridius *in Heliogabalo*, V. quoque infrà. Occiſa eſt cum ſilio, *probriſſima mulier & digna filio. Cautumque ante omnia post Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier Senatum ingrederetur.* Idem *in Severo.*

Semiaxiarii, à Gentilibus olim Chriſtiani appellari ſunt, ut & *Sarmentinii*, quòd ad ſtipitem dimidii. axii revinti *sarmentorum ambitu* à cruentis Fidei pericutoribus comburerentur, uti ait Tertullian. *Apol. c. 50.* V. Marros Frates, in voce *Chriſtianus.*

Semiciñtium, titulus eſt Epigrammatis 153 libri 14. Martialis, quod ſic habet:

Des tumcam dives: ego te præcinge poſſum,
Eſſem ſi ſcriptor, munus utrumque daverem.

Cingebat nempe hominem *medium*, à lumbis demiſſum ad popplites, uti noſtrorum Artificum ventralia. Inventa autem sunt, ut iis ſe præcingeret, vel cum lavarent in balneis, aut gymnaſia operam darent, vel cum militi trahent: præcinctos enim militaſſe, ex Suetonio aliisque ſcimus. Sed poſtmodum etiam ad alia iis Veteres uſi sunt, quod conſtat, præter alia, ex ſacra quoque Actorum hiſtoria, ubi hæc vox Latina

usurpatur Græco Scriptori, ut & *Sudarium*, Actor. c.19. v.12. V. Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce ΣυμαιΦόρος, item Ὀφθαλμὸς. Apud Romanæ Ecclesiæ Scriptores vox *orarium* notat seu *fudarium*, quod auro & gemmis distinctum, ad dextrum femur à cingulo dependens, conspicitur in tabellis Græcanicis, quas ad suam *Philosophiam Christianam* ære incidi curavit Car. du Freine; adeoque Sacerdotalibus vestibus vulgo accensetur. Proprium tamen fuisse Episcopis, ex vet. Charta Idem docet in *Glossar.* Aliud femicinctûi genus est, quod Capucinos usurpare, tradit Polvin. Ma-cer *in Hierolexico*. Toto verò orbe diversum illud *Semicinctium* Anthropophagorum Brasilianorum, quod asservatur in Musæo „Kircheriano Romæ. Non est hic torques seu cinctura, ut illa „Manlii Gallo extorta, aut aureo veliere excuita aut gemmarum „pretio spectabilis. Sed Brasiliæ Incepti, qui & ipsum pellem „hostibus extorquunt; & spoliorum loco chur humanorum „dentium, è torque, qui in modum fasciæ palmaris ex certo li-„ni aut cannabis contexto subligaculo dependet, per palmaria „fila & velut junperi grains humanis-que dentibus distincta, „pendulum habent. Hac enim multitudine dentium trium-„phantes sua facinora ostentant; torque dentes hæc pericoma-„ta continent, quot homines devoraruut, ut testimonium ipse-„met animi caque velut pubis tegumentum portant, Georg de Scpibus *Descr. Musæi hujus p.* 55.

Semicoctus, in sacris vetita. Exod c.12. v. 9. ubi de Agno Pa-schali, *Non comedetis ex eo semi coctum quid quam, aut coctum in aqua, sed assum igne.* Nempe coquorum incuriâ æpe accidit, ut non perfecta sit coctio. Unde Martialis Nævæ *lib. 3. Epigrammate* 13.

Accufat rumpis, coquum, tanquam omnia cruda fuerunt
——

Et Rufo *Epigr.* 93.

Esse negas coctum leporem, poscisque flagella.

Quandoque etiam caro *semicocta* comeditur per immoderatam heluionum ingluviem, quæ nullas patitur moras. Et fuisse, qui dapes prope crudas cripuerint non solùm ex popinis, fed etiam ex locis sacris, discimus ex 1. Sam. c.2. v.13. ubi de filiis Eli Pontificis, Athenæo, ubi de muliere quadam, sacra nondum immolata *ἡμιφαγεῖν κρέατος, ἀ vera rapiente*, & Suetonio in *Vitellio*, quem gulæ ac in sacrificio quidem unquam temperasse, ait. *quin inter altaria ibidem flatim viscus & farta penè rapia à foco manderet.* Unde Poeta,

Eft etiam è mediis victima rapta focis.

Et in Hesiodo, inter alia præcepta, quæ ad mores pertinent, hoc quoque habetur in *Operibus v.* 746.

Μηδ' ἀπὸ χυτροποδὸς κρέα σώσεσθαι ἀνελόντα
Ἑσθίειν ——

Neque ab olla nondum fuccifferis (cibum) *rapiens*
Comedito &c.

Et negligentia enim & ingluvies sacris indigna. Sed & ratio hujus ritus mystica, ut diserent omnes affidua meditatione mysteria hæc probè concoquere. Hinc apud Petronium, *crudæ adhuc ftudia in vulgus propellere*, effera proferre, quæ nondum attentâ meditatione concocta & digesta sunt. Qui de re V. Bochartum *Hieroz. Parte prior. l.II. c.50.*

Semidei, dicti sunt apud Vett. quos in cœlum vocasse merita credebantur, V. *Indigetes.*

Semiduplex, dicitur in Ecclesia Romana officium, in quo non *duplicantur* antiphonæ, Macer.

Semiplanta, sciæe dimidiatæ, quibus olim utebantur in venando, quò planitis pedem ponerent, Ecpalido *ad Sueton.* Salmasius verò non à *planis* (*sive phaselis*, ex Græco πλανίοις) pedibus, aut quo planinis pedes ponerentur, fic appellatas has soleas vult sed à *plotiis* sandaliis, quæ Græcè Πλωτῆρα, unde *semiplotia, ἡμιπλωτῆρες*. V. eum ad *Tertullianum de Pallio c.3.*

Semiramis, addo: Itinera ejus feu ductus ejus intra Tanaim vel Jaxartem conclusi memorantur Plinio *l.6. c.* 16. ubi de Alexandria, in ultimis Sogdianorum finibus condita ad Jaxartem: „Are ibi stant ab Hercule ac Libero Patre constitutæ, item Cy-„ro & *Semiramide* & Alexandro, finis omnium eorum ductus ab „illa parte terrarum, includente flumina Jaxarte. Craterem i-„dem memorat *l.33. c.3.* Cyrus devicti Asiâ —— reportavit & „craterem Semiramidis, cujus pondus quin decim talenta colligebat. Apud eundem inter nobiles picturas Echionis numera-tur *Semiramis ex ancilla adipiscens regnum*, *l.35. c.10. &c.*

Semiscius, cujus una facies ramum palmæ habuisse refert, in quo Inscr. *Mul Engbon*, i. Circumcisionis tempore: altera palmam exhibet, cum epigraphe, *Mengbala*, hæ apinge decennonium vetustissimus, quippe tempore Josuæ cujus, quando Deus filios Israel circumcidi præcepit, asservatur in Musæo Kircheriano, Romæ, uti docet Georg. de Sepibus in *Descr.* ejus *p.* 48. Cæterùm *Semiscius* feu didrachmus facer, quotannis à Judæis Templo penfitari solitus est usque ad Vespasiani temporâ, cùm itidem ad Romanos etiam ipsum hoc translatum est, Joseph. *Hist. lib. 7. cap 27.* Prius enim, à quo Judæa sub Romanorum potestatem redacta est, uti semiscium Deo, ita alteram semiscium pendere Romanis coacti sunt Judæi. Cùm enim Romani in Judaicis rationibus ac institutis viderent istiusmodi capitationem sacram, non solùm in ditione Israelitica, fed paffim per orbem terrarum inter Judæos, obtinere, inde forte mensuram tributi Cæsariani, utpote æquallis imponendi, sumerant; non dubirantes, quin neuno magis imparem, ob census discrimen solutionem ejusdem, quàm sacri didrachmi, causaretur, utcunque cuilibet præstatio annua jam dupla esset. Vespasianus postmodum & alterum semiscium, quem hactenus Templo ejus ratiim penderant Judæi, Capitolio solvi justit &c. Qua de re V. Joann. Seldenum *de Jure Nat. & Gent. secundum Disciplinam Hebræor. l.6. c.*18.

Semisis, pars dimidia cujus que nummi. *Semisses aurum* Latini *dimidium solidum* dixere. Graeci Byzantini ἡμισυ. Unde Chalcampus, poltquam in singulos captivos Romanos unum petiissent ἡμισυον, Mauritio id abnuente, falcem ἀνα τουτο λαβὼν ἡμίσυ λέγων, *semissem in singula capita*, poltulasse legitur, apud Theophanem *in Mauric. ann.* 18. Interim *Semissem aureum* nunquam in moneta Cæsaris esse cusum, docet Salmasius *ad Lampridium in Alexandro Severo*, tibi in verbis, *Tunc primum semisses aureorum formati sunt*, jubet *semisses* legi, contra Cafaubonum alioquc.

Semnium, in *Vita* Agnetis de Bohemia 6. *Mart. Puellæ, calcato ad excelsum Agnetis nomine*, Semnia *parare, & certamin in eatrue re carpernt*: Monasterium est, ex Græco Σεμνεῖον, quod in eo *venerandi* degant Monachi vel Moniales. Suidas Σεμνεῖον, Ἱερὸν τόπος, ὁ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀγγλικοὶ καρκέρια καλοῦσι. Vide Carolum du Freine in *Glossario* & Dominicum Macrum *in Hierolexico.*

Semo Sanctus, qui & *Fidius*, inter Indigetes Deos, Romanis fuit. Inscr. Rom. apud Gruterum p. 96. n 8, 6, 7. *Semoni Sanco Dco Fidio sacrum.* Et alia, *Sancto Semoni Deo Fidio sacrum.* Et Reatina, *Sanco Fidio Semonari.* Ovidius *Fastor. l.6.*

Quarebam Nomas Sancto, Fidiique referrem,
An tibi Semo pater, tunc nihil Sanctus ais &c.

Unde videmus, ut idem sit Semo, Sanctus & Fidius; quia per eum jurando fieret fides, sic dictus: & quo fonte ortus error R. Justini Martyris, quod samaritani sium Simonem Magum, in Actis c. 8. memoratum, pro sancto Deo haberent; eo itaiuam Romæ conflitutam *Semoni Deo sancto*, postulam putarntis simoni Magoi, *apol.* 2. V. Voslium *de hist. l.1. c.12.* & Jo.C. Suicerum voce Σίμων item *supra* in voce *sangur*, nec non hic infra in voce *Semones.*

Semones, adde: In eorum tutela nominem esse olim credium, authorque est Augustinus *de Civ. Dei l.6. c.* 9. Vorronem commemoraste ac enumeraste Deos, à conceptione hominis & exortum à Jano, eam ferem perduxiste usque ad decrepiti fenis mortem ac Deos ad ipsum hominem pertinentes clausiste ad Nænam Deam, quæ in funeribus cantetur. Deinde cœpisse ipsum Deos alios offendere, qui pertinerent non adipsum hominem, fed ad ea, quæ sint hominis, ficuti est vestitus, victus & quæcunque alia, quæ huic vitæ necessaria sunt, monstrasse; in omnibus, quod sit cujusque munus & propter quid cuique debeat fupplicari. Sed cum libri isti interierint, nomes ilhos recenfere impossibile est: Quantum tamen fieri potest, eorum, quorum apud Scriptores passim fit mentio, nomina atque officia congessit, atque in quatuor classes, quarum 1. *Deos nascentium* 2. *Deos impubes.* 3. *Deos parturientium.* 4. *Deos, religiosi hominum actionibus præfectos*, complectitur, digessit Jo. Rosinus *Antiqq. Rom. l.2. c.19.* in cujus calce, catalogum quoque eorum, qui singulis humani corporis membris præsse credebantur, subjungit ex Lilio Gyraldo *prolegom. Deor. Gent.* & Augustino *de Civ. Dei. l.4. c.12.* Cœterùm vocis originem ex Hebræo arcessit Georgius Hermius & à voce Ἑβδομάς, i. Cœli, ut nomen Idoli Baal Samen Phœnicibus, magna in veneratione habiti, i. *Domini cœli*, ita *Semonum*, quasi dicas *Cœli filios*, deducendam esse, contendit *Hiftor. Eccl. l.1. c.7.*

Semperfui, nomen in Ordine Benedictino *seniorum sapientum Ecclesiæ*: maximè qui, quinquaginta annos in ecclesia, hoc nomine ab omnibus oneribus immunes erant. V. Regulam *Ordinis c.27.* Deiis Ingulfus *p.* 886. Quinquagenarius autem in ordine Semperfui vocandus, honestam cameram in infirmitorio de Prioris assignatione accipiat, habeatq; Clericum seu gartionem suo servitio specialiter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte Abbatis, modo & mensurâ, quibus minoribus gartioni unius armigeri in Abbatis aula. Huic Semperfui unum fratrem juniorem assumere licebit, tam pro unius oris disciplina, quàm pro seniorio foiario. Prior quotidie affignabit &c. Ex Græco συμπλήρωτος, *collusor*, quòd istiusmodi senibus daretur συμπλήρωτος, seu juniores Monachi, qui iis ministrarent & cum iis mensæ assidendo, tædium illorum conversatione sualdisjungerent, ut ex hoc loco perspicuum est. Sed & συμπλήρωται hujusmodi seniorum Monachorum habet Palladius *in Historia Lausiaca capp.* 24. & 83. quos prioreloco *Collusores* seu Interpres vertit. Ab Orientis Monachis defumtum morem, ipsum nomen innuit. V. Carolum du Freine in *Glossario.*

Semproni,

Sempronie, fœmina Romana, *multa sæpe virilis audaciæ facinora commisit: genere atq; forma, præterea viro atque liberis fortunata, Græcis Gratis & Latinis docta, psallere & saltare elegantius, quam necesse esset probæ*. Macrob. *Saturnal. l. 1. c. 4. ex* Sallustii *Catilin.*

Sempronia Horrea, locus Romæ conditorius, *(*Legem ferente Tib. *Sempronio* Graccho de frumento menstruo plebi è publico viritim distribuendo, de qua *infra*) in quo frumentum publicum asservabatur, unà cum Legibus frumentariis. Jo. Rosinus *Antiqv. Rom. l. 8. c. 12.*

Sempronie Leges variæ.

w. de ætate Militum, Legem tulit C. *Sempronius* Gracchus Tr. Pl. anno 630. Q. Cæcilio Metello, T. Quinctio Flaminio Coss. *Ne minores annis 17. ad militiam cogerentur. Ut vestes militibus gratuitò & præter stipendium darentur*, Plut. *in Gracchi. β.* de Fœnore, lata Lex à M. Sempronio Trib. Pl. L. Corn. Metula, Quinto Minutio Thermo Coss. *Ut cum Sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis esset*; voluit. Liv. *l. 35. 7.* de iis, quibus Magistratus esse abrogatus, fanxit C. *Sempronius* Gracchus Tr. Pl. Q. Cæcilio Metello Balearico, T. Quinctio Flaminio Coss. anno 630. *ut, cui Magistratus abrogatus fuisset, ei Magistratum iterum capere jus non esset.* Quâ Lege M. Gelanius, cui Tribunatus erat lege Tib. Gracchi abrogatus, notabatur: Eam tamen Corneliæ Matris precibus ipse post Cajus abrogavit. Plut. *in Gracchis. d.* de Judicibus. Cum ex Lege Romuli, Judicia penes Senatum essent, C. *Sempronius* Gracchus Tr. Pl. Senatui iniquior, tulit anno 631. Coss. iisdem, *ut Judicia è Senatorio ordine ad Equites transferrentur.* Appianus *bell. civil. l. 1.* Tacitus *l. 12.* Alii. *2.* de Jure suffragii Latinis dando, Legem tulit idem anno 630. *Ut Socii Latinis jus suffragii ferendi perinde, ut civibus Romanis, esset.* Appianus de *bell. civil. l. 8.* ubi ait, *Gracchus multas promulgavit Leges de judiciis, de viis, de coloniis, & ad omnes Romanorum res Latinos advocabas &c. Idem anno 633. ut ex consulis quinq; classibus forte centuriæ ex centuriæ, sortitionis ordine ad Sortes Equites transferrentur.* Appianus *bell. civil. l. 1.* Tacitus *l. 12.* Alii. *3.* de Mensibus frumentis, Legem tulit T. *Sempronius* Gracchus II. Trib. Pl. M. Fulvio Flacco, M. Plautio Hypsæo Coss. *ut semisse & triente frumentum menstruum plebi ex publico viritim daretur.* Velleius *l. 1.* Cic. *pro Sexio &c. n.* de Provinciis: C. *Sempronius* Gracchus Tr. Pl. Legem tulit anno sæpius memorato 630. *ut Senatus quotannis, ante Comitia Consularia, designandis Consulibus provincias arbitraria sua decerneret, quas utcunque ipsi designati inter se sortirentur*: quod ante, vel post designatos Consules vel post initum Consulatum facere solebant. Præterea, cùm antea Senatus decreto per Tribunos intercedi posset, *ne deinceps liceret.* Cic. *pro Domo, in Vatin. de Prov. Cons.* &c. *β.* de Sacris. Sulpitius *Sempronius* Sophus Conf. legem tulit anno 449. *Ne quis templum aramve, injussu Magistratuum aut Tribunorum Pl. magoris partis, dedicaret.* Liv. *lib. 9. 1.* de Viis Italicæ. C. *Sempronius* Gracchus, anno sæpius dicto, *ut viæ in Italia munirentur, sternerentur, lapidibus militaria discernerentur, pontibus transirentur.* (Plut. *in Gracchis*) tulit. *κ. Ut per Actuarios limites jus esset, ficta per viam publicam.* Legem rogavit T. *Sempronius* Gracchus Trib. Pl. Publ. Mutio Scævolâ, L. Calpurnio Coss. anno 620. Hyginus *lib. de limitibus constituendis. λ.* Porrò, de jure civium Rom. leges tulit idem Cajus *Sempronius* Gracchus suprà memoratus, anno 630. Coss. præ-„dictis: Ne de capite civis Rom. injussu Populi judicaretur: Ut „qui Magistratus indictâ causâ in civem Rom. animadvertisset, „de eo Populi quæsitio constituerentur. Ne quis colitos eorum „ret, quò quis judicio publico circumveniretur. Quarum fe„cunda propter P. Popillium, à quo Consule Tiberii, Caji fratris, Socii miserè fuerant divexati: Tertia in Senatores, pro Plebe, lata est, teste Cicer. *in Cluent.* Carolus Sigonius etiam Porcian Legem ab eo relatam fuisse opinatur, *de cive Rom. virgis non cædendo, necandove.* Meminere harum Legg. Cic. *pro Rabirio, pro Domo, pro Cluent. &c. lib. 3. de Legg.* Plut. *in Gracchis*, Alii. Idem Cicero 7. *Verr. exclamat, „hanc dulce libertatis! o jus eximium nostræ civitatis! o Lex Porcia, leges, Sempronia!* Exceptum tamen parricidium videtur, cùm *in Or. pro S. Roscio* vetus suppilicium commemoretur. *μ.* Nec omittendæ Legg *Sempronii*, de possessione agrorum publicorum, latæ à T. *Sempronio* Gracchо Tr. Pl. anno 620. quarum una repetitio *Liciniæ* fuit: Ne quis „ex publico vetus plus 500. jugera possideret: quorum tamen „dimidium filiis habere liceret. Ut ea pars latini agrum patefaceret, Triumviri quotannis data operâ ereati judicarent, qui „publicus ager, qui privatus esset, Appianus *bellor. Civil. lib. 1.* Velleius *l. 2.* Victor *de Viris Illustr.* Cic. *pro Sextio & de Aruspicum Resp.* Florus *Epitom. 58.* & Sicilius Flaccus *lib. de condit. Agrorum*: apud Joh. Rosinum, qui has aliasque Legg. Sempronii diligenter colegit, in egregio op. *de Antiqv. Rom. passim.*

Viri Illustres.

Sempronius Rufus, Vir Prætorius, primus apud Romanos eiconias cibi causâ occidit, repulsum propterea in Consulatu passus. Unde de eo ita versus leguntur apud vet. Horatii Scholiastem,

Ciconiarum Rufus ille condītor
(Ipse est duobus elegantior Plancis)

Suffragiorum puncta non tulit septem:
Ciconiarum populus ultus est morsem.

V. Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap. ult.*

Sempronius Sophus, prænom. *Sulpitius*, Legem ad særa pertinentem tulit, anno U. C. 449. cujus suprà mentio facta est. Idem divortium remisit uxori, quòd *ea ignorans Ludos spectasset*, uti docet Plut. *in comparatione Romuli & Thesei*, Val. item Maximus *l. 3. c. 6. &c.*

Semus Delius, Phallophorici carminis auctor. Scaliger *Poetic. lib. 1. cap. 10.*

Senatulum Varronе teste, *locus dictus est, ubi Senatus, aut ubi Senatores consulerent*: Gr. τὸ βουλευτήριον. Idem Festus confirmat, inquiens, *Senaculum esse locum Senatorum.* Et paulo antè, Senacula „riæ tria fuisse, in quibus Senatus haberi solitus sit, memo „riæ reddidit Nicostratus in libro, qui inscribitur, de Senatu hâ „bendo: Unum, ubi nunc est Ædes Concordiæ, inter Capitolium & Forum, in quo solebant Magistratus cum Senioribus, ut dicit Tirinnius, deliberare: alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ, in quo extraordinum Nationum Legatis, quos in Urbem admittere nolebant, Senatus habitat. Eadem P. Victor habet. V. quoq; Lampridium *in Heliogabalo*, Livium, Alios. Nihilominus & sub dio, cùm esset nunciatum, bovem loquutum esse, Senatum habitum fuisse, scribit Plinius: Docetiq; A. Gellius *lib. 14. cap. 7.* ex Varrone, Senatum nisi „in loco per Augures constituto, quod Templum appellaretur, „habiri non licuisse, quodq; Senatus consultum aliis locis factum „esset, pro justum non fuisse & propterea Curia Hostilia & Pompeja, & publica in Julia, cùm profana ea loca essent, Templa „fuisse per Augures constituta, ut in iis Senatusconsulta, more „Majorum, justa fieri possent. Et quibus diffcimus, antiquis quidem temporibus tria tantùm *Senacula* feu *Curiæ*, ut potiea vocari cœperunt, fuisse in usu; accessisse dein & alia quædam loca per Auguria constituta, id est, aut Curias inauguratas aut Templa Deorum. Unde Cicero *pro Milone*: Curiam *templum sanctitatis, amplissimis, meritis, consilii publici*, appellat: Legimusq; apud Lampridium *in Severo, Cùm Senatus frequens in Curiam, h. e. Templum Concordiæ, Templumq; inauguratum convenisset.* Ubi *Templum inauguratum* addit, quia, cùm Romæ plures essent Concordiæ ædes, sola tamen, quæ in Livia portici, inaugurata erat. Præter verò Concordiæ hoc templum, maximè in Vett. monumentis celebratur, propter Senatus consilia, ædes Jovis Capitolini, Apollinis, Bellonæ (quod unum ex publicis *privatis* Vulcani, Castoris, Telluris, Virtutis & Fidei: Inter Curias etiam inauguratas, Curia Calabra, Curia Hostilia, Curia ad portam Capenam (similiter ex Festi *Senaculis*) item Pompeja, Julia, Octavia. Utrobique autem par religio erat, neque minùs sacræ Curiæ, utpotè inauguratæ; quam Deorum templa: quo factum, ut Vett. eum locum, ubi Senatus convenire soleret, five in Curia, five in Templo, indifferenter *Curiæ* nomine insignirent. Jac. Oiselius *Nota in A. Gellium loc. cit.* De Julia imprimis Curia, quæ erat prope Comitium, & in locum Curiæ Hostiliæ successit, memorat Dio *lib. 47. & lib 51.* sub Jul. Cæsare quidem à Senatu decretam, ab Augusto vero demùm dedicatam esse: de Pompeja item, Appianus *lib. 2.* in ea Senatum, Ludorum die bus, convenire consuevisse, &c. Postmodum *Senaculum mulierum* accessit sub Heliogabalo. Lampridius in *Vita* ejus, *Festi & in notis Quirinali* Senaculum mulierum, *in quo ante fuerat convenientes matronatis, solemnes ac dantaxat dictus, & si nunquam aliqua matrona Consularis conjugii ornamenta sibi donata.* In quo qualia Senatusconsulta fuerint facta, diximus suprà, in voce *Semianiva*. Sed mortuo Heliogabalo, adeuntum jus hoc matronis: quod tamen Aurelianum ipsis restituere voluisse, docet Vopiscus; *Senaculum matronis reddi voluerat, ita ut primæ illic, quæ Sacerdotia Senatus auctore meruissent &c.* V. Salmasium *ad l. 1. ubi* utrobique male *Senatulum* nonnulli legere ostendit.

Senad, & Senagia, inter animalia Arabum fabulosa, multis describuntur Alkazinio *in Arabicum*.

Senatus, augustum Regum & aliorum Magistratuum coniilium, Romæ à Romulo institui feguntur, hâ ratione: Primùm ipse Romulus ex omnibus unum declaravit, cui rerum Urbanarum regimen committeret, quoties ipse foris bello distringeretur; deinde justit unamquamque Tribum tres Viros feligere, qui per ætatem maximè faperent, & genere præcellerent, post hos novem mandavit singulis Curiis, ut è patriciis ternos eligerent, maximè idoneos, adjectisque ad illos novem, quos Tribus legerant, his nonaginta, & omnibus præfecto Duce, quem ipse fecreverat, centenarium numerum explevit. Quod Concilium *Senatum* vocavit; ipsos autem, qui electi essent, *Senatores*, ab ætate, vel virtute: item *Patres*, vel quòd solum legitimi Patres suos ostendere possent, vel à patrocinio, paternoq;

allicto

affectu in cives, appellavit. Cùm verò postea, consecto bello Sabino, Sabinorum, civitatem aliorumque in dies ad Asylum confugientium adventu, Urbs admodum crevisset, cosque Romulus in civitatem æquo jure prò jure in Luce, um Tatienfiumque Tribus conscidisset, placuit Romulo Tatioq; in societatem Regni adjecto, ut Patricio rum duplicato numero *Senatorum* quoque numerus augeretur: quo pacto ducenti facti sunt. Donec Tarquinius Priscus, mox ut Principatum accepit, ad conciliandum sibi Plebis favorem selectos ex omni plebeiorum numero Viros centum spectatæ vel fortitudinis vel prudentiæ, in Patriciorum primo alectos ordinem, Patrum itidem numero adiciipit, ac è ducentis trecentos *Senatores* fecit, Dionysi. Liv. Plut. Sunt tamen, qui fecundum Tenuerium Senatorum à Prisco additum, cosque *Senatores minorum gentium* vocatos: tertium à Bruto, à quo tempore *Patres Conscripti* dici cœperint, contendant, V. Mart. Philicrium in *Cicer. l. 1 Epist. famil.* 1. Alexandrum ab Alex. *Genial. dier. lib. 2. cap.* 19. Thom. Godvvynum *Antiqu. Rom. lib. 1. Sect* 2. c. 2. &c. Longo tempore post, à C. Graccho Trib. Pl. allectis ex Equestri ordine aliis trecentis, fexcenti *Senatores* fuêre; tum Lege, quam tamen Drusus paulo post antiquavit; cumque eam M. Livius Druſus Trib. Pl. retulisset, una cum ceteris Livianis, Philippo Conſ referente, unum S C. sustulit. Circa Sullæ dein tempora, cùm is Senatum exhaustum supplevisset, numerus *Senatorum* quis fuerit, non adeò liquet, tamen fuprà 400. fuisse, ex *Epist. quadam* Ciceronis ad *Atticum* elici potest. Inde autem ad noningentos à Cæs. Dictatore Senatum, & poſt necem ejus à Triumvirie Reip. conſtituendæ, indiginiſſimis etiam tum tantæ repletum, & Dionis & omnium propè loquimur Hiſtoriæ. Hinc Suetonius, Augustum *Senatum ex immenso numerorum deformi & inerudita urbis feraret enim supra mille & quidam indignissimi*) *ad modum & splendorem priſtinum redegiſſe*, memorat. V. Carol. Sigonium, & l azium *de Republ. Rom.* Cœterum legi ſolebant à Regibus, Conſulibus & Cenſoribus *Senatores*, aliis tamen atque aliis temporibus; habitaq; fuit, in iis legendis, generis, ordinis, centus, ætatis & Magiſtratus ratio. Generis quidem, ut ex Patriciis primùm legerentur. Plebeios primum in Senatum allegiſſe Tarquinium Priſcum vule Zonaras; quod Brutο & Poplicolæ, primis Conſulibus, tribuit Feſtus. Eos tamen, antequam in Senatum adſciscerentur, Patricios fuiſſe lactos, tradit apertè Dionyſius, ut vilum : ex quo etiam colligitur, poſt annum U. C. 360. & ante an. 330. uti ex Livio patet, plebi Senatum communicatum fuiſſe Ordinis ea ratio fuit, ut magis ex equeſtri Ordine, qui proximus dignitate erat, quàm ex Plebeio, legerentur ii, qui Senatum adſciscebendi. Cenſum quoq; in legendo Senatu fuiſſe ſpectatũ, Seneca docet : inquiens, *Senatorium gradum cenſus aſcendere facit*: quod antiquitus non fuiſſe Plinius innuit, cùm ait: *Poſteriùs laxatus mundi & rerum amplitudo fuit, poſtquam Senatorem cenſu legi cœpisse, poſſum lere vitæ præcia &c.* Fuit autem ante Augustum, cenſus *Senatorius* ſeſtertium 800. m. quem poſtea Auguſtus amplivit; tantaque eius ratio habita eſt, ut non ſolùm, qui cenſum hunc non haberet, Senator legi non poſſet, ſed & ſi, poſteaquam locus eſſet, illum habere aſſet, ordine moveretur, V Cic *Epist. ad Q. Valerium*. Quinetiam ætas attendebatur, quam quidam eandem cum Quæſtoria fuiſſe contendunt; Quæſtore autem capiendæ annus fuit 27. Et ſic quidem Sigonius *de antiquo Jure Civ. Rom. l. 2. c. 2.* Quæ conjectura nititur auctoritate Valerii Maximi, ubi ſcribit, *P. Craſſi Q. Fabius maximus, quod in Curia erat aſſam, memor eum triennio ante Quæſturæ ſuſtum ignarusque nondum eum à Conſulibus in ordinem Senatorum electum*. V. quoq; Ciceronem *Philip.* Interim quanquam 27. anno Quæſtor aliquis fieri potuerit, vix tamen Quæſturam quisquam hac ætate geſſit, vel ſi geſſit, tarò in ſequentem annum ſuſtrum incidit: Unde ſoſſan neminem, ante 30. annum, in *Senatorium* ordinem lectum, quis haud absque ratione ſuſpicaretur. Accedit, quòd illi maximè in Senatum legi conſueverint, qui Magiſtratus ceſſiſſent: Quæſturam verò primum Urbanum fuiſſe Magiſtratum, notum. Verùm, utut quis Magiſtratu functus eſſet, *Senator* tamen nondum erat, niſi à Cenſore lectus eſſet: hujus enim *Senatores* legendi, ut & præterea undi iterum ac removendi, potestas erat; ita ut, quem in recitando Senatu neminaſſet, is lectus in Senatum: quem præterisſet, idem Senatu motus putaretur. Appii Claudii Cæci Cenſoris, qui Libertinorum filios legit, & Fabii Buteonis Dictatoris Senatus legendi causa dicti, lectiones fuere extraordinariæ, ſicut & Cæsaris atque Druſi, Trisb. Pl. Sullæ ac Cæſaris Dictatorum, Triumvirorum Reip. conſtituendæ atque Auguſti Cæſaris. Inſigne *Senatorum*, fuit latus clavus, quo ab Equitibus diſcreti ſunt & calceus niger, V. infrà: Mulcta, cùm quispiæ absque juſta cauſa abſuiſſet, lege definita fuit, ut colligitur ex Dione, *lib.* 55. ubi Auguſtum mulctas auxiſſe tradit, *Καὶ τὰ ζημιώματα τοῖς μὴ δι' ἀλογίαν αὐτῶν ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀπιοῦσιν*; quæ antequam ſolverentur, capiebantur pignora: cum in finem, ut ſi mulcta in condictum non ſolveretur tempus, illa venderentur, quod *cadere pignora* antiquâ phraſi dicitum eſt, i. *diſtrahere*, ut liquet ex Cicer. *prom. lib.* 3. *de Orat.* Veſtis, toga erat candida : Sedes in Theatro, Buleuticon : filii, ex Equeſtri erant ordine : Primarius, *Senatus Princeps*, de quo infrà, dicebatur. Nec omittendum, quinam *Pedarii Senatores* fuerint appellati, paucis indicare. Quidam ſic dictos volunt, qui ſententiam non verbis, in Senatu, dixerunt, ſed qui pedibus in alterum ivere ſententiam: Alii ex ſic vocatos volunt qui cùm Curulem Magiſtratum non geſſiſſent, pedibus in Curiam itaverint; quam utramque ſententiam improbat A. Gellius *l. 3. c. 18.* ubi idem refert, ex *Satyra Menippea* Varronis, Equites quosdam *Senatores pedarios* dictos fuiſſe; quinnodum à Cenſoribus in Senatum lecti atque ita *Senatores* propriè non fuerint, honoribus tamen Populi uſi int, & propterea in Senatum venerint ac ſenteuti jus habuerint: & quia in poſterioribus ſcripti eſſent, ſententias non rogati fuerint, ſed in ea quæ Principes diciſſent, diſceſſerint. Quo ordine *Senatores* ſententias dixerint, V. infrà *in hac voce*, ut & plura de hiſce, præter Auctores ſuprà laudatos, apud Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. l. 7. cap. 5. cum Parallipom.* Thomæ Dempſteri, Caſaub. & Marcilium *ad Sues.* ut & hic infrà in voce *Senatus*. Præter hos verò, etiam Coloniarum & Municipiorum Decuriones *Senatores* dicti sunt: & certus eorum, *numerus Senatus*, vel etiam *Senatus*, à maiorum præſertim Urbium, cujusmodi fuit Vienna Allobrogum, quæ *Senatoria Urbis* nomen ipſa aliquando tulit. Hinc ad diſtinctionem addit, de Marullino Adriani Cæſ. avo, *Populi R. Spartianus*. Sic Tetricus apud Vopiſcum, *Senator Populi Rom.* dicitur : apud Aur. Victorem in *Pio*, *Senator Urbis*, apud Lampridium in *Alexandro Sev. Senator Romanus*, apud Dionem in *Severo*, *Βουλευτὴς τῆς Ρωμαίων*, & ſæpe apud Graecos Scriptores, *ἀρχὴ ἐν τοῖς Ρωμαίων βουλῇ*, legimus. Quinimoſi Auctores, à provinciarum lectoribus, ſequenti ævo multos fuiſſe, qui Romam raro commearent, inò qui nunquam viditſent, diſcimus ex Capitolino *in Persinace*: qui *peregrinos* vocat, in *Marco*. Unde poſt tempora Conſtantini etiam Legibus & Conſtitutionibus opus fuiſſe, ut Romam venire compellerentur, docet *Cod. Theodoſ. tit. 4. libri ſexti.* &c. V. Salmaſium *ad præfatos Auctores l. ci.* ubi inter alia, Senatores *Nobiles* unice appellatos adſcit, hinc ètc nobilitatis latitare in provinciis omnes videbantur. Verbum addam, de *Senatoribus* in Collegium Romanum nonnunquam adſcitis. Nempe *Romanum* Collegium, apud Treb. Pollionem *in Macriano ex oratione* D. Valeriani, *Huc accesit, qui habet Syrorum filios Romano dignos* Collegio, *noſtra dignos amicitiæ*: cotera quidam erat & corpus ſummorum Virorum, quos Princeps ipſe ſibi aſſumebat & deligebat, ut ſibi à conſiliis eſſent & cum quibus agenda communicaret, deque maximis quibusque rebus tractaret, *Comitibus arnaler Principis*, hi *Familiares*. hi *Socii* & *Comites* & *Amici* diecbantur ; ſequebantur Principem, quocunque iret, inde *Comites* dicti; conſiliis Principis intererant & judicanti adſidebant. Spartianus in *Hadriano*, *Cum judicaret, in conſilio habuit non amicos ſolum & Comites, ſed etiam Juriſconſultos & præcipuè Celſum* &c. Sumebantur autem ex Conſularibus viris & Prætoriis & Senatoribus, interdum etiam ex Equitibus. Idem *ibid. Optimos quoque de Senatu in conſiliorum Imperatoris Majeſtatis aſſivit.* De Equeſtri ordine aliunde notum. Porrò non omnium horum fuit una ac eadem ratio, dignitas & ordo. Alios ſiquidem adhibebat, cùm de negotiis ac jure tractaret, vel Romæ & in provincis cauſas audiret: quo in numero Juriſconſulei fuere. Alios habebat, quos ſi ſecretius atque interius Conſilium admitteret, in quo de ſumma Reipagebatur. Legi audiebantur, & majora negotia de Imperii Statu tractabantur: atque hi *Comites intra Conſiſtorium*, & *Comites ſacri Conſiſtorii Conſiſtorianiq;* ſub Impp. poſterioribus dicti ſunt, ac primi ordinis erant. Galli *Conſiliarios Status* vocant &c. V. quæ hanc in rem magnâ induſtriâ congeſſit Salmaſius *ad Pollionem d. l.* & hic paſſim.

Senatores, apud Mathæum Paris. A. C. 1237. *Creatus eſt* (Friderico II. Imp. procurante) *alter Senator Romæ*, *nec, diuturnum Senatorum prudentia & fortitudine duplicatâ, Romanorum inſolentia comprimeretur* &c. haud paulo diverſi à prioribus. Sequioribus ſc. ſeculis, *Senator*, dignitas fuit ſuperna Romæ, ſeu Magiſtratus, qui toti Populo Rom. præerat. Cùm enim Senatoria dignitas, à temporibus Conſtantini M. quodammodo extincta jacuiſſet, à Romanis ſub Innocentii II. Pontificatu turbius invecta eſt, bellis inter hunc & illos ferventibus, *Senatore* creato Jordano quodam, cui fidelitatem & obſequium in omnibus præſtitere, ut obſervat Albericus in *Chron. MS. A. C.* 1144. Otto verò Friſingenſis, Senatoribus prius creatis, *Patricium* adjeciſſe Romanos ſcribit, hoc dignitatis Jordanum donatum, cui tanquam Principi ſeſe ſubjecerint, omnia tam intra, quàm extra urbem, ad Jus Patricii, repoſcenti. Quâ auctoritate quoque ſub Alexandro II. pollens Petrus Alberici, *Conſulem, Ducem atque omnium Romanorum Senatorem* ſeſe inſcribit, apud Ughellum *Tom. I. pag.* 1099. Abrogatâ mox Patricii dignitate, perſtitit ſola *Senatoria*, legiturque inter alios Benedictus quidam *regnaſſe ſuper eos 2. annis*, apud Rogerum Hovedenum ; donec circa A. C. 1194. quinquaginta ſex Senatores ſibi præpoſuere Romani. Qui cùm inter ſe non ſatis concordarent, creati ſubinde *Senatores* fuere, quorum Magiſtratus biennii erat. Et quidem hi ſinguli fuere iterum, niſi quòd binos creavit Fridericus II. Imp. uti dictum

dictum suprà. Sed id diu obtinuisse non videtur: nam præter ælios Lucas *de Sabello*, pater Honorii IV. obiisse, cum esset *Senator Urbis*, legitur, in ejus Epitaphio apud Wad ingum A. C. 1250. *n.* 58. Post hæc eandem dignitatem obtinuit Manfredus Siciliæ R. quo in ordine nacto. Carolus Andegavenſis *Senator Urbis Romæ* ad vitam electus est A. C. 1265. Cujus rei memoriam servat nummus argenteus ejusdem jam Regis, in quo ille regio habitu sedet, cum *Inſcr.* ROM A. CAPUD. MUMDI. S.P.Q.R. in adversa. Leo gradiens. cum superstante lilio Francico, & literis, CAROLUS. REX. SENATOR. URBIS. Transitûque dignitas (ab Urbano IIcæ IV. & Nicolao III. controversa illi reddita, ab hoc quoque & Martino succeſſore sibi ipſis vindicata) ad posteros ejus, atque adeò ad Robertum R. qui Guilielmum Ebolenſem Baronem vicarium suum cum trecentis equitibus ad urbis custodiam constituit: quo Magistratum gerente, cum rerum ad victum pertinentium penuria Romanos attereret, orta seditione, Capitolium illi invaſere pulsoque Guilielmo, Stephanum Columnenſem, & Poncellum Urſinum Senatores creavunt, Joh. Villaneus *l.* 10. *c.* 121. Inuri autem solitum hunc Magiſtratum Kal. Septembr. testatur Joannes Sarisberiensis *Epiſt.* 104. &c. Manet etiamnum Romæ *Senatoris* nomen, lic etenim vocant Prætorem urbanum, qui, in clivo reſidens Capitolino, ordinariâ facultate Romanis civitatibus jus dicere habet, vicarios, quorum decem, qui privatis præsunt judiciis, *Collaterales* vocant; tertius Latinum colaterost, uti videre est apud Octav. Veſtrium de *Judiciis Aulæ Rom. lib.* 2. Plura verò hanc in rem V. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* ubi etiam, *Senatoris Imperialis*, quæ dignitas fuit, in Aula Coloniana, meminit, ex Ughello *Italiæ ſacra Tom. VI. pag.* 1071. & 1082. Nec omittendum, ad ipsos Britannos *Senatoris* nomen transiſſe, apud quos *Senatores* olim dictos esse, qui poſtmodum Saxonum temporibus *Aldermanni* sunt appellati, legimus in *LL.* Eduardi Confeſſoris *cap.* 35. V. suprà in voce *Aldermannus*.

Senatoria Veſtis, Tunica fuit laticlavia, & Toga candida; fed illa inprimis. Non enim Senatores solùm, sed & Equites ac Magiſtratus, imò divites quoscunque, candidis Togis usos fuiſſe, patet ex illo Juvenalis.

Nitroſâ, ad frena Quirites,
Induimur Cretâ.

Imò totam civitatem candidis vestibus inceſſiſſe, quoties solemnitatem privatam, aut festum publicum indictum peragerent, Porphyrio monet *ad Horatium lib.* 2. *Sat.* 2. In Ludis quoque Amphitheatralibus aut Sceniciis, nullo diſcrimine habito, Plebejos juxtà ac Patritios, candidatos ſpectaſſe, indigitat Martialis *lib.* 4 *Epigramm.* 2. Quin & Togis, cum Libertate, depoſitis, cùm nullum in habitu etiam inter ingenuos ac ſervos diſcrimen superesſet, manſit unicus Latus clavus, quem proin *Senatoria veſtis* nomine indigitat Appianus *Bellorum Civil. lib.* 2. *Senatus vultisodo jam nostra ſit vanitgnis exteris: & Liberini supra jure dignus cum aliis civibus ἡ ὁ ἐκ βουλῆς ἢ τὸ χρῶμα τοῦ βουλευτικοῦ ἱματίου, χωρὶς τοῦ βουλεύειν, ὁ δὲ ἐκ τοῦ ἱππικοῦ ἐν τῷ ἱματίῳ, & for ius colori eodem utitur, quo Dominus, excepiaq;* Senatoria veſte. *ceterum usus ejus promiscuus.* V. proin suprà in voce *Latus clavus*. Alterum dignitatis *Senatoriæ* ornamentum, fuit Calceus niger, quæ duo proin conjungit Horatius, cùm ait:

Nam ni quis, infanus nigris medium impedit crus
Pellibus, & latum demiſſa pectine clavum.

Primitus enim nudis pedibus inceſſere, unà cum reliquis, *Senatores* quoque, uti diſcimus ex Scholiaſte Juvenalis *Sat.* 6. dein perones ex crudo corio portabant; ſolis illis, qui Magiſtratum gesserant Cæruleum, calceos ex alutâ habentibus & quidem mulleos, id eſt, rubros aut puniceos, teſte Catone *Origin. lib.* 7. idque diebus tantùm ſolemnibus, ut quando Ludos celebrabant. &c. Poſteà, cùm Romani omnes calceis ex alutâ uti inciperent, qui peronum inſtar cavi totum tegebant crus, Patricii calcei duo habebant eximia, quatuor corrigias & Lunulam adſutam, ut ex Zonaræ diſcimus verbis, qui calceos Patricios ab aliis diverſos fuiſſe ait, τῷ τε ἱματισμῷ ἢ ὑποδύσει ἢ τοῦ τένοντος τὸ σχῆμα. *reflexione interum & rota litera:* cùm plebeji unicâ tantùm ligulâ ſtringerentur, & nobilitatis corniculatâ illâ notâ caerent. Præterea & in colore diſcrimen erat, nigros enim *Senatorum* fuiſſe calceos, ex Horatii *loco cit.* & Juvenalis *v.* 190. *Sat.* 7.

Nobilis & generoſus
Appoſitum nigræ Lunam ſubnexit alutæ:

nonnulli evincere conantur. Rubenius autem *de Re Veſtiar. l.* 1. *c.* 3. *ubi de calceo Senatorio*, ſentit corrigias quidem & lora patricia ex nigra alutâ, ipſos verò calceos vel albos, vel coccineos, vel auratos vel etiam κοινοὺς fuiſſe. Certè Scholiaſtes Juvenalis *ad Sat.* 1. *Illo tempore*, inquit, *medium Senatores nigris calceis utebantur.* Sub Imp. dein poſterioris ævi, caligas ſumpſere Senatores, quos florente Imperio ſoli Milites geſtabant; non tamen his omnino, ſed Campagis potiùs, ſimiles: qui poſtea Clericis à Conſtantino M. conceſſi ſuisse leguntur. Sandalia verò illi fuere σανιδωτὰ, per quorum inciſuras, pedulium ſeu udonum candidum lintéamen transparebat, unde illa λαμπὰ δὲ ὑφαίνει vestus Auctor vocat: intus albi, extus nigri coloris. *Senatores* verò qui Patricii non erant, Lunulam in calceis non habebant, diverſos tamen illos à plebejis fuiſſe, ex Cicerone conſtat *Philippica* 13. *Eſt etiam aſſinius quidam Senator municipius, tectus ipſe à ſe, aperiam Curiam vidit poſt Cæſaris mortem, mutavit calceos, Pater conſcriptus repente factus eſt.* Quod autem Servius *Senatores* crepidas olim geſtaſſe ait, *ad illud Æn. l.* 8 de *Senatoribus*, qui Magiſtratus Curules gesserunt, intelligendum eſt: Mulleï enim calcei, quos illis in usu fuiſſe diximus, ſandalia ſeu crepidæ fuerunt, ut, præter Polluccem & Heſychium, Salmaſius annotavit. V. Ben. Balduinum *de Calceo* & Rubenium præfatum *loco cit.*

Senatulus, V. suprà *Senatulum*

Senatus, totum illud Senatorum, de quibus suprà, collegium seu conciſium fuit: Q. Symmacho *lib.* 1. *Epiſt.* 46. *Pars melior humani generis*: Petronio in *Satyr. rectè boni*, Præceptor: Cyrace Pyrrhi Legato, *Regum conſeſſus*: Quintiliano *Declam.* 259. *Sanctiſſimus Ordo*: Silio *Punicorum lib.* 1. *Concilium Augustum* &c. dictus; Cujus quæ fuerit poteſtas, paucis indicat Dionyſius *l.* 2. *Senatu eam dignitatem ac poteſtatem additi Romulus, ut de iis, de quibus à Rege ad ipſum relatum eſſet, decernat, ac ferat calculum, ita, ut ſemper plurium obtineat ſententia & ita Senatus erat poteſtas in negotiis ad Remp. pertinentibus.* Idem *l.* 6 Remp. omnem in *Senatus* poteſtate, præter *Magiſtratuum creationem*, *Legum lationem & bella pacisve arbitrium*, Romuli tempore, fuiſſe ſcribit. Eadem Polybius pluribus agens *l.* 6 *Senatum primum Areaii poteſtatem habere; etiam flagitium, quacunq; per totam Civitatem ipſa, puta proditionis, conjurationis, veneficii, cædis sinis perpetrate &c. puniendorum curam eſſe commiſſam*: Præterea, *ſi quis privatus vel Civitas quædam ex Italicis, vel conſiliatione aliqua, vel æſtimatione, vel auxilio, aut cuſtodia opus habeat, horum omnium illum procurationem habere*: Deniq. *Legatos mittendi ac excipiendi curam eidem fuiſſe contendiam*, tradit. Quæ omnia confirmat Cicero *Orat. in Vatinium & pro Dom.* exceptis iis, quæ de judiciis Polybius habet; quæ tamen hic intellige da, ut Judices ex *Senatu* lectos fuiſſe dicere velit. Eo enim, quo Polybius ista ſcripſit, tempore, nondum cum Ordine Equeſtri communicata fuere Judicia, quæ de re alibi dictum. Sed nec hæc minima pars poteſtatis auctoritatisque fuit, quòd in Comitiis majoribus & Legibus ferendis neceſſaria, omnino *Senatûs* cognitio erat, uti diſcimus ex Livio *lib.* 1. & 8. Appiano *de bellis Civil. lib.* 1. & Dione *lib.* 11. Hæc fub Regg. & ſtante Rep. Sed & ſub Imp. ingens *Senatui* manſit auctoritas, ac quidquid agendum incumbebat, ejus decretis ſanctiſſimis peragebatur. Unde Salluſtius Crispus monuit Livium Auguſtum, apud Corn. Tacitum, *ne Tiberius potentiam dominandi reſolveret, cuncta ad Senatum vocando*: Cumq; Remp. corpus eſſe ciſſet, Imperatorem eſſe caput volebant, *Senatum* pectus. Corippus *l.* 2. *num.* 7.

Vir ipſis pectus, vos brachia vertitis hujus,
Quarum conſilii, quorumq; laboribus iſta
Publica res domiti gentes, & regna ſubegit.

Quo factum, ut *nacè de illis loqui, imminuta Majeſtatis crimen* eſſet, Arnobius *l.* 4. *ſub fin* & Sally. Maſſillenſis *lib.* 6. Imò, Senator quilibet, *qui dignitatem ſuam non defendebat, imminuti Majeſtatis*, *velut Majeſtatis, reus eſſet*, Aſcon. Pædianus in 3. *Verrin.* Itaque & Princeps ipſe *in Senatorio ordine numerabatur*, *l.* 1 *Cod. Theodoſ. de tirocinio, & transeuntis*, nec probrum Im. creatoribus erat, Ordinis hujus albo inſcribi. Claudianus de 4. *St nati Consul.*

Numen & conſule Conſul.
Gingeris, & ſocios gaudes admittere Patres, &c.

Per quos *Senatus* more Majorum haberi & conſuli conſueverit, exponit A. Gellius ex Varrone *lib.* 14. *c.* 7. innuens *Senatum* convocandi jus habuiſſe, *Dictatorem*, *Conſulem*, *Prætores*, *Tribunos Pl. Interregem*, *Præfectum Urbi*, nec, diſi, *præter hos* jus fuiſſe *facere Senatus conſultum*: *Quotiès autem iſta verbis*, *ut omnes illi Magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent*, *tum quo ſæpiè uterque ſeorſi, quo rarius prior alius eſſet*, *ei poſſibilium Senatus conſulenti jus fuiſſe*; *Extraordinario autem jure Tribuni quoq; Militares Conſulari poteſtate*, *Decem viros Legg. scribendarum*, *Triumviros item Reip. conſtituendæ*, *jus illud habuiſſe*. Idem tradit, de Præfecto Urbi Latinarum causâ dubitatum fuiſſe, utrùm jus iſtud habuerit, *ſuiſſe tamen & Capitonem & Ateium contra Mutium*. *Præfectum Urbi Latinarum causâ & Trib. Pl. quanquam hi ante Atilinum Plebiſcitum Senatores non eſſent*, *Senatum tamen habere potuiſſe*. De loco, ubi *Senatus* haberi ſolitus, V. ſuprà in voce *Senaculum*. Tempus quod attinet, *Senatus* legitimus, qui vel lege, vel more certis ſemper diebus habebatur, conveniebat omnibus Kalendis, Nonis arque Idibus, frequentiſſimus verò omniumKalendis Januariis, & antea Idibus Martii, aliisq; quibus Conſules ex inſtituto Majorum Magiſtratum ineibant. Unde Livius refert *lib.* 26. M. Marcellum, cùm Idibus Martiis Conſulatum iniſſet, *Senatum ea die morari tantùm causâ habuiſſe*. Poſtquam verò hæc Idus nece Cæſaris, & hinc nomine *Parricidii*, funeſtatæ fuint, iis non amplius Patres convenere. Sed & Suetonius refert, *Sanxiſſe Auguſtum*, *ne plus quàm bis in Menſe legitimus Senatus haberetur*: *Nempe Septembri Octobrive menſe tales adeſſe alios neceſſe eſſet*, *quàm ferus ductus. Senatus* verò indictus, qui nempe reliquis diebus menſis, modò Comitiales non eſſent, Magiſtratuum rogatu vocabatur; Comitialibus diebus, in quibus nempe Comitia habebantur & cum Populo agebatur, ideo non conveniebat, ne Senatores à ſuffra-

suffragio ferendo avocarentur. Interim, si gravior forte incidisset res, tum eodem etiam die post Comitia *Senatum* coactum legimus, apud Livium *lib.* 38. & 48. quam ob causam Comitia ex SC. nonnunquam dilata sint, docet Cicero *pro Aborena*. Verum, feriis & religiosis diebus, *Senatus* similiter non coibat, nisi summâ necessitate urgente, uti testatur Dio *lib.* 45. Præterea, monet A. Gellius, *Senatusconsultum nec ante exortum, nec post occasum Solem factum, ratum fuisse: Opus etiam Censorium facisse existimamus, per quos ea tempore SC. factum esset*; quod hîsce confirmat Seneca: *Majores nostri novam relationem post horam decimam in Senatu ferri vetabant.* Quin & totum mensem Februarium, Legationibus exterarum gentium audiendis attributum fuisse, ex Cic. *Epist. ad Lentulum*, ad *Q. Fratrem alibiq;* locis constat. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 7. *cap.* 6. Quid sit *Senatui* moveri, diximus supra in voce *Senatores*, & discere est ex Joh. Zonara *Tom.* 2. Dione Coccejano *lib.* 56. Val. Maximo *lib* 2. *c.* 4. *tit.* 25. Auctore incerto *libri de Priis Illustr. cap.* 72. Afconio Pædiano *in argum. Cæcilianæ*, Aliis. Utiq; summum crimen erat, Senatorem, non petito concessoque commeatu, a Curia abesse, quod de re non supra: *Ita ait ad urbem venio. ut in Senatum veniret, Senatoremq; cogi non potuisse*, monet Seneca *de Brev. Vitæ cap. ult.* aliis tempus vacationis legitimum ad annum 65. extendentibus: Thom. Dempsterus *in Rosinum lib.* 7. *c.* 5. De *Senatu* Athenienſi, V. supra in voce *Quingenti*, de Hebræorum *Senatu*, infrà in voce *Synedrium*. Nec omittende hic phrases, *Referre ad Senatum*, *Stare*, *jacere in Senatu*, *Dare alicui Senatum* &c. de quibus V. Afcenſium *in Cicer. lib.* 1. *Epist. fam.* 4. Cicer. *Orat. de Arusp. resp.* Alios.

Senatus Princeps, quem in lectione Senatus, quæ per Cenſores peracto cenſu fiebat, primo loco Cenſor recitabat, dictus eſt. Hic inter Senatores dignitate longè præſtabat; imò, teſte Zonarâ, omnes Magiſtratus antecbat, etſi nec imperium nec poteſtatem haberet. Unde & Veteres, cùm aliquem honoris causâ nominare vellent; *Is*, ſi principem in Senatu locum judicio Cenſoris habuerat, non ab ullo potius Magiſtratu, quàm ab hoc titulo denotabatur: quia Magiſtratus a muitis obtineri poſſet, in *Principem* verò *Senatus* nemo legi poſſet, niſi qui & Magiſtratum ita geſſiſſet, & omnia, quæcunque ſummo cive digna ſunt, ita in omni vita præſtitiſſet; ut ei in civitate non modò non anteferri, ſed nec comparari jure quisquam videretur. Cujus exemplum non unum extat apud Ciceronem. Legebatur is, ante ſecundum bellum Punicum, ex ordine Cenſorio, & quidem, qui ex Cenſoriis eſſet vetuſtiſſimus; eò dignitatis, ſubjiebatur, quod quâ occaſione poſtea mutatum, ita ut etiam Conſul in *Senatus Principem* aliquando lectus fuerit, hoc modo narrat Livius *lib.* 27. Senatûs lectionem contentio inter „Cenſores de Principe legendo tenuit. Semproniî lectio erat; „ceterùm Cornelius morem traditum à Patribus ſequendum „ajebat; ut qui primus Cenſor ex iis, qui viverent, fuiſſet, eum „Principem legerent: is F. Manlius Torquatus erat; Sempronius, cui Dii fortem legendi dediſſent, ei jus liberum eodem „dediſſe Deos. Se id ſuo arbitrio factûrum: lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum Principem Romanæ Civitatis „eſſe, vel Annibale Judice, dicturus eſſet: Cùm diu certatum „eſſet verbis, concedente Collegâ, lectus à Sempronio Principeps in Senatu Q. Fabius Maximus Conſul. Hinc que manavit conſuetudo, ut in legendo Principe in poſterum, non qui inter Cenſores primus eſſet, obſervaretur, ſed è Cenſoribus legeretur is, qui ſapientiæ laude, rerumque geſtarum gloriâ maximè inter omnes emineret. Hunc Principatum itaque qui ſemel obtinuerat, is, dum vîvebat, locum illum, apud alios etiam Cenſores, retinebat, nec niſi eo mortuo alius ſufficiebatur. Rogabatur autem antiquitus primus ſententiam, quod ſequentibus temporibus ſubinde mutatum eſt, uti diſcimus ex A. Gellio *l.* 4. *cap.* 7. ubi ait, *Singulos autem debere conſuli gradatim, incipiq; à Conſulari gradu; ex quo gradu ſemper quidem antea primum requiri ſolitum, qui Princeps in Senatum lectus eſſet: tum autem quamvis hac ſeruerit* (Varro *in Logogico ſeu de officio Senatus habendi*) *nonnum inſtitutum refert, per ambitionem gratiamq;, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet Senatum, dum is tamen ex gradu Conſulari eſſet.* Quod idem Gellius confirmat *lib. 4. cap.* 10. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l.* 7. *c.* 5. Anton. Thyſium JC. *Notis in Gellium*: Alios.

Senatusconſultum, dictum eſt, quod Senatus juſſit atque conſtituit. Hoc quomodo fieri ſolitum ſit in Rep. Rom. paucis exponam. Qui Senatum habiturus erat, immolabat, priuſquam ullum negotium aggrederetur, aut diſceptaret ex Appiano *de bello Civili lib.* 2. ubi de Cæſaris, Senatum ingreſſuri, victima, ſic Interpres, *Eſt vero mos Magiſtratibus Senatum ingreſſuris prius uti Haruſpicina: & rurſum in Cæſaris victima cor, vel ut alii dicunt, capui extorum deficiebat.* Unde Livius *lib.* 22. *Ita rebus divinis peractis, de bello rep. publica Dictator venit.* V. quoque eum *lib.* 24. & *lib.* 31. Sed & poſtea Auguſtus decrevit, ut Senatores thure & mero illi: Deo ſupplicarent, in cujus Templo Senatus haberetur, ut legimus apud Suetonium *in ejus vita*, & Dionem *lib.* 54. Non enim niſi in loco augurato, Templo nempe vel Curia, *Senatusconſulta* fieri potuiſſe, diximus ſupra in voce *Senaculum*. Referebat dein, qui Senatum conſulebat, & quidem prius de rebus divinis, quam humanis; *hîrq; tum inprimis, tum finitò*. A. Gellius *lib.* 14. *cap.* 7. Neque verò ſolum Conſules, vel alii Magiſtratus, qui Senatum habebant, fed etiam omnes ii, quibus Senatum convocandi jus erat, referebant ad Senatum, ſic ut eodem die diverſos Magiſtratus de rebus diverſis ad Senatum nonnunquam retuliſſe legamus, ut apud Cicer. *Philipp.* 7. *in principio. Parvis de rebus, ſed furſus neceſſariis conſulimur P. C. de Appii via, & de Moneta, Conſul. de Lupercis, Trib. Pl. refer.* Cùm & ad Conſulum relationem, Tribuni Plebis conſilium erat, aliquid addere, & de eadem re, prout ipſis videretur, Patres conſulere: Unde, Lupum Trib. Pl. retuliſſe, *ut Pompejus Pontemaxum in regnum reduceret*, cùm Conſules retuliſſent, *utrum reducendus eſſet & à quo?* ſcribit Cic. *Epiſt. ad Lentulum.* Imò Conſulis relationi Tribunus Pl. intercedere potuiſſe, docet Tacitus *Annal. lib.* 1. *Scauro diverat, ſpem eſſe, ex eo non irritas fore Senatus preces, quòd relaturi Conſulum jure Tribunitiæ poteſtatis non intercederet.* Conſulum nihilominus honor principalis omnes, ſi quid alii Magiſtratus iis invitis ad Senatum referrent, vetare poſſent, utpote qui maximam referendi poteſtatem haberent: quo jure etiam ſuperior Collegâ ſuo videtur fuiſſe, alter Conſulum, penes quem faſces erant; unde *Publilius*, *penes quem faſces erant, Dic Spuri Poſtumi, inquit*, apud Livium *lib.* 9. Sed & ambos Conſules communiter retuliſſe, liquet ex eodem *l.* 36. *Conſulum de provinciis communis relatio fuit*: Quod & in Tribunis ita aliisque Magiſtratibus obſervatum, aliquando obtinuit: Collegii una fuerit relatio, aliquando ſimul aliquot, ſæpe ſeparatim unusquisque ex iis ſuo nomine relationem fecerit. Cùm fic ad Senatum relatum eſſet, ſi res referrentur adeò divertæ, ut non idem de omnibus decernendum Senatoribus videretur, tum petere ſolebant, ut relatio dividereturdeque ſingulis rebus ſeorſim conſulteretur. Cujus exemplum Livius *lib.* 8. ſuppeditat, de Camillo Conſ. qui de Latinis ad Senatum retulerat, ac oratione ſuâ varia de diverſis rebus fecerat: *Primum Senatus relationem Conſulis laudare, ſed cùm aliorum cauſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ni pro merito cujusq; ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis decernendo.* V. quoque Plinium *lib.* 8. *Epiſt. ad Arriſtonem* & Cicer. *lib.* 1. *Epiſt. ad Lentulum*. Et quidem à quovis ſedente id poſtulari poterat. Tum relatione factâ, aliquando non rogatis neq; dictis ſententiis, ſtatim Senatores in hanc vel illam partem diſcedebant, atque ita pedibus ſententiam ferebant; inprimis cùm de rebus haud magni momenti aut non ita dubiis ageretur. Cujusmodi *Senatusconſultum*, per *diſceſſionem factum* propriè appellabatur, utebaturque in eo Conſul hac formulâ, *Qui hæc ſententiis, in hanc partem; qui alia omnia, in illam partem ite, quam ſentitis*: quibus verbis præibat omnibus cauſa, ne diceret, *Qui non ſentiis*. Unde phrases Antiquis uſitatæ, *Pedibus in ſententiam ire, in Senteniiam diſcedere, in eandem concurrere*. Cùm verò gravioris momenti res eſſet, ſingulorum ſententiæ exquiri conſuevere, idque hoc ordine. In more erat, ut poſt Comitia Conſules deſignati primi ſententias rogarentur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus eſſet: ante Comitia verò is, qui à Cenſoribus Princeps Senatus lectus erat: ii deinde, quos Conſulibus videbatur; ita tamen, ut ne Prætorium Conſulari, Ædilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio anteferrent, quemadmodum ex Salluſtio, A. Gellio & Cic. *Philipp.* 5. cognoſcitur: è quibus inprimis Gellium V. *lib* 4. *cap.* 10. Memoratque Suetonius, *in Julio*, conſuetudinem obtinuiſſe, ut, quem ordinem rogandarum ſententiarum Conſul Kal. Januar. tenuiſſet, eundem toto anno obſervaret; id quod tamen à Cæſare obſervatum non fuiſſe, ibidem notat. Et tale SC. dicebatur factum *per ſingulorum ſententias exquiſitas*, item *ſimpliciter Senatusconſultum*; in quo licèt quoque diſceſſio fieret, tamen *quia ſententiæ exquiſitæ*, non omiſſa, ut in priori, fieret, à *Senatusconſulto per diſceſſionem*, diſtinguebatur. Tertius, ſententias manu ferendi, modus, apud Vopiſcum occurrit in *Aureliano*, quem ab Athenienſibus, apud quos *χειροτονία* dicebatur, ad Romanos translatum eſſe, ex Demoſthenis *Timocratea* apparet. Cùm autem rogatus Senator ſententiam dicturus erat, aſſurgebat ſtanque dicebat, unde illud Cic. *Surgo ad dicendum*: neque modò de ea re, de qua relatum fuiſſet, verùm etiam quacunque de re valebat, & quamdiu volebat. Hinc apud A. Gellium *lib.* 4. *cap.* 10. Cajus Cæſar Conſul M. Catonem ſententiam rogavit. Cato, rem quam conſuleba„tur, quoniam non è re publica videbatur, ſuadebat. Ejus reigratiâ ducendæ, longâ oratione utebatur extemebatq; dicendo„diem. Erat enim jus Senatori, ut, ſententiam rogatus, diceret„ante quidquid vellet alii rei & quoad veller. Cæſar Conſ. viato„rem vocavit; eumque, quum finem non faceret, prehendi lo„quentem & in carcerem duci juſſit. Senatus conſurrexit: pro„ſequebaturque Catonem in carcerem &c. Ubi Thyſius annotavit, *Poſt Solis occaſum SC. perfobi nequivit*, V. quoque Plut. *in Catone*: iterumque Gellium *l.* 14. *c.* 7. ubi *nec ante exortum, nec poſt occaſum Solem Senatusconſultum factum*, *ratum fuiſſe*, docet, & ſupra. Hinc que eſt, quod in *Philipp.* 3. Cicero Antonio Conſuli objicit

objicit de *Senatusconsulto vespertino*. Nec obstat, quòd legimus apud Dionys. Halicarnassæum *lib.* 9. anno U. C. 290. Senatusconsultum nostu factum esse; illud enim non ex consuetudine, sed ex necessitate fuit; cùm per Equites literis nuntiatum esset, Sp. Furium Consl. cum exercitu ab Æquis & Volscis obsideri. Forma sententiæ dicendæ, quemadmodum ex *Philippic. Orat.* apparet, fere hæc erat: *Quòd verba facta jam de liberis &c. de eo re ita censeo &c.* quibus dictis, Senator discedebat in eam partem, quam probabat. Sine enim discessione nullum SC. factum esse certum, quod proin in *SC. per exquisitas sententias*, A. Gellius, tanquam supervacuum & obscurum nemini omisit *loco cit.* Quis verò, ad *Senatusconsultum* faciendum, numerus Senatorum necessarius esset, incertum est. Livius ubi de Bacchanalibus, innuere videtur, *Senatusconsultum literi potuisse, si centum non minùs Senatores in Senatu essent, l.* 39. Pedianus autem, de re non ita magni momenti loquens, in *Cornelianam* scribit, *lege Cornelia cautum fuisse, ne quis in Senatu fuisse vetaretur Legibus, nisi duarum adfuisset.* Ita quidem antiquiori ævo: Posterioribus verò temporibus (Nam & Senatorum numerum variasse, notavimus suprà) quadringentos fuisse requisitos, docet Dio, ubi de Augusto. Cùm igitur numerus fuisset requisitus, valebat sententia majoris partis, fiebantque *Senatusconsulta, non ponderatis, sed numeratis sententiis*, Plin. Jun. *l.* 2. *Epist.* 12. Quare Senator quilibet poterat Consilium, vel eum, qui Senatum habebat, adnonere, ut antequam SC. profertur, Senatum augmentet; alioqui Senatusconsulto interdicebat, Feilus Pomp. *l.* 12. Quo respiciens Cic. *lib.* 5. *Epist. ad Attic. Consule*, inquit, *aut numera. Senatusconsultum* jam factum, hac ratione confirmabatur, ut clamarent omnes ingeminanter; hanc vocem *Omnes*; quæ vox unanimem consensum exprimebat, neque quenquam superesse, qui reluctaretur. Fl. Vopiscus in *Tacito*, *Habita concione à Mario Nicomacho Senatore, clamatum etiam*; *Omnes, Omnes.* V. eundem *In Probo*, Jul. Capitolinum *in Maximo & Balbino* &I. Lampridium *in Commodo*, Trebell. Pollionem *in Claudio*, Plinium Jun. *in Panegyr.* &c. Ad quorum primum, notat Salinasius, aliquando *Senatusconsulta* facta esse solis acclamationibus, nullis dictis sententiis, ut illud de Valeriano, apud Pollionem; aliquando ab acclamationibus initio facto, postmodum interrogatos Senatores & sententias dictas esse: de quo acclamandi tuto diximus aliquid suprà. Omen dein additum, & solemnis formula auguralis, *αἴσιον ἐπὶ ἀγαθῇ τύχῃ, bona Fortuna*, adhibita est. Aul. Persius,

Hoc bonus est.

Ennius apud Servium *Æneid. l.* 6.

Emicuit, dum fore mavor, cinis ipse, Bonum fu!

Quum scriberetur *Senatusconsultum*, difficilime facta & exquisitis omnium sententiis, moris erat, ut ea, de qua sententiæ rogarèe erant, res summatim exponeretur, hoc modo: *Quòd M. Marcellus Consul verba fecit de Verginiâ, D. E. R. I. C.* id est, *de re ita scribendum censeo*: *Quòd verba facta sunt de Philippicis & Rhetoribus, D. E. R. I. C.* &c. cum præfatione *B. F.* id est, *Bonum factum*, Sueton. *in Jnlio Cæs. cap.* 80. Quòd si quid Consultibus Senatus mandaret, addebatur: *Si eis Consulibus videatur*. Unde apud Ciceron. *in Philippicis* legimus, *Utiq; C. Pansa A. Hirtius Coss. alter ambove si eis videatur, Quæstoribus urbanis imperent.* Et quoniam *Senatusconsultis* intercedere Tribuni Pl. poterant, adjiciebatur clausula: *Si quis tuus SC. intercessisset, Senatui placere, auctoritatem præsidii & rei ac Senatum PQ. referri.* Ac ii quis intercessisset, addebatur: *Huic Senatusconsulto intercessorem C. Cælius, C. Pansa Tribuni Pl.* Et eum quidem, non *Senatusconsultum*, sed *Auctoritas* præcepta dicebatur, Dio *lib.* 5. Quòd si forte ulu veniret, ut non tam multi, quot opus erat, convenirent, Senatus quidem habebatur, decretumque præcribebatur, non tamen q. effectum habebat; sed erat *Auctoritas*: Si quoq; in loco infrequentiori legitimo aut die non legitimo, aut non legitimo edicto, fed ambitiose Senatus coactus esset, aut nonnulli Tribuni Pl. intercessissent, tum SC. quidem fieri non poterat, quid tamen placuisset, testari reliqui volebant, Idem. V. quoq; Ciceron. *Epistolis ad Lentul.* Notari porrò cum, in cujus sententiam SC. factum esset, colligitur ex Cic. *Epist. ad Attic.* Scripto ita SC. eorum omnium nomina, qui adfuissent, adscribebantur, ut notum ex ejusd. *Epist.* & Cœlii *ad eum*: idque ad Consulis pedes factum, Lamprid. *in Heliogab.* Nec quintendum, quod Valerius Max. *lib* 2. *cap.* 2. veteribus temporibus lata non fuisse Tribunis Pl. Curiam intrare; sed ante valvas, postis subsellis, decreta Patrum examinasse, ut si quæ ex iis improbassent, rata esse non sinerent: itaque vett. Senatusconsultis T. literam subscribi solitam, quâ nota significabatur, illa Tribunos Pl. quoque censuisse. Ne verò *Senatusconsulta*, ut sæpe factum, à Conss. supprimerentur, institutum fuisse anno U. C. 704. à Valerio Flacco Consule ut ea in ædem Cereris, ad Ædiles Pl. deferrentur, auctor est Livius *l.* 3. Postea tamen ad Ærarium ea delata fuisse, docet Cicero *Philipp.* 5. Suetonius *in Aug.* & Tacitus *Annal. l.* 3. V. Joh. Rosinum *Antiqq. l.* 7. *c.* 7. Addendum paucis aliquid de *Senatusconsulto tacito*, cujus unus meminit „Capitolinus in Gordianis, Post hæc literas legit Gordianorum „ad Senatum & ad se missas. Tunc clamavit Senatus — Dicit „Junius Cordus illud SC. fuisse tacitum; quod quale sit — breviter exponam. Omnino exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodie, quàm quòd vestra elementia convocatis ad interiora majoribus ea disponit, quæ non sunt omnibus publicanda. de quibus adjurat etiam soletis, ne quis ante rem completam quidquam vel audiat, vel intelligat. (Ita is ad Constantinum Aug.) Hunc autem morem apud Vett. necessitates pu blicæ reperurunt, ut si fortè aliqua vis ab hostibus immineret, ve quæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constitu ere, quæ non prius oporteret dici, quàm effici, vel si nollet ad amicos aliqua permanare, Senatusconsultum tacitum fieret: ita ut non Scribæ, non servi publici, non consules illis actibus interessent, Senatores excipient, Senatores omnium offices consuluim scribarumque complerent, ne quid fortè proderet. Ad quem locum, monet Casaubonus, in Jovis Capitolini cella, istiusmodi *Senatusconsulta*, conclusis ibi Patribus, fieri consuevisse, ex Herodiano &c. V. quoq; cum *ad Suetonium passim*, *Sonet*, quanti olim à Romanis habiti fint, testatur A. Gellius *l.* 2. *c.* 15. ubi eos *in omni loco, in, omni specie honoris, privatos, habitos fuisse*, scribit. Hinc, cùm Valerius Publicola collegam sibi Lucretium, Lucretiæ Patrem, subrogasset, illi, ut *potiori sententia*, fasces tradidit: qui honor semper postea *Senibus* habitus est, teste Plut. *in Publicola*: Cumque idem instituisset, ut fasces alternis menibus apud alterum Consulem essent, fumere eos prior, qui natu major esset, fcribat, Dionys. *lib.* 5. & Dio Cassius *lib.* 5. idque obtinuit, usque ad Legem Julium, qua honorem hunc dentulit numero liberorum. Proin ita pergit Gellius, *Sed postquam suboles civitati necessaria visa est*; *& ad prolem Populi frequentandam, præmiis atq, invitamentis ista fuit: tum amoveri quibusdam in rebus, qui uxorem, quiq, liberos haberent, senioribus neq, uxores neque liberos habentibus*: Inprimis à quo Lex Julia de maritandis Ordinibus, ab Augusto lata est, anno U. C. 736. qua Candidati quoque, qui plures liberos haberent, in petitione Magistratuum præferebantur, Tacit. *Annal. lib.* 2. ut & in Frumentium sorte; nonnunquam & sententiam primi rogabantur *l.* 9. *G. de Decur. &c.* Porrò à Convivio quoque, *Senatores* à minoribus domum deducebantur; quem morem Romanos à Lacedæmoniis accepisse traditum esse, addit idem Gellius. V. Plut. *in Lycurgo* & *de institut. Lacon.* Xenophontem item de *Republica Lacedæmoniorum*: qui Juvenalis *Sat.* 13. scribis,

Credebam hoc grande nefas & morte piandum,
Si Juvenis vetulo non assurrexerat, *& si*
Barbato cuicunque puer, *licèt ipse videret*
Plura domi farra, *& majores glandis acervos.*

Hinc Ovidius *Fastorum l.* 5.

Jura dabat Populo senior, *finitaq; certis*
Legibus est ætas, *nunc petatur honor.*
Et medius Fusvium non invigravibus ipsis
Ibat, *& interior*, *si canon nemo erat.*

Quæ à Lacedæmoniis Romani accepisse videntur, cùm Decemviri instituta Athenienssium & Lacedæmoniorum, gentium Græciæ laudatissimarum, imitati sint, ut docet Justin *l.* 10. *de Jur. Nat. Gent. & Civ.* nisi hæc antiquo Romanorum instituto adferibere malis. Iisdem à muneribus & militia vacatio fuit, *nisi bellum Gallicum exoriretur*, uti discimus ex Plut. *in Marcello* atque *Camillo*: quam tamen conclusionem, ad tumultum, non ad bellum Gallicum, restringit Cic. *Philipp* 8. *Gravius*, inquiens, *esse tumultum, quem bellum, hinc intelligi potest, quòd huic Gallica notationes vatum, tumultus non valent.* In Theatris, postquam sedilia distincta esse cœpere, ut Juvenes in *Ephibio*, sic *Senes* in *Bulentio*, spectabant, Cœl Rhodiginus *var. Lection. l.* 18. *c.* 8. V. Dempsterum *in Rosinum l.* 5. *c.* 10. &c. Atq; hinc *Senex*, nomen dignitatis factum est, V. infrà in hac voce, ut & in voce *Seniores*. Addam hic paucis Comicas *senum* personas, quales apud Vett. in usu fuere, ex Scaligero *Poetic. l.* 1. *c.* 14.

Varia Senum apud vett. Comicos genera.

α. Πάππους, duorum senum nomen fuit, V. ibi. β. Ὑπογέρων, tertius dictus est, sparsa coma, naso aquilino, dextro elato supercilio, capillo in coronæ modum: ratio nominis non liquet. γ. Πρεσβύτης fuit quartus, V. ibi. δ. Hermonius, quintus vocitatus est, obtutu acri, protenfis supercilijs, barbatus, recalvaster: cujus interventu & tractatu mores distrahebantur. V. suprà *Collin.* ε. Σφυνόγερων, h. e. *cunctator*, alter ejusdem operæ dictus est, diversâ facie, tonsus. ζ. Lycomedius fuit quintus, à *cura & astu* dictus barbâ crispâ mento obsongo, altero supercilio protenso: multa attingebat, quorum fatagebat negotia. Haud absimilem fecere huius faciem lenoniam, diduvere tamen buccas, imò & distorsere, contraxere supercilia, ademere capillum, ita ut aut calvus, aut recalvaster, esset.

Senecallus, adde: Carolo du Fresne *Senecalli*, qui Gallis *Senechal*, Italis *Scalco*, munus primitus fuit erat, domestici curam & familiam dominicâ, tum in Aula Principum seu Procerum, tum in domibus privatorum. Erant præterea adminisfratores rei totius totius dominici fisci, atq; adeò reddendis rationib. obnoxii, cujusmodi Senescalcos, *Dapiferos* seu *Truchesses* Ger. in quibusdam locis Palatinatus vocari, auctor est Meibomius *ad Chron Mavk. n.* 30. Atque hi quidem *Senescalli communes* dicti sunt, ad differimen *Magnorum Senescallorum*, qui Principi familiis, mensis & mi-

litiæ

litiæ præerant. Sub prima enim Regum Franciæ stirpe inter Regni Optimates, qui placitis ac judiciis regiis intererant, *Senescalci* accensentur à Marculfo *lib. 1. Form.* 25. altero post Episcopos & Graviones loco, in vet. *Placito* Clodovei III. Sub secunda, post Comites Palatii nominantur, ante Buticularium, Comitem stabuli, Manfionarium, Venatores & Falconarios, apud Hincmarum *de Ordine Palatii cap.* 16. Et hi Majori-Domus fuberant; cui quidem dignitati, veteri appellatione extinctâ, ea succesit, quæ *Magni Franciæ Senescallis* dicta est, cui fuberat *Senescallus Franciæ* nudè dictus. Quippe Robertus R. Gaufridum cognom. *Grisegonellum* Com. Andegav. ob præstitum contra Ottonem Imp. subsidium, Franciæ Senescallum dixit, &, ut habent Scriptores, *Majoratum Domus* Regiæ, seu *Senescalciam*, ei & successoribus contulit hæreditario jure tenendam. Quam dignitatem Megadomestici dignitati in Aula Byzantina confertem, Guil. Tyrius *lib. 2. cap.* 9. Cum vero Comites Andegavenses rarissimis in Regum aula verfarentur, habebant iidem Vicarium Comitis, qui *Franciæ Senescallus* petinde vocabatur, ita tamen ut Andegavensi Comiti subesset, & ex dignitatis fuæ ratione hominium præstaret. A' quo tempore *Senescalci* in Curiis Regum Francorum primas fere semper tenuerunt, atque in Regionum diplomatum subscriptionibus primum locum obsc. vaunt, maximè à temporibus Henrici I. Munus illorum insigne circa dapes fuit & mensam Principum, uti patet ex cognitione *Dapiferorum* ipsis fere semper tributo: non tamen communiter (quod *Senescallorum communium* erat) sed in solennioribus solùm ceremoniis, in quibus Princeps cum apparatu accumbebat. Præcipuum verò, in rebus bellicis: unde Theobaldus Com. Blesensium, Franciæ Senescallus *Princeps Militiæ Regis* dicitur, apud Rigordum A. C. 1184. Erat quoque ejus, vexillum Principis ac Domini in prælia efferre: eo Missam audiente enim tenere, ut alia omittam. Sed & jus reddebat Principis subditis: eoque nomine coetera Judicibus præerat, &c. Apud Anglos » *Senescallus* tenet locum Capitalis Justitiarii, cujus vices gerit, & jurisdictio *Virgata Regia* dicitur, continetque 12. leucas in circuitu Regis, ubicunque fuerit: de cujus munere in justitia administranda, V. *Stanoum* Eduardi I. apud du Fresne *Glossar.* qui plura hanc in rem eruditè congessit. Porrò *Senescallorum* munus posterioribus seculis, uti de Magno Franciæ Senescallo suprà diximus, fere semper hæreditarium fuit, & certis non modò familiis, sed & prædiis, additum. Sic Vicecomites Thuarcenses Comitum Pictaviæ, Domini Joinvillæ Comitum Campaniæ, Domini *de Brezé* Ducum Normanniæ, Domini *de la Paisaie* Comitum Perticensium, Domini Spineti Comitum Atrebatensium, Domini *d'Elbeuf* Comitum Bononiensium &c. Senescalli extitere. Quemadmodum in Imperio Comes Palatinus perpetuus est Imperatoris Senescallus & Dapifer &c. Vocis originem quod attinet, *ex fon, vel fenefe gras*, grex, armentum, & *fcalcus*, servus, satis arcessunt Lindenbrogius & Vossius, quòd » mentis, & per fynesel. toti domui rusticæ *Senescalli* antiquitus præsserint. V. plura hanc in rem apud Auctorem præfatum.

Series Senescallorum Franciæ.

». Guillelmus Dom. Feritatis & Gometi, A. C. 1050. sub Henrico I. 8. Radulphus Dapifer, sub Philippo I. A. C. 1065. 9. Balduinus Dapifer, sub eodem A. 1069. 2. Fridericus, itidem A. C. 1071. 1. Robertus, A. C. 1078. & 1079. 5. Adam, A. C. 1084. ». Hugo I. A. C. 1085. 1088. & 1086. 8. Guido de Montelherici Com. de Rupeforti A. C. 1092. 1. Paganus de Garlanda A. C. 1096. ». Hugo de Rupeforti, Com. Creficiacensis, Hugonis I. fil. A. C. 1107. 2. Anselmus de Garlanda, A. C. 1110. 1120. cui succesit frater, ». Guillelmus de Garlanda. Et ». Stephanus de Garlanda, A. C. 1126. 5. Radulfus Com. Viromandensis & Vadensis, usque in A. C. 1152. ». Theobaldus Com. Blesensis, usq; in ann. 1191 Postea nomine mutato, *Magni Magistri Hospitalis* Regii succesfere.

Senex, nomen dignitatis, apud Statium *l. 1. Sylv.* 2. v. 23. 25.

Callimachus, senex, Umbro, *Propertius* antro.

Ad quem l. V. *Animadversiones* Barthianas. Hinc Tyriorum ille supremus Magistratus, quem *Senem tantùm, phretis aliarum dignitatum nominibus*, appellatum esse, ait Antonius *Hist. part.* 2. *tit.* 17. *c.* 9. *§.* 7. Legimusque *in Portal. Fidel lib.* 4. *cap. de Diversa Paganor.* in Phœnicia quosdā *præsectos sibi Capitanum, non succes sione hereditaria, sed prærogativa meritorum, quem ipsi vocant Vuteren seu Senem, non tam provectæ ætatis ratione, quàm prudentiæ & dignitatis præeminentia.* Sed & notus *Senex*, vel *Vetulus de Montanis*, Assassinorum seu Lassitinorum, de quibus suo loco, Princeps. Arnoldus Lubec. *l.* 3. *c.* 37. *Principes de Montanis, qui quadam excellentia Principatus dicitur Senex.* V. de illo Guil. quoque Tyrium *l.* 20. *c.* 31. Willh. Neubrigensem *l.* 4. *c.* 24. & Car. du Fresne *ad Joinvillam*, item suprà in voce *Alsbich*. In Ecclesiam transiit titulus, dictique sunt *Senes* vel *Seniores Episcopi*, in Africa olim, Episcopi promotionis tempore coetteris antiquiores, qui eo nomine *Primates* erant, unde & sedes eorum *Prima* vocata est. Sic Sylvanus modò *Senex Ecclesiæ Summensis*, appellatur in *Collatione* Carthagin. I. c. 16. modò *Episcopus c.* 57. *Vigorius* dicebantur Scriptoribus Græcis, eodem sensu, unde Γέρων Γενούσιος, in *Cod.* Can. Eccl. Afric. c. 90. Imò & *Senex* Abbas, apud Petr. Abæl. *ad Epist.* 8. Unde Γερωντίων liber &c. Quam in rem V. plura apud præfatum Auctorem *in Glossario.*

Seniciacum, vulgò *Senecy*, locus Galliæ in Burgundia, in diœcesi Matisconensi. Meminit Urbanus II. Pont. Rom. *in literis datis A. C.* 1095. *Ecclesiæ de Savigniaco* (Severy) *& Ecclesiæ de Seniciaco, in Episcop. Matisconensi*, apud Hadr. Valesium in voce *Savigniacum.*

Senio, jactus erat in prisco talorum lusu, Græcis Κῶς, i. Canis, dictus, quem qui jecerat, nummum ex acervo lucrabatur. Persius *Sat.* 3.

——— ——— *Quid dexter Senio ferret,*
Scire erat in voto: damnosa Canicula quantum
Raderet.

Nisi aliter ex Lusus Lege convenerat, ut jecerat Augustus, it cujus *Epist. ad Tiberium* apud Suetonium legimus, *Inter cætera lusimus; ego enim & heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quisq; Canem aut Senionem misserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.* Ubi tam *Senios*, quàm *Canis* (cùm nempe unio prodibat) jactus damnosus erat. Sed alioquin etiam, si quis cum Cane *Senionem* jecisset, infelix is habebatur: ut colligere est, ex Martiali *Xenii l.* 13. *Epigrammate præliminis.*

Senio *nec infirmum cum Cane quassat ebur.*

V. infrà in voce *Talorum lusus.*

Senior, cogn. Eben Sinæ seu Avicennæ, in *Synopsi propositorum Sapientiæ Arab.* item Mahumedis Ben David in *Giarumiæ* fronte, Arab. *Alsbeich*, titulus est perquam frequens apud Arabas, in codicibus eorum *MSS.* & notat *Doctorem primarium.* Unde etiam inter auctores Chymicos habetur *Senior Zadith* fil. Hamuelis, ex Arabico olim traductus, qui & simpliciter *Senioris* nomine indigitari solet. Inscribitur liber ejus *Senior de Chemia*, in quo etiam *Ordinis Seniorum*, per metaph. & *Senonum* hoc nomine mentio. V. suprà in voce *Alsbich*, item *Presbyter* & *Senex.*

Seniores Monasteriorum, apud Monasticæ Rei Scriptores, *l'Ancres* Dorotheo, dicuntur modò bini, modò etiam (pro numero Monachorum) duodeni ætate provectiores & fcientiâ æque probitate insignes, ad quos, præsente vel absente Abbate, fratrum disciplina & cura Monasterii pertinebat, quorumque consilio Abbas in quotidianis necessitatibus utebatur, *ut opus esset universum fuisgere congregationem*, quemadmodum loquuntur Trithemius in Vita Mauri Archiep. Moguntini *cap.* 4. V. quoque Vigilium Diaconum *in Regula Orientali cap.* 2. In Ordine Benedictino, nomen hoc peculiare est tertio gradui Monachorum, qui 40. annos exegerunt in Ordine, usque ad quinquagesimum, quem supergressos *Sempellas* dici consuevisse, vidimus suprà. Primus enim gradus *Juniorum* erat, qui usque ad ann. 24. fuæ professionis omnia onera obiit, claustri & refectorii subibant. Secundus illorum, qui 16. insuper annos emensi, *ab officiis parvis Cantariæ, Epistolæ, Evangelii* & &c. liberi erant. Hos insecuti *Seniores*, uti dictum, quoque excusabantur ab omni officio forinseco, fc. Provisoris, Procuratoris, Cellarii, Eleemosynarii, Coquinarii &c. V. Car. du Fresne in *Glossar.* in voce *Sempella*, ubi *Regulam* præfati Ordinis *cap.* 27. hanc in rem laudat. De *Senioribus LXX. Hebraorum*, V. infrà in voce *Synedrium.*

Senir, Amorhæis dictus est mons Hermon, Deuteron. *cap.* 3. v. 9. quasi *fetinus*, à felibus fortasse ibi diversari solitis. Felis enim, ut Arabicè *finar*, sic Chaldaicè *funar*, à naturæ malignitate, dicitur. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. III. cap.* 14. ut & in voce *Hermon.*

Senna, vulgò *Senne*, fluvius est Belgii, in Brabantiæ Duc. qui unà cum Tilia *Ty* Gallis, incolis *Dyle*, à Demera *Demer*, in Scaldim defertur. Fluit autem per Sonegiam & Beuxellas, primariam regionis Urbem. Valesius in voce *Scaldi.*

Sonsas Communis, apud juvenalem *l.* 3. *Sat.* 8.

Hæc satis ad juvenem, quem nobis fama superbum
Tradit & inflatum pierung, Nerone propinquo:
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna ——

idem est tum κοινοφυϊσμὸν Marci Imp. modestiâ nempe illa, moderatâ, usitatâ & ordinariâ, ut ita dicam, hominis mente, quæ in commune quodammodo consulit, nec omnia ad commodum fuum refert, respectumque etiam habet eorum, cum quibus versatur, modicè de semetipso sentiens. Cùm enim quotidiani Imperatorum convivæ, necessariò ijlorum mensæ aliàs interessent, & non vocati, ac cum Principe συνανεπαύοντο cogerentur: hæc veniendi necessitate illos liberavit Marcus & gratiam illis fecum convivandi faciebat; quam civilitatem modestiamque is novo vocabulo κοινοφυϊσμὸν appellavit. V. Salmasium *ad Capitolinum in Marco*, & suprà in voce *Monophagia.* Cæterùm Aristides Thebanus omnium primus *animum pinxit* & Sensûs *omnes expressit, quos vocant Græci τὸν ἐν ἡμῖν pertubatis.nes — Hujus pictura est, oppido capto ad matris moriuntis sinum nutrere mammam adrepens infans: intelligiturq; sentire mater, & timere, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander M. transtulerat Pellam in patriam suam*, Plin. *l.* 35. *c.* 10.

Senium

Sententiæ ferendæ ritus, qualis olim apud Rom. fuerit in Senatu, dictum suprà. in voce *Senatus consultum*: qualis apud Græcos, in voce *Quingenti*. De judiciis addam hic pauca: Causa utrinque perorată, post Meridiem, ad ferendam *Sententiam*, ventum est: juxta Leg. XII. Tabb. *Post Meridiem præsente ambobus litem addicito; Sol occasus suprema tempestas esto.* Quod si itaq; Judices causam non intellexissent, dixerunt, *Sibi non liquere*, Cic. *pro Cæcinna*. Si in causâ nihil obscuritatis haberent, *sententiam* tulerunt. Et quidem in nonnullis caulis, ut de libertate & ventre cognoscendo, pronuntiarunt, *Sibi videri hominem aut liberum aut ingenuum, aut servum, aut libertum, aut filium esse, aut non.* Ulpian. ff. de *liberali causa*. In actione injuriarum pronunciarunt, *aut non fecisse videri aut non*, Justinian. tit. de *Injuriis*. In aliis caulis alterum condemnabant, alterum absolvebant, dicendo: *Condemno*, aut *ille debet*: aut *absolvo*: aut *reddat*. Macer ff. *qui sententia*. Addebatque Julius: *Si quid ego non judicii*, Cic. de *Finibus lib.* 2. Absolvendi vero formula fuit, *Secundum litem litum do*, Cic. *pro Q. Roscio*. V. Joh Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 9. *capite* 16.

Sentia Lex, cujus auctor, ut opinatur Hotomannus, C. *Sentius* Consul fuit anno 734. U. C. imperante Augusto, sanxit, *ut in numerum Patriciorum, qui deessent Senatui, alii ingregerentur*. Tacitus *Annal. lib.* 2. Ubi tamen ita vulgatis corrupte legas *Senia* pro *Sentia*.

Sentinus, & Vitumnus, inter Deos erant partu rientium, ad *fensum* vitamq; instituit: de quibus, ut & tota hac Deorum fictitiorum familia, V. præter Tertullianum, D. Augustinum *de Civ. Dei* l. 7. Thom. Bartholinus *de Puerperio Vet.*

Senuna, adde: Quæ inter eam & Sevam posita est. Ortur in sylva *Senuna*, vulgo *le bois de Saune* 4. leuc. ab Ingena distante, à qua & nomen accepit, quam sylvam *Landas pinetas* quidam nuncupant, *la Foreſt des Landes pourries*: atringitque præ cæteris Montem Mauretium Monasterio clarum. *Monmorel. Ducatum Duc*; Pontem Abaudi, in Itit. Hentici Regis Anglorum, Ducis Normanni, & Aquitanorum duris, A. C. 1197. memoratum, *Pont Audun*; demum 3. aut 4. infra Abrincas mill. in Sevam labitur. Secundùm Furnerium, ad Pontem Hubaldi in Oceanum decurrit, ut & Ardius; postquam duos amniculos sinu suo excepit. V. Hadr. Valesium *Notit. Gall.* in voce *Abrincasi*.

Separatio, immanissimum scelus, Augustino *de Baptismo contra Donatistas l.* 1. c. 13. V. suprà *Schisma*.

Septelindi Jus inter mores sive ἠθε, quæ τοῖς ἐγχωρίοις, id est, *scripto juri* opponit, post Legatorum jura, commemoratur Dioni Chrysostomo, οὐκ ἤθεσι, μὴ κειμένοις τοῖς ἐκεῖσε ἔθεσιν. *Non prohiberi, quo minus septelindum moriri.* Et Seneca Pater *lib.* 1. *Controv.* 1. inter jura non scripta, omnibus scriptis certiora, ponit *humum porrigere cadaveri*. Naturæ id jus appellant Hebræi Philo ac Josephus, & Φυσικὸν ἔνταλμα Isidorus Pelusiota: ut tolere sub *Naturæ* nomine comprehendi mores communes naturali ratione consentaneos notum est. Proin Veteres, qui jura hominibus bene moratis communia, quòd sanctiora viderentur, ad Deos referebant Auctores, etiam hoc jus Dis patrium adscripsere Itaque Euripides *Suppliciun* νόμοι ἀμείνους, i. *Deorum Legem* vocat, & apud Sophoclem Antigone Creonti, qui Polynicem humari vetuerat, hoc pacto respondisse legitur,

Dicerea quippe hæc nec Supremus Jupiter,
Nec sui Deorum Manium dictaverunt,
Quòs alia jura debet humanum genus,
Nec id valere credidi justus tuos,
Ut jura non conscripta, sed nata Deûm
Comessa, simpiterna, mortalis latus
Violare posses; Non enim nuper vigent,
Sed ævo ab omni: Nullis in occulto latent.
Nunc ego fori certe, sepulto meis
Mortalis ira, par Dîis magnis fuit
Me gerere morem?

V. de bello hoc Thesei adversùs Creontem, Isocr. in *Panathenaico*, *Panegyr. Helenæ encomio*, *Platæica Orat.* Herodotum *Calliope*, Diodor Siculum *Histor. l.* 4. Xenoph. *Hist. Græc. lib.* 6. Aristidem *in Panathen.* & Lysiam *Orat. in honorem Sepulturum*. Et passim apud laudatos Autores, videmus egregia Virtutum nomina huic officio tribui. *Humanitatem* vocat Cicero *pro Quintio*; *Humanitatem ac mansuetudinem*, Valerius Max. l. 5. c. 1. τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων φίλτρον, *miserationem communis Naturæ*, Philo: *Sortis humanæ commercium*, Tacitus: *Pietatem* Ulpianus: *memoriam humanæ conditionis*, Modestinus: *Clementiam*, Capitolinus, *in M. Antonino Philos.* ὅσιον seu *justitiam*, Euripides, Lactantius & Cicero *in Top. Opus benignum*, Prudentius. Contra Donatistas, qui Catholicorum corpora *sepelirî* vetabant, *impietatis* accusat Optat Milevita-nus l. 6. Apud Papinium,

——— *Bello cogendus & armis*
In mores hominemq; Creon.

Ipsa hinc Sepulchra *Templa*, & Exequiæ, apud Græcos Νέκυια, uti apud Latinos *Justa*, dicta, ac Lex Athenien sium, *ne quis inhumatum cadaver, nisi ter vi pulverem injiciat, præterire* audet, Ælian. *Histor. Var. l.* 5. c. 14. Horatius *l.* 1. *Od.* 28.

——— *Capiti inhumato*
Particulam dare ———

Quem morem exactè observasse Romanos, testis est Quintilianus *Declam.* 5. *ignotis, ajens, cadaveribus humanis congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulacunq; reverentiæ accedat.* Quod si quis omisisset, porcam præcidaneam Cereri mactabat, apud Romanos: apud Græcos, teste Sophocle in *Antigone*, id est, *φόνος*, habebatur. Quare inter graviſſimas diras erat, ἀνάπαυσιν χθονὸς, terræ *carere*: & naufragii non aliunde major metus, quàm quia sic corpus insepultum foret. Ovidius,

Dente naufragium & mors mihi minus erit.

Unde, qui in illiusmodi discrimen forte incidissent, membro alicui pretium pro sepultura alligare solebant: Synesius *Epist.* Θέσιν δὲ τῶν ἐστάλων τοῦ ἐν πολυγίῳ νεκροῦ ἡ ὁ σωτὴρ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀρχέλαον πάντων, μικρὸν μέρος τῶν ἀποβαλόντος τοῦ χαλκοῦ τῷ ναυηγίῳ. Interpres Historiæ Apollonii Tyrii 20. *sestertia auri ad capsat puellæ, in loculo unius commissæ, adposita fuisse*, docet. Hoc itaq; pretio accepto ejectum in littus cadaver obvius quisque *sepeliebat*, vel littem plenâ manu ter terminjiciebat: *In re globum injectum fuisse*, monet Cic. *de Ll. lib.* 2. quod *justa facere mortuo* Romanis dictum, & ante novarum frugum gustationem fieri solebat: quo facto mortuus *Humanus*, ut ante *Humilis*, vocabatur, V. Joh. Meurſium *Comm. in Lycophronem, verb.* Χοιρίλλα ὁ ἰδιώτης. Quæ vero primùm causa moris hujus introducendi fuerit, ut corpora humo tegerentur, si condita prius, ut apud Ægyptios: fi cremata, ut apud Gr. plerosq; ; ita, uti tunc quem moremdefe ut riquissimum notavit Cic. & post eum Plinius *l.* 7. 54. de eo non idem omnibus videtur. Mori chion existimat, occasionem dat ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ signum *sepulturam*. Aliis videntur hoc modo homines velut sponte solvisse debitum. quod alioquin vel ab invitis repetit Natura. Cic. ex *Euripidis Hypsipyle*,

Redienda terra terræ.

Sunt qui refurrectionis spem a primis humani generis Parentibus, hoc veluti monimento, posteris consignatam velint. Unde ob revivifcendi promiſſum, adservanda corpora docuisse Democritum, Plinius testis est *lib.* 7. *cap.* 55. Grotius simplicius putat dicere, cùm hoc cæteris animantibus præstet, indignum vi um, si ejus corpore alia animantia pascerentur: quare inventam *Sepulturam*, ut id quantum posset caveatur. *Miseratione* certè *hominum cuſtodiri corpora ab injuria rebus ferarum*, dixit Quintilianus *Declam.* 6. Apud Cicer. *de Inventione l.* 1. *A feris vexatus, communi honore in morte caruit.* Et apud Virgilium legimus,

——— *Non te optima mater*
Condet humo, patriave onerabit membra sepulchro,
Alitibus linquere feris.

Sed etsi tales absessent injuriæ, proteri tamen ac lancinari corpus humanum, alienum meritò videtur ab illius Naturæ dignitate, V. Sopatrum *Controvers. περὶ τοῦ θάπτειν νεκρὸν κ. τ. λ.* & Gregor. Nyſſenum *Epist. ad Letojum: ὡς μὲν ἀναβοήσουσι τοῖς τὸν νεκρὸν ἀσεβοῦσιν ἐκεῖνοι.* Plinc ult, quòd officium *sepelendi*, non tam hominis, quàm humanitati, præstari dicitur. apud Servium *ad Æneid. lib.* 11. & *publicam hanc humanitatem* dixerunt Seneca *de Benefic. lib.* 5. c. 20. & Quintilianus *loco cit.* ficut *tralatitiam* Petronius. Cui consequens est, ut nec inimicis, nec hostibus invidèri debeat. V. de inimicis, egregiam apud Sophoclem dissertationem Ulyſſis, pro humando Ajace: cui addet Eurip. *in Antigone* & *Supplic.* Hostibus publicè deberi idem offi ii, omnes sentiunt. Belli hoc ius κρεῖττον ὂν τοῖς σοφίσμασι vocat Appianus: *Belli commercia*, Philo: Imò apud hostes fervari, τὸν ἐν ἐχθροῖς ὅσιον ἀνθρώπων, etiamsi ad *summum odia processerint*, ait Dio Chrysostomus. Hinc Hercules suos hostes, Alexander victos ad Issum, Hannibal C. Flaminium, P. Æmilium, Tiberium Gracchum, Marcellum Romanos quæstiuisse ad *sepulturam*, leguntur. Agamemnon Trojanos *sepelii*, *Iliad.* 6. Antigonus Pyrrhum apud Plut. V. eundem *in Thesco* quoque. Idem Hannibal a Romanis victum, Mithridati à Pompejo, à Demetrio multis, Archelao R. ab Antonio. In Græcorum adversùs Persas militantium juramento erat, *Socios omnes sepeliam: Bello victor etiam Barbaros*; paffimque in Historiis legas impetratam νεκρῶν ἀνάιρεσιν, *faculatem tollendi mortuos*. Quare Hebræorum vett. interpretatione Pontifex Max. cum alioqui rei ulli funebri interesse vetaretur, repertum tamen hominem *insepultum* sepelire etiam jubebatur, Ambros. *l.* 2. *Off. c.* 28. Christiani vero *sepulturam* semper fecerunt, ut ejus causa, ficut ad pauperes alendos aut ad captivos redimendos, vafa Ecclesiæ etiam initiata conflari aut vendi licite existimaverint. Quæ in contrarium occurrunt exempla, communi damnata judicio reperiuntur. Virgil.

——— *Hunc ego defende furorem.*

Etiam infigniter facinerofos *sepelîri* mos. Lex divina, illos ipsos, qui suspendi patibulo erant: (quod valde ignominiosum cenſebatur, Numer. *cap.* 25. *versu* 4. Deuter. *cap.* 21. 22. 2. Sam. c. 21. v. 22.) eodem die *sepelîri* jubet. Ægiſthum, qui adulterium

terium cæde Regis emulaverat, ab Oreste humo mandatum Homerus narrat *Odyss. γ.* Sed & apud Romanos, Ulpianus corpora eorum, qui capitis damnantur, cognatis ait neganda non esse. Ipsum Circontem, apud Papinium sic alloquitur Thesæus,

——— *Vade ultra damnatis*
Supplicia, extremique, tamen secure sepulchri.

Interim apud ipsos Hebræos regulam hanc habuisse exceptionem eorum, qui ipsi sibi mortem conseiverant, Josephus docet *de bello Judaic. l. 3. c. 17.* Nec id mirum, cùm in hos aliud supplicium constitui non posset, qui mortem pro supplicio non habent. Sic Milesiæ Virgines, apud Gell. *l. 15. c. 10.* à voluntaria morte abterritæ; & plebs olim Rom. apud Servium *ad Æn. l. 12.* quanquam improbante Plinio *lib. 36.* Apud Græcos, facrilegos quoque insepultos abjici moris fuisse, testatur Diodorus *lib. 16.* Sic & Dion Prusæus *Rhodiac. τὸν ἀνόσιον καὶ ἀνοσιον*, sepulturâ orbari, ait. Idem Athenis in proditores constitutum, narrat Plut. *Antiphonte.* At Nicetas *l. 3. vitæ Andronici Isacii*, cùm mortuum affici mortem Josephi Camnenæ Crassi, qui per fe litterem Imperium affectaverat, *Mortuo*, inquit, *τὸν σῶμα τοῦτο τοῦτο νεκρὸν τὸ ἄρειος βασιλεὺς παραγενὸς*" ὁ τὸ βασιλεὺς μικρὸν καὶ ἀνάθεμα ἀνόσιον ἀθάνατον. Vt Hugon. Grotium *de jure belli & Pac. lib. 2. cap. 19. nbi, ob neganam Sepulturam, bellum justè suscipi confuisse Vett. magno consensu, addit.* Ubi autem *sepelendi* mortui, fancitum lege Pii, apud Capitolinum *in eo, intra urbes sepulchri morem vetuit.* Nempe mortuos intra urbem neque Romani sepelicbant, neque Athenienses, neque alii populi quamplurimi. Sed ex his, quibus in civitate sepelire jura municipalia permittebant, refte Ulpiano: & de Lacedæmoniis fcimus ex Plutarcho. Præterea videntur multi, glifcente jam Christianismo, veterem superstitionem, quæ intra urbes mortuos vetabat recipere, paulatim exuisse & contemnisse. Ad hæc igitur duo genera hominum lege opus fuit, quam tamen ante Pium Hadrianus quoque tulerat, V. titulum *de Sep. viol.* & fupra, ubi de *Cemeteriis.* Sub mortuo feu sub ipso occisi cadavere, vivum olim homicidam sepelicrunt Benehærenenses, & Bigorritani &c. Plura fupra, ubi de *Cadaverum cura* alibique paffim. Porrò quàm varii *sepelendi* ritus, plurimi diserunt: De politioribus Gentibus, V. *fupra* & præterea Lipsii *ad Tac. Annal. l. 4.* Alex. ab Alexandro *Genial. dier. l. 3. c. 7.* Andr. Tiraquellum, Joh. Kirchmannum Lubec. *libb. 4.* Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 31.* & *lib 5. cap. ult. cum Paralipomenis* Dempsteri &c. ut & in hoc opere paffim *ubi de Defunctis, Exequiis, Funere, Sepulchris, aliis.* De Chiis, Taurisi, Sindis, Colchis, Phrygibus, Panebis, fcripfit Nicolaus *de Mor. Gent.* de Perfis Ægyptiisque Herodot. *lib. 3* de Tartaris P. Venetus *de Region. Oriental. l. 1. c. 74.* de Lapponibus, Olaus M. *l. 4. c. 7.* de variis cultiffimè Silius Italicus *Punicorum l. 15.* ita canit,

Dafq; vago primùm portas Acheronsis adire,
Haud ulla ante illam, quanquam non parva fatigem,
Curarum prior exiterit: Nam, ista per omnes
Diversum ferus populos, ritusq; ferarum
Exequias, tumuli & inerum sententia dicet.
Tellure, ut perhibent, in mœstos imos ibera,
Exanima obscuros consumit corpora vultus.
Regia cùm lucem polluerunt membra, probatum est
Hircanis adhibere canes; Ægyptia tellus
Claudis adorato post funus flamina fuco
Corpora, & æmenti exanguem tutud separat umbram.
Exclusis insitivis Pontus vanare cerebro
Ora virûm & longum myrrhata reponit in urnam:
Quid quòd vectuses nudos Garamantes avenâ
Insidiunt? Quid quòd sævo sepelire profundo
Examines mandant Libycis Nasamones in orbe?
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas!) auro, & mensis ea pocula servant,
Corpodiæ, ab Patriam, Mavortia forte parentes
Decreverc simul comminus ire in flammas,
At gente in Scythica suffixa cadavera truncis
Lania dies sepelit, puri liquentia tabo.

V. quoque infrà, in voce *Sepulchra.*

Sepes Muralis, apud Spartianum *in Adriano, In plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus, dividuntur, stipitibus magnis, in modum muralis sepis, fundibus factis aiq; connexis, Barbaros separavit:* eft murus. Nam *Sepes* pro quovis ambitu adificii ponitur; unde & *sepire*, pro, muro lapideo circundare. Apud Vopiscum, *spectatus urbis*, pro muris: Ciceroni *pro Sextio*, *Urbes manibus sepire* &c. Ex Græco, *ἕρκος* nempe *sepes* eft, *ἑρκεῖος* autem Græci omnem *σφίξιν* vocant, five ex lapidibus fit, five ex ftipitibus, vel tabulatis conftrudus. Quo posteriore fenfu *ἑρκεῖος, μάνδρα* vocant, ut Latini *sepem* pro ftabulo fumunt. Val. Flaccus *lib. 6.*

——— *non pascua, non sepi*
Ethic tibi, nostrumve mitte hæc simulachra rapinis.

Virgilius *sepum* vocat:

Quanvis multa meis exiret victima sepis.

Latini infimæ ætatis *sudem* dixere &c. V. Salmasium *ad Spartianum d. l.* de *Sepimentis* verò facellorum, & monumentorum, apud Vett. fupra in voce *Conseptum*, ut & apud Cafaubonum *ad Suetonium Neronc cap. 33.* quem excripfit Joh. Kirchmannus *Funer lib. 3. cap. 17.*

Sephiphon, Genef. *cap. 49. v. 17.* V. fupra *Crassus*, item *Hæmorrhous.*

Sepia, pifcis, utilis pifcationi eft, ut & Polybus, teste Aristotele *Hiftor. Animal. lib. 4. cap. 8.* eorum enim odore pisces allecti facilius capiuntur, Voffius *de Idolol. lib. 4. c. 46.* Eadem excremento fuo, quod Græci *σηπίαν*, Latini *atramentum* vocant, iis qui chartis impallescere amant, magno pdiumento olim fuit. Licèt enim Romani & Græci, ex fuligine balinearum, fuligine, atramentum facerent, ut habet Plinius *lib. 3. cap. 5.* & Dioscorides *lib. 5. cap. 115.* Afri tamen ex excremento, five nigro & glutinofo humore, in vefica five membrana *Sepiæ* latente (quem *ὀστὰν* Græci nuncupant) atramentum fcriptorium libi conficiebant: ut vetus annotavit Interpres *ad Iuvenal Perfii Sat. 3.*

Nigra quòd infundit vanescat Sepia lympha.

Ubi Poëta ideirco *Sepiam* Metonym. pro quovis polite atramento. Fottè & ideo in *ver. Sepiæ.* (in vet. Salmafii membranis) geminus illi ufus tribuitur, unus in cibis, alter fcriptionis. Ita autem Epigramma illud habet,

Fœmineo geminum designas nomine fœtum,
Et candens picem Sepia claudis omus.
Vtilior nullus piscis per cærula obversat,
Cui pretium capto debuit esse diuturnum.
Præstat carne cibus, aptum dat fœlle figuras;
Atq; brevis fœlle nyctum ad nitorem, facit.
Hanc potiùs docilis apponere convenit ædam.
Quæ sapit in morsu, & probat articulos.

Interim non *Sepiæ* solùm ineft atramentum (ut cum humorem Cic. *de N. D. lib. 2.* vocat) fed mollibus cunctis, ut Ariftoteles ait *Hiftor. Animal. lib. 4. cap. 1.* qui & ipse *ὀστὸν* nominat, & ab iis in metu ait effundi, ut infufe ita aqui occulantur. De Loligine inprimis id manifeftum, quippe tamen fuccus ita fimiliter, ut *Sepiæ*, in fcribendo Vett. uti fint, non facile dixu eft. V. Gerh. Johannem Voffium *Opere cit. l. 4. q. 49.*

Sepiarium, apud Lampridium *in Heliogabalo*, *Pinxit & in cupedinario, ut* Sepiariarum, *ut* pojnariarum: in *Gloss. ναυβάτου*, vocabatur, qui pigmenta, thura, odores, pharmaca & id genus vanas minutasque merces, quæ cunque Pictoribus, Tinctoribus & Unguentariis, conducerent, vendebat. Omnis inprimis *Unguentorum* ars, *Medica materia*, apud illos probabat: unde illam Medici emebant, quod obtinere paffim cepit extremis Græciæ temporibus, cùm prius ipfi medicamenta manu facere tenerentur; Græci *unguentarios* quoque vocabant, V. fupra in hac voce. Hodie *Pharmacopolas*, item *Speciarios*, appellamus. V. Salmafium *ad Solinum p. 1050.* & *ad Lampridium dicto l.* Origo vocis à *Sepia* feu *Sepiola*, foro Capuæ, in quo plurimi Unguentarii. Unde & *Sepiola*, & *Sepiafrium*, pro *Sepiariario*. Plin. *l. 34. cap. 11. Crediur* Sepiariæ, *omnia promiscuè corrumpendi.* Et Marc. Celius,

Quodq; ab Iulmete victum Sepiafia venditet,
Et quidquid confert Medi it Lageæ Cinaphus.

Sepsilio, pœna relegationis, ficut relegatio exilio, mitior, indigitatur Suetonio *in Tito cap. 9.* eftque relegatio feu exilium, negotii alicujus honefti fpecie velatum. Sic L. Antonius M. Antonii III. Viri nepos, *Sepsiias* ab Augufto Maffilliam legitur, apud Tacitum *Annal. lib. 4.* V. quoque de Agrippa, Suetonium *Augusto c. 66.* &c.

Seps, apud Tertullianum *de unico Deo cap. 1.*

Per tacebras anima Sepis *manante veneno.*

Et Prudentium *c. Symmachum lib. 1.*

Seps *insueta subis serpere flexibus:*

Solino *afpis tabifices* eft, *cap. 27.* unde nomen. Aldrovando lacerta eft Chalcidica, fic dicta, non quòd in Chalcidis territorio nafcatur, fed quia virgata eft lineis aurichalci colorem referentibus. Aliter vox fumitur apud Val. Flaccum *lib. 6.* ut vidimus fupra in voce *Sepes.* Ibi enim per *Seps*, recipe ex *Sepes*, hic vero à verbo *σήπω, putrefacio*, unde *σηψ*, factum eft.

Septa, locus erat Romæ, in Campo Martio, de quo fic Serviius *ad Eclogam 1. Virgil. Septa proprie funt loca, tabulatis inclusa, in quibus Patres Populus Rom. suffragia ferre consueverat; sed quia nunc hæc septa similia sunt ovilibus, hinc hæc pro ipsis ovilibus ponuntur.* Ubi eundem locum *Ovilia* quoque dictum innuit, V. fupra. Eorum quoque meminit Seneca *de Ira l. 2. c. 7. Cum videris Forum multitudine hominum refertum, Septumque pleno, & illum Circum, in quo maximam sui partem Populus ostendit.* Ea porticibus circumciis poftea cœpifle exornari, diffimus exPlin. *lib. 16. cap. 4.* ut & *lib. 6. cap. 9.* ubi *Pana & Olympum, Chironemq; cum Achille* ibi pictura expreffos memorat. Ibidem Ludos exhiberi folitos, difcimus ex Suetonio *Caligulæ cap. 18.* & *Claudii cap. 21.* Nec frequentius ab illis folennes dedit Ludos Augustus, V. quoque in *Neronc cap. 12.* eundem Siter, alias & deambulationibus frequentabatur locus, utpote vicino Tiberide apricus & falubfiori homines invitans coelo, accedente præfertim tanta ferum opulentiâ. Unde Statius *l. 4. Sylv. 6.*

Forè remittentem varas Phœbumq; leonum
Pelliæ,

Pectora, cum paulis terorem vagus ostia Sepsit,
Jam moriente die.

V. quoque Martialem *lib. 9. Epigramm.* 16. Lucanum *Pharsal. lib.* 1. & 7. Juvenalem *Sat.* 6. Ovidium *Fastorum lib.* 1. &c. ut & supra, in voce *Ovilia*. Addam hic saltem, cum Tito impetrante Roma continuos tres dies totidemque noctes flagraret, inter alia τὸ Σεπτὸν numerari Dionis, quæ postmodum Adrianus instauravit. Spartianus in eo, *Roma instaurata Pantheum*, Septa, *basilicam Neptuni* &c. Sed & Septa Latinis in hiis Latrunculorum dicti sunt loculi lineis distincti, in quibus calculi statu: buntur. Græcis Χαρακώματα; item in tesseraram ludu lineæ seu fenestræ, per quas curreban calculi: adhuc *septa, tueantur, munitæ* &c. quas voces vide, ut & supra in voce *Aper*, nec non in fra *Septum*.

Septem, numerus plenitudinis & perfectionis in Sacris, de quo Eruditi passim. *Græcis ἑπτὰ*, quasi ἑπτὸς, ut ipsis Pythagoræis visum: ἑπτὸν autem Latinis *sanctum* & *venerabile* notat. Nempe, quoniam magnus rerum Opifex sanctificavit diem septimum, Græci Latinique antiquam famam secuti, hunc numerum ita vocarunt. Philoponus *de Creatione Mundi lib.* 7. *c.* 14. „Jure merito post sex dies operationum ad mundi generationis „quietem (numerus hic) deputatus fuit, quia solus septenarius „numerus, neque ex aliis per multiplicationem natus est, nec; „alium genuit, atque ita cum sit fecundum hoc solitarius, so„lus etiam inter numeros quietis sylentium esse debet. V. A. Rivetum *in Gen. pag.* 53. Nec desunt viri infignes, qui hinc non Judæis solum, sed & Gentilibus olim, *Septimum Diem*, coli seu observari, idque velut ex instituto publico, solitum, affirant: quibus tamen eruditè respondet Joh. Seldenus *de Jure Nat. & Gentium juxta Disciplinam Hebr. lib.* 3. *cap.* 15. & *seqq.* V. hic quoque ubi de *Hebdomade*, *Sabbato* &c. Interim certum, *Septimum diem*, eriam antiquissimis Poëtarum, *sacrum*, dici, non quia *festa* illis, sed quoniam ex ratione Astrologica tebus agendis perquam videbatur *idonea* & *auspicata*, V. ubi de *Planetaria dierum ratione*. Cum vero Hesiodus in *Dieb. ait*,

——— *ἱερὸν ἦμαρ ἑβδομάτῃ*
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα γείνατο χρυσάορος Ἀυτὼ.
——— *septimus facer dies est*,
Hoc enim Apollinem aurei nem genuit Latona:

de septimo, non Hebdomadis, sed Mensis die, loquitur: Reddit que simul rationem, cur hunc mensis diem sic vocet. In mensis namque, & quidem Thargelionis, diem septimum Apollinis incidisse natales, unde & ἑβδομαγένης is dictus, tradunt Delii, apud Laërtium *in Platone*. V. Plut. *Symposiac.* 8. *quæst.* 1. Proclum *ad Eleph dam*, Harmodium *lib.* 6. Alios, qui inde non solum mensis, in quo natus est, diem septimum (quo Thargelia celebrari solita, ut septimo mensis Pyanepsionis, Pyanepsia) sed uniuscujusque septimum per totum annum ei tradunt facrum fuisse: quemadmodum octavum quemque mensis diem Neptuno, atque Mercurio quartum aferibunt nonnulli. Sed & hoc certum, *Septuarii* numeri dignitatem non minimis apud Gentiles fuisse infignem, uti pluribus docet Clemens *Strom*, Jul. Firmicus *Matheſ. lib.* 3. *Proem.* Proclus *in Timæum pag.* 11. Alii. E' quibus Clemens explicans, quænam hoc numero apud illos annuantur, ea dicit esse, Septem Angelos principes, septem „Planetas, Septem Pleiadas, Septem trliones, Lunaris figuræ se„pteno quolibet à Neomenia die mutationes, Septem Lyræ fo„nos, Septem sensuum instrumenta, mutationes ætatis anno „quolibet septeno, dies in Medicina Criticos; in quibus hebdomadi nomen notissimum: aliaq; hujusmodi ne periri adelt quamplurima, apud Hermippum *lib.* ἑβδομάδων, & *de Septenario*: Qualis etiam liber tribuitur Hippocrati apud Chalcidium *in Timæum Platonis*, qui in Operibus ejus non reperitur. Unde numero huic *Virginis*, *Palladis*, ipsius, *Temporis*, *omnium rerum Nodi*, alia. venerandæ nomina indita, uti videre est apud Auctores magno numero laudatos Seldeno *d. l. cap.* 15. ubi plurima in hanc rem insignia: De *septem* vero *nemorum flagellis*, quibus Martyres olim verberabantur, V. Abdiam *lib.* 3. & Sulpitium *ad Vopiſcum in Tacito*: de *septempedali proceritate* Herculis, qui modus summus adolescenti humano corpori dicitur, eundem *ad Statium* p. 42. &c. V. quoque Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce ἑβδομὰς.

September, quod *septimus* esset à Martio, quem principem anni constituerat Romulus, dictus est, teste Varrone *de Lingua Lat. l.* 5. ubi scribit, *menses reliquos à Junio ad Decembrem non à numero* dictos esse. Quem etiam Tiberii Aug. honorem *Tiberium* appellari vellet, ipsemet ne id fieret, Imperator interfecit, Sueton. *in Tiberio* c. 26. quod tamen de mense Novembri tradit Dio *l* 7. eò quòd Tiberius die 16. Kal. Dec. natus esset. Eundem postea Domitianus Imp. *Germanici* cognomine adsumto *Germanicum* à se transnominavit, eodem Suetonio teste c. 13. Jul. Capitolinus *in Antonino Pio*, Senatum decrevisse hunc mensem *Antoninum*, sequentem *Faustinum* appellari, verùm id Antoninum quoque rejecisse, refert. Commodus vero, cùm omnium mensium nomina transmutasset, iisque novas de suis cognominibus appellationes imposuisset, hunc mensem *Herculeum* nominavisse legitur, apud Æl. Lampridium *in ejus vita*. Tandem *Tacitum* à Facito Imp. quod eo natus esset & factus Imperator, fuisse denominatum Flav. Vopiscus *in ejus vita* scribit. Cœterùm hic Menfis, qui in Vulcani tutela fuisse creditus est, ex Romuli & Cæsaris ordinatione 30. ex Numæ autem constitutione 29. dierum fuit. V. Joh. Rosinum *Antiqq. l.* 4. *c.* 13. & Cafaubonum *ad Augustum in Suetonii c.* 32. *Græcis Βοηδρόμιον* appellatus est, qua *Boedromia*, in honorem Thesei Amazonum victoris, vel, ut alii volunt, in memoriam Athenienium ab Ione, conditæ Rumolpum, adjutorum, eo celebrata. Hebræis *Tisri*, aliàs *Ethanim*, huitque ante exitum ex Ægypto primum anni, aquali los, quemadmodum & postea princeps civilis anni manfit, mense *Nisan*, qui partim Martio partim Aprili noftro respondet, Anni facri principe constituto. Sed nomina hæc, quod addere non pigebit, demum post reditum ex Babylone in tium cœpisse, notant Eruditi, quum prò Menses non alio, quam numerali nomine, *Primus*, *Secundus*, *Tertius* &c. veniunt. V. de Mense Boedromione Franc. Roüaeum *Archæol. Attic. l.* 2. *c.* 10. *de mense Tisri*, Thomam Godwynum *de Ritibus Hebr. Eccles. & Civil. lib.* 3. *cap.* 1.

Dies hujus Mensis apud Romanos & Athenienſes celebriores.

a. Dies 2 feu 4. Non. memorabilis fuit, apud Romanos, propter navalem victoriam Auguſti, de M. Antonio & Cleopatra Ægypti Regina, reportatam: Apud Græcos ob *victoriam* Θησέως *de Pallantidis*, à Plutarcho, ac Ariſtide, *Marathonium* Persarum Ducem. Eodem Cæsaris Monarchiam incepisse, anno ab U. C. 726. Dio refert. 5. V. quoque Xiphilinum *Epitom. B.* Dio. 4. fen Prid. Nonas & octo ſequ. Ludi erant Romani. 9. Die 5. ſeu Nonis, *Νίκη ὁ Μακεδὼν*, contigit, Perſeque à Miſitade victi fuit. 7. Die 8. ſeu 6. Idus, Hierofolymæ à Veſpaſiano captæ funt. 1 Die 11. ſeu 3. Idus, χαλκέπλαξ ἐλευθερίας Athenis fuere. 5. Die 13. ſeu ipſis Idibus, olim apud Romanos Præter maximus clavum pangebat. Liv. l. 7. Eodem Templum Jovis Capitolini dedicatum eſt, à M. Horatio Conſ. Plut. *in Popiicola*, p. Die 14. 4. ſeu Prid. Idus apud Romanos erat equorum probandorum apud Athenienſes, *ἀγὼν τῶν Μακεδόνων*. 8 dies Myſteri. 8. Die 15. ſeu 17. Kal. Octobr. & ſequ. aliquot Ludi Romani erant. Apud Athenienſes 2. dies Myſteriorum paganorum, *ἀλκαὶ Μάγνητος* dictus. 2. Die 16. ſeu 16. Kal. Octobr. tertius erat Myſteriorum dies, quo ſacrificabatur barbus ſeu mullus. 1. Die 17. ſeu 15. Kal. Octob. quarius erat dies, quo jugum boum quaſillum ſeu calathum vehebat, repræſentantem flores Proſerpinæ, clamantibus, quæ pompæ ſequebantur, Matronis, *χαῖρε Δηοῦτερ*. A. Die 18. ſeu 14. Kal. Octobr. qui Myſteriorum quintus, *Δαιδοῦχος ἢ πομπὸς* vocabatur, unde ipſe *δαιδοῦχος* dictus eſt. 11. Die 19. ſeu 13. Kal. Octob. Bacchi idolum in pompa ducebatur. unde dies hic, qui ſextus erat Myſteriorum, *Ἴακχος* eſt appellitatus. 9. Die 18. ſeu 12. Kal. Oct. & ſequ. tribus diebus, apud Romanos Mercurialia erant: apud Athenienſes ſeptimus erat Myſteriorum, quo ſe curiu exercebant victoriæ adoreà donabatur. 5. Die 19 ſeu 11. Kal. Oct. Epidauria ſervebant Athenis, in Æſculapii honorem: qui Epidiauro, ut facris initia ceut, appulit Athenas. Et hic erat 8. Myſteriorum. 6. Die 20. ſeu 10. Kal. Oct. qui 9. & ultimus dies Myſter erat, dictus *πλημοχόη*, duos modios tritico implebant, eosque conſtituentes, a terum verſus Orientem, alterum verſus Occid clamabant junus quidem in colum ſuſpiciendo qui alter vero humum deipiciendo, *τοῦς*. V. Jo. Meurſium. 1. Die 21. ſeu 9. Kal. Octobr. Natalis Auguſti erat, de cujus celebratione V. Dionem *l.* 54. 8. Die 23. ſeu 7. Kal. Octobr. Veneris Genetricis feriæ erant, de qua V. *Jus Ium*. Porrò hoc Menſe quovis quinquennio Minervæ fuiſſe Kal. Ruſt. habet, ſed quo die id fuerit, incertum eſt.

Septemviri Epulones, (cùm prius Triumviri inſtituti eſſent, anno U. C. 559.) memorantur Gellio *l.* 1. *c.* 12. *Item cujus Pater Fabemon, aut Augur, aut Quindecimvirum S. F. aut quis Septemvir Epulonum aut Salius eſt*. Creditque Onuphrius à L. Cornelio Sulla numerum auctum fuiſſe. *Epulones* vocat Feſtus antiquâ voce, ſicque dictos ait, *quòd epulas indicendi Jovi causa hos Dii posuissent haberent*. Poſtea Cæſar, aliis tribus additis, Decemviros Epulonum conſtituiſſe legitur apud Dionem *lib.* 43. Cùm Cæſar[14] pluribus beneficia deberet, Magiſtratibus & Sacerdotiis dolia titis eis fatisfecit. Itaque XV. Sacerdotibus unum, Collegio Sa[14]penario tres addidit. De officio, jam aliquid ex Feſto dictum, paulo prolixius id exponit Cic. *Orat. ad Arus*. Reſp. Ludos minis diligenter factos, polluoque. Quos Ludos? Te apellabo, Lentule, tui Sacerdotii ſunt tenta, curricula, præcantio, ludi, libariones, epulæque ludorum publicorum: Vosque Pontifices, ad quos Epulones Jovis O. M. ſi quid eſt præter[14]miſſum aut commiſſum, adferunt, quorum de ſententia illa[14] eadem renovata, atque inſtaurata celebrantur. Ludi funt miſſi[14] nûs, diligenter facti? quanto & quo ſcelere polluti, reſpondebis[14] tis & pro te & proCollegis tuis & pro Collegio. Quàm ſo au[14]tem lecti ſternebantur Diis & pulvinaria, *Lectisternium* appellabatur; *Dapes*, cibi Deorum convivio apponi ſoliti. Hinc *Epulum* & *Epulones*: *Jovis epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellat ad eamin viabantur*. Val. Max. *l.* 1. *c.* 1 atque ita *Septemviri* hi

convivia celebtabant. V. de origine Leſiſternii, Livium *lib.* 5. 13. & plura ſupra in voce *Epulones*. De *Septemviris*, qui, ex aſſeſſoribus Prætoris, certas cauſas teſtamentarias inprimis decidebant, hinc que *Septemviralibus Judiciis*, V. Jul. Pauli libr. m ſingularem, ut *l. 7. 28. 31. de inoff. Teſtam.* &c.

Septena, vulgò *la Septaine*, dicitur in tractu urbis Bituricenſis in Gallia, aliorumque aliquot oppidorum, in eodem tractu, dicitur: an à 7. vicis, an à *ſeptimo* miliario, an à *ſeptis* urbis? V. Car. du Freſne in *Gloſſar.* Apud Monaſticæ Rei Scriptores, *ſeptem* dierum jejunium eſt, pœnæ loco inflictum, quorum dierum quarto & ſexto pane & aqua duntaxat veſcendum & recipienda diſciplina erat, uti docet idem du Freſne ex *Statutis* Ordinis Hoſpitalar. S. Joannis Hieroſolym. Alio vocis notio, in Concilio Lemov. apud eund. Sed & *Septenarium*, ſeu *Septenatium*, in Eccleſia Rom. Officium vocatur, per *ſeptem* dies continuos, pro mortuis peragi ſolitum: quod ut plurimum cum tricenario hodie conjungi refert Idem. Cur per ſeptidiuum id duraret, rationem reddit Alcuinus *de Offic. div. & de Exeq. mort.* Ejusmodi verò *ſeptenia*, ut & alios quosdam, anniverſarios defunctorum dies, apud Melchitas quoque, Maronitas, Co ritas & Jacobitas, obſervari, docent *Renaudot* in Comment. laudata ab Abrahamo Echellenſi *ad lib. Elmac. Joſue c. 60.*

Septentrionalis, apud Joelem *c. 2. v. 24.* *Et* Septentrionalem *procul removebo à vobis, & impellam eum in terram ſiticuloſam* &c. Hieronymo ſunt Aſſyrii & Chaldæi; Abarbanelli inſuper Romani, quia omnes hi ad Aquilonem Judææ degunt, ita tamen, ut illi verius Ortum, hi verius Occaſum vergant. Bocharto verò locuſtæ, ſeu locuſtarum agminis pars, qua eum ad Aquilonem urbis, quam in Arabiæ Cæteris ſe repulſurum Deus promittit. V. quæ de locuſtis in præcedd. Prophetæ dixit, & plura hanc in rem apud Auctorem modò dictum *Hierozoici Parte poſter. l. IV. cap 5.* Ceterum de *Septentrione* vento, medio inter Aquilonem & Thraciam, V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1353. & 1356.

Septicius Clarus, Præfectus Prætorio, ſucceſſor Simili datus, ab Adriano Imper. memoratur Spartiano, in *Vita* hujus: qui ei dem, quod *familiarius ſe egerat, quàm verecundia domus antiqua poſtulabat, ſucceſſorem poſtea* Cæſarem *deſiſſet*. Imò tandem *hoſtium habuiſſe in eo*, cum ſuis quibusdam amiciſſimis, refert, V. de eodem *Epiſtolas* Plini Jun.

Septicellus, Gr. ἑπτακόλλιφος, epitheton Romæ Urbis, quòd *ſeptem montes* muris ſuis complexa eſſet, ſic dictæ. Poſtquam enim Romulus eam quadratam condidiſſet in monte *Palatino*, atque pomerio clauſiſſet: Titus Tatius in Imperii ſocietatem recepit us. *Tarpejum* montem adjunxit; & Sabinis ſuis incolendum dedit: Tullius Hoſtilius Cæleria Arcus Martius *Aventinum* latinis quidem habitandum conceſſit, ſed demum Auguſtus pomerio inclusit: Servius vero Tullius *Esquilias, Quirinalem & Viminalem*, reliquis adjecit. Fuere quidem & alii tres colles, nempe Collis Hortulorum, Janiculus & Vaticanus, progreſſu temporis civitati ad ditis; ſed partim, quia intra pomerium non ita ut reliqui recepti erant; partim, & quidem potiùs, quia non ejusdem notæ cum reliquis erant, manſit Urbi *ſeptenitis* cognomen, magno Hiſtoricorum ac Poetarum conſenſu. V. Jo. Roſin. *Antiqq. Rom. lib. 1. cap. 2.* Hinc Claudia-nus de *6. Conſulat. Honorii*:

Erexit ſubitas turres, cinxitque coegit
Septem continuo montibus urbe muro.

Idem *Panegyr. de Conſul. Olyb. & Prob.*

—— *colleſque cauſti*
Vauſtilus impuſit, ſeptena vœ reſultant.

Et *in Feſcennium de Nuptiis Honorii & Mariæ.*

Epuli quæ jam repleto,
Reſonet Quirine Tiberis,
Dominiſque lata votis
Aurea ſeptemgeminas
Roma coronet arces.

Statius *l. 1. Syl. v. 2. Septemgeminæ mœnia* Romæ & *Syl. v. 5. 24. Septena cuſtimia: & lib. 2. Syl. 1. Septem inga:* Silius *Punicor. l. 13. Septem arces* &c. habent. Prudentius *Septicollem* appellat, *Romano Mart. Divûm favore cum puer Mavortius*
Fundavit arcem Septicollem Romulus,
In ſacrum Septimium &c.

Et memorabilis eſt, poſtquam ſeptimus acceſſiſſet Urbi collis, inſtitutio Feſti *Septimontii*, quo hominibus æquè ac jumentis feriæ conceſſæ otiumque indictum eſt: in ſignum, Urbis jam penitus conſummatæ & ab ulteriori ſede vi ne ceſſaturæ. V. infrà *Jubilæus*. Hodie verò *ecclesiaſtico* Romam amplecti, refert Georg. Fabricius in *Roma ſua*. Sed & *CPolim ſeptiollem* habet Jac. Sponius *Itiner. Part. 1. p. 52.*

Septima Dies, V. ſupra *Septem*.

Septimanæ, V. ſupra *Hebdomas*. Unde *Septimanarius*, officium Monaſticum, idem cum *Hebdomadario*.

Septimiana, tertia & ultima trans Tiberim urbis Romæ porta appellata eſt, à *Septimio* Severo Imp. Spartianus *in eo. Opera publica præcipue extra extant. Septizonium — etiam, ſuavi in Trastiberina regione ad portam nominis ſui, quorum forma interidens ſtatim uſum publicum invidit.* Ubi *Jani*, ſtatuitiones funt perviæ, quò homines conveniebant. Porta autem illa prius *Fontinalis* dicta eſt Onuphrio. At *Septimianum*, in vet. quadam *Inſcr.* lub *Adriano* l. tabl. matmoreum conſeptum in Vaticana baſilica, ubi reliquiæ olim oſtendi conſueverunt, ſignificare, ait Torrigius *de Crypt. Vatican. edit. 2. p. 81. & 83.*

Septimius Arabinus, V. ſupra *Arabinus*.

Septimius Severus, Imp. R. poſt Did Julian. V *Severus* Imp. Sed & *Septitinus*, nomen unius è tribus collibus montis Etquilini, de quo Varro & Feſtus.

Septimontium Feſtum, addè: Menſe Decembri celebratum eſt, quo die incertum. Varro poſt Laurentialia, quæ in 10 Kal Jul incidebant, mense Augusto fieri. Scal. Rompiæ *Septimontium* illum diem appellari ſcribit, quia in faſtis *Agonalia* dicatur, celebrabantur autem illa die 3. Idus Dec. Varroni tamen adſtipulatur Tertullianus *lib. de Idol.* ubi Feſtum hoc Strenis, quæ Kal. ind. Jan exigebantur, proximum facit. V. Joſ. Scaligerum *Caſtigationibus in Feſtum*. Inſtitutas eſſe has ferias propter adjectum ſeptimum Romæ collem, quo ea *Septicollis* facta ſit, tradit Plut. *Quæſt. Roman. c. 69.* eoque die uſu veheiculorum, quæ jumentis trahuntur, & antiquus abſtinuiſſe, & eo etiamnum tempore antiquitatis ſtudioſos abſtinere addit, variis allatis priſci hujus moris rationibus, inter quas & hæc: Aut quòd Romani, cùm Urbe condenda magnum opus peregiſſent, jamque ulteriùs in crementum ejus nullum animo conciperent quietem cum ſibi, tum jumentis, quorum opera fuiſſent uſi, per aſtas feriias para verint: aut quòd idem, cum velleat omnes ſeſuivitates civ un: præſentiſi or rant; eam verò inprimis, quæ ob contractas in u nam multas Urbis partes inſtituretur, civibus ab u veiculorum jumentariorum uſu die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent.

Septimum, Græcè Ἑβδομον, nomen Templi, *ſeptimo* ab urbe CPoli lapide diſtantis. Victor Tunn. *Zenon à Leone Aug. ſi. in Septimo coronatur*. Et Landulfus *Feſtor. l. 17. Cunctis convenientibus apud Septimum, nunc Patriarcha à Tyranno exuſtis propoſitonam multas Urbis partes inſtituretur, civibus ab u veiculorum jumentariorum uſu die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent.*

Septimum, Græcè Ἑβδομον, nomen Templi, *ſeptimo* ab urbe CPoli lapide diſtantis. Victor Tunn. *Zenon à Leone Aug. ſi. in Septimo coronatur*. Et Landulfus *Feſtor. l. 17. Cunctis convenientibus apud Septimum, nunc Patriarcha à Tyranno exuſtis propoſitonam multas Urbis partes inſtituretur, civibus ab u veiculorum jumentariorum uſu die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent.*

Septimum, Græcè Ἑβδομον, nomen Templi, *ſeptimo* ab urbe CPoli lapide diſtantis. Victor Tunn. *Zenon à Leone Aug. ſi. in Septimo coronatur*. Et Landulfus *Feſtor. l. 17. Cunctis convenientibus apud Septimum, nunc Patriarcha à Tyranno exuſtis propoſitonam multas Urbis partes inſtituretur, civibus ab u veiculorum jumentariorum uſu die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent.*

Septimum, Græcè Ἑβδομον, nomen Templi, *ſeptimo* ab urbe CPoli lapide diſtantis. Victor Tunn. *Zenon à Leone Aug. ſi. in Septimo coronatur*. Et Landulfus *Feſtor. l. 17. Cunctis convenientibus apud Septimum, nunc Patriarcha à Tyranno exuſtis propoſitonam multas Urbis partes inſtituretur, civibus ab u veiculorum jumentariorum uſu die interdixerint, ne Urbe, cui dies is agebatur feſtus, exirent.*

Septipedes, epitheton Burgundionum, apud Sidonium, *l. longiſſimi* V. ſupra, in voce *Septem*.

Septiſolium, apud Anaſtaſium Bibl. *in Gregorio IX. Pontifex creatus eſt prope Septiſolium*, in *Diaconia S. Luciæ in Septiſolio*: Templum eſt Romæ, quod Baronius fuiſſe ait Septizonium Sti. Gregorii inter montem Palatinum, & clivum Scauri; Martinello verò Portam Capenam; Fam. Nardino idem cum Septizonio, Anaſtatio, ut vidimus, diverſum. Cui nomen a 7. *ſoliis* ſeu ordinibus columnarum. Blondus *ſeptem Solia* vocat, & arcem fuiſſe, ait, *De ad. 2. l. 3.* ab Henrico Imperatore dirutam an. C. 1084. Baronius ad *hunc an. n. 5.* Dominico Macro Templum fuit Luciæ, quod hodie in *Solio* dicitur, V. etiam *in Heroicis*.

Septizonium, addè: Meminit *Septiſolii*. inter operaSeveriSpartianus, quod tamen is potiùs inſtauraſſe videtur, erat enim ante illum celebris Romæ locus, teſte Ammiano *l. 15.* ubi operis ambitioſi Nympheum Marcus condiderat. Nempe & Severus ibi condiius, & Antoninus Geta filius. De hoc enim ſic Auctor præfatus, *Illatius ejs Majorum ſepulchro, hoc eſt, Severi, quod eſt in Appia via cumibus ad portam dextram, ſiniſtraSeptizonii exſtructum, quod ſibi Vivus vivus ornaverat.* Apud eundem in *Severo ſub fin.* veteres codices *Septizodium* exhibent, quo modo etiam ſcipſum reperit in Eutebii Ms. codd. Joſ Scaliger quem vide. *Animadverſ. Euſeb.* ubi præclara in hanc rem habet complura: adde Joann. Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta diſciplſ. Hebræorum l. 3. c. 20.* ubi de Heptazono ſeu *Septizonio Planetarum* Vettii Valentis varia. De *Septizonio Severiani* reliquiis ſic Martianus *Topogr. Romæ l. 4. c. 6.* Severi ſeptizonii ſuperſunt tres ordines co lumnarum inviſcem ſuperinpoſitarum. Alios autem quatuor: in ſuperiſſe quidam putant, & ideo *Septizonium* dictum, quòd ſeptem ordinibus columnarum jungeretur, ut ſeptem zonis. *Septimiſſæ*, dicuntur *Z. Decretal. tit. c. 15.* qui alias *Annatiſſæ*, *Patareni*, *Pauperes de Lugduno* &c. quos vide.

Septuageſima, in *Ord. Rom. videtur dici poſſe, propter 70. dies, qui juxta ab ipſi die ad ſabbatum ante Octavas Paſchæ, quo die alba vellunter veſtimenta à nuper baptizatis*. Adeoque nomen Dominicæ eſt, ſic dictus ſabbatum ante Dominicam in Albis præcedentis, cujus Introitus *Circumdederunt me gemitus mortis. Graecis Κυριακὴ τῆς τυρῶν, Dominica de prodigo*, quòd illa die parabola hæc apud illos explicetur. Inſtituta à Telesphoro Romano Epiſc. ut haberur in libro *Pontif Romano, Hic conſtituit, ut à puero hebdomadas ante Paſcha jejunium celebretur*. In memoriam captivitatis Babylon. unde dierum harum periodo exactâ, in ſabbato ante Dominicam in Albis, verba hæc, pro introitu recitantur. *Extasis Dominus populum &c.* Ceterum, ab hac Dominica, Feſta mobilia totius Anni in eadem Eccl. diriguntur, utpote quæ primum inter illa locum obtinet: quo pacto autem ipſa

ipsa hæc Dominica invenirí queat, V. apud Dominicum Macrum *in Hierolexico.*

Sepulcrales Interpretes, ver sione Græca S. Scripturæ celebres. Sic vulgò appellantur, numero rotundo, pro LXXI. secundum illos, qui totum Judæorum Synodum huic rei incubuisse fatentur; aut pro LXXII. secundùm illos, qui putant, ex qualibet Tribu senos fuisse, quod non adeò magnam fidem meretur. Placet itaque aliis, Thalmudæ tesse, quinque Seniores duntaxat huic operi fuisse adhibitos; quod cùm factum fuerit a Synedrio M. constante LXX. aut LXXI. viris, inde versionem hanc ipsis illis LXX. fuisse deputatam, numerumque illum *septuagenarium* inde ortum. Missi fuisse ab Eleazaro Pontifice, Alexandri am Ægypti Regem Ptolomæi Philadelphi, trecentis præter propter annis, ante Christum natum, ut ex Hebraica Lingua in Græcam Libros Sacros transferrent: quo modo Deus viam sterere voluit ad Gentilium conversionem: qui s. Scripturam, lingua hactenùs orbi tum intellectâ, olim lecturi erant. Et quidem Philo, Josephus & Talmudici, solum Pentateuchum ab his Interpretibus translatum; reliquos libros à Judæis Alexandrinis discentes adjectos volunt. Alii verò eum Patrum antiquissimis & plerisque contendunt, omnes libros Canonicos ab iis fuisse versos, qua de re vix certò quicquam affirmari potest, hi storiâ hæc multùm intricata. Cœterùm fuit hæc Versio maximi semper habita, a Judæis Græcis, tam in Ægypto (ubi annum ei festum celebratum) quàm alibi; ità ut in totum Synagogis publicè fuerit recitata. Judæi verò Hebræi, præcipuè recentioribus seculis, immane quantum illi fuerunt infensi, varis convictis eam profanis scriptoribus. Scriptores Novi Testam. passim eadem usi sunt: & ex Christianis, Græci multis eam seculis adhibuerunt, Latini quoque longo tempore vel soli hos Latinis utebantur ex hac expressa, inter quas Augustino maximè laudatur Italica *Vulgatæ* dicta; donec post 4 seculà a Christo nato Hieronymus novam versionem Latinam ex Hebræo adornavit. Quæ hodie sub nomine LXX. Interpp. circumfertur versio, multis in locis corrupta est: Interim, qualis nitidissima extat, è Bibliotheca Vaticana sub Sixto V. edita, adhiberi potest, ut quæ non foliant antiquitate & dexteritate sui venerabilis est, verum etiam, cùm eadem conflet phraseologiâ, quâ Novi Testamenti Scriptores usi sunt, utrique Instrumento illustrando insigniter conducat, Franc. Burmannus *Synops. Theol. Christ. Part. prior. l. IV. cap. 37. §. 12. & seqq.*

Septum vel *Conseptum*, loca olim fulgurita circundabat, & a re ipsâ, quæ in tali loco erigebatur, conjunctum nullo interstitio relicto, adeò ut idem cum illo videretur, *Puteal* secundùm quosdam dictum est, quia instar putealis aram cingebat. Cujus modi monumenta ara ad nos usque sepulti eruptam habes in ara Neronis apud Vaticanum, ubi præter generalem muri ambitum, quo claudum fuit monumentum Gentile Domitiorum, intra hoc arca porphyretica, in qua reliquiæ Neronis tepositæ sunt, & cui superstabat ara ex Lunensi marmore, lapide Thasio fuit circumsepta. Quod inaliis etiam aris, quæ sub dio ponebantur, factum apparet. Nempe ad tutelam & munimentum addebantur hæc septa, unde *septus virtutibus*, apud Ciceronem &c. V. supra in vocibus *Conspicuus* & *Sepia*.

Sepulchra, fuere olim Veteribus, quæ etiam antea domos præbuerant, ipsa enim, Auctor Etymologici, τὰ δὲ σηκωλὰ ὅτι τοῖς νεκρόις ἐσήκωνται ἤγουν ἱδρύται μετὰ τοῦ ἐκφορᾶναι τοὺς νεκρούς. Postea terrâ humandi ritus cœpit: Et pauperiores quidem in puteos abiciebantur fontesque, teste Varrone *de L.L. l. 4.* & Festo *l. 14.* V. in voce *Puticuli*; Divites verò in domibus suis condebantur, unde Latinum cuniculos. Cùm enim Veteres, parentes vel liberos aut cognatos defoderent ac sepelirent, credula plebs animas defunctorum cultu domestico primùm, ac deinde publico, tanquam auxiliatu ros Deos, devenerari cœpit. Tertull. *de resurr. carnis. Scilicet, quòd apud Majores olim homines in domibus suis sepelliebantur.* V. Servium *ad illud Æn. l. 6.*

Sedibus suis vetor anti quis.

Hinc que factum, ut pro *sepulcro*, *domus* non rarò apud Scriptores reperiatur, V. tres memorem,

Perpetuas, sine, sua, domos, mors, incolit, atra.

Æternoque, levis, possidet, umbra, Laret.

Exin, *nesatore ipso corpora viventium contacta inficerentur, legibus id vetitum*, uti docet Isidorus Hispal. *Etymol. l. 15. cap. 11.* imò, *Ne in urbe quidem mortuos sepeliri aut uri*, voluere LL. XII. Tabb. excepti, quibus virtutis ergò id concessum, uti Cic. *de L.L. l.* 2. docet, ubi de Valerio Publicola & P. Posthumio Tubertio, sermonem facit. Sic C. Fabricius juxta Veliam, in Foro *Sepulchrum* habuit, uti legimus apud Plut. C. Poplicius, sub Capitolio, testa lapide Tiburtino: Claudia familia, sub eod. apud Suetonium: Servius Sulpitius, in campo Esquilino, *Cic. in Philipp.* &c. Quin etiam Imperatores ac Virgines Vestales, in Urbe condebantur Reliquis *Sepulchra* erant, aut privata in agris suis, aut in viis, extra portas, publica, ut inter alia, ex Epitaphiis apparet, quæ semper viatores alloquuntur, & habetur diserte apud JCtos, *i. monumentum* & *l. Prætor. ff. de sepul. vio.* Locum *Sepulchro* designabant vel Augures, vel Pontifices, nisi forte hæreditaria essent. Unde in vet. Lap. P. *Ælius. Fusso, &. Ælius. Berroni. Cæ. hx. vi. xer. ann.* 24. *fed. Publi. ment. to. ante. natus. est. & eadem, hord, fungor. etsi. ambo. mortui. funi. ille. actu. ifia. lanificio. vitam. agebant, nic ex. corum. bonis. plus. in venium. est. quàm. quod. fusficeret. ad. emendum. pyram. & picem. quibus. corpora. cremarentur. & Præfica. conducta. & urna. cuiusa. atque. indulgentia. Pontificum. locus. est.* &c. Hinc que inconsulto Pontifice, cadavera refodere, atque in alium transportare locum, nefas fuit, Plin. jun. *l.* 10. *Epist.* 73. Designato autem *Sepulchri* loco, qui cremandus erat (hoc enim cuique liberum) postquam ad pyram elatus fuisset, digitus ei incidebatur, ad quem servatum justa fierent, quod ne porrò liceret, XII. Tabb. Legg. cautum est: nisi quis militiæ aut peregrè mortuus esset, Corpore dein concremato, cineres & ossa in urna sepulchro inferebantur, ante quod ara constituta erat, quam *aram* Festus appellavit, ubi odores accendebantur: quos ritus eleganter exsequutus est Virgilius *l. 6.* ubi defunctæ Misseni. Ut autem exactius res percipiatur, urnâ, loculus, *Sepulchrum*, probè distinguenda. Georgius Fabricius *in sua Roma cap. 21.* inter alia, inter Futeolos & Astellam, plurima *Sepulchrorum* monumenta, partim quadrata, partim rotunda se vidisse ferebat, inque certeis pulcherrimum *Arcus cœlæ* nomi natum, hoc modo delebit. *Parietes ejus tetragoni, cum laquearí vermiculato: in cujus medio Gentium imago pictura velut ovata. Loculi ultra 60. medii ampli, fortasse Patrorum: Laterales conrabili, Liberorum Libertarumque. In loculis urnæ singulæ plures ve diffisæ fuerunt, clausæ exterius tabellis marmoreis, in quibus nomina defunctorum pro more fuerunt adscripta.* Nempe *Sepulchrum*, idem cum Monumento, generalis fuit *Sensus* omnium ejusdem familiæ, loculi verò seu arcæ singulorum corporum erat que nonnunquam spatium illud muro clausum, quod *monimentum Sepulchri* dicitur, *l. 38. ff. de Religios. & impia. fun.* interdum sola inscriptione sepulchri, de modo agri, qui ad monumentum pertinebat, cavebatur, *Tot pedes in agro. tot pedes in fronte.* Quamvis non raro diversimilia hæc confundantur. Peractis tandem ad *Sepulchrum* justis, convivia domi apparabantur Amicis & Cognatis, Sentibusque. Silicernium dabatur. Quòd si quis peregrè obiisset, cadaver vel cerè oblinebatur, vel melle aut cedria inungebatur, donec dominum referri *Sepulchrique* patrio ac avito reddi posset. V. Joh. Rosinum *Antiqu. Rom. l. 6. cap. ult. cum Paralipomenis Dempsteri.* Apud Athenienses ab ipsis Cecropia temporibus, jus & lex fuit terra humandi. Unde Cic. *de L.L. lib.* 2. Nam & Athenis jam ille mos à Cecrope, ut ajunt, permanst, hæc jus, terrâ humandi, quam cum proximi injecerant, obducta que terra erat, frugibus obsterebatur, ut sinus & gremium quasi matris mortuo ribueretur, solum autem frugibus expiatum, ut vires redderetur. Sed semper extra urbis pomœria, quare Hegias *sepulchra* ellerebantur, quæ ad portas urbis fiebant, Plut. *in Thesco.* Interemptos verò in acie, honoris ergò in Ceramico extra urbem sepeliebant: quod proin *publicum monumentum* dixit Thucydides *l.* 2. V. Pausaniam *in Attic.* ubi eorum sepulchra ârtis bene longâ oratione profequutus est. Neque verò hos tantùm, qui in acie occubuissent; sed & alios, quibus honorem habitum vellent, publicè in Ceramico sepeliebant. Alii verò de populo in agris sepeliebantur. Unde in *Leg.* Τὰς τῶν τεθνηκότων ἐν δήμῳ καὶ δημοσίᾳ κειμένων ἱερεῖν. Extrebantur autem *Sepulchra* (quæ Romanis non dissimilia fuisse, Cyriacus Anconitanus apud Fabricium *l.cit.* tradit, vel ad vias, ut de monumentis in Ceramico, narrat Pausanias: vel in agrorum finibus, ut discimus ex Siculo Flacco *de Condit. Agrorum.* Quòd si quis in hostico peregrè esset mortuus, in Atticam referebatur, ut in avitis monumentis reconderetur, V. iterum Fusan. *lib. cit.* At cùm nimis amplæ ac operosa *Sepulchra* fierent: magnificentiam eorum hac Lege minui placuit, *Ne quis sepulchrum facito operosius, quàm quod decem homines efficerint triduo, neque id opus ultorio exornato, nec Hermas imponito*: quam laudat Cic. *de L.L. lib.* 2. *extremo.* Nimium enim in hoc operosi erant Athenienses; Hermas, quia inter Infernales Deos credebatur ille Animas ad inferos deducere, columnis imponebant: Statuebant quoque columnas, quibus effigies impolitæ mortuorum: Incidebatur etiam nomen, genus, patria, Diogen. Laertius in *Solone*; idque cum elogio, bus & ipsi effigiati & inscripta nomina, Plut. *in Sacr.* At in collibus monumentis imponebant ἀκρωτήρια, pueri hydriam habentis effigies, Demoith. *c. Leochares.* Nec tamen omnibus *Sepulchra* sic exornata erant: nam plebis plana fuere, hinc ἄγραι dicta. Columnarum verò altitudini modum posuit hæc Lege Demetrius Phalereus, *Super terræ tumulum, ne quid statuito, nisi columellam tribus cubitis, ne altiorem ann mensam aut labellum*, apud Cic. *l. cit.* ubi parem Romæ *Sepulcrorum* magnificentiam increbuisse, scribit. Namque cippis similiter inscripta gesta, familia, ætas, vitæ conditio, mortis causa: variisque rerum simulachris exquisitissimæ artis, extus intusque, exornata sunt, ut prolixè percequitur Fabricius laudatus. Cùm verò *Sepulchra* sanctæ religiosaque habrentur adeò, ut & Templorum nomine venirent, natâ inde superstitione, quòd Veteribus cippi seu tumu-

tumuli amicorum pro Templis colerentur, Clem. Alex. *in Protrepico*, Solonis lege pœna constituta est iis, qui *Sepulchra* violar ent: *Ne quis Sepulchra deleat, neve alienum inferat; si quis tymbon, aut monumentum, aut columnam violarit, dejecerit, f egerit*, pœna ello, apud Cic. *loco cit.* Neque tantùm violabantur, si quis ea deleverit, aut columnam fregerit, id etiam si quis vestes, quæ cum mortuo condebantur, furaretur, teste Syncfio *Epist.* 142. Item, si quis alienum intulerit: habebant enim gentes aut familiæ fingula monumenta, Demoft. c. Macrer. & probro vetebatur, Majorum fuorum fepulchro privari, Dinarch. *I. c. Agoft.* Tenta porrò eorum religio fuit, ut inimico ne quidem accedere liceret, uti legimus apud Sophoclem Ajace μισογάφῳ. Imò in genere, *Ἐπ' ἀλλότριον μνημεῖον μὴ βαδίζειν*, quæ lex ingeniosè, *Ne quis ad alienum monumentum accedere, nisi dum ii exequias*, lege Solonis cautum eft, apud Plut. *Solone*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. l. 6. tit. 8.* Apud utramque gentem, Principes aut in montibus, aut ad montium radices, fepeliri confueviffe, docet Iſidorus *Etymol. l. 15. c. 11.* V. quoque Servium *ad Æn. 11.* Aurelium *lib. de orig. Gentis Rom.* Alios, Unde Lucanus *l. 8.*

Et Regum cineres extracta more quiefcant.

Apud Hebræos, ubi cadaver totum atque aromatibus conditum eſſet, (rariùs enim illud urebant) patrio id *Sepulchro* inferebatur; quod ſi quis hæreditarió non acceſſiſſet, ſibi poſterisque omnibus modis procurabat. Forma ejus talis erat: Excavabatur in rupe locus, 6. cubitos longus, 4. largus, in quo octo vel decem (quidam habent 14.) minores cellæ feu loculi & receptacula cadaverum erant: Quæque aliquem tumulo conditum, ſaxum ingens ad oſtium Sphincæ admoliebantur, Matthæi 27. v. 60. Vocabant autem *Sepulchrum* קבר, *Keber*, ab actu ſepeliendi; vel מערה *Meara*, i. *Spelunca*, a figura: Aliàpidem גולל *Golel*, a volvendo. Ditiores, ad aliarum gentium morem, variè exornare *Sepulchra* ſua ſolebant; unde in Evang. *Sepulchra dealbata* legimus: Inſcripto *Sepulchralis* plerumque erat talis: *Sic Anima ejus ligata in Fabrio Eden*, vel *in Ksi laudo ywenium. Amen, Amen, Amen, Selah!* Hodierni Judæi, cum extra Terram ſanctam degant, neminem; Reſurrectionis participem fore credant, qui extra illam ſepultus ſit, neſcio quos ſub terra, cuniculos ſibi comminiſcuntur, per quos ſua cadavera volutari ſine intermiſſione fabulantur, donec in Terram S. perveniant, V. Salomonem Jarchi *in Genef. cap. 47. v. 29.* & Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. l. 6. c. 5.* Tacco Pyramides Ægypti, Mauſoléa Principum Orientis, Turcarum Perſarumque hodierni Moſchææ, aliarum Gentium ambitioſas molæ, de quibus plurimi egere, ut ſupra videre eſt, ubi *de Sepeliendi jure*. Addam paucis, ex Liceto, *coronas, lucernas vel vivas, vel pictas, canes inſ ulptos, Op. de vet. Lucernis paſſim.* Ex Bartholino, *armillas*, & *inaures illatas, lib. de Armill.* & *Inaur.* ex Joſepho, *thefauros & gazas cum cadaveribus reconditas*: ex Magio, *tintinnabula libro de Tintin.* ex Pignorio, *vela, Comm. de Serv.* &c. quæ omnia qui prolixiùs decerni deſiderat, adeat ipſorum Auctores, addatque Kirchmannum *de Funeribus*, Beroldum *Conſt. Diſput. 4. Th.* 44. Beneggerum *in Taciti Germ. Quæſt.* 144. Alios, *Sepulchra* illa, quæ erigi ſolebant in honorem peregre defunctorum, quorum cadavera non erant ad manus, proprié Κενοτάφια Græcis, Latinis *Monumenta* dicta eſſe, vidimus ſupra, ubi de *Cenotaphiis* & *Monumentis*. Infantes, ante dentes natos, non uſſere Veteres, teſte Plinio *lib. 7. c. 16.* proin illorum nulla *buſta*, fed *Suggrundaria* tantùm fuere, quæ quid fuerint, & quomodo à *Sepulchris* diverſa, dicemus infra. Grandiores verò nati, *Sero* obiiſſe integris corporibus condebant, in loco communi vel ante ædes &c. Quam in rem V. Thom. Bartholinum *de Puerp. Vet.* & præter Auctores laudatos, peculiariter de ritu adeundi viſendique ſepulchra charorum, Salmaſium *ad Capitolinum in Marco*: eadem coronandi apio, cæſarie, cincinnis, hyacintho, aliis, Paſchalium *in Coronarium libb.* inſeribendi, Joh. Meurſium *ad Lycophronem*; veſtimentis, inferiis & primitiis fugum colendi, Thucydidem *l. 3.* &c. nec non hic paſſim: uti de *Sepulchri officio Eccleſiaſtico*, in Eccl. Rom. Car. du Freſne in *Gloſſario*.

Sepultura, triplex olim. Quidam enim cremabantur, quidam terrâ obruebantur, nonnulli in lapidei arcis cum melle condebantur: de quibus omnibus ſepelendi modis V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1307. & hic ſupra. Apud Eccleſiæ Romanæ Scriptores *Sepultura* idem quod *Arcium* eſt & *Cæmeterium*, ſic obventiones quæ ſacerdotibus ob ſepulturam contingunt. In eadem, *Sepultura Crucifixi*, dicitur imago & repræſentatio Servi Chriſti, in ædibus ſacris die Paraſceves fieri ſolita: de qua utraque vocis notione V. Car. du Freſne *in Gloſſario*: uti de *Sepultura vet. Chriſtianorum* & *quorundam Hæreticorum*, egregia apud J. C. Suicerum *Thef. Eccl.* voce Ταφή.

S. sequanus, Presbyter Johannis Abbatis Reomenſis diſcipulus, auctor cœnobii ſuit *S. Sequani*, vulgò *Saint Sene*: quod in Lingonum finibus eſt, non procul a fontibus fluminis *Sequanæ* A. quo *S. Sequano* aut à *Sequania*, Araris Dubiſque accolis, dicitum eſſe *Sequanam*, quòd negat Maſſonius: Quaſi verò quis, inquit Valeſius, tam ſtultus & temporum adeò ignarus eſſe poſſet, ut ſibi perſuaderet, flumen Sequanam Jullo Cæſari notum annis circiter 53. ante Chriſti natalem, à S. Sequano, homine Chriſtiano, nomen acceſſiſſe, &c. Antequam autem à conditore ſuo Cœnobium hoc vetus denominaretur, à loco ſicubi vel Segeſtro, in quo ſtructum erat, diſtinctum fuerat prius *Johannſterium Segeſtrense*, vel *Segeſtrum*, vulgò *Seſtre*: ſituque eſt locus cum Monaſterio in agro vel Comit. Magnimontenſi, cui nomen à Magno monte, opp. quondam claro in Lingonibus, S. Sequani patriâ, hodie nil niſi nomen ſervante, *Maimont* vel *Meſmont*, V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* & ſupra in voce *Segeſtrum*.

Sequana Panis, apud Lampridium *in Alex. Severo*, Uſus conſvivii diurnus hic fuit. Vini ad rotum diem ſextarii XXX. panis mundi pondo XXX. *panis ſequentis*, ad donandum pondo I. Nam ſemper de manu ſua miniſtris convivii & panem & partes, aut olerum aut earnis aut legumium dabat: eſt proximus à *primo*, ſeu qui primum ſequitur, *ſecundus* viz. de quo diximus.

Sequentia, apud ſcriptores Eccleſiæ Romanæ eſt canitum exultationis, ſic dictum, *quia pneuma jubili ſequitur*, Durand. *Rit. l. 4. cap. 21.* alias *Proſa*. Harum primus auctor Notkerus Abbas S. Galli; ad Miſſam cantari præcepit Nicolaus Pontif. Eccleſiarum de vita Notkeri Epiſc. Salzburg. *cap. 17. & 18.* Hinc *Sequentiarius*, liber feu codex *Sequentias* continens, apud Eckehardum jun. *de Caſibus S. Galli cap. 4.* V. Car. du Freſne in *Gloſſ.* & Macros Fratres *in Hierolexico*.

Sequeſter, Gr. ὁ Μεσίτης, in Aula Cæſ. dignita ſuit illuſtris imperatorię, ſemper præſens, cujus erat cauſas componere, in quibus maxime auctoritas Imperatoris & Patriarchæ in ubium vocabatur, idque fine litigio. Vide Jeannem Meurſium in *Gloſſario*, Joan. Calparum Suicerum, *Theſ. Eccl.* voce Μεσίτης, & ſupra *Mediatores*.

Sequitur, apud Lampridium in *Commodo*, *Appellatus eſt ſæpe à inter cætera triumphalia nomina, etiam ſexcenties victor, Palatus primus ſequitur*, *num*. Nomen erat in Arena eorum, qui forte victis ſuccebantur & victoribus comparabantur Græce Ἐπάρατοι. Unde πρωτοεπάρατος, *qui primus fors exiit*. Cujusmodi *ſequitorium* ornatură quod utcretur Commodus, πρωτοεπαράτου ἐσθῆτα Dionij, Lampridio *Palus primus ſecutorum*, i. *Primus ſequitur*, appellatus eſt, V. Salmaſium *ad h.*

Sera, Dea *ferenſi*, apud Rom. de qua V. Voſſium *de Idol. l. 2. c. 61.* ut & infra, *ſeſſia*.

Sera, Gr. μοχλὸς, aliàs *clauſtrum*, Gr. κλεῖθρον, vectis eſt, ſeu lignum, quo intranſverſum obdućto fores olim firmabantur. Habebat illa foramen, in quod immiſſus βαλανίδιον, h. e. *ferrum grandis ſpiræ & curvum*, illam januæ ſe committebat, ut niſi ferro hoc extracto removeri ac repelli fera non poſſet, nec janua aperiri; unde foramen illud βαλανίδιον dictum. Ut verò hoc modo obſeratæ januæ referari poſſent, fatis grande foramen ſupra *ſeræ* locum relinquebatur in oſtio, per quod manus transmitti & immiſſo alio ferro oblongo in cavitatem balani, balanus ſirſum trahi, ſicque janua aperiri, poſſet. Quod ferrum propterea βαλανάγρα appellatum eſt, V. ſupra in his vocibus. Munitantur autem *ſera* ſeu ligneo ligamineo vectis primæ ſolum domus annexo, quæ in publicum aperiebantur, & urbium portæ. At interiorum conclavium & cœcorum fores, *peſſuli ferreisque obicibus* muniebantur, uti ſupra vidimus. Plura hanc in rem congeſſit Salmaſius *ad Solinum pag.* 935. & *ſeqq.* A *ſera* hujusmodi, quâ januæ claudebantur, poſtmodum *Serræ* dictæ ſunt, angultiæ montium, aditum in loca vicina occludentes, hinc *Claufuræ* & *Cluſuræ* denique appellatæ, V. infrà in voce *Serra*.

Serapammon, dux quartæ Legionis, ſub Gordiano Imp. apud Jul. Capitolinum.

Serapis, adde: In ejus Templo apud Alexandrinos, ſignum: Solis ex ferro fubtiliſſimo manu Artificis fuerat fabricatum, ut lapis (*magnes*) cujus natura ferrum ad ſe trahere, deſuper in laquearibus fixus, eâm temperaté ſub ipſo radio adlibram ſuſpenderet poſſet ſimulachrum & vi naturali ac ſuperiori ferrum, & aſſurrexiſſe Populo ſimulachrum & in aere pendere videretur. Et ne hoc lapſa propero proderetur, Miniſtri fallaciæ, Surrexit, ajebant, Sol, ut valediceus Serapi decedat ad propria, Ruffi *Hiſtor. Eccl. l. 11. cap. 33.* Hoc confundit Lud. Vives cum ſimulachro ferreo Arſinoes, quod frater ejus ac maritus Ptolomæus Philadelphus, per Dinocratem Architectum, in eadem Urbe, inchoaverat, ut videre eſt apud Plinium *l. 34. c. 14.* Signum enim ſolis, Ruffino memoratum, erat abſolutum; ſimulachrum Arſinoes ſalem decretum: mors enim & Regis & Architecti interceſſit, ne perficeretur. Illud ſuperne ſolum attrahebatur, idque tantùm Sole ſurgente: hoc inter duos magnetes in aere pendere debebat. V. Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. l. 1. c. 31.* ut & ſupra, in voce *Sarapis*. Ipſius *Serapidis* effigies Liceto talis erat: ſtabat vir in ſummo vertice, capitis modium, dextraque tenens lonisum humo illi caulem ſine flore, ſeu veriùs culmum tritici ſine ſpica; cui viro canis blandiebatur, ut in lucerna quadam veteri exhibet Fortun. Licetus *l. 6. c. 15.* Quæ quàm apte in Joſephum Patr. quadrent, videtur. Unde Pierius *Hieregl. l. 3. Animalisque*, inquit,

quit, *Ægyptii, ejus beneficii memores hominis gratiam ita relatam voluisse, ut simulachrum Serapidis, cum modio in capite, hujus rei monumentum esse decreverint.* Modiolum autem illum, in quibus dam *Serapidis* simulachris anfatum, in quibusdam non anfatum, conspici annotavit Goropius. Templa ejus apud Ægyptios olim & Græcos frequentia fuisse, dictimus ex Pausania *Atticis*, *Corinthiacis*, alibi: quorum tamen omnium amplissimum ac celeberrimum Alexandriæ fuit, de quo dictum. Sed & Romæ non pauca, quorum unum, à Caracallo structum, Alexander Sev. exornavit. Lampridius *in eo*, *suum & Serapium decenter ornavit*, *addiis signis & deliciis & omnibus mysticis* &c Atque hactenus qui dem juxta receptam sententiam, Bocharto vero *Serapis* neque idem cum Apide fuit, nec fub ejus fchemate Patr. Jofephus cultus eft. Neque Jofephum pro Deo in Ægypto fuiffe cultum, plane vero eft abfimile, cum eo mortuo Regem alium furrexiffe, *qui cum non noverat*, i. qui, qui ejus ratione habiti à, graviffimam in fratres poiteroique illius tyrannidem exercuit, dicatur Exodi c. 1. *verf.* 8. Nec *Serapidis* cultus apud Ægyptios ita fuit vetuftus. Herodotus certè, qui de Diis Ægyptiis multa fcripfit, de illo ne *γρὶ* quidem habet: nec quifquam alius ante Alexandri tempora. Et pleriique ex Ponto in Ægypium advectum fcribunt, ita protruden te Ptolomæo, cujus ad vectionis hiftoriam prolixè fcribit Tacitus *Hiftor. lib.* 4. Atque ut Scrapidem ficias in locis circa Pontum jam olim fuiffe notum, ne ita quidem opponitur, quod aferibit Polybius *lib.* 4. Hiero oppofitum, ubi Jafonem fama eft XII. Dis facrificaffe. At ejusdem in Ægypto nulla mentio, priusquam ex urbe Pontica Sinope advehertur. Proinde Cypri tyrannus Nicocreon, qui tum vivebat, adventirii Dei novitate perculfus, cum per legatos folierte rogavit, quisnam Deorum haberetur: & fuper hunc Dæmonis ea de reconiulti refponfum legere eft, apud Macrobium *Saturnal lib.* 1. *cap.* 20. Origenes quoque *c. Celfum*, inter Topicos quosdam Deos, quorum cenfum inftituit *lib.* 5. *Nonnegabitis Deum ei*, inquit, *à nobis defignatum*, *nuncupatum Sarapin*. *Nascitur ille non ita pridem* Serapim inter *Deos recenfuerunt* &c. Porro *Serapidis* imaginem, Apidi bovi neutiquam fimilem, hanc dat Macrobius, *Simulacro fignum tricipitis animantis adjungunt*, *quod exprimit medio*, *eodemque maximo capite leonis effigiem. Dextra parte canis cauda exoritur manfueta fpecie blandientis*, *pars vero leva cervicis corpore lupus capite finitur : ea ergo, formata animalibus ordo connectit volumine fua*, *cognita redentate ad Dei dexteram*, *qua confpicitur monstrum*. Neque fatis conftat, quem Deum tam portentosa figurâ defignari voluerint, nonnulli pro Æfculapio, plerique tamen pro Plutone habent, Plut. *in Ifide*, Diodorus, Tacitus, Clemens. Alii: quam in rem V. plura apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. c.* 34. adde Salmafium *ad Vopifcum in Saturnino*, ubi de Numine hoc Alexandriæ tutelari, Ægyptiorum tumulo, varia habet, & de *Serapide colloffeo*, *ex fmaragdo*, Plinium 37. 6. 20. Nec *Serapica vestes*, ad quas Statius fparteoli excitati, Tertull. *Apolog.* V. Cafaubonum *ad Aug. Suet. c.* 130.

Seredimus, vel *Seredignus* vicus, *Sardene*, vicus eft Galliæ, in pago Lemovicenfi, patria Pardulfi, primi Abbatis Monafterii Waracti, quod Lantharius Com. Lemovicenfis, in honorem B. Apoftoli Petri exftruxit. Pardulfus ille, vulgò *Pardoul*, alias *Paraoux* dictus, *nobilibus in hoc vico Senatoribus natus* dicitur, *in vita ejus*. V. Hadr. Valefium *Not. Gall.* in voce *Waractium*.

Severianus, Græcè *σεβηριανὸς*, tiralus Imperatorum, in *Cod.* utroque, Symmacho, Alias, quo de V. notata A. Tiraquel lo *Collectan. de Nobilit.* & Calp. Barthio *Advertar. l.* 143. *c.* 3. adde Sufcerum voce *Pavon*. Nempe *ferenum* & *lucidum*, nubibus & generofum, contrà *obfcurum*, qui de genere fuo partim quod glorians poftit habeat, dixere etiam vett. Poetæ. Unde Statius *Thebaid. lib.* 5. *verf.* 675.

Cui virgum genitor, *& Thoæ*, *& lucidus Evan*,
Sirpis avus.

V. in hac voce.

Severus, Epifc. Mafilienfis circa A.C. 600. confpicitur, à quibusdam adorari imagines, ea Ezechiæ R. zelo accenfus confregit atque abjecit: laudatus hoc nomine à Gregorio I. V. hujus *lib.* 9. *Epift.* 109. & plura hanc in rem, apud Jo. Forbelium *Inftructionum Fafforico-Theologic.* à 7. c. 9.

Sergius, Catilinæ libertus, vel cognatus, & conjurationis focius, quem lacerat & profcindit merito divina illa M. Tullii *Invectiva*, cujus verba funt in ea *Domine fua ad Pontif. Catil. eft Sergius? armiger Catilinæ*, *ftipator tui* (Clodium intelligit) *corporis*, *ftipator fcelerum*, *conciator tabernaculum*, *damnatus injuriarum*, *percuffor*, *lapidator fori depopulator*, *obfeffor Curiæ*. Et tamen non fo lum *Catilinam* fe gaudebat appellari, fed & addebat, *futurum fe Sergium*, Avidius Ca'sius, fi *Dialogifam occidiffet*, *Antonium hoc nomine fignificans*, apud Vulcatium Gallicanum, in *Avidio Caffio*.

C. *Sergius*, Ædilis & Duumvir, filius fuit *C. Sergii*, memoratus in *Infcr.* Dolæ; frater Cn. Sergii itidem Ædilis & Duumviri iuin quenquennios, cujus ibidem mentio: pater L. Sergii Lepidi Ædil. & Ducis legionis XXIX. cui in eadem urbe monumentum Arcus triumphalis fpecie erexit uxor Salvia Poftuma. V. *Inferiptiones* has tres apud Jac. Sponium *Itinerar. Part.* 3. *pag.* 71. & 72.

Servia Scripta, commiffionibus oppofita, apud Suetonium

Auguſto cap. 89. *Compoſi aliquid de ſe*, *niſi de ſerio*, & *à profeſſionibus*, *effendebatur* : *admonebatque Praetores*, *ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri*, V. quoque Plinium *Panegyr.* Sunt autem hic *commiſſiones*, quæ, Græcis δείγεσι, ἐπιδοσεσι vel ἀγῶσι, fiebant vel in loco privato, fc. Auditorio; vel in publico, puta Odeo, Theatro, Amphitheatro, Balliariam aliquâ, vel à trio libertatis &c. V. Cafaubonum *ad Suet. ill.*

Serica Veftis, bombycum opus, in omni Anni tempore, ufum habet. In æftu magno, ob leviratem, accommodatiffima fatetata: in minori, ormefina. Hyeme conducunt felpa & velutina: quorum utrumque ponbere fuo & villis calefacit. Vete & Autumno laudatur rafa, quæ vulgò *velato vicio*. Eft autem vetus *Serici* appellatio, a *Seribus*, pop. Orientis, Boreæ propiore, de quibus V. *fuo loco*. His cum Taprobanitis commercium erat: cæterorum refugiffe cœtum, Plinius *lib.* 6. *cap.* 17. teftatur, & ex hac gente *Sericum* deportabatur in Perfiam, nec veftes *Perficæ* vel *Medicæ*, aliæ intelligendæ, quàm *Ser ic æ*. E Perfia vero, poft devictam ab Alexandro M. Perfiam, in Græciam delatum eft; unde florentibus rebus Romanis, in Imperium Romanum, ubi *ἐσεχον εσο*, *ejusdem cum auro pretii*, fuit. Certè jam de Cæſare tradit Dio *lib.* 43. ludis Theatrum velis *fericis* contexiſſe, cum ait : *Τῶ δὲ ὑφασμῶ χρῶνται βαθεῖαν ἐν τῷ θεάτρῳ*, *ἢ πᾶν σκίαζεται*, *ἢ πρὸς ἀρὰς τὸ πνεῦμα ἢ πάνυ γοιωτικὸν αἰσθάνεται πεποίηται*, *ὥστε μη*, *quo Theatrum Cæſar velavit*, *fuit texturæ ſubtilis genus*, *quod ventum Romanorum mulierum adjuvet*. E quibus patet, verum hoc *Sericum* feu *Holofericum* fuiſſe, non *Subfericum* tantùm, id eſt, telam, in qua ſtamen ex lino, ſubtemen ſericum erat, ut quidam voluere : Niſi candem veſtem modò *Sericam*, modò *Subfericam*, dicas appellatam, ut apud Lampridium in *Alexandro* fieri videtur. Idem Dio *lib.* 59. ubi de Caligula, inquit, *ἢ τὸ ἀσπὶ χλαμύδα σηρικὴν ἐλαφρὰ ὑφανθὲν*, *Chlamydem ſericam purpureo colore indutt.* Et paulo infrà, *Ἀθλια ἢ ὄντως ἐστὶ τὰ τοιαῦτα ἐσθήματα ἐκεῖνά τε πάνθεα τὸ ὑφάσματος*. *Ut plurimum in ſerico veſtitu*, *aut triumphali ornatu*, *in publico*, *perſabatur*. Poſtea ſub Heliogabalo, in promiſcuo uſu, eſſe cœpit, ut obſervavit Lampridius : quo factum, *ut primus Romanorum ſericam veſtem induiſſe*, dicatur Spartianus. Aurelianus tamen apud Vopi cum, *veſtem holoſericam neque in veſtiariis habuit*, *neque alteri tantum dedit* : *Nemo*, *ab eo usque ſua patere*, *ni unico pallio blatteo ſericoque uteretur*, *reſpondit*, *Abſit ni auro ſita pateretur*. Et invehitur in Cæſarem Juvenalis *Sat.* 2.

Aere & inomitus, *libertatisque Magiſter*,
Creticæ, *pulluces*.

Veſtis enim *Serica*, ſicut & *Bombycina* id proprium fuit, ut translucere hominesque nudaret, & proin mulieribus tum in uſu, ac viris minus decora erat : quas vis jam Plinii ætate, qui aliquot annis Juvenalem ſuperabat, Cos veſtis promiſcuè virisjam gestaretur. V. Oſiaw. Ferrarium *de Re Veſtiar. lib.* 2. *c.* 20. Obſtituit verò conſuetudo tam cæte *Sericum* emendi, ut quæ ad tempora Juſtiniani Imp. cui cùm permoleſtum eſſet, ab hoſtibus Perſis illud tanti emi, commode, ut Procopius *in Gothicis lib.* 2. & ex Zonaras narrat, duo Monachi ex India venere, qui indicium facerent Cæſari de vermibus *Sericum* nentibus : nec poſſe quidem vermes eos Conſtantinopolim deferi ; poſſe tamen apportari ova, è quibus vermiculi gignerentur. Remiſit igitur Monachi, qui cùm ea à ſtimomodi attuliſſent, inde profluxit omne id vermium *ſericum Sericum* nentium, quod hodie eſt in Euro; ac neque uſi tum amplius dubium fuit, quin id eſſet bombycum opus, cùm antea admodum anceps ac incerta hac de re ſtuctuaret quæſtio. Quod inter alios prolixè in *Κοσμογρ.* oſtendit Gregorius Piſides Diaconus & Referendarius Conſtantinopolitanus, qui Heraclii Imp. temporibus ac deinceps vixit. Quòd proin Bombycinam ſeu Coam veſtem à *Serica* diſtingui videmus, apud Vett. hinc eſt, quòd fere doctiſſimis quibuspiam ita perſuaſum eſſet, diſparem eſſe *Sericum* originem : quem in errorem impellebantur eo, quòd longè præſtantius eſſet Sericum è Perſia apportatum, quàm bombycinum Coum. Fortè, quia Indici bombycis tenuis ac ſubtilius ſilum erat : craſſius autem vermis Coi. Præterea, ut è Plinio obſervatum Salmaſio, Coi non antè eliquabant ſtamen bombycinum, quàm corrosâ meraxâ evolaſſet papilio. At Seres, integro illo ſtamine, id agebant, intus adhuc morante bombyce, ac necdum in papilionem convento. Quæ omnia, ſi Plinii ætate, viri etiam Cois uterentur, ut dictum, *Serica* ſolo fœminæ. Paulo poſt tamen & hoc viri copere uti. Unde opus fuit, decerni à Senatu anno U. C. 759. ut Tacitus *Annal.* 2. narrat, *Ne veſtis ſerica viros fœdaret.* Nec è vulgo tamen, ſed ſoli Nobiles hac veſte utebantur ; donec ad infimos perventum : quo tempore Coa ſeu Bombycina nobiliori ceſſit. V. Gerh. Joh. Voſſium *de Idololatr. l.* 4. *cap.* 90. Salmaſium *ad Tertull. de Pallio* & *Feſtum*. *voc.* paſtim, inprimis *ad Capitol. in Marco*, ubi Serica & aurata veſte Auguſtas uſas, & *Vopiſcum in Aurel.* ubi Serica ante Heliogabalum de Subſericis, poſt eum de Holoſericis. intelligenda eſſe, contendit : nec non *ad Solinum paſſim*. Sed mireris, *ſericis* quoque uti caleeamentis Imperatores cœpiſſe ; neque enim *φοινικόβαφα* illa *σάνδαλα*, quæ propria erant Imperii inſignia, quæque auro gemmisque infigniter exornata erant, è corio vel viri

aliqua materia fuisse, verosimile est, V. B. Balduinum *de Calceo Antiq.* In *Serico* quoque scripsisse Persas, indicat hoc Symmachi *lib. 4. Epist* 34. *Tu etiam sericis voluminibus, Achæmenio more, insundi literas meas præcipis: quemadmodum idem nominis Communis sinuosa textura famosiſſe ſibid.* & in studiose Indor scripsisse. Philostratus in *Apollonio*, refert: Hodieque Sinensibus, i. ipsis Seribus, mos è serico chartas conficiendi. V. Theophil. Spizelium *de re Liter. Sinensium*. Hoc tempore, *Sericum* magno numero est in Murcia & Sicilia, unde Genuam, *Venetias*, Florentiam, aliaque in loca exportatur; nobilissimum album in Sinis provenit. Armeni è regno Persiæ ingentem *Sericarum* & auro intexturarum mercium copiam in Europam adducunt. Neapoli ac Londini multi sunt prope tibalarii serici. Sericum villosum optimæ notæ Genuæ elaboratur; conficiuntur tamen & Neapoli, Perusiæ & Venetiis, Auctor Anonymus *Hist. v. Orbis Terr. Geogr. ac Civil. cap.* 10. *de Commerciis* §. 13. V. quoque Jo. Baptistam Tavernier *Tr. Gall.* cui tit. *Observations sur le Commerce des Indes Orientales*, ubi duo genera *Serici* in Indis, quorum alterum Lustrini *Cabeça*, Galli *Teste*, alterum isti *Barillo*, hi *Penire*, appellent, occurrere docet, & plura alia circa hujusmodi negotiationem, à Batavis imprimis exercitati solitam, annotat. Adde quæ hîpsa diximus, in vocibus *Bombycinæ Vestes*, *Bombylius*, *Holoſericum* &c.

Sericoblatta, vel *Blattoserica*, in *Cod.* Theodof. l. 18. *de muricleg.* est sericum nema, pur. urâ vel blattâ tinctum, quod & *Sericum* absolute dicebatur. Cujusmodi *pallii blatteo ſerici* ofium cum subpetissime vor Aureliani reſponſi is; *Aiſis ut aurofila penſentur, libra enim auri tunc libra Serici fuit*, Vopiſc. Nem. ex his à Blasmiuus fericiatrices, panni ſericei confecti conſuevere. l. 3. *Cod. ciu. de veſtib. olov. & aur. Nulla ſtamina ſubtexantur tinctæ conchylio, nec eiusdem inſectilibus argento pectine ſolidanda ſita decurrant.* Unde dicimus, & tramam & ſtamen tincta fuisse, priusquam ex his vestes conficrent. Atque hujusmodi sericum, jam in fila deductum & infectum, non rude & simplex, auro contrà earum erat Hinc *Blattiſer* recentior bus Græcis, i. idem pro *nemate ſerico blatteo*; & longe falluntur, qui vocem eam in his Authoribus *blattam* interpretantur, cum panno ſericeo ex ſeplos decerent. V. Salmaſium ad *Vopiſcum a.l.* & ſupra in voce *Blatteſericum*. Et quidem Opifices ſericæ veſtis ante Juſtinianum in Beryto & Tyro Phœnices urb bus fuere, atque inde per reliquum orbem Romanum id mercimonium venum exportarunt. Texebant autem illi eas ex ſerico nemate, à Seribus ad Perſas allato: manſitque ſericei prætium præſatum, usque ad Juſtinianum. Quo regnante demum allati per Monachos ex ultima India vermium ſeminibus, id genus propagarum eſt, & exinde ſericea texi cœpit in Europa Rom. præſertim Orientali ac Byzantino, Procop. in *Gothicis lib.* 2. pretio non parum remittente. Cùm verò quodam tempore Inſtitores Sericæ veſtis, qui Cp. li, & in aliis Rom. Imperii urbibus degebant, ſerici annonam incendere voluiſſent, edicto ſanxit Juſtinianus, ne *Seriei* libra pluris quàm octo aureis væniret. Quo pacto, ceſſante Sericæ veſtis inſtitutâ, nemine volente eo pretio indicare, tota illarum conficiendarum rati- & cura mandata eſt Præpoſito Thelauorum, qui ubi ſe habere opifices texendæ tingendæque materiæ. Hic, contentis artificibus majori pretio vendere prohibitis quàm lege præceptum erat, longè cariùs ipſe per ſuos divendebat, ſicque ſerici annona ad antiquum ſuum pretium rediit, & eodem pretio ſub Juſtiniano diſtrahi cœpit, quo Aureliani tempore pendebatur &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 988.

Sericum Avium, ſeculis ſequioribus dici cœpit, quod *interioribus lanam* vocavit Martialis, *lib.* 14. *Epigr.* 146.

Laſſus Amycleæ poteris requieſcere plumâ,
Interior cygni quam tibi lana dabit.

Sic Monachus Sangall. *de Rebus Caroli M lib.* 2. *cap.* 27. *Venetiis de transmarinis partibus omnes Orientalium divitias advehi ſolent, Phœnicum pellibus* avium ſerico *circumdatis*. Cujus generis cygneæ exſuviæ in Batavia hodie celebres. Barthius *ad Statium lib.* 1 *Sylv.* 2. *verſu* 59. V. ſupra, ubi de *Pulvillis plumeis*.

Sericus Oceanus, idem cum Oceano Orientali ſeu Mari Eoo, quod vide, nec non modo laudatum Auctorem *de l. pag.* 996. & ſeqq.

Seriſ, Arabicè Nobilem notat ſeu virum illuſtrem, unde Turcæ aliique Mahumedani tuos Principes ſeu Sultanos hoc nomine compellant. Jo. Zonaras *Tom.* 3. *Annal.* ubi de Conſtantino Monomacho, *Seriphum* Turcis eſſe dicit, quod Syncellus Græcis fuerit: τὸν γὰρ ὁ Σάρακηνὸς Ἀβὴ Πετρίτσης Σαιὴφ ἐπὶ τῷ ἀσκοίτῳ τόπον ἀλληγορῶν, ὅπερ καὶ ὁ Συγκέλλιος, τὸν Χαλιφὰν φάσκει· τὸν γὰρ Ἀσθενῆ διδάσκει, *Nam ut Syncellus, deſunctis Patriarcha, in vita locum ſubſtituebatur ita & Scriphes, mortuo Chalipha, ſubſtituebatur.* Hinc itaque Principes ille, cujus imperio Mecca Mutulmanis ſedes paret, à ſuis, cum e familia Propheræ ſui oriundum eſſe perſuaſis, *Seriſ* vocatur, teſte Leunclavio *Hiſtor. Muſulm. lib.* 17. Et quia Turcarum Imp. ſe pro ejusdem Mahometis legitimo hærede agnoſci vult, *Seriſ* à ſuis ſalutatur, uſitatisque eſt acclamatio. *Alla Seruno Seriſ*, i. Deus ſervet Seniſem! Sed & *Seriſis* ſeu *Seriffis* Africæ, de quibus ſupra, eandem nomenclationem ſibi vindicarunt, ut legitimos Principes & Pseudoprophetæ veros hæredes ſe eſſe, hoc pacto teſtarentur, V. de iis Jo. Forbeſium *Inſtruction. Hiſtorico Theologic. lib. IV. cap.* 15. §. 21. & cap. 23. §. 2.

Serilho, ſeu *Serulio*, apud Patavinum in *Nitaria*,
Nec ulla ſubjunt cubilia compagem alvi
Sed ſuna lino & ſparteis ſerulibus:

ſunt σπυρίδια τινα, apud Homerum. Funiculi vice, è lino vel canabe, quibus ſubdantur naves, vel *ſparto* Hiſpanico, ut hîc, cujus copiam jam tum habuere Romani. Uti enim *ſerere* Latinis utrumque ſignificat, & texere femen mandare, & texere aliquid vel inter ſe nectere, ſic σπυρίον Græcis. V. infrà in voce *Serea*, item *Spartum*, & plura hanc in rem apud Salmaſ. *ad Solin. pag.* 165.

Serimalia ſeu *Serimalia*, genus bellicæ ſpeciei, apud Ottonem Morenam in *Hiſtor. rer. Laudenſ.*

Seriphes, V. ſupra *Seriſ*.

Sermologus, Liber Eccl. eſt in Communione Rom. continens *Sermones*, à Papis aliisque viris ſanctitatis opinione clariſ compoſitus, qui legi ſolet in Feſtis Conſeſſ. rum, à Natali usque ad Octavas Epiphaniæ, in Purificatione B. Mariæ, in Feſto omnium Sanctor. Beatus *cap.* 56. Fuere autem olim illi numeroſi *Sermones* ad populum fideles frequentes, ut ex Patrum tum Græcorum, tum Latinorum, hodiè ſuperſtitibus liquet, donec hoc Gregorio M. ac ſucceſſoribus ejus, Caroli M. tempore, rarefcere cœperunt: prætereà denuò in cerebriorem uſum revocati Et quidem in Africanis Eccleſiis, Antiſtites ſtantes ſi-nti plebi verba facere conſueviſſe, contrà quàm in Eccleſiis transmarinis, *ubi non ſolum Antiſtites ſedentes loquebantur, ad populum, ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacebant, ne quisquam ſuperior ſtando laſſatus à ſalutatorum intemperantia ex-ire tur.* Augustinus *Epiſtolam* 217. *ad Honoratum de Catechiz. rudibus cap.* 13. Unde & poſtmodum idem inſtitutus, qui ſtare non poterant, ſedere juſſit, *Homil.* 26. V. quoque ſupra, in voce *Homilia*: uti de *Sermone* in genere, Voſſium de *Idolol. lib.* 3. *cap.* 44 88 & hîc paſim.

Serpens, calidiſſimum animal, *inter beſtias agri*, Geneſ. *cap.* 3. *verſ.* 1. hon inique ante lapſum gratiſſimum, ob peculiarem hunc prudentiæ characterem, quo non ratione, ſed eclermo ſpirituum ac membrorum, ad hæc uſque obſcura, motu cobabat; mox Satanæ nomini felicitatem ſuam invidenti in fraudem placet, qui ſub ejus exuviis latens Evæ perſuaſit, ut de fructu vetito ederet. Unde humani generis ortu ſtrages, maledictio etiam *ſerpenti*, ut pote ſeductionis inſtrumento, inflicta, & odium inter illum hominemque ſancitum, Geneſ. *cap* 3. *verſ* 15. cujus ratione ſcripſit Hyperides *c. Demad. τὸν ὄφιν ὑπεῖλεν αὐτὸς πάντων, ſerpentes odio dignos eſſe omnes.* Et Theocritus *Idyll* 15.

Ἐκ πάντων ὄφιες ὅσσα τὰ μάλιστα δύσκωφ.
A cunctis ſola horrori miſis frigidus anguis.

Maledictionis ſumma, *Super ventrem tuum ibis*, & *pulverem comedes*, *cap. cit. verſu* 14. Nempe ſerpebat quidem & antea in ventrem hoc animal, nec quicquam Deus in ejus natura mutavit poſt lapſum: ſed quod erat natura, ceſſit in pœnam, ut in homine nudi tas, in mulierepartus. Sic & pulvis ei in cibum aſſignatus, quia licèt ſit in *πανδέκτης* nam & carnem eduut ſerpentes & herbam, ſunique *λοχισμὸν ἔχων, cupedia dedili præ cæteris animalibus* Arist. *Hiſtor. l.* 8. 4. tamen eum humi repat, non poteſt quin pulverem in os cum cibis aliis ſimul ingerat. Hinc ira, abominanda meritò Genilium cum ſerpentino genere familiaritas, quibus hoc vatic nandi peritiam inſpirare creditum, uti legimus apud Homeri Scholiaſtem *Il.* 2. Unde & vatum antiquiſſimus Ophion dictus eſt, apud Nonnum *Dionyſiac. l.* 4. & augurior. um præſidem Deum Græci vett. *ſerpentis* formâ co untre, uti diximus ubi de *Pythone*. Ulteriùs Incantatores & Magi proceſſerunt, quibus cum *ſerpentibus* imprimis commercium fuit, carminibus hominum ideo metus obtoxuis, quibus alia & aliud genus animarum, ut hoc eſſet augmentum, ipſimet homines eam à Diabolo fuiſſe per ſerpentem ſeductum, Auguſtin. *lib.* 2 de *Gen. ad lit. cap.* 28. Quo factio. genere eam integri po; uſi infames olim hodieque fuere, Ægyptii, Indi, Marſi. Melindenſes. Nigritæ, Peruani, Pſylli, Ahi. Quorum quidam ſolâ manu & tactu faſcinant: ab aliis oribus deſcriptus, medicamina adhibita, & barbara verba, loca ſulphure & igne luſtrata, lamine, lapides, ligna peregrina, figuræ Talismanicæ, imprimis vero Carmina & luſtri qua de re lupra quæ dam diximus, in voce *Aſpis ſurda*, item ubi de *Carmibus* & verbo *Recanere*. Major adhuc impietas eorum, quibus *Serpens*, pro Numine cultus, olim hodiesque. Certè apudesab Ægyptiis *τιμώμενος ἰχνεύων, rebonmuter colit*, tradidit Phylarchus *Hiſt. l.* 12. & ex eo Ælianus *de Anim. l.* 17. *c.* 5. Ac primùm quidem *Serpens* commendabant Gentibus, ut Numinis ſymbolum, quo modo Indis cultum fuiſſe, docet Max. Tyrius *Diſſertat.* 38. Mox, qui cultus prudentioribus ſymbolicus, is ſimplicibus ac rudibus proprius eſſe cœpit; quod eo gravius Diabolo fuit, quò hoc inſtrumento ſedè adeò primis illuſerat Parentibus. Unde & primo impoſtoreillo cultum hunc ad Gentes promanaſſe, conjicit Antoni. Thyſius *Notis in Gellium l.* 7. *c.* 1. Certè in antiquis Græcorum myſteriis aclamatum legimus Εὐοι, & ſimul *Serpentem* monſtratum. V. de *Serpentibus*, in thiaſis cœterosque feſtivitati Bacchi apparatu, C. Palchalium *Coronar lib.* 1. *c.* 17. &c. Eadem religio Phœnicibus,

& Ro-

& Romanis, uti legimus apud Hefychium, Clem. *in Protrept.* Plat. *Alexandro*, & Chalcidium in *Timæum*. Quod & ſeq. ævo duraſſe, apud Boruſſos, Eraſm. Stella *de Antiqq. Boruſſ. lib. 1.* apud Samogithos, Sigismundus L. B. ab Herberſtein, *Comm. rer. Moſcovit.* apud Lithuanos, Idem *paulo poſt*, & Alex. Guagninus *in Sarmatia ſua Europ.* tradunt. Imò, *in prov. Calcanio ſerpentes vaſtiſſimo eſſe capite, porcâ maximi magnitudine, & pro Numine à Regecoli*, luo tempore, ſcribit Jul. Cæſ. Scaliger *Hiſtor. Animal. lib. 3. cap. 18. fol. 123.* V. Gerb. Joh. Voſſium *de Idolol. l. 4. cap. 63.* Hodiéque Peruanos colere ſolem, eamque effingere ſoleæ cum duobus à latere *ſerpentibus*, divinitatis ſymbolo, tradunt Indicarum rerum Scriptores, apud eundem Voſſium *lib. 3. cap. 13.* Apud Theſpios, quotannis adoleſcentem ſorte ductum, *Serpenti* ingentis magnitudinis, immolatum ſuiſſe, diximus in voce *Sanies*: quemadmodum de *Serpente* ſub lecto mortituri abſconſito, ſed ante tempus profiliente, ſicque Divinitatis opinionem importune refellente, lepidam habes hiſtoriam, in voce *Heraclides*. Nec quicquam vulgatius, quàm pro Geniis locorum ſerpentes olim habitos, quam in rem videndus Meurſius *extr. in Lycophronem Commentarjo*. Quò ſacit idololatrarum in ipſo Iſraële furor, qui *ſub omni arbore frondoſa* (de quo ſuprà in voce *Æneas*) à Moſe in deſertu, divino monitu, erectum, proceſſu temporis divinis honoribus afficere non dubitarunt, juſſu hinc Ezechiæ R. contuſum, ſi extremis temporibus, inter ipſos met Chriſtianos, iterum à nonnullis in cultum erectum, ut videre eſt in voce *Ophite*. Excuſatiores Romani, apud quos ſerpentes legimus, parricidio puniendo adhibitos, & unà cum parricidis culeo incluſos fuiſſe: Ita enim Juvenalis *ad ver. 212. Sat. 8. Parricidis in culeo clauſis, ad pœnam bimia & ſerpentes jungi ſolebant.* Cùm prius ſolus parricida in culeum inſueretur. V. quod de C. Villio ſcriptum reliquit Plutarchus, cui adde Liv. *Dec. 5. lib. 8.* Val. Maximum *lib. 1. cap. 1.* & Senecam *lib. 5. Controv. 4. in fine.* Poſt *Serpentem* verò demum ſimia, poſt ſimiam, canis quoque & gallinaceus additi, qua de re V. Thom. Dempſterum in *Paralipom. ad Roſinum lib. 8. cap. 28.* & ſuprà *ſub voc.* Annibal item, qui iis contra hoſtes uſus eſt, apud Corn. Nepotem, in *Vita* ejus. Quem malè æmulatus Heliogabalus, *ſerpentes per Matronarum genita Sacerdotes colleſſit ſertum: eorque ſubito ante lucem, ne ſolet populus ad ludos celebres convenire, effudiſſe, multoque afflictos morſu & fuga*, apud Lampridium &c. Cœterùm *de Serpentium naturâ & ſpecibus*, & peculiariter de *corum capite, longè pauciſſima parte, de eorum latibulis, lingua biſulca, prudentia, veneno, de quorundam gemino aculeo, in ore & cauda, de populis urbibuſq; à quibus hic animal infeſtum, &c.* itaque huc pertinentibus, V. præ aliis Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. de Serpentique paſtim*, inprimis *Part. prior. Lib. 1. cap. 4.* & *Part. poſter. lib. 11. cap. 6.* Adde, Plinium, Geſnerum, Aldrovandum, Auctorem Anon. *Sine & Eor. cap. 39.* Alios. Non omittendum tamen adversùs unum Serpentem, bello primo Punico, Attilium Regulum Conſulem, in Africa, caſtris apud Bagradam ſuis poſitis, proeſſum grande atque acre feciſſe, cumque magna totius exercitûs conflictione, balliſtis atque catapultis à diu oppugnaſſe: interfeciſſi tandem eorum longum pedes 120. Romam miſiſſe, quod refert A. Gellius *lib. 6. cap. 3.* De eodem Val. Maximus, *in Africa*, inquit, apud Bagradæ flumen, tantæ magnitudinis anguis fuit, ut Attilii Reguli exercitum uſu armis prohiberet, multisque militibus ingenti ore correptis, complusibus caudæ voluminibus eliſis, cùm telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitus, illicum crebris & ponderoſis verberibus procubuit, omnibusque coluber, & legionibus ipsâ Carthagine viſus eſt terribilior. Atque etiam truncæ ſuo gurgitibus imbutis, corporisque jactentis peſtifero afflatu, victima regione pollutâ, Romana inde ſubraſſe, legas apud Liv. *Epit. lib. 18.* Plinium *lib. 8. cap. 14.* Orosium *lib. 4. cap. 8.* Silium Italicum *lib. 6.&c.* De *Serpente* verò in lucerna *Mineryæ*, V. Forturium Lucetum *de Lucernis lib. 6. cap. 21.* Superadde quæ dicta hic paſſim, inprimis in voce *Anguis*; ſicut & *modo dicurandi ſerpentes*, V. Caſaubonum ad *Tiber. Suet. c. 72. &c.*

Serpentum in S. Scriptura hæ ſpecies memorantur.

a. Acontias ſeu Jaculus, Eſa. *cap. 34. verſu 15.* Hebr. קפוז *Kippoz.* *ζ.* Aſpis, Pſalm. 140. *verſu 4.* Hebr. עכשוב *Achſub.* Et Eſa. *cap. 11. verſ. 8.* Hebr. פתן *Pethen.* *γ.* Cenchrines, Jobi *cap. 38. verſu 39.* Hebr. כפיר *Chephir.* *δ.* Cerastes, Geneſ. *cap. 49. verſu 17.* Hebr. שפיפן *Sephiphon.* *ε.* Dipſas, Pſalm. 91. *v. 13* Hebr. שרר *Sachal*: quo tamen nomine ammodytes, aſpis, cherſydrus, draco, dryinus, hæmorrhous, aliique ſerpentes nigri, aut nigris maculis inprimis unus aliquis inprimis niger (aſpidis forte genus) intelligi poteſt. *ζ.* Draco, Exodi *cap. 7. verſu 9.* Hebr. תנין *Thannim*: quæ vox pro *ſerpente* quovis nonnunquam ſumitur, ut hic, aliàs *draconem* propriè notat. *η.* Hæmorrhous, Geneſ. *cap 49. ver. 17.* Hebr. שפיפן *Sephiphon*: nam-

Tom. II.

que & hæc vox eum indigitat, docet Bochartus. *θ.* Hydrus ſeu Cherſydrus, Num. *cap. 21. verſ. 9.* Hebr. שרף *Saraph*: à quo genere Iſraëlitæ morſi, ænei ſerpentis aſpectu ſanati ſunt. *ι.* Reguli ſeu Baſiliſcus, Proverb. *cap. 23. verſu 32.* Hebr. צפע *Tſepha*, vel צפעוני *Tſiphoni*. Latinè *Sibilus* quoque. Atque hic, præcipuè Regis ſymbolum fuit, quamvis alias in genere *ſerpens* ſuprememæ dignitatis apud Vett. hieroglyphicum eſſet. *κ.* Striduli & Sordi ſerpentes, quales aſpides, baſiliſci, ceraſtæ, cherſydri &c. habiti. V. ſuprà *Aſpis ſurda*. *λ.* Vipera, Jobi *cap. 20. verſu 16.* & Eſaiæ *cap. 30. verſu 6.* Hebr. אפעה *Ephe*: cujusmodi ſerpentem Paulî Apoſtoli manui à vipera adhærentem, legimus Actorum *cap. 28. verſu 3.* V. de his omnibus præter citatos Bochartum *Hierozoic. Part. poſter. Lib. III. toto*, quod *de Serpentibus* eſt, nec non hic paſſim, de aliis verò *Serpentum* ſpeciebus Voſſium ubi ſuprà.

Serpillum, inter coronamenta Vett. receptum, ut flos ventus ac violæ ſocius & roſis. Theocritus *Eid. 18.*

Τὰν ἰὼν τὰ βρόδινα, καὶ ἁ σελάνιον᾽ ἐνέπνευ
Ἔρπυλλον᾽ κάτω τοῖς Ἑλένιοισιν ἐόντα.

Quorum priori violis, poſteriori roſis illud jungens *Muſæ ſacrum* fuiſſe addit. Nomen ei παρὰ τὸ ἕρπειν, *à rependo*: floret enim hederæ inſtar & aliis floribus, cos quodammodo de paſcens, circumvolvitur. Quam ob rem à Theophraſto collocatur inter plantas ὑμενώδεις, πολυγνίδι δὲ καὶ καψώδεις, *animoſas, multiſidas & implicitas*: ψιλαῖσιν verò, *i. vitæ amans*, Nicandro dicitur *in Alexiph.* quòd ſemper floret nec ſolia unquam perdit. Ejus duo genera faciunt, unum domeſticum, alterum agreſte &c. Cœterùm, ut aliis demat id, quod infuave eſt, his Virgilius ſociat *ſerpyllum*, *Ecl. 2.*

Allia, ſerpyllumq; herbas contundit olentes &c.

Car. Paſchalius *Coronar. lib. 3. cap. 17.* V. quoque Plinium *libro 20. cap. 22.*

Serra, inventum Dædali, Plin. *lib. 7. cap. 56.* occaſione *ferræ* ex herbæ, quæ *chamædrys* aliàs, item *triſſago*, dicitur, Idem *lib. 24. cap. 15.* An *ferræ* piſcis, qui *ſerratus* ciſtibus habet, & ſubternatans navem ſecat, telle Iſidoro *Originum lib. 11. cap. 6.* non ſolùm ne Geſnerus intelligit ſcolopacem piſcem prælongo roſtro, radium versùs caudam habentem longum, durum, præacutum, alterâ parte denticulis *ſerratum*, V. Bochartum *Hierozoici Partæ poſter. lib. VI. cap. 15.* Præter vulgarem uſum, in ſupplicits adhibita legitur, ut videre eſt de Eſaja Propheta, in voce *Iſaias*. V. quoque ſuprà *Sectio*. Ab eadem nonnulli *Serras*, ſectionis ævi Scriptoribus dictas volunt montium angulſias, quòd *ſerræ* veluti diſſecti ſint; cujusmodi montem *ſiſſum*, *id eſt, ſectum*, vocat vetus Agrimenſor *de Limit.* Unde vox pro monte ipſo vel colle uſurpari cœpit; quâ notione etiamnum *Serras* Hiſpani dicunt: Forteſſe. ait Salmaſius, quòd malè redditerint ex Græco Πρίων, quod *monem* ſimul, & *ſerram*, denotat, V. eum *ad Solinum*, & in *Nomenclatore Lexici*, voce *Sierra*.

Serracum, apud Juvenalem, ——— *coriaceus*,

Serraco *veniente abies* ———

idem cum Sarraco eſt, quod vide. Aliud eſt *ſarracum*, apud Horatium, cophinus viz. in quo τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀναφερόμενα, *ſupellex Ruſticorum*, Poll.

Serrana Tibiæ, apud Donatum, *Dextræ autem & Lydiæ ſua gravitate ſerranam comœdiæ diſſonam pronuntiabant: Sinuſus & Serranæ acumini ſervitæ jocum in comœdia oſtendebant*: Tyriæ ſunt, nec à ſerræ ſtridore, ut Turnebo viſum, dictæ. Nota enim *Serrana* ſeu *Sarrana purpura*, de qua voce V. in *Sarra*: plura verò hanc in rem apud Salmaſium ad *Solinum* pag. 124. & infrà ubi de *Tibiis* &c.

Serrati Bigatique nummi, memorantur Tacito in *German.* cùm ait, *Germani pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos Bigatosq.* E quibus, quid *Bigati* ſint, notum; nummi viz. bigis, id eſt, duobus equis curruì junctis, notati: Quemadmodum *Quadrigati* dicti ſunt, quorum ſignum quadriga fuit, ut videre eſt apud Livium *lib. 33. cap. 15. lib. 35. cap. 8.* &c. alioſque rerum Romanarum Scriptores. De *Serratis* verò ambigitur. Et quidem Abr. Althamerus *Comm. ad h.l.* uti *Bigatos* à bigâ, ſic *Serratos*, à *ſerra* impreſſa, denominatos eſſe vult: Sed cùm Bigatos quidem pluries videre detur; qui ſerræ verò formam impreſſam aut incuſam nemo viderit, inventus ſit nemo, ſtat ſententia non poteſt. Placet itaque Beneggero *in Taciti Germ. quæſt. 19.* ideo nummos quosdam *Serratos* ſuiſſe appellatos, quòd eorum ambitus dentatus atque aſper eſſet, in modum ſerræ, quæ probæ monetæ fuerit nota, unde colligunt, *Serratos* Gallicos nummis longo uſu aut refectione nihil periſſe. Cujusmodi nummos, ex Antiquitate ſuperſtites, etiamnum apud Antiquitatis nummariæ cultores paſſim reperias. Unde obiter notare licet Romanorum, hac etiam parte Majeſtatis retinendiſſimorum, circa rem nummariam, ſolertiam ac ſollicitudinem laudatiſſimam: in qua cùm ſequenti ætate remiſſius ageretur, nullibi niſi in regio ſuo Palatio, monetam cudi juſſit Carolus Magnus Imperator, exemplo vett. Romanorum, qui, licèt in amplisſimo Imperio, nullum tamen aliud Ἀγορανομεῖον ſeu Mone-

tariam officinam, quàm Romæ in Junonis Monetalis templo, habebant, ut eo facilius monetæ adulteratoribus occurreretur. V. Eundem *ibid.*

Serta, æ, Græcè στέμματα, V. suprà passim, præsertim in voce *Cornix*. Aliàs *Serta*, *orum*, coronæ ex floribus, à *serie*, vel *serendo*: aliter *Servia* quoque. Proprie autem fit diebantur coronæ è ramis floribusque textæ, velut *inserta* seu consertæ & implexæ: post modum ad omne coronarum genus denotandum nox adhibita est, uti pluribus docet Car. Pa chalius *Coronarum lib.* 1. *cap.* 12. Imò & de floribus nonnunquam occurrit, è quibus corollæ texuntur, ut apud Virgilium *Æneid. lib.* 1.

Thure calent aræ sertisque recentibus halant.

Sed *fertum* proprie *solutos* opponitur. Apuleius *Metam. lib.* 10. *Efine gratia gratissimæ, inde hora pulcherrimæ, quæ, sociatis floribus* serti *& solutis, Deam suam propitiantes, festissimum construxerunt chorum.* Et Statius *Thebaid. lib.* 10. *versu* 782. ubi de Menœcei funere,

—— *hi* sertis, *hi veris honore soluto*
Accumulant artus, patriæque in sede reponunt.

Ubi & *sertis & solutis* tosis parùm ejus sunus ait, more aliis notatissimo. Sic idem *lib.* 6. *Sylv.*

Illustrem q. animam lethæis spargite sertis.

Quod obtinet etiamnum, in virginum præcipuè utriusque sexus exequiis. V. Caspar. Barthium *Animadversion. ad Statium cit. Thebaid. loc.*

Servare, Augurum verbum. Cic. de Divin. *lib.* 2. *Jam verò de cælo servare non ipsos cenſeo ſolitos, qui auſpicabantur, nunc impetrare pullario.* Arnobius *lib.* 2. *Servatis de cælo, aut oſcinis ſalacitis obnuntiationibus actiones.* Pro quo *inservare* dixit Statius *Thebaid. lib.* 6. *versu* 932. & *lib.* 8. *versu* 194. ad quæ loca V. Lactatium, ut & Casp. Barthium *Animadversion. Part* 3. *pag.* 630. & 816. Hinc *servata*, i. observata, *avis*, apud Ovidium *Triſtium lib.* 1. *Eleg.* 8 & *servator cæli*. Astrologus, Lucano *lib.* 1.

Et *dextræ volucres* Augur *servare* ſiniſtras,
Nec cælum *servare* licet ——

Et *lib.* 8.

Doctus ad hæc fatur tacitis Servator *Olympi*,
Signifero quæcunque ſtellum *labentia cælo* &c.

Servator, appellatio gloriosissima etiam Romanis moribus. Hanc sic circumscribit Statius *Thebaid. l.* 5. *v.* 20.

Ausonen ò quicunq, te, ait, cui gloria tanta
Venimus innumera ſatum *debere cohortes:*
Quem non ipſe Deum Sator aſpernetur honorem.

Et certè *Servatoris Jovis* delubra, & *Servatoris Bacchi* ara, Græcique cultui facta, memorantur Pausaniæ. Æschylus *Agamemone*,

—— —— τὸ κοῖλα χθονὸς
Ἅδου, τυφὸν Σαλπιγ& ὑπνώσας χάλκου.

Peculiariter Medicis titulus datur, ab illorum nim. Numine, Æsculapio, ut videre est apud Saxonem Grammt. *lib.* 3. & 4 &c. V. quæ notavit, *Salvatoris* vocem ubi Christiano afferens Claud. Dausqueius *ad Hoſtilium Silenc. Orat. XI.* Barthium *ad Statium d.* & infrà in voce *Suer.*

Servi, vetustum nomen, & à Noahi usque temporibus deductum, sacra Biblia testantur, Genes. *cap.* 9. *vers* 21. *Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit, fratribus ſuis.* Quod expressit elegantèr Alcimus Avitus *lib.* 4.

—— —— *Primum inde repertum*
Servitii nomen: cunctis nam femine ab uno
Prodimus, Parentique omnis ſibi vendicat unum
Pulſoritas: utque ingenuo mala crimina ſervum
Effraunt.

Et hoc ab ipso Noacho totum effluxisse, ut canit Alcimus, argumento est celebris deinceps facta mentio *Servorum*, ut in illa Abrahami fubitaria domesticarum copiarii recensione, ad fratrem è captivitate eximendum: Genes. *cap* 14. *vers*14. in præcipuo Circumcisionis, Genes. *cap.* 17. *ver*/ 23 & *alibi*, ubi ancillarum, verarum, emptitiorum que memoria extat. Ita quidem Pignorius: Sed meritò altiùs arcessenda *Servorum* origo, quò & Alcimus noo manu ducit, cùm ex ipso Protoplastarum lapsu hujus status primordia derivat. Quo cùm Natura humani generis corrupta fit, plurimos *nata ſervitutis mancipia*, cum Tacito in *Agric. cap.* 31. §. 4. jure dicas, qui cùm, ob defectum prudentiæ, nec sibi ipsis utilia prospicere, nec alios rectè posſint gubernare, ob vires tamen corporis, laboribus ferendis aliorumque mandatis expediendis, sunt idonei. Ad nomen quod attinet, ex eo *Servi* appellati sunt, *quòd Imperatores captivos vendere & per hoc ſervare, nec occidere, ſolent, l.* 4. *ff. de Statu hom.* Iidem *Mancipia*, quòd *ab hoſtibus manu capiuntur, ibid.* Quam etymi vim latiore aliquanto verborum ambitu circumscripit nescio quis, *Epitom. juris Civ. ex edit. Pariſ.* 1599. *qui in hoſtibus captis & in ſervitutem redactis, ſcribit eſſe obſervatum, quod nulle erat ac benignum. Est enim ſervari & non occidi benignitatis eſſe, ſervire utilitatis, occidi neutrius.* Sic Latini, alii alia, quæ brevitatis causâ transfilemus. Captivitas sanè non novitium inventum fuit: utpote, quæ ab ipso usque Nimrodo fluxisse videtur: Quæ enim de *venatione* ejus habentur Genes. *cap.* 10. *vers.* 9. interpretatur *de oppreſſione ac captivitate*, Augustinus *de Civ. D. lib.* 16. *cap.* 4. Et hos profectò non dedecebat Idololatriæ repertorem ac Politicorum patrem Justinus tamen & Orosius Nino tribuunt, qui cùm bella finitimis primus intulisset, Semiramisque uxor primùm metalla invenisset, captivis suis eorum tractationem mandasse, scribitur Suidæ. Duplici autem jure aliquis *Servus* fiebat, Civili, *quando major* 20. *annis pretii participandi causa ſe venire patiebatur*, l.5. *de ſtatu hom.* & Gentium, *quando ab hoſtibus quis capiebatur, aut ex amilla naſcebatur.* Domination enim de jure Gentium introducta est, inquit JC. l. 64. *ff. de condict. indeb.* quod & Lactantio placuisse videtur ad *lib.* 5. *Stat. Nè triſtes Domini, urbanæ, inimica reviſam*
Eurydicen.

Naturâ verò fervum esse quempiam cùm dicitur, cum granosalis id accipiendum est. Juris civilis capita ampliavit maximus Imp. Constantinus l. 2. *Cod. de Liberi & eorum liberis*, quam sanciv it, libertos homines ingratos recidere in servitutem, quam evasissent, Claudium apud Sueton. *cap.* 25. imitatus; quod & Nerone imperante agitatum est, refle Tacito *Annal. l.* 13. Imò & in Patriam ingrati, qui olim militiam detrectabant, ad dilectum non respondentes ut pro litores libertatis, in *Servitutem* redigebantur, l. 4. *de re judic* Et horum ductatiorum alii quidem, ut vidimus, culpæ & noxæ immutanda sunt; al a egestati & pietati. Constituit enim idem Conflantinus *leg.* 2. *Cod. de Patribus qui*, licere patribus, filios inopiæ causâ distrahere; jure nim, antiquissimæ à Romulo invectæ patriæ potestatis, cujus meminerunt Dionysius Halicarnass. *lib.* 1. Cicero *de Orat. lib* 1. Dion. Chrysostomus *Orat.* 15. Alii. Hi tamen pretium aut vicarium offerendo, vindicabantur in libertatem, *cod. l.* quam compensationem sustulit Valentinianus Imp. quòd fervitium diceret ingenui, etiam minimi temporis spatio, remunerationi pretii facere facis, l. *unic. Cod Theod.* Idemque jus videtur fuisse observatum, in expositis liberis apud Bithynos, quos *Spanes* nominabant. Eorum namque libertatis maximam habendam rationem, respondit Imp. Trajanus apud Plin. *lib* 10. *Epiſt.* 71. At cùm anno 1447. fames, de qua Marcellinus, universim vexare Europam, Italici homines filios & parentes vendiderunt, quos Placidius Valentinianus redimi præcepit, tub quinæ adjectione, *Novell. tit. Valent.* Quibus tamen optimorum Imp. sanctionibus malæ hucmercaturæ obviàn pentibus tum non est: cùm in Lucaris, conventu Leucotheæ, natali D. Cypriani, à parentibus liberi passim distraherentur. Ita ergo, ut Romani jure gentium *Servis* sibi ut ilcere arbitrati fuerint: sic ne Christiani quidem non modò sub initium Ecclesiæ, sed & multis pòst tempestatibus, licuisse. Namque & diu post prædictos Imp. extant de *Servis* Leg. Karoli M. Ludovici Pii ac Lotharii, in *lib. Legg Karoli M.* & in *Legg Longobard.* Sunt etiam de *Servis* & Ancillis captivis conflitutiones Guilielmi R. Siciliæ ac Neapolis, & Friderici II. Imp. in *Prædilis Regni Neapol.* Sunt & Alexandri III. Urbani, Innocentii, Pontificum decreta de conjugiis *Servorum*. Denique imperibus Friderici modò memorati, l. poft A. C. 1212. præter propter, omnino *Servitus* inter Christianos exptare cepit; paucis in Lufitania, Prussia, Polonia, reliquiis hodieque superstitibus. Ad *Servitutis* quæ R. manos conditionem redeo, intuitor ea fuit, quam ratio humanitatis *Servo* & domino communis exigeret. Fuit enim *infima conditio & fortuna ſervorum*, Cic. *Offic lib.* 1. *Capitis, ſervile nullum in habuit, carebat nomine, cenſu, tribu*, Paulus JC. 1. 3. *ff. de cap. min.* A militia prætorea arcebantur, Serv. *ad Æneid. lib.* 9. & quidem capitali pœnâ propositâ, Marcian. l. 2. *de re milit.* V. quoque Plinium Jun. *lib.* 10. *Epiſt.* 59. Quod adeò sub fuit receptum ut, cum ex inopia bonorum captum Imperatores ad ultimum propè desperaret Reip. auxilium adigerentur, tamen non legerent ad militiam *Servos*, nisi liberos factos, Liv. *lib.* 22 Hinc illiadem non nisi *quaſi Teſtamentum*, Plinius Jun. *lib.* 8. *Epiſt.* 16. *quaſi dotem*, Ulpianus de jure *Dot. quaſi patrimonium*, Paulus leg. 47. *de pecul. quaſi non verum*, l. 15. *de ritu Nupt.* tribuunt. Verbo, de jure civ. *Servus* pro nullo erat, l. 1. §. 2. *unde cognat.* Dominum contrà in ipsos tum summi juris, tum summæ injuriæ fuit. *Pecudum nunquæ numero* censebantur, *leg.* 2. *ff. ad L. Aquil.* V. Senecam *Epiſt.* 47. Imò & *qui interditi erat conditione, nemo erat*, Cic. *Catilin.* 4. Fuerunt enim, qui intolerandâ utebantur conditione, etiamsi ad legis Æliæ Sentiæ capita Cicero non respexisse. Cibum adurere, mensam evertere, dicto citò audientem fuisse, cruce aut flagell s ad minimum expiabatur, Plut. *de ira cohib.* Quo factum, ut *Servi* nuper empti non quærerent, an superstitiosum vel invidum, sed an iracundum behum esset, Sen. *de ira lib.* 3. *cap.* 24 & Petus Chrysologus *Serm.* 141. Atque hasdeverias delitias eleganter tangit Geta Terentianus, *Phormione Actu* 2. *Sc.* 1.

—— *Herus ſi redierit,*
Malendum ut ſit, in piſtrino, vapulandum, habende compedes,
Opus rivi ſa ierdum.

Furcam solam & crucem omittit, quarum poenam verbis exteruare non potest. Et ex horum suppliciorum frequentia, honestaria illa manarunt *Servorum* epitheta, *Furiferi, Aſſiſtiæ, Flagrio-*

Flagrionis , *Verberonis* & *Cruciarii*. Difcuſſe ſanè aliquotiès Natura hanc caliginem: ita ut Paulus *l. 5. ff. de contr. empt.* viderit, *difficile dignoſci poſſe liberum à Servo*; at non diu id manſit, ſiquidem plerique ita ſentiebant, ut illa apud Juvenalem garrit *Sat. 6.*

O clementiſſima, Servus homo eſt.

Quare non mirandum, ſi Ulpianus *Servitutem* morti aſſimilaverit, *l. 18. de cond. & dem.* Et olim quidem poteſtas dominica neceſſe ipſam *Servorum* complectebatur, Cajus *l. 1. de his q. ſ. vel at. ſunt pur.* quam in rem nota Vedii Pollionis, apud Senecam *de Ira lib. 3. cap. 40. §. 3.* & Dionem *lib. 54.* L. Quintii Flaminii, apud Plut. *in eo cap. 32.* & Ciceronem *in Catil.* aliorumque fævitia. Imò, ſi quando dominum necari contigiſſet, omnes *Servos* ſub occiſi tecto reperios, nullo ſontis infontisque diſcrimine, adſupplicium abripi ſolitos, ſcribit idem *Roſcio Amerino*, & exemplum habet Tacitus *Annali. libro 14. capite 42. §. 2.* Omitto certamina gladiatorum, quibus illi, ut Populo ſpectaculum præberent, ſefe mutuis vulneribus confodere, aut beſtiarum dentibus in arena lacerari, cogebantur : execrandos, ad quos adigebantur, conſeubitus, aliaque crudelitatis exempla, partim legibus concella, partim conſuetudine excuſata. Quod ſanguinarium jus notaverunt quoque apud Germanos Tacitus *de mor. Germ.* apud Perſas Ammianus *lib. 23.* Et nujus fanè vis fuit, ut Hadrianus Imp. *Servum à domino non occiſum*, apud Spartian. quod & Antonino Pio ſucceſſori illius placuit, *l. 1. & 2. de his, qui ſui vel al. juris ſunt.* Conſtantinus autem, *rerum homicidii ſolo, qui ſervum adegerit in ipſis canibus vitam relinquere*, eſcripſit *l. un. C. de mem. Serv.* At neque ſic dominos jus ſibi ſuum eripi paſſos eſſe, diſcimus ex Silviano *de Gubern. lib. 4.* Lenioribus verò animadverſionibus frequenter utebantur. Juvenalis *Sat. 3. tyra 6.*

——— *Fiſe frangit ſervulus, rubet ille flagellis,*
Fiſe ſtuttet.

Baltea verò, quæ vocat idem *Sat. 9.* Scholiaſtes *lora* interpretatur, quum utique operam navaſſe conſtat vos argumento ſunt *Lorarii* apud Plautum; & quidem flagella in peculio fervorum erant, imò & ad Libertos aliquando pertinebant, Ulpian. *l. 10. de in jus voc.* Neque verò minores in *Servos* Magiſtratus fuere, Hermogenian. *l. ult. de injur. C. fam. libel.* Recentieque Ariſtophanes Bizantinus, catalogum ſervilium aliquot torcentorum, *Exenſmum in tabula, ſuſpenſionem, ſcuticam* & *pede biſtricis, verbera, torturam*, & *ei in unare inſufionem* & *laterum impoſitionem*. Cui dominicæ licentiæ adſcribenda enarratio illa Donati, *ad Terentianam paremb.*

Ac enim in me iſtæc cudetur faba.

quosdam viz. conſueviſſe, *male colam fabam*, & *quæ non madueris, ſupra caput cogni ſaxo comminuere.* Item ſuppicium villici, quem dominus, melle perlitum, formicis cruciandum objecit, aliaque crudelitatis genera, quibus fatium, ut *macelli ſpecie dominos eorum cruentare ſanguine vernularum*, Capitolin. *Maccrino.* V. carnificinæ hujus ſcenam graphice repræſentatam à Galeno *de dignoſc. cur. an. mor.* apud quem legimus, *Famulos tum calcibus appetitos, tum graphiis compunctos: eisdem confractos dentes, ocuios ſtylo & calamo eruios; eosdem percuſſos, ancillas, morſu dominarum cruentas.* Imò quidquid tetrum, lævum, horribile in Chriſtiana olim excogitatum & exſercitum eſt, illud omne ad illos à Servitii tranſiit &c. Quæ inclementia in fugitivos inprimis emi nuit, quos per fugitivarios conquiſitos, ſtigmatibus notatos, vel truebat in publicum cuſtodiam, vel in puſtrinum, vel interficiebant, Cic. *lib. 1. Epiſt. ad Q. Fratr.* Florus *Hiſtor. lib. 3. cap.* 19. &c. Quòd ſi ii latitarent, præconio illos indagabant, Petron. vel libello propoſito inquirebant, cujuſpecimen exprimit egregiè Propertius *lib. 3. El. 21.* Ac eousque progreſſa eſt dominorum fævitia & proclivis *Servorum* fuga, donec ad publica ſacra Populi Rom. perveniretur. Plin. *lib. 18. cap. 2. Feſtate voſtras inuite creditmus, nundum quemquam fugitivæ fugitivæ retinere, initio precationis* : quod utut verum fuerit, homines tamen Veſtæ valentiores, non carmina modò, ſed & cuſtodias evadebant : unde *ne ii admiuturnum in ſalus, neve protegerentur à villicis*, Senatus cenſuit, *l. 1. de Serv. fugit.* At ſtatua, Cæſaris inprimis, miſeris perfugium erat, ad quam ſi ſe receppiſſent, tum Magiſtratus de querelis eorum cognoſcebat & venire eos jubebat, ne in poteſtatem dominorum reciderent amplius, *l. 2. de his q. ſ. v. a. j. ſunt.* Afylum quoque, ſervitiis etiam peſſimis parebat aliquando. Quibus verò ſtatua ad manum non erat, illis ara non deerat, Corn. Nepos *Paulan.* Etatque ſuæ cognitio vel Præſidis & Proconſulis in Provincia, vel Præfecti Vigilum Romæ. Triumviri v. Capitales in *Servos* animadvertebant, à quibus apud columnam Mœnianum puniri conſueviſſe, innuit Horatius *in Manam Pompejanum* canens,

Sectus flagellis hic Trium viralibus
Pyracmis adſiſtebam &c.

Et hoc dominicum jus non vitam modò, ſed & alia omnia *Servorum* complectebatur, Cajus *l. 10. de acq. rer. dom.* itaque filios etiam ſervos procreabant, utpote non ex matrimonio, ſed ex contubernio, natos. Eosdem domini pignori dabant, addicebant, deferebant in cenſu. Cùm tandem omnia commoda ad extremam usque ſenectam ab iis percepiſſent, ut nihil amplius exторquere poſſent, pluris licitantibus proſcribebant, quò ſanguinis extremum illud pretium, quantulumcumque eſſet, corraderent; ne jam ætate defectos gratis alere aut liberos dimittere cogerentur, quale quid de Catone maj. annotavit Plut. *in eo*, ut ita ſpatior fuerit Atticus ille multus Pallādis, quem, ob ætatem vacatione donatum, libere vagari, ſine capitſro, ſine labore concueviſſe, idem tradit *lib. de animal. compar.* Interim, bis in anno relaxatio illis concella, & ſine diſcrimine cum dominis colludere ac feſtos agere dies, permiſſum eſt, Senec. *Epiſt. 47.* Erat verò ſervorum dies feſtus Idibus Aug. quòd eo die Servius Tullius R. natus eſſet ſervâ, ut ſcribit Feſtus: idem & Saturnalibus ufurariam quandam libertatem aſſamebant atque ad menſam, dominis miniſtrantibus, ſedebant, veſtemque cum iis commutabant, ut vidimus ſuprà, ubi de *Saturnalibus*.

Quibus adde etiam *Servilia* exire, benignitate dominorum vel propriâ virtute, contigit, qui hinc *Liberti* dicti. V. ſuprà ubi de *Libertis* & *Manumiſſione*. Apud Athenienſes, jura *Servorum* haud paulo ſolutiora erant, Demoſth. *Philipp. 3.* juſtam enim illi ac elementem ſervitutem præferebant, cum *Servi* (qui Græcis ἀνδραπόδα, Lat. *corpora*) eſſent dominorum, quod animæ corpus, ut præclare diſputat Ariſtoteles *Politic. lib. 1.* merusque eſſet, ne provocari injuriis bello dominos inceſſerent, quod aliquando evenille, teſtatum reliquit idem Poſidonius. Itaque eadem tum pietas, tum elegantior ſtitubantur veſte, neminique de via cedebant, Xenoph. *de Rep. Athen.* neque licebat eos ab alienis pulſari, ex Lege : Ἂν δὲ τινὸς τῶν ἀνθρώπων δοῦλος, γυμῆδος ἕνεκα πλείους ἢ τρεῖς τυπτήσῃ. *Servis* quoque in bello captis, qui *Servitutis* modus omnium antiquiſſimus, conſuluit Rhetor Lycurgus, hac lege : Μηδεὶ ἐξέτω τῶ Ἀθηναίων, μηδὲ τῶ ἐκείνου Ἀθηναίων ἐπίκοω πεμάζει κὶς δοῦλος τῶ ἀνθρωπίνων, ἀλλ᾽ τὸ πρῶτον διώσει τὸν γνάμαι, apud Plut. *in Lyc.* Quòd ſi quis in ſervitutem abduceretur, aut peteretur, poterat quilibet illum liberali aſſerere cauſâ manu, ex Lege : Ἐξέτω τῶ βολομένῳ ἀξιωθῆναι ἐλευθέρου ἐκ τοῦ γράφου τὸν ἀγόμενον εἰς δοῦλόν πρὸς τῶ πολιτάρχου. Concedebatur etiam *Servis* actio, advc sùs iniques dominos, quâ poterant eos adigere, ut ſe venderent, Lege : Τοὺς δοῦλους ἐξεῖναι πρᾶσιν αὐτοὺς κ᾽ ὁντινοῦν μεθοδάλλειν ἐπιτρέψαι, cujus meminit Plut. *de Superſtitiis*. Conflugiebant autem illi, ad Theſei ſacellum, ubi jus in deducebat, Suid. quin etiam libertatem conſequebantur, vel in vitis, Dominis, pecuniâ numerata : ex Lege cujus Dion Chryſoſtomus meminit *Orat. 15.* Habebant enim Athenis *Servi*, quod ſibi comparabant, peculium, ex quo aliquid dominis ſuis pendebant, atque etiam pro capite numerabant ſuo, ut ſervitutem exuerent, Xenoph. *loc. cit.* Etiam factum quandoque, ut, afflictis Reip. temporibus, qui egregiam in bello navaverant operam *Servi*, libertate donarentur à Rep. quod contigit iis, qui ad Arginuſam Lacedæmonios ſuderunt, anno 3. Olymp. 93. quique militaverant Cheronææ, contra Philippum Macedonem, V. Ariſtoph. *Ran.* Dionem Chryſoſt. *loco cit.* apud Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 3. tit. 6.* Portò continebantur apud Romanos *Servi*, Familiæ appellatione, quam 15. eorum conſtituebant: Licèt namque primitus ſingulis fervis priſci Romani contenti eſſent, ut tradit Plin. *lib 33. cap.* 1. qui proin nominibus dominorum, *Marcipores*, *Lucipores* &c. id eſt, *Marci pueri*, *Lucii pueri*, venirent, at poſtea contopere illorum numerus auctus eſt, ut liberorum capitum ſolitudo *ſervilibus* copiis arte & conſilio occultanda videretur. V. Senec. *lib. 1. de Clem. cap. 24.* De Enno ſanè Athenienſque legimus, ut Siciliam vaſtarint, ut Prætores exuerint caſtris, ut Regia aripuerint inſignia, Diodor. Sic. *lib 34. & 36.* Demetrio item Pompejano, *nimerum quotidie ſervorum, velut Imperatori exercitus, referri ſolitum*, docet Seneca *de Tranquill. cap. 8.* Ut Athenis, cùm Demetrius Phalereus cenſum ageret anno I. Olymp. 110. numerata eſſe *ſervorum* capitum 400000. memoriæ prodidit Creſicles *Chron. lib. 3.* Unde vel à gente iis, *Dacii*, *Getæ*, *Mœſſi*, *Syri*, *Phryges*, *Lydi*, *Japygis* &c. vel à miniſterio, nomina imponi cœpere. Gentes autem, è qua deſumti, quædam probæ erant, quædam improbæ. Alexandrini, nequitiis, ſalibus, cantu antecellebant. Senec. *in Sap. non cad. injur. cap. 11.* & Quintilian *lib. 1. cap. 2.* Aſiatici formâ, Juvenal. *Sat. 9. verſ. 56.* inprimis inter eos Phryges ac Lycii, Idem *Sat. 11. verſu 47.* Syri, Medi, Mœſi, Galli, Bithyni, Cappadoces, Liburni, virtute valebant, & proinad onera & lectica parabantur, Martial. *l. 12. ep. 3.* Juven. *Sat. 7.* & 9. Clem. *lib. 1. Paed.* Catullus &c. Corſi, feri & ferocibus Strab. *lib. 5.* Cappadoces, ſtupidi, cenſebantur, Cic. *poſt redit. in Senat.* Sardi, nequam, Adag. Britanni erant procteri, idcoque ab Auguſto ad officia theatralia donatiſunt, auctore Servio Virgilium *Georgicorum lib. 3. &c.* Veſtis *Servorum*, apud Romanos tunica erat, & præter hanc chlamys, birrus, laccrna, *l. 1. Cod. Theodof. de habitu intra Urb.* cucullia item, Columella *lib. 1. cap 8.* At Piſtrinarii, pubeteous quidi erant, vel ad minimum *ſi tunicati, ut eſſent per pannulos manifeſti*, Appuleius *Metamorph. cap. 9.* Apud Graecos, non minùs ac ingenui, palliatierant, Plaut. *Captivis Act. 4. Sc.1.* quod cùm properarent, ſolitos fuiſſe in collum, h. e. dextram ejus partem in ſiniſtram, ſiniſtrâ in dextrum humerum rejicere, diſcimus ex Terentii *Prologem.* interim propria eo-

rum vestis Exomis ac Diphthera fuit, V. *suo loco.* Vlcum quod attinet, illis, adrationem demensi cibarii, panes quotidie vel bibires, vel etiam tribres, assignabantur, Coel. Aurel. 3. *Acut.* 2. Dementium n. quandoque vacuare, & modò *Hmodò Hf.* & modò *Hmodiorum* quà splendor, fuit, prout ferebant & annonæ ratio & dominorum arbitrium; quæ prorogationes Dispensator in diurnum referebat. Cato *in.* 15 compeditis per hyemem panis *P. III.* ubi fodere cœpissent, *P. V.* dari præcepit, adeò, ut urbanis ministeriis panis *P. II.* vel *III.* sufficere potuerint, cùm neque fodere aut opus facere necesse haberent, & quoad pulmentaria ac obsonia lautiùs acciperentur. Follorum in specie panem *Cantabrum* vocitarunt, & in fugitivis aliquot furfuris aqua infusa, podij, horas aliquot refrisa fuppeditâ aqua, furfuribus expressis, ex furfuribus, succo albo seu cremore, confectum fuisse discimus ab Hadr. Turnebo *Adversar. lib. 15. cap.* 16. Pedum tegmina, nam-que præstare tenebatur dominus *Servo, Panum, pojionem, vestem, manicas, pedum tegumina,* Columell. *lib.* 1. *cap.* 8. qualia fuerint, V. Balduinum de *Calc.* Inaures, quæ alijs Nobilitatis, his *Servitutis* nota erant, gestare à pluribus. Unde Pœni cum *annulatis auribus*, introducuntur à Plauto *Pœnul. Act.* 5. *Sc.* 2. & *servatis auribus Arabibus* tribuit Petronius: imò perforatas subula *Servorum* aures, perpetuæ servitutis signum fuisse, ex Deuteron. *cap.* 15. *v.* 17. cognoscimus. Hunc ex fisturis teneritrisque auribus, in libertate donatis, præteritæ conditionis nota, quamvis omni arte occulteretur, apparebat. Juvenalis *Sat.* 1. *versu* 104.

Quamvis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ
Arguerint, licet ipse negem, Gracchus.

Ut alia hæc vtec omittam: Et anni autem vel *Publici*, de publus V. in voce hac, vel ad privaram familiam pertinebant, quæ iterum vel urbana vel rustica, & utraque in innumera rurus ministeria divisa fuit, de quibus aliquid hic infrà. Plura hanc in rem suggerent Laur. Pignorius *Comm. de Servis*, Tit. Popma *de operis Servor.* Bartholinus *de Inauribus*, Rosinus *Antiqq. Rom. passim*, Alii. V. quoque in voce *Servus.*

Familia Urbana, quo ordine à Pignorio tradita.

α. Servi urbani. Medici. Chirurgi & Ocularii. Clinici. Chirurgi & Ocularii sunul. Dissectores cadaverum. Poiinctores. Succollatores. Ustores. Orcini & Pileati. Principes Medicorum ieu Superpositus. Medicæ & Tractatrices. Jatraliptæ. Aliptæ. Unctores. Mediastini. Curatores ægrorum & amentium. β. Balneatores. Pueri unguentarii. Alipitarij. Mulieres unctrices. Tonsores. Tonitrices. γ. Offarii & Coqui. Arcelimagari & supra coquos. Pistores. Dulcarii. Lactarii. Placentarii. Pomarii. Focarii, Vocatores. Aucupes. Promi. Penuarii. Condi-promi. Procuratores peni. Ancillæ penuariæ. δ. Ministri convivales. ι. Obionatores. Invitatores. Vocatores. Nomenclatores. Calatores. Indices horarii. Trichiniarcha. ab Aquimanarii & polluto. Infertores epularum & luminum. Lectisterniatores. Menfarum deteriores. ζ. Structor. Scissor. Carptor. Diribitores panarii. η. Pregultatores Papates. Argento & auro præpositi. ab Auro germano. ab Argento potorio. ab Argento scevino. Vasorum deteriores. θ. Ministratores. Pueri ad cyathum & vinum. Pocillatores, ad Cyathos, à Lagena. Ministri aquæ calidæ & gelidæ. Muscarum abactores. ια. à Marella. Pueri ad pedes. à Pedibus. Circumpedes. κ. Symphoniaci & Acroamata. Arretalogi. Symphoniaci in navi. Chorus. Choraulæ. Citharœdi. Præpositus à fidlis Cæsareanus. Mulieres citharistriæ. λ. Tibicinæ. Tibicines. Fidicines. Sambucinæ. Crotalistriæ. Cymbalistriæ, Tympanistriæ. μ. Organici seu Organarii Hydraulæ. Puellæ in ministerio nuditate. cantu. saltatione, conviviis oblectantes. ν. Mimœdi & Histriones. Mortiones. Nani. Nanæ. Seurræ. Sufflatores. Gladiatores in convivio. ξ. Mediastini. Scoparii. Lectitarii. Sputorum detersores. Reliquarum abjectarum collectores. ο. Geruli. π. Supellectitarii. Calatores. Valcularii. Argentarii & à Corinthiis | Vestiarij Vestifici. Vestispices & Veltitores. Janitores & Clavicularii & Bibliothecis à Studiis. Anagnostæ. à Manu. Scriptores. Notarii. Librarii. Antiquarii. Tabellarii. Scribæ. Bibliopolæ. Librariæ. Glutinatores. Pumicatores. Membranarii. Miniculatores. Grammatici. Pædagogi Magistri. Præceptores. Capsarii. & Armigeri. à Pugione. à Custodia armorum. Cacuiæ. Calones. Clavatores. Galearii. Lixæ. τ. Anteambulones. Pedissequi. Salutatores. υ. Adversitores. Accensitores. Comites. Geruli lychnorum, funalium, laternarum, lampadum. Monitores. φ. Lectitarii. Cathedrarii & Cathedralicii. χ. Nomenclatores publici & privati. Monitores & Partores, Præcones & Buccinatores. ψ. Cursores. Mauri & Æthiopes. Madræophori. ω. Tabellarii. Tabellarii Cæsariani. Qui dominum rus vel peregre abeuntem comitabantur. αα. Actores. Majores domus. Adjutores Actoris. à Calendario. Dispensatores & Prorogatores. à Frumento. ab Ephemeridibus. Tesserarii ββ. Arcarii. à Loculis. à Crumena. à Marsupio. Procuratores privati & Palatini à Pignoribus. à Pecuniis à Mensa. Exactores. Procurator Cæsarianus. γγ. Rationciator & à Rationibus. Calculator. δδ. Negotiatores. Sarcinatores. Sarcinatrices. Navi præpositi. Vellicarii & Venalicii. Insutores. Circitores. Ancillæ negotiationi præpositæ. εε. Artifices. Gladiatores. Agitatores. Funambuli. Palæstritæ. Magici pueri. Pictores. Cælatores. ζζ. Fullones. Textores. Phrygiones. Sutores. Cerdones. Soleari. Sandaliarii. Sutores caligarii. ηη. Dominarum famulitium. V. supra in voce *Femina.* θθ. Ostiarii. Excubiæ. Custodes. Janitores & Janitrices. à Janoιι. Atrienses. ab Atrio curando. Officinator à statuis. Magistri ab marmoribus. κκ. Admissionales. Magistri admissionum. Proximus admissionum. Adjutor Magister. Servi velarii. λλ. Cubicularii. Præpositus cubiculo. Præpositus supra Cubicularios & Cubiculatores. μμ. Diætarii & Zatrarii. Diætarchi. νν. Barcularii. Villici & Procuratores horrorum. Subvillici. Viridarii & à quarii. Topiarii. ξξ. Insularii & Custodes. Reliqui, qui hic desunt, Eunuchi. Primiceriі. Silentiarii. Nutricii. Bajuli. Educatores. Ornatores. Cinsliones. Salutatores. Interpuncti. Nutriones. Basternarii. Carrucarii. Cisiarii. Lectic arii. Rhedarii. Junctores. Pueri cathedralicii. Ancillarum item varia genera, totaque ad dem Matronalis famulitii exercitus, supra illustratus est, ut dixi.

Familia rustica, ex eod.

α. Servi rustici numero & ordine nobiles. β. Atrienses rustici. γ. Pistores & Pistrices. Mulieres de coquina. δ. Focariæ. Focarii. Cellarii. Promi. ε. Operarii. Coloni. Lanificæ. Lanæ. Textores. Fullores. Ergastularii. Figuli. Fornacarius. ζ. Arator. Jugarius. Bubulcus. Bubsequa. Tonsores ovium. Opiliones. Caprarii. Vitricarii. Equisones. Equorum Magistri. Agasones. Custodes equorum. Gregarii. ι. Superjumentarii. Asinarii. Agitatores. Muliones. Subulci. Forcalatores. Porcarii. Pastores. Pecori præfecti seu ejus Magistri. Custodes armenti. Armentorum Pastores. θ. Villicus. Epitropos. Vicedominus. Villica. ια. Monitor. Dispensator. Procurator. à Mercedibus præstandis. Actores. Exactores rustici & operum dominicorum. κ. Olivitores. Capulatores. Le. guli. Strictores. Factores. Custodes tes ticularium. Prælatores. Servi doliarii. Vinitores. Vindemiatores. Putator. Frondator. Legulus. Salicarius. Fœnisector. Olitor. Fomacarius. Panicoclatus. λ. Piscatores. Gallinarius. Aviarius. Curatores. & Pastores. Aviarius. Alciliarius. Fartor, μ. Aucupes. Venatores. Luparii. Manufactarii. Ursarii. Vestigatores. Indagatores. ν. Fabri. Architecti. Structores Ferrarii. Tignarii. Fabri Carpentarii. ad Qualum & calcem. ξ. Custodes villæ mulieres. Salutarii. Janitores. iique tum Ovilium. Bubilium. Equilium, Caprilium & c. De quibus omnibus prolixè agemem videpræfatum Pignorium, ut & passim *in hoc Opere.* De Civitatibus verò *Servitute* ptellis, infrà in voce *Civitas.*

Servianus, adde: Meminit *Servani* Spartianus in *Adriano*, *Servianum soror is sive virum, nonagesimum jam annum agentem, ne sibi superviveret, mori coegit.* Ejusdem Imperatoris ad eum *Epistolam* habet, apud Vopiscum in *Saturnino.*

Servienses ad Legem, olim in Anglia dicti sunt Doctores Justris vel Antecessores: ad quem gradum fic pervenire datum est. Cupidus legum adolescens, primò se *Sistit* in uno Collegiorum Juris, quæ *Hospitia* vocant, & quatuor numero sunt, eamdisque ille studiosus ibi annis 7. vel 8. *ad Barram*, ut ajunt, h. e. ad agendas causas evocatur, qui primus & infimus Cautidicorum gradus est. Denos posthinc annos vel 12. Lector publicus in aliquot Hospitiorum Cancellaria emittitur, tantum demque pene postea idem hoc munus in sui pisius Collegio eo fastu exercetur, ut 2. vel 3. hebdomadarum spatio ad bis mille coronatos Gallicos expendisse unusquisque dignoscatur. Lautè enim epularisolet, convivasque præcipuos Regni Magnates ibi alere. Tandem gradus desiderarus hoc fere modo consertur. Capitalis Justitiarius de Banco communi de consilio & assensu omnium Justitiariorum eligere solet 7. vel 8. de maturioribus illis Juris Anglici Studiosis, quorum nomina in scriptis Cancellario Angliæ deferenda curat. Is verò per Regis Brevia cuilibet electorum illorum mandat, ut coram Rege stato die adsint, ad suscipiendum *Statum & gradum Servientis ad Legem*, quo quidem die electi, inter alias solennitates, celebrant & convivium, per sejtem cortinuos dies, adeò magnificum, ut singulorum expensæ assurgant ad 1600. scutorum. Quippe corum quilibet annulos aureos valoris ad minimum 40. libr. Anglic. cuilibet Principi, Duci & Archiepiscopo, qui hisce solennitatibus interfunt; Cancellario item ac Thesaurario annulos valoris 26. sterl. 8. den. & cuilibet Comiti ac Episcopo similiter præfentibus, nec non Custodisigilli, utrique Capitali Justitiario & Capitali Baroni de Scaccario Regis, annulos 20. sol. omni insuper domino Parliamenti, Abbati, Prælato & magno Militum numero aliisque eiusmodi annulum unus marcæ, sicque de cæteris, dare tenetur, ut nullus fere sit Officarius inferioris gradus, qui pro sua dignitate non annulo donetur. Amicis præterea & domesticis annulos itidem offerunt, & *libratam magnam panni unius scilæ.* Nec sumtum miteris, cum, admodum lucrosus hic gradus, ad amplissimas dignitates consequendas via sit. Namque ad officium & dignitatem *Justitiarii in Curia placitorum coram ipso Rege & communi banco, quæ sunt supremæ Curiæ ejusdem Regni ordinariæ*, nemo admittitur, nisi hoc gradu insignitus, | Habitum quod attinet,

unet, quillbet eorum dum in Curia Regis fedet, birreto albo fertco utitur, quo primo & præcipuo dignitatis fymbolo, in fui creatione, decoruntur: neque illud deponit, licèt cum Rege loquatur. *Rubam deni gerunt longam, ad inftar Sacerdotis, cum capitio pendulo circa humeros: & defuper colobio, cum duobus labellis*—poftlutt etiam *ftrigmatâ vefte, aut coloris diverfi*, ini Jo. Forteſcutus de *Landilius L.L. Anglia cap.* 50. & ex eo Cdu Freſne *Gloſſar.* V. quoque Henr. Spelmannum *Gloſſar.* & Jo. Seldenum *Prolegom.* ad *Hiſtoricos Anglicos pag.* 44. In eodem Regno, *Servientes armorum*, Angl. *The Sergeants of armes*, d cuntur hodie, qui robuſtiores ferunt exargento baculos, interdum deauratos, coronâ & inſignibus Regni in apice exornatos ut qui non niſi ſuperiuſtitias Regis vel Curiæ Parlamentariæ & Cancellarii vel Theſaurarii, atque hoc in gravioribus ſolùm negotiis ablegantur. Olim vero qu dnam eorum in Anglia ac Francia fuerit munus, pluribus exponit præfatus du Freſne d. l. ubi etiam de *Servientibus ad clavam*, de *Servientibus Curiæ*, de *Servientibus Hundredi*, aliis, item de *magni parvique Sergentiis*, pluribus agit. Dicti hi omnes a verbo *ſervire*: adeoque *Servientes* idem cum miniſtro & famulo eſt, tam in Foro, quam Militiæ, unde Gall. *Sergeant* ortum &c.

Servitia, Græcè Σκρβῆσια, in *ſynodo nonnullas* Cyprii Templi, quod matri Attali & Eumenis erat dedicatum, varias ausgly phas hiſtorias continentibus, cum Epigrammatis ſubjectis, mater dicitur Romuli & Remi: quod vix ulpiam alibi occurrit. Salmaſius ad *Solinum pag.* 13. ubi verba ejus, *Marte genitus*, & *Rheâ Sylviâ*—*vel illa* exponit.

Servilia Lex inter Agrarias lata eſt à P. *Servilio* Rullo Trib. Pl. M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coſſ. anno U. C. 690. *Ut, qui agri, qua loca, quæ ædificia, alinâve quid quod, publicum Populi Rom. factum eſſet L. Sulla, Q. Pompeio Coſſ. id venderetur* Item, *ut omnia venirent, de quibus vendendis S. C. factum erat M. Tullio*, Cn. Cornelio *Coſſ. & pecunia agri in Italia emerentur, in quot colonias à Decemviris deduci oportuit: in Campanus ager & Stellas publicus Populi Rom. di videretur, Capuam coloni adſcriberentur* &c. Nam multa hujus legis capita fuiſſe, hinc patet, quod Cicero quadrageſimum alicubi citat. V. *Oration. c. Rullum.* Alia de Civitate, cujus auctor fuit *Servius* Glaucias, quo anno incertum, *Ut ſi quis Latinus Sextantorum accuſando condemnaſſet, is civis Romanus eſſet*, ait Aſconius V. *quæ pro Scauro*. V. quoque Cicer. *pro Balbo*, Alia de Judiciis, quam rogavit Q. *Servilius* Cæpio Conſul cum C. Attilio Serrano anno 647. *Ut Judicia, quæ Lege Semproni a ad ſtos Equites data erant, Ordini Senatorio communi. derentur*: non multo poſt abrogata eſt, Tacit. *Annal. lib.* 12. Tuit autem hac Lege impar, ac minor numerus Senatorum quam Equitum: quem paucis poſt annis Lulia Lex æquavit. Alia de repetundis à C. *Servilio* Glaucia præfato lata, anno U. C. 653. cujus fragmenta natta hunc inde apud Auctores diſperſa, ex Signonio in *Antiqq. Italic lib.* 8. *cap.* 30. tranſtulit Roſinus, V. quoque eum *cap.* 2. & 8. *ejusdem libri.*

Servilius Silanus, Commodi ſui conſobrinus, apud Lamprid.

Servilia, apud Spartianum *in Adriano*, *Deinde à Cappadocibus* Servitia caſtris *profutura ſuſcepi*: non ſunt Caſtrenſes miniſtri, qui in aula militabant, led ſervi militares. Et quidem primoribus temporibus & ſtante adhuc diſciplinâ, rari in Caſtris ſervi, nec niſi dignitorum, Ducum Tribunorumque, erant. Poſtea verò, labantibus moribus, plures pene ſervi, quàm milites, ita ut negregarius quidem ullus ſine ſervo eſſet. Salluſtius de Metello, *Ne lixæ exercitum ſequerentur, ne miles gregarius in caſtris, nevve in agmine ex more aut ſuo arbitratu haberet.* At ſub Imp. paſſim ſuus cuiq; ſervus. *Catones* hi Veteribus dicti, qui munus hoc ſibi non ſumpſerunt, vallum portabant, foſſam ducebant, utpaud Florum legimus, ubi de Scipione diſciplinæ militaris, apud Numantiam, correctore. Recentioribus *Galiarii*, Græcis ætimi ævi Πελτασταὶ: à *gaiea*, quam portabant; & antiqua voce *πάλτης*, quæ *puerum & cauſtalrum* ſignificat. Quam in rem V. Salmaſium *ad Spartianum d. l.* Aliud quid *Servilium* notat apud Juris Feudalis Doctores, ut videre eſt, apud Cdu. du Freſne *Gloſſar.* Apud Rei Monaſticæ Scriptores, *muſſum* ſeu ſeculum ſignificat extraordinarium, quod Monachorum olim menſæ, in ſtatis feſtivitatibus, apponebatur, V. Burchardum *de Caſibus S. Galli cap.* 7. &c.

Servus, adde: Uti autem olim apud Veter. ſic medio quoque ævo, Servi vanum exponebantur, cujus ſignum apud illos rituus collo appenſus, apud iſtos ramus in capite, ſlorum pretium commune 20. aureor. *ex l.* 34. *D. de Minor.* ſtorum 10. aut libræ, apud Gregorium Turon. *Hiſt. lib.* 2. *cap.* 5. fol. 15. aut 25. in L. Sal. *tit.* 11. §. 5. Qua de re V. eundem du Freſne pluribus agentem *loco cit.* ubi inprimis de *Servorum mediâ ævi matrimoniis inter ſe & cum liberis hominibus, de eorundem ſtatura, prole, bonis, ſucceſſoribus*, varia erudite congeſtit.

Servus Servorum Dei, titulus Pontificis Rom. quem primus uſurpaſſe dicitur Gregorius M. ut Joannis Patr. CPolitani, qui ſe *Oecumenicum* jactabat, ſaſtum retunderet, cognomento hoc humiliratis pleno aſſumto. Tranſit poſtmodum ad Epiſcopos ac Patriarchas utriusque Eccleſiæ, Mouachos etiam: item ad Reges Principeſque, inter quos Adelfonſus R. Hiſpan. A. 830. Henricum Imp. A. C. 1041. Sanctus Aragonum R. A. C. 1070. alii eo uſi deguntur, ut pluribus viderе eſt apud præfatum *Gloſſarium*, ubi etiam de Ottone III. qui ſe *Servum Apoſtolorum* vocare ſolitus eſt A. C. 1001. & *Servit B. Mariæ*, ſeu *Servitii*, ordine in diœceſi Epiſc. Maſſil. ſub Auguſtini regula a Benedicto Maſſillenſi inſtituto A. C. 1257. poſtmodum abrogato in Synodo Lugdun. ſub Gregorio X. quorum ædem Pariſiis à Bonifacio VIII. dam tam wilhelmitis, qui ab albis palliis vulgò *Blanchmanteaux* ſunt rint dicti, addit.

Seſamine Phalanges, Σησαμινὰι φάλαγγες, Auctori *Periplu* nominatæ cum ebeni phalangibus, quid ſint, quærunt eruditi, & inter hos Salmaſius *ad Solin. p.* 1032. & 1033. Deponunt duobus ſtachatus, in Arabum libris, memorati, quædam ligna ebeno tam ſimilia, ut illa pro ebeno nonnulli ſumant. In his lignum Seſ,vel *Siza*, à loco ſic appellatum, & lignum *Seſem* vel *Semſem*, plur. *Semuſim*, eodem quoque nomine dictum, quo *ſeſamum*, quam vis ab hoc diverſiſſimum. Alcamus *Seſim arbor nigra*, aut *ebenus aut ſiza*, *aut arbor ex qua ſiunt arcus*. Damir *cap. de Simiis*, de iis, qui in gehenna à torquentur, *Exibunt*, inquit, *ex igne, ſoſi aliquam miram—tanquam ligna ſemuſim*, id eſt, parùm nigri, propter calidiorem ex igne in qua verſa Commentatores multa afferunt abſurda. Sed pertiores agnoſcunt, ligna *ſemuſim* eſſe ebenina ligna, aut ebeno atrore ſimilia, ita ut exuſta videantur. Unde lux hi. Dioſcoridis *Cap. de Ebeno*, Ἔστι ἡ τοιαύτη, ἡ ἀκανθίνη ξύλα ἐφέρει τινὰ, ἀπὸ ἐσπ κανθίνη, *Quidam vero ſeſamina vel ſpina Indica ligna pro ebeno vendunt, ab ſimilitudinem*: ubi Marcellus Virgilius ἐσπάνια, pro ἀσπάνια legit, quia *ſeſamum* nihil habeat commune cum ebeno. Sed neque ſycaminus ſeu ſycomorus, niſi quòd utrumque lignum eſt. Cave igitur, ne quidquam mutes. Aliud enim hi. *ſeſamina*, quam vulgo, nempe ligna arbor s præditæ, cujusmodi palangas, i. teretes bacules, una cum ebeninis, ex Indiæ urbe Barygazis in Perſidem aſferri conſuevile, docet Auctor *Periphi* ſupra laudatus. V. Sam. Bochartum *Hieroz. di Part. poſterior. lib.* 1. *cap.* 20. De *Seſamo* verò, ſemine condimentario genere, de *Seſamo* agreſti, quod a. lias *chi*, item *Seſili*, de *Seſamo* tandem *olio*, in regione Indica Syrafterene, ex vulgari herba ſic dicta, conficiſolito, Salmaſium *ad Solinum* ubi ſupra, cui adde Plinium *lib.* 18. *cap.* 10. *lib.* 23. *cap.* 4. & c.

Sejanus, arx ſeu oppidum Paphlagoniæ, à Milleſius conditum, poſtea unus ex pagis, è quibus civ. Amaſtrim compoſuit Amaſtris Dionyſii Tyranni Heracleæ uxor, Darii à Macedone Alexandro M. deviſti, ſoror. Salmaſius *ad Solinum p.* 589.

Sejelii, apud Oct. *Mel. Diov. lib.* 2. Plin. *lib.* 8. *cap.* 33. *lib.* 20. *cap.* 5. Feſtianum *Farior. lib.* 12. *cap.* 35. Dioſcoridem *lib.* 3. & Avicennam *Can. lib.* 2. herba eſt, quâ paulo ante partum cervæ purgantur, facilius ſic enixuræ. Sed & eædem *ſeſilina* à partu edunt, ut locis purgandis utiliem, Plin. *lib.* 8. *cap.* 32. & *lib.* 25. *c.* 8. Quæ duoloca ſolicitanti Salmaſio, cui non videtur verſimile, eadem herbâ paſci & ante & poſt partum cervas, opponit tertium Ariſtotelis *Hiſtor. Animal. lib.* 9. *cap.* 5. eadem docentis, Sam. Bochartus *Hieroz. da Parte prior. lib.* 11. *cap.* 17. quem vide.

Seſtiſtis, adde: Ab eo Σεσηστὸς, χαλκὸς multis locis impoſitum nomen, ubi caſtra fuerat metatus. Strabo *lib.* 16. Ἀπὸ δὲ πελαγίας Σεσήστου πόλισμα περιτειχισμένον, καὶ ἀξιόλογος Λιμὴν Θῶν ἱερόν. Quam in rem V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1202. & ſupra in vocibus *Caſtra*, *Chersa* &c.

Seſtia, Dea fationis, apud Romanos, cujus ſimulachrum in Circo fuit, Plin. *lib.* 18. *cap.* 2. Unde Tertullianus *libr. de Spectac. Delphinos Neptuno vomunt columnæ. Seſtias à ſementationibus: Meſſias à meſſibus: Tutelinas à tutelis Fructuum poſtiores.* Id eſt, colufias & Tutelinas, i. ſimulachra haram Dearum quas numero pluralivo effert, velutinnuens, tot Deas eſſe *Seſtias*, quot factiones &c. Eadem cum Seja Plinii *d. l.*

Seſtionis honor, oblatus antiquitus adventantibus, memorat Homerus *Iliad.* ν.

——— ἕως δ' ἴεσαν ἰόντα
Βοῆς τε κλόνῳ, τοῖ δ' ἀείδετο σῴδιγγες
Πᾶσιν τε σέβας, σεσήστο δὲ κῦδος ἰδέσθαι.
Ἣ δ' αὖ τίς μιν ἔπειτα μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιοὺς,
Οὐχ ὑβρίσας, ἔστη ἐν ὠθισμῷ ἐν' ἀκοντίσαι ἱέμενος.

——— *Current autem Dea ad ſtatus,*
Eimine in lapideo. Hi autem cum viderunt oculis,
Omnes aſſurgebant, vocabantq; eam ad ſe unusquisque,
Illa autem ledere renuebat dicebatq; verbum,
Non ledes. Iovem ſtatim ad Oceani fluenta.

Sic apud Statium *Thebaid. lib.* 2. *verſu* 151. lenior Talaonides, Dicæusque & Achelojus Heros, venientes ad à draſtum,

——— *poſtquam modeſtis in ſedibus aulæ*
Congreſſi, inq; vicem dextras iunxere locumq;
Quo ſerere ardua aptum ait, evolvere curas,
Iuſſum ———

honorem *ſeſſionis* illis offerente & participante Rege, ad quem locum V. *animadverſiones* Caſp. Barthii. Livia vero, Auguſti a-

nimam

nimum à gravioribus supplieis avertere cupiens, inter leniores malorum poenas, *ad ges utrisque & ut res iron Diceret, fessionibus inhumanis, & flexuosibus ingeniosibus*, eum uti monet, apud Dionem *lib.* 55. de quibus V. Cataubonum *ad Aug. Suetonii cap.* 24. At *Sestiumum* dies, in jure dicuntur, quibus Praetor lui copiam facit, Jo. Calvinus *Lexic. Jurid.* Apud Graecae autem Eccl. Scriptores, *Kadiergaiai*, *Sessiones*, dicuntur fictiones Psalterii, de quibus V. aliquid infra, plura verò apud Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce *Kadergaia*.

Sestertium, adde: Melius ad *Sestertium*. Ita enim Commentator Horatii Cruquianus: *Hinc Aesopulina porta Romae dicitur ad Sestertium: nihil certae erat locus sepulchrorum* &c. Nempe *Millare*, vel *lapidem*. Cic. *Brutu*, *Cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliare consedisset*. Cum. *Nepos Attico*, *Sepultus est juxta viam Appiam ad quintum lapidem* Et pari ellipsi, Lineratium Antonini Aug. *Ad tricesimum M. P. XXX. ad centesimum M. P.* Et pari simque: ubi & multas appellationes locorum, cum eadem praepositione notabis: *Ad septem fratres*, *ad Mercurii*, *ad Dianam*, *ad Turres*, *ad Columnam*. Similiter Tacitus *Hister. lib.* 2. *Ad duodecimum à Cremona fruentibus auxiliarium componis*. Plutarchus erg-, qui praepositionem in *Galba* omisit, Graecos imitatus dicitur fuh. Friderico Gronovio, *de Pecunia veteri. l.* c. 3.

Sestertium, omnicid, quo continetur tur duo integra & unius dimidium. Unde *Sestertius* nummus, quòd ad binas aeris libras vel duos asses complecteretur & unius dimidium; quod & nota ejus *HS.* oftendit, quae nihil aliud, quam *dupondius* & *semis* fuit, uti docet Flavius Sofipater *Cl.* Et *Sestertium*, in nostro, quoniam *argentum*, pro pecunia signata, semissem tertium pendente, fiu duas libras & selibram ponderis explente. Id enim coppum in Foro vocari *Sestertium*, nude & sine adjectione substantii, quam jam nemo ignorarct, quòd sub hoc indefinito intelligeretur. Quoniam autem argenti libra 400. due & selibra 100. aestimabantur nummis sestertiis, palam est, hoc vocabulo Romanos prius uti potuisse, quàm ad hanc summam nominandam perventum esset. Nec tamen ita primo hac ipsa summa singulare jacuit, sed, in duplicare hac summa, inceperunt dicere, *Bina Sestertia*, pro duobus millibus nummum: ubi *pondera* commode, cum *argenta* non possint, intelligebant (nam argentum & pondus argenti idem.) Sic *tria Sestertia*, *tis decem*, *tis centum*, usque ad *novagina novagena novem*. Quod sequebatur, *mille Sestertia*, reprobatum, non quia perspicue dici non posset, fed quia, si reciperetur, videbatur eodem vocis sensu *decies millia Sestertium*, *tria millia Sestertium* &c. an logia fancire. Interea hujus vocis ratio non ambigue, qui cum vitro non possit in his, si pro tot millibus ponderum bibirum & semissium, in nummorum amplitore summa, valerent, quae eadem prorsus figura, indem literis, eodem sono, pro tot millibus singulorum *sestertiorum* sive nummorum jam recepta erant, adeò ut folo numero *duo millia*, *tria millia*, non alia significarent, hoc ambiguum inquam terminis ne incurrerent, & haec & radicem eorum, *mille Sestertia*, exstirpaunt, & dilatam adhuc ad partes vocabuli *Sestertium*. Hoc linguarice, in grandibus illis, quae explicandae erant, summis, fuit & augeri non poterat, nisi per adverbium, neque enim in nomine hoc inveniturvox numerum significans tam magnum, nisi in forma declinandi plurali. Adverbam igitur illud erat unicum *Millies*: nam *Millies Sestertium* tuà natura & fine figura est idem, quod *Mille Sestertia* nempe 2500. libræ, feu 1000000. *Sestertium*. Sed hoc *Millies*, plenius & figuratum, vindicavit expeditior ratio computandi ad longe altiorem gradum, nempe millies centena millia nummum Sestertium, indefinitequebet atque elegantior factum iri, si in praesentia eo proprio & simplici abiisset usu: quae resolverent ac circumscriberent, per *decies centies*; si deinde, ex hoc *decies centies*, alterum, quod toties repetendum erat, (nimirum *centies*) omitterent, inque omnibus adverbiis, quibus *Sestertium* multiplicaretur, ad ingentes illas nummorum summas demonstrandas, intelligerent. Idque fedit ac placuit: atque inde omnes hi numerandae pecuniae gradus, qui sunt à *decies* usque ad *millies*, sursumve accipiuntur, illa praeeffere: quibus omnibus castrissem, nisi dicier illud *Sestertium* fuisset invectum. Pro quo denique *Decies* folum remanfit. B evitas itaque commoditas quae ratiocinandi effecit, ut pro numero argenteorum nummorum ponerent vocabulum pondus argenti, quod aequabatur tot nummis, fignificans, *duo Sestertia*, pro 2000. nummum & deinceps: cum igitur essent dein pro 100000. nummum *mille Sestertia*, eurlum pro hoc *millies Sestertium*: omnio pro millies Sestertium in hoc gradu, *decies centies Sestertium*: denique ex decies centies Sestertio, pro hoc nimirum, pronunciarent *decies Sestertium* & *Decies*. Sic *Plinius*, tum cepit, pro *vicies centena millia Sestertium*: *Tricies*, pro *tricies centena millia*, & fic consequenter; usque ad *millies* pro *millies millena millia Sestertium*: hodierna enim ratione cundam computationem Pasaali Grolippi, Millione 2 & dimidium est. Tomae auri. *Quater millies* HS. *Millione* 10. &c. E' quibus facile intelligere est, quid libi velit, *Syngrapha Sestertii centies*, apud Cic. *summa Sestertii decies* & *vatio Sestertii quadragies*, apud Liv. *summa Sestertii tricies & centies* & *quinquagies Sestertii summa*, apud Val. Maximum: *Liberalitas Sestertii decies*, apud Tacitum: *Camare sesterio centies*, apud Plinium & Suetonium: *Atargatis empta sexagies Sestertio*, apud Sueton. *emi posse Sestertio tricies*, apud Plin. *revere in Sestertio centies*, apud Cornu. Nepotem & Senecam *divitem avarum*, *Sestertii millies fer entis*, apud eundem Senecam: *Sestertium bis & vicies*, apud Cicer. iterum *Famil. lib.* 5. *Epist.* 20. V. Joh. Fridericum Gronovium *de Sestertiis* ita *subjecti vorum Pecuniae vet. Graec. & Romanae libb.* 4. *cum Addendis*. Quae autem Antiqui *Sesterria* dixerunt, posteriores *Psalteria* nominare coperunt, ex eodem diminutus *lib.* 2. *cap.* 6. V. proin hanc vocem *loco*.

Sestibenum, nomen Basilicae cujusdam CPolitanae, S. Michaelis dicitae, apud C. Macrum *Hierolexico*.

Seta, quali *chaeta*, à Graeco χαίτη, pilus durior, equorum, fuum, aliorumque quorundam animalium: cujus olim in nectendis corollis usus fuit, loco phlyrae aut fili. Sic *Indicis Reges quoddam genus gemmarum fingere in longissimos cylindros*; *eosque perforatis elephantorum fetis subjugantes monilia balere*, ait Solinus *cap.* 55. adquem locum V. Salmasium. Alium eirum usum indigitat Varro de *L. L. lib.* 6. ubi ad ea operum minutalia, quala fuere formicae ex ebore Calliaratis aliaque, factilus cerenenda, *setae* nigras admoveri confuevisse, quò candor eboris, oppolito fetarum nigrore, oculorum aciem magis adverteret, tradit. Veundem S. Imalium *ibid. pag.* 46. &c. At Recentiores eram profecto *setam* dicere, quae vox in Germanica lingua hodieque haeret, Idem ad *Popiscum in Aurelianum*. De *fetis* e fronte victimarum evulsis & in ignem conjectis in Sacris Gentilium, V. Meurfium ad *Lycophr.* ubi & *unguen* propre Graecis dictas effet, notat.

Seth, adde: Set hoc in artificium mirabile vel ipfus invenire, vel à Patre inventum jam ac conftitutum accepit atque ad posteros propagavit V. Voffium *de Arte Gramm. lib.* 1. *cap.* 9. & Horn um *Histor. Philos. lib.* 7. *cap.* 2 *ubi de columnis ejus disputat*. Hic caput fuit *Sethianorum*, Cainitis oppolitorum, de quibus dictumus aliquid fupra, in voce *Cham*.

Sanitas, vel *Sanitia*, in Regno Croatiae & Dalmatiae, olim diecbatur, qui praeerat regioni, quae centum dare poterat armatos. Et poftea fuccefit dignitas *Knesforum*, uti Comites vocant. V. Joann. Lucium *de Regno Dalmatiae p.* 49. 85. & 99.

Seva, fluvius Galliae, memoratus Brittoni *Philipp. lib.* 8.

Obfedit Abrincas,

Colle ftas inter Sevam Senumag, fupino,
Pofteros annos multo fa mone feracem:

quem ftum hodieque Lebis haec montana mariique proxima obtinet. Fluvium *Seam* vocat Cornalis, vulgo *Sée*, *feu la riviere de Sée*. Oritur is, apud Abrincatuos, in colle Brimbalio *la Butte debrimal* (unde & tres alliannes, fuo alveo quisque in diversa decurrentes, Vitia nempe, Egrannia ac Nigra aqua featuriunt) & calluit Carentiam *Cherence*, Cupam *Cuve*, Briecum *Brieze*, Pontem S. Filberti, qui eft ad pedem montis Abtincarauni; unde & à plerisque dicitur urbem Abrincatas praeterlabi & tingere: atque infra Abrincatas, 3 aut 4. mill. Sesunâ auctus, una cum illo inter Montem S. Michaelis atque Tumbellanum in mare effluit. Ad montem Hubaldi, habet Fumarius. V. Valefium *Not. Gall.* in voce *Abrincatui*.

/ *Severitae*, Haretici, quorum auctor *Severus* Antiochiae Pfeudopsiphopus Acephalus fuit, de quo dictum fuo loco in variis poftea fectionibus diviti funt. Quinque enim *Severianum* diverfas fectas commemorat Nicephorus Callifti *Hister. Eccl. lib.* 18. *cap.* 49 atque omnes habere fuos Epifcopos, excepti is qui *Constabulita* dicebantur, à loco quodam, nomine hoc fumto. Qui autem quintae fectae fuerunt, *Tritobita* appellati fune, eo quòd in S. Trinitate tres fubftantias & naturas per omnia limiles decerent, de quibus V. infrà in voce *Tritobita*, plura vero habes in rem apud Jo. Forbefium *Instructionum Historico Theologic. Lib. III. cap.* 17. ut & in voce *Monophyfitae*. Sic enim etiam vocati funt, qui *Severi* haeresim prefse fequebantur &c.

Severus Imp. adde: Jus matrimonium millibus, *ut quoniam ex legibus nuptiae haberi iis non licebat, faltem hoc urbanitas jure fotiatum conjecerentur*, ut ait Dio Cocceianus *lib.* 60. à Claudio imp. inexitum, latâ lege folvi ac penitus fuftulit, uti dicimus ex Herodiano *l.* 3. tatus, blando & delitio o feminarum lupo haud parum fortitudinis viris auferri, Suid. in *Severo*. A' Leptitanis fuis pro Deo cultus eft fande in eo Spartianus, *Horum igitur sanitarum & tamillustrium virorum interfector ab Aftes, ut Deus habetur*. Inter Taetmas Romanorum celebriores *Severianas* quoque Scriptores habent, Franc. Syvertius *Not. in Hieron. Magium de Timinabulis cap* 3.

Severus Archontius, memoratur Vopifco *in Firmo*: *Quinarium nummos ius* Severus Archontius *proinlit. de Gracis autem Aegyptiisque illoris convicit Severus illum* (Firmum) AYTOKPATOPA *imaicitis fuis effe vocitatum*.

Severus Hoftilianus, Marco Imp. extincto, Patrum fuffragiis ei fucceffit, fed morbo mox correptus poft miffum fanguinem exstinctus eft. Utriusque memoriam (namque Marcus hic alius à Marco Antonino Philofopho) uni Zonarae debemus. Haec. Cafaubonus *Not. ad Hister. Aug.*

Alexander *Severus*, praenom. *Aurelius*, Imperator & Romanus, Urbej Arcenâ genitus, / Varii filius ex Mammaea, Heliogabali confobrinus, poft hujus mortem accepit Imperium,

perium, jam mortuo Macrino *Cæsar* à Senatu appellatus. *Dominum* le appellari vetuit, & XVI. Senatorum consilio, citra fastigium, imperavit; Rectores provinciis vitæ inculpatæ, imitatus Christianos in Sacerdotibus, dedit, Injustos judices summo odio habuit; Vetronium Turrinum, alias sibi familiarem, quòd reposita Principis fingendo venderet, famo neci tradidit, Præconem exclamante, *Famo punitur, qui vendidit fumum.* Porro humanitate & liberalitate tanta fuit, ut ad jejeronium etiam invitaret, quos sperret nihil petitiros. Adversus Artaxercen Persarum R. qui Syriæ imminebat, expeditione suscepta, militia tem disciplinam in ea strenuè exercuit, sapius quod à Christianis audierat ingemmans, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Patrato bello, contra Germanos Galliam infestantes profectus, pecunia primò rem tentate litarut, sed ob id exosus militibus reditus, à Maximino summo exercitus Duce procurante, occisus est Mogantiæ an. C. 237. æt. 29. successore Maximino. Sub eo latis pacate Ecclesia visit: namque & Mamæa Augusta Christianis favit, atque Antiochiam ad se Origenem evocavit, & ipse Alexander Christum, inter Divos suos, in Larario coluit, ut videre est apud Euseb. *Histor. Eccl. lib. 6. cap. 20.* V. plura de eo apud Herodianum *Histor. lib. 6.* P. Orosium *lib. 7. cap. 11.* Æl. Lamprid. in Lampridium in *Vita* ejus, Alios.

Sevir turmis Equitum Rom. apud Jul. Capitolinum in *Marco*, *Cuniculum etiam Flavi Maximini designavit & Cæsaris appellationem detulit & Sevirum turmis Equitum Romanorum jam confecto designatum creavit: & etiam cum collegio Eudoxi Servitas adjecit.* nomen eorum apud præterant Equitum decuriis, quæ lex erant, Rhamnenses feliciet, Tatienses, Lucrentes, omnes primi secundique, Turnebus *Adversi. lib. 11. c. 9. Inscr.* vetus, VI. VIRO EQUIT. ROMAN. TURM. & cum adscripto turmæ numero, Lapis alius, VI. VIR. EQVIT. ROM. TURM. Æ. PRIMÆ. Eodem in *Seniores & Juniores* distinctos fuisse, ali lapides docent. Cæsubonus *ad Capitolinum.*

Sexagenarii, olim de ponte dejecti: cujus causam Manilius hanc refert, quòd Romam qui incolerent primi Aborigenes, hominem *sexagenis* annorum qui esset, immolare Diti Patri quotannis soliti fuere, quod facere eos destitit ille adventu Hercutis, sed religione poste a veteris moris scirpeas hominum effigies de ponte in Tiberim mittere instituisse. Alii, post Urbem à Gallis liberatam, ob inopiā cæpisse *Sexagenarios* in Tiberim præcipitari jussit. Sed exploratissimum illud est Gallis, quo tempore primùm per pontem cæpertum Comitiis suffragium ferre, Juniores conclamavere, ut de ponte dejicerent, qui *Sexagenarii* essent, & proin nullo jam publico munere amplius fungerentur, ut ipsi potius sibi quàm illi deligerent Imperatorem, Festus. Dejiciebantur itaque tales de ponte, *Non ut pericitarentur de vita, sed ne suffragarentur in Comitiis*, Johannes Saxonius *in Orat. pro S. Roscio.* V. quæ de *Pontibus* hujusce dicta.

Sexagesima, in Ecclesia Rom. *initium sumit sequenti Dominica post Septuagesimam, & finitur quarta feria Hebdomadis Paschalis*, Alicantus *de Div. Offic.* Inde dicta, *quia 60. fere dies usque ad mediam Pascha, quod eis feria quarta* præfata, Ordo Rom.

Sexta, in eadem Eccl. Officium diurnum, quod horâ sextâ canitur. V. supra ubi de *Horis Canonicis*. Prisci Sexta *hora*, pro Meridie fuit, unde *Sextanus limites*, ad Meridiem spectantes, inre Agrimensoria. V. Salmasium *ad Solinum p. 676.*

Sextans, sexta pars alicis. De qua voce hic Gronovius, *Trientem & Sextantem vocari ipse Scaligerus reflexerit & Turnebus, in qua tamen difficultatem invenimus, quum significatio prorsus alia sit; nam ista semis, reliqua quadrans.* Nec repugno sequi malis. Sed *quemadmodum quadrans ex parte ipsi transfitit in nomen, quod assem quadrantis sicquasi verbum esset, iterare, in tria redigere, videtur finxisse Trientem quasi* sextare, *in sextantem. Sextantem.* V. cum *de Pecun. Vet. lib. 4. cap. 17.* Item, duo cyathi. Infrà enim ostendemus, Sextarium, quum 12. cyathorum, eadem cum Asse partes obtinuisse. Unde Hieron. Mercurialis *Var. Lect. lib. 1. c. 22.* variis mensuris Antiquos potasse ostendens, ex iis tamen tres potissimum in usu fuisse, observavit, *Sextantem*, Deuncem & Trientem: & quidem duas posteriores raritis, priorem verò frequentiùs, in quotidiano victu, adhibitam. *Sextante* enim tempe ratos ac valetudinarios, Deunce intemperantes & bibaces potasse, ex Suetonio videtur: pole colligi, apud quem Augustum Cæsarem *Sextante* bibisse, cumque fecies eantum in convivio publicis ori admovisse, legimus. Quod idem de se ipso ac Cinna loquens refert Martialis, *lib. 12. Epigrammate 28.*

Sextantem *poto, ut potas Cinna deuncem,*
Et quereris, quòd non Cinna bibamus idem.

Trientem tamen, id est, crateram quinque paulo plus minusve unciarum seu quartam Sextarii partem incommuni usu fuisse, inde videtur probari posse, quod Poetæ, qui omnium optimè Veterum mores, in edendo præterim ac bibendo, expetierunt, eum de hujusce modi potis mensuris vafisque loquuntur, fere semper Trientes nominant, ut infrà in hac voce videbimus. E quo idem Mercurialis ad eredendum se induci ait, Sextarium forsan eam tamsse potus mensuram, quam in Cœna quotidie sumebant, quamque in quatuor partes five in Trientes 4. providebant. In-

terim mensuræ limites sæpe luxuriam tussse transgressam, notius est, quàm ut ostendi opus habeat. V. præter præfatum Mercurialem Rosinum *Antiqq. lib. 5. cap. 3.*

Sextarius, mensuræ liquidorum Rom. species, quia *sexta* pars congii, sic dictus, continebat heminas duas, uncias autem mensurales 20. Fannius,

At Corydon, quai si placeas, dixisse licebit
Heminas: recipit geminas Sextarius unus.

Italicus vocatus est à reliquis Græci, & *Urbicus*, respectu Castrensis, qui duos urbicos implebat. Cum 12. capeat cyathos, partes eandem cum Libra & Asse obtinuit: Earum itaque nominibus appellarunt poeta Poetæ, fed pro femisse Heminam & 6. cyathos, pro uncia Cyatlum dixere. Nota ejus fuit ℈. Inter Aridorum quoque mensuras, *Sextarium*, Heminam, Acetabulum, Cyathum, Ligulam reperias. Medici Græci à Romanis, *Sextarium*, inter Liquidorum mensuras mutuati, *Ξέστου* eum nominarunt insigniverunque hac nota ξ. vel ξ. sed apud Anticos vetustiores non reperitur, Franc. Gouldmannus, *Mensuris*. Budæus *Sextarium* Rom. comparat cum Parisiensi pinta de *Asse I. S. Et quidem Augusti* etiam cum se liberalius invitabat, una cœnâ sextantes fenos feu duos *sextarios*, non excessit, teste Suetonio; quem virinimodum fuisse hominibus frugalibus, ex Horatio, Vopisco in *Tacito*, alibi, constat. Scribitque Hieronymus in *Ezech.* polle aliquem, etiamsi æger, tamen vivere, ut non bibat in die amplius sextarium duobus Italicis vel solius aquæ. At Novellius Torquatus 18. sextarios uno impetu Mamertinos quoque Thrax 48. sextarios, nempe integram amphoram Capitolium, una die hausit, de cujusmodi bibonibus V. Plinium *lib. 12.* Capitolinum in *Maximinis*, Athenæum *lib. 4.* Alios. Bello Samnitico *Militibus, quos in præsidio simus fuerant cum P. Decio, legiones libras farris & sextarios vini cunctisse*, ob rem fortiter gestam, apud Livium legimus *lib. 7. cap. 37.* V. quoque supra.

Sextarius, adde: Aliter *Sestarius*, in *Itinerario* Hierosolym. sed corruptè, prius enim genuinum ejus nomen est. Unde Theodulfus in *Paræn. ad Judices*, vocat *Sextarionem* . . . *ac fabris potiti*, id est, montibus, *cinctum* esse, ait: In Testamento Guilielmi de Montepessulano anno C. 1146. *villa Sestanson & Sestanito cum Espesopatio Sestantionensi*, memoratur; *villa Sestancio*, in literis A. 1177. nunc vicus est seminarius, & defertus: in Magalonensi seu Montispessulanensi diœcesi: Hadr. Valesius *Not. Gall.* in voce *Mons. Pessulanus.*

Sextia Lex, quæ & *Sextia Licinia* dicitur, de creando altero Consulum ex plebe, data est anno U. C. 426. à C. Licinio Stolone, L. *Sextio* Tribuno Pl. L. Furio Camillo Dictatore, ut testatur Livius *l. 6. &c. Sextia* Mœnia Lex anno 301. à P. *Sextio* Capitolino, T. *Menenio* Lanate Coss. rogata est, *ut ores decies, boves centum sacrificarentur.* Meminit ejus Festus, ad quem in voce *Pecuatus*. V. Antonium Augustinum, ut & Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l. 8. c. 22.*

Sextiles Kalendæ, annio lim apud Romanos principium Liv. *lib. 3. cap. 6. Comitia inde habita creati Consules Luc. Rebutius, S. Sertilius, Kalendis Sextilibus ut tunc principium anni agebatur, Consulatum ineunt*, V. de *Sextili Mense*, supra in voce *Augustus.*

Sextilius Lateranus, adde: cum Vero Imp. Capitolinus in *Vero. Viri clari.*

Sextus, Cluæronensis. Plutarchi nepos, inter præceptores Marci Philosophi memoratur. Capitolinusque an is fit, cujus lodicej, habemus Dissertationes adversus reliquas Philosophorum sectas, dubitant Eruditi. Sanè Pyrrhonium fuisse, scribit Suidas, qui libros 10. *Sextiarum* illum reliquisse testatur. Alius fuit *Sextus*, Philosophus Afer, qui itidem *Scepica* ter pisse eidem dicitur. Hic n. *Empiri* cognomen habuit & ante Galenum, prioris contemporaneum, vixit. V. Galenum *Isagog.* & Salmatium, *ad Capitolinum.* Meminit Capitolinus *Sexti* Philosophi, in *Vero*, quem inter eos, quos hic unice amaverat, ponit.

Sextus, Cocidiani fil. ex Quintiliorum familia, memoratur Lampridio *in Commodo*, *Domus Quintiliorum omnis exinita, quod* Sextus *Cocidiani filius*, *specie mortis ad defectionem decretor evasisse.* Ubi Salmasius *Cocidiani* legit, V. supra in hac voce. Historiam Juvenis hujus, cujus morsastu mino simulata, fuit exequitur Dio, qui tamen non Cocidiani eum, sed alterius Quintilii, filium facit, Maximi viz. *Καὶ ὁνομάζεται ξύστος*, inquiens, *ὑπὸ Μαξίμου τινὸς*. V. Salmasium *ad l.*

Sextus, Carthaginis locus, ubi Cyprianus martyrium subiit, Baronius *ad A.C. 161. num 22.*

Sextus Decretalium, sc. Liber, dicta est Compilatio Decretalium, justu Bonifacii VIII. facta à Guil. de Mandagoto Archiep. Ebredunensi, Bereng. Fredello Epise. Narbonensi & Rich. Patrono de Senis Rom. Eccl. Vicecancell. quòd quinque aliis Gregorii IX. accessisset. Constat potissimum ex Constitutionibus Innocentii IV. Gregorii X. Nicolai III. & ipsius Bonifacii: item Constitutionibus duorum Conciliorum Lugdunensium Ann. Christ. 1245. & 1272. celebratorum: habetque itidem libros quinque, ut Gregoriana, & eosdem titulos. Sed, ob inimicitias Bonifacii cum Rege Galliarum Philippo, in hoc Regno, locum non invenit. Duarenus *Prælect. lib. de Sacr. Eccl. Minist. &*

Petr. de Marca *Concord. Sacerdot. & Imperii lib. 4. cap. 16.* Scripsit in hanc compilationem *Glossas* Jo. Andreæ, de quo V. Guid. Pancirollum *de clar. Lf. Interpp. lib. 3. cap. 19.* & plura hanc in rem apud Gerh. von Mastricht *Histor. Juris Eccl. num.* 366. & *seqq.* ut & suprà in voce *Decretales*.

per Semermissio animalium, V. suprà *Varia*.

S F.

Sforia, nomen Familiæ, in Italia illustris. In qua Francisci genet per illegitimam filiam Philippi Mariæ, è Vice-Comitum familia, qui Mediolanensem Ducatum, à tempore Wenceslai Imp. tenuerant, ultimi, to extinctò, partim fraude, partim vi, Ducatu potitus est, sicque ex gregario milite, qualis primùm fuerat, ad summam potestatem ascendit Sec. XV. Sed ejus successor Ludovicus, à Ludovico XII. Gall. R. Ducatu exutus est A. C. 1499. ac in carcere necatus: donec Maximilianus I. Imp. pulsis Gallis Maximilianum *Sforzium* restituit A. C. 1512. post præsium illud famosum ad Marignanum A. C. 1515. iterum eversum à Franc. Gall. R. Quo pacto Mediolanum Galli tenuerunt usq; ad A. C. 1522. quo Carolus V. Francisco Sfortiam reduxit: qui cùm sine liberis obiisset A. C. 1535. Imperator Ducatum familiæ suæ assciuit; Georg. Hornius *Orb. Imper. cum Notis Pelleri pag.* 171. & *seqq.* Ex eadem familia Blanca Maria fuit, uxor Maximiliani I. quæ, Ludovici Pontificis, mario attulit 400000. ducatorum, præter gemmas aliaque cimelia 40000. ducatis æstimata, uti refert Guicciardinus *Histor. lib.* 1. perveniique postea Ducatus non sine fato, ad Maximiliani ex Philippo fil. nepotem Carolum V. præfatum L. Joachim. Fellerus *ad Hornium d.l.*

S H.

Shammaa, Hebr. שמעא, quibusdam fuit tertius & supremus Excommunicationis gradus, quo peccator non solùm Ecclesiâ & promiscuo victu arcebatur, ut per gradum *Niddui*, aut cum diris extra Ecclesiæ ac Reip. pomœria relegabatur, ut per *Cherem*, factum: fed fuprema tandem fententia percellebatur, & extra Ecclesiam ejectus, sine alia impositorum vera horrendo carmine, congestisque diris ac execrationibus, inter tubarum & epium. Dei salutis judicio relinquebatur. Nonnulli tamen hunc gradum cum *Niddui* eundem faciunt, & excommunicationem in *Cherem* terminatam aiunt: qui proin jcum *Shammaa* comparare nolunt *Maranatha*, quod priore faciunt; fed *Maranatha* habent pro confessionis Christianæ symbolo, seu potius pro pronuntiatione maledictionis feu anathematis in Judæos, & omnes Christi ac Evangelii ejus osores. Franc. Burmannus *Synops Theol. Christ. Part. prior. Lib. III. cap.* 5. §. 13.

Shoterim, Hebr. שוטרים, fuere in Israëlitarum Rep. præfecturarum Juridicarii muniti de jurisdictorum solennium executores, Judæis Hispan. *Alguaziles*, Germanicè/ibus *Bütlil*, l. Lictores, seu Bedelli. Græcis vero interpp. Ἐφημερίδες ἀρχῶν, *Introductores seu Dispositores scriptarum officium*, actionum, postularum, & quæ id genus judiciis aut necessaria aut pro re nata magis idonea uti apud Athenienses fuere Εἰσαγωγεῖς, qui actiones ad Judices introducebant. Item Ἐφημερίδες ἐφορῶν, hic. *Scribæ*, vocantur. שטרא enim Chaldæis & שטר Rabbinis *scriptum* seu γράμμα legitimum, maximè quod ad contractus & obligationes hominum mutuum spectat, adeoque ad res forenses, significat; commentaria etiam & codicillos qualescunque negotiorum: ut malè de literarum doctendarum munere vocem *Shoterim* nonnulli fumserint. Inde Ἐφημερίται signarunt nomine Græci Pharaonis *Shoterim*, Exodi cap. 5. *vers.* 6. 10. &c. qui exactores erant, Israëlitis præfecti. Quam in rem V. plura apud Seldenum *de Synedriis lib. I. cap.* 15.

S I.

Sialandia, prov. Daniæ, in qua metropolis Regni Hafnia, V. *Selandia*.

Siamum, adde: Incolas, Creatorem unicum cœli & terræ; Item animos hominum sempiternos & bonis sempiterna gaudia, impiis verò pœnas expectandas esse, credere, docet Jo. Schultenius *Descript. Regni Siam.*

Sibæ, ad fe: Ab Hercule comitibus eos descendisse voluere nonnulli, indicio clavæ, quam gestabant, & pellis, quam induebant. Salmasius *ad Solinum p.* 599.

Siberia, adde: Inde advehi pretiosas pelles, quas *zobellinas* vocamus, cùm *Siberinæ* dicendæ essent, annotat Georg. Hornius *Orbe Politic. cum Notis* Mencken. p. 533.

Sibilares, apud Lampridium in *Commodo*, *Jam in his artifex, quæ stationis Imperatoria non erant, ut calices fingeret, salsares, cantavit, sibilatet, scurram denique — ostenderet*: fistulâ canere est, quod *pastores* quos dicit Lampridius in *Heliogabalo*, Græci ἐνσείειν, ut Plinius (cubi de cervis) exponit. Et sane *sibilus* propriè sonus est, quem fistula emittit. Ovidius,

Et norunt omnes pastoria sibila montes.

Unde & σύριγξ *fistula*, ἀπὸ τοῦ συρίττειν. Sed non omnis sibilus fistulâ editur; nec Græci ἐνσείειν cùm dicunt, de sibilo fistulari, fed qui ore solo editur, intelligunt: Hodieque sunt, qui foliis oris sibilo omne genus cantilenas modulantur, quo fenfu forsan melius *sibilare* apud Lampridium fumitur. Felellit nempe Plinium, quod ἐνσείειν Græci pro *fistulâ canere* proprie dicunt, unde ἐνσείσαν, apud Theocritum, à quo diversum ἐνσῆσαι, ut diximus. Certenim *sibilo* explodebantur olim triticula Actores; & *sibilo palmæ*, cùm fe. manu cavatâ & ori admotâ sibilamus, ceteros maximè gaudere aiunt, qui de venatione hodierna fcripserunt: unde hoc pacto illos captari mos. V. Salmasium *ad Solinum p.* 220. & 221. Proprie ergo *sibilus*, sonus est exilis, qui fit ore compresso dentibus & paulum diductis labiis. Hinc ad leperentes translata vox, quorum *sibilus* terribilis quidem, Sapiente, cap. 17. *vers.* 9. exilis tamen, *Isaiæ cap.* 26. *vers.* 22. Reptilium primisfeu basilisci, cujus *sibilo ipsos fugari serpentes*, Plinius, & ex eo Solinus, omnes quinimo, qui audiunt, necari, Damir aliique tradunt. Undeet *Sibili* quoque nomen apud Latinos, ficut *sfephoni*, apud Hebræos, V. suprà. Valde igitur κακοζηλοτύπως illud, cum de balatu ovium, in Cantico Deboræ, Judic. *cap.* 5. *vers.* 16. imò de barritu elephantorum apud Arianum lib. 5. voce *sibilum* denotantes usurpantur &c. V. Sam. Bochartum *Hierog. Part. prior. lib. II. c.* 45.

Sibyllæ, adde: Inter eas Cumææ inprimis celebris, cujus tres libri à Tarquinio emti, ut quibus Urbis fata conscripta, diligentissimè, Romæ asservati, & primùm II Virûm, dein XV virûm fidei concrediti (quorum etiam illud munus erat, Carmina ista adire atque inspicere, si quando aut præsenti damno aut ingruentis periculi metu Resp. turbaretur) incendio perierint, Sullanis temporibus. Cui jacturæ reparandæ paulo post missi, qui *Carmina Sibyllina*, ubicunque essent, conquirerent, Romamque conferrent, & quæsita Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam atque Siciliam & Italiæ Colonias, ac notioni Quindecimvirum (quinque etenim alios Decemviris Sulla adjecerat) subjecta. Ex iis, quæ Romana Fata continebant, tribus itidem libris, ut Cumanæ, descripta & religiosè habita, reliquis promiscuo usui permissis, quæ octo libris comprehensa, & plurimorum in manibus versantia, Stilicone à vim effugêre, cùm jussu illius tres itidem, fortunam urbis Populique complexi, abditerentur: de quorum ingenuitate egregie differentem V. Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. prior. cap. I. §. 14.* Adde Salmasium *ad Solinum p. 75. & seqq.* qui primum Augusti libros Sibyllinos condidisse duobus foruis auratis, sub Apollinis Palatini basi; cujus incendio pene fuerint consumti, tempore Juliani Apostatæ, ex Suetonio & Ammiano, inter alia, observat. Quia verò carmina hujusmodi à priscis Christianis, più quadam fraude, Gentilium ad meliorem religionem facilius verendâ, excogitata, conficta & fuppofita, pluri mi arbitrabantur, hinc Christianus à suo ævo à quibusdam *Sibyllistarum* nomine notatos irrisosque fuisse, ut qui *Sibyllam* prophetidem exstimiarint, notat Origenes c. *Celsum lib. V. n.* 15.

Sibyna, apud Tertullianum *adv. Marc. l.* 3. c. 21. *Et concidente machæras suas in aratra, & sibynas in falces*: σιδύνη Ephippo apud Athenæum, l. 12. ξίφος Græcis Interpp. Jer. c. 6. v. 22. Aristagoræ & Herod. *l.* 5. *cit. ὠκέως ἀρχέζειν, hastis brevis*, quâ Persæ olim usi. Certè Hebr. שבלא, unde vox Græca orta, permutatone l. & n. proprie est *spica*, indeq; hastile translatum nomen. Quomodo *spicula* Isidoro sunt *fagittæ vel lanceæ breves, ab spicarum specie nuncupata*, *Orig. l.* 17. c. 8. Et Gallicè haftam Turnebus *picam*, q. *spicam*, vocari putat, quòd ferro spicata sit exiguo, Bochartus, quòd *spicæ* formam habeat. Memini inter arma Persarum hastilium hujusmodi, ut diximus, Herod. *l.* 5. ubi iis tribuuntur πέλεκεις ἀμφηκεῖς ἀκρωτῆρα ἀργύρεα *brevia*, & c. lib. 7. de exercitu Xerxis, ἀσπίσας ἔχοντας, τέλεα δ' αὐτοῖσιν, *hastas breves & magnos arcus*, illa iisdem, inquit, Amazonum. Alexandrum scribit Athenæus *l.* 1. cum Persica stola gestaffe, τὸ τε τέλος ἐν χερὶ ἔχοντα, *arcum etiam & filymnas*: planè ut Græca Vertio Jer. c. 6. v. 22. τέλος ἐκ ζύλου κερατίνου. Id ipsum porrò Persarum telum, ab alijs σκῆπτρα, *pilum*, dictum est, Xenoph. *Cyropæd. l.* 7. ubi quemque σκῆπτρ κορυφοῦσθαι, *pilo & corno*, instructum fuisse, ait; & *l.* 1. c. 4. ubi fingulis, præter arcum & pharetram, bina σκῆπτα affignat, Arrianus *l.* Alii. Nempe σκῆπτρ κὸν ἔγχος, *telum, & vibrandæ*, sicut Hebr. כידון *Chidon*, hic. telum exitiale, appellatum est. V. Sam. Bochartum *Hierog. Part. prior. lib. II. c.* 8. & suprà in voce *Pilum*.

Sic vivant lumina mea, vetus jurandi formula, de qua V. B. Augustinum *Exegeticis in Johannem*.

Sica, non à *secando*, ut quibusdam visum, habet enim priorem producitam, fed à Gr. ἴκω, quod ἐπὶ τοῦ ἀφικνεῖσθαι, ἀκοντίου, expoinunt Grammatici, ferreus cultet, Juftiniano dicitur *Institut. l.* 4. quem prolixius ita describit Jofephus *Antiqq. Judaic. l.* 20. *Sicarii*, inquit, *latrones sunt, cultellis utentes, magnitudine similibus acinacibus Persicis recurvis & similibus iis, qui à Romanis Sicæ dicuntur: unde & qui latrocinantur nomen sumpserunt. Eti glutii breves erant ita ut occultari posse videbis & facilè; nec opinantes confodi, maximè in turba possent.* Inter arma certè Persarum ἐγχειρίδιον, *seu sica*, recensentur Herodoto *lib.* 7. ubi præter hastas breves, magnos arcus, sagittas arundineas, iis tribuit ἐγχειρίδιον καὶ ἄρπην μεγάλην παραπλησίως τῇ Σάκαι, *sicas* ad dextrum latus co-

na fas-

na ſuſpenſas, Pollux *κλινίδας* vocat, *l. 1. c. 12. ſect. 7.* *Acinaces*, *περσικὸν ξυρόκοπον, ἢ τῷ μηρῷ περιτιθέμενον*, *Acinaces*, *Perſicus gladiolus eſt, ſe femore appendens*; voce & Petica *chirurgi* emollita. V. Bochartum *Hier. Part. prior l. II. c. 8.* Sed & Thracum faiſſe, vide, infra. Hinc itaque *Sicarii* dicti ſunt, contra quos extat lex Cornelia, quam tulit Corn. Sulla Dictator anno U. C. 673. cujus quæ ſuerint capita, exhibet Joh. Roſinus *Antiqv. Rom. lib. 8. cap. 26.* Mention quoque *Sicariorum*, Actorum *cap. 21. verſu 38.* ubi Ægyptius quidam in deſertum ed: uſſe dicitur *τετρακισχιλίους ἀνδρας τῶν σικαρίων*, *quatuor millia Sicariorum*. Quam factionem de Gaulonitarum Sectæ fuiſſe credibile eſt, qui à Juda Gauloaite, feu Galilæo, de quo agitur Actorum *cap. 5. verſ. 37.* orti, tributum Romanis pendere recuſabant, neminemque alium niſi Dominum Cœli, pro domino agnoſcere ſe contebant. V. Thom. Godv vinum *de Ritibus Hebræor. lib. 1. cap. 13.* Suiceum voce hac & ſupra, ubi de *Gaulonitis*.

Sica, adde: Et ſine dubio nomen id Pœni, Phœnicum exemplo, qui Aſſyrios ac Babylonios imitati ſunt, a *Sucoth* vel *Sicoth Benath*, Veneris Tempio, apud Babyl. impoluerunt. Significat autem vox hæc, *Tabernacula filiarum*, quòd Babylone, in Templo Veneris Uraniæ, Virgines tempora corollis religatæ amatores ſuos operirentur, qua de re Herodotus *Mus. primâ*' & à *Benoth*, Veneris nomen Joh. Seldenus non absque rationende ducit. A Venere vero Pano *Sicæ* ubi nomen fuiſſe, vel ſidera fecerit illud Valerii Max. *lib. 2. cap. 6.* *Sicæ eſt Panum Veneris, in quod ſe matronæ conferebant, atque inde, prodientes ad quæſtum dotes corporis injuriâ conſtabant*, *honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo conjugia junCturi*: Pluribus hoc idem Seldenus, & *Dio Syrii*, *Symagen. 2. cap. 7.* V. Voſſium *de Idolol. orig. ac progr. lib. 2. cap. 22.* Hic poſtea Epiſcopatum ſuſſe inſtitutum, notum eſt ex Hiſtoria Eccl. Inde oriundus Proculus Grammaticus Latinus, quo inter alios Marcus Imp. ulus legitur, apud Jul. Capitolinum, *Uſus—quotidianis Latinis*, *Troſo ægro & Pollione*, *& Euxylio Proculo Sicensi*: ad quem locum V. Caſaubonum.

Sicus Panis, apud Vopiſcum in *Tacito*, *Panem niſi ſiccum non comedit*: eſt panis ſolus. Nunquam enim niſi panem ſolum, in jentaculis & prandiis comeditle Tacitum, dicere vult: cum alii parmulas, ova paſtilles, nucleos, mel Atticum crudum aut coctum, aut aliquid melliti operiave dulciaria, ſalſi etiam aliquid nonnunquam cum panis amplexentur. De ſic Setuc. Cæſar ſcribit, *Ep. 83.* *Mendacium mihi ad ſatietem ſuperſti, panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium.* Et hoc erat antiete Setuc. Græci eodem ſignificatu *ξηρὸν ἄρτον* dicunt, qui etiam aliàs *ξηρὸν* pro *ſolo* ulurpant ſæpiſſimè, uti docet Euſtathius *ll. 7. Odyſſ. l. 8.* & quoultimo loco *ξηρὸν ὕων ſola* & mera *carmina*; quæ prius polierat, nulli ſyllabâ mutata, vocat. Similiter voce uſus eſt Capitolinus *in Maximinis*, *Deinde ſine delicto Conſulares viros—meretrices*, *alios ſicis vehiculis exhiberes*, *alios in cuſtodia detineret.* Ubi *ſicis vehiculis exhiberes* non aliud eſt, quàm ſiccis. Herodianus *μηδενὸς ἀνθρώπων ἐθέντος ἀνευ θεραπαίνης* : cùm ſolis & nudis articulis impoſiti viri Conſulares, absque ſervitio, atque comitatu tra herentur, ad imminentiſſimæ bellæ arbitrium, puniendi. Eandem rationem *ἄρτων*, habet apud vett. Latinos ſignificat namque toſtum & aridum, in quo nihil uvidi relictum eſt &c. Unde jam facile exponitur Comici verſiculus in *Eunuche*, in quo ſe multum Eruditi torſere,

Hinc ego emoram? ſine amem, *hoc arido argento eſt opus.*

I. e. non opus logis eſt ac ſermonibus, ſi quidem eam ac ſitas mulieres, ſed *pleo argento*, quod ſi dederis, harum tibi copia ſiet, Salmaſius ad *Capitolinum d. l.* Sed *ξηρὸν ἄργυρον* Græci inter pretantur *buccellatum*, quo eſt panis nauticus, & Gallis hodie *bis collus* dicitur, ut videre eſt apud Eundem *ad Vopiſcum*.

Sicula vel *Sicilia*, parva *ſica*, unde *ſicelatus lauro*, de Imperatore Threxeo, (Thracum enim *ſica*) apud Capitolinum *in Maximo & Balbino*; *Nam quòd nobis vita per vos reddita eſt*, *quam eſtimaſſis paſſim per provinciales carnificinas ſicelatus lauro ſic petiit*, *ut ſi Ordini proſiteretur lratum*, *quamvis diem aut proſeguat ſ.* Verba ſunt Auguſti Claudii Juliani *Epiſt.* ad Pupienum & Balbinum: intelligit autem hoc nomine Maximinum Thracem, *ſicilâ*, h. e. parvâ ſicâ armatum. Ab eadem origine *ſiciles* ſunt & *ſicilia*, ſpicula haſtarum, ut videre eſt apud Salmaſium *d. l.* Item *ſicilum*, Gr. *σικίλιον*, *calum*, unde *ſicilati lapides i. ſculpti.* Gall. *ciſelés.* Idem ad *Solinum p. 1045.*

Sicera, ex Hebr. שֵׁכָר *potus inebrians*, cùm abſolutè ponitur, vinum; cùm vino opponitur, omnem aliam portionem inebriantem notat &c. Suicerus *Theſ. Eccl.* in hac voce.

Sichæus, adde: Græcis *Σιχαῖος*, Servius *ad Virgil. Sichaeum* dictum annotat Latinis vett. ex *Ἀγαθοκλεῖ*, pro quo *Ἀστερία* Juſtinus habet. Ita ex *ἀφετηρία*, *finiſter*, *Ἀκέστα*, *Segeſta* &c. Salm. *ad Solin. num pag. 313.*

Sichæ, oppidulum Brabantiæ, memoratum in literis datis A. C. 1130. quas Albertus Miræus in lucem protulit, nunc *Schemium* vocatur. Locus inter fuos celebris D. Virginis Fano, de cujus miraculis multa Lipſius habet: V. in voce *Sichem*.

Tom. II.

Sicia Gens & *Sicinia*, inter Romanos illuſtris fuit, & qua L. *Sicius* Dentatus ille fortitudinis laude adeò inclytus; ſic enim meliores Pinii libri nominant *lib. 22. cap. 5.* quem alii *Sicinium*, *Sicium*, *Siium*. Mentio apud Lyvium *lib. 1. L. Sicii* fortiſſimi viri, qui in Sabinis per inſidias à ſuis obtruncatus eſt fraude Decemvirum, quòd in eorum invidiam ſermones ad populum ferret, de creandis Tribunis Pl. Hic ipſe L. Sicius Dentatus. At *lib. 6.* idem meminit *L. Sicinii* Trib. Pl. Sed & Titus *Sicinius* Conſul fuit, cum G. Aquilio Tuſco. V. Salmaſium *ad Solinum p. 47.* nec non in voce *Sicinius*.

Sicilia, adde: Sub Romanis, quibus in ſingulas provincias ſingulos Quæſtores mittere moris erat, duos ipſa tamen Prætores habuit, quòd duplex faiſſet, *Provincia vetus & nova*: unum qui Lilybæi; alterum qui Syracuſis curabat. Hodie, ut ait Auctor Anonymus *Deſcript. Orbis Terr. cap. 5.* *ubi de Inſulis*, nomen ambiguum eſt, & Inſulæ partier ac Regno Neapol. tributur, unde & Hiſpaniæ Monarchæ *utriusque Siciliæ* Reges dicuntur. Itaque diſcriminis causâ *Siciliam Inf.* vocant *Siciliam trans Pharum*, Regnum Neapolit. *Siciliam cis Pharum*; Pharum verò ipſum *ei Faro di Meſſina*, freum Mamertinum, inter utramque poſitum. Fertilitatis & incolarum copiæ indicio eſt, quòd 12. Epiſcopos numerat, & Plinii tempore jam 72. urbes habuit. Regitur *Sicilia* trans Pharum, à peculiari Vice-Rege Hiſpan. qui Panormi reſidet. *Sicilia* cis Pharum, quæ etiam Hiſpanici juris, feudi loco à Pontifice Rom. accipitur, cui Rex ea tempore quotannis equum albam ephippio & ornamentis ex holoſerico rubro ornatum, ſimul 7000. aureorum pendit, quâ pecuniâ acceptâ dicere fertur Pontifex *Sufficiant pro hac vice*. Sed & de altera *Sicilia* aliquid controvertiæ fuiſſe: Affirmant enim quidam Reges Hiſpaniæ, ſe in temporalibus, adeò dominos eſſe *Siciliæ*, ut jure regio in multis Rom. Pontificis obeant munus, qualia ſunt: *beneficiorum collati, ones, dilationibus reſiduum Eccleſiæ* &c. quæ à Sede Rom. deceſſoribus tuis indulta aſſerunt, in remunerationem redacti ad obedientiam Eccleſiæ Regni, quod à Saracenis occupatum fuerat, ſicque beneficio ipſius præfatæ Sedis, Eccleſiæ jura in Reges translata eſſe, contendunt. Contrà tamen Pontifices, à tempore Nicolai II. & A. C. 1060. Comite & Duces *Siciliæ*, Robertum Guiscardum, Conſtantium, Fridericum: deinde à familia Gallorum Regia Duces Andegavenſes, poſtmodum Argoniæ & Legeri poſſeſſores eſſe, ſe Sedi Rom. homagium lig um pro *Siciliæ* Regno, ſub hac clauſula, debere: *Quòd in Eccleſiis vacantibus Nos & noſtri in Regno hæredes nulla habebimus Regalia, nullosque in nomine fructus, reditus, pro ventus & obventiones perſipemus*, ajunt. Quæ ita ſingul. opere, pro cauſa Pontificis, edidit ut Baronius *de Monarchia Siciliæ*: ſed quod propterea edicto Hiſpaniæ Regis proſcripſum ipſeque Auctor non multo poſt, a factione Hiſpanica, Pontificiâ dignitate exclulus eſt. V. Auctorem præditum Anonymum *cap. 1. de Regno Eccleſ. S. V.* Nec omittendum, quòd Grenovius ſuggerit, Romano vet. in re nummaria *Siciliam* appellabatur, à 10. libris æris, dividebatur vero in 4. partes argenti. V. cum de *Pecunia vet. lib 3. cap. 9.* Auctoribus autem, qui de *Sicilia* ſcripſerunt, adde *Rerum Sicularum Scriptores Antiquos*, uno volumine comprehenſos Francof. A. C. 1579. Plura de *Sicilia*, inprimis hiſtoriam Familiarum regnatricium, quæ in ea ſeſe excepere, usque ad hodiernam Auſtriacam, V. apud Georg. Hornium *Oro. Imper. cum Notis* L. Joachimi Felleri pag. 182. & ſeqq.

Sicilia, vicus Britanniæ, apud Lampridium in *Alexandro Sev. Denique agentem eum pauciſsimi Britannia*, *ut alii volunt*, *in Gallia*, *in vico cui Sicilia nomen eſt occiderunt.* Uti legit, & apud Aur. quoque Victorem Schotti, pro *Sicilia*, legi jubet Salmaſius. Item nomen loci cujusdam in Palatio, cujus meminit Capitolinus in *Pertinace*, *Super venerunt autem Perennci*, *cùm is familiſsimum auliCum ordinares*, *ingreſſique porticus Palatii*, *usque ad locum qui appellatur* Sicilia & *Jovis tonantis*. Ubi Auguſtus, locum in edito ſingulariter habuit, quem vocabat *Syracuſas* & *Τεγύρωνα*. Quia verò in deſcriptione Urbis apud Victorem Jovis tonantoni jungitur Summa Velia, hunc locum Viri docti de mendo ſuſpectum habent. Caſaubonus ad *l.*

Sicilia Minor, dicta eſt Inſ. quæ aliàs *Dia Dionyſias*, item *Strongyle* & *Naxus*, Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Siciminia, Græcè *Σικιμνία*, tertium erat Saltationis in Poëſi adhibeti ſolitæ genus, &, ſicut *Ἐμμέλεια* ſaltatio Tragica, *Κόρδαξ* Comica, ſic ipſa Satyrica fuit. Heſychius : *Σικιμνία ὀρχηστὶς ἐν τοῖς σατυρικοῖς δράμασι τὸ σχῆμα τοῦ ὀρχήματος ἔχουσα*. Erat n. ſaltatio lativa, inconſtans, maximeque mutatoria, quæ geſticulationibus crebernmisæ celerimis peragebatur. Nomen traxiſſe quibusdam videtur à *Sicinno* quodam barbaro, vel ut alii volunt, Cretenſi

Ita Athenæus *lib. 1.* Clemens Alexandrinus *Pædagog. lib. 1. cap. 7.* refert, saltationis hujus Auctorem *Sicinnum*, liberorum Themistoclis Pædagogum fuisse; At Lucianus ἐν τῷ ὀρχήσεως, à Satyris, Bacchi Minystris, saltationis hoc genus inventum ell, & nomen accepisse scribit: Τὸ μὲν γὰρ σκίννις ὀνομάζουσιν ὀρχεῖσθαι Κάρες καὶ ὁ σκίννις ὁ ἐμπόδιος, οἱ δὲ σατύροι διὰ τοῦτο, ἐπὶ αὐτοὺς ἐφέρετο σκίμμασι,] id est, *Cares trita sua celebrantia Saltationem genera*, *quæ Cordax*, Sicinnis & *Emmelia*, *quibus Satyri*, *Bacchi Ministri inventis singulis à se nomen imposuerunt.* Hinc *Sicinnistæ* dicti, qui *Sicinnim*, sive ut Gellius ait *lib. 20. cap. 3. Sicinnium* faciarent,] atque in eo excellerent, Voss. in *Etymolog.* hic appellatos vult Mimos, qui vitium mortui repræsentarent & *Sicinnium* faciarent; Gelliique *prælato loco* verba erat, è quibus tamen de vitæ mortui repræsentatione nihil hauritur. Similiter Jul. Cæsar Scaliger *de Poet. lib. 1. cap. 18.* inquit apud Gellium *Sicinnistarum* nomen legi eorum, qui ad tumulos modos facerent, quos Galenus σικιννώδεις vocat: Sed *Scaligerum decepit*, *quod capus ut. ubi de Sicinnistis*, *cap. prær. ubi de Sicinnibus agitur*, *in vulgatis editionibus corrupte scripserat*, Jac. Oiselius JC. *Not. in Gellium.* Canebant in Ludorum pompis Græcanicam *Sicinnem* ibi Satyrorum speciæ, hirsutis tunicis, quas quidam *Scorteas* dixere, amiculisque ex omni florum genere consertis, indutis campestria ex hircinis tergoribus setasque in vertice intextens, aliaque his gestamina: Similia hæc fertas armaturam, qua præcedebant, saltationes, ridiculæ imitabantur, eas per ludibrium depravantes; cujusmodi Satyricis lusibus salibusque, jam inde à priscis seculis Romanos fuisse delectatos, patet ex Triumphis, & Virorum illustrium funeribus, in quibus inter alios feretrum præcedebant saltatores illiusmodi Satyrici lusus. Rosinus *Antiqq. 4. c. 23.*

Sicilus, Hebr. שִׁקֵל, *shekel*, nummus apud Hebræos argenteus frequens, duplex erat, *Siclus Regius*, seu communis, quem *laicum* vocavit Pagninus & *Siclus Sacer* seu *Sanctuarii*, quorum hic τετραδὴ ὀρχῶν ille δὲ ὀρχῶν, fuit. Sicilo Sanctuarii communiter insculpta erat ab una parte *urna manna*, vel, ut alii volunt, *thuribulum Aaronis*, cum inscr. *Shekel Israel*: ab altera parte cula erat *virga Aaronis florens*, cum verbis, *Jerusalaim hakdoshha*. At postliquem Metallis dominum nostrum Judas prodidit, quibusdam fusile videntur. Alter, nempe *Siclus Regius*, tempore Davidis ac Salomonis, habebat insculptam turrim, inter יָרֵן & מִרְכָּב, ac insra שָׁעִיר הַקֹּדֶשׁ, hic ut tota inscriptio hæc verba contineret, *Jerusalem Urbs Sanctitatis*, ab una parte: ab altera verba hæc, *David Rex*, & *filius ejus Salomon Rex*: eratque in communi vita usitatus. Porrò, in minores quoque nummos *Sicum* divisum fuisse, hinc colligimus, quòd Exodi cap. 30. *versu* 13. *dimidii Sicli*: Nehemiæ cap. 10. *versu* 32. *tertiusis Sicli*: 1. Sam. cap. 9. *versu* 8. *quadrantis Sicli*, mentionem fieri videmus. V. Th. Godvynum *de Ritibus Ebr. lib. 6. cap. 10.* & Waferum *de nummis Hebræorum.* Aliquando *Siclum* dictum esse *Staterem*, discimus ex Matth. cap. 17. *versu* 27. ubi CHRISTUS ad Petrum, *Profectus*, inquit, *ad mare*, *mitte hamum*, & *eum piscem*, *qui ascenderit primus*, *tolle*: & *aperto ore ejus invenies Staterem*: *acceptumillum da eis pro me & te.* Erat verò & *Siclus* aureus, quem Darico Josephus comparat, quum quando Moses dicit *aureum staterem decem Sicilis æstimatum*, Levitici *cap. 7. versu* 14. eam ipse Δαρεικὸν ἕνα χρυσοῦν, id. *Daricum aureum valentem*, pronuntiat. Unde *Siclum aurei* apud Hebræos didrachmum fuisse, & viginti drachmas Atticas effecisse, patet; id enim pondus ac pretium Darici. V. Joh. Frider. Gronovium *de Pecunia vet. lib. 3. cap. 7.* Sed & *Sicilus argenti*, moneræ Germaniæ nomen, occurrit in *Annalibus* Francorum Fuldensibus *A. C.* 850. Unus *modius de frumento Augustiaco reddebatur* 10. *ficilis argenti*: contractè ex Latino *Sicilus*, uti legitur in Glossis antiquis *MS.* Germanicæ *Sichel.* Item Anglicè, apud Eglebertum in *Dialogo de Eccl. Institut. p.* 98. laudatum C. du Fresne, qui *Siclum* hujusmodi valuisse duobus sterlingensis ejus denariis, adnotat. Cæterùm, in Museo Kirkeriano Romæ, *Siclum* Hebræorum geminum, unum cum urna, & lit. *F.* in medio; significante siclum integrum, Jatque virgâ Aaronis & Inscr. *Shekel Sce.* alterum literam *F.* non habentem, sed ejus loco ש. h. e. *Schekel David*, asservari, refert, Georg. de *Sepibus* in *Delcript. illius pag. 48.* V. quoque supra *Semisiclus.*

Siculus, Neptuni filius, post Sicanum, Siciliæ Rex, huic Insulæ nomen dedit, ut legimus apud Solinum *cap. 5.* V. supra *Sicilia.*

Sicyonii, adde Coronidi, Deæ fuæ, nullam statuam, nullum Fanum, ercxere, telte Pausania *Corinth.* ut jure exclamet Arnobius c. *Gentes lib. 1.* Non *omnibus Diis templa devota.* Fuisse tamen in *Sicyonia* Urbe Titane, deferentem in cervice, ubi Templum Minervæ, βωμὸς δίχαιον ἐφ' ᾧ τὰς αἰτίαις ὁ ἱερεὺς μὴ κακεῖ ἀπὸ τῶν ἴσων ἴδια, *Aram ventorum*, *ad quam Sacerdos quotannis nobile unâ sacrificabat*, idem Pausan. refert, additque ibid. ut ad quatuor fores arcana quædam consecrent: κατὰ τὰς θύρας τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, *ad plantationem ad orientem*, Ab hac gente *Sicyonia* appellata funt, caleri delicatioris cultus, mulieres ac amatorii. Hesych. Σικυώνια γυναικεῖα κοσμήματα. Unde Cic. de *Orat. lib. 1. Si mihi calceos*, inquit, *Sicyonios attuliffes*, *non uterer*, *quamvis essent habiles & apti ad pedes*; *quia non essent viriles.* Candorem iis & tenuitatem addit Appulejus *Metamorph. lib. 7. Calceis femininis*, *albis illis & tenuibus.* Difpunctionibus item inciluatique ingenio & exornat conlutudine, quod calceorum genus *auratia* & purpureis annitabat, Balduinus habet. Duare mitum, cur eos Lucianus *Dial. Meretr. Par. & Myrt.* dusbuntarium drachmis æltimarit, inquiens: Ὑπὸ ὀρχήσεως ὁ Σικυώνιος ἐν πρώτοις ἦν ὑπὲρ δύο δραχμὰς, *Calceamenta Sicyonia primum duarum drachmarum*: Nisi forte talia lignificare voluit, quæ longo usu attrita esset atque disrupta. Nam aliàs, ex comparatione phæcaforum, in quibus minus erat operæ atque artificii, pretioliora *Sicyonia* fuille, arbitrari eli confentaneum. V. præt. Balduinum *de Calceo cap. 19.* Virgilium eorum elegantiæ celebrare videtur his verbis:

Cognitane exuviis pedibus Sicyonia servant,
Nec nives retinent baccata monilia collo &c.

Ab eadem gente *Sicyoppon* dictus eli, qui aliis μηλοπάτων, quemque paulo ante ætatem luam in cibos receptum, tradit Plutarchus. De eodem Plinius, allatum id femen è Græcia primùm luo tempore & inde propagatum genus ait, *lib. 19. cap. 5.* Hodie *melones* vocantur, V. lupra & plura hanc in rem apud Salmaliam *ad Solinum p. 919.*

Sida, urbs Pamphyliæ, adde: ejus memoriam lervat nummus lub Lic. Gallieno cuius, cum *inscr.* ΣΙΔΗΤΩΝ ΑΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ: & alius, ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ ΣΙΔΑΤΩΝ, apud Jac. Grovnovium *Epist. ad fratrem.*

Siddim Vallis, locus Palæltinæ, memoratur: Genel. *cap. 14. v. 3. Omnes hi junxerunt* (copias) *ad vallem* Siddim, *quæ mare*, *sal*, *sunt*: nempe poltea in Mare mortuum converla, dicta eli. In Hebræeli, הַשִּׂדִּים, h. e. *agrorum aratorum*, quod alii nomen vallis propriùm elle volunt. In eo multos fuille putant bituminis, ibidem dicitur. At poltquam Deus Gomorrha & Sodoma lubvertit, & totum eum tractum peflumdedit, tota vallis *Siddim*, quæ bitumfinis bituminis fcatebat, in lacum verla eli Alphaltitem vel Mare mortuum, quod *Mare Salis* ibi appellatum, cum *Valle Salinarum*, in qua Judmæi à Davide deleti funt, male ab Epiphanio confunditur. V. Salmaliam *ad Solinum pag.* 613. ut & lupra ubi de *Salinarum Valle*.

Sidera, pro Dits olim habita: nec lolum Sol & Luna, quos *Cæli oculos* Pythagorici dictabant; aut reliqui quoque Planetæ, quos *Majorum Gentium Deos*, vel *Selectos*, vocavere veteres & cætera omnia alira; idque tum à Barbaris, tum Græcis. Ita enim Plato in *Cratylo*, φαίνονται μοι οἱ πρῶτοι θεοὶ ἀνθρώποις οὗτοι οὓς νῦν πλανᾶται τέτταρες μόνοι ὅσοι ὀρῶνται, ἕπεται δὲ πασιν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἕπονται δὲ τούτῳ οἱ ἀστέρες ἃ δὴ Οὐρανὸν, *Quæ Græciam primi incolerunt*, *illi videntur mihi eos solium Deos exlitimasse*, *quos nunc etiam barbari multi pro Dis habent*, *Solem*, *Lunam*, *Terram*, *Astra*, *Cœlum*. Quæ verba etiam Eulebius adducit, *Præp. Evang. lib. 3. cap. 2.* Et lane omnem *Cœli militiam* (ut Hebræorum more loquar) pro Dis cultam elle, oltendit etiam juramentum illud, apud Veterum Antiochenum Altrologum in *Proœm.* Ἀπόδειξιν τῶν five *Floridarium*; quod ex Scriptore eo majorem partem inedito jamdudum Joh. Scldenus *in Syntagm. de Diis Syris*, adduxit: verba Latinè lic habent: *Est* [ui in hac inciderint, *adjuro*, per *sacrum Solis circulum & inacquales Lunæ cursus ac reliquorum Siderum vires & Signi ferum circulum*, *in his in recondilis habeant*, *nec imperitis vel non initiatis tradant*, *sed Deificatis sui memores honorem ei tribuant.* Sanctè juramullos bene fi Diis quæ ante memorati fint propitiis, *perjuratos*, *ultos contrarii fint.* Nec hac parte lolùm erratum à vulgo, fed etiam Philolophis: uti Xenocrate Chalcedonio & Alcmæone Crotoniate, de quibus Tullius teltis eli de *Natur. Deorum lib. 1.* Similiter Storcis: ut Polidonius, apud Stobæum, Ἄστρα εἶναι θεοὺς τοῦτο δέδεικται ἐκ πολλῶν ἀποδειξεων, *Stellam*, inquit, *esse corpus divinum ex adverlo compolitum.* Quos in hanc lententiam quid compulerit, docet nos Auguttinus *de Civ. Dei lib. 4. cap. 11. Deum* (Stoici) *omnia Sidera partes Jovis esse*, *& omnia viventia*, *quæ sine rationales animas habere*: *& ideo sine controversia Deos esse.* Quo fieri, quòd *Siderum* affatibus aut operationibus alliis, adscribebant fortunia utraque mortalium: unde *dextrum sidus*, & *sinistrum sidus*, totes occurrit. Præpue verò pueris nocere ea arbitrabantur, Hesychius, Ἀστροκλοβίους, νόσους τινὰς παιδίοις ἐπιφερούσας ἐπὶ τῶν παιδίων: quod de Canicula inprimis feu Sirio creditum, docet idem. Sic de Juvenibus Petronius, *Nuper vernula illius & omnium luxuriam Athenis ex ipsa commigravit*, *animumque Juvenum ad magna furgentes pestilenti quodam fidere affavit.* Lunæ quoque eadem afcripta. Hiltorus Glolsogr. *Affrolus*, *Lunaticus*, h. e. *malo fidere natus.* Quia nimirum manifeltior hujus vis & occul-

occultior ceterorum siderum. V. hanc in rem plura, & apud Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib. 4. versu 760.* Gerh. Joh. Vossium *de orig & progr. Idolol. lib. 2. p. 30.* Salmasium *ad Solinum pagina*, & *Siderum* præcipua hic suis locis.

Siderites, apud Plin. *lib. 37. cap. 4.* adamas dictus est, non quòd in ferratilis legatur officinis, uti Solino visum, sed quòd *ferrei* coloris sit splendoríque. Apud eundem *cap. 10. Siderites* lapis inter gemmas numeratur, quem ferro similem dicit litigia & dilcordias, quocunque inferatur, facientem: qui fortè idem cum priore est. Nam ipsum quoque ferrum, quod Græcis *σίδηρος* est, vel ferri genus, dictum *ἀπὸ τοῦ ἀΐδιος*, à *durities*: Et forsan diversos putavit Plinius, quia eorum descriptionem è diversis hausit Auctoribus. Memorat certè Salmasius, lapidem sibi hausisse ferrei coloris ac ponderis, pugni magnitudine rotundum, undique fecus formis quadrangulis in mucronem turbinatis asperum, quem *Sideritem* nuncupari posse, nullus dubitat: ita planè splendorem ferri exhibuisse, ac pondus habuisse. Addit, *lapidem adamantis* vocasse, qui illum, ex India allatum, sibi vendiderit, propter illas fortasse quadrangulas facies, quòd ad illud instar plerique atterantur adamantes ignobiles, quos à solo natali *Alectorios* Galli dicunt. Sed & *σιδηρίτης* vocabatur lapis, ex quo ferrum fundirur, matrix nempe ferri lapis. Hesychius, *Σιδηρίτης λίθος, ἀφ' οὗ τὸ μεταλλικὸν λεγόμενον γίνεται τὸ εἰδος*. Similiter & *γῆ σιδηρῖτις*, e qua fit ferrum. Etiam magnes lapis, qui ferrum trahit, sic vocatus occurrit: imò & *adamas*, quòd vis invicta ferri illi cederet, eumque fequeretur. Quæ causa, quòd Plinius *σιδηρίτην ἀδάμανθα* inter lapides retulerit pretiosos hoc nomine. Salmasius *ad Solinum pag.* 1100. Neque verò lapidis solum, sed & herbæ id nomen est, quam, *Heliximen* alias dictam, à partu cervas appetere, vult Salmasius, apud Plinium *Siderisin* pro *ferisi* reponens. Qua de re diximus suprà.

Sidodone, vicus memoratus Arriano, in Nearchi navigatione, post Caracta & inf. Pylora. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1181.

Sifra, pro quo perperam plerique *Cifra* scribunt, vox est ab Indis accepta, si Georg. Vallæ credimus: Vossius verò ab Arabibus eam five Sarracenis, qui in Hispania vixere, potiori derivat jure. Sanè & Hebræis סֵפֶר *Sephar*, est *numerus*, *numerare*; à סָפַר *saphar*, id est, *numerare*: imò & ab eodem verbo *numerus* dicitur מִסְפָּר *Misphar*. Ita autem Barbaras numeri notas appellamus, cum Græci Romanique, pro numeri figuris, literis uti sint. Originem earum Corn. Dalypodius *Institus. Mathem. lib. 1.* è figuris Græcanicarum literarum corruptis arcessit, arbitraturque id non fore obscurum, si quis has ambarum figuras intuebatur:

β. γ. δ. ε. ϛ. ζ. η. θ.
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Sed verisimilius est, Europæos ceteros accepisse ab Hispanis; eos à Mauris; illos ab Arabibus; hos à Persis, vel Indis: & certiora afferri possent, si conflaret, eqqua Orientis natio utatur literis, vel numerorum notis, quæ cum *Sifris* vulgatis conveniant. Porrò non nisi anni sunt circiter 400. quòd eas accepimus, undecertum dicitur argumentum, numinos aliaque hujus generis, in quibus *Sifra* comparent, non majoris esse vetustatis: Et proin Marquardi Freheri grandem illum argenteum numinum, qui effigiem habuit Constantini Imp. equitantis, antiquum esse negat Jof. Scaliger; cùm in eo comparcant notæ hæ Arithmeticæ 234. Cujusmodi characteres non est reperire in libris Græcis Astrologicis & Logisticis vel computis Ecclesiasticis, multo ante captam Constantinopolim. Sed & immutationem aliquam etiam in hisce *Sifris* contigisse, conflat ex lapidibus & libris, in quibus, ante 200. annos, rarum vel nullum, 4. pro 7. &c. Vossius *de Scientiis Mathematicis cap.* 5. 1. & *cap.* 9. §. 5. 67.

Signatæ, vel *Saganæ*, Carmaniæ fluv. apud Plin. *lib. 6. cap.* 25. de quo V. Salmasium, ubi suprà *pag.* 1181.

Sigena, vulgò *Siegen*, opp. Germaniæ, in Comitatu Nassoviæ, sub proprio Principe, ex illustri hac familia. Amplitudo loci, structuræ elegantia, civium negotiatio, magnarum earum urbium splendori admovet. Præcipua negotiandi uberras ex ferri eft artificio singulari, quo qui imbuuntur, non nisi juxta, parum artes non translaturos, admittuntur; & quidem 20. in Sigenensi territorio numerantur ferri excoquendi officinæ, 25. verò cudendi nec pauciores multò chalybis domandi. Præcipuum loco decus à Joanne Mauritio, qui fontium dulcium & acidificandi studio illum magè exornavit: translatis inter alia eò duobus ingenti magnitudine marmoreis cippis, ex America quæ Urbes Reformati & Pontificii mixtim degunt. Obiigit autem Sigena filio fecundo genito Joannis Dillenburgensis *πανώνυμος*, (qui Wilhelmi Auriaci fratet fuit) Joanni, qui obiit A. C. 1623. Huic ex duplici matrimonio numerosa soboles, in qua ex priore conjuge L. Magdalena Com. Waldeccia, inter alios, eminent Johannes Junior, & Wilhelmus: quorum is ex Erneftina Arenbergica patre fuit Joannis Francisci Delideratti", qui natus in Sequania A. 1627. Pontificios ritus amplexus est, primusque *Principis* axioma lineæ huic intulit: ex Jo. Claudia Königsecca liberis genitis. Hinc Christianum Erpachium sibi junxit, atque ex ea filium unum, Mauritium (denatum A.C. 1658.) & filias quatuor genuit. Ex posteriore verò conjuge Margareta Holfata, fuscepit Joannes Sigensis Joann. Mauritium cognom. Americanum Pro-Principem Cliviæ, Georgium Friderieum (maritum Mauritiæ Lufitanæ) Wilhelmum Ottonem, aliosque, *Principes & Comites Nassoviæ &c. linæ Sigensis*. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. I. pag.* 32. 56. & 115.

Sigilla vel *Signa*, dicuntur Vitruvio, quæ Suetonius *icuncula*, Glosse Philoxeni *Sigillaria*, Græci *Νυμφικὰ παιγνία*, apud A. Gellium *lib. 14. cap. 1.* id est, *nervis tracta*, five *fidicullis mota*; vocant: Simulachra viz. five ftatuæ cubitales palmareseve, humanam ftaturam præferentes, quarum vel singula vel universa membra certis nervis & fidiculis ita movebantur & trahebantur, ut vivere, moveri atque adeò obambulare viderentur, humanaque actiones ferè omnes, præter fermonem, repræsentarent. Ad cujusmodi Simulachra alludens Horatius ait *Saturnal. 8. libro 2.*

Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser, at ego Dueris, ut nervis alienis mobile lignum.

Exceguntata talia neu ospsata, in Dionysii sacris in Ægypto, atque à mulieribus vicatim circumferri solita fuisse, tradit *in Euterpe* Herodotus, *Ἀλλὰ τὰ Διονύσου ἀγάλματα ἐστὶ τὰ περιφερόμενα ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀνδρόμορφα νεύρινα μεγέθει, τὰ αἰδοῖα ἐμπήχεα οὐκ ἐλάσσονα*. Meminit eorundem Lucianus *de Dea Syra*, ubi, quod de Ægyptiis modò monitum, apud Græcos quoque in usu fuisse scribens, icunculas è ligno fuisse ait, bene vastas, quæ turpitudo fuit facerrimorum istorum Sacrorum. Quid hæc sibi volucrint, indigitat Arnobius *c. Gens lib. 6. Deos ejs Sigillaria quæ confsit*: & alibi *eod. lib.* ubi ea *Sigillula* vocans, ait, *In Sigillulis & parvulis contrahque si Deus, & alicui ad corporis similitudinem coarctare*. Sed & extra Sacrorum usum, in conviviis adhibebantur, obfectationis ergò, & quidem pro ditioribus, atque gentes hæc figere erant, uti Petronius docet: *Potentibus ergò & accuratissimas nobis lautitias mirantibus, larvam argenteam ministis fervus fic aptam, ut articuli ejus vertebraque laxatæ in omnem partem flecterentur. Hanc cùm super mensam semel iterumq. abjecisset & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret &c.* Qui ea inficiebantur, & vulgo exhibebant, hinc *Nεφροσπάσται* dicti sunt, ut liquet ex Aristot. *de Mundo*, ubi elegantiorum Simulachrorum descriptio additur; verba Appulejus sic reddit, Etiam illi, " qui in lignealis hominum figuris gestus movent, quando filum" membri, quod agitari jolet, traxerint, torquebitur cervix, nu" tabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præsto e." runt: nec invenuste totus videbitur vivere. Hinc *ductus Sigillarius*, Tertullian. *adverf. Valentin. cap. 18. A qua occulto nihil fecisse, & velut figillaris expressisse ductu, in omnem operationem movebatur.* Item *motus Sigillarius* eidem, *de Anima cap. 6. Potuit figillario motu superficiem intus agitante.* Sic & apud Imp. Marc. Antoninum *lib. 8. de Seipso*, legimus, *Σκηνικὸν καὶ παιγνιῶδες*, id est, *Sigilla verticillis mota*: qui & sæpius verbo *παρασπασμὸς* utitur, pro *motu alieno*, Neurospasturum more, non sui sponte, *moveri*. V. Jac. Oiselium JC. *Notis in A. Gellium lib. 14. cap. 1.* Certeum Sigillum, pro Annulo seu Gemma signatoria, frequentius in usu est: vel potius, pro *apostlegiamate* seu *symbolo Gemmæ insculpto*, quemadmodum *Sphinge* Augustus, *Renâ* Mæcenas, *Quadrigâ* Plinius Jun. præcipuæ apud Trajanum auctoritatis, literas signasse leguntur, V. Fortun. Licetum *Gemmar. Annular. Schem. 27. cap.* 14. Sic literas rubro *Sigillo* & sertico munitas conchreque sanguine pictas, proprias fuisse Imperatorum Constantinopolit. legimus apud Nicetam Choniatem *de gestis Manuelis lib. 1. fere initio* & Georg. Logothetam *in Coron. Constantinop.* V. quoque in voce *Bulla*. Nec non hic passim, ubi de *Annulo Signatorio*, *Sigillo Pensili*, *Signandi ritu* &c.

Sigilla, in vestibus, *ζῶδια* sunt, h.e. figuræ vel hominum vel bestiarum, auro vel purpurâ expressæ: sicut *clavi*, Græcis *σημεῖα*, rotundæ vel quadratæ follum, imaginem nullam exprimentes. Hinc *ζωδιῶτα*, *Sigillata*. Hesychio, *ζωδιῶτος χιτὼν*, *Sigillata tunica*. Sic occurrunt apud Pollucem, in *Herode*, *Sigillata tenuia*; apud Athanasium in *Leone III. Vela Sigillata*; apud eund. in *Paschali & Leone IV. Vestes Sigillatæ*; Alibi, *Camisiæ Sigillatæ*. In *l. 11. C. Theod. de Scen. Sigillata farica*, quorum nos minabunas ibi interdicitur, non minus ac gemmis aut texiis auratis &c. Qui verò istiusmodi figuras vestibus intexeret, *Sigillario*, *Zωδιωνοῖς* dictus est, in *Gloss.* Sed & *ἀδωλα* hujusmodi figilla vocat Aëtius, *τὰ ἀδωλα ἐν μυρίοις εἴδεσιν ἀνατυπούμενα ἐπὶ τῶν ἱματίων*. Ammianus, *species animalium multiformes: ut longuris fimbriæ tunicæ perpicuæ lucentes varietate liciorum, effigiatæ in species animalium multiformes. Tunicæ* & *ζωδιῶται* idem erat, uti ex Polluce docet Salmasius *ad Pollionem*, ubi suprà. Sic idem cum *figillatis* fuerint *bellutæ*, de quibus V. quoque infra in voce *Signa*, item *Singilio*.

Sigillaria, festum apud Romanos, Aufonio *Festa Sigillorum* dictum, memoratur A. Gellio *lib.* 2. *cap.* 3. ubi *librum Aeneidos secundum miranda vetuftatis, emptum in Sigillariis XX. aeneis, Fidum Ipsæum fibi oftendiffe, feribit*: in quæ verba Anton. Thyfius JC. commentatus illud in *Sigillariis*, exponit, *Feftis Sigillarioribus, quæ fequuntur Saturnalia*. De quibus ita Macrobius *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 10. *Saturnalia unus tantum die, id eft, quarto decimo Kal.* (Januarii) *folita funt celebrari: fed poft in triduum propagata.* Sigillariorum *adjecta celebritas, in feptem dies difcurfum publicum & latitiam religionis extendit. Nomen ex eo Sigillariibus, quod vitro cireis, figilla five imagunculas & munuficula alia miffitarent.* Idem *cap.* II. originem eorum ex Epicado hanc tradit: „Epicadus refert, Hercule in Italiam regreffum, cum Gallis, quibus „Italiam armenta duiffet, ponte, qui tunc Sublicius dicebatur, ad „tempus inftructo, hominum fimulachra, pro numero fociorum, „quos cafu peregrinationis amiferat, in fluvium demiffile, ut ita, „quafi fecunda in mare devecta, pro corporibus defunctorum, ve„luti partibus fedibus redderentur; & inde ufum talia fimulachra „fingendi inter facra manfiffe. Sed mihi, *inquit*, huius rei illa o„ptigo verior exiftimatur, quam paulo ante memini retuliffe, quod „Pelagi, poftquam feliciter meregrantio capita non viventium, „fed fictilia, *quæ* affimarione non falum hominem, fed etiam „lumen fignificare docuiffet, coeperint Saturno cereos potius ac„cendere: & in facellum Ditis arae Saturni cohaerens ofcilla quae„dam pro filis capitibus ferre. Et eo tradirum, ut cereri Saturna „libus miffitarentur & *Sigilla* ore fictili fi generatur ac venalia „pararentur, quæ homines pro fe atque fuis placida pro Dite Sa„turno facerent. Ideo Saturnalibus talia Comitium celebratibus coepta. Incertum illa in 13 Kal Januar. Joh Rofinus *Antiq. Roman. lib.* 14. *cap.* 16. V. quoque Senecam *Epift* 12. Suetonium *in Claudio cap.* 5. Spartianum *in Caracalla & Hadriano*, ut & Hadr. Turnebum *lib.* 23. *cap* 28, qui putat per *Sigillaria* aliquando locum intelligi hoc nomine,ubi libri alaeque ex promercales vaenibant; adducens pro fe Aufonium *ad Paulum*, *Pro quo fi per Sigillaria in auftione veniret, neque Africanus nauci aeret, nec Sichum fuam Planius offerret.* Et potuit locus ind *Sigillaria* dici, quod Mercatus ex venalia certis locis habebant figilla feu imagunculas aliaque munuficula, quæ fibi invicem miffitabant. V. Thyfium *loco cit.*

Sigillaricius Annulus, apud Vopifcum *in Aureliano*, *Uxori & filiæ annuum* Sigillaricium, *quafi privatus*, *inftituis*; idem cum *fignatorio* eft. Cujusmodi annulos *chirographos*, feu potius *cirographos*, h. e. *cerographos*, vocat Catullus,

Remitte pallium mihi meum quod involafti,
Sudariumq. Setabum cirographofq. Thynos.

Κηρογράφους enim, quod *ceram pingat*, & charaxat, id quod annulorum figillaricirorum eft proprium. *Thynos* addit, quia hi annuli ex politura Bithynica celebres erant ac nominati: Quam in rem V. fupra paffim, imprimis ubi de *Annulis*, ut & in voce *Cyrographi*.

Sigillarius, in *Glof Zuδωνικὸς*, qui *figilla*, de quibus fupra, veftibus intexebat. Item qui *figillaria* feu *νυφικὰ πέπλα* venundabat, circulator, V. itidem fupra, & Jac. Cujacium *ad l.* 11 *cap* 30. Etiam *Cuftos figilli*, apud Petr. Bleleenfem *Epift.* 131. *Cum Sicilia ipfius* Sigillarius *& Doctor Regis Guilielmi II. tum pueri.* Sic Walterus de Conftantiis dicitur *Regis Angliæ Sigillarius*, apud Rad. de Diceto *A. C.* 1180. V. quoque fupra, ubi de *Annulis*.

Sigillata Tentoria, apud Treb. Pollionem *in XXX. Tyr.* ubi Heroldis, Zenobiæ genii, Iuxum deferibit, quid fint, V. fupra in voce *Sigilla*.

Sigillum, cujus in *fignandis* literis ufus, aliud *privatum* eft, quo vel homines privati, vel Principes in negotiis privatis, uti consuevere, de quo V. Vopifcum *in Aureliano a l.* & Fletam *lib.* 2. *cap.* 13. §. 1. aliud publicum, hocque rurfus vel *fecretum*, vel *communne* feu authenticum. Et quidem *Sigillum fecretum* vel *fecreti* dictum eft, quod literis, ut vocant, *clauftis* apponebatur, ficque in fecretioribus negotiis, Epiftolis e. g. locum habuit. Neque tantum in privatis negotiis, fed & in publicis adhibebatur, vel à tergo authentici figilli appofitum, quod ideo *Contra-figillum* appellatum eft, vel abipfo fufpenfum. Nonnunquam vel ad priorem fidem, vel majus dilectionis argumentum eo folo publica negotia (fed minora, & maxime), cum abeffet majus) figillata legimus. Erant autem *Sigilla* hujusmodi minoris formæ, quam authentica, habebantque interdum impreffa Militum insignia, vel familiarum affinium; interdum figuras quasdam exoticas, pro libitu, ut videre eft apud Duchefnum, aliosque Stemmatographos. In Regum Franciæ *figillo fecreto*, infignium fcutum unico Angelo fuftentatur: In Sigillis tamen Epifcopalibus antiquitus non expreffa fuiffe infignia gentilitia, fed effigiem Epifcopi *Pontificaliter indufi*, *cum baculo paftorali & mitra*, docet ex *cap* 6. *Decretal. de fid. inftrum.* Dominic. Macer. In *Pontificiis Rom.* D. Petrus cum navicula, inftar pifcatoris retia laxantis, effingitur, quod proin *Sigillum Pifcatoris* nuncupatur & C. Cufpidia *figilli* hujus,apud eosdem Reges, Magnum Cambellanum, eoque abfente, primum Cambellanum, fpectabat, qui illud in quodam pretiofo marfupio aflervare, eoque literas, quas *de prieres, d'eſtat, de reſponſes* & *de mandemens à venir*, vocant, figillare folitus eft. Apud Byzantinos, infimi xvi Auguftos, dignitas fuit, quam Παραφυλακτῶν ἐπὶ σφυδόνι appellabant, h. e. *Accubitorum pilæ*, item quam Παραφυλακτὰς τῶν κοιτικῶν. *Accubitorum cubicula*, dicebant: quorum hic cubiculi Imperatori, ille verò *Sigilli*, quo Imperator literas ad matrem, filios, Deiparam, Patriarchas, alios, fcriptas obfignabat, cuftos erat. Quæ de re V. C. du Freſne *Not. ad Villeharduinum*. At *Sigillum Ambonitium* & *Communne* dicebatur, cujus in publicis negotiis ufus erat, & quæ omnibus paterent; unde diplomata eo munita *Literæ patentes* indigitari folent. Idem *Sigillum penfile*, feu *pendens*, quòd *ονχανὸν κηρῶ, filo ſirico*, plumbeum folere fieri, docet Spelmannus. Plumbeum hinc recentiora Pontificalia aurea plumbea bullæ appofitæ funt, uti vidimus fuo loco. Poftmodum cerea perinde literis appendi coepere: quorum ufum Guillelmum Nothum in Angliam invexiffe, cùm antea crucem ſolùm gens effingeret, tradit Ingulphus *pag.* 901. & Seldenus, qui ejusdem Wilhelmi figillum deſcripſit, *ad Eadmerum pag.* 166. Munichantur autem penfilibus his figillis diplomata, nullo appofito chirographo, adeoque omnem iis vim conferbant; unde & turpiter ipſos figillarios, ne in aliorum inciderent manus, lemmata aſſervare, neceſſe erat. Sic feribit de Magiſtro Rogero Ricardi I. Angl. R. Viceeancellario, cùm circa Rhodum tempeſtate in mari perifſet, *circa ejus collum ſuſpenſum Regis Sigillum, poſtea receptum fuiſſe*, Brompto nus. Nec alia forte ratione Cancellarius Imperatoris, in ſolennibus præſertim ceremoniis, *magus ſigillum* collo appenſum geſtare legitur, in *Bulla Aur.* Carol. IV. *Imp. cap.* 7. §. 8. 9. In his portrò figillis efformandis, variticoloris cera adhibita eſt. Quod Gallen, ſoli Regi Gallorum competens, ſcribit Triſtanus. Viridis in ſigillis regiis ufus potiſſimus fuit in Diplomatibus, quæ vulgò *Chartres*, *Privileges* & *Remiſſions* dicuntur: hodie verò etiam flava cera figillantur. Rubeam adhibent Univerſitates ac Communitates: albam, Milites S. Spiritus &c. In *Sigillis* verò efficti fere ſemper Equites, quorum erant, ſi ex Militari eſſent ordine, tunicâ loricæ ſuperinducta, quod Joannes Rex Anglia primùm obtinuiſſe, docet Dugdalus *in Antiqy War ic. Tempore Reg. Joannis erant in ſigillis dominorum tunicæ ſuper-indutæ, erant autem tunicæ longæ ad talos.* Adjuncta dein armorum inſignia. Idem, *Circa annum* 1218. *Domini*, qui in ſigillis ——— *habebant equites armatos cum gladiis; nunc in dorſo ſigillorum arma ſua poſuerunt de novo in ſcutis.* Quod in Francia, poſt captum ab Anglis Joannem R. fimiliter factitatum eſſe, circa A.C. 1366. apud eundem legas. Tunc primùm autem *ſigillum* ſibi aſcifcebant Viri nobiles, cùm fuæ ætatis eſſent, h. e. poſtquam ætatis annum 22. attigerant, atque adolo Militare cingulum conſecuti fuere. Solos enim Milites olim usſus uiſſe *Sigilli poſſiti*, docet Duchefnius *in Hiſtor. Caſtellion.* quod poſtmodùm & ad Armigeros tranſiit, qui tamen, cùm in Milites allecti fuere, *ſigilla* ſua mutare ſunt coacti, uti docet C. du Freſne *in Gloſſ.* ubi plura hanc in rem, V. quoque ſupra ubi de *Annulis*.

Sigipedes, Scythiæ pop apud Treb Pollionem *in Claudio*, *Denique Scytharum diverſi populi*, *Peuchini* —— Sigipedes, *Celtæ etiam & Hermli, præde cupidiſſimi in Romanum ſolum* —— *venerunt*: pro *Gipides*, uti legi vult Salmaſius, h. e. *γυμνόποδες*, quemadmodum Græcis nominantur: de quibus id legitur, in Græcorum Commentariis, Γυμνῶν οἱ λεγόμενοι Λεσβιακῶν, *nempe Villiraedes*' *oi Γυμνὸν πόδες*, *Gipides dicti funt Longobardi*, *quaſi Geipedes*, *Celtarum ſtirpis*. Corippo *Gypedes* vocantur, duabus ſyllabis brevibus, *lib.* 1.

En Avares, Francique truces, Gypedes, Gtæque.

V. Salmaſium *ad Pollionem d. l.*

Principes Vri.

Joh. *Sigismundus*, Joach. Friderici Electoris Brandeb. filius, ab Avo Joh. Georgio educatus, dein cum fratre Joh. Georgio cogn. *Juniore*, miſſus Argentinam, A. C. 1588. poſt Avi mortem, Zechilinienſem præfecturam accepit: Inde cum Patruis, ob ditiones Francenicas, Patre conſentiente, transegit. In itinere Boruſſico cum eſſet A.C. 1608. Patris percepto obitu, Vicarium dixit Adamum Gan. Baron. Putlizium, & præter ſucceſſionem Electoratus, etiam Curatelam Boruſſicam obtinuit. Poſſeſſionem Juliacenſium ditionum, quas à conjuge Anna fil. Alberti Friderici Brandeburgici D. Boruſſiæ & Mariæ Eleonoræ D. Juliac. fibi vindicabat, ſumpſit, A. C. 1609. ac ſequenti anno Unioni nomen dedit. Committis Ratisponenſia per Legatos obivit A. C. 1613. ut & Dietam Electivam utramque, qua Matthias & Ferdinandus electi. Inde A.C. 1614. Reformatis accedens, in doctrina & ceremoniis Reformationem inſtituit, facto initio à Templo SS. Trinitatis Coloniæ; vulgata etiam Confeſſionis formula. Demum, cùm alterum ſeculum Electoralis dignitatis in ſua familia continuare cupiebat, anno Johann SIGMVND Chriſtoph, id eſt, 1617. aliquandiu etiam ex apoplexia paralyticus decubuiſſet; tradidit Filio paucis ante obitum ſeptimanis Electoratum, A. C. 1619. Prater Georgium Wilhelmum ſucceſſorem, Joachimi *Sigismundi*, Magiſtri Ordinis Johannitici, minoris natu, qui obiit A.C. 1625. Fuit & *Sigismundus* frater Joh. Georgii Electr. præfati, doctorum ſummus Fautor: qui fratri Friderico A.C. 1552. extincto in Magdeburgenſi & Hal-

& Halberstadiensi sedibus suffectus, A. C. 1583. ritus Pontificios antiquavit, defunctus A. C. 1566. Idem nomen uni quoque fuit ex modo laudati Joh. Georgii filiis, qui sub Spinola in Belgio copias duxit.

Sigismundus, filius major natu Henrici cognom. *Parvis Patrie* D. Sagano-Glogovii, frater Henrici, obiit A. C. 1458. Item filius minor natu Joh. Christiani D. Brigensis, ex altera conjuge Hedvige Sitschia, Baronis Lignicii titulo insignis, defunctus est A. C. 1665. Frater Augustii vel Augustilini Comitis Lignicii, quem Gregorius Wilhelmus, ex tota gente Psalter ultimus, ultimis precibus (obiit enim A. C. 1676.) Imperatori sollicite commendavit. V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogē Geneal. Hist. in Famil. Brandeburg.* & *Piastea*.

Sigla, vel *Sigle*, per sync. pro *Sigillæ*, subint. *Literæ*, memorantur in Papiæ *Glossario*. Dicebantur autem sic compendia literarum cùm una vel duæ literæ pro integra voce, pluribus literis constante, ponebantur: Unde Festus, *Notæ enim literæ, seu singulæ, vel binæ.* Cic. *pro Murena*, *singulas literas*: Gellius *lib. 17. cap. 9. singularias*, vocant. Item, cùm literarum initio scribitur S. pro *Salutem*: vel *S. P. D.* pro, *salutem plurimam dicit.* Item *S. V. E. E. E. Q. V.* h. e. *Si vales bene est, ego quoque valeo &c.* Quanquam in his, ob consuetudinem, res minùs obscura: occultior in aliis, quæ tradunt Valerius Probus, qui Hadriani, Cæsaris ætate floruit & Petrus Diaconus, qui sua dicavit Conrado I. Imp. Origo earum, ut & Notarum, de quibus supra, inde est, quòd, postquam Academici Lectiones suas, *ἀκροατὰς* appellatas Gell. *lib. 2. cap. 22.* & *lib. 20. cap. 4.* dictare coepissent, telle Appulejo *Florid.* celeriùs vox Doctoris præcederet, quàm ut integrè scribendo Discipuli eam assequi possent: Itaque ad hoc artificium conversi sunt, primusque Xenophon quæ dicebantur, hoc modo excepta, in publicum edidit, apud Laërt. *lib. 2. in ejus vita.* V. Georg. Hornium *Philos. Philol. lib. 7. cap. 11.* Inprimis autem Jurisconsulti, in exscribendis Legibus, uti *Sigliis* solebant. Unde Manilius *lib. 4. Astron.*

Hic etiam Legum tabulas & condita jura
Noverit, atque notis levibus pendentia verba,
Et licitum fieri & vetitum quæ pœna sequatur.

Cùm verò hinc fæpe error obveniret, quia unica litera plurium crebrò rerum erat signum; justit Justinianus Imp. ut vocabulis integris, non *Sigliis*, porrò scriberetur, V. verba ejus *lib. 1. Cod. Theodos. tit. de vet. iure enucl. leg 1.* & *tit. eod. l. 2.* Atque ut è Latinis Jurisconsl. *Siglas* fuisse, ita in Græcis libris idem fecit Basilius Imp. ut testatur Cedrenus pag. 467. Quàm antiqua autem hæc scribendi fuerit ratio, illud Ciceronis *pro Murena* ostendit: *Irati Jurisconsulti, ne dierum ratione pervulgata & cognita, sine qua ope possint lege agi, notas quasdam composuerunt, ut ipsi omnibus verbis interfissent.* E' quibus Jureconsultos vett. *Siglarium* Inventores fuisse arguas: Aliàs Notas prefiè dictas à *Sigilis* distinguat nemo, cùm illa literis conflent, illæ ferum. Scripit de *Sigliis* libellum Mango, ad Carolum R. quem his ei dedicavit versiculis,

Hæc juris enuda lubens Rex accipe Carle,
Offert devotus quæ tibi Mango suus.

Ubi *ἐπώνυμον* vox haud aliter tumitur, ac à Tullio *lib. 13. ad Attic. Quod ad te de legatis scripsi, parum, credo, intellexisti, quia scripsi obscurius scripsi.* Ut & Alluatrcho *in Canone* & *Cicerone*, ubi vocat *σιωπὴν ex quasi: & βραχεῖαν γνῶσιν ex γραφὴν* Pierque *ἐν γνῶσι.* Ubi quidem plerique Notas intelligunt, quæ literæ non sunt, quales tradidere Tyro & Seneca. Sed speranda potuit Cicero, Attieum, quà ingenii acie esset, ex primoribus literis collecturum de vocibus integris: at non potuit putare, divinaturum id ex incognitis ut iisumodi signis. Nec Mango aliud docet, quàm literas initiales pro integris vocibus positas: uti nec alter ille, cujus Juridicas Notas ex vett. membranis, in corpore Grammaticorum vett. habemus. Gerh. Joh. Vossius *de Arte Grammat. lib. 3. cap. 4.* *Sigma*, ex literæ forma, dictum est Sibadiam olim, seu trium lectorum coagmentatio, ut inter alios erudite declarat Petrus Cicconius de *Triclinio*: Quemadmodum *Porticum semirotundam, ex similitudine fabricæ*, Sigma *Græco vocabulo nuncupari*, legimus *in Libello de regionibus Urbis Constantinop.* Ubi cùm Adolphus Mekerchius, Fulv. Ursinus, Guil. Baïlius, ipse præfatus Ciccinius, Alii, vellent hanc literam, ob figuram *κυκλοειδῆ* arcui Scythico comparari, ut & apud Agathonem Tragicum *in Telepho*, falsitèos dicit Vossius, cùm figura hæc semicircularis & arcui vulgari, vulgaris figura Σ. arcui *Scythico* similis sit, ut observatum Lipsio *de pronunc. L. L.* & Scaligero *ad Eusseb.* Thomas Dempsterus mensas Romanas figuras *Sigmatis* retulisse, & cùm Vett. quadratas primùm, dein rotundas habuisse mensas, Romanos eas dimidiatæ Lunæ effigie fabricasse, *ἡμικύκλια* quoque dictas, osfendit, ex Jul. Polluce *Onomast. lib. 5. cap. 1. Ἀνάκειται, σίγμασιν, ἡμικυκλίοις, κατὰ τὸ σίγμα, σχῆμα, Σίγμα, ἐδωρήσατο, Σίγμα, ἐδώρησε, σιγμάτιον, Σίγμα, ἐδώρησε, σιγμάτιον, Σίγμα, ἐδώρησε, σιγμάτιον

vvæ sive *σφυδοσι*, *quæ tota extarent*, alia *σκέντια*, sic ut velut *Indicia tantum tantum latere ostenderent*, fingebantur. *Vers. 6. Padicia tantum tantum* Scil. *simulachris Deorum* &c. Et quidem *signa* ac figilla extantia, *emblemata* idem vocat, poterantque de poculis ac vasis revelli & aliis rursus illigari, sicut crustæ, pulsus prodigya operiebantur, etiam exemplities erant: qua de re jam diximus supra, ubi de *Calatura* alibique passim. Ægyptiorum *Signa* hieroglyphica, sive, ut vox hæc sonat, *Sacra sculpturæ*, animalium erant mutarumque rerum figuræ, quas Sacerdotes infacrivadhibebant, ne à vulgo intelligerentur. Claudianus t. *in Rufinum*,

——— *Novi quid Signa fagacis*
Ægypti vexant.

Hæc ante papyri usum, taxis insculpebant, uti Lucanus docet *lib. 3.* scribitque hoc pacto Horapollo Niliaeus, circa tempora Theodosii imp. cui addit rabulam antiquam antecam hieroglyphi eis literis exaratam & etudité explanatam. à Laur. Pignorio. V. Vossium *de Arte Grammat. lib. 1. cap. 41.* Georg. Horinus *Histor. Philos' lib. 7. cap. 6. ubi vet. morem Philosophiæ verumq. divinarium arcana per signa illisumodi obscura ac ænigmatica tradendi, multis persequitur*, & in voce *Hieroglyphica*. Sed & *Sigilla ac* pigna de Vestibus dicta sunt, uti vidimus supra. Porrò *Signa*, pro vexillis, occurrunt apud Lampridium *in Alexandro Sev. Milites, quos ostendendæ virtutis, non pretiosis — vestibus ornabat; imo multum in* Signa, *ana ad aparatum regium, auri fortasse, dupondium* &c. Hæc magnificentior fuisse, docet Cafaubonus ad *Aug. Suetonii cap.* 10. *Σφυδοσι βασιλικοι* appellat Herodianus. Eorum enim non in bello solùm usus, sed & festis diebus, in pompis ac solennibus processibus, Imperatoribus præferebantur, multo auro argenteque ablis radiantia. Solebant autem erecta præferri lictis rebus, unde Petronium, antequam de Imperio certus esset, non passum esse ignem sibi antelferri, nec vexilla Imperialia tolli, legimus apud Herodianum *lib. 2.* Attin lucha, supina præferebatur. Spartianus *in Severo*, *Inde in Palatium — pervexit, prætatis* signis, *quæ Prætorianis ademerat, supinis* (seu verfis) *non erectis*. Neque vero *signa* solum vexillaque, sed & prælationem ignis, reliquumque regium apparatum, modò *σφυδοσι βασιλικοι*, modò *σφυδοσι βασιλικοις* vocat Herodianus, qua de re V. Salmasium *ad Lampridium d. l.* uti de phrasi, *Signa convertere*, item *convellere*, ac *subinitere*, Grono*v. ad Liv. 3. 34.* Aliud eft *Signum ferre*, quod *Augustus cap. 94. Suetonius* de *σφυδοσι*, qua Diplomata aliaque *signari* solita Reip. nomine, ut videre eft apud Cafaubonum *ad l.* ubi & de more Principum annulos fignatorios in morte dandi iis, quibus plurimùm vellent, quædam. Ut aliquid addam, de *Signi* notione generali: Reverentiæ ac honoris *Signa*, pro Gentium ingenio, variant: Alicubi enim ad teltandam veneriationem, caput connectum incitinant, aliis, aperto capite, totum incurvatum corpus. Alii in fenium manus imprimunt, de quo ufu V. Pithœum *ad Servium. lib. 1. cap. 7.* Sinenses, fronte humum ferfunt, caput autem aperiie nefas habent; nec nifi iis, qui ad fupplicium rapiuntur, id retegunt. Unde, qui ex eis hidem Chriftianam fuscepere, tum tantum caput aperiunt, cùm Sacramenti participes fieri cupiunt, ut hoc ritu peccatores fe fatentium. Japonenfes pedem calceo exuunt. At, Romanjam olim, cum tecti occurrerent viro honorato, capita aperiebant. Nam que Sullam ergà Pompeium id folum ferviffe, Sallultius *in Fragm.* & Plut. *in Cæsfi* docent. Quem ritum, utpote veneration i teftandæ aptiffimum, hodieque Europæi fervant. V. Solerium *de Pileo fect. 3.* ut & hic infrà.

Signandi ritus, apud Vett. varius fuit. Cerà in *obsignandis* literis ac teftamentis utebantur, nempe tabellas chartasque lino obligantes, poftea annulo *σφραγιδος* superimebant ceræ. Unde Chriftjlus apud Phantum *Bacchidibus Actu 4. Sc. 4.* ad literas scribendas *signandasq.* afferri jubet.

——— *Stylum, ceram, & tabellas & linum* —

Quibus jam exaratis, fed necdum *signatis*, additur,

Cedo in ceram ac linum adlinam, age obliga, obsigna istic

Quòd si proin Adversarium literis convincere vellent, signum inspiciendum dabant, prius quam linum incidernt-atque ita aperirent, ut liquet ex *Curculione Plautina 3. Sc. 3. Bacchid. act. 4. Sc. 6.* & *Pseudulo Act. 4. Sc. 2.* Unde Cicero *in Catil. Offendi tabulas*, inquit, *Lentulo & quadam, cognoscere signum.* Pro certo autem Afiatici adjebebant cretam, quam propterea Herodotus *in Euterpe* vocat *γῆν σφραγιτιδα*; meminitque consuetudinis ejus C. *pro Val. Flacco*. Interim mos ille annulo, in creta cerave, *signum* imprimendi, tarde obtinuit apud plerasque Orientes ipsius gentes. Nam Plinius eft *lib. 33 cap. 1. Non signa Orient, aut Ægyptus, etiam nunc literis comunta fidit.* Hebræis timen mos ille perversus, ut arguit annulus Thamari à Juda datus pignoris, quemadmodum eft Genes. *cap. 38. versu* 18. & *seqq.* Nam *signatorium* fuisse, communis opinio eft. Et quidquid de Ægypto fuit, ex quo Ptolemæorum passa eft imperium, tamen jam temporibus Patriarcharum, fi non vulgus, faltem Reges annulis ufos effe *signatoriis*, arguit Genef. *cap. 41 vers. 42.* ubi Pharao Josephò annulum suam dedisse, legitur: Eo enim authoritatem illi tribuit, regias *obsignandi* literas: transmque Regni Cancellario. Quod vero ad Græcos vett. Lacones inprimis, hi quidem in cera *signavere*, sed non annulo; utpote fuspendi exlandique arte adhuc ignotâ: verùm *βακτηρίαν* sive *θεμιστοκρατη*, h. e. *ligno τῶν ὁμοίων διαφορᾶφθεν*, *ligno à vermibus corroso*, ubi fine dubio punctorum numerus, magnitudo & situs pro signo erant. Vocat illi imponiti fignaculum *σφραγῖδα τῶν ἐφόρων* Lycophron, meminitque ejus Heíychius ut & Etymologicum Auctor Eustathius *Odyss. a.* V. quoque Suidam & Arifiophanem *Σφηξὶ*, *ἐκκλησιάζουσαι*. Porrò, in cenfendis etiam fcriptis folebant olim Criticì ceris annotare *signa* quædam judicii sui, de quibus supra. Admifcebant verò ceræ *μίλτον* seu *rubricam* aut *minium*; quo & alias ob ornatum uti, Cicero *lib. 16. ad Attic. Epist. 1. Rubrum opus sibi approbari iacet, ex quo ille (Flores) ipse pulsus: quæ mihi florentiora funt visa non judicio; cæruleo enim tuas nimirùm delectabam.* Sic Dionocritus etiam in opere suo, quod *γραφικὸν* inscri. fit, ifte quæ *κυμβάλῳ* viderentur, verifima tamen esse experientiâ didiciliet, notam è cera annulo suo *signatam* adfcifcile fegitur: quas ceras illias propterea vocatas effe *κυμβαλικὰ σφυδία*, auctor eft Heíychius. V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 4. cap. 91.* Præterea, ædes, ferinia, & quæcunque claudebantur, obfignari moris fuiffe, innuit Lycophron *Cassandrâ*,

Τὰ δ' ἄκλειστα θεσπεσῶν· ἀ' ἄφυκτ' ἔσω δόμων
Σφραγὶς δοκνεῖ,
Δικτὺα νεκυπολεῖται claxendix domos
Servabit aliàs.

Unde Aristoteles *ἐξω δόμῳ, ἀκυρῳ. Καὶ τὸν οἶκον κρίνεσθαι ἐγγὺς ἐσθ' ὡς τοὺς ἔνδοθεν ἢ ἐκτὸς ἐστὶν ἐπὶ τοῖς ἐπιθύροις τοῖς πολίταις ἢ τοῖς ξένοις τὰς σφραγῖδας ὅτου ἀπὸγνωσι.* Plautus in *Casina*,

Obsignate cellas, reserate annulum ad me.

Theodoretus *de Provid. Dei Orat. 5. Καὶ τὸ μέλιτ· ὁσπερ τὰ κάμηλοι ὀκνεῖ δια σπυρωμὸν ὀκνεῖται καὶ σφραγῖδα ἐπιδέχεται.* Appuleius *Apolog.* Quanquam ipse aperirer pene quotidie & clauderet: fæpe nobiscum, imo fæpius folus intraret, linteum in menfa positum cernerer, line alio figillo, fine vinculo. Et paulò poft, Quod conditum cumque, quod oblignatum, quod inclusum domi adservatur, id omne argumento Magicum dicit esse. Corn. Tacitus *Annal. lib. 2. Irridebantur & Graci comites, & cunctis utenfilium annulo clausa.* Quod factum inprimis esse, ante repertum clavium usum, fuggerit Eustathius *Odyss. a.* ad verba,

——— *Θυὸς ἐπὶ θύρῃσι ἐοῖσι*

annotans, antiquiffimum morem fuisse, *θυρῖσι καθυφωλᾶς ἐεῖσ· Nodumique Ulyssis* propterea Proverbialiter ufurpari posse, *ἐπὶ τῶ σφιγγόμενον ασφάλως*. In Sacris, legimus foveam Leonum, in quam innocens confectus erat Daniel Prophera, *adhuc lapide ac impolito super os foveæ, annulo Regis & annulo Proceruin ejus, obsignatum fuisse*, Danielis *cap. 6. versu* 18. Similiter, CHRISTI fepulchrum, obfignato lapide, munitum fuisse, docet Matthæus *cap. 27 versu ult. &c.* Quam in rem plufcula præditimus, ubi de *Annulis*, item in voce *Obsignatores*. Apud Papinium Statium *lib. 4. Syiv. 8. versu 40.*

——— *Signate diem* ———

est eum Mufis adidicere, ut solennis esset anniversario cantu, exinere illum communibus festis, albo cum calculo notare: V. Barthium *ad l. Signare* vel obfolvere postium, apud Ecclesiæ Rom. Scriptores, est *signum crucis* (quod *signaculum* quoque simpliciter, item *signum Christi*, vocant) effingere, *digitalis duobus digitis, & pollice intus reclusis*, uti habet Leo IV. *de Cura Pastor.* quo SS. Trinitatem innui dicunt. Item *signum crucis*, ad peregrinationes vel expeditiones Hierofolymitanas, vestibus affuere. Unde *Signati*, in *Capitular. Reg. Franc. lib. 4. Capit. 56. Suppend. 2. §. 15.* De fignatis, *qui mentiendo variant*: Carolo di Freine funt ii, qui Catechumeni per fignum crucis, quo in frontibus fignabantur, facti, à confilio Chriftianæ religionis amplè crendæ, recedebant atque ad vomitum revertebantur &c. Et *Crucesignati*, de quibus suo loco.

Signatores, vocati sunt apud Romanos, qui, veluti testes, pa. di dotalis *signare* solebant. Note enim dicit, *Signatores* pa. ta dotalia, M. Fab. Quinctilianus *lib. 5. cap. 11. Nihil obstat, quo minùs ipsum matrimonium sis mente contentum, etiamsi tabula fignatæ non fuerint.* Unde Juvenalis *Sat. 2.*

Signatæ tabulæ, dictum feliciter.

Quod antequam fierer, die, acts scribendis dicta, uterque Sponsus, & Sponsa, Auspicem consulebat, qui nocte præcedente, & sub Auroram, augurtis dabant operam. Vetus Inscr. *Ob. Aug. Pub. Claudii. Quæs. Æd. Antoniaster. Volusianus. Virginem, volent. Auspic. à parentibus, fratr. coemit. & IIII. fac. in domum. duc.* Tacitus *Annal. lib. 11. Inter auspices nubentium dos confignabatur.* Proin & Juvenalis *Auspicium* simul ac *Signatorum* meminit, *Satyra 10.*

——— *Veniet cum* Signatoribus *Auspex.*

V. Thom. Godvvynum *Antiqu. Rom. lib 2. Sect. 2. cap. 20.* & Dempste.

Dempsterum in *Rosinum lib. 5. cap. 37.* Græcè Σκυλίωμα, item Σθρατηγικὸ dicti sunt. V. quoque supra *Obsignatores*, ut & Salmasium *de modo Usurar. cap. 11.* & Carol. du Fresne in voce *Insignire* : è quo hoc unum addo, Veteres in obsignandis Testamentis prius subscripsisse, antequam ea clauso lino circumducto obsignarent, recentiore vero ligasse, antequam subscribere: sed & nonnunquam solam subscriptionem apponi, ac vice *signi* veram, quam hodie *Paraphum* Galli vocent, manu propriâ describi consuevisse &c.

Signatus manu, apud Gregorium M. in *Epist 12. epist. 61. In qua lege subjectum est ut nulli qui manu signatus est, convenire liceat.* mittis etiã Imperialis Dominico Macro, qui hujusmodi milites stigmate in manu signari solitos, ait, hucque trahit illud Pauli Galat. *cap. 6. Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Ad quæ verba Anselmus, *Stigmata*, inquit, *vocabantur, signa quædam, quæ in manibus stebant militum, per quæ recognoscebantur esse de militia Romani Imperatoris.* Adeoque his verbis vult protestatum, se *Jesu servum* ut militem esse. Sed & Fabricentes, i. arma bellica fabricantes, Custodes item aquarum, *signa* olim in manibus tulisse, liquet ex Gregorio M. *lib. 5. ep. 11. cap. 12. in fex. Ex stigmate namque conjecto Fabricensibus imprimi, laitans Fabricensis agnoscitur.* Et *Custodes aquarum* (*quos Hydrophylacas nominant*) quæ *insigi solent annotatione signati*, V. utrumque Macrum in *Hierolexico*. In Sacris quoque *signandi in manu* clarissimorum nomina ritus, aliquibi memoratur, ut alibi dicemus.

Signifer, à *signo*, i. vexillo ferendo, apud mediæ ætatis Scriptores, sæpe occurrit. Et quidem Regum Principumque *Signiferi* Senescalli erant, uti diximus suprà in hac voce. Ecclesiarum verò, cùm in propriis earum bellis, tum in Regalibus expeditionibus, Advocati earum. Uti de Advocato Turnacensis Ecclesiæ testatur distichon, allatum à Buzelino *Gallo-Flandr. lib. 3. cap. 9.*

Signifer Ecclesiæ vexilli munere gyrato,
Et Castellanus feudum capis à Calvedrato.

De Hasbaniæ Advocatis, Leodicensis Eccl. *Signiferis*, Jo. Hocsemius *in Annalibus à Marka cap. 17.* de Com. Vilcastini, Advocato & *Signifero* Monasterii S. Dionysii, Sugerius *de Administrat. sua cap. 4.* de Guillelmo Vicecom. Massiliensi, Monasterii S. Victoris in Provincia Advocato itidem ac *Signifero*, Guelnajus *in Annalibus Massil. A. C. 855.* de aliis alii, apud Car. du Fresne, in voce *Advocati Ecclesiarum* & *Dissertat. ad Joinvillam*. V. quoque hic passim, inprimis in voce *Auriflamma*, *Bandum*, *Banneretus* &c.

Significare, Græcè ἐπισημαίνειν, dicuntur fidera, dum oriuntur & occidunt. Plin. *lib. 18. cap. 31. Sequitur ex divisione temporum Autumnus, à Vindemiæ occasu ad Aquilonis, ac deinde Vergiliarum occasum, initiumque hyemis. In his intervallis* significant *pridie idus Augusti stellæ aquæ exortus, vesperi Ægypo & Casars delphinus occidens.* Inprimis quæ ortus suos vel occasus aliquâ significatione tempestatis testantur, ut de Arcturo Columella, *Arcturus oritur, significat* (scu, signum dat) *tempestate.* De Virgilii Arcturo, ubi illas signum dare ait instantis sementis &c. Metaphorâ ductâ à quadrigis vel equis Olympicis, qui *signo* dato ad cursum emittebantur, uti suprà diximus, in voce *Mapparius*. V. Salmasium *ad Solinum pag. 734.* nec non hic ubi de *Satione*.

Signinum Opus, quod fit, inducat Plinius *lib. 35. cap. 12. Quid non exogitavit ars? tradita signo testulo fic, ut firmiùs durent tusis calce additâ, quæ vocant Signina.* Ubi Dalechampius legit *fractis* etiam *testis* & *tusis*, *additâ calce utitur*, ut *firmiùs durent.* Clariùs exponit Vitruvius *lib. 8. cap. ult.* ubi ea fic fieri tradit : *Primùm arenam purissimam, asperrimamq; parari, cementum de silice frangi, calcem quoque quam vehementissime mortario misceri, ita ut quinque partes harenæ ad duas calcis respondeant, mortariaque cementum addi.* Cujusmodi opere, quæ ex contignatione factæ erant cameræ, indici olim solebant. Idem *lib. 7. cap. 10. Concamerationes verò, si ex structura factæ fuerint, eruntq; utiliores : sin autem contignationes fuerint, signinum opus fabricitatur.* Et flatim, *inferior autem pars, quæ ad pavimentum spectat, primùm testâ cum calce trullissetur, deinde opere albario sive tectorio poliatur.* Ubi testa tusa cum calce *signinum opus* est. Postea musivo etiam ornare cœperat, quum antea utroque pavimenta fieri solerent, Plin. ubi suprà. Puteo encaustio, i. ceris coloratis & igne resolutis pingere *Signinum opus* exogitavit Agrippa, Plin. *lib. 36. cap. 25.* Sic itaque Cameræ primum *signino opere* inducebantur, deinde aut tectorio poliebantur, aut musivo ornabantur, aut vitro decorabantur, aut encausto pingebantur, aut etiam deaurabantur, ut videre est apud Salmasium *ad Solinum pag. 1213.* & *seqq.* Hinc *Signinum fabricam* memorat Boëthius *in Topic. Cicer.* Et *signinum structum* appellat Sax, Calliodorus *Var. Epist. lib. 5.* Et *signinum vivum*, Ulpianus *l. 5. tit. ff. de rivis*, ubi *lapidem* interpretatur, portûs *cementitium* aut *tofaceum*, Jo. Calvinius *Lex. Jur.* Nominis origo, an à *Signia*, Latii oppido, de quo V. huc loco.

Signum, primum rerum quarumlibet elementum. Horatius, *Ponere* signa *novis præcepit.* Alibi

Purpurea prime signatum flore juventæ &c.

V. Caspar. Barthium *Animadversion. ad Papinium Statium lib. 5. Sylv. 5. vers. 18.* Aliàs vocis plurimæ notiones, quarum aliquas vidimus ex parte. Apud jul. Capitolinum *in Gordianis*, *Jam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine Antonini signo illustravit, quum, apud præfectum ærarii nos Romano profussus filium, publicis actis ejus nomen inseruit* : cognomen vox denotat, ut & apud Spartianum *in Commodo*, *Pro Decembri Amazonium*, ex signo *ipsius*, *adulatores vocabant.* Vopiscus *in Aureliano*, *Hinc signum exercitus appellerat*, *Manu ad ferrum* : solebant enim milites per lasciviam istiusmodi cognomenta suis Ducibus imponere &c. Unde *significare*, pro cognominare, apud eundem Capitolinum de Gordiano Jun. *Antoninum filium ipse significari voluit in Senatu*, id est, filium suum cognominari voluit Antoninum. V. Salmasium *ad l.* Apud Monachos, *Signum* dicuba dat forma quædam, manu aut digitis res quaslibet & quæ habentur in mente vel petere debeant, designandi. Cùm enim Monachis ratissimè loqui liceret, in Æde sacra, dormitorio, refectorio, coquina aliisque Claustri officinis ; imò nec unam antiphonam aut responsorium, vel similequid, absque libro nominare, instruebantur novitii, si qua re opus haberent, in *signis* innucre, & *manu loquaci*, ut ait Petronius. Cujusmodi signorum species varias, pluribus tradit Udalricus *Consuetudinum Cluniac. lib. 2. cap. 4.* quæ tamen potissimùm ad victum solùm indictum pertinebant : longè plures describuntur in libro *Ordinis* S. Victoris Parif. *MS.* quas, integro ejus *cap. 25.* in *Glossarium* fum translato, exhibet Car. du Fresne ; è quo pauca hæc, *Pro signo vini, digitum interfice, ita labiis adjunge. Pro signo aquæ, omnes digitos conjunge, & per obliquum move. Pro signo* piscis *præmisso signo cibi, adde ut duos digitos circa oculos ponas &c.* V. de ejusmodi digitorum signis apud Vett. usitatis Flag. à Porta *Fortivis literarum motis lib 1 cap 11.* Cœl. Rhodiginum *lib. 23. cap. 11.* Frid. Morellum *ad Nicolaum Artabadam*, Fridericum II. Imp. *de Ven lib. 2. cap. 42.* & apud Monachos inprimis Hæfenum *Dissertation. Monastic. lib. 6. tract. 3. dissquis. 11.* nec non quædam suprà, ubi de *Digitis*. De *Signo Militari*, i. Tessera, de *Signo* i. *Symbolo*, *ipsum*, *Vexilla* nec non clamore militari, cui idem nomen, inclamari solito ab eo, qui *Signum* in acie præferebat, V. hic passim, ut & eundem *Glossarii* auctorem, in voce hac & *Disseriat. 11. ad Joinvillam*. Unicum hoc adjicio, de 12. gemmis, quæ cum moscho poni solent, in marsupio ferico, è cingulo rubro, quo novus Pontifex præcingitur, dependente, illas *signa* quoque feu *figilla* vulgò appellari, quòd symbolum fint XII. Apostolorum, uti refert Dominic. Macer, ubi de *Stercoratoria*.

Signum, in re Agrimensoria, à meta diverfum. Hygin. *Conficiamus fignum, quod eft inter B. & A. prolato aliquem per vigores ferramento, normaliter paucas diftabilibus metas.* Frontinus *in Fragmentis*, *Diftabimus metas non minùs tres &c.* Duo nanque *figna* funt confpectus, unum à quo rigor (quo modo vocant, quidquid inter duo figna rectum perfpicitur) confpiciendus, incipiti alterum, in quo definit. *Signum* autem vel capicbatur longinquo confpectui oblatum, vel arbor, vel faxum, vel aliquid tale eminens, vel manu ponebatur. Hero, ὁ καμῶν ὄψιν σημεῖον, Hyginus, *prehenfis in longinquo confpectu fignis*, Frontinus, *Cujuscunq. loci menfura agenda fuerit, eum circuire ante omnia oportet, & ad omnes angulos figna ponere &c.* Unde *figni poficà* fæpe apud Auctores mentio : Menfores Galli hodie *Jalons* vocant. At metæ in uno rigore plures fi forte dictabantur, rigor ipfe *dictavi* dicebatur : cumque per illas lineam extendi debere, dicat Hygin. us, per quam agrum cuilibuam, fpiffores poni vel dictari convenit. Cum *fignis* tamen, quæ ponebantur, eadem fuiffe videntur. Hero etiam in *Geodafia*, ex quatuor rebus quæ fpectandæ funt, primo loco τὸ κλιμακῶν ponit, deinde τὸ σημεῖον, δεύτερ τὸ κατακολουθῶν σημεῖον. Ubi σημεῖα, eft meta, *fopulus* vix. in metæ acumen fubrectus &c. Quam in rem V. plura apud Salmafium *ad Solinum pag. 681.*

Sil, V. infrà *Silatum*.

Silani, expreffiones aquarum apud Rom. vocabantur : quorum moduli aut ad *uncinarum*, aut ad *digitorum* rationem inftituti erant. Unde fit, ut apud Paulum *l. ff. penult. de ferv. rust. prad.* in Epiftola nefcio cujus legamus, *vibrios vel fine* ὐγκινάρια, *aquæ fluentis digitum*; appofitè ad veterem inferiptionem, cui Suetlanam, in qua ordo Decurionum Coloniæ Sueffiæ ; C. Titio euidam Chreftimo permittit, *ut aquæ digitos in domo eius fluere.* Alii *Tullios* dixere, Sext. Pomp. Alii *Sulcentes* : Gloffæ *Silvanos* interpretantur ; fed minùs refté, vox enim mere Arabica eft, מלאן *Silan*, i. *fluxus aquæ.* Meminit eorum Corn. Celfus *lib. 3. Confert etiam aliquid ad fomnum* Silanus *juxtà cadens.* Similiter Lucretius, quum ait ;

Corpora Silanos ad aquarum ftrata jacentes.

V. Laurent. Pignorium *Comm. de Servis*, & fuprà ubi de *Nymphais*.

Silanus Dulius, item Servilius, Commodi juffu interfecti, memorantur Lampridio. Vopifcus Ulpii *Silani* meminit *in Aureliano*, *Tunc furrexit prima fententiæ Ulpius Silanus &c.*

Silentum, idem quod Jentaculum, quòd jejuni Vett. Romani vinum *sibi* condu tum ante Meridiem absorbebant, Fest. Postea *Jentaculum* dictum est, de qua voce V. *supra*. Nempe non *sine* Attico, fed *sesili*, quod etiam *sile* dicebatur. Est autem *sil* pigmenti nomen, quod utrum peregrinum an Romanum esset, jam olim inter Eruditos controversum fuit, ut testatur his versibus Ausonius.

Efne peregrini vox nominis, an Latii, Sil?

Ipsius certè mentio apud Græcos nulla, & res ipsa adeò non obvia, ut Virravius *ὄψοις* esse Atticam existimaverit: imò tum non amplius inventi diverse affirmet. Interim vox ex Graco *σίλφα* videtur facta, vel potius *σίφος*, quo nomine Vett. appellaverunt *ψυχαγωγὸν*, *Syricum*, tertium genus *flis*, rubri quidem itidem coloris, ut *Sil laucium*, fed obscurius & fuscius, ab inti. Syro, Phœnicyis patria, fic dicti. Cœterùm Sil Atticum *limum* esse scribit Plinius, Theophraftus *cinnabari Atticum* vocat: qua de re V. pluribus agentem Salmafium *ad Solinum* pag. 1137. & 1158.

Silentiarii, apud Senecam in *Epift.* servi fuere, *qui in familia cæterorum servorum murmur cohibebant*. Ita quidem Popma, fed Pignorius Præfectúræ hujus nomenclaturam vel cum Salviano demum, vel paulo ante *Spiritum*, in lucem prodifle, cenfet. Ita autem de illis Salvianus *de Provid. Dei lib. 4. Pavent quippe Aftores, pavent* Silentiarios, *pavent Procuratores; prope ut inter istas omnes nullorum minus servi sint, quàm Dominorum fuorum: ab omnibus cedunur, ab omnibus conturbantur.* Quod verò Seneca affertur; idem Magifterium magis, quàm nomenclaturam, indicare ait: Virga enim apud Sen. *quà murmur omne famulorum compescebatur*, illi infigne Triclinjarcharum, in ipfo Triclinio, videtur fuiffe, extra quod Actoribus feu Difpenfatoribus conveniebat. Hæc in familia privata: major dignitas *Silentiariorum* in aulis Principum fuit, quos *Quietis Miniftros* vocat. Procopius *de bello Perf. lib. 2.* ubi *Adolium* fcribit *Acatii filium, genere Armenium, in palatio Imperatoris fuiffe ea ea quæ fanè Quietis miniftrum*; addens, *quod munus Romani* Silentiarium vocant: *& quia Principis arcanorum effem confcii, funt qui* Auricularios *iam vocent.* Infignes *Clarifimi* titulo fuiffe, docet Juftinianus *C. iit. de Silentiariis, Viros clariffimos facri noftri Palatii* Silentiarios, *circa latus noftrum militantes, de utilefi & curatio nibus excufari fanciimus.* Iidem *Spectabiles*, *l. 30. Cod. de Inoffic. teftam.* Θεωρησιάρχαι, in Concilio Chalcedon. *act. 1.* vocantur. *Sibola devoti ffimorum Silentiariorum*, occurrit in *l. 4.* dicendo in *tit. Cod. Jufin.* Eorum enim præcipua erant, fed 30. ordinarii, in 3. decurias diviti, quibus fingulis unus præerat Decurio, unde *tit. de Silentiariis & Decurionibus in Cod.* modò dicto. Hinc dignitas eorum non contemnenda, licèt *τῶν χαμαιζήλων* fuiffe dicat Zonaras, cùm & horum operâ in legationibus, & ad mandata referendaute terentur Principes, uti palim docent Scriptores. Sed & Anaftafius, antequam thronum confenderet, & Gubazes, poftea Lazorum Rex factus, id munetis obivifle, Claudianus innuit *in Europ.*

——— *Præfecti gemmis, veftique dabantur*
Cuftodes, facroq; adhibere Silentia *fomno.*

Affines hifce fuere, quos *ad Somnum* appellat Curtius *lib. 6.* ubi ait: *At ne in vicinia quidem diverfurii quemquam committiomen vereptum eft, fed per difpenfus, quos ad Somnum habebas, omnes procul relegatos, ne famina illa* (Philotas intelligitur) *murmurationi finus fe fcienti veriet, quam fuus, exclamavit.* V. Pignorium *Comm. de Servit.* Tit. Popmam *de Operis Servorum*, Cedinum *de Offic. in Aula Conftantinop.* &c. Alii ab his funt *Silentiarii*, memorati Hariufio in *Vita* S. Angilberti *cap.* 1. & Matthæo Parii. A. C. 1171. videlicet, qui in *Silentio*, h. e. Collationibus vel etiam Confultoriis Principum confidebant ac deliberabant. *Silentium* enim Conventum privatum, in quo differtationes de rebus publicis agebantur, Διάλεξιν Zonaræ, *Conference* Gallis: fed præfertim de rebus Eccleliafticis, unde *κανονοφύλακα διὰ βίου* definitur Nicetæ *in Manuele lib. 7. num. 5.* dictum effe, Σκέψεως quoque Cinnamo, conftat. V. quæ ad hunc adnotavit Carol. du Freine *pag. 495.* ubi inter alia, *Silentium & Conventum* idem fonare, ex Juliano Antecceffore obfervat. Hinc *Silentiarium*, locus ubi *Silentiarii* ftabant, primum & exterius cubiculum, quod Conftitutio obfervabatur, apud Eandulphum Sagacem *lib. 16.* & Anaftafium *in Hadrian.* Plura V. apud modò laudatum Auctorem in *Gloffario*, & Dominic. Macrum *in Hierolexico*: adde Briffonium *de verb. fignif.* Meurfium *Gloffar.* Rittershufium ad *Salvianum*, Voffium *in Gloffar. cap. 49 &c.*

Silentium Pythagoricum, olim celebre. Cùm enim Vir hic fapiens animadverteret, non poffe cuimin fapientiæ ftudio proficere, qui non folido prius jacto fundamento cætera fuperftruxeret, obviàm ratus eft eundum temeritati juvenum, qui vix ad fubfellia Philofophorum admiffi jam inani loquacitate omnia perbiberent & nimium tinnirent: æquumque effe rebatur, ut illi qui nihil adhuc rerum dicendarum noffent, placita Doctoris diuturna admiratione concuperarent: *Eft autem Silentium admiratio fubtilis*, Quintilian. *Declam. 2.* Itaque is *Silentii* Deo Harpocrate, quem ab Ægyptiis cultum hunc in finem meminerat, in auxilium vocato, Difcipulis fuis *fi.endi* legem, quam *σιγωνίδιον* vocabant, injunxit: Quam licet plurimi præcisè ad quinquennium extendant, incertum tamen illud tempus, *pro æftimatæ cultu fcientiæ* fuiffe, & omnes quidem, ad minimum biennium integrum, tacuiffe, diftinctus ex A. Gellio *lib. 1. cap. 9* intra quod tempus, *Annos filentes* vocatum, à Claudiano *de Conful. Stilich*, illi *Annos σιγωνίδια* dicti funt: neque verò omnino prorfus abftinebant, fed rarò rus, fubinde fum, timidius loquebantur, & attenta auicultatione modeftaque ac placida de rebus à Philofopho propofitis inquifitione, illud tempus tranfigebant: Ipfe namque Plato, cui multa cum Pythagoricis fuere communia, inter notas boni Difcipuli refert, *ζῆλόν τινα, & ἔρωτα τοῦ λόγου*. Et Claudianus *de Stilich Theodofii Conf.*

Quidquid Democritus riffit, dixitq; tacendo
Pythagoras, &c.

Aliud *Silentium* erat, quinquennale illud, quod fibi ipfi impofuiffe pertinaciter Apollonius Thyaneus legitur, apud Philoftratum, *de vita ejus lib. 1. cap. 11.* Item illud Sophiftarum poftetiori ævi, qui, affectata gravitate, nefcio quid fecum fubmiffe loquebantur, quod in nox evenerunt: de quo Perfius *Sat. 3.*

Murmura cùm fecum & rubrofa Silentia *rotumo.*

Nec non perpetuum illud, quod Monachi Carmelitæ fervant: qui & ipfi ad Pythagoræ inftitutum, rigidioris vitæ caufâ, à carnibus abftinent, Polyd. Virgilius *de Invent. rer. lib. 7. cap. 3* Quemadmodum & Baliidem fectatores fuos ad mortem Pythagoricam docuiffe *ftitere*, tradit Eufebius *Hiftor. Eccleſ. lib. 2. cap. 8.* Illud verò inprimis, imò & fupra Pythagoricum, celebre *Silentium* erat, quod in Sacris operantes Gentilium vigebat, qui diligentiffimè cavebant, ne horum Sacrorum arcana *τοῖς ἀμύητοις*, h. e. *religionis imprudentibus*, quos *profanos* vocabant, innotefcerent. Nam, ut Diod. Siculus fcribit *cap. 3. τοῖς τῶν παραπλησίων κακῶν τοῖς τελείοις, ἢ ὄψεις τοῖς ἀμύητοις ἀγρίαν τὴν τιμὴν μεφέρ.* Itaque Herodotus, Plutarchus, Eunapius, Alii, quum in eorum mentionem incidiffent, negant fas effe fibi ea loqui, quæ fciant. Unde Artemidorus, ubi de Hecate *lib. 2. cap. 42.* Περὶ τέτων λέγειν, inquit, *ὐτε ὅσιον, ὐτε ἀσφαλὲς· ὑυδὲν δὲ ἧττον τοῖς πεπυσμένοις τὴ θεὸν ἃ δεῖ ἀποδῶναι πᾶσιν ἢ μεμυημένοις μυσηρίοις τινῶν* & Græcis in eam rem elegans locutio in crebro usu eft, *οἷς τὸν μυσικὸν ἀσκηκὼς μὴ κάθαρ.*, qui fignificant, perperam eos ore uti, qui Myfteria celebrant & quod qui facerent, propriè ἐξορκίζ. τὰ μυήσιμα dicebantur, apud Plut. Lucianum, Syneflum: id eft, *ὑκόσιόν τὰ ῥήματα ᾗ τὰς ὠδὰς ἔχειν*, *rhythmum excedere & regulam reftam*, ut loquitur Ariftides *Difput. κατὰ τῶν ἐξορκιζόντων*. Atque hujus filentii tanta fuit religio, ut nec qui violaret, nec qui oculos in hæc Sacra immitteret, ferret impune. Nota Acarnanum duorum Juvenum; *qui quod non initiati templum Cereris* (Athenis an Eleufine) *ingreffi eſſent, tanquam ob infandum facinus, interfecti funt*, Hiftoria, apud Plutarch. *lib. 31.* nec non laniatio Penthei, propter inlpirata myfteria, qua de V. Synefium *lib. de Provid.* Quæ verò illa fuerint, quæ retineri tanta religione voluere, *fanctiora facrorum* vocat Seneca; revera autem *res turpiffimas* fuiffe, oftendit Arnobius *c. Gentes* aliique. Diverfa longè *Silentii* ratio in Chriftianorum vett. fuit facris: qui id inftitutum fic probarunt, ut religiofa ejus obfervatione Myftas omnes longè fuperarint. Quemadmodum itaque *Sanctiora facrorum filii initiatis fuiffe nota*, Seneca dixit: & Photius ex veteri Scriptore, *num.* 242. Philofophiam divinam dividit, in *τὴν μὲν ἀπόῤῥητον*: Jamblichus autem *lib. 3. de Philoſ. Pythag.* in *τὰ ἀπόῤῥητα*, quæ efferri non poterant, & *τὰ ἐκφερόμ.* quæ foras efferre jus erat: ita univerſam doctrinam Chriſtianam Vett. diſtinguebant, in *τὰ ἀπόῤῥητα*, id eſt, *ea quæ enuntiari apud omnes poterant*, & *τὰ ἀπόῤῥητα*, i. *arcana, temerè non vulganda*, de quibus neque in familiaribus colloquiis, neque in catechefibus, neque in concionibus verba temerè faciebant, coram Paganis, Catechumenis aut quibuvis aliis non initiatis. Sic Baſilius *de Spir. S. cap. 27.* doctrinæ Chriſtianæ duas partes fecit, *τὸ κηρύγματος*, *præconia*, & *τὸ δόγματος*, quæ alii *τὰ ἀπόῤῥητα*, *arcana non enuncianda*, dicebant, atque, *τὸ δόγματος διακρίνει τὰ τὴ κηρύγματος ὁμολογούμ. Dogmata filentio premuntur: Præconia publicantur*, atque ibi de *Silentio* myfteriorum multa difputat. V. quoque Gregorium Nazianz. *Orat 42.* Et nota apud Patres formula, in mentione potiffimùm Sacramentorum, uſu trita, *Ἀρκανὰ καὶ μυηρίων, Norum Initiati, quod dicitur*: Sic *ἀρκανὰ καὶ μυηρίων ἢ λόγ.ματων*, feu *ἀρκανὰ καὶ μυηρίων μόνον*, quæ phraſis idem defignant. Unde apud Theodoretum *Dial. 1.* negat Catechumenus, de Euchariſtia fas eſſe aperte loqui, quoties periculum adeſt, ne adſint initiati: Solebant itaque tum de talibus *ἀπόῤῥητα* dici, feu *μυσικῶτερα* reſponderе. Quo reſpiciens Cyrillus Hieroſolymit. *in Procatechef.* eleganter ait, Catechumenos, quibus fas non eſt cognoſcere ſacra myſteria, *αἰδεσθῆναι τοῦτο εἰρημένον ἀνάγκη ἀκέσαι*: poſſea verò, quum facti fint fideles, *ἀναχθῆναι, ἵνατε ἀκέσῃς νῦν ἀνάγνοι*. Idem dein diſerte præcipit tuis Auditoribus, ne quæ didicerint, poſtquam fidelibus facrarine aggregati, Catechumenis, quos ponit inter *τὰ ἐξω*, enumerent. Sicitaque, cùm ſoli fide-

fidèles nota habèrent Religionis Christianæ mysteria, iidemque tanto fludio illa occultarent, occasio Gentibus data est, tradúcendæ veræ pietatis, quasi tenebrarum fæderatur & lucem fugeret ac nitidum hominum; Cessusque proin Christianorum religionem κρύφιον ἔθνος, clandestinam doctrinam, ludibrii causa, subinde vocitabat. Sed Origenes hanc calumniam diluens oftendit, fallum esse, capita omnia doctrinæ occultari: plurima enim, quæ Gentes irrideant, palàm tradi & omnibus exponi: quod li quædam non palàm omnibus communicentur, non magis eo nomine reprehendi jure Christianos posse à paganis, quàm fuisse ipsi Philosophos reprehendant, discipulanas suis dividere folios, in ἐξωτερικὰ & ἐσωθερικὰ. Isaac. Casaubonum de sacro hoc Silentio prolixè disserentem Exercit. 16. ad Baronium num. 43. ut & Tob. Pfannerum System. Theologiæ Gentilis pur. cap. 1. §. 7. ubi de more Gentilium Dogmata divinitora arcane habendi, & §. seqq. usque ad finem capitis, ubi de simili consuetudine Doctorum Ecclesiæ V. & N. Testam. Hieroglyphicis, cæcozelia, nec non hic palàm, imprimis in voce, Novum Edictes, item in voce Mysterium. Nec omittendum, quod apud Romanos etiam edicti, sublatis magistratibus, primùm, Silentium veri consuevisse, Servius tradit Æneid. lib. 1. sub fin. &c. In Regnia Monialium B. Mariæ Sopwell in Anglia, in silentium missi, Monasticæ pœnæ species est: sed & olim in Monasteriis magnum ac frequentem Silentii fuisse usum, suprà innuimus in voce Signum. Cœterùm Silentii symbolum apud Gentiles olim Angeronæ simulachrum fuisse, diximus in voce hac: de notione v. vocis augurali, V. Casaubonum ad Augustum Suetonii cap 95.

Silenus, addit: Phrygem dissertim vocat Tertullianus de Anima cap. 2. ubi, inter alios, Deorum ordinibus insertos, etiam recenset Silenum Phrygem, cui à Pastoribus perdulcis ingener aures suas tradidit: de auribus autem Midæ ingentibus, latis notum. Quas Sileno commodasse quod dicit Tertullianus, nil mirum est; Fuit enim Silenus pro illis temporibus, naturæ & antiquitatis omnis intelligentissimus: unde nec alium de istis, quàm Silenum, loquentem inducere voluit Maro Ecl. cui Silenus nomen, ubi Servius Poetam ea dixisse tequitur, quæ de Sileno proferebat Theopompus Chius. Cujus fide etiam Ælianus Hist. Var. lib. 3. cap. 18. com plura refert: etiam apud Cic. Tusc. l. quoddam ex Sileni hujus dictis reperias, ubi ait; Fertur de Sileno fabella, cùm à Midæ captus esset, hoc ei muneris prò sua missione depisse, docuisseq; Regem. Non nasci hominibus longè optimum esse: proximum autem, quamprimum mori. Quomodo verò caperit Silenum Midas, docet inter alios Xenophon de Expedit. Cyri lib. 1. ubi ait, fontem, qui Midæ dicebatur, vino miscuisse: nempe sic inebriavit is Silenum. Sed de fonte fabulam fapit, inquit Vossius: Credo, tam sapienti vino, sapientiam Midas magnis expetitam cultullit. Nec fane Silenus ille unus fuit è multis; fed unus è Regulis Cariæ, qui Nisæ imperaret, de quo fidem fecerit Dionysius Sic. lib. 3. Liberi Thebani, qui Cadmi nepos fuit, οὐσχεδὸν ὁ ἴσος Silenus Marsya, undeapud Herodotum lib. 7. reperias, ut ab Apolline fuspensus sit, ὑπὸ Σιλήνου Μαρσύου δαρεὶς. Necobilat, quòd Marsyan hunc aliqui non Silenum, sed Satyrum appellent, ut Max. Tyrius Serm. 30. initio; quippe junior cum esset, Satyrus: grandior autem natu, Silenus dici meruit: fola enim ætate hi differebant. Marsyam autem Midæ R. temporibus vixisse, etiam id oftendit, quod legitur de Mida filiam despondente Attidi Cybeles amasio; item de Marsya, posti Attidem à Meone intercitum, Cybelem in fuga fua comitante, ac tam provocante in certamen quendam feu Regulum feu Sacerdotem, à quo fuerit excoriatus. V. Gerh. Joh. Vossium lib. 1. de Idolis. Effigiem Sileni in Lucernis videre Fortun. Licetus in Lucernis Antiqq. lib. 3. cap. 11. & lib. 6. cap. 27. ex argento cælatam habes, apud Plinium lib. 33. cap. 12. in marmore Pario repertam, apud eundem lib. 36. cap. 5. Sed & Silenum festivè gestientem, inter Pictoriæ Artis miracula, fervat hodiquæ Mufæum Kircherianum, ut videre est apud Georg. de Sepibus in Descript. Illius pag. 8. Pingebatur autem calvus & naso collifo deformis: unde Lucretius, Simula, Silena ait. Imò τὸν σὺν Διὶ συνοικοῦντα σοφίσματα Silenum nominat Xenophon, V. Casaubonum ad Julium Suet. cap. 45. Hinc in Satyra Græca veteri, inter Satyricas personas, Silenus quoque, Papius, & ex utroque compositus, Papposilenus, fero ac terribili aspectu, erant: huicque Silenо crassa tunica forenо contexta & μαδιφαικὸν χιτῶνα, utrinque villosæ, Scaliger Poetic. lib. 1. cap. 17. qui primum feaulum esse longissimis versibus, quippe novenariis, cancre Silenum, scribit lib. 2. cap. 27. cujusmodi distichon Laertius in vita Diog. recitat,

Ὑμεῖς δὲ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν ἀσκῷ φέρετε.
Ἐς αὐλὸν δ' ἐλθόντ' ἐκ κυνὸς φέρειν χρὴ δέ.

Diogenes age dic, quod corripuit te furum?
In Orcum rapuit me canis ferox morsus.

Silesia, adde: Terra, post ultimi Principis obitum, regio Cæsaris patrimonio, sive Camera, ut vocant, accessit; qui Principatuum alios sibi sepoluit (*die Tafel oder Cammer-Furſten-Thumer*) alii in alios collati sunt. Et quidem Crosnensem Electior Brandeburgicus, Oppolienſem & Ratiboriensem Poloni, pighorisjure, Troppaviensem, jägerndorffium & Teſchinensem

Liechtenſteinius; Saganenſem Lobkovvicius; Munſterbergiæ partem Avesabergius, Oelsenſem Wirtenbergii, denique Crotavienſem & Neuſenſem Vratislavius Epiſcopus poſſident. Iupremo tamen Præſidi (*dem Koniglichen Ober-Amte*) à Marthia Hunniade Bohemiæ Rege, ejusque ibi ceſſore Vladislao, primùm conſtituto (ni Polonum fortan & Brandeburgicum excipias) obnoxii. Tob. Pfannerus *de præcip. Germaniæ Principp. Gentilibus Cap. 1. de Gente Auſiriaca*, ubi gentis hujus hiſtoriam ab ovo arceſſitam habes. V. quoque Georg. Hornium *Orb. Imp. cum Notis L. Joach. Felleri* pag. 389.

Silex, V. hic infrà *Silicernium*.

Silicernium, Feſto farcimínis fuit genus, cujus eſu familia purgari ſolebat; dictum quia, cujus nomine res ea inſtituebatur, is jam *ſilentium* (i. umbras) *cerneret*. Donatus inquit eſſe cognam, quæ Diis Manibus inſerebatur, quòd eam *ſtentes* tenarii umbræ: poni autem ſuper *ſitice* ſolebant Epulæ mortuales. Sacrilegro cœna fuit funebris, quæ ſenibus exhibebatur, dicta quaſi *Silicernium*, i. *ἀδυσσὴς*, quòd natali die lucernæ accendebantur, mortuali non: vel à *ſilicibus*, quaſi *ſilicernium*, i. *cena ſupra ſilicem poſita*, eò quòd ſtiſumodi hiſcebat epulum in ara lapidea exhibebatur, Servius ad Æneid. lib. 5. Peradii enim ad ſepulchrum juſtis, conviviadomi apparabantur, ad quæ Amici atque Cognati convocabantur: Senibus etiam cœna exhebatur funebris, quæ *Silicernium* appellabatur; imò interdum popolo quoque Epulum præbebatur, aut cruda diſtribuebatur caro, quod *Viſcerationem* vocabant, Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 39.* Leges XII. Tabb. *Silicernium* hoc *Circumpotationem*, Gr. *κῶμον*, vocatum, ſuſtulerunt que, verbis his: *Ubi ſumptis mortuus, omnisq; circumpotatio tollatur.* Ubi tamen non omnem circumpotationem, ſed ſervilem tantùm, ſublatam eſſe, docet Jac. Ræwardus dicens, *Quin liberi homines, coronati parentantes, cùm ſupra tumulum dapes poſuiſſent, circumpotare potuerint, nulla lege mihi prohibitum fuiſſe videtur.* Certè enim Varro *Meleagris, Fannus*, inquit, *exequiali lauſe, ad ſepulchrum antiquo more Silicernium confecimus, id eſt, κῶμον ἔσαμεν, quo prauſi diſſentientes diſcimus alios alii, Vale.* In quæ verba Roſinus, *Significat Silicernium convivium funebre, quod apud Vet. exhibere ſolebant ſenibus: dictum, quòd cum ſilentio edentes cernerentur: vel propter diſuncti memoriam, vel quòd cogitarent, ſe mox illum ſequturos; quapropter abeuntes à convivio, velut ſe amplius non viſuri, mutuo ſeſe ſalutabant. Alii aliter.* Quorum quidquid ſit, fidum inde, ut *Silicernium* pro Sene figurate accipiatur. Anteſignanus in *Teron. Adelph. Act. 4.* Eſt autem *Silex*, vel *Felix*, ex Græco χάλιξ, in eo à cæmento diverſus, quòd *cæmentum* cædendo ſit, & pars eſt majoris ſaxi; *ſtex* vero naturaliter ita reperitur, nec ex alio avellitur vel excidítur: utrique verò parvi ſunt lapides, & ſtructuris accommodati, qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 378. & ſeqq. ubi Græcorum ſtructuram *ſtice* & duro lapide fuiſſe, non ex quadratis ſaxis; inter alia addit: ut de viis in Urbe *ſtice* ſternendi ratione, à Cenſoribus primùm Romæ inſtituta, Liv. l. 41. c. 27.

Silegineni, in Lapide Romano: ANNONÆ. SANCTÆ. LIUS. VITALIO. MENSOR. PERPETUUS. CORPORI. PISTORUM. SILIGINARIORUM. dicti ſunt Piſtores, qui in *ſiligines* pane, popolo diſtribui ſolito, conficiendo occupabantur. Fuit autem hic panis Romæ inter laudatos, unde vetus Horatii Interpres *panem ſecundum* interpretatur, *non ſiligineum, non primum*, uti vidimus ſuprà; & eundem *mundas buccellas* vocat l. 4. *Cod. Theod. de annon. civ & pan. grad.* Nempe cùm priùs frumentum popolo diſtribueretur, Aurelianus Imp. primus panarium diſtribuionem inſtituit. Vopiſcus *in eo* de *præterminatum videtur Aurelianum — libibres cornea popo promiſiſſe, ſi victor vediret: & quum auream populus ſperaret — coronas eum ſcliſſe de panibus, qui nunc ſiliginei vocantur, & ſingulis quibusque donaſſe ita ut ſiliginium ſumi quotidie nos æno ſua & unusquisque reciperet, & poſteris ſuis dimitteret.* Qua de re V. Salmaſium *ad t.* & hîc paſſim, imprimis in vocibus *Annonæ, Graſilis, Panis*: de *Siligine* verò, Plinium l. 18. *cap. 8.* & 9. & *qui de Re Cibaria* ſcripſerunt.

Siliqua, porcorum cibus. Lucæ *cap. 15. verſu 6.* ubi de acoſtato, qui in fame reperi cupiebat *ἐκ τῶν κερατίων*, *de κόσμοι ὧν χοίροι*, *Siliquis*, *quas porci comedebant.* Nec certè leguminum *ſiliquæ* (quales habent piſa, fabæ, lupini, phaſeoli, alia id genera ſunt ut nonnulli volunt, quos Græca vox κεράτιον abunde refellit: leguminum enim ſiliquæ *λοβοὶ* ſunt. Sed fructus arboris *ceratoniæ ſiliquis digitalibus inclusi*, aut etiam ipſæ *ſiliquæ*. *Κεράτια* nampque propriè ſunt *cornicula*, quomodo dici potuit vel ipſe hic fructus, à cornibus, quæ in eo ſunt, vel etiam ſiliquæ, quæ in modum cornuum curvatæ ſunt, *falcatæ* hinc Plinio *lib. 5. cap. 14.* Simeon Sethi *ξυλοκέρατα* vocat, quia ſiliquæ illæ lignoſæ ſunt: alii *ξυλογλωσσα*, ab inſigni dulcedine. Quam arborem cum Ficu Æqyptia confudere quidam, refutati Plinio *lib. 13. cap. 8.* In Æqypto enim non naſcitur, ſed in *Syria Joniadq.* & circa *Gnidum*, atque in *Rhodo*: unde *Graecum* nonnulli vocant. Columella l. 6. c. 8. Nec in Italia peregrina fuit: *multum quoque cognita Nicæe & Mariſ Lipuſſici accolis Naſcitur & in agro Neapolitano — in via Appia, frequentiſſimè conficitur. Incolæ Saligna*

vocant, nomine à Siliqua detorto, Idem Plin. *lib 15. cap. 24. & 28.*

Profert autem *filiquas* æstate & auctumno, quæ recentes ab arbore decerptæ gustui sunt ingratæ, sed diu in cratibus siccatæ adeò mites sunt, ut dulces fiant, neque insuaves: ita ut iis pro cibo utantur tenuiores. Horatius *lib. 2. Epist. 1. de Poetis*,

——— *Vivit siliquis & pane secundo.*

Perfius Sat. 3. de Juvenibus, quæ Stoïcis se in disciplinam tradebant,

——— *Insomnis studibus & detonsa juventus*
Turgiolas, siliquis & grandi pasta polenta &c.

Neque verò hæ *siliquæ* simpliciter portis dabantur, sed postquam succus ex iis expressus erat; nam ex siliquis in Syria vinum factitatum, conflat. V. plura de hac arbore & fructu, apud Sam. Bochartum *Hierozoic Parte prior. lib. II. cap. 18.* Salmasium ad *Solinum pag 479. & seq.* nec non supra, in voce *Ceratium*.

Siliquastrum, V. supra *Seliquastrum*.

Siliquaticum, adde: Fuit autem *Siliqua*, vigesima quarta pars solidi, septima unciæ, scrupuli sextam partem, drachmæ vero decimam octavam conficiens, apud Romanos. Græcis verò *Siliqua*, five κερατιον, *i. cornuculum*, σιλιακα 4. continebat, Angl. ετνο *grotus and eleven twelfth Troy*: signabaturque sic ꝛs, Fr. Gouidmannus *Diction Siliqua* dicitur auri vigesima quartam partem Solidi facit Heraldi Interpres; Ἡ κεράτιον ἔχει σιτιγια ιβ΄, ὁ δὲ σιτιγιον κεράτια κδ΄. *Uncia habet solidos sex, solidus verò Siliquas 24.* Inde in morem venit, ut pro semuncia, Græcus auctor ἡμισυ τῆς οὐγκιας, h. e. dimidiato milliarensi, vel 12. follibus, quæ 24. pars Solidi erat, *Siliquam* diceret. Isidorus *lib. 16. cap. 24. Siliqua 24. pars Solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.* Ubi Ant. Augustinus nummi genus esse putat: Scaliger speciem argenteam nummi: Horomannus ex male intellecto Isidoro, argenteum nummum facit, Lunæ crescentis forte cognitæ nonâ signatum: Salmasio fuere minutuli nummi aurei, eodem nomine ac pondere, quo *Siliquæ* Latinis, κερατια Græcis. Imò nunquam tam minuculi nummi ex auro Romanis fuere: fed duodecim follis *Siliquam* dicebant. Clarè Justinianus *in LL. rusticis*, κερατιον ἓν, ἤγουν φολιν δ΄ οὐγκιῶν. Sic Georgius Cedrenus *in Leone Isauro*, ubi icriolt, in Solidum pendi Milliarenſem unum, pro eo imon ἑκατοστὸν, *i. duas Siliquas*, leu 24. Follis ponit. Anastasius Biblioth. *argentum nummum* reddit: nec quidquam alsi*bina siliquæ*. quæ appellabantur ratione auri, folvebantur autem in argento aureo. V. supra in voce *Milliarensis*. *Siliquas* tres in Solidum annuas, centesimam fuisse legitimam, dicimus ex Antiquo Interprete, qui Theodosii legem sub tit. *de Usuris*, qua vetat ultra centesimam jure permissam, aliquid sub occasione necessitatis exire foeneratores, sic explicat: *Si quis plus quam legitima centesima centesima contines, id est, tres siliquas in anno per solidum exigibat, & debitore, sub occasione necessitatis, accipere vel auferre præsumpserit*, id est, milliarensem, & partem ejus dimidiam, 36. folles: quam *octavam Solidi* partem, dicit Novella 106. Calculatores *Sesquiclavum*. Hinc ergo *Siliquaticum*, docente magno Cujacio *Observat. lib 16 cap. 100*, dictum vectigal est, quòd ex quabibet mercium negotiatione, nundinis fico in solidos singulos venditor dimidium *Siliquæ*, & emtor alterum dimidium inferret. V. Gronovium *de Pecun. vet. lib. 4. cap. 6.* Introductum autem tributum hoc est à Valentiniano & Theodosio, augendo, quod exhaustum fuerat, ærario, ut est in eorum *Novella 48.* &c.

Sillina Inf. apud Solinum *cap. 22. de Britannia*, *Silinum quoque insulam ab ora, quam gens Britanna Dumnonii tenent, turbidum fretum distinguit*: Salmasio ea videtur, quæ *Silimnus* Plinio dicitur & Ptolomæo Σιλίμνη νῆσος, *Silimni insl. defertæ*: medio inter Britanniam ac Hiberniam situ; quò Haereticos quosdam à Maximo relegatos, refert alicubi Sulpicius Severus. V. Salmasium *ad Solinum pag. 246.*

Sillus, Græcè Σίλλος. Hesychio ὕφασμα ἐκθύμιον: Æliano ἐλεγεῖον μέτρα πενταὶ ἀνισοῦσι, *contumelia cum joci acerbitate*; unde σιλλαίνειν, irridere, vocem Pollux *lib. 2. cap 4.* interpretatur, ἐπὶ χλευασμῷ σύνεσι τοὺς ὀθαλμοὺς: quamque originem quoque vocis Silenos esse quidam volunt. Eorum celebris Scriptor fuit Timon, sectæ Pyrrhonianæ, qui à Philio, Peloponnesii civi, *Philasius* dicitur Suidæ, aliàs φλιασίωνος- cluit, treque *Silsirum* libros composuit, in quo toto opere dictoria ac convicia in Philosophos, maximè *Dogmaticos*, jaciebat. Unde libros hosce φλιασικὰ τῶν φιλοσόφων vocat praefatus Suidas. A. Gellius *lib. 3. cap. 17. Timon*, inquit, *amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui Σίλλος inscribitur. In eo Platonem contumeliose appellat, quòd impensiùs pretio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset, exq. eo Timæum nobilem illum Dialogum continuasset.* Citant illius versus Diogenes Laërtius, Sextus Empiricus, Plutarchus, Athenæus, Stephanus de *Urb.* Eufebius, Clem. Alexandrin &c. Fuerelli verò perpetua de re ex Homero parodiæ, Heinsius *lib.II. de Satyra Hor.* Specimen unicum ex Gellii *loco cit.* adnectam,

Καὶ σὺ Πύθων' ὦ γαῦρ ὁ πυθεσθαι ὁ πάππ' ἐμὸς ἦεν.
Πυθῶν δ' ἀγυιεὺς ἀνέγνω πολλὰ ἔξω βίβλων
Ὅθεν ἀναγνώσεις γεγάθου ἐὰ ἰδιώτης.

Et tu Pluto: Nam te dilcendi desiderium cepit,
Multa autem pecunia exiguum tibi comparasti librum,

Unde incipiens scribere talia didicisti.

Qui ultimus versus, apud Lipsium *de Stoica Philos. lib. 1. cap. 6.* ita legitur,

Ὅθεν ἀναγνώσεις· Τιμωνογράφεν ἐὰ ἰδιώτης.

V. Anton. Thysium *Nisis in Gellium loco cit.* Jul. Cæs. Scaligerum *Poetic. lib. 1. cap. 47. & 54.* Salmasium *ad Solinum*, &c. supra ubi de *Sileno*.

Silphium, Cyrenenfibus σίφι και σίλφι, item σίφθι, unde Græcis σίλφιον & σίλιον, Latinis *Sirpe*, *Silpe*, & *Serpe*, atque porrò *Lac ſerpicium*, unde *Laſerpicium*, aliquando pro succo ipso fumitur, unde σιλφιώδη, *laſere inſperſa*. atque hæc propria notio vocis *Laſerpicii* eſt. Græcis tota est planta, ut in Prov. *Basilæ σίλφιον*: aliis radix ſolùm, ut in qua here tota *ſilphii* ſtirps conſiſtit. Eſt autem *Silphium* herba ferulaceo caule, ſemine foliaceo, folio apio ſimili, quod κράμβαν vocatum eſt (ſicut ſemen φάκλον) cujus folis pecora purgari & faginari, caule ipſo, qui ὀδόντας-, *odoratus*, homines veſci conſuevere: ſuccus inſuper è radice atque caule, ille *ſpiſſus*, iſte κοπάλιας, ille vilior, hic pretioſior, capiebatur, plurimis rebus uſui futurus. Qui ut in longinquas & transmarinas regiones exportarus perduceret, in vas conjectus, ſurfure (ut ait Plinius, potius farina) admixto tam diu concuſſebatur, donec colorem ſumeret candidum: aliàs enim ſinceri laſaris color rufus erat modicè & translucidus. Erat porrò hic ſuccus Cyrenenſibus εὐθέως-, utpote apud quos ſeptem annis ante urbem conditam imbrie piceo madefacta tellure natum Silphium proditur, quum antè non extaret. Unde quamdiu Battiadæ iis imperarunt, in ſuis nummis ab uno latere Battiimaginem, ab altero Cyrenes regnum & *Silphium* Battio offerentes præferebant. Ita extinctis, eadem ſilphii deinceps, & Hammonis effigiem, inſculpſerunt. De terminis verò regionis ἐλαφοβόλιον (nam certum regionis ſpatium ſilphium occupaverat) incerti fluctuant Auctores; Herodotus a Cyrenis ad os Syrtis majoris eam extendit, Plinius ſtadiis 240. Theophraſtus 4000. Alii aliis limitibus eam circumſcribunt. Quam incurſione barbaricâ vicinorum Nomadum adeò vaſtatam poſtea eſſe, tradit Strabo *lib. 17.* ut penè ad interneionem ſtirps ifta extincta ſit. Plinius extincti laſerpicii in Cyrenaica hanc rationem adfert, *Quoniam publicani, qui pascua conducunt, majus ita lucrum sentiunt, depopulantes pecorum pabulo. lib. 19. cap. 3.* Certè ejusdem, ut & Dioſcoridis ætate, *ſtirpium Cyrenaicum* ampliùs non fuit: ſed ex Media (quod Cyrenaico parium cedere ait Strabo) Syriaque advehi cœpit; de quo triplici *Silphii* genere, Cyrenaico inprimis, V. fusè agentem Salmaſium *ad Solinum pag. 352. & ſeqq pag.* 1025. nec non ſupra, ubi de *Laſerpicio*.

Silva, V. infrà *Sylva*.

de Silva, nomen illuſtria in Hiſpania Familiæ, è Luſitania oriundæ. Ejus linceæ duæ ſunt præcipuæ: Altera *Com. de Ciſſuentes* complectitur, al. ea Duces de *Pastrana*. Hæc à Didaco Gomezio *de Silva* Dn. de *Chamuſca*, Miniſtro Joannis I. Regis Luſitan. deſcendit, cujus abnepos Ruis Gomeſius ad philippum II. Regem Hiſpaniæ tranſiit, & ſervitiis, ut Dux Paſtranæ crearetur, meruit: maritus Annæ Mendozæ Principis Meſitî filiæ, à qua *Mendozium* ſibi nomen liberi adjecere. Et quidem in his Rodericus Ducale axioma Paſtranæ continuavit; Didacus D. Francaviliæ, ab uxore Anna *Sarmiento de Villamandos*, Com. de *Salinas ac Ribadeo*, ac dein titulum March. de *Alenquer* nactus eſt: demum tertius Ruis Gomeſius Com. de *Galve*, honorem March. de *Liſeda* obtinuit. Illa linea, (Com. de *Ciſſuentes*) deſcendit ab Aria Gomeſio de *Silva*, qui ſub Ferdinando R. Portugalliæ claruit. Hujus namque pronepos Joannes *Comitis* nomen primus geſtavit, ac poſt eum filius Alfonſus, auctor reliquorum Comitum. Quorum cum directa linea deficiſſet, ſucceſſit Petrus de *Silva Giron de Alarcon*, ob maritum de *Silva* ac Dominia de *Villarejo de Fuentes* orundam. Alius Joannis I. Com. præfati filius Joannes de *Silva* & *Ribera*, Dominos de *Villaſeca*, ac Marchiones de *Montemayor* genuit. In linea Ducum de *Paſtrana*, Rodericus de *Silva Mendoza Guſman*, Dux Paſtranæ & Eſtremeræ, Princ. de *Melito* & Dux de *Villafranca*, in Regno Neapol. ex Catharina de *Mendoza Sandoval Roxas Duc. del Infantadgo*, genuit Rodericum de *Silva Hurtado de Mendoza* Com. de *Saldanna*, cui . . . de *Haro*, fil. Ludovici de *Haro* nupſit A. C. 1666. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Pars II. in Ind. & Part. II. pag. 87.*

Silvanus, qui vis ſylveſter Dæmon apud Gentiles, uti Paſſeratius notat ex Gloſſographo ad *Propertium lib. 4. eleg. 4.* Hinc & Plutarchus in *Parallelis* cum Pane eum conſert facie. Virgilius verò diſtinguit *Georgic. lib. 2.*

Panáq; Silvanumq; patrem, Nymphasq; sorores.

Ubi Servius, *Pan Syringam amavit*, *Silvanus autem Cupressum*. Unde apud eundem Poëtam hic cupreſſum ferens introducitur, *Georgic. lib. 3.*

Et teneram ab radice ferens Silvane cupressum.

Qui proin *dendrophorus* in vet. *Inſcr.* dicitur. At Pan cum ſiſtula & pedo & corona è pinu & pelle binnuli formabatur, Sic Faunos à *Silvanis* diſcriminat Ovidius *Metamorph. lib. 1.*

Sunt mihi semidei, sunt rustica Numina Fauni,
Et Nympha Satyriq; & monticolæ Silvani &c.

Triplicem verò *Silvanum* facit Macrobius, & Auctor *lib. de agro rum fin. Domesticum*, *possessioni consecratum*, *Agrestem*, *Rusticum*; & *Terminalem cui locum in confinio dedicabant*. Atque hic proprie *Silvanus*, qui arborus in terra lapidem finalem possuisse olim creditus est. Alius ab eo Mars est cognom. *Silvanus*, i. Mars Rusticus seu Silvestris: Uti & Hercules *Silvanus*, apud Victorem, *Rusticus* indigetatur Lampridio. Qui Hercules similiter à *Silvano Patre*, quem *Αἰγιπανᾶα* Graecis dictum vult Plutarchus, diversus est, licèt plerumque ambo *συμβωμοι & συνναοι* ponerentur. Hinc in antiqu. *Inscriptionibus* legitur, SILVANO ET HERCULI, & in aliis, *HERCULI ET SILVANO*: quo modo & cum Marte conjungebatur. Potius *Hercules Silvanus* cum *Marte Silvano* Idem: nam Hercalem & Martem apud Pontifices eundem habitum, notat Macrobius: Sacris etiam, quæ pro bobus, ut valerent, Marti Silvano fiebant, mulier adesse vetabatur, ut nec sacris Hercules interesset, V. Catonem *cap.* 83. & plura hanc in rem, apud Claud. Salmasium *ad Solinum pag.* 414. item voce *Sylvanus*

Silvanus, præn. *Julius*, Gallus, Boniti Ducis fil. sub Constantio, exercitibus in Galliis præfuit, Gallo dein Cæsare à Constantio occiso, Imperator in Galliâ dictus, die 28. Impetii, à Legionibus, à quibus præfidium speraverat, peremptus est. Ejus memoriam fervat nummus, cum *Inscr.* DN. FL. SILVANUS P.F. AVG. de quo alibique nonnullis Bardigalæ effossis, in quibus *Silvani* & Constantis Cæs. imago, V. Ann. Ferronum *Consuet. Burdigal.* 2. & C. du Freine *Dissertatione de inscr. & num. Silvani. num.* 59.

Silvinus Rhetor, jussu Anton. Heliogabali occisus, memoratur Lampridio *in Heliogabalo*, *Removis & Utpianum*, *ut bonum virum*, & Silvinum *Rhetorem*, *quem Magistrum Cæsaris fecerat*. Et *Silvinus quidem occisus est*, *Ulpianus verò reservatus*. Ad quem locum notat Casaubon, membranas constanter *Salvinum* habere.

Silurus, Græcis Alexandrinâ voce Σιλλοῦρος, inter Nili pisces, memoratur *lib.* 17. Strabonis, unde *Pharia mersa & municeps Crisini* Alexandrini dicitur Juvenali *Sat.* 4.

Nunc primeve equitum, *magnâ qui voce solebat*
Pharia municipis Pharia de mersa silurus.

Plinio inter eos pisces amnicos, qui maximi evadunt, numeratur *lib.* 9. *cap.* 15. ubi tamen cum pro *lato*, itidem Nili incola, quem Græci *γλανκὸν* vocant, *Silurum* fumere, ait Salmasius. De eodem Ausonius in *Mosella*, namque & in aliis illi amnibus,

Nunc pecus aquoreum celebrabere, *magne Siluri*,
Quem velus Actæo perdultum pectora olivo
Amnicolam delphina vetet, *sic per festa magnum*
Laberis, *& longi nix corporis agmina solvis.*

Item,

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

Et verò silurum Poloni *sum*, *Suevi waller & wralle*, quasi *balænam* appellant, propter immensitatem. In Viadro Silesiæ amne tantus est, ut currui impositus plerunque extra emineat. In Alli Germaniæ longitudo est trium ulnarum, pondus librarum 120. In Tibisco Daciæ flumine & Hungariæ lacu *Peiso*, siluros reperire est *longos* 8 cubitos, graves libras 150. In Viftula Poloniæ, captus est unus qui æquabat fedecim pedes. Protelis bonum è Danubio extrahi ait Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. id est, boum tractibus: quod Ælianus multis explicat *Histor. lib.* 14. *cap.* 25. Nec verò robore munus, & audacia, quàm mole, conflat. Plinius, grassari ibi unicuique est, omne animal appetere, equos natantes sæpe demergere, ait. Unde Bohemorum prov. *Piscis piscem invadit*, *silurus omnes*. Immenia fe, et eft voracitas, tùm ingentes, labia aliquot trium modum, *ea affectus atrocitas*, *ut terrorem etiam maximis spectaculibus asserre videatur*, V. Ambrosium *Hexaem. lib.* 5. *cap.* 5. & Manardum, qui eriam in homines eum insurgere affirmat: hinc *ἀνθρωποφάγος* dictum Pausaniæ *Messeniacis*, ubi eum in Indo & Nilo, Rheno & Danubio, Euphrate & Phaside, reperiri tradit. Cœterùm illius carnem recentem & salitam in cibum fumi, legimus apud Dioscoridem, Plinium, Athenæum, Ælios. Judæos tamen Cibos ejus esu, tanquam immundi, abstinere, quòd glabra fit & squamis careat, tradit Bellonius. Ejus dem fuffitu dæmones pelli, credidit Vett. fuperftitio &c. E quibus omnibus, hunc Tobiæ pifcem fuiffe, contendit Bochartus *Hierozoici Part. prior. lib. V. cap.* 15. cui, quod nominis originem attinet, pifcis hic Græce σίλουρος idem eft, quod ψίλωσις, *cauda glaber*, vel *cauda tenuis*, quia, cùm caput amplum habeat, definit in caudam tenuem, anguillæ mort. V. quoque Salmasium *ad Solinum p.* 1314.

Simantrum, Gr. *Σίμανδρος*, vulgò *fimandrum* Græcis, una cum Hagiofidiro, examinantium loco eft: à convocandis coadunandisque hoc *figno* dato hominibus, denominatum Hujus rei Sacerdotes nonnulli Fammodiani in Ecclefias inde invectum Hier. Magio dixerunt, quòd Noë in Arca inftrumentum non abfimile ad convocanda bruta ufurpaverit. Sed potiùs Magii conjectura, qui ab initio conftructis Cœnobiis, fub Ethnicis Principibus Græciæ imperium obtinentibus, æreis tintinnabulis, quòd eorum fonus & fecuritatis & auctoritatis index eft, Græcos abftinuiffe, & Symandrium excogitaffe, exiftimat: quem poſtea, ex conſuetudine voluptate conciliatâ, ſuccedentia Chriſtianorum Principum tempora adeò non excuſſerunt, ut campanis nonviſſimè in multa Græcorum templa (quæ in Orbe Chriſtiano ſunt, reliqua enim campanis Turcæ cærere jubent) invectis, *Simantrorum* tamen uſus juxta illas ſemper manſerit ſuperêtes. Eſt autem *Simantrum* tabula lignea latitudine digitorum plus minus quinque, craſſitie ſesquidigiti, longitudine fere pedum 14. è pradiro, & quantum materia patitur, ſonoro ligno compoſitum: Capita foramina habens nonnulla, pennæ anſerinæ calamove ſcriptorio pervis; in medio tenuis eſt funiculus. Itaque qui populum ad Templum convocaturus eſt, antelucanis horis ante fores Templi vel edito loco cubulum malleis duobus itidem ligneis pulſat, non ſine aliqua ratione Muſica, neque ita ſegnem ſenſim vertitur, quâ re fit, ut gravior eum non ingrata taxcedine ſonus edatur. Tabula verò, quà arctior eſt, quaſi libræ ſcapus, in ſiniſtro puſſantis humero quieſcit; ac ne puſſando dilabatur, funiculo moderatus apprehenſo retinetur; manibus enim non licet, tum quòd, ſeà apprehenſa, ſono non parùm decedat, tum quia uteraque manus malleo impeditur: ita enim ambobus manibus percutitur, ut nunc quadam frequentiamente, nunc quodam quaſi pauſas audias, V. Hier. Magium præf. *in Campanis cap.* 15. ubi & *simantri* hujusmodi, ſeu femanteriì, icone mexhibet. Præter hoc *Μεγα σύγγραμμα* memoratur in *Typico Sabæ c.* 5. quod, ſex palmos quandoque latum, unum craſſum, triginta longum, in turribus, catenis ferreis, ſuis extremitatibus appendebatur, V. Cl. Suiceum *Thef. Eccl.* voce inperimis *Σάλπιγξ*, & hic paſſim. Utrumque dictum à *σημαίνω*, *tinnio*

Simeon Magiſter & Logotheta, inter Collectores aut Epitomatores Canonicos celebris, floruit ſec. XII. Edidit *Epitomen Canonum* in qua, præmiſſis Canonibus Apoſtolicis, quatuor Concilia Oecumenica ſubjungit, his ſubjicit particularia Ancyranum, Sardicenſe, Gangrenſe, Antiochenum & Laodicenum, cum Canonibus Africanis XXCIV. & Trullenſibus, tribuſque Epiſtolis Canonicis Baſilii. Cœterùm *Artis proprius eſt expres*, & *tantum ad memoriam ſcripta collectio*, Gerh. von Maſtricht *Hiſtor. Juris Eccleſ. num.* 190. & *ſeqq.* V. quoque Chriſtoph. Juſtellum *Bibliath. Juris Canon. tom. 1.* ubi hæc collectio Græcè & Latinè exhibetur. Mirum verò Leonem Allatium *Distr. de Simeonibus & eorum ſcriptis*, hunc Magiſtrum prætermiſiſſe.

Simi, Græcè Σιμοί, apud Agatharchidem *apu.* 26. ubi de Struthophagis, *Πολλαπλασίων δὲ τῶν ἐν Σιμοῖς οἰκούντων ἐστὶν ἔθνος ἕτερον κέρκον ἔχοντες μακρὰν, ἣν τοῖς ὀπισθίοις ὡς ἵπποις ἐπιβάλλουσι, ἵλλις δὲλλα ἀνομάζουσι Simiqui prævellis utuntur orygum cornibus. grandibus illis & ad incidendum peractis.* Æthiopes tunt, Struthophagis vicini, alias *Auxumitæ* dicti, ut præter locorum ſitum, in Ptolomæo, *συνωνυμία* ſuadet. Nam *Auxume* Arabice eſt *Chaſcum*, uti totus Oriens vocat, Hiſpanis *Chazzoni* ſcribunt: quo nomine vel *noſi ſimiæ* ſignificatur, vel vitium illi proximum nempe cum odoratu caret naſus, propter fractum aut depreſſum in ſummo naſo cartilaginem, quod cum *ſimis* ſæpe accidat, Græci veteſtiores, pro *Caſchmitæ Σιμαῖς*, id eſt, *Simos*, appellarunt; uti, præter Agatharchidem, illos vocat Diodorus *lib* 13 ubi pro *Simis* Struthophagos orygum cornibus male inſtruit, & Strabo *lib.* 16. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. III. cap.* 27.

Simia, Ægyptiis olim pro Numine, à quibus ad Pithecuſos earum cultus pervenit, teſte Diodoro Siculo *lib* 20. ubi *Simias* apud illos eas dem cum hominibus domos frequentare, parantasque illis penatibus cibos fumere nonnisque ut plurimùm ab illis Parentes ſuos liberis imponere, inter alia refert: Adhuc, inquit, *qui animal hoc interficerint, ut nefarie impietatis reos, capite ſupplicio animadverti, ſimque Proverbii vicem obtinuiſſe, quod in magiſtr. ſic ſe ſeferentes dicitur, Simiæ cruorem bibiſti.* In Orientali hodieque India Cercopithecum coli, Balbus *Itiner. ſuo* ex eo colligit, quòd itinere à *Mecao* ad *Pegu* iter idola, quæ *Pagodi* incolis vocantur, reperierit multa cercopithecorum ſimulachra: at circa templa, quæ iuiden *Varelle* nuncupantur, cercopitheci ſerventur alligati. Maffæus quoque *Hiſtor. Indic. lib.* 1. commemorat Pannum pulchertimum *Simiæ* dicatum: Narratque Joh. Hugo Lindotanus, ut Lufitani anno C. 1554. captâ Inſ. *Sylon*, non contenti eam vaſtaſſe, etiam templum in vertice *Pico d' Adam* ſpoliare propoſuerint, ſed nihil reperierint niſi ciſtulam auro gemmisque infignem, in qua *Simiæ* dens aſſervaretur: Hunc igitur abſtuliſſe, magno cum dolore Regulorum ejus loci, emiſſoque ab iis Legatos, qui Lufitanis pro dente offerrent ſeptingenta ducatorum millia: nec abhorruiſſe à venditione Lufitanos. Valle diſſuaſum id iis ab Epiſcopo Caſparo, qui nefarium ajebat, hoc pacto fovere horrendam Idolorum idololatriam: eos, dentem cum cremaſſet, ac cineres in marinos fluctus projeciſſe. Eodem referas oſſeas inaures Braſilienſium, *Nambipaya* dictas, quæ nihil aliud ſunt, quam cercopithecorum oſſa perforatis auribus, ſummi ornatûs ergò, inſerta, apud Georg. Marcgravium *de veſtitu & ornatu Braſiliensi lib.* 8. *cap.* 6. V. imprimis Petrum de Valle *Itiner. lib.* 4. Cœterùm quod ingeniosè adeo omnia imitari ſolent, poſterioribus Græcis *Μιμεῖ* hoc animal dictum eſt. Eſt enim adeò docile, ut & diſcat latrunculis ludere: quod ex Mucrano ter Con-

sule Plinius narrat *lib. 8. cap.* 54. & galeâ parmaque armatum, ab hastis destrè se defendat. Martialis *lib.* 14. *Distichon* 202.

Calliatis emissa etiamtre Simius hastas.

& capellæ inequitare, indeq; iaculari alliciebat. Juven. *Sat* 5. *v.* 154.

Qui vegetior parma & galeâ, tetumq; flagellis
Dejicit ab hirsuta jaculum torquere capsula.

Ubi *flagelli* meminit Poeta, quòd eo soleant officii admoneri &c. V. Ælianum *Histor. Animal. lib.* 5. *cap.* 26. & *lib.* 7. *cap.* 22. Jan. Rutgerium *Var. lib.* 3. *cap.* 15. Erasmum *Colloq. de Amicitia*, Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 59. Alios. Porro, amore ergà fœtum ceduat nulli: sed dum nesciunt modum, eatulos *magna ex parte compelendo necant*, Plin. *lib.* 8. *cap.* 54. Non ut utrumque tuendo fœtum conseant, sed geminum parientes, alterum dumtaxat, ut Oppianus ait *Kuneg. lib.* 2. Item Orus in *Hieroglyph.* & Avienus in *fabulis Æsopeis*: inter quos tamen non convenit, utrum amore an odio è priorem interimant. Sed priorus non paulo est verisimilius. Romani nihilominus alteram videntur sententiam sequti, cùm *Simiam* una cum particida culeo insuerent. Illi enim primò litiusmodi scelera ab quo committatu ullo infuerunt, dein serpentes, postea *Simiae*, tandem quoque gallos gallinaceos, addiderunt. Et de *Simia* quidem Juven. *Sat.* 8.

Cujus supplicio non debuit una parari
Simia, *non serpent unus.*

Et *Sat.* 13.

Vel deducendum crito bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia Simia fatis.

Nomen à *Simis* narribus &c. V. Plinium *lib* 8. *cap* 54. Thom. Dempsterum *in Scotor. antiqq. Lem. lib.* 2. *cap.* 35. Sam. Bochartum *lib.* supra *lib.* 3. *cap.* 31. *de Simis & Thersis ad vetus*, 1 Regum. *cap.* 10. *versu* 22. & 2. Paralipom. *cap.* 9. *versu* 21. nec non supra, in voce *Cabus*.

Simia fui temporis, Titianus Orator dictus memoratur Capitolino *Maximino Jun. Ursus est — oratore Titiano sito Titianus senatoris, qui Provinciarum libros pulcherrimos scripsit, & qui dictus est* Simia temporis sui, *quòd cuncta imitatus esset*. Non enim is tantùm Marci Tullii epistolas imitatus est, quod inceptum cum meritis feliciter ei cessisse videretur, à Frontonianis (à Cornelio Frontone denominatis) æmulis suis eo dicto perculsus est, uchabet Sidonius Apollin. *lib.* 1. *Epist.* 1. Sed multa insuper in dies fissimo genere scripsit, ut *Orationes Epistolas, Controversias, sive Themata ex Virgilio, Rhtoricas, Chorographiam, de Re Rustica*, quorum omnium apud Vett. factam mentionem invenimus Casaubonus *ad.*

Simo, nomen Delphinis impositum à Romanis, à *Simis* naribus, quo illis mire delectari, tradit Plinius *lib.* 9 *cap.* 8. *Dorsum iis expansum, rostrum simum. Quæ de causa nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, maximeque ita appellari.* Mirum, si verum. Sed quis credat, pisces naturâ Græce intelligere, vel Latine? Fidem tamen Pluto habuit Cadaeus *de Var. Rer. lib.* 7. *cap.* 37. ubi rationem ipse summi adducit. *Delphines*, inquit, *Simonis quodam cognato nomine gaudent: quoniam confuetudinis vestigia, vetus in cognorme, inhærens in animalibus. Undeetiamhodie in quibusdam Insulis novi Orbis, manibus cap ebantur nomine; diu diuturnis enim lungi ferre fugere homines. Et cauta mea patre & matre gentis, adjuvis ferre, lapides & ferrum in olio diebus ferre dicitis: mira res, cùm alium canem vix binis fere spatio, & magnocum labore, educeas: ineo proprium non edocta, sponte ferebas, sed non asservebat. Itaque Delphinis priores, hocnomine vocari asjuvit, negligitum in principatibus exigiuntur, ut etiam nunc hoc nomine gaudeant.* Verum cultos alibi & veritus hæc, de illo Cæsar Scaliger *Comm. in Elzear. Aminal. Aristotelis lib.* 2. *cap.* 16. *fol.* 118. *Mulier* (de Delphinis) *recensetur, quæ nuspiam fuperent fidem: ut & ridiculum illud ducamus, Simonis eis nomen grasum esse, quonian limis sint, ut nehic quidem Gracia careat mi da. In.* V. G. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 4. *cap.* 21. *Infinius. Orat. l.* 4. *cap.* 13. *fol.* 10. & *Nov. in Fragm. vet. Tragicorum.*

Simodi, V. supra ubi de *Phlyacographia*.

Simoniani, Hæretici, memorati Augustino *Hær.* 1. inter eos fuere, qui detestandis consuetudine fœminis indifferenter utendi à Magistris sibi acceptâ, in hunc finem incantationes etiam & amatoria & agogimâ adhibebant: Iidem Angelos adorabant & cet uidcoet Joannes Forbesius *Instruct. Historico Theologic. lib. IV. cap.* 8. §. 2. & *lib. VII. cap.* 4. §. 4. V. ubi de *Simone Mago*.

Simpli Equi, in vet. *Epigramm. de Circo*,

Luna biga datur semper, Soli, q; quadriga,
Castoribus simpli rixe dicantur equi.

Singulares sunt, *equites & solitarios* dicebant. Sed Desultorii, qui & *singulares* dicti, ad differentiam eorum, qui jungunturad currum. Sic Homerus κεκαρίζων de *desultore* dixit *Odyss. 9.* nimirum enim Græcis & *equus est singularis* & *desultor*, & *equus qui solo ac singulariequo vehit*. Manilius vero *singulatores*, h. e. Equites Solitarios, qui solo equo vectantur, à Desultoribus, qui binos habebant equos, deque uno in alterum transire solebant, distinguens singularium equitum duo genera facit: unum eorum qui militabant, alterum eorum, qui in Circo præmii palmæque gratiâ cursu contendebant. *lib.* 5. ubi de Desultore,

Iudet per terga volantum,
Ani solo vectatus equo nunc arma movebit,
Nunc licet in longo per cursus præmia Circo,
Quidquid de tali studio firmamur, habebis.

Cujusmodi singularium equitum, qui in Circo currebant, etiam meminit Isidorus *lib.* 18. & à desultoribus separat, κριτὴν Græci appellant, Latini *monitores* quoque dixere &c. V. Salmasium *ad Vopiscum in Carino* & infrà in voce *Singulator*.

Simpliudiaria, funera quædam apud Romanos fic dicta. Cùm enim nonnunquam in honorem defuncti, præter alias ceremonias funebres, Ludi quoque ederentur, ut fuo loco vidimus, hique varii essent, inde differimen illud funerum ortum est, ut alia dicerentur *Indelivra*, alia *Simpliudiaras*: quorum illis quidem adhibebantur non Ludi modò, sed & Desultores; istis verò Ludi duntaxat corbiroresque. Quidam autem ea sic appellata volunt, quibus neutrum genus Ludiorum interesset, Sex. Pomp. Festus. Ad quem locum Scaliger, *Simpliudiaria*, inquit, *dicta sunt, quasi Simpliuntaria, quia simplices ludi adhiberentur, hæ Saltatores, sed Cornuatores sive Corniores, quos Festus Corbiores appellat. Indelivi autem & Ludii & Desultores et Ludiorum quidem genera adhibita fuisse tradunt*: Unde hæc amplissima fuere. V. cum item Scaligerum *Auson. Lectum. lib.* 1. *cap.* 28. & Rosinum *Antiqq Rom. lib.* 5 *cap. ult.* Quos vero *Corbiores* Festus vocat, melius alii *Corviores* vocant, qui enim gestus cernuantium, ut modò surrium, modò deorsum spectent, is corvorum est & cornicum ac monedularum, quæ ubi pedibus aliquem locum infixerint, modò *deorsum*, modò *sursum*. Unde elegantissime de Mulieribus scribo sese ingurgitantibus ad mensam, Plautus *Cistiid* dixit, *Act.* 2. *Ancilla*,

Ego novi istas vices, corvivant, ubi
Comesse possunt.

V. Thom. Dempsterum *ad Rosinum lib.* 5. *cap.* 24. *ubi de Ludis Funeribus*.

Simpulum, vas fuit parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur, *à simendo* dictum Varroni *de L. L. lib.* 4. quòd eo vinum sumeretur minuatim; Scaligero à *Simpulo*, quod, ortum ex Græco σιμβω, vasculum significet cum tenui fistula vel anguito collo ad pitiflandum vinum. Ejus iconem exhibet Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 3. *cap.* 38. Ex argilla fuit, antè auri argentique invectum vium, quemadmodum & templotum parietes, & ipfa Deorum simulachra antiquirus fictilia fuere: quod in antiquitatis memoriam fervatum fuisse, innuit Plinius *lib.* 35. *cap.* 12. *In fanis quidem etiam, inter hæc opes hodie non marmorea crystallinive, sed fictilibus, pristinatur sympuvia*. Quo nomine *Simpula* indigitari Baphus aliique docent, adeoque *simpullis* legunt. Dempsterus verò nihil cenfet mutandum: Namque apud vet. Schol. Juvenalis ad *Sat.* 6. *versu* 340. *Simpuvium*, vas est *sacrificiis aptum, in quo Vonsfices libitabant tavare*: *fic dictum, quia omnes Sacerdotes simul libebant*, Satyrici autem verba hæc sunt,

Et quis tunc hominum contemtor Numinis, aut quis
Simpavium *videre Numæ, nigrumq; catinum,*
Et Vaticani fragiles de more pateilas
Antijus tras?

Hinc *Simpulatrices*, fœminæ sacris dedicæ & *Simpuviatrix*, quæ poculum iactum portigebat, apud præfatum Scholiastem. *Glossar.* Isidori *Candes*, *vasa fictilia*, istiusmodi: pocula reddit. V. iterum Rosinum *Antiqq. lib.* 5. *cap.* 30. & *Notis*. Bocharto *Simpulum*, dictum est ab Hebr. סְפַל *sephel*, quod in Scriptura bis solùm occurrit, in Historia Ged. onis Judicis & in Cantico Deboræ: è quo utroque tamen locò cum *sephel* videatur fuisse vas patens & amplum, non videntur hæc duo planè fynonyma, quamvis utriusque non nisi in sistriis usus fuerit. Eidem *Simpuvium*, vasis figuregenus fuit, itidem ad Sacris adhibitum: cujus vocis originem deducit ab Hebr. סָף *saph*, quâ voce vas, quo Agni Paschalis fanguis excipiebatur, venit, Exod *cap.* 12. *vers.* 21. cujus plur. סְפָפִים *seppim* & סִפּוֹרִים *sippoth*, vel *sippoth*, Jerem. *cap.* 52. *versu* 19. & 1. Regum. *cap.* 7. *versu* 50. ubi de vasis Sanctuarii. V. cum *Hieron. Parte prior. lib.* 11. *cap.* 49. & 50.

Simulachrum, cui *Simulò*, vel Hebr. צלם seu סלם Isidoro *à similitudine* dictum, eo quòd, manu Artificis ex lapide aliave materia factum, ejus vultum imitatur, in cujus honorem factum est: vel quòd *simulatum*, id est, *falsum*; umbram enim, proccorpore, nobis exhibet. Veteres Gentiles, Deorum fuorum *Simulachra* ex limo & cera finxere, cum nondum auri argentique usus mortalibus in notuisset: Unde non vana folium profana sacerdotes fictilia habuere, fed & parietes Templorum, ipsaque Numinum *Simulachra* tratellacea fictiliaque erant. L. Seneca *Consol. ad Helviam cap.* 10. *Tunc per fictiles Deos religiose jurabatur*. Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Fictilibus crevere Dii: hæc aurea templa,
Nim fuit opprobrio facta fine arte cala.
Turpe pus, Pater nuda de rupe tonabat.

Juvenal. *Sat. 2. verſus 119.*

Hanc rebus Latiis coram præſtare ſolebat
Fœlitia & nullo violatus Jupiter auro.

V. Thom. Dempſterum in *Roſinum lib. 5. cap. 30.* At qui inter illos Sapientiores, *Simulachrum* ſui reſciò, *Deum non oculis aſpici, ſolâ mente perſipi poſſe*, ſtatuerunt, cum Platone, apud Juſtinum Mart. *Colloq. cum Tryphon.* Unde Antiſthenes, *Deum nulli ſimilem eſſe, idoneum ex Simulachro* (ſeu imagine) *diſci non poſſe* dixit, apud Clem. *Strom.* Et Plinius, *effigiem Dei formamque quærere imbecillitatis humanæ putavit. Hiſtor. Natur. lib. 2. cap. 7.* Ne tamen dici Numinis apud impoſitores quidquam decederet, quòd illud oculis uſurpare non liceret, quàm non inſolitum eſſet, etiam in rebus naturæ creatarum, declinet ut ſpectari nequeant, quæ tamen exiſtere nulli dubitemus, eleganter ipſi illi Gentilium Philoſophi obtervavere. Ita enim ex Xenophonte Minucius Felix: *Nec mireris*, inquit, *ſi Deum non vides; ventos & flatibus omnia impelluntur, vibratur, agitantur, & ſub oculos tamen non venit ventus & flatus. Solem adeò, qui videndi omnibus cauſa eſt, videre non poſſumus, radiis acies lubmovetur, obtuſu intuentis hebetatur, & ſi limitus inſpiciat, omnia ſimul extinguitur. Quid ipſum Suis Artifcem illum luminis fontem putetis poſſimere, cum te ab ejus fulgoribus averras, fuminibus abſcondat? Deum oculis carnalibus vis videre, cùm ipſam animam tuam, quâ te vivificaris & loqueris, nec aſpicere poſſis nec videre.* Itaque *Simulachra* pro rudioribus, & vulgo erant: quo magis mirandum in Orbe Chriſtiano eſſe non paucos, qui *Simulachris* in divino cultu tantopere delectentur, &c. V. quoque in voce *Iconomachi* & infra in *Statua*. Apud Ægyptios Defunctî (poſtquam cadaver pretunctum & delitiatum cedrià, melle, cerave eſſet) *Simulachrum* ornabatur coronabaturque, eodem modo ac ſi adhuc in vivis eſſet, imò & menſis adhibebatur; tandem vitreo ſepulchro infe-rendum, teſte Herodoto *lib. 3.* Quod Græcos probatle, docet Cicero *Orat. pro L. Flacco*; ut & Ariſtophanes *Concion.* apud P. Victorium *Var. Lection. lib. 2.* De Turcis idem ſcribit, Phil. Lonicerus *Hiſtor. Turc. Tom. I. part. 2. cap. 19.* Apud Macedones quoque id mori ſin valuiſſe, diſcimus ex Ariano *Hiſtor. Var. lib. 12. cap. 18.* De Byzantinis Principibus, ita Corippus *lib. 1. Num. 13.*

Sic ſuprema ſuæ ſervans inſignia vitæ
Juſtinianus erat, non mutans morte colorem,
Sed ſolito candore nitens, qua vixerat Orbem
Mors veneranda Viri, ſignis monſtraverit apertis.
Ipſe videbantur cunctis pirangentibus unus
Effigie gaudere pia, discernere comas
Purpureas in veſte locatas requiſcere ſomno.

Nec ignota ſeculo noſtro conſuetudo eſt, namquein Aula Gallica Henrici IV. cognom. *Magni* ſuneſtatà exitu, idem ſe vidiſſe ſcribit Thom. Dempſterus *Paralipom. in Jub. Roſinum Antiqq. Rom. lib. 6. cap. ult.* Porrò, *Simulachra* etiam provinciarum dominatarum ſubjecta pedibus, pingere olim fingereve Romanos conſueviſſe, legimus. Ovidius *Triſtium lib. 4. El. 2.* de *Simulachris* in Triumpho ductis.

Crimina ne etiam ſertur Germania paſſa,
Et dixis inviſi ſub pede moſſa ſedet.

Claudianus *ſine VI. Conſul. Honorii*,

Colla triumphati proculcat Honorius Iſtri &c.

De Argeorum *Simulachris* & oicillis, quæ quotannis ipſis Idibus Mal. de ponte ſublicio in Tiberim olim Romani præcipitare ſolebant. V. Feſtum, Varronem & *L. Lil. lib. 6.* Plutarchum *in Quæſtionibus Rom. quæſt.* 32. & Jo. Rofinum *Antiqq. Roman. lib. 4. c. 9.* De *Simulachro Deorum* concubitu, lumgendi, coronandi, motè, ſi ſe paſſim, ut & Car. Paſchalium Scidenum de *Synedriis vett. Hebræorum Lib. III. cap. 14. §. 4.* & Tob. Iſaannerum *Syſtem. Theolog. Gentilis purior. cap. XI. §. 6.* & *ſeqq.* Nec omitte Caſp. Barthium *Commentar. Superſtitionum*, ubi Sacrificia omnia *Simulachra* fuiſſe vel factorum vel faciendorum, oſtendit, ut & ſuprà dictè de *Imaginibus*: Addo hoc unum, *Simulachrorum* in ſacris uſum, apud Chriſtianos, ex Cappadocia primùm fluxiſſe, V. Cl. Salmaſium voce *Eixon.*

Simulatio, inter errores vett. Hæreticorum. Helceſaitæ enim ab Elxai Magiſtro ſuo, qui principatu Trajani extitit, hanc accepérunt traditionem, ut tempore perſequutionis idola adorarent, fidemque ſuam ore negarent, teſte Euſebio *Hiſtor. Eccl. lib. 6. cap. 31*, Epiphanio *Har. 19.* & Auguſtino *Hær. 10.* Etiam de Baſilidianis ſcribit Irenæus *lib. 1. cap. 23.* paratos fuiſſe ad abnegationem neque pati propter nomen voluiſſe, cùm eſſent omnibus ſimiles. Fuiſſe autem regulam eorum, *Tu omnes cognoſce, te autem nemo cognoſcat.* Cui dogma illud Priſcillianiſtarum apud Auguſtinum ſimile *Hær. 70. Jura, perjura, fœcerum prodere noli.* V. quoque eum *lib. de Mendacium ad Conſenſum cap. 11* de Valentinianis idem docentem Tertullianum *c. illos cap. 1.* de Maſſalianis ſeu Euchetis, Theodoretum *Hæreſic. Fabular. lib. 4. cap. de Maſſal.* & Joan. Damaſcenum *lib de Hær.* de Origeniſtis, Hieronymum *Apolog. c. Ruffinum lib. 1.* ubi *inter ſe origis mendaciorum ſunerarii eos*, ait: de aliis Bernardum *Serm. 65. ſuper Cantica*, & plura hanc in rem apud Joann. Forbeſſum *Inſtructi. Hiſtorico-Theologic. lib. 3. cap. 20. §. 38.* & *ſeqq.*

Simulatrix, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 4. v. 531.*

Æno ſimulatrix *iniure Circe*:

Scaligero ad *Ceirin* & Jo. Meurſio *ad Platanum*, faga eſt, atque ita Veteribus incantatrices ac fagas dictas eſſe, confirmat Salmaſius *Not. ad Spartianum in Hadriano*, quòd multa per *ſimulationem* in Magicis ſacris fierent. Barthio verò ſic appellata Circe eſt, quòd, cùm naturam humanam incantationibus ſuis in ferinam convertere non poſſet, in formas talem ac *ſimulachra* ferarum homines mutaverit. Virgilius *Æneid. l. 6.*

——— *Forma magnorum ululare luporum,*
Quos hominum ex facie Dea ſæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus & terga ferarum,

V. eum *Animadverſion. ad Statium d. l.* Adde Salmaſium *ad Tertulliani Pall. cap. 4.*

Simur, vox Arabica, Σίμυρ in Heſychio, notat martis Zibellinæ in Parthia genus. Ita enim Heſychius, Σίμυρ παρὰ Πάρθοις κυνίδιόν ἐστι μικρὸν ἀγρίου εἴδους, ὃ τοὺς ὄφεις χαίροντα, σφῆν προσαγορεύουσι. *Simur apud Parthos vocatur quedam agreſtis muris ſpecies, cujus pelles cedunt in veſtium uſum.* Dantur vero animalia ſatis ſimilia, cujus pellis molliſſimi, leviſſimi, calore & pulchritudine ſic excellit, ut eâ Reges & Magnates induantur. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. III cap. 33.*

Simus Magneſius, primus verſibus κυκλοδιδάσκων cœpit, & κυκλοδίας introduxit, quem ſequuti *Simodi* ſunt cognominati, inter Hilarodos in celebri fanuit. Jonicis & Sotadicis Scriptoribus manus ſcedi, pudibunt ua veſte candida, vitili, auro coronata, calceisque primum, inde crepidis utebantur, ade quibus V. Salmaſium *Poetices lib. I. cap. 52.* & Salmaſium *ad Solinum p. 108.* Alias *Simus*, nomen perſonæ Comicæ, uti videre eſt, apud Cæſabonum *ad Galbam Suetonii c. 13.*

Sina, nomen radicis, quæ in Sinis, & quidem vera in prov. Suchuenia ſolùm provenit, ſylveſtris vero ubique. *Folia* uramque vocant, at ſere ſola ſylveſtris ad nos effertur, cujus medulla rubicundiori colore quodammodo tincta eſt, ad vera autem magnitudinem neutiquam accedit, neque tantas habet vires, quamvis non omni effectu careat. Naſcitur ſubipſa terra, utiſere phalli Hollandiei, aut apud Indos *palatæ* naici propagarique notum, maximè in annoſis pinorum ſylvis: unde eam exglutine ſeu pice primùm proſuci ſcribunt, quæ in terram delapſa agat radices, atque herba ſiat longo ſpatiu per terræ ſuperficiem ſerpens, continuoque tuberolas radices emittens, ſubinde ad capitis pueritia magnitudinem. Figurâ ac mole magnas nuces indicas, quas Cocos vocamus, æquat, nec cortex colore abludit, quamvis non adeò durus craſſuque ſit, ſed molliot ominus ac tenuior: cortiem repletnucleus, ſeu caro alba ac ſpongioſa, quam incolæ magni faciunt & in ſuis adhibent medicinis; tametſi, eum hæc ad manus non eſt, ſylveſtrem illam non reſpuant, ac ſuccesſu non æque optato. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ cap. 31.*

Sinæ, V. ſuprà *China.*

Sinai, mons Arabiæ, V. *Sina.* In eo *Eſor*, hanc אדרי עץ
Adoni almatha Jebien, h. e. *Deus virginem conſpere facit*: ſesquipalmaribus notis inciſam, à Thoma Obecino Franciſcano repertam eſſe, hunc que poſtea titulum nationibus in Oriente ita placuiſſe, ut plurimi eo portarum veſtibula ſignarent, refert Georg. de Sepibus *Deſcript. Muſæi Kircheriani pag. 9.* V. ipſius Auctoris *Prodromum Copium.* Idem in *Sinenſi* Imperio tabulam marmoream in villa *Sanxuen A.C.* 1625. effoſſam eſſe ſcribit, cui tit. *Lapis in Lanuem & monarchiam eternæ Legis, Lucis & Veritatis ſpectatæ in Judæa & in China promulgatæ, &c. C.* 783. h. c. 145. annis poſt Evangelium per Chaldæos Sacerdotes ibi prædicatum, *pag. 9.* V. iterum Auctoris ipſius *Chinam illuſtratam.*

Sinapi, Hebr. סנוור Syro interpreti Judic. *cap. 9. n. 48.* ubi cùm vulgò legatur Abimelechus urbem Sichem, à ſe diruram, ſale conſeviſſe, tanquam in perpetuæ vaſtitatis ſymbolum, pro *ſale* is *ſinapi* reponit, ſicut *herbam ſalſam* Arabi. Sed *ſinapi* ſalſum non eſt, nec reliquæ conveniunt notæ. *Sinapi* enim lautiorum etiam eſt condimentum, at סנוור non niſi tenuiorum cibus, uti patet ex Job. *cap. 30. verſu 4.* & Talmude de Jannæo R. Tract. *Kidduſin cap. 3. fol. 66. a.* laudatis Sam. Bocharto *Hierozoici Part. prior. lib. III. cap. 16.* ubi voce Hebræâ *halimum* potiùs indigitari docet. Cœterum de *Sinapi* ſic Plinius *lib. 19. cap. 7. Acerrimum ſapor, ignei effectus ac ſalubertimum corpori ſinapi — ulus etiam ejus pro pulmentario in pauſtis accedit &c.* Ob quam ſaporis acrimoniam, *ſceleratum* eam herbam vocat Plautus, *in Pſeudolo*,

Teritur ſinapis ſceleratus, cum illis qui terunt:
Nam priusquam tri verim, oculi in exilium, facit.

Idem ſuſu feminis triſtes fieri olim creditum, docet, *in Truculento*,

Si exoſtor hic homo ſinapi vicilices, non cenſeam
Tam eſſe triſtem poſſe &c.

Sindon,

Sindon, an quòd *Sidone* primùm inventa? certè *Tyria Sindon* Martiali *lib.* 4. ubi *de Endromidè*, memoratur, byssus nempe seu lini species pretiosissima, è qua vestes mollissimæ ac pretiosissimæ conficiebantur, *muliernm luxus destinatæ* (verba sunt Plinii) ideoque femoræ purpurâ tegi solitæ; quas tamen in usum virorum ætate Martialis fæ- minis colligas, *ex locorio*. Aliàs *σινδὼν* Græcis & *Linea intorta* fuisse videtur, unde in *Sindone* Cretes à Lacerto introducitur: quod in eo peculiare fuit, cùm alias *Sindones*, utpote vestes lineæ, ac molles tenuesque, & non solùm à Plinio, ut vidimus, sed & jam ab Homero, folis mulieribus attributæ, Cynicis aliquantum profestis non conveniret. V. Octav. Ferrarium *de Re Vest. Part. I. lib. 3. cap. 2.* & *Part. II. lib. 4. cap. 20.* De Juvene, qui, postquam cultum exercuisset, ad Christi fidem, quem venerabatur, periculo, lecto se proripuit, *Sindone* tantùm amictus & Christum sequi cœpit, V. Marc. *cap. 14. versu 5.* Adeuam Historiam notat Casaubonus, *Sindonem* lineam fuisse vestem, vel e byssо, nam *σινδὼν βυσσινη* legas apud Herod. Inter merces autem Sidone in Græciam à Mercatoribus afferri folitas, fuere olim *Sindones*: unde Græcorum error, Urbis nomine, ut dictum, fic vocatas exiftimantium. Nam & alibi, quàm Sidone, factas fuiffe, do cetur Proy *cap.* 31. *verfu* 24. & fcriptura utrinque nominis reddit: *Sindon*, ut Sidon eft צִידוֹן Earum & confectio varia & usus. Apud Græcos & Latinos itaque veftis linea exterior, eft infigne Sacerdotis, præfertim Ægyptiaci: Aliquando honeftiorum indumentum, non temere viliоribus aflumendum. Unde Achilles Atheniеnfium Cratesi præfato faccenfuiffe legunt, *ὅτι σινδόνα ἐφόρεις*; è cujus reiponsione cognoscimus, eos, qui operam Tonforibus dabant, *Sindonibus* fuiffe involutos, quod hoiusque fit quem admodum ex illorum ceuiura, plurisfuiffe hanc cultum, quam ut Phil-fopho convenire, vel fic amictum foràs prodire indecorum effe. Cùm vero apud Plut. *de Fortuna Alexandri*, miles oitor *σὺν τοῖς σινδόσιν* ad Alexandrum adducitur, hic *Sindon*, quibus dam eft indumentum hominis fortunæ cenfuique tenuis. Alius tamen, & forte melius, veftis noctuina feu cubitoria, ut vocat Petronius, qualem fecum hic Juvenis habituit, cùm è lecto fe prorjieret. Eam & Iino fuiffe, eruditis oftenfum. Ita enim & Dionyfius Epifcopus Alexandrin. apud Eufebium *Hiftor. lib. 6. cap.* 40. de curiosis ad fe captendum miffis; *Κελεύσε μὲν, φησὶν ὁ ἀνὴρ, τοῖς ἀπὸ τῆς αὐτόθεν φυλακῆς ἐπιτηδείοις ἐν ἀσκαρίοις ἀβρυσσίνοις κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐλθεῖν, εἰ τύχοιεν γυμνάδι ἐν τῷ λιμῆ τοῦ πόλει, τὸν λοιπὸν τοῦτον πανηγυρίσαντα καὶ σὺν ἡμῖν.* V. Isaac. Casaubonum *Exercit.* XVI. *Bar. num.* 65. Salmaiio *findon* interula eft leu linea tunica, quam *σάβανον* alii vocabant. Unde, cum reliqui Philofophi & Græci omnes tunicas geftarent, ita Cynici carentes, fub pallio non nifi lineas tunicas & interulas gerebant, quas *σάβανα* Lucianus *de Proteo Cyn.* Lacrtius *in Cratete σινδόνια* vocat. Sic Hefychius, *σάβανον σινδὼν λινέα* Latinis. In *Actis* paffionis B. Cypriani, *Peffquam fe dalmaticâ exfpliasset—in linea ftetit, ὃν τόπον ἐγὼ σὺν αὐτῷ ἐκράτουν.* Auíonius *lineam findonem* vocat: *Puer ejа ſurge, cui eos & lineam da findonem* &c. V. Salmaiium *ad Tert. Illuminum de Pallio cap* 15. Apud Scriptores Ecclefiafticos, *Sindones* dicuntur linteamina, quibus panes à fidelibus, ad S. Euchariftiam afferebantur, invol ebantur. Ordo Rom. *Obfervatus vero Principium Subdiaconus Regionarius à Pontifice fuſcipit, ac ſequenti Diatono porrigit, & ipſe in tindonem, quam veneratus acolyti, ponit.* Sed & apud Martialem *lib.* II. *Epigr.* 1. pro libri voiumine *findon* eft, cum ait:

Quòs tu, qui liber otioſe tendis,
Catius Indone *non quotidianâ.*

Imò & in *findone* morui fuiffe fcripturae Indis, apud Philoftratum legas in *Vita* Apollonii &c.

Sindonium, vulgo *Semue*, vicus Gallicæ ad Axonam, cella feu Priorata S. Orieuli nobilis, in pago Dulcumenfi, qui Diœcefi pa rœciave Remenfi continetur, inter Grandem Hamimum *Grand Han* & Valles *Faux*. Badr. Valefius *Not. Gall.*

Sinenſes pop. V. *Sinæ*. Horum univerſalem *Politico-Moralem ſcientiam* continens opus ingens, in quo de ritibus & moribus Sinarum, de Sectarum & Philofophia Naturali, de Artibus, uti & de Lingua Sinenſi & de mira literarum ex 64. lineis variè transpoſitis co binatarum inventione; de Mufica quinque i ftrumentis; de Geographia, Montibus, Maribus, Fluviis & Urbibus; de Theologicis argumentis, fimilibusq; inter eos controverfiis agitur: affervatur in Muſæo Kircheri ano Romæ, una cum *Chronographia* Imрp. Sinenſium, ab An. 275. poſt diluvium, usque ad A. C. 1666. continuata. Georg. de Sepibus *in Dei vita Mathei pag.* 65. De monumento *Sinico* haud pridem in hoc Imperio effoſſo, V. ſupra in voce *Sinæ*.

Singillones Dalmatenſes, apud Trebellium Pollionem *in Claudio*, inter munera ad hunc à Gallieno Imp. transmiſſa, *Singillines Dalmatenſes* X. nec apud ullum alium Scriptorem Latinum memo ati, Calaubono *cingula* funt parva, quibus uterentur *Dalmatæ* equites. Salmaſio *ſingilla* hic idem eſt, quod in teſtamento Gregorii Naz. *σιγιλλιον*, veſtis ſe genus; quæ alias Græcis *σάκκοι*, nam *ſingulum* vel *ſingillum* eſt *τὸ ἀναδεσμὸν* vel veſtis Dalmaticarum *ſigillata* ſeu elavata: veſtium enim *clavos* Græci *σφενδόνας*, hi *ſegilla*, dixere. Hefychius, *σφενδόνη· οἱ οὕτω τὰ βυσσίνα κόσμια τῶν ἱματίων καλοῦσιν.* Clavatas autem fuiſſe Dalmatarum tunicas, notum. V. ſupra ubi de *Singillis ſermo*.

Singulare Certamen, V. ſupra *Monomachia*.

Singulares & *is*, in *Not.* Imperii memorati, fuere inter poſtrema officia Præfectorum Prætorio Orientis, & Italiæ, & ubis, de quorum officio V. Pancirolum *lib.* 1. *cap.* 20. & Jac. Cujacium *Obſerv lib.* 12. *cap.* 40.

Singularis Ferus, in Verſione vulgata Pſalmi 80. *verſu* 14. *Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam*, ubi in Hebr. eſt יַעַר שָׂדָי *fera agri*, unde reddunt *μονὸς ἀγρὸς*· quæ eſt, ſi ſic eum ſuum quosdam vocari, Zebulus auctor eſt *lib.* 7. *cap.* 47. & *lib.* 15. *cap.* 3. Hefychius item, Suidas, Pinavorinus, Alii. Unde Callimachus *Hymno in Dianam*,

Ἐς γὰρ τοὺς τάδε μόνος ὄρος· ἀπὸ τόσσον ἀκόντει,
Θοῦρος ἀγρευτὴς ——
Quod ſingo fagitta ſingulare animal, aut aliquam præ grandem
Feram capero.

Et Lycophron *κύνηγος μόνος*, *porcum ſolitarium*, vocat: Apollinaris quoque in paraphraſi *ἀνηρ μόνος*, *a grege abhorrentem*. Quò facit Gallicum *ſanglier* & Italicum *cinghiale* vel *singiaro*, quæ palàm ex Latino *ſingulari* facta. V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior. lib. II. cap.* 19. ubi voce Hebr. יַעַר שָׂדָי *μονὸς*, i. *ſingularem*, fed beſtiam vel feram quamvis, indigitari ex plurimis docet. Dictum autem à pium Græcis *μονὸς*, Latinis *ſingularem*, vel quod delectetur ſolitudine, vel quòd ſolus & *ſingularis* primatu inis vagetur, habes apud Cujacium *ad lib.* 1. *de Feudis* & Fulcrum *Miſcellaneorum Sacr. lib.* 6. *cap.* 6.

Singularis Tiba, Græce *μόνωνυξ*-eſt. Et quidem primitus *ſingulares* erant ubiæ, antequam Martyas geminas inſtituit. Sed poſtmodum *ſingulares* adhibitæ funt. Namque Tyrrheni non uno genere contenti, *ſingulari* canebant in Sacris eaque æneâ, tanto apud eos in honore: ut, quem admodum ſcripſit Ariſtoteles, non ſolum ad ejus tonum pugiles certarent; verùm etiam, cum in nexos flagitia animadverterent, tibiæ tonum adjungerent; qui certam non mirent, coquipſi ad eus tonum ejus fas appararet. Præterea in funeribus ufurpatæ &c. V. Scaligerum *Poeti. lib.* 1. *cap.* 20. & ſupra in voce *Monaulus*.

Singultor, in *Gloſſis* ἀπωσεὺς, κλαυσὶ; Hefychio *μονάνυξ* eſt, *mentur*, uti Latini ex Græco dixiſſe videntur, Græce enim *μονάνυξ* dicitur non poteſt: cujus eſt, qui ſolo ac ſingulari equo vehit, *Μόνιππος* quoque Græcis & *μονώνυξ*, quod poſteris Latinis ad verbum ut *mentur* ; *μόνιππος* enim eſt ſenum equi Græcis, Latinis *mentur* vel *ſeda*. Cujacius ad *ſingulatores* ieu Equites ſolitarios, quomodo diftinguitat à deſultoribus, & quos ſuorum generis facit Mamilius *lib.* 7. vidntius ſupra, ubi de *Simplici equiti*.

In *Singulis* excellere, majoris habitum, quàm in omnibus mediocriter veriari, docet exemplum apud Veteres Quinquertionis; cujus quamvis amplifima laus fuerit *ſingulæ* tamen ejus victoræ penfiliate affimatæ, non adæquarunt eas, quæ ſingulorum Athletarum fuerit propriæ. Singularis namque Athleta, idemque victor, fummum laudis acuipfe tabatur, veluti is qui effet *πένταθλος*. In ſummo & callentiſſimus eorum omnium, quæ ad ſuum certamen pertinerent, ſive ea eſſet *ἀκίνησις*, ſive *pugilatus*, ſive *curſus*, ſive aliud quid. Quinquertio vero, licet omnium victor, minus tamen videbatur, *ἃς τοῦ ἑνὸς ἀκρίβειαν ἀμφοτέρων ὑπερέβαλλε, ἀλλὰ πάντων μετέχων ὑφειμένη, ἐν τῷ ἑκάστου ἐν τῷ ἑκάστῳ ἀγωνίσματι*, ſed omnia mediocriter attigiſſe. V. Platonem in *Ion.* & Car. Paſchalium *Coronarum lib.* 6. *cap.* 23.

Sinis, apud Statium *Thebaid. lib.* 12. *verſ.* 576.

Non cruciatus nouitis Sinis, infandumq; deciſi
Cerrjona ——

Latronis maxime celebris nomen eſt, idem cum Pityocampte; cujus mentio apud Plut. *Thejeo*, Higinium *cap* 38. Pauſanium *Corinthiac. pag.* 1. Ovidium paſſim, Auctorem *Ceiris*, Propertium, Diodorum ſuprà ſæpe citatum *lib.* 4. Sinidem *κάμπτων δυσκόλως* vocat. Vide quoque Apollodorum *lib. tertio* 3. & Stradonem *lib. 9.*

Sinifter, apud Statium eundem *Thebaid. lib.* 8.

Quis mihi ſiderea tapſus mentemq, ſiniſtri
Fulgura?

Profper eſt. *Siniſtra certe fulmina* optima auſpicia, eſſe, præterquam in Comitiis, tradit Cic. de *Divin. lib.* 2. Idem *ead. libr. Bona* ait *ſiniſtra dici, etiamſi dextra ſint.* Et communiter à Veteribus, in fulgurum, fulminum, tonitruum, auſpiciis, læ vum latus felicitatem portendere, ſiveà dexterum, obſervatum eſt: quamvis generatim Poëtæ *dextrum* omne felix nuncupent. Virgilius *Æneidæ* 2.

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoq, fragore
Intonuit læ vum ——

Ubi Servius, *Siniſtrum, proſperum, quia cœleſte eſt. Siniſtrum autem à finendo quantum ad auguria pertinet, quòd nos agere aliquid finas.* Unde alibi *ſi quem Numinia ta ea finunt* —— *Siniſtras autem*

Septen-

Septentrionales esse, Augurum disciplina consentit, & ideo ex his a parte significationes esse fulminum, quorum altiora & vi minora dant. Illi Jovis. Aliter ideam ad d. 9. finis Ita *nobis videntur. Intuentibus ea sum, illic dextra sunt.* Scitius eque penitiore Antiquitatis lectione Festus. *Sinistra aves: Sinistrorsum, sic sinistrimum auspicium id est, quod sinat fieri.* Varro *Epist. Quæst. 5. A Deorum tonitu*, ait, *cum in Meridiem species, ad sinistram jam mundi partes exorientes; ad dextram occidentes, hinc fulcum arbores, ut sinistra pulvina auspicia, quam dextra, sic exclamationes. Silentio fugere cum dicitur, auspicium sinistrum significat non interpellari, quo minus rem geratur.* Ita sinistrum *horum quoque auspiciis ad agendum quod animo quis proposuit* &c. V. infra. Sed & *sinistra manus* apud gentes quasdam, Petitas inprimis olim hoc discique, honoratior: quæ etiam communicatum olim in Ecclesia, more etiamnum à Dominicanis retento, ait Macer, qui etiam à parte sinistra Eucharistiam à Pontifice accipi, refert in *Hierolexico*. Alia *sinistra*, infelicia. Virgilius *Ecl.* 1.

Sæpe sinistra cava &c.

Unde cùm in dextrum latus corpus olim, qui adorabant, circumagerent, dextrationæ etiam aedes facræ fulstrantur, & aræ circumtentur, uti diffimus ex Plauto, Propertio, Arnobio, Ovidio. Pace: contrario gyro fulstrabantur rogi, in decurfionibus funeribus. Statius,

——— —— *fulstrandi ex more sinistro*

Orbe rogum.

Sic in sacris, quæ læteris flebant *sinistra* manu litabatur. Serenus,

Inferis manus sinistra immolamus pocula,

La va quæ vides Lavernæ, Palladi jam dextera &c.

Interim naturalior nic motus, ut docet Philosophus, *διὸ ὁ ἄρχων ἐν δεξιᾷ ἐστὶ*, quo quæ naturaliter *ad sinistram* flectere tradunt Ecquæ ratio, cur in Circenfibus equi *ad sinistram* flecterent, ac sinistro gyro interiore metas fulstrarent. Lucanus 6. 8.

——— *nec fit moderator equorum*

Dexteriore rota lævum cum arcuit orbem.

Unde absolute interior Latinis, pro *sinisterior*, ut *interior cornes, interior sponda*, *interior rota*. Etenim in hac ἐν ᾧ quem circumactione, interior orbis & propior centro *finister* habetur, ut pluribus docet Salmasius *Commentar. de Modosis vest. Infrumentis*, V. quoque eum ad *Solinum* ubi totam Cotulium horum certantium ratocinem exponit p. 936. & *seqq.* plura verò hanc in rem his paffim, inprimis ubi de voce *Lævus* item de *Manu, Pede sinistro*, alibi. Addo latem, ad *Sinistram Judaicis impossibilem infensos*, quod dicitur Matthæi c. 25. etiam Gentilibus olim non penitus fuisse incognitum, uti Eris Armenius diftertis verbis docet apud Platonem *de Rep. lib.* 10. p. 518

Sinistra dextræque Tibiæ, à lateribus, unde inflabantur, nonnem acceperit de quibus fic jud. Cael. Scaliger *Poetic. l.* 1. c.20. *Internoscuntur autem ab invicem tibiæ, quod sinistra quidem effet cavamine, ad dextram: quo lævarum sonum gravem agnoscas, dextrarum acutum. Sic apud Vett. scripsum eft, ut Latini ajunt*, Sinistras acutiores appellabant, *vebus indicris: item Sarranæ, quibus ajunt foramina fuisse quadra, veluti Spondiacis. Non igitur consians, sibi: Spondiacæ enim rerum gravium ajunt fuere. Hæc de vasis Phrygiis foramina erant inæqualia simili dæctylici, quæ indicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos, funerions dicatur, quia essent gravet, cum in funerious tum lugubri acutiæ inservirent &c.* Cui contentiens Ald. Manutius Pauli fil. *dextras*, quæ extra Hifrriones fpectabant, finistra fpectatores, *Sinistras* contrà nominatas, hasque graveni, illas acutum fonum reddidiffe, ait: aliud fentiente Petro Victorio *Var. Lection. lib.* 38. *cap.* 22. qui *dextras*, quòd dextra parte oris manuque, *Sinistras*, quæ contrà tenebantur, appellatas contendit. Vide infra ubi de *Tibiis*. In Augurali fcientia, in qua dextrum *sinistrumque* Cœli latus folicite obfervabatur, *Sinistra* aves à nonnis fauftæ erc. debantur, quòd hic Septentrio finifter erat, teste Livio. Orientem afpiciendo, fauftæ autem illæ aves erant, quæ alte fub volarent; quod versus Aquilonem fieri oportebat ut, quibus maxime omnium fublimis ille vertex. Atque ita Jucæi quoque obfervarunt, qui cum oculos ad Orientem convertcrent, quem קדם appellant, Auftrum pro dextra, Septentrionem pro finistra habebant: Græci contrarium tenuere modum. Cleomedes enim Occidentem anticam partem effe volunt, poftcam Orientem, itaque Septentrio illis dexter, & auspicia dextra fortunata, V. Anton. Thyfium JC. *Not. in A Gellium lib.* 1. & *Exercit. Miscellan. Exercitat.* 19.

Sinifiri, Græcè Ἀρεστοί, Hæretici, quòd *finistram* manum abhorrentes eâ nihil reciperent, fcribit, memorantur *can.* 7. Conc. CP. ad quem Balfamon *Novatianos* quoque & *Sabbatianos* effe appellatos, monet, V. fupra his vocibus.

Sinibia, adde: Plurium fub fe civitatum caput, unde & gentinomen memoratæ Livio l. 28. c. 9.

Sinthur, Græcè Σίνθουρ, apud Auctorem *Peripli*, maximus poft Mare Rubrum fluviorum, Indus eft, quo modo hodieque dici audimus. Ptolomæo unum ex Indi oftiis Σίνθου dicitur. Item nomen locifin Inf. Taprobane feu *Zeilon*. V. Salmafium ad *Solinum* p. 995. & 1110.

Tom. II.

Sinus, Veteribus quod inter brachia ad fummum pectus interciptur, dictum eft: Unde & recellus littorum, in quos fe mare infinuat, *Sinus*; & *Sinum* veftium vocavere, quodcunque partem ullam corporis tegeret, Tunicæ, Togæ, Chlamydis. De Togæ *sinu*, ut paulo plura addam, ficbat is ex Togæ redundantia in rugas tam in fummo, quàm in imo, contracta: Unde rugas cas & plicas, tam quæ fuperne à cervice cadentes, exerto brachio dextro, colligebantur ad pectus, quàm quæ in ima ora finiftro brachio fubducbæ contrahebantur, Vet. rec. *Sinum* dixere. Duplex viz. is fuit, alter *Interior*, qui nempe ex latinia Togæ finiftro brachio formabatur, tam amet ut ima ora infra ipium caderet, qui *accinctisimus* Quintiliano *lib.* 11. dicitur: memoratus Suetonio *in Nerone*, *Ut animo ad versus multiplex & artificiosum pectus, Toga capuo ob vul vis, simul finistrum manus finum ad ima ora deducta, quo honestius caderet. Et Superior*, qui ex lacinia fuperiori Togæ fibat, quæ portecto brachio dextro dejecta ad pectus & in rugas complicata, obliquè fub dextro brachio ad lævum humerum ad imitat balthei curvebat. Et hic proprie *Sinus*, inter quem & tunicam, quà parte finiftraia pectoris pat tem cum humero velabat, multa recondebantur. Plut. *Romuli* tradit, cùm inter homines appareret deffi ffet, creditum à Patribus difcerptum fuiffe, inæde Vulcani, arrinique laniatos de re *τὸν κόλπον, τὸν περὶ τοῖς ὤμοις* conditos indreque claros. Arma quoque eodem occultata Sueton. *Octavio cap.* 35. *Cordus Cremutius feribit, ne admiffum quidem tunc quenquam Senatorum, nisi plum & pretextato sinu.* Sic apud Livium *lib.* 23. *Petrolla Campanus Toga reclinab humero, latus finu clarus nudatus.* Similiter apud Senecam de *Clem. lib.* 1. *cap.* 9. *Jam purpurei in sinu amicorum absconderat*: apud Horat. *Ferrent ne sinus laxo &c.* De inferiori verò Toga fenu, capiendus Livius quo que *lib.* 11. ubi de Legato Rom. Carthaginiibellum indicente; *Tum Romanus*, inquit, *sinu ex Toga facto. Hic ait vobis bellum & pacem gerimus: utrum places ferniter. Sub quam vocem haud minus ferociter, Davet utrum velles, cùm facile matutum effet, & quàm is uerum sinu effuso bellum dare dixiffet: accipere se omnes, respondertunt.* Qui ad nihil aliud fuit, quàm Togæ lacinian lævo brachio fubductam, dextrâ manu expandere & velut gremium formare: τὸ κόλπον ἀνεῖναι. *sinus* ait Appianus. Sic, cùm Romulus, apud Plutarchum, rapiendarum Sabinarum hoc fignum ftatuiffet, ἀπαντᾶν τὸν κόλπον ἀνεῖναι καὶ ἀναπετάσαι πάντα, furgens ipfe Togam purpuream in *Sinum* contraxit, ac rurfus demiffi fiveesplicavit. Utriusque *Sinus* componendi rationem docet Quintilianus *lib.* 11. inferiorem decentiffimum fore tradens, *si aliquanto supra unam Togam fuerit*, i. fi extrema pars Togæ cum finu non involvatur, fed foluta paulo infra rugas cadat: Superiorem verò, *si nec strangulet*, i. non ita cervicibus adftringat, ut præfocet; *nec fluat*, i. nec nimis laxus fit, &c. Ceterum major minorve *Sinus* erat, prout ftrictior laxiorque Toga. Et antiquiffimis quidem temporibus nulli plane fuere, quòd brachium Toga contineret: Poftquam verò brachium, angufiis Togis & corpore adftrictis, exfert cœpit, perquam illi breves; at ætate Auguili & deinceps laxis fufisque Togis majores & fuliores *Sinus*, altiusque cadentes in ufu effe cœperunt, ut in vett. nummis apparet. Ut enim in nummo Adrianli Divorum Fratrum Togæ breviffimus cernitur, vix pectus excedens; ficin nummo T. Vefpafiani ultra genua cadens, ut & in nummo Antonini Plautillæ. Ceterum, quoties ille rugæ arte cogerentur, & *modo conftrictæ*, ut de Toga Hortenfii tradit Macrobius, *comabularentur*, cum Umbonem vocatum fuiffe, diferimus ex Terfulliano *de Pallio*: verùm non femper umbonem arte coactum fuiffe, docet Perfius, cùm de comœuni Toga virili loquens, ait:

——— *Tuaq; impune faburra,*

Permissi spargere scabros sum candidius umbo.

Qui quidem idem cum *Sinu* fuerit, cum nihil aliud effet, quàm fortuitæ rugæ, ad inftar umbonis, protuberantes &c. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. Parte I. lib.* 1. *cap.* 6. & ejus hæ de rem cum Joh. Friderico Gronovio literariam concertationem. *Parte ejusdem lib. cod. cap. ultimo.* Adde Salmafium *ad Tertullianum de Pallio c.* 5. ubi de *Sinu Togæ* prolixè difputans, cum ab Umbone diverfum utique fuiffe, contendit. Sed & *Sinus* dicti funt, annuli & nodi tortiles inflexi capilli, qui olim delicatioribus in ufu. Qvidius,

Quam sæ præbuerant fero patienter & igni

Ut ferret toto nexilis orbe Sinus.

De quibus V. ubi de *Capillo*, item in voce *Fluitus, Gradus* &c.

Sinus Maris, pars eft ejus curvo litore intercepta, feu littorum recellus, in quem Mare fe infinuat, Ital *Golfo*: Quos duum genetum conftituit Auctor *Hist. Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap.* 3. 5. 6. *oblongus & latus*, de quibus V. hic *infra*.

Sinus Maris oblongi.

a. Mare Mediterranеum, Europam à Bor. Africam ab Auftro, Aſiam ab Or. habet: ipfum que *Sinus* alios minores, nec tamen minus celebres emittit, è quibus *Oblongi* quidem funt, Mare Adriaticum, *Golfo di Venetia*. Tarentinum, *Golfo di Taranto* in Mari Ægeo, *Sinus* Thefalonicenfis, *Golfo di Salonichi*. Quibus additur Propontis, *Sinus* per Helleſpontifretum Mari Medi-

Ssssss terr.

terr. communicans. Pontus Euxinus Bosporo Thracico Propontidi annexus, qui ipse etiam alium non ignobilem formatPontidi annexus, qui ipse etiam alium non ignobilem formatGosfidi Nigropolis appellatum. Palus Maeotis. Lasi seu Hiantes, duo, Syrti major & minor Gasfidis Capis. 8. Mare Baltheum, olim Sinus Codanus, tres alios Sinus secundarios non ignobiles habet, Botnicum, Finicum & Livonicum. 9. Mare Rubrum, seu Sinus Arabicus communiter Mar di Mecca, ex Oceano Indico fluit, ad Aden urbem & prom. Africæ, ac inter Africam versus Occidentem, & Arabiam versus Orientem, decurrens, fluitur ad urbem Suez, ubi Turcicæ classis statio: ejus fretum Babelmandab. 10. Sinus Persicus, seu Mare Persicum, Mare Elcatif, inter Arabiam ab Occ. & Persiam ab Or. decurrit. Addunt quidam & Sinum Corcensem Golfo de Nanquin, sed eum neutram Insulam esse recentiorum observationibus constet, Mare ipsis interiuens Fretum potius, quam Sinum, vocare convenit. V. Tab. de Mist. & Tab. Amst. annexam Itinerario Th. Candisehii p. 50.

Sinus lati seu hiantes.

a. In Asia, *Sinus* Gangeticus, *Golfo di Bengala*, terminatur littore Coromandelico, Indi, Pegu, Siam, Malacca & c. 8. Inter Malaccam & Cambajam. *b.* In Europa, juxta Russiam, Mare Album. *c.* In America, *Sinus* Mexicanus, qui inter Americam Sept. & Merid. decurrens terminatur Isthmo Panamæ. *d.* Mare Hudsonii, Americæ Sept. inter Nov. Franciam effusum & totilandiam usque. *e.* S. Laurentii *Sinus*, inter Canadam, Novam Franciam & Terram Novam. Quo pertinet etiam Mare Caspium, *Lacus* nomine potius, quàm *Maris*, nonmandum, quia Oceano manifesto ductu non adhæret, nisi cum Ponto Euxino & Mari Persico per occultos cuniculos connecti dicas, quod ingeniosè probat Kircherus *M. s. lib. 2. cap. 13.*

Sinzendorf, nomen Familiæ illustris, ex Austria, cujus Auctor Conradus *a Sinzendorf* floruit A. C. 1270. posteri nunc dignitatem S. R. Imperii Thesaurariatum & in Sueviæ Comitum fcamno locum impetrarunt. Rami familiæ cum plures essent, inprimis a Leonhardi filiis, Laurentio & Reimperto, quorum uterque fatis concessit A. C. 1542. duæ lineæ ortæ sunt: ab hoc *Friderici viensis*, ab illo altera, quæ *Fauresch*, *Aichbiesen* & *Goggitsch* obtinuit, in quinque inprimis eminentes ejus Familiæ Joachimus & Rudolphus. Quorum ille, filii Augusti Dn. de *Sinzendorf*, ex Elisabetha Trautmansdorffia, pr. mus *Comitiis* & *Thesaurariis* titulum nactus, junxit sibi Mariam Salomen Polhemiam, & ex ea, præter filias, Augustum fuscepit (n. A. C. 1644.) Ille Com. quoque *de Sinzendorf*, ex aghata Eva Sashania, Theodoram genuit (n. 1677.) V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. I. pag. 24. 135. & in Ind.*

Siparium, ex *siparium*, Græcè ὁ ἱστοπέτασμα, *q. στεγανογραφία, dimidium vestimenti*, dictum est. Σίφαρ enim Græci dixere omne vestimentum, quod incipitur, circumjicitur atque etiam insternitur: quo modo *pallium* apud Latinos sumebatur. A Σίφαρ autem Latinum antiquum *parus*, unde *subparus* aut *supparus*, tunica vel subucula, quæ sub *paro* accipebatur; & *siparium*, atque inde *siparium*, ut diximus, V. Salmasium ad Tertullianum de Pallio cap. 3. & *Siparium* autem in Vett. Comœdiis usu, alibi.

Siphon, seu *Sipo*, apud Philonem *Byzantium*. *lib. 10.* ubi de Nicomede Rege Bithyniæ ad Traianum, *Nihilus unquam in publico lipo, nullo hamo, nullum denique infrumentum, ad incendia compescendas aquas est, tubas se, fistulas, & cætera, ex quo emittitur aqua in incendiis.* Ita Hesychius, Σίφων, ὄργανόν ἐν ᾧ τὸ ὕδωρ ἐν τοῖς πυρκαϊαῖς ἐκφέρουσιν. Cujusmodi instrumentorum rationem ac fabricam, quæ adversus incendia aquam in ipsa quoque ædium fastigia ejaculabantur, docet Hero Mechanicus lib. περὶ Πνευματικῶν. V. Hadr. Turnebum *Adversarior lib. 15. cap. 23.* & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap. 30.* Apud Ecclesiasticæ rei Scriptores, vox occurrit, pro calamo seu fistula, qua fœnum potit Christum natum aliquot in S. Eucharistia vinum è calice exsorberi cœpit, Anastasius, *Obtulit olicum majorem fundatum cum liphone pensante libras 30.* Cujusmodi tubulo auxo, in consecrationibus solemnibus, Pontificem Rom. uti, nec non Diaconum & Subdiaconum, docet Dominic. Macer in *Hierolexico*, ubi in Cassinensi Monaster. fistulam talem antiquam, qua Abbates usi, asservari, aliaque hanc in rem, addit.

Sirca, adde: In *libro d. de vita* Bernardi Claravallensis Abbatis, memoratur *Guntramnus de Sirca*, dicitur que *oppidum* hoc esse *proximum Monasterio Rutimensi*, vulgò *Rutil* vel *Rotel*, qui locus, non longè à civ. Treviris distans, *Sirca* castro ad Mosellam *Sirck*, multo propior est. Hadr. Valesius in voce *Ruina*.

Sirenes, adde: In fictitiis Plinio avibus habentur, quod mirer, cur quispiam, ut cognitet, vulgò à Pictoribus, quia maris monstra credantur, effingi superiori corpori parte virginea, inferiori autem piscium. Sedrate ouid apud Veterum legas neminem, inquit Vossius. His enim figuræ formæ fe erant Virgines, infernæ aves. Undelycidius *Metamorph. lib. 5. fub. 7.*

——— ——— *Vobis Achelöides unde*
Pinnæ, pedes q; avium, cùm Virginis ora geratis?

Atque hanc etiam sententiam legas, apud Ælianum, *de Animal. lib. 12. cap. 23.* Servium *ad Æneid. lib. 6.* & Suidam. De quibus cùm variæ fuerint Antiquorum sententiæ, maximè tamen verisimile est, fuisse Psaltrias, corpore quæ sum facientes, quæ trahentes alliceret, allectos detinere, detentos & animo corumpere, & pecuniis ac honesto nomine privare solebant. V. Geth. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 3. cap. 99.* De *Sirene* in sepulchro Hoc ratis, V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqu. lib. 6. cap. 6.* de *Sirenis* Lucerna sepulchrali eundem *lib. eod. cap. 35.* ut & supra, ubi egnimus de Lucerna *Nolana*: adde Salmasium *ad Solin. pasim*. At *Sira*, vox Gallica, quâ donabantur Magnates, & generatim, qui militari dignitate gaudebant, cùm cæteri proprio nomine indigitarentur: an à Græco κειρᾶσθαι, seu, ut Byzantini efferebant, κήρασθαι & κήρασι, quam posfremam vocem virorum illustrium nominibus præpositam, & à quibusdam idiotismi hujus ignaris in nomen *Cyrus* perperam traductam, passim obfervare est. An ab Hebræo, unde ejus etymon arcessunt Nic. Fullerus *Miscellan. sacr. lib. 1. cap. 11.* & Steph. Guichartus, quos vide. Absque abjectione, ipsius Regis hic ritulus? Indè genitivus non *Ariofrar*, quæ vox cur nominibus appellativis filiorum Principum postponeretur, V. Tillium, laudatum Car. du Fresne in *Gl. Sirio*. Plura in voce *Dominus*.

Siri. Græcè σῖροι, subterraneæ sunt apotheeæ. Varro *R. R. lib. 2. cap. 57. Quidam granaria habent subterra, uti Spharcas, quæ vocant σιροὺς, ut in Cappadocia ac Thracia.* Curtius *lib. 7.* ubi de Barbarianis. *Sirus vocabant barbari, quæ in subterraneo absondunt, ne spici qui desiderium, invenire nos possint, in iis condita fruges erant.* Stephanus quoque scripsit Phrygiæ regionem esse, in quo Cimmerios, perisse ait tritici modium decem millia ex σιροῖς viderunt, quæ, in his recondita: Hesychius modo ἀφῶν κρυπτὰ, ὃ εἰς κατασκευὴν τοῦ σιτίου κεῖται, modò τὰ ὑφ' ἡμῶν ὀρυττόμενον, vocat &c. V. de illis Columellam *lib. 1. cap. 6.* Plinium *lib. 18. cap. 30.* Vitruvium *lib. 6. c. 8.* Alios. Vox andesseax ex Hebr. אשר *asar*, i. recondere, unde אוצר *otsar*, quod Chaldæi pro *horreo* sæpe usurpant, ut Genes. c. 41. v. 56. Prov. c 3. v. 10. Joel c. 1. v. 17. Et LXX. reddunt *τὸ σίτιον τὸν ἐν τοῖς σιροῖς, omnium fubterranium*, Jerem. *cap. 38. vers. 11.* V. Sam. Bochartum *Hieroz. part. prior. lib. II. cap. 31.* ubi ipsos hujusmodi in Africæ pene omnibus agris villisque, condendi frumenti gratiâ, clam haberi consuevisse, indeque propter bella maximè, ex Hirtio addit, *de bello Afri ano lib. 5.* &c.

Sirchyak, nomen avis Europæis incognitæ, à fibilo suo sic dictæ, quà in terrâ fedente (quod præter morem facit) & fibilante, aut Deo ipso per illam, si recutitis Doctoribus credimus, venturus est Judæus Messias, & Judæi toto Orbe dispersi congregabuntur, juxta Mysticinium Zachariæ c. 10. v. 8. *Sibilabo ad eos & congregabo eos.* Talmudicis enim aufpicata hæc avis, Arabibus contrà: quibus cor vi est fpecies, viridis, elegans, magnitudine columbæ. Viride ejus pulchrum & faturum, alis nigra est, autubro & albo distincta, rostro rubro, quandoque etiam flavo, apibus infesta, à coitu multum abstinens, furax, querula adeo & clamosa, ut alia ave verberata clamet, quasi ipsa vapulaffet. Porrò tam hybrida quàm aestiva, ab omni hominum consortio remotissima, nido fumosè fœtida &c. In Tartaria campestribus circa Charafum & Chaciafas portas magno numero invenitur, de qua porrò fic Hayho Armenus *de Tartaris c. 74. In quadam planitie, quæ vocatur Mongal, flant hyemę quadam aves magnitudinis phafianorum, quæ pulcherrimas habent plumas, & vocantur Seicerach, unde quando aliqua gentes ingrediuntur illam planitiem, statim fugiunt & aves transiens per illas cuftodias & foffata* (ubi Caucasiæ portæ) *& qui sunt deputati ad cuftodiam illius loci, per has aves manifeste cognoscunt adventum ad eorum & ad defensionem eorum illi sunt parati.* V. Bochartum *Hieroz. Part. poster. l. II. 25.*

Sirius, adde: In eori ejus matutino Heliaco, uti & diebus aliquot antè & pòst, ut Deo sacrificatum illi olim fit, *Seihi Patriarchæ* nomine, obfirvat Joana. Scldenus *de Synedriis vet. Hebræorum l. III. c. 16. n. 6.* V. de eo plura, apud Salmasium *ad Solinum p. 428. & seq.* & Casp. Barthium *Animad. ad Statium pasim*, inprimis *Part. I. p. 56.* & *Part. II. p. 1100.* & *seq.* ubi eum auctè quidem caloris indicem, non veri causam esse, contra traditionem Vett. pluribus conicit.

Siromaltes apud Hieron *Epist. 57. Legi enim* siromaltem *Plinner, aufteritatem Pythii, Zonam Simeonis Chananæi, Patris severitatem &c.* Et Σκυρωμάτους quod vocabulo utuntur LXX. Num. c. 25. ubi de impuro pari à Phinea *hasta* tractato: Hesych. est, taxata interpr. *Species jacuti—lanceæ Et, lanceæ hastile, vimpheæ. Siromaltes instrumentum quoddam ferreum, quo, manubrium habente ligneum, Publicani ad servitutem nimuntur.* V. Jo. Meurfium in *Glossi Græca-barbara*. Itaque apud eundem Hieron. *in Sabinianum*, ubi ait, *Cave, ne in Plinneæ cum Madianitide fornicatrem sud hasta configas*: ac alii *fero hasta*, alii codices *ferro hastæ* habent, *siromaste* reponit Grotius *Observat. in Eccl. c. 19.*

Sirpi, Græcis σκόροδα, quorum usus in vinea, alligando fasces & fustes incisos; unde capsa cisiorum & *fustrum sirpea* alibi Latinis. Ovidius,

——— ——— *Et in planstro sirpea lata fuit*,

Ubi malè in vulgatis, *sirpea* est. Indidem *sirpiculum* & *a*, cophinus viminei, textus Propertius.

Sirpiculis mollis pulvere ferre vomam

Colu-

Columella *in Horto*,

& cano vimine plexum.

Sirpiculum

Et apud Luclium,

Tinnunabulum abeſt hinc, ſirpiculaq; olerorum.

Verbũ eſt *ſirpare*, quod Varro exponit colligando implicare. Hinc ænigmata *ſirpi*, *τὸ συμπλεκόμενον ἢ γεγλυφὸν ἐν*. Vocis origo à Græco ἱστὸς & ἱστῶ, ὁ, κλίνω, Æolicè trajectione ſolitâ ἱστῶ, unde Latini addito *ſ.* fecere *ſtyrax*. Aliud quid eſt *ſirpicula*, apud Varronem de *L. L. lib. 4.* non apertum, unde *lumariæ faſces*, & *ſirpiculæ*. Nempe *ſirpicula* ibi, pro *ſarpicula* eſt, falx vinitoria, à *ſarpendo*, i. putando: unde *ſarpta vinea* & *ſarmenta*, furculi amputati &c. Salmaſius ad *Solinum pag.* 587. V. quoque cum *ad Capitolinum in Pio*.

Siſara, in *Gloſſis πρέσβεσι πάλαι σημαίνει, ovis quæ animum ſuperavit*. Hebr. שׂרע, agnuſitec שׂרה i. *fabrumum* & אראי, i. *irritum animum*, ab anno nempe primo ad tertium De quali ove Levit. *cap. 4. verſu 32. Si obtulerit* שׂרע *in oblationem ſuam, ſæminam integram eam offeret*. V. Bocharum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 43. ubi *ita interpretatur*, Homero vocari *Ouiſſ. 1. verſu* 221. addit.

Siſaidenſes, Valdenſium affectæ, memorantur Reinero *cWaldenſes cap.* 6.

Siſo, inter naſcentia in hortis deſcribitur Plinio *lib. 19. cap.* 5. „ *Siſer* hîc ſeritur menſibus, Februario, Martio &c. Brevior his „ eſt, ſed toroſior amatorq; innata pel de ſtomacho inimiciſſima: „ eadem dulcibus miſtis ſalubertima. Pluribus modis auſteri„tate vitæ gratiam invenit. Namque & in pollinem tunditur a„rida, liquidoque dulcitemperatur: & decocta poſca aut alter„vata vel macerata pluribus modis, & tunc miſta defruto, aut „ſubacta melle, uviaue paſſis, aut pinguibus caryotis. Alio tur„ſus modo coronicis malis, vel ſorbis & prunis, aliquando pi„pere aut thymo variata defectus præcipue ſtomachi excitat, il„luſtrata maxime Juliæ Auguſtæ quotidiano cibo. Græcis *εὐτρα*„*πέλοις*, Eubœenſes *σιὼρα* vocabant, de quo paſtinacæ genere, a„pibus gratiſſimo, V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 597.

Siſtrum, Inſtrumentum fuit Muſicum, in Iſidis facris percuſſi ſolitum, *oblongum, manubriatum in ima parte, cancellatum trajectis virgulis, & in vertice dicatur, lamina ac præterea nihil*, definiente Pignorio *Comm. de Servis*, qui proin virum doctum cum Crotalo id confundentem, ibidem refellit cum hoc, ſi Euſtathio credimus, facrit vas è tella, ligno aut ære, quod manibus tenebatur, & colliſum, ionitum edebat. Appuleius Iſidem cum *Siſtro* prolixius ſic deſcribit, *Metamorphoſ. lib.* 3. *Dextra quidem*, inquit, *ferebat aneum crepitaculum: cujus per anguſtam laminam, in modum balthei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ virgulæ criſpante brachio tergeminos jactabat, reddebatq; argutum ſonum. Lævæ verò cymbium dependebat aureum* &c. Nempe æreum crepitaculum fuit concavum, ad tintinnum edendum; quod *lamina incurvata in modum balthei* non fecillet, niſi crepitaculum fuiſſet; cujus unum atque ſonorum illum tinnitum edebant illæ paucæ virgulæ trajectæ mediæ, per eam *Siſtri* laminam, quæ pariter æreæ erant atque in patentrioribus laminæ curvatæ foraminibus volubiles, verſatiles omninoque mobiles ad crepitum edendum: Perſonabant autem ſolâ criſpantis brachii iterata per æerem jactatione. Ejus prima inventrix Iſis, Ægypti Regina, & poſt obitum pro Numine theologi colta, fuiſſe perhibetur: Ita enim Iſidorus in *Orig. lib.* 3. *Siſtrum ab inventrice vocatum*, (q. Iſidis inſtrumentum) *ipſa enim id genus inveniſſe probatur, ex Juvenali Sat.* 13. *Inde & hoc mulieres permanent, quia inventrix hujus generis eſt mulier. Unde & apud Amazones Siſtro ad bellum feminarum exercitus vocabatur.* Ubi quod de etymologia ejus addiret, ineptum id, meliùs è Græca voce σείειν, ὦσι & σεῖσαι, *à concutiendo*, deduëas. Ipſa hoc inſtrumento Dea credebatur pejerantes per cutere & cæcitate punire: Juvenalis *loc. cit.*

Eſt alius metuens, ne crimen pœna ſequatur,
Hic putat eſſe Deos, & peperat: atque ita locum
Decernat quodcunq; miſit de corpore noſtro
Iſis, & viso feriat mea lumina Siſtro;
Dummodo velcaccus timeam, quos abnego nummos.

Quod inde factum, quia cùm Iſis inter alias Leges juſtiſſimas, quas populis tulerat, pejerantes oculorum cæcitate multaſſet, poſt mortem dein divino cultu honorata, manente eadem apud Ægyptios peripatorum pœna, *Siſtrâ ſe* inventi virtute id efficere exſtimata eſt. V. quoque Ovidium *in Ponto lib.* 1. *verſu* 51 & ſeq. Unde ejus Sacerdotes ab omnibus timebantur, ut idem indigitaverat paulo antè.

Et qui ita ſit audax, ut limine cogat abire
Jactantes Pharia tinnula Siſtra manu.

Ubi Poëta, de Iſidis facris Romam translatis verba faciens, Sacerdotes ejus maximè ex Inſ. Alexandrina Pharo fuiſſe accerſitos, qui *Siſtra* ad barbarum illum ſonitum edendum quaterent, innuit. Nempe *Siſtrum* Iſiacorum, ut Cymbalum Sacerdotum Matris Deûm, inſtrumentum fuit. Apuleius *Metamorph. l. II. Sacerdos appropinquat, dextrâ Siſtrum preferens*. Virgilius,

Patrio vocat agmina Siſtro.

Perſius *Sat. 5. verſu* 185.

Cum Siſtro luſca ſacerdos.

Ubi Pſeudocornutus, *Siſtrum*, inquit, Sacerdotes Iſidis portant. Luſca autem ideo, quòd nubiles deformes, cùm maritos „ non inveniunt, ad miniſteria Deorum ſe conferant: Forma „ ejus ovalis & manubriata, circa oras tintinnabula pendentia „ habens. Unde ſonabile Siſtrum Ovid. Metamorph. *lib.* 9. *cap.* 11. Turba *Siſtra*, Martiali *lib.* 12. *Epigramm.* 29. Materia illi æs, aurum, argentum. Apuleius *lib.* 11. Ærei & argenteis imò veró aureis Siſtris argutum tinnitum conſirepentes. Idem Britannicus docet, ſed, qui cum Britannico ponunt ex argento „ quoque & auro Siſtra, verba funt Liceti, non ita fonora faci„unt inſtrumenta arguto ſoniu, proper metalli mollitiem; ma„gis enim ſonora ſunt ex ære, quàm ex argento vel auro, crepi„tacula. Quinetiam Sacerdotes Iſidis, Deam circumferentes „ impoſitam Aſello, ſteue ajunt Æſopus & Apulejus, pauperes „ erant, mendicantes & fures, ob inopiam, coràdentes ab o„nibus vel viliſſima quæque munuſcula, quare non aurea vel v„argentea, ſed ærea tantummodo, vilioris pretii, Siſtra ha„buiſſe videntur. Myſtica ſignificatio *Siſtri* in dextra Iſidis, ſiniſtrâ ſitulam ſeu cymbium tenendo, indigitatur Servio *ad Æn.* 8. *verſu* 696. Iſis eſt genius Ægypti, qui per Siſtri motum, quod „ gerit in dextra, Nili arceſſus ſignificat; & receſſus, per ſitulam, „ quam ſiniſtrâ tenet, oſtendit fluentiam omnium lacunarum: I„ſi autem linguâ Ægyptiorum eſt Terra. Ita in ſacris inprimis *Siſtri* ufus frequens fuit: ſed & in bellis adhibitum eſſe quare„zonas pro tuba, in expeditionibus, fuiſſe ufas, ex Iſidoro ſuprà laudato *Etymol. lib.* 2. *cap.* 21. diſcimus, & confirmat id Sext. Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 10.

Romanaq; tubam crepitanti pellere Siſtro,
Baridos & contis noſtra Liburna ſequi.

V. quoque Hadr. Turnebum *Advorſar. lib.* 26. *cap.* 33. & Salmaſium *ad Vopiſcum in Carino*. Ejus figura in, cum altris quibusdam crepitaculis, ex antiquis monumentis depromtam, exhibet Laur. Pignorius *lib. cit.* ut & Fortun. Liceius *de Lucernis Antiqq. lib.* 6. *cap.* 14. in Lucerna, *in qua Iſis ſculpta eſt, cum Siſtro in dextra manu, ſitella ſin vale aquâ plena in ſiniſtra & flore tilii in vertice*. V. eundem *cap.* 122. *ſeq.* Cum crotalo tamen nonnunquam confunditur, de quo diximus ſuprà.

Siſymbrium, planta Veneri grata, myrto ſociari in coronis olim ſolita. Et quidem Ovidius alloquens vulgares puellas, vult eas offere hoc idolo coronas textas è *ſiſymbriis*, myrto, roſa, *Faſtor. lib.* 3.

Cumq; ſua domina date grata ſiſymbria myrto,
Texaq; compoſita juncea vincla roſa.

Etiam Sponſi *ſiſymbrio*, ſicut ſponſæ aſparago, coronari olim ſoliti. Quod eliciunt aliqui ex illo Ariſtophanis *in Avibus*, ubi, cùm Epopis diceret, ſuosin hortis paſcere alba ſeſama, myrta, papavera & *Siſymbria*; reſpondet Euelpis,

Ὑμᾶς μὲν ἂν ζῆν Νυμφίοις δίοι,
Ἐμὲ γὰρ τὸ νῦν ἐπιθυμῆσαι τόδε.

Ad quæ verba Scholiaſtes, ſiſymbria interpretatur *φύλλα εἰς ἐστεφανῶσθαι Νυμφίους, folia quibus coronabantur ſponſi*. Sed intelligi item locum illum, quaſi molliorem & delicatulam procorum vitam tanfum deſignaret, ex Eraſmo *Chil. 2. Cent. 6. adag.* 69. ait Seldenus Uxor. *Hebraic. lib.* 2. *cap.* 23. Plura de hac planta, V. apud Plinium *lib.* 20. *cap.* 22. Dioſcoridem *lib.* 2. *cap.* 155. & *ſeq.* Theophraſtum *de Plant. lib.* 7. &c.

Siſyra, vox origine Græca, pellis ſuit lanata, quâ ſecti inſternebantur olim. Amm. Marcellin. de Juliano *lib.* 16. *Noctè dimidiata ſemper exſurgens, non è plumis vel ſtragulis ſericis ambiguo fulgore nitentibus, ſed ex tapete & Siſyra, quam vulgaris ſimplicitas Siſurnam appellat*; ad quem locum multa doctiſſ. Lindenbrogius de *Siſyra* adnotavit, quæ operæ fit videre. Itaque craſſum vilecque erat ſtragulum, quod *tenate craſſum & villoſum* interpretatur Budæus. Aliquando vero ciliatum quoque denotat veſtimque villoſam & hirſutam, & ſic è capraram pellibus confectam, quæ cum eſſet aperta & reliquis veſtimentis ſuperinduceretur, ſibulâ in humeris nectebatur, ac colligabatur. Hinc vett. Grammatici eſt Χλαῖνα εἶδος ὑπτιὸν ἐν ἐμοὶς ἢ ἀπλοῦς ἢ ὑφάνσιμος ἱματίου τρόπον, σύμβλημα ὀχήμα, βάλμα ἢ χρῆσις ἀγροίκων. Gallis ejus ufum tribuit Polyæſius, apud quem proin ſunt qui commune Gallorum Sagum ea voce intelligant; ſed Sagum Gallorum, virgatum & intercurrente purpurâ diſtinctum fuiſſe, ſuprà diximus, quod in veſte hirta ac villoſa, quale *Siſyra* fuit, non potuit. V. Odavium Ferrarium *de Re Veſtiar. Part. 2. lib.* 3. *c.* 9.

Sitarcha, Græcè Σιτάρχης, *frumenti Præfectus*, cujusmodi officio Joſephus Patriarcha in Ægypto defunctus eſt, ut in Sacris legimus. Unde σιτηρεσία ipſum munus: inde horreum, ac apotheca ad condendum omne annonæ genus, apud Chryſoſtomum *Serm.* 8. Aliud *Sitarcium* in vulgata verſione t. Regum c. 9. *verſu* 7. *Panis defecit in Sitarciis noſtris & ſportulas non habemus*. Ubi Graeca lectio habet ἀγγείοις; Chaldæus in *vaſis*. Nempe σιτηρεσία, ut ait Gaſp. Sanctius, Græcè commeatum ſignificat teu viaticum; ſic Apuleius *libro* 2. pro annonâ nauticâ vocem uſurpat: hinc porrò facculum vel ciſtam denotat,

quâ panis cibusque defertur. Ex εἰσ-φ- itidem, *frumentum*, & verbo δέκω, *suffcio*. V. Cat. du Freine *Glossar.* & Mactros Fratres *in Etymologico*: ut de voce Σιτώνιον, quæ Helychio *Præfectum rei* itidem *frumentariæ*, aliàs in genere *Frumenta emerem*, notat, Cl. Suiterum *Thes. Eccl.*

Sitella, in fortitione apud Romanos adhibita. Livius, *lib.* 25. *cap.* 3. *Tertullis data Tribuni populum iussumo verunt*: sitellaque *allata est*, *ut sorterentur*, *ubi Latini suffragium ferrent*. Ubi *cistella* alii legunt. Sed *sitella* etiam apud Ciceronem est *de Nat. Deor. l.* 1. *Gracchum ium videor concinnanem in Capitolio videre. De M. Octavio*, *deferendum sitellam*. Idem tamen est *cistella*. Ut ad *Herenn. l.* 1. *Ille validissimum cistellam detulit*. Et paulo post, *ponite disturbas*, *cistas dejicit*. Plutarchus vero βῶλον vocat, *in Tiberio*. Nempe, cùm Comitia haberentur, erat qui *sitellam* seu ci stam deferebat, colligendis per tribus suffragiis, isque *Rogator* dicebatur: erat autem is ipse, qui Tributa Comitia habebat, ut ostendit Grucchius *de Comitiis Rom. lib.* 3. In cistas autem populus, per tabellas trantcius, suffragii sui tabellas mittebat, ut supra diximus. V. quoque Hadrian. Turnebum *Adversar. lib.* 13. *cap.* 13.

Sitlones, pop. Scandinaviæ, Συεανόγοθοι *autem*, apud Tacitum *in German. c.* 45. de quibus V. Georg. Hornium *Orb. Imper. cum Notis* L. Joach. Felleri *p.* 355. ut & in voce *Sitones*.

Sitlyra, Instrumentum Musicum, à Libybus, potiùs Troglodytis aut Thracibus, inventum, Pollux *Onomastic. l.* 4. *c.* 9.

Sitiones, qui apud *Situ*, id est, vitâ functos *canebant*. A. Gellius in *lib.* 20. *cap.* 2. Sitiones, (scriptum est in Orat. M. Catonis, & Latinenses & Tubicines. Sed Cæcilius Virdex ferit quidem id est, Laticiner tuo cantare, & Tubicines tubâ: quid istud autem sit, quo Sitiones cantent, ferè sese negat. Nos autem in Capitonis Conjectaneis invenimus, Sitiones appellatos, qui apud situs cantere foliti essent h. e. vita functos, & cæpultos, cosque habuisse proprium genus tubæ, à cæterorum differens. Quale autem hoc fuerit tubæ genus, primus recte observavit Hieron. Magius *Miscell. lib.* 1. *cap.* 13. ubi docet, *Sitici-num* tubas cecinisse funeralibus ac longioribus, quales in antiquorum Sepulchris videre est, ipsosque *Sitiones* graves canere solitos. Et longinudinem quidem majorem, quàm in cæteri tubis effet, demonstrat Ovidius *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 6. ubi de morte Plitaci loquens, aliasque ave, ut defuncto cantexecuras, adhortans, sic canit:

Horrida pro mœstis lanietur pluma capillis,
Pro longa resonent carmina vestra tuba.

Ubi emphatice illiusmodi tubam *longam* vocat. Latiores verò quoque cæterisfuisse tubas, hauriri licet ex Galeno de *Symptom. caus. lib.* 3. colici, ubi de flatibus loquitur, qui in ventre inferiore fieri solent, hoc modo: Βορεοῦ τε γὰρ ἐστιν ὅταν πλεῖς ἐφυσήσας αὐτὸν ἐσκάτῃ, σπείσι ἐχων οἱ Τυβικοὶ καλέμενοι κτλ. Id est, *Porrò fiunt alii bombi*, *bombis tantissimarum tibiarum non absimiles quales habere solent ii, qui Tubicines*, *i. e. Sitiones*, *appellantur*; *quæ ob materiam*, *ex qua conflant*, *parum*, *sonum reddere non possunt & vim*, *quâ Spiritus transit*, *latitudo ipsum efficit gravissimum*. Ubi quamvis de tibiis loquatur, tubas tamen, quibus *Sitiones* utebantur, etiam latiores fuisse, merito hinc inferri potest, quo crassiorum gravitorem, utpote ingobrem, sonum ineinere possent. Gravioremen enim sonum lugubrem habitum, indicat Statius *Thebaid. l.* 6.

Cùm signum luctus comu grave mugit adunco
Tibia.

Quò faciunt, quæ de lamentantium sono habet Aristoteles *de Gener. animal. l.* 5. *c.* 7. V. quoque Magium *dicto loco*, J. Meursium *de Funere c.* 18. & Jac. Oiselium JC. *Not. in A. Gellium loco cit.* E quibus patet, *Sitiones* non Tubicines fuisse, qui nimiris arcano functa profequebantur, & Legg. XII Tabb. ad denarium numerum restricti erant, cùm subinde simul illis adiverit, non tubam, A. Gellius tributat: nisi dicas, vocabulum aliquando laxius sumi tum, ut omnes eos, qui apud *situs*, sive tubas, sive tibias canebant, comprehenderet, quemadmodum Alexander ab Alex *Genial. Dier. lib.* 3. *Senatoribus*, ait, & *Patriciis tubæ*; *minoribus & plebeiis tibia canebant Sitiones*. Eundem morem apud Græcos Hebræosque fuisse alibi diximus. Quòd verò *Sitiones*, cum *Sicinnistis* confundunt quidam, multùm aberrant, ut ostendimus supra voce *Sicinnis*. Cur autem Musicus illiusmodi concentus funeribus olim adhibitus, docet Macrobius, cùm ait: *Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu*, *plurimarum Gentium rei Regiorum institutis sanxerunt*; *persuasione hac*, *quia post corpus anima ad originem delectabilis Musicæ*, *ita est*, *ad cælum videre credatur*. V. supra *passim*.

Situs prima, antiquæ Romanis in convivis musso fedata est: quod proin principio cenæ vel confectum adpoti moris fuit; vel ejus loco separatum vinum & mel, ut conviva quisque, pro arbitrio id temperans, multum sibi confiiceret. Hinc Antecenæ seu *Promulsis*, in quod daretur, ante multum, V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 29. Quibus verò irritamentis illa postmodum quæsita fit, fic exponit Plinius *lib.* 14. *cap.* 22. Ut plus escapiamus, faceo frangimus vires: & alia irritamenta excogitantur: ac bibendi etiam causâ venena conficiuntur, aliis cicutam, præfumentibus, ut bibere mors cogat, aliis punicis farinam &, quæ referendo pudet docere. Cautissimos ex his balneos coqui videmus, exanimesque efferri. Jam verò alios lectum excubare non posse, imò verò nec tunicam, nudos ibi protinus & anhelos ingentia vafa corripere—ac plene infundere, ut ftatim evomant rursusque hauriant—— Huc pertinent peregrinæ exercitationes & voluntatio in coeno ac pectorola cervicis repin & de ostentatio. Per omnia hæc præditarum *fitis* quæri. Ita etiam præmâ fuâ ad voluptatem luxuries abutitur. Vix enim aliud fit gravius cornentium, quâ unica florentissimos exercitus, cum aliâ ratione non posient, le gimus fexpugnatos. Unde extremæ illi nullus humor fperniitur. Locanus *lib.* 4.

——— *si mollius arvum*
Prodidit humorem, *pinguesque manus utrasq; glebas*
Exprimis crasuper. Nigrosi turbida limo
Colluvies immota jacet, *cadit omnis in humilius*
Certulus officinas milles, *morientq; recipit*,
Quæ nolles victurus aquas; *virusq; ferarum*
Diffemas ficcato pecudes, & *lætior negato*
Sordidus exhaustos horbescit ab ubere sanguis.
Distringuntur ramos & si quos palmite crudo,
Arbor, *aut tenta sustos preffere medulla*.

V. etiam *seqq.* ubi & ventorum in *situ* remedia posci addit: ipsam verò *Situm* graphice describit, verbis

——— *torrentior ista vis cera flammis*
Oraq; sicca rigent ignumosta aspera linguis,
Jam marcent vena, &c.

V. quoque Papinium Statium *Thebaidos lib.* 4. *versu* 725. & *seqq.* cum *Animad versionibus* Casp. Barthii: De *situ* vero *rusticula* Legatorum Cettunenium, Liv. *lib.* 40. *cap.* 47. de nulla fere exiguoque potu, & quòd fame atque ea nullum fere venenatum interest, Plinium pulchre differentem *l.* 10. *c.* 72.

Situoni, nomen Magistratus, qui frumenta & annonam curabat, *Sitos & vina*, i. *frumenta*, & τοιαῦτα, *l. curare*: cujusmodi officium videtur fuisse apud Romanos Ædilium Cerealium. Meminit autem *Situonorum*, *l. nn. Cod. ut nemini liceat in emptione spectac. fe excus.* Alii erant *Situa*, Curatores æmpe coemendo frumento: item *Sitofitis*, qui vendendo ei præerant. V. Alciatum *ad* 3. *poster. Justinian i lib.* Postellum *de Magistratibus Athenien.* c. 17. Jo. Meurs. *Glossar.* & hic infra.

Sitophylaces, Græce Σιτοφύλακες, nomen Magistratus Atheniensis, qui operam dabat, ne coemerent, quin in urbe erant plus frumenti, quàm lege cautum erat. Cum enim *frumenti* in Attico folo penuria esset, magnâ in id curâ incubuerunt Athenienses, ut illis quàm optimâ semper esset annona. Quare lege lata sanxerunt, ne quis Atheniensis mercator, aut nauclerus, aliò, quàm Athenas, frumentum importaret. Ut autem sine ullo periculo frumentum ex Hellespoito importare possent, habebant novem ad Hellespontum naves, quæ onerariis adversus hostes piratasque præsidio essent. Aliàs sic frumenti duos tritices in urbem importabant; tritricem verò in Piræeum. Ut verò novam iretur dardanatorum avaritiæ, Lege hac cautum est, ne, qui in urbe erant, coemerent plus quinquaginta phormis, Μηδὲν τῶν εἰς τὴν πόλιν κτᾶσθαι εἶναι πεντήκοντα ζυγίων ὑπερβάλλοντα, cujus meminit Lysias *Orat. c. Sitophylas*, hujusque rei *Sitophylaces* præfecti; qui si munus non adminisiraient fium, ut Legibus erat sanctum, morte mulctabantur, Lysias *ibid.* Erant illi XV. numero, quinque sc. in Piræeo, decem in Urbe, uti apud Harpocrationem legere est. V. plura hanc in rem, apud Sam. Petitum *Comment. in L. L. Attic. lib.* 5. qui est *de imporiandis & exportandis*.

Situla, ex Arabico *fitel*, hauftrum Scriptoribus his est ansatum, quo, in balneis qui Slavorum, aquam hauriunt: teste quæ ponunt vocem Hebræam סְלִי, in historia Gideonis, ubi, cùm summo manè surrexiffet, repleitur fe in area ficca vellus ita madere, ut ex eo expreſſerit plenum aquæ סְלִי *ſephel*, qua de re V. Bochartum *Hieroz. Part. poster. lib.* 11. *cap.* 49. Diminut. *Situla*, de cujus in Comitris Romanorum usu retro diximus.

Situs, in convivis olim usitatus varius fuit, de quo passim supra; V. inprimis ubi quædam diximus de ritu *Accumbendi* & *Sedendi*. Plura verò de voce hac, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 695.

S I L.

Slavi, adde: Aliter *Slavini*, à 5. seculo sic dicti, qui puriori ævo *Venedi seu Vindi* appellati. Procopium primum eorum meminisse, *de bello Vandal.* tradit Cromerus *de orig. & rebus gestis Polon. lib.* 1. *cap.* 1. Nominiorigo à *Slava*, quod *famam seu gloriam* genti notat, quam illa rebus magnis & præclaris contra Romanos ac finitimos quoscunque gestis sibi comparavit, Cromer. *cap.* 8. Primordia in abdito, cum, more bellicosum gentium, diu literas contemperinre; quarta verò terrarum spatia imperio fuerint amplexi, indicio est, quòd à Tanai & Volsheda, ad mare usque Adriaticum, multitudine fua omnia impleverint,

rint. *Slavoniæ* in Illyrico, Hunnis pulsis, Regnum constituerunt: alia ipsorum manus, Venedi seu Wendi ipeciatim ita dicti, in Regiones Vandalorum, inter Albim & Mare Balthicum, migravere, unde ita Vandalorum & Venedorum frequens confusio, Geom. *lib. cit. cap. 5. & 6.* condideruntque geminam *Slaviam*, Orientalem & Occidentalem, quas obtervat Schurtzfleichius, in *Admon. ad Solinum* suis Wittebergensibus, *de rebus Slavicis.* Servitorum, generis ipsorum, vestigia in contrita Anhaltinatus urbe videre est, quæ non minùs restantur circumjacentes vici *Roslow*, *Brambog*, *Rizzeung*, *Dobrick* &c. Conf. Leunclavium *Pand. Turc. num.* 37. In Illyrico autem ultrivojas Reginum *Slavoniæ* condidit & urbem de suo nomine, *Osiviey*, ad Danubium, dein aliam in Carniola Slovingradium, Germ. *Windischen Gratz*, struxit. Ejus nepos Selimirus, expugnatâ Seodrâ, *Dalmatiæ* fe Regem dixit: cujus fratres fuisse dicunt Lechum, Czechum & Russum, qui *Slavorum* colonias, circa A. C. 1050. in Bohæmiam, Moraviam, Poloniam & Russiam duxerunt. V. Auctorem *Historiæ Orbis Terr. Geogr. ac Civ. cap. 9. Sect. 1. de Incolis Orbis* §. 6. Hodie *Slavoniam* a Borea Drayum, ab Austro Savum, ab Occid. urbem Gunzigniam, ab Ortu Hungariæ partem habens, majori ex parte Turcis subest; reliqua ejus pars Austriæ Archiducs dominos agnoscit: qui eodem illam, quo Dalmatiam Croatiamve, communi olim *Pannoniæ* nomine comprehensas, jure possident. Nempe Croatia ad superiorem Pannoniam; Sclavonia, cujus pars etiam Dalmatia, ad inferiorem, pertinuere, atque ita pro accessione Regni Hungarici magis, quam propria Regnis, habendæ sunt. Quo autem titulo ad Serenissimam hanc Domum Hungaricam pertineat, V. fus. loco. Cœterum, *Slavoniam*, qui otam maris Balthici in Prussiam usque incolebant, tanta fuit semper ferocia, ut à Fide Christiana sæpius defecerint, donec in potestatem Principum Megapolitanorum, Pomeraniæ, Brandeburgi, Lusatiæ, Misniæ, & Ordinis Teutonici per Prussiam ac Livoniam concederent. Nec gravi licet tervitute premi, in hanc usque diem pristinos mores, & in Germanos odium intermerint, exuerunt: quin moribundis suis insuturant, *Ach in altarum mundum & ibi Germanis dominare, sicut ibi dominati fuerunt in hoc mundo.* Propter gentis enim pertinaciam, cùm servitus per universam Germaniam publico decreto abolita fuisset, soli *Slavi* hoditeque gravi servitutis jugo premuntur, unde & *Slavos* Germani mancipia appellant, Georg. Hornius *Orb. Politic.* Uti verò morum, sic & linguæ iidem tenaces: Hinc enim lingua *Slavonica*, quam inter 4. Linguarum Europæarum matrices, Scaliger *Epist. de Linguis Europ.* cap. 6. cœtera colocat: è quibus Latina Europæ partes Occid. Teutonica Boreales, Graeca Austr. fed ipia, id eit, *Slavonica*, Orientales, nacta est. Eam enim Europæ tertiâ fere tui parte, & inprimis toto Orientali tractu fuo, præter Hungariam & Walachiam, loquitur: utpote receptam à Dalmatis, Liburnis, Macedonibus, Epirotis, Bosinatibus, Servitis, Rascitis; Bulgatis, Moldavis, Russis, Polonis, Bohemis &c. In Asia, Circassia, Mengreliis & Gazaritis, familiaris est. Gesnerus & Rocha totas 60. nationes, quæ Linguam hac utantur, enumerant. In ipso Turcico Imperio plurimi Janizerorum eam adhibent, nec abhorret Aula, à lingua tot finitimis Regionibus adeò usitatâ. V. iterum Auctorem *Histor. Orbis Terr. cap. 9. Sect. 3. de Lingg. §. 5.*

Sleida, Germ. *Sleiden*, nomen Dominii, in Germania, olim sub proprio Com. ex familia Manderscheidia. In hac enim Theodoricus, primus Comes Manderscheidius, Elisabetham duxit, hæredem Joannis Dom. de *Sleida* & *Blankenheim*, patrem ex ea Cunonem progenerit, qui ad poiteros dominium illud transmisit, quorum ultimus masculus fuit Joachimus, pater 8. filiarum, quæ hoc seculo funt defunctæ. Quo pacto, ducta Joachimi sorore Catharinâ, Philippus Com. Marcanus in suam familiam illud transtulit, defunctus A. C. 1613. Quibus parentibus genitus Ernestus, Com. de *Marca* & *Sleiden*, obiit A.C. 1693. patet ex Sibylla Zollerana Francisci &c. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europææ Parte II. pag. 61. & 97.*

Slevvicum, adde: Primò Marchionatus fuit, ab Henrico Aucupe, post victum Gormonem Danorum Regem, institutus, ab Otone postmodum, occiso à Danis Marchione, restitutus. Conradus II. dehinc Canuto Dano eum *Ducatus* titulo cessit, A. C. 1115. cujus posteri illum tenuere usque ad Waldemarum Erici filium, à quo ad Gerhardum avunculum transiit. Reliqua V. suprà in voce *Schleswichum.*

S M.

Smaltum, apud Anastasium in *Leone IV. Facit denig, tabulam de smalto*; Leonem Ostiensem *lib. 1. cap. 20. Super altare autem S. Benedicti argenteum ciborium fecit, illudq, auro simul & smaltis exornans &c.* Italis *Smalto*, Gallis *Esmail*, vox est recentioris ævi, encaustum, seu liquati coloratique metalli pigmentum, notans, de qua V. Car. du Freine *Glossario*, & Dominic. Macrum *Hierolexico*: inprimis verò Andr. Agathopæum, seu Felibienum *Tract. de Pictura & Architectura cap.10.* Origo voci ex Lat. *Metalla.*

Smaragdus, tertio inter gemmas loco, solus inter hasce contuitu oculos implet, nec fatiat; quin & ab intentione alia obfeurtaram recreat aciem, nec alia fcalpentibus gemmas gratior occurrit reflexio est. Unde *de decreto hominum his partibus fcalpi vetitis*, Plin. In Cypro Ins. tumulo Regulî Hermiæ, juxta Cerasias, marmoreo Leoni inditi oculi leguntur ex *Smaragdis*, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut terrîti instrumenta reliugerent thynni, diu mirantibus novitatem Pifcatoribus, donec mutavere oculis gemmas. In Arabia, ædificiorum ornamentis includi *Smaragdum*, quem *chloron*, vel *chloeron*, vocant, i. è pallido virescentem, Juba auctor est. Regi Ægyptiorum, à Babylonio rum. R. mifsum esse *Smaragdum* muneri 4. cubit. longitud. & 3. latitudine: fuisseque apud eos in Jovis delubro obelifcum, è quatuor *Smaragdis*, 40. cubitorum longitudine, latitud. verò in una parte 4. in altera 2. fe autem fcribente, fuisse in Tyro Herculis Templo palmex hac gemma ftantem, memoriæ prodidit Theophraftus lib. *de lapidibus*, unde Plinius plurima mutatus est. Apion quoque, cognom. *Plisthonices*, in Labyrintho Ægypti colosseum Serapin è *Smaragdo* novem cubitorum memorat: unde nil mirum, quod de Nerone legitur, *Gladiatorium pugnas Smaragdo fpectasse.* V. Plinium *Nat. Histor. lib. 37. cap. 5.* Virtolas ex *Smaragdis*, in *L. Medico §. fi de auro & arg. leg.* habemus, ut & apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis* nôs *plurimos* armillæ è mi*nutis fmaragdis* icones *exhibet.* Fuit & inter XII. gemmas Summi Sacerdotis in V. T. Pectorali insertas *Smaragdus*, quæ tribui respondens, ut quidam volunt, Exod. *cap. 28. versu 18.* Etiam Iris illa circa thronum Dei, de qua Apocalyps. *cap. 4 vers. 3.* vi*rore Smaragdino* nituit, qua de re vide Commentatores. Cœterum cathartis hieroglyphicum gemma est, teftante Alberto M. *de Mineral. lib. 2.* Unde Reginæ cujusdam Hungariæ, nuptiali nocte, *Smaragdum annularem diffidiis* in fruita, tradit in *suis Symbolis Heroicis* Sylv. Petrafinta *lib. 2. de Gemmis.* V. Fortunium Licetum *de Gemmis Annular. Schem. 60. cap. 185.* Ruxum de *Gemmis lib. 2. cap. 4.* Baccium *cap. 5. & ibid.* Gobelchoverum, inprimis verò Salmasium *ad Solinum*, qui de omnibus *Smaragdi* generibus (quorum XII. facit Plinius) eruditè disterens, Scythicis principatum tribuit, & de natura, vitiis ac ulu gemmam ad pocula infignienda olim plurimo, multis verba facit, *pag.* 182. 183. & *seqq.* Quod autem de *Smaragdo*, in Pectorali Summi Sacerdotis, suprà dictum, in Hebræo est נפך *Iaschpheh*, quam vocem cum LXX. σμάραγδον reddant, fuftinzante Interpretum consensu, Ebræi tamen *topazium* exponunt. Neque *Jude*, fed *Levi* nomen, cum tribus reliquis literis nominis *Abraham*, infculptum habuisse, Magistri tradunt. Quemadmodum & Epiphanius, unicuique ex filiis Israël fuum lapidem affignans, Levi *Smaragdum* tribuit, V. Rivetum *ad Exodum cap. 28. verse 17.* De *Smaragdo prasio* verò, jaspidis genere, V. *Rerum Indic.* Scriptores.

Smegma, apud Plinium *lib. 22. cap. 25.* ubi de lupinis, *Si vero cœlestis aqua difsoquantur, fuccus ille* fmegma *fit.* Et *lib. 27. c. 12. Offris ramulos feri nigros, tenues, tentos, & in fili na nigri cremi fimenq, in vamulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens*; fmegmata *mulieribus facient ex his* ex Græco σμήγμα est. Cujusmodi *fmegmata*, ad cutem poliendam, adhibebant olim mulieres, & pane maxime quidem primùm faciem linebant, ac veluti tectorio quodam obducebant, postmodum σφόδρα μάγμα hoc seu *insigne σφόδρα fmegmate* ex lacte asinino inprimis, cùm ad micchos iret, abstergebant. Juvenalis,

Ad machinen loia venimus cute.

Et,

Incipit agnosci, atq, illo tum lacte fovetur,
Propter quod fecum comites educit asellas.

Quam in rem V. Salmasium *ad Spartianum in Adriano*, & suprà, ubi de *Ox ublinendi more.* Verbum σμήχειν est, *polio, attero*, quod ad gemmas quoque translatum & marmora, quorum hæc arenâ è poro lapide, illæ Cypriis & Armeniis cotibus, politi consuevere. Unde σμηγμὰ ὀδὼν, *i. e.* σκόνη, *tritus lapidum*, qui attritu limæ, velarenæ, vel rotæ vel alterius gemmæ scobe, gemmas poliunt & in nitorem dant. Epiphanius σμηγματίδας vocat, *i. limpidatores*, quòd niteutes atque ὑγιαῖς lapides faciant. Indidem *fmitis*, vel *fmiteis*, Græce σμυρὶς vel σμυρὶς, dicta est galaxia, seu thorochitus, quòd ea uterentur ad dealbanda ac pumicanda vestimenta, apud Plinium, item Cimolia terra, ob similem causam, apud Nicocharem Comicum & c. V. Salmasium *ad Solinum passim.*

Smilax, arbor & frutex. Paufanias enim, ubi in *Arcadicis* materias enumerat, è quibus fieri vulgò solerent Deorum simulachra, post ebenum, cupressum, cedrum, quercum, σμίλακα quoque nominat, quam taxum esse, docet Salmasius: cujus materies duriffima, in Arcadia nigra & punicea, in Ida monte flava & similis ibi ebenint hic cedrina reperitur. Sed & σμίλαξ ilicis genus est, in Arcadia, Theophrasto. At *Smilax*, frutex vernus folio hederaceo, caulibus spinosis, flore candido & olente lilium, coronamentis adhibitus. Quamvis enim de illa sic Plinius *lib. 16. cap. 31. Infausta omnibus sacris & cœnis, quoniamsit lugubris, virgine ejus nominis propter amorem juvenis Crocî mutata*

in hunc fructum. Id vulgus ignorans plerunque festa sua polluit, triduum existimando. Sicut in Poëtis, aut Libero patre, quo o minus nescit, quibus coronentur. Coronamentum tamen è *similacе* passim Veteribus frequentatum, etiam in sacris & orgiis Bacchi, deprehendimus, V. Athenæum *lib. 5.* ubi imilacis coronam; non minùs ac hederæ & vitis, aptatam fuisse in is docet. Quin imo ipse Plinius, quali sui oblitus, principatum in coronamentis folio similacis & hederæ asserit, *lib. 21. cap 9.* Quam in rem V. plura apud Cat. Patchalium *Coronarum lib. 1. cap. 15. lib. 2d. cap. 17.* ubi multa de *similacis* & *hederæ* in coronis conforrio, & Salmasium *ad Solinum pag.* 104. & *seqq.* Certè Euripides hederæ & similacæ Thebanos coronar. vult *Bacch. Actu 1*

Ω Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι,
Στεφανώσατε νέφη,
Βρυόεσσ ἕρνεσι κισσοῦ
Σμίλακι ἀγρίᾳ τε δρυὸς.

Smindyrides, Sybarita luxu perditus, apud Ælianum *Histor. Var.* Unde *Smindyridis* calceі, molles ac delicati, quod is eos primus inveniſſet, dicti ſunt. V. Jul. Pollucem *Onomaſtic. lib. 7. cap. 22.* & Bened. Balduinum, *de Calceo antiquo, cap. 20.*

Smiris, Græcè σμίρις, Hebr. שָׁמִיר, *ſamir*. quæ vox occurrit Ezech. *cap. 3. versu 9.* item Jeremiæ *cap. 17. verſ. 1.* & Sachariæ *cap. 7. verſu 12.* ſaxi duritiem eſſe, ut eo gemmarii ad gemmas poliendas utantur. In quem ſitum etiam Veteribus adhibitum eſſe, contra quam ſentit Cardanus, docet Dioſcorides *lib. 5.* Σμίρις λιθος ἐστι, ἡ τας ὕψους οι δυκτυλογλυφοι σκληρυνουσι. Et Heſychius, Σμίρις ἁρμὸς ἐστι λίθου ἢ σκληρότητι οι σκληροὶ τῶν λίθων. Ubi ἁρμὸς, i. arenam vocat, quia in tenuiſſimum pulverem contuſus, ad opus adhibetur. Eodem refer, quæ in voce Ἀμμωνὶς Stephanus habet, ubi inter alia de iis ait, Ἀρμονίοι πρὸς τὸν χρυσοχόον καὶ τὸν γλύπτον τὸν σφραγῖδα. *Dua, lapidem, quo ſigilla ſculpuntur & terebrentur.* Et Heſychius *lib. 7.* ubi Æthiopes; qui in excritu Cyri erant, habu ſſe dicit, prælongas ex arundine lagittas, pro ferro præfixas eo lapide, quo ſigilla ſculpuntur: quod de iisdem Agathar chides quoque tradit *lib. 1.* Sed lapidem illum neque Herodotus, neque Agatharchides nominant; quia illos adhuc habebat, quorsnodo vocaretur. Dutitiem ejus iuimuam id, orto augit, quod *ſimilem rũ ſmiri, ſtridorem trupe cuſtiuo from ſuum*, dicit Dominus Prophetæ, circa quam vocem quamiopere delitarint Judæi, V. apud Sam. Bochartum *Hierozoic Parte priore. lib. VI. cap 11.* ut & ſupra in voce *Samir*. Alius à *ſmiri* fuit porro lapis, cujus arenâ in poliendis gemmis irideni Vett. uſi ſunt, uti oſtendit Salmaſius *ad Solinum pag. 1101*

Smyrna, vel *Samorna*, Amazon, Epheſum condidit, unde & ipſa Epheſus aliquando *Smyrna* dicta eſt. Stephanus, Σμύρνη ἡ ἐν Σμύρνῃ, ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος. Mela non urbem ipſam, ſed Templum tantum Dianæ ab Amazonibus condituin, ſignificat. Sed Plinius Stephano ſuffragatur. Epheſon *Amazonium* opus eſſe memorans. Et Callimus *Smyrnæum* vocavit *Ἔφεσον*, teſte Strabone; qui & locum quendam Epheſi, *Smyrnam* Hipponacti vocatum, notat, verſus hos affirens,

Ἕλκει δ' ὀπισθεν τοῦ σόκεῦ· ὃν Σμύρνη,
Μιλησίη γρηὼς τε καὶ ἀστοὶ Ἔλλοι.

Sicut Σμύρνιον vel Σμύρνον portum Epheſi proprie dictum eſſe, obſervat Salmaſius *ad Solinum pag.* 808. & *ſeqq.* Sed & *Smyrna* Amazon fuit, à qua urbi aferri jonia, quæ hodieque *Smyrna* appellatur, nomen, cujus rei fidem facit tum buſtum eius ex marmore. cujus hodieque reliquiæ viuntur, in arcis ingreſſu, tum nummi antiqui, in quibus Amazon hasta expreſſa, cum bipenni & pelta. Cujusmodi nummum cederis inter Smyrnæos & Thyatirenſes inisi memoriam ſervantem, in cujus una parte figura modo deſcripta, in altera, utpur turrium, urriusque urbis ſymbolum, exhibet Jacob. Spon in *Itinerar Gracia Part. 3. pag. 172.* Sic Sueciæ Regina, inter ſua cimelia, Romæ ſervat nummum, fœderis inter Smyrnæos, Pergamenos & Epheſios indicem; in cujus antica parte imago Antonini Pii Imp. in poſtica, Diana expreſſa, inter Ἀϵϲιλαριων & *Smyrnam* Amazonem media, cum verbis, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Cujusmodi *Jujar.* in priori quoque numiſmate eſt, ad dito nomine Præfecti tum Urbis, Ἐπὶ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ, cum principatu Caracalli viuti. Quod quoque nummus Tranquillinæ cum *Jujar.* ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΡΟΤΦΙΝΟΥ CODI. & imagine iterum præfatæ Amazonis, quæ. capite turrigero inſignis, dextra manu æciullum facram, læva bipennem cum pelta, tenet, apud cund *pag* 84. &c.

Smyrna, Urbs: recentioribus Græcis *Σμυρνα*. inde *Μυρνα* & *Μυρνα*; unde Agathias, qui Smyrnæus fuit in Græcis codd Fœdæ appellatur *Μυρνα* & vel *Μυρναϵ*, Salmaſius *ad Solinum pag.* 869. Sub Imp. Rom. ante, cum variis Aſiæ min. urbibus, fœdera iniit, uti ex nummis ſupradictis videre eſt. Præter quos etiam nummi fœderis, inter Smyrnenſes & Perinthios, aliis inter Hierapolitanos & Smyrnenſes, alius inter Laodicenſes & eosdem, item inter Nicomedienſes & Smyrnenſes; inter Magnetas quoque, & eosdem, contracti, indicis meminit. Spon. ius, ubi ſupra. Hodie extra urbem viſuntur rudera templi Jano dicati, item ædis S. Polycarpo ſacræ, & veſtigia Diauli: intra urbem, templi Cybeles olim celeberrimi, & *Inſcriptiones* variæ. Civium numerus ingens eſt, inter quos 30000. Turcarum, 12000. Judæorum, & 9000. Græcorum, quorum hi duo ibi templa habent. Commercio ferici inprimis, quod ab Armenis eò afferatur, nobilis eſt &c. V. laudatum ſæpius Auctorem *Itinerarii Part. I. pag. 302.* & *ſeqq.* ubi hodiernam urbis faciem variis coloribus depingit.

Smyrnium. Græcis vett. σμύρνιον, recentioribus σμύρνα, ſic quoque σμυρνόλαιον, herba eſt cujus radix odorem reſipit vir σμύρνα, i. *myrrhæ*, & lachrymam quoque huic ſimilem emittit, quam veram eſſe myrrham quidam contendebant, imò ipsa myrrhâ ſuâcte meliorem. Inter quos Columella, qui *Achaicam murrham* hoc σμύρνιον vocat:

Et lachrymæ ſimilem tuus Cinyreia virgo,
Sed melior ſuccis pomatur Achaica murrha &c.

Hodie *Aſtrantia* dicitur teu *Oſtrilium*, uti pluribus docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 320. 1268. & *ſeqq.*

S O.

Soamis, Græcis Σοαμὶς, item Σοαμὶνις & Σοαϵμὶς, dicta eſt, quæ *Semiamira* vulgo, mater Heliogabali, foror Mammææ, quâ Alexander Sev. genitus eſt. Ita enim Herodianus & reliqui Græci. In nummis quoque, IVLIA. SOÆMIAS. AUG. *Symiam Syriam* vocat Eutropius. Nempe Latini, qui illis temporibus rarius diphthongos pouebant, ſcripſere *Soamis*, inde contractio ſequuta eſt, *Samia*, poſtea verò diphthongus illa degeneravit in *y*. unde *Symia* dici cœptum. Neque unquam aliter in Palatinis codd. quam *Symiamira*, ſcriptum reperit Salmaſius: nunquam *Semiamira*, ut communiter exeuſum eſt. Hæc de cepite nominis, præſamis Auctor *Not. ad Jul. Capitolinum in Opilio Macrino*: de cauda autem *myra* vel *ſyra*, videndus Joſ. Scaliger *Animadverſionibus ad Euſebium.*

Soanus, addit al. *Suanus*, ex Caſſiæ montibus ortus, in Indum fluv. le exonerat. Salmaſius *ad Solin. p.* 1174.

Sobas, ſaltationis genus, ab *impetu* dictum, hoc enim ἐσοβᾶς Græcis, Jul. Cæſ. Scaliger *Poëtic. lib. 1. cap.* 18.

Soca, in *LL.* Eduardi Confeſſ. & paſim apud Jurecoſſ. Anglos, ſignificat *liberiatem Curiam tenentium*, ut habet Fleta *lib 1. cap 47. §. 6.* & Saxon. *Soc*, vel *Soke*, quod idem ac *ſecta*, quam dominus habet de hominibus ſuis in Curia. Quod enim *Soc* apud antiquos dictum eſt, id *Sog* hodie apud Scotos, Gallis *Suite*, vocatur. Itaque qui hoc privilegio inſtructus eſt, Curias in ſua Baronia tenendi habet præſtitam. Unde *Socam & ſocam habere* dicuntur Barones in *LL.* Henrici I. Eſt autem *Saca*, ex Saxon. *jach*, i. cauſa, regale pri legium, quo qui gaudet, pœnam actori calumniato, ſi crimen actori objectum non probaverit, aut ro, ſi eam accuſati veré conſtet, impoſitam vindicat. Sed & *Soca* alatum eſt, *Gallis Soca de charrue*. Unde *Socagium*, i. e. *ſervitium ſocæ*, Littletoni *ſect.* 119. Olim enim qui hoc modo terras poſſidebant, dominis in exercenda agricultura inſervire & cum *ſoco* ac aratro proprio agrum domiri arare ac colere tenebantur: cujusmodi ſervitia poſtmodum, ex mutuo dominorum vaſſalorumque conſenſu, in cenſus pecuniarios commutata ſunt. Opponitur autem *Socagium Militiæ*, ita ut fundus omnis, qui non poſſidetur *per ſervitium militis*, poſſideatur per *ſervitium ſocæ*. Quæ etiam in eo differunt, quod in *Socagio* hæreditas dividitur, inter filios, per partes æquales, contra quam in Feudis militaribus, in quibus primogenitus in totum ſuccedit. A' *Soco* porro *Socmannus* illiusmodi vaſſallus dicitur &c. Quam in rem V. plura apud Henr. Spelmannum & Cat. du Freine *in Gloſſariis.*

Soccus, hum ile calceamenti genus, Comicis olim & Mulieribus in uſu. Cum enim in Comœdiis ut plurimum introduceretur perſona humiles ac viles, utpote aſoti adoleſcentes, deliri ſenes, parаſiti, leones, mercatrices aliaque hujusmodi quisquilia & proin Comici pedibus plebejoque ſermone uterentur, humiles is calces, i. *Socci* convenicbant: quemadmodum contrà Tragœdiarum, in quibus omnia ſublimia, Actores cothurnos inducebant. Utrumque conjunxit Martialis *hoc verſu, lib. 8. Epigr.3*

An jurat ad Tragicos Soccum tranſferre cothurnos?

Ubi per *Soccum* humile; per *Cothurnum*, ſublime dicendi genus, Metonymice vult intellectum. Et quia inter Comicos olim & Mimi & Pantomimi numerabantur, illorum plures humili & populo communi hoc calceamento inſtructi, ex Caſalio propoſitur, apud Balduinum *de Calceo vet. cap.* 16. Sed & mulierum eos fuiſſe, innuit Suetonius, ubi de Vitellio *cap. 2. Meſſalina*, inquit, *petiit, ut ſibi præbere præberes exulceandum, detractumq; poculum dexirum inter togam & tunicam geſta vis aſſidue.* Ita Propertius *lib. 2. Eleg. 18.* de proſtibulo,

Cui ſæpe immundo Sacra conteritur via Socco.

Hinc probro viris datum eſt iis uti: ut Cæſari, apud Senecam *de Benefic. lib. 2 cap.* 12. & Herculi apud Omphalem agenti, de quo Senec. *Hippolyto, Ch. Act.* 1. Ideo verò parum virilcs *Socci*, quod

quòd choreis agitandis apti essent: Unde Hymenæum, hoc modo calceatum, sic invocat Catullus *Epithal. Jul. & Mall.*

Hîc verò niveo gemma
Luteum pede foccum,
Exstimulet, liberi dux,
Niuptialia concinens
Voce carmina vmnia,
Pelle humum pedibus.

Sic *pedem liberum*, id est, leviore *Socco* indutum, capias apud Horat. *lib. 1. Od. 37. &c.* E'quibus colligitur, calceos fuisse tenues ac humiles, ut non multùm pedes impedirent, etsamsi fuperné essent contecti: quo fiebat, ut facilè alijs omnibus calceorum speciebus inducerentur, ad eum fortè modum, quo jam Calceoli, qui Gallicè *Escarpins* vocantur, sive Mulleis sive Crepidis inferuntur. Innuit id Plinius *lib. 9. cap. 35.* ubi de mulierum sui temporis luxu loquens, *Gemmas, ait, non tantùm crepidarum obstragulis, sed & voris* Socculis *addunt.* Quasi diceret, non crepidarum tantum obstragulis, quæ magis apparent, sed & *Socculis*, qui tamen crepidis inserti penè latent, gemmas ab illis adfui. Idem *cum voto Socculos* dicit, iis in totum pedes fuisse opertos insinuat, ad crepidarum discrimen, quarum quidem obstragulis pedes operiebantur, sed ita, ut tali nudi remanerent. Ejusdem loci occasione fubit dicere, Vett. olim eas in *Socis* potfuisse delicias, ut eos bracteis quoque aureis inducerent: Tertull. *de Idol. cap 8. Socci & baxea quotidie deaurantur.* Unde mirificè pulchros & splendidos fuisse, dubium non est, quemadmodum Cap. Principis *Socculum auratum, imò aureum, margaritis insignitum* fuisse, Suetonius tradidit *loco cit.* Si expressiùs *Soccorum* forma quæratur, non absimiles videntur fuisse illis pedum inducrisis, quibus ad plantarum mundition passim Galli utuntur, *Chaussons* vocatis, appellatione à *Socco* nomine non multum recedente. Quase non male Udonibus conferentur, quidquid contra Vivem censuerit Junius Nomenclator. Udones enim, *tinei calcei* Appulejo dicti, quin appellentur quoque *Socci*, vix est quod impediat. Interim, non fuerunt, calceorum ad instar, medio crure tenus extensi; fed tantùm ad eam partem pertingebant, quâ tibiæ pes conjungitur: Alias enim non facilè potuissent dormientium manibus induci, quod per ludibrium fæpe cred

montem Bonæ Spei, aut Magellani fretum, navigarent. A quo tempore, velut novo bello per Orientem exorto, Societas Indicana magna pars Reip. cœpit haberi, cùm non modò pars prædarum ad ærarium perveniret, sed privato civium fumtu hostis publicus per rapinas & impendia exhauriretur. Aliquot annis pòst, circa A. C. nempe 1607. cùm Batavis omni Hispaniæ commercio interdictum esset, & jam pridem ingens mercatorum, ingens nauticarum copia, tum pecuniæ, quantæ credi non possent, penès privatos aretes, nec sufficiente lædi, fòsà Americâ fatiari posse viderentur, quæ præter fal & faccharum, ac pretiosa lingua & medicamenta, metallis insuper fcateret: ditissimi mercatorum, simul alii, quibus cuncta ejus orbis indagata, novæ Societatis regimen ac jura describere, triginta fex in annos duraturæ. Inter quæ, ne extra eam ulli civium liceret adire oras, quæ à Terra nova, Gallorum piscatibus cognitâ, ad genti tractu fœto tenus Magellanico, ad utrumque Oceanum porriguntur, & quidquid contra Africæ littorum Æstivum inter circulum ac Bonæ Spei montes jacet. Cœteras leges, aliaque hùc pertinentia, V. apud Hug. Grotium *Historiar. lib. 6. & 16. ad annos prædictos.* Utriusque vero Societatis Domum, qualis Amstelodami est, describit Casp. Barlæus in *Mediceæ.* Ut de *Societate Indica* Anglicana, ac Gallicana, quarum hæc non prodem insitura est, nihil addam.

Socii Reges, à Romanis olim dicti sunt, quos priscus ille Senatus, aut etiam Princeps Romanus regnare jussisset aut paterentur. His S. C. Romanum pro diplomate illo, quo universum jus regium continebatur. Et verò ii hoc permissu Reges & nomine & cultu ferebant: tum re ipsâ, h. e. omnibus Regum munibus tales fe profiteri poterant. Usque eo grande in appellatione hac momentum fuisse conflat. Cœterùm, quò hujus beneficii memoria confirmatior & in omnium gentium oculis luculentior esse, bis ipsis una cum appellatione mjtebatur regius cultus, feu, ut Romæ dicta sunt, *Regia munera*, viz. *Diadema, sterta purea*, quâ Rex fæminæum utcretur, *Sella curulis, Scipio eburneus, Toga picta, Sagulum purpureum*; insuper *Tunica palmata, Latus clavus, Ergot phalerata, Arma equestria, Stupilex miluarius*, qualis Consulibus præberi solita. V. quæ de Archelao Judæorum, de Tigrane Armeniæ, de Tiridate ejusdem, de Parthamaspate Parthorum Regg. tradunt Liv. *lib. 10.* Suetonius in *Tiberio & Neronе*, Tacitus *Annal. lib. 15.* Xiphilinus *Trajano*, de aliis alii; habent; ut & suprà, in voce *Munus*. Et quidem hoc Socii fuisse habiti sunt, usque ad Consulem C. Posthumium, ante quem *nemo unquam Socius in ulla re veteri aut fumtui fuit: ideo Magistratus mulis, tabernaculis & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent Scis*, Liv. *lib. 42.* Postea paulatim imperium in illos fumi cœpit. Unde apud Tacitum iterum Civilis Batavus conqueritur. *Neque enim fociatem, ni olim, sed tanquam mancipia habeti.* Quam in rem V. prælare illerentem Grotium *de Jure Belli & Pacis lib 1. cap 3. §. 21.* ut de *Socio Rege Cypri vivo confiscato*, Flotium *lib. 3. cap 9.* nec non supra, ubi de *Sociali Bello*

Socotora, inf Indiæ, è qua optima aloë. Salmasius *ad Solinum pag. 1095.*

Socrates, adde: Sacelli in eius honorem extructi, meminit Sponius *Itiner. Gr. lib 2. pag 235.*

Sodales, apud Romanos, tefte Festo, nonnullis dicti sunt, *quòd una federati essent, alii, quòd eo fas simplex vesta fuisti sint.* In quorum priori significatu Appulejus *Milet. 10. Hic est, qui* Sodalem *convivandi, pollicet fustantem afinum, fultantem afinum, vocet humanas intelligentem, fonsum nullibus exprimentem.* In posteriori, ἑταῖροι Græcis dicti sunt, ut videre est apud Lycophronem *Alexandr.* Et quidem cùm conviviorum tria essent, apud Vett. genera, ἔρανοι, γάμοι & ὅλκαδοι, primum collatis ab unoquoque *fodalium* cibis fiebat, hinc ἀπὸ συμβόλων δεῖπνον, item *sodalitium*, Romanis *fodalia* dicta est, quam Nero publicarum annonarum loco instituit. Juvenalis *Sat. 3.*

Nonne vides, quanto celebretur fodalia fumo?

Centum convivæ, fequitur fua quemq; culina &c.

Transiit mos ad Sacra, unde in Megalensibus Ludis instituras familias legimus, quibus stipem cogere mos fuit. *Neque verum est, quod ait Cato, apud Ciceronem, Sodalitates ab fe inventas pri mum, per eas enim res fusi: quum in Megalenfibus per fodalia res convivia fusi agitata*, verba funt. J. C. Scaligeri *Poetic. lib. 1. cap 39. &c.* V. quoque fupra, ubi de *Collegiis*, item in voce *Societas*, & Joann. Meursium *Mos. ad Lycophronem.*

Sol, Phœnicibus olim Ἥλιος, *Et*, teste Servio, qui de Belo Phœnice, inde creta Dido, loquens, *Omnes*, inquit, *in illis partibus Solem colunt, qui ipforum lingua Hel dicitur; unde & Helices*: » in » difecedente, & spiritu, in libilum converso, hinc dictus: una cum Luna, genitus eft Thefa five Matre magna & Hyperione, fi Diodoro credimus *Antiqq. lib. 4. cap. 5.* Homerus Eurythaesiam, ejus matrem ficit, in *Hymn.* Ita autem de illo Diodorus, *Solem adhuc puerum in fluvium Eridanum projectum, cum fratres Hyperionis fuffocaffent, Luna pretter modum fratrem diligens, ex tello fe praecipita vit. Matri quærenti juxta flumen corpus, cùm in fontium incidiffet, vifum per fomnium eft à Sole rogari, ne fuge ret naturam mortem. Nam homicidas merium effe fupplicium pafi fures; fe verò ac fororem quadam Dei providentia futuros immortales. Nam ignem cœli facrum antea vocatum, Solem ab hominibus fupplicationum fore: quæ verò Mena primi dicebatur, Lunam. A fomno itaque expergefa cùm omnibus tum fominum, tum infortunium fuum, narraffet, filius ut Deus celesti ipfe nunquam vivens. Poftmodum in afcanium versa cymbala tympana, & quatiens, edito fanibus, fharfis crinibus per patriam errabat*, &c. Sed, fabula miffa, ex tam eft non tantùm apud plurimas Gentes pro Numine *Solem* cultum, fed & ejus nomine omnes Deos mares, quem admodum omnes Deas ad Lunam referunt non fine ratione Mythologi, V. Georg. Hornium *Philos. Philof. lib. 1. cap. 6.* Macrobium *Saturnal. lib 1. cap 17. &c.* Quæ verò Gentes, ut negledto Deo, propria quadam mentis inductione, uno in sole, veluti Numinis non tam effigie, quam umbra dumtaxat, omnia religionis fuæ ftudia figerent, impulerint, fuere varia. Ex quibus eft, quòd in fublimi, ipfisque cœlis fpectaretur, V. Aristotelem *de Cœlo lib. 1. cap. 3.* Hinc apud Heliodorum *Ægypt.*

——— Ὃς ὑπερκύψας ὄφρυσι νοτίαις.

Qui fuperatat inhabitat domos.

Deûs, quòd in lucidis illis corporibus Æther nihil *Sole* haberet excellentius, utpote quem qui ut virilia, Regio Vati memorata, & ex S. Gregorio Naz. *Orat. 20. καὶ τὸ ἡλιοειδὲς φῶς ἀφῶμεν τοῖς θεοῖς. Pulchritudo magnitudo & curfus celeritas & vis ac facultas*, commendant. E quibus postrema cùm multiplex sit, indeque utilitates innumeræ in terras ac præcipuè gentes humanum redundent, quas calore lucéque fuâ effi it, propterea, ut ex Aristotele Clemens Alexandrinus *in Protrepticis* tradit, Apollinem diverse filum Vulcani & Minervæ ut alia omittam. Cùm itaque nec rapere omnes deberent, in admirationem & laudem Opifi is, longè aliter in maxima Mundi parte event. Nam cùm horum quædam etiam vulgarium animæ viderent; cœteris paulatim Gentilium Sapientiores perspicerent: partim penè omnes in eum delapsi sunt errorem, ut vel *Solem* crederent πρῶτον θεῶν θεὸν, *unicum Cœli Numen*, quomodo eum appellat Theologia: vel saltem præcipuum *Solem* Numen putarent, Sideribus aliis, ob minorem utilitatem, inferiori honore cultis. V. Thom. Aquinatem *de Symbolo ap.* Idque jàm antiquissimis temporibus: ut non ex Homero vel Heliodo folum, quorum prior non multo ante vixit, quàm Salmanaffar io. Tribus in Assyriam abduxit captivas: fed ex divino jam Mofe conflat, cujus avo hunc cultum obtinuisse, colligitur ex Deuteron. *cap. 4. versu 19. Ne forte elevet oculos tuos in Cœlos, & videas Solem & Lunam, atque ftellas, tum universo exercitu cœlorum & impulfus adores atque colas ea.* V. quoque Hiobum *cap. 31. vers. 26, 27.* ubi non tantùm vetustatem hujus Idololatriæ offendit, fed etiam ritus mentionem facit, quo *Solem* adorabant, manum osculantes: *si vidi ego fum nitentem meum ore meo.* At vero parts vetustatis facit ritus ille, quo *Solem* vel Deorum alium adorabant, erectum oris pollicem admoventes, ut Appulejus habet *Metam lib. 4.* item quo fe circumagebant, ac Romani quidem ext orsum, Plut. *Curiul. Æmil 1. S. 1.* Galli autem finistrorsum, Plin. *lib 28. cap. 2.* non adeò liquidum est: Interea, cùm Assyriam abduxit quoque antiquissimum fit, verisimilius est, primitus ὁλοθέους contentos fuisse dextram ori admovere, fine illa vel corporis conversione, vel fefione & pilorum digiti in pollice. Sed & hoc vero valde fimile eft, portantiquum etiam esse, & forasse à primis Solae cultus temporibus morem eum provenisse, ut præcipuè colerent *Solem* orientem, ac quotunque etiam tempore, ad Orientem converfi, precarentur. Deum Gen iles: cùm contrà Israelitæ contra Occidentem versi, ubi Sanctuarium erat, preces funderent, atque ita fe offenderent, *precantes adorare non Solem orientem, fed Solis Dominum*, ut ait Anastasius Nicænus, *Quæft. 18. in Script.* Inter quos tamen idololatriæ huic nonnullos addictos fuisse, qui, tredisimo mox isto à gentibus, Syriæ vicinis, accepto facie Orienti obversâ Solem adorarent, legimus apud Ezechielem *cap. 8. versu 16.* V. quoque 2. Reg. *cap. 34.* *versu 12.* Quàm latè autem hic cultus patuerit, ex inductione gentium faci è oftendi posset, quas tamen omnes referre longæ fuerit operæ. Nam orbe propemodum universo, & quidem ab antiquissimis temporibus ea confuetudo viguit: unde est, quòd Gentes etiam illæ, quibus commercierum nimus cum aliis fuit, eoque veteris erant rerum retinentiores, vel folum colerent *Solem*, Ut Massagetæ, five illi in Margiana, ubi eos collocat Ptolemæus; five ultra Araxem, quo loco eos ponit Herodotus *lib. 1.* ubi fic de iis scribit: Θεῶν μόνον τὸν ἥλιον σέβονται, *Ex Diis unum Solem venerantur*: atque addit deinde, equum ei sacrificasse, quia Deo celerrimo celerima victima conveniret. Ab Indis etiam Solem, fed una cum Luna, cultum fuisse, prodidit Cteslas *in Indicarum opere*, apud Photium *cod. 72.* Idem statuendum in Aethiopibus *Heliodum*, quæ nunc *Zeilam*, Ptolemæo *Taprobana*, nisi ea *Sumatra* potius, V. Benjam. Tudelenfem *Itinerar.* Etiam Germanicas Sarmaticasque gentes, *Solem* maximè veneratas, donec Christo nomen darent, fatis cognoscere est ex Annalibus: Imò extremæ quoque Septentrionis nationes, admodum tenui etiam-

tiamum Christi notitiâ imbuæ, simul ac æstivo tempore Asirum hoc confpici cœpit, adorantes eum gratias agunt, quòd pro femeltris spatii & tenebris & frigore, lucem caloremque apportet, ut Olaus M. refert *Gothic. rer. lib.* 3. *cap.* 2. Apud Tartaros eundem cultum vigere varii testantur. Atque idem dixere de gentibus Americanis; uti Insul. Canibalicis, Cerabarois pop. prope Hiebram & Beraguam, Peruanis, qui in Metropoli Cusco infantes etiam ei mactabant, & mense Decembri, quem *Raymi* vocant atque anni initium habent, festum diem celebrabant, quo facta fœcere tributi *Solis* ftatuis, quas vocavere *Solem Patrem*, *Solem filium* & *Solem fratrem* &c. De quibus V. Christianismi Primitivi Natalit. *cap.* 88. & 92. Petrum Martyrem Mediol. *Oceanea Decadis* 3. *lib.* 4. Acostam *Indicorum lib.* 5. *cap.* 4. Joh. Lerium *Navigat. in Brasiliam cap.* 16. Alios. Ipfismet elephantis *religionem fuderam*, ac Solis *Lunæq; veneratione*m, inesse tradidit Plin. *lib.* 8. *cap.* 1. fcribitque Ælianus *Hist. Anim. lib.* 7. *cap.* 44. *Solem exovientem illos venerari, promuisdem, tanquam manum, versus Solis radios tendentes.* Eradditut" Ilemæus Philoparor Deo Sol, cujus ftatuam Antiochum vitiofum adeptum, 4. ingentes fatrificarit elephantos. Verum ut Elephanti *Solis* exorientis intuitu gestiant prægaudio, cone pro Numine illum habere credendum? Quis veri Numinis gnarus fibi persuaserit, bunc animum a natura inditum esse Elephantis, ut pro Creatore colant creaturam? Ut de Romanis aliquid addam, ab Aureliano Imp. *Solem* cultum, & magnificentiffimo Templo honoratum fuisse, docet Vopiscus in eo: *Templum Solis fundavit & Pontifices roboravit*, ad quem locum V. Salmafii *Notas*. Non una autem fi gurâ apud varias illas gentes colli Sol conftat: Emiffeni fub imgentis faxi effigie eum venerati funt, qui inde *Elagabalus*, h. e. *Deus mons*, vel *Deus montis* vocatus eft: Quæ Numinis forma Aureliano quoque placuit, quum fibi eam in præliis faventem vidiffet. Perfæ ejus fimulachrum facle leonina effingebant, cum tiara, uti pluribus diximus fupra in voce *Mithra*. Peruani tribus illum ftatuis efformabant, ut modò vidimus, Alii aliter. Apud celeberiores olim Gentes vero, quibus nominibus Sol cultus fit, V. hic infra: ex Ty Voffio in *Idolol. lib.* 2. *cap.* 2. & *feqq.* & Thom. Dempftero in *Rofinum lib.* 2. *cap.* 8. Neque verò Sol tantùm divinis honoribus affectus, fed &, ut Deo, varia animalia, equi inprimis apud Perfas, & Icarabæi apud Ægyptios, illi facri fuere, de quibus fupra vide. Cœterum in libris Græcorum Aftronomicis, *Solis* figura in conum abit. Quam notam, ad ejus nomen fignificandum, non folùm Aftronomi ufurpant, fed etiam cœteri auctores & inprimis Chymici, qui aurum eo infigni femper denorant, utpote Solis metallum: quæ dere V. Salmafium ad *Solinum pag.* 1237. De *statuis Solis* vide *Hesych.* & *Suidam*, monetâ aurea Francica, in qua effictus Sol *octo* radiorum, fupra coronam floftulis adornatam; item, in qua Rex coronatus &c. cusâ fub Ludovico XI. Henrico II. & Caroio IX. V. Carol. du Freine in voce *Moneta* &c.

Nomina, quibus Sol olim cultus, apud varias Gentes.

a. Abellio, Pampyliis, Cretentibus quoque dictus eft; & forte Σε *Apollo*, & Cretico Ἀβέλιος. Inscr. vetus in Convenis Novempopulitæ: *Deo. Abellioni. Mirkilii. Fufci.* ℣. *l. m.* apud Gruterum *pag.* 37. Item, *Abellioni. Deo. Taurinus. bono. cam. fonfim.* apud eundem *pag.* 38. Adad, apud Affyrios audit, Macrobius *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 23. unde Ἄδωδος ὑψιστος, Ἄδωδος βασιλεὺς, nomina gemarum. γ. Adon, five *Adonis* five *Adoneus*, Phœnicibus in cultu divino appellitatus eft, ut & Arabibus. Plautus quoque vocabulo hoc utitur *Mercatoris Actu* 1. *Sc.* 2. & *Pœnulo Actu* 5. *Sc.* 2. ac fortaffe Catullus *Epigramm. Quis hoc potuit videre?* Eft autem Ἄδων, idem quod *Dominus*. δ. Adramelechus, apud Anamelechus, cui Sepharvitæ, Affyriorum coloni, infantes mactarunt: ad Molochum non difficulter reducas. *Molochi* autem nomine *Sol* cultus eft. ε. Amanus & Anandratus, inter Perfi cos Deos, recenfetur Straboni *lib.* 11. quorum is idem cum Omano, ut eft in MSSis: *Sol* doctiffimis Viris videtur, fed Vofsius *Omanum* propriè non fignare Solem, fed fymbolum duntaxat ejus, ligneni perennem, in quo *Sol* celebratur, contendit. ζ. Ammon, ab Hebr. אמן *Amen*, apud *Cyrenenses*, in cujus quæ *Marmarica* vel *Mercuii Lybiæ* vocatur, cultus eft. Unde & *Hama*, veterum Saxonum Numen, de quo Fabricius in *Saxon.* ipfe quoque *Sol* fuiffe videtur. Quemadmodum inde *Chamanim* & *Amanus* five *Omanus*, de quo fupra, orti. ϑ. Solem apud Græcos Romanosque notavit. Hinc & Datis Perfa, cùm tot delubra Græcorum combureret, parci tamen iis voluit in Delo, ubi Apollo ac Diana inprimis colerentur; ne illata Apollini Delio injuria, in Perfici Mithræ contumeliam redundaret. ι. Affabini nomine, apud Æthiopes, venerationem invenit, quem, quia fummus illis fuit Deus, *Jovem Æthiopicum* dixere Romani & Græci. Ei cinnamomum fivecinnamomum facrum, V. Theophraftum *Hiftor. plantar. lib.* 9. *cap.* 5. ι. Baal, i. *Dominus*, generali nomine vocatus eft, apud Phœnices & Syros. Nec obftat, quòd *Bal* & *Bel* Saturnus fit: Saturnum enim *Solem* effe, vel Perfius nos docuerit in *Æneid. lib.* 1. ι. Baal - Peor, Moabitis ac Midianitis in cultu fuit, qui i. XX. Scriptoribus Βεελφεγὼρ dicitur. Peream verò *Solem* inteligi, facile patet ex eo, quòd Apollinaris nos nomine Saturnum, Hieronymus Priapum, alii Jovem feu Uranum fuiffe cultum ftatuant, quæ omnia *Solis* fuere nomina. λ. Baal famen feu *Ieou famen* Phœnicibus quoque dictus eft, quod κύριος ἡμῶν, *Dominum celi* notat, teste Philone: qui addit, eundem apud Græcos *Jovem* nominatum fuiffe. Fuerit ergo idem, quod Ζεὺς Ὀλύμπιος. μ. Baal-Zebub, id eft, *Dominus muscæ*, apud Accaronitas, eft nominatus. ν. 2. Regum *cap.* 1. *versu* 2. ν. Bacchi nomine cultus eft, ai Græcis Romanisque: *Bacchum enim & Apollinem & Solem vocant*, Ulpianus Rhetor *ad Demoffh. Midianem.* ξ. Balsampta, i. *Solis domus*, Arabiæ urbs: ibidem *Solem* fuiffe cultum, teftatur Stephanus in *Urb.* ο. Beelphegor, V. hic fupra, *Baal-Peor.* π. Belatucadrus dictus eft in vet. lapide Wardaliæ in Cumbris, *Deo, Sancto Belatucadro. Aurelius Diogenes. Votum. reum. ex. voto. posuit. l. l. m. m.* & durabus aliis inscr. apud Gruterum *pag.* 87. *num.* 1. ϱ. Belenus, apud Aquilegienfes, aliosque extra Italiam, Gallos viz. Armoricanos inprimis, in veneratione fuit. V. Jul. Capitolinum *in Maximinis*, Aufonium *in Profeff. Burdigal. carm.* 10. Tertullianum *in Apolog. cap.* 24. σ. Belus, Affyriis ac Chaldæis, five Babyloniis, etiam *Solem* denotavit: atque hinc gemma *Solem* referens, *Belli oculus*, dicta eft, Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. fignificat autem *Bel*, idem quod *Baal*, *Bal*, *Beel*, id eft, *Dominus*. τ. Chamos feu Chemos, Moabitarum Numen, Jer. *cap.* 48. *verfu* 7. idem fuit cum Baal phegor, de quo antea diximus. υ. Dionysii nomine, apud Indos, Bacchus, & hinc *Sol*, cultus eft. φ. Dyfares, vel Dufares, ab Arabibus cultus, nihil aliud, quam Διόνυσος fuit feu *Sol*, Tertullianus *lib. cit. cap.* 24. χ. Elagabalus feu Alagabalus, Emiffenis dictus eft, ubi duos habuit *templa*, Μόνεσσ & Ἀλέξ, i. *Mercurium* & *Martem*. Græci & Romani maluerunt dicere, *Heliogabalus*: cujus Sacerdos cùm aliquando fuiffet Antoninus, poftea Imperator factus, Romæ etiam, templo *Solis Heliogabali*, in monte Palatino, ubi prius fuerat ædes Orci, extructo, ejus cultum inftituit, atque omnia omnium reliquorum Deorum myfteria, & facra ad hunc unum voluit transferri, Lampridius *in Heliogabalo*. Erat autem hoc templum in reg. Urbis 10. ψ. Frugifer, dictus eft apud Perfas, Arnobius, *Inter deos videmus leonis torvifimam faciem mero oleatum nimis, & nomine* Frugiferi *nuncupari*. Græce φορόβορος, φερεσυκάκαβος, item in *Epigramm.* de Attine Θεὸς μεγάλης κώμης Φρύη. V. Salmaf. *ad Vopifc. in Aurel.* uhi *Mithræ* figuram explicat. ω. Gingras, apud Phœnices idem, qui Adonis, cui quo pacto apud Biblios facra fieri folita fint, V. apud Lucianum *de Dea Syria.* αα. Hecatombœus, apud Græcos. ββ. Hercules, idem cum Martes *dole*, Macrobius *lib.* 1. *cap.* 12. Unde in Ægyptiorum Hieroglyphicis Hercules triplex effingebatur, leonis capite in medio, à dextera, capite canis blandientis, à læva, rapacis lupi, quod *e Solis*, temporis dimensore, idem interpretatur, *lib. cod. cap.* 20. Græcis Hercules, quafi ἥρως κλέος, *gloria ac decus Junonis*, id eft, æteris, quis aliusquam *Sol*? Nec alius forte Hercules Romanus fuit, quem *Recaranum* Aut. Victor, *Garanum* vel *Caranum*, Verr. Flaccus apud Servium, vocat. Eft autem *Caranus*, ex κείρω, idem cum Affyriorum *Belo*, quæ ambæ voces *Dominum* notant. γγ. Jacchus, in facris Græcorum dictus eft. δδ. Janum, *Solem* fuiffe creditum, oftendit Arnobius *lib.* 3. Apollinem fuiffe, docet Nigidius Figulus, apud Macrobium *Saturnal lib.* 1. *cap.* 9. Hinc Luna *Jana*, V. quoque elegantiffimos Septimii verficulos, apud Tercntianum Maurum. εε. Ignis, apud Perfas, *Solis* fymbolum. ζζ. Liber, idem cum *Sole*, apud Diod. Sicu lum *Bibliinh. lib.* 1. cui proin νύσσα i. *himula pellis*, quæ varia, attributa, ob infignem Aftrorum varietatem. Sic Phœbum pro Libero dixit Virgilius *lib.* 10. νν. Malachbelus. θθ. Mars, genuinum Græcis Theologis *Sol* dictus eft, ab Hebr. מרע *Maraa*, i. *pollere*, feu *validum esse*: vel à מהרם *Mecharez*, i. *pardens, defruens*: hinc quebello præfectus. Itaque & bellicofæ nationes Ardeæ, cùm Martem pro fummo Numine colerent, eique afinum macta rent; uti Cares canem, non aliam videntur venerati, quàm *Solem*. ιι. Mercurii quoque nomine idem cultus eft, pro cujus nam. que dimenfo, alius alio fagaciori eft ingenio magisque ad ftudia & doctrinas idoneo, V. Ammianum *lib* 16. Hinc Mercurius dux rerum creditus, quas *Sol* de die monftrat, & c. κκ. Mithras, *Sol*, nomen apud Perfas, fummi apud eos Numinis loco culti. Vet. Inscr. *Deo. Soli. invicto. Mithræ.* Item, *Omnipotenti Deo Mithræ.* Cujus vocis origo ab מתר *Mather* feu *Mithor*, i. *magnus*, unde comparativus מהר *Mahara*, i. *major*, feu δυνάτος, *dominus*. λλ. Molochi Numen, Ammonitis Cœlefyriæ genti præcipuum, idem cum *Sole* fuit, five is ex מלך *malach* i. *nunitus* dictus fit, & pro Mercurio dicatur cultus, five potiùs ex מלך *melech*, i. *Rex*, & per eum Saturnus intelligatur. Adde quòd *Molech* feu *Melech* idem fignificet cum *Baalis* five *Belo*, V. fupra *suo loco*. μμ. Nebo feu Nabo, Moabiticum fuiffe Numen, liquet ex *Chamos* feu *Baal-Phegor*, Eruditi contendunt; his verò nominibus *Solem* fuiffe indigitatum diximus. νν. Oculus in Sceptro, *Solis* apud Ægyptios fymbolum. ξξ. Orus, Ægyptiis idem cum *Apolline* ac *Sole*, Diod. Siculo *lib.* 1. & Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 21. ab Hebr חרם *i. Sol.* οο. Et Ofiridis nomine, non Nilus folùm, fed & *Sol*, iis cultus eft. Unde Vett. Ofirin interpretantur *Titanas* feu

Phœbum vel *Solem*, Statius *Thebaid. lib. 1. ver.* Pantheum dixere Lucaniaci, *Auson. Ep.* Phanaces, Mysis appellatus legitur. *ov.* Phœbus, Græcia Latinisque dictus est. *vr.* Priapi nomine *Sol* quoque cultus est, ob vim suam generatricem: cui omnia hæc inferiora ortum debent. *ov.* Sabazius Jupiter, idem cum Libero: & hinc cum *Sole*. *Ap. Suid.* Romanis cultus est Templis & Ludis. Primus ei, ut & Lunæ, in urbe ædem consecravit T. Tatius Sabinorum Rex, quibus postea aliæ quoque addituæ sunt. Indescriptione XIV. Regionum Sabris tria commorantur *Solis* templa. De templo *Solis Heliogabali* jam diximus *supra*. *xx.* Silvani, seu Martis Silvani, nomine Romanos rusticos *Solem* fignasse, disciunus ex Catone de *R. R. cap.* 83. ubi, *Mari*, inquit, *Silvano in fitva interdius in capita singula bovum votum facito*. Dicxe autem *Silvanum*, non q. solis præsellet silvis, sed, qua vim suam exercerei, in universam elementorum *χλοὴν*, V. Servium ad *Æn. lib.* 8. *illud*, *Sylvarum pecoris*, *Deo*. Idem de Pane, cum is sit Silvanus, dicendum. *Ψ-ψ.* Herodit, ab Arabibus antiquoribus cultum, idem cum Dionysio fuit, quem cum Uranisa soia illos venerates esse, testis est Herodotus in *Thalia*. Ita proin illi Liberum in *Sole*, & *Solem* in Libero venerati sunt. Videtur autem *Οὐρανίαν* notare *beneficium lumbrum*. Sic Jesaiæ *cap.* 26. *vers.* 20. habemus *tat orvoh*, h. e. *vos lucis*, *seu vos luminum*: Ros verò metaph. sumitur pro qualibet beneficio divino cœlitus nos quasi irrorante. Ex *oros* igitur & *tal*, adjecto *i*. fit *Orosiel*, vel *Ouroiel*, i. *Deus vel dator lucis*, quod quilibet apprimè convenit *Soli*. De quibus omnibus V. plura suis locis.

Solanum, planta est, quam *Graci strychnon vocant*, *cui vis reprimendi*, *refrigerandiq*, ut ait Plinius *lib.* 27. *cap.* 13. Imò & majoris baccæ devoratæ, ut & ipsa radix, strangulandi facultatem habent. Unde, joci causâ, radix hæc parasitis in Aula datur; qui ad lautas mensas etiam invitis dominis accedere solent. Quæ res obiectamenti non parum convivantibus præbet, siquidem si cultello derasa frupuli (semidrachmæ) pondere in vini femuncia maceretur, horis ad summum duabus, aliis septem; & deinde percolato diluto ac digitis presso, id vini rerentis additur, quod poculum repleat, tumaque potandum propineturi, fit paulo pôst, ut, qui biberint, nihil prorsus edere possint, magno spectantium obiectamento. Quod planta secretum primus aperuit Francisus Calceolarius Veronensis. Verùm qui hoc fuco utuntur, priusquam mensæ affideant, parasitos ad jentaculum invitant, ut fraudulentum id vinum propinent. Dicuntur fortè à risu, aceto porui dato, quod præcuus remedium est, somnus quoque superveniens sanat. Quòd si porrò drachmæ pondere propines, tum jocularis insaniæ genere laborabunt, qui id sumserint, & hactenus tantùm, ut formosi sibi videantur: Si modum duplices, insaniam majorem feceris & imagines illis conspicuæ obversabuntur. Sed ne quid nimis, ne copiosius sumtum enecet. Ad seria verò etiam *Solanum* adhibitum, docet historia Duncani Scotorum R. qui in opp. Bertha obsessus à Suenone, Norvegiorum Rege, vino & cerevisiâ *Solano* maniaco infectis, & in castra hostium summissis, eos in ioporem dedit, magnaque inter eos strage editâ dissecit, decem solum militibus ; qui, quòd hostium dona suspecta habuissent, à potu abstinuerant, cum Rege suo capiis, uti ex Buchanani *Hiffor. Scotic.* refert Auctor *Sinæ & Eur. cap.* 31. V. quoque Salmasium ad *Solinum* pag. 1086.

Solarium, in sole umbrâ horas distinguens; *quodnam* Romæ *antiquissimum fuerit*, inquit Censorinus, *invenit assicile qui. Alii enim apud ædem Quirini primum statuum dicunt* (nimirum à L. Papyrio Cursore, Plin. *lib.* 7. *cap.* 60.) *alii in Capitolio*, *nonnulli ad ædem Diana in Aventino. Illud satis constat*, *nullum in foro primitus fuisse*, *quòm id*, *quod M. Valerius Messalla*, *Catana capta*, *ex Sicilia ad vestium*, *ad Rostra*, *in columna posuit. Quod cum ad clima Sicilia descriptum ad horas Romæ non conveniret*, *L. Philippus Censor juxta constituit*. Et de hocce *Solario* Siculo loquitur *in Bacchis* Plauti, ex Antiphane transiata, Parasitus, apud A. Gellium *lib.* 3. *cap.* 4.

Ut illum Dî perdant, *primus qui horas reperit*,
Quiq. adeo primus hic statuit Solarium.
Qui mihi comminuit miseto articulatim diem.
Nam me puero uterus erat Solarium
Multo omnium istorum optimum & verissimum,
Ubi ubi ille monebat esse, *nisi quum nihil erat*.
Nunc etiam quod est, *non est*, *nihil Soli lubet*.
Itaq. *adeo jam opplenum est oppidum Solariis*.
Major pars populi arili reptant fame.

Antiquius enim *Horarum* nomen non minùs annos 300. Romæ ignoratum est, Unde XII. *Tabb. Orius tantùm & Occasus nominantur*, *post aliquot annos adjectus & Meridies*, *accenso Cosf. id pronuntiante*, Plin. *lib.* 7. Quod Varro confirmat de *L. L. lib.* 5. *Hoc idem Cosconius in Actionibus scribit*, *Prætorem accensum solitum sum esse jubere*, *ubi ei videbatur esse horam tertiam* (i. tempus illud, quod postmodum hora tertia metiebatur) *inclamare*, *horam esse tertiam*, *item Meridiem & horam nonam*. Post reperta dein *Solaria*, in horas 12. divisus dies, nonquæ in totidem, quod factum videtur circa annum U. C. 477. quo à M. Valerio horologium in Foro fuisse posiium, Plinius commemorat. Quòd verò Parasitus *opplenum* esse *oppidum Solariis* se *puero* addit, de Romadici nequit, cum unicum tum Siculum ibi achuc esset, fiquis enim Plautus initio fecundi belli Punici, circa An. U. C. 530. Nec ex Antiphane id Poëta transtulit, qui vixit Olymp. 98. quâ neque Horæ adhuc reperræ, neque Horologiorum ulus, qui non multo antecessit Alexandri M. ætatem : nisi Horoscopia, quæ Anaximander invenit, fine horarum usu, intellexerit Comicus, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 650. Aliquanto dein tempore pôst Clepsydræ excogitatæ sunt, de quibus vide Censorinum *de die Nat. cap.* 23. *P. Corn. Nasica Censor ex aqua ficti horarium*, *quod & ipsum ex consuetudine nostrorum ad hos horas Solarium cæpium vocari*. V. quoque Plinium *lib.* 7. *cap.* 60. Victorium *lib.* 21. *cap.* 13. Cœl. Rhodiginum *lib.* 18. *cap.* 29. Alios. Tandem sonora Horologia facta sunt, teste Luciano, qui inter alia *horas per aquam & sonitum sua ætate demonstrata esse*, tradit: Cujusmodi Horologium clepsydræ & tintinnabulo constans, exhibet Hieron. Magius *de Tintinnabulis cap.* 6. V. quoque supra, in vocibus *Hora* & *Horologium* : de *Solario* verò *Achaziæ* Judæorum R. itidem supra.

Solarium Expositionis, in *Collectan*. Anastasii Biblioth. *Post paulilum ergo insternus inferri eum in* Solarium expositionis, *ut esset ibi*, *quatenus propiceres Imperator per cancellos tristinii sui ea*, *quæ futura erant fieri* : locus erat eminens Constantinopoli, in quo delinquentes, ut ab Imperatore viderentur, exponi solebant. *Solarium* enim hic tribum est ab planum, Græcis *ἠλιακὸν*, *ἢ ἐπίπεδον*, *ἢ ἠλιοφάνιον*. item *ἠέλιον* dictum. Duplex namque generis apud Vetr. recta erant, plana, aut inclinata, ad stillicidia deducenda : quorum hæc *fastigia* ac *culmina*, illa *mæniana* & *solaria* dicere, item *deambulatoria*, quòd in iis deambularent. Unde illud Augusti, *Quid ? ego ut me populus dicat bene cultum*, in Solario *ambulaturus sum*. Ne verò facilis in præceps lapsus esset (quod Epenori apud Homerum in Circes ædibus contigit) *ἀβασσόν*, vel podium, in *Solariorum* circuitu poni solebat, id quod proprie *mænianum* vocabatur, V. Hieronymum *Epist. ad Suniam & Fretellam*, & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Spartianum in Pescennio Nigro*, nec non hic passim, in vocibus *Ita-ra*, *Prophorum*, *Provolans*, inprimis ubi de *Mœnianis*.

Solatia, apud Spartianum *in Hadriano*, *Nonnullos Equites Romanos——vitiavit*, *solatia reliavit*, *conssilii sublevavit* : solaria sunt seu alimenta; quo sensu non sequior solum & posterior ætas, sed etiam illa, quæ optimæ & antiquæ propior, vocem sumsit, ut jam pridem ab eruditis Viris observatum, in *Cod. Theodos. solatiis* ipsis *mercedem profiliti*. Similis usus *refrigerium*, apud Terullianum & *Ἀναψυχὴν*, in Novellis Justiniani, ejusdem notionis. V. Salmasium *ad Spartianum d. l.* Apud Monasticæ Rei Scriptores, sic vocatur qui vel quæ Monachis aut Monialibus offictum & munus aliquod peragentibus, in adjumentum datur, uti docet Car. du Freine ex Grodegango Epist. Metensi in *Reg. Canonic. cap.* 9.

Solda, Gall. *Soulde*, quasi *Solida*, à *follando*, non lapis est, ut quibusdam creditum, fed herba vitrariæ cineres in massam lapideam indurati, quibus ad cryftallina confriendà uti consueverc. *Halimum* eam herbam Veteres dixere, cujus folium pingue, ipsi sum ac leve, oblongumque: recentiores *Chali*, è qua sal ille, quem vocant *salem Chali*, item *alumen Catinæ*, quod idem est cum *Solda Narbonensium*. Cunumodi salera hodieque magni faciunt Chymistæ & frequenter eo utuntur. Græcis quoque Χαμαὶς arthritibus plurimum commendatur & miris laudibus effertur, ad eos effectus præcipue, in quibus *ὁ νίτρος* requiritur. Unde *Ἐμεὶς βάκτι* prophetæ volunt, quòd eo frum suum Mercurium reddecrent. Iisdem Sol aurum est; unde Halimum *ἁλὶς τύραννος*, quòd eo etiam uterentur ad argentum commutandum in aurum. Et Pythagoræ ipsis *κλὰδοι*, *facer ramus*, quòd fc. ad sacram artem conducerer. Aeco autem cineres hujus fruticis indurefcunt, ut lapidem ipsum duritiâ vincant, unde & circumforanei Vitriarii lapidis genus effe tum perfuafi. Vhanc in rem complura, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1096. & *seqq.* ut & infra in verbo *Solidare*.

Soldanus, V. infrà *Sultanus*.

Soles, à Græco *σόλος*, quod pellem fignificat, id calceamenti genus Festo dicitur, quod *pedis solo subjiciatur* : Gellio *lib.* 13. *cap.* 20. *quod plantarum calces tantùm infimè tegit* : *ceteris prope nudis & teretibus habenis junctum est*. Unde, quemadmodum Latinis à *solo*, i. planta, ita Græcis *ὑπόδημα* vocatur, à verbo *ὑποδέω*, *subligo*, quod in ea præcipuum. Et fanè magis in *Soleis*, quàm in calceis, neceffarius vinculorum usus est : quo factum, ut apud Poëtas sæpe *vincula* pro *soleis* usurpentur. Ovidius *Metamorph. lib.* 3. *fab.* 2.

Vincla mea pedibus demunt ——

Tibullus *Eleg.* 6. *lib.* 1.

Vinclaq. de niveo detrahit ipsa pede, &c.

Quanquam interdum, etiam pro quovis alio calceamenti genere, vincula ab iisdem usurpari folent. Nonnunquam *Soleæ* Græci *κρηπῖδες* appellant ; unde Latinis *Crepidæ* & *Crepidulæ*, quas cum *Soleis* easdem fuisse Eruditi docent : nisi quòd

quòd *Soleæ* simplicioresessent, crepidæ verò crassiores; in quibus nim. duæ saltem simplices soleæ essent compactæ. Unde Crepidas frideremagis erat necesse, *argenta conflixit in soleæ*, Catull ubi *Soleæ*, pro Crepida. Erat autem *Solearum* usus, pro civili more, Mulieribus potissimùm familiaris: Proin de statua Corneliæ Matris Gracchorum Plinius *lib.* 34. *cap.* 6. *Stetera*, inquit, *hæc posita fuit, soleis&* *fine amento insigniri, in Metelli publica portico.* Quod idem de statua Junonis legas, apud Prudentium in *Apotheof.* Hinc Ciceroni *mulcbres soleæ* dicuntur, ubi D. Clodium perstringit, *de Haruſp. reſp.* Manilissique a fœminarum habitum describens, *nexas fine tegmine plantas*, commemorat: *Solearum* enim proprium fuit, nullum habere tegmen, & pedibus habenarum corrigiarumve beneficio aptè adstringi: unde & *Obſtringillorum* nomen iis tribuitum, Iidor. *Origin. lib.* 19. *cap.* 34. Et ita quidem fœminarum proprius *Solearum* fuit usus, ut, si quando Virum aliqtem contingeret in publico *Soleis* uti, probro id ei verteretur. Unde nota Ciceronis increpatio in Verrem *act.* 4. Afiuii in Balbum apud eundem *lib.* 10. *Epiſt.* 32. Calſtricti in Senatores quosdam Romanos, apud A. Gellium *lib.* 13. *cap.* 21. Sic & Scipionem inde notatum refert Livius *lib.* 29. quòd *cum pallio crepidisque inambularet in Gymnaſio*, quem imitatus Germanicus, *pedibus intectis & pari cum Græcis amictu incedere* conſueviſſe, legimus apud Tacitum *Annal. lib.* 2. *cap.* 59. ut de Caligula nihil dicam, cujus effeminatum calceatum carpit Suetonius *cap.* 52. Domi tamen *Soleis* Romani utebantur, sicut foràs prodituri calceos sumebant. Interim in omni quoque amicorum remissione, utpote per convivia publicaque Spectacula, pro more fuiſſe *Soleatos*, certum. De convivijs discimus ex Martiali *lib.* 12. *Epigr.* 87. ubi in Cottam sic ludit:

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe ſe queſtus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
Excogitavit homo ſagax & aſtutus,
Ne facere poſſet iste ſæpius damnum,
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Unde patet, cum *Soleis* ad convivia itum esse, quas Cotta, ne ea tum sæpius, per servi negligentiam, jacturam faceret, domi reliquit, nudisque pedibus (hoc enim hîc vox *Excalceatus* denotat) convivatum se contulit. Quod sic tamen intelligendum, ut in ipso convivii actu nullus earum usus esset: cœnaturi enim, priusquam accumberent, in Triclinio *Soleas* deponebant, ne ictorum mensas ambientium stragula pulvere aut luto compsurcarent. Unde Martialis, ubi de cœna loquitur, *lib.* 3. *Epig.* 50. *Depoſui ſoleas*, inquit: & figura ex lapide, in viridario Cardin. Montalti, ad montem Exquilinum, Silenum referet discubitorum, cui adstant Fauni nudi duo, alter ut accubitoro soleas detrahat, alter ut reclinantem interea fenem sustineat, apud Balduinum *de Calceo cap.* 11. Cœnatorias dein sumebant, *Soleis* interea fervorum custodiæ traditis, V. Martialem *loco cit. & lib.* 8. *Epigramm.* 58. à quo munere Servi *Sandaligeri & Sandaligenſitii* dicti sunt. Peracto convivio, cùm e triclinio discedendum erat, *Soleæ* rejumtæ: *Cuid ſoleas mihi, properare, aufere menſam*, Terent. Sic Nasidienus apud Horatium *lib.* 2. *Sat.* 8. *Soleas poſcit*: & Martialis non aliter intelligendus *lib.* 14. *Epigr.* 37.

Deſuerit ſi forte puer, ſoleasq; libebit
Sumere, pro puero pes eris ipſe tibi:

E quibus & hoc discimus, quod servorum fuerit dominis cœnaturis *Soleas* demere, easdemque illis è Triclinio discedturis rursum inducere: Unde clarißs intelligimus verba illa, quibus Johannes Baptista Marinus, *Epiſt.* 11. Marc. *cap.* 1. *vers.* 7. & Johannis *cap.* 1. *vers.* 27. usus est, cùm se dixit indignum, qui *vel portaret calceamenta Chriſti, vel eorundem corrigiam ſolveret.* V. quoque supra, in voce *Pedes*. De *Solearum* porro, alecatu Virisusurpato, per Ludos & Spectacula, quæ publicè in Amphitheatris vel Circis edebantur, Dio locuples testis est, *lib.* 57. apud quem, de Caligulæ ludis sic Interpres: *Licebat iis, qui vellent, diſcalceatos ſpectare, qui mos jam erat nàm ita, & Auguſto exercere per aſſumtos quod ab Auguſto in celebritatibus aſſiti ſervatum erat, ſed à Tiberio plebi ne omiſſum.* Ubi ἀνυποδησία est, more Græco *ſoleatis* aut crepidatis. Hæc in Urbe, extra eam verò, uri & iter facientibus, calceis depositis, soleis uti etiam virismoris fuit, Anton. Thysius JC. *Notis in Gellium loco cit.* Dixi, more Græco: uti enim *calcei* toge, sic *ſoleæ* & crepidæ pallii propriæ fuere; quemadmodum ὑποδήματα & σανδάλια Græci distinguunt. Hinc *baxeas* Philosophis Appulejus, βάξεις Philosophico assignat, & comidas in not. *Epigr.* quod utrumque sandalii genus, Antiqui quoque Christiani, qui Philosophorum *habitum* in habitu & calceatu imitabantur, βάξεις aut phæcasia pedibus inducebant. Erant nempe hæc calceamenta omnia humili solo, utque ad ea fuenda & concinnanda formâ ligneâ opus erat, quam Græci κρηπῖδα vocavere, ut in calceis: ted solum πάτημα sive κάτωμα habebant, quod ad pedem habenis quibusdam, ut dictum, circa primores pedes religabatur, hinc ἱμαντοδησία appellata &c. Sequentibus seculis ad religiosa transiit id calceamenti genus, tanquam simplicißimum & ab omni luxu mollitieque quam maximè remotum: cujusmodi *Solearum* exempla varia, Fullenſium, Capucinorum, aliorumque; & una Dircis simul ac Apollinis Pythii, quæ ob habenarum elegantiam pulcherrima, exhibentur apud Balduinum *loco cit.* Nec omittendum, inter Particidatum apud Rom. pœnas *Soleas* ligneas fuiſſe; ita enim apud Herenpium *lib.* 1. legimus, ex vet. Legum Roman. præscripto inſtitutum esse, ut *ſoleæ ligneæ pedibus induciæ offenſæ & in carcerem ducerentur*: cujus rei rationem tradit Hadr. Turnebus *Adverſar. lib.* 13. *cap.* 13. *Ne terram communem omnium parentem attactu impio contaminarent.* In eo tan lem Veterum calceos à caligis, Gallicis, *Soleis* crepidisque diversos fuiſſe, quòd calceo rotum pedem & dimidium crus, sive mediam tibiarum partem circumcirca velarent, caligæ verò, *Gallicæ Soleaſque* aliæ, pedis plantam tantùm tegerent, ex Anctoribus notum est: Quæ proin calceamentorum genera, generali *Solearum* notione nonnunquam venire, annotavit Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 36. V. plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Tertullianum de Pallio*, paſſim, & de *Soleis laratis* mox.

Soleæ, Græcè Σανδάλια, apud Lodium *de Officiis cap.* 17. *At Pauviarcha*, apud Soleam *ſtans, recitat orationem*, pars Æ dis sacræ est, Bemati & Amboni proxima, qualis verò, non adeò liquet. Meurſio fuit bronus seu ſolium, è quo fidelibus olim S. Eucharistia fuerit administrata. Alis fuit gratius ante portam, quæ ad Sanctuarium ducebat: *Subdiaconus enim & Diaconos ſedere oportere, extra Bema, circa Soleam*, ait Simon Theſſalonic. *lib. de Sacram.* Carolo Macro videtur fuiſſe pavimentum, proximè ante Sanctuarium, quod ex onychite lapide conſtitiſſe, Cedrenus refert. Feſtus certè, *Soleæ*, inquit, *non ſolum ea eſt, quæ ſolo pedis ſubjiciuntur, ſed etiam materia robuſta, ſuper quam paries craticii extruitur.* Per hanc autem *Soleæ* locum traſtibat Imperator, quoties ad Patriarcham accederet, quem *Protheſin* omnino fuiſſe, concludit idem Macer, *in Hierolexico*. Cl. tamen Suiceus Meurſio accedit *Theſ. Eccl.* V. quoque infrà, *Solium*: uti de *Soleæ* pisce, Vostium *de Idolol. lib.* 4. *cap.* 26.

Soleæ Lanatæ, tit. *Epigrammatis* 65. *lib.* 14. Martialis, quod sic sonat,

Deſuerit ſi forte puer, ſoleasq; libebit
Sumere, pro puero pes eris ipſe tibi:

Non multum dissimiles erant πίλοις, i. *udonibus*, *pedum cucullis* quoque & *cucullopedibus* dictis, qui, propriè lanei calcei ex lana coacta facti, intra calceum quidem habebantur, verùm plerumque & ipsi vicem calceamenti præstabant, præcipuè domi & intra cubiculum. Itaque Poëta dicit, si forte puer defuerit & solea tibi libeat fumere, cum soleis lanatis poteris ipse è cubiculo exire soleasque petere; quo pacto vicem pueri pes in solea lanata supplebit. Σανδάλια πίλοις ἀλλὰ οὐδαίοις illiusmodi soleæ appellat vulgaris donatio Conſtantini, ubi vetus Interpres *udones* reddidit: quam vocem vide, plura verò hanc in rem, apud Salmasium *ad Lampridium in Alexandro.*

Solea, Græcè σανὶς, a figura *canalis* seu tubi, al. ἀυλὸς, *unguis*, quòd scilicet ejus *unguem* referat humanum, χηλὸν ὀνυκικὸν λέγουσι, *viduarum cupedia*, Sophroni Com. paupterioribus in delitiis fuit, Sed fœminæ duleiores: omnes v. edebantur elixi ac frixi, verùm meliores in primis tosti, unque dum hient, Athen. *lib.* 3. Hinc Σανιδωτὸν Philoxenus Tyr. dictus, quòd primitus vitam *ſolenon* caputa fultentaliset, ac inde grandes sibi opes paraſſet &c. V. Vostium *de Idolol. lib.* 4. *cap.* 36.

Soli gladium offendendi ritus, apud Athenienſes olim, memoratur vet. Scholiaſt, apud Euripidem, ubi de *Oreſte*, *Εὐθέως οἱ ἀνελθόντες τὸν ἄρεοπαγον, ὡς ἐοικὸς, τῷ ἀλλῳ τῷ ἐφεδρῳ δικαιῳ, σὺμβολον τῷ δικαίως πεῤῥησκευκεναι*, *Subdam ii, qui aliquem juſte interfeciſſe ſibi videbantur, ſoli gladium offendere, ut jure ſe occidiſſe ſignificarent.* Juſta autem habebatur cædes, ſi quis alium injuſtè vim inferentem incontinenti necaſſet, ex lege Demoſthenis *Orat. c. Ariſtocr.* citatâ, de qua V. Sam. Petitum *Commentar. in LL. Attices lib.* 7. *tit.* 1.

Solaris Cella, apud Spartianum *in Antonino Caracalla*, *Opera Romæ reſtituit, thermas nominis ſui eximias: quarum* Cellam Solariem *architecti negant poſſe ullâ imitatione, quâ facta eſt, fieri. Nam & ex are vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, quibus camerato una concredita eſt: & tamen eſt ſpatium, ut idipſum fieri negent potuiſſe doctiſi Mechanici*: à voce *ſolium* est, Græcè πίναξ, Latinè quoque *alveus*, cujusmodi alvei seu solia in tepidariis & caldariis Balnearum cellis erant, sicut ψυχρολούτρια, i. *piſcinæ*, in frigidariis. Et quidem, ficutin frigidariis natabant, sic in tepidariis & caldariis sedebant, in *ſolio*, lavatores, & ibidem aquâ perfundebantur, à balneatore vel mediaſtino. Plinius *de Balneorum* ſuæ *Laurentini* descriptione, dixit, h. e. ἐμβαθεῖς, & totidem in caldaria cella, quot piscinas in frigidaria, ponit, tres viz. Græci etiam δεξαμενὰς vocavere & σκαφὰς, unde σκαφολουτῆς & σκαφολουτρὸν, apud Medicos Græcos: item κάδους, ut apud Polluccm videre est. V. iconem libri superbißimi, superiori seculo, in thermis Titi, effosi, apud Car. Patinum *ad Suetonium Tito num.* 8. *pag.* 411. & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Vopiſcum in Carino.* Adde ſalem, quidquid extra *ſolia* vacat, ἄλσος fuiſſe G ecis dictum, ex Cl. Suicero in hac voce.

Solidare, Veteribus ſolum Indurare, unde *ſolide aquæ*, concretæ & glacie conſtrictæ, Ovidio; recentioribus insuper malta-

rect, h. e. ferruminare, propriè de metallicis omnibus, cùm partes eorum diversæ in unum glutinantur: laxiùs de aliis, uti videre est suprà, in voce *Malleha*. Hinc herbæ, quam Theophrastus Aristophanis exuri dixit, ad vitra conflanda (herbæ sc. Kali, ex cujus cineribus cum quodam filicum genere mixtis nitidissima crystallina conficiunt Venetæ Vitrarii) cineres in lapidem ferruminatos *soldam*, q. *solidam*, à *solidando* appellavere. Sed & verbum hoc Casliodorus, pro *mercede conducere*, posuit *Variar. lib. 3. Epist. 41.* uti *roborare*, Vopiscus in *Aureliano*, *jollere* Ammianus Marcellinus *lib. 23.* Unde *soldarius*, pro *stipendio*, & *soldati*, milites mercenarii; Gallis hodieque *soldats*; in *Glossis Basilic. σολδάριος*, *στρατιώτης*. Indidem *soldata*, Hispanis merces, stipendium; à quo in *Constitutionibus* Catalanicæ *MS.* Jacobi I. Regis Aragon. apud Car. du Fresne, meretrix *Soldataria* vocatur, quòd *mercedem* peteret.

Solidus, nomen aurei apud Romanos nummi. His enim cùm una fuisset olim forma nummi ex auro, non nisi *Aureus* is nominabatur, quo vocabulo differebat abargenteis Græcis, quibus ea erat ejusdem nummi. Dein *semisses* & *tremisses*, aurei & ipsi additi sunt, ad quos imò frequentiam, pro communi *Aurei* vocabulo, accepit vocabulum *Solidi*, quo dignoscereturà fui genere & materiæ nummis, non solidis, sed partibus ejus. *Solidus* igitur dictus, non à pondere, æquante sc. assem æreum, sed quòd esset integer, quum alia ejusdem metalli nomismata vel semisses vel trientes ejus essent. Lampridius *Alexandro Sev. Tunc que primum semisses aureorum facti sunt: tunc etiam, cùm ad tertiam partem trientes veteri auri decidissent, tremisses; dicente Alexandro, etiam quartarios fuisse, quod minus non posset. Quos quidem jam formatos in Monetis dicunt, expellans, si vetigal contrahere potuisset, ut eosdem ederet. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos justit, & tremisses tantùm* Solidosque *formari Formas binarias, ternarias, & quaternarias & denarias etiam ait quæ amplius usque ad bilibres quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, cupivit præcipit, nec ut in usu essent quum verò fari: asque ex eo his materiæ nomen inditum est, quam dicerer, plus largiendi hanc esse Imperatori causam, si quum multos Solidos minores dare posset, dare decem vel amplius una formâ, triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur.* Habebat autem *Solidus* drachmam & scripturam, sicque valebat denarios 14. & quatuordecim scriptula argenti cum trientefelipti, quatuor denarios & besem facientia, qui novendecim denarii sunt: Et sic longè ultra fcutatum & tertiam ejus partem exagabatur, paucisque abhinc annis accedebat ad duos fcutatos, quod constat ex Claudium *Admirand. lib. 2. cap. 20.* observat Gronovius: qui, cùm minutiarum harum Romanos nullam rationem habuisse appareat, *Solidum* cum ipso illo, quicum tunc mutabatur, argento sic confert: *Milliarenses 60. conjectabantur in libram argenti: ergo 1. in unciam: quinquies enim 12. sunt 60. Ergo milliarenses drachmæ Æginetiæ vel Schellingo Britannico par erat, nostris (* i. Holandicis) *denario sterlenis.* Sic 6. *milliarenses, faciebant tres florenos seu Scutatum*: 12. *milliarenses*, i. *Solarios*, 6. *florenos*: *atque id pretium Solidi*: quod Scaliger quoque animadvertit. Apud Chrysostomum *in Acta Apostol. homil. 11.* cùm is μυριάδα, pro 6000. sumit, uti conflat ex Anastasio Sinaita, *Solidum* intelligit, quoniam is 6000. denariorum æreorum conferetur, Salmasius *ad Ælium. Aug.* Quod bausisse videtur, ex Casiodoro *lib. 1. Epist. 10.* etsi interdum ad 7000. interdum ad 7200. hujus modi æreolos augeseret, ut videre est ex Novella Theodosii *de pretio Solidi*. Constantini *Solidus* quatuor fcutatos quoque fcuti in uncias erant: unde & *Sextulæ* Latinis, Græcis ἑξάγια vocari cœpere, quod primus monuit Scaliger, & eleganter ostendit locus Arithmeticus *ad στωϊκὸν in Κανονίσιν* apud Meursium &c. *Vicenos Solidos*, pretium minimum Servi decem annis majoris fuisse, legimus apud Justinianum *Comm. de Leg. l. 3.* A Constantini temporibus rationes ad *Solidum* conflci, hominesque locupletes & illorum Dispensatores & Procuratoresque inprimis domus Augustæ & æreum & argenteum pecuniam in auro computare, cœpere: Nempe, ut ve-teres calculatores Denarium, ita hi *Solidum* affis more, & ejus particularum vocabulis, partis; funt: quâ de re, ut & plura de *Solido* non Romano tantùm, sed & *Solido* Francorum vett. aureo argenteoque, *Solido* item Lubecensi & Turonico, aliisque huc facientibus, V. apud Joh. Frider. Gronovium *de Pecunia vet. passim*, inprimis *lib. 4. cap. 15.* & *seqq.* ut & Salmasium *ubi suprà*. Porrò *Solidi ἑξάγιον* (uti scribi vult Vireuditius) five pondus, inter Honorii nummorum typos, in fuo *de Summum &* Ingenium *Opere*, Argentum exhibet, ejusdem Augusti nomine & *Exagii* appellatione inscriptum, Car. du Freine. Quæ vox pro *solido*, seu pondere illius, postmodum utiurpari cœpit. *Νόμισμα* quoque dixere Græci recentiores, qui *Solidos aureos* etiam *χρυσίνους* appellarunt, à χρυσὸς, i. *aurum*; & *νόμισμα*, ab obryzo, quod *σόλιδον* appellavere. V. suprà in voce *Hyperpyrum*, & hanc in rem plura, apud eundem Auctorem *Dissertat. de Numismat. Imperatorii a. vi. num. 76.* item *in Glossario*, in voce *Solidus*, ubi etiam *de solido & denario sponsali* reuuntemini, ex L. Salica tit. 4. §. 1. cui emptio imaginaria in vett. Romanorum nuptiis respondit &c. de *Solido* vero *Provisino*, cujus meminit Cencius Camerarius *Ceremoniali MS.* Macros Fratres in *Hilerides*.

Solinienſium Urbs, Vide *Sollinienſium*.

Solis Cubile, in Cerne Inſ. Lycophroni, qui inde Autoram ortri facit,

Τᾶνδὲ σὺ κρίνοις ἃ Κίρνε πέλας Λιπόεσσα.
Cæſum maritum proximè Cernen inſulam
Thoro relinquens.

Quibus verbis Cernen ibi colloeat, ubi omnes alii Vett. Chryſen, *ſub ipſo Sole orientc*. Mimnermus in Colchis conſtituit,

Αἰήτεω πάλαι τοῦ δ' ἀκάμᾶς ἡλίοιο
Ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ.

Quem utrumque hallucinari docet Salmaſius *ad Solinum p.* 1244. cùm omnes alii Scriptores in Occidentali Oceano Cernen metentur, nec Colchicæ regionis ſitus quadret. Quòd ſi idem *Cubile*, unde cubitu ſurgit, cum eo quòd cubitum vadit Sol, in Hiſpanico Oceano id quatenduin, ubi equis illum frænа demere & componere ſe ad quietem, fabulæ Poëticæ, imò extingui etiam illic, nugabantur Philoſophiam quoque profeſſi. V. Cleomedem contra Epicurum argute doctèque ſcribentem *lib. 2. cap. 1.* A Barbaris certè ſibi *Cubilia Solis* oſtenſa, ſcripſit olim Pytheas Maſſilienſis; *ὅτι ὑδατώδης ἡμῖν ὁ Βαρβάροις ὅπου ὁ ἥλιος κοιμᾶται*, adhibi ſervatis à Gemino *Element. Aſtronomic. cap. 5.* Itaque *Thoris cardini* occaſum Solis ſuſcitavere Statium *Thebaidos lib. 1. verſu* 158. cui mirctur Heinſius *ad Silium lib. 3.* non videt Caſp. Barthius *Animadverſion. ad l.*

Solis Dies, orbis hebdomadici conſtans apud Vett. initium, licèt idem ſeptimanæ omnibus initium non eſſet: Chriſtianis, tam Orientis, quàm Occidentis, etiam hanc inchoat (graviſſimis de cauſis Sabbathi celebratione in illum translata) unde Græcis Chriſtianis, annum ἑβδομαδικὸν κυκλοῦσιν, *hebdomadicè ordinare*, pro eo, quod eſt à *Solis die incipere*, dictum, ut videre eſt apud Maximum Tyr. *Compuo Eccl. Part. 1. cap 23.* plura vero hanc in rem, apud Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta Diſcipl. Ebræor. l. 3. c. 20. & 21.*

Solis Urbs, adde: Duplex fuit, una in Ægypto prope Arabiam, in qua nidum fuum phœnix (*Solis avis* dicta) deponere credit, ea eſt, aitera in Arabia Thurifera, priorisi coloniâ; de qua utraque V. Salmaſium *ad Solinum pag* 549.

Soliſſimum Tripudium, auſpicii genus, dictum eſt, cùm pullus ad oblatam eſcam mox è cavea cum impetu proruentes certatimque in illam involantes, cam avidè depaſcerentur, ita ut veſcentibus illis aliquid ex ore relaberetur & terram pavíret, quod *tripudium* faceret, à *Solo* dictum *Soliſſimum*. Hoc optimum habitum eſt, & proindeſpe mirificà hauſtâ Pullarius, ut conſtanter fortiterque cœpta negotia ſuſtinentes urgerent, jubebat, & ſucceſſus optatosà Diis omniaque proſpera ſpondebat. Hac de re exstit decretum Collegii Augurum vetus, *avem omnem tripudium facere poſſe*: Quod ſi Pullarius omen meatitus fuiſſet, pœnam nemiquam effugere divinitus ei edebatur. Cujus rei exemplum referturà Livio *lib. 10.* ubi Pullarius mentiri auſus, & *Soliſſimum tripudium* Conſuli Papinio nuntians, paulo pòſt patefactà fraude ab altero Pullario, in initio pugnæ emiſſo temere pilo, ictus ceeidit, ſuique mendacii pœnas dedit. Verba ſolemnia in eo catando fuerunt, *damnare* & *addicere*, illud quidem in ſiniſtro præſagio triſtique eventu: hoc verò, in fortunatis proſperisq; auſpiciis. T. Livius *Patav. l. lib. 2.* Cum omnium *Sacellorum inauguriationes admiterent aves, in Termini templo non addixere*: & *Dec. 3. lib. 10. Fabio auſpicanti, priusquam egrederetur à Tarento, avis, ſemel aque iterum non addixerunt.* Hinc Ovidius *Metamorph. lib. 15.*

——— *Cerant addicere fortes.*

Reliqua V. ſuprà, ubi de *Pullariis*, & infrà, in voce *Tripudium Soliſtimum*.

Soliſtuvilia, Feſto ſacrificium trium hoſtiarum diverſi generis, tauri, arietis, verris, quòd omnes ex ſolidi integrique ſint corporis, dicta ab integris genitalibus hoſtiarum, quæ immolabantur: *Sollum* enim vel *Solum* idem Oſcis, quod *Integrum*; *Taurum* verò etiam Græci eam pudendorum partem vocabant, quæ à caſtratore in ſacrificio eximebatur. V. Scaligerum *ad Feſtum*. Ornabantur autem hæ victimæ vittis ac wæniis, atque ſic ad aram ducebantur, quam *Iona* etiam Guil. Braſicanus in ſuum *de antiqua Rom. religione* librum retulit. In luſtratione quinquennali, quæ Cenſoribus quinto quoque anno peragebatur, facri hujus meminit Dion. Halicarnaſſæus *lib. 4. Perfecta cenſu à Rege* (Servio Tullio, qui auctor hujus inſtituti fuit) *omnes ædes juſſi ſunt armati adeſſe, in campo Martio, ibi inſtructos in ſua quemque Centuria Equites, Pedites, Velites, luſtrari hoc Solitatvilibus. Hoſtiæ taurus, aries & hircus, ter circumducte circum exercitum Marti mactatæ ſunt. Hoc modo etiam noſtra ætate, poſt Cenſum, Romani luſtrantur à Magiſtratu ſanctiſſimo, quod luſtrum ſua voce nominant.* Apud Livium Sautvetaurilia invenias *lib. 1.* ubi eadem de re loquitur, quaſi vox eſſet ex omnium trium vocabulis, *Sus, ovis, tauri*, confuſa. V. Roſinum *Antiqq. Roma-*

narum

narum lib. 4. cap. 17. ubi de diebus festis, non stato tempore celebrasis.

Solium, perpetuum Regiæ dignitatis instrumentum fuit & argumentum, olim bodieque, in cujusmodi *Solijs* seu *Thronis* multum reverentiæ Veteres potuisse, vel ista Salomonis historia & alia Scripturæ monumenta indicant. Hinc de Adrasto Statius *Thebaid. lib. 1. versu 526.*

——— fulsere, effulsit eburno:

eburis enim antiqui olim temporis summum pretium summaque etiam copia fuit, ut quo tota concavia ornata & velut constructa fuisse, colligimus ex Psalmo 45. *versu 9.* quem his verbibus reddidit Apollinarius,

Χλωρὸν τὸ σμύρνα, κασία δ' ἄκρα σὺν δὲ κάλαμοι
Ἐκ πατρὸς ἐλεφάντ᾽ ὄφρα σὲ θυμῆρες ἰάνθοις.

Et de Parthis Claudianus,

Si tibi Parthorum Solium fortuna dedisset.

Quod etiamnum apud Persas, aliosque Orientis Monarchas obtinet, apud quos, innovorum Principum inaugurationibus, non coronationis, sed *elevationis* solum in throno seu *solium* ritus adhibetur. V. quæ de Majestatis hoc insigni adnotavit Casp Barth ad *Claudianum lib. 1. Consulatus Honorii.* Sed & in Ecclesia vett. Christianorum, *Cathedra* vel Throno corporis ac singularis Dominici symbola fidelibus distribui consuevisse, statuit Meursius, uti diximus supra in voce *Solea*. Certè ex eo more ipso id fusse factum, indicat *c. Lucifer anus* Hieronymus, *Episcopum Corpus Domini adorantes & de sublimi loco Eucharistiam populo ministrantem*, & Chrysostomus, *Ea de causa*, inquit, *stans excelsus—— tremendas in illo silentio vehementer exclamat, Sanctis Sanctus.* De *Solio* verò Balneorum, V. supra in voce *Solaris Cella*: Sicut de *Solio*, i. limine, maximè *Limine Confessionis*, Græcis hodiernis ἅγιον, ad quod subsilitebant, qui Sanctorum sepulchra visitatum ibant, C. du Fresne in *Descript. Ædis Sophianæ*. De *solio* tandem ædilibus, in publico mortui conditi, supra in voce *Alveus*.

Solliacum: vulgò *Soailly* vel *Seully*, locus Lotharingiæ est, in Ducatu Barrensi, in conventu ejus Juridico, qui a Barro, Ducatus Barrensis capite, *Barrensis* dicitur. Quatuor enim in hoc Ducatu juridicos conventus esse, Conv. Barrensem, Conv. S. Michaelis, Conv. Claromontensem & Conv. Bassinacensem, diximus alibi.

Solma, adde: Habent hi Comites in Veteraviorum Comitum scamno locum inter præcipuos, quorum genealogiam peculiari volumine deferipsit Alb. Otto Bilgen. Originem quærunt in domo Nassovica, Nam ex Eberhardi Com. Nassoviæ, qui sec. IX. floruit, filiis unum Philippum, arcis *Solmæ* & hujus gentis conditorem constituunt. Peculiaris linea, *de Kaningsberg* dicta, sec. XIV. defecit. Qui nunc superfunt, omnes communem patrem habent Ottonem, qui decessit A. C. 1409. Ab hujus enim majori filio Bernardo, linea *Braunfelsia* descendit, in tres iterum ramos, *Braunfelsium, Hungensem & Greiffensteinum*, divisa. Ab altero Joanne *Lichosis & Lambachia* linea ortæ sunt, quarum illa denuo, in *Lichensem & Hohensolmensem*, subdiffinguitur: illa in *Laubacensem, Sonnervaldiam & Rodelsheimensem*, de quibus omnibus V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ.* & hic paßim. *Braunfelsini* hic saltem, utpote præcipui, series exhibebitur. Bernardus Com. de *Solms in Braunfels*, qui obiit A. C. 1459. ex Elisabetha Tenburgica, genuit Ottonem, qui obiit A. C. 1504. patre ex Anna Nassovia Bernardi, qui decessit 1547. Hoc & Margaretâ Hennebergicâ genitus Philippus diem obiit A. C. 1544. & ex Anna Tecklenburgica fuscepit Conradum, cui emortualis fuit annus 1592. Huic Elisabetha Nassovia peperit Jo. Albertum defunctum A 1623. cujus liberi, ex Elisabetha Sayn-Wittgenstenia, fuere, Elisabetha (n. 1593 ux. Wolfgangi Friderici Rhingravii) Ursula (n. 1594 ux. Carolophori Burggr. de *Dhona*) Conradus Ludovicus (n. 1595 qui nupsit Joanna Sibylla de *Wimeberg*) Joannes Albertus (n. 1597 nuptus Joannæ Elisabethæ Falckenstenianæ, den. 1648.) Amalia (n. 1502. ux. Henrici Friderici Nassov. Arausionensis) & Luisa Christiana (n. 1606. Jo. Wolfardo B. de *Brederode* nupta) omnes *Comites in Solms &c. in Braunfels*. E quibus Joanni Alberto nati sunt, Henricus Trajectanus (n. 1635.) Amalia & C. V. præfatum Spenerum *P. I. p. 118. & C. P. III. 885.*.

Solonium, Allobrogum urbs, V. *Solon*.

Solox, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4. Sed & —— pugil, Cleomachus utique strictui vellicat cassium virtâ occupavit: ita & endromidis folocem aliqua mulicisa fimbrijs extrusit*, pinguis est & crassus. *Solocem* enim *endromidis* dixit Græca fig. pro *solocem endromiden*, quod genus vestis crassiæ & Athletis tribui solitæ, tanquam propriæ & usitatæ, Latinis significavit. Sic Titinnius, *Land soloci ad purpuram data*: Lucillius apud Festum, *solox pecus*: Symmachus, *quare elaboratam soloci filo accipe camillenam &c.* Ex Græco σόλος-ος, quâ voce Græci indigitarunt, quidquid rude & impolitum & crassâ pinguique Minervâ factum est. Nec enim de vitiosa loquela id verbi tantùm usurpatum est, docet ex *Excerpsis Gretsi* Salmasius *ad Tertull. d. l.*

Solpuga, vel *Solipuga*. Græcè ἀκαλαφὴς, bestiola est aranei generis, sic dicta, quod ita scriter pungat, ut *tonum* videatur esse *punctura*. Plinius' formicis asscribit *lib. 29. cap. 4. Est & formicarum genus venenatum, nascitur in Italia —— Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bætica.* Et in phalangii speciebus *propinquus* ei, a formicæ similitudine nomen habens, de quo Nicander *Theriac.* Plinius & Avicenna. V. Salmasium *ad Solinum* p. 100. Vossium *de Idololi. lib. 4. cap. 96.* & Sam. Bochartum *Hieroz. Parte posteri. lib. IV. cap. 13.* ubi inter minuta animalia, à quibus integræ regiones desertæ redditæ, *Solpugas* quoque memorat, quippe à quibus circa Cyanmolgos Æthiopas regionem late vastatam, ait Plinius.

Solstitium, antiquis propriè ἡ τροπὴ ἡλίου, sicut *Bruma* ἡ χειμερία. Virgilius *Georgic. lib. 1.*

Humida Solstitia, atq; hyemes optate serenas
Agricolæ.

Ubiætates humidas optandas esse agricolis, ut contrà hyemes, h. e. brumas, serenas, innuit. Horatius *Epist. lib. 1.*

Bannia solstitio, campestre nivalibus auris &c.

Unde *Solstitialis herba* Plauto & Ausonio, quæ vix solo prodiit & statim æstatis caloribus exarescit, ea non, quæ *Solstitio* nascitur, circa Τροπὰς ἡλιακὰς: & *Solstitialis plaga*, apud Solinum, quæ ad orientem æstivum est. Recentiores vero pro bruma, *Solstitium hibernum* dicunt, alteri *æstivi* epithetto adjecto. Quia autem *Solstitium* ratio impedita & ardua, instrumenta excogitarunt Mathematici vett. quibus ad *Solstitia* & Æquinoctia deprehendenda uterentur, cujusmodi fuit gnomon Anaximandri in Scotheris quem constituras Lacedæmone, quem magno errore Plinius pro sciotherico horologio accepit: Quippe non horas (quarum tum nondum usus inventus) sed æquinoctia & *Solstitia* hujusmodi organis ostendebantur. Item Phrygedis Syri Astrologi Ἀπαρτισμὸν, in Inf. Syro ab eodem statutum, cujus Lacetius in eo meminit. Metonis porrò Heliotropium æstivum, quod ille primus Athenis statuit, in Pnyce: ut alia omittam. Quæ instrumenta ad rorum ἀτόκων videntur fuisse facta, in quibus & γνώμων sive umbiliens arcuus fuit, quo τροπαὶ monstrabantur, sic itaquein inquirebant, de *Solstitio* quoque dies jam præterierint post τροπὰς, & ex umbrarum incrementis decrementisque temporis fui rationes imbunt: uti pluribus docet Salmasius *ad Solinum p. 305. 314. 422. 632. & seqq.*

Soltwedia, Germ. *Solt-wedel, opp.* non ignobile Marchiæ Brandeburg. sub proprio olim Comite. Et quidem, cùm terras, quibus nunc *Marchiæ Brandeburgicæ* nomen, Vandalis Henetisve debellatis, Henricus Aucups Sigefrido Ringelhemii Comiti primùm dedisset; huic subrogatus est Gero Com. Altenburg & Mersburgi, quem Bruno excepit Werner Comes A. C. 95. Hujus postmodum nepote Theodorico ab Oborritis pulso, udo *Soltwedelensis* Comes, Conradi III. Imp. opibus fultulatur, eas occupavit. Verùm proscripto Udone II. ob Saxonum partes adversa Henricum IV. fustentatas, Priamislao Oboritorum R. dilicnis invadendæ copia permissa est: quo defuncto ad Afcanios pervenit. Tob. Pfanerus *de præcipuis Germaniæ Principp. Gensibus cap. 4.* V. quoque *Solis Vallis*.

Solvere & aperire, analoga, ut *ligare* & claudere, quò antiquissimis temporibus, cùm clavium ferarumque nondum usus esset, vincula & nodi huic rei adhiberentur. Hinc in Sacris usurpatæ voces, ut videmus supra passim: etiam ad Magicas artes translatæ, ac cantibus herbisque *ligari* & *solvi* ve homines dicti. V. supra, inprimis in vocibus, *Ligare* & *Nodus Veneris*. De verbi propria acceptione ut pauca addam, non amare solum, sed & amorum fuorum compotes existimabantur olim, quibus in convivio *solvebantur* coronæ, uti de capturio illo Theocritæo legimus *Eidyll. 3.* Et hoc est, quod prisci dicebant, coronæ in convivio cadere seu diffluere, nempe somà & coronâ unguento madidis & hinc facile fluentibus. Ovidius *lib 1. Eleg.*

Ergo amor & modicum circùm mea tempora vinum
Mecum est & madidis cadet corona comis.

Et qui item eo insuper artificio plectebantur coronæ, ut de procedente convivio, & invalescente libidine, facile defluerent solia & flores, e quibus serta convivalia conflabant: quo velut signo dato quisque in vicinæ sibi mulieris amplexus ruebat. Ad quam fœditatem allusit Hieronymus *lib. 1. Epist. 43. Nunquid in Laudibus tuis celata de virgis Nunquid inter epulas Christianæ virginalibus oculis Bacchantum, Satyrorumq; complexus innexui.* V. quoque Clem. Alexandrinum *Pædagog. lib. 2. cap. 4.* Quintilianum *Instit. lib. 1. cap. 3.* Philostratum *in Imaginibus*, Alios Cur autem *solutio*, vel etiam fessio seu detractio coronarum (nam ipse & fundebantur aut detrahebantur, si non sponte defluerent) velut classicum impudenti huic protervitati adhiberi consueverit, V. pluribus disputantem Athenæum *lib 15.* Quanam vero in loca *in loco vinum* ipsi dicantur Agrimensoriæ Rei Auctoribus, V. supra in voce *Absolutum*.

Solymi, populi in summis Tauri montis jugis constituti, inter Lycios & Pisidas, propterea à Strabone nunc his nunc illis attributuntur. Deos hi fuere post mortem tres illos è Virtis Principibus, Ἄρπαγον, Δρόμον, Τροφώνιον, ut eos appellat Plutarchus *de defectu Oraculi*, ubi illos ait vocatos Deos ἐπιχθονίους, quod Turnebus *levos* vertit. Sed Exigis rectiorem esse, conflat ex Eusebio *de Præ-*

par. Evang. 15.c. ubi hunc locum adducit, fed tres Principes adpellat Ἄσιαρχ., Ἀρχιτ. Τέσσαρ., ac Τετάρτ. quoque eft apud Suidam. Verùm apud Theodoretum *Graecarum affect. curat. lib* 3 ubi idem Plutarchi locus adducitur, pro Τέσσαρ. eft Τρεῖς. Et pro Ἀρίων, vel Ἄριστ., ibi legas Ἀγαθ. Δαίμ., dicti videntur, quia ſtatuæ eorum eſſent *e Sibra*, hoc eſt, *marmore*. vel ut alii malunt, γρ. ſ/s. Ac nihil minus verifimile, quàm ἐκλογὰς dixiſſe, quos interemptos tantopere dolerent, &, pro benefactis, divinis afficere honoribus vellent. *Duros* tamen redditum legas quoquè in ea Theodoreti interpretatione, quam doctiſſimus Sylburgius recenſuit. Sic in Lycia infra Cragum Pandarum Pinorum incolæ colueresin Cilicia Niobe, ita Caria Thelpiſſum Rex apud Rhodios Alexandr. M. apud Alabandenſes Alabandus, Epheſi Pyxodorus cuſi funt: Aliique alibi vivos de ſe, dum viverent, benemeritos, poſt obitum tum inter divinis honoribus extulerunt, Gerh. Joh. Voſſius *Idolol. lib.* 1. *cap.* 21. V. quoque Salmaſium *ad Solinum pag.* 619. ubi *Solymos* pop. eosdem cum Piſidis faciens, priùs ſic dictos eſſe contendit, nec non p. 784. ubi de *Solymis* mentibus, unde illis nomen, plura.

Somnia, è Tellure naſci credita olim, χθὼν γάστηρ ἀνέφων, ὀνείρων, *mater Somniorum!* Euripi. cujus rationem hanc reddit Scholiaſtes, ὅτι μὴ ὄντα τὰ τεφθέντα ὑπὸ τῆς γῆς φαίνεται ἐν ὕπνοις ὡς ὄντα· ἡ γὰρ γῆ πάντα ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ τεθαμμένων ἀναδίδωσι, ἃ ἐν τοῖς ὕπνοις ὁρῶμεν, ἐ ἐκβολὰ ὁμοὶ ἐ ὁμοιὰ *Somnia*. Alii ex Hecate vel Luna eorum originem arceſſunt, quæ ſententia cum priore coincidit, & ſimul tempus, quo oriri ſolent, indigitat. Eorum ſpecies Macrobius facit quinque, Φάνταστα, Ἐνύπνιον, Ὄνειρον, Ὄραμα, Χρηματισμὸν. Al i div. dunt in ὀνείρους, διαφορὰς ὀνείρων ceu vitæ in propria forma apparent, & ἀλληγορικὰς, cum aliud videtur, aliud intelligitur: quale fuit *Somnium* Julii Cæſaris, qui cum Matre ſibi vitio ſtrato concumbere: *Fore facilè enim impetrium ejus ipſi portunde atur, quæ cunctorum terrenium Mater.* Imò tam exactè à priſcis *Somniorum* diſcrimen obſervatum eſt, ut tre fingerent Somni famulos, Morpheum, Phobetora ſeu Icelon & Phantaſum, quorum ille *Somnia* Hominum, ille Brutorum, hic de rebus inanimatis, præſſe credebatur: Duas item fabricarè portas, quarum luvo ucris *Somniorum* diverſitatem ſignificabant; *Eburneam* nempe & *Corneam*, de quibus ita Porphyrius apud Macrobium in *Somnio Scip. lib.* 1. *cap.* 3. *in fin. Eburnea portæ falſas insinuationem rerum ſtylus deſignat, cornea enim ſolidum eſt, & non pervium; Cornea verò rerum expreſſa ſimilachra, transluciditate, ut, viſuntis, fides ſit admittenti cornuum natura.* Ubi cauſam commenti exprimit præter quam & alias Eruditi reddunt. Namque vera *Somnia* τὰ ἐνυπνιαζόμενα vel πράσσοντα, i. *effectum* dant: falſa autem ἐκφαίνοντα ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὰ ἀπὸ ἐναντίων ἀποβαίνοντα, adeoque illa ex κέρατος, ista ἐξ ἐλέφαντος, prodire ſingebantur. Præterea, ſunt qui per *Cornu* intelligant oculum & χρυσὸν ejus κεφαλὴν, *auricam cornuum*; per *Eburneum*, dentes eburneos: Veritas autem id videtur, quod oculis apprehendimus. Etiam animantium cornua in ſublime erecta, proin ὑψώσεις ſeu διανοήσεις ὑψηλὰς, *cæleſtia aque Jove miſſa Somnia*: probocis autem Elephanti terra versus propendens, χθόνιος, i. *terreſtria* & *craſſa*, videbantur denotare. Et vitulorum Cornea huic portæ occasionem dediſſe cæſi arietis cornua, in cujus pelle *Somnia* antiquitus, in Templis variorum Numinum, captare ſolebant; ut diximus ſupra in voce *Μόσκος*: Pectora quoque, ad hanc portam alludendo, *Somnium* effigiabant, alibi indutum velle ſuper nigra cum cornu in manu. Per has itaque portas ex inferis prorumpere credebantur *Somnia*, quas ex diverſitate finxere: Unde ὀξὺς ὑπνος Homer. *Odyſſ.* ϕ. & τανυήκης ὕπνος Lycophr. Affingebantur ipſis alæ velpertilionum nigræ & patulæ, Unde iterum *Somnium* Euripidi μελανόπτερος, Orpheo φοινικόπτερος, Luciano πτηνὸς. Et hæc quidem ſpectra ex inferis locis virga iuſu Mercurius ſyrolucre dicebatur, ad quem proin, quoties cubitum abiturus erat Vet. ultimæ ſemper preces dirigebantur, uti Calafiris ſeeit apud Heliodorum, qui, poſt ea invocatos Deos omnes, ſub finem Mercurium rogavit ὑπνοφόρον τε καὶ ἔνθεον. Eandem ob cauſam in conviviis ultimum eidem poculum libabatur: *Merum* quoque, los Icones Mercurium referentes, ad falcra lectorum, quæ hinc Ἑρμαῖαι dicta, affigebantur. Eidem & victimæ hinc in finem lacrificabatur, quarum lingua exemta conjiciebatur in ignem, in honorem ejus ὡς ἄγγελ. ἡ ἐσωτερικὸν ὀργάνου. Cum ſic dorm entibus *Somnia* contigerant, narrabant illa Veitæ, vel Dis Penatibus: Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 29.

Vidi ego hinc caſtæ narrabat Somnia Veſtæ,
Quæ ſibi quæq; mihi non ſine numine ſtrem.

Vel etiam Soli, ac poſtmi Averruncо, qui properera Ἀποτρέπαιος, ὁ Ἐξακεστὴρ & Προσεκτήρ vocitatus eſt, a ſtatuis ejus, quæ in porticibus ſtatui ſolebant. Hercuii item ac Jovi, ut apud Plautum videre eſt. Sed Soli imprimis, ἐπὶ τοῦ ἡλίου ἐσπέρᾳ ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν τρεπόντων ἐρχόμενοι, *unde Noctis contrarias iſſe, malum averterent*, Schol. Sophoclis *Electr.* ἐπὶ δὲ ἑσπέραν τέτραπ. Quem ritum vocabant ἀποτέλεσμα, ἀποτροπιασμὸς & ἐξαποτρεπτὸς ὀνείρων ἄγων, proprie ἀποτροπὴ ἐκ τοῦ κακοῦ. Ita apud Euripidem *Hecubæ* Iphigenia cum ſomniaſſet domum ruiturum, Soli illud, narravit: Apud eundem *Taur. verſu* 43. legimus,

Ἃ κακὰ δ' ἔκανε τὸ φίλτρον Φάτνιος,

Αἴξω πρὸς αὐλὰς ὕπτιος ὁ τόδ' ἐς ἡμέραν.

Porrò loto corpore oblatisque victimis *Somnia* expiabant. Abluebant autem corpus in viva aqua, hæc enim luſtrationibus adhiberi conſuevit, eaque vel fluviatilis, Sil. *lib.* 8.

Sub lucum, ut vilo ſecundem,
Oro Caſtalias & vivo purgor in amne.

Vel marinâ: Namque credebatur

Θάλασσαν πλύσει παῦρα τ' ἀθρόνιον ἐμοὶ.
Mare abluere omnia hominum mala.

Nonnunquam verò caliſan fuiſſe adhibitam, Ariſtophanes ſuggerit *Ranis*,

——— Ἐκ τοῦτ' ἐμὲ δρόσον ἄφητε,
Ὅπως δ' ὑδρώ,
Ὡς ἂν ῥᾴον ὕπνον ἀναλύσω.

Pergebant dem ad Oneirocritam, cui officio vetuſæ plerunque, utpote in ſuperſtitionem mirè proclives, præerant. Propertius *lib.* 2.

Quæ mea non dedit Somnia verſus anus.

Divinitatis enim cultus in Somnis incidit, credidit Antiquitas. Xenoph. de *Magiſtratu Equit.* Οὐ τοι γ' πάλαι ἐπεὶ ἐ προσεμαίνετο, οὐ δεισιδαίμων ἐ ὀνείρατα ἐ ὄρνιθας ἐ ὁδοὺς ἐ ἐν ἱερείοις ἐ ἐν σπλάγχν. Statius *Theod. l.* 5. *verſu* 134.

——— *Deus hæc, Deus ultor in iras*
Apportat, ſæpiùs, ſavet, nec imago quietis
Vana mea.

Unde Oneirocritice, id eſt, Scientia ex ſomniis divinandi, antiquiſſima eſt, quam Plinius *lib.* 7. *cap.* 57. ab Amphitryone, Deucalionis filio: Paufanias *Atticis*, ab Amphiarao vate: Philo Judæus *lib. de libidis Amalep.* ab Abramo Patr. inventam tradiderunt, certiore Auctorum concordia Joſepho id gloriæ vindicante, quem vendritum Ægyptiis primum mortalium volunt Jo*mnia* interpretatum V. Trogum Pompejum apud M. Jun. Juſtinum *lib.* 36. Poſtea à Telmiſſenſibus inprimis exercita eſt, è quibus Ariſtander tempore Alexandri M. floruit, ut apud Curtium videre eſt. Meminit eorum Tertullianus *lib. de Anima cap.* 46. *Telmiſſenſis nulla Somnia evacuant, imbecillitatem conjectationis increpans*, ſuntque non minima Antipatrinæ pars, ut videre eſt apud Dempſterum *in Roſinum lib.* 2. c. 3. Quide ea commentati ſint Veteres, ſtantur apud Jul. Pollucem, Suidam, Euſtathium, Hadr. Junium *Animad. lib.* 1. *cap.* 18. Voſſium *de Philoſophia*, Alios. V. quoque ſuprà in *Oniroritice*. Illa autem inprimis, quæde Rep. erant, efficacia credebantur, Proin is, qui ſomniaſſet, per Præconem, frequenti die, publicè per quietem viſorum certos reddebat cives, ut ad A. Perſium *Eruditiſſ* admodum tantum tied nc id, fine ſolenni expiatione, de qua dictum, cujusque etiam meminit Juven. *Sat.* 6.

Tor natalino Tiberi mergeret.

Et Perſius præfatus *Sat.* 1.

Hæc ſanctè ut poſcat, Tiberino in gurgite mergi,
Mane cupus buccrg, & noctu flumine purgat.

Tibullus item *lib.* 11. *Eleg.* 5.

Ipſe procuravi, ne poſſent ſa va nocere
Somnia, ter ſalis de veneranda mola &c,

V. præter Dempſterum præfatum, de *duabus Somniorum portis* Homerum *Odyſſ.* τ. Autoſium *Ephemerid.* Nonnum *Dionyſiac.* Platonem *Charmide*; *Somnia divinatione pura*, ſuper Meloas inprimis in Templis, cum obſervatione diætæ; *Somniorum* item *ſpecibus* variis eorundemque *ſignificatione*, Franc. Roſſeum *Archæol. Attic. lib.* 7. *cap.* 3. 4. 5. de his autem & Cl. Voſſium de *Idolol. l.* 3. *cap.* 35. II. Calaubonum ad *Theophraſti Characteres*, Ant. Delrium *ad Senecæ Octaviam*, Jo. Levincium *ad Propertium lib.* 2. *Eleg.* 29. Jo. Wowerium *ad Patronium*, Caſp. Barthium *Animadv. ad Statium* paſſim, inter alia *Thebaid. lib.* 5. *verſu* 620. & *Thebaid. lib.* 10. *verſ.* 572. & 602. Alios de *Somniorum immittendorum poteſtate*, quæ credebatur iis conceſſa, quibus divinitatem aliquam majorem attribuebant Veteres, deque *curationibus per Somnia* & τοῦ παγκοίτου ſeu *remediis* à Deo aliquo per ſomnum præſcriptis, Salmaſium *ad Solinum pag.* 350. & 351. &c. nec non hic infra.

Somnialis, Græcè Ὀνειροπομπὸς, cognomen Herculis, quo is apud Romanos cultus eſt. Vetus *Inſcr.* Romæ,

V. F.
CVLTORES. HERCVLIS.
SOMNIALIS. DECVRIA I.
DIS. MANIBVS.
SIBI ET. POSTERISQVE SVIS
II. QVI INFRA SCRIPTI SVNT
Q. CECILIVS Q GALL. LVCCEIANVS.
Q. CECILIVS. A. MVNDVS. AVG.
T. FABIVS. SEPPIANVS &c.

integram habes apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 311. Hercules nempe, qui maximè ἀλεξίκακος apud Vett. creditus eſt, etiam *Somnialis* nomine colebatur. Cum enim, uti Lucianus docet, de Hephæſtione inter Divos referendo, tres hæ divinitatis notæ præcipuæ habentur, *Somnia*, *Curationes*, *Oracula*, quibus ἐπιφάνεια addenda: curationes per Somnia plerunque præſcribebantur, ἐπιφάνεια quoque frequentes in ſomnis ſebant; quum divus

appa-

apparere visus per somnum hæc aut illa sanitati vel conservandæ, vel recipiendæ præcipiebat, cujusmodi remedia συστατικὰ dicebantur. Unde illa, quæ crebrerime occurrunt in Vett. monumentis, SOMNIO MONITUS. Atque hi Divi præcipue ἀκεσίου habiti: de Hephæstione, ἥδιον ἂν εἶδε τὸν ἀκέσιον. Unde & Hercules illud cognomen. Sed & ὀνειροκρίτου, h. e. *Somniales*, junctim invocabantur, in Sacris Magicis, uti ex Justino Martyre & Eusebio notat Doctor præfatus d. l. V. quoque supra ubi de *Parcariis*.

Somnus, Aristoni *arrhiferrimus publicanus*, ut qui dimidium ætatis nostræ ad rapit; *Lethes frater* jure dictus in *Etymn.* una cum Somniis, Fato, Parcis, Morte, Noctis filia, creditus est olim, uti discimus ex Heliodo in *Theogon.* Certe Pausanias *Eliacis* apud Elæos in templo quodam fœminam expressam fuisse, quæ pueros sustineret sopitos, manu quidem dextra album, at sinistra alterum nigrum, & hunc dormienti similem, ambos distortis pedibus: quorum inscriptiones indicaverint, alterum *Somnum* esse, mortem alterum; ut fœminam quæ utrumque alteret, *Noctem*: memoratque Homerum dixisse, ὕπνῳ δ' ἅτερον ἔπτατο χαλκῷ, Καὶ θάνατον· τὸν δ' ὦκα κασιγνήτῳ ἐφύλασσε Ὀνείρατα.

In quæ V. Natal. Diii. V. domum ejus, in cujus vestibulo Otia excubare fingebantur, describitur, apud Calp. Barthium *Antimodv. ad Statium Thebaid. lib.* 10. *versu* 83. *alibique passim*. Et facit huc, quòd junctim culta hæc Numina, *Somnus* & *Bacchus*, idque pro maximis Diis, occurrunt, in *Inscr.* LXVII. 8. Nempe his, quibus in ingloria marcere quietis fuit volupe: Alia eorum mens, quibus præcordia de inferiore luto fictâ. Hinc memorat antiquissimum non solùm Æcetarum, sed etiam Studiosorum, institutum, aliquid exogitare πρὸν ὑπνοφλυκτῖν, ut loquitur Dio Cassius & quò breviorem sibi *Somnum* facerent. Omitto Platonis horologium noctturnum, de quo Athenæus *lib.* 4. De Aristotele, narrat Diogenes, solitum ita le componere ad dormiendum, ut porrecto brachio pilam æream teneret, cui pelvis ænea erat supposita, ut pilæ casu excitaretur. Tenuit idem institutum, à Præceptore acceptum, Alexander M. de quo V. Antinatum Marcellin. *lib.* 16. Quo pertinent, quæ de Lycurgo Oratore, narrat Plut. *in vita ejus*, in vili solitum quiescere lectulo; in quo nihil erat præter κώδιον & προσκεφάλαιον, *pellem lanatam*, & *pulvinar*. Item, quæ de Ulpio Marcello narrat *Dio in vita Commodi*, & ex eo Suidas in Μάρκελλος: & quod idem Ammianus de Juliano scribuisse illum non in plumis & stragulis sericis, sed in capere & fisyra, quò *Somnum* facilius abrumperet. Sed longè ingeniosiora sunt, quæ de Ascetis, tam Judæis, quàm Christianis, apud Vett. leguntur, sicuti Castitatem refectionis suæ bonam habuerunt, sic & *Canonicum Somni tempus ac mensuram*, ut loquitur Cellianus. Igitur partem ad vexandum corpus & eam, quæ Patribus dicitur, ἀνάπαυσιν, partim ad minuendi *Somnum*, fuerunt Ascetis in usu χαμεύναι, *humicubationes*, & κλίσεις καθίσματοι, herba aut fœnum loco culcitræ, mattæ, floreæ, pluthiæ, & mafortes aut melotæ, ac his similia ad incubandum: Item apud Cassianum *Eremomita*, *Cibal.* 1. *cap.* 11. *dicta* παρὰ τὸ βοσκεῖν, quod *dormitare & somnum revocare cupere*, significat; quæ Ascetæ fasciculis stipulæ farta vel papyro (ut apud Philonem de Essenis) aut duro Christianorum Monachico, Eruditi annotarunt. Similimum enim est, quod de Sua & Basilii Magnatre B. Macrina, refert Gregorius Nyssenus *Epist. ad Olympium Ascetam*. Ibidem, sequuntur duo alia exempla Ascetic arum inventionum, *Alii calculos illorum colligebant, eosque sibi fastenebant, ut iis compunctis in profundum somnum ne inciderent. Alius in eundem finem pro strato spinæ erant.* Qua de re V. plura apud Isaac. Catalobonum *Exercitat. II. contra Baronium* §. 9. Aliud planè delicatorum apud Romanos institutum fuit, ut *Somno* largius & minori impedimento indulgerent, suos habuere Eunuchos, Silentiarios ac Quietis Ministros, quos ad *Somnum* appellat Curtius *lib.* 6. ubi Philotam, *per dispositos, quos ad Somnum habebat, commilitones procul relegasse* scribit, *ne fœmina illa murmurantium inter fessientio versus, quàm soro, excitaretur.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & supra in voce *Quies*, item *Silentiarii*. Neque verò noctu solùm, sed & interdiu *Somnus* capi consuevit: unde multis Veterum *Somnum meridianum* frequentatum esse, observat Casaubonus *ad Aug. Suetonii c.* 70. Salmasius *ad Solinum pag.* 1120. quem tamen inter vetita habet Schola Medicorum, cui ab urbe *Salerno* celebre nomen est. A *Somno*, dictæ imagines *Somnurnæ*, Varroni *Promethei* 2. apud Nonium,

Somnurnas dixit, quæ in somnis videbantur.

Vita fe. noctuma & somnia, ὀνείρατα φαντάσματα. Cujusmodi imagines eorybantiasmo laborantibus frequenter obversari diximus in hac voce. V. quoque Salmasium *ad Solinum pag.* 1086. uti de *Somnisfurgite*, Vossium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 37.

Sonchedes, Archiprophetæ Ægyptius, Pythagoræ præceptor, memoratur Clementi l. *Strom.*

Sonderburgum, adde: Fuit Joannes is fil. Christiani III. Dan. & Norv. R. ex Dorothea Saxonica, & ex Elisabetha Brunsuicensi Alexandrum genuit, defunctus A. C. 1622. Hic junxit fibi Dorotheam Com. Schvvartzenburgicam, exque illa fuscepit Joannem Christianum (n. 1607. den. 1653. poftquam Annam Oldenburgicam aliquantdiu uxorem habuisset) Alexandrum Henricum, qui (n. 1608. ductâ in uxorem filiâ Paftoris Evangelici, dein ad Romanam communionem transiit & Colonellus imperatoris in Silesia vivis excessit A. C. 1667. Ernestum Guntherum (n. 1609. maritum Augustæ Holstæ) Georgium Fridericum (n. 1611.) Augustum Philippum (n. 1612. Claræ, dein Sidoniæ Com. Oldenburgicarum, fororum, tandem Mariæ Sibyllæ Nassoviæ Saarpontanæ, maritum) Adolfum (n. 1613. den. 1616.) Annam Elisabetham (n. & den. 1615.) Wilhelmum Antonium (n. & den. 1616.) Sophiam Catharinam (n. 1617. Antonio Guntherо Com. Oldenburgico ultimo nuptam) Eleonoram Sabinam (n. & den. 1619.) & Philippum Ludovicum (n. 1620. & primò quidem Catharinæ Waldeccinæ; inde Annæ Margaritæ Hassiacæ maritum) omnes *Duces Slesvici & Holsatiæ &c. in Sonderburg.* E' quibus Joannes Christianus, Patris successor, filium reliquit Christianum Adolphum (n. 1641.) qui *Sonderburgum* urgentibus creditoribus amisit. & Regi permittere coactus est: Ernestus Guntherus plures fuscepit liberos, inter quos Ernestus Augustus Pontificius accessit: Augustus Philippus ex tertia conjuge, utriusque sexus liberos moriens 1675. reliquit: Philippus tandem Ludovicus, ex posteriore conjuge fuscepit Fridericum, Chiliarchum Casarcum, qui Carolam Ducem Ligniciam duxit & à patre Wisenburgum emit, an. 1674. Car. Ludovicum, & Wilhelmum Christianum, præter filias. V. eundem Spenerum *Theatr. Nob. Europ. Part. I. p.* 108. *Sylloge secundo edit pag.* 152. & *Segm.* nec non *Artis Heraldicæ Parte Spec.* ubi de hac Familia.

Sonderenhusum, Germ. *Sonderenhusen*, civitatem Germaniæ, in Thuringia, sub proprio Comite, ex Fam. Schvvartzenburgica. In hac enim, cùm Guntherus, qui obiit A. C. 1572. duos habuisset filios, major natu Jo. Guntherus *Arnstatensem* lineam orsus est, quæ iterum abiit in tres ramos, *Arnstat., Sondershausen* & *Ebelebensem*. Antonius namque Guntherus filius medius Christiani Guntheri (defuncti A. C. 1642.) & Annæ Sibyllæ Schvvartzenburgicæ, *Sondershusium* nactus, junxit sibi Mariam Magdalenam Com. Palatinam (fil. Georgii Wilhelmi Com. Pal. *Rheni in Birkenfeldia*) atque ex ea genuit Annam Dorotheam (A. C. 1645.) Christianum Wilhelmum (1647.) Claram Julianam (1648.) Eleonoram Sophiam (1650.) Antonium Guntherum (1653.) &c. omnes *Comites Schvvartzenburgicos* lin. *Sondershusanæ*, V. eundem *Theatro cit. Part. I. p.* 143. & *Part. III. p.* 85.

Soniaca Sylva, vulgò *Bois de Soigne*, pars Sylvæ Carbonariæ, à *Soniis* oppido non ignobili Hannoniæ nomen habet, V. in voce *Soniæ*.

Soniges Turba Canopi, apud Gratium *Cyneget.*

Vix operata puo sacra ad Bubastia lino
Velatus Conipes *festivi* turba *Canopi*:

est, ὁ περὶ σκευὴν ἄγαν, *scitiliorum cupidus gaudens*. Sacerdotes enim Ægyptii, quibus ex lana xylina, quæ etiam *lini* nomine censebatur, vestes erant gratissimæ, *in sacris suis scabillum pede ionabant*, ut air verus Interpres Statii. Unde *Soniipedes*, ὁ περὶ σκευὴν, Latinis *Pedisulari*, aliàs & *Pedarii*. Cujusmodi homines in choro etiam fuere, qui pede percutio (armato fc. folea lignea, cui suppacta erat è ferro regula, ad majorem sonum edendum) *sonitum* cæteris tibicinibus & salentibus *inequipolum* moderabantur. Qua de re V. supra passim, inprimis in vocibus, *Crupezia*, *Pedisulari* & *Scabillum*; uti de *Soniis* genere egregia, apud Vossium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 27. & 28.

Sonnervvald, locus Germaniæ, in Vetteravia, sub proprio Comite ex Familia Solmensi. In hac namque linea Laubachia in tres ramos subdivisa est, quorum medius *Sonnervvaldius* sic habet. Joannes Georgius Com. Solmensis in Laubach, ex Margareta Schonburgia, præter Albertum Ottonem I. Laubacensis rami continuatorem, genuit Henricum Wilhelmum, cui *Sonnervvaldia* obtigit. Hic (defunctus A. C. 1632.) ex Maria Magdalena Com. Ostingensi, reliquit Georgium Fridericum (maritum Praxedis Hohenloicæ) Sophiam Dorotheam (nuptam Ulrico D. Wirtembergico, den. 1648.) & Elisabetham Carolam (primò Georgii Frid. Com. Rappoltsteinii; exin Jo. Philippi Com. Leiningensis uxorem, den. 1666.) *Comites Solmenses &c. in Sonnervvald.* V. Spenerum *Theatr. Part. I. p.* 20.

Sonnes, primùm objecti feris in Arena, cùm Appius Claudius & M. Fulvius Coss. effent, tanta immanitate, ut ab eo horrore matronæ publico edicto summoræ sint, Jul. Cæs. Scaliger *Poëtices lib.* 1. *cap.* 35. V. supra ubi de *Bestiis*, item *Lucile*. Hinc *Somicus morbus*, apud Plinium ubi de gagate, *deprehendi somnicos morbum*

morbum & virginitatem sustitit: Græcè χέρσος, h. e. morbus Comitialis; Ita enim XII. Tabb. cum vocarunt. Salmasius *ad Solinum pag.* 352. Et *Sontici*, Græcè ὀνειδίσεις, qui illo morbo tentantur. Imò & quicunque gravior & vehementior morbus, ut rapida aliqua & quercera febris, fic dictus in Jure, isidemque Tabb. non quidem ab eo, quòd vim *noxendi* habeat, sed quòd ipsum *causam* afferat, ut ne quis in judicio sisti possit. Nempe a *Sonte* qui ὀνειδος Græcis & *Sonticus* & Lat. quandoque *causarius*, fecerunt *sontium*, h. e. *ovium*, quum corrupte *sontium* & *sontium* dixerint scriptores, Gall. *offaine*, Indidem *Sontius* ἀνοξενο in vett. Glossis exponitur: & *sontica causa*, vera & legitima, quæ & *sontia* uno verbo, V. eundem *ad Spartianum in Hadriano*

Sonthemium, Germ *Sonthaim*, locus Germaniæ in Francouia, unde illustri Familiæ nomen, quæ Limpurgiæ Principis ramos effi. In hac enim olim duæ fuit capitales lineæ, posterior, *Spetz feldia* vel *Sonthemia* dicta, Friderici auctorem habet, modo mox natu fil. Friderici Dom. & Pincernæ de *Limpurg*, defuncti an. 1414. In ejus posteris Friderici (qui decessit an. 1596.) ex prior e conjuge Margarera Com. Erpachia Eberhardum, ex posteriore Agnetæ agnata, Henricum genuit: unde duo lineæ *in Sonthem* tam, quorum priorem exequitur p. 50. posteriorem pag. 150. *Part. I. Theat. Nobil.* Spanerus ἐκφυς laudatus.

Sonus, in Concilio Emerit. can. 2. *Oportet igitur, ut jejun in altiùs Ecclesiis, vesperti no tempore, qui in Dominicum sonus, priùs dicitur Vesperti nus, quàm Sonus, in nobis fellis, ita & à nobis constitutus tur in Ecclesiis nostri*: dicitur Psalmus Davidicus 95. *Venite exultemus &c.* qui in Ecclesia Rom. in Matutinis canitur, quòd sonorâ voce decantatur, nomen id adeptus. De eo *Breviarium* Mozarabum: *Statim dicitur* Sonus *, sisis Festum: eo quòd dies festivalis caret Sono, nisi in tempore Resurrectionis propter solemnitatem dicitur. Hæc regula. Sonus est, Venite exultemus Domino, jubilemus, Deo salutari nostro Psalm. Præoccupemus faciem Dei in confessione, & in Psalmis jubilemus Deo*, apud Car. du Fresne *Glossario*. v. quoque Dominic. Macrum voce *Invitatorium*.

Sopanus, V. infrà *Supanus*.

Sophene, adde: Ad veriuram ipsam Euphratis, convalle quadam Taurum inter & Antitaurum comprehensâ, qua de re V. Salmasium *ad Solinum p.* 621. & *seqq.*

Ubi Salmaſius optimè obſervavit translatitium errorem omnium fere olim Eruditorum, præſertim Latinorum, qui τὰ σπάρτα hæc, *fata*, five *ſativa* interpretabantur, aut certè funes ex rebus ſativis factos, ut lino, cannabe, cæterisque hujusmodi, cùm tamen Græci σπαρτὸν & σπάρτον paſſim appellarint quemcunque funem, etiam ex juncis ac geniſtis, quæ non ſeruntur, ſed ſponte proveniunt, factum. Similiter Latini, ad exemplum

Græcorum, herbam illam Hiſpaniæam, de qua mox, faciendis funibus aptam, *Spartum* dixere. Nempe, quando pro fune ex quacunque materia, etiam ſponte provenientè, vocabulum ſumitur, non à verbo σπάειν, quà *ſeminare*, ſed quà *nectere* denotat, deducendum eſt: & hoc modo apud Hom. ſumitur, ubi σπαίειν idem quod *ſuere, partes inter ſe condenſare & jungere*, denotat, &c. Apud Latinos ita *Spartum* dictum ſola herba Hiſpanica, ex qua funes nectebant: quales deſignat Horatius *Epodon* libro, cùm ait:

Iberici peruſtæ funibus latus.

Ex eadem, quemadmodum è papyro Ægyptii, calceos fibi vett. Hiſpani conficiebant, quod Plinio auctore *lib.* 19. *cap.* 2. teſtatur Alexander ab Alex. *Genialium dier. lib.* 5. *cap.* 18. Ita autem Plinius, *Hinc ſtriatæ ruſticis eorum, hinc calceamina, & Puſtorum veſtis.* Imò hodieque apud illorum pleroſque in eodem uſu eſt: quos in *ſpartels* ejusmodi calceis ſæpe, in Gallia, incedentes ſe vidiſſe, refert Ben. Baldunus *de Calceo.* Conſiciuntur autem illi ſeriè concorqueendo jungendoque *Sparto*, ut ex calcei illius modi icone, quæ apud Auctorem modò laudatum *cap.* 3. curioſo Lectori exhibetur, videre eſt. Pacit is *Spartum* junci peciem, eo tamen diſcrimine, quòd propriè *aridi ſili juncus ſit*, ex Plinio. Similia plane videntur Moyſis fuiſſe calceamenta, ex juneo nempe marino contexta, qui, non minùs ac Hiſpanicum *Spartum*, in funes, ſtrata, corbes atque eadèm calceos compingi contexique commodè potuit: quemadmodum faciſſimum fuiſſe Ægyptium, idem narrat Plin. *Hiſt. Natur.* l. 21. c. 18. Propriè tamen *ſpartum* juncus non eſt, quamvis ei ſimile, ſed à junco (opere re marina & in paluſtribus naſcente) toto genere differt. Unde apud Strabonem, *Spartarius campus* in Hiſpania, & *Juncarius* diverſi: quorum ille in aridis & effœtis Hiſpaniæ citerioris locis, *ſpartum* ſponte naturæ profundit, inde in omnes olim gentes, maximè in Italiam, exportatum. Convellendi ejus ratio laboriosa admodum, hìc verbis exponitur egregio Naturæ indagatori modò dicto, *Ad reliquum uſus laborioſe vellitur ovearibus cruribus manus, texiſ manicis convoluta, oſſibus digneis ve nucamentis*, ad quem locum V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 266. Cœterùm uſus Sparti *multæ poſt ſecula coptus eſt: nec ante Punorum* ætma, *quæ primùm Hiſpaniæ vindelerunt*, ld. Plin. V. iterum Salmaſium *d. l.* ubi primùm σπαρτία vox apud Homerum de *Sparto Eliſpanico* explicari poſſe negans, *τὸ ἐσπαρμένον* exponit, quibus ſitæ naves, pag. 264. Fines tandem *Spartarii* ægrè exigui, ſic enim iterum Plinius, *Ad hos omnes uſus* (nempe ſtrata, ignes facesque, calceamina, veſtes, armamenta navium, machinas ædificationium, aliaque vitæ deſideria) *quæ ſufficiant, minùs trigintà millia paſſuum in latitudinem à ſtore Carthaginis novæ, minùs, in longitudinem eſſe reperiuntur*, V. cum *lib.* 19. *cap.* 2. & ſæpius dictum Salmaſium *Exercitat. Plin. ad Solinum paſſim*, inprimis pag. 262 & ſeqq. Hinc *Spartea*, in Reg. Iſidori *cap.* 17. calceus, ex *ſparto*, quem χαλίκιον ἑυκλάδιον vocat Socrates *lib.* 7. *cap.* 36. Item *Spartelli*, apud vet. Interpretem *Juvenalis Sat.* 14. *verſ.* 303.

Diſſipſuis præſtrva hamis vigilare cohortem
Servorum noctu Lirinus jubes ——

funes, quorum in extinguendis flammis olim frequens uſus, vel ſalva ſpartea pice illita, quibus aqua deferebatur, ad reſtinguendia incendia &c. V. Martinium *Lexic.* & ſuprà.

Sparum, minimum jaculum, à *ſpargendo*, Feſt. Servio *ad illud Æn. lib.* 11.

Agreſtis q. manus armat Sparus:

ruſticum eſt telum, in modum pedis recurvum. Varroni *Sparum miſſile*, *ductâ à pilo ſimillitudine*, *qui* Spari *vocantur.* Ruſticorum certè gellarum fuit. C. Salluſtius in *Catilin.* Sed *ex omni copia* circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa, cæteri, ut quosque caſus armaverat, *Sparos* aut lanceas, aut præaruntas ſudes portabant. Livius *Dec.* 4. *lib.* 4. Si quis extra ordinem avidius procurrit, & iple inter Equites ſparo percutit & Tribunos Centurioneſque caſtigari jubet &c. Sed & Græci eo teli genere frequenter uſi ſunt, ut apparet ex Corn. Nepote *in Epaminonda*, unde non difficile formam ejus colligere eſt. Sic quippe ille: Univerſi in unum impetum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, quàm magnâ cædè factâ multisque *occiſis* Epaminondam pugnantem *Sparo* eminus percuſſum concidere viderunt: Hujus caſu aliquantum retardati ſunt Bœotii, neque tamen priùs pugnâ exceſſerunt, quàm repugnantes proſligarunt. At Epaminondas, cùm animadverteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim a miſſurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum eſt, victiſſe Bœotios. Id poſquam audivit, ſatis, inquit, vixi, invictus cum morior: Tum ferro extracto, conſeſtim exanimatus eſt. Ferrum id *Spari*, alii Hiſtorici *ſpiculum*, nonnulli *haſtam* vocant. V. Valerium Max. *lib.* 3. *cap.* 2. Ciceronem *de fin. bon. lib.* 2. &c. Sic res eadem ſpiculum, haſta, *Sparus.* Lucilius,

Tum Sparæ, *tum rumices portantur, tragula porrò,*
Silius Italicus *Punicorum lib.* 8.

Marrucina ſimul Preentanis amula pubes
Confini populus, magnumque Thoate trahebat,
Omnibus in pugna fertur Sparus.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib.* 10. *cap.* 10. uti & *Sparo* piſce, Voſſium *de Idolol. lib.* 4. *cap.* 25.

Spaſines, Rex Arabum, Charaſarium. Imp. Perſici finis intimum, in colle inter confluentes, dextrâ Tigrin, lævâ Euleum 2. m. p. laxitate ab Alexandro M. conditum, populatis flumina id exspugnavere, oppoſitis molibus reſtituit, nomenque ſuum dedit, emunito ſitu, ut ait Plin. *lib.* 6. *cap.* 27. Unde Σπασίνου χάραξ, ſeu Χαραξσπασίνου id appellatum legitur, apud Ptolomæum. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 489.

Spata, gladii genus, memoratum A. Gellio *lib.* 10. *cap.* 25. *Veruta, enſes, ſicæ, machæræ*, Spatæ, *lingulæ, pugiones, clunaculæ* &c. Iſidoro *gladius eſt ab utraque parte acutus.* Gallis in uſu fuiſſe, Diodorus Sic. teſtis eſt *lib.* 5. *Pro gladiis ſpathas gerunt prælongas, ex cæteris ferreis aut æneis ad dextrum latus dependentes.* Joſephus tamen *Excid. lib.* 1. ubi Romanum mihitiam Veſpaſiano imperante explicavit, de duplici gladio ſic loquitur: Pedites utrinque gladium geſtant, longiorem quidem illum ad ſiniſtrum latus: nam qui ad dextrum eſt, palmi ferme 12. digitorum menſuram non excedit. Vegetius *lib.* 2. *cap.* 15. gladios majores *Spathas*, minores *Semiſpathas* appellat: bullis quoque baltheum fuiſſe infignem, Sidonius Apollin. *Panegyr. ad Anthemium* docet:

—— *Bullis hoſtilibus aſper*
Applices à læva fulgentem baltheus enſem.

Quales oſtendi apud Hollandos Commitum vett. iconas, Antſcribit Thyſius *Notis ad A. Gellium lib.* & *cap. cit.* Hodieque apud Belgas ligo *Spada* dicitur: ſed veteri Teutonicâ linguâ gladium prælongum denotat. Hactenus præfatus Thyſius *JC. ad Gellium dicto l.* Verùm quem is à Joſepho deſcribi dicit *gladium longiorem*, non *Spata*, ſed ſi potiùs videtur fuiſſe gladius, quem *Hiſpanienſem* vocarunt, de quo nos diximus *ſuo loco*, Ad *Spatham* Gallorum vett. ut redeam, quam iis propriam tribuit Diodorus *d. l. prælongum fuiſſe gladium ſine mucrone*, ait Livius *lib.* 32. quo proin illi cæſim, non punctim, uſi, Polybius *lib.* 2. poſtmodum verò muoro additus, uti ex Wiſh. Apulienſi *de Geſtis Normann. lib.* 2 docet Car. du Freſne in *Gloſſar.* & *Not. ad Joinvillam pag.* 73. Quemodi Francorum vett. *Spathas* ſic deſcribit Monachus Sangall. *lib.* 1. *cap.* 36. *Poſt hæc baltheus ſpatæ colligatus, quæ ſpata primùm vaginâ, ſecundo corio qualicunque, tertiò lintearmine candidiſſimo cerâ lucidiſſimâ corroborato, ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremtionem gentilium duraretur.* Idem cæſim *ſpatha* feriiſſe, refert Jul. Firmicus *lib.* 2. *cap.* 11. & 23. Quod confirmat Petrus Tudebodus *lib.* 3. ubi de Godofredo Bullionenſi, cum equitem ferociſſimum loricâ indutum in duas partes diviſſile refert: quod de Schwepermannio quoque de Scanderbego legimus. Poſtremò enim Enſes; uti Ogerii Dani, qui ſub Carolo M. vixit, *ſpatha* docet, quæ cum ferro capulo, absque mucrone, in Monaſterio S. Pharonis Meldenſi aſſervatur, deſcripta à Jo. Mabillonio *Pitarium SS. Ord. Benedict. Tom. V.* Quomodo verò *Regia ſpatha* deferretur à Regis Armigero, videre eſt in iis tabellis Lotharii & Caroli C. quas delineari curavit Steph. Baluzius *Notis ad Capitularia Regum Franciæ*, ut & infrà, in voce *Spatharius.* Hinc *ad ſpatham meiri* ſolebant olim Franci milites, nec bello idonei cenſebantur, qui ejus longitudinem nondum attigiſſent, uti legitur apud Monachum prædictum *de Carolo M. lib.* 2. *cap.* 17. cui ſimile quid de Bohemis refert Æneas Sylvius *Hiſtor. Bohem. cap.* 10. Et *Spathæ prehenſio capulo*, pacta firmare ſoliti Alamanni, in Charta Alamann. Goldaſti 35. apud Vadianum *de Monaſteriis German.* V. quoque Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano*, ut & Calaubonum, qui etiam *latiores* hos gladios fuiſſe notat &c.

Spatale, Nympha memorata Claudiano *in Epithalamio*, *Et gravibus* Spatale *bacis diadema ferunto.*
Interea, rubro quæ legerat ipſa profundo.

Dicta nempe, à *ſpatalis* eſt ſive brachialibus, armillæ genere, quod totum brachii progreſſum complectebatur, cum armis: quemadmodum *dexralia* tantùm carpum incingebant. Tranſiit autem *Spatale*, quod propriè armillæ nomen, in nomen fœminæ, uti Virgæ, eo quòd utrumque fœminei ſexus proprium eſſet. *Spatalicinedi* tamen Petronius meminit, in *Satyr.* ubi ſic Cinædum appellat *Spatale* live brachiali, nudum: Sed mollius cinædum *de armillis Vett.* Dictum autem *Spatalium*, Græcè σπαθάλιον, à verbo σπαθᾶλᾶν, *luxuriari*; atque inſuper ornatum cum capitis notat, quo crinis in unum colligitur, forte quòd aurea *ſpatale* vel *ſpatalio* vinciretur. Poëta,

—— *crines nodantur in aurum* &c.

V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 764. & Gerh. Joh. Voſſium *in Etymolog.*

Spatha, apud Anaſtaſium *in Benedictis Ilt. Spatam cum auro puriſſimo ligatam: item imperatores duas ex auro puriſſimo*: quid ſit, V. iuprà in voce *Spata.* Alias σπάθη apud Græcos varia ſignificat, *palmitem ſpicatum palmæ*; etiam *ramum robuſtiorem*, è quo σπαθᾶν

σπάθη prodibat, qui aliis *ξιφίδιον* dictus, porrò bimulorum cervorum cornua *ſpathæ* vel *gladii* dicti ſunt, Gall. *dagues*, unde *σπαθίνη* hujusmodi cervi appellati &c. V. Salmaſium ubi ſupra *pag.* 221. 409. &c. de modo *per Spathium* texendi, V. infrà. A' *Spatha*, ſeu gladio, *Spatharius*, nomen fuit dignitatis in Imperio Conſtantinopolitano ſatis illuſtris, cui Imperatoris Corporis cuſtodia fuerat concredita, Σωματοφύλαξ Cedreno, de qua V. quæ obſervavit Carol. du Freſne *Not. ad Alexiadem pag.* 259. & ſuprà aliquid in voce *Protoſpatharius*. Eadem vox Armigeris tributa paſſim: imò & ſic dicti Milites Ordinis S. *Jacobi de la Spatha* in Hiſpania, circa A. C. 1183. contra Saracenos inſtituti, de quo V. Franc. Menenium *pag.* 594. A. Funalium *pag.* 1168 & Belgium *pag.* 1. Alii *Spathiferi*, *Spathibaculatores*, i. Spatharii ſtolæ & Candidati munere fungens, & *Spatharacubiculatarius*, occurrunt apud Luithprandum *lib.* 3. *cap.* 7. & in *Syn. VIII. act.* 4.

Spathalium, apud Tertull. unum de *cultu Fœmin. cap.* 13. *Cæterùm nefàs, an manus Spathalio circumdari ſolita, in duritiam catenæ ſtipari ſe paſſa fuerint*: uti quidem legi vult Palmerius, armilla eſt muliebris, aliàs illud comendi genus, quo crinis in unum colligebatur. Sic fuſtium eſſet ex *ſpatalibus* vel *palaſtibus*: Παλάδη enim Græcis globus vel malla fuſtium, catapultarum, contranorum, prunorum &c. ad ejus ſimilitudinem globus crinium in metam concumulatus *σπαλάδιον*, & per metathefin *σπαλάδιον* dici potuiſſet. Sed *Spatalium* omnino legendum eſſe, monent Salmaſius & Voſſius, uti ſuprà diximus, in voce *Spatale*.

Spathiſter, ferreum inſtrumentum, quo Hebræi nonnulli præputium ſibi attrahebant, ne dignoſcerentur eſſe Moſaicæ legis cultores, utque ille injurias, perſecutiones ac tormenta evitarent, à *σπαθὶ*, *ſtarula*, memorator Epiphanio *lib. de Ponder. & Menſur. At hoc gravius eſt, quod etiam à circumciſione præputiati ſunt arte quadam Medica, per inſtrumentum auratorium* Spathiſterem *appellatum*, *infimam membrorum cuticulam atrahi ſinentes, ſuturamque, admittentes, & glutinatoris circumdatis, præputium rurſus ſuperinducunt.* Cujusmodi fuere illi, de quibus ad Gentiles deſciſcentibus, dicitur 1. Maccab. *cap.* 1. *Et fecerunt ſibi præputia.* Item de quibus Joſephus, circumciſionem eos ſic occultaſſe, ut nudi à Gentibus non diſtinguerentur, refert *Antiqu. lib.* 12. *cap.* 6. Unde Apoſtolus 1. Cor. *cap.* 7. *verſu* 18. ἐπισπάσθω· περιτετμημένος τις ἐκλήθη; *Nè circumcidatur aliquis vocatus eſt? non adducat ſibi præputium.* Inventorem ejus Efavum facit idem Epiphanius, quem hoc pacto, velut Apoſtatam, paternum ſignum abſtuliſſe, divinamque legem ſic examino ſuo aboleviſſe, addit. V. Dominic. Macrum in *Hierolexico*.

Spatia, in Circo olim dicta, quæ *metæ*, *curricula*, *viæ* aliis Latini, *κάνλοι*, *λαβύρινθοι*, *ταῦλαι*, *κυκλώσεις* Græci dixere, cujusmodi ſeptem fuiſſe, tot enim vicibus meta pergendi erat, ſuprà vidimus. Antiochenſis Joannes etiam in Græcum vocem tranſtulit, τὸ ἴσπιο σκάπτον, inquiens, τὸν δρόμον ἴσπιο πολυπόνον. Namque & *meta*, pro metæ ſtylo, quod optimis Auctoribus, κίων τέρμων, vel etiam recuſus, qui ſiebat poſt metæ flexum. Unde ἴσπιο καμπτῆρι ὁ μὲν ἡνίοχος ἐνετέλλετο, apud recentiores Græcos, i. *ſepem ſpatiis certamen pergitur*: ubi *flexus*, pro toto decurſu *ſpatii*. Tertullianus *de Spectaculis ſub fin.* In hoc tibi Circenſes ſub ludos interpretare, curſus ſæculi intuere, temporum labentia *ſpatia* dinumera: metas, conſummationes ſpectum expecta, ſocietates Eccleſiarum defende, ad ſignum Dei ſuſcitare, ad tubam Angeli erigere, ad Martyrum palmas gloriare. Ubi omnia vocabula è Circo mutuata, *curſus*, *ſpatia*, *metæ*, *greges*, *mappæ ſignum*, *tuba*, *palmæ*. Apud Antiochenſem ἴσπια σκάπλου Cedrenus aliique *σκῆπτρον* interpretantur; non adeò bene (longè enim aliud *Statium* erat) niſi decurſum Circi hoc nomine intelligant ſeu ſtatium, ſeu *gyrum*, uti vetus *Epigr.* vocat, ex ſuprà dictis. Ceterùm ſpatium unicus muſſus conſtabat. Salmaſius ad Solinum *pag.* 908. V. etiam ſuprà paſſim.

Spatularia, inter veſtes ſacras, recenſetur in *Monaſtico Anglic. Tom. III. pag.* 331. Gall. *Eſpaulier*.

Species, apud incertum Auctorem *MS. in Perigefi Orbis Rom. His ſimiliter & Solucæ civitas optima, quæ & ipſa omnia, quæ veniunt, præſtitæ Annibchia offeri, & Filcales Species & privatas*: vox eſt JC. noſtilima, quibus idem ſonat, quod Veteribus fruges ſunt ſeminum, pomorum, lumentum, legumina; unde *Species Annonariæ*, in Codice non ſemel. Poſtmodum res, vel quævis ſupellex pretioſior ſic dicta eſt, Ammiano, Capitolino, Aliis. Infima Latinitas pro *drogua* uſurpavit, ut εἰδῶ Græci, unde *ſpecies aromaticæ*, τὰ ἐκ τῶν ἀρωμάτων. Servantque hodie vocabulum Galli, ſed ſtrictius ſumunt, de aceibus tantùm & morſicantibus, ut ſunt piper, canella, & ſimilia: Unde *Species clarius* illis, qui omne genus *ſpecies* vendit, πανδοκεῦται, *Speciarius* Latinis. Sed & apud eoidem *Speciarum* appellatio ſumitur pro ſalariis Judicum, quibus, cùm nullam à clientibus mercedem accipere fas eſſet, licitum tamen erat levioris momenti & pretii donativa recipere, cujusmodi ſunt *condimenta*, *ſeſtelia*, *aut peculenta*, *quorum valor in una hebdomada* 30. *ſolid. Pariſ. non excederet*, ut eſt in *Editto* Ludovici IX. *A. C.* 1254. apud C. du Freſne *Gloſſar.* Gall. *Epices*, V. quoque Salmaſium *Specillata* Patina, apud Vopiſcum *in Probo*, ubi de muneribus hinc à Valeriano miſſis, *patinam argenteam librarium decem ſpecillatam*; meliùs *Specillata* Salmaſio, ex libro Palat. & vet. edit. nomen habuit à genere cælaturæ, quòd intus haberet crebra exſculpta ſpecula vel ſpecella, ad reddendas plures imagines, Plinius *lib.* 33. *cap.* 9. *Quinetiam pocula ita figurantur excuſſis intus crebris cavis ſpeculis, ut vel uno intuente populus videbat imaginum ſuas.* V. Salmaſium *ad Vopiſcum.*

Specillum, Æſculapii inventum, Cic. *de N. D. l.* 3.

Speckfeldia Familia, inter Germaniæ illuſtres, eadem cum *Sonthonia*, V. ibi.

Spectabilis, titulus dignitatis, inter *Illuſtris* & *Clariſſimi* titulos medius, quo in utroque Codice variè cernuntur Magiſtratus, viz. Præfectus Auguſtalis, Comes Orientis, Proconſules & Vicarii; item Duces, Tribuni & Notarii, Magiſtri ſcriniorum, Comites S. Conſiſtorii, Comites Domorum, Comites Scholarum, Comites Militares; Porrò Caſtrenſis, Tribunus Notariorum & Silentiarii, Judices quoque &c. de quibus V. Gothofredum *in Epilog. Nov.* 7. Dignitas ipſa *Spectabilitas*, quam *militiæ ſudore deterſis antiquitatem tribuiſſe*, ait Caſſiodorus *Var. lib.* 2. *Epiſt. ad Sapth.* Græcè *σεβασμιότης*, ſicut *Spectabilis*, *σεβάσμιος*. V. eundem Gothofredum *ad Codicem Theodoſ.* & Panciroluum *ad Notitiam Imperii Orient. cap.* 2.

Spectacula, Græcè *θεάτρα* proprie Fori in Circo, quos primò ſibi quisque tumultuaria opera faciebat, poſtmodum Tarquinius Sup. publicos fieri curavit. Feſtus, *sexis Fori ſignificans Circenſia Spectacula*. Cujusmodi *Spectacula*, furcis vel ſuſtentaculis ligneis impoſita, è quibus Populus Ludos ſpectabat, usque ad extremæ Reip. tempora manſerunt, ut ex Varrone ſequet, & ſuprà vidimus in voce *Fori*. Inde ad loca, ubi Ludi agebantur, vox translata, Græcè *θέατρα*, quod vocabulum ipſis Latinis uſitatius eſt Latino. Porrò ad ipſos ludos, quo ſenſu *de Spectaculis* ſcripſit Martialis & Tertullianus. Tandem ad Spectatores quoque, uti docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 176. V. de *Spectacula* publicè edendi jure, loco, tempore, de *Spectaculis* in caſtris edi ſolitis, privatis, aliisque huc pertinentibus, præter Liſium *de Amphith.* Calaubonum *ad Suetonium*, ut & hic paſſim: uti de *Spectaculorum infamia ſtudia*, etiam lacerato jam à Barbaris Imperio, deque *Spectaculorum tumultibus incendiis*, C. Barthium *Animadverſor. ad Statium Thebaidos* 6. *verſu* 449. & 475.

Spectra, Græcè *φαντάσματα φαντάσματα*, ſeu unà voce *φαντάσματα*, dicebantur ſpecies vanæ, ſeu *imagines conſpicuæ*, ut Plinius vocat, quæ vel ex Magica devotione, vel alicujus Numinis præſentia, immitti credebantur, V. ſuprà ubi de *Curybantiaſmo*. Grammatici tamen ſic diſtinguunt, ut *φάντασμα* ſit veritati ſimillimum, ut quum ejus formæ, quæ in rerum natura eſt, imago conſpicitur: *φάνταστμα*, cùm extraneæ & inuſitatæ figuræ: Qua de re V. pluſcula apud Salmaſium *ad Solinum p.* 1087. Item

——— *anima ſua membra gementes*,

ut ait Statius *Thebaid. lib.* 12. *verſu* 385. Corporibus enim inhumatis, animas conſpicuas vagari & ſortem ſuam gemere, credidium olim, de cujusmodi planctibus V. notata Gevartio *ad Statium Sylv. lib.* 3. *Carm.* Inſeſtabant autem eos inprimis, qui cædem patraſſent. Vetus Scholiaſtes ejusdem, *Thebaid. lib.* 9. *verſu* 312. *Incumbunt ædibus, & querunturur contra ordinem Fatorum ſe expulſas ſuorũ, deplorant & vindictam poſcunt à parricidis.* Itaque domibus hunc in modum ſe vere, qualia recentes hiſtoriæ multa norunt oculis animisque objecta, & narratur nobilis à Plinio *l.* 7. *Epiſt.* 17. & Luciano *Philopſeude*. Et noctu utplurimum, ſed & aliquando in media luce tumultuarii, aut videre eſt ſuprà, ubi de *Meridiano Dæmone*. A' quibus proin ne damna acciperente, qui alterum occidiſſent, cum ἀκροκνεφαλισμὸν, i. *extremæ ſpes abſcindere*, & de collo ſuſpendere, ſoliti ſunt, ſti diximus ſuprà, ubi de *Cadem expiandi ritu*. Plura verò hanc in rem V. in voce *Manes*, item *Anima*; nec non apud Cæſp. Barthium *Animadverſion. ad Statium d.* 4. Addam hoc ſolùm, errorem illum Gentilium de animarum obambulationibus in his terris, hodieque apud nonnullos Chriſtianorum hæreſe: cùm tamen has illuſiones meras eſſe tenebrarum Principis certiſſimum ſit & c. V. & Voſſium *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 6.

Speculor, à *Speculo* differt, illud enim Græcè *διόπτρον*, per quod videtur; hoc iisdem *κατόπτρον*, quo videtur: illud *δίοψιαι*, hoc *ἐμβλεπειν* facit. Et quidem *Specularia* dicebantur, quibus lumen in cœnacula inſerebatur, & Sol admittebatur in ædes, ut hodie per vitrearnia & chartacea fit. Seneca *lib.* 3. *Epiſt.* Quanræ nunc aliquis ruſticitatis damnet Scipionem, quòd non in cadarium ſuum latis *ſpeculariibus* diem admiſerat. Et *lib.* 14. " Quædam noſtra demum memoriæ prodiſſe ſcimus, ut *ſpecula*" *rium* ſuum prolucente teſtâ clarum transmittentium lumen." Muniebantur etiam his ſpecularibus hyeme cœnationes & diæ" tæ, adversùs ventorum imbriumque vim: atque ita venti his" excludebantur, ut tamen lumen habitantibus transfunderent." Ubi eorum originem apud Romanos uſumque duplicem habes. Sic autem dicta ſunt, quòd è *ſpeculari* lapide fiebant, qui, viri modò perluciduſ, facilimè in quamlibet tenues cruſtas findituri ut

uti quidem Cujacio visum. At Salmasius ita appellata ait, quòd visum transmitteret, ac per ea *speculari* liceret ac perspicere: unde nomen ipsi *Lapidi Speculari*, i. *Διάφανον* & *Διαφανές*. Certè Tertullianus in *Apologet* omnis materia, quæ *Διάφανον* habet, *specularis materiæ* dicitur. Erat verò illa phengites, Græcè *φιγγίτης*, Idioticis *κρύσ-*, i. *glacies*; quem, quòd gypso similis esset, *gypsum* quoque multi vocaverunt: inter quos Anastasius in *Leone III. nec non & Senesfreus ipsius Ecclesiæ ex metallo gypsino decoravit.* Et *Glossæ* Jatricæ, *Διαφανὲς, γύψῳ ὅμοιον, ὁ κρύσταλλος σφυκάλεων.* Sed & ex vitro *specularia* jam olim fiebant, aliaque translucida materia. Idem Anastasius *ibid.* & *alias fenestras de vitro diversis coloribus decoravit.* Quamvis & fenestras recens Latinitas *vitria* vocavit, Græci *ὑάλινα*. Imò ita etiam appellarunt, etiamsi ex speculari lapide essent. Neophytus Mon. *in Lexic. Herbar. Σπίνλαι* & *ἢ φιγγίτης ὑάλου.* Ubi tamen, quòd *σπίνλοι* interpretatur, sequutusest Græcorum morem, qui *Specular* & *Speculum* passim confundunt. Veteres *Specilis* inducebant parietes conclavium ad ornamentum: at fenestris *Specularia* indebant, ad illuminandam domum. Adde, quæ de diffringuntur unquam jam diuturnus. Idem vicissim verba illa in *Basilic. Eclogis, ἀστρῳ τὸ ὑπολιθίσιμον τὸν ὀχυρωμὸν σκινὸν ἢ τὰ σπίνλα τὸ οἶκον*, de *specularibus* accepernt, cùm de *speculis* debuissent: hæc enim ex argento etiam, atque emblematis haud fecus, ac scyphi, decorabantur. Porrò lamnæ illæ speculares, sive essent tesseræ, sive orbes, invicem gypso committebantur, per *γυψοκαινικὸν νίτρῳ*, sicut bodie plumbo &c. Quam in rem V. plura apud Plinium *lib.7. cap. 5. lib. 36. cap. 22.* Salmasium *ad Solinum p. 1096.* &c. Ut verò *Specularia*, ita & *Speculi* in occasionibus, tum in lectticis, à flatu vindicabant, & visum transmittebant; ita, somnum captantibus, ad lucis exclusionem, *speculavibus* introrsum obducebantur vela seu plagulæ, de quibus V. Theod. Marcilium *ad Sued. Tito c.* 10. ut & plura hanc in rem supra, non uno loco.

Specularii, dicti sunt Magi, qui rerum quæsitarum figuras in *Speculis* politis exhibent, Græcè *Κατοπτρομάντεις*. Jo. Sarisberiensis *de Fylitgiis Philosphorum lib.* 1. *cap.* 12. Specularios *vocant, qui in corporibus lævigatis & terfis, ut sunt lucidi ensis, pelves, cyathi, speculorumque diversa genera, divinantes curiosis consultationibus satisfaciunt: quis & Josephi exercuisse vel politis simulasse describitur, cùm fratres argueret fubripuisse fcyphum, in quo consuevertat augurari.* Unde liquet, quot genera sint corporum, quæ imagines reddunt, tot species divinationis hujus fuisse. Et quidem de *Speculis Lunæ* Sagarum Theffalicarum effectibus aliquid fupra. De quibus adjiumodi *ἀγχιστρόφῳ* & adhibitis, V. Spartianum *in Didio Juliano*, ubi *gravitgatis stolis incanatæ vertice* in hujusmodi speculo *pueri respicere* foliti dicun tur. Aqua pro speculo fuit Trallibus, de eventu Mithridatici belli percunctantibus, apud Appulejum *Apolog.* Et, quod miretis, homini Chriftiano, in ludicro Circenfi Magicis artibus victo, à contraria factione, & propterea ab Hilarione antiquissimo Monacho & conclamatissimæ virtutis viro, opem cum lacrymis petenti, eo *κρυπτομαντικῶν* genere, quod cum aqua & cyatho peragebatur, hic consuluit, uti rem narrat Hieronymus, & Græcorum *Martyrologia* &c. Diversi verò generis *Θωμαντρηγίαι* ab *ὑαλοῦσθαι* sunt illæ, quarum meminit Jo. Grammaticus *in Aristotelis Meteorologic. Comm.* 1. V. Cafaubonum *ad Spartianum d.l.* & hic paffim, inprimis in voce *Catopromantia.* Sed & *Specularii*, speculorum confectores dicti sunt, *l. ult. de Jure Immunit.* & *l.* 2. *Cod. Theod. de Excusfat. Artif.* Græcè *Σπινλοποιοί.*

Speculator, dictus est Guil. Durandus, quòd A. C. 1271. *Speculum Juris* 3. volum. diffinctum edidit; de quo V. multa apud Macros in voce *Speculator.*

Speculatores, apud Firmicum *lib.* 8. *cap.* 26. Plutarcho *in Galba*, *διοπτῆρες* & *διβύλλοι*, *exploratores & ammuniatores*, Dioni *διώκλῳ* & *ἰχνευτοὶ*, in Novo Testt. quoque *Σκιπολάτορες*, ex antiquo in Legionibus apud Romanos militarunt & ab explorationibus fuere diversi. Hinc *Speculatorum Legionis & Exploratorum Legionis*, diffincta mentio in vett. monumentis. Livius *lib.* 30. sic vocat, qui Græcis *ἱππέφορος*, *ingens die uno cursu emetientes spatium*: ad Imperatoris mandata celeritimè perferenda, ut Suidas exponit. Qui videntur esse iidem cum *Frumentariis*, quibus sub Diocletiano *Curiofi* succesferunt, uti vidimus supra. Sed & hos diffinguit *Infcr.* ita: *Scholæ Speculatorum legionis primæ & secundæ adjutricum piarum fidelium Severianarum, refectæ per eosdem — dedicante F. Aelio legato Augusti Propratore, curante Aurelio Perpetuo Actuario.* Et Romanis variis honestiore gradu militaffe, quàm *Speculatores* difcimus ex Dione de Advento, qui ex horum ordine in illorum promotus est. *Speculatores* enim carnificis opus peragebant, in reis decollandis, unde eos *Anuise*, i. *Carnifices*, vocat idem. Hinc *D. de bonis Damn. ita* neque Speculatores *ultro sibi vendicent, neque Optionem ea desiderent, quibus spoliatur, quo momento quis punitus est*: per *Speculatores* carnifices; per *Optiones*, carceris præpositi seu commentar ienses, intelligend tenet. Iidem ergo *βόιται*, à ministerio & *ὑπάρχοντι* seu *ὑφάντῃ*, à nomine, dicti sunt. Quapropter fallantur, qui *Speculatores* legunt & à *speculis* volunt dictos. Frumentarii verò reis perquirendis quidem & prosequendis deducendisque operam navabant, non etiam fupplicio afficiendis: aliàs *Pterophori* quoque dicti, V. supra. Interim, ob affinitatem & fimilitudinem minifterii, frequenter conjunguntur. Sic apud Dionem de Speculatoribus Frumentarii, *οἱ τῶν σκοπῶν ἀρχιληϕῆρες*, fiunt, & in vet. *Inscr.* Speculatorum Schola reficitur, curante Frumentario, ut vidimus: Plura verò hanc in rem, apud Salmasium *ad Spartianum in Hadriano.* Quemadmodum & *Speculator* nonnunquam eum Exploratore confunditur, ut apud Livium *lib.* 22. *cap.* 3. unde & Speculatore Carthaginenfi, qui Romæ dep enfus, præcifuque manibus, dimiffus eft: & *lib.* 31. *cap.* 24. ubi de Athenis unius Speculatoris induftriâ fervatis. Verùm de his vide fupra, in voce *Explorator.*

Speculatoria, apud Tertullianum *lib. de Corona mil. cap.* 1. caliga dicta eft, cùm ait: *Speculatoriam movisfimam pedibus abfuisse*, de militis Chriftiani exauctoratione loquens, cui inter alia militiæ infignia etiam caligæ detrahebantur. Ufus eft hac voce Tertullianus, quòd in militia id genus erat militum, qui præcipuè ad hoc erant inftituti, ut, quemadmodum Feftus ait, *Hoftilia fitentio perfpicerent*; à verbo *speculor*, dicti *Speculatores*, qui Græcis *σκόπιοι*, *σκοποὶ*, & *κρύπτωνες*. Unde quibus illi utebantur caligis, *Speculatoriæ* appellatæ funt. Ita & Suetonius, ubi varios Caligulæ refert habitus, *Modò*, inquit, *in crepidis vel cothurnis, modò in Speculatoriis caliga.* Calceamentum nempe fignificans, quo Speculatores caligari, Speculatum explorandique ibant. Sunt tamen, qui apud Tertullianum malint legere *Speculatoria*, voce à *Specularibus* & *Speculo*, deducta. *Sed vereor*, inquit Balduinus, *ne ille nimis sit corrigendi prurigo. Stat enim suus apis sensus, cùm utrobique* Speculatoriam *legimus: ut nil necesse fit aliam lectionem comminisci.* Poteft autem caliga *Speculatoria* quoque dici, quòd, qui in ea confiftebant, velut in *Specula* quadam politi viderentur, indeque poffent longius *speculari.* Quod certè Caligarum facit etymologio: Nam alte à folo editas fuisse earum folcas, hinc æftimare licet, quòd eum fæpe loca luto limoque infefta militibus eftent trajicienda, iis dubio procul opus fuit altiore calceatu, quò ittiusmodi loca facilius pervaderent. Et fanè clavi illi crebri ac acuti, qui caligis fuffigi folebant, quam in iis altitudinem agnoscimus, non obfcure arguunt, ob quod ipfum graves erant caligæ ac moroſæ, unde *morosfitimas* Tertullianus *Speculatorias* hafce vocavit. V. Balduinum præf. *lib. de Milen Vet. cap.* 13.

Speculum, primis mortalium æquabat fuit undarum, faxorumque lævor. Senec. *Natur. Quæft.* 1. *cap.* 17. *Rerum natura facultatem nobis dedit, nofmet ipfos videndi, fons cuique pertulcidus, aut læve faxum imaginem reddit.* Unde Paftor ille Virgilianus,

——— *Nuper me in litore vidi,*
Cùm placidum ventis ftaret mare.

De cane per flumen carnem ferente, Phædrus *lib.* 1. *fab.* 4. *Lympharum in* Speculo *vidit fimulachrum fuum.*
Lucretius item *lib.* 4.

Puftremò in Speculis, in aqua, fplendoreq; in omni
Quæcunque apparent nobis fimulachra.

Poftea Arte fieri *Speculia* cœperunt, *ut homo ipfe fe noscere*t, verba funt Senecæ *loco cit.* Multa ex hoc funt confecuta, primò" fui notitia, deinde & ad quadam confilium; Formofus ut vi-" taret infamiam: deformis ut fciret redimendum effe virtutibus," quidquid corpori deeffet &c. Nam ob caufam Socrates fedatores fuos ac familiares *Speculum* crebrò jubfit infpicere, apud Appulejum *Apolog.* & Pater ille filii, puèrâ facie; fed filiæ turpifimæ, apud Phædrum, *lib.* 3. *fab.* 8. utrumque amplexus,

Cuidile, inquit, Speculo vos uti volo.
Tu, formam ne corrumpas nequitiæ malis,
Tu, faciem ut ifium moribus vincas bonis.

V. quoque Nicetam 1. *Mon. Commen.* Plautum *Epidico*, Æl. Donatum *in Terent. Adelph.* Martialem *lib.* 1. *Epigramm.* 17. &c. Ita Veteres *Speculi* admores quoque corrigendos ufi funt: donec res in luxum vertit, eaque in formæ folius confilium adhiberi cœperunt. A' quo tempore *Speculum* argenteum, matulæ, unguenta, vafa unguentaria, lavatio, ricus, mundo mulieb i cœpere contineri, Ulpian. *l. argum. ff. de aur. & arg. leg.* Et meminit *Speculi argentei* Plinius, V. quoque *l.* 19. *ff. idem Celsus. l.* 25. *ff. mandat. ff. cod.* Fulcque idem inter Ornatricum instrumenta, de quibus vidimus *fupra*, loco citato apud Claudianum *de nupt. Honorii & Mariæ*, illarum una cæfariem Veneris nectare irrigat, altera eburneo pectine *Multifidum difcrimen erat*; tertia *vero dat varios nexus, & jufto dividit orbes ordine*; Quarta *Speculum* præbet &c. Sic Ovidius *de Arte am. lib.* 2.

Nec tibi turpe puta, quamvis fis turpe, placebit:
Ingenuâ Speculum *fuftinuiffe manu.*

Unde colligas, officium hoc fervile & ingenuo homine indignum habitum effe. Quid quòd *Speculum* inter civilis furoris belli, memoratur Juvenali, ubi de *Othone*. At *Speculum Ju-*

nonis

nosci tenere, facer ritus erat, de quo V. Augustinum *de Civ. Dei lib. 6. ex* Seneca *lib. de Superstitione*, & hunc *Epistol. 95.* Utut autem coleretur inter vivos *Speculatrix* hæc vanitas, sit quis ferat in sepulchris hanc luxum? Atqui Noviomagi, ad margines fossæ urbicæ, rectâ Sarcophago A. C. 1647. in eo, præter lagenas vitreas tres, duas urnulas vitreas, bullam lucernampiæ fictilem, *speculum chalybeum, cujus diameter pollices Romanos 5. aquas, parvis, averſa leviter concava deargentata, varia paterga habentes*, fuisse inventum narrat Joh. Smith. *Epiſt. ad Nicol. Heinſium*, apud Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib. 6. cap. 92.* Porrò *speculum* ad ornamentum in parietes inferta, ut videre eſt, apud Plinium *lib. 36. cap. 26.* Virtuvium *lib. 7. cap. 3.* & Senecam *Epiſt. 87 ubi orbes* vocat, licet parietum abaci quadrati erant. Sic enim alternatim distinguebantur parietes abaeorum speculorumque divisionibus, h. e. figuris quadratis & oblongis promincntibus, unde *ſpecula* & *abaci* junctì paſſim occurrunt. Meminit *Speculorum cubiculi etiam Synoſius Βασιλικὸν lib. 45.* ubi ex argento quoque (qualia primus Praxiteles fecit, Plin. *lib. 33. cap. 9.*) & emblematis non fecus, ac scyphos, decorata, legimus. Quid quod ad Magicos ulus eadem adhibita, uti ſuprà vidimus in voce *Specularii*. Honeſtius in bello usurpantur, ad damna inferenda hoſtibus, quod concava præſtant *Specula*, quæ radiis oppoſita Solis facilè ignem concipiunt. Sic *Speculo* parabolico, quo nullum vehementiùs radios hoſce congregat, Archimedes naves accendit Marcelli Syracuſas obſidentis: quem poſtea Conſtantinopoli imitatus eſt Proclus, ut teſtatur Zonaras *Hiſtor. tom. 3. pag. 46.* Quam Artem jam Homeri ævo non ignoratam fuiſſe, colligit Euſtathius *ex Il. 2.* ubi Poëta Diomedis *ασπιδα* deſcribens, ex caſſide ejus clypeoque ignem exiliſſe memorat: His enim quibusdam viſus eſt indigitare, *πρόσφατόν τινα ἐνταῦθα μυθευόμενον περὶ τῆς Διομήδους ἀσπίδος, ὡς ἄρα ἐκ τῆς αὐτοῦ ὁπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆ κράνει, ἢ ἐπὶ τῶν ὤμων πρόσωπα τοῦ θεοῦ τοῦ πολέμου φλὸξ ἐκφαίνοι, ὅτε αὐτὸν ὁ θεὸς λαμπρὸν ἄλιον ἐεργάσατο.* Similiter, ut Labertanus habet, apud Aul. Gellium *lib. 10. cap. 17.*

> *Democritus Abderites Phyſicus Rhinoſophus,*
> *Clypeum conſtituti cœtus exortum Hyperionis,*
> *Oculos effodere ut poſſet ſplendore æreo.*
> *Ita radios Solis acuim effuſis lumini.*
> *Malitia ſcire ne vitarea civibus.*

Cujusmodi clypeum Plutarchus appellat *ἔσοπτρον πυρεῖον*, *Speculo ignito*. Sed meliùs, meo judicio, Anthemius apud Euſt. *loco cit.* cùm malum haberet vicinum, illum ut à ſe amoliretur, ædes ejus aliquoties *Speculo* tali exuſſit, donec is malum totius repetitum divinitus ſibi immicti credens, aliorſum ſiſet habitatum. Ut alia concavorum *Speculorum* miranda omittam. Ars hæc, quam Latinè *Speculariam* dixeris, Græcis Καταοπτρικὴ dicitur, cujus ope, verba ſunt Voſſii, longe diſſita conſpiciemus, longèque remota ad oculos & acies pendulas oſtendimus. Hinc repræſentamus: Facimus ex pulviſculo montem, ex pilo ſelephantum, ex humano capite caninum, aſininum, aut ,,ſuillum. Quæ quomodo fiant, alsique hujus generis, oſtendit Johannes Baptiſta Portus Neap. *Magiæ natur. lib. 17.* Complura etiam perſtringit Hugo Sempelius *de Diſciplin. Mathem. lib. 4. cap. 8.* V. Voſſium *de Scientiis Mathem. cap. 25. 5. 5. & 6. ubi de Catoptrice*: cui adde, ſi placet, Jac. Oſiolium *Not. in A. Gellium lib. 16. cap. 18.* Memoriæ tribus ſolùm verbis hæcat duplicis *Speculi*, ab uno Artifice, adeò ingeniosè concinnati, præt. fec. ut quicunque illa inſpexerit, ſua quidem videat omnia, præter vultum, qui Cosmi I. M. Ducis Florentiæ lineamenta exactè ſemper exprimit. Horum unum inter cimelia Galliarum R. alterum in thesauro D. Marci Venetiis, affervari dicitur. Utrumque magni illius Principis faciem non minùs æternitati transmittit, quàm terum eius geſtarum Examini eruditionis laude clari Scriptores. De *Speculis* peculiorem tractationem, V. ſuprà in voce *Specillum*; uti de *Speculis cylindraceis ſpiratillibus*, de *Speculis uſtoriis*, absque id genus, Georg. de Sepibus *Deſcr. Muſei Kircheri*. Ubi inter alia *Speculum uſtorium* pergrande cavo convexum, cum congerie plurium ſpeculorum, quorum alia ſpectra in aëre, alia objecta immutata, alia multiplicata repræſentant, alia ſpecies conſuſas in pulcherrimam formam (inter quas effigies Alexandri VII.) recolligunt, memoratur.

Speculum ſeu *Speluncæ*, terræ receſſus cavitasque ruinam ac dominium eſt, in qua non ſeris ſolùm ſua receptacula, ſed & integris hominum exercitibus ſua ſunt aliquibus in regionibus (uti primitus olim) habitacula. Unde integras Civitates ſubterraneas Geographi habent, quales ſuas deſcribit Gaffarellus *Iſtor. de Cryptis vete orbe celebribus*. V. quoque Athanaſ. Kircherum *Mund. Subterr. lib. 8. cap. 3.* ut & ſuprà *ſub voce*. Quomodo verò hominesin iſtiusmodi *Specus* & ſubterraneas cavitates fuerint delati, exponit Guil. Neubrigenſis in *Rerum. rer. Anglic. lib. 1. cap. 27.* Potuiſſe nempe id contingere, primò, peſtis bellorumque cæ-vientium tempore, quo plerique homines vitæ ſuæ conſulturi, in abdita quæque ſeſe recipere, & ne ibidem neceſſariarum rerum inopiâ perearit, pecora quoque, panem, ſemina & legumina, aliaque ad vitam neceſſaria, una ſecum ſubducere ſolent. Sic poſtquam in labyrintho hoc ſubterraneo primi ſe abſconderunt, inde iterum exitu quæſito fieri potuit, ut magis magisque ſeſe intricaverint, donec in *Specum* hanc ſeu regionem longè lateque patentem ingreſſi, duâ receſſitatis lege imbi habere. Quod Judæis etiam in inacceſſis Caſtworum montium receſſibus concluſis acciditſe, apud Geographos legimus. Similiter in montibus Hiſpaniæ, tempore Philippi III. novam iſtiusmodi hominum coloniam detectam perhibent Hiſtoriæ, qui, quo caſu incertum, ſimili haud dubiè occaſione, eò ſe contulerant, & multorum annorum centuriis, ſine alio cœterorum hominum commercio, linguâ ab Hiſpanica multùm differentes, in eum usque diem ignoti omnibus manſerunt, donec, regione à Venatoribus detectâ, incolæ omni vitæ necessitate cultu deſtituti, Regis operâ ad meliorem frugem converſi, jam à cœteris nihil differunt. In Tranſſylvania idem contigiſſe, circa A. C. 900. & è montium iſtiusmodi mæandris ſimile genus hominum erupiſſe, refert Crantzius: ut de Crypta Melitenſi, Hetruſca & celebertatem Anglica ita *Walſpunctes*, i. *ſuperum latibula*, dictâ, nihil addam, de quibus jam alibi. Reliquas nobiliores per Orbem *Speluncas* ex Auctore Anonymo *Hiſtor. Orbis Terr. cap. 7. §. 10.* infrà ſubjungam. Penùs tamen aliquid, de ſententia illorum, qui Chriſtum *ex ἀνακλάσει, in ſpelunca* quadam, Bethlehemo proximâ, natum fuiſſe docent, ſecuti Juſtinum *Dialogo cum Tryphone*. At nemo Vett. præter hunc, Chriſtum extra Bethlehemum fuiſſe natum, aſſeruit. Quòd enim apud Euſebium hodie legitur *Demonſtrat. Evangelic. lib. 7. pag. 213.* in agro neſcio quo natum eſſe Dominum, turpe exſcriptoris mendum eſſe, oſtendit Caſaubonus. Pro *ἀγρῷ* enim, *ἄντρῳ* legendum, quæ vox, ut & vox *ἀνάκλασις*, in hac hiſtoria paſsim occurrunt; Euſebius tamen *ἄντρου* libentiùs nominat. Σπήλαιον verò Epiphanius *Hær. 78. pag. 441.* Athanaſius *Homil. in Deſcript. B. Virg. Tomo II. pag. 647.* *Menologii* Auctor, menſe Dec. Origenes *c. Celſum lib. 1.* V. quoque Hieronymum *Epiſt. 18. ad Marcellam*, & Bedam *de Locis ſanctis cap. 8.* Nempe his vocibus ſtabulum indigitarunt Scriptores iſti, ob rationem Caſaubono præfato notatam *Exercit. II. num. 1.* ubi, *Stabulum*, inquit, *in quo natus eſt Dominus*, *Græci Latinique Patres appellant ἀνάκλασιν*, *ſpeluncam*, *quia Bethlehem in calle erat ſita*, *unde pleraque domus in ſaxis exciſe fuiſſi videntur &c.* V. quoque Cl. Suicerum *Theſaurus Eccleſ.* voce *Ἀνάκλασις*, ut & infrà aliqui i, in *Spelæum*, ubi cryptam ſepulchralem, quâ Servator reconditus, eo vocabulo quoque denotari nonnunquam, dicemus.

Specus ſeu Speluncæ Orbis celebriores.

a. Juxta Anianum lacum, ſcrobs eſt mortifera, quam qui ingrediuntur, exanimati repentè concidunt. Vernaculè *Bucco velenoſo*, q. *Aurum venenoſum* dicitur: Item *Grotta de li Cani*, quòd antri naturam in canc ſupius experiantur peregrini, Merula *Coſmogr. P. 2. lib. 4. cap. 13.* Prope autem lacus eſt, in quem iidem canes conjecti, deliquium exuere dicuntur. *b.* Baumannihi *Spelunca* in Germania, à Zeilero deſcribi meruit. Commendat illam lapis inter alia Stalactites, variis Naturæ ludentis figuris ac ſpectaculis nobilis. *c.* Ad Miramontium opp. Galliæ, cryptaeſt, vulgò *le Cimſan*, ad 5. aut 6. leucas ſub terra protenta. In qua attria ſunt & cubicula pavimento Muſaici operis ſtrata, & picturæ, fontes item ac fluvii, quorum unus alvei 120. pedes lati, rapidè procurrunt. Ultra longè lateque patens planities, quò tamen progredi hactenus nemo auſus eſt. Intratur ea non niſi magno numero hominum & lampadum, cùm alias nullum cavernæ, niſi ab introitu, lumen ſit, Jodoc. Sincerus *Itinerar. Gall. p.* Ad *Saſſo*, villam in territorio Romano, *Specus* eſt parva & duorum tantùm hominum capax, Italis *la Grotta delli Scrpi*: in qua elephantiacos, leprosos, paralyticos, arthriticos, podagricos, ſimiliaque deſperatis morbis laborantes, nudos exponere ſolent, qui mox halitum ſubterraneorum calore in ſudorem reſoluti, ſerpentum præcipitum & totum corpus impleantium ſuctu linctuque ita omni vitioſo virulentoque humore privantur, ut repetito per tempus aliquod remedio randem perfectæ ſanitati reſtituantur. Kircherus *de Arte Magnet. lib. 3. P. 7. cap. 4.* *e.* Skyllæ antrum, in Marca eſt Anconitana Italiæ, haud procul Caſtello D. Mariæ Gallicanæ, immane alias & horribile, de quo vulgus fabulatur, hac ad Sibyllam patere aditum, dominamque regni ſuetoſi, in quo innumeræ gentes verſari ac laſcivire deprehendantur. V. Merulam *loco cit.* *f.* Prope Vicennam, in Gallia, *Spelunca* eſt *perpetuò fumans*, & perpetuis nebulis obducta, in quam Pilatum olim ſe præcipitaſſe tradunt, cujus & alias reliquias, domum, Prætorium, turrim, in qua captivus fuerit detentus, ibidem oſtendunt. Jod. Sincerus *Itinerar. Gall. pag. 160.* *g.* Ulkenſis, in Anglia, *Specus*, ab *Ulk* oppidulo, prope *Wedles*, nomen habet: In eo Stalactites lapis quem Naturæ ludentis ſpectacula nobilem reddunt, frequens eſt; quemadmodum de Speluncæ Baumanni hic paulo ſuprà diximus. Ut alia in præſens tranſiliamus. Cum *Specubus* aliquid commune habent barathri, abyſſi, fodinæ, de quibus alibi.

Speluncæ, Græcè σπήλαιον, apud recentioris ævi Scriptores, modò antrum in genere, modò cryptam Ædis sacræ, modò cellulam Monachicam, significat. In Evangelio Joannis *cap.* 11. ubi de Lazari sepulchro, vox σπήλαιον adhibetur, & *speluncæ* τοῦ ὑπογείου, *subterranea spatia*, exponitur Nonno. Crypta nempe erat subterranea, lapide impositio clausa, in cujus medio solo corpora pollicta & involuta lintei reponere genti illi mos erat, jam à vetustissimis temporibus. Namque & *Speluncæ duplex*, dicitur Abrahami sepulchrum, in Sacra ejus Historia, h. e. σπήλαιον διπλοῦν, *duplicem habens aperturam*, & ex duabus partibus ingressum. Similiter CHRISTI sepulchrum specus fuit subterraneus lapide structus & cameratus, cum foramine desuper ad demittenda cadavera: unde postmodum occasio fuma Græcis conchas Ecclesiæ similes construendi. V. de constructione columnarum hujusmodi cum speluncæ vel crypta, & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum p.* 1288. & *seqq.* nec non suprà in voce Crypta.

Speluncæ Matronæ, Græcè ἡ τῶν γυναικῶν σπήλαιον, nomen Synagogæ Judæorum nobilis, cujus totius meminit Joannes Chrysostomus *in Gratiosinibus c. Judæos & Judaizantes Christianos*: habitit Antiochiæ, sed & *Homil.* 3. *in Epist. ad Timot.* Fuit illa in loco delitiis famoso *Daphne* dicto, quod Syri eundem & recentiores Græci, propter aquarum scaturigines, *Nero* dixerunt. V. Casaubonum *ad Capitolinum in Marco.*

Speratæ, dicta olim Virgo est, nondum in matrimonium petita. Nonius Marcellus, *Inter Speratam, Dictam, Paulam & Sponsam, hoc interest, quod Virgo, priusquam petatur, Sperata dicitur.* Quod tamen inepte probat è Plauto *Amphitr. Amphitruo uxorem salutat tanquam speratam suam.* Cum in hoc loco priùm ductam uxorem alloquatur Amphitruo, latus eam, quod *speratam*, salvam domi reperire. At *Speratæ* voce ita usos Veteres, docet Hyginus *Fab.* 31. *Eurydicen Centaurum occidit, quod Deianiram, Dexameni filiam, speratam suam, uxorem petiit.* Et *Fab.* 33. *Hercules interrenit, Conaurum occidit & suam speratam abduxit.* V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib.* 3. *versu* 172.

Speratus, apud Lampridium *Commodo*, *Speratum ad Senem*, nonnullis nomen fuit proprium gladiatoris, quod affumserit Commodus, quem his verbis notari, certum. Salmasius verò legendum conjicit, *desperatum ad Senem: Desperatus* autem est ἀπεφασισμένος, quo nomine dicti sunt, qui aliter *Confectores* appellabantur, quòd ad bestias pugnarent iisque conficiendis operam locarent, V. eum *ad l.*

Sperlinga, urbs Siciliæ, quæ, toro Regno deficiente à Gallis, horumque ingenti numero Vesperis Siculis occiso, sola in Gallorum fide permansit; cujus in rei memoriam potæ ejus versus sitæ inscripsit elit:

Quos pia tuit Siculis, tantum Sperlinga negavit.

Georg. Horanus *Orb. Imper. cum Notis L. Joach. Fellers pag.* 185.

Spermologi, Græcè Σπερμολόγοι, dicti olim Athenienfibus, abiectissimi homines, qui Forum & Digmæ oberrantes, si quid è mercium oneribus, ut fit, excidetet, avium σπερμολογίαν more, id legebant, hocque quæstu fe fustentabant: inde ad alios quoscunque villissimæ conditionis homines voce translatâ. Hinc Paulus Apoft. Athenis σπερμολόγον convitio affectus *Act. cap.* 17. *versu* 18. de quo V. Cl. Sui crum *Thes. Eccl.* in hac voce.

Spes, adde: Templum ejus incenfum scribit Dio *lib.* 50. antè bellum Actiacum; cum alias plerisque ædificiis, quod Libertorum operâ factum plurimi crediderunt. Effigiem ejusdem, quasi fœminæ flamis, sed alterum flectentis genu, atque utramque expandentis manum, tanquam Fidei, quæ ibidem exprefsa, extentam manum conantis amplecti, in veteri luscrna exhibet Fortun. Licetus *de Lucernis Antiq. lib.* 3. *cap.* 13. Apud Lampridium in *Heliogabalo*, *horti Spei veteris* memorantur, ad quos Heliogabalus fecesit, cum contra Alexandrum, qui poftea Imperator factus est, varia machinaretur. Et in Ulpia descriptione antiqua, apud Onuphrium, *Spes Vetus* nominatur regione quinta Esquilina, ad quam ædem videntur hi horti fuisse. Certe *Spem* Deam colucre Romani, jam inde à Collatino conferatam, in Foro Olitorio, ut conflat ex Livio & Ciceronc: poslea plures ei ædes poliit Iunt. Casaubonus *ad Lampridium loco cit.* V. etiam suprà, voce *Elelpis.*

Sphæra, Anaximandri inventum. Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. *Astrologiam* (invenit) *Atlas Libyæ filius* —— Sphæram in ea *Anaximander Milesius.* Quæ fecundùm Laertium fuit *Sphæra solida seu materialis.* At Salmasius verba Plinii interpretatur fic, quòd Anaximander primus intellexerit cœlum esse σφαιροειδῆ, imò κοίλην καὶ σφαῖραν; probatque id ex ejusdem *lib.* 2. *cap.* 8. ubi idem inventum ab aliis Atlanti tribuit, docet. *Solidam* verò *Sphæram* plerique Veterum Archimedis inventioni adscribunt. Unde Ovidius *Fastorum lib.* 6.

Arte Syracosia suspensus in aere claro
Stat globus, immensæ parva figura poli:
Et quantum à fratri, tantum secessit ab imis
Terra: quod ut stat, forma rotunda facit.

Ubi *globum* vocat ſphæram illam ἐγκύκλιον, ſicut hodieque eam appellamus: Prolixè eam verſibus deſcribit Martianus Capella. Fuit autem illa vitrea, unde terra in medio globi librata ac ſuſpenſa facile perſpici poterat: quod in cereis ſolidis ſphæris, quæ ex alia materia conſtinnantur, fieri nequit. Extat ea Claudianus,

Jupiter in parvo cùm cerneret æthera vitro &c.

Sed præter illa nec circulos illa tantùm & ſidera, & quidquid in cœlo eſt, habuit imitatione expreſſum, verùm etiam morus ipſos cœleſtes, ſiderumque ortus & occaſus, pari lege ac diſciplinâ repræſentavit, ut idem *Epigramma* Claudiani docet,

Inclusus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vivum cœlo motibus urget opus &c.

Cùm hodie ſcorſim globi terreſtres fiant & cœleſtes, uti notum. Alia à ſphæra ſolida illa eſt, quam Veter. κρικωτὸν σφαῖραν, Gal. abſolutè nunc *Sphæram* vocant: Hæc ſolos habet circulos, in quorum medio terra inſtar puncti ex grano aliquo rotundo effigiata cernitur. *Armillarem* vulgò appellant, minùs aptè, melius *Annularem* vel *Circinarem* dicerent; cujus modi Sphæras ex ære potiſſimùm olim fieri ſoliras, idem Martianus præfatus docet. Ut verò ad Archimedem paulò redeam, fuerit *Sphæra ſolida* eo antiquiùs, ex Anaximandrorum aut Atlantem auctorem habuerit, ejus tamen is inventor fuit, quæ rationibus mechanicis eum coelo movertur. Idem σφαῖραν σφαιρικὴν καὶ κινητὴν librum edidit, quicum, inter reliqua ejus opera, nobiliſſimus ac ſubtiliſſimus habetur, monumento ejus columella impoſita legitur, cum *Sphæra* cylindricæ figura, apud Ciceronem *Tuſculan. lib.* 5. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 822. & *ſeqq.* De *Sphæra* vero ingeniosa *Poſidonii*, cujus ſimilitudine Deum Mundi Conditorem ac Rectorem eſſe, Lucius apud Ciceronem probat: item de *Sphæra Sacrobuscana Ægyptiorum*, ad unſtatem Dei ac Mundi demonſtrandam, efficaci, Tob. Pfannerum *Syſtem. Theolog. Gentilis purior. cap.* 2. §. 16. *cap.* 5. §. 3. V. quoque Cic. *de N. D. lib.* 2. *cap.* 30. & Jo. Seldenum *de Diis Syriis*, *cap.* 3. *pag.* 68. & *ſeqq.* Nota compendiariâ *Sphæræ* apud Vett. ſuit ⊕, ut videre eſt apud eundem Salmaſium ubi ſuprà p. 1238.

Sphæriſterium, ſtriga Gymnaſiorum vett. pars, locus erat, ubi τὰ σφαίρια ſive *pila* exercerentur inter Palæſtram, partem lexram, & locum, inter poticus & muros, ſeu partem ocâvam, ubi exercebatur. Licet enim à Vitruvio, in deſcriptione Gymnaſiorum præterirum fuerit, in iis tamen fuiſſe, prolixè probat Budæus: quinimo, & in Gymnaſiis particularibus hortenſibus, unà cum aliis, fuiſſe extructum, docet Plinius Jun. *lib.* 2. *Epiſt.* 17. ubi villas ſuas deſcribens, Laurentinum & Tuſcos, in utrisque *Sphæriſterium* ponit, quod plura exercitationis genera pluresque circulos caperet. Sic, apud Ulpianum *leg.* 16. *ff. de mandat.* Aurelius Quietus hoſpiti ſuo Medico mandaſſe dicitur, ut in horis ſuis ſtaventaribus, in quos omnibus amici ſecum ſolebat, *Sphæriſterium* & hypocauſta, & quidquam valetudini ipſius aptæ, ſuâ impensâ faceret. Unde quoque facilè conjicitur, in *Sphæriſterio*, plus quidem inprimis exercitia, ſed præter hæc alias quoque exercitationes fieri conſueviſſe: quod & Suetonius ſuggerit, cùm *Veſpaſianum* fauces *cæteraq; membra ſiſimies ad numerum in his adſtricuiſſe*, tradit. Dicitur autem plus luſum reperiſſe primus Pythius, ut eſt apud Plinium *lib.* 7. *cap.* 56. qui tamen in aliquibus libris, ut Chiffletiano codice, *Picus* appellatur. V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymnaſt. lib.* 1. *cap.* 9. & hic infrà, in voce *Sphæriſtica.*

Sphæriſtica, Græcè Σφαιριστικὴ, una ex tribus Salutationis Gymnaſticæ, veteribus uſitatæ, ſpeciebus, à Milleſio quidem damnata legitur, teſte Euſtathio *Od. ſ.* quia Athlecæ in coronariis certaminibus ſæpius præmium adepti, pilæ luſum ad nullum eorum quicquam conferre cenſerent; undenec inter ſacros fuit Agones, qui Olympiæ, Delphis, Corinthi aut Nemeæ fervebant, cum varietatibus ſolum conducere, non item, ad victoris agonem vel ad rem bellicam, crederetur. Ab Athenienſibus tamen tanti habita eſt, ut Alexandrum Caryſtium *Sphæriſtam* civitate donaverint, at ſtatuam etiam in ejus memoriam conſtituerint, Euſt. *ubi ſuprà.* Hæc Homeri temporibus ſimplicior cùm eſſet, poſterioribus ſeculis tantam varietatem acquiſivit, ut & ipſa in Gymnaſiis, tam locum, *Sphæriſterium* dictum, de quo modò; quàm Præfectum, *Sphæriſtium*, Gr. Σφαιριστικὸν vocatum, habere meruerit. Erat hic eorum, qui pilâ ludebant, inſtitutor ac veluti Præfectus, qui ſecundùm Galenum *de morbis vulgar. lib.* 2. omnem pilæ jactum, exceptum, repulſumve calleba: &c. V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 2. *cap.* 4. 10. ut & *cap. ſeq.* & ſuprà in voce *Pila*: cujus luſum ad curſum & ſaltum refert, nec cura ſolùm exercere, ſed etiam lacertos, imò omnes corporis partes, ipſos etiam oculos, oſtendit Voſſius *de Gymnaſtica cap.* 3. §. 57. qua de re abunde Galenus *lib. citato* σφαιρικὸν. Idem certamen Græcis Σφαιρομαχία dici, fed ambiguo vocabulo, quia ſimiliter appellabatur Pugilum certamen, quibus *Sphæræ* pro cæſtibus, docet præfatus Voſſius §. *ſeq.* ex Polluce *lib.* 3 *cap. ult.* Cereè, ut *Sphæra* eſt *Pila*, *l.* 16. *ff. mand.* & apud Plinium Jun. *lib.* 2. *Epiſt.* 17. & *lib.* 5. *Epiſt.* 6. ita pro certamine ipſo *Sphæromachia* eſt, apud Senecam *Epiſt.* 80. *in limine*, *Omnes moleſtias ad Sphæromachiam avocavit*: & Statium *Præfat. ad Sylvarum lib.* 4. *Sphæromachias ſpecta-*

ſpectamus, & pilaris luſio admittitur. Thom. Dempſterus *in Roſinum lib. 5. cap. 1.* V. quoque hic infrà.

Sphæromachia, apud Papinium Statium *Epiſt.* præmiſſa *lib. 4. Sylv. 1. Exercere autem ipſos non licet ſic ſecreto, inquis. Sed & Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.* Eſt pugna *pilaris*, à *luſione* diſtincta : quæ qualis fuerit, ſatis enarrari, Veterum illiusmodi concertationibus atque exercitiis abolitis, vix poteſt. Barthius *ad loc.* V. Phil. Beroaldum *Annotat. lib. 2. cap. 8.* P. Fabrum *Agoniſtic. lib. 1. cap. 6.* Juſt. Lipſium & Jan. Gruterum *Not. ad Senecam Epiſt.* 80. J. Savaronium *ad Sidonium lib. 5. Epiſt. 17. &c.* nec non ſupra in voce *Pila*, item *Sphæriſtica.*

Sphæropogon, Græcè Σφαιροπώγων, inter Comica Senum genera olim fuit, h. e. *canuta barbâ inſignis* : quem ejuſdem operæ cum Hermonio fuiſſe, docet Scaliger. Sed & Nuntius in Tragicis ſic dictus, eidem *Poeticas lib. 1. cap. 14. & 16.* ubi *de perſonis Comicis Tragicisq.*

Sphinx, addit Minervæ inſigne fuit, quam in galea ea geſtaſſe dicitur. Pauſanias *in Atticis, In eo vero templo, quod Parthenone appellant, ac ea parte, quæ Aquilæ dicuntur, ſigna poſita ſunt ad Minervæ natales attinentia : In pulſtio, Minervæ & Neptuni de Attica certamen. Deæ ſignum ex ebore & auro factum : in galeæ cono Sphinx ſtetit.* V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib 6. cap. 14. ubi de Sphingibus, in lucerna Minervæ, unita præclara hiſtoria.* Eadem Palladia ſtatua ſubjectam vifit, quæ innuatur, nihil tam abditum eſſe, quod ingenii acie non poſſit erui, omnes que ſtrophas ac argutias nullo à Minerva negotio diſſolvi poſſe ; docet Pierius Valerianus *Hieroglyph. lib. 6.* Sed & in *Sai* urbe Ægyptia, ubi Minerva colebatur, pro ejus templis *Sphinges* apponi fuiſſe ſolitas, cò quòd Deorum ſacra myſtica eſſe & ænigmatica conveniret, diſcimus ex Giraldo *Syntagm. 10.* exque modo laudito Pierio, qui, *Porrò*, inquit, *Sphinges in Ægyptiorum templis hieroglyphicè admonens, myſtica dogmata præcipiebat, & inſtitutiones facræ, per ænigmatum modos, à profano procul multitudine in viſcera cuſtodiri debere, & in arcanis tractari, cujus ergò ſacerdotalis effigie hujus, tabellas & literas ſignare diis delectatus eſt Octavianus Auguſtus ; quam poſtea repudiavit, uſus inde, foliis eminis cauſâ, Alexandri imagine.* Quod Clem. Alexandrinus ſ. *Stromat.* ſuæ confirmat. Et certum eſt, ne Sacrorum interiora in vulgus vileſcerent, facro Silentio illa fuiſſe ab Ethicorum Theologis involuta ; ut docet non Juſtinus Martyr, *Ad cohort.* Clemens Alex. *Protrept.* Lucianus *tomo 3. de Sacrif. Juſt. fin.* Pythagoras apud Laërtium, ut & Stilpo ac Chryſippus : Plato *in Theæteto*, & *Epiſt. 2. ad Dionyſ.* Seneca *Herculis Fur. Actu 3. Sc. 2.* aliique, & diximus de hac re aliquid ſupra, in voce *Silentium.* Itaque aut omnino de talibus in publicum ſilebant, aut, ſi quæ dicerent, iis verborum involucris ſenſus ſuos tegebant, ut nifi *ſi sagacitas ſua* haud ita facile deprehenderent: ut videre eſt apud Laërtium *Pherecyd.* & *Eſarad.*, Juſtinum Martyrem *loco cit.* & Clem. Alexandrinum ſimiliter ubi ſupra, apud quem ſic lutetpres : *Ægypti non quibuslibet ea, quæ erant apud ipſos, communebant myſteria, neque rerum divinarum cognitionem deferebant ad profanos, ſed ea ſolos, qui erant ad regnum perventuri, & ex Sacerdotibus, iis, qui indicati fuerant probatiſſimi, & eruditione, & diſciplinæ genere.* Licetus verò, non tam arcanorum tacturnitatem, per Sphinges illiusmodi pro foribus Templorum ſeu in Pronaïs poſitas, fuiſſe indigitatam exiſtimat, quàm modum hæc dogmata tractandi a nigmaticum, ut iis major veneratio & hominibus plus induſtriæ in ſacris illis ſemandis accederet, adhibitum. Ita enim is *de Gemmis Annular. Schem. 47. cap. 14.* Ifta facra præcepta per ænigmata tradebantur, tum quia veneratione digna eſſent ac admiratione : tum, ut per eo rum obſcuritatem exercerentur hominum fides, quæ certa credulitas eſt certum appetitus ſenſibus. Ita ſanè Legero divinam Prophetæ paſſim per ænigmata promulgarunt, & ipſe Dei Filius homo factus, per parabolas eam edocebat. Quare Sphinges appoſitæ templis Ægyptiorum, non taciturnitatem atque ſilentium Myſteriorum ſacrorum indicabant ; ſed eorundem venerationem, tanquam admirabilium, & certam credulitatem atque fidem, veluti à Deo provenientium adeoque properam & promtam obſervantiam &c. Et facit huc, quòd *Sphinx* interficere dicta ſit eos, qui propoſita ab illa dogmata non intelligebant, quo indigitatum, homines divina præcepta non audientes eague negligentes ac non obſervantes, à vindice Deo, per monſtra barathri necari atque in abyſſum miſeriarum profundumque calamitatum, ab infenali *Sphinge*, Juſtitiæ divinæ miniſtra demergi, cujus res ſimulachrum aperte ſpectandum exhibet Licetus *Schem. prof.* ubi in gemma *Sphinx* exhibetur ſhominem arreptum apprehenſumque medium in aquarum lacum amplifſimum demergens. Quod verò de Sigillo Auguſti Pierius dixit, de eo ſic Plinius *lib. 31. cap. 1.* Divus Auguſtus inter initia Sphinge ſignavit. Duas in matris annulis jam indiſcretæ ſimilitudinis inveneratur. Alterâ per bella civilia, abſente eo, amici ſignavere Epiſtolas & Edicta, quæ ratio temporum nomine reddi poſtulabat, non infaceto lepore acceſpientium, ænigmata afferre eam Sphingem. Quin etiam Mæcenatis Rana, per collationem pecuniariam in magno terrore erat Auguſtus poſtea, ad evitandæ convicia Sphingis, Alexandri M. imagine ſignavit. V. plura apud memoratum Licetum *ſupra*, inprimis autem *Schemate ſeq. 48.* Cœterùm, quæ Σφίγγες Græcis & Σφίγγια, Spinturnicia Latinis dicta eſſe, docet Salmaſius, producto genitivo σφίγγος ; ſicut ex ὄρνις, ὄρνιθος, factum eſt Lat. *cauurnix*, V. eum *ad Solinum pag. 377.* & infrà in voce *Spinturnicium* : Plura verò de *Sphingibus*, apud Car. Paſchalium *in Coronarium libb.* Caſp. Barthium *ad Statium paſſim*, Bochartum *Hierozoïci Parte poſter.* Alios.

Sphinx Myſtagoga, ſeu *Diatribe de Mumia hieroglyphicata*, ex Ægypto in Galliam non ita pridem translata, hieroglyphicorum, quibus inſcribitur, explicationem continens ; titulus libri eſt, auctore Athanaſ. Kircherο édito, Amſtelodami anno C. 1674.

Sphondylus, V. infrà *Spondylus.*

Sphragis, apud Plinium *lib. 37. cap. 8. nec diverſæ* (gemmæ) *quas* Sphragidas *vocant, publico harum gemmarum dominio iis tantùm dato, quoniam optime ſigneni* : gemmæ nomen, è fardæ generibus. Hic enim primus & veruſtiſſimus apud Græcos uſus iſtiusmodi minoris formæ lapilli rum fuit, ut ſculpenretur & auro includerentur, digitoque geſtarentur ad ſignandum ; unde gemma proprie σφραγὶς eſt dicta. Inde & Heſychio vox non pro gemmæ ſigno, ſed pro gemma qualibet, & lapide annulari ad ſignandum cavato, ſumitur. Quinimò gemmarum in ſtatam certamque ſuiſſe magnitudinem hinc diſcimus, quòd fardæ quoddam genus, quæ paulò amplior eſſet, *Διπλᾶς* dicereur, quaſi duplicis σφραγῖδος magnitudinem haberet. Hinc σφραγιδοφύλαξ, quæ κυτὶς alias, *obſtrigillum* eſt, pala annuli : quod gemmam concluſam cohiberet & aſſervaret, ſic dicta. Sed & Σφραγὶς ſimpliciter dicta Lemnia terra, à ſigno Diancæ illis impreſſo, V. ſupra. Annuli quoque pala, quæ rotunda & cava erat, ut gemmam inſeram teneret. Heſychius, σφενδὼν ἡ τὸ δακτύλιον ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ σφραγὶς, ἢ σφραγὶς. Et hinc de veſtium ocellis : quemadmodum Hebræi quoque palas annulorum & veſtium clavos, plumas ſeu ocellos, eodem nomine appellarunt. Idem Heſychius, σφραγίδες οἱ ἐπὶ τῶν ἱματίων, τὰ τὰς ὠμοπλάτας σπείρας. Diverſi ab his erant clavi quadrati, quos *ſeſſeras* Latini, & *tabulas* recentiores, Græci κόκκους dixere. Item orbiculi pantherarum apud Oppianum, *breves in clamidis macularum oculos* vocat Plinius. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum paſſim, ad Tertullianum in Carino*, & ſupra ubi de *Annulis, Clavis, Plumandi Arte &c.*

Spica, corpus eſt ex granis ordine diſpoſitis & ariſtis conſtans, ex Græco στάχυς, Æol. σπάχυς, unde Lat. *ſpicus*, ita enim Vett. primò enuntiarunt, quæ poſtea *ſpica* dicta eſt. Servius *Dicimus autem & hic ſpicus, & hoc ſpicum.* Proprie de frumento, inde de croco, quod *Spicam Ciliſſam* vocat Ovidius,

Et ſpinet acheſpic ſpica Ciliſſa ſuas.

Quoniam in eo ſita lutea de medio ſurgunt, quaſi quidam mucrones vel cuſpides, quæ tanquam in *ſpica* ariſtæ, Græci ἀκροκόμια vocant. Eandem proſius ob rationem Indica nardus *ſpicæ* accepit nomen : Radix enim illa quidem, ſed quæ caulem è ſolo erigat, aliquando plures, multis capillaceis ac denſis foliis, inſtar ariſtarum, obſitos : quod à Vett. quibusdam proditum hiſtoria recens comprobavit, V. Garciam *de Aromatis lib. 1.* Hinc Auctor Carminis *de Pharſice*,

Hîc additi teneræ nardi pubentia ariſtas.

Sunt autem hæ ariſtæ in nardo folia ipſa, quæ tenuia admodum in acumen deſinunt, quàla Græci τριχώδεσθαι appellant. Inde τριχώδακα νάρδου dixit Meleager ; & malè in nardo ſpicam à folio diſtinxit Plinius *lib. 12. cap. 12.* Sed & inſimæ Græciæ στάχυς abſolutè, h. e. *ſpica*, nardus dicta eſt. Unde *Spicatum* unguentum, multo olim in uſu apud Romanos, de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1065.* Porrò à *Spica*, *ſpicea* corona dicta eſt, de qua mox : item *ſpicatæ ſaces*, quæ lignum minutatim concilum habent in tenues aſtulas, veluti ariſtas, quæ *ſpicæ* formam reddunt. Gratius,

Spicatuque faces ferre ad nemora alta Dianæ.

Apud quem, ut & Virgilium, *inſpicare faces* non eſt acuere, ſed in multas ariſtas concidere. Cuiusmodi facum in Sacris, Nuptiisque Vett. uſus fuit, uti ſupra diximus.

Spicea Corona, Certis olim fuit. Unde apud Ariſtidem *Eleuſin.* Hercules & Dio cæti, qui primi fuerant initiati ſacris Cereris, & agone gymnico apud Atticam Eleuſinem defuncti, iſtiusmodi coronamento inſigniti leguntur. Iſpaque inde στεφανηφόρος dicta eſt, inventis frugibus id honoris merita. Meminit diſertis verbis Corona *ſpicea* Horatius Carm. *Secul.* de Cerere loquens,

Fertilis frugum, pecorisq; tellus
Spicea donet Cererem corona.

V. quoque Tibullum *lib. 1. Eleg. 1.* Ovidium *Faſtorum lib. 4.* & *Metamorph. lib. 10.* Alios. Eodem facit, quod Plutarchus de Eumene memorat. Vidit is per quietem duos Alexandros, paratos ſecum invicem pugnare, quorum cùm alteri Pallas, alteri Ceres faveret, hic victor exſtitit & coronâ *ſpicis* à Dea corona-

tus est. Quare Enumeres posteà dic, audito hostibus signum esse, Palladem & Alexandrum, signum & ipse dedit, Cererem & Alexandrum, omnesque non milites solùm, sed & ipsa arma similiter coronari jussit, atque hoc pacto, velut victoriæ certus, in campum defcendit. Sed & ilis Ægyptia *spica* coronatur, apud Tertullianum *de Cor. Mil. Prima ilsi reperiæ spicas capite circumitulis.* Juno item Ζυγίτις Argis, apud Etymolog. in voce hac. Nempe Juno hæc eadem cum Ilide, nec ilsi à Cerere diversa, uti suo loco diximus. A' Cerere transiit corona hæc ad Romulum & Sacerdotes Arvales, qua de re sic Plinius *lib.18. cap.2. Etsic seria ab Acca Laurentia* —— spicea corona, *quæ vitta alba colligaretur, in Sacerdatio pro religiosissimo infigni data, quæ primo apud Romanos fuit coronæ. Etenim ij, ut non nisi vitâ finitur* &c. Cæterum loni semper omnibus habita est: unde sub Claudio Principe Equiti cuidam Romano crimini data est *nocturne quæsitis ſpecies objecta, tanquam vicisset Claudium ſpicea coronâ evinctum, ſpicis retro conversis; cæd, imagine gravitatem annonæ diviſſet.* uti refert Tacitus *Annal. lib.* 11. V. Car. Paschalium *Coronar. lib.* 4. *cap.* 13. *lib.* 7. *cap.* 8. & supra ubi de Cerere.

Spiculum, à *ſpica* similitudine lic dictum, teli genus apud Romanos fuit, idem Dempstero cum hasta & sparo. Quod enim C. Nepoti in *Eumene* dicitur *hastam* seu *ast*, id Valerio Maximo *lib.* 3. *cap.* 2. *Spiculum*; Ciceroni vero *de ſinibus bon. lib.* 2. *Haſta* dicitur. Hinc *Spiculatores* vocati Principum satellites, à gerendis vir. *Spiculis*, quorum mentionem facit Cors. Tacitus *paſſim*. Apud Marcum *cap.* 6. *verſ.* 27. ubi de Johanne Baptista in carcere Herodis jussu decollato, Σπεκουλάτωρα legimus, voce Latinâ corrupta, & ut in quamplurimis, ficut pleraque alia reperiuntur, ut λεγιὼν, legio, τετράγωνα, *quadrata*, Δεβελίσκοι, *obeliſci*, πέπλοι, *peplum*, ἀρματόβοσις, *pabulum*, ἔφιπποι, *equites*, πεζοπορεῖαι, *itcra*, τριακοντόρος, *triacontorus*, ἐνδρεῖαι, *tunicæ*, ὄφεις, *viri*, &c. ἀφεγγὴς νὺξ, *tenebroſa nox*, φραγμὸν, paſſim in Novo Test. Beza *Notis ad Matth. cap.* 5. *verſu* 26. A' *Spiculatoribus* caligam habes *Spiculatorium*, apud Suetonium *Caligulâ*, cui Bayfius emendavit, *cap.* 52. Ubi tamen sunt, qui *Speculatorium* retineri malunt, de qua voce *ſupra*. Neque verò Satellitum solùm, sed & Heroum gestamen *ſpicula* fuere, & quidem bina, quæ manu fiolebant ferre, uti de Mesapo, apud Virgilium *Æneid. lib.* 7. de Gallis, apud Apollonium *Argon. lib.* 2. de Polynice, apud Papinium *Thebaid. lib.* 4. *verſu* 86. & *lib.* 5. *verſu* 234. de Penthesilea, apud Q. Smyrnæum *lib.* 1. &c. legimus. Idem mos pilorum in Militia Romana, uti docet *in ea* Lipsius *lib.* 3. *cap.* 4. De *Spiculo* Herculis in acum crinalem verso, V. Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 4.

Spina, terram post Hominis lapsum maledictam quæ asperare cœpit, Genes. *cap.* 3. *verſu* 18. peccatorum sudos pedes ladens, velut monitor fuit acer, qui cavendi ipsi referrent memoriam, ne de miseria aureus velleret. Unde & Athenienses instituerunt, ut in solennibus nuptiarum puer patrimus & matrimus gestarent *ſpinas* cum fructibus quercus, dicereique canistrum ibi positum esse plenum panibus, addens, Ἔφυγον κακὸν, *fugi malum, inveni melius*. Quo indigitatum illis infaustum *ſpinarum* omen est. Postquam verò in sacratissimum Servatoris nostri caput, qui *maledictio pro nobis factus eſt*, Galat. *cap.* 3. *verſu* 13. aut ascendere, usum mutavit. *Coronam* enim è *ſpinis* contextam (Præsidis milites) *impoſuerunt ejus capiti*, Matth. *cap* 27. *verſu* 29. quod immaculatus noster Agnus patientissimè pertulit, ut à maledictione peccatique aculeo nos liberaret. Hanc è junco marino, quem Græci ἑξάγωνον vocant, fuisse complexam, haud pauci putarunt. Sed nulla est juncí species, in cujus describione vel Theophrastus, vel Plinius, vel alii probati Scriptores *Spinæ* commemorent: thyrsum autem & acumen, in quod desinunt nonnullæ juncorum species, insulæ *ſpinæ* vocaveris. Videtur autem errori occasionem dedisse vox πλέγανον, id est, *contextus*, quam in historia illa Evangelistæ usurpant: Nam id verbi propriè locum habet in vitribus, ad quæ accommodatissimus est juncus; sed & de aliis rebus dici nemo ignorat. Et de corona illa tantum fcimus. Clemens Alexandr. *Pædag. lib.* 2. *cap* 8. ostendit factam fuisse ἐκ τοῦ ὄρους, è rubo, rubumque illum confert cum eo, in quo Deus apparuit Moysi, mysterium aliquod in utriusque comparatione observans. Sed quum ruborum multæ sint species, nimis atque inutilis labor fuerit, velle quærere, quæ potissimùm species ad hanc coronam fit adhibita. Marcellus Empiricus ex alba *Spina* Christum coronatum fuisse, scribit; ut de aliis nil dicam. Hodieque coronæ hujus reliquias fupersesse, contendit Baronius, fed idoneo, quo id probetur, argumento opus est. V. Ifaac. Casaubonum *Exercitat.* 16. *ad Baron* §. 74. Aliud coronæ genus fuit ex baccis *Spinæ*, κοινὸν ἐξάγωνον lic dictæ Plinio, quæ ἐξάγωνος Græcis, Theophrasto quoque ἑξάγωνος simpliciter, aliis *alba ſpina* vocatur, à Romanis in usu. Apud quos eadem facibus nuptiarum aufpicatissima habita est, uti tradit Varro: etiam malas noxas averterecredita, unde & virga inde lanalis fiebat. Salmasius *ad Solinum pag.* 525. Porrò, vetetes Ascetas sibi dormituris *ſpinas* seppoluisse, ut ab iis compuncti citiùs expergefierent, dictum *ſupra*, in voce *Somnus*. Fibulæ loco, *Spinâ* nexum Sagum Germanor gestasse fuo tempore, Tacitus tradit; & ostendit in con Sagi Germanici, quam ex Cluverio in fuum opus transtulit Odav. Ferrarius *de Re Veſtiar. Part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. Nec *Spinis* defuit, apud Romanos olim, fuus Deus *Spinenſis*, ab iis evellendis nomen nactus, ut legimus apud Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. orig. & progr. lib.* 2. *cap.* 61. &c. Plura hanc in rem, ut & de variis arboribus *Spinæ* nomen gerentibus, *Spina viz. Ægyptia*, candida, unde acacia colligebatur; *nigra*, cujus filiqua fucum præbuit coriis tingendis, lignum verò navigiorum coftis utilissimum fuit; *Spinâ Arabica*; *Spinâ Indicâ*, ebeno simili, unde mastiche; *Spinâ Thebaicâ*, eadem cum Acacia, ex qua gummi, cui *Thebaico* nomen: *Spinis* item *Fullonia*, aliisque, V. a. apud Salmasium *ad Solinum paſſim*: uti quandam alia de *Spinis* ſupra, ubi de *Rhamnſia*, item *Reſpinis*.

Spina, in Circo dicebatur Latinis, quæ Κρωνὶς Græcis. Et quidem *Spinæ Circi* meminit Cassiodorus, ubi de Circo, & Scholiastes Juvenalis, *ad illum verſum*,

Plebejum in Circo poſitum eſt & in aggere Fatum.

Ubi adnotat, *in Circo*, *in ſpina*. Nempe fic dicta eft crepido extans per medium Circum, inter utrasque metas, feu feptum, feu margo, è ligno factus, circa quem equi curricula fua peragebant: quem non tantum longum, fed etiam latum aliquantum fuisse, necesse est: alias *Interneſtines*, item *Euripos*, uti ſupra vidimus. Voce ab animalibus eò translatâ: Ut enim *Spina* per medium dorsum animalium porrigitur eminentque, ita & *Spina* per medium Circum. Certè aliquid eminens, velut dorsum, in Circo fuisse, oftendit Cassiodorus, *Spina*, inquiens, *inſtilicum captivorum fortem deſignat, uti duces Romanorum ſupra dorſa hoſtilium ambulantes laborum ſuorum gaudia perciperunt.* In media hac *Spina* obeliscus erectus ftabat, ſupra quem æræ tres, Saturni, Jovis & Martis; infra verò tres carceres æræ totidem, Veneris, Mercurii & Lunæ. Ibidem delphinorum columnæ, cum aliis ornamentis Circi erant collocatæ, de quibus etiam ſupra aliquid diximus. Sunt tamen qui Eurípum recentioris ævi, à *Spina* diversum facientes, fic dictum ſolùm volunt partem ejus mediam aliquâ lignea fabricâ eminentiorem factam, quod Græcis ἔυριπος κρωνοειδὴς & ἀπὸ κρωνὶς τὸ τῶν πάππων appellatum: Qua de re V. Salmasium *ad Solinum pag.*909. & *ſupra*.

Spinalium, adde in *Pius* Adalbertinis, poſteriore, Epiſcopi Mettenſis, ab æquali Abbate, circa A. C. 1000. ſcripta, *Spinal* caſtrum vocatur, & in pago Calvomontenſi, ad Moſellam, collocatur, his verbis: Domnus Deodericus, Mettenſis Epiſc. cui Adalbero noſter ſucceſſerat, in pago Calvomontenſe locum quendam, inter Moſellam & montem, quiin devexo ſul caſtrum habet, ex accidenti lingua ruſticorum *Spinal* vocatum, divi. nec famulatui optimi reperiens, Monaſterium conſtruxit, conſe Sanctis illud Domino & S. Deodrico, cui ea ætate ordo tranſluit. Ibi Adalbero ancillas Chriſti, ſub regulari vita & inſtitutione patris Benedicti bene edoctas, collocavit & dotavit. Tum addit, caſtrum imminens Monaſterio, ſedes eſt Epiſcopalis. Nimi rum caſtrum hoc à *ſpina* montis Moſellæ proximi, in qua poſitum eſt, nomen accepit: *Spinal* quoque & *caſtrum Spinalenſe* dictum, in *Chron.* de Epiſcopis Mettenſibus, quod in A. C. 1260. definit. Certè, ut capitra & vertices, frontem & fauces, ſic & dorſum & *ſpinam* & pectus & latera & coſtas pedeſque montibus tribui, conſtat. Vulgò nunc *Eſpinal* nuncupatur, eſtque poſitum ad ripam flum. Moſellæ, 4. leuc. ab Alericaco caſtro Abbatiâ inclyto *Auree*, diſtitum. V. Hadr. Valeſium *Not. Gall.* in voce *Calmontenſis pagus*.

Spinenſis, Deus ad Romanos, ab evellendis *ſpinis* dictus. V. *ſupra* in *Spina*.

Spinetum, adde: Nomen ei à ſolo, in quo conditum eſt, *ſpinoſo*. Sic *Spinetum* aliud eſt, juxta Lufarchias, *Eſpinay*: & in Decanatu Linarienſi, *Eſpinay ſur Orge*; vic. Diœceſeos Pariſiacæ, aliaque in Gallia loca non pauca, Vales. Ar *Spinetis*, vulgò vocatur inſtrumentum Muſicum, compluribus æreis filis conſtans, in quo ordine digeſta plectra ſubſilientia, corvinarum pennarum cuſpidibus, ecu *ſpinis*, mucronata, ſonum edunt: de quo ſupra in voce *Clavicymbalum*.

Spingardus, ſeu a, apud recentiorioris ævi Scriptores, Sanctum *lib.* 2. *part.* 4. *cap.* 8. Auctorem *Hiſtoriæ obſid. Tudenſis lib.* 1. *cap.* 38. & *lib.* 2. *cap.* 12. machinæ bellicæ feu balistæ ſpecies eſt, quam *Eſpringale* Scriptoribus Gallicis appellari, monet Car. du Freſne *Gloſſar.* V. *Spingarda*.

Spinther, hiſtrio, adde: Lentulus hic *Spinther* primus Apollinaribus Ludis vela in theatrum duxiſſe, memoratur. Plinius *lib.* 19. *cap.* 1. Poſtea in Theatris (invalescente nempe luxu) re tantùm umbram ſecere vela, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cùm Capitolium dedicaret; carbaſina deinde vela primus in Theatrum duxiſſe traditur Lentulus Spinther &c. V. quoque infrà ubi de *Petiis*.

Spinther, mel. *Spinter*, Feſto *armillæ genus*, *quo mulieres ubentur*, *brachio ſummo ſiniſtro*: quod quale fuerit, ignoramus quia ab armillis diſtinxit Plautus *Menæchm.* *Actu* 3. *ſc.* 3.

Redde Spinter, *ſi non meminiſti*. ME. *mam.*

AN. *iſtuc*. ME. *ubi illæ armillæ ſunt*, *quas unà dedi*.

Nisi utriusque brachii, utriusque fexus fint armillæ, & *Spinter* ſimiſtri tantum foeminarum, vix in his tenebris aliud dici poteſt. *Spinter* calucatorium, in armillæ venit nomenclatorem *Badaico*. Unde poſtea *armillanos* curſores appellat, partim ob inſigne, quod præferunt, partim quia armillæ inſtar ab armo dependent. Fibulam vel Armillam *Spinteris* notione intelligit Priſcianus *lib.* 5. Hinc que fibulam in *Spinter* communavit Florens Chriſtianus, apud Aritſophanem *Lyſiſtrata*: ut ad illud Plauti in *Menæchmis* reſpexiſſe Poëtam oſtenderet,

Subeatis, novum Spinter *reconciniarier*:

V. Thom. Bartholinus *Schedion de Armillis Vet.* A' Gr. fortè ἐπαν-θὲς, *ſimilis*, quod auro ſcintillaverint, Gouldm. *Dictionar.*

Spinturnix, ſeu *Spinturnicium*, vett. Romanis dicta *ſphinx*, genitivo σφίγγος producto, uti ſuprà oſtendimus: Quadrupes viz. turpis figuræ *ſuſpo pilo, mammis in pectore geminis*, Plinius *l.* 8. *cap.* 21. in aridis Ægypti & locis Æthiopiæ vicinis frequens, ut habet Agathatchides, Diodorus *lib.* 3. Armmianus Marcell. *lib.* 22. cui poſtmodum alas affinxere Græci: Ægyptii certè, ut erant, ſine alis ſemper pinxere. Hinc de homine aut muliere deformi. Vetus verſus,

Occurſatrix ariſſum peſſima ſpinturnix.

Et Plautus,

Pithecium præ illa & ſpinturnicium &c.

V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 377. Non deſunt tamen, qui meras fabulas omnem *Spinturnicium* ſeu Sphingum hiſtoriam aſſeverant, ut P. Bellonius *Obſervationum lib.* 2. *cap.* 46. quem vide ex diverſis formis vett. Operum lucem ſententiam confirmantem.

Spinula, ſeu *ſpina parva*, inter aurea mulierum ornamenta nonnullis recenſetur, Exodi *cap.* 35. *verſu* 22. ubi vocem Hebr. נקם *acum*, fibulam aut *aciculam* ſignificare exiſtimant. Kimchius explicat, *Ornamenta inſtar acus, quæ perforant & jungunt duas oras indufiſ ſub gutture.* Gall. *eſpingle* vocant, ex Latino, a figura, & quia *ſpina* olim fibularum & aciculorum vicem præſtabant. Hinc *Æmeid. lib.* 3 Achæmenides inter Cyclopes degens, habuit,

——— *Conſertum tegmen ſpinis* ———

Ad quæ verba Tactius palam alludens *de Moribus Germ. Tegmen, ait, omnibus ſagum fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum.* Qua de videndi Fullerus *lib.* 5. *cap.* 13. & Meſnagius *ad L. Gall. Origin. p.* 703. laudati Sam. Bochartо *Hierozoici Parte prior. lib.* 11. *cap.* 4. Apud Eccleſiæ Rom. Scriptores vox inprimis uſurpatur de tribus aciculis, quibus Pallium Archiepiſcopale conſtringitur, ut videre eſt apud Honorium Augudod. *lib.* 1. *c.* 22. *Spinula, qualibus Pallium conſigitur*, Alioſque. Pro quo *Spindula* nonnunquam occurrit: unde *Spindulatus*, i. Pallio Archiepiſcopali ornatus, apud Gervaſium *de Repar. Eccl. Cantuar.*

Spinus, Gr. σπινθ-, male ἀσπὶς redditur Gazæ, hoc tamen nomine non carduelemindigitari, ſed aviculam parvam, quam Galli *Serenum* hodie vocant, contendenti. Fringilla namque σπίνθ- Græcorum eſt, quæ in urbibus ut plurimum æſtate degit & ſuprà tecta domorum cantillat. Eam cum turdis venum exponebant Græci, unde σπίνοι & κίχλαι Comici ſæpe jungunt. Inter quos Ariſtophanes *7. σπίνοι* obolo vendi dicit,

Ὄτι σπίνοι τὰς σπίνους πολλὰ κρὸ ἐπὶ τὸ ὀβολὸ,
Ἕτται φυσῶντας κίχλας.

Inter aves enim menſis commendatas etiam *ſpinus*, apud Pollucem, & Stobæum in *Excerpt. c.* 55. Galli hodie *pinciovem* vocant; σπίνθ- namque & σπινθ- idem, unde σπινθίον, ex quo *ſpinthio*, *pinthio*, *pincio* &c. Sed & ſic quidam vocaſſe videntur minimum paſſerculi genus, quem τζιγλίτζιν & τζιγλιτζίνον Græci vocant. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 444. 445. & de *Spino*, prunorum arbore, quam *Prunellum* Galli vulgo vocant, Eundem p. 537.

Spira, convolutio & concumulario crinium mulierhium, apud Romanos, dicta eſt. Multis enim gradibus & ſpiris cumulatam & convolvaram in altitudinem comam extruere illorum mulieres conſueviſſe, docet Juvenalis,

——— *tot adhuc compagibus altum*
Ædificat caput ———

& diximus ſuprà, ubi de more *Comam ſtruendi*, item in voce *Capillatura*, ubi ex alienis & aſcititiis capillis ſtrui has *ſpiras* ſolitas vidimus. Cujusmodi *ſpiram* capillorum ruffiorum duci ſervo in Theatro Pollux dat *lib.* 4. *cap.* 19. Hinc *ſpiroſus capillus* Appuleio, in ſpiram cumulatus & convolutus. *Meliſſarium lib.* 2. V. Salmaſium *ad Tertullianum de Pallio c.* 4. ut & infrà, in vocibus *Suggeſtum* & *Tutulus.*

Spiramenta, apud Vitruvium *lib.* 7. *c.* 4. Deinde inſuper anı „ matæ tegulæ ab imo ad ſummum parietem figantur, quarum „ interiores partes curioſius picentur, utab ſe reſpuant humo- „ rem item in imo & in ſummo fupra cameram habeant ſpiramenta iforamina ſunt, ſicut idem canalium exitus, quibus humor egeritur, eodem modo vocat. Græcis ἀναπνοὴ. V. Ipſum in vocibus *Animatæ tegulæ*, *Rices*, *Nares*.

Spiritales, dicti olim Valentiniani Hæretici, à ſeipſis, cùm orthodoxos *Pſychicorum* contritio aſpergerent, Irenæus *adv. hær.* Valentini *lib.* 1. *c.* 1. Spiritales, qui perfectam cognitionem habent de Deo, ſemetipſos dicunt—Et licèt in quibusdam materialibus operibus ſint, nihil tamen ipſos nocet, neque amittere ſpiritalem ſubſtantiam. Quapropter & ſine timore omnia, quæcunque vexantur, hi qui ſunt illorum perfecti, operantur &c. V. de illis *S.* Jo. Forteſbum *Inſtruct. Hiſtorico-Theologic. l. I. c.* 37. *num.* 2.

Spiritus Cohibitio, inter Vett. γυμνάσιον, V. ſuprà, ubi de *Gymnaſtice.*

Spithama, longitudo propriè duodecim digitorum, ſeu 3. παλαιστῶν, unde Ægyptiarum aſpidum ſpeciem unam ἑνθαμπαῖον vocat Serabo, nempe breviorem alterâ, fed morſu magis feralem, ἕξαδακτύλου τοῦ μήκους, quam cum ſpithamia eandem ipſe Salmaſius *ad Solinum pag.* 342. Plinius pro ſemipede vocem alicubi accipit, *albiti ſpithamæos bipedalem* vertit, neutrum accurate; melius *dodrantalem* alio loco, ut idem Salmaſius docet *pag.* 1328. De *Spithamæis* Pygmæis, V. in hac voce.

Splanchnoptes, ſervus Periclis, inter celebria ex ære ſigna, memoratur Plinio *lib.* 34. *c.* 8. Stipax Cyprius uno celebratur ſigno, Splanchnoptes. Periclis Olympii vernula hic fuit, extat torreus, ignem oris plenifpiritu accendens. Meminit eundem ſervi idem *lib.* 22. *c.* 17. Vernula chara Periclis Athenienſium Principi, cùm is in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii & inde decidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, & monſtrata Periclifomnio à Minerva. Quare Parthenion vocari coepta eſt—Hic eſt vernula, cujus effigies ex ære fita eſt, ὁ δὲ παιδάριον ille Splanchnoptes. Græcè ἐπλαγχνόπτης, q. *extainſticiens*, aruſpex. Σπλάγχνα enim extafunt, unde σπλαγχνομαντεῖα, quo verbo ritus omnis continetur, quo exta inſpiciebantur, prophabantur, aræ imponebantur & quæ edulia erant, comedebantur; quibus peractis thus & vinum in ara libabant, quod ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις σπένδειν vocat Arrianus in *Periplo Ponti Euxini.* V. Salmaſium *ad Solinum p.* 129. & ſuprà in voce *Profiſia.*

Splen, non pauciis Veterum, Eraſiſtrato inter alios, Theophraſti diſcipulo, & Ariſtoxeli ex filia nepoti, apud Galenum *de Atra bile*, viſcus noxium aut certe nullius uſus viſum eſt, nec certo fine à natura factum: quiprom ἀπλήστου medicamentis (quia ſunt teucrium, ſcolopendrium & hemionitis) illum paulatim conſumere, vel ferro candente exurere, vel excitione denique ex corpore prorſus exſcindere tentarunt. Et quidem præter modo dictam, remediorum hujusmodi longam ſeriem habet Samonicus *c.* 24. Modum adurendi hinc tradit Paulus Ægineta *lib.* 6. *c.* 48. *Cutis, quæ lieni incumbit, hanc elevata, oblongo ferro candenti per totum ſpla adaretur, ut intùs impreſſa diuæ ſtanscratæ Sc.* De excitione, idem Samonicus, cum ſe

——— *tumidus noxet, & riſum addit ineptum,*
Dicitur exſectus facilesauferre cachinnos.

Quod utrumque tamen, exuſtio viz. & exſectio, multis carnificina potiùs videtur eſſe, quàm medicina, V. Trallian. *l.* 8. & Cœl. Aurelianum *l.* 3. *c.* 4. Interim non equis ſolùm exemptum *ſplenem*, ut agiliores eſſent ad curſum, legimus in *Gemara Sanhedrin c.* 2. *ſect.* 9. ubi de 30. curſoribus, quos fibi comparaſſe dicitur Adonija I. Regum *c.* 1. *verſu* 5. & apud Abſyrtum *Pneum. lib.* 1. *c.* 40. ſed & hominibus. Plinius *lib.* 11. *c.* 37. *Peculiare curſus impedimentum in eo, quamvisrem invenisse curſorum laborantibus, & per vulnus exjanc examio vivere animalia tradunt.* Ubi quod de *curſus impedimento* ait, firmat Plautus *Curculione*, ubi leno Cappadox *Æſio* 2. Sc. 1.

——— *accreſci labor,*
Nam jam quaſi zonâ lieni cinctus ambulo.

Et in *Mercatore Æſio* 1. Sc. 1.

——— *genus hunc curſorem deſerunt,*
Perii, ſeditionem facit lien ———

Unde & apud Riolanum *Anthropol. lib.* 2. *c.* 23. Turcis curſoribus lienem inuri, narrat. Roſſetus ufque verum eſſe audivit, fed aucquam modum reſcire ſe potuiſſe, refert Nicolai *Itiner.* V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior. lib. II. c.* 11.

Splendoclaſtus, apud Rainerum *de Invent. reliqq. S. Euſychetis & Acutii*, vox hybrida eſt Carolo da Freſne, compoſita viz. ex Lat. *Splendor*, & Græca κλαστὸς *fractus*; & epitheton auri obryzi, in tenuiſſima folia dilatati. Villum in *Gloſſar.* Certè *ſplendor* de auro, apud Græcos Latinoſque paſſim dicitur: ut videre eſt apud Salmaſium *ad Tertullian. de Pallio c.* 3. Sed de aliis rebus, cocco, igne, veſtibus, quæ ponderibus atque tormentis preſſa *ſplendere* cogebantur, uti ait Seneca *de Tranquill. lib.* 1. V. ſuprà ubi de earum *Candore*, item in voce *Prelum*, alibique paſſim.

Spodium, Græcè σπόδιον, everrimentum eſt caminorum metallicorum cum cinitillis & carbonibus, cineribusque (unde nomen) mixtis: Dioſcorides σφόδι vocat, & σποδὸς λίθων & μετάλλων *& equalium.* Unde Gerardus male *Tabaxir* Perſarum ſic vertit, quod eſt Saccharum vett. & *Sacar Mambum* hodiernorum Indorum; ab Avicenna ſeductus, qui ejeneremid putavit eſſe arundinum exuſtarum, quæ vi venti ſeipſas compulſantes flicto ignem concipiant. Nec melius Garciasab Horto cum *Tutia* confundit, quam cadmiam eſſe, certum eſt. Cœterùm σπόδιον pleraque oculis

profeciunt, & ex his medicamenta ἐφέλκοντα parantur. Hinc στυππίνη, cinericius; gilvus; qualis & afinorum color. Simonides,

Τὸν δ' ἵκετο σποδιὸς κ; πολιὸς εἰδώλου τρόπος.

In equis determinus. Virgilius,

—— —— —— *color deterrimus albis*

Et gilvo ——

V. Salmasium *ad Solinum* p. 976. 1022. & 1332.

Spolia, propriè appellata sunt olim pannicularia ea, quibus indutus erat reus, cùm ad supplicium deducebatur, *l. 6. ff. de bon. damnat.* Unde *spoliare*, vestes eorum exuere; quæ à victoribus plerumque distrahi & inter eos dividi solebant: & *Spoliatorium* locus, in quo spoliari solebant; ut videtur vox illa apud Plinium *Panegyr.* fumi. *Nunc Templum, nunc vere Deus, non Spoliatrium civium crudentissimæ prædatrium sevum receptaculum.* Sed de hac voce *infrà*. Inde etiam, quæ cui latrocabitulit, *Spolia* dici cœperunt, *l. 31. §. 1. ff. de jurejurando*, item, quæ in bello hostibus vivo, Græcis ἀκρόθινα, live mortuo, Græcis σκῦλα, vocata, detrahuntur. Hæc antiquitatem Deorum Fanis fulpendebantur. Valer. Maximus *lib. 7. cap. 6. in. 2. Operæ M. Junii Dictatoris Remp. administrantis* Spolia *affixa templis, Deorum Numini conservata.* Hinc *lancea & flagitar aurea a Rege Sophene capta Davidi* κατοχὴ γλυκὸ *consecrata*, apud *Jol. antiqq. Judaic. lib. 8. c. 10.* Græci quoque ut plurimum Diis fua ex facta tecerunt, nonnunquam Delphos miserunt, κ τὰ ἄλλα ἅπαντα illis dicata; quod præcipuè in eorum congestu ejus τῷ Διὶ Dijs dedicatum. Quo refpiciens Megara apud Euripidem, cùm de nuptiis, quas fecigiflet, verba facit, ait,

Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ἐκ φόνων ἄγων ἄγων.

Pulchrè de hoc ritu, Silius *Punic. lib. 1.*

In foribus sacris, primoq; in limine Templi
Captivi currus, spolia dextra, arma, rapta
Bellantum duribus fixerat, in Martis honore,
Pompa quos ingens, & per victoria tela cruentum
Claustra, & portarium pendens.

Et meminit ejus Horat us *lib. 4. Od. 15.* ubi de Parthis,

Et signa nostro restituit Jovi
Derepta Parthorum superbis
Postibus.

Prius tamen in triumphis ducebantur. Post Duces enim cæteros, ordine ducebant, Liv. *Dec. 4. lib. 4.* succedebant his tormenta bellica & cætæ, unde, Idem *Dec. 3. lib. 9.* cælatum dein argentum, hostibus ereptum, lætantis civitatis oculis ingerebatur, Plut. in *Paulo Æmilio*: (sequebantur *Spolia* & arma hostibus detracta, Liv. *Dec. 4 lib. 9. &c. V.* Thom. Dempsterum in *Rosinum lib. 10. c. 29.* Etiam Tropæis affigebantur *Spolia*, cum inscriptione, quod τὰ σκῦλα δῶν τρόπαιον ἀνέθηκε vocat Scholiastes Eurip. in *Phœniss.* Imò Tropæa nihil aliud erant, quam *arma corpora cum spoliis.* V. Fabricium *ad Sidon. & in voce Tropæum.* Quemadmodum autem *Spolia* & in voce *Tropæum*. Quemadmodum autem *Spolia* & in voce *Tropæum*. Quemadmodum autem *Spolia* & in voce *Tropæum*.

παίζειν, ἢ ἄξειν τὸν κύβον. Similiter ad pluteum cubabant pueri cinædi, unde Dolabella Cetaceum, *publicum Regium, ſpondam interiorem lecti* vocabat. In lectis contra triclinariibus *ſpondæ* dicebantur pars interior, quæ mensæ admovebatur : exterior verò *plutei*. Ideò puellæ, & pueri, qui in delitiis, interiores accumbere dicebantur, cùm in gremio amatorum ſuorum jacerent, nec pluteum tangerent. Scipio Africanus de Sulpitio Gallo, *Qui in convivio adeſcentulus cum amatore cum chirotheca ſuorum interior accubuerit.* Juvenalis,

— incuſa gremio novus nupta mariti &c.

V. Salmaſium *ad Spartianum in Ael. Verv.* & ſuprà in voce *Anaclinterium*, item *Pinacia*. Idem Salmaſius, ſpondam interiorem, *ſuſtiterium* exponit, *ad Solinum*, 936.

Spondaules, Græcè σπονδαύλης, ὁλὸς ἢ σπονδὴ, eſt fibicen qui interlibationes & ſacrificia Deorum tibiis canebat, ne quid omninoſi audiretur. Fiebat id autem in aurem Sacerdotis, ne aliud quid audiret, conſtabantque hujusmodi carmina *ſpondæo* pede. Dionedes de eo, *dicitur usque τὸν σπονδὴν, quia in Templis hoc pede quædam carmina componebantur, ſcilicet ut libantes ſonum vocis omnino audire non poſſent.* Carmina σπονδαύλια dicebantur. Cic. de Oratore I. 2. *Tamen in hoc genere ſæpe ipſe vidi, cùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur*, ſpondaulia *illa dicentis.* Erantque gravillima mele : unde tibiis dextris paribus ſeu Lydiis aut Tyrrhenis peragebantur ; quæ è buxo fiebant, aut ebore, & *thuraria* quoque ſolino appellantur, quòd iis, cùm thus in aram libabant, canerentur. Diomedes, *Cum autlis paribus tunc incenſis aiatribus Muſicus chorus genuinis greſſibus evolvicares, & aquipedi ſimilibus ſpondaulium carmen jubente, ut duabus longis melodiis quaſi duplicibus & jugibus vota proſpera Deorum voluntas firmaretur* &c. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 124. Eadem *ſpondaicæ* dicitur & à ſuppli cantibus quoque adhibitæ fuit. Marius Victorinus de ſpondæo, *Dictus à tractu cantus ejus, qui per longas tibias in templis à ſupplicantibus editur.* Origo vocis à verbo σπένδω. Unde & σπονδεῖον, quod alteri θυτικοῦς, vas aquæ lustralis plenum, quod in ingreſſu templorum ponebatur. Cujusmodi va fa eodem, ex ἀγχιστρέφω dictam, habebant verſatilem, quam temerè intrantes verebant & aqui inde effluente ſeſe circumſpergebant, & purificabant. Et σπονδοφόρος, in Eleuſiniis Sacris, de quibus V. eundem Salmaſium ubi ſuprà.

Spondylus, Græcè σπόνδυλος, item σφόνδυλος, pars purpuræ ſumma, cervix viæ, quæ τράχηλος aliàs, inter quam & μύκωνα *paparverem*, medium pantem, tinctorius fucus ſeu flos purpuræ continetur, quod interpretatur Plinius, *in mediis fanctibus.* Occurrit vox apud Martialem *lib. 7. Epigr. 20.*

Roſtratorem ſpondylus *ſua condit,*

Edules enim carnes, ſicut & unciones. Unde cùm per ſe coquerentur, inter oſtrearum genera, veluti proprium genus, recenſentur Poſidippo apud Athenæum. Sed & Metello apud Macrobium in Indice Pontificiæ *cenæ ſpondyli* memorantur, velut ſpeciale genus conchæ : Columellæ quoque *lib. 16.* Imò & antiqui Græci vocem poſuiſſe videntur pro genere conchulæ marinæ. Cùm enim calculorum loco parvis conchis marinis uterentur ad ferendum ſententiam, quæ χηφίδια dicebantur poſtea ad eam formam calculi erant facti ſunt, quos & σπονδύλους dixerunt, antiquo nomine retento ; quo pacto κοχλιδιὰ facilè inſidem cum χηφίσιν, quæ ſunt conchæ marinæ, V. Pollucem, Scholiaſtem Ariſtophanis, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum* pag. 1127.

Spongia, inter ea, quæ tertiam naturam habent, pluribus deſcribitur Plinio *lib. 9. c. 45.* ubi tria illius genera recenſens, *Nec cuncta omnes inquit, in petris : aluntur conchis, pilis, limo. Intellectum inteſtis ipſis, quia ubi ea noſcrem ſenſeri, contrahi muſcio diffidilius abſtrahuntur.* Salmaſio in alto quoque *ſpongæ*, unde, & πολλὰ μέρη Græcis appellantur. Eas qui urinando capiſcantur, ὑπογύους ſibidem, item σπογγοκολυμβητὰς vocati ſunt. Ubi ad abſtergendas menſas, unde Thcopompus lepidè apud Athenæum vetulam, linctus lances detergentem, λιχάνου σπόγγον vocat, uti Nonius *Tergimoctamen*, qui calices tegebat. Etiam apud Plautum in *Menæchmis* parafiti nomen, quòd inſtar *ſpongiæ* menſam tegeret, *Pinacium* eſt ex tenui enim & denſo ſpongiarum genere penicilli fiebant.

Jn ventus nomen fecit Penicullo mihi,
Ideo quia menſam, quando edo, detergeo.

Pingentibus etiam & ſcribentibus, ſemper olim ad manum *ſpongia dicebilis*. Unde Auguſtus, quarentibus amicis, *quidnam Ajax* (quo nomine is tragœdiam ortus fuerat) *ageret, in ſpongiam incubuiſſe*, reſpondit apud Suet. *in oc. c. 85.* ad quem *Cæſau* bonum vide. Sed & Gladiatoribus *ſpongia* in promtu erat, ad vulnera detergenda, uti alibi diximus. In bello porrò illius uſus, peſtori tegendo, memoratur Livio *lib. 9. c. 49.* Alios, V. apud Feſtum in *Penicillus*, & Ariſtotem *Epigr. de culina inſtrum.* Senecam *Epiſt. 70.* Artianum *Diſſert. I. 1. c. 11.* & c. In Græca Eccleſia parva ſpongiolâ, quam intra corporale complicatum ſervant, ac *Spongiam ſacram* vocant, pateram, quam in S. Communione menſo ſupponunt, abſtergere ſolent, uti docet Dominic. Macci in *Hiſtoricis*. *Deſpongia aceto inſpicta atque hyſſopo circumpoſita, ſicque* Servatoris crucifixi ſanctiſſimo ori admotâ. V. Hiſtoriam Evangelicam & Iſaac. Caſaubonum *Exercitat. 16. num.* 88. uti de *Spongia* inter tria petita Gilimeri R. à Beliſario obſeſſi, Procopium *in Vandalicis*.

Sponhemius Comitatus Germaniæ, vulgò *Sponheim*, ſub propriis olim Comitibus fuit, quibus extinctis A. C. 1454. quintam ejus partem Palatini, reliquas Caroius March. Badenſis (ortitus eſt, nomine proaviæ Mathildis, Joannis Deci Com. filiæ, quæ Rudolfo Marchioni Badenſi fuerat elocata. Palatinis verò partem illam cum Cruccnaco contulit Elifabetha, Joannis ultimi, Comitis filia, nupta Ruperto Jun. quæ maritoſuperſtes cùm nullos ex eo liberos ſuſcepiſſet, Palatinam Domum pro filiis amplexa, Ludovico Barbato Electori eam obtulit ; Unde hujus, ſicut & Veldentiæ ratione iis cum Bavaris nulla utuli communio eſt. Recènſentur verò hi inter Comites Principum dignitate præeminentes, *Geſuriſtee Graſen*, V. Freherum *Origin. Palatin. Part. I. cap. 14.* Franc. I ren, *Germ. Exegeſ. lib. 3.* 644. Munſterum *Cosmogr. lib. 3. c.* 180. Tob. Pfannerum *de præcipuis Germ. Principp. genibus c. 3. & 9. &c.*

Sponſa, ut & *Sponſus*, inde dicti Verrio Flacco, apud Pomp. Feſtum, quòd σπονδὰς interpoſitis rebus divinis faciebant : Utpiano verò & Florentino, à *ſponſionibus* vel *ſpondendo*, quòd Vett. ſtipulari & *ſpondere* Ulpiano ſolerent, quam ſententiam ipſe Sponſaliorum ritus confirmat. Cùm enim minus temporibus *Sponſalia* ſolis nudis verbis, citra ſolennem ſtipulationem, conviſſent, uti docet Caſp. Barthius *Animad verſion. ad Papinium Statium Theb. lib. 2. verſum* 168. poſtmodum factum eſt, ut, qui uxorem ducturus erat, à Patre aut ſenere germano, aut Tutore, cùm in matrimonium datum iri ſtipularetur, idque qui nuptum daturus erat, *ſponderet* ante quem ritum peractum, quæ petebatur Virgo, dicebatur *Sponſa*, Non. Marcellus *c. 7. num. 69.* Poſtquam autem reſponſum eſſet, illam, quæ petebatur, dandam eſſe in uxorem, & teſtatio fuiſſet interpoſita, parum refert, *ſcripſerit an ſcripſerit*, *l. 7. ff. de Sponſal.* tranſiit in *Sponſam*. Cujus moris veſtigia apud Plautum extant non pauca. Inter alia in *Amitular.* Megadorus ab Euclione ſibiam ſic ſtipulatur,

M. Qui nunc etiam mihi deſpondes filiam ? E. illis leguibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi. M. Spondes? ergo E. Spondeo &c.

V. quoque in *Trinummo* Lyſitelem ſimiliter ſiliam à Charmide ſtipulantem : & Arnobium *ad verſ. Genes lib. 4.* Sevium item *ad Æn. lib. 10. verſu*,

— — — Gremiiſq; abducere paſtas.

Ubi not. quod Arnobius monet, *Paſtam* dictam eſſe virginem, cùm conventa erat conditio ; tum verò demum *Sponſam*, ubi interpoſitæ ſtipulationes. Ita enim in *loc. cit. Habens ſperatas, habens interpoſitis ſtipulationibus Sponſas*. Non verò à virginis duratæ Patre, nuptum datum iri, ſed & à viri Patre, dudum iri *ſponſo* interponebatur, ſi Donato credimus, qui huc refert Terentii *Andr. Sc. 1.* hæc verba,

Hæc famâ impulſus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam,
Cum dote jamma, filio uxorem ut daret
Placuit. Dixi ſe, hic nuptiis dictus eſt dies.

Ceterùm ad conſtituenda *Sponſalia* nudus conſenſus, ſufficiebat, neque quidquam intererat, utrum teſtatio interponeretur *ſcripto*, ut dictum, *an ſine* ; denique & abſenti abſens per Epiſtolam vel Interauntium rectè deſponebatur, *l. cic. ff. de Sponſal.* In tabulas tamen ut plurimum *Sponſalitia* conventiones referebantur. Unde Tertull. *lib. de Virginibus velandis*, *Etac ſunt tabellæ*, inquit, *priores Nuptiarum & Sponſalitiorum & Nuptiarum*. Juvenalis item *Sat. 6.*

Si tibi legitimis pactam junctamq; tabellis
Non ea amaturus.

De quo paulo pòſt plura. In iſta autem reſponſione, ille *Caius*, illa *Caja* vocabatur, ſecundum Dempſterum : ſed nomina hæc demum, cùm nova nupta domum mariti ingrederetur, uſurpata fuiſſe, docet Auctor Epitomes *lib. 10.* quæ Valerio Max. vulgò tribuitur, *Cæterùm Caja, iſta ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim Cajam Cæciliam, Tarquinii Priſci Regis uxorem, optimam lanificam fuiſſe : & ideo inſtitutum eſt, ut novæ, nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quenam vocarentur, Cajas ſe eſſe dicerent.* Hinc Quintilianus *lib. 1. cap. 7. Nam & Cajus*, inquit, *C. literâ notatur, quæ inventa mulierem declarat : quia eam Cajas vocitatas eſſe, quidam Cajos, ex nuptiarum ſacris aperat.* V. quoque Plinium *Epiſtor. Natur. lib. 8. cap. 48.* Hæc ergo ad novam Nuptam pertinent, de qua ſuprà dictum. Redeo ad *Sponſam*. Poſtquam itaque ſolemnis ſtipulatio fuit interpoſita, paſtisque dotalibus ſcribendis dies, dicta Auſpices nocta & ſub Auroram, auguriis dabant operam ſignabantur dein tabulæ, à teſtibus præſentibus ; qui hinc *Signatores* dicti, apud Juvenalem,

— — — Veniet tum Signatoribus Auſpex.

Acclamabatur quæ *Feliciter*, idem *Sat. 2.*

Signata tabulæ, dictum : Feliciter.

Et Suetonius *Domitiano c. 13. Domino & domina feliciter.* In argumentum

mentum autem contractorum *Sponſaliorum*, arrhas *Sponſæ* Sponſo dari debere, uti ex Paulo *lib. 2. Sent.* & ex Gratiani ac Valentiniani, aliorumque Imp. conſtitutionibus intelligitur. Quin & annulus *Sponſæ* pignoris loco mittebatur, quem *pronubum* Tertullianus vocat *lib. de cultu fœmin.* Unde Iſidorus *Etymol. lib. 20. Fœminæ*, ait, *non uſus eſt annulus, niſi quo Virginis Sponſus miſerat.* Inferebatur is digito quarto, teſte eod. *de div. Offic. lib. 2. c. 25.* A. Gellio *lib. 10. c. 10.* & Macrobio *lib. 7. cap. 13.* Ferreum vero fuiſſe eumque ſine gemma, Plinius *lib. 33. c. 1.* auctor eſt. Nec defuit *Sponſæ* ſuum iacrum quod, dum illa ſterent, tabulæque ſcriberentur, peragi ſolebat, cujusmodi ſacri ſolemnis meminit Val. Flaccus *Argonaut. lib. 8. ubi de nuptiis Jasonis & Medeæ.* ac Seneca *Octavia Actu 4. Sc. 1.* Denique tota hæc *Sponſaliorum* pompa opulo egregie inſtructo finiebatur, de quibus omnibus V. Thom. Dempiterum *Paralipom. in Roſinum Antiqq. Rom. lib. 5. c. 37.* Tum *Sponſa* ſimulata vi e gremio Matris abripta in domum Mariti abducebatur, nuptiisque celebratis, Uxor ſiebat, de qua *ſuo loco.* Eò autem deducebatur tempore nocturno, flammeo velata, in carpento ſex pileato, duobus comitantibus amicis &c. Hic Romanorum vete. ritus fuit, Græcos ac Hebræos quod attinet, diximus de iis ſuprà in voce *Nuptiæ*; addam hoc unum de Græcis, Junoni τῇ τελείᾳ ſeu *Pronubæ*, ſacrificaſſe *Sponſum Sponſamque*, ſed felle demto, ac poſt altare abjecto; quo ſignificarent, a matrimonio bilem intacundiamque procul eſſe debere, Plut. *in Connubial. præc.* quod iactum *ægerlich* ſed dictum eſſe, monet Voſſius *de Idololatr. lib. 2. c. 26.* Cùmque arrharum muneramque *Sponſalitium* retro injecta ita mentio, ſuſficiat paucis indigitaſſe, Inaures ac Armillas, non minimum inter illa locum obtinuiſſe. Non enim novas ſolum Nuptas Inaurium magnifico apparatu exornatas fuiſſe, ex Homero haurimus *Hymno in Vener. verſu* 164. ſed etiam fuiſſe *Sponſalitias*, diſcimus ex eod. *Odyſſ. c.* ubi certatim proci Penelopen donis affectuti, inter alia dona, Inaures etiam attuliſſe leguntur, v. 298.

Δῶρα δ' ἄρ' ἥρωες μνηστῆρες ἔφερον.

Dona vero ad pertandum præmierum Proceres unusquisque.

Et paulo pôſt:

Ἔρμειαν δ' Ἔυρυδάμαντι δόυ δειξάμενοι κλυτὰ δῶρα,
Ἰμασιν δὲ Ἔυρυδάμαντι δόυ ἐρύσαντο κλυτοεργώ.

Inaures vero Eurydamanti duo ſervi attulerunt.

Et elegans eſt hujus rei teſtimonium, Genel. *cap. 24.* ubi ſervus Abrahami, Rebeccæ filiaci *Sponſæ*, abſentis *Sponſi* nomine, Inaures ſubjecit. Idem de Armillis dicendum: quibus earuere Virgines, quòd illas manibus ſuſpendiſſe infra decorum putabatur, ut colligere eſt ex Cyprriano *de habitu Virginum.* Ratio pudoris manifeſta, nam à Viris dabantur, ut virginitati fuæ irent exſequiæs, de qua, Armillis acceptis, tranſigebatur. V. iterum Rebeccæ Hiſtoriam *loco ſit.* Et hinc ad Virgines ſacras, quæ Chriſto, tanquam Sponſo, perpetuâ ſe devovebant caſtitate, ritus tranſiit, teſte Ambroſio *in vita S. Agnetis.* Nequeſ profanis *Sponſalitia* hæ Armillæ ignotæ. Namque apud Plautum *Menæchm. Actu 3. Sc. 3.* ſe cum Spinthere etiam Armillas Erotio, amatrice ſuæ, dediſſe memorat: & apud Horatium *lib. 1. ad. 9. Epiſtol. Lucreti*, Armilla eſt ſponſalitia pignoris loco à proco circumdata, quali Juniam Fadillam ſibi deſponſaverat Maximinus jun. Permentque hæc arrhæ regiæ, quæ poſt *Sponſi* fatum *Sponſæ* teſtimquebantur. Tales erant, apud Jul. Capitolinum in *Maximino* modò dicto, *monilium de albis unionum, reticulum de preſiosis unionibus, dextrocherium conſtatum de hyacinthis quatuor*, V. quoque hiſtoriam Clitophontis *Rer. Gall. l. 1.* Coæ. Rhodgino *Antiqq. Lect. lib. 8. c. 13.* memorari, quam hic ex Plutarchi *Parallelis min. c. 15.* hauſit. Condebant autem uxores factæ armillas has in armario, ut ex Plauto *ubi ſuprà* docemur: imò in æternam gratæ copulæ merorem in ſepulchrum ſibi morituræ voluerunt inferri, ut auctor eſt Scævola *l. Mollico 40. ff. de auro & argento leg.* vel Teſtamento legarunt, Paulus *l. 3. ff. ubi electio ſit de opione, vel electione leg.* & Ulpianus, *l. 23. §. 10. ff. de auro & arg. leg.* Pro cæteris omnibus Mater filiæ legavit, ut ex legibus Anglorum obſervarunt Eruditi: ſicque inter ornamenta mulierbria, jure hæreditario, illæ tranſierunt Armillæ, quæ dono Maritorum non venerant, Tho. Bartholinus *de Armillis Vet. §. 6.* Nec omittendum, oculo firmata olim quoque eſſe *Sponſalia*: Cujus eum Vett. admodum negligoſi eſſent, non ſolum non lirebat cuiquam oculum temere dare, ſed ne *Sponſa* quidem, niſi ſemel tantum, confirmandorum *Sponſaliorum* causâ, ſic enim Alexander *Nov. de Sponſal.* *confirmari Sponſalia data arrha oculo Sponſa* ait. Porrò ea oculi, quæ in ſignum erat Veteres pudicitiæ argumentum, ius augebat *Sponſalitium*, & quæ præbuerat oſculum, erat quali uxor. Quo factum ut, licet regulariter nuptiis non ſecutis reſolvebatur propter nuptias donatio *l. 35. C. de nupt.* tamen, ſi oſculo interveniente, à *Sponſo Sponſæ* donatum eſſet, dimidium rerum donatarum partem hæc lucrabatur, etiamſi ante nuptias *Sponſum* mori contigiſſet, *l. 16. C. de nupt. l. 32. Taur.*, & ibi Gomez *num. 3.* V. Joh. Laurentium JC. *Nov in Prædium l. 4. fol. 23.* Non enim ſemper etiam inter vivos matrimonium conſummabatur, fed aliquando dirimebantur *Sponſalia*, hac verborum formulâ: *Tua conditione non juro*, ſimulque diſſolvebantur ſtatulis fractis, Schol. Juvenalis *ad verſ. 75. Sat. 9.* qua de re V. Roſinum *lib. 1. c. 38* cum *Paralipom.* Dempſteri. Et hinc propriè *Repudium* dixere Veteres, ut *Divortium* ab uxore fieri dixerunt &c. Plura hanc in rem V. ſupra paſſim, inprimis quoque ubi de *Conjugio*, *Divortio*, *Dos* &c. De *Sponſalitiis* inprimis Hebræorum, Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic.* paſſim, inprimis *lib. 2. c. 1.* ubi de *Sponſalitiis ac Nuptiarum nominibus & diſcriminibus: cap. 2.* ubi de *Sponſalitiis ſive pecunia, ſive nummulo ejus re valoreado, ſive libello, ſive congreſſu inirorum rumulis*; c. 3. ubi de *minorum Sponſalitiis, Interruptisque ſponſalitiis*: c. 7. ubi de *falſorum Sponſaliam Benedictione*: c. 8. ubi de *præſtitutis puellis deſponſalis*, *ante deductionem*, *mora tempore ad deſtinatum*, *interea abſervanda*: c. 11. ubi de *tempore Sponſalitibus præfinitis* & c. 14. ubi de *Annulo Sponſalitio.* Quibus addit poſtmodum, & cum Ebræorum ritibus contendit, *Sponſalitias* tum Paganorum, tum Chriſtianorum, mores & ſolennia c. 18. & 19. inter quæ non minimum coronæ habitum locum, quibus de V. quoq; Cat. Paſchalium *Coronar. lib. 16. & 17.*

Sponſalia Martis, dicitur Venetiis ſolennis ceremonia, cùm Dux die Aſcentionis Domiciæ, quo nundinæ celebrantur, thalamego inaurata & ſculpturis picturisque inſignibus exornata, quam *Bucentaurum* vocant (in Synodo Florentina Πανζεύξιος dicitur) vectus cum magna pompa ſplendidoque Procerum comitatu, ex urbe ad Adriatici maris præcipuum portum (*ad Lidum* appellunt) quotannis profiſcitur ubi certis ritibus Thetidi Adriaticæ *Sponſalitium* arrhamannulo aureo mari injecto; ad desponſandum Maris illius dominium ſolvitur. Solennitatem ejus ab Alexandro III. Pontifice, quem cùm Veneti profugum non ſuſcepiſſent modò, ſed & contra Fridericum I. Imp. fortiter defendiſſent, in Ziano Venetorum Ducis pugna navali reduci principi victoriam gratulatus, inde annulum porrigens aurcum, *Accipe*, inquit, *Ziane, & me auctore ipſum mare hoc ubi pignore obnoxium redidio, quod in imitque ſucceſſores quotannis ſtato die ſervabitis: ut omnis poſteritas intelligat, maris poſſeſſionem jure belli veſtrum eſſe quandoquidem ſalium ejus me nos maximo vitæ, ſuæque veſtræ diſcrimine imperio*, ut habet Sabellicus *Dec. 1. lib. 7.* Quam interem V. plura apud Steph. Forcatullam *de Gallorum Imperio & Philoſ. lib. 3.* Salmuthum *in Gudd, Panciroll Rer. deperd. & de Armamentariis*, Contarenum *de Rep. Venetorum lib. 2.* Germanum Audebertum *Venetiarum lib. 2.* Jo. Kirchmannum *de Annulis c. 19.* Alios, nec non ſuprà in voce *Bucentaurum.*

Sponſalitiæ Artiæ, V. ſuprà in voce *Artæ*, item *Sponſalia. Sponſiones*, in Foro, faciendæ olim ratio. Apud Romanos, hujusmodi fuit: Petitor, ubi cum, unde petebatur, aut interentem aut rationem intentionis ſuæ inſiciantem, audivit, cum *Sponſione* factamenti provocavit, *Si ita eſt*, qua ſacta Reus Petitorem viciſſim provocavit: hoc modo, in intentione, *Quando negas hunc ſervum meum eſſe, Sacramento te quinquagenario provoco. Spondeone quingentos, ſi meus ſis*, id eſt, ſi meum eſſe probavero. Cui Reus: *Spondeo ſi meus ſis*, qui ſi *Sponſionem* recuſaſſet, litem amiſit. Inde teſtipulans rogabat, *Eiin ſpondetne quingentos, ni tuus ſit* id eſt, ſi probavero, tuum meo eſſe. Cui Petitor, *Spondet ni meus ſit*, atque hoc ni teciſſet, litem amiſiſſet. In ratione intentionis hoc pacto: *Ajo hunc ſervum meum eſſe, quia ex ancilla mea natus eſt.* Cui Reus: *Nego tuum eſſe, quia ex ancilla tua natus non eſt.* Tum Petitor, *Spondeone quingentos, ſi ex ancilla mea natus ſit?* Reus, *Spondeo ſi ex ancilla tua natus ſit. Et ut ſpondeone quingentos, niſi ex ancilla tua natus ſit?* &c. In quo genere pecunia, quæ interponebatur, *Sacramentum* à Stipulatio & teſtipulatio, *Sponſio* dicebatur. Porrò ille qui petebat, dicebatur *Sponſionem* & *Sacramento provocare*: item *Sacramento rogare, quærere, & ſtipulari*: ille verò, unde petebatur, dicebatur *contendere ex provocatione, contendere Sacramento & veſtipulari.* Exempla ſunt, apud Valerium *lib. 2.* Macrobium, Ciceronem & Livium. De *quingenis* autem ſpondendis perpetuum non fuiſſe, ſed *Sponſionem* factam eſſe, pro modo litis & arbitrio arbitrantis, verisimile eſt. Si quidem *Feſtum ait Sponſionem ſeſtertium quinquemillium*: dicimus ex Ciceronis *in V. Verrin.* Idemque pro *Roſcio*, *Pecuniæ*, inquit, *petita eſt certa, cum tertia parte Sponſio facta ſit.* V. Jo. Roſinum *lib. 9. c. 13.* E' Foro in Circum: namque in Circenſibus inprimis Ludis *Sponſiones* fieri ſolebant, inter factiones, huic vel illi colori faventes. Usque enim ad tepehentionem non Principes ſolum horum ſtudioſi fuere, ut Caligula Praſini, Vitellius Veneti &c. ſed & populus, unde favor, *Sponſiones*, contentio non raro ingens, & tantum tanta, ut Juſtin. temporibus, inter Praſinum & Venetum factiones feditione coortâ, ſeptingenti pene hominum trucidatæque poſt tantam cladem, nomina factionis plane abolita ſint. Pompâ itaque procedente favor ſtudia & *Sponſiones* unicuique expedie. bantur. Veterſ Scholiaſtes *Juvenalis Sat. 11. verſu 199. Juvenibus ſpectaculo concedo, qui propter certamina Sponſiones ponunt, & delectatos juxta puellas ſpectare; quia antiquitus ſolebant mulieres cum viris omnibus intereſſe ſpectaculis indifferenter.* Tertullianus *de Spectacul. cap. 16. Aſpice populum ad id ſpectaculum jam cum furore venientem jam tumultuoſum, jam atrum, jam Sponſionibus conciatum.* Sponſiones autem illæ depoſiti pecunia de victoria hujus vel illius Aurigæ fiebant. Hadr. Turnebus *Adverſ. lib 8 c. 4.* & *lib. 18. cap. 33.* Hinc Ovidius de *Arte lib.*

Tangit,

Tangitq; manu, positq; libellum
Et quavis, pulvis pigmore vincatur.

Martialis *lib.* 11. *Epigramm.* 1.

Sed cum Sponsio fabula q; laffæ
De Scurpo fuerint vel Inciuto, &c.

Etiam annuis depositis certabant. Ulpianus *l.* 17. *ff. de præscript. verb. si inhonesta Sponsionis causa erit, annuli tamen aut repetitio erit.* V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum lib.* 5. *cap.* 5. Qui mos ad alios quoque Ludos translatus. De istiusmodi autem *Sponsionibus* ludi causa factis quid sentiendum, exponit Berneggerus *in Tacitii Germ. quæst.* 133. ubi, ut pauca inde adjiciam, distinguit inter *Sponsiones*, quæ virtutis ergo non fiunt, adeoque honestas probatasque causas non habent; quas merito rejicit ex dicta lege, & Saxonum moribus, apud quos receptum olim ut nullus judicem de *Sponsionibus* talibus ac concertationibus judicium interponeret, Wichibild *Art.* 101. §. 2. & *Sponsiones*, quæ licitam causam obligandique effectum habent, putà, quæ ineuntur, ut sponsorum virtus & fortitudo magis inde conspicua reddatur, ut si quis certare velit *hasta, pilo jaciendo, cursu, luctâ, pugnâ, l.* 3. *ff. de aleat.* Quemadmodum & in pecuniam ludere non prohibent Jura, modo summa pecuniæ non nimis grandis in alea: dubium exponatur: cùm ne divitibus quidem ultra solidum singulis vicibus ludere licere, nisi longè minori pecunia, *l.* 1. *l. ult. C. de Alea lusu & aleat.* Unde Germanorum Vett. morem meritò perstringit Tacitus *loco cit.* his verbis: Aleam, quod „ mirere, sobrii inter seria exercent, tantâ lucrandi perdendive „ temeritate, ut cùm omnia defecerint, extremo ac noxiissimo jac„ ctu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntari„ am fervitutem adit: quam vis junior quam vis robustior, alliga„ ri se ac venire patitur. Ea est in re prava pervicacia, illi fidem vocant. Quam infaniam insaniisse quoque Hunnos, ex Ambrosii *Tobiæ cap.* 11. ad hunc locum annotavit Lipsius.

Sponsor, cognom. Jovis, qui à Tarquinio Superbo conseratus, cuique templum constitum est, quod postea Sp. Posthumius Consul anno U. C. 288. dedicavit. Sic enim Dionysius *lib.* 9. *in urbe ædem Jovis Fidei* Sponsoris *Sp. Posthumius Consul alter Nonis Junii is dedicavit, in loco Bellonæ, locatam ab ultimo Regum Tarquinio, non tamen ab illo consecratam, sed tum demum ex S. C. id fieri Posthumium, ut vulgus eum stilis inscriptio.* Eundem hunc esse cum Deo Fidio, de quo alibi actum, contendit Lil. Giraldus. Collocatur autem æder memorata à P. Victore, in septima Urbis regione V. Joh. Rosinum *Antiquit. Rom. lib.* 2. *cap.* 5. In Eccl. Christiana, *Sponsor*, Græcè Ἀνάδοχος, testis est in S. Baptismo. Et quidem alii olim infantium, alii adultorum *Sponsores*: quorum illi ἀναδεχόμενοι quoque & ἐκφερόμενοι, illi ἀναδόμενοι & προσφερόμενοι appellabantur; de utrorumque officiis V. Dionysium *Areopag. Eccl. cap.* 2. & 7. ubique Auctores laudatos Cl. Suicero *Thes. Eccl.* voce Ἀνάδοχος, nec non supra passim, inprimis voce *Patrinus*.

Sporta, an ex accedit, an quia ex *sparto*? indeque *Sportula*, propriè ciborum vel pecuniarum olim fuit receptaculum. Unde Turnebus *Sportellas*, vitiles ait esse, quibus bellaria ferebantur. Et notum, pecuniam Vett. in fiscum, id est, corbem sportetum vel viminem condidisse; præsertim, quæ majoris esset summæ; quam ut in bulgam, zonamve rectè & commodè condi posset. Cic. *Verrin* 5. *Ea fiscu, in isfam pecuniam transferre.* Ad quæ Asconius Pædian. sic annotat: Sportæ, sportulæ, sportellæ, nummûm sunt receptacula, & facci, faceuli, facelli, & crumenæ & vellæ & mantica & marsupia. Atque hujusmodi *sportarum*, inter vett. Monachorum opificia, frequens mentio, quibus conficiendis illi operam dabant, ut victum & alia necessaria hoc pacto sibi compararent, uti docet Sozomenus *lib.* 6. *c.* 29. Hieronymus *Epist.* 4. Cassianus *de Institut. Cœnob. lib.* 4. *cap.* 29. Alii Mercymonicè dein propria pecunia & cibo vox adhiberi cœpit: inprimis pro munere, quod Romani clientibus suis dabant, velut obsonium. Accipiebant autem *Sportulam* ab avaritiæ tantùm Patronis; liberaliores verò divites salutatoribus suis rectam exhibebant cœnam de qua V. suprà. Quod cùm Nero prohibuisset, rectâque loco *Sportulam* dari, quæ cùm calathus primùm esset, quo obsonia dabantur, postea centum quadrantes, seu 25. asses, jussisset; Domitianus antiquato illo Neronis edicto, revocavit cœnas. Sueton. *Domitiano*. Hinc Martialis *lib.* 3. *Epigrammat.* 7.

Centum nisellî jam valete quadrantes,
Anteambulonis conjugium lassi,
Quos dividebat balneator elixus.
Quid cogitatis, & famem amicorum?
Regia superbi Sportulæ *recolfertur.*
Nihil diropharum est, jam salarium dandum est.

Ubi notat divinum *cynicorum* & avaram ambitionem, qui levicula pecunia miserorum clientulorum atque anteambulonum officia bene mancipari existimabant: atque mutatum esse rerum statum ait; ac jam non *Sportulam* tenuem, sed salarium dandum esse, de quo V. fum. Ex iisdem versibus colligas, clientibus fin-

gulis qui unâ lavabant, datos esse hos quadrantes, quos forte dividebat balneator, ut colligere est, ex Ejusd. *lib.* 1. *Epigramm.* 60. quo Poëta, qui Flaccum erat comitatus Baias, ipse non parvæ alicujus & quotidianæ *Sportulæ*, cùm peractâ ibi lotione sportellam minutam accepisset, frustrationem illam ulcisci voluit. Interim cùm miseri hi *Sportularum* captatores, ex 100 istis quadrantibus, genium fraudantes, cellæ penfionem & vestes aliaque detahrent, Domitiani edicto in deteriorem sibi conditionem visi sunt incidisse: quia redintegrato rectæ cœnæ usu lautiùs quidem coenarent, sed nullam inde pecuniam acciperent. Quare idem Poëta, post edictum, hoc promulgatum, ex Gargiliano quærit, *lib.* 3. *Epigramm.* 30.

Unde sibi togulas est, & fuscæ pensio cellæ?
Unde datur quadrans?

Et hæc quidem de *Sportula* quotidiana, quæ pro salutationis officio dari solebat: sed & Saturnalibus mittebantur *Sportulæ* loco vestes, ut videre est apud Octav. Ferrarium *de Re Vestiar.* Etiam postridie nuptiarum, cùm honestioribus daretur cœna, vilioribus *Sportula* conferebatur. Meminit Appulejus *Apolog. lib.* 2. *ad nuptiales Sportulas convolarent*: Item Symmachus *lib.* 9. *Epist.* 96. *Non eadem tamen facilitate purgabis, quòd filii nostri Minervinas pitias aliorum potius relatu quam literis tuis compari* ? *an veritus es, ne ate numinma cuiusm dificerarem* ? *Pauci justuram Sportulæ facere.* Ita hactenus tenuioribus solùm *Sportulæ* datæ sunt, Juvenalis verò queritur, à potentioribus eadem suo tempore ecepisse exigi. Imò Paulum, Consulatum gerentem, iisdem avide inhiasse, docet iterum Martialis *lib.* 10. *Epigramm.* 10. è quo cùm pateat, quanti *Sportulæ* istæ captatoribus illis constiterint, integrum illud adjungere hic visum est.

Cùm tu lauriferis animum qui fastibus intras,
Manè Salutator limina mille teras:
Fic ego quid faciam? quid nobis, Paulle, relinquis?
Qui de plebe Numæ, clientâq; turba sumus.
Qui me respicies, dominum, Regemq; vocato?
Hoc tu, sed quamvis blandius? ipse facis.
Exhibeam, fallamve jocque? nec ferre recusas:
Per medium pugnas & prior ire tuturn.
Sæpius assurgam recitanti carmina? tu ssas,
Ex parter geminas tendis in ora manus.
Quid facies pauper &c.

Simil em *Sportulæ* Romanorum, loco rectæ, quam Augustus assidue dabat, Suetonius *cap.* 74. à Nerone introductæ, Meursius vult esse cœnam, quam Græci, ἔρανον, aliter δεῖπνον συμβολὰ ἄδηστον, item κοπτοβόλιον, appellitarunt, *Commentar. in Lycophronem*; sed ἔρανος convivium erat, ad quod quisque conviva rum symbolam suam adferebat, ut patet in Joh. Tzetze *ad Hesiodum lib.* 2. Καλλίστη κρατοβόλιον, ὅτου ἑκάστου συβόλου ἄκρατόν ἐστιν ἐφεστὼς ἔρανος; quod de *Sportula* dici nequit. V. Corn. Severilium *Notis in Martialem loco suprà citato.* Memoria *Sportularum* hodieque extat in vet. *Inscr.* Florentiæ, ex Africa illuc allata, cujus prima verba cùm desint reliqua fichabent:

. . . . PECVNIA PERFECIT ET
DEDICAVIT ET OB DEDICA-
TIONEM PVGILVM CERTAMI-
NA EDIDIT ET DECVRIONI-
BVS SPORTVLAS ET POPULO
GYMNASIVM EPVLVM DEDIT
ET HOC AMPLIVS PRO SVA
LIBERALITATE CAMERAM SV
PERPOSVIT, &c.

reliqua V. apud Jac. Spon. *Itinerar. Græc. Part.* 3. *pag.* 52. Hinc itaque etiam apud inferiores ævi Scriptores, manfit nomen musculis, donis, salariis & honorariis, uti docent, Jurctus *ad Symmachum lib.* 9. *Epist.* 120. Sirmondus *ad Sidonium lib.* 8. *Epist.* 5. & Alex. Willhelmius *ad Dipsychon Lexd.* ubi obiter vat, *Sportulas à sportis* seu canistellis appellari, quòd in iis honoraria vel munera olim offerrentur; quod præterea ex Corippo colligitur, item iis rebus, quæ propter invelitiuram à Vaffallis offerebantur suis Dominis; Horum enim alios lanceam, alios calcaria aurea, alios chirotheras, alios certam pecuniæ summam, *Sportas* (Gall. *Esporte*) loco, illis exhibere consueviste, docet ex variis Scriptoribus Car. du Fresne *Glossar.*

Sportulantes Fratres, apud Cyprianum *Epist.* 38. 34. 66. dicti sunt, quibus *Sportulæ* pro stipendiis præbebantur: quas *prabendas* postmodum dictas esse, vult C. du Fresne *Glossar.* V. etiam Dominic. Macrum *Hierolexico.*

Spuere, prohibitum Romæ, ubi sacra Romana defossa fuere, excidio urbis Gallicano, Liv. *lib.* 5. *cap.* 48. Aliàs effiaces sputi, usus in vita, uti Vett. superstitio excludit. Hinc Plinius *Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus.* *Simili modo & dejurationibus reperentibus, detestatque clamitatis accursum. Veniam quoque à Diis pri altioris audaciris petimus, ut si-*

num spuendo: *Eadem ratione terrâ defuere deprecatione in omn; medicina mos est atque effectus adjurare &c. lib. 28. cap. 4.* V. infra *Sputum.*

Spuma, à Protogene, quo casu ad vivum expressa in cane, refert Plinius *lib. 35. cap. 10. Est in ea* (tabula) *canis mirè ſa cilus, ut quem partiter cibus & ars plurierit. Non imitabitur ſi ex tyimere in os ſpumans ambulantis poſſe; cùm in reliquo omni parte — ſibi ipſi ſatisfeciſſe. Diſplicebat autem ars ipſa — & videbatur nimia, ac duplex arte & veritate diſcedere. ſpumaque illa pingi, non ex vrena. ſci, anxio animi cruciatu, cùm in pictura verum eſſe, non veriſimile velles: abſit erat ſapius à mutaveraci, penicillum, nullo modo ſibi appro bans: Poſtremò iratus ari, quòd intelligeretur, ſpongiam eam impegit in vile locotabula, & illa repoſuit ablatos colores, gnatior cura opus bat: ſcilicet, in pictura fortuna naturam.* Quem poſtea Nealces, in *ſpuma* secuit, cùm pinpere poppy zonta non retinentem, non linea fuceſſu, imitatus eſt, *ibid.* In metallis *Spuma* dicitur vitrum jam purgatæ materiæ, quod in ſummo innatat; aliàs *Scoria*, item *Flos*, V. *de Spuma argenti, ferri &c.* Salmaſium *ad Solinum p. 1069.* & *ſeqq.*

Spurius, qui ſine Patre. Iſidorus *de matre nobili & patre ignobilis natus*: Item, patre incerto, matre viduâ genitus; Aliàs vulgò quæſtus, & quaſi *σποράδην* conceptus, Græcis non *σπόριος*, ut quidam volunt; *hanc etiam vocem Latini tradi non paſſi*, ait Quintilianus *lib. 5. cap. 6.* ſed *Σκέτιον*, quòd ejus pater in obſcuro ſit: *illiber ἀνώνυμος*, Lat. quoque *Favonius*, quod Terræ filius ſit. & inde ventorum inſtar erumpat, vel ſimilit. ab ovis *ἀνώνυμος ſubventaneis* deſumta; quemadmodum Vulcanum, exſola Junone, absque Jovis congreſſu editum *ἀνώνυμον πάϊδα* Lucianus vocat, dictus eſt. Qui quanti fuerint apud Vett. notari infamiâ, vel hinc patet, quòd ne Nothis quidem, qui honeſtioris tamen ordinis erant, quidquam vel ſacri vel publici cum Patre, qui eos ſuſtuleral, vel adgnatis commune eſſe voluerit Athenienſium Legislator. V. ſupra. ubi dictum eſt *de Nothis.*

Sputo, olim Armillas pauperiorum illini conſueviſſe, memorat Thom. Bartholinus, *de Armillis Vett.* 5. 3. his verbis: *Pauperiores ex Caryotide* (ſpathalia ſua ac monilia conficiebant) *quemadmodum cocolas precarias bodie Chriſtianorum quidam. Aurum verò inducebant, Sputumque illinebant, non ab ipſiſten, ut quidam dicti arbitrantur, ſed ad faſtidium, cui Sputum dicaum eſſe meminimus.* Et quidem illitum modoſti Armillarum meminit Martialis *lib. 13 Epigramm 27.*:

Aurea porrigitur Jani Caryota Kalendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Inter alexipharmaca verò Veterum & *ſputum* fuiſſe, etiam hine colligimus, quòd in calcem dextri pedis, antequam illum induerent, *ſputare* ſolebant, ad mala averruncanda. Non enim ſolùm ex abrupto calcamenti corrigia malum omen ſumſere olim, ſed & ſi manè calceos induerunt, erroſos illos à ſoricibus depechendere: aut ſiniſtrum pro dextro ſibi perperam induxerunt; aut inter calceandum ſternutarent, grave aliquod damnum ſibi portendi formidabant. De Auguſto Suetonius *cap. 92. Auſpicia & omina quæcam pro ceriſſimis obſervabat, ita ut, ſi manè ſibi calceus perperam ac ſiniſter pro dextro induceretur, ita dirum omen abhorreret.* V. de aliis Auguſtinum *de Deſtr. Chriſt. lib. 2. cap. 20.* Quibus malis ominibus amoliendis ſuggerit hoc antidotum Plinius *lib. 28. cap. 4. Inter amulata* inquit, *eſt in calceamentum dextri pedis, antequam induatur, exſpuere.* In cujus locum quosdam ex Chriſtianis, dum le calcearent, crucis ſignum efformare ſuiſſe ſolitos, monet Tertullianus *lib. de Cor. mil. cap. 3.* Quod ſaliva in utroque calceo factum, à nonnullis contra pedum ſtuporem remedium efficax, fuiſſe creditum, tradit Ben. Balduinus *de Calceo Antiq. cap. 22.* V. quoque ſupra in voce *Saliva*, item *Sperare.* Alter vox ſumitur, apud Martialem *lib. 8. Epigramm. 33.*

Hoc linitur ſputo Jani caryota calendis.

Ibi enim *βραχίων*, i. *brachium*, notat tenue corium, cruſtam vel tectorium. Nili forte in deaurando vice gummi *ſputum* uſurpatum &c. ſed hæc dere jam aliquid ſupra dictum.

S Q.

Squalor lugentium. V. ſupra paſſim, inprimis in voce *Sacci*, ut *de ſqualore ajectarum*, in voce *Sordes.*

Squama, inter partes piſcis proprie dictas, ei integumenti vice data eſt, Hebr. קַשְׂקֶשֶׂת ab *aſperitate*: undeper analogi. am *lorica ſquamata* dicitur 1. Sam. *cap. 17. verſu 5.* quæ ferreis lamellis, tanquam *ſquamis* erat conſerta. Sic *Μαίδα* Græcè, *ſquamam*, pro lamina ſumit, Donatus Lepidus in *Eunucho Actu 3. Sc. 1.* & *Sputama* Chaldæis eſt נְתִיכָא. unde *Chibanarii Egnates*, de quibus ſuo loco diximus. Et quidem quibus *ſquama* defunt piſces, in Lege olim (utpote aliqua ſui parte manci minusque falubres) immundi habiti, Levit. *cap. 11. verſu 9, 10.* Sed & è squamoſis Judæi canibarum rejiciunt, quia ſtercore veſcitur & verſatur in luto, planè ut terreſtris cantharus, quamvis coctera diſſimillimus. Eodem modo apud Romanos non niſi ſquamoſos piſces pollucere faserat, ex lege Numæ, quam his verbis latam ait Scaliger, PISCES QUEI SQVAMOSEI NON SUNT NEI POLLVCENTO. Pollunctum autem erat ſacrificium vel facrum epulum, in honorem Deorum inſtitutum, ut notum. Poſtmodum dein ſcarus ut innotus Romanis, & ille licèt *ſquamis* inſtructus, exclusus eſt, ut ſimilibus pateretur. Qua de re V. Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. 1. cap. 6.* de plumatis verò loricis, i. plumis ſeu *ſquamis* ferreis tegentibus, Salmaſium *ad Vopiſcum in Carino*, & C. Barthium *ad Statium Theb. 11. verſu 543.* Alia vocis ſignificatio eſt, apud Servium, *Sanie ſquamæ & ſplendorem ſignificant. ſi à piſcibus veniat. & ſordes, ſi à ſqualore.* Ibi enim *ſquamæ* ſunt furfuracea quædam corpuſcula, quæ de corpore illoto & ſiccato cadunt, cum ſcalpitur illud, *ſquamoſi* ſcabie & impetigine laborantes, apud Feſtum, Lucilium, Ceiſum &c. V. Salmaſium *ad Pallium Tertullianic.* 5.

Squarrus, piſcis genus (*ſcgrum* vulgò vocant) ob aſperitatem pellis acinacum vaginis conſuendis adhibetur, in Japonia, quò maxima copia affertur ex *Cing-heu* & *Taicheu* Sinici Imperii provinciis, Auctor Anon. *Sine & Eur. cap. 42.* Sed & aſperâ eius cute jam olim ligna & ebora polita conſuevisſe tradit Plinius *lib. 9. cap. 12.* qui *Squatinam* vocat, hodieque *Squadro* Italis, *ſon* Græcis, *ὁ λίμα*, Gallicorum inſtar, ova intra ſe parere, & ex illis viva animalia, tradit Theophraſtus *Hiſtor. lib. 7. cap. 14.* Imò inter Galeorum genera recenſetur Oppiano *Halieutic. lib. 1. verſus 779.*

——— *γαλεὸν δ' ἐτερόφρω κε φύλα,*
Σκύμνοι τε λεῖαι τε ἀκανθίαι, σὺν δ' ἄρα σφίσι
Τίκτει ———

V. Voſſium *de Idolol. lib. 4. c. 16. 28. 45. 98.* & Sam. Bochartum *Hierozoici Part. poſter. lib. 1. c. 1.*

Squilla, cruſtati genus piſcis, à ſimilitudine herbæ cogn. dicta Græcè *σκίλλα*, memoratur Martiali *lib. 13. Epigr. 83.*

Cæruleus nos Liris amat, quem ſpira Maricæ
Protegit: hinc Squillæ maxima turba tumus.

Lucilii jam ævo Romanis in pretio fuiſſe, indicat hoc illius de Gallonio lurcone.

Cærulei in vita nunquam bene, cùm omnia in illa
Conſimiis ſquilla.

Cum foliis ea ſicuſneis coctas optimum eſſe obſonium, judicavit Anatolius Poëta apud Athenæum. *Poëta* vocat *Squillas*, quòd olim aſſari ſolerent, Horatius *lib. 2. Sat. 4.* Interim non leve earum diſcrimen; erantque minores acceſſio murænarum. Iidem *lib. eod. Sat.*, ait.

Adſertor Squillæ inter murænæ natantes
In patina porrecta.

Majores verò, velut caput cœnæ, cum aſparagis inferebantur, uti docet Juvenalis *Sat. 5.* Quæ quantopere delectaverint Apicium, trium Apiciorum medium. Tiberio Cæſari æqualem, ac memoratum Senecæ, Plinio, Dioni, argumento illud eſt, quòd Athenæus ſuppeditet *lib. 1.* Degebat in Minturnis, Campaniæ oppido, idque captus *Squillis* ejus loci, quæ non Smyrnæas modò ſquillas, ſed Alexandrinos etiam aſtacos (qui ſub *Squillæ* nomine ſanùs accepto non ſemel apud Scriptores veniunt) magnitudine exſuperabant. Hæc fando forte acceptæ, in Africa grandiores multo eſſe, itaque nec unam ſibi diem differendam putavit, quo minus navem conſcenderet, rectaque in Africam navigaret. Varia perpeſſus navigationis incommoda jam prope ad littus pervenerat, cùm piſcatores obviam veniunt, qui jam conſilii ejus facti erant certiores. Ex his igitur, cùm *Squillas* ſuas offendiſſent, exquirit, num majores ſis haberent, quas advexerent. Illis negantibus, non tanti duxit, ut in Africam inferret, quem ſed Minturnenſium *Squillarum* memor gubernatorem vela flectere retro accuntinuò repetere Italiam juſſit. V. Voſſium *de Idolol. lib. 4. cap 33.*

S T.

St, in Comœdiis indicendi ſilentii ſignum; quale illud apud Ciceronem de Jul. Cæſare, *ſi manum de tabula, magiſter adeſt.* V. Caſaubonum *ad Suetonium Galbâ cap. 13.*

Staberia, gens Rom, de qua idem ad eundem *de Grammatic. & Rhet.*

Stabilitas, apud Scriptores Eccleſiæ Rom. votum dicitur, quod inter cætera emittit Monachus in Capitulo, ſeſe in Congregatione, & in ipſo Monaſterio, in quo profeſſionem edit, permanſurum, in Vita nempe Cœnobitica, quæ ſtatum Eremiticum excludit, qui *licèt Monaſticus ſit, tamen Cœnobialis non eſt*, ut ait Hugo Menardus. Item votum, quo ſe obſtringebant Presbyteri, in locis, ad quos ordinabantur, ut legitur in *Capitulis* Caroli M. *lib. 1. cap. 25.* &c. V. de utroque ritu apud Carolum du Freine *Gloſſar.*

Stabularia, per convitium à Gentilibus dicta Helena Conſtantini M. mater, *quòd tam diligenter præſepe Domini ſcopuiſſet*, Ambroſius *Orat. de Theodoſ.* V. in voce *Ædicula.*

Stabu-

Stabulum, omne domicilium, apud Poëtas, V. Barthium *Animadvers. ad Statium Thebaid. lib. 5. vers. 389* Proprie verò, de jumentis. Salomoni *fuerant* inquit, Sacer Scriptor l. Regum *cap. 4. versu 26. quadraginta millia* stabulorum *equorum ad currus suos.* Qui numerus cum prodigiolus videatur, dicunt Hebræi, vocem אורות, quæ alias de *Stabulis* occurrit, vel præsepibus, hic *equites* in stabulis aut præsepibus, singulis equis destinatos, denotare. Certe fic Vegetius appellat, *lib. 1. cap 56. Patena quæ appellatur (Φάτνη) hoc est, alveus ad eorum minis trandum, sit mundu semper. — Locus præterea vel marmore, vel lapide vel lignofacti, affingendus fuit, ne singula jumenta ordeum suum nullo discrimine, conjumant* V. Sam. Bochartum *Hierozoic. Parte prior. lib. II. cap. 9.* ubi de Salomonis equitatu. Et de stabulis, Habacuc *cap. 3. versu 17. Et non erunt boves in stabulis suis*; ubi vox בקר proprie, propriè stabulum bouum seu bubile eft. Ab ignotum ulli Augiæ stabulum, Hercules labor. De ovibus porro, quod *pecus* ea proprie, qua voce modò antrum, modò *stabulum* seu ovile notatur. Et Vett. quidem in ipelunci ovilia tua constituisse (inò & reliquorum jumentorum receptacula) ex Polyphemi fabula liquet. Quò facit id, quod de pastore Virgilianolegimus *Ecl. 1.*

Nonego vos pinguem viridi proiectus in antro,
Dumæ &c.

Ubi ipelunc am hanc el pro domo fuisse, ex leqq. docet Nannius *lib. 6. cap. 2.* Et quòd Lyli antrum, in quo Neltoris olim, prius Melei, *stabulum* fuerit, fuo adhuc tempore, extitisse, refert in *Messenide* Paulanias Et de lupra voce *Præsepe*. Hinc *Tribunus stabuli*, apud Ammianum *lib. 14. 28. 30* id: im cum *Comite Stabuli*, in *l. 3. Cod. Theodos. de Equorum cust.* nomen diga tatis, cui Regii *stabulis* & equorum Principis cura primitus incumbebat: inde militaris fa&a. Cujusmodi *Constabularios* (namque lic poltmodum dici cœperunt) habuere Imp. Byzantini, Reges Angliæ & Franciæ, ut vidimus in voc. *Conslabularius*. Et quidem apud Imperatores Cpolitanos, eos pr tuille Francis ad Palatii cultodiam excubias, docet Pachymeres *lib. 1. cap. 7.* ut upra, à primæva fui origine Imperatorum cuftodiæ fuille admillos; videtur tamen Ammianus *lib. 15. Stabularios — adhibiti Persis, quos vitam ea tempestate in Palatio multimodi ft rebus, exactius jam loqui* batur, V. Car. du Freine *Not. ad Villhard. num.* 210. & *ad Alexiadem Annæ Comnenæ pag. 397.* Apud Populos, proceiu temporis, quoque equitarum præsipuos fuille Duces, præter dicta luo loco, ex Matthæo quoque Weltmonasteriensi dicimus *ad A. 1254. Curam Comitis Herefordiensis qui Constabularius magnus fuit, Constabularium esse dignoscitur regis exercitus*: & *Adnotatio* Anglico *Tom. I.* ubi relectu. Hugonem Comitem Ceftriæ, Nigell un quem dam fecisse *Marescallum & Constabularium suum, ita ut quandocunque dictus Hugo Comes exercitum moveret versus Walliam, dictus Nigellus & haredes sui in eundo præcederent. & in redeundo cum exercitu, ultimi remanerent.* In Gallia fub Philippo demum Augullo, poit extinctam Scneicalloum auctoritatem, datum *Comitibus Stabuli* copiarum ducatum, contendit Stephanus Pasquius, & cum lequatus Duchelnius *Histor. Monumentor. lata cap. I. p. 11.* Sed jam antea fa&um elle, docet ex Fredegario c. 2. aliisq; præfatus *Notarium Auctor*, qui & Jura privilegia ac prærogatiuas hujus dignitatis, ex vet. *Romito* Cameræ Computorum Paris. Tillio memorato, exhibet in *Glossario* voce *Comes*. Porrò & Gothorum in Hilpania Reges, fuos *Stabuli Comites* habuille, liquet ex Conc. Toletano XIII. in quo fublcripfit *Conslantinianus Comes Stabuli*. De Caltella Regibus, id difcimus ex Petro Bautio, quo hanc dignitatem ab hoc ad poltremum pertinlgere elle, fine admiltratione tamen, ac titulo tenus, refert. V. quoq; Blancam *Comm. Rer. Arag. p. 789.* Apud Italos hoc nomine itidem occurrit Exercitus Dux, *qui de nobile mirumutabat initio tempore pacis: exercitus tamen militarie dominus erat occidendi, aut aliter punendi transgressores*, uti habet Matthæus Palavinus in *Defensore Pacis part. I. cap 9.* Sed & *Constabularia Castri* apud medii ævi Scriptores crebra mention, in *Fiesa* inprimis l. 10. 15. & 3. c. 20. & 73. & 2. c. 3. ubi eo tum officium defcribitur. *Conslabularius Parvi Burri* seu *Hiberni*, memorat Froiflardus *Volum. 2. 96.* qui in fubievamen *Constabularium Hundredi* ævo Eduardi III. introducti, juxta nonnullos, talem in villis potellatem habebant, qualem in Hundredis Conltabularii Hundredorum, decujusmodi Conltabularius prolixè agit Thomas Smith de *Rep. Angl. l. 2. c. 25.* ubi inter alia duos plerunque in quovis Hundredo, totidemque in quavis Villa seu Parochia, de hos quidem *inferiores* & *Subconstabularios*, illos autem *superiores* & *capitales* appellari contue vit, ait. *Constabularius Turris Londinensis*, non femel memoratur Scriptor hus ejusdem gentis, de cujus jurisdi& one accuratè Bractonus agi. de *Esfontis l. 5. c. 13. §. 4.* & Thomas Walsingh amus p. 147. Plura hanc in rem V. prater ea, quæ diximus, in voc *Comes Stabuli* & *Constabularius*, apud Car. du Freine d. l. ubi & officii Monalteri, nomine *Conslabuli*, meminit, de quo fic Bernardus Mon. *in Consuetud. Cluniac. MS. Est frater, cui ejs commissa obedientia, ni de equis curam habeat & mulis, quorum non vulgaris est Conslabulium no-*

tamus ipse habet agalinem suum, qui capit curam de equis, qui ad obser vantiam pertinent — — habet autem in custodia sua totam avenam & hordeum Monasterii — — selas, calcaria, frenaq; &c.

Stacia, in *L. L.* Adeltantui,ubi de Ordalio & judicio ferri candentis, palus eft vel fuftis intra Ædem facram, terræ infixus, à quo 9. pedes is, qui judicium hoc fubiturus erat, emeriri tenebaturusque ad *marcam* fe, quomodo locus dicebatur, ubi 9. illi pedes fi. nebant. Vox utraque Saxonica hodieque de baculo, & ligno fimilimo. Germanis in ulu. V. fupra ubi *de Ferri candentis judicio.*

Stallachates, nomen gemmæ, à *stalle* myrrha, cujus colorem accommodatè refert, dicta. V. Salmalium *ad Solinum pag.* 1338. 1006. Eft autem *Stalle*, Græce σταλή, pars myrrhæ liquidiora, quæ pinguissima, quæ ex myrrha colle&a & contusa exprimebatur & unguentum per se faciebat, ἔλαιον διὰ σμύρνης *myrrhinum* καὶ ἰάτριον, Latinis, Virgilius,

Pallentes cultio fervo myrrhaq; madentes.

Uti pars altera, quæ remanferat, & unde σταλὴ expreflione eliquata fuerat, κασσὰ dicta eft, quòd in offas consolidaretur & paltillos, utpote dura & ficca, & proin thymiama potius, quàm unguentum. Quam è contrario σταγόνα limpidiorem vocavere Græci: Quæ cauta quòd *myrrham à stalle* toties diltinguant Auctores, Alius à *stalle* Vett. eft ityax liquidus, de quo luo loco: Plura verò hanc in rem V. apud Salmalium *ad Solinum p. 321.* & *seqq.* ut & fupra, ubi de *Myrrha*.

Stadingi, apud Albertum Stadenlem A. C. 1234. aliosque citeriores ævi Scriptores, coq. fum in confinio Frilia & Saxoniæ fiti, j alud bus inlis & fluminibus circumiemibi, *qui pro suis exactionibus & inbtractionibus decimarum multis annis excommunicati, contemores clavium Ecclesiæ sunt inventi. Qui cum essent viri strenui, vicinos populos, imo & Comites & Episcopos pluries fant aggressi, victores sæpe, sæpe victi. Ob quam causam auctoritate apostolica per bum Crucis contra eos fuit per plures dioeceses praedicatum*, uti habet Godofridus Mon. & Pantaleonis, apud C. du Freine *Glossar* An ildem cum *Stadenlibus*, de quibus V. in voce *Stadia*.

Stadiodromi, Græce Στάδιοδρόμοι, genus curforum, à cursu unus tantum *stadii* dicti. Unde Tzetzes *lib. 3. Chiliad. 61.* de iis, ἀκόλουθος inquit, κατὰ τὸ βραχὺ. Sic enim apud eum refcribit Veflius *Agonistichon lib. 1. cap. 28.* Qui vero duplo uno cursu Stadium percurrebant, sed fine recurfu, Διαυλοδρόμοι quod de Prov. apud Polluccm, *Μὴ ζήτει τὸν στάδιον διαυλοδρόμου*, quo fignificatur, in minori majus non elle quærendum: Qui duplicis stadii cursum à carceribus currebant & recurrebant, Δολιχοδρόμοι, quòd *Stadium*, sed fine recurfu, Δολιχοδρόμοι, quòd *Stadium*, sed cum recurfu, augultum foret, fed porrectum, fuftat *dolos* seu tibias: Tandem, qui annuum in *stadio* decurrebant, Ὁπλιτοδρόμοι fuere appellati. Quæ omnes exercitationes gymnaflicæ erant, unde mirari fubit *Stadiodromos*, cœ roisque hic memorator, publicis Curlioribus feu Tabellariis, & hinc Servis, à Dempltero annumerari, *Paralip in Joh. Rosinum Antiq. Rom. lib. 7. cap. ult.* Fuit autem *Stadium*, undecima ac omnium poltrema Gymnaliorum olim pars, ubi Populus cum voluptate Athletas certantes fpectabat: nihilque aliud erat, quàm hemifphærium quadam, multis gradibus conltudum, unde potegrant commodè Spectatores, qui femper plurimi eò confluebant, τὸν ἀγωνιζόμενον intueri. An verò inter illud & Xyltum feu peridromidas murus intercefferit, non liquet, ut proin nec illud, an inde per oltium, ex platanonibus Gymnaliorum, Athletæ in arenam prodierint *Stadii*: Vitruvius enim eius non meminit. Interim fationi confentaneum videtur, univerlum ædificium, ne curiis pateret, muro conclulum & propterea *Stadium* dictum fuille. Stadium item fepto divilum fuille, quod & ex Capitolino probat Ferron. Mercurialis de *Arte Gymn. lib. 1. cap. 10.* V. eundem quo ue *cap. præc. & ubi icenon Gymnasii cum omnibus suis partibus specta dam exhibet.* Hinc & proipfo curlu *Stadium* fumti cœpere curlus Gymnaltici, ficut & Athletici, quatuor præcipue fpecies inveniuntur, apud harum rerum Scriptores, *Stadium*, (de quo Paulus), Cursus, *cap. 9. versu 15. currentes in stadio ob corruptelam eorum certare*) *Diaulum*, *Dolichus* & *Armatum*: Erat autem *Stadium* curlus unius tantum ltadii, quo qui defungebantur, *Stadiodromos* elle dictos videmus. V. iterum Mercurialem *l. 2. cap. 10.* Cursusum Curlorem ex ære *Leontius* fecit, inligni arte. Plinius *lib. 34. cap. 8. Eundem* (Polycletum) *vicit & Leontius, qui fecit* Stadiodromon *Assium, qui Olympia obtinebat.* Fuit is Crotoniata, & palmas tres curlu continuo repetito adeptus eft. Platoni de *Legg. lib. 8.* interillos athletas numeratus, qui, ut in publicis certaminibus vincere ut abonus, voluptatum genere ac cæterimis confuetudine mulierum abltinebant &c. Cœterum *Stadium* nec carceres habebat, neque ædificii, uti Circus, qua dere V. Salmalium *ad Solinum p. 923.* plura verò apud Jac. Sponium *Itiner. Part. 2. p. 212.* ub. *Stadium*, prope urbem Athenas hodieque videri dignum, & *Part. 1. p. 30.* ubi limilem locum, qualis propeSmyrnam, accuratè defcribit. E quo hoc unum adjicio, an prior Stadio non curlus folum cer tarum, fed & Ludos cotus

gentis *Pantuberæ* dictos celebratos, etiam ab Hadriano Imp. sylvam populo exhibitam esse, quod quasi spectaculi fuerit genus, dicemus infra. Alias *Stadium*, spatium terræ erat, quo distantiam locorum itinerumque longitudinem Veteres metiebantur, dictum ἀπὸ τῦ ἵστασθαι, quòd Hercules, cùm uno spiritu id decurrisset, subsisteret. Eorum unum *Italicum*, pedum 625. passuum 125. quorum proin octo in diaetæ efficeinent Alterum *Olympicum*, pedum 600. passuum 120. Tertium *Pythium*, 1000. passuum, vocabatur; quo pacto facilè conciliaveris Plinium ac Diodorum Siculum, circa Siciliæ descriptionem, in diversa, ut videtur, cuntes. V. iterum Salamalium sub supra pag. 688. 792. alibique passim, inprimis verò *pag.* 494. & 699. ubi quot stadia singulis diebus ad justum iter fuerint tequita, pluribus docte. Nec omittendum, quod de *Stadiodromis* addat Bates, cùm ait, *eos longiorem itinerum metiri cursu diebus ibidem*. ; a Mercurii non probari: cùm hujus contrarium manifestè colligatur ex Parmenonis *Epigr.*

Θωμὶ πολυτρώτῳ ἐπιφημίζῳ, μὴ μέ Μύσταν
Εἶπεν, μὴν ἔστι σὺ σταδίῳ ὁ δίαυλος.
Πολλὰ ἀναυκλᾶς ἀθλητὰ ὁ δρόμος· οὐ σταδίῳ ἡ
Ὀξὺς ἐλαυνόμενος πτερυγίδας ἐστὶ τροχός.

V. iterum Mercurialem de *Arte Gymnast. lib.* 2. c. 10. & supra ubi de *Dolichodromis*.

Staffa, apud Frideric. um II. Imp. *de Venat. lib.* 1. c. 71. *Deinde ponat pedem suum in* staffa *selle*: Italis quoque *Staffa*, Gallis *Sautoir*, flapes est, quo quis in equum tollitur; an ex Saxon. *Ιαφ* baculus, cui quis innititur. V. Jo. Molinetum *Iun. Neap.* & Goropium Becanum *Gall. l.* 2. p. 49. Cujusmodi equitantium sustentaculum Veteribus incognita fuisse, dicemus infrà in voce *Stapes*. Ad dam hic falsitem, in more jam olim fuisse Imperatoribus, Regibus, Principibusque viris, ut equitantibus Pontificibus, Archiepiscopis, & Episc. *flassas* & fræna tenerent, pluribus exemplis ostendere Car. du Freine in *Glossar.* & *Notis ad Cinnamum* V. eundem *Differt.* 1. *ad Joinvillam*.

Stagi, apud spelmannum, primarii dicuntur quidam è Conventu Cathedralis Ecclesiæ, qui moderandis *statuendisque* ejusdem rebus necessariò requiruntur, sc. Decanus, Subdecanus & 2. vel 3. majores Canonici; aliàs *Residentiarii* dicti V. eum in *Glossario*. At *Stagium*, Gallis *Estage*, coenaculum est, ex Græco ἔσγιον. Item ea obligatio, qua vasallus tenetur *stare* in castro domini sui, sive ei contra hostes tuendo sive alio fine; sic à *stando* est qua de posteritore vocis notione, plurima congessit Car. du Freine in *Glossar.* & *Notis ad Stabilimentum S. Ludovici*.

Stagna, pro Nimbulosa. Seneca *Epist.* 41. *Magnorum fluminum capita veneramur——& Stagna quædam vel opacitas vel immensæ altitudo jacravit*. Superstitionis occasione ab Ægyptiis delumbi, uti docet Octavius apud Min. Felicem; quos Heliodalitas poslea imitatos esse, refert Epiphanius *Hær.* 19. Hinc *stagnare*, undesitagnatus *aqua*. Alia verbi notio apud Justinum *lib.* 36. ubi de Asphaltite loca, *aquam ejus omnem bitumine stagnari*, addit. Hic enim *stagnare*, munire, firmare, indurare est. Græcè ἀσφαλίζειν, unde ἀσφάλωτα Grammatici derivant. Sic apud eundem *lib.* 3 6 Mithridates *stagnavitis insulas exquisitis remediis stagnavit*, h. e. munivit, ὀχυρώσατο. Sed tum *stagno* verbum, πεφιτειχίσαι & χωσὶ Græce, à *stagnum* eli, quod πηχύσεως Græcis dicitur, & *stannum* vulgò *ferrugine*, id est, *stagno* live *stanno indaco*. His tertium addatur, *stagnare*, pro munire & firmare; quod à Græco στεγανόω vel στεγάνω descendit. Unde στεγνὸς, *stagno*, quod ex ῥέοντος significat, σφιγγὸς, πυκνώσεως. Et sic *Stagnum* quoque de palude, ex Græco στεγνὸν, Siculis στεγνὸν. Imò & quartum, *stagnare pro metalla fecernere*, Hisdor. in *Glossar.* Unde *flagnulo*, fraus illa Monetariorum, qui, cùm pecuniam argento aere, mixtam flare deberent, argentum separabant & aes solum in figuranda moneta exhibebant, uti indicat *l.* 6. *Cod. Theodos. de falsa moneta* &c. Habent autem *Stagna* & lacus, qui ut plurimum originem sumunt vel ex mari vel ex flumine aliquo, velex fonte, haud fecus ac sinus maris, qui terras intrant, fua ἐσβολὰς & fuos μυχὸς. Et quidem pars illa flagni, quæ mare vel flumen in sufum recipit, quaque impletur ac deplétur, εἶσος propriè vocatur; pars contraria, quæ longo receflu excurrit, μυχὸς: Illam *bondam flagni*, hanc *caudam* ejus Galli vocant. Quod cùm non observarum esset Eustathio, Dionysio, aliis, locum Strabonis, de Tiger perpaludem Tinopitin transmitteute, qui sic habet, ἡ δ' ἐπὶ μυχὸν τὸ λίμνης δεῖ διαβῆναι ἐρήμην ἐπὶ πολὺ, ἐπὶ πολὺν τόπον ὑποχθὲς ὄντος ὕδατος, ἐπὶ τὸν Χαλκίτην, male accepérunt, uti pluribus docet Salmasius *ad Solinum pag.* 696. & 697.

Stagnis, thuris genus est, apud Plinium *lib.* 34. *cap.* 11. Græcè στακτὴν. Nempe sic vocatum est thus masculum, & Arabicum, ὀδὰ ἢ σταγὼν, *à gutta*, quod rotundum guttarum manus effluteret, seu in rotunda gutta penderet, hinc κόκκος quoque, quòd nata à non arte *incisionis* talem formam acciperet. Ut contrà Indicum, quod abundantius manabat, ita ut perunque grana singula manum impleient, in quadras fcindebatur, quæ volutando concutiendoque in aliquo fictili rotundæ evadebant. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 508. & 509. ut & supra in voce *Blasp.*

Stalvrenberg, V. infrà *Starenberg*.

Stalagmium, pro Inauribus apud Vett. reperitur, & quidem iis, in quibus bacca, quæ in hoc genere pendula erat, σταλαγμὸς five *gutta* habere figuram. Ita enim Cæcilius, antiquus apud Festum Poëta,

Ex aure ejus Stalagmium *aomi habeo*.

Quæ Inaurium notio & Plauto placuit, *Menachm. Actu* 3. *Sc.* 3.

Hæc palla & spinther saxo referantur simul.
AN. Amabo mi, Menachme Inaures da mihi
Faciundas pondo duûm ummodûm Stalagmia,
Ut si libenter videam, &c.

Ubi tamen alii *Spatalia* legunt: quam lectionem defendit Thom. Bartholinus *Scholia de Aërmil.* §. 7. ex eo, quòd *Inaures* præcefferunt: unde aliud ea nomen tum hoc nomine intelligi existimat, leonem *Stalagmii* ex amethysto, ut & Inaureum æreum, gemmis tribus vitreis oblongis dependentibus ornatam, ex Museo Laelii Patchalini Rom. exhibet Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* V. quoque Casp. Bartholinum *de Inauribus Veterum cap.* 2. Nempe illustris modi uniones, velut sunt guttæ æquæ cadentes & tractim pondus fuum sustinentes: à qua figura alabastra quoque unguentorum haud longè abeunt (ut quæ referunt formam balaustiorum, vel φοινικοκόνιτα; item grana rotunda Iauris masculi, quod hinc σταγόνια Græci, utrumque *Natur* diterunt Arabes. V. supra. Sed & σταλαγμὸς, vox corvorum est, quum stillantis aquæ sonum imitantur, uti docet Salmasius *ad Solinum pag.* 1318.

Stallarius, nomen dignitatis Aulicæ, apud vett. Angliæ Da nisque Reges, de qua V. Hovedenum A. C. 1068. & Jan. Dolmerum *Not. ad Jus Aulicum Norvegicum vetus cap.* 1. Idem cum *Constabulario* seu Stabuli Praefecto, ex Germ. *Stall*, i. *stabulum*, & *Herr*, i. *dominus*, *praefectus*. Alias *Stadium*, apud Recentiores, in genere locus est, ubi quis *stat*, habitat, fedet: fecuti etiam supra de voce *Stabulum* diximus. Praefertim verò fic dictæ sunt in foris & nundinis mercatorum fedes vel apotheceæ: unde *Stallagium*, praestatio propire *stalla* habendi in nundinis forisque. Sed & *Stallum*, pro fedeuniustusque Monachi aut Canonici, in Choro Aedis sacræ, crebro occurrit, apud Ecclesiæ Rom. Scriptores. Unde natum verbum *installare*, pro locum in choro date, beneficii Ecclesiastici posseffionem conferre, *in stallum inducere*, V. C. du Freine *in Glossar.* & Macros Fratres *in Hierolex.*

Stamen, Græcis στήμων, q. *Statumen*, in tela quid dicatur, notum. Hoc illum intenderent, dicebant Attici πρόσκλωσιν, Heliodus πρόσκλωσιν, cæteri Graeci propriè κλῶσιν, quod *ordiri* Latini appellavere. Quò spectabat illud Ovidii,

Tela jugo junctâ sti, stamen *fecernis arundo*.

Constituto *stamine*, cum eo subtemen feu tramam connectebant; nihil aliud n. Textura, quàm Ars eli subtemen ad stamen connectendi, hoc; connexu (τύσθεσις σύμπλοκὴ vocant Graeci) tota tela: structura constat. Et quidem pinguiores ac rudiores vestes plus *staminis*, quàm subtéminis, accipiebant: contra delicatiores & molliores, liquidem delicatius & subtilius nebatur subtemen. Unde de *subteminis studio* laudari tunicas Carthaginenfium, legimus apud Tertullianum *de Pallio cap.* 1. Et Heliodus hibernam veltem, quæ mollior elle debebat, ex multo subtemine & raro stamine confieri praecipit:

Στάμνια δ' ὁ σὸς πώλῳ πολλὰ κρόκης μηρύσας.

Diicebantur autem illæ στάμνια seu πλουνίαι, hæc ἀρμάδιχαι, item κρεκωτοὶ. Nec verò folum in tunica tenuius fem per subtemen, quàm *stamen*, fed etiam pretiosius. Sic in fuberiis vestibus illamen de lino, subtemen de ferico erat: in auro textilibus, quas Graeci διπλοΐδια vocant & χρυσοκόνες, subtemen imponebatur ex auricis filis. Virgilius,

Epithelatas auri subtemine vestes.

Vestes namque auro illamine texi non posse, notant Veteres. Atque hinc diversæ artes, σημηϊκὴ & κεκοσμημένη; uti pluribus videre eli, apud Salmasium *ad Tertullianum de l.* 1. eundem item & Casaubonum *Notis ad Capitolinum in Pertinace*. Ubi porrò tela, fictora chartæ textura ex flamine & subtemine conflabat. Philyræ namque primùm tam longæ, quàm longum papyrum erat, in tabula Nili aqui madente extendebantur & flatuebantur & hæc prima fchedaiuppidò addita vicem *Staminis* obtinebat, ex multis philyris συμπλοκὴν positis concinnata. Super quas philyras directas, aliæ deinde transversæ collocabantur, in modum cratis: quæ proin crates ex directis & transversis virgis conflabant, quarum hæ subteminis loco erant. Hinc & *texi charta* paffim dicitur, apud Plinium, Caffiodorum, Lucianum, Hæc folùm utriusque texturæ differentia fuit, quòd in chartis subtemen imponebatur flamini & glutini ope hoc ad illud connectebatur: in tela autem subtemen feu licia transversa flamini perradios textorios inferebantur & per medium decurrebant &c. V. eundem Salmasium *ad Vopiscum in Firmo*, & de *Staminibus animalis*, i. jam coloratis & tinctis, *ad Tertullian. ad l.* c. 3. ut & hic paffim.

Same-

Stamena, Στάμενα, vox infinx Græcæ pro minutiore moneta occurrit passim: *Stamna* fortè Odoni de Dioglio *de Proprietat. Ludov. VII. in Or. lib.* 3. & 4. an quòd ex *stanno*, ære forteano mixto, fuerit conflata; στάμνος enim Græci, ut Latini receptiores *stannum* & *stagnum* appellant, quod Veteres *stannum*. Et habentur *nummi stagnei*, in *Pandectis* Florentinis, de quibus V. Cujacium. An *Stamina*, factum ex *stamna*, quo nomine propriè significatur peconiæ, quæ fœnore dantur? uti vult Salmasius de *Usuris*. V. Car. du Fresne *Differtat. de infer. ævi Numism. num.* 95. At *Stamina* feu *Staminea*, apud Monasticæ Rei Scriptores, lanea est interula seu camisia, quâ Monachi quidam vice cilicii utebantur, ut monet idem in *Glossar.*

Standardum, adde: Nomen à *stando*, quod statarium signum seu vexillum fuerit. Tributum à rerum Hierosolymitanarum Conditoribus Saracenis ac Sultanis, quibus etiam *Carrodum* adscribit Turpinus *cap.* 18. & certè pro *Carodo* sæpe apud Scriptores vox usurpatur, cujus formam id habuisse videtur: an verò vicem ejus ubique præbuerit, adhuc inexploratum est. Sed & apud Anglos præcipuum Regis vexillum, diversum tamen à *Dracone*, id nominis habuisse, diseas ex Matthæo Westmonaster. *ad A. C.* 1016.

Stanislaus Episc. Cracoviensis, adde: Excommunicatâ propter cædem ejus Polonia, abstinentum quoque à Regio titulo, sicque Polonia *Principatus* nomine contenta fuit, per 215. annos, usquead Primislaum, & A. C. 1295. Georg. Hornius *Orb. Imper. cum Not.* L. Joach. Felleri pag. 389.

Stannum, metalli genus, *illisum æneis vasis, saporem gratiorem facit, & compescit æruginis virus, mirumq; pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatissima — Brundusii temperabantur, hinc argenteis uti cupere & ancillæ*, Plin. *lib.* 34. *cap.* 17. Idem ad ocreas Heroum, & nummos adhibitum esse, dilcimus ex Homero, & iis, quæ supra dicta sunt in voce *Stamena*. V. quoque *Stagna*; item ubi de *Organis*. Hodie ex Angliæ provincia Cornvvallia infinqui copia educitur. Auctor Anonymus *Historiæ Orbis Terr. cap. de Commerciis*.

Stantes, apud Cyprianum *Epist.* 14. *Episcopi in unum convenientes, præsente & Stantium plebe*: dicuntur Christiani, qui in perfecutione fidei constanter perseverant. *Lapsis* oppositi. Forte ex Ephesiorum *cap. 6. versu* 13. *Ναὶ στῆτε λοιπὸν περιζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ* — *calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis*. In quibus verbis videtur Apostolus alludere ad ritum V. T. quo Israelitæ Pascha comedebant, lumbis præcinctis, calceati, baculis innixi, ad iter instructi, & ut Philo ait *de Sacrif. Abelis & Cain*, *ἀπλῶς τῷ πανχίου ἕξωτες τοῖς ποσὶ, immobiliter & firmiter stantes pedibus*. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 5. ut & infrà in voce *Stare*.

Stapes, & *Stapia*, vox recens, à *stando* & *pes*, Gr. Ἀναβολεῖς, Item *Ἐγκυτρίδες*, Lipsius *subitem pedaneum* vocat: Recens inventum est, uti discimus ex Polydoro Virgilio *de Rer. Inventoribus lib.* 3. *cap.* 18. Est & illud novum inventum, in quo uterque pes utrinque quiescit ejus, quicquo infidet; Nam ut in marmoreis statuis Romæ conspicitur, antiqui non utebantur, nec quo nomine appelletur, apud Auctores legitur, Vulgò Staffi nominatur, quòd in eo pedes commodè stent. Quam rem tentium confirmant Guido Pancirolus, *Rer. Memorabil. tit.* 16. Staphiæ quoque, inquit, sive Stapedes quando introducti fuerint, non usque adeò expeditum est. Sed quoniam horum nec vestigium in marmoribus aut æneis tabulis, & nec etiam nomen extat: dicto non absurdum videtur, eos post ruinam Imperii Rom. fuisse demum inventos. Ideoque rei novæ necessum fuit, novum quoddam excogitare vocabulum &c. In quæ verba Scholiastes, saltu Vett. fe conjecisse in equos, absque istiusmodi adminiculo, docet Virgilio *Æneid. lib.* 12.

Infrænans alii currus, ac corpora saltu
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.

Et *eod. libro*, ubi de Turno:

Poscit equos atq; arma simul, saltuq; superbus
Emicat.

„Quod clarius etiam Vegetius docet; Non tantùm, inquiens, à „Tyronibus, sed etiam à stipendiariis militibus saltus in equos „difficilè est semper exacta; quem nihilominus ad hanc usque ætatem, „licèt cum dissimulatione, perveniſſe manifestum est. Equi li„gnei sub tecto hyemis, æstate ponebantur in campo. Super hos „Tyrones primò inermes, dum consuetudine proficerent: deinde armati cogebantur ascendere; tantaque cura erat, ut non „tantùm adextris, sed etiam à sinistris partibus & insilire & „desilire condiscerent, evaginatos etiam gladios vel contos te„nentes: hoc enim assiduâ meditatione faciebant, scilicet ut „in tumultu prælii sine mora ascenderent, qui tam studiosè exercebantur in pace. Idem de Numidis docet Livius *lib.* 23. De Græcis Perſisque Xenophon Socr. in lib. qui *Equitum Præfectus* inscribitur, ubi inter alia, *Nam grandiores assuefacere jubet, ut in scandendis equis, more Persico, se invicem adjuvent.* Sed quia hæc ascendendi ratio ab iis, qui viribus non valebant, neque habebant, qui ipsos in cos tollerent, sine labore ac molestia expediri non poterat, igitur ad minuendam eam Vio-

curi, seu qui vias militares sternebant, in lateribus viarum collocabant altiores quosdam lapides, & tanquam pusilla quædam suggesta excitabant, è quibus parvo negotio quilibet in equi dorsum se conjeceret: Quod in *vita Gracchi* Plut. memoratur. Senibus verò Principibusque viris ad manus erat huic rei Præfectus, de quo sic la Cerda, in Virgilium *loco cit. Saltu: signate & propriè; Nam apud Veteres nullus usus Stapedæ aut subitis pedanei. Ellipsani quidem* Eſtrivos dicunt: *sed falsus ſretus argumento. Senibus quidem & Principibus tollendis vir erat huic rei præfectus, quem Spartianus in Caracalla & Ammianus lib.* 30. *vocant Stratorem, Græci Ἀναβολέα. Inter equitandum autem pedes erant penduli, & nullâ re innixi: ut etiam hodie equestres ſtatuæ ternuntur. Omitto locum Eustathii in Odyſſ. a. quem jam Budæus & Lipsius agitarunt.* V. plura apud Magium *lib.* 2. *cap.* 14. *Miscellan.* ubi de Scythis ex Hippocrate *libro de Aëre, Aquis & Locis*, de Germanico Caligulæ patre, ex Suetonio: de equestribus i. tem instrumentis, ex Polluce *lib.* 10. *cap.* 10, & 12. loquens, similiter *Stapias* apud Antiquos non fuisse in usu, pluribus probat. Interim negandum non est, temporibus non usque adeò nobis vicinis, illarum mentionem reperiri. Meminit non quidem *Stapiæ*, sed *Bistapiæ* Hieronym. in *Epistolis*, ubi se, *quum quondam accepisses literas, jumentum consciendarum, jam pedem habuisse in bistapia, scribit.* Et Roma in vetusto lapide, Inscripto, quæ paulò ante Hieronymi ætatem videtur facta, *Stapiæ* his verbis discrtè meminit: *D. M. Quisquis, lector, ut. accedis, cave, si. amas. at. si. non. amas. perficula. misce. qui. sine. amore. vivit. dulce. exis. nihil. est. ego. tam. dulce. ambulans. me. incaute. perdidi, & amor. fuit. equo. dum. ascellus. somosius. Durmionæ. puella, virgunculæ summa. potvrix. placere. coperam. cessa. desilien. pes. hastia. stapiæ. tractus. interii. in. rem. tuam. matuse. propera. Vale.* Apud eundem Magium: cui adde Vossium *de vitiis Sermon* ubi, postquam instrumentum, illud ferreum ab equi lacertibus utrinque dependens, cui inniturtur atque insistunt equitantium pedes, Veteribus fuisse incognitum, ostendit: *Novo, ait, huic invento novum quærendum nomen fuit. Id multis modis factum ex Hispanica, Græca, Latina. Ex Hisp. dubium an Græca sit ostraba; Hispanis quidem dicitur* Estribo: *unde* Astraba: *nisi ex hoc Hispanicum, Isidorus Hispal. in Glossis*, Astraba, tabella, in qua pedes requiescunt, *sed pulsus hoc nomen, nam & Anglicis* Stirrop. Ἀναβολεῖς *ex ipsis dictionibus ἀναβολὴ & ἐπίβασις. Græco lignetum est ephippium, quod tenent sidentes. Præterea Græcis dictum ἀναβολεῖς, Latinis Scala, quia eo soleret ascendere, velut scalis. Sanè Suidas, quum dixisset, eos qui Latinis* Stratores *vocantur, quia eoqui sternerent, Græcis ἀναβολεῖς nuncupari, subjungit;* Ἀναβολεῖς δὲ οἱ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενοι σκάλαι, de qua voce multa addit: inter alia ex Eustathio *Odyſſ. a.* Ἀναβολεῖς ὃ ἐφίππιον ἢ σάμβαλον, ἃ τοῖς ἱππεύουσι ὑφιστοῦ γίνονταί τινες, ἀσκοὶ ἢ ἀσθμενῖδες, ὃν ἐπὶ τοῖς ἑκατέρωθεν ἐξήρτηται, ἐφ' ὧν ἐπιβαίνουσιν οἱ ἱππεύοντες. Nam verò *Stapedum*, quales hodie in usu sunt, duplex officium fit, tum in consecendendo equo, tum in stabiliendo equitantis pede utroque; prior usus antiquior fuit, alter recentior, ac proinde *Stapedes*, assidùe pendentesè sella, non ita veteris instituti fuere, ex sententia Licetì. Vetustiores autem usus fuisse olim machinalâ quadam ferreâ, ad consecendendos equos, apertè docere videtur Lucretius *lib.* 5.

Et prius est armatum in equi consendere cessa,
Et moderanter hunc frænis, dextrag; ciere,
Quam bijugo curru belli untare pericla.
Et bijugo prius est, quàm bis conjungere binos &c.

Ibi enim ferri proponit usum, quo miles armatus consueverit *equi consendere cessas*; quas gravi pressus armatura, sine fulcro, consecndere non potuit. Quam quidem ferream machinulam non ab re fuerit putare fuisse, vel in modum scalæ vel in modum annulorum catenatim inter se junctorum; per quos, veluti per gradus in equum homo ascenderet, præsertim senex ac debilis: at miles agilis, utut armatus, unico vel annulo sellæ utcunque adfixo facilè consenderet equi dorsum, quo postea non uteretur, ad pedes firmandos: id quod ævo posteriori fuerit usitatum. Fortun. Licetus *de Lucernis Vet. lib.* 6. *cap.* 30. *ubi erudite explicat Lucernam Equitis, quem è Magis illis, qui Christum infantem venerunt adoratum, unum fuisse judicat.* V. quoque supra, *Scalæ*, item *Staffa*.

Stapula, adde: Electa sunt istiusmodi Oppida stabiliendis commerciis, vectoresque coguntur alibi haud pergere, nisi priùs expositis per aliquot dies in *Stapula* foro suis mercibus. Auctor Anonymus *Histor. Orbis Terr. Part.* 1. *cap.* 10. §. 3. Alii nomen arcessunt à Germ. *Stapel*, quo propriè vocantur ædificia tumultuario opere extructa, stipitibusque aliquot innixa, qualia fuisse Foros in Circo olim, seu Spectacula, legimus. V. quoque supra, ubi de *Halli*s & plura hanc in rem, apud Salmasium *Observat. ad Jus Attic. & Rom.*

Stapula in Imperio & alibi celebriores.

Adenum & Alexandria, in Imperio Turcico.	Colonia Agrippina, in Imp. Germanico.
Brema, in Imperio Germ. ad Visargim.	Dordracum, in Hollandia, *statum* habet vini Rhenani, quò proxima vectores naves
Burdigala, in Gallia.	

stas vinarias dirigunt.
Franconfurtum, ad Oderam in Imp. Germ.
Hamburgum, in Imper. Germ. ad Albim.
Hifpalis, celebris in Hifpania *Stapula* eft.
Ingoldtadium, ad Danubium, ibid.
Lugdunum, in Gallia.
Magdeburgum, ad Albim, in Germ.
Treveri, ad Moeldam &c.
Malacca, in India.
Maffilia, in Gallia.
Moguntia, ad Rhenum, in Germ.
Paffavium, ad Danubium, in Germ.
Ratisbona, ad Danubium, in Germ.
ad Rhenum, Colonia Agripp. Moguntia & Spira, *die drey Stiffeln am Rhein.*
Rotomagum, in Gallia.

Stapula, opp. Gallæ in Paphlagonia, ad Quanti fluv. oftia, vulgo *Efcopfet*, patria Jacobi Febri Stapulenfis, cujus elogium habes apud Thuanum *lib. 16.* & Sæcv. Sammarthanum *Eleg. Virorum illuftr.* Ejus meminit Lupus Ferrar. *Epift. 14. Wicum* & *Quentovicum* vocant Scriptores paulo fuperioris ævi, eique *Emporii* quoque ac *Portus* nomen tribuunt, præ cæteris *Annales* Bertini A. C. 842. Unde nominis origo in promtu eft. V. Car. du Frefne *Gloffar.*

Stare inter ritus Sacrorum fuit antiquitus ufurpator, ficut & *Sectare*, *Circumagere* & *manum vicinari* &c. Adorantes enim Deos ftabant erecto corpore amplorem augufliorem quæ cultum exhibituri. Martialis *lib. 12. Epigr. 78.*

Multis dum precibus Jovem falutat,
Stans fummos refupinus usque in ungues,
Rebus in Capitolio fuis &c.

Quem ritum in communioribus facris fuiffe obfervatum, in Paxentali vero feu Funebri folemnitate, operantes fed.ffe, Thom. Dempfterus docet *in Rofinum lib. 3. cap. 33.* Tranfibo ad Gentiles ab Hebræis, ut & plurima alia: apud quos miniftrabant in Templo Sacerdotes *ftantes* ut colligitur ex Deuteron. *cap. 18. verfu 5. Eum fulegis Jehova Deus tuus ex omnibus Tribubus, ad perfiandum Miniferio in nomine Jehovæ &c.* Nec ulli in folo fancto federe fas fuit, nifi foli Regi, ut diximus fupra. Idem obtinuit in precando; namque licet aliquando fedentes, faspius ingeniculantes, Sandi orafle; leguntur: ut plurimum tamen *ftando* preces peragebant. Sic *Abraham* ftabat *coram Domino*, Genef. *cap. 18. verfu 21. 1. orabat.* Et Publicanus *procul* ftans, *cadebat pectius fuum, dicens, Deus placator mihi peccatori*: quemadmodum Phariſæus fimiliter *confiftens feorfim, oravit*, Lucæ *cap. 18. verfu 11, 13.* Unde Prov. inter Judæos increbuit, *Sine ftationibus non fubfiftere mundus*, de quo V. R. Juda *in I. Mofar* & Druſium *in Matth. cap. 6. verf. 5.* Et in Roma fubterranea multæ ornantium Sandorum imagines cernuntur, quæ cundtim nifi cum a Chriſtianis vert. obfervatum fuiffe oftendant. De iſtiusmodi oratione Philo *de V. C. Exant*, inquit, *hymni inter facra canendi à ſtantibus*: & mox, *Nocte canebant hymnos Therapeutæ, ad utrorumque ſtantes.* Dionyſ. Areopagi a loquens de Carpo, *Epiſt. 8. Stans* ait, *ad divinum precem.* Iſidorus *Origin. lib. 6. cap. ult. Diftinc chorus, quod inftio in modum coronæ, circa aras, ſtarent & ita pſallerent*: ut alios omittam, V. Fortun. Licetum *de ſtatuis* illiusmodi Oratorum pluribus agentem, *lib. de Gemmis Anulior. Sobrietate* 14. *cap. 75.* Etiam à *ſtantibus* lectiones Evangelicæ, in Eccleſia Chriſt. olim, ut & hodie, audiebantur, ſolo epiſcopo Alex. non aſſurgente. quod miratur Sozomenus *lib. 7. cap 19.* cauſam reddit Iſidorus Peluſ. *lib. 1. Epiſt. 56.* Ut verò tum *curvi ſtarent* Sacerdotes, innixi Anaſtatius, an Sirtius Epric. Rom. qua de re V. Cl Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Ειπνεύειν*, ut & infrà. In prophanis eadem Oratorum ſemper conſuetudo fuit, ut ex Homero & Sicerone *fupra* videre eſt. Sed & inter Gymnaſticas fuit exercitationes *ſtare* erectum, quæ ambulationem ipſa vehementior eſt habita, quemadmodum & avibus longè eſt moleſtius, ſi in aere non agi cuntur, quam ſi volent. Nec obſtat, quòd plurimi peri naviter credunt, *ſtantes* pedibus, nullo modo ſe exercere, eo quod omnis exercitatio ſit motus, motuſ autem duras planè contrarius ſit. Nam non tantum, quæ moveri videntur, moventur, ſed & multa immobilia apparent, unum eundemque locum obtinentia, quæ nihilominus moveri efficaciſſimis rationibus, ac fere ſenſu ipſo demonſtratur. In hominibus namque erectis ſtantibus, corporibus cotrum naturâ ad terram inclinantibus, animâ contrà ſurſum illa ſuſtinere obnitente, motum quendam ſuboriri, indicio eſt, quòd ſi anima à corpore ſic *ſtante* exeat, illico ipſum in terram collabitur, quâ motus ille deficit, cujus beneficio Anima corpus, naturâ ad terram inclinans, ſurſum elevatum continebat. Unde patet, ab continuos, eosque contrarios animæ compoſitione obnitius *ſtantes* utique non parùm moveri, atque ipſorum mu ſculos omnes corpus geſtantes & à terra attollentes frigentesque vehementer intendi. Quod & ex majori laſſitudine, quàm quæ ambulando percipitur, ad liquidum confirmatur. V. Galenum *lib. de ten. & rig.* Atque hoc videtur eſſe id, quod à Cœlio, in epilepſiæ curatione, *ſtans exercitium* vocatur. Interim antiqui Gymnaſtæ, an inter alias corporum exercitationes, *ſtatum* quoque hujusmodi recepſerint, certò affirmari non poteſt. Cùm enim nullum fere uſum in *ſtando* haberent, niſi quando Milonis more rectis *ſtantes* ſeſe cæteris à loco dimovendos, oſtentandi roboris gratiâ, præbebant; *ſtatus* non per ſe, ſed ob aliud, utebantur. Nec certamen in *ſtando* ſolum eſſe ſtatim cerni potérat, quod aut ſpectatoribus delectationem adferret, aut facrificii, vel alio modo Amphitheatris aut Stadiis inſerviret, ut horum gratiâ Athletas ſeſe exercere vel certe *ſtantes* ſolitos fuiſſe dicamus. Sed neque bellicæ diſciplinæ amatores multum utilitatis *ſtando* conſequi potuiſſe videntur, ſiquidem ſola exercitâ tolerantiâ, militibus profectò neceſſariâ, quam *Statis* adjuvare poteſt. nihil iis emolumenti conrulit: Unde nec Plato, nec Xenophon, nec Ariſtoteles, nec Vegetius futuræ bellatores *ſtantes* ſeſe exercere præceperunt; tametſi Veſpaſianum Imp. dicere ſolitum acceperimus, *Imperatorem ſtantem oportere.* Medicorum ergò Gymnaſtæ id exercitii ſibi proprium vindicantur, quos tam ſanos, quàm valeudinarios, *ſtando* exercuiſſe, legimus: cùm quamplurimum inde uſus, tum ad conſervandam ſanitatem, tum ad præſtandum cruribus robur, hauriantur. V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymnaſt. lib. 3. cap 3.* ubi ſimul docet, multum differre, crecturne quis ſub Sole ſit, an in umbra: add-itque, non ſolùm vulgare illud, *à prandio ſtandum, à cœna ambulandum*, locum poſſe habere, ſed & erectum *ſtare*, perinde atque cæteras exercitationes, ante cibum quoque prodeſſe. Quæ omnia de *ſtantibus* planis ac totis pedibus intelligenda; *ſtare* namque calcibus innixos non modò laborem ac moleſtiam inducit, verùm etiam multum juvamentum effatu dignum præſtare, creditur. Quemadmodum ſimiliter eos, qui ſummis digitis *ſtare* conantur, præter fatí, actionemilleo fuſe contentem, partes illas callis moleſtiſſimis afficere compertum eſt; neque aliud inde commodum redipiunt, quàm ut longiùs aliis proſpectare valeant: Cujus gratiâ ab antiquis *Spectatores*, five Σκοπὸι pingi conſuevit facie hominis *ſtantis* ſupra digitos, ſummamque manum ad umbellæ formam ſuperciliis admoventis, ut Æſchylus in *Thoris* meminit. V. eundem Mercur. *lib. 6. cap. 1. quæd. op.* Sed & in *ſtatuaria* luctâ magnus hujus exercitii uſus erat, cum victoria in eo eſſet poſita, ut alter alterum dejicere, adeoque emboîæ, parembolæ, parathefes & triſtates, magnâ induſtriâ adhiberentur: Cùm contrà in volutatoria locus ſi victor conſtetur, qui alterum ſic dejecifſet, ut eum penitus in ſua haberet poteſtate. Sic de Epaminonda C. Nepos *cap. 2. itaque exercebatur plurimùm curvando & ſuſtinendo, ad eum finem, quoad ſtans completi poſſet atque contendere.* Idem dicendum & de Gladiatoria, in qua de *Statu* ſeu *Gradu* Adverſarium deturbabile, non parum laudis habuit &c. V. Thom. God-wynum *Antiquolog. Rom. lib. 2. Sect. 3. cap. 10.* & Bulengerum. Quod vel ſuprà Mercurialem dubitare diximus, utrum inter vert. Gymnaſtarum exercitationes etiam hæc fuerit, dubium forte exemerit Plinius, qui Indorum Gymnoſophiſtas, *ἀσκήσεσι χρώμενοι, ab ortu ad occaſum perſtare immobilibus oculis: ferventibus arenis alternis inſiſtentes pedibus*, conſueviſſe, tradit *lib. 7. cap. 2.* qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 100. At, inter leviores animadverſiones, apud Romanos, *ſub ſtare cum decempedis*, quo modo ante Prætorium Centuriones quotidiem pertranſeundi diem edixiſſe, voluit Auguſtus, apud Suetonium *cap. 24.* Simile quid, cùm *ſtantes* cibum capere *cogebantur*, *Liv. lib. 24. cap. 15.* de cujusmodi ſtationibus ignominioſis, quas inter leniores malorum pœnas & Auguſto Livia ſuaſit, apud Dionem *lib 55.* V. Caſaubonum *ad Suet. 1. cit. &c.* Aliter vox ſumitur in phraſi, *in Choro ſtare*, de qua infrà, ubi de *Statiariis.* Sed & de tunicis, verbum *ſtare* occurrit apud Tertullianum *de Pallio cap. 3.* ibi viz. quæ non congebantur, ſed ſtare perpetuo tunicæ quæ perpetuo ad imum deſcendebant, *τοῦς ταρσοὺς*, item *ὑποποδὰς*, hinc dictæ, quales fuiſſe Citharœdorum & Tragœdorum tunicas, diſcimus ex Plut. in *Alcibiade* & Arriano in *Diſſertation. Epicteti. Ταύτας μὲν* illas non habuiſſe, Heſychius ait, metaphorâ ab infectis animalculis deſumtâ, qua ab ea parte, qua inſectionem habent, gracilliora ſunt: id quod zona præſtat in tunicis, quæ præcinguntur. At *τοῦς ταρσοὺς* toti ab ſummo deorſum uſque reſtuæ ſunt, quas proin & *rectas tunicas* videntur appellaſſe Latini, aut ſaltem ita appellare potuiſſe. Aliter enim vocem fumere Grammaticos, notum, V. ſuprà in voce *Recta*, & plura hanc in rem apud Salmaſium *ad Tertullianum d. l.*

Stavenberg, mel. *Stahrenberg*, nomen Familiæ in Germania illuſtris, cujus originem referunt ad Vinulphum Styriæ Præfectum, circa A. C. 805. Ex hoc enim deducunt Albertum & Ottocarum, primos auctoritate Pipini Regis Styriæ Marchiones, conditores Monaſterii Tegernſeenſis & demum in eo Monachos; ex Ottocaro autem Ottocarum VI. primum Comitem Styriæ, patremque inter alios Ottocari, Alberti feu Alberonis & Bernardi. Quorum primi progenies defecit in proopote Ottocaro X. vel XI. Marchione, ac deinceps Duce Styriæ, qui moriens A. C. 1192. Leopoldum Auſtriæ Marchionem hæredem ſcripſit. Alberonis pronepos Gundacarus arcem conditdit *Stahrenberg* A. C. 1176. ac filios ſuſcepit Gundacarum & Dietmarum: à quorum priore *Domini de Stahrenberg* deſcendunt, in plures ſuæ lineas diviſi. Unus enim Gundacarus illius nepos, cùm

tàm Rudigerum & Gundardum genuisſet, duplicem poſteritatem habuit; ſed quæ ab hoc profata eſt, defecit iterum. Denuo aliquot ſinearum parens fuit Rudigeri abnepos Eraſmus, qui deceſſit A. C. 1560. Ditmarum quod concernit, is *Conſentiens Dominus* proſevit, nunc æquè, ac priori lineæ contigit, *Comitum* titulo inſignitos. Tertius Ottocari VI. filius Bernardus, filium habuit Gundacarum Dom. de *Perneck*, reliquorum de *Perneck*, *Gracio* & *Enzlhar* fatorem (cujus poſteritas maſcula in Wilhelmo, hæres ſexus in Urſula virgine deſiit A. C. 1547.) atque Ottonem Dn. de *Hohenberg*: cujus poſteri nomen ideòm propagarunt, donec Eraſmus ultimus elauderet familiam, filiâ Anna tantùm relictâ, quæ Roggendorfio nupſit. Ad Eraſmum ut redeam A. 1560. defunctum, fuit is Bartholomæi L. Bar. de *Stahrenberg* fil. & ex Anna Com. Schaumburgia genuit inter alios Rudigerum Com. de *Stahrenberg*, defunctum A. C. 1586. Hoc & Helena *Zachin de Fridau* genitus Paulus Jacobus, ſuſcepit, ex Dorothea Bar. de *Thannhauſen*, Euphemiam (n. 1608.) Rudigerum (n. 1609.) Matthiam (n. 1611.) Conradum Barkhardum (n. 1612. martium Annæ Eliſabetæ Com. Zinzendorfiæ) &c. omnes *Comites de Stahrenberg*. Speneras *Th. Nobil. P. II. in Ind.* & *P. III. p. 68.*

Starrum, apud citimæ ætatis Scriptores, chirographum eſt vel inſtrumentum, quo Judæi pactiones ſuas transactionesque conficiebant, apocha, ſcripta, charta, cujusmodi multa Hebraicè conſcripta, in arce Londonienſi, hoc titulo, haberi, notat Spelmannus *Gloſſar.*

Staſſinus Cyprius, donatu ſibi ab Homero τὸ κύπελλον τοῦτο ſe pro ſuis edidit, Proclus apud Photium. V. ſupra in voce *Cyprius*.

Statanus & *Stataninus*, inter Deos minores, erant *Dii Præſides aſtantes*, Lactant. Quos alii educationi adſcribunt, eo vitæ tempore, cùm *ſtandi* & conſiſtendi poteſtatem infantes nanciſcuntur. Nomina eorum ſcripra Pontifices habuiſſe, Varro affirmat, apud Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 19.* Alii infantibus in terra conſtitutis *Statinum* Deam præſuiſſe, tradunt. Lotus enim infans in terram ab Obſtetrice ſuit antiquis temporibus ſtatutus, non ſine pompa: more à ſacris Hebræorum translato, ad Romanos, qui tamen ante Juſtinianum deſiit. Unde apud plurimos Auctores, nudos infantes Terra excipere dicitur. Quò reſpexit Plinius *Nat. Hiſtor. lib. 7. in Proœm. Natura hominem tantùm nudum & in nuda humo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum.* Idemque ſignificare voluit Ovidius, cùm in Ibin,

Qui ſimul impura matris prolapſus ab alvo
Cumpliemſædo corpore preſſit humum.

Sanctior tamen, quàm ut *ſedo corpore*, ut hic apud Poëtam, *humum premeret*, Auguſtus, quippe quam primùm natus attigiſſet terram, conſecrata ea eſt, apud Suetonium *Oct. cap. 5.* quod & de reliquis poſt eum Auguſtis dicendum. Cauſa ritus triplex: ſive ut vocem contactu terræ acciperet infans, Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 12.* ſive, ut aſſuefieret rectus elle Diis conjugalibus, undeab Obſtetrice erectus in terram ſtatuebatur, Varro *de Vita Pop. Rom. lib. 3. ap. Nonium*: Sive, ut Opem ſeu Matrem communem ſalutaret, Macrob. *iterum lib. 1. cap. 10.* Sic tellure ſuſcipiebatur à Parente, quod *tollere* dictum & Levanam Præſidem habuit. Meminit autem Deæ *Statinæ* Tertullianus *de Anima*: *Dum prima etiam conſtituio infantis ſuper Terram, Statinæ Deæ facrum eſt.* V. Thom. Bartholinum *de Puerperio Veterum.*

Statoria Fabula, Jul. Cæſ. Scaligero ſedatior eſt & minùs negotioſa, quales Hecyra & Afinaria, in quibus non ita difficultur, ut in Adelphis, *Proëlc. lib. 1. cap. 7.* Quò reſpiciens Cicero *in Bruto*, *Polo enim*, inquit, *ut in Scena, ſic etiam in Foro, non eos modò laudari, qui celeri motu & difficili utuntur, ſed eos etiam*, quos Statarios *appellant, quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas, non modeſta.* Et *lib. 4. Epiſt. 15. ad Attic. Dedit Amiphonii* (Actori ludis ſcenicis) *operam: is erat ante manumiſſus, quam productus, ne diutiùs pendens, palmam tulit, ſed nihil tam ſpiſſum, nihil tam ſine voce, nihil tam rerum.* Hoc eſt, in quo non multa, ac pene nulla ſermones. Ibidem *ſtatarius & ſermonis plenus erat*: ſicut *ſtatariæ mimi*, apud Livium *lib. 8. hoſtis ſtatarius*, apud eund. *lib. 22.* cujus erat τὸ ἐν χερσὶν, *ſtataria pugna*, vel *congreſſio*: *ſtatariæ ſixa*, apud Latinum Pacatum *Panegyr. ſtatarium prædium*, in *Panegyrico* Mamertini &c. V. Jo. Frid. Gronovium *Obſervationum lib. 4. cap. 7.* Quibus adde *ſtataria Poemata*, Græcis ἑστῶτες dicta, de quibus idem Scaliger ubi ſupra *cap. 44. A membris quoque* (Carmina) *varia. Nam quadam erant ſimplicia*, ἁπλόστιχα, *alia ſticta*, ἐφεξῆς, *alia* ἀντιστρόφους. *Bacchicis circularibus, aut ſemper ad eundem motum convertebantur, neque reverſebantur, hæc erant μονόστροφα. Aut ſtabant immobiles: ea* στατικὰ *talis prima ode Horatiana. In aliis erant due membra, aut tria, aut plura.*

Stater, Gr. Στατὴρ, δίτη ἢ τριτὴ, nummus argenteus bis didrachmus, memoratur Matthæi *cap. 17. verſ. 24.* & *ſeq.* ubi tributum ſolutûrus Cæſari Servator noſter juſſit Petrum hamum mittere, eumque piſcem, qui aſcenderet primus, tollere: caput aperto ore invenit *is Stater*, quem acceptum dedit didrachma accipientibus, pro Chriſto & pro ſe, Th. Godvvynus *de Ritibus Hebr. lib. 6. cap. 10.* Georg. Agricola χρυσὸν, & Σίκλον & Στα-

τῆρα χρυσοῦν, i. *Aureum*, vel *Staterem aureum*, monetæ aureæ genus ait fuiſſe apud Athenienſes, pondere duarum drachmarum additque Philippum, Alexandrum & qui in Aſia ac Syria Alexandro ſucceſſerunt, ſignaſſe pondere 2. Attiicarum drachmarum, oboloruin 2. & totidem ſiliquarum. Eidem Στατὴρ Κρίσεσ, à Creſo percuſſus, pondere fuit 2. drachmarum ſimiliter: ut & Daricus, à Dario ſignatus. Graviores erant Cyzicenſes, quos Senatus Cyzici percuſſit obolis 4. & dimidio, minutis duobus & decima minuti parte. Apud Cyzicenſes Τετράσταθμος, aureum nummum pondere uncialem fuiſſe, ſcribit Idem. *Staterem* verò Corinthium, moneram contendit fuiſſe argenteam, & pependiſſe obolos Æginæos decem &c. Gronovius ex Dione Caſſio, Zonara, Polemarcho apud Hefychium, Attium *Staterem*, 20. drachmis argenti Atticis æſtimatum, idemque cum auri mina fuiſſe, imò & ſic vocatum eſſe, oſtendit. Et hæc eſt illa auri mina, quam uſurpat interdum & Plautus: inter alia, *Rudente Act. 5. Sc. 2. Centum mnæ Philippiæ in pactolo ſuo ſunt*; uti quidem legi jubeat MSS. optimi & quamdam vetuſtæ editiones, id eſt, centum Philippici *Stateres*. Idem Gronovius argenti & auri *Staterem* hoc differre docet, quòd quatuor drachmis argenteus, duabus aureus conſtiterit. Tetraſtaterem verò Cyrenaicum, octo drachmarum fuiſſe ſuggerit, *lib. 2. de Pecunia Vet. cap. 7.* Apud recentiores ævi Græcos, χαλκὸς in genere *pecuniam* notat, ſicut & χρυσὸς. Unde ſcribit Zonaras, Nicephorum Phocam, cum invaſuiſſet, χαλκὸν πᾶσὰν βασιλικὴν σὺν-αγαγε λοιπὸν σὺν τῇ ἀλλῃ κατασκευῇ, ſua numiſſmata aliorum præferri juſſiſſe: & Alexium Imp. cum pecuniæ inopiâ laboraret, τὰ τῶν ἀνιερῶν ἔργων τῶν χαλκηλατημάτων deſtruxiſſe, & ἐις νόμισμα cudiſſe. V. C. du Freſne *de inver. avi Numiſm. n.* 100.

Stateræ, apud Suetonium *Tito c. 25. ſtateram —— poſitam examinine aquo: cum in ultera lance* &c. Græcè φάλαγξ eſt, quam hic intelligit, pedi ſuo (cujusmodi pes in Cortabo, ut dixit Manilius *ad Astr. lib. 1. Od. 27.*) impoſitam ad perpendiculum, five, ut Cicero ait, *ad lineam*, ſive ut Græci, γνώμονα κάθετον. Atqui *Stateram* negat lances habere, Ariſtoteles *Mechan. Problem. 21.* ubi ἡμιόλιον, *dimidiatam bilancem* ſtateram vocat, & in altera parte σφαῖρωμα, *æquipondium* habere, innuit. Sed pro jugo bilancis Suetonius accepit vocem, quod & Suidæ φάλαγξ, unde *phalangæ* ſeu *palangæ*, ob ſimil. de quibus ſupra. Hodie *Statera* Sinenſium, ex ebore lævigata habula, quæ punctulis proportione Arithmeticâ æqualibus interſtincta, nec non duobus tenuiſſimis ſtilis inſtructa, quorum unum hypomochlii vices ſubit, manu pendentis tenta; ex altera parte verò bilancis ſuſtenta pendet, in qua monetarum juſtum pondus exploratur, ſed filo priori ad differentis comparationis puncta adapiato, aſſervatur in Muſæo Kircheriano: unà cum *Statera* Veterum, magnitudine palmari, uti refert in *Deſcr.* ejus Georg. de Sepibus. Origo voci à Græco ἱστὸς, quod inter alia *ſtatuere*, *appendere*, *ponderare* notat, V. quoque ſupra in voce *Lances*, item *Libra*.

Statorum Ludus, in vet. *Sobeda*, apud Caniſium *Antiqq. Lection. Tom. IV.* corr. videtur Car. du Freſne, pro *Scachorum Ludo*, de quo ſupra.

Stathmus, Græcè Στάθμιον, V. ſupra *Manſio*.

Statice, Gr. Στατικὴ, aliàs Ἱστοῤῥοπικὴ aut Κεντροβαρικὴ, Lat. *Ponderum doctrina*, vel *æquiponderantium*, vel *de ponderis centro*, ſcientia eſt, ponderum momenta exponens: atque ab hac omnia, vel pene omnia, dependent; quæ Mechanicæ tradit, unde ſunt Eruditi, qui pro Mechanice *Statices* non malè ponit dicant. Pappus *lib. 8. fol. 306.* Centrum gravitatis unuscujus-que corporis eſt principium & elementum tractationis de centro gravium; ex quo & reliquæ Mechanicæ partes dependent. Quod verè dici, liquebit conſiderantì Archimedis Ἱστοῤῥοπικῶν libros; vel Heronis doctrinam, de quinque onera movendi facultatibus ſimplicibus ac compoſitis ex iis: de quibus etiam eſt illud Georgii Eſſidæ Jambographi apud Suidam,

Τὰς πέντε δυνάμεις Ἀρχιμήδης δὲ πέμπε
Ὀλκὸν ευπάγῃ, σὺ δ' ἀνέστη μόνῃ
Τῶν δυσχερῶν ἐξεῦρε τὴν φυσίν.
Quin quinquplex ab Archimede in unicam
Collata machinam fores vis, & ſamen
Immane pondus vix moveres de loco.

Sanè in quinque iſtis, de quibus poſtea Ars videtur vincere naturam, vel potiùs Natura ſeipſam: ſic enim *Statice* diſponit naturalia, uti eas diſponeret Natura, ſi produceret iſtiusmodi effectum vellet. Ita non Ars ſolùm, ſed etiam Natura obſervat, ut ad ſervandum æquipondium centrum gravitatis ſit in linea directionis: Liquet id non ſolùm exarte funambulorum, luctatorum, aliorumque, ſed etiam ex omnibus nobis, in ſingulis pene vitæ actibus. Nam, ut æquipondium ſiat, ſurgere volentes crura quidem retrorſum caput verò ac pectus, antrorſum flectimus: Item ſiniſtro pedi inſiſtentes, ſiniſtrorſum corpus deflectimus; uti uti dextrorſum, ſi pedi inſiſtamus dextero: Item, ſi ſupini jaceamus, complicamus corpus ad ſurgendum: item etiam dorſo onerati inſiſtant ſpinam, ſenex gibboſi inflectant antrorſum crura, pedibus muro conjunctis nihil queamus humo tollere, ſed regredi ſit opus, ut crura flectere antrorſum puſsimus. Cui ſimi-

lemille ratio in ingreſſu quadrupedum, volatu avium, natatu piſcium. Quo modo autem, quæ ſub Mechanica continentur, ad *Statices* reducantur, oſtendit Simon Stevinus Gilib. quibuſ hanc Actoren in jullum corpus redegit. Horum enim I. *Elementa Statices*, conoinet. II. eſt *de inveniendo gravitatis centro*, idque in planis, triangulis, parabolis: item ſolidis; ut prismatis, pyramidibus, concidalibus. III. eſt de *Statices praxi*: ubi de Libræ & Stateræ fabrica, de vectium ratione ac formis; ponderum geſtatorum formis & ratione, axium in peritrochio & tractorum ponderum rationibus; infinitæ potentiæ formis & accidentibus; de uſu aliisque pancratio accidentibus; de ratione verſatilium manubrii ad axem; denique de inventæ manubrium verſantis ad pondus tractum, qualeeſt navis, de verſationum manubrii multitudine & temporis ſpatio, queis opus eſt ad navem trans aggerem perſrahendam. IV. de *Hydroſtaticis* eſt. V. de *initiis praxeos Hydroſtaticæ*. Sextus, additamentum continet ſeptuplex. 1. de *Spatioſitate*. 2. de *Trochleaſtica*. 3. de *Acrobaricis*. 4. de *Chalcenchiſpi*. 5. de *Hydaulolia*. 6. de *Aeroſtatica* &c. V. Gerh. Jo. Voſſium de *Scientiis Mathem. cap.* 47. §. 10. & 11. Paulus vero Guldinus Sindoſcalenſis, Mathematicus ſummus, plenius & accuratius, *Staticen* partitur in has octo partes: *Elementaria*, *Conoharicam*, *Horroſpheticam*, *Mechanicam*, *Hydroſtaticam*, *Aeroſtaticam*, *Pyroſtaticam*, & *Polymeſſiaticam*. E quibus quartam ac quintam, variata iterum in partes diſpeſcit. Ac *Mechanicam* quidem, pro ſuinque his inſtrumentis, *libra*, *vecte*, *trochlea*, *ergata*, *cuneo*, dividit in *Zygoſtaticam*, *Mochloſtaticam*, *Trochleoſtaticam*, *Onoſtaticam* ſive *Ergatoſtaticam* & *Sphonoſtaticam*, cui ſextam dein adjungit, *Peristaltoſtaticam*. Quintam vero, nempe *Hydroſtaticam*, in *Barocolymbiam*, ſive de natantibus in aquis; *Barcudyſtam*, ſeu de iis, quæ in aquis merguntur: & *Hydalholiclam*, ſive de aquis deducendis & attrahendis, diſtribuit. In quibus tot *Statices* generibus, eſt & quæ particulatim eo gauder nomine, ac ad *Staticen* refertur. Nam ut *Impulſoria* dicitur, quâ res propellitur; *Claſſiatica*, quâ dura facile franguntur: Sic *Statica*, quâ ſtuida diſtuntur. Idem Voſſius *in Addend.* Inprimis autem ponderum motrix ſcientia *Mechanica* communiter dicta, celebritatiſlique eſt, quippe quæ magnificum illud problema ſolvit, *data potentia datum pondus moveri*; quâ & tetrus Archimedes exclamavit, *Da mihi, ubi conſiſtam, Terramq, movebo*. Quam excellentis viri gloriationem non vanam eſſe, ſed certiſſima ratione ſubnixam, probat Guido Ubaldus *in opere ſuo Mechanico*. Auctores, qui de *Mechanica* atque adeo & de *Statice* ſcripterunt, exhibu mus ſupra, voce *Mechanici*. ↄ.

Staticulum, apud Plinium lib. 37. cap. 10. ubi de Achate gemma, *Reddunt ſpecies ſtrumineas, numorum & jumentorum, etiam hederæ & ſtaticula, equorum ornamenta*: ſtatua eſt. Sic Tertullianus *adv. Gnoſticos*, *Effudiſtis arcas earum, evertiſtis & comminuiſtis ſtaticula earum. Et lib. ad adv Nationes*, *Quod ſi de hoc differentia interſedit, quanto diſtinguitur a cruce ſtipite Pallas Attica, & Ceres Pharia, qua ſine forma, rudi palo & ſolo ſtatuicio ligni informis dedicatur*. Ubi *ſtaticulum ligni*, quidquid erectum ſtatuitur, deſignat: inde *ſtaticulum*, pro *ſtatua*. Ut & apud Hieronymum, *Liber Loth in* ſtaticulum *ſalis converſa eſt*. Alibi, helmus *ſtaturnicium* vocat, de *Anaſtaſia* & *Victor*. &c. Aliter vox ſumitur apud Plin. lib. 24. cap. 17. *Similiq, modo ad aurea quoque & argentea ſtaticula inanis luxuria pervenit, quæ enim ſyphis cerni prodigium erat, hæc in vehiculis ætiam cultus vocatur*. Ubi ὀχυρώματα ſeu *vehiculi minoris* genus voce denotari nonnulli volunt, quòd nunc curreret, nunc ſubſiſteret. Alii ἀνάβασιν, ſeu ſcalam ejus, quos refellit Gronovius *Obſervat. in Eccleſ. cap.* 8. At *Staticulus*, ἀγαλμα eſt ſtatuarum, motui ſuo ſaltationes; apud Catonem Macrobio laudatum, de Cœl. Senatore, *Defendit de cantherio, inde ſtaticulos dare, villicularia ſundere*. Et in eundem, *Cantat, ubi callibat, interdum Graeca verſus agit, voces demutat, ſtaticulos dat*. Græcè χορεύει. Sic Plautus *Sichoe*,

—— nunc omnet voos cinaedos conſtrd,
Staticulos ſtatve non magis pulo ſui quam ſungus imbri.

Hinc in *Choro ſtare*, Græcè χορὸν ἱστάναι, in quo qui lævum latus ducebat, χορηγὸς ἱστάμενος, qui dextrum, ἀρχηγέτης; qui tertium locum tenebat, ἐφάλλων inſem Græcis dictus eſt. Heſychius ἱστὰς, χορηγὸς, unde χορεστὰς &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 333. *Staticulus dare*, Virgilius *motus dare* exponit, *Georgic. l. 4.*

Dat motus incompoſitos & carmina dicit.

Stabilis, Conſulenus, Senator Rom. cujus meminit Capitolinus in *Clodio Albino*.

Stabire, V. ſupra in voce *Statuere*.

Stabo, adject. ex cret, *Stabiles* Romanis dicebantur omnia loca, ubi homines frequenter conſiſtere audiendi aut conſabulandi gratiâ ſolebant, quales porticus, Forum, officina. Plinius *lib.* 1. *Epiſt. ad Simcam*, *Plerique in Stationibus ſedent, tempus, audiendo fabulas terunt*. Sic apud A. Gel ium *Stationes*, loca ſunt, ubi Advocati de jure conſulentibus reſpondunt, convenire conſuevere: Ita autem is *lib.* 13. *cap* 12. *Quum ex angultis ſecretisque librorum ac Magiſtrorum, in medium jam hominum & in lucem Fori prodiſſem, quaſtum eſſe memini, in plerisq, Romæ Stationibus jus publicè incentium aut reſpondentium* &c. Vetus quoque Juvenalis Scholiaſtes, *ad illud Sat. 7.*

Figantur virides, ſtatarum gloria, palmæ.

Notat: *Statuæ*, *armaria Advocatorum ſunt, in quibus, eaſe & ſtationes*. Redeo ad Eccleſiæ vet. ritum: Inde ſtatio quoque ritus erat, audiendi Evangelium. Hildebertus enim *ep. metrico de Miſſa*, veniens ad ritum recitandi Evangelii, ait:

Plebs baculos ponit, ſtat reverenter, opus.

Ubi tres attingituno verſiculo ſacros ritus, in reverentiæ notam adhiberi ſolitos, ad Evangelii lectionem, *Poſtimem baculorum* (five hic enſes intellipas five bacuios viatorios.) *Statimem*, addit enim, *ſtatiſſe populum*, & *Recteſtimem capite*. Aſſurgebant enim, quod hodieque fit, dum ad Evangelium, ad oblationem & veneratonis ſignificationem: idque feciſſe etiam Regem & ſimul depoſuiſſe diadema, Chryſoſtomus teſtatur Homil. in illud, *Attendite, ne juſtitiam veſtram facitatis coram hominibus*. *Stare* n. eſt exſpectantis nutum mandantis heri. *Stabant* vero fideles interuvi, ac cernui, ut eſt apud Athanaſium I. *Decr.* 1. idemque Panellus *Liturg. initio* ſ. *ſecuſ.* eruditè illuſtrat. Sic ergo plebs venerabunda, & ſubjectionem humiliſtimam, CHRISTO Regi ſuo, adhibens, ſumorem (quod tertium eſt ab Hildeberto indigitatum) non galero tantùm, quem in primo Templi ingreſſu deponebant, ſed & pilcolo. V. Anſ. Solerium *de Diteo Sabb.* 2. Apud Hebræos quoque olim *Stationis* vox in uſu fuit. Ibi enim, cùm Iſraelita victimam donumque offerret, præſens ei adeſſe, atque eo tempore in atrio Sacerdotum verſari debebat. Cùm verò faciendum eſſet pro Populo, aderant Legati Universitatis Sacerdotum, Hebr. *Anſcho Maamad*, i. *Viri Stationarii*, dicti, qui ipſum locum ſtationis ſortiebantur in hujus vice præſentes ſacrificio *aſſiarent*. Dividebantur illi, non minùs, ac Sacerdotes & Leviræ, in 24. Ordines, qui ſingulis ſeptimanis per vices miniſtrabant; neque tamen ad Tribum Levi adſtringebantur, ſed defumebantur ex omnibus promiſcuè tribubus. Unusquisque autem Ordinum caput habebat, *Roſch Maamaad*, i. *Stationum Principem*, vocatum. V. Franc. Burmannum *Synopſi Theol. Patr. prior. lib.* 4. *cap.* 11. & Thom. Godwynum *de Ritibus Ebbr. lib.* 1. *cap.* 6. De *Stationis* vero ibi acceptione, qui pro Conventu Eccleſiaſtico, ſeu Cœtu Fidelium, maximè die Dominico, convocati ſolito, ſumtur, cujusmodi conventum Κυριακὸν γρονγεσιον appellat Nazianzenus *Or. in Concilio C'Palit. habita*, ut aliquid addam ſolebant illi vel in Baſilicis quibusdam vel ad Martyrum ſepulchra inſtitui, ubi cultui divino Fideles vacabant, S. Euchariſtiam percipiebant, & ſi quid difficultatis proponendum videbatur, definiebant. Unde interdum *Stationes* usque in veſperam produci conſueviſſe, Julianum de *Jejunio* teſtis eſt. V. de iis plurà apud Jac. Pamelium *in Cyprianum Epiſt.* 41. *num.* 10. Onuphrium *lib. de Stationibus urbis Romæ*, Gabr. Albaſpinæum *Obſervat. lib.* 1. *num.* 16. Dionyſ. Petavium *Animadverſion. in Epiphanii Expoſit. Fidei*, Car. du Freſne *Gloſſar.* Alios. De *ſtatione* autem, in crimium compoſitione, termino Vett. uſitato, V. hic paſsim, in vocibus *Annulus*, *Fiſcus*, *Gradus*, *Ordo* &c. *Idem* quoque Euripides vocat, ut adnotat Salmaſius *ad Capitolinum in Pertinace*; ſi aliàs vocis notionem omittam &c. V. ſi libet, *Stationarii*, memorati paſsim in *Codd.* Theodoſ. & Juſtiniano, milites ſunt vel apparitores & officiales Præfidum, qui diſpoſiti per provincias certis locis ſeu *ſtationibus*, denuntiabane Magiſtratibus, quid agereturi: Curioſis ac Frumentariis haud abſimiles, de quibus ſupra. Item *ἐπίτηδες οἱ τὰ ἐκεῖσε ἐκ τῶν ἀγρῶν κομιζόντες*, qui in *manſionibus* equorum publicorum gerebant curam, ſeu qui curſui publico præerant, V. Jac. Gothoſredum *ad l.* 2. *de Cohortal. l.* 3. *de Epiſc. Cod. Theodoſ.* Hos ſine tradoria & ſpolia Principi vectigalia contribuentes cogit Conſtantinus Porphyrogenitus, *de Cæremoniis* lib. 2. *cap.* 48. Sed & ſic dicti occurrunt librorum venditores, Bibliopolæ, à *ſtationibus* ſeu officinis librariis: Anglis *Stationers*, quo modo appellabant viliſſimarum mercium inſtitores, qui in Foro *ſtationes* habebant, ut notarum Jac. Cujacio *Obſervat. l.* 2. *c.* 40. &c. In Eccleſia Rom. *Stationarius* vocatus legitur Subdiaconus, qui hebdomadeſu, in *Stationibus* Pontificum Miſſæ celebrante, Epiſtolam canebat, apud Anaſtaſium *in Benedicto III.* Quæ de re V. multis agentem Dominic. Macrum *Hierolexico*, voce *Statio*; ubi inter alia, tempore perſequutionum, Eccleſiæ *Stationes* in Cryptis factas, poſtmodum à Gregorio M. certas iis Baſilicas deſtinatas; publicatas autem eſſe priùs à Subdiacono Regionario hæc verborum formulâ, *Cruciſixi die veniente Statio erit*, in *Eccleſia Sancti N.* refpondente Choro, *Deo gratias* &c. hodie verò, nomine *Stationis* intelligi indigentium, qua in ea Eccleſia acquiratur, cui *Statio* aſſignata, refert. Apud Hebræos olim quidam fic dicti, V. ſupra.

Stativa, apud Plinium *l.* 6. *c.* 23. ubi de itinere à Cocto Berenicem, *Sed quia major itineris pars conficitur neſtibus, propter æſtus & ſtativis dies abſumuntur, totum à Copto ad Berenicen iter duodecimo die peragitur*: dicuntur dies, quibus iter non fit. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 495.

Stator, apud Cic. in *Epiſt.* & Vulcatium Gall. in *Avidio Caſſio*, Gr. ὑπηρέτης, apparitor eſt, & ad juſſa Domini feu Magiſtratus *ſtans*. V. ſupra *Bucellarii*, *Scurra* &c. In caſtris, Prætorii poſitionem tuebantur, erantque in ſingulis 2. centuriæ eorum, quibus Evocati præerant, V. Salmaſium *ad Vulcatium d. l.*

Statua

Statua, quòd *ſtet*, id eſt, *prominent*, dicta: Propriè enim *Stheneas* ab Imagine hoc differt, quòd *Statua* non modo ſuperficiem, ſed ſolidum corpus atque perfectum reddit: Imago verò ſuperficiem tantùm refert ejus rei, cujus eſt imago. Perott. Gr. κολοσσὸς, ἀγαλμα, εἰδωλον dicitur. Eas quis primus fecerit, inquirunt Eruditi. Dædalum, Euplami filium, nepotem Metionis ex Alcippe, Architectum optimum, πρῶτον ἀγαλματοποιήσαντα. *i. primum* Statuarum *repertorem*, vocat Apollodorus *Biblioth. lib.* 3. Vixit autem is, non ante bellum modo Trojanum, ſed & ante Argonautarum expeditionem: ut ex Euſebio liquet, qui ſic de illo ſcribit ad an. 2737. *Dædalus vir ſui ſæculi artifex inventa, Primus omnium antiquos pedes Statuarum à ſe inventum ſquarvit, alias animatim aut fabricantibus.* Ubi duo de Dædalo referuntur, quòd Simulachra pluria fuerint pedibus diſcreta, & ab interna vi moverentur. In quibus priorum ſuperavit induſtriam, qui *Statuas* fecerant pedibus junctis, non diſcretis, quales ambulantium; præterea neiciebant ſuis ſimulachris infunderе argentum vivum, quo agitante naturaliter & per ſe moveri viderentur. Sed, ſi ante Dædalum *Statua* fuerunt pedibus junctis, nunquiquez ergo *Statua* Dædalum fecit, nec fuerit ille *Statuarum* primus in ea re, ut Apollodorus vult. Proin Prometheum a ſi primum *Statuam* ex argilla & igne è Sole rapto feciſſe dicunt, V. Lactantium *lib.* 2. *cap.* 11. Alii malunt, primò Æthiopes fabricaſſe; inde didiciſſe Ægyptios, ut Diod. Siculus contendit. Ad Telchines id nonnulli referunt, de quibus ſic modò memoratur Suidas *lib.* 4. Τελχῖνες ὁ ἐκὸν κατὰ τὴν ἀναβασιν Αἰσ. 398. *Telchines ſunt Statuarum fabricatores. Primi autem Telchines Dorum ea quidem è veteribus ſimulachra ab ipſis* Telchina *appellari.* Verùm quid de eo dicemus, quòd, ut Fl. Joſephus *Antiqq. l.* 3. *c.* 4. & 9. imò Moſes ipſe, Exodi *cap.* 31. narrat, Deus Beſeleelem & Oohabum deſignarit Tabernaculi Architectos? Quod quòd ipſe Tara, Abrahami Pater, dicitur fuiſſe Ἀγαλματοποιὸς, *Statuarius*: quodque Servius, Hilus Ragau, Abrahami proavus, primus omnium ex ligno, Priapos fortes putatur? V. Euſebium in *Chron.* Euſebianum, Voſſium *lib.* 4. *Artibus Popul. c.* 5. & 4. & *Idol. l.* 3. *c.* 45. Fuere autem *Statua* antiquiſſimæ fictiles & ex argilla, unde & *Statua* Deorum, & parietes Templorum, & vaſa non minus ſacra ac domeſtica primis temporibus ex eodem luto fuere, ut ſuprà diximus: & quidem ſi fabulis Gentilium credimus, ex argilla primus ſimulachra feciſſe, & igne coctilia rapto animaſſe, dictus Prometheus, ut vitaſſe. Ex arte primi phaderunt Sanii in Asia, Rhœcus Phileſi ſil. & Theodorus Teleclis, is qui & limaragdum cælavit Polycratis Samii, Pauſan. *in Arcadicis*: cum prius ex rudibus laminis *Statua* coagmentarentur. Fuiſſe autem has ex ære *Statuas* cavas, diſcimus ex Seneca *Natur. Quæſt. lib.* 4. *cap.* 29. Ex argento dein & auro fiebant. Unde argenteas ibi poſitas conflavit Auguſtus, apud Suetonium *Octavio cap.* 31. Nec Domitianus alias ibi, quàm aureas & argenteas, ideque ponderis certi, in Capitolio poſt permiſit. Papinius *lib.* 3. *Sylv.* 1.

Da Capitolinis æternum fedibus aurum,
Quò mereare lari cantebo pondere vultus
Cæſaree, & propria ſignet cultricis amiremi.

Prima autem *Statua* aurea, in Templo Anaitidis, poſita legitur, Antonii Parthicis rebus direptis, Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Nec argenti ullus in Statuarum opere apud Auguſtum habitus; nam *in triumpho Magni Pompeii pervenit in triumphum Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam ſtatuam: item Mithridatis Eupatoris,* Idem *lib.* 34. *cap.* 12. Porrò & ex electro, ligno, lapide, ebore *Statuas* ſuggerit Plinius *lib.* 4. *Epiſt.* 7. *Illum coloribus, illum ceræ, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit.* Artemidorus *lib.* 2. *cap.* 44. Ἀγαλματοφόρος ὁ κατασκευάζων ξόανα ἢ ἀνδριάντας ἢ εἰκόνας ἐκ ξύλου, ἢ λίθου, ἢ ὁμοιαγῶν ὑλῶν. He Statuarius dicitur & Lud. Demontiolius *lib. de Sculpt. Aperte dicit Plinius, primum tripedavasse Statuas in Foro poſitas bene meritis; quòd ea mensura honorata tunc eſſet; cùm & ejus mensura quadam adhuc in Urbe ſpectantur Deorum ſigna antiqua, ipſius etiam Jovis in palatio Card. de Medicis. Et celebrare ſigna Deorum, qua nobis hic videre contingit, excedunt quidem communem hominum mensuram, ita ſtudente natura Opifice, ut ſuperiori ſæculorum parilia videri poſſint, cum aliquid ſemper diſtantia intercipiat: Sed Antonii, qui eſt in Vaticano, eadem ſtatura eſt, ait, Apollinis. Statua autem Alexandri Buſcephalum domantis, qua jam in monte Quirinali, majores juxta omnia ſigna Deorum Gentilium, qua in Urbe extant. Deorum enim ſtatuæ fere omnes, quas hic vidi, non diſtant longè à communi mulierum mensura. Contrà Sabina, qua ſunt in eodem Palatio, duplo, aut eo amplius hanc mensuram excedunt; ut ex ſolo pedum vertice colligitur. Et quinque patet, non ſemper obtinere illud Pomp. Gaurici lib. de Sculpt.* quòd ait, *Statuas*, quæ infra hominis figuram ſunt, *Signa* nuncupari: cubitales vel cubito minores, *Sigilla*: Parvas, quando referreut ſtaturam ejus, quem exprimunt: *Magnas*, quæ ſorent intra rationem ſeſquialteram: *Maximas*, quæ parium triplæ aut iis majores eſſent. Ut nec illud Philandri, addendis, paribus ſtatui ſolere bene meritis ac ſapientibus Viris magnas Regibus ac Imperatoribus: maximas Dis & Heroibus. Interim pleruncque eò magis honoriſicæ, quò plurium eſſent pedum habebantur: omnium; honoratiſſimæ coloſſeæ erant. Qua de re V. Cabubonum *ad Treb. Pollionem in Claudio*; ubi huic ſtatuam auream decem pedum, in Capitolio, collocatam eſſe à Senatu refert, & Salmaſium *ad Spartianum in Vero*, cui ſtatuæ per totum orbem coloſſeas ponijuſſiſſe Hadrianum. Auctor is narrat. Apud Italos porrò jam è vendritarae, nempe ævo ante U. Cannis, Hercules *Statuam* in Foro fuiſſe Boario, legimus apud Plinium *l.* 34. *c.* 6. qui & à Numa jani ſimulachrum in ople Foro ait conſtitutum: repugnante Plutarcho, qui Romæ negat annis poſt Numam 160. ullum fuiſſe ſimulachrum vel Imaginem. Nunquam verò majori in honore fuere, quàm cum primùm poſitæ ſunt Dis: multumq; earum honorem auxit, quòd ſubinde etiam loqui viderentur: Nempe dum à malis Spiritibus animabantur, ut loquitur Auguſtinus *de C. D. l.* 8. neque quidquam æque ecclesiis Veritas neciſſis ſtatim fecerit eſſe Spiritus, quàm illi *Statuarum* affatus, Voſſ. *de Idolol. lib.* 1. *c.* 6. Aliquanto is honor minor fuit, cum communis factus Virorum fortium & bene meritorum de Rep. Plin. *l.* 34. *c.* 4. *A Diis ad homines* Statuarum *honor translatus eſt.* Sic *Statua* poſitæ Artiphontis apud & Harmodio, Tyrannicidis, Athenis, eo anno, quo Romæ ejecti Reges: iisque primis, in Foro, ut decet Artifoetes. Inde in Perſiam transportatas à Xerxe, refert ille Athenienſibus, Alexander Mateſte Arriano. Fuere autem ex ære, inde nota Antiphontis oratoris inſeriæ ἀνιφῶντος. Hinc Philoſophis eſſe conſtitutas, habet Tertullianus *Apol.* Hinc de antiqua Cleanthis ſtatua, Juvenalis *Sat.* 2.

Et jubet archetypos plutonem ſervare Cleanthas.

Medicis quoque, poſt ſanitas reſtitutionem: Antonio hinc Muſæ populariæ ſuo *Statuam* poſuit, apud Suetonium *Auguſto cap.* 29. Olympiæ, omnibus qui ter victoriam retulerant, ſimiliter *Statuæ*, & vivis membris expreſſæ: Quadrigarias & Agitatorias armatæ, Plin. ubi ſuprà, qui veró addit, ſtatuas ex membris hominum ſimilitudine expreſſas, vocari *Iconicas*: at majores, *augustas*; longè maximas, *coloſſeas*. V. quoque de Hieroniceum ſtatuis & Imaginibus, Tranquillum *Neron c.* 24. Ut veró *Statua* hominibus poſitæ perfitterent inviolatæ, ſæpe ea Pius conſecrauit, vel in loco ſacro poſuerunt. Ita Gorgiæ, eloquentiæ Magiſtro, Thebani poſuit nuncupatam, ſed eam Apollini Delphico conſecravit: Mithridates, quam Platoni erigebat, conſecravit Muſis: ſuam Scipio Africanus in cella Jovis O. M. conſtruit. Quò pertinet Theocriteum id.

Χρύσεοι ἀμφίπολοι, κ' ἀνακείμενοι ἢ Ἀφροδίτη.
Aurei utrinq; ac ædificatimur Veneri.

Nec ſemper una nec poſita fuit, ſed etiam permutatæ: neque id tantummodo honoris, ſed etiam odii cauſa. Seneca de Ira *lib.* 3. *Mario vicatim populus ſtatuas poſuerat, eas, tibure & vino ſupplicabant.* Imò apud Athenienſes,

— *Dēmētrēus aneas tēt ἀρὸς ἅρμα,*
Quot luces bubus annus abſolvitur:

ut ait Varro *in Hebdomad. ſuper.* Multerum etiam fuere, ut illa Cæſaris apud Virruvium *l.* 2. *c.* 1. Cæſar, dea poſt: Sibyllæ tres antiquiſſimæ operis, juxta Rostra, fuerunt; teſte Plinio: hic autem apud Romanos locus honoratiſſimus ſtatuis, ut docet Cic. pro *Deiotaro & Sextio.* Fuiſſe illis & *Statuas* Equeſtres (à Græcis ortas) patet ex iis, quæ poſtæ fuit Camillo & Menio Coſſ. apud Livium *l.* 8. Clœliæ, apud Plin. *l.* 34. *c.* 6. Sullæ Pompejo, Cæſari & Auguſto, apud Velleium Paterc. meminit. *Statuarum Equeſtrium* Cicero ac Plinius *c.* 5 *Lexi.* Primus autem Nonius Mauius Acilius Glabrio, devicto Syriæ R. Antiocho, in conſecutus eſt, ut ejus *Statua* bractea indueretur ex auro, de quo ſimbra deaudi ſunt, ut integretur Amm. Marcellinus. Tandem, tum in Græcia, tum in Italia, & alibi, promiſcuè poni cœpere, etiam indigni, ut videre eſt apud Demoſthenem *Orat. περὶ τοῦ στεφάνου*: quo factum, ut, evilecente hoc honore, eas ſubinde viri magni, inter quos Cato & Ageſilaus, rèpudiarint. Sub Cæſaribus *Statuarum* nulli ponere licuit, niſi Principi conſenſiſſet, à quo id petere Senatus (cum olim ſolitum jus erat) ſolebat, Plin. *l.* 1. *Epiſt.* 17. Claudianus proin *Pref. de bello Getico*,

Annuit his Princeps tiulum, poſcente Senatu.

At mos ille parùm laudabilis Rhodiorum poſteriori ſuit ævo, quòd, ſi quis ſtatuâ dignus foret, non ei novam ponere Prætor, ſed ex vetc. ſtatuis alicui nomen eraderet, eique inſculperet novum. Quam tamen culpam multum imminuebat *Statuarum* multitudo, labebatque enim earum ad 3500. Dein indignis, vel quorum meriæ exigua foret, nomina tradebant. Dio Chryſoſtomus *Rhodiacâ &c.* Erant præterea & *Statuæ* à privatis erectæ, in ſolarium amicorum Parentumq; ; qui obsiſtent; Sed i æ in portic bus aut certe in areis, Bibliotheciaque privatis collocabantur, Sidon. Apollinaris *carm.* 7. Arnobius *lib.* 2. *in fin.* Ac tatus *Parerg l.* 4. *c.* 27. Alii. In Pedeſtribus, quæ frequentiſſimæ, *manus extenta*, quo impertiebat forte indigitandum eſt: Nam una manus cùpeum præcedebat, altera imperantis ſpecie extenta ſequebatur. Cujus rei us initium à Cethegorum familiâ ſumtum videtur. Lucanus *lib.* 2.

— *Exertiq; manus vejana Cethegi.*

Quod & in Cæſidicorum obſervatum ſtatuis, quòd geſtu ſic ſeri ſolerent. Idem in Equeſtribus quoque obtinuit: quæ non niſi graviſſimis de cauſis conceſſe. Enſes autem quomodo in Ducum Imperatorumque *Statuis* geſtarentur, difficultas eſt tion exigua. Perſe demiſſos ferebant, Jul. Pollux *lib.* 1. *c.* 10. § 7. Gothis, ex humeris pendulitrant. Apollinar. *lib.* 4. *Epiſt.* 20. ut & Græcis, Hom. *Il.* 8. *vers.* 45. in Romanis verò ſtatuis equeſtr. ad latera inſerti enſes cingulis ſuſpendebantur, Stat. *lib.* 1. *Sylv.* 1. & *Thebaidos lib.* 1. *vers.* 487. Atque is quidem militarium ſtatuarum, quas Ammianus *lib.* 19:

armatas vocat, habitus fuit: Scipionis tamen in Capitolio chlamydata & crepidata fuit contra morem; sed hic ei militiæ fuit habitus, prius quam in Africam transiret, Liv. Togatarum alius longe. Nec omittendum, *Statuarum* basin solitam fuisse figuari dedicationis elogio, Val. Maximus *l. 4. c. 4. tit. 2.* Ulterò benè meritis ponebantur, tic male meretibus eædem tollebantur, eradebantur rituli, memoriaque omnis abolebatur, quod genus genus fit verisimum in habitum *de V. Æl. Lampridium in Antonino Caracalla & Commodo*, Jul. Capitolinum *in Maximinis*, Sueton. *Domitiano cap. ult.* Alios, hodieque multæ vitiuntur statuæ, quibus tituli exemti. V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum lib. 9.* Eædem turo inquinabantur, ut Tyrannis fieri solitum, ait Lampridius *in Heliogabalo*, more antiquissimo & Athenienfibus primum recepto, qui id contumeliæ genus ὀστρακισμὸν dixere. Item nigro colore deformabantur, ut de Mazentii imagimibus scribit Eusebius *lib. 9. sub fin.* Vel etiam detrahebantur ac frangebanrur: aut, ft fusiles erant, in vasa, obscœnis usibus destinata, conflabantur, uti Demetrii Phalerei statuis factum esse Athenis olim, docet Laërtius &c. Neque v. hominum solum, sed & Deorum, fi quid locus contigisset, *statuæ* lapidatæ olim disjectæque, uti docet *ad Martialem lib. 1. Epigr.* 13. Herodian. V. quoque supra. Uti centra Romanos & eorum statuæ Numinum & hominum egregiorum orobantur, de quo ritu pluribus agit C. Pasch alius *Coronarum lib. 4. cap. 9. & seqq.* Ut & hoc addam, Deos ac Reges nudos tæpenumero *Statuarios* prisco causâ honoris & laudis ethnicisse: ic. *ut perspicua eorum potestas & animo finceri nulloq; vitio protesti indicentur*: Amotem inprimis Bacchumque, tradit Licetus de *Gemmis Annul. cap.* 10. Alias candidis vestimentis Deorum *statuas* tudui fuisse folitas, docet Sulpitius Sev. *in vita Mart. lib. 1.* Ad *Statuas* militeris Servis perfugium fuisse, diximus alibi. Inter *Statuas* Græci fic distinguunt teste Philandro, ut *Statuas* Deorum vocent ἀγάλματα: Heroum ξόανα: Regum εἰδωλόπνευστα: Sapientum νοεῖτα: benè meritorum βρέτεα, quod tamen discrimen Auctoribus non semper obfervatur; Quid *Statua* à Signis differant, V. supra in voce hac: & plura de his apud Jac. Gothofredum *Exercit. 1. de Lexl.* ubi de *Statuis Deorum, Coronis, Sepulchris, Natalitiis*, multa egregia: Cafp. Barthium *Animadversi. ad Statium paſſim*, inprimis *Parte I. pag. 42.* ubi *de more Statuas Principum thure & vino venerandi*; *Parte II. pag.* 910. ubi *de Statuis Numinum abiuendis ritu, & pag.* 1028. ubi *de cultu Statuæ, tanquam Dii sijmet, emb & nomine Deorum, illis tribute &c.* Gem. Jo. Vossium *de Philosophia cap.* 16. Salmasium *ad Tollonem in Tito*, ubi *de Statuis acroliticis, statuariis, & pub auro fusis*; item *ad Vopiscum in Aureliano*, ubi *de Statuis Magice consecratis ad propulsandos hostes*; necnon, ubi *de Statua Sepulchrali* &c. P. de Valle *Itiner. Part. IV.* ubi *de more Statuas Deorum, quæ vetustate inutiles redditæ, reficiendo, renovando, apud hodernos in India Idololatras usitatissimo*: ex antiquis verò Plinium præprimis *lib. 34. cap. 4. 5. & 6.* ut & hic paſſim, inprimis ubi de *Conjectatione, Dedicatione & Rejectandis rituu*: item ubi de *Similitudine*.

Statuaria, proprie Arsest, quæ, ut Sculptura imagines in ligno promineutes, sic ipsa in lapide ac metallo facit: à qua utraque qui differat Cælatura, Chymice five Fusoria & Plastice, exponit Vossius *de 4. Artibus Popul. lib. 3. §. 22.* V. & hic suis locis. Ejus comparationem cum Pictura qui instituunt, deprehendunt quidem *statuas* durare magis, pluraque in fecula hominis decus propagare, sed tamen à pictura longe vinci artificio, splendore ac pulchritudine. Licet enim in fictura non tam facile, quàm in Pictura, errarum corrigi possit: Licet etiam in ea, ob rotunditatem trina videatur dimenfio, cùm in pictura sola conspiciatur superficies & colorum facus: majora tamen sunt, quæ in statuis desideres. Nam in pictura, non item statua, apparent lumen atque umbra; item discrimen ejus, quod tarum vel denfum. Et quanto vividius est in pictura discernere, utrum capilli cani an nigri velrufi: tanto difficilius in statuaria. Nec *Statuaria vitæ*, uti Pictor, expressierit cœlum, mare, montes, fyivas, flumina, praia, casas ac fimilia: ut omnino Pictura latius se extendat. V. Balthaf. Castilionem Comitem *de Curiali lib.* 1. & Vossium de *Philosophia cap.* 16. §. 2. Veruftatem ejus profequuti fumus supra, ubi de *Statua*. Inter Vett. *Statuarios* grande decus obtinuerunt Phidias, Praxiteles, Lysippus, Calamis, Alii. Quibus Mentor & Mus, à Plinio *loperito lib. 3. Elog.* 8. Myron, ab Ovidio *lib. 4. de Ponto. Elog.* 1. Polycletus & Alcamenes, à Dion. Halicarnasseo, adjunguntur. V. hic infrà.

Statuarii celebres, prisci avi.

a. Alcamenes, cum Polycleto & Phidia sociatur, Dionysio Halicarn. *lib. de Demosth. acumine ac vi.* Eidem cum Phidia, quæ Polycleto defuerunt, tribuit Quintilianus *lib.* 12. *cap.* 10. *β.* Antipater, memoratur Plinio *lib. 35. cap.* 12. ubi ei Calamus conjungitur. γ. Calamis, in equis effigiandis celebris fuit. V. Ovidium *loco cit.* Minùs rigida Catone atque Egesia fecisse dicitur Quintil. ubi *jupra*: qui mollora adhuc fuprà dicit *Myronti* tribuit. δ. Callon atq; Egesias, duriora & Tuscanicis propiora fecisse eidem dicitur. ε. Cephisiodorus, Praxitelis tempore Alexandri M. celebrati filius fuit, rei & Artis hæres, Plin. *lib. 35. cap. 5.* ζ. Demetrius, tanquam nimius, & similitudinis quam pulchritudinis amantior, reprehenditur Quintiliano *loco cit.* η. Egesias Cateni jungitur, apud Eund. θ. Lysippus, ad veritatem optime accedisse dicitur, Eid. *Gloria Lysippo est animos effingere jigna*, Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 8. Eum flatuæ unius lineamentis inhærentem, inopia extinctum fuisse, habet Petron. Arbiter. ι. Mentor, memoratus Propertio *loco cit. Argumenta magis sunt Mentoris addita forma.* Hinc *Mentoreum opus* Eid. *lib.* 1. *Eleg.* 14. Mentoris, Mus, tanquam discipulus, sic *cap.* 5. ejus vacca inprimis celebris, Ovidius *de Ponto lib.* 4. *Eleg.* 1. *Qui pane hominum ferarumq; animas are comprehendit, non virtutis haredem*, Petronius Arbiter. V. quoq; Ovid. ubi *jupra*. λ. Myas, memoratur Propertio *lib.* 3. El. 8. *At Myos exiguum ficiis acanthus iter*: Martiali item *lib.* 8. *Epigramm.* 34. μ. Phidias, Dius quam hominibus efficiendis melior habitus: *in ebore longe citra amulum, vifi nihil nifi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide fe. vero fecisse*, Quintil. loc. cit. Unde Propertius iterum, *Phidiacum jigno je Jupiter jactat eburno.* ν. Polycletus, Phidiæ & Alcameni jungitur, apud Dionys. Halicarn. quibus datur, quod illi defuit. *Diligentia ac decor in eo supra cæteros. Sed, ut humana forma decorem addidit supra verum: ita non exjplebe Deorum auctoritatem exhibetur. Quin ætatum quoq; gravitorem aiciur refinxisse, nihil usjuam ultra ætas genus*, Quintil. *l. c.* Idem *Coronas* fecit, ex quo Artifices fuisse humanas patebat, *folus q; hominum artem ipse fecisse. Artis opere judicetur*, Plin. *lib* 34. *cap* 8. De eod. Cic. *in Paradox. Auctumnus tabulis te fingidum detinet. aut jignum aliquod Polycleti & Praxitelem, propria vindicat arte lapis* Properti. V. *jupra*. Cùm autem duo fuerint, inprimis celebrius fuit, qui Alexandri vixit tempore, cujusque varia opera recenset Plinius *lib. cit.* Filius ejus Cephisodorus fuit, de quo dictum, δ. ε. Longe plures *Statuarios* Tatianus *adv. Gentes* recenset, quem una cum Plinio videre, operæ erit; rerum.

à *Statuis* Officinator, nomen officii fuit apud Romanos, in familitio urbano: Qualis fuit le gitur, Eutyches. Augustorum Libertus & Hermeros Tib. Claudii servus Theamidianus *ab Marmoribus Magister*. Unde colligas, apud Cæsares latem, non Pinacotheeas tantum, sed & Agalmatotheeas in delitiis fuisse: privati etiam ita Artis reficientibus, Officinam habuisse *ex Statuis*, intelligit Pignorius Fabrum flatuarium, proximè ad vim veris, quam & Vitruvius, aliis interdum, ufurpa vit, *lib. 35. cap. 2.* explicat autem Bernardinus Baldus *in Comm. ad Vitruv.*

Statuæ hominum, qualis eom nodieque, his verbis exequi conatur Solinus *cap.* 1. *Statæ ipsi hominum formæ vaguarumve, liquidæ manifestabunt, nihil de jo antiquitatem mendaciter præiscuse, jed per sejecula degentes jpecimen veritatis tempestate per suam tradere memoria decus procerissimum virtus perdidit. Licet ergo pleriq; dicant, nullum posse excedere longitudinem pedum septem, quòd intra menjuram ijtam Hercules fuerit, deprehenjum tamen est Romanis temporibus, jub D. Augujto Pujtoem & Secundillam denos pedes & amplius habuisse procerissimi &c.* ab quem locum Vid. Salmasium, & de quæstione, *An de vero in rerum monumentis hominis jimilitudo*? Marsh. Berneggerum *ad jujtinum in Lucio Germanis*, &c. Ut de causa flatuæ brevioris, Vossium *de Idolol. lib. 1. cap. 21.* Capitolinus de Maximino Jun. refert, procerissimum flatuæ ejus fuisse ad octo pedes & semissem, quod rarum illis temporibus inter Romanos; at Philostratus ait hanc flatuam esse procer. Germani, apud quos, qui justæ & commodæ flaturæ videreutur esse, octopedes pedes non raro excederent, in *Vita* Herodis; & notum de Burgundionibus ieptipedibus, apud Sidonium Apollinarem. Cum veto in mitte, præsertim juvenibus, flatura regularis, apud Romanos militaris flatura legitima, in probatione tyronum, tex pedes fuerunt, aut quinque ad minimum cum dentis uncis, uti ex Dom heo dilemmas in *Sententia Hadriani* Ad quam rem palus olim menfuralis in caltris positus est & dextrus, ut ad eum admouis, qui ad militum deligebantur, tironibus, vel qui ipsorte ad militarem accedebant, an legitimâ flaturâ esset, examinare. Sic, uti diximus supra in voce *Incemma*. Ad quam rem spectat, *ad ijta thus metiebantur* militum, uti legimus in *Gesta* Dagoberti R. *cap.* 13. & apud Monachum Sangall. *de Carolo M. lib.* 2. *cap.* 17. Similiter apud Bohemos olim, qui gigantilli longitudinem attingissent, militare coactos fuisse, docet æneas Sylvius *Hiſtor. Bohem. cap.* 10. &c. V. quoque Calaubonum *ad Tiberium Suet. cap.* 68.

Status, positura & situs corporis in pugna est. Cùm enim se Gladiatores olim in arena colligebant, fui defendendi & alterius petendi causâ, illam ex arte totius corporis posturam vocabant *Statum*. Sic Plautus,

In statu jiat jenex, ne adoriatur mœchum.

Unde *statum cogitare* dicebatur, quo de restituendo & repugnando agitabat: nonæque pbrales, *statum componere, statu demovere &c.* Aliud erat *gradus*, quem ad pedes tantum referebant: Hinc de gradu poterat quis dejici, qui non moveretur *Statu* V. Samuelem *ad Sylvium pag* 326. & supra, ubi de *Gladiatoribus*. *Ludia &c.* Sed & *Status* Isidoro, Scenica vestis est. Græce στολὴ γυναικ, de qua V. supra in voce *Stare*.

Staupus, apud Anastasium Biblioth. *in Nicolao I. Calices argenteos duos & staupos argenteos duos*; Carvo du Frene est Scyphus, crater, poculum certe menfuræ, ex Germ. *Stauf* Domi-

nico

nico Maero vas est, ad arcus ornamentum suspendi solitum. Ibidem enim legitur, *Staupes—in arcu, quem ex argento fecerat, suspendit.* Alii *stropum* legunt, Græce *στρόφιον*, de qua voce infrà dicemus. Unde Car. Macer mavult hæc voce intelligi coronam, ornatûs causa in Templo suspendi solitam, V. utrumque in *Hierolexico.*

Staurascium Pallas, apud eundem Anastasium in *Adriano, Cortinas de pallis* (Staurasciis *seu quadropilis*: Macrin Fratribus palasius sunt, quibus multæ *cruces* intexitæ, alias *Polystauria*, item *Gammadia* dicta, ex Torrigio *de Cryptis Vatic. pag.* 184. Bulengerus exponit auro & serico pampinata, corymbiata, filicata, eo quòd citerioribus Græcis, teste Moschopulo *lib. περὶ σχεδῶν, σταφυλικὰ, ἑλικὰς i. corymbi & pampini* dicerentur. At C. du Frelne sic dicta contendit, à *staraee*, unde dicitur *storaeis*, vel *staurasis*, *storacinus* vel *staurascinus*, quo tincta fuerint: V. infrà in voce *Storax.*

Staurita, in vet. Saxo prope Neomagum, *Huenus, ius Staurita*, urbs Stavera est, Frisiæ olim Regni caput, cujus hodièque fuperfunt reliquiæ. Hujus Regni partem magnam cum Batavize parte Dieterico Viro nobili ac strenuo cum dedisset Carolus Simplex Francorum Rex, *Frisia vel Westfrisia Comes* ille appellari cœpit, ut & Successores ejus usque ad Dietericum V. & fub hujus nobilis patre Friliam hodie dictam, Hollandiam, Zelandiam, Trajectum aliasque ditiones, usque ad Neomagum urbem, quæ Frisici Regni primas hucs fuit, Georg. Hornius *Orb. Imper. cum Notis* Fellen *pag.* 227. Aliter vox fumitur in L. Opitalbomicis *cap.* 20. ubi *Fratres de Staurita*, sunt Fratres Crucis, de quibus fupra aliquid.

Staurolatra, vocati sunt Hæretici quidam in Armenia, aliàs *Choxizmarii* dicti, quod idem sonat: *Choxizmi* namque illorum lingua idem, quod Græcis *σταυροφόροι*, Latinis *Cruce*, unde fic dicti sunt, *quòd crucem tantùm adorare & colere dicerentur*, uti habet Langius, interpres Nicephori Callisti *lib.* 18. *cap.* 54.

Stauropate, Græce *Σταυροπάτιον*, in VIII. Synodo dicti sunt Episcopi, qui, contra juramentum *super crucem* præstitum, cum Photii perfidia communicarunt. Dominic. Macer in *Hierolexico.* Ex Græco *σταυὸς, crux & πάτειν, decipio.*

Stauropegium, Græce *σταυροπήγιον*, *crucis fixio*, dicitur eximonia erigendi crucem in loco ab Episcopo consecrato, ut in *Ceremoniali* Episc. habetur. Jul. Antec. ejus meminit *Const. 61. Nullus audeat ædificare Ecclesiam, vel Oratorium, antequam civitatui Episcopus veniat & ibi vota* (extenùs ad crucem manibus) *faciens, sanctissimam crucem infixerit.* Inde dicæcelis Episcopi, cùm crucem figere Episcopo non licuit, nisi intra jurisdictionis fuæ limites, Quapropter Patriarcham CPolitanum, quoties Monasterium aliquod fuæ ditionis pofflet imme Ecclesiasticam ab Ordinario loci exemturus erat, *Stauropegio* usum fuisse, ex privilegio à Michaële Palæologo indulto, refert Georg. Pachymeres, ex ejusdem Imperatoris *Novella*, in *Hiflor. fua lib.* 6. *cap.* 11. apud Dominic. Macrum in *Hierolexico.* Ritum omnem hac in re observari solitum, fusè describit *Euchologium p.* 235. & 236.

Stauroperi, apud Petrum Diaconum *Chron. Casin. lib.* 4. *cap.* 39. *Pastore diu Pontifice missis in occursum ejus—Bajulos, Cereofalarios*, Staurophoros, *Aquiliferos, Leoniferos* &c. Græcè *Σταυροφόροι* sunt, qui Crucem in processionibus Ecclesiasticis ferre consuevere. In CP. v. Ecclesia fic dicti, qui, aliàs Α' ἐχουτες & Ἐκκλησίας & Ἐ'σταυρώκηλοι, quinque numero fuere, inter Patriarchæ Consiliarios principem locum tenentes, V. *Hiflor.* Cone. Florentini *Sect.* 2. *cap.* 21. 25. 27. & Cl. Sucerum *Theol. Eccl.* vocibus præfatis, qui etiam *de Crucis signo* Ignatium *Patriarcha vett. Christianorum*, de voce Σταυρὸς & Σταυροβλήκιον, hymni genere, ac Σταυροπροσκυνήσει, seu *adoratione Crucis*, quo modo Dominicam 111. Quadragel. quæ Latinis *Oculi*, Græci infigniunt, varia habet.

Stauroplexlax, Græcè *Σταυροπλαξ*, i. *Crucem cudens*, digitus fuit in Ecclesia CPolitana, cui inventæ ab Helena Crucis custodia ac cura commissa erat. Ejus mentio in *MS.* quodam Sermone Bibliothecæ Thuanæ, cujus tit. *Chrysippi Presbyteri Hierosolymitani* & Stauroplaxis *sanctæ Resurrectionis.* Hoc enim elogio etiam Patr. Hierosolymitanus erat insignis. Macer *Hierolexico.*

Steganos, apud Plinium *lib.* 5. *cap.* 31. *Nunnulli fallacibus vadis Alexandria tribus omnino aditus alveus maris*, Stegano, *Posidio, Taurone*: ex Græco *στεγανὸς*, unus est ex tribus alveis maris, quibus additur Alexandria Ægypti. Dicebatur fic, quòd esset *στεγανὸς*, i. *elausus*, munitus & firmè ædificatus, à *Σταυλόω & στεγὼ καὶ στεγάζω τὸς τόπους.* Στεγανὸν enim proprie vocatur vas, quod liquorem bene continet, nec perfluit: unde & *στεγανὸς* homo, *qui secretum retinet, nec enuntiat*, cui contrarius ille apud Comicum,

Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo.

Et *στεγανόφρων*, i. *lorementa*, vincula ad continendos parietes; & *στεγανὸς σίνιθος* Dionysio Halicarn. *undig, munita*, clausæ & ædificatæ, ut iunt turres &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 479. & infrà in voce *Stegna.*

Stegeholm, nomen castri in Suecia, sub proprio olim Comite, è Sturia Familia: in qua ultimi fuere Suantonius *Sture* Com. de *Westerwyck*, ex Martha Lewenhauptia, liberi, Nicolaus (den. 1567.) Ericus (den. eodem anno) Steno, Mauritius, Carolus, Sigridis (uxor Turon. Bielckii sen.) Anna (uxor Hogenschildii Bielckii) Magdalena (ux. Erici Gustavi Steinbockii) Margareta (uxor Turon. Bielkii Jun.) & Christina, Gustavo Banerio nuptum data, omnes *Sturii Com. de Stegeholm & Westerwyck.* V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. III. pag.* 35. & infrà in voce *Sturia.*

Steinbock, nomen Familiæ in eodem Regno illustris; in qua Canonus *de Torpa Steinbock*, Armiger Sueciæ, pater fuit ex Christina (fil. Erlandi Canuti Eq. Aur.) Arvidi *de Torpa* Caftell. in *Oerenstiern*; quo, & Anna *de Tefia*, natus Olaus *de Torpa*, Senator Regni, junxit fibi Catharinam *Lake*, atque ex ea fuscepit Gustavum Bar. *de Torpa*, Regni Marescallum. Hinc Brigitta Lövvenhaupria peperit Ericum *de Steinbock* Baron. *de Oerenstiern*, & Catharinam, Gustavi Regis uxorem. Ericus, ex Magdalena Sturia, pater fuit Gustavi Erici B. *de Oerenstiern*, Guberg. Westrogothiæ; cujus ex Beata Margar. Brahea liberi fuere, Fridericus, Ericus, Gustavus, Christina & Margareta. Vid. Spenerum suprà laudatum *Part. add. pag.* 57.

Stela, qua voce utitur Plinius *lib.* 6. *cap.* 28. & Ulpianus *l. ficuti, ff. si serv. vin.* ex Græco *στλαι*, funt proprie lapideæ pilæ furreclæ, in quibus fcedera olim fcribi iolebant, ut omnibus innotescerent; homines item proscribi, & tituli sepulchrales poni. *Columnæ ferreæ* Ulpiano vocantur, à columnis, quæ Græcis *κίονες*, in hoc diverfæ, quòd hæ uno fcapo conftent, lapide oblongo perpetuo, ille ftructura, aut lapidea, aut cæmentitia, aut laterilia, Vid. Budæum *in l. vendit. ff. comm. præd.* Et quidem, ut de poftremo olim eorum aliquid addam, apud Græcos Romanosque olim, omnium, qui humabantur, communia erant *τύμβος* & *στήλη*. Quorum illud erat aggesta terra supra corpus, quod in ferobe deponebatur: hoc columella seu cippus lapideus ferobi feu tumulo impositus, cui nomen defunctimeiungunt. *Titulus* latàs seu *Elogium*, item *Periculum*. Qui cippus, cùm ad memoriam defuncti tumulo imponeretur, hic *μνῆμα* dictus est. Jungit utrumque Homerus,

Τύμβῳ τε στήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Neque verò nomen fuisim, fed patriam quoque, parentes, profeliionem, artem, ætatem, mortis genus, eloquium id continebat. Vel, omiffo nomine, fymbola aliquot infculpebantur, e quibus de conditione defuncti indicium fiebat. Etiam, quæ mortis causa demortua fuerit, nonnunquam indigitabatur. Unde occiso Aureliano, *Mnestheus turrectus ad stipitem bestiis objectus est, quod statua marmorea posita in eodem loco utrinq, significaret*, ait in *Aureliano* Vopiscus. Ubi *statuas* vocat hujusmodi ftelas sepulchrales, quòd in his columnis ftatuæ *ἀνδριάντες*. Aureliano forte poftea erant. Semper enim in columnis ftatuæ ponebantur, ad fepulchra Veterum, faltem utplurimum: fed & aliàs columnæ cum ftatuis, uti conftat ex Trebellii *Claudio*; quæ causa, quòd columna & ftatua paffim mifceantur &c. V. Salmaffium *ad Solinum p.* 1120. 1221. *ad Vopiscum in Aureliano*, & hic in vocibus. *Cippus, Memoria, Monumentum, Titulus* &c. Addam faltem, *Stelas* hujusmodi coronari & ungi consueviffe, ut iterum Salmasius docet, & alibi nos diximus.

Stella, an à *stara*, quod ex accuf. *ἀστέρα*, nominis *ἀστὴρ*, ut viffum Salmatio *ad Tertullianum de Pallio cap.* 3. an à *stando*, uti placet Barthio *ad Statium Thebaid. lib.* 6. *versu* 408. quòd cadere non poffint, fed *stent* semper; contrà quàm vulgo perfuafum erat, cujus opinionem Poëtæ paffim fequuntur. Virgilius *Georgic. lib.* 1.

Sape etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi ——

Statius *d. l.*

Astra cadunt &c.

Quib. errandi occafionem præbuerunt *ἀστόπους* ille ignis ætherei, quæ ftunt, cùm vehementior ventus altiora confcendit & trahere extinde aliquas particulas cæperit, quæ fimulant eafum ftellarum, Barthius *ad l.* V. de earum fpecieibus, ortu & occafu, motu aliisq; hue pertinentib. Salmaffium *ad Solinum*, Alios. Cœterum, *Stella* omnes divino olim honore cultæ, tum apud Græcos, tum apud Barbaros, ut teftis eft Plato *in Cratylo*. Namque ex æthere compofitas, qui Jupiter eft, ac proinde eiffe *partes Jovis*, ftatuit Poſidonius: Nec vitam folum, eo quòd femper moveri atque in hac inferiora operari videbantur; fed fenfum quoque, imò & rationem illis tribuendam: Zeno apud Strobæum, Ovidius *in Faftis lib.* 4. *vers.* 167. & *ſeqq.* Alii. Quæ cùm ad divinitatem nondum fufficerent, *mentes* illas *puriffimas* eſſe, dixerunt, V. Cic. *de Nat. Deor. lib.* 2. Philonem *de Somniis* &c. Cùm autem earum quædam fint fixæ, quædam erraticæ, hæ priùs in Deorum numerum adfcitæ funt, cum Sole & Luna, *Majorum gentium*, vel *Selectis Dii*, adfcriptæ: atque in iis Venus primùm divinos obtinuit honores, exin Mercurius, dein Mars &c. qua de re V. quæ ex Voffio *de vrig. & progressu Idolol.* diximus fuprà ubi de *Planetis* ac *Sidoribus*. Fixæ poftea eundem cultum obtinuere: quem illis conciliavit fublimitas, magnitudo ac multitudo, motus tandem & virtus. Hujusmodi, ficuti inter erraticas prima honore divino affecta eft Veneris ftella, quam Pythagoræ & Hefperum dicimus: Ita inter fixas primò

primò ad tantum decus evecta est illa, que vocatur A'φρὸ-δίτη sive *Cœlestis canis*, vel etiam *Sirius*. Imò ab Ægyptiis quoque Hespero prælata est, dignatasque nomine sidris, quæ cum Osiride fuisse primum in Numea erat; Plut. *de Is. & Osir.* Post eum Pisces, Gratiis dictus *Nino-*, Lat. *Australis*, in Deorum censum venit. In Septentrionali libus extra Zodiacum signis, is qui Gr. E'γγόνασιν dicitur, Hercules fuisse creditus est, Hyginus *Fœt. Astron.* Ophiuchi, qui Lat. *Anguitenens & Serpentarius*, nomine idem Hercules, secundùm eund. & Æsculapius, nec. Servium in *Æn. lib.* 11. cultus est. In Zodiaci signis Arieseſt habitus Jupiter Ammon, Isidor. *Origi. lib.* 3. *cap.* 1ult. etiam Minerva, Servius *loco cit.* Taurus, Osiris, dicve Molorio seu *Atlantem* vel Iolaphus Patr. Geminis, Castor & Pollux, Hygino in *Fœt. Astronom.* seu. Hercules & Apollo, aliis: vel etiam Zethus & Amphion, Calpurnio Basso in *Aratea Cæsaris Germ.* vel denique Dis Samothraces, Orpheo. Virginis figmum, ex vulgari sententia est Astræa Arato: Isis Ægyptiis: Ceres Romanis: Concordia vel Pax, Hygin. ubi supra. Pisces duo, di Syri dicuntur Germanico in *Aratea*. V. Vossium *cap.* 36. *lib.* 2. *de Idolol.* ubi sub finem docet, non solùm Orientem & ejus exemplo, Græcos ac Romanos, *Stellas* omnes pro Diis habuisse, sed etiam Gentes alias: Imò superiori nostroque seculo, eundem honorem iis fuisse apud Peruanos; qui præter Deum Creatorem, *Viracochum* sub lingua olim, nunc quoque commercio Hispanorum *Dios* dictum, venerati quoque sint Solem, Lunam, erraticas quinque & *Stellas* cæteras, ex Acosta *lib.* 5. *c.* 1. Nomina quod attinet earum, non dubitandum, quin & illa Adamus imposuerit, quibus à Patriarchis solebant nuncupari; sed ea omnia vacuis destituimur, præter veritate Hebraica habemus, perierunt. Ut quæ LXX. apud Jobum *cap.* 9. *vers.* 9. Πλειάδα & A'ντιφέρων, vocant: quibus medius interfuit *Hesperus*. Latinus Interpres habet, *Qui facit Arcturum & Orionem & Hyadas*. Etiam Amosi *cap.* 5. *versu* 8. *Arcturus* & *Orion*, ab eodem Interprete memorantur: rectène an secus, parùm convenit. Nam alibi עש *Has*, non *Arcturus* solùm est, sed universum *Boota* ſidus, vel etiam *Septentriones* כסיל *Chesil*, esse *Orionem*, per est verisimile: quanquam Aben Ezra *cor Scorpii* manifeste: qui item כימה *Chima*, censet *Arietis caudam*, non *Hyadas*. At Vatablo, sunt *Pleiades*. Esse autem appellationes Græcas valde antiquas, ex eo cognoscimus, quòd non modò earum usus fit apud Sophoclem & Homerum, sed Homerum quoque ac Hesiodum. Quibus Christiani quoque utuntur, idque LXX. Senioturn & Interpretis Latini exemplo; non quasi eos fugerit, nomina illa peti ex iis, quæ de Diis & Heroibus suis fabulati sunt Græci: sed quia alia eorum vocabula non suppeterent, nisi Hebræa vellent retinere. B. Hieronymus de *Veste Sacerdot. Nec alienti gentilis videatur expositio. Non enim, si ecclesiis & Dei dispositionem, Idolorum nominibus insamaverunt: idcirco negandus est Dispensationis*, qua certè lege fortur & carnis & regis omnia. Nam & in *Job. Arcturum* & *Orionem*, & כימה עש *h. e. Zodiacum circulum*, & *cæteras Astrorum sidera, legimus: Non quòd eadem apud Hebræos vocabula sint; sed quòd nos non possumus, qui dicuntur, nisi consuetis vocibus intelligere*. V. Vossium *cap. prac. lib. cit.* Adde Cl. Suicerum, qui Origenem *Stellas ἐμψύχους animatas* asseruisse docet, & de *Stella Magorum*, ex antiquitate Ecclesiæ, quidam non pauca adfert *Thes. Eccl.* voce A'στὴρ. Sed & *Stella* in gemmis dicuntur puncta & guttæ vel pulveres, ad instar *stellarum* sparsi; à quibus diverſæ *vena* sunt, linea quæ oblongo & vario discursu per gemmæ corpus eunt, instar venarum. Unde *stellari*, h. e. punctis aut guttis lucentibus, veluti *stellis*, variari. Virgilius *Æneid.* 4.

Ater & ille stellatus jaspide fulvâ
Ensis erat.

Et *aureus gutta stellata gemma*. A' quo diversum *stellare*, h. e. ad instar *stellæ* fulgere ac radiare: quo de diserimine diximus aliquid suprà, in vocibus *Astrr* & *Asturia*. Alia iterum vocis notio apud Aldhelmum est, cùm ait:

Machina detegitur cæcis frustrata stellis.

Hic enim *stellæ* idem est, quod *fellatura*, de qua voce infrà &c.

Stella Junior, apud Caium & Theodosium, *Stellam junioren super hæredes pedis consequentque* &c. terminus est Agrimensorius, decussis vix. duplicatus diductusque, quem *Juniorem stellam* vocare placuit, quòd ab ipsis Mensoribus condita, adeoque post cæteras stellas nata esset. Car. du Fresne *Glossar.*

Stella Marina, V. suprà *Asterites*.

Stella Festum, dicitur in Ecclesia Romana dies *Epiphania*. V. ibi. Hinc versus.

A festo Stellæ numerando pariter Luna
Quadragesimæ dies, ibi Septuagesima fiet:
Et si bissextus fuerit, superadditur unus &c.

Eo officium celebratur, *Officium Stella* dictum, quod quo modo describatur in *Ordinario* MS. Ecclesiæ Rotomag. V. apud Car. du Fresne in *Glossario*. De *Stella* verò, quæ nato Domino à Magis visa est, V. & Theodorum Tarf. Epific. *contra Eutum lib.* 1. *c.* 13. Ildotum Episcopum *lib.* 1. *Epist.* 177. 178. Frid. Spanhemium *Dub. Evangelic. ad Matthæum cap.* 2. *versu* 2. &c. Sicut *de Denariis alibi cum Stella*, vulgò *Deniers blancs à l'Estoille*, monetâ Gallicâ, sub Joanne Regecusâ, Car. iterum du Fresne in voce *Moneta*.

Stellaris, apud Tertullianum *de Ballio cap.* 5. *De vasculariis & Medicus & Fœtis, & qui Musicam profitat.* & qui Stellarem *consultat*, & *qui volatilem spectat*: ut si *ab equo vertisse*, aut *volatilem* ex *astro*, sicut *volatica*, *è cœlo* seu *cœnaculo*, quæ avium fe, volatum spectat. Salmasius ad *locum*. V. suprà ubi de *Astris*, *Astrologia*, *Divinatione* &c.

Stellata Corona, V. suprà *Radiata Corona*.

Stellata, nomen Tribus Rom. cujus meminit Livius *lib.* 6. *ad an. U. C.* 364. *Eo anno in civitatem accepti, qui Fotentium Capenatium agrum ex Falisco per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque is novis civibus assignatus*. Et paulo post, *anno U.C.* 366. *Tribus quatuor ex novis civibus addite*, Stellatina, *Tromentina, Sabatina, Anniensis eadem viginti quinq; Tribuum numerum explevere*. Quod idem etiam habet Florus in *Epit.* Nomen ei à *Stellate*, Tuscorum agro. Sic n. Festus in *Fragm*, quemadmodum legendum docet Antonius August. Epist. Herdenius: *Stellatina Tribus, non à Stellate campo eo, qui in Campania est, sed ex, qua est . . . militavi à porta Capena, ex qua Tuscienm campum ita appellaverunt*. Quæ postertora Onuphrius *Comm. de Rep. Rom. lib.* 2. ſic legit: *Sed eo, qui in Etruria, regione Capena, quâ Tusci profecti, eum Stellatum campum appellaverunt*. V. Joh. Rosinum *Antiqq. lib.* 6. *cap.* 15. & de eodem agro, *Majoribus conferate*, Suetonium *Julio cap.* 10. absque Casaubonum.

Stellatura, apud Æl. Spartianum *Pescennio Nigro*, Tribunos *duos, quos conflixisse* stellaturas *accepisse, lapidibus obvios ab auxiliaribus suis*. Idem quod *stellantura*, *stellatus* & *stellatio* apud Ammianum & nonnullos, *astutia*. Uti enim *stellæ*, h. e. maculis, variatus est stellio, de quo Ovidius,

—— *aptumq; colori*
Nomen habet varius stellatus *corpora guttis*.

Sic homines illiusmodi improbi & impostores, versutiâque & versatiles, quos πανοῦργα & ποικιλοτέχνας Græci vocant, ab his etiam dicti sunt *fellatura*, *Stellones*, *fellatores* & *fellionopolæ* appellari sunt; Homero πρόκτοι quoque, à pisce cognomine, cujus tergum varietate maculosâ fellarum esse constat. Unde & *fella*, apud Latinos, pro machinis, versutiis & fraudibus, ut vidimus. *Per fellaturas* itaque *accipere*, uti melùs legatur apud Spartianum, est per fraudes ac impostoras accipere; quod Tribuni solebant, cum militibus commeatum dabant, aut muneris vacationem, accepti ab iis certæ *fellaturæ*, *Stellones*, *fellatores* & *fellionopolæ* appellati

vium, vocant. Eidem assignat Matthiolus *tuas murorum prope terram, in Dioscor. lib. 3. cap. 1.* sed laquearia Veteres & convexa tectorum, ubi supinus ambulet. Unde apud Avicennam legas, quandoque supernè in potum cadere, & in venenum illum vertere, si ita eo monetur &c. Ceterum animal hoc maxime Arabibus exosum est, *ob lepram illi divinitus immissam, in panum admissi crimina, quia sc. flatu suo accendere tyrannum, in quem conjectus est Abrahamum*, uti fabulantur. Vocant autem *leprum* maculas ejus, quas honestiori nomine *stellas* dixere Latini. Nec minus odiosus vetr. Græcis fuit *Stellio*, de quo Antonius. Liberalis, Τὸν δὲ Θεὸν, inquit, κρύψαι βουλόμενον μεμῖφθαι, ὃ δὲ ὑπόκτινος κεχωσμένῳ ἐπὶ γόνυ Δήμητρι, *Dis & hominibus est odiosus: & Ceres rem gratam præstat, qui eum interficit.* Tamen ad multa utilis est, quæ non tunt hujus loci. V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte prior. lib. IV. cap. 7. tom. 2. & cap. præc. fol. fin.* nec non Salmasium *ad Solinum pag. 737. & 738.* ubi a Heliouus Heuriginius multos olim nomina aut cognomina indita habuisse, ut tunt *Colotes* Pictor, apud Plin. & Κωλώτης Epicureus, adversus quem extat Plutarchi liber; item χαλεπὸς γέρων, apud Menandrum, de Eunucho, cuiusmodi homines plerunque lentiginosi sunt, docet, & de ascalabotis Græcorum Italique stellionis diversitate differens, hunc maculis eatere, ceteras illi similem esse, inter alia addit.

Stelæ Sinus, apud Marcianum Heracleotam, qui ab illo ad Eulæi amnis exitus, stadia 200. numerat. Ptolomæo Πηλὸς γῆλος dicitur: V. Salmasium *ad Solinum pag. 701.* ut & in voce *Eulæus.*

Stelocopias, Græcè Στηλοκόπιας, cognominatus est Polemo quidam, qui floruit sub Ptolomæo Epiphane; quòd in describendis statuarum ἐπιγραμμαῖς elaborasse plutarchum Inscriptionibus ac Epitaphiis multum operæ posuerit, teste Athenæo. V. quæ supra diximus, in voce *Stela.*

Stemma, in Aula Constantinopolitana dici cœpit, quod prius *Diadema* vocatum est, Curopalates *de Offic. Aula Constantin Quod nunc appellatur* Stemma, *id olim nominatum fuit Diadema. Id autem erat textile aureum, cum lapillis & margaritis positum ad Imperatoris frontem, & gemmi reverendum, cerebrum versus: (quamobrem etiam* Diadema *dicitur) quod ex se pendentium instar habet, effectum est, quale videtur lintea & nonnulla Sacerdotia, id olim in litteris zona dicebantur, honorem indicans, quâ olim Tyranni Christianos milites primùm privabant, tum eos torturibus dedebant.* In quib. verbis, quòd *Diadematis* notationem arcesiit Curopalates, à *circumligatione* & *nexu*, bene habet: venit enim ἀπὸ τοῦ διαδεῖν, quod *circumligare* ac *cingere* notat. At hallucinatur, cum *Diadema* cum militari antiquorum Zona confundit. Neque enim omnes Zonæ militaris jure donati diadematicrant, ut Justinianus est: cum Diadema ipsa Zona non esset, sed Imperatoris, unde Tryphon 1. Matzoch. *cap. 3.* dicitur sibi imposuisse Asiæ Diadema: & pro numero Regnorum, *Diademata* multiplicari confueviste, legimus apud Herodianum *lib. 6.* ubi de Artabano: & 1. Maccab. *cap. 11.* ver. 13. ubi de Ptolemæo sermo est. Imò tanta *Diadematis* religio erat, ut vel in neutralitatis casu illud capiti imposuisse alii, quam Regi, capitale esset. Unde nauta is, qui quibusdam in mare, ut ejicerentur, adactis aquas Deo votola. pfum extraherat, eum illius conservandi gratiâ, capiti id ipsi inter natandum imposuisset, præmio, ob receptum Diadema, quidem donatus, sed mox, quòd regii capitis insigne sibi aptasset, capite plexus legitur, apud Arrianum *lib. 7.* Hujus usum primis Romanorum Imperatoribus exosum, posterioribus familiarem fuisse, fatis constat: at verò cui hoc quidquid est ornamenti primum debeatur, non adeò expeditum est. Vidit id alibi Aurelianus, alibi Calpiglet illud adfirmat. Jornandes Diadema à Constantino & Fathi Siculi Constantino illud tribuunt. Forte minùs constans & per intervalla interruptus pro imperantium ingenio ille mos, posteris occasionem dedit, ut primos ejus rei inventores crederent, penès quos primitus illius viderant usum. Cœterùm uti non una omnium ratio, ita nec unius illud Diadema generis, fed gemmatum aliud, aliud purum & sine gemmis, utrunque tamen folis Imperatoribus peculiare fuit: Utrinque idem exhibet Anselm. Solertius *de Pileo lect. 9.* Pervenit autem *Diadematis* ad Romanos usus à Persis, qui regium tiaram diadematæ, i. fascia regali, cumulabant; quemadmodum apud alias gentes, nudum Principum caput hoc insigne cinxit. Et Perfarum quidem ex cœruleo & albo interstinctis: Afrorum album, fuit &c. Vide præter præfatum Solertium Alexandrum ab Alexandro *Genial. dier. lib. 2. cap. 28.* Jac. Stephanum *Opusc. de coronat. Rom. Pontific.* Car. Patchalium *Coronat. lib. 9. cap. 7.* & 8. Alios. Aliud quid antiquiori ævo vox notavit. Ita enim Plinius *lib. 35. cap. 2.* ubi de honore imaginum, *Alibi apud Majores in atrio — expressi cerâ vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperq; defuncto aliquo tuus aderat familiæ ejus — populus.* Stemmata *verò linea discurrebant ad imagines pictas. Tabulina codicibus implebantur & monumentis rerum in Magistratu gestarum.* Ubi Dalechampius *Stemmata* exponit, in quacunque imagine, ejus, qui expressus fuerat, prænominis, nominis, cognominis appellationem; honorum, quos gessisset, titulos: & progeniei gradum in tritavis, abavis, proavis &c. ficque dicta vult, quòd hujusmodi rerum inscriptiò ac monumentum cæteris circumpitis ornari solereat, in quod hodiéque fieri videmus. Antiquissimis verò temporibus proprié dicebantur στέμματα ex coronæ, quæ sacris adhibebantur, aut saltem ex, quæ gestabantur à Sacerdotibus, Unde Homerus *Il. a.* de Chryse Sacerdote ait,

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν —

Et apud Plut. *Pelopida*, Sacerdotes *stemmata* fua protendentes, horantur eives, ut partæ Dilique lippetias ferant, V. quoque Actor. *cap. 14. vers. 13.* Alii hoc nomine donant omnia, quæ ornatus causâ circumponebantur manibus, aut cervici, cum στέφανος dicant fuisse eam solam coronam, quæ caput evincitet, Vid. Etymologic. voce στέφανη. Sed & στέμματα appellata funt neuis lânæ ramo olee obvoiutæ, quo fupplicantes olim utebantur, uti diximus fuprà in voce *Eirefione &c.* A' στέφω nominis certè origo, quod *redimio, cingo, necto*, denotat: à quo docet plutarchus Lamprisinus in *Heliogabalo &c.* Plura verò de hac voce, apud A. Tiraquellum *de Nobilit. c. 6. §. 14.* Lipsium *ad Tacitum de Bene. fic. l. 3. cap. 28.* Jo. Brodæum *ad Calabrum lib. 5.* Laur. Ramirefium *ad Martialem lib. 4. Epigr. 40. &c.*

Viri illustres.

Steno Sture I. Regni Suecici gubernator, Johannis Daniæ & Norvegiæ R. conatus, in Sueciâ, diu fruftratus; eundem, poftquam An. Ch. 1497. admiffus ac donatus eum utore & filio Chriftierno, fed Dietmarfico bello occuparus eflet, iterum exclufit, Regină Stockholmii in captivitatem dati, quæ tamen intervenia dein Pontificis dimiffa eft. Obiit poft initium feculi XVI. ultimus familiæ fuæ, cujus auctor fertur Tuno Sturius Eq. Aur, maritus Ingerdis, Suantopulci Legiferi Oftrogothiæ filiæ, ex Suechero II. Regis nepte. Sororem reliquit Brigittam, Joannis ab Oxtorp, ex Viarum familia nobilem, nuptam. Et in Sueciæ adminiftratione fuffectus eft *Suanto* Sturius, ex altera fam. Sturia, *junioreDicta*, editus: qui regimini præfuit, ab A. C. 1504. ufque ad A. C. 1512. quo ipfum eadem in dignitate excepit, Filius

Steno Sture feu *Sturius* II. cognom. *Junior*, quo jam electo, Johannes retro memoratus, cum quo Suanto perpetuò bellum continuaverat, deceffit, fucceffore Chriftierno II. filio. Qui non patrium folum, fed & propium jus (nanq; & ifte ex Sueciæ coronatis) perfequuturus, accedente *Julii II.* Pontif. excommunicationis in Sueecos vibratæ decretum ei exequendum injungentis, auctoritate, A. C. 1519. per Ottonem Crumpium expeditionem contra Sueeos, fed fine fructu, fufcepit: Anno feq. vero eosdem adortus eft, quo bello *Steno* ex vulnere accepto obiit. Cujus confilio deftituti Sueci, cùm perfuafi à Matthia Epifc. Strengnif. inducias pacti eflent, *Stenonis* vidua Chriftina, illis receptatis, cum principibus Holmiam turari decrevit. At Lubbeccus ejus fuccefpugnato, cùm Rex ipfe Sueciam ingreffus eflet, Holmia ad deditionem adacta, & 70. Proceres, qui cum *Stenone* conjuraverant (literis, in quibus eorum nomina continebantur, imprudenter à Chriftina Regi traditis) ipfo die coronationis, decollati corpora, combuffa funt: quo facto *Stenonis* vidua ac liberi in Daniam captivi abducti, bonis exuti, *Stenonis* corpus refoffum ac itidem crematum eft. Sed Guftavus, è familia de Wafa, filius Erici de Wafa à *Gripsholm* inter Proceres trucidati, poftquam miris modis periculavafit, ad Dalekarlos metallarios delatus, oppreffam trifti fervitute Sueciam, conatu non minùs generofo, quàm felici, vindicavit, Rex poftea electus, auctorq; familiæ, quæ etiamnum Regno præeft. Reliquit *Stene* ex Chriftina Guldenfternia Suantonem Sturium Com. de *Wasterwyck*: patrem ex Martha Lewenhauptia, Nicolai, Erici, *Stenonis*, Caroli, Sigridæ, quæ Turoni Bielkenii: Annæ, quæ Hogenfchildio Bielkio: Magdalenæ, quæ Erico Guftavo Steinbockio; Margaretæ, quæ Turoni Bielkio jun. & Chriftinæ, quæ Guftavo Baneio, nuptæ. Nunc familia tota defecit. V. Joh. Cluverum *in Chriftierno II.* Petr. Megerlinum *in Tab. Chronol. Hiftor. & Phil. Jac.* Spenerum *Theatr. Nobil. lit. Europea Part. III.*

Stenon Sturus, apud Solinum, inter oftia Danubii, memoratur *cap. 13. Hiftor—fpatium oftia Rhenum influit, quorum primus Peuce — quartum Pfeudoftoma: nam Boreoonftoma ac deinde* Stenoftoma *languidiora funt cæteris, poftrimum verò Ipyron &c.* ex duabus vocibus Græcis στενὸν στόμα, pro quo alii Ψιλὸν, exhi, dixerunt, uti ex Artiano patet. Unde & *Spilon ftoma*, pro *Pfilon ftoma*, in *Excerptis* vetuftiffimis legi, notat Cl. Salmafius *ad Solinum p. 186.*

Stephanius, V. infra *Stephanus Burg. Com.*

Stephanius, apud Interpretem G. Cedreni, ubi de Conftantino Copronymo, *Et perjuratæ* (Anaftafio Patr.) *ut pro Monacho fieret* Stephanite, *carne vefceretur, & in regia menfa tibicines audire fuftineret*: ex Græco σταφανίτης, *coronatus* eft. Tales enim menfæ Imperatoriæ, uti olim convivio unicuique, intereffe, moris erat, Dominic. Macet *Hierolexico.* Apud vetu. Græcos autem Στεφανίτης dicebatur facer agon, feu facrum

certamen, ἐφ᾽ ᾧ quo victor redibat, coronabatur; aliàs φυλλίνης quoque, i. *foliaceus*: quòd horum agonum præmia in sola corona constiterent, ut ait Pollux *l.* 3. *c.* 30. ὅτι τὰ ἄθλα ὁ στέφανος μόνον, & ptolin unus gloriæ conseguendæ ergò suscipierentur. Quibus opponitur non sacri agones, ἀγῶνες χρήματα ἕνεκα φερόμενοι appellati, in quibus pro donis ex argento, ære, alisque quæ veriùs sunt compendii, quàm illius celebritatis, quæ generositâsimi cujusque pectus acuit, certaretur. V. Car. Paschalium *Coronar. lib. 6. c. 4.* & 5. Ipsi verò sacrorum agonum Victores Ὀ λυμπιονῖκαι, Πυθιονῖκαι κτλ. dicebantur, V. huc loco.

Stephanomatæ, Græcè στεφανώματα & στεφανωταί, dicta sunt Græcis veribus omnia folioſa, quæ coronamentorum materiam præbebant; quibus opponebantur τὰ φρυγανικὰ καὶ λαχανώδη, *furcilacea & herbida*, ut videre eſt apud Theophraſtum *de Cauſis Plant. lib. 7.* unde in Ægypto peſſimè provenire, τὸ ἄνθος γὰρ τὸ στεφανώματος, *flores & coronaria*, idem ait *Ibid. cap.* 27. V. Car. Paſchalium *Coronar lib. 1. cap. 4.* Apud recentiores στεφανώματα vocatur, quæ lampades coronatæ, quæ ante Imperatorem Conſtantium *l. 1.* unde ὁ ἀρίζηλος στέφανος, *tecti ſeris conſignationis ambitus*, apud Plut. in *Apophthegm. Lacon.* & Heſychium &c.

Stephanophori, Græcè Στεφανηφόροι, i. *Coronigeri*, apud Græcos dicebantur Magiſtratus illi, quibus ſacrificandi jus erat; non enim alter quàm coronatos ſacra feciſſe Veteres alibi diximus. Erat hæc dignitas eminentiſſima, de Pluratibus jungit Ὑπερτελέστατος, Χαρτῶν, Ὑπερτιμώτατος, Sic Athenis fuit Magiſtratus, cui nomen Ἐπὶτὰ Ἑρμαῖα, *Novum-Virî*, dicebaturque στεφανηφόρος ἀρχή, quaſi auguſtior conſeſſus, cui coronæ geſtandæ adeoque ſacrificandi jus fuit; quæ eorum munera vocabant κρίσεις στεφανηφορίας, ut videre eſt apud Plutarchum κεφάλ. κγ΄. τ΄. Sed & Tarſi tyrannum στεφανηφόρον, more Græco, à populoribus ſuis creatum eſſe, refert Athenæus *libro 5.* tradiqueque Philoſtratus, ab hac lamina dignitate, cui nomen Στεφανηφόρος ἀρχὴ, Smyrnæos imponere conſueviſſe ſingulis annis nomina, quomodo Romæ Conſulum nomioibus notati ſunt, *in Heraclite*. Similiter illos apud Platonem Magiſtratus, qui in Magnetum Rep. optimi renuntiabantur, inter alias prærogativas, ſolos coronam ex auro gerendi jus habuiſſe, leginus apud Platonem *de L. L. libro 12.* V. ſuprà in voce *Magiſtratus*, & plura hanc in rem, apud Car. Paſchalium *Coronarium libro 4. capite 14.* In Pamphilo, cùm victor palmam primò accipiebat, inde vocè Præconis renuntiabatur ac celebrabatur, tandem coronâ redimiebatur, totum hoc στεφανηφορίαν appellatum eſſe, habes apud Pauſanian *l. 5. &c.*

Stephanus, apud Plinium, inter Pauſiæ opera, memoratur *libro 35. capite 11. Pauſias Sicyonius primus in hoc genere* (encauſto pingendi) *nobilis — pinxit & ipſe pariecitis parietes Theſpiis — cumulavit in juventa Glycerā, quam ſtephanen pingebat, inventricem coronarum, certandoſq; imitatione ejus, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam. Poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona, quæ è nobiliſſimis ejus tabula appellata eſt* Stephanoplocos, *ab alia* Stephanoplois, *quoniam Glycera venditando coronas ſuſtentaverat pauperiatem. Hujus tabula exemplar. quod aperaphon vocant. L. Lucullus duobus talentis emit à Dionyſio Athenæ.* Ex Græco τὸν στεφανοπλάθη, ἢ, ἡ τὰς στέφανος πλάσσων, *qui plectit coronas*. Multiebri enim munus fuit coronas & ſerta plicare, cujus artificii gloria huic Glyceræ ideſtitio *Nectendi Coronas* item ubi de *Coronis*.

Stephanus, apud Plinium *libro 15. capite 30.* lauri genus, quæ Græcis στέφανος· Ἀλεξάνδρεια, *corona Alexandri*, dicta eſt, V. ſuprà ubi de *Alexandrea Lauro*. Στέφανος enim *corona*, aliàs στέφος & στέφη· quæ voces tamen qui diſtinguunt, στέφανον vocant coronas in ſacris certaminibus publicaque lætitiâ reportari ac geſtari ſolitas: στέφανος, coronas ſacras, quas Sacerdotes, cùm cultu divino defungebantur, gerebant, item quibus victimæ coronabantur: στέφη verò, coronas funebres, & quarum in exequiis uſus fuit, uti videre eſt apud Car. Paſchalium *in Coronarium libro.* Translata dein vox ad alia: Sic Στέφανος Ἐπιγραμμάτων, *donum* fuit Hori Heraclitiſimo Poëtæ Meleagro compoſiti, quem quòd ex omnibus antiquis Epigrammatibus conrexuiſſet, ordine alphabetico poſitis eorum nominibus ac ſingulis Poëtis cum totidem floribus comparatis, hoc titulo inſignivit: Ad cujus exemplum, Philippus poſtea parem Epigrammatum Στέφανον compoſuit, & vulgavit, ex omnibus Poëtis, qui poſt Meleagrum ad fuam usque ætatem vixere. Eos ſequutus Agathias ſimilem Epigrammatum συναγωγὴν concinnavit, ex recentioribus compilatam Epigrammatis eamque ſub certis materiarum titulis redactam, Στέμμα vocavit, item Συλλογὴν & Κύκλον. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 848. & 849. uti de στέφανῳ πλεκτῷ in galea, *pag.* 546. de στέφανις urbium, *pag.* 63. &c.

Principes aliiq; illuſtres Viri.

Stephanus, filius Ruperti Imper. frater Ludovici II. cognom. *Barbati*, Electoris Palatini, in diviſione patrimæ hæreditatis, Simmerenſem & Bipontinum tractus fortitus, Simmerenſis ſeu Electoralis poſterioris linea, quæ etiamnum floret, Auctor fuit. Is enim, maritus Annæ, filiæ Friderici, ultimi Comitis Veldentiani, è duobus filiis, Friderico quidem Simmerenſem, de quo dictum; & Ludovico, Bipontinum ramum, proſeviit; è quorum poſteriore, hodierni Principes Bipontini, Neoburgici, Sulzbacenſes, Brichofeldii, Lutzelſtenii, ſeu Veldentii, deſcendunt. Fratris autem Ludovici poſteritas *defecit* A.C.1559.

Stephanus, Dux Bavariæ, cognom. *Fibulatus*, filius Ludovici V. Imper. poſt mortem Rudolfi II. Elect. Palat. dignitatem adnivit, ſed fruſtra: transegit enim, à morte Fratris, cum patruelibus Palatinis, ſolutâ certâ pecuniæ ſummâ, in compenſationem detrimentorum, quæ bello civili à fratre Ludovico Rudolphus El. acceperat: Sed cùm ea minimæ jacturæ pretium adæquare diceretur, poſtea quoque continuata prætenſio eſt. Pater fuit trium filiorum, *Stephani*, qui Ingolſtadienſem: Friderici, qui Landshutenſem & Johannis, qui Monachenſem, familias orſi ſunt; quarum abſque prioribus extinctis, poſtrema ſupereſt, rerumque in Bavaria primus.

Stephanus, fil. prioris natu maximus, Ingolſtadienſem ditionem nactus A.C.1392. Pater Ludovici cognom. *Barbati*, (quo genitus Ludovicus cognom. *Gibbus* lineam terminavit) & Iſabellæ, ſeu Eliſabethæ, quæ nupta Carolo VI. Galliæ R. Regno tantùm non penitus extitiſa fuit. Odio enim in Delphinum, quamvis proprium filium, ſtagrans, & matrem ejus eapſi inter Parisienſes abjectus, factione Burgundicâ ſumpſit animum, jus modis fovit, ſceptrum etiam Anglo genero conciliatura. Eadem luxu muliebri multùm in Regno auctu, tandem mortua, poſtquam omnium odium incurriſſet, fine ulla pompa ſolemni, ſepulturæ illata eſt. Spenerus in *Sam. Palatina*. Idem nomen aliquot Burgundiæ Comitibus fuit, inter quos duo inprimis celebres fuere, *Stephanus* ſil. Guilielmi Com. ſub A.C.1191. & *Stephanus* alter ſub A.C. 1417. à quo poſſeſſionem *Stephanenſis* dicti tunt, moneta Burgundiæ Comitum, vulgò *Eſtevenats*, uti videre eſt apud Car. du Freine *Gloſſar.*

Stephanus Epiſc. Epheſinus, *Collectionem Canonum* edidit. Floruit is ſub Theodoſio M. poſt Concilium CPolitanum I. & Canonibus Nicænis, Ancyranis, Neocæſarienſibus, Gangrenſibus, Antiochenis & Laodicenſibus, addens CPolitani primi Canones 150. ſuum iis nomen poſuit, ut patet ex Photio *Bibliotheca* Palatinæ, refert Chriſtoph. Juſtellus apud Gerh. von Maſtricht *Hiſter Juris Eccl. 61.* Quem poſtea imitati Epiſcopi ſequentes collectionibus ſuis ſimiliter nomen ſuum adſcripſere, *Ibid. num. ſeq.*

Stephanus, Epiſc. Sarmatarum, gentibus illis ad Chriſti fidem perductis, creſcente ſequentibus temporibus ſuperſtitione, divino honore coli cœpit, in regione Permia, quæ tractus eſt Sarmatiæ Europeæ Obio fluvio & Ximia lacu terminatæ. De eo ſic Erasmus Dus L. B. Herberſteinius *Commentar. rer. Moſcovit. Idioma* (in Permia) *proprium habent; characteres item proprios; quos* Stephanus *Epiſc. quidem in fide Chriſti vacillantes confirmavit* (*nam antea adhuc in fide infantes Epiſcopum quendam idem attentantem excoriaverant*) *primus adinvenit. Hic* Stephanus *poſtea Demetrio Johannis filio imperante, apud Ruthenos, in numerum Deorum relatus eſt. Supra jam adhuc ex eo in ſilvis paſſim Idola colebantur, quos Monachis & Eremitis ſe profiteſcentes non caſſant ab errore unquam cultu revocare.* Similiter Sanctum Vitum à Rugiis pro Deo habitum, & *Sanute Vitum* appellatum fuiſſe, diximus ſuprà. De utroque Vide Gerhard. Johann. Voſſium *de Idololatr. libro 1. capite 41.*

Stephuſa, inter Prætelle ex ære opera, memoratur Plinio *libro 34. capite 8.* ex Græco στέφουσα, i. *cingens*, *coronans*. Ita enim ibi, *Praxiteles marmore felicior — Fecit tamen ex ære pulcherrima opera, Pro ſerpina raptum, Catagusam — Stephuſam, Spulomenem &c.*

Ubi ſegmenta eum veſte purpurea redè conjungit; faſcias nempe ſeu virgas purpureas & aureas, veſtiad ornamentum inſuſſitas, quod ſolis Matronis conceſſum, quoque habitu uſque ad Imperatores inſignes fuere. Ingenuarum ergo & honeſtarum Matronarum propria *Stola* fuit, *tunica ſe. manicata ſeu manu leata ad plantas fluens, purpurâ, ſegmentis ſive limbis aureis ornata, multoq; rugu ac plicis conſtricta.* Unde Veruſtinæ Martialis *Rugoſiorum Stolâ frontem* exprobrat. Ita autem demiſſa ad talos *Stola* totum corpus operiebat, ut nihil præter faciem appareret. Hinc male Iſidorus, *Stolam* caput operuiſſe, à dextro latere in lævum humerum miſſam, tradit, *Stolam* cum Palla feu Pallio muliebri ac Regicnio confundens: Et errat Bayfius, tunicarum muliebrium alteram fuiſſe conſutas, fed more Spartanarum ad femora apertas, credens: cùm tamen id aperte neget Plutarchus *in Lycurgo*, ubi attentiorem curam circa Virgines à Numa adhibitam, quam à Lycurgo, cujus inſtituto eudis femoribus Virgines incederent, docet. Quòd ſi apud Pacrobium legimus *Saturnal. lib. 3. cap. 6.* Libertinas quasdam longâ veſte uſas eſſe, de iis id intelligendum, quæ Matronis nupſiſſent, ideoque tanquam juſtæ Matrefamiliàs factæ longâ veſte i. *Stolâ* Matronali uterentur. Cæterum, ut vitiis tunica, ita & *Stola*, cingebatur, ut vett. ſtatuæ oſtendunt & Scriptores teſtantur, V. Ovidium *Amor. lib. 1. Eleg. 5.* & *Eleg. 14.* ubi cùm ſolutæ meminit tunicæ, interiorem intelligit: iterum *lib. 1. Eleg. 7.* & Martialem *in Epigrammate*, ubi muliebris tunica in ſuperiori tunica, ſeu *Stola*, uterque diſerte meminit. Sed manicatas fuiſſe has tunicas, hoc virisid probro datum: Eas manicas autem interdum luxum habuiſſe non conſutas, ſed foliatis nexas, excogitaviſſe, tradit Ælianus *Var. Hiſtor. lib. 1. c. 17.* cujuſmodi tunicæ iconem dedit Rubenius *in Elect.*, & ex eo in opus ſuum *de Re Veſtiar. lib. 3. cap. 17.* tranſtulit Ferrarius. *Stola* tandem, Mulieres honeſtæ indicebant Pallium; quod *Palla* dicebatur, de quo Idem *cap. 19.* Et hæc propria Matronarum ſuperveſtimenta fuiſſe apud Romanos Scriptores. Apud Dionem Caſſium Σπολὴ γυναικεία *Pretextam*: apud Appianum Σπολὴ βασιλικὴ *latum clavum*: apud eundem *lib. 5.* Σπολὴ ἱππικὴ, *pallium*, Græcorum veſtem, denotat. Sic apud Plutarchum *in vita Alexandri*, Perſicorum Regum habitum Σῆρῶν βασιλικῶν vocari legimus: *Stola Medica* meminit Zonaras *Annal. tom. 1.* Ælianus *Var. Hiſtor. lib. 1. cap. 21.* & Athenæus *lib. 12.* Ἱμάτιον Σπολὴν dicere, quis nesciat, quòd pallæ ſuæ vidue adoranti aepingique & talarem itidem faſtile, docet Procopius *de bello Perſ. lib. 1.* & Briſſonius *de Perſar. Principat. lib. 1.* Atnis fuiſſe ſuperinductam, conjicit Dempſterus, ex eo quòd σπολὴν ἀπὸ ματαρε genus vult eſſe Suidas: & Xenophontis, χιτὼν σπολοειδὴς *Pudia lib. 6. tunica ſtriata, i. plicata*, armis ſuperindutus datur. Unde Pollux *lib. 1. cap. 10.* Ἐν ἐξέσει δὲ καὶ ἀνὴρ ἐφέσθαι, ἢ ἐπὶ *Stola quadam ſtriata ſeu plicata* Diodyn. Halicarnaſſeus *lib. 6.* ἀνδρικὴν σπολὴν *ſeu militarem* ubi vocat. Verum quicquid de his ſit, ſuperinductum adumodum ſuprà, bene habeant, meminit in Caligula Imp. quòd *Stolam* geſtaret, reprehendit Flav. Joſephus *Antiqq lib. 19. cap. 1.* a maſculo Gentis more degenerale eum ſubinnuens & &c. Sed & *Stola*, apud Eccleſiæ Rom. Scriptores, una e veſtibus Eccleſiaſticis, alias *Orarium* dicta; absque qua inedere vetantur Presbyteri, apud Hincmarum & Reginonem *de Pœn. & Sacerdot. ac Presbyterorum cap. 62.* Propriè vero Diaconorum veſtis eſt, ſuper inferiorem humerum ferri ſolita, uti monet Gilebertus Lunicenſis Epiſc. *lib. de Uſu Eccleſ.* hodieque Venetis vox panni notat ſegmentum oblongum dodrantali latitudine, quod ſiniſtro humero inijicitur. Unde *Stola & annulo privati Abbates*, qui deponebantur à ſua dignitate, occurrunt apud Hugonem Flavinac. *p. 238. Sub ſtola*, i. tunicâ ſtolâ, majoris ac dignitatis ergò, *excommunicare*, apud Brow erum *in Antiqq. Trevir. Stola cum tintinnabulis*, apud Acta Sanctorum *Monaſtici Anglic. Tom. III. pag 317.* &c. V. Car. du Freſne *in Gloſſar.* Macros Fratres *in Hieroleuco*, & ſuprà in voce *Orarium*. Imò & Pallium Archiepiſcopale ſic paſſim vocatur, ut doc et idem C. du Freſne *Diſſertat. de Numiſm. inter ævi n. 10.* ubi à ſtatua Conſulari & Imperatoria, *forum* Latinis, Δάλματον Græcis recentioris usus dicta, *Stolarium Sacerdotalium & Pallii Archiep.* originem arcellit, & de Græcis addit, quoties communem vestem, ἱματισμὸν πρὸ τοῦ πρεσβύτερον ante & retro, ita tamen, ut pectus ambiret, conſuevisſe, ex tabella, quam ad *Encheloglium Græcorum pag. 154.* delineavit Goarus &c. Nec omittendum, apud Epiphanium quoque *Hær. 15.* σπολὰς & ἀμπυχίσια dici pallia, quæ ſupra colobiones five dalmaticas accipiebantur, V. Salmaſium *ad Tertullianum de Pallio c. 5. N Stola*, apud Tullium *Verrin. 6.* habemus *Stolarum Dianam*: ſic *Stolatum Uſſipem* à Caligula Livium vocatum, videmus. Conſule, præter Ferrarium laudatum, Bayfium *de Re Veſtiar.* Thom. Dempſterum *in Roſinum lib. 5. cap. 35.* Alios. Aliud quid erant Σπολίδες, rugæ vir, quas, in fine tunicarum certo modo atque ordine invicem nexas, vinculum retinebat: unde σπολιδωτὸς χιτὼν, *qui rugis buttonnieds & plicis ſtribanbatur*, ut ex Polluce docet idem Salmaſius ubi ſupra.

Stolbergia Familia, inter Germaniæ illuſtres, in Circulo ſuper. Saxonico, ſecundùm quoſdam auctorem habuit Ortonem Columnium, Juſtini Jun. Imp. militem A. C. 526. quem dominio Hercinæ Silvæ donatum eſſe perhibent. In ea lineas diverſas orſi ſunt Ortonis, ex Anna Com. Kœnigſteinia, filii Wolfgangus, Ludovicus, Henricus. Sed *iſte* orſus tantùm, nam non ufi ſitas (à quarum una Comitibus Lewenſteinis multa obtigere) genuit: *ille* duarius pro

duxit, ut cujus nepos Wolfgangus Georgius demum fato functus est An. Ch. 1631. *Hic* autem, Henricus viz. per filium Christophorum (ex altero enim filio Lud. Georgio natus nepos Henricus Voltrath, sine masculis extinctus est, An. Ch. 1641.) ad nos usque stirpem propagavit. Cùm enim is duos filios susceperit ex Hedvige Com. Reinsteinia, Henricum Ernestum, & Joannem Martinum, duæ iterum hinc lineæ ortæ sunt. Et quidem prior, ex Anna Elisabetha (Henrici Voltrathi præfati fil.) genuit Ernestum (1650.) Annam Eleonoram (1651.) & Ludovicum Christianum (1652.) Posterior Agnetem Com. Barbiensem sibi junxit, atq; ex ea pater fuit Christophori Lud. (n. 1634.) Sophiæ Hedvigis (n. & deo. 1635.) Henrici Guntheri (1637.) Friderici Wilhelmi (1639.) &c. qui omnes *Comites Stolberg* &c. E' quibus Christophorus Ludovicus, ex Luisa Christiana Hallæ Landg. suscepit Georgium (A.C. 1666.) & Christianum (1668.) V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Parte I. pag. 29. 95. in Ind. & Part. III. pag.* 86. plura vero hanc in rem, apud eundem *Artis Heraldicæ Parte Spec.*

Stolus Alexandrinus, in *l. 7. Cod. Theod. de Navicular.* ex Græco στόλος, classis est, de qua V. supra palum, inprimis in voce *Cataplus*, *Mustrix Mercx*, & ubi de *Rhopopolus*.

Stoma, apud Paulum Diaconum *lib.* 18. *Erant autem Arabum juxta posteriorem quidam, qui accepto ibant ab Imperatoribus regna pau-xillum, ad euphoniandum* ita ma *Eremi*: ingrestus deserti est ex Græco στόμα, ατος, τὸ; item *ostium*, de fluminibus, lacubus, stagnis, etiam de finibus maris, ut videre est passim apud Salmasium *ad Solinum*. Aliud est στόμωμα, *acies ferri*, Pittuo item *stomoma lib. 34. cap. 11.* posterioribus Latinis *Aciarium*, à verbo στομόω, quod *mucrare*, item *acuere* notat. V. eundem de variis στομώμασι generibus *pag.* 1084. & 1085.

Storax, apud Terentium *in Adelphis*.

Storax, non reditit hac nocte à cœna Æschinus:

nomen pueri est, *ab odore*, ut air Donatus. Στυρακὲς nim. in Græca fabula hic puer vocabatur. Est autem *Storax*, uti Virgilius vocat in Scylla,

Et fœtare *Idæi vinctus perfusa capillos.*

Seu *Styrax*, ut perpetuo appellat Plinius, arrantis species, per se odorata, cujus duo genera facit Dioscorides, alterum liquidius, alterum magis concretum, ad instar gummis, adeoque alterum ὑγρὸν, alterum ὑμμωδὲς. Nempe arbore à vermiculis, quos coccic-ios innasci, ἐγγίνεσθαι, ait Strabo, erosâ exinanitaque, & omni exhaustâ scobe cum plurimo succo, gutta seu lachryma, quæ postea egeri conlivit, eum gummis concrefcens, virgis illis lyricis exsentiatâre arundinis arboris adhærescit, quæ concreta erat, unde κρακόμενον, νόμμι Græcis dictus est, erat que puriffimus & mundiffimus, adeoque rariffimus. At ille, qui in terram diffilabat cum scobe arboris & corticis egestus ac effusus, immundus, & impurior erat, ac χυμώδης dictus est. In illo, ficciori fc. genere, albida & pellucida lachryma probabatur, & gummi fimilis. De hoc Dioscorides, probari dicit, τὸ ξανθὸν καὶ λιπαρὲς, μεταδὸν ὀδμὴν ἡδεῖαν ὑπολεῖον, καὶ ὡς τὸ μαλακώτερον κίνησιν ὑγροειδῆ παρεχόμενον, ἅπερ ἐστὶν ἐν μάλιστα τοῖς ἀκριβῶς ἔχουσιν, τοῦτο δὲ ἐστὶν ὅταν μαλακώτερον ἐκ τοῦ λιπαροῦ ἐστι, γραμμὰς ἐκβάλλεσθαι ἐπιδεχόμενον, *flavum & pingue, odorem suavem spirans, molle, & humidum motum præbens, quæ sunt maxime in iis, qui accurate se habent. Est autem malaxatur ac jubigitur, melleum quem am liquorem emittit.* Ubi liquor ille melleus, quæ *storace* premitur, nihil aliud est, quàm *liquidus storax*, quemadmodum e myrrha ὕπτιλιτ, qui exprimebatur liquor, myrrha erat liquida. *Stacte* hinc dicta, quæ per se unguentum faciebat, uti *storax*, quo capillos perfundi consuevisse, Virgilius supra innuit. Quæ duo malè Arabes & Neoterici omnia confundentes, dedici confundunt, ita ut gummi storacis vulgaris, cum myrrha, affinitatem, cùm *stacten* nullam jam habeamus, nec myrrha ipsa satis sinceré ad nos advehatur. Utebantur autem *storace* thymiamate Vett. in ceremoniis Deorum; Arabes etiam & Sabæi, acri ejus odore, ad odorum fuorum thuris & myrrhæ fastidia abigenda: qui præstantissimus è Panphylia advehebatur, in malfa & in pellibus hircinis ac faccis, non secus ac myrrha & alii gummium generis; quemadmodum hodie in vesicis aiffer aut mella, uti pluribus videre est, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 541. & *seqq.* V. quoque supra *Calamites Styrax.* A' *Storace*, dictum postea colorem ipsum *storacis*, vel *flavacio*, *flauracium*, unde *flauracina vestes*, apud Anastasium Bibliothec. & Hariulfum *l. 2. c. 10.* confer C. du Fresne, ut vidimus supra.

Storea, & *Matta*, recentioribus dicta est, quæ *tegiculum* Plauto apud Porphyrionem,

Amus hoc in pellis tegiculum protenditur:

quæ pellem fc. pro *tegiculo* habebat; fic enim ftramen vocabant, Donatus, *ejusmodi tegiculum dicunt Graci, quo insternitur pavimentum.* V. Salmasium *ad Capitolinum in Vero*, & supra in vocibus, *Matta*, *Psathum* &c. A' Græco στρώννυμι; à quo etiam στρῶμα, lingnum, quod *substernebatur* olim, ad ignem excipiendum, aliter ὑπόκλιν etiam dictum, V. supra, ubi de modo ignem eliciendi, Veteribus usitato, in voce *Ignitabulum*.

Stormaria, adde: Eam *Comitatus* titulo quondam insignitam, *Ducis* titulo à Friderico II. Imp. Christianus I. Daniæ Rex accepit: cujus tamen fe *Principem* jam ante hunc Henricus V. Schauenburgus publicis literis tulit, Tob. Pfannerus *de jurc. Germaniæ Principp. gentilium cap.* 11.

Straba seu *Strava*, apud Jornandem *de Rebus Goth. Strabam super tumulum ejus, quam appellant ipsi, ingenti cumulatione concelebrant:* ubi de Attilæ Regis sepultura, vox Gothica est, & pyram rogumque notat, ex armis & instrumentis bellicis conflatum. Hoc enim genus pyræ vocare & fuisse etiam ætate barbarâ gentes tales condere, fcribit Lucanus, laudatus Barthio *ad Statium Thebaid. lib.* 11. *vers.* 62. ubi *bellicum rogorum* Poëta illum, nil rogum appellat. V. F. Lindenbrogium *Notu ad Jornandem*, Kirchmannum *de Funeribus lib. 3. cap.* 18. nec non infrà.

Siragula Vestis, quando primùm Romam invecta, habet Plinius *lib. 39. cap. 6. Luxuria peregrina erigo, ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Iisprimum lectos stratos, vestem* stragulam *protiojam, pluviales & alia textilia—Romam advexerunt.* Ubi per *plagas* & *stragulum*, tapeta ea aulæa intelligit, *tapetia, prior.* V. *Paparius autem, est vestis discolor plumario opere facta.* Unde *Stragulatus*, dicti olim sunt Carmeliæ, aliter *Radiati* vel *Barrati Fratres*: donec Martinus Pontif. A. C. 1279. nomen eorum mutavit & habitum, convertens vestes *stragulatas* in capas albas, *Carmelitarum* indicta appellatione. Quæ de re V. Walsingbamum ann. 1281. Apud Appulejum, *Stragula vestis, auro ac murice Tyrio depicta*, cubiculares lectos inferni conlueviles, leguntur *lib. 11.* nec omnis triclinares & accubitales, apud Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 3. Inter munera quoq; Aureliano missa à Valeriano Aug. *tapetia Assa decem, stragula Maura decem*, aliaque memorantur Vopisco *in Aureliano*. Unde *stragulum*, quidquid insternebant: Et certè origiem vocis accessit à *stratum*, sicut *regula* à *rectum*, *regula* à *tectum* dicta, Becmannus *Manual. ad L. L. p. 171. & de Origin p. 310.*

Stramen, ex Græco στόμα, quod ex herbodeo optimum esse, habet Plinius, *lib. 18. cap. 7.* inter alios usus, quos capiti folia, contra Solis ardorem, æstivo tempore, tuendo, fed & calceandis quoque pedibus inservire, tradit de popularibus fuis Ben. Balduinus: Fiunt autem ifthmodi calcei è contufis contextisque fegetum calamis; quemadmodum vett. Ægyptii juncum marinum, Hifpani fpartum malleis contudere, quo facilius in funes contorqueri aut in ftrata contexi, aut in calceos compingi poffent. Item verò eorum ufum dominum fepti non egrefi, docet *lib. 18. cap. 7.* & *antepenultimo cap.* 3. Infuper fomnum Afcetis & mollitiem averfantibus gratiofo-rem reddit: in Sacris inprimis Vett. adhibitum. Sic apud Romanos Matronæ, quæ in cæfto ifi ds aut Cereris erant, & apud Athenienfes mulieres θεσμοφοριάζουσαι, quia per eos dies, quibus cæfum obfervabatur, à lectis fuis genialibus fecubabant, *ftramenta* habebant in templo, urplurimum farta iis herbis ac foliis, quæ caftati conducere exiftimabantur, iisque incubabant, uti diximus fupra in voce *Cadurcus*. Et cum propter hanc Cereris ftramen ex lino apud Cadurcos nato factam fignificaret, *poftmodum duravit in appellatione ftramenti*, uti loquitur Plinius *l. 19. c. 1. &c.*

Strangulatio Græce τραχηλισμὸς, in lucta olim & pancratio laudata eft, non minus ac ἀκροχειρισμὸς. Et quidem, uti in ἀκροχειρισμῷ, fine corporum complexu, manibus tantùm collatis ac conlertis, pugnabant, fic in τραχηλισμῷ, alter alterius cervici ac gulæ manus admovebat, veluti inftrumentum, ftrique folo iftiufmo. Unde inter præcipuos ludæ geftus ac conatus, memoratur ifta *tenuiter amplecti, loco movere, præfcare & in altum fuftollere adversarium*, apud Lucianum *de Gymn.* In quo dum etat Athleta, ὅπου ἂν τὰ λαβαῖς, *quando adversario implicitus erat*, dicebatur παλαιὸς & ἀγωνιὸς & παλαιστὴς, V. Cat. Palchalium *Coronarium lib. 6. cap.* 13. & intrà in voce *Subplantare*. Inprimis Pancratiaftes, etiam folo proftratus pugnabat tamen, & quà mordendo, quà depiiando, quà faucibus ftringendo, ad ferrum ἀπαγχόνιον ad ftrigere quare ideò Salmafius *ad Solinum pag.* 191. Sed & *Strangulatio*, atrociorisfuppliciigenus eft, de quo V. in voce *Pæna*.

Strata Montana, Germ. *Bergſtraſſ*, tractus terræ in ditione Archiepiſcopi Moguntiacenſis; à Diethero ſlenburgico, pro 100000. florenis, cum pacto perpetuæ reluitionis, oppignerata Friderico I. cognom. *Viſtorioſo*, Et. Paſatino An. Ch. 1463. pace Monaſteienſi A. C. 1648. item Weſtphalica art. 18. habit: Georg. Hermannus *Pol. Jur. tum Not.* L. Ottonis Monachi, 19. V. Spenerus, bello Friderici modò dicti, pro Diethero (quem Pontifex excommunicaverat) feliciter geſto, ad Palatinos eam devenifſe ait, *Syllogei Gen.* Et autem *Strata*, vox medii ævi, & ſignificat proprie viam publicam feu *ſtiæ munitam*, ut Suetonius alicubi ait: Gallicè *pavé*, Lac. Cujac o *ad l. 4. Cod. de priv. d-m. Aug* Cujusmodi viæ, *prius Panis, pâſt Romani per omnem penè orbem ſubſtruxerunt, præter veſtigia imperii*, ſive *pulvinaria* ejus, ut habet Procop. de quo ſenſu etiam Procopius vocem ulurpat *de Bello Perſico lib. 2.* ἡ Σκυθῶν γῆ ὁ ἱππόδρομός ἐστι &c. Inde ad quem vis viam defignandam translata eſt. V. Paul. Warnefridum *lib. 5. cap.* 17. Petrum de Vineis *lib 3. Epiſt. 69.* Bergerium *de Itinerariis Rom. lib. 3. cap. 54. & 3. 4.* ut & in voce *Strataburgum*.

Strategi, Gr. Στρατηγοὶ, inter præcipuos Athenienſium Magiſtratus, numero decem quotannis bello præficiebantur, ut Grammatici docent ex Ariſtotele & Hyperide. E' ſingulis Tribubus unum fuiſſe creatos, docere videtur *in Cimone* Plutarchus: Pollux verò *lib. 8.* Στρατηγὸς χειροτονῆται ἐξ ἁπάντων fcribens, non tam de omnibus Tribubus, quàm de omnibus Athenienſibus, deſumtos eſſe, innuit. Eligebantur diebus Comitialibus, qui anni vertentis ultimi

ultimi erant, à Populo, ut colligitur ex Æschine c. Ctesiph. Idque in Pnyce, etiam ubi Theatro extructo destitum est concionem habere, Poll. Hesych. Demosthenes c. Aristocr. ubi de Chabria Stratego: Nam quòd Cleo Boedromione mense id muneris nactus legitur, id extra ordinem factum, eo quippe sufficto in locum Nicis, qui ultro se hoc Magistratu abdicaverat. Atque is sunt, qui dicuntur Στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ ἄστυ, at ab aliis distinguerentur: Hi non omnes simul prærant, sed singuli in orbem suum imperabant diem, ut ex emplo Militiadis videre est, apud Herodotum & Corn. Nepotem; quanquam sæpe factum, ut penes eum esset summa authoritas, atque imperium, non in unum tantum diem & vicem suam, qui auctoritate aut peritiâ aut gratiâ apud plebem valebat plurimùm. Lege autem cavebatur, ut creandus Strategus agrum intra fines Atticæ possideret, & liberos legitimos aut jam haberet aut susciperet: Τοὺς Στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐκ γῆς ἐξ ἧς ἂν ὦσι τῆς ἐφ' ἑαυτῶν κεκτῆσθαι, Dinarch. c. Demosth. Nempe bona opportunitas rebus, liberique erant paternæ fidei obsides, itaque factum ali, quando, ut patria laederent delicta. Unde Themistocles etiam liberos equisse, ait Cic. Epist. ad Brutum, & videtur hoc respexisse Simonides Virgilianus, ubi de liberis suis loquitur ita,

Quos ilisfera ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, crudelem nunc interitum morte piabunt.

Postquam creati essent, ἐδοκιμάζοντο ἐν Βουλῇ καὶ ἐν τοῖς δικασταῖς, ut ait Magistratus; meminitque hujus Strategorum δοκιμασίας Aphthonius c. ult. Ubi verò approbati fuerant, jusjurandum concipiebant ex Lege, cujus hoc extat Caput. *Οὐκ ἀνὰ πᾶν ἔτος ὃς ἂν Μεγαρεικὰ ἐμβάλλῃ. Bis quotannis in agrum Megarem ito irrumpam*; quod additum esse, Charino rogante, paulo ante belli Peloponnesiaci initia, distimus ex Plut. *Periclē*. Idque ob Anthemocritum Præconem ab iis occisum. Quæ ita quidam accipiunt, Judices ἐδοκιμάζον, ita etiam rationes referebant. nisi Populus Athenienses eis voluisset Λυπηρὸς εἶναι (ficut apud Rom. Dictatores) ut creatus est olim Aristides, bello adversus Barbaros, Plut. in eo. Item Alcibiades, Nicias, Lamachus, apud Eund. Atq; hæc αὐτοκρατορία politica erat tum in belli apparatu adornando, tum in bello administrando: Id est, Militum habebant dilectum, necessaria ad bellum parabant, ipsum denique bellum administrabant. Unde Nepos, & Porro, si naves Sociorum intercipiebant, aut injuria illos afficiebant, publica adversus Στρατηγοὺς ἐπ' ἀδίκῳ institue bantur judicia, hæc Lege: Τὰς Στρατηγοὺς δεινὰ ποιοῦσιν οἱ πολῖται ἐὰν μὴ πολλὰ ἀδικοῦντα ἁλίσκωσι μεταλλάττουσι μεντοι Demosthenes ὃς ἂν ἁλῷ ἕν τι ἀδίκημα ἐς Χάριν. Primum itaque adversùs absentem Strategum plebiscito dabatur publicum judicium, quod ut institueretur Strategi presente opus erat; qui prom ante accessabat, mittebatur ἐκ Πάραλος aut Salamina navis, qua advehererur, Plut. in Alcibiade, ubi hunc, cum violatæ Religionis accusaretur, missi harum navium alteri è Sicilia, in qua Exercitui præerat, fuisse revocatum, tradit. Cujus motis etiam meminit Aristophanes *Avibus*, cum ait,

Ἥμιν σοῦ τὸν ἱδικαστὴν, ὃν ἀπενεγκὼν
Κλαυσὸς ἀγγεῖ ἰόντ' ἐς Σαλαμῖνα, &c.

Sequentibus verò temporibus, ut ait Suidas, Στρατηγοὶ Ædiles fuere, ut Athenæus scribit lib. 7. quod confirmat etiam Philostratus in Lollian. πρὶν ἢ ἐς τοὺς Ἀθηναίων ὁμίλους, στρατηγοὺς αὐτοὺς τὸν ἐπὶ τῷ ἄστει· ἐπὶ δὲ Λυκίᾳ αὖτη πόλιν μὴ προπετέως τε καὶ ἐξῳδὸν ἐς τὰ πολλὰ· τοῦ δὲ τεθρίππου ἐπιμελεῖ· ἀρχὴ γὰρ αὕτη ἀγορᾶς. ubi diserte olim quidem Militarem, tum vero Urbanum Magistratum hunc fuisse, ostendi. Plura hac de re v. apud Samuelem Petitum *Commentar.* in LL. Atticas lib 3. cap. 2. Recentiores autem ex Græca hac voce Στρατηγοὺς, Στρατίγους, Στρατίγους, &c. dictus est Latinis Scriptoribus paßim Præfectus seu Rector civitatis alicujus, vel provinciæ. Unde Strategi, seu Schola Strategorum occurrunt, apud Guil. Bibliothecarium in Hadriano II Gr. Στρατηγοὶ, pro Urbium Rectoribus, apud Harmenopulum lib 5. tit. 11. §. 19. Gregorius Protasbartius & Strategus universæ Dalmatiæ, apud Jo. Lucium A.C. 1036. Marianus Antiquatus Imperialis Patricius & Strategus, id est, Dux Calabriæ ac Longobardiæ, apud Leonem Ostiensem l. 2. c. 14. & c. 18. Hinc Strategotia Civitatis, Strategi præfectura, in Charta Friderici III. Siciliæ R. A. C. 1302. Στρατηγὶς & Στρατηγάτον Græcis recentioribus, de qua voce V. C. de Fresne ad Annæ Comnenæ Alexiadem pag. 399. Alias Στρατηγὸς, Dux exercitus in genere, unde Στρατηγικὰ, posteriori Politicæ pars, de re Militari agens, de qua legendus Onosander, quem transtulit Joach. Camerarius: Vegetius, aliique, quos P. Scriverius edidit. Leonem Tactica Philosophica cap. 19. §. 26. 27. 28. At Strategemata, scripsit è Latinis Frontinus: è Græcis, Polyænus, qui Antonino & Vero Imper. venustà dictione (Orator nempe & Patronus) octo libros condidit. de Strategematis Græcorum, Romanorum, Barbarorum: quem Scriptorem, ære suo emptum, primus Græcè edidit Isaac. Casaubonus, Idem ibid. §. 30.

Stratilates, apud Joannem Diaconum in *Vita* S. Nicolai Epist. Myrth. *Tres militiæ Principes, quos Dalapes* Stratilates *vocant*, ex Gr. Στρατηλάτης est: quâ voce *Magistrum Militum* indigitat Zosimus. Sic Jordanes, Arbadii principatu, Στρατηλάτης & Ἀναξάλης occurrit, *Magister militum per Orientem*, qui nempe pedites equitesque Magisterio suo per Orientis diœcesim tenebat, in vet. *Inscr.* apud Salmasium *ad Solinum pag.* 804. quem vide.

Stratiotes, Græcè Στρατιώτης, *Militares*, dicti sunt in Ægypto Hæretici, qui alias *Borboriani*, h. e. *canosi*, à scelerati simæ vitendi consuetudine, ex Valentini seminibus suboriti: De quibus V. Irenæum l. 1. c. 24. Epiphanium *Hæres.* 6. §. 5. ubi de Gnosticis, qui iidem, Theodoretum *Hæret. Fab.* l. 1. & supra in voce *Milites*.

Stratus, quas dicius fit olim, docet Suidas, quæ quum distinctè ponit Latinis *Stratores* vocatum, quia equos *sternerent*; Græcis, quia ab iisdem, quum equum ascenderent, in eum subiebantur. Ἀναβολὴς nuncupati: subjungit, Ἀναβολὴς εἶδός τι ὄφους Γαυλικοῦ καὶ ἁρματικοῦ. Unde colligas, *Stratores* officium fuisse, Principem equitaturum, in equum attollere; idque imprimis, ante repertum Stapiarum ulum, quibus postea inventis idem nomen, quod antea fuerat *Stratorum*, hæsisse. Ita & ls Cerda, *ad Virgil. Æn.* l. 12.

Aut corpora saltu
Subjiciunt in equos.

Saltu: inquit, *signate proprie*; *Nam apud Vet. nullus usus Stapedæ, aut jubis pedanei. Hispani quidem* Estribos *dicunt*: *sed Saltu stabat ascenso*: *Sembus quidem & Prin ipibus tollendis Vir erat huic rei præfectus, quem Spartianus in Caracalla & Ammianus l. 30. vocant* Stratorem, *Græci* Ἀναβολέα. *Inter equitandum autem pedes erant penduli &c.* Erigebant autem *Stratores* dextrà manu equo insessuros, quum ad latus divertierant, qu nctiam ibidem confidentes, quum demino præbebant, un de Valeriano apud Saporem Perfar. R. & de Bajazethe apud Tamerlanem captivis detentis legimus; bi enim non *Stratoris* proprie munere, sed stapedæ seu scalæ, fungebantur. *Stratores* vero fe pleburre, Conflantinus Sylvestro I. Frederices Ænobarbus Imp. Alexandro II. Wenceslaus Gregorio XI. Gonradus Urbano II. Paleologus Orientis & Carolus IV. Occid. Imperatores Urbano V. Friderices III. Nicolao V. Sigismundus Eugenio IV. &c. Pontificibus Rom. uti habet Dominicus Macer *in Hierolexico*, V. quoque supra, in voce *Staffa*. Nomen inde, quòd equum Domini *sternerent* hujusmodi ministri, eis; sellam ac stragulum injicerent: Nam & eorum fuisse, equos Imperatorios curare, auctor est Ammianus *l.* 29. V. Salmasium *ad Spartianum in Caracallo, ad Treb. Pollion. in Valeriano*, Vossium *de Vit. Serm. Lat. C. du Fresne Gloss. ad Cinnamum p.* 475. & supra in voce *Protoflatores*.

Stratores, addes: Ayudetorem erat cultui diæ rectorum cura, uti discimus ex *Cod. Theodos. de cultoribus rectorum*. Unde in *Passione* B. Cypriani duo Principes seu primates officii *Stratorum* Patrini Proconsulis Africæ nominantur, ad quos Cyprianus ad fructus eft: *Venerunt ad eum duo principes, quorum unus officii Galerii Maximi Proconsulis Stratæ & alius agat Stratæ, & à custodia eius dem officii, qui & in carricularum eum leva verterunt*. Paulo post, *Et ita Cyprianus duorum Principum & Stratorum quæstionalis eft*. V. Sanctum Bulengerum *in Capitolinum in Marco*. Hinc *Schola Stratorum*, de qua V. Macrum *in Hierolexico* Alii ab his, *Stratores loguncularum*, i. compositores, memoratur Jo. Calvino *in Lexico Jurid.*

Stratura, Græcè ἡ ἀπόστρωσις, nostris *Stratoria*, quem ἀποστολὴν Græcis appellatum lupra diximus, Salmasius *ad Popiscum in Aureliano*. Item species structuræ, illius potissimùm, qua pavimentum, & ea quibus incedimus, istruitur more. Ideoque non nisi hoc de re etiam num est, ut pavimenta lapidibus strata, *stratura* ex tabulis factis hyeme tegerentur tum ut commodior illus esset, tum ne marmora & lapides nimium paden refrigerarent. Qua de re V. Gœdeum *Com. ad l. malum metum*, 22. §. 4. ff. *de ver. & fig.*

Strava, leu *Strabo*, apud Jornandem *de rebus Getic* c. 49. ubi de Attilæ funere, quid fit Luctatio Statis Interpret, vid mus supra, in voce *Strabo*. At Wormius in *Monumentis Danic. l.* 1. c. 8. p. 36. ipium convivium, in honorem defuncti celebratum, hac voce innuiti contendit. Nec diffentit Martinus Schodelius *Disquisit. de Regno Hungar. c.* 181. qui ait *Stravam* elle vocabulum purum Scythico Hunnicum, quo Hunni filicernium, quod ingenti comeffatione celebrari consueverit, denotarint. V. supra quoq; in voce *Silicernium*.

Stravelici, pedites dicuntur feloperarii Ruslorum, in quibus præcipuum robur militiæ eorum consistit: Equites verò omnes tum ex Bojaris, ut vocant, id eft, Nobilibus. Et quidem in milite Russico laudatur imprimis obedientia, & laborum tolerantia. Paucis sunt contenti, alibo nonnuquam solo: ad oppida & castra defendenda aptissimi, in præsio campestri non eadem virtute polleni; quippe semel in Fugam verli adeò abjecto lunt animo, ut neque insequentibus resistant, hi et pollint. neque mortem deprecentur, sed propiùs ipsos fe occidendos hostibus exponant. G. Hortius *Orb. Politic. cum Not.* Menckenii pag. 45.

Strena, à Gr. στῆνος quod missa, ut quis luxurietur & in delitiis vivat, dabatur apud Romanos *die exigendo, omine boni evatii*, Fest. ubi eam *à numero, quo significatur alterum tertiumve, venturum similis commodi, veluti Trenam, præpositâ S. litera*, dictam ait. Meminit ritus Q. Flor. Tertullianus *lib. de Idolol.* ubi inter præcipua Romanarum solemnium festa, *Strenarum diem* fuisse in dicitur. Ultius & origo à Romuli tempestate. O. Symmachus *lib* 10. *Epist.* 28. *Strenarum usus addevit auctoritas Tatii R. qui verbenas sulcu arboris ex luco Strenia, anni novi auspices, primus accepit*. Receptam eandem Kal. Jan. folemnitatem, idem non obscure indicat, *eodem lib. Epist.* 20. *Kalendas anni auspices, quibus mensium recursus aperi-*

tur, imperti endis Strenis dicavit Antiquitas. His enim Kalendis amici lætis precationibus fautum sibi invicem omnabantur, Plin. Ovid. simulque boni ominis causa munera sibi mittebant, caricas, caryotides & mella, ut dulces dies anni à dulcibus auspicarentur rebus: ñipem item, nummum signatum, quæ omnia simul Strenæ appellarunt. Nec nomen hoc aliud quid, quàm bonum omen significabat, Festus lib. 17. Unde Plautus Sticho, Strenâ salvete, Bona fœvva, Strenua, obviam accelsit mihi.

Eo itaque die, qui Strenas mittebant, prodigi instar habebantur verba omnosa, ut piuribus docet Lipsius ad Tacitu Annal. Atque eam ob causam novum Consul, omine fausto captaturus, Annum novum inscipiebat, Aur. Cassiodorus Ia. Epist. 1. Statius Theb. l. 4.

—— Insigneq; aperit Germanicus annum.

Nec verò munera hæc, lætitiæ insignia, alio nomine, quàm Strenarum appellabant, venire fas erat: Proin Ulpianus, quòd Strenuidus, i. Distributionem largitionemq; voeasset, dictam à Rom. Strenam, à Cyonico reprehenditur, apud Athenæum lib. 3. c. 10. Dona hæc, auro dicta munuscula interpretatur, Symmachus lib. 10. Epist. 28. offert Iobeant Strenis à clientibus, uti dicimus ex Martiali lib. 8. Epigramm. 33.

Hoc linitur ſputo Jani caryota Kalendis,
Quam fert cum parvo ſordidus aſſe cliens.

Ubi Heraldus: Cum caryota ſimul & aſſem porrigebant pauperes. Nam munere anno ſipi Jano offerebatur: Sic & Diu ſuis peculiaribus ſingulis Kalendis pecuniolam aliquam porrigebant. Quod verò de ſputo ait Poeta, interpretantur nonnulli, crudia vel teſtorio, aut ſeri in deauvando ſputa vitè gummi uſit Aliud ubi ſuggeret, quod ſuprà diximus, in voce Sputum. Amici ſibi invicem, paſſim apud Auctores. Donec, conſtituta per Oct. Auguſtum Monarchia, mos inolevit, ut Senatus totaque Civitas, velut publico Parenti, Imperatori quoque Strenas mittere cœpit. Suetonius in eo, c. 57. Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro ſalute ejus ſtipem jaciebant, tum anno Kal. Jan. Strenam in Capitolio, etiam abſente, ex qua jumma pretioſiſſima Deorum ſimulachra mittebantur, vocatum dedicabat, ut Apollinem Sandaliarium & Jovem Tragœdum. Poſt quem mos idem fub Tiberio Principe retentus, teſte Eodem in Tiberio c. 34. Quotidiana oſcula prohibuit edicto, item Strenarum commercium, ne ultra Kal. Januar. exerceretur. Impudentius multo ſeurriliusque Caligula, apud Eund. cap. 41. edixit & Strenas inesunte anno ſe receepturum, ſtatimq; in veſtibulo ædium Kal. Jan. ut cognitudi ſuper ea re ſimul & ſpectaculum eum mantibus & gremiis turba fundebat. Adeoque non accipiebat modò Strenas Imppſea & emendicabant ſipes, ut etiam videre eſt in Auguſti vita, apud ſæpius laudatum Auctorem cap. 91. Interim non accipiebant modò, ſed & dantibus ſibi atque offerentibus Strenas pares aut majores reddebant. Sue tonius iterum Tiberio cap. 34. Conſueverat quidimplum & de manu reddere, ſub ſeſtinem, interpellatus & toto mense ab iis, qui poſtridiem ius dijs non haberent, ut ſuprà dixi, in voce Mane. Quæ omnia non amplius dantur, edicto perpetuo cavit, cujus quoque meminit Dio Cocceij. l. 57. quod ſimiliter fecerunt Cajus & primæ Eccleſiæ conſtitutiones cap. non obſervetis c. 26. quæſt. 7. Non obſervetis dies diu euntur Ægyptiaci, aut Kal Januar. in quibus cantilena quadam & conſſationes & ad invicem dona denantur, quaſi in principio anni boni fati augurio. Quòd ſcilicet & illud Tertullian. lib. de Idol. Saturnalia & Kal. Januarii & Strenæ & Matronalia celebrantur, munera commeant, Strenæ commeant, luſus, convivia conſtrepunt. Sed hæc de Strenarum abuſu, non verò legitima conſuetudine, intelligenda ſunt, quam utique imperatoria edicta admiserunt. Anaſtaſius Aug. Euſtathio l. A. C. de advocat. diverſ. Judi. cum. Laudabile vitæ, hominum neceſſarium advocationis officium maximè Principalibus officiis aportet remunerari, ideoq; jubemus ut nec Clariſſimus, licet, pro tempore, Patronus Veritus Cuſtumitus, ultimi die feſtivitatis Kalendarum Januar. ipſius tantummodo anni, quem per tale paruum officium, inter Spectabiles facri noſtri Conſiſtorii Comites, divinâ Serenitatis noſtræ manu puncti, conſequi ſolatia. Ubi Solatia gloſſa Accurſiana Strenas reddit: quanquam alii ex Ulpiano l. 1. ff. de Commun. præd. interpretentur laboris præmia, mercedem. De Strenis, præter conſuera ſalutia, ab Appio, miſſis Proſeſſoribus, diximus alibi. A Strenis diſtinguenda Xena & Apophoreta, de quibus ſuo loco. Præterea autem Strenæ Dea Strenia, de qua ille infrà. Addam ſaltem, tributi ſeu vectigalis ſpeciem, apud Dalmatas & Croatas, Venetis vel Hungariæ Regibus, quibus ſubinde paruere, ſolvi ſolitam, ultroneæ penſitationis, velut ſtrenarum, vice, dictam hinc fuiſſe Strinam ſeu Strinnam: uti diximus ex Jo. Lucio de Regno Dalmat. lib. 3. cap. 10. Auctor enim eſt Conſtantinus de Admin. Imp. cap. 29. Baſilium Imp. fuiſſe Dalmatis, ut, quæ Præſectus habebat ſolvi à Sclavis darent pacis causâ & Prætori exiguum quid dependerent, quòd debitam Imperio ſubjectionem teſtarentur. Sed & in urba Roma hodieque morem obtinere, ut ſtrenam, & quidem tatis importunè, ſervi ab heris ſuis exigant, quo de ſic Car. Macer, Tantus inolevit ſervilis inſolentia abuſus, ut quaſi de jure ſibi debitum proventum prætendat, quam Mangia vocant, unde inſolentibus Mortiſis. Auliciq; & Litigantibus ſunt proviſa tales Manſionum importunitates, in hac voce, quam apud Siculos, & Meſſenſes hodieque retineri addit.

Strenia, Dea memoratur Varroni de L. L. lib. 1. Cervlenſis à Carinarum junctu dictus, Carina, poſtea Cerionia, quòd hinc oriatur caput ſacra via, à Strenize ſacello. Item Feſto Pomp. lib. 17. Itaq; neq; eatenus quidem, ut vulgus opinatur, ſacra appellanda eſt à Strena, ad donum Regis ſacrificuli, ſed à Regis dono, ad jocalum Strenia. Quo loco imperite quidam Strenia legerunt: Nam Strenium Deam dicãm, quæ Strenia ſeu muneribus Kal Jan. dandis accipiendis præeſſet, auctor eſt Auguſtinus de Civ. Dei lib 4. cap. 16. Cui à ſtrenuitate aut bellica fortitudine nomen deductum, Id. Non. Marcellus cap. 1. num. 56. ex Pomponio in Pitboribus, Aſſidi,

Si qua eſt alia ventura Strenia ſpreuit.

Et hæc ratio, quòd Tatius, quem primum Strenarum auctorem fuiſſe vidimus, has accepit, quia ſtrenuis illas viris convenire judicavit. Sextus Rufus pag 229. Strenia, (ubi corrupté quidam Strenarepoſuerunt) ſacellum, in 4. reg. conſtitut: Alii ædiculam nominant. V. Joh. Rofinum Antiqq. Rom. lib. 4. cap. 5. & Dempſterum in eum Paraliporn. lib. 1. cap. 13. Calaubonum ad Athen. lib. 3. c. 18. & ad Suet. Aug. c. 57. Alios.

Strenua, adde; melius Strenia, V. ibi.

Strepitus, prænom. Gregorianus, cognò Griſea Utrepaja juvenis origine Ruſſus, à Polonis à prima juventa ad futuram ſcenam præparatus ac præceptis imperii egregiè imbutus, Theodoro M. Moſcorum Duce defuncto A. C. 1605. & Boriſſo adhuc Imperium invadente, è Schola Jeſuitarum privata progreſſus, Demetrii dudum extincti nomen ac perſonam adſumere, leſe legitimum hæredem jactare, apud vulgus fidem reperire, totius denique Ruſſiæ Monarchiam ſperi; quo eventu, vide quæ ſub titulo Demetrius I.

Stria, ana ſtringendo, an quod ſtriga quædam ſit certa cavitatis & eminentiæ? Hinc ſtriata columna, in quibus ſtrigles, vel ſtrigla (unt canaliculi, ſeu ſtriarum cavi, ut ſtria ipſæ, ſtrigæ & parates, quæ eminebant. Cujuſmodi ſtriis ſeu rugis, non fortè, ſed induſtriâ, factis, togas Veterum ante & retro multiplici contabulatione ſtrai & ordinari conſueviſſe, unobone vel umbilico omnes togæ plicas, quaſi nodo quodam, conſtringere, docet Salmaſius ad Tertullianum de Pallio c. 5. Græcis tunicas, quæ ſic ſtriabantur, σολιδωτὰς χιτῶνας, dictas eſſe, vidimus ſuprà in voce Stola. V. quoque infrà in voce Talia: de Striis vero columnarum, Savaronem ad Sidonium lib. 4. cap. 8.

Stricta Frons, apud Petronium,

Quid me ſpectatis cum ſtricta fronte Catones?

rugata eſt: ſubintelligi à voce, quam ſuppleri Appuleius Stricturas rugas frontem dicens, ubi non in ſtrictam legere malunt. Metaphorâ defumtâ à tunicis, quæ ſtrictæ Hieronymo, σολιδωτοὶ Græcis, rugas & plicaturas habebant, uti diximus. Unde ſtricta mentes, pro ſeveris & tetricis. Manilius,

—— & ſtrictis pondere mentes.

Et ſtricti Catones eidem,

—— nec crede ſevera
Frontis opus ſtrictis, ridet cum crede Catones.

At ſtricti, de avaris & ſordidis alia ratione dicuntur, apud Firmicum; ubi largis opponuntur & liberalibus: à veſtibus itidem, quæ corpori preſſe adhærent, σφιγκτὰ Græcis, ſtrictoria Latinis recentioribus, inſtaucorps Gallis dicta, translato vocis ſulu. Vid. Salmaſium ad Capitolinum in Maximo & Balbino, nec non ad Vopiſcum in Aureliano. Strictura vero, Nonio propriè ſcintilla ſunt, qua de ferro ſventi micant, cum tunditur. Item ferri in ſtrias, ſeu ſtamen, in varias ſuas fruta in unum coeunt: à ſtringendo & colligendo. Unde in ſtricturam cogi Latini dicebant, quod in maſſam ac corpus ſtringitur & ligatur, ac in unum coit, Græci συναυτὰν & vocarunt. V. quoque infrà in voce Strigiles.

Striderc, à ferra. dentibus, ſagittis inprimis, ad animas corporibus excedentes, ab Homero primùm translatum eſt, qui verbum τρίζειν de illis paſſim ulurpat. Unde ad vetum hunc Statii Theb. l. 4.

Hic ne tradiderit ſtridere ſagitta ſtridere ſagittæ:

ſic Priſcianus lib. 1. cap. 9. Stridor quoq; ſtridi facit — Lucan. 1. 7. Stridor ſonat in præſenti, quam præterito, producâm habet. Virgilius in VIII. — ſtridunt, cavernis Stricturæ chalybum. Lucanus lib. VI. Auribus incertum ferali ſtridet umbra — Actius in Alceſtide, Conſtridorat ferra. da rurſus inferra &c. Ubinotabilis hic poſtremus verſus eſt propter ſonum umbræ ſtridentis affectatum. Virgilius Æneid. l. 12.

Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub umbras;

longè conſideratius, Barbito ad Ovid. Trift. l. 1. vers. 70. ubi verba Stridunt animæ exponit &c. de quo Umbrarum Stridore V. notata Caſp. Gevartio ad eundem lib. 2. Sylv. 1. & Joſ. Antonio Salatio ad Petronium pag. 336.

Striga, caſtrenſe vocabulum, in qua equi ordine diſpoſiti tenebantur in caſtris. Imò & milites per ſtrigam ſub papilionibus tendiſſe, Hyginus docet Gromatico de Caſtrametatione. Erat enim Striga ſpatium in caſtris longum pedes 120. latum pedes 60. quod in duo ſemiſtrigia dividebatur, latitudine ſingula pedum 24. ex quibus decem dabantur Papilionis tenſuræ; quinque armis jumentis novem: inter duo ſemiſtrigia pedes patebant duodecim, qui conſertantium ſpatio ſufficerent. Sic Striga integra lata erat pedes 60. per longitudinem verò ſemiſtrigiorum, ab utroque latere, tendebantur decem Papiliones, qui ſinguli decem pedes occupabant, & pro incremento tenſuræ, ut intervallo aliquo ſepararentur, pedes binos, ſunt pedes 120. adeò quæ longitudo erat

unius

unius semissirigitatque strigæ. Sic dimidio longior, fuit strigi. In agris quoque dividundis *strigam* vocabant, quod in longitudine dimidio plus habebat, quàm in latitudine; ut *seamnum* contrà. Imò in genere ordo rerum continuatè inter se collocatarum, *Strigæ* dictus, Festo. Ab hujusmodi verò *strigis cassrensibus*, appellata lunt *Strigarum septa*, in quibus exercendi docendique consuevere equi, quos Circo præparabant: Nec illunde dicta *Trigarii septa*, vicina Equitiis, in IX. reg. urbis collocata Victori. In eadem equi *strigandantur*, alit Charisius Sosipater, & venales à Mangonibus videntur habiti &c. Sed & ipſi equi *strigare* dicebantur, cùm interquiescebant, quòd velut in *striga* positi cessarent. Alii tamen *strigarium*, à *striga* malunt deducere, quæ Ἴυγξ aut ἕλξις ſignificat, ut ſit Ἴυγγιον, in quo ſc. equi destringuntur, vel, quod idem eſt, *strigantur*: *Striga* autem à *ſtrigo*, pro *ſtringo* eſt, quod inter alia & Virgilio notat. Inde diminut. *ſtrigula* & *ſtrigilis*, à ἕλξις. Quo pacto *ſtrigam* etiam Latini etimoliam dixere, quâ utebantur ad deſquamandas ac poliendas veſtes apud fullonem. A *ſtrigatraque*, τῇ Ἴυγγῃ, dictus equus *ſtrigoſus*, malè habitus, impolitus, qui ſtrigâ nim. opus habet, à Ἴυγμὸς. Sic *ſtrigare* equum, eſt διεγκλεῖν τὸ ἵππον, & *ſtrigarium*, locus in quo ſtrigatur & reliqui exercitiis curatur, Italis hodie *Maneggio*. Inde & *ſtrigare* videri poſſit dictum, pro ceſſare & quieſcere: nec enim ceſſarendo, ſed ſtando curantur equi &c. Ab equis vox ad homines translata eſt, qui *ſtrigare*, b. e. reſiſtere, & reſtringere curſum dicuntur Plinio *lib. 18. cap. 19.* & Senecæ *lib. 4. Epiſt 31.* Unde *ſtrigillare* & *obſtrigillare*, pro & impedimento eſſe, apud Varronem *de Vita Pop. Rom. lib. 4.* & Ennium, Nonio laudatum. *Strigil. lib. 2.*

——*reſtitant.*

Occurrunt, obſtant, obſtrigillant, obagitant.

Hinc & *Obſtrigillum*, de annuli pala, & *obſtrigilla* loccorum, apud Plinium *l. 9. c. 36.* Quam in rem V. pluribus diſſerentem Salmaſium *ad Solinum pag. 55.* & *56.* Addam hoc unum, apud recentioris ævi Scriptores, *Strigam* quoque Veneficam dici, quæ & *Stria*. Unde *Striopertius*, qui pati nocturna ſacra deportare credebatur, in *L. Sal. tit. 17. §. 1.* an à *Striæ*, de qua voce infrà.

Strigilis, ut nitet olim inſtrumenta, quæ erant *Strigilis, Linteum, Guttus &c.* Seneca *Epiſt. 95. Vetemus lintea & Strigiles Jovi ferre, & ſpeculum tenere Junoni. Non quærat miniſtros Dius. Quidni? ipſa humano generi miniſtrat.* Juvenalis *Sat 3.*

——*Domus interea ſecura patellas*
Jam lavat, & buccæ foliorum excitat & ſonat unctis
Strigilibus, *pleno compoſite lintea gutto.*

Hæc inter pueros varie properantia, &c.

Nempe, qui lotum vel leſe exercitarum in Gymnaſium veniebant, majori ex parte ſpoliabantur in Apodyterio: poſtea horum nonnulli, & præſertim, qui vel luctarent, vel pancratium inire intendebant, in quarta Gymnaſii parte, quæ *Elæothelium*, Polluci Ἀλειψτήριον, Plin. Jun. *lib. 2. Epiſt 17. Unctuarium*, dicta, unguebantur, atque ita ad ſocium, ubi erat pulvis, tranſeuntes, pulvere conſpergebantur & ſeſe exercitationes diverſas diverſi prodibant. Poſtquam verò leſe, quantum lubuerat, exercuiſſent, ad Aliptrium revertentes, ibi à Mediaſtinis & Reunctoribus *Strigilibus* ferreis detergebantur, à quibus deterſione oleum, pulvis & ſudor, quæ deradebantur, ſimul mixta in uſum Medicum adſervabantur, & ab Atticis κρῖσις, ab aliis verò κονία, vocabantur. Fuere autem hæ *Strigiles* ferreæ, ut dictum, de quibus etiam Martialis *lib. 14. Epigr. 49.*

Pergamus has miſit curvo deſtringere ferro,
Non tam ſapa teret lintea Fullo tibi.

Sed & aureæ, argenteæ, corneæ, ebureæ, æneæ, ad ſtrigmenta hæc & ſordes Gymnaſiarum deradendas adhibebantur. Atque ænearum quidem, quo olim inter Trajani Imp. Thermarum ruinas inventæ ſunt, iconem exhibet Mercurialis. Similiter Pignorius antiquæ *Strigilis*, quam videſſe ait apud Nicol. Fabrizium, exemplum ſubjicit curioſo ſubjicit curioſo typo Appuleji *Florid.* verba ſpectat: *Juxtaq; honeſtam ſtrigilem, tectâ faſtigiatione clauſulæ, flexâ tubulatione ligulæ: ut & ipſa in manu cæpulo moveretur & ſudor ex eo vivulo laberetur.* Per tubulationem quippe ligulæ ſudor dilabebatur: Ligulam autem vocat partem incurvam ſuperiorem, quòd ſit non abſimilis ligulæ, oblonga, forniceata & contracta; cujusmodi argenteam eleganter elaboratam Romæ ſpectaſſe apud Læl. Pacchalium, inſcripſam CRESCENTIA, idem Pignorius tradit. Et hæc *Strigilis* parte Medici videntur uſi quoque fuiſſe aliquando. Scribonius Largus *Comp. 39. Ad auricula & tumorem & dolorem ſine ulcere, prodeſt herba uncolaru aut cucurbita ramentorum ſuccus tepens, per* Strigilem *in foramen auris dolentis infuſus.* V. quoque Plinium *lib. 25. cap. ult.* Balneorum *Strigiles* verò pleruque erant ſpongiæ, vel lineæ, neque communiter ſemper adminiſtrantur, ſed quisque propriam ſecum afferebat, ut inſinuat Perſius *Satyr. 5.*

I puer & Strigiles Criſpini ad balnea defer.

Quòd autem ſuprà Martialis dixit, *Pergamus has miſſe*, ſunt qui inde colligant, vel inventas primitus in illo Aſiæ oppido, vel plerunque inde *Strigiles* allatas fuiſſe. V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymn. lib. 1. cap. 8.* Laur. Pignorium *Comment. de Servis*, Fabricium *Romæ &c.* Quia autem hoc munere defungi inter alia quoque Parafiti amabant, hinc *ſtrigilem* illis & ampullam tribuit Plautus, V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 14.* Origo veci à *ſtriga* ſeu *ſtrigla* eſt, quo modo ſtriarum πτυχὴς ſeu cavos dictos eſſe, ſuprà vidimus. Sic enim & in *ſtrigilibus* canaliculi erant, quibus ſudor defluebat. Salmaſius ad *Tertullianum de Pallio cap. 5.* V. etiam ſuprà in voce *Striga*. At apud Plinium *lib. 33. cap. 3. Strigiles* vel *Strigiles*, ſunt auri parvulæ maſſæ, quod purum putumque un metallo vel ramento capiebatur: à *ſtringendo* vel ligandi notione, quòd aurum in has maſſulas *ſtrictum* ac per ſe coactum, nihil terreni admixtum haberet: ad quem locum V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1082.*

Strigilata Vaſa, in Gloſſa vett. ἐυφυεῖ; à *ſtriga*, ἕλξις, de qua voce dictum. Alia nonne, *Strigilatas ſtolas* vetrit συλλογὴν φιλῶν, apud Cedrenum, Salmaſius. Nempe veſtium rugas, quæ in *ſtrias* deducebantur ac ordinabantur, συλλογὴν, h. e. *tubulos*, Græci vocaverunt. Unde *dependula contubulatio*, in veſte lſidis, apud Appulejum. Sic itaque συλλογὴν φιλῶν, *ſtrigilata* ſunt, ſeu canaliculatæ, cùm in columnis ſtriatis *ſtrigilas* & *ſtrigiles* cavos ſtriarum appellari conſtet, uti dictum ſuprà in voce *Stria*. V. Salmaſium *ad Tertullian. ubi ſuprà.*

Strigmenta, V. ſuprà *Strigilis.*

Stringere Metam, totes Scriptoribus, ubi de Circo, pro artificio poſitum, eſt proximè ipſam rotas circum vertere, in quo magnum ad victoriam momentum. Unde Papinius Statius *Theb. l. 6. v. 44.*

Speravit flexa circum compendia meta
Interitus ductis Phœbeius augur habenis
Anticipaſſe viam, nec non & Theſſalus heros
Spe propiore calas; dum non cohibente magiſtro
Spargitur in gyros, dextero & evertit Orion.

Cùm enim ſepties in orbem circumagenda meta eſſet, qui brevior ego eam circumibant, curricula ſua abſolvebant citiùs: ſed artis hoc erat. Ovidius *Amor. lib. 3. El. 2.*

Me miſerum, metam ſtatioſo circuit orbe,
Quid fecit? admoto protinus orbe fubi.

Qui & ſiniſtrum mox obtorto, utpote interiorem, commendat errantı,

——*perdu bona vota puella,*
Tenda prece valida lora ſiniſtra manu &c.

V. Barthium *Animadverſion. ad Statium d. l.* Sed & *ſtringere*, de auro uſurpatum Vett. quòd igne conflatum in unam maſſam cogebatur, ut vidimus ſuprà in voce *Strigilis*: ut alias verbi notiones omittam.

Strigimaſcum, V. *Sterpiniaticum.*

Strix, apud Horatium *Epod. od. 5.*

Plumamq; Strigis;

Statium *Thebaid. lib. 7. verſu 511.*

Noctturnaq; gemunt Striges ——

Alios : Hebraicè בת יענה *bari jaana* eſt nonnullis, apud Jeremiam *c. 50. verſu 39.* qui ululæ quondam ſpeciem *Strigem*, & ἀλκυόνα ſic reddi Græcè, in *Gloſario* antiquo, volunt, eamque avunt ſolitudinis amantem, cujus voces triſtes ac ferales ſemper fuerint exiſtimatæ. Iidem *ſtrigum* proprium eſſe volunt τὸ τρίζειν, *ſtridere*, unde & nomen acceſſiſſe. Sic Ovidius *Faſtorum l. 6.*

Eſt illa *Strigibus nomen : ſed nominis hujus*
Cauſa, quòd horrendum ſtridere nocte ſolent.

Verùm nec τὸ τρίζειν, Strigum proprium, cùm & palleribus tribuatur: nec *Strix* verum animal eſt, uti vel ex Plinio conſtat *l. 11. c. 39. Fabuloſum enim arbitror de* Strigibus, *uberas eas infantium labris immulgere, eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit : ſed qua ſit avium, conſtare non arbitror.* Ubi quòd *de infantibus* habet, confirmatur ex Sereno *cap. de infantibus dentientibus & ſtrige vexatis.* Ubi tamen per *Striges* ſagæ potiùs intelligendæ videntur, quas, &cat Caprimulgum & Lilith, pueris corrumpendis inſidiari creditas, allio, alyſſo, vel terpi in collo ex anudo appenſa abigere ſe Romani erant perſuaſi. Certè Maleficæ fœminæ, & quaſi Lemures, *Stria* & *Striga* recentiori ævo, hodieque Italis *Strighe* vocantur. De *maledictis* verò, in Græcorum diris & execrationibus *Striges* advocari: Στρίγγ' ὀπιπεύουσι μετὰ νυκτὸς, τὰ σφέτερ' αὐχόμενοι ἔρια κτλ. apud Dalechampium *Not. ad l. Sed nec dubitamus*, ait Barthius, *primis Mundi temporibus, Damonibus omnia tacè tenantibus, viſibilia talia monſtra hominibus nonnunquam viſa fuiſſe, eosq; inſtitiſſe: cùm plurima antiquiſſima litera in talia confentiant, quarum conſenſus, etſi fabula res geſta ſint undiq; dilatata ætq; conſpla, varò non aliquid veri in penitori ſinu gerit. Animadverſ. ad Statium Thebaid. lib. 1. verſ 601.* Apud Abdiam verò, *Strix*, pro *leſtrix* poni, cùm ait. *Habebunt alias ſpinas, ſicuti ſtrix*, docet Salmaſius *ad Spartianum in Adriano & Capitolinum in Marco.*

Strobilus, Gr. στρόβιλος ſeu στρόβιλον, proprie *pineum* nucem ſignificat, qualem in inſignibus ſuis Auguſtam Vindelicorum præferre, ex Velſero diximus, *ſuo loco*: ob ſimilitudinem, inquit, genus, geſtamen ex auro Barbarorum quorundam. Ideo Beatus Rhenanus, cùm apud Tertullianum *lib. de vestand. Virgin.* putaſſet in prima ſua editione pro *Crobulos Barbarorum* legi debere *Serobulos*, quod diminutivum eſt à *ſerobe*, aurium nempe foramina, per quæ Barbari trajiciebant gemmas & anulos; in altera editione

editione reponit *Strobulos*. Et certe στρόβους Julio Polluci *Onomaſt. lib. 1. cap. 9. num. 17. & lib. 4. cap. 20.* Latine *turbo* redditur à Rud. Gualtero. Et apud eundem, *lib. 5. cap. 16.* στρόβιλοι, *Inaures*, in mundo muliebri, inter ὑπτια, λόβους &c. reponuntur, quas Interpretes *Rotulas* reddunt: Unde colligere eſt, Inaures fuiſſe formâ rotundâ; ſeu turbinatâ, qualis pinea nucis. Hinc Bartholinus Proverb. *cap. 15. vers. 12.* ex vulg. verſione, *Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem* ubi נום זהב וחליכתם Schol. ὀνύκιον χρύσεον καὶ σπυρὶς χρυσῆ. *Inauris aurea & pinoſis aurea*: per *Pinoſin* intelligi poſſe ait, ſtillum modi Inauris pineæ, pineæ nucis ſeu *Strobili* formam referentem. Niſi meliùs per *Pinoſi* Hieronymus vertat *Margaritum fulgens*, L. XX. σπυρὶς πυκνὴ. Chald. Paraphraſtes, *vaſa ſmaragdina*, V. Caſp. Bartholinum *de Inauribus Veterum cap. 3.* Sed & Σταφυλοδ., ſaltationis genus Vett. & quidem ex fœdis fuit, à *verſatione* nomen nactum. Eodem vocabulo motus is infignitus eſt, cùm in modum *turbinis* verſarentur, quod bo-hieque fit. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poëtices lib. 1. cap. 18.* ubi de *Saltatione*.

Strobus, arboris genus, apud Plinium *lib. 12. cap. 17.* Petunt & in *Carminibus arborem* ſtrobum. *ad ſuffitus perfuſam vino palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad ſolum jucundus, ſed aegrovans capita, citra dolorem tamen. Hoc fumnum agri quarunt. His commerciis Carras oppidum apertuere, quod eſt illis mundinarium &c.* Recentioribus *ladanum Arabicum* eſt, qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag. 363. & 367.*

Stroma, Græcè στρῶμα, culcitra eſt five ſtratum variis coloribus contextum; hinc titulus Operis Clementis Alexandrini, obrerum in eo contentarum variietatem, ſic dicti. Quam ob cauſam & ipſe Auctor Στρωματεῖς à Græcis paſſim vocatur. *Olto autem Στρωματικοὺς libros* habemus, uti videre eſt in voce *Clemens*.

Strongyla, Salmaſio ſtatua dicta eſt pectore tenus, quæ ſcuto rotundo contin-batur. Unde is apud Tertullianum *lib. de Pallio, Autem quoq; ſtratu effeminatus, quod illi apud Spartianum* στρογγύλη *ſtrongyla*, leniùs manente eodem. Sermo enim ibi de ſtatua Achillis, quam apud Sigæum Inauribus ornatam monuit Servius *ad Æneid. lib. 1.* ubi ait, *apud Sigæum Achillis ſtatuam ſuiſſe, quæ in ima aure parte elenchum more ſæminæ habebat vir*: Id quod Tertullianus dixit, *Autem ſtratu effeminatus*. Vid. eundem *ejusd. lib. cap. 10.* Ex Græco στρογγύλη: quo modo ſolutè Scriptor is vocavit τὴν ἀσπίδα τὴν στρογγύλην, quia ſolus voluit ea te expreſſus. Ἀσπὶς ἀλλὰς & ἀσπὶς ἐτιλὴς appellatos eſſe, & ἀσπὶς στρογγύλη Græcis, notum. Latini *Clypea* vel *Clypeos* appellarunt, qu rotundi ſunt. Nempe στρογγύλον, *teres* eſt & rotundum, στρόφιον Unde στρογγύλης nuces. στρογγύλα melopila, & στρογγύλοι, genus animis, à figura dictum, ut Bolites lapis. V. iterum Salmaſium *ad Solinum pag. 708. 869. & 1166.* ut & ſupra in voce *Clypeus*.

Strophium, item *Stroppus*, ut Attejus Philologus cauſatur, Gr. στρόφιον, vocabatur olim, quod Sacerdotes ea lei Flamines in capite habebant pro infigni; ex Gr. στρέφω, quod eſt aliquid contortum. Feſtus eum Scalig. qui & in *Conjectaneis ad Varronem*, ſic de Flaminum pileo, *Torus pileus*, inquit, *vel potius velamenta Flammeum di cebatur: unde Flammes dicti. Porrò definebat in conum, unde Apex dictus. Summum autem faſtigium vocabant Tutulum. Addebatur virgula ex felici arbore, qua in Flaminibus dicebatur* Stroppus, *in Flaminiis Inauris* στρόφιον *vocabatur*. Quidam hunc *Stroppum* & *Strophium*, coronam vocant, aut quod pro corona inſigne capiti imponebatur, fuiſſe ajunt. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 3. c. 15.* Etiam *Stroppi* reperiuntur, ſerta ex foliis contexta impoſitaq; Idelorum capitibus, apud Iſidorum *Etym. lib. 19. cap. 4.* Imò coronæ ex faſcia torti, ſeu torilles coronæ ex faſciis implexis. Sicut enim Regales faſciæ, h. e. diadema ita, late: ſic Sacerdotales tortilles extant hinc quæ στρόφια vocabantur: unde coronis illis ſimilia. Nempe *lib. 31. cap. 1.* nomen, cùm ait, *Quadam corona per coronas currunt; tenuioribus utebantur antiqui*, ſtroppos *appellantes, unde nata Strophiola*. Nempe duæ aut tres tæniæ invicem tortæ hujusmodi coronam faciebant, quod is ait, *quasdam coronas per coronas currere*. Nam tortidem coronæ, quot tæniæ tortæ. His uſos fuiſſe antiquos Romanos ſcribit, nondum ſe, invento coronas è floribus texere: quin & ipſum vocabulum *corona* tardè communicatum ſuiſſe, addit. Sed & Græci στρόφια interpretantur στεφάνων εἴδη, στροφίολας, *ſtrophiola*, *ex mitis exortulorum, in veſtium ſcitulatura* recenſet Hero, lora fic vocans, ut videre eſt apud Salmaſium *ad Solinum pag. 371.* V. quoque Car. Paſchalium *in Coronarum libris*. Alias *Strophium*, teſte Nonio, *brevis fuit faſcia, virginalem papillarum tumorem cohibens*. Licèt enim Vitr. in calceis & in capite & in cruribus faſcias ferrent, tamen mulièbre proprié id geſtamen fuiſſe, ex Sacris quoque patebit. Hinc apud Prophetas legimus, *Nunquid oblivisetur virgo ornamenti ſui & Sponſa faſcia pectoralis?* Item, *pro faſcia pectorali ciliciam*: quæ faſcia pectoralis nomine *Strophii* Latinis Scriptoribus ſæpiſſimè venit. Meminit ejus Cicero *de Aruſpicum Reſponſ. Clodius à crocota, à mitra, à multicribus foleis purpureisq; faſciolis, à Strophio, à ſpaltrio, à flagitio, à ſtupro, eſt factus repente popularis*. Turpilius *in Philopatr. Me miſeram, quod inter tuas epiſtolas excidit mihi inſilix inter tuniculam & Strophium collocatas*. Catullus,

Non contella levi volitarum pallua amictu,
Non tenui Strophio lactantes vincta papillas,

Ubi Dempſterus *Nec terus*, legit. Sunt ingebantur veriſimiſtemodi faſciis, quo graciliores appareremt, Virgines. Ita capiendus Claudianus *in Eutrop. lib. 2.*

Stat tamen, at, alias ſuccingit lana miniſtras.

Et *de Conſul. Honorii 6.*

—— *Virtûs, angustias faſcipit pectus.*

Ubi tamen de ægide potius, quæ pectori, velut ornamentum neceſſarium, imponebatur, quàm de *Strophio*, loquitur. Diſertiùs Terentius *Eunuchо Actu 3. Sc. 5.*

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas
Matres ſtudent
Demiſſi humeris eſſe, vinclo pectore, ut
Graciles ſient, &c.

Intra has faſcias, furtivas recondidere puellæ laſcivientes epiſtolas, ut ex Tupilio jam dictum: & confirmat Ovidius *lib. 1. de Rem. Amoris*,

Conſcia cùm poſit ſcripta portare tabellas,
Quas tegat in ſpiſſo faſcia lata ſinu.

Ubi has faſcias *latas* fuiſſe, indigitat: quemadmodum de colore aliquid colore ſuggerit Appuleius *Metamorph. lib. 2.* *Ipſa lineâ tunicâ mundulâ amicta, & ruſſeâ faſciolâ prænitente altiuſculè ſub ipſas papillas juccincta*. Et mem miſſe *purpurearum faſciolarum* Varronem, ſupra vidimus: Thom. Dempſterus *Paralipom. in Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 35.* Hinc *Strophiarii*, mercatiPlauto, ubi fœminei luxus inſanam multe tradit. *Aululariâ Actu 3. Sc. 5.*

Petunt Fullones, Sarcinatores petunt,
Strophiarii aſſiant, aſſunt Semizonarii;
Jam hoſce abſolutos cenſeo: cedunt, petunt.
Trecenti cùm ſtant Phrygiaeſtæ in Atrio,
Textores, Lumbularii &c.

V. Oſav. Ferrarium *de Re Veſt. l. 3. c. 21.* Apud recentioris ævi Scriptores, pallium virginale *Strophium* vocari docet C. du Freſne *Gloſſ. Structor*, Petronio Arbitr. qui ſercula *puerorum manibus allata aptè diſponit*. Juvenalis *Sat. 7. v. 184.*

—— *Veniet qui ſercula doctè*
Componat ——

Quæ itaque Coquus elaboraverat, collocabat *Structor*. Unde iterum Petron. *Suſpenſi, propium corvuntenti, materia* Structor *impoſuerat pallium*. Gr. ὁ στρωτὴρ δεῖπνου dictus, apud Athenæum *Dipnoſoſiſt. lib. 4.* Ὅθεν ὁ βασιλεὺς ὁ αὐτὸν πέμψας ἄριστον ἔχων τὸν ἐπὶ Ῥωμαίων καλούμενον Στρώτορα, id eſt, *Juba Rex eundem cenſet ſibi menſæ curatorem, quem Romani* Structorem *appellant*. Et hunc famuſtiti miniſterialis Præſulem videtur conſtituere Macrobius *Saturnal. lib. 1. cap. ult. Inter hæc ſervilis moderator obſequii, cui cura vel adolendi Penates, vel ſtruendi penum & diſtribuendi cibum, vel ſuppeditandi, admonet dominum familiam pro ſolennitate annua morsipulatam*. Virgilium autem imitatur Martialibus, qui ſic *Æneid. lib. 1.*

Quinquaginta intus famula, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere Penates.

Ubi Servius, *Struere*, inquit, *ordinare, componere: unde & Structores dicuntur ſercularum Compoſitores*. Donatus verò, tocurationem Cellarii, & Deorum Penatium cultum interpretatur. Quæ ſequuntur,

Centum alia, totidemq; pares ætate Miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent & pocula ponant:

de Infertoribus & Pocillatoribus accipienda ſunt. *Structoris* enim erat componere & ſervare ſercula, non inferre. De eodem Seneca *lib. de Vita beata cap. 17. Quare Aviſe, apud te miniſtrare: nec temerè, ſi, ut libet, collocatur argentum, ſed peritè ſtruitur*. Plautus *Menæchmis, Actu 1. Sc. 1.*

Cereales cenas dat, ita menſas exstruit,
Tantas ſtruices concinnat patinarias, &c.

Dum autem Seneca pergit, *Et ſi aliquo ſemendo obſonii Magiſter*: Sciſſorem quoque habemus, quem uoà cum *Structore* producit: ut & Juvenalis facit *Sat. 5. vers. 120.*

Structorem *interea, ne qua indignatio deſit,*
Saltantem ſpectes & Chironomanta volanti
Cultello, donec ſcrupea dictata Magiſtri
Omnia.

Quamvis enim partes hæ aliquando ab ipſo Tapulla ſeu convivii Magiſtro, nonnunquam à Coquis obirentur, communius tamen erat, ut ſervi edocti inſpectantibus convivis ebos dividerent. Sed de *Sciſſore* dictum ſupra, in hac voce, ut & in voce *Carptor*. Sunt quoque, qui Architectum *Structorem* vocent, ſeu potius Architecti Miniſtrum, Abdias *Hiſtor. Apoſtol. lib. 9. ad Domino*, inquit, *meo Rege India miſſus ſum, requirens Artifices* Structorem, *qui ei palatia poſſit ædificare*. V. quoque D. Zenonem *c. de prac. Attende ibi, & plura hanc in rem, apud Laur. Pignorium Com. de Servis*, Tit. Popmam, *de operis Servorum*, Dempſterum *Paral. in Roſinum l. 5. c. 29. Alios*. Hinc *Structores* conviviorum ἀναβολεῖς *olim* eleganter vocat Heſychius, qui Græcè propria voce σκευοποιοὺς dicebantur, Eoſi frequens in *Inſcr.* mentio eſt. Quid autem *Structura* proprié ſit, V. apud & hic infra.

Struſtura,

Structura, Latinis quod à lapide *ſtructum* eſt. Ejus vulgatiſſima olim genera tria, *Latericia*, à δόμῳ δομάω; *Ordinaria*, ſimilis laterítiæ, ſed ex lapide duro vel ſilice, quam ιχνογραφὴν dixit Conſtantinus; Tertia ex *lato quadrato*, quam τετραγωνικὴν λίθου idem appellavit. Et quibus *Lauri* ſa & *Ordinaria* aliquando commiſcentur. *Ordinaria* ſi dicta eſſe τὸ ἰχνόγραφον. Ex latere, ſi ſilice ſtructa eſſent, diſcimus ex Vitruvio, quem de hac re pluribus vide, ut & Salmaſium *ad Solinum p.* 1230. & *ſeqq.* ac ſupra paſſim.

Struex, memorata A. Gellio *l.*10. *c.* 15. ubi de ceremoniis Fabimini Diali impoſitionis loquens, inter alia ait, *Neque eo in lecto cubare allumſas ſibi, neque apud eos lecſti ſaſcrum capitulum eſſe, cum* Struc *atque ſertaſoporis &c.* genus fuit libi, cujus in ſolo trocta farinacea mixta, velut torulı aut digiti, ordine *ſtructa* & ſerta conjuncta adponebantur: ut in Sphæriſta ſphæra vel globuli multi, in ſolo placenta, ponebantur. *Fertum* verò, quòd ad ſaſcrificium ferretur, interpretatur Verrius: *A ſli Fertum* legunt. ut libi genus ſit, intus aliquid re farciri ſolitum. Et conjungitur etiam in antiq. *Inſcripti*. utrumque, *Porcam. & agnam ſtruibus & ferſis*. Antonius Thyſius *Notis in Gell.* Salmaſius *Fertum* exponit *bonum*, τὸ χρηστὸν. Antiqui enim *Fertum*, & qui eos ſequuti, *Fertum*, pro *bono*, dixere. Hinc compoſitum genus libi *Struſertum*, quaſi *ſtruus bona*; quemadmodum παγχρηστὸν Græcis quoque liba dicta *Suidæ* v. *cum ad Sallustii p.* 1205. A *Struſertum*, ducti ſunt *Struſertiarii*, homines conducti, qui ad arbores ſulguritas aut piacularium commiſſorum causâ, *ſtruc & ferſto* ſacra faciebant, Feſtus.

Strumas ſanandi donum, Regibus nonnullis, uti quidam ferunt, Divinitus conceſſum, quale ſit, exponcre conatur pluribus Chriſtian. Becmannus *Notit. Dignitatum illuſtr. Diſſertat. V. cap.* 11. §. 4. & *ſeqq.*

Struthea Mala, Græcè στρούθια, apud Plautum *Perſa*, *act.* 1. *ſc.* 3.

Commiſce mallum, ſtruthea, calabeaque appara,
Bene ni in ſcuris concaleat ——

de genere ſunt cydoniorum malorum, de quibus Plinius, *Minora*, inquit, *ex eodem genere ſtruthia odoratio vitorum*. Alii contra majora coronea ita appellari volunt: in quibus Dioſcorides ὀλυνθοὺς vocat minora Cydonia, & diſtinguit a majoribus, quæ *Struthea* vocat. *Coanacea* vulgò appellant Galli, nunc tamen, qui Cydonia mali eadem cum *Struthea* fecerunt, ut Nicander & Philemon, quem notat Athenæus τὸ κυδώνιον μῆλον στρούθιον καλεῖν. Qua de re V. Salmaſium *ad Solinum p.* 710.

Struthio, ſeu *Struthiocamelus*, avis omnium maxima. ex Græco στρούθος, i. *paſſerculus*, στρουθὸς quoque Græcis paſſim dictus, i. e. *paſſer*, unde & *paſſer marinus*, in Plauto, Auſonio, Feſto, aliis, per ironiam hyperbolicam. *Struthiocameli* verò appellatio vix ante Strabonem uſurpata reperitur: nili quod Di. dorus, paucis antè Neroniis, eam videtur deſignaſſe, cum *lib.* 3. narrat, quodnam eſſe in Struthophagis avis genus, *quæ minimo habet naturam tum animali terreſtri, ac proin compoſitum nomen adepta eſt*. Apud Hebræos duplici voce inſignitur, mas enim *thachmas*, i. *inſiquus & impius*, quia prolem ſuam negligit, *Jobic.* 39. *v.* 17. fœmina verò *bathſjaana*, quaſi *clamoſum* dicas. aut *filiam clamoris*, apud Laet. *Amerie. l.* 15. *c.* 7. De iis Plinius *l.*10. *c.*1. Struthiocameli Africi vel Æthiopici ardentiſſimo equitis inſidentis equo excedunt, celeritate virtute, ad hoc edentum datis pennis, ut curnentem adjuvent: cæterum non ſunt volucres, nec à terra tollunturi. Unguibus ceu cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ. comprehendendis lapidibus utilcs, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus Concoquendi fine delectu devorata mira natura, ſed non minor ſolliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla fruticc occultaverint, latere ſe ſcrutinantibus. Præmia ex his, quos præcurſu amplitudinem, pro quibusdam habita aſſis, conoſque bellicos & galeas adornantes pennæ. Cujusmodi ovorum, (quæ inter præcipua Meſquitarum Turcicarum ornamenta hodie habentur) quadam, candidiſſimæ teſtæ, ſolidæ adeò ſubſtantiæ, ut in lapidem coaluiſſe videantur, quorum maximum palmum in diametro complet, aſſervari in Muſæo Kircheriano, docet in *Deſcript.* ejus Georgius de Sepibus *p.* 34. Uti autem pennæ eorum galeas etiamnum ornant, ſic pellibus illorum olim pro ſcutis & thoracibus in bellos Arabes, in venationc vero, hac illos ſagittas ſubſtituti, Struthophagi uſi leguntur. Sed & ipſi, vivi mortuique, homini inſervire didicerunt. Στρούθιον enim συναγελάζεται ἑαυτοῖ, *Struthionum bigas octo*, in Ptolomæi pompa, proceſſiſſe. narrat Callixenus Rhodius apud Athenæum *l.*5. quemadmodum *ſedentem ingentibus ſtruthionibus rectum eſſe, & quaſi volitaſſe Firmum*, narrat in eo *Popiſcus*. In Sylva Gordiani memorabili (de quo Spectaculi genere infrà dicemus) *ſtruthiones Atauri miniati CCC.* memorantur Capitolino: miniari autem ſolebant Romæ, quæ ad ſpectacula aut pompam producerentur, uti conſtat ex Plinio. Et nota Commodi in *Struthionem* venatione dexteritas, ex Herodiano. Mortui etiam fuerunt, non Judæis quidem, utpote Lege prohibiti: aliis tamen. Sic de Heliogabalo Lampridius, *Struthiones*, inquit, *& camelos exhibuit in cœnis aliquoties, eſſe dicens præceptum ſui Dei, ut ederent*. Uti veram lectionem reſtituit Bochartus, cùm aliàs pro *ſui Dei*, legeretur *Judæi*, perperam. Imò *ſexcentorum ſtruthionum capita una cœna mutiti menſis exhibuiſſe, ad edenda cerebella*, cundem, habes *ibid.* Firmus etiam unum integrum cœna vice comeduſſe legitur, apud Vopiſcum Qui ambo in Syria hutic cibo aſſueverant. Ut de Afris, Arabibus, Indis, Perſis, Struthophagis, quibus vel caro illorum, vel ova in deliciis fuere, nil dicam: petenda, ut & plura alia hanc in rem, ex Sam. Bochario *Hieroz. Parte poſter. II. cap.*14. ubi de *Struthione fæmina*, *c.*15. ubi de *Struthione mare*, & *c.*16. & 17. ubi jobi locum de *Struthione* agentis, *c.*39. *v.*16. & *ſeqq.* eruditè explicat E' quo hoc unum addo, de ſtolliditate ac celeritate hujus animalis. Nempe, cùm cætera animantia cibus naturæ ſuæ congruos deligant, hoc quodcunque ſe offert, ferrum, oſſa, vitrum, lapides, terræ glebas, carbones, candentes prunas, gemmas ex adilantium arbibus pendentes, ſine ullo delectu vorat. Dein, cùm caput inter fructices abſcidit, latere ſe totum retur. Porrò, cùm alli ſtruthiones arcu venentur, alii pellibus eorum id faciunt: nam dextram manum colli pelle induunt, atque eam ſic movent, ut animalia collum; ſimiſtra verò femen ſparguntur, ab appenſa pera eductum, quo avem ſimplicem allicientes in convalles detrudun; Strabo *l.*16. Sed & ova dereliquit ſua, & cùm breviſſime ſit memoriæ, loci ſtatim obliviſcitur. Quare ſemina in ea incidens ſive propria, ſive aliena, incubat & calefacit, Leo Africanus *l.* 9. Quò tandem facit, quod corpus ingens, collum longum, caput exile, cerebrum ei fere nullum ſit: unde apud Arabes Prov. *Struthione ſtultior*. Interim faluti ſuæ celeritate conſulit. Cyri namque equites onagros & capreas in Arabia capiebant, Struthiones verò nullo modo potuiſſe aſſequi, refert Xenophon *Anabas. l.*1. Hodiequc una eſt ſpecies equorum, qui *Arabici* dicuntur: Iſ ſunt mire veloces, nec majus ullum eſt eorum celeritatis exemplum, quam cum ſeram Lampeti nomine, aut Struthionem camelum aſſequi ntur. Idco talis equus mille ducatis aureis, aut centum camelis, æſtimatur. Sed in Barbaria tales pauci ſunt, Marmolius *l.* 1. *c.*13 Nempe non *capite* ſolum, *alis & caudæ elatis ſtuis* hæc avis, uti Arabes ajunt, ſed & ſele ipſa ad curſum incitat, ipſcuſis quibusdam oſſeis, qui ſub alis latent & iis pro calcaribus ſunt &c. V. quoque Voſſium *de idol. l.*3 *capp.* 49. 55. 59. 62. 65. 83. & 92.

Struthion, Græcè Στρούθιον, herbæ nomen, vulgo Græcorum hodie καλογέρου, & *pulchrithudine* ut. & ſimilitudine alarum *paſteris*, quam præfert foliorum ſitu: *flores æſtate, grata aſpectu, verum ſine odore*, uti de illa habet Plinius *Hiſtoriæ Naturalis lib.*19. *cap.*3 hinc in coronas expetita, & quidem eas, quæ ex uno flore conſtantes, illius nomen ſibi ſumebant, C. Paſchalius *Corn.*2.*c.*14. Inluper lanis lavandis bona fuit. Heſychius, Στρούθιον, πόας τὶς ἐν ὕδατι φυομένη, ἐφ᾽ ἧς ἔριον ἐκτίλλουσι. Unde lanæ στρούθιοι ἔρια dictæ, cum herbæ hujus radice lavabantur. Eadem quoque καθαρτικὸν propterea, hodieque nonnullis *Sapunaria*, appellatur. Quàm cum Plinius *radicosa* nonnine inſignivit, quæ magna eſt radix, & eam tingere aſſeruit, quidquid eſt quod cum ea decoquitur. cum radicula Syria confudiſſe convincitur ex qua mulieres genis rubro fucandis medicamentum olim conficiebant, Salmaſius *ad Solinum p.* 1165. V. quoque ſupra in voce *Radicula*. Cœterum vox στρούθος, de omni ave, minuta inprimis, unde στρουθοκάμηλος ancipes, apud Græcos occurrit, idem *ibid. p.* 444.

Strychnos, planta tartilima, hoc quoque ignota, Dalechampio ad Plinium *l.*21. *c.*31. infanſiam facit, parvo quoque fucco. Quanquam & Græci auctores in jocum vertere. Drachmæ enim pondere ſulum pudoris gigni dixerunt, ſpecies varias imagi nesque conſpicuas obveriari demonſtrarates. Duplicatum hunc modum legitimam infanſiam facere. Quidquid verò adjicia tur ponderi, mortem elle: Salmaſio *Solanum* eſt, V. ſupra.

Suymon, oppid. Thraciæ. Scholiaſtes Callimachi *Hymno in Delum*, Σκεψιανὸν τετρασὶ τὸν ἐν Θρᾴκῃ Σύμωνα. Item regio, de qua Plinius *l.*5. *c.*32. Equus quoque, apud ſtatium *Theb. l.*6. *v.*

Auuit & Herculeum Strymon *Chromin. Eunem audit*
Ignem Æthion ——

Cœterùm *Strymoniæ angullæ* in pretio, non olim ſolum fuere, uti docet ex Antiphanis *Thamyra* Athenæus *l.*7. *c.* 13. ſed hodieque ſunt, referente Bellonio *Obſerv. l.*1. *c.*55.

Suuari, nomen Regiæ in M Britannia Familiæ. In qua Roberatus *Suuarius* (quod nomen oſſicii prius, tranſiit in nomen familiæ) Mariâ Davidis II. ex Bruſſia, Scotiæ Regis, ſorore genitus, hoc extincto, Regnum nactus eſt A. 1370. Ex eius progenitribus Malcolmi frater Ferquharres Thanus vel Princeps Loquuhabriæ fuit; primusque V Valtherus *Stuarti*, h. e. Magni ædiæ Seneſcalli, nomen aſſumſit, gentique ſuæ hæreditarium fecit, 1086. A Roberti R. fratre Alexandro, *Stuarti Dni de Darnley, & de Aubigny* & Comites Lenoviæ, atque ex his Jacobus VI. Rex Scotiæ vel I. Rex M. Britanniæ, avus moderni Regis orinndi funt. Abipſo Roberto, in directa linea deſcendentes rel qui Reges Scotiæ *Stuartini* languinis, usque ad Mariam Reginam, extinctam A.1587. cujus *genealogiam* exhibet Spenerus *Theatr. N. Eur Part. I. p.*114. Hodierni Regis Majores quod attinet, Jacobus fil. fuit Henrici *Stuarti*, D. *Rothesayæ*, ex Maria modò dictâ, & junctâ ſibi Annâ fil. Frid. II. Daniæ & Norv. R.) Carolum I. Regem M. Britannie genuit. Quo & Henrica Mariâ Francicâ (fil. Henrici

IV.) nati sunt Carolus (n. & den. 1629.) Carolus II. Rex. M. Britanniæ (n. 1630. maritus Catharinæ Lusitanæ) Maria (n. 1631. ux. Guilielmi Pr. Arausionensis, den. 1660.) Jacobus Dux Eborac. n. 1633. maritus Annæ filiæ Edoardi Hyde Cancell. Angl. primum, nunc... Duc. Mutinensis, utroque conjugio fœcundus, Elisabetha (n. 1635. den. 1650.) Henrica Anna (n. 1636. uxor Philippi D. Aurelian. den. haud pridem) & Henricus Dux Gloucestriæ (n. 1640. den. 1660.) omnes *Familiæ Regiæ M. Britannicæ nominis Stuartorum.* Idem *ibid. p.* 30.

Stuba, addes sed & sic dictæ sunt in Monasteriis Cameræ Capituli, seu, ut vocant, ipsa *Capitula*, quòd in iis æstuaria ac hypocausta essent. Ericus Upsaliensis *Hist. Suetic. l. 4. p.* 145. *Omnibus post Aulis in* Stuba *communi S. Gertrudis conventibus*, apud C. du Fresne *Glossar.* Voci origo, à Gr. τυφὸς, *accensio*, hinc enim additos C. Latini *stusam* fecere, salmasius *ad Vopiscum Pro tolo.*

Stubenberg, nomen illustris in Germania familiæ, quæ præcipuis an Stiria abantiquo tempore floruit, cum Volphangius *Stubenbergius* Elisabethæ Com. Ortenburgicæ matrimonio dignus fuerit habitus 1237. Ab ejus filiis 2. (nam certius VVulfingus Episc. Bambergensis fuit) Ulrico & Friderico, duæ linææ descendunt, *VVarnbergia* & *Kaufenbergia*, hodieque florentes. V. in hac posteriore Georgii Baronis de *Stubenberg*, defuncti A. C. 1639. filii Georgii Hartmanni Domini de *Stubenberg* & Dorotheæ Thanhusiæ, progenitores, apud Phil. Jac. Spenerum ubi supra, *Parte I. p.* 83. in priori vero, majores Georgii VVilhelmi (ita 1660. den. 1669.) & Amaliæ Julianæ Reginæ (n. 1661.) *Parte III* 2116. uti plura hanc in rem apud eundem *Art. Her. Part. Spec.*

Studentes, dicuntur hodie, qui olim *Scholastici*, Gell. *l.* 1. c. 2. & 9. *Sequentes*, Quintilian. *Instit. Orat. l.* 2. *c.* 23. *Auditores*, eidem Gellio *l.* 12. *c.* 1. Posterioribus seculis *Scholastici*, quæ tamen vox ferè in contemtu erat, donec eam sibi Doctores Theologiæ ac Philosophiæ vendicarent, antiquitus Declamatorum ac Sophistarum propria, ut ex Petronio aliisque patet, &c. Qui autem, deposito tyrocinio, in Academiis opetam dant literis. Sed & priscis temporibus non insolens vox fuit. Isidorus *in Glossar.* Papiæ, *Padagogus qui sequitur studentes.* Quintilianus *Instit. l.* 1. *c.* 2. *Illisne ne si domi atque intra privatos parietes* studentes *continere.* Sic enim verbum *Studeo* ufurpatum Antiquis. Appulej *de Phil. Mor. lib.* 2. *Virtutes eas accerè & studeri posse arbitratur.* Iterum Quintilian. *Inst. l.* 6 *prat. Quia enim mihi bonus Patrus ignoscat, si studere amplia posse? Et Sinalda*, pro honestis discipliuis ufurpantur, apud Minutium in *Octav.* ubi Cæcilius *Studiorum rudes* vocat eos, qui literarum expertes sunt, &c. V. Georg. Hornium *Hist. Phil. l.* 7. *c.* 1. Initia autem *Studiorum* dacia Porticis olim literis, tum alii, tum Casp. Barthius *ad Petronium ultro*, pluribus docet. Quorum appellatio postmodum ad ipsa loca, in quibus *Studiis* vacare mos, transtulit. Capitolinus *in Marco, apud Ægyptios civem fegis & Philosophum, in omnibus* Studiis, *Templis, locis.* Quæ Morèlis Græcis, tum *Athenæum*, apud Spartianum in *Hadriano*, hodie *Academia*, V. Calaubonum *ad l.* Salmasius tamen *stadiis* legit apud Capitolinum, cum in stadiis & Gymnasiis frequenter id fieret apud Græcos, ut homines docti eo convenirent, & sermones de studiis ac literis communicarent: centefque *Studium* pro loco, recentioris Capitolino ævi esse. De situ *Studentium*, supra voce *Fenus*, it. *Lectitata* &c. De *Studiis* verò factionum in Circo, in voce *Favor.* Sicut de *Studiis*, certo Monachorum genere, in urbe olim Cpoli, in voce *Studius.*

Studinga, Germ. *Studingen*, opp. duc. ix. cum tit. Comitatus, sub pago in Comite, ex Familia Furstenbergia. In hac enim cum duo sint rami, Heiligenberg & VVerdenbergius & Blombergius; hic iterum in Meskirchium & *Stulingensem* abiit. Et quidem Christophorus Com. de *Furstenberg*, in *Blomberg* (qui obiit A. C. 1614.)sufcepit, ex Dorothea, Dn. de *Sternberg*, minorem natu filium Friderici um Rudolphum, cui *Stulinga* obtigit, fratre Meskirchium nacto Friderico Rudolpho (qui obiit An. 1655.) ex Maximiliana Maria Pappenheimia (fil. Maximiliani Com. Pappenheimii, Landgravii in *Stulingen*) genitus est Franciscus Maximilianus, qui, ducta Magdalena de *Bernhausen*, lineam propagavit. Speneras *Theatro Nob. Eur. Part. I. p.* 33. V. eundem in *Arte Herald. Parte Spec.*

Stupidi, afininarum aurium oftenfione, à Veteribus deridebantur; ficut improbi & obfœceni medio digito exerto, vel manibus in obfœcenum formatis modum de cujusmodi digitorum ad deridendum formationibus, Vlupra, ubi de *Digitis*, item voce *Samaritæ Stupore* attonitus Magister Attribus immiflo, V. *Ostia*

Stuppa, ex Græco ὁ στύππη, *quod proximum corsici, appellatur, deterioris tini, quod ex extremo ferre linteolinos apiior. Et ipsa tamen pellitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur*, Plin. *l.* 19. *c.* 1. De quo ejus in lucernis usu, *Moreti* auctor,

Et producit acus stupas *humore carentes.*

Græci dicunt τριπλοῦν ἢ ὀκτώπλουν, τετράπλουν & τετράπλουν, uti vidimus supra, in voce Myxa. Sed & *stuppa* componendis in navi valis pierunque interponebatur. Servius, *Stupam, dicunt, translatalo ab arvinas, in quibus* stuppa *interponitur vasis, quam stipam dicunt.* Ubi tamen in eo errat, quòd *stuppam* cum *stipa* confundit, V. in hac voce. Porrò rimæ navium *stuppa* stipabantur, unde & *stupare* hodieque obturare Gallis dicitur. Y. Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 3. Suppliciis etiam adhiberi consuevisse, iis præfertim, quibus igni vel fumo rei necantur, notum &c. Hinc *Stuppatium*, apud Auctorem de *Vita Severi.* Tom. I. *Operum* S. Augustini *cap.* 20. id est, pannus ex *stuppa* confectus.

Sture, nomen illustrium in Suecia Familiarum duarum, quarum altera deducitur à Tunone *Sture*, Equite Aurato, qui ingerdim Sverorem habuit, suantrupulci Legiferi Ulfonogothæ filium, ex Suercheri II. Regis nepte. Hanc Steno *Sture* Gothi, Regni Gubernator, terminavit, qui sororem habuit Brigittam, Joanni *ab Oreby*, ex VVasarum familia oriundo, nupram. Altera, *Junior* dicta, à quodam Matthæo incepit, cujus filius Benedictus Regni Senator fuit A. C. 1220. Ille ex Bootius Regni Senator, filius Stenonis, qui Regni Marescallus fuerat, uxorem habuit Catharinam, filiam Stenonis Sturi Dani, unde filius Nicolaus cognomen *Sturi* assumsit. Hoc genitus Suante, post Stenonem sturium, ex priori filiæ, Sueciam gubernavit, ab an. C. 1504. ficut ejus filius Steno junior, ab A. C. 1512. de quo utroque diximus supra, in voce *Steno*. Plura V. apud Spenerum *Theatro Nob. Eur. part. III. in Indice, & p.* 33. nec non *Art. Her. ad.*

Sturio, leu *Sturgio*, apud recentiores avis Scriptores. qui de *Re Piscaria* Scripsere, piscis est maximo in mensis honore habitus, apud eos, in quorum litoribus fœcundior, subit enim è mari fluminia, adeque magnus marinus simul & fluviatilis eft. Hinc apud Anglos ad solum Regem pertinet, teginus in *Fleta. l.* 1. *c.* 47. alibiq. Quò refpicicns Alanus de Insulis in *Planctu Nat. Illic fluvigo, ait, sui corporis nobilitate inditi videntur sui eo piris beneditione, mensis offerebas regalibus.* Qui Vett. dictus fit, non liquet: cùm alii *Sturnum* Ausonii, nonnulli *hicram* Athenæi, quidam *turjonem* Plinii, aut *tupum*, non pauci *attilum* Padi, Rondeletius tandem *acipenserem*, Romanorum literis nobiliatum, esse contendant. Sed acipenser marinus tantum & fquamis tectus, *sturio* contra habet, squamisque carens: ille rarus fatmodum fuit, hic frequens eft. Nec reliqua omnino quadrant, nisi quòd propius ad verum accedere videantur, qui *sturum* Ausonii hunc piscem esse volunt, animal innoxium & à sturo Danubii longe diversum, ita enim is in *Mosella*,

Elis innoxus hæ nostræ mitis balæna Mosellæ
Exitio prouat ast, magnoq; honor additus amni.

Et alis omnino *Sturio*, inter pisces maxime innocens, cui rostrum porrectum, os patulum: feu potius ore loco exiguum fotamen, quo odum fugit, cui maxime interim animalium piscium maximus. Nomen non tam depravatum ex voce *Thursio*, quà, cui proprie longum segmentum piscis falsi ab una parte crassius denotetur, ex opiscis genus, rostrum habentis marinis canicula fimillimi, fabricavit Plinius: quàm ex Gotrico vocabulo *Stur*, uti hodie vocari ajunt. V. salmasium *ad Solin. pag.* 1314. & *pag.* & plura de hoc pisce apud Buyerinum Champerium de *Re Cibaria lib.* 20. *c.* 20. Vossium de *Idol. l.* 4. *c.* 10. & 29. Alios.

Sturnus, Hebr. *Zarzir*, inter aves Legæ Dei Ifaclitis olim vetitas, recenfetur Majemonidi *lib. de Cibis vetitis*, cò quòd corvi species fit, unde Proverbium hinc natum legas *in Bava Kama fol.* 92. *b. Non fruitra corvum adis sturnus, cum sit ejusdem speciei.* Verum, cur sturnum corvi esse speciem potuis quam cornicem, aut picam, aut graculum & monedulam, velint Hebræi, cum hæ ad corvi naturam propius accedant, meritò miratur Bochartus, quem vide *Hieroz. Parte pofi. lil. c.* 33. Eft autem *Sturnus* inter migratorias aves, proprieque ejus generi, *caterva non volare & quodam pilæ orbe circumago, omnibustis medium agmen tendentibus.* Plinius *l.* 10. *c.* 24 quod ad coturnices perperam transtulit Solinus *cap.* 11. Eadem avis inter eas, quæ humanum fermonem fonare dicfunt, numeratur eidem Plinio *l. cit. cap.* 42. *Hæbebant & Cæsares juvenes* sturum, *item luscinias, Græco atque Latino sermone docilem præterea mentis tradiem, & aptissime nota ter quenes longiore etiam tempus.* Unde Papinius in *Sylvis*,

—— *Tunqui Phœbeius ales*
Auditusque memor genitus dimittere voces
Sturnus ——

Plura apud Vossium de *Idol. l.* 3. *cap.* 89. & 93.

Stugardia, V. *Stugardia.*

Stylus, Gr. Ἀνδρὸς, Asionio *calum*, item *calles*, ab eadem origine nonnullis dicitur. Et habemus *calis* vocem in vet. lapide apud Aldum *Orelog.* & Gruterum *Inscr. p.* 329. *Nam neque hic transmutanti, nec papyrus, aut membrana nilla adhuc; sed malleolo & calle literas fixi.* Ferrum autem fuit instrumentum, quo antiquissimi literas faxis & lateribus insculpserunt. Unde jetus Hiobi Interpres 19. v. 24. *Quis mihi det, ut exarentur in libro Stylo ferreo aut plumbi lamina vel calse scalptantur in silice?* Manifique ejus ufus, etiam cùm in ceratis tabellis scribi cœptum; Sed modò ex ære, modò ex osse, modò ex alia materia confici confuevit, uti diximus supra voce *Graphium*. Mucronem enim & aciem Graphii uno nomine Stylum complectebatur. Quintilianus *l.* 1. *c.* 1. *Cùm verò jam tabulas fequi coperit, non inutiliter eis literas videbit, tabellæ quam optime incisas, ut per illos velut sulcos ducatur Stylus.* Althelmus *Heptasticho*. in ænigm. cui tit de *Elementis*, de *Stylo* sic scribit,

Stylus,

Nasiimur ex ferro, vnus sus ferro movibunda,
Nec non & volucris penna volitantis ad astrum.

Prudentius *in Passione Cassiani,*
Quæ partu arasis cervi sulcis fœcundat,
Quæ parte arasis cervi sulcis fœcundat,
Et qua bellipotes efferbuit ardor equorum,
Et qua bellipotes efferbuit ardor equorum,
Hinc fodatur Christi confessor, & inde secatur,
Hinc fodatur Christi confessor, & inde secatur,
Pars vitrea intrat molle, pars solidis cutem.

V. quoque Symposium Ænigm. 1. ubi figuram ejus exactè expressit, acumen ei in imo latitudinem in summo tribuens. Quemadmodum & Alcheimus, *ferrum* utrobique appellat, & *ferri limatum* non ineleganter; quia mutrone scribebant, plantitie scripturum abradebant. Columella *de Rebus l.* 10.

Numina tum Graji, tu literæ protima primæ
Pangitur in cera dictitinurque Magistri,
Sic & humo pingi ferrate cuspidis ictu
Deprimitur, folio viridis, pede candida Bæta.

Hinc Hieronymus *ad Dominion. Stultus ego, qui me putaverim hoc absque Philosophis posse non posse, qui meliorem Stylii partem eam legerim, quæ deleret. quàm quæ scriberet.* Quia itaque Vett. inferiori parte *Stylii*, quæ acuta erat, in scribendo utebantur: superiore verò, quæ obtusa erat, in cera prius scripta induebantur, deiebant; inde factum, ut *inducere* pro *obliterare & abolere*, rejectiatur apud Cic. 1. *ad Atticum* vel magis emphatice, *in cera aliquid eradere*, apud Hieron. Cùm vero in cera scriptum inducerent, *Stylum* vertebant; hinc apud Cic. iterum *Verrin.* 4. *Stylum vertere*, pro *delere*, adhibetur. Ut de aliis loquendi modis, qui apud Scriptores passim occurrunt, qualesque sunt, *Stylum infigere, Stylo appetere, Stylo depastere*, nihil dicam. V. Laur. Pignorium *Comm. de servis. Ad Stylum devertitum*, cùm Pater accedere dicitur apud Senecam *de Clem. l.* 1. c. 14. intelligitur, eum, post aliquam moram, tandem certo stanuisse filium abdicare, adeoque ad tabulas exhæredationis conscribendas jamjam se accingere. *Stylo Censorio* meminit Cicero *pro Cluent.* unde *Censorium stylum distringere* dicimus, cùm vel scripto vel verbis aliquem acriùs castigamus & carpimus: *Censorium vurgulam* dixit Fabius: *Castigatorium severitatem*, Sidonius Apollinaris *l.* 4 *Epist.* 1. E quibus patet, Metonymice *stylum* pro ipso scripto non raro venire. Joh. Laurentius JC. *Nonis in Ibadrum l.* 3 *Prolog. in versum*,

Librum exarabo scitum scriptum Æsopi Stylo.

In *stylî* locum, postquam literæ non incidi ampliùs in saxis, lateribus, metallo, cera: sed pingi cœperunt, in arborum foliis, biblo ac papyro, charta, linteo & calami succedere, qui optimi juxta Memphim. Nilum vel Gnidum, proveniebant, teste Plinio *l.* 16. *c.* 36. Hos denique excepere avium pennæ, quibus hodiegue utimur. Sed & penicilli usus apud Sinenses in scribendo est, cl. Petrus Sanctius Minyus, quem annotato tinguunt, uti nos docet Nicolaus Trigautius *Expedit Sinic. l.* 1. c. 14. V. Joh. Gerh. Vossium *de Arte Gramm. l.* 1. c. 34. 35. 36. Duplicis *Stylî*, minusculi majusculi jus. iconem habes, apud Pignorium *loco cit.*

Stylius, seu *Stylites*, quasi *columnaris*, cognom. Simeonis, de quo Lactus, *Simeon Stylita*, inquit, *qui in columna LXXX. annis sletterat, virtus miraculis, mortuus Antiochenis & Leon Imperatori materia vitæ, in Compendio Brev. Hist. Univ. pag.* 145. Floruit autem is A.C. 460. fequitique annum, uti quoque, a tam insolito *stereotos* genere, idem cognomen fuit adeptus. Columnam eius describit Macer, *quod habuerit quadratum spatium duorum cubitorum ex utroque latere, in quo circumcirca fabricatio altitudinem tumborum non excedens, cum porticul & ligneu scala, in Hierol.* V. Evagrium *l.* 1. c. 13. & supra quoque in *Conita*.

Stymma, apud Plinium *l.* 13. c. 1. *Ratio faciendi*(unguenti) *duplex, fuscus & corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odoribus quorum hæc flymmata vocant, ille bedysmata.* Græcè *στύμμα* est, à verbo *στύφω*, quod de unguentis *astringere* significat. Nempe duo fuse quibus unguenti confectio conflat, *ἄδυσματα* & *σύμμικτα*, sucus & corpus, olum & odores. Sucus olum est, quod & *ἄδυσμα*, condimentum nempe liquidum, quo veluti condiuntur odores: ipsi verò odores corpus sunt, quia in oleum addantur, ut fervuntur quali quadam conditurâ. Sic in falgamis condiendis, acetum & mica h. e. jus vel succus, condituræ vicem obtinent: res verò ipsæ, quæ eò immittuntur servandæ, corporis instar sunt, ut herbæ omnæ genus, quæ ad hunc usum reponuntur, pyra etiam & mala, cucumeres & alia similia. Dicta autem *σύμμικτα* sunt aromata seu odores, quod in oleum additi corpus faciunt & oleum spissiores; quorum qui noviffimus indebatur, is potentiffimus & unguento utplurimum dabat nomen. Qua de re V. Dalechampium *ad Plinium dicto loco.* & Salmasium inprimis *ad Solinum p.* 466. Aliter fumitur vox, cùm de coriis ferino ejusmodi usui *σύμμικτα*, idem quod *βάμμα, tinctura* & *σύμμιγμα conficere* est. Et quidem *σύμμα* non omnem tincturam, sed eam solùm, notat, qui simul tinguitur & alligatur color, alter *κατὰ χρῆμα* de aliquid diximus supra, in verbo *Alligari*. Hinc *σύμμικτα infectoria* medicamenta, quæ confficiendis coriis inferviunt; *σύμμικτα, alias, alumen &c.* de quibus V. eundem Salmasium, ubi supra *pag.* 465. & 1166.

Styrax, V. supra *Storax*.

Styx, adde: Paulo aliter de pœna pejerantium per *Stygem*, Hesiodus, qui annum integrum *νόσῳς*, h. e. *ἀυτροις*, sive *Spiritus* atque *animæ* expertes, jacuisse tradit *Theog.*

Ὅσσην τὸν ὅρκος ἀθανάτοις ἐπιορκήσῃ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντ' Ὀλύμποιο,
Κεῖται νόσφ ἀπ' ἔτεων τετλήκοντα τὸν ὁππότερον
Quisquis perjurium fecerit immortalium
Immortalium, qui tenent verticem nivis Olympi,
Jacet spiritu sine expers integrum per annum.

In quæ verba V. Lamb. Bariæum *Comm. Ad* 900. annos pernam extendisse Orpheus legitur, apud Servium *Æneid.* 6. Fertur namque ab Orpheo, quod Dii pejerantes, per Stygiam paludem, "novem millibus annorum puniuntur in Tartaro. Quod intel-"ligit Minutius *Octavio*, cùm ait: Ideo apud eos etiam ipse Rex" Jupiter per torrentes, ripas & atram voraginem jurat religio-"se: deitinatam sibi cum suis cultoribus pœnam præsius perhorreicit: nec tormentis aut modus ullus aut terminus, Joh." Meurlius in *Lycophron.* Accellit poli annum illum, Dei perjurijs veterno ejusmodi experrecti, exilium (seu planè excommunicatio) decennale, ut novem fe. int-gros annos relegato, decimo demum limmerralium cœtibus iterum jungi liceret, *ibid.* ubi etiam addit, quoties Jupiter mendacii reum esse Deorum quempiam subpicaretur, huiem accertere consueviste, ut poculum Aquæ Stygiæ afferret, veluti juramenti materiem. Sed de juramento hoc jura apud jo. Seldenum *de Synedriis vet. Ebr. l.* 11. *c.* 11. *§.* 3. Nec vero fictio illo interorum flumin. *Styx* illa, ad Nonacrin Arcadiæ oppi. fluens, solum occasionem præbuisse videtur. Imò contra credibile est, Homerum, eorum, quæ de Styge, Acheronte & aliis interni fluminibus, tradidit, vel præcipue occasionem cepisse, ex calidis illis fontibus Campaniæ prope Lacrinum & Avernum lacum; ubi & Cimmerii collocantur, qui nec orientem vident nec occidentem Solem. Quod cognoscere est ex *Odyss.* ubi Circe, cui domicilium in Circejo, novi Latii monte, fic alloquitur Ulyssem, à fe ad Cimmerios iturum: quod unius dei iter facit,

Νῆα μὲν αὐτοῦ κέλευσ' ἐν Ὠκεανοῦ βαθυδίνῃ
Λύειν· σὺ δ' ἐς Ἄιδος καὶ Περσεφονείης δόμους ἔλθειν.
Ἔνθα μὲν ἰς Ἀχέροντα, Πυριφλεγέθοντα τε ῥέοντα,
Κωκυτόν τ' ἔξω Στυγὸς ὕδατος ἐστὶν ἐκροθή.

Cimmerios autem hic a Poeta fitatui, atque ad eos una à Circejo die perveniile, indicant ejusdem ulyssis verba, *Odyss.* v. Quoque Lycophronem in *Cassandra*, ubi liquidò in Aulonia, Italiæ parte & Cimmerios & Acherontem & Pyriphlegethontem & *Styxis* fluvium reponit Sed & Homeri hos Cimmerios, non juxta Bolphorum, fed magnæ Græciæ Avernum, constituunt Strabo *l.* 1. Plin. *Hist. Natur. l.* 3. c. 5. Maximus Tyrius *Dissert.* 26. & Festus his verbis: *Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias & Cumas, in caregione, in qua est bellis jam eminenti ingo circundata est, quæ neque natantibus neque volentibus tempore Sole contingitur.* Sic igitur colligit Voslius, Homerum, cl. iis, quos in locutus est, fingendi istos interorum fluvios occasionem eo præbitam esse, quod illa Campaniæ pars, ubi Avernus & Baja, tot calidos habeat fontes & priscis temporibus gravissimi odoris, quorum a fulfure & ignibus subterranei causam esse, docet Dio. *l.* 48. V. quoque Varronem *de L.L. l.* 4 Festum. Servium in *Æn. l.* 3. & c. quorum ultimus hic, Augustum Cæsarem, *dejecta ipsi, quarum dentitate Averni lacus ambiebatur, ni exhaustus inde per angustias aquæ fulphureæ odor gravissimus, superveniens ærem corrupit, ex pestilentibus amana loca illa reddidisse*, narrat Ab Agrippa id, jed justu Augusti, factum fuisse, docet Strab *l.* 5. Inde igitur loci in posterum falubritas, quò reipticiens Silius ait *lib.* 12.

Illis olim populis ædibus Styga, nomine verso
Stagna inter celebrem nunc mitia mansitat Avernum.

Ubi videmus, *Styga* etiam nomen, quam in Arcadia posuimus, Averni in Campania putasse. V. de ea profixe differentem Gerhard. Jo. Vossium *de Idol. l.* 2. c. 81.

SU.

Sua, homini *natura* sunt, *Vita, corpus, membra, fama, honor, Liberos proprie*; non quidem ad perdendum, sed ad custodiendum. Alia item *sua* facit, *dominio & pactis*; ex *Lege* item. At ex fola aprituline, non oritur verum dominium, ac proinde restitutionis obligatio: quia non id alicui *suum* est, ad quod aptus est. Qua de re V. Hugonem Grotium *de Jure Belli & Pacis l.* 2. *cap.* 17.

Suadus Cruor, apud Statium *Thebaid. lib.* 4. *versu* 454. ubi de sacris Infernalibus,

Inclinat Bacchi latices & munera verni
Lætitiæ, & Achæi imbres, suadumque cruorem
Manibus ——

Glossographus est *accipiter, gratissimus* Lutatio, *qui persuadetur Manibus ad Superos redire. Gratum enim manibus putatum sanguinem, jam inde ab ævi Homero notum.* V. Barth. *Anim. Peri. l.* p. 1091. & 1092

Ab eodem verbo, *Susa* & *Infusa* Latini dicunt, *ἐντετριμμένος* seu *intonsi* colorata & faturata, quæ *ἀστεατόχρωα* quoque Græcis. Quo modo eleganter, qui penitus adulti sunt & profunde colorati Sole, *ἐστεατωμένοι ἐκ τοῦ καύματος* vocat Strabo 4. 15. Hinc Festus, *Non deesse*, ait, *qui dicant, omnem colorem, qui fat intus tendo, fusum vocari, quod quasi perfundatur in alium ex alio transfire.* Quia verò tignum, quod diutius fumo infectum eft, vel ea, quæ ex ftillicidio fumofo colorata, cum colorem penitùs imbiberunt, coque prorfum imbuta ac veluti infusa, valide retinent, ideo *m. fusum* & *fusum* de hoc fumido colore, *κατ' ἐξοχὴν* ufurpatum eft. Salmafius *ad Solinum pag. 546.*

Suidacum, opp. Germaniæ, mineralium aquarum, acidularumque falubritate, celeberrimum, inditione Etruelli Landgr. Haffiæ lineæ Caffellanæ, de quo V. Auctorem Anonymum *Hiftor. Orbis Terr. Geogr. cap. 3. de Hydrographia, num.* 20. Supra fontes hosce medicos in valle anguilla fagum, in rotundum quafi attonfa & faftigiata coma, adeò denfam, ut nulli radii Solis penetrare queant, hincque verè fylvæ delitium, memorat Ad. Freycelius *Sinæ & Europ. c.* 39.

Privatæ Viri.

Suantiborus I. filius Bogislai, nepos Miftæwonis WVandalorum Regis, qui Saxonum fuit terror: Pomeraniæ Dux, à Belga Ungaro, auípiciis Micislai Poloniæ R. victus & ad Chriftianam religionem perductus, eo digreffo in libertatem fe iterum vindicavit & eundem Deum cum hoftibus colere renuit. Inde gravia inter Polonos (quibus parere recufabat, fed tandem coactus fe fubmifit) & Danos bella. Filios reliquit quatuor, qui omnes Chriftiana colucre fide & Ottone Andechilio Epifcopo Bambergenfi, Cancellario Henrici IV. Imp. (qui ex eo *Pomeranorum Apoftolus* dictus & Sanctis annumeratus eft) adfcito, gentem fuam ad eandem adduxere. Cœterùm ex his VVartislaus & Ratiborus citeriorem, Suantopulcus ac Bogislaus, ulteriorem fortiti funt Pomeraniam. Ipfe verò *Suantiborii* pater Bogislaus, Pomeraniæ Ducum conditor, fratrem habuit natu majorem Idomarn, à quo Megapolitani Principes originem fuam traxere. Circa initium fæculi 12.

Suantiborus II. filius Barnimi Magni, cujus Pater Otto Stettinenfem ramum orfus eft, Patri A.C. 1368. extincto, poft fratres Bogislaum VII. & Cafimirum IV fucceffit: per uxo: em Annam Hennebergicam, Kœnigsbergam Franconiæ nactus, ex ea reliquit A.C. 1413. Ottonem II. & Cafimirum VI. in cujus nepote Ottone III. ramus Stettinenfis defit. A.C. 1464. acreque bellum inter Brandeburgicos, quibus Fridericus III. Imperator feudum contulerat & agnatos reliquos V Wolgaienfes exortum eft. Spectrus in *Familia VVandalica.*

Viri illuftres.

Suanto Sturius, filius Nicolai, (ex eo nepos Bootii Sueciæ Senatoris, qui maritus erat Catharinæ, filiæ Stenonis Sturii Dani) poft Stenonem I. Sturium, ex altera Sturiorum familia ultimum, Sueciam gubernavit, ab anno C. 1504. usque ad ann. 1512. Calmariam aliaq; Chriftierno Dan. R. eripuit. a. 1510 obiit 1512. Pater ex Diana Gædea, Stenonis II. cui ex Chriftiana Guldenfterna, natus eft.

Suanto Sturius Com. *de Wisselwyck*, ex Mereta feu Martha Lewvenhauptia, numerofæ prolis parens, Nicolai nempe, Erici, Stenonis, Mauritii, Caroli, præter 5. filias. Nunc verò familia penitus defecit. Speneruss *Theatr. Nobil. Europ. part. III.*

IV *nobiles Viri.*

Suantopulcus, filius Suantiborii præfati, cum fratre Bogislao, in diviffione paternæ hæreditatis, ulteriorem fortitus Pomeraniam, à Boleslao Crivoufto Polonæ captus eft, ac fine hærede deceffit. Idem *in Familia Pandatica.*

Suantopulcus, Legifer Oftrogothiæ, ex Suercheri Sueciæ Reg. nepte, filiam habuit Ingerdim, quæ nupfit Tunoni Sturno Eq. Aur. fenioris familiæ Sturiæ in Suecia auctori: cujus ultimus fuit Steno I. regni Gubernator, Idem *in Theatr. Part. ead.*

Suarez de Figueroa, nomen eft illuftris in Hifpania familiæ, in qua celebris fuit *Suarez de Figueroa* Dn. de *Zafra & Feria*, fub Henrico II. Joanne I. & Henrico III. Regibus. Idem Mo. Odrinis S. Jacobi fuit. & poft egregia geffa exceffit A. C. 1409. Ei ex conjuge de *Orozco* natus Gomezius *Suarez de Figueroa* fucceffor, non minùs geftis & officio clarus, ferorem habuit Catharinam, Inico Lopezio *de Mendoza* March. Santillanæ nuptam. Ab hac filius tertius Laurentius *Suarez de Mendoza* & *Figueroa* appellatus eft. & cum prius Vicecomes de *Torya* fuiffet, *Comes Crunne* creari meruit: cujus etiam pofteri cum hæreditate ejus, cognomen *Suarezium*, nunquam non Mendozio annexum, fervarunt. At Gomezius præfatus, Patris fucceffor, & iterum pater fuit Laurentii atque Petri, à quorum ifto derivatur linea Dominorum *de Batras & Cuerva*, qui cognomen *Laffo de Vega* gentilì fuo prætulere: ab illo verò, qui primus elogium *Comitis Feriæ* obtinuit, genitus eft Gomezius, pater Laurentii *Suarez de Figueroa* & Garfiæ, à matre cognomen *de Toledo* nacti. Garfiæ fucceffio per fœminam ad Fonfecas March. Orellanæ translata eft, cum nomine *de Figueroa*. Laurentius, cujus uxor March. de *Priego* fuit, ex ea genuit Petrum Fernandinum *de Cordoba Figueroa*, Catharinæ M. *de Priego* patrem, Gomefium *Suarez de Figueroa*, Ducem primum Feriæ & reliquorum fatorem, atque Alfonfum Fern. *de Cordoba & Aguilar*, nepûs maritum & Marchionum *de Priego* continuatorem: de quibus V. in voc. bus *Feria* & *Priego*, plura verò de Familia hac illuftri, apud Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ.* paffim, & *Artis Heraldicæ Poste Speciali.*

Suaffus, Græcè *Σουάσων*, amnis Indiæ, olim *Cophes*, quod vide.

Suatievitus, addè: Corruptum eft ex *Sanctus Vitus*; ut diximus in voce *Rugii.*

Reges Moraviæ.

Suatopluc I. Dubravio, qui *Suathes* Bonfinio *Decad. I. l. 9.* filius Marothi, qui in Moravia regnavit circa an. C. 700. patri fucceffit A.C. 740. fed ab Hungaris, fecundo ipforum adventu, magnâ Pannoniæ quæ cum Polonia & Auftriæ variis ditionibus Patri paucrat) parte exutus, Regni fedem in Moravian tranftulit.

Suatopulcus II. quem alii *Sueendopolum*, alii *Sueendopolcum* vocant, ultimus Moravorum Rex, magnâ nominis fui famâ Orbem implevit, everfis tandem ab Arnulfo Imp. circa A.C. 892. V. Georg. Hornium *Orb. Imper. cum Notis* L. Joachimi Felleri *pag.* 124. & 125.

Suatoslaus feu *Svatlaus*, Græcis Scriptoribus *Sphendoflabus*, poft Olpham feu Helenam, Rufforum Semiramidem, genti hucimperavit, domitâ Bulgariâ adPontum Euxinum & Thraciam usque Imperio dilatato. Quo mortuo, Ruffiâ pro numero fuorum divisâ, in tres Ducatus, Kiovienfem, Bazinatenfem & Novogardienfem, folus tandem fratribus fuperfes Vladimirus illos iterum unit. ann. C. 976. Annæ, Bafilio Imp. genitæ, maritus. Idem ubi fupra *pag.* 373.

Sub auro ftatua, in vet. faxo, STATVAM. SVB. AVRO, CONSTITVI. LOCARIQVE. IVSSERVNT. eft ftatua aurata, quæ *altiet in auro*, item *auro illuftris*, *auro fuperfusa*, in vett. *Inscr.* dicitur, Græcè *χρυσῆ* & *χρύσεος*. Cui haud diffimili loquutionis genere *homines in armis & fub armis*, i. armatum, vocabant. Ennius,

Terme fub armis malim viam cernere.

Virgilius *Æn. l. 5.*

fedet circum caffella fub armis.

Sic Manilio, *Centaurus in arcu & fub arcu &c.* Dicebatur autem ftatua *fub auro decerni.* eadem loquutione, qui opus aliquod *fub ufcia* declarat. salmafius *ad Trebellium Pollionem in Tito.*

Subadjuva, in *Brevi.* Hiftoriæ Eutychianiftarum, *Superveniente Urbano Subadjuva*; nomen dignitatis eft, indigitatæ in *Ebiftar. Mifc. l. 17.* Qui Subadjuvæ dignitate *balabatiane* fungitur. Adjutor fc. Adjutoris, qui viz. in aulico officio Magiftratus, præcipuo Adjutori aderàt, ejusque vices, cùm opus erat, agebat. Hinc *Subadjutor Magistri*, in *Chronico* Alexandr. *pag.* 870. *Σουβαδιάτωρ Μαγίστρου*; *Subadjutor fabricarum diverfarum*, in *Not. Imp. Occid. cap.* 29. &c. V. C. du Freine in *Gloffar.* & Salmafium *ad Pollionem in Claudio.*

Subalares Culcitræ, apud Lampridium *in Heliogabalo*, *Nec calubais in accubitu facile, nifi lix, quæ pilum leporinum habuerunt, aut plumas perditum*, fubtilares *fepe* culcitras *imitantes*: Cafaubono pulvini funt, quibus undique fulciebantur delicatiores, cùm accumberent, *ὑπαυχένια* Græcis, uti videre eft apud Lucianum *in Somnio* five *Gallo.* Cujusmodi pulvillos apud Hiralitas quoq; in ufu fuiffe, diferimus ex Ezechiele c. 13. v. 18. ubi is væ denuntiat, nomine Domini, Pfeudoprophetis, *confuentibus pulvillos pro omnibus axillis brachiorum populi* &c. V. quæ fupra diximus, ad *Pulvillos.* Salmafius tamen *in exitu.* Med. & Gruterus in Codice Palatino, verbo Lampridii fic interpolato deprehenderunt, *aut plumas pertilium fubtilares: fepe culcitras mutans.* In omni fanè avium genere plumæ fub alis delicatiffimæ videntur, *pertilium* inprimis, quibus codem fine Othonem Imp. ufum legimus: etiam à Medicis magni habitis. V. eos *ad l.*

Subanellatus Capillus, apud Arcuffum *de Locis facris*, qualem is Chriftotribuit, ut & verus Auctor apud Suidam, *σὰβ-* eft, *crispus*, quem *in annulos pofitum* vocat Quintilianus, *flexum ingenio fuo* Petronius. Inficio enim ipfa & crifpatio capillorum ne xiles annulorum orbes imitantur: quos poftmodum delicatior respert gradus ponebant & ordine digerebant, ita ut unaquæq; annulorum feries ftationem quafi fuam fervaret, & gradatim alveolatimque alia fuper aliam ecanderet: quod *crines in ordine* feu *ftatione ponere* vocat Ovidius. Alii erant capilli arte in annulos torti &c. V. Salmafium *ad Capitolinum in Pertinace.*

Subarmalis, apud Treb. Pollionem *in Claudio*, *Albam fubarmalem auram cum purpura Girbuinas*: fubarmalem *aurum cum purpura Maura*; veftis eft *rogatoria* & oftentionalis, quòd fub *armis* recipiceretur, nomen id adepta. Poftquam enim in præcedd. Valerianus enumeravit veftes ad quotidianum ufum, ut funt tunicæ ruffæ, & fagochlamydes: ponit dein feparatim, quæ ad pompam tantùm erant, *albam fubarmalem &c.* Nam & albatos fuiffe milites in die pompæ è tertiumphi conftat. Præterea ex iftis veftibus pompicis unam tantùm, nec eam annuam dari jubet Princeps, quòd & raro fumantur nec quotidianæ fint hæ veftes

vestes & frequenti usu non deterantur, ita ut una sufficere possit longo tempori. Sed &, cùm de Severo legimus, apud Spartianum, eum, quum Romam venisset, *Pratorianos cum* subarmalibus *jussisse sibi inermes occurrere*, Herodianus eadem de re agens, κελεύει, αὐτοὺς ἄνευ ὅπλων ἀπαντᾶν, ὅπως ἂν δόξαι θᾶσσον ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδείοις ἥκειν, *jussit omnes obviam sibi prodire in habitu pacis, quo nil solebant festis diebus & cùm Imperatores profequerentur triumphantes*: Italumque eas *togatarum* appellat. Nec Pratorianorum vero solùm, sed & Ducum ac Tribunorum vestis hæc erat. Unde apud Pollionem *d. l.* fequitur, *Hæc autem omnia ideò fuscitabor non quasi Tribuno, sed quasi Duci, datuli.* Idemque Valerianus, apud Vopiscum, in brevi munerum, quæ in Aurelianum conferri voluit, pro rebus gestis, *Subarmatam profundum* (id est, πανὺ ϖ, & infra genua demissum) numerat cum tunicis ducalibus, toga picta, tunica palmata &c. Uti autem in usu quotidiano sagochlamydes supra tunicas ruffas; sic diebus festis & solennibus, *subarmatas* supra albas subfericas, lamebant. Alba igitur subserica tunica erat, *subarmatis*, chlamys vel byrrus, qui in humero fibula connectebatur brachioque dextro exclusò sub armum defendebat. Nam festi pacificæ essent hæ vestes, ex parte tamen militarem habitum referebant. Purpura quoque ornari consueville *subarmatas* hos *peplos* (hoc enim substantivum subintelligendum esse Pollio docet, *Imperatorium peplum* hunc habitum vocans) alibi legas. V. Casaubonum ad *Spartianum Severo* & Salmasium ad *Vopiscum Acit.* Quibus adde Cl. Freherum, qui *Subarmalum*, Consulum imperfatorumque Magistratuum habitum *ἐφαπλίδα*, qui in illi in solennibus Imperatorum processibus & festis diebus sui fuerint, idemque cum *Fascia Consulari*, seu *Clavo*, quem posticior etas *Lorum* dixerit, fuisse contendit; *de infer. ævi Numismatis num.* 6. Apud Martian. Capellam *Subarmatis vestis* integrè occurrit, *initio lib.* 5. *Subarmatis autem illi Vestis peplo quidam circa humeros involuto Latialiter tegebatur.* Ubi *Latialiter*, laciniis sub armo feu brachio circa humerum convolutis & subductâ vestis antiquæ Latinorum ritu, & Gabino non dissimili, exponit Casp. Barthius ad *Papinium Thebaid. l. 4. v. 19.*

Subarrandi ritus, memoratur in *Cæsonibus* passim. Julianus Pontifex *in fec. Decresi patres, si quis de sponsyeriis uxorem vel subarraverit.* Innocentius III, *cap. 14. de desponsi. impub. quidam filium suum circiter XII. annos habentem, cuidam nobili desponsavit, qui subarravit eundem, consensu minime accedente &c.* Recentiores Græci ἀρραβωνίζω id dicunt, & quia ejusmodi arræ (*subarrare* enim aliud nihil est, quàm arræ ϖ ponsalitias dare) in mobilibus plerunq; consistebant, ἀρραβῶνα & ἀρραβῶνες. V. Salmasium ad *Capitolinum in Maximino Jun.* & supra ubi de *Arris* & *Sponsalitiis.*

Subcamerarius, *Subcancellarius*, *Subcapellanus*, *Subcapellanus*, V. supra *Camerarius*, *Cancellarius*, *Capellanus*, *Capellanus.*

Subcensor, Græce Ὑποτιμητὴς, nomen officii, quod Macenas institui Augusto suadet, apud Dionem *lib.* 52. Postquam n. Cæsares Censoriam porestatem, quamvis nomine abstinentes, sibi quoque fumerent, quia liberiorem & vile vitium Principi censum agere, qui vice ejus id facerent, *Subcensores* electi. Marcilius *ad Timon Suet. c.* 8.

Subcenturio, V. *Centurio.*

Subchirecize, Græcè ὑγκεφάλια, in versione Geneſ. c. 18. v. 6. ubi de iis, quæ hospitibus suis Abraham edenda obtulit; panes sunt supra carbonibus, in ferobe quadam in terra facta, tosti, qui inde, quòd cum coquuntur in cineribus latent, ὑγκεφάλια Græcis, & ὑγκεφάλους, quasi *subtitii* seu *subtitiati* dicti fuisse alias ἐγκρυφίας, ἀπὸ τοῦ ἐγκρύπτειν, *fico*, in quo coquebantur. Cujusmodi panem ὑγκεφάλου, inter panem & placentam medium, Rhodiis in usu, Pollux; melle condiri consueville tantæque fuisse suavitatis, ut eo vescentes vix satiarentur & inter edendum semper essurirent. Lynceus Samius apud Athenæum *l.* 3. tradunt, V. supra in voce *Panis focatius*, sed *Subincretius.* De illis loquens Ambrosius, ad *Genes. locum cit. Græci ὑγκεφάλια dicuntur*, inquit, *hoc est subfoccitia, ex quibi latere debeat omne mysterium & quasi quodviri fidei silentio, ne prophanis temere aliud quàm oportuit, detur divina Majestas, hunc equidem affectum, qui parcus hospitali fit, ne sacra in medium ferat.* Quo de silentio in sacris, diximus supra in voce *Mysterium*, item *Silentium.*

Subcingulum, apud Flonorium Augustodun. *lib.* 1. *c.* 206. idem cum *Succinctorio*, Papiæ illisque memorato, ab Innocentio III. *Myster. Missæ l.* 1. *c.* 30. 32. inter novem specialia Pontificum ornamenta recensetur. Græcè ὑπόζωμα & ἀναλαβὸς, Latinis quoque *Redimiculum* seu *Cingulum.*

Subconfessio, apud Ughellum in *Acherontinis Archiepisc.* facellum est subterraneum, seu crypta, quæ sub *Confessione* (ut altare Ædis sacræ vocant quasi ævi Scriptores) extructa est.

Subconsul, in *Inscr.* Brigantii reperta, *Severius Severianus Subcos*, *Leg.* III. *Ital. F. Gordian.* Proconsul est Josepho Scaligero *Epist.* 60.

Subdiaconus, V. ubi de *Diatonis*, & voce *Kalendæ &c.*

Subditale, in *Gloss. ἀνυπόδητον*, seu *ἀνυπόδητα*, pars domus, quæ *sub dio* est, hinc *Subdivi* Tertulliano *ædes. Judaos Exechielis IX. & clarissimi Dei Israel ascendit à Cherubim, quæ fuit super ea in* subdivali *domus.* Nempe *Subdivus* Latinis, idem quod ὑπαίθριος & ὕπαιθρος Græcis, id est, *clarus*, apertus, dilucidus, aliter quoque *diius.* Unde *diium fulgur*, i. matutinum. Υπαίθριος τόϖος, ἀπὸ Γραικῶν ἀφάνταστος ἀνεφαίνετο, *subdivus locus Græcis manifestum &c.* Unde ὑπαιθρίους τοὺς ἀφράτους, apud Aristophanem, nubes serenare & *sub dium reducere* est. V. Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap.* 2.

Subdoctor, V. supra *Baccalaureus*, item *Prochotus.*

Subor, Græcè φάκος, *arbor est non minima, glans pessima, vara, cortex tantùm in frullu præcrassus ac renascens, ait, etiam in denos pedes undiq; explanatus.* Plin. *l.* 16. *c.* 8. imo vix aliud quàm cortex, unde etiam ex Græco φάκος, quod *pellem* & exteriorem cutem notat, Latina vox orta est, & Græci non invocatâ *corticis* arbore *appellarunt*, *ibid.* Usus ejus varius: *ancoralibus maxime navium, piscantium, tragulis, & eadorum obturamentis, præterea in hiberno mulierum calceatu*, *ibid.* Nempe & Virisid apud Græcos Romanosq; factitatum, sed muliebribus præcipuè. Fecerunt autem id mulieres, non valetudinis solùm causâ, sed & ut grandiores viderentur. Hinc de uxore Ischomachi Xenoph. *lib. de tuenda re famil.* Υ ἐπιθεμένη τὰ ὑποδήματα ἐπὶ τὰ ἀμφὶ τοῖς σκέλεσι ξύλα ἐπιτήδεια, *Calceos autem habentem altos, ut grandior, quàm suis, appareret.* Et elatius Clemens Alex. 2. *Pædagogi*, ex Alexi Comico, ταχέως μικρὸν τὸ σῶμα, φάκοις ὡς τοῖς βαθυτέροις ὑπογύοντου, *Cùm quæ pusilla est, subor in sandaliis instatum habitu.* Porrò, *ubi non nascitur ilex, pro ea subere utuntur, in carpentariis præcipuè fabricis, circa Elin & Lacedæmonem*, Plin. *ibid.* ubi cùm addit *in Italia tota non nasci, aut in Gallia omnino*, refellitur à Dachechampio, cum Tyrrhenie, id est, Hetruriæ, familiarissimam & pene propriam esse, tradat Theophrastus. De usu ejus in navitando, vidimus alibi. Sed & Lithuanos, quemadmodum & Russis vincebantur, tributi loco *suberas*, *vestes*, & *fascas frondeas*, quibus in balneis, ad eliciendum sudorem, genti uti mos, pendere jussos esse, dicimus ex Cromero *l.* 7. &c. Hinc *Suberi*, apud Innocentium III. *lib.* 1. *Epist. p.* 29. calceamenti hiberni species, Gall. *Pantoufles.*

Subfossionali muros artificium, indigitatur Papinio Statio *Theb. l.* 2. *v.* 418.

— *ceu septa novis jam mœnia taxet*
Fossor, & hostiles inimicent classica turmæ.

Quod ita fiebat, ut *subfossi* muros fulcirent ligneis tignis, aut trabibus erectis, quibus materiam igni opportunam circumgerebant; tum ignem à longè fomentis graſſantem ponentes abscedebant. Quo pacto palis illis aut destinis adesis flammâ ruebant moles. Sic cuniculo sub mœnia Cumarum acto, ea tignis subfultis, e tignisque mox exustis propugnacula evertit Narses, apud Agathiam *l.* 1. ubi prolixè operis hujus rationem exponit. V. quoque Guil. Tyrium *Historiæ Palæstinæ l.* 3. *c.* 10. *l.* 11. *c.* 12. *l.* 16. *c.* 5. & supra in verbo *Minare.*

Subhastare, quod sit, diximus supra in voce *Auctio*, item *Hasta.* Illud vero non prætermittendum, quòd apud Thraces *nuptiæ*, *non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed, quæ præ aliis placia valent*, subhastari *volunt, & licenti taxationis admissa, non morihus nubunt, sed præmiis*, apud Solinum *c.* 10. Imò apud *vendebatur Deum*, *ut providissi conjugi, & emptor supplicter adoratus, quidquid paulo ante viderat subhastatum*, apud Firmicum *de errore Prof. Relig.*

Subintroducta, in Concilio Rom. sub Zacharia Pontif. *can.* 21. *Presbyteri vel Diatoni* subintroductas *mulieres nullo modo secum audeant habitare, nisi forsitan matrem suam, aut proximiorem generis sui habentes*: dicuntur *Extraneæ l.* 19. *Cod. de Episc. & Cler. Constantin.* in Concilio Nicæno I. *can.* 3. de quibus vide passim, qui Concilia expenderunt, Justellum, Binium, alios; ut & supra in voce *Agapeta.*

Subintroitarianus, apud Monarchos Cistercienses, qui, *de festo primi Choristæ, in choro intonat*, dictus est, Dominico Macro in voce *Introitarianus.*

Subis, apud Plinium *l.* 10. *c.* 14. *appellatur avis, quæ aquilarum ova frangit.* Avicula est, non major hirundine, quam vitro vocant Aristoteles *Istoria l.* 9. *c.* 1. Σίττη ὃ σφενδόνη ἐστὶν ὠοθλιβὴς ὄρνις, ἃ ϕῶν ὑγκεφάλων τὰ ὠὰ τὰ ἀετοῦ, Pici speciem esse putant, Bochartus *Hierozoici Parte posteriore lib.* V. *c.* 18.

Subjugus Deus, inter Deos Romanorum nuptiales, aliter *Subigus* dictus est. Ejus, ut & Virginensis Deæ, item Premæ, Pertundæ, Veneris ac Priapi simulachrum, in cubiculum Nuptæ novæ inferri solebat. Aur. Augustinus *de Civ. Dei l.* 6. *c.* 9. & *l.* 7. *c.* 24.

Sublasis infantum. à Parentibus olim facta, memoratur Senec. *Consol. ad Marciam c.* 18. *Consulti sunt de nobis Parentes nostri, qui cùm conditionem vitæ nostræ, in hanc nos sustulerunt.* Item Terentio *Andriâ Act.* 2. *Sc.* 6.

Nam quod peperisse, jussit tolli.

Celebris fuit ritus: quo infantes, postquam ab Obstetrice mox à partu in terram statuti essent, à Patribus tellure suscipiebantur, vel ab eorum Procuratoribus, quo inter legitimos numerarentur hæredes. *Tollere* enim pro *generare* positum, quia pro mortuis habiti, qui non suscipiebantur, ut *sui*, imò pro nec-natis. Fiebat autem *Sublatio* ea ope Levanæ Deæ, Augustin. *de Civ. Dei*

l. 4. c. 2. fed à Patris pendebat voluntate, cui vitæ & mortis potestas in eos, quos pro suis agnoverat, licèt cùm amori Uxoris vel Pellicum plerunque submitteret. Itaque ex terra *subtilatum* infantem suscipiebat per fervum Parens, vel ejus vice Puerpera ipsa, vel foror illius, vel familiaris aliqua, Obstetrices quoque unde *Terræ Matres* dictæ. Partum verò non tollebant Patres, si sexus esset fequioris, quippe masculus boni ominis erat: Sexus proin sequioris partum potius necari præcipiebant. Uti discimus ex Ovidio *Metamorph. l. 9.*

Edita fœta suo, fœtus si fœmina partus;
Jussa nutrit mater: plerunque ignosci necesse.

Contraria Indis Lex, de quibus sic Curtius *lib. 9. Genitos liberos non Parentum arbitrio tollunt alimuiq; sed eorum, quibus ipsos fœtibundi infantium lustrium cura mandata est*: Lacedæmonis item. Omnes Judæi *circumcidunt*, Crotoniatæ nullos. Contra quam tollendi liberitatem natæ Leges Papiæ & jus tot liberorum, apud varias gentes. Quos fuscipere nolebat Parens, ominis ergo ac metus, more à Dis derivato, expositi fuerunt, &c. V. Thom. Barthasinum *de Patrip. Pat. & Jure*, ubi de *Infantibus*, *Levana* Dea &c.

Sublicius Pons, V. fupra *Pons*.

Subligacula, Vett. eadem cum Campestribus, pannus erat, quo verenda velabant Ephebi exercentes, Luperci currentes, Scenici, Athletæ, Popæ, Coci, & alia vilia servitia inter miniftrandum, item Cauponum *ei ἀπὸ κοινοῦ*, ut notat Philostratus *Vita* Apollonii, & ex eo Casiubonus ad *Aingustum Suet. cap.* 82. V. quoque fupra, ubi de *Flos*.

Sublimes, dicti sunt olim Viri potentes, honoribus & dignitatibus insignes. Quorum meminit Augusti Libertus, Phædrus, *Fabul. l. 1. fab.* 28.

Quamvis Sublimes debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet pleriq;.

Hinc *Sublimissimi Judices* dicebantur Præfecti Prætorio, Quæstores, Magistri Officiorum *l. 37. §. pen. l. pen. C. de appell.* Et Sedes Prætoria, *Sublimissima l. 14. C. de Judic.* Laurentius *Nodis in Ibarrum.* Et *Sublimitas*, apud medii ævi Scriptores, titulus honorarius Regum, V. Nicolaum I. *Epist.* 86. &c. item Episcoporum, V. Ruricium *l. 2. Epist.* 11. 40 52. &c. Græce τ' ὕψωμα est, quâ voce in Latium translatâ, *hypsoma* quoque appellans, utitur Tertullianus *ad Scapulam*.

Sublinere Os, in Prov. de eo propriè dicebatur, qui, simulans de os aliqui linere ad decorem, uti mos fuit olim, contrà & fecus quàm erat confuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut quæ Lyllius pinguebat. Linebant autem Veteres faciem, vel ad oculorum *ἐπιγραφὰς*, vel ad glabritiem & lævigationem, vel ad follicitandum candorem, vel denique ad nævos facici occultandos: ut ille apud Martialem libertinus, frontem literatus,

Et numerosa linuus stellantem sphenia frontem:
Ignoras, quid sit? sphenia tolle, leges.

V. fupra ubi de more *Os oblinendi*. Hinc *Os sublinitatum*, apud Symmachum, *l. 1. Epist. 3. Na ego sum stultus ac nihili, si os sublinitatum esse mea fatuis*. Ubi libri omnes legunt, *sublimatum*, vitiosè, uti docet Salmasius *ad Solinum pag.* 168. Sic *intinitati*, in *Glossis*, *ἀνοηθήτοις*, fuligine inliti &c.

Subo, V. infrà *Subulo*.

Subtuctare Arbores, Festo est *ramos earum suppuare, & velusti tucem limbus facere: tonim are autem fuccifis arboribus locum implere luce*. Ad quem locum V. Salmasium *ad Solinum pag.* 583. & supra in voce *Chirographi*, item *Conducere & Interlucare*.

Submergi, addit Apuleius, de Scriptores, *Submergium*, pasim dicitur, & piratis inflictum legitur. Blasphematoribus item, de quibus Wilh. Armoricanus *Philipp. l. 1.*

Sic ut, qui legem fuerit transgressus eandem:
Quinque quater solidos senatur solvere Christo
Pauperibus, vel fluminibus jaciatur in undas &c.

Submitti, ad veneirationem divinam pertinet. Virgilius *nisi lib. 2.*

——— *magire adytis cortina reclusis,*
Submissi *petimus terram & vox fertur ad auras.*

Papinius Statius *Thebaid. l. 8. v.* 284.

——— *oblitas fronde submissus adorat &c.*

Quod quo gestu factum, monet *ad l. h.* vetus Glossa, cùm ait, *in genua procidens*. Nempe cùm pedes esset. At qui hæc venratio peracta ab iis, qui in equo, discimus ex eodem Statio *Achilleidos l. 1. v.* 124.

Tunc blandus dextrâ, atq; imo submissus in armos.

Ubi vetus Schol. *Caput*, inquit, *& humeros inclinans in armos ueq; equinos*. Nempe veneri abundi Numina ita faciebant, à quibus ad Principes ritus transiit. Unde Principem suum à *summisse Oriente* adorandum, dicit Claudianus alicubi. Sic autem adoraturi *submittebant*, quæ manibus habebant. Lucanus *lib. 6.* Scævæ verbis,

——— *pacem gladiis si quæris ab ipsis*
Magnus, adorato submittas Cæsare ferra.

De cujus moris vetuftate, V. Barthium *Animad verf. ad Statium d. l.* Addam falrem, *Submissionis* genus, Persiæ olim Regibus exhiberi solitum, quod *σεμνοτέρως* dictum esse, ait Corn. Nepos in *Conone*, præditis aliquid in se habuisse humilius. Non *enim in* horum Principum conspectum, nisi qui huiai plane prostrato corpore esset, admittebatur, quod in Oriente pasim fuisse recepcrum, etiam è Sacris discimus. Nomen & occasio à *canibus*, qui veniam alicujus delicti ab heris suis petituri, capite primò, mox toto corpore humi depolito, velut illam subitari, se prosternunt. Indorum hodie Regem salutantes, utraque manu caput pectusque ferire, mox terram percutere, se dignos judicantes, qui illius te *submittant* pedibus, notat Frid. Hildebrandus *ad Cantum Nepotis*. V quoque hic pasim, inprimis in voce *Reverentia*, item ubi de *Signis honoris*.

Submontior, in *Tabulario* Vindocin. apud C. du Freine, Per *ordinarium Submontiorem in Curiam vocatus*, Gallis *Semonneur*, apparitor est, in jus vocans, de cujusmodi *Submontiorum* officio, prolixè agit Radulfus Henghamus *in Summa magna cap.* 5. Et *submon*, in controversiis, quæ inter ipsos *Patres* enascebantur, item Dominus evocabat vel per *Patres* ipsos seu vasallos, quorum erat judicio interesse: Sic Angliæ Regem Edwardum III. à duobus Paribus Franciæ, Bellovacensi & Noviomensi Episcopis, *submontium* fuisse, auctor est, qui *Chronicon* Flandricum conididit c. 33. Vel per *Milites*, quo modo Eduardus I. Angl. R. & D. Aquitaniæ, *submonitus* est, à Senescallo Petricoricensi & duobus aliis Militibus, A.C. 1293. Idemque jus Barones quoque Franciæ sibi afferere conatos, ut non nisi à Militibus submonerentur, præstatus du Frefne docet, qui etiam Episcopo. non nisi à paribus & Prælatos Normanniæ, ab Apparitore quidem Regio, sed Militibus ibipato, submoneri confuevisse refert. Alia fuit *submonitio militaris*, quarum formulas habes apud eundem. Sed Baronum Franciæ non nisi per proprias Principis literas fiebat, cæterorum verò per *Submonitores*, huic rei destinatos, ut idem pluribus ostendit in *Glossar. &* in *Elogio Joannis D. Johnvillæ pag.* 19. At vèrt. Heroum *Submonitores*, Græcè *Μνήστορες*, dicebantur viri moribus & ætate graves, qui juventæ heroicæ impetus prudentibus *monitis* intra honesti limites continebant, qualis Nestori Phœnix, Tydeis Æneæ, Epitydes Julo, alii alii fuere. Sed & *Μνήστορες* Dorien sibus dicebantur, qui *Mentatores* Romanis, ut videre est apud Joh. Meursium ad *Lycophronis Cassandram*. V. de *Submonitoribus Heroum* quoque supra in vocibus *Curtor*, *Cursus*, *Monitor* &c. Hinc *Submonitoria Epistola*, quibus Episcopi ad Concilium convocantur, apud Radulfum de Die to.

Submovere, verbum Lictorum fuit, apud Romanos, qui Magistratui eunti turbam submoveabant, viamq; faciebant. Ad quem ritum alludens Plinius de Apri bove, ait *l. 8. c. 46. Cùm si prarepuis in cætus, imedii submoto, ὑφεὶς, puerorum comitatur, carmen ejus honori canentium*. Ubi *submoto imedere*, sicut apud Lactantium *dimoto imedere*. Salmasio, est turbam dimovere, viam sibi facere, quod Galli dicunt *fendre la presse*. Nempe, quasi lictores haberet Apis, ad *submovendam* turbam, cum in cœtus se proripiebat, populi conferti sponte se dimovebant, religione ac venerazione ducti & venieri vii decedebant, ut cui religio pro lictore esset. Salmasius *ad Solinum p.* 707.

Submero, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4. impuriorem Physconc, molliorem Sardanapalo Cæsarem designare & quidem Submersum*: est qui Neronem proximè accederet, ac Neroni similis esset, quafi *par vis Nero*, quo convitio Domitianum hic Scriptor aspergit, qui *Nero sui temporis* dictus est: Aufonius de eodem,

quem calvum dixit sua Roma Neronem.

Imitatus Ciceronem est, qui *Submarium* appellarat eum, qui erudelitate Marium referret, *l. 10. ad Atticum Epist. 1.* Sic item Tertullianus *in Apologetico*, eundem Domitianum *portionem Neronis* vocat, quafi pusillum Neronem. Græci *τὸν τ Νέωνα*, istiusmodi pusillum Neronem dicerent. Ita Philistium Historicum Cicero vocat *pusillum Thucydidem*, Strabo Amafiam ob metrericum greges, *μικρὸν Καζαβόν*, Nempe dicere vult Afer, Domitianum impuritate quidem & mollitie fuisse Nerone inferiorem, Sardanapalo tamen & Physcone his viriis superiorem. Qualem igitur putamus ipsum fuisse Neronem, si talis exstitit, qui ejus erat diminutivum? V. Salmasium *ad locum Tertulliani*.

Subnervandi equos mos, V. infrà ubi de *Suffraginibus*.

Subparas, V. infrà *Suppanus*.

Subplantare, Luctatorum verbum, Græcè *ἀγκυλίσαι*, pedibus pedes subvincire notat. Unde Hesychius, *ἀγκυλισμὸς, γύμνασ τ ἐν πάλῃ*. Uti enim *nodum* vocabant & *nexum* Latini, Graeci *ἀγκύλη*, brachiorum circa collum implicationem & ftrangulationem, sic *ἀγκυλισμὸν* pedum implicationem appellabant, cùm alter alterum pedum implicatione evertere conabatur. Quod utrumq; simul faciebant experti palæstritæ, & uno tempore pedes subvinciebant, ac manibus brachiorumque nodis collum ftringebant. *Epigramma* Græcum,

Οὐ δὶ τὸν, ὃν τοῖς ποσὶν τὸν γόνασι δήσασα
Υἱῶν, ἀκοντίσας τῇ χερὶ τὸ φάσγανον.
Αὐτὸ δὲ ἀὐδήσασ ὃ σε πόσον, ὃ σε γόνασι,
Πόσον, πυγίζει ὄμμι τὸ σωθρόνιον.

apud Salmasium *ad Lampridium in Commodo*. Etiam à Jacobo in utero matris jam *subplantatum*, atq; hinc nomen ei indirum habes in Geneli, ad quam historiam V. A. Rivetum, alioque.

Subpri-

Subprior, apud Ordericum Vitalem *l. 5.* est, qui absentis Prioris in coetu Monastico vices gerit.

Subpulmentarium, cujus meminit Luithprandus *l. 6. c. 6.* officialis fuit Ecclesiæ Rom. quem pauperibus, quæ vel mensæ Pontificis supererant, vel quæ ad cibum pertinebant, distribuisse, Panvinius existimat: mox eundem cum Parœcliario esse addit. V. Car. du Freine *Glossario* & Dom. Macrum *Hierolexi.* o.

Subregulus, apud Witekindum *de Gestis Saxonum lib.* 2. Principes est Regali prope potestate, quasi *parvus Rex*, ut videre est supra in voce *Subrico*. Sic *Half-king*, h. e. *Semirex*, uti apud Anglos Athelstanum Ducem East-Anglorum, propter summam, quam sub Athelstano Rege potestatem obtinebat, appellatum fuisse legimus. Similiter Majores-Domus, sub prima Franciæ Regum stirpe, quod rerum summa penes eos esset, *Subregulorum* nomenclatione fuisse insignitos, docet idem C. du Freine, de Gundulpho, ex *Vita* S. Arnulfi Metensis *cap. 4.* de Ebroino, ex Ursino, qui S. Leodegarii *Vitam* condidit, *cap. 8.* de Waratone, ex Frigebodo in *Vita* S. Audoeni. Sic Carolum Martellum compellat Gregorius III. *Epist. 7.* & 6. *Dominum excellentissimum filium Carolum Subregulum.* Item in ven. quibusdam *Chartis* Offæ Regis A. C. 786. Eadvi item, & Athelstani, Proceres nonnulli hoc titulo ornantur, qui idem videntur cum iis, quos *Vice Reges* hodie appellamus, vel saltem potioris fuisse dignitatis, quam *Comites*. Plura V. apud Joh. Seldenum *de Titulis Honorar. p. 603.* ut & supra, in voce *Regulus*.

Subricum, seu *Subricula*, in Glossi, ὑποπερώπιον, operimentum capitis est muliebre, quod sub *rica* gestabatur. *Tufa* enim, ex Græco πῶφος, inter alia velum etiam capitis muliebre significat, & ricam & mitram de quibusdam Salmasius *ad Lampridium in Alexandro*, & *Vopiscum in Aureliano*.

Subruncinator, in *Indiculamentis* Flaminis Cerealis, inter Divos Agricolas, post Occatorem & Sarritorem positus, eodem ordine, cum sacra Cereri & Telluri Flamen faciebat, invocatus, dicebatur Romanis, quem runcationi vel *subruncationi* præesse credebant. *Subruncinare* enim idem, quod *subruncare*, ut *invitricinare* & *invitricare*. A *subrunco* porro, *lunules subruncivi* Agrimensoribus dicti sunt, qui oblongos pedes patebant, per quos aditus præbebatur vicinis, ad subruncandos agros: Alii *linteares & interclivos* vocabant. Salmasius *ad Solinum p.* 728.

Subscribendarius, in *Not.* Imperii, unus omnibus per Orientem Comitibus & Ducibus rei militaris tribuitur, de cujus munere V. conjecturas Jac. Gothofredi *ad l. 1. Cod. Theodos. de Erogat. milit. annonæ*, ut & supra in voce *Regestum*. At *Subscripti*, apud Ecclesiasticæ Rei Scriptores, Baptismi sunt candidati, apud qui Baptismum postulabant, *scripti* nomen edere tenerentur, ut videre est supra in voce *Competentes*, atque insuper ex *prologo Euthesion* Cyrilli.

Subsellia, sedilia erant, in Comitio, in quibus ii Judices, qui Magistratum Curulem non gerebant, confidebant causasque cognoscebant: quemadmodum contra tribunal, suggestus editior, locus erat, in quo Sella curulis, jurisdictionis insigne, constituta erat. Considebant autem in *subsellis* Tribuni Pl. Quæstores, Triumviri, Ædiles Pl. & qui cum Curulibus Magistratibus judicabant, Centumviri: Quinetiam ii, qui causas agebant, sive defenderent, sive accusarent, V. Aldum Manutium *de Quæstis per Epistolam lib.* 2. *Epist.* 4. Cognoscebant vero solum, non autem judicabant hi Judices, Sigon. *de Judiciis lib.* 1. *cap.* 7. &c. Sed nec firma hæc subsellia erant, fed ad tempus extruebantur, quoties iis opus esset, a tribunalium & *subselliorum* mancipibus, qui pecuniam à litigantibus postea repetebant. Dodo fubsellium a Nerone, qui ex *Atrario* gratuita primus dedit, apud Suet. c. 17. In Tribunali *Subsellia*, per cuneos erant distincta, & alternatim viis, per ambitu & in descensu, separata: erant & *cuneis* partia, in quibus subsellia componebantur; viæ vero per ambitum *cardines* dicebantur, quod multis versuris cuneos interfecarent, uti videre est apud Tertullianum *de Spectaculis*. At in Circo, recti ac perpetui sedilium ordines, per longitudinem positi, quam longa fuit, erat dispositi, quos proin *limites* vocat Tertullianus, *Ovatio* Ovidius: forte ut minus spatii perderetur. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 918. & *seqq.* nec non ubi de *Theatro* & supra in voce *Circus*; item *Fori*, *Basilica*, *Triforia*, *Spectacula* &c. Cœterum *subsellium* proprie βῆμα, βῆμ ξιον, πολλαὶ ἕδραι καθίσεις Pausaniæ: unde Cæsubonus *Subsellium*, in Theatris, sedem sive ligneam five lapideam κόιλωμα, in orbem extensam, definit, *ad Aug.* Suetonii *cap.* 43. ubi *de Ordinibus Subselliorum Theatralium* plura. V. & infra *Synhronum*.

Subserica Vestis, apud Lampridium in *Alexandro* &c. *Pestes fericas ipsi varas habuit*: *holosericas nunquam induit*; subsericam *nunquam domui*: propriæ dicta est, cujus stamen fericum trama de lino erat, atque adeo quæ subtextum habebat fericum. Alias enim etiam *subserica* erant, quarum trama ferica, stamen linеum, qua quæ proin *tramoseria* dicebantur. Et quidem primus *fericam*, id est, *holosericam* vestem, apud Romanos, Heliogabalus adhibuit, uti Spartianus docet, cum antea *subserica* tantum in usu essent, quas tamen etiam *fericas* appellarunt. Unde apud Auctores Heliogabalo priores *fericarum vestium* nomine non nisi *subsericæ* intelligendæ sunt; ut cum Quintilianus meminit fericæ togæ, quam viri gestabant. Post Heliogabalum verò, qui holosericæ vestis usum, hactenus mulieribus solum frequentatum, ad fortiorem sexum primus transtulit, passim *fericæ* pro *holosericis* occurrunt. Sic *fericæ tectæ*, *fericæ stantiatæ* & *fericæ variis coloris* in *Cod.* Theod. holosericæ sunt & c. uti docet pluribus Salmasius *ad Vopiscum in Aureliano* & *Tertull. de Pallio cap.* 3. Manserè autem Principibus fericæ vestes, nec ad privatorum usum transierunt, quibus *subsericæ* solùm concessæ, uti constat ex Vopisco *d. l.* & *titulo* Codicis. Unde inter munera, quæ Claudio Gallienus, apud Pollionem, misisse legitur, habemus, *Arabam* subsericam, *paragaudem*, *trimonem unam*; ubi tunica intelligitur stamine ferico subtexta; cujusmodi tunicas vel purpurâ, vel paragaudè, ornare moris fuit, uti apud eumdem Salmasium *ad l.* videre est.

Subsicivum, in re Agrimensoria, dictum est, quod in agro sterile atque ingratum esset, ac proin non assignabatur, vel properter maciem soli, etiamsi in mediis centuriis interveniret, vel quòd centuriæ modum non expleret, si in extremis assignationis finibus incideret: quæ duo *subsicivorum* genera, indigitantur Flacco. Et quidem *relicta* & *soluta* diebantur illa loca, item *ita soluto* & *absoluto* remanente, quæ aut in faxosis & sterilibus locis erant, aut in paludibus, ubi nulla posset exerceri cultura, ut supra diximus: pingues namque tantùm agros, aut illos, in quibus cultura exerceri poterat, assignatione divisi confuevisse, etiam Virgilianus ille Pastor docet *Ecl.* 1.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit.

At *vacuæ centuriæ*, diversæ a *Subsicivis*, Subsicivum enim minus quàm centuria est: Centuriæ autem vacuæ vel vacantes dictæ sunt, integer modus, qui sub assignationem non cecidit, fed privatis fortè concessus est. Quam in re V. Salmasium *ad Solinum pag.* 682.

Subsperni, de coloribus dicitur, cum alii aliis superimponuntur: sic apud Vet. anchusa coloribus pretiosis, ut conchylio & purpuris ac cocco, hodieq; *garancia* & *guesfium*, coccineis & purpureis, *subsperni* solent, ut colorem alligent, qua de re V. supra in voce *Alligari*. At *substernere*, Græce τὸ ὑποστρωννύειν, de gemmis, apud Plinium, ubi de Sardonyche gemma: *Arabica excellunt candore circuli prope tactio atq; non gracili*, neq; *in recesso gemmæ*; *aut in defectu rendentes*, *sed in ipsis umbonibus nitente*, *præterea subsstrato nigerrimo colore*, *& hoc in indicis cereum aut cornеum invenitur*. Ubi *subsstratum*, *mox radicem* idem vocat. Nempe Indicæ sardonyches *subsstratum* corneum vel cereum, superficies rubra, adeoque hæc vere sardonyx erat. At in Arabicis nihil rubri superemineбat, *subsstratum* solùm nigrum erat; quod in Indica sardonyche aliquando quidem etiam visebatur, fed neque semper, h. e. superficies rubeнte cum alba zona, adeò ut arcum cœlestem plerunq; imitarerur. V. Salmasium *ad Solinum p.* 562. *Subsstratorium* verò, apud Ecclesiæ Rom. Scriptores, *mappa Altaris est*, *cui Corporale insternitur*, C. du Freine *in Glossar.* Sed & Durandus sic vocat tapeta, quæ pedibus, præcipuè Episcoporum, substernuntur, *Ration. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 23. V. supra in voce *Pallia*, & de *Subsstratione*, tertio Pœnitentiæ gradu, supra, in *Prosstrati*.

Subsuffitum, apud Tertullianum *de Pallio cap.* 3. *Subsuffitum & dentio sudum*: tempus est inter ferenum & pluvium intermedium, cùm minutum rorat, priusquam pluvia incipiat, aut postquam desiit, Græcis ὑγρὸς καὶ ὄμβριος. Unde *subsuffitum* ὑγρότης καὶ ὄμβρωδες Glossæ interpretantur. V. Salmasium *ad l.*

Subtanum, in *Chron. MS.* Nonantul. apud du Freine, tunicæ species, hodieque *Soutane* Gallis, an quod *Subtenorium* olim fuerit propria?

Subtegmen, seu mel. *Subtemen*, in tela, Veteribus idem erat cum *trama*, quam κρόκην Græci dixere. Postmodum pro stamine sumi cœpit. Jul. Capitolinus *in Pertinace*, *Pestis subtegminе fericæ*, *filis aureis insigniter*: ubi *filis* pro subtemine ponuntur, *Subtemen* verò pro stamine, Græcis στήμων, unde hujusmodi vestes aureis filis & ferico subtemine contextas, χρυσοστήμονας appellavere. Aureo namq; stamine texi non posse vestes, notat Servius *ad illud Virgilii*,

Et picturatas auri subtegmine vestes.

Sic *fila* pro *subtemine*, ponuntur in *Cod. de vestibus holov. & auri. l.* 4. Itaque *Subtenens* Latinè lingua antiqui auctores tramam appellaverunt, quòd *subtrei* stamini & intra illud curreret, at recentiores pro stamine ipso usurparunt, quòd quasi *subtexterе* tramæ hinc in *d. l. stamina subtexi* dicuntur. Qua de re V. Salmasium *ad Jul. Capitolinum loco cit.* & plura supra in voce *Stamen*. Translatæ vocem usurpat Statius *Thebaid. lib.* 12. v. 774. ubi etudum illud eorum, quod *pectorale* Veteribus fuisse, docet Varro, quodque lonicæ fubeat, & corpus tegebat intra illam; *Subtemen durum* vocat.

Subtelares, calcei sunt, appellati Latinis, qui calcеs plantarum infimè tegebant, uti fandalia & soleæ; quæ nil nisi στρωμα seu ὑπόπλωμα habebant, quod ad pedem habenis quibusdam religabatur circa digitos primores. A voce *subtel*, quæ Prisciano infimam pedis partem notat: unde *subtelaria* vel *subtolaris*, quod *subtel* duntaxat tegeret. Infimæ ætatis Scriptores corruptè *subtulares*, *subtulares*, *fantulares* atque etiam *sintulares* scribunt, hodieq;

Gallis

Gallis ab hac origine *Soulier* calceum signat. Salmasius *ad Pallium Tertulliani* c. 5.

Subtorium Cryptæ, V. suprà in vocibus, *Crypta*, *Favissa* &c.

Subtile, apud Ecclesiæ Rom. Scriptores, vestis Subdiaconorum est, quæ & *Stricta tunica* appellatur. Durandus *Ration. l.* 3. *c.* 10. *Tunica, quæ alibi* Subtile, *in lege verò* στοβίον. Canonicis Regularibus illam tribuit Jo. Butchius, vestem lineam esse dicens, *quam Romani Rokkum Romanum, Germani* Subtile, *Sarracenum, sive Scarticlum appellant, in Chron lib.* 1. *cap.* 23. Etiam Episcopis, *Missa* ab Illyrico edita, in qua hæc oratio *ad Subtile*, cum se Episcopus facta factarus illud induit, habetur: *Induta me, Domine, vestimento salutis & circunda me loricâ fortitudinis*, uti videre est apud G. du Freine *in Glossario*, in hac voce, ut & in *Superpelliceum*.

Subtrahere, in Regula S. Benedicti *cap.* 13. *Sexagesimæ sextus psalmus dicitur sine antiphona subtrahendo modicè, sicut in Dominica, ut omnes occurrant*: est, cauere longo prononciationis tractu, ut exponit Macer *in Hierolexico*.

Subtucta, interior erat Virorum, apud Romanos, tunica, quæ proximè cutem attingebat. Olim enim tunicis saltem duabus uti in Orbe Romano hominес, interiori linea sive *Subucula*, & exteriore, ex lana aliave materia, quæ proprie *Tunica* vindicavit nomen, olim quidem sine manicis, *Colobium*: post manicata, *Dalmatica*, nuncupata. Cui Togam quidam injiciebant, quidam Lacernam, aut Panulam. Octav. Ferrarius *de Re Vestiar. part.* 1. *l.* 1. *c.* 38. Quando autem primùm tunicæ linеæ interiores in usu apud Vet. esse cœperint, haud facile dictu est. Nam apud Romanos non nisi ferò id factum, inde colligas, quòd nulla fere mentio Inеarum, apud Antiquissimos, occurrit. Interulam & Tunicam distinxere, hoc solum posuerunt discrimen, quòd altera interior indueretur, altera superaria esset, addituri utique, alteram lineam, laneam fuisse alteram. Nec Plinius, cum de lino agit, ullum lineæ vestis ullum agnoviſſe videtur, præcipuè in viris: Scribit enim ex Varrone, in Serranorum familia gentilitium fuisse, fœminas linea vesſe non uti. Plautus etiam non semel mulieribus linea vestimenta adscribit, Virris nunquam: nec Martialis, qui omne vestimentorum genus tetigit, quidquam de linеis habet; & Horatius *Subucularn* tritam tunicæ pexæ opponit, quòd in linea vesſe esse non poteſt, *l.* 1. *Epist.* 1.

Si curatus inequali Tonsore capillos
Occurri, rides: si forte Subucula pexæ
Trita subest Tunicæ.

Ut de balneis nil dicam, quorum usus præcipuus erat, ut fordes depellerentur, quæ, cum laneis vesſibus etiam interioribus utcrentur antiquitus, obtinebant facilè. Ex Suetonio tamen colligi videtur, *Subucula* fuisse linеas, qui scribit, Augustum hyeme, *quatenus vix pingui Toga tunicis, ac Subucula thoracem induci maluit solitum*. Nam si lanеæ Tunicæ fuerunt, quid opus erat *Subucula* thoracem lanеum dicere? Sed Beroaldi lectio potior Eruditis, quæ habet. *Subucula & thoracе linea*. Non nisi ferò igitur lini usus in *Subucula*, quo tempore linеæ Tunicæ promiſcuè usurpari cœperunt nec minima pars luxus addita iis purpurâ atque auro. Ut enim Tunicis lanеis & subtericis, ita proprie linеis Interulis aurea fascia limbique ac fegmenta addebantur, quas *Parægandas* dicere, ut nos Magnus Casaubonus docuit, sive ea vox Parthorum fuit, sive Syrorum: V. quoque Salmasium *ad Hiſtor. Aug. Scriptores*, *Lampridium* inprimis, ubi ſic de Alexandro, *Boni linеamenta appetitor fuit, & quidem puri* (i. ſine auro ac purpurâ) *& linei licuroso ſom, ut nihil aſperum habeam, quid opus eſt purpurâ?* &c. Orta verò *Subucula* & *Indusi* nomina sunt, cùm binas Tunicas Romani gestare cœperunt; ut ſic ab interiore tunica superiori distingueretur: dictus) *Subucula* eſt, interior Viri; *Indusium*, interior Mulieris tunica: quem admodum ſuperior in Viris *Tunica*, in fœminis *Stola* appellata eſt. V. iterum Ferrarium *Part. ead. l.* 3. *cap.* 3. Quomodo à Sapparo *Subucula* distinguenda ſit, V. Eund. *ibid. c.* 20. Græci *χιτῶνον ſubucularem* dicere, uti tunicam *ἐπιτῶνον*, *ſuperiarem* hinc patuit Latini, docente Salmaſio *ad Pallium Tertull. cap.* 5. ubi ſub pallio Græci generis omnes cum tunicam, tum interulam, imitati habuiſſe, haud minùs quam Romanos, ſub toga; ſolos Cynicos tunicam non geſſiſſe, ſed interulam tantùm, addit. Idem *Linеas* eas absolutè & citas eſſe, docet *ad Hiſtor. Aug. Scriptores*, V. ſuprà in hac voce.

Subvenio, Feſtum in Gallia, in memoriam reditus S. Martini Epiſc. ad ſuam diœceſim, inſtitutum; aliter *Excepio*, ut habet ex Odone Cluniac. Dominic. Macer *in Hierolexico*. C. verò du Freſne ſic noanullis appellari ait Feſtum relationis corporis hujus Sancti, apud Turones. quod Monachi propter Danorum incurſus occultaverant; neque id *Excepionem* dictum eſſe, & præterea 4. Idus Mail celebrari conſueviſſe, addit, in *Glossario*.

Subvertibulum, apud Tertullianum *de Pallio*, *c.* 4. *Eadem vero jam duduum cervicibus intentionis epicynio diſſervo, quantum denudasti paſſivitas offeret? libertinos in equeſtribus, ſubvertibuſtos in liberalibus, dediditios in ingenuis — veſtitio, lino, tunicâ tecum veſtimentur*; Dominico Macro reus eſt, qui poſt verberum multam ſtigmatizabatur ſigno dedecoris & infamiæ *in Hierolexico*. Nempè ex ſententia illorum, quibus *verbuſtus* eſt, quaſi *verberibus uſtus*. Sed *verbuſtus*, unde vox illa, proprie à *πυγμῶνες* eſt ſeu verbero, uti docet Salmaſius *ad locum*.

Subvicecomes, apud Anglos JC. eſt Officialis aut Deputatus Vicecomitis, de quo munere V. Spelmannum *in Vicecomes*: Sic *Subvicarius*, in vett. *Charis* apud Beſſium *in Comitibus Pictav.* eſt, qui *Vicarii* abſentis locum tenet; *Typvicarius*, in alia *Charta*, apud eundem.

Subula, quaſi *ſubulus*, à *ſuendo*, Sutoris inſtrumentum, de quo Martialis *lib.* 3. *Epigr.* 10. ubi in Cerdonem, qui, neſcio quo caſu amplas divitias adeptus, eò infanиæ devenerat, ut Gladiatoriæ munera Populo daret, ſic invehitur:

Das Gladiatores, Saturom Regule, Cerdo,
Quodq, tibi tribuit Subula, *Sica rapit, &c.*

Eâ ſervorum perforari autes veteriſſimus mos fuit, in Sacris quoque memoratus. Sulpit. Severus *l.* 1. *c.* 31. *Dominus puer pecunia emptus ſex annis ſerviet, poſt hæc liber erit, ſponte autem permanenti in ſerviture auris forabitur*. Quod inter Edicta Dei ad Moſen ſuit, & apparet ex Exodi *cap.* 21. ubi, ſi Servo Dominus uxorem dederat, finito ſexennio manumittebatur quidem, ſed uxor eius, & ex ea nati liberi Heri erant: quorum amore ſi captus à domino diſcedere nollet, afferebat eum dominus Dis, id eſt, Judicibus: eiq; ad poſtem appliearo, *Subula* durem perforabatur, ut ei perpetuo ſerviret. Eandem legem repetirant habemus Deuteron. *cap.* 15. *verſ.* 15. Unde apud Pſalmographum CHRISTUS, ad ſe ritum hunc applicare dignatus, *Aures*, inquit, *perforaſti mihi*. Illum autem, ad libertatis ſuadium ingeniosè randum, Deum præceptiſſe, Cajetani conjectura eſt, ut, ſi non ſervitutem, ſaltem ignominiam horreret. Theodoretus hoc ſortis argumento perpetuam ſub domino obedientiam ſignificari putavit. Hinc lux Petronio, apud quem *pertuſa aures* Attibi tuis tribuuntur, ſcilicet quia ſervi apud Romanos erant. Inеò & Pœni *cum annulatis auribus*, eandem ob cauſam, indicuntur, apud Plautum *Panulo Actu* 5. *Scen.* 2. Barbari quoque male audiebant, apud Romanos, quippe qui eos ob ſervitutis ſtigma averſabantur. Lucillius,

Nequam eſt, aurum aures cujus rehomenitas ambit.

Hanc itaque Servitutis notam, libertate poſtea donati, licèt omnem adhiberent operam, non tamen ita occultare potерant, quin ex ſiſſuris teneſtrisq; aurium illa appareret, uti loqui amat Juvenalis *Sat.* 1. *verſu* 104.

Quamvis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure foraſſet
Argyrius, licèt ipſe negem.

In quæ verba vetus Scholiaſtes, *Auguſti homines, qui cùm propter libidinem libertatem meruiſſent, & in Libertinorum corpus & in bos relati eſſent, pertuſæ auribus ſigna Libertinorum ceſare non poterant*, V. Caſpar. Barthoiinum *de Auuribus Vet. c.* 7. Ad quæ imitationem vevi vel ferum longius ae præcutum, ad ſupplicia ad hibitum; *ſubula* quoque & *ſubia*, dictum eſt recentioris ævi Scriptoribus. Unde Nicephorus Cpolitanus ſcribit, Iuſtinianum Rhinotmetum aliquot ex primoribus Cherſonenſium ἑβδόμοις ἀνδράσι immiſſos ad ignem torruiſſe. Quo loco Theophanes habet, εἰς ὠτάρια ξυλίνα, *in ſubulas ligneas*: quod Moſchopulus ἀνδαλίσκους vocat. Etiam voce hac Græcobarbara Græcorum *Synaxaria* utuntur, cùm *ſubulis* Martyrum carnes dilaniatas ſcribunt paſſim. Inter armà vero quoque *Subulas*, quibus ſic loricarum defectus ſcrutarentur, recenſet Guil. Brito *Philipp. lib.* 11.

His ſubibus, talis hic amicat, ille bipenni,
Hic verubus, cultris aliter ſubularibus arctas
Scrutatur thoracis vias, galeaq, feneſtras.
Qua ferro queat immiſſo terebrare cerebrum.

Cujusmodi ſotte fuerunt ἀνδάλια, de quibus Leo *in Tactica c.* 5. *§.* 4. &c. V. quoque infra in voce *Subula*.

Subulci, apud Judæos, viliſſimi. Unde eſt, quòd acolaſtum, ut ad extremas inеitas ſciatur fuiſſe redactus, Chriſtus ad paſcendos porcos rus amandatum fuiſſe, narrat Lucæ *c.* 15. *v.* 15. Nec ratio obſcura eſt, cùm ſuiſſæ eius Lege olim fuerit prohibitus, ut notum. Sed & Ægyptii hoc hominum genus usque eò contemnebant, ut tanquam profanos homines à Templorum aditu arcerent, neque, etiam ex fœce plebis, quisquam eſſet, qui cum illorum familiis ullam conjugii ſocietatem inire veller, teſte Herodoto *l.* 2. *c.* 47. Atque, aut Eumæum ſubulcum Poëta ſummus tam multis commendaverit, *Subulcos* tamen in Græcia non fuiſſe meliore loco, fuader, quod nusquam eos Theocritus inducit cum opiſiombus aut bubulcis colloquentes. Quin, ut Donatus obſervat, tria ſunt tantùm Paſtorum genera, quæ in Bucolicis dignitatem habent, bubulci, opiliones & ominum *ἀιπόλοι*, *caprarii*. Unde & in Virgilio aſtum de ſubulcis ſiſſitum. Et *Ecl.* 10.

Pauli & upilio, tardi venere bubulci,

reſtè obſervat vir doctus, à Servio peperam legi *ſubulci*. Quod docet *tardi* epithetum, bubulcis appritme congruum, ſed ſubul-

eis non item, quibus per corporum celeritatem tardis esse non licet. Et Theocriti versus *Idyll. 1. vers. 80.*

Αἰδὸν τοι βάτος, τοὶ ποσσίν, ἀέκοισι ἐλθοι,

quem Poëta hic imitatur. Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap. 56.* Interim *subulco* mites, e milite Imperator, talos est justinus 1. quem vide.

Subulo, apud Plinium *l. 11. cap. 37. Sparsa hæc in ramos ut cervorum; aliis simplicius tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis.* Græce est ὀ σταθμὸς νεὸς ναυτιλίας, cervus viz. decundo anno cornua edens simplicia ac recta, molliaque eadem & lanuginæ vestita, Gall. *brocard*: nam *brocæ* iis sunt verua. Nempe *subula* etiam mitrumentum fossorium est, & acutum, quo terra scrutitur, & lapides primo rudimento pungiuntur, prinsquam polliantur, ἐρυξ Græcis, *oppos* quoque Latinis: unde *subula* is *impositi lapides*, apud Auctores de *Limitibus*. Hinc itaque, cornua illa recta & simplicia in cervis bimulis, *subulas* & ferulas Latini, Gr. σπάθας & σπαθίδας, Galli hodie *dagues*, uti in capreis *brocas*, vocarunt. Verum, quia cornua hæc recta quidem, interim non acuta sunt, subjicitur Salmasius apud Plinium, potius voce hac feram indigitari, quæ Græcis ὀρυξ hinc dicta, unico cornu iso non male referi illius, quod diximus, ferramenti formam: namque illius & duplex, & rectum, quo insuper acutum est. Quam in rem V. eum ad *Solinum p. 222. & seqq.* nec non supra in voce *Oryx*.

Subvolumina, apud Isidorum, ubi de cameris, quid sint, V. infra in voce *Volubiles Columnæ*.

Suburana Tribus, inter Urbanas prima recensetur, à Varrone *de L. L. l. 4.* sic dicta, quod *sub muro* terreo Carinarum esset, vel quod fuerit *sub* antiqua *Urbe*. Apud Sext. Pompejum verò, *Suburbium* à pago *Sumsium* Verrius appellatum ait; probatq; eorum auctoritate, qui quam, ita appellatam & regionem Urbis & Tribum, à stativo præsidio, quod solitum sit *succurrere* Esquiliis, infestantibus eam partem Urbis Gabinis, indicioque elle, quòd adhuc ea Tribus per C. literam & non per *R.* scribatur. Completebatur autem hæc Cælium montem, & circum adjacentia loca. V. quoque Dionysium *l. 4.* Livium *l. 1.* Plinium, Alios. Paulus Manutius *Scholiis in 8. lib. Epist. Cicer. ad Famil.* existimat, de ea Cicerone in *Oratione fusta Orat. in Agror.* ubi tamen in vulgatis legatur *Orgiulana*; in libris autem quinq; antiquis, *Aburiana*, pro quo ipse legendum putat *Suburana*. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l. 6. c. 15.*

Suburbanum, V. supra *Prosilium*.

Suburbiaria Regio, V. infra *Urbicaria*.

Suburra, adde: *Regionem urbis frequentissimam*, appellat Vetus Schol. Juvenalis, *ad Satyr. II. versu 50.* Sed constat, viam, non autem regionem fuisse, celebrem habitatione Cæsaris, apud Suetonium *c. 46.* nisi forte ante Urbem ab Augusti in regiones XIV. distributam; quæliber via nomen *Regionis* obtinuit, ut colligere est ex Varrone *lib. 4. de L. L.* ubi Regioni secundæ eam attribuit, & Festo *lib. 7.* ubi Regionem is vocat: Si enim Regioni attribuita, ergo non ipsa fuit Regio, Dempsterus *in Rosin.* Sub muro Carinarum collocat Varro *loco cit.* in ipsa verò Urbe, Juvenalis *Sat. 10. v. 155.*

——— *Nisi Pœno milite portas*
Frangimus & mediâ vexillum pone Suburrâ.

Sed, si Tonfores ibi meritorias suas tabernas habuerunt, ut constat ex Martiali *lib. 1. Epigr. 17.*

Tonsrix Suburræ faucibus fœdes primis,
Cruenta pendent quæ flagella torturum:

extra pomœrium *Suburram* fuille necesse est. Servus enim publicus five tortor in urbe habitandi veniam non habebat. Ibidem venales rure merces exponi solitas fuisse, puta, ficus, olivas, poma, idem docet *lib. 7. Epigr. 30. & lib. 12. Epigr. 18.* ubi, quòd clamoribus præconum & aliorum, res venales ac promecales clamitantium, perpetuo streperet, *clamosam* eam vocat. *Summanium* quoq; locum dictum esse, patet ex eodem, *Epigr. 35. lib. 3.* ubi meretricum in Summoenio meminit: Unde *Summoniane uxores* dictæ, ut & *Suburanæ*. Ideò verò *Summanium*, quòd sub antiquis *manibus*, via vocata est. V. Thom. Dempsterum *Paralipom. in Rosinum, ubi de secunda Regione.* In eadem via Stellam habitasse, præclidus Martialis indigitat *l. 12. Epigr. 3.*

Vel si malueris, prima gratiùs Suburæ:
Astris sum illic Conjuge alta mea.

In quæ verba Scholiastes, *Ad Consulem*, inquit, *Stellam, in prima Suburra*, h. e. *aditu Suburæ habitantem. Incipiebat à Foro Romano; definebat ad initium via Prænestinæ.*

Succa, in Concilio Palentino an. 1322. *can. 6.* linea vestis species, Episcopis & Prælatis usitata, apud C. du Frefne *Glossar.*

Succabar, seu *Succubar*, oppi. Mauritaniæ Cæsar. unde *Succubitana purpura*, apud Vopiscum *in Claudio*, uti quidem legi potest ait Salmasius. Nam quòd alii *Succubitanam* legunt, à *Succubone* Basseranie opp. quod *Succubitanum Municipium* quoque dictum occurrit, ideo minus placet: quòd hoc in mediterraneo est, purpuræ autem baphia non alibi, quàm in locis ad mare fitis, sunt instituta. V. eum *Not. ad l.*

Succedere, vox Circi. Uti enim de primo offitio missis dicebatur, *occupavit & vicit*; sic de secundo, *successit & vicit*. Nam secundo offitio missus planè *succedebat* ei, qui primo offitio exierat & proximè eum sequebatur. Silius *l. 16.*

Proximus à primo siftans, quantum æquore cursus
Occupat ipse loci, tantum sed proximus ibat
adstar Panchates ———

Unde in vet. *Inscr. successit & vicit*, verba accipenda sunt, tantquam si dixisset, *secundo offitio missus est & vicit*. Et in Tabula agitatorum Circensium, verba hæc, *Occupavit & vicit*: *successit & vicit*: *eripuit & vicit*, de primo, secundo, tertio offitio missis sunt exponenda. V. supra in verbo *Occupare*, item ubi de Circi *Offitiis*.

Succentor, Præcentor, & Concentor, Musicorum in Ecclesia Rom. genera, inter quos *Præcentor vocem præmittit in cantu*; *Succentor canendo subsequentem responder*; *Concentor vero consonat*, Durandus *Ration. lib. 2. cap. 2. num. 1.* Joh. de Janua *Succentor est, qui post Præcentorem seu principalem Cantorem subsequenter canendo respondet, vel qui facit officium principaliter in Choro sinistro.* Ejus munus seu dignitas *Succentoria* dicitur. V. de illa C. du Frefne *Glossar.* & Macros Fratres in *Etier. lexi.* o, quorum hi aliquibus folùm Ecclesiis Cathedralibus eam vindicant, & Messanæ alibiq; in Sicilia *Succiantro* voce Gallicâ appellari, addunt.

Succuffrum date, apud Spartianum *in Hadriano*, Cui (Titiano) *cum tac offerem dare non posset, quia non pecebat, id est, ut potero*: phrasi est illis temporibus adhibita, ut verbi invidiam mollirent, pro *summovere*, *exauctorare*, Græcè κωλυσιεργὸν. Sic idem paulo post, *Sepitio Claro & Suetonio Tranquillo successores dedit.* Capitolinus *in Pio*, *Successorem viventi bono Judici nulli dedit.* Lampridius *in Alexandro Sev. Si unquam alicui præsentium successorem dedit, semper illud addidit, Gratias tibi agit Resp. &c.* Idem *eli misere successorem*, Ἀβδόνυμον νίκωνα, apud Herodianum. Simili ratione, *accipere successorem* dicebantur, qui dignitate privabantur. Plin. *Epist. l. 9. ut ego Certi consulatum, tu ejusdem Certus accepit.* Unde jure notat ejusdem Spartiani, ubi supra, pleonasmum, Cafaubonus, cùm de Catilio Severo Præfecto Urbis ait, *Qua re proditâ, successore à cæpto, dignitate privatus est*, V. eum *ad l.*

Succudanea, hostia dicebatur olim, teste Festo, *quæ secundo loco cædebatur, quòd quasi succideretur, dicta. Quidam à succuendo, non à suc iendo, dictum putant.* Cùm nempe primis hostiis litatum non erat, alia; post eadem ductæ cædebantur, quæ quasi prioribus jam cæsis, lucndi piaculi gratiâ subdebantur, &c. *succedanea*. Et quidem, *Si per maremlitare non possent, succudanea dabatur fœmina; si autem per fœminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat*, Meminit earum vetus Senatusconsultum, quòd in Regia hastæ Martiæ movissent, M. Antonio A. Postumio Coss. factum: Quod C. Julius. L. F. Pontifex. nuntiavit, in Sacrario. c. in. Regia. hastas. Martias. movisse. de. ea. re. ita. censuerunt. c. uti. M. Antonius. Consul. holtiis. majoribus. Jovi. &. Marti. c. sacrificetis. Dies. quibus. videretur. placandis. uti. procurassec. fatis. habendum. censuerunt. si. quid. Succidaneæ. opus. esset. c. Robigus. accederet. Alius codex habet, *Robius accederet*: Diecbantur autem *Robi* boves à colore rufo, quem Græci ξανθὸν appellant. Sic & in antiqua inscr. *Robius vinius* occurrit. *ut Prator cui hoc regio sorti obvenerit, situaturum se sciat, alinig, quis Magistratus, Volcanalibus 10. Kal. Sept. omnibus annis vitulo Robio & Verre. V. A.* Gellium *lib. 4. cap. 6. cum Notis* Anton. Thysii JC. *Præcidanea* contra hostiæ dicebantur, quæ ante sacrificia solennia priùs cædebantur: quemadmodum *porca præcidanea*, piaculi gratiâ, ante fruges novas captas immolari Cereri consuevit. V. Supra.

Succidi, apud Plinium *l. 16. c. 12. postea tota arbor* succiditur & *medulla ejus uritur*: de arbore dicitur, cùm cædituc funditus & evertitur. Sic idem de oleastro Megarensi, in Foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice aiminente anas longa occultaverat, *l. eod. c. 39. Fulig.*, ait, *arbor illa fatalis ex ictis mirabile prænuntiat oraculo, cùm arbor arma peperisset: quod successæ accidit, vertit galeis, inimis reperiis.* Qua de arbore loquens Theophrastus habet, ὁ ἐκφυτὸν ἔτμον. At *contucari* dicuntur arbores, cùm rami superflui luminiq; officientes recidumtur. Quæ proin duo malè Festo confunduntur, & Plinio *l. 17. c. 11.* ubi, *Idem*, inquit, *Cato arbores religiosas lucos*, succidi *permisit, sacrificio prius facto.* Locus enim, quem is delignat, sic habet, *inunum conjucare Romano more si oporteat, porco piaculo facito.* Nempe interdui prosus luci erant, nec eamum aut frondem inde decidere, nisi facto sacrificio, quo faciens illud expiarent, licuit: Ut totus verò lucus aut integra aliqua arbor excinderetur, nullo piaculo poterat fieri fatis, quo rantum, ut rebantur, sceleus purgaretur; nisi eo casu, quando arbores fulgurituæ erant, tum enim non solùm, sacrificio prius facto, interlucare: sed etiam penitus excindere eas, erat permissum. De cujusmodi arboribus videtur intelligenda vetus *Inscr. Earum ꝙ arborum adolefactarum & coinquendarum, & in eo locoalie sins repositæ*, V. Salmasium *ad Solinum p. 582.* & supra in voce *Colinquere*.

Succinctorium, V. supra *Succingulum*.

Suc imum, à *succo* compacto dictum, Græcis χλανὶς; Persis *Carabe*, ut & Saracenis; Arabibus *Ambra*; prisci Germanis *Glessum*, seu vitreum; Prutenis *Gintaris*; cum nigrum est, *Carbo* &c. Andreæ Aurifabro gluten, viscum, bitumen, aut tale quid; sudor certè terræ est, qui in mare per venas & meatus effusus, mollis adhuc & liquidus, obvia quæque amplectitur, re-

tinet, includit: fluctu vero lambente in altum provolutus, maris vertigine ac fallsugine, temporisque diuturnitate, lapidefcit, & fic concretus, vel pifcatu (de quo infra in voce *Sudeni*) extrahitur, vel in littora ejus featurigini oppofita adverfis ventis ejicitur. Et quidem, quamvis dicatur per multa invenire littora, conveniunt tamen Auctores maxime in Infulas Septentrionales, Pruffiam præcipue, quæ vera *Succini mater* merito dicet: cujus proin Principes vel unius anni cenfu triginta millia marcarum argentearum, vento & mari propitiis, ex hac pifcatione confecifle leguntur. Hinc Plinius *l. 37. c. 3. Affertur*, inquit, *à Germanis in Pannoniam maximè provinciam. Inde Venedi primum — rei famam fecere — id acquirentes circa mare Adriaticum. Pado vero adnexa fabula evidentes causâ &c.* quod ab Equite quodam Romano miffo ad id comparandum à Juliano, curante gladiatorium munus Neronis Principis, qui proin hanc commercia & litora peragraverit, explorarum effe addit. Color varius eft, nigrum quoque aliquando mari ejicitur, vel terrâ, cum per alluvionem collibus arenofis impactum eft, effoditur. Album, idque nobiliffimum, diutiùs agitatum & procellis Oceani excoctum eft: hinc gradus dehifcentes ad nigredinem, fc. color mellis coctî, auri & croci, unde Græcis fuum *chryfelectrum*: cinericei coloris eft impurius. Nec idem fapor omnibus, nigrum eft insipidum; album dulce, quod feundum gradus remittit. Odor quidem myrrhæ genuinus ipfi, fed diverfus gradu. Liquidius rarum inventa (quod quidam cum Anime Orientali Luftitanorum confundunt) afpertimè fœtet. Duritiei fummam tenet nigrum, fecundum locum ibi album vindicat, iterum ex gradibus deficiens. Concinnantur hinc globuli, annuli, cochlearia, pyxides & imaginculæ quævis, utpote materiâ torno, pro diverfitate colorum, valde obfequenti. Segmenta & ramenta fuffitui inferviunt: Etiam oleo addita, flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla. Idem manuforia cultrorum ornantur; globuli perforati torquez efficiuntur, & intercalium oculis gratos, & ferentium utiles. Idem Plinius ubi fupra, *Hodieq; tranfpadanarum agreftibus feminis, nonnullum vice fuccina geftaminibus, maximè decoris gratiâ, fed & medicinæ.* Indidem armillas confici confueviffe, ex Juvenali difcimus *Sat. 9.* ubi *fuccina grandia*, vetus Interpres *dextrobolaria* exponit. Sed & in munere Neronis antea indigitato, *vetia arcendis feria podium protegentia fuccinis nodata, arena verò & libitinæ* (h. e. fandapilas & lectas, quibus mortui ferebantur efferebantur) *unguibus, unius dîei apparatum, è fuccino fuiffe*, ex Plinio iterum difcimus. Tanta copia tum inventum eft ab Equite prædicto, qui maximum inter alia pondus attulit, XIII. libratum: è quo Solinum XIII. millia facientem, adnitente gentemque de fuo, *donum Germanicæ Regis fuiffe*, meritò perftringit salmafius. Porrò, à fuccino Pictores, rerum oblinendarum gnari, fpeciem glutinis mutuantur tenuiffimi ad fplendorem. Ut de ufu ejus, oleiq; inde confecti, Medico, qui multiplex eft, nihil addam. Spectaculo inprimis fuit pellucido & fplendido huic fuccino inclufa: Lieet enim Sedani fpectare fuccinum, in quo rana & lacertus fepulti, jucunda oculorum admiratione; imò concavum quid in medio apparet, cum aqua fluida, quæ uxta Lunæ phafes augetur & minuitur. Certum nainque, animalcula, & qua præterea claudunter fuccino, adeò perfectè fervare ficum membrorum, colorisque fplendorem, ut modò incidiffe videantur, modò cum naturalibus certare, imò fuperare poffint, nullo fui detrimento, utique naturalia, fed in fplabum retenta immortalium inftara, fupra omnem artem, ut videre eft annona alia confumit &c. Quam in rem V. plura apud Plinium *d. l.* Auctorem Anonymum *Sinæ & Europæ c. 31.* Salmafium ad *Solinum paffim*, & fupra ubi de *Ambara*, ac *Electro*. Quia verò *Succinum* gummi pinus arboris, vel populi, Veteribus creditum eft, hinc eodem cum illo nomine variæ gummium fpecies appellatæ leguntur: inter quas Βρύκον Græcos recentiores appellafle electrum, diximus in voce *Beronice*. Inde *fuccini crines*, pro *fuccini*, quos in Poppæa fua carmine quodam laudaverat Nero. Plinius, *Domitius Nero in cæteris vitæ fuæ portentis, capillos quoq; conjugis fuæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine fuccinos appellando.* Sic ενώτια δένδρινα, apud Artemidorum, *fucini annuli*, qui ex fuccino. Et *fuccina gemma* Martiali,

Qui prîs in obftantem fuccina gemma feram:

qui Poëta *fuccina trita*, inter odoramenta præftantiffima, paffim quoque commendat, *l. 3. Epigram. 65. v. 5. lib. 11. Epigram. 8. verfu 6. &c.*

Succoth-benoth, 2. Reg. c. 17. v. 30. nomen idoli eft, quod, è populis ex Affyria in Judæam à Salmanaffare translatis, Babylonii coluerunt, Talmudicis, qui illud exponunt *gallinam cum pullis fuis*, in *Sanhedrin c. 7. fol. 63. b.* Bochartus vero, בנות succoth בנות ad verbum fignificare ait, *filiarum*, vel *puellarum tabernacula*. Itaque cùm Babylonii feguntur feciffe *Succoth-benoth*, eos ftruviffe intelligit facellum Deorum, quæ בנות *benoth*, i. *Puellæ*, dicebantur: uti Græcos Profcripnam κόρην, i. *puellam*, appellaffe, notum. Sic Amos *cap. 5. v. 26.* סכות מלככם *succoth malcecem tabernaculum Regis veftri*, i. idoli veftri facellum. V. cum *Hieronymi Parte pofter. l. I. c. 16.* Gerh. Joh. Voffius & Jo. Seldenus Mylittam feu Venerem Affyriam hoc nomine intelligentes, *puellas* corollis redimitas, ad Templum ejus, hofpites oppetiri

folitas, & poft Deam folenni formulâ invocatam, injectâmque fœminæ, quæ maximè arrideret, fimul quantulamcunque pecuniam, in proximum *tabernaculum*, abduci confueviffe, nequè illi earum à Fano recedere licuiffe, nifi his tribus idolo initiata fuiffet, referunt, de *Orig. Idolol. l. 2. c. 22. & de Diis Syris Syntag. cap. 7.*

Succubo, addes: Hinc *Succubitana purpura*, cujus meminit Pollio *in Claudio*. Salmaffius tamen malèt *Succubaritana*, ut vidimus fupra *in Succabar.*

Succus, in arboribus Nympharum olim fanguis, uti ipfæ, animæ velut arborum, habebantur. Servius *ad Æn. 3. Hamadryades cum arboribus & nafcuntur & pereunt. Unde plerumq; exrâ arbore fanguis emanat.* Unde apud Ovidium *Metamorphof. l. 8.* ubi querens annoffifima exciditur, legimus;

Cujus ut in tranco fecit mânare impia vulnus,
Haud aliter fluxit diffuffo cortice fanguis,
Quàm pelet ante aras, ingens ubi victima taurus
Concidit, abrupta cruor è cervice profundit.

V. Cafp. Barthium *Animadverfion. ad Papinium Statium Sylvar. l. 1. Carm. 3. & Thebaid. l. 6. v. 95.* ac 113. de *Succo* verò *tinctorio*, fupra ubi de *Coco*, *Con-hilii*, *Purpura*: & plura hanc in rem, apud Salmaffium *ad Solinum* paffim, inprimis *p. 1282. & fequ.*

Sucta, fronti fpecies, in Sinenfi Imperio, prov. inprimis Xantonia, frequens. Exficcatum ad modum ficuum in Europa, affervatur pro quacunque anni tempeftate, perque totum Imperium à Mercatoribus diftrahitur. Noftratibus aliquanto majus, rotundâ fere figurâ, puniceum aut rubicundum: intra pulpam earnis officula habet, feu acinos planos ac rotundos, ad terunciî fere molem, omnia duro occluſa cortice, veluti ex ligno eſſent. Non funt autem in mediculio pomi, fed intra pulpam, ad fuperficiem cohærentia, non jacentia plana, fed verticaliter erecta, numero quidem incerta, fubinde decem, fubinde quinq; pauciora plurave, pro pomi magnitudine, quod fubinde quoq; exos eſt. Cœterùm caro tota rubefcit, & cùm pomum maturum eſt, ut forba, molleſcit, eſtq; fuaviſſimi faporis. Siccatum quafi cruſtam mellis aut facchari emittet, mali aurei corticem faccharo condîtum credas. Sunt etiam quædam cortice viridi, quæ matura etiam non molleſcunt, fed, veluti noſtra, cultello aut dentibus minuuntur decorticantur; in reliquis à punicis illis non diverſa. Proprius autem hic Sinarum fructus eſt, & naſcitur in mediocri arbore, quæ vix ulla cultura indiget. Auctor Anon. *Sinæ & Eur. cap. 36.*

Suculæ, proprie ſunt *parvæ fues*, quo nomine cur aſtrum *Hyades* dictum, indigitarint Romani, rationem dat Salmaſius, *Notum*, inquiens, *quàm rudes fuerint priſci Romani in plerisq; nominibus è Græco derivandis, vel uno exemplo id patebit: vocâbat ſunt parvæ ves, ut & ovâdes, parvæ oves. Hoſychius — Sidus in fronte Tauri, cujus occaſu pluviæ ſignificantur, vocâbat idem diverſum ab ovâ ves (à plaudendo) Latini Suculas eandem nominavere, quaſi parvas fues. V. cum ad Solinum pag. 954.*

Suda, apud mediî ævi Scriptores, pro *ſudatura*, vel *ſudato*, à *ſudando*, Salmaſius *Not. ad Spartiani Deſcenſionem Nigrum.* Item pro *ſudato*, quod *ſudibus* ſit. conclauſum eſt, foſſa ſeu vallo potiùs, vel ſudibus, quibus vallum ipſum & caſtra munichenatur. Ammianus, *l. 31. Vallo ſudibus ſoſſaq; firmavo.* Latini enim infimæ ætatis *ſudem*, pro *ſepe* dixerunt. Unde & Græcis citerioribus οὐδὸς inter ſe ſtudium ſudam, interdum vallum & ſudes munientes foſſam, denotat, ut videre eſt apud Seylitzen *p. 600.* Leonem *in Tactics* paſſim, Alios. In *Chron.* Alexandr. *p. 906.* ουδώτου occurrit, quod Latini inferiores etiam *Palatium* feu *Palicium* & *Vallatum* appellavere. Hinc que forte Σκδὶ vocatum eſt Orontis fluvii oſtium, apud Annam Comnenam *Alexiad. p. 368.* ubi editio Hoeſchelliana habet οὐδὶ, quaſi *profundioris foſſæ* (ſpecium præſtulerit, V. ad eam *Notas* C. du Freſne, & plura de voce hac, apud Salmaſium *ad Spartianum in Hadriano*, nec non ſupra, ubi de *Sepe murali.*

Sudania, ſi Arabibus fides, Romæ eſt avis ex ære conflata, arbori æreæ inſidens, quæ, cùm olivæ maturuerunt, omnes *ſudanias* ſibilo ſuo evocat. Illæautem ſtatim advolant undecunq; locorum, ſingulæ cum tribus olivis, unde Romani oleum exprimunt, quantum ſatis eſt in totum annum. *Sturni ſpecie æreum* hoc *volucrum* eſſe, ait Aſſaphius *in Mirabilibus.* V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. l.* VI. c. 14.

Sudarium, linteum operimentum, apud Antiquos, capitis hominis demortui, memoratur Joh. c. 19. v. 44. ubi de Lazaro à CHRISTO reſuſcitato, *Tum qui fuerat mortuus, prodiit pedes & manus vinctus ſudario, vultus autem ejus Sudario erat obvolutus.* Et Joh. c. 20. v. 7. ubi de CHRISTO ipſo, *Et Sudarium, quod fuerat ſuper caput ejus, non cum linteis poſitum, ſed ſeorſim involutum in unum locum.* E' quibus locis patet, licèt *Sudarium* non omne fuerit tegmen capitis mortuorum, tegmen tamen hoc *Sudarium* dictum eſſe. Nam Pauli viventis *Sudarium* memorat Lucas, Actor. *cap. 19. v. 12.* atque ideirco Procha *Orat. 19.* quæ Pauli encomium continet, ait Pauli *Epiſtolas fuiſſe ſalutis remedia; linguam, Crucifixi tubam; plagas, univerſi orbis medelam; Sudaria, falces morborum.* Similiter apud Lucam *c. 19. v. 20.* ſervus piger & incurius, refert Domino ſuo mnam, *quam ait ſe habuiſſe in Suda-*

Sudario pepsitam. Suetonius quoque in *Nerone*, ait eum *plerumq; ligato circa collum Sudario prodiisse*; ut alia omittam. Interim velum, quo hominis demortui caput obnubebatur, *Sudarium* appellatum esse, & *loris* supradictis apparet: Quò ipsum Neronis *Sudarium* aptè omnino referas, quo obtectum cum Româ prodisse, scribit Suetonius; ut qui se haberet pro conclamato, adeoque tegmen mortuale assumpserit, ut quidam volunt: Aliis potius ut in fuga lateret, illud tum ab eo adhibitum, centectibus. Quidquid autem ejus sit, ex *cap.* 20. Johann. prædicto certum est, *Sudarium* à *Sudore*, corpus totum contegente ac obvolvente, secernendum esse. Secus tum enim ibi linteamina exhibita, & seorsim *Sudarium*, quod fuerat supra caput, fuisse positum, legimus. De quo cùm Pontificii Scriptores multa feribant, M. Attilo Serrano *in Syllab. Reliq.* in Basilicâ Lateranensi; Quibusdam Taurini, aliis Velontione apud Sequanos hodieq; asservari, contendentibus: nihil addam, nisi acquiescere nos posse, in verbis laudatis, ultra quæ Spiritus S. à suis Amanuensibus nihil consignari de hoc capitis demortui, quod nec SERVATOR noster dedignatus est, operimento, voluit. Cui sictius pro linteo alteram tantùm cadaveris partem, à capite ad pedes usque, contegente & superinducto toti antico corpori, sed tæniis ad collum religato, fumit, apud Anselm. Solerium *de Pileo cap.* 17. ubi multa de hoc capitis involucro disputat, iconem simul tum Lazari, tum CHRISTI, demortuorum & sepulchrali hoc tegmine opertorii, exhibens. Verùm priorem sententiam fulcit Salmasius, docens fuisse *breve aliquod textum, quo sudorem vultus extergebant, complebantq; capitis ejusum. Addit. Cyrillus Poëtis κρωβύλος dictus ab Hesychio tegmen. An ergo similiter Sudarium à sudore? — Mavis tamen Ἀπόσβεσμα in Lexico notat, apud Hermippum, testavis Comodiæ Poëtam, ἀνάβλεμμα reperiri, eo sensu quo Ἀναβλέμματα vulgò tum in Gracia sumebantur.* V. cum *ad Solinum p.* 1211. Cùm vero in triclinio discumbebant, habebant illud circa collum ligatum, uti *ad Neronem Suetonii cap.* 51. adnotat Casaubonus, ubi illum habitum discumbentium fuisse docet. Sed &, uti in Circo quosdam favoris signum orarii, sic *faciei* jactatione alios, dedisse legimus. Utque in Ecclesiis Christianorum Diaconus Lectorem orario monebat, quando vel ad fideles vel ad catechumenos flectenda esset oratio; sic in Judæorum Synagogis legem è pulpito recitanti adcrat aliquis; qui *sudarium* motitando populo signum dabat, ut *Amen* dicerent. Apud eosdem *jactus Sudarii*, qui in Prætorii foribus stabat, ubi de rei, qui ad supplicium educebatur, innocentia constiterit, executionem ne impediret sententiæ latæ, uti videre est apud Cl. Suicerum voce Ὀφόρειον, & Auctores illi laudatos, qui supra passim: De Sudario verò, velle Sacerdotali in Ecclesia Rom. quæ alias *Mappula*, Amalarium *Eccles. Offic. l.* 2. *c.* 24. iterumq; Suicerum voce Ἀήρ, & supra Ἀὴρ.

Sudatorium, Senecæ in *Epistulis* memoratum, Græcis συκλινητέον sive ἀσύκλητον, Lycophroni ἔσω λουτῆρος τέγη, *calida balnei cavea*, dicitur est, quod intrabant à laboribus vacantes & otiosi, uti Agamemnon à bello Trojano reversus, aut à morbo se recolligentes, uti legimus apud Aretæum. Et quidem Homerus *Od.* 2. in mensa canit necatum Agamemnonem, quem alii non pauci sequuntur; Lycophroni verò in *Sudatorio* seu Balneo necatus est, cui Æschylus quoque & Seneca suffragantur. Hoc itaque, ab itinere laboribusq; fessus, dum ingreditur Agamemnon, & Clytemnestra ei, officii specie, injicit exomidem, nullas manicas sed unicum foramen, quâ collum exereretur, habentem, manibus ita constrictis ut resistere non posset, & Ægystho obtruncatus est. V. Meursium *ad loc.* & plura de hac re narrant parte, supra passim, ubi de *Balneis*, *Cellis balneatoribus*, *Hypocaustis*.

Sudium, Suidæ Σίδιον V. supra *Suda*, item *Charax* & *Fossatum*.

Sudoni, adde: Sed priorem sententiam fulcit Georg. Agricola, ubi de fuccini plicatione, *Sudini*, ait, *Insulares*, *ad Bruscam*, *in Prussiæ & Livoniæ pagos*, *navarum — reticulis*, *tanquam pisces*, *exarabere*, *libero usu*, *ut Romanis conjiliis*, *sed*, *ab Imperium redacti Germanorum*, *invisi compellantur ad opus*, *quod à majoribus ultimis in ferro descendis nepotes*. *Flanibus Favonio aut Coro*, *insorgit mare procellosum*, *tum Sudini agminatim*, *sive de die*, *sive de nocte convolant*, *tubi litus à vento aut procellis vapulat*. *Piris in promtu sunt retia de portica furcata excensa*, *& à multercolis annona*, *cum supellectile*. *Sic præfidiatur*, *donec ventus desinat*, *& in estuantes undi proventi aquæ recedant*, *sactumq*, *ex fundo protrahatur*, *ab ingruentibus undis propulsum*: *Sudini* — *ex Prussiæ pelagi familia*, *velut cognata*. *Sed ad vigilandum*, *ut prada referatur ante reflucum Oceani*, *qui tardiusfalos haurit*. *Excitantur tum retia*, *multercolæ mundani cum pabule*, *rejectaneis separatis*, *quidquid fuerit retatum*. *Tum frigido cælo maritum fovet uxor ad focum*, *& in lectulum compulit*, *ut iterandæ excursioni sufficiat*, *ad ultimam piscationem* — *Est & alia ratio piscandi succinum*, *cum juxta litus fossas ducunt latas & quadratas*, *quarum fundum flipitibus acutis solidatur*, *adhibitis impactis*, *sed crebrerime concutis*, *ut succinum*, *si maxime illic lateat*, *retundatur*, *tanquam è fonte*, *quod indubito rei per superficiem aquæ conducant*, apud Auctorem Anonymum *Sine & Europæ cap.* 31. Succini autem matrem Prussiam esse Ducalem, supra vidimus.

Sudes, V. supra *Suda*. Addo hic falsem, *Sudenam* & *Sudem*, genus quod; pisces esse, Græcis σφύραινα & σκιάνωψ dictum, à similitudine *sudis*, quæ proprie σκόλοψ Græcis. At in Glossis, est χοῖρος, i. ὑφαγωγὸν καὶ σκόλοψ, *sudatum* mediâ ævi Latinis, à *sude* dictum; quod pro caltis ufuparit cæpit, quoniam illa vallo & fossâ circumcingi mos est. Sed & *Sudem* in *LL.* Longobardorum legere est, pro porcorum cauta, quod hodieq; vocabulum Galli retinent. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 231. & 1203.

Sudini, V. *Sudeni* supra.

Sudor Larium, indicium multarum æremnarum civitati, creditus olim. Statius *Thebaid. l.* 4. *v.* 374.

Nimiliat excubiis vigiles assisse Plateas,
Nam Tyrios sudasse Lares —

Lucanus *lib.* 1.

—— —— *Vestali vapues ab ara*
Ignis, *& offendens confectas flamma Latinas*
Scindituv in partes, *geminoq*; *cacumine surgit*,
Indiguas flevisse Deos, *urbiq*; *laborem*
Testatus sudore *Lares* &c.

Aliarum item flatuarum. Florus *lib.* 2. *Cùm humore continuo Cumanus Apollo sudaret. Hic fæventis Asiæ sua Numinis timor erat.* Silius Ital. *lib.* 1.

Tunc Magico volitant cantu per inania manes
Excisi, *vultusq*; *in marmore sudat Elysæ.*

Sic simula chrum Averni sudasse legitur, apud Junium Philargyrum in *Georgic. Virgilii l.* 2. & in prodigiis mortem Cæsaris consecutis *Georgic. l.* 1.

— *Ærisium illachrymat templis ebur*, ærag; *sudant* &c.

Plura V. apud Plutarchum & Obsequentem, quorum illum rationibus compingendis laborantem V. in *Coriolano*

Sudore uno devincere, apud Capitolinum *in Maximinis*, *Maximinus XVI. lixas uno sudore devicit*; locutio è media est palæstra elegans & τοπικὴ, & significat, πολὺ ἀπονῆσαι, penusquam defatigaretur. Symmachus eadem de re, *Tanz Maximinus*, air, *ideatim lixas tanta felicitate profligavit*, *ut vincendo singulos nullam sibi requiem interposuisse temporum dicat*. Alias ita Athletæ pugnabant, ut aliquantulum respirarent, quo facto πάλιν ἀναπνεύσαντες τοῖς ἀθλητὰς ἀγωνίζοντο, *viribus inibant eadem certamina*. Philostr. ἀπε. ρεῖ. Unde idem *alibi* Ægyptios comparans Athletis ait, Ἀγωνιζόμενοι δὲ πρωΐαν τὸν ἥλιον, ὥσπερ οἱ τοῖς ἀγῶσι ἀθλητοὶ, *Cùm verò paulum respirassent ab ardore*, *quemadmodum in certaminibus Athletæ*. Cùm verò rigidius certamen inirent, ἀγωνίζοντο ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀναπνεύσαντες δὲ, *refrixere & colligere vires ad instaurandum pugnam*. ut idem loquitur, τὸ ἀναπνεῦσαι, δρόσος, non licebat. Quod fponte sua apud Capitolinum Maximinus fecit, ut robur suum Severo redderet probatum &c. V. supra ubi de *Lucta*.

Suedia, adde: *Suonum*, *Suecia*, & *Sudiæ* nomen Antiquos, boni omnis causâ, à juvenili vigore & masculâ virtute, sumsisse censet Loccenius, quòd *Suen* denotet *juvenem seu masculum*: Ab exteris verò *Suedos* vocatos, quia Suonum terra *Suedod*, *Suedid* & *Suemod* dicta fuerit, indeque commodioris soni causâ *Sued* formatum, *Antiqq. Suecicab. lib.* 1. *cap.* 1. Regno conterminæ sunt, ab Austro Dania, ab Occ. Norvegia, à Bor. Oceanus Sept. ab Ortu Russia: Partes ejus infra recensitas vide. Metalli, maximè cupri, hic fodinæ celebres, quarum intuitu eas *subterraneum* Regni *Ærarium* præfatus Auctor vocat *lib.* 2. *cap.* 17. Nec obscurum hujus rei testimonium clucet è collegio Montanorum Upsaliæ à Christina R. ante hac instituto, in quo res Metallicæ promoverentur & controversiæ decisentur, ibidem *cit. l.* Cœtera terra apta cultui, pro natura ac benignitate cœli communiter occupium, decuplum, duodecuplum aliquando plus reddit. Quam, ut divinitus affluentem, benedictionem, agnoscentes Agricolæ, *Dei donum* vulgari sermone præcidant, & terram *Dei collum penariam* vocant. Unde vetus inter illos Prov. *i Gudz, tryffuluz ar uyckin mau id eft*, *In Dei cella penaria multum est cibi*, Idem *cap.* 19. Regnum autem, postquam ultimo à Regno Daniæ avulsi fuit fub Danize R. Christierno I. proprios retinuit Reges, qui è *Trollorum* familia fuere sequentes; Gustavus Ericsonius instaurator Regni & Religionis, qui è captivitate Danicâ inter vexandum, habitu pifcatorio elapsus Lubecam se receperat & inde clam in *Suediam* delatus, specie procurandorum Christinæ Stenonis II. viduæ negotiorum Stenonissque filiâ in Uxorem acceptâ, Procerum favore ac Lubecensium præ cipuè opibus, Regni vacui poffeffionem adeptus est, Thuan. *lib.* 1. Ei succeffit filius Johannes II. qui tyrannide, nuptiisque (Elisabethæ Angl. R. consobrinæ diffidiis, *Suecia* regno exuerunt Proceres, nec fuccessionis finul omnibus ejus posteris abrogato: inq; ejus locum, Carolum patruû furrogarunt, Ducē Sudermanniæ, & Pro. Regem

à Sigismundo constituum, A. C. 1604. Cui defuncto A. C. 1611. filius succeſſit Guſtavus Adolphus, Princeps magni animi, quemque inter ipſos Pontificios Ambroſius Spinola, poſt victoriam Pragenſem A. C. 1620. ſolum inter Proteſtantes Principes reſiduum judicavit, qui non irritari deberet, V. Petr. Bapt. Burgum *Marte Suev-Germ. lib. 3.* Poſt res in Germania & alibi præclariſſimè geſtas, obiit in prælio Lutzenſi A. C. 1632. æt. 38. Pater Chriſtinæ, quæ Regno præfuit usque ad A. C. 1654. quo eo ceſſit, illudque in manus Caroli Guſtavi reſignavit, referrantur ſibi Imperialibus 200000. ex Pomerania & Pol. Oelandia quotannis ſolvendis: cujus rei ſolemnitates habes *in Theatr. Europ. ad Ann. præditum.* Eo factò Oeniponte ad Latinos transiit fratus, & ab Alexandro VII. *Chriſtina Alexandra* appellari geſtit. Igitur Carolus Guſtavus, Guſtavi Adolphi ex ſorore Catharina nepos, natus Nycopiæ A. C. 1622. patre Joh. Caſimiro Bipontino, inde ſupremus militiæ Sueciæ Dux, poſt A. C. 1649. Chriſtinæ ſucceſſor deſtinatus & A. C. 1650. Princeps hæreditarius renuntiatus, Regnum capeſſivit, A. C. 1654. moxque bello Polonico ac Danico usque ad A. C. 1660. implicitus, obiit pace nondum conclusâ, d. 12 Febr. ejusdem Anni. Poſt eum regno præeſt filius Carolus, cum Daniæ R. & confœderatis Imperii Principibus Belgicis; aliquot annis, difficili bello, colliſus. Factum verò hæreditarium hoc regnum eſt A. C. 1544. Aroſiæ ſub Guſtavo I. Rege, quod in electione Caroli A. C. 1604. renovatum fuiſſe, apud Thuanum legimus *lib. 131.* Unde factum, ut Chriſtina adhuc minorennis in ſubſidium *Principum hæreditaria & deſignatæ Reginæ*, titulum uſurparit, Rexque hodierno, antequam ipſe Regno præeſſet, *Principem Hæreditarium* ſe, omiſſo tamen *deſignati* Regis epitheto, ſcripſerit. Negotia *Suedorum* cum Polonis, Danis, Moſcis, Civ. Bremenſi, pluribus exequitur Auctor Anonymus *Hiſtor. Orbis Terr. Geogr. & Civ. Part. 2. cap. 6. §. 4-8.* In arduis Regni negotiis militiæ legendæ, pacis concludendæ, belli indicendi &c. res cum Senatorum conſenſu perficitur, qui in univerſum, inciſuris majoribus officiis, numerantur XLIV. Inter quos neceſſarii & inſeparabiles ſocii Conſiliorum ſunt, 1. Archidapifer ſeu *Trochſetus*, fere idem cum Vett. Præfecto Prætorio, cujus munus eſt: *Leges cuſtodire, Præſidem ſummi Dicaſterii Holmenſis agere, Regem officii admonere, &c.* 2. Mareſcallus Regni, qui *dirigit militare conſilium & omnem curam militiæ terreſtris gerit*, cum Vett. Magiſtro militum comparandus. 3. Archithalaſſius, qui *Leges nauticas cuſtodit*, velut Magiſtrer Dodecanniſi ſub Graecis & Turcis. 4. Cancellarius, qui *reditus Regni, quos, ad Fiſcum pertinent*, curat, velut olim Comes Sacrarum Largitionum. Atque hi durante minorennitate Regis, quæ anno 18. terminatur, cum Regina vidua, negotia Regni tractant, & ſubſcriptionibus ſuis confirmant; quanquam non illi modò, ſed & omnes Senatores, in transactione Polono-Suedica, volente ita Regina, ſubſcripſerint. Nec omittendum, quod ſingulare hoc regnum habet, ut Rex non ſolùm *in* antiqua Populi privilegia, ſicut alibi quoque fit, ſed & in Auguſtanam Confeſſionem jurare teneatur, quam ſi relinquat, vi pactorum deponi poteſt, bonis ipſius Fiſco addictis. Hinc, recentioribus aliquibus Comitiis nonnulli Ordinum ſummam præcidtam, quam ſibi Chriſtina reſervavit, ſublatam volucre; quod tamen à reliquis mitigatum, ſummâ ad 120000. Imper. reductâ, Sprengers *Not. Regni Sued.* V. plura de hoc Regno, apud Stiernhelmium *Gloſſar. A.* Bureum *Orbis Arctoi deſcr.* Andr. Hildebrandum *Geneal. Regum Sued.* Joh. Lecceninum *Antiqq. Sueo-Goth. lib. 3.* Hornium *Orb. Imp. Alios*, ut & in voce *Sueciæ*. Ut de Regnantrice Familia faltem aliquid addam, hodierna Palatinæ Stirpis ramus eſt. Joannes enim Caſimirus, tertius Joannis Sen. Ducis Bipontini filius, natus A. C. 1589. *Sueciam* ſi*nem* proſevit, cum in Sueciâ Catharinam (Caroli R. fil.) uxorem promeruiſſet, A. C. 1615. His nati ſunt (præter filias, Chriſtinam Magdalenam Fridericò March. Badenſi, Mariam Euphroſynam Magno Gabrieli Com. *de la Gardie* Regni Cancellario, & Eleonoram Catharinam Friderico Landgr. Haſſiæ electoratus) Carolus Guſtavus, poſt Chriſtinam, Sueciæ Rex, & Adolphus Joannes. Carolo Guſtavo (defuncto A. C. 1660.) genitus, ex Hedvige Eleonora Holſatica, Carolus XI. Rex, hodie feliciter imperans (A. C. 1695.) Ulricam Eleonoram, Chriſtiani V. Daniæ R. ſororem ſibi fauſtis auſpiciis haud pridem junxit. Ipſe verò Guſtavus Magnus, qui à tyrannide Chriſtierni II. Dan. R. Regnum vindicavit, domo *de Waſa*, ex vetuſta Succorum nobilitate & antiquorum Regum ſanguine orta, deſcendit: è qua familia ut illimi ſunt, Joannes Caſimirus imperaturus Poloniæ Rex, & Chriſtina Regina Sueciorum, quæ abdicato jam pridem Regno Romæ maximam partem commoratur. V. Phil. Jac. Spenerum *Syllogę Geneal. Hiſtor.* & *Theatro Nobilit. Europ. Tom. II.* nec non *Artis Heraldicæ Parte Spec.*

Partes Regni Sueciæ ſeu Sueciæ, ex Auctore Anon. præfato.

α. Gothia, quò pertinent Scania, Halandia, Blekingia, Smelingia: item *Oſtro-Gothia* & *Weſtro-Gothia*; quarum priores ultimâ transactione Sueco-Danicâ, à Dania Regno avulſæ, *Suedico* Regno accedſere. β. Sueonia, quò pertinent Sudermannia (in qua Holmia Regia) Nericia, Weſtmannia, Dalecarlia, Uplandia: Dein Borcain versùs, Geſtricia, Helſingia, Medelpadia, Botnia, Jemptia, quæ olim Danorum erant. V. Articulos Bremsbroënſes. 7. Lapponia, quo referas Lapmarckiam & Finmarckiam. δ. Finlandia, à Bor, latere Sinus Finnici, quò ſpectant Cajania, Thavaſtia, Savolaxia, Finnia, Nylandia, Carelia, Europa. ε. Ingria, è regione Finlandiæ, atque ab altero latere Sinus Finnici, ut & Eſthonia.

Suerinum, adde: Origo Epiſcopatui ea fuit; Mecklenburgi Epiſcopatus, auctore Godefcalco Oboritorum Principe, coepit A. C. 1062. Cum verò Antiles Joannes Scotus, junctâ cum Godefcalco, à Wandalis aviæ fuperintitionis pervicacibus, mare ſublatus eſſet, inde *Suerinum* Henricus I. illum tranſtulit, quòd à Slavorum injuriis Antiſtites aliquanto tutiores degerent. Ago poſtmodum reditibusque Henricus Leo inſtruxit. Quem cum ſeculis prioribus multi ex Mecklenburgica gente jam obviſſent, hæreditario tandem jure in illos ceſſit, V Veſtphalicæ pacis conſtitutione, facta conditione ſolutus (*ſeculariſibus*) una cum Racæburgenſi, in V Viſmariæ redditionimentum, ut dictum. Et tantius hujus *Principes* clucnt Mecklenburgici Duces: iidem *Suerini* quoque inſigniuntur, ob hanc cauſam. *Suerinenſi* agro, victo Nicolotto Buthuis fil. Guncelinum *Comitis* nomine præpoſuit Henricus Leo, cujus poſteris poſſeſſionem, aliquandiu quietam (per duo ſc. ſecula) turbaverunt Albertus atq; Joannes Mecklenburgii, cum *Imperii Principum* honore, etiam animis, auctì, clientelæ ſaltem titulo eam à Comitibus haberi poſtularent. Quo eventu, non adeò liquet: quanquam vero propius videatur, Comites, quò clarioribus eam Ducibus obſequio protegerent, potentioribus conceſſiſſe. Eorum familiam finxit Otto, *Roſa* cognominatus, cujus filia Richſa ſ. Richardis, nupta Alberto II. Duci Mecklenburgio, Regni quoque Sueciæ honore poſtea aucto, titulum (quem tamen jam ante Albertum, primum Imperii ex Mecklenburgiorum Gente Ducem uſurpaſſe quidam volunt) terrasque Comitatus illius in dotium mariti attulit. Tob. Pfannerus *de præcipuis Germ. Principum gentibus c. 6.*

Sueſſiones, adde: Poſt obitum Chlodovei I. A. C. 514. diviſis in 4. partes Regno ſeu in 4. Regna Monarchiâ, primum *Franciæ* Regnum, cujus ſedes Lutetia; ſecundum *Belgicæ*, cujus ſedes urbs *Sueſſionum*; tertium Aurelianenſe, & quartum Auſtraſiæ fuit, cujus caput Mediomatricum urbs. Quibus iterum in unum coëuntibus ſub Clotharío, *Rege Sueſſionum*, qui extinctis fratribus univerſa iterum Francia potitus eſt, A. C. 558. eo defuncto eadem diviſio facta eſt: donec Clotharius II. morte fratrum iterum evaderet Monarcha Franciæ A. C. 568. qua de re V. Georg. Hornium *Orbe Imper. cum Notis* Felleri *pag. 205.* Hodie Comitatus hic ſub proprio eſt Principe, è familia Sabaudica. Franciſcus enim Thomas Pr. Cariniani, ex Maria Borbonia (Caroli Borbonii Com. *Sueſſionum* fil. Ludovici Pr. Condei nepte) genuit Emanuelem Philibertum Amadeum, Principem Cariniani, & Eugenium Mauritium Com. *Sueſſionenſem*; cui ex Olympia Mancini nati ſunt, Thomas Ludovicus Com. *Sueſſionenſis*, Philippus & Julius, V. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. I. & Artis Heraldi. Part. Spec.*

Sueviæ, adde: Ducatum hunc, qui Regnum olim fuerat, primus Clodovæus Francorum Rex inſtituit; eumque primò non hæreditarium. Poſtquam verò talis eſſe cœpit, per aliquot familias vagatus eſt. Inprimis verò inde nomen accepit, quum, poſt Rudolfum Suevum ex Rheinfeldiis Comitibus ortum, Friderícus Antiquus Baro hactenus Hohenſtauffæ, Friderici Barbaroſſæ Imper. avus, ab Henrico IV. Imp. in navare contra Rudolfum operæ pretium, fruſtra repugnante illius genero Berchtoldo Zæringenſi, accepit. Cujus familia in Conradino ſublatâ, Rudolfus I. Imp. cum filio cognomini, ut dictum, contulit, multis tamen partibus muſilatum, quarum plures, ad Badenſes & V Virtenbergios, aliæque alios devenere. Sic autem habent Conradini, ultimi ex legitimis gentis hujus Illuſtriſſimæ maſculis, progenitores, Friderícus Coeles D. Sueviæ, ex Judita (filiâ Henrici Nigri Guelfi D. Bavariæ) genuit Friderícum I. Imp. quo, & Beatrice Com. Burgundiæ hæredę, natus Henricus VI. Imp. junxit ſibi Conſtantiam, hæredem Siciliæ ex ea genuit Friderícum II. Imp. maritum Joles, hæredis Regni Hieroſol. & patris Conradi IV. Imp. Hoc & Elifabethâ (fil. Ottonis Illuſtris Com. Palatini Rheni D. Bavariæ) genitus eſt Conradinus Rex utriusque Siciliæ, maritus Brigittæ (fil. Dieterici Sapientis March. Miſniæ) decollatus Neapoli A. C. 1269. V. Tob. Pfannerum *de præc. Germ. Principum. Gentibus cap. 1.* & Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobil. Europ. Part. III. pag.* 11. nec non *Artis Heraldicæ Parte Spec.*

Suſſibulum, Feſto Pomp. *l. 17.* »veſtimentum fuit album *præuxum quadrangulum oblongum, quod in capite Veſtales virgines ſacrificantes habebant, filulâ comprehenſum. Sub* mento *filulis* comprehendi ſolitum fuiſſe, unde ei nomen, docet Pierius *Hieroglyph. l. 40.* ubi addit, *Eadem pene ſpecie, quâ Suffibulum erat, Romana matrona nunc nuntur, quum domo exeunt, pudicitiæ ſimul & pietatis, quæ duo in illis egregiè vigent, indicia.* Quia verò non nili in actu ſacrificandi conſtituæ Veſtales *Suffibulis* in capite habebant, hinc non niſi bardocucullum, poderem & ſupra poderem, veſtem exteriorè gerens iſtiusmodi Virgo, repræſentatur in lucerna Galvaniana, apud Fortun. Licetum de *Lucernis antiqq. l. 6. c. 83.*

Suffitu excipiendi adventantes Principes olim, postmodum Episcopos, ritus, occurrit passim, apud Curtium, Plut. *Di me*, Justinum l. 24. Suetonium Tiberio c. 67. *Caligula* c. 13. *Galba* c. 18. Corippum l. 2. Cyrillum *Epist. ad Presbyt. Alex.* Alios, uti suprà jam vidimus. Originem moris à Deorum imaginibus, cùm transferrentur, arcessente Cic 5. *Verr.* quod ipsum Simia Dei ab Israelitis suffluratus est, apud quos eximius in sacris *suffimentorum* futilius, ut infrà dicemus, voce *Thuribulum*, item *Thymiama* &c. Habebatur autem id difficillimum. Unde Sacerdos Summus, inter alia, quibus præparabatur ad celebrationem Diei Expiationis, deflectebat etiam in conclave *Aphinos* seu odoramentorum, ut suffitus faciendi rationem addisceret. Fr. Burmannus *Synopf. Theol. Chr. Parte prior. LIV. c.* 18. §. 17. Puerum *Suffitor em*, inter opera ex ære Lychi, memorat Plin. l. 34. c. 8.

Suffitor, in *Ordinatione* Hospitii Ludovici IX. Franc. R. an. 1261. apud C. du Fresne, officium in Coquina Regia est, vulgò *Souffleur*. Inter opera ex ære Buhyrei Lycii, Myronis discipuli, *puerum suffitantem languidos ignes* habes apud Plin. *d. l.*

de *Suffragio* Lex, indigitat Cassiod. l. 9. n. 4. *Carmen cum anima sua*, id est, *sanguine suo non consentit*: aliquoties postmodum repetita. Uti enim in Lege *adeps* omni, sic & *sanguis* prohibitus est, Levit. c. 3. v. 17. utpote altaribus interque sacer ad expiationem, V. suprà fuo loco. Quæ Lex licèt ad ceremonias & umbras V. Testamenti pertineret, nihilominus Apostoli Concilio Hierosolymitano, observationem ad tempus commendarunt, ne nimium offenderentur Judæi zelotæ, si viderent Gentiles crudentes omnes plane ritus Mosaicos negligere, sicque citrà interimendum libertatis Christianæ, illius exercitium ad tempus per charitatem temperarunt, ne cederet in scandalum proximi, V. Actor. c. 15. Quo scandali periculo postmodum cessante, inprimis diruto jam templo & confirmato ab omni parte Evangelio, etiam observationis hujus necessitas fublata est, tardiùs citius, pro eo quo erant homines ingenio, & majore aut minore rerum factarum intelligentiâ præditi. Ex qua varietate factum est, ut variis etiam modis, Concilia Ecclesiastica, pro tempore politicis haerit quandoque renovata. V. quæ Baronius Cardinalis affert adversus Partes Concilii VI. *Annal. Tom. VIII. ann.* 692 *sect.* 30. Item Zachariæ Pontificis hac de re sententiam *Epist. ad Bonifac. Archiep. Moguntin. Tom. II. Concil. Edit. Quentel. 2. pag.* 472. & 473. nec non Severam sanctionem Leonis Imp. *Novell. conflit.* 58. Adde *Cotel.* 65. Concilii VI Vormatiensis. Sic ut etiamnum à plerisque in Ecclesia Græca, & paucissimis quibusdam in Occidente, ex inveterata consuetudine observetur. Qua de re ,,sic Augustinus c. *Pauthum lib.* 32. c. 13. Ubi Ecclesia gentium tales effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat: quisjam ,,hoc Christianus observat, ut urdos vel minutiores aviculas non ,,attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, ,,si manu à cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus? Et ,,qui torrè pauci adhuc tangere ista formidant, à cœteris irridentur. V. quoque Irenæum *lib.* 2. c. 12. Tertullianum *de pudic.* c. 12. Cyprianum. Ambrosium, alios.

Suffitores murorum, V. *suprà Suffoffores.*

Suffraganei, aide Græci τῶν ἐπίσκοπος *Suffraganeos* vocabant, qui ὑφοπιθύνους, ut loquitur Pachymeres *l.* 8. c. 13. seu *Cleri suffragiis electi*, nondum confecrati erant. Præterea *Suffraganei* Papæ vocantur Episcopi aliarum Diœceseon, Romanæ Sedi immediatè subjecti, ut est in Gallia *Antiensis*, qui in vet. *Chartis* an. 1233. *Papæ suffraganeus specialis* appellatur, apud C. du Fresne, aliique. Imò & Episcoporum adjutores, titulares fic. Episcopi de in functionibus eorum cooperatores seu Vicarii, passim *Suffraganei* dicuntur, de quibus V. *can.* 10. Concil. Lateranensis, in quo inflituti, Steph. Tornacensem *Epist.* 129. Altaferram *de Adjutoribus Epifc. l.* 1. & 2. Car. du Fresne *Gloffar.* & Dominicum Macrum *in Hierolexico.*

Suffragines equorum succidendi consuetudo, memoratur Josuæ *c.* 11. v. 6. 9. 2. Sam. c. 8. v. 4. & 1. Paralipom. c. 18. v. 4. quibus locis Josua & David Cananæorum devictorum equis *suffragines succidi* jussisse leguntur, ut vis. inpostterum bello inutiles essent. Ascq; hic vocem Hebræi פרסן exponunt Junius & Tremellius. Vulgatus verò illam *subnervare* interpretatur, ut Græci ὑποκνεμίδων ἢ ταρσοκάμη, quam verfionem magis probat Bochartus; quia nervis crurum incisis, equi fiunt plane inutiles. Est autem subnervatio, *incisio pedum jumenti à genu & infrà: quo facto non moritur; folum incedere non valet: & in illa parte vulnus non est insanabile*, Kimchius ad *locum Jesue* (Deus) *mandavit, ut subnervarent equos & currus comburerent. Non tamen ipsis equos interficii, quia illorum usus non est per se vetitus. Quinetiam jumenta, currus alios, aut camelos pati, non mandavit, ut subnervarent, sed ut caperent in suum usum. At equos, qui non nisi in bellum inter viebant, ideo subnervari jussit, ne iis captis confiderent &c.* Sed & boves subnervari consueviffe, colligas ex his Jacobi de Simeone & Levi filiis suis, Genes. c. 49. v. 6. *Furore suo occiderunt viros & pro arbitrio suo subnervaverunt boves:* quâ de re V. Bochartum præfatum *Hierozoici parte prior. l. II.* c. 11. Porrò in Sacrificiis Gentilium *Suffragium* aliquam rationem habitam, discimus ex Plinio *l.* 8. c. 45. ubi de ,,bobus, Hinc victimæ opimæ, & laudatissima Deorum placatio. Huic tantùm animali omnium, quibus procerior cauda, non statim narato confummatæ, ut cœteris, mensuræ crescit uni, donec ad vestigia ima perveniat. Quamobrem victimarum probatio in vitulo, ut articulum *suffraginis* contingat: brevior non litant, ad quem locum V. Dalechampium.

Suffragium, vox illa, quæ dabatur in Comitiis, apud Romanos & in tabellis describebatur, qua unusquisque ſuam declarabat voluntatem, de Magistratu aliquo creando, aut reo damnando. Hinc in XII. Tabb. *Justus Populi & Suffragia funto: Quod unique postremum Populus justit, id jus ratumque esto.* Et initio quidem voce ac palàm ferebantur, ut nunc quoque fit; postea verò, ut quisque liberius suam fententiam, absque periculi metu, proferre posset, inventæ tabellæ sunt, quibus *Suffragia* ferrentidique aliquot legibus, quæ hinc *Tabellariæ* dictæ sunt, nempe Gabinia, Calfia, Papiria, Cœlia, Mariæ, sempronia, Fusia, de quibus V. fuo loco, fuit conftitutum. Ratio autem in Comitiis Centuriatis eorum ferendorum hæc fuit. Primis quidem temporibus, primæ ad *Suffragia* vocabantur maximi census Centuriæ, 18. equitum, 80. peditum: quæ quia tribus reliquis Centuriis plures erant, & consentirent, vincebant & desinebatur sententia. Sin minùs, 22. Centuriæ secundæ Classis iubant *Suffragia*, quòd si ne tunc quidem consentirent calculi, tertia Classis vocabatur, ac deinceps quarta, idque tandiu fiebat, donec 97. Centuriarum consentirent suffragia. Id si ne post quintam quidem vocationem contingeret, 192. Centuriis pari utrinque numero divisis in duas fententias, tum demum vocabatur ultima inopum Centuria, immunis à tributis ac militia, & utricunque parti accederet, eam reddebat victricem fententiæ: quod perrarum erat; plerunque enim prima vocatione absolvebantur Comitia, raro ad quartam perveniebatur, quinta & sexta erant superfluæ, ac &c. Dionysius Halicarn. *l.* 4. *nbi de Servio Tullio fermo eſt.* Libera postmodum Rep omnibus Centuriis in fortem conjectis, quæ prima educebatur, prima *Suffragium* dicebat & Prærogativa appellabatur quam reliquæ *Jure vocatæ* dictæ sequebantur. Dionec expleto Tributim 35. numero, & universo Populo in illas distributo, duplex sortitio fieri cœpit: prima inter Tributa, quarum quæ prima exibat, *Prærogativa Tribus*, Altera, inter Tribus hujus Centuriis, quarum prima *Prærogativa Centuria* appellata, prima *Suffragium* ferebat: post quam reliquæ primæ Classis Centuriæ, dein secundæ &c eus fuo quæque ordine vocabantur. Unde factum, ut in Centuriatis Comitiis, non tantùm *Prærogativæ Centuriæ*, sed & Tribus, fiat mentio. Itaque cùm voce dicebantur *Suffragia*, erant in singulis Centuriis Rogatores, qui singulorum rogabant fententias, quas palam singuli profe rebant. Et quidem, si Magistratuum Comitia essent, nominatim quem vellent Magistratum creari, quisque appellabat, Sin Legum Comitia essent, solebant uti verbis, *Uti rogas*, vel *Antiquo*: quibus fignificabant, placere vel displicere Legem, quod etiam fiebat in Comitiis judicium. Post quam verò Lege Gabinia tabella Populo data est, oportuit eam portò vocis munere fungi. Ac in Magistratuum quidem Comitiis, tabellis nomina Candidatorum inscribi moris erat. In Comitiis verò Legum duæ dabantur tabellæ, una in qua scriptum U. R. *uti rogas*, altera in qua scriptum A. id est, *Antiquo*; distribuebantur hæ tabellæ à Diribitoribus hoc ordine. Sortitione inter Tribus & Centurias factâ de prærogativa, Magistratus in Tribunali, quod in Campo erat Martio, sedens per Præconem vocabat Prærogativam Centuriam ad *Suffragium*, quæ de loco ubi consistebat, discedens in Ovile per pontem, in ejus initio à Diribitoribus tabellas accipiebat; & in fine eius. in Ovili alteruram à Rogatoribus propositam, conjiciebat &c. V. infrà in voce *Tabellæ*, & suprà *passim*, inprimis in vocibus Ovile *Prærogativa*, *Sententia*. Per puncta collata fuisse *Suffragia* annotavit J. Savaro, & diximus suprà, in hac voce: Æquabitur *Suffragium* eum absolutum fuisse testatur Dionys *l.* 7. Tuleruntverò *Suffragium* cives, qui in Centuriis describi erant. quique *jus suffragii habebant*, non tantùm qui in urbe Roma, sed etiam, qui extra Urbem in Italia habitabant, civitate tamen cum *jure Suffragii* donati erant. Non enim pari jure omnes Italos civitatem esse adeptos, sed alios eum *jure*, alios sine *jure suffragii*, notum est. Neque tamen omnes etiam cives, qui in Urbe habitabant, jus hoc Comitiis Centuriatis habebant. Qui enim à Censoribus ignominiæ notâ afficiebantur, si plebeii essent, in Centurian referebantur tabulas, & Ærari quoque fiebant: quæ de re V. Jo. Ro num *Antiqq. Rom. l.* 6. c. 10. & 14. *cum Paralipom. Thomæ Dempsteri.* Sociis Latinis, Leg sempronia: Libertinis Lex Manilia, *jus Suffragii* conceſſit, ut vidimus suprà: Etiam *Italicis aquo jure suffragii fuisse*, indignatur Seneca de *Ira l.* 2. c. 35. Apud Athenienses, civium unusquisque anno ætatis 20. postquam fui juris effet, jus ferendi inter suos Tribules & Populares *Suffragii* habebat. Ipsi quoque Proletarii seu Thetæ, qui, quamvis è Solonis Lege nullum gererent Magistratum, non omnium tamen omnino Reipublicæ partium expertes fuere, fed & cum cœteris in concione ius tulere *Suffragia*, ex Lege Tut *Statui omnes revocabat, Proletarii in concione Suffragia ferunto*, Plut. *in Solone.* Fiebat id singulis Pyrtanicis quatuor, die nempe 11. die 20. die 13. & die 33. quibus in concionem

cogebatur Populus, & κυρίως habebantur Ἐκκλησίαι. Tum ergo convocato Populo peractisque Sacris, quæ κατάρχεσθαι dicebantur, Præco solenni formula, adprecabatur omnia fausta & prospera fori Atheniensium Populo, oratoque jubebat, quibus locebat: quo peracto, Præco recitabat ἀρχὰς τῶν ἐν Senatus, secundum quod rogandus & in *Suffragia* Populus erat mittendus; jubebatque in medium consulere, qui vellet. Primi dein apud Populum pro Concione verba faciebant seniores, deinde minores, pro ætatis uniuscujusque ratione atque ordine, ex lege memorata Æschinis. *Cleophi*, idque corona capiti imposita, Cui vero aures commodare nolebant Prytanes, silentium imperabant: etiam & suggestus per apparitores deturbabant. Ubi quinquevel vellent diucrant, Prodri Populum mittebant in *Suffragia*, nisi forte intercederent Nomophylaces, qui illis adsidebant, Pollux *l.8. c.9.* Populo vero cunti in *Suffragia* Prytanes dabant calculos, quorum unumquemque quilibet mittebat in cados, qui destituti erant in illius parte loci, in quo convenerant, cancellis undique septa: neque vero Prytanis de eadem re Populum iterum in *Suffragia* mittere poterant, ex Lege τὰς Ψηφίσεις μὴ ἀνὰ ψῆφον, cujus memini Nicias apud Thucyd. *Lib.6.* Utebantur autem calculis seu testulis, hunc in finem: item, & quidem prius, fabis, Helych. ἐν τῷ ἀλφίτῳ κυάμους ἐκρίνετο, albaque fabula signum erat victoriæ, εἰ ἄνευ κύαμου, verba Ulpiani *in Timocratem*, τοῦ ἀφ. Sive fullis, Pollux *l.8. c.9. &c.* V. Sam. Petitum *Commentar. in LL. Atticas lib 2. l.3. & l.3. tit 1.* ut & supra ubi de *Legibus*, *Quingentis*, *Sententia &c.* Addam saltem, de vocis apud Recentiores usu, pauca quædam. Sic enim dictas pecunias, quæ ab Imperatoribus cum honoribus deferebant, accipiebantur, legimus. Ἀσσιγνατίκια dicuntur in formula jurisjurandi *Novell.* Justiniani 8. cujus tit. *ut Judices sine suffragio fiant*, quem JulianusAnteccessor vertit, *ut Magistri ne sine pecunia fiant*. Ubi Græca habentur γεγράφθαι ἀφόβως. Nempe apud vett. Romanos, *suffragio vini amphora empto*, Qui. Coponius ambitus damnatus est, uti habet Plinius *l.35. c. 12.* postmodum sub Impp. aliquot, *suffragii* titulo pecunia exhibendaerat, pro honoribus collatis. Quod Justinianus merito iniquit. Sed & *Nov. 62.* cavetur, ut qui emerit Praefecturam *per suffragium*, deponatur &c. V. defecto hoc *suffragiorum* commercio, in Rep adhuc libera, & subCæsaribus, donec Julianus *Constitua*, tua, quæ est *l. 1. Cod. Theod.* illa quidem non vendi, emi tamen, meliusposthumodum Imp. & emi & vendi vetuit *Nov.161.* Cataubonus ad *Julium Suet. c.19.* & *Vespasianum c.23.* Theod. item Marcellinum *ad Tiberium ejusdem c. 7.* uti *de Suffragiis colonicis* ab Augusto institutis, item Cataubon. ad *Sueton. in Vita* hujus, c. 46. Ubi & laudat Rom. scriptores, vox modoà distinctum Municipolitani seu Ecclesias suffraganeas, modo orationes sanctorum significat, uti docet Car. du Fresne in *Glossario*. V. quoque Dom Martum *in Hierol.*

Suggestus, officium in Ecclesia CPolitana, cui curæ erat Patriarchæ facra peragenti ceremonias & verba *suggerere*: Galli Italique *Ceremoniarum Magistrum* vocant; à *Memoria* Vett. dictus est, in *Epist.* Concilii Lugdunensis ad Gregorium X. *Hypomnimson* appellatur, ex Ὑπομνήσεως nom. V. hic pallio.

Suggigium, & *sus*, an quia inde Populo *suggerebatur*, quod in rem ejus esse posset: Inde enim in Concione verba ad populum facta, modò vidimus? an quod conflaret ex *suggesta*, i. congesta materia? *Cumulatum*. Papinius Statius memorat *lib.3. Sylv. 2. versu* 114.

—— *Celsus procul aspice frontis honores*
Suggestumque *comæ*.

Idem quod *Tutulus* nempe fuit, qua voce diecbantur capilli, quos Matresfamilias Romanæ convolutos in capite gestabant, Varro *de L. L. l. 6.* Extiuebant enim in altitudinem multis gradibus & spiris cumulatam comam, quod Tertullianus *de Pallio*, dixit *Comam struere*. Idemque indicat Juvenalis,

—— *Tot adhuc compagibus altum*
Ædificat caput.

Non ineleganter *in altum struxisse*, vocavit Lucianus; fatisque expressit Lucanus, *vertici hanc*,

Turritaque gerens frontem Matrona corona.

Spiras alii dixere, unde *Spiratus Capillus* Appuleio *Metam. lib. 2.* Hieronymus *ad Marcell. Qui capillis alienis verticem struunt.* Quare admodum concinnè Tertullianus *de cultu fem. Frustra laboratis ornatus videri, frustra perhibemus quosque struentes capillaturæ adhibeas.* Imò eosque fortilium atque testilium horum capil lamentorum enormitates procedere, ut *mons in galeri modum quasi vaginam capitis & operimulum verticis*, *mons in cervicem revo lugeffum capillum*, dicit Apuleius, divertimur ut vett. mimi, in quibus mulierum Augustarum imagines observantur, Faustinæ inprimis atque Plotinæ, quos Lectori exhibet Casp. Bartholinus *de Inauribus Vet. c.1.* Plura hanc in rem V. apud Hadrian. Junium *de Coma c.7.* Jan. Parrhasium *Epist. 37.* Lævinum Torrentium *ad Suetonii Neronem c.51.* eundem Junium *Centur. 7. Adag 57.* salmasium *ad Pallium Tertull.* Aubinum Popmam *ad Varron. virg. div* Jo. VVoverium *ad Personium p. 451. edit God dæf.* Gentalium Salasium *ad tondon.*, Jo. Fallerarium *ad Propertium l. 4. Eleg. 3.* Gerh. Joh. Vossium *Rhetor. l. 4.* Jo. Gebhardum *Juvenil. Curar. l.1. c.12.* Jo. Antonium Saracenum *ad Dionidis Parabilium l.2. c.93.* Gevartium *Not. ad Statium d. l.* & hic passim in vocibus *Capillus*, *Coma*, *Tutulus* &c. Ut de priore notionis voce pauca adjergam, in fide facta *S. Ruf.* Ravennæ hanc epigraphen reperiri, Suggestum hoc, in quo Pontifex Ravennates olim à Deo per Spiritum *S.* sub columbæ specie creati consecrationes habuerunt &c. adnotat Domin. Macer *in Hierolex.* ubi etiam *suppedaneum celebrantis ante altare in superiori gradu positum*, quod *baltice Predella dicatur*, hac voce nonnunquam indigitari addit. At de Vett. *Suggestis* plura *supra*, ubi ritum de *Arà diaconi* exponimus, item voce *Ambo*, *Pulpitum*, &c.

Supparum, inter fœminei sexus vestimenta, memoratum Plauto *Epid. Act. 2. Scen. 2.*

Indueſtinam, pertegitam, calculum aut trocalum,
Supparum *aut Subminium &c.*

Nonio *ſimtum fuit ſumorale, usque ad talos pendens, dictum, quòd ſubtus appareat.* De eodem Novius Pedio, *Supparum purum, bellicinum interim, oſcam meram. (Pellicinum interim Oſcam meram,* corrigit Lipsius) Afranius *Epiſt. Tace, puella non ſum, Supparo ſi induas ſum.* Varro *Fenneſtil. Ethi indutus Supparum, cornam ex auro & gemmis ſu gestam gerit.* Festus *veſtimentum puellarum ita* nuncupatum interpretatur, *quòd ea Subucula diverſetur.* At Varro *de L. L. 4.* à Subucula diffingit, & ab eo deducit, quod eft suprà: *Alterum genus*, inquit, *quod ſubtus eſt, à quo Supparus.* Quod verisimilius Ferrario eſt. Si enim interior vestis fuisset, quomodo ille apud Afranium negaret, fe puellam esse, cui *Supparo* indutus, fi vestis latuisset? Non fuisse autem puellarum tantum, indicare videtur Lucanus, ubi de Marcia Catonis matrimonium repetente, *l. 2.* ——— *Humatis, ſi parentia primis*
Supparaſſa lucent ſtygiæ cognoſcere matri.

Supparus tudatus tingam engaſtla lacernæ.

Ubi & veste superiore non fuisse apparet. & primis humeris hæsisse. Cur autem dicatur nudatos lacertos cinxisse, ea formosæ causa est, quòd recèns à funere Hortensii mariti, nudis ad planctum pectore & lacertis, veniebat. Subjicit enim,

Sicut eras moſti ſervans ingubria cultus.

Porro eleganter Tertullianus c. *Genier*, vexillorum vela transversis hastulis alligata *Supparavocat & Stolas* appellat *cruciatus*. Octav. Ferrarius *de Re Veſtiar. Part 1. c. 2.* & *V. ad Supparos*: laffis Alex. Casaubonum *ad Aug. Sueton. c.* 97. & suprà *Catapius*. Salmasius verò vocem compositam esse docet, ex præp. *ſub*. & antiquo nomine *parus*, Græcè φάρος, ac proin *Subparum* vel *Supparum*, tunicam fusilem ait seu fubucularn, quæ fub *paro* accipiatur φαρὸς autem Græcis vocari omne vestimentum quod injiciatur, circumjiciatur atque etiam inſternatur. *Not. ad Tertulliannm de Pallio c. 3.*

Suppedaneum, Græcè ὑποπόδιον, V. suprà *Scabellum*. Sed & *suppedaneum tabellam* vocant Ecclesiæ medii ævi Scriptores, quæ sub pedibus crucifixi depingi solet, quod hodieque à Græcis observari, disces ex Domin. Macro in *Hierolex.* Cujusmodi imaginem delineatam habes apud Jac. Sponium *Itiner. Græciæ Part* 2. p. 21. V. quoque suprà; ubi de *Crux*.

Suppedia, quoque ὑποπόδια Græcis, ad verbum Latinis dicta sunt, lignea fandalia regali fercta, ut majorem fonitum ederent, fuppacta, quibus utebantur olim, qui choro ἐφύμνια dicebant aut saltantib. Pantomimis, ftrepitum edebant, ποδοκτύπησις hinc & ποδοψόφησις Græcis appellati. V. suprà in vocibus *Crepezia*, *Pedicularii*, *Scabella*.

Suppliciandi ritus, apud Vet. variis fuit. Antiquissimis temporibus quo modo ille fuerit peractus ex Homero patet. Apud eum enim *Il. 2.* Thetis ante Jovem, cui erat supplicatura, *ſedit* i quem morem alibi non eft tam facile reperire. Illud tantum interpretes Apollonii fuggerunt, apud Latinos fuisse *Supplices* apud Latem tacitos federe. Quæ fequuntur, fic fe habent, prout illa quoque Rhodiginus *l. 15. c. 18* ex Eustathio & aliis interpp. Græcis ftudiosè collegit: Veteribus, inquit, poft illos diu receptiſſimi moris fuit, ut *Supplicantes* caput, dextram, genuaque ejus, cui se ingererent fupplices, contingerent, nec totum tamen caput sed mentum modo, vel barbæ meditullium quorum illud Homerus, illud Euripides habet. Non quod omnia simul hæc membra tangerent fupplices, fed qui di vel eorum quo, ut Thetis apud Poetam, quæ finiftrâ manu genua, dextrâ mentum Jovis apprehendit:

Καὶ ἐκ πάσης αὐτοῦ κεκλίσεως, πᾶς λαὸς γόνυ κάμψας, διέστειχε δ' ὧν τὸν ἀσεβοῦντα θ' ἑκάστα.

Vel saltem aliquod illorum attingeret; nempe vel caput, aut ſi illud averteret, cui ſupplicabatur, dextram, vel ſi & hanc abſconderet, at apud Sophocleem factum legimus, citarumEuſt. in Odyſſeam dicto l. genua ſaltem amplecteretur iisque inhæreret Namque & hoc quoque nargue *ſupplicibus* inuſitatæ feritatis erat, factumque plerunque eſt, ut ſupplices ad genua accedentes, clementer exciperentur & gratiam invenirent. Unde Lycaon *ἰκέτης* vocat *πάλιν*, & Achilli hoc ritu ſupplicans, *Σὸν δι, φησὶ, τὰ γόνατα καὶ ἱκέτης εἰμὶ σὸς*. *Il. 9.* Oſcula quoque genibus iſtiusmodi miſeros poſuiſſe, patet ex ritu ſequenti ævo Tyrannis retento, de quibus ſic Amm. Marcellinus *l. 28. Ex his quidam cum ſalutari pectorilibus oppoſiti caperunt, oſculanda capita obliquantes, offerunt genua ingravanda & manus.* Soliti autem *ſuppices* hæc tria potiſſimum iunt membra, non ſine ratione, tangere: ſic caput quidem, *ὅτι τὸ κράτιστον*, quia ſit in nobis ea pars principes; dextram vero, *ὅτι τὸ ψυχικὸν*, quoniam inibi maxima ad agendum facultas; genua tandem, *ὅτι τὸ βαδιστικὸν*, propter motus & progreſſionis neceſſitatem. Quæ tria ſymbolice conſenſum, actionem & progreſſum, ad eaque peterentur præſtanda, complecti videntur, eranto, velut *συνεφαπτόμενοι ἱκετείας νόμῳ*, i. *augurio ſuppliandi ſimis* &c Aliquando vero ante pedes provolvebantur. Petronius, Servus nobis diſpoliatus ante pedes procubuit. Claudianus *de Raptu Lt.* ubi de Pareis,

Ante pedes ſollemnibus Dauis ſudere ſoreram
Cauſiem

Cum accedere non dabatur, manus tendebant. Statius *Thebaid. lib.* 12. *verſ.*587.

——— *Excipiunt cunctæ, tendunt, precantes*
Cum clamore manus &c.

Poſtmodum in ara quoque ſedere ſuppliciibus in uſu eſſe coepit. Sic apud Corn. Nepotem *Panſan. Argilius, adulescens nobilis, qua Epiſtolæ, quam a* Pauſania ad Artabazum deferendam *acceperat, vinculis laxatis ſegnique detractis, ſe prius iſſet, ibi eſſe pereundum cognoverat, in Templum Neptuni, quod Tænari erat, confugiens, ita in ara conſedit, c.4.* Quemadmodum paulo poſt Pauſanias ipſe, *in eadem Minerva, quæ Chalcioecus vocabatur, ſe conjecisſe* legitur,*c.* 5. Unde Virgilius *Æn. l.3.*

——— *hæc ara tuebitur omnes.*

Alium *Suppliciandi* ritum idem ſuppeditat Auctor, *Themiſtocle c.* 8. ubi de hoc ad Admetum Moloſſorum Regem profugo. Quo, majore, inquit, religione ſe tueretur, filium ejus parvulum, arripuit, & cum ea ſe in Sacrarium, quod ſumma colebatur ceremonia, conjecit. Inde non prius egreſſus eſt, quam Rex cum illa deuteræ in fidem recipere: quam præſtitit. Nam cum ab Athenienſibus & Lacedæmoniis expoſceretur publicè, *Suppliciem* non prodidit &c. De seytharum ritu ſanctiſſimo *Suppliciandi*, cum in corio bovis machati humi ſedebant, diximus ex Luciano ſupra: ut & de Servio ad aras ſtatuasque vel etiam ſepulchra confug e tibus. V. Rhodiginum præfatum. Apud hodiernos Turcas, *Suppliex*, pro more gentis inoſito, ignem capiti imponit, ſecuæ Scraglium ingreſſus, quanto poteſt maxime concitato curſu ad Imperatorem accurrit, cauſamque ei ſuam commendat, nec cuiquam mortalium ſic accurrentem inhibere aut ſiſtere licet, quod idem in Abyſſinorum quoque Regis Aula obſervari reperimus, V. Petrum de Valle *Itiner, tom.*1. Ut de ritu Cornua Altaris amplectendi, apud Iſraelitas olim uſitato, jam nil dicam & Habitum quod atti net, & inſignia *Suppliciam*, fuere illa inſulæ, velamenta, rami, oleæ, fordida veſtis, uti apud Livium plurimis locis videre eſt, inter alia *l.*35. *c.*24. *l.*36. *c.*20. *l.*37. *c.* 28. *l.*45. *c.*35. alibi. Caput præcipue obvolvebant. Papinius Statius iterum *Thebaid l.*12. *verſ.*469.

——— *ramoſque olee, vittaſque precantes*
Tradit & obſcuro ſubmiſere lumina palla,
Et præferre docet vacuas ſine manibus urnas.

Cujus rei illuſtre exemplum in Priamo, Homerus exhibet *Il. 9.* Sed & manu coronas geſtabant, Æſchyl. *Suppl.* aut coronati ipſi erant, apud Sophoclem *Oedipo Tyr.* etiam ſæpe coronas offerebant quo exemplo Magetes Cybiræ tyrannus Conſuli Romano quindecim talentum coronam obtuliſſe legitur, apud Polybium *Excl. legat.* &c V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 2.12. & hic paſſim, ubi de *Aſylis, Luſtris, Meſſibis* &c.

Suppliciatis, apud Romanos honos fuit, qui unà cum *Imperatoris* nomine decernebatur Victori: Nempe, cum Senatus Populo Deum templa aperiri, ac gratias Diis, Imperatoris nomine, agi juberet. Erat enim moris, ut Conſules vel Prætores, poſtquam a militibus appellati *Imperatores* fuerant, Lictores, laureatos præferrent, literasque laureatas ad Senatum, de re geſta, mitterent quibus *Imperatoris* nomen ac *ſuppliciationes* à Senatu poſtularent. In qua pompa, quæ aliàs plures, aliàs pauciores continuabatur dies, Senatus ad templa Deorum ſolemniter ſe conferebat ibique ſacrificabat & dabat in templis Populus: Omnis ſautem Populus agebat Diis gratias pro ſpe victoriæ, quæ aſſuſ-

gebat, & feſtos celebrans dies, vota faciebat, ut Dii hoc modo placati, quod oſtenderant beneficium, perficerent. Quamvis verò primis temporibus in unum alterumve diem *ſuppliciatio* ægrè decernebatur, tamen ad poſtremum eò progreſſa eſt, ut etiam in quinquaginta decreræ fint. Marco enim Valerio & M. Horatio Coſſ. anno U. C. 304. deviétis Sabinis, *Suppliciatio* in unum diem; Camillo Vejis captis, in quatridiuum quidem, decreta eſt: An Cn. Pompejo Mithridatico bello confecto, duodecim: Cæſari bello Gallico, primùm quindecim; poſtea viginti: Hirtio Panſæ & Cæſari Octaviano, Mutinâ Colonia liberata, quinquaginta dies dati ſunt: in qua varietate, cum magnitudinis victoriæ, tum dignitatis ejus, qui vicerat, ratio videtur ſuiſſe habita. Idem honoris genus ſibi fuiſſe conceſſum, poſt verpellam conjurationem Catilinariam, refert Cicero *Catilin* 3. & *Philipp.* 2. & *adlib. V.* Jon. Rofinum *Antiqq. Roman lib.* 10. *c.*28. Hinc plurahs *Decretæ ſuppliciationes*, quem honorem Graeci hac periphraſi exprimunt: *Δόγματα ἐκκλησίας ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἢ χάριτας ἀποδοῦναι ἑορταζούσας, ἱερήσιον ἢ ἑστίους νενομίσθαι*, cum denotantes. Qui ſidem *λατρεύουσι* quoque, ſeu *θύουσι τῷ νικητηρίῳ*, hinc ritum vocare. Salmaſius *ad Spartianum in Hadrianum.* In Eccl. Rom. *ſuppliciare* dici Monachos, cum ante Abbatem in Capitulo aut alibi ie inclinent, ieu cum eum ſalutent, refert C. Heline, ex *Iſidoro antiquis* Cifterc. *c.* 70. & 83. Gnigone in *Statutis Ord. Cartuſ. c.* 43. & *Statutis Ord. Præmonſtrat. diſt.* 1. *c.* 19. V. quoque infra tit. de *Libellis ſuppliciibus*, qui Græcis *δῶρον*, uti qui iis præerat, *ὁ τὰ τῶν δώρων*, Meurſium *Gloſſar.*

Suppliciim more Majorum, apud Romanos, quid proprie ſuerit, diſcimus ex Suetonio *Neronec.*49. ubi inter alia fic de illo: Inter moras, perlatos à curſore Phaonris codicillos, præripuit, legitque, ſe hoſtem à Senatu judicatum, & quæri, ut puniatur, more Majorum. Interrogavitque, quale id genus pœnæ eſſet: Et cum comperiſſet, nudi hominis cervicem inferi furcæ, cor pus virgis ad necem exdi concerritrus, duos pugiones, quos ſecum tuierat, arripuit &c. Sic Victor *in eod.* Senatus ſenten. tiâ, ait, conſtituetur, ut more Majorum, collo in furcam conjecto virgis ad necem cæderetur. A cæperiuntur exempla in Hiſtoriis, etii haud crebra. Livius *lib.* 22. inceſtum cum Veſtale fic punitum oſtendit: L. Cantilius, ſcriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant, qui cum Florinia ſtuprum, Veſeera, à Pontifice Max. cosque virgis in Comitio cæſus eſt, ut inter verbera exſpiraret. Dionyſius in culpa limili, & de iis, qui Urbiniam ſtupraverant, *Antiqq. l.*9 ubi Interpr Ex iis a. qui illicitam corruptionem patraverant, after ſeipſum interemit; alterum ii, qui ſacris præerant (Pontifices) comprehendentes in Foro flagris ſecantes, tanquam mancipium, interemerunt. Nam etſi neuter Furcæ hic mentionem faciat, tamen cum verberibus ad necem datos denarrent, probabile, id ita ritu prifco factum. Hoc magis, quod Dionyſius indicans addidit, *κατὰ τὰ πάτρια*, *ſervilem in modum*. Quòd autem liberi etiam ſub Furca interdum cæſi, exemplum in *Epit.* Livii clarum, de C. Matieno *l.*45. qui *accuſatus apud Tribunos, quòd exercitum in Hiſpania deſeriſſet, damnatus que, ſub Furca diu virgis cæſus eſt & ſeſterio nummo venüit.* Licet enim is non ad veram mortem cæſus, tamen ad civilem & libertatem civitatemque pariter amiſſe. V. Juſtum Lipſium *de Cruce l.*3. *c.*2. Diverſum autem id *ſuppliciigenus* fuit a decollatione, Gr. *πελεκισμῷ*, quæ cum priori conveniebat in *ἀφορισμῷ* ſeu alligatione ad Furcam & *μαστιγώσει*, ſeu flagellatione, ſed in eo differebat quod in *Suppliciio more Majorum* teres virgis cæderetur ad mortem; in *πελεκισμῷ* autem virgis quidem cæd retur, ſed poſtea ſecuri percuteretur, ut ex hiſtoria Antigoni Judæorum fi. hoc modo interemti patet, apud Dion. *l.*40. De reliquis *Suppliciorum* generibus apud nobiliores Gentes, Romanos inprimis, Græcos & Hebræos olim uſitatis diximus paſſim, præcipue autem in voce Pœna. De nomine ſaltem addam, *a ſuppliciando* nonnullis id, h. eſt, precando, dici, quòd ſupplices ſolcant eiè homines in deprecandis pœnis: vel quòd priſca pauperias noxiorum bonis facta facere conſueverit, in *ſuppliciationibus* Deorum, delatis non in Ærarium multis, ſed in aras Deorum, velut anathematibus. Alii à *ſuppliando* deducunt, quòd in *Suppliciis* injuriarum compenſatio & velut ſupplerio fiat. Sed prius etymon Iſidoro potius.

Suppliniburgius Comitatus Saxoniæ vetus, olim ſub proprio Comite. In qua Familia Lotharius Com. Supplinburgius Comitum Querverdenſium profapiâ oriundus, &, qui jam Rixæ uxoris jure, (Henrico Com. Northemio & Gertrude ex Miſniæ Marchionum Familia prognatæ) non ſpernendam Saxoniæ partem adeptus erat, volente Henrico V. Imper. Magno Saxoniæ Duci, ex Billingianis ultimo, ſucceſſit anno C. 1106. caſo memorabili prælio Hojero Mansfeldiæ Comite, cui Cæſar, mox benevolentiæ pœnitens, provinciam deftinavit. Poſt Henricum deinde idem Imperator creatus, generum Henricum ſuperbum Bbi in Ducatu ſuffecit: quem poſtmodum Albertus Urſus Anhaltino - Lauenburgicæ gentis conditor excepit. Pfannerus *de præcipuis Germ. Principp. Gentibus c.*2.

Supra Hæreditates, *Supra Victores &c.* officiorum nomina, apud Romanos, V. hic paſſim.

Suprema Numerum, militiæ imaginariæ genus, à Claudio Principe inventum. Suetonius *in vocab.* 25. *Instituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur supra numerum: quo absentes & titulo tenus fungerentur.* Lampridius *Alexiprius* vocat & *vacantes*, *in Alexandro Sev.* ubi, *ne annonis Remp. gravaret.* Imperatorem eos dimisisse docet. Nempe supernumerarii similites ad commodatum solum participanda erant in numeros relati. Quibus non dissimiles *Supernumerarii* illi *Palatini*, *largit.* & *verum fatr.* V. Cafaubonum *ad Lampridium d. l.*

Suprajunclarii, apud Aragonios, justu Jacobi II. Regis A.C. 1300. appellati sunt, qui prius *Vicarii* & *Baiarii*, Judiciæ Aragonum sententias exequebantur, uti apud Gallos *Præpositi Mercatorum* faciunt: de quorum munere multa habentur in *Foris* Aragonensibus passim. V. supra in voce *Junctæ.*

Supranomen, apud citimi ævi Scriptores, dictum cognomen, nomen vice. quod nomini proprio addi consuevit, Gallis *Surnom.* In Charta vet. apud Ughellum A. C. 954. *Petro viro Magnifico, qui & supernomen vocatur Pazzii, seu Gregorii & Rotæ.* Sic autem dictum est, quòd in actis præsertim publicis, quibus testes subscriberent, seu ad discrimen similium nominum, seu ad plenioremque eorum designationem, *supra* singulorum *nomina*, locorum & præditorum, quæ incolerent, aut quorum domini erant, nomenclaturas adderent Notarii. *Epinomen* voce hybridâ vocant *Nuæ* Tyronis p. 35. Et quidem in Francia *Surpranomina* hujusmodi vix, ante tertiam Regum familiam, innotuisse, docet Duchesnius *in Hist. Montmor. l. 2. c. 1.* Quod cùm & secundogenitis observarent, prædiorum, quæ in hæredi fortem à Parentibus acceperant, nomina vice cognominum uti*pantes*, ac in passeros similiter transferentes, inde postmodum enatæ sunt tot difficultates in familiarum stemmatibus enucleandis. Alius & longè diversus cognominum inductus usus, ex nominibus, quæ *Jocularia* vocat Ausonius, quibus discerneretur à se invicem ejusdem nominis viri, Nobiles atque inferioris ceniam conditionis, ut cùm modò à colore, *Albi*, *Nigri*, *Rufi*; modò à vetitu, *Capri*, *Grilla*, *gonella*, *Pellis lupi*; modò à moribus, *Hutini*; modò à fortitudine, *Marulli* &c. cognominata adsumerentur; Hæc enim eorum singulis propria fuerunt, nec ad posteros transiere. Carolus du Fresne *in Glossario*, de vet. verò Romanorum Cognominibus, V. supra in voce *Nomen.*

Suprarbiense Regnum, adde: Titulus Regni à Garsia Ximenio seu Inneco conditi fuit, *Suprarbia & Ripagoræ*, fuitq; tum sedes Regni Insa. Dein sub Garsia Innico II. capta Pompejopoli Regnum *Pampelonæ* & peculiari nomine *Navarræ*, dici cœpit. Idem ducta Uracâ Fortunâ Ximenii Comitis Aragonæ VI. filiâ, Aragoniam dutionibus junxit, pater Kafæ Abacæ, qui primus se *Aragoniæ Regem* dixit A. C. 895. à quo tempore priscis nominibus oblivio inducta & Regna hæc in posterum *Aragoniæ* ac *Navarræ* dicta sunt. G. Hornius *Orb. Imper. cum Notis Velleri pag.* 270. & *seqq.* V. quoque supra in voce *Ripagorça*, & plura hanc in rem, apud Phil. Jac. Spenerum *Arte Heraldicâ Part. Spec.*

Suprema, apud Plin. *l. 7. c. 60.* ubi de primo Horologorium apud Romanos usu. *Duodecim tabulis ortus tantùm & occasus nominantur: post aliquot annos adjectus est & Meridies, Accenso Cornelium id pronunciante, quum ab Curia inter Rostra & Græcostasim prospexisset solem, a columna Mænia ad carcerem inclinato flisse, suprema*que *pronunciasse*: tempestas est seu pars diei novissima, ante Solis se occasum. Juvenalis,

Jam Sol inclinat, eundum est.

Quamvis enim, Interæ XII. Tabb. *Sol occasus suprema tempestas esto*, vox de Sole, qui jam occidit, dicatur: posteri tamen non ita eam accepere, fed de Sole jam inclinato ad vesperam, quam inclinationem eatenus definierunt, quum Sol à columna Mœnia ad carcerem radios jaculaterur. Id quamprimum viderat Accensus, *Supremam* pronuntiabat. Et hoc sensu intelligendum fcitum Pratorii Trib. Pl. *ut Prætor Urbanus ante, ad* Supremam *jus diceret.* Post eam Cenforinus ponit *Vesperam*, dein *Crepusculum*, post Crepusculum *Primam facem*, quod Græci dicere *μέσῃ λαμπάδι ἀρθεῖ, luminibus accensis*: adeoq; *Suprema* illa resp̃ondebat nonæ horologiorum seu tempori inter nonam & vesperam, quæ inter legitimas horas orationis in prisca Ecclesia habebantur. *Canon* XVIII. Concilii Laodic. *ὡδὲ τὴν τῶν ὥρων λειτουργίαν ἢ ἀρχὴν πεποίηται ἢ εἰς τὰς εὐκτὰς ἢ εἰς τὰς ἐπιφωσκούσας, eandem supplicationes orationum ad horam nonam & vesperam oportere celebrari.* Atque sic vixere Romani, absque ulla alia temporum discretione, usque *ad horam nonam & vesperam*, ante primum bellum Punicum, quo demum Horologiis uti cœperunt, Salmasius *ad Solinum p. 649. & seqq.*

Suprema, apud Virgilium *Æneid. l. 6.* ubi de funere Miseni,

Nec minùs interea Misenum in littore Teucri
Flebant & cineri ingrato Suprema ferebant:

Sepultura est & inhumatio corporis & extrema exequiarum officia, quæ mortuis exhibentur. *Supremum honorem* vocat idem alibi,

—— *qui supremum comitentur honorem.*

Supremitatis honorem Ammianus; ἐσχατον τιμῆς & Græci Poëtæ. Sed & cineres ac reliquiæ sic dictæ. Idem Ammianus *l. 21. Inter quæ Eleleus congesti defunctæ* suprema *misérati Romanis, in suburbano vix Nonentanæ condenda.* Solinus *cap. 1. Prosecutum autem testimur molem Oreftis suprema*, i. τὰ λείψανα, Alii. Quo sensu & τὰ σώματα & ἴχνη τε, *corporis ultima*, in Græco *Epigrammate*, quod Aurceli tyranni insculptum est, & sic habet in fine,

Κεῖθ' ὅ σεσηκὼς, ἢ γόητα & ἴχνια ὀπίζων
Ἀῤῥώστα γαῖρέφα τὸν ἀνθρωπον.

Salmasius *cineres* vertit,

Flinc plus atq; fuo cineres dignatus honore
Aurceli ponem condidit & tumulum.

V. cum *Not. ad Pollionem in Aurcolo*, & *ad Solinum p. 43.*

Viri illustres.

Sura, apud Æl. Spartianum *in Hadriano*, *Prætor factus est* Sura *bis*, *Serviano iterum Conf. l. Surano*, ex vet. lapide, apud Onuphrium, C. JUL'O. SERVILIO. URSO. SERVIANO. ET. SURANO. Fuit fanè etiam Licinius *Sura* eodem anno Consul. Sed ordinarius, collegâ Senetione: Servianus & Surianus fuffecti. Cafaubonus *ad l.*

Sura, vox Arab. propriè *passus* seu *gradus*, inde pro intervallis & spatiis, quibus Alcoranus distinctus est, adeoque pro capitibus ejus usurpatur. Sed & lectio seu pensum pueris propositum *Sura*; unde & Suras illas Alcorani quidam volunt dictas, quasi *dictatas* ab Angelo Muhammedi, ut ipse credi voluit. Imò & *Sura*, pro qualibet librorum distinctione, majori minorive; uti videre, est apud Salmasium *Prolegom. in Solinum*, ubi de librorum divisione, apud Veteres, Hebræos; Græcos, Romanos, Arabes, varia egregia.

Sura Licinius, Conf. sub Hadriano Imp. V. hîc suprà.

Sura Petronius, Commodi pulsa occisus, memoratur Lampridio *in eo.*

Surcolium, in *Statutis* Conradi Archiep. Colon. ann. 1260. *can. 5. Statuimus inhibendo, ne aliquis Monachorum* furcotiis, *caligis colaratis, calceis nodatis — aut in scabellis stricis incedat*: vestis species, Gallis *Surot*, forte quod *Cuis* superinduceretur. Itinerarium vestem fuisse, colligitur ex *Statutis* Ordinis Benedict. in Prov. Narbon. ann. 1226. ubi *Superuntis* dicitur, apud Car. du Fresne *in Glossar.*

Surdi, inter octonos illos, quos ridiculi gratiâ ad convivium solebat invitare Heliogabalus, apud Lampridium *in Vita* hujus. Ab hominibus vox translata ad serpentum illos, qui ad cantum videntur obsurdefcere, quia illa non magis afficiuntur, quàm si surdi essent: cujusmodi, præter regulum, seu basiliscum, quem *primum furdorum* vocat, aspidem, cerastem, hydrum & cherfydrum, esse ait Avicenna. Imò omnes serpentes *surdos* Arabes vocant, quos ab incantatione credunt esse immunes, quorumq; porrò virus in supremo gradu intensum est. Sed certas sibi serpentum species fingere, in quas Magorum carmina nihil possint, necesse non est. Certum enim, à Diabolo hydrum & aspidem &c. tam facile posse compesci, quàm quemvis alium serpentem, si modò permittat Deus: fed Deus non vult, ut Diabolo omnia liceant. Dein in eadem serpentis specie potest esse varius fuccessus, prout varie Deus Diabolo habenas aut adducit aut remittit. Adde, quòd Dæmon paredrus, à quo pendet incantationis tota vis, ad Magi nutum non semper se accommodat. Quam in rem V. Sam. Bocharum *Hierozoici Parte poster. lib. III. c. 6.* & suprà in voce *Aspis furda*. Inde ad inanimata: Sic *furdus arcus*, apud Statium *Thebaid. l. 9. v. 864.*

—— *frustra superos Jrivianq; precatus*
Mittit pallens & furdos expedit arcus

Inutilis est, & nihil præstiturus. Alluditur illud Maronis,

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Aut Ovidii *Metam. l. 5.*

—— *de mille sagittis*
Unam sepsilis, sed qua nec acuitor ulla,
Nec minùs incertæ est, nec qua magis audiat arcum.

Etiam ad colores. Plinio namque color *βαρὺς*, qui, minùs acutus & splendidus, oculorum aciem velut contundit. Et specie furdâ verberat, *furdus* dicitur. Quæ enim, in re auditus, differentia est inter fuscam vocem & candidam, ea est fere in re visus, inter austerum & floridum colorem. Et quemadmodum vox acutis sonis intenditur, gravioribus remittitur, ita in coloribus ἀῦρα *acuitas* & floridus dicitur, qui acuitur & intenditur; *βαρὺς* & *austerus*, qui ex acumine summo descendit & nigro infuscatur. Unde acutus & splendidus fulgentes colores *floridos* appellavit iidem, *austeros* verò remissius & furdius relucentes, quos & *furdos*, vocabulis è Musica petitis. Salmasius *ad Solinum p.* 200. Sed & *furdus* idem aliquando, quod *ignobilis*, est. Statius *Thebaid. l. 4.*

—— *furdum atq; ignobile munus*
Fermat opus ——

Qui contrà *sonorum Phocidem*, quòd Oraculo Apollinis nobilis esset, alibi dixit. Quam in rem V. Casp. Barthium *Adversarior. lib. 33. cap. 4.* &c.

Surgere dextrâ, apud eundem Poëtam *Thebaid. l. 9. v. 276.*

Surgentem dextrâ Chalcium vulnusque, minantem
Sorbebat rapidus nodato vortice gurges.

gestus militaris est, toto nempe conamine corporis dextram extendere. Sic *in hastam surgere*, *Achilleid. lib. 1. v. 485.* uti apud Virgilium, *lib. 11.*

——— *expers credite, quantum*
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.

Et *lib. 12.*

Alii sublatum consurgit Turnus in ensem.

Suria, pro *Syria*, & **Surus**, pro *Syro*; sicut *Ludius* & *Ludio*, qui saltator propriè Latinis, à *Lydis* dictus est, V. Salmasium, ad *Popiscum in Carino.* An inde *Suriani*, in Terra Sancta. medio ævo fervi dicti sunt, ac tributarii quidam, ad usus agriculturæ aliasq; inferiores necessitates, domino suo reservati, de quibus multa habet Jacobus de Vitriaco in *Historia Hierosolym. cap. 74.* Certe *Syrus*, fervile nomen apud Romanos fuit, uti ex Comico confiat. At in porcorum genere *Suria* vel *Surius* est, qui Græcis κρεάδλας, verres; unde de fœminis fuibus *furire*, h. e. verrem appetere, Gr. κραιᾶν dicitur: *ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum fubare & furire dicuntur*, ut ait Festus. V. Salmasium ad *Solinum p. 941.*

Surrectus, apud Vopiscum in *Aureliano*, *Mussitus postea* surrectus *ad stupiam hostius obpellus est*: alii *surrepius* est, uti etiam Palatinum codicem habere, notat Salmasius, & *ad hostius surripi*, legitur in vet. *Martyrologio.* Idem tamen eorum sententiæ accedit, qui *surrectus* præferunt. Namque *Subrigenda* hinc *libb. de offic. proconsulis Italiæ*, ὑποβρόχιον πρωσέλκυ exponitur in vet. *Glossario*, *Ad subrigendam, ὡς ὑποβρόχιον πρωσέλκυ.* ubi *Subrigenda* est, pro subrectione, quemadmodum *præbenda*, pro præbitione, πιωσχὴ in *Glosf.* &c. Verùm *Subrigendam* Ulpiani fortasse meliùs ad oculum referas, in quo *surrigebantur* & extendebantur linguinæ, ac quasi fullo llebantur, ficut in machina, quam Graci γλωσσοκόμον appellabant. Salmasius *ad Vopiscum d. l.* V. quoque fupra ubi de *Bestiariis* & *Cruce.*

Sursum, pro *susvorsum*, Gr. ἀνω. Salmasius *ad Solinum p. 786.* Apud Vett. Laconicæ claves, quibus conclavium & interiorum domus membrorum fores, præter pessulos obicibus ferreis munitæ, aperiebantur, non circumagebantur intra claustrum, uti nostræ folent, fed *sursum* impulsæ pessulum posti impactum fertaraque claustra fuccutiebant, donec ex uncinis, quibus injecta erant, exirent, ac removebant locq. ἀνάκεινται τὰ κλεῖθρα τῶν κλειθρίων τῶν ἀνοιγῶν ἔχθε, fuisse patuli facimus, κάκεισθαι hinc appellatæ. Habebant nempe claves hujusmodi scapum rectum, & supra transversarium virgulam aliquot dentibus divisam, tridentis instar, qualibus bodieq; Carthusianorum familiæ in fui Monasterii conclavibus utuntur. V. hujusmodi antiquæ clavis iconem, apud eundem p. 932. At βαλανάγρας, alterum antiquarum clavium genus, unico dente conflantes & longiores, in βάλανος feu *glandem ferreum*, immittebantur, cum ex ferâ *surfum* trahebant: quod ἀνακινεῖν ferreus vocavere. V. supra in his vocibus. Sed & *surfum versus* texendi modus omnibus gentibus, præterquam Ægyptiis, usitatus, memoratur Herodoto *lib. 2.* Υφαίνουσι δὲ ἄνω τὸν κρόκον ὀθόνιον. Αἰγύπτιοι δὲ κάτω. Nempe apud cæteras gentes, cùm trama vel fila infra effent, in superioribus texebatur vestimentum: & fic trama semper pectine *fursum* ducebatur & tqudebatur, atque id κάτω ὠθούσιον, *fursum versus*, vel *in altidudinem texere*, vocabant. Contrà modo Ægyptii, ex superioribus, ubi trama fila vel licia, ad inferiora, ubi vestimentum vel tela inerat, procedebant, quam in rem insignis est locus Theophylacti *in Evang.* adductus Casaubono *Exerc. XVI. num.* 84. de quo infrà videbimus. Hinc ἀνακρούειν hoc genere texta, namque & ἀνακρόειν dicebant de hoc genere texturæ, quod *fursum* flebat: Latinè *rectâ.* Unde falciæ pectorales, feu potiùs capitales, fic texi folitæ, *rectâ vesicula* Festo, & *tunicæ rectæ* &c. Flebat autem textura hujusmodi à flantibus, cùm contrà Ægypti fedrent: quam conflictudinem poftea Græci fequuti funt, veteri more apud folos lintcones retento. Porrò non pectine, fed fpathâ telam percutiebant, qui ftantes texere foliti funt &c. Qua de re V. plura apud Salmafium *ad Vopiscum in Aureliano*, & hic paffim, inprimis ubi de *Texendi ratione* feu *Textoria Arte.*

Sursum Corda, Græcè ἄνω σῶμεν τὰς καρδίας; dici olim foliti um, in Myfteriorum celebratione, reliquoque Dei cultu, quo de ritu fic Cyprianus, apud Gratianum *Diftinct. 1. de Conscr. tan Quando autem flamus ad orationem, fratres dilectiffimi, invigilare & incumbere ad preces toto corde debemus — Ideo & Sacerdos ante orationem, præfatione præmiffâ, parat Fratrum mentes, dicendo*, Surfum corda: *ut, dum refpondet plebs*, habemus ad Dominum; *admoneatur, nihil fe aliud, quàm Dominum, cogitare debere. Clamatur contrà adverfario peftius & foli Deo pateat, nec ad fe hoftem Dei tempore orationis venire patiatur.* Et Auguftinus *de Bono perfever. c. 13.* Quod ergo in Sacramentis fidelium dicitur, ut *Surfum corda habeamus ad Dominum, nimirum ipfi Domini: de quo manere ipfi Domino Deo noftro gratias agere &c.* Apud Ecclefiæ Rom. Scriptores fæpe hæc formula populum excitandi, *Prafatio* dicitur, quam vocem vide.

Sursuria, apud Gregorium *in Regift. l. 7. c. 53.* *Ideoq; direximus tibi* Surtarias *duas, imaginem Dei Salvatoris & Sanctæ Dei Genitricis*: Domitico Macro vox eft Arabicæ originis, ut in qua lingua *Surai* effigies & imago dicatur. Carolo fratri cui Syro-Græca, ἡ σῦρα, nam *effigies*, inquit, *picta feu fculpta nihil aliud eft, quàm tranfumptum & extractum ex originali. unde Itali* Ritratto, *quod fit ad fimilitudinem, dicunt.* Melius C. du Frefne corrupta, pro *Sutaria*. Walafridus namque Strabo *Sutaria* hæc *Thoracidas* appellat *de Rebus Eccleſ. cap. 8.* imagines nempe pectore tenus, in *tunicis* clypeisque, depingi foliras, qua de re diximus hic paffim, in vocibus *Clypeus*, *Scutum*, *Strategia*. Cloffæ Græc. *Latus σανίδιον*, *tabra*. Suidas, ἔγκυρα ἢ καὶ τοῦτο σανίδιον. Sed & *Stesharia* legi poffet, ex Græco στῆθος, *pectus*. V. utrumque Macrum in *Hierolexico* & C. du Frefne in *Gloff.*

Sus Alba, memorata Propertio *lib. 4. Eleg. 1.*

——— *Alba* fuis *omine natam.*

Æneas fuit, &, Varrone telle *de R. R. l. 2. c. 4.* Lavinii triginta^e porcos peperit albos, itaque factum triginta annis, ut Lavinienfes conderent oppidum Albam. Eius Suis ac porcorum^e etiam nunc veftigia adparent. Namque fimulacra eorum æneæ^e etiam nunc in publico pofita & corpus matris ab Sacerdotibus,^o quod in falfura fuerit, demonftratur, V. Meurfium, *in Lycophr. verf.*

Σὰς κελαινὸς, ὃν ἀπὸ τῶ σίνει λόχμη &c.

Et hinc forte factum, ut quintæ fuerit Legionis fignum, in tam fauffi omiois memoriam: quamvis Feftus aliam hujus rei rationem reddit, *quoniam* inquit, *bello omnia generantur propter pacem, cujus conditionem, porca cæfa, inire folent.* Ulterius progreffi Cretenfes inter Numina *Suem* habuere, teffe Athenæo *lib. 9.* ἐφεῖ τὸ ζῶον παρὰ Κρησὶν, *facrum eft hoc animal Cretenfibus.* Et deinde, διὰ κάπτειν τὸ ζῶον τοῦτο ἀθέσμιον ἡγοῦνται, *Propterea omnes animal hoc cenfent fummâ venerationi dignum.* Addit & carne fuilla abftinuiffe. Quod cùm Judæi quoque faceient, hinc credidere Gentiles, *Suem* illis in veneratione effe. Ita Perronius Arbiter,

Judæus Apella, porcum non attigit unquam.

Quemadmodum iisdem Afini tributus eft cultus, quòd eo monftrante aquas reperierant. Genef. *cap. 36. verf. 24.* Quorum proin exemplo Gnoftici utrumque animal coluiffe dicuntur: Saltem Deum Sabaoth utraque expreffetunt figurâ, de quo V. Epiphanium. Nempe ita fcilicquebat Gentiles, cum Judæis effe communes, uti cum Ægyptiis; qui, quæ animalia adorarent, minimè comederent. Reliquis Gentibus in facrificia frequentiffimè placuit: quo de fic Gyraldus *Syntagm.* 17. Sicut Hebræi Sues abftinebant, ita Gentes ex eis maximè cum divinam fecere;^e Ægyptii Lunæ & Libero fuem immolabant. Et mox, Prodi-^tum eft, à fuilli pecoris genere immolandi initium Romæ pri-^mùm factum, eo argumento, quòd fus Fœderibus & Sponfali-^bus adhibetur. Hinc & Varro *de Re R. lib. 2.* Porci, inquit, qui^a parti decimo die habentur puri & ab eo appellantur ab anti-^quis *facres*, quòd tum ad facrificia primùm idonei dicuntur.^a Itaque apud Plautum, in Menæchmis, cum infanum putat,^a qui ut pietur, in oppido Epidamno, interrogat; Quanti hi^porci funt facres? Fulgentius item ad Chalcidium, Diophan-^tus ait, apud Athenas Matri folere facrificari facrum, quod^a Hecatompthoneum appellabatur. Et paulo pôft, poftquam^a Athenienfibus difplicuit, coeperunt offerre porcum caftratum,^a quem Nephrendem vocabant, quafi fine renibus: Additque,^a apud Romanos Sicinium Dentatum, qui centies & vicies pu-^gnaverat fingulari certamine, cicatrices habuerat fupra 45. co-^pias acceperat 26. & armillas 140. illud facrum primùm^a Marti feciffe. Ubi obiter nota, *Sues infrendes* Varroni potius dici, quæ, lactentis nomine amiffo, nondum fabam *frendere* i. *frangere* poffunt. Sed & in initiationibus Cereri Sus mactaba-^tur: Et quamvis in facris ipfius Deæ Venus adhibere nefas^a effet, in hoc tamen facro, de vino libaffe, Pontificales libri^a non vetabantur: quam quidem Suem immolari ab eo, qui mor-^tuo juffa feciffet, crimen habebatur. Deorum quoque Matri^a nullum facrum nifi de porca fieri, quidam prodidere: & luftrari^a exercitum. In myfteriis Athenienfes Sues immolaffe, propter^a perniciem, quam fegetibus inferunt, fcribit Ælianus. Et mox,^a Proditum tamen eft, in Theffalia Veneris Fauhum fuiffe, & aliud^a in Sida Pamphyliæ & in Afpendo & Argis, in celebritate, quæ^a Hyfteria dicebatur, in quibus præter inftituta moresq; aliorum^a Sues mactare licebat, quum in cæteris nullo modo fas effet.^a Antiphanes tamen fuum plerunque & porcum facrificum^a commemorat. Notat & Galenus in Comm. Chirurgiæ Hi-^pocr.^e Glyciam à Græcis vocari fuem vel porcum in facrificio, blandi-^te voce, uti fimiam Calliam eadem ratione &c. Hactenus Gyraldus. Itaque *Sus* immolabatur pluribus Diis, Soli, Baccho, Marti, Cereri, Matri Deum, Lunæ atque Veneri. Quin & Majæ. Diisque terrenis & aliis multis, obtervat Valerianus Pierius *Hieroglyph. lib. 9.* qui & immolari porcum à laborantibus infanâ confuevifle, ex Plauto docet *Menæchmis*, & Horatio *Sermon.* Additque animalium folas fues *Virgini, à bove, quod immolare*

lare eft, ſicut Lat. *Sacres*, merviſſe appellari? eadem in vet. Comœdia *Sues myſteriorum* nuncupari, eamque laudatiſſimam fuiſſe hoſtiam, ſi quis inventus eſſet porcus, qui ſolidas ungulas, non divitas, haberet. Per porcum fane jurare Agamemnonem apud Homer. legimus: Et pugiles, certamen inituros, juxta Jovis ſtatuam, in Elide, mactato porco, jurare ſolitos, ſine fraude ſeſe compoſſe, tradit Pauſanias: quod etiam fecere Judices Prædeſtinæ certaminis. Nulli vero porcum illiusmodi edere lieuiſſe, Talthybius Homericus oſtendit, qui porcum, quem pro juramento ſtaturerat Agamemnon, in mare egit præcipitem. Ut de Soliſtaurilibus, ſolemni Cenſorum Rom. ſacrificio, nil dicam. Porrò in Nuptiarum initiis, antiquis Regibus, *Suem* mactare, mos erat: In Hetruria inprimis, potentiores quique in nuptialibus conviviis Novæ nuptæ Maritique Diis tutelaribus, porcum immolabant; quod etiam à priſcis Latinis & Græcis in Italia factitatum. Unde is, Spontam ducturus, quum omnia apparaſſet, ſed ſpe potiundæ Sponſæ excidiſſet, in has voces erupit:

Perii quidem Sus & *talentum* & *nuptiæ*, &c.

V. Fortun. Lucetum *de Gemmis Annularibus*, *Sect.* 32. in quo repræſentatur vetuſtus ritus *Suem* ad ſacrificium ducendi: Ibi enim porcus exertis dentibus, & Sacerdos mulier cum cultro jugulatorio, ponoque ſequens Tibicen, cum altera muliere, quæ pateram plenam rerum in ignem conjiciendarum geſtat, exprimitur, *cap.* 119. Idem ibidem innuunt ſui antiquiſſimi nummi, exhibet in Sylva Annali inter ſacrum & palmam, altera manu falcem putatoriam habenti, altera tamen, cujus cornua ſunt, neſcio an nux prima eminetat. A dextris ad altare Tibicen, canit adſtantibus duobus aliis: A' ſiniſtris duo item adſtant, quorum hic neſcio quid vaſculi utraque manu capiti impoſito, ſuſtentat: Ille porcum ducit ad tergum vittatam; ſubſcribitur: Sacrum. Sancto. Silvano. Aug. voto. ſuſcept. ex viſu. ex Gruterio. Verum nec in facrificiis ſolum, ſed & in cibis, plurimis Vett. *Sues* placuere; fuitq; in vulva inprimis delectis: *Aves*, *alio ex animali numeroſior materia* *gantes*: *quinquagintæ* *grapedes*, *cum ceteris ſimiliis*, Plin. *l.* 8. *c.* 2. Quod non ignoravit hoſpes ille Chalcidenſis; qui T. Quinctio Flaminio variam ſuperne venationem, reſpondit, *condimentis varietatem illam & ſpeciem ferinæ carnis*, *ex manjuſia ſua faſtam*, apud eundem *l.* 37. & Plut. *in Flaminio ac Appoph.* Nullum vero gulæ majus argumentum porco Trojano; quem ita, Macrobio Auctore *Saturn. lib.* 3. *c.* 7. dicerunt, quia ſic fore *aliis animalibus gravibus*, *ut ille equus Trojanus gravibus armatis fuit*. Quanquam non ſolis animalibus, ſed aliis etiam cupidiis fercretur, ut ille apud Athenæum *lib.* 9. in quo turdi, & aliæ aviculæ, item vulvæ conciſæ, ovotum vitelli & iſicia: qui cum exenteratus & varie adeo repletus foret, non tamen apparebat corpore ejus uſſum jugulationis & apertionis ſignum. Præterea, cum integer apponeretur, dimidia tamen hu parte erat elixus, altera autem aſſatus. Porcorum autem ſupidiores habebantur cuſtati, ut antea *Veneres*, ſic poſtea dicti *Majales*, à Dea Maja, qui ſacrificari ſolebant. Nec porci ſolum caſtrabantur, ſed & porcæ: à quo more, ſive Gyges Lydorum R. ſive Andramytes Creti frater, exemplum petiit fœminas caſtrandi, quo florenti ſemper ætate iis uterentur. Contrà *Stilla* Judæis divinitus fuit prohibita, cujus rei triplex ratio: Una eſt, quod animal hoc nec ab humanis abſtineat carnibus; Altera, quod ceteris ſe voluptate gaudeat: Tertia, quod in Judæa, ut & in aliis quibuſdam Orientis tractis, item & Ægypto, eius eſus lepram contrahendæ conciliaret, ut eſt apud Plut. *Sympoſ.* *l.* 4. *quæſt.* 5. Atque idem forte movit Ægyptios, ut eadem abſtinerent. Unde patet, Judæos non venerationc, ſed abominatione, à *Sue* abſtinuiſſe. Hinc *ἀσεβεῖν ζῶα*, *immunda & impura animalia*, Joſepho vocantur paſſim: ſic apoſtolicè exprimenti vocem Moſis חזיר. Levitici *c.* 11. v. 8. ubi LXX. *ἀσεβὲς ζῶον*, *impurus*, h. e. *porcus ab idolatria*, *neq; ſacrificio uſq; ad hæc*. Imò obſervant Rabbini, (paulo ante CHRISTUM) iſtycrai & Ariſtobuli tempore, Judæum eſſe decretum in hac verba, אחרור בי שרוול החזיר. *Maledictus eſto*, *qui alterius ſuem*: quo avaritiæ eorum, qui quæſtus ſui causâ porcorum alebant greges, obviam itum. Interim, quod de paratura *Suillæ* conditis militaribus Romanorum inferendæ, notat Baronius, verum eſſe confirmat Caſaubonus *Exercitat.* 13. §. 34. Ægyptii verò etiam cultus ergo carnis hujus ſitum averſabantur. Nempe quia *Sus* roſtro humum fodiendo ſemina terræ commiſſa adjuvet, ne ab avibus devorentur. Gyraldius tamen *loco cit.* ſic de iis: Scribit Ælianus, Ægyptios perſuaſum eſſe, Sues & Lunæ & Soli eſſe inimiciſſimos, hinc ſemel tantum, quum feſtos dies agunt, eos Lunæ ſingulis annis dicaſſe: aliàs verò nunquam nec huic ipſi, nec cuiquam Deorum ſacrificaſſe, id propterea facientes, quia execrandos & deteſtandos exiſtimabant, ut Judæi quoque. Ab eadem Gallogræcos etiam Peſſinuntia incolentes, Arabes, bodieq; Muhamedanos, Sinenſes, Tartaros, abſtinere divinus ſibi. V. Gerh. Joh. Voſſium *de origine & progr. Idolol. lib.* 3. *cap.* 65. & 66. *item* 67. ubi & *Sues* homines aratri uſum didiciſſe, Vett. fuiſſe opinionem, ex Plut. *Sympoſ. l.* 4. *quæſt.* 5. unde vomer Græcis *ὖς*, ab *ὀυ*, docet; Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib.* III. *cap.* 39. ubi etiam ad agrorum cultum illis Ægyptios, ſed ſolos mortalium, uſos eſſe, ex Æliani *lib.* 10. *c.* 16. docet, Alios. Addam pauca de antibus tantum: Apud Salaminios legem invaluiſſe, quâ oportebat *ἀξιόθεον ὄντος* *dentes* evelli ijis aliena fatta depaſcentis, docet Ælianus *lib.* 5. *cap.* 45. Ad cujusmodi morem jam Homerus reſpexit *Odyſſ.* 2. ubi Irus Ulyſſi minatur, ſe pugnis omnes ejus dentes excuſſurum,

— — *quos ut Aleaniques*.

Heroas vero, dentes aprorum, quos venando interfecerant, galeis ſuis ſuperadditis, docet Car. Paſchalius *Coronarum l.* 10. *c.* 17. V. quoque ſuprà in voce *Porca*.

Sus, in *Chiron.* Leodienſi laudato ab Il. Pontano *in Orig. Franciæ*. *Miſit Leodium mangonalia*, *vel arietes*, *aut ſues*, *vineas &c.* machina eſt bellica, quæ alias *Scropha*, Gall. *Truje*, ad ſubfodiendos olim muros adhibita: *Levibus lignis colligata*, *tecto tabulis craſſibus*, *contexto*, *lateribus crudis coriis communitis*, *protegit in ſe ſubſidentes*, *qui*, *quaſi more ſuis*, *ad murorum ſubfoſſionda penetrant fundamenta*, Will. Malmesburienſis *Hiſtor. l.* 4.

Suſceptores, Græce *Ἀνάδοχοι*, alias *Duces*, *καθηγεμόνες*, & *Manuductores*, Græce *χειραγωγοί*, *Sponſores* item, in Baptismo dicuntur, qui infantes, à naturalibus eorum parentibus ſibi traditos, offerunt baptizandos, eosque abrenuntiationem malorum & confeſſionem fidei facere docent, id eſt, uti exponit Dionyſius Areop. *de Eccl. Hierarch. c.* 7. *promittunt ſe pueris illis*, *cum intelligere ſacra per ætatem poterint*, *inſturos*, *ut & nunium mutant ad meliora*, *& divinam confeſſionem faciant*, *in eaq; perſeverent*. Quo tempore ante dies jubentur, ut infantes crefcente ætate pietatis religionisq; principia probe imbuantur, *Concil. Arelat. Can.* 19. *Ut parentes filios ſuos & Patrini* (i. Suſceptores, qui & *Fideſpoſſores* *eos*, *quos de fonte ſuſcipiunt*, *credere ſummopere ſtudeant*. Neque verò infantibus ſolum, ſed & adultis, Baptiſmum accipientibus, *Ἀνάδοχοι* tribuit idem Dionyſius: quibus, ut & infantibus, nomen imponebant, atque in Eccleſiæ tabulas referebant. Atque hic mos Sponſores baptizandis adhibendi, ferventibus perſecutionibus, uſurpatus, poſtea quoque in Eccleſia retentus eſt, atque etiamnum obtinet. Frane. Buriannus *de Baptiſmi adminiſtr. num.* 14. V. quoque Joh. Forbeſium *Inſtructionum Hiſtorico-Theologi*. *lib.* X. *cap.* 5. §. 22. Alii in utroque Cod. *Suſceptores* indigitantur, qui vis. annonis & tributis utriusque ætatis recipiendis præpoſiti, ſub diſpoſitione Rationalium, teſte, V. Tit. *de Suſceptoribus*, & ad illum, Cujacium, Gothofredum, & alios. Item apud Hincmarum *de Ord. Palat. cap.* 23. ubi hoc nomine veniunt, qui Principum ædes agentem, aut ejus comitatum, in ædibus ſuis *ſuſcipiebant*, vel excipiebant. Ait *Suſcepi*, apud Auguſtinum *Epiſt.* 54. Salvianum *de Gubernat. Dei lib.* 5. Cæſarium *Arelat. Serm.* 5. Alios, clientes ſunt: & apud Rei Monaſticæ Scriptores ii, qui habitu Monachi donantur in morte & *ſuſcipiuntur* inter Monachos, uti habet C. du Freſne in hac voce.

Suſcipere Sacra, V. ſuprà *Sumere Sacra*.

Suſpendere, nomen Comitatus primò, dein Landgraviatus, in ditione Marchionis Badena-Durlacenſis. Et quidem proprios ei fuiſſe Comites ambiguum non eſt: ab iis ad Hochbergenſem Familiam tranſiiſſe circa A. C. 1300. matrimonii jure, ſunt qui memorent; ſed inter quos contracti, non expediunt. Eadem de Landgraviatus iſtius initio Scriptorum incuria fuit. Nam quod *Uſenbergæ* (quas pars ad Rudolfum III. pervenit, ab uxore Conradi, ut infrà dicemus in voce *Uſenbergæ*) vocabulo terram iſtam fortè deſignari nonnulli putarunt, eodem, quod *Suſenbergia* Familia diverſa ab Hochbergia deprehenditur, & antiquior nominis ejus titulique apud illos uſus, quàm ad hos Uſenbergæ dominia veniſſent. Fuit autem *Suſenbergi* haud partus Rudolfus (juxta Spenerum) extinctus A. C. 1313. cujus fil. Henricus, auctus dominio Rœtelenſi, ſeſſus, quæ ante Suſenbergæ fuerat, Rœtelium tranſlulit, unde poſtea *Marchiones Rœtelani* dicti. Claulit tamen Philippus, Joannæ, Ludovico Aurelian. Duci Longavillano nupturus, pater, agnato Chriſtophoro Badenſi ſucceſſore, qui, ob Rœtelanum dominium, *Suſenbergenſis* & Badæviliam, cum Ludovico jure diſceptare, in Camera Spirenſi, neceſſe habuit. V. Phil. Jac. Spenerum *in Famil. Badenſi* & *Arilt Heraldica Parte Spec.* nec non Tob. Pfanneum *de præcip. Germ. Principib. genuibus cap.* 9.

Suſpendendus apud Vett. Romanos, caput velatum habuere, ex Virgæ horrendi carminis, Livio memorata *lib.* 1. *Caput obnubito*, *arbori infelici ſuſpendito*. Poſtea verò, rium hanc antiquatum ſuſſe, docet Tullius *Orat. pro Rabirio*, qui pron *Perduell.* & crimini dat Vetri, quòd cives Romanos obvoluto capite ad ſupplicium abduci mandaſſet: *Quem obortâ jam de convivio*, *in vinculis ait*, *in tenebras abripi juſſit*. Et *Or.* 7. *Cives Romanos*, *capitibus involutis ad necem rapiebat*. Idque eſt, quod obtorto collo & faucibus intortis vel adſtrictis aut evincte colligatâ tractos aliquos, legimus apud Plutarch. *lib.* 7. *cap.* 44. Suetonium *Julio cap.* 62. Alios. Velle enim ab imo reductâ & ſupra caput ac circum collum & fauces intorta, rapiebantur. Faciebant verò idem Romani in omni funditione luctuoſa: Ut cum quis pro Rep. ſe devoyebat & tuebat in mortem, Cic. *de Nat. Deor. lib.* 3. Cùm

Tribus

Tribunus Pl. bona alicujus damnati confecrabat, Cic. *pro Domo*; in Vere facto, & in genere, in luctu. Perſius *Sat.* 3.

Hiſterni capite inanimo pullitet Quiritis.

V. Anſelm. Solerium *de Pileo ſect.* 2. & 6. Apud Anglos *Suſpenſio corporis per pedes*, inter pœnarum genera, memoratur in *Leges lib.* 1. *cap.* 26. §. 4. V. quoque ſupra, ubi de *Cruce* & *Furca*. Gallos vero, ſic dicuntur hodie inter Pariſas illi, qui priſtino Gentilismo etiammum inhærent) mortuos ſuos *ſuſpendere*, & ſi dextrum oculum prius eruant corvi, lætos ac vitulabundos abire, ſin vero ſiniſtrum illi invadant prius, demiſſo vultu & aliis ſignis mœſtitiam teſtari, nocque pacto defunctis ſuis juſta ſolvere, ſcribit Jo. Baptiſta Tavernier *Itinerar. Perſ.*

Suſpiria, novi amoris, vel inoluti jam, indicia. Claudianus de ſua Principe, amare inſipiente,

—— *primoq; rudis flagravereat æſtu.*

Nec novimt unde calor, nec quid ſuſpiria vellent,
Noverat; incipiens & adhuc ignarus amandi.

Unde ad Stellam, cum ſe citatis magnitudine attonitum Statius,

—— *Pone à dulcis ſuſpiria tetæ.*

lib. 1. *Sylv.* 3. Cujus rei caulam enarrat conantem V. Alexandrum Aphrodiſienſem *Problemat.* 22. in re Muſica *Suſpiria* voce Gall. *Id-quete* dicuntur in *Extrav.* Joannis XXII. *cap. un. de vita & hon. Cleric.*

Suta, apud Papinium Statium *Thebaid.* 1. 3. v. 585.

Hi tortes galeas, magnarum ſpicula ſuta
Thoracum ——

Et *lib.* 4. *vers.* 131.

Forvæ, juta tegunt ——

Gl. MS. *metallum inſutum*, ne *Ledas corpus*, *quando indutus*. Suta nempe, ferro inducta dicit ſeu laminis, vel ſquamis, arma quæ ſuperinducuntur. Explicat ſeipſum *l.* 7. v. 312.

—— *clypeo ſeptemplice tauro*
Læva, ter inſuto ſervans ingentia ferro
Pectora ——

Dicit ergo enteſtejunctis ferreis circulis ſuta thoraces, non totos ferreos. Unde non plane ita percepiſſe Lipſium *de Milit. Rom. lib.* 3. *cap.* 6. ait Caſp. Barthius *Animadverſiones ad h.* Sic *juta alevaria*, vimine textis oppoſita, apud Virgilium, filis ſc. colligata ece. At *ſuta mamilla*, *ſtipatum agmen*, apud Heſychium, fibulata eſt feu nodo tricta. Talis enim erat operaria ſervorum tunica, de qua ibi ſermo, ut unâ quidem parte *agmen* haberet, in quam brachium immitteretur, altera vero manuleam non habaret, fed in medium palli amictetur & fibulâ necteretur. Quæ autem ex utraque parte in humeris fibulâ ſtringebantur, Græcis *ſpondæ* apud, *ωμοπλατα*, & *ωμοι* dicebantur; quibus oppoſitæ tunicæ *ἀρμοὶ*, *incompactiles*, ex toto tectæ concluſæque & nulla parte ſutiles ſeciſſeque erant, quemadmodum interulæ noſtræ ſunt, ſive linteæ, ſive lanteæ. *Sutum* enim hic pro *fibulatum*, ut *reſutum*, apud Suetonium Auguſto, pro *refibulatum* poni, vel hinc pateat, quod *ſuſcipla ingenua* dicunt Grammatici, & *ſuſpicula non ingenua*, leginus apud Lucianum *Dial. de ſyrus.* Quam in rem V. pluribus Salmaſium ad *Vopiſcum in Aurelian.*

Suthexia, unum ex VII. Anglo-Saxonum in Britannia Regnis, fundatum ab Ella ann. 488. V. Georg. Hornium *Orb. Impor.* Felleri pag. 333. nec non in voce *Suſſexia*. *Suth* autem Saxonice Auſter eſt, unde *Suthmore*, i. porta Auſtralis, præcipuum oſtium diétum eſt in Æde Cantuarienſi, ubi olim facta *Judicia Dei*, cum lites ordinario judicio dirimi non poſſent, notat Gervaſius Dorobrnenſis *l. de Regib. & Archiepiſc. Cantuar.*

Sutilia Coronæ, dictæ ſunt, quarum flores, unde necterentur, conſui ſolebant; antiquiſſimi apud Romanos usûs, ut qui eas in Saliorum ſacris à primis temporibus adhibuere & in Saliaribus dapalibusque exhibuere: ad roſaria inde tranſcuntes, imò procedente luxu, ad mera harum folia, *Plin. l.* 21. *c.* 3. Ad confuenda autem & concinnanda ſic folia, neceſſe fuit ea prius probe macerari ut manuum artificiis, & puncturis, quibus nectebantur, pari poſſent, uti dicere eſt ex Apicio Rei *Culin. cap.* 1. ubi folia roſarum hanc fini deſtinatarum, ſeptem diebus in vino macerati confueviſſe, legas. Nempe primitus toti flores, dein roſæ ſolum, fed & illæ totæ, inferebantur ſutilibus, tandem *ex luxuria proceſſit*, *ut non eſſet gratia*, *niſi mero ſub.* Quo pacto omnis tum harum coronarum decor videtur conſtiriſſe artifice quadam ſutura & foliorum mixtione: in quod artificium numerus florum inumerus congerebatur. Inde, in hoc coronamenti genus, acrem habes invectivam, apud Plut. *Sympoſ.* Inprimis eam præpoſteroſioribus foliis nardi viz. aut velte Serica verſiculores, unguentis madidas, dari placuit. Hinc Ovidius *Faſtor. lib.* 5.

Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis &c.

V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 1. *c.* 14. & ſupra ubi de *Roſariis*. Apud Flaccum *Sutia Donus*, occurrit *l.* 6.

—— —— *ibi ſutilis illis*
Eſt domus, & *cruda reſidens ſub vellere conjux*,

de qua V. Barthium *Animadverſ. ad Statium Thebaid. l.* 3. v. 585. Celebres inprimis *Sutiles Naves*, apud priſcos; in-quibus *ſuturas* ſeu *ſolutiores*, Homerus *ἀσαφεῖς* vocavit, uti docet Heſychius: quæ e lino, ſparto, cannabe, loris quoque fieri ſolebant, ut videre eſt apud Salmaſium *ad Solinum p.* 263. De tunicis *Sutilibus*, dictum aliquid ſupra, in voce *Sual.*

Suur, à *ſuendo*: Interim Romanis *Suores* dicti, non illi qui acu veſtes conſuebant, ſed qui coria in uſum calceorum. Et Plato *Politic.* de artificiis veſtimentorum differens, commemorat *τὰ σκύτεα καὶ ραπτὰ σκυτέων σύνεσιν*, *Corfectionem illam*, *qua ſit perficiuntur & ſuuta*: qui generali deſcriptione Sartores quum poſſent comprehendi, Plato tamen illorum non meminit, ſed tantùm *τὸν τεκτονικὸν*, *Artifi conſentali coria*, id eſt, *Sutorem*, unde colligit Caſaubonus, aliam rationem parandarum apud Veteres veſtium; &, cùm à Textoribus veſtes abſolverentur, Sartores vel Sarcinatores, refectores potiùs veteris veſtis, quam novæ confectores, fuiſſe, *Exercitat.* 16. *ad Annal. Baronii*, §. 84. Meminit *Suoris*, Martialis *l.* 9. *Epigramm.* 5.

Dentibus antiquas ſolitus producere pelles,
Et mordere imo pauper veſtigia ſolum;
Pranuſtina tuus defunctis vena Patroni,
In quibus indigner, *ſi tibi vella ſuit.*

Ut qui ex ergaſtulo fuiſſet. Juriſconſultus hinc *l.* 78. §. *hared. ff. ad SC. Trebell. hæ amplius etiam alumno meo hominem collactaneum & vernam* Sutorem, *quicum artificio ſuo mercede delata alere poſſet.* Græce Σκυτοτόμος, quo nomine pagani Paulum Ap. (qui *σκηνοποιὸς* erat, Actor. c. 18. v. 3. *ventoriorum fabricator*, quæ ex corio fiebant, per contemtum olim appellare ſoliti funt, uti docet Cl. Salmaſius *Plin. Exercit.* in hac voce &c. Huius inſtrumenta vocat *ſculpra & formæ*, Ulpianus *l.* 5. §. 3. *ff. ad Leg. Aquil.* Unde Horatius *l.* 2. *Sat.* 3.

Si quis emat citharas, *emptas comparet in unum*,
Nec ſtudio citharæ, *nec Muſæ deditus ulli*:
Si Sculptra & Formas non Sutor.

Opera fuerunt *Caligæ*, *ſandalia*, *falcia*, *crepidæ*, *calcei*, à quibus *Sutorii*, *Sandalarii*, *Sutores caligarii*, dicti, V. iterum Horatium *l.* 2. *Sat.* 3. De *Sutore* Caſariano, feſtiva extat narratiuncula, apud Arrianum *in Epict. l.* 1. *c.* 19. fieiat de *Sutore* Medicum profeſſo, elegantiſſima fabula, apud Phædrum. Servi *Cordonis* memini & Papinianus *l.* 42. *ff. de oper. Libert.* cui *Sutorem* tribuit Martialis *l.* 3. *Epigramm.* 16. V. ſupra in voce *Subula*. Sed nec fervili ille ſum hæc opera: Collegium enim *Sutorum* memoratur Roma, apud Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. Et quamvis Pellionesſive Coriarii olim Urbe excluderentur, ut ex Artemidoro dicimus *Insigne* tamen five Calcearius in ipſa habitaſſe, patet ex Plinio *l.* 10. *c.* 23. ubi de *Sutore* in *Superiore Vicinia*, *Cicerone*, *Clarum aëdi*, *in Sutoris ſiccinam è regione ſpinam ſe deciſſe*, ſcribit, in ipſulo poſt, *Calcearius* alter, inquit, *qui propinquum inolebat officinæ*, *cor vum illum videbit*. Unde colligere eſt, *Sutoriles* in urbe ſuum fuiſſe locum, ſuam ſedem, ſuam regionem. Nam Caſtorum Templum Urbis antiquæ meridionaſſile inclufum & oſtium in octava ejus regione, ex Onuphrio aliiſque notum. In primis autem in muliebris conficiendis eorum corpus fuit induſtria; quippe qui multis elegantibusque *ſuturis* præ cæteris inſignes fuere. Quæ quidem futuræ, ſuggerente in *hoc video ad Tibullum Noſt. l.* 1. *c.* 17. Pincto, filum ſericum ut plurimum atque alterius (ut decori ratio ſuadet) à rubro coloris punctuatim eminens, in diverſis calcei corium illorum partibus, oſtentabant: Cùm conſta viliorum calcei craſſiore rudioreve filo confuerentur; ut ex Juvenale liquet *Sat* 3. v. 149.

—— *Si rupta calceus alter*
Pelle patet, *vel ſi rimoſa ſuccidit alvus*,
Aut, *recens ſimum offendit non una ſutura.*

Primum verò *Suturæ* inventorem Boethium quendam fuiſſe, ſcribit Plinius *l.* 7. *c.* 58. fed quando is, aut ubi vixerit, non docet. Potiori jure Adamo id laudis vindicat Cl. Voſſius, quem verſimilis eſt, terrâ, ex divina comminatione, ſpinas ac tribulos proferente, calceis pedes fuos munivifſe, quos è crudo primitus corio fuiſſe etiam hinc patet: quod apud Romanos quoque tales fuerint illi tralitionum, quin & plebejorum diu, quibus per nives & lutum ibant: *Perones* enim dicti, ut ſui ſupra vidimus. V. Voſſium *de Idolol. l.* 3. *c.* 70. & Anſelmum Solerium *de Calceo* paſſim, inprimis *cap.* 1. 7. & 10. Præcipue autem *Suturæ* olim *Venetæ* celebres fuere, ut ex Tertulliano *de Pallio* patet *cap.* 7. *magnum inceſſui munimentum* ſuturæ Venetiæ *proſpexere*; uti veram lectionem reſtituit Salmaſius, cùm alias *Suturæ Venetiæ* legeretur. Nempe in Venetia aut Veneta regione pelles olim optime cutari & conſteri ſolitæ fuut, fuendi calceamentis aptæ: utpote in qua magna peculum copia, ut ex frequenti Altinarum & Euganearum ovium mentione, apud Auctores, clarum eſt. Fortaſſe ibidem & calcei five perones optimi conficiebantur, unde *Suturas Venetias* dixerit Tertullianus, *ἀρχαϊσμὸς*, pro *Venetas*. De *Suturarum* cutis in *clibum verſis*, V. Livium *l.* 33. *c.* 30. Non vero in calceis *futura* ſolùm, ſed & in lacerna, fibulæ ufum aliquando *Suturam* præſtitiſſe, annotavit Odo. Ferrarius *de Re Veſtiar. Patav.* 2. *Cal. c.* 16. V. & ſupra in voce *Sula*.

Sues, apud Æl. Spartianum *in Pract. Vitæ Ælii Veri*, *Didio Iuliano Aug. Ælius Spartianus* ſuus *Sal.* Græce εἷς ὁ ἐμὸς ὑὸς.

Quâ-

Quæ adjectione vocis insolentis videtur significare, non tam amicitiâ Diocletiani valde familiariter fe usum, quàm Libertum ejus, fuisse. Ut tum Dio Cassius Heliodorum Epistolarum Hadriani Magistrum *vὸν αὐτῶ ἴδιον*, *suum* illius nominat. Et Eutropius *Epist. ad Valentem*, fed paulo aliter: non enim epistolæ nomen fuum præscripsit, fed in ima cera, more, qui hodie obtinet, fubscripsit hoc modo, *Eutropius V. C. peculiariter suus*, id eft, veftræ clementiæ peculiaris fervus ac domeftícus. Hoc enim eft *vὸ ἴδιος*, ut recte obfervat magnus Cujacius, V. Cafaubonum *Not. ad Spartianum in Hadriano & Vero*, plura verò de hac voce, apud Cafp. Barthium *Animadverfionibus ad Statium paffim*, inprimis *Thebaid. l. 4. v.* 836. ubi ea nativum, ingenuum, fugiens fuam oliorum commercium denotari ait, inter alia afferens illud ejusdem Poëtæ *Theb. l. 9.*

——— *veniet cineri decus & fuus ordo*
Manibus, interea justos dum reddimus ignes,
Hoc ultor Capaneus operis tua membra fepulchro:

ut & fuprà in voce *Sui*.

SY.

Syagrus, adde: Primum erat prom. Sachalitis finus, haud longè à thuriferæ regione, ubi & portus erat & caftrum, turrisq;, quod ex tota regione colligebatur, horreum, Auctor *Peripli*, Hinc *Σύαγρον* dictum thus Indicum, quod in Indicis Infulis Arabiæ adjitis natum eò deferebatur, ficut cinnamomum *Μοσύλου* diceb atur à Mofylico emporio. V. Salmafium *ad Solinum p.* 593. & *fequ.* Sed & *Syagros* palmulas habet Plinius, de quibus nihil jam noíci poffe, idem ait *Ibid.* n. 122.

Sybaris, M. Græciæ oppidum, adde: Hi in Deos retulere putum crumbus hircinis, tanquam Sylvanum quendam. Natus is erat ex caprario Crathide & capra; quam cùm flagitiosè deperiret Crathis, in fomno interfectus eft ab hirco, rivali fuo: de quo impuro amore ac numine, V. Ælianum *de Animal. lib.* 6. c. 42. Voffius *de Idolol. Or. & progreffu l.* 1. c. 40. Hinc *Sybaritismus miffus*, apud Lampridium occurrens, in *Heliogabalo*, *Sybaritismum miffum femper exhibuit ut olea & garo*: *quem quo anno Sybaritæ reperierunt*, *perierunt*. Plura de *Sybaritis*, apud Salmafium *ad Solin.*

Sycalli, V. fuprà *Ficedula*.

Sycaminum, Græcè *συκάμινον*, oppidulum olim Bœotiæ, Oropo haud procul, in ripa Afopi, hodieque vicus eft fatis grandis, incolis *Sycamino* aut *Samino* appellatus, in quo Græci complura habent templa, inter quæ unum *Αγλοῦ Σαράνδι*, h. e. XL. Sanctorum, *Panagia* alterum, tertium *Αγίου Ελίου*, i. Sancti Eliæ, ædificia fatis infcripta exhibent, uti docet Jac. Spon. *Itinerario Græcie Part.* 2. p. 318. Alias *Συκάμινον* Græcis morum eft, antiquis & morus arbor & fructus arboris *Συκάμινος*, quo modo in Pandectis Florentinis morus Ægyptia, V. infrà, appellatur. Hinc Auiei Scurræ verfus in Sullam,

Συκάμινον ἐς᾽ ὁ Σύλλας ἀλφίτοι πτισσομένου.
Morum eft Sulla polenta fparfum:

quo ejus crudelitatem perftrinxit, quod albâ corporis cute, & fub candido vultu eruentum & fanguinarium animum tegeret. *Συκάμινος* verò *ὀγυρὰ* iisdem rubus eft, cujus fructum *μῶρα* vocari Phanias Eretius apud Athenæum ait. At *Συκάμινος Αἰγυπτία*, fui generis arbor eft, quam à morí fimilitudine alii *συκόμορον* vocitant, alii *συκῆν*, *Ficum*, quòd fructum edat ficui fimilem: alii rurfus compofito nomine *συκόμορον*, quafi *Morificum*; de quibus arborum genctibus, Vide prolixè differentem Salmafium *ad Solinum pag.* 459. & *feqq.* ut & de *Sycomoro* hic infrà.

Sycomoros vellicans, adde: *Sycam. 7. verfa* 14. *Nec*, *Prophetæ erant*, *nec*, *Prophetæ filius*, *fed bubulcus*, *vellicans fycomoros*; uti Hieronymus reddit, LXX. *νιὸς συκομίνων*, pro Hebræo, בולס שקמים *boles fikomim*; idem eft, ac infimæ fortis homuncio & in re tenui natus, ita ut miferam vitam parco & frugali victu ægre fuftinuerit. *Sycomori* fc. *agrefles afferuntur ficus*, *quæ*, *fi non vellicentur*, *amariffimas carnofasque faciunt*, Hieron. unguibus proin ferreis vellicari, Theophraftus *Hift. l.* 4. c. 2. lex, ungue vel ferro fcalpi, debere, Diofcorides habet *lib.* 1. turnique demum maturefcere. Nempe lachrymam extrahere vere oportebat, priusquam fructum ederet, Salmafius *ad Solin. pag.* 1285. Unde Plin. *l.* 13. *c.* 7. *Ficus eft prædulcis fine granis interioribus*, *perquam fecundo proventu*, *fcalpendo tantùm ferreis unguibus*, *aliter non maturefcit*. Interim *σκοπὸς* & *κυνοκέφαλος* hic fructus eft & facilè corrumpitur, ut Diofcorides & Actius tradunt. Ex eodem in Syria panem confici, cujus efu capilli defluant, legas apud Athenæum *lib.* 3. Itaque non videtur magnæ rei, unde Prophetam, qui *fycomoros vellicando*, feu *ficus tolendo*, vitam fuftentare cogebatur, non in lauta re natum fuiffe oportet. V. Sam. Bocharum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 39. & fuprà in voce *Caprificus*. Non enim folùm in Ægypto, V. fuprà: fed & in Judæa, provenifle id arboris, ex *cap.* 19. Lucæ difcimus, ubi *συκομωραία* nominatim fit mentio v. 4. *Præcurrens igitur* (Zacchæus, quòd ftaturâ parvus eíTet) *ascendit in fycomorum*, *ut eum* (Jefum) *videret &c.*

Sycophantæ, Græcè *Συκοφάνται*, dicti funt Athenis, qui ficus alias furripientes indicarent, teíte Feílo, vel qui ficus ex urbe exportantes proderent, ut habet Plut. *de Curios. fa cum delatione*. Leg enim erat in ea Civitate, *Ficus Athenis alibi ne importatas*, cujus fæpe meminerunt Græci in fuis Commentariis: interque eos Interpres inprimis Comici ad *Plutum* & alibi, ifter quoque *in Atticis* &c. 5am. Petitus *Comment. in LL. Attic. lib.* 5, *tit.* 5. Qui igitur contra legem delinquentes obpravlum lucrum perfequebantur, *Sycophantæ* funt dicti. Vox dein translata ad denotandos Aufcultatores feu Delatores quoscunque, inviíiíiimum hominum genus, qui in Principum inprimis Aulis locum invenirunt, uti fuprà vidimus, de variis gentibus, Romanis præcipue, in voce *Auscultatores*. Apud hos enim rabies ifta, cùm jam ante fenfim graffari incepiíTet, caput tandem fub Tiberio inprimis extulit, teíte Suetonio *in Tiberio c.* 61. ubi ab Imp. *decreta accusatoribus præcipua præmia*, *nonnunquam & ssibus*, *nominiq; delatorum sibimet abrogatam*, refert: liberrimè indignante Seneca *de Benef. l.* 3. *c.* 26. Vitellius dein in Mathematicis inprimis deferendis, aut em illis præbuit, Sueton. *in eo c.* 24. fummo verò ftudio eos affectavit Domitianus, *dum bona vi rorum & nonnunquam accusatoquelibet & accusatore & crimine corripiebantur*: de cujus temporis injuria & nimia apud fceleratum Principem horum hominum libertate, graviter conqueritur Plinius *in Panegyr. Trajani*. De eodem Juvenalis *Sat.* 1.

——— *Et poft hunc magni delator amici*,
Et civis vapularus de nobilitate comesa
Quod fupterit, &c.

Et hæc quidem Tyrannide jam confirmatâ: Initio verò Principatus *fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit*, *ferebatur quæ vox ejus*, *principis*, *qua de accusatores non caftigat*, *irritat*, Sueton. *cap.* 6. Unde Martialis *lib. Spectac. Epigr.* 4.

Turba gravis paci, *placidæque inimica quieti*.
Quæ semper miseras sollicitabat opes:
Tradicta eft Cyaris.

Contrà Titus ejusdem frater, *flagellatos per arenam egit*, Sueton. *in eo c.* 8. Eosdem Petinax urbe expulit: Gordianus partim patibulis fuffixit, partim exilio mulavit. Antoninus Pius, *ſi non probavent objecta crimina*, *capite mulctabat*; *ſi probarent*, *oblato præmio insame dimittebat*, Jul. Capitol. id eft, ex lege Rhemnia K. notam frontibus corum candenti ferro imprimebat. Trajanus è medio fuftulit, &c. Nerinii inprimis tempora laudata, de quo Claudianus *l.* 2. *de laudibus Stilichonis*,

Denique non diversi sub te pro vitre paterno,
Vel Lavelou palles, *non Infolitior obtrvat*
Fallacirus quinquepse reum.

V. Thomam Dempfterum *in Rosins Antiq. Rom. Parallipom. ad lib.* 9.

Sycosina Aloe, recentioribus dicta eft, quæ vett. Græcis *ἀκακία* vel *ἀκανθίνη*, *hepatis* feu *hepatica* *Συκωτὸν* enim pro jecore infima Græcia dixit, quod prifcis propriè notabat jecur anferis vel porcuíi ficis paíli folùm, Lat. *Ficatum*, Gall, *Foye*. Inde itaque *Sycosina Aloe*, Gallis *Sycotin*, aloe medicamentaria fc. non aromatica, quæ quòd optima afferretur è Sycotora Indiæ Infula, ei hoc nomen conciliavit, non, ut volunt Arabes, ab Inf. nomen accepit. V. Salmafium *ad Solinum p* 1097. & 1219. ubi Aloën hanc cum Xylaloe, feu aloe odorata confundentes, pluribus refellit.

Syedra, urbs Ciliciæ Trachææ, Steph. Κιλικίας τραχείας, *Κορυκίου*, *Σύεδρα*. Straboni *Σύεδρα*. l. 14. Ejus meminit Florus de Pompejo, *postea Sydris*, *interio Ciliciæ populis*. Et Lucanus *lib.* 8. de ejusdem fuga loquens,

——— *sequitur pars magna Senatus*
Ad profugum collecta Deum, *parvisque Syedris*
Quo portis mittisque rater, *recipitque selinus*.

Uti verâm lectionem his locis reftituit Salmafius, qui etiam apud Strabonem *d. l. Σύεδρα* reponit. Eadem autem hæc cum Iſauriæ urbe, de qua fuo loco. V. modò dictum Salmafium *ad Solinum pag.* 771.

Syene, addes: In ea tres fub Romanis cohortes præredebant. Unde vetus Auctor *Vitæ* Juvenalis, Poetam hunc, *per honorem militiæ*, *quanquam octogenarium*, *tribu tantummodo*, *miffumque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti*, dicens, *Syenen* omnino intelligit, quæ in fine Imperii & extrema Ægypti parte ſita erat. Factum id autem, Domitiano imperante, quod in Paridem Pantomimum verſus quosdam compoſuit Salmafius *ad Solinum pag.* 449. qui plura de nobili hac urbe *ibidem* paſſim.

Syenites, apud Diodorum Sic. ubi de monumento Regis Oſymandæ, haud longè à Thebis, *in introitu autem ſtatuas effetres ex uno omnes lapide Memnonis Syenitæ*, ut vulgò legitur: nonnulli ſtatuarius eſt, *Memnon Syenita* dictus, cujus opus tres illas ſtatuas eſſe volunt. *Sed exuno lapide Syenite casas & fabias*, legendum eſſe, docet Salmafius *ad Solinum p.* 478.

Sylla Punicus, per convitium à quibusdam dictus eſt Severus Imp. quòd, bello civili tertio factus curior, innumeros Senatores interemiſſet, uti habet Æl. Spartianus *in Pescennio Nigro*. Centerum non primus *Sylla* ille famoſus ille appellatus, ſed cognomen hoc erat familiæ è Græco ductum, ut alia fere omnia

Latina, ὠδὴ, ὠδαὶ, Sulla. Salmasius ad Sollin. p. 462. Hinc Lanx Syllana centenarii ponderis, indigitata Tertulliano ad Pallium cap. 5. Adigo cauterem ambitioni, quâ — lances centenarii ponderis Sylla notitiæ: verovir sanè, ne parva sit ista erudita, cùm Drusillanus & quidem servus Claudii, quingenariam promulsidem adsistat, ad quæ verba V. Salmasii Notas.

Syllabæ, apud Quintilianum lib. 11. c. 3. nec volubilitate nimia confundenda, quæ dicimus, quia & diffinitio periit & affectus & nonnunquam etiam verba aliquâ sui parte fraudantur: fraudari dicuntur, quæ pronuntiatio non exprimit, sed supprimit & intervertit: nos comedi & vorari syllabas, dicimus, quæ hoc modo fraudantur. Salmasius Not. ad Tertullianum de Pallio, cap. 2. Ut itaque integræ pronuntiarentur, Grammatistæ opera fuit, de qua V. Iuo loco. Apud medii ævi Scriptores, *Syllabarum* nomine fieri eas Epistolæ, passim veniunt. Zacharias Pontif. Bonifacio Epist. Cùm nobis Sanctissimæ fraternitatis tuæ syllabæ dictatæ fuissent. Et infrà, Iuxta syllabarum vestrarum commonitionem, Græcis quoque Βασιλικοὶ ὀυσκοὶ, pro Imperatoriis Literis, ut videre est apud Cyrillum Epist. ad Acacium Melitenæ Episcopum &c.

Syllogi, Græcè Συλλογὴ, ritulus libri ab Agathia compositi, qui, post Meleagrum & Philippum, qui Στεφάνους ἐπιγραμμάτων edidere, hi e. *Serta* ex omnibus antiquis *Epigrammatariis* contexta, ordine alphabetico potitis corum nominibus, ac lingulis Poëtis cum totidem floribus compositis & comparatis; ipse filimilem Epigrammatum συναγωγὴν, ex recentioribus compilatam Epigrammatariis, & sub certis matteriarum titulis redactam, concinnavit, eamque Κύκλον, i. Coronam, item Κύκλον, & Συλλογὴν hanc Ἐπιγραμμάτων, appellavit. Salmasius ad Vopiscum p. 549.

Sylva, de montibus propriè. Unde quod Solinus de myrtina loquens, cap. 33. saltus, Plinius sylvas, Theophrastus ὕλας vocat. Hinc in Glossis, Scholiastes, ὁμιλητὴς, & Sylvestria ac montana Numina. Fauni Poëtis. Et quidem minorum arborum, uti Græcorum ὕλη. Unde ὑλήεσσαι, frutices, & ὑλαῖος χῶρος, fruticeta ac loca minusculis arboribus consita Quum de grandioribus & conlectatis arboribus, lucus dicatur: unde robora lucos Pilin dixit, ad verbum Ἡσιόδου, Quæ de Nr. V. Salmasium ad Solinum pag. 587. alibiq. passim. Sed hæc differimina plerunque confunduntur. Et quidem Sylvarum insignibus Romam olim distinctam, habet Plinius lib. 16. cap. 10. Sylvarum certè distinguebantur insignibus, Faguali Jovi etiam nunc, ubi lucus fagens fuit, pro Querquetulanis, colle in quem vimina pecibantur, vagi lucis, quibusdam & geminis. Q. Hortensius — legem in Ædilico tulit &c. V. & supra voce Nemus. Earum quasdam profanas, quasdam sanctas, stirpe habitas, notat Joh. Meursius ad Solinum de Re Rust. V. quoque supra in voce Coinquere, item ubi de Lucis. E quibus illæ utrinque lineâ & pennis, venationis tempore, elaudi confuevere, ut carum formidine cervi & aliæ feræ in retia impellerentur, Seneca de Clemenzia l. 1. c. 12. de Ira l. 2. c. 12. Alii. Nempe cæ reas, cervos, ibices, & reliquas hujusmodi feras, quas cursu aslequi facile non eit, vel Musicæ illecebrâ ad retia pellicebant, vel Sylvis formidine cinctis claudebant. Lucanus l. 4. v. 437.

—— *sic dum pavidos formidine cervos*
Claudit vitoratæ meuentes aëra pennæ.

V. supra in voce *Formido*, alibique passim. Fuit autem *Sylvarum* cura, apud Romanos, inter Consulis officia, uti apud Suctonium in Cæsare legimus; id quod quum à Senatu, ad occupandam extorti Consulatus auctoritatem, decretum esset: post *Sylvarum* mentionem, subjungit Virgilius Ecl. 4.

—— *sic fata Sorores*
Quod cupiere, fore suprà Consule dignæ:

ut, quantum depressisset Consulatus dignitatem Senatus, *ad Sylvarum* usque humilitatem, tantum suis versibus, novaque materiæ dignitate, extollat ipse silvas, ad fastigium Consulatus. Jul. C. Scaliger Poëtices lib. 1. cap. 4. &c. Apud Sanctum lib. 3. part. 11. c. 13. montes Riphæos, Sylvas κατ' ἐξοχὴν dici legimus, V. supra, & Sam. Bochartum Hierozoici Part. prior. lib. III. cap. 29.

Sylva, apud Jul. Capitolinum in Gordianis Tribus, Estas Sylva ejus (Gordiani Sen.) memorabilis, quæ picta est in domo Asiatica Cn. Pompeji — in qua pictura etiamnum continetur cervi palmati ducenti mixtis Britannis: equi feri XXX. oves feræ C. ad ces X. tauri Cyprici C. struthiones Mauri miniati CCC. exagri XXX apri CL. ibices CC. damæ CC. genus est venationis ludicræ vel spectaculi, in quo omnia, quæ producebantur animalia, diripiebantur a populo. Hinc sequitur, Hæc autem omnia populo reptienda censuit, die munerii, quod sextum edebat. Nomen inde, quod totus Circus, ad sylvæ speciem, tum arboribus consitus esset. Arbores enim per milites radicitus evellebantur, quæ in Circo connexis longe lateque trabibus, terrâ subjectâ, affixæ plantarentur, ita ut sylva plane esset, quâ differtâ omni genere Herbaticorum animalium, immittebatur populus, qui omnia diriperet. Nullæ autè aut feræ noxia vel denibus vel unguibus animalia exhibebantur in illo venationis ludicro, fed talia, quæ capi ab incumbus popularibus facile possent: viva namque diripiebantur. Sic cervos, oves feras, equos feros, tauros Cypriacos, onagros &c. exhibuit Gordianus. Probus item, ferunbove mille, mille cervos, mille apros, mille damas, mille oves feras &c. in simili ludicro, apud Vopiscum, ubi id Pomario diripiendo vocatur, quæ ab Heliogabalo initium sumsit, uti apud Lampridium videre est: cùm in priorum Imper, mifflibus tellerâ tantùm parcgerentur, non res ipsæ diripiendæ populo darentur. Sed nec sub novis Imperatoribus, h. e. à Constantini M. temporibus ad Justinianum usque, hujusmodi venationis mentio amplius comparet. Nam qui scribunt πάγκρατα, cujus meminit Nov CV. idem fuisse cum *Sylva*, multum falluntur, ut videre est supra in voce *Pancarpum*. Iterum; indigitatur in eorundem Gordianorii *Sylva*, ubi de Philippo: Sylvæ omnes Lucullia autem in prioribus varia sunt animalium genera) *tudis ſecularibous Philippus vel dedit, vel ocidit: dedit* nempe, in *Sylva*; *ocidit*, in *Pancarpo*. Pingi porrò hujusmodi ludos consuevisse, docet Plin. lib. 35. cap. 7. Pingi gladiatoria munera aque in publico ejusdi cæpta à C. Terentio Lucano. Is mortuo avo suo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in Foro per triduum dedit, tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit. V. Salmasium ad Vopisc. Aug. l. cit.

Sylvæ, dicta sunt Poëmatia quædam, *subito* excussa calore, *vel* à multiplici materia (sylva enim ὕλη Græcis, quæ vox & materiam & sylvam notat) *vel à frequentia rerum inculcatarum*, *vel ab ipsis rudimentis*: rudia namq; Poëmata, & jane silvæ, postea castigabant, Quintil. apud Scaligerum Poët. l. 3. c. 100. Celebres inprimis Statii Sylvæ, 5. libris constantes, quas ille exemplo Lucani scripsisse videtur, ut de quo, X. libros hoc genus reliquisse, à Suetonio memoratur. Barthius tamen unicum ab hoc Sylvarum libri, qui Xbalbeit carminia, compositum vult, eo quòd à Grammaticis nusquam citentur, cum præcipuè amœnissima, & varietate ipsa Lectorem provocantia, esse oportuisset: Nisi fi dicas, addit, idem Lucanum obtiegisse decem suis Sylvarum libris, quod Papinio suis quinque; quorum adeò memoriam Thebais obliterare vix, ut, cùm ista sæpissime, illis nunquam prorsus à Grammaticis citentur. V. cum Animadversis ad Statium Syl. 1. 1. sub init. & Thebaid. l. 6. v. 322.

Sylvanus, adde: Matronali pudicitiæ fidiari creditus est, Augustius de Civ. Dei lib. 18. cap. 16. Crederetur fama ejus, nisi Sylvanus ipse fe aperiret, vel ab iis, qui experti sunt, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Sylvanos & Faunos, quos vulgò Incubos vocant, improbos sæpe exitisse mulieribus & earum appetisse ac peregisse concubitum. Et eundem fanè esse *Sylvanum* & Incubum, patet ex Glossario veteri, in quo Πὰν ὁ Δαίμων, Incubus Sylvanus. Hinc Puerperis statim post partum custos adhibebatur, ne *Sylvanus* per noctem ingrederetur & jacentem vexaret: & ut id significaret, conflituebatur quidam, qui pilo limen ferirer, ut idem differit Augustinus de C. D. lib. 6. cap. 9. & nouvit Jo. Meursius Criticarum Exercitat. parte 2. c. 11. Locus Augustini hic est: Mulieri fœtæ post partum tres Custodes commemorat (Varro) adhiberi, ne Sylvanus illam vexet: Eorumque Custodum significandorum causâ tres homines noctu circumire limina domus, & primò limen fecuri ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis: ut his datis cultutæ fignis Deus Sylvanus procul habeatur intrare. Additque, ab his tribus totidem nuncupatos Deos, Intercidonem, Pilumnum & Deverram. Eundem omni invidiâ abigebant, etiam coronato Asini capite ad lectum Puerperæ suspenso; Bartholinus de Puerperio Fet. Quemadmodum autem Sylvanus Puerperis, ita puetis dormientibus Caprimulgus insidiabatur & Lilith, item Sagæ & Stryges varis falcinis, quæ vel allio, vel alysso, vel Re turpi in collo ex annulo appensa, abigebantur, idem. Statuam illi positam fuisse, manu protensâ & cupresso ornata, cujus fatidem primus invenerit, conjicit Dempsterus, ex Gratio Cyneget. in Venat.

—— *Incultos Sylvanus* & *inite gaudens.*

Et Martiano Capella Nupt. Mercurii & Philol. l. 1. in principio,

Tunc primùm posita Sylvanus forte cupressu
Percitus, à trepidans dextram tendebat inermem.

Eidem inter Romanos tantùm cultus exhibitus est, peractaque sacrificia à viris tantùm. Vet. Scholiastes Juvenalis ad Satyr. 6. verſu 446. Sylvano mulieres non licet sacrificare. Et quidem primitus, ut rusticum decebat Deum, lac et oblatum. Horatius lib. 2. Epist. 1.

Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant.

Postea porcus ei cæsus est, ut diximus suprà, in voce Sus, & docet Juvenalis loco cit.

Cædere Sylvano porcum.

Mentio ejus in vetustis marmoribus, quorum fragmenta: Silvano, Sancto, Larum, Philemon, P. Scanti, Eleuheri, d. d. Item, Silvano Sancto, Sacro, Larum, Cæsaris, N. & C. Cubicul. magni, Cn. Turpilius, Trophimus, vota sua suscepta, aram, de suo, d. d. Item, Silvano, Sacrum, Soldal, ejus, & Larum, donum, posuit, Ti. Claudius, Aug. lib. Fortunatus, d. cura, amicorum. E' quibus patet, non fylvestrem tantùm Deum, fed etiam domesticum, unum nempe ex Larium numero, fuisse, V. Thom. Dempsterum Paralipom. in Rosinum l. 2. c. 20. Catoni de R. R. cap. 83. Mars Sylvanus dicitur, quò nomine Solem à Rusticis Rom. cultum fuisse, contendit Vossius, quem, inquit, Sylvanum dixere, non quasi fuisi præsides silvis; sed quia

quæ vim suam exerent in uni versam Elementorum ὕλην, sive materiem. Quod confirmat his verbis Servii ad Æn. 8. quæ in Lexico citata. Similiter Macrobius Saturn. l. 1. c. 22. Pan ipse, quem vocant Innum, sub hoc habitu, quo cernitur, Solem se esse prudentioribus permittis intelligi. Hunc Deum Arcades colunt, appellantes τὸ πᾶν λόγῳ, non ἰδίᾳ τινὰ dominum, sed universæ substantiæ materialis dominatorem, significari volentes. Ideoque Sylvano & Pani omnia sua consecrabant. Vetus Scriptor de finibus agr. Nam omnia possessio res Sylvanas habet: Unas dicitur Domesticas, possessiones conseratas: alias Agrestis, Pastoribus conseranas: Ferinas, Orientalis, cui ipse in confinio lucus positus, à quo inter duo plures ere fines oriuntur. Ubi non dubium, quin Sylvanus Agrestis sit Ἀγρεὺς ὁ Νόμιος Ἀπόλλων: quomodo & Aristæus Arcadibus vocabatur, ut cognoscere est ex Scholiaste Pindari in Pythia. Atqui Νόμιος Ἀπόλλων Sol fuit. V. Gerh. Joh. Vossium de orig. & progr. Idolol. l. 2. c. 13. & supra in voce Silvanus. De Sylvano vero Dendrophoro, cujus in vet. Saxo mentio, supra ubi de Dendrophoris. Pasteratius Sylvani omnipotentis Damonem sylvestrem denotatum fuisse Veteribus, observat ad Propertium l. 4. Eleg. 4. qua de re V. Barthium ad Statium lib. Thebaid. 6. v. 111. &c.

Sylvarum Comites, V. infra ubi de Wildgravii.

Sylvester Medices, Florentinus, Mercator præditus & præcipuus Nobilitatis adversarius, floruit seculo XV. Cujus posteri indies opibus augescentes, & favore populi adjuti, ad summam illam potentiam & dignitatem, qua hodie Serenissima Medicæorum familia floret, eum in modum evecta. Occasio fuit exilium Cosmi Senioris, cum à factione Nobilium in exilium pulsus esset A. C. 1433. altero illatim anno ab amicis suis revocatus, Principem Reip. fe constituit, ut alibi diximus. V. Georg. Hornium Orb. Imper. cum Notis L. Joachimi Felleri p. 194.

Sylvius Nimrodus, filius Julii Friderici D. Wirtembergensis, linea Juliana seu Brentianæ Auctoris, A. C. 1635. extincti, in studiis, Historicis præsertim ac Theologicis, tantum profecit, ut in his etiam μαπηϐίοις quædam publicis typis vulgare promiserit. In comitatu celeberrimi Ducis Bernardi Vinariensis aliquod exegit tempus: Demum Elisabethâ Mariâ Monsterbergensi hæredæ ductâ, Socero, impetratâ investiturâ Cæsareâ (quâ ipsa Conjux simul investita & beneficium ad secundum si inieret matrimonium protensum) in Ducatu Oelsensi in Silesia succesit, cumque ad mortem usque, quâ raptus A. C. 1664. tenuit. Pater Ferdinandi Caroli, Sylvii Friderici, Christiani Ulrici, & Julii Sigismundi; qui, Patre moriente, dimissi, in illustri Collegio Tubingensi & alibi Laudabilissime, ad digna familiæ & fortunæ sublimitate decora & virtutes, cum cura, formati fuint. Phil. Jac. Spenerus in Fam. Wirtembergensi.

Symandrum, instrumentum ligneum, quo hodierni Græci, in convocando cœtu sacro, campanæ vice utuntur. Meliùs Semantrum vel Simantrum, quod vide.

Symbola, publica convivia, ex singulorum symbolis, instituta, Scriptoribus Ecclesiasticis Ἀγάπαι, Græcis vero. Ἔρανοι, item διὰ ξένων ἕστιάσεις, Κατασύλαι quoque dicta sunt. Joh. Tzetzes ad Hesiodum lib. 2. Κατασύλαι Κατασύλαι, ὅταν πάντες ἴσοντες ἀλλήλοις συμπαίζωσιν. Quibus apud Romanos respondebat Sportula, quam Nero publicarum cœnarum loco instituit. Juvenalis Sat. 2.

Nonne vides, quanto celebretur sportula fumo?
Centum convivæ: sequitur fua quemque culina.

Atque qui sic de suo cœnabant, συμϐολοκῶται Græcis appellati sunt, Romanis Sodales appellantur, juxta supra dictimus. V. Jo. Meursium ad Lycophronem, ubi cœtera conviviorum apud Vett. genera, Γάμοι & Εἰλαπίναι vocata esse, docet, ut & hic infrà.

Symbolum, latissimè patet, cum sit nota & signum rei animo concepta: Itaque tesseræ hospitales, militares, theatrales dicuntur Symbola, collatio quoque convivarum nomine συμϐόλου censeri solet, five annulus esset, aut nummus, five cibus. Non enim illud pertinuisse ait, quod Catabonus habet ad Athenæum l. 3. c. 31. cum ait: Symbola manifeste ad convivium: Quia, inquit, unum, quod ad manum erat, conferebant. Ex partes dicta συμϐολαὶ, & convivium hujusmodi ἔρανος. Nec δεῖπνον δὲ συμϐολικὸν. Minimo vero genere Symbolum vocabant annulum, vel quidvis aliud ære loco solium dari ei fidatium, qui jubebatur eænam parare. Quamvis enim συμϐολὴν Symbolum, tecte usurpari pro ista collatione ciborum ad convivium, ex can. quoque 54. Concil. Laodiceni discamus, in συμϐολὰς συμπόσια ἐτυπώθη: tamen & Symbolum collationem, ex cibus afferri à quoque solito, ostendit Hieron. Commens. in Prov. l. 2. c. 24. Appellabantur igitur hæc Symbola, five quod essent mentis, voluntatis ἀπταλιονησίας signa, five διὰ τὸ συμϐάλλειν, quòd simul essent conjecta atque collata. In veteri Philosophia Symbola propriè appellata sunt, occultæ rei signa, vel ut Budæus vult, similitudines & quædam naturæ communitates, quo fit, ut vox hæc, si fusè fumatur, omnem penè similium rationem complectatur, si propriè, ea dicantur Symbola, quæ rem, in qua inest aliquid obscuritatis, figuratè significant: Unde Emblemata & Parabolæ & Apologi, quibus in philosophando Veteres creberrimè usi sunt, ut & alia hujusmodi, communi Symbolorum nomine veniunt. Usi autem præ aliis hac docendi ratione, inter Græcos, sunt Heraclitici, qui Ephesi & in Jonia philosophati, si quid ab iis quæstum esset, ænigmatica quædam verba, quasi fagittas ex arcu, projiciebant: quorum si rationem quis petiisset, alio ænigmate percutiebatur, Eusseb. Præpar. l. 14. c. 1. Pythagorei inprimis, qui, quòd Magister eorum pleraque sua ex Oriente (Symbolicæ Sapientiæ Auctore) hauserat, in plerisq; eum eo convenichant. Hi itaq; Sapientia ἐσωτερικὰ quibusdam & integumentis reprærentabant, quæ Symbola dicere; qualia collegerunt Marsilius Ficinus & Lilius Giraldus, magnâ diligentiâ. In quibus ita Philosophiæ præcepta comprehensa erant, ut vel ambitionis diffimulationem & otii fugam, vel pravorum sodalium declinationem continerent, Plut. lib. de educ. Hieronymus Apol. 2. adv. Ruff. Laert. l. 8. sic, quem admodum Deus suis interdixit, ne porcina vesterentur, id est, ne porcorum imitarentur fordes, Lactant. lib. 4. cap. 17. ita Pythagoras, Discipulos à Venere illicita dehortaturus, κυάμων ἀπέχεσθαι, fabis illos abstinere, justit, de quo V. fusius A. Gellium l. 4. c. 11. Idem literâ Y. virtutis ἐμφατικὰν studium, de quo Virgilii Epigramma extat, V. quoque Lactantium lib. 6. c. 3. Quæ proin Pythagoræ literæ vocatur, non quòd eam primus Pythagoræus invenerit, (quod fexcentis ante eum annis à Palamede factum) sed quia mysticum eius sensum primus Auditoribus suis monstravit. Ut de aliis ejus Symbolis, quæ legere est apud Laërtium, Malchum & Jamblichum, vitæ Pythagoreæ Scriptores: Item Cyrillum c. Julianum l. 9. ac è junioribus, Erasmum initio Chiliadum & Lilium Gyraldum præf. libello prael. nil addam. Non verò is omnia Symbolorum involucris texit, fed, cùm duplex ei esset docendi ratio, una διζήσεως, altera συγκλήσεως, prior aperta magis ac facilis; posterior obscura & mystica fuit, Porphyrius de vita Pythag. Ad quod posterius doctrinæ genus pertinent brevia illa atque ænigmatica dicta, quibus, ut visum, utilia vivendi præcepta complexus est. Præter quæ, numeris, figuris ac propositionibus Naturæ, & Dei etiam mysteria velans, Apollinem πατέρα significavit, bimatris Dianam, septenario Minervam, primo cubo Neptunum, apud Plut. de Isid. & Osir. Cujus vestigia habemus in Timæo Platonis & Proclo ejus Interprete. V. & Athenæum Dipnosoph. lib. 14. ubi ex Pythagoræ sententia, universum hoc Musicâ constare vi ac proprieea ex Diis Apollinem, ex Semideis Orphea credi μουσικώτατον ἢ σοφώτατον, ait. Gerh. Joh. Vossius de Sectis Philosoph. c. 6. §. 12. 13. 14. 15. De Symbolis Ægyptiorum aliarumque Gentium Sapientia, prolixum scripsit Commentatium Nic. Caussinus. V. quoque quæ diximus in voce Hieroglyphica, item Hierogrammata, ut & apud Tob. Pfannerum System. Gentilit. pur. Theol. c. 1. §. 8. Addam hic fatem, etiam Symbola nonnunquam aliquot, pio elogio mortui, nulli inscriptione additâ, cippis sepulchralibus, inculpi consueviffe. Sic in Lysidicæ columna inculpta fuere, frœna, capistrum, gallus gallinaceus; quorum illo moderatrix domus porestas, isto taciturnitas, hoc vigilantia illius indigitata, uti exponit Antipater in Epigram. Græc. In alio ejusdem de quadam fœmina Myo nomine, arcus, magistram domus intentam, canis, laborem amantem; ictum, fervorum castigatricem; anser, domus custodem; noctua Palladis ministram in opere textorio, ossendit. Quam in rem V. plura apud Salmasium ad Solinum p. 1021.

Symbolum Apostolicum, omnium Symbolorum (namque & alia quædam compofita fuisse, infra dicemus) præcipuum, quod ex Apostolorum scriptis hauftum summa Christianæ fidei capita continet, nomen adeptum est. Videtur id paraphrastin quadam comprehendi explicationem formulæ in Baptismo adhibitæ, ficque per singula ejus capita fides confessionem veluti edens de Patre, Filio & Spiritu S. Unde & ea, velut à singulis Christianis usurpanda, in singulari numero effertur, Credo &c. Originem temptusq; ejus, à Synodo Nicæna, quidam arcessiunt. Sed, cùm illa Synodus proprium condiderit symbolum, verbis fententiisque ab hoc Apostolico multum diferepans, probabilius eth. ab Episcopo & Clero Romano, hoc conditum: ab illa autem Ecclesia, ad alias Occidentis Ecclesias derivatum esse, ab Orientis Ecclesiis interim alia Symbola usurpantibus. Non fimul porrò & semel fa formâ, quâ nunc extat, compositum, sed paulatim variorum articulorum, adversùs exorientes hæreses, adjectione auctum & in hanc tandem formam redactum est. Principales autem & primogenii articuli fuerunt illi, de SS. Trinitate, de Persona, Officio, & Statu Christi. Reliqui diversis occasionibus contra Hæreticos adjecti sunt. Speciatim illa verba, descendit ad Inferos, ex Aquileiensi Symbolo adoptata videntur, cùm in vett. tum Romanæ, tum aliarum Ecclesiarum Symbolis, non occurrant. Quin & antiquissima Symbola sit articulo de Spiritu S. defierunt. Alia dein Symbola, contra particulares Hæreticos, illi adjecta fun, in IV. Conciliis generalibus. Niceno, CPolitano, Ephesino & Chalcedonensi: quò etiam referrut Symbolum Athanasio a nonnullis tributum. V. Franc. Burmannum Synops. Theol. Christ. Part. 3. ster lib. VI. cap. 3. §. 2. & seqq. Joh. Forbesium Instructionum Historico-Theologicarum lib. I. cap. 1. 2. & seqq. Alios. Uti verò baptizandi adulti antequam tingerentur, Symbolum Apostolicum memoriter proferre necesse habebant, quod Symbolum accipere & reddere Latinis, παράδοσις

ἀναγγέλλειν Græcis, dictum est, (Sponsoribus id hodie in instantium Baptismo obeuntibus; & ex hac confessione Christiani agitamur eamq; in Sacris publicè privatimq; sæpe iteramus: sic & sua verba solennia esse Muhammedanis, quæ velut *Symbolum* iis sint, Schindlerus docet, cùm ait, *Hos* (quod Arabicè sic habet, *La ilah alla allah, Muhammed rasul allah*, id est, non est Deus, nisi Deus sit, Muhammed nuntius Dei illius) *cognitor credit manus publice recitare, cum anima vicis nati. Et quemadmodum pueri ipsorum circumcidantur; & puellæ, sed à circumcisione liberæ: ad hoc initio genes quoq; gladio cogebantur: hæ morientes pronunciant: præcones ante oratorium in templis suis hoc proclamant: hoc in funeribus Sacerdotes, illa comitantes, identidem concinunt. Turcæ item in exercitu, cùm cubitum eunt: aut cætera movent aut pugnam ineunt, alia voce ter clamant allah, allah, allahu* &c. V. cum *Lexico Pentaglotto*, in rad. ה"ל"ה. De *Symbolo* vero *Apostolico*, quando illud publicè recitetur, quamvis omnitatur, in Ecclesia Rom. Macros Fratres *in Hierolexico*: & plura de eo, cæteri que *Symbolis* apud Cl. Suicerum *Tom. Eccl.* in ea voce.

Symia Syra, Eutropio dicitur, quæ *Semiamira* Capitolino, mater Heliogabali. Nempe ex Σεμιῆς vel Σεμιεῖς, *Semis*, vel *Semias*, quo nomine illa Græcis dicta est: Latini, qui illis temporibus raras diphthongos ponebant, fecere *Suemia*, inde contractione sequuta *Semia*, postea diphthongo illa degenerante in ϒ. Græcum, *Symia*. Salmasius *ad Capitolinum in Opilio Macrino*. V. quoque supra *Semiamira*.

Symmachi, apud Ægyptios, *portitores literarum velocissimi*, Lib. Diaconus *cap.* 23.

Sympathiæ. V. supra *Sympathia*.

Sympathica materiæ species, soli Auctori nota, aquæ fubere fuita innatans, Horologium, lucis dominum sequi cernitur, magnum naturæ opus in Musæo Athan. Kircheri Romæ. G. de Scribus *Disquis. rom.* p. 1.

Symphonia, apud Isidorum *Origin. lib. 2. cap. 21.* vulgo dictum est, *lignum cavum ex utraque parte pelle extensa, quam virgultis hinc inde Musici feriunt.* Scribit quoque Hieronymus *Epist. ad Damasum*, quosdam de Latinis putaviste, *Symphoniam* genus esse organi musici. Quo modo etiam de Latinis fuere, qui putarunt *Chorum* esse genus instrumenti, ut ex Auctore *Epistolæ ad Dardanium*, quæ eidem tribuitur, liquet. Et certè Isidorum fecerit plurimi Auctores citerioris ævi, *Symphonia* voce modò tibiam, modò fistrum, modò instrumentum peculiare, *cujus media pars in similitudinem cribri, & virgula percutitur*, ut ait Guttio, indigitasse deprehenduntur. Propriè verò *Symphonia*, Gr. Συμφωνία, *Musicum concentum*, notat: unde *Symphoniaci* servi, Luciano *in Gallo* Μαυσωλῷ, qui, ne solus in conviviis delectartur venter, apud Romanos, sequiori ævo, in Triclinis adhiberi cœperunt. Non enim ultum folum aut alterum *Symphoniacum* vel Cantorem, in Magnatum fuisse conviviis, fed ingentem pene & prodigiosum numerum, docet Cicero *Verrin. 6.* ubi Verrem *Symphoniacos fex exhibuit Antiocho suo Romam mississe munere*; & Seneca, *Epist.* 84. ubi scribit, De Choro dico, quem Vett. Philosophi „noverant, in comessationibus nostris plus Cantorum est, „quàm in Theatris olim spectatorum fuit; cùm omnes vias „ordo canentium implevit, & cavea sneatoribus cincta est & „ex pulpito omne genus tibiarum organorumque consonuit. Hinc CHRISTUS, in parabola filii prodigi, Luc. *cap. 15. v. 25.* Ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν. V. quoque Cic. *pro S. Roscio*. Sidonium *lib. 1. Epist.* 2. Suetonium *Augusto cap.* 74. ubi *Accensatus, Symphoniaci* sunt, Alios. Et hi plerunque familiares erant, non tamen semper. Namque, ut Gladiatores, alebantur à Mangonibus, collatuque mercede, in privatas civium aulas, publicaque Principum palatia itabant. Plinius *lib. 7. cap. 12 Toranius Ant. Annonio, ium Triumviro ejusque proscripti, interim in effugiendum, alternam trans Alpes, ut gemitos, venditali: Tanta unius erat.* ubi M5. Foxiente legit, *Taranius mango Antonio jam* &c. Suetonius *Augusto cap 69 Thoranium* vocat, ut & Macrobius *Saturnal. l. 2. cap. 4.* cum ait, *Delectatus erat inter canam Symphoniacis Toranii mangonis atq; ex frumento donati erat*: nec non Solinus *cap 5. Denique cum Antonio Triumviro Thoranius quidam eximios formâ pueros, velut geminos, arcessitis HS. venditasset*, &c. Hi quâ vestis indutî, quanam ratione comparati fuerint, pluribus exequitur Paulo Judæus *lib. de Vita Contempl.* Non defuere tamen, inter ipsos met Romanos, qui immodicum hunc luxum acriter castigarent, inter quos Seneca inprimis. V. quoque A. Gellium *lib. 1. cap. 11.* & Æl. Lampridium *in Vero*. D. Hieronymus *Epist. ad Fariam, Fidicinas*, inquit, *& Psaltrias & hujusmodi Chorum Diaboli, quasi morsifera Sirenarum carmina protuerbo ex editione huic*. Hinc Theodolius Sen. magnopere commendatur, quòd *non pulsum aditis, sed & filii hæ, voluptates inordiscerit*, Aur. Victor. *in* 6 & Paulus Diac. *Histor. Rom. l. 13.* Claudianus idem in *Stilichone* laudat 4. 2.

——— *Nullo Cythara convivia cantu,*
Non pueri lasciva sonant.

De Trajano Aug. V. Plinium *Panegyr.* Neq; verò pueri modò procaciores hisce officiis, fed & puellæ adhibitæ sunt. Macrobius *Saturn. l. 2. c. 1.* Sub illorum fupercilio non defuit, qui Psaltriam introm:tti peteret, ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine & saltationis lubrico exerceret illecebras Philosophantes. E quibus hæc, quæ velut *Symbolum* iis sint, Schindlerus docet, cùm ait, *Hos* (quod Arabicè sic habet, *La ilah alla allah, Muhammed rasul allah*, id est, non est Deus, nisi Deus sit, Muhammed nuntius Dei illius) *cognitor credit manus publice recitare, cum anima vicis nati. Et quemadmodum pueri ipsorum circumcidantur; & puellæ, sed à circumcisione liberæ: ad hoc initio genes quoq; gladio cogebantur: hæ morientes pronunciant: præcones ante oratorium in templis suis hoc proclamant: hoc in funeribus Sacerdotes, illa comitantes, identidem concinunt. Turcæ item in exercitu, cùm cubitum eunt: aut cæt

Idem *lib.* 2. *Od.* 7. *Quem Venus arbitrum*

Dices bibendi?

Nonnunquam tamen ſola corollæ impoſitione, citra ſortem, conſtituebatur, Rioſius *Antiqu. Rom. l.* 5. *cap.* 20. Præſigebat autem is leges convivales; Unde Cic. *in Verrem, Ite enim Prætor ſe vetus ac diligens, qui populi Rom. legibus nunquam parui ſſe, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperat.* Nempe epulandi modum conſtituebat cyathos ebibendos præcribebat, neque pinerne liceba, uti convivæ potum ſubminiſtrare, niſi ex præſcripto *Sympoſiarchæ*, qui ob id ipſum, quòd *modum imponeret*, dictus eſt *Modimperator*, ut ſupra ſuo loco vidimus. Hinc pro *Sympoſiarche* genio, modo modeſtiæ litarum eſt: Qualiter, Agellium *à pincerna rogatum, quantum vini unicuique daret? Si parum eſt vini, omnibus æquaiter; ſi abunde, quantum uniciuiq; libet, reſpondiſſe*, legimus apud Plut. *ubi ſupra*. Modo intemperantiæ, cum nempe is juberet, ſicut apud Lactium *cap.* 8. extat, *vinum ingurgitari, vel ingurgitare*. Et meminit iſtiusmodi Magiſtericrium, quæ & *Regna vini* dicta, Cato apud Ciceronem *de Senect.* & alii conſimiles: Plutarchus verò, qualis *Sympoſiarchus* eligi & qualem iſe prabere debeat, juribus exequitur *Sympoſiac. lib.* 1. *quæſt.* 4. V. quoque ſupra in voce *Magiſter*, & *alibi*.

Sympulum, & *Sympulium*, V. ſupra *Simpulum* & *Simpulium*.

Synagoga, à Græca voce συναγω, i. *congrego*, *colligo*, Hebr. בית הכנסת *Beth Hacneſeth*, i. *domus congregationis*, de Chriſtian rù quidem cœtibus interdum uſurpatur, ut Jac. *cap.* 2. *verſu* 2. Hebr. *cap.* 10. *verſu* 25. propriè tamen Judæorum conventibus hætit. De iis agit quidandiu, nec parum certè, videtur Pialm. 74. *verſu* 4, 8. *Rugierunt hoſtes tui in medio* קרב *tui cœtûſti tui*.

Cremarum omnes כנסיות *Synagogas Dei in terra*. Cùm autem Deus in iis non habitaret, ut in Templo, nec univerſus ac præcipuus cultus in illis peragerecur, ſed partes tantùm eius quædam, ut *Preces*. *Lectio Scripturæ* & c hinc nullam peculiarem ſanctitatem habebant, non magis quam noſtræ ædes ſacre. Primæ eorum originis nullum certum indicium extat, niſi circa Ezræ & Nehemiæ tempora: de quibus intelligi poteſt locus Actorum *cap.* 15. *verſ.* 21. *Moſes, ab antiquis temporibus, oppidatim habet, qui ipſum prædicent, quum in* Synagogis *per ſingula Sabbata legitur*. Tum ſub ipſum ſeptemnalis Legis lectus præſcripta Deuteron. *cap.* 31. *verſu* 10, 11. quæ in deſuetudinem venerat, 2. Regum *cap.* 22. *verſu* 8. repetita, ſed & Sabbatica in trodu&a, ac Oratoria extracta ſunt, tum ad ſacram lectionem, tum ad preces peragendas. Unde & *Proſeuchæ* dictæ, quæ nonnullis eædem cum *Synagogis* fuiſſe videntur, ex Actorum *cap.* 16. *verſu* 13. V. ſupra, ubi de *Proſeuchis*. Habebant verò ſingulæ *Synagogæ* duo Auditoria; in quorum altero Scriptura, altero traditiones, quæ interdatæ ipſæ medio ſepte ſubſiſtebant, ac in uno latere viri, altero fœminæ addebant. Singulis præerat Ἀρχισυνάγωγος, cui ſubordinabatur *Synagogæ Miniſter*; ac docebant in eis Scribæ, ut & ipſe Chriſtus, Lucæ *cap.* 4. *verſu* 15. & *ſeqq.* ac poſt illum Apoſtoli, Actorum *cap.* 13. *verſu* 14, 16. & *cap.* 16. *verſu* 13. Quibus *Synag ga* miniſter modo memoratus, Hebr. שיר עבור *Schelíach Tibbur*, codicem ſacrum porrigere, & poſt Textum præcidum, ab iisdem recipere ſolebat, ut colligere eſt ex Lucæ *cap.* 4. *verſu* 20. Numerus earum tantus, ut ſolis Hieroſolymis ad 460. vel 480. à Talmudicis numeretur. & ſpeciatim in monte Zion ſeptem fuiſſe dicantur. Quantum plurimæ pro indigenis, quædam etiam pro peregrinis, fuere. Unde *Libertinorum Synagoga* mentio fit, Actorum *cap.* 6. *verſu* 9. qui an a *libertate* ſeu ingenuitate natalium: an à voce *Lubar* i. *Excelſum* ? dicti videntur; Non enim Templum ſolum, ſed & *Synagogas* ac Scholas Judæorum in ſublimi conditas fuiſſe, diximus, ex Prov. *cap.* 1. *verſu* 21. *in summo* (Sapientia) *murmi*: quibus verbis hæc alludi Eruditorum quibusdam placet. Sed & extra Hieroſolymam ipſamque Terram Sanctam, præſertim cunque Judæi degerent, ac quoq; fuere frequentiſſimæ. *Obivit totam Galilæam Jeſus, docens in* Synagogis *eorum*, Matthæi c. 4. *verſu* 23. *Et ſtatim in* Synagogis *Damaſci prædicavit Paulus Chriſtum*, Actor. *cap.* 9. *verſu* 2. Sic *Synagogæ* Salaminiæ, Actorum *cap.* 13. *verſu* 5. Antiochenæ *cod. cap. verſu* 14. mentio fit. Imò traditio Hebræorum eſt, ubicunq; decem ex Iſraële virorum cœtus eſſet, ibi *Synagogam* conſtrui fuiſſe ſolitam, *Maimon in Tephilla cap.* 11. *ſect.* 1. Supra eorum *Synagogarum* ſcriptum erat, ex Pialmo 118. *verſu* 20. *Hæc ipſa porta ad Jehovam, per quam juſti intrant*. In parietibus legebatur, *Memento Creatoris tui, & humili animo ingredere domum Domini Dei tui*. Item, *Oratio absq; attentione, corpus eſt ſine anima*. Item, *Silentio, cum oramus, opus eſt*, &c. Connexæ *Synagogis* Scholæ erant five Collegia ſublimiori legis ſtudio dicata, quæ בית הכרזי *Beth hammidraſch*, & ſubſtiluti inquiſitione docebantur. Hæc enim à *Synagogis* fuiſſe diverſa, patet ex Actorum *cap.* 19. ubi Paulus relictâ *Synagoga*, in qua integrum trimeſtre docuerat, in Scholam cujusdam Tyranni, cum diſcipulis ſuis tranſiſſe legitur: & ex illo Hebræorum, *A Synagoga in Scholam, non vero è Scholà in Synagogam tranſire licet*. Maimon, *loco cit. ſect.* 14. V. quoque ſupra ubi de *Scholis*, de quibus, quantum ad Judæos, hoc ſolùm addam.. Poſt Urbis per Titum Veſpaſianum excidium, multi nihilominus in terra Iſraelis paſſim Viri docti remanſerunt; fueruntque reliquæ Judaorum partim in Babyloniam rejectæ, partim manſerunt in Palæſtina, ſeu terra S. ubi in locis & Urbibus commodioribus Scholas & Eccleſias paulatim reſtaurarunt. Inter quas, quæ Sapientum aliquot nominibus celebriores reddit æ, referuntur in Hebræorum ſcriptis *Jafne* ſeu Joppe, ubi primus Rector fuit Rabban Jochanan fil. Zachæi, cui ſucceſſit Rabban Gamaliel ſecundus, Rabban Gamalielis ſenis, Pauli Apoſt. præceptoris, filius: Zephoria, quam cum Tiberiade antiqua quidam eandem faciunt: Cæſarea, ubi *Rabbi Aſha* habebat Scholas & Tiberias, ubi Rabbi Jehuda ſanctus, ſub Antonino Imp. celebris fuit, quem & Imperator largiſſimis clementiæ ſummoque favore proſecutus eſt. Hunc A. C. 190. collectis omnium ſuperiorum Rabbinorum Placitis & Conſtitutionibus in certos quosdam Aphoriſmos, iisque certis libris ac partibus diſtinctos, Librum edidiſſe משנה quaſi *Legem iteratam* vel *ſecundam* dictum, tradunt Hebræi. Qui liber deinceps in Scholis Judæorum publice prælectus & variis Doctorum diſputationibus illuſtratus atque auctus, circa A. C. 320. in *Talmud* Hieroſolymitanum, ex his omnibus in unum conjunctis concinnatum, excrevit ac etiamnum Textum ſuris Judaici conſtituit. Quo publicato, cùm obiiſſet Rabbi Jehuda, animam peregre omnes Scholæ in terra Iſraelis cum ipſo exhalarunt. Ilico enim, poſt ejus exceſſum, aut paulo poſt, duo primarii ejus diſcipuli, *Koſ* & Samuel, in Babyloniam migrarunt, ubi ſtudia coeperunt ſibi longè cultiora eoquemaximam partem Doctorum Diſcipulorumque è Judæa ſecum pertraxerunt. Tres autem in Babylonia celebertimæ ſlorum Academiæ fuere, *Naardeifis*, ab urbe Nahardea, ad ripam Euphratis ſita: *Surana*, à Sora, & *Pumbeditha*na, à Pumbeditha Urbe, itidem ad Euphratem poſita, appellatæ: de quibus, earumque præcipuis Rectoribus ac Doctoribus, V. *Chronica* Hebr. quæ continuant usque ad A. C. 1037. quo Scholæ Babylonicæ prorſus fuerunt abolitæ. Sapientibus in Hiſpaniam aliisq; Europæ partes profugis, ut teſtatur R. Abraham *in Kabala*, *fol.* 31. col. 4. Nihilominus poſt præfatum Rabbi Judam & ſcholarum in Babylonia tranſlationem, aliquot tamen adhuc in Palæſtina Sapientes remanſiſſe, docent *Rabbi Ammi* & *Rabbi aſſi*, qui circa A. C. 300. in terra Iſraelis floruere; Item *Hillel Hamneſi*, qui i vum computum, quem hodieque Judæi univerſi ſequuntur, confecit, viguitque A. C. 340. Sed ſub eo dignitas Promotionum Magiſtralium deſiit; neq; poſt hunc Hillelem quidquam amplius de Scholis Palæſtinæ Chronica pædicta referunt, Joh. Buxtorfius *Comment. Maſoreth. cap.* 5. & 7. Plura de Judæorum *Synagogis* ſuggerunt, Franc. Burmannus *Synopſ Theol. Chr. Tom. I. lib.* 4. *cap.* 16. & Thom. Godwynus *de Ritibus Hebræor. lib.* 2. *cap.* 2. Addam hoc unum, viz. Templi poſtionem, tam ante ejusdem excidium, quàm poſt, *Synagogæ* quoque & Proſeuchas Judæorum ſuiſſe imitatas. Unde ſicut in Templo introitus erat à parte Orientali, hacque ingredientes, in Occidentem verſi, preces ac ſacra peragebant: ſic de *Synagogis* Majemonides, *Aon ſiari debent ulla* Synagoga *alibi atque in Orientem* &c. apud Jo. Seldenum *de Synedriis vet. Hebræis. lib.* 2. *cap.* 16. §. 1. Romæ hodie, & in tota ditione Romana, quamlibet *Synaggam*, decem aurea ſcuta ſolvere quotannis, ad ſuſtentationem domus Catechumenorum Urbis, notat Car. Magcer *in Hierolexico*

Synagoga Magna, i. *Concilium magnum*, ſeu *Senatus Eccleſiaſticus magnus*, Hebræis אנשי כנסת הגדולה, dictum his fuit Concilium, ab Ezra Sacerdote ejus Præſide, poſt exilium Babylonicum, Hieroſolymæ congregatum, cujus ope & auxilio is Eccleſiam Judaicam univerſam reſtauravit, & à multis corruptelis, erroribus ac vitiis in Babylonia attractis, repurgavit ac reformavit: Quam reformationem abſolutiſſimam & omnibus ſeculis memorandam tantopere ſpirare libri Eſræ & Nehemiæ Hiſtorici; Haggæi, Zachariæ & Malachiæ Prophetici. Hoc autem officii Eæræ ex Babylonia Hieroſolymam abeuntis, ex gratia Dei & auctoritate Artaxexis R. demandatum fuiſſe, patet ex diplomate regio, cum quo ipſum Rex ablegaſſe legitur, Exræ *cap.* 7. Cui non longè poſt, Nehemias additus, magno animi fervore opus promovit: qui ambo alios ex ſapientioribus & primoribus Populi ſibi aſſumpere, ut integrum Concilium numerum compleret 120. Virorum, cujus frequentiſſima & laudatiſſima paſſim apud Hebræos Scriptores memoria eſt. Hinc in *Thalmud Hieroſolym. lib. Megilla c.* 3. *Quando exſtans Synagoga magna, illi magiſtratui magnificentiam in priſtinum ſtatum* id eſt. *eorum Legis, cujus magnificentiæ nulla alia major eſt*, in Targ. Cant. *cap.* 7. *verſu* 2. S. Scripturam viz. à Pſeudoprophetarum falſis libris omnibus, corruptelis repurgando. Eorum 12. principes viros commemorat Abarbinel Præf. in lib. נחלת יהוה & his verbis: Catalogus virorum Concilii magni, ſunt" Haggæus Propheta, Zacharias Propheta, Malachias Propheta," Sorobabel filius Shealtielis, Mordechai Bilſchan, Eſra Sacerdos" & ſcriba, Jaſchua fil. Jehotzadek Sacerdotis, ſcraja, Reelia,"

„Mispar Bigvæus, Rachum, Baana, Nechemia filius Chachiliæ, „ Hi sunt 12. Primores nominibus suis expressi, qui ex Babylonia „ Hierosolymam ascenderunt. &c. Abraham verò Ben David „ *Kabal. Histor.* scribit, Josua tradidit eam (Legem) Senioribus, „ qui post eum vixerunt, Seniores tradiderunt eam Prophetis, „ Prophetæ tradiderunt eam alteri alteri, per continuas genera- „ tiones usque ad Haggæum, Zachariam & Malachiam : qui „ tradiderunt eam viris Concilii magni, qui fuerunt, Sorobabel, „ & qui cum eo venerunt, Jeschua, Nechemia, &c. Ubi tresviti Prophetæ in numero virorum Concilii non ponuntur, non tamen ab iis plane feparantur, quòd per ipsos Legis doctrina & propagatio viris Concilii mandata fit. Daniel enim quoque alii addunt : ultimus hujus Synodi virorum Justus, qui & Simeon M. dictus vivit, alio nomine *Judas* dictus : quæ historia cùm contigerit, juxta Hebræos, anno 40. ab extructo Templo secundo, colligitur ultra quadraginta annos *Synagogæ M.* Viros supervixisse. Caput & Præses Synodi Ezra fuit, de quo Hebr. *Dignus erat Ezra, quòd data fuisset Lex per manus eius Israëli, si non præcessisset eum Moses*, Talmud *Sanhedrin cap. 2. f. 21.* Unde Reformationem præditam, à primario ejus auctore, *Ezrabitarum* appellat Burmannus *Synop. Theol. Tom. 1. lib. 4. cap. 37.* Is itaq. de Ecclesia reformanda solicitus, officia Ecclesiastica distribuit, Sacrificia instituit, vasa usibus divinis destinata contexuit, festa solennia celebravit, jejunia & pœnitentiâ indixit. Populum à conjugiis alienigenarum repurgavit, impuros hypocritas usque Cuthæos seu Samaritanos rejecit, consuetudini plures uxores ducendi & legitimæ junctas, leviculæ ob causas, repudiandi, longa seculorum serie inveteratæ, fe opposuit omnique ad priscam Legis formam restituendæ, leges componere tentavit, ut verò Lex ipsi hæc torquæ S. Scriptura gerimina, integra & incorrupta in populo Dei extaret, & quidquid labis per diuturnæ captivitatis difficultates in eam invectum videri poterat, tolleretur, convocatâ Synodo, primario die illa cognovit, ac Mosaicos, Prophetícos aliosque libros divinos definiendo & quidquid heterogeneorum scriptorum irrepserat, rejiciendo, canonem librorum V. T. condidit : nec fans habuit, illum tradidisse Ecclesiæ, fed & modum eundem diluendi legendi & exponendi præscripsit. Nempe non solùm septennalem Legis lectionem, in Deuteron. præscriptam restituit, fed & Sabbaticam introduxit, efficeitque, ut in Synagoga prælegeretur primò textus libri Legis Hebraicè, distincte & intelligenter juxta pausas ; deinde explanaretur lingua Chaldaica, quæ tunc erat Populo vulgaris, ex Babylonia allata. Libros porrò sacros partitus est in tres classes *Legem, Prophetas & Hagiographa*, quo distinctionem ex tempore CHRISTI etiam, utinuitur, colligitur ex Lucæ *cap. 24. versu 44.* Ipsas dein has tres partes in alias subdivisit, libris etiam alio atque alio ordine collocatis. Et quidem Lex subdivisa est, in libros 5. qui nobis dicuntur, *Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri Deuteronomium.* Prophetæ *in priores* quorum quatuor numerati, qui librorum *Josua, Judicum, Samuelis & Regum*, titulo nominantur : & *posteriores*, itidem quatuor, *Jesaias, Jeremias, Ezechiel, & XII. minores*, qui politremi, ne parvitate sua distrahiesenatur, in unum coniuncti sunt simul, unde, quod ex Amos. *cap. 5. versu 25.* citatur in Actis Apostol. dictus *scriptum esse in libro Prophetarum.* Hagiographa omnes reliqui libri dicti sunt, atque fic Libri Biblici in universum computati 22. juxta numerum literarum Hebraicarum ; vel 24. prout Doctores Talmudici eos numerant, unde in hunc usque diem עשרים וארבעם *Viginti quatuor*, Biblia appellantur. Hoc facto, Textus in lectiones & versus fuit distinctus, adhibitis notis סופי פסוק, quòd ibi cujusque versus finis esset. Cura dein adhibita, ut voces juxta nativam originis suæ proprietatem efferi scripæ, utque una cum vocalibus atque accentibus rite legerentur ac proferrentur : Imò his non contenti Viri illi Sapientes, literas, voces & versus in singulis libris numerarunt, ut scieretur, quæ litera, quæ vox, qui versus in singulis libris medium occuparet ; quæ vox, non nisi semel occurreret & idcirco errorem aut corruptionem aliquam facilè admitteret : quæ voces sæpius, & quoties sub hac vel illa forma legerentur & hujusmodi infinita alia circa Textus Sacri explicationem, tra iderunt, ut fic eum quasi sepe munirent, & à corruptione omni præservarent. A' qua officii parte *Sopherim*, id est, *Numeratores* dicti sunt : Sicut eidem ab antiquitate & præstantia ab Hebræis vocantur ראשונים *Primi, Priscí, Antiqui.* Notas tandem Criticas כתיב & קרי secundùm quosdam, seu *diversas lectiones* addiderunt : qui omnis, circa S. Scripturæ textum, impensus labor *Masora* vulgò. Auctoresque ejus *Masoræthæ* nuncupantur. V. plura apud Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebraorum lib. 6. cap. 7.* Franc. Burmannum *loco cit.* inprimis verò Joh. Buxtorfium *Commentario Masorethico c.10 & seqq.*

Synagoga, Græcè Συναγωγὴ, pyeces dicuntur, quæ in Græcorum Missa pro falute Patriarchæ, & Imperatoris olim recitari solebant, Dominic Macer *in Hierolexico*. Sic autem dictæ sunt, quòd va riæ precationum formulæ *connecterentur* & simul à Diacono pronuntiarentur ; erant autem duplices, τῶν ἐκφωνήσεων, *precum pro pace*, & τῶν κατὰμερος, *petitionum*. Primus tertius duæ, ὁ μεγάλος συναγωγὴ, in qua ad finem singulorum versuum populus respondebat Κύριε ἐλέησον, *Domine miserere*; ad penultimum, Σοὶ Κύριε, *Tibi Domine*, ad ultimum, Αὐτῷ, *amen*. Et ὁ μικρὸς συναγωγὴ, in qua ad priores duos versus, Κύριε ἐλέησον, ad reliquos uti in altera. Populus respondebat. In *Synopsi* verò *petitionum*, ad singulos versus respondebat populus, σοὶ Κύριε, excepto penultimo & ultimo, ubi eadem erat responsio, quæ supra. Exempla habes apud Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* in hac voce.

Synaxis, Græcè Σύναξις, apud Græcos Patres, variosque medii ævi Scriptores Latinos, inter quos V. Cassiodorum *lib. 4. c. 16.* participationem divinæ Eucharistiæ seu Communionem corporis & sanguinis Domini notat, præcunte Scriptura, Actor. *c. 20. vers. 7.* 1. Cor. *cap. 11. v. 20.26.* 33. Alibi Συνάθροισις Græcis ; Latinis eadem sensu *Conventus* quoque & *Collectæ*. Inde vox translata, ad Conventum seu Congregationem Monachorum, orationis & psalmodiæ ergo, coëuntium : item ad Cursum seu Officium Ecclesiasticum, significandum, uti videre est apud Cl. du Freine *in Glossar.* & Macros Fratres *in Hierolexico*. Hinc *Synaxaria*, Ecclesiastici Græcorum libri nomen, in quo vitæ Sanctorum & Martyrum in compendium redactæ & succinctà expositio habetur solennitatis, de qua agitur, Xanthopulo auctore : V. Cl. Suicerum in hac voce.

Synecdlus, apud Græcos qui dictus fit, in Ecclesia CP. hisce exponit Zonaras *Annalium Tom. 3.* ubi, de Constantino Monomächo agens, *Scriphis* apud Turcas dignitatem explicat : verbis Interpretis, *Etic autem apud illos est, quod olim erat apud nos ille, qui Synecdlus dicebatur. Nam* ut Synecdlus, *mortuo Patriarchâ, in ejus locum fubstituebatur: Ita & Scriphes, mortuo Chatifâ, in ejus locum fuccedit.* Sic Joannes Cappadox Timotheo, Epiphanius quidam Joannii, alii Nicephoro in *Chronol.* recensiti alii. *Synecdli* Patriarchis, fuccefferunt. Sed & longè plures Patriarchas hisce conflat, qui *Synecdlorum* munere prius nunquam erant functi, itaque probabilius judicant alii, *Synecdlos* primùm datos esse Patriarchis, ut & cæteris Episcopis, qui essent vitæ eorum teftes, cubiculo & secretioribus quibusliibet obsequiis adsitterent, vigilantes, orantes, sacra eloquia strutantes jugiter attenderent, ut eit in Syn. Tiremenfi ann. 850. *can. 1.* Cerre Ignatius Epifc. in *Vita* S. Tarasii Patr. n. 36. ei ab Imperatore adhibitos cubiculos tradit, qui, fub *Synecdlorum* nomine ac dignitate, eum diligenter obfervarent, viderentque, ne iis inconfultis agere quidquam. Unde *Oculum Patriarchæ* Synecdlum vocat Theodosius Patr. Hierosol. quia nempe vitæ Patriarchæ invigilabat. Quo fine in eadem cum Patriarcha *cella* habitabat, unde nomen, Latini *Cellularium* vocaverunt : quem in Ecclesia CPolitana præcipuum & honoratiffimum inter totuiffe locum, flatim ab inftaurata urbe, teftantur Cedrenus & Zonaras *ad ann. 14.* Theodofii Jun. & Victor Tunnenfis *in Anaflafio*. Unde in Conventibus publicis ante Metropolitas fedebant, usque ad Conftantini principatum, Jo. Curopalates in CP. &c. Poftmodum invaluit, ut qui *Synecdli Patriarcharum, vel Episcoporum*, erant & dicebantur. *Synecdli Ecclesiarum* appellarentur : tranfitoque progreffu temporis munus in dignitatem Eccleſ. quorum numerum ad binos auxit Heraclius ; ad jures coeteri dein Imperatores, qui ita denique *Proto Synecdlum* præfecerunt. Præterea ad dignitatem Imper. CP. Epifcopis & Archiepifc. titulo τῆς τιμῆς attributa eft, præfertim Archiep. Tranenfibus Joanni, & Byzantio, qui *Pontificales & Angufticlaves Synecdli* vocantur, apud Anonymum Autorem *Vitæ S. Lucii Epifc. Brundufini. Præfat.* apud Bolandum *Tom I. Jan.&c.* Sed & coeteris Patriarchis fuos fuiffe *Synecdlos*, colligitur ex Syno. do Nicæna II. Synodo Chalcedonenfi *Act. 3.* ex Nicetra, in *Vita Ignatii* Patr. CPolit. alibi. Unde Σύνεδρος ὁ τῶν Σύνεδρων, id eft, Ecclefiæ Hierofolymitanæ, dictus Michael Presbyter apud Theodorum Abucaran *Epiſt. 4.* Imò & Romanis Epiſcopis, au ctore Lucio I. qui *præcepit, ut duo Presbyteri & tres Diaconi in omni loco Epiſcopum non defererent, propter teſtimonium Eccleſiaſticum*, uti habet Liber Pontifical. Damafi Pont. *in Lucio.* Hinc Auguftino, Anglorum Apoftolorum, à Leone Papa hunc titulum legimus, *Epiſt.* ad Ketuliphum Mercinorum R. apud Wilh. Malmesburiensem *de Geſtis Reg. Angl. lib. cap. 4* Poftmodum tamen apud eos vel officium hoc, vel falcem appellationem, deſiiſſe par eft credere, cùm de iis fere fileant coeteri Eccleſiæ Rom. Scriptores. Affinis fignificatio vocis *Syncellita* eft, quo nomine Monachum. in eadem *cella*, i. Monafterio, habitantem, aliis *Concellanum* dictum : aliquando Monachum in genere, indigitari, docet C. du Freine *Gloſſar.* V. quoque Macros Fratres *in Hierolexico*, & fuprà in voce *Cella &c.*

Synclelicus, apud Baronium *Not. ad Martyrolog. 5. Januar. ex* Græco Συγκλήτικὸς, an nomen proprium fit, an nomen dignitatis, non adeo liquet, Senatorem certè hac voce notari, in illo ; *Synclelicum amiſſis & Monachum non fecifti* : dictoin Senatorem quendam, qui relicta Senatoria dignitate, Monachifmum amplexus fuerat, ait Dominic. Macer *Hierolexico.*

Syndicus, Gr. Σύνδικος, defenfor Civitatis vel Reip. quid ad certam caufam agendum vel defendendam eligebatur olim dictus eft : ut notat Arcadius *I. de muneribus civil.* Hinc *defenſio civitatis* eſt, inquit Hermogenianus *l. 1. Epitom. ut Syndicus fuis.* Meminit

& Rapercration, è quo conſtat, poſt exactos triginta Tyrannos, id munus Athenis eſſe inſtitutum. De iis Lex, Ne cui Syndico iterum fieri liceret creatrice à Populo, Cujus ratio ſuit, ne id muneris publicarum utilitatem inventum, verteretur in quæſtum compendiumque privatum Demoſth. c. Leptin. Ulpianus, ὅτοι ὑπὲρ ἀδυνάτων συνηγοροῦσι, ἢ ὑπὲρ ἀπαξ τῶν πολιτῶν καλουσι, ἵνα μὴ δῷ τὸ κῆρυξ. Συνδικοὶ αὐτοὶ καὶ ἔσονται. Idem quoque docet Faulus lib 1. ſentent. Defenſionem Reipubl. amplius quàm ſemel, ſuſcipere nemo cogitur, l. 16. §. 3. D. de muneribus & honor. V. Sam. Petitum Comm. in LL. Attic. l. 3. tit. 2. ſed & Syndicus dignitatis nomen eſt apud Burdegalenſes Aquitanos, apud quos occurrunt Nobiles quidam Syndici appellati, cum adjectione caſtri nominis, quos ordini Comitum, Vicecomitum & Baronum accenſet Jure municipale Burdigalenſe. Et eodem duo inprimis eâ nomenclatura Proceres inſigniri conſuevere. Soldicus, ſc. de l'Eſtrade & Soldicus de la Trau, qui hanc fortè in iis caſtris primitus Syndicorum dignitatem obtinuere, quæ dein hæreditaria facta ad poſteros tranſiit. Defenſorum enim & Syndicorum civitatis amplam fuiſſe auctoritatem & jurisdictionem, docet Guido Pancirolus l. de Magiſtratibus municipal. cap. 6. & Raimund. Montanerius in Chron. Regum Aragon. cap. laudati Carolo du Freſne Gloſſar. ubi Soldicus de l'Eſtrade vet. armorum librum pro inſigniis, deſignare ſe tum miniatis in aere aurea addit.

Syndici Dii, Græcè Σύνδικοι, dicti ſunt Dii exhominibus ſecti qui aliàs σύνδικοι, πάρεδροι, & Latinè Conſentes, quòd quaſi aſſeſſores cæterorum Deorum fuerit, eorum ſynodo ſeu collegio ſcribebantur, de quibus pluribus agit Salmaſius ad Spartianum in Hadrianum, & nos quædam diximus in voce Paredri. V. quoque in voce Synodus.

Syndicus, nomen domus Judicii, apud Hebræos. Ordinariæ enim Præfectiuræ Judiciales, ſubeurant Judæi tum Originarii, tum Profelyti Juſtitiæ, בעלי דינים *Domus judicium*, dicitur ſunt, quarum eminentiores nomine plur. *Sanhedrim*: ſingulare etiam *Sanhedrin* & per apoc *Sanhedri* denotarit: ſicut obſcuriores, *domus teſtimonii Primo virorum*, nunc ejusdem ſignificatur vere. Sed vèrò tam hæ quam illæ, alias que pariter ejusmodi non ita vulgò cis dictæ, *Sanhedrii* nomen æque merebantur. Domus enim judicii quælibet, cujus Coll. ga eſſent plures, iisque, ut in Judiciis fit, conſidentes re ctra pariter erat *Sanhedrin*, i. e. *Conſeſſus* ſic dictus, à Græco Συνέδριον, in Rabbinismum adeoque Hebraiſmum cum plurimis iſtiusmodi aliis, antiquitus recepto. Uſitatiſſimum autem fuiſſe Græcis vocabulum συνέδριον, atque eadem in notione, docuit Scaliger Scalig. l. 5. tit. de idem ab Ord fac. ubi obiter & Municipali aliqua lege id, ut nomen admodum receptum, memoratur. Et Συνέδριον ὁ Σαμῆται γράψαν habetur in marmore veteri, apud Seldenum. Hæ eminentiores itaque Præfecturæ Syndrii num nomine venientes, fuere *Sanhedri Haggedola*. 1. *Synedrium Magnum* ſeu *Beth din Haggadol*, i. *Domus Judicii Magna*, illa unica & illuſtriſſima, ac complura Synedria Minora. Σύνοδοι τῶν Ἑλληνιστῶν, quod nomen ſortiebantur, reſpectu *Synedrii Illius Magni*, per excellentiam ſic appellati. Cujus origo & inſtitutio apertè cernitur in hiſtoria ſacra, ubi Moſes gubernationis in rebus difficilioribus ſummæ onus, tum ob pervicaciam Populi, tum ob juris jam nuper inducti quæſtiones multiplices, ſibi grave nimis ſentiens, ſubiewari a Deo petiit; qui mox annuens, congrega mihi, reſpondit, ſeptuaginta Viros de Presbyt ris ſuis ſenioribus Iſrael, quos tu noſti eſſe ſeniores ſeu Presbyteros populi & præfectos ſeu Magiſtros (ſ. *Gracè Ἄρχοντας & Ἀρχιλὶ Πρωτανεῖς*) eorum & duces eos ad Tabernaculum teſtimonii faciesque ibi ſtare tecum, ut ,,deſcendam & loquar tibi & (*ſeparabo*) accipiam de Spiritu, qui ,,ſuper te eſt, & ponam ſuper eos, ut ſuſtentent tecum onus po-,,puli, nec tu ſolus ferre cogaris, Numeror. c. 11 v. 14 Ubi, quod dicitur, *tecum*, docemur, Illorum fuiſſe LXX præter Moſen, unde poſt ejus obitum in ejus locum ſemper eligere Iſraelitæ quendam, veluti *Synedrii cupos*, quem LXX. illis Judicibus non adnumerantium procevere. *Naſi*, id eſt, *Princeps* ſeu *Caput* Reliqui ſeptuaginta è qualibet Tribu ſeni, è tribu vero Levi quater ni fuerunt, ut diſcimus ex Franc. Junio *Anatat. Expoſit. Num. cap.* 11. Alii, inter quos Salomon Jarchi, eos hoc modo eligi conſueviſſe, contendunt. Seni : è quaque Tribu, ſcribebant nomen ſuum quisque, in ſchedula ſua : à quibus ſeptuaginta habebant inſcriptam vocem *Zaken*, i. *Senex ſeu Presbyter*, reliquæ duæ, *Schoter* i. *Pars*. Quibus omnibus in eandem congeſtis urnam, qui ſchedulam *Zaken* extrahebant, inter Judices allegebantur, reliquis duobus rejectis, Numeror. *cap.* 11. *verſu* 26. Qui verò inter ſeptuaginta hos ætate antebat, vocabatur *Ab beth din*, id eſt, *Pater domus Judicum*. Sedebant autem in Judicio ita ut toto conſeſſu ſemicirculum referente *Naſſi* in medio, editiorem ſedem occupans, Judices circum ſe undique haberet, atque dextram ejus proximè Pater *Synedrii* eſſet. Locus *Synedrii* Hieroſolyma erat & quidem ſola, in qua extra Atrium Templi, extra quædam domus quam Hebræi appellare ſolebant *Eis beth haggazith*, Gr. Λιθόστρωτον, ei erat deſtinata, cujus mentionem facit Joh. c. 19. v. 13. Et quidem in eo continuavit *Synedrium M.* ſub Templis primo & ſecundo, hoc verò à Romanis exciſo, magravit illud primò Jabnenſeu Jamniam. Licèt enim ſub Romanis permiſſum eſſet Judæis Hieroſolyma *Synedrium M.* eique in loco confueto ſeu *Lithoſtrato*, judicia actiam capitalia exercere fuiſſet conceſſum : Tamen ſub annum ante Templi excidium ſequadrageſimum, ob Sicariorum frequentiam, qui ſæpius Præſidis favore alii ere ruti, etiam synedrii judicio ſubinde cripiebantur, viſum eſt, e loco judiciis hujusmodi adeò proprio, ut alibi rité exerceri ab iis nequirent, migrare locum in alium, ibique ſedes ponere ob cauſas ſupra dictas, voce *Libertrata*. In Tabernas igitur primo migrarunt, ſeu locum illum *Hanoth ſeu Chanuth* appellatum, dein in alias Urbis aedes, prout Principi placuit, aut commodius viſum eſt. Denet tempus, ut dicum, excilo, & Hieroſolymis diruris, extra Urbem facta migratio eſt, Principe *Jochanan Ben-Zacai*, in Jabniam urbem : inde in Usham Principe Rabban Gamaliele I. & demum in Urbes cæteras, temporibus Principum, qui usque ad ejusdem finem, juxta eorum ſeriem, in *Cæſarea Cabal.* exhibentur. Auctoritas *Synedrii* hu us omnino magna fuit, unde ad illud à minoribus Synedriis provocare licebat, ab illo verò ulterius non concedebatur appellatio. Præterea, cum *Sanhedrin*, cum *Sanhedrii ſommus*, cum *Pſeudoprophetæ* judicandi erant, non aliò res ſpectabat : neque à minoribus Conſeſſibus aliæ graviotis momenti cauſæ decidebantur. Unde Hieroſolymam SERVATOR noſter alloquens, *Hieruſalem, Hieruſalem*, inquit, *quæ trucidas Prophetas*, Luce c 13 v 34. Etiam Interregni tempore, *cùm neque Judex neque Reus ſes in Iſraele* ut aliquoties dictum eſt Judicium, vigebat illibata *Synedrii* auctoritas. Quòd verò illiſpium Regem ſubjectum fuiſſe, Herod. Ioloenſem ſeptuas ſeferit Baronius, meritò à Cafaubono refellitur. Hactenus de *Synedrio M.* quod Συνέδριον quoque vocavit Chriſtus, Matthæi c. 5. v. 22. Ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ Συνεδρίῳ. *Synedria minora* χείρονα nomine ibidem videntur indigitari, ὅστις ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Atque iterum ſubdividebantur, in *ſynedria Viginti inferiora virialia*, & *ſynedria Trium virialia*. Quorum illa partim Hieroſolymis, partim alibi in urbibus, ubicunque familiæ eſſent 60. conſtituebantur, & quidem Hieroſolymis bina erant, alterum ad introitum montis Templi: Dijudicabantque quidem cauſas capitales, ſed auctoritate limitata & *Synedrio M.* obnoxiâ. Ita erigebantur in urbibus minoris notæ, ubi ad 60. familias vel 120. perſonas incolarum numerus non aſſurgebat. & cauſas leviores pecuniarias, aliasque iſtiusmodi ſolùm decidebant &c. V. Th. Godvynum de Ritibus Hebr. l. 3. c. 2. Moſen Kortenium fol. 857. & 186. col. 2. Cunæum de Republ. Ebdr. Alios, inprimis verò Johannem Seldenum, qui *Synedria & Præfecturas Judaicas Vet. Hebræorum tribus tomis* integris proſequatus eſt.

Syngraphæ, apud Æl. ſpartianum in *Adriano*, *Ad colligendam autem gratiam nihil præterminteus*—*debitoribus* — *Ingentes ſummas remiſit*, ſyngraphis in *Fora Divi Trajani* — *incenſis*: Etiam Tabulæ ſeu Chartæ publicæ, quæ poſtmodum *Polyptica* dictæ, quibus nomina eorum, qui Fiſco debebant, tum civium urbanorum atque Italicorum tum provincialium, erant inſcripta. Nempe non infrequens hoc bonorum Principum factum, ut pluribus demonſtravit exemplis Gruterus ad *Tacitum Annal. l.* 13. *cap.* 23. conſtitutque hæc liberalitas Adriano viginti duobus millionibus & præterea ſummâ excurrente, auctorem ſolutorum quingentorum millium; qui proin *veteris* elogium à populo adeptus eſt, ut vidimus ſupra. Vetus *ſigler.* hac de re ſic habet, apud Salmaſium ad *Spartianum* d. l. c.

NVMINIB. DEORVM. AVG. IOVI. OPT.
MAX. ÆDEM. VOTO. SVSCEPTO. Q. LE-
PIDVS. M. F. L. CVRIVS. M. P. COS.
III. S. P. Q. R.
IMP. CÆSARI. DIVI. TRAIANI. PARTHI.
CI. F. D. NERVÆ. NEP. TRAIANO HA-
DRIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. II. COSS. II. QVOD. VNVS. OM-
NIVM. PRINCIPVM. ET. SOLVS. REMIT-
TENDO, SESTERTIVM. NOVIES. MIL-
LIES. DEBITVM. FISCO. NON. PRÆSEN-
TES. MODO. SED. ET. POSTEROS. SVOS
PRÆSTITIT. HAC. LIBERALITATE.
SEGVROS. IVLIA. AVG. MATER. AVGG.
ET. CASTRORVM. MATRONIS.
RESTITVIT. SABINA.
AVGVSTA. MA-
TRONIS.
DIVVS. AVG. PONT. MAX, EX. S. C.
REFECIT.

De quorum verò nomine *Syngrapha* inſigniretur olim, diximus ſupra voce *Sacerdos*. Aliàs vocem Συγγραφὴ, de hiſtoria pedeſtri ſermone conſcripta, proprie Græcos uſurpare. unde *Κυρηναϊκὰ συγγραφὴ* Eumeli fil. Amphilyti, *Hiſtoria Corinthiaca*, *ſolutâ oratione ſcripta*. Pauſanie ſæpiſſimè memorata, obſervat idem Salmaſius ad *Solinum p.* 853.

Synodi Archicrcus, V. infra S. *nodi Archierar.*

S mades Columnæ, apud Jul. Capitolinum *in Gordianis*, ubi de domo horum, & villa ducentas columnas in terrastylo habente, *quarum quinquaginta Carysteæ — quinquaginta* Synnades, *quinquaginta* &c. funt *Synnadicæ*, ab urbe Phrygiæ *ad Synna*, Lat. *Synnas*, unde illud nobile marmor. De quo accipiendi versus illi Papinii,

—— *ubi marmore picto*
Candida purpureo distinguitur area gyro

quos de marmorationis genere ex duobus marmoribus compofito, inrellexere nonnulli. Tale enim marmor *Synnadicum*, candidum fc. & ovatis figuris, vel orbiculis rubris vel fanguineis interfinctum: quam ob caufam Alabaftritæ lapidi, ob varietatem, illud comparavit Strabo *Dulcinus alius*, à Dulcimio ejusdem regionis vico, ubi lapidicinæ fuerunt: hinc mare moris: Imò & *Onychites*, ob præmemoratam cum Alabaftrite fimilitudinem. Ad cumulandam pretium, fabulam addit Statius idem *l.1. Silv.5.*

—— cavo Phrygia quam Synnados antro
Ipse ferunt, variis maculis lucentibus Atis.

Ibi enim Atys exectum, & proin Corybantes quoque perpetuò fe vulneraffe atque ad facra Cybeles excifendifle, dicitur. Vetuntur Poetam *l.3. Silv.3.* v.87. & plura de marmore ifto, apudHemolaum Barbarum ad Plinium *l.2. c.* 103. Bernard. Cyllenium ad *Tibullum l.3. Eleg.3.* Salmafium *d. l. & ad Solinum p.*579. Alios. Itaidem memînit Paul. Silentiarius *in Defcripf. S. Sophiæ*,

Ἐκ δὲ Φρύγας ἔξεδάλοιο ἀμείλιχα πέτρα,
Τὸν μὲν ἰδεῖν δεδ ἐόντα μαρμάρεον ἄγκαλα λευκὸν,
Τὸν δ' ἅμα πορφύρεον τε, ἔρευθόεις τε κάτοσ
Δίδυμα ἄπερ ἐφ' ἑνὸς γυίου τέτακται.

Synochitis Gemma Græcè συνοχίτης, à retinendis DeorumManium imaginibus, quas in Necyomantia olim evocare folebant gemmæ auagogitidis ope, nomen accepit Eius mentinit Plinius *l.37. c.* 11. A verbo συνέχειν, *continere, detinere*. V. Salmafium *ad Solinum p.* 1091. ut & fupra in voce *Anancitis*.

Synodales Teftes, in Concil. Cabilon. ann. 813. *can.* 21. *Teftes probiores, quos Civitas nuncupat Synodales*, Cironio & Altaïrræ *Differtat. Jurid. Canon. c.*2. c. 12 funt, qui publicè receppti ac probati in Synodo, quafi cuftodes & fpeculatores eorum, quæ fiunt in Eccleiis vel contra Synodi decreta decernuntur & geruntur, quos Græcis Παραβλάνας appellatos, notavit Cujacius *ad cap. 7. de Teft. cog.* Vel potiùs qui in quacunque parœcia vel Epifcopatu eligebantur, adhibito fuper IV. Evangelio, vel Martyrum reliquias uramento, ut omnia, quæ contra fidem & religionem fiebant, obfervarent & inquirerent, ut patet ex Concil. Lateran. fub Innocentio III. *can. 6.* Quos elegendi modum prolixè exponit, ex Concilio Rotomagenfi apud Reginonem *l.*2. *c.*2. & Burchardo *l.1. c.*91 Car. du Frefne *Gloffar.* in voce *Teftis*. Sic *Synodalis Liber*, Eccleiiaftícis libris accenfitus Guilleberto Lunicenfi Epifc. *lib. de ufu Eccl.* vocatus eft, vel quòd ad SynodalesConventus fpectantia continerct. vel quòd *Synodi* in illum *Epifcopales* referrentur: quo modo appellari confuevere, quæ ab Epifcoporum quolibet cogebantur, convocatis quotannis Parœciæ fuæ Presbyteris. Cujusmodi *Synodorum*, cum Aliis fierent tempore Quadragefimali, in quibus vicarii Presbyteri, qui in urbem commeabant, ab Epifcopo Theologicis doctrinis imbuebantur, eas luftulit Ludovicus Pius, ut quæ Presbyteros à gregis fui curâ tempore faero, avocarent, in *Capitul. Aquisgran. ann. Imperii* 3. Aliæ inftitutebantur ad coercendos Presbyteros ac Clericos, fi quâ in Canones peccaffent, quod bis quotannis contigit, medio fc. Majo & Kal. Nov. patet ex Concilio *Antifiodor. c.*7. Et ad has Synodos annuas veniebant Clerici, Epifcopo cenfum pendere folebant, qui *Synodus* quoque, item *Synodalis cenfus* & *Synodaticum* dictus eft: improbantibus iftiusmodi præftationem non paucis Epifcopis, inter quos Rodulphus Epifcopus Eugubinus, *nullum affuetæ oblationis vel exenionum canonem à Clericis exigi permittebat — abfit, inquit, ut Synodum vendam*, apud P. Damianum *l.1. Epift.9.* V. plura hac in re eam apud præfatum *Gloffarii* Auctorem, nec non Macros Fratres *in Hieroleux.*

Synodi Archiereus in vet. *Inscr.*

L. AVRELIO.
APOLAVSTO. MEMPHIO.
AVGG. LIB. HIERONICAE.
CORONATO. ET. TON DIAPAN
DON. APOLLINIS. SACERDOTI.
SOLI VITTATO. ARCHIERI
SYNODI. ET. AVGG.

Ut & primus *Sacerdos Synodi*, in alia:

M. AVRELIO. AVG. LIB.
AGILIO. SEPTENTRIONI.
PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNOD. APOLLINIS. PA
RASITO.

eft collegii Scenicorum Pontifex: cuiusmodi Collegia fua fæcra, fuos Pontifices & Sacerdotes habuere. Nempe *Synodus*, ea iam fimpliciter & abfolute, de Scenicorum Collegio & congregatione: *gregem* Latini dicebant. Uti & de Xyſticis, in vet. *Inscr.* quæ ὁ σύμπας ἔρεδος, in alia, ὁ Λάμπρος τὸ σύμπαν ἔρεδ. τὸν τῆς Σύνοδ. — μετὸν, in alia. Apud Strabonem eatem voce infignitur collegium Philologorum, qui publico ſumtu in Mufeo Alexandrino alebantur. Unde fumtuoſcribitur Tertullian. de Antinoi. Hadriano in delitiis, conſecrationis agens, *Apolog. cap.* 13. *Cùm de padagogiis aulicis necdùm quem Synodi Deorum* fanxit, inquit, id eſt, in Synodum & collegium Deorum coaptatis. Ubi *Synodum Deorum* vocat, quod *Collegium Deorum*, *Deorum Comitium*, *Conſilium Deorum*, in vett. *Inscr.* dicitur paſſim. Qui enim de hominibus in Deorum numerum referebantur, hi πρὸς τοὺς θεοὺς ἐτάττοντο, quali *adjecti* & *ejusdem cum illis pariſibus* fieri dicebantur: quod Tertullian *Synodi Deorum*, & Collegio eorum adſcribi, vocat. Et quidem *Synodus Deorum* apud Græcos ex XII. Diis erat, quos *magnos* appellabant; in quorum numerum qui ex hominibus referebantur, hi ἀναγράφεσθαι appellabantur τῶν μεγάλων θεῶν. Unicuique n. Deorum ſuos attributos πάροδρους ſupra diximus &c. V. Salmaſium *ad Spartianum in Adriano.*

Synodica Epiſtola, Græcè Συνοδικὰ & Συνόδικα γράμματα. Epiſtola eſt, à Patribus Conciſii ſeu Synodi ſcripta, de iis quæ inſi decreta aſtaque eſſent. Cujusmodi literæ compliures habentur in Conciliorum *Collectione*, de quibus copioſe agit Bernadinus Ferrarius *de Epiſt. Eccl.* l. 2. c. 6. ſed & Veteribus fuit in more poſitum, ut ſedis alicujus, præſertim eminentioris, Epiſcopus recens promotus, fidei ſuæ confeſſionem ſcriptam mitteret ad alios Epiſcopos vel Patriarchas, (in quo ſe initiari dicebant exemplum Apoſtoli Pauli, de quo V. Galat. c. 2 v. 2.) ut & in Eccleſia & fidei ſinceritas & Catholica unitas conſervaretur. Quale ſcriptum Græci ſimiliter Συνοδικὸν appellare ſolebant, quòd non minùs de fide ageret, ac ea, quæ ab Ipſis Synodis mitti conſueverc. Seu potiùs, quòdnovus Præſul ea ſcriberet, cum conſenſu Synodi ſuæ. V. de iis Jo. Garnerium *Notis ad Liberatum cap.* 18. Hinc Sergius *Epiſtol. ad Honorium* ſcribit, fe ea ſolo auditu percepiſſe pronotum eſſe Sophronium ad Epiſcopatum Hieroſolymitanum, eò quòd nondum acceperit ab eo huiusmodi literas *Synodicum*, *Nondum enim ejus Synodicam epiſtolam, aut morâ eſt, accepimus*. V. quoque Gregorium M. *l.1. epiſt. 24. l. 6. epiſt. ex regiſtro cap.* 169. & 188. & plura hanc in rem apud Jo. Forbeſium *Inſtructi. n. Hiſtoric. Theolog. lib. 1. c.9.* ubi de præfati Sophronii *Synodicis*.

Synodicus, in *l.37. Cod. Th. de Appell.* Addictos ſupplicio— " nulli Clericorum vel Monachorum, eorum et am, quos *Synodi* " *tas* vocant, per vim atque ufurpationem violandæ ſiccat ac te " nere, alibique Græce συνοδικὸς, Comtibitæ iuris, οἱ ὑπὸ τοῦτο ἢ συνοδικὸν τάγμα, apud Socratem *Hiſt. Eccl. l.* 4. c. 23.

Synonimum, apud Diomedem, *Sed quod pariſibus vibili. aut imparibus invenimus ſcriptum, quod ſi quando mundio agebat avi ſex, — nam vibiam infiabat ſi quando lyndio, utramque*: chori concentus eſt, ficut *Monodium*, cantici cantus. Et quidem Artificem, ſi quando monodio ageret, unam tibiam inſſabile dicit, ſi quando *Synodo*, utramque; per illam *pares*, per has *impares* intelligens. Sed nec *pares tibiæ* de una tibia dici poſſunt: omnesque illæ antiquæ Comœdiæ, quæ inſcribebantur *Adelphoi pariſibus aulæis aut imparibus*, choro earuere, & ſolis canticis ornatæ fuere. Qua de re V. Salmaſium *ad Popiscium in Carino.*

Synodus, Græcè Σύνοδος, item Συνόδιον, Hebr. כְּנִשְׁה, vox Eccleſiaſtica eſt, cœtum denotans ſacrum ex Eccleſiæ Præſtibus membrisque illuſtrioribus, munere, doctrinâ, pietate collectum, ad fidem contra Hæreticos defendendam, moresque Eccleſiæ, lapſos in cleticos, denuo erigendos, juxta infallibilem Spiritus S normamin Verbo ſuo nobis præſcriptam. Cum quo di conventus *Synodique*, pro Eccleſiarum eò convenientium numero, vel *Provinciales* vel *Nationales* vel *Oecumenicæ* dicuntur. V. ſupra in voce *Synodales*, item ubi de *Oecumenicis Conciliis*. Unius autem Eccleſiæ Rectorum Conventum ſpecialiùs Πατροσύνοδον appellari, notum. V. Cl. Salmeum *Thef. Eccl.* voce Σύνοδος, ubi etiam de Conciliis Oecumenicis VI. Nicæno I. CPolitano I. Epheſino, Chalcedonenſi, CPolitano II. & III. fuccinctè agit.

S. noreus, in *l. Cod. Theod. de epiſcopali. cauſ.* publica eſt compariſio ſpecierum, ex Gr. τὸν & ὄνομα, *Concepionem* appellari, in *l.2. C. de fruin. urb. conſtant.* & in rubr. *ut nem. hic in cauſſ. ſpec. ſe excuſ.* docuit Jac. Cujacius *Obſervat. l.1. c.* 35. Quam coëmptionem ſic accipit Accurſius, ut Provinciales à Fiſco res annonarias emere cogantur: *Alii*, ut eas Fiſco vendere forenſibus pretiis compellantur. V. de hoc *Synonesi* ſeu Συνωνὴν, uti appellat, oncre, Sudam. Caſſiodorum *Var. 1.12.* ubi hæc ſcripti ſpecies exceptas docet. Pratejum, Alios, laudatos Joanni Calvino *Lex. Jur.*

Synthesis, communis apud Romanos convivantium veſtis fuit. Licèt enim in conviviis publicis ac ſolemnibus Toga adhiberetur, cœnæque inprimis Imperatoriæ nemo niſi togatus intereſſe auderet; demi tamen privatis conviviis Togas Cœnatoriis mutabant, quas & *Synthefes* dixerunt. Harum *mentio* frequens in antiquis ſcriptoribus, præcipuè apud Martialem, eaque omnibus obvia. Juſtus Lipſius *in Saturnalibus bis* dittorium ſolùm & lautiorum illas fuiſſe exiſtimat, ex eo, quòd apud Martialem *Pollus* quidam una cœnâ undecies *Synthefin* mutaſſe

munasse, quodque apud Suetonium, Nero plerunque *simbolas* ut prodisse in publicum, legitur. Interim viliorum quoque hanc vestem fuisse, etiam in municipiis, ex eodem *Poeta l. 4.* discimus, ubi, quamvis Poetice, ait,

Duris & astutes Synthesis *una decem.*

Fuit autem ad instar Pallii, vel lintea findon, qua involvebantur in convivio, reliquis utplurimum depositis vestimentis; quamvis Martialis & Ovidius Pallia appellent communi voce, quę de omnibus vestium generibus non raro usurpatur. Sane in antiquis Tricliniorum figuris homines seminudi cubant, solo linteo, quod fortasse *Synthesis*, semiamicti. Atque ita lindonem, qua *indutus super nudo adolescens* ille erat, qui CHRISTVM à Judæis captum sequebatur, quique relicta nudus aufugit, *synthesin* fuisse, credit Ferrarius, vel certe vestem conviva lem, quas non fuisse pretiosas, ut volebat debili conjectura Baronius, ostendit Casaubonus *Exerc.16.* Mulicbres quoque cœnatorias fuisse, docet Pomponius *de auro arg. leg. Q. Mutius, ait, fœre ję quendam Senatorem mulsbribus cœnatoriis nisi fœtum*; quæ colore fortasse à vitrichis differebat. Martialis *libro 10. Epigrammate 29.*

Quam nilla mittebas Saturni tempore lanam
Missifi domina exultante tua.
Et quam donabas dicti à Marte Calendis,
De nostra Prosina est Synthesis *empta toga.*

Pretio nempe, quo emere solebat togam, quam Poctæ natali suo mitteret, cum viridem cœnatoriam amicæ. Et fortasse *synthesis* eft, qui Indutus dicitur Ammianus Marcellinus, in tumento quod publica vir Urbinus *ad Cicconii Tridinium*. Non vero solum *Synthesis* in cœnis, fed & toto Saturnalium tempore, usus fuit. Romani enim omnes, his durantibus, *synthesinati* five in cœnatoriis, quasi eo tempore esset perpetuum convivium, inceffisse leguntur. Quare incrito Carlianum reprehendit Poeta fæpe laudatus, quod Saturnalibus togarus incederet. *l. 6.* „*Epigr.* 24 Et Seneca, December, inquit *Epist.18.* mentis est, „cum maxime vivitas defudat. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum, utrum nihil „ex quotidiana consuetudine movendum: an ac diffidere vi„deremur, cum publicis moribus & hilaritas cœnandum & exu„endam togam & c. Unde colligimus, *synthesin* à tunica fuisse distinctam, alioqui enim Romani, non in conviviis modo, fed & Saturnalium tempore, fultem inceffiffent tunicati. Sic apud Xiphilinum *l. 63.* Cornelius Fronto, cauſarum Patronus, cum aliquando alti nocte domum rediret, ac inter ceffit à quodam, qui patrocinium promiſerat, Hadrianum jus reddere, *ὡς τὸ σχῆμα τῆ ἐσθῆτι, ut erat in cœnatorio amicitu*, ad Tribunal acceſſiſſe legitur. Octavius Ferrarius *de Re veſtiaria. Part. 1. lib.1. cap. 30 & 31.* Interim æſtate quidem *Synthesis*, quæ ex lino & leviore materia erant; hyeme verò lanæ utpote indumentum denſum ac villoſum, adhibebantur. Unde Martialis *l.14. in Epigr.* cujus tit. Lana. ſic ait:

Tempore brumali non mutilum linea prosunt,
Cafacdnis villa pia vestra mei.

De *Synthesi* Gallorum, i. e. ſacerdotum Cybeles. ita Dionyſius *lib. 2. Ingenuus Romanus nemo eſt miniacus, nec obverras ad Phrygios modulos indutus Synthesin, neque ex decreto Senatus Initiatus magnæ Matris Orgiis.* V. Roſinum *Antiquit. l. 2. c.* 2. Sed & elegantiorem veſtem, quà certis ebluſeſtis populo Rom. extra ordinem utiliſuerit, hæc vox denotatam vult Turnebus *Advorſ. 23. c. 18.* ubi eam inde dictam, quòd, cum ei raro uxercetur, domi in arca ſe preſe ſervandam habere addit. Salmaſio veſtes aliæ ſingulares. ſparſæ & ſolutæ erant, Græcis μονοχρὰ dictæ, aliæ in *Synthesin* compoſitæ & congregatæ. Et quidem quæ in ſynthesi ſtruebantur, certo numero ſolebant ſecundum ſpecies inter ſe ſungi ac componi, ſeptenæque veſtes ejusdem coloris, ſatturæ & imitaræ, ſynthesin unam conſtituebant ut *ſeptem tunicæ hebraicæ olivæ, ſeptem purpureæ, ſeptem pallia auro ſparſa &c.* ſeptenario enim numero femper conſtruebantur hæ veſtium ſyntheſes: unde

ſeptenaria Synthesis Sagunti,

apud Martialem *l.4. Epigr.* 27 pro ſeptem vaſis paribus ſictilibus. Namque & ad vaſa vocabulum translatum. Sic ſtatius *lib.4. Silv. 9. v.44.*

Aut unam date ſymbolin (quid horres?)
Alborum calicum atque cacchaborum.

Ubi *Synthesis calicum*, ſunt ſeptem calices; *ſynthesis cacchaborum*, ſeptem cacchabi. Sic itaque ſeptenæ veſtes ſynthetin faciebant. Pretioſæ verò tantùm illæ, & quæ raro ufurparentur, quæque diebus feſtis ſolùm ſumerentur, ita per ſyntheſes diiponebantur. Unde *ſymbolina veſtis*, quæ de ſyntheſi, pro ſumtuoſa & pretioſa qua coloribus, qua materia, qua plumandi artificio. Et *synthefes* quoque ipſæ veſtes, quæ in ſyntheſi poni ſolebant, Græci *ταῖς ἑσθῆσι* vocarunt. Origo vocis à Græco συνιστάνω, *componi*, &c. V. Auctorem præfatum *Not. ad Popiſcum in Bonoſo*, & *ad Solinum p.* 1170. nec non ſupra, in voce *Catechiſis*.

Synthronum, Græce Σύνθρονος, apud Jo. Curopalatem *in Conſtantino*, ubi die Pentecoſtes in Liturgia turbas ortas eſſe, quòd Metropolitæ non ſuſtinerent, Syncelli *ὁ τῶν συνθρόνων*, *in ſynthronon* præſiderent ſubſtibilium eſſi, de quo etiam *Euchologium*, ubi, de conſecratione Templi, albique ubi in *ſanctum Synthronum*, poſt conſecrationem. Epiſcopos deſerri, ut in eo, veluti Majeſtatis throno, ſedentes. ſuæ auctoritatis ſe compotes factos agnoſcant, conſuevisſe refert. At Σύνθρονος, qui *eodem throno ſedet*: ut συνθρόνοι Θεοῦ, *Synthroni Dii*, qui & *Paredri*, de quibus ſupra.

Syntia Terra, apud Ovidium *Epiſtola Hypſipyles*,

Dic age, ſi ventis, ait, opportuit, aſtus iniquis
Introſpice portus, inquę, comeatę, meos:
Obviaque ex ſyntia terra cognoſce genuina.

Syntia autem tibi terra *rogando fuere.*

Uti genuinam lectionem reſtituit Barthius, ex Apollonio *l. 1. v.*608. qui Συντιεῖσα vocat, Lemnos eſt inſ. cujus primos incolas ex Thracum genere Σίντιας dictos eſſe, habes apud Strabonem *lib.7.* V. in voce *Simili*.

Synuva, apud Quintilianum *l.9. c.4. In univerſum autem ſi ſit neceſſe, duram potius atque aſperam compoſitionem malim eſſe — quo illis molle lacivimus* Syntonorum *modis ſalubre*: ſine cauſa. ſeu fabella Symphoniatarum, quod ſine ulla toni variatione tenore quodam continuo & æquali ad pedem feriebantur, vulgò ſic dicta. Σύντονος enim Græci, non tantùm, quidquid vehemens eſt, rigidum & in: tatum, ſed etiam quod unius toni, ejusdemque tenoris eſt, appellant. Unde Σύντονοι, qui fcabella aut cymbala pede percutiunt. Gloſſæ, *Pedicularius*, Σύντονος ψαλτὴς, *lucri* Τύπανον καὶ Σύντονον, à quo τυπανίζω, ſiſtulæ genus, quo vocis modos regebant acterpretabant Muſici, apud eundem Quintilianum *l. c. 10.* & Plin. *l. 16. c. 40.* ἀσεγγανίαι, ubi de Grace cho concinnante, & Muſico poſt eam conſilente, qui iſtiusmodi fiſtulâ modos ei miniſtrabat. An indidem συντονάτον, in vet. *Inſcr.* quam ſupra vidimus in hac voce? V. Salmaſium *ad Vopiſcum in Carino*.

Syriarcha, Græcè Συριάρχης, Hæretici dicti ſunt, qui aſſerebant Chriſtum unicam tantùm *Veram, ſubſtantiam* habuiſſe, nec ex utero Virginali carnem ſumiſſe, ſed potiùs aliquam portionem Divinitatis Verbi converſam fuiſſe in carnem, credebantque proin conſtituebant Verbum Patri *ὁμόουσιον*, *conſubſtantiale*, non ſolùm in Divinitate, ſed etiam in Humanitate; unde vocis etymon clarum eſt. apud Car. Macrum *in Hæreſes*. Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce Συριάρχης, & ſupra in voce *Chriſſomachi*.

Syrii, apud Plin. *l.5. c.23.* utin quibusdam libris extat, alias *Hyrcii* legitur, de quo ſuvio V. in hac voce.

Syra five Syria Dea, tamquepe Prilcis celebrata cum Astargati eadem quibusdam videtur, ex illo Strabonis *l.16* ubi Interpretatis *eſt trans ſumen, quatuor ſtadiorum ſpatio, Bambycen, quam Edeſſam & Hierapolim, five Syram Urbem, nuncupant: in qua colunt Deam* Syriam, *quæ dicitur Atargatis*. Sed Atargatin conſtat quidem eandem fuiſſe ex Syrorum Deabus, ab hac verò aliam arbitratur Voſſius, quæ *ναὸν ἱδρυσε Dea Syra* appellabatur. Nam Atergatis five Derceto erat ſemimulier & ſemipiſcis; ut ex Luciano patet: Quæ autem Hierapoli colebatur, tota erat mulier, unde idem, Τὸ δὲ ἄγαλμα *ἐστιν ὅλον γυναικὸς*. Dein hæc *Syria Dea*, non tam animale, quàm naturalę Numen videtur fuiſſe, vis nempe generatrix, quæ tum Veneris, tum Matris Deûm, nomine intelligitur. Vel ſi eum naturali hoc Numine pariter colucrint animale, non hoc Derceto erit, ſemiram dis mater; ſed Semiramis ipſa: cum nulla Syris heroina celebratior fuerit Semiramide, uti nulla Diva ais divinior *Dea Syria*. Accedit, quod Semiramis dicitur educata à columbis & columbæ etiam ſymbolo ſignabatur: Dea autem Syria, ex ovo, cui columba inſederit dicitur prognata; idque ad Euphratem ubi Babylon ſemiramidis Regia. V. Genh. Jo. Voſſium *de Idol. l.3. c.23.* & ſalmaſium *ad Solinum pag.* 474. & *ſeqq.* Redeo ad id, quòd naturale potiùs Numen hoc nomine indigitatum diximus, & quidem non Lunam ſolum, fed & Terram. Idem enim Numen ſunt, *Dea Syria, Juno Aſſyria & Dea Hierapolitana*. Unde Lucianus in eadem *de hac Dea* diſſerens, ſic orditur, Ἔρχω δὲ ἐπὶ τὴν Ἥρην τὴν Συρίην τὴν ἐμὴν, *τὴν ἐν ἱεροῖς τοῖς ἐμοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις σέβομαι θεὸν*, ἣν Ἀσσυρίην καλέουσι. Nec quòd *Dea Syria* ſit Juno, ei obſtat, quòd Telurem fignare dictum Juno enim Orienti eſt aggregatum ex Luna & omni Natura Lunæ ſubjecta; quocirca probe hoc convenit cum eo, quod Lucianus *ibid.* refert, audiſſe ſe ex ſapiente Viro, Deam hanc Plicrapolitanam eſſe Rheam: *Nam*, inquit, *& Leones ipſam ferunt, & tympanum habet, & coronam in capite ſur-rigunt, gallat, qualem & ſi. & Rheam ſingunt*. Subditque, *ut Galli Rheæ ſic & Hierapolitanæ Dea ſacerdotes caſtrari ſolent: exemplo Attidis*. Templum ei condidit Stratonice, Antiochi Soteris mater & uxor, quæ Combabum adeò perdite amavit: Sed vetus ſi lius Templum, à quo extructum ſit, ob antiquitatem ejus non convenit. Aliqui attribuere Libero, cum in Orientem expeditionem ſuſcepiſſet: Alii Attini Lydo, ex Phrygia in Syriam profecto. Alii Semiramidi, cujus & imago adſtat. tam Templi erat, de ſtrà ædem demonſtrans, ut oſtenderet, non ſe, ſed Dram Hierapolitanam coli oportere. Alii denique tribuere Deucalioni ſcythæ, quo non ine non illum, Moſis æqualem, ſed Noachum, diluvio cum ſuis ſuperſtitem, ſignari ipſiquet ex iis, quæ eruditus ille

Syrus

ille Syrus *loco eis narrat*, & antiquis hominibus universali diluvio lubitatis, & *ἀλφάσει* sive arca, qua Deucalion cum uxore & liberis & omnis generis animantibus fuerit servatus. Mentio Dei sapius est in *Sacrisibine Iudæi*. *Graecis* 2. 86. unde & differe ei, quomodo solita fuerit effingi. Nempe velata caput tiara sive diadematæ lunato, ac dextra tenens nocturn, læva autem cum quidiam non ablimile cocheari, parte pectoris nudi, reliqua verò laciniola veste contecta. V. iterum Vossium *l.2. c.59.*

Syracides, V. in voce *Ecclesiasticus*, item *Jesus*.

Syracusæ, locus in edito lingularis Augusti, quem Τρυφῶνα Græcè vocare solitus est. Cafanbonus ad *Capitolinum in Pertinace*.

Syra, Perlica vox, *Deum* denotans, de qua V. Tob. Pfannerum, ubi ex Marsilio Ficino, apud omnes gentes, præcipuum Dei nomen quatuor solùm literis pronuntiari, docet *Systemat. Theolog. Genuil. pur c.2. §.11.*

Syri, apud Sidonium apollinarem *l.1. Epist.8. Fœnerantur Clerici*, Syri *psaltæ* Hieronym. item in *Ezech. l.8 c.26.* Salvianum de *Provid. l.4.* Alioique recentioris ævi scriptores. Negotiatores sunt, qui ex *Syria* in Occidente mercaturam exercebant, de quibus V. Savaronem *ad Sidonium*. Gravium ad *Hieronymum Epist. 8.* Nic. Fullerum *Miscellan. Sacrorum l.1. c.11.* & Altaferram *ad l.3. Gregorii M. Epist. 43.* laudatos C. du Freine in *Glossar.*

Syri Dii, apud Arnobium *l.1. Titanes & Bocchores Mauri*, & *eorum progenies Dii Syri*, & paſſim in vett. *Interpr.* Salmaſio sunt Dea Syria, h. e. Venus, & ejus filius Cupido, forte & Adonis, qui Veneri *παρέδρος* & pariter à Syris cultus eſt. Eos Perſius intelligit, cum dicit,

Incuſſere Deos inſtantes corpora —

Dicit autem illos *eorum progenies* Arnobius, quaſi non ſola Venus ex ovo edita, ſed etiam filius ejus ita natus ſit. Certè Venerem cum filio in Syriam ad Euphratem, metu Typhonis, venisſe, & figuram ſpiciam formâ mutaſſe, ſcribit Hyginus; Eratoſthenes verò ex eo piſce natos illos dicit. Quo pacto eorum planè progenies fuerint. Sed & Germanicus Arati interpres piſcium cœleſtium par, *duo Syria numina* vocat: quali piſces illi duo cœleſtes Veneris & Cupidinis initar referant, quos fabulæ volunt piſcium figuram ad Euphratem ſumpſiſſe. V. Salmaſium *ad Solinum p. 281, 282, 574.* ut & hic ubi de *Piſcibus* & *Syra Dea*, nec non hic infrà.

Syria, adde: Imò adeò laxè nonnunquam Vett. *Syriæ* voce uſi deprehenduntur, ut Meſopotamiam quoque, Babyloniam, & Aſſyriam complecteretur. Unde Mela *l.1. c.11. Syria & Cilicia: Assyrii & Mesopotamia & Damascene & Adiabeni, & Babylonii, & Judæa & Sophene.* V. quoque Plinium *l.5. c.13.* Itaque videas ab ipſo Cicerone *de Divinat. l.* Chaldæos in *Syria* ſtatuat & Sardanapalum dici *Syriæ Regem, Tuſcos quæ ſit.5.* quem & Syrii alii nuncupant. Nec mirum, quando Syria prius *Aſſyria*, quique Syri, illi antea *Aſſyrii*, ut ex Herodoto *Polyhymnia*, Trogo *l.1.* Aliis conſtat Maro proin quoque *Georg. l.3. Assyrium venenum*, pro *Syria* ſeu Syria *purpura* dixit & Senecæ *in Hippol.* mare Mediterraneum *Aſſyrius tumus* ſe extendit, Voſſius *de Idol. l.2 c.6.* qui etiam *l.1. c.24.* Strabonis quidem temporibus, ad finum Iliacum, ſed antiquioribus, usque ad Pontum Euxinum, extendiſſe ſe *Syros* tradit. Strabo enim id *l.16.* indigitat, ubi ostendit, Cappadoces utrosque, & qui Taurum & qui Pontum accolunt, *Leucoſyros* vocatos, ut diſtinguerentur à *Syris* nigris, qui erant extra Taurum, ad Amanum usque montem; Unde Armenia minor & Cappadociæ pars olim Syriæ tributa. Porrò *Syriæ* nomen aliter uſurpant Scriptores facri, aliter profani. Scripturæ enim more *Aram*, quam *Syriam* reddunt Interpretes LXX. tum de Meſopotamia dicitur, quæ vocatur *Aram Nahomaim & Padan Aram*, tum de Cœleſyria, unde legas *Aram Dammeſek*, h. e *Syria Damaſcena*: item *Aram Zoba*, h. e. *Zophena*. ut vocat Joſephus, & ſic in aliis. Itaque eædem & Literæ nomine *Aram* diſtinguuntSyriam à Phœnicia & Palæſtina, ut videre eſt Judic. c.10. v.6. & 2. five 4. Regum c.24. v 2. Græci verò ac Romani laxiùs voce utuntur, ut vidimus. Adde, quæ de homonymia vocis habet Salmaſius *ad Solinum pag.*601, qui inter alia nihil odorum præter calamum & juncum, in *Syria* naſci, adnotat, p. 1059. & 1068. Inter *Syrorum* Deos, de quibus Jo. Seldenus integro opere commentatus eſt Jephthæ quoque filiam locum habuiſſe, ſuggerit Epiphanius *hær.55.* ubi de Melchidecianis, *οἱ δὲ τῆ Σαβαὶῆ τὰ αὐτὰ Σαμαρεῖται καλοῦσιν, τὴν Συγατέρα Ἰεφθὰε θυσιασθεῖσαν ὑπὸ τοῦτου τοῦτον κατ' ἐντὸν αὐγοῦ, Σεβαστὴ verò, quæ olim Samaria, Jephthæ filiam divinis honoribus conſecrarunt, in cujus memoriam ſolemne quotannis feſtum celebrant.* Cujus feſti originem cognoſcimus ex Judic. c.11. v.39. Et forte *Ἰεφθὲ*, quomodo filia ſit à Patre dicta, corruptum *Ἰεφθεῖτι* ex eo & *ἄνασσα*, conflatum *Ἰεφθάνασσα*: item, quia genita ex *Ἰεφθε*, h.e. *Jephthe*, dicta eſt *Iphigenia*: quæ Homero fabulæ de Agamemnone, filiam Iphigeniam ſacrificare parato, occaſionem præbuiſſe videtur. Et hæc quidem Numina à *Syris* culta, dum res florerent Aſſyriæ. Poſtquam verò Perſæ rerum potiti ſunt, Naturæ ſolùm partes pro Diis coluere: donec in Græcorum poteſtatem *Syria* pervenit, de quorum cultu dicetur infrà in voce *Syromacedones*. Cur piſcium & columbarum cſu abſtinuerint *Syri*, V. ſuprà in voce *Assyrii* ſeu *Derceto*: item in voce *Piſcis*; Piſces enim duo Venerem & Cupidinem indigitantes, Vett. *Deos Syria* dictos eſſe, præcipuo à Gente honore cultos, ibi oſtendimus. Imò & ea quarum piſcium hinc avertari ſunt, ut ex Bygino patet. Quare Poeta incertus *Aſcleſiad. l. 6.* Heliodorum ſcite ſuum Deæ *Syriæ* diceſſe, ait: ſed

Αγνὸν ἐὼν ἰχθύσιν ὄφρις,
Parum à venatione piſces capiente, &c.

V. Voſſium *l. 2. c. 36.* Cœterum Græcis *Syrorum* non minùs ac Medorum ac Perſarum beſtiarum ſpecies quali ignotæ erant: quemadmodum claræ ait Strabo *l.15.* gravi Autore Homerico illud alterius: ubi interp. *Nec enim Homerus* syrorum *vel Medorum norat imperium. Aliqui cum Thebas Ægyptias & earum & Phœnicum nominares divitias; minimè præterisset divitias Babylonis ac Nini & quæ Ecbatanis.* Fuit quoque *Syrus*, ſervile nomen, à natione inditum, quemadmodum *Dacus* & *Get.*, apud Athenienſes, teſte Strabone *l.7.* item *Mysus*, *Phrys*, *Lydus*, *Papix* &c. Sicut autem [Alexandrini, nequitiis, falibus cauti: Atiatici *Phrygas* inprimis & *Cyrinforma*: Sic Medi, Medi, Galli, Bithyni, Cappadoces, Liburni, *Syrig*, viribus valentes, ad ledicas & ſonera parabantur, &c. Laur. Pignorius *de Servit.* A *Syria* porrò dicti *syriarche*, Sacerdotes prov. Syriæ, de quibus prolixè agit Jac. Gothofredus *ad l. 1 Cod. Theod. de Præditis Senator.* V. quoque ubi de *Assyriarchis* &c. uti de *Syria* ſtrictiùs Salmaſium *ad Solinum p.* 470. & 488.

Syriaca Radicula, tuncando apta, & cibis Syrorum experita, aliàs *Syriaca Color*, Græcis *Σκόμβρος ἀνθὸς*, abſolutè *μέλαν*, Antiquis *ὄνυξ*. & *κόμμι*. V. ſuprà *Radicula*.

Syriani Hæretici, V. ubi de *Eutychianis* & *Neſtorianis*.

Syriaticus, apud Solinum c.1. *Regem Antiochum Artemon quidam è plebe* Syriatica *ſic fuiſe amnia meniebaatur* &c. idem quod *Syrus*; ὁ Συρίαττὴς, enim gentile, unde Συριαττικὸς, Sic *Syriaticum bellum*, apud Florum pro *Syriaco*, Salmaſius *ad l.* Aliter vox ſumitur apud Baldricum Noviom. *Chron. l.2. c. 61. Syriatico turgere inſtomo.* Hic enim de dicitur, qui voce Gall. *Sire*, qua dominantur Magnates, compellari ſuperbiebat. Originem ejus è Græco *Κύριος*, ſeu, ut Byzantini efferebant, *Κῦρ* vel *Κύρε*, nonnullos arceſſere, diximus ſuprà in hac voce.

Syrica Carpenta, apud Propertium,

Syrica nam taces Poſſi carpenta neposis :

pigmento ſyrico miniata ſunt. *Syricum* nempe, ſeu *Sericum*, dictus color ruber & ſandaracinus: quem ex ſandice & ſinopide mixtus fieri Plinius habet. A *Syro* inſula, de qua ſuo loco idem cum *Syro* facit. Recentiores, de genus Silis eſſe timò vocem ſyrel ſil inde ortam, ferunt Salmaſius *Exercitat Plin. ad Solinum pag.* 1148.

Syrinx, Nympha, adde: *Σύριγξ* nempe Græcis *calamus* eſt, ſeu fiſtula, proprie *πολυκάλαμος*. Marſyæ inventum, V. ſuprà. sed & genus ornamenti circa crines, quo continebantur citri, quodque aliàs *καλαμὶς* dictum, hac voce occurrit, V. Salmaſium *ad Solinum p. 761.* Unde *συρίττειν τὰ κάλαμα*, *Syringiæ* Plinio, item *ſiſtulatoria* dicti non quòd ex eo ferent ſiſtulæ, ſed quod tori eſſent concavi, ad ſiſtulæ inſtar, minimumque haberent carnis & ligni. Indidem verbum *συρίζειν*, *ſiſtula canere*, & *ſyrinx*, *ore ſibilum edere*: de quibus V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 210. 221. 1359. & 1699.

Syrius Ros, apud Tibullum,

Stillabat Syrio myrrha tore comæ:

ſtacte eſt, quod erat liquidiſſimum ac pinguiſſimum è myrrha expreſſum. & per ſe unguentum ſtacte. *myrrhæ* nomine Latinis dictum; adeoque *ros Syriæ*, eſt ſtacte myrrhæ syriæ. Sic autem hæc dicta eſt, non quòd in Syria naſceretur, nusquam enim ibi inveniebatur, niſi advectitia: sed eodem modo, quo Malabarbarum *Syria* ſeu, Nardus *Syriaca* &c. quòd è Syria, aliunde in illam advecta, ad Romanos iſta deferrentur. Quod minimè novum, cùm hodieque merces ab emporiis æquè, ac à ſolo natali, denominationes ſumere ſoleant. Salmaſius *ad Solinum pag.* 1061.

Syrma, Tragœdiæ propium. Ut enim perſonæ commutatæ ea formâ introducebantur, quæ à veris ſuſtinebatur: ſic ſeorſim pro ſtatu cujusq; aut fortuna, Reges Latini, cum trabeâ & lituo, Romani Imperatores palæati, cum purpura & laurea, & ſtipatoribus & igni, qui præferebatur: Reginæ cum Palla & crocco velo. Pallæ facies tractitia unde, & Syrmata & *συρτὸς ἀν'* Græcis & *πέπλοι* & *πέπλοσι*, omnes demiſſæ: Cujusmodi Iberas uti ſolitas ſcribunt; nunc tota Aſia & Europa univerſa.* Jul. Cæſar ſcaliger *Poetices l.1. c.16.* Itaque ea veſtis pars fuit, quæ oblonga ſolum verrebat. Quo factum, ut pro Tragico ſtylo ab Auctoribus non raro uſurpetur. Unde Martialis *libro 4. Epigram. 48.*

A noſtris procul eſt omnis veſtita libellis,
Muſa nec inſano Syrmate noſtra tumet.

Idem *Syrmatis* quoque meminit *l. 12. Epigramm. 96.*

Tranſtulit ad Tragicos ſe noſtra Thalia coturnos,
Aptaſti longum tu quoque Syrma tibi.

Unde meritò Auctorem *Prologum Terentii*, Comœdiæ tribuentem *Syrma*, refellit Oct. Ferrarius *de Re Vestiar. Parte 2. l. 4. c. 1.* Sed & *σύρμα*, Græcis de filis, propriè de argenteis. Unde *συρμάτινον & συρμακτὸν, vestimentum filis argenteis textum & opertum*, apud infimæ Græciæ Scriptores. Qua de re V. Salmasium *ad Vopiscum in Aurelianum, & ad Tertulliani Pallium c. 3.*

Syrma Antigones, locus Paulaniæ memoratus *l. 9.* à Polyniceis corpore, per illum ægrè ab eâ *tracto*, nomen adeptus, de quo V. Casp. Barthium *Animad version. ad Statium Thebaidos lib. 12. vers. 411.*

Syromacedones, dicti sunt Græci, postquam in *Syria* terum potiti sunt. Hi, ex suâ gentis consuetudine, cùm Persæ Naturæ solùm partes, non verò defunctorum animas in illa coluissent, alium videntur invexisse morem, illi consimilem, quem apud Syros, cùm Assyriæ res floreret, viguisse diximus. Ante omnes honore cœlesti ab iis celebratus Seleucus Nicanor, ut Macedones vocarunt: sive Nicator, ut reliqui nominabant Græci. In cujus honorem cùm variæ sint conditæ Seleuciæ; Fanum honori ejus, fortè & alibi, sed saltem in ea Seleuciæ urbe fuit, quæ erat in littore Maris Mediterr. prope Phœniciam, uti discimus ex Appiano in *Syriacis*: ubi *Νικατόρειον, Nicatorium* dictum fuisse tradit. Ab ejusdem Seleuci initio, sive duodecimo anno ab excessu Alexandri, populi hi, ut & plerique Orientis alii, annos numerare consuevere; quemadmodum Romani olim ab U. C. Græci veteres ab Olympiadum initio, ab Orbe condito Constantinopolitani; Christiani, præeunte Dionysio, cognom. Exiguo, Abbate Rom. circa a. C. 526. à nato CHRISTO, illos orti sunt. Gerh. Jo. Vossius *de Scientiis Mathematicis cap. 40. §. 11.* V. eundem *de orig. & progr. Idol. l. 1. c. 23.*

Syromedia, reg. Asiæ, in qua Cyropolin constituit Ammianus, Eam Persidi prætendi, Ptolomæus habet. V. Salmasium *ad Solinum p. 1193.*

Syrtæ, apud Plin. *l. 7. c. 2. anguium modo loripedes vocari Syrtas*, nomen pop. de quo V. in voce *Syrticæ*. Nempe sic appellati sunt, quòd pedes habeant lentos & fluxos anguium instar vel lori, adeoque *trahant* pedes & repant potiùs, quàm ambulent, *ὡσὰν τὸν ὀφεὸν τὸν ἑλκὸν*, ut habet Salmasius *ad Solinum*. Sed *Syrticas* quos ille loco movet, apud Plin. retinendos esse, jam diximus.

Syrtices, nomen gemmæ, apud Solinum *c. 2.* Erutitur gemma in parte Lucaniæ, facie adeò jucunda, ut languentes intrinsecus stellas & subnubilo renidentes croceo colore perfundat, ea quoniam in littore Syrtium inventa primùm est, *syrtites* vocatur. Simplicius & verius Plinius, *Syrtiten è melleo colore croco refulgentem, stellas intus continere languidas*, ait *l. 37. c. 16.* Sensus est, Syrtitę melleum colorem in croci fulgorem exire. Dicitur autem *color* in gemma, quem prima *ἐμφασις* exhibet, *fulgor* verò, qui in suspectu vel despectu, luce aliter & aliter accepta, variè nunc igne, nunc sole, nunc inclinatione excitatur & radiat. V. Salmasium *ad Solinum pag. 91.*

Syssitiæ, in *Nov. 6. c. 3 Ne Episcopi ad Principis comitatum accedant, sine* Syssiticis *literis*: i. *commendatitiis*, dictæ sunt, *quas Clericis peregrinantibus ab eorum Ordinariis concedi solent*, uti legimus apud Domin. Macrum *in Hierolex.* Græcè *συσσιτικὰ*, Paulus 2. Cor. *c. 3. v. 1.* Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν ; Εἰ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; ad quem locum V. Bezam, Grotium, Alios, ut & suprà in voce *Commendatitiæ*: plura verò hanc in rem apud Cl. Suicerum *Thesaur. Eccl.* in voce Σύσσιτος, quæ inter alia quartam quoque in Ecclesia olim stationem Pœnitentium, qui *Consistentes* Latinis dicti, notat, item voce Συνταξις.

Syzygiæ, Gr. Συζυγιαὶ, Lat. *Disquisitores*, Hebr. *Darschan*, post sapientes & Scribas, memorati Apostolo 1. Cor. 1. v. 20. dicebantur apud Judæos, qui Allegoriis intenti, Biblici textus mysticum sensum eruebant; unde ipsi *Darschan*, & expositio illorum *Midrasch*, ac Schola *Beithhammidrasch* appellata. Profundissimi scripturæ interpretes habebantur: quæ causa, quòd verba Davidis Psal. 84. 7. *Qui pergunt ab acie ad aciem*, vulgò exponantur, *à templo ad Beth Hammidrasch*, hoc est, à schola inferiori ad superiorem. Sapientes contrà, quorum meminit Paulus, Traditiones docebant, Scripturæ verò literam urgebant. Dicti autem Συζυγιαὶ sunt Apostolo, quia dum illi solas Allegorias sectati, fabulosis expositionibus sæpe textum involverent, *Cyrinus* inde & disquisitiones quamplurimas oriri necesse fuit erat, unde iterum alibi de illis Apostolus verba faciens, Timotheum monet, ab hoc Scripturas interpretandi modo sibi cavere, 1. Tim. 4. v. 7. &c. V. Thomam Godvynum *de Ritibus Hebr. l. 1. c. 6.*

FINIS TOMI II.

T.

Tadde: litera Senatusconsultis olim subscribi solita: Val. Maximus *lib. 2. cap. 2. n. 7.* Idem Iteratio ani, per Θ & H. in urnam conjectas literas, in judicio capitis, condemnabant: per T. & H. abjiciebantur. Eadem nonnulli, in nomine Attia multetur, per T. superscribes, per Θ. defunctis in acie Tribunos annotari, prodiderunt, V. Alex ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 3. c. 5.* Contrà apud Anglos, in palma manus sinistræ sub pollice, suribus inuritur littera T. quòd fur in ea lingua *Theef* dicitur, insuturi autore Henrico VII. uti discimus ex Polydoro *Angl. Hist. l. 26 &c.*

TA.

Taautes, filius Misoris, ut habet Sanchoniathon, apud Eusebium *Præpar. Evangelicæ lib. 1.* artem scribendi reperit, primusque rerum gestarum Commentarios reliquit: ac Ægyptiis quidem Θωθ, vel potius Θωθ, Alexandrinis autem Θωθ, Gr. Ἑρμῆς dictus est. Ejus nomine extitere olim *versus ab Aegyptiis Regibus gestarum* commentarii, qui ob beneficia divino nonore colenturi: iisque aperte omnia narrabantur. Sed Sacerdotibus furius visum, sirebus gestis allegoricus tribueretur sensus: quod proin reprehendit in illis Philo Byblicus, fic tenebras hilitori. cæ veritati offusas, quelius, commendatque contrà Sanchuniathonem Berytium, qui ad vetustissimos Ammunæi Templi libros admissus, refectis fabulis, omnia uti gesta prodiderit. Alterius ejus operis meminit ex eodem Sanchoniathone Eusebius *l. cit. cap. 7. Hæc inlibris Taauti de origine Mundi conscripta reperimus*: additque, *Theologiæ ejus mysteria* non nisi per allegorias tradita, primùm à Surmobilo & Thurrone, in lucem fuisse producta. Phœnicium fuisse, & primum omnium Deotum, Ægyptiis *Thoth*, quod ex Hebr. תהות *Tohm*, ficut תהו ex בהו *Bohu*, qui voce nocłem à Phœnicibus indigitatam docent eruditi, notat Martinius *Lexic. Philol.* Quis autem is proprie fuerit, Deus ne fummus, an homo proprie inventas Artes divinis honoribus excultus, discrepantes enim Auctorum de eo sententiæ sunt; disquirit Georg. Hornius. *Histor. Philos.* variis in locis, *lib.* inprimis 2. c. 12. ubi *Taautis*, seu potius *Thothubi* nomine non verum Deum, cœli terræque conditorem, fed antiquum quidem interim ignotum Numen, à quo omnia, & hinc ipse quoque artes, originem sumferint, cultum fuisse offendit. V. infra in vocibus *Teuth* & *Thoth*, item *Tentates*. Addo filem, cum Mercurio eundem haberi Vossio, *de Idol. lib. 1. cap. 22.*

Tabaxi Insula adde: Dicta à *Tabaxo* herba, quæ ibi magna copia provenit; Olim & *Niceiana*, à Nicotio inventore appellata, quòd primus eam ex India ad nos adduxit, Indis sua lingua *Picielt* vocatam. Fuit autem Nicotius is Lusitanus, qui cùm ornatus folùm gratia *Tabacum* herbam, in hortos suos transtulisset, vis ejus innotuit famulis, hac occasione. Fecerat is sibi per imprudentiam in digito vlnus fulum, quod neglectum & minutis muneris exercitio adeo quæ madore aquæ irritatum, cœpit inflammari: unde lancinatio interior, extùs inflammatio & doloris in partes proximas diffusio tanta, ut febricula universum tandem corripteret corpus. Quare, cùm videret brasiicæ folia, carbonibus aliquantillum ad expellendam frigiditatem fracta, imponi partibus affectis & hæc eas demulceri: folum *Tabaci* dextrà illæsa attere & finitrae laboranti imponit; mirum, continuò virtutem fruticis eximiam videvanc cives, unus adeoque cuire & famari: quod hero relatum, frutici honori, mortalibus usui fuit. Factum id præterito fecolo. Inde in Galliam delata herba, *Medicea*, à Catharina de Medicis, Reginà Matre, nonnen accepit: Hinc in alias Europæ regiones diffusa. Itaque Lusitanis, fed & Anglis debet hoc Europa, è quorum prov. *Virginia* dicta, laudatissimum adfertur. Semen ipargitur in folium fœcundum, quod rigatum, pro more brasiicæ, ptoducit germen bifolium, & propagimen licetæ dicere, quod ex lectulis vulsum agro committatur pingui, ut adolescat: Cùm autem plurimum sitiat, serobem amæ sibi fieri, ut pluviam copiosè ius hauriat & ad radicem fovendam corriver, adeò ut cœlo longùm sicco à cultore po cat fluvialem, putealemve. Hinc fabulanata, *Tabacum* nubes attrahere, pluviam facere cœlum, remorari meſſem: ic. ad Sept. emittet fruter exhalationem & effractis abyssi repagulis remulco attinebit nubes, quæ nostrum obtegant Horizontem, ut cœlum vehementius lachrymetur. Fuit tamen, cùm hæc copinio pervasisset & frutex novus per agrum fecalem sparsus abundaret humido cœlo, meſſe ob id tardiuscula, per flagellationem annonæ, ut pueri ex urbe M. ad Mosellam prorurerent agminatim in agrum iuburbanum, ac *Tabacum* nihil tale metuens crudelissime involarent, apicemque, posterorum spem, à caule non ferro, quod brevissimum supplicium, separarent, fed manibus digitisque revellentes, radicitus extirpatum irent. Actum erat de universa colonia, nisi mites impetu facto sclopetos ad terrorem innocue explosisset, pucrisque pulfis ac fugatis miseras conservasset reliquias. Sed Germania superior acceptum hoc Naturæ arcanum Gallo cuidam ferr, qui in Virginia diutius commoratus, modum eius plantandi & funiculandi probè animadvertit, & rei conficiendæ gnarus, semen cum scientiæ secrario apud amicum *P. Pisæ* depositit, ac peregrè abiens, tractum Rhenanum, maximè ul i Alsatia audit. nihil despecto Mœno inferiori fibi elegit. Ubi conductis agiis, confecit ex foliis aridiusculis chordas digitali crassitie aut minutiores, admisceasque fæces vini & herbarum nonnullas virtutes, tinctorum atramentum tamen ob fal nitri petrolius, fulcà non atrà specie gaudens fitulas Lemnias, porcellanas, figlinas fubacti crem obductas, paravit, quæ capitolii iustissimo labro preferrent, ad *Tabacum* excipiendum, dum lanteulis quid-m, edminutissimè concisum & nonnihil tostum, unde admoto igni arderet & fumum, per fistulam sequispithamam, attrahenti ori permitteret; fumus autem per guttur nullus defcenderet, ne arteriis infestior pervaso ventriculo intestinorum fæces uno ictu relolveret alyumque cito ciciis de jceret nullo ad compositionem corpori indulto tempore. Tantus vindictæ ardor & raptus. Verùm fubtilior pars fumi tenuat cerebrum, quod Natura homini frigidiffimum fecit, & humores superfluos præcipitat in linguam, unde spuri copia & neceffitas, cum crassior pars fumi femihante labello in aërem remittitur: quemadmodum omnis digestio, omnis cribratio & filtratio purum ab impuro feparat. Porrò, redigitur quoque solium chordarum in pulverem, cui filium convallium & aliæ herbæ acrioris virtutis admixtæ, ad concitandam fternutationem, fi ex fuperficie convexæ manutant. Illis nariæ attrahatur ad vestibulum fyncipitis, egregio cerebri evacuandi & extergendi remedio: Ajunt tamen, nimio usu illud exiccari, instar pyti in fornace, etiam fuligine admissa. Nunquam verò satis laudari potest vel cineris virtus, qui in vulnus sparsus modet quidem fed à putredine abstinet fanationis fidissimus minister: etiam inveteratis & ferpentibus fistulis feliciter adhibitus. Et fistulit *Tabacum*, in prædictis Germaniæ locis nasci solitum Virginiaquod, ifedierim, juris & inde fuisse. Germaniam descendit ut non nisi, ad summam laudem, compagine & figmo exorico ovato usqui, f

Tabanus, Varroni à *tabo*, quòd corpore *tabeat*, i. gracilis sit, Græcè μυῶψ, a plerisque Scriptoribus, cum asilo, quem ὄιστρον Græci appellant, confunditur Inter quos Plinius *lib.11.c.28. Quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sed tabanum duci platet.* Et *Sect. 29. Tabanis, asilisque, quos Græcum est, Latina desunt, vulgò* tabanus *vocavius, ostrum autem Graecum est, Latina asilus*, vulgò tabanus *vocatur.* Inprimis Poetæ passim hæc duo promiscuè fumunt: at aliter sentiunt, qui scribunt accuratiùs. V. Aristot. *Hist. l. 1. cap. 5 & lib. 4. cap. 4 & 7. & 8. cap. 11.* Nempe asilus ex latis animalculis nascitur, quæ feruntur supet armos; unde est, quòd circa armos plurimi sunt: At tabani ex ligno originem habent. Idem *l. 5. c. 19.* Dein asilus mole & aculeo, *tabanus* bombo superior est, Ælianus *Hist. l. 6. c. 38.* Porrò asilus solis bobus, equis & camelis, *tabanus* etiam aliis animalibus infestus est. Quippe etiam ex antiquum genere chelydrum invadit, uti docet Nicander *Theriacon vers. 416.* Bobus tamen tam asilum, quàm tabanum, esse maximè infestos, clamant Poetæ omnes. Unde βοηβόλαιος μύωψ, *boves vexans tabanus*, Tryphiodoro *in Ilii excidio versu* 348. Et quidem ὠκὺς πάταξον, *fubter ilia*, ut ait Q. Smyrnæus *lib. 11. vers. 207.* Eu, quod idem βοηβόλον ἀφυκτὸν, *bovinis ilibus*, uti Oppianus *Halieut. lib. 2. versu* 541. boves uterque pungit, quia hæ partes, utpote molliores, eorum aculeis magis sunt exime patent. Plutarchus verò & aures ingredi ait *lib. de Discrim. adul. & amici.* Sed quocunque loco id fiat, certum est boves hoc vulnere ita affici, ut non amplius sint compotes, &, omni jugo excusso, in devia ferantur, tanquam rabie pereiti; uti apud Poetas passim videre est. V. hanc in rem plura, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. lib. IV. cap. 14.*

Tabara, nomen illustris in Hispania Familiæ, quæ Pimentellia Ripris ramus est. Ea quidem in hac Alfonsi Com. Benaventani fili minor natu Petrus Dn. de *Villafofita*, ex filio cognomine, Agnetis Henriciæ matrito, avus extitit Bernardini I. Pimentellii, March. de *Tabara*; qui ex Constantina de *Baçan* fuscepit Petrum, maritum Leonoræ Henriciæ, & ex ea patrem Bernardini II. quo & Joannis Toletani (nepte, ex patre Garsia Petri Toletani Proregis Neapol. defuncti A. C. 1553.) genitus Antonius Pimentellius March. de *Tabara*, iunxit filii Ilabellam de *Moscoso Osorio*, atque ex ea genuit Henricum Pimentellium, Joannam tuk. Francisci de *Mello* March. de *Ferreira* Com. de *Tentugal*, qui obiit A. C. 1645.) Lupum, Leonoram, Bernardinum &c. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Eur. Part. II. pag. 102.* de *Arte Heraldi. Tom. II* & suprà, ubi de *Pimentellia Famil.*

Tabardum, in Statutis Hospitalis S. Juliani in *Addit.* ad *Matth. Paris. p. 164. Fratres Sacerdotes dicti Hospitalis tunica, superpellicea, tabardo & capucio nigri coloris — vestiuntur.* alibi *Tabardus*, item *Tabulatus*, Italis Tabarro, Hispanis *Tavardo*, Anglis *Tabar* & *Tabard*, Boxhornio in *Lex. Cambro-Brit. tunica est longa, clamys, toga.* In Concilio Budensi *A. C. 1279. c. 2. manucllus rotundus*, Macro in *Hierod. pallium usuale.* Quo sensu ταβαρδιον dixit Nicetas in *Manuele lib. 4. num. 2.* V. quoque Codinum *de Officiis cap. 3. num. 4.* Ea voce in præsio. signi olim loco, ufos Scotos, habebat Henr. Knyghton A. C. 1295. *Dederunt ipsi signum inter se, juxta suos mutuò cognoscerent in congressu cum Anglicis, ut Scotus diceret Anglico* Tabart, *aiter respondens Scotus*, & è converso &c. V. Car. du Fresne *Gloss.* &c. & Dominicum Macrum in *Hierolexico.*

Tabella, olim chartæ loco. Postquam enim literæ, quæ priùs sculpebantur, pingi cœpere; materiem, in qua illæ pingerentur, initiò arbores, hinc quadrupedia, postea & lintea præbuere. Et quidem ex arboribus huic rei primùm folia inservierunt, postea libri, five interior corticis tunica, postremò & tabulæ seu *tabellæ* dolabratæ: quibus Græci ac Romani usi sunt. Hieronymus *l. 1. Epist. 1. ad Nitiam: Antè chartæ aut membranarum usum, aut in dealbatis ligni codicillis, aut in corticibus arborum mutuò Epistolarum alloquia missitabant: unde & poetarum exarum tabellarios & scriptores à libris horum librarios vocavere.* Festus, Tabellis, *prochariis utebantur, quibus utro citroque, sive privatim, sive publicè opus erat, certiores absentes faciebant.* Symmachus *lib. 4. c. 28. Millem scribere Aborigini more dictionem salutis aeternæ ligno aut corticibus.* V. Juli. Lipsium *Institi. Epist. c. 1.* Erant autem forma triangulari, uti docet Eustathius ad *Dionys. Διλτευ πνῶμαι πρὸ τοῦ γραμμάτων ἐχρωντο ἐγχαιρίσαι τὰ τῶν πτίνεων, καθὸ καὶ τὰ τῶν πτώων ἴασι ; ὅτιμεν δὲ ἀλλοι οἱ βίβλοι λέγονται, διὰ τὸ πολλὰς χάρτας — καθὸ τὰ πτῶια. Λέγ τὰ τὸ πολλοὶ τῶν ἐν πτῶια πονικοὶ τὰ γράμματα ἐντυπῶν.* E quibus, è buxo plerumq; contitisse patet. Sub. Meurfius *Comm. in Lycophronem, vers.*

Σφραγῖδα δέλτου δακτύλου ἐξαιρέσας.

Duplicis verò generis erant, *Schedæ* & *Tabellæ ceratæ*, quarum illæ fuere *Tabellæ nudæ*, five non inductæ cerâ, Plinius *l. 13. c. 11. Privata monumenta linteis confici aut schedis*: eæque, cùm simplices, craffiores erant, ut è quibus pueri discerent. Plautus *Bacch. Sc. Nunc experiar.*

Exemplo puer Padagogo tabulâ dirumpit caput.

Quod tenuis *tabella* non potuisset. Sin plures jungi opus foret, fecabantur in tenues lamiuas, uti difcimus ex Martiali *l. 14. lemm. Citrei pugillares,*

Scissa nisi in tenues effimus ligna Tabellas.

Præterea dolabantur, ſicut dictum, ut facilius in iis ſcriberetur. Iſidorus *lib. 6. c. 8. Ante usum chartæ & membranarum, in dolatis ex ligno codicillis scribebatur.* De iisdem Cassiodorus *l. 11. Erat indevorum, fatear, dictus formulas committere tabulis impolitis, & in veteruosis vanualibus imprimere, quod sensualis poterat elegantia reprehendere.* Dicti autem *codices* & *codicilli*, quia ex *candice*: Similiter libros Dani *leger* appellant, quia res geſtas in fagis conſecrarent, Ol. VVormius in *Fastis Danicis lib. 1. c. 6.* Ceratæ *Tabellæ* reliquæ vocabantur, quòd eſſent cruſtâ ceræ illitæ. Unde A. Gellius, *Pugillaria nova nondum etiam cerâ illita.* Polyenus *l. 2.* Δικαιόχρ ἐν τῶν Σπαρτιατῶν ἀφ' ἑ ἔξεμε ἐγγυητὰ ἐς τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπιτολὴν γράψαι ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, καὶ τὸ ἀγγεῖον ὃ ἐπιστολὴ ἐκομίζετο, *Dicæochrates Spartiatarum ad se exegit sponsiones ad magistratum scribere in epistolis, & in veteruosis tabulis imprimere, quod sensualis poterat eloquent

ire, atque in earum unam *Tabellas*, sententiam continentes conjicere iuberet, *animere seu dimittere Judices in consilium* dicitur eit. Idem *lib. 9. cap. 21.* V. quoque supra, ubi de *Suffragiis*. & hic paulo post. Plura vero de *Tabellis* Vett. variis generis supra in vocibus *Diploma, Diptycha, Pitta ium, Polypycha* &c. ut-de Tabella *Pythagoræ*, ubi de *Scribus*.

Tabellariæ Leges, quando & à quibus latæ?

Gabinia, cujus Auctor A Gabinius Trib. Pl. Cn. Calpurnio Pisone, M. Poppiliol.Lenate Coss. anno U. C. 614. *ni Comitiis, quibus Magistratus creabantur, Populus non voce, sed per tabellam, suffragium ferret.*

Cassia non Judicum tantùm, in Judiciis, sed etiam Populi in Comitiis, verùm in Tributis tantùm, quibus de multis judicaretur : suffragia similiter libera esse voluit anno Urb. Cond 616.

Papiria, idem in Legibus faciendum esse, instit, lata à C. Papirio Carbone Tribuno Pl. P. Pollio Lænate, P. Rupilio Coss. anno 621. Ut in judendis aut verandis Legibus, Populus tabellâ fustragium ferret.

Coelia, à Cælio Trib. Pl. rogata, Q. Cæcilio Metello Balearico, T. Quinctio Flaminio Coss. anno 635 etiam in Perduellionis crimine, *tabella* sententiam ferri justit.

Tabellarii, portitores olim dicti literarum. quas in *Tabellis* è ligno, buxo an citro, dedolatis, exarari consuevisse, divinus: memorantur Petronio, *Anus enim ipsa inter adversiores diutius injungitur, ut ignota qualibet sensibus, & fortuitam personæ fidem in limine, ni* Tabellarius *Trimalchionis interroquis vehiculis dives.* Ciceroni item *lib. 9. Famil. Epist. 15. Duabus istis Epistolis respondebo; unâ quam triduo ante acceperam à Zetho; altera, quam attulerat Ubiensis Tabellarius.* Ubi Zethi nomen ex Æilii Cæsaris instituto, Cursori non potest non convenire : Illum enim Spartianus refert, *Cursoribus suis, exemplo Cupidinum, alas frequenter adpositis, eosque ventorum nominibus sæpius vocitasse &c.* Ad quam normam, *Curronius* ille, cujus meminit D. Hieronymus *Epist. ad Marcellam*, nomen sine dubio nactus est. *Tabellarii* viz. laus est. cursus & festinatio, Laur Pignorius *Comm. de Servis*, V. quoque supra ubi de *Cursoribus*: Item in voce *Mazyes*. Pontium *Tabellariorum* mentionem fervat vetus lapis *Viam. fieri. ab. Regio. ad. Capuam. & in. ea. via pontes. omnes. miliarios. tabellariosque. positos*. Ubi Gualterus *Pontes mi'iarios* interpretatur, columellas numero milliarium infignitas ; *Tabellarios* lapides, minori, quàm milliaria, intervallo distantes, politosque, ut illis adnotandi commodius equis insilirent. Sed, *quis non miretur*, verba sunt Grondvii, *pontes esse columnas, & tabellas lapides? Quid vetat autem intelligere, & tabellis suo asseribus, pomet milepedum longissimæ : Pontibus autem, propter vias interruptas, opus est.* V. eum *de Pecunia Vet. lib. 1. c. 3.*

Tabellio seu à *Tabulis*, ex eadem origine, unde *Tabellarius*, idem olim qui Exceptor fuit & Scriba publicus. Porrò exceptores Actuarium erant, five Notarium qui munere aliquando functi sunt Genesius & Cassianus, clarissimi Martyres, quorum ille Exceptoris officio fungens, cùm impia edicta, quibus Christiani puniri jubebantur, nollet excipere &, projectis in publicum *tabulis*, se Christianum esse fateretur, comprehensus atque decollatus est ; Alter, execrabile ducens, Christianorum defervire neci, fub Christianæ fidei confessione, triumphum similiter Martyrii meruit. Et hinc, quod eccinit Juvenalis, *Sat. 7. v. 104.*

Quis dabis Historico, quantum daret acta legenti?

Ubi Glossæ vett. *acta legenti, Exceptori.* Sic *Tabularii*, quos Arcadius & Honorius AA *l. 5. C. Th. de Tabul. Logogr. & Cens.* fervitutibus obnoxios esse voluerunt, rationes publicas tractabant ; hinc aliquando *computare* dicti, unde *Numerarios* quoque & *Calculatores*. A *Tabulis* verò denominati videntur, cà propriè ratione, quâ *Tabularium*, quod Italis, fimnentibus à Græcis mutuum, *Archivum* est. Ovidius eleganter *Metamorph. lib. 13.*

—— —— *Intres licèt ipsa fororum*
Tecta trium: cernes illic molimine vasto
Ex ære & solido rerum Tabularia *ferro.*

Nec malè Marcianus Capella *lib. 1. Clotho verò, Lachesis Atroposque, quoniam sententias Jovis orthographæ studio veritatis excipiunt, nipote Libvariæ Superiùm Archivis, custodes, cùm Senatum Curiamque convocabit ipsum Tonantem rumvis indictifori publici cervicosa, Magistratus in acta, celeberrimique consultum, stylos acuunt, cerasique componunt.* Alii ab his *Tabularii* publicis fuerunt illi, qui Palatini Ministerii portio erant non contemnenda. Hî cùm complures essent, ut hic paulo infrà videbitur. fanè non paucos habuerunt Adjutores, tum ut moli negotiorum pares omnino essent, tum ut Cæsarum Majestas ex hoc quoque capite diceseeret. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*. De *Tabellionibus* verò, qui, cùm antè Romani in faciendis omnibus paulo majoris momenti contractibus, itemque in scribendis testamentis, ad juris peritos adiissent, postea has partes sibi vindicarunt, à quibus proin juris peritia exigitur, Suidam in Ταβελλίωνι, & Ff. Catalbonum *ad Suetonii Neronem c. 33.* adde Jo. Meursium *Glossar*

Tabularii Palatini varii, in vet. marmore.

Tabularii Augustorum vel Augustarum.
Cypri.
Ffici Alexandrini.
à Muneribus.
Tabularii provinciarum, Cy-
Tabularius villæ Tiburtis &c.
pri, Piceni, Lusitaniæ, Vettoniæ. Rationis Ffici. Haeredit. XX. Hæreditatum Patrimonii, seu à Patrimonio.
Tabularii rationis à Vehiculis.
Vestiariæ.

Taberna, quid olim fuerit, docet Gallodorus in *Psammum 14. Majores nostri* Tabernas *domos appella verunt pauperum, & quod ibi habitabant, & cænabant; Sicut antiquis nostri temporibus factum est ex duobus nominibus unum traditur factum ejse vocabulum, scilicet* Tabernaculum. Hinc in genere sic dictum omne ædificium popularis usus, ex eo quòd *tabulis* claudatur. Unde *Tabernacula* & *Consubernales* appellantur, *l. 183. & seq. ff. de verb. signif.* Isidoro *Etymologic. l. 15. c. 2. Taberna olim vocabantur ædicula parvæ & simplices in vicis, axibus & tabulis clausæ. Unde & Tabernariæ, quòd pleraq; confutere. Dicta autem Taberna, quòd ex tabulis ligneis, erant constructæ.* Postea verò sic dici consuevisse, ubi merces venales exhibentur. Ut *Taberna cafearia, l. 8. §. script. ff. de serv. rind. Et Taberna ferraria, l. 13. ff. de instr. & instrum. leg.* Sic *Taberna negotiatoria & Purpuraria*, mendo, *l. 2. ff. de Institor. Act. l. 91. §. pater ff. de legat. 3* & c. V. hic infrà *Tabernas* quoque ad *merces & negotiationes* adhiberi, dicitur *l. 27. §. 1. ff. de minor.* Hinc *Tabernam exercere, l. 13 §. uls. ff. de Institor. act.* quod qui faciebat *Tabernarius* dictus est, *l. 57. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 5. ff. de Institor. act.* qui alibi *Taberna præpositus*, *l. 3. l. 19. §. 1. ff. Tabernæ. & l. 8. ff. de Institor. act.* Item *Institor* vocatus. *Institor enim is est, qui* Tabernæ *locove ad emendum vendendumve præponitur*, Paulo teste & Ulpiano *l. 18. & 3. ff. de Instit. Act.* In *Tabernis* hisce, canis videtur fuisse custodiæ gratiâ: ut literum docet Paulus IC. *l. 2. §. 1. ff si quadr. paup. fec. dic. Si quis aliquem evitare, Magistratum forte, in* Tabernam *proximam se immittet, ibique à cane, vel taxat fuisse, non sine magi catus nomine quidam putarit. At si canes fuisse, constat. Illud* fanè observarum, in *Tabernis* quandoque fuisse adfixos titulos, qui cum aliquo servo prohibetent negotium geri. *l. 47. ff. de pact.* Operam horum Institorum ftarariam & fedentariam fuisse, ut ideo veltis non fuccingerent, diffimus à Vertumno, apud Propertium *l. 4. Eleg. 2.* ubi is ita de fe ,

& ibi,
Mundus, demissis Institor in umicis, &c.

Laur. Pignorius *Comm. de Servis*. Pergò, quales in Græcia *Λέσχαι*, tales Romæ quoque *Tabernæ*. Erat autem *Λέσχη*, locus confabulationibus destinatus, isque vel pauperum vel divitum Pauperum, in omnibus Fabrorum officinis, ad quas hyemamximè ad calefaciendum conveniebant & confabulabantur, de quibus V. Homerum *passim*, Hesiodum *lib. 2.* Antiphontem *Orat. ad Nicoct.* & supra in voce *Lescha*. At aliæ divitum erant, nempe in partibus domus secretioribus, ubi similiter hyemabant, ad accessum ignem, *Θερμαστρον* dictum, ut ait Etymologici auctor. Sed quod magis huc facit, *Λέσχαι* quoque olim vocabantur loca aprica, in quæ commentandi causâ conveniebant philosophi. Unde Hierocles *Philof. lib. 1.* ait *λέσχας* dictas fuisse cathedras & conventicula, in quibus de Sapientia disputationes habebantur: Æque proin Lelchæ Apollini sacratæ erant, V. Harpocrationem, Scholiomen, Phurnutum *de Nat. Deor.* & Bon. Vulcanium *ad Callimachum*. Tales itaque & *Tabernæ* Romæ, quæ ad pilas stæ. Horatius.

Nulla Taberna *meos habeat, neque pila libellos.*

Catullus, *Satax* Taberna, *vorsque conubernales,*
A pileatis nonâ fratribus pila, &c.

Sed & *Tabernas καπηλεῖα καὶ πανδοχεῖα* Suidas interpretatur: quas *Tabernas cauponias* vocat JC. *l. 43. pr. ff. de rit. nupt.* Unde *Tabernæ & Popinæ* conjunguntur, *l. 41. §. 8. ff. de legat. 1.* & talem Phædrus forte intelligit *lib. 4. fab.*

Cùm victi mures mysteriarum exercitu,
(Historia quorum in Tabernis *pingitur)*
Fugerent, &c.

Et quidem medii ævi Scriptores *Tabernas* tantùm de vinariis dicere, quod Galli in lingua ftatuerient: cùm Vett. *Instra & ganea* ista loca appellarent Aperiebantur hæ apud Romanos, eadem hora, qui balnea & lupanaria, ad meridiem viz. at in Colonias matutius. ut Salmasius docet *ad Æliodorum Spartiad.* Sed vilissimi tantùm homines inde vinum petebant, reliqui è cella sua, Cic. *in L. Pisonem.* V. quoque Plutarch. *in Timoleonte*, ubi de Dionysio Jun Post amillam tyrannidem, Corinthi in summa tenuitate degente, ut & supra in vocibus *Copa & Cupa*: Plura verò hanc in rem, apud Schefferum de *Pictura cap. 4.* B. Brissonium *de verbor. signif. sub init. L 18.* & Joh. Laurentium JC. *Notis in Phædr.* inprimis de *Tabernis* Romæ à Tarquinio factis, Liv. *l. 1. c. 35.* de claudendi eas in luctu more, eund *l. 3. c. 27.* & c. uti de *Comœdiis Tabernariis*, intra

Tabernæ, quarum Veteres Scriptores meminere.

Argentaria.
Cæsaria.
Cauponia.
Cretaria.
Diversoria.
Fullonia.

Lanionia. Purpurariæ.
Medicinæ exercendæ causâ. Sutrina.
Pelleſuina. Vinaria.
Piſtoria. Unguentaria. &c.

Tabernaculorum Feſtum, Gr. Σκηνοπηγία, Hebr. חג הסכות *Chag Haſſucoth*, unum erat ex tribus anniverſariis Judæorum Feſtis, quod incidens in diem 15. menſis Tiſri, qui primus erat anni civilis, durabat ſeptiduum integrum, quo in Tabernaculis commorabantur. Octavus autem dies, quo illis exibant, ut & primus Feſti, peculiari religione fiebat erat & publicâ panegyri celebrabatur, ac ſimul ſungum ſerotinarum primitiæ offerebantur Deoque gratiæ agebantur pro univerſa meſſe. Exodi *cap.* 23. *verſa* 16. Levitici *cap.* 23. *verſa* 34 - 36. Numeror. *c.* 29. *verſus* 12. Deuteron. *cap.* 16. *verſus* 13 - 15. Agitabatur hoc Feſtum in tuguriolis & umbraculis, à quibus ei nomen, ex frondibus, in ædium fore tectis conſtructis, quæ non in faſtigium ſurgentia, ſed plana & cubantia erant. Quem in uſum deligebantur arbores frondoſæ comarumque ac vivacioris ſuci, quæ virorem ſuum per dies aliquot illibatum ſervare poſſent, Leviticicap. 23. *verſu* 40. *Sumpſis itaque pro vobis ipſo die primo termitibus arborum ſpecioſarum, ſpathis palmarum & ramis arborum denſarum, cum ſalicibus torrentis.* Et Nehemiæ *cap.* 8. *verſu* 16. *Exite in montana & afferte ramos olivearum, & ramos arborum oleaſarum; ramoſque myrti & ſpathas palmarum, cum ramis arborum denſarum.* Quibus in locis 4. arborum genera indifinctur, Citrus, Palma, Myrtus & Salix Torrentis, docente Godvvyno. E'quibus omnibus faſciculum quolibet manu attuliſſe unumquemque Iſraelitarum, ſub pœna jejunii illo die tolerandi, faſciculumque illum *Hoſanna* dictum, tradunt Rabbini. Quò pertinet id, quod legimus Matthæi *cap.* 21 *v.* 8. & 9. *Alii vero cædebant ramos ex arboribus & ſternebant in via. Porro turba quæ præibat, & quæ ſequebatur, clamabat dicens; Hoſanna filio David.* Alii *Hoſanna*, ſacrum fuiſſe carmen vo unt, quod univerſus populus quotidie in cœtus ac conciones prodiens, ramoſque palmarum præferentes ac feſtum in modum agitantes, ſoliti fuerint inclamare. Quod cùm ſolennius & crebrius facerent die octavo ſeu ultimo, ille *Hoſanna Rabbia* appellabatur. Unde occaſio nata Plutarcho, comparandi Feſtum hoc ſacrum cum Liberalibus, in quibus Bacchæ huc illuc diſcurrebant, geſtantes haſtas hederâ circundatas: *thyrſos*. hocque ipſum Feſtum Σκηνοπηγίας propterea vocari: hederabat enim multos illa, thenienſium feſtivitas, quam *Εἰσαγώγια* dixere. Eadem de cauſa, ipſi etiam hujus Feſti dies *Hoſannoth* dicti fuit. Porrò ſingulis diebus Sacrificia offerebantur, de quibus prolixè agitur Numerorum *c.* 29. *v.* 13, 34. unde hoc tantùm notamus, quòd, cùm ſingulis diebus ejusdem generis ſacrificia peragerentur, in eo tamen diſcrimen eſſet, quòd numerus quotidie minueretur. Die enim 1ſ. menſis, & primo Feſti *juvenci laborum, terni deni*, ſecundo *duodeni*, tertio *undeni* & ſic conſequenter offerri ſolebant, usque ad diem ſeptimum ſeu ultimum, quo *ſeptemdecim* mactabantur: cujus rei rationem V. apud Hoſpinianum *de orig. hujus Feſti*. Cauſa Feſti, ut in reliquis, partim veterum fuit beneficiorum commemoratio, partim futurorum adumbratio. Ita enim Iſraelitæ errorum ſuorum in deſerto totque annorum ſubNube, tanquam *Tabernaculo*, atque in tentoriis actorum, recordabantur, Levitic. 23. 43. Deoq; pro illis finitis gratias agebant. Simul publicas gratesexternit Deo, ob collectas atque recenditas omne genus fruges Unde Pſalmos Ilos, qui הללויה *pro vocularius* appellantur, in hoc Feſtum compoſitos eſſe, docent nonnulli. Sed & altius ſpectare jubebantur Iſraëlitæ: Cùm enim integram hebdomadem in tuguriolis illis habitarent, ſeſe advenas in terra eſſe conſtitebantur, nec ſedes manſuras in eadem, quam tot incolatus ſui tempore identidem fateri, ac à meliores ſedes interim ſuſpi are, monebantur, V. 2. Cor. 5. *v.* 1. 2. Petri *c.* 1. *v.* 13 Cumque Zacharias Proph. *c.* 14. *v.* 16. Feſtum hoc ſub Nov. T. extremis ejus temporibus, ubi Eccleſia tabernaculis illis ecclæ ac ſeculo valedicere Chriſtoque occurrere geſtiet, celebrandum dicat, ad CHRISTUM quoque ſpectat qui *ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, ut loqu tur Johannes Evang. ad Feſtum hoc alludendo *c.* 1. *v.* 14. Addebatur autem huic Feſtivitati & nonus dies, quo Feſtum *Lætitiæ Legis* agebant, quod quamvis à priori diſtinctum eſſet, Nehem. *c.* 8. 18. tamen quia illi proximus, pro eodem utroque ſupra dictum, in voce *Sanctuarium*. Vela, præter mediate ſcquebatur, ei accenſeri ſolebat. Eo de Legis lectionem abſolvebant, rurſusque inchoabant. Eodem, quamvis id alii referant ad diem octavum ſeu ultimum *Feſti Tabernaculorum*, ex inſtituto Haggæi, Zachariæ, aliorumque virorum Synagogæ M. aqua è fonte Siloæ peti, ad Sacerdotes afferri, & in Altare una cum vino, effundi ſolebat, cantante populo illud Eſaiæ *cap.* 12. *verſu* 3. *Hauricis aquas cum gaudio è fontibus Iniqui ſalutis.* Quò aliuſſile videtur Chriſtus Joh. *c.* 7. *v.* 38. ubi hæc aquarum libatione Spiritus S. copiam adumbratam ſuiſſe, docemur; quemadmodum per ramos illos ac frondes, de quibus ſupra. Eccleſiæ fæcunditas ſignificata eſt, V. Joh. *cap.* 15. *verſu* 1, 2 Pſalm. 92. *v.* 13, 14. &c. Nec omittendum, quod Hoſpinianus obſervavit *de Orig. Feſtorum cap.* 7. proximo nempe poſt Feſtum hoc die, Altare ſepties cum palmis in manibus circumire ſolitos, in memoriam Hierichuntis ſeptuplici Populi circuitu expugnatæ, & proin, dieum hunc *Palmarum*, appella tum eſſe: Vel quia palmas gerebant, vel quia in faſciculo, de quo ſuprà, præcipuum frondium genus ex hac arbore eſſet deſumtum. V. quoque Munſterum in *Calend. pag.* 150. qui idem ita Levitici *cap.* 23. præfatum, ait, *Tabernacula* hæc ab Iſraelitis ſub dio fuiſſe extructa, eaque nec veſtibus contecta, nec ita denſe compaginæa, ut radiis Solis plurimæque nonnullæ penetrare. Hic porrò habitaſſe illos pro eo tempore, adeoq; ſupellectilem omnivariam eò detuliſſe, ut ibi cibum capere, commorari & dormire commode poſſent; nec inde exiiſſe, niſi pluviâ ingruente, tum enim, donec illa præteriiſſet, domum ſe recipere fuiſſe ſolitos: Infirmos autem homines, ac ſenio graves ab hoc rigore fuiſſe liberos. Idem temporibus Nehemiæ *Populum jeciſſe Tabernacula, quemque in tecto ſuo aut in atriis ſuis, & in atriis domus Dei: etiam in plateis portæ aquarum & in plateis portæ Ephraim*, tradit ex cap. ejus 8. *verſu* 17. V. præter Auctores ſuprà memoratos, Franc. Burmannum *Synopſ. Theol. Part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. Thom. Godvvynum *de ritibus Hebr. l.* 3. *cap.* 6. &c.

Tabernaculum, locus erat facer, divino juſſu & inſtinctu, à Moſe extructus, in quo Iſraelitæ in deſerto degentes, imò & jam Terrâ S. potiti, usque ad Salomonem Regem, cultu Numinis religioſiſſe defuncti ſunt. Hoc medium ac velut centrum cæterorum olim dictum, *Cujus Divina Majeſtas*, vocatum, circa quod proximè diſpoſiti erant Sacerdotes ac Levitæ, *Tabernaculo* inſervientes; ſupplus tandem tribus XII. Populi circumſtabantur, ut videre eſt Numerorum *c.* 1. *v.* 53. ſic ut extima caſtrorum à *Tabernaculo* milliaris ſpatio diſtarent, quod *Sabbathi* fuiſſe *iter*, colligitur ex Joſuæ *c.* 3. *v.* 4. Structuram *Tabernaculi* hujus, quod *Tabernaculum teſtimonii* dici conſuevit, pluribus *capp.* exequitur Moyſes, Exodi 25. & *ſeqq.* cum totius Univerſi conditum unico coque brevi capite abſolverit. Sic autem dicebatur, ut & porro *Templum conventus*; quia Populus ſe coibat, tum ad cultum publicum, tum ad Deum per Moſen conſulendum, Exodi *c.* 25. *v.* 22. quæ antea in Moſis *tabernaculo*, vel alio peculiari loco peragebantur, Exodi *cap.* 33. *v.* 7. Architectus ipſe fuit Deus, cujus juſſu, ut dictum, exoranatum & juxta formam, ab ipſo in monte oſtenſam, extructum fuit, Exodi *c.* 25. *v.* 40. vocatis ad id opus, ac divinitus inſtructis Beſaleele & Aholiabo, Exodi *c.* 31. *v.* 1. & *c.* 36. *v.* 30, 31. Quod non leviter mirandum, in iſto totalium æmine, qui tam diu non niſi ſervilibus miniſteriis exerciti, recenſque ex Ægyptiorum ergaſtulo educti erant, repertos fuiſſe, qui tantæ artis opus, Dei ædem ac templum, quod una cum Iſraelitis deſertum peregrambularet, tam brevi ſpatio abſolvere potuerint. Struxi enim cœptum eſt menſe *Tiſri* ſeu Septembri *c* quo Feſtum *Tabernaculorum* celebratum ſuiſſe diximus; anno primo exitus, ac ſecundi Martio, intra ſex menſes non totos, perfectum eſt, Exodi *cap.* 40. *v.* 1, 2. Materia erat aurum, argentum, æs, lerici ac lanarum fila, hyacinthina & purpurà ac cocco tinctа, linum Xylinum, capraruin pili, arietum ac meliùm vellera, ac denique cedrorum ligna, Exodi *cap.* 35. *v.* 5—9. Longitudo ejus cubitorum 30. latitudo 12. altitudo 10. comprehendebat: Latera tria 48. cedrinis tabulis in altum porrectis conſtabant, quæ ſingulæ duobus ſtylobatis innitebantur & lignis transverſis conjungebantur. Ad Orientem anteriora ſpectabant, ubi adſitus quinque columnarum ordine aperiebatur: Sanctuarium autem ſuo Occidentem recedebat. Intus totum pretiolis aulæis obvelatum erat, quæ ex pretioſiſſimo lino conſecta & Cherubinorum formis picta, interiorem *Tabernaculi* ambitum incingebant. Exteriùs verò triplici velo erat contectum, quorum primum è capraruin pilis, ſecundum ex arietum, tertium ex meliuin pellibus conſtabat: quæ contra aeris injurias, portiſſe hoc Templum, tuetentur, V. Exodi *c.* 26. Ambiebatur undique *Atrio* ſive porticu, quo Populus ad cultum quotidie convenebat, 100. cubitos longâ, 50. latâ, & 5. altâ: ac in circuitu diſpoſitas habebatyó. columnas, quæ tapetes & pretioſa vela ſuſtinerent. Ingreſſus ad Orientem erat, quem 4. columnę præbebant; quæ oſpanſo velo aperiebantur & claudebantur. Ipſius autem *Tabernaculi* duo erant thalami five cellæ, quorum primum *Sanctum*, alterum *Sanctum Sanctorum* appellabatur, de quo utroque ſupra dictum, in voce *Sanctuarium*. Vela, præter aulæa & tapetes, erant quatuor. Primum, ad ingreſſum Atrii, ad 4. columnas erat appenſum. Exodi *cap.* 27. *verſu* 16. Secundum ante Sanctum extendebatur, ac Sacerdotibus inter quinque columnas deauratas aditum præbebat, Exodi *c.* 26. *v.* 36. Tertium, in interiori *Tabernaculi* parte, Sanctum Sanctorum à priori thalamo ſeparabat, & 4. columnis ſuſpenſum, Pontifici Maper illas quotannis aditum dabat Exodi *c.* 26. *v.* 31. *ac ſeqq. & c.* 36. *verſ.* 35. Super *Tabernaculum*, unde ab omnibus conſpici poſſet, imago ignis, nube incluſa, undique refulgebat, divinæ gloriæ vehiculum ac ſedes &c. Significabat autem illud cum Chriſtum, tum Eccleſiam: Unde *exemplar & umbra rerum cæleſtium* dictur Apoſtolo Hebr. *c.* 8. *v.* 5. V. Franc. Burmannum *loc. cit. c.* 13. In illius locum, ſub Salomone, ſucceſſit Templum, ædes ſtabilis & magnificentiſſimè extructa, typus Eccleſiæ Chriſt.

ac

ac Triumphantis in coelis: quemadmodum *Tabernaculum* imago erat Eccl. Judaicæ, ac ulteriùs Christianæ militantis. Hinc utrùq; coniungens David *Psal. 15. v. 1. Jehova, quis commorabitur in tentorio tuo? quis habitaverit in monte Sanctitatis tuæ?* sub per *Tentorii, Tabernaculum*, per *montem Sanctitatis Jehovæ, Templum* indigitat. Factum est autem Templum, ad *Tabernaculi* omnino formam, constabatque similiter, Atrio Sancto & Sancto Sanctorum: Nisi quòd cùm in *Tabernaculo* unum tantùm esset Atrium, hic varia erant, Atrium vid. Sacerdotum, Atrium Israelis, hocqà Josaphato divisum in Atrium mulierum & virorum; quibus Herodis tempore accessit quartum, pro Gentibus & immundis &c. De *Tabernaculo* Dei Molochi & Remphan, V. Amos *cap. 5. vers. 26.* & Actor. *cap. 7. vers. 43.* uti de *Festi Tabernaculi Testimonii*, & quidem *Avrii*, supra voce *Adarus*, item *Mare Rubrum*: *Sancti*, & *Sancti Sanctorum*, supra voce *Sanctuarium*.

Taberna, locus Hierosolymis, ubi Synedrium M. aliquandiu sedem habuit. V. supra in voce *Jabne*.

Tabernariæ, Comœdiæ dictæ sunt Togatæ, minùs nobiles Prætextatis, in quibus Senatores privati cum Togis introducebantur, ut Scaliger vult *Poetic. lib. 1. cap. 7.* Sed cur loci Senatores togati, cùm gens universa togata esset? subjicit idem: Ultimum genus fuisse, quod spectabat forum negotiorum populorum, cum tunicis tantùm; Eas autem non *Tunicatas* dictas, sed ab habitaculis *Tabernariis*, quòd cum tabernis Scenæ dispone rentur. Verùm, si nullus in illis Togæ usus, cur inter Togatas recensitæ? Anctor *Prolegomenon* Terentii contrà *Tabernarias* pallias fuisse, tradit: *Palliatæ Græcum habitum ferentes, quas nonnulli* Tabernarias *vocant.* Idem tamen paulo antè, si modò unus Anctor est, *Tabernarias* ab humilitate argumenti & ftyli dictas contendit. Sed quòd pallatæ fuerint, fallùm: quis enim ignorat, infimam plebem ac minutum populum in cœnaculis habitasse? Togatæ ergo fuerunt, unde & Diomedes *lib. 3.* Togatas nomen genericum facit, ad *Prætextatas*, fic dictas ab argumenti gravitate & honestate, & *Togatas* in specie fic vocatas seu *Tabernarias*, in quibus Opifices, Institores ac Sellularii qui in *Tabernis* degebant, introducebantur. Octav. Ferrarius de *Re Vestiar. Patav 2. lib. 4. cap. 3.* apud *Salmasium de Usur. Institores, Tabernarii*, præpositura est in Monasteriis, cui incumbit cura *tabernarum* habitalis, seu *tabernagia*, h. e. mulctam, quâ tenentur caupones, qui Statuta Superiorum de tabernis transgrediuntur, exigendi, V. du Fresne *Gloss. Tabis*, prom. Scythicum, Oceano Serico feu Scythico incumbens, apud Melam, de quo V. Salmasium *ad Solinum p. 995.* & *seqq.*

Tablina antiquorum, codicibus & monumentis rerum, in Magistratu gestarum, impleri solita, occurrunt apud Plin. *lib. 36. c. 12.* qualis verò is locus fuerit, V. supra in voce *Tabella*, & infrà *Tabularium*.

Tabovellus, apud mediæ ævi Scriptores, instrumenti Musici species est, de quo V. aliquid supra, in voce *Baudosa*.

Tabula, ab inusitato *taba*, & hoc a Græco τύπω, quòd *tabulata* in ædibus & ulmis planitiem extendebant: de pluribus rebus dicitur, uti ex patre videre est supra, ubi de *Tabellis*. Apud Festum, ubi de igne æterno, si quando defecerat, à Vestalibus reparari solito, *Hic mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousq; exceptum ignem in cavo æneo virgo in ædem ferret*: tabula ergo ἐφόλιος est seu ἐγγύαιος, lignum quadratum felicis materiæ, quod ad excudendum ignè terebrâ perforaban fertè; quod ignitarii genus inventum Mercurio Homerus canit in *Hymno* ejus, V. supra, ubi de Veterum re *ignitaria*. Apud Capitolinum *in Pu*, *Cùm esset longus & sanus, incurvaretur, tilliacis* tabulis *in pectore positis fasciabatur, ut vectus incederet*: vox ide notat, quod πεφῆξ, πεφήσσω & ὑπαπεφηγὸς Hippocrati dicitur. Cujusmodi *tabulæ* in Medicorum libris multiplex docetur usus. Urebantur & fœminæ, ad celandum corporis vitia, quas Alexis Comicus *scytinas* Comicè appellat. Hodie fœminæ furrigendo corpori earum vice ferulas, è balenæ costa, aut ebeno, aut alia materia non rigida nimis, pectori adponunt, Casaubonus *ad l.* Sed & de naufragiis usurpat vocem hanc elegans Fabularum Scriptor Phædrus, *lib. 4. Fab. 21.*

Cæteri tabulam *suam*
Perrigunt, rogantes vitiorum ——

Nempe naufragi, ut etiam ex Juvenali dicimus, ſtipem oſtiatim corrogaturi, in tabula quadà depictum exhibebant naufragii fui casum, commiserationi excitandæ, Joh. Laurentius *Not. ad l.* quemadmodum in Gladiatoriis, aliisque Ludis Vett. Editores *tabulæ* publicè affixâ, in qua ſimulachrum ludorum exprimebatur, hominum deſiderium excitare & frequentiam ſpectaculis conciliare conſuevere. Apud Monaſticæ Rei Scriptores, *tabula ligna* occurrit, cujus percuſſione exceibantur Monachi, *ad quos ipsa ligna vocabat* Palladio *Feſſor. Lauſſiacæ cap. 104.* vel ad faciam Syn axin evocebantur, Matth. Paris *ad A. C. 1196.* vel ad præcandum pro Monacho in extremis agente congebantur, Udalr. *Conſuet. Cluniac. lib. 3. cap. 29.* Eadem pulſabatur, cùm *breve*, uti vocant, *Defunctorum* advenîſſet, Herbertus de *Miracu. lib. 1. cap. 1.* cùm ad laborem convenirendum eſſet, *Liber Ord. S. Victoris Pariſ. MS. c. 5.* cùm licentia item ſoquendi daretur, Udalricus item *lib. 3. c. 8.* Hodieque in Eccleſia Rom. *tabula* hujusmodi percutitur tribus diebus *majoris*, ut appellant, *hebdomadæ*, quibus campanarum ceſſat uſus, Idem *lib. 1. c. 12.* de Græcis V. ſupra in voce *Simandrum*: plura verò de vocis hujus in Eccleſ. Romana uſu, apud C. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *Hierolexico*. Addo ſaltem, *Tabulam* quoque dictam fuiſſe, genus inſtrumenti Muſici, quod in Eccleſia Cantor manibus tenebat, ex Jo. Abrincenſi *de Offic. Eccleſ. pag. 13.* quas *de oſſe* fieri ſolitas, habet Amalarius *de Div. Offic. lib. 3. c. 16.* pluribus verò deſcribit Gaufredus de Vinoſalvo *in Poetria MS.* quæ in Thuanæa Bibliotheca extat, laudatus eidem *Gloſſarii* Auctori &c. In plur. *Tabulæ*, literæ ſunt variî generis, quòd in *tabulis* olim ceratis ſcripti tatum fuerit, uti pluribus vîſum ſupra, in voce *Tabella*; Unde *Tabulæ* publicæ, quas in *Tabulario*, hodie *Archivo*, aſſervabantur: *Tabulæ* accepti & expenſi aliæque compulres, de quibus hic paulo infrà. Imprimis *Tabularum* appellatione Geſſius Chirographa & Syngraphas deſignare videtur, *lib. 14. c. 2.* Ubi tamen Salmaſius, non tantùm Chirographariarias Syngrapharias intelligit, verùm etiam Expenſi *tabulas* & ſcripturam menſæ, quæ in *Tabulas* quoque ab Argentario ſeu Menſario regerebatur, in quibus rationes ſuas perſcribere ſolitus erat. Sic ut, ex ejus ſententia, Geſſius omnes tunc ſolennes debiti, ſi negatur, probandi à creditore modos his duobus verbis *tabulis ſiſtibus*, complexus ſit, omnes nimirum, quos ſpeciatim mox ibid. diduxit & explicat, ſcilicet, ex expenſi lationem, menſæ rationes, chirographi exhibitionem, *Tabularum* obſignationem teſtiumq; interceſſionem, Jac. Oiſelius JC. *Notis in Gell.* Cujusmodi *tabulas*, civium ſubditorumque debita continentes, boni Principes non ſemel exuſſiſſe leguntur. Ut inter alia de Aureliano, Vopiſcus, *Tabulas*, inquit, *publicas ad privatorum ſecuritatem exuri in Foro Trajano ſemel juſſit. Amneſtia etiam ſub eo delictorum* &c. V. ſupra in voce *Suter*; & plura hanc in rem hic paſſim.

Tabulæ varii generis, apud Vett.

tv. Accepti, & Expenſi, erant vel menſtruæ, quas diebantur *Adverſariæ*, quòd *ad verſa* etiam parte ſcriptis impleretur: vel perpetuæ, quæ proprie *Tabulæ Accepti & Expenſi* vocabantur, in quas ex Adverſariis rationes transcribebantur. V. quoque infrà *Expenſi. ß. Anctionariæ*, in quibus Argentarii, quarum rerum auctio futura eſſet, præſcribebant: Mentio earum apud Cicer. *in Catil.* & Quintilianum *lib. 11.* V. Caſaubonum *ad Capitolinum in Pertinace. γ. Chirographariæ*, ſolebant ſcribi propriâ debitoris manu, nullis teſtibus adhibitis neque obſignatæ: undeà Syngrapharius multum diſtabant. Salmaſius *de Uſuris* 10 & 11. *δ. Dati & Expenſi*, inprimis celebres in Foro erant, quas Accuſator à reo poſtulabat in ceriis cauſis, ut reputundis & peculatus: Sic enim de iis Afconius: *Moris fuit, nummi quem, domeſticam rationem ſibi voluus vite ſuæ per dies ſingulos ſcribere, ex qua apparet, quid unquam, de rebuſibus ſuis, quid de arte, ſumore lucroq; fepoſuiſſes quoque die, & quid item ſumptus dominive feciſſes: ſed poſtquam obſignandus literis reorum ex ſua ſcripta, tabulis dominus capit, ad noſtram memoriam tota hæc conſuetudo ceſſavit.* Fuere & *Tabulæ* rationum relatarum, quibus Judices docebantur quæ publicè data & accepta eſſent, Feſtus. ι. *Datales*, quibus dos perſcripta: Hæc dote dictâ ſignabantur, poſtquam ſolemnis ſtipulatio fuiſſet interpoſita, acclamatumque eſt ſponſis, *Feliciter*, & nuptiæ ſic firmabantur; contrà diſſolvebantur, ſi fractis: uti dictum ſupra, ubi de *Repudio*. ζ. *Expenſi* erant, in quibus, qui retinuiam, quam mutuò dabant, numerabant ex arca ſua, nomen illius, cui deferant, perſcribebant unà cum ſumma debiti. Quæ *Tabulæ*, etſi domeſticæ, in judicio prolatæ, fidem tunc faciebant ad debitum probandum. Dicebaturque *Expenſi latio*, quia creditor in tabulis ſuis ſcribebat nomen debitoris, cui expenſam illam crediti ſummam ferebat, quam dediſſet mutuam. Cùm debitum illud recoperat, tunc acceptum in iisdem ferebat: Inde *accepti & expenſi Tabulæ*, hecque mutui contrahendi obligatio erat, quæ olim *nominibus* fieri dicebatur. V. iterum Salmaſium *de M. U. cap. 12.* η. *Legis divinæ*, duæ fuere, quibus Decalogi præcepta ipſe Deus expreſſit, Exodi *c. 31. verſu 18.* Illas Judæi albicantes & ſapphirinas atque ad unius cubiti menſuram longas latasque, craſſitie autem dimidii cubiti fuiſſe tradunt; & alii bis mille annis ante mundum conditum, alii primæ hebdomadæ ferîâ ſextâ exaratas, nuguntur: Scriptura verò *digito Dei* fuiſſe *ſcriptam* refert *loco citato* ac כְּתֻבָה בְּאֶצְבַּע אֱלֹהִים *bine inde*, utraq; facie, peraratas adeoque opiſtographas, Exodi *cap. 32. verſ. 15.* aliter ac Pictores eam exhibent. Quibus à Moſe, ob Populi apoſtaſiam, non ſine divino inſtinctu, confractis, alias ruriis ipſe edolavit, quibus Deus eadem fœderis conditiones inſcripſit, quæ poſtmodum in Arca Teſtimonii fuere repoſitæ. θ. *Legum*, apud Romanos variæ fuerunt: Scripta enim Lege, Legislator bene de Rep. ſentiens antequam eam promulgaret, referebat ad Senatum; dein promulgabat, i. in publico ponebat, ut inſpiceret in *tabula* ſcriptam, qui vellet, inſpectam conſideraret; ſicque, quivis monere eum poſſet, vel de corrigenda, vel de antiquanda Lege. Spatium autem promulgationis trinundinum erat: Poſt certias vero nundinas, Populus convocabatur, & unicuique diribebantur duæ *Tabulæ*, ut dictum in voce *Tabella*. Diremptis dein ſuffragiis, vel de antiquata, vel de accepta Lege cognoſcebatur: Et ſciſam quidem atque accepta, omnes cives jurejurando confirmabant. Quo facto in æs, five æneas *tabulas* Lex incidebatur, quæ publicè interdum pro-

ponebantur, ut oculis civium parerent; interdum verò ad Ærarium deferebantur & fui reconditæ adservabantur. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 9. cap. 2.* De Legibus Solonis & Lycurgi, V. suprà passim, in vocibus, *Axones, Cyrbes, Lex. 1. Mensæ* rationes continentes: Creditoresenim, cum pecuniam, quam ibant crediturum, ex arca sua non numerarent, sed per Argentarium sive Trapezitam suorum nomine id fieri curarent, illa pecunia ex mensa dari dicebatur sive ex mensæ scriptura: Trapezitæ autem in rationes suas referebat, in nomine & mandato Semproni Titio tantam pecuniam numeraſſe: quam si hic inficiaretur, tum ille rationibus mensæ id factum probare potuit, Salmasius *loc. cit. n. Novæ* diebantur, quæ in Foro ſuſpendebantur juſſu Imppin gratiam hominis alicujus obœrati; quibus is contra Creditorum rigorem tutus præſtabatur. Fr. Syly. *in Orat. Cailin.* 2. *Nuptiales*, V. ſuprà. *11. Pactionales*, in quas obligatas pacta referebantur. Meminit earum Cic. *de Orat. lib. 1.* 2. *Tabulæ Patronatus*, vet. Interpreti Juvenalis *Sat.* 10, quam Poëta *paginam honorum* vocat, *area eſt pagina, quæ ante imagines parvitorum ſtans omnes eorum gradus honorum ſcriptos continet.* Effigies enim majorum, cum titulis ſuis, in prima ædium parte poni conſueviſſe, notum. Quo exemplo, & in Provincialium artiis, Præſidum benemerentium, & Imppp. imagines, cum titulis poſitæ ſunt. Idemque clientes ſuis patronis fecere, qui cum ſtatuas hujuſmodi illis dederent, in tabulis merita eorum honores ac Magiſtratus geſtos deſcribere ſunt ſoliti, uti paſſim diſcimus ex vett. *Inſcript.* 2. *Publicæ*, in quibus ſcribebantur, quæ ad Remp. pertinerent; adſervabantur in Ærario. De iis ſic Seneca *de brev. vitæ lib. c. 13. Plurium tabularum contextus rauſeæ apud Antiquos vocabatur: Unde* publicæ Tabulæ *Codices dicuntur.* Hinc *Tabularium* locus, & *Tabularius* is qui publicas iſtiusmodi rationes tractabat. Codic. s vetò rectum, in Magiſtratu geſtorum, in ærario *Tabularium* ſervabat, uti dictum ſuprà. 3. *Rationum* relatarum, quibus Judices docebantur, quæ publicè data acceptaq; eſſent. V. *Feſtum. v. Sponſalitia*, V. ſuprà. 4. *Syngraphariæ*, Syngraphas continebant; Syngraphæ enim in *Tabulis* à Tabellione publico ſcribi & à teſtibus ſubſcribi & obſervari ſolebant: Atque ab utroq; contrahentium, apud amicum vel menſarium aliquem, quorum pubblica erat fides, deponebantur, uti quid convenſum eſſet, ex *Tabulis* dirimi poſſet. Et has, quia obligabantur, longè validiùs, quam Chirographa, debendi reus fidem ſuam obſtringere conſebatur; cum publicam ipſe inſtrumenta eſſent. Salmaſius ſubſcripta. *5. Teſtamenti*, celebres admodum apud Antiquos: Unde *ſcientiam & contra Tabulas bonorum poſſeſſio*, P. Pellitar. *in Orat. pro Cæcinna.* Item, *Hæredes primæ cœræ*, id eſt, *primæ tabulæ*, *& in primo gradu inſtituti.* V plura, ubi de *Teſtamentis*. *7. Privatæ*, ſuffigi ſolebant, non columnis modò, & picturibus Templorum, ſed & thoſis ipſis (eu illigni, ab his, qui vel ſanitatem recuperarant, vel victoriam de hoſtibus reportaverant, vel è naufragio emerſerant. Hinc Templum Epheſinum, *iſtiusmodi Tabulis*, remedia continentibus, quibus quis à morbo liberatus erat, non minùs, quàm ſtructuræ magnificentiâ celebre fuiſſe legitur. Hectoſin ſimiliter *Iliad. 9.* Ajacis arma Apollini vovet: & de *Tabulis* naufragorum diximus paulo antè. V. quoque ſuprà, ubi de *Donariis.*

Tabula Rotunda, adde: Fuit nempe decurſionis aut haſtiludii ſpecies, à certo & definito Militum numero obiri ſolita, qui, priusquam in arenam deſcenderent, vel etiam, poſtquam præliis & velitationibus defuncti eſſent, ad menſam orbicularem una cibum capiebant, ne quod diſcrimen inter Nobiles ex fedis prærogativa, indeq; jurgia ac diſſidia emergerent. Quod vetus Galiorum inſtitutum, quos menſis hujuſmodi rotundis circumſediſſe, armigeris eorum à tergo adſtantibus, Athenæus memorat *lib. 4.* renovatum ab Arthuro Britanniæ R. cujus *Tabula rotunda* in in omnium ore verſatur: at ſublatum à Clemente V. Pontif. quòd cædes aliaque pericula non mediocria inde ſubinde emergerent, ait Car. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque hic paſſim, ubi de *Monomachia*, Torneamentis, nec non in voce *Juſta.*

Tabulæ Luſus, apud Iſidorum *Origin. lib. 18.* in *Epigramm.* vet. *Tabula* ſimpliciter, Græcis recentioribus quoque πύξος, luſus eſt, qui in *tabula* calculis teſſerisque peragebatur, *Aliæ* nominæ πολ λαχῶς inſignitus. *Cujus tabulæ* dixit Satyricus,

nec enim loculis comitantibus itur

Ad caſum tabulæ. *poſita ſed lucitur arca* &c.

Nempe in *Tabula luſoria*, uti hodie apud nos, ſic olim apud Vett. duplex præcipuè ludus ludebatur, *Calculorum*, quos & *Latrunculos*; & *Teſſerarum*, quem proprie *Tabulæ luſum* ſeu *Tabulam* dicebant: Sic quidem, ut alterum *Tabulæ* latus calculis ſeu latrun culis inſerviret, de quibus V. in his vocibus, item infrà in voce *Latrones*: alterum teſſeris, quod lineis vel punctis duodecim deſcriptum diſtinctumque erat, in quibus calculi variè diſponebantur, prout teſſeræ cecidiſſent. Utrumque uſum indicat Martialis *lib. 14. Epigr.* 17. cujus lemma *Tabula Luſoria*,

Hæc mihi biſſeno numerantur teſſera puncto:
Diſſolor hoc genio calculus hoſte perit.

Linea autem illa five puncta, ſcripta etiam Latini vocabant, unde idem Luſus *Duodecim Scriptorum* dictus eſt. Per quæ ſcripta quia committebant calculi, *ſcriptorum tramitem* vocat vetus Epigr. de *Tabula*, ὁδὸν Agathias in *Graco Epigr. vinus* quoque & *gemmæ* alii, unde γραμμὸς, infelix tabulæ luſor, qui ad unum ſe calculum redactus erat, in *Gloſſ.* In hoc enim luſu vincebatur, qui cum paucioribus calculis erat relictus, imò qui omnes ad unum amiſerabat, Artemidorus *lib. 3. cap.* 1. Porro, uti in luſu latunculorum loculi lineis diſtincti, in quibus calculi ſtatuebantur, dicti ſunt *cancelli* & *mandræ* & *ſpiræ*: & Ctiam *in tabulæ luſu* lineæ, per quas currebant calculi, dicebantur *capſi* & *ſepta*, Græcè γραμμαὶ. Certabat autem in ea ars cum fortuna, & fortuna quidem ut teſſeram jactu pendebat, at ars in calculorum diſpoſitione poſita erat: licebat; quod forte malè cecidiſſet id arte corrigere, & teſſeram *jactu* minùs favente calculum tamen bene *dare* ſeu promovere. Imò & aliquando calculum jam datum ſi pœnitentia ſuiſſet, & adverſarius permitteret, in priſtinam ſedem *revocare*, quod ἀναπὸς γάβον Græci dicere. Calculi vero five γράμμασι, quibus in *Tabula* ludebatur, erant rotundi, Græcis propriè πεσσοὶ, unde toti ludo nomen, qui & πεσσεία hinc dicebatur, ſeu πεσσία atque numero triginta, quindecim nigri, quindecim albi. Quem totum luſum, Ægyptiorum, ut videtur, inventum, philoſophiâ multâ refertum fuiſſe, vidimus ſuprà, ubi de *Ægyptiaca Herſiria*. Hujusmodi autem *Tabulæ luſoriæ* formam, ex *Thesauro Antiqq. Inſcriptionum* Gruteri, exhibet Salmaſius *ad Proculum Vopiſci*. Tabula marmorea, longior quàm latior: in cujus centrum partem latitudinis ad longitudinem adjici conſueviſſe, in hujusmodi alveis luſoriis fabricandis, ex Plinio diſcimus, ubi de *Atſis* triumphorum Pompeji M. *transitilis*, inquit, *alveum luſorium cum teſſeris è gemmis auatinis latum pedes tres, longum pedes quatuor.* Inſcriptionem Græcam habet, à Chriſtiano homine ſi fidem habeamq; & cruxem in medio ſingendam curavit, & Chriſti nomen ſcribendum, parùm Chriſtianè. Imò & impiè adjutorem illum futurum dicit ludentibus illum, legibus talitum, honisque monibus contrarium, omnibus olim Chriſtianis inſpermiſſum, poſtea ſolis prohibitum Clericis, *Nov.* 123. Juſtin. Ipſam porrò tabulam quod attinet, eam per partes ac velut per lineas, accurate explicat Salmaſius ubi ſuprà. V. quoque hic paſſim, ubi de *Alea*, *Trivillo*, *Pyrgo*, *Reginula*, *Teſſeris*, *Tricſtraco* &c. Aliud eſt, quam in voce Latini *tabulis ludere*, de Græci πεσσεύειν vocabulo, dicunt. Tum enim per *tabulam* non intelligunt alveum luſorium, ſed vel teſſeras ipſas, vel calculos, quibus in tabula ludebitur. Quam in rem varios πεσσεύειν etiam & ἐμβάλλειν pro teſſeris dixere. Hinc ἔβαλλεν pro clavis aureis purpureisque, quibus veſtes intexi prætexique ſolebant, occurrunt in *Chron.* Alexandrino non ſemel: κύβους etiam Græci vett. dixere, ut Heſychius docet. Sicut *teſſeras* Latini, Plin. *lib. 36. cap. 9.* Anaſtaſius quoq; *tabulas* in *Hormisda* alibique. Sed eum referæ quadrate fuerint, *tabulæ* autem hæ veſtium apud Anaſtaſium ſcribuntur. Videtur hinc ad alterum notionem vocis reſpexiſſe, qui ipſos calculos ſeu orbiculos ligneos vel oſſeos illa (quod hodieque Galli retinent) nocabat. Ita enim in *Leone* III. *Ponifex fecit — tetravela rubea holoſerica alethina, habentia* tabulas ſeu orbiculos de *chryſoclavo* &c. Quam in rem V. plura apud eundem Salmaſium *Not. ad Vopiſcum in Vita Carini*, ut & ſuprà paſſim, ubi de veſtium *Clavis*, *Orbis*, *Plumis*: adde Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Τάβλα*.

Tabulam tenere, de cebatur olim apud Catalanos, Vicarius ſeu Judex, qui. poſt exactum officium, eo in loco, ubi illud exercuerat, ſtatis diebus 30. viz. à Kal. Jan. incipiendo, morabatur, quò de ſe conquerentibus coram alio Juſtice, à Principe delegato, reſponderet. Car. du Freſne, ex Curia Gen. Barcinonenſi Jacobi II. Aragon. R. A. C. 1291. & 1299. *MSS. in Gloſſar.* ubi etiam de *Tabula Cambii*, quam *tenere* dicebantur Mercatri, ſeu Nummularii, quæ inde Græcis τραπεζίτου, ex ejusdem Regis Curia Gen. Catalonize Ilerdæ A. C. 1301. celebrata: de *Tabula Mutuatis*, in Ord. Rom. quam vulgò *Menſam Sanctam* vocant, & de qua idem *in Deſcript. S. Sophiæ num.* 53. pluribus; de *Tabula* porrò alia, non quæ Altari ſuperponitur, ſed ea, quæ ſolida & figuris exornata ipſi Altari prætenditur; de *Tabula Itineraria*, quæ vulgò *Attare portatile*: de *Tabula Officiali*, quæ ſerium miniſtrorum & officialium, qui hebdomadatim publicis functionibus deputantur, in Monaſteriis, continuo in Capitulo ſeu excita ad communem omnium notitiam exponi, legique ſolet, antequam protumpatur communoniatio Sanctorum; de *Tabula Peregrinantium*, in qua illi, quotcies in via quieſcunt, legere tenentur, aliisque, varia habent. De *Tabula Pacis*, ſuprà in hac voce.

Tabularium, dicebatur locus, in quo ſervabantur Acta publica, eratque is Romæ in Atrio Libertatis. Liv. *lib. 23. Cenſores extemplo in Atrium Libertatis ſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſiſq. Tabulario & ſimiſſis publicis ſervis* &c. Nempe, uti in ædibus privatis atria habebant *tablina* & pinacotheas adjunctas, in medio eram ſubdio columnis cinctam, quæ *periſtylium* hinc, aliter *impluvium* appellabatur: Sic atrium Libertatis, quòd fuit in Aventino, & quòd doctiantiquam ad Ærgo conveniebant, ſimilem formam, ſimiliterque *Tabularium* habuit &c. Cæſaboniusq; ad *Augaſtum Suetonii cap.* 29. Idem in Provinciis obtinuit. Jul. Capitolinus de Marco Imp. *Primus juſſit apud præfectos ærarii Saturni inmunemq; civium natos liberos profiteri, intra ſexaginta dies eo*

dien nomine impofos (dicere vult, vetus inventum in melius reformavit) *Per provincias* Tabulariorum *publicorum usum inftituit, apud quos idem de originibus fieret &c.* Ubi *Tabularii* hi fervi erant publici, qui in provinciarum civitatibus *Tabularia*, in quibus Acta publica, fuæ curæ habebant comiffa: unde *in lege* 3. *Cod. De ferv. publ. munun.* quidam, quod *Tabularium* adminiftraffet, ftatus controverfiam patitur. Sed id poftea mutatum, Conftitutione Arcadii & Honorii, qui *Tabularios* non nifi liberos jufferunt ordinari. Diverfi ab iftis *duo* illi *Tabularii* per fingulas provincias conftituti, quorum unus fifcalis arcæ ratiocinia, alter largitionales titulos curaret, de quibus in *Cod. Theodof. lib. 1. tit. 8.* Sed & *Tabularii caftrenfis* mentio, in antiquo Lapide, de quo V. Salmafium ad *Lampridium Alexandro Sev.* Apud recentioris ævi Scriptores, *Tabularii* dicuntur fervi, per *tabulas*, feu *per inftrumenta chirtarum manumiffi*, de quo ritu V. *I. Rivnar. tit. 8. §. 1.* & fupra, ubi de *Manumiffione*. In Eccleſia Rom. *Tabularii* dicuntur, qui *tabulas Officiales* in Monafteriis curant &c. V. quoque fupra paſſim.

Tabulata, in Circo Romano, in quibus ſtantes ſpectabant, *Tabulatos ordines*, *ligneis cuneis*, ut ait Dionyſius Halicarn. *lib.* 3. *feu futeis*, ut Livio vocantur, ſuſtinebantur primitus: faciebatq; ea quisque ſibi tumultuaria opera, & ad ſpectaculi ſolum tempus. Artem aliquam addidit Tarquinius Superbus, & manſura fieri publicâ impensâ curavit. Donec per ambitum Circi portiſcus extruxit Cæſar &c. V. ſupra paſſim, inprimis in voce *Fori*, item *Spectaculum*. Alia erant poſtmodum in medio CPolitano Foro *Tabulata*, de quibus Corippus *de Conſul. Juſtin. Jun. lib.* 4.

Exornatiq; locus & feſta fronde coronant
Parcus quaq; , fuæ : fixis tabulata vivebant
Palmarum ramis, & amice pacis olivæ.

Septa viz. de ligno, gradibus diſtincta, haud ſecus atque in Theatro & Amphitheatro, in quibus populus per ordines diviſus ſtabat, ut exciperet miſſilia, quæ à Principibus & Conſulibus ſpargebantur, nummos ſc. aureos, argenteos, æreos & teſſeras quoque panarias. Ad eadem quotidie manè ventitabat populus κυμαιδηδὸν, h. e. *catamos* vel *teſſeræ ferens*, ut panes acciperet, *gradibus* hinc inde *ſtrophoma* vocat Themiſtius *Orat.* 4. *arcus* quoque idem Corippus *lib. cit.* ubi & ſic de prolixius de illis :

Omnia roboribus ſtermunt loca plana politi,
Conjungunt tabulas & ferri nexibus arctant,
Quæ pondus ſirepitusq; virûm, motuſq; ſaventis
Ferre queant populi: cunctorum terga locorum,
Alternumq; latus concluſis ſcelile lignum,
Undiq; minimon, decuus & intamina præbens,
Diſpoſuere gradus &c.

V. Salmaſium *ad Vopiſcum* in *Vita* Aureliani, & hic paſſim. Apud Scholiaſten Juvenalis *tabulatum* eſt apluiſtre, tabula ſc. affixa in navibus ad ſummitatem puppis, ornamenti gratiâ, interdum ſcuti vel clypei formam referens, è quo pinnæ ac criſtæ, ut in galea, eminebant, quemadmodum videre eſt in nummis M. Antonii & Hadriani, aliisque quamplurimis, & ſupra diximus in voce *Apluſtre*. *Tandem* itidem vocat vetus Apollonii Interpres. V. Salmaſium eundem *ad Solin. pag.* 572. & 573. Alias *tabulata* navium *la cunabula* ſunt ſeu *lectos*, aliter *Fori*, compoſituræ viles ex tabulis junctis, ut cùm de claſſe otiri canit Val. Flaccus *lib.* 8.

——— *vocibus urgent*
Interea, & pedibus puſſantſabulata frementes.

Poſtquam dixiſſet,

Illi antem interquent truncis frondemibus undam:
Quæq, die fuerat rapiſim formata ſub ono,
Et tenuiem dejecta ſuis de monibus arbor,
Haud longe ſtant aquis &c.

De *ponili ſtratu*, ut vocat Vegetius *tabulatum*, quo ſtabuli pavimentum conſterni ſolitum, & hinc voce recentioris Græcæ πατώμα, quam uſurpatum etiam pro quibuslibet tabulatis, etiamſi ad ſpeciem pontis ſtrata non eſſent, ſed ſuſpenſa, verboque inde orto πατωμάσω, pro *pontem ſternere* vel *ponilem ſtratum facere*, diximus itidem ſupra &c.

Tabor, apud Radulfum de Diceto A. C. 1191. *Juxta ſonum illius inſtrumenti, quod Ripatoribus vocatur* Tabur, *ſubito cervella quædam alarum remigio pernicier evolavit:* Sanuto *Tamburlum lib.* 2. *part.* 4. *cap.* 22. hodieque *Tambour* Gallis, ex Arab. *Al-tambur*, tympanum eſt bellicum notiſſimum, à Saracenis excogitatum primitus, qui *voces emittebant terribiles — maximâq; percuſſentes tympana cum baculis retorsis, ad terrendum inimicos*, uti ait Auctor *MS. Hiſtoriæ Excidii Acconis A.* C. 1291. apud C. du Freſne, qui de hoc Saracenico inventum curioſus agit, *Not. ad Joinvillam pag.* 61.

Tacendi in Sacris Ritus, V. ſupra, ubi de *Silentio*.

Tachygraphia, Ars eſt celeriter ſcribendi; quo fine varias ſcripturas humanas curioſitas, pro ſcriptionis compendiis, excogitavit. Apud Romanos certè jam tum in peculiari charactere à Notariis deſudatum fuit, ut verba non perſcriberent, ſed ſignarent, prout Lipſius loquitur *Cent.* 1. *ad Belg. Epiſt.* 27. Et apud Græcos famoſa tria illa triangula in ſe inviem ducta, non obſcurum hujus rei ſpecimen præbent, quæ Antiochus Soter omnibus nummis ſuis inſculpi curavit, quæque vocem ΥΓΙΕΙΑ denotare creduntur, V. ſupra, ubi de *Notis*, *Sigiis*, *Signis* &c. Nunquam autem melius ſe habuit, quàm inter Anglos noſtro tempore, quo prolixas conciones ſeu ſermones facros ea celeritate confignare vifi ſunt, ut verè Martialis illud in eos quadret :

Currat lingua licet, manus eſt velocior illis,
Nondum lingua ſuum dextra,peregit opus.

Deſcribit hanc Artem Jo. Willis *The Schoolmaſter to the Art of Stenography Lond. A. C.* 1647. Thomas item Shelton *Tachygraphy or Shorterwriting Lond.* 1647. & Joh. Wilkins c. 12. *Libri*, cui tit. *Mercury or the ſecret meſſenger* ; nec non Jer. Rich *Tab. maj. manuductionis loco emiſſa*, qui & integrum Pſalterium in minuſſimam formam hac via contraxit & edidit. Principia ejus breviter hæc ſunt: 1. *Ut normam unicè habeat pronuntiationem vocum, non autem ſcriptionem ordinariam.* 2. *Literarium loco ductus ſimpliciſſimos rectos, circulares, ſemicirculares, aut ſectim aut junctos, ſurſum.* 3. *Vocales nullas ponit, ſed omnes ex poſitu literarum judicat.* 4. *Articulos plane omittit.* 5. *Verba auxiliaria, præpoſitiones, conjunctiones, terminationes frequentiores, non ſcribit, ſed ſigna dignoſcit.* 6. *Communioribus quoq; vocabulis & phraſibus ac ſententiis abbreviat, ſignis tantum ſcriptum vice poſitis.* Iidem Angli, an univerſalis ejusmodi character ſperandus ſit, quem unaquæque Gens patriâ linguâ legere & reddere poſſit, non minùs ſolicitè quæſiverunt ; fed ſucceſſus huc usque minùs ex voto reſpondit. Plura hanc in rem V. apud Auctorem Anonymum *Hiſtoriæ Orbis Terr. lib.* 1. *cap.* 9. *ſect.* 3. §. 14.

Tacitum Senatusconſultum, dicebatur apud Romanos, cùm rebus creperis Patres convenientes, non ſolito more in Curiam, ſed in Capitolium, & Jovis Capitolini cellam, remotis ſervis publicis ac ſenſualibus, eò ſe includebant ſolos, & velut in ipſius Jovis oculis, deliberabant, quid facto opus eſſet : uti pluribus videre eſt apud Jul. Capitolinum *in Gordianis*, ubi locus eſt hac de re plane ſingularis, ad quem V. Caſauboni *Notas*, ut & ſupra, ubi de *Senatusconſultis Petit.*

Tacitus Menſis, September dictus eſt à Tacito Imp. quòd eo & natus & factus eſſet Imperator, apud Vopiſcum in Tacito.

Taktika, Gr. Τακτικὰ, aciem inſtruendi Ars; unde *Taktici* Scriptores, qui de ordinibus militaribus literis quædam confignarunt, dicti ſunt. Quantum verò inſit in acie diſponenda inſtruendaque momenti, cùm res ipſa, tum Vegetius docet *lib.* 3. *cap.* 14. Nam *ſi ſapienter*, inquit, *ea diſponitur, plurimum juvat : ſi imperitè, quamvis optimi bellatores, malè diſpoſitione franguntur.* Cujus rei præceptum vix ullum antiquius ac melius illo Homerico eſt, ubi Neſtoris in acie inſtruenda artificium, his verbis deſcribit, *Il.* 8.

Ἵππους μὲν πρῶτα σὺ ἴσταο καὶ ὄχεσφιν
Πεζοὺς δ' ἐξοπίσω κύκα πολλὰ ἰὼ κρίνασ',
Ἔγκυκ' ἴμεν πολέμου, κρατέει δ' ὃς μέσσα ἴλαοσι,
Ὄφρα δ' ὃν ἱππῆων ἕς ἀναγκαίη πολεμίζῃ.
Atq, Equites poſuit cum Curribus, ordine primo :
At Peditum à tergo ſtorem, & robora, belli
Munimen ſeptumq, : ſed in medio agmine vites,
Ignavosq, , uti vel nolentes depugnarent.

Cui ſubſcribens Xenophon *Memorabil. lib.* 3. *pag.* 602. *In bello*, ait, *fortiſſimi quoq, primo ſtatimq, loco ſunt collocandi, peſſimi verò in medio, ut ab illis discantur, ab his impellantur.* Nec è Romanis militiæ Doctoribus ab iſtis diverſus abit Vegetius, qui *lib.* 3. docet, inſtructionis eſſe legem, ut in prima acie milites exercitati veteraniq; collocentur, quos antea *Principes* vocarunt : In his enim, qui & ætate maturiores & ufu confidentiores, præcipuè virtus militaris conſiciitur. Idemque ſextum, h. e. ultimum ordinem, à fortiſſimis item ac ſcutatis, & omni armorum genere munitis bellatoribus, teneri debere monet, quos antiqui *Triarios* vocabant. Idem Germanis in uſu fuiſſe, Tacitus *de eorum mor.* docet, ubi ait, *cap.* 6. §. 6. *Ex omni juventute delectos ante aciem locant.* Et *cap.* 31. §. 4. *Penès fortiſſimos* (Cattorum) *initia pugnarum omnium.* Porrò per gentes & familias acies diſponendas eſſe, monent harum peritiores. Ita enim Onoſander *Strateg. c.* 24. *Eſt prudentis Imperatoris, ordines ita diſponere, ut fratres cum fratribus, amici cum amicis una ſint. Quum enim, qui in ciſcrimine verſatur, proximos ſibi eſſe, à quo diligitur, tunc neceſſariò evenit, amicum pro amici ſalute audacius depugnare. Pudet quippe gratium, benevereri non reſervare.* &c. Hinc Xenophon *Cyripæd. lib.* 2. *non eſſe phalangæ validiorem fabricii, quàm cùm fuerit ex amicis congregata* : & Leo Imp. *Conſtit.* 20. *belli tempore amicos, familiares & cognatos prope inter ſe collocabis*, jubet. Atq; hæc aciei diſponendæ ratio Perſis placuit, apud Curtium *lib.* 4. Britannis Gallisq; apud Tacitum *Annal. lib.* 12. 233. qui idem *Hiſtor. lib.* 4. *c.* 16. ob eandem cauſam, Caninefates, Friſios, Batavos *propriis cuneis*, à Civili, compoſitos fuiſſe, refert. Idem de Germanis ſic, *c.* 7. §. 3. *Quodq; propinquum fortiſſimiſve inciitamentum eſt, non caſus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates.* Quo pertinere videtur & illud, quod Plut. *in Pelopida*, de ſacra Thebanorum cohorte ſcribit, quæ 300. conſtans viris delectis, quòd amoris mutuo nexu jungerentur, ἱερὸν ὀνομαζετο ſuit, cujusque virtus invicta, ad Chæronenſe usque prælium, durabat, teſtradit. Marth. Berneggerus *in Taciti German. Quæſt.* 35. & 49. De Romanorum acie, prolixè agit Vegetius *lib.* 8.

Poly-

Polybius *lib. 6.* & ex utroq; Rosinus *Antiqq Rom. lib.10.c.14.* Scriptores *Tactici* celebriores hic infrà videbis.

Tactici Scriptores, prisci ac recentioris ævi.

Æneas, cognom. *Tacticus*. Aristoteles συγγραφ., ſcripſit Περὶ πρυτα ſeu *de Arte imperatoria*; è quibus ſupereſt Τακτικὸς ἢ Πολιορκητικὸς, *Tacticus & Obſidionalis liber*. Primus autem *Tactica* hæc vulgavit Caſaubonus, qui & Æliani *Tactica*, à ſe emendata & obſervationibus illuſtrata, edere dec. erat.

Cineas Theſſa us, qui Pyrrho à conſiliis fuit, Æneæ *Tactica* in Epitomen redegit. Meminit librorum ejus Cic. *lib. 9. Epiſt. 25.*

Sextus Iulius Frontinus, Vir Conſularis, poſt Stratocleum & Hermiã, ſcripſit de *Tacticis*, quæ Homeri tempora bus obtinebat. Ælianus *Prontonem* vocat: floruit autem ſub Veſpaſiano, usq; ad Trajanum.

Claud. Ælianus, ſub Trajano & Adriano Cæſ imiliter Τακτικὰ ſive *de acie ordinanda* compoſuit: Quem librum Latinè reddiderunt tres hi Theod. Gaza, Franc. Robortellus & Sixt. Arcerius. Voſſius *Hiſt. Gr. lib. 2. c. 11.*

Arrianus Nicomedienſis, ob ſuaviratem ſermonis *Xenophon ipſe dictus*, *Tactica*, ſub eodem Hadriano, compoſuit. Quorum ſuperſunt tria capita, hactenus inedita. Idẽ de *Mathematicis Scientiis cap. 48. & 13.*

Julius Africanus, ſub M. Antonino Elagabalo, & ipſe, inter alia, *Tactica* ſcripſit, quæ MS. adhuc inter ſua cimelia habuit Voſſius.

Pappus, de eadem Arte, ſub Theodoſio M. egit. Idem *de Scientiis Math. c. 16. §. 8.*

Urbicius, ſub Anaſtaſio Imp. hujus juſſu, *Tactica* Græcè literis mandavit. Transtulit verò, quæ Trajanus & Hadrianus hac de Arte ſcripſerunt: ſed ſic, ut non pauca adderet de ſuo. Extant MS. Florentiæ & Mediolani.

Mauritius quoq; Imp. *Tactica* inelaruit, quæ multùm cum Urbicii conveniunt. XII. ejus libb. *de re militari*, meminit Geſnerus.

Leo, filius Baſilii Macedonis & filius ejus Conſtantinus cognominte *Porphyrogennetes*, Impp. *Tactica* quoq; edidere unt: Et quidem illa Leonis Latinè prodierunt A. C. 1554. Baſileæ; Græcè autem primus illa edidit Joh. Meurſius; ut & poſtea *Tactica* Conſtantini.

Æſclepiodotus, *Tactici* etiam innotuit: quæ extant inſibl. Florentina, Regia Pariſ. aliis. Atq; hi omnes fuere ante A. C. 1500. Quibꝰ addere placet, ob ſimil itudinem argumenti, qui *Poliorcetica*, aliaſq; *ad hab. mil.* eſtantia, tradidere.

Æneas Ta ticus, Πολιορκητικῶν ed t., ut diximus, in quo no tam bſeſſis, quàm obſidentibus præcepta dat. Sub das percipe m vocat *de Sirâ τακτικὰ τ, vera enim inſcr. eſt* Σκηνοποιικὰ. ſeu *de Arte Imperatoria*.

Archimedes, inter Mechanices Scriptores principatum meritus. ſine dubio & in hac arte non pauca edidit: cùm Mechanicos ejus libros plures recenſeant Strabo *lib. 2.* & Pappus *Collect. Mathem. lib 8.*

Athenæus *de Machinis bellicis* libb. dedicavit Marcello, à cujus milite Archimedes interemtus eſt.

Heronis Alexandrini, inter alia, & *Poliorcetica* extant. Vberiùs ardinum Baldum, qui *Belopoeicis* ſuis ejus ſcripta ſubjecit.

Diades, Cteſibius, Nymphodorus, Philo Byzantius, Diphilus, Charicles, Polyidus, Pyrrhus Ageſiſtratus, *de Arte Machinali* ſcripſere, quorum & Commentatiis, ut & Archytæ, ſuum confecit M. Vitruvius Pollio.

Jul. Africanus, præter *Tactica* ſuprà memorata ſcripſit περὶ πολεμικῶν παραδοσεων, *Præparationes ſeu fabricas militares*.

Pappus, eodem de argumento egit. ſub Theodoſio M.

Bitonis quoque, in Bibliotheciis variis, ſuperſunt παραγγελματικὴ πολιορκικῶν ὀργάνων, ἢ καθ' ἑκάστων.

Daimachi ſimiliter *Hypommnemata Poliorcetica*, in Bibliotheca Italiæ ſervantur.

Poſidonius Rhodius de *re Militari* Commentarium reliquit.

Baſilius Patricius *Naumachica* ſcripſit.

Vannocius Bicingucius *Pyrotechnium* ſcripſit *libb.* 10. A. C. 1540.

Nicolaus Tartalea, A. C. 1550. multa exaravit ad *Nauticam* & *Artem militarem* ſpectantia &c. V. præfatum Voſſium *de Scientiis Math. cap.* 48. 49. 50.

Tæda, an quaſi δαὰ, quòd eſſet *fax in faſciculum colligata*, an ἐκ δαὸς, *Tædæ* &c. ſit incertum: in uſu prifcis fuit, unde iter fyros, non ſolùm *ad Lychnû, ad funale, ad laternam, Lampadophorûs*, ſed & *Tædigeri* fuere: Inprimis in Nuptiis & Suppliciis. Apud Romanos enim pueros quinque Sponſæ ad domum Mariti cunti prætuliſſe faces, diximus ſuprà, ex Plutarcho *Problem. Rom. c. 20.* quod apud Græcos ipſa Sponſæ mater obire eſt ſolita, Eunip. *in Phœniſſis*. Quas faces *Tædas* communiter vocant Scriptores. Materia illis pinus ut plurimùm. M. Varro *Geronodidact.* & *de vita Pop. Rom. lib. 2. Cùm à nova Nupta ignis in foco adſeretur, de foco ejus fumus, cùm faxes pinu ablata eſſet, ut eam puer ingentus adferat.* Virgilius in *Ciri*.

Pronuba nec caſtos accendit pinus odores.

Ovidius *Faſtorum lib. 2.*

Expoſui puros pinea Tæda Deos.

Vel ex ſpina alba, Maſſurius Sabinus apud Plinium *lib. 16. cap. 18.* Feſtum *lib. 14.* in voce *Patrimi.* Q. Carnilius in *Epiſtol. ad Mallii, Spinea quate* Tædam.

Ubi eamen editio Achillis Statii Neapolitani, *pineam* diſerte habet: Vel deniq; ex picea, latice, aliisq; reſiniferis arboribus, quarum interiores & craſſiores partes amplectibus flammam ſpargunt. Unde *Tædæ pingues*, Virgilio *Eclog. 8.* ubi Scholiaſtes, *Tedæ*, inquit, *eſt faces pinus, ignem facile concipiens*. Sic per Metonym. materiæ, & Synecd. ſpeciei, *Tæda* denotatur quamvis facem eg prædictis arboribus deſumtam. Inſidebantur autem iliæ, ut dificimus ex eodem *ibid.*

Mopſe novas incide faces:

cùm nempe inſpicabantur, id eſt, in modum ſpicæ in apice diſfindebantur, ut libentius arderent. Unde Idem iterum *Georg. lib. 1.*

——— *Fervidq; faces inſpicat acuto.*

V. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib. 5. cap. 37.* & ſuprà ubi de *Facibus* ac *Nuptiis*. Sed & quibus rei olim, ſanctiſ imi mis Martyres, adurebantur facibus, duplicis fure generis, *Tædæ* & Funalia, de quibus *ſuprà*. Utrarumque meminit Plut. in *Cicerone*, *Funalia præterea per Urbes, vices circum, lampades, faces*, Tædæque *in foribus ſigi*. Et quidem de *Tædis* teſtes ſunt Acta S. Barbaræ virginis; quam cùm alii facibus adurent, Metaphraſtes *Tadis* excruciaram fuiſſe, memoriæ tradidit: *Accenſas Præſes ad majorem incendium & non vulgare tormentum, jubet iis quæ adurent, feretis pectinibus latera Virginis ſcindere & Tædis ignea membra jam lacerata urere*. Accedit, quòd *Tæda* temporibus priſcis admodum in uſu eſſent; cùm teda redundantior ſit humore aliis arboribus reſinam ferentibus, parcior liquidiorque, quàm picea *flammieg*, ut inquit Plinius, *& lumini facrorum gratior*. V. Gallonium *de Martyr. Cruc.* & *Notas* Goth. Jungerimanni in *Hier. Magium de Exulco*. Sed & *tædam* coronamentum vocat Calpurnius, *Eclog 2.*

Me Sylvanus amas, dociles mihi donat Arenas,
Eumea frondenti circumdatus tempora tædâ.

Quod genus antiquum ſuiſſe agreſtibus inculteq; temporibus & hominibus, teſtatur Ælianus, *pineas ramos* in coronas aſcribens Centauris, *Var. lib. 13. cap. 1.* Imò & unius ex celebertmis Græcæ agonibus victorem non aliter olim coronatum fuiſſe, vidimus ſuprà. V. quoque Caſp. Barthium *Animadverſ. ad Statium Thebaid. lib. 5. vers. 582.* & *Adverſar. lib. 103. cap. 15.* plura verò de *tæda*, quam arboris certum genus & quidem à picea diverſum (forte πεύκη Græcis) facit Plinius quoque, Salmaſius vero proprie δᾴδα eſſe dicit ſeu λαμπάδα, non ex una aliqua certa arbore, ſed ex omnibus δᾳδικοῖς, inter quas πεύκη Græcorum eminet, deſumi ſolitam, apud Auctorem hunc *Exercitat. Plin. ad Solinum pag. 502.* & *ſeqq*

Tænia, faſcia ſeu vinculum eſt. Cæcilius apud Feſtum,

Unus tæniâm, qui vultus vinxera, petit.

Et quidem τὰ ἐπὶ μετώπου γυναικῶν ζώσης, *uberum mulierbium cinctus*, Poll. *lib. 7. cap. 13.* ſed & τὰ ἄρρενα τῶν ἀνδρῶν ἀνάδεσις, *vitta quâ crines ligabantur*, Luciano *de Domo*, ſeu potiùs faſcia è vitta dependens. Virgil. *Æneid. lib. 7.*

——— *ſic longa tænia vittæ*

Oblongus nempe & angultus pannus, qualis eſt apud Oppianum illa κωνη. *lib. 4.*

Τὴν ἄρα πὰρ κεφαλὴν ἑκάστου ἐξέδλαπτε πανυπέρτατα.
Ἀνθεα ταινιῶν, πολύχροα δύσμητα θεῶν.

Ex lana ut plurimùm, Appulejus *Metam. lib. 8.* ſed & ex ſparto, Idem *lib. 9.* albi communiter coloris, Plin. *Proem. lib. 13.* poſtquam verò ad ornatum *taniæ* adhibitæ, purpureæ quoque aureique. Namque ἐκ τῶ ἐνδύεσθαι, ὁ ἐφίλει μεῖζας ὀδλίγεσθαι, facta eſt ἐξουσιαζόλλων ἐφ' ἅμασι, *ornatus ſeu corpores, cervicem ambiens*. A' cervice ulteriùs aſcendit ad ornan ſarin caput, ut apud Achillem Tatium Ταινία ἐξέκειτο ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐκατέρωθεν, *tænia circa caput purpurâ tincta*, *lib. 8.* V. quoque Platonem *Synopſ.* Non vero ipſa corona *tænia* fuit, ſed ei adhæſit, eque illa facta eſt ἐξεύλεσιν ὁ ἐπὶ κεφαλῆ, *circumvolutio in capite*, ut ait Scholiaſtes Ariſtophanis. Cujusmodi tæniis lancem circumvolutas, unà cum coronamentis, faga Marii ferre ſolita erat, apud Plut. *in eo.* V. eundem *Timoleonte*, unde *taniis* ſæpe coronas adhæſiſſe diſcas. Videntur; hæ *cum taniis conjunctæ coronæ* fuiſſe illa præclara munera, quibus Athenienſes victoribus illi maximorum bellorum, atque adeo in ipſis tæniis videntur fuiſſe notæ victoriæ victorias differè deſignantes. Idque non ſolùm ex hoc loco conjici poteſt, ſed & ex hocce Appiani παρεδὰ. τὰ. ἀρχεῖα. ubi, τοῦτόνες ἴδ, ait, ἀ τὰ ταινίας ἐκέκλαον τῇ φιλίᾳ, *Coronas, & tæntas* (i. cum tæniis) *conjecerunt in Ducem*, de quo rita V. ſuprà in voce *Jacere*. Ut plurimum verò adhibebantur tæniæ coronis feralibus, *i. iis, quæ mortuis* imponebantur, at etiam faceidotalibus. Urnam certè Philopœmenis mortui tæniis & coronis circumdatam, ipſamque hydriam præ multitudine earum vix viſam eſſe, narrat idem Plut. *in eo.* Factumque hinc, ut tæniæ pro omine mortis haberentur, ut legimus apud Lucianum *in Dial. mort.* ubi Alexandrum Diogenes

apud

ſpud Inferos facit ἀνάδεμάτων ταινίᾳ ἀντὶ τῶν κεφαλῶν, crinibus caput albi tæniâ. Sed & tæniæ, Heſychio auctore, ſignant ἱερεῖα τὰ θεῶν, ἀναθήματα ἀγγείων, ἐσθῆτας ἱερὰς, inſignia Sacerdotum, diademata Pontifi alia, vincula ſacra. Quo ſictum, ut tænia pro ipſa corona, & τὸ ταινιοῦν pro ἀνάδεσθαι, non raro occurrat. Potiſſimum, quoties caput evinciebat aut demortui, aut Sacerdotis, aut Regis, aut ſtatuæ, aut etiam alicujus præclariſſimi Athletæ. Quippe ut victoribus etiam *tæniæ*, quibus redimirentur, datæ, habem us ex Xenophonte *in Cyrop.* & Virgil. *Æn. lib. 5.*

Jamq; adeo donati omnes, opiboſq; ſuperbi
Punicis ibant evincti tempora tæniis.

Erat autem hæc *tænia*, diverſa à corona Hieronicarum, unde utraq; obtinuiſſe legitur Polycles, apud Pauſan. *lib. 6.* utraq; Periclides decreta, apud Plut. *in vo.* Utraq; in ſtatua Pelichi Ducis Corinthii conſpicua fuit, apud Lucianum *Philopſ.* & infra dignitatem ejus, ſæpe enim *tæniæ* privatim dabantur, uti de Braſida Timæus *lib. 4.* & de Pantarce, ibi ſpi *tæniâ* caput vinciente, Pauſan. *lib. 5.* tradunt. Quid quòd Priapo, utpote minori Deo, *tæniæ*, at Ariadnæ, cœlo recepta, fertum ex auro & gemmis, tribuit Dodorus apud Tertull. *de Cor. Milit.* At cùm utraq; unidata eſt, id verò ſpectatiſſimum coronamenti genus fuit &c. Sed & extra coronarum uſum, *tæniæ* aliis quoque rebus adhibitæ funt. Χιτωνίσκοι ταινίαις τὸν ἐπὶ τῶν στηθῶν κόλπον, aureis ſegmentis veſtem habentes variegatam, memorantur Iuciano *de Gymnaſ.* qua de re V. hic paſſim, in voc. *Bulla, Baſilica, Lorum, Pannus*, ut alia omittam. A' ταινία, *tænia*, fit ταινίδιον, *tæniola*, in ſupellectile hiſtrionica memorata Polluci *lib. 4. c. 19.* ubi lenones lenaſq; meretricularum caput purpureâ tæniolâ, veræ tæniæ imitatrice, in Comœdia, evincire ſoltos tradit. Quam in rem V. plura apud Car. Paſchalium *Coron. lib. 4. c. 8, & lib. 9. c. 1.* Indidem per tralationem dicta *Tænia*, urbs Ægypti, cujus meminit Athenæus *lib. 1.* Et ſic interpretatur ταινίαν τὴν, ἡ ἐκλιμα ἀνομάζουσι Voſſius, quam inter Canopicam poſſam & mare ſtatuit Strabo. Hinc charta *Tæniotica*, plebeji uſus & Satirâ celebrior. Hoc enim ordine Chartarum genera præfatus recenſet Voſſius, Hieraticum Augultam, Liviam vel Livianam, Claudiam (quæ tenuior Liviâ minùs Auguſtâ tenuis) Amphitheatricam, quæ & *Fannia* ſeu *Faniana*, Saitican, *Tæniotican* & Emporeticam, *de Arte Grammat. lib. 1. cap. 37.* Item *Tæniolæ* genus purpuræ, lutenſi & algenſi melius; ſed vilius ac dilutius calculenti, apud Plin. *lib. 9. cap. 37.* quòd in *tænilla* maris colligatur, ſic appellatum, de quo plura apud Salmaſium *ad Solinum pag. 1133.* & quem etiam *Hieronicarum tæniis Sacerdotalibus inſulis* ſimiles facientem, V. p. 379. Eadem metaphorâ *nigram taniam* in onagri dorſo ducit Oppianus *Cynegetic. lib. 3.* & *tæniæ* maculas tigrium oblongas vocat alibi &c.

Tæpocon, in aliis Codd. *Tæupocon*, item *Tabupocon*, Feſto ſuit *genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus*. Quarum lectionum eui adhæreant, non habent Eruditi: Quidam tamen objiciunt, habere ſignificationem ſuam, aliquid communi ἀκαταστάσῃ, de qua M. Tullius *de Divin. lib. 2. Non eſſe autem illud carmen furoris, cùm ipſum Poema declaret, tum verò ea, quæ ἀκαταστάτως dicitur, cùm deinceps ex primo verſus literis aliquid connectitur, ni in quibuſdam Ennianis, QUAE ENNIUS FECIT, id certè magis attenti eſſe animi, quàm furentis. Atq; in Sibyllinis ex primo verſu cuiuſq; fortunia primis literis illius fententiæ carmen omne præteritur.* Et quidem aliquid *communis ἀκαταστάτου habuiſſe*, verum eſt, inquit Petrus, *ſed tota difficultas poſita eſt in verendi nominis, quo apud Gratios hoc ſcribendi genus appellatur. Scripta*, inquit idem, *ſunt literæ perpendiculariim, ita ut ſub unum oculi imuliti caderent, ita ut non opus eſſet oculum huc illuc movere: unde & ei nomen ; itaq; reſcribendum exiſtimo, apud Feſtum τὸ ὑπ' ὄψιν, Ta hyp ocon, id eſt, quæ ſub oculum*. Heſychius certè, ὄκκην, ὀφθαλμὸν, unde Latini ſuum oculum feciſſe videntur ὑποκεκλεῖσθαι. V. præfatum Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 2. c. 1.* Secundùm alios, vocem hanc Græci acceperunt à Phœnicibus Syris. Hebræis enim תַּחְפָּן *Hapach*, eſt *vertit, convertit, everſit, ſubverſit* : cujus futurum תַּחְפֹּן *Tahapoc*, h. e. *inverſet, everſet, perverſet*; unde *Tapocon*. Quia cùm Phœnices ſiniſtrorſum, Græci dextrorſum ſcriberent ; utrumq; faceret βουστροφηδὸν γραφοντα : hic diverſo ac perverſo modo, non ad alterutrum latus, ſed deorſum procedirur. Nec tamen hoc genus planè ignorarunt Græci, ut videmus. Ita enim ſcribendi hoc genere à nonnullo ad imum ſcribitur : quomodo incolas Taprobanæ, quæ in Auſtrali eſt Oceano, jam olim ſcripſiſſe, teſtis eſt Diodorus Siculus parce *extremo lib. 2.* Τοῦτοι δὲ τὸν λόγον ὃν ἐκ τῆ πόλεως ἐκτίθενται ἐπὶ στήλης, ἀπὸ ἄνωθεν κάτω γραφοντες ἐν ἴσοις, *Scribunt verſus, non eos in transverſum extendendo, ut nos, ſed à ſummo ad imum verſa deducendo.* Uti hodieq; Indos ſcribere, proditum eſt à Joh. Francifco Poggio Florentino *lib. de var. Fortuna, adi Indica mirabilia narrat.* Idem de Sinenſibus memorat Nicolaus Trigaultius *Sinenſis Expeditionis lib. 1. c. 5.* De Japonenſibus, ſcripta eorum, quæ è Sinis harum rerum curioſi in Europâ adferunt, teſtantur. V. Geſn. Jo. Voſſium *de Arte Gramm. lib. 1. c. 34.* & Cl. Suicerum, qui vocem corruptam eſſe docet, ex τὸ ἐν' ὄψιν, i. quæ *ini ocyo*, ini ὄκκῳ. & πυγμὴν *deorſum, ſecundum altitudinem & tertris inſtar*, ſcripta ſunt : quod ſcribendi genus πλινθεῖον quoque, στῆλε, & στήλιτον, dictum, *Theſ. Eccleſ.* voce Σπίχ.

Taffata, in *Monaſtico* Anglic. *Tom. III. part 2. p. 86. Unum mantellum — duplicatum cum viridi taffata*; ſericus pannus, quem hodieque *Taffetas* Galli vocant. Voſſius *de Idolol. lib. 4. cap. 9. Jam quantiſſimè exiſtimandum, quod bombyces ſuppeditans veſtium ſericam ? Quare vel aſſivo tempore æſtivi, vel hiberno, vel verno, vel autumnali. In æſtu magno ab leviatum accommodatiſſima taffata, in minori, ormeſina &c. A' Ταυϊο* urbe, V. ibi.

Tafros, unus ex tribus canalibus, quibus Alexandria olim adibatur, apud Plin. *lib. 5. c. 31.* κέρνον Straboni, qui quòd foſſilis eſſet, τάφρε, i. *foſſa*, nomen accepit. Salmaſius *ad Solinum p. 479. & 480.*

Tages, adde : Ejus præcepto aſini caput præfigi fuiſſe ſolitum ruri, ad arcenda incommoda, docet Johannes Britannicus *ad Fav. Sat. 11. verſ. 97.*

——— *Parvis ſtrix aræa lectis*
Vile coronati caput oſtendebat aſelli.

Clariùs Jun. Mod. Columella *de R. R. lib. 10.* in horrorum cura,

Hinc capus Arcadici nudum cute fertur aſelli
Tyrrhenus ſiccaſſe Tages *in limine ruris.*

Imò &, quod primus animadvertit Dempſterus, ſcripſis Auguralem hic Artem mandavit. Namque in voce *Præſegmina*, Furius Fulgentius *lib. de vocibus antiqq. ad Chalcidium*, laudat Tagetem in Arufpicinis, dicentem, *Præſegminibus uſus nonnullis.* V. Thom. Dempſterum *ad Roſinum Antiqq. lib. 3. cap. 8, 9, 11.* Hinc itaque magna in veneratione Hetruſcis *Tages* fuit ; vix tamen, ut pro Deo habuerint. Unde Cicero, de illo verba faciens, *lib. 2. Divin. Deum*, quærit, *dicam, an hominem ? Si Deum, cur & contra naturam in terram abſiderit, ne paſſallius aratro lucem adſpiceret ? Quid ? idem nonne poterat Deus hominibus diſciplinam ſuperiore ex loco tradere ? Si autem homo ille* Tages *fuit: quonam modo potuit terra oppreſſus vivere ? Unde porro illa patuit, quæ docebat alios, ipſe diſciſſiſſe.* Memiere quoque illius Cenſorinus *de die Natali*, apud Ammianus Marcellinus *lib. 17. &c.* Mart. Capella *lib. 6.* Iſidorus *Origin. lib. 8. c. 9.* Alii. Voſſius totam hoc de *Tage* fabulam eſſe judicat, quæ originem trahere potuerit ab Adamo Terræ filio à quo primùm homines eulvum Dei edocti ſunt. Vel ſi puer ejusmodi è terra extitit, à quo Lucumones Etruſci diſciplinam extiſciti different, magnum eum fuiſſe Spiritum, at : quem Deus non permiſerit ceſſitus defendere, quòd majorem addidiſſet impietati fidem, eoque ab Acheronte veneritu. Qua de cauſa etiam videatur ſacra ipſius *Acheronti* dicta, ut diſcimus ex Servio, qui *in illud Æn. lib. 10.*

Nec Pater omnipotens Trojam, nec Fata vetabant
Stare, decem ſi, alias Priamum ſuperaſſe per annos.

Sciendum, ait, *ſecundum Haruſpicinæ libros & ſacra Acheruntia quæ* Tages *compoſuiſſe dicitur, Fata decem annis quadam ratione diſponi: quod nunc dicit Plautum potuiſſe fieri.* V. præfatum Voſſium *de Idolol. lib. 1. cap. 40.*

Taira, una ex illuſtribus Cleopatræ ancillis, ἡ ἀναπλάκωσα τὰς ὀφρῦς ὑποτείνουσα, quæ comam illius decenter implicabat : Sicut Charmione altera erat, ἡ πλατύρινον τὴς ὑπογραφῆς ὑποκεκλεῖσθαι ὀφρῦσι, quæ extremos ungues ei dextrè præcidebat, Gal. *de Ther. ad Piſon. lib. 1. cap. 8.* ubi male Ταίνης, ſicut Plut. qui illam Cleopatræ κομοδόγον, *tonſtricem*, vocat, non melius Ειρε habet. Ταίνης ἡ ναυκληρία illi nomen fuit, quod etiam retinet Tzetzes *Chil. 6. Hiſt. 44.* ſed malè interpretatur, *columbam* voce hæc indigitari notum, cum Arabicum *tair* vel *taira*, avem in genere ſignificet. Atque hæc duæ ancillæ maxima Imperii negotia, ſub Cleopatra, adminiſtrabant, quia etiam in morte comites. Et quidem *Taira* ἀρὸς τὸ πιὸν ἀπόκρουσιν, *ad pedes ejus exſpiravit*, Plut. *in Antonio*, de Charmione V. ſuprà.

Tala, arbor Indica, apud Arianum *Indic.* in cujus ſummitate τελόνιον, i. *lanæ glomera* naſcuntur, cortice verò Indiſpienses, qui *Gymnoſophiſtæ* vocabantur, vivere conſuevere. V. de illa aliisque arboribus lanigeris linigerisque Salmaſium *ad Solinum pag. 297. & 298.*

Talaria Lex, memoratur Plauto *Milit. Glorioſo*,

Atq; adeò, ut ne legi fraudem faciam Talariæ,
Accuratæ, ut ſine talis domi agitent convivium.

Ubi facetè ad Legem aliquam de alea *Talariumve* ſulu veterem, Publiciam fortè aut Titiam, alludit. Jo. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 8. cap. 31.*

Talaria Veſtis, V. ſuprà *Pedeis & Stola*, item in voce *Tunica*.

Talaſſio Latinis, qui Græcis *Hymenæus* dictus eſt. Cauſam aſſerunt è captu Sabinarum, quæ hiſtoria eſt à Plutarcho conſcripta. Ambigit tamen, indene an à lanificio ducta ſit ea vox : τὰς ταλάσσας enim etiam ταλάσιον vocatos ait, in quibus lana continetur, unde & ταλασιουργὸν, lanarii Opifices, haud ſane ineptè. Novæ enim Nuptæ pellem eum vellere fubderni, lanâ polles obnubi, colum in pompa ferri conſueviſſe notum : tanquam ad opus faciendum, non ad virginitatem depo endam deduceretur. Aut ſanè, quòd ejusmodi argumentis fedulitas futuræ Matrisfamiliàs deſignaretur. Sicut apud Græcos etiam eribum præferebant, & ante thalamum pittillum alligabant. Non id Romæ :

facti enim de raptu cum Sabinis pace, inter eos convenit, ne ipsorum uxores moierent, neve coquinam facerent. A' lana igitur ſit *Talaſſionem* deductum. Illud tamen ſecretioris forsaſſe fuerit enitionis, τὸλαω τὸ παρθενικὸν, id eſt, *deflorſatum virginem*, dicebant Veteres, quare eadem vocis veſtigia cum *Talaſſio* maximam habere videntur affinitatem : Eâ autem voce uſus eſt Sophocles in *Antigone*. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetic. lib. 3. cap. 99.* In nuptiis itaq; *Talaſſionem* Romani, non minùs ac Graci *Hymenæum*, inelamare ſunt ſoliti, qua de re ſic Roſinus *lib. 5. c.37. Acclamabant deinde hanc ex eo inolevisſe Hymenæi, auctor eſt, quòd in Sabinarum rapta Virgo tam longè ante aliàs ſpecie & pulchritudine inſignis, à globo cujuſdam Talaſſii rapta fuerit : multiq; ſciſcitantibus, cuinam eam ferrent. dicendam ? ne quis violaret. Thalaſſio eam ferri clamitatum: Quæ de causa vocem hanc nuptialem factam & ad poſteros inde manaſſe. Plut. quoq; in Romulo & Quæſt. Rom. quæſt. 31. cenſet. Non-nullis tamen ad Ianiſcilum vocis hujus originem cauſamq; referendam eſſe videtur. Qua in ſententia Farnomen fuiſſe, Sextus Pompeius teſtatur : Talaſſionem, inquiens, Fauni ſignum eſſe farra alii ſignificant. Ita enim vocabant quaſiſſum, qui aliomodo calabas, vas aut q. Ianiſciis apum. Conſtat autem Ianiſciis priſcas Mavortias valde deditas fuiſſe, præcipuamq; his curam & operam impendiſſe. In fœdere etiam inter Romanos & Sabinos percuſſo, hoc hac aq; conditio dicta eſt, ut volentes migrare apud Viros, quibus conjunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerum vacationem præterquam Ianiſciali habituræ. V. quoque in voce Thalaſſius.*

Talaus, adde : Pater Adraſti. Memoratur Statio *Theb. lib. 5. verſ. 426.*

Nunc magnum Oenidem, nunc ille horrendus Idam
Et Talaum, *& cana rovantem aſpergine ponti*
Tyndariden iterans gelidâq; in nube parentis
Vela laborantem Cælain ſubnectere malo
Voce monuit, ro; at
Ubi in uno libro verſus iſti ſic leguntur,
—— *horrendus Idam*
Tyndariden iterans, gelidâq; in nube parentis
Æthalium, & cana rovantem aſpergine ponti
Vela &c.

Sicque *Talaus* omittitur, ſed nihil mutandum, ſuadet Batthius. Hinc itaque Adraſtus *Talaonides* Papin. Statio *Thebaid. lib. 2. verſ. 141.*

Cùm ſenior Talaonides, *nec longa morati*
Dircæus, gradum, pariter, q. Achelous heros
Corripuere vias ——

Talchæa, Arabibus *talick*, Aviſenæ eſt aſter Samius Veterum, aliis alumen Scitiolæ, at Græcis omnibus recentioribus, præcipuè Χαμαιδρυὸς, Veterum ἀβροστόμους, qui alio nomine Σατυρίσκος λεῖος, lapis inanis & levis, quòd per lunæ augmenta plenior ac ſolidior invenirctur, ſic dictus. Dioſcorides, χαυὰ δ' ἐν τῷ Ἀφρικῇ λιθάρι, ὅπερ ἐν κύπρῳ, ναὶ ἐν ἄλλοις τόποις καλεῖται ἀφρὸς θαλάσσιος & τερετισμὸς appellatur. Recenſetur Stephano Alexandrino inter ea, quæ caſeinantur, & quorum cineres imagnos præbent effectus in arte ſutilandi : & ex Lunari effluvio originem capere τὸν χρυσὸν. Auctoribus Græcis traditur, unde nomen ἀβροστόμου, quaſi *ex ſpuma Lunæ concreti*. Lunam enim ſpumare in herbas & lapides Veteribus creditum eſſe notum :

—— *quod Luna novas deſpumat in herbas.*

Inde *Lunare virus* Lucano, quod Luna magicis cantibus affecta deſpumavit &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1098.* Auctor Anon. *Sinæ & Europ. cap. 33.* inter ea refert, è quibus elychnia incombuſtibilia fiunt : *In regno Tanyn naſcitur herba quadam ſuper lapides incombuſtibilis — Ex ea fortè Veteres asbeſtos ſuum ſive pannos illos confecere, in quibus mortuorum comburebant cadavera, ne cinercs cum rogo miſcerentur — Neque enim fuerit ex amianthо lapideſ, ex alumine plumæ, aut Talco, quod eſt viarum Aſbeſtwalium, ex quibus, ut & ex hac herba, Tartari continuant elychnium perpetuum &c.*

Talea, V. inſrà *Talia.*

Taleamanni, dicuntur apud Groninganos Triumviri, velut Collegii Præſides ac Rectores, eo quòd nomine reliquorum in Senatu verba faciunt ; ex *tacle*, oratio, ſermo, & *man*, vir. Ubbo Emmius in *Groninga pag. 61.* At *Talemarii* vel *Talemellarii*, apud Rerum Gallic. Scriptores paſſim ſunt, juxt ex vett. *Regeſtis A. C. 1228. & 1231.* docet Car. du Freſne ubi ſuprà.

Talentum, Gr. τάλαντον, inſtrumentum proprie, quo ponderabatur, unde illud Homeric. Διὶ πατὴρ ἐν Ὀλύμπῳ, *Jovi æquiparandus*: Per trilationem, ipſum pondus. Vox Græcis olim in frequenti uſu, qui ſummas rei pecuniariæ Minis & *Talentis* deſignare ſolebant ; Romanis adhibita non eſt, nullum enim illis *Talentum* fuit, unde Sardum, quem ſtupor alicujus, qui Servium interpolaverat, decepit, ex Plauti *Aſſinaria*, Romanum qitoque *Talentum* facientem, metito refutat Gronovius. Sine adjectione, Scriptoribus antiquis ſemper Atticum ſignificat : Sic enim idem Gronovius : *Talentum Atticum ſive ſex millium drachmarum ſemper ſignificant Græci & Latini, quoties nullum ei alterius gentis cognomen adjungunt.* Cum adjectione, *magnum*, ſoli Latini dixerunt paſſim : quod Priſcianus 80. librarum facit, ſingitque, quod nuſquam apparet, *parvum Talentum* minarum 60. Sed hoc omnibus Antiquis ignotum eſt, *magnum*, Plautus non ſo. ſed 60. minarum facit. Scaliger id ſic dici cenſet Latinis, quod Græcis ἀφ' ὑψ τὸ πλῆθ, quum neceſſe ſit, ſi mina quædam fuerit τεσσαρῶν, etiam *Talentum* fuiſſe. Verùm & hoc non minùs in quæſtione eſt apud Vett. ut Priſciani parvum : nec ſi μόνος ἀφ' ὧν ἐστιν ἀφ' ἑνὸς ἀρχόμενος alicubi reperitur, neceſſe eſt & hinc *Talentis* ſuiſſe tributa. Præterea deſtruit hanc interpretationem Plutus in *Ludente*, *Talentum argenti commodum magnum invrat in crumena*. Si *magnum* τὸ πλῆθ, junguntur diſſociabilia : Nam *commodum*, ipſo interprete, ἀφέλιμον, *juſtum, modicum* & nihil ultra. Sic *commodum* particula, quod aliis *tantum quod*. Peritus *magnum* putat argenti Talentum, *parvum* auri, quum illud 60. minarum ſit, hoc 60. drachmarum, tres ſtateres complectens. Huic valide obſtat Virgilii illud,

Et tripodas geminos, auri decem magna talenta.

Ubi expreſſit Homeritum,

Ἐπτὰ δ' ἀκάμαντε τρίποδας, δέκα δὲ ταλάντων ἠλασμένων.

Vult quidem Petitus, illud auri Talentum *parvum* etiam Diphilo appellari, ἀφαιρῶ δὲ τάλαντον, fed argenti *Talentum* intelligendum eſt vel cum Scaligero, *cui aliquid deeſt*, ut *curto ceniuſſe*, Verſio : vel cum Salmaſio, ipſum commodum, ſtrictum, *cui ſi nihil deeſt, certè nihil ſupereſt*. Sic μείονες Heſychio *minores*. Sic *modicum & mediocre*, pro *parvo*, Virgil. Et veriba Seuthæ ſunt apud Xenoph. ἀνακάπτε, *lib. 7.* Ἀργύριον εἰς τὸν ἵππον ἐγὼ δώσω καὶ τῷ ἵππῳ τὸν ἀνὴρ διέπων, ἡλαῦνον, Argentum quidem (id eſt, argenti copiam) *non habeo, præter commodum quoddam, quod illis dono, talentum*. Videtur ergo, Romanis id diſcrimen additum vocabulo, quòd illis, quàm interiori & Aſiaticæ reliquæque Europææ ſtatim vicinioris Græcorum coloni id uſurparent, pro ſumma haud quaquam grandi : quibuscum quia frequens erat commercium, & confuſellent nominare *Talentum*, pro pauculis nummis, ad ſignificandam penſionem illam ſummam, quod ſolum *Talentum* noverant remotiores Græci ſive auri ſive argenti, *Talentum magnum* dixere. Hi populi erant Neapolitani, Rhegini, Syracuſani, de quibus Feſtus : *Talentum Neapolitanum ſex denarium, Syracuſanum trium denarium, Rheginum victoriati*. Hoc itaque primò noverunt Romani ſolùm, utpote Italiæ aut proximis Italiæ incolis uſitatum : At ubi cum aliis Græcis commercium eſſe cœpit, invenerunque tanto majorem pecuniam ea nuncupatione finiri, ad vitandam ambiguitatem 60. minas Atticas *Talentum magnum argenti* : 60. drachmas vel tres ſtateres, *Talentum magnum auri*, appellaverunt. Denique frequens uſus horum & in vicinis locis cum potentia Romana receptæ etiam pecunia, merſit inque deſuetudinem egit iſtam *Talenti* pro minutis uſurpationem, manſitque ea vox ſine alia adjectione pro amplioribus pecuniæ peregrinæ ſummis, V. Gronovium *de Pecunia vet. lib. 3. cap. 4.* Sic *Talentum magnum* & *Talentum Atticum*, tres eadem, nimirum 60. ſeu 6000. denariorum, ſeu drachmarum. De quo ſic Rheninius Fannius,

Cecropium ſupereſt poſt hæc douciſſe Talentum,
Sexagina minas, ſeu vis, ſex millia drachmæ,
Quod ſummum dolibi perhibetur pondus Athenis.

In pecunia Rom. 60. libras, 24. Seſtertia, facit. Imo *Talentum* quandvis 6000. drachmarum ſui generis habere, quæ ad Atticas reducẽæ variet, monet idem Gronovius *ſcap. prace.* de variis, apud varias Gentes, *Talentis*, V. hic *infrà*. Recentiori ævo, pro *libra* vox occurrit in *Alexiade* Annæ Comnenæ, & apud alios citeriois ætatis Scriptores : Theophanes verò anno 9. Nicephori Generalis, pro centenario, ſeu centum libris, eam uſurpavit. Sed & pro numiſmate, ſu nummo aureo, adhibitam docet Heſychius : τὸ δὲ ΠΑΤΤΙΟ ἐξακοσιοστὸν ΤΑΛΑΝΤΟ· ὃ ἐν νόμισμα. Atque ſic vi detur acceſſiſſe idem Theophanes anno I. Michaëlis Curopalatæ, quo loco ſcribit, eum militum provincialium, qui bello Bulgarico perierant, uxoribus conceſſiſſe πένητι τάλαντον χρυσοῦν, cum vix probabile ſit, de centenariis auri hanc accipienda, Car. du Freſne *Diſſert. de infer. avi Numiſm. num.* St. V. eundem *Notis ad Alexiadem cit.* adde Covarruviam *de Vet. Numiſm. Hiſpan. cap. 4. num. 5.* & Suicerum in Τάλαντον.

Variæ Talentorum, apud diverſos Populos, ſpecies.

Achaicum proprium hullum fuit : unde ſententiam quorundam Eruditorum illud octo millium trecentarum triginta trium drachmarum Atticarum trientis ſive duorum obolorum, ſomnium dicit Gronovius *loc. cit.*

Æginetrum, ſeu Æginæum, ejusdem cum Corinthiaco valoris, 6000. drachmarum Æginæarum fuit. Sed quia Æginæa drachma decem habebat obolos Atticos, ſic 6. Æginetice drachmæ 10. Attticas habuere : hinc minæ Æginæa 160. Atticarum & 4. oboloa : qui reſpiciebat noſtris uncialibus 20. ac proin *Talentum* Æginæum 10000. drachmarum Atticarum, h. e. 1000. coronatos, 1200. uncciales ſecit, Idem *lib. 3. c. 5.*

Ægyptium, 80. librarum fuit Romanarum, ut teſtatur apud Plinium Varro qui amboÆgyptii numerum tertiæ partæ Alexandrino minorem faciunt ; unde ſuſtra ſunt, qui utrumque confundunt, 80. ita-

80. itaque minas Atticas, totidem libras Rom. nostros 800. coronatos fecit.

Alexandrinum duodecim millium denarium fuit, seu totidem drachmarum, adeoque duplum ad Atticum.

Argenti ; 60. fuit minarum, 6000. drachmarum ; ut supra visum.

Atticum, Auctoribus sæpe sine adjectione *Talentum*. Romanis *Talentum magnum* dictis ; constabat sexaginta minis, sive 6000. drachmarum Atticarum. Ad Romanam pecuniam redactum constituebat 24. sestertia, 60. libras argenti. Apud Prisicianum itaque cùm dicitur constitisse minis 100. seu drachmarum 7500. minæ intelliguntur, quales fuere ante Solonem ; quarum quadrant 75. drachmæ habebat Idem *lib. 3. c. 3.*

Auri, 60. fuit drachmarum.

Babylonium, V. Pollucem.

Cilophorum, idem cum Rhodio, 4500. denarium fuit, Feil.

Corinthiacum, *ἑκατὸν τα-λαντῶν* habuit sex millia, quæ Atticarum *μυριάδι* respondent : ut evidenter patet ex A. Gellio, ubi Laida narrat Demosthenem *μυριάς ἀργυρικὸς ἢ πλείων*, popolcisse. *Quod facit, addit, nummi no. feratis denarium decem millia. lib. 1. c. 8.* Idem itaque cum Æginetico fuit.

Cyrenæum, 120. minarum fuit, adeoque idem cum Alexandrino. Ejus meminit Plautus *Rudente*, quod drama Cyrenis erat.

Hebraeum, ככר *Cicar*, cùm argenti esse, valebat 3000. ficlos, V. Exodi *cap. 38. versu 25, 26.* Cùm auri, duodecimo tanto fuit majus. Godwyn us de *Ritibus Hebr.*

Magnum Romanis, idem cum Attico, V. suprà.

Neapolitanum, sex solùm denarium fuit.

Ægyptium, non minùs in quæstione est apud Veteres, ac *Magnum*, ut vidimus ; vel potiùs *Parvum* Prisciani.

Rheginum, victoriati solùm fuit valore.

Rhodium, ejusdem cum Cilophoro pretii.

Romanum, nullum fuit.

Siculum seu Syracusanum, 30. fuit denarium.

Tali pedum, in Thetidis olim fuere potestate ; ut & plantæ : quemadmodum ipsos pedes Mercurius sacros habuit, teste Servio. V. Lil. Giraldum *Syntagm. 1. Deorum Genill.* & Hadr. Junium *Animadvers. lib. 4. cap. 12.* Iidem cum Tesseris, de quibus infrà, Junonis fuere genius, in conviviis, usque ad *Talarium* legem latam, non minùs ac Latrunculi, adhibiti : Inter quæ tamen fic distinguit Godwynus, ut Alcam dicat utriusque ludi fuisse genus, Tesseram autem *a Dye*, sed Talum Anglicè *an huckle-bone*, interpretetur *Ambrol. Rom. lib. 2. Sect. 3. cap. 13.* Hadr. Junius ubi modò *lib. 2. c. 4.* similiter diversos hos ludos efficit : Dempsterus hoc solum inter utrosq; agnoscit discrimen, quòd *Tali* 6. angulos haberent, Tesseræ quatuor. Punctis Tesseræ fuisse notatas, observavit Hadr. Turnebus *ad ferar. lib. 5. c. 6.* unde *Numeri eburni*, pro Tesseris, apud Ovidium *de Arte lib. 2.* At *Tali pro numeris effigies animadem habebant, ut vulturum aut Regulorum*, teste eodem Turnebo *loco cit.* Unde eodem *Vulturios*, item *Regulos*, dictos reperimus. Et *Vulturiorum* quidem meminit Plautus *Curculione*, *Actu 2. Sc. 3.*

Tace parumper, jacti *Vulturios* quatuor.

An verò iidem & *Reguli* dicti sint, ambigit præfatus Godwynus, cùm *Regulum* Latinis idem significare velit, quod *Basilisum* Græcis, nempe non minùs in Tesseris, ac in *Talis*, totum jactum fortunatum ne felicem, V. Cœl. Rhodiginum *lib. 20. cap. 18.* qui alias, & *Pomus*, dictus est, ut videbimus. Numero certè differebant, nam *Talis* quatuor, Tesseris tribus sui sunt Veteres : frequentior ille, quam iste ludus fuit. Martialis *lib. 14. Epigr. 15.*

Non sum Talorum *numero par Tessera.*

Ad quem, *tribus quoq*, Talis *aliquando lusitatum esse*, notavit Scholiastes *Epigr. præc.* Ludebant vero *Talis* Veteres hoc modo : Quatuor talis in fritillum sive turgutre five orcam (nam hoc commune *Tali* quoque cum Tesseris habebant) conjectis, juxta illud Horatianum, *Satyr 7. lib. 2.*

Miseres in pyrgum Talos.

eoque concusso, super tabulam effundebant : dicebaturq; jactus fe liciffimus, quando viz. omnes quatuor *Tali* diversum offendebant latus, *Venus*, uti dictum. De quo fic Lucianus *Amor. Καὶ βολὰν μὲν ἐπὶ σπυρὸς ἀγαλμα ἢ εἰκονα ἢν θεὸν ἀεννάου ἡλικίας, τοὺς ἀστραγάλους παιδικῶν ἔτι κυβείᾳ ἀσφαλεστάτους, τὸν ἐπιβολὴν ἀφειμένον ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ἃς ἀν τοῦτο ἐθέλῃ τὸ ἀγαθὸν, ἐπὶ τὸν ἀστραγάλων ἐπιβολὴν ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ

Romanos in usu fuit, in criminibus cujuscunque conditionis vindicandis: inprimis vero in prævaricationibus, uti docet Franc. Polletus *Hist. Fori Rom. lib. 4. cap. 3.* quod ipsum loquitur Paulus JC. *lib. 6. ff. de prævaric. l. fin. C. de accusat.* Sed multo magis in calumnia, qui apud eundem Polletum videre est, *lib. 4. c. 5.* Imò in atroci quoque injuriâ valuit, ut ex XII. Tabb. fragmentis liquet, apud A. Gellium *lib. 20. c. 1. Si membrum rupserit, & pacto. Talio esto.* Cui simile quid ex Catone *Orig. lib 5.* adducit Prisianus *de Gramm. lib. 6. Si quis membrum rupit, aut os fregit*, Talione proximus agnatus disciplinam. Fetius sic legit, *Si membrum rupserit, ni cum eo pacit. Talio esto.* De cujus interpretatione Favorinum, æquitate Cæcilium, egregie disputantes. V. apud Gellium, *loco cit.* Ejusdem pœnæ usus apud alias quoque plerasq; Gentes recepta est. Et quidem de Græcis ac præsertim axonibus Solonis, V. Diog. Laërtium *lib. 1.* de Indis, Strabonem *lib. 15.* de aliis alios, Ipsi Rhadamantho placuisse, tradit Aristoteles *Rhetorum lib. 3. c. 5. Rhadamanthum hinc jus vocans, quod tamen ipse non omni ex parte probat.* De Populo Iancto, a quo hanc Constitutionis fuisse, in natura ipsa fundatam omnium reperiendi est, ita legimus Levitici *c. 24. vers. 19. 20. Quod fecit quisq; vicinorum corporis vitium proximo suo, quemadmodum fecit, sic fiat ei. Fracturæ pro fracturâ, oculus pro oculo, dens pro dente: prout intulerit corporis vitium hominis, ita inferior ei* &c. V. quoq; Deuteron. *c. 19. versu 21.* Ubi, quum duplex *Talio* sit, *Talio identitatis seu Pythagorica*, quâ fecundum literam Legis, id in omnino, quod quis tecit, patitur, & *Talio similitudinis*, qui ad Legis, cujus certa & proportionata æstimatio cunctæ summâ, seu multâ, damnum illatum penitatur: Heræi posteriorem intellectam volunt, *& omnium pro oculo, inter pretantur pretium oculi*, Targum Jonathanis & Rabbi Salomon *ad Deuteron. loco cit.* Non enim semper *Talionem identitatis* possibilem esse, varii casus evincunt; ut cùm cœcus videnti oculum effodit, aut edentulus alteri excutit dentes: & atrocior quandoque pœna foret debito, ut si unoculus alteri binos habenti oculos alteruterum eruat. Proin in mutilationibus corpori, Heræi doctores quinquplicem reprehendam esse mulctam, statuerunt, *pro damno, pro læsione, pro dolore, pro medicina & confusione*, V. Munsterum in *Exod. cap. 21.* Apud Romanos quoque, Reum habuisse facultatem paciscendi, neque necesse fuisse pati *Talionem*, nisi eam elegisset, discimus ex Gellio *lib. 11. cap. 1.* Apud quos cur Legem hanc plaucrit tolli, ut & plura hanc in rem V. apud Thomam Dempsterum *Parallipom. in Rosinum passim, inprimis lib. 9. cap. 17.* De impendiis vero, Legem V. Exodi *21. vers. 19.* & pecuniariâ multâ, quæ ultra ea exigi solebat, Conflantin. *cap. 8. §. 1.* apud Hug. Grotium *de Jure Pacis & Belli lib. 2. c. 20. Reciproca pœna* porrò dicitur Talio in *l. 3. Cod.* Theodos. *de Exhib. reis &c. ἀντιπάθεια ἀνταλλάγματος*, apud Dionys. *Eccl. Hier arch. Vicarium pœnæ genus*, apud Valerianum *de Bono Disciplinâ*. uti docet *in Gloss.* Ca. Du Freine, hanc in rem varios Auctores laudans, Jac. inprimis Godofredum *ad l. 7. Cod. Th. de accusf.*

Talismani adde: De iis ita Augerius Busbequius *Legationis Turc. Epist. 1.* Talismanum, inquit, *habent hominum genus Temporum ministerio deditum. Hi incensoris minutur ex aqua quibus pulsquam adventare Auroram cognoverint, clamore totulum ex cesta surri, in vum ussum constructa, quo homines ad venerandum Deum horianter & arcessant. Idem faciunt medio tempore, inter exortum Solis & meridiem; Item inter meridiem & occasum: Postremo, Sole occidente, voce nimium acutissimâ, cum non inpunitate modulatione ribrentes; quæ longius, quam creda possit, resultare* &c. Juxtà Templa enim Turcæ altas turres multilateras conftituunt, quarum fastigia in pyramides excurrent ligneas, plumbeis laminis, ad imbrium vim arcendam, contectis. Non longe autem à pyramidis initio ita conftructæ funt, ut circumire qui facile possit, cosq; scala cochlide ascenditur, in cujus summitate ostiola, quibus egressus est circulare in podium, omnia orientem spectant Solem: Ex his itaque turribus podiisq; *Talismanni* illi, five Sacerdotes, ilatis diei nochisque horis, ut dictum, Omnipotentis Dei nomen Sectorum voce inclamant, hominesq; ad Templa, ut nos campanis solemus, convocant, V. Hieron. Magium *lib. de Tintinnabulis c. 15.* cum *Notis* Franc. Syvertii. De *Talismanis* verò, seu *ταριάτοις* vel *characteribus*, aliisque rebus Magicis ita appellatis, consule Salmasium in *Kerkopeitum pag. 75. & Annis Climacter. p. 578.* Cæterum de *Curiositatibus inaud.* Alios. Ad do hic saltem, Græcam hanc vocem esse, sed modico flexu in Arabismum detortam. *Talismas* enim *τέλεσμα* est, seu *τελεσμάτιον*, ficuti funt *τέλεσμάτα* annuli, de quibus V. supra, in voce *Elateres*, *τετραγωνικὰ ἀσβόλια*, & cætera ejusmodi, de quibus aliquid diximus, *ubi de Consecratione Magica*, ex Salmasio eodem *Not. ad Aurelianum* Flavii *Vopisci*.

Talla, apud Lucillium,

Flebile cape simul, lacrymoseq; ordine tallæ:

folliculus propriè cepæ est, ex Græco *θύλακος*. Cæterùm, quia eodem folliculo, quo caput cepæ velatur, etiam magna pars cauliis integitur, hinc *tallam* pro caule cepæ posuit Columella *lib. 12. cap. 3.* V. Salmasium *ad Solinum pag. 1068. 1069.* & supra in voce *Cepa*.

Tallius. V. supra *Talia*.

Talma, in *Itiner.* Antonini, locus est in Occidentali Nili latere, de quo V. Salmasium *ibid. p. 438.*

Talmud, adde: *Pandectæ sunt rerum Judaicarum, divinarum ab humanarum, inprimis Juris illorum Canonici ac Civilis*, Martin. *Lutic. Philol.* de quo fic Buxtorfius: Antonini cognom. *Pii* inju. indutu, Rabbi Jehuda cognom. *Sanctus*, qui apud Talmudistas *Rabbi*, fine adjectione, per excellentiam dicitur, A. C. 190. (juxtà quosdam 220. fupputatione Judaicâ) collegit omnium superiorum Rabbinorum Placita & Conftitutiones in certos Aphorismos & certis libris partibusque distinxit, quibus in Judæa communis Juris auctoritas attributa fuit: Hicq; Liber מִשְׁנָה *Mish-na*, quasi *Lex iterata* vel *secunda*, dictus est, qui etiamnum hodie Textum Juris Judaici conftituit. Conscriptus autem est vel in urbe Tiberiade, ubi præfatus Rabbi vixisse videtur, vel Sephoræ, ubi sepultus est. Huic deinceps sequentibus annis in scholis Judææ publicè præfectus & variis Doctorum disputationibus illustratus ac auctus est, è quibus omnibus in unum congestis A. C. 320. prodiit *Talmud Hierosolymitanum*, fic dictum, non quòd ibi concinnatum esset, sed quòd in Judæa, five terra Israëlis, cujus illa caput ac Metropolis fuerat. Translatis posteà, extincto Rabbi Jehudâ, doctis præcipuis e Palæstina in Babylonian, ibi deinceps studia literarum ferventissimè fuerunt exculta. Præcipuè Profectus Judaïc Juris ibi viguit, quod libro *Mishnæ*, tanquam Corpore Juris authentico, præ cæteris incubentes, & hoc quidem continuis præfectionibus disputationibusque coutque ventilatum ac discussum est, ut inde anno post excidium Urbis 436 juxta computationem Eliæ, id est, Christi 506 *Talmud Babylonicum*, in 6. Partes principales & 63. libros distinctum, prodierit, quo etiamnum hodie universa Judæorum natio regitur. V. Joh. Buxtorfium *Commentar. Majoratico cap. 5. & 6. ut & in* voce *Talmudistæ*.

Talorum Lusus, in cœnis Vett. frequens. Suetonius *Augusto cap. 71. Inter cænam lusimus ζαρτεύοντες — talis enim jactatis, ut quisq; canem aut senionem iniserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem vocat.* Hinc inter alia apophoreta *talos* quoque datos, ex Martiali & Athenæo dictimus. *Talis* autem, juxta Cafubonium, ita ludebant: quatuor talos vel ex ebore factos vel argento vel ebore, vel creta *talos* alicujus animalis (unde lufûi nomen) in fritillum conjiciebant, eoque concusso super tabulam fundebant. Quo jactu casûq; varietates exhibebant numero trigintà quinque: partes enim tantùm habebant quatuor, quibus insistebant & incumbebant, atque ab utraque longitudinis suæ parte rotundabantur: cùm in testeris fex occurrant. Imò licèt *talos* haberet 4. *πτώσεις* seu varietates, fere tamen eum jacerentur, non aliter cadebant, quàm duobus modis: vel in eam faciem, è dubus, quas habebant latiores, quæque cava erat, vel in oppositam, quæ eminebat & protuberabat. Has talorum *πτώσεις* Græci ajunt ἐξ ὀνύχων καὶ ἀντίκρυ συγκεῖσθαι fuisse, h. e. puncta vel numeros fic habuisse dispositos, ut qui in oppositis duobus lateribus effent, juncti femper efficerent feptem. *Ἀντίκειαι γὰρ*, ajunt, *μοῖραι ἓξ ἴδιαι, εἶτα τρεῖς ἑνὸς ἑκάστου. Opponebantur monas & senio, item trias & quaternio.* Cùm in testeris quoque effent *δύας ἡ πανὰς, ἑνὸς & quinarius.* Qui itaque *πανοπτικοὶ κύβοι* ludebant, singulis jactibus infelicibus certam pecuniam, prout convenerat, in medium conferebant: aliquando in singulos talos fingulos nummos, ut Augustus *d. l.* aliquando in singulas unitates, quas jactus oftendebat, five in *punctum*, ut ait Idem *in Nerone*, fingulos nummos. Atque hæ *manias* funt, quas vocat Augustus in *seqq.* Porrò vincebat, qui Venerem jactebat, ut hic; aliquando qui punctorum numero esset superior, ut apud Pollucem. Sic cùm non in pecuniam facta erat conventio, id in aliam conditionem, semper vincebatur, qui minus punctorum jecisset, Athen. *lib. 10. &c.* Finis obfectatio fuit, ut hic, vel lacrymæ excuterentur, ob quem legibus alea prohibita. Sed & in futurorum exploratione *talos* adhibitos, declarat *Ἀφροδισιεργιῶν* appellatio, & locus ejusdem Suetonii *in Tiberio cap. 14.* ubi in *Aponi fontem talos aureos* cum jeciffe refert, V. ad utrumque locum *Animad versiones* Il. Casubboni: ut & supra in voce *Talis*.

Talpa, Levitici *cap. 11. versu 29.* חֹלֶד *choled*, à verbo *chalad*; quod penetrare & fubfodere eft: ad id enim videtur nata & inftituta, ut indefinenti labore terram fubruat & fubfodiat, hinc *ζωὸν ὀρύσσον* Hefychio. Quem in ufum roftrum habet acutiffimum, & priorum erutum pars anterior offibus gemmis breviffimisque conftat, quæ in os humeri ftatim inferuntur, ut fortius fe fodere queant. Badem de cauſa priores pedes & digiti non deorfum, fed ad latera, fpectant, volamque habent bene latam, & ungues robuftiffimos, proque earporis modulo longe majores, quam in reliquis animantibus. Unde eft, quod tam ingenti cumque expeditè terram fodiunt, ut fidem id propè fuperet: quemadmodum rerum noftrarum damno quotidie experimur; & de integro Theſſaliæ oppido teſtatur Plin. *lib. 8. c. 29.* Hinc *σπάλαξ* Græcis ideni animalculum vel *ἀσπάλαξ*, per metathefin ex *σκάλαξ*, quod vetuſtus *talpæ* nomen, apud Athenienſes, *διὰ τὸ σκάλλειν*, ſeu *σκαλεύειν*, à *fodiendo*: & vocc compoſita *σκαλοκάθαρσις*, apud Hefychium. Eſt autem è murium genere *talpa*, ut volunt Arabes; vel falſtem muri ſimile animal, ut habet Suidas. In Lege immundis animalibus accenſita, cùm neque biſulca fit, neque ruminet. Præterea, dum

dum in terra fodientes jugiter occupatur, typus eorum hominum, qui nil nisi terrestria curant; & cœcitate sua illorum, quorum mentes excæcavit Deus hujus seculi, ne iis oboriatur Evangelii splendor. 2. Cor. *cap* 4. Inde & cœcitatis apud Ægyptios hieroglyphicum & ex Gr. τυφλὸν vox orta videtur. Si cuntem tamen detraxeris, vestigia oculorum conspici, docet Aristoteles *Hist. Animal. lib.* 1. *cap* 9. imò, quantum iis fatis est, videre, Gesnerus, apud Vossium *de Isidol. l.* 2. *c.* 58. Ad eas proferut & *vespertiliones abiisse*, proverbiali Hebræorum locutione, *i. dole*, dicuntur, tanquam in summo contemtu futura, Elaiæ c. 2. v. 20. Ad vestium tamen usum & *stragulorum cubicularium*, ut habet Plinius, inservire, alibi diximus. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. L.III. c.* 35. de usu veró Magico, cui aptissima Romanis visa *talpa* est, Plinium *l.*30. *c.*3. ubi inter alia: *Peculiare vanitatis fit argumentum, quòd animalium cunctorum talpas maximè mirantur.—— Nullis æquè credunt exstitisse nullum reliquis nis capacius judicant animal &c.* Per metaphoram apud Petrum Tudebodum *l.*3. Robertum Mon. *Hierosol. l.* 4. aliosque medii ævi Scriptores, *talpa* vocatur, machina ad fustodiendos muros, sub quo latent, qui cuniculos conficiunt. Gotefridus *Viterb. part.* 17. *Chron.*

Hinc clivos arctant, sons tollitur inde paratur
Talpa cavans arces, mangonibus invacuatur.

Ἀσπάλαξ itidem Aristoteli *Historiali*. V. quæ suprà, ubi de *Cuniculis*, item in voce *Ericius*. Hinc *Talpæ*, cuniculatii, qui sub *talpis* latent, apud Monachum Altisiod. A. C. 1188 laudatum C. du Fresne *Glossar.*

Talus, quid proprie in Animali, notum His, qui insistunt, πτερνοβάστης Græcis. Latinis *talipedes* dicuntur. Unde *talipedare* apud Auctorem *Miracul.* S. Adelardi ibb. Corbej. *cap.* 8. *Et ipse capit ex subsilium quasi ictum talipedare.* Iis contrarii *astu*, quasi *ei adversus*, qui inter ambulandum flare nesciunt, sed semper quasi subsilunt: quod necessariò evenit iis, qui non ὀλοποδῶσιν in primos pedes insistunt. de quibus V. Casaubonum *ad Tiberium Suetonii cap.* 1. uti de *Talorum* usu suprà.

Taly, fluv. Ægypti, per Bolbitinum Nili ostium, in mare se exonerans, Ptolom de quo V. Salmatium *ad Solinum* pag. 477. & suprà ubi de ostio præsato, nec non in voce *Delta.*

Tamalabathra, seu *Tamalapatra*, Indiis dicitur Folium Indicum, unde *ταμαλαβάθρου* Indum Græci formasse videntur. Salmasius *ad Solinum* pag. 1072. V. suprà ubi de *Folio Indico* & *Malabathro.*

Tanale, urbs cum portu & prom. in India extra Gangem, è quo in Auream Chersonesum navigabant, Chrysè haud procul, apud Melam. Ptolomæus tamen spatium, quod à Tamala ad Chrysen interjacet, mille & octingentis stadiis taxat. Fuit autem *à Corycio Cilicæ promontorio ad Tanalam cursus, distitate à Tamala in Gedrosiam*, Salmasius *ad Solinum* pag. 597. V. etiam Hanc Vossium in *Melam.*

Tamarica & *Tamaris*, arbor inter infelices olim numerata, quòd ne semen quidem fert, sed tota infrugifera est. Vox è Græco μυρίκη corrupta. V. suprà, ubi de arboribus *Infelicibus*, nec non in voce *Myrica*, plura verò hanc in rem, apud Salmas. *ad Solinum p.* 596. *& seqq.*

Tamiaca Prædia, *vulv. C. de pred. tamiac.* possessiones erant in Cappadocia, de domus propriæ Patrimoniiprincipis; sic dictæ, quod earum reditus deputari essent τῷ Ταμίᾳ, i. *Cubiculo & Cellario Sacro.* V. Joh. Cujacium *Novell.* 50. Alciatum, Alios, Cœterum Ταμιεῖον proprie cella *penuaria* est, *penus, horreum, conclave.* In Templis Græcorum locus tabulaco inclusus facer ac venerandus, Clericis tantùm, viris fecularibus rarò, mulieribus nunquam penetrabilis: ἐς τὰμιεῖα vocatur, qui alias θῆκαι ἀδύτου, ἢ ναοῦ ἢ ἱερὰ κτλ. Latinis *Oratorium*, item *Cubiculum.* &c. Suicerus *Thes. Eccl.* voce Ταμιεῖον.

Tamilites, V. infrà *Tamulites.*

Tamor, prom. Eoi vel Indici maris, non longè à Gange, apud Melam, ad quem V. If. Vossium.

Tampius, Hiltoricus Rom. memoratur Suetonio *in Vita Julii cap.* 77. *Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat*, ut *Tampius scribit*: quemadmodum legi vult Ursinus, ex antiquis *Insce*, & *Tampiæ familiæ* denarius; cùm aliàs T. *Ampius* habeatur. V. Casaubonum *ad l.*

Tamuzus, five *Thammuzus*, nomen Idoli, magna in veneratione, apud Judæos Idololatras habiti, de quo Ezech. *cap.* 8. v. 14. *Et deduxit me ad ostium portæ domus Jehovæ, quæ ad Aquilonem erat trastum: ecce autem mulieres sedebant, deflentes Thammuzum.* Adonim interpretatur Hieronymus *Comm.* 3. *in* Ezech. Adonis autem Sol dictus est, ab Hebr. *Adon*, i. *Dominus*, idem cum Baale & Molocho, quæ nomina itidem *Dominum* ac *Regem* denotant, Soli apprime convenientia, qui *Rex* quasi ac *Princeps Planetarum* est. Mensis certè, qui nobis *Junius*, Hebræis *Tamuz* & Solis ingressus in Cancri signum, *Tekupha Tamuz*, i. *Revolutio Tamuzi*, dictus est Isidem. Thom. Godvvynus *de ritibus Hebr. lib.* 2. *c.* 2. Quo pacto verò Adonidi, quem *Gingram* quoque Phœnices dixere, in Phœnicia, apud Biblios inprimis, sacra fuerit olim fueritque solita, legere est apud Lucianum *de Dea Syria*

Nempe ad repræsentandum Veneris dolorem. ob Adonim ab apro interemptum, tota regione luctus indicebatur. Tum lacerabant se verberibus, quasi Adonidi parentantes; etiam capita radebant, ὅκως Ἀσσύριοι δοκέουσι τὸν Ἄδωνιν, ut Ægyptii faciunt mortuo Apc. Quod si quæ mulierum formæ studiosiores radi abnuerent, eæ die uno pudorem peregrinis prostitutebant, mercedem Veneri oblaturæ. Post luctum, die uno repræsentatum, postridie omnes pariter gaudium testabantur, ob vitæ Adonim redditum: de quibus Mulierum planctibus in Adonis memoriam Plut. *in Alcibiade & Nicia*, Indeque Aristophani *in Pace*, Ἀδωνιαζουσῶν, ὃ ἐγὼ τὴν Ἄδωνιν ἔχων, *lamentatio ob Adonium*, ut Hesychius exponit. Et satis verisimile est Ἀδωνιαζειν hunc signari, apud Ezech. *l. cit.* Cui simile quid est apud Poetas, *i* haethontiadum luctus; Nam Phaethon itidem Sol est. V. Gerh. joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *c.* 4. sub cujus finem monet, non defuisse, qui per Adonidem non Solem intelligerent, sed frumentum, quod parte anni in terra sepultum latet, parte item feliciter germinans se nostris offert obtutibus. Et fortasse inde est, quòd in Adonis fruminto serebant & hortos faciebant Adonidis, V. Scholiastem Theocritiad *ejus Idyll.* 15. Idolum hoc oculos habuisse plumbo opplectos, quo vi ignis intus latentis liquefacto. lachrymantis exhibuisse imaginem tradit R. David Kimchi in *radic.* Regnasse in Ægypto *Thamum*, tempore Moysi regnante Trismegisto, cujus hic scripta compilaverit, tradunt nonnulli; & meminit eus Plato, antiquissimum illum fuisse constat: non æquè quis ille fuerit. Adamum quidam hoc nomine designari contendunt; Hornius vel ipsum Chamum, unius literulæ mutatione, universæ Ægypti dominatum, Psalmo 105. v. 27. vel ipsum Noachum, qui Genetcos *cap.* 6. תמוז appellatur, quòd cognomen ab improbis fortasse, quibus pœnitentiam prædicabat, ei inditum est. *Thoma* Ægypti meminit Homerus Ὀδυσσ. ι. Nec inusitatum hujusce gentis nomen *Thamus* fuisse, *Thamuus* ille ostendit in historia Panis demortui, apud Plut. *de def. Orac.* E' quibus Orientalibus Sacris Macedonibus forte *Thamuus* pro Marte innotuit, teste Hesychio: Seldenus etiam dubitat, num ejus nomen ad *Tamuzium* seu *Thammuzum* spectet. Philastrius *Thamus* vocat illum Regem, qui Mosis state Ægypto præfuit. Hoc certum, *Thammuz*, Adonim & Osiridem, unum eudemque fuisse, ut videre est apud joh. Seldenum *Syntagm.* 2. *de Diis Syris cap.* 11. Unde fortasse & *Thamus* idem, quod *Dominus*. V. Georg. Hornium *Philastr. Philosoph. lib.* 2. *c.* 6. ut & suprà in vocibus *Adonis, Gingras*, *Osiris* &c.

Tanaïs, Inf. in Oceano Britannico, memoratur Solino *cap.* 22. ubi de Britannia, *At* Tanaïs *insula altissimi freto Gallico, à Britannia continente æstuario tenui separata, frumentariis campis fertilis, & glebâ nobere, nec tantum bili, verùm & aliis salubris locis: tum ipsa nullo serpatur angue, affuetaia inde terra quoquo genitum invehatur, angues necat.* Unde *Thanaton*, à πόνος serpentum dictam, nugatur Isidorus. Sed *Tanaïs* verum ejus nomen, quâ terminatione & *Isis* in illo Oceano, apud Diodorum, quæ *Ouxies* Ptolomæo, Plinio *Velis*. Hodie Tenet. Salmasius *ad Solinum d.* l.

Tancredus, Bononiensis Archidiaconus, quintæ Collectionis Decretalium Auctor, in qua sunt Honorii III. Constitutiones, sub cujus nomine etiam publicari debuit. Perdidit illam A. C. 1227. quo Honorius obiit. Ejus interpres perhibetur Jacobus Albanus Faventinus Epitc. Henrici Ottenis Præceptor. Quam diu desideratam, neque unquam editam, quia Gregorius Honorii successor de nova editione statim cogitabat, cùm Antonius Augustinus inter suas Collectiones non edidisset, tandem in Bibliotheca Albiensi repertam, Tolosæ A. C. 1645. edidit Innocentius Cironius Acad. Tolol. Cancellarius, & *Notas* addidit doctissimas. Gerh. von Mastricht *Jc. Ecclesiæ. Juris Rect. num.* 352. V. quoque Arthur. Duck *de Auctor. Jurie. l.*1. *c.*7. *&* 8.

Tangatanga, *i. in viribus Unus*, *& in uno Trinus*, Numen Peruvianorum, cujus effigiem Chuquisacæ se vidisse, testatur Jo. Hugo Linschottanus *Ethn. Ind. Occident.* V. Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. purior. c. III. de Deo Trino*, §. 3.

Tangendi lanuginem, per blanditias, mos memoratur Suetonio *in Neronc c.* 34. *Quem* (amitam suam) *cùm exurlitia alvi cubantem visitaret: & illa tractatus lanuginem ejus, ut assolet jam grandis nato &c.* Sed & mentum, dextram, vel genua *tangendo* supplices, ut suo loco vidimus. De *scptrum tangendi* ita apud Persas usitato, res è Sacris notissima. Tralatitia phrasis apud Poetas est, *tangere Divos*, vel *Cælum*, summam felicitatem inferens. Statius *Thebaid. lib.* 3 v. 155.

Vos meri foruna mei, qua tangere *Divos*
Rebar ——

Ausonius,

Tunc ero bis Consul, tunc tangam *vertice cælum.*

Seneca *Thyeste*,

Æqualis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum &c.

Quam in rem V. plura apud Casp. Barthium *Animadv. ad Statium ad. De tactu* rerum facrarum alibi. Apud Judæos verò

non tantùm esui immunda erant animalia quædam, sed & ipso *contactu* nonnullis, licèt non adeo certò, immunda alia fuisse videntur, ut *sua* &c. præcipue verò contaminabant mortua, fi-ve immunda, five munda fuiffent. Et quidem immunda animalia, ex quorum contactu immundities contrahebatur, enumerantur Levit. c.11. v.24 -27. quibus adduntur octo reptilium fpecies, *verſibus* 3. *ſeqq.* quin imò contaminabatur omnis res, quæ tale cadaver *tetigiſſet*, *verſ.* 32. & 33. munda verò tacta contaminabant, ſi morticina eſſent, i. fuâ ſponte, nullâ vi extincta, vel ſuffocata, absque amiſſione fanguinis. At ipſius hominis cadavere nihil erat contagioſius, quippe quod ex ſola præſentia, non tantùm ex contactu omnem inficiebat, qui eodem in loco erat, Numeror. c.19. v.14. ut ſupra videmus ubi de *Immunditiæ Legali*, *Mortuûm* &c. Hinc nec accedere quidem ad mortui cadaver unquam Pontifici licuit, ne ceremonias contaminaret; quoniam in mortem imperium penès Vet. Teſtam. Sacerdoti um non erat, in CHRISTO ſolo, cujus is typus erat, quæren dum. qui fine pollutionis metu mortuos *tangeret*, cùm ſolo attactu vitam illis dare poſſet. Idem verò & Nazinæis interdi ctum, qui proin, quoties mortui vel morticini attactu polluerentur, votum rediugerat &c. & de novo Nazireatus tempus impleri neceſſe habebant, Numeror. *cap.6. v.3.-10.* qua de re Franc. Burmannum *Synopſi Theol Chriſt. Part. prior. lib.IV.c.10. §.5.* plura verò de verbo *tangere* infra in *Taxare*.

Tantalus, adde: Jupiter Phrygius hic fuit, Ganymedis raptor. Euſebius ad ann. 42. *Olymp. Ejus Ebnus Judicis Iſraël. Ob raptum Ganymedis Troi*, patri *Ganymedis & Tantalo*, *bellum exortum eſt*, *in Phrygiæ Paſtoris Troiæ*, *Priſcus* Phrygius *Jovis fabula & raptûs æquiſſa confingitur*. Phryges nempe & Paphlagonas rexit, raptoque flagitioſiſſimè Troiani Regis filio, bellum id conflavit, ut Oroſius de eodem Jove refert *l. 1. c.12.* V. quoque Herodianum *in Commodo*, & hanc in rem plura, apud Ger. Jo. Voſſium *de Idol. l.1. c.15.* Ex eadem fabula, de pœna *Tantali* apud Inferos. colligit Epiphanius, non animam ſolùm, ſed & corpus impiorum, cruciatum iri in inferno, Gentilibus quoque non penitus ignotum iuiſſe, *in Amoræis pag.* 577. Hinc appellationem accepit *Tantali Poculum*, in *Muſæo* Kircheriano Romæ. Scyphus eſt, ſuperne in hemicyclum arcuatus, totoque ore patulus, intra cujus latentes anfractus purpureus vini Falerni latex captivus hæret, adeò ut credas ſcyphum ad ſummà labra repletum, qui tamen inverſus ne guttulam quidem remittit. V. Georg. de ſepibus *in Cict. Rom. S.P. Muſæo pag.* 14.

Tapaborum, Gall. *Topabord*, Anglicum bardocuculli nautici genus, quo in obſidione Rupellana milites uſos, refert *in Diſſionar. Gall.* Richelietus.

Tapanitæ, pop. Lybiæ interioris, infra Naſamones ſiti, apud Ptolom. opus pro *Tabaitis* pop. maleVirum Erudium acceſſe, docet Salmaſius *ad Solinum p.*1019. V. quoque ſuprà, ubi de *Tabaitis*.

Tapetes, Gr. τάπητες, Ammonio *οἱ ἐν τῷ ἐτέρῳ μέρει μαλακὸν ἔχοντες*, ſicut *Αμβιπάπητες οἱ ἑξ ἑκατέρου*, ubi *μαλακὸν* pro molli villo, five pilorum mollitie poſuit: idem facere cum Gaufapis, ſicut Amphitapetes cum Amphimallis. Nempe *Tapetes* ex una parte villos habebant, Amphitapetes utrinque. Unde *Amphiapas veſtes*, teſte Nonio Latini dixere, apud Octav. Ferrarium *de Re Veſtiar. Part.2. lib.1. cap.* 14. Penſilibus *Tapetibus*, in Theatro olim Tragico, palatia Regum cernebantur obducta, partim ut Regiarum ædium vera ſpecies exhiberetur quas etiam Heroicis temporibus, *Tapetibus* externi fuiſſe ſolitas, ex Homero diſcimus. Primus vero illorum uſus fuit, ut pedibus ſubſternerentur, unde *Tapeta*, quaſi *Tapedia*, Iſidor. *lib.19. c.26.* aliis τάπητες, quaſi πάντες, πᾶσι τὸ πατεῖσθαι, quòd *calcarentur*, nonnullis δάπητες, ex δαπὰν. Poſtea & lectis cubitoriis inſternebantur, Curtius *l. 7. Cùm poſt cubaret, & lectis obtuſe cubantium, ſtaret Rex* Jul. Pollux *l.6. c.1. Amphipapetia & Tapetia*, in ornatu convivantium reponit. Virgilius *Æn. l.9.*

——— *Qui furè* Tapetibus *altis*
Extruſtus.

M. Varro *in Hercule Socratico*,
In omnibus rebus bonis quotidianis
Cubo in Sardinianis: Tapetibus.

Et in quocunque lautioris convivii apparatu parietes totos velabant: ut de Adraſti magnificis epulis, quibus Polyneem & Tydeum acceperat, habet Statius *Theb. l.1. v.*728.

——— *Parvoſque tenues*, *auroque fruantur*
Emunire thoros, *alloſque inferre* Tapetas &c.

Ad quem ſenſum Bacchylides, apud Athenæum *lib.* 11. *cap.* 1. ᾗ βοῦν πάσῃς εὐμάλῳ, ὅτε χρυσὸς, ὅτε ποικίλοισι τάπησι, δέπας δ᾽ὑμῖν ἰσόπεδον, μέσῳ τε γλυκείᾳ, *Non adſunt boum corpora, neque purpureî tapetes, ſed animus bene volus Muſaq; auleis*. Corippus ad Spectacula Scenica, ut diſcimus, eos Byzantii adhibitos fuiſſe, inſinuat *lib.2. num.*8. & *lib. 4. num.*2. Quia autem eorum in Aſſyria præcipua honor primaque fere peritromatum hujusmodi inventio, hinc *Babyloica* vocata ſunt. Plin. *l.*8. *c.*48. quibus diverſicolores effigies intexi conſueviſſe animalium Hexoumque priſcorum, docuit Ægidius Maſerius *ad Vul. Flacc. l.1.*

——— *Acclinis*que Tapetis
In mediis recubo comiti caput Hippaſus auro.

V. quæ ſuprà diximus, de *Perſiſtromatis*. Meminit *Tapetum ſu co obvolvum*, apud Aulum Gellium *lib.*20. *cap.*9. C. Martius *in Mi miambis*,

Jam tonſiles Tapetes *ebrii ſuo*,
Quos concha purpura imbuens venenavit.

In quæ verba eruditiſſimus V. *Notas* Jac. Oiſelii JC. V. quo que in *Pelum*, uti de more *tapetibus inſidendi* Turcarum, Perſarum aliarumque in Oriente gentium, P. de Valle *Itiner.* Apud vet. Poetam, *d. l. Tapetes tonſiles* iunt brevibus ac tonſis vil is, ἀκρόμαλλα Græcis, Salmaſio *ad Solinum p.* 6. 1000.

Taphæ, locus Ægypti, in Occidentali Nili latere, memoratus in *Itinerario* Antonini, de quo V. Salmaſium *ad eundem*, *pag.* 438.

Taprobane, adde: Ante Alexandrum M. vel nomine tenus ignota fuit, demum per Præfectos ejus patefacta, Oneſicritum & Nearchum. Poſtea, cùm Romanos, cum Annii Plocami liberto, in Inſulam ſuam tempeſtate fortuitò delatos, hoſpitaliter excepiſſent incolæ, ibi Libertus hic ſex menſium alloquio imbutus, cum Rege communicavit, qui & amicitiâ Cæſaris ac Romanorum expetitâ legatos cum eo ad pacem petendam miſit, principe eorum Rachiâ, uti docet Plin. *l.6. c.22.* A quo tempore Romani Negotiatores eò commeare cœpere &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 111. *& ſeqq.* & ſuprà ubi de *Indica navigatione*.

Tapuiæ, adde: Aliter *Tapoiones* dicti. Quæ gens, inter Siaram & Maranthon ſita, vagabunda eſt locis incultis, & deſertis, ſera, μίσανθρωπος, nullâ parte corporis velata, vel non alia ſaltem quam verendis. Imò, cùm Hollandi aliquammulris veſtes donaſſent, priùs quidem rei illos delectavit novitas, ſed intra biduum illas vel reſtituerunt, vel aliis largiebantur, vel abiecerunt Iidem præpitium obligant ligula bombycina, viminea vel alius materiæ, ne caput penis fœde aſſurgeret, quod unum ſeduló cavent. Labiis, genis, naribus & auribus perforati, è foraminibus ornamenta geſtant, è ligno, oſſe, lapide, palma. Pro armis clavam è duriſſimo habent ligno, ſagittas ex arundine, ex eadem jacula, longitudine haſtæ: Nullum iis auri vel argenti pretium; ſic ut cùm ſcrinia aureis & argenteis referta armis, quæ humo condiderant Luſitani, effodiſſent, adventantibus Hollandis vili venderent, nunc ſecuribus commutantes, nunc canibus venatui deditis, cui admodum ſtudent, nunc vulgaribus etiam ac vilioſſimis. Carnibus veſcuntur humanis, ut dictum, fed eo fe meliores putant alios ἀνθρωφάγους, quòd hi carnes edant hoſtibus ipſis mandatorum cadavera amicorum, prelio vel morte extinctorum; idque ad teſtandum fuam erga eos pietatem ac amorem: Itaque ab iſtiusmodi epulo, præter conſanguineos, omnes alii arcentur. Quæ comedi nequeunt, ut crines, ungues, dentes, oſſa, in cinerem rediguntur, cujus portionem aliquam poculis indunt bibuntque, donec longiori compotatione univerſus abſumatur. Religionem quod attinet, Numen agnoſcunt duplex, *Bonum & Malum*. Illud verò, quia ſponte faciat bene, affligat neminem, nullo profequun tur honore: Malum contrà venerantur ac invocant, quia iracundum ſit, & cultum ſui negligentes, miſerè perdat. Nec vel iter inſtituunt, vel adverſus hoſtem tendunt, niſi hoc Numine, quem *Damonem* dicimus, certis priùs ritibus conſulto. Hinc divinandi ſibi arrogant ſcientiam, & certum eſt, varia ſæpe præ dicere, quæ proſpicere mens humana nequeat &c. V plura hanc in rem, apud Gerh. Jo. Voſſium *de origg. ac progr. Idol. lib.1. cap.*8. Eodem modo antiquos Saxones, præter Finnum Deum & Deam Sibam, malum Deum, quem *ſtrum* gebant, coluiſſe, legimus apud Georg. Fabricium *Origin. Saxonic. lib.1.*

Tapulla, quòd *tapulo* ſeu menſæ præſideret, dictus Veteribus eſt, qui alias *Magiſter ſeu Rex convivii*. item *Sympoſiarchia*, quas voces V. ſuprà. Item Lex convivalis, de qua ſic Feſtus Pomp. *lib.* 18. *Tapullam legem convivalem, ſicto nomine, confingitis jocoſo carmine Valerius Valentinus, cujus meminit Lucilius hoc modo*,

Tapullam videns legem contexe optimi:

Quem locum Jo. Meurſius *Criticor. Exercit. parte* 2. *cap.* 2. aliter cenſuit legendum, nempe *Tapullam, legem convivalem*: deinde verſum Lucilii nonnulli ſic deſcribunt,

Tapullam videns legem conceræ optimi.

Aut parvo diſcrimine ſic:

Tapullam videns legem congeræ optimi.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib.*5. *cap.*29.

Tarabat, vox Gallica *dimatonotonomie*, notans inſtrumentum ὑφωτικὸν, apud Auguſtinianos discalceatos, Capucinos, aliosque Religioſos, in Eccleſia Romana, uſitatum, quo noctu ad preces in Choro fundendas ſignum datur. Idque non uniùs generis: Crepitaculi enim inſtar eſt, quo in Sancta, ut vocatur, Hebdomade, ad veſperrina ſolenniorum diurnum officia, Monachi convocantur; Aliis tabellâ utuntur lignea, quam ferreo bacillo percutientes ſtrepitum edunt &c. Richelietus *Diction. Gall.* V. quoque ſuprà in voce *Taimla*.

Taraboci,

Tarabici, Hæretici Anconitani, apud VVadlingum *in Annal. Min. ann.* 1341.

Taraga, falcia est, qua Episcopi peregrinantes uti jubentur in *Ceremoniali lib. 1. cap. 3.* quaque utuntur Doctores Eccl. Siculi & Melitenses supra superpelliceum, in modum, cum concionantur aut processionibus intersunt: Arab. originis vox, de qua V. Macros *in Hierolex.*

Taran, five *Tharanis*, veteribus Celtis Jupiter dictus est, quem & Suetonius *Thor* vocarunt: de quibus hic Adamus Bremensis, *Thor, inquiunt, præsidet in aere: qui tonitrua & fulmina, ventos irrebentes, serena & fruges gubernat.* Postea que, *Thor cum sceptro Jovem exprimere videtur.* Quali *Βροντέων* seu *Tonantem* dicas. Nam hodieque Cambro-Britannis five VVallis, tonitru *Taran* vocatur; quod trajectis ultimis duabus consonis, foret *tanar.* Sed Saxones pro eo *Donner*, aliqui *Tonner*, Batavi & vicini Belgæ *Donder*; unde Jovis dies *Donders-tag.* Imo ex *Taran*, per aphæresin, factum fuisse Suetonius *Thor* five *Thor*, præter Adamum præfatum, docet Islandus Olaus *Hist. Sueo. lib. 1. cap. 1. Thor tamen quem potens Asinus & Asinarum Deus, in medio & aliis aliter refebebat, imagine viri nudi, dextra quidem sceptrum, sinistra vero septem stellas præferentis, insigne. Et mox, Pro pluvia & aura necessaria invocabant Thorum: ejus simulachi sepulcralis qui sacerdos per deputatus Sacerdotes sacrificia offerebat, à quo erat dies ille dictus Thorisdag.* V. Gerh. Jo. Vossium *de orig. & progressu idolol. l. 2. c. 33.* & in voce *Taranis.*

Tarandus, animal Scythiæ peculiare. Plin. *lib. 8. cap. 30. Mustas videre & Scythiarum tarandus* ——— *magnitudo ei, qua bovi, capus majus tervino, nec absimiles cornua ramosa, ungulæ hispidæ, villus magnitudine urforum. Sed eam illouis sui coloris esse, sæpe similis est. Tergori tanta duritia, ut thoracest ex eo fiebant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum incertum, reddit, iis qualibus latet, mutans, ideoque rari capiuntur. Mirum esse habitum corpori tam mobili: item duri, mirabilius & villo.* Solinus Æthiopiæ quoque ascribit c. 30. Et nulla auctoritate nixus. Omnes enim, qui de eo scripsere, Scythiæ faciunt proprium & peculiare. In specie Gelonis illud tribuit Aristoteles, Sarmatis Theophrastus, uti docet Salmasius *ad Solinum.* V. quoque Schefferi *Lapponiam c.* 28.

Taranius seu *Taranius*, in MS. Foxiensi Tolosæ, *Toranus* Plinio *lib. 7. cap. 12. Taranius* seu *Thoranius* Suetonio, mango fuit celebris Augusti Imperat. principatu ex illorum genere, qui Symphoniacos pueros domi alebant, collataque mercede in privatas civium aulas publicaque Principum palatia mittebant. Hic *Augusti, jam Tiberio exitus formæ puero, alteram in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidisset tantis uniras erat. Postquam deinde, sermone puerorum detecta fraude, à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretii conqueretur; Nam accusatores erat sestertiis: Reipsaki verisimus ingenii mango, ob id ipsum se tanti vendidisse, quoniam nos esse minis similitudo in nullis eodem intero editis, adeo verarum quidem genium notabiles, tam exoticis figura reperiri, fuperet omnem esse taxationem.* Eandem historiam refert Jul. Solinus Polyhistor. *cap. 7.* Aliud ejus argutè dictum Aur. Macrobius habet *Saturnal. lib. 2. cap. 4. Delectatus erat inter canum Symphoniacis Tarani Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset liberalis, eosdemque postea Tarantius æque inter canum quæverni Cæsari sic exosavit. Æmolus suit.* Suetonius quoque eus meminit *Augusto cap. 69. Ætate adultus virginei deinceps usque perspicerem, tanquam Tiberanio mangone nonnihil.* V. Joh. Rofinum *Antiquit. Rom. l. 5. cap. 29. cum Paralipom.* Dempsteri.

Taraxippus, Deus, addit Ita Pausanias *in Eliac. poster.* Ibi nempe sepultus erediturque quidam Ischenus gigas, qui ad famem fedandam Oraculi jussu immolatus est. Lycophron vers. 42.

Κρὸνε παῖ ἀσκόλιε ὀχθε, ἰσθε γὰρ νιν ἐν
Ἴσθμοι τοφωκὶς ἐνὶ Ἰφίης τάφῳ Θ.
Saturni ad cedium civium, ubi terrigenæ
Equorum primitator est Ischeni tumulus.

Ubi Scholiastes, *Taraxippum* eum vocari ait, ob causam dictam. Alii Myrtili patrem aut filium hoc nomine indigitari malunt. Etiam quidam Myrtilum ipsum, cui Pelops centoraphium id erexerit, ut à se peremto parent. Nonnulli ab Oenomai hos terrores equis immissos volunt. Quidam denique Pelopem afferunt aliquid, ab Amphione acceptum, eo in loco defodisse, cujus arcana vi cum Oenomai equi conterriti essent, alii quoque equi postmodum eodem modo conterrnarentur. Atque hæc de *Taraxippo*, in Ludis Olympicis. Alius fuit in Ithmo, ut iidem indigitatum Glaucus sc. Sisyphi filius, in funeribus ludis, quos patri fecerat Acastus, ab equabus interfectus. Etiam in Nemea, pro Heroe *Taraxippo* nutrix fuit saxum, in ipso curriculi flexu, cujus fulgore equi non aliter concitabantur, quàm si objectis ignibus trepidatio fuisset orta, eodem Pausania teste. Quod tamen Apollini ipsi tribuit Statius *Theb. lib. 6.* Ita nempe Dius imputabant miseri, quæ vel propriæ, vel equorum imperitiæ, sibi acciderant. Plerumque enim natu ea cui tales, nec nisi cum ad ferendum fulgorem aut bellicos strepitus, assuefiunt. Itaque moris olim erat equos *nudi sessor, tintinnabuli sono explorare*, an intrepidi esse didicerint, uti pluribus docet Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. c. 8.*

Taraxopolides, Philoni *adversus Flaccum* dicuntur, qui pedem contra Remp. concitare audent, *Civitatis turbones*, de quibus V. Gothofredum *Nov. ad rubr. Cod. de Sed. visib.*

Tarbelli, adde: Straboni Τάρβελλοι, à Cæsare, inter populos Aquitaniæ iuæ, Garumna, flum. Pyrenæi montibus & Oceano claustæ, primi omnium nimerantur, *lib. 3.* Plinio, inter *Begerras* five Bigerrones & *Consuanes & Sibbatianos*, quod hi ex ea gente militum apud se haberent in præsidio, fic dicos, ponuntur. Apud Ptolomæum, sub Biturigibus Vivisci usque ad fastum Pyrenæum habitare dicuntur, & certè inter *Tarbellos* & Santones foli alicujus nominis Bituriges hi Vivi ei sunt. Sinum, quem *Tarbelli* incolunt, Lucanus defignat his verbis,

——— *Tum vasta Nemesia*
Qui tenet & ripas Aturi, qui litora curvo
Amnitior scimiffum claudit Tarbellus æquor.

Ita restituit Valesius ultimum hunc versum, fublatâ unâ literulâ, & *Tarbellius* à Pocta positum esse pro *Tarbellus*, cùm vulgò *Tarbellicus* legatur, contendit, Caput eorum *Aquæ Tarbellicæ.* V. Hadr. Valesium *Notit. Gall. in hac voce.*

Tarchan, apud Tartaros, dicitur, qui ab omnibus, quæ à Rege imponuntur, immunis est, eo usque, ut ei, quidquid in bello spoliorum reportaverit, totum cedat, nulla inde parte Regi relicta. Abul-Faragius *in Histor. Dynastiarum pag.* 281. apud D. Fresne *Glossar.*

Tarda Avis, ex genere anserino, memoratur Plinio *lib. 10. cap.* 22. V. supra *Otis.*

Tarenina Familia, de *Tarente*, inter Gallias illustres, ramus est Stirpis Tremoliæ, quæ ob jura, quæ prætendit in successionem Friderici Aragon. i Regis Neapolit. singulari prærogativa, in patrio Regno, gaudet. Et quidem ex Francisci, qui obiit A. C. 1541. & Annæ Lavallæ (Friderici prælatique fil. Caroli am nepris) filiis, maximus natu Ludovicus, primus Thoarii Dux, defunctus A. C. 1765. ex Joanna Montmorentia, pater fuit Claudii, qui obiit A. C. 1614. Hoc & Caroli Brabantini (fil. Guilelmi Principis Arausion.) genitus Henricus, Mariam Turriam sibi junxit, exque ea fuscipit prolem: in qua primogenitus Henricus Carolus *Princeps Tarenti*, maritus Æmiliæ Hallææ (V. Vilhelmo Hadræ Landgr. genitæ) pater est Caroli Belgici Hollandi D. Thoarii (n. A. C. 1655.) Principis Talmontii (n. . . .) Carolæ Æmiliæ & c. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Part. I. pag. 73. & Part. II. pag.* 121. V. eundem *Arte Heraldic. Tom. II.*

Tarentini Luli, V. supra *Scenitæres Lulii.*

Tarentum, urbs, adde: *Herculeum* cognominatum est, quòd Phalantus ejus conditor ex Heraclidis unus, & quidem ab Hercule odtavus esset. Hinc à Tarentinis *Heraclea* colonia nomen accepit, quam *Polybius* vocaretur Jonum tempore, qui, Lydorum imperium fugientes, illam prius renuerant, & ante Jonas, *Sirin.* V. Salmasium *ad Solinum pag.* 78. qui etiam de *Tarentinis avellanis* & *castaneis* non pauca habet, ubi, quid *Διὸς βάλανος* Gr. vocaverint, di quirit, *pag.* 662. & 665. Sed & scapis candelabrorum nobile Tarentum fuit. Plin. *lib.* 14. *cap.* 18. *A Tarento*, medio æyo *Tarentum* dictus est numnus aureus, quòd ibi primum cusus. *Bulla MS.* Nicolai IV. *ann.* 3. de Cen. bus Eccl. Rom. *Monasterium S. Nicolai de Calusse Mediolanum xxvi, quod valet* 5. *Tarentinos Regis.* Postea voce contracta *Tarentus*, item *Tarix*, cujus apud Apulos & Siculos frequens usus olim, hodie que in Sicilia utraque & in Inf. Melita durat, vulgò *tari.* Et quidem Siculum *tarenum* respondere odo bajocois Romanis, sed Neapolitanum longè plus valere, legas apud Domin. Marcum *ins Interlexico*, V. quoque *Glossar.* Car. du Freine. Ut de *Principatu Tarentino* verbum addam, titulus hic tum primùm emersit, cùm Rogerius Siciliæ R. Simonem filium, dum in minoribus testamento honestaret. Sed Guilielmus R. legitimus filius hunc Simoni ademit, dicens, *Ducatus Apuliæ Tarentique & Capuæ principatum legitimis tantum filiis concedi*, ut est apud Falcandum *pag.* 659. Postea Boemundus Tancredi filius, in hæredii fortem, à fratre Rogerio *Tarenti* & Baris principatus nactus, Antiochiam quoque titulis adjecit: unde *Principis* axioma ad Galilææ quoque feu Tiberiadis, in Regno Hierosol. mitanæ, Dominos transiit, inde ad Achaiæ & Moreæ, in Imperio C Politano, sub Impp. Francis, Dynastas delatum. V. supra in voce *Princeps.*

Targa, feu *Targia*, apud medii ævi Scriptores, Britannos inprimis Gallosque, ubi pecus est seu futum longum, amplum vallidumque, totum militem tegens, cujus inprimis usus erat, cùm copiæ militares ad muros admoverentur. Matth. Paris Ann. C. 1240. *Oppositis corporibus suis propriis, & amplis clypeis, qui Targiæ appellantur.* Quo casu cùm cura hæc milites prætenderent, *targer* ii Gallis dicebantur. Sed quia ob gravitatem earum ac pondus lentè procederent milites, hinc porro *targer*, qui morarentur, & *targa*, mora dicta est uti docet Menagius *in Origin. Ling. Gall.* & Ferrarius *in Inst.* Nangius à similitudine *scutorum* ea vocat hujusmodi scuta, in *Vita S. Ludovici pag* 345. de qua-

rum usu plenè Vegetius, & alii. Hinc nomen datum monetæ 2. denar. Ducum Britannicæ, quòd in ea scutum insignium effictum esset, apud Hautrinum *de Monetis Franc. pag.* 101. alii item in Vasconia. ut & in Hispania, quam 4. maravedinos valuisse scribit Jo. Mariana *de Ponder. & Mensur. cap.* 22 Cœterum vocis etymon nonnulli à Bohemico *Tarcz*, quibus sit dicantur scuta prælonga, pendi totam corporis inferioris partem tegentia; alii ex Germanico *Tarsch*, Bochartus ex Arabico *tarkeyel darca*, i. *clypeus*, arcessit. V. Car. du Fresne *Glossar.* ubi & navis speciè hoc nomine habet, ex J. Vitriaceni & Matth. Paris an. 1219

Targum, Chald תַּרְגּוּם *Targumim*, significat *Interpretationem, Versionem, Paraphrasin*, quæ non tam verbum de verbo, quàm sensum ex una lingua in aliam transferat: & proprie de *Paraphrasibus Chaldaicis*. quæ apud Judæos maximo in usu sunt & æquali cum Scripturis honore, fumitur. Originem iis dedit mutatio Linguæ Heor. durante 70. annorum captivitate, in Chaldaicam; quo factum, ut licet multi reducum, præsertim ætate grandiores ac senes, Sacerdotes inprimis & Scribæ, Hebræam adhuc tenerent: in usum tamen plebis, ut Scripturas intelligerent, in Synagogis ac Templo prælegi solitas, introductæ sint *Targumim*, sive explicationes linguâ ipsi notâ fc. Chaldaicâ; sive, quæ eadem fuit, Syriacâ, ut colligere est ex Nehem. *cap.* 8. v. 8. Factæ vero sunt illæ, non solùm in Legem, Actor. c. 15. sed etiam in Prophetas, Lucæ *cap.* 4. v. 21. idque à temporibus Antiochi Epiphanis, qui cùm Legis lectionem prohiberet, inceptæ sunt lectiones ex Prophetis: sectionibus Legis respondentes, quas *Haphtoræ* vocarunt. Et quidem primò absque punctis fuerunt editæ, postea cùm de punctatione desperassent, Christianorum varii opus aggressi sunt, quod tandem Johan. Buxtorfius immensis laboribus ad umbilicum perduxit, V. Buxtorfii *Gramm. Chaldaic. & Syr.* ac Lud. de *Dieu in compar. 3. lingg.* Hæ itaque post lectionem textus Hebraici publicè prælegebantur: Unde exemplaria etiam hodiéque extant antiqua, in quibus alternatim scribuntur Textus Hebraicus & Paraphrasis Chaldaica, ita ut singulis versibus Hebr. ilatim Paraphrasis Chaldaica subjungatur. Originem proin *Targumim*, quod attinet, non altiùs, quàm ab Esdræ temporibus arcessenda est: scripræ verò sunt non ante Jonathanem & Onkelosum, qui circa tempora Christi floruerunt. Et quidem pro partitione triplici facrorum Codicum à Judæis facta, *Targum* seu Paraphrasis Pentateuchi ad Onkelosum: in Prophetas ad Jonathanem, filium Uzielis, excepris libis. Esræ, Danielis & Chronicorum: Hagiographorum, ad Joleplhum quendam cognomento Chalcaitam referuntur. Præter quæ cùm duæ extent, in Pentateuchum; una eidem Jonathani adscribitur, altera, quæ *Hierosolymitana* dicitur, incerti Auctoris est: ut de aliis taceam, de quibus prolixè agitur a Briano VValtono *Prolegom. in Biblia Polyglotta*, *Prolegom.* 12. cui tit. *De lingua Chaldaica & Targumim.*

Tarichea, adde: Græcè Ταριχέαι, quo nomine & aliæ nonnullæ urbes veniebant. Stephanus, Ταριχέαι πόλεις παλαιὰ ἐν τῇ Μακέδονίᾳ, ἃς ὁ Σκυμνος, φησὶ Καινοβίους. Quod viz. in his omnibus milliæ efficit Ταριχέαις, *conditure pisium* feu *salsuræ* à quibus urbium etiam hartum nomen per e diphthongum scribendum fuisset, fed ad diftinctionem ita obtinuit, ut urbes Ταριχέαι, falsiaræ verò hæ Ταριχαῖαι dicerentur. Hinc & ipfe lacus Gennesara, quod multas ταριχέας exhiberet, Ταριχαίας nomen accepit, Salmasius *ad Solinum pag.* 578. Incolæ Ταριχεύται &c. Cœterum & corpus exenteratum, cerebro per nares extracto, intrinfecus condire, qui Ægyptiorum mos, ut videtur, a τὰ ταρίχη ficut unguentis & aromatis extrinfecus curare, dein fafciis involvere mortuos, quæ Hebræorum confuetudo, ἐνταφιασμὸν Græci dixere. V. Cl. Suicerum voce Ἐνταφιάζω.

Tarida. in *Pacto* inito inter Philippum Imp. CPolit. & Venetos A. C. 1281. quod defcripsit Car. du Fresne in *Hiftor. Gallo-Byzantina pag.* 30. *Quòs Imperator & Rex non proponunt habere, nisi vasfella pro deferendis gentibus, equis & victualibus, videlicet navei & tarridas*. Græcis ipse avvi scriptoribus ταρίδι, navis onerariæ species est, quæ vulgò *Tartana*, ut nonnulli volunt. V. præfatum Auctorem in *Glossar.*

de *Tarifa*, nomen illuftris in Hifpania Familiæ, quæ Henriquezia: Stirpis ramus eft. In hac enim Petrus, minor natu filius Friderici Caftellæ Thalaffiarchi, ab uxoribus Beatrice & Catharina, fucceffionem & nomen de *Ribera* fuæ domui, cum oftio Supremi Judicis Vandalitiæ feu Andaluziæ, intulit. Inde Comites *de los Molares*, & Marchiones de *Tarifa* deleendunt, quibus & una Ducale titulo *Alcalæ* acceffit, ut fupra vidimus in hac voce. V. quoque *Tarifa*. Aliàs ταρίχη Græcis arca fepulchralis eft. Heiychius, Ταρίχη, κάρηνα· μέγαι, εἰ δὲ σκεφάλαι. ἐκὼν ὀστέων. V. Salmafium *ad Solinum pag.* 1205.

Tarinca & *Taringa*, apud Scriptores mediæ ævi, qui *Passiones* SS. fcripfere, Gallica lingua veteri, fudem ferream notat. Cujusmodi fudes modo naribus & auribus immittebantur, modo à cervice usque ad crura defigebantur, duæ pluresque. V. Car. du Fresne ubi fupra, & Macros Fratres in *Hieriolex.* quorum hi *Intinlam* vocem interpretantur.

Tarpeja, virgo, adde: Alii paftam illam ab hoftibus voluntate, quod illi finiftra gererent, fcutaque intellexiffe, ea ipe ut illos exarmaret, nudatosque fcutis, Romanis fuis feriendos, tradidiret. Florus in ambiguo rem ponens, *Hift. Rom. lib.* 1. *cap.* 1. *Sabinis*. inquit, *prodita porta, per Virginem, nec dolo, sed pactis primum vis, quam servabius in finistris, petierat: utinam clypeos an armillas Illi, ni & pdum fervorem & videfervorem, ejus abnuere.* V. Statium & Freinshemium *Not. in loc.*

Tarpeia Lex de multtis, eadem cum Ateria: quam enim *Ateriam* A. Gellius *lib.* 11. *cap.* 1. eam *Tarpeiam*, Feftus de Pecul vocat. Nempe de multtis primi Legem tulere, Sp. *Tarpeius* Montanus Capitolinus, & Aur. Aterius Fontinalis Cofl. anno U.C. 299. *Ut omnibus Magistratibus multtæ dicendæ jus esset, cùm antea solis Cossi. id liceret. Ut duas res, triginta boves multtæ nuncuparentur.* Ad cujus primi caput refpexiffe videtur Ulpianus *l. un. §. fi quis jus dic. non obtemp. ubi ait: Omnibus Magistratibus secundum jus potestatis sua concessum est, jurisdictione panali judicia defendere.* Eam biennio poft fequuta eft Lex Sextia Menenia. V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *cap.* 22. & *lib.* 9. *cap.* 17. ut & fupra *suo loco.*

Tarpeja Rupes, feu *Tarpejum saxum*, miræ altitudinis Romæ erat, in monte *Tarpejo*, è quo certorum criminum reos deici antiquitus moris erat, quod fupplicium ad *Precipitio Ejectio* & *Dejectio Tarpeiæ Rupis*, propterea dictum eft. Et quidem falfi teftimonii convictos, de hac rupe dejici voluerunt Leges XII. Tabulæ. *Ut qui falsum testimonium dixisset, è rupe Tarpeja dejiceretur.* Cujus tam atrocis pœnæ cau a fuit, ut acerbitas ulciscendi malefacti benè atque cauté vivendi difciplina eſſet. Poſteriori tamen ævo, aliquando in Judicum arbitrio fuit poſitum, qualis pœna falfotefti irroganda eſſet: aliquando Legis Corneliæ poena: fuit irrogata, deportatio viz. & omnium bonorum publicatio, quod poſterius teſtatur Marcianus JC *l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis*. Eadem affectati fuit Imperii pœna: unde Manlium ex arce *Tarpeja* dejectum fuiſſe, legimus apud Florum *Hiſt. Rom. lib.* 1. *c.* 26. *Manlium verò Capitolii vindicem, quia plerosque debitorum liberaverat, aliisque fi inci vilius efferensem, ab illa, quam defendeiat, arce dejecit*, &c. Factà autem hac dejectio eſt, per Carnifices, præpoſitis verberatione, juſtis Magiſtratus, coque ſupplicio liberi homines funt affecti, uti ſcribit Appianus *Bell. Civ. lib.* 3. cujus loco ſervi in crucem agi ſolebant, Val. Maximus *lib.* 8. A. Gellius tamen etiam ſervos manifeſti furti prehenſos, verberibus affectos & de ſaxo præcipitatos fuiſſe, juſſu Decemvirorum. alicubi refert. V. Rolinum *Antiqq. Rom. l.* 9. *c.* 31. Quibus verò vel amicorum intercefſione, vel aliam ob cauſam, pœnæ huius gratia facta erat, dicti funt *de Lapide empti*, quam parati, cum illa, *à furca redempti*, multum affinitatis habere, docet Cael. Rhodiginus *Antiqq. Lect. lib.* 25. *cap.* 22. Nemini tamque quidem vitam ſervabant, ſed non ſine perpetua nota. V. Thom. Godvvynum *Anthol. Rom. lib.* 3. *Sect.* 3. *c.* 8.

Tarpeji Ludi, Jovi Feretrio in *Tarpeio* monte, à Romulo inſtituti, *Capitolini* quoque dicti funt, teſte Piſone apud Joh. Rofinum *Antiqq. lib.* 5. *cap.* 12.

Tarraco, adde: *Tarraconenſes* primi Auguſto Templum poſuerunt, addue vivo, *diiumque in omnes provincias exemplum*, Tacitus *Annal. lib.* 1. quos tamen in ejus cultu parùm fuiſſe diligentes, notum eſt ipſius Auguſti ſoco, apud Quintilianum: Ædem poſtea, quum labebatur, *reſtituis ſumtu ſuo Hadrianus, omnibus Hiſpanis Tarraconem in Conventum vocatis*, apud Lampidium. Idem & Severus fecit, ſomnio monitus, ut in ejus *Vita* habet Spartianus &c. De *Tarraconenſi Conventu*, Lampridio indigitato, Plinius *l.* 3. *c.* 3. & antiquæ *Inscriptiones* plures. V. quoque Salmaſium *ad Solinum pag.* 276. & *seqq.*

Tarraginus Patricius, Præfectus Prætorio, conſpirationis Quadrati & Lucillæ, contra Commodum, conſcius & intervenior eâ detectâ per lati clavi honorem à præfecturæ adminiſtratione primò ſubmotus, poſtmodum cum Juliano, quem ſibi generum deſtinaverat, & Vitruvio Secundo, interfectus eſt, apud Lampri ſium *in Commodo*. *Tarruntius* dicitur *in l.* 12. *ff. de re Mil.* & apud Dionem *in Legationum Excerpiis à Marci Vita*. *Tarsiovrii*, *Tarruntenses*, in vet. *Inscr.* Pandectarum. V. Cafaubonum & Salmaſium *ad Lampridii locum*. Meminit & *Lucii Tarruntii*, *Hispaniacorum nobilissimi*, Solinus *cap.* 1. qui Græcis Ταῤῥούντιος, ſicut iisdem Ὀστιήνσιος, qui Latinis *Hortensius*, uti docet idem Salmaſius *ad l.*

Tarſia, Græcè Ταρσεία, vel Ταρσὶν ἄκρα, promontorium apud Arrianum, quod *Themiſteas* Plinio *lib.* 6. *cap.* 25. V. Salmaſium ubi ſupra p. 118. Item Regnum Aſiæ. *Cathaji*, & *Turquestani* Regnis vicinum, apud Aithonum c. 2. Sanutum *lib.* 3 *part.* 12. & in vet. *Geographia*, quæ habetur in *Gesti à Dei per Francos Tom. Hanag.* 87. Unde *Tarſicus*, panni pretioſioris ſpecies, in *Viſitat.* Thesaurariæ S. Pauli Londin. *ann.* 1295. *Dalmatica de panno Indico Tarsico Besantato de auro.* Item, *Cafula de panno Tarsico, Indici coloris &c.* apud C. du Freſne *Gloſſar.* ubi Scriptores alios inferioris ævi *Tartaros Tarsiopue* vulgò confundere, addit. Aliàs ταρσοὶ, Græcis viminea texta, vel crates arundineæ, iuper quibus ſiccabantur caſei, ut ſupra vidimus. Unde ταρσοὶ καλαμῶν, *texta cannicea* ad conti-

continendam structuram lateribus interposita, qua de re V. Salmasium *ad l. p.* 1230.

Tartari, adde: Georg. Hornius, *Hunnos olim Scythasque* di dos ait, & de nominis origine ex Monacho Rubruq. ante 4. secula in Tartariam & Galliæ R. misso, ista habet: *Tartari, tribus quidam sive horda Scytharum fuit sic appellata, à fluvio Tatar. Qui olim in exercitu Mogolum seu Scytharum militantes, perpetuò præmirerentur, sparsa advenientium corpora, populus passim inclamavit, Tataros ad venture, quo postmodum illud paulatim toti genti hasit. Quæ opinio eisdem hinc capta fuisse, quòd ipsi Scytha sese in hunc etiam non Tatarum sed Mogolum appellant.* Idem primam mentionem Imperii Tartarici in An. C. 400. incidere, apud Emircontum Scriptorem *Rerum* Persicarum quæ commune nomen fuisse Hakon, unde *Chagani*, apud Latinos & Græcos, addit. Quo pacto postmodum *Cingis Chan* seu *Schinguis-Kan* Imperium toto orbe amplissimum, *Tartariæ Magnæ* nomine, condiderit, sub finem seculi XII. & quo modo, postquam intestinis posterorum ejus dissidiis prope collapsum esset, illud *Timir-Lenkus* seu Tamerlanes restauraverit, circa A. C. 1390. ut & alia huc pertinentia, diximus passim. Plura V. apud Georg. Hornium præfatum *Orb. Imperium Animad. v. Joach. Fellerj pag.* 426. & *seqq.* & *Orb. Polit cum Animadv.* itidem *L. Ottonis Menckenii Part.* 3. *pag.* 417. ubi *de Monorabilibus Tartaricis*: Martin. Bronioviun *in Tartar. descr.* Alios.

Series Magnorum Tartariæ Regum.

Schinguis-Khan, cum 3. haberet filios, singulis quidem reliquatas ditionum partem assignavit, primogenitum verò *Magnum Chanum* appellari, cæterosque fratres ei subesse voluit. Itaque ei successêre.

Usbai seu Hokota, qui totam Persiam pulsis Turcis perdomuit.

Mango, Christianam religionem amplexus, amplissimum Chinensæ Regnum in suam potestatem redegit.

Kubilai seu *Cobila*, urbem Chinensium maximam *Cambalu* seu *Peking* extruxit. In ejus aula M. Paulus Venetus per 17. annos vixit.

Ulacucan seu *Alieu*, urbem Bagdadum, necato in thesauris suis Chaliphâ ultimo, expugnavit. Post eum intestinis dissidiis omnia in pejus ruere, usque ad Tamerlanem, ut dictum, de quo V. suo loco, & plura apud Berclerum *Distribo geneal. de Tamerlane.*

Tartarus, apud Order. Vitalem *l.* 10. *Imperator autem plurimas naves* Tartarorum *missas, milites*, aliosq; ut moneta æneæ Græcanica, Græcis ipsis *τετάρτους* dicta, quam Nicephorus Phocas Imp. primus cudi curavit, teste Cedreno *p.* 678. 659. & Zonara *p.* 162.

Tartarus, adde: Duplicia habuisse *Tartara* Poëtas, liquet ex Papinio Statio *l.* 5. *Sylv.* 1. *p.* 192.

Sic ego nec Furias nec deteriora videbo
Tartara, & *Elysias felix admittar in oras.*

Ubi deteriora vocat, in quibus pœnæ exercerentur. Altera, *Elysias oras* mox appellat. V. quoque Virgil. *l.* 6. *versu* 478. &c.

Tartum, aromatis genus. Plin. *lib.* 12. *cap.* 60. *Ex confimo casiæ cinnamomique & cancamum* ac tarum invehitur, *sed per Nabateos* &c. Ubi Salechampius, Lusitanis hodie *aquila brava*, i. agallochum sylvestre, lignum odoratum. agallocho vero nonnihil simile, dici, nasciique in prom. Comorino. & in Zeilana inf. notat. Garcias quoque ab Orto in Malaca agal ochum *garo* vocari, hinc que fumtum *tari* nomen, contendit de *Aromat. lib.* 1. *cap.* 16. Sed Salmasius, qui agallochum, cum aloe aromatica, idem esse docet, *tarum Plinianum* existimat id esse ligni odorati genus, quod Arabes absolutè *Hand*, i. *lignum*, nuncupant, quodque Actius in *excerptis* Myrepfici Thymiamatis ξυλοχίαν interpretatur. V. cum *ad Solinum pag.* 1054. & 1055.

Tasia. in nummis antiquis apud Camdenum *in Britannia*, ubi eos exhibet, cum equo absque fræno currente, & *Insc.* TASCIA. in una parte; ex altera, in medio, cum literishis tribus VER. Davidi Pevello *Tasburna* notat, adcoque in *Tasburna Vexillamid* (turbis Britanniæ est) utramque vocem interpretatur: alios, nummos tributarios fuisse, qui in caput & agros impositi quotannis exigerentur à Romanis, existimare addens. V. Camdenum *p.* 314. 3. *edit.* Certe *Tasca* Gallica vox vetus est, quam pro præstatione agraria recentiores sumsere, uti pluribus docet Car. du Fresne. Unde, quod agri, hujusmodi præstationibus obnoxii, inquinati & commaculati quodammodo sint, factum ut Hispani vocem *tacher*, Gallus *tascher*, pro inquinare, maculare aut macula sumant. Sed & *tasca* Italis pars, seu facculus est: hodieque Abbavillenses marsupium, quod à cingulo Majoris pendet, & symbolum Magistratus est, vocant *la tasse du Majeur*. V. præterea Auctorem in *Glossar.* pluribus de hac voce agentem.

Tassodrungus, Mæretici circa ann. 19. Antonini, sic dicti à *τασσω*, quod illis *paxillum* lonabat, & ἐγκράτεια, *natus*, quod inditem digitum inter orandum naso apponerent, ut animi tristitiam & affectatam quandam sanctitatem præ se ferrent. Alias Πασσαλογνώμονας: item *Phrygianos* & *Montenistas*, Epiphan. *Hæres.* 48. de quibus V. Jacob. Gothofredum *ad l.* 10. *Cod. Theod.* de *Hæret.* laudatum Car. du Fresne ubi suprà, ut & in voce *Passalorhynchitæ.*

Tata vel *Tatta*, apud Romanos idem cum Nutricio. Thom. Bartholinus *de Puerper. Vet. Papa pro Patre, apud Græcos & Romanos, seu Avo, ut apud Arabes, pro quo alii Attat, quod ad fratres etiam transiit, vel Abbâ, item Tatta. Mater nutrix* & *Mamma, quod mammas porrigerent, & Pappi, qui pappum ministrasu* &c. Meminit eorum Isicr. versus, quæ Romæ in hortis, ad aquam Virginis, extat, & apud Gruterum legitur *Inscr. p.* 662. *Dis. M. Leibo. Corinthius, Tata. ejus. & Nice. Mammas. f.* v. a. 1. 4. 16. Hinc *Tatus & aviolus, Tatia Palatii*, apud Pachymerem *lib.* 4. c. 29. qui *Τάτα & αβάτα* Matthæo Mon. & *Τατᾶς & αβάτας*, Auctori anonymo ex Bibliotheca Mazarin. fed utrique merito caussa, dicitur; officium Palatinum. apud Imppp. Byzantinos: quod quale fuerit, non liquere, ait Codinus *de Offic.* Petrus Pollinus *Observ. ad Pachymerem*, Eunuchum majorem fuisse existimat, qui Imperatoriæ prolis Nutricibus fuerit præfectus, quod admodum verisimile est. V. Car. du Fresne *Glossar.* & Dominic. Macrum *Hierolexico*, in hac voce.

Viri Clari.

Tatianus, Orator Latinus, Præceptores inter Maximini Junioris *Tatiani, qui Provinciarum libros pulcerrimos scripsit & illustre est Simia sui temporis*, memoratur Capitolino *in Maximinis.* Sed *Tatianus* utrobique legi jubent Gruterus & Casaubonus. V. ibi. Sic quem apud Spartianum *in Adriano* editi libri *Tatianum* vocant, tutorem quondam & præfectum, potissimum inter præcipuos amicos, hujus Imperatoris, *Attianum* dictum esse, monet Salmasius.

Tatienses, adde; Fuere nempe Sabini, & quotquot ex ea regione vel cum T. *Tatio* vel postmodum venerunt. Coluerunt autem Capitolinum & Quirinalem: quemadmodum Ramnenses, à Romulo dicti, Palatium ac Cœlium montes; Luceres vero, loca inter Palatium & Capitolium plana, atque circum Forum, tenuere. Fuere postea divisi in *Tatienses primos & secundos*, ut & Rhamnenses ac Luceres similiter. Cum enim sub Tullo Hostilio Albani victi in Rhamnensium Tribum adscripti, cæterisq; omnes populi, qui sub Regibus Romani venerant habitarunt, præter Sabinos, Lucerum tribu inclusi fuissent, neque hæ Tribus, urbe jam multum aucta, sufficerent: L. Tarquinius Priscus numerum Tribuum augere & de se ipsius amicis nominare volens, cum ne id faceret, ab Augure Navio prohiberetur, veteres illas, sub iisdem, quibus inauguratæ sub Romulo erant, nominibus duplicavit, *primosq; & secundos Tatienses*, Ramnenses & Luceres constituit. quod inter alios, ex Sexto Pompeio manifestum est, cum scribit: *Sex Vestæ Sacerdotes constitutæ erant. ut Populus p. o sua quisque parte habetes ministeria sacrorum. Quia Civitas Romana in 6. distributa erat partes, in primos secundosque Tatienses, Ramnenses & Luceres.* Quo modo Equitum cuncti centurias duplicasse, tradunt Dionysius & Livius. Manstque hoc usque ad Servium Tullium, qui, Tarquinio Prisco, filiorum Anci Marci ætatidis è vivis sublato, aliam Tribum divisionem instituit, urbemque poli 7. colles, muro inclusos, in quatuor partes. *Palatinam, Suburanam, Collinam & Esquilinam*, à totidem collibus denominatas, divisit, quatuorque in pomerium Tribus esse jussit. Dionys. *lib.* 4. &c. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 6. *cap.* 15.

Viri Clari.

Tatius Cyrillus, Historicus, memoratur Capitolino in *Maximinis. Scripsit — civilium, quem plus una à* Tatio Cyrillo *clarissimo viro, qui Graca in Latinum versit, servari voluit.* Ubi *Statium*, habere Regium codicem, notat Casaubonus.

Tatius Maximus, Præfectus Prætorio, sub Antonino Pio, post Gavium Maximum: in cujus demortui locum duos præfectos substituit Imperator, Fabium Repentinum & Corn. Victorinum. Capitolinus *in Pio.*

Tato, custos meminit Paulus Varnefridus *de gestis Longob. l.* 2. 20. *Tato Vidusi Vexillum quod Ramium appellabant, quasi galeam, quam in bello consuevere gestare, attulit.* Fuit autem Rodulfus Rex Herulorum. *Tato* verò, filius Claffonis, in regno Longobardorum, Patris successor: cujus filia Rumetruda, Rodulfi R. Legatum, in ipsa Parentis aula, crudeliter transfigi actrucidari jussit, unde bellum. Quod cùm viribus suis fidens Rodolfus negligentiùs administraret, victus & extinctus est, atque ex illo tempore omnis Herulorum virtus concidit, ut ulteriùs regem non habuerint Longobardi verò magna inde ceperunt incrementa. Verùm non diu *Tato* impune lætatus, à VVahenone, germani sui Zuchilonis filio, paulo post necatus est. Hæc idem filium quoque *Tatonis* Hildechim ad Gepidas fefe recipere coegit, Idem *lib. ord. cap.* 21.

Tattimuthes, Dux Justiniani Imp. in Vandalos, Tripoli præfectus. V. Procopium Cæsariensem *Histor. Vandal. l.* 1. & 2.

Tavernicorum Regalium Magister, officium in Aula Hungarica, in *Decretis* Ludovici R. *ann.* 1351. & Sigismundi R. *ann.* 1435. nec non Odorico Raynaldo *num.* 24 Thomæ Arch. *in Hist. Salon. cap.* 39. Aliis, memoratum. Dicta autem sunt *Tavernicæ* Hungaris, Judicia de liberarum Civitatum controversiis dici

solita, quæ remitti solebant ad perſonalem hunc Præfectum, C. du Freſne *Gloſſar.* Eundem *Tavernicum*, & *Camerarium* appellat Rogerius *de Deſtruct. Hungar. per Tartaros cap.* 10. & inter potentiores Proceres, recenſet.

Taurea, apud Juvenalem *Sat.* 6.

— *taurea punit*
Continuo flexi crimen facinuſque capilli.

ex Græco ταυρέα, lorum bovinum eſt, quo fontes flagellabantur, ut ex *Pandulo* Plauti diſcimus, ubi *ovium tubulum*; uti *ceſſionem tubulam in Aſinaria* appellat. *Bibliotheca* dictum eſſe Hebræis id pœnæ genus, vidimus ſupra. Sed & *taurea*, Græcæ *ταυρία*, tubæ ſpecies, apud Pompeium eſt, qui exercitium motus ſignificabantem, apud Leonem *Tactic. cap.* 7 §. 31. 68. Et Mauritium *Strategic. lib.* 1. *cap.* 19. Statius certe *Theb. l.* 2. *v.* 78.

— *tunc pluerima buxus*
Æraque taurinos ſimilia tinnentia pulſus:

tympana ex taurinis coriis tenta indigitat, uti docet Barthius *ad t.* Sed & tubas hujusmodi ſonum nonnunquam æmulatas, indidem colligas. V. Jo Meurſium & Carolum du Freſne *in Gloſſar.*

Taurelephas, animal è bovum genere, apud Philoſtorgium, qui *lib.* 3. quosdam se Romæ vidiſſe, è Meridianis locis adeſſe, ſcribit: ταυρελέφαντας λεγομένους· ὧν τὸ μὲν ἄνω τῶν μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστι μεγιστῶν, τῇδὲ ἐλέφασι τὸ κεφάλαιον ἴσχει, τῷ δὲ ἐλέφαντι τὸ τε μέγεθος. *Taurelephantas dictos: quod genus quoad cetera omnia bos maximus eſt; corio vero & meridianis locis adeſſe, ipſaque adeo magnitudine.* Ita ex Nicephoro legas *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 19. Sed vox ταυρελέφαντας utrobique corrupta; in illo enim ταυρελέφαντας, in hoc ſcribitur ταυρελέφαντες. quod *ſpurios elephantas* perperam reddunt. Fortè *rhizes* intelliguntur, quos formâ quidem *tauris* ſimiles, victu vero, & magnitudine, & viribus ad pugnandum *elephantis* pares, ait Strabo, in deſcriptione Æthiopiæ, quæ ſupra Mauritaniam eſt. *l.* 17. fuerituque barbarum huius animalis nomen *rhizes*. ut Græcum ταυρελέφαντες. An hi ſunt Æthiopici tauri, vulgatibus duplo majores, quos mutilis deſcribit Æliánus *Anim. cap.* 45. Sam. Bochartus *Hierozoici Part. prior. lib. I. c.* 23. V. quoque Plinium *l.* 8. *c.* 21. quem ex Agatharchide, circa eorum deſcriptionem, ſemel atque iterum corrigit Salmaſius *ad Solinum pag.* 1010. & 1011.

Tauria, Græcè Ταύρεια, feſtum Neptuni, apud Heſychium in Ταύρεια, qui *Taurius* dictus eſt, Stuidæ in Ταυρεῖος; ex eo quòd eidem præ aliis, ut & Apollini, *taurorum* ſacra fierent, idque interdum ex oraculo, uti docet Pauſanias in *Phocicis*. V. in voce *Taureas*, & infrà in *Taurus*.

Taurica Sacra, memorata Prudentio *c. Symm. lib.* 1. *tit. in Spectac.*

In caſſum arguere ſam Taurica *ſacra ſolemus:*

videntur *Taurobolia*, de quibus infrà, innuere vel ſaltem compleci; licèt à variis viris doctis ſumantur illic. pro *taurisPlutoni* immolari ſolitis. Et ſtuto quidem ibi memoratur ut hoſtis humanis placari ſolutus, cui alia etiam pariter ſacrificia, ſed interim etiam *Taurorum*, ut ex Horatio *Carm. lib.* 2. *Od.* 14. ſcimus aliisque. Qualia vero *Taurica* illa fuerint, in incerto eſt. Inprimis vero *Sacra Taurica*, dicebatur id, quod Dianæ in honorem fiebat, ſacrum: alias etiam *Tauropolium* vocitatum & *Tauropolia*. Heſychius, Ταυροκόλια, ἐν τοῖς ἀγῶσι Ἀρτέμιδι. Sed & hocce feſtum quale fuerit, incertum eſt. Ταυροκόλια memorat Athenæus *Dipnoſoph. lib.* 6. ut fatis deteſtanda. Etiam II. Caſaubonus illum explicans *Polit. l.* 3. *c.* 14. inquit, *Feſtis legimus Sacra Cerycis, omnis turpitudinis & obſcœnitatis plena, talia erant Tauropolia, quemadmodum colligat recte ex hoc loco.* Sed originis horum ſe neſcium plane fatetur. Certè Diana ipſa *Taurica*, à Scythiæ cognomine regione, Ταυροσθένη Sophocli in *Ajace* (quod nomen etiam Minervæ tributum) uti etiam Ταυροσθένη & Ταυρὼ & Ταυροσθένη Eurip. *Iphigeniâ in Tauris*, Dionſor. Siculo *l.* 2. alibi, atque Dea Ταυρική. Et templum narrat fuiſſe in Icaria Maris Ægæi inſ. Strabo *lib.* 14. *Tauropolium* nuncupatum; quod dum ex eâ erat Stephanus, in Samo inſula peruſtum vicina collocat. Dum verò nominibus hisce Dea, templumque ejus ſic celebratur, nihil omnino de *tauri* ſacrificiis apud Vett. admittitur in nominum illorum ratione haberi; ſed voces has à genre Scytharum *Taurica* tantùm deductas eſſe (quaſi diceres *Diana in Tauris*) adeò ut Diana Ταυροσθένη aliud non fuerit, quàm quæ verſabatur ſeu colebatur, apud præfatam gentem; aut abeò, quòd præfuerit illa armentis, in quibus *Taurus* adeò princeps; aut quòd, cum Luna fuerit, *Tauris* vehatur, Schol. *Sopho ſis in Ajac.* Sacra autem ei hoc nomine ſuiſſe peculiaria, ſcimus è Diodor. *loc. cit.* uti ſatis ex Templo, *Tauripolio* dicto & feſto cognom. apud Heſychium. Atque illa humano, ſeu hoſpitum immolatorum ſanguine, non *tauri*o, in *Tauris* peragi ſolebant, Herodot. *Melpomene*. Nec poſtquam Oreſtes ſimulachrum inde ſurripuerat & in Græciam detulerat dedicaratque, Sacra ejus quidquam omnino habuere taurini ſanguinis: ſed humani, interim non ex immolatione, ut in *Tauris* ſed ex Bagellatione, Philoſtratus *in vita Apollonii lib.* 8. *cap.* 10. Neque enim Græci alter priſtinorum Sacrorum, memorlam aut reliquias inter ſe admittendas voluere. Verum quidem, obtinuiſſe opinionem, *Taurica* ipſius gentis nomen ortum, ἀπὸ τῶ ζωΓ ταύρω ἀΓῶ τὸ ἴλεως τὸν Ὄσιριν ζωΓαῦρ ἔου ἀΓέρω γὰρ, ut narrat Euſtathius *in Dionyſ. Perieg.* & *Tauri animalis, quoniam ibi bovem ejunxit Oſiris, ad tellurem arandam*; atque ex eo quòd orinnda ſit ab Ægyptiis Apis bovem colentibus, ſed hoc nihil ad animalis ſacrificium. Ipſique Euſtathio videtur Ταυροσθένη Dianæ nominis originem cauſamque tantam à gente, in qua versata eſt, & hoſpitibus cæſis coli ſolebat, eſſe. Nec obſtat, quòd nonnulli voluere, in Iphigeniæ, cum in Aulide ei immolanda eſſet, ab ea ſubſtitutam aut ſubmiſſam aut ſubmiſſam voluere aliqui apud Iſac. Tzetzem *in Lycophron.* nec cervam, ut Euripid. *Iphigen.* ſed *taurum* fuiſſe ſubſtitutum, adeoque ei immolatum id enim ſacrificium nec pro recepto admittitur, nec in morem tranſiit. Adeoque haud in Dianæ ſacris *Taurici* vel *Tauropolii* dictis, *tauru* locum fortitus eſt ullum, magis quàm in ejusdem apud Phocenſes Elaphobolii cervus. Illic enim placentæ tantùm ſacrificabantur, ex adipe, melle & ſeſamo confectæ, quas *lavêve* Gr. dixere. Sunt tamen, qui *Taurepolia* Dianæ cum Deorum Magnorum Tauroboliis commune quid habuiſſe velint, V. Dempſterum *in Roſinum lib.* 3. *cap.* 4. Athenæum *l.* 14. & plura in hanc rem apud Joh Seldenum *de Synedriis Vett. Ebræorum l.* 3. *cap.* 14. §. 9.

Taurici & *Tauri* Ludi, item *Taurilia*, quibusdam quoque *Bovilia* & *Bupreia* dicti, Romæ celebrari ſolebant; in Circo Flaminio in quibus *circus meæ cursu* dixit. Varro; habet *Gell. l.* 1. *c.* 11. fuit vero Circus ille, prout patrum Carmentalem, ita & ſecundum. In honorem Inferorum inſtituti leguntur, hac de cauſa: *Regnante Tarquinio Superbo cùm magna incidiſſet peſtilentia in mulieres gravidas, quæ fuerat falla ex carne divina Populo taurorum, ob hoc Dii Inferi Indi dicati ſunt, & Taurii dicti*, Paulus Diaconus *Feſti abbrev.* Idem habet Sext. Pompeius. Contrà eos ludos Varro ait vocari, *quòd diſcipulus prudens à Doctore inter * * * ſolitus eſt impelli, atque usque eò impelli docetur, quoad conſpicere & virtutes taurorum conſpectus pedum ſermone*. Feſtus. Quod apud nullum veterem Auctorem temerè invenias. Apparet tamen Varronem ludos *Taurios* ab eo dictos ſenſiſſe, quòd in cordo *Tauri* id genus ludi fieret à Ludimagiſtris, eo die, quo ludi Circenſes, qui dicti ſunt *Taurii*, in Circo Flaminio, fierent; aut quòd ſtultica *taurica* diſcipulus impellesetur: idque explendum ſuiſſe in ea lacuna, in qua cauſa hominis deſiderari videtur, Scaliger *ad Feſtum*. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. Lcs. c.* 21.

Taurobolium, Gr. Ταυροβόλιον, & *Criobolium*, Gr. Κριοβόλιον, ſacrificia faſtidioſiſſima atque operoſiſſima Vett. alibi quàm in faxis raro occurrentia, uſitata fuere, in dedicationibus Deûm Magnorum, matris Deûm & Attidis, quibus ut propria memorantur, & dr. Turnebus *Adverſar. l.* 27. *cap.* 21 & Jan. Gruterus *ad Lampridium*. Meminit tamen eorum Julius Firmicus *lib. de errore profan. religion.* ubi diu legebatur, *Aſiaci ſani, qui profuſione ſacrilegi ſanguinis* (i. tauritni & arietini) *renovationeſ, Taurobolium vel Criobolium* (pro *Taurobolium & Criobolium*) *ſolerant in ſanguinis labe perfundiſ.* Ita ſic Sacerdos perfuſus, inquinare etiam, ut videtur, ſolebat Sacrificii Auctores De dedicatione verò, poſt illa ut prævia, peractâ, Romæ extat hæc in marmore grandi Inſcr. apud Smetium *pſal.* 20. 1. Gruterum *pag.* 28. & *Diſc. magnis. Matri. Deûm. & Attidi. Sexilibus. Argeſtianis. Æxilibus. V. C. cauſarum. non. Ignobilis. Africani. Orator. &. in conſiſtorio. Principum. item. Magiſter. Libellorum. &. cognition. ſacrarum. Magiſter. epiſtolar. Magiſter. memoriæ. Victorius. Proſeſſorum. per. Hiſpanias. vice. S.IC. Patr. patrum. Dei. Solis. invicti. Mithræ. Hierophantæ. Sacerdotale. Dei. Liberi. Archibucolus. Taurobolio. Criobolioque. in. æternum. renatus. avam. ſacra vii. dd. nn. Valente. V. &. Valentiniano. Jun. Augg. Coſſ. Idibus. Auguſtis.* Sub ann. nempe Chriſti 376. Nec dum enim publicus paganicarum ſuperſtitionum uſus Romæ, nedum per Italiam evanuerat. Ejusdem ipſius anni dicique aut dedicatio ejusmodi, aut ſacrificiorum eorundem Dius Magnis peragendorum votum habetur, apud Smetium *pſal.* 19. 11. Idibi Egnatii Faventini. Etiam ſexennio antè Petronius Apollodorus, Pontifex Maior, *Taurobolio. Criobolioque. percepto. nnà. cum. Ruf. Voluſiana. c.f. conjuge. 16. Kalendas. Julias. dd. nn. Valentiniano. & Valente. III. Coſſ. aram. dicavit*: apud eundem *Ibid.* 13. & Gruterum *p.* 28,1. In qua etiam Numinum figuræ & ſacrificiorum ſymbola. Et Valentiniano ac Neoterico Coſſ. A. C. 390. Kal. Junii Cejonius Rufius Volusianus, *Iterato. viginti. annis. experceptis. Taurobolii. arem conſtituit.* Idem *Ibid.* 9. Ubi uperne arietes quinque & unus mactatus. ad Kalendas conjuncti, quod Attidi, ut Matri Deûm *Taurobolium* perfici ſolebat, deſignationem: Hinc *Taurobolium & Criobolium facere*, in ſaxis obvium pro initiatione cujuspiam Diis illis Magnis, adeoque pro ſacrificiis iisdem propriis, atque in dedicationibus, aut proximè ante perficiendis. Inde etiam *Tauroboliatus* dictus, qui facra illa perficerent, Lamprid. *in Heliogabalo*, & Jan. Gruterus *ad num.* Ita etiam *Taurobolii & Taurobolia*. Renovari ab his Tauroboliatis ac Criobolitis ſacrificium illud, ut ſorſan & dedicatio, ſolebat quolibet vicennio, intra quod tempus *renatus* (ut Sext. Ageſtius in marmore antea allato) per ſacri illud, velut

per

per initiamentum, nundusque habebatur, usque in vicenii proximi initia. Sed ut huc vicennale erat, ita alia facra Martis Deum annua, tetᵉ Jul. Firmico *loco cit.* Sacra autem hinc illa in aris aliisque faxis à *Taurobolialis* Diis Magnis dedicatis fic ſæpius memorantur: nec in ejusmodi five aris five faxis, à talifacrificia ipſi dedicationi adhibita aut prævia ſolent occurrere. Sunt vero dedicationes etiam illic, Diis illis breviuſculæ & ſine Sacrorum illorum mentione, conceptæ, Gruter. *p.* 9. 1, 2, 3, 6. Nec raro etiam ſine dedicatione expreſſa, perfectum aut celebratum à quopiam *Taurobolium* eſſe inſcribitur Idem *ib.* 10. 21, 13, 14. Etiam, pro ſalute Augg. aut Civitatis, à Civium Ordinibus & Provinciis. Cujusmodi lapis Narbonæ cum multis capitibus bubalinis, *ibid.* 12. *Imperio. D. M. Tauropolium. pro vinc. Narbonenſis. factum. per. C. Batinium. primum. Flaminem. Augg. pro. ſalute Domin. num. Imp. L. Septimii. Severi & C.* Ubi *Tauropolium* ſcribitur, ſicut interdum *Taurilolium* & *Taurobolium*, pro *Taurobolio*, quod genuinum nomen eſt. Et *Tauropolium accipere*, locutio ſolemnis, pro *Taurobolium ſuſcipere facere, celebrare.* Fœminæ autem non minùs ac viri, ſic initiatæ apud eundem Gruterum *pag* 30. 4. & 3, 3, 4. &c. Sacrum horrendum quoque, à Prudentio deſcriptum *in Perißeph.* ubi Sacerdos ſummus in ferobem deſoſſus, *tauri* ſuper tabulata perforata mactati ſanguinem in oculos, aures, os, nares, avide combibebat, *Taurobolium* fuiſſe ipſum, exiſtimat Claudius Salmaſius *ad Lamprᵐ.* qui de ſacro illo antè nimis ignorato compluria docuit. Sed alii, aliter Videlis Georg. Fabricium *ad Prudentii loc. &* Rerum Aringhium *in Roma Subterr. lib.* 2. c. 3. §. 15. nec non Joh. Seldenum *de Syr. Deis Vet. Hebræorum lib.* 3. c. 14. §. 8. Addo ſaltem, ex eodem Salmaſio, *taurobolio* facto, cornua tauri, quo feciant, conſecraſſe illos & dedicaſſe, ex *inſcr.* hac, *Severus. Fulii. P. L. vires. tauri.* (h. e cornua) *quo. propr. per. tauropol. pub. fac. faciat. conſecravit. V. cum ad ſita Lampridii in Heliog. Matris etiam Deûm ſacra accepta, & taurobolia ea eſt, ut typum erâperes*; nec non Gerh. Joh. Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 52. & 53. ubi *de cultu Telluris & Sacris Cybeles* prolixè agit. Quia verò Fabricii *ad Prudentium* facta mentio, qui *Romanum* hoc *ſacrum Inferis* factum vocat, illudque multis verbis commemorat eorum ſervorum ſummam, uti eam in *Commentario MS. ad Statium Theb. lib.* 4. *v.* 251. ubi de Manium evocationibus multus Poetæ ſermo eſt: reperit Caſp. Barthius, adſcribere placuit: *In his ſacris pedum virginibus fuiſtabatur, in quam Sacerdos deſcendebat, omni Antiſtiti ornatu, vittis, lupulis, corona aurea. tegi prætexta cultus. Superveſtabatur ſcrobi, quæ perforatis hinc inde aſſeribus tecta erat, ut in tenebris proſus eſſet Sacerdos, taurus atri coloris, cornibus auratis, colloᵠ & armis fertis nigrantibus incinctus. In taurus cerebris ictibus à Flamine ſpiculorum conſcißebatur, ut undique ſanguis ebulliens per vibulatum orbis gutta in cryptam deſtillaret. Eum ſanguinem tota corpore ſubtus latens Pontifex excipiebat, quo tempore ſpatio lac, mel & vinum, cadavera Flaminis deſuper irrorabant. Hic tandem precis emergens cruore totus perfluens ſe in populi conſpectum Egregius Pontifex proferebat. Populus, pro fequique procul monſtrorum ſchema de veneranda, ſalutabat, apprecabatur, & ſolemnia fiſta dici peragebat. Qui genere cultus propitiatos Inferos in eum annum credebatur. His fatris conſtituti erant menſes September, & October, December. Ita ni coninnis vrbius noſtibus ſemel quoque menſe hæc fierent.* E quibus liquet, non idem plane eſſe hoc cum *Taurobolio* ſacrum, quod non pro populo Romano neque Diis Inferis, neque quotannis fiebat, ſed vicefimo quoque demum anno, utplurimum pro tuſi, ut rebantur, *καλοκἀγαθίᾳ*, tauroboliati faciebant, uti ex iſto quoque *Pœnitæ antiquo MS.* cujus Salmaſius ubi ſupra meminit, videre eſt:

Quis tibi tauroboliatus veſtem mutare ſuaſit
Inflatus dires fabido mendicus ut eſſes?
Obſtitus & pannis modicis tegeſtaſtus...
Sub terra miſſus pollutus ſanguine tauri,
Sordidius luſtſtus, veſtes ſervare cruentas,
Vivere cum ſperas virginis mundus in annis.

Taurobolio, Græcè Ταυροβόλιον, cognom quoque Minervæ, quæ in Andro Inſ. colebatur, teſte Suidâ: item Dianæ, fortè ut Deæ venatricis. Quæ poſteriori etiam Ταυροκτόνος nuncupatur, apud iſtrum *Miſcell.* 3. Suidæ laudatum, fortè quia Luna, quæ eſt Diana coniunctata, coque tauri referens cornua, curſu ſuo diu nocturnique omnem luſtrat terrarum orbem. Gerh. J. Voſſius ubi ſupra c. 53. V. quoque retro dicta, ut & quæ paulo poſt dicemus. *Ταυροκαθάψια*, Græc. Ταυροκαθάψια, *à ταῦρος & καθαίρω*, apud Græcos nomen Ludi ac certaminis, quorum mentio vix ulla in Vett. libris. Reperit in marmore ex Græcia Aſiatica pridem allato, quod in hortulo Muſæi ſui Carmelitici ſe habere cum figuris aci. hac ΤΑΤΡΟΚΑΘΑΨΙΩΝ ΗΜΕΡΑ, doceret Seldenus memoratus *loco cit.* §. 9. Salmaſius, ſcenæas illas imagines vel tabellas, quibus ad pugnandum in Ludis Romanorum tauri proritabantur, quasque hi diſcerpebant ac laceirabant cornibus, *Pilas taurarias* vocari in vett. *Gloſſis*, & exponi *Taurocatharſias*, adnotat *ad Spartianum in Peſcennio Nigro.* V. de illis hic paſſim, ubi de *Funeris hominibus*, in *Pila prima* nec no nin *Taurus*.

Taurobolia, Ταυροχόλια. Gr. Cyzicenorum feſtum apud Feſtum, aliter forte ignorata, Seldeno. *Id.*

Tom. III.

Tauropolium, adde: Quibusdam idem cum *Taurobolio*, de quo ſuprà. Et certè Minerva Ταυροβόλος, in Andro Inſ. colebatur teſte Suidâ: & Diana quoque vocata eſt Ταυροβόλος, quia confecit telis ſuis tauros anNeptuno immiſſum Hippolyto: juxta Poëtas. Simplicius, quia venationi præpolita. Sed & eadem Ταυροκτόνος nuncupata eſt, an, quia, ut ſiter *Miſcell.* 3. quod Suidæ, taurum prefato Hippolyto immiſſum in varias egerit terras: an, ut Apollodorus, quia ipſa tauri inſtar omnia circumeat: quod Græce eſt *πολεύω*. Simplicißimè dixeris, inquit Voſſius, Lunam, quæ eſt Diana, ſic jure appellatam, quia corniculata, coque *tauri* referens cornua, curſu ſuo diu noctuque omnem luſtrat terrarum orbem: de *Idol. lib.* 2. c. 53. Interim, ut ad *Tauropolia*, ſeu *Taurica* facra Dianæ, nihil omnino attinere boves, aut capita bubalina, ſic nec revera ad facra eius ulla, exceptis iis quæ Dianæ Aventinæ fiebant, in quibus, dum aliis in Aſcretmiis, quæ non paucæ Romæ fuere, cervofi cornua adfigi ſolebant (velut primitiæ à Venatoribus allatæ) cornua ex jure ſingulari boum adfigebantur, teſte Plut. in *Quæſtion. Rom.* diximus ſuprà in voce *Taurica*. Quia verò *Taurobolium* ſacrum, aliquando *Tauropolium*, quamvis minus rectè, dicitur, pauca hæc ultra præditta hic adjungere libuit; Romæ ara eſt marmorea in ædibus (quæ fuere Card. Cæſii) in qua Cybele capite turrito, infidens curru à leonibus vecto, dextrâ ſpicas ac mille um, lævâ autem patinam habet, à cergo pedum: cum Inſcr. M. D. M. LET. ATTINIS. *Magnæ Deum Matris Idææ*; & ſubſcr. iſtæ. *L. Cornelius. Scipio. Orcinus. P. C. Augur. Taurobolium. five. Criobolium. fecit. die. 4. Kal. Mart. Tuſco. & Arruntino. Coſſ.* Dextro latere binas eſt conſpicere incifas faces transverſas, una cum crotalis; ſiniſtro autem ſiſtulas, V. Gruter. *p.* 27. *num.* 3. Sed & Romæ, haud procul à Cæſia domo, ara eſt Cybeles: cujus prima facies habet inſcriptionem; averſa duas lances, poculum, lituum, aliud inſtrumentum ad cochlearis modum. In dextro latere eſt pinus, & ſub ea *Taurus*; appendent item tympanum & ſiſtulæ: In ſiniſtro itidem pinus & ſub ea aries atque appendent mithra, pedum & quiddam ſimule lanei V. *ibid.* Sic in ara, quæ Romæ in æde S. Nicolai in Calvario viſitur, ab Apollodoro, de quo ſuprà, dedicatâ, in latere dextro turrita eſt Cybele à leonibus vecta; adſtat pinus & ſub ea *Taurus*: lævo habes mithratum attin, bis cinctum; cujus dextra tenet ſiſtulas & crotala, læva autem pedum. Superius eſt cernere tympanum; ponè autem pinum, & ſub illa arietem; ſub quibus ſcorſim eſt *taurus*. In parte averſa videas transverſæ fiadas, lituum, pateram, guttum five urceum & ſympinium, apud eundem *p.* 28. Etaries quidem, unde *Criobolium*, arbori alligabatur, priusquam macaretur: quod Julius Firmicus ab exemplo Abrahæ Patriarchæ tradum ait. V. Gerh Jo. Voſſium *de Idolol. loco cit. & ſuprà.*

Tauroſcythæ, adde: Eorum belli cum Olbiopolitis meminit Jul. Capitolinus *in Pio*, *Olbiopolitæ contra* Tauroſcythas *in bello auxilia miſit*: & *Tauroſcythas usque ad dandos Olbiopolitæ obſides vicit.* Ubi Caſaubonus, *Olbiopolitæ*, inquit, *Græci erant, autcerte Græcis mixti, Tauroſcytha barbari, vel Scythæ, vel Gothi, five Getæ: à quibus etiam Boryſthenem civitatem fuiſſe habitatam, auctor eſt Dio Chryſoſtomus, qui omnia illa loca luſtraverat.* V. hujus *Serm. viv* Βορυσθενιτικὸς.

Taurus, ex Gr. ταῦρος, ἀπὸ τοῦ τίνω τὸν ἀέρα, Hebr. אבר *abbir*, à robore, dictus eſt: *fortis* epitheto hinc à Poetis crebro donatus, Virgilio *Georg. l.* 1. Tibullo *lib.* 2. Ovidio *Metamorph. l.* 9. Allis. Speciatim de Syriacis, Oppianus *Cynegetic. lib.* 2.

Αἰθυσσέ, κερατεσσι, μεγ' ἀλληγοῦσι, ὑψιμέτωπος,
Ἀγρόμενος, σπαιρῇ, πεφοβημένος, ἀγχιβόηται.

Ut de Æthiopicis, quorum ſuprà aliqua mentio, nihil addam. Itaque *ἰνίταυρος* Vett pro *valido* uſurparunt, ut Heſychius docet, qui etiam Gandaros, Indiæ populos, circa Gangem, à taurinis viribus Indorum lingui fic appellari contendit. Lat. à taurino vitulo quibusdam nomen accepit. Præter robur n. maximè probatur in *tauro* quædam in ſpectu generoſitas,

— — *torvisque decorus*
Frontis honos —

Proinde Joſephо Moſes benedicit his verbis, Deuteron. c. 33. *v.* 17. *Decor* (aut *majeſtas*) *illi eſt primogenii bovis*. Et *taurum* coli voluit Ægyptiorum Rex Mnevis, ἀπαάτων ἀφ' ὑψηλοτάτου σκοπὸν ἐπὶ σεληνιακοὺς, *cum omnium formoſſimum illum eſſe credens*. Cotta quoque in Epicureos diſputans, *qui homine ſtaturent nihil eſſe pulchrius, At meherde*, inquit, *ego quamvis amem mi ipſe, tamen non audeo dicere, pulchriorem eſſe me, quam bilem taurus, qui vexit Europam*, apud Ciceronem *de Nat. Deorum lib.* 1. Ob quas cauſas *eorum victima Diis immiſſima*, Plin. *l.* 8. c. 21. taurusque non ſolùm, in ſacrificiis olim eximius, imò non *hoſtia* ſolum *major*, ſed & ſimpliciter *victima* dictus eſt, ut docet Scaliger *ad Catal. Virgil.* Et quidem *Taurorum* facra ſiebant Diis Magnis, ut ſuprà viſum; Plutoni apud Horatium *lib.* 2. *Carm. Od.* 13. Neptuno, cujus is opus fingitur, idq; interdum ex Oraculo, & Apollini, Virgil. *Æn. l.* 3. — *Meritos aris mactabis honores*.

Taurum *Neptuno* Taurum tibi *pulcher Apollo*.

Mari item & fluviis, ut ex Homero liquet, *Iliad.* 2. Etiam triumphantes Diis ſimul Capitolinis *Tauros* ſacrificabante ut & Sa-

bini Marti, apud Strabonem *l.5.* Sed ita evenit, ut etiam apud Vett. recentiores eque tum *Taurica* quorum genera etiam sunt a Ilia tacra, tum nomina alia à *Tauro* aut *Tauris* quomodocunque sumta, in obscuro nimis & incerto, si quæ alia, lateuerint. Labeo apud Macrobium *Saturnal. l. 3. c. 10.* Neptuno tantùm, Apollini & Marti *Taurum* rité immolari voluit; nec omnino Jovi: quod tamen fine temperamento (utcunque etiam Jovi *Taurum* immolare non licuisse, in libris de jure Sacrificiorum scripserit) haud verum est. Nam, ex Dio Chrysostomi oratione, seu Jupiter Capitolinus, à triumphantibus rite ei cum reliquis *Tauro* litabatur, Serv. ad *Æn. l. 9.* fed nec aliter. Quod discipliuæ Homericæ consonum,

Ἔσθω δὲ μηρία τε κνίσῃσιν τετυγμένα καλὰ,
Ταῦρον δ' Ἀλφεῷ, τὸν ἐν Πυλίῃσιν ἔτεκε.

Ubi quasi expressim Jovi negatur *Taurus*. V. Io. Selden. *de Synedriis l. 3. c. 14. & 9.* Bacchi quoque hoftiam fuisse, discimus ex vet. Schol. Statii *ad Theb. l. 2. v. 656.* Cereꝛ & Ipis *apud* eos colebatur *taurino*, teste Tzetze *ad Lycophr.* & Nicandri Scholiographo, qui à vetustissimo more *cornibus bibendi*, vel ferocia ebriorum, rei rationem arcessunt. De Luna alibi dictum. V. quoque supra in voce *Integer*. Non tamen hic omittendum, quòd *taurum aureum* Typhi feu Typhonis, in Ægypto maxime culti, symbolum fuisse afferit, & ad hujus imitationem Ifraelitas vitulum aureum fabricasse, Philo *de Vita Mosis l. 3.* aliique passim: qua de re V. Sam. Bochartum *Hierozoic. sect. par. 1. c. 34.* Cæterum & ob eximios usus, quos in humana vita *tauri* præstant, magni semper habiti. Ut alia omittam, uti Europam Poetæ, ita Romani Historiones Herculem tauro vexere, uti discimus ex *lib. Spect. Epigr. 16.*

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus:
At nunc Alciden taurus in *astra tulit.*

Certè & feretro hoc animal se subtmittere, & puerum aut puellam cervice, dorso mulierem gestare, Ælianus ait *Hist. l. 7. c. 4.* Medio ævo Gallicæ Reges bove vel *tauro* curribus suis junctis vehi Eginhardus in *Vita* Caroli M. Unde *taurus Regis*, in *Pacto L. Sal. §. 10. S'iquis Taurum Regis furaverit*; nec in India hodie que quidquam est frequentius, quàm boves videre gestulos, V. Bochartum ubi suprà *cap. 33.* Sed & oblectationi, in Spectaculis, inservit, uti vidimus suprà in voce *Taurocatapsa*: & de *Tauris Cypriacis* (qui gibberi) refert Capitolinus *in Gordianis*. Inprimis Equites Thessali taurorum pugnæ clari, qui juxta tauros per spatia Circi adequitantes, usque eò donec effatigassent, ita eos conficiebant cornibus ad terram detractos. Plin. *l. 8. c. 45. Thessalorum genis in ventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorto reflibus* (*vel retibus*) *tauros necare: primus hoc fpectaculum dedit Romæ Cæsar Dictator.* V. quoque Suetonium *in Claudio*, Dionem *in Nerone*, ubi simile certamen; Pollionem *in Gallienis*, ubi taurum ingentem in arenam missum, fed jaculis conficiendum habes; Artemidorum, ubi in Ionia, Theffalia, Attica, alibi, generosissimos quoque ταύρους ἀγωνιζομένους, *tauros pugnaces*, confusse ait: Ailios. De *tauromachiis* quæ in Regia Hispaniæ urbe hodieque quotannis exhibetur, res notissima. Caput porrò Ægyptiis Regibus principatus & regii dominatus infigne, apud Diodor. *l. 2.* etiamnum fortissimæ gentis symbolum est. At testera cædis apud Scriptores, V. supra. De cornibus fuo loco vidimus. Corium, vetustissimis mortalium, pectoralis ac clypei in vium adhibitum est. Tympana de taurinis tergis, habes ap. Stat. *Theb. l. 2. v. 78.* *Æneid. taurinis juncta vitrentia pulsu.*

Terra vocat idem *Achill. l. 2. v. 354.* V. infrà ubi de *Tympanis*, uti de loro taurino, suprà in voce *Taurea*. Sanguis *potifer potus maximè*, Plin. *l. 11. c. 28.* Quo proin usus tertur Themistocles, cùm, quæ Artaxerxi promiserat, præstare vel nollet, vel non posset, V. Aristophanem *Equit.* Excipit tamen Ægiram idem Plin. *ubi Sacerdos Terræ vaticinatur, tauri sanguinem libit primum* (hoc indicio virginitatem fuam comprobatura) *quam in foecum defendat, l. 28. c. 9.* &c. Flura de hoc animali, V. hic paffim, inprimis in voce *Bos*: de *Tauro Marathonio* & luna deliqio, Vossium *de Idolol. l. 2. c. 18.* ut de *tauro ave*, cui à voce id nomen, *l. 3 c. 88.* de *tauro*, fcarabæi terreftris genere, Salmasium *ad Solinum pag. 438.* de *tauro æneo*, ad homines excuciandos adinvento, in voce Perillus; de alio, Cimbrorum olim signo, Alex. ab Alex. *Gen. Dier. l. 4. c. 2* de apum ex tauri putredine generatione, Bochartum prefatum *Hierozoici Parte poft. l. 1. c. 10.* de eorum insuper cum urfis frequenti luctâ, eundem *Hibl. Part. prior. lib. III. c. 9.* &c.

Taurus, fignum Zodiaci, addo. Potiùs Ofiridis vel Josephi Patriarchæ fignum fuerit, uti princeps Zodiaci fignum figuram Arietis accepit, in honorem Chami five Jovis Ammonii, quo Osiris genitus. Ofiris enim, five *Mefraim*, feu *Miceraim*, Ægyptum agriculturam docuit, cujus bos fymbolum Josephus autem, propter fervatam in fame Ægyptum, bovis fymbolum meruit, & tandem in eo divinos adeptus eft honores, ut Voffius contendit *de Idol. l. 1. c. 29.* V. & H. Grotium *in Sophompham*, ubi inter alia ait :

—— *Honores ad tuos addi vito,*
Ut more Dea genitis, affrisire plagas
Infpatia venias, nominis titulo tui,
Grandisq; meriti grande monumentum ferat
Agricola Taurus, *arce fiderea micans.*

Josephum tamen divinis in Ægypto honoribus cultum non esse, adeoque, quæ de boum cultu, apud Ægyptios tam celebri olim, traduntur, aliorsum spectasse, multis docet Sam. Bochartus *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap. 34.* è quo hoc unum adjecisse liceat, quòd Josephò mortuo Regem alium surrexisse, qui Josephum non noverat, id est, qui nulla ejus, nec fratrum & posterorum ratione habitâ, graviffimam in eos tyrannidem exercuit, legimus Exodi *cap. 1. v. 8.* Nota altri hujus. Q. quà hodie pingi solet, fatis antiqua est, uti patet ex veteri figillo apud Goltzium in *Dactyliotheca*: fed qualis ab initio illa fuerit, docet Salmasius *ad Solinum pag. 1236.*

Taurus seu Tunger, ex occisoribus Pertinacis, apud Capitolinum.

Taxati, apud Landuldum *l. 20. Anno tertio Imperii Leonis, acie Arabes in Africam motu hanc obtinuerunt, & ex proprio exercitu taxatos in ea quosdam conftituerunt*, & in *Hiftoria* Miscellæ. Apud Græcis recentioribus, Theophani, Constantino, aliis, Ταξάται milites sunt stipendiarii, qui *taxam* seu stipendium accipiebant. Sedes eorum ταξατικὸν Cedreno *in Leonio an.* 3. ad quem V. Meursii & Fabrotti *Glossaria*. Nempe *taxare*, æstimare eft, pretium imponere, à Græco verbo τάσσω, τάξω, *ordino*: Unde recentioribus *taxa*, certum pretium, & hinc *taxati*. Aliud eft *taxare*, à vet. verbo *tago*, pro *tango*, viz. jocis & maledictis aliquem fatigare. Namque & hoc inter alia *tangere* fignificat. Comicus,

Quo pacto Rhodium intrigem in convivio.

Sicut eodem fenfu *tractare* pro *tangere* ulurpatum. Hinc *Taxatores* Scenici olim appellati, quòd alter alterum maledictis tangerent. V. Marcilium *au Pofpalian. Suetonii c. 13. & Tacitum c. 2.* ubi de differentia verborum *taxare* & *tractare* pluribus differit, ut infrà videbimus : adde Salmasium *ad Vopiscum in Carino.*

Taxeta, Græcè Ταξίωτις, in *Glossi* Gr. Latin. Ταξιωτὴς, apud Palladium *in Hist. Lausiaca c. 63. 67.* apparitores Principum funt Magistratuum vve. C. du Frefne *Glossar. Ad Taxiarchi*, apud Jo. Diacon. in *Vita* Gregorii Pontifc. *Ille* Taxiarchus *vocatis, ait: Nimia mihi videntur gravia Imperatoris præcepta: funt ordinum* militarium præfecti, Græcè Ταξιαρχοι, *Ordinarii* Latinis, de quibus *ad Bonosum Popisci* plufcula habet Salmasius. V. quoque suprà, ubi de *Evocatis*, namque & fic Græcam vocem *Glossæ* interpretantur, item in voce *Ordinarius*.

Taxis, nomen Familiæ in Belgio illuftris, quæ Turrianæ Stirpis ramus eft. In hac enim Francifcus, tertius filius Pagani Vicarii Imp. Mediolani, defignatus A. C. 1241. præfectura Ceconiæ. occifus. Guidonem fil. reliquit, Mediolani, feudo Imperiali Dominum, patrem inter alios Lamorati, qui, domus infortunio cedens in Bergomenfem agrum tranfivit, ac in Valle Cornelia fedem fixit. monte *Taffo* acquisitore unde *Taffiorum* seu *Taxiorum* nomen, Turriano omisso, natum eft. Ex hujus posteris *Rogerius* I. Aufriacæ Familiæ addixit. in Aula Friderici III. gratiofus. Inde fil. Francifcus, ac ex eo alii Simone nepos Francifcus Jun. & Rogerius II. familiam meritis illuftrarunt. Ille generalis poftæ, five vectigalium Imperialium curas collatum eft à Maximiliano I. Hic à tribus filiis totidem lineas propagavit. Et quidem ex iis Joh. Baptista in Belgio fedem fixit, & ex Raimundo, Comitum de *Villamediana* in Hifpania, qui jam extincti atque ex Leonardo Barone *Belgici rami*, in quo Lamoralius ejus fil. Comitis dignitatem primus imperravit, fator extitit. David alter Rogerii nlius. in Tirolenfi Comitatu vixit, eorum, qui præfecturam curfuum publicorum Venetiis exercent, auctor. Demum Simon in Italiam redit, ac ab ejus filiorum altero Rogerio, linea, quæ Mediolani fedem retinuit, altero Antonio Marchiones de *Paul* defcenderunt. Belgici rami, qui nunc Gentis caput, ifta feries eft: Rogerius Turrianus de *Taxis*, ex Alegria de *Albricio*, genuit Jo. Baptiftam, maritum Chriftinæ V Wachtendonckiæ, & ex ea patrem Leonardi Baronis. Quo & Ludovici *Bofios Dn. de Hovfinghe*, natus Lamoralius Comitis dignitatem nactus, ex Genovefa agnata, fufcepit Leonardum; qui, junctâ fibi Alexandrinâ *de Rye*, pater fuit Lamoralli Claudi. Francifci Com. *de Turni, Vallis Sesiæ, Taffis ac S. Rom. Imp.* Huic Anna Franc. Eugen. Hornana genuit Philippum Leopoldum, Eugenium Alexandrum, Inicum Lamoralium, Francifcum Sigismundum, Antonium. Genovefam, Ernestinam Mariam, Elisabetham Mariam & Mariam Theresiam, omnes *Com. de Turni V. S. T. ac S. R. I.* Spener us *Theatr. Nob. Eur. part. II. p. 5. & Inc ac. Herald. Tom. II.*

Taxo, feu *Taxus*, de animali, vox nova, nec; audita, ante Scriptorem, cujus opus de *Medicinibus Scriptum*, inter optera Augustini habetur, 7. aut 8. ut videtur. Reculo ita primum. Ita autem *l. 1. c. 7. Quis enim, verbi gratia, lupos, cervos, & fyluaticos porcos & vulpes, taxones & lepuscules, & filuriolos in Hibernian deveberet.* Quibusdam meles eft antiquorum, fed melem effe, quam *fovinam* vel *putoriam* Gallivocant. contendit Salmasius. Alii glirem Veterum, recentioribus *taxonem* appellatum, aiunt : fed *Θοως μὺς* glirem Græcos, item *μυοξος, q. murem arborum* nuncupasse, idem docet, *ad Solin. p. 1009. & 1010.* Potiùs id animal Vett. parum cognitum dic. mmicum neque Latinum neque Græcum nomen habeat. Certè vov Gallice originis eft. Ifidorus *Origin. lib. 20. c. 12. Taxea tardum eft Gallicè dictum. Unde dixit Afranius in fosa, Gallum fagatum pingui pafium taxea.* Inde *taxo* meritò dictus. Nam,

ut

& Gesnerus observat, *habet cum sue communem pinguitudinis abundantiam.* Proinde cum Galenus de *Alim. Fac. lib. 3. cap. 1.* animal in Lucanis describit, μεταβὰ ποσ ἄρκτον τι ἢ σῦν medium inter *ursum & suem* ; Cœl. Sec. Curio intelligit *taxonem*, qui & in Lucania est frequens, &, ut nonnulla habet cum urso communia, ita Autumnali tempore pinguescit, suis in modum, ut merito ὑσοειδὴς, vel σύαρκὸς, quæat nominari. Pelle eius muniri pharetras & equorum helcia, cauta quoque obtegi, canumque mollos confici, scribitur. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap.* 30. ubi voce Hebr. תחש *thachas*, Ex. 26. 14. & Ez. 16. 10. non *taxum*, sed *colorem hyacinthi*, aut *hyacinthinum*, significari docet: adde Barthium *ad Nemesian. Ecl. 4. vers. 52.*

Taxus, Theophrasto μίλος, Dioscoridi μιλακὲ, arbor *minimè virens, gracilisque & trifti, ac dira — in arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, etiamne expiant, moriuntur*, Plin. *l.* 16. *cap.* 10. Hinc insuita corumentis habita opinio, imprudentem (quod tamen Hefychio contigit) confundenda cum similace coronariâ, fructice hederaceo seu hederæ simili, de quo diximus suprà. Interim & ea coronæ occurrunt, fed funestæ, & non nisi, in luctu usurpari solitæ. Statius *lib. 5. Sylv. 5. vers/29.*

— *ex taxea marces,*
Syrtæ comis, hilarisque hederas plorata cupressus
Exclusit ramis.

Apud Inferos namque provenire credita, Silius *lib.* 13.

— *fylva comas nemorosaque brachia fundit*
Taxus ; Cocyti rigna frondesque undâ.

Et Lucanus *lib.* 6. de Ditis domo,

— — *pallida pronis*
Urget ſilva comis, & nullo vertice cælum
Suſpicient, Phabo non pervia taxus opacat.

Nempe ad Inferos ea arbore obſitum, Ovidio *Metam. lib.* 4.

— — *via declivis funeſtâ nubila taxo*
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.

Indidem Furiis faces, apud Claudianum de *Raptu lib.* 3.

Qualis peſtiferas animare ad prælia taxos
Torva Megæra ruit —

Inferâ quoque Numina animas venientes taxo fumigatas lustrare ficta, Statio *Theb. lib.* 8. v. 9.

Nec dum illum alus truncæ luſtraverat obvia taxo
Eumenis —

Quam ob causam non alia arbor Inferorum victimis aptior. Val. Flaccus *lib.* 1.

— *multa pallens ferrugine taurus*
Stabat adhuc, cui carnifex per cornua vittæ,
Et tavi from hirta comis —

Certè Cantabros, poſtquam extrema viderent, *certatim igne, inter ſpolia, ferrum, venenaque, quod ubi vulgi ex arboribus taxis exprimitur, percepiſſe mortem*, legimus apud Florum *Hiſt. Rom. lib.* 4. & de umbra eius, maximè cum floret, exitiosa, Plut. *in Sympoſ.* agit pluribus. Unde Lucretius,

Eſt etiam magnis Heliconis montibus arbos
Floris odore hominem tetro conſueta necare.

Cœterum, lignum haud aliud habet, præter medullam, idque duriſſimum, eſtque nigra & punicea in Arcadia, in Ida monte flava & cedrinæ similis ; unde taxi ligna, ob ſimilitudinem, non raro pro cedrinis vendita &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1040. & *ſeqq.*

TE.

Te Deum laudamus, Hymnus Eccleſ. pro victoria de hoſtibus obtentâ, Deo decantari ſolitus, Vide ſuprà ubi de *Hymnis*.

Tealea, adde: Nigro veſtiuntur hi Monachi, & regularum primam habent, carere reditibus, nec tamen mendicare. Patrios primùm venerunt, invitatu Mazarini Cardin. Richelietus *Diſſion.* Cœterùm, virorum in hoc Ordine eruditione florentium vis ingens & c.

Tebas, nomen illuſtris Familiæ in Hiſpania, quæ Guzmannię ſtirpis ramus eſt. In hac enim Comites de *Tebas* & Marchiones de *Ardales*, auctorem habuerunt Petrum Suarezium Toletanum, Dn. de *Bolanmos*, Mariæ Ramireziæ de *Guzman* maritum. Eorum de in hæreditatem crevit alia non minus Guzmannia linea, à Ludov. Conſalvo de *Guzman*, M. Mag. Calatravæ fatâ, Dominorum & deinceps Marchionum de *Algava*; cùm Ludovicus de *Guzman*, Marchio, de *Algava*, ſuo avunculo Marchioni de *Ardales* ſuccederet. Ex hujus, qui *March. de Ardales* & de *Algava*, Com. de *Tiba*, titulos geſſit, & Agnetis Portocarreræ connubio prodierunt Petrus Andr. de *Guzman M. del Algava & Ardales* Com. de *Teba* (maritus Johannæ Henricæ Cordubenſis) Caſpar (Eq. Calatravæ) Balthaſar, Melchior, Mariana (uxor Centurionis M. de Laula), Leonora & BriandaMoniales. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Tom. II. pag.* 67. V. quoque eum *Arte Heraldi. Tom. II.*

Tebennus, Gr. Τεβεννὸς, Togæ genus, cui nomen ab Arcade *Tebenno, qui primus eam chlamydem induit cùm luminibus ingreſſus eſſet, & ab illius loci incolis ſuſceptus, à quo edocti indigenæ eodem modo ſe veſtierunt, & veſtem Tebennum vocarunt, quæ poſtmodum no-*

mine corrupto Tebenſius γέννας eſt. Jo. Meurſius *in Curis Criticis parte* 2. *cap.* 31. ex Dionyſ. Halicarnaſſeo *lib.* 2. Veſtitum *Timenium* ab inventore *Timene*, qui tamen poſt corruptio nomine *Tiberius* dictus ſit, habet Artemidorus *Oneir. lib.* 1. *c.* 2. Idem cum Toga veſtis genus Dionyſio *loco cit.* Ῥωμαῖοι μὲν τόγαν, Ἕλληνες δὲ ταβέννην καλοῦσι, *Romani* certè τόγας, *Græci* quidem Tebennum *appellant*. Ulia de apud eund. Τεβέννη ἀμφιεσμὸς idem cum *Trabea*, quam peregrinæ fuiſſe originis, nec Romanorum in principio propriam, uti nec *Tebennum*, certum eſt, V. Thom. Dempiterum *Parallipom. in Roſinum Lib.* 7. *cap.* 32. Ferrarius vero negat Τεβέννον *Trabeam* eſſe, ſimpliciter Togam interpretandum aſſerens, *de Re veſtiariâ. l.* 2. *cap.* 3. Namque & apud Heſychium, ubi ait, Τεβέννον, εἶδος ἐβεσιλάδιος παρὰ Ῥωμαίοις; doctiſſimus Criticorum ἐβεσιλάδιος appellat, quemadmodum Artemidorus voce ἐβεσιλάδιον uſus eſt, quod nempe Toga ita injiceretur five circumjiceretur, ut totum corpus involveret. Etymologo Τέβεννος dicitur *Regium geſtamen*: Sed ſi Romani Reges excipiantur, nullus exterorum Tyrannorum Togâ uſus eſt, niſi ex dono Populi Rom. aut ejus imitatione. Malè itaque ex Polybio apud Athenæum id firmare doctiſ conantur, qui Antiochum Epiphanem memorat, depoſito Regio cultu amictum *Toga*, Forum circumire ſolitum, πολλάκις δὲ καὶ τὴν βασιλικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα τὴν τῶν ὑπάτων ἀναλαβὼν ἐθέλων τὸν ἀγορὰν. Id enim & præter morem fuiſſe, notat Polybius & ad imitationem Romanorum feciſſe ſubjicit; ἐφ' ἑκάστου γὰρ ἐνιαυσιτοῦ δήμου καὶ τὸ τοιοῦτο Ῥωμαίοις ἐθίζει. V. eundem Ferrarium *lib.* 1. *c.* 21. *ſtatim ab initio.*

Teccala Lapis, marmoris genus eſt, è quo concinnata vaſa tantâ pollent retrigerandi vi, ut liquores iſti inſuſi eodem gelu conſeſtim imbuantur, Georg. de Sepibus *in Deſcript. Muſæi Kircher. pag.* 33.

Teccium, adde : Teccenſem terram Tectoſagibus quondam habitatam, unde nomen, Stumpfius habet *Chron. lib.* 3. *cap.* 10. Eam primùm Albertus I. Conradi I. Zeringiæ D. fil. à Friderico Barbaroſſa. Suevię tum Duce, impetravit, *Comitis* titulo ; è cujus ſucceſſoribus Albertus II. Friderico Comite, *Ducis* nomen aſſumſit. Tandem ea V virtenbergiis acceſſit, ut diximus ; fed quamvis cum V virtenbergica terra unum in Ducatum coaluerit, conſtituente ita Maximiliano literis : quibus *Principum* dignitatem V virtembergiæ Comitibus contulit, iisdem tamen cautum permiſſumque, *daſſ ſich obgemelte Herrogen von Wirtemberg von ſolchem Herzogthumb Teck, Titul, Wappen und Namen, gebrauchen ſollen und mögen*, verba ſunt *Diplomatis* ſub fin. apud Tob. Pfannerum *de præcip. Germ. Principp. Genibus cap.* 71.

Technici, Gr. Τεχνικοὶ, memorati A. Gellio *lib.* 17. *c.* 8. *artium ſine ere & minutuli Doctores, in diſſerendo tamen non impigri.* Quibus dictis *Artigraphi* nominantur, ut ſapiùs facit Albinus Flaccus Alcuinus *l. de ſept. Art.* Ita autem Gellio dicuntur Doctores iſti, qui eotam Philoſophiæ & Eloquentiæ Artem per præcepta, in compendium redacta, & libellos exiguos, ſe tradere profitebantur. De quibus & Quintilianus ad *lib.* 2. *cap.* 14. *Nihil ſe juvenes facis inſtructius, ſiquem ex his, qui breves plerunque circumferuntur, artis libellum edidicerunt & velut decretis* Technicorum *tuus putent.* Græci tamen Τεχνικὸν vocem in laude ponunt. Sic Eunapius *in Juliano*, Ἦτοι μὲν γὰρ ἡ τῶν τεχνιτῶν τέχνη παρῳδοῦντος τὸ κακὸν, ἡ σχολὴ τῶν λόγων ἔδοξε διορθοῦσθαι, λόγων τε ὁ τὸν λυκὸν ἀμαυρῶν. Ἀλλὰ τῶν Τεχνικῶν τοῦτο. Idem, *Erant eodem tempore alii nonnulli, qui honeſtatis amore accenſi, ad illius gloriam adſpirantes, animos erigebant, quos inter & Aeſines Lacedæmonius, Technici*, (ſive ut vertit Hadr. Junius *Profeſſoris Artium Liberalium*) *nominabatur.* Tzetzes quoque *Chiliad.* 2. *Hiſt. Technicorum* eloquentiam & in dicendo vim laudans, inquit

Δᾶξαι Τεττῶν βωλοῖς θ' Τεχνικὸν τὸ δεῖνον,

V. Jac. Oiſelium JC. *Notis in Aulum Gellium.*

Tecklenburgum, oppid. V Weſtphaliæ, Lat. *Tecelia*, quod vide. Sub proprio olim Comite, poſtea ad Benthemios Comites pervenit. Ebervvinus enim Com. Benthemius, qui obiit A. C. 1562. ab Anna (fil. Conradi Com. Tecklenburgii & Mechtildis Haſſiacæ) ſucceſſionem nactus eſt. His genitus Arnoldus Magdalenam Com. Neuenarium ſibi junxit, à qua Comit. Limburgius & alia obtigere. Quibus cùm numeroſa deſcripſiſſet ſubóles, filius Arnoldus juſtus ſeu Jodocus, Benthemium Comitatum nactus eſt ; Adolphus vero *Tecklenburgii* novos ex ſe dedit, uti diximus ſuprà, in voce *Benthima*. V. quoque Spenerum *Arte Heraldica Tom. II.*

Tecolithos, nomen gemmæ, quæ & *Syriacus Lapis* & *Judaicus* Aëtio, à *calculis liquefaciendis* communendisque nomen accepit. Plinius. *Tecolithos olez nucleus videtur, neque eſt ei gemmæ homo. fed lingentium calculos frangit pellitque.* Ubi *haurientium* mallet Salmaſius ; ſolutumenim in aqua calida hauſtumque renum & veſicæ dolores levare, fractis & pulſis calculis, Aëtius tradit. Vel *ungentium*, addit enim idem ex Necepſo, ſi teratur ex æqua & inungatur partibus circa veſicam & pudenda depilatis, calculos veſicæ liquefacere & comminuere. V. eum *ad Solon. p.* 712. ubi hanc de Τεκολίθου ὑπνῶτι ex ſepius dicto Aëtio addit,

Χώρες ἥδιστοι Ἀρχίλοχος
Θήκην τερμίσσει ἀκ-
Ἐυρυπυλ Τυνδάλεω.

Tecta, æ, apud Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. *Hyspiricos generes tradita & Africa ſpines cum tecta*: integumentum eſt ſeu tegmen tergoris, Gr. ἡ πρόσωπος, *teſtitio*. Uti *vemiſſio*, pro *remiſſione* &c. Salmaſius ad *Solinum* pag. 390. At in *Gloſſis* Iſidori, ubi baſternam exponit *ſellam mannalem*, *tecta* abſolute eſt pro *tecta lectica*, i. operta; Græcè κρυπτὸν φορεῖον, matronis olim in uſu. Tegebantur enim baſternæ, tum ſpecularibus ſeu feneſtris, tum velis, uti ſupra diximus: ſicque, ut habet vetus *Epigramma*, de hoc vehiculi genere,

Provifum eſt cautè, ne per loca publica pergens
Fuſcetur viſis caſta maritа viris.

V. Salmaſium eundem *ad Lampridium in Heliogabalo*.

Tecta, plur. apud Vett. erant vel plana, vel faſtigata. Et quidem in Græcia. Aſiaque, imò toto penè Oriente, ædium privatarum tecta plana fiebant: ædes verò ſacræ habebant culmen & faſtigium, quod κορυφὴ τοῦ στέγους Græci, atque inde στεγάσαι & στέγη dixere. Hieronymus ad Sunjam & Fretell. Δῶμα in *urbe Italiæ provinciis ipſum dicitur, quod apud Latinos tectum. In Paſſima enim vel Ægypto, vel ubi ſcripſi ſunt divini libri — non habent in tectis culmina, ſed domata, quod Romani vel ſolaria vel meniana vocant, id eſt plana tecta, quæ irantreruſis trabibus ſuſtenantur.* Cujumodi ſolaria in planis tectis ſtrui ſolita, Græcis ἐλαιοκρὰς & ἐλαιοκρὰ & ἐξώστη. Latinis *tecta*, & *projecta tecta* dicebantur, in quorum circuitu ἐφέδρανα, ſeu *pulvinaria* erat, ex quibus in prospectu lapſus eſſet. *Deambulatoriis* recentiores appellavere, quòd in hiſce ſolariis ſeu menianiis ambularent ut de Davide ex Sacris, de Auguſto ex Suetonio notum. Ibidem cultu divino, & pii, uti de Petro in Actis legimus, & idololatræ, uti alibi, defungi conſuevere. Unde in Iſidori *Gloſſis*, *Tegularia maleſica, quod ſupra tegulare ſacrifiet*. Laquearibatur autem ornatis ergò tectis hujusmodi tabulis in variasfiguras ex latis; aut in rectangulos & lacus & ταλάσια, & orbes vel triangulos & alia: quibus quæ carebant, φατνώματα Græcis vocata ſunt, item σχῆτα ἄγλυφα, Salmaſius *ad Solinum p.* 1215. Arabes & Sabæi, ebore, auro, argento, ſumptuoſo lapide quoq; & fmaragdo, illa ornavere, Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 5. *cap.* 24. In iſdem porro elegantiores Romani & βολοκρᾶσι nemora habuere, Seneca paſſim teſte. Et recentiori ævo prata Gothi, de quibus Olaus *lib.* 9. *cap.* 38. *dominis*, inquit, *ſignis abſtinentibus & cervicibus arduis latuſue exquiſitis indiſtriâ tegunt, ſaltibus virentes — ſuperimponentes, quos ſubmiſſis avenæ vel hordei ſemine, firmioribus radicibus nectunt. Quo ſitus tecta pratorum virentium ſpeciem æmulentur. In hæc tecta obſidionum tempore pecora paſtum agunt, ne recumbus deſtituantur carnibus &c.* Reliquis *tecta* erant, in duas partes devexa, quæ *peſtinata* Romanis dicebantur, habebantque & ſipha ſtatu projecturas, ad ſtillicidia arcenda, & pluribus faſtigiis plerumque flebant: τετράρρυτα Græcis, & κατάρρυτα Græcanica appellata. Quorum à *plavii* diverſitatem accurate explicat Galenus *Commentar.* εἰς ἀφορ., quem vide. Hæc culmina ſeu faſtigia in templis, ſtatuis, victoriis & aliis Deorum ſimulachris, exornabantur, quibus privatorum ædificiorum culmina carebant: ἀκρωτήρια vocat Plin. in *Cæſare*, ubi cum multa Cæſari eſſent decreta ut Deo, etiam id ornamenti teſtis illius acceſſiſſe, refert. V. ſupra in voce *Faſtigium*, ut & inferius ubi de tectis *Tichorii*. Uti verò, non Principes ſolum, ſed & civium ditiores, ædibus, ornationibus, triclinio, ſupellectile, annulis, aliis æſtate, aliis hyeme, utebantur, ut Theod. Marcilius docet *ad Horatium Epiſt.* 1. *ad Mæcen.* Ita & nonnullis *tecta* fuiſſe *temporaria*, quæ viz. ponerentur hyeme, tollerentur æſtate, argumento eſt Javolenus *l.* 242. & *§.* 2. *de verb. ſignif.* apud eundem, *ad Titum Suetonii cap.* 24. De *Imbricibus*, *Pinnaculis*, *Scandulis*, quibus Romam usque ad Pyrrhi bellum ſtetam. Plinius ait, *Pugnatis*, aliisque huc pertinentibus, V. hic paſſim, ut & infra in voce *Tectum*.

Tector, in *Gloſſis Kornanis*, dictus eſt, qui parietes tegerez ac foliderat: unde *ſolidati parietes tectorio*, paſſim apud Vitruvium. Fiebat autem tectorium calce arenata, vel marmorato, cratque proprium *Tectorium* linere & polire. In vet. *Inſcr. Calchaventa ſito poſitoq.* Et quidem linebant primò calce & arenâ parietes, deinde inductum tectorium fricabant ac ſubigebant liaculis, quæ inſtrumenta fuiſſe levigando jam inducto tectorio, ſupra diximus. At tectorium calce mera conſtare *Albatrum* proprie opus dicebatur, & ab Albariis ſeu Albinis, quibus *dealbare* proprium fuit, inducebatur. Quæ tamen non rarò confunduntur Auctores, quemadmodum & Græci Κονιατὸς utrosque dicere. Opificium *Tectorum* Tertullianus *de Idolat.* ſic explicat: *Scis Albarius tectoria indurare & ciſternam linire, & cymatia diſtendere & multa alia ornamenta, præter ſimulachra, parietibus inciſſurare.* V. plura hanc in rem, apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 23. Jac. Cittacium *Obſervation lib.* 10. *cap.* 9 & *adl. l. Cod. de Excuſat. Artif. lib.* 10. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1213. & *ſeqq.* & hic, ubi de variis Vett. *Cameratis Parietibus*, ornandi modis. Sed & *Tectoria* eleganter Juvenalis, in egregia illa *Sat.* adversùs ſequiorem ſexum, vocat κρυπτὰ μοιχεύματα, paucem viz. quo ma dido faciem linebant, aliaque, quæ deinde' abſtergebant ſmegmate ex laſte aſinino, cùm ad mœchos irent:

Tandem aperit vultum, & teſtoria prima reponit,
Incipit agnoſci &c.

Qua de re ſupra dximus non uno in loco.

Tectum, apud Plinium *lib.* 8. *c.* 47. gentis ovium, ob lanæ præſtantiam, pellibus tegi ſolitum. Unde *pellitæ ovet*, apud Horatium, de quibus ſupra dximus. Aliàs *Tectum* communiter, quo additicia teguntur, quod primitus culmo fiebat, inde ſcandulis, porrò tegulis, ardeſiisque &c. In cujusmodi *tecto* ædium ſtabulinèo Anglos Orientales puerulos ſuos collocare, attendenda num timide illis hærerent, an comprehenſo ſtramine alacriter propererent & ſe fortiter ſuſtinerent, ſicque futuræ indolis auguria capitare ſolitos, dixinus in voce *Eaſt Anglia*. At *ſuper tectum pro ſaniate febris filium ponere*, ſuperſtitionis genus fuit, damnatum in vet. *Panitentiali*, apud C. du Freſne *Gloſſar.* Cæterum *Tectum*, pro domo tota, in *l.* 1. §. 19. ff. *de Ventre in poſſ. mitt. tectum præſtare*, & *l.* 5. *Cod. Theod. de Defenſor. Ago tectis ſuſcipere*. Sic *tectum ſuſcipere* & *ſuſtinere*, vetitum in *L. Burgund. tit.* 38. §. 1. & 9. Quam Germanorum Celtarumque hoſpitalitatem commendant paſſim Scriptores, apud Cluverium *Germ. Antiq. lib.* 1. *cap.* 19. & Lindenbrogium. laudatos præſato *Gloſſarii* Auctori. Reliqua V. ſupra in voce *Tecta*.

Tedæ, è pinu, in communi uſu. cùm cereus ditiorum menſis inſeriret. Orientius *Commitivirii Diſp.* 68.

Accenſis pinguem quo vultis, in lumina pinum,
Nobilibus mensis, ne ſine tæda ſimus.

Hodieque videmus pineos ramuſculos à paſtoribus & ruſticis in partes diſſici, atque inde minutas, longas tamen, in uſum hibernæ lucis tædas confici. V. Barthium *Animadverſ.* ad *Papin. Statium Theb. lib.* 2. *ver.* 248. At atrox ille foribus ædium atque horreorum appendendi *tedæ* ritus, medio ævo frequens, cum literis annexis, quibus feelerati latrones incendium aliaque nequiſſima minabantur, *niſi intra certum tempus itidem malefactoribus aliqua pecunia ſumma, pro ipſorum arbitrio, perſolvereiur*, uti habet Synodus Colonienſis A. C. 1300. &c. Plura V. ſupra in voce *Teda*.

Tegere arma, antiquum Romanorum inſtitutum. Cùm enim argento & auro ea polire in more habuerint: Suetonius *in Cæſare cap.* 67. *Milites — habebat tam cultos, ut argento & auro pollis arma ornarei: ſimul & ad ſpeciem, & quò tenaciores eorum in prælio eſſent.* Unde Juvenalis,

Argenti quod erat, ſilis fulgebat in armis.

Ideò ſemper *tecta* arma gerebant, niſi prælii tempore: tum ſplendida veſtis indui ſolita, armaque ad ſplendorem dari, detractis tegumentis, quæ fere erant è corio vel pelle. Joſephus ὑάκας appellat. Attici σκύτινα. Plutarchus σκύτεσι δ' ὕπλων ἐκεκαλυμμένα, *Lucullo*. Sed & nudabant arma in exercitus luſtratione, nec non in omni transvectione pompæ, uti docet Joſephus Ἀρχαιολ. *lib.* 5. *c.* 2. & Suetonius *Julio*, ubi de funere ejus. V. ad hunc Gaſubonum in *Plin* ejusdem *l.* 1. Uti verò extra prælium *tegebant arma*, ſic in prælio *tegebant Ducem* : Statius *Thebaid. lib.* 8. *verſu* 690. ubi de Eteocle,

—— *Retrogd, datum Thebana tegendum*
Arma Ducem ——

Id eſt, corporum clypeorumque objectu cum tuebantur ac defendebant. Quod militum erga Ducem periclitantem officium, etiam Curtius ingerit *lib.* 8. de Clyto illo infelice, *Fide erat, qui apud Granium animem nudo capite dimicantem Regem clypeo texerat. Mox, ſi corpus ejus protexiſſet clypeo ſuo* Denuo, oratione Hermolai, Lyncestæ, *Alexander & Cyrus — ſtant in acie ſi depoſiti ſuis protegunt, & pro gloria ita vulnere exſipiant* &c. V. C. Barthium *ad Statii locum*, uti de *venabula tegenda* more ſuo loco, plura v. hanc in rem ſupra, ubi de *Pecoris ſpa.*

Tegere Latus, V. ſupra *Latus*.

Tegere Pedes, phraſis Hebræorum, uſitata in mentione τοῦ καλλιπλοῦ ὀνου, uti interalia videre eſt. 1. Sam. *cap.* 24. *ver.* 4. de Saule, qui *texit pedes ſuos*, h. e. in terram ſe demiſit, ſubſedit, ſe, ad neceſſitatem naturæ: quod Attici βαλανεῖν dicere. *ſedere*, ut in Lege Piſiſtrati, quæ vetabat ὀὶ Πυθίῳ βαλεῖν. Cùm enim braccas antiqui non noſſent, ſubſidere hoc caſu neceſſe habebant, & ne aliqua corporis pars nudaretur. *Τὰς ἐδῶπας τῶν μηρῶν κυλίνδειν*, uti habet Herodianus *in Macrino*. Quemadmodum metu talis ἀσχημοσύνης, Cæſar, cùm occideretur, ſinum veſtis ad ima crura deduxiſſe, legitur. Quà de re V. plura apud Caſaubonum *ad Aug. cap.* 82 & Bocharum *Hieroxoici Parte prior. lib. II. cap.* 56. De Piſiſtrati lege præfata ut aliquid addam, integra ſic habet : *Τὸν κλαυτὸν βαλεῖνον τὸ τὸ ἱερεῖον τῷ Διὶ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ κατακαύσας, ἢ βύρσαν. Qui in aede Apollinis ventrem exonerarit, ſeſpium in inciſio deſtruxerit, capitale eſto* apud Heſychium, Suidam, & in Vaticana *Proverbiorum Append. Centur. I. Prov.* 82. Itaque ædis profanatæ. quam nemo Dis ſupplicandi cauſa adit, indicium erat in illa mejere, aut βαλεῖνον, uti patet ex *Pluto* Ariſtophanis. Quo alluſit Perſius *Sat* 1.

—— *Hoc, inquis, vetо quisquam faxit olentem.*

Pinge duos angues: pueri, facer est locus: extra
Meite, discedo ——

Hinc bonæ illæ merces, apud Juvenalem *Sat.* 6. ad eam pudicitiæ majunt, quia omnem illius, quam à se longè amandabant, religionem atque cultum fublatum vellent &c. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib.* 1. *tit.* 1. Caverunt autem puritati ædium sacratum hæc ratione Gentiles, imitatione, ut in aliis plurimis, Hebræorum, quibus inter alias leges cautumfuit hæc quoq; data est, Deuteron. *cap.* 23. *vers*/ 12, 13, 14. *Spatium esto tibi extra castra, ut egrediaris illuc foràs: Et pasillus esto tibi, præter arma tua: erit q;, quum sessuris eris foris, ut vo fodicas, & rursus tegas excrementum tuum. Nam Jehova Deus tuus indesinenter ambulat in medio castrorum tuorum* —— *idemq;, non est visurus in te turpitudinem ullius rei &c.*

Teges, Græcè ψιλὸς, pauperibus pro culcita fuit, uti ad *Theophrastum* notat Casaubonus. Fiebant illæ è pheio, herba paluftri & fluviatili, è qua sportæ quoqúe & vestes texebantur. Unde uti θλεῖν ἐσθῆτ, *vestis è pheio*, apud Herodotum, ubi de Indis: fic θλεῖνα ἐσθῆτα, *teges ex pheio*, apud Pollucem. Sic de scirpo Plin. *lib.* 17. *cap.* 27. *Nec in frusciem, nec in veprium, cauliumve, nec in herbarum, aut ullo alio, quam juogenere, numerentur juæ scirpi fragiles patuliferæ, ad tegilium tegeres, &c.* Ubi tegilia funt culculli, vel petafi ex scirpo facti: ficut *tegetes*, ex eodem confectibantur. De junco idem *lib.* 20. *cap.* 18. *Similia præcipit & de junco quem marisum appellant, ad texendas tegetes, & ipsum Junio mense eximi.* Sed & è papyro Ægyptia *tegetes* nectebantur. Nempe ex ea tota & solida navigia texebât Ægyptii, ex cortice interiore, five libro, funes, *tegetes*, vela, vestes; quo detracto medulla ferviebat candelis faciendis, certa circumdata. Salmasius ad *Solinum pag.* 1003. V. quoque supra, in voce *Matta*, item *Pfathus* & *Storea*, fic enim Recentiores appellare cœperunt.

Tegula, Cinyræ inventum, agriopæ filii, Plinio *lib.* 7. *cap.* 56. quæ cum primùm rudi arte ex argilla fierent, *Dibulades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia prospa vocavit. Postea idem cœpit fecit. Hinc & fastigia templorum ornata, proper hunc plasta appellata*, Idem *lib.* 35. *cap.* 12. ubi de Plastice agens, inter hujus laudes etiam reponit, *quæ assidiuate fastigiis fastigiorum opera imbricibus, tubulis tegulisq; ad balineas humanis, vel ad usus publicos fastosque fromatisq; &c.* Ex lapide *tegulæ* primus fabricavit Byzes Naxius, quibus intexit templum Dianæ, tempore Halyattis, Croesi patris, Lydorum Regis, teste Pausan. V. quoque supra in voce *Ardesia*. Iis tectum instratum πωλικώτερον Græcis; quæ quales esse debeant, docet Galenus *Commentar. ad* ἀφ. 40. ubi planorum tectorum fastigiorumque differentiam multis explicat. Neque verò ædibus solum tegendis inserviebant, fed & *in tegulis quassis seu curtis, focum sibi parare parentes*, uti docet Varro apud Servium *in Bucolic.* Pallio. Quam in rem Ovid. *Fastorum lib.* 6.

Supposuim cineri panem focus ipse parabat,
Stratag, erat tepidis tegula quassa solo.

Et Propertius, de paupere anu,

Hanc vidi in tegetes animam expirare paternas,
Horruit aleoni tegula cura sno.

Etiam maleficas *supra tegulas sacrificasse*, hinc q; *Tegularias* fuisse vocitatas, legimus apud Lipsium, & in *Gloss.* Isidori: De mylleio *tegularum marmorearum* in aede Junonis Lacinix, V. Liv. *lib.* 42. *cap.* 3. Val. Maximum *lib.* 1. c. 1. & Servium ad *Æn. lib.* 3.

Tela, apud Virgilium *Georg. lib.* 1.

—— & *licia telæ*

Addere ——

instrumentum jugale est, feu jugum, in quo *tela* texebatur & in quo extendebantur stamina. Hinc *tela gegallis*, Catoni, ubi in villa ædificanda à jugales duas cum scamnis, cum fenestris, cum fullonicis, & aliis id genus, fieri jubet. *Telæ*, eodem fenfu, apud Valer. Flaccum,

Dat plelæ auro aig, ardenti murice vestes,
Quas rapuit telis formosa, vocantibus Austris,
Hyspheæ ——

Id eft, delecuit à telis, quibus tenebantur; quæ detextæ quidem erant, fed nondum defectæ; quæ adhuc in telis erant; namque quæ libet vestis erat in fua tela. Sic Græcis τηκεῖν δὸν τὸ ἐπὶ τοῦ ἠλακάτου. ἰστὸν enim iidem quoque vocant ligna illa erecta, vel juga, quibus ftamina intendebantur, ad telam faciendam. Et quidem primum in tela contexenda erat, *telæ pedes*, Græcè ἐφέται, erigere & jugum iis imponere, quod Ovidius *telam jugo jungere* dixit, Heſiodus ἰστὸν ὑφαίνειν. Deinde ftamina telæ vel jugo tenè adnectere, quod *telam ftaminibus intendere*, & *de tela fuspendere*, eft eidem Ovidio, Græcis ἐφάπτειν τοῖς ἱστοῖς, Atticis πηνοβοεῖν, Heſiodo πηνοβοεῖσθαι, proprie διᾴ τοῦ μὴ στάδει Latinis. Adextendendum autem ftamen, ponderea appendebantur, Seneca teſte *Epiſt.* 90. quæ ἰστᾶνε Græcis. Conſtituto ftamine, ftamen cum ſubtemine connectebatur; quod Latini *connexionem ſtaminis*, Græci σύνδεσιν τοῦ στήμονος, appellabant. Subtemen vero radio textorio circumvolutum erat, quod utrumque νηῒς dicebatur. Sic *tela*, i. texturæ, fiebat &c. Qua de re V. pluribus differentem Salmaſium *ad Capitolinum in Pertinace*, nec non *in Maximinis*, ubi vocis etymon à texo arceſſit; adde, quæ ſuprà dicemus, ubi de *Textendi Arte*. De *Telarum* autem *corrugatarum*, quas hodie collo aptare mos, veſtigio apud vett. Romanos, Græcosque, diximus aliquid ſuprà, ubi de *Fimbriis*, item in voce *Focale*: uti de *Tela crebraria*, *cruduria*, *ingali*, *recta*, ſuis locis.

Telchines, adde: Sacerdotes Rheæ, uti Κορῆτες, *Curetes*, *Corybantes*, *Cabiri*, *Idæi Dactyli* dicti ſunt, ita & *Telchines* appellatos eſſe, quòd novem numero Rheam è Rhodo in Cretam comitati eſſent, quæ cùm prius *Ophionia*, poſtea *Telchinia* dicta, docet Voſſius ex Strabone *lib.* 4. & 10. in quo poſter. loco ita habet. Οἱ περιοδεύοντες τὴν ἐρημίαν, ἱερατίαν τὴν τῶν μητέρων ἐγκαλοῦσι τοὺς μὴ μυηθέντας τῶν ἱερῶν, αὐδὲ τὰ τῶν Διὸς τελουμένων τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ ὑπὸ τῶν Κουρήτων καὶ τὴν ἐν Φρυγίᾳ ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῆς Ἰδαίας ὀρείας Κορυβάντων. Τοιοῦτόν δ' ἐστὶ καὶ τὸ ἐν Σάμῳ τῶν Τελχίνων γένος. Τὸ μὲν γὰρ ὄνομα τοῦτο κοινὸν ἦν τῶν ἐν γνωρίσεσι πάλαι καὶ μυστηρίοις τελουμένων· ἔπειτα διαφορὰς διεστήσαντο, *Qui Cretenses res tradunt, Phrygiasq;, ii quibus idem sacris ministeriis implicanti Curetes, cùm arcanis, tum aliis Jovis in Creta educationi puerili, & Matris Deûm sacrificiis, in Phrygia ac locis circa Idam Troja montem. Ingens eſt diverſitas ſtatuum narrationum: alii eosdem cum Curetibus ponunt Corybantas, Cabiros, Idæos Dactylos, Telchines: alii cognatos inter ſe & exiſtibus diſſimiles differentes.* Idem *Galli* quoque vocabantur, Herodian. *lib.* 1. in quibus Sacerdotibus ac famulis Deæ Matris, novem iſta præcipuè obſervant Auctores. 1. *Evirationem*: cui urbantur enim teſtâ Samiâ, ad tibiæ cantum, Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. 2. *Fœrvem*, de quo multa Voſſius, de *Idol. lib.* 1. *cap.* 20. 3. *Veſtium multiformem*, quem πολύλον τρόπον vocat Dionyſius *Antiqq. lib.* 2. 4. *Capitis factationem*, de qua Naſo *Faſtor. lib.* 4. unde *Tremulos* vocat Hieronymus *Epiſt. ad Marcellam.* 5. *Capillorum innutilionem*; crines enim aromatibus habebant diſtributos, vultumque candidâ velabant byſſo. 6. *Mollitiem ineſſus*: quæ eſt, inter alia, complexus eſt Auguſtinus *de Civ. Dei lib* 7. *cap.* 26. *De mollibus eidem Matri Magnæ, contra omnem virorum mulierumq; verecundiam, conſecratis: qui nec, in hoſternum diem, madidis capillis, facie deaſbata, ſtibiatibus membris, inceſſu fœmineo, per plateas vicosq; Carthaginis, etiam à populis, unde turpiter vivebant, exigebant.* 7. *Lacertorum flagellationem*. Tam molles namque tamen quædam maſculæ videbantur agere. Nam, inſpectante populo, lacertos ferro cruentabant: partim ad placandam Deam, quia ſanguine, ac præcipuè humano, Numina propitiari credebantur: partim ob cauſam naturalem. Quo de ritu V. Statium *Thebaid. lib.* 10. Appulejum *Metamorph. lib.* 8. Tertullianum *Apologet. cap.* 24. Quod plenius *Paſſione S. Romani Sec.* 8. *Ejulatum ac planctum*, V. Voſſium *loco cit.* Tandem *ejulationem*; Stipem enim mendicando cogebant; eò dictî ἀγυρτάζοντες, h. e. *ejulatores Matris Magnæ*. Quod commune fuiſſe Rheæ ac Iſidi, docent eruditi. Romæ autem, non niſi ad paucos, coſq; præfinitos dies, colligere ſtipem licuit: idque ne implerent animos ſuperſtitione, quam rationem affert Tullius *de LL. lib.* 2. Atque hanc ejulationem quoque Carthagine obtinuiſſe, D. Auguſtini temporibus, cognoſcere eſt ex verbis ſuperius allatis. V. iterum Gerh. Jo. Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 53. & ſuprà *poſtm.* De gente verò ita Diod. Siculus *lib.* 5. *Rhodios inſ. Telchinum olim ſedes fuit, qui & Caphira, Oceani filia nati Neptunum à Rhea filii commiſſum educarunt: Primi etiam Deos ſtatuis honorarunt, unde & apud Lindios Apollo Telchinius vocabatur: Artes & formas, cùm vellent, immutaſſe, & poteſſe nubes, pluvias, grandinem & nives inducere; quæ Magorum propria habentur. Sororem habuere Aliam: cui Neptunus jam adultus filii mixtus. Indenati, puellanna Rhodos, à qua Inſulæ nomen: filii item ſex. Ac tres quidem quidem, cùm diuturnum fore præſagirent, Inſulâ egreſſa ſunt ac variis vagationibus. Unus eorum, Ialam in terram, quæ ab eo dicta eſt Lycia; ibi Apollinis Lycii Fanum. Alter vi temporis plurimi periere, ſervati qui ſein monem temperiorem. Poſtea Sol unore Rhodi capius, Inſulam exſiccavit, eamq; reddidit fœcundam, unde ſeptem orti dentiores, qui à Sole* Heliades *dicti: proprio verò nominibus appellati ſunt, Ochimus, Cercaphus, Macar, Actis, Tenages, Triopas & Candalus. Soror iis unica Electryone, quæ cùm virgo obiiſſet, divinos meruit honores. Cæterum Heliadæ omnes originis memores aſſerorum ſtudio ſe dederunt; in quo præcipuè cùm excelluiſſet Tenages, fratrum invidia ſublatus eſt. Quibus proin Rhodi ſunt honore coacti, Actis in Ægyptum profectus, Aſtrologiæ illuc ſtudium dedit.* Quæ fabula ex eo orta eſt, quòd Rhodi ſint homines Inſulares ac dii maritæ potentes, atque Aſtrologiæ gnari, quando ad Nauticam hæc ſcientiâ opus eſt; ipſâque etiam Inſ. Soli fuerit facra ut & Pindaro traditum Ἠελιάδαι. Hinc Neptunus Rhodiis à matre commendatus: idem cum ſorore Telchinia Alia, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, communitus: fratres *Heliadæ* à Deo, in cujus forent tutela, appellati; fratrumque unus, qui in Ægyptum profugus Heliopolim ibi condidit, *Actis* vocatus dicitur. Ἄκτις autem Græcis *radius* eſt. V. Voſſium eundem *de Scientiis Mathem. cap.* 32. §. 5. 6.

Telebœdæ, adde; Græcè Τελεβοεῖς πόται, Inſulæ plures inter Achajam & Leucadiam, à *Telebois* pop. qui eas tenuerunt, ſic dictæ; uti à Taphiis pop. eædem *Taphiæ* appellatæ ſunt, Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Statius *Telebœum domos* Capreas vocat *lib.* 3. *Sylv.* 5. *v.* 100.

Tele-

Telebounij, domos, trepidus ubi dulcia nautis
Lumina nocturnæ tollit pharus æmula Lunæ.

Quæ de pharo, i. præcelsa in hac insula turre cu a nocturnis luminibus, V. Lipsium *ad Tacitum Annal. lib. 4.* Dionys. Gothofredum *ad Paulell. in pag. 1373.* Phil. Beroaldum *ad Propertium lib. 2. Eleg. 1.* Alios, ut & suprà in hac voce.

Telegennius, notæ fatuitatis homo. tempore Claudii Imp. cujus proin *quotidiana & planè omnium horarum — vox erat. Quid? ego tibi* Telegennius *videor & λογόσοφος*. apud Suetonium *in eo c. 40.* Fuit autem intergentes Romanas & iſto nomina una. Lapis vetus, DIS MANIBUS C. TELEGENNI OPTATI. Caſubonus *ad locum Suetonii.*

Telegonus, adde: Primus prædictionum ex auſpicina & augurio, apud Græcos fuiſſe, inventor traditur, à Suida in Τηλεγόνῳ. Quinquadmodum in Latio Hetruſci ſe artis hujus auctores prædicabant, quibus illa à *Tage* primùm tradita. V. Thom. Dempſterum *Paralipomen. in Joh. Rohnium Antiqq. Rom. lib. 3. c. 8. 9. 11.*

Telemachus, Monachus, *Rome gladiatorio ludo celebrato, increpitans populum attonitus: Spectaculis inhiantem, ab eo lapidatus eſt.* V. inc. Bellovacenſis *in Spec. Hiſt.* ex Theodoreto *Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 26.* & Aur. Caſſiodoro *Hiſtor. Tripart. lib. 10. cap. 11.*

Telephus, Myſiorum R. adde: Inter opera Parañi, quorum olim ingens fama, & *Telephus* memoratur Plnio *lib. 35. c. 10.*

Telephus, ſervus mulieris Romanæ nomenculator, conſpiratione in Auguſtum famoſus, apud Suetonium in *Vita* Auguſti *cap. 19.* ubi eum & Senatum aggredi, & Imperium arripere, animo delinate auſum, memorat.

Telesforium, tubus Opricus vocatur, cujus beneficio noſtra æras multa in cœlo admiranda, quæ Veteribus plane fuerunt ignota, deteexit; à τηλε, *procul*, & σκοπέω, *ſpectare*. Hinc enim in ipſo Sole maculas & faculas jam cognoſcimus: Lunam, quaſi alium terrenum orbem eſſe, noſtro perſimilem, ejusque ſuperficiem inæqualem, terra ac aquâ diſtinctam, ac quaſi montibus atcolli vallibusque deprimi; Venerem, Lunæ inſtar, nunc plenam eſſe, nunc in cornua abire; Mercurium etiam, reliquorum Planetarum inſtar, à Sole lumen accipere, & modò in orbem, modò ſemiplenum ſeſe conſpiciendum præbere, deprehendimus. Circa Jovem quatuor cæſimus Planetas, aqui, tanquam Lunæ totidem, certis periodis & intervallis ejus circuitum faciunt: Ipſum etiam Jovis corpus, quaſi faſciis quibusdam cingi; earumq; ſitum mutari, prout ſc. ipſe Jupiter ſuper centrum ſuum rotatur: Eodem modo Lunulam quandam Saturnum decem & ſex dierum ſpatio circumire, ejusque corpus annulo circumcinctum eſſe; atque exinde, pro variato ad Solem Terramque noſtram ſitu, modò anſatum, modò rotundum, nonnunquam etiam linea recta ad utrumque latus extenſa, apparere. Vias denique Cometarum, quæ jam olim Democritus ſuſpicatus fuiſſe legitur, ſcimus jam nihil eſſe aliud, quàm congeriem ſtellarum minimarum, quem admodum & ſunt ſtellæ, *nebulosæ* vulgò dictæ, quæ ita conſtipatæ ex minutis ſtellulis, abedinem quandam, nebulæ inſtar, repræſentant. &c. V. Jac. Oiſelium JC. *Notis in A. Gellium lib. 16. cap. 18.*

Telesfax. V. infra *Telesfer.*

Telesfer, ſaltatorius genus, ab inventore *Telesfa* nomen trahens. Non abſimilis fuit priſcæ illi, ſeveræ atque aſperæ, in qua puelli etiam Lacones ſeſe exercebant, tecti perfectâ integrâque armatura à; quam proin *πανοπλίαν* alii, ipſi *παντομίμον* nominabant. Hanc Scaliger & ſæpe & diu coram Divo Maximiliano, juſſu Bonifacii patrui, non ſine ſtupore Germaniæ, ſe repræſentaſſe, & illam ex Imperatore elicuiſſe vocem, *Hic puer ubivocem ani pro pellet, una pro cunis habuit, ſtrabit.* V. eum *Poetices lib. 1. cap. 18.*

Teleſtes, Æſchyli ſaltator, cum Æſchylus *χορηγὸς ἐγένετο* in choros Tragicos primus inculiſſet, veteribus inodis novos addidit, ut Chamæleo auctor eſt. Appellabant autem Vett. *χορηγὸν μὲν* eos corporis modos, in quibus non ſoli motus, ſed & quietes numerabantur *ſtantis, dormientis, cogitantis, ſedentis, ſeſſi, ignavi mentientis, admirantis*; etiam à partibus quibusdam corporis, ut *manus, nictus, oſcitatio, riſus, flatus, digitorum concrepatio.* Quæ omnia apud Græcos & Mauros: itemque eorum ſoboles Hiſpanos, etiam ſuo ævo vidiſſe, refert, Julius Cæſar Scaliger *Poet. lib. 1. cap. 6.* V. quoque Salmaſium *ad Carinum Vopiſci.*

Teleſtes, Selinuntius, adde: Extant ejus verſus, ſuper harmonia Phrygia, lepidiſſimi: quos idcirco operi ſuo inſeruit Scaliger *lib. 6. cap. 6.*

Πῶτε παρ' ἑσπέριον Ἕλλησι σὺ δύλοὶς,
Συνοδυπὶ πλόωσ' ἀρκτίαν ὄρθιος,
Φάῶσσα ἀστρα νύκτα,
Τὰ δ' ἑῷ ἀφ' ἁλὸς ἀκτίνεσσιν Φλογμοῖς
Κέκρυ Δοῖλον ὕπνον.

In Phrygiis enim excitabatur impetus ad inſaniam usque: quod Philoſophus docet *Poet. lib. 8.* Quâ minùs incitata fuit Lydia. V. Auctorem *loco modo laudato.* Aliàs Græcis Τελεστὴ, *Magus* eſt, uti Laius ille apud Tzetzem, quem hic Φιλόσοφον, & Τελεστὴν & Μυσὸν vocat, quòd Antiochenſes peſte liberaſſet, erectâ Charonti ſtatuâ τετελεσμένον, *magicè conſecratâ.* Sic Aſtium quendam, qui Dardano Trojam condenti Paliadium, ad Urbis & regni conſervationem, dono dedit, Φιλέτεσφον item & Τελεστὸν appellat Suidas. Olympiodorus quoque meminit Libanii *cujusdam*, quem *ἀνδρὸς τελεστικοῦ* fuiſſe dicit &c. Hujusmodi enim conſecrationem Græci τελετὴν, & ſimulachra ſic conſecrata, *τετελεσμένα* (unde corrupta vox *Talisman*) hinc ipſe ipſos *Τελεσμὸς* nuncupavere, Salmaſius *ad Popiſcum Aurelianum.* V. quoque ſupra, ubi de hujusmodi *Conſecratione.* Sed & *Τελεστὰι*, majores feſtivitates dicit Homerus, cum facta quadam conſtitutione, ob impenſas, quæ in eas fiebant, magnificas; *τελὼν* enim *impendere* eſt, Athenæus *lib 2. c. 1.* Imò & *perficere*, unde aliis myſteriola hæc & ſumptuoſa ſacrificia & cta potiùs videntur, quòd *perfecta* eſſent; malim, quòd ſa rificantes crederentur *τελεσιουργεῖν, perficere.* Qualia erant ſacra Solis & Lunæ, ut ſcribit Porphyrius, Bacchi item, & quædam expiationes, quæ libris Orphei *τελεταὶ* cujus, poſt Cadmum *τελεσταὶ* Auctores faciunt) & Muſæi continebantur, ſicut Plato docet *de Rep. lib. 2.* quibus ſcelera non privatorum modò, ſed publicè quoque civitatum, & pro viventibus, & pro vita jam functis expurgarentur, per ſacrificia ludosq; & omne genus oblectamentorum. Etſi Plato eo loci *Τελετὰς* ad ſolos mortuos pertinere dicit, & inde dictas ait, nempe à *τελευτήσαντι: οἱ γὰρ ἐπὶ τοῖς τελουμένοις ἐσχάτοις, quæ nos malis, quæ apud Inferos fiant, liberant.* V. Lud. Vivem *ad Augustin. de Civ. Dei lib. 4. c. 35.* Coel. Rhodiginum *Antiqq. Lection. lib. 18. c. 23.* Alios. Imò & in genere quoveli myſterium *τελετὴ* dictum, unde apud Platonem *τελετὰι, myſtæ*, ſeu ſacris initiati, *ἐντελεῖν* vero *eportæ*, dicti. Quam poſtmodum vocem, ſanctiori ſenſu, ad ſua, & vera Sacra, Patres Græci transtulerunt, apud quos τελετὴ, item *τελεσιουργία*, de S. Cœna, & *τελεσιουργεῖν*, de Chriſto, myſteriorum ſacramentorumque cœleſtii Auctore, paſſim occurrit. V. C. I. Suiceruin *Thef. Eccl.* voce *Τελεσιουργία*, aliisque cognatis.

Telinum, apud Tertullianum *de Pallio. c.* ult. & Hercule apud Omphalem deſide, *Ne ſobrias mulieris quidem aut virginis alunjus caput & ſub exuvias beſtiæ tantæ inuvire potuiſſes, niſi diu mollitas & vigoratas & exodoratas, quod apud Omphalem balſamo, aut telino ſpero factum*: Græce τήλινον, unguentum eſt, Menandri Poëtæ tempore celebertimum, in cujus compoſitione τῆλις, i. *ſonum Creticum*, præcipua res erat, unde ei & nomen. Quinque enim libras fœni Græci, olei libras novem, calami odorati libram unam, cyperi duas, ſimi tres Dioſcorides, quæ omnia addit, *κόπτεται τῷ τῆλει ἐπὶ πίσσης ξ. κεῖται ἡμέρας τρεῖς· πίτυι εἶναι γὰρ τὸν πανάκεον.* V. quoque Plinium *lib. 13. cap. 1.* & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solinum pag. 466.*

Tellumo, vim maſculam Telluris, quæ ſemina producit, apud Veteres, denotavit. Ita enim Auguſtinus *de Civ. Dei lib. 7. cap. 23.* de Tellure: *Eſt igitur Tellus nihil aliud, quàm vis, & quidem fœmina quæ ſemina recipit & nutrit: Vim autem maſculinam, quæ ſemina producit*, Tellumonem dixerunt, V. ibi *ipſos.*

Tellus Dea, adde: Prima ex elementis in Deos relata eſt: idque laxè accepta voce, ut ſignat hunc globum terræ & aquæ, qui opponitur cœleſti, h. e. æthereo & aëreo corpori. Nec enim primitus inter ætheream, & aëriam ſubſtantiam, diſtinxere; nec, terram colentes, ſeorſim quam honore dignabantur cœleſti. Imò Sapientes in *Tellure* univerſam coluere Naturam; quatenus ea, ut fœmina, conſideretur, prout attendit vis Naturæ ſeminibus, æmaſcula Naturæ vi concepta, novas rerum formas, nova corpora, producentes; ſive alia ætque alia ſingularia ejusdem generis ac ſpeciei pariens: Uti maſculam illam Naturæ vim Oſiridem. Saturnum aliisque nominibus vocarunt, ita fœmineam hanc Iſidem, Opim &c. appellantes. Donec paulatim gliſcente Deorum Dearumque numero, ſeparato dignari ſunt cultu terram & aquam; ſeparato item æthera & aëra. De Ægyptiis tamen non refragatur Voſſius, ſi quis Ægyptiis ab iis priùs cultum arbitretur: de carteris vero nationum ritibus tenebrarum eſſe ſtatuemus. Namque & Plato *in Cratylo* tradit, Græcorum antiquiſſimos tantummodo coluiſſe Solem, Lunam, Aſtra, Cœlum ac *Tellurem.* Nec mirum adeò, ſi miſeri illi ab æthereis corporibus prolapſi etiam ſint ad *Telluris* cultum; quando poſt cœlos ea princeps Mundi pars eſt: unde & *Culi ac Terræ* nominibus, in Sacris quoque literis, rerum intelligitur univerſitas. Imò Deus die prima dixiſſe fertur Cœlum & Terram; ut planè his debeatur primordium; utcunq; diebus ſequentibus magis ea ornata & auctiora ſint. Etiam, uti in cœlis Sol & ſidera continuo ſe ingerunt, in ſenſus: ita in partibus Mundi inferioribus, primò oculis & corporis & mentis, Telluris ſe bona offerebant. Videbant homines hanc eſſe locum & ſedem ſuam: atque eandem eſſe altricem & hominum & omnium animantium: hanc quoque eſſe metallorum & omnium divitiarum producticem. Quas ob cauſas Heſiodus principem illi in elementis locum tribuit: uti & Thereycides Syrius. Plato etiam *in Timæo* vocat Deorum antiquiſſimam: ac Avicenna *lib. de Cœlo cap. uit.* cenſet: *Naturam primò propoſtam ſibi habuiſſe producticnem Terræ; dein autem elementa cætera, quia his egeat terra ad cuſtodiam ſui.* Denique prope omnium ea eſt Veterum opinio, *Tellurem* eſſe Antiquam matrem; quam Cœlo nuptam dixere, quia ut in rerum generatione Cœlum refert marem; ſic in eadem *Tellus* eſſet alma mater. Proin minimè dubium, quin ea præ aliis vifa ſit divinum promereri cultū. Ut mirari quis meritò poſſit, à Scriptore Salamoniæ Sapientiæ cultum eum præterii. Cum enim *ix cap. 13. verſu 2.* referat cultum Cœli, Siderum, Ignis, Aëris,

ab, Ventu & Aquæ, de *Tellure* filet, quam tot Gentes, ut infrà videbitur, coluere. Præcipuæ earum Phryges, Syri, Ægyptii, Samothraces, Græci, Romani: & quibus tum Græci, tum Romani, non sub aliis modò nominibus, ut reliqui, sed & eo ipso, quo vulgò hoc Elementum venit, illud venerati sunt. Apud Athenienses enim Dii nuptiales fuere Ὀ ὄρειος & Γῆ, *Cælum & Terra*. Quibus connubio jungendi sacra illa faciebant, quæ σεσύγιαλα γάμων dicebantur, V. Proclum *in Plat. Timæum Comment.* 5. Etiam levicula immutatione Elementi nomen habes, in Δαμάτηρ; ut quæ sic dicatur, quasi Γῆ μήτηρ: Icmin in *Rhea*, quæ per metathesin ex ῥέω, *fluo* hoc ex Hebr. רחם *eruct.* Similiter apud Romanos, cum Elementi, tum Numinis appellatur *Tellus* Τελλώ quæ & *Tellumo*, ut suprà visum. Et quidem *Telluris* ædes, quæ Romæ prima memoretur, ea est, quam extruxere in area Cassii Spurii, publicatâ anno U. C. 268. Cic. *pro Domo* & Val. Maxim. *lib. 6. c. 3.* Anno quoque 487. P. Sempronius Sophus ædem *Telluris* vovit, cum, acie jam instructâ, adversùs Picentes, terra contremuisset, eaq; res ingentem Romanis incussisset horrorem, sic ut ad pugnandum vix possent compelli, uti docet Florus *lib. 1. cap. 19.* & Orosius *lib. 4.* Etiam Deæ hujus ædem memorat Plinius *lib. 34. cap. 6.* quam non multum abfuisse à Carinis, indicat Suetonius *de Illustr. Gramm.* item P. Victor, qui in quarta collocat Urbis regione, itidem à Carinis non procul. Nec omittendum, quòd *Telluris* cultum primum Melissæum quendam infatuisse, Lactantius ex Didymo docet. Sed mirum potuisse pro Deo coli, quod vulgò omnes pro corpore habeant maximo: eoque ligonibus fodicare, calcare pedibus, cibi etiam terrimentis & humore obscœno conspurcare, non verebantur. Stultitiam hanc videbant prudentiores? Itaq; ineve, *Telluren* esse animal, vel partem magni Animalis Mundi. A' qua sententia feculo nostro non abhorruisse videtur summus Mathematicus Keplerus. Ita enim is *lib. de Cometis anni 1618. Facultas mundi sublunaris Cometam* perfentiscit atque obstupescit, *unaq; facultates exteræ omnium rerum sublunarium.* Ac postea, *Facultas telluris, insidenti Cometæ Apparitionem confernula, uno terrefacti fopore loco multum exuulas vaporum, pro qualitate illius partis sui corporis, hinc diuturnæ pluviæ & diuturniores.* Quæ ceterùm est refellere. Non mihi de *Telluris* cultu sisi tempora homines, his verbis, admonuit Lucretius *lib. 2.*

Hoc si quis mare Neptunum Cererem̃q; vocare
Constituit fruges & Bacchi nomine abuti
Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen:
Concedamus, ut hic Terrarium dicitur orbem
Esse Deûm. Mavem, dum re non sit tamen apse.

V. Joh. Rosium *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 4.* Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib. 2. cap. 71.* & *seqq.* Alios, ut & infrà in voce *Terra. Nomina varia, quibus Tellus olim culta.*

α *Ἀστεργάτις*, dicta ab Assyriis est, ut exponit Phurnutus περὶ θεῶν. V. quoque Macrobium *Sat. lib. 1. cap. 23.* Vossius tamen, non solùm Terram, sed omnem Naturam Soli subjectam, hoc nomine vult intellectam, *lib. 2. cap. 55.* β. *Bendis*, Thracibus tum Lunam, tum Terram fignabat; more *priico*, quo Lunam Terramque eodem cultu complectebantur. V. Hesych. γ. *Bona Dea*, apud Romanos appellata est, cujus festum *Damium*, Dorice Δάμιον, pro Δῆμιον. δ. *Cubiri* Samothracum, cum 4. quibusdam recensentur, ex his *Axieros*, Terram frugiferam: *Axiocersa*, interiorem terram, ratione virtutis activæ: *Axiocersa*, eandem ratione passivæ, denotarunt. Interpres Apollonii *Argonaut.* ε. *Camillus*, Cabirorum quartus, idem cum Mercurio Terrestri, cui χάοσσε seu Ollare festum sacratum, priorum trium admittit fuit. Idem & *Casilus* dictus. V. Dion. Halicarn. *lib. 2.* ζ. *Ceres*, apud Romanos terram frugiferam designat, hinc q. *Ceres* quibusdam, quòd *fruges gerat.* Intelligenda autem terrestris Ceres, quæ θεὸς χθονία, & cujus Festum χθόνια, Pausan. in *Corinth.* Cœlestis enim Luna fuit. η. *Cybeles* nomine, apud Phrygas fuit celebris: per quam vel sola, vel præcipuè *Tellus*, indigitata est. Cujus varia rursus nomina, quæ V. suprà. θ. *Dea Syria* five Hierapolitana, apud Syros, & ab urbe Hierapoli dicta est. V. suprà *suo loco.* ι. *Dercito*, V. Astergatis. ια. *Dii patrii* Latinis, qui Græcis ἑῶι πάτριοι. Samothracibus culti, fuere *Telluo* & *Cælus*, Varro *de L. L. lib. 4.* Secundùm Macrobium *Saturn. lib. 3. cap. 4. Jupiter*, i. medius & imus æther, cum summo æthe: *Minerva* seu fupremus æther, & *Juno*, i. medius ac imus aër, cum Terra. λ. Δαμάτηρ, V. suprà. μ. *Erigone*, eadem ac Astergatis aut Ceres; hinc spicas tenet. V. Bassum *Comment. in Germanic. Aratea, ubi de Virginis signo.* ν. *Fauna*, quæ & *Fatua*, apud Romanos cula est, Vossi. *lib. 1. cap. 12.* ξ. *Flora*, apud eosdem: Quo nomine *Tellus* plantifera, ac præcipuè floribus intelli. ο. *Frutus*, apud eosdem, frumento præerat, fed cùm *farnaculum* tereretur. π. *Herbha*, Germanis in veneratione fuit: quibus etiam nomen *Erde*, sicut Anglis *Earth*, ex Gr. ἔρη, quod ab Hebr. ארץ *Eretz*, dicitur. ρ. *Hyllilina*, quòd in fegete arista novæ aliæ alias *hostirent*, i. æquarent, Romanis vocata est. σ. *Isis*, apud Ægyptios, veneratione in venit, eadem cum Cerere. Non universa tamen per Isidem fignata est *Tellus*, sed ea tantùm, quæ à Nilo fecundata: eoque ex Nili & Isidis concubitu Orus natus fingitur, i. æris ac terræ temperies, ἡ rebus

producendis apta, Plut. *de Is. & Osir.* τ. *Juno*, apud Rom. itidem Terram denotavit, nempe Naturam Jovi subditam, i. aëri. Servius *Æneid. lib. 8.* υ. *Lactucina* vel *Lactens*, à *lactenti* frumento, apud eosdem cognominata est. φ. *Mercurius* terrestris, V. paulo suprà *Camillus.* χ. *Nodinus* vel *Nodotus*, seu *Nodutus*, Romanis, à *nodis* & geniculis plantarum dicti. ψ. *Opi*. V. *suo loco.* ω. *Orthesia*, Thracibus in cultu fuit. αα. *Pachnamene* nomine, Peruanis culta est. Joh. Acosta *lib. 5. cap. 4.* ββ. *Pales*, V. *suprà.* γγ. *Hasdejus*, cognom. Isidis. δδ. *Patalena*, cum fegetes & folliculi *patescunt*, Romanis appellata est. εε. *Pluto* Græcis Romanisque cultus, *Telluris* divitias indigitavit. Sic fub *Dite* nomine Celsis olim *Tellus* culta, unde & originem fuæ gentis arcessebant, Cæs. *de bello Gall. lib. 6.* ζζ. *Polybea*, cognom. Proserpinæ. ηη. *Pomona*, pomorum Præses, apud Romanos. θθ. *Proserpina*, Gr. Περσεφόνη, eadem cum *Tellure*, Il. Tzetzes *in Lycophr.* Sic tamen, ut Ceres, mater ejus, Lunam: ipsa verò, vim Terræ frugiferam notet. Item, ut Ceres fegetem, ipsa semen, ejusque receptricem terram inferam. ιι. *Pusa*, ab arboribus putandis, apud Romanos. κκ. *Rhea*, Phrygibus in præcipuo honore. V. suprà. λλ. *Robigus*, quatenus *robiginem* à fegete arcere credebatur, inter *Telluris* quoque Deos fuit. μμ. *Segetia*, nomen fortitâ à *fegete*, Plin. *lib. 18. cap. 2.* νν. *Sera*, à *serendo*: Ut ruisque fimulachrum Romæ in Circo fuit. ξξ. *Spinensis*, V. *suprà.* οο. *Sterculius*: in cujus cultu *Telluri*, fimo lætanti, vel Naturæ virtuti, quâ plantæ, poft fimum agro adfperfum, feliciter proveniunt, litabatur. π π. *Tellus* culta Græcis, Samothracibus, Romanis, Germanis, Scythis, Tartaris, ipso Elementi nomine, Γῆ, *Tellus*, *Herthus* vel ἀδε. ἐς. *Ossei Dowelgi*, V. paulo suprà *Divi potes.* ρ ρ. *Tripha*, Isidis cognomen. σσ. *Tutanlina*, Romanis, quòd *fegetis* tutatrix. ττ. *Venus* Byblia, Phœnicibus in veneratione, aggregatum quid erat ex Luna & globo Terraqueo, quatenus ab iis generantur omnia, quibus genus nutritur humanum, Vossius *lib. 2. cap. 57.* φ φ. *Vesta* quoque *Tellurem* fignavit, Græcis Latiniique. V. Suidam in Ὑέστ ἀρχαῖαι, & Augustinum *de Civ. Dei lib. 4. cap. 10.* χχ. *Volutrina*, apud Romanos etiam dicta est *Tellus*, ab *involutris* fegetis &c. Sic apud Scythas *Arimas* nomine *Telluremin* honore fuisse, teftis est Herodotus *Melpom.* ut alia omittam. Nec verò folùm tota terra, fed & partes ejus exiguæ honorem invenere divinum. Montes pro Diis habuere Cappadoces & Daci, Vossi *Orat. Instit. lib. 1. cap. 5. sect. 29.* De Carmelo monte, V. Tac. *Histor. lib. 2.* De Peruanis, Jos. Acostam *lib. 5. c. 2.* apud Græcos Romanosque urbes Roma pro Numine fuit: quod non κῆ μεγαθοῦς solùm, fed propriè etiam accipiendum esse, hinc patet, quòd *inter fidereos recepta polos*, dicitur Claud. Rutilio *Itiner. lib. 1.* & templum Romæ habuit, cujus meminere Livius & alii multi: uti pluribus dictum Vossio *Orat. Institut. lib. 4. cap. 6. sect. 5. &c.*

Telmessus, urbs Cariæ, in qua excellebat olim Aruspicum disciplina, Tullius *de Divin. lib. 1.* Strabo tamen, non Cariæ, fed Lyciæ facit oppidum prope prom. *Dadala* dictum, *lib. 14.* Claruit certè Aruspicinæ gloriâ, usque ad ætatem Alexandri M. qui Aristandher floruit *Telmissensis*, in hac arte celeberrimus, & magno illi Regi apprimè charus. V. Q. Curtium Rufum *lib. 4.* Arrianum *de gestis Alex. lib. 1.* Rigaltium *Observat. ad Artemidorum lib. 1. cap. 35.* Plinium *Nat. Hist. lib. 17. cap. 35.* Tertullianum *de Anima*, c. 46. Alios: Et eft egregia concertatio de cadavere Alexandri, inter Prolemæum & Perdiccam, finita ab Aristandro, apud Aelianum *Hist. Var. l. 12. cap. 24.* Ad eosdem *Telmessenses*, primum Onirocritices feu Interpretationis Somniorum inventum quidam trahunt, inter quos Tatianus eft Martyr: quod tamen non de inventione, fed frequenti exercitio fumendum existimat Dempsterus. Nec plus inferat ex Tertulliani *loco cit. Telmissenses enim nulla somnia evacuant, intelligibilitatem conjectationis incusant.* V. Thom. Dempsterum *Paralipomenis in Joh. Rosinum Antiquitatum Romanarum lib. 2. cap. 2.* Salmasium *ad Solinum*, ubi urbem hanc Lyciæ ultimam, & initium Asiæ minoris, insuper portu celebrem, fuisse docet, *pag. 782.* & *seqq.* nec non in voce *Telmissus.*

Telonearius, qui *telonium* exercet, publicani species, *l. 3. Cod.* Theod. *De Indulg. debit.* Publicanus namque, five terrâ, five mari, aut flumine vectigal exigit: *Telonearius* autem proprie est, qui mari aut flumine. Μοσθοπώλιος, πλοίων ἢ τῶν ἐκ θαλάσσης ἢ τῶν ἐκ ποταμῶν διανεμόντων. Cujusmodi officio functus est Sabinus, Vespasiani parer, qui, ut ait Suetonius, *publicum quadragesimæ in Asia egit. Mantebantq; imagines à civitatibus ei positæ, sub hoc titulo* ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ, *in Vespasiano cap. 1.* id eft, BONO QUONDAM TELONARIO, aut, qui bene telonium exercuit, uti interpretatur Theod. Marcilius. Sequenti ævo *Telonearius*, dignitas fuit Palatina, apud Francize Reges, ficque dicebatur, qui omnibus Regni portitoribus præerat, & ab ipfis portoria recipiebat. Sic Helmigarii, *Mercati Palatii Telonearii*, meminit Hincmarus Rem. *Opusc. 35.* namque, uti ex *telonium*, procefsu temporis, *teloneum*, fic & *telonium*, factum c. V. C. du Freine *Gloffar.* & hic ubi de *Publicanis*, & *Vectigalibus.*

Telum, cujus mentio in *XII. Tabb. Qui noctu furtum faxit, aut interdiu ipse se defendens, cum clamore eum omnes testificanti occi-*

deve jusseſit. Si neg, nullus, neque ſe tolis defendens prehendatur, virgis cæſus, ei, cui furtum fecit, adjiciatur. Cajo idem *vulgo dictum eſt, quod ab arcu militer, fed nunc omne ſignificat, quod militer manipulatis ſequitur, quod & lapis & lignum & ferrum hoc nomine continetur: dictumq, ab eo ſit, quod in longum militer, Græcè voce ſignarunam, δόρυ τὸ πλῆν.* Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 8. Salmaſius verò vocis etymon arceſſit à *τεῖχος* ſicque dictum vult, quaſi *ἀπὸ τοῦ τεῖχος, quo vim à nobis arcentes, quo nos contra inſultum alterius tueamur. Tegere* enim quoque turri eſt, ut videmus. Fuere hæc Heroicis temporibus gravia admodum, unde Poëtæ, in majus omnia augentes, tanti illa ponderis Heroibus fuiſ aſcribunt, ut ab alio homine rorquerí potuerint, ad vires eorum indicandas. Statius *Theb. lib.* 4. *verſ.* 176.

Promines arce gigas, at, tui miſſilis illi
Cuſpide præfixa ſtat frondibus orba cupreſſus.

Unde *telum arboreum*, Virgil. *Æneid. lib.* 12. *telum ingens*, Claudian. de Marte *in Europium lib.* 2.

Tunc adamante gravem, nodisq, rigentibus, haſtam
Telum ingens, nullig, Deo jaculabile verſis.

Infula jaculabilis, Sidon. *Epiſtolam. Polemii &c.* Veriora, quæ ex Sacris hanc in rem habemus. Ea fracta, tropæorum truncis affixa, legimus apud Virgilium *Æneid. lib.* 11. ubi, præter galeam, thoracem, clypeum, aliaque, *telis quoque truncæ* Mezentii, in tropæum, appenſa memorat. Hinc Prudentius quoque *in Symmachum lib.* 2. narrat,

— *Suſpenſa gravi telorum fragmina trunco.*

Venenata ea, occurrunt paſſim: de cujusmodi *telis*, acutè Sidonius *Panegyr. Majoriani*,

Spiculaq, inſuſum ferro latura venenum,
Quæ ferianí bis, miſſa ſemel —

Et quidem hujusmodi nec vetu, Germanos paduiſſe, teſtis eſt Sulpitius Alexander, ubi de Francis; nec Imperatores Græcos, docet Nicetas Choniates, ubi de Joanne Comneno iuí ipſius infidiis percinto, V. notata Dausqueio *Commentar. ad libr.* 15. *Silii Ital.* Ut minùs mirum ſit, ſi idem de Getis, apud Ovidium, de Parthis apud Lucanum, de Afris apud modò dictum Poëtam: & nominatim de Æthiopibus apud Claudianum legamus. Qua de re dicemus plura infrà. ubi de *Veneno*. Ad divinationem porrò adhibita varie. Sic inter alia Ezech. *cap.* 21. *verſ.* 21. *Stetit Rex Babylonis in capite viæ, in bivio, ad divinandum divinationem, exjudicat telo*: Species fuit *ſortilegiæ*, juxta Kimchium, *Quia dæmones & expoſitebant aclem ferri telorum, ut vaide ſplenderes & conjectores in ea viderent, quod futurum erat; quomodo videri in unque pollicis manus, ita etiam in gladio videnl, & in ſpeculo.* Unde patet, pertinuiſſe hanc divinationem ad Καταοπτρομαντικὴν &c. Sed & *Telum*, quodvis adjumentum ac inſtrumentum quandoque notat. Cic. *de Amicitia*, *Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.* Et apud eundem *lib.* 7. *Epiſt. ad Trebatium*, *hic verſus clauſus erat, vos, Pocta,*

Usquusque, ſopere oporici, id erit telum acerrimum,
Quod eos impedit, Salmaſius *ad Solinum pag.* 1319. &c.

Temeſa, adde: Aſſonios habuit conditores, & æris fodinis olim inclaruit, Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Unde *Temeſæa æra*, Ovid. *Faſtorum lib.* 5.

Rurſus aquam tangit, Temeſæaq; concrepat æra,
Et rogat, ut noſtri mens ſua ſemper ſuit.

Ubi de ſacrificio agitur, ad ſpectra fugandà, ſuſcepto: ad cujus finem crepitus fiebat, ut voicus diſcederet umbra. Et ſanè æris tinnitum ad ſpectra ſolvenda aptum eſſe, credidit vetuſtas, ut videre eſt apud Theocriti Scholiaſten. Fuere & in ſuccurrendo Lunæ labori nobilia olim hæc æra, Hadr. Junius *Animad verſorum lib.* 3. *cap.* 11. Quo nomine an tintinnabula vel campanæ intelligenda ſint, quærit Magius de *Tintinnab. c.* 1. ubi ſic habet: *Campanam quoque à Campania urbe dictam opinantur, ab are ſictice Campano, vel quòd in urbe Campaniæ primùm reperta ſit. Sanè à* Temeſa, *Campaniæ urbe, in qua æris exiſtit vis ingens, quidam ab Ovidio* Temeſæa æra *dici autumant.* Similis celebritas Dodonæ orum fuit lebetum, ut viſum eſt *ſuo loco.*

Temeſius Clazomenius, Abderæ Thraciæ urbis fundamenta primus jecit, ſed nihil fructus inde à Thracibus retulit, ut quem expulerint. Poſtea verò, cùm eò coloniam duxiſſent Teji, ab his divinis honoribus cultus eſt. Herodotus *in Clio*, *Υπὸ Τηίων ἐν Ἀβδήροι τῷ ἔρκει ἵδρυται* ubi quidem heroici ſolùm honoris meminit, ſed in conditoris urbium divinus eſſe conſuevit. Voſſius *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 39.

Temo, Varroni à *tendendo*, quòd plauſtrum teneat ac gubernet, Græcè *ἰσθὸς*, in antiquis curribus duplex erat. Veteres enim, ut paſſim ex antiquis monumentis, nummis, annulis, videre eſt, quatuor equos ſic jungebant, ut duplici *temone* equis interjecto, perpetuì jugi in omnibus conjecretur. Tum nullus in quadriga finalis equus fuit, ſed omnes jugales, quorum duos ſinuitros temo unus interiectus continebat, duos dexteros alter temo. Donec Clithenes Sicyonius rationem hanc immutavit & *uno temone* curium fecit, ac medius tantùm duobus jugo junctis, eis ſingulos adjunxit ex utraque parte loro vinctos, uti videre eſt pluribus, apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 837. In *Cod.* Theodoſ. *Temonis* vinus, *Neceſſitas, Temonaria* dicitur, munus dicitur *Temonariorum* (quibus *aurum tironum*, i. adæratio eorum & pretium ſolvebatur, quippe ad tironum præbitionem provincia tenebantur) atque inter vilia munera reponitur, locis à Jac. Gothofredo indicatis *ad leg.* 7. *de Tiron.* ubi de vocis etymo conjecturam ſuam profert.

Tempe, adde: Apud Græcos recentiores, *Τέμπη*, montium angustiæ ſunt, *ἔλυτρα*, uti docet Cl. du Freſne *ad Alexiadem pag.* 288.

Tempeſtas, adde: Ædes ei à M. Marcello extra portam Capenam ſuit conſtructa, cùm is liberatus eſſet à periculo & *tempeſtate*, quam, cùm in Corſicam & Sardiniam navigaret, paſſus erat. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib.* 2. *cap.* 21. Hinc *Tempeſtarii*, in *Capitular.* Aquisgran. ann. 789. c. 93. *qui tempeſtates & alia maleficia faciunt*, in *Capitul.* 2. *ann.* 805. *cap.* 25. *emiſſores tempeſtatum* alibi, Græcis Νεφοδιῶκται, in Synodo Trull. can. 61. Magi vix, quos ventis imperare, *tempeſtates* ciere fedareque, Poëtæ paſſim teſtantur. Tibullus *lib.* 1.

Quam libet, hæc triſti depellit nubila cælo,
Quum libet, aſſivo convocat orbe nives.

Ovidius *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 8.

Cùm voluit, tuo glomerantur nubila cælo,
Cùm voluit, puro fulgor in orbe dies.

Empedocles apud Laertium,

Φάσκε δ' ἐξ ὑδάτων κλαυσὶν κάλεσσι ἀνεμίαι
Ἀ ἠέρι πνοὰς, ὅσσας δὲ ἐξ αὐχμοῖο θυέλλας
Σπείσειν ἀντιπνοὰς ἐστιν, καὶ ὅ ὅτι ἔσσεται ἦμαρ &c.

Quam de *Tempeſtariis* opinionem pluribus ſuggillat Agobardus Lugdun. *lib. de Grandine & Tonitru.* V. quoque Delrium *Diſquiſ. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 11. P. de Valle Tom. 11. *Epiſt.* 5. Alios; nec non Car. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *Hierolexico*. De *Tempeſtate Cypriana*, diximus ſupra. Addam hic ſaltem locum Procopii ſub fin. *lib.* 1. qui Latine ſic habet, *Natale verò non paucioribus Ultius enim illic portus carere dixerum & tempeſtatem inſignem ſtatim maximè futuram videri, ὅ δὲ ἐπιφέρεσθαι κυκλῶνα καλεῖ. quam indigenæ Cypriana vocant.* V. quoque Meurſium *Gloſſar.* & Suicerum Theſ. *Eccl.* voce Κυκλωνία.

Tempeſtiva Convivia, apud Suetonium *Caligulâ*, *Senatum populumq, obyingavia edicto, quod Cæſare præſtante* tempeſtiva *convivia, circum & Theatra & amœnas ſedes celebraverat*; ſunt quæ horâ ſolitâ maturiùs ac *tempeſtivius*, de mediæ vizi, imbantur, ut fere moris erat in fumtuoſioribus conviviis, & quæ feſtis diebus agitabantur, quod de die *epulari* quoque dicebant, ut videmus. Atque hæc, ini temporius iniri, ſic etiam ſerius finiri, de more fuit, adeò quidem, ut etiam in multam noctem protraherentur, & usque ad galli cantum. Silius de Campanis,

— *medioq, diei*
Regales epulæ, atq, otia convivia Solis
Deprelenit —

Unde de Piſone Cicero, *ubi galli cantum audivit, avum ſuum revixiſſe putat, menſam tolli jubet.* Et de Nerone Suetonius, *epulas à meridie ad mediam noctem protrahebat.* Non ramen hinc, quòd *in intempeſtam noctem* producerentur, *Intempeſtiva* hujusmodi convivia dicta ullibi reperias, quod Erudito Viro placuit, ſed à *tempeſtiva comeſſione* illis nomen eſt datum: quamvis revera & intemperantes hæ epulæ, & ſuo ſenſu *intempeſtæ* fuerint. Stata verò & legitima cœnæ hora decima fuit, imò & ſeriùs cœnantibus nonnullos actioſi & in re ſua vel publica occupati. Martialis *lib.* 7. *Epigr.* 50.

Hunc licèt à decima, neq, enim ſatis ante vocabis,
Sullicies; capiet cœnula parva dies &c.

V. Salmaſium *ad Flavianum Vopiſci*, & ſupra paſſim.

Templa, adde: Non omnibus fuere Gentibus. Complures enim, utcunque Numina colentes varia, aut Solem ſalrem ſub variis nominibus, neque ædes ac ſtatuas ei aggerendo aut alias eorum habuere, nec *Templis* eos circumſcribebant, hoſtias inter ſim pro placito, loco in quocunque, immolantes, atque Orbem terrarum Cœlo tectum Mundumque ipſum tantùm eſſe Deorum ſuorum *Templum* exiſtimantes. Sic ex Magorum diſciplina, Perſæ, Scythæ, Afrorum Nomades ſeu Numidæ, aliique, apud Herodotum *Musâ* 1. Strabonem *lib.* 15. *Cic. in Verrem Orat.* 2. Alios. V. quoque Celſum apud Origenem *in eum lib.* 7. ubi de Scribus. Imò nec Romanos ipſos ſtatuas ſeu ſimulachris Deorum placuisse annos 170. in cultu uſoſeſſe, teſtis eſt Varro apud Auguſtin. *de Civ. Dei lib.* 4. *c.* 31. id eſt, ab Romuli initiis, usque ad Tarquinii Priſci ferme excidium. qui Hieroſolymorum excidio primo erat coætus. Quod & *de Templis* confirmat Tertullianus *Apolog. c.* 25. *Eſſe à Numa concepta ſi curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulachris aut Templis res divina apud Romanos conſtabat: fengi tellurem & pauperes vitas & nulla Capitolia cælo cervantia, ſed temerario de craſſis altaribus.* Alii verò, de ſimulachris quidem & toranonum ſpatio conſentiunt, ſed *Templa* interim (ναὸς γὰρ οὐδεὶς) tunc à Romanis, ſine illis exſtructa, adjiciunt. Et nihil magis ſub Regum tempora obvium, quàm ab ipſis *Templa* dedicata, ſed ſine ſimulachris, quæ poſtea inolevere &c. Ab Judæorum autem exemplis, ſicut & alia complura, ita & dedicandi ac in ſacros uſus conſe-

consecrandi, manavit inos apud Gentiles, ut Ædes eorum, Aræ, Deorum statuæ, Ambitusque circumjacentes, per solemnia fa-cra, dedicarentur, uti ex Interdum transferentur, ampliarentur, reficerentur que, uti diximus supra, ubi de *Dedicandi ritu*. Ad id autem publica auctoritas necessaria: uti de Atheniensibus difficilius, ex Harpocratione in *τριάκοντα ἑορταῖς*, Ilocrate *Areopag.* & Lysia *Apolog. ad M. Andocinum*. Quemadmodum idem obtinuit apud Hebræos Romanosque. Et quidem quod ad *Templorum* ac Delubrorum adeoque dedicationum illorum initia, apud Gentiles, attinet, varia traduntur: Fertur quidem Epimenides Cretensis (cui ut Deo à Cretensibus litatum) *πρῶτος ἱκέτας τῶν ἀφ' ἑσπέρας ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἱεροῖσιν*, *Primus omnes ab occasu Supplices ad Templa dedicasse*, Laërtio, 7. Quod si de *Templis* Græcorum fermo mis verum esset, videtur disciplina ejus in Græciam introducta, planè coæva Hierosolymorum *Templi* excidio illi primo, sub quod ipsum simulachra in *Templa* receperunt primò Romani; quibus ita templa, antequam Græcis in usu. Floruit enim Epimenides *Olymp.* 47. Tarquinio Prisco coævus: Et veri non est dissimile, ex vagante de eiade Hierosolymitana passim fama cultusque ibi ante Romanis notione perpensa, varias in Græcorum Romanorumque mentes ingestas, circa cultum suum, aras, *Templa*, persuasiones. Alii Ægyptiis tribuunt non solum Deorum XII. nominum Græcis communicationem, sed & *Aras & simulachra & Templa Dis fuisse ipsos primos*, ajunt: quasi inde illa Græci, ut alia, didicissent. Quorum quidquid sit, invaluit apud Græcorum aliorumque non paucos, aut potiùs continuatum est diuq; permansit postmodum dogma vetus illud, de *Templis* aris que non adhibendis. Unde etiam circa annos 200. ab Epimenide Zeno Citiensis quisque Cynicus, *Templa* omnimodis ex profesto improbabant; tametsi, libi ipsis adversi, fic dedicata laudarent interim iisque uti frui nihilominus confuescerent, Plut. *de Stoicorum repugn.* Interim & ante Epimenidem *Templa* apud Græcos fuisse in usu, probatur ex Pythagora, qui non solùm de iis paslim in *Symbolis*, sed & in *Templo* Montis Carmeli fertur plerunque *προσεύχεσθαι τῷ θεῷ ἐφ' ἑαυτοῦ βουλόμενος*, Sic Abaris Hyperboreus in Græciam veniens dicitur *τὸν βέλον τὸ διὰ τῶν ἑφεξῆς βουλόμενος διάτασιν ἐν Τέμπεσι*, velut ipsis tunc satis obvias, Jamblichus in *Vit. Pythag.* c. 28. Imò traditur quidem annos circa 1400. ante Epimenidem, in Creta, à Crete primo illic Rege & Curetibus cæteris conditum Cybe'es Matris *Templum*; uti etiam in Delo Apollinis *Templum* ab Erisichthone, filio Cecropis, fabricatum esse, Eusceb. *Chron. lib. poster. num.* 56. De Ægyptiis autem legitur, Mosis jam tempore Diospoli *nullos* fuisse habuisse, apud Eund. *de Prapar. Ev. lib.* 9. *c.* 18. V. quoque *c.* 27. Imò apud Græcos quodq; coævo *Templa* fuisse & simulachra, hinc videtur colligi posse, quòd omnes ejusdem humanique, ibi gebatur apud Græcos, fuisse Ægyptios, illumque eos docuisse Numinis simulachrum non omnino formare. *Τίμαιος ἀφηγεῖται τὸ σοφὸν ἀδελφὸν πρῶτο εἶδος χρῆσθαι*, *Sed* Templum *ei adfingunt & habitationem* (illam facram) *honorare, circa simulachrum*, Strabo *lib.* 16. In Palæstina non minus, circa fecula illa adeò vetusta, *Templa* in usu fuisse, satis certum in Asdodorum בית דגון *Domo Dagon*, I. Sam. *c.* 5. *vers.* 2. unde urbs ipsa sic denominata, Josuæ *c.* 15. *vers.* 41. sicut & aliæ, à *Templis* tunc fuis: ut *Beth-Phogor c.* 13. *vers.* 20. *Beth-Shemesh c.* 15. *vers.* 10. à *Templo* Phegoris, Solis, dictæ &c. Nec delunt, qui Phalegijam fecilo *Templorum* tribuant initia, ut inter alios Hidorus Hispal. *Chron. c.* 2. fed quàm incerta eorum origo, ex aliis eam in rem Lil. Gyraldo *Syntagm. de Diis* 17. & Rud. Hofpiniano *de orig. Templorum lib.* 1. *c.* 5. congestis, videre est. In scriptis tum chartaceis, tum marmoreis Romanorum, dedicatorii *Templorum* locorum nennen hæc inscriptiones, quarum etiam, illis in usu, jura, ritusque expressius occurrunt, ut vidimus *d.* l. adi quoque Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 6. *c.* 14. cum *Notis* Tiraquelli, Stuckium *de Sacrificiis*, Alios: qui inter alios dedicationum ritus, pulvinaribus quoque, fasciculos de verbenis factos, qui *Strupfi* Festo, & pro Deorum capitibus ponebantur, addi consuevisse memoratant. In specie de Junonis Sospitæ dedicationis festo, V. Ovidium *Fastor. lib.* 2. eundem de Concordiæ aedis dedicatione *Fastor. lib.* 1. de Jovis Victoris, *lib.* 4. de Palladis Aventinæ *lib.* 6. de Fortunæ Publ. *lib.* 4. de Junonis Monetæ *lib.* 6. &c. Scilicet, ut Urbium, Principum, Privatorum, natalitia redeuntia festa agebantur annua, ita & *Templorum* dedicationes. De Sacrificiis, in Deûm Magnorum, Matris Deûm & Attidis, dedicationibus usitatis, diximus supra *in Taurobolium*. De aliis hæc pertinentibus, V. erudite disserentem Joh. Seldenum *de Synedriis Veterum Hebr. lib.* 3. *c.* 11. & *fegq.* cui adde Thom. Dempsterum *ad Rofinum lib.* 2. *c.* 1. Brissonium *Formularum lib.* 1. Joh. Catanæum *ad Plinium Epist.* 4. *lib.* 4. Jac. Gutherium *de vet. Jure Pontificio lib.* 3. *cap.* 11. & qui primo loco dicendus erat, Jac. Godofredum *Exercit. I. de Eccl.* ubi, inter alia hanc in rem præclara, poft imagines à Gentilibus receptas, hæc duo *Naòs* ἢ ἄγαλμα, *Ædem & fignum*, ad le gitimum *Templum* cultumq; requisita fuisse, docet, & de *Templorum* columnis, tum iis, quæ in principiis feu vestibulis illorum; in pronao, at & in postico & pteromatis, aliisq; quæ ante *Templa* solute stabant: tum iis, quæ intra ipsa Templa partim fornicem, lacunar, culmen, fustinebant, partim solutæ *simulachra Deorum* impositæ; *arma, clypeos aliaq; appensa*; *elegos, elogia, tabulas, ovabologes, narrationes & traditiones historicas*; *curationis* item *morborum indicia, Leges, Decreta, morum* seu *virtutis praecepta, hieroglyphica & oracula*, inscripta habebant, accurate agit. *Templa Christianorum* quod attinet, poft Apollonium tempora, eversio jam Templo Hierosolymitano (de quo infra) & dedita gente judaica, Christiani in coemeteriis conveniebant, donec poft 300. annum C. *ενιδιαιτᾶν & ὅπως ἐνοικήσωσι*, I. *Templa & Orationum Domus*, majores magnificentioresque, quam illis hactenus per tyrannorum sæviriam & vulgi rabiem licuerat, condere coeperunt. Quæ tamen felicitas Diocletiani edicto, de Christianorum Templis funditus evertendis, interturbata est. At Constantino M. ad Imperii primoro ubiq; licenum vel Gentilium Templa in Christianorum usum converta, vel nova ex fundamentis, ipsius imp. jussu magnificentissime extructa funt, ut videre est apud Eusebium *Vita Constantin. lib.* 2. Theodoretum *Hist. Eccl. lib.* 1. *c.* 1. Hospinianum *de orig. Templor. c.* 6. Alios. Cæterum partes Templorum in Græca Eccl. quinque fuere, βῆμα, *tegulum*, i. *Chorus*, (locus Clero & Cantoribus assignatus) *Naòς*, i. *Pulpitum* (ubi recitabatur Evangelium ac Epistolæ & verba febant ad populum) *Naòς*, i. *Navis* (ubi populus orabat seu per fabulata divisi) & *Βαπτιστήριον*, prope *τὸν φιάλον*, ubi hærebant penitentes, ipsorum Templorum totidem formæ: *Τρικόγχου*, *Κατὰ μῆκος*, *Σταυροειδὲς*, *Ὀρθογώνιος* & ex his mixta. In atriis labra erant, pollubra, fontes &c. in quibus manus ingressuri lavabant, uti pluribus videre est apud Cl. Suicerum *Thef. Eccl.* voce *Naòς*, ubi & de *Templis Diana*, feu *Naïscleis*, (in Actis Apoft ol. indigitatis) alibique. inprimis voce Στοὰ, &c. ubi multa de *Templo Eleusinio Cereris*, & *Dianæ Ephesiacæ*; prolixe. Addam verbum, de more *Templa coronandi* apud Gentiles, tempore publicæ lætitiæ, passim apud Auctores obvio. Ita enim Propertius *lib.* 4. *Elore sacrificio vago*

Valerius Flaccus *Argonaut. lib.* 2.

— — *aquora cunctæ*
Profiliunt, simulantq; choros; delubra, foſta
Fronde virenti — —

Et de antro, unde Apollinea responsa edebantur, Pythia apud Æschylum *Eumenid.*

Ἔχω μὲν ἔνθεν πρῶτα προφητεύειν μαντὶ·
ubi antrum illud πολυσφῆλον, multa fc. fronde umbratum, vocat. Quò faciunt, quæ *de V ittis Templis* congeffere, Bernartius *ad Statium lib.* 4. *Sylv.* 8. Hadr. Turnebus *Advers. lib.* 22. *c.* 12. Matt. Roa *Singularium lib.* 2. *c.* 11. Alii. Quem morem ad Christianos quoq; transisse, diximus ex Hieronymo *lib.* 2. *Epist.* 22. *Quia fusilicet — divesis floribus & arborum comis, vilium, & pampinis adumbrant, ut, quidquid placebat in Ecclesiam sine discretione, quàm vile, Presbyteri laborem & studium sustaretur*. Nec immitendum, quod in *Templis* thesauri publici, tanquam in loco tutissimo, reconditi conservarentur: ut de Templo Hierosol. apud Josephum, & de Ædis Saturni apud Romanos supra in voce *Ærarium*; de aliis alibi legat. Sic in *Templo Parisiensi*, h. e. in Æde Templariorum, reconditum olim Regium Thesaurum, & penes illos ejus fuisse cultodiam, docet ex *Charta* Philippi Pulchri Ao. 1309. Cadu Freline in *Gloffar.* Idem de Novo Templo Londinensi, refert Matth. Paris ann. 1232. &c. De more Sanctorum nomina *Templis* imponendi, quisq; sciet. tertio aut quarto inter Christianos ortus est, diximus aliquid supra, ubi de *Basilicis*: de partibus *Templorum* præcipuis apud Gentiles, *σηκὸς* (eu *περιβόλῳ, περιστάσεσι* seu *κιόσιν*; *Ædis cella* seu *ναὸς*, cujusmodi cellæ nonnunquam in eodem conspicio plures erant, præterim si pluribus Divis una eademq; ædes sacra esset; *ὀπισθόδομος* tandem, seu *ἀδυτον*, & *σκηνὴ ἁγίων* seu *ἅγια* dicebatur cirea latera templorum facta: apud Christianos, *narthece*. qui locum pronai obtinebat, *vestibulii* seu *ingressu*, Græce *πυλῶν*, *βασιλικὴν*, Lat. *Regia*; *Templo ipso*, quam *Navem* vulgò vocant, cum aliis suis utrinque *aspidat* denique seu *conchæ*, seu *choro*, aliisq; supra indigitatis, V. hic Seldenum.

Templarii, adde: Uti verò in Gallia, sic in Anglia pariter uno eodemq; die, h. e. 4. Idus Jan. A. C. 1307. ad inftantiam Regis Philippi, comprehensi, dein variis poenis addicti, eorumq; bona Hospitalariis pariter concessa fuit. Knyghton A. C. 1307. Cujus rigoris veram causam, opum magnitudinem potius, quam scelera, quæ iis imponebantur, volunt, Antoninus *Part. Hist. Volum.* III. tit. 21. c. 1. §. 3. Trithem. *Chron. Hirsfang.* p. 257. Hartm. Schiedel *Chron. M. Norimb.* Alii, laudati Cl. Zuingero *Disp. Esfor. Theol. de Bello Corp. Chr. Parte II. p.* 36 & *fegq.* ubi plura hanc in rem. Ædes eorum Parisiis *Templum* dictum est, atq; etiamnum *le Temple* appellatur, ubi Thesaurum Regium olim asservatum divimus. Ordinis Magni Magistri, *Τρικόντου σκιάδιον* dicuntur Cinnamo *lib.* 4. quorum seriem in *Familiis Hierosolymitanis* seu *Ultramarinis*, hanc exhibet C. du Fresne.

Series M. Magistrorum Ordinis Templariorum.

Hugo de Paganis, Trecensis, Ordinis fuit inftitutor.	Bertrandus de *Blanchefort*, interfuit Christianorum cladi ad *Harene* A. C. 1167. Quo tempore Gaufr. Fulcherius Dominus Templi Hierosol. Præceptor florebat.
Robertus cogn. *Burgundio*.	
Ebrardus de Barris.	
Hugo, fub A. C. 1171.	
Bernardus de *Tremelay*, Sebusianus.	Andreas, S. Bernardi avunculus.

Philippus Neapolis in Syria dominus.
Odo de S. Amando , interfuit prælio, quo Balduinus IV. Salasinum adkamam fudit.
Arnoldus de Torogio, obiit A. C. 1184.
Theodoricus interfuit cladi Guidonis R. A. C. 1187.
Girardus de Ridefordt , cesus est in prælio inter Guidonem R. & Saladinum A. C. 1188.
Gualterus.
Robertus de Sabloil, A. C. 1195.
Gilbertus Eral. A. C. 1196.
Pontius Rigaldus, A. C. 1198.
Philippus du Pleisiez.
Theodatus de Berlaco.
Guillelmus de Monedon A. C. 1216.
Guillelmus de Carnoto , interfuit obsidioni Damiatæ, A. C. 1219.
Thomas de Montecauto , sub quo Honorius III. *Templa-rios* à Patr. Hierosolymitani & Episcoporum jurisdictione exemit.
Armandus.
Hermannus de *Perigord* à Saracenis cæsus interiit A. C. 1244.
Guillelmus Sonnac, cum Ludovico IX. Gall. R. Damiatæ obsidioni interfuit A. C. 1249
Renaldus de *Vibeier*, A.C.1247.

Templi Mons, in *Mœsia* sit. *Celius cap.* 1. *Mons Templi, sanctior ejt Urbe — Intermurale sanctius eft Monte — Atrium Mulierum Intermurali sanctius erat* &c. eft Mons Moriah , in quo Templum Hierosolymitanum erat conditum, & ipse aliquando *Templi* nomine insignis Nempe non solùm ab Atrio Sacerdotum , & eo, quod Israelitis Laicis & Profelytis Justitiæ, tertioque quod mulierum proprium erat , vetum etiam ab ipso Intermurali, quod dictum, loco fc. latitudinis 10. cubitorum, qui muros Templi vulgò & fignatius dicti prægebantur, ita arcebantur Gentiles, ut nec intra cum precari, aut hoftiam offerre, five pofts aut Sacerdotibus in holocaufta offerre , ifs tas eflet : fed rantùm in *Monte Templi* , feu fpatiis ac porticibus exterioribus publus etiam , uti dictum , *Templi* nomen tribu um eft. Usque ad hujus radices Urbis aream, vocabant *Caftra Israelitarum* ; quæ inde ad portam Orientalem, *Caftra Levitica* ; & demum quidquid erat inde Templi is in artis, conclavibus, cæteriique ftructuræ partibus, *Caftra divina Mansfionis* Atque fic cajufcunque voluit Ebræi id , quod de Gentilium precationibus, in falomonis oratione ad Deum O M habetur 1. Regum *cap* 8. *verf.* 42. ut & il. Iud Jofephi de Alexandro M. quem *afcendentem in Templum immolaffe Deo* ait, *Origin. lib.* 11 *cap.* 8. de loco viz. præfato exteriore , qui & *Atrium Gentium*, quibusdam & *porticus Salomonis*, & ob Templi vicinia m, etiam id nomen aliquando accepit, nonnun quam & *Templum primum* dictus , ad differimen *fecundi* & proprie fic appellati , ad cujus frontem columnis inferiptum, litcris tum Græcis, tum Latinis, *Ne filii alienigenæ extra templum fanctum intrare non debere.* Etiam *demonibus ἀκαθάρτοις & ξηραῖς , fub intermixtione panæ capitis.* De iisdem porticibus aut locis inter murali exterioribus, Templi nomen in Evangelio aliquoties occurrere, docet Coullantinus *L'Empereur ad lit. Middoth c.* 2. *fect.* 3. p. 44. 45. & 190. Ibidem feftis diebus celebrioribus cohortes Romanæ ftationes habuiffe videntur ad cuftodiam, cohibituræ fic tumultum, fi quis forte exiftere, qua de re V. Jofephum *Orig. fud.* 20. *capp.* 4. & 7. & plura huc pertinentia, apud J. Seldenum *de Jure Nat. & Gentium, juxta Difciplinam Ebræor. lib.* 3. *cap.* 6.

Templum, Scaligero ex Græco τέμνω, aliis à *τέμνω* , *abfcindo*, locus eft ab aliis feparatus & quafi abfciffus , religionis causa. In à locus omnis facer & confeptus clauíusque palis, vel fubdialibus faltem finibus. licèt fine tecto, qui σκέπη κεφαλῆς Sophocli, (quamvis nonnulli *Sacellum* hoc vocent, & a *Templo* diftinguant) Ara quoque vel Pateal: imò & fignentum ligneum quadratum, tem; li inflar, in quo aquila Romanæ Legionis ſita, vel quod fupra eam pofitum erat olim , hoc nomine venit. Cujusmodi fnitar ædiculæ plane expreſſum conſpicitur, in columna Trajani, quod inde fumtum *in Exercit. ſuis Plin.* exhiber Salmaſius. Dio τὸν κ. πρὸν νεκρὸν, *templum parvum* , Ὁ ξὺ αἰετὸς, inquiens, ὀνόματος ἐπὶ τὸ ἐκ τῶν μυῶν ἐς τὸ ἔτερ αὐτὸς ἐχώρησε σύνδεσμ.

Aimericus, A. C. 1260.
Thomas Berart, A. C. 1273. cui morem impium Chriſtum abnegandi in profeſſione (qui cæteris *Templariis* in coetum condem-ratione objectus eft) ab reliquum , notat Puteanus *Hiſt. Templar.p.*20.
Robertus.
Guiſfredus de *Salvaing*, Delphinas.
Guillelmus de Bello ioco, periit in obſidione Acconenſi cum omnibu. fere *Templarii*, adcem ſolum Ordinis Militis fugâ elapſis, A. C. 1291. à quibus
Monachus Gaudini M. Mariſter electus in Cyprum Inſ. feceſſit
Jacobus de *Nolay* (non *Molay*, ut vulgò) Burgundus, Tortoſam cum Aimerico Tyri domino expugnavit ; exinde aliquot annis contra Saracenos fortiter rem geſſit : donec à Sultano Babylon, pulſus in Franciam venit, ubi cum aliis Tem lariis gni conſtimtus eft Pariſiis. V. de hiſtoricibus Anctores C. du Freſne ubi ſupra & in *Gloſſar.* laudator. Cæterum de *Militia Templi , primam fa-ctiam eſſe in congreſſu & ultimam in receſſu*, ſcribit Oliverius Scholaſticus, ubi de cauſ. Cumoreſi ſupra memoratus Anctores
Guillelmus Sonnac, cum Ludovico IX. Gall. R. Damiatæ obſidioni interfuit A. C. 1249
Renaldus de *Vibeier*, A.C.1247.

Templi Mons, in *Mœsia inf. Celius cap.* 1. *Mons Templi, ſanctior eſt Urbe — Intermurale ſanctius eſt Monte — Atrium Mulierum Intermurali ſanctius erat* &c. eſt Mons Moriah , in quo Templum Hierosolymitanum erat conditum, & ipſe aliquando *Templi* nomine inſignis Nempe non ſolùm ab Atrio Sacerdotum , & eo, quod Iſraelitis Laicis & Proſelytis Juſtitiæ, tertioque quod mulierum proprium erat , vetum etiam ab ipſo Intermurali, quod dictum, loco ſc. latitudinis 10. cubitorum, qui muros Templi vulgò & ſignatius dicti prægebantur, ita arcebantur Gentiles, ut nec intra cum precari, aut hoſtiam offerre, ſive poſts aut Sacerdotibus in holocauſta offerre , ifs tas eſſet : ſed rantùm in *Monte Templi* , feu ſpatiis ac porticibus exterioribus publus etiam , uti dictum , *Templi* nomen tribu um eſt. Usque ad hujus radices Urbis aream, vocabant *Caſtra Iſraëlitarum* ; quæ inde ad portam Orientalem, *Caſtra Levitica* ; & demum quidquid erat inde Templi is in artis, conclavibus, cæteriique ſtructuræ partibus, *Caſtra divina Manſiſtatis* Atque ſic cajuſcunque voluit Ebræi id , quod de Gentilium precationibus, in ſalomonis oratione ad Deum O M habetur 1. Regum *cap* 8. *verſ.* 42. ut & il. Iud Joſephi de Alexandro M. quem *aſcendentem in Templum immolaſſe Deo* ait, *Origin. lib.* 11 *cap.* 8. de loco viz. præfato exteriore , qui & *Atrium Gentium*, quibusdam & *porticus Salomonis*, & ob Templi vicinia m, etiam id nomen aliquando accepit, nonnun quam & *Templum primum* dictus , ad differimen *ſecundi* & proprie ſic appellati , ad cujus frontem columnis inſcriptum, litcris tum Græcis, tum Latinis, *Ne filii alienigenæ extra templum ſanctum intrare non debere.* Etiam *demonibus ἀκαθάρτοις & ξηραῖς , ſub intermixtione panæ capitis.* De iisdem porticibus aut locis inter murali exterioribus, Templi nomen in Evangelio aliquoties occurrere, docet Coullantinus *L'Empereur ad lit. Middoth c.* 2. *ſect.* 3. p. 44. 45. & 190. Ibidem feſtis diebus celebrioribus cohortes Romanæ ſtationes habuiſſe videntur ad cuſtodiam, cohibituræ ſic tumultum, ſi quis forte exiſtere, qua de re V. Joſephum *Orig. ſud.* 20. *capp.* 4. & 7. & plura huc pertinentia, apud J. Seldenum *de Jure Nat. & Gentium, juxta Diſciſpl. Ebræor. lib.* 3. *cap.* 6.

Templum, Scaligero ex Græco τέμνω, aliis à *τέμνω* , *abſcindo*, locus eſt ab aliis ſeparatus & quaſi abſciſſus , religionis causa. In à locus omnis facer & conſeptus clauſusque palis, vel fubdialibus faltem finibus. licèt ſine tecto, qui σκέπη κεφαλῆς Sophocli, (quamvis nonnulli *Sacellum* hoc vocent, & a *Templo* diſtinguant) Ara quoque vel Pateal: imò & ſignentum ligneum quadratum, tem; li inflar, in quo aquila Romanæ Legionis ſita, vel quod ſupra eam poſitum erat olim , hoc nomine venit. Cujusmodi ſnitar ædicolæ plane expreſſum conſpicitur, in columna Trajani, quod inde ſumtum *in Exercit. ſuis Plin.* exhiber Salmaſius. Dio τὸν κ. πρὸν νεκρὸν, *templum parvum* , Ὁ ξὺ αἰετὸς, inquiens, ὀνόματος ἐπὶ τὸ ἐκ τῶν μυῶν ἐς τὸ ἔτερ αὐτὸς χωρῆσε σύνδεσμ.

Sic Polybio *vaidos* dicuntur loculi velarmaria, in quibus imagines ſtas reponebant Priſci. Et in Actis Apoſtolicis *ναοὶ ἀργυροῦ* dicuntur parvulæ effigies argenteæ, ad inſtar *Templi* factæ, quæ templum Dianæ Epheſiæ repræſentarent. Cujusmodi templorum ſimulachra ex ligno quoque fiebant, & ex alia materie, ab iis , quos *Naoorous* hinc vocat vetus Interpres *Rhetoricorum* Ariſtotelis, & exponit , *οἱ τὸν ναὸν ποιοῦντες, τοῦ ναοποιοῦντος ἴδιον ἐστι ποιεῖν ξόανα , & σκιάδεια*, Salmaſius *ad. l. pag.* 1140. & *pag.* Sed & *Templum* antiquis dicebatur locus, ſub dio extra Urbem, augurii aut auſpicii causâ, quibusdam conceptis verbis factus. Ubi Candidati, nocte, quæ Comitia præcedebat, cubabant : deinde è lecto manè ſurgentes & ſolida fella ſedentes, expectabant, dum ſpiis Deus ali quis bonum ſignum mitteret , more à Romulo ipſo tradito, & diutiſſimè in Rep. Romana ſervato , quem prolixè explicat Dionyſ. Halicarn. *lib.* 2. Atque hoc *augurium capere* dicebatur. Inde viſis auſpiciis tollebant ſe ex templo ac ſurgebant, unde verba Augurum *tollere ſe de templo*, de quibus, aliisque in hanc rem, V. apud Caſaubonum *ad Auguſtum Suetonii cap* 97 De *Templi* communi notione , ut aliquid præter ſuperius dicta addam, in porticibus eorum, ut & aliis locis publicis, mendicos, Philoſophorumque non paucos , pergrinos item , quibuſpitem non habe ent, hoſpitaſſe, ſtatim ex Dione Chryſoſtomo, ubi de Diogene, *ὁ δὲ ἐν τῷ Κράνει ἐν τῷ ἱερῷ.* Et Herodian. ubi vilpon alio fatur *κρυφῇ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἐφῦ.* Sic Spartianus *in Severo*, *Totâ Urbe milites* in Templis , *in privatibus*, *in ædibus Patritiis , quaſi in ſtabulis, manſerunt.* In iisdem cubabant, ſomnia capturi, quo de more affatim ſuprà, in verbo *Dormio*, alibique: uti de ritu Ædes ſacras circumeuntli Salmaſius *ad Solinum pag.* 936. de quo aliquid, & ſuprà , in voce *Dextratio.* De conſuetudine omnium ferme gentium , in bello , *Templi* loctus facris, imò & hominibus proper *Templa*, parecndi , leges tuerii, præ aliis, H. Grotius de *Jure Belli & Pacis lib.* 3. *cap.* 12 *§* 6. & 6. Sed nec omittendum. *Templa* appellatas olim potiſſimum paganorum ædes ſacras uti docet ex *Cod.* Theodoſ. *tit. de Paganis , ſacrificiis & templis*, Jac. Gothofredus in *Paratit. ejusdem tit.* §. 3. de Chriſtianorum tamen, etiam voces occurrere, l. 4. *de his qui ad Eccl. confug. a C.*

Templum Hierosolymitanum , adde : Ædes ſecundi *Templi* de centio major, quàm priorisfuiſſe creditur, ſecundum nonnullos. Tertium nunc expectat Judæi, juxta Ezechielis typum *cap.* 40. & *ſeqq.* quod ſub Meſſia R. extruendum ſit : fed vanâ & mendaci ſpe. Cùm Meſſias ad ſecundum & ad Zionem , venire debuerit , Hagg. *cap.* 2. *verſu* 8. & Pſalmo 132, *verſ.* 17. *Templum* verò Ezechielis , non in Zione , ſed alio longè ſitu , ponatur, Ezechiel. *cap.* 40. *verſu* 2. & *cap.* 43. *verſ.*1- 9. & *cap.* 48. *verſ.* 8. tandemque multa alia illi adſcribantur, quæ juxta literam intelligi nequeunt, V. *cap.* 47. *verſ.* 1, 7, 8, 9, 12. ut quasquidem templum Zorobabelis breviter tunc extendum in quibusdam ſpectaverit: præcipuè tamen fecuturam olim ſub Novo Teſt. Hierosolymæ novæ ſeu Eccleſiæ faciem ac ſtatum adumbraverit. *Templo* Hierosolymitano æmulam molem extruvere Judæi ſegreges, primò in monte *Garizim*, in Samaria, auctore Manaſſe, fratre Jaddi Pontificis Max. quod diſſidium inter Judæos & Samaritanos non parùm adauxit: Joh. *c.* 4. *v.* 9. 20. *Patres in monte hoc adoraverunt , & nos dicitis , quod Hierosolymis ſit locus , ubi oportet adorare.* Verum hoc, cum 200. annos ſteriſſet, ab Hircano dirumpeſt. Præterid & alia *Templa* in Ægypto extructa ſunt. Unum ab Onia, Simeonis luſti filio minore ; in præfectura Heliopolitana : quæ quia ſub Alexandria erat , aliquando illud *Alexandrinum* reperitur nuncupatum. Alterum ab Onia , filio Oniæ III. Pontificis M. ſub Antiocho Epiphane & Ptolemæo Philometore, Leontopoli : Quorum prius ſteriit annis 243. tandemque ſub Veſpaſiano claſſicum eſt , poſterius annis 200. Tuebantur autem hi apoſtaſiam ſuam ex Iſaiæ *cap.* 19. *verſ* 19. *Ille die erit altare Jehovæ in medio terræ Ægypti , & lapis erectus apud terminum ejus Jehovæ.* Nec in Ægypto quoque ſolùm, ſed & in Phœnice, alibique, Fana & Sanctuaria fua poſuiſſe Judæorû quosdam legimus. V. Franc. Burmannum *Synopſi Theol. Pari. I. lib.* 4. *cap.* 15. *ubi de Templo*, & ſuprà *Templi Mons.*

Tempus , in Saturno cultum Gentilibus ; qui *nonnunc , fililes devorat, ſalcem tenens, & in ſerpentis pœnare effigiem , qua annum proprium denotat: nonnunc ſibi* , *ſenem* , *& ſenem* , uti ait Albinus, pejoris æ vi Scriptor, fed meliorum exſcriptor , addens, *Saturnus hic tempus ſe erat effigies, dracunculus anus.* Nempe, uti hoc hieroglyphicum de falce, exponit Fulgentius *Mythlog lib.* 1. *Falcem ferebat — ſive quòd omne tempus in ſe vergat, ut curvamina falcium, ſive proper fructum.* De ſerpente, Martianus Capella. *Satur Deorum greſſibus ævius ac venerator incedit — prætendens dextræ ſlumvs vomum quendam ſpiraminis , candæ ſua ultima devoratæ, quem credebant anni numerum nomine producere.* Veteres certè Ægyptios annum dracone notaſſe , docet Orus Apollo ſive Philippus Byzantinus non uno loco : quem, dicto ſchemate expreſſum, inſcuſpiſſe quoq; pyramidibus, *æternam circumactionem rerum ſignificantes*, legas apud Anaſtaſium Sinaïtam *Commentar. in Hexaemeron lib.* 1. Quam in rem pulchrè Statius *Theb. lib.* 5. *verſ.* 460.

—— *volox in terga revolvitur annus.*

ubi

Ubi vetus Schol. *Retro, inquit repetit enim jam transacta, ut rursus transigat.* De anno fic multi, quia fc. tempus omne redit per fua momenta & veftigia. Eifque elegans peripharia temporis, *in immenfum orbem reverfens abinvenio, fic, repetens atq; confciens*, quo genere fuavi acumine omne genus Poetarum luftr. Namq; unius anni exitum haurit in fcaterius anni initium, fcq. conjumit & reparat ex fe, quiq; confumi videbatur, redit ex involucro quafi fuo in femet, renafcitur de fuo fine, orbem perpetuum obiens, & circulum inftituens decurrens. Virgilius *Georg. lib. 2.*

—— redit agricolis labor actus in orbem

Atque in fe, fua per veftigia, volvitur annus &c.

V. quæ de *Temporis* ratione fcribunt, præter Ariftotelem *Phyficor. lib. 4. cap. 16.* cjus que Commentatores, Niceph. Blemmydes *Phyfticor. cap. 9.* Stobæus *Ecloga Phyf.* Lactius *Platone*, Plato *Timæo*, Timæus *de Univerfo*, Seneca *de rer. Natu.* Plotinus *non uno libro*, Augustinus *de Civ. Dei lib. 12. & Confeff. lib. 11.* Plut. *de Placitis Philof. lib. 1. cap. 21.* Sextus Pyrrhonius, Zacharias *de Opificio Mundi*. Alii. Addam fiftem, ad eundem rerum orbem expiamendum aliis quoque figuris Vett. ufos. Namque & annulo annum comparat Servius *ad Æneid. lib. 1.* & in Daphnephoriis ad idem fignandum coronæ adhibitæ funt, qua de re V. Proclum *in Chreftomathia Poetica Photiana*, & adde fuperioribus Calp. Barthium *Animadv. ad Statium Interciæ.* de cultu vero temporis religiofo plura fupra, ubi de *Dies Genitilium*. Ad ufum ejus facrum quod attinet, quamvis illud totum jure fuo vindicare poffit temporis *Fœtus* Auctor, eius tamen vitæ partem primitias folim à cultoribus fuis deciti & offerri voluit, uno tantùm hebdomadis die folenni fuo cultui, ut & paucis alibi, ex toto temporis nobis indulti thefauro, celebrioribus beneficiis fuis commemorandis, fepofitis ac deftinatis, uti videre eft hic paffim, ubi de Vet T. *Feftis, Neomeniis, Sabbatho*, alibi. Superftitio vero Gentilium hic immane quantum exerravit: ut qui non folum Damonibus fuis magnam *Temporis* partem confecrarint, fed & dierum quosdam aliis aufpicatiores, vel minus aufpicatos effe, ibi perfuaferint. Et quidem apud Romanos publico more obfervarum eft, ut dies poftridie Nonas, Idus, Kalendas atri haberentur, *ἀπίφασι τῶ ἀδιαθέτων, quibus nec exire, nec aliquis profi ifci tutum* judicabant. Auguftus etiam poftridie Nundinas diem innominatum habuit, an quia aliquoties erat expertus res eo tempore inceptas non verfiffe bene, an ad imitationem fuperioris obfervationis, ut eft interpretio fœcunda & folers. Nam & pertinet eodem, quòd poft Latinas Ferias dues dies Romani obfervabant, ut religiofos & rebus inchoandis ir fuftos. quod difcimus ex M. Tullio *ad Q. Fratrem*. Porrò & Nundinarum dies videtur rebus inchoandis parum utilis æftimatus unde, quoties in Kalendas anuar. incidebant, intercalatione extra ordinem *ενσωμάτωσιν* illam Pontifices declinarunt, te Dione *lib. 48.* Et Nonas Auguftum fimiliter deviaffe legimus. Nec folum obfervatio hæc temporum, in fufcipienda profectione & inchoandis rebus fcriis, locum habuit, uti de eodem Imperatore Suetonius habet *cap. 92.* de aliis Plut. Sed & quidam ea fuere fuperftitione, ut in rebus prope nugatoriis etiam dies obfervarent: Quod notat in Tacito Imp. Vopifcus, & rident in mulieribus Horum temporum Juvenalis ac Lucianus. Totum vero id Gentilium reprehendit Ambrofius facunde, ubi explicat Pauli verba ad Galatas *cap. 4. v. 10. Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιρὸς, καὶ ἐνιαυτούς. Dies observatis, & menfes, & tempora & annos.* V. Cafaubonum *ad Suetonium d. l.* de *Temporis* vero partium unaquaque, ut & Epochis ejus celebrioribus, hic fuis locis. A tempore, *Χρόνιος* olim Orthodoxos abEunomianis appellatos, quafi novam & *brevi tempore iturarurum* doctrinam profiterentur, obfervat Cl. Suicerus in ea voce.

Tenax, in laude ponitur: eft enim parcus cum modo, at fordide parcus *pertinax* Latinis eft. A pis vetus in Anglia: PATRI, PIENTISSIMO, VIGILANTISSIMQ; OCERÆ. TEN ACISSIMÆ. MEMQ. RIÆ. POSUIT. Ca aubonus *ad hunc Spartiani locum, Cognomentum Pertinacis — ex morum parfimonia videtur habuiffe.*

Tenderi, apud Romanos dicti funt Duces & exercitus, ubi caftra effent metati, quòd ibi tentoria explicarent, vel in tentoriis fubfifterent. Suetonius *in Galba cap. 12. Cohors Germanorum juxta horto tendebat* Tacitus *Annal. 13. Milites tendere omnes extra vallum juffit* Virgilius

—— hic fœvus tendebat ad Ides &c.

Imò de Diis fuis dixere, τρὶς δὲ τὸ κάτω δὶς καὶ τρὶς ἄνω, *omnia divisa ſunt*: quanquam ad fabulas ſuas traducant, Zoroaſtres quoque hanc trinitatem aliter intelligat, apud Plethonem *Scholiis ad Oracula Magica.* Quin & numerus hicjuxta Pythagoræos, ut jam indigitatum, πάντα τὰ ἀεὶ φύσιν ἔνεγκε, *omnia humana complectitur.* V. Ariſtotelem *de Cœlo l.1.c.1.* Marcianum Capellam, Porphyrium *Vitâ* Pythagoræ, Chalcidium *in Timæum*, A. Gellium *l.1.c.20.* cum *Notis* Anton. Thyſii JC. Caſp. Barthium *ad Statium l.4.* Alios, ut & ſuprà in voce *Ter.*

Ternarius Numnus, ſeu *Ternio*, nummus aureus ternos ſimplices pendens, ſubHeliogabalo in uſu fuit. Æl. Lampridius *Alex. Severo*, *Formæ binariasternarias &c. quas Heliogabalus in veneras, vetò ne præcepit, neque in ufu cujusquam versari.* V. *Notas* Salmaſii

Terpander.

Terpander, adde: De eo Salmasius, *Terpander*, inquit, *antiquiſſimus vetuſtus κιθαρῳδὸς ὢν κιθαρίζ. nomos suos versibus Heroicis compoſuit, quibus modulos adaptaſſet. Idem quoque de Homeri versibus facit-bat. Poſt tum Pherecl. Milesiensem τὸ ἁρμόττειν τοῖς ἁρμονίαις convinxit & numerum chordarum auxit &c. Not. ad Capitolinum in Pio*, ubi plura de Poeta hoc & Githarœdo. V. quoque eum *ad Solinum pag.* 864.

Terra, communis omnium parens, ut cœlum Deorum, credita eſt, Plin. l. 2. c. 63. unde pro Numine olim culta, quod mobiliter, modò *Veſtam* vocabant, Servius *ad Æn. lib. 3. v. 283. Nam & Veſtam loco Troiani colunt, quia eadem Terra, terrigenas autem Athenienſes nominat, ſito*. Cujus ſimulachrum, ut Veſtæ, in tympanum geſtans, quod *Terra venus in ſe continet*, Suidas in voce γῆ ἀγαθὴ. Hinc per eam juratum Romanis, Græciſque, uti *in Theatro Hum. Vitæ* docet Zuingerus *pag.* 142. V. quoque Cœl. Rhodiginum *lib. 15. c. 14.* & hic paſſim, inprimis in voce *Deliæ*, quæ in Sacris uſitata, plura verò *de cultu, habitu & ſtatuis* ejus habes legere apud Pauſaniam & *in Superſtitionibus* Caſpar. Barthii. Addo ſaltem tunicam *Terræ* tribus coloribus variari conſueviſſe, pro temporum anni ratione, viridi in ſecundis lactentibus, flavo in maturis & candido in nivibus, uti apud Salmaſium videre eſt *Not. ad Tertullian. de Pallio cap.* 2. In hanc infans, modò in utcem editus, ſolenni ritu olim ſtatutus eſt, poſtquam effet lotus: Quæ cauſa, quòd apud plurimos Auctorum infantes nudos *Terræ* excipere dicitur. Quò eleganter collineat Plinius *lib. 7. in proœm. Natura hominem tantùm nudum & in nuda humo, natali die adjicit ad vagitus fluxin & ploratum*. More ſacris Hebræorum ad Romanos translato, qui tamen ante Juſtinianum debilit. Religioſè autem ea, quamprimum attigiſſent Auguſti, conſecrata eſt, Sueton. *Oct. Aug.* c. 5. Cauſa ritus triplex fuit, five ut vocem, *Terræ* contactu, acciperet infans, Macrob. *Saturnal. l. 1. c. 12.* five, ut aufpicaretur rectus eſſe Dis Conjugalibus, Varro *de R. R. l. 2.* unde ab Obſtetrice erectus in *Terram* ſtatuebatur: five denique, ut Operi ſeu Matrem communem ſalutaret. Macrob. item *Saturn. l. 1. c. 10.* Et ſic in *terra* conſtituta Dea puerilia, vel, ut aliis vifum, Statarius, præfuit. Inde ſuſcipiebantur à Parente, vel Procuratore ejus, quò inter legitimos numerarentur hæredes: quæ fubſtatio ope Dææ Levanæ facta credebatur, uti dictum pluribus, ſupra *non in uno loco*. Contrà, Parricidis, ex vet. legum Romanarum præſcripto, ſolæ ligneæ inductæ funt, ficque in carcerem ii ducti, *Ne terram commanem omnium parentem attactu impróbo contaminent*, Hadr. Turneb. *Adv. l. 13. c. 13.* Poſſeaque, ob cauſam ſuperſtitionem, ſolitos in Insulis nonnulli tum, uti *ſupra* dictum. At feelerati alii vivi cà obruti, uti Veſtales ſtupri convictæ. Sed & Olba Pleſcovienſis legatos Dreuilianorum, qui eam Maldicto Principi ſuo, à quo Igorus Ruſſorum Princeps Olhæ matrius cæſus fuerat, in uxorem petierat, eodem ſupplicio affecit, teſte Sigismundo Herberſteino *de Rebus Moſcov.* Aliàs ſepultis *terram levem* precabantur Veteres, inſcripſitis *terræ* aliquid injiciebant, uti diximus ſupra in voce *Glebæ*, item *Pulvis*: quemadmodum *de more terram & aquam offerendi*, in ſignum deditionis, Perſis olim uſitato. alibi. V. quoque Alexandrum ab Alex. *Gen. Dier. l. 4. c. 7.* de ſimulachro verò Terræ Athenis, à Jove ſupplici ter terentis aquam, cundem *c. 16. &c.* Cœterum Geographis *Terra* ſeu *Orbis Terrarum*, orbem denotat *Terragueum*, partibus ſuis ſolidis ac liquidis conſtantem, h. e. ipſa *Terra*, Aqua & Aere, cujus ambitum vocant *Atmoſphæram*. Eo quidem quod ad figuram *Terræ* non tantum vetuſtis credit, in latiſſimam planitiem eam excurrere, cujus terminus ſit circularis linea, fed & Patrum non paucis idem creditum: illam nempe infinitis radi cibus extendi ac fundari. Lactantius *Inſt. div. lib 3. c. 24.* Auguſtinus *de Civ. Dei l. 16. c. 9.* Alii: quod noſtrâ quoque ætate Franc. Patricius magno niſu contendit. Unde error ortus alter, *Antipodes non dari*, V. Nicol. Nancel. *Mirocosmi lib. 9.* ubi Lactantii, Auguſtini, Nazianzeni verba laudantur. Quod Chriſtiani plerique medie ætatis ſenſerunt, & Bonifacius Epiſc. Moguntinus hoc argumento confirmavit, *Si ſeſtent Antipodes, alii homines, alius Chriſtus*, Aventin. *Ann. Boior. l. 3.* Cui cùm Virgilius in Bavaria Epiſcopus adverſaretur, Bonifacius apud Zachariam Pontificem Rom. tantum effecit, ut is ad Utilonem R. Bavariæ literas daret, quibus hic motus Virgilium exilio multavit. Hodie verò rotunditas *Terræ* experientiâ & rationibus ità demonſtrata habetur, ut omnis plane ſcrupulus facilè cujusvis dempſiſſe poſſit. Neque obſtat Joh. Childrei Anglì diligentiſſimi, *in Britannia Baconica* ſententia. qui *Terram ovatem* facit. Magnitudo illius 5400. mill. Germ. quorum ſingula 1900. perticas Rhinlandicas contineant, æſtimari ſolet: *Hoc ſi punctum illud, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur*, Seneca *præfat. in Nov. Quæſt. & quàm ridiculi mortalium termini, Ultra ſtrues Dacias ne exeat: Smyrno Thraces imbuat: Parthis oſſes Euphrates: Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet: Rhenus Germanos emittens facias: Pireneus medium inter Gallias & Hiſpanias ingum extollat: Inter Ægyptum & Æthiopiam arenarum inculta vaſtitas jacet &c.* Idem paulò poſt, *Punctum eſt iſtud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quorcunq; diſpoſitis, minima, etiam tum illis utrinque Oceanus intercurrit.* Modos magnitudinem iſtam inveniendi profixè tradit Varenius *Geogr. l. 1. c. 4.* & Vvillebrordus Snellius in *Eratoſthene Batavo*. Cauſam cur Ricciolo *Geogr. l. 7.* baibutimus: Hominem uno anno, ab uno Polo ad alterum ambulare, poſſe, ſi, quod non adeò difficile iter eſt, ſeptem milliaria cum dimidio quotidie conficiat; *Videri itaque probabile, Deum & Naturam ſum finiſſe Terræ Globum humana ſtaturæ, & facultati ambulandi, ut homo, ſi velit, poſſit uno anno diſcernere omnes terræ plagas viciſſitudines, quas Sol abeundo ab uno Tropicorum & redeundo ad eundem effidis & exacta contemplatione rapi in admirationem ac amorem Sapientiſſimi ac Munificentiſſimi Conditoris*. Longitudo ejus extenſa eſt ab Occid. in Orientem, Latitudo, extenſio ejusdem versùs Polos: quam utramque Geographi in varios gradus certis exprimunt circulis. E quibus circuli longitudinis, quos & *Meridianos* vocant, Æquatorem ad angulos rectos ſecant, & integri exhibentur numero 18. dimidiati ſeu ſemicirculi 36. Latitudinis verò Circuli, ad Æquatorem parallelè ducuntur & adutrumque Polum usque pertingunt, denis à ſe invicem gradibus diſtantes. Inter quos occurrunt obliquè ducti circuli ſeu arcus reliquos omnes variè ſecantes, hinc ne *Exodromia* appellati numero totidem, quos yenti ſunt, quorum etiam rominibus veteres, in re nautica magni uſus & c. V. hac de re pluribus diſputantem Auctorem *Orbis Geogr. ac Civilis part. 1. cap. 1.* Quod verò *Terra* totius proportionem attinet, inter Chriſtianos, Muhammedanos & Paganos idololatras inſtituendam, Edvvardus Brerevvodus Anglus in ſua *Inveſtigatione Linguarum ac Religion. c. 11. & 14.* hanc init: *Si cognitas Mundi regiones* (viz. Europam, Aſiam, Africam, Americam & iis contributas Insulas) *dividamus in triginta portiones æquales; Chriſtiani poſſident tres quinque quinque, Muhammedani portiones ſex, Idololatræ five pagani portiones novemdecim. Quamvis interim omittas conſiderationem terræ Auſtralis ſive Antarcticæ, quam Magellanicam vocant*. Ubi meritò ufurpes illud Servatoris noſtri: *Ampla quidem eſt meſſis, operarii autem pauci. Rogemus igitur Dominum meſſis, ut emittat operarios in meſſem ſuam*, Matth. c. 9. v. 37. 38. & c. 24. v. 14. De *Terra motus*, ut hoc unum addam, tremenda *Terra* Nepuno olim ſacrificium fuiſſe, diximus ſupra, in *Neptunus*: quem proin cum ea communem habuiſſe templum, ex Muſæo aput Pauſaniam notavit Marcellus Donatus *in Diluculationibus ſuis* citatus Dempſtero *in Roſin. l. 4. c. 11. De Terræ mediacinalibus*, V. Plin. *l. 35. c. 16.* Salmaſium *ad Solinum p.* 130. Altos, ut & hic paſſim.

Terra Salica, in *Traditionibus* Fuldenſ. *l. 3. tradit. 28. Centum quoquagintæ terræ Salicæ & Ecclaſiam cum omni decimatione ad eam pertinentem*: portio eſt terræ *Salæ* militi, atque ad eum ordinem pri ſeu Regi aſſignata ex iis, quas in Galliis virtute bellica acquiſierant, partitione inter Victores factâ. Harum enim aliæ ab omni munere ac ſervitio præterquam militari, immunes dicitæ *Salicæ*, utpote aſſignatæ *Salii*, i. viris principibus, vel certè ex Salica gente, quæ primas tenuit, inter Septentrionales illas gentes, quæ in Gallias irruperunt easque Romanis ademerunt: aliæ *Læticæ* & *Lidiales*, quæ *Lætorum* vel Litorum erant h. e. virorum ubique conditionis, quales Laeti fuerunt, vel quos *Romanos* appellabant, de quibus ſuo loco. Erat verò *Terræ Salicæ* ea prærogativa, ut cum ſub militaris obſequii conditione aſſignata eſſet, ad mulierem pervenire non poſſet, V. *l. Sal. tit. 60.* & plura hanc in rem, apud B. Rhenanum *Epiſt. ad Beatum Heldingum*, Dominic. *de præroy. adoliarum cap. 7.* Car. du Freſne *Diſſert. 17. ad Joinvill.* & hic ubi de *Salica Lege*.

Terra Sancta, adde: Univerſa hæc, quæ & *Terra Iſraelis*, olim ſancta erat, quam proin velut Mundi corculum, ejusque delitias etiamnum Judæi habent: reliquum Mundum, tanquam impurum & profanum, tantùm non abominati, cunctosque mortales per opprobrium כֻּתִּים *Goim*, quaſi alterius & vix humani generis forent, ac *Mahumetan*, Luc. *c. 12. v. 30.* item *יְוָנִים*, Marci *c. 4. v. 11.* vocantes. Et quidem triplicem ejus conſecrationem commemorant, univerſam genris ſuæ Politiam, judicia & Legem cum politicas, tum ſacras, ab ea pendere dicentes: Ita, ut ne promotionem quidem Schola ſticam manuumque impoſitionem, extra illam rité peragere ſeſe poſſe putent. Quæ, quanquam ſuperſtitione non careant, tamen cum *Terra* illa cœleſtis hæreditatis pignus ac arrhabo fuerit, non leviter illam olim admare & vitam longam ac pacem in ea exoptare tenebantur. Nunc autem typo ſuo impleto, ac univerſa *Terra* per fanguinem Chriſti luſtrata, fruſtra tum iſtum, tum ex Chriſtianis quidam, qui *Terram* hanc religioſis peregrinationibus frequentant. *Dominici Terra & plenitudo ejus*, Pſ 24. v. 1. V. Franc. Burmannum *Synopſ Theol. Parte 1. c. 16.* Plura vero *de Terra Iſraelis*, ap. Jo. Selden *de Jure Nat. juxta Diſciplinam Ebræor. l. 2. c. 4.* Addo hic ſaltem, quòd B. Auguſtinus *terram ſanctam, de Jeroſolymis allatam*, contra vexationes Spiritum malignorum & contra morbos valuiſſe ſcribit, quæ re V. judicium Iſ Casauboni *ad Annales Eccl. Baronii Exercit. XVI. num.* 104.

Terrarius Tutdus, apud vet. Interpretem Juvenalis, *ad illud*,

—— *turdorum moſſe ſalivam*,

cognoſcere turdorum ſaporem ſolerem enim quidam gulæ dediti sanæ ſubtilitatis habere palatum, ut dignoſcant turdos, an vellerius, an

terrarius *fit*, qui in aviario includus pascitur. Ex avibus enim quæ villæ septis includæ tenentur, aliæ *terra* tantùm contentæ sunt, ut turdi, pavones & turtures, aliæ etiam aquam requirunt, ut anates, & anseres & querquedulæ. Varro *de R. R. lib.* 3. *c.* 5. Perisyria autem fatis ampla in villis fuis ædificabant Vett. in quibus aliquot millia turdorum includi possent, Idem c. 5. His igitur amplis septis includi turdi *terrarii* dicebantur, & longè erant meliores saporis, quàm qui apud fartores urbanos in cellis angustis & obscuris alebantur, ut citò pinguescerent, inde *cellarii* vocitati. Utrisque opponebantur *aerii*, qui sc. libero aere fruuntur, unde *aeriæ volucres* apud Poetas passim. Eodem sensu, murænam piscinæ conclusam, *bestiam terrenam* vocat Tertullianus *de Pallio cap.* 5. V. quoque infrà, ubi de *Terrenis piscibus*. At apud citimæ ætatis Scriptores, *Terrarii* dicuntur, qui multas *terras* seu prædia possident, *grand Terriers* Gallis. Sic *Terrarii Cypri*, apud Vinc. Belvacensem *lib.* 32. *c.* 89. *Terrarii Angliæ*, in *Annal.* V Vaverkiensi. A.C.1086. &c. V. Car. du Frene *Gloss.* er.

Terrena Opera, apud Vitruvium, dicuntur ligna, quæ in fundamentis ponuntur & *terra* obruuntur. de quibus V. Salmasium *ad Solinum c.* 1034. Ac *Terreni Pisces* Plinio funt *l.* 9. *c.* 57. *qui propè vigus Babylonia decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanent.* Sed &, qui cavernas fibi faciunt, circa extremas fluminum oras, quique in altis ſcrobibus effodiuntur, etiam ubi nullæ reſtagnant aquæ, quales in multis locis pifces olim reperiebantur, hodieque reperiri aiunt, Græci ἐγχέλεις vocant, uti docet apud Athenæum *l.* 7. Timæus. Idem Plinius *lib. cod. c.* 17. *terram* vocat vadum maris excavatum, quo perhymemem piſcium quidam confugiunt: *terra quidem, hoc ipſi, vada maris excavato condi per hyemes corpuſculum, piſcium ſolearumque tradunt.* Quos piſces itidem *terrenos* liceat nominare. Quin & ſic non inepte dicantur, qui in terra haberi nutririque ſolent, in piſcinis ſc. longè à mari factis, ad differentiam marinorum & qui in pelago degunt. *Terreni* enim illi potius, quàm marini piſces, qui in piſcinis nutriuntur, imò nullo modo marini piſcinæque *terrenitatis* nuncupatæ, quòd intra *terram* conſtitutæ eſſent & terrâ concipiendi. Sic mi eſt apud Iſidorum *in Gloſſis*. Quemadmodum hodieque Gallicæ ruſtici foſſas, quæ in agris fiunt, ad accipiendas aquas, *terrata* & *terralia* vocant. Hinc Tertullianus murænam piſcinâ conclusam *terrenam* vocat, ad diſcrimen marinæ, quæ in alto degit & aquâ ſuâ fruitur, *d. l.* ad quem V. Salmaſii *Notas*.

Terricula, in verſu Lucilii apud Lactantium *lib.* 1. *c.* 21.

Terricula, *Lamiæ, Fauni quas Pompiliique*
Inſtituere Numæ ——

Idola dicuntur, ſeu facies barbaræ, quas *terrendis* pueris Veteres pingebant, uti de Batavo vultu teſtatur Martialis *Apophoret.* 176.

Sum ſigulis luſus, truſi perſona Batavi,
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

V. ſupra in voce *Formido*. De *terricolamentis* autem, quæ veteris ævi Duces galeis addebant, ad hoſtes, quæque horia terrificaque imponi ſolent, ad aves terrendas, ſupra ubi de *Caſſide* & *Galea*, nec non in voce *Probaſcanion*.

Terripavium, V. infrà *Tripudium*.

Terrisorium, non tam à *terendo*, ut Varroni; vel à *terra*, ut Frontino; vel à *terrendi* jure, quod habet Magiſtratus ut Pomponio JC. quàm à *terrendis hoſtibus*, H. Grotio dictum. Is enim ager demum captus ac nobis factus, qui manſuris municipibus ita includitur, ut niſi iis expugnatis, parti alteri, palàm non ſit aditus V. eum *de Jure Belli ac Pac. lib* 3. *cap.* 6. §. 4. Græcè ὀχυρὸν, ἀσφαλὲς, item ἐπιτείχισμα, ἀγχιτείχισμα, in *Gloſſ.* Salmaſius verò compoſitum id vocabuli eſſe ait, ab antiqua voce *tores* ſeu *torres*, quæ terminum ſignificabat, (unde *exterris* exul) & *terra*: cui proin ſic dicitur omne terræ vel agri ſpatium, certis terminis finitum delimitatumque, intra quod jurisdictionem civitas aliqua habere debet. Gallis ad verbum *Estagium*, aliter *Banlieue*, quod vide: plura verò hanc in rem apud Auctorem laudatum *ad Treb. Pollionem in Tarico Sen.* ubi *de Terrisorio vet. urbis Romæ*. De quæſtione autem, an *Terrisorium*, vel *pars territorii à populo libero aus Rege etiam alienari poſſit?* V. præfatum Grotium ubi ſupra *l.* 2. *c.* 6.

Tertia, inter ſtatas precum ac publicorum facrorum horas, apud Judæos (qui tres earum præcipuè numerant, tertiam, ſextam & nonam) indigitatur voce *mane*, Pſalmo 55. *vers.* 18. *Vespere & mane & meridie meditabor*; & exprimitur diſertè Actor. *c.* 2. *v.* 15. *Non, ut vos præſumitis, iſti ebrii ſunt, quum ſit hora diei tertia.* Notum autem, diem à Solis ortu inchoaſſe, horaſque inde numerare cœpiſſe Hebræos. Sic *tertia* eorum cum noſtra nona coincidit; quæ etiam ſacrificium juge, ex duobus agnis anniculis alter, ſicut alter veſpere ſeu circa horâ ſextum 9 noſtram *tertiam* (quâ & Servator noſter, hoſtificrificio inprimis repræſentatus, mortuus eſt) macſari conſuevit. V. Franc. Burmann. *Synaſt Thorac. Chriſt. Perſ. prior.* ubi de *Sacrificiis*, & *Temporibus Sacris P.* II. In Eccleſia Romana *Tertia* vocatur officium Eccleſiaſticum diurnum, quod horâ *tertia* canitur. Gregorius Turon. de Injuriof. Epiſc. Turon. *Hic inſtituit* Tertiam & *Sextam in Eccleſia dicâ.* V. ſupra ubi *de Horis Canonicis*. Item tertia pars oblationum Epiſcopo debita, in Concil. Aurelianenſi I. A.C. 511. *can.* 15. At in L. VVſigothorum *lib.* 10. *tit.* 1. §. 8. *tres de tertia Romani Judices ſibi aliquid audeant inſurpare*, portio agri eſt antiquis poſſeſſoribus relicta. Debellatâ enim & ſubjugata Italia, à Gothis & VVſigothis ita diviſi agri ſunt, ut victoribus partes dux, *tertia* victis & in obſequium redactis priſcis colonis cederet. Quod etiam Burgundos obſervaſſe in Gallia, quam occuparunt, patet, docet *L.* Gundebalda *capp.* 54. 57. 79. Sic tamen, ut in hac agrorum diviſione Principes exactionem & tributum aliquod in vett. poſſeſſorum *Tertias* ſibi refervarint, quæ postea in Priſco inſtrumento. Uti verò iidem agrorum partem tertiam victis relinquebant, alteris duabus ſibi vindicatis: ſic contrà, mancipiorum duabus partibus illis conceſſis, ſibi tantùm *tertiam* aſſerebant, uti docet *L.* Burgund. *tit.* 54. §. 1. & *tit.* 57. Sed & *Tertia* dicta, quam liber homo dabat ſponſæ ſuæ ad oſtia Eccleſiæ, tempore deſponſationis: *Dos ſc. rationabilis*, qui tertia pars erat totius *tenementi* viri ſui, quod tempore deſponſationis habuit &, de quibus voce noſtrâ nonnullus V. plura apud Car. du Frene *Gloſſar. Tertium* verò, apud Plantavitium *Epiſc. Lodov.* abſque tertia pars eſt pretii divendiri prædii, quæ Domino feudali debetur: in *Charta Ludovici Hutini* Regis Franciæ pro Normannis A. C. 1315. apud eundem, jus, quod Rex habet in foreſtis & fylvis Normannicæ, in quarum cæſionibus ac venditionibus pretii tertiam partem percipit &c. Sed & *Tertium defunctorum* dicm à Chriſtianis olim feſtive habitum, memorat Ambroſius *Orat. de Theodoſii Imp. obitu. τριάδα δ' ἐκάλουν τὴν ἡμέραν* appellantur in Canonibus, qui *Apoſtolici* dicuntur. Sicut & *tricenarium*, alioſque, de quibus ſuo loco. Hinc *Tertiatores*, quorum frequens mentio in *Capitulari* Sicardi Principis Benev. A.C.836. Longobardis oppoſiti, fortè à *tertia* agrorum, quam poſſidebant priſci incolæ, victorum conceſſu, uti diximus. V. Dominic. Macrum *in Hiſtorolexico*. De *tertiatione* verò, voce Romanæ Agriculturæ, Salmaſium *ad Solinum pag.* 728. & *ſeqq.* nec non aliquid ſupra ubi de *Imprecatione* & *Attatione*.

Tertiolus, nomen monetæ Mediolanenſis in *Charta* A. C. 1171. apud Puricellum in *Ambroſiana Baſil.* Item accipitris minoris ſpecies, quem Galli *Tiercelet* vocant, apud Fridericum II. Imp de *Art. Ven. l.* 2. *cap.* 19. V. ſupra ubi de Veterum Re *Accipitraria*.

Tertullus, inter adulteros Fauſtinæ, apud Capitolinum *in Marco*.

Tervencius, fuit primò nummulus argenteus, ſicut & libella & ſembella: poſtea dum frangi argentum in exiguitatem tantam diſpliciuiſſet, retenta ſunt vocabula in rationibus argenteæ pecuniæ, ne quid ſcilicet ibi nominaretur præter argentum, etſi res eſſet exære. Quemadmodum hodieque paſſim nummos imaginarios in ore habemus: quos ſuiſſe olim credibile eſt, nunc cùm formentur nusquam, ad ſummulas, quas valuerunt, in ea, qua utimur, pecunia. compendio velut enuntiandas revocantur & retinentur. Et quidem ſummatim audiores Romæ, qui ita ſe excurrens ultra denarium, victoriatum, & ſeſtertium, *libellam, ſembellam* vel *ſingulam*, ac *terviencium* dicebant, pro aſſe libellam, pro ſemiſſe ſembellam, pro quadrante *terviencium* poſtuere, quandiu denarius decem, victoriatus quinque, ſeſtertius tandem duobus & dimidiato aſſibus æſtimatus eſt. Poſtquam verò denarius ſeſtecim, victoriatus octo, ſeſtertius quatuor aſſium factî, & ad ea excurrens denarii denotandum transtulerunt vocabula & notas æratæ monetæ retinuerunt in rationibus ad ſeſtertium libellæ, ſembellæ & *terviencii*, & quæ pro decima, vicesima, quadrageſima denarii parte in æreis nummis fuerant, easdem partes ſeſtertii in ære ſtatuere ſuſtinere. Sic *terviencius* quadrageſima pars ſeſtertii eſſe cœpit. Nomen, non à dodrante unciæ, ut quidam volunt, ſed à *tribus uncis*, quæ quadrantem aſſis conſtituunt. Unde *hares ex terviencio*, apud Cic. *ad Atticum lib.* 7. *Ep.* 2. de teſtamento Curii, *Recti patiemur ex libella, me ex terviencio* &c. V. Frider. Gronovium *de Pecunia vet. lib.* 3. *cap.* 12.

Teſqua, apud Papinium Statium *Theb. lib.* 12. *v.* 447.

Vix ea. cum fabris campus tremor, altaque teſqua
Impulit ——

Ubi *teſca* habent optimæ membranæ, ſpatia funt campi incultæ, religione quadam à cœteris diſtincta. Quaſi *tueſca* Feſto, à *tuendis ſacris*; à Græco θάσκω, *propè* θασκώσα, *ambroſia*, opaca, Scaligero. Sabinam vocem eſſe, & *quæ vis inculta loca* denotare, ait Scholiaſtes Horatii *ad lib.* 1. *Epiſt.* 15.

Teſſaracoſte, Græcè Τεσσαρακοστὴ, intervallum inter Paſcha & Aſcenſionem 40. dierum, unde nomen: cujus ſolenne ipſa Aſcenſio, Scal. V. Cæl. Rhodiginum *Antiqq. lect. lib.* 26. *c.* 21.

Teſſaracædecaſite, V. ubi de *Quatuordecimanis*.

Teſſellata Pavimenta, apud Livium *Julio cap.* 46. *In expeditionibus* teſſellata & *ſectilia pavimenta circumtulit*: ſunt materia pavimentorum, ipſa nempe ſectilia, marmoribus cruſtæ & teſſeræ, quas in expeditionibus circumferebat Cæſar, ut quoties caſtrametandum eſſet, pavimenta ex iis in prætorio ſternerentur, ab Artificibus huic rei deſtinatis; cùm apud Veteres τὸ ἐδαφος τὸν ἐν τῷ σκηνῷ ἐκ γεγαιοτρων multum munus fuerit,

erit, ut ex Polybio discimus. Fuere illiusmodi pavimenta in frequenti usu apud Romanos, adeò ut, cùm plurima eorum essent genera, illud tamen *pavimenti* appellationem propriam sibi fecerit. Itaque auctor Glossarii vertit, *Pavimentum*, ψηφιδωτὸν, ψηφιδοστρωτὸν τὸ ἔδαφος & Cicero porticum domus fuisse *pavimentatam* ait fuisse, *Pro domo*, non simpliciter ἐστρωμένην, sed *arte pavimenti*, ut Lucillius dixit. Meminit artis Seneca *lib. Controv.* 1. Antiquius *lib.1. de ord. c.*1. Gregorius Nyssenus *in Theod. Teronem Mart.* ubi Artifex talis ὁ ψηφὶς ἐν ἔργοις ἐργαζόμενος appellatur, Alii. Idem verò & μωσάϊκὸν & ψηφιδωτὸν dictus. Est autem ψῆφις, item ψηφίδιον, *glarea* & *minutissimus calculus*. E cujusmodi calculis quadratis in varios colores tinctis ac artificiose intus compactis tructum pavimentum exprimebat variis imagines aut avium, aut piscium aut hominum, aut alias quascunque. Unde Providentiam Dei, similitudine ab hujusmodi pavimento petitâ, elegantissimè illudrat Augustinus *d. l. Si quis*, dicens, *tam minutum cernere, ut in vermiculato pavimento nihil alterutrum* tesseliæ *modulum aries ejus valeret ambire, vituperaret artificem, veluti ordinationis & compositionis ignarum: eo quod varietatem capillorum perturbatam putaret, aquo illa emblemata in unius pulchritudinis formam congruentia simul cernentibus placerent*, & quæ seqq. Recentiores *marmorea exempla*, ἐξ ὧν λαττὰ dixere, ut vidimus &c. Ab his diversa lithostrota, quæ postquam sub Sulla demum cœpere, cùm pavimenta tessellata jam ante Cimbricum bellum frequentata essent, teste Plinio *lib. 36. c.* 25. lithostrota in pavimento ac folo manere. *tessellata* verò ad cameras translata, & *Musiui operis* nomine appellata sunt. V. Catalubonum *ad Suetonium d. l.* Salmasium *ad Pescennium Nigrum Spartian.* & *ad Solinum p.*1134. nec non hic palsim, ubi de *Calculis*, *Lithostratis*, *Musivo opere*, item in voce *Parimentum*. Addam ialtem, ex Plinio *d. l.* apud Græcos originem hujusmodi pavimenta habuisse, & celeberrimum in hoc genere tuisse Sosium, qui Pergami fiatuit, quem vocant, *asarotum œcon.* mirabilis operis, de quo supra V. apud eundem. *Tessellata vestimenta* occurrunt *l.* 35. *c.* 9. de quibus aliquid infrà.

Tessera, ab Jon. τέσσαρα, pro τέσσαρες, i. *quatuor*, quòd omni ex parte *quadrata* esset; in genere item cum lingua symbolique. Quæ quamuis apud Plaut. in celebritate fuerit, nemo ei qui neſciat, in Ludorum Hospitalitatis tuae ratione inprimis. Cujus figuræ essent, nomen satis indicat: materia liguiformis fuit, teste Plinio *Hist. Natur. lib.16.c.*18. Pignorius eburneas fe vidisse ait non paucas, ac ejusmodi unicè, quam penès se habebat exemplum appofuit, in *Comm. de Servis*, cum inscr. PLOMUSUS PERELI in uno latere: in altero SPECTAVIT; & icone *fusci tu tisfurcas*, in tertio *acrumi ultras*, in quarto. Unde probat, notas illas SP. & SPECT. ſicut in aliis expreſſum oftendit, quæ doctos viros hucusque torſerunt, nihil aliud ſignificare, quàm SPECTAVIT: ut detur int. lligi, conductos fuisse aliquos, velut ab Editore Gladiatores insignes, rude olim donatos, ſpectandi gratiâ, non pugnandi: *Et ſanè*, pergit, *in his Tesseris vix aliud ſymbolum videas, quàm ſuſcinctarum & palmarum, quæ ad ludum gladiatorium pertinent. Vulgatum est rum inscriptiones* (V. Aldum in Orthogr.) *aliſ cum titulo neſciosus thurarii Fiſcini, quod ego non facile sapio. Nomina, quæ in his leguntur, parvilus triuol. dubiis sunt*, ANTHUS, FAUSTUS, INGENUOS, OLYMPUS, REPENTINUS, HERMES, FELIX, PHILODAMUS, PHILARGYRUS: *& mejudice, non aliter innotuit quàm tesserarius noſtros, ut is, cui* Tesſera obsignat, *haberet ſtatim in promtu nomen erogatoris familiaris. Non pugnabo tamen admodum ſi quis Gladiatores, qui ſpectabant, interpretetur: prasertim cum in priorem illam ſua divinationem, ſua conſpiſſarum.* Ut ut res ſit, illud profecto ſtatuendum videtur, hujusmodi *Tesseras* in usu fuisse, ut Spectatores inde aliquid lucrarentur. Martialis *lib.*8. *Epigr.* 77.

Nunc veniunt ſubitis tacita munuscula nimbis,
Nunc data ſpectatas teſſera longa ferat.
Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens
Sortitur Dominos, nec laceratur avis.

In quæ verba ſic Turnebus *Adv. l.*29. *c.*9. *Inſpharcullis*, inquit, *ſeu ſeſſeris ſignela, quæ ſpargebantur in Populum, inſpirita ſunt munera vulgo teſſara vel viſaria & prafenſilum; vel abſentium ſervarum a Numph. Teſſeras, & Thurarias ſive globulos populus rapiebat, quam ſactaverunt, & quod ajunque in* Teſſera ſignum habebat, illud accipiebat ab Imperatore, ut ſi inſcriptus eſſet cervus, equus, domus, domum, equum vel cervum, à Cæſare vel Munerario acciperet. *Miſi ſilia itaque rem ipſam ſpargebant & mittebant*: Teſſeræ promittebant, *ita non laceraba ut rapientium manibus abſens avis, & implebat ſinus ſecuros.* Et ſic demum intelligitur, quod eit apud A. Gellium 4.10.c.27. de Q. Fabii Epiſtola ad Carthaginenſes miſſa, *M. Varro autem non ipſam ipſam, rem, ſicuti caduceum miſit, ſed tuas Teſſerulas, in quarum altera caduceum, in altera ſimulachra haſtæ ſuerunt inſcia.* Ad easdem videtur reſpexiſſe Claudianus *de laud. Stiliconis Panegyr.*3.

Tam viridex pardos, & cætera colligit Auſtri
Prodigia, immanesque ſimul Lucania dentes,
Qui ſeſſi ſtrato in tabulas, aureque micantes.

Inſcripti rutilum cælata Conſule nomen
Per *Proceres & vulgus eant.*

Deſcripſit autem hic Diptycha, quorum meminere Valentinianus, Theodoſius & Arcadius A. A. A. *Illud etiam conſtitutione ſolidamus, ut (exceptis Conſulibus ordinariis) nulli prorſus alteri aureum Scutulum & Diptycha ex ebore dandi facultas ſit; cùm publica celebrantur officia, ſit Sportulis nummus argenteus*, alia materia *Diptychis*. Et Symmachus *l.*2. *Epiſt.*80. *Quæſo igitur, ut ejus nomine Diptycha & Apophoreta ſuſcipere dignemini, qui apparatui ejus pluralia & practara tribuiſtis, præcres Domino & Principi noſtro, ad referendam largitatis ejus ſeſtulam magis, quàm parem gratiam; auro circumdatum Diptychum miſi, cæteros quoque amicos eburneis pugillaribus & caniſtellis argenteis honor.* Hæc Ipſe. Unde epigrammæ pxplicant nobis ſententiam Theodoſii & Valentiniani, *l.* 3. *C. Theodoſ. de diverſ. rel. Perſiſchoregia nomen penitus amputetur & Teſſeræ deſignentur, & noſtræ pietatis nomine conſentur*: quod eſt, *feliciſ nomine pietatis noſtræ impreſſi ſignentur*, ut Imp. Zeno loquitur *l.*10. *C. de aquæduct. lib.*11. Non enim ſatis erat, ut *Honoriane* appellarentur. V. Pignorium *loco prof.* Hoſpitalitatis *Teſſeras* quod attinet Vett. ulitatiſſimas & Homero ſæpiùs memoratas, erant itidem ex ligno, aliave quandoque materia: quæ in duas diviſæ partes jis inter duos hoſpitii firmabant, ad poſteros quoque tra nsmittendum. Hinc apud Plautum is, qui Antidomo hoſpite uſus erat, poſt hujus obitum, filium ejus adoptivum, certâ hoſpitii ſpe adit, *Deum.* inquiens, *hoſpitalem & teſſeram meum ſeio*: Contrà dicit in hoſpitem violatæ reus, *Teſſeram hoſpitii confregiſſe* dictus. Qua de re V. plura ſuprà, ubi de *Hoſpitibus*. Præter has *Teſſeras frumentarias* jampiùs occurrit; apud Suetonium inprimis. Cùm enim lege Gracchi effet obtentum, ut frumentum populo divideretur, & quidem ſenis æris trientibus in ſingulos modios veniret; P. autem Clodii rogatione effectum eſſet, ut gratis daretur: Octavius Aug. ubi Imperium adeptus eſt, ſummopere curavit, ut illud inſtitutum ob-ervaret, hacque liberalitate Populus benevolentior ei redderetur. Ideoque *ter in annum quaternum menſium* Teſſeras *dare deſtinavit, deſtinationique conſuetudinem veterem conceſſit rurſus, ut ſuis quisque menſibus acciperet, atque ipſaper Prafectum frumenti Populo dividerentur*, Suetonius *in vo c.* 4. Fuere autem hæ *Teſſeræ* ſigna, quæ qui exhiberent, frumentum Romæ accipiebant. Hadr. Turnebus *Adv.* 1.19.c.26. exiſtimat, fuiſſe fruſtilla lignea quadrata, certâ inſignita, & notata formâ, quæ data ſine iis, quibus jus fuerit petendi frumenti publici, ideoſque à Gr. τέσσαρες, uti dictum, derivat. Hoc certum eſt, & ipſas minutas fuiſſe, *Teſſeras* proin Perſio dictas,

Bubilis exuvii ſeſtibus ſum Teſſerulam *Fer.*

An autem eodem referendi ſint parvi obbollingiei, de quibus Joh. Xiphilinus, Epitomator Dionis, dubitat Pignorius, formâ reclamante. Interim cùm videamus non rarò tranſire in aliam figuram res, quæ ab ært ſunt, manentibus tamen primigeniis nominibus: non temerè ἐφιμέρια hæc Dionis è numero *Teſſerarum* eximenda videntur. Accedunt ad ea, eburnea quædam circularia ſegmenta, notis numeralibus inſcripta de quibus Romæ etutis A.C.1607. Pignorius quædam ex archetypis expreſſit in ſuo de *Servis Comm.* Ab his *Teſſeris Frumentariis*, an diverſæ fuerint *Teſſeræ nummariæ*, anhæ in vicem frumenti datæ, quarum idem Suetonius, ubi ſuprà, meminit, quærunt Eruditi: ad inopiam certè Plebis ſublevandam & illis ſuiſſe adhibitas, ibi legimus V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom.l.*7.c.34 Thomam Godvvynum *Ambol. Rom.l.*2. *Sect.*3.c.13. Ii Catalubonum *ad Severum Spartian.* ubi *Teſſeras* has *frumentarias* diſtinctas ita fuiſſe cum Guil. Budæo ſtatuit, Salmaſium *ad Aurelianum Vopiſci*, Alios; nec non ſuprà paſſim, ubi de re *Annonaria* & *Frumentaria* Vett. item in voce *Panis*. De *Teſſera Militari*, infrà dicemus: de *Teſſeris Viſitum* ſeu *Scutulis* quadratis vix, clavis, quæ veſtibus intexi apud Vett. quoque ſolebant & Græcis κάλοι, κλῆροι, ῥάβδοι, infimæ Latinitatis Auctoribus *tabulæ* dicuntur (ſicut rotundi clavi in iis, *anuli* Latinis, Græcis στρογγύλοι, κέγχροι & κεγχρώματα, dicti ſunt) egimus ſuprà non uno loco. Addam Plinii locum de Zeuxide Pictore *l.* 35. *c.* 9. *Opes tamen acquiſivit, ut in oſtentatione earum Olympiæ, aureis literis, in palliorum teſſeris, intexum nomen ſuum oſtentaret.* Sed & ad mandata perferenda *teſſeræ* adhibitæ, ut ex Livio diſcimus paſſim. Qua notione vox extat apud Suetonium *Galba c.*6. *ſolemni ſorte ſpectaculo plaudentes inhibuit*, data teſſera, *ut manus pænulis continerent.* Ubi *teſſeram* vocat Ducis præceptum, quod ab iis, qui proximi erant, primò exceptum per ſucceſſionem ad omnes perveni: nec refert, quod voce datum eſt, ſive in pittacio ſcriptum. Utroque enim modo fieri ſolitum, Caſaubonus *ad l.* Ad alia item: cujusmodi *Teſſerarum* magnam copiam adfert Tomaſinus *de Teſſeris hoſpitalitat.* non ita pridem juris publici factus, è quo duas matuò ſumtas transtulit Andr. Fritius *in ultimum Pignor. edit.* unam cum inſcript. MANLII MARTIALIS ſpectaculis deſtinatam; alteram, quam amatoriam fuiſſe amantiumque nomina peculiaribus inſricata notis exprimere, arbitratur Olaus Vvormius *in Museum. Dan.*1.22. &c. Hinc *Teſſerarii* in familia dicti, qui adferentibus *Teſſeras*, quas acceperant, frumentum, nummos, veſtem,

gemmas, mancipia, jumenta & cœtera hujusmodi vicissim erogabant. De iis extat versus Romæ Inscr. *Symboni Tesserario Sor. Cæsaris de dono Gelasianus sicis Philodoxianus ex Hermæo Fratri* b. m. apud eundem Pignorium, ubi *suprà*.

Tessera Militaris, Palamedis inventum, Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. tabella erat inscripta, quæ Sole occidente à Tribuno accepta ferebatur ad signorum Principes, rursumque ad Tribunum redibat, unde is omnibus datum erat signum cognoscebat, necdum se intendentibus tenebris, perque omnes ad se pervenille, Cælius Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 21. σύνθημα vocat Polybius, quod tabcola esset tabella *lata* inscripta; item ἔμβολον, quòd *tegno*. Parthenii Spartani luno ejus vice, aliàs Spartani arundine, uti sunt: Septem Persæ, dum Magos noctu adoriuntur, nodum politum tiaræ in frontem, eodem fine rejecerunt; nonnunquam & voce seu clamore, buccina, antiquitus fe. dabatur. Nempe hoc bellico symbolo signoque socii milites dignoscebantur ab hostibus, ut pro quibus, & contra quos, arma sumerent, haberent notum, ut hodieque fieri videmus. Dabatur a. illa celeritimè. Statius *Theb. lib.* 7. vers. 38.

——— *Fugit ordine velox*
Tessera ———

Et quidem Ephicrates militibus suis dedit tesseram, *Mercurium Philium*; Julius Cæs. *Victoriam*, Pompeius M. *Herculem Invictum*. In Pompeji Jun. castris tessera fuit, *Pietas*; in M. Antonii *Lætitia*, Syllæ *Apollo*, ut & Bruti in Philippicis. Augustus *Venerem Genii Cæsaris*, Nero *Spiritum mundum*, Antoninus *Aequanimitatem*, Severus *Laboremus*, Pertinax *Militemus*, Manuel Comnenus *Ferrum*, Christiani in Orientem militatum profecturi cives, *Deus vult* &c. Sed & Cyri tessera fuit, *Jupiter belli fautor & dux*, Demetrii Poliorcetæ *Jupiter & Victoria*, Antiochi Soteris adversus Galatas moturi, *Bene vacare* &c. V. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 4. *cap.* 2. Hanc qui militibus tribuebat ac per contubernia militum prætorianorum nuncupabat, *Tesserarius* itidem dictus est, apud Romanos, cujus officii mentio non infrequens in vett. *Inscr.* Sic legimus, TESSERARIO. OPTIONI. FISCI. CURATORI. Item IN. EIS. TESSERARIO. OPTIONI. VEXILLARIUS, apud Salmasium *Not. ad Adrianum Spartiani*. In quarum illa miles ex *Tesserario* promotione factus Optio & postea Procurator Fisci: in hac ex *Tesserario* item Optio, inde vexillarius factus, indigitatur. V. hanc in rem apud eundem *ibid.* Hinc nec non apud Lipsium *de Militia Rom. lib.* 5. *cap.* 9. & ad *Polyb.* Bernartium ad *Statium init. lib.* 10. Alios. *Tesseras* v. dare non esse Imperatorum, sancit Leo Imp. *in Tactico cap.* 20. *vers.* 180.

Tessera, nomen ludi apud Vett. multum usitati. A. Gellius *lib.* 1. *cap.* 20. Κύβος *est figura ex omni latere quadrata: quales sunt* Tesseræ, *quibus in alveolo ludimur: ex quo ipse quoq; appellatus videtur*. Ubi *Tesseras* five cubos *à cubo* denominari scribit: aliis *Tesseras* ipsum figuram, quæ cubi appellatione, cubo tamen deficiente exiliimantibus. Quale id ludi genus fuerit non adeo obvium: Dempsterus cum *Talis* confundit, uti visum; At numerus Talorum major. Martialis *lib.* 4. *Epigram.* 15.

Non sum Talorum numero par Tessera:

Talis enim ludebatur quatuor, *tesseris* verò duabus, ad summum tribus. Et distinguit Gellius *lib.* 18. *cap.* 13. *Talos aut ossiculos* ut alia omittam. Quorum nos hoc nomine intelligit Ludum duodecim scriptorum, admodum similem illis, qui hodie *Trictrac*, aut *Verkeeren* aut *Lurtschen* aut simplicius genus *Aus und ein* Gallis Germanisq; utrisque appellantur. Et certum in tabula lusoria, ut apud nos, sic olim apud Vett. duplicem præcipuè lusum viguisse, *Calculorum* seu *Latrunculorum* & *Tesserarum*, quem & *Tabulæ lusum* simpliciter nominabant; in quo calculi quoq; adhibiti. Mittebantur itaque *Tesseræ* vel jactibantur per pyxidem seu fritillum, (præter pyxidem etiam ψηφοφόρον habet Joh. Antiochenfis) ut hodiecque inter colluiores diffidentes: Calculiq; dabantur & movebantur in eadem tabula vel alveo lusorio, notato duodecim lineis, five scriptulis utrinque. Martialis,

Hic mihi discreto numerantur Tessera *puncto*:

Per quæ collocabantur & procedebant calculi, prout illos Fortuna jactûs & ars jactum dispondentis juvisset: Calculum verò reducere licitum non erat, nisi adversarius concederet. Erant calculorum triginta, quindecim ruffei feu nigri & quindecim albi: *Tesseræ* verò plurimum duabus, interdum & tribus utebantur. De illis cento Virgilianus,

Triginta magnis adversos orbibus orbes.
De iftis, Seneca *in tudo de morte Claudii*,
Nam quoties miffurus erat, resonante fritillo,
Utraq; fubdubio fugiebat Tessera *fundo.*

Seriem linearum feu fcriptorum, *ἰτὰν* Petronius, *Framitem* vetus Epigr. vocat; quem qui occupaffet, & adverfarium cum calculis in fua parte frequentibus, minimùm uno, reliquiffet, victor erat: Quod Petronius *omnium teffcrum iter confumere*, ait, V. Joh. Fridericum Gronovium *de Pecunia vet. l.* 3. *cap.* 15. & fupra, ubi de *Scriptorum duodecim* ludo. Inventorem Ludi, Gr. τῆς πεττείας, Palamedem faciunt plurimi. Nonnulli de Latrunculorum id concedentes ludo, *Tefferarum* ludum ab Ægyptiis ortum fuiffe, contendunt ex Platone *in Phædro*: Nam πεττεῖα hæc eiufmodi Solis oftendebat, per duodecim Zodiaci figna, ut Euftathius monet. V. Anton. Thyfium *Notis in Gellium lib.* 1. *cap.* 20. Salmafius duplicem apud Græcos ufitatam πεττείαν contendit, alteram fimpliciffimam, quinque folùm calculis: (quos Græci πεττοὺς dicunt) ab utraque ludentium parte, absque teffcris, tractatam, alteram, longè operofiorem & ingeniofiorem, teffcris calculisq; 15. utrinque ludi foliitam: In illa. tabulam decem lineas habuiffe, quinas ab utraque parte, & mediam inter illas, *Sacram* dictam, ad quam victus quafi ad ultimum anchoram confugerit; in illa, duodecim lineas five fcriptas fuiffe, in quibus ad *teffcras* jactum calculi fuerint dati: illam Palamedis, hanc Ægyptiorum fuiffe inventum ait. Certè Sophocles de his πεττοῖς loquens, quos primus invenit Palamedes, femper eos ἀπὸ τῶν κύβων feparat: Hefychius quoque, ubi πεττίσαι ἀπὸ τῶ κυβεύειν diftinguit, priori voce fimplicem illam, quæ meris calculis: poftcriore vel fimplicem item, in qua meris teffcris: vel duplicem illam, in qua & teffcræ jactabantur, & ad earum jactum calculi movebantur, quamq; Δύο κύβων πεττίσαι pene alibi vocat, intelle&tam ait. De *Latrunculorum ludo* fuo loco. Materiam quod attinet, apud Petronium *Satyr.* Trimalcionem tabula terebinthina, *Teffcris* cryftallinis, & loco calculorum aureis argenteisque denariis, ufum fuiffe, legimus: E ligufiro & ebore alias *Teffcræ* frequentes, &c. Hæc de ludo, in quo & *Teffcris* & calculis pugna fiebat: Sed & folis *Teffcris* non raro ludebant, & quidem tribus antiquitus; medià tenùs duobus, poftremò uno & quidem redeunte. In hoc ludo, miffus feu jactus duo inprimis notabiles erant, *Senio* & *Canes*; quorum ille Græcis Κῶφ., hic Χιὼν, dictis eft: Suid. in voce Κῶφ., ὁ μὲν γὰρ Χιὼν ἐδύνατο ἓν, ὁδὲ Κύων δύο. Unde Prov. Κῶφον καὶ Χίον, de comparatione maximè impariun. An autem hi jactus à numero punctorum, an *Teffcrarum* omnium fitu, nomen nacti fint? (Non enim fingulis *Teffcris*, fed tribus, ut dictum, luiffe videntur) incertum eft. Interim hoc certum eft, *Teffcras* punctis notatas fuiffe, Hadr. Turnebus *Advers. lib.* 5. *cap.* 6. Quò proin trahit Gronovius *verfum* Martialis *de iifdem puncto*, proximè laudatum: quæ cum alii explicent de lineis feu fcriptis feu γραμμαῖς tabulæ, ille de numeris, in ipfis *Teffcris* punctis ac fignatis, accipit: Ita enim is, *Unde numeros pro Teffcris, in quibus numerantur puncta, Ovidius: Numeroq; manu jactabit ebur nec ab re nihil verius illa vulgi Interpretum fententia, in hac Tabula binis teffcris ludi, five exercetur*? Imò *numeros* τὰ σφαγία. *

audiat ille

Testarum crepitus

Testas, inquit, *antea percutiebant saltantibus Pantomimis, quia tunc non erat, ut Mesochori percuterent manibus.* Etiam *testarum jactatione in mare* ludebant olim pueri, de quo sic Minucius Felix *Octavio*, *Is lusus est*, inquit, *testam teretem, iactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam testam plano situ digitis comprehensam, lateribus iustum aq; humilem, quantum potest, super undas iurrare: ut illud iactatum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur: vel summis fluctibus tenuis emicaret, emergeret, dum assiduo saltu subleretur. Is se in pueris victorem ferebat, cuius testa & procurreret longius & frequentius exsiliret.* Graeci τὸν ἐπακτὸν hunc lusum appellant. Hesychius, ἐπαφιέζειν, ἐφάσκοις πειέζειν, V. Paul. Leopardum *Emendat. lib. 6. c. 8.* Defider. Heraldum *Caffigat. & Notis*, ad Jac Ouzelium ſ. c. *Animadverſion. ad Minutium*, Alios. Sed hic teſta, quo calculo eſt ſeu lapillo, uti *teſtum* apud Perronium, ubi de XII. Scriptorum ludo, *Dum ille*, inquit, *omnium teſtorum iter ludo conſumit.* Aliud erat ἐφάπτα ἀπεστραμμένη, *teſta converſa*, indigitata Platoni *lib. 7.* & Polluci deſcripta, hoc modo: Pueri ducta à medio linea, duas in partes ſeſe diſtribuebant, quarum altera *intra teſtam*, altera *extra* dicebatur. De inde mittente quopiam ad lineam *teſtam*, utrius partis ſuperior extiſſet aliquis, hunc infeguebantur, qui illi adhærebant, reliqui in fugam converſi. Cuidam è fugientibus, qui comprehenſus eſſet, is confidebat, Ὀστράκινος, *oſtinus*. dictus, teſtaque projecta dicebat, *Non dies*: nam interior teſtæ pars pice fubtira erat, quæ nocti reſpondebat &c. V. Eraſmum in *Adagiis*. Sed & lævitiæ inſtrumenta *teſtæ*. Ut enim vaccordiam Gallorum Cybeles præterearn, qui *teſtâ* (quam *Samiam imbellem* appellat Lucillius à loco, quod *teſtæ* ibi optimæ fierent) virilitatem ſibi olim demeſſuere: *teſtarum fragmenta impolita jacentibus ſubſtrata*, inter Vetti. tormenta, memorantur Euſebio *Hiſtor. Eccl. lib. 4. cap.* 14. etiam miſere jam lacerati ac conciſis corporibus, velut pulvillorum vicem præſtitura, *Epiſt.* Seniorum Eccl. Smyrn. *de Martyrio B. Polycarpi.* Quin & iisdem vulnera tricabantur. *Paſſio* Tharaci & Sociorum *Interrog. 1. Præſes dixit: Tollite* teſtam, *& plagam reficiate. Minutatim ite exterminabo.* De quo ſuppliciigenere, in Martyres à Tyrannis crebrò uſitato, multis agit Prudentius *Corona Paſſionis Vincentii*, *verſ.* 253. & *ſeqq.* ubi inter alia

Fragmenta teſtarum
Effrata, impoſitis angulis
Acuminata, informia
Tergo jacentis ſternerent.
Tutum cubile ſpiculis
Armant doloris anxii
Inſomne quæ ſubter latus
Mucrone paſſim vibria Sec.

V. Sam. Bochartum *Hieroz. Part. poſter. lib. V. cap.* 17. ubi illa verba Dei de Leviathane, apud Jobum, *Proſo* (cubili, ut quidam capiunt) *ſunt acumina teſtæ*, explicat, Caſp. Iuſuper Barthium *Animadverſion. ad Statium Theb. lib. 5. verſ.* 597. Gallonium *de Martyrum Cruciatibus cap. 6.* Alios: ut & plura hanc in rem ſupra, in voce *Calculus*, *Lapillus* &c. Addo tribus verbis, *teſtam* vas vinarium fuiſſe, apud Martialem *lib. 1. Epigr.* 27. teſtâ menſas ſuas fulcire conſueviſſe pauperes, *lib. 2. Epigr.* 43. iisdem urinam exceſſiſſe fullones, *lib. 6. Epigr.* 93. Sed & in angiportis paratas fuiſſe lis, qui illam emittere vellent. Unde idem *lib. 12. Epigr.* 48. flatim à cœna nullam manere gulæ voluptatem oſtenſurus ait,

Lauta tamen Cœna eſt: fateor, latuiſſima: ſed cras
Nil erit, imò hodie; proximus imò nihil;
Quod ſcias inſelix damnatæ ſpongia virgæ,
Vel quicunque canis, junctaq; teſta vie;

De *teſtaceis navibus* hic *infrà*.

Teſtacea, in Aquatilibus, dicuntur, *oſtrea conchæ, cochleæ*; ſicut *cruſtata*, cancer, paguri, magida, locuſta &c. Homini inferviunt, ad cibum, ut oſtrea: ad ornatum, ut conchylia & murices, unde purpura; pinnæ item, unde margaritæ eruuntur: ad fuſtibum, ut ἄνυξ, conchylii operculum, Hebr. *Schoheth*, quod inter aromatum ſpecies cenſetur, Exodi *cap.* 30. *verſ.* 34. & Eccleſ *c.* 24. *verſ.* 21. Sam. Bochartus ubi ſupra, *lib. I. cap.* 8. Sed & *ſcaphis teſtaceis* in Nilo Ægyptios uſos legimus, apud Strabonem, ubi de canalibus ac foſſis ſtatim: ἐν δὲ ταύτοις ὀστρακόδερμα, ὅσα τῷ ὑφαίνειν ἐπιτήδεια. Quod Juvenalis *Sat.* 15. explicat,

Parvula ſictilibus ſolitum dare vela phaſelis
Et brevibus pictæ vomis incumbere teſtæ.

Nempe ex *teſta ſictili*, de qua ſupra, ſtiuſmodi ſcaphas factas, indigitans. Sed & teſtudinum marinarum *teſtas* Chelonophagis pop. cafarum vice fuiſſe, ſupra diximus: quidni & ſcapharum? Plura V. infrà, in voce *Teſtudo*.

Teſtamentaries, in Eccleſia Rom. Officium Monaſticum eſt, penes quem fuit diſpoſitio piorum legatorum, ſeu ab exteris ea, ſeu à domeſticis proficiſcerentur, tanquam *teſtamentorum* executorem, uti diſcimus ex Brouvero *Antiqq. Fuld. lib. 2. cap.* 10.

Teſtamentum, alienationis ſpecies eſt, & juris naturalis. Quamvis enim id, ut actus alii, formam certam accipere poſſit, à jure civili, ipſa tamen ejus ſubſtantia cognata eſt dominio, & eo dato juris naturalis. Poſſum enim rem meam alienare, non purè modò, ſed & ſub conditione; nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter, atque etiam retentâ interim poſſeſſione & pleniſſimo jure fruendi. Alienatio autem in mortis eventum, ante eam revocabilis, retento interim jure poſſidendi, ac fruendi eſt *Teſtamentum*. Vidit hoc rectè Plutarchus, qui cùm à Solone diviſſet permiſſam civibus Teſtamenti factionem, addit: Τὸ χάριν τῶν τεκέων ἢ γυναικὸς ἀνεῖλε, *Excepit, ne res caſæ, ſuæ propriæ & in pleno dominio eſſent.* Quo jure Abrahamus Patr. ſi hinc liberis deceſſiſſet, res ſuas Eliezero reliquas fuerat, ut indicat locus Genes. *cap.* 15. *verſ.* 2. Quòd verò alicubi externis *Teſtamentum* facere non conceditur, id non eſt ex jure Gentium, ſed ex jure proprio illius civitatis, & fortè ab illa veniens ætate, quâ externi quaſi pro hoſtibus habebantur: itaque apud moderatiores populos meritò exolevit. Sic Grotius *de jure Belli ac Pacis lib. 2. c. 6. ſect. 9.* in. Apud Romanos tria fuiſſe *teſtamentorum* genera, A. Gellius docet *lib. 15. cap. 27. Tria enim genera Teſtamentorum fuiſſe accepimus, unum quod Calatis Comitiis in populi concione fiunt: alterum in procinctu, quum viri ad pralium faciendum in acies vocabantur: tertium per familiæ emancipationem, eas ætas & libra adhibebatur.* Quæ verba haud aliunde meliorem accipient lucem, quàm ab iis, quæ Theophilus ſcribit in *Paraphr. Inſtit. lib. 2. tit. 10. de Teſtamentis.* Et quidem de Teſtamento, quod *Calatis Comitiis* dicebatur, *Teſtamentum*, inquit, *hoc tempore pacis feſtabat his in armis hunc in modum. Prisco universum circumibus Populum conclamans & ultro Populus congregabatur, & ita qui volebat, ſuſe Populo, Teſtamentum ſcribebat. De Teſtamento in procinctu* paulo poſt: *Procinctum verò Teſtamentum eſt, quod ſiebat, cùm in pralium ſtens exiturus numeraſ, ab habitu, in quo Teſtamenta ſiebant, ſortitum eſt. Nam cùm in incerto eſſet, an rediturus eſſet, procinctû* (i. parati ad prælium) *Teſtamentum priùs factò in pugnam exibant.* Pergit dein, *Porro cùm hæ duæ ſpecies tantùm in uſu eſſent, revenitus, ut nonnulli reperiuntur movre jubilati interfati moreretur*; neq; *enim Calatis Comitiis teſtabantur, quia nondum inſtaret tempus*; neq; *item in Procinctu*, *quia bellum non eſſet. Deinde & illud mali omnia videbatur, ſam quempiam & valetie corpore* Teſtamentum *facere. Ob hæc igitur tertia ſpecies inventa eſt, qua dicebatur per Æs & Libram*: *Pilabat enim per emancipationem. Porro emancipatio eſt imaginaria venditio: in hunc verò modum vendebatur: Quinq; adeſcan teſtes & Libripens, cives Romanus, bimi, puberes. Alius ita pronuntiabat, is qui ſucceſſor defuncti erat futurus, patrimonium mortiuri emebat, verbis gravidam dicens ſolennia, & imaginairi preſti nomine nummum rerum domino dabat; appellabatur &* Familiæ Emptor. *Deinde ordinabat moriens, quid poſt mortem ſuam fieri velles, dicebat enim Familiæ emptori ſive hæredi: Hanc volo dari fundum, illi domum, alli centum ſolidos. Quo Teſtamenti genere inveniens, priora illa jam longo tempore in deſuetudinem abierant. Sed & teſtandi genus per Æs & Libram, paulatim ſe ingeſſit corpori. Nam cùm idem Familiæ emptor eſſet & hæres, pro certo habens ie ſe hæredem futurum, in dominum hæreditatis ingreſſus comparabat, unde complures pro veteri more familiæ emtorem adhibebant, qui imaginaria emptione patrimonium mortiuri emeret, Sed Teſtator ſeorſum in tabulis aut chartis, quemſibi hæredem eſſe velles, ſcribebat,* V. de hoc ultimo Teſtamenti genere, Joh. Frider. Gronovium *de Pecunia vet. lib. 4. cap.* 7. Ordinem in *Teſtamentis* obſervari ſolitum, annotavit Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib. 1. cap. 1. Primo capite* (ſeu in prima cera) *hæredis ſedem inſtituto. ſive unus, ſive plures eſſent, qui in univerſum bona ex deſuncti voluntate caperent. Sequenti capite & in ima cera, ſecundi hæredes, legata & relicqua Teſtatoris voluntas ac diſpoſitio ponuntur: ſive aliquos ovre gravare, aut ſi quibus dari ſervive oportere, Teſtator pro ſua voluntate, arbitratus eſſet: qui non Hæredes, ſed Legatarii ſunt dicti.* Fiebat autem id, ut etiamnum, tepetem teſtibus præſentibus, origine conſuetudinis tradâ ex Lege XII. Tabb. *Ut cum Pater familiâs ſuper familia ſua legaret, nexum faceret, pecq; ſuæ & Libram familiam manciparet: ac prater Libripendem cives Romanus puberes nominus quinque adhiberet*: Ubi *de Teſtamento per Æs & Libram*, quod aliàs quoque *Teſtamentum per Nexum*, agentes Decemviri, in hac imaginaria venditione quinque cives Romanos, Libripendem & emtorem, adeoque numero 7. requirebant. Verba ſolennia, quæ dicens Emptor, patrimonium mortiuri emebat, uti diximus, hæc erant; *Hunc ego familiam, quæ mihi empta eſt hoc ære, æneaq; libra, jure Quiritium, meam eſſe aio*: Deinde ære percutiens libram id æs dabat ei, à quo hæredium exſpectabat, quaſi loco pretii. Quæ manceipatio cùm facta eſſet, tum ordinabat Venditor, quid poſt mortem ſuam fieri vellet: atque hæc *Teſtamenti nuncupatio* dicebatur, quæ ſic conſeverat fieri, teſte Ulpiano *lit. Inſtitut. 20. Tabul. ex Teſtamenti Teſtator ita dicebat, Hæc uti his tabulis cerisq; ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita testor, ita vos Quirites teſtimonium prabitote* Fuiſſe verò *teſtandi jus* in ſolis Patribus familiis, annotavit Roſinus *antiqq. Rom. lib. 3.* & Gaterium ingens apud Romanos *Teſtamentorum* licentia, notatur Suetonio in *Auguſto cap.* 55. ubi, *Jo ſit quorundam invidioſi non petulantibus laceſſitum, contradictoria edicto. Et tamen de inhibenda Teſtamentorum licentia, ne Senatus quicquam conſtitueret, etiam interceſſit*, refert. Mos ſe. fuit Romanorum in Teſtamentis increpare alios, maledicere aliis, & liberam, de quibuscunque vellent,

etiam

etiam de Augustis ipsis, vocem edere, uti Luciano, apud quem Nigrinus Romanos per totam vitam *μίαν φωνὴν ἀφεὶς, unicam vocem vertam*, edere, in Testamentis viz. ait. Clausula usitata fuit, *ut tribus personibus subveretur*, Casaubonus ad *Augustum Suet. cap.* 101. Obligabantur olim solenni ritu, de quo pluribus agit Jo. Kirchmannus de *Annulis cap.* 5. Sic condita autem Testamenta iidem Veteribus plerumque commendabant, uti de Cæsaris testamento legimus, apud Suetonium *in eo cap.* 83. Nonnunquam plura ult. mæ voluntatis exemplaria seu *ἀντίγραφα*, diversis locis, majoris fecuritatis causâ deponebant, de quo more *ad eundem in Augusto c.* 101. Casaubonum vide &c. Sed nec privatorum solum opes, verum integra quandoque Regna *Testamento* ad alios tranfiere: quod de Regnis patrimonialibus, non vero de iis, quæ Populi voluntate delata sunt, intellectum vult Grotius. Sicuti Rex Salomo Regi Phœnicum Hieromo dedit urbes 20. 1. Regum *cap.* 9. *vers.* 6. quas proprio jure poffederat: ita Attalus R. Eumenis fil. Regnum Pergamenum, & poftea Nicomedes IV. Bithyniam, Romanis *Testamento* legavit, apud Florum *lib.* 2. *Epit. Liv.* 58. Unde Cicero *fec. in Rullum, Hæreditatem cernimus, regnum Bithyniæ*. Libya quoque pars Cyrenaica eisdem ab Apione R. relicta eft, Tacit. *Annalium lib.* 14. Et *quis ignorat*, verba funt Tullii *de lege Agr. Regnum Ægypti, teftamento Regis Alexandrini, Populi Rom. ejus factum eſſe?* V. plura apud præn. Grotium *de Jure B. ac P. lib.* 1. *cap.* 3. de Legibus vero *Teftamentorum* nomine latis V. infra. Apud Ethnicos nientes ante Solonem nominibus licebat extra gentem & familiam fuam hæredem fcribere, ex Lege memorata Plut. *in Solone*: Ἐὰν τῷ γένει τὸ παράπαν μὴ ᾖ προσήκοντι τὸν κύριον ἀφιέντα. Cujus ratio eft apud Platonem *de LL. lib.* 11. quia *bona teftantis non funt, fed gentis & familiæ*. Neque tamen omnibus fas fuit indifcriminatim & Solonis lege fuis *Teftamento* dare legare: Feminis namque & pueris non licebat dare legare Teftamento cuiquam, quod excederet pretium medimni hordei, ſtatis ἐξήκοντα δραχμῶν, παῖς γενόμενος τὰ αὐτὰ ἐξῆν, quod ifcitur de *Artiarchi hær.* Quæ lex non fuit folis divitibus, fed etiam pauperibus fcripta: habuitque pro modulo, pauperiorum cenſum ſeu fœnus annuum cenſus eorum. Ceteris conceſſit Solon neceſſitudini generis amicitiam præferre, & bona in unius cujusque poſuit manu, ut poſſent quem vellent hæredem fcribere, nullis fuperſtitibus liberis maſculis, ſi modo non eſſent furioſi, aut vi morbi aut fenectutis, vel phantasmatum de mente ejus hæri dejecti, aut ab uxoribus circumventi, aut denique neceſſitate impulſi, aut in vinculis habiti, ex Lege, *Ὅσοι μὴ παιδοποιοῦνται, μετ' ἐκείνους ἐξεῖναι τοῖς ἐγγυτάτω γένους τὰ χρήματα καταλιπεῖν, ἐὰν μὴ ἐθέλῃ, ἢ μὴ ᾖ παῖδας ἐκ γνησίου ἄρρενας, ἢ ὑπ' ἀνίας ἀφραίνῃ, ἢ ὑπὸ γυναικῶν πειθόμενος. ὧν εἶναι τὰ παραινοῦντα, ἢ ὑπ' ἀνάγκης ἢ ὑπὸ θεραπείας κεκλῃδωμένα.* Demoſth. *Leochar.* 2. Qui ſolis civibus Aboriginibus & indigenis *Teſtamentum* facere conceſſum eſt: cum aſcriptorum civium, qui orbi eſſent, bona in Ærarium fuerint relata. Qui vero hæredes ſcribebantur, etiam in filios ad unebantur, ſi aus *l. c.* inde perreg ini hæredes ſcribi non poterant ab Athenienſi cive, Plato *ubi ſupra*: quod etiam apud Romanos obtinuiſſe colligitur, ex Reſcripto Imp Titi Æſii Antonini A. ad Anteſtianum, *l. 1. C. de hæred. inſtituend.* Nec nothi, nifi adoptione in familiam eſſent adſciti &c. In conſeribendis tabulis Magiſtratum advocabant qui præſentia fui illas vel confirmare & ſubſcribere, vel ſolvere ac infringere: Harpocration & Pinarchus. Vid. Iſæus, Alii. Nominatim verò Aſtynomus advocabatur, Idem de *Œconymi hær.* Nonnunquam, qui *Teſtamenti* tabulas conſignabant, advocabant teſtes, non eorum, quæ Teſtamento ſuo dabant legabant, ſignatæ enim erant jam tabulæ, ſed ut meminiſſent & teſtarentur, illum Teſtamentum feciſſe, Idem de *Nicoſtrati hær.* Factum etiam eſt, ut nullæ tabulæ ſcriberentur ſicut apud Romanos calatis Comitiis) ed Teſtator voluntatem tum pro concione declararet & voce nuncuparet. Plut. *in Aciliinale*: quod tum fiebat quando convenerat Populus, *ὅτε ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις*. Quod ſi Pater *Teſtamentum* ſcripſerit, & liberis maſculis hæredes ſubſtituerit, ſi ante annum viceſſimum ætatis liberi decederent, ratum id erat ex Lege: *Ὅσοι αὐ γνησίοι ὄντες ὑφ' ὁ πατὴρ ἐλθόντες, ἐὰν δοκιμάσωσιν οἱ ἀεὶ περὶ τοιούτων κύριοι, τῶν τοῦ πατρὸς ἀξιούντων κύριον εἶναι.* apud Demoſthenem *loco cit.* Superſtite tamen fœmina prole, licebat *Teſtamento* ſua dare legare alteri, ſub hac conditione, ut filiam ſuperſtitem alteri in matrimonium duceret: Ita enim Lex: *Ἐξεῖναι ἀφιέντι ὅτῳ ἂν θέλῃ τὰ αὑτοῦ ἐὰν ὑγιαίνῃ γνησίας θυγατέρας καταλιπὼν ἢ ταύτας, apud Demoſth. de Pyrrhi hær.* Adoptatis a. fi orbi decederent, *Teſtamentum* ſcribere non licebat: Nam aut filios habebat Pater adoptans ſuperſtites, aut ab inteſtato hære. ditatem illius adibant ejus propinqui ex Lege: *τὰς πανθήκας μὴ ἐξεῖναι διαθέσθαι, πλὴν ζώσης γυναικὸς ἐπιτιμίου τῷ γήμαντι ἐπαινέσῃ, ἢ παιδοποιησαμένῳ ἀποθάνῃ τοὺς τῆς ἀρχῆς οἴκοθεν ὄντας τὸν παντοκράτορα*, apud Dem. *c. Eubulerem*. Itaque Pater naturalis teneret non poterat hæreditatem filii, quem adoptandum dederat in alienam familiam, *Ibid.* &c. V. plura apud Sam. Petitum *Comment. in Leges Atticas, libro* 6. *titulo* 6. albiq; paſſim. Ut de veteribus Germanis hoc unum addam, *teſtari* illos non fuiſſe ſolitos ex Luciano, quod ſuorum ſententiæ adeſſent, proximos agnatos, in eorum ſucceſſiſſe bona, *ab inteſtato*, adnotat Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 6. *cap.* 6. Atque hactenus de *Teſtamento Civili*, præter quod aliud *Phyſicum* dictum, occurrit apud Varronem *in Bellcres*. Mandatum viz. morientis, cujusmodi eſt Micipiæ R. apud Salluſtium *in Jugurth.* Archippi & Antigenis *in Epigramm.* Patri apud frugeri. *lib.* 3. *c.* 7. &, ut alios omittam, Ghoniti Imp. apud Suetonium *Veſpaſiano cap.* 6. ubi is *extrema obſeſſionis ultionem mandaſſe* Veſpaſiano, ut hæredi & amico, legitur. Ultionem enim mortis ſuæ Romanos hæredibus Teſtamento commendaſſe, etiam aliunde diſcimus, V. Marcilium *ad h.* Ex hoc vero teſtamentorum genere nata eſſe civilia, Tullius notat *de Finibus lib.* 3. Hinc *Teſtatio*, apud ſcriptores Eccl. Rom. jus dicitur, quod Epiſcopi habebant diſponendi *de quarta*, interdum *nona* parte relictorum in Teſtamentis, in pios uſus; inter eorum, quod antiquitus ſtatutum fit, ut rerum Teſtamentis relictarum auctoritate Eccleſiæ diſtributio deinceps fieret, & ut Epiſcopis in pios uſus certam illorum partem diſtribuere liceret. *Decima* poſtmodum pars conceſſa, teſte Matth. Paris A. C. 1190. eosdem in uſus. *Quartam* tandem fibi arrogaſſe, nec amplius in pios uſus expendendam, fed tanquam fibi propriam, & de qua diſponere ipſis omnino eſſet liberum, uti de *inteſtatorum bonis*, docet C. du Freſne *Gloſſar.*

Leges Teſtamentorum nomine ſcriptæ, apud Rom.

Furia, à C. Furio Trib. Pl. lata eſt: *Ne cui, niſi Manumiſſoris cognato, certilq; aliis perſonis ſupra mille aſſis legare, mortisq; causâ donare liceret.*

Voconia, a Q. Voconio Saxa Trib. Pl. *Ne qui cenſus eſſet, Virginum neve Mulierum ſupra quadrantem ſuorum bonorum hæredem inſtituere: plusque cuiquam legare, quam ad hæredem hæredes re pervenirent. Ne fœminæ, ultra conſanguineos, ab inteſtato ſuccederent.*

Falcidia, auctore P. Falcidio Trib. Pl. lata anno 613. varia habuit capita, de quibus ſupra *ſuo loco.*

Cornelia, cujus auctor L. Cornelius Sulla Felix Dict. & Conſt. anno U. C. 673. ſanxit: *Ut eorum teſtamenta, qui in libertis aliam poteſtatem eſſent, perinde eſſent rata, ac ſi in hoſtium poteſtatem non pervenilſent.* Eq; hac Lege inducta fictio eſt, ut qui captus apud hoſtes, decederet, mortuus eodem Teſtamenti. V. ſupra.

Teſtamentum, adde: *Vitas* totum rejecerunt Marcionitæ, Manes, Cerdo. Agapitus, Bogomili, amonitæ, Cajani, Archontici, Apelliitæ, alii: *Pentateuchum* ſolum admiſerunt Samaritani, & Sadduczorum quidam: *Leviticum*, *Joſuam* alioſque inutiles cenſuerunt nonnulli, apud Chryſoſt. Hom 31. *in ad Rom. Danielem*, aliqui Judæorum, apud Theodoretum *prof. in num. Novum* totû repudiarunt iterum Bogomili, Nepos &c. *Evangelia* corrupit Tatianus: ſolo *Matthæi* utebantur Ebionitæ & Cerinthus: ſolo *Lucæ* Nicion: *Joannis* rejecerunt & *Λόγῳ Ἀθέῳ*, Severianus & Theodoritæ: *Pauli Epiſtolas*, iidem cum Cerinthianis & Eccleſiis: Alii *Epiſtolas*, ut & *Apocalypſin*, non pauci, ut videre eſt apud Cl. Sulicrum *Thejaurc* Eccl. paſſim, inprimis voce Γραφὴ. ſuper *Toſibus* Aprinis Herculi juratum, docet Pauſan. ſicuti fœdus factum cum Nelei liberis, lib. 4. Cujus juramenti inde ſolemnis omnibus Athletis, eorum parentibus, fratribus, Gymnaſiarchis, ad Olympiacos Ludos rite faciendos, idem meminit *lib* 5. V. C. Barthium *ad Papinium Theb. lib* 5. *verſ.* 329. ubi de variis Vett. juramentis. Hebræis agnus, qui caſtratur, ut ex eo vervex fiat, quatuor nominibus appellatur, תּוֹתָפ *contuſus*, אוּפָס *arruſus*, עבע *compreſſus*, & כרות *exciſus*, i. cui *teſticuli contuſi*, vel *arruſi*, vel *compreſſi* vel *exciſi* ſunt. Tot enim modis caſtratio ejus, ut & capri ac vituli, de quibus V. Aristotelem *Hiſtor. Animal. lib.* 9. *cap.* 50. ex Magone Columellam *lib.* 7. *cap.* 25. Palladium *lib.* 6. *cap.* 7. & Sotionem *in Geoponicis*, peragitur: inde ad nobilius animalium genus hominum ſevitia more translato, uti ſupra vidimus non uno loco. Quibus 4. vocabulis Hebræorum examuſſim reſpondent Græcorum hæc, θλαδίας, σύνδυο, βύβλας. & τομίας, ſeu ἐκβύλας. V. Leviticî *cap.* 22. *vers.* 22, 23, 24. ubi de duodecim vitiis, quæ animal ab Altari, quo minus in eo offeretur, excludebant, agitur. Se ſi & in ſacris fuis Græci ac Romani accurate obſervabant, ut hoſtiæ lectæ

lectæ & eximiæ essent, neque claudæ nec vitiosæ: An verò & testratas illis offerre fuerit netas, non adeò liquet: certè ubi de victimarum probatione Plinius agit *lib* 8. *cap.* 45. hujus rei disertè non meminit. Interim, uti Eunuchos à sacra congregatione excludit Deus Deut. *cap.* 23. *vers.*1. sic in *Eunucho* Luciani, Diocles affertit, Eunuchos non solum à Philosophia ejusq; præceptis, ἀλλα καὶ ἀπὸ ἱερῶν καὶ θεσπισμάτων, & *ipsis quoque sacrorum ministeriis, sed & ab ipsis sacris, & aspergillis, & publicis omnibus cœtibus*, excludendos esse. Quod in hoc nostrum genere Claudianus *in Eutropium lib.* 1.

Hi nullas meriti vitas, semperq; profani &c.

V. Sam. Bochartum *Hierozoïc Part. prior. lib. II. cap.* 46. De *suspensione per ungues*, inter supplicia Martyrum, nonnunquam additâ, uti de Didymo apud vett. de Waldensibus, apud reces tiores Scriptores, legimus, alibi. In *Statutis* Synodalibus Nicolai Episc. Andegav. A. C. 1163. ubi legitur, *Prohibemus singulis Sacerdotibus Parochialibus, ne ipsi Parochianis suis die Paschatis testes, seu hostias hoc pacto benedicti ministrent, ne ex ipsis ministrasione, seu receptione eucharistiæ aut excrediendatur sed panem benedictum sacerdotis, sicut alijs diebus Dominicis fieri consuevit*: Car. du Freine, *forsè*, inquit, *intelligantur panicula seu oblatæ in festiculorum figuram formatæ, quas in hoc Festo Paschali, loco panis benedicti, dabantur*, in *Glossar.* &c.

Testimoniales, in *l.* 8. Cod. Theodos. *de Honorariis codicill. Testimonialibus dignitatem adipisci*; diplomata sunt vel epistolæ, quæ à Principibus concedebantur iis, *qui militiam sub armorum labore exegerunt*, ut fic, in emeritæ militiæ præmium, in Protectorum, Præpositorum, vel Tribunorum ordinem asciberentur. V. Jac. Gothofredum *ad eund. Cod. tit. de Testimonialis ex Tribunis & Protector.* Apud Scriptores Eccl. Rom. *Testimoniales* eæ dicuntur Diaconi Affistentes, qui viz. affistebant Episcopis, ut eorum vitæ ac conversationis *testimonium*, cum opus esset, perhiberent, uti legasi apudMaeros Fratres *in Hierolexico*, qui & notis hujus originem à Symmachi Epist. Rom. ætate, imò altiùs, arcessunt.

Testis, Isidoro, *à quo quæritur veritas in judicio, quem quis q; ante judicium sibi placitis adhigat, ne ei sit postea liberum, aut dissimulare aut subvabere se: Unde adhigatus quoq;* Cic. *ad Fr. Nervius Judex vitiis ad adhigatus. Ch. Lentulus & C. Cornelium.* Erant illi homines liberi, de quorum conditione V. Cujiacium *ad tit. Testibus*, & quæ ibi Arcadius ac Papinianus De iis verò, qui testimonium dicere non potuerunt, V. A. Gellium *lib.* 15. *cap.* 13. Qui idem, *omnium feminarum unam Virtutem virginem Vestalem lege super ea ad Populum lata tabellam* (idoneam ad testimonium dicendum) *factam esse*, refert *lib.* 6. *cap.* 7. Testimonium autem alii illorum sponte dicebant, alii inv ti; quibus lex jubebat ut testimonium denuntiaretur ab Accusatore, qui uti coram testimonio cuperet. Valer. Maximus *lib.* 8. & Cicero *in Verrem*, *Non potuisti me in hanc rem tuis familiarissimis testimonia denuntiaturum*. In quibus causis vero invitis testimonium denuntiari non potuerit, oftendit Lex Julia publicorum Judiciorum, de qua *suprà*. Et de his *Testibus*, si testimonium dicere respuissent, fic scriptum reperitur *in XII. Tabb. Cui testimonium defuerit, si tertiis diebus ob portam obvagulatum ito.* id eft, si quis, cui testimonium denuntiatum fit, ipsum testimonium deferri, tum ad ædes ejus, ad dicendum convitium, vocatus interrogando *Teste* summam indufiriæ laudem fuisse positam, discimus ex Quintiliano *Institut. Orator. lib.* 5. *cap.* 2. ubi de tota ratione interrogandorum ab utraque parte *Testium* pluribus ac subtilius agit. V. quoque Ciceronem *pro Flacco.* Formula interrogandi fuit: *Quæro de te, arbiterisne?* Cui respondebant *Testes* jurati, *Arbitror*, Aconitus. *Reticente hinc adducti Testes à* Cicerone dicuntur, quia illi jurati prodicebant, non solùm, ne falsa dicerent, sed etiam ne quæ vera effent, tacerent, Cic. *in Lucullo.* Cæterùm inter rogatio hæc ipsam accusationem præcessit, id quod tùm aliis leg bus cautum eft, tum Pompeja de vi, V. *suo loco.* Aliæ tamen leges, poft cauſam actam, *Testes* dari voluerunt, ut Lege Cornelia *de repetundis*, in *Verr.* Addit Quintilianus, aut à præsentibus testimonia dicta, aut per tabulas simplicitorem fuiſſe contra tabulas pugnam: Et adjicit, sæpe contigiſſe, ut teſtes laudare opus eſſet, cujus rei ratio ex artificio Oratorio repetenda. V. Joh. Rebhanum *Antiqq. Rom. lib.* 9. *c.* 21. Apud Hebræos duo vel tres *Testes*, ad probandum requirebantur; duo autem ad minimum, Deuteron. *cap.* 19. *versu* 13. Hi, in cauſa capitis, poſt ſententiam latam, unà cum Judicibus manu impoſitâ condemnati hominis capiti, dicebant: *Sanguis tuus super caput tuum.* Quò reſpicientes Judæi, clamabant: *Sanguis ejus* (Chriſti) *super nos & super filios noſtros.* Matth. *c.* 27. *verſu* 25. Cum dein ad ſolum ſupplicii deducebatur, ante eum incedens Præco publicus altè voce clamabat, N. N. *ad mortem ducitur, ob commiſſum tale vel tale crimen, in hoc vel illo loco, hoc vel illo tempore, cujus rei Teſtes ſunt N. N. Quod ſi quis noverit miſero homini futurum nille, proferat*, Moſes Kortenſius *in Sanhedrin.* In ipſo ſupplicio, primi manum admovebant *Teſtes*, & cùm reus e.g. lapidandus erat, primum in eum lapidem conjiciebant ex lege Deuter. *cap.* 17. *verſ.* 7. *Manus Teſtium primùm ipſo cantra eum, & morse afficiant eum; poſtea vero manus totius populi* &c. At ſi quis falſum dixiſſet *Teſtimonium*, quo pœnæ genere affectus iuerit, videndum Et Carolus quidem Magnus *Capitular. lib.* 3. *c.* 41. ſimpliciter, *Falſi rei, tu non veperiantur*, edixit: eademque præſcripſit Synodus Bavarica *p.* 146. Sed cùm in id flagitii nimis proclives ſint plurimi, apud varias gentes varia illis ſupplicia deſinata ſunt. *Capitaces enim*, verba iunt Pſeudocornuti *ad A. Perſium Sat.* 6. *v.* 77. *dicebantur habere inevitabile ſtudium ad falſa teſtimonia dicenda : qui proin mauriti in carcerem à pueritia, ejusdem ſibi facere dicuntur, ut in eo ſe in vitem torqueant, cumque in ipſa perdurare apti ſint, ad falſa teſtimonia ſe bene vendendi.* Similitra non incelebris hodie Europæ gens eſt; quæ illi mercede conducì ſe patitur, ad idem faciendum, ut de aliis nil dicam; de quibus vere uſurpes illud Juvenalis *Sat.* 14. *verſu* 218 & 219.

Falſus erit Teſtis, vendes perjuria ſumma

Exigua, Cerrès tangens aramque potentem&c.

Apud Hebræos itaque talibus falſo nibis pœna irrogabatur, Deuteron. *cap.* 19. *v.* 19. *Omnino facietis ei*, (qui falſum teſtatus fuerit contra fratrem ſuum) *quemadmodum mollitus fuerat facere fratri ſuo: ut tollas malum è medio tui.* Ægyptii capite plectebant, Diodor. Siculus *Bibliath. lib.* 1. *c.* 3. Lydi, tanquam ſocietate ſuâ indignos, vendebant, Melchior Junius *Quæſtionum Politicarum tom.* 3. *qu.* 98. Indi, quàm graviter in eos animadverterint, docet Strabo *l.* 15. De Romanis V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 8. *c.* 26. *cum Parallipomenis* Thomæ Dempſteri. Addo ſaltem, apud Hebræos decem fuiſſe hominum genera, qui *in teſtimonium* à Synedriis neutiquam recipiebantur: *Feminæ, Servos, Minores, Fatuos, Surdos. Mutos* (*ut*, Caeos, *impios, Impudentiores, Propinquos, & Perjurii ſuſpicione, aut convictos*, de quibus ut & *Teſtium falſorum* pœna, V. Jo. Seldenum *de Synedriis vet. Hebr. lib.* 11 *cap.* 3. *ſ.* 11. de accurato verò *Teſtium* in eadem gente examine, ibid. Indice ſaltem breviter rationes, ob quas Magiſtri hæc homines genera ad teſtimonium perhibendum velint eſſe inidonea. Et quidem *Feminæ* arcent, quòd ubi teſtes in Lege ſacra deſignantur, maſculinè ſemper, nunquam verò proferantur fœminine, V. Numeror. *cap.* 31. *v.* 30. Deuteronom. *cap.* 17. *v.* 6. & *cap.* 19. *v.* 15. *Servos*, quia *fratris* nomen iis non competat, quod adhibetur in hac materia, Deuteron. *cap.* 19. *v.* 19. *Minores*, quia dicatur, & *ſedeant bini viri* aut *tres* utcunque &c. ubi de *Teſtibus* agitur. Nec tamen majores admitti volebant, ſine ætatis integræ fignis, nec infuper illos, niſi rerum agendarum ſcientiores eſſent, ad teſtimonium de fundo aut prædiis, ſed tantùm in cauſis rerum mobilium. *Fatuum*, juxta Legem excludi aunt, *quoniam non ſit filius Præceptorum. Surdum* porrò *Mutum* ve velut ſatuum cenſebant. *Cæcum* (de utroque oculo intelligo) noluere admitti, quia in Lege habeatur, *& teſtis fuerit, aut viderit & colnuerit*, quia legatur, *non ponet manum ſuam cum impio, ut ſit teſtis iniquus*, Exodi *cap.* 23. *v.* 1. Impii autem nomine intelligunt quemque eum factionis alicujus, five capitaliter five verberum poena plectendi. *Impudentes* ob caſtitatem rationem arcent, uti viſum ſupra, in hac voce. *Propinquos* item, nempe paternos ſanguine conjunctos. Maritus quoque & uxori in teſtium recipiendorum jure, velut pro una perſona, ita habebantur, ut, ſi alteruter indionetus eſſet, utrique pariter eſſet inidonei. Et quidem hos exclusos aunt, quod affectu facile abripi poſſent in transversum &c. P. præterea Pontifex Maxim. non obligabatur in teſtimonium, niſi tantùm pro cauſa Regis Iſraelis, uti habet Majemonides *Tract. Aiduth cap.* 1. *ſ.* 3. & *cap.* 11. *ſ.* 9. Vide quoque *Gemaram* Babyloniam *ad tit. Sanhedrin cap.* 3. *fol.* 18. 2. &c. Nec omittendum, quòd *Claſſici teſtes* Romanis dicti ſunt, *qui ſignandis teſtamentis adhibebantur*, Feſt. alias *Signatores* quo que & *Obſignatores* appellati. V ſuprà. Apud Scriptores Eccleſ. *Teſtes Synodales* teſtes ſunt publice recepti à *Synodo* & probati, qui velut cuſtodes & ſpeculatores erant eorum, quæ in Ecclesia fiebant, vel contra Synodi decreta decernebantur, gerebantque, Græcis ἔκδικοι, nominati ac notavit Jac Cujacius *ad cap. ſeptim. de Teſtibus cog.* Item, qui in quacunque parœcia eligebantur, adhibito ſuper 4. Evangelia vel Martyrum reliquias juramento, ut omnia, quæ contra fidem fierent, obſervarent ac inquirerent, *Synodorus Synodi* etiam dicti, Car. du Freſne *in Gloſſario*, qui idem in *Chartis* Anglicæ Regum, quibus ſolus Rex ſubſcribit. *Teſte me ipſo* vel *Teſte Rege*, formulam eſſe uſitatam, Pio II. olim ſagaciter *Commentar. fuorum l.* 3. ubi de mandato Henrici VI. alibi obſervat &c.

Teſtum, nummi genus, quod 16. denarios valebat olim apud Anglos; æreum autem & argento delibatum ſub Henrico VIIIth ad 12. Eduardi VI. poſtmodum principatu ad 9. denarios contractum eſt. Tandem, qua'e hodieque permanet, ad ſex pervenit, fed hoc optimi argenti. In Francia idem nummo nomen, qui ſub Franciſco I. 10. ſol. aliquot den. valens habebat utplurimum expreſſam imaginem Regis, aut provinciæ, urbisque in qua cuſus, ab una parte, ab altera eius inſignia: ſub Henrico verò II. imaginem Regis, cum lemm. HENRICUS II. DEI GRATIA FRANCORUM REX, in uno; in altero latere 3. lilia in fcuto coronato, cum verbis, CHRISTUS VINCIT. REGNAT. IMPERAT. Aſcendit poſtea ad 14. ſol. ſub Carolo

IX. & in postica parte ad latus 3. liliorum duplex præferebat C. cum Inscr. SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM; uti geminum H. sub Henrico III. cœtera prioribus similia. Sub Henrico IV. dein inprimis frequens, & Ludovico XIII. 19 fol. cum dimidio valuit, donec in usu esse desiit A.C.1641. Helvetius *Diction.* V. quoque C. du Freine *Syntagm. de Monetis Francicis argent.* quod *Glossar.* suo inseruit voce *Moneta*, ut & suprà in voce *Capito*, Germ. *Kopffstück*, namque & alibi locorum ejusmodi monetam ydhiberi convincit, notum.

Testudo, Hebr. ‫גל‬, *gal*, à *tegendo* forma, quæ ferè est orbicularis, Græcè χελώνη. Arab. *salsahifa*, quasi cortice vel putamine latens, & inspecie mas, *gaitam*, à libidine. Terrestris enim testudo, χερσαία, ἡμερος ἀγρία, ἄρρην, θηλεία & ὄρθιος κώφων, *animal est latiusculum*, *aliàs mas fœtior*, *fœmina enim non nisi turbida est*, qua de re V. Samuelem Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. IV. c.8.* Carnes earum *suffitionibus propriæ magicis-que artibus restandis* &c. Plinius *lib.32. cap. 4.* ubi de omnibus *testudinum* generibus, *terrestribus*, *marinis*, *lutariis* & *quæ in dulcibus aquis virum*, complura habet. De marina inprimis porrò dicam: inter præcipua illa Veterum luxuriæ inventa fuit, primùm quidem in Oriente: Inde Romanis Græcisque ad delicias, repositoria & similia olim adhibita. Plinius *lib. 9. cap. 11. Testudinum putamina fecere in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Carbilius Pallio instituit; prodigi & fagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii.* Quem luxum suo ævo fuisse, docet Philo Judæus ad Tiberium Imp. legatus, Τέμνουσι καὶ πτερύγιακαὶ χελώνες τὰ ὀπίσθια τῶν κατανενικημένων, ἐκμαλάττουσιν ὑπὸ πυρὸς ἀφόρητον, ἵνα τοῖς ἀπὸ τῶν ἐλεφαντίνων κλινῶν καὶ ἐλεφαντίνοις ὑπὸ πυρὸς ἀφορήτου, ἵνα τοῖς ἀπὸ τῶν ἐλεφαντίνων κλινῶν καὶ ἐλεφαντίνοις ὑπὸ πυρὸς ἀφορήτου, *Vtelinianes lecti & sibadia testudine dun ebore adornata*, *& melio ve etiam maioria atque ea pleraque gemmata*. Clemens Alexandrinus χρήσασθαι πτερύγιακαὶ κόγχαις, *Testudine variegatus lectus* hinc dixit. Sic cùm mensarum fulcra eburnea essent, laminis putaminum testudineorum minutim sectis obducebantur cooperiebanturque. Inferebatur autem & pulvi ligno *Testudo* secta, ut ex utroque velut unum corpus affabre fieret. Luc. *in Asino*, καὶ τὴν μεγάλην δὲ χελώνε ἴδιαν, *Lectica erat magna ex testudine Indica*. Nempe probata inprimis in hos usus longè adversa & emaxime diffitis petita regionibus. Hinc *Lecti Indica testudine pellucidi*, quoque Appuleius meminit *Metamorph. lib.* 10. & Vetus Schol. Juvenalis ad Sat. v. 94. & *seqq.*

Qualis in Oceani fluctu Testudo *natatet*,
Clarum Troiugenis factura ab nobile falerno,
Sed nudo latere & parvis fronsærea lectis
Vile coronati positura discubitum aselli,
Ad quod lascivi ludebant turba alumni.

Ut lectum, ait, *testudinem haberet. Lectos nam que antiqui Testudine Oceani ornabant.* Unde gravis querela Senecæ *de Benefic. lib. 7. cap. 9. Video elaboratum frequenti & diffusilinæ* Testudinem & *fusissimorum pigerrimorumque animalium* testas, *ingentibus pretiis emptas*, *in quibus ipsa*, *quo placet*, *varietas subtilis medicamentis in fusilitatem vieni coloratur.* Ubi, quod de *Medicamentis*, egregiè illustratur à Plinio *lib 36 cap. 43 Exoglutæ sunt & ligni bracteæ*, *nec fuit*; *capere tingi animalium cornua*, *dentes fecari*, *lignum*, *ebore ac ebiffigni*: *mox operiri*, *placuit deinde materiam & in mari queri.* Testudo *in hoc fuit*, *ma ximos portentifi ingenii Neronis principatus invenium*, *ut pigmentis perderet se*, *pluriaque vendere*, *imitatos lignum.* Nempe ut luxuriæ fastidio subveniretur, posquam vetoejus colore lassata est. *testudinem* terebinthi vel citri vel aceris colore pingere cœpere, sicq; eam in lignum quâ poté transformâre. Unde regret idem, *Sic lectis pretia quærimus*, *sic terebinthum vinci jubet*, *sic citrum pretiosius fieri*, ad quem l. v. egregiam *Excretationem* Salmasii *ad Solinum* pag 416. & 417. ut & 1189. ubi inter alia *testudinum* piscationem, tam in Æthiopia, quam India, celebrem, & ex utroque latere Romanis allatas fuisse, ex *l.16. ff. de Public.* ubi Æthiopicæ & Indicæ *testudinis* mentio; insuper oculum Indicæ testudinis, *chelonia* nomine, in gemmis numerari Plinio, docet. Sed & ad excalationes pueriles datas *testudines*, discimus ex Capitolini *Albino* &c. Martialis *lib.12. Epigr.* 67.

Gemmantes primâ fulgent Testudine *lecti*
Et Maurusiaci pondera rara citri,

Ac *lib.9. Epigr.* 60.

Et testudineum mensæ quatter Hexaclinon,
Ingemuit citro non fatis esse suo.

V. Thomam Dempsterum *Paralipom. in Joh. Rosinum lib. 5. cap. 26.* Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 2. c.48.* Alios. Ut & hoc addam: carne *testudinum* vesci, & testas earum, ædium loco, inhabitare, cymbarumque adhibere vice, Chelonophagi legunter, de quibus V. suo loco. Quam in rem faciunt verba Georg. de Sepibus *in Musæo Kirch. p.16. Testudo Marina, animal tardigradum, visu horridum, cœtera animal innoxium, imò inter mensarum delitias connumeratum, putamine robustissimo ita contectum est, ut plausirum etiam super eo posse sustinere possit. Quatuor ejus pedes, cute squamosa contecti, ungues habent acuminatos, & versus terram se arcuantes, ut alternatis, dum se tanquam uncinis solo affringit, versus terram fixis, prorsus ibat.* Cujusmodi *Testudinum* exuvias *seu testas*, *magnitudine bipalmares*, *Kircherianum Musæum habet*; *quarum 4. tantæ sunt capacitatis*, *ut quælibet earum pro clypeis possit. Kirchius illius tam grandes habet. ut referant nonnulli unam testam humanis 80. tantam canam suppeditare posse. In Mari vero Indico reperiri*, *quæ accolis cymbarum*, *item domiciliorum*, *vicem sustineant.* Ubi quod de magnitudine habet, confirmat Auctor Anonymus *Sinæ & Eur.* in Quantonia prov. Sinici Imp. ad *Hoiohen* mare adeò magnas testudines, ut longe aspectantibus scopuli esse videantur, nutrire referens *cap.41* ubi in Huquania prov. eiusdem Imperii, etiam parvas, quæ magnitudinem aviculæ quandoq; vix superent, ted adeò pulchras, ut proin domi passim voluptatis ergò alantur. reperiri addit. V. quoque Jo. Bapt. Tavernier *Voyage de Turquie c.* 3. ubi inter Tunquinenses & Cochinchinenses non minùs de *Testudinum*, quàm inter Batavos & Anglos, de Harengarum piscatione, lites ac bella perpetuò fervere refert. Majori apud Troglodytas *Testudo* in honore, quibus illam pro Numine fuisse, discimus ex Plinio *lib.9. c.10. Troglodytæ eam religionem habent* (Testudines) *ut in tyra*, *antiquis carminibus laudi*, *sed mobilibus*, *quorum*, *in natando*, *remigio & adjuvant. Celsium genus id vocatur eximiæ Testudinis*, *sed raræ. Namque scopuli præcuti Chelonophagi terrent. Troglodytæ autem*, *ad quos adnatant*, *ut is facras adorant.* Quem summum cultum symbolicum fuisse contendit paulo antè laudatus Vossius *de Idolol. lib. 2. cod. c.51.* Nec omittendum, quòd *testudine* olim signavere Peloponnesii, unde & monetæ apud illos *χελώνιον* nomen, de qua alibi, ut de Venere *testudinii* insidente, à Phidia pictæ: V. quoque suprà in voce *Chelonis.*

Testudo, species cameræ, *Hemisphærii* instar referens, nisi quòd *testudo* ex duobus arcubus constet. in medio centro invicem se fecantibus, hemisphærium verò in convexo totum sit sphæricum, Salmasius *ad Solinum p.* 639. Quemadmodum rurius *concha*, alia cameræ species, sphæræ quadrifariam divisæ quartam partem, & *Fornix* hemicylindri figuram adhibilat, Idem pag. 1116. Fuit autem *testudo* Arthemonis Clazomenii inventum, teste Plinio *l.7. c.56.* Sicut *Testudo*, celebre Musicæ organum *diuice labore inventum*, ut Horatius habet, à Mercurio excogitata dicitur Servio *ad Georg. lib.4.* ubi ait, *Cùm vegetantes Nilus in fuse meatus varia in terris reliquisset animalia*, *pelitæ etiam* testudo *est. Quæ cùm putrefacta esset & nervi ejus manssissent exsenf*, *intra corium*, *succussa à Mercurio*, *sonitum dedit*, *ex cujus imitatione chitara est composita.* Idem *de lyra* refert Scholiastes Germanici. Nempe utraque *testudinem* habebat, uti patet ex pictura lyræ, inter imagines vett. Germanici *Aratu* inditas, & Favorini Eulogio in *Suimium Scip.* V. quoque suprà in voce *Chelys*: quæ tria, *lyram*, *citharam* & *chelyn*, Poetæ unam rem faciunt, cùm volunt, Casp. Barthius *ad Statium l.1. Sylv. v. 4.* Hujus lyræ Mercuria is testudinem seu tympanum quòd referret comarum ille fuggestus, quem in mulierum cervicibus multi vett. nummi exhibent, *testudinis* quoque nomen accepit. Ovidius,

Hanc deus ornari testudine cyllenea,
Sufficiat fluctus fluctibus ille finus.

V. de hoc capitis ornatu hic passim, ubi de *Capillis* & *Coma*, item in voce *Collyra*, *Suggestus*, *Tutulus* &c.

Testudo, in re militari tabulatum erat ex trabibus pluteisque factum, corilisque ac ciliciis contectum, adversus flammam & incurrentia fasa, sub qua latebant milites, qui viam turribus ac vineis muniebant, fasa de via removebant, solum æquabant, ac muros oppugnandæ Urbis tentabant, Vitruvius *l.*10. & Cæsar *passim*. Interdum etiam significat eratem textorumque continuitatem, qui fabricis ligna crassa capitibus præcisis pedites sagittantium nubem vitabant. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. lib. 10. cap.16.* Cujusmodi *Testudinis* meminit Florus, *Hist. Rom. l. 3. cap. 10. Quis calor in prælando militum fuerit, nullo magis exprimi potest, quàm quod etiam super capus testis, quum se Testudine Barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta saliebant: Et inde ibi jugules gladiis defendebant.* Ubi Stadius, *Testudo*, ait, *hoc loco militum thanus est, qua conferti super capus scutis sese contra impetus lapidum & telorum defuper cadentium protegi.* V. *Lipsium Poliorcet. lib.1. c.8.* Similiter reliquæ Crassiani exercitus, *super milites* (Parthorum) *telis in modum grandinis procubuere in genua & elatis super capita fasis*, *casorum speciem præbebant*, *dein cùm se turfus extollissent*, *miraculo fuere*, apud eundem *l.4. c.10.* Fiebat autem illa hoc modo: Impedimentis & levis armaturæ militibus equitibusq; in medium receptis, gravis armaturæ pedites, qui oblongis & in morem tubi convexis utebantur clypeis, undique extrema claudunt, clypeosque humeris ob sibi ciebant. Cæterùm, qui lata gestabant scuta, in medio conferti, ea suprà se & reliquos extollebant, ut dentatæ stratum *Thebaid. lib. 10.* versu *342.* ubi vetus Scholiastes, *Subfossa*, inquit, *testudine muris. Testudo enim omni convavitas. Vel*, *quia telli testudine subfodiebant muris te muros.* E quibus

priorem

priorem interpretationem probat Barthius. *Cæca enim, alt, ostiariorum alius quam cunicularius laboratum est, qualibus turres præfigunt suffossi solitas mortem.* V. cum *ad d.l.* nec non *ad Claudianum & Guil. Brittonem*: adde Lipsium ubi supra *cap. 8.* & quæ retro dicta, ubi de *Cuniculis*.

Tetarteron, & contracte **Tartaron**, apud Mlb. Aquensem, *Imperator — de monetæ, quæ dicitur* Tartaron, *motivum unum exercitui illius erogavit lib. 1. c. 16.* aliosque *Rerum Hierosol.* Scriptores, monetæ nomen est Byzantiæ, quam Græci τεταρτηρὸν vocavere, uti Lampridius *quartarium* dixit in *Alexandro Severo*, *Tunc primum semissis quartarius formati sunt: tunc etiam, quum ad tertiam partem redigi decidisset, tremissis, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quod minus non posset.* Ubi *quartarii* sunt, qui quartam aurei solidi partem appenderent. Et quidem ad verbum τετρηρὸν *quartarius* est; nam τετράτη *quarta* est *pars* & *quadrans*, aliter τετάρτη. Sed tum nondum vox Græca in usu fuit, nec, postquam de nummo dici cœpit, idem valuit quod *quartarius* Lampridii. Nempe Nicephorus Phocas, Zonarâ teste, cupiditate & avaritiâ impulsus, cum prius aureos nummos ferarum unciæ auri partem penderet, τετρηρὸν for mari jussit, pondere longè leviore: & exactiones quidem gravior illo & justi ponderis solido celebrari voluit, impensas verò & largitiones, isto quartario tum primùm a se invento & edito. Sic autem dicebatur, non quòd *quartam* unciæ partem appenderet (sic enim major fuisset vetere solido, qui nostram tantùm pensabat) sed quòd *quartam* aurei solidi partem solum haberet in pondere, ac nunc quarta circiter pars desit abeffet: Salmasius *ad Lamprid. d. l.* Priorem sententiam probat C. du Fresne, sic tamen ut paulo plus pependisse asserat, cum octo solidi legitimi ponderis decuntur efficere 35 *solidos Staterorum*, in vett. Tabb. Cpoli scriptis A.C. 1064. post Phocæ incertum 450. apud Ughellum *Tom. V. p.* 1505. Imò prorius diversam ab aureis & Byzantiis nummis seu solidis hanc monetam fuisse firmat idem, ex Fulcherio Carnot. qui exertè scribit *Tartarones* aureos fuisse, *lib.* 1. *c.* 4. & Orderico Vitali, qui *quadraginta ex cupro nummos* vocat *lib.* 10. *p.* 791. & 792. Fuere namque ex monetarum genere, quas τετραχάλκους vocat *Nov.* Justiniani 105. *c.* 3. *Cujusmodi & argenteï fuere nummuli*, ait Scaliger *quos Græci ἀσσαρια vocant.* Item *tetarti* Tartaronum, quorum meminit Jos. Barbarus *Itiner. ad Tanaim*, quique itidem argenteï fuere, & τετρηρὸν quoque dicti possunt, cùm id appellationis ad monetas minutiores quascunque videatur extensum. V. præfatum Auctorem *Differtat. de hyper. & aq. Numism. num.* 87. Reperio & τετρᾶν apud Hesychium, ἕκτη, τέτρη, τετάρτη, τετράγωνον ἀρχαῖον, ἢ χρυσὸν ἢ χαλκοῦ. Ad quæ verba Gronovius *Non*, inquit, *singula nummorum corpora fuerunt eo nomine: & tamen nummos vel summulas pecuniæ significant hæc vocabula: & quidem χρυσὸν, quia sunt partes solidi, qui aureus; ἀργυρέα, quia possunt esse in argento, ἢ ἓξ καὶ μιλιαρησίους binis, ἢ τέτρη quaterni, ἢ τετράγωνα milliaren. ἢ τετρᾶν, quia possunt esse in ære, ἢ ἑπτὰ follet. XLVIII. ἢ τετρᾶν folles XCVI. ἢ τετρᾶν follet. LXXII. ut Pac. vet. lib. 4. cap. ultimo.*

Tethys, adde: Ex Oceano Doridem susciit, *Theogon.* ex Nereo matrem, ficque ejus avia extitit, ut diserte testatur Catullus *de Nupt. Pelei & Thet.* Quam in rem V. plura apud Vossium *de Idolol. p.* 708. ut & infra in voce *Thetis*.

Tetrachordum, instrumentum Orphei 4. *chordis*, unde nomen, conflans, quorum sonis permixtis suavissimus edebatur sonus. Figurabat IV. Elementorum concordiam discordiam; quorum concentu mira componi perantur, hoc modo: Chorda ὑπάτη ὑπάτων sonum debeat graviffimum, νήτη, acutiffimum; ad quorum illum proxime accedebat παρυπάτη ὑπάτων, ad illum ὀξυπάτη. Sic enim in elementis unum est graviffimum Terra; unum leviffimum, Ignis: ac præterea duo intermedia sunt, unum gravius, Aqua; alterum leviu-, Aer. Qui admirandus elementorum concentus, cùm diserte ostendat esse Numen, per quod tantopere diffita pugnantiaque in mixtione rerum ita consentiant ac conspirent: hallucinatus est Pythagoras, qui τετρᾶδα seu τετρακτὺν, *quaternarium* ipsum, ob hanc elementorum fœcunditatem, nonsolùm vocavit πηγὴν ἀενάου φύσεως, *fontem æterne naturæ*, sed etiam Deum dixit, & quidem undecunque divinum, neque sanctius, quàm per τετρᾶδα, habuit juramentum. Gerh. Joh. Vossius *de orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *c.* 31. Imitatione Τετρᾶδος Pythagoricæ *Tetrady virtutum* vocat quaternionem Virtutum Cardinalium Justitiæ & Prudentiæ, Fortitudinis & Temperantiæ, Ingobertus Scholi M. Scriba, in versibus C. du Freine *in Gloss.* laudatis. V. eum etiam *Not. ad Alexiaden* & Nic. Alemannum *Differtat. de Lateran. Parietinis cap.* 9.

Tetraditæ, Græce τετραδίται, dicti funt Sabbatiani, quòd in festo Paschatis, ceu fer. IV. jejunarent: item Manichæi, aliiq; qui *Quaternitatem* pro *Trinitate* admittebant, Dominico Macro in *Heresiarch. A.* Græco τετρὰς *quaternio*, quam vocem in Latium transtulit S. Ambrosius *de Incarn. Dominic. cap.* 7. ubi hæ ipsa de re loquens, *Nec tamen*, ait, *ne tetrada videar intimare.* Item Hallingarius *in Pœnitentiali*, ubi, *pœnare si te tetradas sive Paraseve*, ait. Sic autem hic vocat *quartam* cujusque hebdomadis feriam, quam non minùs olim quidam, ac fexam jejunio solebant transfigere. Νηστεύω τὰς τετρᾶδας dixit Socrates *lib.* 5. *c.* 21. &c. V. Car. du Freine *Glossar.* & Cl. Suicerum *Thes. Eccles.* voce hac ubi citatum eos, qui cum Petro Fullone additionem in Trisagio defendebant, fic dictos fuisse, addit.

Tetrateeris Ægyptia, item Eudoxi. V. supra ubi de *Canario Anno*, nec non voce *Eudoxus*.

Tetragrammaton, Græcè τετραγράμματον, i. *quatuor literarum*, dictum est proprium apud Hebræos nomen Dei; quod *Jahve* vel *Jahave* Samaritani; *Jao* Græci vett. alii *Jova*, alii *Jehova* vel *Jelova*; quidam *Jahve*, *Jahve* & *Jihve* pronuntiabant: Josephus *Iaoue* per *quatuor* vocales legit, & Judæi ineffabilem, inexplicabile, vocant. *Quod ex religione primùm ortum, etiam hoc nimirum primarium Religionis mysterium agnoscerem, in superstitionem tandem verti: inde usque vitas extra fatras ethnicas vitiis & tandem in desuetudinem ac obliviones venit. Recliùs autem ἄῤῥητον dictum fuit, quia Græcis literis exprimi non potest*, Franc. Burmannus *Synops. Theol. Christ. Part. prior. l. 1. c. 16. §. 10.* V. quoque supra in voce *Jehova*. Sed & apud alias græcas gentes nomen Dei *quatuor literis* conflare, adeoque τετραγράμματον esse, fubrà ostendimus.

Tetrao, apud Suetonium *Caligulâ cap.* 22. *Hoftiæ erant phœnicopteri, pavones, tetraones, Numidicæ, Meleagrides, phasianæ, quæ generatim per singulos dies immolarentur*, ubi de sacrificio, quod fibi ipfi fieri jussit, ut Deo, Caligula. Gr. τέτραων, notum avis nomen ex Athenæo & Hesychio, de quo fic Plinius *lib.* 10. *c.* 22. ubi de nationum variis generibus, *Decus tetraones fumo nitor, abfoluta que nigrida, in superciliis sacci rubor. Alterum corum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec ullis avibus, excepto strutbiocamelo, majus corpus implet pondus, in tantum auctis, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, & Septentrionalis regio. In aviariis saporem perdunt. Motorium vocant quia fibrilis revocato. Proximè eis — otides &c. Urogallum* alii appellant. V. Macros Fratres *Herolexi.o.*

Tetradium, Græcè τετράδιον, hymnus est magno Sabbato, in Ecclesia Græca cani solitus. quod 4. partibus, quas ᾠδὰς dicebant, conflaret, id nomen adeptus. Eum à Patr. Thoma inceptum, absolvit Marcus Mon. tene Cedreno *Compend. Hist.* V. Cl. Suicerum *Th. Eccl.* in hac voce.

Tetraparhamacum, ferculum Ælii Veri Augusti. Post Asiam enim domitam, luxus in urbem invectus, usque ad lapsam Reipubl. majestatem invalit, usque adeò, ut ingenioli in gulam & bellationem Principes, in id unicè incubuerint, ut novum aliquod convivandi delitiarumque genus excogitarent. Unde nonnulli apros integros convivis adponebant, Lucus Bolol. Juvenalis *ad Satyr.* 1. *vers.* 140. Quidam tot in mensa fationes faciebant, quot essent literæ, quod commentum Getæ fuit, Severi Principis filii, apud Spartianum *in eo*. Erant qui ex omnibus Natura Elementis, quod exquisitissimum erat, gulæ parabant. Lucanus *Pharsalia lib.* 10. *v.* 156.

Infudere epulas aura, quod terra, quod Aer,
Quod Pelagus, Nilus ve, dedit

Nec defuere, qui in vicinia pra paratos cibos fastidientes, & longinquo advectos impensè probarent: Ita enim frater Vitellii *in patina, quam ob immensam magnitudinem Clypeum Minervæ vocabat, fartorum pectora, assa anseris & pavonum cerebella, linguas phœnicopterum, murænarum latices Carpathio usque ex ponto Hispaniæ per Navarchos accitorum petitarum, commiscuit*, apud Suetonium *Vitellio cap.* 13. Hujusmodi itaque delicatoris gulæ Candidatos æmulatur Verus, in una parapsidæ varias rerum species confundere gaudens, *Tetraparhamacum*, seu, ut alii, *Pentaparhamacum*, excogitavit, ferculi genus, in quo *fumos, phasianos, pavo, cruftulas, aprugna*. V. Æl. Spartianum *in ejus Vita*, & plura hanc in rem apud Thom. Dempsterum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *c.* 29. Imò *tetraparhamacum* Hadriani fuit, cui pavone addito pentaparhamacum fecit Verus. V. Salmasium *ad Spartianum in Ael. Pero*, & supra in voce *Pentaparhamacum*.

Tetraphyllum, Gr. Τετράφυλλον, Lat. *Quadrifolium* dicas, nomen pilei, quod Imperatores Constantinopolitani in publicis ioannitatibus, quem admodum & *Cirionia*, utebantur. In tuto enim communi, pileum adhibebant non multùm à reliquis diverfum: quem postea, vel *Tetraphylli* vel *Cirionia*, cum pompa & splendor id posceret, mutabant. Et quidem *Cirionium*, à specie illi, quæ κρίνου Græcis: *Tetraphyllum* à quatuor foliis denominatum, ceufet Gretserus *Commentar. lib.* 3. *c.* 1. §. 8. *ad Codin. de Officiis Constantinop. c.* 6. *n.* 18. &c.

Tetrapla, V. *Biblia*.

Tetrarcha, Gr. Τετράρχης, nomen dignitatis, regiæ proximæ: Lucæ *c.* 3. *v.* 1. *Tetrarchi Galilææ Herodes, Philippo autem ipsius fratre Tetrarchi Iturææ & Trachonitidis regionis & Lysaniæ Abilenes Tetrarcha.* Nempe amplissimum Herodis regnum mutata forma in Ethnarchias tres ab Augusto fic divisum est, ut maximam & cæteris duabus paren Archelaus. eoque pulso, Cæsaris Procurator obtineret: reliquas duas Herodes Antipas & Philippus habuerent. Unde Imperatori Lucas statim subjecit Procuratorem Pontium Pilatum, huicq; demum *Tetrarchas* quod Joseph. fecit,

in divisione Regni Herodis I. de Bello II. cap 13. Et quidem de *Tetrarchia* Herodis ac Philippi nullum dubium: Sed quare Lucas *Tetrarchia Lysaniæ* dcinceps meminerit, quæ runt Eruditi. Ubi non tandum, Evangelistam in designando tempore, quo DOMINUS noster ministerium suum inchoavit, maximam adhibuisse diligentiam, ut plurimis rem hanc indicii insginiter redderetur, illustrem ac celtatam. Erat autem illis temporibus *Tetrarchia*, quæ dicebatur *Abilena Lysaniæ*: quam pro voluntate Imperatoris, vel proprius obtinebat Princeps, vel major aliquis accessionis loco capiebat. Proin cum acceptabili hoc ac vere magno anno quidam Lysanias eum Principatum teneret; nec hunc quidem Lucas putavit sibi esse præterm ittendum; quum præsertim Judæi non pauci in eus ditione habitarent, in finibus Decapolcos, quo veniise Christum atque Evangelium prædicasse, legimus Matthæi cap. 4. 25. Sedem vero hic dominationis fux collocavit Abilæ, quo nomine vocabatur urbs quædam Syriæ, quam Plinius unam facit e *Tetrarchiis* sex, quæ urbibus Decapolcos immixtæ erant. Unde videmus vocem *Tetrarchæ* non semper præcise eum indigitasse, qui *quartæ regni parti* præesset, ut de Archelao, Herode & Philippo vidimus. Sed & laxius usurpari consueville, pro *Regulo* seu *Principe*. Ita ante natalem DOMINI quinquagintа circiter annis, vivebat in Syria Ptolomæus Menna F. *Tetrarcha* five Regulus Iturææ & Trachonitidis papvæ in confinio Syriæ & Arabiæ; cui montana Iturææ, Marsyan, Heliopolin & Chalcidem, paruisse tradit Strabo l. 16. Hunc fil. Lysanias in *Dynastia* excepisse dicitur, apud Josephum l. 14. c. 23. quem proin beneficio Antonii *Iturææ R. esse factum*, ait Dio l. 48. Eo, ejusdem Antonii, ut Cleopatræ gratificaretur, jussu occiso (precario enim solum Dynastæ hi dominabantur,) Cleopatra hanc *Tetrarchiam* possedit: postea Augustus Filcoadixit, & terri impositi penlione colendam tradidit Zenodoro cuidam: qui quamdin eam in potestate habuit, *Zenodori Tetrarchia* dicta est, Josephus appellat *Δυνάστειαν οὖσαν*, quæ vox Autori huic fæpè idem est, quod *Dominatio* seu *Tetrarchia*. Herodi dein eam Augustus donavit, anno U. C. 734. tette Dione l. 54 ante N.C. 8. Quo mortuo, quum inter possessas ab illo terras effet reperta hæc *Tetrarchia*, Augustus partem illius Philippo ejus filio attribuit: de reliqua quid statuerit, neque dicit Josephus, neque ullas alibi Autoritas. Sed docet nos Lucas l. c. Lysaniam quendam hujus nominis Ituræ præcipua illius atque adeò ipsa Abilena fuisse ornatum, vel à Tiberio, vel potius ab ipso Augusto. Qui quis fuerit, aut quo fato vitam finierit, non annotatum reperimus: illud fcimus paulo pòst, h. e. decem fere pòst annis, redisse ejus *Tetrarchiam* in potestatem filiorum Herodis. Scribit enim Josephus l. 18. Caium inter alia plura, dedisse Agrippæ τὴν Λυσανίου τετραρχίαν, quam olim Lysanias Ptolomæi fil. obtinuerat, paulo ante Lysanias Lucæ. Non ramen transmisit ad filium Agrippa Dynastiæ poslessionem, sed Agrippa jun. à Claudio fibi donatam accepit, anno Imperii ejus 12. Joseph. *lib.* 20. c. 3. V. Isaac. Casaubonum *Exercit. I. 13. ad Annales Baronii* §. 3. cui adde Salmasium *ad Solinum*, ubi in Syria & Phœnice singulas urbes dictas fuisse *Tetrarchias*, proprie verò *Tetrarchiam* esse, quaternorum simul in una cademque provincia vel gente principatuum, cujusmodi Principes habuerit natio Galatarum, intres populos divila, quorum singuli in quattor partes distributi totidem subjuriit *Τετραρχίας*, docet *pag.* 596.

Tetras, apud Hygínum, *in casibus gyoma ponitur in Tetranem*, non idem est, quod alias *quadrans* Latinis, & quartam partem de notat: fed *quatuor partes* figuravit, dicituroque gyoma *in tetranem poni* Agrimensoribus, cum figitur ad tetrantem faciendum, i. quatuor partes. in quas fic divilis eit locus, ut quatuor angulos normales faciat, dirigendas. Hinc apud eundem, *Tetranum lapides inspergi*, & *in mediis terminibus lapides effigere*. Et *tetranti locus*, qui alias *umbilicus fori*, in cattris *locus groma*. Gracis *τὸ μέσον* vocatur. Quam in rem V. Salmasium ubi supra, *pag.* 672. & 690. Et hoc Græce *Τετρᾶς, ἀντὸς*, alius est *Τετρᾶς, ἀδος*, de qua voce V. tetro dicta in *Tetrachordum*, & *Tetradita*.

Tetrasfarius, apud Marcellum Empir. *τετρασκέλεσθαι*, in *Epistolo* Arriani, femuncia est. *Τετράσκελος* verò *Trapezium* unciam esse, fcribit Cleopatra apud C. du Freine *Gloss. V.* quoq; fupra *Asfar*. At *Tetrasfarius* Cyrenaicus, 8. drachmarum fuit. Gronovius *de Pecun. vet. lib.* 3. c. 7.

Tetrasfiche, apud Treb. Pollionem *in Gallieni*, Porticum *Flaminium usque ad pontem Milvium & ipsa paraverat dicere, ita ut tetrastiche fieret—ita ut primus ordo pilas haberet, & ante fe columnas cum statuis fecundo & tertius & fic deinceps ἀφ' ἑτοιμάσεων columnas*, vox Græca eft, fed minùs Græco more enuntiata, unde *tetrastilos* reponit Salmasius. Fuere nempe *τετράστυλοι*, quatuor fe, ordines columnarum, vel columnæ quaternis ordinibus polita: v. eum *Not. ad l.* Simile quod de villa Gordiani: *ducentas columnas in tetrastylo habuisse*, legimus apud Capitolinum *in Gordiano III.*

Tetra evangelium, nomen codicis IV. Evangeliorum Hiltoriam complexi. Platina *in Marcello II. Constantini temporibus fuit Synesius Hispanus Presbyter graece nobilis, qui* Tetravangelia *hexametris versibus fere ad verbum transferens, quatuor libris composuit*. V. in voce *Synesius*. Gr. *Τετραευαγέλιον* quoque cott. ex *Τετραευαγέλιον* seu *Τετρασυναγέλιον*, Vide Cl. Suicerum *Thesaur. Ecclesiastico*.

Tetravelum, apud Anastasium *in Leone III. Super dictum majus fecit* tetravela *holoserica*, alibique paffim, Græce *τετράβηλον*, *velum* eft *quadruplex* seu vela quatuor, *quæ in circuitu Chori, qui aiatre* vocatur, *expandi solent*, uti loquitur Car. du Fresne Gloss. V. quoque eum *in Descript. Ædis Sophianæ num.* 65. & Dominicum Macrum *in Hierol.*

Tetricus Sen. Adde: *Tetricorum domus — in monte Caelio inter cuneos lucos, contra Ilium Mercllinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, utrique præterea virbones & Senatorium dignitatem, coerpiens ab his saeporum, coronam, cyclum, pilla omnia de Musivo*, memoratur Treb. Pollioni *in Tetrico Jun.* ubi, quum hanc domum dedicasset Aurelianus, ab utroque Tetrico convivio adhibitum, addit.

Veri clari.

Tetucer, Babylonius, de *Decantis* scripsit, memoratus Salmasio *ad Solinum pag.* 654. V. supra de hac voce.

Teucer, Cruitarius, apud Plin. *l.* 33. c. 12. *Habuit* & Teucer *Cruitarius famum. Subinde; arebat ita exulcerit, ut sola tam vasitate tabesceret.* Ubi *Cruitarium* interpretatur Dalechampius, qui in tenuissimis argenti laminis & aquâ *cruste* retuntas caltigatasque scalpebat imagines, non autem extantes, & à corio frontis extimæ prominentes: Gallicè *Ciselés à demy bosse*. Vide supra.

Teutana, locus Sicyoniæ, qui prius *Titana*. Steph. *Τίτανα χωρίον τῆς Σικυωνίας· νῦν δὲ Τευτάνιον κεκλῆται*. Hinc *Teutani* populi, quos conditores Pisarum in Italia nonnulli tradiderunt, Plinius *lib.* 3. *cap.* 5. Nili malis, à Teuthea urbe Eidis, vel à Bi Teuthea in Peloponneso accellitos illos, Teuthani urbem in Italia, quæ postmodum Pisa, exstruxille, qua dere V. Salmasium *ad Solinum pag.* 60.

Teutates, adde: Ejusdem meminit Lactantius *lib.* 1. *cap.* 21. *Galli Hesum atque* Tutatem, *humano cruore placabant*: quibus *Taranim* addit Lucanus, uti dictum fupra. Et ex hisce *Teutatem* fuisse Mercurium, hæc ipsa victima probare videtur: Mercurio enim homines à Gallis solitos fuisse mactari, indicat etiam Tertullianus *Apologet. cap.* 9. & Minucius *Octavio*. Verùm non commode satis hæc voce Mercurium reddi; cùm non Mercurii fidus, fed Solis, vel vis Jovis, h. e. cœli, ea fuerit indigitatata, contendit Vossius: *Nam quis*, inquit, *credat, vel Martis* (quem *Hesum*) *vel Mercurii placatam* (quem *Teutatem* Galli, *Wodan* Germani dixere) *majori ea in veneratione habuisse, quàm Solem ipsum? Utrobique igitur Sol intelligendus; quem qui à diversimodi Germaniæ gentes expresserunt; diversis quoque Martis atque Mercurii vocabulis reddiderunt Romani; sed patrium oppositi. Quia Latine qui interpretantur, non Solem, sed duos è quinque Planetis, per Martem & Mercurium intelligerent: ea verò, quæ ab antiquissimis hominibus prodita essent de Martis ac Mercurii cultu, ad Solem reducì, pauculis fatent; nempe non nisi homines eruditissimi & qui omnis Theologiæ arcana penetrassent. Quare fatius fuerat, retinere appellationes barbaras: vim autem vocum rectius per Jovis aut Apollinis nomina expressisset, deorig. & progress. l. tol. lib.* 2. c. 13. Ab hoc Tacito, Germanis Teuth, populus hic appellationem nactus est, *Teutsche*. Nationes enim Germaniæ à Deo, ita quæque dicto, nomen allumpserunt: ita *Wodan* seu *Gudan*, non solum Inf. *Godanonia*; sed etiam cisso O. *Gdan*, & primâ lit. rà per aphæresin ablata *Dan, Dani*. Quali *populum Dei* dixeris: quod facere iis visum. ad cultum Dei inculcandum fuis & simul ad terrorem incutiendum hostibus. V. eundem *lib.* 1. *cap* 37. Georg. Hornius tamen ex Aventino, in Germania regnasse *Teuton*, *Teutonem* vel *Teutonen*, virum sapientem & disciplinarum apud Germanos Auctorem, qui poli mortem divinos honores meruerit. tradit; Ab eodem hodieque vocêm *Deuten* pro תּאגיף derivans: unde *Teutonen* ac Jovem fignificatione plane convenire contendit, *Hist. Phil. lib.* 2. c. 12. V. quoque infrà in voce *Theut*.

Teuth, V. fimiliter in *Theuth*.

Teuthea, Græcè *Τευθία* & *Τευθὶς*, urbs Elidis. Et *Teuthas* fluv. Peloponnesi, de quibus V. supra in voce *Teutana*.

Teuthidacanthopsi, nomen lerpentis, Indis Occidentalibus in cibo & delitiis, hinc quæ patrio sermone *domina serpentum* dicti. Quatuor eit pedes longus, vel amplius, & caninorum dentium tubulis venenum jaculatur; quibus Mexicani pungunt collum ac cervicem illorum, qui gravi corporis dolore laborant: carnem vero ita præparare norunt, ut non minùs iis lapiat, quàm nobis altilium eximia. Gerhard. Joh. Vossius *de orig. & progr. Idol.* l. 4. c. 22.

Teuti, *Teutisi* & *Teutisi*, V. *Teutones*.

Teutobodiaci, inter Gallorum gentes, quæ Galatiæ sè occupatæ nomen dederunt, memoratur Plinio *l.* 5. c. 13. de quibus V. Salmasium *ad Solin. p.* 876.

Texnidi Ars, Græcè *Τεχνῖδι*, unde *Hyphantice* eadem ex Græco dicta, Senecæ *Epistol.* 90. definitur Græcis *ἡ ὑφάνεως*

τὸ πέπλον δ' πρὸς τὸλο κρόκος, *fubtemitis ad ſtamen connexio*: connexu namque ſtaminis ad ſubtemen tota telæ ſtructura conſtat uti habet Vitruvius *l.10. c.1.* Quam in rem V. Salmaſium ad *Tertullianum de Pallio cap.1.* & quæ jam ſupra diximus, ubi *de Stamine, Subtemine, Telo* &c. Originem ejus, ex Ægyptiorum ſententia, hanc refert Tertullianus, ubi modò, *cap.5. Ægypti narrant - ea tempeſtate Oſiridi, qui adhuc exſtat, Lyna Ammon veſtiri, novium dives: - - Mercurium - - - forte palpati arietis mollitie delectatum, digitabaſſe ovicalam: dumque perſentat, quod materiæ ſubſtratus ſtudebat, tractu proſequenſe ſilum eliquaſſe & in veſtis priſtinæ modum, quam philyra tenus junxerat, exiſſe &c.* Sed ultima verba ſic legit Salmaſius, *& quod materiæ facilitas ſtudebat, tractu proſequenſe ſilum eliquat, in veſtis priſtini modum, quæ in philyræ tenus junxerat, exiſſe.* Senſumque loci eſſe vult, flocum lanæ ex ovicula à Mercurio vullum matubisque ejus tractibus & eliquatum in filum exiiſſe, quales è philyra teſtes priùs necti moris erat, hincque artem materiamque *texendis* veſtibus Iſidem excogitaſſe. At Græci, ut idem pergit Scriptor, *omnem lanifii diſpenſationem ſtructuramque telarum Minervæ maluerunt, cùm penès Arachnen diligentior eſſet*ina, ad quæ verba eiusdem Salmaſii Notas vide. Et quidem gemina erat *Textura* apud Vett. ratio: Antiquius enim, ſtantes & ſurſum ſubtemen impellentes ſpathæque percutientes ſtamen ſubtemini, quod ὠὴν ὑφαίνειν Græci, item *ἀὠκεῖν*, Latini *ſurſum verſum & in altitudinem texere*, dicebant. Trama enim vel ſila infrà erant, in ſuperioribus texebatur veſtimentum; ſicque trama ſemper ſpathâ ad ſuperiorem partem ducebatur ac trudebatur. Quogenere texta *ἀὠκεκα* dicebantur illis, uti Iſidorus Peluſiota docet, qui *ἐνδοθεν ἐμαίνετο, faſcias pectorales* ſic vulgò texi conſueviſſe inter alia ait, de Galli eis loquens, item *ανωθεν* Heſych. *δι ἐρεὶς ἱστὸς τετλα, unde rectæ tunicæ*, eadem ratione textæ, cujusmodi fuiſſe & tunicam Domini noſtri *ἄῤῥαφον, inconſutilem*, ut vulgò redditur, Salmaſius cenſet, ut infrà videbimus. At apud Recentiores à fedentibus tela texebatur & pectine ſcribebatur, ac ſubtemen deorſum trudebatur: cùm enim in ſuperioribus ſila haberent vel ſicia, ad inferiora procedebant, ubi veſtimentum, vel tela, quæ texebatur, inerat. Quod inventum Ægyptiorum fuit, atque inde ad Græcos Romanosque dimanavit, veteri in altum texendi more apud ſolos Linteones remanente, uti notat Servius *ad illud Virgilii*:

Arguto conjunx percurrens pectine telas.

Unde & *Minervæ ſedentis ἀγαλμα* dedicaſſe Ægyptios, Grammatici referunt. Utrumque modum indicat Herodotus *lib.2. ὑφαίνουσι οἱ δὲ ἀνὼ κάτω ἑλκύσαντες· Ἀιγύπτιοι δὲ κατω.* Et Seneca *Epiſt. 90. Poſidonius — dum vultedcribere primum — quemadmodum tela ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendat, quemadmodum ſubtemen inſertum, quod durantem utrinque compli-mentis trama remittat, ſpatha illud cogatur & jungi: texrium quoque artem à ſapientibus dixit inventam, obſtitus poſtea repertum hoc ſubtilius genus, in qu*

Tela jugo vincta eſt, ſtamen decernit arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod lato feriens inſecti pectine dentes.

Ubi habes utrumque texendi modum, *per ſpathan* & *per pectinem*. Tela, quæ jugo jungebatur, *Ἱστὸς* hinc Catonì, eam ſedentes mulieres detexebant & pectine ſcribebant: quæ verò ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendebat, & ipſa tela erat & à mulieribus ſtantibus ac ambulantibus pertexebatur, quò illud Homericum *ἱστὸν ὑφαίνουσιν* pertinet & c. Plura V. apud Salmaſium, *ad Aurelianum Flavii Vopiſci*, ut & paulò infrà; De araneorum autem in *texendo* ſagacitate, ad prima fortè artis occaſio, Gerh. Jo. Voſſium *de orig. & progr. Idol. l.4. c.73.* ubi & *à rege*, quòd viz. trama ſtamen tamquam, & alterni nunc illud tegat, nunc ab eo tegatur, verbi etymon arceſſit. Sed & *texere* Plumarii dicti, de quibus ſupra.

Texnians, quaſi *Oculpeta*, quòd de arbore jaculi inſtar, in pretereuntium oculos, ſe evibret, virulentus apud Quanahuacenſes Americæ pop. ſerpens eſt, Amoris hieroglyphicum, in quo *dulces ureti* Poetæ veteri verbo. V. Voſſium ubi ſupra. *c.7.*

Texior, ſervilis miniſterii apud Romanos nomen. Marcianus *l.6. §.2. ff. de Leg.3. Stantes ſervi ſi plura artificia ſciant, & alii Cocì legati ſcribti, alii Textores, alii Lecticarii, ei cedere ſervum dicendum eſt, cui legati ſunt, in quo artificio plerunque verſabatur.* ApudSuetonium de *Ill. Gramm. Remmius Palæmon, cùm ſeminus, muliebris vernæ, primò ut ſervum textrinum; deinde, heritem filium dum comitatur in Scholas, litteras didicit.* Hinc *Texrix*. de qua C. JC *l.27. ff. de pecul. Et ancillarum & filiarum familiæ nomine, de peculio actio datur, maximè ſi qua Sarcinatrix, aut Textrix erit.* Et Ulpianus, *Quamvis ſi lanam conſiuxerit vel ſtatim expenderidam, postea etiam per ministerias ancillas opus perficere. Itemque ſi vestimenta vendemerit.* Portius quoque Latro apud Senecam *Controv.l.2. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo veſtis crunteatur, infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veſte pelluceat.* Atque hoc artificium adeo ancillas decuit, ut Ammianus *l. 14.* univerſas unico *Textrini* nomine comprehenderit. V. de lana & lino, quatenus in *Textrinum* recipiuntur, Ulpianum *l. 70 ff. de Legat 3.* Partiebantur verò inter Lanificas penſa ipſæ dominæ; imò & laudatas Matronas lanâ feciſſe olim laudatûar poſquam ea illis munera ſordere vila ſunt, Lanipendiæ iunt inſtituræ, de quibus Plaut. *Menæchmis Act.5. Sc. 2.* In familia quoque ruſtica *Textores* fuere & *Hyſtriones*, inquit Varro *de re Ruſt. lib.1. c.2.* Et ſanè curam veſtis conditæ uni villicæ præſertim Columella: & inſuper, ut præparatas & pectitas lanas habeat, & quibus ſibi, actoribus & aliis in honore, ſervilis veſtis domi conficiatur; Monet præterea, ut ad telam accedat, & ſi quid melius ſciat, doceat, *lib.12. c.3.* Conſeecerunt autem ſicut hodie *Textores* telas & pannos è lana aut ſericea aliave materia, uti, artem exarm *Hyſtrionicen* ex Gr. dictam eleganter deſcribens, Seneca habet *Epiſt.* 90. Neque hoc ſolum, ſed & integras veſtes abſolvebant: non utentes operâ eorum ut plurimùm, quos Galli *Couturiers*, Latini *Sartores* vel *Sarcinatores* dicunt; quæ vocabula reſectorem potiùs veteris veſtis, quàm novæ confectorem, indigitant. Hinc Galenus *lib. de Thraſyph.* ubi multum facit mentionem earum artium, quæ veſtes Vett. conficiebant, noſtrorum Sartorum non meminit, ſolam in eo genere agnoſcens *Textoriam*: quaſi illa non tantùm pannos confeciſſet, ſed etiam veſtimenta abſolviſſet. Unde ſequitur, aut eosdem, qui erant *Textores*, etiam Sarcinatores fuiſſe, qui tamen à parte artificii præcipua *Τὸ ὑφαίνειν, Textores*, potiùs dicti ſint: aut certè longè aliam fuiſſe rationem olim indumentorum faciendorum, quàm hodie & C. quæ hanc in rem eruditè congeſſit Iſaac. Caſaubonus *Exercit. 16. ad Annales Eccl. Baron §.* 84. & ſupra ubi legimus *de Sarcinatoribus*. Proprium à *Textorum Texrix* umque *plaudere* fuit, cum licium denſius inculcabant & cum plauſu collidebant: Ser. *σπαθᾶν* vel *κρούειν*. Appulejus *Metamorph. lib.1. Dextra ſacrienſe frontem replaudens*, id eſt, reprecutiens. Unde poſtea verbum in Theatrum migravit, eoque peractis fabulis Spectatores dimitti cœperunt, Joh. Laurentius JC. in *Theodorum lib.5. tit.7.* Cantilena eorum dicta *Ἀπολογία*, à *lino*, ut videtur Scaligero, ſicut *ὑμέναιος* ad lanificia adhibebatur, V. eum *Poetices l.1. c.* 55. & Ovidius *Texrinum* & *Texrium* ob oculos his verſibus ponit *Metamorph. lib.6.*

Hanc mora, conſtituens diverſis partibus ambæ,
Et gracili geminas inendum ſtamine telas.
Tela jugo vincta eſt, ſtamen decernis arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod ubiſti expedium, pectine inter ſtamina ductum
Percuſſo ſorium inſecti pectine dentes.
Utraque ſic ſtimulant, claſſaque ad pectora veſtes
Brachia docta movent, ſtudio laſſente laborem.

Textrinum ruſticum ſic deſcribit Sidonius in Burgo Pontii Leontii *carm.22. v.192.*

Continuata debine videas, quæ conditor auſus
Æmula Palladiis Texrina dicere templis.
Hæc ceſſi quondam conjux veneranda Leonti
(Quæ non ulla magis marito nupſerat) familia gaudet
Illuſtris pro forte Viri) celebrabitur æde,
Vel Syrias vacuiſſe colus, vel Serica ſila,
Per cannas torviſſe leves, vel ſtamine fulvo
Pygmanuis fuſi mollirum noſſe metallum.

Ubi quòd Palladiis *templis* æmulam *Texrinum* dicit, Minervam Artis hujus vel Inventricem ve Præſidem, indigitat. V. Laurentium Pignorium *in de Servis*. Unde Tibullus *lib.2. Eleg.1.*

Atque aliqua aſſidua Texrix *operata Minerva*
Cantat.

Plura ſuprà, ubi de *Lana, Lino, Texendi Arte, &c. Texores Plumarios* habes, ubi de *Plumariis artificio* &c.

Textores Gall. *Tiſſerans*, inter nomina, quibus Albigenſes olim aſperſi. V. de iis luo loco

Texius, apud Scriptores Fiscl. Bon. liber dicitur ſeu codex Evangeliorum, qui inter Cimelia Eccleſiaſtica reponi ſolet, auro gemmisque ut plurimum exornatus, interdum & aureis literis exaratus. Seu verbis Fridegodi,

Codex aurato conſpicuus grammate ſcriptus,
Aurlius Evangelicum per varia in corpore textum:

quem Pontifici apertum, cæteris clauſum oſculandum deferri & ſuper quo, Altari impoſito, jurari conſueviſſe. habet Hildebertus Epiſc. Cenom *Epiſt.* & diximus ſuprà, ubi de variis *Juramendi* ritibus. V. C. du Freſne *Gloſſar.*

TH.

Th. Græcis Θ. damnationis apud hos, ſicut C. apud Romanos fuit litera. Περὶ ſus,

Et pœis ei nigrum vitio præfigere Theta.

An quia Θ. ut vult Eraſmus, cor hominis telo in medio vulnerati repræſentat, an quia vocem Θανατος, *mors*, inchoat? juxta illud,

Inſidis multis Theta eſt, nihil litera felix,
Si Θάνατος ſcribis, ſcribis & illa Θάν.

Quam ob cauſam inter quinque literas Græcorum myſticas etiam hanc reponit Iſidorus *Origin. lib.1. c.3.* mortem ſignificare, dicens: idemque annotat, in brevi culis, quibus nomina militum continebantur. Θ. *ad minuscipsum deſignebi nomen apponi conſuevisse*. Unde eadem notam in variis ſepulchris Chriſtianorum exaratam, à tronte nominis deſcripti, diſcas ex Brovvero

in Annal. Trevir. lib. 9. & 10. & *Antiqq. Fuldenſ.* non uno loco. V. quoque Jan. Gruterum *pag. 567. 6.* ut & in voce *Thuia*. In vett. lapidibus & libris Θ. ut & Ω. ac P. ſæpe pro figura rotunda quadratam habere, adnotat Voſſius, *de Arte Gramm. lib. 1. c. 30.* qui idem Θ. & X. ab Epicharmo Syracuſano, inventa eſſe, ex Ariſtotele ac Plinio *lib. 7. cap. 56.* docet, *de Arte lib. 1. c. 15.*

Thageno, ſeu *Tageno*, Decanus Patavienſis, ſcripſit *Hiſtoriam Expeditionis Friderici I. in T.S.* editam inter Hiſtoricos Germ. vixitq; ſub eodem Imp.

Thainus, ſeu *Thanus*, nomen dignitatis olim apud Anglo-Saxones, dein Normannos, Anglia potitos. Fuere autem duplicis ordinis, *Thaini* ſc. *Regis*, & *Thaini mediocres*, quorum illos Baronibus majoribus, hos minoribus, h.e. manceriorum Dominis non male æquipares. Nempe Canutus M. Danor. R. ad ſum comitatum adiectos præcipuos è nobilitate Danica, *ſuperioribus mox nominatis, capitis detruncatis conſtanter*, ut ait Sueno in *L. Caſtr. cap. 2.* quorum numerus ad tria millia Militum ſelectorum aſcendebat, ſuo idiomate *Thinglith* nuncupavit, voce conflata ex *lith*, quæ *ordinem adeiti* ſonat & *Thin*, *Thein* vel *Theing*, quâ Nobilium ordo efferebatur: unde poſtea hi *Thaini* & *Thani* dicti. V. Seldenum *de Titulis Honor. Part. 2. cap. 5. §. 2. 4.* & *Notis ad Eadmer. pag. 170.* v. plura hanc in rem, apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Thala, adde: Gronovio *Thala Menandri*, non eſt nobile illud ſcortum, Glyceram enim is amaverat; ſed fabula ejus celebertima, *Thais* inſcripta. Hæc *primum luſi vos amores juvenum luſit*, h.e. primum in ſcena exhibuit & materiam Comœdiæ fecit amantem, ſeu partes amantis ephebi tractavit. Significat hoc Poëta, Menandrum auctorem fuiſſe Novæ Comœdiæ, & *Thaidæ* auſpicatum; Cujus cum tanta virtus, ars tanta, tanta ſuavitas, ut dicere poſſis hoc excellentiſſimum Poëma vere fuiſſe amicam Poëtæ, i. noctes diesque ab eo cultam, curatam, exornatam, velut hoc unum egiſſet (adeò illa omnes Attici leporis ſales, totumque tanti ingenii *συγκόπιον*, omnesque ſceniæ feſtivitatis arculas & pigmenta abſumpſerat) denique animam & delicias fuiſſe illius unicas; non illam Glyceren, quæ tam potens fuiſſe fertur: hinc addit in minore verſu; *Nec Glycere, ſed vere Thais fuit amica Menandri.* Jo. Frid. Gronovius *Obſervat. in Excleſt. Scriptores cap. 2.* Sed & *Θαὶς* faſcia dicitur Medica, apud Soranum, *imὁ τὸν τὰς ὀσφύας*, quòd eo genere *Thais* caput ornare eſſet ſolita. Quemadmodum alius capitis *ἐπίδεσμος*, ab alio capitis ornamento muliebri, *Δίσκανος*, alius *ἰσχὰς*, quòd ad eam plane formam factus eſſet, qua hodie accipitres caput redmitum habent, appellatus eſt. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 779.*

Thalamegos, apud Suctonium *Julio cap. 52. cum qua* (Cleopatra) *& convivia in primam lucem ſape protraxit, & eadem nave* thalamego *pene Aſiaticâ intima Ægypti penetravit.* Græca voce eſt, *πλοῖον τὸ ἄφυρα τὰ θάλαμοι, quòd cubicularia ſerpit.* dicta, *Cubiculatus* hinc Seneca, item *Luſoria*. quòd voluptati ſolùm & oblectationi inſerviret. Cujusmodi naves paratas habebant Ægyptii Reges DCCC. ut videre eſt apud Appianum *Proœmio*. Similes, ſi-ulum ſpectes, vett. Gallorum *parada* ſunt, de quibus Auſonius & Sidonius. Item illa Neronis, de qua Plut. *περὶ ἀδυνατ.* Gripus *Rudente*,

Poſt animi causâ mihi navem faciam, imitabor Stratonicum,
Opſidi circum vectabor Sicc.

Inprimis verò celebris fuit *Thalamegos*, navis à Philopatore ædificata, quâ voluptatis gratia cum uxore & liberis per Nilum veheretur. Ejus longitudo fuit diuvidii ſtadii, h. e. pedum 312. latitudo major quàm cubitorum 30. altitudo cum tabernaculi ſubrecto faſtigio, parùm à 40. cubitis aberrat. Figurâ nec longas naves imitabatur, nec rotundas, ſed ab illis diverſa, pro uſus commoditate & altitudine fluvii: infernè quidem ad catinum lata & humilis, at ejus ſummæ partes præcipuè ad proram, multùm extendebantur: duplex prora, duplex que puppis. In alvo media, cœnationes erant & conſtructa cubicula: in ambitu navis, duplex deambulatio, non minore circuitu, quàm juguntum quinque & inferioris quidem humoque propioris ſpecies ac diſpoſitio portui ſimilis, quam columnæ ſuſtinebant: ſuperior autem & à terra diſtantior, camerata, feneſtris feneſtratumque interſe intentis undique circumdata. Veſtibula ambulationum ex ebore aliaq; materia pretioſiſſima. His adjuncta fuit domus, uno tantùm columnarum ordine circumvallata, quæ lectos 20. capiebat, maximâ ædificii parte è cedro fiſſili materiata cupreſſoque Mileſia: Fores ex aſſamentis thyinis coagmentatæ, cum eburneis ornamentis; in quarum fronte clavis oſtiorumque marculis & annulis, ex ære rubro conflatis, color aureus igne adſcitus eſt. Columnarum ſcapi è cupreſſo; capitula operis Corinthiaci, auro & ebore ornata; epiſtylium (trabs eſt columnarum capitulis impoſita) totum aureum, cui diaſpoſma ſeu præcinctio aptata, cum inſignibus animantium imaginculis eburneis, cubito majoribus, artificii mediocris, ſed numero materiaque admirandis. Cœnationi tectorum ſuperſtabat elegans, è cupreſſi ligno, cum variis ornamentis ſculptis, inaurata ſuperficie. Inde domitorium cubiculum cum tectis quinque, cui conjunctus fuit angulus canalis, in latum pernavis alveum diſtentus, mulierum conclave ditimens, in quo cœnaculum fuit cum lectis novem, ſumtu & magnificentiâ par majori ac cubiculum cum lectis quinque. Atque ad primum usque tectum hæc ita diſpoſita fuerunt. In ſcalas vero cubicule vicinas ubi aſcendiſſes, alia domus apparebat, inſtructa cubiculo lectis, convexa tecti ſummitate, figura rhombo ſimili: & prope ipſum, ædes Veneris camerata, in teſtudinis rotundum faſtigium deſinente cacumine, in qua marmorea Divæ ſtatua. E regione hujus domus aliud erat cœnaculum ſumtuoſum, uno columnarum ordine circumſeptum, columnis conſtructis è lapide Judaico: cui proinpqua cubicula iis, quæ antea declaravimus, ornatu ſimili reſpondebant. In proram cuntibus Bacchica domus ſubjacebat, uno columnarum ordine cinêta, inauratis ſuggrudiis, ſive tecti prominentiis; usque ad cipiſtylia circumdata. Tecti fabrica eadem, quæ & Veneris ædis: ad dextram latus antrum oſſoſſum fuit, eò prorſus colore, qui videtur in lapideo cæmentitioque opere, ex variis lapidibus atque auro confectum. In eo regiæ ſtirpis ac cognationis imagines collocatæ, ex lychnitide arbore. Fuit & alia cœnatio pergquam amœna, ſuper maximæ domus tecto poſita, ordine & forma tentorii: Adverſo flumine cùm navigabatur, aulæa in ea expandebantur purpurea. Cœnationem excipiebat locus dialis, cujus in ſuperiore parte navis ea collocatio fuit, quæ ſubjacet proſtadis: Hæc, quæ à poſtibus in Gymnæum ducebat. Hinc vicina ſcala tortilis, quæ ad occultam ambulationem tendebat & cœnationem novem lectis inſtructam, fabricâ Ægyptiacâ. Nam teretes que illic columnæ fuere, vertebratis ſcalpturis differebant, candidæ viciſſim ac nigræ. Rotunda in illis forma capitulorum totaque ea cum ſcripitio roſis aliquantulum dehiſcentibus ſimilis. Circa partem, quam calathum vocant, nullæ volutæ fuerunt, quemadmodum in Græcis: craſſa nulla folia, ſed lori fluviatilis calyces. & palmæ nuper geminantis ſuctus. In quibusdà aliorum florum multa genera exculpta. Quod autem radici capituli ſuberat, nempe quod vertebræ jungenti cum ſcapo inſidebat, cibiorium, h. e. fabæ Ægyptiacæ, floribus & veluti complicatis foliis exaltum erat: Sic enim Ægyptii parietes conſtruebant & ornabant, quos nigris lateribus & albis variabant, interdum etiam lapide, quem alabaſtritem vocant. Ædificia quoque multa, alia in medio mole alvi navis & in cunctis eius partibus fuere: Sed ea quæ à poſtibus velum byſſinum, id eſt, è tenuiſſimo lino, purpureis funibus ornatum. V. Adam. Preyelium *Sinæ & Europæ cap. 25. ubi & aliam ab eodem Philopatore navem extructam pluribus perſequitur.* De *Thalamegis* hodiè narum gentium, Sinenſium inprimis, ſuprà aliquid, ubi de *Navibus*. Addam hoc unum, quòd vocem nonnulli, quaſi *θαλαμηγὸν μέγας*, *Thalamum*, ſeu *Cubiculum*, ſeu *Palatium magnum*, appellatam malint. Namque *thalami* nomine domus quoque magnificæ & palatium venire, notum.

Thalamus, Græce *θάλαμος*, item *θαλὰμη*: quæ tamen ſic diſtinguit Ammonius, ut *θαλάμους* proprie ſint deluſtra Diofcurorum, imò omnium Deorum interiores cellæ, Dearum præprimis, quæ aliàs *παλοῦαι*, *ναοὶ* i. *velis plumario opere variegatis* claufæ, de quibus V. ſuprà in vocibus *Calybe*, *Oecus*, *Poſtpharri* &c. *Θάλαμοι* verò de hominibus dicantur: quod tamen diſcrimen non eſt perpetuum, cùm & Dearum calybæ *θάλαμοι* appellentur paſſim. Eſt autem *Thalamus* proprie, remotiſſima pars ædium,

Virginibus quæ ſida domus ——

Uti ait Statius *Achilleid. lib. 2. verſ. 77.* aliàs Δῶμ. Græcis, item *αὐλὴ*. & *παστὰς*; inde *Νυμφῶνες αὐλαὶ*, ſeu *Nuptialis ædes*, in quem *à virgineo thalamo tranmittebantur*, ut loquitur vetus ejusdem Schol. *ad Theb. lib. 4. verſ. 751.* Novis enim nuptis conventuris novi fiebant *thalami*, i. thori, inſtar conclavium exſtructi, idque ſingulari artificio. Claudianus *Nuptiis Honorii*, *verſ. 214.*

—— *alii* thalamum *doctâ componite textu*,
Stamine gemmato, picturatisq; columnis
Adſiſtentur apex ——

Componebantur autem inſtar tentoriorum; ut nunc etiam. Unde *σκηνοποιΐα* dicti Poëtæ veteri, apud Suidam:

—— *in ſi μιλησίῳ*
Νεὼς ὢν ὑφάντης σκηνοποιὸς θάλαμος ἔσῃ &c.

Quam in rem V. Casp. Barthium *ad Statium d. l. alibiq; paſſim.* Apud Hebræos *Nuptialis Thalamus* dictus eſt חופה *Chuppa*, cujus vocis hæc primaria notio eſt, ut ſe. interiorem illum domus receſſum ſeu thalamum notet, in quem Deductio nuptialis fieri ſolebat. Quo proin ſignificatu occurrit in Benedictione Sponſalium, in ea gente uſitata, quâ inter alia gratias Deo agunt, quòd *inter ſis inuridile, uxores tam Thalamo* (ubi vox *Chuppa*) *quàm Sponſalibus connubiis ſibi permiſeris*: adjuntque, *Benedictus qui ſanctificavit populum ſuum Iſraël per* (chuppa) *Thalamum & Sponſalia*; V. Gemar. Babylon. *ad tit. Chetuboth cap. 1. fol. 7.* Quæ poſtrema verba Genebrardus *in ſubjunctis Chronol. pag. 73.* ſic vertit, *Permittens ductus in matrimonium interventu thori geniatis & confœderationum coniugalium.* Et hæc, ut dictum, primaria ſignificatio vocis, tum in ipſis complendis nuptiis, tum in earum celebratione, uſurpatur etiam חופה *Chuppa*, pro velamine

mine Sponſorum, quo velut flameo capita eorum obtegi: item pro tentoriolo illo, quo obumbrari, in ipſa Benedictione Nuptiali Sponſi conſuevere. Quemadmodum viciſſim vox אפרירון, proprie Velamen nuptiale denotans, etiam pro ipſo Thalamo conjugali nonnunquam ſumta reperitur. Thalamus etiam חדר Cheder dicitur Joëlis cap. 2. verſ. 16. ubi Thalamus quamvis memoratur, idque quatenus tempus nuptialis celebrationis ſpectat, *Exeat ſponſus è cubiculo ſuo & ſponſa è Thalamo ſuo.* Quibus in verbis Sponſæ tribuitur *Chuppa*, quod vocabulum plerunque fere ſemper pro Thalamo, in quem ſolennis deductio facta eſt, uſurpari diximus & *Cheder* Sponſo. Verum quidem, *Chuppa*, à verbo חפה deductum, quod *obtegere* denotat, ex natura ſua locum, quo obteguntur ſeu occultantur Sponſi, ſignificare adeoque thalamum ſeu θαλαμο (quod habent Helleniſtæ, V. *infrà*) in quem ad concubitum Sponſorum deductio fiebat; *Cheder* vero *cubiculum* ſeu *conclave* denotare: Sed in idem plane ita recidunt. Chaldæi etiam גנן & בית גנן vocavere. In hunc itaque Thalamum deductio fiebat, ſicque Sponſa omninoda ratione perfecta Uxor regulariter habebatur: & Sponſi ex eo, tum ſplendidis veſtibus, tum nuptialibus comitum officiis, ſiſque lætiſſimis, durante Nuptialis celebritatis tempore, ornati progreſſus, Soli comparatur, Pſalm. 19. verſ. 5. Sponſus enim amici ac miniſtri aderant, quorum officia nuptialia Sponſis, durante iſtis five tridui five feptidui tempore, præſtanda fuere. Quo ref: icitur Matth. cap. 25. verſ. 10. *Dum iremt emere* (Virgines fatuæ) *venit Sponſus: & quia parate erant, introierunt cum eo ad nuptias & clauſa eſt janua.* Ubi, quod in Græco eſt, ὁι νυμφιος, à Syro redditur, *in domum chori, lætitiæ & nuptiarum*, cui etiam alibi ſæpius ει χαρου, *nuptiæ*, nuncupatur *Sympoſium nuptiale.* Quo autem ibant Virgines hæ? εἰς ἀπάντησιν τῆ νυμφίῳ, *in occurſum Sponſi*, Syrus addit, *& Sponſæ*, quibus venientibus amici in occurſum ibant, ἱοὶ τῆ νυμφίου, *filii Thalami Nuptialis* propterea dicti. Matth. cap. 9. verſ. 15. Inter quos duo erant præcipui, viz. alter Sponſi, alter Sponſæ, è quibus ille, qui Sponſo, ut amicus fideliſſimus, *in domum chori, lætitiæ & nuptiarum*, cui etiam alibi ſæpius ει χαρου, *nuptiæ*, nuncupatur *Sympoſium nuptiale.* Quo autem ibant Virgines hæ? εἰς ἀπάντησιν τῆ νυμφίῳ, *in occurſum Sponſi*, Syrus addit, *& Sponſæ*, quibus venientibus amici in occurſum ibant, ἱοὶ τῆ νυμφίου, *filii Thalami Nuptialis* propterea dicti. Matth. cap. 9. verſ. 15. Inter quos duo erant præcipui, viz. alter Sponſi, alter Sponſæ, è quibus ille, qui Sponſo, ut amicus fideliſſimus, *in tempore nuptiarum* officium præſtaret, innuitur in ſimilitudine illa ſacra Johannis, cap. 3. verſ. 28. *Ipſi teſtimonium mihi perhibetis, quod dixerim, Non ſum ego Chriſtus, ſed quod miſſus ſum ante illum.* Et mox, ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστὶ· ὁ δὲ φίλος τῆ νυμφίου ἑστηκὼς & c. *Qui habet Sponſam, Sponſus eſt. Amicus autem Sponſi, qui ſtat & audit cum gaudio, gaudet propter vocem Sponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.* Vocis Sponſi Sponſæque mentio tum in ſacris literis ſolennis, tum in ipſa, quæ deductioni erat prævia Benedictione, vocinq; mutuos conjugum ſeu ſponſorum affectus atque exhilarati animi inviem effata indicantem denotari, dubium non eſt: quam audire atque obſervare, etiam inter primaria Paranymphorum ſeu Amicorum Sponſi Sponſæque officia fuiſſe, indeque more nuptiali lætari eos conſueviſſe, certum. In Judæa vero (alius enim in Galilæa mos) eorundem uſus erat, non tantum in Deductione, ſed & in ipſo cubili ſeu *Chuppa*, idque toti deductionis nocte. Tametſi namque paſſim ferme, pudoris causâ, in more ſit poſitum, ut cohabi: ariorum conjugalis, *remotum ab arbitris cubile conquirat, omnesq; famulos atq; ipſos etiam Paranymphos & quoscunq; ingredi quoslibet neceſſitudo permiſerat, ante mittat foràs, quàm vel blandiri conjux conjugi incipiat*, ut loquitur Auguſtinus de *Civ. Dei lib.* 14. *cap.* 18. in Judæa nihilominus ipſi thoro Coniugali Paranymphi officioſè adſtare runt, ne ſtatus alteruter unque de Virgin itatis teſtimonio committeretur. V. *Buxtorf. Lexic. Talmud. lib.* 2. *cap.* 7. 13. & 20. ubi ſuprà in voce *Nuptialis Deductio.* Adde hiſtoriam Nuptiarum Raguelis & Saræ, Tobiæ *cap.* 7. & 8. Occaſione *Thalami* de vocandi more Nuptiali pauca adſpergam. Apud Hebræos Velaminis duplex genus occurrit, in Nuptiis adhibitum. Alterum, quo Sponſorum capita, ut Flameo, obtecta; alterum quod in ipſa Benedictione nuptiali, velut tentoriolum portatile, eos obumbrabat. Priorig mentio in Miſna tit. *Sota cap.* 9. Talm. Babylon. *fol.* 49. *Tempora bellicis, quæ ſunt indigna, decretum eſt, ne prodirent* (in Deductioneth) *Sponſa, velamine ubi vitata intra Urbem. Sed Rabbini noſtri poſtmodum permiſere, ut etiam intra Urbem velamine prodirent obvoluta.* Poſterius, quod in atrio Synagogæ præparari nunc ſolitum, an veteribus Ebræis quoque in uſu fuerit, nondum ſatis compertum. Solebat autem hæc veſtis ſeu pannus expandi ſuper caput Sponſi ac Sponſæ, ac tenebatur quatuor vectibus, tempore Nuptiali. Utrumque *Chuppa* quoque nonnunquam appellari conſueviſſe, dictum ſuprà. Velamina verò Sponſorum ita *verecundiæ causâ* obtegere ſolita ex ſtudiose aliave ejusmodi materia confecta fuit, non ſine monitibus, lemniſciis, aliisve id genus, pro utentium lubitu, hinc inde pendulis. Ipſum autem אפרירון, quod in loco Miſnæ citato Sponſæ prodeunti tantùm attribuitur, velamen hujusmodi utrique commune denotare, manifeſtò liquet ex utraque Gemara, ut videre eſt apud Seldenum. Quamvis autem, pro utentium libitu, hæc velamina fiebant; tamen plerumque fattigiata ſeu in conum ſurſum deſinentia, quæ etiam figura Tentoriolo tributur, confici conſueverunt. Eorum uſus hodieque ſolennis in *Ritualibus* hodiernis, pro vario locorum more, memoratur, Maharil *fol.* 82. & Machzor *Germ. part. I. fol.* 336. *col.* 4. & 337. *col.* 1. Tranſit, ut alia multa, Velaminis Nuptialis ritus, ad alias quoque gentes, de quibus non alibi. De Occidentali faltem ut aliquid Eccleſia dicam, in Reſponſo ad Bulgaros Nicolai I. Pontif. Rom. *Reſponſ.* 3. & *Cauſ.* 30. *quæſt.* 5. *cap.* 3. inter alia legimus: *Apud noſtrates poſtea Sponſalia — fœdera — celebrantur. Et poſtquam arris Sponſam ſibi Sponſus per ſe dignitum fidei annulo ſubſignatus deſponderit — ambo ad Nuptialia fœdera perducuntur & primùm in Eccleſiam Domini cum oblationibus; quas offerre debent Deo, per Sacerdotis manum, ſtatuuntur. Poſq; dictum Benedictionem & VELAMEN cœleſte ſuſcipiunt, ut eisnuptum videlicet, quod Dominus primus homines in Paradiſo collocans benedixit eis dicens, Creſcite & multiplicamini &c. — Verumtamen* VELAMEN *illud non ſuſcipit, qui ad ſecundas Nuptias migrat. Poſt hæc autem de Eccleſia egreſſi, coronæ in capitibus geſtant.* &c. In *Archiepiſcopali* Bononiensi hæc verba legimus: *Tunc* (Annuło nempe benedicto) *cingit Parochus Sponſorum colla candido aliquo velo, ad inſtar Stolæ accommodato & eos matrimonio jungit.* In Diœceſi Leodienſi, poſtquam Sacerdos Sponſos copulavit, eos ad gradus Altaris procumbere jubet, illisque benedicit: dein ſtolæ e colo dependentia extremitates duas ſuper caput Sponſi & Sponſæ (quod veli vice eſt) ponit, dicitque: *Dominus vobiſcum. & cum Spiritu tuo.* Initium Evangelii Johannis, & poſt hanc duo aliquot ac preces, faciendo ſuper eos ſignum crucis, dicit *Benedictio Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos & maneat ſemper.* Aſpergit poſtea Sponſum & Sponſam, aquâ benedictâ, & illum primò, dein hanc Altare reverenter oſculati ſuêre, ſicque domum remittit in pace. In *Formula* verò, quæ eſt Eccleſiæ Argentinenſis, in Agendis ejusdem ab Johanne Epiſcopo editâ, Coloniæ 1590. Sacerdos partem Stolæ Sponſorum manibus circumvolvit, dicitque, *Ideo Matrimonium per vos contractum confirmo, benedico & benedico: in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen.* In *Sacerdotali*, quod Venetiis prodiit A.C. 1576. Velum unicum induitur Sponſorum ſpatulis, ad altare procumbentium. In Anglia olim proſtratis Sponſo & Sponſa ad gradum Altaris, extendebatur ſuper eos pallium, *quod tenebant 4. Clerici per quatuor cornua, in ſuperpelliciis*, niſi alter eorum priùs eſſet deſponſatus ad benedictus: tunc enim non habebatur pallium ſuper eos, nec dicebatur Sacramentalis Benedictio. Etiam cum mutuò interrogabantur Sponſi, & mulier reſpondebat, *Volo*: dabatur illa à Patre ſuo, vel ab Amicis, Sponſo, & habebat, ſi vidua eſſet, manum *velatam* (Virgo verò diſcooperatam) quam Sponſus recipiebat, in Dei fide &c. V. denuo Seldenum *lib.* 2. *cap.* 25. paſſim inprimis *cap.* 15. ut & inſrà, ubi de *Velandi ritu*: Et & quæ ſuprà diximus, voce *Athora*, item ubi de *Lecto nuptiali.* Vocis origo ἀπὸ τῆ βάλλω, *florere, virescere, germinare*, &c.

Thalaſſio ſeu *Thalaſſius*, carmen Nuptiale, apud Romanos, V. ſuprà *Talaſſio.* Alias θαλασσιος, *marinus*: unde θαλασσόπαις, primigenius proavitinibi, de quo Salmaſius *ad Solinum pag.* 1067. & *thalaſſites* genus vini falſi, apud *Plin. lib.* 14. *cap.* 18. proprie verò θαλασσίτης, *quod in mari naſcitur, propiùs terram ubi littora*; ſicut πέντου ſeu πελάγιον, *quod in alto*, V. eundem Salmaſium, ubi modò pag. 1146. ut & ſuprà, in voce *Mare.*

Thales, adde *Thaletem* Milesium primum Σοφὸν dictum; Cretenſem verò primum Græciæ rhythmus uſum, primumque ναυηγησιακὸς compoſuiſſe, habes apud præfatum Auroræm, qui de prioris ætate, ſcriptis obitúque fatis multa congeſſit, ubi ſuprà pag. 676. 843. & *ſeqq.*

Thali, pop. Siaurornatis vicini, qui Caſpii maris fauces attingebant, apud Plin. *lib.* 6. *c.* 5.

Thalia, adde: Item una ex Gratiis. Licèt enim Placidius Lucta. *Thebaid. lib.* 2. *verſu* 284. nomina Gratiarum, *Paſithea, Aglaia, Euphroſyne*, eſſe dicat; Plutarchus tamen Paſitheæ loco *Thaliam* ponit. *Ille Philoſophus cum principibus virisetſe diſputandum, καὶ σοφὸν ὡς ὁ τῆς χαρίτων ἀριθμὸς, Aglaiæ, Euphroſynes & Thaliæ: Major enim & pariter ſit lætitia in eo, qui dat.* Similiter, Homerus quidem *Iliad. l.* verſu 269. in numero Gratiarum *Paſitheam* reponit, quam Papinius quoque *loco cit. primam ſororum* vocat: At Orpheus pro commodi ſtans ſententia, *in Hymno Grat.* ait,

Ἀγλαΐη τε, Θάλειά τε Εὐφροσύνη τε πάλαιαι,
Χαιρουσέων γανόωσιν ἀγορήσιν,
Aglaiaq, Thaliaq, & Euphroſyne dives
Gaudii genitrices, amabiles.

V. Thom. Dempſterum *Paralipom. in Roſinum lib.* 3. *cap.* 10. & id voce *Gratiæ.* Aliàs Thalia Gr. θάλεια, *convivium* eſt, unde *Thaliarchus* apud Horatium, de Magiſtro convivii; item liber Attiin quo ad fœditſima carnis vitia homines excitabat, memoratus Sozomeno *lib.* 1. *cap.* 20. & Athanaſio *Orat. c. Arian.* Ubi tamen alii Thaleæ legunt, quod nomen ſuit nobili ſeorto Romæ olim, uti habes apud Dominic. Macrum *Hieroteleſ.* Sed & θαλία, vel θαλεία, *ritus* vel *ciſtella*, item *facies* vel *marſupium* Græcis eſt: θαλεὸς & θάλια & θαλεῖος, *filia palmea* à θαλῶ, quod propriè *vermes olivæ*, inde ad aliarum arborum ramos extendi cœpit, V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 281. & 1169. ut & hic infrà.

Thalia,

Thallo, & *Auxo*, inter Athenienſium Numina, παρὰ τὸ θάλλειν καὶ αὔξεσθαι, ab eo quòd *germinare* ac *crescere* plantas facere crederentur. Franc. Roſſæus *Archæol. Atticæ lib. 2. cap. 1.*

Thallophori, apud Jo. Chryſoſtomum *Hom. 8. de Anna, Annon videtis frequenter quod, qui in urbibus verſantur, pueros nuper lætè deputos factunt thallophoros*: ſunt *frondiferi*, ſeu ramos olivæ altarumque arborum manibus ferentes, ex Graco Θαλλοφόροι. Apud Athenienſes inprimis ſic dicti ſunt Senes in pompa Panathenaica ramos humanoſi geſtantes. A' quibus occaſione ſumta, Chorus apud Ariſtophanem *Veſpis*, de ſenibus loquens ait eos, ut inutiles rebus agendis ac pompæ tantùm traducendæ idoneos, per riſum vocari θαλλοφόρους.

Σκανθίμενοι γὰρ ἀεὶ ὁ
Τωὖν ὀδοὶ ἀπάντων
Θαλλοφόροι προλείπουσι κεῖ.

V. ſuprà ubi de *Panathenæis rerum Feſtis*. Veſtigium moris, apud Chriſtianorum non paucos adhuc uſq; ætatem ſupereſt: Romæ abolitum ab Alexandro VII. ubi Kalendis Maji ramos virentes, in anni recentis ſignum, ſuſtollere conſuevere; niſi hæc poſt Majumæ Feſti *λειψανα* fuerint. V. Dominic. Macrum *Hierolexico*. Sed & in aliis ſuperſtitionibus θαλλοὶ adhibiti. Oedipus nanq; jubetur ter novem ramos oleæ amborum manibus offerre, apud Sophocl. in eo. Caduceæ θαλλοὶ, *i. ramis oleagineis* circumvolvi ſolita ſuna, Dinarch. *in Demoſt. &c.* Et quia θαλλὸς, ut dictum, propriè Palladis ramus ex eo Sapientiæ corona conſtabat, quam. Militadi negarim, auctore Sachare Docelco, Themiſtocli dederunt, poſt Xerxem devictum, Lacedæmonii, Eurybiadi fortitudinis corona collatâ, uti legas apud Plut. *Themiſtocle*. Sed & θαλλὸν coronamentum Magiſtratus recèns creati fuiſſe, apud Athenienſes, diſcas ex Platone *de LL. lib. 12.* plura de his θαλλοῖς V. apud Cat. Paſchalium *Coronar. lib. 6. cap. 16.* ut & ſuprà in voce *Ramus*.

Thallus, Auguſto Imp. à manu, cui, *quòd pro epiſtola prodita denario quingentos acceperit, crura effringi* Imperator juſſit, uti habes apud Suetonium in *Vita* ejus *cap. 67.*

Thalluſa, libertæ nomen in vet. Lapide, apud Caſaubonum *ad Suetonium. d. l.*

Thalaſſæ, Indiæ pop. apud Plinium *lib. 6. c. 19. Inſula in Europæ mari — ultra ſita* — Thalaſſæ. *Res bonum, peditum L. M. equitum III I. M. elephantos CCCC. In armis habet.*

Thaliſia, Gr. Θαλύσια, ſacra Cereri Liberoque communia: Eorum mentionem habet Heſych. *cap.* οἷον, *παλιᾶτε· Τὸν πλοῦτον πᾶς ἀπαρχὰς ἀνακπᾶσθε τῇ παρεῖτε τοῦ τοιλίου, ὅπως τὰ Δημήτερα καὶ Διονύσια, οἱ γαμβροὶ τὰ Θαλύσια, Primitias orationum dedicans Patriæ & civibus, ut Agricolæ Thaliſia Cereri & Libero. Ab* Agricolis naque celebrabantur, quibus ſummo Dii hi duo in pretio fuere. Nempe per *Cererem* Tellus fruges producere idonea indigitabatur: *Liber* autem aqua fuit, qui omnino opus Telluri humectari, & rerum generationem. Eadem proin Numina junxit Virgilius *Georgic. lib. 1.*

Liber & alma Ceres ——

Quòd verò de Libero dictum, *aquam* denotaſſe; notat Voſſius, Græcis, poſtquam facta recepere Ægyptia, nomine Oſiridis in Διόνυσον, iſti ſtudis in Cererem, converſo, Liberum quidem coeleſtem fuiſſe Solem: Subcoeleſtem verò, Aquam ſeu liquorem potabilem, qualis pluvia, fluvialis, fontana & putealis. Unde cauſa patet, cur à nonnullis Liber *Pater filius* dictus ſit. Ulpianus in *Midiana*, *Ἔνιοι δὲ τὸν παῖδα Σελήνης Διόνυσον καλοῦσι.* Ἐὸ viz. attenderunt, quòd Luna imperium habeat in humorem ſive aquam. V. Gerh. joh. Voſſium *de orig. & progr. Idol. lib. 2. c. 79.* & ſuprà ſuis locis.

Thaminaſades, veteribus Seythis idem fuit, qui Romanis *Neptunus*: Herodotus *Melpomene*, Οὐνομάζονται δὲ Σκυθικὴ Γοιτοσύρῃ, Ταμιναδὲς Σκύθαι κατὰ βασιλέα. Τὸν δὲ, Ἀ'ιτὸν, Ἀ'πόλλωνα καὶ Οὐρανὸν, Ὀλοσιδὰ δὲ Ἀ'ρεϊμάσπεα, Ἱερεσσύρην δὲ, Ἀθηναίην. *Vocata Scythice vocatur Tabiti; Jupiter autem, Papæus; Tellus, Apia; Apollo, Oxhosyrus; Cœleſtis Venus Artimpaſa, Neptunus, Thaminaſades.* Quem locum etiam Origenes adducit, contra Celſum *lib. 6.* Scythæ videlicet, uti Solem & Lunam; æthera & terram; ſic aquam etiam colebant: Unde verò nomina iſta, poſt tot ſecula, difficile dictu eſt; cùm ne illud quidem ſatis conſtet, utrum Herodotus ea fideliter expreſſerit. Fere enim ita uſu venit, ut, cum nomina ab aliam transferuntur linguam, multum de genuinis deperdant, ſic ut illi, unde profecta, vix ea pro ſuis agnoſcant. Interim ſi de origine eorum commentari animus ſit, verba funt Voſſii, *non ea aliunde arceſſam, quàm è veteri Germanorum lingua, cui proxima erat ipſa Scytharum: quando ex Aſiatica Scythia Europæam vicinaſq; magnæ Germaniæ gentes genus ducere, validis evincere argumentis admodum proclivæ ſit.* V. cum de *orig. & progr. Idolol. lib. 2. c. 82.*

Thamnus, apud Plin. *lib. 21. cap. 15.* ubi de herbis ſpontaneâ centibus, *In Italia pauciſſimæ ut vinum, fraga, thamnum, roſcum, murinam*: & Columellam,

—— *jam thamni ſponte virentes*,

genus oleris eſt vel herbæ, quæ ſale condiebatur & ſervabatur ad cibos. Idem *lib. 12. cap. 7. vitis albæ, ruſcus & thamnus* — *generatim in arbeos componuntur*, & *ſale conſerta huius ſub umbra dum conſident, reponuntur.* At apud Græcos θάμνος, *frutex* eſt quilibet, unde θαμνώδη δένδρα, *arbor* minuſcula, in ſenticum poticûs, quam in arborum numero, reponenda. V. de *thamno* Latinorum, Salmaſium *ad Solinum. pag. 225.* de *thamno* Græcorum, eundem *ibid pag. 363. 1031. & ſeqq.*

Thamus, idolum memoratum Ezechieli *cap. 8. verſ. 14.* Adamis erat, ut Hieronymus interpretatur *Com. in locum*, & *Epiſt. ad Paulinum, de inſtitut. Monachi*; Hinc Procopius quoque *in Eſaj. cap. 18.* Ezechielis locum adducens, poſt Θαμμοὺς addit, ὅπερ ἐστὶ παρ' Ἑβραίοις *quod eſt Adonim*. Adonis autem Sol fuit, Veneris amaſius vere, quomodocunque hanc fumas ſive de Luna, ſive de Lucifero, ſive de Venere ſubcoeleſti, terræ nempe ſuperficie, uti pluribus oſtendit Voſſius *de orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 4.* Idem Oſiris fuit Ægyptiorum, in cujus ſacris, *Adonia* Græcis dictis, duo inprimis celebria erant; circa ejus Ἀναιρέσεις, & Ἐφέσεις, *Diſſertatio de Regentia*. Uti igitur, ob mortem ejus, dolor ingens & luctus ciebatur;

Nunquamq; fatis quæſitus Oſiris,
Semper enim perdunt:

à fœminis præcipuè: Sic ingens contrà gaudium, ob eundem redditum. Quem ritum etiam Græcos imitatos eſſe, docet in *anod. Propheam* Cyrillus *lib. 2. Græci hinc late ſiſtum excogitarunt, ut ſe cum Venere, propter mortem Adonidis mœſtam, conſolentur, & ſacra, redeunti autem ex Orco in terram ipſi Adoni, quem quæſiverat, gratulari, & una exultare ſimularent.* Sic itaque ſeminæ Hebræorum Idololatricæ *loco citt.* dicuntur *ſediſſe deflentes Thammuzum*. Rationem ritus, ex Sacrorum ratione, his verbis illuſtrat Macrobius *Saturnal. lib. 1. c. 21. Adonin quoq; Solem eſſe, non dubitabis, inſpecta religione Aſſyriorum, apud quos Veneris Amicgaiis & Adonis maxima olim veneratio viguit: quam nunc Phœnices tenent. Nam Phœbi vera ſuperius hemiſphærium, cujus partem incolunt, Veneris appellatione colerunt; inferius verò, Proſerpinam vocarunt. Ergo apud Aſſyrios five Phœnices, lugens inducitur Dea: quòd Sol, annuo greſſu per 12. ſignorum ordinem gregem, partem quoq; hemiſphærii inferioris ingreditur: quia de duodecim ſignis Zodiaci ſex ſuperiora, ſex inferiora cenſentur: Et cùm eſt in inferioribus, ideoq; dies breviores facit, ingere creditur Dea, tanquam Sole rapiùs mortis temporalis amiſſo & à Proſerpina retento: Rurſumq; Adonis redditum Veneri credi volunt, cùm hi, exactis ſex ſignis inferioribus, incipit mœſti Girculi ſuſtrare hemiſphærium, cum incremento luminis & diei.* Ab *apro autem traduni interimum Adonim*, hyemis imaginem in hoc animali ſingentes: *quòd aper hiſpidus & aſper gaudet locis humidis & lutoſis, pruinaq; contectis. Ergo hyems veluti vulnus eſt Solis, quæ & lucem ejus nobis minuit & calorem* &c. Nec obſtat prædictis, quòd Ægyptii Adonia ſua menſe Novembri, Judæi verò idololatræ menſe Junio ea celebraverint, illi enim Solis à nobis receſſum Auſtrum: hi Septentrionem verùm, hoc de Solarum commentio colere. Biblienſes verò inprimis atq; Alexandrini Adonia ill æcelebrarunt, idque his ritibus: Cùm Biblienſes celebratum irent Ἀδωνιῶν Ἀ'δώνδς; Alexandrini epiſtolam, in qua ſcriptum erat, *Adonidem reperiunt eſſe*, in area ſcirpea repoſuerunt eamque certis ceremoniis adhibitis, flumini commiſerunt Biblum deferendam; cujus cives appulſa arcâ recluſiſque literis, nuntio reperti Numinis læti, magna gaudii ſigna edebant. Procopius & Cyrillus ubi *ſuprà*. Juſt. Mar. Firmicus *l. de errore profan. relig.* tantum paulo aliter deſcribens, nocturno tempore, coram Idolo, muliores planvisſe, poſtea introlato lumine (quo Solis ad nos reditus myſticè ſignabatur) Sacerdotem, ſubmiſſâ voce murmuraſſe, Θαῤῥεῖτε τῇ θεᾷ, ἐπεὶ τὸ μυὴ ἐν τοῖσιν ἀνωτέρω, *Confidite Deo, liberatio enim nobis à deorſum allucet*, refert. V. præter Auctores laudatos, Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. lib. 4. cap. 2.* ut & ſuprà in voce *Tammuzus*.

Thamyras, Poëta Thracius, adde: Philammonis filius, *Bellum ſcripſit Titanicum*, & tum cithara tum canoro principibus in uſtaq; ante jungitur Platoni in *Jone*, opulentiâ Regibus, Chryſoſtomo *Orat. de Fuga*. De quius patria porrò Homerum, de cœteris Apollodorum conſule *lib. 1.* Lucianum *Comm. de Domo*. Alios; è recentioribus Caſp. inprimis Barthium, qui de eo multa, *ad Theb. lib. 4. verſ. 181.* à Theone pictum habes, apud Plinium *lib. 35. cap. 12. &c.*

Thapſia, Græcè θαψία, herba ferulacea, *ſtilus ſoniculi, innata caule — ſolitudine nocet: ſi minima aſſiries aura, intumeſcunt corpora, faciemq; invadunt ignes ſacri: ob id cerato prius illinunt — in Africa eſt vehementiſſima. Quidam caulem incidunt per meſſes, & in ipſa exeavant radice, qui ſuccus conſtitus, arefactumq; tollunt. Alii folia, caulem, radicem, tundunt in pila & ſuccum in ſole coactum dividum in paſtillos*, Plin. *lib. 13. cap. 22.* Uſus autem hujus ſucci ad tinturam. Unde θαψίνα differtè Chymicis inter herbas numeratur, quæ βαφικὸν ὄμμα ad luteos colores confciunt: quam ob cauſam & ὀμφάκινον dixerunt; forte quòd colorem efficeret luteum ex paſtillo, qualis & τῶν ὀμφακίνων, *in morientibus*, cernitur. Quemadmodum & inde forte, quòd colorem oſtenderet, ut in ſepehendis eſſe ſolet, θαψίνας nomen, ἀπὸ τῆ θαψίνη. Tinxerunt autem eo crinem priſcæ mulieres, & lanam &c. At *thapſe* ligno, quod in Scythia naſcitur, & glycyrrhiza nonnullis videtur,

videtur, quodque χρυσόλιθον Græcis, item Σαυδικὸν ἔιδος, id fatum docet Salmasius. Hoc certum, *Thaspium* fugillata mirifice fanare, atque hinc ὑπωνία accepisse nomen. *Corie Nero Cæsar diarrhœam ei dedit initio Imperii, nocturnis grassationibus convertebatur: faciem illinens sibi cum thure cerussâ, & sequuta die contra famam custos funerarum circumsteterat*, Plin. ubi supra. Ejusdem fuit, ad reficienda præputia recuritorum natura, idoneus, uti docet Salmasius modo laudatus, *Exercit. Plin. ad Solin. pag.* 1050. qui plura de hac herba ac ligno, *silidon* congestit pag. 1163. & *seqq.* nec non in *Addendis*. Hinc θηλυμανῆ mulieres, quæ luteo colore deformes, vel ex morbo pallidæ, quòd *thaspiæ* herbæ, cujus flores lutei, vel *thaspi*, ligno planè buxei ac pallidi coloris, similes sint &c.

Thaspius, adde: Hanc urbem lauritis eastris, operibus circumunivisse legitur Cæsar, in *Bello Africani*.

Thargelia, adde: Suid. Θαργηλία, ἑορτὴ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. Juxta Etymologum ab omnibus Terræ fructibus nuncupatum est. Colebatur autem his sacris, uti Apollo i. *Sol*, ita Diana, id est, *Luna*, terras illuminans, & calore suo generationem uteroque promovens, qui ambo proin, inter alia, & agriculturæ præsse credebantur. Eandem ob causam Diana Ephesia cum multis mammis fingebatur, tanquam uberibus suis nutriens genius humanum. Unde B. Hieronymus *Epist. ad Ephes. Erat Ephesi templum Dianæ, & eundem in ipsis Asiæ mammis, id est multarum mammarum effigies, quas cultores ejus decepti, putabant eam omnium ὑγιεινὸν nutricem*, Et ante eum Min. Felix *Octavio*: *Diana est alia? sed intra venatrix. Ephesiaque mammis multis & uberibus multis extructa*. Etiam in antiquis numismatis DIANA POLYMAMMA reperias: quam Lunam esse ex Trebellio Pollione discimus, ubi pro *Diana Ephesiæ templo*, in vett. libris *Lunæ Ephesiæ* legas. Extat de *Thargelia* lex Solonis, Ὅσαι δ' ὑπωνὸν τὸν Διονύσου ἢ Ὑπερβολὴν ἢ Κυκεῶνα ἢ Τραγῳδὸν ἢ τὸν Λήναιον ἀγῶνα ἢ τὰ Τραγῳδεῖ ἢ Κωμῳδεῖ ἢ τοῖς ἐκ Διονύσου ἢ πομπὴ ἢ παῖδες ἢ Κῶμοι ἢ Κωμῳδοὶ ἢ Τραγῳδοὶ ἢ Θαργηλίων τὴ πομπὴ ἢ τῷ ἄγωνι, πάντ' ἐξεῖναι μετὰ παιδιᾶς ἕνεκα ἡδονῆς, μηδὲ τῶν ὑπαρχόντων ἢ τιμίων τινὶ μέρους κεκλ. *Cum compa Libero ducitur in Piræeo, agunt Comædi & Tragœdi; item Lenæi pompâ; & agonilibus Tragœdis atque Comœdis: Asycorum gregge Liberalium pompâ obstante pauperum choro, dum ſic omnes agunt: Quo modò atque Tragœdi: Thargelionum item pompâ ne certamine negue pignus neque quidquam alterius capito, ne vexpanam pro mora exigito abes, qui judicatum non fol'veris &c.* apud Demosthenem *in Midianam*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic.* 1. 1. 1. Celebrabantur illa Athenis die 6, *Thargelionis*, quo peccatorum universi populi febat expiatio. Solebant enim Athenienses è publico nutrire hominem aliquem inùme plebis, quem dein, cùm vel pestilens, vel alia Deûm ira ingruere videretur, pro totius Civitatis peccatis lacerandum, Scholiastes Aristophanis *Equit.* 1. 1. 1. bucos illorum ſic ali confueviſſe ait, qui βουτύρου dicti; ſed magis proprie vocabantur καθάρματα, item φαρμακοὶ, Idem *Ranis*. Quò fortè respiciens Apostolus, inquit 1. Cor. *cap.* 4. *versu* 13. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν. V. Franc. Rosiæum *Archæol. Attica* 1. 1. *cap.* 11. & Voſſium *de Idol.* 1. 1. *cap.* 2. *c.* 25.

Tharlades, inter Duces Antiochi M. una cum Artaxia, Artemiam' majorem brevioribus antea ſtribus comprehenſam, ampliarunt. & regnum ejus tandem uſurpaunt, ex re publicus vicinis ad ſtuam diſtionem adjunctis, quæ finitimis populis ademerant, ut Medis, Iberis, Chalybibus, Cataonibus, Syris &c. Strab. *lib.* 11.

Tharibael, Rex Homeritarum & Sabaitarum, apud Artia. num Periplo. V. ſupra *Charibael*.

Tharo, Γρεκὸ Θηρὼ, Ins. Sinus Perſici, Ptol. Δάρω Stephano. V. *Dora*.

Thaſius, prænomen S. Cypriani, apud Prudentium *de Martyrio ejus*: ubi tamen *Tatium* alii legunt, & cognomen illius eſſe volunt; nonnulli patriæ id nomen conſentibus. Macri Frasres *Hierol.*

Thaſſius, V. *Thaſſe*.

Thaumatopoii, Græcè Θαυματοποιοὶ, dicti ſunt vulgò, qui pe riculoſas, ſed ludicras ſimul artes oſtendunt, ac profitentur. Quales apud Maternum Firmicum *lib.* 8. *c.* 15. de Delphino ori ente. in octava parte Capricorni, *Petaminarii, Ephulmatores; Petauriſtarii, aut certè innata curſus agilitate perſpicui*: alibi *Omnipotes, Funambuli*, &c. de quibus hîc paſſim. At *Thaumaturgus*, Græcè Θαυματουργὸς, cognomen Gregorio Neocæſar. Epiſcopo obtigit, quòd non miranda ſolùm, ut priores; ſed *miranda*, virtute divinâ, operaretur. V. de illo ſuo loco, & Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* in hac voce.

Thaagenes Athleta, Thaſius pro Deo cultus, Pauſan. *Eliacis*, & Athenagoras *Legat*

Theandricus, Græcè Θεάνδρικος, Lat. *Dei-virilis*: vox à Monothelitis inventa, ad opinionem ſuam, de unica in Chriſto Θεάνδρικῇ operatione. denotandam, eo ſenſu & Orthodoxis jam olim damnata, & ſanctiore notione ad apoſtoli emata Mediatoris, in qua utraque Natura, quod ſuum, divina, quod divinum, humana, quod humanum eſt, facit, uti ſunt *Redemtio generis humani, miraculorum patratio, mortuorum vivificatio* &c. ſignificanda, translata eſt. V. Dominic Macrum *Hierolexico*, nec non ubi de *Autophyſitis*, ac *Monothelitis*.

Theatrales Leges, ex paucis illis ad Religionem veterum Romanorum, quæ ex tanto Scriptorum naufragio ad nos pervenerunt, ſpectantibus, duæ occurrunt, de locis ſive ſedibus Ordinum in Spectaculis agentes. Poſtquam enim per annos ſoy. Senatus Populo mixtus ſpectaculis Ludorum interfuerat, ut Val. Maximus docet *lib.* 2. *cap.* 4. cum morem Attilius Serranus & L. Scribonius Ædiles, Ludos Matri Deûm facientes, ſuperioris Atticani ſententiam ſecuti, diſcretis Senatus & populi locis, ſolverunt: quæ res avertit vulgi animum, & ſaverem Scipionis maximopere quaſſavit. Aliquanto dein poſt etiam Equitum loci à Populi ſedibus ſunt diſcreti, Lege Roſcia *Theatrali*, quam tulit L. Roſcius Otho Trib. Pl L. Cælio Metello, Q. Martio Rege Coſſ. anno U. C. 685. *Ut in Theatro Equitibus Romanis, qui HS. quadringinta paſſuerent*, 14. *gradus ſpectandi gratia aſſignarentur: exceptis iis, qui ſive ſuo, ſive Fortunæ vitio, decoxiſſent.* Cic. *Philipp.* 2. Afconius *in Cornelian.* Florus *Epit.* 99. *Ait* 136. Plinius *lib.* 7. *cap.* 10. & Tacitus *Annal. lib.* 14. qui tamen legem iterùm interpretatur, hanc habuiſſe vim, ut Equites non ante plebem ac ſeparatim, ſed confuſe tantùm 14. ordines haberent. Poſt aliquot inde annos, cùm C. Octavius Auguſtus ordinem Equeſtrem recognoviſſet, ceſſum ue ejus auxiſſet, multi autem, quibus cenſus ille non eſſet, a 14. illis gradibus Lege Roſcia excluderentur, mitigavit eam aliquo modo Auguſtus & Juliam Legem tulit, *ut Equitibus Romanis, quibus ipſis, parentibusve equeſtris cenſus unquam fuiſſet, in quatuordecim ordinibus lege Roſcia Theatrali conſtitutis conſidere liceret*, Suetonius *Auguſto*. Plinius *l.* 33. *cap.* 2. Alii V. Joh. Roſinum *Antiqq. Romanar. lib.* 8. *cap.* 1. & plura in voce *Theatrum*.

Theatrapii, in *Bulla* quadam Martini I. nomen officii in Aula Pontificis Romani, corruptum fortè ex *Theopropus*. Eſt autem Θεωρὸς Græcè *oraculorum interpres*, qualis Cancellarius dicatur ſeu Bibliothecarius, cujus officio olim in eadem aula Cancellariatus annexus erat. Amandus certè Ehnenchus Epiſc. qui in *Bulla* cit. *Theatrapius*, in alia ejusdem Pontificis, *Bibliothecarius S. Sedis Apoſtolicæ*, vocatur.

Theatrogynigium, pro *Theatrogynegium*, ex Græco Θεατρογυναῖον, inter proceſſiones Conſu is, recenſetur tertio loco, Juliano Anteceſſori *Conſiti*. 98. *Proceſſionem autem ipſius volumus eſſe ſeptem omnes in circo & harena & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Januariis: ſecunda autem ea, quæ Mappa, tertia autem quæ* Theatrogynegium *appellatur & c.* V. infra ubi de Theatrali *Venatione*.

Theatrum, adde: Nec omittenda ſuperior *Theatri* pars, κοιλὰς, ut quibusdam videtur, dicta Dionis *lib.* 49. in quam aſcendere ſolebant Imperatores, miſſilia ſparſuri, ut idem refert ubi de Tito &c. Cœterum eam reverentiam Theatro Hiſtriones præſtabant, ut in eo non minùs ac in Templo, excreare aut emungere nefas eſſet, qua de re V. quæ ſupra diximus, in voce *Excreare*. Interim non ſolùm decoctores, aliique per theatrum ignominioſè traducebantur, ut ide Stephanione Togatarum, ea in puerilem habitum circumtonſa matrona miniſtrarerat, *per lina Theatra virgis cæſa*, legas apud Suetonium *Auguſto cap.* 45. quod Στατήρειον, & πεφαλαγωγεῖον Græci appellabant, V. quoque ſupra in voce *Catomidiare*. Sed & Deorum hominumque imagines non rarò, ab inſenſo populo, lapidibus præcabantur, qua de *Theatrali lapidatione* multa Caſaubono dicta *Animad verſion. in Athenæum lib.* 6. *cap.* 11. Imò tanta petulantia in illis locis agebatur, ut apud Græcos Romanosque, qui ſeverius juventutem inſtituebant, cam à theatris arcerent, aut non niſi pædagogis comitatam eò ire paterentur. V. Juliam *Mixoπογωνα*, 1. trium Augg. in *Cod. Theodos. tit.* 8. Caſaubon. ad *Auguſtum Suetonii cap.* 44. & eundem *ibidem cap.* 83. ubi de *Theatri refrigerandi ratione*. à Pompejo Magno inventa &c.

Theatrum Catoptricum, in *Muſæo* Kircheriano, Inſtrumentum eſt, quo qualibonem inter Phyſicos tam celebrem de *Inſinitis actibus*, Auctor pluribus planis ſpeculis ingeniosè decidere conatur. Cuſtat eſt ſub forma *Theatri*, quæ ex interiore parte undiquaque planis ſpeculis circumvellita eſt. Speculà hæc ex parte poſteriori, non ad latus ſeu angulum reflexa, ſibi invicem conjuncta ſunt, ſed ad angulum acutum, unde in cavum quatuor laterum fe arcuat. Planum verò horizontale quadrilaterum eſt, quod in centro ſuper axem mobilem convolvitur & ita quadrivariam objecti figurarum ſeu planorum differentiam. Sic ſpecula plana mutuatà reflexione, unum alterì objectorum planorum ſpecies reflectunt, communicant & multiplicant, ſemperq; easdè ſpecies recolligendo optice diminuunt, ut easdem numerare impoſſibile ſit, adeoque infinitum actu ſpatium repræſentent. Vides ergo mox viridariorum ad utramque partem ſe opticè protendentium ſeries, ut oculus tutus tali labyrintho deluſus, in infinitum ſpatium & campos protractum ſe putet. Mutato mox plano machinæ in tam ubet rem & locupletem Bibliothecam introducit, ut ejus apparatu

attonitus, librorum incredibilem copiam te videre fateri cogaris. Quæ dum tibi ab oculis subducitur, se visendum istit magnificentissimorum Palatiorum & Fabricarum Theatrum; quo evanescente, ecce Triclinium omnt adornatum fructuum florumque genre, vel gustum alleâtantium ciborum tragemamtumque delitiis abunde referrum intuearis. Ad cujus imitationem, variæ fcenicas projectiones, ornatissima conclavia, infiniti columnarum productarum ordines, varia ambulachrorum diverticula, horti omni florum plantarumq; genere instructissimi, menſæ omni cupediarum genere refertissimæ, theatri inexhausti, anfractus infiniti &c. repræsentari possunt. Georgius de Sepibus *in Collegii Romani Societ. Jesu Musæo pag.* 30. & 31.

Thebæ, adde: Potius justa Coryeum Pamphyliæ. Nempe Lyrnessus & *Thebe* in Cilicia Hypoplacia, prope Troiam itæ erant, quas urbes cum Achilles everti sset, incolæ inde ejecti aliam Lyrnesson & Thebem, in Pamphyliæ ora condiderunt, quarum vestigia, inter Attaliam & Phaselidem Pamphyliæ, monstrata stille, docet ex Strabone, Salmasius *ad Solinum pag.* 779. De *Thebis Ægyptiis bicwiliqve* infrà.

Thebais, adde: De ea affatim, apud Cæsparum Barthium *Animadversor. in Statium.* Sed & *Thebais*, *Thebais*, pars fuit Epici Cycli, posi Iliadem & Odyſſeam, omnium optima, cujus ut color incertus habitus est jam veteribus Criticis. Athenæus *l.* 11. *Ὁ δ' Οἰδίπους ἐκπόματα τοῖς ἰδίοις καταγράφειν, ὡς ὁ τῶν Κυκλικῶν Θηβαΐδα γράψας φησίν.* Ab hac diversa fuit *Thebais* itidem Antimachi, quem Athenæus *ὁ Θηβαΐδι* tribus aut quatuor locis laudat *ibid.* Apollonius quoque, qui ex *lib.* cius *primo*, istud hemistichium,

Ἀσσωπίδες δὲ νύφαι ἄγεν οἰκάδε ——

Etex 3. —— *ἠῶθεν γάνυσο μήτερ*,

citat. Vide de utraque Salmasium ubi suprà *pag.* 948. & *segq.* De *Thebaide* verò, Ægypti regione, luc infrà.

Thebe, urbs Ægypti: Ejus pars in Libyco littore, *Μεγαλόπολις* dicta est, à *Memnonis* statua, quæ ibi erat, unde *Thebæ Memnoniæ* Poetis appellantur. Cœterum urbs hæc regionis *Thebaidis* caput fuit, quæ in summa parte Ægypti posita, ficque Arabiæ contermina, plures continebat Nomos, *Ombitem*, *Phaeniten*, *Apollopolitem*, *Hermonthiten*, *Tentiten*, *Phatmiten*, *Copiten*, *Tentyriten*, *Diospolitem*, *Antæopolitem*, *Aphroditopolitem*, & *Lycopolitem*, quo ordine eos enumerat Plin. *l.* 5. *c.* 9. à summo incipiens, id est. Ombite, qui prope Syenen, & ad infimum ordine defeendens: Græce *ὁ Θηβαΐς χώρος*. Fuit illa una ex V. Ægypti provinciis, sub Romanis, in *primam* & *secundam* divisa, uti patet ex *Excerpt. Gregor.* Bibliotheca Regiæ, ubi *ὁ τῆς ἀνω χώρας Θηβαΐδος* collocantur Ptolemais metropolis & Coptus seu Justinianopolis, apud Salmasium *ad Probum Vopisci.* Habuit tum tum propriam Regem, Spartianus *in Pescennio Nigro.* Inde *Thebaicæ palmæ*, seu carycæ, macro corpore exiles, & *crassa placentes*, ut ait Plinius, quæ præstantissimæ Straboni; ut quarum facultates non multum à chrysobalani virtutibus diverſæ, in eadem propteeea condebantur fervabantuque: sicut caryotæ Judaicæ, *succo* magis commendabiles, de quibus idem Salmasius pluribus agit *ad Solinum pag.* 1319. & *segq.* uti de *Thebaico lapide* seu gemma, auro scintillante. *p.* 1078. de *Thebaica Spina*, *p.*532. &c.

Thebe, urbs Bœotiæ, adde: Urbis fundamenta prima Antiopes filios locasse, ex Homero *Odyſſ.* λ. dilcimus, & à *Thebe* Nympha, Promethei filia, ei nomen impoſsisse, ex Pausania. Coetum altissimis muris munita fuit, *τάφρῳ*. *Ἄρεως* appellat idem Homerus *Iliad.* β. habuitque stadiorum 43. ambitum, teste Dicæarcho *in Jambicis Geogr.* Leges à Philolao accepit, Aristot. *Polit. lib.* 2. *cap.* 10. &c. Ipsam urbem simulachro expressam, & apud Messenios, in Æsculapii Fano dedicatam, se vidisse, memorat Pausanias *lib.* 4. Incolas quod attinet, Mares bellicosissimi fuere, quippe qui, cum robore reliquos Græcos omnes superarent, illud exercitiis ita excoluere, ut nullis illorum in re militari cederent, Diodor. Siculus *lib.* 15. Sphinge, pro signo usi, Plutarch. *in Pelop.* Fœminæ inter alia eo nobiles, quòd solæ Deos peperissent. Quam in rem notus Sophoclis versus,

Θήβας λέγεις μοι, τὰς θεόπαιδ' ἐστασίους,
Οὗ δὴ μόνοι τίκτουσι σὺν θεοῖς θεούς.
Thebas dicis mihi, fœcum prolis aperiat,
Ubi solum parimus mortales fœmine Deos.

Eædem principes Græcarum formâ, ore tecto, crine in apicem convoluto, quem ornatum *λαμπάδιον* dixere, vestę prolixa candidaque, pedibus per calceos penè nudis, inambulavere, uti Dicæarchus *Vitâ Græciæ*, ubi de habitu illarum, refert. Plura de veteri Urbis statu, apud Cæsparum inprimis Barthium *Animadversion. ad Thebaida Papinii*, innumeris locis. Hodie *Thiva* dicitur, fed in ruinis est, arce excepta, cujus muri & turres aliquot superstites Cadmi ævum satis superque testantur. Ibi duæ mesquitæ Turcarum & Græcorum aliquot Templa, quorum primarium *Panagia Chrysophoritza* vocatur. Incolarum numerus ad tria circiter millia ascendit, si una suburbia computes, quorum pulcherrimum *S. Theodori* nomine infigne, sottem habet eximium, forte eundem cum illo, quem *Dicæus* appellavere Vett. Haud procul terra eruitur fistula, quibus tubaci fumus hauritur, aptissima, unde vico 300. p. ab urbe distantibus *Iidem* nomen. V. Jacobum Sponium *Itinerar. Part.* 2. *pag.* 90. & *segq.*

Theca, in *Vita* Eligii Epiſcopi Noviom. *Multis Sanctorum ex auro, argento atque gemmis fabricavit thecas sive tumbas*, capsa est SS. reliquiis instructa. Ex Græco *θήκη*, quod inter alia locuium, in quo defuncti corpus efferebatur, ingrimis notavit. Eadem voce veniebant apud Ægyptios lignei loculi, in quibus cadavera, odoribus condita, domi apud se in conclavibus ei rei destinatis, allervabantur: *ξυλόπηκτοι τοῦτον ἀνθρωπόκοιτοι*, item *ξυλόπηκτα σκηνώματα*, Herodotus appellat; *γλυπτὰ σκηνώματα* Actius *lib.* 16. Nec verò arculas tolum, in quibus jacebant, (vel, ut aiunt Ægyptios, tlabant) condita cadavera, sed etiam monumenta ipsa, puriun arcarum capacia fic vocarunt. Æschylus, *πρόγονοι τε θήκων, monumenta Majorum.* Plato *de L.L. lib.* 12. *τελευτησάντων τε φύλαττε τὰ, ἐς ἑκάστους, ἢ θήκας ἢ ἄλλην τινὰ τῶν τοιούτων κατασκευήν.* Ubi quod *θήκαι* vocat, paulo post explicat de monumentis hypogæis & fornicatis, in quibus plures lecluli lapidei, Græcis *κλίναι*, repoſiti condendis corporibus. Diodorus, *τεκτόνων θήκαις* appellat. In veteri *Inscript. Aemarium assiegium*, pro monumento vel theca mortuorum. Unica voce *Νεκροθήκας* dicere licear, uti *Ζυλοκόπα* dicebantur cellæ, in quibus viva animalia, turdi, gallinæ, alia fagina batur &c. Vide Salmasium *ad Solinum pag.* 1208. & 1222. & Suicerum in voce *Θήκη*.

Thecolithos, lapis pretiosus, in spongijs nascens, Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. *oleo nucleæ similis videtur—lingentium calculos frangit.* Idem *l.*37 *cap.* 10. Mel. *Tecolithos*, quod V. suprà.

Thelebræ, apud Statium *l.*3. *Syl. v.* 1. *versu* 129.

—— *dites Corœæ, viridesque resultant*
Thelebræ, *& terris ingens redit aquoris Echo*:

loci homen, de quo vide Lucam Joannem Scoppam *Collect. lib.* 1. *cap.* 30.

Thelgebunum, V. suprà *Cammorum*.

Thema, Græcè *Θῆμα*, uti & *Thesis*, positio est, situs, regiosium certè pro regione Plinius *lib.* 6. *cap.* 15. habet, ubi de Choara Parthiæ regione; & *Θῆμα* recentioribus inprimis de regione aut provincia; frequenter usurpatur. Sic *Ἀνατολικὸν Θῆμα* appellata est regio aut provincia Orientalis, quam *Natoliam* vulgò dicunt; *Θρακήσιον Θῆμα*, provincia Thracensis, quam *minorem Asiam* prius dixere &c. apud Constantinum *de Thematibus*. Vide Salmasium *ad Solinum pag.* 807. & *segq.* Atque hine Legiones nonnullæ, quæ in hisce provinciis præsidio erant. Nili malis cum Car. du Fresne Legiones primum *Θήματα*, i. *τάξεις*, inde demum provincias sic appellatas esse, V. eum in *Glossar.* & plura hanc in rem apud Bonavent, Vulcanium, & Freder. Morellum *ad libr. Themarum Constantini Porphyrog.* Fabrotum *Glossar. ad Cedrenum*, Macros Fratres *in Hierolexico*, ubi locum Luithprandi, *Duo illa themata, quæ ultra mare habet, volebant auferre*, exponentes, *Thema* Italice esse dicunt *Un posto difesa, ò presidiato da Soldati*, Alios. Sed & ædificia *Θήματα* dicta, Codinus *Origin. CP.* menſæ quoque tripodes, quæ consecratæ in Templis aratum vicem tenebant, Idem *ibid.* Statuæ denique, *ibid.* Hinc *Θηματικοὶ, provinciales* &c. Vide Cl. Suicerum *Thesauro Ecclesiastico* voce *Θῆμα*.

Themiscyra, adde: Salmasio campus est Amisenæ Regionis 60. ab urbe stadiis distans, quem statim ingreditur Iris, posiquam cum Lyco sese junxit; ad ipsam vero utrius. que amnis *συμβολὴν* Eupatoria fuit seu Magnopolis. *Amazonium campus* eidem, ex Strabone *lib.* 2. Vide illum *ad Solinum pag.* 802. & 889. Barbaris Scythicam urbem hujus nominis Amazonum Regiam habet, *Animadvers. ad Papin. Statium Thebaid. lib.* 12. *v.* 635. &c.

Thenæ, Colonia in Africa celebris. Item pro *Athenæ*, in optimo Cod. Spartiani, apud Salmasium *Notis ad eum in Adriano.*

Thensa, Græcis *ἅμαξα τροχιλικὴ* sive *ἁρὸν*: in *Glossario*, *ἅμαξα θεῶν*, quod Diomedes exponit: *Deorum vehiculum*, inter Divinitatis apud Gentiles insignia fuit. Hinc inter ea, quæ Julius Cæsar humano fastigio ampliora sibi decerni passus est, *sedem auream in Curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompâ, templa, aras, simulachra juxta Deos*, *sui vinar*, alia recenset Suetonius *in eo cap.* 76. Plura de ejus usu suprà in voce *Tensa*. Addam hic sastem, *Tensam Jovis deducere*, inter Imperatoris gestatoria fuisse partes, ar in Republica vet. Consulis, vel Prætoris, eo absente, uti apud Juvenalem *Sat.* 10. in descriptione Circensis pompæ. De Imperatore infignis est locus ejusdem Suetonii *Augusto c.* 43. *Accidit vulvis Circenssibus, ut corruptus valetudine, lectica cubans, thensas deduceret.* Unde, Nerone per quietem monito

ut thensam Jovis —— à Sacrario in domum Vespasiani & in Circum deducere, translationem Imperii ab illo ad illum denuntiatam hoc pacto esse, legimus apud eundē *Vopiscum*. Ideo v. Jovis thensam deducere solitus Princeps, quia prima illa, & quam alii sequebatur, ut & deductorem illi alii deductores. Erant hi trium-phali habitu & tenebant loria tenuia, immixtam, quam deducebant, A-sconius in *3 Verr.* capitio; habebant immixtam etiam coronā Hetrusca, quæ & ipsa Jovi sacra erat, Tertullianus *de Corom. Militis cap.* 13. Id verò peculiare Heliogabalo, quòd, cùm Deo suo thensam ducere tretro ambularet, ἀθεῶν ἐς τὸ πρόσω τὸν θεὸν, *deformis mollis in averlora labili*, neve forte, non respiciens, quà vaderet, laberetur, viam auroſa harena ſparſam haberet, apud Herodianum &c.

Thuo, Chius, Cæſarianorum temporum Scriptor, memoratur Vopiſco in *Aureliano*, uti quidem legit Caſaubonus; pro *Theodius*, quod vulgatē Codd. præferunt. Niſi malis *Teodes*.

Theocles, ſoror Alexandri Sev. memorata Capitolino *in Maximinis*.

Theodoricus, adde: Gladiatorum uſum univerſum, poſt quam tam diu inter Romanos viguiſſet, penitus ſuſtulit. *Quid enim inmanius, quam virum dare hominibus, utcum ipſi mutuis cædibus à ſe inferantur?* Jul. Cæſar Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 3*5. Eiusdem non vulgaris apud Scriptores vel iam id, dum ſuſpiratur, *corpora hydraulica non ſonarent*, Sidon. Apollinaris *l. 1. Ep. 2.* damnato ſic Romanorum luxu, de quo nos ſuprà &c. V. quoque retro *Diocletian*, item *Diocherus*.

Principes, alii, Viri celebres.

Theodorus, filius Johannis Baſilidis II. inde *Feder-Janovvitz* patrio ſermone dictus. M. Moſcoviæ Duc, ſucceſſit Patri A. C. 1584. Vallum ingentis longitudinis inter Tartariam Precopenſem & Ruſſiam, quod defectis arborum truncis ſuperingeſtâ terrâ conſtat, ad prohibendos Tartarorum quotidiè nos incurſus, ſtruxit: cetera ingenio focors ſocius in Imperio fecit Borisium Fedrovitium. Obiit A. C. 1597. ſucceſſore Borilio ſeu Borislaeo: fed huic mox turbata ſucceſſio, & per integrum decennium tota Ruſſa, à Pſeudo - Demetriis inprimis variis, miſerum in modum afflicta eſt; donec Michael Fedrovitius. ex eiusdem Johannis Baſilidis Familia pri- inam quietem reduxit, in cujus poſteritate hodienum Imperium durat. V. hic paſſim. ubi de *Michaele* modò dictō, *Moſcovia, Pſeudodemetrius* &c.

Theodorus, Archiepiſcopus Doruvernenſis, in Anglia, quò Romā miſſus fuerat, cum patriā Tharſenſis eſſet, ſeculari & divinā literaturā & Græcæ inſtructus & Latinæ, nonnullis auctor eſt, vel falſem Collector *Conciſis Canonum Eccleſiæ britannicæ* eo quòd in Concilio Herefordienſi A. C. 673 librum protuliſſe legitur, in *Antiqu. Britannicæ Eccleſiæ*. qui *Patrum Canones* vocabatur, atque inde Concilio probatus eſt uti colligitur ex Beda *Hiſt. Eccl. lib. 4.* Sed libri um illum non aliūm fuiſſe, quàm *Codicem Romanæ Eccleſiæ*. ab eo Romā allatum, contendit Gerh. vonMa ſtricht *Hiſt. Eccl. §. 89. & 91.*

Theodorus Abiſſen. Abbas, Imaginum cultus acer defenſor, cujus doctrinam probavit Jo. Damaſcenus *Orat. 1. de Imag. ſub fin. & Orat. 3.* & Synodus Nicena II. pondus addidit. V. Jo. Forbe-ſium *Inſtruction. Hiſtorico-Theolog. lib. VII cap. 2. num. 30.*

Theodorus Ascidas, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Origenis & Origeniſtarum fautor ac defenſor Liberato, Evagrio & Nicephoro, qui eo permovente dilatam in Synodo V. quæſtionem de Origeniſtis, ſcribunt: ſed aliud ſuadent ipſius *Theodori* verba in hacSynodo, *Collat.* V. & quibus illam Origenis damnationi conſenſiſſe patet. Joh. Forbeſius ubi ſuprà *lib. III. cap. 22. num. 8.*

Theodorus Balſamo, adde: Reſtituerunt illi Viri docti jam pridem opuſculum, quod ſub *Tratatorum* nomine, Auctoris nullā mentione factā, Latinè ediderat Leunclavius, cùm verus ejus titulus ſit, Συναγωγὴ τῶν ἱερῶν κανόνων, οἷς τὸν Δηγάλεως, καὶ παρ᾽ ἑτέρων ἁγίων, καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν Κανόνων, καὶ Νόμων, ὧν ὁ θεῖος μέγας βασιλεὺς, ἴσα τοῖς ἱεροῖς κανόσι, Collectio *expoſitionum in Codice & Digeſtis & Novellis conſtitutionibus de Epiſcopis & Clericis & Monachis & rebus ſacris, atque etiam de Judæis & Hæreticis*, uti in *Bibliotheca Juris Can. vet.* editur. Conſtat id *libb.* 2. V. jam laudatos Meurſium fil. & Fabrotum, illum *princ. Notar. ad hanc Collect. in Bibliogh. ch. pag.* 1377. illum *Præfat. ejusd. Bibl. ſub fin.*

Theodorus Crithinus, Iconomachus, cùm miſſō ad ſe numismate, characterem ferente Baſilii Imper. huiusque per Legatos acri hortatu, à ſententiā dimoveri ſe non pateretur, condemnatus eſt, Synodo C Poſitan. ſub hoc Imp. habitā. V. hujus *Actionem 8.*

Theodorus Lector, *Collectaneorum* edidit libros aliquot, Sec. VII. de quo V. Jo. Forbeſium *d. Lib. VII. c. 8. n. 10.*

Theodorus Samius, Tornetuetes inventor, memoratur Plinio *lib. 6. c. 16.*

Theodorus Syncellus, Patr. CPolitanus, interfuit Synodo VI. Monotheliſtarum fautor, de quo in voce *Theodorus I.* & plura a-pud Joh. Forbeſ. *d. Lib. V. c. 11. num. 3. & c. 12. num. 1. 2. & ſeqq.*

Theodoſius, Hæretici corruptiole, Φιλοθέου, a *Theodoſio* Patr. Alexan rino diſti ſunt, de quo ſuo loco. V. quoque Forbeſ. Tom. III.

ſæpe memoratum *l. III. c. 18. num. 2.* item ubi de *Chrysomachis, Eusychianis & Severo Hær.*

Theodoſius, Dux inclytus, pater Theodoſii Imper. Saxones & Scotos vicit. Latinus Pacatus de eo, *Saxo conſumptæ bellis navalibus offeretur: Redactum ad paludes fuæ Scotum cogunt?* Quò reſpiciens Sidonius,

Quis & Aremoricas piratam Saxona vallat
Speratus, cui pelle ſalum fulcare Britannum
Ludus

V. Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. in Eccl. Script. cap 1.* ubi de ætate Hegeſippi, qui eorundem geſtorum meminit *lib. 5. c. 15.*

Theodoſius I. adde: *Theodoſii* nomen nummi præterunt varii, qui verò an ſeniori, an juniori, adſcribi debeant, non usque adeò liquet. In iis tamen bini aurei, quorum alter SALVS REIPVBLICÆ, alter VOT. XXX. MVLT. XXXX. indubitatè Junioris ſunt: cùm prior par Conſulum referat, ipſius Theodoſii & Valentiniani; poſterior per vota triennalia rum Viennalia deſcribat, quæ Senior non attigit, Imperii quippe anno 16. defunctus. At quia bini hi nummi Theodoſii proteomen cum eaſdē, ſpiculo ac clypeo monſtrant, probabili conjectura ſimilis figuræ nummos unius; cæteros, in quibus figura luſca ex primitur Auguſtus Seniori adſcribit C. du Freſne quem vide *Diſſertat. de Inſer. æri Numism. n. 70.*

Theodoſius, Gallieni Dux, ſtrenuiſſimus, qui apud Ægyptum Imperium ſumſit, *conſiſtillis habitus eſt, atque Imperatoris virtutem tranmiſit* —— Inde contra Poſthumium, quem Galli ad Imperium vocaverant, exercitum duxit, ſed ab hoc victus & in urbem aliquam compoſitus ac obſeſſus eſt; in qua obſidione ſagittā ictus eſt Gallienus, qui illum venerat liberatum, Trebell. Pollio *in Gallienis*, ad quem V. Caſaubonī *Notas*. Eidem cum in Ægypto Imperium proconſulare decernere vellet Imperator, à Sacerdotibus eſt prohibitus, qui dixerunt, *Feſtos Conſulares ingressi Alexandriam non licere*, Idem *in Æmilianis*.

Theogonia, Græcè Θεογονία, nobile Heſiodi Poema, quo Deorum Gentilium ortum & genitores profequutus eſt Lutatius ad Papinium *Theb. lib. 4. verſu* 482. *Quidam volunt, non ſolum Jovis Atercurium, ſed Pyrrhæ, in qua opinione & Heſiodus verſatur, in his libris, quos de* Theogonia *ſcripſit.* An autem hæc eadem, cum illa, quæ hodie Heſiodi nomine inſcribitur, dubitat Barthius, imo diſerte negat. ut quæ ab initio ipſāmet prodat, Heſiodi ante ſe ſcriptam eſſe, *verſu 2.*

Αἵ νύ ποθ᾽ Ἡσίοδον καλὸν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν,

nec dictione Heſiodea exarata ſit. V. cum *Animad verſion ad Statium ad.* Sed & Θεογονίαι Pherecydes contexuit, quem titulum cùm quis pertendere poſſet, omnium librorum ejus fuiſſe, quibus fabularem hiſtoriam complexus eſt (Nain & Apollodori liber, de eadem re Βιβλιοθήκη ἢ περὶ θεῶν, inſcribeba tur, à nobi tori ſic, parte, & quòd à *Deorum generatione* primaque illorum origine aupicium operis ſumpſerat. peculia e tamen opus extitiſſe cenſet Salmaſius, partem ejus Epici Cycli, qui à prima conjunctione Cœli & Terræ, unde Deorum turba nata eſt, usque ad Ulyſſis reditum, totam Græcorum Mythologiam comprehenderat, V. illum *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 647. & 648. ad *Theogoniam* autem *Heſiodo* tributam, inſignem *Commen.* Lamberti Barbei.

Theologia veterum Romanorum Græcorumque, ut & cœteræ rerum Gentilium, triplex fuit, *Fabularis, Naturalis & Civilis.* Quarum prima haurtur ex Poetarum figmentis altera ex Naturæ myſteriis: tertia ex Legislatorum decretis. Præcipit ad hanc divitionem primus Q. Mutius Scævola; non ille, quem Augurem Tullius vocare ſolet: Sed Publii filius, quem *Pontificem* appellat, cum alibi, tum *de N. D. lib. 3. Temperantiæ prudentiæque ſpecimen, Pontificalium Vitæ Pontifex Maximus.* Q. Scævola memoratus: quod factum à Martianis ann. U. C. 67. Cicerone annum tum agente 25. Summo huic viro illam *Theologiæ* divitionem tripartitam deberi ex B. diſcimus Auguſtino *de Civ. Dei lib. 4. c. 27. Relatum eſt in literas, doctiſſimum Pontificum Scævolam diſtinxiſſe tria genera tradita Deorum, unum à Poetis, alterum à Philoſophis, tertium à Principibus civitatis. Primum genus nugatorium dicis eſſe, quòd multa de Dijs fingantur indigna; ſecundum non congruere civitatibus, quòd habeat aliqua ſupervacua; aliqua etiam, quæ obſit populis noſſe: Hæc, non eſſe Deos Æternitum, Cœlum, Cæſorem Pollucem. Proinde unum à doctis, quòd homines fuerint, & humana conditione deſecerint. Subjungit mox, Hæc Pontifex noſſe populo non vult, nam laſſa eſſe putat. Expedire igitur eſſimiat, falli in religione civitatem, & decere etiam in diſcris Rerum divin. ipſe Varro non dubitat.* Addit denin de Poetica Theologia: *Poeticum ſane Deorum genus cur Scævola reſpuat, eidem literis non tacetur; quia ſic vix. Deos deformant, ut nec boni à hominibus comparentur.* Quod Scævolæ judicium ſequutus eſt Terentius Varro, apud eundem Auguſtinum *l. 6. c. 4.* quem locum videre operæ pretium eſt. In hac itaque *Theologiā* triplici, nihil *Fabulari* illā ſeu *Mythica* Poetarum fuerit inſulſius, niſi ad allegorias recurratur, *in ea*, namq; ut Varro *loco ita. multa contra dignitatem & naturam immortalium ficta ſunt. In hac enim eſt, ut Deus alius ex capite, alius ex femore ſit, alius ex gutis ſanguinis natus. In hac, ut Dii furatiſint, stadutur a veneri, ut ſer vierint homini* &c.

Atque ideo Dionysius Halicarnassensis *Antiqq. Rom. lib. 2.* in eo Romuli commendat prudentiam, quòd neutiquam admiserit Græcorum de Diis fabulas. Quæ licet vel occultent naturæ arcana, vel ad solatium superstitum, aut aliud emolumentum facrint confictæ, vulgum tamen, ut *ibidem* Dionysius censet, non penetrat hæc arcana; imò nec inquirit quidem; ut planè ea notitia sit damnosa: quia vel inde colligunt, non esse Numen, vel si ne Dii fœdis abstineant facinoribus, sibi quoque licere in istis Deorum imitari exemplum. V. quæ pluribus hac de re dixit Vossius *de Re Poetica lib. 1.* Multis vero locis Poetica huic *Theologiæ* præferenda eli *Civilis*. Et tamen nec illa probare se potuit vel Mucio Scævolæ, qui multa ei falsa inesse ait; vel Varroni. Romanorum doctissimo. Quid enim tantus vir senserit, indicio sint, quæ ex eodem illius *Rerum Divin. opere* adducit Augustinus *de Civ. Dei lib. 4. cap. 31. Non ego illa judicio meo sequor, quæ civitas Romana instituit. Nam si eam civitatem novam constituerem, ex Naturæ potius formabo Deos, nominabuque Deorum effem dectlaturus: sed primum in metore populi eft accipia, ab antiquis nomina & cognominum hiftoriam tenere, ut traditis eft, deben, & ad eum finem illa scribere ac perscrutari, ut potius eos magis colere, quàm despicere, vulgus velit.* Quæ abunde ostendunt, Varroni non usquequaque placuisse Religionem Populi Romani. & si ipse loco fuisset Romuli, aut Numæ Pompilii, vel eorum, qui postea confecuti, longè alia opinione de Diis imbuturum fuisse gentem Romanam. Placuit autem Varroni inprimis *Theologia Naturalis*, de qua, ut ejus libri habent, *maxime Libros Philosophi reliquerunt.* In quibus eft, *Dii qui sint, ubi sint, quod genus, quale, ex quonam tempore, an sempiterni fuerint, an ex igne sint, ut credit Heraclitus; an ex numeris, ut Pythagoras; an ex atomis, ut Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes in Schola, quàm extra in Foro, possunt aures.* Et hanc in erudito suo *de orig. & progreff. Idolol. opere* exponit Clar. Vossius: sed fic, ut suis misceat locis, quæ ad *Civilem* vel *Fabularem* meliùs intelligendam pertineant. Obtinebat autem *Theologia* prima, quæ Poetarum erat, in Theatris: Secunda, quæ Philosophorum, in Scholis: Tertia, quæ in urbibus Civium, maximè Sacerdotum, in Templis. Unde iterum Varro, *Primum ad Theatrum, Secundum ad Mundum, tertium ad urbem maxime accommodatam esse*, ait. V. Vossium modò dictum *lib. 2. Operis cit. cap. 1.*

Theologium. Gr. Θεολογίον, fublimis dicebatur in Theatro locus, five machina extraordinaria, fi quando Numen introducebatur. Qualis in *Aiace* Sophoclis, & in *Hippolyto* Euripidis. Jul. Cæf. Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 3.*

Theologus, Gr. Θεολόγος, cognomen D. Joannis Evangelistæ & Apostoli, quod inscriptitio Apocalypseos è Vett. addita præfert, Ἀποκάλυψις Ἰωάνου τοῦ Θεολόγου. *In eum, tanquam aquila, in verbi increati contemplationem fua lumina direxit, ac inde fuam eft exorsus Evangelicam narrationem.* Dominic. Macer *Hierolex.* Unde atonomastice fub *Theologi* nomine femper hic Evangelista à Græcis intelligitur. Aliquando *Theologus Senior* dicitur, ad differentiam *Theologi Junioris*, Gregorii Nazianzeni, qui *Theologi* nomen inter Patres similiter præcipuo quodam honore adeptus eft, Tob. Pfannerus *Syftem. Theol. Gentil. pur. c. 7. §. 5.* V. & Clar. Suicerum *Thef. Eccl.* in hac voce. Hodie, quinam voce hac defignentur, notum. In Ecclesia Rom. *Theologus*, in singulis Ecclesiis Cathedralibus, *qui Sacerdotes & alios in sacra pagina doceas, & in his præsertim informes, quæ ad curam animarum spectare nofcuntur*, inftitutus legitur *Statuto* Concilii Lateran. fub Innocentio III. c. 11. &c.

Theophanes, Zonaræ τῷ μεγάλῳ ἀρχῇ καθυφηγητῇ, *magni Magistri, Annal. lib. 3. in Leone Arm.* coæyus Nicephoro Patr. CPolitano. *Hiftoriam* suam perduxit usq; ad Imperatorem modò dictum: quam Latinitate donavit Anastasius, fic tamen, ut aliqua omiserit perstrinxeritque aliqua brevitate, sicut ipse de hic testatur, referente Baronio, ann. Dom. 813. *num. 3.* Vocat autem eum *Abbatem Monasterii agri*, sicut Vossius *rurisvatus de genesi profectum*, aliter atque aliter Zonaræ verba interpretati. V. Vossium *de Hift. Gr. lib. 2. cap. 24.* nec non ubi de *Theophane Abbate*.

Theophania, V. suprà *Epiphania*.

Theophobus, nomen proprium Viri, apud Baronium Ann. C. 842. *num. 4. & seqq.* Ex Græco Θεοφόβος, *Dei-timens*.

Theophorus, Græcè Θεοφόρος, *Deifer*, cognom. apud Græcos Ignatii Martyris, de quo V. Macros Fratres *Hierolexico*, plura verò de ipso Ignatio, suo loco.

Theopompia, apud Augustinum *Epist.* 138. *Quod autem scripsit Eximietas tua, dubitare te, utrum in* theopropia *debeas eadem gesta jubere proponi, fiat* &c. Aliter *Theopropium*, locus videtur appellatus, in quo Cæsarum Edicta iolebant promulgari. Θεοπρόπια enim & Θεοπρόπιον, μαντεῖον ἐν Σικύῳ, Hesych. *oraculum* Græcis notat. V. Clem. 7. *Strom.* Unde Θεοπρόπος, *Oraculorum Interpres*, in *Prometheo* Æschyli, è qua voce corruptum forte *Theatropus*, in *Bulla* Martini Pontif. de quo suprà.

Thoinera, Græcè Θοίνηρα, apud Harmenop. dicta sunt apud Græcos munera, quæ Sponsæ dabantur ante nuptias, cum de visendam præberet, fiammeo depolito: Θοίνηρα quoque, item Ἀνακαλυπτήρια, & Πρωϊνογήδεια, quòd tunc Sponsa primùm à Sponso videretur, eumque alloqueretur, appellata. Unde ille Antipatri jocus, qui, cùm decrepitam uxorem duxiffet & ἀνακαλυπτήρια poscerettur, ἐγκαλυπτήρια potius opus esse, respondit, Pratejus apud Caly. Scaliger ad lectum perductam Sponsam primùm detectam, à Sponso, atque ab hoc ejus rei causa Θοίνηρα accepisse, docet. Alia sunt ἐπίτηδεια, apud Callimachum, dona viz. affinium seu parentum, cum primum infantes viderent &c. V. Scaligerum *Poetices lib. 3. cap. 101.*

Thoinx, adde: Erant autem illi coronari, peque nisi tot, quam missi fuerant, peracta, coronam ponebant, in æde alicujus Dei confecrandam. Sed & Θοινῆς, navis illorum, coronari consuevit. Plut. *de Fato*, Ἕτυχε τὴ πρωτείων ἡ δίκη ἡ πρώτη γενομένη τῷ πλοίῳ, ἃ δὲ Δῆλος ἀθηναίοις ἐπέμπετο. Et atque hoc *theoriæ* principium, cùm Apollinis Sacerdos τὸν Θοινῆ & puppim coronaret. Quam in rem V. plusculà, apud Cat. Paschalium *Coron. l. 4. cap. 18. & 19.* Apud recentiores Græcos fic vocantur, qui facra vafa cuftodiunt eorumque conditores, & Altare Sacerdoti miniftrant, Meurfius *Glofsar.* ex Joannis Epiic. Citri *Resp. ad Cabafilam*. Voci origo ἀπὸ τῆ Θοίνης ἐν ἀγορᾷ, à *facrorum* cura, Suicerus *Thef. Eccl.* in Θοινῆς.

Theorica Pecunia, dicebatur Athenis pecunia illa, quæ viritim Athenienfibus civibus diftribuebatur, ad dies Feftos, Ludos & Spectacula, τὰ Θεωρικὰ. Plebat autem hæc diftributio à certo Magiftratu, qui circa Dionysia τὰ κατ' ἄστυ, Elaphebolione menfe, eligebatur. Nam quæ ante hanc ipsam ab urbe colligitur ex Æschinis *Orat. ad Ctesiph.* dicebaturque is *Quæstor τῷ Θεωρικῷ*. Suftinuit id munericis Demoftbenes, Lysimachidi Prætore, anno 2. Olymp. 110. quem cùm anno feq. Archonte Euthycle Crefiphon coronandum judicaffet, Æschines Crefiphontis nomen apud Archontem detulit, quòd Populi scitum fecifiet πανήμερον, ut coronaretur Demoftbenes in hoc Magiftratu prius, quàm rationes retuliffet. Memorantur de eo munere Leges duæ Æschini *locatis*. Nempe Νόμῳ δὲ κεῖται τὰ τῷ Θεωρικῷ περιγενόμενα, *Lex de Quæstoribus Theoricæ pecuniæ*. Et Ὁ Ἡγεμὼν δὲ τὰ τῷ τῷ Θεωρικῷ περιγενόμενον, *Lex Hegemonis de Quæstoribus Theoricæ pecuniæ*. Quarum priore, quæ in gratiam Eubuli lata eft, hi Quæftores fingulis Prytaneiis, fua Populo enumerabant vectigalia, Navalia & Armamentaria curabant, viarum quoque refectores erant & Quæftorum cœterorum obibant munera: Poftetiore Hegemon fines fexit, motos reftituit terminos diftinctionemque dominiorum fecit, folà *Theoricæ* pecuniæ administratione libi fervata. Leges autem fervabit Eubulus, *Ut capitalis esset ei, qui vellet τὰ Θεωρικὰ eidem ingruente bello, etiam in militum stipendia, impendi*, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Aticas lib. 3. tit. 2.* Qua abfterritus Demoftbenes, licèt maximè vellet, tamen fuadere contrarium Populo non auíus, quod Apollodorus antea cenfuerat, deftitit, *Olynthic. 1.* Quo factum, ut plus impenfarum in ludicra hæc fpectacula, quàm in Patriæ libertatis vindicias, faceren Athenienfes: fed infelici tandem exitu, ut ex Juftino difcimus, ubi ita de Epaminondæ obitu, *lib. 6. fub fin. Studiorum amissa, quem emulari consueverant, in ingratiam corporemque refecti, non ut olim in classem exercitusque, sed in dies fossas apparatusque ludorum, vetibus publicis effunduntur: & cum Auctoribus nobilissimis Poetisque Theatra celebrant frequentius scenam, quàm cestra victrices; Versificatores Oratoresque meliores, quàm Duces, laudantur. Tunc vectigal publicum, quo ante milites & remiges alebantur, cum urbano Populo dividi capium eft. Quibus rebus effectum, ut inter otia Græcorum, fortidum & obscurum ante Macedonum nomen emineret.* Quæ verò τὰ Θεωρικὰ drachma inftituta Archonte Diophanto, eo fine ut lites & pugnæ de fedibus in Theatro hactenus ferventes tollerentur, & quisque duobus obolis feu drachmâ emtum fpectandi locum tueretur. Quam pecuniam cùm è populo pauperiores expendere non poffent, Pericles plebis captans gratiam, Legem tulit ut è Fifco is tantundem daretur, quòd è illi Ludis pro libitu interesse poffent. Non erogabatur autem, nifi quorum nomina Lexiarchico eflent inícripta, ut ex Demoftbene apparet *c. Leocrat.* V. Franc. Roffæum *Archæol. Atticæ lib. 2. cap. 9. fub fin.* & Zenobium in Prov. Δεσμὸς χαλκᾶς, nec non fuprà, in voce *Lucar*.

Thoxenius, adde: Græcè Θοξένιος, al. Ἔξενος, certamina hæc dicta, & in urbe Pellene celebrari folita, lœnam pro præmio habuiffe, adnotat Salmaffius *ad Solinum p. 849.*

Thoraphim, I. Sam. c. 19. v. 13. ubi Mical viro per feneftram fuæ demiffo, pofuiffe in lecto pro Davide תרפים *thoraphim*, legitur, non funt idola, ut in Scriptura paffim; quippe veri Dei cultu addictior fuit David, quàm ut in aedibus fuis ulla ferret idololatriæ monumenta. Nec imagines ecclesiis influentiæ capaces, ut ait Aben Ezra, namque & hoc, si minùs idololatrium, falsæm eft fuperftitiofum & Davidis ævo multò receptius. Sed grandes pupæ, cujusmodi unam aliquam fecit Mical, tumultuario opere, quæ ad hominis formam utcunque accedebant. Quales erant, quæ tauris obiici bantur in Circo, aut Argei, feu ferpeæ effigies, è ponte Sublicio Romæ in Tiberim jaci folitæ, aut καρκίνοις in hortis aut in agris, ad terrendas aves pœni folita. Proin Aquila hæc vocem reddit μορμόνια, Hiero-

Hieronymus *ſtatuam*, Septuaginta κνανθίμω, fortè quòd in cenotaphiis ſtiſimodi imagines, quæ abſentem aliquo modo referrent, ſolerent poni &c. Sam. Bochartus *Hierozoïc. Parte prior. lib. 11. cap. 51.* Plura V. ſupra in voce *Teraphim.*

Theraſchus, Græcè Θηρασχος, dicebatur olim, qui duobus elephantis in bello præerat, unde Θηρασχία ejus οφηνια. Sic Ζαμαχος, qui uni, & Ηπποφορχος, qui quatuor; Πλαγχος, qui octo, & Ε'ικοσιφλαγχος, qui ſedecim; & Κορυφαγχος, qui triginta duobus, erat præfectus. V. Ælianum *Tactic. cap. 22.*

Theraræ, Græcè Θηρατραι, gens Trogloditarum, apud Plin. *lib. 6. cap. 29. Gentes Troglodytarum idem Juba tradit* Theratas, *& venatu dictos, mire velocitatis.* Iidem cum Κυνοκεφαλις Agathar-chidis, Strabonis & Diodori : *ferax* omne genus *venabantur*, unde nomen, & earum carne victitabant. Salmaſius *ad Solinum pag. 1267.*

Theriaca, ex Græco θηριακὸ, antidotum contra venena, quòd ex viperæ carne fieret, quæ per excellentiam θηρίον dicta, nomen accepit, Gerh. Jo. Voſſius *de Idolol. lib. 4. cap. 62.* Cur verò non caro cerafiæ, quod ſerpentis genus viperæ admodum ſimile, aſpidis aliusve ſerpentis, eam ingrediatur, Galenû vide diſquirentem *lib. de Theriaca cap. 8.* qui Andromachi eam, Neronis Archiatri, inventum alibi facit. Scripſit autem hic *Theriacam* carmine elegantiſſimo. Nempe Andromachus hic, antidoto Mithridateæ admiſceat non ſolùm viperas, quas ſanium viperæ ; quo factum, ut hæc antidotus Andromachi prope antiquaverit Mithridateam, *Theriacæ Andromachi*, & aliquando *Theriacæ* abſolutè, nomine inſignis. Sed & jam ante Mithridatem Nicander Colophonius *Theriaca* & *Alexipharmaca* ſcripſit, V. Gerh. Joh. Voſſium *de Philoſophia cap. 11. num. 36. 37.* & *de Theriaca* Antiochi M. incisâ lapidi verſibus itidem in limine ædis Æculapii, *Plin. lib. 20. cap. 24.* de voce vero θηρ, vel θηρίον, aliquid etiam ſuprà, in *Bellua*, item *Fera*. Aliàs θηρίον, in genere animantia notat, volucres quoque, in vivaiiis ali aſſervarique ſolitas, unde celebre θηριοτροφείον Hortenſii, de quo alibi.

Therioles, adde : Ad poculorum horum imitationem, & terebintho poſtmodum calices fácti ſunt, adeò ſimiles, ut à fictilibus vix dignoſcerentur, atque hi tornatiles fuere, V. Theophr. ubi *de ebeno*. Inde & ex argento cælatiles fieri cœperunt, V. Cic. 6. *Verr.* quibus utrisque manſit propterea *Theriotecrum* nomen. Fuere autem *Therioles* pocula, è terra nigra & fumni nitoris, primusque is calices ea forma inſtituit, quam deſcribit Iuſce Athenæus, Θηρίκλειος ὁ κλὴξ κύπη ὑγιὴς) εἰδὸς τὰς λαμπὰς, ἰσχυὸν βαθυτερὸν, ὅπου δὲ ὑγρὸ βραχὺ, ὡς ὁ κλὴξ ὅου. V. de illis plura apud Salmaſium, ubi Plinium, *Thericlem ex terebintho calices facere torno ſolitum*, ſcribentem refellit, *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 1043. & 1044.

Theriſtrium, Gr. Θέαμρον, memoratur Cœlio in *Antiqq. Lectioni, bus ex Hieron. Nam & Hieronymus de quelle Chriſtiſ diſſimula, Nunquam exeat (ſuprà ſcribit, ne inveniatur eam, qui civitatem circumeunte peruitiant & vniuerſi, auferand, publicitùs* Theriſtrum *& nudam in ſanguine derelinquam.* Ubi conſtat appellari *Theriſtrum*, id genus veſtis, quod ſuper nudo corpore geſtatur, & vulgò *Subuculam* dicimus, Itali *Camiſcia* ; aut linea eſt : Dicitur autem *pudicitiæ veſtis*, quia ea pudoris eſt proprium velamentum ; Nam puſica mulier neque ſe marito videndam præbet illo prorſus exutam : at eo ſolo contectas cubvis meretrices conſpiciendas ſe offerunt. Quapropter ille non inepte, mulieres ſatuas ait una cum ſubucula ſimul pudorem exuere. Pergit autem Rhodiginus : *Ut verò Hieronymi verbum intelligas, nullis incognitum, dicitur eſtiva veſtis Theriſtrum. Eidem alibi pallium dicitur ; genus etiam nunc Arabicè veſtimenti, quo mulieres provincia illius vestantur* : Et inferiùs addit, *lib. 16. cap. 10. Poſtremò eſtivam veſtem* Theriſtron *dicimus, &* Theriſtrion ; *ſicus hyemalem, Chlamydam : Homerus Alexamenon appellavit. Cocciuigi ſuſia Theriſtra ſcribunt Eruditi, Theriſtrum dicens, ut Hieronymus Varrone plane. Meminit cap. 3. Edictum, auferet Dominus aſſyrianiadia, periſcelidas, murenulas & oſſaſtoriola, metatoria, vittas & theriſtria.* Sic ergo *Theriſtrum* veſtis erat linea, tenuiſſima, præ raritate tranſparens, tinctâ cocco, quam pudicæ mulieres aliis veſtibus ſuperinduebant ; at meretrices ſuper nudo geſtabant, quò eo facilius ad libidinem præteruentes alliceret ; figuræ, qua nunc *Cingare* dicitur, pallii nomine, uſurpant. Unde, ut meretricem ſe ſecreto ſuo mentiretur Thamar, *Deponens veſtes viduitatis ſuæ, operuit ſe velo* (Theriſtro) *& obuexit ſe, conſedit, in bivio*, Genes. *cap. 38. verſu 14.* In quæ verba Lyranus, *Aſſumpſit*, inquit, *Theriſtrum : veſtis eſt linea, quâ mulieres utebantur aſtate, & dicitur Gr. θέρμρον, veſtimentum meſſoris aſtivum.* Sic Geninus *Onomaſt. Theriſtrum, veſtimen, vel veſtis tenuis, quâ utebantur mulieres Paleſtinæ.* Conſtantinus & Portus in *ſuo Lexicog.* pariter, *Theriſtron poſſumus appellare, ait, pallida, quibus utebatur erat Rebecca, & hodie quoque Arabiæ & Meſopotamiæ oportunitur feminæ : ab eo quòd θέρω, id eſt, æſtate & caumate corpora à protegant feminarum*, ex *Hieron. in Eſai.* Sed iſtiusmodi *Theriſtra*, ſicut in caſidiſſimis illis regionibus, ob fubulitatem, ſatis erant, ad corpora mulierum defendenda, ne nigreſcerent ardore æſtivi Solis ; maximè ſuperpoſita tunicis interioribus : ita ſine aliis veſtibus, immediate nudo corpori circumvoluta tranſparens oſtendebant corpus, uti dictum. Cæterùm, apud antiquos, linteum iſtiusmodi ſubtile, quo mulierum nihil fere velabantur corpora, meretricium fuiſſe veſtitum, Petronius Arbiter docet *Satyr. cap. 37.* ubi *nebulam lineam* talem veſtem vocat : quemadmodum *ventum*, Tibullus *lib. 3. eleg. 2.* imò *ventum textilem*, iterum Petronius. V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib. 6. cap. 69.* Alii Thamaræm ſumto *Theriſtro*, virginalem habitum enemitam fuiſſe contendentes, nuptialem fuiſſe amictum θέρμρον ; Hebræasque mulieres peplum tale, à capite ad talos fere demiſſum, geſtare conſuevifſe, virgines & faciem & corpus totum operuerint ; uxoræ corpus quidem, non verò faciem : fornicanæ autem, habitu Virginum ementito, totum corpus involverint, ajunt. Unde quod Cantic. *cap. 1. verſu 6.* ait Sponſa : *Ne forte vagari incipiam*, juxta textum primævum habet, *Cur ero quaſi deſuper amicta?* id eſt, *velut meretrix huc illuc oberrans*, quæ eſt ſuperamicta & contecta per totum, præterens externa ſpecie virginem, ut eo facilius ad procos ſeducat. Sic ergo meretrices Poppææ fuerint imitatæ æſtum, quæ nunquam totam faciem Neroni oſtendit, ut formæ latentis deſiderio acrius ureretur. Eæchielis *cap. 16.* Interpretes LXX. *Theriſtrum* dixere τελχμῶνος, de qua voce pulchrè *ibi* Hieronymus, qui vertere malunt, *Indui te ſubtilibus* : valde enim hoc peplum, utpote ex lino, vel ſerico, tenue ac ſubtile fuiſſe, dictum. Idem *ad Latum, publicitiæ* voce *ſegmen* & *in Epiſt. de ſuſcipiendo conubern.* humeros texiſſe docet. Hinc Solerius, *Theriſtrum* pallium dicit fuiſſe ſœmineum, prælongum & laxum, ſic ut et etiam caput involveret ; quod probat, inter alia, & ex Genes. *cap. 24. verſ. 65.* ubi Rebecca, adventantem Sponſum audiens Iſaacum, citò peplum ſuum arripuit, eodj, vultum texit, V. Terrullianum *de pel. Virg. cap. 11.* &c. Quod verò de nutu Judæ *Thamar* dictûm, negat Bochartus, more meretricis faciem *theriſtro* obtexiſſe, ſed ne agnoſceretur, cùm meretricium non ſit proprium velari, ſed revelari potius, ex Eſ. *cap. 47. verſu 3.* Ez. *cap. 16. verſ. 36. 37.* & Nahumi *cap. 3. verſ. 5.* V. cum *Hieronymi Parte prior. lib. 11. cap. 46.* ubi quoque ad Cantici locum cit. egregia quædam addit. Sed & virile *Theriſtrum* fuiſſe, docet Lutiprandus Epiſc. Cremonenſis, qui ſuam ad Nicephorum Phocam legationem deſcribens, imperatorem Græcorum, *Theriſtratum* fuiſſe, refert. Idem *Eſſor. lib. 3. cap. 5.* eum pene laceratum fuiſſe, per canes ab Hugone R. miſſos, narrat, eo quòd Græcorum more *Theriſtro* opertus, velut monſtrum canibus appariuiſſet. Et in *Legat. à Curopalate*, ſe monitum eſſe, *ſat non eſſe quempiam, ubi Imperator eſſet, pileatum, ſed Theriſtratum, imedere, ait.* Verùm aliud hoc planè à fœmineo fuit, maphorti ſimile forte, quod breve capitis operculum, non niſi ad humeros demittebatur. Unde & Tertullianus *de Pallio cap. 14:* Heroulem in *Theriſtro* fuiſſe referens, hujusmodi maphortem ſignaſſe videtur. Cum *Theriſtro* Hannoneo Nuptiali, Caluprarum confundit Delrio *ad Geneſ. c. 24. verſ. 65.* ſed hæc propriè Regnarum ingenium erat ; ut vidimus *ſuo loco.* V. Anſelm. Solerium *de Pileo ſectione 6.*

Therma, adde : Sub. *aquæ*, ſicut Græci cùm θερμὸ dicunt, ſubintelligunt, ὕδωρ, Salmaſius *ad Solinum*, ubi *de Thermis Himeræis*, Siciliæ urbe, Romanorum Colonia, multa, p. 114. Cæterùm *Thermæ* nunquam Romæ ante nonam olim parebant : Hadriani tempore octava iis aperiendis conſtituta eſt. Tacitus verò Imp. ante lucernam claudi juſſit, ne quid per noctem ſeditionis oriretur ; Quam in rem V. Salmaſium *ad Hiſtorian. Aug.* ubi & *de Thermis Alexandrinis, Antoninianis, Commodianis, Diocleſianis, Gordianis, Hyemalibus, Neronianis, Severianis, Titianis, Variantis* paſſim : adde quæ ſuprà diximus *de Balneis* ſeu *Balneis & Lavandi ritu.*

Thermoſphtris, Græcè Θερμοσφτὶς, inter ſaltantium olim ſchemata, quali quis vellet vociferari ore aperto, elatis ſupereiliis, cervicibus intactis. Item alia Tragicæ ſaltationis ſpecies, quam magnum ac laboriosum motum in manibus præ ſe tuliſſe ferebantur inter furioſas recenſita una cum cernophoro & monga, de quibus J. C. Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 18.*

Thermia, nomen Inſ. à *thermis* fuis ſic dictæ, de qua V. ſuprà in voce *Delos.*

Thermometrum ſeu *Thermoſcopium* Inſtrumentum eſt, quo Philoſophi motum aëris, quoad qualitates ſeu gradus caloris & frigoris, humidi item & ſicci, ſenſui oculorum dignoſcibilem reddere conantur. Et quidem primi hujus Artis inventores vas vitreum parabant longioris colli, quod repletum aliqui phiolæ aquâ itidem replerace inverſo ore indebant, quo ſiebat globus vitreus, qui ex ſuperiori parte vacuus aquâ in canali ex aëris in globo contenti rarefactione vel condenſatione mox deprimeretur calore vel frigore attolleretur. Verùm cùm vaſa hujusmodi non perfecte, quod petitur, exhibeant : ut accuratior praxis ſit, vult Kirkerus, expetiare primùm, quonuque aqua aſcendere aut deſcendere poſſit. Quod fiet, ſi obſervatis, quotnis, in maximo frigore attollatur, aut in maxima æſtate deprimatur aqua in canali. Tum ſignatis, inquit, extremitatis punctis intermedia ſpatia (ſi canalis ejusdem ubique craſſitiei ſit) in 4. æqualia ſpatia divide principaliter ; quorum unumquodque iterum ſubdivide bifariam, ſignis tamen talli, ut notabilis ſit gradium differentia.

rentia. Harum porrò partium quamlibet (ſi proportionem quantitatis diſcretæ immutare velis) in 3. quo modo habebis decades minutorum, aut ſex, & habebis quinarium numerum minutorum. Quòd ſi conſultùs viſum, quantitatis continuæ proportionem ſequi, imaginteris tibi, quemlibet 4. graduum ſpatium palmare expleve. Sic quodlibet in duodecim uncias harumque quamlibet in 5. minuta ſubdividendo, habebis 60. minuta. Qualitatem liquoris quod attinet, quo magis defæcatus fuerit, ut ſpiritus vini, eo accuratius evadet Thermometrum &c. V. Athanaſ Kircherum *in Arte Magnetica*, & Georg. de Sepibus *in Collegii Rom. S. J. Muſæo* pag 52.

Thermidiacus ſtus. Gr. θερμιδιακὸς, unus eſt ex tribus brachiis Nili. Et cum manifeſtum ſit, quòd μέσος πο-ταμὸς Græcis, ad quod in Deltæ vertices, duæ iſtæ findunt ectropæ, quæ rectâ Septentrionem petunt. Harum altera dicitur *Thermidiacus ſtus.* & per Sebennytium oſtium exoneratur; alter-tiri nomen eſt Taÿ, quæ per Bolbitinum exit. Inter majorem verò fluvium & illum. Thermia hiatum, Sain urbem & Saitium nomum colloeat Ptolomæus. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 477. & 478.

Theroniæ, gens Trogloditarum, apud Plinium *lib. 6. cap. 29. Gentes Troglodytarum — Juba tradit* Therothoas *& venatu dictos, miræ velocitatis.* Mel. Theraæ Salmaſio, de quibus V. ſupra.

Thermina, vox Hebr. de qua Rabbini: *Quidquid edulcorum ex terra incrementum capit, oboxium eſt primitiis*, Thermæ & *decimis*, Moſes Ægypt. *in Sanhedrin. tract. de Thermatoth, cap. 2.* Græci reddunt ἀφορεσταὶ, id eſt, *ſeparatis*, erat enim ſeparatio portionis Deo conſecratæ, & oblationis Jehovæ de omnibus decimis quæ fieri ſolebat *per elevationem*, ut eas cum contrà *Thoruphuth* offerebantur, per agitationem. Quòd reſpiciens Paulus Apoſt. ſe vocat ἀφωρισμένον εἰς τὸ εὐαγγέλιον, Rom. *cap. 1. verſ. 1.* V. quæ diximus ſupra, ubi de *Primitiis*.

Thæſaurarius, dignitatis nomen in aula Francica, quâ apud Dagobertum R. Deſiderius inſignitus legitur, in Regis hujus. *Præcepto*, de Epiſcopali dignitate Cadurcinorum urbis ei collatâ: Idem cum *Thæſaurorum Regalium ſummo Procuratore*, uti Radò vocatur, apud Fridegodum. In Anglica item, cujus deſcriptionem habes in *Fletæ lib. 2. cap. 25 28.* Medio ævo *Comes Thæſaurorum*, cujus Officiales *Thæſaurenſes* dicti *l. 14.* Cod. Theodoſ. *de divers. offic. & l. 2. Cod. de Palatin.* Vel potius *Comes Sacrarum Largitionum*, cui *Comes Thæſaurorum* (in quibus veſtes reponebantur ſacræ privatæque Principis) fuberat, ut Comes domorum Comiti privatarum, monente Salmaſio *ad Alexandrum Sev. Lampridii.* Antiquiori *Arcarii Præfectus*, apud Romanos: *Gaza cuſtos*, apud alias gentes, Orientales inprimis, uti videre eſt ſupra in his vocibus. Eunuchi Candacis Reginæ Æthiopum, ὃς ἦν ἐπὶ πάσῃ τῇ γάζῃ αὐτῆς, hiſtoriam habes in Actis Apoſtol. *cap. 8. verſ. 26. & ſeqq.* Sed & apud Eccleſiæ Rom. Scriptores *Thæſaurarius* dicitur, cui in Eccleſiis *Cathedralibus & Capitularibus*, *thæſauri Eccleſiæ ſervandi cura incumbit*, uti habet Cu. du Freſne *in Gloſſar.* ubi etiam *Subthæſaurarii*, in Eccl. Remenſi meminit, ex Joanne Sribert. *Epiſt. 268.* Apud Hebræos, tres ad minimum erant, גזברין ſeu *Thæſaurarii* judem dicti, qui ſacrum curabant Ærarium: è quo non ſolùm facriveia omnisgeneris aiq; veſtes Sacerdotales Pontificiæq; alia item ad cultum ſpectantia, ſuppeditabant; verùm etiam Cenſorum ſeu Curatorum urbis eorum qui Sacerdotes ritus immolandi atque id genus alios do-ceren, libros Hiſtoloymis deſcriptos corrigerent, judicia exercerent, aliorum etiam ejusmodi Reip. miniſtrorum operarumq; ſtipendia ac mercedes in muros, æres, aqueductus, alia reficienda, ſolvebant, juxta Synedrii M. taxationem. In quos ſummæ quorannis à quolibet 30. annorum, exceptis fœminis, ſervis & minoribus, dimidius ſiclus Sanctuarii, i. integer ex vulgaribus, didrachmæ Atticæ appiparari ſolitus, conferendus erat, ex Lege Exodi *cap. 30. verſ. 12.* Quæ ſumma ſi forte non ſufficeret, ex aliis ſponte oblatis, quæ decerant, ſupplebantur; quemadmodum tertia pars ſicli, ſub initio templi ſecundi, ob graviores tum ſacrorum operumque impenſas, edicto temporario adjecta eſt, Nehemiæ *cap. 10. verſ. 32.* & quæ de re V. Jo. Seldenum *de Synedriis vett. Ebr. lib. III. cap. 10. §. 1. & ſeqq. de Thæſauris Gardrobæ.* apud Anglos, V. ſupra.

Thæſaurus, pecunia in futuros uſus recondita à privatis, ita ut *res, memoria exiet, neq; dominum habeat, l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* ſive, ut definit M. Aurelius Caſſiodorus *lib. 6. Epiſt. 8. De poſſitu a pecunia, quæ longâ temporis vetuſtate competentes dominos amiſit.* Quemadmodum contrà omnes opes publicæ in unum locum congeſtæ ac depoſitæ, *Ærario* nomen dederunt, de quo vi-dium *ſupra*. Latini vett. *Thæſaurorum ſecundum Græcos præſerebant.* Æl. Donatus in Terentium, atque ita ex fide Ms. codicis *in Prologo Eun.* legendum:

Idem Menandri phæma nunc nuper dedit,
Aiq; è Thæſauro ſcripſit, cauſam dicere
Triſtes, unde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quàm ille qui petit, unde ſit Thæſaurus ſibi.

Deponebatur veto pecunia variè: Aliquando in tumulis Majorum, qui ſacrorum in numero habebantur, neque ſine præculo poterant violari, Feſtus *lib. 17.* in voce *Sacrum*: & *lib. 16.* in voce *Religioſum*. Unde Andromache, apud Senecam *Tragœdiæ Act. 3. ſc. 1.*

Eſt tumulus ingens conjugis ibani ſacer,
Verendus hoſti, mole quem immenſa parens
Opibus q; magnis ſtruxit in tuctus ſuos
Rex non avarus.

Et paulo pôſt:

—— Fuerat hoc prorſus noſas,
Danai, inanſum templa violaſſe, Deos
Etiam ſaventes, buſta tranſierat ſavor.

V. quoque Donatum *in loc. cit.* Arrianum *lib. 6.* & Curtium *lib. 10.* Aliàs. Inde Theodorici, Gothorum Regis, extat Edictum, apud Caſſiodorum, *lib. 4. Epiſt. 30.* quo illiusmodi opes in tumulis recondittas, *compendio publico vindicari* jubet, ita tamen ut *à cineribus mortui rem manus abſtineantur.* Ut de talenti 300. *ornatu ex auro & Thæſauro multo*, è monimento Davidis ab Hyrcano & Herode, apud Joſephum *Antiqq. Jud. lib. 11. cap. 11.* deprompto, nil dicam. Non raro in Templis recondebatur, ut de Populo ſancto legimus, Joſiæ *cap. 6. verſu 22. Nam tantum argentum & aurum & inſtrumenta ærea aut ferrea, res ſanctas ſunt Jehovæ. in Thæſaurum Jehovæ venire*: ubi de Hiericho tris expugnatione agitur. Memoratur quoque *Thæſaurus* domus Domini, 1. Regum *cap. 12. & Thæſauri divini Præfecti*, 1 Paralipom. *cap. 9.* Erant veró in *Thæſauro* hoc ſacro, non modò veſtes ſacræ aut pecunia ſed & ſpolia hoſtibus detracta, ut patet *de lanceis & ſagittis aureis, quas à Rege Sophene captas* David ſacrophylacio *conſecravit*, apud Joſephum *lib. 8. cap. 10.* Sed & privati in ſacris ædibus pecuniam, tanquam in loco noto, non raro depoſuerunt: apud Romanos inprimis, Ulpianus apud Jac. Ræva dum *Varior. lib. 1. cap. 15. Rem pecuniariq; ſignatam in ade reponere* Paulus JC. *Sed conſtat, ut ante illum contestatum Præſes jubeat in ade ſacra pecuniam deponi.* Cicero *lib. 5. Epiſt. famil. Nam de Licerio iſi ita actum, ut is cive On. Pompeio iſſa pecunia in fano ponveiur* Idem ad *Attic. lib. 15. Quum ex reliquis, quæ Nonis Aprilis facta, abunuiarem, cogor mutuari, quoniq; ex iſtis fructuoſis reditus recapiam eſt, id ero ad illud Fanum ſuspiſium putabam.* Meminit moriâ quoque Plautus *Bacchidibus*,

Non ibi apud Thoolnum omne aurum depoſuimus,
Qui ille Sacerdos eſt in Diana Epheſiæ.

Abdebantur autem pretioſiſſima quæq; in ipſo Penetrali, parte Templi ſecretiore, ut metus præſentis Numinis facilegos deterreret. Quippe hic ſimulachra ipſorum Deorum, apud Genriles, erecta fabant, Claudian. *de Raptu lib. 3.* In ſtluminibus nonnun-quam: ſic Decebalus Dacæ R. Trajano irrigante, *thæſauros* omnes in Sergetiæ amnis averſi & mox redocti vado recondidit, operis mox interfectis &c. Inter ἀθύρματα reponit Grotius *Thæſauros*, i.e. pecunias, quarum dominus ignoraur; quod enim non apparet pro eo, eſt quaſi non ſit: quare & *Thæſauri* naturaliter ſunt Inventoris id eſt, ejus, qui loco moverit apprehenderitque. Neque tamen id obſtat, quo minus legibus aut moribus aliud conſtitui poſſit. Plano Magiſtratibus indicium ſervuit, & Oraculum conſuli, Apollon us *Thæſaurum* quaſi *Dei* beneficium, adjudicabat ei, qui ipſi optimus videbatur, Philoſth. Apud Hebræos recepium, ut do nino agri *Thæſaurus* cederet, videtur colligi poſſe, ex parabola Chriſti, quæ extat Matthæi *cap. 13.* Idemque in Syria juris fuiſſe, diximus ex hiſtoria, quæ eſt apud Philoſtratum *lib 6. cap. 16.* Romanorum Impp. Leges valde hac in parte variarunt; quod patrim Conſtitutiones oſtendunt, partim Hiſtoriæ Lampridii, Zonaræ, Cedreni. Germania populi *Thæſaurus*, ut & alia *ærarum*, addixerunt Principi: atq; ii nunc ius commune eſſe quaſi gentium. Nam & in Germania & Gallia & Anglia & Hiſpania, & Dania id obſervatur. Quod cur juriſte accuſari non poſſit, pluribus docet præſtas Grotius *de jure Belli & Pacis lib. 2. c. 8. ubi de acquiſitionibus, quæ vulgò dicuntur Juris Gentium* &c. Cùm incidiſſent in *Thæſaurum* Vett. quæ exclamandi formulâ fuerint uſi, ſuggerit Phædrus *Fab. 6. lib. 5.*

Heia, inquit, commune gaudium eſt, uteri:

Si nempe quid *non in tuo* ingentibus fovet in via reperiſſet alter, ut alter hoc pacto ad ambos illud pertinere ofenderet. Cui ſimilis inter noſtrates quoq; contellatio eſt, *Dein fund, mein haib.* Unde Tacitus intelligitur, quis ſenſus ſit adagii Græcorum, Κοινὰ τὰ τῶν φίλων: Mercurius enim & lucri Præſes & viarum habebatur. Theopiraſtus *charakt.* 14. Καὶ τοὺς ὑφεκκλοπέοντας χαλκῶν ἢ τινὸς ἄλλου τῶν οἰκείων ἄνευ εἰδότος τὸν ἑταῖρον, κοινὸν ἔτιμα ἡγεῖσθαι τὸ ἔδιον. V. & Phurnutum *in Mercurio*, nec non Æſopum *Fab. Mercur.* & Cameratium pag. 110. & 118. In ejusdem Phædri, ibidem loci, verba:

Carbonem, ut ajunt, pro Thæſauro invenimus:

Notat Scheffervus, natum hoc eſſe ex ſuperſtitione vulgi, cui perſuaſum, niſi obſervetur omnia in *Thæſauris* effodiendis, quæ obſervanda præcipiunt hujus Artis periti, argentum omne diſparere, illiusque loco meros relinqui carbones; à Dracone fortè, cujus idem Auctor memnit *lib. 4. fab. 4.* unde diſcimus, jam olim Dracones habitos fuiſſe cuſtodes defoſſorum ac recondi-tarum opum, ſicut hodieque vulgus credit. V. quæ de veltere aureo,

aureo ; deque pomis aureis Hesperidum, Ovidius habet *in Metam.* &c. De ritu locum, ubi *thesaurus* inventus, coronandi, apud Vett. usitato, V. Car. Paschalium *Coronar. lib. 4. cap. 4.* De *Thesauro* Galliæ Angliæque Regum, aliquid suprà, ubi de *Templariis*. Addo saltem, de *Thesauro SanctiDionysiano* eorundem Galliæ Regum asservari, pulcherrimum calicem ex agathe gemma, Caroli Simplicis munificentiâ thesauro illi illatum, unam ex 6. hydriis creditam, quarum in Hist or. Evangel. mentio, palium Stephani Pontif. Sacris annumerati, plurimos libros *MSS.* præterea vas crystallinum insigne cum operculo aureo, poculum porphyreticum utrinque ansatum, corna monocerotis 6. pedes longum, laternam Judæ, speculum Virgilii, gladium Joannæ Aurelianensis, septem coronas ImperatoriasRegalesque, coronam Caroli M. Ludovici IX. Henrici V. & Ludovici XIII. manum justitiæ Ludovici IX. ensem Caroli præfati, alia, legi apud P. Richeletum *Diction. Gall.*

Thesaurus Orchivus, in *versu* Nævii,

Itaq; postquam Orchivo *tradidus* thesauro &c.

monumentum est, seu sepulchrum hypogeum. Nempe *Thesauri Templorum* dicebantur, in quibus res sacræ vetustate collapsæ reponebantur, cruntque, in area Templi, fructurâ & fornice fub terra facti ac operculo desuper clausi, uti dicimus suprà, in voce *Cisterna*, item *Farnisia*, quo modo thesauri illi quoque dicebantur. Hinc monumentum subterraneum simili ratione lapide impolito clausum, qualia apud Romanos olim Judæos; erant, *Orchivi thesauri* nomine à vet. Poëta eleganter infignitum est. Sed & Θησαυρὸς Græci dixere locum circa Templa, in qua erat aquæ incluſa, qua sese templum ingressuri lustrabant : aliàs ἀγνιστήριον & περιῤῥαντήριον. Imò vas (ie vocabatur lustralis aquæ plenum, quod in ingressu Templorum ponebatur. Quamvis θησαυροὶ seu σκευοθῆκαι potulan ex arce habebant vertatlem. ἀγυιάτης dictam, quam templum intrantes verebant, & aquâ inde effluente sese circumspergebant ac purificabant. Hero *Automat.* ubi de Ægyptiorum Templis, Θησαυρὸς κατασκεὺς σεχὼν ἐχουσῶν φιάλωσιν χάλκεον, ὃς καὶὴ ἀγνιστήριον τοῦτο δὴ ὑδάτειν οἱ ἐς τὰ ἱερὰ εἰσόντες φίβεσθαι κτλ. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 306. & suprà, ubi de *Aspergenti vitis* &c.

Thesia, Gradi. Græc. Θέσεια. Hesychius, Θέσεια, ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν Celebrata est octavo mensis die, Scholiastes docet Aristophanis *Pluto*, τῇς ἀγδόης τοῦ Θεσείου ἤρτο. Suidas, *Ἡμέρα πάσι ἐκαμῆτο Ἀθήνῃ θεὸς ταύτ: εἰσι γαμικὰ ἐσθῆτα Ἀπόλλωνι τελέσῃ Βάκχῳ ὀγδόη Θέσει, Dies quidam Athenis sacri sunt Diis quibusdam, ut mensis primus & septimus Apollini, quartus Mercurio, octavus Theseo.* Unde & sacrificium ipsi factum, Ὀγδόαδα dictum est. Hesychius iterum, Ὀγδόαδα, θυσία παρὰ Ἀθηναίοις τελουμένη Θησεῖ. Mensis Gamelion *Thesæa* celebrari dixit, A. Gellius *lib. 15. cap. 20. At primo quidem* (loquitur de Euripide Poëta) *in certamen per ambiguam ætatem receptus non est. Post Eleusinia & Theseo certamine pugnavit, & coronatus est. Mox à corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit Socr.*

Theseis, Græcè Θησεὶς, pars Cycli Epici, de quo dictum suprà. V. quoque in voce *Thesius*. Item consimæ genus, apud Athenienses frequens. Quoniam enim inoleverat mos, ut, qui ephebi essent, capillum à Bardam fluminibus, ac Apollini Κουρεώῳ primùm tonderent, & alii quidem temporum comam offerrent, alii posteriorem : *Thesæa* Delphos profectus, comæ primitias Idolo obtulit, anteriore capitis parte abrasa ; qui modus tondendi postea ab aliis quoque adhibitus ab eo Θησηὶς nomen accepit, Plut. in *Theseo*, Pollux, Alii.

Thesius, Ægei filius : cùm ante ipsum Attica quidem oppidis frequens esset, ἦσαν πολλαὶ ἀνὰὴ, συμβιαὶ τε ἦσαν καὶ ἀξιωσεῖς ; sed non tamen privatim urbes sibi proprias habebant, atque administrarent, verùm etiam inter se essent discordes, ita ut ad arma venirent, teste Thucydide *lib. 2.* ipse maximè τὸν πολλὸν ἀφῆκεν. Rerum namque potitus, omnes in unam convenire Athenarum urbem jussit, uno Senatu lecto, qui omnibus præesset, Democratiaque instituta, omnibus hac Lege idem jus esse voluit, τοῖς πολίταις τὸ ἴσον ἔσῃ, *Omnibus civibus jus idem esse*, Plut. in *Theseo*, quanquam cum aliqua exceptione. Nam folis ingenuis nobilibus Sacerdotia, Magistratus & Legum rerum, sanctarum atque divinarum interpretationem hactia Lege concessit : τὸν Εὐπατρίδας τοῖς γνωσὶν τὸ θεῖα καὶ πάτρια ἐξηγῆσ καὶ νόμοι διδασκάλους σφίσι καὶ ἀρχὴν ἐξηγητὰς, apud Eund. Nempe tres in classes civitatem distribuit *Theseus* ; Εὐπατρίδας, qui coëteris dignitate ; Γεωμόρους, qui utilitate ; & Δημιουργοὺς, qui necessitate antiftabant. E quibus Εὐπατρίδαι, utpote αὐτοχθονες & Regibus editi, Patriciorum apud Romanos instar, in urbe suas sedes posiderunt ; sicut & Δημιουργοὶ, qui, ut habet Auctor Etymologici hæc voce supplendus, erant Opifices : Reliqui vero, Γεωμόροι appellati, ruri habitabant, & agros colebant, ut idem docet. Manfitûque hæc divisio Populi Athenienfis, usque ad Solonis ætatem, qui cenfum fuorum civium eqitt, Athenienfesq; universos in quatuor distinxit ordines, quos πεμπτὰς seu τέλη vocant Græci Scriptores, pro uniuscujuscunque cenfu : *Pentacosiomedimnorum* nempe, *Equitum*, *Zygitarum* & *Proletariorum* seu *Thetarum*, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 2. tit. 3.* Ob tanta itaq; in Remp. merita, pro fuperftitione feculi, poft mortem ab Athenienfibus pro Numine habitus eſt, & complura in Urbe Fana habuit : quorum unum inprimis memorabile in Urbe media, in quo oſſa Theſei, V. Plut. *loco cit.* & Diodorum Siculum *lib. 4.* Ad hoc *Theſei* facellum confugiebant ſervi, ab heris male habiti, tanquam ad Aſylum, ibique jus iis dicebatur, cùm πρῶτον peterent, humanioribus dominis vendendi. Grammatici, Θησεῖον, τόμενος ἐν τῷ Θησεῖ ὃ τοῖς εἰκέτας ἦν ἐν Ἐλεύσινος δὲ δίκας ἐστιᾶσθαι. Meminit moris Ariſtophanes Πλούτῳ, *Μένων* —

Idem verò jus habebat & alterum ejusdem Herois facellum, ſive ædicula, quæ, uti prius fuit prope Gymnaſium, in media, ut dicitum, urbe, extra Urbem erat, ad mare, in Piræeo, non longè à muro longo, intra μακρὸν τεῖχος. ſive τὸ Βύρειον & τὸ Δάλεκτον τεῖχος ſive τὸ Νότιον, quod erat medium inter murum longum & Phalericum. De utroque capitulo Heſychius, Θησεῖον, inquiens, τὸν Θησέως, ὑφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφευγον. V. Diod. quoque Siculum *lib. 4.* Apud Auctorem Etymologici, non ſervos modo, ſed & τοὺς ὑπὸν ἐκκλησίας, ἀδίκως φυγόντας, *ſupplices*, ad *Theſei* facellum confugiſſe ſcribitur. Eodem jure gaudebant, Minervæ templum in arce & Eumenidum area, Plut. *Solone*. Ubi tamen obſervandum, in his ædibus ſacris Aſyli ſanctitatem certis finibus circumſcriptam fuiſſe : Proin, cùm neminem inde liceret vi abripere, ut tamen arcerentur, qui indigni eſſent, admovebant ignem, atque ita non ab hominibus, ſed à Deo ameveri credebantur : uti ſuprà latius dictum eſt, ubi de *Aſylis*. V. iterum Petitum *lib. 1. tit. 1.* cui adde Jac. Spoonium *Itinerar. part. 2. pag. 188. & ſeqq.* ubi Fani, poſt Marathoniam victoriam, in Herois hujus honorem, ab Athenienſibus media in Urbe conditi, facieni, quals etiamnum eſt, deſcriptionemque accuratam habes. Nec verò fanis ſolùm templisq; honoratus ab indigenis *Theſeus* eſt, ſed & geſta illius frequenter cantari atq; fidibus celebrari conſueyerunt. Ovid. *Metam. l.* 7. de Athenienſibus ;

——— *agitant convivia Patres,*
Et medium rubigo, nec non & carmina, vino
Ingenium facientia, canunt : Te, maxime Theseu,
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine Tauri &c.

V. ſuprà ubi de *Cantilenis Vett.* & *Scolii Convivialibus*. Etiam pingi ſolitus eſt, non niſi excellentiſſimis Pictoribus. Inter quos Parafius fuit, cujus *Theſeus* Romæ Capitolium exornavit. Porrò, Deliis Athenienſium ſacris quotannis ſaltatio *Theſei* repræſentabatur, quemadmodum & navis ἄφλαστος vel Θησηὶς dicta, qua Theori Delum vehebantur, ea fuiſſe creditur, quâ *Theſeus* virgines, Minotauro offerendas, reduxerat. Inſtitutiſſe autem ſaltationem ſtatum *Theſeus* dicitur, devicto Minotauro, ad Labyrinthi imitationem luſtifque eam cum ſociis reduc, in Patria, circùm aram Deliam κιγκλιδὸν δωλὸν dictam. Plures erant ſimul, verùm certis ordinibus ; utrinque à capitibus ſecti duces verſus certos inter ſe ſubeuntes implicabant ; qualem ludum Trojanum Virgilius deſcripſit, appoſitâ Labyrinthi comparatione. Ἐγκύκλιον *Theſeus* appellavit, id eſt, γύρινον, tum ob aciem, tum propter commutationem certis legibus ſervatam. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetices lib. 1. cap. 8.* Alii verò à puellis hunc χόρασσο faltari conſueviſſe tradunt, ut videre eſt apud Franc. Roſſæum *Archæol. Att. lib. 7. cap. 1. &c.*

Thesmophoria, adde : Celebrabantur illa quotannis Eleuſiniæ quoque Ceres, idque ex lege, memorata Græco Theocriti Interpreti *ad Idyll. 4.* Καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι τὰ θεσμοφόρια : ubi ſimul docet, feſtum procuratum fuiſſe à Matronis, ἐφ' αἷς μόναις, ut alibi unde conſtat, eſſent in caſtu ; Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, κατ' ἔτος ἐπιτάλλε τὰ θεσμοφόρια, ἃς γυαῖκες γυναῖκες ἢ ἓν βίου σιγνοὶ κατὰ τὴν ὁμιλίαν ἢ τιγκτῶν τὰς γαμικὰς βίλους ἢ ἱερὰς, ἐπὶ ἔ κορυθὰν αὐτὸν ἀνενέγκειν ἢ ἀσκηὶ ἀνακάθασιν ἐπίσχειν ἀπὸ ἐλαφίνα. Quam in rem ſumtus facere tenebatur maritus, ſiquidem uxorem duxiſſet, cui dos eſſet tria talenta, ut docet ſiæus *Orat. de Pyrrhi hær.* Sicut verò in Panathenæis & Liberalibus, ita quoque in *Thesmophoriis*, nexi vinculis ſolvebantur, ex Lege, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεζ τοὺς δεσμώτας, teſtibus Marcellino atque Apollodoro. Sed illi tantùm, qui ſacris poterant intereſſe : At quibus ob piaculum, aut alia de cauſa interdiebatur, illi vinculis neutiquam eximebantur. Quem imitati morem Chriſtiani Imppp. idem indulgere conſueverunt diebus feſtis Paſchatis, idque quotannis Reſcripto caverunt. V. Cod. Theodof. *de Indulgentiis criminum*, & plura hanc in rem, apud Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 1. tit. 1.* Voſſius *Θεσμοφόρια* non Cereri modò, ſed & Proſerpinæ fuiſſe ſacra : ac quanquam majori colerentur caſtimonia, quàm Eleuſinia, Syracuſis tamen in hoc feſto utrique Deæ *μυσταὶ*, ſeu naturæ muliebris ſimulachra, ferri conſueviſſe, docet. Et quidem Athenæus *lib. 14.* Ἡμεκλείδης, inquit, Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ θεῶν φησι τοὺς παιδεύσαντας τὸν θεσμοφόρων ἐν σκηνῇ ἢ μέλῃ κατασκευάσαι ἐξωθεν γυναῖκα ἢ καλεῖσ κατὰ τὰ ἀνδρεῖα ἔκειλαι μυθοὺς ἢ ἀφροδισίους τῶν θεῶν. Qui mos fla-gitioſus quidem, at ſymbolicus, fuit. Ut enim in Oſiridis & Bacchi

Bacchi sacris, phallus est circumgestatus ad signandam generandi vim activam, quæ est in Sole & Humore: ita in Syracusanis *Thesmophoriis* circumferebantur *κτένια*, ad indigitandam principium generationis passivum. V. Vossium præfatum *de orig. & progr. Idolat. lib. 2. cap. 59.* Nec verò, præter Athenas, Syracusitis modò, sed & in aliis compluribus Græciæ Asiæque urbibus, Romæ quoque Atheniensium imitatione, hæc sacra celebrata sunt, uti pluribus docet Jac. Gronovius *Epistolarium*, quas Livianæ fusæ editioni, Tomo II. subjunxit, *primâ*. Salmasio *Thesmophoria* cum *Eleusiniis* multa communia habuere: Ultrisque enim sacri eadem origo & causa; utrumque eidem Numini institutum; utrisque *σπυρὸς* & *δράκων*; in utroq; Jacchus cum Cerere & Libera colebatur, & porci mystici, quos Latini *porcos sacres* dicere, immolabantur (Pharnuchus *ὗς ἐγκύμων* Cereri in Thesmophoriis mactatas ait) Junctis præterea mensibus celebrabantur, Eleusinia Boëdromione, *Thesmophoria* Pyanepsione. Differebant verò, quod Eleusinia virorum, Thesmophoria mulierum, initia fuere, qui ambo à Venere abstinere tenebantur, unde *Θεσμοφοριάζειν* Aristophanis. Præterea Thesmophoria cum luctu solebant agitari, utpote in quibus raptus Proserpinæ deplabatur, unde *ἐνιαύσιον πένθος Θεσμοφορίων ἡμέραι* vocat Plut. *in Vita Demosthenis*: At omnia in Eleusiniis læta, quippe quæ Cererem, hausto cyceone, ad quem facetiis Bubonis incitata erat, exhilaratam repræsentabant. Sed & *Thesmophoria* in urbe, Eleusinia in agro, agebantur &c. V. eum *ad Solinum pag.* 770. & *seqq.*

Thesmothetæ, inter præcipuos Athenien sium Magistratus, numero sex erant: è Novem virtis illis annuis, de quib. supra. Horum enim unus *Archon* dicebatur, & signabat Fastos; alter *Rex*, qui sacra curabat; tertius *Polemarchus*, cui belli commissa cura; reliqui sex *Thesmothetæ* nuncupati. Legum ferendarum rationem habebant, Pollux *lib. 8. cap. 9.* Et quidem, antequam hi Magistratum capesserent, in eorum vitam inquirebatur, idque prius apud Quinquentorum Senatum, deinde apud Judices; flebatq; *Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις*, hoc modo, Εἰ Α *θησεὺς ἐστὶν ἐγγεγραμμένος, ἢ ἐξ ἡμιγυναικῶν Καὶ εἰ Α πάτων ἐστὶν ἕτις Πατρῴας καὶ Διὸς Ἑρκείου· & εἰ τὰ γονικὰ ἀποδίδωσι· καὶ εἰ τὰ πρὸς τοὺς γονεῖς*, Idem *loco cit.* Quod ad omnes Novemviros trahit Demosthenes *οὐ γὰρ τοῦτο λέγειν ἀξιοῦτε*. Ne quis verò *Thesmothetis* injurius esset, Lege cautum: Ε *ἀν Θεσμοθέτην ἢ Ἀρχοντα ἐρεθίσωσιν, ἢ τῶν τούτοις, οἷς ἂν ὁ πόλις τιμὰ ἀνδρῶν, ἢ ἐγδιδασκόντων, ἢ τινα τιμὴν, ἢ ὠδὴν τιθῇ, ἢ σκηνὴν, ἢ κρούσει ἐπιτιθῇ, ἀζήμιον τὸν ποιῆσαι. Si quis Thesmothetam aut Archontem contemtum, aut aliquem eorum, quibus civitas eas immunitatem aliquam, aut coronam ferre, aut honorem aliquem concessit, contumeliâ afficerit, aut pulsaverit, aut maledixerit, ignominiosus esto*, apud Demosthenem *in Midiana*. Differebant autem hi *Thesmothetæ*, à Nomothetis, quorum quidam à Senatu Quingentorum è singulis Tribubus singuli eligebantur, *Thesmothetæ* quoq; dicti, Scholiaste Aristophanis; alii, propriè *Nomothetæ* appellati, unus & mille legebantur: Quorum hi posteriores Leges novas à prioribus scriptas & publicè propositas debebant *ἀνελεῖν ἢ ἀνεῖν* suo calculo, vel *ἀναγράψαι* & *ἀναθεῖναι*. &c. V. supra, ubi de *Legibus*. Cùm verò fieri non posset, quin obreperent Leges aliæ aliis contrariæ, ut quæ ratæ non essent inter ratas, aut de una re plures: hinc *Thesmothetæ* quotannis in publico Tabulario convenientes in Leges inquirebant & cum cura videbant, utrum Lex ulla alteri contraria obtineret, aut quæ rata non esset: aut an plures essent scripsæ una eademq; de re. Quòd si quam hujusmodi deprehendissent, defcripram in tabella ad Ejonymorum statuas proponebant. Prytanesin, concione habitâ Nomothetas designabant, & Proedrorum Epistates, populo in suffragia missò de Legibus, quæ vel abrogandæ vel ratæ habendæ essent, procurabat: ex Lege, cujus meminit Æschines *Orat. c. Ctesiphontem*. Vocat domum, in qua conveniebant, *τὸν οἶκον τὸν ἐν τῷ δημοσίῳ χρήσει ἑκάστῳ*, Ulpianus *in Demosth. Orat. de Corona*. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib. 2. tit. 1. & lib. 3. tit. 2.*

Thespis, adde: *Thespiades* ex marmore Cleomenis opus, inter monumenta Asinii Pollionis, memoratur Plinio *lib. 36. c. 5.* uti *Thespiadum prælium* ex ære, ab Euthycrate factum *lib. 35. c. 8.* Meminit quoque *Thespiadum*, ad *eidem Fortunæ*, à *Mummio dedicatarum*, Cic. *6. Verr.* &c.

Thessalicus, cognom. Valentis Imp. quod is assumpsit, post Pisonem, qui à Macriano ad eum opprimendum missus erat, in *Thessalia* imperatorem occiderat, apud Treb. Pollionem *Gallienis*. De *Thessalis* verò *Achillis* in Circo, *ferox Thessalus per flatia Circi agere, insilire, defessos & ad terram cornibus detrahere solitis*, ut ait Suetonius *Claudio*, diximus aliquid supra, in voce *Taurocathapte*.

Thessalides, calceidici sint, *Thessalis* usitati, sicut *Argivæ* Argivis; *Rhodiacæ* Rhodiis, &c. V. Lyfippum *Bacchadibus*. Pileos verò *Thessalorum* quod attinet, fuerunt illi arcendo maximè Soli accommodati, utrote large marginati, ac petasis similes; quales galeri nostrates: Cùm pilei Veterum communes margine caverent, sicut ii, quibus cubitum ituri uti solemus. V. Anselm. Solcrium *de Pileo fælt.* §. & supra *passim*.

Thessorides Ludimagister, sibi datam ab Homero (quem hospitio exceperat) *διδάσκαλε, ἰ πάτερον*, lilladem, pro sua vendita vit, teste Herodoto *in Vita Homeri*: inter Cyclicos scriptores recensitus, V. Salmasium *ad Solinum p.* 853. & supra, ubi *de Cyclo Epico, Cypriis*, ac *Iliade parva*.

Theiæ, Græcè *Θεῖαι*, dicebantur apud Athenienses, quos Romani *proletarios* & *capite censos* appellavere. Posfquam enim Solon civium fuorum censum egit, Athenienses universos in 4. distinxit ordines, *Pentacosiomedimnos*, qui Reip. talentum pendebant: *Equites*, qui talentum: *Zeugitæ*, qui minas decem & *Thetes*, qui nihil conferebant, quique proin non habebant ad Magistratus aditum, ut Custos fuit *de Solone & Pollux lib. 8. c.* 10. vi Legis: *Τὰς δ᾽πτὰς μὴ ἄρχειν ἀδύνατα ἄρχειν*. Interim, ne omnium omnino partium Reip. experres esset, voluit Solon, ut & cum cæteris in concione suffragia ferrent, atque inter Judices adlegerentur; quod cùm primo leve videretur, maximæ tamen fuit auctoritatis, quippe penès Judices omnium fere rerum fuit arbitrium, cùm ad eos à Magistratibus foleret provocari. Plut. *ibid.* Adde, quod immunque rem eorum juvabat Namque tribuloli gratiâ, quod erat τὸ ἐκκλησιαστικὸ à tempore Agyrrhii, maximè in concionem venientes *Thetæ* undejocus Comici Pluto, *Ἐκκλησία δ᾽ ἀεὶ μὲν τοῦτο γίγνει*. Ubi Scholia, *Δημόκριτος δὲ τὸ εἰπεῖ φιλοκερδῆ τῶν Ἀθηναίων τεμάθεσι*. Et cùm Judices essent, habebant unde viverent: Nam *ὁ Δικαστὴς ἐκάμβανεν μισθὸν, Judices decisiphorum mercedem*. Iidem ex inflitutis Periclis, ut Ludos Scenicos publicè exhiberent, ex publico τὸ θεωρικὸν, drachmam viz. feu duos obolos, qua de re dictum fupra, in voce *Theorica pecunia*. Neque verò claffi fuæ fic adfixi manebant, ut, re familiari crescente, non allegerentur in superiorem aliquem ordinem; cujus rei illustre exemplum legitur apud Pollucem *l.8. c.10.* de Anthemione Diphili filio, qui in Equitum ordinem ex illo *Thetarum* allectus est: cui proin locus in Aeropoli potita, *ἐν ᾧ· ἀεὶ δὲ παρεκαθέζοντο νέοι ἀεὶ ἄπαντες*, cum Epigramm.

Ἀνδρῶν Ἀνθεμίων τὸν δ᾽ ὑπατον θῆτες ἀείδουσι,
Οὕτινα ἀκτίνεως Ἰαπετὸς ἀμπνυσεν.

V. Sam. Petitum *Comm. in Leges Atticas l. 2. tit. 3.* & supra ubi de *Proletariis*.

Theiobuli Villa, *Thibouille*, locus Galliæ, Order. Vitali *lib. 12.* non indictus, ad Rifelam fluv. *Rille*, ubi Carentona augetur; inter Alnetum *l' Aunay* & Britonium oppid. eidem *lib. 8.* memoratum, V. Hadrianum Valesium *Notit. Gall.* in voce *Rifela*.

Thestis, adde: *Thestis* senior, per v. meliùs scribitur, & *Thestidis* fuit avia, ut infrà videre est. Sic autem clarè distinguit Catullus *carm. de Nuptiis Pelei & Thetidos*,

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine,
Tene suam Thetys concessit ducere neptem?

Nempe *Tethys* ex Oceano Doridem fustulit, Doris ex Nereo *Thetidem*, Nereidum inam. Nec obstat, quod *Neptuninam* eam Poëta vocat: Eos enim (equitur, quibus Neptunus ex Canache genuisse dicitur Nereas: quo modo Neptuni fuerit nepris. Quare iccundùm hos quidem *Neptunigen*; iecundùm alios verò *Oceanin* rectius nuncupes. Imò etiam dicere possis, *Neptunum* poni pro *Oceano*; Namque & Poetæ, cùm ajunt, Neptuno maris imperium obtigisse, non internum duntaxat, sed externum etiam Mare, intelligunt. Illud magis mirum, *Thetin*, quæ Nymphæ Iólum marina erat, atque ex 50. Nereidibus una, non minùs tamen, quàm *Thetys* ipsam, Oceani uxorem, pro mari poni. Ut apud Maronem Pontum,

Quamentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida.

Quod vix aliter exculari, quàm per Synecd. Quo sensu cùm *Thetis* fumitur, fabula de ea Peleo nupta, ad connubium Maris & Terræ egregiè quadrat. *Πολὺς ἐπὶν ὁ πόλος, ἰσῦμ, dictus est*: Quò etiam respexere olim, cùm dicerent, *Μὴ ζεῦ ἢ Θέτιν πολλὰ ποιεῖς, Oceana non converetundum si Pelea*; indigitantes, cavendum esse pinceræ, ne vinum effundat in terram, atq; sic harum faciat. Sed & ad communem mortalium generationem, illud, de nuptiis hîce, referre possis, quod fecit Ctesmens Romanus *Recognitionum lib. 10.* ubi Achillem ait Pelei & Thetidos filium dici, quia homines cuncti componantur ex arido & humido. è quibus duobus fit lutum: unde & Gigantes non folùm *Γεγενᾶς*, h. e. *Terrigenæ*, fed & *Πολυγόνες*, h. e. *Luigenæ*, appellati leguntur. Et hoc pacto Pelei ac *Thetidos* nuptiæ, ad rerum pertinent Naturam: quomodo autem ad veterem ejusm hiftoriam eas reducere liceat, fupra dictum est. Plura apud Gerh. Joh. Vossium *de Orig. & Progr. Idololatriæ lib. 2. cap. 78.* & in voce *Peleus*. E marmore *Thetis*, inter Scopæ opera, memoratur Plinio *lib. 36. cap. 5. Sed in maximis dignatione On. Domitii delubro in Circo Flaminio, Neptunus ipse, & Thetis aiq, Achilles* &c.

Thetys, incl. *Tethys*, & Amphitritæ, in mulieribus Maris Numinibus. apud Poëtas, familiarim ducunt: quarum hæc Neptuni uxor; illa Oceani, ex hoc omnium Nympharum mater, *Tethys* appellata est, à *τιθὸς* vel *τιθὶς*, quorum prius *avium* vel *nutricem*; posterius *amitam* vel *matertera*m signat. Latinis *Salacia* dicta est, ut Tullius indicat *lib. de Univers.* & ex eo Servius *in Georgic. lib. 1.*

Fayet

Tavet proin Tullius ita, quibus *Tethys* mare. Aliquibus tamen cona ubium Oceani ac Tethyos, maris & terræ, *Euſt. Iliad. 5.* Sed omnino receptius eſt, ut *Tethys* ſit mare, quam tellus. Oppo nit enim hæc Lucanus *lib.10. Pharſal.*

Luna ſuis vicibus Tethyn terrenaque miſcet.

Atque apud eundem *Tethyos unda legas*, item *aquora Tethyos lib.* I. & 3 quod & epitheta docent, cùm eidem Dira hæc vaga: Illio *reciproca*, Ovidio *cana* dicatur. Nec ſi & Oceanus & *Tethys* mare deſignent, eò ineptè hæc Oceano nupta fingitur. Nam Ocea nus ſæpe conſideratur, quaſi Spiritus vel anima marina: unde vis tanta Elementi: at *Tethys* eſt quaſi corpus maris & princi pium paſſivum, vim illam recipiens. illa igitur ex Oceano Do ridem ſuſtuliſſe fingitur, quæ ex Nereo *Theiden*, de qua *ſuprà*, ſuſcepit. V. Voſſium ubi ſuprà, ut & in voce *Tethys*.

Theodas, nomen Viri, adde: Ejus meminit Gamaliel Actorum *c.5.v.36. Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, dicens ſe ali quem eſſe: cui agglutinatus eſt numerus virorum circiter quadringen torum, qui interemtus eſt, & omnes, qui aſſenſi ſunt ei, diſſoluti ſunt & ad nihilum redacti.* Quæ hiſtoria circa nativitatem CHRISTI & ultimos Herodis anños contigiſſe videtur. Unde Origenes *c.Celſum lib.1.* aſſerere non dubitat, *Theudam* Chriſti præceſſiſſe nativitatem; fierique poteſt, ut occaſionem ille arripuerit, ex periculo, in quod ex nativitate Herodes, ſub poſtrema tempora, quando Auguſtus, accuſatione Sylla: adverſus illum irritatus, literas minarum plenas ad eum ſcripſit, de quibus V Joſephum *lib.16. c. 15.* Alius poſtea ejusdem nominis, ſubProcuratore Ju dææ Cuſpio Fado, turbas dedit, teſte eodem *lib. 20. c. 2.* qui is eſſe non poteſt, cujus Gamaliel *loco ci.* meminit, cùm inter ha bitæ concionis à Gamaliele tempus & procurationis Fadi extre ma tempora, in quibus *Theudæ* Joſephus facit mentionem, an ni minimum quatuordecim intercedant. V. Iſaac. Cafaubon. *Exercit.2. §.18.*

Theurgia, Græcè Θεουργία, Veteribus dicta eſt illa Magiæ ſpe cies, quam *albam* vulgò, ſicut Γοητεία *quam nigram* communiter appellant. Quorum illi deditos, laudabiles ajebant; iſti addi ctos, deteſtabiles, utriqueSpiritumpro ſe miranda ſæpe edere. Sed, ut Auguſtinus ait *de Civ. Dei lib.10. cap.9 ſunt utrique vitiloſa fallaciloſa Dæmonum obſtrigili, ſub nominibus Angelorum.* Quam vis enim, qui hujusmodi Magiam exercebant, fere cum ea conjungerent, naturalem ac artificioſam Magiam, ut cetera etiam ab natura velarte eſſe viderentur, ut de Anaxilao habet Irenæus *l.2.c.7.* de de Marco Hæretico *c.9.* Adludicratamen eo rum acceſſit plerunque commercium cum máligno Spiritu, cu jus opera e. g. corpus humanum horæ ſpatio transferebant ad centies mille paſſus, caput æneum ad quævis interrogata re ſpondere faciebant, de furtis quibuslibet occultis cognoſcebant &c. Gerh. Jo. Voſſius *de orig. & progr. Idolol. lib.1. c.6.* Utebantur autem *Theurgi* in ritibus, qui à fundo ac benigni nouveri ad ne homines ad idololatriam atque impietatem pellicere fata gebant, Sacerdotes Gentilium Hæreticique. Et quidem Por phyrius *quandam quaſi purgationem animæ per Theurgiam, cunctlan ter tamen & pluſibunda quadammodo diſputatione, promittebat. Reſti tuam verò ad Deum hac arte præſtare cuiquam ipſe inficiatus, quod alii Patres aſſerunt, quibuſdam conſcarationibus Theurgicis, quas Teletas vocant, idoneam fieri atque aptam ſuſceptionem Spirituum & Angelo rum ad videndas Dei ſubſtantias eſt.* Theodor. Zuingerus *Theatro Vitæ Hum. Vol. 4. lib.4. p.1329.* V. quoque ſuprà ubi de *Magia*.

Theuth, vel *Thot*, *Thoyth*, aut *Thoot*, Ægyptiorum ſuit Deus, ſæpe Platoni in *Phædro*, vocatus. Cicero in *de N.D. lib.3.* eſt *Thoyt*, *Hues* (Mercurium inquiens) *Ægyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus menſis* (September nempe) *apud eos vocatur.* Sic editio Aldi ſeniores: nec longe abit, quæ eſt nepotis Aldi, ubi eſt *Thot*. Illa quoque Stephani Aug 43. cum Aldi ſeni or conveniunt: & Lactantius, niſi quod in ea ad laus mentorum, alios legere *Thouth*. Sed tanti aliis Platonis eſt auctoritas, ut, co dicibus illis inſuper habitis, præferant apud Tullium *Thevth*. Nec diffitendum, non longè hinc muſros abire codices: ut, in quibus reperias *Theyn*, *Thear* & *Their*, quod poſtremum Voſ ſius in veteri reperit editione, in iſto Tullianorum codd. diſ ſenſu. eò potiſſimum propendens, ut *Thoyt* vel *Thot* ſcripſerit Tullius. Movet eum meliorum è MSS auctoritas: Euſebius it. *Præpar. Evang. lib.1.c.9* ubi legas, Αἰγύπτιοι μὲν ἀνάπαλαι Θωὺθ, Ἑλλήνων δὲ ὁ Ἑρμῆς μετέφρασεν, Ægyptii *Thoyth vocarunt, Alexandrini Thoth, Græci Hermen, h. e. Mercurium interpretati.* Qui locus veterem lectionem Tullii confirmat, utcun que Xyſtus Betulejus & apud Tullium *l. cit.* & apud Lactantium *lib.1.c.6.* ubi *Thoth* editum eſt, etiam ab Aldo, *Thouth* legere ma lit: tanè aliter quam Thomaſinus, qui ad oram *Thoyth* reposuit. Porrò ab *Thoyth* five *Thoot*, eſt & *corruptus Thouth*, quæ pronun ciatio durior, Germani igitur, qui literà *VV* gaudent, *T* rejec ſto, fecere *VVuth*, ſive terminatione additâ *VVouhan* vel *VVodan*, vel *VVoden* aut *VVoue*: è quo *VVode* vel *VVoth* eſt *Gnuth*, *Guth*, *God* vel *Got*. Ab eodem *Theuth*, Græcorum fluxit Θεὸς, Latin. *Deus* &c. Hactenus Voſſius *de orig. & progr. Idol. lib.1. c.37* Hor tatus *Thuth* quoque potiùs, quàm *Theuth* probat, primæ vamque ſcriptionem *Thoth* vel *Thothuth* fuiſſe, contendit. Cùm enim à condito Mundo id egerit Diabolus, ut & Dei gloriam & S. Hi ſtoriæ veritatem obſcuraret, tot Deos & tot Deorum nomina antiquis, non aliunde quàm ex Sacris petita, obtruſit: inprimis Creationis hiſtoria peſſimè abutens. Hinc, cùm in principio Cœlum & Terram ſcíret conditam, antiquiſſimos & primos hos Deorum finxit: à voce Hebr. *Schamajim*, *Bel Samen* quoq; & *Semones*, denominans. Cùm dein Scriptor facer addat ter ram fuiſſe תֹהוּ וָבֹהוּ *Tohu Vabohu*, ex *Thohu* fecit *Thouth*; à *Bohu* deſumſit *Baau*, *h. Nocturn.* ex qua, ut & vento Colpia, Phœnices tradidere natos ſuiſſe. Seculum &. Primoge nitum, teſte Sanchoniathone apud Euſebium *Præpar. lib.1.* Sic ergo initium ſtatim S. Scripturæ ad Deos ſuos detorſiſſe vide tur Satanas, ut legentes illud Genteles nihil aliud, quàm re rum & Deorum origines, teſtem putarent: Primò quidem Cœli & Terræ, è quibus nati *Thohu* & *Bohu*; Dein Lux five Ignis, Tenebræ five Nox, Tandem ſol, Luna & reliquæ Stellæ, quæ omnia priſcis illis Deorum numeram implebant. Quo factum, ut & Trismegiſtus apud Lactantium *Inſtit. l.1. c.11.* Uranum, Saturnum, Mercurium, cognatos ſuos nominet. Imò upo ſito toram Hiſtoriam creationis idem corruperit, per Phœni cum Theologiam. è Moſe expreſſam, videre eſt apud Euſeb. *Præparat. l.1. c.7.* Confirmat ſententiam opinio, quam de Mun di & rerum omnium origine habebant Antiqui. Ex horum e nim animis Creationis hiſtoria extincta, D E I hoſtis contra iis è materia quadam æterna & confuſa tandem emerſiſſe Solem, cujus calore ad maturitatem cetera fint perducta, inſpiravit: quam *Thohu* Moſi dictam ipſi æternam ac increatam fingebant. Inde antiquiſſimi Græciæ Philoſophi, qui ſua omnia ex Ori ente hauſerunt, de Chao, Erebo, Nocte ſive Ἄδῃ & Orco tam multa ratiocinati ſunt Ovidius *Metamorph. l.14.*

Et Noctem, Noctisque Deos, Erebumq; Chaosque.

Virgilius *Æn. lib.4.*

Tercentum tonat ore Deos Erebumque, Chaosque, &c.

Quarum rerum & nomina ipſa ex oriente. Χάος enim, quod priſcis, Feſto teſte, *Obſcurum*, à *Thohu* vel *Bohu*, unius literulæ mu tatione facile deducitur, ut alia omittam. Ex his itaque tene bris cùm ſeipſos extricare non poſſent Ægyptii, *Thothuth* vo caſſe videntur primum & antiquiſſimum Deum, à quo eſſent omnia: Ovidius *Metam.l.1.*

Hunc Deus & melior litem Natura diremit.

Et paulo poſt,

—— Quicquis fuit ille Deorum, Congeriem fecuit.

Cæſar quoque *Bell. Gallic. Comm. 6.* fatis clarè innuit, Ditem Gallis nihil aliud, quàm quod Hebræum eſt *Thohu*, fuiſſe, cùm ait: *Galli ſe omnes à Dite Patre prognatos dicunt. Idq; ab Druy dibus ajunt proditum: ob eam cauſam ſpatia omnis temporis non nume ro dierum, ſed noctium finiunt, & dies natales & menſium & anno rum initia ſic obſervant, ut noctem ſibi ſubſequatur.* Unde patet, *Thothuthum* Ægyptiis non notaſſe verum Deum, cœli terræque conditorem, ſed antiquum quidem, ignotum verò Numen à quo omnia & proin ipſæ quoq; Artes initium ſumſerint. Hoc poſtea cùm variis nominibus à variis Gentibus inſigniretur, er rore vulgi *Theuthus* invecta, & qui primus erat *Theuth*, à Græcis Latinisque Mercurius Hermes, Hercules Apollo, Kadmus, a liisque nominibus appellatus eſt. V. præſat. Georg. Horniun *Hiſt. Philoſ. l. 2.c. 11.* & 12. ubi Germanorum *Teutatem* vel *Teu tonem*, alium ab hoc Ægyptiorum Deo *Theuth* fuiſſe aſſerit; qua de re V. quoque ſuprà in voce *Teutates*. Vocem dein ad alios quoque fuiſſe translatam, & Sapientiſſimo cuique ab Ægyptiis ac Germanis inditam, ſcaliger docet *Epiſtolâ, eorum, qui ad Ve ennam ecclesiam*, cùm ait: *Themothus*, (*unde Teutones dicti*) *tanta fuit ſapientia, ut loco ipſum nomen mutuati ſint Ii, penès quos ſum ma divinitatis opinio exſtitiſſet. Ægyptii namque ſapientiſſimum quem que Theuth vocarunt, quem admodum & Mercurium illum.* V. quo que Phil. Cluverium *de Germ. Antiq. l.1. c.26.&c.* Idem verò & menſis nomen; ad cujus diem octavam ſudæos annuverſario jejunio mœrorem ſuum doloremque, ob Sacrum Codicem, po ſtulante Ptolemæo Philadelpho, Græce verſum, publicè profi teri conſueviſſe, tradit P. Cunæus *de Rep. Hebr. lib.3. cap.4.*

Thia, mater Solis, Lunæ & Auroræ, ex Hyperione Heſiodus *Theogon. verſ.369.*

Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράς τε σελήνην καὶ.
Ἠῶ δ'

Quod ideo conficitum, ut omnia bona, in quibus hæc eminent, à divina procedere Natura & bonitate, indigiteur, ait Lamb. Barlæus *ad l. cit.* enim *divinam* notat. Alias Euryphaeſſam Solis matrem facit Homerus in *Hymno* ejus. V. ubi de *Sole*.

Thiaſus, apud Papinium Statium Θίασος, *lib. 9. v. 612.*

Si mihi non unquam thiaſi, laſciva proterve
Nocte

alibique paſſim, ex Græco Θίασος, Bacchi chorea eſt, pueris & virginibus, Bacchis & Satyricis, quæ vino ebriæ colebant can tu ſuum Numen, conſtans. Inde ad alia quoque paci ca fa cta translata. Cujusmodi choream ſic deſcribit idem *Achill. lib.2. verſ. 153. & ſeqq.*

—— thiasis *Iemenia buxus*
Signa dedit, quater ara Bacæ, quater Evia pulsant
Tergamina, variosque quater legere recursus.
Tunc thyrsos pariterque leves ami, pariterque reponunt,
Multiplicemque gradum, modo quo chus ordine Lacænas
Quoque pii Samothraces eunt, nunc obvia versæ
Pectine Amazonio, modo quo chus ordine Lacænas
Evhia, plaudentesque suis interpres Amyclis.

Porrò quodvis tripudium ſic dici cœpit. Ita chorus Virginum per littus tripudiantium ſudentium que *thiasus* idem Poeta vocat *Theb. lib. II. v. 213.* inprimis convivialia tripudia, uti diſcrimus ex Pollice *lib 6. c.1. &c.* Quam in rem V. plura, apud Caſpar. Barthium ad *Claudianum de Raptu lib. 1.* ut & ſuprà ubi de *Choreis* & *Saltationibus*. Hinc θιασώτου, ut ἑρανίζων *θιασώτης*, *thiasis in montem inducere*, in monte choreas celebrare, apud Strab. ubi de æſtua intemperie curſitatione. cum Hyle inclamatione, fieri ſolitâ. θιασώτου, homus bibi *thiasi* agitabuntur, ceanationes, loci conviales, θιασῶν, *qui ſimul chori exercebant*, hinc ἡ, qui facti ſicioris & cultus Deorum obtentu, ſodalitates temporarias quot annis coibant inque iis vino & epulis indulgebant, apud Arift. *Ethic. lib. 8.* atque porrò ſocii, ſodales quicunque &c. Nomen κωμῳ τὸ δῶμα ἀφ' ου, quòd in choreis hisce in *Numinis honorem cantica recitarentur*. Athenæus vero ſic appellatos vult, quaſi ἐνθεους, à θεὸς, pro θεὸς, *lib. 8. cap. 16.* V. Chriſt. Becmannum *de Origin. L. 1.*

Thilletum, adde: Hinc mothſum optimum advehi, magno conſenſu ſcribunt Arabes; quo proin ipſi Indi libentius, quàm ſuo, utuntur, ut & Sinenſes. Rationem reddit Maſudius, quòd capreæ Tubetienſes pancratiæ ſpicâ odoratâ ſeu nardo aliisque aromatibus, quodque incolæ muſcum non è folliculis ſuis educant, fed in iis relinquant, apud Samuel. Bochartum *Hierozoici Pars. prior. lib. III. c.26.* V. quoque ſuprà ubi de *Mothſi caprreolo*.

Thibii, populi Ponti, oculis perpetuò niſtantes; quod cùm ἐν τῳ γενεσθαι Græci, ambiguitate vocis deceptus Plinius *in altero oculo geminam pupillam, in altero equinam effigiem*, habere ſcribit *lib 7. cap 2.* V. Voſſium *de Idolol. l. 3. c. 23.* Θυσσὶς Græcis & Θυσσὶα, à loco *Thiſſa*, ſic appellato de Amazone quadam, ibi ab Hercule occiſa, Steph. imo Θυσσὸν potiùs, cùm *Thiſſios* eos ex Phylarcho Plinius vocet. A quibus *Tibii* diverſi, de quibus infrà. Vide Salmaſium, qui de iis plurima congeſſit, *ad Solinum pag. 46 & 47.*

Thingus, idem cum *Thaino* ſeu *Thano*, V. ſuprà.

Thiras, addeas ab eo Thraces orti, quorum originem proin ad Odryſum quendam cùm referet Epiphanius *l.1. p. 8.* non de gente univerſa, ſed de parte ſaltem ejus intelligendus eſt. Ita avertis, Ἔφασαν δὲ οἱ ἀπὸκλησν εἰρόντες αὐτὸ τῶν Σκυθῶν Σκωφάσματος, Ὀδρύσου τε τῶν Θρᾳκῶν ἀρχόντος, ἐξ ὧ καὶ Θρᾷκες κατ' ἐμὲ ἐκλήθησαν. ὁθεν καὶ Θρᾴκιος λόφος τὰ ὄπιθεν ἱστάμενος ὄρεσιν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ἐσχηκε τὴν κλῆσιν), *Tum acinatum Sarmatæ, Scythici generis, qvo Deo, colere coperunt, ex & Odrysum, à qvo Thraces orlundi, indidemque & Phrygum genus originem accepit: ex qvo etiam accedit, ut à Thera. qui in illa turris exedificatione nautes eſt, Thracum appellatio deducta ſit.* V. Gerh. Jo. Voſſium *de Idol. lib. 1. c.39*

Thiuphadas, poſt Duces, Comites & Gardingos, præcipua in aula Gothicorum olim Regum dignitas fuit, cui ſuberant Milenarii, Quingentenarii, Centenarii, Decani, Exercitus etiam Compulſores, Annonarii, Defenſores, Pacis Aſſertores, Numerarii, Villici, & Scnones. Et civiles olim adminiſtrationem, & in omni criminalium negotiorum genere judicandi facultatem, exceptis iis criminibus, quæ Legum ſententia aperte condemnaret, quibus proin obſtrictos non judicare amplius, ſed ut jam à lege judicatos, condemnatoſque debitis pœnis ſubjicere tenebatur. Quòd ſi ad bellum, aliove avocaretur, vices ſuas aliis committere poterat. In bellum porrò provinciales tuos educebat, uti Ballivi ac Senefcalli apud Francos olim, & ad hoſtem exire compellebat Regios ſubditos, qui ex ſua *Thiuphada*. h. e. provincia ſeu diſtrictu erant &c. uti docet Car. du Freſne, ex L. V Viſigoth. *lib.2.4. & 9. Diploma* quoque hanc in rem citans Ervigii R. poſt Concil. Toler. XIII. Origo nominis forte à Germ. *Tief*, i. profundus; erat enim hæc dignitas ex inferioribus prima.

Thiudas, ſeu *Thiudai*, ex Græco Θιαδὰι dicitur, cui teſticuli *contuſi* conquaſſatique ſunt; Sicut *Thiudæ* dicti, Græcè Θιάδιοι, quibus ii *contriti*. Quod fiebat in infantia totu calidæ aquæ & manuum attritione, donec evaneſceret, ut hoc pacto pretioſiores eſſent, & in Principum delitiis. Sic Earini meminit, ſine ulla profuſione fanguis, generandi poteſtate ſpoliati, Statius *lib.3. ſyl.v.4. verſ.70.*

—— *Haud ulli puerum mollire poteſtas*
Credita, ſed tactis Iuvenis Phœbeius arte
Leniter, haud ullo concuſſum vulnere, corpus
De ſexu tranſire jubes ——

Atque hiſ quia ſanitatis ſpem habebant, adoptandi, imò & matrimonium contrahendi habebant facultatem, *l. ſi ſervus. ſ. ſi ſpadonis. ff. de jure dot.* Verùm & is caſtrandi modus Domitiani Legè inhibitus eſt, uti ex Statii loco patet. Aliàs enim herbis quoque eunuchi fiebant, Plin. *lib. 9. c. 8.* aliterque, uti ſuprà diximus loco non uno.

Thinetuppebitæ, quos molli nimis nomine inter hæreticos refert Johannes Damaſcenus *lib. de Hæreſibus*, ut Chriſtiano quidem ullatenus digni, circa A.C. 730. *hominum animas pendere, & nimis fimiter indurare, atque ita una cum corporibus interire*, aiebant. Quibus adhuc levius peccarunt, circa A.C. 249. *Arabici*, qui animas quidem cum corporibus interire, extremo tamen judicio reſuſcitatum iri, crediderunt. Quorum cauſa cùm ingens conveniſſet Concilium, in eo omnes ad fidem rectam ab Origine ſunt converſi. V. de illis Auguſtinum *Hær. 83.* Ruſinum *cap. 27.* Nicephorum *lib. 5. cap. 23.* & Euſebium *Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 37.* Adde Joann. Gerh. Voſſium *de Idolol. lib. 3. cap. 40.*

Thne, equa funalis, in Admeti curru, apud Statium *Thebaid. lib.6.*

Nominibus, cùm *Pholoen Admetus*, & *Irim*
Funalemque Thoen ——
ex Græco θοὸς, cita. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 900.*

Thner, ex luporum genere, *proceriores longitudine, brevitate eorum diſſimiles, velocesſaltu, venatu viventes, humanos homini*, Plin. *lib. 8. cap. 34.* imò θηριοφονώτατοι. ut qui hominem occurrentem trucidentur, ac, ſi feræ aliæ invadant, opitulentur, Cœlio Rhodigino *Antiqq. Lect. lib. 23. c. 27.* Cœterùm coloris egregiè fulvi, gregarii & acuti ululatus, unde ישׁ *Iim* Hebræis, V. *Eſ. cap. 13. verſ. 22. cap. 34. verſ. 14.* & Jerem. *cap 50. verſ. 39.* Arabibus *filii avvi* dicti. Inimiciſſimi leonibus, Plin. iterum *lib. 10. cap. 74.* Hinc Ariſtoteles *Hiſtor. lib. 9. cap. 44.* Πολεμίους δὲ τοὺς ἀνθρ. τοὺς λύκους (ἀ) δὲ καὶ τοὺς λέοντας τοῦτο μὲ γίγνονται. Ubi tamen πολεμίως, non eſt *odiatis ſquis bellum gerunt*, quod Euſt. in *Iliad.*, contendit, ſed ſimpliciter *diſſidentes* à quo diſſidio ſit, ut *thner* à leonibus fugiant, ut quibus ſe multò infirmiores eſſe norint. In Homero res ciara, cùm in Ulyſſem graviter laſſum irruiſſe fingit Trojanorum imbelle vulgus: ſed eosdem in fugam ſe dediſſe, quamprimùm conſpectus eſt Ajax, quomodo in cervum jaculo percuſſum turma *thnum* irrurens, leone viſo, fugam capeſſit. Verba ſunt,

—— ἰὼν γὰρ ὅτε τις ἄγαγε δαίμων
Τίνθον, ὃς ἐν μὲ τὸ πάντεσσιν ——

In Q. Smyrnæo item, in cujus tamen aptum habes, non conferendum cum leone, *thner* ſimiliter fugantem. Neque verò ſolùm lupo, ſed & hyænæ tam ſimile hoc animal, ut nonnulli Veterum lupis, alii hyænæ accenſuerint, alii tertium eſſe animal dixerint, ex utroque mixtum, Ariſtoteles *Hiſtor. lib. 2. cap. 17.* Sed minus utroque, unde inter minores feras recenſes Pollux, medio inter vulpes & lupos loco collocat. Græci recentiores σκύλακα, mediæ ætatis λυκοσκύλακα & *pantherum*, Barbari *papionem* & *babuinum* vocant, de quo V. plura apud Samuel. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap. 12.* 100, ut & ſuprà in voce *Thus*. Adde Salmaſium *ad Solinum*, ubi commune hoc animal eſſe in Græcia & aliis Europæ locis, in Africa etiam (adde Arabiam, Ciliciam, Syriam & totam penè Aſiam) naſci docens, perſtringit Solinum, *Æſchylici lupi* nomine (quaſi in Æthiopia ſolùm reperietur) id inſignientem, *p. 390.* nec non eos, qui lupos cervarios cum *thoibus* confundunt, *ibidem*: ubi & aliquid de quinque *Thoum* generibus, ex præfato Ariſtotele.

Thoirea, Familia Gallicæ illuſtris, in qua Hugo Dominus de *Thoire* floruit circa A.C. 1080. Acceſſit dein etiam titulus de *Villars*, & in penultimo ſtirpis Humberto, *Comitum Genevæ*, ut ſuprà vidimus. In ſecundogenitis nomina de *Beauvoir* & de *Montelier* reperiuntur. Cœterùm ex hac gente plurimi Abbates, Epiſcopi, Archiepiſcopi, prodiere. Ex notho orta eſt linea, quæ cognomen de *Lyonois* ſeu *Glarens* aſſumſit, ac alium ramum Dominorum de *Sugiere* ex ſe emiſit. Utraque verò extincta eſt. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Part. II. in Indice.* V. eundem *Arte Heraldi. Tom. II.*

Tholus, apud Statium *lib 3. ſyl v 1. verſ 3.*

Quòd coleris majore tholo, nec littora pauper
Nuda teres ——

Barthio eſt recavum templum, fornix. Propriè umbilicus teſtudinis in Templis, è quo donaria olim ſuſpendi ſolebant, que Græci ὠδεῖνα dixere. Erant autem hæc velut argumenta caſuum præteritorum: Sic enim emeriti milites ſua arma; qui naufragium evaſiſſent, veſtes in tabula depictas; qui à morbo liberati eſſent, ex auro vel argento membrum ſanitati reſtitutum vel etiam remedium, quod ſaluti fuerat, deſcriptum. Diis dedicare publicèque exponere ſolebant. Unde Virgilius *Æneidos lib.6.*

—— *Cæſos effinxit in auro.*

Similiter defuncti Duces, arma Diis quos coluiſſent ſuſſigenda relinquebant: ut Parthenius ille moriturus apud Papinium Statium *Thebaid. lib 9. inſin.* & reduces ab expeditione, ut videre eſt

eſt apud Ovidium *Epiſt.* 13. *Laudam.* &c. Quæ omnia ſuffigebantur non columnis modò & parietibus, ſed & ipſis Templorum *Tholis*, ieu faſtigiis aditum ſacrarum. Arnobius *lib. 6. Multa Templis, quæ Tholis ſunt aurea, & ſublimibus clara faſtigiis.* Lucretius Placid. *ad Theb. lib. 2. v. 734. Tholus eſt in media Templi camera locus, in quo verendum primitus aut exuviæ ſigebantur.* Martialis *lib. 2. Epigr. 71.*

Et Cybeles pictis ſtat Corybante tholus.

In quæ verba Schol. *Extholus*, inquit, *in Cybeles templo, ſupra quem Gallæ, Deæ evirati Sacerdotes, effigies ſtabat. Eſt autem Tholus, camera aſſimilis in faſtigiatum acumen deſinens, in qua trabes coarctari, ſicuti ſupra diximus, de quo duna ſuſpenduntur.* Aliter tamen apud eundem vox ſumitur, *lib. Epigr.* cui tit. *de Cæmatis ne mica*, quo nomine, ob parvitatem, dixtam feu cœnationem auream, à ſe extructam, Domitianus Imp vocavit,

Mica vocor. Quid ſim, cernis: Cænatio parva,
Ex me Cæſarem propicies nec Tholum.
Frange toros: pete vina: roſas cape: tingere nardo,
Iſte labet mortis te meminiſſe Deus.

Hic enim, quid *Tholus* dicatur, non ita facile ſciri poteſt. *Non dubium eſt*, inquit Joſ. Scaliger *Lection. Auſonian. l. c. 36. quin in cœnatione ſeu ſtibadio Domitiani Cæſaris quam ipſe micam auream vocavit, ex Tholo, cranium penderet mortui, quod mortis admoneret.* Simplicius tamen alii, etſi nec citra conjecturam, per *Tholum* intelligunt hic Mauſoleum Auguſti, quod, cum in vicinia eſſet, ut conſonat huic fidemque facit *Epigr. 65. lib 5.* poſſet mortis admonere, atque ad vitæ uſum fructum ſpectantes hortari. Ramicelius vero Micanæ ita fuiſſe exædificatam exiſtimat, ut ex ipſo Triclinio proſpiceretur aliquis *Tholus* ædificii, quod ſepulchrum alicujus præteriti Imp. contineret: & *auſim*, inquit, *aſſerrare, eſſe Mauſoleum Auguſti, quod quidem, ni ex ejus ruderibus Comodo ædificii conjectare nunc poſſumus, in ibidum deſinebat; quo viſo admonebantur ſuæ ſortis.* V. Thom. Dempſterum *Paralipomen. Jo. Rolewuin lib 2. c. 2.* & ſupra ubi diximus de *Domariis*. Sed & omnia Templorum loca, quibus aliquid ſigi poſſit, *tholos* dici, notat Gloſſographus antiquus, uti obſervat Barthius *ad Papiniannm ſilud Theb. l. 2. v. 733.*

—— *ſigamque ſuperbis*
Arma tholis ——

Idem portò ædificio nomen fuit, quale Æſculapii delubro adjectum ſcribit Pauſanias *Corinthiacis*, ubi pernoctaverint ab eo quidpetituri: τὸ δὲ ἐς τὸν ὀφιν, ἱδὼν αὐτὸν τὸ ἐν κατόπτρου, ἀνωθεν δὲ ἀφειμένον ἐκ τοῦ κεφαλῆς τοῦ ὄφεως. —— *Stues autem τὸν ὀφιν τὸν ἐν τῷ ἀβάτῳ, ταύτας ἐμπεσόντας τῷ ἀνθρώπῳ ἐς τὸ γυμνὸν ἐν τῷ κεφαλῇ, ἀναπτύσαι τοῦ τε Ἀσκληπιοῦ, περιστὰ ἐξ ὀροφῆς δὲ.* Quales *tholos* etiam aliis Æſculapii Fanis adfuiſſe, diſcimus ex Statio eodem *lib. 3. Sylv. v. 99.*

Si qua ſalutifero gemini Chironis in antro
Herba: tholo quamvimque ſibi Trojana recondit
Pergamus, aut Medicis felix Epidaurus arenis
Educit ——

Ad quem I. V. *Animad.* Barthii ſuprà laudati: uti de *Templis* Θολωτὸς, ſeu Θολοειδὴς, Suiceruin *Theſ. Eccl* voce *Naὸς*.

Thomaites, addit: ſic autem is de ille: *Mente vero ſolum abſtrahi ἐπὶ τὸ σχῆμα τὸ λοιπὸν ὁμοιώσας, πρὸς τὸν Αὐγουστῖνον ἀφορῶν, ſeſtea igitur accedit irridiniuum, quod appellatur* Thomaites *& peſtilas Auguſtale verſus, pag.* 118. V. Thom. Dempſterum *in Roſinum lib. 5. c. 28.*

Thomas Apoſt. adde: Ejus *Aſta* jactabant legebantque Apotactici, Encratitæ, Manichæi mani, *Apocalypſin* citat Gratianus *Decr. part. 1. Evangelium* Manichæi adhibebant. V. Suicer. paſſim.

Thomas Aquinas, adde: Hinc *Thomiſtæ*, qui ſententias ejus ſequuntur, Jacobini primiris ſeu Dominicani, appellari conſuevere, Richelietus *Diction. Gall.*

Thomina, Gr. Θωμίνα, Gebanitarum regia, Plin. *lib. 6. c.* de qua V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 494. & 496.

Thomna, V. infrà *Tomna*.

Thoracida, apud VValaſr. Strabonem *de Rebus Eccl. cap.* 8. ubi dicitur, *Conſtantinum Imp. per* Thoracidas *Apoſtolorum, quos ipſe in viſione viderat, cognoviſſe ex Græco* Θωρακὶς. imago eſt pectore tenus expreſſa, ſeu, ut ait Treb. Pollio *in Claudio, expreſſa thoracis imago*; aliter Græcis Θώρηξ, στλὸς, θὠραξ, κυκλὸς, στρεπὸς, ἐφόλκιον, recentioribus στήθιον, item σύλοπάνιον (quod hujusmodi *icici* vel clypei, ad *columnas* templorum ſolerent affigi, in quarum cavitate hiſtoriæ eò pertinentes ſculpi exprimebantur, unde) & μεσοθώρακα Latinis *ſcypeus, ſcypho, ſcutum, ſtutum, thoracteus, thoratis, thorax* &c. V. hic paſſim, & plura apud Salmaſium *ad Hiſtor. Aug. Divi Claudii* inprimis à Treb. Pollione exaratam, nec non *ad Solin. p.* 869. Quousque verò iſtiusmodi picturæ hominem expreſſerint, an à capite ad ventrem, an ulteriùs ad crura usque, ex Hippocrate *de Arte* & Aristotele *Hiſt. Animal. cap. 7.* cousque *thoracem* pertingere aſſerentibus, diſputantem V. Domin Macrum *Hierol.* ubi Apoſtolorum icones ad crura usq; expreſſas inBaſilica Vaticana oſtendi addit. *Thoracomachus*, veſtimenti militaris genus, *quod mira utilitate ad ictuum corporis armorum ponderi & aſperitati ſubjecti antiqui-*

tas, apud Auctorem Anonymum *de Rebus Bellicis, l. Thoracoaſtus*; Græci namque recentiores Θωρακοδύκτης, quaſi Θώρακα ἐκτὸς appellavere, quos κόντους dicebant Veteres, ex lana ſic *fabricabtos*, ut ait Cæſar, ſeu *coactiles*. Hinc ſequitur mox, *Hæc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad membrorum & tutelam pectoris humani conficitur, de multiplici lanis, timoris ſolicitudo ſpiritu magiſtra compoſuit: ut hoc inducto primum lorica vel citharnus, aut his ſimilia, frigilitatem corporis ponderis aſperitate non lederent: membra quoque veſtientis, inter armorum hyemisque aſperimen, tali ſolatio adjuta labori ſufficiant.* V. Salmaſium *ad Lampridium Alex. Severo & ad Solinum pag.* 488. Plura verò de operibus iſtiusmodi coactilibus, apud Gerh. Jo. Voſſium *de Idolol. lib. 3. cap.* 70. ut & ſupra.

Thorax, Græcè Θώραξ, à Θοῶ, *ſallo*; quòd in ea corporis parte cor perpetuo agitetur motu. Ejus partes pectus & venter, Philoſopho *Hiſt. Anim. lib. 1. c. 1.* quemadmodum totus tractus anterior humani corporis, priſcis Latinis: unde militare muninimentum, quod eam partem usque ad pubem tegeret, eadem voce illi inſigniverunt. Idem tamen Ariſtoteles alibi pectus ſolum *thorace* nomine intelligit, ut & Plinius paſſim. Celſus quoque *lib.* 5. Alii. V. hanc in rem Caſp. Hoffmannum *de Thorace*. Papinius Statius pro pectore ſumit *Theb. lib. 2. v. 634.*

—— *Singultibus arctum*
Exhaurit thoraca dolor ——

ad quem locum V. *Animadverſ.* Caſpari Barthii. Virgilius pro muninento partis anteriòris, pectoris inprimis, *Æn. lib. 11.* ubi de Turno,

—— *Rutulum thoraca indutus, ahenis*
Ehorebas ſquamis ——

Unde ſimul diſcas, multiplicibus circulis ſquamisque chalybe ductis, Veteribus fuiſſe in uſu. Ut & ex Papiniano illo *Theb. lib.* 4. *verſ.* 172.

At laterum tractus ſpatioſaque pectora ſervas
Nexilis immenero chalybem ſubtemine thorax.

Atalii ſolido metallo factos indiuebant, uti de aureo Herculis Apollodorus habet *lib. 2.* Quin, ut audentiores adirent periculo, duobus *thoracibus* nonnulli ſe tutabantur. Val. Flaccus *Argon. l. 6. Contrà autem geminis ſolens thoracibus ictum*
Suſtulit, & gladio Sibœos ferit ultima teli.

Ne verò *thoracum* hujusmodi aſperitas corpus læderet, primò ex corio crudo pectorale eis ſubjecerunt, uti diximus in hac voce: poſtmodum ex lana coactili opere factum adhibere cœperunt, ut videre eſt ſupra in voce *Thoracomachus*. Sed & ipſi tandem ferrei thoraces, quod militantibus graves nimium eſſent, lineis exquiſiti ſunt, uti vidimus, ubi de *Lineis thoracibus*. V. quoque Jac. Cujacium *Obſerv. lib. 5. cap. 11.* Recentiori ævo κάνδυς *Latinorum thoracem appellare capit: quod patuit ſupra in VVambus* —— *Galli Pourpoint*, uti ait Philip. Cluverius *Germ Ant. l. 1. c.* 16. ubi χιτὼν χειρίδωτὸς, ad inguina & nates usque demiſſos, de iſtiusmodi veſtimenti genere, quod viz quia ventrem & pectus tegit, à Saxon. *Wamb* nomen nactum eſt, exponit. *Gambeſones* Scriptores rerum Gall. paſſim vocant, de quorum frequenti ollim in bello uſu. V. Car. du Freſne *Notis ad Villehardum. p.* 294. & *ad Joinvillam p.* 74. Aliàm vocis notionem Veteribus uſitatam vidimus ſupra. Nec omittendum, quòd *thoracem* ex Britannicis margaritis factum Veneri Genitrici Cæſar dedicaſſe legitur apud Sabellicum *lib. 6. En. 6.* quemadmodum Amaſim Ægypti Regem *thoracem lineum*, frequentibus animalium figuris. ex auro & lana verſicolore, intertextum, in quo venationes quælibet exiles ſingulæ in ſe habebant 360. deſcribit Herodotus. Leodamonijs dono miſſile, à Samiis interceptum, ſimilemque alterum, in Lindo, Minervæ conſecraſſe, refert Herodotus *lib. 1.* Ut nec illud, quòd ex accuſ. Θώρηκα, *dorices*, tunicæ, inde *Lorica* Latinis; factum docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 872.

Thoria Lex, V. *Thorius*.

Thorigniæ Familia, inter Galliæ illuſtres, Gobioniæ (*Goyon*) Scripti ramus eſt. In hac enim Stephanus, Alano I. I. genitus, cùm tres filios ſuſcepiſſet, primogenitus Bertrandus Comites de *Thorigny*, Dominos de *Maligny*, profevit, uti videre eſt ſupra ubi de *Gobionia Familia*.

Thorius, Floro, qui *Thoranius* Plutarcho, unus ex Metelli Legatis, ad debellandum Sertorium miſſus; de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 40.

Thos, Græcè Θώς, animal ſaltuorum genere, ut nonnullis videtur, paulo vulpibus minus, hominibus armentisque innoxium, furto magis & dolo, quàm vi, victum quærens, gallinis inprimis infeſtum, & avibus aquaticis, quas ingenio admodum venatur, uti apud Alkazuinium videre eſt. Unde ab harum feraum ingenio Turcæ homines fraudulentos & verſipelles, maximè Aſiaticos, *Cacales* appellant, quod corruptum ex σκώληκες, qua voce recentiores Græci *thoos* indigitant. Nempe *& tenuvia Turcarum, aut etiam domos, nobis ſubeunt, in quibus, quicquid inventura ejculentum, vorant. Quodſi aliud deeſt, quicquid eſt operis ovilacei, rodunt* —— *Neque deeſt ad furtum ſolertia, niſi (quod ridiculum eſt) ſuo ſe proderent indicio. Nam, cùm maximè fures in ipſo furto occupari, ſi quis forte gregalium, qui foris remanſit,*

vemandit, ululare incipiat, mox ipſi idem faciunt, parem morem ſervantur. Quo clamore exporrecti ſæcli homines, arreptis armis, fures manifeſtiarios male mulctant, Albertus apud Geſnerum, ubi hoc animal circa Cæſariam abundare ait. V. quoque Olearium *Itin. Muſcov. & Perſ. lib.4.* ubi de prov. *Sobirvgan* ageas, illis tanam pro pilo, ventrem album, aures nigras, caudam minorem, quam noſtratium vulpium, cæterum vulpium ſimillitudinem, & clamorem aſſiduum eumque protractum & quaſi lugubrem, quo gregatim circa pagos noctu oberrantes obtundant homines, tribuit. Quem eorum clamorem Propheta Eſaias quoque innuit, cùm de macerius deſolatæ Babylonis, *Ciamalhum*, inquit, *alternis* אים *in palatiis eius.* Hoc enim iis maximè proprium, quod alternis ululatibus ſibi mutuò reſpondeant. Albertus, *Ululant uno præcinente, aliis reſpondentibus.* Scaliger, *Mutuis ululatibus quaſi ſigno dato convenium &c.* quod illis adeò innatum, ut ne periculo quidem ſuo inde abſterreantur, uti videmus. Hinc *filium avvi* thoem Arabes vocant, acutum animalis ululatum utcunque ſic expreſſuri, quo illi, gregatim curſitantes, Syriæ agros perſonant. Cæterùm utut homini amicum animal, urgente tamen fame ſepulchra aliquando ingredi & cadaveribus veſci dicitur, hyænæ more: quam in aliis etiam fic refert, ut, ſicut nonnulli lupis illud annumerant, ita non paucis ex hyænarum genere ille velint, cùm tamen propriè ſui generis eſſe videatur. Captivitatem verò impatientiſſimè fert, nec unquam in cavea calcitrare deſinit &c. Reliqua V. ſuprà in voce *Thoes.*

Thrace, Titanis filia, ex Jove habuit Bithyn, à quo Bithyni; ex Saturno Dolonçum, à quo Dolonci. Erant autem Bithyni & Thyni populi olim Thraciæ, qui in Aſiam commigrarunt, Strabo *lib.* 7. & 12.

Thracenſium Præfectura, Græcè Θρακήσια ἔθνια, recentiori Græcorum ævo dicta eſt Aſia minor Antiquorum, quæ à Proconſule regebatur, uti quidem ſcribit Conſtantinus *de Themat.* ubi ex Lydia, Mæonia, Caria, Jonia & Phrygia minore hanc Præfecturam compoſitam fuiſſe, ait. Salmaſius verò Θρακήσιον ἔθνος Aſiæ citeriori, ſicut τὸ Ἀναβλήκιον Aſiæ ulteriori, reſpondiſſe, atque hinc utrumque ἔθνος minoris *Aſiæ* nomine Veteribus veniſſe, docet. Θρακήσιον autem nomen eſt, ex Latino Græcorum more modoque depravatum. Nempe CPolitani, qui *Thraces* erant, partem eam Aſiæ, quæ ſibi i. Thraciæ propior eſſet, *Thracenſem* inde appellaſſe videntur, & eos Aſiæ populos *Thracenſes*, Θρακήσιους; alteram autem & magis Orientalem partem, Ἀνατολικὸν. Niſi malis Thracenſium præfecturam ab aliqua cohorte, vel ala Thracum auxiliari, quæ ibi prætendebat, vel in præſidiis erat collocata, nominatam. Certè *Cohortis primæ, ſecundæ, tertiæ, quintæ, ſeptimæ Thracum*, & *ala Thracum*, frequens in vett. monumentis eſt mentio. Vetus quoque *Notitia* Arcadii *Thracum Auxiliarium* meminit, ſub Magiſtro militum Prætentalis in Imperio Orientali. Sed & ſui θίασοι tertium Imperii illius in Aſia minore Θρακικῶν, à militibus dictum videtur, ita ſextum Βασιλικῶν, itidem à militibus Bucellariis, qui olim in ea regione excubabant, nomen accepit &c. Quam in rem V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 805. & ſeqq. nec non ſuprà ubi de *ſeptimiaco*.

Thracer, gens regionis, quæ *Thracia* dicta, de qua *ſuo loco*. Conditor eorum ex parte Dryſus, in univerſum *Thiras* fuit, uti vidimus. Eo nomine antiquitus etiam Geras, Dacos, item Myſos vocatos fuiſſe, Strabo teſtis eſt *l.7.* & Pomponius *lib.2. cap.2.* Unde Herodotus, *Thraces* gentem eſſe, poſt Indos maximam, aſſerere haud dubitat, *lib. 5.* Nempe quandoque *Thracum* & Scytharum vocabula promiſcuè uſurpant, V. Gerh. Jo. Voſſium *de Idol. lib.1. c.32.* Eos Orphyus *Tiras*, ſacris initiatus Ægyptiis, illa primùm docuit: unde & Θρᾳκικὸς nomen: poſtea vero & Thebanos iis imbuit; inque eorum gratiam, quæ honoſi fierent Osiridis, accommodavit Διὸς ὕσν, Cadmi ex Semele nepoti, ut Diodor. Siculus teſtatur. Unde factum, ut multi Oſirim, idem cum Thebanorum Baccho Numen eſſe crederent, quamvis hic illo multis ſeculis fuerit recentior, Idem *præc.cap.* 27. Sed de Diis illorum, hic infrà, ex eodem *cap.* 39. *ejusd. libri* & *lib.2. cap.* 57

Thracum Dii, ex Poſito.

Bάνδις, teſte Heſychio, Diana ipſis dicta eſt: quam aliàs & *Orbeſiam* vocavere. Intelexere autem per Βάνδιν, non Lunam ſolùm, ſed & Terram, quæ ambo Priſci eodem culmine complexi ſtatuere. *Magna Dea* Βάνδις, *Magna Dea*, Heſych. Διόνυσος item appellata eſt, Cratino *Thrifſis*, vel, *quia geminum forſitan honorem, cæleſtem & terreſtrem*; *vel quia duas gerere lanceas, aſpide venatrix*; *vel quia gemi-num habuerit lumen*, *Solare* & *proprium*. Cultus illius à *Thracibus* Athenas pervenit, ubi Feſtum Βενδίδεια, cujus meminit Xenophon *Hellen.2.* ſicut Templi *Bendidorum* Livius *l.48.*

Diana, *Thracibus* in veneratione fuit, apud quos Βενδὶς, *Artemis*, Orthoſia dicta eſt, uti vidimus.

Διόνυσος, V. ſuprà. Liber, cultus eſt eidem genti, Herodot. *Terpſ.*

Mercurius, non minùs à *Thracibus* honoratus eſt; utpote per quem ſolùm jurabant; & à quo ſe præcidabant oriundos. Idem *ibid.*

Muſarus Poeta, domo *Thrax*, in numerum Deorum poſt obitum relatus eſt.

Odryſus, à quo ex parte gens oriunda, ſimiles in illa honores eſt adeptus

Orpheus, non Poeta, ſedArgonauta, jure omnium illos diſſiling uit Scholiaſtes Apollonii in *Argonaut.l.1.* vixit 30. circiter annis ante excidium Trojanum, & ſicut Muſæus divinos promeruit honores. V. Voſſium *de Idol.*

Thraces, teſtis eſt Lucianus *Jove Tr.*

Thraces, Gladiatorum etiam genus Romæ, quorum arma fuere *parma* & *ſica*. Parmà autem primos Thraces uſos fuiſſe, docet Adrian. Turnebus *Adverſar. lib.5. c.10.* Similiter Sica fuit Θρᾳκικὸν ξίφος. ἐπικωμάζειν, *Thracicus exſtrepere.* A gente igitur Gladiatoribus hisce nomen: Sed & idem à parma, *Parmularii* ſunt appellat. Suetonius *Domitiano cap. 10. Patremfamilias, quod Thracem Myrmillonis parem, Mutnerario imparem, dixerat; attractum à ſpectaculis in arenam, canibus objecit, cum hoc ille-ro; Impiè locutus Parmularius*, V. Alexandrum ab Alex. *Genial. dier. lib.6. cap.12.* & Thomam Godwynum *Antholog. Rom. lib.2. ſect.3. c.10.*

Thracius Lapis, Græcè Θρᾴκιος vel Θρίσιος ἄλθος, uti Nicander vocat, aquâ accenditur, accenſuſque odorem bituminì ſimilem reddit, oleo verò reſtinguitur. Ita enim hic,

Ἠὲ σὺ γε Θρήϊσσιν οὐκ ἄλλοις πυρὶ λάϊνε,
Ἢ ὅθεν βορρήθεν στελλόσ᾽, ἐσβιεὶς δ᾽ ὑπ᾽ὕδωρ
Τοσσον ὅσ᾽ ἀθρήσειν ἐπιμάρτιος ἠελίῳ.

At Vett. flabellatione reſtingui, ſcribere, uti videre eſt apud Ariſtoteles, *in Admirandis*, ubi de his lapidibus, ῥιπιζόμενα, ait, σβέννυ᾽ ταχέως. ὅθεν δὲ ἐπιπολάσαντος τοῦ ὑφάπτοντος κάπνου. Sed nihil prohibet, & flabellatione ſimul, & oleo quoque eundem reſtingui, Salmaſius *ad Solinum* pag. 253. ubi Solinum ad gagatem referentem, quæ de *Thracio lapide* annotarunt Scriptores, pluribus refellit. Ab hoc diverſus eſt alter in Thracia lapis, quem diſſectum accendi & ruſtus in ſe compoſitum, ac aquâ aſperſum, ardere carbonum inſtar, idem habet Ariſtoteles. Hic enim carbo metallicus eſt & lapidis, quo hodieq; fabri ferrarii in fornacibus ſuis uruntur. Salmaſius *ibid.*

Thraſias, Græcè Θρασιάς, ventus vicinus Argeſtæ, idem cum Circio nonnullis, inter tres ventos Septentrionales *unus* Senecæ, inter Argeſten ſeu Caurum & Aparctian medius locatur Ariſtoteli *Meteorolog. lib.2. cap.5.* Sic Appulejus *in tract. cognomine, Et Agullio — Etiæ vicinus eſt Aparctiæ. Eſt proprior ad dicen meridiem.* Thraſias & *Argeſtes ſunt in Indiam flantes.* Ubi Aparctian *in dicen meridiem*, i. contra Meridiem, reliquos duos in i. contra *Indiam* flare ait. Nomen habet. ut & alii venti, à loco, unde ſtandi ei initium, fed, quis ille ſit, non liquet. Salmaſius ubi ſuprà p. 1259. &c.

Threni, Gr. Θρῆνοι, carmen lugubre, quale illud in libris divinis, quo deflet Vates ſanctam civitatem, V. *Lexicon Univerſ.* Inter Græcos ajunt primum Linum Poetam *Threnos* feciſſe: Alii vero propiùs accedere videntur, quam Hercules ſuccenſentem, quòd eſſet ineptior addiſcendum, ab irato ingratoque diſcipulo interemtum: ab reliquis diſcipulis deflctum carmine, quod ab ejus nomine & nota ejulationis Αἴλινον appellarint; cujus vocis in luctu Theocritus meminit. Hinc & Scaliger, virum tam fortem, quàm infelicem, Patrem ſuum in agreſtibus Poëmatis Αἴλινον vocavit, & à Threno, quem genetrici ejus fecit. Primum & poſtremum omnium Euripidem ajunt abuſum Lino: à triſtibus enim ad læta transuliſſe, tum ſine ulla imitatione, tum ſine ullo imitatore. Idem carmen etiam Bathyllum dixere, id eſt, *extremum*, & *vetus*, eadem ratione. V. plura apud Jul. Cæſ. Scaligerum, *Poet. lib.1. cap.50.* ubi de *Threnis*, *Hymenæis*, *Elegiis*. Cantari fuiſſe ſolitos Threnos, in everſione urbium ac regionum docet idem *l.3. c.122.* Hinc Θρηνῳδοὶ, *Threnodi*, threnorum Cantores, in funeribus olim adhibiti, de quibus ſic Cœſ. Rhodiginus *Antiq. Lect. lib.17. cap.21. Alexandriæ obolis conducuntur, qui mœrores flentiſque mœni ſolicitè adeò ac planè præſtant, ut adeo ſæpe res pertinere putet. Bergad.tr vocantur Threnodi.* V. quoque hic paſſim.

Thria, adde: Inde *porta Thriaſia* Athenis, quâ exibant Thriam proſecturi; poſtmodum *Dipylon* dicta; de qua, uti & plura de vico hoc agriſque *Thriaſiis*, V. apud Jac. Sponium *Itinerar. Part.2. pag.* 195. Alias Θρίον Græcis ſolium ſicus eſt, quod *ob aſperitatem* ſic dici. Plut. ait *Sympoſ.* 5. Symbolum id Bacchi fuit, eodem teſte *de Iſ. & Oſir.* ubi, Θρίον, inquit, *Auſtraiem mundi plagam*

gam repræsentant. Et interpretantur θῆλυ πνεῦμα, & videtur genitali parti naturæ simile esse. Hinc Liber infidens currui, quem leones trahebant, cinctusque coronâ è follis ſiculneis, de Indis triumphaſſe, legitur: qua de re varia habet Car. Paſchalius *Coronar. lib. 1. cap. 5.* Idem poſtea nomen figuris foliorum hujusmodi in veſtibus depictis impoſitum: ſed & quandoque ad chamæpityn, onogyrum & ſideritem extenſum occurrit, V. Scholiaſten Nicandri *Alexiph.* vers. 10.

Thriæ, tres Nymphæ, Apollinis nutrices, Parnaſſum incolueſe, teſte Philochoro apud Zenodotum, unde poſtea receptum, ut calculi forteſque divinorum *Thrias*, & qui thrias in urnam divinam jaciebant, Θριάζειν dicerentur. V. Eraſmum in *Adag.* Πλειὰς ἐχίοῦσα, πνιγόσα δὲ τὰ μηλὰ ἀώρως, & ſupra, ubi de *Divinatione & Sortibus*.

Thrips, inter quatuor vermium genera, quæ lignum infeſtant, memoratur Plinio *lib. 16. cap. 41. Cuſtoſibus vero ſimiles, ſhripas* ex Græco θρῖπ. A quo proſa ligna priſcos Lacones pro ſigillis habuiſſe, Hercule inventore, refert apud Heſychium Philoſtephanus in Θεαπεζοφόρῳ. Inde θεαπεζοφόρῳ, σφραγῖς, Lycophroni *verſ. 508.* Quæ alludens in Luciano Lexiphanes olivas ſuas ſe ſervare ait, ὥσπε σφραγῖδι θεσπεσίοιτιν, *ſub ſigillis à thripe quàm maximè craſſis.* Id enim eſt ἐκπεπλῆχθαι. Heſychius. V. Sam. Bochartum *Hieroz. I. Parte poſter. lib. IV. cap. 27.* ut & ſupra, ubi de *Gurgulione*.

Thronus, Coloſſ. *cap. 1. verſa 16. ἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἐξουσίαι, ſive throni, ſive principatus, ſive dominia, ſive poteſtates*, nomen Angelorum, quod nonnulli cum reliquis iſtius ídem valere volunt, indigitarique hoc pacto, Angelos eſſe inſtrumenta Dei & miniſtros quibus *thronum*, h. e. regnum, dominium, principatum & poteſtatem ſuam, pro arbitrio, exerceat. Plerique v. diverſis his verbis diverſos Angelorum ordines & officii gradus denotari exiſtimant. Et quidem Eccleſiæ Rom. Scriptores, qui novem Angelorum gradus conſtituunt, in tres iterniones ſeu hierarchias diviſos, in harum ſuprema infimo loco *Thronos* ponunt. Auguſtinus verſo *Tom. VI. c. Priſcillian. ad Oroſium cap. 11.* & *Enchiridio ad Laurent. cap 58. Quid*, inquit, *inter ſe diſtent quatuor illa vocabula — dicant qui poſſunt : ſi tamen poſſunt probare quod dicunt. Ego me ſtia ignorare confiteor.* Aliàs quid *Thronus* ſit notum, ſcila viz. ſubſilium, unde à θρόνος, *ſalio*, nonnullis nomen habent. Certè *Solium ebureneum* Salomonis, *quod obduxerat auro depuratiſſimo, ſex gradus habebat & ſuſpicium rotundum à poſteriori parte ejus. 1.* Regum *cap. 10. verſa 19.* Fulcris dein manuariis inſtructa, unde *ibid.* legas, *Et ſulcra manuaria hinc & inde ad locum ſeſſionis.* Et ſcabellum pedibus ſuppoſitum habens, uti docet Euſtathius *ad Homer.* Quò referas illud Eſaiæ, *cap. 66. verſ. 1. Sic ait Jehova, cælum ipſum ſolium meum, & terra ſcabellum pedum meorum.* Quâ fede nemini privato federe permiſſum. Unde apud Auctorem Paralipomenon Regis Judæorum

שער־ות, id eſt, prærogativas, etiam hæc memoratur. *Nemo ejus ſcila ſedet.* Niſi hæredi Regni ac ſucceſſori jam ſolenni ritu inaugurato, uti de eodem Salomone legimus, quem pater, inter alios ritus, quibus ille in Succeſſorem erat confecrandus, etiam *in ſolio ſuo ſedere voluit. 3.* Regum *cap. 1. verſ. 37.* V. quoque *verſa 46.* & plura hanc in rem ſupra, in vocibus *Scilla*, *Solium* &c. Apud Scriptores Eccleſ. *Thronus*, ſedes Epiſcopalis paſſim dicitur, unde Ἐθρονίζω, *in ſede Epiſc. colloco*, apud Socratem *Eccl. Hiſtor. lib. 2. cap. 43.* Et θρονισμὸς, quod *pro ordinatione Epiſcopi dabatur* ordinanti, vel Clericis, vel Notariis, apud Baſilianonem *in Nomoc. Photii tit. 1. c. 34.* V. quoque ſupra ubi de literis *Inthronifticis*. Nec omittendum, quòd Evangeliorum librum in Synodis *ἐν τῷ μεσατάτῳ θρόνῳ*, in medio *throno*, collocari conſueviſſe, legimus in *Actis* Synodi Epheſinæ, qua de re multa apud Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* voce Εὐαγγέλιον &c.

Thrymſa, in Lex. Aethelstani, ubi omnium capita æſtimantur, & quidem *archiepiſcopi* & *Satrapæ* 15000. *thrymſis*, *Epiſcopi* & *Aldermanni* 8000. *Belli Imperatoris* & *ſummi Præpoſiti* (hodie Vicecomes) 4000. genus nummi eſt Anglo Saxonici, trium ſolidorum Lambardo & Spelmanno, quos vide.

Thuiſto. Germanorum Deus, unde genti nomen *Teutſche*. Memoratur Tacito *de moribus Germ. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & Annalium genus eſt) Tuiſtonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresq.* Alii *Thiſtonem* vocant, qui circa Pelegi tempora regnans Germanis præcepta bene vivendi carminibus, ne memoriâ exciderent, tradiderit, uti narrat Aventinus *Annal. Bojor. lib. 1.* Qui idem circa Moſis tempora, in Germania rerum potitum eſſe. *Teutatem*, *Teutanem*, vel *Teutonem*, virum ſapientem & diſciplinarum apud Germanos auctorem, ac, poſt obitum, divinos honores nactum, memorat, *Ibid.* V. Georg. Hornium. *Hiſtor. Philoſophi. lib. 2. cap. 12.* & ſupra in voce *Teutates*, ut & ubi de *Teutonibus*.

Thummim, V. infrà *Urim*.

Thunni, Græcè θύννοι, Sarmatæ, vicini Chaſpiis. Dionyſius, Θύννοι δ' ἐξείης, ἐπὶ δ' ἄνυσιν ἔκσποτοι ἀνδρες.

Et Priſcianus,

Hinc Thunnus ſequitur, piſci ſortis Caſpia proles.

ſidem cum Chunis & Hunnis, qui Χῶνοι Græcè, Prolem. Alii à *Thunis* ſeu *Thynis* Thraciæ populos, quos inde in Aſiam commigraſſe, legas apud Strabonem *lib. 7.* V. de utrisque Salmaſium *ad Solinum p. 158.*

Thuphæ, animal carnivorum, pardo ſimile, ſed non niſi felis aut catelli ſtaturâ, cujus pellis apud Arabes & Perſas in pretio eſt. V. Damirem Scriptorem Arab. ubi de hoc animali plura, laudatum Sam. Bocharto *Hieroz. Part. prior. lib. II. cap. 8.* V. quoque infrà *Tufa*.

Thur, ſeu *Thor*, Getharum Gothorumque Deus, cui humano ſanguine litabatur. Nonnullis Marti. Alii Saturno, quibusdam Jovi Romanorum reſpondebat : cui ultimæ ſententiæ favet diei Jovis appellatio apud Anglos, Danos & Germanos, qui *Thursday* illum vocitant. Certè & Jovi apud Romanos humanum ſanguinem fuiſſe ſacrificatum, docet Tertullianus *Apologet. cap. 9.* V. infrà voce *Tor*.

Thuri, pop. Athacoris vicini, Plin. *lib. 6. cap. 17. Φῦρες*, Dionyſ. V. ſupra.

Thuribulum, vas in quo thus reponitur, magni olim in Sacris uſus. Et quidem Hebr. *cap. 9. verſa 4.* inter inſtrumenta Sancti Sanctorum *thuribulum aureum* memoratur, quod nonnulli peculiare factum ſanctiori huic loco, ex Levit. *cap. 16. verſ. 12.* Alii Apoſtolum intelligunt, de *thuribulo*, quod Sanctum Penetrali proximè ante velum ſibi adjunctum habebat, quam in rem V. Franc. Gomarum *Analyſi Epiſt. ad Hebr.* Certè in Sancta varia eorum erant, uti diſcimus ex Exodi *cap. 25. verſ. 29.* Adolebantur autem ſuffitus ſuper Altari aureo, quod *Altare ſuffitus* hinc & cebatur, bis de die : non à Pontifice ſolùm, ſed & à reliquis Sacerdotibus Lucæ *cap. 1.* Semel verò quotannis ſolemniori modo odores in eo incendebat Pontifex ; & piacularis victimæ ſanguine illud expiabat ac luſtrabat, Exodi *cap. 30. verſ. 10.* Porrò in Menſa Aurea, una cum duodecim lanchibus, in quibus panes propoſitionum ; totidem aceraræ erant, thure repletæ, quod ſingulis Sabbathis, cùm Menſam adornari ac de novo inſtrui oporteret, adolebatur. Levit. *cap. 24. verſ. 7, 8.* Inprimis verò, in Expiationis Feſto, facrum hoc inſtrumentum uſui fuit. Antequam enim Feſtum affulgeret, inter alia, quibus ad id præparabatur Pontifex, deducebatur is in conclave *Aphines*, ſeu odoramentorum, ut ſuffitus faciendi rationem ediſceret, quod diffi-cillimum habebatur. Poſtmodum inter ipſa Feſti ſolennia, poſt juvencum pro ſe & domo ſua oblatum, duoſque hircos adjudicos, & confeſſionem pro ſe & domo ſua nec non pro univerſis filiis Aaron, editam : *Thuribulum*, quod eo die *aureum* erat, ex Hebræor. *loco cit.* prunis ex Altari implebat, atque ex eo alio thuribulo ſuffimenta capiebat & ad Sanctum Sanctorum contendebat. Quod cùm intraſſet, thuribulum deponebat, injectisque odoribus fumi nubem excitabat, quæ locum impleret & exaſperationem prohiberet, ne interiret Pontifex, Apocalyp. *cap. 8. verſa 3.* Illura V. apud Franc. Burmannum *Synopſ Theol. Chriſt. part. prior. lib. IV. c. 14. num. 7. 11.* & *cap. 18. num. 18.* Gentiles, uti in aliis, ſic etiam hac in parte facros Vet. Teſt. ritus æmulati, Diis ſuis quoque odoramenta adolebant, uti de Alexandro M. inprimis nota res ; proin & ſpi in ſacra ſupellectile *thuribulum* habuere, cujusmodi vaſis ſeorcum, quo vett. Romani uſi, exhibet Jo. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 32.* Sed & inter miniſteria ſacra Eccleſiæ Romanæ, *thuribulum* memoratur Dudoni de *Moribus Normann. lib. 3.* Leoni Oſtienſi *lib. 1. cap. 58.* Alcuino *Poëmate 3.* Aliis ; quod qui defert, Acolythus *Thuriferarius* dicitur. Durand. *lib. 4. cap. 5.* & *portator thuribuli*, Hugoni à S. Victore *Speculi. Eccl. lib. 1. cap. 7.* Suffiri autem in ea ſoient Altaria, 3. Euchariſtia, Miniſtrantes, Alia, uti pluribus videre eſt apud Macros Fratres *Pleiotex.* ubi & Græcos thuribulo formare ſignum crucis ſuffimentum adolentes addunt, & *Thuribulorum ſuffitriatio*, in eadem Eccl. Rom. olim à Clero celebrari ſolitæ, *quando accipiebantur à Papa quadam munera, Presbyterium appellata*, meminere, V. quoque ſupra in voce *Incenſum*, ut & paulo infrà, ubi de *Thure*. De *Tourrificatis* dictum ſuo loco.

Thuringia, adde : Pfannero, *Thuringiæ* (quæ in Thuringiam Or. & Occid. divila Thuringiam Haſſiamque complectebatur) quondam *Reges* dominati ſunt, quorum poſteri, ſub Hermenifridus, multis facinoribus inſignis, à Theodorico Francorum Rege Saxonum, Trans Unſtruthanam ſive Septentrionalem Thuringiæ partem, in navatæ operæ præmium, adeptorum, victus capiteque & fortunis multatus eſt. Inde *Duces*, Regum, ut videtur, poſt Cæſarum nomine, provinciæ præfuere ; ex quibus Burcardo præſio contra Hungaros cæſo A.C. 908. & translata poſtea ad Henricum Aucupem Imperii ſummâ, coaluit iterum cum Auſtrali ſive Francica Septentrionalis provincia portio. Inde eam tum ipſi Reges, Henrico prognati, jure patrimoniali atque hæreditario, tum alii, iſtorum auſpiciis, *Ducum, Comitum, Marchionumq.* titulo, gubernarunt. Hujus familiâ in Henrico II. extinctâ, Conradus Salicus Imp. conſobrino Ludovico Barbato Comiti, ex Aurelianenſium Principum domo, provinciam dedit, cujus poſteri *Landgraviorum* titulo (quo primum

Ludovicum Barbati nepotem Socer Lotharius Imp. ornavit) ad fastigium usque XIII. eam tenuere. In posteriorem Hermannorum, cui duo filii, Henricus *Rasso* dictus, & Ludovicus, filia prætrea, cui Judithæ nomen, Theodorico Misniæ March. elocata. Atque illis filio tunc, nulla relicta materia fobole, defunctis, inde Henricus Illustris, Theodorici ex Judicha filius, hinc Sophia Ludovici nata, opulentam adeò hæreditatem ex asse utraque sibi asseruit eo eventu, quo diximus. Plura M. apud præfatum Tob. Pfannerum de *Præcipuis Germ. Principp. Gestibus cap.* 2. adde Hornium *Orbe Imp. cum Anim. Pelleri p.* 203.

Thurras, Assyriorum Rex Nino fuccessit. Beli filio. Hic quòd egregius bellator esset. Deus habitus & *Mars* dictus est; quemadmodum ante ipsum Nimrodus ac Ninus idem post mortem nomen eundemque cultum sustinuerunt, Suid. in Θόρρας. Ex Faiti Siculi est Chronicon Alexandrinum, Νίνος Νίνου, inquit, ἐκατόνταετη ἀγωνίαν ὑπόμεινε ὑπὲρ τοῦ μετονομάσαι ὁ τότε πατὴρ Ζώρας ἐν Ῥόδῳ ἀδελφὸς Ἄρεως, ὃν ὑπὲρ τὸ πολεμεῖν ἐθεώρουν, *Post Ninum Assyriis imperavit Rex nomine Thurras, cui Pater Zames, idemq. ex Rhea frater, Martis nomen indidit à Planesia ejus nominis*, Ubi pro *Zames*, reponit Vossius Ζάνης sive Ζάν, quæ est inter vetercs Jovis appellationes: Primitus verò idem Jupiter ac Mars, imò & Sol, ut idem pluribus ostendit. Subjice idem idem Chronicon, ὁ Θόρρας ὑπὸ τῶν πολιτευόντων, *eorum bellatorum*, cum quæ Arctoas paterno Imperio plagas addidisse: Nempe, vel eò colonos miserit, vel, qui eò migrassent, adegerit, ut se Dominum Principemque agnoscerent. Postea indicat, hunc *Thurram* non fuisse Martem creditum; sed etiam vocatum fuisse *Bel*, sive *Belum*. Sic enim subjungit: ἐλέει Δ᾽ ὁ δίκαιος τῶν τότε ἐφόρων ὁ Ἀσσύριος ἐς τὸ τὸν ἀστενόμον κύριον, ὃς ἐν τοῖς τῶν ἑλλήνων ἀφανὴς ἦν Βῆλος ἐπὶ, ὁ ἐστι παρ᾽ἡμῖν πόλεμος Ἄρης, *nobilissimi hujus, Civi Martii primum Assyrii columnatio constituere cœnobii, velut Deum venerati sunt, & hastenus eum vere Persica nuncupant Baalem Deum: quod si transferatur, fuerit Mars bellorum Deus*. Ubi pro θεὸς suspicatur Vossius positam fuisse aliquam Orientis vocem, quæ beslum notaret: ut si Hebr. dixisset מִלְחָמוֹת פָּעַל hoc est, *Dominus bellorum*: quod optimè conveniret cum eo, quod transferat, πόλεμον θεὸν. Sanè etiam Deus Hebræis vocatur יְהוֹה צְבָאוֹת. *Dominus Exercituum*. V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. l.* 1. *cap.* 16. & *cap.* 24. *sub finem*, ut & in voce *Thuras*. Adde Salmasium *ad Solinum p.* 1235.

Thursinus, in Gallia Comes Tholosæ, Burdigalæ, Narbonæ & Provinciæ, factus est A. C. 779. ex quo defendere Comites Pictonum, Phocensium & Castelli Boni. Georg. Hornius *Orb. Imp. pag.* 127. *edit. A.* 1668.

Thus, fissis genus simile delphini, rostro caniculæ, Plinio *lib.* 9. *cap.* 9. quibusdam phocænæ est, de qua V. Vossium *de Idolol. lib.* 4. *c.* 32. aliis sturio. Salmasio pars falsta seu fruftum caniculæ carchariæ, sic dictum à similitudine cultus ejus: Ex enim omnibus thyrsis globus imponeretur, hinc & fruftum fallamente ex forma consilium θυσίου appellatum. V. cum *ad Solinum pag.* 1316. & *segq.* nec non supra, voce *Ophium*, item *Pelamis*.

Thus, ex Græco θύω vel θύσσω, quod quamvis de quibuslibet odoribus in genere dicatur, κατ᾽ ἐξοχὴν tamen, uti & vox θυσιάζειν, Recentioribus *thus* notat, tieuti *Incensum* apud Latinos: Græcè λίβανος, unde λιβανωτὸς χῶρος, *Thuriferæ regio*, apud Arianum, quæ, juxta Sachalitem finum extenfa, Aromitis contigua erat, habebatque præcipuam urbem *Sabotha* vel *Sabbatha*, quò thus omne in illa regione provenientes camelis convehebatur, non longè à Cane emporio ejusdem. Minimè proin confundenda cum Sabæorum regione ad Ocid. Arabiæ Fel. posita, uti Vett. fecerunt, thus apud Sabæos provenire existimantes. Certè & diversis Dominis parucre, Arriani quidem temporibus, & Charibael Homeritarum Sabæorumque genti imperitabat, at Eleæas regnabat ὁ τῶν Λιβανοφόρων, V. cum. ibi de *Diisoridis Ins!* quæ, licet in mari sita, ad Charibaelem pertinente, esset, parebat tamen Thuriferæ Domino. Et quidem, *Thura prater Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem universis. In medio eius fere sunt Atramita — capite regni Sabæa in monte excelso — regio — unde, rupibus invia — Sytravum longitudo est sebenorum XX. latitudo dimidium eius — Minæi — primi commerciam thuris fecere, maximeq. exercent: à quibus & Mamnum dictum est. Nec ita procera Arabum alii thura arborum vigent, ac ne horum quidem omnes. Ferunt q. M M M. non amplius esse militarum, quæ res per successiones si sibi vendicent. Sacros vocari ibi, nec ulli congressu feminarum funeramq. cum incidant ejus arbores aut metant, pœnâ: ita, ita religione merces augeri. Quidam promiscuum in his populis esse arantes, in silvis: alii per vices annorum dividi. Nec arboris ipsius, quæ sit facies, conflat — Cortice lauri esse confiat: quidam & folium simile dicere. Tolli cerè fusi arbor Sabæis. Nam & Isæi Reges serendi curam habuere — Mosi semel anno falebat, minore nec spinæ vendendi. Jam quæstus alterum vindemiam assert. Petor ita, naturalis vindemia, circa Canis ortum, flagrantissimo æstu, incidentibus qui maxime videatur esse pragnans, semissimus, tendi cortex. Laxatur hic plaga, non admittur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta denfatur, ubi hoc natura poscit, vegete palmea excipiente, aliubi arca circumpa vitâ. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depellitur, ideo corticosum. Spiræ divisa certis portionibus, munitâ innocentiâ vasa est. Neque ullus fascias arbores custodit autumno legitur ex æstivo parius. Hoc puriffimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Rassum hoc exit, nec comparandum priori — Quod ex eo rounditate guttæ pependit, masculum vocamus — à specie sexuum — Præcipua autem gratia est mammoso, cùm hærente lachrymâ priore confessata alia missuit se. Singulis hæc mamum implere solita invenio — Gratiæ fragantiæ & autumni tali modo appellatæ, minorem autem ordinem. Micas vocassa ollas mamum vocamus &c.* Plin. *lib.* 12. *c.* 14. ad quem, ut & Solinum, qui Thuris historiam ex eo deprompsit, V. Salmasium *Exercitatin. Plin. ad Solinum cap.* 33. ut & supra, in voce *Atumum*, item *Stagonias*. Thus autem collectum, *Sabæum*, ut dictum, *canelli convehitur, portâ ad id una patente. Digresti via capitale teges fecere. Ibi decimas Dei, quem vocant Sabin* (Soli Theophrastus ait tertiam partem) *mensura, non pondere Sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet: inde impensæ publicæ toleruntur. Nam & lumijne ex thuris mercum numero Dominis sapientes pascit. Ecebi non possit nisi per Gebanitas, & apud segq.* apud Plin. ibid. ubi *optimi thuris libram*, post innumeras impensis itinerum, *XVI. den.* Romæ fuit tempore veniffe, *probari autem candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut flatim ardeat. Item ut dentem recipiat politi, quam in micas frietur, addit.* Tantæ nempe molis erat præstantissimum hoc odoramenti genus nanciscl, quod Dius fuis, majori jam fpe, ut rebantur, favoris eorum impetrandi, offerrent prifci, poft Trojana fc. tempora. In eum nondum *thure supplicabant: Cedri tantùm & citri fuerum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem verbis, quam odorem, movebant*, Plin. *lib.* 13. *c.* 1. Quàm ob rem Homerus nusquam ejus meminit, quum tamen religiones antiquas & ceremonias diligentiffime frequenter, Sacrorumq; ritus accurate describat. Quando autem innotescere hominibus cœperit, Arnobius disputat *lib.* 7. *c. Gentes, Percuss Thure de Thure, unde aut quo tempore usq; illud aus fere peterint, ut meritò existimetis, aut esse Dijs damnum, aut eorum acceptissimum voluntati; Nuvella enim propemodum res est, neq, annorum inexplicabilis series, ex quo ejus notitia profluxit in has partes & delubris meruit interesse divinis: Neq, enim temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, Herodis, quidnam esset* Thus, *scitum est, Scriptoribus ut comprobatur à priscis, quorum in libris postea nulla ejus mentio reperitur, neq, genitrix & superstitionis mater Etruria ejusmodi ejus novit ejs famam, facili ut ex indicatur res: neq, quadringentis annis, quibus Albana res virgut, ejusmodi quicquam venit, sacra res eam fuere: neque ipse Romulus, aut Religionibus Avisex in commissendis Numa, aut esse servit, aut nasci.* Unde & quòd, *thus* inter alia, Jano oblatum fuisse, canit Ovidius *Fastorum lib.* 1.

— *Cur, quamvis aliarum Numina placem,*
Sanie, tibi primum thura merumq, fero?

vel de fuo fœculo intelligendum Poetam, vel liceriâ huic hominum generi familiari. dictum id esse, arguunt eruditi; cum Q. quoque Fabius Pictor de *Aureo Sæc. lib.* 1. Iar fofum & *vinum*, hunc in ufum, nominaverit. Poftmodum verò nihil in facris *thure* pretiosius, quod quia magni conflaret, publice id Romæ fuppeditatum facrificantibus, ex Livio difcimus. *lib.* 10. *cap.* 23. Fieri autem id folebat, *thure* ex acerra tribus digitis fumpto. Ovidius *Fastor. lib.* 2.

Et digitis tribus è tria thura tribus sub limine ponit.

Unde Lactantius *Institut. lib.* 5. *Nam cruciari atque interfici malle, quàm thura tribus digitis comprehensa in focum jactare.* V. quoque Plautum in *Bacchid. & Milite*, plura verò de ritu ifto, apud Brodæum *Miscellan. lib.* 5. *cap.* 8. & Dalechampium *ad Plin. cap.* 14. *lib.* 12. *supr. & cit.* Pertinet huc, quòd Alexander M. in puritia fine parfimonia thura ingenera aris à Pædagogo Leonida incrpitus legitur, apud Plut. alioque. Ex eodem porrò incenfo, hoc pacto divinabant: Si ignis mox illud arreptum diffolutumque verteret in fumum, & fuffitum circet gravera, lara; fin fuggereret, aut odorem exprimeret inde fœdum, & à natura thuris diverfum, abominanda oftendi putabantur. Hinc meminit loci cujusdam Dion in *Hiftr. Rom.* quem *Nymphæum* appellat, in quo ex fuffito *Thure* hoc modo præfcita de omnibus rebus futuris petita fuerint, præterquam de conjugio & morte. Joh. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 3. *cap.* 11. Sed hic pretiofi huius aromatis abufus; genuinus ejus in Eccleía V. T. ufus fuit, ubi, divino juffu, in eo oblationum genere, quod *Munus* vocant Theologi, facrificantibus, cum olei ac *thuris* libamine, offerebatur: Idem quotidie bis in Templo. fingulis porrò diebus Sabbathi, quotannis tandem modo longe folenniori, adolebatur in Feito Expiationum, uti fupra diximus, in voce *Thuribulum*, V. quoque infrà, ubi de *Thymiamate* fatro, quod inter alia aromata, etiam ex *thure puro*, alii *Indicissimo*, conficiebatur, Ex. *cap.* 30. *segq.* 3. imo ab ipfo nomen trahebat. Masculum verò præstantissimum habebatur, quod *melato* hodie Arabes vocant. Quod proin Genitilis quoq; qui facris operando eblandiri favorem Deorum omni industria cupi-

cupiebant, quique Magico sacro & amatoriis carminibus mentem alicujus mutare aut Deos sibi propensiores reddere conabantur, potissimùm adolebant. Virgilius *Ecl. 8.*

Verbenasq; adole pingues & masculà thurra.

Quem locum explicantem Turnebum V. *Adversar. lib. 10. cap. 2.* Atque hinc *thus* inter præcipua dona, Principibus offerri solita, uti patet ex historia Magonum, qui cùm ex consuetudine gentis pretiosissima quæque recens nato Servatori oblatum veneraret, *thus* quoque obtulerunt. Quamvis in hoc Magorum allecto sublimius quiddam lateret, pie agnoscant illi, qui ei unum ut regi, *thus* ut *Deo*, myrrham ut homini, ab illis donata fenitunt: thus enim esse adhibitum in libamentis sacrificiorum, & thymiama de Thure soli Deo reservatum, retro diximus. V. Spanhemium *Dub. Evangel. 53.* Uti porrò apud Gentiles, cùm imagines Deorum de loco in locum transferentur, *thure* inter alia *odoribus*, *incensis*, *necq; ad agri fines*, illas populus profequebatur, uti docet Cic. 4. *Verr.* sic honos posthumodum idem Principibus virtis exhibitus est, uti de Alexandro M. Babylonem ingresso, refert Curtius *lib. 5.* de Augusto, Puteolanum sinum prætervehente, Suetonius *cap. 97.* de Imperatoribus quoque Christianis, sive eorum laurata, sive eadavera, deferrentur, Coripp. us *lib. 2.* de aliis alii. Imò & Cyrillus è Concilio Ephesino ad fua reversus sic exceptus est, ut passim mulieres præirent, *θυμιαματα κατέχουσαι*, *thuribula manibus tenentes*, ut ipsemet memorat *Epist. ad Presbyterum Alexandrinum*. In Actis Concilii modò dicti: Qui de re supra dictum non uno loco. Sed nec lignum hoc usu caret, eo enim cibum Sabæos coquere, Plinius refert *lib. 12. cap. 17.* & Scythas, balnei loco, uxor ibus aquam fundentibus, corpora fecabo lapide contrita, cupresso, cedro & *thuris* igno conficiare solitos, habet Alex. ab Alexandro *Genial Dier. lib. 4. cap. 20.* Plura de *thure*, apud Auctores retro laudatos.

Thuscus Vicus, Romæ dictus est, locus planus, in utem Hetrusci, qui montem Cœlium prius incolebant, deducti sunt. Cœlius enim Vibennus Thuscus dux nobilis, posiquam cum sua manu Romulo venisset auxilio, contra Sabinorum Regem; montem, qui antè *Querquetulanus* vocabatur, habitandum accepit atque à suo nomine *Cœlium* appellavit. Quem cùm Hetrusci nimis munientes in suspicionem, sequentibus temporibus, venisset; inde in locum planum deducti sunt, qui ab ipsis *Thusci vici* accepit nomen, Varro de *L. L. lib. 4.* & ex eo Tacitus. V. Jnob. Rosinum *Antiq. Rom. lib. 1. cap. 7.*

Thya, apud Plinium *lib. 13. c. 16.* ubi de citri arbore: *Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta est hæc arbor — Nota etiam Homero fuit: Thyon Græcè vocatur, ab aliis Thya*; eadem est cum citro, unde citreæ mensæ fiebant, tanti olim Romanis habitæ. Sed Homeri ævo in Græcia passiva non fuit; utpote apud Hammonis fanum & in Cyrenensi tantùm agro provenientes, teste Theophrasto. Nec *θύον*, cujus meminit Homerus *Odyss. 1.* ubi cum crudo & lacteo, in loco Calypsûs tralis, de citro, fed de barby potûs, feu herba Sabina, intelligendum venit, quam, ante thuris notitiam, Vett. præ omnibus aliis ad fusfitus adhibere solíti, per excellentiam *θύα* nomine insignierunt. Virgilius *in Culice*,

Herbaq; thuris opes, risit pinuiata Sabina.

θύειν autem proprie *odores incendere* est; quâ ratione cùm primitus solâ Deos tuos propitiare quærerent prisci, posmodum, ubi victimæ mactari coperunt, id nomen abusivè de victimis cæsis usurpatum est &c. Itaque *de thya* arbore, quod adoria genus fit, frustrà disputant Herba ii, quum non *thya*, fed *citrus* Latinè sit appellanda. Salmasius *ad Solinum pag. 950. & pag. Hinc θύειν ἐαγγελον* agallochum Dioscoridi dicitur, quòd maculas ligno citri similes habet, ut idem notat, ubi de agallocho *pag. 1056.* V. etiam infrà *Thyon*. At *θύειν*, apud Eleos, nomen fuit fcili, Baccho celebrari folíti, quo illati templo lebetes tres, forisbus accuratè occlusis oblignatisque, noctu fponte vino repleri crederentur. Cœlius *Antiq. Lect. lib. 15. cap. 28.* qua de re diximus supra aliquid in voce *Domus*.

Thyades, adde: Inter Praxitelis ex marmore opera, quæ Romæ olim visebantur, in Asinii Pollionis monumentis, *Thyades* quoque memorantur Plinio *lib. 36. c. 5.*

Thyaira, adde: Hodie Turcis *AK hissar*, h. e. *Castrum candidum*; in ipsis enim veteris urbis ruderibus id illi condiderunt; quod & à solis Turcis habitatur, nullo Christiano religionis ibi loci vestigio superstite. Superest tamen de Templo Bacchi, qui in urbe antiquitus colebatur, aliquid. Nec non inscriptiones quædam, quarum una sic incipit: Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΒΟΥΛΗ &c. facta in honorem Ulpiæ Marcellæ Sacerdotis Diance, quæ & ipsa hîc adem habuit. Alia, in qua mentio Ludorum & Sacrorum publicorum Dei Tyrimni; Alia Clodio cuidam Aurelio Proclo facta ΕΠΙ ΣΕΜΝΟΤΗΤΙ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΑΝΤΟΥΡΓΙΑΙΣ ΠΑΣΑΙΣ. Alia, Marco Aur. Diadocho Hippico Pontifici Atiæ minoris in Templis Pergamenfibus, & simili Patritiæ tunc temporis fanctæ, (cujus & ΒΟΥΛΑΡΧΟΣ perpetuus ibi dicitur) honorato cantis muneribus à Caracalla Imp. qui in alia *Inscr.* ejusdem loci Ο ΤΗΣ ΚΑΙ ΘΑΛΑΤΤΗΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ, *Terræ Maris q. Dominus*, appellatur &c. Integras videre est apud Jac. Sponium *Itinerar. Part. 3. pag. 111. & seqq.* qui & nummi fub Alexandro Sev. ab hac Civitate cusi, cum nomine ΘΥΑΤΕΙΡΩΝ, & lupæ Romulum Remumque lactantis icone, in postica parte, typum exhibet *ibid. pag. 183.*

Thymallus, Pisces adeò boni odoris, ut thymum videaris olfacere, unde & nomen: ut omnino perperam apud Isidorum *thymallus* scribatur *Origin. lib. 12. cap. 6.* De eo Ambrosius *Hexaëmer. lib. 5. cap. 2. Nec, te inhonoratum — Thymalle dimittam, cui à flore nomen inscrivit seu Titini se unda fluminis, seu amœni Athesis unda nutrierit, sive ex. Dorio, formo tefiatur, — Aut piscem olet, aut florem: tua item pronuntiatus est piscis odor ipse, qui floris. Quid specie tuâ gratius, quid suavitate jucundius, quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore spiras.* Nec odore modò, vel specie, placet; fed etiam sapore, Salviano *de Pisibus* refte, qui & majores præferr clixos ac butyro conditos; minores autem assos. Idem, fed adversante Gesnero, negat opus esse, ut eximantur intestina, quia felle careant. Gerh. Jo. Vossius *de Idolol. lib. 4. cap. 30.*

Thymiama, Græcè *θυμίαμα*, Lat. *Incensum*, in V. Test. sacrificii genus fuit, quod, in Altari thymiamatis seu fuffimenti, quotidiè Deo offerebatur. Ita enim Dominus, Exodi *cap 30. versi. Facies Altare fussimenti*, & *panes illud ante velum*, *versi. 6.* & *adolebit super illud Aaron fussimentum aromaticum singulis matutinis, quando aptabit lucernas*, *adolebit illud*, *versu 7. non offeretis super illud fussimentum alienum*, *neq; holocaustum*, *neq; mincham*, *sed nec libamen libabitis super illud versi. 9.* &c. Itaque cùm filii Israël serpenti æneo adolerent incensa, tu thymiama, contregit illum Ezechias R. utpote idololatrico cultu pollutum I. Regum *cap. 18. versi. 4.* Et Sedulius *Oper. Paschalis lib. 2.* Scribens de muneribus Christo oblatis à Magis, à *thure* ei donato, divinitatem illius arguit, cùm ait:

Aurea nascenti fuderunt munera Regi,
Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulchro.

Apud Gentiles quoque ea opinio de *thymiamate* ioli Deo offerendo exusque invaluit, ut verbum *θύειν*, quod proprie *fussire* solùm & *odores incendere* notat, ad totam cultus divini fa rreionumque rationem denotandam, extenderint, uti diximus suprà in voce *Thya*. Fuit autem *Thymiama* illud sacrum, Deo offerendum, non humani arbitrii, fed ipsius met jussu compositum, ut cui non alius cultus placet, quàm quem ipse præscripsit. *Dixit itaque Dominus ad Mosen: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galbanum boni odoris & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia. Faciesque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter & purum & sanctificatione dignissimum. Cumq; in minutissimum pulverem universa contuderis, ponesex eo coram Tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. Talem compositum non facietis in usus vestros, quia Sanctum est Domino. Homo quicunq; fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit*, Exodi *cap. cit. versi. 34.* & *seqq.* ad quem l. V. Andr. Rivetum *Commentar. in Exod.* ubi inter alia, licèt ex quadruplici materia hoc Thymiama conflaret, à *thure* tamen nomen maximè sumpsisse; dein stium Thymiamatis, è regione Propitiatorii (quo præfigurabatur Christus) sicque sine illo preces nostras, (quæ fussimento illo sacro denotabantur, Apocal. *cap. 5. versi. 8.*) Deo placere non posse, fussse indigitatum, adnotat. Uti verò fussimentum alienum adolere erat nefas, sic ab aliis quàm à Sacerdotibus, sieri legimur id non poterat. Unde cum Huzziâs Rex *ingressus esset in Templum Jehovæ, ut adoleret super Altare fussitus*, nec monitus quamvis abstinere velset, *iratus evasit in fronte ejus, coram Sacerdotibus, in domo Jehovæ, ab Altari fussitus*, legitur 2. Chron. *cap. 26. versu 16.* & 19. & Plura V. suprà ubi de *Thuribulo*, & *Thure*.

Thymum, & *us*, Græcis *θύμον*, & *θύμος*, vetustissimis temporibus itidem *θύσσος*, & *ος*, recentioribus hinc, transpositis literis *θρύμος*, inter condimenta veterum Graecorum fuit, in lautioribus etiamnis usurpatum, quo & sales condiebant, unde *θυμῆ ἅλες*. Alexis Comicus, in recensione condimentorum,

Ὁ ἐγλανεος, γάνος, ἄνιον, θυμὸς, σφάκος

At apud Eubulum,

Καὶ σίλφιον, θυμὸς τε ᾧ ὑμηνίλιον.

Idem tamen in *Pluto* Aristophanis, inter tenuis victus, & agrestis cupediae commemorat: Verùm eo loco vetus Interpres *θύμον* non de condimentaria herba accipit, fed bulbos ac cepas agreftes exponit. Quemadmodum & Hesychius *θύμον σκόροδον* interpretatur: qua de re V. Salmasium *ad Solinum*, ubi plura de hac herba passim, inprimis *pag. 1286.* Porrò coronamentis inseri consueviste, notum ex illo,

Pars thyma, pars rosem, pars mellilota amant.

Suaviter certè odoris commendatur Ovidio *Metam. lib. 15.*

——— *nec vobis lactea humor*
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.

Tamque gratus & adhibitus fuit hic habitus, ut symbolum ejus gratiæ, quæ cuique rei nativa est, eum Horatius faciat *lib. 1. Epist. ad Jul. Florum*,

——— *ipse quid audax?*
Quæ circumvolitat agilis thymæ?

V. Cor. Paschalium *Coronar. lib. 3. cap. 17.* Et quidem purpurei floris

floris vulgare thymum est, quod *alkan* proin seu *nigrum* Theophrasto dictum, præter quod aliud flore candido est, de quo utroque Salmasius mihi supra. Ex *thymo* diviter factos fratres duos Veianios, habes apud Varronem *de Re R. lib. 3. cap. 16.* hoc enim pabulo apes delectantur maxime, unde mellis copia. Notum Poetæ,

Dum thymo pascentur apes &c.

V. & Plinium *lib. 21. cap. 16.*

Thymi Cirographi, apud Catullum,

Romite Pallium mihi meum quod in reliqui,
Sudariumq; fouibum, cirographosq; Thymi;

pro *Cerographi*, ex Græco κηρογραφοι: amnuit sum signatorii, *eorum pugillares* & signanules vel characteres, quos in Bithynia fiebant. Salmasius ad *Popiscum Aurelian.* V. quoque supra *Cyrographi.* Alias *Thymi*, Græce θυμοι, pop. olim Thraciæ, ut & Bithyni, quos in Asiam commigrasse, legimus apud Strabonem *lib. 7.* & 12. V. etiam in voce *Thynia.*

Thynnus, a θυειν, ruere cum impetu, quod tum maxime facit, cum extro agitatur, adeo ut etiam in naves infiliat. Gesner. Hujus piscis fœtus ανηβολοι; ac sit ex ovo, quod *Thynnus* in ponto parere: Byzantii vocant κυβιδα, q. d. *anxamum*, quia cito augetur. At postea *Pelamys* appellatur, donec, hoc nomine annum obtento, *Thynnus* dici meretur, uti testis est Aristoteles *Histor. Animal. lib. 6. cap. 16.* & ex eo Plinius *lib. 9. cap. 15.* his verbis: *Cordyla appellatur parvus, qui fœtus reducentes in mare auctumno existuntur. Unoste vero à toto pelamides incipiunt vocari & cum annum excesserc, Thynni.* Lucilius hinc apud Varronem *lib. 6.*

Thynnos captare: cordylon occidere —

Imò ad superiorem Aristotelis locum annotat Scaliger, si *Thynnorum* moles majus sit nacta incrementum, vocari *Orcynus*: sin supra modum creverint, *Cete* nuncupari. Ita quandoque in piscibus nomina, pro ætatis incremento, variari videmus. Vossius *de Idolol. lib. 4 cap. 9.* Præcipuâ magnitudine *Thynnum talenta quindecim ponderisse: eiusdem caudæ latitudinem duo cubita & palmum*, refert Plinius *lib. 9. cap. 15 prof.* ubi vitium contra *Ioannem Stadium* defint. Pavidum esse piscium genus, Ovidius habet,

Et pavidi magno fugientes agmine Thynni.

Hinc magna illis à Natura celeritas, ut dictum. Et quidem majorum *Thunnorum* caro excrementitia ac pravi fuci: eoque fabri eam jubet Galenus de *Alim. facult. lib. 3. cap. 37.* ut fic attenuetur & coctioni gignendoque bono sanguini reddatur aptior. Sed jaminon caro non æque fuit improbata. Iraq; non ignobilis erat piscatio *Thunnaria*, cujus fit mentio *lib. 8. Digest. Tit. 4. qui ejf Comm. prad.* In primis autem horum abdomina commendata ut, ut ex Athenæo discimus *lib. 7.* Quod idem indicat Lucilius apud A. Gellium *lib. 10. cap. 20.*

Ad canam adducam, & primum hi abdomina Thynni
Adventibus privà dabo, cephalasque atarne.

Ubi mavult Vossius *Atarna*, ab Mysiæ oppido è regione Lesbi: *lib. cit. cap. 3.* Plin. hæc de re sic: *Thynni membratim cæsi, service & abdomine commendantur aig, clidio, vicesti dumtaxat — cauda vero parte pleni pulpamentis fale asperantur. Melandria vocantur, cæsis querniis assulis similima. Pelissimos ex his, qua cauda proxima, quia pinguis carent. Probatissima, qua sau bius. — Pelamides in aspectos partium similia, concæta, in genere cybiorum differentiantur.* Ubi quid *Apolloti. Cybia, Pelamides*, diximus fuo loco. Nec omittendum, quod *Thynnum* Aristoteles tradit, in pontum navigantem dextrum littus radere. extreque lævo, quòd oculo dextro plus cernat, sinistro hebetiore. apud Plinium *lib. cit.* Unde prudentia ac confideratæ hominis hieroglyphicum fœneratur Cauffinus: dextrum enim littus amica fecuritas; oculus dexter, fecta cognitio seu ratio est, *quà duce per totam vitam eundum* esse, graviter monet Seneca de *Benefic. lib. 1. cap. 18.* V. Nicol. Caussinum *Parabolarum Historicarum tib. 8. nbi de Pisibus, cap. 42. Intrant autem vero tempore à margo Mari ponum gregatim*, Plin. ubi supra, ad dulcioris fe. pabula, *una cum suis ductibus, nec aliibi fatisfacunt — Eorundem causas ab Aristotelem exortas, ad Aveteri scriptum: reliqua tempore hyberno latent in gurgitibus imis, nisi repore aliquo evocati, aut plenilunijs. Pinguescunt & in tantum, ut debisant. Vita longissima his biennio, ibid. &c.* Ad nomen ut redeam, ab Hebr. תנין *thannin*, etymon ejus mavult arcessere Bochartus, quo *Cetus* significatur. *Thynnum* enim, postquam in eximiam magnitudinem excrevit, cetis accenseri, diximus, idemque testatur Sostratus apud *Ælian*, & Archestratus, apud Athenæum *lib. 7.* Hinc apud Varronem, *cetarii* sunt thynnorum piscatores, qui aliàs *thynnosophi*, quòd ex superiori litoris parte thynnos fœculari consuevernnt, fic dicti. Lat. *thynnarii* & *thunnarii*: Et in Horatio *Serm. lib. 2. Sat 5. cetarii*, loca thynnis referta: Et in Æliano *Animal. lib. 9 cap. 49. καθηκοις*, piscatoriæ cæsæ, reponendis rebus & reliqua fupellectile, thynnorum piscationi destinatæ. A' Phœnicibus certe, quos thynnorum piscatione celebres fuisse ch in ahi testantur, tum maxime Aristoteles *de Mirabil.* hoc illis nomen inditum esse, verisimile est. Dignus proin, qui Neptuno olim facrificaretur, thynnus visus est, uti ex Antigono Caryftio docet Natalis Comes *Mythol. lib. 2. cap. 8.* Nec mirum, Alexandri M. classem in Oceano Indico, cum ingenti thunnorum multitudine, non fecus ac cum hoste legitimo, navali prælio decertasse, quod scribit Plin. *lib. 9. cap. 3.* Gaditanus autem, Samius & Byzantius maxime laudati, Athen. *lib. 7. c. 20. &c.* Plura hanc in rem V. apud fupius memoratum Plin. *cap. 15. ci.* ubi inter alia de ædilo fœci ceftro thynnorum, Vossium iisdem *l. 1.* ubi & de ἀφεψεμα illorum, aliisque huc pertinentibus, Alios.

Thyon, apud Plin. *lib. 13. cap. 16.* feu *Thya*, citri arbor, quam Græci Theræi, qui coloniam in Africam deduxerunt, & Cyrenas condiderunt, videntur noto fibi nomine θυον nuncupasse, quòd haberet folia fimilia θυω, h. e. brathy, vel herbæ Sabinæ, quam, quia ante thus inventum non ex alio magis fructice vetuftiffimi Græci in facris convolutum nidorem odoratiorem noverant, θυον per excellentiam appellavere. Alias enim θυον omne odoramentum Græci dixere: Latini vero *thus* inde fuum formavere. A' *thyo citrino*, θυινα ligna dicta funt, memorata t. Reg. *cap. 10. v. 11.* è quibus fimulachra Deorum, menfæ, imò & contignationes factæ, V. fupra in voce *Thya.* At à θυω, *i. odoramento, θελκειν & θυωδες* dicitur Helenæ, *i. bonis odoribus repletus*, apud Hom. Templa, aræ, loca facra, θυωδη, & θυωδεα, & θυωδεσσι, apud alios paffim, ab odoribus fic & odoramentis in facris incendi foliis &c. Salmasius *ad Solinum pag. 970.* & *feqq.*

Thyreus, Gr. θυρεαιος, cognomen apud Græcos Apollinis, qui idem cum Romanorum Iano, cui *januæ* dicabantur, imò à quo *januæ* nomen fuum habebant, quod iis præfse crederetur. Utroque autem nomine Sol cultus eft, qui & *Patulcius*, & *Clusius*, & *Clavigen*, Romanis eft appellatus. Duæ enim Coeli portæ funt: Orientali ingreditur Sol. & omnia patefacit; unde Iano *Patulcii* nomen: nec aliunde *Pater matutinus* dicitur Horatio *lib. 2 Sat 6.* Occidentali exit, diemque claudit nobis, unde *Clusii* appellatio: ad utramque vero *Clavigeri* pertinet vocabulum. Nam, ut ferunt five feeptrum, tenebat manu una, ad Imperium fuum per orbem indicandum; ita manu altera geftabat clavem, qua portas cœli aperit & claudit: quomodo eadem quoque clavi & fores aperimus, ea in feram immiffa, reducentes ferreum illum peftulum, qui januam poft jungit: & eandem claudimus, adducendo eodem per immiffum clavem peffulo. V. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 16.*

Thyrea, adde: Hinc *Thyreatici* nomen bello, quod inter Laconas & Argivos, anno 179. regni Romuli, ingentibus animis gestum, memoratur Solino *cap. 7.* de quo Scaligerum V. *ad Eusebium.* Addo id factum, quòd, in victoriæ apud Thyream obtinendæ monumentum, Lacedæmonios coronas è palmis, quæ aliàs *pfilinæ* dictæ *Thyreaticæ* appellasse, notat ex Athenæo *lib. 15.* Car. Paschalius *Coronarum lib. 6. c. 21.*

Thyrsus, hasta dicta eft hederâ involuta, (unde *Hedereus* Paufaniæ *Attic.*) quam Bacchi in India exercitus, ad decipiendos indes Indorum animos belloque indonecos geftavit; Unde ejus in Bacchi facrificiis fi equens ufus. Et quia Satyri. Libero Patri inflantes, cum contis & *thyrfis*, præcipua iniiffe credebantur. hinc *Propertio Asopiades* Græcis dicta funt, atque *Thyrsigeri* in Satyrascetiam translatus eft. Unde Scaliger, *A' chaviSiriSius ſpecies Satyræ duæ: Altera fedatior, qualis Horatiana, de sermoni propior, Altera concitatior, quæ magis placuit Juvenali & Persio Fli ſpiritum habent cuſtidem: illi velut fronde concellum gerunt Thyrsum, Satyrorum more, quo ferians imprudentes. Hederâ namq; obdutilis contus incautos vulnerabat: Hederam, quam contemnerent, non metuebant: cuſpide, quam non viderent, transfigebantur.* Jul. Caef. Scaliger *Poetices lib. 3. cap. 12. & 17.* qui etiam faltationem Thefei, γεφυρισμον dictam, faltatum cum *Thyrſis* indicavit, non fine arte atque venuftate, fe vidiffe, refert. *cap. feq.* V. quæ, de Alexandro M. ex India reduce, Curtius habet *lib. 9. c. 10.* Cæterùm *thyrſum* circumloquitur Ovidius *Metam. l. 3.* his verbis, de Baccho Joquens,

Ipſe racemiferis frontem circumdatus uvis
Pampineis agitat telatum frondibus haſtam.

Ubi pampinis haftam circumplexam fuiffe infigitat, quod & teftatur Silius *Punicor. lib 7.* Nempe & hederâ, ut dictum, & pampinis illa circumvincta erat. Et quidem corymbis fumma, ima haftæ & media hederis implecti ſolita, docet Nonnus *lib. 9.*

Αὐτὰρ ὁ' ἴνθεα βοῤῥὸν ἀμείρυσεν εἴσατι κισσῷ
Ἀ'κροτάτῳ δὲ εἴδεσσι τετυφόκωσε κορύμβῳ.

Unde κρανόκωνοι, quod fic *hederâ tecti* eſſent, thyrſi Græcis. In gracilitatem coni eos fuiſſe ajunt, diſcimus ex Plinio ubi de papyro, *In gracilitatem, inquit, thyrſi tenuis, modo cacumen includens, nullo ſemine*, ad quem l. V. Salmasium *ad Solinum pag. 536.* qui etiam omnibus thyrſis globum impoſitum, ex antiquis monumentis, oftendit. Unde Hefychius θύρσοι κῶνοι exponit, & κωνοῦσθαι in facris Bacchi, iidem qui θυροφόροι, *thyrſo* quoque pars canſcule falita, apud Romanos, & thymum capitatum θυρσὸν Græcis, à fimilitudine buculi hujusmodi capitati, ut apud eundem videre eſt *ibid. pag. 1287.* & 1317 &c. Denotabat autem *thyrſus* Bacchi de India triumphantis, hæc vitibus feu racemis denſis indicta haſta, vini vim virtuti Martiæ jungendam, Barthio *ad Papinianum ſilud Theb. lib. 8. ver. 237.*

Gemmi-

Gemmiferum thyrſo populatus Hydaſpen.

At quia invitia gens prona ſumus, in deterius paſſim vox accepta. Idem certè Poeta *turpem haſtam* vocat *Theb. lib. 9. verſu 796.* id eſt, imbellem: vinum enim immodicè ſumtum inter tria illa, quæ maximè vires enervant. Unde idem *teretes thyrſos*, convitio imbellitatis dixit *lib. 5. v. 614. fragiles item Lib. 7. v. 664.* Sed & *leves* Ovidius *Metam. lib. 6.* qui rationem indigitat *lib.* II. ubi de Ciconum mulieribus Bacchantibus,

E quibus una leves jactato crine per auras
Haſtam —
Sugeret, nec non exiguo vulnus miſit in ore,
Quæ, ſolita profuſa, notam ſine vulnere fecit.

Talia ſc. tela porrò dabantur Baccho, ad indicandum, ſi quis per ebrietatem quid peccaret in alterum, puerili more caſtigandum venire, non effundendas iras & quærendum ſanguinem. uti idem Barthius ait *ad locum Statii poſtremò laudatum.* Thyrſi namque inſiti erant foliis vitreis, ut vidimus, nec vulnerabant, niſi ſolverentur &c. Iſtiusmodi autem *thyrſi* à Libero Patre perciſſi furore Bacchico ſtatim rapiebantur. Græcis hinc *θυρσοφορίαι, μαθεσιλαικαι*, & quia *μαθεσις* ſeu *thyrſus* lædere circumvolutus erat, *κισσόφορικοι* appellati. Unde vox proaffatu divino, occurrit apud Lucretium. *lib. 1.* Neque verò manu ſolùm *thyrſum* geſtabat Liber, ſed & *minuti thyrſi*, inter capitis ejus ornamenta, memorantur Papinio, ubi ſupra *l. 9. v. 435.* &c. Alias *thyrſus* in genere, quod in herbis virgulæ in modum conſurgit. Nominis origo, à Græco verbo *θύω*, an ob ſacrificia, an ob furorem ac impetum ſolennem, quem in ſacris ſuis Idolabant? Etymologiſta vel Magiæ beneficio, vel etiam halicacabi uſu, conciliavero, uti ſupra diximus paſſim: id ſc. ad religiones confirmandas pertinere rati. Salmaſius *ad Solinum pag.* 1078.

Thyſias, Græcè *θυσιάς*, vox olim Baccharum vociferantium. Heſychius, *θυσιάδες, τὰς τῶν Βακχῶν φωνὰς ὑπολαμβάνουσι φασίν.* Unde *Θυάς*, i. *furens*, Bacchearum nomen. Lutatius *ad Papinium Theb. lib. 5. v. 92. Thyas* eſt Bacchea, *ἀπὸ τοῦ θύω, ὃ ἐστὶ θύειν.* Idem Heſych. *Θύειν, παίειν τὸν, καθαίρειν.* Vide Caſp. Barthium *Animadverſion. ad dictum Papinii locum*, tit & in voce *Thyades.*

T I.

Tiara, addo: Perſarum inprimis tegebat capita, unde Cimonis aſtus, qui navibus aliquot Perſicis interceptis, ut eſt apud Diodorum Siculum *l.* II. *fuos Tiaris* inſtruxit, ſicque Perſas nihil à talibus ſibi metuentes, oppreſſit. Quintuplicem verò eam ſuiſſe, erudite oſtendit Paſchalius *de Coronis l.* 10. quorum unus erat omnibus communis; alter Proceribus, Judicum tertius, quartus ſacrificantium, de quo Val. Flaccus

Subligat extremâ partium cervice Tiaram:

Quintus ac poſtremus Majeſtati Regiæ peculiaris. Et quidem primum pileoli genus intelligit Hieronymus *in Daniel. cap.* 3. quando *Tiaram* Perſis Chaldæisque communem facit. Regius verò *Tiara*, longè à reliquis diverſus, erat rectus, tantiſper à fronte remotior, & quà frons media eſt, exactus ac in mucronem faſtigiatus, ut ex Ariſtophanis *avibus* colligitur. Nummi à Goltzio exhibiti, eum repræſentant figurâ erectâ & ſummâ ſui parte turritâ, cum inſulis à poſteriori parte pendentibus & buccula ad labra usque ex anteriore parte demiſſis cujusmodi buccalas in Magorum quoque *Tiaris* deſcribit Strabo *lib.* 15. V. Paſchalium *loco cit. cap.* 2. In Baſilio Imperatore *Tiapham*, ob *τυφην*, quem ingeneraret, vocatum eſſe rectum iſtiusmodi *Tiaram*, ait Zonaras. Perſarum enim exemplo & alii Reges Orientales *Tiara* utebantur: fortè, ut, qui viribus impares erant, Majeſtate viderentur pares. Quin, quod plerunque fieri ſolet, ut cum regione mutemus mores, ipſi, etiam Attonito, ex quo Romanæ gravitati Barbarum ſuperinduerat faſtum, non diſpliciuſſe ſurremæ hoc poteſtatis inſigne, nummus oſtendit, in cujus antica parte, caput ejus, cum *Tiara*, & Inſcript. *Antiochi Armeniæ devicti*: in poſtica *Tiara* cum arcu, ſagittis & lemmate *de Parthis*. Porrò *Tiaram* hunc nonnunquam cumulabat Diadema, uti liquet ex Xenophonte *Cyripæd. l.* 8. ubi Cyrum deſcribit, in publicum prodeuntem, Regio apparatu conſpicuum, *habentem*, inquit, *Diadema circa Tiaram*: quod ipſum tradit Dio Priſcianus *Orat.* 14. Et hoc, quia ſtatuarum erat, hinc factum, ut ipſe *Tiara* dictus fuerit *tunatus*, Silnnio *paſſim*: Non enim ipſum met fuiſſe lunatum, docet Bulengerus *de Veſtim. Poniſic. cap.* 5. Quamvis alii *lunatum* hic intelligant, in quo efficta acu aut appicta eſſet imago Lunæ; quam Perſarum fuiſſe ſymbolum, dixit Curtius *l.* 4. & omen habitum augendi ſemper Imperii conſet Paſchalius *de Coron l.* 9 c. 18. Græci *tiaras* communes *ἀναξυρίδας* dixere, uti videre eſt apud Herodotum, ubi de veſtitu Perſico agens, *κίτωνας ποδηνεκέας* illos vocat. *Inſtratos & intortos*, quod ſc. recti non ſtarent: at ſolus Rex *κίτωνα* gerebat *ποδηνεκέα*, uti de Scythicis Saeis loquitur, idem, ubi de cyrbaſiis illorum: Heſychius *ὀρθὸν λασίον* vocat. Cui usmodi pileo vulgari, acuminato quidem illo (nam tiaræ omnes tales) ſed in frontem prominente ſeu flexo & quodammodo plicato, rectus Atris conſpicitur in vett. ſtatuis ac gemmis, quæ Phrygia tiara eſt. Quod verò mitra dicatur quum pileum fuerit, fortè inde factum, quòd mitris & redimiculis illæ Phrygum tiaræ ſubnecterentur. Poëta,

Acernia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus —

Nomen ab acumine Heſychio, qui *τὸ ἄκρον κάρρα* ſeu *apicem* eſſe dicit. Qualia præter tiaram, reliqua ferè omnia barbarica pilea, uti de *apicibus faſtigatis* Alanorum, apud Iſidorum, de pileis Scytharum, apud Herodotum *l.* 4. de cucullis Bardæorum, apud Martialem &c. ingimus. In quibus tamen ultimis apex inflexus erat, non in aute, ut in Perſicis & Phrygiis tiaris; vel etiam reclus, ſed retro reflexus, uti ſunt hodie cucullæ Mohachorum & Benecarnenſium cappæ, quas vocant, Salmaſius *ad Solinum pag.* 576. Hinc impropriè de apice phœnicei *πάππῳ* apud Epiphanium. Beemanno tamen potius arridet originatio vocis ab Hebr. עטר *circumdedit, cinxit*, uti videre eſt in ejus *Origin. Lat. Ling.* Nec omittendum, Artaxerxem Mnemona Ducibus, ſi quid deliquiſſent, ignominiæ loco detractas veſtes flagellari, & pro capite depilando, *tiaram aperiari* juſſiſſe, ut adnotavit Alex. ab Alexandro &c. Plura de celebri hoc tegmine capitis, V. apud Caſp. Barthium *ad Claudianum*, Anſelm. Solerium *de Pileo cap.* 9. alibique paſſim, inprimis *ſect.* 13. ubi de viridi *Turcarum Tiara*, Alios. Hodie κατ' ἐξοχὴν de triregno Pontificis, Richelet.

Tibar, Græcè *Τίβαρ*, ſervi nomen in Comœdiis, de quo V. Salmaſium *ad Solinum p.* 756. *Τίβαρ* habet Metrodorus,

Ὄγδοήκοντα Σάρδεις, Δωδώνη Θῆβαι, Τίβαρος ὀνόμα·

Tiburius, addo: Hic celebris olim Hebræorum Sch la. Poſt Hieroſolymas enim à Veſpaniano deletas, reſiquiæ Judæorum partim in Babyloniam rejectæ ſunt; partim manſerunt in Paræſtina, ubi in locis & urbibus commodioribus ſcholas & Synagogas paulatim reſtaurarunt. Inter quas, quæ Sapientum aliquot nominibus celebriores reddit æ, reperuntur in Hebræorum ſcriptis, Jaine, Zephoria, Cæſarea & *Tiberias*. Et quidem hanc ultimam celebrem inprimis reddidit Rabbi Jehuda cognom. *Sanctus*, ſub Antonino Pio inp. *Tiumad* Hieroſolymit. Auctor, cum quo *Tiberiade* imperator in aliquantulo converſatum fuiſſe, inque ejus gratiam urbem libertate donare omnique ſervitute ac tributi jugo eximere voluiſſe, tradunt Hebræi. Poſt Jehudam autem Fato ſunctum, ſub ſin. ſeculi à C. N. tertii, duobus ejus primariis diſcipulis *Rab* & Samuele in Babyloniam migantibus, eò quoque ſtudia translata ſunt, atq; *Schola Tiberiacæ* ab illo tempore vix nomen ſuperfuit: niſi quod poſtea R. Ammi & R. Aſſi, in terra Iſraelis horuiſſe dicuntur: atque An. C. 340. celebre inter Judæos omnes obtinuit nomen *Hillel Hannoſi*, princeps ſive Dux exulum Hillel, qui cum ſimul eſſet Philoſophus atque Aſtronomus inſignis, novum ſibi confecit Computum, quem à *Magiſtris Tiberiadis inſtitutum eſſe*, refert Joſ. Scaliger *ac Emend. Temp.* Sed & D. Hieronymus in transferendis ex Hebræo in Latinum Bibliis occupatus *Tiberiade* domum Judaum, cujus operâ in libri Paralipomenon interpretatione fuerit uſus, ſe aſſeriſſe, ſcribit *Præfat. in l. Iſaiæ.* Atque ſic *Tiberienſis* ſchola animam traxerit, usque ad A. C. 400. Sæculi verò ævo, altum de illa ſilentium: Unde Eliam Levitam circa A. C. 500 vel 600. Maſorethas, Punctatoriæ Artis ingeniosos Artifices, inde arceiſſentem, ſolidè refellit Joh. Buxtorfius *Comm. Maſorethic. cap.* 5. & *ſeqq.* Cœterùm de calidis urbis aquis Plinium vide *lib. 5. cap.* 14. & ad h. l. *Exercitationem* Salmaſii *ad Solinum p.* 578.

Tiberis, idolum fluvii cognominis præſes, cujus imago viſitur in nummis, qualis apud Statium *Theb. l.* 1. v. 274.

Lævus arundineas, recubans ſuper aggere ripæ
Cornitur, emiſſaq; indulgens inachus urnæ.

Ad quem l. Barthium vide. Alias *Tiberinus*, de qua voce ſuo loco. Heliogabalus vero, uti *traſtitius & immundus*, ſic *Tiberinus* poſt mortem dictus eſt, quòd tractum cadaver ejus per publicum, tandem, annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum eſt, ne unquam ſepulturæ tradi poſſet, uti legimus apud Lampridium *in eo.*

Tiburius, Africæ Proconſul memoratur Tertulliano *in Apologet.* ubi usque *ad proconſulatum Tiberii pœne Africam orbatam inhabitabilem*, refert, de quo V. ad *Spartianum in Hadrianum* Salmaſ.

Tibia, inſtrumentum maxime *ὀργανικὸν* & *πολύτιμον*, Ariſtoteli *in Politicis*, & Appulejo *Milet.* ſ. qui proin, uti *loquis* de citharâ, *canere* de choro, ſic *agere* de tibia, dixit ant quiſſimis jam temporibus, in uſu fuit, ac tantum poſt fiſtulam, inter Paſtores; quippe Apollinis inventum. Alii tamen Palladis malunt, à qua ille tit edoctus. Majores hi natu, quam Mercurius, qui citharam primus commentus eſt ex teſtudine. Quin alii patrane Hyagnidem ante Apollinem *Tibiæ* cecinisſe: deinde ejus filium Mariyam, tertium Olympum. Olympi & famulus & diſcipulus Hierax, qui etiam ab iſe leges & decerit & nominarit. Poſt hos Terpander, à quo Clonas, hunc Tegeatem Arcades Thebani iuum præcieabant. Poſt illum Archilochus: alii præponunt Ardalum Lacedæmonium Clonæ. Quas qui temperent diſcordias, dixerint, Olympum in tibiis primum leges inſtituiſſe, idque in *Apollinis* honorem, quam legem à numerorum

frequentia nominavit πολυκέφαλον. Alii Crateri ejus diſcipulo adicribunt hoc. Olympi autem eam extitiſſe legem, quam dixit ἐγκωμίων, unde & alia κατὰ διάλυσιν nominata. Alii primum ajunt Pronomum Thebanum *Tibia* ad harmoniam eciniſſe. Omnino verò in Phrygia primas *Tibias* agnoſcunt: adducentes pro ſe Myſorum gentem, quæ fuerit hujus artis peritiſſima & Alcmana Poetam, qui *Tibicines* barbaro, nec alio nomine, deſignarit, *Sarbas*, *Adon*, *Telus* ; item Hipponactem, apud quem ejusdem notæ nomina *Glon*, *Codalus*, *Babus* : unde Prov. Κίων ὁ Βάβυς ὠιδᾷ. Ipſis verò *Tibiis* ab inventoribus nomina nulla, niſi quòd ſirites quidam, qui primus in Libya tibicen fuit, *Lyben* cognomen tibiæ fecit : & ea quam Ἀδωνὶς vocabant, Palladis videtur fuiſſe; qui unum ſcribunt Nicophelan. A Vergilinibus hiſtoria locupletior eſt. Syriacas audaciam atque impetum ſpirare prodidere : quare ſi uſum ſpectes, ad leges Entheas ſeu Orthias referantur. Syris ſimiles Bombyces & orthiis modis agitæ. Laxones, ſicut & ſaltationes, εμβατηρίους appellabant tuas, quibus ad pugnas utebantur. Sonum autem illum *Caſtorium*, à Caſtore, Ledæ filio. Gingras five *Gingris* aut *Gingron* Phœnicum iniy nium ; Phrygii ſimilis, quà & Cares inſi, apta inprimis ſaltibus : Phœnices enim Adonim *Gingran* dixere, in cujus luctu illum ad cantum celebrabant: ſicut aſſini voce apud aſſines Ægyptios *Gingla* ras habita eſt pu ſilla tibiola ſono acuto, ad monodias. Tyrrheni, non uno genere contenti, ſingulari quidem canebant in ſacris eaque ænea: tanto apud eos in honore, ut non ſolùm ad ejus ſonum pugiles certarent ; verùm etiam, cùm in nexos flagris animadverteretur, illam adhiberent: Quin etiam, quod mirere magis, Coqui ipſi eà præcinente epulas appararent. Altera compoſita fuit ex duobus tubulis, quaſi inverſa Syrinx: Namque inferne ſubus minor inflabatur buccà, unde ſpiritus in majorem ſubibat, movebatque, quæ intus erat, aquam, atque ex ea harmoniam edebat multiſonam. Id quod de Cteſibii quoque Hydraula concipere poſſumus: Cornu tamen pro *Tibia* Tyrrhenos uſos & Cretas legimus : etiam Romani olim ad prælia, etiam Helvetii. Nunc Germani è buxo cornua multis foraminibus inſtant magno ſpiritu. non ſine gratia ac decore ; nocturnis præſertim feſtivitatibus : ad prælia verò minùs cum Tympanis. Athenæus Anthropophagi & Melanchlæni, item Arimaſpi, ex aquilarum ac vulturum oſſibus: Eburneas memorat Trypho & Cicero atque Virgilius: ex aſininis oſſibus Theatrales atque argento. Arundineas, ex Theophraſto & Plinio habemus: Internodium radici proximum excidebant ad lævam *Tibiam*; quod ſubeſſet cacumini, ad dextram ; unde lævarum ſonum graviorem agnoſcas, dextrarum acutum, ut Vett. tradidere. At Latini ajunt, ſiniſtras acutiores aptasque rebus ludicris, item Saltatoriis, quibus ajunt foramina fuiſſe æqualia, velut Spondiacis: Hinc ſibi non conſtant. Spondiacæ enim rerum gravium affines fuere: qua de cauſa Phrygis foramina inæqualia, ſicut dactylicis, quæ ludicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos funeribus dicatas, quia eſſent graves ; cùm in funeribus Barbari acutiſſimis uterentur : Appellarunt verò dextras ſiniſtrasque ab lateribus, unde inflarentur. Antiquiſſima portò fuit è ſambuco emendullata : mox è cornum oſſibus hinnulcorum & caprearum ; unde & *Tibiæ* apud Latinos nomen ; quod inventum Thebanis aſſignant quidam : quam ὄρνιθος ὠλένη dixerint, a ferarum oſſibus atque arce texerint. E' buxo primi Phryges, excavarunt eam, quæ *Berecynthia* cognominata eſt, quam antea *Elymos* dicteretur. Alexandrini totum exenteraruni, teſte Eur. in *Bacchis* : hanc que tibiam patriâ voce ὕφιγγα diverunt. Arſi Scenitæ è lauro fecerunt, foni acutiſſimi, eamque in paſcuis e quarum adhibuerunt. Olim in Pamphylia excogitata Tadæa hederaceis internodiis multiforem ; quam ante eum quaternam tantùm habuerent foramina. Cœterà Diodoro Thebano addita. At Poſſidonius inventorem πολυφθόγγου αὐλοῦ ἐκ κεκλιμένου, *multiſonam tibiam*, *ex ſtipula hordeacea*, facit. Unde erat & paſtorum tibicinium; *tenuis avena* Poetæ dicitur, & *calamus agreſtis* & *ſtipula*. cui opponitur ὁ σύριγξ, i. *ſiſtula diſparibus cannis junctis*. Hæ autem omnes ab ſummo inflabantur, directo flatu: Affri primi inventum eam, cui *Plagion* & *Plagiaulon* indidere nomen ; non quòd eſſet curva, ſed quia ab latere quemadmodum & Germanica, inflabatur. Alii tamen in Phrygia à Mida id primum excogitatum ajunt. Numerum quod attinet, ſingularem *Tibiam* ſeu Monaulon, Mercurius invenit ; atiiſad Ægyptios hanc laudem trahentibus. Marſyas geminas primus inſtituit: quibus par magnitudo, in Tyrrhenis altera major. Præterea, utre addito, ὅλκαιος prodit, longè diversa figurâ. Apud Myſos ac Pamonas tantâ acritate, ut penè tubam imperet. Apud Gallos ſplenior, raucior, gravior, mollior, adeo ut in cubiculis quoque, ſine aurium offenſione, audiatur. Cùm autem in choris præcipuè, *Tibiæ* adhiberentur, primus Sacerdos Argivus docuit Choros canere tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, ita ut ne miſcerentur: quæ proin lex τελεσιὼν ſeu τελεσὼν dicta. Dicebant verò *Leges*, quia aliter facere non licebat. Horum tonorum quilibet habebat communes tonos veteres Δώριον & Χρωματικὸν : quibus Olympus addidit διατονικὸν. Modos qui fa-

ceret, *Choraules* dictus eſt ; cui etiam habuerunt artifices ſuccinuiſſe legimus. Et quidem apud Lacedæmonios primùm ſub Terpandro factî in Choris modi, in quibus ſaltata fuit Ὑπορχηματικὴ. Sub Thaleta poſtea Gortynio duo floruere, Polymneſius Colophonius & Sacadas prædictus, qui, ad Terpandri inſtitutionem, contraria canentes, induti fuere, non nudi. Canebant autem ſub Thaleta Pæanas, ſub Polymneſto Orthia, ſub Saccada Elegias. Primus in tibiis convivalibus certos conſtituiſſe modos Philoxenus dicitur ; quos *Legem Lucrum* nominavit, à novo Harmoniæ genere, quod receptum Pindari ac Simonidæ tempore, inter Leges Lyricorum, Julio Cæſar Scaliger Poetices *lib.1. cap.* 20. è quo varia quoque *Tibiarum* genera ac modos hic inde lubricemus. Poſt Tibiam, cùm Lyra ab Apolline inventa eſſet, quæ ſuaviorem longè harmoniam edebat, pluresque omninò ſymphonias habebat, quam cithara, & hæc quàm *Tibia*: hinc Marſyas, qui priùs ſummo in pretio apud omnes erat: multasque opes corraſerat, contemtui eſſe coepit, & divitiis exutus, atque hic, juxta fabulam excoriatus eſt, qua de re V. ſuprà in ea voce. Manſit tamen, etiam poſt Lyram inventam, ad ſacrificia *Tibiæ* cantus. Unde Pauſanias Phocic. *Apud Marſyæ Inventum fuiſſe eam Tibiæ ſonum, quem* Matrem *vocant: credo ob eam cauſam, quòd in Magnæ Matris ſacris uſus fuerit*. Duas autem *Tibias* in ſacrificiis uno ſolùm ore canentes, antiquitas adhiberi conſueviſſe, probit Martialis *in Apophoreti lib.*14. *Epigramm. 69.*

Ebria nec madidis rumpi. Tibicina buccis:
Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

Idem probat gemmula Galviana, duas tibias rectas inflantem hominem ad aram bellè repræſentans ; Tabula item marmorea vetuſtiſſima, in qua Sylvanus, & ſacrificium porcæ exprimitur, apud Fortun. Licetum *Gemmarum Annul. Schem.*32. c. 119. Namque & in hac poſteriore, præter cæteros Cantores plures, qui tum lyras pulſarent, tum ſimplices tubas longiores inflarent ; puer agreſtis, pone quadratam aram, diſtentis buccis geminam ne quid infauſtum exaudiretur, aut hoſtiæ grunnientis, aut alius incondité vociferantis, tibiam inflana cernitur. Et hoc quidem propiè Marſyæ fuit inventum, Athen. *l.4. c.*24. *Tibiamque* illam geminam, præter prædicta, in diverſis licet repetire monumentis, ubique Veterum ſacrificia exhibentur; fed in nullis *habentem Labiſtrum*, quàm in laboriolis doctiſq; *ad Plin. Ex.* Salmaſii. Cui ſimilem in ſigno æreo, apud Jac. Gaſſarellum, vidit Joh. Rhodius, unde clariſſimè patet, Marſyam, ut ore ſimul uno duas poſſet animare *Tibias*, manuumque digitis omnibus expeditis earum foramina percurrere pullarèque facilis, quandam velut habenam, è ſummo capite *Tibias* ad ordinem tendentem, geſtaſſe: cujus rei iconem exhibet idem Licetus *loco citat.* pulchrèque explicat Taetzes *Chiliad.1. Hiſt.*15. ubi de Marſya,

Auro ſplendido adaptavit circa villoſa
Tempora & os vehementi retro quibusdam ſoris. &c.

De *Tibiæ* in bello uſu, V. A. Gellium *lib.*1. *cap.*11. in Conviviis, in Ludis, in Funeribus, ſuprapaſſim. Artem inflandi his verbis exprefit Cyprianus *lib. de Spectac. Aliter cum obvias & cum hominis cavora vox commiſcuit ſpiritus ſui, quem de viſceribus ſuis ſaepervirides ritens hauſerat, tibiarum foramina modulatur, nunc ejus, nunc imus rec uſo, nunc certis foraminibus emiſſo, atque in aerem profuſo ; item in articulos ſonum frangens, loqui digitis elaborat, ingratius Artifici, qui linguam dedit*, &c. *Tibiæ*, ut & Siſtri. Crotali, Fiſtulæ ac utriculi, figuram exhibet Laur. Pignorius *Comment. de Serv.* V. quoque infrà. De harundine vero *Tibialis calami*, quam inter vatii generis harundineta, Orchomenius lacus gignebat, quæque duobus generibus *Bombycea* & *Zeugitia*, Salmaſium ad Solinum *p.*117. & *p.*999. rec non hic fuis locis utetiam de *Cornu Ligu ſticæ tibiarum*.

Tibiæ varie apud Vett. genera.

α. Afcaulos, dicta eſt *Tibia*, utre addito, Myſis, Pannonibus & Gallis in uſu. β. Ἄφωνος Palladis videtur fuiſſe: certe nomen convenit. Illâ ufum ſcribunt Nicophelan. γ. Berecynthia, e buxo fuit, quam Phryges primùm invenerunt : Elymos antè dicta. δ. Choricæ, in Choris adhibitæ funt. V. ſuprà. ε. Citharitizare fute appellatæ, quas ad citharam nonnulli excogitarunt. ζ. Convivales, pares erant ac æquales, ex quæ putillæ, ad ſignificandam æqualitatem conviviorum. Quam ob cauſam & rotunda olim mensa ; de *Bois tiis* apud Hom. & Ceres Θεσμοφόρος dicta. Eadem τὰ φωνὴς vocaverè, primusq; Phrygius in illis certos modos conſtituit. η. Curva, ſeu κλαγγώδης, Libyæ inventum, codonem è cornu habebat, uti & Phrygia, niſi quòd Libyca incurva eſſet, Phrygia rectà. Unde *adunco cornu tibia* Ovidio. Salmaſius ad *Solin. p.*113. θ. Dactylicæ, ad ὑπορχηματικὴν, ufurpatæ ſunt. Dextræ, quæ dicta, V. ſuprà. Alitis tamen dextra, quæ recta ; Siniſtra, quæ obliqua & Phrygia. V. & hic *infrà.* κ. Elymus dicta eſt priùs, quæ *Berecynthia* poſtea. λ. Funerales. I hrygiæ inprimis erant: quibus & Phryges & Cares hunc in finem uſi. Minoris v. ætat. funera *Tibiæ* proiequebantur, idq; non latus. ex præcer. XII. Tab. *m.* Gingla, Ægyptiis nuncupata eſt Tibiola, ſono acuto, quiad monodias utebantur. V. Gingras, Phœnicum inventum, Phrygiæ ſimilis, in ædonidis lucti, ufurpata. ξ. Hydraula, Cteſibii

bii fuit, V. *supra* in hac voce. *o.* Libyca, eadem cum plagiaulos seu curva ex loto. Salmasius ubi *supra*. *π.* Ludicræ, Plinio dicuntur agonales, quibus & in agonibus auletarum, & in theatris Vetet utebantur, de quibus idem *p.* 122. *ζ.* Lydia, Tyrrhenorum fuit, qui Lydi. Eas *Hetruscas* vocat Solinus, quia his curneteur, cum thus in aram libabant, τῶν ἐτρούσκων ad verbum Græcis: *sacrificæ* Plinio dicuntur. Erant autem illæ dextræ graviffimæ atque ὀ buxo, aut ebore fiebant, Salmasius *p.* 124. *ο.* Milvinæ, Solino appellantur, *c.* 5 quæ in accentus exhibent acutiffimos, a milvorum voce, quæ acutiffima. V. Salmasium *ad locum*. *π.* Monaulos, tibia singularis, V. *supra*: ut & Multiforatilis *ν.* Nuptialis, V. *supra* *ϑ.* Palæomagadis, eodem fermine cum grave, tum acutum sonum edebat, quales eranr nostrates fiunt. *ρ.* Πικρότριτοι, a Græcis ad Monodia adhibite, acutum & infractum spirabant. *ψ.* Παιώνιοι, Epulonum *Tibiæ*: quòd virum esset anima conviviorum. *ω.* Phrygia, ex osse, vel buxo ad orificium cornu habebat repandum, fimilis tubæ Tyrrhenicæ, quantum ad formam: à plagiaulo diversa, licèt curva & obliqua, ἀπὸ Græcis: cui usmodi tibiarum multus apud Alexandrinos olim usus. Salmasius *d. l. aa.* Plagia seu obliqua dicta ei, quia a latere inflabatur, Scaliger: Aliis, quia cornu babebat, in extremitate inflexum. V. quoque *supra*, Πλαγιαύλοι. *ββ.* Puellatoria seu *puellaria* Solino ubi *supra*, Gr. παιδικὸν αὐλὸς, dicebatur, quæ fonum edebat acutiffimum, de qua V. Aristotelem *l.* 7. *c.* 1. & Salmasium *l. cit. γγ.* Pueriles appellatæ sunt, quibus pueri utebantur, an à voce eorum. *δδ.* Sinistra, quæ *ἀσύμφωνα* & Phrygia Scaligero, à latere, quo inflabatur, Aliis Inde appellata eft, quòd in extremitate cornu haberet inflexum, reliquum verò buxeum vel oſſeum effet, teſte Pollice. Hanc qui inflabat, Ἐτερόκερως propterea dictus eſt, quia ἕτερα κέρατα ἔχων, uti inquit Heſychius. Hinc itaque legimus de Comœdiis Vett. *Acta ſit Fabula tibiis dextris & ſiniſtris*. *εε.* Scytalia, puſilla fuit tibia & exiguo furculo ſimilis, ſono prætenui ac reſi ipſi reſpondenti. *ζζ.* Spondaïcæ, ad Hymnos Deorum fuere adhibitæ. *ηη.* Virginales, quibus Virgines. *θθ.* Ὑπορτίδιοι, quibus perfectæ ætatis Viri canerent, vocatæ ſunt &c.

Modi variis in Tibiis dicti aſſignati.

a. Ἀντίσπαστος, lex vel modus dictus eſt, qui remitteret. *β.* Ἀμάλιος, lex ab Olympo excogitata. *γ.* Βακκικιακὸς, Paſtorum modus fuit. *δ.* Caſtorius, a Caſtore, apud Lacedæmonios dictus eſt, quo ad pacala utebantur. *ε.* Διὰ ϑ', modus veteſtus conviualis. *ζ.* Dorius, gravis. *η.* Elegos; Exercuere autem ſub Sacada Elegias *Tibicines*. *θ.* Ἐμβατικὸς, Laconibus dictus eſt modus, qui aliàs *Caſtorius*, ut vidimus. *ι.* Ἰάσπιδα, Bacchanalibus aptus. *κ.* Ionicus, fractus & mollis recentiori ævo: antiquiori ſuper. Poſteriores enim lonem mollitie viventes, ſuis moribus ſimilem harmoniam fecere mollem fluxamque numerorum crebercrimis conſinuculis. *λ.* Καλλικῶν, Paranibus idoneus. *μ.* Καταδάκλων, frequens Stelichoro. *ν.* Κάτω. *ξ.* Κερασίβοιος, concitatior, cùm amatores deiperati amicarum fores invadebant. *ο.* Κομάσιος, ex conviualibus modis. *π.* Locrius modus, novum fuit harmoniæ genus, à Philoxeno inventum, & Pindari Simonidique tempore, inter Lyricorum leges receptum: Idque dicebatur agi Λοκρικὸν, ἁρμονία Lydius à Cario lydio inventus, haud multùm a Phrygio diſtabat, minùs enim incitatus. His modis Epicedia primum ferunt cecinisſe Olympum: Contrà nuptiis Niobes accommodavit Pindarus: Negantque ab eo id primum inſtitutum *ρ.* Mixolydius, Tragœdiæ a prius: affectibus plurimùm movebat. *τ.* Phrygius acutus & lacris aptus: utpote quo ad furorem usque excitabatur impetus. Eo incenſibus Corybantes & ad quietem reducebantur. *υ.* Πολυμνίειος, in Orthiis adhibebatur. *φ.* Σιμωνιδεῖος, ridiculis idoneus. *χ.* Θερεῖον, ab Argolicis æſtivo tempore, in Anthesmophoriis uſurpari conſuevit. *ψ.* Φυρομενικὸς, Amatoribus in ſuis cum adeunt oſtium moram deprecarentur. *ω.* Χαμαιζηλὸν. *αα.* Χαμαιζήλιον. *ββ.* Χαλκιδικὸν, in Choris & c. Fuere & Æolicus, Æoles enim harmoniam Doricam tumidam fecerunt atque audacem, veteri tamen ſimplicitate retenta: qualis hodie Germanorum, belli ſane ineptæ conviviis, neque ab amuſibus alienæ: Ἀμαθαυσίαν. Laſo Poetæ: Ἡδυπνοῶν dicacitatibus ac luſibus familiaris. Τονδάειον. Doricæ Æolicæque legi affinis, & quaſi media effecta ab ambitioſis; ut alia omittam.

Tibia Pares & Impares, quarum frequens apud Auctores proſcos mentio, quibusdam à magnitudinis æqualitate, aut inæqualitate, nomen accepere. Alii ſingulares tibias leu μονώδους *impares*, geminas autem *pares* dictas, exiſtimavere, ut vidimus. Nonnullis *pares* fuere appellatæ, quæ ſimiles inter ſe ſpirabant: *impares*, quæ ſecus. Meſſius *Pares* Salmaſio funt dextræ duæ, vel ſiniſtræ duæ; Impares dextra & ſiniſtra: Quæ omnes uno eodemque ſtatu inſpirabantur. Hinc ænigma,

Ἴσα δύσφωνα, δύο τοῖς ἰσχίοις δίκαι κεῖ.

Ἐκ δὲ ἀνίσων ἀνίσφωνος ἀκοὴ γίνεται.

Ubi ἴσα δύσφωνα, flatus eſt tibicinis: δύο τοῖς, duę tibiæ: δίκαι κεῖ decem digiti, qui foramina tibiarum percurrendo quaſi remigant: ἐκ ἀνίσων, tibicen, qui utramque tibiam modulabatur. Et quidem inventionem geminarum Hyagnidi ab Apulejo, Marſyæ à Plinio, aſcriptam, vidimus. Ut ut ſit, conſtat à Phrygibus geminarum tibiarum uſum manaſſe, dextræ & ſiniſtræ, quarum illa gravem bombum, ſita acutum tinnitum emittebat, ideoque illa incentiva, ita ſuccentiva erat. Hæc parem inter ſe foraminum numerum non habebant, adeoque *impares* dicebantur: plura autem foramina ſiniſtræ erant, cum acutius tinniant tibiæ clariusque, quæ pluribus foraminibus apertæ ſunt. Solinus *praecentrices* vocat dextras *cap.* 11. quæ propter gravitatem ſoni ad pulvinaria Deorum & aras inſtituta ſolebant quales & ſpondaïcæ tibiæ, quibus σπονδεῖοι ſeu ἐπὶ σπονδαῖς τίθεν canebantur. *Vafcæ* verò tibiæ quæ numeris foraminum præcentorias antecedebant, eædem fuere cum ſiniſtris, & *à vafco*, i. levi acutoque ſono, id nominis accepere, Græcis μονωδικὸν quoque *aulos*, quod in his levioris & vafti toni tibiis ſtandi artem experti meditatique confueſſent tibicines. Easdem Symphoniacorum ſtitile, ex Servio diſcimus. *Pares* igitur *tibiæ*, quæ parem foraminum numerum habebant: *impares*, quæ contrà. Erant autem impares ſemper dextra & ſiniſtra, ut vidimus: at duæ dextræ pares, duæ item ſiniſtræ pares. unde facile intelligere eſt, cum *fabulam imparibus tibiis eſſe actam* legimus. de dextra & ſiniſtra id accipiendum, cum *paribus*, aut de duabus dextris aut de duabus ſiniſtris. Cùm verò *Andria* Terentii dicitur acta *tibiis paribus dextris & ſiniſtris*, non intelligitur, acta dextra ſimul & ſiniſtra, ſed 2. primum dextris, dein 2. iniſtrisſæpe enim modulationes in eadem Comœdia mutari ſolitas, etiam ex *Auctoribus* patet. Hæc enim acta ſimul tibiis Lydiis, i. dextris, quæ gravitatem oſtendebant, quâ ſerè in omnibus Comœdiis uſitatur ſenentius: & Serranis, hoc eſt, ſiniſtris, quæ acuminis levitate jocum ſignificarent. Item ex *Eratoſthenis monumento*, quæ acta primùm tibiis imparibus, mox paribus dextris, inſeribitur. Porrò dextra & ſiniſtra, licet impares eſſent diverſi tamen ac diſparii modulatione non erant compoſitæ, ſed quidem carminis modos, dextra quidem ineinebat, ſiniſtra verò ſuccinebat, & gravius illa, acutius iſta. ſonabat. Atque hæ omnes, tum pares, tum impares, tum dextræ, tum ſiniſtræ, in illis ſolis canticis, quæ μονῳδὰ tantùm erant, habuere locum; unus enim ſolùm canebat, ſupplebantque hæc cantica vicem Chori, quo antiquæ Latinæ fabulæ carebant prorſus: Aliud erat *ſymmium* pud Salmaſium *ad Vopiſcum* in *Firmo* Carini, ut & hic paſſim, inprimis ubi de Veterum *Muſica*.

Tibialia, Vett. in uſu non erant. Unde vetuſtiſſimæ picturæ Apoſtolos accuratè exhibent cruribus nudis. Imò neque V. T. Sacerdotes in Miniſterio Sacro ea adhibuiſſe, obſervavit Corn. à Lapide, *ad c.* 28. *Exod. num.* 42. Quod vel inde firmiſſimè probatur, quòd cùm adeo in Sacris numerus materiaque accuratè veſtium Sacerdotalium præſcripta ſit, nulla tamen *Tibialium*, quibus crura regantur, fiat mentio. Sed nec apud cultiſſimam Romanorum gentem illa in uſu fuere, quippe qui ilante floreſcente Rep. nudis omninò incedebant cruribus, neque ea, niſi togis demiſſis, tegebant. Quod in ſtatuis videre eſt, & columna Trajana, in qua non modò gregarii milites, ſed & ipſe Imperator ac Principes viri, ſine *Tibialibus* viſuntur. Ciceronem quoque ad calceos usque togam demittere conſueviſſe, ut varices velaret, Plinius memorat ex Quintiliano *Inſtit. Rom. lib.* 11. *c.* 3. qui cautione non fuiſſet opus, ſi *Tibialia* geſtiſſet. Salmaſius ætate atque aliis mitioribus anni tempeſtatibus: Auguſtum verò *hyeme feminalibus & Tibialibus fuiſſe munitum*, narrat Suetonius *c.* 82. mutatis viz. jam in deliciis moribus ſeverioribus. De Græcis aliisque idem legas. V. Jul. Nigronium *de Caliga cap.* 2. *num.* 9. *& ſeqq.* & ſupra ubi egimus de *Vinditiis*. Interim faſcicis Antiqui pedes *tibiis*, crura & femora involvebant, idque in valetudine primùm, dein & extra illam, quod a pud Romanos Ciceronis ætate cœpiſſe videtur, uti ſupra diximus, ubi de *Cruralibus Feminalibusque faſciis*. Has autem faſciis omnes, quæ uno tenore crura ſimul pedesque, quæque femora involverent, *bracas* communi appellatione vocaverunt, teſte ver. Interprete Juvenalis, *ad verſum*,

Nuper in hunc urbem pedibus qui venerat albis.

Unde *tubruci* Iſidoro, *quasi tibiis bracas ipse tegant*, i. crurum tegumenta vel pedum: quaſi *tubrum pro*, h. e. tuborum vel tubulorum, ut recentiores Latini *tibialia* vocabant, operimenta, V. infrà ubi de *Tubrucis*. Propriè tamen Latinis *bracæ* de femoralibus, faſciæ verò de crurallbus pedulibusque, quas proin diſtinguit Lampridius *in Alex. Sev. Faſcis ſemper uſus eſt. Braccas dabat barbaris*. Atque hæ braccæ, quos Ὀνδάκας & σάκκας dixere Græci, ut ex Eutr. ideo apparet illo,

— τὰς ὀνδάκας τὰς κοκκίνας

Περὶ τοῦ σκελοῦ γὰρ ἦσαν —

Poſtea communiter Romanis uſurpari cœperunt: intra urbem ſaltem uſu illarum vetito, lege Honorii & Arcadii Augg. & *l.* 3. *Cod. Theod. A.* quo tempore cœpere novâ notione accipi *femoralia* & *tibialia*; quamvis & de Auguſto, ut viſum, nonnulli eodem modo voces accipiant apud Suetonium *d. l.* aliis verba illa de faſciis ſolùm accipientibus. Quòd verò Cafaubonus *ubi. ſupra*, quæ nos appellamus, Græcis recentioribus κοντοσάκκια di-

cta contendit, non affentitur Salmasius, *cuntas bracas* eâ voce Codino aliisque indigitari, docens, *Nat. ad Alexandrum Lampridii ad.* ubi plura hanc in rem ut & apud modò laudatum Casaubonum ad *locum Suetonii.* Cœterùm *Tibialia* fasciis hodie cruralibus, quas Græcè ἀσπαρτὰ dixeris, ab elegantioribus constringi folent: aliud tamen proprie ἀσπαρτὰ Veterum fuit, vincula nempe aurea, quæ in cruribus ad ornamentum muliéres gestabant, idem Salmasius docet *loc. cit.* V. quoque supra, ubi de *Strico.* Sed & *Tibialia*, arma dicta, quibus crura muniebantur. Paulus in *l. qui comm. ff. de remilit.* Si tibiale vel humerale *miles alienavit, cassigari verberibus debet* &c.

Tibiana, Juniæ Perfidis, apud Marcellinum Caliana in eodd. Mfc. *Tubiana* dicitur Ptolomæo, quod vide.

Tibicines, Festo quoque *Fiatores*, ad varia olim adhibiti. Ovidius *Fastorum lib. 4.*

Temporibus veterum Tibicinis *usus Avorum*
Magnus & inmagno semper honore fuit.
Cantabat Fanis, cantabat Tibia Ludis,
Cantabat mœstis Tibia *funeribus.*

Quæritur in cana cera Tibia.

Unde inter Sacrorum ministros, quorum proin Romæ frequens apud Antiquos usus. Non enim apud Græcos tantùm, verùm etiam apud Romanos *Tibicines* sacris præerant, Hinc *Symphoniaci* appellati. Victorinus de Spondeo: *Dictus à tractu cantus, qui per longas tibias à supplicantibus editur: Unde* S. Sondanlæ. *Simi, qui religionis causâ Tibicines* adhibebantur, Τυφλὸν ἀυλητὴν dicti *sunt, ut illique ex Dione Chrysostomo Orat.* 49. quos Appulejus *Florid. lib. 1. Monumentarios* vocavit *Cerealias.* In tutela autem erant Minervæ Musices primæ repertricis, & minusculis Quinquatribus ad ejus ædem conveniebant, plenam iis festis nacti per urbem vagandi, popinasque, etiam Cenlore contento, fuiuinrandi licentiam. Varro *de L. L. lib. 4. Quinquatrus minúsculas dicunitur Junio Idus, ob similitudinem majorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur & conveniunt ad ædem Minervæ.* Cujus ritus initia his verbis exponit Livius *lib. 9. Eodem anni rem dictu paratu præterirem, nisi ad Religionem vitia esset pertinere. Tibicines probibiti à proximis Consulibus erant, in aede Jovis vesti, quod tradítum antiquitus erat. Regre pulsi Tibur unanimo abierunt, adeò ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præsentet. Ejus rei religionisque Senatum, lætantique Tibur miserunt, ne dirum operam, ne hi homines Romam restituerentur. Tiburtini benignè pollicii, primùm acciti eos in Curiam hortati sunt, ut reverterentur Romam. Postquam pelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur. Die festo ali alios per speciem celebrandarum cœnarum ætate invitant, & vino, cujus avidum genus est, onerauos sopiunt, atque ita in plaustra vinctos conjiciunt atque Romam deportant, ipsi pectore, quam plaustris in Urbe redicti, non cupiditate inducti, ut ex proposito nocturno Jovi festo sacrificia, impiè trasiqueta manerent, datum ea triduum quotannis ornari* (vestibus sc. floridis mulieribusq; & capite personis tecte, ut Valerius aliique tradunt) *eum cantu, atque hac, quæ nunc solemnia, ticuisse per Urbem vagatur restituium, jus in aede Jovis sacrificii, quibus sacris præsinerent.* V. quoque Plut. *in Quæst. Rom. Quæst.* 57. Val. Maximum 2. 2. 6. Ovidium *Fastorum lib. 6.* Alios. Ideo verò sacris adhibebantur, ne quid inter sacrificandum infauli audiretur, atque ad eum usum tibias è buxo adhiburunt, quibus solis apud Græcos Latinosque in Templis fuisse locum, discimus ex Athenæo *l. 4. c. 24.* & Lilio Giraldo *Syntagm. Deorum Gentil.* 17. Collegium *Tibicines* in Urbe habuisse, docet Livius & antiquæ Inscriptiones: Inter quas veteris maimoris fragmentum sic habet: *Imp. Cæsari. M. Aurelio. Antonino. Pio. Felici. Augusto. Tibicines. Romani. qui. sacris. publicis. præst. sunt.* Aliud, *Dianæ. Lucinæ. invictæ. Cn. Pompeius. Cn. Lib. Barbar. Procurat. Tibicen. Rom. sum. sacrifico. I. M.* apud Thom. Dempsterum *Paralipomen. in Rosinum lib. 3. c. 31.* qui de eorum in funeribus usu, *l. 5. c. 39.* in conviviis, *eod. lib.* prolixe agit, & Ludis quoque solennioribus seu commissionibus adhibitos docet, ex Varrone apud Nonium. Idem à Palmerio solo obsérvatum addit, amantes ante dominarum suarum fores no ctu *Tibicines* adhibere consueviste: uti ex Scaligero *ad Catullum* & *Propertium* modi meminimus. *Si modulis lenibus Tibicen inanat, fodacibus iuvari*, scribit A. Gellius *l. 4. c. 13.* Ubi Ant. Thylesius ex Theophrasto id ficri potius harmonia Phrygiâ docet, quæ omnium vehementissima est, & aptissima ad animos audientium divino quodam furore incitandos. Unde veretur, ut Gellius ista fatis fideliter retulerit. Certè phalangiorum in Apulia, quæ hodie vulgò *Tarantulæ*, lethalis morsus est, neque aliud ejus exploratius remedium, quàm in Citharœdis & *Tibicinibus*: quibus auditis, velut è gravi somno excitatus, qui morsus est, attonitus, & extra le positus, saltare ac tripudiare incipit, ficque motu venenum excutere conatus. Muretus *l. 14. c. 6.* &c. Sed & inter Familiares *Tibicines* atque Tibicinæ fuere. Licèt enim Minervâ tibias abjecerit, quòd vultum inflantis deformarent, non defuere tamen ex ejus sexu quæ abjectas tollerent. Unde Plautus *Stichi Actu 2. Sc 3.*

Pol, tu occupi narare Fidicinas, Tibicinas,
Sambucinas advexis forma eximia.

Tibicen autem & Fidicen, qui Duillio, cujus primum Triumphum legimus navalem, præibant à cœna revertenti, an fervi fuerint, nec ne, alii viderint. Laurent. Pignorius de *Servis* ut de ornatu verbum addam, *Tibicines* coronatos conviviis inducto habes apud Cat. Faichalium *Coronar. lib. 1. cap. 4.* de *Capitibus* illorum supra in hac voce: de *Tibicinum* verò, apud Hebrgosium, ubi de rebus eorum.

Tibium, Græce Τίβιον, Plinygiæ mons, à Tibio quodam nomen nactus, unde veniences fervi *Tibii* dicti, Steph. quorum ut empitiorum meminit, Galenus *Methodi lib. 1.* Unde apud veteres Comicos, uti Δοῦλος, Σύρος, Ξένος, sic & Τίβιος fervi nomen, uti diximus in voce *Tibius.* V. Salmasium *ad Solinum pag.* 47.

Tibur, adde: *Tiburtina* Bibliotheeæ meminit A. Gellius *lib. 9. cap. 14. Antoninianus & in Tiburti Bibliotheca inveniur nis in ædem Claudii ibi scripturam.* Et *lib. 19. cap. 5. Quorum libendine nivis paria fieri nulla, permitè Bibliotheca Tiburti, qua tunc in Hercutis Tempio satis commodè instructa libris erat, Aristotelis librum &c.* Ubi eam in *Herculis* Templo allervatam fuisse, docet. Videtur autem publica fuisse, forian Hadriani, qui eo fecelu magnopere lætabatur. Vide ilpium de *Bibliath. c.* 8. Idem Gellius *Tiburtem* memorat *loco proximè cit.* quo nomine prædium circa *Tibur* intelligit, ubi dittores æque ac prope Epicurum prædia fua habere ferebant, quo ætate recederent. Unde *Tusculanis* & *Tiburtina* prædia dicta, quæ ju ta Iteruiuum locum erant ita. Seneca *de tranquil. c.* 2. *Nemo Tusculanum aut Tiburtinum emere paratus, salubriatis causa & assivi secessus, quam animo emtus sit, disputat: Cum emeris, inendum est.* V. Jac. Oiiselium *in Gellium Notis.* Adde de hodierno loci ftatu, variaque ad notitiam antiquitatum, quas fuppeditat Sponium, *tom. 1. ar. hp. 48.*

Tibias, cacumen Octæ montis, Livius *lib. 36. cap. 16.* & 19.

Tichobates, apud Flavium Vopiscum *Carino, Numo & Numeriano*, qui *velut in venis cubiculariis in murum parietes scandit, ante balliste semper discendus inceffum, quò proiectior eadem balistæ operatur*, apud Anonymum de *Machinis Bellicis* subjectum *Notitiæ* Imperii.

Tigata Curiâ, una fuit ex 30. Curiis Romanorum, de quarum nominibus octo folùm apud rerum Romanarum Scriptores superfunt. Meminit ejus Festus, *Tigata*, inquiens, *Ilicet: Romæ autem Tigata Curia: Tigata etiam locus juxta Capuam:* apud Joh. Rolinum *Antiqq. Rom. lib. 6. cap. 2.* In voce *Tigata*. Etiam verò vocem apud Statium *d. l.* defendam, variis rationibus fuadet Barthius, qui verfum illum fic legit,

Cessat apex, pro.ul ista viis sint fata, Teate,
Nec Marrucinos agat hec infania mares.

V. cum *Animadverfad l.*

Tigillius, inter Commodi miniftros, apud Lampridium: ubi *Acidius* alii legunt.

Tigillum, inter cognomina Jovis, de quo V. Auguftinum *de Civ. Dei lib. 7. cap. 11. Tigillum* autem a *tigno* eſt, unde forte is dictus, quòd *tigni* inítar Mundum ſuſtineat. Aliud *tegillum*, pro integumento ſc. corporis ſeu veſte vili & plebeia frequentatum, uti ex Nonio diſcimus. V. de utroque Reemantium *Origin. L. L.* Apud Livium, *Tigillum Sororium* occurrit, *lib. 1. cap. 26* ubi de Horatio, qui ſororem interfecit: Is (Pater) *quibusdam piacularibus sacrificiis factis — transmissi per viam tigillo capite advelo, velut sub jugum missi juvenem. In hodie quoque semper refectum manet.* Sororium tigillum vocata Gel.

Tignum, an à tango, quòd ad ædificia adhibeatur, ut indeo riatur contiguitas ; an à tego, quòd *tigna* tint trabes, quibus ſumma domus contegitur? Hæc qui ſcindunt, quadrant & aptant ad ædificium, *Tignarii Fabri* Latinis, Græcis voce generali Τεκτῶνες dicuntur ; etiam inter Artifices memorati Vegetio, qui exercitum ſequebantur, & in ſingulis legionibus erant, ſub Præfecto Fabrûm, de quibus V. Cornelium *Miſcell. lib. 3. cap. 11.* Vigelium *de Magiſtr. Rom. lib. 2. cap. 9. n. 3. 4.* & *Scip. ff. de verbor. ſignif.* Cujacium *ad l. 1. in fin. Cod. de excuſ. Artifi lib. 10.* Salmaſium *ad Lampridium Alexandro Sev.* Cœterùm de *tigno*, domui exemto, Regiorum mandatorum transgreſſorem ſuſpendere, Perſici olim moris fuiſſe, diſcimus ex Elra *cap. 6. v. 11* & *c.*

Tigranes Achæmenides, Medorum Dux, apud Herodotum *7.*

Tigrinæ Menſæ, ſicut & *Pantherinæ*, memorantur Plinio *lib. 13. c. 1. Mensis præcipua dos in vena crispis vel in corsice variis : illud obstupeo evenisse aliquis, ut tigrinæ appellantur ; sive amoris, sive deorum tales Pantherinæ manus. Suris & undatim crispæ, majore gratiâ, si parvonum candas imiennur.* Ubi è citro menſas intelligit, quæ usque adeò Romanis olim in pretio fuere, ut argenti auriique æſtimationem ea arbor æquaverit. Idem *lib. 13. cap. 14. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor citri & ventiarum insania, quas femmæ viris contra margaritas regerunt.* Ad quem luxum forte alluſit Horatius *lib. 2. Ode 18.*

Non ebur neque aureum
Mea renides in domo lacunar.
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas ultimâ recifsæ
Africâ.

In his itaque maculæ pretiosæ erant, quæ quo majores eò cariores: & ab harum varietate *Tigrinarum* Pantherinarumq; cognomina. Thom. Dempsterus *Paralipom. in Rosinum lib. 5. cap. 26.* Habebant autem *tigrina*, uti ex Plinio discimus, in morem venarum longas lineas discurrentes, tæniis similes, tales enim maculæ tigrium, quas propterea *ῥαβδώτας*, h. e *virgatas*, appellaverunt: cùm pantherinæ in orbes parvos & intortos crispæ essent. ut sunt tegra pantherarum. Quam macularum harum differentiam scite describit Oppianus *Cyneget. lib. 1.* V. quoque Salmasium *ad Tertullianum de Pallio cap. 5.* & iuprà, ubi de *Mensis* alibique.

Tigris, quadrupedum pulcherrima, ut pavo avium. Oppianus *Cyneget. lib. 3 vers. 340.*

Τίγρεσὶ δ᾽ αὖ μετέωρα κλονὶν δίκας ἀιδήμων,
Τὰς δὲ τιγρείτεσσι φύσιν ὀνόμασε τιγρίκαια,
Οἵ φθαλμείοιν ἰδὲν, ὅτιπερ μιὰ σκιόν ὁμίλον.
Τάοσιν δ᾽ ὧν ἐν θηρσὶ μάχῃ ἴξεσθ᾽ ἴσκατο τίγρις,
Οὔασιν ὦ θέλουσι τάδε κλυὸς εἰσινόησι.

Cui proin, imitatione hujus, *virentes maculas*, tribuit Claudianus *de Raptu lib. 3.*

—— *fremit ille marito*
Mobilior Zephyro, tamquæ virentibus iram
Dispergit maculis ——

Quomodo & pardum albi *viridem* dicit idem Poeta. Inter quos tamen id discriminis est, quòd *tigris* longis tæniis sit varia, pardorum verò maculæ rotundæ sint, unde *virgatæ tigres* passim apud Poetas, & *tigrinæ inde mensæ* à pantheriis diversæ, ut vidimus. Eadem ratio illius, unde ventis eam conceipi finxere Poetæ. Idem Oppianus *lib. 1.*

Ὧν κατὰ τελέθει ὅ τι θοὸν πανυπέρτερον ἄλλου·
Λύτὴ γὰρ τὸ θέειν ἰκέλη Ζεφύρου γενέηφι.

Et *mobilitem Zephyro marito* Claudianus modò dixit. Indidem ipsi nomen. Armeniis enim, Medis ac Persis, *tigris* fagittam notat; quæ vox etiam rapidissimo Hyrcaniæ fluvio indita. Arabibus eadem fera modò *alibabir*, modò *alpharanâi*, quorum utrumque curiosem ac veredum, & hoc quidem posterius *velox expeditum* notat, dicitur. Porrò robustissima, utpote leonibus fere duplo major, & elephantorum quoque victrix, ut de Indicis tigribus Nearchus, apud Arrianum *in Indicis*, & de Prasiis ex eodem ac Megasthene Strabo tradit *lib. 15.* Adde & leonum, quod sub Tito Roma stupuit, Martial. *lib. Spect. Epigr. 18.* Unde *immanem* dixit Maro: & ad vim ingentem ejus alludens Statius *Thebaid. lib. 2. v. 12.*

Spiranteis fors ære virum ——

canit. Quare fal sus, cum sane coire, quo congressu Indici canes oriantur, ut Aristoteles, qui primus earum meminit, opinatus est *Hist. Animal. lib. 8. cap. 28.* ad canis formam tigrim accedere falsò pertuasus, *de Gener. lib. 2. cap. 7.* Sed veniam meretur, cùm id animal tum adhuc patrim cognitum fuerit, & Nearchus ipse, qui Hyrcaniam & Indiæ partem cum Alexandro peragraverat, & Indicæ classi præfectus fuerat, ipsum animal vivum nunquam viderit, fed ipsum folùm. Et cujus relationem Arriano memorata, ubi addit, *Esse verò, quas nos videmus, & tigres vocamus, illorsi ipsi maculosos, & aliis omnibus majores*, jam tum protigri genuina suppositum fuisse animal, quod revera non esset tigris, (sed è thoum genere, thoibus tamen majus) facilè liquet. V. de robore inprimis tigridis mira, apud Vossium *in Melam p. 248. & 249.* Capitur tamen & tanta, vel rapitur potius; *Raptores* enim proprie Veteribus tigrium venatores dicti. Et quidem primitus, qui unam ex tigridis catulis voluerant fervare, universum fœtum, qui numerosus plerumque, raptum ibant, ut fœtæ matri fubinde unum jaciendo, fic eam morarentur, donec ad mare pervenissent: quod faciendo vix tamen, ob feræ pernicitatem, ex universo fœtu unum poterant subtrahere. Postmodum, alii venandi excogitato arte, pro catulis vitreas sphæras currenti objiciebant, in quibus tanquam in speculo se ipsam intuens, dum, quam videt imaginem, putat esse sobolem tuam, fic retardaretur. Qui de re ite Claudianus. ubi supra.

Arcuius Hyrcanâ quamvis fit mature Niphates,
Cujus Achæmenio Regi ludibria natos
Arcit tremebundus equus: fremit ille marito
Mobilior Zephyro, tamquæ virentibus iram
Dispergit maculis, jamjamque hauftura profundo
Ore virum, vitreæ tardavit imagine formæ.

V. quoque Ambrosium *Hexameri l. 6. cap. 4.* Nec verò catuli solùm, fed & ipse fæ matres, dum pro fœtu fatagunt, Venatoribus in prædam cedunt. audacia illorum indutriaque cum tempore crescente. Dico *matris*. Mares enim, conspectis Venatoribus statim aufugiunt, ideoque non capiuntur, quæ causa, cur omnes tigrides fœminas esse, creditum sit non pau-

cis. Varronis tamen tempore, *tigridem vivam posse capi*, Romanis adhuc fuit ignotum. Sed exinde Imperii hujus finibus usquead Parthos propagatis, ex Armenia, aut India aut Hyrcania, per Parthos Romam usque coepit adduci. Et *Q. Tuberone & Fabio Max. Coss. V. Non. Maji, Theatri Martelli dedicatione, tigrim primus omnium Romæ ostendit* (Augustus) *in cavea manusactâ.* Unde *Claudius simul quatuor*, Plin. *lib. 8. cap. 17.* Fuisse tigrim illam Augusti, inter munera Indorum, Dio addit. Nostata autem, quòd *manso factam*: hucusque enim humano ingenio feritas cessit. Sic in caveis Romanarum deliciarum pari tigrides esse cœpere, quas inaurari consueviste, testatur Petronius,

—— *premit advena classes*
Tigris & auratâ gravidos vectatur in aula.

Domitianus vero etiam curiui junxit. Martialis *l. 1. Epigr. 5.*

Filo quòd juga delicata collo
Pardus fustinet, impudique tigres
Indulgent pitientium flagello.

Junxit & Heliogabalus, *Libertum se vocans*, apud Lampridium. Bacchi enim currum *tigres* trasisse, res in Poetarum fabulis notissima &c. Quam in rem vide inprimis Sam. Bochartum *Hierozoici Partis prior. lib. III. cap. 8.* Porrò non obsectationi solùm, fed & usui, est tigris. Indos enim in mensis suis apponere, ut icones, fic *tigrium cutes*; cæteris verò partibus animalis (utpote religiosi, cùm simul ac natum est, priores pedes versus Orientem attollat) abstinere, ex Damide tradit Philostratus *de Vita Apollonii l. 2. c. 12.* In Congitana autem regione, totâ tigride vesci. carne cà, in qua myftaces, excepta, eo quòd venenatam hanc arbitrentur, testis est Jo. Linschottus *Descript. Guineæ.* Nec carnes his bubulis fapere deterius, refert Joan. Ledesima Hispalensis, apud P. Martyrem *Oceani Decad. 3. lib. 2.* Pellis inprimis maximi æstimata, atque bellatorum caput & superiorem corporis partem olim horrificabat. Valerius Flaccus *lib. 6.*

Perque levem & multo maculatam murice tigrim
Concita cuspis abit, fubitos ex ore cruores
Sanctis Tigris hiat vitamque effundit herilem.

Venatorum item. Papinius *Theb. lib. 9. v. 686.*

Venator raptabat equus, quem diffolor ambis
Tigris & auratis adverberas ungulibus armos.

Nempe unguibus aureis laminis indicebantur, ne acie illorum quis vulnerari poffet. Unde detali tigride, *l. tigrino* operimento Heroum, idem *l. 6. v. 721.*

—— *extremos auro manfuevetas ungues:*

ad quem locum V. Casp. Barthium: plura verò de nobili hac fera, apud Plin *l. 8. c. 18. l. 15. c. 27. l. 18. c. 18.* ubi de matrum in catulos affectu inprimis, Salmasium *ad Solinum pag. 211.* ubi item idem inter alia de Tigridis præsertim Indicæ, ereptis catulis, rabie, cernuatione & ruina, Barbarum modò dictum *Animad. ad Statium pag. 511.* qui utiles quoque nonnunquam à tigribus obsideri adnotat ad *Theb. l. 7. v. 204.* Gerh. Jo. Vossium *de origi. & progr. Idol. l. 3. c. 60. & 61. p. 272. & seqq.* P. de Valle *Itin. Part. IV.* ubi de pugna tigridis cum homine victore, in Aula M. Mogolis, Alios. Idem nomen, an à maculis, an à celeritate potius, equo Circensis, Martialis avo percelebri, de quo V. illum *l. 7. Epigr. 7.* Sed & quia vox primava, notione *fugitam* fonat, ad alium armorum genus translata reperitur, apud Gregorium Turonensem, qui, de Nunnino quodam Tribuno loquens, *tigrim* vocat ensem ejus, *de Gloria Confess. cap. 42. &c.* De *Tigride* vero fluvio triplici apud Herodotum, *Tigride* item *Paphlagonie*, *Persico & Ponti-co*, ut & alia huc pertinentia, V. apud Salmasium *d. l. pag. 621. & seqq.*

Tilia, seu Philyra, & Papyrus, arbores erant, in quarum libris olim scripti tatum, ita enim Plin. *lib. 13. cap. 11. In folis primò scriptum, deinde quatuordecim arborum libris.* Et de *Tilia* quidem, quæ φιλύρα Græcis, ita Suidas: *Φιλύρα, ἡ δ᾽ ἔστιν ἡ τῶν βιβλίων πανύτην ὕφαινον, Tilia est arboris genus, quod libroum habet similem typlo papyri.* In cujus proin libro scribi olim consueviste, clarè tetatur Herodianus, ubi de Commodo, *lib. 1. Λαβὼν γραμματῖον τῶν δὲ τῶν ἐν φιλύρας τὸ λεπτότατον ἐκκλεῖον, ἐκκαλῶν τὸ ἀπόκλειον ἀμφιτρῖβων ἐντυγχάνει γράφουσα χρὴ τὸν κτείνοντα ἑαυτόν. Sumto in manus libello, quales ex Tilia tenuissimi & utrinq; plicatiles fuere, conscisso inco, quorum quæ illa notis inscripta essent, legit.* Similiter Xiphilinus de Domitiano, *τὰ δὲ ἐν τοῖς φιλύραις ἐγγεγραμμένα, ἐν οἷς ἐκεῖνος ἐπιστέλλων ἐγγράφειν ἐκέλευε, Cum eorum nomina scripsiffet in duplicibus tabellis tiliaceis.* Martianus Capella *l. 2. Cernere erat, qui libri quantaque volumina, qui linguarum opera ex ore Virginis desluebant. Alia exappyro, qua cœro perlita fuerant, videbantur. Alii carbasinis voluminibus complicati libri: exvillis multi quoque torgoribus rari vero in philyræ cortice subnotati.* Ulpianus *l. 52. ff. de legatis l. 3. Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membranis sint, sive in quavis alia materia, seu & sin philyra, aut in Tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio cortice, idem erit dicendum.* Dictyn, de tot bello *ex* volumina in tilias allegatisse *Phanicis* literis, refert Q. Septimius Romanus, cius, si ipsi de se credimus, Interpres. *Epist. ad Arcadium*, & Auctor *præfat. ad*

vita Dictys Cret. Et mox, *Memoratae tiliae in flammes arcula reposuit, ejus umulo condiderant.* V. Gerh. Joh. Vossium de *Arte Gramm. lib.* 1. *cap.* 36. Cœterùm, *mirum in hac arbore, fructuum à nullis animalium attingi: foliorum corticisq; facium esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicae — ; quibus — tenuissima philyrae, coronarium feminibus celebres, antiquorumq; honores. Materies arvalium non fenti, proceritate perquàm modica, verùm utilis,* Plin. *lib.* 16. *c.* 14. Ubi quod de utilitate habet, præter jam dicta, idem pluribus locis confirmat, & quidem lignum, inter alia, aptum icturis, *lib.* 10. *cap.* 40. corticem ad varia agrestium opera, *lib.* 16. *cap.* 9. florem & folia ad alia, alibi: ipsámque proin *tiliam, ad mille usus parentem* dicit *lib.* 18. *cap.* 18. Addo hoc unum, quòd *tiliaceis tabulis* curvitatem doris fulciebantveteres Plin. hoc modo fc. in pectore faciatus, legitur apud Cuspinianum, ex Capitolino. At superstitionis erat, quòd *tilia virfaridum fissa digitibus, fuis implicata ac refoluta*, vaticinati olim Enaries, apud Scythas, uti discimus ex Herodoto *lib.* 4. &c. Ut alia quædam adjiciam, in valle viridi Zonienfis fylvæ, in Monasterio, *Tiliam* videre est, quæ cùm vetuftate temporis exaruiffet, plusque viginti annis frondibus ac ramis penè denudata & cortem ultetius exefa foto fere corpore tiliaret, ingenti omnium ftupore, quafi redditâ juventute, reviruit, ramis ac frondibus onuftà, atque etiamnum fpectatorum oculos reficit, absq; omni ariditatis vetuftatisque indicio: Quam ob cauſam Iſabella Belgii Princeps fcpimento illam circumdediſſe legitur. Habet autem *Tilia* obſequentes ramos, qui ex trunco, ubi is duodenos vel denos quinos faccrevit pedes, undiquaque extenduntur, etiam per latitudinem in trigintà & plus minùs pedes; ramis tum decem plusve viginti annis frondibus ac ramis penè denudata & cortem ultetius exefa foto fere corpore tiliatur, ingenti omnium ftupore, quafi redditâ juventute, reviruit, ramis ac frondibus onuftà, atque etiamnum fpectatorum oculos reficit, absq; omni ariditatis vetuftatisque indicio: Quam ob cauſam Iſabella Belgii Princeps ſcpimento illam circumdediſſe legitur. Habet autem *Tilia* obſequentes ramos, qui ex trunco, ubi is duodenos vel denos quinos faccrevit pedes, undiquaque extenduntur, etiam per latitudinem in trigintà & plus minùs pedes; ramis tum decem plusve viginti annis frondibus ac ramis penè denudata & cortem ultetius exefa foto fere corpore tiliatur, ingenti omnium ftupore, quafi redditâ juventute, reviruit, ramis ac frondibus onuftà, atque etiamnum ſ

ἥρων κεκριμένων ποιητὴς, nomos suos versibus Heroicis compositos, modulosque iis addidisset; Rhrynis postea Mitylenæus τὸ ἁρμονικὸν τοῦ λαλυπίου conjunxisset, numerumque chordarum auxisset, rationem citharœdicarum cantionum fere totam immutavit & illam ad numeros lege solutos dithyramborum deflexit, uti ex Plutarcho & Stephano pluribus docet Salmasius *ad Capitolinum in Pio.* V. quoque eum *ad Solinum pag.* 121. & 814. In quo posteriore loco, mille siclorum aureorum mercede ab Ephesiis cum conductum, ut in honorem Dianæ, cujus ædes tum dedicata recens erat, carmen componeret, adnotat, ex vet. ἐπίγρ. Alexandri Ætoli, Macrobio laudati, in quo canit, de populo Ephesio,

Ἀλλ' ἔγε πυθόμενοι πάτρης ἐμμενέσιν μελίσσαις
Τίκτεθεν κλυάμεν ἰδέεσσι κ' μέλεσιν,
Υἱὸν Φιλοκλείοις, πυτιναυτὸν ἄνδρα σιγλων
Χρυσείοις ὑμνῶ Τ' ἔπεσ' ἀγλαΐδαν.

Υ μισεκαὶ πασσάλοις Τῶν βλάττεσσι δόσιν κτλ.

Timur, cognomen, *Lenk*, i. claudus, vulgo *Tamerlanes*, circa A. C. 1370. Tartarorum res motusis diffidiis pene collapsas, velut alter Schinguis Khan, ad summam iterum & longe majorem, quam unquam, majestatem perduxit: omnium terrarum a China usq; ad Poloniam, adeoq; universæ Asiæ, quod præter eum nemini hactenus contigerat, dominus effectus. Historiam ejus Arabica lingua scripsere Achmed Arabiades, & Emirkondus: de eodem peculiarem *Dissertationem* edidit Cl. Bœclerus. V. quoque in voce *Tamerlanes*.

Tina, in versu Lucilii,

Fulmentas fenix ac tinis subducere:

Vas est vinarium, ex Græco θύϊνον, quod Hesychio est ὕδατοκάπτακτον. Sic Athenæo *μέγιστοι θύϊνοι* de poculo. Varro, *Antiquissimi in convivium mures vini primo, postea tinas ponebant* &c. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 333. & Car. du Fresne *Glossar.* ubi hic vocem eam Recentioribus quoq; de vale grandi ligneo tam lavationibus, quàm condendis vinis, parato, in usu esse, atque etiamnum Gallis *tine* dici, ostendit. Ad hujusmodi *tinas* formam quòd fere Clericorum isti pilei, quos *Bonnets carrez* iidem Galli appellant, fieri soleant, hinc & ipsos *Tinarum* voce venire in Syn. Sodorensi Manniæ Inf. *cap.* 7. habes ibid.

Tinagogo, h. e. Deus mille Deorum, cultus in quadam Asiæ reg. apud Ferd. Pinto *Itinerar.*

Tinea, piscis glutinosus, magni usus in eluendis vestium maculis. Cardanus *de rerum varietate, lib.* 7. *cap.* 42. *Tineam deleto maculæ omnes nisi exiſtimant, quorum tentum ſit, ac vicidum; unde materiam maculæ ad ſe trahat.* Quo uno, ut videtur, Bellonius de *Aquatil. lib.* 1. *cap.* 17. impulsus, Tincam Ausonii in *Mosella*, quæ Italis hodieque *Tinca Volvaria* sive *Tracha* esse exiſtimavit. Sed siculneum vere est hoc argumentum. Quippe eadem vis est aliis non paucis, ut ichthyocolle & id genus glutine abundantibus piscibus. *Tinctus* autem is Latinis quoque *Fullo* est, cujus decoctio maculas vestium tollit, union tradit apud Athenæum *lib.* 7. *cap.* 12. V. Gerh. Joh. Vossium *lib.* 4. *cap.* 47.

Tinctor, Græcè βαφεὺς, à *tingendis* purpurâ, alioque colorum genere vestibus, lapidibusque nomen habet: cujusmodi Artificum memoriam servat Hesrapoli vetus *Inscr.*

ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ
ΣΤΕΦΑΝΟΙ
ΗΓΕΡΑΣΙΑ ΤΩΝ
ΒΑΦΕΩΝ.

Herum hoc coronat corpus Tinctorum, apud Jac. Sponium *Itiner. Gracie Part.* 3. *pag.* 160. Cæterum ars eorum in quo constiterit, V. supra in verbo *Alligari*: de illorum vero officinis in voce, *Baphium*. Recentiores *Tinctam* dicere. *Diploma* Friderici II. Imp. *Donamus vnam* Tinctam *noſtram ipſius civitatis noſtræ Panormitanæ — communi iure* &c. apud Rocchum Pirrum in *Archiepiscopis Panormitanis*. Item *Tinctoriam*, alibi, &c. At *Tinctorium*, apud Melam de Scythis. *Mihi omnium Deus, ei pro ſimilachris eneis* & tinctoria *dedicasti, homine ej, pro vilibus ferium*: gladius est, quòd sanguine *tingatur*, ad verbum σφαγεῖον. Herodotus *dicitano* in ea Historia vocat. Sic Isidorus in *Gloſſ. tinctorium, gladius.* Et in vet. Elegia de *Spe*,

Et cui decima in jugulo tinctoria *manu,*
Spem, quamvis lecto jam reſeratur, habet.

Unde *tinctoria mens* Plinio, pro cruenta & cædibus gaudente, *lib.* 7. *cap.* 1. *Tu cujus tinctor tinctoria eſt mens, tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens tanti perire potuiſti.* Nisi malis in his locis *tinctoria* reponere, & apud Plinium legere, *Tu cujus semper in cinctorio eſt mens.* T. namque & C. non raro permutari constat. Salmasius *ad Solinum pag.* 185.

Tinda, adde: A' Chalcidenſibus condita est. eodem tempore, quo à Clazomeniis Teiosque Abdera; qui populi Asiæ, dominium Persarum minimè tolerantes, in Thraciam migraverant, Salmasius *ad Solinum pag.* 160.

Tinea, à Gr. θύϊνον, Græcis communiter σὴς dicitur, ab Hebr. שָׁס et, vel סס *sas*, quod à verbo *asas*, i. consumi & tabescere; etiam βρῶσις dicta occurrit Matth. *cap.* 6. *vers.* 19. ubi βρῶσιν non esse *eruginem*, sed tineæ speciem, probari videtur posse ex Esai. *cap.* 50. *verſu* 9. ubi Hebraeum שָׁס, Theodotioni σὴς, Aquilæ ὁ βρῶσις redditur. Cum blatta sæpe jungitur Poëtis. In quibus Horatius *lib.* 2. *Sat.* 3.

——— *Cui ſtragula veſtis,*
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſtat in arca.

Et Martialis *lib.* 6. *Epigr.* 60.

Quam multi tineas paſcunt, blattasq; diſerti.

Quare pro synonymis quidam habent. Sed *blatta* inter scarabæorum genera reponi videtur Plinio *lib.* 11. *cap.* 28. & apud sequentis ævi Scriptores plane aliud est, purpura sc. aut purpuræ genus: quare ampius disquirendum. Ipsius vero *tineæ* nihil eam proprium est, quàm quòd præcipue lanam & laneas vestes consumit, Jobi *cap.* 13. *vers.* 28. Esaj. *cap.* 50. *versu* 9. *cap.* 51. *vers.* 8. &c. V. quoq; Aristotelem *Hiſtor. lib.* 5. *cap.* 32. Plin. *lib.* 11. c. 35. Isidorum, Alios. Unde composita vox ὑπόσητος, *à tineis consumtus*, est in vestium epithetis: ut & σητόκοπος, *à tineis pertusus*, proprium enim earum κόπτειν; unde ἄκοπα, quæ *à tineis illæsa*, Salmasius *ad Solinum pag.* 949. Cui malo ut occurratur, polium Theophrastus *Hiſtor. lib.* 1. c. 16. absinthium Avicenna *Tom. II pag.* 136. citreum malum Plinius, aliaque, in arculis vestimentorum reclusi, vestibus; apponi jubent, V. hunc *lib.* 15. c. 18. alibique passim. Sed & libris *tineas* nocere, Martialis habet *l.* 1. & *lib.* 14. *Epigramm.* 37.

Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admiſtam tineas, *vtuceag, blattas.*

Ubi dicere vult, ne libri in arcula ac scrinio à *tineis* comedantur, non nisi compactos oportere reponi. In lapides & meralla quoque valere, videtur colligi posse, ex Matth. *cap.* 6. *vers.* 19. 20. & Luc. *cap.* 12. *vers.* 33. ubi thesauros Christus in terra congeri vetat, *ubi tinea corrumpit.* Sed non gemmas solùm & aurum vel argentum, verùm & vestes à Vett. in thesauris fuisse repositas, discimus ex Eldr. *cap.* 2. *vers.* 69. Nehem. *cap.* 7. *versu* 70. Job, c. 27. v. 16. &c. Hinc apud Poëtam *Æn. lib.* 9. deferibitur Messapus,

——— *ditres pictai veſtis et auri.*

Et Susis captis, Alexandrum in Regis thesauris repersse purpuræ Hermioniacæ talenta quinque millia, decem minùs decentis annis ibi reposita, narrat Plutarchus V. plura hanc in rem, apud Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. Gerh. Joh. Vossium *de Idolol. lib.* 4. c. 94. & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib.* IV. *cap.* 25. quorum hic, inter alia præclara, de comparatione Dei cum *tinea*, Psalm. 39. *vers.* 12. *diſſolvis, tanquam tinea, deſiderabilia ejus*: & Oseæ *cap.* 5. v. 12. *Ero ut tinea Ephraimitis*; *vult*, ait, *occulta Dei maledictione reprobos ipſos tabeſcere & quaſi quodam illis chariſſimum eſſe, ſenſim diſſolvi & conſumi, quo modo tinea veſtis ab humore aſſumtis pretioſiſſima quæq, vitiminta — Neq, timendum eſt, ne vilescat Dei Majeſtas, cum à Prophetis confertur cum tam vili animalculo. Nam, ſi proprie loqui velimus, non confertur Deus cum tinea: ſed tenta Dei judicia cum vilo, quod veſti à tinea accidit. Senſim enim id inoleſcit, ita ut, quod prius ſolidum atq, integrum videbatur, tandem tacito morſu conficiatur atq, exedatur.*

Tinganda faciem, palpebras, aliaque corporis membra, crines quoque, confuetudo, V. hic passim.

Tinnitus auris, inter *omina urina*, ut Ausonius in *Gripho* habet. Veteribus sic; propriè appellata. Quamvis enim pro quolibet aurium auguriosque vox *minitis* non raro sumta reperiatur: ut in illo Tibulli *lib* 1. *Eleg.* 3.

Aves dant omina dira.

Peculiari tamen ratione tria hæc, *Omina*, dicebantur, πάλμοι, *falliſalio*, πάφμοι, *ſternutatio* & βόμβοι, i. *tinnitus auris*. Et quidem cum dextra *tinniret*, non minùs fausium habebatur, ac cum dexter saliret oculus. Joſ. Scaligerum *Auſonianar. Lection. lib.* 1. c. 16. & Thom. Dempſterum *in Roſinum lib.* 3. *cap.* 8. De quo paulò auris seu tinnitu fic vetus Poeta incerti nominis, *in Poemat. & Epigramm. vet.*

Garrula quid vanis vitas verſibus mihi meſſium auris,
Neſcio quem dicis nunc mentiuſſe mihi.
Hic quis ſis, quarit? Regnans tibi noctibus aures,
Et reſonant vnis: Delia te loquitur:

Ut alia quædam addam, *tinnitus auxiliantes Lunæ*, in Eclipsi viz. laboranti, occurrunt apud vett. Scriptores passim. Contra quam in vulgo regnantem persuasionem, extant *Homiliæ* veterisin Latina Ecclesia Tractatores. Scripserunt & loca Auctorum plurium illustrarunt, Car. Patchalius *de Coronis*, Joh. Bernartius *ad Statii Thebaiden*, Lipsius *ad Tacitum*, Gonsalius *ad Petronium*, G. Elmenhorstius *ad Minutium Fel.* Hadr. Junius *Animad. ver. lib.* 3. c. 11. qui nimis festivè campanas nostri ævi intelligit. Alii. Hodieque apud Turcas inolitam eam superstitionem vigere, docet P. de Valle *Itinerar. Part.* 2. De *inimicibus*, in Jovialibus olim sacris, diximus supra ubi de *Corybantibus, Curetibus, aliis*. Quos etiam Romanis moribus servatos in iis, discimus ex Prudentio *in Symm. lib.* 2.

Aut hos thyrſigeri vapia ad Dionyſia Bacchi,
Illicit aut alios ad Saturnalia feſtia.
Aut dicet, occultus quæ ſacra Dieſpiter infans
Inter tinnitus ſacri ſibi poſcat æenos &c.

V. quoque infrà, ubi de *Tinninnabulis*. Est autem *tinnire* vel aurium

ium judicio, propriè rerum exiliter sonantium, ut laminæ, fistri &c. Becmannus de *Origin. L. L.* inde paulo latiùs nonnunquam voce extensâ. Unde & Ausonius *Epist.* 25. ubi proprium cuique instrumento sonitum asscribit, arti Dodonæo *tinnitum* tribuit,

Nec Dodonæi essent tinnitus aheni,
In numerum quotiens radiis ferientibus ictæ
Resßondent dociles, moderato verbere, pelves.

Tinnunculus, amica columbis avis: *Defendit enim illas, terreßq; accipitres naturali potentiâ, in tantum, ut visum vocemq; ejus fugiant*, Plin. *lib.* 10. c. 37. ubi plura hanc in rem. Nempe inter volandum etiam vocem edit, illis infestam, unde quòd semper *tinnuit*, nomen invenit, apud Latinos, licet hodie *cercerelle*, quasi *cracra-cellam*, eam Galli vocant. Græcis verò, κεγχρὶς, vel κεγχρὶς dicitur, colore namque cinereo punctis nigris, velut *millii granis*, sparsa est. Cœterùm & ipsâ accipitris species est, uti docet Salmasius ad *Solinum* pag. 319. & Bochartus *Hierozoici Part. prior. lib. II cap.* 19. hominique in epistolis quoque perferendis inservit. Ita enim Plinius *d. l. Quin & interunciæ in vobis magnis fuere, epistolas annexas earum pectibus obsidione Mutinensi in castra Consulum Decimi Bruti mittente. Quia vallum & vigil obsidio, atq; etiam reita anne presente profuere Antonio, per calum emne nunsii.* V. quoque Vossium *de Idolol. lib.* 3. c. 58. & quæ suprà de *Columbis interpolatis*. Inde est, *quòd earum amore insanientes multi, super tecta eis exadificarent turres, nobilitatemq; singularum & origines, narraverit, vetere jam exemplo. L. Axius Eques Romanus ante bellum civile Pompejanum denariis quadringentis singula paria vendidavit, ut M. Varro tradidit. Quin & patriam nobilitavere, in Campania gravidissimæ provinciæ existimatæ*, Plin. *ibid.*

Tinnitunabulum, à *tinnitu*, quem, dum pulsatur, edere solet, nomen nactum est: Tinnitus autem est æris; unde ex are primum, mox ex ære, stanno, plumbo argentoque nonnunquam admistis, fieri consuevere *Tinnitunabula*, magni inter homines usus, sive profana, sive sacra respicias. An apud Antiquos receptа fuerint, dubitat Joh. Torrellius *in Lexic.* cùm rara illorum apud Veteres mentio: sed, ut de Campanis, quales sua ætate in usu vidit, facile id concedatur de *Tinnunabulis* tamen quibuscunque, id concedi non potest. Horum inventor, ut & plurimarum aliarum rerum, in obscuro est, neque Plinius, qui *lib* 7. c. 55. *Tinnunabulorum* in sepulchro Porsenæ meminit, caputque integrum, atque id latis prolixum, rerum Inventoribus dicavit, de eorum primo Auctore quidquam in medium protulit. Certum est, parvorum *Tinnunabulorum* usum in Cœnobiis, ut & in privatis Nobilitorum ædibus jam extitisse, antequam ut Paulinus, Episcopus Nolanus; vel Sidonianus Poeta Rom. cum campanis Templorum turres instruxisset. In Regum quoque palatiis fuisse hinc discimus, quòd *Tinnula* inde, vel *Tinella* funt appellata, quoniam ad *tinnitum* campanæ, ut in Monasteriis fieri solet, singuli Regii Palatii domestici ad epulas cirentur. Unde *tenir tinel* Gallos dixisse, pro *Curiam Regis celebrare*, videri nonnullis, habes apud C. Du Fresne *Glossar.* Sed & antiquioribus, non minora solùm, verùm & majora fuisse, discimus ex Martiale, ubi *ære Thermarum*, cujus sono loturi convocari fuerint soliti, meminit,

Reddat pilam, sonat æs Thermarum, ludere pergis?

Quod fusiùs quidam ad aream referunt clypeum, de quo Vitruv. cum Ælius Spartianus nefcio quem Imperatorem Rom. è Thermis *Tinnitunabulum* amoviffe, diferte dicat. Hujus itaq; tinnitu, non solùm qui pilâ in Sphæristerio exercebantur & in Thermas convenerant: sed & qui longè inde abeffent, lotum convocabantur. Unde Cicero in *Tuscul. Tinnitug*, ait, *increpuisse Romanos, relictis Philosphis & Præceptoribus, unum* (nam qui laviffent, ungebantur) *ire pœtos.* Jaffici *Tinnunabuli*, cujus fonus pisces vendi in Foro indicaverit, meminit Strabo *Geogr. lib.* 14. ubi lepidam de Citharœdo quodam, ab Auditoribus, ad æris hujus fonum, deferto, hiftoriam affert. Neque verò in Thermis solùm aut Foro, fed & in privatis Romanorum ædibus, *Tinnunabula* fonuiffe, docet Lucianus, ubi *Duplicorum ambiguis, familiam Tinnunabuli fono excitari conjecturis*, tradit; Quinos hodeque in Purpuratorum Flaminum ædibus ministrare: V. autem Lucianum *tract. de iis, qui mercede conducti in divium familiis vivunt.* Idem *horas per aquam & fonium sua ætate demonstratas*, docet; cujusmodi Horologii iconem exhibet Magius, *de Tinnunab. cap.* 6. Syriæ quoque Deæ Sacerdotem *Tinnunabulo* ufum refert, cùm ait: *Ante Syriæ Deæ Templum phallos duos mire altitudinis fuisse ftatuas: in hos Sacerdotem ea fistium arte confendere, qua Syri palmas altieres, nimirum fane caudici advulso. ac pendatim ad superiora pransilire. Cùm verò ad fummum phalli partes pervenisset, orare, facra facere ac buclamare confuevisse, atq; interim tinnunabulis fonum edere, ut verbis tinnitus focietur:* Quòd confirmat Plut. *in Crasso*, Tertullianus *Apologet.* Cicero *de Nat. Deorum lib.* 3. Eufebius item *Præp. Evangel.* c. 2. Æs namque in facris non modicam habere vim, olim creditum. Unde ejusdem Deæ facerdotes, qui ftipem non modicam paffim emendi eabant, illam collingentes, *Tinnunabula* quoque ufurpaffe, difcimus ex antiqua Romæ ftatua, in qua Sacerdos hujusmodi, *cum pera & tinnunabulo*, vifitur. Quem morem hodieque in Italia imitantur illi, qui *D. Antonii fratres* nuncupantur. Similiter Nic. Nicolai *de moribus diversarum Gent.* inter Saracenos, repetiri quoddam Religiosorum genus, qui, vitam alias folitariam agentes, nonnunquam latebris fuis relictis civitates petant, urfumque vel cervum manu ducant, & cujus collo *Tinnunabulum* pendeat, quo populum, ad eleemofynam dandam, concieant, literis proditum dit. &c. Neque verò homines solùm, fed etiam bruta, quæ fub hominis degunt imperio, olim *Tinnunabulis* perfonabant, *ut tinnitus eorum noxiæ ab illis feræ arcerentur*, Strab. Hodieque Paftores, more antiquo perdurante, gregibus armenticiisque ea adaptant, non tam ad terrendas feras (namque & pecora *tinnunabulata*, ut Solon. vocat Apollinaris *lib.* 2. *Epiff.* 8. ut ipsemet necarique compertum) quàm ad deprehendendum, quibus in locis nemorum, montium vallumque oberrent, atque hac ratione longæ inquifitionis labor abfit. Quare juftinianus Imp. in *LL. ruflicis tit.* 2. 8. 2. fanxit: *Si quis crepitaculum, five tinnunabulum bovis aut ovis aut alterius cujuspiam animalis fuftulerit, convictus flagellator, ut fur. Et fi animal deperditum fuerit, id damnum farcire, quod ejus crepitaculum fuftulit.* Cujus rei meminit etiam Lex Burgundionum tit. 4. 8. 5. Gothorum *tit.* 7. *tit.* 2. 8. 15. Longob. Rotharium cap. 8. *tit.* 11. 8. 1. Eodem respexisse videtur Fortunatus de S. *Medardo libro* 2.

Tinnimum rapit ater inops, magis improbus ille,
Qui tintinnorum colla tenere solet.

Quanquam & *Tintinnabuli* fono petinde pecora, ac tibiæ, delectari atque pinguesfere nonnulli exiftimant. Imo oblectamenti atque otiamatus gratiâ Mulliones atque ingaliones equis muliisque *Tintinnabula* alligabant, ut de mulis Ovidius & Horatius; Suid. in voce καδώνιον. Medio inprimis ævo id Francis in ufu, ut equorum maximè ftrata *tintinnabulis* exornarent, uti plurimus docet Car. du Fresne ubi suprà. Romæ quinetiam, in antiqq. marmoribus Elephanti videntur, è quorum collo propendent *tintinnabula*: Atque etiammum Hieracarii aquilis, majoribus minoribusque acciptribus, alii ex ære, alii ex argento confecti compedibus affiuunt, ut, cùm evolaverint atque conspectum effugerint, fono crepitaculorum fuorum iterum quærant inveniri. Redeo ad homines: Ariftophanes in *Avibus*, jubet Cordonophorum i. *Tinnunabuli geftatorem*, circumcurrere; inquit enim, Καδωνοφόρων ἀθρήσατε. Ad quæ verba, Græcus Scholiaftes fcriptum reliquit, eos qui circumibant urbem ac φίλτρων, id eft, excubias & vigiles, geftare *Tinnunabula* confuevisse, ut non vigiles were eft eent vigiles deprehenderetur. V. quoque Hefychium in Καδονοφόρων. Quod Romani fuscinâ, Germani noftri aratæ tympani tibiæque, fonitu fuorum folliti, ut Celtæ & Galliæ quique locis præfidiariis veterem Græcorum morem etiamnum obfervari fegimus. Similiter, fi quâ vis ingruerer, Campani æris tinnitu indicium dabatur olim; quemadmodum & hodie per univerfam Belgicam: Quò refpexit Statius *Theb. l.* 6.

— *Procul auxiliantia gentes*
Æra crepant.

Porrò habebant olim Cordonophoros, qui funus ararî præcederent, Suid. & ex eo Guil. Budæus: Quod factum, tum ut ad fpectandam pompam homines confluerent, tum ut Flamen Dialis funeris admoneretur, ne ille ex improviso occurreret & funebribus auditis tibiis pollueretur, V. A. Gellium *lib.* 10. *c.* 15. Imò &, quamprimum quis exceffiffet vitâ, æra pulfari fuisse folita, pervetus Theocriti monet Scholiaftes: quòd is sonus credretur κῶλα τῶν ἀπολωλότων ἐγείρειν, h. e. *avertere fpectra & demonum ludibria*: Qua de cauffa tum receptum, ut tonante cœlo companarum boatu perterrefcant. Quamvis & alia fubfit ratio, nim. ut, illarum complofione aëre longè lateque divifo & rato, vis tonitrui infringatur. Ut de Profcripinæ Sacerdote, Athenis κῶλα pulfare folito, nil dicam. Zonaras è fontium quoque collo *Tinnunabulum* antiquitus fufpendi confueviffe, ne ex eorum improviso contactu aliquis pollueretur, feribit *lib.* 2. Quod de fervis, cùm apud Romanos ad fupplicium ducerentur, colligit Hadr. Turnebus *lib.* 23. *cap.* 11. ex Plauto *Pfeudol.*

— *Porrùm, extra portam Metiam currentium eft prius.*

A. *Quid eò?* Pl. *Laminitudi accerfam duos cum tintinnabulis.*

E' qua confuetudine idem Zonaras fictum credit, ut Triumphantis currui *Tinnunabulum* cum feutica five flagro adalligaretur, quibus inftrumentis, reorum fupplicio deftinatis, in rantæ felicitatis cumulo Imperator admoneretur, ne plus quàm par eſſet efferretur, fed humanæ femper memor eſſet miſeriæ. Contrà Indis Regibus *tintinnabula* & tympanum præceſſiſſe, inter alia Regiæ dignitatis fymbola, docet Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 4. c. 17. De Tympanis, quibus interdum multa apprenſa eſſent *Tinnunabula*, V. Suid. Crotala, quibus *Tinnunabula* affixa, in antiquis vifuntur marmoribus. De *tinnimabulorum* five Campanarum, in quibusdam Europæ urbibus, Antverpiæ potiſſimùm, Inſulis Flandrorum, Tungris, Ultrajecti, Amſtelodami, Muſico concentu, V. Magium *lib. ch.* c. 17. &c. Fuit verò & caſtrenſis *Tinnunabulorum* uſus: Superioribus enim ſeculis nec tamen adnodum vetuſtis *Tinnunabulorum* uſu ſam in Eccleſias invecto, Imperatores in caſtris, quaſi in civitate ambulatoria, *Carruſien* (voce Ital. quaſi dicas *Carrum magnum*) habu-

habuisse, in quo è turricula lignea campana pendens, Sole occidente & mane ante lucem, à milite fuerit pulsata, ut Deum precibus sibi redderent propitium, legimus: Eodemque Tintinnabulo, cùm classicum cani oporteret, milites ad arma festinaconvocatos. V. de hoc Carrocio Villanium Florent. Chron. ejusq; figuram cum tintinnabulo & vexillo, apud Magium *cap.* 13. & plura hanc in rem *vide ibi. Ubi de Tintinnabulis, cum Notis* Frant. Severti &c. Nou sine piaculo tamen Sacerdotis Judæorum Summi *Tintinnabula* omisero, de quibus agitur Exodi *c.*39. *v.*26. Hic enim *Tintinnabula* mulca, ac mala punica itidem sonora, in extrema vestimenti ora gestare divinitus jussus est; Ut cùm in Sanctum Sanctorum ingrederetur, sonitus multiplex ab his, qui in templum conveneranr, facile posset audiri: Quæ figurabant, CHRISTO prædicante ac ministrante, clarum Evangelii sonum & geminatam Ecclesiæ pratæ virtutumque omnium florem odoremque futurum. Franc. Burmannus *Synops. Theol. P. I. lib.* 4. *cap.* 8. Simile quid inter ritus Ecclesiæ Rom. in qua *tintinnabulis* exornatas interdum vestes Sacerdotales observat C. du Fresne in vocibus *Capa*, *Stola*, *Tintiolum* & *Tunica*: quomodo & Procerum depingit Apuiejus *lib.* 10. Nec *tintinnabula equorum*, apud Zachariam, qui in novo Testi. iis inscriptum iri, *Sanctitas Jehovæ*, ait *c.*14. *v.*20. Solent autem, hæc iis appendi, non tam ornatus, quam levaminis causâ, ut soni dulcedine de limiti laborem levare facilius. Alia fuere *tintinnabula*, quorum tinnitu explorabant vetti. Perse equos suos, an bellicos ferpsitus ferre possent, apud Ælianum *Histor. lib.* 16. *cap.* 25. quod κωδωνίζειν Græci, V. supra, & Δελφακωνίζειν dixere, qua de re plura apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 8. uti de *Tintinnabulorum* in toto Imperio Turcico, adeoque Ecclesia Græcorum, quæ sub illius jugo gemit, usu prohibito, alibi.

Tintinnabulorum quædam species.	
Campana.	Nola.
Codon.	Petasus.
Hagiosfidirum.	Signum.
Ἡχεῖον.	Simandrum.
Lebetes Dodonæi.	Stipula.

V. de his omnibus *suo loco.*

Tiresias, adde: Ut infero certe Numini, sacra peculiariter fa esse, & ex Homero conflat *Odyss. x.* & *λ.* eumque, cum filia Manto, ex hominibus duos Divos factos, ex Euripide producit Clemens *l. Strom.* Quam in rem V. plura, apud Casp. Barthium *Animadversion. ad Statium Thebaid. lib.* 4. *vers.* 443. qui etiam *de baculo*, ei à Pallade donato, ad *Theb. eund. vers.* 542. & de libro *de Thure*, illi adscripto à vett. Græcis, ad *vers.* 469. complura habet.

Tiridia, apud Solinum *cap.* 10. ubi *de Thracia*, *Stagnum Bistonium. Nec longè regio Maronea, in qua* Tiridia *oppidum fuit*, *equorum Diomedis fabulofum: fed ceffit ævo*, *folumq; turris veftigium adhuc durat.* Fabulosum Τεράτιον est Græcos, fed hanc in Papiladonia collocat Stephanus: aliis eadem cum Τερέτρα Ptolemæi, quam vide fuo loco. Salmatius *Tinda* legi vult, quam *turrem Diomedis* vocare videtur Mela: *Turris*, *quam Diomedis vocant*, *ſignum fabulæ remanet.* V. supra.

Tiro, V. infrà *Tyro.*

Tirolis, adde: Adiere autem hanc hæreditatem filii Alberti Contracti Austrii, ex testamento Margaretæ Maulfachiæ, Henrici Ducis Carinthiæ & Comitis *Tirolenſis*, vel, ut alii, Etiabethæ, Henrici illius sororis, quod mortuo filio Meinhardo, ex Ludovico Ludovici Bavari Imp. filio suscepto, condiderat. V. G. de Roo *lib.* 3. Joh. Aventinum *Annal. Bojor. lib.* 7. Tob. Pfannerum *de præc. Germaniæ Principum gentibus cap.* 1. Phil. Jac. Spenerum *Arte Herald. Tom. II. sec.*

Titia, catellæ nomen elegantissimæ, cui ab Antonio Theobaldo monumentum Romæ fuisse posirum, scribit Vulturiarius Episcopus, apud Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib.* 2. *cap.* 37.

Titea, mater Titanum, cum filiis cultæ, in Africa, teste Diodoro *lib.* 3. Hinc illi Τιτάνων primùm, inde Τιτᾶνις Doricè. Salmasius ad *Solinum pag.* 825. V. quoque infrà *Titia.*

Titanomachia, Græcè Τιτανομαχία, pars Cycli Epici, composita ab Eumelo Corinthio, an Arctino? juxta Athenæum *lib.* 7. Οἱδὲ ὑπὸ τῶν Τιτανομαχίαν ποιήσαν, ἀπ' Εὐμήλου τοῦ ἐκ Κορίνθου, ἢ Ἀρκτίνου: continent Titanum pugnam, uti Γιγαντομαχία Gigantum; hos enim diverfos fuisse, fabulis accuratiùs inquisitis notum. Casp. Barthius *ad Statium Thebaid. l.* 10. *vers.* 44.

Tithymalli lacte occulte scribendi ratio, indigitatur Plinio *l.*26. *c.*8. *Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant — narrantq; lacte ejus inſcripto corpore ſuum inarueſcit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas & ita quidam adulteras alloqui maluere, quàm codicillis:* qua de herba V. ibi plura, & apud Salmatium *p.* 941. ubi de vi eius caustica, & succo, qui inde colligebatur, nec non *pag.* 1313. ubi de speciebus eius, *Hanfeer*, & *Alaſior.*

Titia, apud Apollonium *Argon lib.* 1.

Μητίεϑ Δαϑμάνεϑ, πολυκοιτίδαι ἠγερέϑοντες,
Ἐγκάτα Φοίβοιο, Τιτυοῦ ἄπαν, Κυβλάνοιο.
Matrem Dindymenen multum venerandam invocantes, *Habitaculum Iberiæ*, Titiamq; *ſimul*, & *Cyllenum.*

Miſeſiorum fuit Dea, cui, ut & Cylleno, eos, quando Rheæ sacrificabant, priùs rem divinam feciſſe, docet Scholiastes ex Menandro. Tellus fc. qualis primò fuit, rudis nempe & inculta, aquis item obruta, coque lutosa, juxta veterem Gentium Theologiam, dicta est Τέθυς, ab Hebr. טִיט *tith*, h. e. lutum. Hinc itaque ea *Titia*, fed & filii ejus *Titanes* ab eadem origine, quasi *πλαγάδης*, *lutigenæ*, vel *terrigenæ*, uti Floro dicuntur *l.* 1. *c.* 17. &c. quam in rem V. Voſſium *de Idolol. l.* 2. *c.* 2.

Titia Lex, de colligendo Vectigali: Lata est à Sext. *Titio* Tribuno Pl. C. Mario VI. L. Valerio Flacco, vel potiùs, M. Antonio, A. Poſthumio Albino, Coſſ. anno U. C. 654. *Ut Veſtigal agris publicis impoſitum Quæſtor colligeret.* Cic. *de Oratore l.* 2. *pro Murœna*, Valerius *l.*8. *c.*1. Alia de Lufu: *Ne quis in pecuniam luderet*, *ſponſionemve in ludo*, *niſi quis virtutis causa ſuſceptus eſſet*, *faceret*, Martianus *l.*3. *ſf. de aleat.* Alia de Triumviris Reip. conſtituendæ: Auctorem habuit P. *Titium* Tribunum Pl. anno 710. C. Vibio Pansâ, A. Hircio Coſſ. *Ut Tres viri Conſulari poteſtate conſtituende Reip. in quinquennium crearentur*, Dion. *Olivarius*, *M. Æmilius Lepidus & M. Antonius.* Appianus *de Bell. Civ. lib.* 6. & Florus *Epitom.* 120. V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l.*8. *c.*8. & 31.

Titianus, collega Gallicani in Consulatu, anno Trajani decimo, memoratur Spartiano in *Hadriano*, *Titianum*, *ut conſcium tyrannidis*, & *argui paſſus eſt & proſcribi.* Cum Attiano, imperatoris Hadriani tutore, malè Onuphrio idem habitatore, V. Salmasium *ad Spartianum.*

Titienſes Tribus, una ex tribus primis Tribubus, in quas Populum Rom. Romulus divisit. Fuere autem illæ Ramnenſis, *Titienſis* & Luceres. Et quidem *Titienſis* nomen habuit à *Tito* Tatio Sabinorum Rege, qui, à Romulo prælio victus, in urbem & Imperii societatem receptus est. Itaque in illa Sabini fuere, & quotquot ab ea regione vel cum T. Tatio vel postea venerunt, coluerunque Capitolium & Montem Quirinalem. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. l.* 6. *c.* 5. V. quo que supra in voce *Tatienſes.*

Tiiii Sodales, adde: Ita autem habet locus *Hiſtor. l.* 2. *Facer Auguſtales ſubdidere*, *quod Sacerdotium*, *ut Romulus Tatio Regi*, *ita Cæſar Tiberius Juliæ genti ſacravit.* Alter *Annal. l.* 11. *Idem annus novas ceremonias accepit*, *addito Sodalium Auguſtalium Sacerdotio*, *ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris Sodales Titios inſtituerat.* Hadr. Turnebus *Adversar. l.* 21. *cap.* 1. ita de his: *Titios*, inquit, *Varro dictos eſſe ait à Titiis ejusdem ſacri ille aves cui hodie aucupii nota ſunt? Equidem eſſe neminem puto*, *qui eas magis cognoſcat*, *quàm ſpinturnicem*, *hominibus ignotam*, *ut cenſet Plinius.* Et paulo post, *Velut Interpres Perſii in illum locum*, *Ingentes trepidare Titos*, *à titis Titos vocatos dit. Servius dicit palumbes vulgò appellari Tetas: Palumbes*, *inquit*, *eo quòd ſint falaces paſtulo*, *quas vulgò Tetas vocat. An hæ ſint Titiæ aves*, *intelligenturibus & doctioribus judicandum relinquo.* Meminit eorum Lucanus quinque *Pharſal. l.* 1. *vers.* 597.

Et doctus volucres Augur ſervare ſiniſtras,
Septemvirq, *epulis feſtus*, Titiiq, *ſodales*,
Et ſaltus lævo portans ancilia collo.

Plerunque verò illos Adolescentes fuisse, discimus ex fragmento Lapidis antiqui: *Q. Cæcilio. Feroci. Kalatori. Sacerdotii. Titiaſium. Flaviaſium. Sinditico. Eloquentiæ. vixit. annis.* 35. *menſe.* 1. *diebus.* 24. *filio. optimo*, *ac. reverentiſſimo. M. Gavius. Karinus.*

Titillatione pedum, fomnum conciliandi ratio, deliatoribus in usu, memoratur Aphrodiseo, & Argenterio, quorum hic è cerebro sic advocari spiritus ad pedes partesque intermedias observat, annotante Gerh. Joh. Voſſio *de orig. & progr. Idolol. l.* 3. *cap.* 34. ubi *de Somno & Vigilia.* At *titillatione* præcordiorum vel alarum visum excitari, notum. Hoc enim pacto calor inducitur, unde motus cordis & septi transversi musculorum; circa pectus. Ac eo magis si fit in homine, quod is tenuis sit tenuissimæ. Unde, etiam cùm quis vulneratur in septo illo, risum oriri, testis est Philosophus *de Part. Animat. lib.* 3. *cap.* 10. Plinius quoque *lib.* 11. *cap.* 37. cùm dixisset, nusquam subtiliorem esse cutim ac sensum, quàm membranis, quæ cordi prætenduntur, subjungit, *Ob hoc in prælii*, *gladiatorumq*; *ſpectaculis*, *morsum eſt riſu trajectâ præcordia attulerunt.* Cui risui similis motjent um esse herbæ Sardoæ risus est, qui labra contrahunt indentatum instar, cùm intus discrucientur quàm maxime. Voſſius *ibid. c.* 46.

Titinia gens, familias habuit Romæ patricias & plebeias. Patriciæ meminit Livius *l.*4. *Non tamen ultrà prociſum eſt*, *quàm ut unus ex plebe uſurpandi juris causâ P. Licinius Calvus Tr. militum Conſulari poteſtate creaſſet: cæteri Patricii creati.* P. *Manius*, L. Titinius, P. *Mellius*, Sp. *Furius Medullinus*, L. *Publilius Volſus* &c. Plebeiæ idem mentionem facit *l.*3. ubi M. *Titinium* nominat, Tribunum Pl. creatum anno Urbis Cond. 304. quo tempore plebs in Aventinum, ob facinus Ap. Claudii Craſſini XVIrl feceſſerat. Fuit & C. *Titinius*, in denario apud Urſinum notatus, denariorum conflandorum Curator, anno urbis 536. quo, ut Plinius ait *l.* 33. *cap.* 3. *Q. Fabio Max. Ambiatæ Aurigenie*, *aſſes unciales faſti ſuni placuiſſe*, *denarium* 16. *aſſibus permutari*, *quinarium octonis*, *ſeſtertium quaternis.* Hinc, cùm in aliis denariis X. nota apponi solita sit, quòd denos asses valerent, in hoc nota XVI. appoſita vidtur. Meminit quoque C. *Titini*

Minturnenſis Val. Maximus *lib. 3. cap. 2.* quem uxori à C. Mario dotem reddere coactum eſſe ait, quòd eam impudicam de induſtria duxerat ut dote ſpoliaret, V. Plutarchum *in Mario.* Appiani *Bell. Civil. lib. 4.* & Plut. *in Bruto* mentionem faciunt *Titinii* ejus, qui bello Philippenſi à Caſſio de Bruti victoria ſciſcitantem miſſus, quòd tardius reverſus Caſſio mortis fuiſſet cauſa, ſcipium interfecit. Idem Appianus, *Titinium* in bello navali contra Sext. Pompejum, Cæſarianæ claſſi præfuiſſe, tradit. *Sed longum eſſet Titinios omnes colligere, qui ab antiquis Scriptoribus nominantur*, Fulv. Urſinus *Volum. Familiarum Roman.* V. quoque Fortun. Licetum *de recondidis Antiqq. Lucernis l. 6. c. 82.* ubi *Lucernam ſervi phaleratí curſoris, in cujus fundo ſcriptum TITINI. explicat.*

Sext. *Titius*, Orator, homo ſolutus, & molliſſimi geſtus à quo Saltationis generi nomen: unde Prov. *Titium ſaltare*, Cic.

Titulus, proprie lapis ſeu cippus ſepulchralis inſcriptus, vel ipſa lapidis inſcriptio, quæ alias *elogium* quoque. Virgil. *Culice*,

—— —— *tum fronte locatur*
Elogium ——

Item pro inſcriptione, quæ ſupplicii, quod de reo ſumebatur, cauſam indicabat, uſurpatur *Suetonio in Domitiano c. 24.* Hinc Tit☩ apud Johannem, ubi de cruce CHRISTI *c. 19. v. 19. Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον, Ἀτqui item Nonius*: τίτλος, τὸν ἐπιγραφόμενον παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις.

Matthæus *c. 27. v. 37. Ἀετὸν* bene & ſignanter dixit. Gloſſæ Græcanicæ vett. *Αἰτία, cauſa, materia, titulus*. Eædem Latinæ, *Titulus, ἐλέγχιον*. Latini etiam paſſim pro cauſa. Ut Poeta,

Et poterit Titulum mortis habere meæ.

V. quoque Valerium Max. *l. 9. c. 12.* Atque hic *Titulus* præferri aut apponi ſolebat damnatis. Suetonius *Caligulæ c. 8. Præcedente titulo, qui causam pœnæ indicaret, per cætus quadratim circumducitur.* Epiſtola Lugdun. de Attalo Martyre, *Ὑπερμεγέθης κύκλος τῶν Ἀμφιθεάτρων, τίτλος ἀφ' αὐτὸν προηγόρευε, ὃν ἡ ἐγγραφὴ Ῥωμαϊστὶ γεγραμμένη, Οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ χριστιανός, Circumactus per Amphitheatrum, tabellâ ipſum præeunte, in qua Latinè ſcriptum erat, Hic eſt Attalus Chriſtianus*, Sed & appendebatur aut apponebatur. Suetonius *Domitiano c. 10. Patrimonialibus detractum à ſpectaculis in arenam catulos ibidem, cum hoc titulo: Rapiâ locusta Pannuarium.* Hinc Quintilianus *Declam. 310.* gladiatores ſic quoque productos oſtendit, *Quidam ut patrem ſepelires, auctoravit ſe. Die meum produtlus ſub Titulo cauſae, rudem populo poſtulante accepit.* Sæpe tamen, negleto aut ſpreto *Titulo*, contenti ſuperditione fuerunt, id eſt, ut Præconis præcuntis voce Populo id nuntiaretur. V. Juſt. Lipſium *de Cruce l. 2. c. 11.* Cui adde, quod Johanni Tit☩, Matthæo *αἰτία*, id Marco *c. 15. v. 26 ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας*, Luc. *c. 23. v. 38.* ſimpliciter *ἐπιγραφή*, Tertullianus *apol. c. 11.* & Suetonio *Calig. Elogium* quoque dici. Sed & Servius vexalibus ſuus erat *Titulus*, qui vel eorum collo appendebatur, Propertius *l. 4.*

At quorum Titulus *per barbara colla pependit,*
Celsa timebo olim ſaltare Foro.

Ubi *celsi* idem, quod *ſignati*; niſi *celsi* legendum: Namque cretâ quoque manicipia, quæ venum exponebantur, notata fuiſſe nemini ignotum. Vel in Venalitio (locus ſic dicebatur, in quo vendebantur ſervi) pingebatur. Petronius, *Ego autem ſpiritu non deſiti ioium parietem perſequi. Erat autem Venalitium Titulis pictum.* Scribebantur in iis virtures & vitia morbique manicipiorum ut & quidquid aliud emptoris intererat non neſcire. Idque ex edicto Ædilium Curulium, teſte A. Gellio *l. 4. c. 2. In Edicto Ædilium Curulium, qua parte de venundandis mancipiis tautum agit, ſcripſum ſic fuit: Titulos ſervorum ſingulorum. Nec ſcripſum ſit cervati, aut mulctatiegi, neſſi populis, quid nomenti, vitii, ve quod, q. ſit. quis. fugitivus. erro. ve. ſit. noxa. ve. ſolutus. noxa. ſit. Properera quæſtorium* &c. Quem locum, quòd in verbis Ædilitii Edicti, quæ extant in Jure civ. *l. 1. §. 1. eod. tit.* nulla *Tituli* ſit mentio, à Triboniano detruncatum fuiſſe, judicat Ant. Thyſius *JC. Noſtr in loc.* Meminit quoque iſtiusmodi *Tituli*, Seneca *Ep. 47. Stare ante limen Calixti Dominum ſuum vidi, & cum, qui illi imperaverat ſtitium, qui inter ridicula mancipia protaxerat, aliis inmanibus excludi.* Suetonius item *de Illuſtr. Gramm. c. 4. Nam apud Majores, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem literarum in titulo, ſed literatorem inſcribi ſubtum eſſe, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.* Nec non Petrus Chryſologus *Sermon. 141. Hoc implebat Paulus, qui ſer vitutis ſuæ titulos ſcribebat: Utque ad hanc horam eſuriimus & ſitimus: & nudi ſumus & colaphis cædimur.* V. Laur. Pignorium *Comm. de Ser vis*, Joh. Laurentium *JC. Not. in Phædr. l. 4 fab. ult.* & c. Meretricium etiam cellas *Titulis* cum ſtupri pretio & nomine meretricis fuiſſe inſignitas probat illud de Meſſalina Poetæ,

—— —— *Turcenula papillis,*
Conſtitit ante ſuis, Titulum *mentita Lyciſcæ.*

Amphoras item vini, cum ejus patria & natali tempore, ubi viz. & quando eſſet natum, à quibus porrò conditum. Juvenalis *Satyrâ 5.*

—— —— *Cujus patriam,* Titulumque *ſenectus*
Deſervit multa veteris fuligine vitæ,

Petroniuſque Arbiter *Satyr. Statim allate tres amphoræ vitreæ, diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa, cum hoc* Titulo: *Falernum. Opimianum. annorum. centum.* Opimio ſcilicet Conſule natum, de quo V. Ciceronem *de Orat. clar. &* Johan. Laurentium ſuprà laudatum in *Phædrum l. 3. fab. 1. verſ. 12.*

Atque intere vitia egotam amphoram.

Atque Falerna ſacis & teſta nobili &c.

Porrò *Tituli* ſtaturarum & imaginum in Atri s, indigitantur Suetonio *in Tito*, *Tribunus militum & in Germania & in Britannia meruit, ſummâ indulgentiâ, nec minore modeſtiæ Fama: ſiue parta ſtatuarum & imaginum ejus multitudine ac titulis, per totum pro vinciam.* De quibus V. & Valerium *l. 8. c. 5.* Cic. *Philipp. 9.* & *Verr. 4.* &c. *Pagina honorum* dicitur Juvenali *Sat. 10.* ubi Gloſſæ *Titulum patronatus* appellant, V. ſuprà in hac voce. Imò & *tituli* ſingulis ſummis in rationibus vrat. Romanorum Græcorumque præponi conſuevere, uti vidimus ſuprà in voce *Elogium.* Recentiori ævo *titulorum appoſitione*, h. e. tabularum inſcriptarum cum velis purpureis, privatorum res aut reorum etiam Fiſco addici conſueviſſe, diſcimus ex Anaſtaſio *in Nicolao I.* Senatore *lib. 4. Epiſt. 14.* Alia. Sed & ſimile quid jam apud Tibullum occurrit *l. 2. Ite ſub Imperium, ſub titulum, ô Lares.*

Unde *donum titulare* apud Gregorium M. *lib. 1. Epiſt. 63.* cui fiſcalis titulus appoſitus eſt: & *titulatio*, confiscatio *in Edictum, Miſc.* In libris Tit☩um A. Gellius *lib. 11. c. 6.* quoque *Indicem* vocat: Alioqui aliud *Index*, aliud *Titulus.* Hic enim propriè ἐπιγραφὴ eſt totius operis, qui uno plerunque vocabulo abſolvitur & in fronte ſcribitur: Ille ſeries eſt materiarum ordine digeſta, V. Salmaſium *Prolegom. ad Solinum.* Sic Legum, fabularumque capita, vel rubricæ ſeu inſcriptiones, *Tituli* dicti ſunt: *Titulis Edicti, l. 195. ff. de Verb. ſignif. l. 1. §. in principio. & §. ſed initio, ff. de poſtul. l. 1. ff. de reb. cred.* Idem Laurentius *in verſum Phædri l. 4. fab. fin.*

Nam ſi quis talis etiam eſt Titulis.

Pingebantur autem hi *Tituli* minio. Unde *ad Perſium Sat. 5. verſ. Excepto ſi quid Maturi rubrica notavit;*

Gloſſæ vett. *Rubricas vocat minium, quo titulis legum annotabantur.* Quod qui facibant, *Minutiatores* fuere appellati, ati dicimus ex Plauti. Pignorio *lib. cit. de Servis.* De *Titulis tonsoriis*, habes egregium Tractatum Joh. Seldeni, ut & hic paſſim. Addam locum Cl. Suiceri, de hac voce: Tit☩, *titulus — erat tabella lignea dealbata gypſo vel ceruſſa, in qua literæ ex encauſto, vel atramento ſcribebantur. Græci λελειμμένα appellant — Album hujusmodi tabula Latinis dicitur. Unde album Prætoris — Cibariatorum &c.* Sic *Tituli* & *ſervorum venalium collo ſuſpenſi — Tabulæ auctionariæ — Titulus Dominicæ cenæ, λελειμμένα fuere — Apud Suidam vero — Tituli nihil aliud ſunt quam ſcitiones, in quas ſcripſi ſunt ſacri libri; atq, ita vocantur, quòd ſingulæ κεφάλαια ſuas habeant titulos, ſuas — inſcriptiones*, V. cum *Theſ. Eccl.* voce Tit☩us: adde quæ habet de Evangeliis in *Titulos* ſeu ſectiones majores, & κεφάλαια, *capitula* ſeu ſectiones minores, diviſis, voce κεφάλαιον, ubi inter alia, primum Ammonium Evangelia in pericopas & capita diviſiſſe, docet. De *Titulis Eccleſiarum*, aliisque hue pertinentibus, ſuprà voce *Presbyter*, ſt. *Presbyterium.*

Titus, Tribunus primò Mauiorum, ſub Maximino Imp. hinc à militibus imperare coactus, poſt ô. menſium Imperium, ab iisdem occiſus eſt. *Vir de primis ergo Romputi, domi foris ſq. laudabilis*, Trebellius *in eo.* De uxore illius *Calphurnia*, diximus ſuo loco. Plenum nomen videtur fuiſſe *Titus Quarvinius*, ex Herodiano, qui eundem *Quartinum* vocat, quem *Tium* Scriptores Latini. Salmaſius *ad i.*

TL.

Viri illuſtres.

Tlepolemus, Herculis fil. adde: In Cariæ oppoſita Ins. Rhodo, divinis honoribus cultus eſt, uti docet Scholiaſtes Pindari *Olymp. od. 7.* Quemadmodum apud eosdem Alex. M. in venerationc fuiſſe, tradit Clemens Romanus *Recognitionum lib. 10. V. Gerh. Joh. Voſſium de orig. & progreſſu. Idolol. lib. 1. c. 21.*

Tlepolemus, Lycius, quo ſingulari vicit 131. Olympiadem: *Mogtoς, i. Myrenſis*, Philoxeno dictus, in vet. *Epigramm.* ubi Hermularium in Ludis Olympiacis eum inventorem facit, de quibus V. ſuprà. Myra autem urbs Lyciæ, ut notum. V. Salmaſium *ad Solinum p. 924.*

TM.

Tmarus, adde: Græcè *Τμάρος*, & per ſync. *Τμᾶρος*. Ubi templum Dodonæi Jovis, Solin. *cap. 7.* ad quem V. *Exercitat.* Salmaſii.

Tmolus, adde: Hinc *Tmolitæ*, montis hujus incolæ, quorum mentio in nummo Sabinæ Jun. in cujus poſtica parte Diana conſpicitur cum arcu fuo, & nomen ΤΜΩΛΙΤΩΝ. apud Jac. Sponium *Itiner. Græciæ Part. 3. pag. 193.*

Tmolus, Lydiæ amnis, in quo coticula ſeu lapis, quo aurum & argentum probatur, *Lydius* inde dictus, primum repertus eſt, Plin. *l. 33. c. 8.* V. Salmaſium *ad Solinum pag. 1103.* Idem cum fluvio memorato, in voce *Tmolus.*

TO.

Tadus, vulgò *Tajo*, vel *le Tage*, fluvius est Galliæ, in Andibus, qui infra Salmurum in Ligerim effluit. Meminit ejus vetus descriptio Turoniæ: cujus Auctor, Majoris Monasterii Monachus, Comitatum Turonium ab Occid. ait terminari *fluvio Tadio* nomine, qui inter Salmurum castrum & Abbatiam S. Florentii fluit, & sic in Ligerim *effluit*. Scriptoribus quibusdam recentioribus *Tueda* Latinè nuncupatur: Olim verò *Tadus*, vel *Dradus* ac *Tradus* dictus videtur esse, unde *Teotusdo* vel *Theodosdo Dradone*, uni è 4. clarissimis ac nobilissimis Aquitaniæ Regum vett. Palatiis seu Fiscalibus villis ac hibernis, nomen: quod ad fluvium fuisse fidem. Recipit autem is amnes Toëriun Toëres, Argentonem *Argentum* ac Devam *Dive*. V. Hadr. Valesium *Notit. Galliæ*, in voce *Theotusdum*, & in Lexico Univ. *sub voc.*

Toga, adde: Nomen à *tego*, quod Veretibus *toge*; qui proin quidquid tegere aptum est, primitus *togam* dixere. Sic *togam*, pro tecto, Poëta quidam apud Nonium dixit. Sanè vestem omnem, quæ tegendo corpori, *togam* dictam, legimus apud Varronem *de Vita Pop. Rom. lib.* 1. Nisi sit potius à Græco τέγω, στέγω. Nam & τόγα dicebatur pro eodem. Salmasius *ad Tertullianum de Pallio*, ubi etiam de togæ *rugis*, *sinu*, *umbone*: item *de Toga apud vett. Romanos gentilia mota*; porrò *de Toga Græcanica*: uti *de Toga Prætiliaria*, *Picta*, *Pura*, *Serica*, *Subnisia*, passim *Nostis ad Historiam Augustam*.

Togata Comœdiæ, propriè Latinæ, sicut *Palliata* Græcæ; à vestitu utriusque Gentis. Vetus Interpres Juvenalis *ad illud*,

——— *Recitaverit ille Togatas*:

Togatæ, inquit, *sunt Comœdiæ Latinæ*, *Palliatæ Græcæ*, *quales Afranius fecit*. Ubi, cum Afranium *Togatas* dediisse notum sit, verba illa, *quales Afranius fecit*, retrahi & *Togatis* subjici, jubet Ferrarius. Erant autem *Togatarum* aliæ nobiliores, quæ *Prætextatæ*, in quibus fc. Magistratus introducti, qui in prætextis: aliæ minùs nobiles, in quibus censet Scaliger *Poetices lib.* 1. c. 7. *Senatores privatos cum Togis introductos*. Sed cur soli Senatores *Togati*, cùm Gens universa hoc habitu uteretur? Subjicit idem, ultimum genus fuisse, quod capiebat humilem Fortunam negotiorum popularium cum tunicis tantùm, eas autem non tunicatas distas, fed ab habitaculis *Tabernarias* appellatas, quòd cum tabernis fermè assimilarentur. Sed fi nullus in illis Togæ usus, cur inter *Togatas* recenfitæ? Autor Prolegomenon Terentii *Togatas* tabernarias fuisse Palliatas tradit, quod falsum: Sed paulo antè, fi tamen unus Auctor est, *Tabernarias*, ab humilitate argumenti & ftyli dictas, putat. Melius dicemus, *Togatas* genericum fuisse nomen, ad Prætextatas & Tabernarias: nihilominus *Togatas* pro *Tabernariis* non communi tantùm errore, fed Poëtarum quoque auctoritate, usurpari, atque adeò nomen generis ad hanc posteriorem speciem restringi consuevisse. Ita enim Horatius,

Vel qui prætextas, *vel qui docuere* Togatas.

Ubi per *prætextas*, intelligit prætextatas, Comœdias viz. Magistratuum ac nobiliorum personarum: per *Togatas*, eas in quibus viliores personæ introducitæ; qui quòd in cœnaculis ac tabernis degere solìti essent, ut Opifices inprimis, Institores ac Sellularii, *Tabernarias* easdem vocitatas fuisse, vidimus suprà in hac voce. Cœterùm *Togatarum* Auctores ab Acrone hi recenfentur: Ælius Lamia, Antonius Rufus, Melitius, Afranius, Pompeius; qui omnes magno literarum damno, præter Afranii fragmenta, interciderunt. Primum autem Stephanionem *Togatas* falsus instituisse, auctor est Plinius *lib.* 7. *cap.* 48. *Mimus inter Stephanionem*, *qui primus togatus saltare instituit*. Lege *Togatas*, ut & Sabellicus monuit, & de Pantomimo intellige. V. Octavium Ferrarium *de Re Vestiaria Part.* 2. *lib.* 4. *c.* 2.

Togati, apud Spartianum *Hadriano*, *Hodiè*, *Imperatores sine pænulis à* togatis *videntur*: sunt, qui *ave matuinum* Imperatori portabant, seu falutatores, quos in alia vefte hoc officio defungi nefas erat, ut notatum ex Martiali. Nec soli falutantes *togati*, verum & Imperator, Treb. Pollio in *Gallieno*, *Cum clamyde purpurea gemmatisq*, *fibulis ornatus Romæ vifus est*: *ubi simpor togati Principes videbantur*. Usurpant autem hi Auctores *videre*, pro *salutare*, ut ex iis passim discimus. Et quidem, cùm Hadriani, Trajani & anteriorum Principum ævo cum pænulis nunquam esset Cæsar, postmodum, dum salutabatur quidem, *togatus* erat, ac post officium hoc pænulam fumebat. Salmasius *ad Spartianum d. l.* Porrò, cùm Romani aliàs togas cœnatoriis mutarent accubituri, Imperatorum ramen mensæ non nisi *togatis* interesse licebat, qui militem non esset, quibus cinctus pro toga fuit, Spartianus in *Sev.* Imò nec alià ratione ad Imperatorem unquam accedere, uti docet Salmasius *ad Treb. Pollionem ubi suprà*. Etiam in Spectaculis idem habitus necessarius. Unde Commodus, *contra consuetudinem pænulatos spectatores*, *non togatos*, *ad munus convenire*, *quod funeribus solebat*, jussisse legitur apud Lampridium *in eo*, ibi item Salmasium vide &c. Apud Suetonium *Tullio cap.* 48. *Convivarium assidue per provinciae duobus triclinii*: *unu*, *quo togati pallidive*, *altero*, *quo togati cum*

illustribus provinciarum discumberent? Casaubono *togati* sunt honestiores e comitatu, puta Consulares, Prætorii, Senatores, Legati & Quæstores. Idem verò & *togam*, ignominiæ causâ interdum sumi justum, sed absolutis latinis deformem, docet ex Val. Maximo *lib.* 2. *cap. Augustum* ejusdem Auctoris *cap.* 24. V. quoque hic passim.

Togrul-Beksas, fil. Michaëlis, primus Turcarum in Persia Rex. Hujus enim patrem, Selgkuko Tartarorum Duce genitum, cùm Mahmudus R. Persiæ & Indiæ captivum abduxisset, ex Mauaranallaria omnes Turcæ cum infequuti, in planitie *Chorasan* consederunt. Quod cùm Mahmudus agre ferret, filius ejus Masud Turcas bello lacessere cœpit, qui irritati *Togrul-Bekum* Regem creaunt A. C. 1038. & rota mox Persia potiti sunt, à Boitarum fic familiâ hactenus regnatrice ad Turcas translatâ. Post Togrul-Bekum Persiæ imperitaverunt Muhammed aliique, usque ad Mahmudum Abukalsem. Sub quo partim intestinis diffidiis, partim vicinorum conspiratione, regnum Turcarum in Persia destructum est, hæcque à Togrul-Beki familia ad Chorasmios devenit, circa A. C. 1224. Qua de re V. Georg. Hornium, *Orb. hyper. pag.* 403. & 420. ut & suprà ubi de *Persia*, *Turcæq*.

Toletana, Hisp. *Toledo*, nomen Familiæ in Hispania illustrissimæ, quam nonnulli è Græcia deducentes progeniem Palæologiorum faciunt, qui Oriente olim potiti. Autori ejus Petro Alfonsius VI. R. *Toleto* devicto multa prædia donasse dicitur: quæ nominis *Toletani* origo. Ex ea Garsias *Alvarez de Toledo*, Alfonso Sapienti Regi Castellæ fidelìter inservit: Cujus filius Garsias Alvaras, alius *Alvaras Garsias* dictus & nepotes Garsias Alvarus M. Magister S. Jacobi (pro quo Magistro à Rege Henrico Oropesam & Valdecornejam accepit) & Ferdin. Alvarus, à fratre Valdecornejam successione nactus. Inde duo cognomina rami: *Oropesæ* penes Garsiæ fil. Ferdinandum Alvarum remanfit; qui Garsiam Alvarum genuit & Garsiam Fernandum Alvarum, *Comitis de Oropesa* dignitate ornatum ac reliquorum Comitum fatorem: Quorum successio, ob inasculorum defectum, à Beatrice March. *de Xarandilla*, marito Bragantino M. *de Frechilla* allata est. Prætant verò Fernandi patrui, Didacus Lopezius *de Ayala* Dominus *de Cebolla* & *Cossilla de Villalva* sevit. In altero ramo primario Ferdin. Alvarus Dn. *de Valdecornejæ*, præter Gutierium Alvarum Archiep. Toletanum, genuit Fernandum Alvarum successorem in *Valdecornejæ*, patrem Ferdinandi, qui primus Comes Albæ sive *de Alva de Tormes* nominatus est. Hujus filium Garsiam Alvarum Com. *de Salvatiens*, M. *de Coria* & Ducem *de Alba* Rex creavit: Inter cujus liberos Fernandus Dominus *de Villora*, ex quibus dein Comites *de Ayala*; Garsias Dominus *de Herrandia*; Petrus Dominus *de Manzera* dedit; sed primogenitus Fridericus Alvarus Ducale axioma propagavit. In hujus itaque liberis nova divisio orta est: cùm à Garsia Alvaro primogenito reliqui Duces *de Alba & Huesca* descendant; ab altero, Petro, Prorege Neapolitano & uxore Maria Osoria Pimentellia, March. *de Villafranca* Marchiones reliqui, cum agnomine *de Toledo Osorio* derivantur; quibus titulus etiam Ducum *de Fernandina* & Principum *de Montalvan* accessit. Sed & prater enumeratas alia linea est Dominorum de *Tocenaque*, in quibus obtigit Comitis *de Cedillo* titulus uni Antonio, sed posteri ejus cum cognominibus *de Luna* & *Ponce de Leon* Dominorum appellatione fuere contenti. Phil. Jac. Spenerus *Theatr. Nobilit. Europ. part. II. Indic. pag. Parte I.* Ducum *de Toledo-Oropesæ* Part. II. Marchionum *pag. Parte I.* Ducum *de Toledo Osoria* & *Part. III.* Ducum *de Alba* quoque, Progenitores exhibet, V. eundem *Arte Heraldica Tom. II.*

Toletus Franciscus, Hispanus, Cordubensis, Card. è Societate Jesu: *Vir doctissimus & cum aliis*, *tum vero Philosophicis ac Theologicis literis ornatissimus*, teste Alegambe Bruxellensi *Bibl. Script. Societatis Jesu*. Dominicum Sotum habuit inter cœteros Doctorem, qui, propter ingenii excellentiam, *Prodigium* illum appellare solitus est, id. ejus extant in *Psalm.* 17. *Commentarius*: ut & in *Lucæ cap.* 12. *pr.* in *Johannem* & *ad Romanos*, &c. Guil. Crovæus *Elencho Scriptorum S. Script.* Obiit Romæ A. C. 1596. ætat. 63. Eum Martin. Navarrus appellat, *Excellentem Exegetæ Doctorem & acerrimum Gymnasiarcha* Stanislaus Resius, *virum Virtutis & sapientiæ laude celeberrimum*, Andreas Eudæmon Joan. illius *eruditionem*, *ingenium*, *literium*, ait, *Orbem terrarum semper miratorem*; And. Victorellus, *Admiror*, inquit, *aureum sacrimonium*, *quale Vir. S. Petrum in concionibus eloquentia fumen*; Ferdin. Tagliellus, *Virum ipsum fuisse*, ait, *ad Christianæ Reip. beneficium natum*. Sæpius audimus eft dicere: *Malle se pauperem in Collegio*, *quàm in apparatissimo*, *quod Pontifex attribuerat*, *Palatio degere*, Iterum Alegamb. V. quoque Isaac. Casaubonum ad Fronto-Ducæum & Thuanum *Histor.* ubi de hoc *Toleto* plura.

Tollendi infantes ritus, V. suprà ubi de *Infantibus*, & *Levana Dea*, nec non in voce *Sublatio*.

Tollens, apud Plinium *lib.* 19. *c.* 4. *Horros villa jungendos non est dubium quando*, *maximè habendos*. *si contingat prasino anno*, *si minus*, *è vino rota organisine pneumatici*, vel tollgnonum

hausta rigatur: machina eſt ἀναντλοῦσα τὸ κατατεθὲν, *ſurſum tolli ac deorſum mitti ſolita*, eaſ alligatus aquæ hauriendæ cadus. Græcè κάδιον, quod exponitur in *Gloſſ. ἀντλητήριον*: unde appoſitè *vollerunum hauſtum* dixit Plinius. Et quidem ex κάδος, κάλως, *celonus, celono*, & transpoſitis literis ac c. in t. mutato, fit *Toleno*. His, ubi rigua deſint, aqua interfluit; quod κάλωνα ἀεὶ ὑπὸ Græci dixere, uti patet ex Herodoto *lib.* 1. & 6. Sed & ad exhauriendam in navi ſentinam κάλων adhibitus, Heſych. In re militari inſignem eorum uſum olim obſendit, Marcello Syracuſas obſidente, Archimedes, apud Liv. *lib.* 24. *c.* 34. *Cum propiùs hoſtibus naves, quæ interiores ultibus tormentorum ſtetere: in eas tollenone ſuper murum eminente ferrea manus firmæ catenæ alligata, cum injecta prora eſſet, gravi libramento plumbi recellente ad ſolum, ſuſpenſa prora navim in puppim ſtatuebat: dein remiſſa ſubitò, velut ex muro cadentem — ita unda aſſiliebat, ut, etiamſi recta veniebat, aliquantum aquæ acciperet* &c. ubi Gronovium vide; & plura hanc in rem ſupra, voce *Celones*, item ubi de *Hauſtoriis machinis*.

Tollere ſe, verbum Augurum, de quo V. ſupra, voce *Tempeſtum*.

Tolſa, adde: De ſedibus Metropoli huic ſuffragantibus, V. inprimis Valeſium in voce *Apamia*.

Tolta, apud Recentiores, exactio eſt quæ per vim fit, quod contra jus *uſſitur*, quodvis tributum &c. Etiam *Tolta mala*, vel *Malavilta*, in *Charta* Philippi Aug. *A.C.* 1214. in Duſchenii *Normannicis*. *De Malvoltis, quam Joannes Rex Angliæ & ſui impoſuerunt, ſic erit.* Aliter *proviſum Ufaticum*, in vet. rubrica mannſcr. characteribus aureis conſcripta, quam in publica Montiliendis oppidi domo, 4. ballis plumbeis appenſis extantem, ut infigne Ademariorum Familiæ antiquitatis monumentum, ex ſchedis Peireſcianis, *Gloſſario* ſuo inſeruit Car. du Freſne, ubi plurima hanc in rem. V. quoque hic, ubi de *Tributis*.

Tolutares, ſeu *Tolutarii* Equi *à tolutim incedendo* dicti, quod Aſturconum proprium eſt. Plin. *lib.* 11. *cap.* 42. *Gallaica gens & Aſturica, equini generis, quos ibidemes vocamus, minori forma appellatos aſturconas gignunt, quibus non vulgaris in curſu gratia, ſed mollis alterno eorum explicatus glomeratio: unde equi tolutim carpere incurſus traditur arte.* Nempe quòd crura aitiòs *tollant* in currendo & ſubſultim incedant hujusmodi equi, *tolutim ire* dicti ſunt. Græcis κρωτικῶς quoque ac σκιρτικῶς, elegantiſſimè. uti videre eſt ſupra, voce *Calpare*; item ἐξυπόδας, quòd crebris denſisque greſſibus tetram ferianr, V. ſupra *Acupeter*. Iidem & *volatarii* vocati, apud Senecam, πτικικῶς nempe vel σκιρτικῶς, à *volo* vel *ſalio*, qui minutim veluctieri ſolent; à quibus diverſi gurtonarii, qui lidem cum repidiariis vel trepidantibus, de quibus infrà. Quamvis & hi *tolutim incedere* dicebantur, imò & à *tolo*, (pro *tollo*) *tolui, tolo*, hinc *troter* ſuum de iis Galli formarunt. Sed Aſturconum ſeu *tolutariorum* blanda vectura, & ad delitias usque mollis ac grata eſt: nullum verò genus vectuæ, quod magis torqueat ac fuccutiat, quàm equi trepidiarii. Pomponius apud Nonium, *Ubi inſultus in celeritatem ejusdem, ibi tolutim trotor.* Quod de trepidante omnino dictum, qui & ipſe tolutim incedit aliisque pedes tollit, ac vehuliter greſſus gliomerat, fed cum tortura & ſuccuſſione. Interim ſolebant trepidiarii condoceſſeri aſturconum modo blandè mollireque vehere, greſſuque ſpiſſo & minuto ſedentem erigere & mollicula grataque ſuccuſſione commovere, Parthorum invento, ut Vegetius ait; quà arte molli er ac delicatè vehendi poſſquam edocti erant, nediam quandam ambulaturam habebant inter aſturconas & trepidantes, atque *triarii* à Latinis appellabantur, ut infrà dicemus. Plura hanc in rem V. apud Salmaſium *ad Capitolinum in Maximinis*, & hic paſſim.

Tomentum Circenſe, quod ſc. in Circo vendebatur, memoratur Martiali, *lib.* 14. *Epigramm.* 160.

Tomentum *conciſa palus* Circenſe *vocatur*:
Hæc pro Leuconica ſtramina pauper emit.

Ubi *palus*, ſumitur pro arundine, junco, ulva paluſtri, è quo *tomentum* fiebat, idem quibuſdam cum ſtramento Orthomenio, de quo Plinius *lib.* 19. *c.* 1. Hoc nempe paupetes in ſuum uſum vertere conſueverunt: cùm divites Lingonico ſeu Leuconico culeitras farcirent. De quo idem ſupra,

Oppreſſæ nimiùm vicina eſt fabula plumæ,
Vellera Leuconicis accipe raſa ſagis.

In quæ verba Salmaſius: *Tomentum*, inquit, *lana eſt, quæ pannis reſibus, detondetur atque abraditur. Flocket Belg. Mittebant autem Lingones cadauces, lanatos & laxa craſſie ac ſimplici lana. Unde legunt hic alii, Lingonicis ſagis.* Per raſa vellera verò Lingonicis ſagis, intelligit lanas noviſſimo ſui purgamento detractas *Lingonicis ſagis* poſtea *ſive crinaceo fullonis*. *Non igitur tunc tondebatur eminens laniugo pannorum, ſed peſſine tantùm deradebatur. Libri tamen Martialis omnibus locis ſcripturn habent* Leuconicis, *non* Lingonicis. *An Leucones dixit pro Lingonibus?* Sed & calceos *Tomento* ſtipatos legimus, ſi forte pedum modulo laxiores eſſent: Quo ſenſu Tertullianus *Epiſt. ad Euſtochium*, inter cœtera, quibus operoſum puellarum in ſui ornatu curam exagitat, dixit: *Calceum ſtipant multiformem.* Sic enim ad eum locum Rhenanus ait, *Stipant, ne fallicet calcem.* Antiquis enim quoque ævi homini-

bus decorum maximè viſum eſſe, ſi ſtrictim calceaterentur, neque pedes in laxa calceorum pelle natarent, diximus ſupra, ubi de *Tenſis coburnis*. Nominis origo à *tondendo*, hinc enim *tondones*, tonem extrito *n.* *tondones ſæpe, tomentum*; ut *movco, movimen, momen, momentum*. *Tonderi* autem dicuntur, quæ cæduntur vel acciduntur. Unde *lana tonſa*, i. rafa noviſſimo ſui purgamento, ut ait Plinius, (κυκάλιον inde Græcis) *tomentum Lingonicum*; *tonſæ arundines, tomentum Circenſe*: adcoque in genere *Tomentum* tartum illud, quod ex certa materia cæſa, ſtida, tonſa conficitur: qualis nec lœni nec plumæ, ut quidam volunt. Certè *tomentum* fœno diverſum fatit Seneca *de Vita B.* acci Varro de *L. Lil. 4.* plumæ Martialis *d. l.* fed & ſtramento, Plinius *lib.* 8. *cap.* 48. ubi ante cognitum tomentum Italos ſtipulis ad fubſternendum uſos eſſe, hoc ſtratum *ſtramentum* vocitaſſe, docet. Ab incukando autem acere, *tomento*, pluma, *culcita* nomen accepit, V. ſupra, plura verò hanc in rem apud Salmaſium ſupra laudatum *ad Solinum pag.* 391. 398. & 1009. inprimis verò Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. lib.* 4. *c.* 21.

Tomerus ſluv. Indiæ, circa quem Paſitarubes, in ora Ichthyophagorum, memoratur Plinio *lib.* 5. *cap.* 23. ubi vulgò *Tuberus* legitur. Sed *Τόμερος* vocat Arrianus in *Indicis*, de Nearchi navigatione (quam Plinius eo loco deſcribit) ſatis tamen longè ab illo fluvio Paſiras ponens. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1176.

Tomus, apud mediævi Scriptores, volumen, librum, codicem notat, ut videre eſt apud Hieronymum *ad Pammachium & Oceanum*, nec ingenitem ſolum, ſed & mediocrem, libellum, epiſtolam, unde Eucherianos ritus *tomos* dicemus Pontificem. apud Epiſtoli doçmaticam fuam ad Flavianum Patr. CPolitanum & univerſum Concilium Chalcedonenſe miſſam *tomum* appellaret (unde illa *Tomus Papæ Leonis* in Oriente dicta eſt) increpat Ephrem Patr. Antiochenus, apud Photium. Etiam mappam mundi, in membrana exaratam, ſic vocari apud Iſidorum Epiſc. Pacenſem *Chron. ætâ* 749. adnotat C. du Freſne. Ex Græco τόμος, quod ex origine vocis *ſegmentum, & ſurſum* notat, à τέμνω, *ſeco, ſecui, ſectum*, unde τόμος· διαστὴ, quem inter piſcium genera perperam recenſet Plinius & aliis *Xiphian* vocari ait, *lib.* 32. *c.* 11. *Turdus inter ſaxatiles nobilis. Tomus Thurianus, quem alii xiphian vocant.* Xiphias enim canicula eſt piſcis, τόμος autem ſruſtum et concifiæ & falitæ; qui Θουριακὸς appellatus eſt à Thuriis pop. & *Bugrium, thurſio*, à ſimilitudine capitis thyrſi, cùm ſc. hacforma concidebatur. Salmaſius *ad Solinum pag.* 1317. Proprie verò idem τόμος ac κοπὸς eſt, *truncus* ſeu *codex*, & κόπτω, *ſeco, ſecui, ſectum*, *ſcapus*, ramus ſine vita. arboris ex unaquaque parte præciſus, vel ſimpliciter ab arbore reciſus, quem κλάδον quoque Græci appellavere: quibus nominibus, à ſimilitudine, poſtmodum vocavere Veteres charatas in unum volumen convolutas atque complicatas, quo modo chartæ non ſeriptæ jungi ſolebant, uti ex Caſſiodoro diximus; atque hinc ad quodvis volumen denotandum & *codicis* & τόμου ſeu *tomi* vox eſt extenſa. Idem Salmaſius *ad Vopiſcum in Firmo*. V. quoque ſupra in voce *Codex*, item *Scapus*.

Tonante Cœlo, pro mutua ſalute veta ſundendi mos Veterum, indigitatur Philoſtratus *de Vita Apollonii lib.* 6. ubi de Antioche nſibus Syrus & terræmotu, qui, dum ipſi in concione ſunt, factus eſt, Ζεὺς μὲν δὴ, αἰτ, *γενοῖτο σωτήριος· ἐνίοις δὲ, ὦ ἄνδρες οἱ διονυσιακοὶ εὐοῖ, ὑπὲρ ἀλκῶν εὐξώμεν, Τετραπτολις autem rebremenſ oro conſervii, & ſicut tonante ac fulgente cœlo aſſolet, pro ſe mutuò precari ſunt.* Ubi tonitrua & fulgetra διονυσιακὰ vocat, quia à Jove fieri credita, qui inde *Tonans* cognominatus eſt, uti vidimus in hac voce, ſtatimque ex arte in Capitolio Romæ habuit, *ante omnia laudabilem.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 8. Quamvis & Ditem quoque interdum *tonare* putabant. Claudianus de *Love Inferno*,

Sub terris tonuiſſe putet ——

quem proin *Infernum Tonantem* vocat Papinius Statius *Theb. lib.* 11. *verſu* 290. ad quem V. Caſp. Barthium *Animad verſion. lib.* 11. *pag.* 1326. Inprimis verò cùm *tonare* cœlo ſereno, quia id raretter fieri ſolet, prodigii loco habebatur nonnullis: aliis proſpera talia tonitrua arbitrantibus, qua de re V. Theod. Marcilium *ad Suetonii Tium cap.* 10. Uti autem confuetudo præfata laudabilis, ſic contrà ingens verordia fuit Caligulæ, quem τοῖς βροντῶσι τὸ μηχανὸν πᾶν ἀνδρεῖσθαι, auctor eſt Dio. Sed & Alladium, Romulum, Salmoncum, Sylvium, tonitrua imitatos, digno impietate fuà exitu, paſſim legimus &c. V. quoque infrà, in voce *Tonitrus*.

Tonarion, Græcè τόνάριον, fiſtulæ genus, quo vocis modorege bant ac temperabant Muſici. Quintilianus *lib.* 1. *c.* 10. *Utuno intento concentui ſimus, exemplo C. Gracchi — cui concinnati poſt eum conſiſtere Muſicus, ſiſtula, quam tonarion dicunt, modos, quibus deberet intendi, miniſtrabat.* Sic dictum, quòd ἀφ' τόνου vocem modò remitteret, modò intenderet, uti docet Plutarchus ἐπὶ ἀκρόσεσι. ubi plura hanc in rem, ut & apud Salmaſium *ad Vopiſcum Carino*. V. quoque ſupra, voce *Symona*.

Tondendi Ritus, Antiquis in uſu non fuit, qualis hodie ad ornatum viget. Namque & Romani comam alebant, unde *incompta Cæſaries capillis*, apud Horatium *lib.* 1. *Od.* 12. *Intonſus Cato*, apud Eund. *lib.* 2. *Od.* 15. *barbatus Rex*, apud Juvenalem *Sat.* 4.

verſu

verſu 104. *capillatus Conſul*, apud Eund. *Sat. 5. intonſi Avi*, Idem *Sat. xii. intonſus Numa*, Ovid. *Faſtor. lib.* 6. ac paulo clarius de Catone, Lucanus *lib.* 2.

Intonſo rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus eras, multâque, genis inreverſe barbam.

Et Græci capillos demittebant, hinc κρεμαμένους Homero dicti; ac Lex ille celebris apud Ariſtotelem *Rhetor. lib.* 1. *Civibus ſervile officium ſubire non paſſi*. Interque Scriptores convenit, utriuſque gentis hujus ritu ingenuos fuiſſe capillatos. Petronius *Sat. Vidi-mus ſenem inter puerosſ capillatus ludentem pilâ*. Martialis paſſim, *lib.* inprimis 10. *Epigramm.* 62.

Ludi magiſter, parce ſimplici turbæ,
Sic te frequentes audient capilli, &c.

Idem legimus Gallis, quos Claudianus cum Sicambris confundit: Unde *Regalis capilliti ius*, apud priſcos Francos, Fr. Hottomannus *in Francogall.* c. 9. Certè omnes Galliæ Reges usque ad Pipinum Caroli M. Patrem, *longis capillis ſenel in anno conſpicibantur, Comitibus Regnum adminiſtrantibus*, P. Faber Sanjorianus *Semeſt. lib.* 2. c. 20. Cujus rei originem tradens Ado Viennenſis *Chron. ex. 6. Poſt Pharamundum*, inquit Franci *Chlodionem ſtilum ejus filii Regem ſtatuunt: ab hinc Franci, in Thoringorum finibus habitantes, crinibus ſuper humerum demiſſis, Gothos non minus capillos promiſſe*, Procopius docet *lib* 4. V. quoque Caſſiodorum *lib.* 4. *Epiſt.* 49. & Sidonium *lib.* 1. *Epiſt.* 2. Unde editum Theodorici R. *can.* 195. *Quemlibet ne capillatorum tervio fuiſſe convenium*, &c. Iidem proin *Crimperi* Patres, Claudiano *de bello Getico*. De Hunnis item Incertus Poëta, ſed antiquus, *Andronico lib.* 4. c. 4. *Epigramm.* 16.

Ἄνδρ᾽ ἀγαθοὺς ἀνέμενεν Ἀθάνατος φαντὸς ἐνωδὸν Ἴ᾽ερυ,
Κοίρανε τὸν κεφαλὰς ἀκρόθριξ ἀίσσοντας.

De Britannis, ante Henricum R. Theodoſius Clarius *Hiſt. Brit. lib.* 3. *Henricus comam in hac Inſ. Primept barbamq, totonſit, ejusq, exemplo duêti Angli, quia ſuâ memoriâ capillo promiſſo fuerant, omnes conſeſtim tondebantur*. Ut alios omittam. Contra Servi *tonſi* inceſſere; Unde *deonſus juventus*, apud A. Perſium *Sat.* 3. *verſu* 55. & interrogatio Comici, *in Aviſus*,

Δᾶλος οὐ κόμην ἔχεις;
Servus cum ſis, quare comam?

Proin, triumphati Duces, in ſervitutis ſignum, *tonderi* quoque ſoliti: Quo pacto Eruditi interpretantur *Afriſam tonſam*, apud Propertium *lib.* 4. *Eleg.* 12. *captivos Germaniæ crines*, apud Ovidium *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 14. *deonſam Sicambriam*, apud Claudianum *lib.* 1. *in Eutrop.* &c. Traque homines ingenui, liberi ac nobiles, capillum olim non exuebant, niſi urgente maximo periculo: uti de Lacedemoniis docet Plut. *in Lyſandro*, *Quoties adire vitæ periculum voluant, comam demittunt*. Petronius *Satyr Naufragio ſibi ad Lunam Tonſorem impoſitivo inhaverntem miniſteria, execratus eſt, omen, quòd imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile rejectus eſt*. Unde colligimus, eos qui ſalvi è naufragio emerſiſſent, caput *tondiſſe*. V. Juvenalem *Sat.* 12. *verſu* 81. ex voto: Quemadmodum &, qui in peregrinationem longinquam aut expeditionem proficiſcebantur, capillum alicui Deo devovebrant, cui reduces detonſum conferrabant; Quem riſum primus obſervavit Hadr. Turnebus *Adverſarior. lib.* 22. c. 18. Hinc Val. Flaccus *Argonautic. lib.* 1.

Teſtus & Eurytion ſer vato colla capillo,
Quem Pater Aonias reducem tondebit ad aras.

V. quoque Papinium Statium *Thebaid. lib.* 6. *verſu* 608. & *ſeqq.* Imò non Adoleſcentes tantùm, ſed & Virgines id factitare ſolitæ fuit, τοτνιαιὰς ἀ θεοῖς, *ſtuminibus aut Diis*, capillos ſuos conſecrantes, Luc. *in Syria Dea*, Jul. Pollux *lib.* 2. c. 3. *num.* 5. Homerus *Il.* 23. Euſtath. Alii. Quod votum præcipitabatur interdum ſtatim ab ipſa nativitate, depoſito pro more in terram nato. Tertull. *de anima* cap. 40. ſed hac de re ſuprà actum *paſſim*. Porrò in luctu Græci τοιᾶσθαι ſeu βάσσειν tondebant, cumque vel tumulo ejus, quem lugebant, impancebant, vel conjiciebant in ignem: quod Caracallam quoque in funere Feſti feciſſe, docet Herodianus *lib.* 4. Et hoc appellabant τοῖσιν κείρειν, & τοῖσιν τοῖσαι, & τοῖσιν βάσσειν & κεφαλὴν χλόην, & κείρεσθαι τοῦ νέκυος. Neque id à viris ſolum, ſed & fœminis factum: Unde, in funere Clytemneſtræ, Electra ad Helenam cincinnis ſuis parentem, Εἶ᾽ου, inquit, τὸν σὸν ἀδελφὸν θρήνων τε καὶ ἢ᾽ ἀπλοκάμων τίμιον, *Operebat vero lugentes totum radere capillum*. Macedones quoque *tonſi lugebant*, Arrianus de *Reb. Alex. lib.* 7. Unde Alexandrum defunctum Sifygamur, Darii mater, hoc ritu proſequuta eſt, apud Curtium *lib.* 10. Ut Patroclum Achilles, apud Hom. *Il.* ψ. Polydorum & Pallantem ſui, apud Virgilium *Æneid. lib.* 3. *verſu* 67. & *lib.* 11. Steriſ porrò toto capite arcj, etiam veritce deradebantur, hinc ὁ ξηρὸς κλόος. Cùm elegantiores Græci & palæſtrici, in orbem tondentur, hinc σφαιρόκρανα κόσσαι dicti. Quo modo & pueri delicati foliti circumtonderi, Suetonius *Auguſto cap.* 45. & meretrices, Heſych. *Coronam* Latini vocabant hujusmodi capillaturam ſeu extremum hunc crinium ambitum circumtonſum, Græci πύκνον τὸ περιθέσιον Circumtonſi enim, in orbem tantùm tonſi, verticem intonſum gerebant: cœterùm quâ parte tondebantur, juxtà cutem raſi: quos hinc σκαθιώκους quoque Euſtathius appellat. Idem namque σκαθίοις & σφαιρώμασιν, uti docet pluribus *Not. ad Tertullianum de Pallio cap* 4. Salmaſius &c. V. quæ ſuprà dicta, ubi de *Capillis*, *Capite*, *Coma*, *Redenti vita*, alibique paſſim, nec non quæ infrà addemus, voce *Tonſor*, item *Tonſura*.

Tonitrus, Peruvianis pro Deo. Ab Joſepho enim Acoſta prodidum eſt, Ingas, dominos Peruviæ, poſt Viracochanm ſupremum Numen, tum Solem colere, tum *Tonitru*: ac *Tonitru* quidem triplici nomine appellare, *Chuquilla*, *Catuilla* & *Intillapa*. Ait quoque effingi hoc illis: gaſtâ hominis, cum funda aut clava: manu præterea continere pluvias, grandinem, tonitru & alia hujusmodi: eſſeque *Guaca* ſive cultum hunc omnibus Peruanis communem, nec uſquam illi Deo ſacrificari: imò in Cuſco, Regia gentis, etiam ei, quemadmodum Soli, pueros immolari. Verùm hoc Numen fecundarium duntaxat ac miniſtrum, ut cui Viracocha commiſerit poteſtatem aeris, adeoque non tam *ipſum Tonitru*, quàm Tonantem, ſive is Jupiter, he ſidus Jovialc, vel aer, ſive Genius aliquis, naturæ aeris præſectus, à Peruanis hoc nomine cultum, ex hac ipſa Acoſtæ deſcriptione colligit Voſſius. Sanè & Sclavi, cti Nymphas, aliaque colerent dæmonia, inprimis tamen venerati leguntur, non tonitru quidem, ſed tonitrus auctorem ac fabricatorem, quem ſummo pro Numine, imo unico, habebant. V. Procopium *Hiſt. Gothic.* & Dubravium *Hiſt. Bohem. l.* 1. Neque verò gentes ſolùm barbaræ, ſed & Chriſtiani quoque ingenti fulgure ac tonitru vehementer perculſuntur ſæpe, præſertim ſexus imbecilli s, & ex Vett. loquentiſi forma, non *religiosi* modo, ſed & *religiosiſſimi*. Quò facit ſactum S. Hedvigis Polonitæ Ducis, & S. Elifabethæ, quæ Landgravio Thuringiæ nupſerat, matterasque de qua legas, *Conjectationes* & Tonitrua *multum formidabasi, quòd hic elementorum commotionibus extremi judicii diem & divinæ ultionis gladium ad memoriam revocarer, eaque commenora e tota contremiſceret, & cum B. Joh, quaſi tonantes ſuprà ſe ſpectaret, ſemper Dominum timeres*, in *Vita* ejusdem Engelberto Cilere. Mon. exarata; qui ibidem addit, quomodo illis Sacerdotem advocaret, & ſub manuum ejus umbraculo genu flexo in precious ad Deum, durante perſiſtere tempeſtate, apud Joh. Gerh. Voſſium *de Idol. lib.* 3. *cap.* 8 ubi plura hinc in rem. De Vett. more tonante cœlo pro ſe munito precandi, diximus ſuprà; ubi & de impietate ac vecordia quorundam Principum machinis quibusdam τοῖς βροντῶν ἀντιβροντῶντων. Sed & apud Vett. *quorundam domorum talem fuiſſe ſitum, ut adaperiendibus fores* tonitruum *intus terribile exiſteret*, refert Plinius *l.* 36. *c.* 13. *de Labyrinthis*: ut de machina Scenica Βροντεῖον dicta, in qua artes calculorum pleni cum æneis vaſis, unde fulgur exibant. *Et tonitrua* exaudiebantur, ut in *Aja Oiteo*, nil dicam, V. de illa Scaligerum *Poetic. l.* 1. c. 21. Non tamen omittendum *Tonitru Mechanicum*, in *Muſeo* Kircheriano, ex quo inſtrumento Magnatibus advenis audiendum id cum horrore exhibetur Pila eſt virea, ad inſtar piſi, quoad magnitudinem, quæ ad medietatem certo liquore repleta, carbonibusque accenſis impoſita, oſculo hermetice clauſo, fractura tantum fragorem edit, ut præſentes vehementiâ ſonitus planè attonitos reddat, fulgur præterea efficiat, non ſecus ac exploſa bombarda ſolet. Georg. de Sepibus *in Colegii Rom. S. J. Muſæo*, p. 46. V. quoque ſuprà ubi de *Lucernis*; at plura hanc in rem in voce *Brontæum*, item ubi de *Fulgetris*, quæ Vett. nonnunquam cum tonitribus confundunt, cum ſæpe corulcatio cum tonitru jungatur; nec non ubi de *Margaritis*, ac *Tuboribus*, quorum genituræ tonitrui crebra cum imbribus proficere, Naturalium rerum Interpretes adnotant. De *tonitru* ab Apelle picto, adi Plinium *l.* 35. *cap.* 10. de malo ejus augurio, apud Romanos Liv. *l.* 23. *c.* 31.

Tonna, nomen Dynaſtiæ, in Thuringia, quam Gleichenſes Comites noſtro adhuc ſeculo tenuere, à . . . poſtremi, ut volunt *Tonnenſium Dominorum* filia, Sigismundo Gleichenſi dotis loco allatam, A. C. 1408. aliis antiquiorem illis poſſeſſionem hanc facientibus. Illud certum, Tuſtettum cum Sthovia (jam Nobilium Godackerorum) à Landgraviis Thuringiæ, Gleichenſibus Tonnæ jam portiis, adeòdam eſſe, extinctò iſto circiter tempore Hermanno Barone Salenſi ultimo, cujus Majores arcem Tuſtetti condiderant. Utinius autem Gleichenſium Jo. Ludovicus, qui ſterile cum Erdmuthi Juliana Hohenſtenia matrimonium expertus eſt, annuente Jo. Caſimiro Saxoniæ Duce, ita domui ſuæ diſpoſuit, ut poſt obitum Hohenlocis atque Schwvartzburgicis Gleichenſis Comitatus, Tonna Chriſtiano Pincernæ Tautenburgio, & hujus quoque Familiâ deficiente, Chriſtiano atque Wolfrado V Valdecciis, eorumque poſteris Comitibus, obvenirct. A' quibus poſteriotibus Jo. Ludovico A. C. 1631. & Chriſtiano A. 1640. mortuis, habitam emptionis jure non ita pridem patrimonio titulisque fruiertus Dux Saxon. Linez Gothanæ, Erneſti Patris ſucceſſor, adjecit, ſibi ſoli poſteriique compararam, cum Gotham, Altenburgum, Coburgum & Hennebergias ditiones, ſuo Fratrumque nomine, ſupremo Patris juſu, regundas ſuſceperit. Tob. Pfannerus *de prærog. Germ. Principum Genitiſ.* c. 1. V. quoque ſuprà, ubi de Familia *Gleichenſi*.

Tonsa, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 5. v. 340.*

Aſt ubi ſuſpenſis ſiluerunt aquora tonſis,
albidique rotant ſe. Servius ad Virgilianum hoc *Æn. lib. 7.*

—— in lento luctantur marmore tonſæ

Remi, inquit, *dicti à decutiendo ſluctibus, ſeu tonſores, à decutiendo capillos.* Melius Feſtus, *à detondis ramis.* Nam primos homines verisimile eſt integris arbuſculis rem geſſiſſe. Potiùs tamen à *tundendo* deducit Bartbius, ut *tunſæ* primum ſi-priæ fuerint. Cyrillus *Gloſſar.* Κώπαι. *Remus*, *Tonſa*. Philoxenus, Κώπαι, *Tonſæ* &c. de *Tonſa Corona* hic infrà.

Tonſilis Corona, plectili vel nexili contradiſtinguitur. Quas enim ex integris frondibus atque adeo intonſis Vett. nectebant, *plectiles* vel *nexiles* diecbantur inde apud Plautum *Bacchid. act. 1. ſcen. 2. Corona plectilis*, & A. Gellium *lib. 18. cap. 2. coronam è lauro plexam*, id eſt, ex integra fronde lauti plexam. *Tonſiles* vero appellabantur, quæ ex foliis detonſis texerentur: ut obſervat Salmaſius *ad Solinum*, ex Servio *ad illum Virgilii verſum*,

Ipſe capax unius foliis ornatus olivæ:

Quem rectè de *Tonſili corona* Servius interpretatur, *Tonſa*, inquiens, *olivæ minutis foliis compoſitæ. Heliodorus in quarto Carolum tonſilem dixit.* V. Car. Paſchalium *de Corona Antiqq.* Meminit quoque *Tonſilium ſertorum* Martialis *l. 6. Epigr. 80.*

Sic qua undique vagus, greſſumque oculoſq; ſirebat,
Tonſilibus ſertis omne rubebat iter.

In quæ verba Salmaſius præfatus: *Coronæ*, inquit, *interdum ex integris frondibus nectebant Veteres, nec tamen olivæ & aliis, interdum ex mero folio funiculis eas jungebant. Hæ* Tonſiles *vocatæ vel* Tonſæ, *ideò, quòd ex foliis detonſæ texte ſſent, vel quòd folia in his parùm eminerent, nunquam ſi ſonſa eſſent, Horſ. tonſiles tapetas, brevi-tas ac tonſa villi.* V. quòque ſuprà ubi de *Timeno.*

Tonſa Ovium, antiqua admodum, vullione tamen poſterior. Priùs enim vullim, quàm *tonſam* eſſe lanam, diſcimus ex Varrone de *L. L. lib. 4. de R. R. lib. 2. cap. 11.* & ipſo *velleris* nomine inde lanæ tributo. Imò necdum Varronis ævo in deſuetudinem abiiſſe penitùs, patet ex *ſcop.* ut & Plinio *lib. 8. c. 46.* Unde ſunt qui Hebræum ΠΠ *gazaz*, quod occurrit Genes. *cap. 31. v. 19.* ubi de Labane, & *c. 38. v. 12.* ubi de Juda, oves ſuas tondentibus, non *tondere ferro*, uti Vett. reddunt, ſed *manu vellere & extrahere* interpretantur. Verum utut vellendi mos Romæ & in vicinis locis, non tamen in Judæa, Græciaque, olim in uſu fuit. Certè apud Heſiodum, qui de re pecuaria ſcripſit primus omnium, *oves velleo* occurrit, quod non *oves vellere*, ſed *tondere* ſignificat, ut in Theocriti *Bucoliaſtis*,

—— ἀσπάσιον δὲ τὸν ἔαρ τὰν ὄιν ἐπὶ τὰν ἀπρὶν ἐλθὸν
τὰν ἐὸν ἐν ἀπρὶν ἐλθὸν ἐὸν ἐν ἀπρὶν ἐλθὸν

ubi *velleo* idem eſſe, quod *εἰρέω tondere*, docet Salmaſius. Et Hebraum gazaz idem notare, pluribus docet Bochartus. Sic inter alia, vaticinium Eſaiæ, de Chriſto, Actorum *cap. 8. verſ. 32.* Græce redditur, ὡσεὶ πρὸβατον ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, *coram tondente ſe.* Nec obſtat, quod κεκαυτηριασμένων vel κεκαυτόρων apud Cratippum, Craterum & Philemonem propriè *vellerum vulſorem* ſonat, Veteres enim *tonſorem* ex-plicant. Heſychius, Κεκαυτηριασμένοι, οἱ κείροντες τὰ πρόβατα. Suidas, Κεκαυτήρια, οἱ τῶν προβάτων κουρεῖς, &c. quia in vocum expoſitione non tam etymon, quàm uſus, reſpicitur. Quia vero viris illis veteris ævi ὠκυμηλοκόποις *tonſor* erat altera meſſis, ſolebant tonſionis dies ſolenne-ſſe & conviva-les. Proinde Judas, abſoluto luctus tempore, propter uxoris obitum, ut animum recrearet, ivit ad tonſores ſuos *d. l.* Et Davidis ſervi, ad Nabalem tonſionis tempore miſſi, dicunt *te die bono* (id eſt, hilari & feſto.) veniſſe, *1. Sam. cap. 25. v. 8.* & c. V. Sam. Bocharti *Hierozoici Parte prior. lib. 1. cap. 46.* & ſuprà, ubi de *Luna. Tonſor*, inter familiares fuit. Ovidius *Metam. l. 11.*

Sed fallitus longos ferro reſecare capillos
Videras hoc famulus.

Quo proin miniſterio domeſtico functus eſt Pantagathus ille, cujus Epitaphium cecinit Martialis *l. 6.* Et quidem apud Romanos diu *Tonſorum* non modò officium, ſed & nomen ignotum fuit. Antiquioribus enim temporibus intonſi degebant, ut dictum. Græci quoque quamvis neceſſitate, vel voto, vel luctu urgente, capillos ponerent, barbam tamen retinebant, primusque Alexander M. *Perſici luxu fractus, enervatusque, aſperitatem pariem & frugalitatem exuens, barbam radere juſſerit*, Athenæus *Dipnoſ. l. 13. c. 6.* quod Ippig. Romani poſtea imitati ſunt, uti videbimus. Et quamvis Aſſyrii contra, in luctu barbam tonderent, capitis crinibus demiſſis, Strab. *l. 16.* tamen & præter præfatos Græcos, alii *barbam* etiam in luctu ſervabant, Suetonius *Auguſto c. 23. Caligulâ c. 5.* Tiber. *in Prohem. Rom. c. 13.* Seneca *de Benefic. lib. 6. c. 6.* Livius *Dec. 3. lib. 7.* Alii: quo proin habita fuiſſe à Cannis & in Urbem redi-ſſe, Varro legitur, apud Jul Frontinum *Strategem. l. 4. c. 5.* Itaque illo rudi ævo concinnabant Ciniſiones, & ferro calido contorquebant crines: qui ſolus decor tum habebatur, V. Æl. Donatum *in Eunuch. Actu 5. Sc. 2.* Ioh. Meurſium Exerci. Crit. *part. 1. c. 2.* Jan. Guilielmum *Veriſimil. l. 3. c. 16.* Iſidorum *l. 9. c. 31. ubi. Attila*, ait, *fuit cincinni dependentes prope auriculas*: Item in Gloſſ. *Attilæ, capilli demiſſi.* Quod obtinuit usque ad annum ab U. C. 454. quo primùm è Sicilia *Tonſores* in urbem admiſſi ſunt, teſte Varrone *de R. R. l. 2. cap. 11.* cujus verba in ſuum Opus transtulit Plinius *Hiſt. Nat. l. 7. c. 59.* iterumque uſurpat, utroque poſterior A. Gellius *l. 3. c. 4.* ita autem Varro, *Omnino Tonſores in Italiam ex Sicilia primùm veniſſe dicuntur, poſt Romam conditam, anno 454. ut ſcripſum in publico Atrio in Liteis exaut, quæ, adduciſſe P. Ticinium Menam.* Ponebant autem barbam, ut plurimum ſub annum ætatis 21. Hinc Macrobius *in Somn. Scipionis, ter ſeptenarium numerum ad barbam requiri*, affirmat: Cæſar tamen Octavianus vigeſimo quinto, apud Dionem: Caligula vigeſimo, apud Suetonium *c. 10.* barbam poſuere. Dies autem is ſolemnis habebatur, primitiisque barbæ, alicui è Penatibus Deo, ſolebant conſecrari. Hinc Nero Juvenalia inſtituit, quòd barbæ primitiæ τῷ ἐν τῷ καπιτωλίῳ Διὶ τῷ ἐλευθερίῳ ἀνέθηκε τὴν ἀπ' αὐτοῦ γενομένην, *Pilos in ſphæram auream conjectos Jovi Capitolino conſecravit*, Dio *l. 61. ſub fin.* Eundem Suetonius *cap. 12. inter buliſque apparatum barbam primùm poſuiſſe, conditam in auream pyxidem & preciioſiſimis margaritis adornatam, conſecraſſe Capitolio*, refert. Itaque viri erant imberbes ſicut ex numismatibus aliisque monumentis liquet. Primus Hadrianus hunc morem mutavit, ut ex Xiphilino, Spartiano, in *ejus vita* & Nummis, diſcimus. A quo omnes fere reliqui Imperatores barbati fuere. Quam ob cauſam Julianus Antiochenſibus ludibrio erat, ſicut ipſe teſtatur *Μισοπώγωνι*. *Juvenes* verò *barbatulos* fuiſſe, dicit Cicero: Proin miratur Gellius *c. 6.* barbam Scipioni jam quadragenario raſam fuiſſe. Cæteri, qui barbam ponebant, vel radebant per *Tonſores*, vel pſilotbro alioque medicamento exſtirpabant pilos. Inſtrumentum *Tonſorum* plorat Lucianus *c. Indoct.* ὄφρα κ' ἐγὼ ξυρὸν καὶ καττυτῆρα. Habuit vero & Palatium *Tonſores* ſuos. Ammianus *l. 22.* Everat ibidem diebus, ut ad demendum Imperatoris *capillum* Tonſor, *venire præcipius, introrsus quidam ambitioſe reſſtius ; quo viſo Julianus obſtupuit. Ego*, inquit, *non Rationalem juſſi, ſed Tonſorem acciri*, Imò nec mulieribus obſepta fuit hæc ad quælum & dominicam gratiam via. Hinc venus elogium, *Sexuæ. L. Tertiæ. Tonſtrici.* Et in hoc mungre apud Cleopatram Ægypti Regina, gratia inſignis fuit mulier ancilla Eras, teſte Plutarcho in *M. Antonio*, nec aliud fibi volvit Cicero *Tuſculan. lib. 5.* Dionyſii Sen. miſeram cuſtodiam perſtringens, qui, ne *Tonſori* collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Subdit enim, *ita ſordido ancillæ ritique artiſicio regiæ Virgines, ut Tonſtricinæ, tinderent barbam & capillum patris.* Sed & in civium familia *Tonſtrices* fuiſſe, quæ reſſeeatent crines & ungues, docet Valerius Maximus *lib. 3. cap. 2. Egregio exhibendum Brutis cultelium Tonſorium, quaſi unguium reſecare gratia cauſa, populiſ, eodem velut ferit elapſo ſe vulneravit: clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, obſtupefactæ cauſſæ put, quod Tonſoris præripuiſſet officium.* Hinc Plautus *Truculento*,

Nam mihi di vidua eſt, Tonſtricem meam ſic mulctavan matè.

Tonſtricis, fanciſlus Suburræ qua ſedebat primis, meminit Martialis *l. 12. Epigr. 17.* ubi tamen *Tonſoris* uxorem potiùs intelligere videtur. *Tondebantur* autem Romani, cùm è balneo egreſſi &cc. *Tonſoriæ* negotium hisce deſcribit Seneca *de brevit. vitæ lib. 12. Quid? illos nonne tonſoribus, quoſlibet apud Tonſorem multa horæ volunt, dum decoquitur, ſi quid proximè nocte ſuccreverit, dum deſingualis capillis in conſilium itur; dum aut ulcuſcula comæ veſtiuntur, aut deſicientes, hinc atq; illinc in frontem compellitur.* Pergit: *Quomodo exandeſcunt, ſi quid ex juba ſua deciſum eſt, ſi quid extra ordinem jacuit, niſi omnia in unum jus recaverunt.* Infrà, *Hos in uſibus rogas, inter pectinem ſpectaculoſque occupatos.* V. Pignorium *Com. de Serv.* Popmam *de operis ſerv.* Thom. Dempſterum *in Rituum lib. 10. cap. 29.* &c. Addam ſaltem, *Tonſorem* quendam, nomine *Matrix* Regis, interfecto Rege præcipuo Inſulæ *Zeilon*, cæteriſque ejus Regulis puſſis, totius Inſulæ Monarcham ſeſe conſtituiſſe, ſede Regiâ in urbe *Candi* poſita, circa A. C 1580. V. infrà, ubi de hac Inſula. Officina Tonſorum, *tonſtrina* eſt, quam propter conſidentium ibi loquacitatem ἀπὸ τοῦ κωφεύειν, *i. ſiccum convivium* Theophraſtus appellare ſolitus eſt, teſte Plutarcho *Convi val. Quæſt. lib. 5. c 5.* In tonſtrinis enim omnis generis rumores jam olim narrari conſueviſſe, indicat Ariſtophanes *Plut.*

Καὶ τοι λέγ' ἁ γὺ, τὸν τῶν Ἑλλήνων, πολὺ
Ἔνι τοῖσι κείροντ' τὸν καθήμενον,
Ὡς ἐξαίνως λέγουσ' ἅπαντα τἀνδρός.

Et Horatius,

—— gaudent illi vertice raſo
Garrula ſeuri narrare pericula nautæ &c.

Tonſura Petri, in *Vita* 3. S. Euthberti *l. 2. c. 2.* apud C. du Freſne. id tonſuræ genus eſt, quòd alias *Coronam Clericalem* in Eccl. Rom. vocant, cujus origo quo referenda, non adeò liquet. Bellarminus enim inter Veteres, Sacerdotes & Monachos nàd non conſueviſſe, ut hodie fieri ſoler, indigitat *de Monach. l. 2. c. 40.* citans ad eam rem Optatum contra Donatiſtas: *Docete, utri vel à mandatum ſit radere capita Sacerdotibus, cùm è contrario in ſoli exemplo propheta fieri non debere, Parm. lib. 2.* V. quoque Hieronymum *in Ezech. c. 44.* In V. T. quoque Sacerdotibus radi non licebat: contra *caput ac barbam raſam* habuiſſe, qui apud Babylonios ſacris operabantur, diſcimus ex Iarucb *c. 6. v. 30.* Ipſi

Nazarei

Nazaræi, tum ſibdm tondebantur, quando deſinebant eſſe Nazaræi, infognetque eorum erat longa ceſaries, Bellarminus iterum ubi ſupra c. 40. Hinc *Tonſura Eccleſiaſtica* originem prorſus fuiſſe moralem, utpote qui majorem, quam alii, modeſtiam, prę ſe ferre debeant: acceſſiſſe dein coronæ formam, aliaque oſtendit A. Rivetus *Summ. Controv. Tract. 2. Quæſt.* 26. Et quidem, cum hodie *tonſura in ſignum honoris & dignitatis eraferit, factum, ut Epiſcopi ac Cardinales præ cæteris amplexum tonſuram deferant & Pontifices habeat tonum caput rafum, præter brevem capillorum circulum, ad formulam Benedictinorum Monachorum*, verba ſunt Dominici Macri. Aliter olim tondebantur in Scotia Monachi: quippe ab aure ad aurem per frontem in coronæ modum inciſus erat capillus, ab aure ad aurem per occipitium capillus intonſus dependebat, auctore in *Hibernia ſubnixo Regis Ligeri filii Nil.* ut eſt in *libro Canonum* Cottoniano, quem *ad Synodum S. Patricii* V Varæus laudat. Cæuſmodi tonſuræ occaſione, multas in Anglia exortas turbas, teſtatur Beda *Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 3. & 4. c. 16.* Monachi S. Pauli in Oriente, Maronitæ itidem aliique ad inſtar Monachorum Occidentis caput radunt, relinquentes quoque capillorum in vertice circulum, ſed ſubtiliorem Occidentalibus. Sed & in eodem Oriente Sacerdotes Chriſtianos in modum crucis ſua capita radere fuiſſe ſoliros, docet Oſorius *Rerum Em. lib. 3.* quod etiam in India Oriente ab Epiſcopo Cranganoriæ obſervari, ſcribit Auctor *Novi Orbis cap. 133.* ut in Porta Oicæ A. C. 1347. ſub Jacobo I. Arag. R. *Teſtes invicti ad modum crucis capite inſurrexit, & cum batalia campanæ candenti ad modum crucis in frontibus ſignorum & ita turpiſſimi de illa villa — expellantur*, legimus apud Cam. du Freſne *Gloſſar.* Ut quædam ſtrictim attingam, de *Tonſura* Vettenoribus variis, Tiberius apud Dionem, *Οὐκ κἰνεῖσθαι κὰ τὸ πρόσωπον, ἀλλ' ἐκ βοσκῆς βάλαμον, Tonderi vivicias meas non ſtrictim, ſed per pectinem* volo; ad duplex tonſuræ genus alludit, unum *ſtrictum*, alterum per *pectinem*, quorum illud novacula, hoc forſitan fieri ſolebat. V. quoque Plautum *Captivis Sc. 2.* Alia tonſuræ genera recenſet Interpres Ariſtophanis in *Aves*, ἐνεῖδον ἐν ἄνδρι, V. ſupra, ubi de *Tondendi Ritu*, item in voce *Thoſis*. Simon Magus & ſectatores ejus ſulcum ſeu lineam, per capitis verticem inter ambarum aurium ſummitates ducebant, in ſymbolum Zodiaci, caput ſuum globum cœleſtem denotare aſſerentes. De Chriſtianis Georgianis in *L. de Succeſſibus Terræ S. MS.* Roraldi Epiſcopi, qui floruit circa A. C. 1300. *Clerices eorum* rotundas *habere conſueras, Laicos vero equalitatas*, legimus apud Domin. Macrum *Hier.* Dimidio capitis detrito, pœna fœminarum eſt, in *Capitulari I. ann 809. cap. 11.* &c. De hodiernis gentibus V. hic paſſim. Orationis *ad capillatorum*, quæ pueris olim recitabatur, cum caput primùm tonderent: item alterius, ad *barbas tondendas*, qua juvenes defungebantur, cum lanuginem primam deponerent, meminere ex *Sacramentario* Gregorii M. Macri fratres, ubi ſupra. V. quoque Cl. Suicerum voce Τελεσκεῖα, ubi & inſantes ſeptimo poſt Baptiſmum die à Sacerdote olim tonſos, non ſine precatione, cujus formulam ibidem habes, docet.

Tonſæ, Gr. Τονσαὶ, urbs Thraciæ mediterranea, Ptol. de qua V. Salmaſium *ad Solinum p.* 214.

Topar chia, apud Plinium *l. 5. c. 14. Regia Judæa* (eis Jordanem fc.) *dividitur in* Toparchias *decem — Hierichuntem palmetis conſitam, ſontibus irriguam Emmaum, Lyddam, Joppicam, Acerabatenam, Gophniticam, Thamniticam, Betholeten, Tephicen, Orithen, in qua fuere Hieroſolyma — Herodium cum appido ſuperiori eodem nomine*: ex Græco Τοπαρχία, imperium eſt parvi circuitus & unius, ut de Abgaro Edeſſæ *Toparcha* videre eſt apud Procopium *Perſic. l. 2.* vel paucarum tantùm urbium. Sic Azoton, Jamniam & Phaſaelida, aſſignatas Salomæ ſorori, Herodis M. teſtamento, τετραρχίας Joſephus vocat. Qui idem alio nomine ſubjumendi Regni portiones *ἐπαρχίας*, item *κλωσίας* appellat, atque initio quinque tantùm in Judæa fuiſſe ſcribit, *Hieroſolymitanam, Gadaritanam, Amathuſiam, Hierichuntinam & Samphiticam*, poſtmodum autem complures factas. *Antiqq. l. 14. c. 1. & Bell. Judaic. l. 3. a. Conventus & Fora* dixere Romani, uti docet Signius *de Antiq. Jur.* Harum unicuique qui præerat Τοπάρχης vocabatur, Latinè quoque *Toparcha*. Spartianus in *Hadriano*, *Toparchas & Reges ad amicitiam in vitavit*.

Ubi cum *Toparchas* præferat Regibus liber, non multum intereſſe, utro legamus modo, conſentCalaubon. *ad loc.* V. ſupra in hac voce.

Topazion, amplißima Arſinoitæ, in harum apud Vett. ordine ſextum, poſt margaritas ſc. adamantes, ſmaragdos, opalos & carbunculos, in pectorali Pontificis Hebræorum ſecundum in primo ordine locum, juxta Hebræos obtinuit, qui vocem Hebr. פטדה *pitdah* communiter de hac gemma interpretantur, & nomen *Simeonis* inſculptum habuiſſe, contendunt. V. quoque Epiphanium *de XII. Gemmis*. Et quidem τοπάζιος, ὁ, τὸ ἀνάλογ. inverſis literis Hebræis, dictum putant nonnulli, *Gloſſa* Interlinearis *topazion*, quaſi *topadion*, id eſt, omnium colorum quæ etymologia unde ſit deſumpta, divinare facile non eſt. *Topazin* Troglodytarum linguâ, *querendi* ſignificationem habere ſcribunt alii, ideoque ſic vocitatam gemmam, quòd à Juba Mauritaniæ R. in mari Rubri Inſula quadam Arabiæ Fel. vicina inventa fuerit, A. Rivetus *Comment. in Exod. c. 28. v. 17.* ubi & *Chryſolampum* & *Chryſopterum* pro eadem quibuſdam ſumi, addit. An potius à loco ſic appellata, Inſ. Arabiæ viz. *Topazo*, quæ & Τοπάζη dicebatur, unde ipſam hanc gemmam Τοπάζιον nominat Heſychius, & Auctor Sacri Cantici *Kethem Par. 1. lapidem Pazium*, utpote in regione Paz, vel *Opaz*, (quam Græci & Alexandrini Mercatores Helleniſtæ, locorum vocabula ad ſuæ linguæ modum inflectentes videntur Τοπάζιον dixiſſe, quaſi ἀπὸ τῦ τοπάζειν, *à quærere*) repertum primitus, à prædonibus Troglodytis, cùm fame & tempeſtate preſſi, herbas radicesque effoderent, qua de re V. ſupra in voce *Paz*. Inter gemmas XII. Novæ Hieroſolymæ, itrium occurrit. fed ibi nonnus ei locus tribuitur, Apocalyp. c. 21. v. 20. ubi Commentatores vide. Cœterum amplißima gemmarum eſſe, docet topazion, quæ erutæ in Inſula modò dicta primùm oblata eſt Berenicæ mantri Ptolomæi II. unde factam ſtatuam Arſinoe Philadelphi uxori cubitorum quatuor, tradit Plinius. Quare mirum non eſt, χρυσόπτερον appellatum alterum ex duobus ejus generibus, (unde *Chryſopteron* factum per metath.) cautes enim reverà & petra potius, quàm gemma, quam apud Alabaſtrum Thebaidis etiam natæ, ex recentiorum Auctorum traditione narrat idem. Dictum autem hoc genus χρυσίτροπον porrò, ab *aureo* colore cum viridi mixto, id eſt, pallide virenti. Strabo χρυσοειδὲς λίθος λάμπει ἐν ἡλίῳ *l. 17. ex viridi, h. e. hyalinoviore & aureo refulgere*. Chryſopraſo hunc ſimilem facit Plinius Alterum verò πρασοειδὲς appellatum, à *porri* colore. Plinius iterum *topazion ſuo virentem genere* dicit, h. e. ὠχρόπρασον καὶ πράσινον: Alex. Polyhiſtor colorem olei recentis habere, apud Stephanum. Eſt nempe recens oleum ita viride, ut tamen ex aureo colore aliquid trahat &c. Quæ cùm ita ſint, mirum eſt, quòd Epiphanius lapidem è virentium genere rubrum faciat, & quidem ὑφέρυθρον ἔχοντα τὸν ἀὴρ ἔρα, *ſuprà carbunculos rubentem d. l.* V. Salmaſium *ad Solin. p. 239. & 240.* Addit Plinius, *Eadem ſola nobiliſſimum ſimili genitt: vocare Naxiis cribius poliuntur. Hæc & ubi asterizat. Comitatur eam ſimilitudine propiùr, quam auctoritate, callais, è viridi pallens ibi. 37. cap. 8.* ubi de *generibus Topazii*. V. quoque Orpheum, plures verſus laudibus hujus gemmæ impendentem, ubi tum quod attinet, præter ante dicta, *topazius*, ut & aliis virentibus gemmis, aurea olim poculа exornabantur. Idem lapis ſignando adhibitus. *Epiſt. Mag.* Berardi de Neapoli *MS.* ad Regem Navarr. *pe literas* topazio *ſuæ Serenitatis impreſſas*; ubi tamen pro *topazio* vocem potiùm, vult C. du Freſne & Auctores de hac gemma aliiſque prolixiùs tractantes, laudavimus ſuprà, voce *Gemma*. Hodie tertio inter gemmas loco eſt, & quidem *Topazion* tria genera faciunt, *Orientale*, mirè pellucidum aureique coloris; *Indicum*, ei proximè accedens; & *Germanicum*, utroque deterius ac cryſtallo propius, niſi quòd ſubfuſci aliquid oſtendat, de quibus omnibus V. *Mercurium Indic. Part. 2.*

Thophicli Lapides, apud Capitolinum *Maximinis, Jam illa propein vulgi ore ſunt poſita, quòd — lapides tophicos frivret: à τοῦφος* nomen habent: Eſt autem *tophus*, lapis ſpongioſus & friabilis, minimum in ſtructuri ponderis habens, de quo Vitruv. *l. 2. cap. 6 & 7.* Ex illo portiſcum miræ magnitudinis memorat Anaſtaſius in *Hadriano I.* farcophagum, Auctor *Geſt. rum* Guillelmi Mal. Epiſc. Andegav. *c. 5.* agrorum terminos, *Rei Menſoriæ* Scriptores &c. Græcis πυγὸν. V. Car. du Freſne in voce *Tufus*.

Topiarium Opus, cùm arbuſcularum virgulæ ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, ædium, cubiculorum, modò humi, modò per altum & viridiorum ſpatia, finguntur, pulchrè deſcribitur Plin. Plinius *Mathes. l. 16. c. 10.* quoque Plinium Jun. *l. 3. Epiſt. ad Calvif.* A' τοπίος dictum, quòd modo Græci funiculos appellant, quòd in hujusmodi opere frutices, & arbuſculæ tonſiles, ut torqueri ac flecti queant in animalium aliarumque rerum ſimilitudines, topiis ſive funiculis ſolent religari. Unde & τοπία appellata hæc opera. Sp rtia *in Hadriano, triclinia & cryptas & porticus & τοπία ædificavit*. Et *per topium pingere* — — —

tem de cupresso locum Plinii Sen. l. 16. c. 33. Trahiuvrq; etiamin pi-thuras optre Italicis, venatus classeve & imagines rerum, tenui folio, breviq; & virente superfusiens. De buxo &c. Plinii Jun. l. 5. Epist. 6. Alibi ipsa buxus inter venit, in formas mille descripta, literis interdum, quæ modo nomen Domini dicunt, modo Aristias. Et, post has Acanthus, hinc inde lubricus & flexuosus, deinde plures figuræ pleraque nomina. Inde olim Neapoli legebatur, Lucrio. Ang. Topiario. lex. buxar. &c. V. Laur. Pignorium Comm. de Servit.

Tor l. Thor, Germanorum olim Deus, idem cum Romanorum Jove. Tonitrui enim ac fulmini præsidebat, docet Ericus Olaus Hist. Svec. lib. 1. c. 11. Hinc singulis hebdomadibus quinta feria, hinc Thoradag dicta, à Suecis ei sacra facta, refert. Ex Taran per aphæresin vox orta videtur, V. supra in hac voce.

Toralia, apud Lampridium Heliogabalo, Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texis; à toris appellationem trahunt. Et quidem cùm in apparatu torum lectorumque στρωμνὰς essent, & ἐπιβάσεις, ac ἐφεδρίσματα, toralia & ἐφεδρίσματον erit, recteque in Glossario vertitur ἐφέδρον. Male enim accipiunt etiam doctissimi viri versum Horatii,

Tori Tyrias dare circum illatia toralia vestes.

Utraque autem, tum stragula, quibus tori sternebantur, tum toralia, quæ circumjiciebantur, pretiosissima in usu fuere Veteribus: at non aurea tamen, saltem privatis, usque ad Heliogabalum, qui, antequam Imperator esset, jam sibi id usurpavit. Sic ilromata & peristromata privatorum non aurea, sed auro elavata, vel conchyliata, vel Babylonica, aut simili artificio ornata fuere. Cæsiabonus ad locum Lampridii. V. quoque Jac. Cujacium Observat. 4. 10. c. 18. & supra, ubi de Lectis Vet. nec non infra voce Torus.

Toralia, adde: Ejus quoque meminit Macrobius Saturnal. l. 2. c. 4. Deleellatus inter cænam erat symphoniacis Torania Flacci mangonis, atque eos frumento dona verat. Sed & D. Augusti tutor C. Toranius erat &c. Vide de hoc nomine Salmasium ad Solinum cap. 1.

Torcular, machina est qua premendis apta, in qua trabes, quibus uva calcata premitur, prela appellantur: à torqueo, Beemannus in Origin. L. L. Græce Ληνὸς, unde Bacchus Ληναῖος, Lenæus. Virgilius Georg. l. 2.

Hæc pater o Lenæe veni, nudataq; musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

Et quidem, de Torcularibus Rom. Plin. l. 18. Prelura mas sic vocat quantum uvarum superposita cum pedibus prelarum laeus vinarius accipit) calcet XX. implere debet — Ad tuidem calcos & lacus XX. jugeribus unum sufficit vorcularum. Premunt aliqui singulis, utilius binis, licet magna sit vastitas singulis. Longiavdo in his refert, non crassitudine. Spatiosa meliùs premunt: antiqui similibus vitiosque loreis ea derahebant & vectibus. Intra centum annos invenia Graconica, mali regis per cochleas pultamibus, patis affixa arbori stella, à patis arcas laqueum attollente secum arbore: quod malum prodatur. Intra viginti denique annos invenium, per tres vectes & minori torculari, edificio breviore & malo in medio erecto, tympana impositia vinaceis, superne jus pondere urgere, & super prela conferre congerien. V. quoque Vitruvium l. 6. c. 9. Catonem cap. 12. 13. 18 Columellam l. 1. c. 6. Varronem l. 1. cap. 54. qui & in Geoponicis Græcis, apud Nonium Pomet torcolari meminit,

Vinum nisi ampla cella, torcularc Pœni uni.

Dalechampium Not. ad Plin. Hist. De Græcis, res notissima, apud quos non solum Bacchus Ληναῖος, h. e. torcular, sacra facta, V. suo loco: sed etiam ληνοβίοι, cantio solennis erat, quam inter premendum uvas huic Idolo decantabant, uti videre est apud Athenæum & Pollucem lib. 4. Apud Hebræos, Torcularium usus indigitatur, in illustri illo de Christo vaticinio Esaiæ cap. 63. v. 2. & 3. Quare rubicundus es vestibus tuis, & vestimenta tua, ut calcantis in torculari? Torcular calcavi solus, & quæ sequ. Sic Apocal. c. 14. v. 19. Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὸν ληνὸν τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τὸν μέγαν. V. quoque vers. seq. Atque hactenus de Torculo Vinario: Præter id, Torcularia dicta quia itidem late Columella & Palladius, Virtvivius item l. 10. c. 2. ubi de secundare Cryphiæ, qui tamen non semper in numero fervorum fuit, uti videre est apud Laur. Pignorium Comment. de Servit, ubi de Fruchiaria Villa Vet. pluribus differit. V. quoque infra, voce Trapetum.

Toreuma, apud Martialem lib. 4. Epigr. 38.

Solus Plotidius toreuma cæli.

Solus Menippus habes labores:

Latinis vox usitata, de vasculo argenteo cælato, propriè fumitur. Etenim τορεύειν cælare: quod male quidam confundunt cum τορνεύειν, tornare seu torno laborare, ut pluribus docet Salmasius ad Solin. p. 1044. Sculpunt enim & cælo laborant ει τορευτὴ, torno tornant ὁ τορνευτής. Et τορεία in ligno præcipue operatur. Cælatura a vel τορευτικὴ in argento, aliisq; metallis. Hinc & Plinius vitro elaborando hæc scite distinxit, inquiens: Alius illatus figuratur, aliud torno tornatur, aliud argenti modo cælatur. Cælata itaque proprie dicuntur vasa aurea vel argentea, in quibus signa vel figulla extra eminentia cælo expressa sunt. V. Jac. Oiselium Notis ad A. Gellium l. 13. c. 9. ubi Anacreon poculum sibi à Vulcano fieri petit, in quo vites uvis referat & Bacchus cum Amore & Bathyllo uvas calcans, cælata sint, his verbis:

Τὸ ἄργυρον τορευτὸν,
Ἵδρωτι μὴ πεπόνητον
Παυσιλύπει μοι σὺν κτλ.

Quòd si igitur fictilia quoque vasa τορευτὰ appellari videmus apud Strabonem l. 8 ubi de Corinthi direptione, intelligenda ea tantùm, quæ signis cælatis erant aspera. Sic Plinius fictilitis, fastigia templorum fictilia miris cælaturis fieri solita. Utrei etiam fictiles allaque vasa cum signis exstantibus & expressis fiebant, quæ τορευτὰ quoque dicta sunt. Idem dicendum de vitreis Alexandrinis, quæ similiter cælatis imaginibus aspera erant. At quæcunque lævia & pura, τορευτὰ non sunt, nec quidquam significationi vocis hujus adeò contrarium, quàm quod sine ulla inæqualitate, quam Τορευτὴν præstat. Leve nempe & purum, quod non cælatum est, ἀτόρευτον. Juvenalis,

leve argentum venatica fecunde.

Optimum verò ac præstantissimum argentum ad toreumata eligebatur, unde insitulium, de primæ notæ argento dicebatur. Est autem argentum pullulatum seu in pustula Salmasio, quodGrecis τορευτικὸν, Galli en bosse, vocant. At in cryftallinis fecus erat, uti vidimus supra, ubi de Acrochiis. Impropriè proinClemens Alex. τορευτικὸν dixit de eo, qui gemmas in annulis fcalpit, cum talis propriè cavator & Scalptor, non Celator sit. Non enim τὰ ἐντορεύματα cavat in gemma Toreutes, sed ἐντυπώματα, materiam circumexcidendo, exciat. Majori absurditate mediæ Latinitatis Auctores toreumata uiurparunt de quovis poculo vel scypho. Martialis, de vitreis,

Nos sumus audaces, plebeja toreumata vitri.

Hic enim non de vitro argenti modo cælato, quod & sigillatum propterea vocat alicubi Appulejus, sed de calicibus e vitro limpidæ ad ufum plebejum factis, termo eft, V. supra voce Audaces. Idem albi, de fictilibus,

Accipe non vili calices de pulvere natos,
Sed Sorrentinæ lævia toreuma rotæ.

Lævi certè toreuma, insignis catachresis, ut vidimus. At longiùs à proprietate vocis abiere etiimæ ætatis Scriptores, qui toreuma pro toro & torali dixere, Salvianus ad Eccl. Cath. l. 4. Sidonius Apollin. Alii. Sed & largiùs aut æquè largiter erraut cum Veteres, tum Recentiores plerique omnes, qui τόρευμα & τόρευσις, propter dictionum vicinitatem confuderunt, arteinque Τορευτικὴν seu Toreuticam dixit Calaterium, cum Τορευτικὴ seu Toreutice facienden fecerunt, ut dictum. A qua culpa summum Poetam Turno facili vitem poculis superadditam canentem, sicq; tornum pro calo ponentem, ingeniumPoeticæ artis absolvit. Uti porrò opus τόρευμα, sic artifex Τορευτὴς eft, Lat. quoque, Toreuta, item Celator, proximè ad vim vocis Græcæ Trior. Glossæ, Τρὶς τορ, τορευτὴς. Hinc τόρευμα, argentum trium. Phædrus,

— aurea sic ipsi Praxiteles fuit,
Trito Atyorum argento: fabula exulant
Ideo fugatæ —

Et certè ipsum toreuma, venit ab Æolico τορέω, quod communiter τρύω habet, unde τορευτὴς. Quamvis enim & tornatores τορεύειν & lapidum tritores, qui Græcis οἱ ἐμπύστην λίθων, aliter tamen cælo Toreutæ, aliter torno Tornatores, aliter limâ Lapidum tritores, tornant, quorum primi ob difficultatem & præstantiam artis, de qua V. supra voce Labor, non ἐξεργον eam appellationem sibi vindicere. At ipsa Τορευτικὴ Græcis, Latinè Calatura dicitur, de cujus origine, Auctoribus pugnantibus, ipse ebus, jam diximus supra, in voce Calare & Celator, nec non ubi de Anaglyphis. Plura verò hanc in rem, V. apud Salmasium ad Solinum passim, inprimis p. 1044. & seqq.

Toreutice Ars, V. hic supra Toreuma.

Tori, apud Cic. de Oratore, vbi Oratorem tempatorum & æqualem declarabit, Itaque interdum, ut ajunt, in dicendo fuit, nihil afferens præter facultatem & æqualitatem; aut addit aliquid, ut in omnia toros; omnemque orationem ex membris & medicis verborum sententiarumque distinguit. Pascha lio fune partes quædam in circulo coronæ collectiones & eminentiores; cujusmodi funt in tauro tori aut etiam in homine, unde proximæ partes firmiores ac robuftiores redduntur. Quò proin respiciens Cicero oratorem funm leniter assurgere lenterque redire ad cam, quam ubique ferat, æqualitatem, dicere velle videtur. V. C. Paschalium Coron. l. 2. c. 11. num. 17. ubi de varietate & applicationibus coronarum & corona assidata. Proprie autem torus, artus eft carneus, feu caro muscuiis comprehenfa, pulpa. Statius lib. 2. Sylv. 6.

Ac primùm implevitque toros, oculisque nitorem
Addidit —

Ubi Barthium vide. Unde toroſi, i. brachiorum robore polentes, Athleta inprimis: qui, ut id consequerentur, antiquitus quidem ficus aridas, poſtmodum ex inſtituto Pythagoræ Alipte carnes quidem ſed pulpam tantùm ficcam & aridam, nullis ſcitamentis acjurulentis ebiandiram comederunt, uti latiùs vidimus supra, ubi de Arida Saginatione, item in voce Colephia, V. quoque ubi de Lacertis.

Tormentum, apud Appulejum, *Capillus ipſe — vides quàm non tam amœnus ac delicatus, horrore impexus atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis*: funis eſt, protenſus ac tortus, à *torqueo*, quod apoſtice de lunibus dicitur. Propertius *l. 4. Eleg. 3.*

Digitor oblapſa funem qui torquet ab ungue.

Quo ſenſu *tormenta* à *muliercum crinibus factæ*, vidimus ſuprà. Inde vox translata ad ſunem tenſum ac tortum, ut in Ergatarum ſuculis & aliis hujuscemodi, denotandum, quà de re V. Joſ. Scaligerum in *Priap.* Sicque dein ad quodvis cruciatus genus, quo excarnificantur homines, vel ad veritatem eruendam, vel ad ſcelera expianda, tranſiit. Et quidem de priori notione, plenius ſane citimæ à tatis Juriſconſultorum libri. Apud Veteres obſcuriora veſtigia. Hebræi certè, quibus & Lex Forenſis divinitus data, teſtibus omnia peragebant, qui ſi deeſſent, aut faverent reo, abſolvebatur is, in minùs, damnabatur. Quo in negotio quanta accuratione ac diligentiâ uſi ſint in illa gente judices, attigimus ſuperius ubi de *Executione Sententiæ Capitalis*. Idem, ut inhumanum, Francis paſſim objicitur Scriptores Angli, inprimis Jo. Fortescutus *de laudibus LL. Angliæ c. 22.* Sed & apud vett. Romanos viguiſſe morem, Auctor docet *de Hominum, Morumque noſtrorum diverſitate, veri in vendendis causis, cruciatibus ac tormentis voluiſſe quæri & ſummo dolore hominis exprimi quidquid ſciant, dicant.* Vide quoque *Leges* Alfonſinas *part. 7 tit.* 30. & Mich. del Molino in *Repertorio Furor. Arag.* voce *Tortura*. Poſteriorem verò vocis ſignificatum quod attinet, congeſſit multa *de Tormentorum Vett. diverſitate*, Caſpar Barthius *Animadv. ad Statium paſſim*, inprimis *Tom. II. pag.* 1168. & III. *pag.* 277. & *ſeqq.* Gallonius verò peculiarem tractatum edidit, *de Martyrum Cruciatibus*. V. quoque hic paſſim. Ordinem apud Græcos *tormenta*, hunc exhibet Ariſtophanes *Equis*,

Καὶ τὰν βασανίζειν πάνθ' ὅσαπερ τύραννοι. Ἐπιλήψεται
Δίκτας, κρεμάσας, ὑγρασχίδι, μαστίγαν, ἄλγοι,
Σκρόλαξι, καὶ ἐπὰν πύρας ἐξῇ· ἐγχύλοι,
Πλίνθοι ἐπὶ τοῖσι, πάσχα τ' ἄλφα, πάση σάφρα
Μὴ τοῦτ' ἔτυγ', μὴ δὲ τριβιτίου.
Et quemodo torquebo? omni modo. In ſcala
Pinciens, ſuſpendens, flagello percutiens, excorians,
Crucians, marlino aceto infundens,
Lateres imponens &c.

Ad quem locum Scholiaſtas vide. Tandem ad machinas belli-cas, majores inprimis, quas *Cannones* Galli vocant, forte quod cannarum referant formam, ſignificandas, vox adhibita: quas utinam cum Auctore ſuo ignoraremus. Inventi certè diritatem mox agnovere Florentini, qui, bello contra Venetos cum Buttrium cepiſſent, omnibus Tormentorum Magiſtris, ne amplius exercere artem poſſent, manus dextras præciderunt, & ſua cuique caſtella ſub ſcimitarum. A. 1438. Sed parum ifta ſeveritas profuit. Illi namque, quibus ſtipendium cum vacatione omnium munerum Patres tribuerant, promte manibus ferreis fabrefactis, ſe ad arcem reditures (tua quæ injurias vindicaturos, fidem Senatui Venetoſeceruut, teſte Bembo *Hiſt. Venet. l. 4.* De cujusmodi *Tormentorum* cum Armis Vet. comparatione diximus aliquid ſuprà, in voce *Bombarda*. V. quoque ubi de *Pyrio pulvere*.

Tormentum, vulgò *Tormente*, fluv. Galliæ, in Vicecomitatu Torinnenſi. Hadr Valeſius voce *Toriana*.

Torna, in vocibus, quibus Duces in præliando olim utebantur, memoratur Mauricio *in Strategicis*, & ionat, *ἀνέλεξε, ſeu ſalutem vere*, uti docet Theophanes, *ann. 5. Mauritii*, ubi Avarum ſeu Hungarorum illum eſſe refert, uti & Theophylactus Simocatta *l. 2. c. 15.* unde *tornare*, deſlectere, & *tornatio*, præſtum. Sed cùm *tormen* inſtrumentum ſit, in quo tornatur ligna circumagendo, inde inſtimæ Latinitatis voces, *tornare* pro gyrare ac vertere; *tornum* pro gyro, & *contornum*, pro circulo, potius arceſſendas eſſe, docet Salmaſius *ad Solin.* Hinc *Tornatrices*, apud Hincmarum *Capitul. ad Presbyteros Diœceſeos ſuæ c. 14. Nec turpia, ſeu cum turſu vel tornatricibus ante ſe facere permittat*: Saltatrices ſeu Mimæ ſunt, quæ *torni* inſtar ſeſe circumagunt, vel in gyrum choreas agunt, ut videre eſt apud Dominicum Macrum *Hierol.* adde C. du Freſne *Gloſſar.* ubi etiam voce *Torna*, duellum ex formula recepta, quòd, qui duello rem probaturus eſſet, *tornari* ad duellum diceretur, denotari recentioribus, addit.

Tornates, memorati inter Aquitaniæ minoris populos Plinio, ubi ait, *Tenduri, ſeu* aliàs *Onobriſates, Belendi, ſaltus Pyrenæus, infradi, Meneſci*, aliàs *Monoſci, Oſſidates montani, Sibillates, Camponi, Bercorates, Pimpedunoſi, vel Bipedimni, Saſſumini, Vellates*, Tornates, *Conſoranni, Oſſidates campeſtres, Succaſſes, Lanaſates*, alliique. Sine dubio populi ſunt, quorum locus *Tournay* in Bigerronibus, Hadr. Valeſius *Notit. Gall.* in voce *Siluriates*.

Tornamenta, adde. In Francia, *Tornamenta* primum inſtituiſſe Gaufridum II. Dom. Prulaei in Andibus, refert *Chronicon* Turonenſe: fuit autem is pater filii cognominis, à quo Com. Vindocinenſes orti. In Anglia primùm innotuiſſe, ſub Stephano R. *cùm per ejus indecentem mollitiem nullus eſſet publicæ vigor diſciplinæ*, habemus apud Guil. Neubrigenſem *l. 5. c. 4.* Tunc enim

& ſub Henrico II. *tyronum exercitiis, in Anglia prorſus inhibitis, qui — exerceri volebant, tranſitentur in torturam exercebantur conſimilis*, V. quoque Rog. Hovedenum & Bromptonum, An. C. 1177. Poſtea vero ſub Ricardo in ipſa Anglia celebrari cœperunt, uti docet Matth. Paris A. C. 1194. In Græciam tranſiiſſe videntur, cùm Anna Sabauda, Amedei IV. Allobrogum Com. filia, CPolim Andronico Jun. nupturа venit, An. C. 1326. &c. Cœterùm in hujusmodi decurſionibus vel hodies publici ex condicto inſeſtis armis concurrebant, quod Tornamenti genus *aculeatum & hoſtile*, Matth. Pariſio: vel inſeſtis itidem armis contra quosvis, etiam non hoſtes, inibatur, quod *quaſi hoſtile* eidem dicitur, *a.* C. 1241. Communiter verò certabatur armis innocuis, gladiis hebetibus, lanceis absque ferro, ieu *ἀκαίρωτοις ἐκχύτοις*, ut ait Nicetas: *luſoria iuſa* Seneca vocat, uti vidimus ſuprà. Cùm porrò *Tornamenta* belli præludia eſſent, diverſis cohortibus ac turmis una omnes ad præſulum accincti properabant & gladiis in alterutrum impeninantes idus (non junctim ſed cæſim feriendo) vires ſuas exercebant; cùm contrà in *Juſtis*, quæ monomachia ſpeciem præbebant, ſingulari certamine alter in alterum ferretur &c. Quamin rem V. plura apud Car. du Freſne in *Gloſſ.* necnon *Diſſertatione ad Joinvillam 7.*

Tornatiice Ars, Græce Τορνευτικὴ, à Theodoro Samio inventa, ſicut Torcutice, de qua ſuprà, à Phidia. Plinio *l. 7. c. 56. Normam autem & libellam & tornum & clavem Theodorus* (invenit) *Samius*. Ubi *tornus*, Græce τόρνος, inſtrumentum eſt, in quo ligna teruntur circumagendo, ſicque in teretem formam redduntur, quod Græci ἀκριβογράφως & ἀβρύνειν, h. e. *in orbem terere ac ſculpere* vocant. Τορνευτὴν vero ferrum iis appellatur, quo in torno ligna teruntur. Nempe & *Tornatores* terunt, excuipunt que ac inſculpunt ligna, ſtrias & ſulcos in eo facientes ſicque *Tornatos* etiam nonnullis dicuntur ſed aliâ arte ac diverſo inſtrumento id faciunt, viz. non γλυφέως ſeu *cælo*, quod *burinum* vulgò Galli vocant, ſed τορνεύοντες, ut diximus. Neque figuras & ſigilla torno exprimere ullo modo queunt, quod Sculptores Cælatoresque faciunt. Adde, quòd in ligno præcipuè Torneutice Ars occupatur, cùm *Sculptura*, præter illud, *ebur, marmor, virum, gemmas conſpectatur : Celatura verò auro, argento, ferro, opera officias*, uti alicubi Plinius habet. Hinc apud Theophraſtum, lapidum alii γλυπτοὶ, alii τορευτοὶ, alii σφραγῖδες, quorum illi *cælo ſculpuntur*, illi *torno teruntur*, hi *terra ſiccantur*. Ob ſimilitudinem tamen vocum Τορευτικὴ & Τορευτὰ factum, ut multi etiam ex Veteribus artes eas & opera confuderint, ipſeque Virgilius *tornum* pro *cælo* ſumſerit, ut ſuprà vidimus in illo *Ecl. 3.*

Lenta quibus torno *facili ſuperaddita vitis.*

Ubi tamen ſi *torno* dativus ſit, nulla erit caracteriſtica. Sic enim non dicit, torno vel torni arte, ſuperadditam vitem illis pocula, ut tornatiles eſſent, ſed ipſa vitis, quæ ſacta erat pocula illa, inſuper addita arte artificio cælaturæ vitem. Quod ex epithetis *facili* confirmatur, nihil enim tornatuгâ facilius. Itaque parùm paſtor is commendaſſet pocula ſua, ſi torno tantùm facta promiſſiſſet. Sed ad torni *facilitatem* cælt *labor* additus. Martialis,

Quis labor in phiala?

Sed & *Tornatores*, licèt quoque non minùs, ac Cælatores, radant. Idem alibi,

— *& tornoraſile buxum.*

Aliud tamen iterum accuratè loquendo ξύειν, vel ξέειν, aliud τορνοῦειν, aliud γλύφειν; *Raſoreſque & Interraſores* ab utrisque diverſi fuere. Theophraſtus, Ἐσθιαίνοντα τὸ τῆς ἀτεράπτου τὸ ἐν ἐδάφους τῷ ἐκκοπεῖσθαι καὶ ξυλοῦσθαι. Magis autem abuſivè *tornandi* verbum Avienus adhibuit, pro *terere ac polire gemmas*: quamvis enim, quæ *torno* fiunt, etiam teruntur ac levigentur, tamen torno non poliuntur gemmæ, uti ſuprà vidimus. Quo ſenſu inſima Latinitas verbum acceperit, diximus in voce *Torna*. Plura hinc in rem V. apud Salmaſium *ad Solinum* paſſim, inprimis *p.* 1044. & *ſeqq.* ut & quæ retrò dictâ in vocibus *Terere, Terer & Tornama*. Ex terebintho *tornata* pocula, quæ magna in fama apud Vett. erant, memoravimus, ubi de poculis *Tholiciis*.

Tornum, in *Charta* Petri Regni Majoricatum Domini An. C. 1232. apud C. du Freſne, bellicæ machinæ ſpecies. Sic apud Sanuum inter baliſtarum ſpecies, *baliſta groſſe à torno, baliſte à peſarolas*, occurrunt. *lib. 2. part. 4. cap. 8. &c.* Vide quoque ſuprà *Baliſta*.

Torpeda, à vi, ut Varro ait *de L. L. lib. 4.* nempe quia inducit *torpedinem*: Græcis eadem de cauſa Νάρκη, quòd ναρκοῦν producit; à tremore, quem adiert contrectantibus, Burdegalenſibus *Trembie*, Liguribus ob eandem rationem *Tremorica*: Bellunenſi, Avicennæ Interpreti, *Athurade*, ex Arabico artículo, & verbo ثار *harad, i. e. ſtupuit, horruit*: piſcis eſt, micè motus depravandi, quemadmodum planè tollendi Echeneis, facultate præditus. Nimium omnium eſt gentium conſenſus, eam inducere corpori tremorem torporemque: quod non ſolùm contrectanti, ſed etiam hamo piſcanti facit, vim eam perſpamum, fetam & arundinem, in ipſam piſcantis manum

traducendo. Quod, præter innumeros Auctores, qui hac de re scripserunt, experientia à te comprobatum ait Rondeletius *de Piscibus Marinis libro 2. capite ultimo.* Attributa ei hæc vis divinitus est, ad capiendos pisces alios: per se enim imbecillis est. Itaque ad se accedentes pisciculos stupefacit atque illos capit hoc modo. Refupinat se in arena immotaque jacet mortuæ instar. Pisces igitur fecure accedunt ftuporeq; correpti recedere iterum nequeunt. Sic illa, licet añas tardissima mugiles etiam, quamvis piscium velocissimos, in potestatem suam, præter rabit, inde & in *Torpedine* eas ventre olo reperiri, auctor est Aristoteles *de Hist. animal. l. 9. c. 38.* & in qua sagacitate, præter Plutarchum *Comparat. aquatilium & terr.* ita Plinius *l. 9. cap. 42. Novit* Torpedo *vim suam, ipsa non torpens: mersas, in limo se occultat, piscium, qui secure supernatantes obtupuere, corripiens. Nec minor silentii rane* &c. Modum, quo vim hanc exerat, his verbis exponit Oppianus *Halieut. l. 2. v. 62. & seqq.*

Ἀλλὰ σὺ δὲ παχέοισιν ἀναλκέα δέσμα λάκκῃ,
Κρυπτὸν ἐπιψαύουσι πάγῳ πάλι μηκάδι νώτῳ
Ἀμφὶ βυθὸν, τόν τε βρίθουσι πολλάκι πέτραι.
Αὐτὸς δ᾽ μετόπισθε θόρων ὑπένερθε, σὺ δέ τε κάπτε
Πλησίστιον, ἀδ᾽ ἐπὶ γῆν ὄφιν ἕλκε, λάκκα δὲ λάκκῳ
Ἥκα παμπρήσσοντα παλίσσυτα ἐξ ὁσὶν ἄγρης.

Verum ipse in humbis imbecillitatis est fabricator,
Rudis junt innati juxta latus utriusque
Gemini: Quos si quis attingat accedens,
Statim ipse membrorum vetus exhilarati, sanguisque ipse
Congelasti, neque amplius membra ferre potest, sed ipse à
torpet

Paulatim tabescentis remittitur flabilis Torpedini.

Ubi duo docet Poeta, in lumbis *Torpedini* hanc vim ineffe, & qualitatem, qui ftuporem inducat effe ftigus: in quo abit à Galeno, qui de *anxiis Sympt. l. 1. ac lib. de usu Respir.* obscure occultæque qualitati id adscribit. Vossius ait, *Torp. tinem* spiritus & humores diffundere, qui refrigerent, & c. ut. Oppianus habet, quali congelent, non pisces modo, fed & piscatores etiam: quorum nervi ac digiti, vi per hanum & linam transeunte, protium ratione facultatis motricis debiles fiant ac inflirmiandæ etemor ille, de quo fupra. Quanta porro pisces hujus fœcunditas, docet Plinius *l. 9. cap. 51. Torpedo octogenos fœtus habens, invenitur: ea que intra se pariti ova præmollia, in altum locum uteri transferens, aq, ibi excludens.* Imo non parere solùm intra se tam numeroiam sobolem, fed & cum hæc timere cœperit, magno affectus indicio, recipere, scribit de ingenti *Torpedine* a, ens Aristoteles *de Animal lib. 6. c. 10.* Quemadmodum & Paucus, cum timet, a matre ore hianti excipitur, & vellante metu iterum emittit, ut Ælianus refert *Hist. Animal. l. 3. cap. 16.* & multeæ emittunt & admittunt intra fe catulos, apud Aristot. *loc. cit.* Carnem ei attribuunt lentam & concoctu difficilem, nec graci saporis, nisi frigatur. Eæ tamen partes, quæ circa caput, teneræ dicuntur esse ac concoctu facile: sparvæ item meliores magnis, V. Athen. *l. 8.* Sed Plato apud eundem *l. 4.* imo & Galenus *de alim. facult. l. 3.* docet, *Torpedinem*, ut & pallinacam, carnem habere mollem, sapore gratam, concoctu non difficilem, medlocriter nutrientem, quæ ve alvum non nimis ad subducat. Idem *lib. de attenuante victu* præcipit, si pisces defuerint ita satiles. *Torpedo* ut assumatur cum beta, trita nempe, item cum porro; quod uberius adhibetur, cumque minuto piperis. Ad hæc *lib 8. Ated.* docet, post æelios proximum obtinere locum soleas & Torpedinem. Quid quòd Italiæ in delitiis esse, scribit *Albertus lib. 24. c. 1.* Nempe evanescente vi frigida veneni, quod horatur vivax, jecori *Torpedinis*, ut Plinius ait *lib. 9. c. 42. venetiæ nulla præferitur.* Eam peculiari carmine profecutus est Claudianus. Plura V. apud Vossium *de orig. & progr. Idololatriæ passim, inprimis lib. 4. cap. 11. & 38. tibi dolorem capitis etiam inveteratum Torpedine nigra viva pari dolenti imposita, tolli: cap item 44. nihil eodem remedio, ab Aeterate, Cesaris liberto, podagram omnemque morbum articularem, curari solitum fuisse, ostendit.*

Torpor, fatalis quidam, & omnia invito animo, fingulos membris, agenda, inter mala prodigia, memorantur Claudiano, de Cerere, amissa Proserpina,

Hæc ubi, degreditur Templis, sed nulla tuentis
Mobilibus, tardos queritur nos ire pedes.

Statio item, *Theb. lib. 4. vers. 333.*

—— *Hinc segnior arcus,*
Difficilesque manus, & nullo in vulnere certæ:

ad quem locum V. Casp. Barthium *Animadversion. Tom. II. p. 1023.* De *torpore* vero *membrorum*, Magicis artibus conciliato, suprà ubi de *Nodo Veneris.*

Torquati Equites seu Milites, V. hic infrà.

Torquere, proprie verticum est. Virgilius *Æn. l. 1.*

—— *ast illam ter fluctus ibidem*
Torquet *agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.*

Unde ἑλισσὼν ὀδόντα & ἄκρας Græci vocant. Hinc *retorquere*, de insidem, apud Tertullianum *de Pallio c. 2. Italiæ quondam Latius (Hadria Tyrrhenoque quæ finditur medio tenus intercepta, retorquitur Siciliam facit: cum tota illa plaga dissidii, contentiosa aquo rum colitus anguftiis* retorquens, *nomen vitri marinanis* &c. Inde ad filum vox adhibita, cum fufo involvitur, quod itidem κατέχειν, cui contrarium ἀνάλυσιν, seu ἀπο σπᾶν, quod itidem *retorquere* Plinius appellat. Id ne per itineraferet, Romanis Legibus olim interdictum, Plinius idem *l. 28. c. 2.* refert. V. quoque suprà in voce *Fusus*, item *Rhombus.* Sic porro ad alia transit, qua de re aliquid diximus retro, voce *Tormentum.*

Torquis, à *torquendo*, quod effet circulus tortus, Gr. στρεπτὸς. Unde quia ex annulis aut catellis *Torques* plexæ erant, *Gallia* quoque dictæ sunt. Ornamentum colli pr. pr. Sed & Militibus, adeoque inter armilla genera repertur. Torquem tam æmulabatur, nifi *Torquis* fuerit, quem Saxo depingit *Hist. Dan. l. 8.* ubi de Gotrico, *Duratum*, inquit, *lateri torquem accerfita, bris inserit. Quem Reso confestim brachio applicans ita cuntis aure præditum ostendabat.* V. Thom. Bartholinium *de Armill. Vet.* §. 4. Inter dona olim militaria frequens fuit: Hinc L. Siccium Dentatum, Romanorum fortissimum, inter alia *Torquibus viginti & octoginta* donatum fcr. dicit A. Gellius *l. 2. c. 18.* Quo corriget Vat Maximum, numerum insuper cente ai tum addentem. Erat & in usu juxta Vegetium *Torquati*, duplares & simplares. *Duplares* dicebantur, qui ob virtutem duplos consequebantur annonas; *Simplares*, quibus una & semis annona tribuebatur. Ant. Thysius *Not. ad Gellium. V.* quoque Signonium *de jure Rom. cap.* 6. Palchalius, cum coronæ apud Romanos solis civibus darentur, *torques* itidem cum auxiliaribus & externis commutes, fuisse, atque illis aureos, his argenteos attributos. Sed & militi solius honoris ratione habita, observat, *Cuiac. l. 7. c. 2.* ex Plinio *l. 33. c. 1.* V. quoque cum *ejusdem l. c. 7.* Sed & inter Deorum athematas *torques* fuere. Ita enim Galli, post cladem ab Æmilio acceptam, redintegrato cum Romanis bello, Artovito duce, ex hostium exuviis filo Marti *torquem aureum* vovere. Quod cum iterum fruftra fuiflet, Flaminius de torquibus eorum audem Joui tropæum erexit &c. Bonfinius *lib. 6. Dec. 1.* ex Homero *Il. 24.* cujus tropæi imaginem ac memoriam pulchre expreſam habemus in nummo veteri argenteo, cui hæc verba inscripta, C. FLAMINI. G. F. ROMA. ut videre eſt in *Fastis* Goltzianis. Simile tropæum, deviétis iisdem, erexiſſe poſtea Marium, ex Plutarchi *Cæsare* Rycquius notat. *Comment. de Capitolio Rom.* Nempe *Gallos cum auro* (quod in torquibus habebant) *pugnare fuisse, Torquatus indicavit*, Plin. *l. 33. c. 1. V.* Nonium in *Torquis*, Livium *l. 33. c. 40.* ubi de pr. lio, quo Gallos egregie Marcellus annis ad. C. 574. Polybium *lib. 2.* ubi de Cornelio Conf. Boorum victore &c. ut & voce *Torquatus.* Eisdem porrò recentiori ævo insigniti Equites Militenſque, qui ab Imperatoribus jus militare virtute meruere sua, ac Germanis *Ruser*, Italis *Equites Auranis* appellantur: de cujusmodi Equitum Ordinibus variis, vide Limnæum *de Jure Publ.* Alia longè ratione Anthropophagorum Brasilienſium *torques* ſe habent, uti ſupra videre eſt, voce *Semicinctium.*

Torres, nomen Familiæ illuſtris, in Luſitania. Et Petro enim Rege ac Agnete de Caſtro genitus Dionyſius, Dn. *de Oſuna*, & deinde *Alba de Tormes*, pater fuit Ferdinandi & Petri, quorum ille Dominos *de Torres, Villar & Dompardo* fevit. Eorum & Iſabellâ Faxarda natus, Ferdinandus *de Torres & Portugal* Dn. *de Villar Dompardo*, avus fuit Ferdinandi Comitis, cujus filius Bernardinus joannem genuit (Iſabellæ Oſoriæ maritum & ex illa) patrem Bernardini *de Torres & Portugal*, & Agnetis Manricæ (ex Antonii *de Caldasjuvel*, Com. *dei Read*) qui hoc ævo ſecum floruit. Phil. Jac. Spinnerus *Theatri Hist. Ener. Tom. II. p. 290.* V. eundem *Arts Heraldi. Tom. II.* Sed & ex Georgio Duce Conimbricenſi, johannis II Regis filio notho, orti iunt Duces *de Torres Novos*: Hujus enim ex Anna Mendozia, filius Georgius *de Portugal* D. Coninbric. ex Beatrice *de Meneſes* & Portugalo, pater fuit Alfonſi *de Lancaſtro*, M. Commendat. Ordin. S. Jac. quo & jolandâ Henrici genitus Alvarus Dux *de Aveiro*, junxit filii Julianam Dn. *de Aveiro*, acex illa fuicepit Georgium Dn. *de Aveiro* & *Torres Novos*: patrem Raymundi Ducis *de Aveiro*, (a, & C. 16. 42.) Joannis, Mariæ & Julianæ nominis *de Lancaſtro.* Idem *ibid.*

Torres, vel *Torez*, antiquis terminus, cujus vocis veſtigium remanſit in nomine *estorris*, qui extra *torrem*, i. extra limitem pulſus eſt; Græcè ἐξωρίζων: ut *exsul*, qui extra *solum*, Feſt. Auctor *Fragm. de limitibus, limitem torrem, h. e. vorum ſine dubio introvit.* Hinc *territorium*, omne illud terræ ſpatium certis *terminis* definitum, delimitatumque, intra quod jurisdictionem exercendi Civitas jus habet, Salmaſio ad *Pollionem, in Torico Sen.* V. ſuprà in hac voce.

Torta, apud Althelmum *de Laude Virgin. c. 28.*

Pumice mala vident grani saliisque referta,
Botros & ficos, & plures ordine tortas:

placenta eſt: ſeu panis ex pinguibus palmulis, farina & aqua confectus Erotiano *in Onomaſtico*, qui ἄρτον ἐγκρυφίτην ab Atticis ſic appellari ait, addens ὃν νῦν πλακοῦντα quæ tamen à recentiori manu eſſe, exiſtimat Hieron. Mercurialis *Var. Lect. lib. 2.*

cap.

cap. 5. Hodie paulo aliud quid eſt, & Gallis *tourte* vocatur, V. *L'Ecole parfaite des Officiers de bouche.* Hinc *torula, torella, tortellus*, de qua ultima voce Papias, *Paſtilli, tortelli pigmentati.* Cuſtumodi *tortellos*, in craſtino Natalis Chriſti, Domino offerendi, mos memoratur in *Charta* Mauritii Epiſc. Paris. A. C. 1189. *Corſuetudinem* tortellorum *ad Natalem & octavam ad Paſcha redenti hoſpites S. Juliani.* Hodieque in aliquot Galliæ provinciis viget, teſte Car. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque ſupra, ubi de *Focatio* ſeu *Subcinericio pane.* At apud Propertium *l. 3.* ubi de corona Ariadnes,

Teſtis ſiderea torta *corona Deæ:*

torta idem, quod *torallis* eſt, ſeu *volubilis*, & coronam notat, è floribus artificioſe mixtis compactam, qualem & *pactillem* & *nexilem* Latini dixere, Car. Paſchalius *Coronar. l. 1.* c. 13. V. ſupra ubi de *Mœſſendi ariſtellis*, item ubi de *Coronis.* Sed sacerdotum apud Gentiles coronæ *tortiles* erant, ex faſciis ſeu taeniis implexis: imò nondum invento coronas e floribus texere, ex duabus aut tribus taeniis inter ſe implexis coronas ſibi feciſſe communiter Romanos, easque *ſtroppos* appellaſſe, diximus ſupra in hac voce.

Tortorella, machinæ bellicæ ſpecies, apud Rollandinum *in Chron. l. 1.* c. 12. ubi à bellicæ ejus ComitemPaduæ Manfredinum ceciſiſſe memorat. An eadem cum *Petraria?* quod vide.

Torura, V. ſupra, *Tormentum.*

Torus, Græcè ϑύβρις, item *σφυρὸν*, à *τορεύειν.* Scaligero eſt quivis funis ex loris retortis: inde pro lecto, quod *loris* tenderetur: vel ab *intorſis* heribis, quia antiqui ſuper *toris* plicatis, heribis ac graminibus humi ad menſam diſcumbebant, vel ſedebant, Serv. *Æn. 1.1.* Et quidem herbarum meminit idem Poeta *Æneid. lib. 5.*

——— *viridante* toro *conſederat herbæ.*

Graminis Statius *Theb. lib.1.* v.583.

Non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
Gramineus dedit herbis torus ———

Stramentum inde adhibitum. Plin. *l. 8. cap. 48. Antiqui* torus *à ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtris.* Eœnum item. Martialis *in Apophor. Epigramm. 160.* cuius lemma eſt, *Fœnum:*

Fraudatâ tumeat fragilis tibi culcita mutâ,
Non venit ad duros pallida cura toros.

ut locum reſtituit Gronovius *Obſerv. l. 4.* c. 22. Poſtmodum tomento culcitæ infartæ; plumâ tandem, quibus palea ſuppoſita factum, ut in lectis *toris* (proprie enim *lectis* ea *χλίναι, τορὶ, οὐ ἐφ' οἷς τις, ſtrata*) aſſurgeret multum altè, tuffuli eſſent, quod elegantiæ erat; Auguſto luxum improbante, apud Suetonium *cap. 73.* Ne toro *quidem cubuiſſe unum, niſi humili & molliſſimo toro.* Neque verò plumâ quavis contenti, tenuiſſima delicatiſſimaque toros ſuos referciebant molluculi, quos proin *reſtatilis* appoſitè vocat Zeno Veron. *reſtatilis tori plumeus ſepulchro ſuperbi.* Quod viz. tales, cùm ſedendo premuntur, ſubſidunt & quaſi reſtantur: ſi ſurrexeris, demùm inflantur & intumeſcunt. *At luxuriæ exceſſus ſtatim, cum ſtibii rigi, quidem dentium eſſet edum, tectum reſlevit*, eumque *accubationes de roſis & ſtibii ſecti & quidem purgatis*, Veras apud Spartian. Inſternebant autem *toris* Veteres villoribus primùm operimentis, de quibus ſupra non uno loco: procedente dein ævo, auro quoque & purpurâ exornabant. De Heroum certè *toris* id frequens, apud Poetas Græcos Latinosque. Hinc Val. Flaccus *lib.1.*

Stant gemmis aurea, tori ——

Lucanus *lib.* 10.

Fulget gemma tori ——

Silius Italicus *lib.11.*

Præcipuis multoſque procul ſplendentibus oſtro
Accipitur ſublime toris ——

Et, ut alios omittam, Papinius *Theb. lib.1.* v. 517.

——— *vario ſtrepit icta tumultu*
Regia: Fara oſtro tenues auroque ſonantes
Emunire toros, *altuſque inſterne tapetas,*

ad quem locum V. Cath. Barthium *Animadv. Tom. II. pag.* 176. Apud Romanos, *tori* è lino Ægyptiaco & Alexandrino plumâ facti elegantioribus erant in pretio. Martialis *lib.* 2. *Epigramm.* 10.

Quid torus à Nilo? quid Sidone tinctus utenſi?

à torus Niloticus, circumdatus *toralî ex* ſindone Tyria. Primus *omnium privatorum* Heliogabalus *toros aureis toralibus texit*, apud Lampridium, V. ſupra, ubi de *Toralibus.* Neque verò in *toris* ſibi diſcumbebant ſolùm ad cibum capiendum, aut jacebant ad ſommum invitandum, ſed & intra cubiculum in *toris* ſedebant (ut hodie in ſcamnis) in omni otio negotioque, quod quiſcivere non prohiberet, Caſaubonus *ad verba Suetonii Domitiano c.11. aſſidere in toro juxtà cogit.* Imò & in toris eſſerebantur, teſte Martiali, quo de ritu ſupra, &c. Ut de nomine aliquid adjiciam, Salmaſius *torus* eſt ex Græco τόρος, quod à τίνω, *tendo*, V. eum *ad Solinum pag.* 670. Apud mediî ævi Scriptores, vox *Autorium*, vel potiùs aggerem, monticulum accollem, ſignificare cœpit. Unde Anaſtaſius *Hiſt. Eccl. p.* 148. Theophanis ver-

ba *τὸν τοῦ ὠκεανίδος ἀυτὸν*, vertit *omnes maritimas toros*: an à *toris* humani corporis, de quibus ſupra in voce *Tori?*

Torvus, propriè de *tauro*, unde & vox nata videtur. Virgilius,

——— *optima* torvæ
Forma bovis ———

Hinc de leone. Idem alibi.

Torva *leæna lupum ſequitur* ———

Inde ad omnium animalium armaturam aſpectum denotandum vox extenſa, ut videre eſt apud Barth. *ad Statium Theb. l.9.* v. 741. Ut qui inclemens, γοργὸν Græci appellavere. Feſtus enim, γοργὸν, *τὸ τραχὺ, καὶ ἀηδὲς λέγειν.* Atque hinc *torvus*, pro crudeli, ſuneſto, horrendo: ut *torva aves*, apud Statium *Theb. l.6.* v.751. *torvum cadaver Tydei*, apud eundem *lib.9.* verſ. 140. &c. Aut ſaltem pro terrifico atque difficili: ut *torva Pallas*, apud eundem *lib. eod.* v. 471. id eſt, non anabilis, ſed rigida virginitatis cuſtos: *torvus Mavo*, ibid. *l.5. Sylv. 3.* v. 63. h. e. difficilis materiæ ſcriptor, Paſſeratio ad *Propertium l.2. Elegy* 33. infimitabilis Barthio, quem vide *Adversar. l.10.* c. 14. Sed &, quia in tauro præcipuè quædam in ſpectu generoſitas, torvæque decorus frontis honos, inde *torvus* pro formoſo, apud Ægius laudatum Statium *Theb. lib. 1.* verſu 131.

Sic ubi delectus per torva *armenta ſuvenctus*
Aggreſſus impoſito ſociare aſſuetus aratro.

Ad quem locum Barthius, *formoſissimo*, inquit, *nobilissimo. Torvitate enim ſpecies ejusmodi animalium generis.* Ad alios porrò ſenſus vox translata, audituminprimis: velut cum Maro *torvum clamorem* induxit. Sic *torva confidentia, torvum ingenium*, ſæcavius habet apud Feſtum: pluravide apud eundem Barthium *ad Thebaidem 9.* v. 741.

Toſtatus, adde: Vico Matricalenſi editus, Doctor Salmaticenſis, Epiſcopus Abulenſis, (in cujus urbis agro natus) ac Conſiliarius Regius, Majorcique rut coxit, Reverendarius luit, Labbe. *Novum Teſtamentum adnotationibus Commentariisque explicuit*, Poſſevin. *Stadio, quàm ſuo ſeculo vivere contigiſſet, neque Hispania Auguſtinum, neque Stridoni Hieronymum, neque quenquam ex illis Ecclesiæ Præceptoribus antiquis invideremus*, Voſſius *de Philor. Lat.* Dititur de eo, *quòd ſi à primo Natalis die numerando terna folia attribuas, tuna ſcripſiſſe reperies. Tanta enim ſcripſit brevissimo tempore, cùm non vixerit, niſi annos 40.* Bellarmin. 46. tamen habet Labbeus. Eius in Pentateuchum, *Joſuam, Judices, Ruth, Libb. Samuelis, Regum, Paralipom. in Esram, & Machabæum Comm.* recenſet Guil. Crovvæus *Elencho Scriptorum in S. Scripturam.*

Tauonarius Equus, apud Vegetium *de Arte Veterin. l.1.* c.56. & *lib.4. cap.6.* lege *Gutturnarius*, quod vide, ut & infra, ubi de *Trepidariis Equis.*

Toxaris, Scytha, Athenis ſub Archontibus, heroïcum nactus eſt honorem. Quem cùm facta ei facerent, *Mœlis num peregrinum* vocaritat, ut eſt apud Lucianum in *Scytha.* Ex quo etiam dilucet, æqualem fuiſſe Solonis Legislatoris & populi arbitri Anacharſidis. V. Voſſium *de Idol. lib.1.* c.1. Ibidem Lucianus columnæ ſepulchralis ejus meminit his verbis: *Ex inscriptis eſt in loco* Toxaris *esse ſepultus, ipſa inscriptium cognitus, tamesi non integer apparens: Inprimis verò, quòd ſuper columnam vir ornatu Scythico ſculptus ſtetisset, in eâ arcum intercum, dextrâ verò ſu vitas eſt, Alterum tenens; Etenim adhuc plus quàm dimidio corpore conſpicuus & arcus totus una cum codice: reliquas verò partes ſtatuæ non cum fromte temporis longinquitas ſam deveſtavit.*

Toxicum, apud Plautum *Mercatore*,

Certum eſt: ibo ad Medicum, atque me ibi toxico morti *dabo.*

Quando mihi admiſtur, quæ causa vitam cupio vivere:

venenum eſt, dictum quaſi *taxicum*, Plinio *lib.26. cap. 10. Smilacem* (taxi arboris genus) *ejs in Arcadia tam præſentis venena dixit Sophist, ut qui inbibarint ſub ea, cibum ve capiant, morientur. Sunt, qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur.* Sane *venena ex arboribus taxi* expreſſa Cantabros inter epulaſſe ipſos interemiſſe, ex Floro, victimus ſuprà, ubi de hac arbore. Melius tamen Feſtus *τοξικὸν τὸ τόξον, ἰ. arcus, telum*, vocem deducit, Scaligero *de Plantis l.1.* qui ſimiliter ab *ἀκὼν*, ſeu *ἀκὶς, ἰ. jaculum*, aconitum appellatum vult, quòd ſucco ejus *tela* intingerent Barbari, uti hodiecque faciunt Alpini latrones & Pyrenæi Montani; indicat Virgil. etiam *Æneid. lib. 5.*

——— *quo non felicior alter*
Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.

Et Lucanus,

——— *tinxere ſagittas*
Errantes Scythiæ populi ———

V. quoque Dioſcoridem *lib. 6.* c. 20. Paulum Æginetam *lib. 5.* Chr. Becmannum *de Orig. L.L.* ut & infra ubi *de Sagittis venenatis. At τοξικὸν ſenſibus*, apud C. Harmenopulum in his, quæ ex Juliano Architecto retulit, obliquæ ſunt & anguſtiores illæ, quibus hodiequeſcla adversus hoſtes ſolent emitti. *Obſigna hoc & incertas*, vocat Virgilius *Æneid. lib. 3.* ad quem locum vide Hadrianum Turnebum *Adversar. lib. 4.* c. 22. plura v. de Fenestris hujusmodi, apud Jo. Calvinum *Lexico Jurid.* Apud Athenienſes olim corpus fuiſſe Miniſtrorum publicorum live lictorum, qui *Τοξόται* dicti, aliter *Σκύθαι* & *Ἀρκάδες*, L 2 coer-

coërcendis, qui immodestius agerent, docet Salmasius *ad Solinum pag.* 827. &c.

TR.

Trabalis Hasta, apud Papinium Statium *Thebaid. lib.* 4. *versſ.* 6. de Bellona,

——— *dextraque* trabalem
Hastam intorsit agens ———

non *trabs* quidem, sed nec multo minor, quam quæ talem nuncupationem sustinere possit. Sic *clavi trabales*, tormenti genus, in *Vita* Ferreoli & Fermuti, Sanctis adscriptorum, *Capitalium martyrum trabales clavi——malleis ferreis affixi.* Paulinus *Nat. 9. Felic.*

Corpora transfixis trabalibus *livlyta clavis.*

&c. V. Cicer. 5. *Verr.* ubi, *trabali clavo figere*, Scholiastes Horatii *ad lib.* 1. *Carm.* 37. Casp. Barthium *ad d. l.* & hic ubi de *Hasta Bellonæ*, item voce *Trabs*.

Trabea, Comicus, adde: Ita enim de eo Sedigitus *lib. de Poetis*, apud A. Gellium *lib.* 15. c. 24.

In sexto fequitur hoc loco Terentius,
Turpilius septimum, Trabea *octava tum obtinet,*
Nono loco ifse facile facio Lucium,
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Floruisse videtur, tisdem temporibus, quibus Attilius, quem inter Comicos quinto loco Suetonius numerat; nimirum circa annum U. C. 622. De illo sic Cicero *de Finibus l.* 2. *Nam & ille*, inquit, *apud* Trabeam *voluptatem animi Latinum nimium dicit*: Ejusque versus multos adfert in *Tuscul. Quæstion.* V. Jac. Oiselium JC. *Notis in Gell.* de Trabea vero, veitis genere, Salmasium quoque *ad Vopiscum in Carino* : ut & in *Saturnino*.

Trabs, ex Græco τραφὴς, quod apud Lycophronem occurrit, Festo *propriè duo ligna conjuncta*. Alias de quovis ligno grandi, etiam de arbore non raro apud Poetas; nec quoque, non abs re rudibus enim fœculis *trabibus cavatis* navigabatur, uti dictum suprà, ubi de *Navigatione* & *Navibus*, V. quoque voce *Monoxylon*. Imò & remos Argonautarum, *trabes* vocat Papinius *Theb. lib.* 5. *v.* 422.

Quinquaginta illi trabibus *de more revinctis*
Emînus alrupto quatiunt nova ſtuora *ſaltu:*

à mole viz. & quia Heroïbus non nisi magna conveniunt. Sic idem *Statius*, protelo, adfignat Tydeo, *l.* 3. *v.* 149. albique *trabi* in suo genere, quoque gradu de telum, V. Barthium *ad l.* ut & suprà in voce *Tigillum*. Apud Scriptores medii ævi Ecclesiasticos, *trabium* crebra mentio, exære, argento, ferro, cupro, quibus lampades appendebantur, aliave imponebantur, uti videre est, apud Car. du Fresne *Glossar.* De *Trabibus* verò insignium, V. Phil. Jac. Spenerum *Arte Heraldi. Tom. I.*

Tracala, seu *Trachala*, in MS. Sexti Rufi Festi *Breviar. rerum gestar. pop. Roman* L. Caffio Quæst. Cratti religiuis colligente, *Pamphylium vinitrum*, *de quo Strabo Geographorum missor: dissimile fortunatissimum*, *Decem prioribus decem annis iterum*; *duodecim continuis proximum gradiorem*; *decem novissimis ob immensa donaria*, *Pupillum nequissimum* &c. apud Jol. Mar. Suarezium Epist. Vasion. in 3. *Epist. hac de voce Romæ editor. A.C. 1667. ultima.* Qui proin hujus imitatione de Constantino M. Sext. Aur Victorem sic loqui ait, *Cumque — III. & LX. annos vixisset, ex quibus decim dimidius, sta ut XIII. soles imperaret consumptus est*: *verisque potius, quàm blandus: unde proverbio vulgari*, Trachala *decem annis præfuisse simus*, *duodecim sequentibus latro*, *decem novissimis Pupillus*, *ob professiones immodicas*, *nominatus*: aliis convitii hujus occasionem *trachelis* seu *trachalis*, muricis genere, de quo infrà, arcessentibus. Alius *Trachala* fecit, Constantino recentior, cum Italico Consul fuit, de quo V. Latinium *Animadv. in Concil. tit. Can. Apostol. S. 2. Consolatio Trachali*: plura verò hanc in rem apud Macros Fratres in *Horol.*

Trachea Cilicia, apud Suetonium in *Vespasiano c.* 8. *Achajam—Trachæam Ciliciam & Comagenen—in provinciarum formam redegit*: uti quidem legit Hadr. Turnebus, cum aliàs extet, *Thraciam*, *Ciliciam* &c. Lat. *Aspera* est, V. in voce *Cilicia*.

Trachelus, seu *Trachalus*, purpuræ genus Posidippo, apud Athenæum, ubi τραχήλους, τράχηλος, ἁπλᾶς &c. in iis recenset, & Hesychio, Τραχήλους, τὰς πορφύρας. Sed propriè non tam purpuræ sic dicuntur, quàm purpurarum, imò & muricum, cervices. De quibus Tertonius, *Atqui clâsi validioribus passus*, *id est*, *multis*, *cadaverum*, *sine jure cervicibus*, *haud paucas nitrum*. Et Festus Pompeius, *Trachali appellantur muricum ac purpuræ superiores partes: unde Arimineuses*, *maritimi homines*, *cognomen traxerunt trachali*. Nempe, quia purpurarum hæ partes per se coquebantur, & separatim à reliqua carne, inde factum, ut pro certo earum genere haberentur. Forte & καὶ τὸ ὄχθος cervices ac circi purpurarum ac bucciniorum ita appellabantur: cùm alias τράχηλος vox *cervicem* ingenere notet, unde τραχηλισμὸς, talationis species, Athenæo memorata. *Spondylos* Latini vocarunt. Martialis *l.* 7. *Epigr.* 20.

Rossi tepensi spondylos sinu condit.

Sed & hanc ipsam vocem quamplurimos Auctores Græcos eos Latinosque pro speciali conchæ genere, ponere videmus, uti inter alia patet ex *Isidice Panisidis carne*, apud Macrobium. *l.* 2. ut verò *trachelus*, sic *mecon*, de cerra itidem specie ultrea, ac perte nonnullicum μήκων seu μηκώνων sit media purpuram inter, inter quam & τραχήλου florem fucci tinctoris hærere, Aristoteles, atque ex eo Plinius, ferìbunt, uti suprà vidimus. Huna hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum pag.* 1176. & 1177. Gerh. Jo. Vossium *de Idol. l.* 4. *c.* 35. ubi inter alia ὑπὸ τοῦ τὸ τραχήλου ἀφαίρεσιν ἐκθεῖν, *stomacho infirmo & languenti conducere* trachelos, ex Aetio *lib.* 3. *c.* 10. notat & suprà voce *Spondylus*. De τραχήλῳ balsami genere, item de pectinibus τραχήλοις χρωμένοις, V. eumdem Salmasium *p.* 580. & *segq.* nec non 1129.

Trachare, in *Emancipato* Atranii, apud Solpatrum,

Quam lenis trachat *me atque includit:*

à *tarare* diversum. Taxatio enim unius eli figuræ aut dicteri, vel paucorum, uti videre est in *Augusto* Suetonii *cap.* 4. at *tractare* eli totum negotium figurare five *gymnasticum*, aut agere figuratè. ἐγγυμνασιοπαίειν, quemadmodum *tractatum fomite exodii Dominiani cum uxore divortium*, memorat idem in *Vita* hujus c. 10. ubi V. Theod. Marcilium. Sed & *tractare* dicebantur Philosophi disputantes, Sophistæ, Rhetores, Jurisconsulti, & id genus. Servius *Xenocratis primum Philosophiæ scholam aperuisse*, *cum antea inter priscilius Philosophi tractarent*. Unde apud vett. Patres, *Tractatores* passim dicti, qui Dei verbum vel vocè vel scriptis exponerent: hinc que *Tractatus*, Græcè διαλέξεις, collatio, præsertim de rebus sacris, concio in usper Episcopi ad populum, synodus tandem seu concilium, in quo de rebus ad Ecclesiasticam rem attinentibus & inde *Tractatoria* Epistola, quæ & ipsa *tractatus* nonnunquam, cum Epistola Synodali seu Synodica eadem, uti ostendit C. du Fresne *Glossar.* Apud Spartianum verò *Geta*, *Fuit adolescens moribus asperis*, *sed non impiis*, *à natura docilis*, tractator *quidem &c.* loquutuleium & ἀδέκτους exponit Casaubonus; Salmasius tamen *veractator* legit, quem V. *ad l.* Sed & in *Codice* passim & *Novellis* Chartularii *Tractatores* dicuntur, quòd *tractarent* vel tractarent largitionales titulos. Scholiastes Juliani Antecessi *ad c.* 83. *Tractentur*, *quæ dicimus apud Latinos* Tractatores, *maximè in Africa sic dicuntur*, *id est*, *Scriniarii*, *qui annonas publicas computant & tractant*. V. Jac. Cujacium *ad l.* 3. *Cod. de Can. largit* tit. & Nicol. Alemannum *ad Procopii Anecdota p.* 100. 1. *edit.* & *Nov.* 1. *Theod. jubsin.* Quid verò *malæ tractationis* nomine indicaverint Veteres, docere possumus *Declamationum* reliquiæ, ad quas V. Barthium, ut & *Animadverſ. ad Papinium Statium Thebaid. l.* 11. *vers.* 605.

Tractilis, ignominiæ pœnæque species. Idatius *Festis*, *Constantio III. & Constantio II. Consulibus*: *His Coss. victis Franci à Constantio Aug. sesquiactis*. Tractus *Hermogenes*. De qua veluti re usitata loquitur Libanius *Orat. de sua Fortuna*. V. quoque Philonem *Legat. ad Cajum*, ubi de Judæorum Alexandriæ miseriis, eundem *ad Flacc.* Auctorem *Chron.* Alexandrini, de Bonoso, Phocæ quondam adjutore, de Phocæ ipso per ventrem tracto, & Leonesa cellario cum eo, nec non Mappario & Taxeota &c. Et quidem Phocæ modo dicti cadaver truncati primò, dein *tractilis* præcepit Heraclius Imperii prolixè narrat Nicephorus *in Rebus post Mauric.* Idem de Canuto Daniæ R. legimus apud Helmoldum *Chron. Slav. lib.* 1. *c.* 51. Caligula verò Senatoris cujuspiam eædem cum mandasset, non ante fatiatus est, quàm & membra & artus & viscera hominis *tractata* per vicos atque ante se congesta vidisset, narrante Suetonio *c.* 28. Major eorum crudelitas, qui, mortem inimicorum non expectantes, semianimes spirantesque *tractentur*, uti de Heliore ab Adolpho & Homenensigimus. Quod & in fontes quandoque exercitum. Sic Monachi, qui Henricum IV. Imp. desuper jactu lapidis occidere voluerat, cum ponderis vero ipse in ielix, illæso Imperatore, in terram prolapsus est, *seminime corpus, per totam Romam plebis invisa Imperatore traxit*, apud Auctorem *Vitæ ejus*. De Brunechilde, diximus suo jam loco. Quid quòd *nec mortuis*, *quibus omnis parcere consuetudo impietas—una semper quies*, *quos de monumentis extractos*, *per vicos & plateas*, *quasi illatas fenerem injurias*, *distrahebant*, justu Andronici Comneni, de cujus crudelitate Guil. Tyrius, cujus ista verba, *Hist. Palæst. l.* 22. *c.* 12. pluribus agit. Eefurorem hunc antiquissimum ferri, docet Cambyses apud Herodotum *l.* 3. Amasis cadaver erui, virgisque cædi jubens & c. Postquam autem *tractis* satis, vel comburebantur tandem, uti de Phoca Nicephorus habet *d. l.* & de Heldicæ cujusdam uxore, aliaque fœmina, nomine Teucaria, Vict. Utic. *Persecut. Vandal. l.* 2. Vel in fluvios abjiciebantur, uti de Gleandro, cujusque amicis fcribit Herodianus *l.* 2. de cadaveribus item, uti de Heliogabalo Lampridius, *Tractus deinde per publicum*, *additaque injuria cadaveri est*, *ut in cloacam mitteretur*. Vel in fruita dicerpebantur, uti de Monacho præfato addit Auctor supra laudatus. Sed & *trahebantur* interdum tamdiu, donec dissipati cadaveris nihil superesset, quodtrahi porrò posset, uti de Judæis queritur Philo *loc. cit.* nempe, ἕως ἀπόσωσι βοηθεῖ, ἀνάγκη, καὶ τὸν τῶν ὑβρίσεων ἀπομαλάττειν καὶ τραχύνειν ἀφανισμὸν ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων ἀφαιρεῖσθαι, ἢ τὸν σωμάτων ἀτιμίαν τοῖς συμβαίνειν ἀμφισβητοῦσιν ἀδικεῖν ἀδικοῦσιν. Interdum verò & extra fines projiciebantur *tracti*, uti pro-

ditori

toti Pausaniæ quondam fecerunt Spartani, apud Ælianum *Var. Hist. l.* 4. c. 7. & Aristocrati ejusdem scelerisreo Arcades, apud Pausaniam *lib.* 4. V. plura hanc in rem, apud Casp. Barthium *Animadversion. ad Statianum Thebaidem lib.* 5. *vers.* 234. Hinc *Tractitiius*, dictus à militibus post mortem Heliogabalus, seu *Tractitianus*, quod idem, ut nonnulli legunt; quod *solus omnium Principum tractum tractus & in cloacam missus & in Tiberim præcipitatus*, Lampridius ubi supra. Nempe & Vitellius quidem tractus & in Tiberim præcipitatus, sed in cloacam missus nonfuerat; nisi dicere malimus, lapsum memoriâ Auctorem, Catalonus *ad l.*

Tractoria, diploma seu instrumentum est evectionis seu cursus publici, quo jus & facultas datur equos, vehicula, & viaticum petendi de publico, aliter *Combina*, quam vocem vide, ut & ubi de *Cursu publico*. De illis tituli passim de *Cursu publico & de Tractoriis & Jtali vis. lib.* 12. *Cod. Jusin.* & *lib* 8. *Cod. Theodos.* ubi multa egregia habent Jac. Cujacius, Jac. Gothofredus, Alii. *Formulam* earum exhibet B. Brissonius. Transiit illarum à Romanis ad Francicos Reges usus, quibus hi Missis suis similiter commeatum & hospitia præberi jubebant, uti videre est apud Marculfum *lib.* 11. cui tit. *Tractoria Legatorum*, ubi formula hujusmodi instrumenti sic incipit : *Ille Rex omnibus agentibus. Dum & nos in Dei nomine Apostolicum virum illum partibus illis legationis causâ direximus, ideo pabemus ut locis conventionibus ei dem & mobis ac reliquis hominibus nostris, &c. ubi de veredis, seu paravveredos tantos, panis nigidi modios tantos, vini modios tantos &c.* Inde latius extenta vox, ut nonnunquam pro quovis Diplomate Principis fumatur, uti pluribus docet Car. du Freine *Glossar.* Sed & apud Eccl. Scriptores interdum occurrit, pro epistola citatoria & evocatoria, qua *trahitur* le & evocatur quispiam, ut certo loco & tempore præsentem se sistat. Augustinus *Epist.* 217. *Tractoria mi me*s. *Id. Nov. venit, jam finito die, & me vate inassignatum invenit, ut occurrere omnino non possem. V. Paymulus antiquus* Promotionum Episc. *Tom. II.* Concil. Gallic. Simondi p. 651. 653. 656. Bern. Ferrarium *de Epistol. Eccl. lib.* 2. *cap.* 1. & Joh. Garnerium ad Marium Mercat. *in Commonitorio cap.* 3. eidem laudatos. Cl. Suiccrus *tractatus*, diplomata seu libellos, datos in exteros *tractus* iuuris, unde esset cognoscere, quo pacto *tractari* aliquem oporteret; sæpeque ab Episcopis fit commendatos, ob delicta, pœnitentiæ ergo peregrinantes; Primates etiam, cum Episcopos ad Synodum vocarent, iis usos: fed & Epistolas ab Episcopis scriptas, quibus ætatem excusabant, imo & Synodales Epistolas nonnunquam hac voce insignitas, docet *Theſ. Eccl.* in Τραγωιδία. V. quoque Lud. de la Cerda *Adversar. cap.* 92. *num.* 17.

Tractus, in Ord. Romano, *Si fuerit tempus, ut dicatur Alleluia, bene: sin autem, Tractus*: Species est in Communione illa Ecclesiastici cantus, cui nomen, *quia trahendo, id est, tractim canitur*, Honor. Augustodunen. *lib.* 1. *cit. cap.* 96. an, *quia spiritui ſuppeditat ab imo pectore geminum trahunt*, Hug. à S. Victore *Spec. Eccl. l.* 1. c. 7. unde & *tractus* dicitur in eodem *Ord.* an, *quia trahitur tempus pro inter vallo, quo Diaconus possit exuere planetam & imponere sibi transversaliter velum*, Dominic. Macer *Hierolex.* In Missa post Epistolam cantatur, à Septuagesima usque ad Pascha; & quidem singulis Dominicis, usque ad Quadragesimam; quâ durante etiam festis fecundis, quartis & sexti cantitur: isique nullo responsidente, unde à Responsorio distinguitur, nec cum Alleluja, quo pacto à Graduali differt. A tempore autem tractus sloiam velo violaceo cooperit Diaconus, cujus rei rationem habes apud eundem *ibid.* ubi & Dominicæ prædictæ introitum esse, *Circumdederunt me dolores mortis &c.* canticique hujus Auctorem haberi Cælestinum, an Gelasium, an Telesphorum Episc. Rom. addit. Sed & *Tractus*, apud citimæ ætatis Scriptores, dicitur psicatio, jus psicationis, psices ex fluvio vel vivariis extrahi solitis: quod aliter *Jactus*. V. de hac voce notitiæ C. du Freine ubi supra, ut & hic ubi de *Extractione* ieu psicatione margaritarum.

Tradisio, Philosophiam olim propagandi modus. Quidam enim, memoriæ nimium fidentes, censebant supervacuum esse, per literarum monumenta, Sapientiam propagandi rationem: solâ proin *ex ogdoos* seu *Traditione* orali utendum rati, qui non memoriæ tantum robur, sed & Sapientiæ majestatem accedere credebant. Inquit sententia Thamus fuit, universæ Ægypti Rex, ut ex multis ejus disputatione cum *Theuth*, Inventore literarum, apud Platonem in *Phædro* ac *Timæo*, apparet. Neque alio respexerunt Græci, dum Musarum Matrem *Μνημοσύνην* statuerunt, quam Latini à *memendo* eleganter dixere *Monetam*, Vossius de *Anal. lib.* 2. *cap.* 3. Idem Cetatum Sapientes, Druides, volucre, Cæsar de *B. G. l.* 6. Et Antiithenes adolescenti amissos conquerenti Commentarios: *Oportebat*, respondit, *ſita poniſ animo, quam chartis, scribere*. Similiter de Pythagoræis Plutarchus tradit, quòd sola *Traditione* & memoriæ fubsidio Philosophiam situm propagarint, myſteria fua literis mortuis concredere nefas esse judicantes; adeoque multa fuæ disciplinæ præcepta scriptis mandaverint: quod tamen A. Gellius *lib.* 4. *cap.* 9. aliis eos folum è Pitagoricis, qui *Acusmata* dicebantur, trahit; *Mathematicis* verò & verba facere & quærere, quæque audiſſent, ſcribere licuiſſe, docens. De Antonio Eremita quoque refert Nicephorus, cum a Philosopho interrogatum, quomodo res fublimes contemplaretur, quum nullos haberet libros, respondiſſe *Universum hunc Mundi librum ſibi Bibliotheca loco eſſe, hanc omni tempore & ubivis hominis præſto eſſe*. Contrà alii erant, qui, non omnino improbatâ hac docendi ratione, propter varios tamen, quibus humanum genus obnoxium est, casus, posteritati aliter consulendum esse putarunt. Quorum, ut ex Josepho constat, familiam duxit Sethus, minimus natu Adami Protoplaſtæ filius, qui ſcribendi mirabili artificio, vel inventor, vel a Patre accepto autoque, duabus columnis varia Sapientiæ arcana inſculpſiſſe legitur. Nihilominus, licèt Antiquis literæ pæſtò eſſent, non tanta tamen illis ſcribendi prurigo; ſic ut parum vel nihil iis conceederent plerique, contenti disciplinæ continuis *Traditionibus*, quibus præſertim in Oriente, magnos honos, inter ſuos propagare. Certè ante Salomonem quidquam hac in re literis mandatum non esſe, certa fune judicia : eoque primus ſubtiliſſimum Philosophiam posteritati literis *tradidit*. Inde Græci ceperunt id velut proprium ſibi ſcribendi munus vindicare: quibus Phœnices, eâm alias multas doctrinas, tùm verò literas, artuliſe, diſcimus ex Herodoto *lib.* 1. quamvis jam ante Cadmum literas in Græcia fuiſſe, dicat Diodorus Sic. *lib.* 6. Incrim *Traditionem* usque ad Homeri tempora, etiam in illa gente, perseveraſſe, aſſerit Josephus, ubi ante Homerum nihil conſcriptum fuiſſe de eet. *l.* 3. c. 8. Omni autem, Phereycides, Pythagoras & Thales, de cœlestibus ac divinis rebus quædam conſcripſiſſe legimus, apud Euſebium *Præpar. Evang. l.* 10. c. 2. à quo mox omnia libris velut diluvio inundata. Cui impetigini ut metas ponerent Pythagoras decreviſſe, ut cubicis rationibus præcepta in voluminibus ſcriberentur; conſtituitque Cubum 216. verſium eosque non plures, quàm tres, in una conſcriptione, oportere eſſe judicavit. Verum diutarna non fuit Lex, ipſique Pythagoræi paulo poſt nimiâ ſcripturiendi cacoëthes tranſiit. Germani autem, Galli, & Septentrionis incolæ, ſero admodum ad ſcribendum animum applicuerunt: Gothique, Scandinaviæ gens celebris, *Traditione* contenti fuere, usq; ad A. C. 370. quo ab Ulphila five Gulfila Epiſc. ſcribendi artificium addidicerunt. Quemadmodum & Thraces, quanquam apud eos Philoſophia orta videatur, tamen necdum Æliani ævo literas noverant. Taautus v. Philos. antiquissimus Ægyptiorum Philoſophiam ſcripſiſſe ferur; cujus proin librorum meminit Sanchoniatho, apud Euſebium *l.* 1. c. 9. de Mofe, divino juſſu, imò & imitatione, verba Decalogi, ſcribente, modoq; multiformi *tradendi* Doctrinam ſalutis, nihil addam. V. Georg. Hornium *Hiſtor. Philoſ. l.* 7. c. 2. Hoc filtem adjicio. Inter Judæorum Sectas, Karaitæ, omnibus *Traditionibus* rejectis, literam ſolum urgebant: Phariſæi contrà atque Eſſeni *Traditiones* ſeu Vetutum non ſcriptum magno conatu Populo obtrudebant; illas non æquiparantes modo S. Scripturæ, ſed & præferentes. Unde Legem facilenter duplicem, unam ſcriptam תורה שבכתב *Thorah ſchebichtab*, alteram oretenus *traditam*, תורה בעל פה *Thorah bepual* pediêta; utramq; docentes Moyſi à Deo in monte Sinai ſuiſſe traditam: Sed poſteriorem à Moſe Joſua, à Joſua Senioribus, Senioribus, Prophetarum choro, à Prophetis magnæsynagogæ viris, ab his reliquis, oretenus communicatam. Quæ una ex præcipuis fuit Phariſæorum ac Sadducæorum, qui è Karaitis orti, controverſiis. Ita enim Phariſæi, *Obſervemus*, dicebant, *Legem à Majoribus in manus nobis traditam, expoſitamq, ex ore Sapientum, qui Traditione illam exposuerunt*. Sadducæi contrà, *Non nisi solummos ubi Traditionis Expoſitoribus*, *ſed unicè inhærendum Legi Moſis*, Gorionides cap. 29. Et hoc eſt, quod Chriſtus impugnat, Matthæi 5. ubi ſæpius reperimus verba illa: *Hearitum, ou ἐρεθη τοῖς Αρχαίοις, Auditis, dictum eſſe Veteribus*, id eſt, *oretenus traditum*; quod vox ἐρεθη confirmat: auditio enim ſolum *Traditiones* percipiuntur, &c. V. Theod. Bezam *in locum*. & plura hanc in rem, apud Thom. Godvvynum *de Ritibus Hebr. lib.* 1. *cap.* 10. ut & ſuprà ubi de *Phariſæis*.

Traditores, dicti olim ex Chriſtianis ii, qui tempore perſecutionis literis & inſtrumentis Divinæ Legis nefariè *tradiſi*, vitam redimebant, Martyrium fubterfugiebant, quod ſervente inprimis ſub Diocletiano Imp. perſequutione fadum, quæ de Decretum *de exurendis libris Sacris* publicatum an. 19. Imp. eius, Martio menſe, & ab Epiſcopis quibusdam, Sacri Codices exuſti, vel falrem comburendi *tradiſi* ſunt, hinc nomine iſto appellata, ut ſcribit Optatus Milevit. *adv. Parmenianum lib.* 1. V quoque Auguſtinum *c. Donatiſtas* paſſim, inprimis l. 7. c. 2. *Poſt Optriani numerum* 40. *& quod exuruis, annis peracti*s, *tradiſis* Codicum *factis ſis, unde caperunt appellari Traditores*. His oppoſiti *Confeſſarii*, qui, nulla formidine concuſſi, mortem etiam quamcunque oppetere, quàm ſacros libros tradere, malebant, adeoq; conſtanter Chriſtum confiteri usque ad finem perſeveraruut. Idem Optatus *d.l. His Epiſcopis, interrogante Secundo Tigiſitano*, tradidiſte *confeſſi ſitis. Et cum ipſe Secundus à Purpurio increparetur, quod & ipſe olim apud Stationarios ſuerit, & non fugerit, ſed dimiſſus ſit, non*

sine causa dimissum fuisse, nisi quia tradiderat : *jam omnes erecti caperunt murmurare.* Ad quem L. V. J. Frid. Gronovium *Observat. in Script. Eccl. cap.* 13. Sed alios longe *Stationariorum* vocabulo hic indigitari, vel ex ipso patet loco, & iis, quæ supra diximus in hac voce. *Statues* magis tales dicti. V. supra paſſim : plura vero de *Epiſcopis* illis *Traditoribus* supra memoratis, apud Joh. Forbeſium *Inſtructionum Hiſtorico-Theologic. lib. XIV. cap.* 4. §. 1. adde Ravanellum *Biblioth.* voce *Exuro.*

Traduciani, dicti olim à Pelagianis Orthodoxi, quòd mortem in omne genus humanum *per tranſitum ſeu traducem*, & *per peccatum* & *per ſemina tranſire*, ut loquitur Marius Mercator *Subnotat. cap.* 9. §. 7. 14. docerent; quorum ſententiam verſibus his complexus eſt Prudentius *Apotheoſ.*

Hæc prima eſt natura animæ : ſic condita ſimplex
Dicidia in vitium, per fortuita fœdera carnis.
Exin tinctilamabo peccamine principis Adæ
Infecti genus omne hominum, quod pullulat inde,
Et tenes ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas; nec quisquam naſcitur inſons &c.

Hodie ſic appellantur, qui, circa Animæ originem errantes, illam à Parentibus in ſobolem *creatur* ſuos, non immediate à Deo infundi, contendunt. Sed & olim olim faere, qui idem ſtatuebant, ut videre eſt apud Hieronymum *Epiſt.* 61. *ad Pammach cap.* 6. *Epiſt* 82. *lib.* 2. *in Pelag. cap.* 1. 2. 5. Cæſarium *Queſt.* 78. Auctorem Prædeſtinati *Her.* 26. 86. Alios. Unde Prudentius iterum,

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Tranſfundi in ſobolem credatur ſine animarum,
Sanguinis admiſto — *contagia.*

C. du Freſne *Gloſſar.* Aliàs *Traduci*, infamari eſt, quod pridem adnotavit Phil. Beroaldus, *ad Propertium l.* 2. *Eleg.* 24. V. quoq; Caſp. Barthium *ad B. Matthæum, Adverſar. l.* 147. *c.* 4. Nempe adulteræ olim mulieres, in Creta ins. alino inſidentes, & captivi Duces, Romæ manibus poſt terga revinctis, poſt triumphantium currum ducebantur, Beza *annot. ad Matth. cap.* 1. *verſ.* 19. Potiùs, per theatra, & Romæ & Athenis, *traducebantur* ſontes, ignominiæ, publicæque expoſitionis causa. Sic *Stephanionē per trina theatra* τρὶς ἐφ᾽ ἑνὸς σκηνῆς, ait Suid. *Anguſto cap.* 45. quod propriè θεατρίζειν Græci & παραδειγματίζειν dixere, Philo παράγειν & ἐκπέμπειν vocat, *c. Flaccum*, de quo more in Græcis Latinisque Scriptoribus multùm memorato, V. Caſaubonum *ad Suetonii locum* : ut &, quæ ſupra attigimus in voce *Catomidiari*: unde ſignificationis ratio in promptu.

Traducla, vel *Traducula*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, V. infrà.

Tragelaphus, in rerum Natura nuſpiam reperiri plurimis creditur, unde vulgari proverbio hoc animal dixere Græci καὶ τράγελαφον, *pro re, quæ planè nulla eſt*, teſte Stephano & Etymologo in γαλεώτης. Ariſtophanes quoque, inter ſigmenta Medicis aulæis appingi ſolita, recenſet τετραλειτυγίνεις & σφηκοδράκοντας, *in Ranis act.* 4. *ſc.* 1. ut alia præterea. Tamen non ſolùm in Lege Moſis *tragelaphi* cap. 14. *verſ.* 5. quo loco Hebræorum צְבִי, *zabi*, in Græca & Vulgata redditur Τραγέλαφος, *tragelaphus*; ſed & Job cap. 39. *verſ.* 1. ubi Græci, Εἰ γνῶσι καιροὺς τοκετοῦ τραγελάφου πέτρας, *an noſti tempus partus tragelaphorum petræ?* Ad quem l. Olympiodorus Τραγέλαφος, αἰγοπρόβατος, & in marg. αἴγαγρος. Et Auguſtinus, *Tragelaphus, compoſitum ex hirco & cervo animal.* Et in Arabia Petræa, Diodorus *lib.* 2. juxta Phaſin, Plin. *lib.* 8. *cap.* 33. Solinus *cap.* 22. ut & Iſidorus *Origin. lib.* 12. *cap.* 1. apud Arachoras denique Philoſophus *Hiſtor. animal. lib.* 2. *cap.* 1. tragelaphum nobis deſcribunt. Sed, ut ab *hircina barba*, σφαγίλαφοι alii vocant, ita Philoſophus ἐπταλαφον, *propter capitum jubam*. Luciamus quin etiam *in Tragopodagra*, ponit in cenſu animalium, quæ podagræ pro remedio adhibentur,

Βατράχους, ὑαίνας, τραγέλαφόν, ἀλόπεκας.

Imò hodieque in Germania *tragelaphi* nil frequentius, in Miſniæ præſertim & Bohemiæ faltibus. Certè Salmaſius *in Solinum*, ſe verum tragelaphum Lutetiæ vidiſſe refert : *Is*, inquit, *cornua planè cervina gerebat, mentum promiſſa hircum barbâ, & villoſis armos, velociſſimi in primo curſu impetus, ſed citò deficientes. Hircum Barbarie eum nominabant, qui circumſpectanti, atque olcum vocari, in antiquo Gloſſario* Bibliothecæ Puteanæ addit, pag. 229. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. l. VI. c.* 1. & Becmannum *Origin L. L.*

Tragema Græcè τράγημα, nomen comprehendens, juxta Hierophilum *libr.* πῶς ὠφελεῖ διαπνοὴ ἄνθρωπ. & ὕδωρ μυεῖ, amygdalas, piſtacia, nuces minutas, palmulas five dactylos ſiccos, & quæ ex his conſiciuntur, copras. Apud Myrepſium Ἀνάθωσ. ἀφῆ σταφυλικὸν compoſitum ex uvis paſſis, nucleis pineis, ſemine cucumeris, myrtis, ſemine apii & palmulis. Quæ omnia aliaque nonnulla poſt cœnam dabantur, ſiti partim reſtinguendæ, partim ad oris ſuavitatem faciendam, erantque ſicca fere & dulcia. *Bellaria* veteribus Latinis dicta eſſe, ait A. Gellius *lib.* 13. *cap.* 11. Græcis aliter πέμασμα. Sed aliud proprie πέμμα, compoſitum viz. quid & coctum, unde nomen; aliud τράγημα. ſimplex nempe & ſic ſiccatum, ut uvæ paſſæ, cerniæ, palmulæ & ſimilia. Hierophilus tamen etiam coptas ſeu placentas, quæ πέμμασι ſunt, τραγήμασιν nomine complexus eſt, ut videmus. Sanè *Tragea* Gallorum hinc nomen invenit. Τράγος, à τρώγω, pro τρώγων; recentiores Græci τραγάνας, *pro* τρώγας, dixere, Δορυφόρος ſcribitur apud Medicos Græco-barbaros, & compoſitio eſt pluribus rebus conſtans &c. Cum verò plurimi fructus ſicci nomen τραγήματος habuerint, palmula ſicca καθ᾽ ἑαυτὴν illud ſibi vindicavit. Plinius *lib.* 13. *cap.* 4. ubi de palmis & earum generibus, *E veliqui genere plebeiæ videntur. Siccas tragemata appellant.* Xen. de balanis palmarum, πὶς δὲ τοὺς ξηροὺς τοὺτους τραγήματα ἀποτίθενται. Heſychius, φοινικόβαλανοι· οἱ τὰ φοινικα &c. Unde *tragea & tamar*, ex τράγημα, dactylum palmæ ſiccum in Ægypto, ſicut matrem vulvæ, Ariſtoteles appellari, tradit Proſper Alpinus, apud Salmaſium *ad Solinum*, *pag.* 1323. ubi plura hanc in rem.

Tragœdia, adde : Earum commiſſiones inter præcipua dierum feſtorum oblectamenta olim fuere ; & quidem cùm incompoſitus olim Tragicorum chorus, præ perſonarum multitudine, è quibus conſtitiebatur, eſſet (50. fuiſſe Vett. teſtantur) numerus, contractior factus eſt & τὸ tantum perſonarum ex hac *Tragœdiæ* Τὸ Τραγικὸν χορὸν συνεκτὸν ὂν κατεμείωσεν, quæ lata eſt expreſſione Eumenidum fabulæ, quam docuit Æſchylus; Pollux *lib.* 4. *c.* 15. Τὸ δὲ πολλοὺς ὁ Τραγικὸς χορὸς ἔχειν ἐν τοῖς ἀρχαίοις δράμασιν, ὅτε δὲ ἐπὶ Ἐυμενίσιν Αἰσχύλου· ὅτε δὲ τὸ ὀλιγοστὸν αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐκπίπτοντες, συνίστανον ὁ νῦν· ὃς εἰς ἐλάτιν ἀεριθμὸν τὸ Χοροῦ: quod factum anno 3. Olympiad. 80. Chorus autem hic in quinque juga diſtributus eſt, tres ſcilicet perſonæ in ſingula juga, ut in 3. ordines, quorum unicuique quinque adſcribebantur perſonæ : Atque, ait in ſcenam prodibat Chorus, tres nonnumquam ex illo prodiiſſe, aliquando quinque ; eſt tamen, ubi & una tantùm perſona, Pollux *loco cit.* Inter fœminas *Tragicas* optimates anus illæ fuerunt, quas πολιὰς καλωμένας nominant Græci, quibus cani erant crines & totæ nitebant, candebantq; ; unde πολιόκρωσσοι quoque & πολιόχρωτοι, apud eundem *lib.* 4. *cap.* 19. βυβλιοῖς τε, Ciceroni dicuntur *lib.* 7. *Epiſt. ſ.* Ipſis verò Poëtis *Tragicis*, Æſchylo, Sophocli & Euripidi, honorem habeti voluit Lycurgus Rhetor, hac lege : Τοὺς Τραγῳδοὺς τῶν πατέρων, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου, τὰς ἑαυτῶν ποιήσεις ἀναγινώσκειν, τοῖς ὑπογραμματεῦσι τὴν ἐξέτασιν αὐτῶν ἐπιτρέποντας : Statuas itaque illis ſtatui juſſit, eorumque *Tragœdias* publicè aſſervari, caviqué ne quis eas Hiſtrio doceret, ſed ut publicè ab urbis Scriba recitarentur, Plut. *in Lycurgo.* Memnit quoque ſtatuarum, in Theatro, his tribus poſitarum, Pauſanias *Attic.* aliique, è quibus tamen id colligas : id primùm datum fuiſſe uni Æſchylo, Athenienſium plebiſcito ; poſtea Lycurgi lege, ad retinam, quos quondam duxerant, Rectorum. Petitum *Comm. in Ll. Attic. lib.* 1. *tit.* 1. Sicut verò Comicorum natio è veteri more à quinque Judicibus, iſtisque juratis, judicabatur, ut Bacchus Judex docet apud Comicum, *Ranis* : Sic *Tragicorum* Judices decem erant, jurati itidem, ſorte ab Archonte capti, è ſingulis Tribubus unus, ut è Plutarchi narratione in *Cimone* conſtat. Meminit horum Judicum Ariſtoteles *Rhetor. lib.* 3. ubi *reticet*, Euripidem publicè aliquando accuſatum, provocaſſe ad Theatri Judices ; apud quos, ſi quà minus honeſtè, aut piè & probè dicta videbantur, cauſam dicebant & mulctabantur : ὥστε Εὐριπίδης ἐκδὺς Τρῳάδων εἰς τὸ ἀκόλουθον ἐχρημάτισε, διὸ καὶτοῦ ἀγῶνος ἐπῆλθε κίνδυνος ἀτιμωθῆναι.

Ἡ γὰρ πόλις μέλλει τὰ τε τῆ διονυσιακῆ ἀγῶν. κρίνειν οὐ τὰ δικαιοκρισία ἀγῶνα· ἐκὶ τῷ αὐτὸ δεδικάσθαι λόγῳ ἡ δίκαιοι ἡ ἄδικοι κριτηρίοις. Si præterea quæpiam pronuntiaſſe convincebantur, à Judicibus aliis, ad quos videtur provocatum, mulctabantur, Æſchines *c. Ctefiph.* Sed hi Judices, qui antiquum morem reprehenſantem quidem, ſed non authoritatis non habentem : Veteres enim illi nihil ad gratiam ſpectatorum faciebant, ſed illorum auctoritate, τὰ δοκοῦν μάλιστα κοσμοῦντες ἢ νουθετοῦντες ἐγίγνοντο : factum verò aliquando, ut hi juberentur à Populo victorem illum renunciare, eúi favebat. Æliánus *Variæ l.* 2. *c.* 2. *ubi de Ariſtophanis Nebulis.* V. iterum Petitum paulo *poſt. Tragicam* Scenam quod attinet, conformabatur illa columnis & faſtigiis, ſignisq; ac regali inſtruebatur apparatu : Præterea excitabantur in illa Palatia, Regiæ, turres : Cum contra Comica privatarum ædium, Satyrica verò topiarii operis ſpeciem præberet. V. Joh. Rutgerſium *Rom. lib.* 5. *cap.* 9. & 10. *cum Paralip.* Dempſteri. Nec omittendum *Tragadiam*, ob argumenti lugubritatem & perſonarum dignitatem, coronatam degni confueviſſe ; quod idem Roſinus monet. Plura in hanc rem, inprimis de *Tragœdorum* proprio, quod erat *cantare in ſcena*, hinc, *præcluci voce*, quam inprimis affectabant, ac proin *à Venere abſtinentia* ; de *Tragœdiarū* portò *argumentis*, quæ ex vulgata *fabularia* ſeu Cyclo Epico ut plurimum ſtimebantur, aliisq; huc pertinentibus, apud Salmaſium *Not. ad Spartianum Pescen.*, & *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 769. 854. & *ſeqq.* nec non hic paſſim, in voce *Cantare*, item ubi de *Fibula*, alibique.

Tragopan, avis fictitia Plinio *lib.* 10. *cap.* 49. *Equidem & tragopanem, de quo plures affirmant, majorem aquilâ, cornua in temporibus curvata habentem, ferruginei coloris, tamium capite phœnico, fabuloſum reor.* V. quoque Solinum *cap.* 43. & Pompon. Melam *lib.* 3.

lib. 3 c. 10. Ex Græco Τραγίσκος, h. e. *hircinus Pan*, sicut Αἰγίπαν; dictus est, quòd habeat cornua *hircina*, fac ein vero phœnicei coloris, ut *Pan* pingitur. Ita enim de Pane Virgilius *Silено*,

quem vultus ipse

Sanguineis ebuli bacis minioq; rubentem:

ad quem I. Servium vide, nec non plura de hac ave, apud Salmasium ubi supra pag. 399. & Gerh. Joh. Vossium *Idolol. lib.* 3. *cap.* 59 §.

Tragula, inter telorum jaculorumque vocabula, quæ in vett. Historias scripta sunt, memoratur A. Gellio *lib.* 10. *cap.* 25. & occurrit fœpius apud Cæsarem, Livium, Alios. Fuere autem τραγοὶ tela, quæ vel manu, vel etiam tormentis, mittebantur, ac plerunq; ita atrociter fauciabant, ut corpus simul scutumque transverberarent. Cùm vero infixæ erant, quomodo extrahi deberent; dubium erat ac plerunque non tam retrahebantur, metu magni doloris & profusionis sanguinis, quam hinc illincque decidebantur, ut è vulnere fit cum minore nova possent accipi, uti videre est apud Hadr. Turnebum *Adversar. l.* 7. *c.* 12. Unde habemus hoc teli genus fuisse, fuspicatur Lipsius *Poliorcet. l.* 4. *c.* 4. Cujusmodi telo Cortam ulum esse tantâ vi, ὥστε ἢ βληθέντα διὰ τε τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ θώρακος διαφῦναι καὶ τὴν σάρκα ὑπὸ τοῦ πεσόντος, ut eo percussum per loricam & per latera, terræ velut clavo affigeret, ait Suidas, cui τραγῶδαι id dicitur: quod de posteriori *tragulariam* genere intelligendum, tormentis emitti folito. V. quoque Liv. *annal. lib.* 20. ubi de Annibale, & Sallustium *lib.* 3. ubi de Metello, *tragulæ* ictu caruisse Cæs. *Bell. Gall. lib.* 6. ubi de Balventio utrumque femur fimiliter trajecto. At cum Cæsar paulo post, epistolam, ad Ciceronem à Nervis circumsessum, *missurus, tragulam cum epistola ad amentum deligata, intra munitiones castrorum abjici jussit*, de priori capiendum. Utrumque genus junctim Salustius idem indigitat *Bello Jugurth. Pleroq; jacula terminis eâ manu emissa universabant.* Atque hos, qui è tormentis illa evibrabant, *Tragulatios* dictos, legimus apud Vegetium *lib.* 2. *cap.* 15. Cœterum *tragulam*, quali *trabulam*, à *trahendo* appellatam esse, statuit Turnebus *Adversar. lib* 21. *cap.* 14. Et certè pro *trabula* vel *parva trabea* (quæ vox & hæc notione legitur, apud Jornandem) genere currus fine rota, usurpare quoque vocem nonnulli, uti docet Salmasius *ad Solinum pag.* 231. alii tamen à *trajiciendo* malunt deducere &c. V. Becmannum *in Originibus*, & Martinium *Lexico Philol.*

Tragurium, addè Peninsulam vero, &c. qui eam à Continente feparat, canalem, non naturæ, fed artis, opus effe, docet Joann. Lucius, gentis fuæ *Historiæ* conditâ. Cœterùm urbs fitu non injucundo, fuburbium elegans habet in Ins. Boâ, cui ponte junctam diximus, & incolarum cuidam quatuor millia complectitur, V. Jac. Sponium *Itiner. Græciæ Part.* 1. *pag.* 93 & *fegg.*

Trabs, feu *Trabea*, tributi apud Vett genus, quo grana exterebantur, Factum id erat ex tabulis lapidibus aut ferro asperata, quæ impositis aurigis, aut onere gravatis, *trahebantur* jumentis junctis, uti docet Varro *de R. R. lib.* 1. *c.* 52. Nomen ei à *trahendo* Latinis, quia non habebat rotas. Linguâ Sacrâ מורג *morag*, vocatur, Ebræis *cap.* 41. *vers.* 15. unde *naurag* Arab. apud Alcamus definit *instrumentum ferreum rei tignum, quo fruges in area terantur.* Lexicon Copto Arab. reddit מערבה, *instrumentum ad terendum, ἅλων ἢ πάτος.* Melior verò definitio desumi potest ex *dicto I. Elisæ, Pones in in morum morag, insignum variis incisuris, ut montes triangulos & cuminum cyclos, & ponta ex gumani.* A quibus incisuris vocatur מחרוץ *incisum*, *cap.* 18 *vers* 27. Bovves autem hujusmodi tribulos traxisse, colligitur ex 2. Sam. *c.* 12. *vers.* 31. & Amos *cap.* 1. *vers.* 3. V. Bochartum *Hierozoici Part. prior lib. II. cap.* 32. De cujusmodi instrumento, ejusque apud Romanos usu fic Virgilius *Georgic. lib.* 2.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine nec jactura seri, nec surgere messes:
Pondus & immissi pressum grave vomeris aruri,
Tardaq; Eleusinæ matris volventia plaustra,
Tribulaq;, trahearque, & inique pondere rastri &c.

Inde *Traharius*, apud Sidonium *lib.* 6. *Epist.* 1. Aliud quid *Traha* fonat, apud Thyvvroczium pag. 50. *Rex Andreas — tam hyemali, quàm æstivali tempore super* trahebatur: V chiculi nempe genus, rotis carens itidem, quod *tragam* quoq; & *tragulam* dixere. Quæ notione & Josephus Barbarus vocem usurpat *Itinerar. ad Tanaim*, *Trahis secum vehunt immo, quæ volunt, & quidem in eo viciorimè fuse expediunt.* Trahæ apud eos in eo usu sunt, quo apud nos portatiles carri: & hi à latere & parte desterra Tavali vocantur. Hodie filimilibus vehiculis per glaciem nivesque Lappones feruntur, rangiferis trahentibus; equis alibi: usûs, ac delitiarum causâ. Nempe hoc ire est,

Per vada noctumo contabulata gelu,

uti ait H. Grotius *Rleg. lib.* 1. ubi de *Hiemis commodis*.

Trahere, proprie de carminatione lanæ, ut Græcum ἕλκειν, Salmasius *ad Tertull. de Pallio cap.* 3. hinc pro nere, apud Statium *Theb. lib.* 8. *vers.* 119.

Cùm Parca tua jussa trahant —

Inde ad alia translatum. Becmannus verò *trahi*, *q. transvehi & trahum*, *q. trayellum*, imò hinc per syncopem, factum vult, *in origin. L. L.* unde communis *trahendi* notio primigenia effet. Certè in Neronis statua, cui inter alias contumelias, *à veteribus curribus appositus cum inscriptione Græca, Num demum agona esse & Trahere*s tandem, vel *Trahi* tandem, uti legitur apud Suetonium *in ea cap.* 45. Cafaubonus illud *trahere* feu ἕλκειν ad aurigationem referendum ait, ex Orphei *Hymniname Solis.*

Χρυσολυρε, κύκνε τ' ὀκεανίδων ὑδάτων ἔλκων·

Nifi βλάπτοντων potius, & innominatum quis verbum hîc habeat, ut cùm dixit *ibid. cap.* 22. *tractum præsinum*, quo de vocis fignificatu prolixè egimus fupra, ubi de *Tractione*. Alia ejus notio non minùs infaufta occurrit in *L. Sal. tit.* 14. *Si quer Regis vel Ecclesiæ ingenuam feminam traxerit, de vita componat*: apud Marculfum *lib.* 2. *Form.* 16. *Si aliquis puellam invitam traxerit &c.* ubi idem quod *rapere* eft, vim inferre. Sed *trahere*, pro *tractare*, quorum hoc ab illo ortum, unde de Heliogabalo per publicum tracto, Capitolini codices modò *Tractatum*, modò *Tractatitium* cum vocant: Et viciffim, *tractare*, pro trahere & disputare, ponitur apud Juftinum *lib.* 16. *diu re in Senatu tractâ, cùm exitus non inveniretur.* Ubi *trahere* vem, non eft idem cum Sallustiano *bellum trahere*, fed idem, quod *tractare*, notat. Optimæ Gloffæ, *tractum, Ἕλκυσις.* Imò & ficut *tractare*, ita & *trahere* de re, reperitur, uti videre eft apud Salmafium *Not. ad Spartianum in Hadriano*, & *ad Vulcatium d. l.* Plura de verbi notionibus alias, apud Recentiores, ut cùm pro *jactari*; pro *iter pluris aliquò dirigere*, quod utrumque etiam Gallis *tirer*, fumitur, apud Car. du Frefne *Gloffar.* V. quoque quæ retro diximus non uno loco.

Trajana Columna, Scripturum monumentis & antiquis numismatis celebrata, in medio Foro Trajani ita fuit fitu hodieq; apparet. Fuit autem inter cetera Cæfarum opera Trajani Forum maximè admirandum. ut Caffiodorus teftatur, cùm ait: *Trajani Forum vel sub absolutate videre mira solum est.* Unde apud Amm. Marcellinum Imp. Conftantinus, *singularem sub omni cælo structuram admirans*, *hæredat atonitus per giganteos* conexus *molem circumferens.* Ædificatum à Trajano, poft bellum Dacicum per Apollodorum Architectum, poftea ab Hadriano per livorem occifum, ex pecunia, quæ ex venditione prædæ percepta erat: In quo arcus Triumphales, ob fuperatos Dacos Sarmatasque, porticus amplifimæ, ftatua Imperatoris columnis altifimis fuperpofita, quæ cœteris verò Cochlis columna erat marmorea à Senatu P. Q. Rom. *Trajano* erecta, quam Auctores hoc pacto defcribunt. *Celatæ sunt in circuitu res gestæ Cæ. Traiani bello Dacico atlitæ, expeditissimus militaribus: alta est pedes* 128. *bases habet pedes* 12. *lapidibus structa est* 24. *tantæ crassitatis, ut quos videatur non ab hominibus, sed à gigantibus profectos. Singuli lapides grauior &* continent, *per quos ascenditur. Limen præclusa cella* 44. *Nihil usquam terrarum admirabilius, nihil magnificentius. Erecta autem est, quemadmodum Inscriptio ostendit: ad declarandum, quantæ altitudinis mons & locus tantis operibus fuerit egestus*, A. Precylius *Sinâ & Ener. cap.* 17. V quoque Jac. Oifelium *I.C. Not. ad A. Gellium lib.* 13. *cap.* 24. & plura fupra, voce *Columna.*

Trajanus Imp. addè: Solus inter Imperatores, in Urbe fepultus eft, teffe Eutropio: & inter Deos relatus, Joh. Rofinus *Antiqq. Rom.* Nec omitterdus in cum multitum amor, quorum duæ legiones integræ pro ejus falute capita fua devoverunt, bello Dacico, uti obfervat Cafaubonus *ad Suetonium Caligulæ cap.* 14. De *Trajanis Ludis*, Plinium vide *Panegyr.* & Car. Pafchalium *Coronar. lib. 6. cap.* 30. de *Foro* & *Columna*, fupra.

Trajicebantur olim flumina 4. modis. Primùm ponte, qui quo modo conftitus foleret, Cæfar in *Commentariis* pafim docet, & Petrus Ramus in eo, quem de *Cæsaris militia* fcripfit, libello. Secundo, navibus. Tertiò, flumen in plures alveos deducendo. Quartò, cùm Equitatus in flumine dipofitus vim illius externus infringebat, ut pedibatus incolumis tranare poffet. Quorum modorum omnia exempla apud Cæfarem occurrunt. Joh. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 10. *cap.* 11.

Tralatii lum, feu *Translatitium*, apud Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Sed in *fecessu avium & noctuæ paucis diebus latere tradunture, quarum genus in Creta insula non est, etiam si qua invecta sit, emori: nam hoc quoq; naira Naturæ differentiæ: alia aliis locis nasci, tanquam genera frugum frutic umque, sic & animalium.* Non nafci ea translatitium, *invecta emori mirum*: idem eft, quod à Græcis τὰ ἐγκλιτικὰ ζῶα dicuntur, unde ἐγκλιτικὸν ἐπιχείρημα. Latinis *tralatitia*, aliàs *formalia* dicuntur. Nempe *Translatum*, in Scena Latina, quod in Græca, τὸ ἐγκυκλεῖσθαι, item ἐγκύκλησις, machina fuit, qua Dii in fcenam alii quid loquituri aut acturi *transferebantur*, ἐξάστρατοι machinis, quos aegon ferre non poterat. Quos proin ipfos eleganter Val. Maximus *Translatum* vocat, *Translatum antea Pariticis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum indutus: ut spectaculo, pro spectatoribus, conspitus caveæ, pro iis quibi in Theatri cavea sedent* &c. Hinc Phædrus itaque,

Dii fant loquuti more translatitio,

i. ut folet in *translato*; & porrò *tralaticium*, de re maximè vulgata, jactataque omnium fermonibus ac factis, quo modo & σύνηθες Græci ufurparunt, uti ex *Pisa* Sylla apud Plut. docet Salma-

Salmasius *ad Solinum pag.* 176. V. quoque Jul. Cæs. Scaligerum *Poetic. lib.* 1. *cap.* 21.

Trama, à *tramicendo*, quòd ſtamen tramcet, aliter *ſubumen*, antiquis. Servius *ad illud*,

Et pictis tractat auri ſubtegmine veſtes:

id eſt, ait, *filo, quod intra ſtamen curris*, quod *Perſius* tramam dixit,

—— *mihi trama figuræ*

Eſt reliqua —— *Trama* Græcè δρόμος, & κρόκη, unde κροκάτους, in Dionyſii *Halicarnæi*, & κροκωτὸν, apud Pollucem, quod apud Theophylactum *Hiſtor. lib.* 2. ὑφάσμα τῶν πόκων τῷ νήματι, *ſubtegmen cum ſtamine connectere*: Atque hinc κροκωτὸν, veſtis mollior & delicatior, quæ plus *tramæ*, quàm ſtaminis, habetur. Porrò κρόκη, unde *crocio*, *ramus texorius trama involutus*, ſeu glomus ſubtremitis radio involutus; Latinè *pannus* & *panucla*: quâ voce, à ſimilitudine tumoris, quem *trama* ſuo circumvoluta efficit, tumorem quoque inguinum commemque alium in corpore, inſignierunt Medicorum ſtili, uti apud Alex. Trallianum videre eſt. Hinc χειρὸς πνοὴ veſtes, *ſubremine*, ſeu *anreis filis*, ut ait Capitolinus *Pertinace*, *textæ*. In talibus enim veſtibus ſemper *trama* ex auro fuit: Nec, cùm *veſtibus auri intexi* dicitur, aliter quàm ſic accipi poteſt. Proprie enim trama ſeu ſubtemen *in ipſi & intimiti & innexi flammi*, dicitur. Ovidius,

—— *ſtamen ſcrutatus aranea.*

Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis:

quod κρόκην ὃν τῷ νήματι πολυτρόπως dicit Heſiodus &c. V. Salmaſium *Not. ad Capitolinum d. l.* & ſuprà, in voce *Subtemen*, item ubi de *Texendi* arte. Uti verò χειρόπνοοι veſtes autrum ſubtemen habebant; ſic ſubſericarum veſtium illæ, quarum *trama* erat ſerica, ſtamen linеum, *tramoſericæ* hinc vocabantur, & oppoſitæ ſubſericis proprie dictis, quarum ſtamen ex ſerico, *trama* ex lino, erat, uti adnotavit idem ad *Vopiſcum Aurelianum*.

Tranquillina Auguſta, uxor Gordiani III. filia fuit *Miſitei*, *doctiſſimi virî, quem causâ eloquentiæ dignum parentelâ ſua putavit*, *& præfectum ſtatim fecit Imperator*, apud Capitolinum. Memoriam ejus ſervat nummus Smyrnenſium æreus, in cujus altera parte Amazon Smyrna capite turrigero & *vexillo*, i. *templo exiguo*, in dextrâ, ac pelta bipennique in ſiniſtra manu inſignis, cum *Inſcr.* CMYPNAΩN. ΠΟΠΠΑΙΟΝ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑΝ. CEB. alius, Sardibus cuſus, in cujus antica parte circa caput Auguſtæ viſuntur verba hæc, ΦΟΥ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ CEB. in poſtica urna, cum palma inde emergente, & leimmate, ΕΠΙ ΙΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡ. ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. apud Jac. Sponium *Itinar. Græc. Part.* 3. pag. 184. & 187.

Tranquillius, titulus honorarius Imperatorum, apud Vegetium *Prol. lib.* 2. alioſque, V. ſuprà in voce *Serenitas*.

Tranſcenati, ſpecies ſervorum, in Novellis, ſic dicti, quòd, cùm Carolus M. in Italiam contra Langobardos pergeret, *jocularoſi* cuidam, qui vicæ pili dux fuerat, conceſſer't, ut quicunque ſonitum tubæ ejus *cornæ*, quam in monticulo quòdam inſtaverat, audirent, ſervi ejus eſſent. V. ſuprà, ubi de ritu ſervos *per Alapam faciendi*.

Tranſcribere, apud Hegeſippum *lib.* 3. *extr. Univerſa autem — Rex accepto pretio, in ſervitutis obſequia tranſcribit*: vendere eſt, vel, ſi etiam phraſi, *ſubjicere in ſervos*. Ita Seneca *Troade In quod malum tranſcribor?* Ambroſius *de Officiis lib.* 2. *cap.* 16. *Nec*, tranſcribatur *vita pauperum*, *in ſpolia fraudulentorum*. *V. eundem l.* 3. *c.* 9. item *de Incarnatione Dominiſacramento*, & *Epiſt.* 36. at plura de verbo hoc, apud Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. in Scriptores Eccleſ. cap.* 16. & ſuprà in voce *Reſcribi*.

Transducta, ſeu *Traducta*, Græcè Τραναϐάσκετα, apud Ptol. Βαλὰν, Μανιακὰς, Τραναϐάσκετα, Καφάλα: urbs Bætica, Pomponio Tingi *altera*, quòd Tingitanos ex Mauritania in eam *transduxerunt* Romani, inde nomen accepit. Sita eſt inter Carteiam & Mellariam, atque *Julia* cognomen habuit. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1. *Nunc eſt Tingi*, *quondam ab Antæo conditum*: *poſtea à Claudio Cæſare*, *cùm coloniam faceret*, *appellatum Julia Traducta*; ad quem locum V. Salmaſium *Exercitat. Plin. ad Solinum pag.* 288. ubi inter alia, non à Claudio, ſed à Julio, cognomen illud acceſſiſſe docet.

Tranſenna, apud Paulium *Epiſt.* 12. ad Sev. ubi *tranſennæ pellucentis* meminit, janua eſt opere reticulato ſeu cancellato facta, per quam aſpectus utcunque *tranſit*, unde nomen, & phraſis, *per tranſennam aſpicere*. Cic. *de Orat. lib.* 1. *Nunc pete à Craſſo*, *ut illam copiam ornamentorum ſuorum*, *quam conſtruxſtum uno in loco quaſi per tranſennam præterentes ſtrictim aſpeximus*. Viſum nempe tranſmittunt ejusmodi ſeneſtræ διακενῶν ſeu cancelli, ſed ſatis obſcurum & incertum: unde quæ non pleùe, nec plane videmus, *quaſi per tranſennam* & ſtrictim aſpicere dicimur. Græcis κιγκλὶς, item κάγκελα, ϐύρσα, porrò διάκενοι, διαφάναι, διάϐλητρα, *tranſenna*. Unde diarium *ſpecum* paulo poſt Paulinus vocat, quam *tranſennam pellucentè* prius dixerat. *Zeloſus* hodie vocantGalli &c. Et quidem aponebantur hujusmodi clathri vel integris foribus, vel ſummis ſolùm, ut per eos proſpicerentur, qui fores pulvaerant, antequam recluderetur oſtium. Quo poſteriore modo capit, in hiſtoria Paſchatis, Bochartus vocem Hebræam משקוף, quam communiter *ſuperliminare* reddunt, *verſ.* 22. *Tum acceptum faſciculum hyſſopi intingetis in ſanguine ipſius — & admovebitis ſuperliminari*, *duobus*, *poſtibus de ſanguine illo*. V. cum *Hieronimi Parte prior. l. II. c.* 50. Erant autem *tranſennæ* in ædibus privatorum, in Circo, in Templis: Et quidem *tranſennas* intima Latinitatis ætas dixit ſepta cancellato opere facta, quibus Sanctuarii locus, & ædis intimum, à reliquis partibus diſcriminabatur, ut videre eſt apud Anaſtaſium paſſim & ſuprà ubi de *Cancelli*, item in voce *Cauſa*: plura hanc in rem verò apud Salmaſium *ad Solinum p.* 921. & 922. Sed & *Tranſenna*, apud Plautum, machina eſt, ut crates, capiendis turdis, reticulato itidem opere facta. Ita enim is *Bacch. act.* 4. *ſc.* 6.

Nunc ab tranſenna turdus lumbricum petit,
Pandebis hodie paſtibi, *ita intendi tenes*

Idem *ibid.* V. quoque Brodæum *Miſcellan. l.* 3. *c.* 19. & Chriſt. Becmannum *Origin. Lat.*

Tranſfiguratio Domini, Græcè Λόγος Μεταμόρφωσις, feſtivitatis nomen, quæ in Eccleſia Latina & Græca, apud Maronitas item, magnâ ſolennitate celebratur, in memoriam *Tranſfigurationis* Chriſti, in monte factæ, cujus hiſtoriam habes Matth. *cap.* 17. Et quidem in Eccleſia Lat. *Officium hujus Feſti, cum inquiſitionis copioſæ*, *ea ſimilitudinem feſti Corporis Chriſti — occaſione inſignis oborta victoriæ contra Turcas in Hungaria anno* 1456. *Calixto III. anno* 1457. uti legimus apud Dominic. Macrum. qui etiam *hæc die recentem votam benedixit*, aliaque complura, huc pertinentia, addit in *Hierolexico*, præſertim quæ apud Maronitas, in Libano monte, hoc feſtum peragentes, obſervavit. Græci, qui jejunium *Iſ.* d erum, ante Virginis Aſſumtionem, quod Feſto quoque nomen, non minùs, ac reliqua ſua jejunia, rigidè obſervant, in die tamen *vir Μεταμορφώσεως*, qui duraute hoc jejunio incidit, ob illius lætitiam, piciſcus veſcuntur &c. *Ibid.*

Tranſfuga, qui ad hoſtes *tranſit*, Duce ſuo caſtrisque, quæ ſequutus fuerat, deſertis. Cujusmodi hominibus pœ poſtliminii apud Romanos negatum, *l. poſtliminio*. §. *tranſfuga*. Germani vett. dextras amputabant: Calphurnius Piſo Conſ. tunicatos diſcinctosque, per totum diem, cum decempedis ceſpitem portantes, ante Prætorium ſtare, vel obſoleta toga & tunicâ diſcinctâ, nudis pedibus ante principia ſtare, præcepit. Tacitus, bello Carthaginenſi, manus itidem præcidit: Datames memorabili aſtu penitus concidit &c. V. de hoc ultimo Corn. Nepotem in *Vita* ejus, & de reliquis Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 2. *cap.* 13. Sed & hoſtium *tranſfugas* Romani detractis armis, ne quid inſidiarum ſimulatâ tranſitione moliri poſſent, in poſtremam acien rejicere ſolebant, nec illis quidquam credebant ampliùs, uti ex eodem diſcimus *lib.* 4. *c.* 7. V. quoque Hug. Grotium *de jure Belli & pac.* paſſim, *lib.* 3. *cap.* 4. ubi de quæſtione, *an Tranſfugas admittere liceat? & lib. cod. c.* 20. ubi de alia inde conſequente, *an reddendi?* At de *Tranſfugis Servis*, V. ſuprà, in voce *Fugitivus*.

Tranſire, per alterius terras & flumina & partem maris, ſi qua in proprietatem populi alicujus venit, omnino licet eis qui tranſitu ad cauſas juſtas habent opus; putà quia ſuis finibus expulſi quærunt terras vacuas, aut quia commercium expetunt cum gente ſepoſita, aut etiam quia, quod ſuum eſt, juſto bello petunt. Sic Moſes, cum *tranſeundum* haberet per alienos fines, primùm Idumæo, deinde Emoræo, has tulit leges, iturum ſe viâ regiâ, nec deflexurum ad poſſeſſiones privatas. Si qua re ipſorum opus haberet, juſtum pretium eis perſoluturum. Quæ conditiones cùm repudiarentur, juſtum eo nomine bellum întulit Emoræo: *Innocuis enim tranſitus denegabatur*, *qui jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat*, Auguſtinus *l. qu. 4. ſuper Num. quæſt.* 20. Peculiaudius autem prius tranſitus, qui ſi negatur, tum demum vindicari poteſt, ut eſſe ſolet, ſi nec inde: nam & qui fores alienas pulſet, non intrare, niſi domini permiſſu, denuntiant Cimoni, ſuppetias Lacedæmoniis laturo, & per agrum ſuum copias traducenti. Corinthii, apud Plut. in *Vita* ejus. Sic Ageſilaus, ex Aſia rediens, cùm ad Thraciam veniſſet, interrogat, ut amicum ſe, an ut hoſtem, tranſire vellent, apud Plut. eundem *Apophth* egmat. Et Lyſander Bœotios, rectùs ſe habiis, tranſire vellent, an inclinatis, apud eund. Idem Ageſilaus, cùm à Rege Macedonum tranſitum poſtulaſſet, neque in conſultaturum dixiſſet ſe: *Conſulter*, inquit, *non intervo tranſitus mus* &c. Interim rationes cavendi ſunt, ut diviſis manibus transmittrantur copiæ, ut inermes, quod Agrippinenſes Germanis dicebant, apud Tacitum *Hiſtor. l.* 4. quem morem antiquitus in Eleorum regione obſervatum notat Strabo *lib.* 8. Porrò, ut impensâ tranſeuntis is, qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat, ut obſides dentur, quod à Demetrio Seleuco poſtulabat, ut cum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ligneret &c. At ſi injuſtum moveat bellum, qui tranſire vult, ſi hoſtes noſtros ſecum ducat, jure negabimus tranſitum: cùm & *in ſuo* ipſius ſolo ei occurrere, atque iter impedire, tum fas eſſet. Neque verò perſonis tantùm, ſed & mercibus *tranſitus* debetur. Nam quo minùs gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, impediendi nemini jus eſt: Ad præſtandum autem ſecuritatem mercibus, onerarij, quæ ob hoc juſtinemur, compenſanda,

ſanda, vectigal aliquod mercibus imponi poteſt, dum modus cauſæ non excedatur, cujus rei Phylarchos Arabum incuſat Strabo *l.* 16. De utroq; *tranſitu* V. plura apud Hug. Grotium *de Jure Belli & Pacis l.* 2. *c.* 2. §. 15. & 14. uti de alia notione verbi, quâ idem ſonat, quod *percurrere ſive lectione ſive oratione*, apud A. Gellium, *cap.* xiii. aliosq; Scriptores Latinos, imitantes hac parte Græcos, quibus ἀιέρχομ. idem ſæpiſſime denotat, Cæſubonum ad *Suetonium Auguſto cap.* 56. Apud Scriptores Chriſtianos *tranſire* pro obire, frequens: uti inter alia docet Car. du Freſne ex vet. hac *Inſcr.* Viennæ: TRANSIIT SUB DIE - - - OBRIS FAUSTO VIRO. C - - - CONS. PROSTERNUNTUR MILITE COELI. Hinc *tranſitus S. Martini*, apud Gregorium Turon. non ſemel, V. eum in *Gloſſar.* At *Tranſitorium*, appellatur in Ritu Ambroſiano, Miſſæ antiphona, quæ in reliqua Eccleſia Rom. *Communio* dicitur, *quia tunc ad Epiſtolæ cornu ſit tranſitus, quemadmodum in Ritu Romano etiam obſervatur*, verba ſunt Dominici Macri *in Hierolexico.*

Translatium, Græcè ἐγκωδιαζμὸς, nomen machinæ, in ſcuis Vet. de qua V. ſupra, in voce *Tetrastilium.*

Transſiberina Venditio, pœna olim apud Romanos debitorum, qui ſolvendo non eſſent. Ita enim A. Gellius *l.* 20. *c.* 1. *Tertiis autem Nundinis capite panas dabant*, aut trans Tiberim *peregre vendum ibant.* Ubi Hadr. Turnebus *Advers. l.* 24. *c.* 43. rectè ſignificari p tat, legem & conditionem venditionis iniquiorem, ut extra fines, qui venditus eſt, ſerviat, non in agro Romano; cùm *Tranſiberina* regio extra agrum Romanum proprie dicta eſſet, & in eo genere eſſet, qui peregrinus habebatur, cùmque jure civili attribueretur Etruriæ. Unde hoc venditionis genus atrocius erat & durius, quod Græci ὑπὸν ἐν' ἐξωγῆς δίκεβαντ, quod erat hac lege ac conditione vendere, ut extra fines mancipiorum educeretur & ſerviret. Salmaſius verò *de M. U. c.* 17. exiſtimat, hanc *Tranſiberinam* debitorum venditionem non magis locum unquam Romæ habuiſſe, quàm ipſam eorum ſectionem, de qua Gellius *paulo poſt*, quam lege XII. Tabb. permiſſam quidem, nunquam tamen factam fuiſſe, ipſe mox ſubjicit. Inter tot enim querelas nexorum, quæ apud Livium & Dionyſium Halicarnaſ. ſeum habentur, non magis ulla de hujusmodi venditione, quàm de capitis ſupplicio aut ſectione in partes, mentio. Addicti enim nexi, omnes apud præfatos Autores, nihil plus quàm ſervituram ſuam comprobant, cruciatus, item, tormenta, vincula ergaſtulum, carnificinam; nusquam autem conqueruntur de venditione trans Tiberim facta, aut de capitis pœna, aut de diſſectione corporis inter creditores: quæ tam frequens imaginum poteſtas invidiam facere Patribus, qui inopem plebem, ære alieno oppreſſam, ad dictam ſibi obnoxiami, habebant. V. quoq; Jac. Oiſſelium *Not. in Gellium loco cit.* Interim, quòd hoc nunquam factum fuerit, id creditorum humanitati potius imputandum, quàm pœnæ ſævitiæ aut; immanitati. Neminem enim pœnæ atrocitate fuiſſe detenturum, atq; ut multitudo vindictam: ad hoc autem vincirebantur, ut, publicum in quo Credidit reum in vinculis fuiſſent, poſt Trinundinum capite pœnas darent, aut trans Tiberim peregrè vervenirent; aut, ti ſtertio, pro ærtores, in partes ſecarentur. Idem *paulo poſt*: V. quoque ſupra *Antipotis.*

Trans vectio, apud Romanos, Equitum dicebatur cenſus. Primitus enim, duo tantùm civium fuere ordines, *Senatorius* & *Plebejus*: Poſtea *Equeſter* ordo additus, *poſt clariſſimarum bonorum militi*, verba ſunt Aſconii Pædiani in *Divinat.* erato, velut medius quidam inter Senatum Populumq;, adeò ut cum iis communicata ſint judicia publica. Hos autem tres ordines cenſum eſt, cenſu, jure nominibusq; fuiſſe diſtinctos ut in primis diſcimus ex Claudiano, *de laudibus Stilichonis l.* 3. Primusq; omnium cenſus præſtinctus erat Equiti Rom. teſte Seneca *de Benefic. l.* 3. *c.* 7. unde conqueritur Plinius *lib.* 14. *præfat. Senatorem cenſu legi, Judicem cenſu fieri.* Erat verò is HS. quadringenta, ut Hotomanno probatum *Antiqq. Rom. l.* 4. Suetonius *Pauperiorem* eum vocat, *in Caſ. c.* 38. Quo refpicit Martialis *l.* 5. *Epiger* 26. *ait*,

Quadringenta tibi non ſunt. Chæreſtrate, ſurge.

Et ſecundùm hunc cenſum in album. Gr. ἀλλαγμὸς, referebantur; nempe Equites Romani. Namque & in municipiis ac provinciis fuiſſe ordinem Equeſtrem, docet Juvenalis *Sat.* 8. Sed hi longè inferioris erant dignitatis. Equites enim Romani, qui pro cenſu in Equeſtrem ordinem à Cenſoribus leg. bantur, equum ab iis accipiebant publicum, & annulum aureum, qui eos à Plebe diſtinguerent: cereumq; *promiſſionis Senatoribus habitu* utebantur, ut notat Petr. Faber *Semipran. l.* 1. *Semeſtr. c.* 2. niſi quòd anguſto ab illis clavo diſcerneretur. Publici equi meminit Inſcr. M. *Babio.* M. F. Q. N. *Arn. Sinerio. Marcello. equo publico. Æd. Q. III. vir. I. D. III. quin. II. patrono. municip. Flaminii. Divi. Veſpaſiani. M. Babius. Sinerius. Marcellus. & Sutria. Rufa. optimo. huic. Decurioni. ſuo. publicum. ſtatuam. equeſtrem. clypeum. argenteum. locum. ſepulturæ. decreverunt urbani. ſtatuam. pedeſtrem.* Romæ in horto Baptiſtæ Jacobi, Lazius *l.* 4. *c.* 17. *D. M. M. Aimio. Æ. F. Pal. Patrono. ſcribæ. edil. Curul. hon. ulus. ab. imp equo. public. Honor. Præfect. coh. II. Bracar. Auguſtan. Trib. mil. leg. X. frotenſis. à Divo. Trajano. in. expeditione. Parthica. donis. donat.* Quamvis non Equitestantùm, ſed & Sacerdotes, equo publico donari conſueviſſe, docent Val. Maximus *l.* 4. *c.* 1. *in.* 11. Flamines item, eosq; quorum virtus in bellicis expeditionibus, aut fides in pacis actionibus, probata eſſet, uti diximus ex marmore veiuſto, apud Onuph. Panvinium *de Civ. Rom.* Prima tamen origo indubiè à Centoribus, qui Equites publico donabant equo, ut Cicero *Orat. ſ. Anton. Sed hac una ſtatua, altera ab equitibus Rom. equo publico, qui item adſcribunt, PATRONO*: *quem unquam ille ordo patronum adoptavit? Si quem unquam habuit, debuit me.* Privato autem is ſumtu nutriendus erat, adeò, *ut qui ſtrigoſum aut male habitum equum in cenſu gendo duceret, mulctaretur & equo illo privaretur*; A. Gellius *lib.* 4. *c.* 12. qui cenſus dicebatur *Trans vectio*, quam deſuetam, poſt longam interceſſionem, redaxit Auguſtus apud Suetonium *c.* 38. *Severè, curiosè, nec ſine moderatione Equites*, Cassiguita recognovit. *palam admoto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiæ inſſet: eorum, qui minore culpa incurrerant, nominibus modò in recitatione præterita.* Eius de ritus meminit Val. Maximus *l.* 4. *c.* 1. *in.* 12. de P. Scipione poſter. *Centurias recognoſcens Equitum, poſtquam C. Licinium Saverdotem citatum proceſſiſſe animadvertit, dixit illum ſe ſive verbis concepta poſtea fuit, proinde ſi quis eum accuſare vellet, ſuorum iſſimentis ſuo, ſed nullo ad id negotium accedente*; Tradit equum, inquit, *Sacerdoti, ut interfari Conſorium notarem; ne ego in tua perſona & accuſatoris & teſtis & Conſoris & Judicis partes ſuſſe videar.* E' quo loco varia huc facientia notavimus jam ſuprà, voce *Equus*: ubi & de tempore *Trans vectionis* & equorum habitu. Ipſi verò Equites trabeati & olcagina corona inſignes, equis inſidebant, ritu, ab æde Honoris in Capitolium transibant, Romano conſuetudinis hujus Autore D. Publio Rulliano. Aur. Victor, *Etſi primus inſtituit, ut Equites Romani ſublimi Quinitilius ab Æde Honoris, equis inſidentes, in Capitolium tranſirent.* Quo reſpiciens Ulpianus, negat, *cum, qui equo publico in Capitolium tranſvehitur, in ius vocari poſſe, c.* 2. *de in ius voc.* Dionyſius tamen Halicarn. de hoc ritu paulo aliter ſcribens, inſtituta eum eſſe ait, in honorem Caſtoris & Pollucis, atq; in memoriam victoriæ, quam Romani ex bello cum Latinis populis ann. U. C. 317 A. Poſtumio, T. Virginio Coſſ. anno à Liberæ Reip. reportarint, quamque Caſtor & Pollux equeſtri habitu & equis vecti Romæ annuntiaverint: *Equos miriſicæ apparitionis Numinum in urbe multa exstant monumenta &c. Præter omnia verò post ſacrificium* Transvectio *eorum, qui equos habent ex publico, qui per Tribus & Centurias diſtinctî, ordine in equis veluntur omnes, quaſi è pugna redeant, coronati fronde olcaginæ & ingis palmatis amicti, quas vocant Trabeas, ſimile pompæ fuiſſe de qua Martis, quæ extra Urbem ſita eſt & pertranſeuntes eam cuncta ſpectant magnificentia Forum, ademq; Caſtorum, nonnunquam quinque hominum millia, gerentes quidquid donorum militarium acceperunt.* Confundit hanc *Tranſitionem* Equitum, cum eorum cenſione Sigonius, cùm ad locum Livii *lib.* 9. *extremo*, ubi de Q. Fabii inſtituto agitur, putat Livium id ſignificare, de quo Plut. *in Pompeio*, ad ſedentes in Foro Cenſores, innumeramque Equitum equum ſium adduxiſſe & de ſtipendiis legitimis confeſtim interrogantes rationem iis reddidiſſe, referens. Non enim Fabius, Equites cenſiri, ſed *transvehi*, inſtituit: quamvis *Trans vectio* poſtea pro Cenſu, per tralationem, ſumta ſit. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom lib.* 1. *cap* 17. & *lib.* 4. *cap.* 11. *cum Paralipom.* Dempſteri. De *Trans vectione* hac ita Martialis *lib.* 5. *Epigramm.* 42.

Thuscæ loquelis & gradus & Edicta,
Tradiderat, & ritus, ſilentiq;, cenſuſq;,
Et pumicata pauperes manu ſpargi.
Sedere in Equitum ſiccat an illi ſcammis,
Videbo, Diadyme.

Trans verſarie Tabes, in ſuppliciis Martyrum, memorantur Cypriano *Epiſt.* 77. *O pedes compeditos & transverſarijs cunctationibus, ſed celeriter ad Chriſtum gloriosiùs itinere curſuri.* Et Gregorio Tur. *de Vitis Patrum c.* 7. *Trans verſa, quæ vinctorum pedes coarctantur.* Trabes ſc. erant quibus eorum unqui in *cippo* ſeu ξύλῳ ἀσφαλεῖ erant, pedes contringebantur. V. Cæl. du Freſne *ad Tertullian Diſſertat.* 19. & ſuprà, in vocibus, *Cippus, Nervus*, alibi.

Trapetum, apud Papinium *lib* 2. *Sylv* 7. *verſ.* 29.

Quæ Trinacie fertiles Athenas
Unciis, Betica, provias trapetis

Sidonio *trapes*, *Panegyr.*

- - - - - - - - - - *olivi, liquores*
Iſſe per attonitas lucca pendente trapetas

in Gloſſ. Isidori τρύπη, τρυμὸς, ἀπὸ τῆς ἐλαίας. Varroni de *L. L. l.* 4. aliis *pratum olearium*. A Græco τρύπη, *terro*, enim *Orbis* Catoni dicitur, Ariſtæusq; Athenienſem inventorem habet. teſte Plinio *l.* 7. *c.* 56. Servabat hoc *Trapetum* apud Romanos, at expreſſum eo lum *Capuanæ* concha ferrea in labrum fictile transfundebat: ipſe autem qui exprimebat, *Prætaur* Ennodio appellatur *lib.* 9. *Epiſt.* 2. V. de hujusmodi *Trapetis*, Thom. Dempſterum *Collectaneis Antiqq. lib.* 1. *cap.* 14. Joann. Heringium *lib. de Molendinis cap.* 6. Alios. ut & ſuprà aliquid, in voce *Pretum*. item *Torcular*. Hodie nomen hoc in Italia. & præcipuè in Sicilia, ſibi nota illa vindicat, in qua cannæ mellæ (de quibus ſuprà) conterun tur, ad conficiendum ſaccharum, ut diſcimus ex Dominico Macro *in Hierolexico.*

Trapeza, Gr. Τράπεζα, q. Τετράπους, à 4. *pedibus*, quæ simplex erat & prisca mensarum forma, *mensa* est: unde *Trapezarii*, servi mensam curantes; & *Canes Trapezitæ*, de quibus supra; & *Trapezophorus*, in 3. *ff. de supell. leg.* statua pro tripode, ad mensam ferendam. In specie *Mensa Nummulariorum*; unde *trapezitæ*, aliis *Danistæ*, Juccosli. *Mensæ præpositi*, dicebantur olim, qui pignoribus accipiendis, mutuisque pecuniis dandis, fœnerandis, accipiendis, præfecti erant. De quibus V. Pignorium *Comm. de Servis*, Suicerum *Thef. Eccl.* voce Τραπεζίτης, & supra, ubi de *Argentariis* ac *Nummulariis*, item voce *Mensa*. Sed & *trapezæ*, Exstipiciæ Veti. voc erat. Polyænus *lib.* 4. ubi de Attalo, Ὁ μαντις ἐπὶ τῶν ἱερῶν τὴν τράπεζαν, πυλὰς τε ἄνω, καὶ τὰ σφάγια, καὶ τὰ ἄλλα σφάγια κατιδών, Harum *fex victimæ lobos percurrens, & vesicam fellis, portas quoque* & trapezam, *& qualibet alia signa inspiciens*. Helychius, ἄλλα τραπεζία, ἐπὶ τὰ ἱερὰ, σημεῖα ἐπὶ τῷ θυτῆ. *Doli trapezæ, in jecore, signum inharuspicina*, Alii. Sic autem dixere maximum jecoris lobum, quod *mensæ* instar latus esset, qui proin, licet in plures lobos pecuinum jecur dividatur, κατ' ἐξοχὴν Græcis Interpretibus Exodi *c.* 29. *vers.* 13. 22. & Levit. *passim*, ubi in Hebræo est vox יותרת *jothreth*, λοβὸς τῶν ἡπατῶν appellatur. Prope sel esse, dicimus ex *Thoriacis* Nicandri, *versu* 559.

Ἢ καὶ ὑπὲρ κύστιν τε κίονας λοβῶν, ὅσσ τετράπλευρ
Ἐν ὀφύσιν, πέλεα δὲ χόλος φέρει, ἔδε πολλὰ κτλ.

Et quidem lobum humanum tam bovini, quam ovilli, & caprini, jecoris, in Altari sibi adoleri Deus olim voluit, *ibi ei*. ut qui in fanctificiis partes victimarum *opimas*, h. e. optimas & pinguissimas sibi felegit, purâ in ove caudam, qualem supra descripsimus & arvinæ quidquid habent externæ partes; & in internis omen tum & renes, & si quid aliud adiposum in ventre & extis, usque ad ilia: in quibus illud *jobereoli* jecoris, maximus viz. ex jecoris lobis seu augmentis, ut Aviccnna vocat, in quem incumbit vesica fellis, Arabibus per excellentiam *caida*, i augmentum, seu *exuberantia*, quod Hebræa vox indigitat, uti Græcis interpp. λοβὸς, ut visum, appellatus. Certè & fibris, seu extremitatibus hujusmodi jecoris, fisam ineffe pinguedinem, cujus ratione potuerint cum aliis pinguioribus in Altari adoleri, vel ex Perfio discere est, qui ad fibrarum adipem sic alludit *Sat.* 5.

Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum
Pinguc &c.

V. hanc in rem plura, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Part. prior. lib. II. cap.* 45. ut & supra quædam, in voce *Adeps*, item *Fetus*.

Traquenarii Equi, V. infrà *Tricnarii*.

Trascodrugitæ, Hæretici Phrygio idiomate sic dicti, Macro; qui in *Cod.* Theodos. *Tascodrocitæ*, Græcis παυσολεωχίται, Latinis *Perditonfati*: describuntur Epiphanio *Hær.* 48. V. supra, ubi de *Passalorhynchitis*.

Trastamara, nomen illustris in Hispania Familiæ, quæ Osoriæ Stirpis ramus est. In hac enim Petrus Alvarus, genitus Joanne, majore matre filio Petri Alvari Osorii (sub Petro R. Comitis *de Villatobas*, & Duc. *de Aguiar*) Comes *de Trastamara* creatus est à Joanne II. quo pacto priores tituli exolevere. Ipse per quatuor filios, totidem lineas de sit, uti supra videmus, ubi de *Osoriis*.

Trauchlburgum, cattrum Germaniæ, in Suevia, sub proprio Comite, ex Familia Dapifcrorum seu Truchsessiorum. In Joannis enim, qui decessit A.C. 1405. filiis tribus, lineæ totidem cœpere: prima in Eberhardo, *Sonnenbergensium*; altera in Georgio, *Waldsecensium*; & tertia in Jacobo, *Scheerensium* Comitum: quæ ultima in duos iterum ramos abiit, quorum priorem Comites *Trauchburgenses in Scheer* constituunt, alterum Comites *de Friedberg & Trauchburg*. Ex quidem rami hujus progenitores sic habent: Jacobus Truchsessius Dn. *de Waldpurg in Scheer*, ex virtula (fil. Wilhelmi March. Hochberg. & Rotel defunctâ A. C. 1467.) genuit Joannem, ex Maria Com. Oettingensi, patrem Wilhelmi: quo, & Sibylla agnatâ Com. Sonnenbergiâ, natus Wilhelmus, junxit sibi Joannam Com. Fürstenbergiam, atque ex illa suscepit Christophorum. Annæ Com. itidem Fürstenbergiæ maritum: quibus genitus Wilhelmus Henricus Comes *de Friedberg & Scheer* duxit Julianam Com. Sultzensem, atque ex ea suscepit Ottonem (n. 1615. cui nupsit Maria Sidonia Schlickia) *Truchsessium* Dn. *de Waldpurg*, Com. *de Trauchburg & Friedberg* &c. cum Fratribus. In eadem Familia floruit pater Sc. Gebhardus Archiep. ac Elector Coloniensis, de quo suo loco. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ Tom. II. in Ind.* ubi de *Truchsessiis*, Tom. *III. & Arte Herald. Tom. II.*

Travesaria Via, Gall. *Traverse*, Vett. Kardini maximo respondet, sicut Regia Via, maximo illorum Decumano: & quidem Regiam viam, quæ sc. ab civitate aliqua in aliam civitatem ducit, 40. pedum latitudinem, *Travesariam* 20. habere debere statuunt *Agrimensoria* Rei periti, uti de Decumano & Kardine maximis legimus apud priscos Scriptores, & diximus supra suo loco: quam in rem V. plura. apud Salmasium *ad Solinum pag.* 677. & *segq.*

Traun, nomen illustris in Germania Familiæ, de qua V. supra, voce *Babo*.

Trebellienus Tyrannus, adde: Mel. *Trebellianus*. V. Gruterum, Cafubonum, & Salmasium *Not. ad Vitam ejus*.

Trebinna, V. supra ubi de *Mantica Familia*.

Trebonia Lex gemina, à L. *Trebonio* Tribun. Pl. nomen habet: qui illas tulit Cn. Pompejo M. II. M. Licinio Crasso II Coss. anno U. C. 698. Et prior quidem fuit, *ne Cæsari imperium in Gallia in aliud quinquennium, quam quod ex Vatinia lege concessum erat, prorogaretur*. Quo pacto Senatui bucculam intendi potelatem admisit, Cic. *lib.* 7. *ß.* 5. *ad Attic. Plut. in Pompeio & Cæsare Uxic. Dio lib.* 39. Flores *Epitom.* 105. Posterior, *Ut Pompejo M. & Crasso Coll. Syriæ & Hispania provincia in quinquennium daretur*. Plut. *in Pompejo*. V. Joh. Rosinum *lib.* 8. *c.* 8.

Trebuchetum, cataputtæ species feu machina grandior, ad projiciendos lapides & concutiendos urbium obsessarum muros, apud Monachum Vallis Sarnaj *cap.* 86. Matth. Paris. A. C. 1246. in *Gestis* Ludovici VIII. R. A. C. 1216. apud Richardum de S. Germano in *Chron.* Alios. Guiom. *Trebuch*, vel *Trebock*, ut videre est in *Fragm. Ætiolor.* post Albertum Argentin. A. C. 1212 unde *Tribuchus* quoque scribitur, apud Petr. de Vineis *l.* 2. *Epist.* 57. Atque hinc appellatio apud Gallos manfit machinulis suspensis & lapsilibus, ad captandas aviculas fieri solitis, uti docet Car. du Frefne *Gloffar.* V. quoque Jo. Meurfium in Τραυτοφόνῳ.

Trebula, adde: Fuisse in Sabinis *Trebulanos Metuscos*, & *Trebulanos Suffenates*, oppidique eorum *Trebulam* invenio, constanter eft *Rechedipna*, quam lectionem & Vetus Interpres tuetur, neque tamen fatis explicat: Ita autem is, *Rechedipna*, inquit, *veftimenta parasitica, ut caligulas Grajas currenium ad canam. Nicteria. Veftes peregrinas vitii* (Pithœus legit *vitioribus*, Ferrarius *vitiis*, quòd tunc Græcanicis vitiis corrupti Quirites eflent) *conveniunt. Vel, Rechedipna eft ipfe, qui canam facit, ut fit ordo. O Quirine, ille tuus rufticus trechedipna fumis, & fori Nicteria vefte ceromatico, & eft fenfus: En ibi à homule, ruftici tui in omnem diffunduntur luxum jam didicerunt & palæftris fuis & Syllateriis* (Phylacterium corrigit Pithœus) *Nam & Nicteria Syllateria fiunt, quæ ob victorian ftebant & de collo pendentia geftabantur*. In quibus verbis Interpres inepte, quòd Nicteria collo geftarentur, ideo Phylacteria credidit, five amuleta, victoriæ causa fumpta, quæ collo geftabantur olim hodieque geftantur. *Trechedipna* verò quod attinet, licèt Græcè *Trechedipnus*, Græcè *τρηχέδιπνος* ut *rufticus Senex*, in *Gloff. capidiennes*, applicarit parasitos, veftes tamen aut caligas ita effe appellatas, non meminiffe fe ait Ferrarius: Neq; enim apud Juvenalem ulla convivii mentio, fed palæftræ, ac ceromatis; ideoq; Vetus Interpres, *Ecce*, inquit, *in quantum romani ruftici didicerunt luxuriam, & palæftris uti & Phylacteriis, ut ubique ad vincendum*. Quare Turnebus *l.* 2. *c.* 17. *Trechedipna veftes Gymnicas* interpretatur & *Endromidem* intelligit, quòd Juvenalis aliibi endromidem & ceroma conjunxerit. Inde autem dicta eenitet, quòd Romani adeò Gymnafticis exercitationibus fuerint dediti, ut ad eas tanquam ad cœnas currerent. *Quæ notatio*, verba funt Octav. Ferrarii *de Re Veftiaria Part.* 2. *l.* 1. *c.* 12. *ut placere non poteft, ita metior non fuccurrit: proin Trechedipna mallm veftes Gymnafticas, quàm calceos parafiticos interpretari. Nam quòd Rutgerfius in Variis Lectionibus veftes peculiaribus familiarium coloribus diftinctas intelligit, quas Livreas appellant, nimis arguatur*. V. quoq; fupra, voce *Endromis*.

Tremiffis, pro *trefis*, feu tertia parte affis, vox inferiùs in *Sevi*, occurrit primùm apud Capitolinum *in Alexandro Sev Veftigalia publica in id contraxit, ut, qui ducem aureos fub Heliogabalo præftiterant, tertiam partem aurei præftarent, hoc eft. triefimam partem, tunc, primùm* tremiffes *aureorum formati fuere, quum ad tertiam partem aurei veftigal deffidit*. Nempe Alexander, redactis præftationibus ad tertiam aurei partem, ut facilitati ac commoditati folutionis conluleret, *tremiffes* cudi juffit, nec enim aliter facile aut commode poterat fieri, ac ubi tria quadrantia, aureus tunc viginti quinq; minutis argenteis æftimaro, tertia pars aurei argenteis ad juffum & exactam rationem ægrè poffet inveniri. *Solidum* autem & *affem*, item *ſolidum aureum* & *aſſem aureum*, tum pro eodem dixere, quòd *affis* & *aurei* idem planè pondus eſſet. Ab eo tempore vox Scriptoribus frequens ac præfertim in Concilio Carthag IV. in Cod. utroque, in *LL.* Barbaricis, Ripuariâ maximè, ubi *tremiſſis* conſtare dicitur quattuor denariis, quòd ſolidus 12. denariorum eſſet; præterea apud Gregorium M. Paul. Warnefridum, Leonem Oſtienſem, Alios. *Tremiſſum* vocat Anaſtaſius *in Calixtino, Sylveſtro, alibi*, more Græcorum illius ævi, quibus, ut *illuſtris* Ἔκφρασις, *perennis* Παράτασις, ſic *tremiſſis* Τριμισσὸν, appellatur eſt. Concordat, ad imitationem *ſemiſſis*, vox hæc excogitata, magis Latinè *triens* dicitur, in *Claudio* Treb. Pollionis, duobus tribuuve locis &c. V. Salmaſium *ad Lampridii*

dii locum, & C. da Freſne *Diſſertatione de inſperioris ævi Numiſmatibus num.* 86.

Tremoïlia, vel *Tremoïllia*, vulgò *la Trimouille*, nomen Principatus, in Gallia, olim Dominii. Fuere autem *Henrici de Tremoïlia*, A. C. 1647. hi tituli: *Henricus Tremoïliæ Dominus, Toarcis Dux & Par, Turris Talemundi Princeps, Spineti Marchio, Vallis, Montis Fortis, Gimarum, Benaunis, Talialburgi & Jonvellæ Comes, Redonum Vicecomes, Vitræi (Vitré en Bretagne) Mali Leonis, Turris Benegiæ ac Dinotonæ Baro.* Hadr. Valeſius in voce *Turris Talemundi*. Inter illuſtres in Francia ſtirpes merito familia *Tremoïliæ* jam diu memoranda, & objura, quæ prætendit in ſucceſſionem Friderici Aragonii R. Neapolitani, ſingulari ante multas alias prærogativa in patrio regno gaudet. Deductio ejus continua oſtenditur à Petro Domino *de la Trimouille* A. C. 1046. Seculo decimo quarto Comitatus de *Jugny* in illam illatus eſt, ſed mox iterum inde emigravit. Circa idem tempus ſucceſſio *Sullia* & *Craonia*, hæredi Mariæ à Guidone ductâ, nec minùs Vicecomitatus Toarcius, atque Principatus Talmontius, à Margareta Amboſia, Ludovico *Tremoïlio* nuptâ: Tandem quoque Lavallea hæreditas, cum ſuprà memorata prætenſione Aragonica, ab Anna Franciſci *Tremoïlii* uxore, genti obtigit. Ex his verò duobus tres filii orti ſunt totidem linearum conditores. A' minoribus enim Georgio & Claudio deſcendunt Marchiones *de Royan* & (qui nunc Ducalem titulum affecuti ſunt) *Nobmoutier*. Primaria verò linea a majori filio Ludovico, primo Duce Toarcio, derivatur: qui, mortuus A. C. 1576. ex Joanna Montmorencia, reliquit filium Claudium, ex Carola Brabantina Naſſovia Patrem Henrici, quo, & Mariâ Turriâ, geniti ſunt, Henricus Caroſius Princeps Tarenti, maritus Æmiliæ Haſſiacæ; Ludovicus Mauritius Com. Lavalleus, Abbas *de Charroux* & Maria, uxor Berardi Saxonæ Ducis: è quibus, Henrico Carolo uxor peperit Carolum Belgium Hollandum D. *de Thouars* (n. 1655.) - - - Princ. *de Talmont*, Carolam Æmiliam &c. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobili, Eur. Pars. I. pag.* 93. & *in Ind. Part. II. pag.* 121. nec non *Arte Heraldicâ Tom. II.*

Tremonia, adde: Ex Comitatenſi civitate liberam factam eſſe, & civitatibus Imperii annumeratam, à Maximiliano I. Imp. A.C. 1504. refert Georg. Horn us *Orb. Polit.*

Tremuli Equi, animoſiſſimi Nemeſianus *Cyneget.*

Arana fronti, aureig, agiles, capiſq, decoro
Altus honos, tenuiq, rapi ſplendore nitentes.
Fumant humentes ætida in nare vapores,
Nec ſpes officium ſtanti tenet, ungula terram
Crebra ferit, virtusq, artus animoſa ſaligat.

Et paulò pòſt;

Nec non terribiles ſpirabile flumen anheli
Provolvunt flatus, & limina vivida torquent,
Hirrituq, ciens tremuli, frænisq, repugnans.

V. Caſp. Barthium ad *Stat. Theb. lib. 6. vers.* 396. Sed & in homine *tremor* non ſemper timiditatis argumentum eſt. Gaſtian enim Sancii fil. N vatræ Regem, quoties rumores belli audiebat vel præcipio decernere neceſſe habebat, totum primò tremuiſſe, poſtmodum vero animoſiſſime perititiſſe, *Tremuloſi* hinc cognomen nactum, diſcimus ex Roder. Toletano *Rer. Hiſp. lib.* 5. c. 23. quod idem de Ludov. Tremoſlio, fortiſſimo exercituum ſub Ludovico XII. Duce, Gallica Hiſtoria ſuggerit. In Anglia verò, Fanatici quidam corporis *tremorem*, etiam inter religionis ſuæ arcana, habent; inde *Tremulantes* nonnullis, ut apud Macros Franes videre eſt in *Hierol. aliis Trepidantes*, vulgò *Quackers* vocitati, de quibus ſuprà aliquid diximus. Aliàs *Tremuli, οἱ ἀπὸ τῆ τρόμε πεπιδότες*, Plin. *lib.* 27. c. 10. de quibus V. Salmaſium *ad Solinum p.* 397.

Trenca, Hibernis portio terræ eſt, 30. conſians pagis, quorum unusquisque *pecina* 4. *boum armentis ſic diſſitus, ut ſi maxima non penetrabiles ſaltuum ſuperficies*, apud Giraldum Cambrenſ *everſ.* ubi univerſam Hiberniam in *Trencas* diviſam, & ad Ultoniam 35. Mediam 18. Connaciam 30. &c. complecti addit: Hibern. *Tinchechead.* C. du Freſne *Gloſſar.*

Trepidiarii Equi, memorantur Vegetio de *Arte Veterin. lib.* 1. *cap.* 56. *Quod mihi minimus inventum cuiſſus à Parthis, quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire: non enim circuitu aig, ponderibus ſpargentur, ut ſolent ambulare concitati, ſed ipſi equi, quos ſic Trepidiarios, militari verbo quotidianior, vocant, ita edomant ad lenitatē, & quædam blandimēta vectūræ, ut aſſurcinibus ſimiles videantur.* Iidem *cit Tripedariis*, à *tripedando*, de qua voce V. infra *ſeu tripudiando*, ſic dictis. Vett. enim *trepidare*, pro *tripedare*, corruptè enuntiaſſe videntur. Servius, *ad Æſud*,

Dum trepidant ala, ſaltuq, indagine cuncti:

trepidant ait, hoc loco ſenſum accipimus, non ut alibi, feſtinanti, ut, Heic me dum trepidi: quia ſaltus non curſu, ſed ſenſim fingunturr. Quidam trepidabus ad equis, qui bodiq, trepidare dicuntur, appellari putant. Cato: ſedere non puteſt in equo trepidante. Ubi equus trepidans eſt τετραπέδων ἢ κατ᾽ ἀγέλην: cujusmodi eq ui ſuccuſſores ſunt, & vecturam non delicatam ſtatis exhibent, Gallis *titarii* vel *trotarii*, quaſi *tolutarii*, appellati. Atque hæc vera origo verbi *trepidare* eſt: qui enim *trepidat metu*, ἐκπλήττεται φόβῳ, *exiit præ metu*, unde τρόμῳ ὅλον ἐκφοιτᾶσιν dixit Æſchylus. Inde pro *feſtinare* ſumta vox. Liv. 4. 23. *Mox, dum in ſua quisq, miniſteria diſcurſu trepidat ad primos ſignæ.* Virgilius *Æn. lib.* 9.

Ne trepidate meas Teucri defendere navet.

Etiam in Sacris. Sic Hoſeæ *cap.* 11. *verſ.* 11. *Trepidabunt ut avicula ex Ægypto, & ut columba è terra Aſſyriæ*: i. *ſummâ feſtinatione fugient*; columbæ namque volatus pernicitiſſimus, ut ſuprà vidimus. Hinc *trepida nubes* Statio *Theb. l.* 12. *verſ.* 3. id eſt, *feſtinando fugiens*, vet. Scholiaſtes. Sed & *trepidare*, apud Perſium, de his etiam, qui lætitiâ elati geſtiunt, ſubſilientque.

Tum videres virgine more probo, neque vos ſoreni
Ingenes trepidare Vites -

uti de iis, qui in Haſtiludiis decertant, in Concil. *Aſtbenſ c.* 15. Unde *trepidium* quoque pro *tripudio* &c. Sic igitur *Trepidarii Equi* Vegetio, qui *trepidant ſeu tripedant*, οἱ τετραπέδωντα vel τετραπεδῶνται, cùm viz. curſu ferantur, inter citatiſſimum curſum & communem ſimplicemque inceſſum medio; in quo curſus gerunt, quod altius pedes rollendo & volubiliter glomerando greſſus quodammodo ſaltare videntur vel ſubſultim ambulare, hinc κατὰ μέσον τὸ τετραπέδων Græcis (τετράπους hoc curſus genus appellantibus, uti ex Leone in *Tactlicis* patet) *ſaltare* & *trepidare* ſeu *tripedare* Latinis, dicti ſunt. Quia verò nullum vectūræ genus tam torquet, ac fuccurit, quàm equi *trepidantes*; hinc ſumebant illos Partbi, quos concuſſæ carteret aſturconum more blandè molliterque vehere, greſſuque ſuſſo & minùs fedenteu ergere, & gratâ ſuccuſſione commovere: quam delicate vehendi artem poſtquam erant edocti, mediam quandam ambulaturam naricifebantur, inter aſtureones & trepidiarios, ac tum *trivenarii* vel *tricinarii* nominabantur, de qua voce V. infra: Plura verò hanc in rem, apud Salmaſium *Not. ad Capitolinum in Maximinum* & hic paſſim, inprimis ubi de vocibus, *Cultare, Guttonarii, Tolutares* &c. Hinc *intrepidare equum* Symmacho, h. e. equum ad cuſum tripedantium, Græcè τετραπόδιν ſeu τρόπον ἱππικὸν agere; Galli, *mettre ſon cheval au trot, Idid.* Alii longè equi ille ſunt qui ad cujuscunq hominis, aut animalis, aut rei occurſum ſubito exterrentur, & fuam ipſi umbram timent, Gallis hinc *umbragi*-ſi vulgò, Græcis πτοητικοὶ, qui & ipſi *trepidantes*, fed alio omni modo ſenſu, dici poſſint; *trepidare* namque πτοᾶσθαι eſt. Gloſſæ *trepido, πτοῶμαι, δειλιῶ, πτοῶμαι, πτοῶμαι*. His quo pacto Veteres metum excuſere ſoliti ſint, diximus ſuprà ubi de *Thuimnabulis*.

Trex, & Trix, V. ſuprà, ubi de numero *Ternario*, & paſſim, ubi de rebus ipſis, hoc numero occurrentibus. Addo hic ſaltem, quòd apud Peruanos, nobilem Americæ, quà ad Meridiem protenditur, populum, effigiem ſe vidiſſe ab Indis cultam cui nomen *Tanatanga*, h. e. in *Tribus unus & in Uno trinus*, teſtatur Hugo Linſchottanus *Hiſtor. Ind. Occid.* Qua de re, ut & de Magorum apud Chaldæos *tribus principiis*, *Oromaſde, Mitri & Arimini*: id eſt, uti explicant, *Deo, Mente & Anima*: de *tribus* iiſis Orphei, *Conſilio, Luce, Vita*, apud Clem *Strom. de primo ipſis Uno, ſecundo Uno Mundi, & tertio Uno atque Mundi* Platonis: de *Bono, Mente* ac *Principio* Pythagoræ: de *Bono, Mente & Anima* Plotini: de *Opifice Primo, Verbo Dei atque Intellectiva* Ægyptiorum: de *Deo, Verbo & Aura* Serapidis: de *Sole, Vulcano atque Luna* vett. Germanorum, aliiſque huc pertinentibus, è quibus colligere licet, Gentibus quoque de venerando SS. Trinitatis myſterio aliquid ex traditione, & commercio cum Populo Dei, innotuiſſe. V. L. Cœl. Rhodiginum *Lect. Antiqq. Pract. l.* 1. Martinium Fictum *ad Plat. & Plotin.* Joann. Seldenum *de Diis Syris, Tob.* Pfannerum *Syſtem. Gentilis Theolog. parioris c.* 3. *de Deo Trino §.* 2. & *ſeqq.* Alios, ut & infrà ubi de *Trinitate*.

Treſſis, tertia pars aſſis. Varro *de L. L. lib.* 8 *ſingulare hoc treſſis: ab eo ſic deinceps ad centuſſim*. Sed neutrum non eſt *treſſis*, ut ei viſum, nec *hoc treſſis* tamen orationis Latinæ regulis repugnat. Erat intergium: *hoc pondus* vel *as treſſis*, uti hoc pondus vel as quadruſſis, & ita deinceps. Nempe in iis omnibus antecedit vel pronomen intelligi vult ſubſtantivum neutrius generis, cui alterum, quod comparet, gignendi adhæret caſu. Ut in illis Plauti *Pænolo, homo trioboli*; Lucilii apud Feſtum in *Solia, non Solia dupondi*; P. Vatinii ad Ciceronem, *Simius non ſenatus*; Perſii, *non treſſis agaso*. Itaque falſitur Rob. Titius in *Aſſcriminibus*, cùm *hominem ſeniſſem* ab exiguo numino dici vult, ticut Perſius *treſſem agaſonem*: quaſi aliter dicereur, quàm *eſſe quamvis pretii*. Sic *emere centuſſis*, ſc. are vel pondere, *vendere quinquuſſis*, ſc. are vel pondus &c. Joh. Frid. Gronovius *de Pec. vet. lib.* 1. *cap.* 8. Mediâ ætate, pro *treſſis*, parim Latinè dici *tremiſſis* cœpit. ut vidimus.

Treuga, ſeu *Trewa*, apud recentioris ævi ſcriptores, pax eſt, inducta. Guil. Turyius *l.* 1. *c.* 15. *Pax, quæ verbo vulgari Treuga dicitur.* Guil. Neubrigenſis *l.* 5. *c.* 3. *Inducia, quæ Trewga vocant.* V. quoque L. Long. bard. Jo. Sarisberienſem *Epiſt.* 169. Alios paſſim. Ex Germ. *trew*, hdes, pax, item fidelis, ſincerus. Hinc *Treuga Dei*; quod nomen primùm in Gallia auditum, ubi, cùm bella flagrarent domeſtica, ſeu ea, quæ vulgo *Confuetudinaria* dicta, ſcunicunq; injurias ſibi illatas armis ulciſcendi facultas eſſet, in Aquitania, in Arelatenſi & Lugdunenſi provinciis, aq, adeò in Burgundia, cœtenſq, Franciæ partibus, per univerſos Epiſcopatus indicta eſt, qualiter certis in locis à Præſulib, Magnatibusq, totius

patriæ, de reformanda pace & factæ fidei institutione celebrantur Concilia: quod avide exceptum est ab omnibus, ut quos præterii temporis clades terrebant. In his porro Conciliis id potissimum fuit, ut inviolabilis Pax ferveretur, & utrarumq; partium virtabasq; formidine armis vacui incederent, præteritorum omni memoria abolita. Læti itaque omnes, palmis ad Deum extensis, *Pax, Pax, Pax*, unanimiter clamarunt, in signum perpetui pacti inter se Deumque miti: hac tamen conditione, ut evoluto quinquennio, confirmandæ pacis gratia, id ipsum ab universis in locke fieret, uti diximus ex Glabro *lib. 4. c. 3.* qui ista refert ad A. C. 1034. quo celebrata sunt Concilia Bituricis, Bellovaci & Lemovicis, in quibus *pax* universis indicta, *ita ut nemo seditionem ageret, nullus per viam raperet, nullus — pugnam inire conflixeret* &c. Et sic quidem pax ab omnibus generatim servanda fanciebatur. At anno C. 1041. in eodem Regno indictum, *ut nemo mortalium à feria quarta vesperæ, usq; ad secundam feriam in sequentis lucis ortu se moveret, præsertim quispiam alibi ut per vim asseruere nequiret, nisi ultionis vindictam à quocunq; inimico exigere, nec etiam à fidejussore vadimonium sumere*, uti idem habet *lib. 5. cap. 1.* quod *Treuga Domini* dictum est, violatoribus compositionis mortis & excommunicationis pœna denuntiata. Neutiria tamen hanc recipere abnuit, ut prote belli indicendi jus, Regiæq; prærogativæ, quam sibi vindicabat, derogare crediteam. At procellu temporis & ipsa eam excepit, maxime postquam Angliæ Regnum, in quo illa vigebat, adepus est Gulielmus Norinus. Uti vero primitus à fœtia quarta usque ad lecundam, obtinuit, sic out vidimus: ita postmodum lege S. Eduardi, à Wilhelmo confirmata, *omnibus diebus Sabbati inq; ad diem Lunæ*, observari justa est. Sed & aliis temporibus & festis ibidem designatis itidem indicitur, arq; in iis, in die dedicationis ædium sacrarum. Alibi nundinarum tempore eadem instituta &c. quam in rem V. plura, apud Car. du Freine *Glossar.* ubi inter alia & Alfatienses Proceres *Treugam Dei*, (Episcoporum non omnibus probatam) sub Leone Pontifice, accepisse addit, ex *Diplomate* descripto à Glareano *Germaniæ. Ger. l. 2. p. 101.* Adde, quæ de *bellis illis Confœderationis* adnotavit *ad Joinvillam Dissertat. 29.* de *Indictis* vero plura supra.

Trevidum, vulgò *Trever*, Sidonio *Trevidon*, locus Galliæ, 12. m. p. ab Amiliano vel Ameliano Rutenorum, *Milhau en Rouergue*, ad fluvium *Trevidum* vel *Trevisatum*, vulgò *Trevezes*, quem Turbida flumen *la Dourbie* in Tarneu defert. Ita autem Sidonius, *Ibis Trevidon & citiumnifes*

Plenum nimis heu jugum Rutenis.

Ubi cum *Trevidon* in quarto casu posuerit, ut dactylum faceret; inscitum est, an *Trevidus*, an *Trevidum* hic locus, in finibus Rutenorum positus, debeat appellari. Hadr. Valesius *Notit. Galliæ.* Adi quoque in Sidonium *Notas.*

Tria, cathum, adde: Aliter *Trea* vel *Trieæ*, quod nomen Galli fecere ex *treficio*; è quo Germani *trich*, *trecht* & *dreche* formarunt, ut *Atuafrichis*, *Frenchi*, *Drenchi* &c. quorum Latina *Trajectum ad Mosam*, *Trajectum ad Rhenum*, *Dorarcum*. Ita ergo Galli *Trea* vel *Tria*, vulgò *Trie*, quo nomine varia sunt in Gallia loca. In Velio cassibus, *Trie*: item *Trea* Castellum *Trie le chateau*; quæ ambo affident amni in Etram infra Gisortium influenti. *Tria* Portus *Trie le port*, vulgò *Trilleport*, in Meldis; itidem *Tria* Bardulli *Trie le Bardon*, corrupte *TrilleBardon*, & alia: quæ omnia ad trajectum fluviorum sunt posita. Quarequam & *Trie* columbarii genus esse, ut docent Leges Britannicæ, aliarumq; regionum. V. Hadr. Valesii præfatum *Notit. Galliæ*, in voce *Trajectum inferius*.

Tria Fata, apud Anastasium Biblioth. *in Honorio*, *Festi Ecclesiam S. Adriani Martyris* in Tribus Fatis, *quam & dedicavit*. Et *in Hadriano*, *Basilicam SS. Cosmæ & Damiani sitam in* Tribus Fatis *restauravit*: cott. pro Tria *Fora*, uti docet Carolus Macer, ex Blondo *Dec. 2. l. 3.* ubi è Clero Populoque Romano, *in Tribus Foris, que off S. Adriani Ecclesiæ*, Stephanum Siculum canonicè Pontificem electum esse, refert. V. cum Tribus Foris.

Tria Flumina, Græcè τρεῖς ποταμοὶ, locus Thraciæ, circa Hebrum, sic dictus, quòd in hujus rripa situs esset, ex loci ubi duos fluvios alios (quorum alter Artibus fuit) Hebrus fuscipiebat. Ibi Orestem ἀκθένει νοσοῦσαι ἐκθυσίαι & μανίαις scribunt Græci Grammatici, de quo Lampridius *Heliogabalo*, *Et Orestem quidem ferunt non unum simulatorum Dianæ, nec imo in loco posuisse — Potestquam se apud* Tria Flumina *circa Hebrum ex vesbonis purificavit, etiam Orestem consiliis soriem, quem sese consanguineum hominum fanguine mundis off.* Ad quem loc. V. Casauboni *Notas*.

Tria Nomina, Juvenali memorata,

Tanquam habeas tria nomina?

Apud Romanos symbolum fuere, non tam Nobilitatis, quàm Libertatis. Quasi dicerer Poëta, *Tanquam ingenuus sis liber esses*. Notat enim Tertullianus *de vestur. carnis*, cum Servi manumittebantur, accipere à dominis suis fuisse solitos vestem candidum, annulum aureum & novum nomen duobus prioribus additum. V. Thom. Godwynum *tr. Anglic. ext titulus*, *Anthologia Rom. lib. 1. fect. 2. cap. 6.*

Tricoctatinæ, apud Petr. Diaconum *Histor. Casin. lib. 4. c. 17. Missi — pallium* triacontatinum, *pro altari nostræ Ecclesiæ*: ex Græco τεσσαρακοντάμιτος, pannus est *triginta clavis* (hos enim σπάρτα & σπείρα Græcis dictos esse, supra vidimus) exornatus.

Triadica, Τριαδικὴ, item *Ymnus τριαδικὸς*, Græcis dicuntur hymni, in quorum singulis odis cujusque Canonis duo posteriori versus semper finiuntur, cum laude *SS. Triadis*, unde nomen, ac B. Virginis: & quidem penultimus notatur lit. T. appella turque τριαδικὸν, ultimus v. lit. Θ. & θεοτοκιὸν dicitur. Cl. Suicerus *Thesauro Eccl.* in hac voce: qui & τριαδικὸν τεταδικὸν meminit voce *Kanon*.

Triadomilium, apud Albericum supra laudatum, voce *Fossarius*, pugio est, vel culter longior, triplici *lamella*, seu lamina ferrea, instructus. Car. du Freine *Glossar.*

Triangulum Circuli, æqualibus lateribus primùm descriptum à Thalete Milesio, qui bovem propterea immolarit, fertur, quamvis Apollodorus hoc Pythagoræ tribuat. Scalenum quoque, & ea, quæ ad lineæ speculationem pertinent, ab Euphorbo Phrygæ inventa, idem auxit, propagavitque, Diog. Laertius *lib. 1.* Corterium *Triangulo* Divinitatem comparat Xenocrates, & quidem æquilatera, isosceli genios, scaleno creaturas reliquas, apud Plut. *de Oracul. def. pag. 416. Æquilaterum enim undequaq; æquale est, verticum usquequaq; inæquale, secundum & æquabilium & inæquabilium habet: ita, huic Genitorum naturæ respondet, affectiones humanas in se habenti, juxtaq; vim divinam*: quam in rem V. Tob. Pfannerum *System. Theol. Gentil. pur. cap. 6. §. 31.* eadem *Triangula æquilatera* similitudine, mysterium 55. Trinitatis ingeniosè illustratum ivit Sam. Grynæus Theologus Basil. de Ecclesia Dei optimè meritus, in *Scholiastarum MS.* quod utinam, cum aliis, Viri maximi monumentis eruditissimis, juscum aliquando videat!

Triarii, genus militum apud Romanos. Polybius enim *lib. 6.* ubi de acie Rom. quatuor facit milium ordines & discrimina, *Pilanos* sc. seu Velites, *Hastatos*, *Principes* & *Triarios*. E' quibus Velites seu Pilani eligebantur ex minimis ætate & fortunæ tenuioris hominibus: his adutiores erant Hastati, Hastatos ætate ac robore præcellebant Principes; natu maximi & fortissimi erant *Triarii*, sic dicti, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur. Qui quòd labantem aciem sæpe restituissent, ultimumque effent victoriæ asylum, hinc Prov. *Ad Triarios venitum est*. Itidem & *Postsignani* sunt dicti, quòd ii Principes, qui Aquilam secum habebant, totius Legionis primarium signum, sequerentur. Situm eorum Machiavellus *Discurs. de Republ.* ait fuisse talem, ut altero genu, dum Hastati ac Principes pugnabant, niterentur; qui si hostis impetum ferre non possent, tum *Triarii* surgentibus, novam velut aciem hostibus objectam, illis non exiguum terrorem inopinato hoc spectaculo incutere sicq; perculsis *Triarios* acerrimè instare consueviste. De armis Auctores variant, Velitibus enim quidam gladium, pila, parmamque: Hastatis scutum, enfem Hispanienfem, veruta duo, galeam aneam, & crurum tegmen ocream; corollam item plumeam & cristrum (unius Pithmanæ ex, pectori adhibiti) velutiam harnis consertum thoracem: eadem Principibus ac *Triariis*, nisi quòd his, veruti loco, hastam tribuunt V. Joh. Rosinum *Antiqy. Rom. lib. 10. cap. 10.* Alii *Pilum* proprium *Triariis* faciunt armorum genus. Namque & prima Triariorum centuria *Primus*, secunda *Secundum pilum* &c. & Principes, qui proximè Triarios antecedebant, *Antepilani*, dicti leguntur. V. Alexandrum ab Alex. *Genialium dier. lib. 5. cap. 15.* Lipsium *de Militia Rom. lib. 2. dial. 1. & 3.* Godwynum *Anthology. Rom. lib. 3. fect. 4. cap. 17. & l. 4. c. 2.* Posteriori ævo *Velitarii Legionum* dicebantur & aliorum omnium munerum, nisi propulsandi hostis, erant immunes, uti docet Salmasius *ad Vopiscum in Probo*. V. infrà in hac voce.

Triarius Maternus Lascivius, Senator nobilis, post Commodum interemtum, ducendus in castra à militibus, ut cum rebus Romanis imponeret, nudus fugit, atque ad Pertinacem in palatium venit, & pedi ut ubi discessit, Capitolinus *in Pertinace*.

Trias, V. infrà *Trinitas*.

Triaverdini, Hæretici, quorum errores & dira gesta referuntur Baronio A. C. 1179. *num.* 4. apud Dominic. Macrum *Hierolexico*. Cum Brechtiontinibus & Rupturiis junguntur, in Concil. Lateranensi III. An. eodem, *can.* 2. 27. *De Brebantionibus, & Aragonensibus & Navarris, Basculis & Cotterellis*, Triaverdinis, *qui tantum in Christianos humanitatem exercent &c.* Ubi tamen *Triamellinis*, quòd fc. ficti hujusmodi, de quibus supra, uteretur, legendum conjicit Car. du Freine *Glossar.*

Tribaca, in verbis Petronii Arbitri,

Quo margarita cava Tribaca *Indica?*
An ut Mauronymica phaleris pelagus
Attollat pedes:

Significat Bartholino margaritam, quæ *tribus bacis* unionibusque insertis conflabat: quippe binos ternosque elenchos, aurea bracteâ conjunctos, atque auribus suspensos, in monumentis antiquis, non raro cernere eft. Græcè τρίβακκα: Ita enim inter plurimas Inauribus notiones, ultimo loco, addit Pollux *Onomastic. lib. 5. cap.* 16. apud Homerum reperiri τρίλληκα τρίκατα, ὃτ τρὶν οὐδὲν κρεῖον ἔχουκα, *tanquam trium pupillarium formam habentia*: Occurrit autem locus *Iliad. ξ.*

Ἐγὼ δ' ἄσχ ἱμεωλῶ ὅκως ὑπτήσεται λαβεῖν
Τρίβωνα, μαργίτη.

Quod repetit quoque atque indigitat. *Iliad. e. v.* 295.

Ἔρματα δ' ἐκρεμόωντο δύω τριφάνεσσι γλήνας
Τρίβωνα, μορόεσσι.

Ubi *Scholiastes brevium* Auctor exponit: τετραγώνισμα, τετράδωλον, τρίβωνα. Itaut Τρίβωνα sint omnino Inuentes, tripicis pupillæ figuram habentes. Ita enim apud Dioscoridem *l.* 1. *c.* 176. genus mespili quoddam τρίβωνον appellatur, quòd tria intus habeat officula veluti grana. Unde similitudine quoque tracta, notante Henrico Stephano, apud Athenæum *l.* 8. Hecate dicitur τρίβωνος, qua alias Τριμορφος, Græcis Latinisque *Triformis*. Τρίβων idem Inuentum genus diei videtur apud præf. Pollucem, pannorum annotante Cael. Rhodigino *antiq. Lect. l.* 8. *c.* 15. ubi tamen non diffitetur, alia etiam hujus vocis significata esse. Iconem ifti usmodi Τρίβωνος ἱματίου. seu *Tribonæ* exhibet ex Pignorio, Caspar. Bartholinus *de Inauribus Veterum cap.* 2.

Tribax, apud Plautum *Mostellar. Tribaces*: *viri*, unde *trebacissimus senex*, apud Sidonium *l. Epist.* 11. exercitatus est, ubi tritus & in negotiis multùm versatus, ex Græco τριβής, aliter τρίβων, V. Savaronem & Simundum *ad Sidonium*, nec non Salmasium *ad Lampridium Commodo*, ut & suprà, voce *Retortridas*.

Tribulatus, apud Leonem Ostiensem *l.* 3. *c.* 20. *Virgini purpureo sericeo, quos* Tribulatos *vocant, ornatis*; an à *trino colore*, uti *pallium tribulatum* interpretatur Petr. Damianus *l.* 4. *Epist.* 7. an à *tripli-tio* lata seu cocco tinctis, nomen accepit. V. Car. du Freine *Glossar.* & suprà, voce *Blatta*.

Tribonium, Græcè Τρίβων & Τριβώνιον, Philosophorum pallium fuit, Lucianus *Timone*, Ὁ δὲ Τρίβων ἐπὶ τοῦτον ἐφέρετο τὸν τριβωνα, *Pallium, quasi vis purpurâ pictus*. Cùm vero pallium totius gentis Græcorum communis habitus esset, ii, qui severiorem Philosophiam profitebantur, ut Pythagoræi, Cynici ac Stoici Palliosi sunt detrito, obsoleto, sordido ac pullo, quod prorsè *Tribonium* dixere. Cicero *Pallioliun* appellat, *Tuscul.* 3. *Saepe ego etiam sub pallio sordido sapientia*. Appulejus *Pallastrium*, &c. Hinc Festus, *Tribonius, vestis vilis*. Τριβώνιον ἱμάτιον, Pallium, longo usu detritum, quodque, ut loquitur Euripides apud Athenæum *l.* 10. villosam lanuginem amiserat. Cujusmodi vestis, quia pilis floccisque amissis tenuior fiebat ac levior. Ideò Gloss. vet. Τριβώνιον *velum* interpretantur, vestem nempe attritu tenuem levemque factam, ac propterea arcendo frigori minùs idoneam. In quo veteres Philosophi tolerantiam sive patientiæ potius imaginem ostendentes, cùm in ea etiam hyeme incedentes: Cynici ea fola velarentur. Quòd porrò eadem detrita esset, & fere lacera, etiam Ingenium *pacis* docebatur. Unde Laertius de Aristippo, quòd modo luxuriâ difflueret, modo continentiam fectaretur, dictum prodit, ipsi foli datum esse χλαινίδα φορῖν, καὶ τρίβωνα, *Chlamydem ferre & Tribonium*, sive pannum: Pannos autem Latinis Scriptoribus pro vestimentis laceris accipi, notum. Homerus quoque ob eandem causam ubi de Ulysse sub mendici specie in ædibus propriis versante, utrumque conjungit, ἔσσατο δ' ἀμφὶ μετρὸν ἑὸν κακὰ ῥάκεα μοχθήσαν, ἠδὲ πέρην μάλλοιν ἐπιδέρμιον ἀμφιβεβήκει. Ut vero res ab origine arcessatur, priscis temporibus *Tribonium* communis pauperiorum in Græcia habitus fuit Unde apud Aristophanem *Plutu*, Carrio abhera interrogatus, quomodo ea, quæ in Æsculapii templo evenerant, vidisset, cum capite fuisset involuto, respondit, Ἀλλ' ἐν τριβωνίῳ, ὅπως μὴ ὄψεσθ' ἐκεῖνα. Ac ne quis tantum levitati vestium tuisse credat, paulò infrà Justus diuves factus dicit ἐν τριβωνίῳ ad Æsculapium, ut etiam ad coniectet, rogaturque ex eo, num illa vestis sit, in qua initiatus fuerit, quòd illæ tamdiu gestarentur, donec attritæ penitus lacerasque essent. Non nesciebat Plutus, sed vulgus omnes Athenienses in *Tribonio*, Idem *Vespis*; ubi Scholiastes, *Erat, ait, prisci moris, ne honorati senes cum Tribonio & sicilione Pompam convocarent*. Quare fuccessu temporum, postquam pexæ vestes atque peregrinæ in usum venerunt, bonis illi Senes gravate admodum, ut *Tribonium ponerent*, animum induxerunt, ut *ead. fab.* docet. Etiam alibi in Senum honoribus Tribonium in usu fuisse Gatio, cum Mycillus divitem falutaffet, illico is subduxisse ait, ne forte pudori illi esset, quòd ὁ πανυργὸς τὸ τρίβωνι ὑφαιμένος assectatus. Polquam itaque pauperiorum propium id genus vestis esse cœpit, feveriorisSapientiæ cultores hoc velut ipsius Sapientiæ insigne arripuerunt colueruntque. Plut. *de Isde & Osiride*, ἀντὶ τῶ φιλοσόφῳ πανυστερήσειν τὸ τεθριφθερμένῳ τρίβωνι. *Neque enim Philosophos denfa barba & Tribonii gestatio facit*. Falluntur enim, qui *Tribonium* solius Cynicæ fectæ vestem fuisse tradiderunt: Cùm & Socrates & Pythagorei & Stoici reliquique severiores philosophantes non delicatius inceffierint. Cæteri verò Philosophi communi habitu videntur uti: neque illa Platonem Aristotelem, illorumq; fectatores cultu à vulgo distinctos prodidit. Imo ἰδιώτας φιλοσόφους *Elianus l.* 2. *c.* 39. *vel.* 40. nec Laertius, Aristoteli tribuunt, V. eundem de Lycone & Heraclide. Primus sanctioris disciplinæ parens Socrates *Tribonium* sapientiæ aptavit, propterea ab Amipsia *in Tribonio* tradu-ctus: non tamen semper illud adhibuit, sed *interdum tempori seruiens lautiore* τριβωνίῳ, ut eit apud Platonem ὑγιαῖνοι. Præter eum Pythagorei (quorum tamen princeps vetus alba purâque semper utebatur) in *Tribonio* fimuiter & toralibus erant. Antiphanes apud Athenæum *l.* 4.

Sordes paululum oportuit ferre, iejunium,
Cetis rigorem, silentium, triftitiam, illuviem.

V. de iisdem Aristophanem *ibid.* & Menimachum apud Laertium. Eorum princeps Diodorus fuit Aspendius, qui apud modo memoratum Athenæum paulo post Cynicis moribus usus dicitur, κομᾶν τε ἐμέτρα καὶ ἀσκεῖν τρίβωνα, *Capillitium, sordidus & silicalceatus*: Unde & Pythagoræorum, qui eorum alebant, familia originem duxisse creditur. Stoicos a Cynicis fola tunicâ distinctos adeoque *Tribonio* quoque velatos fuisse, docet Juvenalis. Imo Lucianus nunquam Philosophiæ mentionem facit, quin & *Tribonium* nominet. V. eum *Icaromenippo*, item *Mercede conductis*; unde colligas, Grammaticos etiam & Rhetores, philosophiæ liberalium disciplinarum Professores Romæ *Tribonium* gestasse; quod indicat & Tertullianus *in Pallio*. Idem de Sophistis refert Eunapius *in Headio*. Cæterum Philosophi *Tribonio* tanquam nota atque insigni Romæ quidem a reliquis mortalibus distinctis fuit: at in Græcia hoc ipso non differebant a pauperioribus; fed accedebat inprimis opaca & profunda barba, pedum nuditas, longæ & profusæ comæ; quodque peculiare Cynicis fuit, pera & baculus, & diversa *Tribonium* ge ansi ra. tio, de qua postea. Sicut autem apud Ethnicos severius philosophantes *Tribonium* adamarunt, ita & inter Christianos olim Ascetæ, quos, antteriori disciplinæ se tradentes, eandem vestis villitatem ac fqualorem affumsisse legimus. Quod cùm Tertullianus fecisset, popularium reprehentionem incurrit, unde edito libro filii patrocinari est coactus Interim non diu apud Christianos duratle hanc Tribonophoriam inde apparet, quòd cum aliqui, ficut quidam Philosophi Sapientiam in Tribonio poftiam credebant, foloveros Christianos existimarent, qui hoc pallio uterentur, ac præcipue Constantini ætate Eustathius Sebastenorum Episcopus contenderet Episcopos omnes atque Presbyteros ad vetus gestamen revocare, eosque, qui non gestabant, damnaret, Synodo Gangrensi *Can.* 11. fanctum est: *Si quis virorum propter ἀσκησιν τρίβωνα vel ἐπιμάνιον pallio utitur, & despicit eos, qui cum reverentia byrris & aliis communibus vestimentis utuntur, anathematis.* Nec omittendæ mulieres Ascetiæ, quas *Tribonium* de ipsa gestasse, exemplo Hipparchiæ Cratetis, discimus ex *Can. ejus. Si qua mulier propter exercitia habitum mutat, & pro feminilibus amictu virilem sumit, anathema sit.* Hic enim per virilem habitum intelligi pallium, contra Balsamonem vtri docti statuunt &c. Licet vero *Tribonium* commune severius Philolophantium tegmen ei ter, Cynicorum tamen, in quo ili delicias faciebant, in eo peculiare fuit, quòd attritum magis ac lacerum effet. Quo habitu fese Herculem, Cynicæ fectæ Auctorem, ut air Autonius *Liber. 16.* & Lucianus, *Cynic.* imitari gloriabantur, quem reliqua nudum, fola leonina amictum Veteres introduxerunt. Etiam aliter à Cynicis, quam à reliquis Philosophis, *Tribonium* gestatum est. Nam cùm hi illud lic gestarent, ut reliqui mortales pallium, extremâ fe parte dextrâ in humerum lævum impolità, ut manus fola extaret: Cynici totam *Tribonii* partem dexteram ita in finistrum conjiciebant humerum, ut cum toto brachio dextro nudus exereretur, parte etiam pectoris renudatâ. Quod illi fortè agebant, quia, ut doctis peiem obfervatum eit, finetunica incedebant, proritsque erant *ægritudo*. Unde DioChrysostomus *Orat. περὶ φρενῶν* accurate causam quærit, cur, cum homines in fola tunicâ conspiceretur, nemo eos notaret aut irrideret: quòd fi aliquem ἀχήνων videret, *sine tunica sub pallio amictum*, comâ barbaque prolixâ, illico deridiculo habitus omnimque ludibrio & contumeliis expositus esset. Utebantur itaque τριβωνίοις pleures Cynici, ut ait Laertius *in Menedemo*, ob tolerantiam: quam laudem veterum fuisse Laconum, dicimus ex *Æliano*, ubi de Agesilao; & Plutarcho in *Lycurgo*, ubi Spartam *unà fecum & Tribonio Græciæ rerum imperitasse*, refert. Primus v. habitus huius auctor Antisthenes fertur, apud Laertium, ubi Diogenem, tunicam petentem, juslit πτύξαι διπλοΐδιον, *complicare leu duplicare pallium*. Ex aliorum tamen fententia Diogenes cùm moris auctor fuit, apud eund. qui primus pallium τὸ διπλοῦν, *duplicavit*, eum ut tunicæ vicem eo è involveret, (quod *duplicare* hic eit) tum ut in eo somnum caperet: Cùm enim Cynici humi cubarent, fine culcita & ftraguli, eodem pallio involuti dormiebant, quod gerebant interdiu. Et ab hac pallii duplicatione διπλοΐδιον & veteri dicitur Diogenes, ut alia præteream. Cynici itiusmodi duplici pallio involuti figuram in opus fum tranfluit, qui de *Tribonio* accurate agit, Oct. Ferrarius *de re Vestiaria Parte* 2. *l.* 4. *cap.* 14. & 1955. V. quo qui fupra pallim.

Tribula, V. infrà *Tribulus*.

Tribulet, à *tribu* dicti: quâ voce quia ultimus civium ordo non raro designatur, populus vix. Equestri & Senatorio contradistinctus, ut videre est in illo Papinii Statii *Sylvarum libro 2.*

Adribus atque tuis gaudens turmaque tribusque
Purpureique patres ——

vel etiam plebs, à populo separata, uti apud Plin. *Panegyr. Nisi vero le viter amigo plebeios locupletatus tribus dum unque congiarium populo*: Martialem *lib. 8.*

Dat populus, dat gratus equet, dat thura Senatus
Et libant Latiæ tertia dona tribus;

& in vet. *Inscr.* apud Cataubonum Inde eit, quòd *tribulis*, pro paupere & egeno ac capite censo sumitur, apud eundem alibi,

Nunc annos & tremulo vix accipienda tribuli.

Item,

Nec pallens uga mortus tribulis.

t Horatium *Epist. 1.1.*

Ut cum pileolo foleas corrivatribulis.

Cujusmodi homines *turbam sine nomine* eleganter Manilius vocat *sub fuvem lib.* 5. &c. V. Cafaubonum ad *Augustum Suetonii cap.* 101. & suprà ubi de *Plebe*.

Tribulus, Græcè τρίβολος, an à τρίβω verbo, an quasi τεσσάβολος, ex nominibus τρὶς & βέλος, quòd *tres cuspides* habeat, vel quòd *tristarium* feriat, vel à *triangulari* forma? herbæ spinosæ genus, de quo Plin. *l.18. c.17. Lolium & tribulos & cardui, lapathique, non magis quàm rubos, inter fruges morbos putas, quà inter ipsas serva pollex numeravertim. Et lib. 21. cap. 16.* Tribulus *inter ipsas serva pollex numeravertim. Et lib. 21. cap. 16.* Tribulus *inter ipsas serva pollex numeravertim. Et lib. 21. cap. 16.* Tribulus *nisi in palustribus nascitur, dira res alibi: juxta Nilum & Strymonem tamen exaipiter in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pedículo longo.* Inde ἰτιmulus ferreus formæ tetragonæ, qui quamcunque in partem incubuerit, aculeum semper intefium protendit. Cujusmodi *tribulus*, qui à iis *murices*, quod vide, in bello fæpè sparsos, docet Salvianus *l. 6. Exercitus pugnaturi ea loca, per quæ ventura hostium turmæ fciunt, aut fovisi tantum, aut occultis tribulis inferiare dicuntur*: ad quem locum V. Rittershusium, & plura hanc in rem apud Baudæum *Amwtat. ad Pandect.* Just. Lipsium *Poliorcet. l.2. cap. 2. & l.5. c.3.* Stevvechium *ad Vegetium l. 3. c. 24.* & Freinshemium *ad Curtium lib. 4. c. 13. n. 36.* Atque fic vocem τρίβολος quoque Leo in *Tactícis* usurpat *c.11. §.28. 46. cap.14. §. 48. & c.19 §.56.* At τρίβολος, apud Auctorem incertum post Theophanem, *in Leone Armenio pag.* 434. & *tribulus*, apud Jac. Vitriacum

nysium Halicarn. *l. 6. in fin. & lib. 7. circa med.* Cicero *Orat. pro Sextio*, hocamplius notat, eam fuisse *Tribunatus* sanctitatem, ut non modò contra vim & ferum sed & contra verba & interfationem legibus sacratis essent armati. Etiam inter ipsos Tribunos interceſſio eousque valebat, ut, unoè Collegis vetante, cæterorum actiones essent irritæ. Undeapud Dionysium prætorium legimus, (quæ sic hinc Claudium, fore, ut à te ipsa vis Tribunitia dedita datur, si fic. aucto Tribunorum numero inter ipsos dissensiones incidissent. Idem convocandi senatus jus cùm non haberent M. Valerio & Sp. Virginio Coss. illud sibi usurpare cœperunt, teste eodem *l. 10.* auctore Icilio, qui ejus Collegii tum princeps erat: sicque Consulari potestate haud parùm derogarunt. Cum namque antea concionum duntaxat jus penès illos esset, Senatum convocare aut sententiam eis dicere non liebat, sed Contulum is honos fuit: ab eo vero tempore non absentibus modò, sed etiam præsentibus Consulibus Senatum ius auctos ipsi convocavere, uti diximus ex Cicer. de *Oratore lib. 3.* ubi scribit vocatu Drusi Trib Pl. non solum Senatum, sed & Consulem Philippum in Curiam venille. V. Jac. Oiselium ic. *Notis in Gellium loco 1. & lib 14. cap 7* Quo pacto verò olim Tribuni Patrum decreta probarint, indicat Val. Max. *l. 2. c. 2* ubi notat, *Vetuſtis temporibus jus non fuiſſe Tribunis Pl. Curiam intrare: ante vel vas autem, poſtis ſubſellis, decreta Patrum examinabis, ut ſi qua ex iis improbabiles, vata eſſe non ſinerent*; *Itaque vetuſtiſſimi Senatuſconſulti, literam ſubjectam Tribunos nota ſignificabatur, illa Tribunos Pl. quoque conſulſſe.* Creabantur Comitiis Tributis, poſt legem à Voleronе Trib. Pl. latam : *ut Plebeji Magiſtratus Tribunis Comitiis ferent*, cùm primùm Curiatis crearentur: ut videre est apud Livium *l. 2.* & Dionysium *l. 9.* Semel tamen à Pontifice Maximo creatos esse, habes apud Rosinum *Antiqu. Rom. l. 6. c. 17.* Ipsimet, cùm Tribunorum Comitia habere vellent, inter se fortiebantur, cui illa habenda esset, vel communi consensu alicui id munus injungebant. Cujus exemplum Livius suppeditat *l. 3.* Leges eorum causa late fuere plurimæ, Junia sacrata, Icilia. Duilia, Horatia, Tribonia, Atinia, Papiria, Cornelia, Pompeja, & Publia Lætoria, de quibus omnibus V. suprà, *suis locis*. Manſit nomen etiam citeriori ævo, in Francia inprimis, sub primis Regibus, sed quxnam dignitas fuerit, non adeò liquet : tametsi militibus præsuisse satis innuat Vvalafr Strabo *de Rebus. Bec. c. 3.* Comitibus poſt ponuntur, & V. Vvitgen. *Mo. 11. lib. 1. §. 22.* quidnam fuisse adComitis dignitatem, indicat Fortunatus *l. 7. Poemat. 6.* è quo insuper, penès *Tribunos* fuisse cuſtodiam & carcerum cuſtodiam, colligitur, in *Vita* S. Germani Epiſc Parisi. uti tribuna cœgisse, ex *Gregoſino* Evardi c. 9. Sed & Magistratum, quo Belgradenſis in Croatia civitas olim regebatur, *Tribuni* appellationem habuisse, vulgo Trau vel Trum contracte, scribit joan. Lucius *Triſtor. Dalmat. l. 2. cap. 16.* V. de *Tribunis* Francicis modò dictis, plura apud Car. du Fresne *Gloſſar.* &c. Hinc *Tribunatus*, Officium seu officium *Tribuni* Pl. à quo multùm diverſa *Tribunitia Poteſtas*: Namque *Tribunatus* Pl. duplex, unus Reip. veteris, qui junctus cum *Tribunitia poteſtate*; alter Reip. novæ, qui sine illa. Sub Impp. enim *Tribuni* aliqui, sed tenui aut nulla poteſtate; unde de Thraſea Trio Pl. Tacitus *Annal. l. 6. vana*, inquit, *& non profutura intercoſſio*. At *Tribunitia poteſtas*, pars maxima Regalis Imperii fuit, sub Imp. ut Vopiſcus habet in *Tacito*, quam illi, fine nomine tamen & insignibus, puta toga pura & limine non ſtu ac interdiu parentum, (quod jus cum prædicti Tribuni haberent olim) ac intra proximum miliare (quod nulli unquam Tribuno licuit) opem poſſent ferre, uti Dio refert *lib. 51.* Et quidem accepit hanc poteſtatem primus Jul. Cæsar teste eodem *lib. 41.* in tit. lis primus usurpavit Augustus, qui, cùm Tribuni prioresjus cogendi Senatus haberent, sed non quoties vellent, à Senatu etiam hoc impetravit, ut quoties vellet, id jure facere poſſet, peracuteenim hoc jure iis, qui veteris Tribunatus speciem retinebant. Unde non immerito de ipso Tacitus *Annal. l. 3.* *Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adjungeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret* A quo tempore nemo Imperatorum hunc *Tribunitiæ poteſtatis* titulum omisit: quare tam in historiis quam nummis ac veteribus saxis frequentissima hujus dignitatis mentio. Tanta igitur cum poteſtas hæc esset, Principes quem ad Imperii spem vocaret, hunc illius poteſtatis consortem facere solitus est. Tacitus *l. 1. Auguſtus M. Agrippam jucundum Tribunitiæ poteſtatis, quo ſecundo, Tiberium Neronem elegit, ne ſucceſſor in incerto foret* &c. Sic proin & Tiberius ibi Drusi eam petit, tanquam ſucceſſori; & Sejano injecta spes illius apud Dionem *l. 58.* & Titus apud Suetonium *c. 6.* Patri *collega* factus *in Tribunitia poteſtate*, tanquam proximo ad ſucceſſionem gradu; quales dicti poſtea *Cæſares*, ut vidimus ſuo *loco*. Pergunt eò *Tribunitium ſubſellum*, cujus in *Claudio* Suetonius meminit, *De majore negotio acturus, in Curia medius, inter Conſulum Sellas* ; tribunitio ſubſellio *ſedebat* &c. V. de hac dignitate plura apud Th. Marcilium *ad Suetonium Tito d. 1.* Cafaubonum *ad eundem Auguſto c. 27.* Salmaſium *ad Capitolinum in Vita Pii*, & Vopiſcum *in Tacito Imp.* ubi etiam de *Tribunis Militaribus Conſulari poteſtate præditis*, Alios.

Tribunorum varia apud Scriptores genera.

a. Ærarii, qui à Quæſtoribus Ærarii distinguendi, V. de illis Sigonium *de Jure Rom. Ital. l. 3. c. 8.* Celerum, præfectus erat Equitum, quos *Celeres* vocabant. à Romulo institutus primùm : poſtea Comitiis Curiatis creatus. *y.* Comitiati, dicti sunt *Tribuni militares*, qui Romæ Comitiis designabantur, oppoſiti *Rufulis* qui ab Imperatoribus in exercitu lecti. *d.* Fabricatum, qui *fabricis* armorum præerant, memorantur ammianus *l. 14.* & 15. *e.* Martitimorum, earum habebant in eis maritimis, fluviis ue navigiorum: iidem salinas quoque curabant, de quibus formam habes, apud Senatorem *l. 12.* V. Car. du Freine *Gloſſar.* in voce *Tribunus*. *ζ.* Militum, alii *angusticlavii*, alii *latiſclavii*. alii *Comitiati* , alii *Rufuli* fuerunt. Creabantur Comitiis Centuriatis, habebantque Comitia Magistratuum creandorum causa, ut & Consilia Consularia: iisdem, quibus Consules, insignibus sui ; nonnunquam Patricii, nonnunquam ex Plebe & Patritiis creati : numero primùm tres, dein quatuor, tandem sex, de quibus jam dictum aliquid. At plura de *Tribunis militum* , eorumque *ætate, beneficiariis, emolumentis* , quæ à militibus accipiebant, *ſtipendio* 240. *aur. Rom. ſalariisque*, ut & aliis huc pertinentibus, V. apud Salmaſium *ad Hadrianum Spartiani* , & *Vopiſcum in Probo* ubi de divitione eorum in *Tribunos Legionum* quos *majores*, & *Cohortium*, quos *minores* Vegetius vocat, quoque nonnulla. *n.* Notariorum, apud Marcellinum Com. *s.* Zozimum *l. 5.* hunc proprie Notarii Principum, quorum summa erat dignitas, V. Senatorem *l. 1. Epiſt. 4. l. 6. Epiſt. 2.* Sic memorantur *Tribuni & Notarii simul*, quibus utebantur Principes ad mandata perferenda: de quibus multa habet Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de Mandatis Princip. 6.* Plebis, creati ann. U. C. 317. commodaPlebis adversus Patricios tueri & injurias omnem interceſſionem tali prohibere ſolebant. Hinc jus abnoctandi iis ademtum, A. Gellius *l. 3. c. 2.* Imò, ut ait Dio *l. 37.* necesse non horam abeſſe ab Urbe legitimè poterant. Vel, ut magis arcte Appianus *Civil. 2.* mœnia iis egredi non licuit; ut semper parati essent ad defideria & querelas miserorum excipiendas , ut refert Plut *in Problem.* Unde Livius *l. 9. Imperium penès Conſules, penès Tribunos auxilium*. Sed de his suprà. *ϑ.* Rufuli seu Rutuli, dicti sunt *Tribuni mil.* ab Impp. in Exercitu lecti. *κ.* Suffecti dicebantur *Tribuni* iis dem mil. quos neceſſitate urgente milites sibi ipsis legebant &c. Voluptatum *Tribuna*, occurrit in *Sid. Geta, Th. de Scenic.* alibique, & sic dicebatur, qui *voluptatis* urbis, ejusdemque rum curam gerebat. Ut alias dignitates hoc nomine insignes, in utroque *Codice*, apud Ammianum in *Not. Imp.* in veteribus *Inſcriptionibus*, apud Gruterum *in Indice cap. 5.* Alios, omittam.

Tribui, adde: *Tribus Ipatiis*, quod attinet, intelligebantur *Tribus* nomine, aut cuncti unico è sanguine invicem *Tribus ei*, velut Simeonitæ, vel Rubenitæ, à Simeone & Rubenem, singulatum *Tribuum* auctoribus, genus trahentes, id est, tota Rubenitarum vel Simeonitarum itemuata, qua tum à cœteris, tum ipsa à se invicem discriminata : aut Tribules unico ex territorio quod incolerent, seu ex agris primum tributim assignatis denominati. Nempe, tametsi ex Lege sacra, sub initium distributionis Terræ Sanctæ, *non migrabat poſſeſſio filiorum Iſrael à Tribu ad Tribum, quoniam quisque ageſtis patrum ſuorum in hæreditate Tribus Patrum ſuorum*, Numer. *c. 36. v. 7* poſtmodum amen per coniugia , venditiones aliasque ceſſiones, à Tribulibus ex sanguine aliis factis, ad alios sæpè translati sunt agri, sub ipsum introitum assignati, *& migrabat poſſeſſio à Tribu in Tribum*. Hinc igitur variatim patsimque Tribulibus ex sanguine demum ita commiſſis, ut nullus sortiatur in Tribus territorio primo assignato non esset, qui è alia Tribu aut illuc migrasset, aut illuc orti essent complures; prehabet nihilominus Territatoria à prima *Tribuum* Auctoribus primaque assignatione denominatorum distinctio ejusmodi, ut, tam tit Tribules, ex tabulis Genealogicis accuratiùs designati, invicem dignoscerentur atque inde, c. g. *Tribus Judæ & Rubenitica* nomina, qua Majorum sanguinem spectabant, satis discernerentur, attamen ea Tribus notio, quæ ex sanguine feu itemmate pendebat genitilitio, plurimùm discreparet ab illa, quæ, ratione Territorii assignati pariter indita, à Tribulibus diversi simul generis, proterum ac feculorum varietate agrarias sive Judæ sive Rubenis portiones, simul cum Proselytis Justitiæ occupantibus, retinebatur. Adeò ut Rubenitæ Gaditæ, Asseritæ aliique Tribules in Judæ e g. territorio sedes habentes, ratione Territorii, licèt non ex sanguine, pars essent Tribus Judæ, atque hac notione itidem Levitæ, quibus urbes assignatæ sunt in unius eu jusque Tribus Territorii, Numer. *c. 35.* cum eadem, in qua colocarem-

locarentur, Tribu essent, domicilii seu territorii ratione, diversimode censendi, cum interea ex sanguine unicam conficerent universi Tribum. Joh. Seldenus *de Synedriis Vet. Ebræor. Part. 3. c. 4. §. 1. ubi prius Tribus alias Personales nuncupat, alias Territoriales.* Habebant autem *Tribus* hæ suos Phylarchas, Patres, Principes familiarum, adeoque & suos conventus, in quibus præsiati illi personas omnium Tribuilium, quemadmodum in Comitiis fieri solet, pro more patrio sustinebant. Plurium item Tribuum, veluti tres, quinque, septem, conventum seu domum Judiciam habemus apud Talmudicos; in quibus tamen quicquid decretum erat, לפי שעה *pro tempore* & re nata, in publicam tutelam, neutiquam ex jure ordinario, fieri censebatur. Idem *Parte seu Libr. 2. c. 14. §. 4.* Omnium vero *Tribuum* singularis fuit in Synodo Septuagintaunusvirali, seu Magno, unio, quam apud Amosum *c. 9. v. 6.* אגודתו, *Fasciculi seu Manipuli sui* nomine indigitatam vult Abarbinel. Itaque Synedrii illius numerus non nisi 71. sic e singulis *Tribubus* seni in illud adsciscerentur, tuncenim parium ejusmodi quodlibet è Tribubus singulis selectum, velut Tribus suæ universitatem seu personam seorsim sustinere visum, unionem illam nimis impediisset, quæ auctori *in Sipbri* habetur in אגודתו *fasciculo uno*, seu numero, qui in partes aliquotas, quibus Tribus seorsim singulæ quomodocunque distributæ respondere quirent, divisibilis non erat, sed numerus erat primus, quatenus solum metitur. Id eft, *Synagoga* unica, quæ ipso toto, quà talis erat, ut Tribuum unio, ita nulla ejusmodi divisio esse potuit, ut è partibus ejus sic unitis. Tribus ulla per se suam sibi posset vindicare. Nam quomodocunque respectu Tribuum aliterve primò cooptati fuerint Septuaginta, ex ipsa cooptatione statim factum est, ut eorum universi pariter & singuli, singulis & universis Tribubus in Concilio hoc præsiterint, earumque universitatem & personas haud habita Tribuum singularum, unde cooptabantur, ratione ulla ibi simul cum Principe sustinerent. Quod ita corpus politicum erat, velut Spiritu unico, quà cunctas Tribus respexit, contentum, *πνευμα ἓν ἐν σώμα συνεχὸν ἐκ μερῶν κεφαλὴν συναγόμενον, unum quoddam corpus ex diversis capitibus seu unitatibus coadunatis consistens* aut juxta Peripateticos, corpus mixtum ex elementis, quæ illic, qua elementa, non actu, sed potentiâ manent, & inter se medium quoddam, seu unionem mixtionis facientia dicitur. Idem *libr. cod. cap. 4. §. 11.* Et hinc neque minori Synedrio, Tribus quælibet, quoties de rebus tribuariis, quà talibus, disceptandum decernendumque esset, fuberat. Quod enim habent aliqui, de Synedriis ordinariis seu Vigintitrium viralibus, quæ Tribubus singulis iisque integris præficerentur, quasilia in Platonis Rep. Magnetica, *τὰς φύλας δεκαρχίας, de Legg. l. 11.* doctis reiicitur. Neque sane, quandoquidem ejusmodi fuisset Synedrii, controversiæ inter Tribus minores ortæ ab eorum aliquo rite definiri potuissent: cùm alterius Tribus res ab alterius Judicibus extra Hierosolymam non possent decidi, ut è Magistris Seldenus palàm facit. Atque, ut plurimi *veteres* Græcix populi, unico Amphictyonum Synedrio in litibus inter eos subortis tantùm fuberant, ita *Tribus* singulæ, quatenus provinciæ erant singulares parisque invitem juris, Synedrio Magno unico, utpote religionum omnium fupremo, jure parebant. Idque tum quà *Personales*, tum qua *Territoriales*, tuere Quà *personales*, veluti fi tota *Tribus* majore vi eas pars, ubicunque fedes habens, à vero cultu ad Idololatriam defecerat, seu quid aliud patrarat vindice dignum: Item fi instaurata post calamitates Rep. intermissus Tribus Leviticæ decimarum provventus ex ejusdem actione erat instaurandus &c. Qua *territoriales*, veluti, quoties agros huic vel illi Tribui primum assignatos occupantes, five fanguine fuo imbuerent, five quid ibi, à vero cultu defciscentes aut de Territorii fui limitibus fui confinius, aut de Levitarum in eo urbium numero, aut de ipsarum fuburbiorumve amplitudine, fi quæ tunt id genus alia, controversiam movissent. V. iterum Seldenum *l. 3. cap. 10. v.* 4. De Athenienfium Civitatis *Tribubus* hoc faltem addo: Divisæ illæ fuerunt in *Nauucrarias* quælibet duodenas, quarum singulæ navem unam instructam habebant, Pollux *lib. 8.* Unius cuique autem classis fuit *Naucrarias* aliquando fedeni erant, uti docent Grammatici ex Hyperide, nec enim Legislator juslerat *τοσαυτὰς εἶναι.* Poftea vero numerus auctus est. Qua de re V. plura, apud Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. lib. 3. tit. 4.* & fuprà in voce *Naucrari*: ut & paulò hic infrà in voce *Trierarchus*. Sed nec hoc omittendum, quod de decima tertia Tribu *Adrianide* viz. additâ, cui ab Adriano Imp. nomen, monet Cl. Sponius, ex insigni marmore, quod Georg. V vhelerus Nobilis Angius, Amphidæ patria illa urbis, quæ Oa dicebatur) *Orneidis, Cecropidis, Hippothoontidis, Æamidis, Antiochidis* & *Attalidis*. V. eum *Itinerar. Gr. part. 2. prog. 24§. & part. 3.* quæ agit *de Attica populis. p. 45. & fegg.* ubi totam *Inscriptionem* exhibet, erudito commentario illustratam. Ut verò & de nomine *Tribus* aliquid addam, illud nonnunquam pro *centuria*, aliquando pro cunctis multitudinis parte, quoque occurrere, docet Gronovius *Observation. l. 4. cap. 1.* ubi de *Tribunum, Curiarum, Centuriarum origine*, aliisque huc pertinentibus, &c. 10. ubi locum explicat Juitini, *tribum pedituin* dicentis. V. quoque fuprà, in voce *Tribules*.

Tribus Comitia, apud Romanos vocabantur cum regionibus & locis, hæc, per *Tribus* fuffragia Populus ferebat. A. Gell. *l. 15. c. 27. Quum ex generibus hominum fuffragium ferebatur Curiatis: quum ex censu & ætate, Centuriatis; quum ex regionibus & locis, Tribuia dicebantur.* Differebant à Curiatis, quæ antiquissima fuere, quod in illis fimul vocarentur, qui ejusdem regionis erant, ut quisque suam diceret sententiam, in his verò singuli vocarentur, qui ejusdem Curiæ erant. Itaque, fi contigisset quosdam, qui nomina profeli erant in aliqua Curia, domicilium mutare & in alterius Curiæ locum commigrare, hi non eum iis, inter quos primùm nomen suum profeli erant, ad Comitia Curiata, fed cum vicinis suis ejusdem regionis seu Tribus, ad *Tribuia* vocabantur. Aliud discrimen fuppediat Dionysius Halicarn. *l. 10.* ubi docet Curiata Comitia tum demum rata fuisse habita, ubi & Senatusconsultum præcessiflet, num ad Populum id promulgari oporteret, fuffragiis curiatim collectis, nullo que vitio ex auspiciis vel aliis observantiarum rebus *Tribuia* line SC. vel Sacerdotum Regum, approbatu fierent, atque intra diem unum conficerentur. V. Jac. Oiselium JC. in *Notis in Gellium l. 15. c. 27.* Cauíæ habendorum Comitiorum *Tributorum* fuere quatuor generales: Prima, ad creandos minores Magistratus: Altera, ad Sacerdotes Collegiorum cooptandos: Tertia, ad Leges ferendas: Quarta, ad judicium exercendum. Creabantur vero Comitiis his Tribuni Pl. Ædiles Curules, Triumviri capitales, Triumviri nocturni, Triumviri auro, argento, ære flando feriundo, Tribuni militum, & Quæstores. Item Præfecti Annonæ, Quæstores particidii, Duumviri ædium facrarum. Proconsules tandem, Propræiores & Proquæstores. Verbo, omnes minores Magistratus, qui singulis annis ad sum munus creabantur. Sacerdotes quod attinet, ante Legem Domitiam, lolus Pontifex Max. *Tribuiis* Comitiis creabatur; poltea verò Sacerdotum fuffragatio in plures translata, etiam Pontifices, Augures, Feciales, Septemviri Epulonum & Quindecimviri sacris faciundis hisce Comitiis creari cœpti, V. Nic. Grucchium *de Comitiis Rom. l. 2.* Habuere itiusmodi Comitia Tribuni Pl. cùm illa Tribunitia & Ædilitia, Conlules, cùm Quæstoria essent. Iidem Conlules Sacerdotum quoque Comitia celebrabant, nempe poltquam Lex Domitia obtervata est; Ante eam verò, Comitia *Tributa*, quæ Pontifex Max. creando habebantur, ab uno quoque Tribu habeti solita fuisse, discimus ex Livio *l. 25.* Diebant in illis sententias omnes cives Romani, quibus data erat Civitas cum jure fuffragii: simul enim cum pleno jure Civitatis accipiebant Tribum, in qua fuffragium ferrent, Liv. *l. 38.* & A. Gellius *l. 16. c. 27.* Adeò ut non solùm ii Cives Romani qui in Urbe ipsa habitarent, fed & illi, qui extra urbem in Italia degerent, five municipes ii, five coloni essent, poltquam civitate cum suffragii jure essent donati, jus hoc exercendi haberent poteslatem. Præterea, oportebat Comitiis his adesse Magistratuum Candidatos, item Diribitores, Custodes, Rogatores & Præcones, de quibus diximus *passim*. Locus iis non unus, sicuti Curiatis ac Centuriatis, destinatus erat; quia religio non erat, extrane an intra pomeria haberentur. Hinc reperimus, interdum in Campo Martio, interdum in Comitio, nonnunquam in Capitolio aliquando in pratis Flaminiis seu Circo Flaminio, illa conlule: neque non aliis dicebus Comitiatibus, nifi quis nominationi, in aliis etiam diebus cum Populo sibi agere licere, legem Mussiet, quemadmodum de Clodio Tribuno Pl. docet Cicero *Orat. pro Sestio.* „ Et quidem Ordinarii Magistratus ferè ad finem mensis fuisse ac principium Augusti creabantur; & Tribunorum quidem Ædilium que Pl. Comitia prima erant, tum Conlularia & Prætoria; mox Ædilium Curulium, poli Quæstorum & tandem Tribunorum militum, ut patet ex Ciceronis *Epist. l. 1. 4. ad Atticum, Orat. 2. in Verr.* & Dione *lib. 39.* qui simul docet, ferias alia Comitia, ita esse, ante primum diei horam haberi non potuisse. Modus illa indicendi hic erat: Magistratus, qui ea habiturus erat, utpluribus trinundino ante indicebat, tefte Livio *passim*: quemadmodum de Centuriatis alibi dictum. Habebantur autem non auspicato, ut idem docet & Dionysius *l. 9.* quod tamen non de omnibus auspiciis intelligendum. Cùm enim tria auspiciorum essent genera, *A vium inspectio, de Cœlo affer ratio* & *Tripudii animadversio*: primumque ad Comitia Curiata & Centuriata, ultimum verò ad res gerendas pertineret, medium ad omnia Comitia, adeoque & *Tributa*, adhibebatur. Unde factum, ut, quo die de Cœlo observatum esset, Comitia hæc non haberentur. Cic. in *Pison.* nisi id legem aliquam ferendam, quam omnino Senatus pro temporis necessitate volebat perferri, ut nulla ratione impediretur, Lator illius his legibus solvertur: ficuti de M. ut & Quindio Turconio Trib. Pl. legimus, ut & P. Clodio.

Clodio. Itaque non captabantur auſpicia, neque Augures Pullarii erant in Magiſtratibus maioribus fieri ſolebat, adhibebantur. Ad ipſa vero Comitia quando Populus conveneret, concio habebatur à Magiſtratu eo, qui Comitia habebat; qui de rebus tractandis verba ad Populum faciebat. Ea peracta Populus in duas quisque Tribus diſcedebat, tum ſortitiones fiebant à Magiſtratu variæ: Una erat ac prima omnium, in qua Tribu Latini ſuffragium ferrent; quod factum ante legem Juliam latam; cum in nullam adhuc Tribum aſcripti eſſent. Altera fiebat, inter Tribus, quo ſic. ordine quæque illarum ferret ſuffragium: ad quam ſortem peragendam omnium Tribuum nomina in ciſtellam quandam conjiciebantur, primaque quæ ſorte Prærogativa dicebatur, & principes dabat ſuffragium. ſupra in hac voce. In Sacerdotum vero creatione, quia 17. tantùm Tribus ſuffragium ferre poterant, iidem 35. Tribuum nominibus in urnam conjectis, quæ primæ 17 prodibant, ſolùm ſuffragabantur, reliquis exclusis. Prout itaque quæque primùm exierat, à Prætcone ad ſuffragium ferendum vocabatur; quod quo modo factum fuit, diligentius in *Suffragium*. V. plura hanc in rem præter Auctores præfatos, apud Joh Rofinum *Antiq. Rom. lib.6. cap.* 15.16.17. 18. 19.20. & Joh. Frid. Gronovium *Obſervat. lib. 4. cap.* 1.

Tributum, an à *Tribu*, quòd *tributim* ſolveretur, ut vult Feſtus, an quia ex privato in publicum *tribueretur*, ut alii? Gr. φόρος, à *vectigali* accurate loquentibus (multi enim promiſcuè ſumunt) diſtinguitur. Partitianus in *Marco*, *Vectigalia vel* tributa, *ubi neceſſitas erat, venibit*: ubi *vel* pro φόρῳ poſitum docet Salmaſius. Et *Antonino Pio*, *rationes omnium provinciarum appellari ſi vis & vectigalium*: ubi *per rationes provinciarum* intelligenda *tributa* idem oſtendit. Nempe *Tributa* erant, quæ conferebantur à provincialibus. i. à prædiorum poſſeſſoribus, pro modo agrorum, quos poſſidebant colebantque ac fuere duplicia *capitis*, & *ſoli*, ut infrà dicemus. *Vectigal* verò dictum eſt portorium, & id quod pro mercibus vel importandis vel exportandis, adeoque etiam à transeuntibus ſolvitur, proprie τέλος. V. Salmaſium modò laudatum *Not. ad Lamprid. Alex. Severo*. Utrumque à ſummis poteſtatibus exigitur, ut habeant, unde ſumus faciant ad tuendos bonos, & coercendos malos, Rom. c.13. n.3, 4. 6. Proin meritò. Hinc cùm Nero conſtituiſſet, *omittere omnia vectigalia ideque pulcherrimum donum generi mortalium dare* quale quid etiam in animo habuiſſe Carolum VIII. Gallicæ R. ſcribit Guillardus *Mach. Hiſt. c.13. ſimptum ejus, multum prius laudata animi magnitudine diminere ſenſere, diſſolutionem Imperii docendo, & fructus, quibus Reſp. ſuſtinetur, eos imminuendo*. apud Tacitum *Annal. l.13. c.50. n.1.* Nam, ut habet idem *Hiſtor. l. 4. c.74. num.* 2. in oratione Cerealis: *Neque quies Gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine Tributis haberi queunt.* Adeò ut non line ratione pecunias illiusmodi *nervos* Reſumpſ. appellet Ulpianus, ex Cicer. *pro L. Manil.* Sed ne hic modus excedatur, *Tributum jubeatur modicum pro anguſtia rerum*, quibus verbis iterum Tacitus *Annal. l. 4. c. 72. num. 2.* Druſium commendat; nec, ex adagio Plautino, *res anfractuoſæ cum pulvinari*. Quò facit appoſitiſſima illa Fiſci cum liene comparatio, quam Sext. Aurelius *in Ep. c.* 43. Trajano Imp. tribuit. Et quidem, uti id genus tributorum, quod ex rebus capitur, quibus homines carere poſſunt, quibusque tantùm ad voluptatem & luxum utuntur, *immortali Deo graviſſimum, civitatibus pulcherrimum, Principibus bonaſtiſſimum, plebi iniuſtiſſimum eſt*, Bodinus *de Rep. lib. 6. cap.2.* ſic minimè probandum, qui pro oculis ceſtarum quid exigunt, ut Caligula apud Suetonium *c.*40. velex aere quæſtum captant, ut facere volunt Peſcennius Niger Imp. apud Spartianum: fecit Michael Paphlago Imp. Orientis, apud Cedren. vel ex umbra *Tributum* pendi volunt, ut Plinius habet *lib. 12. cap.* 1. vel ex lotio diteſcere cupiunt, ut Veſpaſianus Imp. apud Sueton. *cap.*23. vel ex pauperrimis ſtipem corradunt; ſicut iterum Caligula è gerulorum diurnis operis partem octavam ibi vendicavit, iterum apud Suetonium *c.*4. & Veſpaſianus à mendicis Alexandrinis ſex obolos virilim exegit, eodem recte *c.*16. vel ex latrocinis & meretricio quæſtu ærarium locupletant, quod itidem fecit Caligula, Sueton *c.*40. & hodierni Pontifices: vel pro quolibet hominum ſingulorum membro cenſum capiunt, ut Frotho IV. Danorum R. à Saxonibus devictis, apud Saxonem Gramm. *lib. 6.* vel pro qualibet cauda jumentorum, ut Margaretha Sueciæ & Danix Regina, à Suecis & Gothis, apud Johannem Magnum *Hiſt. Sueco-Got. l.21. cap.* 19. atque aliis denique quibuscunque titulis ac modis iniquiſſimis, quos ex Romanis Imperii Principibus ſuggerunt, uti graviter conqueritur Plinius *Panegyr. cap.*41. Deſcribatur autem illa in omnes, non tam æqualiter, quam æquabiliter, *cenſu ſique objet reitur, res faluberrima magno futuro Imperio, ex qua bella pacisque munia non virilim, ſed pro habitu pecuniarum fiant*, Liv. *l.* 1. *c.* 42. Unde *Tributum capitationis*, genus ſemper fuit habitum exactionis graviſſimæ, ut ex Amm. Marcellino aliisque conſtat. Ut vero *Tributi* pro ratione virili cuique præſtandi ratio conſtaret. Romani *Cenſum* inſtituere olim, id eſt, deſcriptionem agrorum & reliquarum fortunarum, quo modo dixit Cicero *Verr. 4. Siculos ex cenſu quotannis* Tributa *conferre*: Quod cum muneris Cenſorii primùm eſſet, poſtea miſſi ſunt per provincias, quos vocabant *Cenſores*, qui modum agrorum, quem quisque poſſidebat, metiebantur, & in tabulas Cenſuales referebant. Per *quatuores* eos vocat Imp *in Cod. Theodoſ.* quòd libros Cenſuales emendarent, & omus *Tributi* cenſus ratione habità ex æquo inter cives dividerent. Atque hinc in Evangeliis Κῆνσος, quæ vox Latina eſt *Cenſus*, ipſum denotat *Tributum*, qua de re V. Caſaubonum *Exercit. 16. ad Annal. Baronii* §.7. *n.*12. Pendant autem *Tributum* omnes, *Juſtum enim equum, & ſine minem ſubiectorum neq. privatorum hominum, neq. Populum à vectigalibus immunem eſſe cum ex æquo ad omnes utilitas coram, in quæ jubemur, redeat*, Macenas Orat. *ad Aug.* apud Dionem *l.*52. Ipſique Clerici, Quos licèt à *perfonalibus*, ut ajunt, muneribus obeundis, occupationes facræ officiique dignitas, liberat: à patrimonialibus tamen oneribus non eximi poſſe, Paulus docet *loco citato*, & CHRISTI exemplum, qui drachmam ſolvit, Matth. *c.*17. *verſ. ult.* V. quoque de Romanorum Sacerdotibus, Livium *l.*43. *c.*28. *num.*3. Unde non immeritò Bodinus *l.*6. *c.*2. de abſurda Galliæ conſuetudine queritur, in qua trium hominum genera, Sacerdotes, Nobiles & Magiſtratus ferè omnes, in miſeros opifices & aratores *Tributa* reiciant. An verò ſatius ſit, ut more priſcorum Germanorum apud Tacitum *de Germ. mor. c.*15. *&* 25. utro ſuaque ſponte, an verò legum juſſu *Tributa* quisque conferat, quærritur? Reſpondet Berneggerus, pro conditione horum temporum tutius videri, ut aliqua legum adjectione *Tributa* conſtent, modò acerbitas ac violentia abſit, in *Tac. Germ. cap.*13. *num.* 1. Quare, cùm Friſii in iis exigendis durius haberentur, ab Olenio: *remedium ex bello quærentes, paucum exercitu, dominorum magis avaritia, quam Imperii impatientes*, apud eundem *Annal. l.*4. *c.*72. &c. V. plura, apud Matthiam Berneggerum in *Tac. Germanicum Quæſt. 81.* & 194. Apud Romanos *Tributum* fuiſſe duplex legimus, unum pecuniæ ordinarium, quod *in caput* atque *in ſolum* impoſitum. quotannis exigebatur: Alterum extraordinarium, quod aut ex lege aut SC. pro uſu provinciæ alicujus quando imperabatur, veluti cùm naves, nautas, milites ac ſumtum in eos dare Provinciæ jubebantur. Utrumque qui ſolvebant *Tributarii*; item *Stipendiarii* dicti ſunt, de quibus V. ſupra; & plura apud Roſinum *Antiqq. Rom. l.*10. *c.*22. Sam. Bochartum, qui antiquitus *tributum ex ſolo pecore* in uſu fuiſſe, docet ex hiſtoria Meſæ R. Moabitarum 2. Reg. *c.* 3. & Plinio *lib.* 18. *c.*3. *Hieronymo Parre prior. l.*11. *c.*44. Hug. Grotium *de Jure belli & Pac.* paſſim, Car. du Freſne *Gloſſar.* ubi *Romanum*, i. veterem Galliæ incolam *tributarium* in L. *Sal. tit.* 43. §.5. 8 dici, reſpectu Francorum, qui ab omni tributo *immunes*, V. ſuo loco, notat. &c.

Tributim Sacrum, in Hebræorum Rep. dictum eſt, quod in factos uſus, divino juſſu, erogabatur. Cùm enim publicorum Sacrificiorum, quæ קרבנות שׁני עגלי *Oblationes* ſeu *Sacrificia Univerſitatis*, ſeu *Populi*, nuncupata, bina eſſent genera; Alterum eorum, quæ five jugiter five ſabbatis five Neomeniis five quotannis, ex Legis præſcripto, Num. *c.*28. *v.*2. &c. Ecclæ intempio velut nomine totius Univerſitatis offerenda: Alterum eorum, quæ totius Populi, Leviticè 4. *v.*13. quoties ipſe qua Univerſitas deliqueret, tantùm nomine erant facienda. à Synedrio M. quod perſonam univerſitatis tum induebat. Prioris ſumtus ſubminiſtrabantur, ex Lege illa de dimidio ſicło Sanctuarii, id eſt, integro ex vulgaribus, didrachmæ Atticæ æquiparati ſolito, à quolibet 20. annorum præſtando, in *unum Tabernaculi Teſtimonii, ut eſſet filiis Iſrael in memoriale coram Domino, ut propitius eſſet ſuper animabus ipſorum*, Exodi *cap.*30. *v.*12. Unde etiam *Pecunia expiationum*, כספי הכפורים ibidem dicitur. Eratq; hoc *Tributum* annuum & perpetuum, ſtante Hebræorum Rep. ac Templo poſtmodum ut Tabernaculo primò, ſolutum, idque inprimis ad cocmenda Sacrificia ita publica, diurna, Sabbatica, menſtrua, annua, quæ Populo expiatoria erant. Tertia pars ſicli ſub initio Templi ſecundi, ob graviores tunc facrorum operumque impenſas, edicto temporario adacta eſt, Nehem. *c.*10. *v.*32. & ibi R. Aben Eſra. Dimidii autem Sicli *Tributum* ipſum dicit erat, quod à Tito in orationc ad Judæos habita innuitur, apud Joſeph. *Halac. l. c.* 6. 34. ubi de Romanorum indulgentia verba faciens: *Quod, maximum eſt inquit. Tributum capere Dei nomine ac donaria colligere vobis permiſimus*. Poſt Templi verò excidium, deſinente ſacrificiorum uſu, id ex Veſpiani ſancito in Capitolium Romæ deferre Judæi juſſi ſunt, Joſeph. *Hiſtor. l.* 7. *c.*27. & Philo *Legat. ad Cajum*. V. quoque Tacitum *Hiſt. l.*5. & Cicer. *pro Flacco*. Solvebatur autem *Tributum* hoc, aute annı quinquageſimum, ut conſtat ex Talmudicis, ut ſupra. Nemo enim præter homines, ſervos & minores excludandus erat, nec pauperrate ſumta. V. Villalpand. *Explan Ez. T. 2. l.3. diſp.3. c.46. & in apparatu*

*Apparatus urbis & templi lib.*2*i. seu de Pond. & Mensur. l.*2*. Disp.*4*. c.*31. Neque verò Sacrificia inde emebantur solùm, sed ex eodem Ærario sacro suppeditabantur vestes Sacerdotales atque Pontificiæ, aliaque ad cultum spectantia : Censorum item seu Curatorum Urbis, eorum qui Sacerdotes ritus immolandi atque id genus alios docerent, libros Hieroglyphis descriptos corrigerent, judicia exercerent, aliorum etiam ejusmodi Reip. ministrorum operarumque stipendia ac mercedes in muros, arces, aquæductus, id genus cæteras reficiendi aliosque non diffimiles sumtus, solvebantur; idque juxta Synedrii semper Magni taxationem, Maimonid. *l. cit. c.* 4. Quod supererat, sub anni exitum, holocaustis adjectitiis, quæ קין המוכח *Sacrificia altaris secunda*, nuncupabantur, solebant insumi Quòd si Ærarium non sufficeret, ex aliis sponte oblatis, supplebatur defectus, Jo. Seldenus de *Synedriis Vet. Hebr. l.*3. *c.*10. Ubi addit, quamprimum advenerat dies *Nisan* mensis primus, i. ipsum anni initium, Sacrificia publica tantummodo fuisse emenda, *Sicilo in novum annum bolusio*, non verò iis, qui in anni præteriti Ærario superflui manebant, ni fortè nondum in annum novum, quæ sufficerent, præstarentur : Adeò etiam, ut tametsi in sacrificia quotidiana tunc animalia priftini anni fœlis cœmta haberent, five ad priftinos dominos redhibitione illa transirent, five venderentur, atque pretium haberentur inter res profanas seu res ceratas, pretio in veteris oblationis Ærarium conjecto, quod Semimiliter dicendum, quoties vestimarum in Templo deditarum cementarum aliquot usus non effet &c. De posteriore Idem *alibi*. V. & supra *Thesaurarius*.

die celebrabantur, ut nunc etiam. Ita plebs agrestis in Urbem confluebat, venalia g, permutabat & jure inter se agebat, & suffragia ferebat de negotiis publicis, de quibus vel leges ei permitterent arbitrium rei Senatus ad eam referret. Septem autem intermediis diebus rure degebat, quòd magna pars ob paupertatem suis operarentur manibus. Unde & Varro de R. R. l. 2. Diu magni nostri Majores annum ita divi serunt, ut nonis medio debus urbanas res usurparent, reliquis septem, ut rura colerent. Cùm itaque nono quoque die Nundinæ recurrerent, interque eas septem dies medii, quibus rustici agros colebant, interellent, sequitur inter tres nundinas fuisse quatuordecim dies intermedios, quibus si addas ipsos tres nundinarum dies, fiunt septem & decem dies. intra quos Trinundinum celebrabatur. Quo fine nundinæ à Nitore sic fint, docet Rutilius apud Macrobium Saturnal. l. 1. c. 16. ubi inter alia ait: Ut nono die, interm isso rure ad mercatum, Legeri, accipiendas Romam rustici veni ent, & ad fixa ac consulta frequentiore Populo referrentur: quæ Trinundino die propofita à singulis ag, nisi vestis facile nobcantur. Unde etiam mos retinet, ut leges Trinundino die promulgentur, ubi quod de Legibus ait, sic habet: Legem laturus Magistratus, scribebat eam domi, scriptam referebat ad Senatum, quo facto promulgabatur illa, id eft, in publico ponebatur, ut inspiceret qui veller, inspectamque conferaret: idque per trinas Nundinas feu Trinundinium vel dies 17. quibus elapsis (nam ipso Nundinarum die ferre Legem non licebat) Magistratus Populum convocabat &c. Joh. Rosinus Antiqu. Rom. l. 8. c. 2. Similiter, debitores qui erant, pollquam. Creditoribus esse adducti, nervoque aut compedibus vincti, nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies 60. inter quos trinis Nundinis continuis (quod de poltremis intelligendum ante 60. dies elapsos) ad Prætorem in Comitium producebantur, quantæque pecuniæ judicati essent, prædicabatur: tertiis autem nundinis capite pœnas dabant &c. V. A. Gellium loco cit. Imò in Comitiis Centuriatis ferè semper Trinundinum interjectum fuisse, docet præfatus Rosinus l. 6. c. 3.

Tribubium, apud Athenienses, pecunia erat, quæ dabatur τοῖς ἐκκλησιάζουσι, id eft, civibus, qui Comitiis seu concioni interessent, unde & τὸ ἐκκλησιαστικὸν audit apud Scriptores. Quatuor enim singulis annis ftatæ erant conciones, κυρίαι Ἐκκλησίαι appellatæ; & præter has, si neceffe foret, aliæ quoque extra ordinem, in quas Populus cogebatur: neque verò ii tantùm, qui in urbe erant, convocabantur, fed etiam, fi qui incidiffet res magni momenti, ii qui in agris erant, quæ conciones κατακλητοὶ vocabantur. Quò itaque promtiùs confluerent, tribubus dabatur unicuique ejus gratia in concionem maximè conveniebant ἀὐξεσις seu Athenienfium protetarii & capite censi. Unde jocus Comici Pluto,

Ἐκκλησίαν δ' ὑμῖν ἄλφ τοῦ μὴ γένη λέγειν;

Ubi Scholia, Διαβάλλεται δὲ τὸ ἐπὶ φιλοτιμίᾳ τῶν Ἀθηναίων τεθὲν ὄνομα. Et hac ratione ficbat, ut τὸ πολιτεύειν κοινωνεῖν ἅπαντες, Reip. participes fierent omnes, quod nonet Ariftoteles Politic. l. 4. c. 13. nam divites, ne multarentur; pauperes, ut Tribobum acciperent, in concionem veniebant. Si viz. in tempore adeffent, accipiebant: Sero enim venientibus non dabatur, ut colligere eft ex Ariftoph. Ἐκκλησιαζ.

Βλ. Τοιοῦτόν ἐσθ' ἕκαστος ὑμῶν· χρ. οὐ γὰρ ἔβαλον.
Ἀλλ' ὕστερόν γέ τοἱ δοκῶ δὶς' ἀπόχρησιμος,
Μὰ τὸν Δί' ἤδη γ' ὄψιος, ὃ τὸν ὀβολὸν.

Ad quæ vett. Magistri adnotant, Sero enim venientes non accipiebant Tribobum. Veniebant autem ferò, fi jam tertiùm kalaffet Præco: Præconis enim voce kalabatur Populus, idque ter, quâ audità in concionem eundi tempus erat, ut videre eft apud eundem Comicum Ibid. Primus verò τὸ Ἐκκλησιαστὸν dediffe commemoratur Agyrrhius, cujus meminit Græcus Ariftophanis Interpres; nifi è Vaticana Proverb. Appendice Centur. 3. Prov. 37. ad Callifratum Parnyten id referas: quas fententias tamen fic conciliabis, ut dicas Callifratum hunc primum inftituiffe, ut obolus τοῖς ἐκκλησιάζουσι daretur; Agyrrhium deinde τὸ ἐκκλησιαστὸν feciffe auctius, & ut Tribobus daretur, juffiffe. Floruit hic circa Olymp. 97. ut auctor eft Diod. Siculus l. 14. Ut autem de numero quoque τῶν ἐκκλησιαζόντων aliquid addatur, videtur debuiffe concionem ad minimum effe fex mille Athenienfium, qui fuffragia ferrent, ut rata forent decreta: qui numerus facile iniri poterat, initio illo calculorum, quos in urnas mittebant vel οστρακίνδην, nomina numerando manu, quod Chirofcopi officium erat. V. Sam. Petitum Com. in LL. Aticas lib. 3. tit. 1. Porrò, cùm in eadem Rep. bene meriti ἀτέλειαι donarentur à Populo, isque, ad fœminas quoque, & defunctorum liberos nonnunquam tranfiret honos, hinc Demetrio Phalereo populi fcitum faciente, deciffe Populum Ariftidis nepibus Tribobum legimus, in fingulos dies, apud Plutarchum in Ariftide: V. iterum Petitum l. 3. tit. 6. num. 2. Operis. Sed & cùm naulum Charontis primitus obolus eflet, dein duo oboli ei folverentur, ab Athenienfium tandem Imperatoribus ftipendium hoce ad tribobum auctum eft, Nat. Comes Mytholog. l. 3. cap. 4. De more verò Sycophantarum, apud ftatuam Lyci, velut Dei queftus fui Præfidis, in Foro ejusdem urbis, in dies fingulos tribobum fecandi, V. Zenodotum, Hefychium, Suidam.

Tricidium, Græcè Τεμάχιον, liber Græcorum Eccleſ. in quo Officium in Eccleſiis eorum recitari ſolitum, à Septuageſima, quam ipſi vocant Dominicam Publicani & Phariſæi, ad Sabbatum ſanctum, continetur. Sic dictus, quòd, cùm canones & hymni in ſolennitates D.N.J.C.B. Virginis, & aliorum SS. novem habeant ſtrophas, odas nuncupatas, canones libro hoc comprehenſi ternas odas ut plurimùm non excedant, Niceph. Calliſtus In Synaxar. V. Meurium Gloſſar. Leon. Allatium de libris Eccl. Diſſert. 1. & Suicerum Thesaur. Eccl. in hac voce Auctore Andreâ Cretenſi Archiep. qui, quòd Athletam Chriſtianum ad ſuperandos ſpirituales conflictus hoc velut ſacro celeuſmate hortari ſolicitè voluit, Aliptæ cognomine honoratus eſt, ut ait Dominic. Macer voce Aliptæ, V. & ſuprà in eadem.

Triones, Romanis à terendo boves appellati. Varro de L. L. lib. 6. Triones enim & boves appellantur à bubulis etiam nunc, maximè cùm arant terram. Et quibus ni dicti valentes globarii, qui facile provolundunt globas: ſic omnes, qui terram arabant, à terra terriones, unde triones, ut dicerentur à detritu. At Scaliger triones, pro ſtriones, à ſtria, vocitatos vult, quam proſcindendo ſulcos faciunt. Sic enim Varro idem jubet in ſtriam ſulcos imprimi: & Plinius vetat in arando ſæpius ſtriare; i. ſæpius iterare ſtriam. Hinc Triones, ſtellæ boves ad curſum figurantes, Varr. iterum; de quibus A. Gellius l. 2. c. 21. Puſſus triones dici ſeptem, quòd ita plus ſolis, ita terras irrigona faciant, ad quem l. V. Antonium Thyſ. JC. ut & ubi de Septemtrione egimus.

Tripæa, prædium Herodis Attici, de quo V. ſuprà, & plura apud Car. Sponium Itiner. part. 2. pag. 216. Τρίπυον appellatum Salmaſius ait, qui ſic de illo: In trivüs & quadrivüs factæ aedes erant poſitæ, in tres partes, ſi trivium eſſet; in quatuor, ſi quadrivium, apertæ, ad quas conveniebant pagani ex locis vicinis ſacra facturi — Hinc τρίπυον Herodis in via Appia, ſic appellatum, quòd in trivio conſtituum, in tres partes patuerit & tria τρίπυα habuerit: quod verò τρίπυα in Græcia loca erant à Triopa denominata, Pterodes, in carmine, quo ſanctorationem loci ſui peregit, τρίπυον illud τρίπυον finxit antiqui Triopæ, quem Ceres, ob exſatum nemus ſibi ſacrum, fame affecit — ex τρίπυον revera dictum, quòd in tres partes eſſet pervium & in trivio conſtitutum, ad Solinum pag. 212.

Tripaſſalum, pertica tricuspis, inter Martyrii inſtrumenta, quibus Syri utebantur. Auctor Vitæ S. Ephremi, Poſtride autem Judice pro tribunali ſedente, conſtituerunt coram illo tripaſſalum, & quæcunque alia tormentorum genera, apud Geth. Joh. Voſſium. Ex Græco τριπάσσαλον, eſt autem πάσσαλος, clavus, ut notum.

Tripatium in cœnarum delitiis olim, apud Romanos. Plin. l. 35. c. 12. quod eſt de Plaſtices inventoribus & fictilibus vaſis, Atque ut luxus quoque aliqua coninga ut auctoritas fugilini, tripatium, inquit Fenefiella, appellabatur ſumma cœnarum lauitia. Una erat mutatarium, altera luporum, tertia myxipis piſcis. Inclinatis jam ſtilices moribus, ut tamen eos præſerre Gracia etiam Philoſophis poſſimus, Aliquidem in Ariſtotelis hæredum auctione LXX. patinas venifſe tradiur &c.

Tripedare, vett. Latinis ſaltare vel tripudiare eſt, nam utriusq; verbi eadem origo. Tripudium, τερπάδιον, unde tripedare ſaltare, Græcis τερπιδιάζειν, Gallis olim triper. Eſt autem tripedare & tripudiare, terram ter pede ferire: quod faciebant ſaltantes ad illa carmina proprie, quæ ter pedis percuſſionibus gaudent. Horatius Carm. l. 3. ode 18.

Gaudet inviſam pepulisſe foſſor
Ter pede terram.

Id eſt, gaudet ſaltare. Calpurnius,

Seu canere juvat, ſeu ter pede lætia ferire
Carmina ——

i. ſeu cantare juvat, ſeu ſaltare &c. Carmina illa fuere, inprimis jambicum acatalectum, & trochaicum, ſaltationibus ac ludiſtieis accommodum. Sed & inter militares hi gestus. Vegetius l. 2. c. 24. Saltus quoque & ictus facere pariter adſuefcant, inſpergere tripedantes in elypeum, rurſusq; ſubſilire, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cadentes in terga roſtitre. Inde ad equos vox translata, qui tripedare dicebantur, cùm ad illud genus curſus incitabantur, qui, inter curſum citatiſſimum & ſimplicem communemque inceſſum, medius eſſet: τριπάδα Græci equiſones dixere. V. ſuprà ubi de Trepidiariis ſeu Trepidantibus Equis: ex tripedare enim poſtmodum trepidare factum, ut diximus. Hinc Interpedare, verbum compoſ. ad curſum hujusmodi impellere, apud Symmachum, verbis Jornandi citatis, ubi quaſi παρὰ ῥέθρων Capitolini illa Maximinis, Tum volens Severus explorare, quantus in curvendo (Maximinus) eſſet, equum admiſit multis circuitionibus &c. Tunc, Imperator, inquit, equo adacto in curſum calcaribus incitatum multos orbes, huc atque illuc usque ad ſuam defatigationem, variis inflexibus intripedavit, V. Salmaſium ad Capitolini hanc locum.

Tripes, V. infrà Tripus.

Triphallus & Itriphallus, Priapi cognomina; à voce phallus, Hesychio τὸ ζώπυρον αἰδοῖον αὐθ ἑρμῆς, quales etiam in Bacchi honorem erigi conſueviſſe, docet Lucianus in Dea Syra. Erat & feſtum φαλλα-

φαλλαγωγίας, in quo cunctí phallos adorabant & exosculabantur, de quo V. præter alios Theodoretum *Orat. 1. de fide c. Græcor.* Sed & Comœdiæ nomen *Triphallus* fuit, à Nævio conscriptæ, è qua Gellius hos addúcit versus, *Noctium Attacarum l. 2. c. 20.*

Si unquam quisquam filium rusticum
Argentum amoris causa sumsisse mutuum :
Exemplo illo te ducam, ubi non desipuas.

Eodem titulo insignis fuit Comœdia αὐτοφάλλου inscripta, quæ altàs *Menippea*, Varronis : Item ea, quam Theocles condidit, Poeta Græcus, apud Athenæum l. 11. V. Anton. Thysium JC. *Nouis in Gellium loco cit.*

Triphonius, JC. inter eos, quos in consilio habuit Alexander Sev. memoratur Lampridio : de quo V. Cujacium *Observat l. 7. c. 2.* & Cassubonum *Not. ad h. l.*

Triphylia, adde : In cujus Fano, aureæ columnæ inscripta fuisse gesta ejus, & quidem propriâ ipsius manu, perhibetur. E qua præcipuè, alísque aliorum remplorum titulis atque inscriptionibus, deprómtâ historiâ, natales, patrias ac sepúltæ Deorum Gentilium exequutum esse Euhemerum Messenium, leginus apud Ciceronem *de Nat. Deor. lib. 1.* Arnobium *adv. Gentiles l. 4.* Minucium Fel. *Octavio*, Alios, vel ubi de eo. Sed & *Triphylii Jovis* templum in Panchaja reg. memorat Philargyrius : de quo V. Salmasium *ad Solinum pag 549.*

Triphyllum, Græcè Τριφύλλιον, V. supra *Trifolium*.

Triplex, Græcè Τετράπλεξ, cognom. Mithræ, summi apud vett. Persas Deiquos ni γενέσεως τὸ ηγεμονικὸν Μίθρα, memorigle cognomen *Triplicis Mithræ*, adeoque hoc ipso cognomine præcipuè eum colúisse, leginus apud Dionysium vulgari epitheto Areopagitam dictum *Epist. 7. ad Demophilum*. Et quidem Dionysii hujus interpretes, Pachymeres ac Maximus, sentiunt, Persas, vilo in cœlis grandi Solis miraculo, quod contigit temporibus Ezechiæ R & cognomen & sacra hæc instituisse : ac *Triplicis* nomen Mithræ, i. Soli, dárum, quia dies penè fuerit tripliçatus ; quod adstruere conantur, ex historia sacra, quam legere est 2. Reguin *cap.* 20. & Esaiæ *c.* 38. Vossius verò hanc sententiam pluribus refellens, mavult cognomen hoc Mithræ inditum à Persis illa in Deo existia, *Sapientiæ*, ratione intellectus ; *Bonitatem*, ratione voluntatis ; & *Potentiam*, in exequendis omnibus. Vel cum fic dictum esse, ab triplici Solis efficitu, *calore, lumine, & distinctione temporis* : vel à triplici dierum mensura, quia alii pares, ut æquinoctiales, feu verni, feu auctumnales ; alii breviores, ut præcipuè brumales ; alii longiores, uti tempore solstitii: contendit. V. eum *de orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 9.* ut & supra, voce *Tres* & *Tricipitium*, apud Martialem *l. 7. Epigr. 53. & l. 14. Epigr. 6.* paupertum & Saturnalium dona, puellaris erant, à *tribus* paginis fic dicti : quos *vanos* proin *triplices* idem appellat, *l. 7. Epigr. 72. & l. 10. Epigr. 87.* Iis lautiores ad amicas scribebant &c. V. supra, ubi de *Dipsychis* & *Polypsychis*.

Tripodium, in L.L. Henrici I. *c. 64. In quibus verò causis triplicem ladem haberet, ferat judicium* tripodii l. 60. *solid.* Spelmanno est triplex ordalium, fc. ferrum penfans 60. solidos, feu 3. libras : at Carolo du Freine mendúca etiam pedum, infra quam brachium in cæcabum tenebantur immunitex ; qui æquè terventis judicium subibant, fi triplicis *lanæ* delectum esset, in *Glossar.* V. supra, ubi de *Ferro Candente*, & *Ordalio*, item voce *Lada*. Ex Græco Τετράπλεκτον.

Tripolis, urbs Africæ, adde : Patria Severi Imp. fuit. Spartianus *in eo, Tripolim, unde urbundus erat, consulis bellicosissimis gentibus, fecurissimum reddidit, ne pacem diuturnam, otium gratium & fecundissimum agrum donavit* : ubi Cafaubonus *Tripolim* hanc, à Phœnicibus condítam, & de nomine Syriacæ. Tripoleos fic dictam, ex *Africanarum Ker.* Scriptoribus refert. V. quoque Salmasium *ad Solinum*, non urbis, fed regionis hoc nomen, ex tribus, *Oea, Sabrata & Lepti magna* conflantis, fuisse, contendentem, *pag. 322.* qui idem *Tripolitanam*, Præfidialem olim provinciam, & fub difpofitione Vicarii Africæ fuisse, docet *p. 806.* Addo faltem, manere hodieque vetus id nomen tum urbi, tum regioni, nisi quòd Arabes more fuo *l. pro* 7. feribentes, *Tarabilis* five *Arrobelis* illud efferant, ex eodem Cafaubono *Notis ad Spartianum d. l.*

Tripolium, Græcè Τετράδιτος, herba Musæi atque Hesiodi carminibus inclyta, inter herbas Magicâ potestate præditas, quæ corporibus & domibus amuleta præstent, adversùs fascinum, numeratur Dioscoridi : quam superstitionem verò ipse refellit Theophrastus *Hiftor. Plantar. lib 9. cap. 21.* V. Salmasium *ad Solinum pag. 1067.* Nomen inde, quòd *ter* in die *vertat* floris fui colores.

Tripornium, apud Anastasium *in Hadrano, Fecit — Nymphæum & tripornium, ante oratorium S. Crucis, ubi fant columnæ mire magnitudinis &c.* atrium est vel area *tribus porticibus* constans, cujusmodi ante Ædes sacras olim fuere, uti pluribus docet Carolus Freine *Descript. Ædis Sophianæ num. 20.*

Tripolemus, adde : Nonnulli Rharum, filium Cranai, qui Cecropi in Athenienli Regno fuccessit, *Tripolemi* genitorem faciunt ; Suidas tamen avum mavult, Celei patrem. Quia verò five Rharus, five Celeus Cererem excepérat hospitio, *Triptolemum* agriculturam docuit : qui à plerisque intelligitur *Georgic. lib. 1.* ubi Poëta, inter Deos rusticos, memorat puerum, *arui monstratorem arairi*; aliis ramen existimantibus, non tam Græcum *Triptolemi*, quàm Ægyptium Osiridis Numen figurari. Ita itaque frugum fic edoctus lationem, pollea longâ nave, ad hipphorum usus, frumentum Urbibus distribuit ; quo occasio data Italiæ, quòd serpente alato vectus sit : quanquam & draco potuerit esse *παράσημον* seu insignis navis. Fuisse autem Cereren Heroinam Sicilam, alibi dictum. Non pauci verò Veterum, quæ de Rharo, Cerere, quæ ab eo *Rharia* dicta est, Celeo ac Triptolemo narrantur, ad Pandionis tempora referre malunt, qui post Erichthonium habuit imperium, Erechtheï aitcestor. V. Greh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. lib. 1. c. 18. & 27.* & Salmasium *ad Solinum pag. 750.* & *seqq.* qui *Triptolemum* inter fymbola Eleusiniorum facrorum fuisse, ex Clemente Alex. & Arnobio inter alia, docet. Ex marmore *Triptolemi* simulachrum à Praxitele factum, inter Hortorum Servilianorum Romæ ornamenta, memorat Plinius *l. 36. c. 5.* qui & Sophoclis hoc nomine fabulam laudat, *l. 18. c. 7.*

Tritanitum, rerum gerendarum apud Romanos propitium erat, idque penès folos Patricios. Cùm enim tria essent auspicionum genera, avium inspectio, de cœlo obfervatio & *Tripudii* animadversio : avium inspectio ad Comitia Curiata & Centuriata ; *Tripudii* animadverso, ad res gerendas ; Observatio de cœlo, ad omnia Comitia, adhibebatur, Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. l. 6. c. 20.* ex Sigonio. *Tripudium* autem quasi *Terripavium* dictum est Festo, cùm ait : *Pulsu possimum dabatur pullis in auspiciis, quia ea res necessè erat aliquando decidere, quod Tripudium facreres, id est, terripaviram : pavire enim ferire fo.* Cùm igitur, dum capérabatur augurila, pulli è cavea non prorerent ob timorem, certatimque in escam involarent & avidè eam depascerentur, ita ut vescentibus illis aliquid ex ore relaberetur, & terram pavíret, inde spe hausta mirifica Pullarius, ut confanter fortiretq; cœpta negotia urgerent, jubebat auspicantes, & successus optatos profperaque à Diis omnia spondebat : Atq; hoc *Tripudium Solistimum* vocabant, à *filo*, ut à *medio Atellaffimum*. Poterat verò avis omnis *Tripudium* facere, ex veteri Collegii Augurum decreto : erantque in eo captando verba folemnia *damnare* & *addicere*, illud quidem in finistro præfagio tristique eventu, hoc verò in fortunatis prosperisque auguriis. Livius *Dec. 1. l. 2. Cùm omnium facellorum inauguratione admiterent aves, in Termini templo non addixere.* V. quoque *Decad. 3. l. 10.* Ovidium *Metamorph. l. 15. fab. 50.* Alios. Fuit verò etiam *Tripudium Solistimum*, de quo ita apud Festum legendum docet Jos. Scaliger, *Sani vo fguificat in carmine Saliari, item in Commentariis Augurum* : Sanè item *Tripudium* dicitur, *quod fones, ut cum pullo exiditi puls, quasi dirupedive aliquid ex ore.* Hinc Servius *ad illud Virgilii*,

——— *Tremere omnia visa reponit :*

Hoc, inquit, *Augurium, juxta Auguralem disciplinam dictum est, quod appellatur* Tripudium Solivium, *id est, à sono. Ad quod pertinet, si arbor sponte radicibus cadat, si terra tremat, quod hic Æneas factum ostendit, antequam divina vox responsa perciperet.* Meminit quoque eius Plinius *l. 17. c. 22.* his verbis : *Quæ cavis aves* (nuces nuglandes) *nupsit fecit redigentes, tot modis fatu munire, quod est verisimilius, quàm quia cadendo* Tripudium Solivium *faciant.* Imò & Tripudii *Offini* meminit Festus præfatus, illudque definit, *quod oris canus significat quid portendi, cùm cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus.* V. Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. l. 3. c. 10. cum Paralipom.* Thomæ Dempsteri. Aliàs *Tripudium* generaliter, à *pavire*, id est, *ferire*, ut dictum, de falratione fimitur : faltandò enim *terra pavitur*, Nisi malis fe vocatum, quasi *Tripedium*, ut quo significet numerosum pedum motum, in terram cadentium. V. apud Martial. & supra, voce *Tripedare*. Istiusmodi *Tripudiis* cùm Bacchi sacra semper celebrari fuerint solita, ut annotavit Natalis, hinc ipse *Tripudii Deus* dictus est. Lycophron,

Δαίμων ὀσίοις, ὁμαλὰς, Φανσίβιος·
Deus Tripudii, Phigaleus, Phanferiæus.

Qua de re V. Eorum. Literum *de Lucernis Antiqq. l. 6. c. 27.* & plura, in voce *Saltatio*. Addam faltem, *tripudiantes* rebus bellicis maximè idoneos habitos, Spartam esse, apud Athenæum *l. 14. c. 12.* unde Perfas non minùs *tripudiandi*, quàm equitandi, artem didicisse, refert idem *l. 10. c. 11.* Quò facit, quod de *Tripudio Castorio* multis exequitur Natalis Comes *Mythol. lib. 8. c. 9. &c.* V. quoque supra, in voce *Fefta*, quibus apud Hebræos à *tripudio* nomen.

Tripus, non unius olim generis. Fuere enim alii τρίποδες ἐπιστατικοὶ, five λέβητες ἐπιστατικοὶ, in quibus calefiebat aqua lotutis, vel lebetes lavabiles aquarii dicuntur. Alii fuere *ofcillantes & ἀπυροι, non feminei ignem*, qui ornatui solùm templorum & ædium destinabantur. Cujusmodi tripus ferreus ante Regiam apud Perfas perpetuò ftabat, ut fi cui Rex factus esset iratior, apud hunc *tripodem Regis*, exspectaret sententiam, nemine eum interea custodiente, Procopius *de Bello Perf. lib. 1.* V. quoque Cælium Rhodiginum *lib. 18. c. 18.* In eodem genere fuere *anei tripodes*, præmia certantium. Ἡ γὰρ

Δίνας δ' ἀμφὶς ὑπερτάτω ἐστήκεσαν
Καὶ τετρὰς ἀπύρους ἄφθιτον ἄφθιτος —

Quale *βρῶτιν* Hesiodus dicit se recusisse à certamine Musico, & Mu-

& Musis Heliconiadibus dedicasse, *Oper. & Dier. lib. 2. fub fin.* in certaminibus Baccho inprimis sacris, ut notat Athenæus *lib.* 2. Quod præmium victor non auferebat domum, sed ei Deo consecrabat, cui id judicum dicatum erat, ut de Hesiodo modò vidimus. Sic in *Gijs* Herodoti, ubi de agone Apollinis Triopii, sic in epitaphio Simonidis Cei, alibique legimus. Quæ super *tripode ænea* coram Judicibus collocato, coronas Olympicorum præmia, pœni olim confuevisse, quæ postmodum super mensa statuere sint, testatur Pausanias *lib.* 5. Quem morem expressit Virgilius *Æn. l.* 5.

Munera principio ante oculos, circoq; locantur
In medio, sacri tripodes, viridesq; coronæ.

Etiam iis, qui Ludorum impensas faciebant, præmii loco data cortina, Deo conseerandæ: Atque hi sunt τελεσθέντες χορηγοὶ, quorum mentione Græca omnis historia, maximè autem Attica, referstima est, V. præcipuè Iseæ *Oratu. de Aver. Diogenis*, Lysiam *Apolog. Theoxen.* Demosthenem in *Midiana*, & ibi Ulpianum, in *Androcide*. In his varia argumenta exlabant, quæ ad honorem dantis, aut Dei, cui dabantur, pertinerent: quales aliquot tripodum inscriptiones, apud Herodotum & Pausaniam hodieque extant, & ex Latinis, apud A. Gellium *l.* 3. c. 11. Prisicianum *l.* 1. ac 6. Attilium *Sacr. Ord. Alios.* Brevis apud Plut. *initio Aristidis*: hæc legitur: ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΕΝΙΚΑ. ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ. ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ. V. Cataubonum *ad Augustum Suetonii cap.* 52. Præprimis verò celebris fuit, *Tripus* Apollinis, qui Diod. Siculo, ubi de Oraculi Delphici origine, in hæc verba memoratur, *lib.* 16. *c.* 6. Antiquitus Fama invaluit, capras Oraculum invenisse: *cujus* gratiâ & Delphici hæ tempestate capris ut plurimum, in eo consulendo, sacrificant. Invenitum verò ita ajunt: Quum eo in loco, ubi nunc Templi adytum est, terræ hiatus pateret, circumque terram pascentes capræ (quod fit. Delphi eo tempore inculti erant) frequenter contigit, ut ad cavum illud capra quapiam accedens & introspiciens, miris quibusdam exultationibus, & voce prius ei inusitata, incredibilem Pastori suo admirationem concitaret, adeò, ut & ipse spectatum ejus loci situm accesseit. Eum tunc, quod capris evenerat, perturbatio ingens corripuit; ut ille ea propemodum, quæ divino furore vexatis accidunt, patereturi: hic verò, præter illud etiam, fissura prædiceret. Quapropter apud eos, qui Regionem omnem divulgatâ commotione mentis (quæ ad hiatum accedentibus obvertitur)complures illo concurrebant, tentandi, gratiâ quicunq; propius se inferebant, divinabant, agitabantur Spiritu. Propterea res in admirationem versa, crebritumq; terræstre illud esse Oraculum. Et aliquando servatum est, ut consulturi de rebus suis, ad hiatum se promiterent, alterve alteri darent responsa. Sed quum multi ex furore in præceps desilirent, institutum est, ne quispiam periclitaretur, ibi fe quenam ad omnium usum deligi, à qua prædictiones acciperentur: ei verò machinam erigi, super quam tuto & divinitus afflari ac consulentibus responsere posset. Quia autem hæc fissura tribus sustinebatur, ideo *Tripus* nominata est: cujus faciem ferme & nunc retinent ænei tripodes. Hunc itaque insidentem Pythiam *frigidius spiritus in quodam vetus vento, in sublime expulsus, in secordiam verubat, impietatq; Deo responsa consuetudinis, dare cogebat*: Justin. *lib.* 24. Qui spiritus ubi vetustate abolitus, voluit Plutarchus *de defect. Oracul.* delisse Oracula, V. Eusebium *de Præpar. Evangel. c.* 5. fed veram cessationis hujus causam, Genes. *c.* 3. *vers.* 15. Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 6. *c.* 21. hac de re sic: *Eo ipsius*, inquit, *ex intimo specu edito, quasi divino afflatu Phœbus in* Tripode *stans, mente furibunda fata dicebat, quibus fari licebat, consulentibus canebat responsa. Licet ferunt, Apollinem ex mensibus apud Lycios, sex apud Delum, vaticinari: Quia Oracula nonnunquam desiisse, nonnunquam Kalendis, nunc die orienti, nunc desinente, responsa dabant; quæ à mulieribus tantùm, quæ erant Templi vates, vaticinantibus in medium ferebantur. In quo id præcipuum, ut qui Oraculum consuleret, brevi admodum oratione, quid vellet, exponeret: ut, nullum Latinè vertebat rerum Oraculum; neq; ejusdem prius, quam ab imo, dum sacrificabant, tota victima contremiscere.* Hinc, quòd versifima Oracula Delphis fundi crederentur, οἱ τὸν τρίποδα dici cœperunt, proverbiali figurâ, quæ vera sint & indubitata. Meminere Tripodis hujus *Tripodumq;* in plur. fæpiffimè Poetæ. Virgilius *Æn. lib.* 3.

Qui Tripodas, *Clarii lauros, qui fidera sensit.*

Non enim sine lauro *Tripoda* crigi in Bœotia potuisse, docet Palæphatus, ubi de Ladone. Idem Æneid. *lib.* 5. *Sacros Tripodes*, habet, ut alia omittam: V. plura de hoc Apollinis *tripode*, apud Fortun. Licetum *de Gennis Annular. Schem.* 15. *cap.* 79. Alex. Rossæum *de Sacrif. Gentil. Alios.* Addo falem, præter hunc, etiam Athenis alibique, menfas hujusmodi Deorum, seu *tripodes* fuisse, ubi Oracula similiter à Phœbadibus, iis ea in parte, quæ ἀνάκλισις vocabatur, superimpositis, unde & τὰ ἀναθέσεις κλίσεις τρίποδας dicti Athenæo *lib.* 2. fuerint editæ. Etiam in iisdem *tripodibus* alicubi fortes, è quibus Gentiles futura didicerint: imò & simulachra quandoque (velut Veneris, Dianæ, Proserpinæ & Cereris, apud Pausaniam *in Messen.*) fuisse collocata &c. V. & supra voce *Cortina*. Tandem fuere *tripodes τραπεζοφόροι*, quibus mensæ innitebantur. Quò pertinent *Tripodes*, apud Athenæum & in marmoribus vetustis, in quibus duo vel tres edentes repræsentantur: quos sepulchralium cœnatum effigies esse, diximus supra, ubi de *Triclinio*. Item sellula rustica, in qua S. Martinum sedisse, refert Sulpitius *de vita S. Martini Dial.* 2. *tripodia* vulgari sermone dicta &c. Sed & *tripodem*, instrumentum Musicum, à Pythagora Zacynthio excogitatum, habes apud eundem Athenæum *Dipnosophist. l.* 14 *c.* 15.

Tricregium, apud Ecclesiæ Rom. Scriptores, appellatur triplex Pontificia corona, quam Bonifacii VIII. inventum esse nonnullis, legas apud Macros; sed effigiem hujus Pontificis, in Lateranenfi Æde unam tantùm coronam in camauro habere, ipsum verò secundam, tertiam Urbanum V addidisse, Paulum tandem II. tres protosissimas coronas, à suis Antecessoribus prætermissas, in camauro renovasse, ac Nicolaum Beneventanum usu *Tricregni* prohibuisse, hi contendunt. Imponit a. novo Pontifici *Tricregnum* primus Diaconus Cardin. his verbis: *Accipe Tiaram tribus coronis ornatam, & scias te esse Patrem Principum & Regum, Pastorem orbis in terra, Vicarium Salvatoris Nostri Jesu Christi, cui est honor in secula seculorum, Amen*: uti habes apud eosdem, in *Hierolexico*, voce *Mitra*. V. quoque C. Pascha'ium *Coronar. l.* 9. *cap. ult.* item ubi de *Annisitio* 1 *Imp.* cujus dono ad Chlodovæum Francor. R. inde Romam perveniste coronam humusmodi, sunt qui tradant.

Trieremis, inventum Aminoclis Corinthii, juxta Thucydidem, laudatum Plinio *l.* 7. *c.* 56. V. supra ubi de *Navibus* & *Triecrachis Athenienfium*. Item domus nomen, Agrigenti, de qua lepidam historiam narrat Timæus Tauromitanus, apud Athenæum *l.* 12. *c.* 1.

Trisagium Hymnus, Græcis Patribus & in vett. *Liturgijs*, ὁ ὕμνος ὁ τρισάγιος ὕμνος, item οἱ Τρισάγιοι, ab Angelis decantatus, memoratur Elijæ *c.* 6. *versu* 3. & Apoc. *c.* 4. *vers.* 8. his verbis. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*: ac illustratur pluribus, ab Athanasio *Tom.* 1. *edit. Parisf. ann.* 1627. *p.* 154. Epiphanio in *Ancorato* § 10. & 26 Cæsario *Dial. l.* 1. *resp. ad interrog.* 13. Ambrosio *de Fide lib.* 2. *c.* 4. Fulgentio *lib. de Fide ad Petrum Diac.* Alijs. Atque hic ter sanctus Hymnus in hunc modum canitur, in *Liturgijs* Basilij, Chrysostomi & Gregorij. Introducta autem est in Ecclesiam Cpolitanam & alias Orientis Ecclesias, confuetudo τοὺς Τρισαγίους sic recitandi, Ἅγιος ὁ θεὸς. ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri*: de cujus origine V. Joh. Damascenum *Orthod. Fidei l.* 3. *c.* 10. & *Epist. de tersanctio hymno ad Jornandem Cæsubiarch.* ubi eam in Procli Patr. tempora refert, & in Concilio Chalcedon. quoque sic hymnum decantatum, addit. Postea Petrus Gnapheus, fede Antiochenâ per fraudem occupatâ, cùm in omnes eos, qui Deum crucifixum & passum esse non agnoscerent, nempe *secundum ipsum Deitatem*, anathematis fulmen evibraffet, affectas fuos coegit hymno τρισαγίῳ addere hæc verba, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, *qui crucifixus est propter nos*: quod additamentum prolixè refutarunt Felix III. Papa Rom & Joh. Damascenus præfatus, offendentes hymnum hunc tori SS. Trinitati dictum esse, & has voces *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus* tres personas; has autem. *Deus exercituum*, divinitatem unam; indicare, atq; adeò *ter sanctum* prædicari non unam aliquam personam, fed Τρισυπόστατον Θεότητα, *Essentiam divinam tres Personas complectentem*. In *Liturgia* feu Canone univ. Æthiopum hæc formula extat. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Pater omnipotens; Sanctus, Sanctus, Sanctus, unicus Jesus Christus, Filius, Verbum Patris; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Spiritus Sanctus, fortis, immortalis*: ubi vocem Sanctus novies repetunt (quod etiam in Apocryphis seu locis quæ damGræcæ editiones habent) attamè non nisi unam subjiciunt invocationem, quâ simul SS. invocant Trinitatem, semel dicentes, *Domine miserere nostri*. Postea in eodem Can. repetentes Seraphicum illud carmen, vocem *Sanctus* quater pronuntiant subjectâ hac compellatione, *Adoramus te Christe, cum Patre tuo optimo & misericorde & Spiritu S. vivifi: tu vocatis & liberasti nos*. Quæ verba licèt fanum fenfum ferre possint, apparet tamen ex *Filii Æthiopum Declarat.* factâ per *Zaga-Zabo* Episcopum & Legatum, Latinè translata per Damianum a Goes, non plene ab Æthiopibus fuscipi Concilium Chalcedonense, quo Eutychis errores damnati sunt, ut vidimus. Musarabes hymnum eundem fic pronuntiant. *Agios, Agios, Agios, Domine Deus Rex æterne, ubi Sanctus & gratias. Bibl. Patrum tom. VI.* qui modus grandi eandem nobis commendat doctrinam de celebratione & invocatione Trinitatis in Unitate & Unitatis in Trinitate. V. & V. Joh. Forbesium *Instructionum Historico-Theologic.* l. 12. c. 16. ut & voce *Trisagium*. Cl. verò Suicerus, τὸ Τρισάγιον ab hymno Ἐπινίκιον seu Cherubico, diversum, atque in illo, Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, in isto, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ: Illum initio Liturgiæ, ante Epistolæ lectionem, cani, inque eus fine figillum à Patriarcha fieri; istum post Catechumenorum & Pœnitentium dimissionem recitari solitum: illum, *Trisanctum*, istum *tersanctum*, appellandum esse, docet *Thef. Ecl.* voce Τρισάγιον, ubi de origine Hymni, aliisque hac pertinentibus varia.

Tricamerarius, apud Jo. Nigrum in *Chron.* Aquisgran. *lib.* 3. *n.* 1. *Wilhelmus Aquensis, Henricus frater ejus* Tricamerarius *noster & fideles nostri* &c. dicitur, apud Sammarthanos, qui Jacobum Serenum Archiep. Ebredunensem. adiisse Rudolfum Imp. ac ab eo impetrasse confirmationem privilegiorum suorum, *& dignitate* Tricamerarii *perpetui Camerae Imperialis* adauctum, scribunt. C. du Fresne *Glossar.*

Tricites, apud Isidorum, valis genus, ex Graeco τριτικλῆς, q. *tricurrium*, ipse *tripedem* exponit. Salmasius *ad Lampridium in Commodo*. Sic τριτικλεῖα in multis nummis Siculis visitur in averſa parte, *tria* ſ. hominis *crura*, ad deſignanda tria Siciliae promontoria. *Sicilia* enim *in triſceli poſita*, Hyginus *de maximis Inſ.* h. e. *ὡς τὸ τεσσελλὶς, τριγωνὰ formâ*, uti videre eſt ſuo loco, item voce *Trinacria*. V. eundem *ad Solinum* pag. 135. uti de *Triſcilidis* Haereticis. Deum *triformem* fingentibus. Auguſtinus *de Haeres.* 74.

Tricturria, apud Juvenalem *Sat.* 7. ubi ille in Patricios ſcenica officia tractantes, populumque iis applaudentem, invehitur,

——— *populi frons durior huius,*
Qui ſedet & ſpectat tricturria *Parthorum.*

plerisque ſunt *ter ſturritae*. Scaliger *Tranſturria*: Sed Petitus *Tribharia* legi vult, vocem formatam à *tricha*, in qua Laureolum cruciarium deſtitutum populus ſpectabat &c. *Comm. in LL. Attic. p.* 246.

Triſaxia, Gr. Τρᾶϐιξ, voce compoſitâ dicebatur, in Eccleſia Graeca, hora tertia & ſexta. *Liturgia* Chryſoſtomi, ὁ κύριος ἐλάλησεν τὴν τρᾶϐιξαν, *Chorus pſallis triſaxiam*. V. Meurſium *Gloſſar.*

Triſcilympiades, Graece Τεσσαρακονταετίαι, dicebatur, qui *ter triciſſies* in Olympicis Ludis; quod triplex decus qui reportaſſet, ex ejus membris ſtatuae ſimilitudo, quae talibus crigi ſolebat, ex primebatur, cujusmodi ſtatuas *Iconicas* appellari conſueviſſe, diximus ſuprà. Et quidem memorat Philoſtratus, expeditum curſorem veniſſe Gades, jubentem ſacrificare Διαγόραις, ac Nemeen τεσσαρακονταετηρικὴν celebrare, in *Vita* Apollonii *lib.* 5. V. quae retro de *Olympionicis* adnotavimus.

Triſomum, in Cometerio Cyriacae, viâ Tiberinâ, Romae, apud Car. du Freſne, ſepulchrum eſt *trium corporum* capax, uti alibi *biſomum* duorum, V. ſuprà, voce hac, ablique paſſim, inprimis ubi de *Arcis ſepulchralibus.*

Triſtata, apud Fridegodum in *Vita* S. Wilfridi *cap.* 15.

Convenere Duces, nec non Baſilicia pubes,
Triſtatae, *Comites*, *vulgi promiſcua ſtrages:*

ex Graeca Τεσσαρες ἐλ, quâ voce Graeci Interpretes utuntur, Exodi *c.* 14. *verſ.* 7. ubi de Pharaone Iſraelitas perſequuturo, *καὶ ἔλαϐεν ἑξακόσια ἅρματα, καὶ τεσσαρὰς ἐπὶ πάντων*. Et *lib.* 4. Reg. *cap.* 7. *verſ.* 2. *Καὶ ἀπεκρίθη ὁ τεσσαρὰς*. Quorum locorum *Ilo Ducer*, hoc *Tribunum*, Tremellius & Junius interpretantur. Hieronymus, *Triſtatae apud Graecos*, inquit, *nomen eſt ſecundi gradus, poſt regiam dignitatem, quos nos Magiſtratus utrinq; militiae & Praefectus annonarii tituli vocamus, in Ezech. cap.* 23. V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *Hiſtoriolem*. At Τεσσαρὰς in Scena vet. dictus eſt, qui *tertium* in choro locum tenebat, Salmaſius *ad Solinum* p. 133.

Triſtega, apud Sugerium *de Conſecr. Eccl. S. Dionyſ.* eidem *Gloſſarii* Auctori laudatum, *Ad triſtegas & propugnacula faciendа:* machina eſt bellica, turris viz. *tribus tabulatis* conſtans; ex Graeco Τέσσαρα, quod a difficium in genere notat tribus contignationibus ſeu coenaculis conſtans. Unde *Sexſtega* de eodem dixere recentiores ſeu *ſexcubitalis*, prout vero de coenaculo ſuperiori, quod *ſexagena* Graecis. V. Abdiam Babylon. *Hiſtor. Apoſtolor. lib.* 3. Gregor. Turonenſem *lib.* 8. *cap.* 42. Marth. Parin. A.C. 1247. Alios. Quo ſenſu & Graecum Τέσσαρα occurrit Actor. *c.* 20. *verſ.* 9. V. Chriſt. Becmannum *Originib. L.L.* voce *Deris*.

Triſtis Color, pro obſcuro & nigricante & nimis faturo, qui *auſteros* aliter, occurrit paſſim, & blando ſeu *laeto*, i. acuto & claro opponitur. Nempe cùm hic multo lumine radians oculos exhilaret, ille colore magis, quàm lumine, fatur, obtuitor ac *triſtior* evadit, acieque oculorum veluti contundit, & ſpecie furda verberat, unde & *ſurdus* Plinio. Sic *triſtis ſapor*, pro amaro: *voce ſc. ab animo ad ſenſibilia translata*, ut ait Salmaſius *ad Solinum* pag. 200. ubi multa hanc in rem. Aliàs *triſtis* quis propriè dicatur, notum: cujusmodi hominibus non licuiſſe prodire in conſpectum vetti. Perſiae Regum, diſcimus ex facra Nehemiae hiſtoria *cap.* 2. *verſ.* 1. *& ſeqq.* At Titi Imp. vox egregia, *Non oportere quemquam ſe formam Principis triſtem diſcutere*: ob quam *amor ac delitiae generis humani* meritò appellatus eſt, uti apud Suetonium *in eo* legimus *c.* 1. Huic planè antipodem ſe praebuit Domitianus, in cujus amicis, ad Epulum etiam Imperiale vocatis, magnum pallorem agnoſcit Juvenalis *Sat.* 4.

——— *vocatur*
Ergo in conſilium Proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miſerae magnaq; fedebat
Pallor amicitiae ———

Sed & *triſtis*, pro ſevero; unde *Judex triſtis & integer*, apud Cic. Et Aurelianus *Epiſt. ad S. P. Q. R.* ubi de Zenobia, *Si ſirent, quae-ſtis illa eſt mulier, quam pruvens in conſiliis, — quàm larga, quam neceſſitas poſtulet, quàm* triſtis, *quum ſeveritas poſcat, apud* Treb. Pollionem *Vita Zenobiae*. Et *triſtiſſima virtus*, apud Papin. Statium *Thebaid. l.* 7. *c.* 51. ubi Barthius, *Severiſſima*, inquit. *Bellica fortitudo nemini parcens. nihil de armorum vigore remittens, inſuperabilis, inexorabilis, ut Horatianus Achilles*, &c. V. quoque hic paſſim inprimis ubi de *Faſtis*, à quibus omnem *triſtitiam* abeſſe volvere Vett. nec non in voce *Moſſilia*.

Trita Toga, pexae oppositum. Martialis *l.* 2. *Epigr.* 58.

Pexatus pulchre videtes mea, Zoile, trita.

Sunt haec trita *quidem, Zoile, ſed mea ſunt.*

Pexae nempe dicuntur veſtes, quae multo floccu opertae ſunt, eoque arte ſullonis pectuntur, uti ſuprà dictum in hac voce, at multo ſiſu deſloccantur ac deterantur veſtes & obſoleſcunt, qualia Cynicorum praecipue tribonia fuiſſe vidimus &c. V. Salmaſium *ad Solinum* pag. 390.

Tritae, apud Auctorem *Hiſtoriae Landgraviorum Thuringiae cap.* 167. *Ex illa liga Tritarum* ; tritores ſunt ſeu trituratores: quod nomen, cùm proprie tribuatur iis, qui *flagello* vel baculo grana excutiunt, militari turmae ſeu ſocietati circa A. C. 1431. in illa regione exortae, datum eſt, an quòd armorum vice flagella ruſtica deferret, an quòd triticeas meſſes paſſim detereret, Germ. *der Flegelern*, i. Flagellatorum, ut idem Auctor ſtatim ſubjungit. V. quoque eum *cap.* 105. Alii fuere *Flagellatores* itidem ſeu *Fratres Flagellantes* appellati, qui bis de die intrantes Aedes Sacras & *flagellis coriaceis habenibus aculeos ferreos in extremis nodis ſe ipſos* ante & retro, *ſed praecipuè in ſcapulis*, *genitoribus*, *ſanguinem proprium excutiebant*, *canticum ineuntes ſonorum Deo canentes*, uti legere eſt apud Joh. à Leidis *l.* 29. *c.* 15. & Continuatorem Nangii vernaculum ſub A. C. 1347. V. quoque ſuprà.

Tritanus, adde: *Tritannum* vett. libri ſcribunt apud Vopiſcum *in Firmo*, quem *ter vir acto ſtrenuè firmiſſe*, *ut ipſum Tritannum vincerет*, ait; ut & antiqua *Excerpta* Solini verſibus ſcripta, ubi legitur,

Piribus eſt rumor nimium valuiſſe Tritannum.

Fuit autem is gladiator, Samnis armaturâ celebris, coeterum ita natus, ut rectos transverſoſque nervos toto corpore cancellatim haberet, eoque omnes, quibuscum congrederetur, ſuperaret. *Pari modo natus filius ejus, miles Civis Pompeji, ita ſpreviſ hoſtem provocantem, ut inermi eum dextrâ ſuperaret*, Plin. *ibid.* V. Salmaſium *ad Vopiſcum d.l.* & Solinum *pag.* 35.

Tritheitae, Haeretici, in SS. Trinitate *res ſubſtantias & Naturas* aſſerentes, auctorem habuere Jo. Philoponum Philol. Alexandr. Hoc ipſe tempore, contra quem ſcripſere Leontius Mon. & Georgius Piſides Diac. teſte Nicephoro *l.* 18. *c.* 48. Ejusdem farinae fuere Peraze, Valentinus Gentilis, Alii, de quibus hic paſſim. V. inprimis Cl. Suicerum *Theſ. Eccl.* vocibus Τρεῖς, Τριθεῖται, Φύσεις.

Trithemius, adde: Ejus duo artificia Chymica, quibus ignes procura verit aeternos, memorat Scholiaſtes *ad Libavii lib. de Nachiha cap.* 6. eaq; dicit eſſe duo lumina aeterna, quorum lampades conſtruêtae potuerint quolibet loco reponi. *Sum*, inquiens, 2. lumina, quorum *prius* mireſt ſulphuris, & aluminis calcinati quaternae uncias & in ſublime actis flores conficit. Florum ſexcentum cum ſemuncia jungit Boraſo Cryſtallino Veneto uncialis: inq; concha vitrea contritis affundit Spiritum vini quater deſtillatum & facta digeſtione, abſtracto illo, novum reponit; idq; repetit bis ter vel quater, donec ſulphur in aëra lamina candeſcat facta fine fumo inſtar cerae fluat: Hoc pabulum eſt. Poſtea adornandum & elly chnium eſt hac arte: Asbeſti lapidis ſilamenta longitudine fere digiti auricularis, craſſitie verò medii ſecolligantur fabrico albo. Facto nodo, in ordine Veneto, ſulphure ſeu alumine prius purgato, conſpergitur tumus laturq; & in aëna calente horis 24. decoquitur, bulliente ſemper ſulphure. Inunctum deliburatumque ſic diſponitur, in concha vitrea, ut emineat paululum; aggeritur ſulphur praeparatum, concha in aerem calentem infertur, ut liquefcat ſulphur & comprehendat ellychnium: quod incenſum ardet jugi flammâ, poteritq; lampadem quolibet loco reponere. Hic eſt ignis aeter-nus prior. Poſterior ita habet: Salis coſti libras affunde aceti ex vino forti; abſtrahe usq; ad conſiſtentiam olei. Redde novum, macera, diſtilla, ut antè; idq; quater: In aceto hoc in-funde vitri antimonii ſubtiliſſimè laevigati libram: Reponein-fuſionem in cinerem calidum horis ſex claufo vaſe, ut extraha-tur tinctura rubicunda. Effuſo iſto aceto, ſubmitte aliud. atque iterum extrahe, repetens laborem, donec tota rubedo reſolura ſit & extracta: Coagula extractiones, usque ad olei conſiſtentiam; quam in balneo rectificа ad puritatem: Cape deinde pulverem antimonii, ex quo rubedo extracta eſt & in minutiſſimum pollinem redige; cui in vitrum injecto infunde oleum rectificatum: abſtrahe & rede ſepties, donec corpus devoret totum ſuum oleum, ſtatq; ſiccum: Hanc extrahe per vini ſpiri-tum toties mutatum, donec eſſentia tota exierit: Menſtrua collecta in phiala Venera indu cta papyro quintuplicì deſtilla, ut, ſpiritu exeunte, in fundo maneat oleum incombuſtibile, cujus ufus eſt cum ellychnio, ut ſulphuris, de quo antea. Quo de artificio, quid ſentiat Fortunius Licetus, V. eum de *Lucernis Vett. lib.* 2. *c.* 44.

Trithinga, apud Anglos dicitur tertia Comitatus seu provinciæ pars, continens tria vel quatuor Hundreda, seu centurias, cui qui præerat, *Trithingereefus* dicebatur, ad quem deferebantur causæ, quæ definiri non poterant in Wapentachiis seu Hundredis : uti, quæ in *Trithingia* decidi nequibant, in Sciram. Partitum autem in Hundreda & *Trithingas* Anglium fuisse primum Alfredum R. legimus, apud Ingulfum pag. 870. & Matth. Weftmonafterienfem A. C. 892. *Hotie vero, ex eum Lege antiqua evanuit, nomine tantum Trithingmanni*, quo pacto LL. Edvardi quoque appellant qui alibi *Trithingereefus*, ut dictum ; *remanente & in Conftabulario parochiano alicubi refidente*, ut ait Watsius apud C. du Freine *Gloffar. Triticum* & Panis, voces non funt Heroici carminis, fed pro iis Ceres ponitur à Virgilio, annotante Jul. C. Scaligero *Poetic. lib. 4. c. 16.* Erat culmus in manu Senatûs pingebatur olim, ut indigiteratur, Oftium, reftis negua corona, regalique dignitate conjugi fuæ ftidi, procul ab Ægypti Regno fuo, vagantem per orbem, exteras gentes ad vitam civilem & frugum culturam perduxiffe ; ut in ejus columna fepulchrali legere eft, apud Diodorum Siculum *lib. 1. c. 2.* V. Fortun. Licetum *de Lucernis antiqq. l. 6. c. 115.* Hinc culmus *Triticî* cum plena fpica, furgens ex angulo triangularis alpidis Ægyptiæ majoris, in furerna veteri, apud eundem, Symbolum Ægypti eft, memorabili fcrutinate & incomparabili frugum feracitate celebratiffimæ. V. Plinium *l. 18. c. 10.* Jofephum *lib. 5. de bello Judaic. c. 11.* Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lect. l. 29. c. 21. &c.* Unde vel ab Ethnicis *Florentum Orbis publicum* Ægyptus dicta, & Genef. *c. 41. verf. 45.* Jofephus univerfæ Terræ fameficenti inde profpicienti, optimo jure nuncupatus eft *Salvator Mundi*, Idem Liceius *l. cod. c. 96.* Nomen à *τέρω, τρίω, τρίζω*, quia facile è folliculis in area *exeritur* & inde in tenuiffimam farinam refolvitur, Chr. Becmannus *Origin. L. L.* voce Tero Sic nama, proprie dicitur, quod è fpicis *tritum* eft. V. fupra paffim, ubi de *Farre* inprimis. & *Frumento*.

Triton, adde : Notiffimus equifonum Neptuninorum Barthio, *ad Thebaid. Statianam* 5. *verf.* 707. ubi eodem miniftro ad fedandas revocandasque aquas Neptunum uti, docet ex Ovidio *Metamorphof. l. 1.* Alii plures fingebantur ad miniftrium Venetis aquoreæ, quique æquor iter facientis, quorum principem pulchre defcribit Claudianus *in Nuptias Honorii* : de reliquis augure Appulejus *Metamorph. l. 4.* Vectam certe *Tritone* per mare Venerem etiam Nonnus habet *lib. 1.*

Η' ποθὶν Τρίτωνι φιλοξείνοιο Λιβύηθεν.

Quod qua celeritate fieri conveniebat, indigitat Claudianus,

—— *ut pectora movit*,

Jam quarto Paphias trabibus fulcabat arenas.

Imò omnium Deorum marinorum buccinatores & tibicines habiti funt : quippe tubicinis cum par videndum fecundum Vett. monumenta, à Mariangelo Accurfio, proavo fuo, dono miffum Româ, fe aflervare, fcribit Cafp. Barthius *ad Achilleidem Papin. l. 1. verf. 54.* V. quoque eum *ad Epithalamium Honorii*. Hinc in Theatris olim *Tritones* buccina mugientes foliti produci. Corn. Severus in *Ætna*,

Nam veluti refonante diu Tritone *canoro*,
Pellit opus collectus aquæ, vibrata, movere
Spiritus, & longas emugit tibicina voces,
Carmine, ſi irrigua magni carina theatri.
Imparibus numeroſa modis cavis aere regentis,
Quæ tenuem impellens animam ſubremiſgat undam.

Quod ſpectaculum inde in Naumachiam fuam tranſtulit Claudius Cæſar, apud Suetonium *cap. 21. Hoc ſpectaculo Claſſis Scuti & Rhodia concurrerunt, duodecenum triremium ſingulæ, exciente buccina* Tritone *argenteo, qui è medio lacu per machinam emerſerat* : ad quem L. Vitam Caſaubonus & alia quædam, huc facientia infrà. De *Tritone* vero *auro*, qui in meta marmorea turris octogonæ Andronici poſitus, arcuque ad omnem venti auram verſatilis, virgâ, quis ventus flaret, indicabat, Salmaſium adi *ad Solinum pag.* 1245. uti de navibus quibusdam apud Vett. hoc nomine inſignibus, Barthium *ad Statium Thebaid. lib. 5. verſ.* 371. & hic, in vocibus *Parafemon*, item *Tuteia*.

Tritones, ex pelamydum genere, pifces memorantur Plinio *l. 32. c. 11.* Certè *Tritonis* humanâ formâ reperiri fub aquis, & inde in terras deſcendere, mulieribus inſidiantes, multis conſtat experimentis atque teſtimoniis. V. inprimis Lucianum *Trit. tom. 3.* Unde Plinius *lib. 9. c. 5. Tiberio, inquit, Principi nuncia vix Oſtippomenſium legato, ob id miſſa, viſum audiendi, in quodam ſpecu concha canentem* Tritonem, *qua noſcitur, forma*. Et mox, Auctores habeo in Equeſtri ordine ſplendente, viſum ab his in Gaditano mari marinum hominem, toto corpore abſolutâ ſimilitudine ; affendere enim nocturnis temporibus naves, vigia, ſtatimq; degravari, quas inſederit, partes : & ſi dimitti permaneat, etiam mergi. Alexander item ab Alexandro *Genial. dier. lib. 3. c. 8.* Tritonem & Nereidas, ait, hominesq; mari genitos, quos matrimonia appellant, noſtrâ quoque tempeſtate conſpicuos fuiſſe, multa documento funt. In memoria mihi eſt, cum adoleſcentulus ego in porticu noſtra Portanovenſi Neapoli quandoq; diverterem, Dracontetum Bonifacium Patriciæ gentis & inclytæ familiæ virum, in conventu maximo, referre ſolitum eſſe, ſe, dum in Hiſpania militaret, marinum hominem, vultu & corpore prorſus humano pubere nus : poſtremis verò in piſcem definentibus viſum in meſſe, ſe ex ultima Mauritania & Oceani finibus ad Regulos, ſub quibus ſtipendia faciebat, pro monſtro allatum. Fuiſſe autem ſatis horridis venuſti capillo & barba hiſpida, colore cœruleo, ſtatura procera, & majore humanâ : alis quoq; tenui cartilagine, quibus marinos fluctus fecabat, & membrana paſſim interluente munitum. Et paulo poſt narrationem de duplici Nereide : Sed ſuper omnia noſtro ævo haud abſimile factum accipimus in Epiro. Ad fontem jugis aquæ, ad quem mulieres ex oppidulo aquatum ventitabant, *Triton* ſeu hominem ma rinum ſpelunca, quam forte ibi nactus erat, obſervare ſolitum, & quando ſolam ad aquas accedentem aut per litus ob ambulantem mulierem videret, ipſum ex undis & ſpelunca lenis greſſu taciturnè, veſtigiis deſſitire, & à tergo accedere. ac vi compreſſam mulierem ex inſidiis adoriri. arreptamq; ſub undas deferre conſueviſſe. Quod quum apud loci incolas percrebuiſſet, & diligentius monſtrum obſervaſſe, & quum diutuſ laqueos illi intendiſſent, haud multo poſt dolo captum & laqueis vinctum capiſſe. V. quoq. Giraldum *Syntagm. 5.* Scaligerum *Exercitat.* 216. Eundemque fuſe *de Fiſſur. Animal. l. 2.* Damianum Goës *in Oliſſiponis Encom.* & Fortun. Licetum *de Lucern. Antiqq. Schem. 10.* quo puella *à Tritone rapta propinitur c. 61. & 69.* ubi ex Scaligero *Tritonis* Romæ, inter cortera ſpectacula, viſi, formam ſic deſcribit : *Capitis coma perfonilis eſt paluſtri apio, tum calore, tum quòd capillum omnino noſtrum ab alis poſſis diſcernere, reliquum corpus ſquama inhorreſcit minuta, ſed eadem pinſe, quæ lima eſt, duritie. Branchiæ infra aures habent, naves luminis, rictum oris latiorem & paululum denies : oculi glauci nihil vifi ſunt, manus etiam illis ſunt digitati, & ungues ea forma, qua ſuperiora conchylia. tum teſtæ : pinnulæ ſub ventre & pectore pro pedibus, uti Delphinis.* Quod non male convenit cum *Tritonis* deſcriptione, apud Nonnum *Dionyſiacor. lib. 36.*

Τρίτων, ὃ ὑγρογενὲς ὀφιόμβροτον ἔθνος ἀγείρων,
Λὺ θαμὰ πόντιος ἀτλὴς ἀν' ὑγρὸν ἴχνιον ἰχθύι.

Tritor, in *Gloſſis*, τοξευτὴς : unde *triturum argentum*, pro calato, apud Phædrum,

auro adſcribit Praxiteles ſuo,
Tritor Myronem argento ——

V. ſupra, ubi de *Calatoribus*, *Laboriſtis*, *Turcutis* &c. At *Tritores lapidum*, *ol εμπατοι* ſunt ἐξ ἀκοντίου, de quibus V. Salmaſium ad *Solinum pag.* 1105. de utrisque plura ſtrtò dix mus, in verbo *Terere*, item voce *Tonsura*, nec non ubi de *Tornatoribus Artifice*, nanq; & de Tornatoribus Virgilius,

Qui vaſtis tornare rotis ——

Trituratio, per jumenta & per boves maximè, in uſu fuit, apud Hebræos olim, Syros, Arabes, Ægyptios, Græcos, hodieque in Aſia durat, teſte Leunclavio, & ex hoc Druſio in *Mifcheam*. Idem ab illis Tartaris uſurpari, qui circa Volgæ oſtia degunt, aſſerit Olearius *ab initio Itineris Mofcov. & Perſ. l. 4.* Et quidem Hebræi tres quatuorve boves collo devinciebant, ut ſimul *triturarent* : quorum commune vinculum מרבך *marbek* dicitur Jerem. *c. 46. verſ.* 21. alibique, uti pluribus docet Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. l. 1. c. 32.* Quis autem tum maximè inter Judæos boves pinguefcebant, cum erat *triturationis*, quòd *boris triturantibus os capiſtrare* Lex prohibebat, adeoque illis inter triturandum libenter erat vefci frugibus ad ſatietatem usque ; hinc Oſeas, ut Iſraelitas laborem detrectare & genio indulgere doceat, eos confert cum vitula, *triturare* ſoli adfuetâ, *c. 10. v. 11.* & Amos, ut Procires Iſraelis luxu & molliție diffluviffe oſtendat, inter cetera cum dicit : *vinitus marbek* ait *cap. 6. verſu 4.* A' vinculo nempe præfato, quo boves ad arcæ palum, aut columnam collo adalligabantur, ut grana pedibus ſuppoſita fubſultando triturarent. Talmudici, *Inter eas* (columnas arcæ) *fix ſtipulum duabus tabuis (i. copulis, ſeu vinculis) quarum ſingulæ capiantur tres boves vel quatuor, in Tract. Erwin c. 2. f. 17.* apud eundem Bochartum *cap. prac.* Præter hunc vero *triturandi* modum, & alii tres à Vett. adhibiti leguntur, *virgis* ſc. feu *flagellis*, *tribula* & *plauſtro rota inſtructo*, de quibus, V. hic iiis locis, ut & in voce *Grana* : ſicut de *Triturationis ſuccinctæ militari*, ſupra in *Trita*.

Trivia, adde : Vel à *tripidi* Lunæ (quam Diance nomine indigitatam fuiſſe notum) curſu ſub Zodiaco, ſecundum longitudinem, latitudinem & altitudinem : vel ob *tripliceem* ejus in cœlo, terris, & inferis potefiatem. Referunt alii, ad *tres* menſis cujusq; decades, *ἀνακάδας, τριάκαδας & ἐνιάκαδας* &c. Epheſi vero inprimis culta Diana eſt hâc multimammia, ab Jonibus omnis nequitiæ inventoribus feſtumq; ejus fummâ cum pompa & mollitie, ideſt à Sacerdotibus evitatis, celebratum. Unde Martialis *de Spectac. Epigr. 1. Nec Trivia templo molles laudentur Jones.*

Hodieq; in eam urbe oſtendi ex marmore *caput*, ad cujus umum latus *ſerpens*, alterum *arcus*, quo *Trivia* conſueverit repræſentari, adnotat Jac. Sponius *Itiner. Gracia Part. 1. p. 326.* Nec non celebre Templum habuit, in nemore Dianæ Triviæ prope Aricium, quod ex Albano monte, quem locum, tanquam arcem elegerat

Domitianus Imp. ibique commorari gratissimum habebat, poterat prospici. Quare idem Poeta *l. 1. Epigr. 1.*

Hic Tibi, Palladiæ fax collibus urbis Athæ,
Cæsar & hinc Triviam prospicis, inde Thetin.

Trivia Antrum, memoratum eidem *libro 6. Epigram. 47.*

Sive Numæ comtus Trivia te misit ab antro:

Specus est Egeriæ Nymphæ, Numæ conjugis, in valle Dianæ Aricinæ. Alii tamen legunt, **Trivia** *te misit ab Anna*, intelliguntque Dianam Ariciæ cultam ab Anna Peranna a cujus Sacerdos *Anna* nominatus, ut colligitur ex eodem *l. 9. Epigr. 65.* ubi **Trivia** *nemorosa regna* habet. V. quæ adnotavit ad *Hippolytum Senecæ versu 411.* Farnabius.

Trivium, à *tribus viis* dictum, quibus **Trivium** præfuisse, diximus fuo loco; addo hic faltem, apud Græcos proin olim, divites fub noviluniam veſpere cœnam Hecatæ *in trivia* mittere conſueviſſe, quam pauperes devorabant, uti docet Ariſtophanes *Plauto*, unde *Horatec cœna* in proverbium abiit, de quo Erasmum vide. In **Triviis** autem cultum eam, quod ibi expoſita fuerit, ab Æolo & Phenea parentibus, ſunt qui tradant, teſte Nat. Comite *Mythology. lib. 3. c. 14.* Sed & Mercurius in *triviis*, τελεσφόρος, *triceps* cultus eſt, qui ſubſcriptione monſtrabat, quà cuique eundum, non ſolùm per agros, ſed & in ipſa Athenienſium urbe. Quin extabant illius monita, τέτρα διάφορα, *ut Plato ingenuus*, *ambula ipſa mediocria*, & *ſimilia*. Etymon, ab voce Τρεῖς & ὁδὸς, V. quoque ubi de *Acervum lapidum congerendi in viis more* nec non in voce *Mercurius*. In iisdem, quadriviſque Ædes ſacræ olim erigebantur, ad quas pagani ex locis vicinis sacra facturi convenirent, uti diximus retro, in voce *Triopea*. Porrò rupibus *triviisque* Frorho Magnus Danorum Rex, ad ſubditorum explorandam fidem, aureas ſuſpendere armillas ſolitus legitur, Saxo *lib. 7. Armillam unam in rupe, quam Frohonis petram nominant, alteram apud Vpſi provincias, ſuſpicit edicta à ſe innocentiæ experimentum daturus.* Et paulo poſt, *In Jutia, tanquam in capite Regni ſui, magni ponderis auream armillam* Triviis *affigi curavit.* Cui mori ſimilia de Ælfredo Anglorum R. recenſet Matthæus Weſtmonaſterienſis, ad A. C. 892. qui per publicos aggeres, ubi ſemitæ findebantur in quadrum, armillas ex auro jubebat appendi, ut viantium aviditatem irritaret, cùm non eſſet, qui eas acciperet. Et à Saxone quidem venit in ſuſpicionem Fortunius Licetus *lib. de annulis cap. 10.* ſed falſò, nec ante A. C. 1639. die 20. Julii in Ripenſi Cimbriæ diœceſi à puella Dana caſu invento, ad explorandam Præſidum vigilantiam, in *Triviis* quoque olim ab Haraldo Rege fuiſſe expoſitum. Quod quanquam factum non inſi ietur Olaus Wormius *in ſeu. Aurei Cornu edit. Epiſt. ad Licetum*, tamen neutiquam eo ſine mitto id conditum credit, quòd rudi maſſa aureâ, aut minori labore in aliam redactâ figuram, idem commodius potuerit præſtari: tam illuſtre enim adeptæ inſigne monumentum facile ſpoviâ ad Regem pertinere ignoſci poterat. Thom. Bartholinus *de Armillis Vet.* Sed & in bivis, *triviisq.* auguria olim captabantur: uti de Babyloniæ Rege legimus Ezech. *c. 21. verſ. 26.* & videre eſt ſupra, ubi de variis *Divinationis* ſpecibus &c. Recentioribus **Trivium**, in Scholis, dicta Grammatica, Rhetorica & Dialectica; *quaſi triplex via ad Eloquentiam*, Agurtio, ſicut *Quadrivium*, reliquæ liberales Artes. Unde *Vir in trivio & quadrivio excellentiſſimus*, apud Matth. Paris *A. C. 1252.* V. ſupra, voce *Quadrivium*.

Trium Liberorum jus, celebre apud Romanos olim, indigitatur Juvenali *Sat. 9. verſu 87.*

Jura Parentis habet, propter me ſcriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea jungentur mille caducis,
Si numerum, ſi res impleverit ille trium.

Nempe cùm apud Romanos Prætur æ, Quæſtur æ, omnesque Magiſtratus & Honores, ad numerum liberorum Parentibus di ſtribuerentur, frumentum quoque pro illo daretur, iique in fabricibus ſumcendis priores eſſent, & in Spectaculis honoraria loca occuparent, qui plures haberent liberos; unde natæ leges Julia, Papia Poppæa, aliæ: in primis fuere *Jura trium Liberorum*, à Græcis ἐκτεκνία. Inter illos enim Spartani, multiplicandorum civium causâ, legem tulerunt, ut, qui *tres liberos* genuiſſet, à cuſtodiæ munere eſſet immunis, ſi creſcimus Ælianus *Var. Hiſt. lib. 6. cap. 6.* Iſtinc ne infelices eſſent gravidæ uxores, ſupplicationes & vota Veneri apud Romanos, Τεκνώσῃρῃ, apud Athenienſes, facta. Dicebantur autem Τεκνώσῃρῃ, i. *tertio loco parientes*, poſt Solem purâ & Lunam, tres illi venti Cottus, Briareus & Gyges, de quibus multa vetus Scholiaſtes Heſiodi *in Theogon.* V. quoque Gerh. Joh. Voſſium *de Idolol. lib 3. cap. 2.* Cùm verò haud paucis ea felicitas non contingeret, donabantur hoc jure ab Imperatoribus *Trium*-mihi, quibus id Natura negaverat. Plinius jun. *Epiſt. l. 10. Exprimere Domine verbis non poſſum, quantum mihi gaudium attulerit, quòd me dignum putaſſi jure trium liberorum.* Clari viz. homines & bene meriti, ut hoc pacto, præter dicta, in Teſtamentis legata quoque capere, & ad caduc arum hæreditatum ſucceſſionem admitti poſſent. Unde Martialis *annus*, jus hoc à Domitiano, magni beneficii loco, & in laudis ſui præcinium ac ſolatium, petit *l. 2. Epigramm. 91.*

Quod Fortuna vetat ſeri, permitte videri,
Naturam genitor credat ut eſſe trium &c.

V. *Scolia ad l.* Th. Bartholinum *de Puerperio Vet.* Alios.

Triumphalis, cognom. Herculis, ab Evandro ſacrati, in Foro Boario, quem per triumphum habitu triumphali amicus ſoltum, ſcribit Plinius *libro 34. c. 7.* idem Salmaſio cum *Victore* eſt, quod ejusdem Idoli epitheton fuit, *Exercitat. Plin. ad Solinum pag. 10.* ubi ad Portam quoque Trigeminam ejus ædem fuiſſe, docet. Qui verò inter homines **Triumphales** dicti, V. infra.

Triumphalis Toga, primùm purpurea fuit, dein acu picta, teſte Verrio Flacco, apud Sextum Pompeium, ubi *Picta*, inquit, *Toga, quæ nunc dicitur, purpurea anò vocitata eſt, eaq; erat ſine pictura: ejus rei argumento eſt pictura in ade Pertumni & Conſi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papyrius Curſor triumphantes ita picti ſunt.* Fuit autem picta Toga nil aliud, quàm ea elaborata, figuriſque Phrygio opere diſtincta: quarum originem à pictis apud Homerum veſtibus arceſſit Plinius. Togæ itaque *Triumphali* purpureæ auro immixtum fuit, quo Phrygiones eam variis figuris ad inſtar picturæ diſtinguebant; unde ἀνθεμίνη, ἀνθέμινος Dioni *lib. 63.* Eadem, à genere picturæ, *Palmata* dicta eſt, quòd *palmas* primitus intextas haberet, manifeſte poſtea nomen, etiamſi aliæ inexerentur figuræ. Ejus tamen meminere pauci, ut obſervat Mauricius; cùm Tunicæ palmatæ frequentior apud Auctores mentio ſit. Martialis de ea, *libro 7. Epigramm. 2.*

Comes & magnus illa ſa mevere triumphus,
Palmataq; Ducem, ſed citò, vexit Togæ.

In quæ verba Salmaſius: *Poſtquam & Tunicæ quoq; Triumphales pingi cœpiæ ſunt & à pictura argumento palmata ſunt appellatæ, inde factum eſt, ut & picti Togis ideo nomintis daretur.* Tranſiit utraq; ad Romanos à Thuſcis, à quibus Tarquinium acceſſiſſe omnem triumphantium cultum, diximus ex Floro alibique. Porrò *Capitolina* quoque dicta eſt, an quia talis jovis erat in Capitolio: an quia in Capitolio illa olim dabatur, atque in Capitolium triumphantes illa induti invehebantur? V. Hier. Boſſium *de Toga c.16.* Deponebatur communiter ſtatim poſt Triumphum. Cæſari vero, inter reliquos honores & hunc à Senatu tribuitum, teſtatur Dio *l. 44. Primùm ei datum eſt, ut ſemper etiam in Urbe Toga Triumphali indutus incederet.* Quo tamen eum non ſemper ullum eſſe credere par eſt, quòd Dio *eod. lib.* tradit, eum ex Sic. veſtem Triumphalem omnibus ludis geſtaſſe. Idem *lib. 53.* poſt devictos Aſtures, datam Auguſto poteſtatem Kal Januariis coronæ & veſtis Triumphalis geſtandæ, tradit. Reliqui verò Imperatores in civili habitu vulgarique. Quare hunc habitum, velut invidioſum, noearunt Auctores, in Principibus: Tacitus *lib. 13.* in Nerone, cui *diebus ſupplicationum veſtem Triumphalem dederatu* refert: in eodem *lib. 63.* Vitellium, in Kalendis Januariis eadem uſum, tradit: Suetonius *c. 72.* in Caligula, qui *Triumphalem habitum etiam ante expeditionem aſſidue geſtabat.* Dio iterum *l. 67.* in Domitiano, qui cùm in Senatum veniret, eo ornatu uti ſolebat: quod feciſſe Marium Romanorum primum, legimus *in Epit. Liv. 67.* Capitolinus in M. Antonino & Vero: Herodianus in Helioabalo &c. V. Octav. Ferrarium *de re Veſtiar. l. 2. c. 26.* Hinc præcipua dona, quibus amicos Reges Senatus Romanus excolebat, Togæ pictæ fuerunt, & Tunicæ palmatæ, ut ratios apud Livium alios q; invenies. Interim, non Triumphalium modo ea Toga fuit, ſed & Conſulum, qui, cùm liberâ civitate in ſola prætexta fuiſſent, poſtea *Triumphali* habitu uſi ſunt, quoties Magiſtratum inirent ipſis kal. Januariis, item cùm Jani Templum referarent: cujus rei aliquod veſtigium ſub Commodo, apud Herodian. clarius indicium, ſub Alexandro Sev. apud Lampridium. V. quoque Capitolinum *in Gordiano.* Crebrior poſtea uſus ac mentio, apud Scriptores. Etiam Prætorum, quoties Ludos ederent, vel ſacra peragerent peculiaria, ut diſcimus ex Appiano *l. 1. civil.* ubi de Ælelio Prætore, ſceleratorem ſcelere medio in Foro obtruncato. *Aulæum* eleganter appellat Juvenalis, ad quem V. vet. Interpretem, in verba,

——— ——— *Picta Sarrana ferentem*
Ex humeris aulea Toga.

Ita apud Tacitum Tribunis, celebrantibus Ludos Auguſtales, *Triumphali* veſte uti fuiſſe legimus permiſſum. Quò trahendus Martialis jocus in Proculeiam, quæ marito, futuro Prætori, repudium dixerat, ne cogeretur ſuppeditare impenſas, ad purpuram emendam, quà Megaleſia ſpectaula ederet. Sumpſere autem & Conſules & Prætores hanc Togam itidem de Capitolio ſeu Jovis Templo, ut de Alexandro Severo ſcribit Lampridius. Primus Gordianus privatus ſuam propriam habuit, ut ea Magiſtratum annumq; inchoaturus utretur, apud Capitolinum. Sed & præter præfatos, hominibus quoq; privatis, *Triumphalis* Togæ jus quandoq; factum fuiſſe, accipimus: uti Paulo Æmilio, qui de Perſeo triumphavit; Pompejo M. Catoni, ob regiam Cypri gazam ſanctè Romam transvectam, Cæſari, aliis. Inferiori verò ævo velitis purpurea, id eſt, Toga ac paludamentum, Imperatorum fuit propria, more a Galieno orto, apud Trebellium: à quo tempore *purpura* pro Principatus ſymbolo à Scriptoribus paſſim accipitur. V. Ferrarium ſuprà laudatum *lib. 2. c. 9.*

Neque

Neque verò *Triumphantes* solùm, sed & *triumphati*, in claris ac speciosis vestibus erant. Hinc Tertico, cùm in triumphum duceretur ab Aureliano, *coccina colamys & tunica galbina*, adeoque cultus habitusque fuit, quo solebat esse tum, cum maxime Imperatorem ageret. *Incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alii sustentabant*, apud Vopiscum in *Aureliano*. Cujus moris vestigium. antiquissimo tempore, in Thyo Paphlagoniæ R. à Datame triumphato, habes apud Corn. Nepotem in *Vita hujus*. Neque verò vestes *Triumphales* insignes, sed & *tubæ* erant, quæ triplici in pompa ioco prodibant. uti videre est apud Panviniun *de Triumpho*. Ad cujusmodi *Tubæ triumphalis* differentiam, *Gyraldus* tuba dicitur *Isidoro* Chrysologo *Serm. 9.* Domus quoque *Triumphalis* aliquo peculiare habuit, quòd non communi. sed Græco more, de via se. fores eius aperirentur, qua de re *Plutarchus* Alexandro *Genialium Dier. l. 5. c. 24.* uti de *Triumphalibus Coronis* multa, apud Car. Pasthalium *Coronarum l. 8. c. 4 & seqq.* nec non supra aliquid, abi de *Insigni Corona* &c.

Triumphus, & Myrinus, nomina Gladiatorum aulicorum Domitiani imp. quos viribus, arte, ornatu eximios, proprios & peculiares fibi alebat, teste Suetonio *c. 4.* V. quoque Ludov. Cælium *l. 6. c. 22.* Hos cùm è familia sua, munere Quæstorio, præsenti indulsisset Populo, laudavit popularitatem ejus Martialis *de Spectac. Epigramm. 20.* cujus initium,

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum &c.

Triumphus Secretus, apud Martialem *l. 8. Epigramm. 15.* ubi de Domitiani Laureæ de Sarmatis Jovi Capitolino relatione,

Hos quoque secretos *numerabit Roma* triumphos:

Species erat *Triumphi* seu imago quædam, concedi solita, si ex cive parta victoria; aut ex bello. non acie, sed pace & pactione; aut non ex bello. sed actis urbanis; aut ex rebus gestis, sed non dignis justo triumpho: quales erant Laureæ C. Antonii, ex bello Catilinario, Domitiani de gente prafata; Neronis, apud Suetonium *c. 13.* verbo, ex omni victoria, ob quam falutatus aliquis Imperator, ejusmodi secretus triumphus. Non ergo idem *triumphare*, & *Jovi Capitolino lauream referre*, majusque longè ac dignius *triumphi*, quàm *laurea*, jus: qua de re V. Manilium & Casaubonum ad *Suetonium Domitiano c. 6.* Sed & *Triumphus minutus* sæpe & facilè ab Augusto soliros concedi, variis locis feribit Dio *lib. 54.* imò jam ante Julium Cæsare rem esse, cùm Hispanienses triumphi honorem ambitiose cum Legatis suis, qui propriis auspiciis nihil fecerant, communicavit, uti adnotatum eidem Casaubono *ad ejusdem Auctoris Augustum c. 38.* Porrò, anno U. C. 740. cùm desisset *Triumphi*, cœpere *Triumphalia ornamenta* decerni, viz. *corona aurea, patera, aurea fella curulis, scipio eburneus cum insidente aquila, toga picta, tunica palmata, statuæ laureatæ, nomina triumphalia &c.* quæ *insignia triumphi* vocat Tacitus *Annali 2. 3.* & *Insignia triumphalia, Annali 1.* Sic ex eodem bello ut vel triumphos, vel triumphalia certe ornamenta comites expeditionum tequiori ævo consequebantur; notatque Dio, triumphalia ornamenta adeptos esse per Claudium, non solùm Consulares viros, ex Senatoribus, sed alios quoque dignitate longè inferiores: unde Suetonius, *Scuti & triumphalia ornamenta eidem bello adepti, in vc. 17.* Sed & Germanicum, ex bello Dalmatico, ante Consulatum sum primum, *insignes & ornamenta quæ mox* nactum esse, Dio idem refert *l. 56.* Atque hi *Triumphales* quoque incedebant, non ii soli, qui *triumphassent &c.* V. iterum Casaubonum *ad Caligulam Suetonii c. 3.* alibique passim. Ut de *Triumpho Justo*, hoc unum addam, triumphasse Veteres non de superatis solùm gentibus, sed & de Diis victis, discimus ex Sacris quoque, in quibus Philistæi arcam abducunt, sed malo suo, 1. Sam. *cap. 5. versu 2. & seqq.* Teglath Phalassar R. Assyriæ asserit è Dane victum aurum, 2. Paralipom. *cap. 28. vers. 20.* Emanasse altrum è Bethele, Oseæ *c. 10. vers 5. 6.* Porrò, Moabitide à Chaldæis excisi, Jeremias vaticinatur fore, ut *Chamos*, Moabitarum idolum, in transmigrationem eat, Jerem. *c. 48. vers. 7.* & de Ammonitarum Deo *Malcham* idem prædici videas. Jerem. *c. 49. vers. 3.* etiam captâ Babylone, Bel & Nebo in captivitatem abeunt, Esai. *c. 46. v. 1. 2.* Quo eodem exemplo, Ptolemæus Evergetes, victo Seleuco Callinico & Syris, *Deos eorum capivos duxit in Ægyptum*, Dan. *c. 11. vers. 8.* Romanos id ipsum sæpe usurpantibus: inter quos tertium Pompeji triumphum *Θεῶν βαρβαρικῶν ἀγάλματα*, *Deorum Barbaricorum imagines*, decoraste, legimus in Appiani *Mithridatico*. V. quoque Plutarchum in *Marcello*, quem propterea accusatum ferbit. quòd Deos, tanquam captivos, cum pompa, in triumpho duxisset, in *Paulo Æmylio &c.* & hanc in rem plura, apud Sam. Bochartum *Hierozoi Parte prior. lib. II. c. 34.*

Triumvirale Synedrium, in Rep. Hebræorum, erat unum ex minoribus illorum Synedriis seu Conventibus Judicis. Duplicis enim generis iis Synedria erant, סנהדרים גדולה *Sanhedrin gedola*, i. *Synedrium Magnum*, de quo supra, & סנהדרים קטנה *Sanhedrin Ketanna*, seu *Synedrium minus*, quod itidem duplex erat, *Vigintiuniusvirale & Triumvirale*, à numero Judicum sic dictum: quemadmodum Synedrium M. quod Hierosolymæ fixum erat, *septuagintaunius virale* non raro dicitur. In quibus omnibus impar numerus adhibitus, ut, si dissensio foret, pars altera minimum unico prævaleret: Unde toties apud Magistros repetimus, *Synedrium non debet esse æqua lance libratum ideoq; disjicendus unus.* Cùm verò Synedrii M. sedes, ut dictum, perpetua esset Hierosolymis, & quidem in parte Templi, quæ Gr. *Λέξεμβρα*, Lat. *Gazophylacium*, Vigintiuniusviralia Hierosolymis bina erant & per reliquas Urbes, in quibus erant incolæ 120. seu 60. Patres familias, constituebantur: ubi verò minor erat numerus, *Triumviralia*, aliæve auctoritate publica, in locis vicorum idoneis urbibusque, quibus Vigintitriumviralia non conveniebant, habebantur; alia, pro re nata, eligebantur, partim compromisso seu *communi* litigantium *pactione, ad similitudinem Arbitrorum*, ut loquuntur Arcadius & Honorius Augg. de recentiori Judæorum, ex more Majorum, in Jurisdictione contentiosa, usu continuato, *l. 8. C. de Judæis*: Partim ex unici alicujus arbitrio, ubi actus aliquot Jurisdictionis tantùm voluntatæ exercendi; cujus electionis exempla sunt in renuntiatione, excommunicationis absolutione, Presbyterorum creatione &c. De his omnibus autem monet, ex disciplina Talmudica, Maimonides *Halach Sanhedrin c. 2. §. 13.* ea quidem legitima fuisse Fora, etiamsi Tres tantùm interessent, sed laudatius habitum esse, si plures velut causæ ventilandæ & judici futuri tefles ac inspectores adhiberentur, quorum item per suffragia sententia alterutra, pro re nata, præponderaret. Atque ita per Urbes, præter Hierosolyma, alias, vicosque & oppida, Synedria minora collocata sunt, ex præcepto illo Deuteron. *c. 16. vers. 18.* ne quilibet, litis causâ, Synedrium M. adire statim cogeretur. Ut autem in Synedrio Vigintitriumvirali de capite quidem judicabatur, ita tamen potestate limitata, ut neque de integra aliqua Tribu, neque de Pontifice Max. alíisque graviris momenti causis cognoscerer; ita *Triumvirale*, causas capitis planè non tractabat, sed lites pauli leviores decidebat. & muldam solùm pecuniarsam, aliquando & flagellationem, irrogabat: Utrinque verò ad Synedrium Magnum erat provocatio. V. Joh. Seldenum *de Synedriis vet. Hebræorum l. 2. c. 6.* & Thom. Godvyvnum *tract. Anglic. cui Titulus, de Ritibus Hebræorum Eccles. & Civilib. lib. 5. c. 4.*

Triumviri Ædibus sacris incendio consumtis reftituendis & sacris conquirendis donisque præfigendis, memorantur Livio *l. 25. Comitia deinde à Prætore Urbano de Sonatus sententia, plebisq; scito sunt habita, quibus creati sunt Quinquevirи, muris turribusq; reficiendis* & Triumviri *bini, ui sacris conquirendis donisque præfigendis; alteri, reficiendis ædibus Fortunæ & Matris Matutæ intra portam, quæ prior anno incendio consumtæ fuerant.* Hos, ut & Duumviros ædis locandæ, faciundæ, dedicandæ, Sacerdotes quidem propriè non fuisse, è Sacerdotibus tamen potissimum creari consuevisse, docet Joh. Rosinus *Antiqq. Roman. lib. 4. cap. 29.*

Triumviri Agro dividendo, memorantur in Lege agraria Sempronia, à Tib. Sempronio Gracco Trib. Pl. anno U. C. 620. latâ: *Ut si quis tantus* (500. jugeris) *agrum patefaceret, Triumviri quotannis data opera creati judicarent, qui publicus ager, qui privatus esset.* Appianus *Bell. civil. l. 1.* Plut. in *Gracchis*, & Sigonium *de Jure Ital. l. 2. c. 2.*

Triumviri Capitales, qui & *Tresviri* & *Treviri Capitales*, Sallustio *Judices*, vel, ut alii legunt, *Vindices rerum capitalium*, creati sunt primùm M. Curio Dentato & P. Ruffino Coss. ut ex Liv. *lib. 9.* apparet; anno U. C. 495. ut habet Rosinus. Conquirebant illi malefici suspectos comprehendebantque, carceris erant custodes, damnatosque à Prætore in carcere carnifici necandos tradebant: Ipsi quoq; de fcelere coram, qui eives Romani non erant, in Urbe tamen habitabant, ac de viduis & abjectæ conditionis homin-bus, putà furibus & fervis nequam, judicabant facinorisque convictos puniebant, ad Mœniam columnam, in Foro Romano, judicia ea exercentes. Unde Q. Horatius Flaccus in Mœnam Pompejanam, *Epodon ode 4.*

Sectus flagellis hic Triumviralibus
Prætonis ad fastidium.

Val. Max. item *l. 8. c. 4. Famili fervus Alexander, cùm in suspicionem C. Fl. Equitis Rom. occisi venisset facies vortus perneg avit, et si culpæ affinem fuisse: sed perinde atq; confessus & à Judicibus damnatus, & à L. Calpurnio Triumviro in crucem actus est*, de *c. 4.* Imò non fervorum & humilium tantùm, sed & liberorum nobiliumque malefitia illos conquisiviste, carcerisque custodes & animadverfionibus interfuisse, docent Varro *de L. L. lib. 4.* & Pomponius *de orig. Juris l. 2.* clarius a. Livius ac Gellius, quorum *lib. 39.* fugientes Bacchanalium conscios a *Triumviris* in carcerem conjectos esse scribit: Hic *l. 2. c. 3.* Nevium, ob affiduam maledicentiam & probra in Civitatis Principes, de Græcorum Poëtarum more, dicta, in vincula Romæ à Triumviris conjectum esse, narrat. Quod tamen primis temporibus, cùm nondum conflitutæ essent quæstiones publicæ, factum esse, contendit Rosinus. Cùm verò, eorum interventu, in deliquentes animadversum esse, ex Pomponio diximus, non sic intelligendum est, quasi ipsi *Triumviri* quinquam supplicio afficerent:

sed quòd perlictores suos, quorum octo sub se habebant, ut colligere est ex Plauto *Amphitruon.* ubi Sosia,

Quid faciam meo, si Tres viri me in carcerem compegerint?
Inde cras è pronptuaria cella deprompar ad flagrum.
Nec causam licuit dicere mihi, neque in hero quidquam auxilii fuit?

Nec quidquam sit, quin me omnes esse dignum deputent:
Ita quasi incudem me malorum ostu maluli homines cedent.

Porrò iidem *Triumviri* multam five sacramentum (ita vocaba tur æs, quod pœnæ nomine pendendum erat) exigebant, ficut Festus nos docet, in verbo *Sacramentum* ubi Plebiscitum mutilum fic restituit Scaliger. *Cognosce. Prator. posthac. factus. erit. qui. inter. ceives. rem. dicet. Treviros. Capitales. populum. rogato. ilg. The vivel. Capitales, quei cinque. postbac. falsei erunt sacramenta exigunto. iudicanto, eodemque. iure. sunto. atei ex legib. plebisque. factis. evigere. uuitare. oppugn.* Atque hinc pecuniam in divinos usus. & ad tuenda sacra civitati conferebant, ut conflat ex Lege Lucii Papirii Tribuni Pleb. apud eundem. Creabantur autem illi Comitiis Tributis, &c. V. Jac. Rævardum *Parlovium* l. 2. c. 18 Fabrum *Semestr.* l. 2. c. 6. Joh. Rosinum, *Antiqq. Rom.* l. 7. cap 27. Alios.

Triumviri Coloniæ deducendæ, cives dicebantur Curatores, qui, cùm aut Legealiquâ à plebe fertum, aut Senatusconsultus decretum effet, Colonium aliquam deduci, numerusque colonorum jam effet scriptus, creabantur Comitiis Tributis, modo per Conſulem, modo per Prætorem Urbanum, ut Colonos in agros Lege definitos, fub vexillo, quafi exercitum aliquem, deducerent, quod quo modo factum fit, divinus fupra Aliquando verò Quinqueviri, Septemviri ac Decemviri quoque negotio huic præficiebantur, ut ex Appiano *Civil.* l. 1. aliisque patet. V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom.* l. 7. c. 47.

Triumviri conquirendi juvenes in concos ad arma ferenda, creati fiunt bello fecundo Punico, anno U. C 541. Q. Fulvio Flacco III. & Appio Claudio Pulchro Coff. Cauſam ſuppeditat Livius l. 25. ubi, *Conſules*, inquit, *cùm agri delectum conficerent, quòd inopia juniorum non facile in utrumq; ius & novas urbanas Legiones & ſupplementum veteribus ſcriberetur, ſufficiebat: Senatus adhiberi eos incepit vatuis & Triumviros ſibros creari juſſit: alteros qui citra, alteros qui ultra quinquageſimum lapidem in urbe ſacra in conciliabulo quorum opium ingeniorum inſpicerent, & ſi quid roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites facerent. Triumvi Pl. ſi iis videretur, ad Populum ferrent, ut qui minores eſſent ſeptem & decem annis, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi 17. annorum aut majores milites facti eſſent. Ex hoc Senatusconſulto creati* Triumviri *primi conquiſitorum ingeniorum per agros habuerunt.* V. iterum præfatum Rofinum *Antiqq. Romanlib.* 8 c 4.

Triumviri Epulones, creati funt primùm anno U. C 553. L. Furio Purpureone, M. Claudio Marcello Coff. fecuto C. Ticinius Lucullus, T. Romulejus & P. Porcius Lerca: è quibus Romulejus Legem tulit *Ut propter ſacrificiorum multitudinem Tresviri Epulones crearentur, cùm eſſent ſibi à Numa, ut etiam Ludorum illud opulare fac. ficium facerent, inſtituti.* Jus præterea Togæ prætextæ habendæ, ſecut Pontifici, iis petuifit. Cic *lib. 3 de Orat.* Livius l. 33. & c. Alii P. Manlio eum legem tribuunt: ſed in *locis cit.* T. Romuleius legitur; unde etiam à nonnullis *Lex Romulea* dicitur, quod Car. Sigonius ex conectura emendavit. Poſtea Septemviri, tandem Decemviri, tacti funt: de quorum munere V. ſupra, ubi egimus de *Epulonibus*. Item, in voce *Parafiti*.

Triumviri legendi Senatus, extraordinarius erant Magiſtratus. ab Auguſto inſtituti. Sueton. c. 37 *Quoq; plures partem adminiſtrandæ Reip. caperent, novo officio usurus, curam operum publicorum, viarum & aquarum, & vel Tiberis, frumenti Populo dividendi, Præfecturam Urbis, Trium virorum legendi Senatus & alterum recognoſcendi turmas Equitum, quotiercunque opus eſſet,* V. Joh. Rofinum *Antiqq. Rom.* l. 8. c. 41.

Triumviri Menſarii, Romæ propter penuriam argenti, regatione Minutii Tribuni Plebis, creati funt, anno U. C. 537. tempore ſecundi Bellı Punici. Fuere a. illi L. Æmilius, qui Conſul Cenſorq; fuerat, M. Atilius Regulus &c. Scribonius Libo tum Trib. Pl. in c. 23 Cùm jam anno U. C. 560. Quinqueviri Menſarii. dispenſatione pecuniæ diti, facti eſſent: de quibus V. ſupra. Creabantur autem hi Comitiis Tributis. Idem *lib.* 7. V. Rofinum *lib.* 7. c 39.

Triumviri Monetales, memorantur Pomponio JC. *ff. tit.* 2. *de orig. Juris: Conſtituti ſunt eodem tempore & Quatuor viri, qui curam viarum agerent, & Triumviri Monetales, aris, argenti, auri flatores* &c. Præſuerunt eudem de monetæ. hinc nomine mutuato. Idem & *Triumviri A. A. A. F. F.* quod eſt, *auro, argento, ære, flando, feriundo*, V. iterum Rofinum *l.* 7. c. 18.

Triumviri Nocturni, antiquus Romæ Magiſtratus. Livius l. 9. de C. Flavio Scriba, quomodo Ædilis Curulis factus fit. agens, inter alia, *cum prius Triumvirum geſſiſſe dicit, & duos Triumviratus, Noctiurnum alterum, alterum Coloniæ deducendæ.* Quando creati fint primùm, non conſtat. Munus eorum è Tacito colligitur *Annal. l. 3. Triumviri Nocturni, quòd ea incendium in ſacra via ortum tarde venerant, à Tribuno Pl. die dicta damnati ſunt.* Nempe incendiis arcendis præerant, uti quoque docet Paulus JC. *lib. 1. tit.* 44. V. Rofinum ubi *ſupra*.

Triumviri recognoſcendi Turmas Equitum Rom. V ſupra, *Triumviri leg. Senatus.*

Triumviri feficiendis ædibus ſacris. Vide ſupra *Tribuni ædibus* &c.

Triumviri Sacris conquirendis, V. *ibid.*

Triumviri Valetudinis, ab Onuphrio Panvinio, in Magiſtratuum Rom. numero referuntur, cùm alias nihil de iis quidquam in Vett ſcriptis reperiatur, neq; fatis certum ſit Magiſtratus eos fuiſſe. Ita autem de illis Onuphrius *Commentar. Reip. Rom. l. 2. Hujus Magiſtratus nulla apud Vet. quod ſciam, mentio eſt. In antiquo vero argenteo numismo ſic ſcripium eſt: M. Acilius III. VIR. VALETU. Fit inſpra ſtatua ipſius cum ſecretari ſuleti, atque Dominî ſanitatis vocantur, quibus temporibus de morbo ſu ſpecifi, magna pateſtas omnia di ſolet. Nummi autem verbatim ſic interpretor, M. Acilius III. Viri valetudinis conſtituendæ.* V. Rofinum ubi *ſupra*.

Trochilus, Solino *avis perunia: ea vel avibus vitantum dum aſſeſtat, ob beluæ hujusce* (Crocodili) *pantatum ſcalpit, & — additum ſibi in usque fauces facit. Quod ſchemonem conſicatas penetrat bellinam* &c. c. 32. ad quod Salmaſium vide, ubi non quemvis *trochilum* id facere, ſed id dicitur *xaxaλ* ἀ, *avis* ἀ *non ſedens* ἐπὶ *ſuper, fluviatem, ſed* παρὰ τὸν, *aquæ manantem*, eſſe, inter alia docet.

Trochlea, Græcè τροχαλία, ad hauriendam è puteis aquam adhibita, occurrit apud Pollucem, Εἰ δὲ κ ἐν ἐπιπέδῳ τὸ ἄνω ἀπαγαγεῖν δέοι τις, σφοδρὰ σπουδὴ ἀν ἀντῆχθαι, ἀσπάλακι ἐοικώς καὶ κῆν, χοιρίῳ, καὶ ἐν τροχαλίαις: pollam vulgò Galli vocant. de qua V. Salmaſium *ad Solinum p.* 489 ut & ſupra aliquid, ubi de *Hauſtro Archimedis* Sed & *Trochleas* in ſuppliciis apud Veteres fuiſſe in uſu, docet ex Gallonio *de Martyr. cruciatus*, Gothofr Jungermannus *Notis in Magiſtr. de Equuleo*. Sic autem in *Sicrî ampitheatri* conveni, hoc in more *Antiquorum exiſtiſſe*, ut *reorum corpora pluribus modis ad ea vi quodammodo diſcerpenda diſtenderentur, equuleo ſim.* Trochleis *ſuſpendioque*, *gravibus appenderum pedibus additis pederibus* &c. Cuius rei iconem *ibidem* habes. Quid verò in hottis Τροχάλοις ſint, quidque ἐ τροχάλοις τῶν *ſacrificiorum, prætio cameratum*, ut vocat Caſſiodorus, explicat multis Cl. Salmaſius *Notis ad Spartianum*. Ita

colligi, ex eo, quod refert Ammianus Marcellinus *l.* 21. Juliaum Cæsarem, *quod Parisios ritu suo exercuisse motibus in campo & inter alios quadam, quem dum facerent, assultis, quotis orbis erat campaginatus, in avum excussis, ansam venantisse illum, quam veniens valida manu stringebat* : E' quo loco Turnebus cenſuit ejusmodi exercitationem *Trochum* fuisse. Figuram *Trochi* àLigorio, qui eam ex forma, in vetuſtiſſimo atque ampliſſimo cujusdam Comici vel Satyrici Poetæ monumento, expreſſa, in via Tiburtina prope Romam accepeat, (ubi tamen præter annulos dentes quidam circulo infixi & mobiles ſunt, quos ad ſtruptam majorem edendum appoſitos eſſe, eſt vero ſimile) ad ſe miſſam, exhibet præfatus Hieron. Mercurialis *de Arte Gymn. lib* 3. *c*8. Sed & *Trochus* Veneficarum, alio nomine ῥόμβος, in Lalii *Eroto pægnio*, apud Apul. ipſum *Apolog.*

Phitra omnia undique irruunt,
Trochus, *pili, tunges* ——

V. ſuprà voce *Rhombus*. Item τροχὸς Græcis maſſa ſeu panis æris, unde τροχίας χαλκὸς, *æs in huiusmodi massas formatum*, apud Poll. Sic Interpres Ariſtophanis τροχοὶ τὸν καθαρτικὸν ὀβολὸν vocat *rotundam maſſam*, de vitro : κύκλοι τροχοειδεῖς dicebatur, qui tritus in parvos τροχίσκους redigebatur; cui oppoſitus ὁ τροχὸς, qui integer & *capitularis* &c. Salmaſius *ad Solinum* pag. 1077. De *Trochis Nitricis albis, in mucronem deſinentibus*, qui in Muſæo Kircheriano Romæ aſſervantur, V. Georg. de Sepibus *in Deſcripi. ejus pag.* 28. & plura ſuprà voce *Rota*.

Trotini, adde: Genuina ex tribus præcipuis Galatarum ſuit, quæ Mænæ & Τροκόνιον appellatum inſedit, Tavia vel Ancyra præcipuà urbe conſtituta. Eadem gens, ſicut & reliquæ duæ Toliſtobogi & Tectoſages, in quatuor tetrarchias diviſa fuit, uti docet Salmaſius *ad Solinum* p.877. V. quoque ſuprà, ubi de *Galatis*.

Troglodytæ, adde: Nomen à τρώγλη ſeu τρώγλαι, unde & *Troglodytæ*, ut diximus, vocantur, in plerisque libris apud Auctores Latinos ; & Τρωγλίται quoque Græcis nonnunquam, unde Τρωγλίτικα myrrha, pro optima, Lat. quoque *Troglitis*, in veteri *Hymno Regum*,

Tus Deo, myrrham Trogitin humando,
Bracteas Regi chrysſas decemi.

pro Τρωγλοδυτικὰ. Nempe *Troglodytæ*, hi populi appellati, quòd *cavos & ſpecus*, i. e. τρώγλας, ſubirent. A' qua eadem cauſa & τρωγλίται, ſeu τρωγλοδύται minimum genus paſſeris, quòd cavis & timis turrium ac murorum ſeſe illaterent & in his nidum conſerat, de quo V. Salmaſium *ad Solinum p.* 445. ubi de regaliolo & Cæſubonum *ad Juſtum Suetonii c.*8 ubi Gallis *roitelet* hodie vocari nonnullos velle adnotat: de pop. autem *Troglodytis* plura, apud eundem Salmaſium *ibid. pag.* 1083 & *ſeqq.* ubi eos, inter alia, nonnullis Arabes, nonnullis Æthiopes, quòd inter utroſque poſiti, dictos, à Recentioribus verò Æthiopiæ deputati, & *Troglodytem* ipſam dictam Barbariam, ob vicinitatem, docet.

Troja, reg. & urbs, adde: Poſtmodum Auguſtus eandem reſtauravit, colonis eò deductis, unde *Colonia Auguſta Troas* appellata eſt, uti ex pluribus nummis Imperialibus liquet, docente Sponio, qui haud pridem illuſtres ejus reliquias diligenter luſtravit, & accurate deſcripſit, *Itinerar. Græciæ part.* 1. p. 198. Idem nomen ludiero, quod ἱπποδρομίας genus fuit & in equis exercebatur, per laſcivas vertigines ac gyros implicantium ſe & explicantium pterorum, V. infrà. Aſt apud Recentiores *Troja*, Gallis *train de bois*, machina bellica eſt, ad ſuffodiendos muros inventa, unde nomen, quòd humum *ſuis* inſtar fubvertat, quam ob cauſam quandoque etiam *Sus* vocatur. *Trojam* autem vett. etiam Latinis, pro fue accipi, docet Pomponius Sabinus *ad Æn. lib.* 1. *illud*,

—— *Armaque fixit*
Troïa ——

V. Car. du Freſne *Gloſſar.*

Trojani Ludi, adde: In eo Equites tantùm, ſine bigis, & absque quadrigis concertaſſe certum. Namque apud Virgilium *Æn.* 5. *v.* 545. *& ſeqq.* ubi certamen hoc prolixè deſcribitur, dicuntur pueri *in equis frenatis inſiſte, portari equis, invecti equis*, videri *in equis*: Et bigarum quadrigarumque ludos Romæ, multo poſt Æneanis tempus, incepiſſe haberi. Quod notat Licetus, propter Virum doctum, qui ludum, *Trojæ* nomine donatum, ait quadrigis olim celebrari conſueviſſe. Nec favet ei Dionis de Cæſare verba, *lib.* 43. *Etiam* Trojam, *antiquum nomen, filii ſuforum : Juvenes, qui dignitate æquales erant, curribus certaverunt.* Et *lib.* 48. ubi de Agrippa: *Præterea tum gerens, ac præcipuus amicus Cæſaris ſplendide omnia agebat, ludosque inter cætera equeſtres biduo præbebat & Trojam vocatum ludum per nobiles puros magnifice exercebat.* Iterum l. 51. *Porro in facrarii conſecratione tuæ omnis generis facti ſunt Patricioque pueri Trojam luſerunt: Via ſiquis ſimili ratione, equis celeribus, bigisque & quadrigis certaverunt, &c.* Hæc enim omnia qui rectè perpenderit, comperiet *Trojam* ſuiſſe Ludum à pueris Equitibus actum ; at ex curribus bigarum quadrigarumve, diverſo ludi genere, certaſſe Juvenes & viros matu iores. Quos ludos proin ut diſtinctos etiam retulit in *Cæſare* Suetonius *c.* 39. *Quadrigas bigasque & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi Juvenes* : Trojam *luſit turma duplex majorum minorumque puerorum.* V. Fortun. Licetum *Schem. Annular. Gemm.* 41. *c.*130.

Tropanchia, à *tropæo*, memorata Codino *de offic. Aulæ Conſtant. c.*6. *n.*36. unum erat ex tegminibus Imperatorii capitis. Quemadmodum & Crinonia & Tetraphyllum; quibus in ſolemnitatibus, Impp. Conſtantinopol. utebantur, cum aliis pileo uterentur. Anſel. Solerius *de Pileo Sect.* 9. Signo τροπαιοφόρου ornatum fuiſſe, ait Interpres Curopalatæ *ad. l.* V. quoque Car. Paſchalium *Coron l.* 9. *c.* 6.

Tropæum, addes: Arbor autem inprimis idonea *tropæis*, quercus habita, ut de Romuio Acronis, & Marcello Britomartæ victoribus, legimus apud Plutarchum *in uxoruse*. Ex auro *tropæi* meminit Florus *lib.*2. *cap.* 4. ubi de Fiaminio. Sed & loco tropæorum Turres erectas, illisque ſpolia impoſita, docet idem *l.* 3. ubi de Domitio Ahenobarbo & Fab. Maximo. Imò & Urbes integras, pro *tropæis* ſtatuiſſe ſummos Reges, docet Herodianus *l.* 3. ubi de Alexandro Sev. μέτα δ' ἐτ τὸν τρόπαιον ἡ βάρβαρος ἐ νίκη ἐκείνε πόλις ἐκ τὸ κλέος Ἀλεξανδρόπολις καλεῖτο. Porrò ſtatuæ & columna Victoris nonnunquam hoc fine erectæ aliquando fixa haſtis noſtium capita pro eodem erant. Silius *l.*2. de Terone, occiſæ Hasbytes caput bipenni ſuffigente,

Namque ubi ardentes ora ſerens irascibus minasique
Annibal, & cæſam Hasbytes, fixique tropæum
Infandum capitis furiata mente dolebat.

Quod hodieque multo in uſu apud varias gentes Barbaras, Turcas inprimis Perſasque. V. quoque de capite Goliathi, a Davide interfecti, Regum Hiſtorian. Imò & Deorum effigies uti deſcimus ex Euripide in *Phœniſſis* v.1376. & in *Hercaliis* v. 936. Præter loca jam dicta verò, in Mari etiam poſita *tropæa*, locis nempe tali rei opportunis, docet Demoſthenes *Olynthiaca* 3. vel in Inſulis, ut de Chabria idem habet, *c. Leptinem*, vel in Portubus. Silius *lib.*14. de Siculis,

Promiæ gens lingua, aſt eadem cum bella cieret,
Porus æquoreis iuſta inſiguire tropæis.

Vel Foribus affigebantur, uti de Romanis notum & c. Inſcribebantur Ducum nomina, ut mille loci Græcorum Scriptorum docent, non militum, quod dolet Peleo, apud eundem Euripidem *Andromacha* v.693. qua de re V. plura apud Caſp. Barthium *ad Thebaidem Statianam lib.*2. v.706. Auctoresque ſuprà de *Triumpho* laudatos. Adeo ſaltem, ſapientioribus ex ligno *tropæa* maximè placuiſſe, ut his brevi tempore conſumtis, conſeſtim auferrentur è medio diſcordiæ argumenta, docet Palladius *tropæa* deſcribens Himerius, unum adversùs Neptunum, ex olea; alterum contra Barbaros, ex platano, fuiſſe ait, Μέλ. Et apud Amphitryonas Thebani accuſati ſunt à Lacedæmoniis, quòd victoriæ monumentum, adversùs ſe partæ, æneum ſtatuerint tropæum, apud Ciceronem *de Invent. l.*2. Imò Platonem, in ſua civitate, arma hoſti detracta plane noluiſſe in Templis ſuſpendi, legimus *in ejus lib.* 5. *de Rep.* & c. V. Car. Paſchalium *Coronat. l.*7. *c.*14. qui & *de coronandi tropæa more, ibid. l.* 1. *c.*6. Aliâ notio vocis apud Suetonium *Julio c.*85. *Funere indicto—propoſitis auratis ædes — collocata: intrahique lectus eburneus, auro ac purpurâ ſtratus: & ad caput tropæum, cum veſte in qua ſuperas vicerat, ubi xorlv* Appianus vocat, ſtipitem viz. in formam tropæi, cui veſtis illa impoſita: ferculum funebre, interpretatur Caſaubonus *ad Caligulam ejusdem c.* 15. V. ſuprà in hac voce.

Tropæus, Gr. Τρόπαιος, Jovis cognomen, à τρόπῃ, quòd hoſtes in fugam verterit: quemadmodum & Romanis idem *Statori* dictus eſt, quòd fugam ſuorum ſiſteret. Ei, apud Græcos, ſtatuas aliquando erigebant victores : inprimis poſtquam uſus *Tropæorum* in deſuetudinem abiiſſet, quod Ciceronis ævo factum eſſe, ex ejus *Pisone* colligere eſt. Tum igitur, horum in locum, vel aras conſtruebant, ut de Alexandro quoque legimus, in monte Amano ; ſtatuasque victoriæ monumentum exciranre : vel *Tropæo* Jovi ſigna ponebant, uti de Hyllo legimus & Iolao, apud Eurip. *Heraclid.* v.937.

—— Βρέτας δὲν Τρόπαῖον κατὰ πύλας ἑ ἑστικε.

V. Franc. Roſſæum *in Angl. cui ill. Archeologia Attica lib.* 7. *capite ultimo.*

Troparium, in Eccl. Gr. verſus eſt, in quo ut plurimùm agitur memoria Sancti illius, cujus feſtum celebratur. Nempe certis diebus, certi Canones, diviſi in *Troparia* plerunq. 30. (excepto Magno Canone 150. complexo) in eaEccl. cani conſueverè. Nomen inde, quòd ad Hirmos ornandos, *tropulationem* ad eos faciant. Canebantur autem poſt Horas. Et quidem ex iis nonnulla Anthimus & Timocles ; id verò, quod poſt ſecundum antiphonum canebatur, Juſtinianus compoſuiſſe dicitur. Sufcerus in voce Τρισάγιον.

Tropei, memorati Suetonio *in Claudio cap.* 8. *Et quotiès poſt ci-bum obdormiſceret, (quod ferè ei accidebat) oleatum ac palmularium oſſiculi inceſſebatur, interdum ferula flagrorve, velut per ludum excitabatur à* Tropeis : *ſtudium & manibus ſervientis ſuis invitus* ; Scurræ videntur fuiſſe, qui, poſtquam Claudium percuſſerant, ſtatim ne deprehenderentur, ſe verterunt, joculari motu ; quod luſus

lusis erat genus: A' τροπὸς, quod *vertere* denotat. *Copreas* autem legit Adrian. Turnebus *Adversar. lib. 22. cap.* 32. Sed quinam illi essent, non explicat; facit vero id Jof. Scaliger *in Festum lib. 17.* in voce *Scurra*. Alii *Crepi*legium, & Lupercos intelligunt, quorum solennis mos erat, obvios ferutis pelle contectis verberare. Alii aliter: mire enim vexatus hic Suetonii locus est. Non pœnitendam fententiam affert, Marc. Donatus Ponzanus *Dilu. id. p.* 639. ubi ait, ie fuspicari, id ludi denotari genus, quod aftragalis exercebatur. Jactantes enim afpiciebant ſcrobem, in quam jactati calculi feu globuli excipiebantur, idque corpore non lemel obverſo: & in Lex. Gr. τροπὴ, redditur, *obversio, ludi genus*. V. Thomam Dempſterum *Paralipom. in Rosinum l. 5. c. 6.*

Trophonius, a Ide. Complura de eo habent Iamblichus in *Vit. Pythag.* & Scholiaſtes Ariſtophanis *in Nub.* ac e junioribus Nic. Leonicenus *lib. de Antro Trophonii*, & Gerh. Jo. Voſſius *de Idolol. lib.* 1. *c.* 13. Inter Ruthy cratis opera, ex ære, ſimulachrum *Trophonii*, memoratur Plinio *l.* 34. *c.* 8.

Tropite. Hæretici, Verbum in carnem *conversum* eſſe (unde nomen) docentes, memorantur Philaſtrio *Catalogo Hæres. cap.* 23. Eis affines Polemiani & Eutychiani, de quibus V. hoc loco.

Tropus, in Eccleſia Rom. verſiculus quilibet, in præcipuis feſtivitatibus immediate ante Introitum cantari ſolitus, quaſi præludium quoddam & Introitûs ipſius continuatio, continens hæc tria, *Antiphonam*, *Verſum* & *Gloriam*. Sic in Feſto Nativitatis, ante Introitum, *Puer natus eſt*, præcedit *Tropus* iſte, *Ecce adeſt de quo Prophetæ cecinerunt, dicentes, Puer natus eſt nobis*. & Gregorio M. inſtitutum, teſtibit Durandus *l.* 4. *c.* 1. Nomen à *conver ſione vulgaris modulationis*, in *Concilio Letrovic. ſæc.* 11. Hinc Τροπικὸν Græcis, Latinis quoque *Troparion*, libri hujuſmodi *tropos* continentes, de quibus V. Leonem Allatium *de Libris Eccl. Gr. Diſſert.* 1. Goarum *ad Euchologium paſſim*, Joh. Meurſium *Gloſſar.* ut & ſupra.

Troſſus Aper. Grammaticus Latinus, inter præceptores Marci Imp memoratur Jul. Capitolino in *Vita* hujus.

Troſſuli, dicti ſunt, qui alias *Celeres*, recenti nempe juvenes robuſtiſſimi, & è nobiliſſimis familiis delecti, qui Romulum, à quo inſtituti erant, ejusque Succeſſores, haſtati per urbem aſſe-debantur. & ueſſi miniſteria exequebantur, in bello ante ſignani & protectores: Equites quidem, ubi campus eſſet ad equeſtre certamen accommodus; pedites vero in aſpero loco & equis invio. Sed Equites plerunque, qui cum absque Peditum auxilio *Troſſuitum* oppidum Hetruriæ expugnaſſent, inde in nomintis nacti ſunt. V. Plinium *l.* 33. *c.* 1. & in voce *Troſſulum*. fidem & *Flexum nos* dicti, *à Troſſulo* quem gyris. Plin. *l.* 33. *c.* 1. Hinc *ab Romulo Regibus ſuperadditi ſunt*, *deinde Flexumines*, *poſtea Troſſuli*. Sed *Troſſulorum* nomen pro equitibus non diu poſt Gracchum manſiſſe idem addit. Jam enim tum pudebat multos iſthoc nomine appellari, propterambiguitatem vocis, quæ olim quidem ſignificabat, quod diximus; illo vero tempore etiam pro juvene compto, ornato, unguentato, nitide veſtito, adeoque delicato & molli accipiebatur, à Græco vocabulo τρωθὸς, quod *delicatum* & *mollis ſignificat* notat. Seneca *Epiſt. 4. Quid turpius eſt ſaltare, quod troſſuli ſi, & juvenes*, alibique. Capitolinus verò vetus verbum uſurpavit, in *Commodo*, ubi de hujus in Equitum ordinem cooptatione, quæ alias fiebat anno 18 Commodo vexto 17. imo Marco Imp. ſexenni, contigit. Ita autem is, *Coptatus inter troſſulos Princeps Juventutis*, ad quem locum vide Salmaſii *Notas*.

Troſſburgum, caſtrum Germaniæ, ſub proprio Comite, ex Familia Wolckenſteinia. In hac ruina, Fridericus communis dominus lineatum *Troſſburgis & Rotino* e e patet fuit, illius quidem per Michaelem fil. in cujus poſteris Chriſtophorus Franc. Baro *de Wolckenſtein*, ex Maria Com. Eberſteinia, ſuſcepit Paulum Andream Com. de *Wolckenſtein*, quo & Maria Com. Hohenzollerana, genitus eſt Franciſcus, & genuit, omnes *Comites de Wolckenſtein*, lineæ *Troſſburgiæ* V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ Parte II. pag.* 58. & *arte literali. Tom. II.*

Trotare, apud Vincent. Belvac. *lib.* 32. *c.* 21. *Inaptus iter arripuimus & equitando, quantum equi trotare poterant — properabamus*. Gallis hodieque *trotter*, Salmaſio eſt ex *volutare*, & gretium notat equorum trepidantium. quem ſuprà deſcripſimus, ubi & *volutim* incedere dici interdum equum, qui *trepidabat*, monitum. Hinc *trotavi* diccbantur adulteri, cùm per urbem nudi tradu cerentur, quæ receptæ olim apud Francos, ſicut vetuſtiori ævo apud Piſidas, pœna fuit. V. de Iſis Nicol. Damaſcenum, apud Stobæum *Serm.* 42. de Iſis Car. du Freſne *Gloſſar.* & plura de a dulteris ſupra.

Tritingi, in L. Longobard. *lib.* 1. *tit.* 16. *§.* 8. *Dum quidam ad ſe ſcipiendam ſponſam — item paranymphis aut* tritingis *ambularent*: jocularores ſunt Papiæ, qui *Tritani* alios, amatores culinæ & liguritores patinarum ac vaforum Car. Bovillo, qui vocis etymon arceſſit à *trine* vaſe, quo quæ è coquina in lavatrinam fundi ſolet. C. verò du Freſne ſic dictos vult à Gall *trein*, unde effecta vox *trein rein* quis, ait, indigitabantur tributorum collectores & exactores, qui oſtiatim tributa exigere ſolebant, ac præſertim ejusmodi cen'us, qui inde *Cens trains* dicuntur in vett. *Conſuetudd.* quòd à Dominis petiae *quari* deberent. Jam verò qui quærunt, invenient; unde vocis *trein ver*, ſeu ut hodie effertur *train ver*, originem petendam ab ejusmodi tributorum collectoribus, qui dicebantur *a voir trein*, cùm tributum *in trein* exegiſſent. *Gloſſar.* voce *Trusanni*, Gall. *Trouant*, qui infigniri vulgo, ignavos illos, qui per provincias paſſim vagantur, & mendaciis ſtrophisque ſuis omnibus illudunt, addit.

Truborus, ex V Varcgorum gente, Pleſcoviam Ducatum in Ruſſia condidit; frater Scinei, qui *Biale-Gioſero*, & Rurici, qui Novogardiam, Ducatus alios duos Ruſſiæ celebertimos, inſtituere. ub finem ieculi VIII. quorum ultimus, frat ibus absque prole extinctis, Ruſſiæ totius Monarcha evaſit, uti ſuprà diximus. V. Gerog. Hornium *Orb. Imper.* cum *Annotat. verſion. Folletianis pag.* 372.

Truchſeſſii, V. ſuprà *Dapiferi*.

Truchus, V ſupra *Trochus*.

Trulla, à *Trua*, vaſe aquario ſeu ingenti cochlari, quaſi *Trua*, inter vaſa potoria memoratur, *l.* 36. *ff. de auro & argent. leg. Tria ait, ſcyphos, modulos, pocilas*, (ſcyphiusque fuit profundior & elongior, ut docet Andr. Alciatus *Parerg. l.* 7. *c.* 3. Interpres vetus Juvenalis *ad Sat.* 3. *v.* 108. *calicem unum* exponit *Trullam*, quem locum eruditè pertractat Alexander Neapol. *Genial. Dier. l.* 5 *c.* 10. Heleno Acroni *Trulla, deformis calix & roſſi anus ad Horat. lib.* 2 *Sat.* 3. Unde Caco *de re Roſſ. cap.* 10. *villanus*, inquit, *habere poterat urnam quinquagenariam unam, trullas tres*. Idem *c.* 13. In torculariam uſu opus fuit, *Trulla acuea tres, amphoræ viginti ac una*. Et paulo poſt *decem urnales teſtacei duæ*, Trullas *ligneas duas*. Meminitque earum Plinius *lib* 34. *c.* 8. *Sunt ergo noſa tantum Corinthia, quæ ipſi elegantia vocant, & in his pendi trua ſeu trullam unam in tantum, unde in* Trullas, *nulla munditiarum reſpectu*. Ubi conqueritur munditiis cont mitis, Corinthia viliſſimis applicata uſibus, dum ex illis faut *Trullæ*. h. e. lafantum, in quod onus ventris deponitur, aut vas, quo ex culina in lactarium aquam effundunt, aut cæmentariorum inſtrumentum, quo dealbati tectorio, aut deluti muniuntur & complanantur parietes. Omnia n. hæc ſignificata apud Auctores vocabulo habet latino. & vas potorium fuiſſe, nulli dubium eſſe potest. Ita enim Martialis *l. 9. Epigr.* 98.

Clinicus Hiſpedes trullam ſubduxerat agro,
Deprenſus dixit, ſtulte quid ergo bibis?

Nempe prætextu curæ furtum Medicus excuſat, quaſi *Trullam* amoviſſet, ne æger, præter Medici imperium, biberet. Et Plautus *Amphitruone Actu* 1. *Sc.* 4.

Interea, dum Alcumena parturit, in popinam eundum eſt mihi, Lances detergam omnes, omnesque Trullas
Hauriam.

Horatius item *loco cit.*

Qui Vejentanum paſſis potare diebus
Campana ſolitus Trulla, *vappamque profeſſis*.

V. Thomam Dempſterum *Paralipom. in Rosinum l.* 5. *c.* 30. *Trullam cypſellatinam*, & *muris lianam* habes apud Plin. *l.* 37. *c.* 2. Apud variis nationes Suevas maximè, *Trullas* Dæmones nuncupatos, ſexu tam muliebris, quàm viri, ementitos, in hominum familiatu eſſe conſuevisse, refert Theodor. Zuingerus *Theatro Sap. Hum. p.* 789. Sed & *Trulla* Inſ. nomen 120. à Cane ſtadiis diſſitæ ſuprà quam in mediterraneo ſitu opp. Sabatha, metropolis Thuriferæ reg. de qua V. Salmaſium *ad Solinum p.* 493. ut & ſupra, in vocibus *Cane & Sabatha*.

Tr Cane, addit. Al. *Trulla*, Carolo du Freſne in gen. ædificium eſt *rotundum, vel quadratum*, in formam ovi concameratum, *duobus* hinc inque nonnullis diſtantibus ſpeciæ, de dicta præ cæteris ædes eſt in Palatio Ceſarano, in qua Synodus præfata habita. uti idem pluribus obſervavit in *Deſcr.* ædis S. Sophiæ *num.* 32. ubi etiam id nominis Byzantinos Scriptores tribuere potiſſimum excelſo & ſublimi hemiſphærio docuit, quod zoti ejusdem ædis ſtructuræ incumbit, τρούλλος & τρούλλον promiſcuè appellantes, V. cum in *Gloſſar.* & de Trullo ruina. Zonaræ memoratâ & Cedreno. Macros Fratres in *Hierol.*

Truncanali cadavera mos fuvus, apud vett Scriptores paſſim obvius eſt, ubi vidimus ſuprà, ubi de *Lacerandi*, *Secandi*, *Trahendi* more, item in voce *Cadaver*, & ubi de *Cædis expiatione* apud priſcos uſitatâ. Verbi vim exprimit Philoxenus *Gloſſ. Truncat. ἀφορτίζει*, κολοβοῖ. origo eſt à τρυμ, τερο, conficio; τρύχω, *attero*, concido. Unde *truncus*, propriè ac primo de arbore reſecta, deinde etiam de alio corpore. Jul. Cæſ. Scaliger *Exercitat.* 140. *Silices, ubi truncatus, truncus eſt. Cadaver Poeta abſciſſo capite truncum appellavit. Veteres ſignificantius mutilum, ab ſiſe reſectum dicebant truncum*. Et quidem præcipuè *truncus* dicuntur cadavera, quibus capita abſciſſa. Statius *Thebaid. l.* 12. *v.* 33.

At circum informes truncos miſerabile ſurgit
Cervamen, qui ſtipula ferant ——

Ubi *informes truncos* ſunt, demptis capitibus non agnoſcendi, Hinc *detruncare* (ſimpliciter ſequioris ævi Scriptoribus, capite ſpoliare dicebatur, V. ad Hiſtoricos *Recuperatæ Palæſtinæ* olim à Jac. Bongartio collectos. Quia vero *truncus*, ut dictum, ſtipes eſt acciſus, hinc ſtipiti, ad quem rei alligantur, *truncī* nomen eſt

eſt, in *Charta* Rudolfi I. *Furcas ſeu patibula*, truncos *& tormenta alia—publicè erigenda*, in *Metropoli* Salisburg. *Tom.1. pag. 390.* & 394 V. ſuprà ubide *Cippo*, item in voce *Lignum*. Apud Auctores Eccl. vero *truncus* vocatur, quod γλεφοβάπτου in Evangelica Hiſtoria dicitur, arcella nim. Fidelium eleemoſynis recipiendis deſtinata: forte quia ex *truncis* arborum primitus fierent. Sed & *truncus*, *aut lapis cavus*, *ubi aqua*, *unde ſacra lavantur*, *effunditur*, in ædibus ſacris memoratur Gilleberto Epiſc. Lunic. *de ſuo Eccl.* V. Car. du Freſne *Gloſſar.* Diminut. *trunculus* eſt, unde *ungulæ* & *trunculi* ſium, apud Ceſium *l.2. cap 22.* de pedibus recilis, Salmaſius *ad Solinum p.219.* Græci ἄυχες, item κεφαλὰς, Ve getius *arones* quoque vocat. Quo ſenſu & *tranci* occurrunt, apud *Abrasi Auctorem*

Non illi ſuſpenſa focum cervaria juxta,
Durati ſale ſeſtergia, truncique vocabant &c.

V. Caſp. Barthium *Animad verſion. Papinianis l.4. Sylv 9. verſ.54.* & plura hac de voce, apud eundem *ad Theb. l.5. v. 236*

Truſatiles Molæ primùm fuere, poſtquam in pilis fruges torrere ceſſarunt priſci: quibus poſtea ſucceſſere aſinariæ, in quarum locum tandem aquariæ (quarum frequentiſſimus hodiè uſus) ſurrogatæ ſunt, ut diximus ſuprà, ubi de *Molis*. Memini *Truſatilium* Gellius *lib 3. cap. 3.* ubi de Plauto ait, eum, quum pecunia omni, quam in operis Artificum ſcenicorum pepererat in mercationibus peritâ, inops Romam rediſſet, *ob quevendum victum ad circumagendas Molas*, quæ Truſatiles *appellantur*, *operam Piſtori locaſſe*. Iidque ſcripſiſſe, *Saturionem & Addictum & tertiam quandam* Comœdiam. Circumagebantur illæ manuum agilitate ac robore, ſicque fruges terebant. hinc *Manuales* diætæ Servio Honorato *ad Georg. lib. 1. v. 274.* quum de ruſticorum operibus,

Sæpe oleo tardi coſtas agitavit aſelli,
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque rotantem
Incuſſum aut atræ maſſam picis urbe reportat.

Ubi *lapidem incuſſum* recte dixit, *nam circumactio lapide frumentum terebatur*: Dicebatur autem inferior lapis Græcis proprie Μύλος, ſuperior Ὄνος, ſeu *aſinus*, Heſych. V. Thom. Dempſterum in *Rosinum lib.1. cap.14.* & Thyſium *JC. in Coll.*

Truſtis, in L. Salica *tit. 43. §. 4. Si quis eum occiderit, qui in truſte dominica eſt*: fides eſt ſeu fiducia, vox Germ. unde *in truſte do minica*, ſeu *Regali* elle dicti ſunt, qui Regi ipſi *fidem* jurarunt, hincque de patrocinio ejus ſecuri fuerunt; quod Procerum præſertim fuit, qui inde dicti *Antruſtiones* tum, poſtea *Fideles* appellari cœperunt. Erat horum ſumma dignitas, uti patet ex eadem *L. in. 32. §. 20.* ubi caſtratio hominis ingenui ſeu nobilis 600. ſolidis, *Antruſtionis* verò 1800. i. triplo lucuda iniuria fuit. Hebat autem ejusmodi *Truſtis*, ſeu Fidelitatis ſacramentum. A Fidelibus *Antruſtionibus*, *more Francico*, *in manus Regi in haſtiatum manibus commendatis*, Sacramento interdù adhibitis SS. præſtito, ut eſt apud Continuatorem Aimonii *l.4. c. 64.* atque, uti Antruſtio fidem Regi, ſic vicißim Rex tuitionem ac patrocinium ei, pollicebatur. C. du Freſne *Gloſſar.* V. quoque ſuprà, voce *Hominium*, ſic enim juramentum hoc poſtea dici cœpit.

Truianus, V. ſuprà, ubi de *Troiugio*.

Tru-ina, in aede Saturni, apud Romanos poſita fuit, moris antiqui veſtigium, quo illi *ex penſantes expendebant*, non *adnumerabant*, Feſt. Hinc Varro *de L.L. l.4. Per* Trutinam *ſolvi ſolitum*, *veſtigium etiam nunc manet in aede Saturni*, *quòd ea etiam nunc propter penſuram* Trutinam *habet poſitam*. Idem mosGræcis, uti docet Homeri Scholiaſtes *Iliad. v. Μαθὼν τοίνυν τὸν ὕπνον χρυσᾶν ἔχοντας, καθὼς ἔθους ἦν ἀγορᾶσαι χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ τὰ παραπλήσια, ἵνα τὸν ὑπνον πωλήσωσιν, τοῦτο ἐξεπόρευσαν Γραῖοι νηυσὶ, ἀυτὸν ἀργυρίου καὶ χρυσίου ἕνεκα*. Unde Lycophron *Caſſandra*, ubi de Hectore,

Λαβὼν δὲ σαῦρα τὰ σιδηρομίτρα βάδην,
Σκεῦος τάλαντα τρυτάνης ἀγνυμένον.
Ei libripens trivnis occiſ ſtipem
Ferens agina examinatam lanciibus.

V. Joh. Meurſium *Not. in l.* De Hebræis idem clariſſimè ex Scaliger patet. Sed & luxui inſerviere *trutinæ*, quasin convivia poſitæ conſueviſſe, ut *adpoſiti piſces & volucres ponderarentur & glires*, legimus apud Marcellinum *l.28.* Loci origo ex Græco τρυτάνη, quod à τρύω, Becmannus *de Origin. L.L. p.169.* V. quoque Alciatum *l.4. de verb ver. ſignif.*

Trutta, nusquam memorantur veteribus Latinis: ſed meminit Ambroſius *Hexaem. lib. 5. cap.3.* niſi quod ibi *Trutæ* perſcribuntur. Item Plinius Valerianus, is cujus ſepulchrum Comi conſpicitur, *de Remediis l.5. c.43.* & Iidorus Hiſpalenſis *Orig l.12.c.6.* cujus ſunt verba, *Varii à colorie varietate*, *quos vulgus* Truttas *vocat*. Ita quoque exaratum eſt in uno è MS. Voſſianis: in altero eſt *Trullas*. Nempe hæc ſcriptura ex eo eſt, quia confuderint vulgò cum *Tructa*, quo nomine, ὡπὸ τὸ τρώγειν, *à vorando*, Græcis amia dicta eſt, piſcis marinus; eaque ſimillitudine deceptus quoque Paulus Jovius cum Trutta fluviali piſce Troctam confundit, *de Piſcibus Rom. cap.35.* qua in re præivit illi Raphael Volaterranus *Philol. lib.19.* Eſt verò *Trutta* Germaniæ originis: eſt enim ex eo, quia ſe *irrudant* in flumen adverſum. Vere interea dicunt ferri, qua maximus ac rapidiſſimus eſt æquæ impetus. Itaque Præceptor Voſſii, Philologiphæ apud Batavos Profeſſor, Antonius Trutius cui à *Trutæ* id nomen erat, pictura piſcis pro ſymbolo uſus, adſcripſit,

— *Ne contra flumina iſtum.*

Nempe exemplo Vibii Criſpi, apud Juven. *Sat. 4.*

— *Quinunquam ſtirexit brachia contra*
Torrentem.

Interim, quia natatione huiusmodi, eaque veloci, fatigant atque exercent corpus, eo & grati fant ſaporis & ſalubris. Rationem cequendi docet P. Jovius *lib. locoque cit.* V. Gerh. Jo. Voſſium *de orig. & progr. Idol. lib.4. c.30.* Celebrem *trutarum* piſcationem Genevæ vigere, nemini ignotum eſt.

Trutungi, inter Scytharum populos, qui *in Romanorum ſolum & Remp.ab. venerunt*, *atque illic pleraque vaſtarunt*, principatu Claudii II. memorantur Treb. Pollioni *in vo: Tuttungri*, in vet. *Chorographia MS.* Ἰδατίος ex Zoſimo, *Gruthungi* Amminno Marcell. *l.* 27 appellati, an iidem cum *Thuringis*. quorum mentio in *Æthici Cosmographia?* V. Salmaſium *Not. ad Vopiſcum. d.l.*

Trygodamones, apud Ariſtophanem *Nebulis*, dicuntur Poetæ, quod *facibus*, quas Graci τρυγὰς vocant, faciem illinere conſueti, in viis, curibus inſidentes, ne cognoſcibiles fierent, pomata concinebant, cavillis probrisque lacerſentes eos, qui præterirent. Unde *de curris* ſeu *plauſtro lugui*, Prov. ἅμαξα Rhodiginus *Antiqq. Lectiv. lib 2. cap 7.* V. quoque ſuprà in voce *Fex*.

Tryphon Diodorus, primus auctor Cilicibus piraticæ dominatus. V. ſuprà *Diodorus*.

TS.

Tſerdaer, nomen illuſtris in Germania Familiæ, de qua V. aliquid ſuprà, voce *Tillius Johannes*.

TU.

Tu, compellatio honorifica, quâ ergà Deos ſuos Veteres ſæpiſſimè uſi. Virgilius *Æneid. l. 8. Hymno Evandri & eo vivarum ejus ad* Herculem,

— *Tu Nubigenas, invicte, bimembres*
Hyleæumque, Pholumque manu, Tu Cretia mactas
Prodigia & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, Te janitor Orci &c.

Papinius *ſine Thebaidis prime*, ad Apollinem,

Tu *Phœbea ſubmiſis citharæ*: *Tu maxima honori*
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.
Te viridis Python

Et *lib 1. Sylvæ 1. verſ. 79.* ad Domitianum, divinos honores affectantem,

— *Tu bella Jovis, Tu pralia Rheni,*
Tu civile nefas, Tu cædum in fædera montem
Longo Marte domas &c

V. Caſpar. Barthium *Animad.v. Papinian. ad h.l.* E Sacris petita, ut alia Ethnicorum non pauca, uti paſſim videmus. V. inprimis Pſalmum 102. *verſu* 15. & 16. *Tu autem Jehova in ſeculum permanes — Tu ſurgens miſereberis Tzyonis &c.*

Tuba, Tyrrhenorum inventum Plin. *l.7. c.56. à tubo*, ſeu canali, quem refert, dicta, priſcis Græcis ignota fuit. Unde illos, *Tubarum* loco, conchis uti conſueviſſe, legimus, apud Heſychium, Κόγχοις τοὺς Θρακιτίους ὑμνεῖν, ὡς τὸ παλαιὸν ὑμνοῦσι ἵνα enim emendavit Meurſius, cùm antea malè legeretur, Κάλαθος, τοῖς θ. Idem Theocritus docet *Idyll.*

Ἦ ῥᾴιον Φ. κ. κόγχοις τὰν ὠκυκάτο κώλαν,
Οἱ δὲ θοὶς συνέχοντι τὸν ὠκιμὸν πλαγίοισιν
Κύκλῳ θυτάβιον Φ.

Sic Virgilius,

Sed tum forte cava dum personat æquora concha.

E' quibus lux Tertulliano *de Pallio*, *ubi aut. mavis conchæ & buccinæ peregrinatur in montibus*, *cupientes Plautos probare*, *etiam ardua ſtultitiæ*. Pertinet huc Theognidis quoque ænigma; priſcum in militia illum conchæ uſum ex primens,

Ἥδη γὰρ με κελεύει βαλεῖν ὀξὺν σιδαρέην,
Τηλεκλεὴς, ξὺν ὀβριμαίῳ φόβαιο.

V. Jo. Meurſium *Notis in Lycophron.* Apud Athenienſes poſtea ἀνωφθεῖσι ἀντὶ σαλπιγκτῶν, *Xenophontes Tubicinum*, committendi prælii ſignum dedere. Statius *Theb. l.4.*

Prima manus rutilam, de vertice Lariſſæo,
Obtruſit Bellona facem.

Donec tandem *Tubæ* prodierunt: quarum jam Æſchylus meminit *in Veris*.

Σάλπιγξ δ' ἀὐτὴ τὰν' ἐκίνα ἐκέλαρυξεν,

alluſione ad priſcum ſecum uſum tacta. Tyrrhenis verò *Tubarum* inventum attribuit Scholiaſtes Euripidis *in Phœniſſis*: & quidem *ænean Tubam* à Piſeo Tyrrheno primùm excogitatam fuiſſe, tradit Plinius *Hiſtor. Natur. lib.7. cap.46.* Ab his in Græciam primùm eas detulit Archidas quidam, Heraclidis auxilio profectus, telle eodem Schol. πρώτῳ δὲ Ἀρχίδαι συμμαχοῦσι τοῖς Ἡρακλείδαις ἦγεν τὸν Τυρρηνὸν σάλπιγγας εἰς Ἕλλαδα, ubi Τυρρηνὸν illam ab inventoribus appellat quemadmodum ipſe

Pocta, tum *in Thyestis*, tum *in Heraclitis*, eodem epitheto eam insignit, *τοῦ δ' ὑπέρσοφον ὄρθιον Τυρσηνικῆς σάλπιγγος ἀνὰ δώματα πάντα ἀείρων*. Ὀρθὸς enim modus, excitando militum vigori idoneus. Forma veteris *Tubæ* eadem, qualis apud Europæos hodie, ære nempe directo ducta, canali ad extitum latiore: quæ erat militaris (Nam & alia sacrorum fuit, dispari usu & fortasse forsitan.) Hinc à cornu quod *Inflexum*, *Tuba* diffinxit Ovidius:

Nec Tuba directi, non ærea cornua flexi.

Digniores quoque ea usi olim, imò & Principes viri illâ cecinerunt: At Homerus, licèt noverit, nusquam tamen eam Heroibus tribuit, quia tum nondum in usu Græcorum. Qui Romani usi, Tyrrhenica fuit, similis tibiæ Phrygiæ, habensque officium fistulam aut tractum, acuta admodum. Modus incinendi classici hic fuit. Tubicen unus utrinque insonuit, & mox alii pariter responderunt; priores quidem ii, qui rotundo loco constituti tubis certum aliquid modulabantur, quo, ut confiderent & prælio se parerent admonebantur milites. Tum dein omnes reliqui, qui animos irasque militum acuebant, incendebant ad pugnam. Itaque triplex *Tubæ* fuit sonus: Primus unius & singularis, qui Primipili fortasse, haud longè ab Imperatore eiusque nutu incinuit: Secundus aliquot eorum, qui in loco quodam orbiculato & fortassis editiore stabant, ad signa & aquilas. Tertius omnium aliarum per cohortes, per turmas, per pariter item classicum concinebatur. Duo enim priores soni non nisi expediendo militi ciebantur, paulatimque eius animo & iræ movendæ. Quantum autem *Tubæ* sonus, ad spiritus sanguinemque evocandum, vim habeat, nemini ignotum: Unde Romani non in Equitibus solùm, fed etiam in Peditibus *Tubas* adhibuere: Tympana & cuiusmodi nos vafa pulsamus, aver fati, imò convicio vulgari notantes, *Tympanizare*. Interim, *summos bellatores Lacedæmonios, non eorum Tubarumque ſpiritu, ſed tibiarum modulis, in prælio uſos eſſe*, refert apud Aul. Gellium *l.* 1. c. 11. Thucydides: cujus rei causam V. *Scholion.* Cretenses verò *ad citharam dimicaſſe*, docet Heraclides in *Politiis*, ac Polybius *l.* 4. Solenni porrò ritu, antequam in bellum abirent *Tubicines*, lustrabantur *Tubæ*, ut dicitur infrà, in voce *Tubilustrium*. Neq; verò in bello solùm *Tubæ* usu patræ, fed & cùm in sacris certaminibus denuntiandi ac declarandi Victores erant; posteriori viz. ævo: Antiquitus enim, cùm Tubas nondum haberent, *ſolis* Præconum voce id factum. V. Thom. Dempſterum *Antiqq. Rom. l.* 5. c. 5. Imò Philostratus in *Polemone*, Ἡ δὲ ἰδέα τῆς ὁσίας μετὰ λόγων θείων ἐς ὑποψίαν ἦλθε, ὅτι τοῦ ἀγῶνος, ὅπερ ἐν Ὀλυμπίᾳ σάλπιγγι ἐκάκυκλον. *At ſpecies Polemonis orationum ſuo tempore in certamine & pugnax, & rehementer ſonans, quemadmodum Olympica tuba.* Ad cujus proin cantum, Athletæ, qui in curribus, ubi forte eis affignata loca erant, ſteterant hactenus, poſſea profilierant. Hinc & apud Virgilium in Ludis defcriptis *l.* 5. tuba

cunctoſque meda cantu aggere ludos.

Etiam in Funeribus adhibita, Servius docet *ad Æneid. l.* 5. ubi ait: *moris fuiſſe, ut majoris ætatis funera ad* Tubam *proferrentur: minoris verò ad tibias*. Nempe canebant ea Siticines. quod Tubæ genus à cœterorum Tubicinum diverſum fuiſſe, rectè ob ſervavit Hieron. Magius *Miſcell. l.* 1. c. 13. ubi docet, Siticinum tubas cœteris fuiſſe latiores ac longiores, quales in antiquis ſepulchris videre eſt exſculptas, ipſoque Siticines graveni, ut ſupore luſtui idoneum, incinere ſonitum conſueviſſe. V. de his præter Magium præfatum Jo. Meurſium *de Funer. c.* 18. & ſuprà in voce *Siticines*. Illuſtrium præſertim ac nobilium virorum, uti docet Caſaubonus *ad Suetonium Julio c.* 84. In pompis inſuper, olim hodieque. Et quidem de Triumpho vitum fuſpra. Sed & pace inter Alexandrum III. & Fridericum Barbaroſſam ope Venetorum compoſiti, inter cœtera Veneti Ducis inſignia, quibus eius majeſtatem inſtruit Hemtifex, *Tubæ argenteæ* ei ſunt quinque illi donatæ, memorantur Sabellico *lib.* 5. *Ennead.* 9. Imò & in India *tubæ* ufum mendicis eſſe, militari hoc clangore fatis ferociter ſtipem poſcentibus, docet P. de Valle *Itiner. Part. II*. &c. De Hebræorum *Tubis* dicemus infrà aliquid, ubi de *Tubarum Feſto*. Sonus Tubæ *clangor* proprie, unde quòd *murmur* eum Papinius dicit *Thebaid. l.* 6. v. 404. carpitur à Barthio. *Metus* verò appellat Higinius c. 174. ubi de tubarum inventione: *Tyrrhenus*, inquit, *Herculis filius, tubam primus invenit, hac ratione, quòd cùm carne humanâ comites ejus veſcerentur, ob crudelitatem incolæ—diffugerunt. Tanciſſe, ubi qui ex eorum numero deceſſerant, concha perinſa buccinavit & pagum convocavit, ſeſtatisque ſunt, ſemoriumque ſepulturæ dare, nec conſumere. Unde* tuba *Tyrrhenum meto dicitur*. Ubi tamen *Metei* legendum, quem Tyrrhenorum itidem Imperatorem tubam invenifſe primum Lutatius ait, conſicit Calp. Barthius *Animadv. Papin. ad d. l. Clangorem* autem de tuba Virgilius uſurpat *Æn. l.* 8.

Tyrrhenumque tubæ mugiere per æthera clangor &c.

Affinis Tubæ lituus, nifi quòd illa inchoando prælio, & claſſico, (unde *tubæ ſonitus auditi*, bellorum omina, Plin. *l.* 2. c. 57.) hic receptui canendo aptior: confundit tamen utrumque idem Statius *Theb. l.* 11. v. 50. Buccina item, & omne ſonorum cornu, quæ *Tubæ* nomine nonnunquam Veteribus venire, docet Barthius præſertim ubi ſuprà; Vide eum *ad eundem Potium, alibique paſſim*, uti de *Tubis* plura, apud Scholiaſten Sophoclis *Inſte Aiacis*.

Tubarum 6. apud Antiquos genera, ex Euſtathio.

1. Quam Minerva invenit, quæ ab Argivis hoc cognomento cultæ, Σάλπιγξ Ἀθηνᾶ.
2. Apud Ægyptios, quam Oſiris reperit, quæque χαλκῆ ipſis dicebatur, & in ſacrificiis adhibebatur.
3. Gallica, conſtatilis, non nimia magna, os habebat deformatum in beſtias & canalem plumbeum, in quem inſpirabant Tibicines duæ
4. Paphlagonica, cujus os effigie bovis, gravi magnitu, furium inflabat.
5. Medica è calamo tubam habens, gravi ſono.
6. Tyrrhenica, Phrygiæ tibiæ ſimilis, oriñcio ſciſſo, acuta valde: quam ad Romanos à Tyrrhenis delatam dicere.

V. quoq; de Helegeo, primo *Tubæ* inventore. Palæphatum & Pauſanium *l.* 2.

Tibal, ſeu *Thubal*. Japheti filius, Noahi nepos quinto loco inter fratres recenſitus Geneſ c 10. v.2. primus omnium in Hiſpaniam venifſe creditur, de quo tamen aliter Hieronymus *in Ezech. c.* 38. ubi *Tubal* interpretatur *Italos*. Sed ut ramque ſententiam jungit Idem *in Iſai. cap.* 66 *Tubal*. inquit, *ſive Thubal, ſive Italia interpretatur ſuo Iberia*: ut & Iſidorus *Origin. lib.* 9. *cap.* 11. Occaſum, ut videtur, ex Joſepho ſcripſerit, qui *Antiqq. l.* 1. *cap.* 7. & *Tobiæ Tobeliæ, qui in Tiris temporibus Iberos appellatur*, meminit ſcribit. Ut ter ijs procedit Annius Viterbienſis, mirificus impoſtor, qui *Tubalis* filium *Iberum* ſtatuit; eumque & Ibero filiumini & Iberiæ terræ de ſe impoſuiſſe nomen dicit. Verùm ſi *Iberorum* Pater *Tubal* fuit, num Hiſpani propterea intelligendi? Cùm Joſephus à fratribus ejus, Gomero Galatas; Magogo Scythas; Madai Medos; Javane Ionas; Mefecho Cappadoces; Thiraxo Thraces deduxit: quis credat, *Tubalem*, tam longè à conſanguineis, in ultimum receſſiſſe Occidentem? Et *Thubalitæ*, inter Syriæ Aſiæque populos referri videmus Ezech. c. 38. v. 2. ubi *Gog* vocatur caput ſive Princeps Magogæorum & Thubalidarum: ac ſimiliter c. 39. v. 1. ubi dicitur Deus eos producturus è terra Aquilonari. Alibi etiam *Moſoch* & *Tubal*, conjungunt ur, ut gentes contermine, V. Ezech. c. 27. v. 13. & c. 32. v. 26. Sanè autem conſtat, *Moſoch* Septentrionalem eſſe Aſiæ Populum: Unde & *Tubal* fuerit inter illas nationes, non verò in Occidente ultimo quærendus. Intellexiſſe itaque ſoſephus potiùs cenſendus eſt Iberes Aſiaticos, qui coloniâ in Hiſpaniam ductâ nomen ſuum ei dediſſe videntur. Namque & Plinius è Strabone *l.* 3. c. 1. Iberes five Iberos incolas loco collocat, inter nationes, quæ ante Romanos in Hiſpania ſedes fixerint. Cui q amvis refragentur, Megalthenes, apud Euſebium *Præp. Ev. l.* 9. c. 41. Strabo *lib.* 1. Dionyſius *Periog.* Socrates *hiſtor. Eccl. lib.* 1. *cap.* 19. Iberos Occidentales in loca ultra Pontum & Colchidem commigraſſe, afferentes: Appianus verò *in Iberici*, neutros alterum *ἀνώνυμα* eſſe dicat: multo tamen verſimilius eſt, Hiſpanos Iberum in Aſia colonos eſſe, cùm ab Orientegenus humanum propagatum ſit; quàm ut credatur, Hiſpanos in loca Aſiæ Septentrionalia commigraſſe. Interim non abſurda Appiani conjectura, inprimis cùm, ut is ait, *Iberes ab ea ſimilitudine Nec moribus illaex parte, nec lingua convenirent.* V. Voſſium *de Idol. l.* 1. c. 33.

Tubarum Feſtum, unum fuit ex Feſtis Hebræorum anniverſariis. Apud hos enim *Tubarum* uſus antiquus admodum, tum in concione, & bello, tum in ſacris. De concione & bello, ſic Moſes Numeror. c.10. v. 2. & *ſeqq. Fac tibi* (verba Jehovæ ad Moſen) *duas tubas argenteas, opere continente factas illas; ut ſint tibi ad convocandum cœtum & ad imperandum profectionem caſtrorum. Quum clangent* (Sacerdotes) *illis, tunc congregabuntad te totus cœtus, ad portam Tentorii conventus: Quum autem clangetis ſeſtis ſono; tunc proficiſcentur caſtra &c.* De Sacris vid. v. 10. *In die quoque lætitiæ veſtræ, & in ſolemnitatibus veſtris, & in principiis menſium veſtrorum, ſimiliter clangetis Tubis illis ad holocauſtæ veſtra & ad ſacrificia Euchariſtica veſtra: erunt q, vobis in monumentum coram Deo veſtro.* Inprimis autem celebre erat *Tubarum* Feſtum, quod agebatur ipſis novi Anni Kalendis, ſeu initio menſis *Tiſri*, quo tempore Judæi minimum creatum ſtatuunt. Licèt enim menſis iſte Anni ſit ſeptimus, civilis tamen primus erat, Inſtitutio habetur Levit. *cap.* 23. *verſu* 24. *menſis ſeptimus, primo die ejus menſis, ſeſto vobis ceſſatio, monimentum clangoris, convocatio ſanctæ.* V. quoque Numer. c. 29. v. 1. Quæ proin Neomenia, utpote reliquis, quamvis & hæc eſſent, celebrior, tum ſacro κατ' ἐξοχὴν ac quiete, tum frequentioribus ſacrificiis, tum denique *Tubarum* clangore, à manè ad veſperam, celebrari ſolebat. Cauſæ illius erant, Mundi hocanni temporis ortus, uti ferè credebant, conditi memoriam renovare; ac novum annum, à quo Sabbaticos Jubilæosque annos ordiebantur, quoque in omnibus contractibus actibusque utebantur, ritè auſpicari; Annumq; gratia, qui in fine dierum extiturus erat, ſtipe *Tubæ* ſono ac clangore promulgare; *Annum viz. illum acceptationis Jehovæ*, Eſai. c. 61. v. 2. quem Chriſtus olim prædicaturus ac longè lateq. annuntiaturus erat: *Clangite in Neomenio buccina in Jobeliano die feſti noſtri*, Pſalmo 81. *verſu* 4. Baſilius addit, *in Pſalm.* 80. hoc feſto Iſraelitis

Israelitæ in memoriam fuisse revocatam diem illam, quâ, inter alia, *sonitus Tubæ vehementi valde*, in monte Sinai ipsis Lex data erat; Exodi c.19. v.16. Et forte Resurrectionis ipsis hoc Festo quoque memoria injecta, de qua sic Christus Matth. c.24. v.31. *Mittet verò Angelos suos cum Tuba voce magna, & congent electos ejus à quatuor ventis, à solorum extremo, ad eorum extremum*, &c. V. Th. Godvvynum *de Ritib Hebr. l.3. c.7.*

Tuber, à Græco τύφος, quod est τύφωμα, seu *tumor*, non dicitur nisi de rotundo & globoso, & proprie quidem notat tumorem vel abscessum corporis, qui in rotundum erumpit, Græcis φύσημα, φύσκωμα, τύλη &c. Inde ad fœtum illum terræ τύφλωσις, qui nil nisi radix est, & τύφη Græcis appellatur, denotandum vox extensa. Verùm hæc non *Tubera* simpliciter, sed *Tubera terræ* nuncupantur, q. *quasi* κοινόμματα. Glossæ *tubera terræ, τύφοι*. Sic in *lemmate Epigr.* 50. *l.* 13. Martialis, quod sic habet,

Rumpimus altricem tenero qua vertice terram
Tubera, *bolatis poma secunda sumus*;
Tubera terræ libri parvarum, juvenalis quoque.
—— *qui radere* tubera terræ
Noverit ——

Et quidem istis *de Tuberibus hæc vocabantur peculiariter*. *Cùm fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci & maximè è tonitruis, nec ultra annum durare: venerimia autem vernoesse—ostia nobilissima circa Lampsacum — Græcia verò circa Elin*, Plin. *l.*19 c.3. Ubi quod de tonitruis ait, confirmat Juvenalis *Sat.*5.

—— *post hunc vocabitur Tuber*, & *ver*
Tunc crit, & *faciunt optata tonitrua cunas*
Majores ——

V. Plut. *Quæst. Sympof l.*4. *qu.*2. Hinc, quia & margaritum, per tonitrua frequentia & imbrium effusionem, plurimum gignitur, ut tradit Isidorus Characenus, offrex (seu conchæ margaritiferæ elegantes Martiani) τύφωθ᾽ᾳ, dicuntur τύφοὶ τῶν ὄνων, *matres tuberæ*.

Ortygia τ᾽ ὄνομα Ὀλυτ῀ Νηχθῆ τ᾽ ἄδηλα.

uti *pomamaris* Tertulliano, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 1331. & de *Tuberibus terræ* plura, apud eundem *ibid. pag* 707. & *seqq.* At *Tuberes*, malorum genus ex Africa in Italiam allatum, novissimis Augusti temporibus. uti ex Plinio præfato constat *lib.* 15. *cap.* 14. Sed *Tuberes* ibi scribunt optimi libri. Nec aliter habent codices MS. apud Martialem *libro octavo Epigrammate* 42.

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
De Nomentanis, sed damus arboribus.

Ubi *apyrina* dici, quòd iis lignosus abesset nucleus, Gr. ἄπυρον, & malorum granatorum genus esse, ait Brodæus. V. iterum Salmasium ubi suprà *p.* 580. Sed & *tuber* Venatoribus vocatur, quod cervi primo anno, velut eorum rudimentum, emittunt, ὄρνιθες σπυπὶν γράφει, ὀρχὶν τοῦ, ut inquit Philosophus, quo tempore Gr. πήγιες, Latin. *hinnuleos* appellari, suprà diximus 8c.

Tuberofa, floris nomen, de quo sic Fr. Pomey: Bulbosa radix *tuberosæ* genitrix & altrix — egerminat in furcillam acuminatum, qui sensim turgescens, seseque trudens, extumque moliens, terram, quâ tegitur, findit cuspide & foràs emicat. Tum, ubi excrevit paulum, explicare se paulatim, itaque distinguere, ut paucos intra dies longiorum sylvefcat luxurie foliorum, in acumen exeuntium & reliquinorum per ambitum. Aliquanto pòst, medio è foliorum globo illo erumpit thirsus, qui assurgens moliter & geniculatim ad ternos circiter, quaternosve pedes, geminas elicit, extruditque ab apice, informes primùm ac minutas. At pòst inter fcandendum augescentes, viridantem eu panículam effingunt calycibus rotundis, tripliciumque variæ magnitudinis, in longiusculum tubum amœnissimè florescentium. Primùm quidem vire cunt toti dein rubescunt in apice. tum exalbescunt penitùs, non unà simul omnes, sed lingulatim decrescentes, linguli. Deinde caduris foliolis in stellas effulgent, aut, ut veritus loquar, in tenues figurantnuvivo ex argentotubas, ducto inde fortaffis nomine, "quasi *Tubam* dicas odoram ac rofeam, quæ sonum, ut sic loquar, proculedat odor. forum, multoque lânè longius, quàm "ceteri flores; quos utollacias, attingas oportet & admoveas "ori. Athic flos longè lateque odorem dispergens, longè suavi"orem roseo, amorem sui concitat etiam ignotus, & admiratio"nem etiam invitis, & nolentibus *Tubæ*. *de Cand. Hort.*

Tuberum, fluv. adde: Plin. *lib. 6. c.* 22. *Flumen* Tuberum *navigabile, circa quod Pafira. deinde tchihyophagi tam longo tractu* &c. Legi ubet *Tamerum* Salmasius ex *Indicis* Artiani de Nearchi navigatione, quam Plinius eòloci describit. Τύφων ὁ ποταμὸς. Suidæ. V. cum *Exercit. Plinian. ad Solinum p.* 1176. Sed & hoc nomine Franconiæ fluvius est, ut diximus.

Tubicines, qui *Tubæ* canunt: Aul. Gellius *lib.*20. *cap.* 2. *Tubicines* Σαλπιγκτῆρες, *Glossæ* Philoxeni, Sic in *Glossis* Cyrilli *Tubicinator*, Tubicen, *Litices*. Ampliorem tamen fi nificationem vocem *Tubicines* etiam habuisse apparet ex hisce Festi, *Tubicines etiam* "*appellantur, qui Sacerdotes, viri fociali, publicè sacra faciunt, tuba-*

rum lustrandarum gratiâ. Hinc *Tubilustrium* & *Tubilustria*, dies quo de fetto hic infrà.

Tubilustrium seu *Tubilustria*, adde: Eorum mentio in Festi reliquiis, quas Scaliger fic restituit; *Tubilustria dies, quibus dies adscriptum, in ario Sutorio ang à Tubæ tui lustrantur, quod genus lustrationis ex Arcadia, Pallante eo transferente, vencrit*. Ubi Paulus fic in compendium redegit, *Tubilustria, dies appellabant, in quibus agnâ subæ lustrabant*. Hinc & Varro *de L. L. lib.* 5. *Tubilustrium, quòd eo die in ario Suturio sacrorum Tubæ lustrantur*. Fiebat id bis in anno, 10. Kal. Aprilis, Minervæ ἀκία enim Ovidius *Fast. lib.*3.

Summa dies è quinque Tubas lustrare canoras
Admonet & forti sacrificare Deæ.

Ubi quinus Quinquatruum dies intelligitur. Et 10. Kalend. jul. Vulcano; Unde idem *Fast. l.*5.

Proxima Vulcani lux est, Tubilustria *dicunt*,
Lustrantur jure, quas facit illa, Tubæ.

In quæ verba Screvelius, *Ab ipsis*, inquit, *Tubicinibus, moturis aciem classicis, antequam abirent*. V. suprà in vocibus *Tuba*, — item *Tubicines*.

Tubinga, adde: Familiam vett. Comitum quod attinet, in ea jam circa A. C. 1000. memoria Adelberti *Com. Palatini Tubingæ*, floruit. Accessit deinde Brigantina & Pfullendorfia hæreditas: Linæxque fuere plures fed parùm diuturnæ. Cœterùm, postquam Gothsridus & V Vilhelmus fratres *Tubingam* V Virtenbergicis vendidere, rebus ac ciis splendori familiæ non parùm decessit, quem in dynastia *Liechtenick* occunque tuebantur. Tandem ultimus] marium Conradus V Vilhelmus extinctus, jamam clausit, ex Anaftasia Com. Leiningensi, non nisi filiâ relictâ, Elisabetha Bernardinâ, quæ nata A.C. 1634. nupsit Carolo Com. Salmensi & Neoburg ad Æmun. V. seriem Majorum ejus, à Conrado Com. Tubingæ Dn. *in Liechteneck*, Georgii defunctiA. C. 1507. patre, usque ad hæc tempora, apud Phil. Jac. Spener. *Theatro Nobil. Europ Pars 1. pag.* 88. & plura hanc in rem, apud eundem, *Arte Heraldi. Tom. II.*

Tubrucus, apud Isidorum *lib.*19. c. 32. lanea est ocrea, ocreis aut caleis coriaceis superimponi solita; Ita enim is, *Tubrucæ dicti, quòd tibias bracca usque tegant*: ubi bracæ sunt crurum tegumenta. Nempe *tubrucæ* dicebantur, quos pura hosas accipiebant. Paulus de *Gestis Longobard. lib.*4. c. 33. *Calcei verò ei erant, usque ad summum pollicem pene aperti, & alternatim taquels corrigiarum retenti, posita vero superiori tibiæ usi, super quas equitantes* tubrucos *hirsutos mittebant. Sed hos de Romanorum consuetudine traxerunt*. Ubi tubrucí *birrei seu byrrei*, rufi fuit fruffei, ex Gr. βυρσεῖς, Salmasius *ad Papiscum in Carino*. Dicti autem *tubrucí*, quasi *tubivuci*. h. e. *tuborum* vel tubulorum (quo nomine recentiores Latini tibiarum tegmina appellavere, *vuci*, feu *vuci*[quo iidem vocaverc quæ vis operimenta] cujusmodi usum bottæ hodiernæ præstant, ut ex Pauli loco fatis conftat. Aliud quid est χαρβοβάμβαι apud Codinum, *curta via. bracæ*, de quo vestis genere suprà : plura vero de *tubrucis* hisce, apud Salmasium *ad Lampridium in Alex. Sev.* V. quoque hic infrà.

Tubus & *tuba*, solo genere differunt, idem planè significantia. Unde *tubi* in sacris olim dicti, quibus tibicines canebant, ut scribit Varro. Nempe formam oblongam & directam & concavam Latini vett. *tubum* dixere, ex Græco τύφος: unde forma in aquæductibus, pro tuba ; & qui tumultuatur in loquendo ac inarticulate pronuntiat, Græci τυφῶν, Latini *atubum*, appellavere. Salmasius *ad Papiscum in Carino*. In specie *tubus* & *tubicines* Recentiores dixerunt, tibiarum operimenta Querolus, *ostium vestiti genibus, brimam multi cruribus, in sociis hyemes, camurus in* tubulis *age*. Tubæ quoque Græci Achmes, ἴσα δὲ ἐὰν τὸ, ὅτι ἐβαλε τρία τὸ, ἀφεσιν ποιεῖ χαρὰν εἰ τὸ πάντα αὐτὸ ἀλῆ τὸ ἀπ᾽ αὐτῆ σάλπιγξ τῶν ἐκκλη. Unde & χαλκότυπος τρομπα appellatur, h. e. *æneus tubus*. At cùm equitarent, super illos tubos accipiebant & aliud genus tegendis tubulis, quos *tubrucos* vel *tubricos* nominasse diximus. Salmasius ibidem *Vopi. ad Tertullianum de Pallio c.*5. *Pero est δωτὸ κελλοῦ ὑπόδημα, qualis erat Romanus calceus, qui ad medium crus usque pervenibat, vous ex corio, ut fuit, quo* & *hodie botinas vocamus; hoi calcei & κρηπῖδες & tubulos & pronas & caligas etiam nuncupamus*. Hodie vox frequens, de mechanis bellicis maioribus minoribusque, vi pulveris pyrii globos globulosque plumbeos ejaculantibus, uti passim videre est apud Hug. Grotium *Annal. & Hist. Belg.* V. quoque Beckmann. *de Origin. L. de* ubi *tubulum* etiam de homine improbo dici, & *Tibullum* inde formatum aît.

Tubus Opticus, & Dioptrices præceptis, hoc seculo constructus, multa admiratione dignissima in Cœlo detexit, quæ Veteribus omnino fuere ignota. Eius enim ope cognoscimus maculas & faculas in Sole ; Lunam, quasi alium terrenum Orbem esse, nostro perfimilem, illiusque superficiem, non minùs inæqualem, terrâ & aquâ distinctam, ac quasi montibus elatam & vallibus depressam, & Venerem Lunæ instar, nunc plenam esse, nunc in cornua abire : Mercu rium etiam, reliquorum more Planetarum. à Sole lumen mutuo accipere & modò in ordem, modò femiplenum ese parere conspiciendo. Circa Jovem

quatuor deprehendimus Planetas, qui tanquam totidem Lunæ, certis periodis & inter vallis eius faciunt circuitum: ipsum et iam Jovis corpus, quasi falcis quibusdam cingi, earumque situm mutari, prout scilicet is super centrum suum rotatur, deprehendimus. Eodem modo Lunulam quandam Saturnum 16. dietum ipsius circumire, cuiusque corpus annulo esse circumcinctum, atque exinde pro vario ad Solem Terramque nostram situ, modo ansatum videmus, modo rotundum, nonnunquam etiam linea rectâ ad utrumque latus extensâ apparentem: Viam quoque lacteam, quod jam olim Democritus suspicatus fuerat, lcimus jam nil esse, quàm congeriem densam stellarum minutissimarum; quemadmodum & sunt stellæ Nebulosæ vulgò dictæ, quæ ita ex minutis conflipatæ stellulis, albedinem quandam, nebulæ instar, repræsentant. Jac. Oiselius JC Notis in Aulum Gellium lib. 16. cap. 18. Vide quoque supra, in voce Telescopium.

Tucca, in Glossis κατὰ χρῆσιν ζωμὸς πικρὸς. Jus viz. fine quo asfaturæ Veterum raro fuere. Vetus Persii Interpres, *Tuccata apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita & macerata: & ideo toto anno durata, sitæ enim torcina eodem jure condita servantur. Atqui asfaturarum jura* ζωμὸς enim & asfis magis est *Jus* de elixis: eique *Jus* simplex liquor, in quo carnes decoctæ: ζωμὸς vero condimentum & ex multis speciebus gulam irritantibus compolitum jus, quod asfaturis superfundebatur, sed & alio genere coctis nonnunquam addebatur, Salmasius ad Popiscum in Vita Aureliani.

Tucia, Vetulis virgo, inceftus accusata, aquæ in cribro perlatæ prodigio fe purgavit, Plinius lib. 28. c. 2. *Exstat Tuciæ Vestalis incestæ precatio* (Lucius legit *inscitiis deprecatus quod sua aquam in cribro mitti, anno U. C. 609.* Etante eum Valer. Maximus *lib.* 8. c. 1. De Tucia *Virgine Vestali*, *Eodem ejus incesti criminis reæ tasfitias, infamiæ nube obfuscatas, emersit auxilio: qua conscia certæ sinceritatis sua fiam salutis ancipiti argumento petere ausa est. Arreptoenim cribro, Vesta, inquit, si facris tuis castas semper admovi manus, effice ut hoc haurtam e Tiberi aquam, & in eadem tuam perferam. Audaciter & temere factis voti Sacerdotis rerum ipsa natura cesfit.* Cujus rei proximorum hiltoriam videfis apud Dionysium Halicarnassæum *Antiqu. Rom lib.* 2. Nec fidem ei derogat D. Augustinus in *Civ. Dei* l. 10. c. 16. *Quòd Virgo Vestalis, de cujus corruptione quæstio vertebatur, aquam impleto cribro de Tiberi hauri ns, minimè profluentem, absfulis controversiam.* De quo facto judicium subjungens pergit: *Hæc ego atque alia ejusmodi, in quaquam illis, qua in Populo Dei facta legimus, virtutis atq; magnitudine conferenda judico: quantominus ea, quæ illorum quoque Populorum, qui tales Deos coluerunt, legibus judicata sunt prohibenda, Magicæ sed Theurgicæ.* Hinc itaque Tuciæ memoriam ad nostra usque tempora, conservatam vult clarissimus quidam Vir, in lucerna, quæ in Gazophylacio Galvaniano ostenditur, imagine pedalis fermè longitudinis, æreâ petvestitâ, qua Virgo Vestalis maturioris ævi faciem repræsentatur, infignis: Sed pluribus hanc sententiam rationibus refellit Fortunius Licetus *de Lucernis Antiquorum libro* 6. *cap.* 83.

Tudes, à *tundo*, malleus est, quo pulsamus, quem *marrum* & *martellum* Recentiores dixere. Unde Carolum Majorem Domus Regni Francix, Pipini R. patrem, Caroli M. avum, ob eximiam in bellis prælisique fortitudinem, non *Martellum* fuisse, uti diximus supra, fed & *Tuditem*, cognominatum legimus. Hugo Flav. *in Chronico*, *Ideo* Tudites *appellatus est, quòd est malleus fabri: quia sicut malleo universa tundantur ferramenta, ita ipse contrivit omnia Regna sibi vicina.* A *contundendo* viz. hoftes, quod *ut alius malleiqne proprium est.* Albinovanus de Drusio,

Ille genus Suevos acre, indomitosque Sicambros
Contudit, ing, fugam barbara terga dedit &c.

V. Car. du Freine voce *Marrus*. Diminut. *Tudicula* est. Plinius *lib.* 36. *cap.* 8. *Thebaicus interfinditur aureis gutiis inveniturin Africæ parte, Ægypto adscripta*, tudicula ad teronda callyria quadam naturali instrumenta convenientia, ad quem locum V. Salmasium ad. *Solinum pag.* 1091.

Tufa, apud Bedam *Hist. Angl. l.* 2. c. 16. *Nec non & incendere ille* (Edvvino R.) *nibilhebet phalaris, illud genus vexilli, quod Romani* tufam, *Angli appellant* Tuuf, *ante eum ferri solebat*: vexilli genus est, ex confertis plumarum globis, Carolo du Freine, qui *tuffe de plume* dici, in *Charta* vernac. fub Ricardo II. Angliæ R. & τύφος Byzantinis Scriptoribus. Zonaræ, Leoni Grammatico, Aliis, apicem, qui galeæ imminet, appellari adnotat, in *Glossar.* V. eundem *ad Joan villam Differt.* 24. pag. 292. Salmasio, ex Isidoro fcal. lino, qui inter mutafigna Romanorum *draones*, *vexilla*, *flammulæ*, tufas, *pinnas*, reponi Vegetio *lib.* 3. *cap.* 5. observat. Idem enim *tufa*, quod *rica* & *flammeum*, uti pluribus probat *Not. ad Aurelianum Vopisci*: inde vocem pro velo quoq; seu vexillo processu temporis sumtam, docens. Græcæ a. originis est, & ex τύφω vel τυφῶ, *fundo* seu *velum* deducta; unde ὑφαντὸν, quod Gramatici *velo seu ὑφάσματι* interpretantur. Id. ad *Lamprid. in Alex. Sev.* V. & Macros Fratres in *Hierol.* ubi *tufam* flamulam, i. vexillum cufpidatum seu pyramidale parvum, quàm fub Græcis Imp. Delpotæ olim equus in capite, & Pontificis Equites levis armaturæ, vulgò *Cavalli leggieri* appellati, in cuspidibus haftarum fuarum, hodieque deferant, interpretantur.

Tugurium, à *tego*, q. *tegurium*, domuncula est villis rudisque *tegendi* folium gratiâ facta: præter quam antiquissimi homines aliam non habuere. Et quidem Pelasgum primum Arcadiæ R. rudes homines douciisse *Tugurio*, ad frigoris, imbrium & æstus incommoda arcenda, æditicare, refert Pausanias *Arcadicis*. Postquam dein commodiùs lautiusque habitari, & urbes villæque, ac in utrisque domicilia extrui cœpta, manfit *Tugurii* nomen illi rusticanæ cafæ species, quæ non parietibus & tegulis lateritiis, ordine dispositis, conflans, ad ufum urbanum habitandi, & cuftodiendi aftaribus & raptoribus accederet, fed folùm ab aspritate actis, pluviis, æstu, gelu, defendereti, regeretque, vimineis aut ligneis cratibus inædificata, intextis ftramentis aut arundinibus, tegulis infuper culmisque temere congestis operta. Cujusmodi Opilionum unt cafæ, & quæ in fundo pascuo, aut ubi jus aquandi habemus, pecoris recipiendi habentur causâ, fi aut nimius æstu moleitus fit, aut hyems vehementer premat, l. 6. in fin. ff. de serv. rust. præd. Quo fenfu Meliboeus apud Virgilium *Ecl.* 1. prædicat,

Impositos duris crescent cum vimina culmos
Cesfit Quismodi Opilionum unt cafæ, & quæ in fundo pascuo. aut ubi jus aquandi habemus, pecoris recipiendi habentur causâ, fi aut nimius æstu moleitus fit, aut hyems vehementer premat, l. 6. in fin. ff. de serv. rust. præd.

Tulit annos, in vet. *Inscr.* apud Gruterum *p.* 947. 9. CUM. QUA. VIXIT. ANNIS XXXXII. TULIT. ANNOS. LII. h. e. vixit, V. quoque *p.* 811. I.

Tullola, seu *Tullia*, filia M. Tullii Ciceronis, scriptis ejus immortalitati conservata. In ejus sepulchro, in via Appia, è regione Cordutiri Patris Ciceronis, Paulo III. Pontifice Rom. aperto, feculo præc. tepera eft Lucerna ardens, quæ mox, ab ingredientibus novo aere, eft extincta. Fuiffe autem id *Tullioke monumentum*, tum ex literis patet lapidi infculptis; *Tulliolæ filiæ. mea*: tum ex muliebri cadavere, adhuc integro fervato, tum capillis ad ea usque tempora impliciis, irretitisque aureo retinaculo. Quæ omnia, ob nimiam vetuftatem, exiccata & penitus arefacta, primo contactu in paucos pulveres diffoluta conciderunt; remanentibus quibusdam folum filamentis auteris, utpote corruptioni contumaciioribus. Portun. Liceius *de Lucernis Antiqq. lib. 1. cap. 2.* ex Guidone Pancirolo *Rer. Memorab. Deperdit. lib.* Hermolao Barbaro *Epift. ad Alphon.* Scardeonio *Antiqq. Patavin. lib. 1.* Aliis. Quomodo autem cadaver *Tulliolæ*, fine aromatibus, tamdiu duraverit, docet idem Liceius pluribus *l. 4. c. 4.*

Tullius Crifpinus, cum Juliano Flavio Geniali, fuffragiis Prætorianorum Præfectus Prætorio, fub Didio Juliano, factus, & ab Imperatore contra Severum miffus frullra fuit, poftmodum ab his ipfis, apud Spartianum *Didio Juliano.*

Tullus Cœlius, à Fidenatibus, in legatione. cum fociis interfectus eft: quorum ftatuæ inter antiquiffimas Romæ recenfentur Plinio *l. 34. c. 6.*

Tullus Hoftilius, adde: De eodem Macrobius *Saturnal. l. 1. c. 6. Tullus Hoftilius Hoftii filius, veritus Romanorum R. debellatis Hetruscis, fellam Curulem, Victoriæ, & pilam* (feu Triumphalem Togam) *quæ insignia Magiftratuum Hetruscorum erant, primus, ut Rome haberetur, inftituit.* Quod Tarquinio Prifco attribuit Florus *Hiftor. lib. 1. cap. 5.* Idem Alba Longa diruta, Albanisque in Urbem receptis, montem Cœlium pomerio addidit eumque Albanis colendum affignavit; Principibus eorum, Tullio, Serviliis, Quintiis, Geganeis, Curiatiis, Cloeliis, in Patres aferiis: Templumque, ordine ab fe aucto, Curiam fecit. Poft Equitum decem turmas ex Albanis legit, Blancardus *ad Florum*, ex Livio *lib. 1. cap. 19.* Cœlium tamen monem, ab Alco Mârtii, filio fucceffore, Strabo: à L. Tarquinio Prifco, Tacitus, pomerio inclufum volunt. Fuit autem Hoftus, qui è nobili matrona *Tullum* fufcepit, filius unicus Hoftilii, viri genere nobilis & opibus pollentis, qui Medullia oppido ab Albanis olim condito, fed à Romulo in deditionem accepto, oriundus, inde Romam migraverat, ibique Sabini generis uxore ductâ, Herfilii filia, poft multa fub Romulo facta ftipendia & edita egregia facinora, occifus bello Sabino, fepultus fuerat à Regibus, in præcipuo fori loco; addità columnâ cum infcriptione. Haltenrauft. Non vero *Tullus Hoftilius* fuit, qui cenfum Rom. civium inftituit, fed Servius Tullius, de quo *fuo loco.*

Tumba, ex Græco τύμβος, fepulchrum eft & locus concavus, Betmannus *Origin. L. L.* in voce *Tumor*: tumulus fine nomine feu cippo, Salmaf. *ad Solinum p.* 1220. Citimæ ætatis Auctoribus fepulchrum proprie lapideum, uti ex *Chronico* S. Benigni Divion. docet Car. du Frefne *Gloffar.* qui & Gallicum *tombet*, pro jacere vel cadere, inde arceffit. V. hic paffim. At *Tumberellum*, apud Scriptores Anglicos, Gall. *Tumberean*, inftrumentum nonnullis fuiffe dicitur, ad caftigandas mulieres rixofas adinventum, quo in aquam dejiciebantur, immergebantur, ac inde madidæ ac bene potæ rurfus extrahebantur. Covvello plauftrum fuit, in quo forincatores aut adulteri, contumeliæ causâ, per civitatem aut burgum circumferebantur: *Caftigatorium*, in *Lc.* Burgorum Scotic. *cap. 21.* Quam vocem hodieque Galli ufurpant de birota quodam plauftro, quo mortui inferuntur, cùm exoneratur. Origo ab eodem Gall. *tomber.* Sed & machina quædam bellica fic appellatur Philippo *Mouskes* in *Ludovico* VIII. apud eundem. V. quoque de curru hujus nominis Salmafium, *ad Plum Capitolini*, ubi *Strpeum* Latine reddit.

Tumultus, Belli filius, apud Ariftophanem *Pace*, de quo V. Cæfp. Barthium *Animadverfion. ad Statium Thebaid. lib. 4. v. 369.* Hinc *Tumultuarii*, Græcis recentior. Meurfius, V. Ballamonem *Præfat. ad Cinclii Opuscul.* quo nomine CPoli olim vocabantur, qui Bagaudæ in Gallia; *Cofaci* in Polonia; in Pyrenæis montibus *Bandolieri*; in montanis *Martoloffi*, Cl. Suicerus *Thef. Eccl.* voce Μαυρόφυλαξ. V. & Meurfium *Gloffar.* ac Rittershufium *in Salvianum p. 165.*

Tumulus, à *tumore* & *mole* terræ; Fung. pro Sepulchro, frequens. Antiquitus enim locum fepulturæ quisque fibi, antequam moreretur, eligebat, quem nigro fignabat lapide. Cùm dein homo defunctus eflet, fuper cadaver terra aggerebatur, *Tumulus* fiebat: Unde apud Euripidem, Μυτίχη ἔζω κεν τάφῳ, quod bene reddas, *Matrem tumulavere fepulchro*, id eft, *tumulo excitato fepelierunt.* Sic tamen, ut Nobiliorum *Tumuli* paulo editiores eflent, atque è lapidibus affabre ftruerentur. Ita enim Theleus ad Herculem, corpus ejus ab Athenienfibus Κολωνοῖ λιθοκόμητον, *lapidatis tumulis*, honoratum ini; ait apud eund. Tragicum: qui *Alceft. verfu* 836. Τύμβῳ ξένε, & *Hecl. verfu* 992. τάφῳ ξένε quoq; meminit. Ita autem in his *Tumulis* collocabantur cadavera, ut facies Orienti eflet obverfa, teffe Diog Laertio *in Democrito*: Plutarchus verò & Ælianus, ad Occafum fpectaffe, fcribunt. In lapide infignioti, fcribi folebant nomen ac genus vitæ, quo defunctus ufus erat; idque utplurimum metro: Unde Plato 4. verfus Heroicos, non plures, fubfcribi voluit. Dicebantur hi ἐπιγράμματα, eò quòd viatori notum facerent, quis fub *Tumulo* conditus eflet; Romani *Monumenta* feu *Memoriæ* vocavere, ficut lapidem ipfum, *Cippum.* Meminit iftiusmodi Carminis feu Epitaphii Ovidius *Paftor. l. 3.* ubi de Didone:

Compefitus pedi cinis, Tumuliq; *in marmore carmen*
Hoc breve, quod moriens ipfa reliquit, erat:

PRÆBUIT ÆNEAS ET CAUSAM MORTIS ET ENSEM,
IPSA SUA DIDO CONCIDIT ISA MANU.

In quæ verba Heap. *Ratis*, inquit, *cur preffa epitaphia cippis infcriberent, non alia quàm, ut ea tibi viatores pervlegerent, nec illis proluxim carmen tadio eflet: Ideo etiam grandi nota inciài filitas.* Quò verò hæc γυμνάσματα haberi poffent, folebant itineranies, vel militiam fectantes, ut de Lacedæmoniis Juftinus memorat fchedam brachio adalligatam fecum circumferre, in qua nomen, ætas, familia, aliaque huc facientia erant annotata: ut, fi peregrè vel in bello obire contigiffet, ex illice notis agnofcerentur, *Tumulo* inclerendi, qui eorum generi ac conditioni conveniret. Sed & arbores virentes *Tumulis* folebant inferi, uti difcimus ex Martiali *l. 1. Epigramm.* 89.

Accipe non Pario mutantia pondera faxo,
Quæ cineri vanus dat tuius ara labor.
Sed fragiles buxos & opaca palmitis umbras &c.

Ubi Ramirefius, *Sepulchra*, ait, *defignabantur in agris & in fronte ponebatur fcriptio, quæ continuerat latitudinem & longitudinem fui Sepulchri deflinati, quod ftatium fuit facrum erat. Et in hoc fpatio erigebantur* Tumuli, *Obelifci, Pyramides &c. alii arbores ponebant, quæ crefcentes locum monumenti opacarent. Tum quia felicibus Manibus perpetuæ & virentes arbores convenire exiflimabant, tum aliàs ob caufas; Ideo buxos, cupreffos, laurus, nepote nunquam folia amittentes, eligebant: quod idem obfervatum in floribus, quos vivæ fepulchra ferebant.* Poftquam verò aggeffa eflet in *Tumulum* Terra, facrum peragebatur, & vota fiebant, in hæc verba: *Sit tibi terra levis*: Quemadmodum legimus, apud Eurip. *Alceft.*

——— Κἄθω σὲ πάντα τάφον, γύναι &c.

V. Eundem *Helend. verfu* 877. & fupra, ubi de Ritibus emortuis alibus, *paffim.* Addam faltem, cùm accederet honos ex ingenti fepulchro, *tumulos*, ἐ χώματα, feu aggeres hujusmodi fepulchrales nonnunquam elatos admodum magnosque factos. Unde de Aradione, à Probo Imp. victo, *fepulchro ingenti honoravit, quod adhuc extat, tumulo ucq; ad ducentos pedes terræ elato.* & de Probo ipfo, *ingens ei fepulchrum ætatis aggeribus ferentibus*, legimus apud Vopifcum *in eo.* Cuiusmodi fepulchris *tumulis* opponuntur, apud Trebellium *in Viffotinis*, *Extant tenia, fepulchra circa Agrippinam, brevi marmore fepta, humilia.*

Tunchinum, adde: Defcriptionem Regni hujus haud pridem edidit, venaculo fermone, Joh. Bapt. Tavernier Gallus, nuper Germanicè verfam.

Tundis, Græcè Τύφη, opp. & emporium Indiæ maritimum; 500. ftadiis à Muziri diffitum, apud Auctorem *Peripli*, inter quæ Templum Auguffi, in Limyrice reg. ponit Peutingeri *Tabula.* V. Salmaffum *ad Solinum pag.* 1185. & 1186. nec non infrà, voce *Tyndis.*

Tunes, adde: In Africa, Academiam Fefenfem & *Tunetanam* inprimis, celebrat Clenardus; & Feflæ quidem, poft Grammaticam, in Alcoranо & Scholaflicis Doctoribus, totos effe: *Tunetis* quidem, ceteras omnes difciplinas flurere, tradit. Collegia ibi, in quibus Studiuli Artibus, Medicinæ, Legibus operam dant, non pauca: Scribitque Jovius *Hiftor. l. 43.* & 44. Mulea flenem Regem, Averroicæ Philofophiæ apprimè peritum, cum Philofophis Italis, de Natura Univerfi, Cœli motu, Siderum poteflate, fæpius difputaffe. V. Georg. Hornium *Hiftor. Philofl. l. 5. cap. ult.* & infrà in voce *Tunetanum Regnum.*

Tunetanum Regnum, adde: Tributum à 4. provinciis, Conflantinam, *Tunetanam* propriè fic dictam, Tripolitanam & Zebenfem reg. de quarum Urbibus infrà; migrationibus gentium & imperii viciflitudinibus nulli fecundum. Gothis tandem, & Vandalis Romanos, atque illos viciflim Arabibus exagitantibus, captæ & diruiæ urbes; aliæ ædificatæ, nominaq; earum propter aut linguarum diverfitatem aut conditorum ambitionem, adeò mutata funt, ut antiqua indagare difficile & tantùm non fupervacaneum fit. Totus autem ille tractus inicio fub Pœnis, dein fub Romanis fuit, poft Vandali, inique ejectis Muhammedani Arabes fuccefferе: ac circa A. C. 1370. Abdalecitus, pietatis & fanctimoniæ fpecie magnam inter Arabes auctoritatem adeptus, fubCaimo Adamo Caliphæ Carvennæ rebellavit; qui quamvis ab Arabibus auxiliis Cairni fubito oppreffus, & occifus eflet, duos reliquit filios, quorum unus Bugiæ, alter *Tunetі* regnavit: & uterque, quò fe alienis opibus tueri poffent, Jofepho Texifio

ac ejus successoribus Almoharavidis tributum exsolverunt. Postqua'n verò ab Almoadis Almoharavidæ Africæ imperio dejecti sunt, Jacobus Almazor *Tunetanum* Regnum occupavit, exque eo Abdeliciti hæredes exturbavit; donec ingenti illâ pugnâ ad Naves Tolosanas commissâ, Almoadarumque viribus profligatis, rursus Arabes illud invaliere, eoque Præfectum Mahorhensis Regis redegere, ut longè illi petito auxilio esset opus. Eò igitur multus Abdul Hedius Hispalensis, prudentiâ & animi moderatione tantum efficit, ut, pace ab Arabibus modico tributo redempta, quod postea semper *Tunetanus* Regibus pensitarum est, labente Almoadarum Imperio, res suas eo in regno firmaverit. Ejus filius Zacharias, bello feliciter contra Merinenses gesto, omne robur contra Tripolitanos & Numidas vertit; ac fere semper victor magnas opes decedens Abdul-Fereizi filio reliquit; qui ex diffensionibus, inter Fessanos, Tremezenos, ac Marochenses Reges, ortis, occasionem captans, post dejectos Zejenenseis, qui diu Tremezeno Regno fuerant potiti, & pacem cum Fessano factam. *Rex Africæ* appellari meruit; relicto post mortem Humene, Patris fortunâ ac tantis opibus digno filio. Quo mortuo, rursus Merinenses Africæ Imperium adepti sunt, portectis ad Philænorum usque aras finibus. Hutmenis nepotibus, qui se in vicinos montes ac deserta receperant, interea occasionem opportunitas, in avum redrundi Regnum. Inter quos Mule-Bufakes cùm magno prælio ab Abu-Henuno Fessiæ R. victus & captus esset, postea Abu-Celeni, huius filii ac successoris, beneficio liberatus, *Tunetum* recepit & Tripolim ac reliquas Regni provincias rursus sub potestatem redegit. Ab eo, in eadem gente, mutuis interdum cædibus interrupto ordine, per triginta quinque Regum, intra 470 annos, successionem, Regnum, ad Muhammedem, Mule-Assis patrem, tandem pervenit; qui Mule-Asses, cùm nefario scelere ac toi fratrum horrendâ cæde cruentus, in paternum solium se intrusisset, ab Hariadeno Ahenobarbo, divinæ, ut apparuit, vindictæ ministro, Regno spoliatus est: Verùm mox à Cæsare restitutus, ab Hamida filio, nondum unâ regni fositatione vindicato fatis dignè scelere, rursus est Regno expulsus; posteremoque oculis orbatus. Unde Augustum Vindelicorum ad Cæsarem profectus, tantum impetravit, ut denuo recuperetur. *Tunetanus* A. C. 1560. art. 66. Quæ postea ibi gesta, ut & plura hoc de Regno, V. apud Jac. Aug. Thuanum, *Historiar. lib. 7. p. 147. & seqq.* Hornio verò Regni primus conditor Ibrahim fuit fil. Zachariæ, post quem fatis longo intervallo regnavit Abul-Ferezus, Thuano memoratus. Buffares dein, qui regnavit circa A. C. 1430. Regnum in tres filios suos divisit, & Regnum Biledulgeridæ Hammari, Bugiæ Abdul-Aziz, *Tuneti* Hutbmeno, deilinavit. Quorum medium duravit, ad annum usque 1510. quo id Petrus Navarro Hispanus, nullâ Ferdinandi Castellæ R. destruxit. Huthmen duos reliquit filios, quorum major natu Esajas in *Tunetano Regno* successit: alter Tripolim accepit regio titulo, quod regnum itidem à Petro Navarro eversum est &c. V. cum *Orbe Imperium Animadv.* Feileri *Urbes Regni Tunetani.*

Abdiranæ, in prov. *Tunetana.*
Aingammicha, Ibid.
Aphrodisium, Ibid.
Biserta, in prov. Constantina.
Cammaria, in prov. *Tunetana.*
Carthaginis rudera, Ibid.
Carvenna, alias *Curubis*, Ibid.
Casabatha, Ibid.
Circenna, in prov. Tripolitana.
Clupea, in prov. *Tunetana.*
Collobethem, in prov. Constantina.
Constantinæ, in prov. cognomine.
Curubis, eadem cum Carvenna.
Hammamebta in prov. *Tunetana.*
Heraclia, Ibid.
Hippo, cujus olim Episcopus Aur. Augustinus, in prov. Constantina.
Leptis, in prov. Tripolitana.
Leucbusia, in prov. *Tunetana.*
Longhagitis Inf.
Mavela, in prov. *Tunetana.*
Mysaica, eadem cum Inf. Lorophagitide.
Milita, in prov. Constantina.
Monasterium, in prov. *Tunetana.*
Nebelis, Ibid.
Ruscada, in prov. Constantina.
Ruspina, in prov. *Tunetana.*
Sicca, Ibid.
Tacapæ, in prov. Constantina.
Tebeca, Ibid.
Thysca, Ibid.
Tubulba, in prov. *Tunetana.*
Tripolis, in prov. Tripolitana.
Tunes, provinciæ cognom. & Regni caput.
Utica, morte Catonis nobilis, Ibid.
Zebensis, pars Numidiæ, ad interr. pertinet Libyam.
Zoreata, in prov. Tripolitana, &c.

Tunginus, in *L. Sal. tit. 46. §. 1. Tunginus aut Centenarius mallum indicent, eli sungi*, i. vilæ Præfectus, seu Judex, *qui post Comitem est*, in vet. *Glossar.* Aliter *Tungravio*, in *LL.* Ethelredi R. Angl. &c. V. C. du Freine *Glossar.*

Tunica, addit. De *Tunicis* verò *Angusticlavis*, *Canusinis*, *Circensibus*, *Comicis*; *Fimbriatis*, *Gausapinis*, *Manicatis*, *Manuleatis*, *Margaritatibus*, *Militaribus*, *Monachicis*; *Muliebribus*, *Palliolatis*, *Punicis*, *Purpureis*, *quibus clavi candidi intexteti*, *Quadrangulatis*, *Reflis*, *Scortels*, *Singularibus Strictis*, *Synthesinis*, *Trayctis*, *Virilibus*, aliis, apud Cafaubonum ad *Suetonium*, Salmasium ad *Tertullianum de Pallio*, *Hiftoriam Aug.* & *Salmas.*, Alios. De *Funebribus* ex *lino absolfino* supra dictimus. Car. du Freine *Tunica cum tunicabulis*, inter Episcopales vestes, meminit ex vet. Codice Ratoldi Abbatis Corbej. ut & *Tunica Monachorum capuciata*, ex Lanfranco: atque *Tunica* nomine, vestem quoque Clericorum propriam, apud Honorium Augustodun. & apud Francicos Scriptores fatgum militare, amadarumque fere vel floreat superindue folitum, Gall. *cotte d'armes*, indigitat, adjicit. Uxores autem viris, & Matres filiis *tunicas* olim ut & alias vestes confecisse, Alexandrumque Macedonem & Augustum non nisi domesticis hujusmodi usos, quas veteri more in atrio domus, cum clientibus Romani texebant, Græci verò in œco & procœo, habes apud Alexandr. ab Alexandro *Genial Dierum l. 4. c. 8.* Nec verò indutui folum *Tunica*, fed & in bello usui fuit, ut in quo *tunicam puniceam hoste fudicatam*, fignum pugnæ ab Antigono datum, in *Philopœmene* memorat Plutarchus: quemadmodum eodem fine fagum purpureum fupra Prætorium, apud Romanos expandebatur, teste eodem in *Fabio & Pompejo* & V. quoque hic paffim, uti de ufu *tunicarum unarum* Apoftolis itineraturibus, contra communem morem, prohibito, Suicerum voce Χιτὼν. Hinc *tunicatus Populus*, apud Poëtam, quia plebs in tunica. &c.

Tunica Inconfutilis, ut communiter redditur, Græcè ἄῤῥαφος χιτὼν, *Joh. cap. 19. vers. 23.* ubi de veftibus Domini noftri, *ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου*, quoque *vers. seq.* ubi de conflio miftitum, fortiendi potius, quàm dividendi caufa, nonnullis peculiari artificio detexta videtur, ut quæ futuram non habuerit, qua de re V. Cafaubonum in *Exercit. Baronian. 16. cap. 84.* Salmafio verò, non alia fuiffe tunica videtur, præter vulgares & vulgò texi folitas, in Palæftina, & apud Galilæos, qui, ut narrat Iliodorus & Theophylactus, in altitudinem texebant & pectine fuccutiebant veftimenta, more cum multis gentibus, Romanis quoque, communi, quorum hos *textas* vocatile hic genere textas tunicas, fupra vidimus. Hujusmodi tunicarum aliæ fuere χιτῶνες apud Vett. quæ & *χιτῶνες* dicebantur & *συμπεπυκνωμένοι*; aliæ ἄῤῥαφοι, quæ ex toto textæ concluferque & nulla parte futiles fciffilesque, uti funt camifiæ noftræ & interulæ. Χιτῶνες igitur χιτῶνες erant, qui ex utraque parte in humeris fibulâ ftringebantur, quos *ὠμοπόρπας*, fed & *μαῖας* ac *μαΐδας*, Græci dicebant; uti erant tunicæ laticlaviæ apud Romanos. Hefychius, *συκοφάντης ὁ ἐπὶ τῶν ὤμων πορπαμένος μὴ τὸν ὦμον χιτῶνα.* Ubi *σύκοφαντος χιτῶνα* vocat, qui & *χιτὼν* dictus, fibulis five *μαΐδαις* alti inflexus in humeris comprehendebatur. Sicut idem tunicam fervorum *ἐπιχειρισμάνδυον* vocat, quod *τὸν ἐπὶ χειρῶν μανυάλιον ἔχει ἡμίπηχυν, alterum manuleum fultum habentes*, i. fibulatam vel nodo ftrictam: fic ut una qualem parte haberet *μανυάλιον*, in quam brachium immitteretur, altera ve'o manuleum non haberet, fed in modum palli amiceretur, & fibula necteretur, adeque ut hæc pars *ἀμφίβολος* eflet. Et veftimentum illud cæcum ac nullos habens exitus, quo Chytennæ ftra Agamemnonem è balneo exeuntem involvit, Lycophron nullas fcribit habuiffe *μαΐδας*, i. *veftis erat, qua fibulis conserebantur. Ἀμφίβολοι* igitur tales, quæ eflent *ὠμοπόρπαι* neque fibulis in altero, aut utroque humero, jungerentur: atque ex hoc genere DOMINI noftri tunica eidem fuiffe videtur. Vocat autem Joannes illam *ὑφαντὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν*, quòd in fuperioribus tunicæ partibus *ταῖαι vel fibulæ* locum *haberent magis*, quibus ftricta reverbatur & fedebat in humeris tunica. Quia eriam pleraque per totum & usque ad infimam oram nodis fibulisque ex utraque parte conftringebantur, addit *ὑφαντὸν δι' ὅλου*, ut nullâ fui parte fciffuram & *ῥαφὴν* illam habuiffe oftenderet, fed integram totam fuiffe fignificaret. Nec prohibet, quò minus ita tales tunicæ vocarentur, quòd conftaret eflent aliquâ ex parte & farcinaticis acu conceptæ. Sarcinatricis enim acus idem facit, quod pecten textoris, unde & artem illam, qua acu pingit, ad *Tacitum* Vett. retulerunt. Et quidem humiliori tunicæ *τὸ* non fieri non poterant, fed ex inciis partibus integrari & acu conjui habebant neceffe: at χιτῶνες cotteraque id genus veftimenta, ut erant colobia Romanorum, & laticlavias tunicas fuiffe diximus, ut quæ ex duabus plaguis conflabant, in utroque latere per fibulas commutti foluis, facilè in tela totæ fiebant &c. Hadenus Salmafius *Not. ad Pollium in Aureliano*, ubi pluta hanc in rem, inter alia, *tunicam* Domini *ἄῤῥαφον*. ideo non divifam fuiffe a militibus, quòd fcifla non ufui futuri fuiffet, ex pallio verò & veftefortè alia fuperaria, utpote veftibus duplicibus, 4. partes commode fieri potuiffe, addens.

Tunica Molefta, fupplicii genus, cujus mentio apud Senecam *Epift. 4. Cogita illam* Tunicam *alimentis ignei & illitam & intexiam*. Juvenalem item *Sat. 8.*

Tunicâ punire molestâ.

V. quoque Tertullianum *ad Martyr.* Cœlius Rhodiginus *lib. 10. cap. 5.* idem facit plorare genus cum Scalis feu Gradibus Scenonis, unde reos non in Tiberim vivos præcipitatos, fed ibi vivi comburio punitos, contendit. Gallonius *tus de Martyrum cruciatibus libello*, figuram fubjicit Martyris, *Tunicâ* candentifferea, & crepidis ferreis induti, quas clavi lignei adftringebant: quam in Baldvini *de Calceo Trofleatum* tranflulit Andr. Frifius, *editione Amstelodam. A. C. 1667.* Sed & Tunica occurrit *Plumbea*, in *L.* Baiwvar. allo tamen fenfu, ut ad cujus pondus pro Epifcopo occifo

occiso aurum pendi, ab homicida, jubetur, *tit. 1. cap. 11. §. 1. Si quis Episcopum — occiderit, solvat eum — secundum hoc exemplum. Fiat vinnica plumbea secundum statum ejus, &c, quod ipsa pervaserit, auri tantum donet, qui eum occiderit &c.*

Tunicella, vestis in Ecclesia Rom. Subdiaconorum propria, quæ & *Subtile*, V. ibi: nec non *Dalmatica minor*, uti legas apud Dominic. Macrum *Hierolexico*, ubi de ejus usu multa.

Tupha, Zonaræ in Basilio Imp. appellatur Tiara rectus, Regibus olim Persicis peculiaris; ob *typhum*, quem ingeneraret. Solerius *de Pileo Sect. 9.*

Turba, in vitis Romanis, tanta quotidie, ut ægrè via reperiri possit, indigitatur passim Juvenali, Martiali, Alliis. In Amphitheatro inprimis aut Circo Maximo, Papinio *lib. 1. Sylv. 1. vers. 65.*

——— *continuus septem per culmina montes*
Ite fragor, & magnæ fingit vaga murmura Romæ.

In cujusmodi locum, pompamque spectandam, prout ventum populum, formicis ac fuibus pulcrè comparat Theocritus *Adonizusiis*,

Ω΄ διεὶ τὸν ὄχλον· πῶς κ πάνυ τοῦτο πεπάσται
Χερὶ τὸ κακὸς ἀνθρώπος ἀπάμητον κ᾽ ἀμέτρητον.
Et ——— ἀθρόον ὄχλον.
Ω΄ θεοὶ ὡς τὸν ὄχλον.

V. Casp. Barthium *Animadversion. ad Theba idem Papinian. 4. vers. 798.*

——— *pars arcta plebe sequuntur.*

& supra, voce *Compressio*. Voci origo ex τύφω Attico, pro τύφω, à τύπτω & θυὼς, ut *commotionem stirpe ram ac vocatem* propriè nocter, Bezmannus *Origin. L. L.* Apud recentiores ævi Scriptores *Turba* niger cespes est, qui, e terra pulsilri ac bituminosa crutus, variis in regionibus, vicem carbonis præbet, Gallis *Tourbe*, Belgis, Anglisique *Turf* & *Turf dictus*. V. Lamb. Ardenser, Auctorem *Chronici Andrensis*, Spelmannum, qui *turbam* è terræ corpore effodi, *bleffiam* (Gall. *bleche*) è superficie, utramq; in ignis escâ à rusticis plurimis & à Nobilibus ipsis, in palustribus regioni bus adhiberi ait; ipsos inprimis, qui de *Turbis* ex profesto lepiere, Martin. Schoockium, Carolum Patinum, Alios. Hinc *Turbarie*, loci ejusmodi cespitibus fodiendis idonei, in *Monastico* Anglic. passim: de quibus Wilh. Armoricus *Philipp. lib. 2.* ubi de Flandria,

Arida gleba foro ficis incisa maniciis.

V. Auctores Carolo du Fresne hanc in rem laudatos. de *Turbavitis* præcipuè *Anglicis* Camdenum *Defeript. Britanniæ*, ubi de *Lamafirosh* agro, & quædam supra, ubi de *Carbone*. At *Turbarii*, seu *Turbelli*, vulgò *Kerni*, apud Hibernos, milites levis armaturæ, qui jaculis amentatis, machæris & cultris five ficis, *Skeynes* vocatis, dimicabant, dicuntur. Henrico Marlburgensi, qui de illis pluribus agit, uti ex eo Jac. Waræus *Antiqq. Hibernic. c. 12. Sect. 1.*

Turbans, apud Turcas, capilli tegmen, ad Tiaram Persicum popularem proximè accedens; Græcis recentioribus φακιόλιον est, quasi *fascia complicata*. Vocis originem à *Corybantis* Græcorum vert. arcessit Gretserus *ad Codinum lib. 2. cap. 5.* Nec verò Turcis solùm Persisque, sed & Tartaris in usu est, ut qui & ipsi Muhammedi mancipati: Quorum *Turbantem* sic describit Mart. Martinius *hist. de bello Tart. Hiretum capiti æquale, rotundum, at humile; hoc pretiosæ pellis fascia per circuitum ambit, ad duorum vel trium digitorum latitudinem: (ea plerumq; castoris vel Zibellinarum est:) hæc pellis aures, frontem ac tempora defendit: Quantum vero hiretí supra pellis fasciam exit, tantundem rubra byssus undiq; spectat, ejusq; aliqui, ut nigri ana purpurei equorum crines, quos pulcherrimè tinguit, gestamen planè commodum nec inconcinnum.* Unde colligere est, rubrum esse Tartarorum pileum, nunc falsitem; olim viridem fuisse produnt: Rubrum autem *Turbantem* gestant Persæ, qui Ali addicti sunt; album Turcis habentibus. Nec mirum colore pileorum dissidere, qui implacabiliter dissident occasione superstitionis, aliter à Turcis, à Persis aliter accepta. Qua de re V. Joh. Barros *Dec. 2. Asiæ lib. 10. cap. 6.* Oliotium *de rebus Emman.* lib. Sanson invium *de rebus Turc.* Flor. Remondum, *de Hæresesnatalibus l. 1. c. 4.* Alios. Origo utriusque dissidii hæc: Alis frater patruelis Muhammedis ac gener, ipsi defuncto succedens, legem foceri suis interpretationibus adeò interpolavit, ut planè alia videretur. Quod videns Homar, Muhammedis affinis, pro Legis à Muhammede propositæ integritate & recepta interpretatione, acriter adversus Alim certavit; unde superstitio in duas divisa est sectas: Arabibus, qui Homarem fectabantur, Persis Alim addictos, non secus ac exleges & desertores. Legisque patriæ corruptores, averfantibus; nec Persis mitiùs agentibus in Arabes Homari addictos. Cùm autem non exiguo tempore pars Homaris prævaluisset, exortus circa A. C. 1370. ex Ali se prognatum dicebat *Sofi*, acerrimusque sectæ ab eo constitutæ vindex habeti volebat ac revera erat. Qui, ut suos ab Homaritis aliquo insigni discriminaret, pro linteo albo *Turbante*, quo Homaritæ utebantur, in memoriam XII. filiorum Hocemi, Alis filii, *Turbantem* instituit, e cujus medio pileolus acuminatus, è lana conflipata colore rubro confectus & fenis utrinque gradibus distinctus, accommodatæ ad contractionem vel diffusionem euitcaret: Pileumque hunc, velut notam sectæ Perficæ, Ismaël Sofi, potentissimus Persiarum R. Usumcaffanis ex filia nepos, magno studio, & partim blanditiis ac precibus, partim vi ac minis multis populis obtrusit, magnâ Turcarum indignatione. Qui adversariorum ob rubros pileolos, defectionem à Muhammede exprobrabatur, *Kisulbasis*, quasi *capita rubra*, hodieq; noto vocant convitio, sicut à lana, qua pileoli illi conflant, tunt qui velint Persarum Regem per excellentiam dictum *Sofi*, quod nomen Arabicè *lanam* sonat, cum *Turbantes* Turcici è lino conficiantur: an ex veteri ufu Regum Ægyptiorum, quorum judicio lanea vestes profanæ erant, unde lineis in Templis utebantur, & funebres tunicas, quibus in sepulchra religione consecrata, inferretur, similiter è lino habebant? V. *Turbantis* Turcici iconem, ut & plura de his, apud Anf. Solerium *de Pileo Sect. 8.*

Turbo, inis, exercitamentum puerile, Gr. βέμβος, ut ex antiquo *Epigr.* patet:

Οἱ δ᾽ ἅς τὸν σκυτότομον βοὸς βίκκιγκα ἔχοντες
Ἐ φιλέρι δόξιν παιδὶ ὁὶ σφαῖρ.
At pueri scytalis ludentes Turbine acuto,
Versibunt lato quisq; sonum in tryvio.

Nempe loro baculo alligato acutissimum pueri in orbem circumagebant, plagisque circumactum certatim impellebant: ut appositissimè describit Virgilius *Æneid. lib. 7.*

Ceu quondam torto volitans sub verbere Turbo,
Quem pueri magno in gyro, vacua atria circum,
Intenti ludo exercent: ifnpet inscia turba,
Impubesq; manus, mirata volubile buxum,
Dant animos plagæ.

E buxo namque probatissimi. Cum Trocho Dempsterus aliiq; confundunt, quod tamen longè diversum fuisse apud Vett. Ludi genus, ex Mercuriali ostendimus *supra*: τροχὸς quoque Græcis, unde recentiorum σφαῖρα; item κοῦφος: quibus vocibus nux pinea propriè indigitatur, Salmasius *ad Solinum pag. 1285.* Alias *Turbo*, aquatilis nomen: cujusmodi *Turbines* λιτορεῖφαι, quorum telæ in multa volumina plurimis undique tuberculis exantibus diducuntur: Item anonymi, conchylia tuberculo & anfractuosa, striata partim, partim rugata, maculosa varii tinctura, in *Museo* Kircheriano, memorantur Georgio de Sepibus *pag. 28.* Item venti &c. Hinc *turbinatus pileus*, apud Macrum *in Hierolex.* de cujusmodi pileis hic passim, inprimis hac ipsa voce: uti de *Turbinatis pyxidibus*, plura apud Vossium *Istoi. l. 4. c. 36.*

Turca, adde: Hornio, gens pastoritia, primas sedes habuerunt, in Scythia, ad Isæarum fluv. supra Persiam. Sed quæ regione, quæ hodieque *Turchestania*, circa A. C. 1000. in Persiam emigrarunt, Duce Selgkuko, sub ejus nepote Tegrulbeko hoc regno potiti, A. C. 1038 Orta postmodum inter patrueles an fratrueles hujus discordia, Cuthlumuses octupavit Armeniam, Cappadociam, Pontum aliasque Imperii Græci provincias regio titulo, circa A. C. 1060. sicque in *Occidentale* & *Orientale*, Regnum Turcarum divisum est: quorum illud à Christianis tandim non delitescham, crebrâ rerum in Terram Sanctam expeditione: illud à Tartaris penitùs est eversum. Mox tamen Aladino Duce Turci ex Perfia profugi, occupatis Iconio & Sebastiâ urbibus, novum per Asiam minorem Regnum orti sunt, &, superatis Græciæ provinciis aliquot, feliciter per 90. annos tenuere, sede Gunize feu Iconii constituta. Aladinius deficientibus circa A. C. 1298. in quibus posteritas Selgkuki extincta, Otomani, alius Turcarum populus, Olmanno duce, non potentiam Turcarum solùm, sed omnem fere minorem Asiam in se transtulere, sede Prusiæ fixâ. Inde pervenere in Europam circa A.C. 1363. sub tertio Imperatore Amurathe. Et quamvis à Tamerlane universâ Asiâ exuti essent A. C. 1401. & fracto captoque Bajazethe de eorum Imperio actum videretur, viribus tamen iterum recollectis, sub Muhammede I. Amurathe II. & Muhammede II. illud per Asiam Europamque latissimè propagarunt, Constantinopoli quoque expugnatâ &c. V. Georg. Hornium *Orbe Imper. cum Animadvers.* I. Joach. Felleri p. 401 & *seqq.* uti plura, *de Regimine, Classibus, Legibus, Moribus, Habitu, Bellicis, Hostibus*, aliisque Turcarum *Memorabilibus*, apud eundem *Orbe Polit. cum Animadv.* L. Ortonis Menckenii passim, inprimis p. 29. 414. & *seqq.*

Turchoisa, seu *Turcica Gemma*, Gallis *Turquoise*, Persis *Ferza* aut *Firuza*, vocabulo ex Græco sumpto; eadem enim cum hodierna *turchoise* Jaspidis species est, cœlo autumnali similis, adeoque cœlini sei aerini coloris, hinc Græcis ἀερίτις ἀν. dicta, vel ὑάκινθος, & contractè ὑάκινθ. unde Perficum *Firuza*, & Arabicum *Firuzegi*. Ab isdem Græcis *Boream* eam vocatam, Plinius notat, quòd fc. ejus coloris sit, quo cœlum fulet esse, cùm Boreas flat; Hodieque felicem illam habent & boni ominis, uti olim quoque pro amuleto gestabatur, uti videre est apud Orphium de hujus gemmæ, quam ἀφεγγέσων ἴαστιν appellat, potentia & feliciitate multa narrantem. Salmasius *ad Solinum p. 202 & 1130.*

Turchifarus, in *Conventionibus* Michaëlis Palæol. & Genuensium

A. C. 1261. à C. du Fresne editis, post *Historiam Gallo-Byzant.* monetæ aureæ Turicæ species elt.

Turchinannus, V. ſupra *Dragomannus.*

Turcomannus, adde: Scaligero *Turcomannus* eſt τοῦ ἀνδρὸς, qui *ſtabile ſtabulum*, Plauti verbo, non habet, cujusmodi eſt natio hæc Cireaſſis finitima, V. eum *Cananum Iaſagic. lib. 3.* & Car. du Freſne *Notis ad Cinnamum.* Extollere illi quaſi, ſummamque rerum Perſicarum ad ſe transferre, poſt obitum Tamerlanis, cœperunt, diviſi in duas factiones, *Karakoinlu*, ſeu Nigrorum Arietum; & *Akkoinlu* ſeu Albarum Arietum; è quorum illis primus Rex Perſiæ *Kara-Iſſuph*, ſeu Niger Joſephus, Tamerlanis ſucceſſorem evertit. Sed ejus familiam annis circiter 50. poſt iſti everterunt, quorum primus Uzum Caſſanus Perſiæ potitus eſt A. C. 1468. & Regnum ad ſucceſſores transmiſit, tandem à Sophianis, qui hodieque rerum potiuntur, pulſos. Georg. Hornius *Orb. Imp. p.* 421.

Turcopuli, apud Guil. Tyrium *lib. 1. cap. 7.* alibique, milites ſunt ſeu equites levis armaturæ, vel natiui apud *Turcos*, vel ex matre Chriſtiana & patre Turco prognati, unde nomen: Τοῦρκ ποῦλ⊙ enim, Græcis recentioribus *Turci filium* notat. His Alexium Imp. alioſque Principes in bellis uſos, obſervant Scriptores Byzantini. Hinc *Turcopularius*, qui militibus his conducticiis præerat, dignitas in Aula Cypri Regum, de cujus officio V. Steph. Luſinianum *Hiſtor. Cypr.* Statuta Ord. Hoſpitalis S. Jo annis Hieroſolym. *tit. 10. §. 25, 26.* & Dominic. Macium *Hierolexic.*, ubi hodieque in Inſ. Melita *Turcopolos* appellari equitum Præfectos, adnotat.

Turdulus Gallicanus, Hiſtoricus Rom. cujus *Ephemeridem* lau dat Fl. Vopiſcus, ei coævus, in *Probo.*

Turdus, Græcè κίχλη, Hebr. קיכרי fiecdulæ jungitur, apud Corn. Celſum *l. 2. c. 18.* & in *Tiberio* Suetonii *cap. 42.* Plautus quoque in *Capt.* vir ad utramque aveus alludit,

Opus Turdetanis, opus Fe. edulentibus.

Quòd ſc. in delicijs Vett. aut pares, aut ſuppares eſſent. Sed contrà quàm Hebræi ſentiunt, *turdo* datur principatus ab iis, qui palati delitijs omnia metiuntur. *Horat. ius l. 1. Epiſt. 15.*

— — *ſapit*
Nil melius turdo —

Et notum Martialis *Xenion* 92. qui idem alibi,

Texta voſis forſaſſe libi, vel divite nardo.
At mihi de turdis facta corona placet.

Perſius *Sat. 6.*

Nec tenuem ſolers turdorum *noſſe ſalivam.*

Id eſt, non liguritor, & λείχων, qui probè callear, quo ſapore ſint turdi. V. quoque Ariſtophanis Scholiaſten *in Pace.* Unde olim Athenis, dum diſciplina erat auſtrictior, ὀψοφαγία, καὶ κοχλάζειν ἔξω, uti legimus apud eundem Comicum *in Nubibus.* Et Pompeius æger à Lucullo turdum peti noluit, quamvis jubente Medico, hoc celebri dicto uſus, Οὐκοῦν οὐ μὴ λέκιθ⊙ ἐφάγω, ἐὰν μὴ ἔχωσι, *ſi igitur alius, Luculli luxu Pompejus non viveres.* Quod ita placuit Plutarcho, ut id referat quater minimum, nempe *in Lucullo*, & in *Pompejo*, & in *Apophthegm.* & in libro, *an bona ſenecta ſit Reſp.* contrà etiam *turdellis turdorum* Palatinos quoſvis monſtrum illud Romanæ luxuriæ Heliogabalus, apud Lamprid. Ac hodie non eadem ils gratia: quod forte inde, quia, ſimul ac capti fuerint, aſſantur, plurimum adhuc macri, præterquam vindemiæ tempore. Olim verò, vel in ornithonibus ac amplis magnaque villæ ſeptis & perſtylis; vel apud fartores urbanos in cellis anguſtis & obſcuris alebantur, ut citò pinguiſcerent: quorum illi *ſaginarii*, ſaporis longè melioris, hi *cellarii* dicti. Illum Columella ſolipatro, ut ſupra vidimus. In ornithonibus autem tantâ copiâ ſervabantur, ut agros Romani illorum ſimo, cui & principatum Varro tribuit, ſtercorarent, V. Plin. *lib. 17. c. 9.* Sed & *turdus* vermibus paſcitur, caroque ejus fibroſa & dura eſt, Galeno teſte de *Alim. Faculi. lib. 3. cap. 19.* unde gulam potiùs, quàm judicium, hanc avem referuntur ſimilia Græcis, κίχλαι ſimiliter Græcis, juxta merulam, inter ſaxatiles nobiliſſimum, *marinam piſcinam* proin dictum Trallianus *l. 6. cap. de Pleurit.* & Plinio Valeriano *lib. 5.* habes apud eundem Voſſium *l. 4. c. 24.*

Turelenſis, adde: Quòd loca tantùm *Iupis* expoſita habitarent, fic dicti, Vigiterio A. C. 1159.

Turena, adde: Familiam hanc illuſtrem ſubpoſuere ecclulit Chriſtoph. Juſtellus, eamque deducit à Wilfredo Com. *de Bourges*, circà A. C. 828. Hujus nepoti Acfredo, præter Guilielmum Com. Arverniæ & Duc. Aquitaniæ, fatorem Comitum Arverniæ & Bononiæ; ac Delfinorum Arverniæ & Com. Clarimontis, qui jam dudum extincti: natus eſt Bernardus, auctor Dominorum *de la Tour.* In quibus notabilis eſt Albertus II. Dn. *de la Tour du Pin*, pater alterius Alberti (cujus filii, Humbertus ultimum ramum Delfinorum Vienn æ & Albertus reliquos Dominos *de la Tour du Pin & de Vinay*, ad finem ſeculi XIV. ſuperſtites, dederunt) & Bernardi IV. à quo ſtemma propagatum. Hujus nepos Bertrandus I. ex filiorum altero Bernardo VI. Dn. *de la Tour*, poſteritatem habuit, quæ à Maria agnata, Godfredi Montgaſconii filia, titulos Comitum Arverniæ & Bononiæ recepit, & in Magdalenâ, Catharinæ Mediceæ R. matre, atque, quod novum Montgaſconum ramum attinet, in Anna, ter uxore 1530. defecit. Alter Bertrandi fil. Dominos *d' Oliergues* fevit. In his Annetus Turius, feu *de la Tour*, Comitatum Bellifortium, & Viccecomitatum *Turenæ*, ab uxore Anna (fil. Petri Com. *de Beaufort*, Vicec. *de Turenne*) nactus eſt. Acceſſit poſtea axiona Ducatus Bullionii Henrico, (filio Francifci Turii, & Eleonoræ Montmorentiæ, defuncto A. C. 1623.) qui, ex poſteriori matrimonio Eliſabethæ Naſſoviæ, genuit Fridericum Maurititium Duc. Bullionii, ex Eleonora Febronia Bergenſi egregiæ prolis parentem, Henricum Vicec. *Turennium* generalem Franciæ Mareſcallum haud pridem extinctum, nullâ ex Carola Canmontia Forcęa ſobole relictâ; Luiſam, Mariam (uxorem Henrici Tremoilii Duc. *de Thouars*) Julianam Catharinam (uxorem Francifci *de Roye de la Rochefaucault*, Com. *de Roye*) Elizabetham (uxor Guidonis Aldonei de *Durfort*, Com. *de Duras*) Henricum Catharinam (fil. Amalrici Goyon M. *de la Mouſſaye*) & Carolam, omnes domus Turrææ feu *de la Tour* & *Auvergne.* Quod lineas collaterales attinet, altera *de Lineil* extincta eſt A. C. 1691. altera Dominorum *de Murat* & *de Sayennes* gentile cum Turenius obtinet ac ſervat nomen. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Parte I. in Ind.* V. quoque eum *Arte Heraldica Tom. II.*

Turona, Varroni *lib. 4. torma* eſt, quòd terdeni Equites ex tribus Tribubus, Tatienſium, Ramnium & Lucerum ſiebant, Scaligero ex Græco τέρμα, *rotunditas*, uti Conors, quia cohortes villaticæ rotundæ, V. Juſt. Lipſium *de Militia Rom. lib. 2. cap. 6.* Hinc *Turmæ*, pro Equeſtri Ordine, apud Papin. Statium *lib. 4. Sylv. 1. verſu 25.*

Moribus at, tuis gaudent Turmæque, Tribuſque,
Purpureiſq; patres ——

Ubi notor tres Ordines Romani Status indigitat. V. Caſp. Barthium *Animadverſion. ad l. Inde Turmarii*, in *l. 3. Cod. Theod. de Privil. eorum qui in ſacro palat. mil.* inter viliora officia, qui *turmas* à provincialibus exigebant. Sed & *Turma*, regio eſt, apud mediî ævi Scriptores, unde *Turmarcha*, turmæ ſeu regionis præfectus, apud Joannem VIII. *Epiſt.* 240. Græcè quoque Τουρμάρχης, apud Leonem *in Tactica cap. 4. §. 8.* Conſtantinum Porphyrog. *in Ibus.* Itaque apud Ughellum *Tom. I. pag. 996.* Stratigotis, Judicibus, Viccecomitibus, Curmarchis, Plateariis &c. reponit *Turmarchis* C. du Freſne *Gloſſar.* quem V. quoque *Notis ad Alexiadem pag. 273.*

Turno, adde: Familiæ origo ab Odone Dn. *de Tournon*, qui floruit circa A. C. 1170. Ia, ejus poſteris Juſtus Dn. *de Tournon*, pater fuit Juſti Com. *de Roſtillon*, quo, & Claudiâ de la *Tour*, genitus Juſtus Ludovicus Dn. *de Tournon* Com. *de Roſtillon*, ex Magdalena Rupifulcaudia, genuit Juſtum Henricum Com. *de Tournon* & *Roſtillon*: qui ex Carola *de Levis* ſuſcepit Juſtum Ludovicum, maritum Franciſcæ (fil. Nicolai *de Neufville* March. *de Villeroy*) genitis ſuæ ultimum, defunctum A. C. 1644. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Part. III. pag. 82.*

Turonenſis, nomen in Monetis Gallica frequens, vulgò *Tournois*, ab urbe cognomine celebri, de qua ſuo loco. Sub Philippo IV. cuſi ſunt *Turonenſes duplices* (Gall. *Tournois doubles*) id eſt, denarii 2. Turon. Parifienſibus paulo minores; *Groſſi* item *Turonenſes argentei*, Gall. *Gros Tournois d' argent*, pretii 10. den. &c. Et quidem in illis effictæ cruc pedata extenſa in illo & Infer. in circulo, PHILIPPUS REX: in adverſa, triangulus feu faſtigium ædis facræ cruce ſuprà inſignitum, in circ. MON. DUPLEX. REGALIS, uti legimus apud Car. du Freſne, voce *Monetæ*, qui & de iſtis varia habet *ibid.*

Turpia, in receſſu quidem omnia erant Gentilium ſacra; Interitum quæ etiam in fronte talia eſſent, non erubuere Veteres, ſed ſolemni inprimis, divinitatem denotare: Infames nempe meretrices, Cloacinam, Pavorem, Febrem, Pallorem, Rubiginem, Fornacem. Lupam, Faunam. Floram, Sterculium, Lapidem Termium, Vitia cum Græcis, Mutinum obſcœnum, & id generis alia ſexcenta, ut refert Lactantius *de fall. Relig. l. 1. c. 20.* V. quoq; in *Bell-phegor* & alibi *paſſim.* In ſpecie, *Res turpis* Romanis dicebatur, quæ in collo infantibus ex annulo appendebatur contra Sagarum ſtrigumque faſcina. Erat verò illa non Satyri ſpecies, ſed Priapi, ſeu Muruni, cujus modi mentio facta. Unde Varro *l. 6. Fuſtinus*, inquit, *res turpicula eſt, à collo pueris appenſa.* Cùm enim putarent Romani, res teneras aſpectu noxio viroſorum hominum cujuscunq; ſexus faſcinari, proin ut eorum aſpectum ab oculis puerorum abduerent, ſuſpendebant ipſis è collo Mutinum Deum. Sic namque Cario ad mœchum, cui ſe virilia exſecturum minatur, apud Plautum *Militie Act. 5. Sc. 1.*

Quafi puero in collo pendeant corpuncula.

Eadem Priapi fpecies, in nuptiis & poculis eodem modo frequentata & Deabus familiaris fuit: ob *turpitudinem* enim, fafcinantium oculos averti credebant, ne teneros afpicerent, unde & in afini magnitudinem quibusdam crevit. Et certè in poculis *turpia* iftiusmodi effictà fuiffe veteresque per obfcœnitates iftiusmodi bibiffe notum. Plin. *Proœm. l. 33. Auxere & avium villorum irritamenta in poculis libidines calare juvit & per obfcœnitates bibere.* Unde illud Juvenalis *Sat. 2. v. 98.*

Nam quæ Virres tibiis illa Priapo:

Quæ quid fibi velint, oftendit Laur. Pignorius *Comm. de Servis*, ubi iftiusmodi poculoru n icones exhibet. Idem Juvenalis *turpia* poculorum eadem ratione memorat; *Sat.* 11. ubi V. veterem Interpretem, quemadmodum & Martialem *l.* 8. ubi de phiala Rufi. Imò & edifle *Turpia* atque obfcœnitates prifcos, idem teftatur Martialis *l.* 14. *Epigramm.* 69.

Si vis effe fanus, noftrum potes effe Priapum &c.

Et *lib.* 9. *Epigr.* 3.

Ipfa legislatrix pinguefcit adultera cunnis.

Nempe utrinsq; fexus *aiδοία* & filigine confiebant, ut Salmaf. notat: ut de Lucernis vett. taceam, de quibus. V. Fortun. Licet. tum *infigni opere de Lucernis Antiqq.* Falcinum ex ære è Muſæo Parentis fui, exhibet Thom. Bartholinus *de Puerp. Vet.*

Turria Familia, Gall. *la Tour*, nomen illuſtris in eo Regno Familiæ, de qua diximus quædam ſupra, voce *Turena*. Sed & *Turrianorum* Italica illuſtris Familia, quæ Mediolani olim præfuit, & à Regum Galliæ fecunda ſtirpe derivari amat. In ea Martinus, cognom. *Gigas*, primus nomen *Turriani* ſive de la *Torre* aſſumpſiſſe dicitur. Hic ſub Conrado II. in Palæſtinam profectus A. C. 1146. ſed ad Damaſcum captus à Saracenis, diris modis excruciatus, ad tandem occiſus eſt: Filius ejus Jacobus *Turrianus* Com. *de Valliſſina*, Paganum, Joannem & Philippum genuit. E' quibus Paganus, cùm plures Mediolanenſium exules, à Friderico II. Imp. pulſos hoſpitio exceperit, à populo Civis & Prætor, dein ab Imperatore Vicarius Imperii Mediolani creatus, ſed aſperiori paulò in Nobiles imperio uſus eſt. Mortuo A. C. 1241. ſucceſſere fratres Martinus & Philippus. Ex filiis Pagani præcipui fuere Hermannus, Napoleon, Franciſcus & Salvinus. Quorum primi nepos Lombardus Phœbum genuit & Raimundum; à quibus ille Caſtellari, quod à Principibus Goritiæ feudo habebat, Dn. poſteros in quarti gradum habuit; hic in plures. Napoleon Mediolanenſibus, poſt patrium Philippum, præfuit, ſed ad extremum infeliæ bello, adverſus Ottonem Archiep. captus, vitam in carcere finiit. Filius Conradus cognom. *Muſca*, iterum Mediolani dominatum arripuit, ſed ejus filii urbe à Vicecomitibus pulſi funt. E' quibus Floremontanus cognom. *Muſca*, poſteritatem numeroſam habuit, qui ipſi quoq; *Baronum & Conſilium Valliſſinæ* titulos geſtarunt. De reliquis V. infra *Valliſſina*.

Turricula, alias *Pyrgus*, *Rimus*, *Orca*, pyxis erat cornea, vel buxea, è qua taſſi vel teſſeræ, inter diſſidentes conſultores, in tabulam effundebantur. Martialis *l.* 14. *Epig.* 16. *cujus lemma*, *Turricula*, *Quæ ſcis compoſitos manus improba mittere talos*;

Si per me miſſi, nil niſi vota facit.

Ita è Palat. erutus Gruterus, cùm antea legeretur, *Quærle compoſitus*. Ad fraudem nempe vitandam in ludo excogitata eſt *Turricula*, cylindro Mathematico ſimilis; cava tamen & intus gradatim aſperata, ut tali excutiendi impingendiq; Unde teſſeræ *incerte* dicæ, apudeundem Poet. *l.* 4. *Epig.* 14. & Auſonius,

Fundunt exceſſi per cava buxea gradus.

Imò præter *Turricolam*, quam Græci πυργον dixere, etiam πυργίδιον habuere, Salmaſ. apud Anton Thyſium *JC. Notis in A. Gellium l.* 1. c. 20. V. quoque ſupra, ubi de *Friſillo*, *Pyrgo* &c.

Turris, ab Æol. τορσις, pro τυρσις, ornandæ & muniendæ Urbi excogitata. Sacris quinetiam peragendis, quales campanariæ Chriſtianorum *Turres*; quæ & contectæ ſint, campanis longis perſonare ſtatuit Magnus; quàm ſi apertæ: eò quòd ſonus non in altum atq; immenſum ſpargitur. Sed versùs inferiores paucis propellitur. Teguntur verò iſtiusmodi *Turres* vaculi quibusdam pyramidibus, & metis latentibus aut marmoreis, in quas propulſus aër augetur, & tanquam è latiſſimo tintinnabulo non parùm adauctus proſilit deorſum: In cujusmodi Turribus conſtruendis atq; exornandis non parùm ſtudii atq; induſtriæ ponere Architecti conſueverunt. Etiam Turcæ, juxta Templa, altas *Turres* multilateras conſtruunt; quarum faſtigia in pyramides exeunt ligneas, plumbeis laminis, ad imbrium vim arcendam. contectis: ut, ſi procul ſpectes, *Turres* campanarias Chriſtianorum eſſe credas, & his urbes exornari affirmes. Non longè à pyramidis initio ita conſtructæ ſunt, ut circumire quis facilè poſſit: quò ſcalæ cochlide aſcendantur. In Rhodo tamen & Co Inſ. pyramide nonniſi ærum cernere, Porrò oſtiola in ſcalæ ſummitate in circulare podium, Prientium ſpectania, obſervantur: è quibus Sacerdotes, ſtatis diei ac noctis horis prodeuntes, Omnipotentis Dei nomen voce Stentorea inclamant, hominesq; hoc pacto, ut nos campanis ſolemus, ad templa convocant. V. Hieron. Magium *de Tintinnabulis paſſim*. Sed & in bello *Turrium* uſus, præterquam enim, quòd *Turres* dicebatur ordo militum in quadro, inſtar turris, A. Gell. *l.* 10. c. 9. *Pocabula ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet, Frons, Subſidia, Cunnus, Orbis, Globus, Forfices, Serra, Alæ, Turres*: inter machinas, ad oppugnationem adhiberi ſolitas, *Turris* erat mobilis, five, ut Vegetius appellat, *ambulatoria*, quæ inſtar ædificii extrabibus & tabulis, interdum 10. extructabus contignationibus: intus habens arietem, quem ſuſpenſum milites in hoſtium muros impellebant: è ſuperiore verò parte pons demittebatur, in eundem murum & fcalæ confeſtim injiciebantur. Hæc tota moles, ſubjectis totis à militibus circiter ſo, introrſus promovebatur, cùm muſculus aut vineæ præcedente, ſub quibus foſſores raſtris ac ligonibus viam muniebant, aggeremq; ſolidabant, ut mœnibus *Turris* propinquare poſſet, Hotomann. V. quoq; Vegetium *l.* 4. & Vitruvium, qui ejus ædificandæ rationem tradit *l.* 10. De illius forma locus eſt inſignis apud Cæſarem *de bello Gall. l.* 2. Altitudo tanta, ut plerunque, quemadmodum dictum, denum tabulatorum eſſet, Idem *ibid. l.* 8. & *de bello Alex.* Joſephus *de bello Jud. l.* 6. c. 8. quibus addeProcopium *Goth. l.* 1. & 2. Cujusmodi *Turrim* ligneam, ignibus invictã, memorat Cardanus, apud Fortun. Licetum *de Lucernis antiq. l.* 3. c. 23. & Porrò tropæorii loco *turres* erectas ciso, ſpolia primitiva Florus habet *l.* 3. *Domitius Ahenobarbus & Fabius Maximus iſtos, quibus dimicaverant, hoſtis, laeſa faſceas potuere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus Tropæa fixere.* Ad faces navigantibus præluccndas, V. ſupra voce *Pharus*: ad ventorum flatus monſtrandos, inſtà ubi de Andronici Cyrreſtis *Oλτογωνα Turre*: ad theſauros cuſtodiendos, ubi de *Pſammetichi* Ægypti R. ad curriculorum in Circo numerum defignandum, ubi de Cinyræ ad quietem natum, ubi de *Pyramidibus*; ad carceris uſum, in *Sanuelis* Ordinis Hoſpitalar. S. Joann. Hierofol. *tit.* 18. §. 39. 52. ubi *ad turrim condemnari*, militior pœna, quàm *ad carcerem*, & leviorum delictorum fuiſſe, indigitatur &c. In Eccleſia Rom. *Turris ſeu Turricula*, inter miniſteria ſacra, occurrit apud Gregorium Turon. *de Gloria Mart. l.* 1. *Accepta*q; *turre Diaconus, in qua myſterium Dominici Corporis habebatur, ſerre capit ad altium.* Ubi turrim, *vas in figura turris formatum, in quo deferebatur proſanctiſſima Euchariſtia*, fuiſſe, legas apud Dominic. Macrum *Hierolexic.* V. quoq; Car. du Freſne *Gloſſario*, *Ædis Sophiane* &c, Cœterùm *Turres* Cyclopum eſſe inventum, docet Plin. *l.* 7. c. 56. qua de re V. Hadr. Turnebum *Adverſar. l.* 22. c. 46. Alii verò *turres* à Tyrrhenis primùm conditas, & ab his nomen acceſſiſſe. an hos potiùs ab illis dictos, volunt, V. Coel. Rhodiginum *lib.* 6. *cap.* 18. Dionyſius certè denſius extructas domos Tyrrhenis *πυργοι* appellatas refert, Beemannus *Origin. L. L.* &c.

Turrium tutelarium quædam:

Ædes.

a. Argentoratenſis, totius Germaniæ celeberrima, ædificari cœpta eſt A. C. 1377. à Francis Regibus, abſoluta poſt annos 28. In illa Horologium inprimis nobile, à Conr. Dafypodio Urbis Mathematico, concinnatum, quod profixè deſcribit Auctor Anonymus (Ad. eſt Preyelius) *Sinæ & Europæ c de Turr.* 8. Aſinellorum *Turris* Bononiæ, vulgò *la Torre Aſinella*, Piſanæ ad inſtar, velut ruinam minitans, conſtructa & præcipitate porrò vifenda. 9. Babylonia, de hac V. in voce *Babel*. Hominis *ſegnitiæ egregium* ergò primarìò extructam fuiſſe ait; ut inde Aſtracerſius conſpicerentur. 8. Butyri *Turris*, Gall. *la Tour de beurre*, dicta eſt Turris Rothomagenſis ceſſiſſima, ad D. Mariæ Templum, in qua campana totius Galliæ maxima, dicta *George d' Amboiſe* 40. mill. librarum. Fuit autem hic Georgius Urbis Archiepiſcopus, circa A. C. 1500. qui cùm videret, Diœceſin ſuam adeo olei laborare penuria, ut vix ſufficeret tempori Quadrageſimali; hujus loco butyri eis uſum conceſſit, ea tamen conditione, ut ſinguli penderent obolos 6. Turonenſes ex qua collata pecunia *Turrim* hanc extrui curavit; cui inde à butyro nomen. c. Capitum *Turris*, in Perſia, memoratur P. de Valle *itiner.* quæ ex variorum animalium capitibus tota conſerta eſt. ζ. Florentiæ, ad D. Reparatæ, *Turris* campanaria viſitur, omnibus numeris abſoluta, & pulcherrimis ſculpturis, quæ tranſeuntium moremtur oculos, exornata. a. *Garſiendæ Turris*, caſtro in Aquitanicorum; θ. Landshutana, in Bavaria, omnium dicitur eſſe altiſſima: ſicut Argentoratenſis pulcherrima, Viennenſis fortiſſima. ι. *Oλτογωνα* Turris, è marmore, Athenis extructa ab Andronico Cyrreſte (qui *ολτο* Ventorum numerum & partitionem inſtruit) in ſingulis lateribus ſingulorum ventorum imagines exſculpias habet, contra fous cujusque flatus deſignatas. Supra turrim metam idem ex marmore ſimiliter poſuit, cui Triton ventos impoſitus, ad omnem auram verſilis, ſinuatam manu tenens ac porrigens indicabat, qui ventus flaret. Ad quod exemplum hodie, in ſummis ædium faſtigiis, & Templorum obeliſceis gallus gallinaceus ex ære collocatur, qui ſemper roſtrum contra ventum flantem converſum habet, eumque hoc modo indicat. Sunt autem nomina ventorum in *Oλταγωνῳ* præfaro, ET POE, *Eurus*, in Oceano hodie *Sud-Oſt*, in Mediterraneo Mari *Sirus* dictus, qui juvenis imagine ibi repræſentatur: ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ, *Subſolanus*, qui juvenis itidem, in ſinu pallii poma, mala citrea & granata ferens exprimitur, in volatum non nimium præceps: ΚΑΙΚΙΑΣ, *Cæcias*, qui hodie in Oceano *Nord-oſt*, in Mediterraneo *Grec*, in Hadriatico ſinu *Burino*, fenis barbati ſchemate, olivis patinam plenam offert, unde maximæ Athenienſi, bus opes. ΒΟΡΕΑΣ, ſ. erm. *Nord*, Gall. *la Tramontane*; qui celer, timè volans, ocreatus & pallio nates obvolvens, velut è frigor-

sibi timeret, nihil gestat, sterilitatis velut auctor: ΣΚΙΡΩΝ, *Sciron*, ab *Argeftes*, seu *Thracias*, similiter vestitus, vas aquarium inversum tenet, quippe pluvius Athenis. ΖΕΦΥΡΟΣ, *Zephyrus* seu *Favonius*, juvenis instar, pectus & crura nudus, vim florum in pallio gerit; cætera fedenti similis. Reliqui duo hodie non amplius conspiciuntur, parte illa turris ædificio inclusâ. Fuere autem sine dubio, NOTOS, *Auster* & AIΘ, *africus*, de quibus omnibus V. Salmasium *ad Solinum p.* 1246. *& fqq.* nec non Jac. Sponium *Isiaurar. Græciæ Parte 2. pag.* 176. *& fqq.* ubi turris figuram exhibet. *Horologium* turrim hanc vocat Varro *de R. R. l.* 3. *c.* 5. ubi similem rationem colligendi, quâ ex parte veniret ventus, in Ornithone villa fabricatam exponit. Nempe in quovis cjus latere, solarium erat, infra ventorum icones, quorum linex hodieque visuntur: unde turri *Horologii* datum nomen, Idem *ibid.* ». Pisana, non ad perpendiculum, ut fit, fed maxime proclivia ac velut ruinam minitania, jamjamque casura, ab Artifice extructa est; quippe ut ventus, jamjamque futurus, ab Aquilone, quiescebant, ita ædificabantur, plana cum firmitudine devexa, atq; ad libellam consistunt. λ. Rotomagensis, V. suprà *Bunyri Turris. m.* Turcarum, V. suprà. ν. Vicinensis, post Argentoratensem proximus, cœpit extrui A. C. 1340. consummata 60. demum annorum spatio &c.

Turris Babel, Tomus II. & III. *Atlas polyglossus Institutatus*, five Confusio Linguarum, in ordinem redacta, quo omnium linguarum atque idiomatum totius Orbis Terrarum disparatissima genera & species, ad 72. linguas novo ausu atque methodo, multorum annorum studio & labore, collecta. orbi literario exponuntur; Auctore Kirchero, prælum expectat.

Turris, cognom. Mariæ Magdalenæ, apud Hieronymum *Epist.* 16. *ad Principiam*, *Qui se recordetur — tres Marias flentes ante crucem, Mariamq; propriæ Magdalenam, quæ ob fedulitatem & ardorem fidei*, Turritæ *nomen accepit, & prima ante Apostolos Christum videre meruit refurgentem*: quòd fc. velut in cella *turre* collocata prior cæteris Discipulis Domini refurrectionem sentiret. Cat. Macer *Hierolexico*. Aliter Cybele *Turrita*, apud Scriptores: nempe *Turrita* in capite corona, Cybeli seu Deæ Hierapolitanæ effigies seu Rheæ, olim adscripta. Lucianus *in Dea Syr. Σημεῖα δὲ ἡ θεὸς τὰ πολλὰ τῆς Ἥρης ἀπεικάζ ἑαυτὴν ἔχ τὸ στεφάνιον, ᾧ πύργοι ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πεφορέαται, ὅτοιες Γῆν Λυδοὶ σέβουσι*, *Multa signa adfimi Deæ, quæ faciant, ut Rhea videatur. Nam & leones ipsam ferunt, & coronam in capite turritam gestat; qualem & Lydi Rheam effingunt.* Rationem exponit Lucretius *lib. fec.*

Muralis, caput fummum cinxere corond,
Eximiis munita locis quod fustines Urbis.

Quam cauſam Servius quoque adfert *ad Æneid. l.* 3. *Quòd autem turritam gestas coronam, ostendit superpositas esse Terræ* (quæ per Cybelen vel Rheam intellecta) *civitates, quas turribus insignitas constat.* Atq; idem tradit in 10. *Æneid.* Idem Phurnutus his verbis: *Στεφανοῦσι (τὴν Γῆν) πύργοις τὴν ἄνω, ὡσὰν ἐπὶ πολ ἀγομένην ὑπὸ ἀρῶν τὴν πόλιν, καὶ πάσας ἐχούσαν τὰς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐν τῇ πόλει ἀγομένας ἑορτὰς ἐν τῷ ἄστει, Turrium circumdata est corona, vel quia antiquitus in montibus ædificarentur Urbes, quò essent munitiores: vel quoniam esset causa & origo principalis mundi subsistandæ.* Sed prior ratio ſmplicior est, ut *Turrita* dicatur, quia Tellus *turres* & oppida habet. Unde & Maro *Æneid. l.* 10. *vers.* 212.

Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; urbes.

Ex eo verò, quòd Dea gestaret *turrim*, hinc Matresfamilias Romanæ convolutos in capite capillos gestabant, ut Varro *de L. L. l.* 6. ait. Extruebant enim in altitudinem multis gradibus ac spiris cumulatam comam; quod Tertullianus *l. de Pallio*, dixit *comam struere*: Idemque indicat Juvenalis, cùm ait:

—— *Tot adhuc compagibus altum*
Ædificat caput.

Et Lucanus,

Turriviaq; gerens frontem Matrona coronâ.

Quem morem hodieq; servare, atq; adeò tegumento gaudere *turrim* imitante, fœminas Turcicas, oculatus testis fuit P. Gillius, qui fic *de Bosporo l.* 2. *c.* 19. *Templum Phrygiæ Deæ, Matri Deorum, Rheæ nuncupatæ, in clivis debuit potius esse, quàm in maritima civitate; ex eo, quòd montibus gaudeat, ideòq; opiæ appelleatur, & Turrita Dea, quia olim arces. quibus Rhea patrocinatur, in montibus fitæ essent, ob loci robur. Rheam, habentem caput turritum, multeres Gallices & Turcicæ & Mysæ imitantur, fervato capitis tegmen, turris fimilitudinem gerente.* V. quoque infrà, in voce *Tutulus*.

Turtur, Hebr. תור *thor*, Græcè Τρυγών, utraque voce ὀνοματοποιητικῶς, factâ nim. ad imitationem cantus ejus, qui Græcè φωνεῖν dicitur, à φάτης, quod est *turturis more gemere*, apud Pollucem *l.* 5. *c.* 14. item *garrire*, unde de garrulis mulieribus, habetur in *Syracusiis* Theocriti

Τρυγόνες ἀκκιτάται φωνάεσσιν ἀύτουσι.

Ut turtures *obtundunt, ad omnia si desiderent.*

Avis est, veris nuntia, Cantici *cap.* 2. v. 11. & 12. & migratoria, Jerem. *cap.* 8. *vers.* 7. V. quoque Aristotelem *Histor. lib.* 8. *cap.* 3. & 12. & 16, Varronem *de Re R. lib.* 3. *c.* 5. Ciceronem *de Finibus l.* 2. & c. Sunt tamen, qui non tam abire putant, quàm occultari hyeme ac latere, uti Plinius ait *l.* 10. *c.* 24. ipseque Philosophus τὸ ἀνάπαυ χειμῶνος nonnullos remanere non diffitetur. Cæsa insuper, non enim nisi unum conjugem admittere, ex Aristotele, Æliano & Clemente conſtat, unde natum, quod magno consensu scripsere posteriores, mortuo conjuge *turturem* viduam permanere. Simplex item, utpote columbæ species, & in hoc genere omnium minima, Philosophus ubi suprà *lib.* 5. *cap.* 13. &c. Usum quod attinet, in sacrificiis V. T. is frequens fuit, V. suprà ubi de *Columbis*, & Cl. Suicerum voce Περιστερὰ *n.* 11. Caro illius boni temperamenti, præsertim in mœrantis degentis: imò, qui gignit fœcum tenuem ac ficcum & spiritibus generandis peridoneum, eò *alium sapientiæ* vocare solitus est Nic. Massa Medicus Venetus. Clunibus inprimis placuisse delicatis, indicat hoc Martialis *lib.* 3. *Epig.* 60. *Aurem immodicis turtur te clunibus implet.*

Nisi per fyneed. *magnum* simpliciter dicere voluit. Nam hi præcipuè laudati. Juvenalis *Sat.* 6.

—— *Curturus* turture *magno,*
Mullet ventre, *jubis* ——

Cœterùm Sponsis apud Romanos à cornice & turture optimum augurium, si viz. par integrum occurrisset, uti suprà diximus: Idem Bojis bello contra Hungaros victoriæ omen præbuit, apud Aventinum *l.* 5. etiam Æneæ Inf incolis militare olim signum, Alex. ab Alexandro *Genialium Dier. l.* 4. *c.* 2. Ætatem quod spectat, summum annorum fieri 16. plurimùm non nisi octo, docet Vossius: hostis ei pyralis, eadem tenere loca, eodemque cibo vesci fueta &c. V. plura hanc in rem, apud Greh. Jo. Vossium *de Idolol. l.* 3. *c.* 79. & 84. Sanct. Bocharum *Hierozoïd Parte poster. l.* 1. *c.* 9. 109. Alios. Idem nomen pisci est, quem *pastinacam* appellavere Vett. de quo V. eundem Vossium *l.* 4. *c.* 51. & hunc intellige, cùm in Æsea cullum paulo ante diximus.

P. *Turullius*, unus ex 60. iis, quos in necem Julii Cæsaris conspiraſſe refert Suetonius *in c.* 80. V. ibi Cafaubonum.

Turunda, quasi *terunda*, fub, *ofa*, à *terendo*, Jof. Scaligero in Festum. Salmasio à *τορύνη*, *ligneum*, quæ est *placenta vafacea*, ibi vel panis cafeati genus fuit: inde *turunda*, quæ liba? *ofa* seu *offa*, Inprimis *offæ* oblongæ, quibus farciuntur gallinæ altiles. Varro *de Re Ruſt. l.* 3. *Farcisni turundis ordeaceis*. Plinius *farcilia* exponit, *offas* Columella. Italis *tronda* hodieq; eâ notione in usu &c. Inde pro balanis ponit Cato vel ejusmodi *nuces* longis & rotundis, quæ fillulis immitti possunt, *c.* 167. atq; ulteriùs, pro balanis, quæ fedi fupponuntur, Marcus Empiricus, & Scribonius Largus, qui fimiles esse ait oſſis, quas *ossy-balias* Græci dixere. V. suprà voce *Aprunegadiæ*, & plura hanc in rem, apud Salmasium *ad Solinum p.* 1332.

Tus, V. suprà *Thus*.

Tuſci, adde: de *Tuscia Annonaria*, & *Urbicaria*, diximus alsiquid retro, ubi de *Annonariis Regionibus*, Treb. Pollioni memoratis *in Tetrico Seniore*. Familiam hodiernorum *Tuſciæ M. Duranum* attigimus suprà, voce *Medicea*.

Tuſcus Conſcum Baſſo, fub Gallieno Imp. apud Treb. Pollionem modò laudatum in *Trigemo*. Item equis in Circo olim nobilis, cujus meminit vetus *Inscr. Cum Portumnus Fidelionis Finetæ in victore* Tuſco *victor*, apud Salmasium *ad Solinum p.* 897.

Tuſtir, inter fervorum crimina, apud Macrobium *Saturn. l.* 1. *c.* 18.

Tutela, Dei vel Deæ fignum, prorsæ navis impositum, unde navi nomen. Solebant nami; Vett. *Tutelæ* nomine naves appellare, ut obſervavit *in ad Petronium Animad.* v. Johannes à Wouwveren: ex Servio *ad Æneid. l.* 10. *Solent naves nomina accipere, & Tutelarum pictura*, & Lucatio *ad Statium Thebaid. l.* 8. *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare, habent enim pictas Tres Fusias, quarum nominibus nuncupantur & naves.* Inde navi, quâ Paulus Apoſtolus vehebatur, *παράσημον* erant Diosciri, Actorum *c.* 28. v. 11. quâ Paris Helenam rapuerat, pictus Cupido, Lycophr.

Νικᾷ δ' ὁπὶ ἐπάρτοι ἐπὶ ἐπάνω πόδοι:

illi apud Lucianum *σκάφ*, Ilis. Sic Virgilius *Æneid. l.* 5. Priſtin, Chimæram, Scyllam & Centaurum nuncupat naves, ab eadem pictură, in cujus loci interpretatione tam Vett. quàm Recentiores, ineptiunt: Et *l.* 11. Maffei

—— *Aurato fulgebat Apolline puppis.*

V. Thom. Dempsterum *ad Rosinum l. 5. c. 32.* Ab eo tempore sub Custodibus erant. Isidorus *lib. 9. c. 8 Romanæ militiæ mos fuit, pueros primò exerceri armis; Nam decimo sexto anno* Tyrones *militabant, quo etiam sola sub Custodibus agebant*. Dicebantur autem Custodes, qui in saltatione Pyrrhica aliisque militiæ præludiis *Tyrones* exercebant, aliàs *Campi doctores*, Græcis *Ὁπλοδιδάσκαλοι*. Item *Magistri* & *Monitores* nuncupati, de quibus supra *l. 3. tit. 5.* plura apud præfatum Dempsterum *lib. eodem c. 24.* Tandem arma sumpturi in jusjurandum adigebantur, Isidor. *ubi supra*, Tirones *dicti, qui antequam sacramento probati sint, milites non sunt; & inexercitu* Velites primò erant, donec præcedente ætate & belli usu, in Hastatos, Principes, Triarios è adlegerentur, Joh. Rosinus *lib. 10. c. 9. &c.* Infimus certè gradus *Tironum* erat militiam auspicantium & caligatorum, quibus omnia fere incumbebant militiæ munia; ut quorum operâ in mutilis uteretur Tribunus & Centuriones planè in modum servorum, quemadmodum ipsi queruntur, apud Tacitum *Annal. lib. 1.* Iidem *Munifices* hinc dicebantur, quibus oppositi *Beneficiarii* vacationem hujusmodi munerum habentes. Exigebatur autem in *Tironum* dilectu procerites, ita ut lenos, vel certè quinos pedes & denas uncias habere probarentur, teste Vegetio *l. 1. c. 5.* Nec mitto aliter Impp. Valentinianus & Valens, qui in *tit.* Codicis Theodos. *de Tiron.* dilectum haberi jubent in quinque pedibus & septem unciis usualibus. V. supra quoque voce *Incorrupta* &c. Apud Athenienses civium filii, postquam intra annum ætatis septimum, κατὰ δημοτικὸν apud *τοὺς φράτορας* inscripti essent, Epheborum albo illati sunt anno æt. 18 quod utrumque factum Aparturio. rum die, quæ *Κουρεῶτις* dicebatur, & epuli *τοῖς φράτορας* dari soliti intervenu. Biennio postea inscribebantur Lexiarchico, à quo tempore erant sui juris; mittique ad negotia potebant. Hesychius, Λεξιαρχικὸν, γραμματεῖον ἐν ᾧ τοὺς νέους ἐγγράφουσι. Hoc enim vocabant Græci Scriptores ἐγγεγράφθαι εἰς τὸν δῆμον, quia tunc in viros transcribebantur. Quo facto, jusjurandum in ædeAgrauli concipiebant, de quo suprà, in voce *Ephebus*. Erant verò Ephebi, antequam in viros transcriberentur, pueri biennium, Custodes publice constituti in Atticæ regionis *φυλακτηρίοις*: post annum verò 20. in aciem educebantur, aut peregre extra terram Atticam mittebantur, uti prolixe docet Sam. Petitus *Comment. in LL. Atticas lib. 2. tit. 4.* Et quidem, ut quilibet *Tiro* ab anno 18. usque ad 20. posset *στρατεύεσθαι*, id est, urbana & suburbana castella custodire, adeoque intra terræ Atticæ fines militiâ prætare defungi, accipiebat à Populo pro concione scutum & hastam, Aristot. *de Athen. Rep.* nominatim, eorum. inscribebantur albo, annotato anno, per Archontis, qui Fastos signabat, adscripitum nomen; adscripto quoque Eponymi illius nomine, quo primum Custodes erant publicè, Quod idcò fiebat, ut, cùm Athenienfium unumquemque militare oporteret, ab anno 18. usque ad 40. stipendiorum numerus rite iniri posset. Postquam dein Lexiarchico jam inscripti in aciem educerentur, collocabantur in partibus illis exercitus, in quibus minus periculi erat, neque cum veteranis pugnabant militibus, sed *οὐ τοῖς μέσοις τοῖς ἀκμάζουσι*, unde pugna illa Τετρεῶν propriè fuit vocata, Suid. V. iterum Petitum *Op. prefato l. & tit.* Ut de Lacedæmonis verbum addam, *Tirones* illis, non in Forum, fed in agrum, deduci consuevisse, docet Trogi abbreviator *l. 3.* ubi alludens ad morem Romanorum, *Pueros*, ait, *puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit*. Apud Recentiores, *Tyro* itidem

miles

miles dicitur, qui militiæ cingulo recèns decoratus est, necdum in bellis vel torneamentis (quæ & ipsa *Tyrocinia* dicta) ferse exercuit, ac tyrocinium fuum posuit. Item qui in arenam descendit, ac duello pugnare paratus est, *Campio* aliter dictus, ut videre est apud Martb. Parisium non uno loco, & apud Arnoldum Lubec. *l. 2. c. 15.* Sed & *Tyrones* in Palatio appellat Auctor *Vitæ S.* Pelagii Nobiles Aulicos, qui, Principis ministerio destinati, *Militares Regis pueri*, & *Regalibus annonis nutriti*, dicuntur Eulogio *in Memor. SS. l. 2. c. 13.* apud Car. du Fresne *Glossario* De *Tyrunibus* Academicis & *Tyrocinorum* depositione, quæ ex Romanorum Vett. *Virilem Togam* fumendi ritu originem traxisse videtur, diximus retro, variis in locis, præcipue ubi de *Depositione*.

Tyros, Inf. Arabiæ, recentiori ævo dicta, quam prius *Tylos* dixere. Strabo *l. 16. de* Situ Perfico, Πλησίον δὲ ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος τῶν Τύλου· ἡ δὲ Τύρος ἐστὶν, ὡσὰν ἔγγονος τοῦ Φοινικικοῦ ὁμωνύμου· addit quæ ab incolis jactari, colonos se esse *Tyri* & Aradi, Phœnicia rum urbium. Item Indiæ urbs, Steph. V. Salmasium *ad Solinum p.* 1023. ut & in vocibus *Tylos* & *Tyrus*.

Tyrrhenica. Sandalia erant, ioris inauratis variegatisque in signia, quibus Minervam fuam Phidias induit, Jul. Pollux *Onomastic. lib. 7. c. 22.* Salmasio *Tyrrhenici* feu Tufci calcei, iidem fuere cum mulieris calceis, quibus Reges Proceresque Romanorum olim usos legimus, *ad Pallium* Tertull. Erant autem illi solo alto & colore puniceo, ex fandaliorum feu crepidarum genere. Poll. & Hefych. fimiles corfuntis, Isidor. *Etymol. lib. 19. c. 34.* & tibiatim calceari foliti, qui ovi erant & rectum pedem tegebant. V. Alb. Rubenium *de re Vestiaria lib. 2. c. 1. ubi de Calceo Senatorio*. De *Tyrrhenica* Juba, *supra*.

Tysdrum, opp. Africæ mediterr. apud quod Gordianum, cum filio, ab omnibus Afris Auguftum appellatum, habet *in Maximino* Capitolinus. Herodianus Θυσδρος vocat, mel. *Tysdrus*, quafi dicas Ὀγασόλος, vel Ὑαὶ πόλις, five Κώμη, Salmafius *ad l. V. Thysdrus*.

TZ.

Tzaonitæ, apud Luithprandum *Legat. Nec infirmo animo — Magistro* Tzaonitæ *occurrunt, quem dum in fugam verterent* &c. Lacones fiunt. qui *Tzaones* & *Tzaonitæ* recentiori ævo dici cœperunt, V. Niceph. Gregoram *l. 4.* Joh. Leunclavium, Domin. Maccum *Hier.* &c.

Tzanæ, adde: Etiam *Tzangæ*. Agnitum ex iftiusmodi calceamenti genere Conftantinum ultimum, narrat Georg. Phranzes, ubi de capta Conftantinopoli, *Chron. lib. 3. cap. 8. Abinebant corpora mortuorum plurimi, fi forte imperatoris noscitarent, nec poterant: nisi quod corpus examine invenirent: idque ex Imperatorum calceamentis agnoverunt, in quibus Aquilas aureæ dipticæ visebantur. Tzangæ*

Præter intextum vero illud Aquilarum decus etiam purpureo colore insignes hæ *Tzangæ* erant: Unde Nicephorus Gregoras *l. 4.* Michaelis Palæologi Soterum, qui *Sebastocrator* dicebatur, cœruleis tantùm calceatum obfervat, quo nimirum ab ipfo Imperatore diftingueretur. Itaque *Tzangæ* hæ aquilis, five gemmeis five aureis, & rubro inprimis colore (nam illæ Sebastocratoris modo memorati etiam Aquilas habebant intextas) insignes, quæ aliis βασιλικοῖς πέδιλοις vocabantur, propria & singularia fuere Imp. insignia. Quemadmodum cœruleo tincti colore calcei, illisque aureis opere Phrygio intextis exculti, Regibus Galliæ peculiares funt. Atque inde factum, ut cùm forte aliqui plus æquo magnifici cultus ftudiofi *Tzangas* illas aliquando auderent ufurpare, Arcadius & Honorius, ut habetur in Cod. Theod. *l. 14. tit. to. l. 2.* earum ufum fub pœna *exilii & confiscationis*, inhibuerint. Sed ecce, alius mox erupit abufus aureaque vet. Regum, utpote Alexandri M. aliorumque numismata, calceis appingi cœperunt. Unde querela Chryfoftomi *Homil. ad Pop. Antioch. Quid vero diceret aliquis de circumligaturibus aurea Alexandri Macedonis numismata pedibus? Dic mihi, hæne fum spes noftra, ut, poft crucem Domini, gentilis Regis in imagine fenus falutis habeamus?* Ubi peder dubio procul, pro *calceis* accipiendi, quibus ornandis aurea illa numismata fic à quibusdam addebantur. Nec prætercundum, *Tzangas* medio cruce altas fuiffe, pro veteris calcei Romani more: Idenim omnino Aquilæ fuadent, quibus eas iam diximus infignitas cùm ad explicandam regiæ huius avis effigiem ampliùs, quàm pedis tantùm integumentum, requiratur. Et ad eam altitudinem fpectaffe videtur vetus Horatii Interpres, cùm *Tzangas* eft interpretatus, *Senatorias calceos*, E' tribus namque, quibus Senatorum infignes fuere calcei, Lunâ, nigredine & altitudine, hoc poftremum in *Tzangas* propriè magis, quàm priora duo, quadrare poteft: quum pro nigredine purpura, pro lunulis Aquilæ illas exornarent. V. Bened. Balduinum *de Calceo Antiquo, c. 13. ubi de Campagis & Tzangis*. Quia verò ad medium crus, ut dictum, pertingebant Tzanæ, inde *Ocreas* vocant Scriptores Latini paffim, item *caligas & hosas*. V. *Hiff. Miscell.* Luithprandum *l. 3. c. 9.* Villhardiuinum *num.* 116. Aliter Sed & Lazii Regibus τζαγάδα ἐκάλουν περόνην χρυσῆν adfcribit Auctor *Constantini* Alexandr. Sicut κοκκοβαφῆ πέδιλον, vel πέδιλα ἁπλᾶ Scylitzes: & Bulgaricis Principibus, Nicetas *in Isacio lib. 1. num. 5.* Gothicis Regibus, Gregorius M. *Dialog. lib. 2. cap. 14.* Impp. Occidentalibus, *Panegyricus* Berengarii Imp.

Cum Princeps nitidus Tyria procedit in ostro,
Tegmina vestitus gemmis rutilantia metallis,
Quale decens torve fulsit gestatus Magistri &c.

Ut de nomine quid addam, ab ἄγχω, *constringo*, & ἄγχος, *vinculum*, factum ζάγχος, pro Λόγχος, vult Salmafius, & qui eum fequitur Jac. Gothofredus. Aliam originationem adducit Car. du Freine *in Glossar.* quem vide, ut & plura hanc in rem apud Jac. Cujacium *Observationum l. 21. c. 28.* Leunclavium *Pandectæ Turc. num. 199* Fabrotum *Notis ad Anastasii Histor. Eccl.* Meurfium *Glossar.* Jac. Gothofredum *ad Cod. Theodos. d. t.* Alios, nec non infra, voce *Zanca*.

Tzangrus, in *Chron.* Phranzis *libro 2. cap. 7. De summo autem calcei* Tzangris *petebamur*: arcuus eft, uti vocem diferte exponit Jo. Cantacuzenus *lib. 1. c. 36*

Tzani, pop. in Armenia, olim *Macrones*, ante Hadriani tempora, Romanis tributarii, poftmodum defecerunt, à Juftiniano primùm per Sittam, dein per Theodorum, fub jugum retracti, ac Chriftiana fide imbuti, V. *Procop. Novellæ 1. in prine.* ut & voce *Zani*.

Tzatzirium, Gr. Ζαζείριον, latrunculorum ludus, vel tabula potûs, in qua latrunculis olim ludebatur. Ita enim *ad Martialem Epigr. 72. lib. 7. v. 7. & 8.*

Sic vincat Novium, Publiumque,
Mandris & vitreo latrone clausos;

Salmafius, *Latini*, mandras, fepta, vallos. & capfos & carceres *vocabant loca illa feu fedes in tabula, in quibus veluti clufi tenebantur latrunculi. Græci τάβλας, χώρας & χαραξάπολιν. Calculus ergo, qui in calculi diffcoloris fedem faciebat impetum, ut eum caperet & fode fas pelleret, mandram ejus frve vallum, frangere dicebatur: Hinc totum latrunculorum ludum vel tabulam potûs, in qua ludebatur, Ζατζείριον nominarunt.* Et de lufu hoc pergens, *In hoc*, inquit, *ludo fuos calculi, qui ordine moventur; alii qui vagi & oblique.* Inciti autem dicuntur, qui eo fuos redacti, ut cieri no verisque nequeant: Inde Prov. ad Incitas redigere, *pro ad extremas metas compellere & in summum desperationem aliquem adducere. Porrò quem veri.* calculum incitum *appellabant, eum pro hoc eodem in ludo* fcaccum mattum *dicimus, id eft, contritum & fubactum.* Mattus *enim antiqua vox & Latina, quæ emollitum, fubactum & macerattum fignificat. Inde verbum* mattare, *pro domitare, fubigere & macerare. Plin* via matta, Ciceroni, vita lutofa & humecta, *l. Epift. ad Attic. 16. Epift. 12. vulgò* exanditur, via inepta, *fatis inepte. Per Metaph. inditem homo trifti*, mattus *dictus est.*

Tzaulas, nomen officii in AulaGræcorum Imp. ubi *Magnus Tzaulas* dicebatur. qui aliàs *Magnus* feu *Protostallarius*, fingebatur que nonnunquam officio Imperialis Commiffarii, & ferebat quoque præcepta Imperatoris. Hinc manfit in Aula Turcica vocis veftigium. in nomine *Tzaus*, feu *Chiaus*, qui Miffus eft Imperatoris, vel Primi Vifirii, C. Macc *Hierol.*

Tzaustrum, feu *Tzoustria*, apud Joh. Cantacuzenum *lib. 1. c. 42.* torneamenti genus, hodieque *Giostra* Italis, V. *supra Justa*.

Tzefforus, nomen Principatus inter Ruffos & Perfas fiti, fub Rufforum Imperatore, de quo V. Adam. Olearium *Itinerar. Muscov. & Pers.*

Tzicalinæ, quafi *formicarum serpens*, quòd non vivit nifi cum formicis, & iis exeuntibus è cavernis unà etiam prodire folet, omnium ferpentum formofiffimus, duos longus dodrantes, craffitie digiti minimi, transversis fafciis candidis & rubris, alternatim diftinctus, infuperque innoxius eft, ac reperitur in America, Jo. Eufebius Nierenbergius *Histor. Natural. l. 21. c. 7.*

Tzicanisterium, locus ubi pilis ludebatur. Macer *ad.*

V. VA. VA.

V.

adde: in numeris, *quinque* apud Latinos notat, quod hinc factum: Numeri primùm à punctis originem traxerunt, inde ad lineas rectas devenium. ad initar metallicorum vocalis I. pro quinario. ne quinque lineas obliquam crebras cogerentur, ad compendia verterunt animum, unaque signata, reliquas quatuor per obliquum unam à tergo ductam, hunc in modum ⅄ fecerunt. Mox usui placuit, ut expeditior esset scribendi ratio, pro notaea, V. vocalem sitatuere. Ad denarium cum venissent (nam que & hæc addi non injucundum credidi) quinque duplicarunt, ita tamen, ut secundum inverterent & subjacerent priori, unamq; facerent notam per decussationem X. Vltimo ell inde facere ad centum additem quam ex compendio aucupabantur, quinquaginta notandis, fignum illud, ex una obliqua linea pro quatuor rectis & quinta alligata, fingere; ut ſtaret, quæ pendebat in latus, quæque ſtabat, in planum deſcereteur: ita prodiit litera L. pro *quinquaginta*. Ventum poſtea ad *Centena*: quæ per primam ejus ſno minis literam intelligi voluere, *C. Ad quingenta* cùm venissent, rectam lineam, quæ jacebat in quinquaginta, ad ſemicirculum incurvatam iurrevere, in hunc modum D. quam notam imperiti ſuperiori capiri conjuxere, D. quartam alphabeti literam arbitrati: Haque hoc illud ſicilicum eſt, quod à tergo quingentorum ita applicitum ↀ. *mille* facit. Pierius *Hieroglyph. lib. 1. in Menſur. & Pondd.*

V A.

Vabrenſis, adde: In geſtis Dagoberti fabuloſis, *Vabrenſis* ſylva, *Vvſpria* ſeu *Vvſporia*, corruptè dicitur, V. in hâ in hac voce.

Vacans, apud Treb. Pollionem *in Baſſiſa. gaudent, quòd ejus conſilia noſtrum aſcripſitium, id eſt*, vacantem, *haberet, & Tribunatum nullum ſibi aſcivem, qui non verè pugnaret*. Spartiano *vacantissimo, in Alexandro Severo. Jurisprudentiæ ſe aſſiduis, ne quem aſcripſerit*, vacantivum, *haberet, ne annonis Remublicam gravaret, diten: malum pupillum eſſe Imperatorem, qui ex viſceribus provincialium homines non neceſſarios, nec Reipublicæ utiles paceret*. Unde βακαν ειδῶν, quamvis in diverſa re, apud Syneſium *in Epiſt.* 67. Alias ϰενεὰς apud Græcis, ſupernumerarius eſt, & qui munere aut actu non ſungitur. Cuiusmodi erant Magiſtratus Cedicillares, qui annonas & ſalaria dignitatis quidem habebant à Principe, non tenere verò nullo fungebantur officio in *l. 2 Cod. ut dignitatum ordo ſervetur*, enumerantur ſigillatim gradus quinque Illuſtrium virorum. Primus eſt eorum, qui in actu poſiti illuſtres prage bant administrationes; ſecundus *Vacantium præſentium* in comitatu Principis; tertius *Vacantium abſentium*: quartus Honorariorum præſentium, quintus Honorariorum abſentium. Unde colligere eſt, quantopere ſequiori ævo nomina dignitatum fuerint multiplicata. Similiter *Vacantes Tribunos* non temel habet Ammianus, ubi Henr. Valeſium conſule pag. 68. ut & Jac. Gothofredum *ad l. ult. Cod. Theodoſ. de Agentibus in rebus*. Hinc apud Chriſtianos, Eccleſia *vacans*, κενεὰ ἐκκλησία, quæ Paſtore ſuo viduata; & Epiſcopus *vacans* κενεὰ ἐπίσκοπος, quoties ab hoſtibus, paganis, vel hæreticis, pulſus eſſet, cœpit dici. In *Statutis* Mellitenſium Eqq. *fruſtus Commendæ currentes à die obitus Commendatarii, usque ad proximum menſem Maium*, Mortuarium *pour-vû à Magiſtro ſequentis Maii annum integrum*, Vacans. *die: ac utrumque ad Aerarium ſpectare*, ait Macer voce *Mortuarium*.

Vacatio, Macro, qui al. *Begardi, Ribochi & Fratricelli*, V. ibi.

Vacationes, adde: Similiter Grammaticis, Rhetoribus & Philoſophis ſuæ *vacationes* erant. Namque, ut Imperatores alios taceam, Antonius Pius, per omnes provincias honores eis & ſalaria dedit, finivitque numerum, quot quibus in Civitatibus exhiberi publicè deberent. Inter honores autem præcipuæ erant immunitates & munerum *Vacationes: Immunes eſſe Gymnaſiis, Sacerdotiis, Stathmis, & neque ad frumenti & vini & olei emptiones & præpoſitiones, & neque judicare, neque Legatos eſſe, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium familiarum cogi*, quæ verba ſunt *L. 6. ff. de excuſat. §. 8.* Medicis quoque, ob Augustum ſanitati reſtitutum ab Artorio Muſa, ut videre eſt apud Zonaram *l.2.* Ipſi milites *Vacationem* impetrabant; cùm aut legitima conſeſſent ſtipendia aut majores eſſent ann. 50. apud Rom. 40. ap. Athenienſi aut morbo imbecillaq; valetudine impediti in caſtris eſſe non poſſent, cujus rei comphra apud Liv. extant exempla. Et quidem Equitibus Romanis, ubi legitimum tempus ſtipendiorum expleverant, mos erat, ut equum in Forum ad Cenſores adducerent, enumeratisque ſingulis Ducibus & Imp. ſub quibus meruiſſent. ac redditâ militiæ ratione, *Vacationem* peterent. Ubi & honos habebatur & ignominia, pro cuiusque virtuta acta. Sedebantque pro tribunali magnâ gravitate Cenſores, ac transvehebant Equites, ut illuſtri exempio Pompeji docet Plut. *in eo.* Sed & præter has, fuerunt aliæ quoque *Vacationes* extra ordinem, gratiæ causâ, vel à Senatu, vel ab Imp. datæ. Sic, *ut P. Rebatio emerita ſtipendia eſſent, ne in vitus militares, neve Conſor ei equum publicum aſſignaret*, Senatus conſultum factum eſſe, memorat prædictus Auctor *l.39.* Idemque *Pramiſſinis militibus à Senatu duplex ſtipendium & quinquennii vacationem decretum eſſe*, tradit *l. 23.* De Impetratoribus, V. *Epitomen* Liv. ſy. Simile quid erat cùm Imperatores in caſtris militibus petentibus conceſſerant commeatum vel domus revisendæ, vel negotii privati gerendi alteriusque rei causâ, cujus hæc formula fuit: *Si quis veſtrum ſuos invisere vult, commeatum do, primo vere adſiſti, eadico*, Liv *l 30.* Cognoſci autem *vacationes* à Cenſoribus conſuevisse docet Idem *l. 43.* & hi tum *causas inſpere* dicebantur in delectu, ſcilicet illorum, qui è militia immunes eſſe dicerent. Tum enim accipiebant excuſationes, non accipiebant nominationes illorum, qui juſtam *Vacationis* causam proferrent: qui non juſtam, eos nomina dare cogebant. At in re atroci & ſubita, pronuntiabant ſe non vacare noſcendis cauſis immunitatum, ſed fachuros id bello perfecto, cum gravibus in eos minis, qui juſtam non habuiſſe judicarentur. Idem *lib. 3. Conſenſu omnium delectus decernitur, habentur que. Cùm Conſ. pronuntiaſſent, tempus non eſſe cauſas cognoſcendi, omnes jurare juſſere de prima hua in castris Martio adeſſent: cognoſcendi cauſis eorum, qui nomina non dediſſent, perfecto bello ſi daturos tempus: pro dejerare futurum, cujus non probaſſent cauſam: Omnis juventus adſuit poſtea die*. Sic *lib. 4. Cognito* vacantium militiæ munere poſt bellum differtur. Quod *l. 7.* dicit *delectum ſine vacationibus habere*. Eodem modo eorum, qui militantes miſſionem honeſtam aut cauſariam petebant, cauſas noſci fuiſſe ſolitas, dicimus ex eodem *l. 34.* & è Cicilio *l.8. Fam. Cicer. Epiſt 8 V.* Jo. Friderici in Groviam *de Pecun. Vet. lib. 4. cap. 3.* uti de more *vacationes militum venirndi*, poſterioribus ſeculis inolito, ſuprà ubi de *Beneficiariis* ac *Stellaturis*: Et plura de his, ut & *Vacationibus* Gladiatorum, ſuprà paſſim, inprimis in voce *Miſſio*. Obtinebat idem in ſacra militia, ut de Levitarum miniſterio in Sacris annotatum. Ubi enim illi menſem à nativitate impleverant, offerebantur ac conſecrabantur Deo, Num. c.3 v.15. & 40. ubi ad 25. annum pervenere, per manuum impoſitionem initiabantur, Num. c.8. v.24. jamque in Templo adeſſe ac miniſterio luo defungi ipſis fas erat. Impleto 30. anno poſt miniſterium Miniſterii ad miniſterium oneris ſeu transportationem Tabernaculi, admittebantur Num. c.4. v.47. 49. Quinquageſimo demum anno rude donabantur & *Vacationem* habebant: quod de gravioribus Tabernaculi miniſteriis, non vero de obiervatione cuſtodiæ & reliquo ejus cultu accipiendum, ut de inſtructione Juniorum *Ex quo nemo fuerit Levita quinquaginta annos, revertatur à militia hujus miniſterii, ut non miniſtret amplius, attamen ſervio fraturibus ſuis obtemperet miniſtrium*, Num. c.8. v. 25, 26. Atque hæc erat illorum ſacra militia. Num. c. 4 v.3. & modò cit. c. 8. v. 25. ad quam per gradus veluti provehebantur, donec tandem abſolutis ſtipendiis ac militiæ vetetes quiefcere jubcrentur. Franc. Burmannus *Synopſ. The l. Part. I. l. 4. cap 9.* Cui ſimile quid in Romana Hiſtoria, de Veſtalibus legimus: quæ per annos 30. ſacris inſervientes, primo decennio horum di cebant, ſequenti exercebant, poſtremo docebant alias, ſicque legitimo miniſterii tempore exacto *Vacationem* impetrabant, Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 3. cap.19.* &c De *Vacationibus* Academicis, V. ſuprà *Eriæ*, & alibi. At *Vacatura*, in Comm. Rom. Beneficium dicebatur olim Eccleſi nondum vacans, ſed *vacaturum*, ad quod Pontifex, vel Epiſcopi ipſi, Clericum aliquem promovebant: quam quidem *provisionis* ſpeciem prohibitam variis Concilijs ac præcipuè Trident. docet diu ſuperius in *Groſſ.* hoc quoque Indice *Propoſitio de Vita Caſtellini V. lib. 3* c.11. de ejus ineptis promotionibus, ſubjungit,

O quàm multiplices indoctâ potentia formas
Edidit, indulgens, donans facienſq; receſſit,
Atque vacaturas concedens atque vacantes,
Aſſumens precibus nonnullum ad ultimna ſedum
Pontificum, variisque gradus abſente Senatu &c.

Vacca, una cum Urania Venere, Chaſis Ægypti vico, in Nomo Hermopolitano, olim (ut hodie in India) culta, quod credebant, σεμνοτέρα τῆς τῶ ἄνθρωπ, huic *Dea convenire*, ut ait Ælian. *hiſt. l.10. c.27.* hoc animal, quod, ejus excepta, præ cæteris omnibus, libidine accenditur ita, ut à triginta ſtadiis audito tauri i.

quem ubi ovibi uxori, amatorio ſopore, illum ubique ſectetur, atque etiam conſecendat, & ita ſtat *κατακοίμων*, ut capi vel contineri à bubulco plane nequeat. Verùm, quoniam ad ſpeciei propagationem Deus hunc affectum animalibus indidit, tam vehemens ardor, (quem *ταύρου* & *τραγείαν* vocant Græci) defervit ac ſedatur ita à conceptione ſtatim, ut gravidam vaccam *τροσδέχεσθαι τὸν ταῦρον admittere* *colum*, inter ſolenta & tempeſtatum præſagia, ponat Philoſophus *Eſiſt. Animal. lib. 6. c. 21.* Dicitur autem bos gravida *Forda* Latinis, Hebr. מכבר, à *ferendo*. Ovidius *Faſtor. l. 1.*

Forda ſorens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo.

V. ſupra fun loco Atque partu levatæ vitulos lactant, iisdem Hebræis יניק apud Sanct. *c. 6.* Vaccæ Cappadocicæ (inquiunt Philoſophorum facrificuli) *duas vaccas* aloth — *& filios earum* (vitulos) *dominum reducite, ne eas ſequamini.* Ubi agitur de *vaccis*, quæ ſine ullo ductore, vi θεοδιδάκτῳ, Arcam Fœderis à Philiſtæis ad Bethſemitas reduxerunt. Nempe, *Juſſerunt illi fœmi vaccæ* aloth, *ut miraculum eſſet illuſtrius, & quod non redirent propter vitulos ſuos*, ut obſervat Kimchius *ad l.* Ut ſum quod attinet facrum, fœminas boves Ægypti non minor elubat t. Herod. *l. 2. c. 41.* At Hebræi admittebant eas in ſacrificiis pacificis, Jacvitici *c. 3.* ut in omnibus Græci & Romani. Imò quædam ſacrificia memorat Moſes, Numeror. *c. 19.* v. 2. & Deuteronom. *c. 21.* v. 3. in quibus non niſi *vacca* offerebatur, ted quæ nondum araſſet, nequeinjugum tuliſſet, quomodo Palladi Diomedes *Il. x.* & Neſtor *Odyſſ. γ.* vaccam offerunt *ἥτις, ὑφοιτήσασα, οὐ μέμηκε, annicilum, ἰσὰ ἔρεσσε, ſubtomitam.* Ariſtæus item *intaſta cervice juvencas*, apud Virgilium *Georgic. lib. 4.* & Junoni Chonus *nullo cultum ſignatum jugo*, apud Senecam *Agamemnone*, quia de re plura apud Sam. Bochartum *Hieroz. Pare prior. lib. II. cap. 33.* nec non hic ſupra, ubi de *Juvenca* ſeu *Ruſa juvenca*. & infra, in voce *Vitula*. De communi animalis uſu, dicta quædam ſupra, ubi de *Bobus*. Cœterùm non antiquiſſimo ſolum, ſed & medio ævo, *vacca*, in variis regionibus, præcipuæ hominum facultates fuere, unde & multas *ſuffiorum in vaccis* exoletas, habemus in L. Malcomi II. Scot. R. c. 8. in *Statutis* V Wilhelmi, Alexandri II. alioumque ejusdem Regni Principum & earum in commerciis, vice pecuniæ, uſum alibi. Scribit certè Jac. V Varæus *in Antiqq. Hiberniæ c. 12.* ſub Richardo II. equum generoſiſſimum 400. *vaccis* emptum eſſe, apud Car. du Freſne *Gloſſar.* Et primam novæ Nuptæ nocte m, ab Eveno R. Scotiæ locorum domino permiſſam, Malcolmum III. ce to *vaccarum* numero, pro Sponſarum dignitate, redimi juſſiſſe, legimus apud Skenæum, *ad leg. Mal. l. 4. c. 31.* quam in rem quædam ſupra attulimus, & in voce *Marchet*, item ubi de *Prima Nocte* uti de animalis humjus in indigitibus uſu, Helvetiæ, Lufatiæ &c. pluribus agit Phil. Jac. Spenerus *Arte Heraldica Tom. II.* Hinc *Vaccarius*, qui in præditis ruſticis *vaccarum* curam gerit, in Fleta *l. 2. c. 2.* ubi officium eius pluribus deſcribitur. Quo nomine & ſectarios quosdam ac factiones, ſeſe appellaſſe, ſub A. C. 1320. docet præfatus *Gloſſar.* Auctor, ex *Chron. MS* Monſpelienſi.

Vacca Natans, nomen piſcis ſeu amphibii in China, quæ in terram ex aquis exiens, , cum vacis domeſticis ſepe pugnat eorum rem agens, at ſi diutius extra aquas perſtiterit, molleſcit illud ac flacc. fcit: : quo pacto in aquas redire coactum, piſcis evadit denuo, priſtinamque duritiem hoc recuperat. Ibid. in Quantonia prov. ad *Luichen*, animal eſt, *Vacca velox* incolis, quod, in fronte oblongo ac tereti armatum cornu, tantæ velocitatis eſt, ut uno die 300 ſtadia facile ſuperet. Sed & in *Cinchen* animal eſt, *vacca* non abſimile, cujus cornua candidiſſima ipſum excedunt dimenſione; cœtera talis tantopere avens, ut, cum à natores illi eo referres facco obſcuro, fui memoremor, ligari ſe permittat potius, quàm ſalem ſacris contentum lambere deſinat, & fic capiatur necetur ue. Ut & hoc addam, eodem in Imperio, ſub *Cinchen* & *Touchen* urbibus, lapis è *vaccarum* ſtomacho educitur, vocatus *Niculbang*, i. *vaccarum lutum*, quia nimirum lutei plerunq; coloris eſt, magnitudine variis. Subinde is ovum anſerinum æquat, minusq; ſolidus lapide *Bezoar* multoque levior, præ illo, à Sinenſibus Medicis commendatur expetiturque: Frigiditſimæ qualitatis illum ajunt eſſe Sinenſes, & adhartoros deprimendos apprimè conducere &c. an Sæpe & Auctorem Anonymum *Sinæ & Europæ cap. 40.* & 41.

Vaccinium, apud Plin. *lib. 26. c. 18. Vaccinia Italiæ mancipiis ſata, Gallie verò ſolum purpuræ tingendæ, aſt ſervitorum veſtes*; & Vitruvium *l. 7. Eadem ratione* vaccinium *temperantes*, & *ita miſcentes purpuram faciunt elegantem*: hyacinthus flos eſt, de quo multa Salmaſius *ad Solinum*, & Sam. Bochartus *Hieroz. Pare prior. lib. V. cap. 10.* Hujus radice mangones utebantur, ad purberarem venalium coercendam, quos iis quàm diutiſſime impubes conſervari lucroſum erat, ut infrà videbimus: unde eſt apud *mancipia vaccinia ſata*, Plinius ait. Alii purpuræ elegantiscolorem inde efficiebant, quare id de Gallia addit, ut & Vitruvius, quod vidimus: narratque Salmaſius ſe puerum ex floribus gladioli (quem cum *vaccinio* ac hyacintho Pœtarum cuidam facit) contuliſ, chartas pinxiſſe purpurâ egregiâ. Sed & Chymicos flore iſto conſueviſſe uti, ad tingendas *vitreas* gemmas, hyacinthosque faciendas, diſcimus ex Zoſimo. V. Auctorem præfatum ubi ſupra patrum, inprimis pag. 1225. & hic, ubi de *Gladiolo* ac *Hyacintho*.

Vacuus, Gr. *κενὸς*, V. infrà *Vanus*.

Vacui Fafces, apud Calpurnium *Ecl. 1.*

Jam nec adumbrati faſcem mercatus honoris,
Nec vacuos tacitus faſces & inane ſ*imulacrum*
Conſulis arripies —

eaſſi ſunt, ac nullius poteſtatis, cujusmodi ſunt Conſulis Codicillaris, qua de honorum umbra, apud citeriores ævi Romanos, diximus aliquid paulo antè, in voce *Vacatio*, & plura alibi. In teſtera Veteres latus illud imo omnibus tantum notara erat, vel unicum punctum, *vacuum* diverunt, ficut illud. quod 6. habebat puncta, *plenum*. Hinc in parœmiis, *Zenobii*. *κενὸς ἐξ, ὁ τρὶς κενὸς*, Salmaſio *τρὶς κενὸς*, ſunt *tria latera* trium teſſerarum *vacua*, quæ tota tria latera tria tantùm puncta exhibent; at *κενὸς ἐξ κενὸς*, ſunt tria latera plena in tribus teſſeris, quæ ter ſex unionesoſtendunt, ex his Heſychii, *κενὸς κενὸς, ὁ ἀκατάσχετος, ὁ ἀνθρωπος ὁ κενὸς, ὁ κενὸς, ὁ ἀνεπαίσθητος τὸ ἐξ*. Ubi *κενὸς* hic vocat *τὸν ἀκόλαστον, intemperatum*, quem & *κενὸν βίον, vacuum lactum*, appellabant, eique contrarium ait eſſe *τὸ ἐξ*, quem *πλήρη, plenum* dicebant. V. Salmaſium *ad Proculum Vopiſci*. De tribus doliis feu lebetibus *vacuis* Dionyſio olim in Elide collocari, in æde diligenter occluſa obſignataque, ſolitis, cui poſtea die vini pleni reperti, diximus retro. ex Ariſtotele *de Mirabilib.* &c.

Vades, V. infrà *Vas, adis.*

Vadium, apud Auguſtinum *de Hæreſ. ad Quodvult. Deum. Hæreſ.* 60. per metathefin literarum, pro *Audiavit*, *cum filii ſanguinem cogitationem carnalis in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis*, hinc*que Anthropomorphitæ* etiam appellati ſunt. V. ſupra ubi de *Audio*, hæreſeos auctore, & *Audienſis*. Librarii *vitatum* quidam in hoc loco eſſe volunt, teſte Forbelio *Inſtruct. Hiſtorico-Theol. lib. 1. c 36. §. 3.*

Vadimonium, V. infrà, *Vas, adis*,

Vadium, vox medii ævi, in duello ſeu monomachia, cujus frequentiſſimus tum uſus, dicebatur res quæ vice *pignoris* ab eo, qui provocabat, in medium proficiebatur contra Judice; quo quidem facto verum ſe dicere, vel ab objecto crimine non modò ſe innocuum eſſe, ſed id etiam duello adverſis quemlibet probaturum, profitebatur. Tum enim accuſator, aut quivis alius. pignus humo tollebat, coque ipſo duellum amplectebatur. Et quidem actor dabat *vadium diratiocandi*, reus *defendendi*, uti ait Skenæus *ad Reg. Mal. lib 3. c. 23.* quorum is, qui vadium tollebat, *oportet* ſe *ſtatim* pugnare. Hardulinus *de la Faille, in Treſt. MS. du Champ de bataille.* Erant autem vadia hujusmodi *chirotheca* communiter, Skenæus *d. l. V.* quoque ſupra voce *Campio*, item ubi de *Duello*. Vociorigo, à Latino *vas, adis*, idem enim quod vadimonium, pignus, fidejuſſio, *vadium* fuit: quam in rem V. plura, apud Carol. du Freſne *Gloſſaros*; ubi de vocis quoque & verbi *vadiare* inde deducti apud Practicos ejusdem æviuſu, varia addit. Inde vero *gage* Gallis, hodieque pignus notans &c.

Vadum, vulgò Vé, caput pagi Vadenſis in Gallia, V. *Vadenſis Vagus.*

Vagina, inſtantum melos, cui Vaticanum Deum præfecit Gentilitas. Auguſtinus *de Civ. Dei lib. 16. c. 17.* Ipſe in *vaginæ* os aperiat, & vocetur Deus Vaticanus. Et *cap. 8. ejusd. l.* Aut Vaticano, qui inſantum *vaginibus* præſidet. Qua de re apud Aul. Gellium *lib. 16. c. 17.* Varro — ficut Ajus, inquit, Deus appellatus, quasi eſſet ajuta eſt, quæ eſt infima Nova via, quòd in eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penès quem eſſent voces humanæ initia, quoniam pueri, ſimul atque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt: idcircoque *vagire* dicitur, ex — primente verbo ſonum vocis recentis. Hinc *vagio*, *vagulo* &c. *vagulor*, quod eſt queror cum convicio, ploro & clarè clamo. Aliud eſt *lactare*, ut Græcorum *βρύκειν*, eiusdem ætatis vox: ut cujus organa ad loquendum cœtera exprimenda minus idonea eſt: item *cacare*, Græcè *κακκᾶν* & *κακκύειν*, Chriſt. Bermannus *Originibus L.L. pag. 700.* Vi equoque ſupra voce *Infans*.

Vagne, in *Gloſſ.* vas vinarium ingentis magnitudinis, idem quod *Buttis* & *Cupa*, quas voces vide. Unde Græci Grammatici, vocem Latinam ſuo more dum exprimere conantur, *μαγγάνιν* fecere. Suidas, *γαυλὸς, ὑπὸ ἀρχαίων, ἐν ᾧ τὸν κατεσκευασμένον, ὃ Ἰταλοὶ μαγγάνα ὀνομάζουσι*. Vide Salmaſium *ad Capitolini Maximinos.*

Vagulatio, V. ſupra *Vagius.*

Vah, Græcè *ὦ* vel *ὠή*, quod ex Latino ortum; vocis inſultantis, Marci *cap. 15. verſu 29. Οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν*. Item laudantis & admirantis, idemque valet, quod *θαυμαστῶς, εὐφῶς, ἰὼ, ὦναξ*, & ſimiles. Apud Comicos frequens,

Vah, qualem me putas eſſe —

Ee

Tum Syrum illum impulſorem, vah quibus illum lacerarem modis?

Ut

Ut & in acclamationibus Veterum. Sic apud Dionem in Neronе, τὸν τῶν ἀνδρῶν, τὸν δὲ τῶν γυναικῶν ἐπὶ μέγιστα τυραννῆσαι, Ὀλυμπιονίκα ὦ. Πυθιόνικε ὦ. Λαμπρὸς, Λαμπρὸς. Nigum τῷ Ἡρακλεῖ κτλ. Ubi Interpretes verterunt *Olympionica* ova, *Pythionica* ova. Cum tamen ὦ seu ὠὴ, nihil aliud sit quàm *vah* Latinum; quod & Græci usurparunt, in illis acclamationibus, vel etiam Scriptores Græci, qui ipsissima verba illarum acclamationum referunt, cum cœtera Græcè expressissent, vocem hanc ex Latino retinuerunt. Sed verius est, illos eam quoque usurpasse, uti & ex Arriano discimus *l.* 3. *c.* 23. V. Salmasium *Notis ad Treb. Pollionem in vit. Claudii.*

Vai voda, nomen dignitatis, apud Dalmatas, Croatas, & Hungaros, de qua sic Jo. Leunclavius *Pandectæ Turc. n.* 71. *Vai voda nomen generaliter significat Præfectum militum, quem Capitaneum vulgò vocant. Sed apud Hungaros, ut olim, sic etiam hodie, duæ sunt administrationum maximarum appellationes: una Bani, altera Vaivodæ.* Vaivoda verò *Præses dicitur, loco Regis administrationem habens in aliqua provincia, quæ Transsylvania, Valachia & c.* Βοεβόδ ας Ducæ *c.* 19. Βωϊβόδ ᾳ. Conſtantino Porphyrog. *de Adminiſtr. Imp. c.* 38. Forte & βοϊβόδης Theophani *ann.* 24. & 32. *Conſtant Copron* ubi de Bulgaris. V. Jo. Lucium *de Regno Dalmat. l.* 6 *c.* 1. ubi exercitus ductorem olim hac voce denotatum ſuiſſe, inter alia ait, Jo. Seldenum *de Titulis Honor. Part.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. & Car. du Fresne *Gloſſar.*

Vale in digreſſu ſolenne, apud Vett. uti *ave & ſalve* in congreſſu. Hinc de Athenodoro hiſtoria nota, qui cùm imperatâ ab Auguſto domum reddundi venia, diceſſurus eſſet, Cæſari dixit: *vale, volo ſis* dicta) Philoſophio dignum monumentum apud illum deponere. *Cæſar*, inquit, *cùm fueris iratus, ne quid dixeris fecerisve, priusquam Gracarum literarum* 24. *nomina recenſueris*, apud Erasmum *Apophth. l.* 4. Non enim ſine alio pugnore plerunque *vale* illud dicebatur. Addebatur amplexus nonnunquam, uti de Catone Uticæ morituro, refert Plut. *in eo*, & oſculum, uti de Labane, genero Jacobo & filiabus Genes. *c.* 31. 55. & Ephelis, Paulo valedicentibus, A&or. *cap.* 20. *v.* 37. Legimus Romanos manum oſculari, cum valedicerent, ſolitos, docet Zuingerus *Theatro Hum. vitæ pag.* 253. Carmen inſuper apobaterion adhibebatur, cui propemption reſpondebat, quo abeuntes vel votis, vel bonis ominibus, accipientes *Vale* proſequebantur. Pro iisdem, vota quoque ſolenniter ſuſcepta, non minùs ac pro ægrotis, qua de re V. Jul. Cæſarem Scaligerum *Poetices l.* 3. *c.* 103. 104. & 107. De Chriſtianorum veto λόγοις ἐχνυμένοις, *Sermonibus valedictoriis, dixeus* item, *monumbus* (quæ *voluisse* dicta) V. Cl. Suicerum *Thes. Eccl. voce* Ἐυτάκτῳ. item Συντακτικῷ. nec non intra, ubi de *Vitalio*. Neque verò in diſceſſu ſolùm, ſed & in morte, *Vale* dictum, uti jam de Catone vidimus. Sic Alceſtis, pro marito moritura, *valedixit* ſingulis in ædibus, omiſſo nemine, apud Euripidem *in ea*,

—— κἄτις ἦν ὕτω κακὸς,
Οὐ τὸν σ' ἀφεῖσαν, τῷ προσῆλθε πάλιν.

Imò & mortuis illud ingeminatum, poſt tumuli peracta ſolemnia. Unde Virgilius *lib.* 9.

—— *dixitque noviſſima verba.*

V. ſupra paſſim. Hinc que *valere* pro *perire*, uſurpatum. Martialis *lib.* 6. *Epigr.* 78.

Ridens Phryx, oculo. valebis, *inquit*:

Id eſt, pereas, Gall. *adieu*. Et quia miſelli ſe eos, qui moriebantur, in æternum amittere credebant, hinc *Vale longum, live æternum* quoque illis dici cœpit, quibus amicitia renuntiabatur. Idem *l.* 5. *Epigr.* 66.

Sæpe ſalutatus nunquam prior ipſe ſalutas,
Sic erit æternum, Pontiliane, Vale &c.

Græcis ἔῤῥωσο idem, ſed & χαῖρε i *gaude*, quod non ſolùm in additu & epiſtolarum initio, ſed & abitu, ac literarum clauſula, Vett. non raro uſurpavere. Privatorum ſc. Literas verò ad Imperatores claudebant hac formulâ, Εὐτύχει ἀεὶ κράτιϛε, ut ex *Relatione exit.* Demetrei Phalerei ad Ptolomæum Philadelphum conjicit Caſaubonus *ad Sueton. Tiber. cap.* 32. Quò facit Virgilianum illud,

—— *Salve æternum mihi maxime Palla,*
Æternumque Vale ——

Plura hic paſſim.

C. Valens Hoſtilianus Meſſius Aug. memoratur Pollioni & Aurelio Victori, inter eos qui Decio imperante, è Ducibus raptum ibant Imperium, aliàs Græcis æquè Latinisque Scriptoribus indictus. V. Caſaubonum *ad Hiſtor. Aug.* Eum *Superiorem* vocat Trebellius Pollio, & *Valentis* cognomine *Thoſſalonici*, qui ſub Gallieno, ſimiliter in Illyrico, tyrannidem arripuit, *avunculum magnum*, an *avunculum* fuiſſe perhibitum, refert in XXX. *Tyrannis*, quorum numero, ut rotundus fieret, hunc alienis temporis Tyrannum, adjecit, uti notat Caſaubonus *initio libri de Gallieno.*

Valentia. priſcum Romæ nomen. Solinus *cap.* 1. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primùm datum, cùm oppidum Thoſſoniſſet, quod extructum antea* Valentiam *diceret juventus Latina: ſerratasque ſignificatione impoſiti prius nominis, Romam Græcè* Valentiam *nominaſſem.* Nempe Ῥώμη Græcè, propriè eſt *Valentia* Latinè: nam ἰσχὺς *valere* eſt. Gloſſæ, *Ῥώμη, Valentia.* Quà voce indigitarunt *robur* corporis, quod & ipſum ex eadem origine venit. Ῥώμ ω. enim & ῥώμε, ἀπὸ τῦ ῥώσδ. Æol. ῥῶμμε & ῥῶσδ, unde *robur*. Sed & inde dicti Ῥώμ ος. Ῥωμύλ ος. Ῥωμ ύλ ος namque vir fortis quoque Latinis *Remus*, à Ῥώμ ος. Ῥωμύλ ος, unde iisdem *Romulus*. Feſtus, *Romulus & Remus à virtute, hoc eſt, robore, appellati.* Porrò ῥῶσις quoque Glossographi Græci vocem ῥώμη interpretantur cùm tamen ῥῶσις non *valentia* propriè ſed *valetudo* ſit. Hinc ὑγιαίνειν τὸν γίγνεσθαι Ariſtoteli & Stephano ἐβδ ιν. nec μόκ ος &c. V. Salmaſium *ad Solinum p.* 6. A' quo autem *Roma* nomen invaluit, antiquius illud *Valentiæ* in arcano haberi cœpit, quod proin efferre grande neſas ſuiſſe, diximus in voce *Roma.*

Valentia Vibo, dictum eſt oppidum Bruttiorum Vibo, Græcè ἴππων, poſtquam eò colonia deducta à Romanis. Vellejus *l.* 1. *proximo anno Torquato Sempronioque Coſſ. Bruttiis ſub poſt triennium Spoletinum: poſtquo biennium deducta Valentia.* Obſcurantiſtia Stephano dicitur, Salmaſius *ad Solinum pag.* 68. V. etiam in vocibus *Hippo & Vibo.*

Valentiniana, adde: capta eſt urbs à Gallis, A.C. 1677.

Valentiniani, V. *Valentinus.*

Valeria, nomen aquilæ apud Plinium *l.* 10. *c.* 13. à *valendo*, de quâ V. ſupra in voce *Melanaetus.*

Valeriani Aurei, apud Treb. Pollionem *in Claudio*, cui Gallienus, inter alia, tribui juſſit, *Aureos Valerianos CL. Trientes Saloninianos CCC.* nummi ſunt à *Valeriano* Imp. cuſi, quos proin *Valerianeos* aut *Valerianinos*, potiùs appellandos fuiſſe, ſicque apud Trebellium legendum, judicat Caſaubonus. Sed nominibus formam primitivam habentibus, etiam Vett. ἀπὸ τῶν πατρώνυμων uſos eſſe, docet variis exemplis Clariſſ. Salmaſius *Notis ad l. Certè Valerianos horos* Vopiſcus habet in *Aureliano*, *Sermonem multum à Palatinoque ad horos Valerianos inflixi t.* Niſi malis in *Vili Valerianos* legere, cum eodem.

Valerianus. Dux militum prætorianorum, ſub Maximino, in hujus odium, à Romanis occiſus eſt, apud Jul. Capitolinum *in Maximinis.* Sed *Vitalianum* ei nomen fuiſſe, notat Caſaubonus. Idem nomen Gallieni fratri fuit, qui Gallieno interfecto, circa Mediolanum, & ipſe ſimul interemptus eſt. temGallieni filiquem P. LICINIVM SALONINVM VALERIANVM Victor, lapides, numni vocant: de quorum ætro ſcriptum eſt in Fallis, VALERIANO IMPERATORE COS. ambigit Trebellius Pollio *in Gallienis*, ubi Caſaubonum vide. Pertinacis quoque amico, de quo V. Jul. Capitolinum *in Pertinace* &c.

Valerius, apud Pollionem *in Claudio II. Vrat Valerie, ameris à Principe*: unum eſt ex nominibus Claudii, qui *Flavius Valerius Claudius* integrè appellatus eſt. Nempe Principes illi omnes, qui obſcuro genere nati ad Imperii faſtigium eniti ſunt, prænomina cognominaque Romana aſſumſere, ut in familias antiquas & nobiles hac ratione ſeſe inſulcirent & originem patritiam enentirentur. Sic Diocletianus, qui ſervus fuit & *Dioclet* vocabatur, poſtquam Imperator factus eſt, tria quoque ſibi cœpit nomina, more Nobilium Rom. & *M. Valerius Diocletianus* appellari cœptus eſt. Sic alios complures medio ævo *Valerios* & *Aurelios*, potiùs, quàm alios nominibus, nonnunquam utroque nomine *Aurelios Valerios*, appellari voluiſſe, ex Hiſtoria notum. Salmaſius *Notis ad Pollionem loc. cit.* & Vopiſcum *in Probo.*

Viri Illuſtres.

Valerius Baſſianus, Vir Conſularis, Commodi juſſu occiſus, Lamprid.

Valerius Catulinus, miſſus Severo ſucceſſor, apud Spartianum *in Didio Juliano*, interfectus eſt poſtmodum, juſſu Severi, Imperium adepti, ut idem habet *in Severo.*

Valerius Cordus, Literator inſignis, inter præceptores Alexandri Sev. memoratur Lampridio in hujus *Vita.*

Valerius Corvinus, adde: *De Valerio* à corvo adjuto, habes hiſtoriam, apud Livium *l.* 7. *c.* 26. Val. Maximum *l.* 3. *c.* 2. A. Gellium *l.* 9. *c.* 11. Sext. Aurelium *de Viris illuſtr. c.* 29. Alios. Verum Voſſio non quidem pugna ſingularis *Valerii* cum Gallo, ſed quod de auxilio ſacræ ædunt alitis, & quidem ſinguli cantare hinc Romano, inde Gallico exercitu, fabuloſum videtur, & forte hinc ortum, quòd Valerius galeam geſtarit, cui corvi ſignum erat ſuperaddituin. Vetuſtiſſimis enim temporibus galeæ fiebant è pellibus animalium, unde κυνέη, κυνεὸς, ἰκτίδη, apud Hom. Poſtquam verò pro pelliceis æneæ adhibitæ ſunt, ac ferreæ, figuram tamen animantis alicujus, vel ſaltem capitis in ea expreſſerunt: Iraque galea nunc capite leonis, nunc integri vulturis, nunc alterius cujusdam animalis figurâ, erat inſignis, cujus rei ignoratio ſpiſſos in Hiſtoria peperit errores. Cùm iſtiusmodi itaq; galea, corvi figuram habente, depingi & effingi ſolebat *Valerius*, cum Gallo pugnans: Unde progreſſu temporis imperitum vulgus judicavit,

corvum galeæ insidentem esse imaginem veri corvi, cùm tantum ferrei illius, quo galea insignis erat, effet imago. Quæ conjectura inde roboratur, quòd non magnitudi fuisse legimus, ut res illustres picturis proderentur: velut illa pugna Manlii cum Gallo, quæ in scuto Cimbrico erat, teste Tullio *de Orat. lib. 2.* Quintiliano *lib. 6.4.* ac C. Plinio *lib. 35. c. 4.* Vi. Gerh. Joh. Vossium *de orig. & progr. Idolol. l. 1. c. 28.* ubi quoque additi, *Corvi* cognomen, non Corvini, Valerium hunc nactum effe: posteros verò *Corvinos* fuisse dictos.

Valerius Flaccinus, adolescens nobilis, *parens Valeriani* (i. *συζυγος*) *à Quadorum manu liberatus, à Probo*, memoratur Vopisco in *Via* hujus.

Valerius Levinus, adde: De ejus, Pyrrhum interemisse fe jactantis, mendacio, V. Hugon. Grotium *de Jure Belli & Pac. l. 3. cap. 1. §. 17.*

Valerius Marcellinus, Historicus Romanus, cujus meminit, uti eodem cum Suetonio scribendi genere usi, Capitolinus *in Maximinis*.

Valerius Omulus, inter eos, qui Antonino Pio adversùs Marcum jam Cæsarem aliquia insiuiurarent, memoratur Capitolino *in Marco Antonino Philos.* Et quidem is, *quum Lucillum maternum Marci in veridario venerantem simulacrum Apollinis videret, insultaret, illa manu tegeret, ut dicen tuum claudax, & filius imperet. quod tamen apud Pium nihil valuit* &c.

Valesia Familia, V. in voce *Valesium*.

Valesii Hæretici, qui & *Eunuchi* dicti, quòd verba Christi, *Beati, qui se castrarerunt* &c. secundùm literam accipientes, seipsos castrarent, à *Valesio* Arabe nomen habuere. Ex illorum numero Origenem fuisse, legas apud Dominic. Macrum *Hierolexico*. V. voce *Valesius*.

Valetudinarium, in *Vita* Austrebertæ Virg. c. 3. *In stragulo — ad* Valetudinarium *deportaverunt*: locus est in Monasteriis, ægrorum curæ destinatus, qui *Infirmarium* aliàs, in *Glossis* Lat. Gr. ὀγκεῶνα & ἀβρωστοβοτεῖον dicitur. Vox Senecæ, Columellæ, Aliis, nota. *Namque & Romani, cùm metabantur castra, loca Prætorio, Quæstorio, Valetudinario designabant*, Salmasius *ad Solinum p.* 821. Hebræis similis fuit in Templo locus, in quo Sacerdotes, quibus calicus dolor frequens adnodum, *ut qui in pavimento jacerent fubani & earubbu plurimos vexabantur, nec in domo Miniseriis vestem — aliam præter unicam, eamque simplicissimam, habebant*, Maimonid. *Cei hammikdash c. 7. §.* 14. curabantur. Ei præfuit מכוסא על החולים *Præfectus ægrotorum*, unus ex XXV. Templi Præfectis, qui alios fub le Medicos complures habebat, Jo. Seldenus *de Synedriis vet. Hebræor. lib. 3. cap. 11.* De ufu eorum hodierno hic paffim. Plato vero in Republica fua *Valetudinariis* nullum locum effe voluit, ut illam extra hunc mundū, qui totus quid aliud quàm *Valetudinarium*, nefcio in quibus fpatiis fibi imaginari vifum eft, uti difcimus ex ejus *de Republica* libris; ubi tamen illos folùm, ex Æfculapii judicio, negligi vult, qui naturâ morbidiad functiones in civitate obcundas inepti eſſent, uti vocem κωφὸν Interpretes ibi exponunt &c.

Valetus, apud recentiores ævi Scriptores, nomen eſt, quo Magnatum filii, Militare cingulum nondum adepti, infigniebantur, contractum ex *Vassetus*, uti vocabantur Vaffallorum, qui iidem olim cum iis, qui *Milites* poſtmodum dicti fuere, filii. Et quidem Magnatum filios fic paſſim indigitant Francici Anglicique Scriptores. Eadem nomenclatura Imperatoris Cpolitani filium Villharduinus donat, ad quem *Notas* vide C. du Freſne. Quia verò *Valeti* Militibus ipſis in occaſionibus bellicis miniſtrabant, corumque arma ac ſcuta deferebant, inde & *Armigeri* & *Scutiferi* audiunt paſſim; horum nomenclatura data deinceps honorationibus famulis eſt, quod hodieque apud Gallos obtinere conſtat. V. eundem Auctorem *in Gloſſario*, & hic ubi de *Armigeris*, *Militibus*, & *Scutiferis*.

Valgi. Græcè βλαισοὶ, aliter *vatis*, dicuntur, quibus in exteriorem partem crura curvantur; ſicut *vari*, quibus introrſum illa convertuntur. Utrumque tam *varum* quàm *valgum*, de obtorta & obliqua re ſumitur, & quidquid recto contrarium eſt, ſic appellatur, Salmaſius *ad Solinum p.* 945. V. plura infrà, ubi de *Vatis*.

Vallaris Corona, diciebatur corona Caſtrenſis, quà donabat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans ingreſſus eſſet: a *vallo*, cujus figura inſignis erat. *Inſcript.* antiqua, *Donato, haſtis puris. V. vexillis. VIII. coronis, muralibus. II. vallaribus.* II. Erat ex auro, Aulus Gellius *lib. 5. cap. 6.* ſit & muralis ac navalis: quemadmodum contrà ovalis ex myrto, civica è fronde querna, obſidionalis, quam reliquis omnibus Plinius præfert. l. 22. c. 3. & 4. e gramine fuit. Dicebatur autem *Vallaris* ſeu *Vallum* ſtipes ramoſus, in aggeris ſummâ parte defigi ſolitus, ad aggerem confirmandum & loricas extruendas; quem Legionarii milites unà cum armis in itinere ferebant: Nonnunquam verò accipitur, pro parte ſuperiore aggeris, ex illis *vallibus*, i. ſudibus & ſtipitibus ac viminibus interjectis conſtante. Deſcribit id elegantèr, & quomodo Rom. *vallum* à Gr. differat, oſtendit Polyb. *l. 17. Vallatus apud Rom. dicus tretve aus ad ſummum 4. habet ſurculos, exquo accidit, ut perfaciliis ſit ejus geſtatio. Itaque unus vel atque etiam quatuor ſimul ferè.* Et paulo poſt, cùm de Græcorum *vallo* ejusque uſu, diſſeſſet, ſubjicit: Apud Romanos diverſiſſimaeſt ratio. Primùm enim ita valla inter ſe circumplicant, ne neque facile, quorum ramorum in terram depactorum ſint virgulta, neque quorum virgultorum ſint rami, agnoſcas. Præterea difficile eſt, ſi qui evellere conetur, manum admovere: quoniam denſiſſimè inter ſe conferta ſunt: Eo accidit, quòd virgulta ita accuratè inflexa & intertexta ſunt, ut revelli ab eo, qui prehenderit, facilè non poſſint: primùm, quia eminentiæ & furculi omnes ſuam & propriam in terra firmitudinem obtinent: deinde, cùm unum è virgultis trahitur, neceſſe eſt, prius eo pter mutuam contexturam, magnam ſimul propagineni edu ci, neque verò fieri poteſt, ut duo trave unum idemque val ſum prehendere queant. Quòd ſi quis unum aut alterum com moveat ac revellat, exiguum tamen intervallum patefiet. Di cebatur enim propriè *inter vallum* iſtiusmodi ſpatium inter duo *valla* vel *vallos* interjectum: unde ad alia locorum temporum quoque ſpatia, vox translata eſt. Cic. *Epiſt. Famil. lib. 1. Epiſt. 7. Inter vallo locorum & temporum diſpunctis*. Aliam ſignificationem *Vallus* habet, in Prov. *Vallus vitem decepit*. Homericum ἔρκος ἐδόντων, *Vallum dentium*, interpretatur G. Gellius *l. 1. c. 15.* quem vide, & plura de *Vallo* militari, apud Roſinum *lib. 10. cap.* 16. nec non infrà, voce *Vallus*: ut & de *Vallari Corona*, ſuprà ubi de *Caſtrenſi Corona*.

Valle de Oaxaca, nomen Familiæ illuſtris, in Hiſpania, de qua V. ſuprà, ubi de *Cortesio Ferdinando*, quem geſta in America, obtentus titulus *Marchionis de Villa Guaxacæ*, ac ſuprema Novæ Hiſpaniæ præfectura, clarum reddidere; ut & apud Philip. Jac. Spenerum *Arte Herald. Tom. II.*

Vallenſes Joannes, Auctor ſecundæ compilationis Decretalium, de quo V. ſuprà, voce *Gallenſes*.

Vallina, apud Romanos, *vallium* Dea; ſicut Collina collium, Nemeſtina nemorum, Voſſius de *origi & progr. Idol. Gent. l. 2. cap.* 62. Eadem & *Valloma* dicta, V. *ibi*.

Vallis Achor, cujus mentio Pſalmo 84. v. 7. vallis erat Paleſtinæ, juxta Galgalam. Auctor Anonymus *Epiſt. Orbis Terrar. Paræ. l. c. 6. §. 63.* 2.

Vallis Arundinetі, *Nahal Kana*, in paraphraſi Lutheri, in eadem regione memoratur Joſuæ c. 16. v. 8. *De Taphua pertranſit contra mare in vallem Arundinetі, ſuntque egreſſus ejus, ad mare ſaliſſimum*. Ubi *Maris ſaliſ* ſignificatu non mortuum, ſed mediterraneum intelligi, inde patet, quòd de Manaſſitarum & Ephraimitarum communibus terminis ibi agitur: hæc autem Tribus ad Mare mortuum non pertigerunt. Idem *ibid.*

Vallis Jephthael, itidem in Paleſtina.

Vallis Jeſreel, ſimiliter, V. in voce *Jeſreel*.

Vallis Illuſtris ſeu *Aulon*, montibus incluſa, Patriarchæ Abrahamo habitationem præbuit. Sic enim ſedem ipſius, *Elon Moreh* Genef. c. 12. v. 6. & Deuter. c. 11. v. 30. Vulgata nuncupat, *Vallem Illuſtrem*, & *Vallem longè latequè tendentem*. Interpr. Samar. *Vallem Piſſimis*. Deſcribitura Joſepho & Euſebio de loc. *Hebr.* hoc modo, Αὐλὼν, πεδίας μεγάλη ἐπικοινος· ὁ Αὐλὼν ἐστὶν ἐν καλάμῳ. Αὐτὸν καὶ φασὶν εἶναι ἐκκεκοπότε, παραπίπτοντα τὸ τῆ Λιβύη ἢ ἐν ὑαθυ ἐπὶ ἐρῶν θαλάσσ· Ἐστὶ δὲ ἐπὶ Αὐλῶνος πόλεως ἐπίσημος, ἢ πηγὲς αὐτῆ Λίμνη Σκυθόπολις, ἐρχομὸ ἢ πηγὲ ἐκ θαλάσσα, ἀπὸ σέδα ἀυτὸς χόρας ἐν μέσῳ· ὑφάλασσα ὄφεται. Juxta hanc, in Ephraimitide Sichem collocata erat: Abrahamus namque, cùm in terra Cananæa peregrinaretur, juxta Sichemam, ad *Vallem Illuſtrem* ſubſtitiſſe dicitur. Dicit. l. cit. V. iterum Auctorem *Epiſt. Orbis Terr. Geogr. & civ. ubi ſuprà*.

Vallis Joachimica, S. *Joachimus Thal*, in Germ. ubi primùm per Sclocos Comites *Talmi* ſeu *Thaleros*, hinc dictos (Germ. enim *Vallis* dicitur *Thal*) cuſos eſſe, refert Georg. Agricola *de Pondd. & Menſuris lib. 2.*

Vallis Pennina, V. *Vallenſes*.

Vallis Rephaim, in Judæa, juxta Hierofolymam ſita erat, versùs Occidentem. Euſebio Καλᾶς Τετάρτου, & hinc *Calas Tiranorum* Hieronymo. Id enim Joſuæ c. 15. v. 8. & c. 18. v. 6. non obſcurè innuitur. Inde versùs Auſtrum extenſa, Bethlehemum usque pertingebat. Joſephus *Antiqq. Judaic. l. 7. c. 30. In illa valle caſtramentatus eſt, quæ to Judaicum ſpatio usque Bethlehem pertingit.* Et poſt hanc *Claudium*, id eſt, *Locus ſiculum*. Adrichomio *Claudium*: ſylva nempe illa, in qua David R. Hieroſolymis egreſſus Paleſtinos in *Valle Rephaim* caſtramentantes à tergo invaſit, V. eundem *lib. 7. c. 4.* coll. cum Paraphraſi LXX. 2. Reg. *cap. 5. v. 23.* In extremo ejus Bethlehemum ſitum erat; & ſtadiis quidem 20. Hieroſolymis, ad Auſtrum: Occidentem v. *Vallis* Clauchmon habebat: Orientem Hieroſolyma: ad Boream Benjaminitis Tribus erat. V. Auctorem Anonymum præf. ubi *ſuprà*.

Vallis Viſionis, V. ſuprà *Vallis Hinſſiei*.

Vallis Zeboim, cujus mentio 1. Regum c. 13. v. 18. ad deſertum *Hierichuntem* erat, quod inter Hierichuntem ſuit Urbem & Hierosol. Terræ S. Metropolim. V. Joſephum *Antiqq. Jud. l. 5. c. 4.*

Vallus, apud Spartianum *Severo*, *Poſt murum aut vallum miſſum in Britannia: murus ceſpititius eſt, Gracis recentioribus βαλα-*

ge seu βαδηγὸς ad verbum, V. Nicetam *lib. 2. βάδαι* enim *ceſtus*. Unde *Bolever* Gallorum, Salmaſius *Not. ad d. l.* Proprie v. *vallos* Romani dicere ſtipites ac cippos, quibus caſtra muniebantur, non acutos modò, ſed & bifurcos. Nam, ut eſt apud Suidam, Græci *vallo* ac aggeri conficiendo eos vallos ſeligere ſolebant, in quibus circumcirca multi magnique rami erant eſſent: Romani autem, qui *τὸ κεφάλαιον ἀ φεῖς ἔχωσι*, qui *bicornes eſſent aut tricornes*, quorundo *bifurcis aut trifurcis, aut cornibus plurimùm quatuor ramovum vallos* fuiſſe, ait Livius *l. 33.* Gregorius Georg. *l. 1.*

Exacuunt alii vallos *furcasq; bicornes.*

Et alibi,

Quadrifidasq; fudes & acuto robore vallos.

Atque ex his fuſilibus *vallum* fiebat, docente Servio *ad Æneid. lib. 9.* Idque hoc modo, ut Cæſar habet *de Bello Gall. l. 7. Truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſis, atq; horum dolabrais, & præacutis cacuminibus perpetua foſſa quinos pedes alta diuebantur. Hac illi ſimiles demiſſi, & ab infimo revincti, ne evelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe, atq; implicati, quò qui intraverant, ſe ipſos acutiſſimis vallis inducebant. Hos Cippos appellabant. Ante hos obliqui ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſerebes in trium altitudinem pedum fodiebantur, paulatim anguſtiore ad ſummum paſtillo. Hac teretes ſtipites feminis craſſitudine ab ſummo præacuti præuſti admodebantur, ita ut non amplius quatuor digiti ex terra eminerent.* Aliam *valli* deſcriptionem habet, apud Bedam *Hiſtor. Eccleſ. l. 1. c. 5.* in cujusmodi ſummo *vallo* ſtans Imperator paludatus, tanquam caſtrorum ac *valli* præſes, exhibetur, in tribus æreis nummis, Licinii, Conſtantini & Conſtantini Jun. Auggg. in quibus habentur quatuor cantherii qua tuor aliis oppoſiti, in quorum ſuperiori divaricatione Imperator viſitur, cum *Inſcr.* VIRT. EXERC. V. Car. du Freſne *Diſſertat. de inſcr. æri. Numismatibus num. 56.* plura verò de *Vallis Romanorum*, apud Salmaſium ubi ſupra, Caſp. Barthium *Animadverſion. ad Papinium Theb. lib. 10. verſu* 513. ubi inter alia, *pallidum, vallum palis munitum, ἀγροῖδα deſuper terra*, dictum fuiſſe, ex vet. Scholiaſte notat, Alios, ut & ſupra, vocibus *Charax, Sudatum* &c. Origo voci à *varus*, quod palus proprie eſt in ſummo furcillatus, & figuram literæ V. retinens. V. infrà. Aliàs & *vallus*, diminutivum eſt à *vannus*, unde *evallare*, pro evannare. ſeu forâs ejicere, apud Pomponium, qua de re V. pluſcula apud Salmaſium eundem *ad Solinum p. 1285.* Hinc *Vallaris Corona*, de qua tetro dictum. Alia notio apud Auctorem *Panegyrici ad Piſon.* eſt, ubi de latrunculorum ludo.

—— fracta prorumpat in agmina mandra,
Clauſaq; depoſito populetur mania vallo.

Hic enim locus eſt ſeu ſedes in tabula, in quibus velut cluſi tenentur latrunculi, adeoque idem, quod *caſtus, carcer, mandra, ſeptum, ſudis*, Græcè *κύρκος, χαράκωμα* &c. V. hic paſſim, & Salmaſium iterum *ad Tertullian. Pall. Vopiſci.*

Vallenſes, nomen illuſtris Familiæ, de qua ſupra, ubi de *Turrianis*. Addenda hic ſaltem, quæ omiſſa ibi. Pagani tertius filius Franciſcus, non minùs Vicecomitum hoſtis, & tandem prælio occiſus, novam dedit ſtirpem, per Guidonem fil. qui, Mediolani feudo Imperiali Dominus, genuit inter alios Lamoratum. Hic domus infortunio cedens in Bergomenſem agrum tranſiit, ac in valle Cornelia ſedem fixit, monte Taſſo acquiſito, unde nomen *Taſſorum* vel *Taxiorum*, Turriano omiſſo, natum eſt, V. ſupra. Demum ex *Turrianis* Salvinus, quartus Pagani fil. Volcanum genuit, qui Rubiacum à Com. Goritiæ feudo accepit, atque in Forum Julium familiam ſuam tranſtulit, ubi Comitibus hiſce multa præſtitere officia. Trinepos Volcani Antonius Præfectus Goritiæ Nicolaum, Andream & Vitum genuit, qui à Carolo V. *Barones S. Crucis* & Comites Imperii atque Carniolæ Præfecti prætorio hæreditarii creati ſunt. Andreas per Achatium fil. familiam propagavit; Vitus ſive Guido, per Franciſcum (qui ſub Ferdinando in Bohemia fortunæ ſeſſum fixit) plurium liberorum patrem. E quibus Hieronymus Wenceslaus Com. *Turrianus* ſeu *de Turri* & *Valſaſſina*, junxit ſibi Mariam Com. Hardeccaiam, atque ex ea ſuſcepit Vitum Henricum & Germanos. Phil. Jac. Speneras *Theatro Nobil. Europ. Tom II. p. 43.* & *in Ind.* V. quoque cum *Arte Heraldica Tom. II.*

Valva, fores ſunt à ſummo ad imum diviſæ, quarum duplicatæ tabulæ ſeu paginæ concurrentes in medio jungantur, Græcis *σανίδωμαθες*, item *δόξαι* apud Gallos bodique *battans*, id eſt, frabiles; ſic dictæ *Valvarum*, quod *revolvantur ac ſeſe velent*. Earum in Templis inprimis uſus, cujusmodi *valvas cupreſſinas* Templi Epheſini, poſtquam ab uſu receſſerant, *τὸν ποιητὴν μὴ ποιῆσαι τοιαῦτα κἀκεῖ*, *in theſauro ſuo ſervaſſe illius per 4. jam ſecula recondita: ac repoſitas jacuiſſe*, cum templum ab Heroſtrato incenſum eſt, Philoſophis alicubi ait. Sponte verò adaperæ, in prodigiis habebantur, exceſſuris velut aliorſum Numinibus; cujus rei exempla ſunt in Tacito, ubi de Vitellii exitu, in Suetonio aliquot locis, apud Joſephum *Halbd. l. 7.* ubi tale quid Hierosolymorum excidium portendiſſe memorat, cum voce adjecta, *Μεταβαίνομεν ἐντεῦθεν, Migremus hinc*; Alios, V. Caſp. Barthium *Animadverſionibus Papinian. ad Theb. l. 2. verſ. 311.* Hinc *Valvatus*, unde *valvatæ fores*, apud Vitruvium *l. 4.* quæ cædem, fores nempe *διθύρους*, ſeu *θύρας*, quæ ſemel plicabantur, velut fores duæ, inde *bifora* quoque dicta; cui opponit *quadrifores*, h. e. *τὰ δίθυρα* vel *τὰ διπλᾶ*, cujus ſingulæ tabulæ duplicabantur, ſeu quæ in ſingulis partibus, ima & ſumma, duplices habebat tabulas. Item *valvata feneſtrarium lumina*, apud eundem *lib. 6.* &c. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 927.* ut & ſupra, voce *Fores*, alibique paſſim.

Vandali, adde: Item *Vandali*, in *Tab.* Peutinger. & apud Æthicum, *Banduli* quoque, apud Vopiſcum *in Probo*, ut βάνδιλα Græcis, V. Salmaſium *Not. ad Hiſtoriam Aug.* Ab iis *Vandaliziæ* nomen accepit, ut qui in Hiſpania Bætica primùm, dein reliſtis commilitonibus ſuis, Suevis quidem in Gallæcia, Alanis v. in Luſitania. Africa potiti, Carthagine regnarunt, Georg. Hornius *Orbe Politico*, cum *Notis* Menekenii, pag. 448.

Vandalia, adde: Commune quondam tot nationibus nomen (ut quod majorem fere Germaniæ partem complexum eſt) antiquitus Saxonum in Vandalos odium contemtusque effecit, patrio ſolo ejectos, aut, ubi manerent, ſervorum fere in morem habitos. Donec illud Pomeranie & Mechelburgii Duca us peculiare ſibi fecere, quò dignoſcerentur, Orient. Occidentaliſq; cognomenta adjecta. Et quidem illam quod attinet, arctiori ſignificatu nomen ad eas terras reſtrictum eſt, quas, ultra citraque Viſtulam *Pomerellię* vocabulo notas, proprii Principes, *Caſſubiæ & Wandaliæ* titulis inſignes, quondam tenuere. Exæ Miſſevino, Familiæ illæ poſtremo, Barnimo II. Pomeranor. Duce, ab orti forte eum hoc diſcordiâ, Boleslao Poloniæ Duci, donatæ, A. C. 1273. Ab his ad Brandeburgicos tranſierunt: è quibus eas primum Friericus II. Marchio, Ludovico Bavaro Imp. coæxus, nactus eſt, belli ſimul pactique, cum Pomeranis Polonisque initi, jure. Hodie verò Caſſubia, inter Borutſſiam & Pomeraam ſita, jam arctior. Konitziam, *Schlochau, Butow* & *Lauenburgum*; *Vandalia*, infimam Pomerellię ad Viſtulam regionem complectitur: à qua *Vandalorum Principes* etiamnunc inter Sereniſſ. Electores titulos. Meckelburgios quod attinet, manſit illis, etiam poſt appellationem hanc ſumtam, *Principum Vandaliæ* titulus, una cum terra (Guſtroviam, Plaviam, Ribnitiam, *Malchin*, aliaque continente) cui ſoli ferme *Vandaliæ* vocabulum hæſit, ex amplíſſimo Germaniæ ſpatio, ad tantillæ regionis anguſtias redactum: tanti cœtereoquin etiam Regibus Danicæ habitum, ut *Vandalorum le Reges* bodieque ferant, orto, ut videtur, jure, à Canuto Oberiorum, Danici generis, Duce, & quod Canutus Magni filius Daniæ R. inter Burevinum & Nicolottum arbiter ſumtus addictam utrique regionis partem clientelæ nexu ſibi obſtrinxerat. Tantusque tituli amor, ut etiam, poſt aſſertam jam ab aliquot ſeculis *Vandaliæ* libertatem, ne nunc quidem omittant. Cœterùm iſtam terræ portionem fortitus eſt Nicolottus, frater Joannis, cui Meckelburgia dicto ex paterna hæreditate obvenerat, ad hujus poſteros in Henrico Pingui devolutam, poſtquam Adolfinus fine liberis vitâ defunctus familiæ ſuæ finem fecit, A. C. 1490. Tob. Pfannerus *de præcipuis Germaniæ Principibus gentilibus cap. 4.* & 6. V. quoque voce *Wandali*.

Vanga, medio ævo, farculum, inde neſcio quod armorum genus; forte gladius, qui inſtar *fiſſorii* erat, uti vocem Joh. de Janua exponit, an quòd ruſtici ejusmodi inſtrumentis, armorum loco, uterentur, uti diſcimus ex Gervaſio Dorobernenſi A. C. 1198. Galli *vouges* dixrunt, unde *Fougiers*, qui ea in bellis deferebant, appellantur *in Chronico ſandat.* Ludovici XI. Regis Franc. apud Car. du Freſne *Gloſſario.*

Vanivus Lucilius, inſignis ſeculi hujus Atheus. V. ſupra.

Vannus, an quòd *vana*, id eſt, levia volant: an à *βάσσω ἰ. jactatione*, in ſacris olim Bacchi adhibita, myſtice denotabat, ut *Vanno* repurgatur triticum ab aceribus ac *rivimentis*, ita *Jacchi ſacris mundari animam ab omni crimine annexâ*. Unde Virgilius *Georgic. l. 1.*

—— *Et myſtica* Vannus *Jacchi.*

Ubi ſic Servius: *Myſtica Jacchi ideo dicit, quòd Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant, & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur. Hinc eſt, quòd dicitur Oſiridis membra à Typhone diſſimilata ſit cribro ſuperpoſuiſſe: Nam idem eſt Liber Pater; in cujus myſterio* Vannus *eſt, quia, ut diximus, animas purgat; unde Liber ab eo, quòd liberet, dictus: quem Orphaeus à gigantibus dicit eſſe diſcerptum. Nonnulli Liberum Patrem Διόνυσον* (Voſſius mavult Διόννυσον, ut eſt apud Varium; nihil placet Διώνυσον) *appellant. Vannus autem apud eos* (me ſibi Διόνυσον nec λυσεὺς) *nuncupatur: ubi de more poſitus eſſe dicitur, poſtquam uteto mavris edixit.* Bacchi hujus Διονύσου meminit & Plut. *de Iſide & Oſir.* indeque *Pannychis*, πανυχίδες. Demoſtheni *Orat. c. Caſſiphontem*; ſic enim iſthic, non λυχνοδίας, ſeribendum eſſe, colligitur ex Harpocratione in λυχνοδίας: ubi & legas, τὸν Διόνυσον ἐφέστιον τελεῖσθαι καὶ ὅσιον ἐποιοῦσιν οἱ. *Vannus, ad omnia initia & ſacrificia commoda eſt.* Quid mirum de τελετῶν ſive initiis, cùm his ex eo nomen ſit datum, quòd initium ſint vitæ melioris ac vitæ hujus finis & perfectio? Quippe ea nequit eſſe niſi animæ prius purificentur: cujus rei ventilabrum erat ſymbolum, ut diximus. Nec mirum magis de ſacrificiis, quæ fierent ad mentes expurgandas, ac ſæpe urbem totam vel exercitum expiandum,

andum. Neque verò in Jacchi folùm sacris *Vannum* adhibitam, sed Minervæ etiam, indicat versus Poëta, cùm apud Plutarchum, tum & Clementem Alexandrinum *Admonit. ad Gentes*, *pag.* 35. *Florent. edit.*

Ἐὰν' ὁς ἐδὸν ὀνὲ, πῶς ὁ χαμάδικ λαὸς,
Οἱ τὸν Διὸς γοργῶπιν ἠγέτιν θεὸν
Ἐπαινέοι λικνοὶς ἀσφαίτοισιν.
Ite in viam omnis Populi manus vilibus parati,
Gnatum Jovis Gorgoën Ergatin Deam
Statuto adorare ventilabro.

Triplex verò cùm esset in Gentilium sacris animæ purgatio; aëre una, altera aquâ, tertia igni: Ventilabrum five *Vannus* Liberi ad aëra pertinebat, quemadmodum & oscilla. Ita enim Honoratus Servius *ad Aeneid. l.* 6. *In omnibus sacris tres sunt ipsæ purgationes. Nam aut tædâ purgantur & sulphure; aut aquâ ablununtur; aut aere ventilantur, quod erat in sacris Liberi. Etc enim ipſi, quod dixit in Georgicis,*

—— —— —— *Tibi &,*
Oscilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Atque ad hoc triplex genus purgationis idem reſpexit Poeta, *Aeneid. l.* 6.

—— —— *Alia panduntur inanes*
Suſpenſæ ad ventos; aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Fiebat enim & Terrâ quidem purgatio: ſed hæc comprehendebatur ſub eâ, quæ fiebat Igni: ſub illâ potiùs, quæ Igni fiebat, continebatur ſub illa, quæ fiebat terrâ, quia ignis eſt è terra: unde & Ignem & Terram *Veſtæ* nomine Antiquis cultum eſſe novimus. Quæ omnia ex depravatis Satanæ malitiâ divinis Oraculis occaſionem habuere. Cùm enim ab ſolo Iſraelis Deo, qui Jah dictus, peccatorum ſit omnium remiſſio, ut in Sacris nobis revelatum: nihil mirandum, ſi Gentiles, Iſraëlitarum ſeu potiùs Satanæ, Dei Simia, ſacris ſui Jacchi, quod nomen ex Hebræo illo efformatum eſt, tribuerit expurgationem Animæ ab omni criminis reatu; cujus ſymbolum *Vannus* erat, uti dictum. V. Gerh. Joh. Voſſium *de orig. & progr. Idolol. lib.* 2. *cap.* 14.

Vapor, apud Martialem *l.* 10. *Epigr.* 48.

—— —— *nimios prior hora vapores*
Halat, & immodico ſexta Nerone calet:

Calor eſt. Cujusmodi *vapores* lubrer & per parietes in tubis olim adactos, ad calefaciendа conclavia, multa oſtendunt Auctorum loca. Inter quos Papinius Statius *lib.* 1. *Sylv.* 5. *v.* 58. de balneo,

Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata, crepantes
Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
Æcibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem.

Auſonius ſimiliter in *Moſella*,

Quid quæ ſuſpirea ſubſtructa crepidine fumant
Balnea, fervenſi cùm Mulciber hauſtus aheno
Volvit anhelatas teſtoria per cava flammas,
Incluſum glomerans æſtu aſpirante vaporem.

Quò facit ænigma antiquum, quod ponitur & exponitur in *Tabula* Apollonii Tyrii:

Per tuas ædes innoxius intrò ignis:
Eſt calor in medio magnus, quem nemo removit.
Non eſt nulla domus, multas ſed convenit hoſpes.
Si lautum ponas, inſons invabis in igne.

Apollonius ait, *Intrarem balneum, ubi hinc inde flammæ per tabulas furgunt* &c. V. Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Statii l.* 1. *Hinc vaporare*, pro calefacere. Lucretius *lib.* 5.

Invidiâ quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant.

Virgilius *Æneid. lib.* 11.

Succedunt matres & templum thure vaporant,

Alii. Unde *vaporata altaria*, apud eundem Statium *Thebaid. l.* 1. *v.* 556. & *vaporoſi fontes*, apud Appulejum *l.* 5. &c.

Vappa, apud Martialem *l.* 12. *Epigr.* 48.

Imputet ipſe Deus neſtar mihi, ſicet acetum,
Et Vaticani peritiſſima vappa cadi:

vinum fugiens aut fæx vini eſt, ex Æolico βάπτω pro βάπτω, Salmaſius *Not. ad Tertullianum de Pallio*. Cum epitheto *nobilis*, vinum Surrentinum C. Cæſari, apud Plinium *lib.* 14. *cap.* 6. ubi idem Tiberio *generoſum acetum* appellatum, monet. Cœterùm de *vappa*, apud eundem c. 20. *ejusdem libr. Vitium muſto quibusdam in locis iterum ſponte fervere: quia calamitate deperit ſapor, vappæque accipit nomen, probroſum etiam homini, cum degeneravit animus.* Ubi Dalechampius, *sive*, ait, σαφρότητας, *vappeſcere, vulgò* ſe tourner, *ex ἕξιν μετατιθέσθαι, ἕξωσις dicunt*, ς enaigrir — *Inde Græcis ἐξόξ, ὀξυπόνος* & ἐκ τοῦ ὄξους &c. Hujus vero ut & vini, cùm admodum amantes fint culices, animalia illa cuponarum, qui vinum fequuntur & vino immoriuntur, hinc *binones* Afranio, & *vappones* Valerio in *Catholicis* appellantur, uti *b

scholiastem, videtur alludere ad *pardes* Hebræorum, i. *hortus*, quia, ut hortus floribus, ita maculis variatur pardi pellis. Eaq; ipsa de causa, quæcunque animalia varia sunt, cum pardo conferuntur, ut de chamæleonte videre est apud Aristotelem *Histor. l. 2. c. 11.* de chao, apud Plinium *lib. d. c. 19.* de equis Oryngibus, apud Oppianum *Cynegic. l. 1.* de gryphibus, apud Pausaniam *in Arcadicis &c.* Ipsa Africa, quia πανθηρικὸν τὸ πᾶν ἐκείνην ἔθνος ἐστὶν, ἀπὸ τῶν θηρίων τούτων ἐπωνυμίαν ἔχουσα, *interpolita est habitatoribus, quæ terra deserta & inaquosa ambiuntur*, pardo affinitatur, apud Strabonem *lib. 2.* Et Cicero huc alludens *in Somnio Scip. Vides*, inquit, *habitari in terra varis & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas.* Primus autem *Varias*, & quidem *centum quinquaginta universas, Ædituate sua, dicarus missi, Pompejus posuit Æ quadrigentas decem, Divus quadrigentas viginti*, Plin. c. 17. cit. Quod ideo notatum, quia magis id magnificum, quàm si totidem fœminæ, i. pantheræ, una mittisse essent editæ. Sed & aliàs sylvestrium hujusmodi animalium missio per sexus discreta fiebat, ut videre est apud Salmasium *ad Solinum*, ubi plura hanc in rem *p. 213.* ut & apud Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. III. c. 7.* nec non supra, ubi de *Panthera*, & *Pardo*. Uti verò *varia* nomine pardus vocabitur, sic & equi qui Zachar. *c. 6. v. 3. 6.* בְּרֻדִּים *berudim*, i. κριοὶ ποικίλοι, *arietes varii* dicuntur, quòd maculis albis grandiores aut latiùs respersi essent, Hesychio modò ϒαῖροι, modò ποικίλοι, i. *varii*, vocantur; quorum illud à ϒαίρω, *florreo* est, quam avem esse *varian* nemo nescit. Unde ἀλεκτρυόνας, *q. sub varii*, Celtiberorum equi dicuntur Straboni *l. 3.* & asini ii, quorum color ex candido in cinereum vergit, Abiyrto *cap. 14.* Romani *gnatos* & *simulator* vocant, quas voces V. supra, & plura de hoc equorum colore, apud prætatum Bochartum, ubi supra *lib. II. c. 7.* Addam fatem, *Varii* nomen his equis manisse apud cteriores quoque ævi Scriptores, Ugutionem, Palladium *de Agricultura in Martio c. 13.* in *Gosiis* Consulum Andegav. alibi, inde Gallicum *vair* seu *vairon*, apud Auctores laudatos Car. du Freine *Glossar.* Imò & hircos Jacobi maculosos *berudim*, i. varios, Moses Genes. c. 31. v. 10, 12. dicit &c. V. quoq; hic passim, vocibus *Varius*, *Ferrandus*, *Pares*. Inde *variare* apud Latinos, ποικίλειν apud Græcos, de Plumariis ac Polymitariis, de quorum artificio supra dictum est: uti de *variis vestibus*, infrà quædam dicemus, ubi de *Versicoloribus vestibus*.

Varillæ, vugò *Barrile* vel *Barille*, castrum est Galliæ, Fuxo oppido proximum, & eidem fluvio adpositum. Ejus meminit Petrus de *Bello Albigensi cap. 55. Movens Comes roseer ab Apamiis, venit ad Castrum, quod dicitur Varillæ, prope Fuxum: quod combustum & vacuum inveniens, gente sua munivit*, apud Valesium *Notit. Galli.*

Varingi. V. supra *Vargi*.

Variolæ, morbi genus, apud Jovium *lib. 1. Cavolur VIII. Gallia R. bellum in Aragonios parans eos morbo, quos variolas nostri vocant, correptus. Ascæ mensem unum morari coactus est*: Vett. *papulæ*. Quas cum Indis, quibus ex hactenus incognitæ, Hispanos, occupatâ America, communicavisse, scribit Petrus Cieza *Rerum Indic. Tom. II. cap. 29. & 33.* in redhostimentum, hue Venerea inde primùm in Europam reportatâ, Guicciardinus *lib. 2.* & Bembus *Histor. Venetæ lib. 3.* V. quoque Sabellicum *lib. 9. Ennead. 7*

Varimpa, vulgò *Garrempe*, fluvius Galliæ, in Vingennam vel Vincennam fluvium, postquam cum Crosa minore *petite Creuse* receptus est Crosâ fl. influens. V. *Vingenna*.

Varius, propriè palus in summo furcillatus, Græcè σκάλαξ. Lucanus,

—— *dispositis attollunt vesica variis.*

Unde voce diminut *valli*, *ϕάρακες* castrorum, in summo figuram literæ *V.* referentes, de quibus retro. Ad boves postea transiit appellatio, qui *vari* dicti & *vara* habere *cornua*, quibus ad hunc modum illa expansa fiebant; *patulæ* aliàs & *patuli* Latinis. Ipsi tandem homines *vari* nuncupati, qui pedes extra versos & apertos habent, tibias & calces introrsum actas, genuaque in diversum patentia: quibus comparnes fui vatiæ oppositi, de quibus suo loco. Lucilius, de Alcumena,

Compernem. Sed non varum fuisse Amphitruonis aiunt.

Quamvis non pauci sint, qui & *vari*, & tamen junctis genibus ac compernes incedunt. Sed ut plurimum *vari* diversa habent, non conjuncta, genua, & grandes eunt gradus, Græcis ἰκριοῦν; qui quòd ad incedendum currendumque firmiores sunt variis seu valgis, hinc non canes solùm varis cruribus magis expetiti, sed & Archilochus ϰρανολόφους fuum, *seu ducem exercitus*, ϕωλεοὺς seu *varum*, vult esse. Imò vatiæ aut compernes in pueris corrigi vult Varro, non *varos*, de *L. L. l. 8.* quasi id inter pedum vitia nullum esset. Hinc *varica* mulier, apud Ovidium,

Illa velut conjux Umbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica ferit, gradus:

quæ grandia incedit & ingentes passus metitur, quod fieri, nisi multum apertis & varicatis cruribus, non potest. Item *varicare* seu *variare*, quocunque modo crura disparandique crura modus. Sic qui vineam confodiunt, *varicatis* cruribus stant, & qui sentinam in navi exhaurium. Aliter crura variecant, qui pedem alterum in anteriorem partem protendunt, uti faciunt, qui fossam aliquam transeunt, eius duntaxat latitudinis, quam necesse non sit transilire saltu; sed & qui grandi passu incedunt. Similiter, qui gradum componit ad pugnandum & excipiendum adversarii impetum, pede altero protenso, τὸν διαβάτην dicitur & *variecare crura*: Tyrtæus, ὃς ἀβρῶς πᾶσιν. Unde & ἀβρόβατον Græcis, qui *vari* Latinis. Cujusmodi immudebra primus fecisse proditur Dædalus, cum ante ipsum indifferens junctisque cruribus fingerentur. Quia autem *variecare* ἀβρόβατον Græcis, quod aliàs *transire* significat, hinc & Latini *varare* & *variecare*, pro *transire* simpliciter usurparunt. Varro de *L. L. l. 4. Vallum, rei quòd variecare ea nemo possit*, i. transcendere, transire. Unde *varatio stipendii*, apud Auctores de *Limit.* & *varæ*, ponticuli ex tabulis facti, quibus fluminum alvei varantur, γεφύραι Græcis. Quamlibet nempe tabulam in transversum jugis & arrectariis seu vibiis furcillisq; impositam sic Veteres appellabant: unde Prov *vara fequitur vibium*. Inde pro figere ulteriùs summum verbum, ficut διαπεζίζειν Græcis, ἀ πάσσω, *crura aperire ac divaricare*: Unde πεζοβατεῖν totum illud, quod inter ferotum & collum vesicæ patet, quæ summa pars est aperturæ femorum cruruma; & ἀμφιβαίνειν τοῖς ποσὶν *varius stare*. Hodieq; *guarare* dicunt Galli, pro κατακλᾶσθαι, *seu fugere*, ac fugiendo sibi cavere, unde *lupi* iisdem *guarantes*, de quibus supra. Porro, uti *varus* ille est varicatque, qui pedes non rectè ponit, sed ad exteriorem partem eos detorquet; sic *prævaricatus*, qui ultra modum id f. cit. Inde *prævaricare*, in officio fuo dicuntur, qui non rectè ambulant, ut funt Patroni illi, qui clientum suorum causam adversariis tradunt &c. V. plura hanc in rem, apud Salmas. *ad Solinum p. 943. & seqq.*

Vas, adis, Varroni de *L. L. l. 5.* dictus est, *qui pro alieno rationibus promittebat. Conjunctio enim eras, cum reus parum esset idoneus in certis rebus, ut pro se alterum daret.* Paulus ex Festo *Vadem* interpretatur *Sponsorem datum in re capitali*: quam differentiam etiam Ausonius inter *Vadem* & *Prædem* ponit:

Quis subis in panam capitali judicio? Vas.
Quid si tis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs.

In capitali itaque judicio *Vas*, quasi Sponsor mortis habitus; quæq; poena manebat reum, si non fisteretur, Sponsor fistendi se quoque fupplicio obnoxiùs reddebat: Cujusmodi *Vas fistendi & Vas mortis* Ciceroni dicitur, quemadmodum ἔγγυος θανάτου Græcis. Interim non solùm in re capitali, fed etiam in judiciis privatis, *Vades* hos dari confuevisse, qui Sponsores essent vel fideiussores sistendi aliquem in judicio, tradit Jac. Oifelius *Notis in A. Gellium l. 16. c. 10.* Salmasius verò *in De Modo Usur. c. 10.* contendit, *Vadem* proprie esse, qui citatus in judicium ire debet, ὁ βάδιν: Esse enim reum principalem, qui sese ad diem dictum sistere judicio teneatur & ire vel *vadere*, quò est vocatus. Quem verò Sponsorem pro fe dat, ut, nisi ea ipse, postea, quam, qui pro eo fide jussit, vicem ejus subeat, eum etiam *Vadem* appellatum, quafi qui pro vade promiserit eum iturum in judicium. Sic ergo cùm *Vas*, à βάς, vere esset ille, qui vocatus in jus vadere deberet, illum, qui exhibiturum se cum judicio cavebat, quasi *vadendi* & in jus eundi pro alio Sponsor, *Vadis* quoque nomen nactum esse, quia pro illo caviffet. Hinc *Vadimonium promittere* Sponsori talis dicebatur h. e. *itionem in jus pro alio & vadari*, non solùm *spondere* eft & vadem se pro alio constituere, fed etiam in jus vocare & *denuntiare alicui, ut in jus eat*; diem illi dicere, ut fit *Vas*, h. e. in jus ambuler. Proin in Philoxeni *Gloss Vadatur*, reddituv, κατηγορεῖται ἢ μετὰ παραγγελίας τινὸς ἀπέρχεται: quibus utrâque fignificatio attingitur. Nam μετὰ παραγγελίας τινὸς ἀπέρχεσθαι, eft constituere alicui diem cum denuntiatione, quâ in jus ire debeat. Sic Plautus *in Amphitruone*,

Ut sibi liceret mihi cum vadarier.

Id eft, *in jus vocare*, diem mihi *dicere*. Inde & *Vadimonium*, utrumque fignificat, ipfam ἐκβάσεως, *exhibitionem* five *in jus itionem*, & ἐμβάσεως ἐγγύου, *exhibitionis Sponsionem*: & *Vadimonium facere* dicitur is, qui fefe ſiſtit judicio & exhibet, non qui fponsionem facit; *Vadimonium* vero *præstare* dicitur is, qui pro alio fponſionem in judicio ſiſtendi facit. Eſt quippe hoc idem, cum Græcorum ἐγγύην δοῦναι, ἐγγυᾶσθαι δοῦναι. Ita Corn. Nepos *in vita Attici*, de Fulvia Antonii: *Nunquam illa vadimonium præstitit.* At in illa locutione, *Vadimonium facere*, neuno potest vadimonium pro fponſione & ἐγγύῃ interpretari. Quod diſcrimen optimè oſtendit Seneca *de Brevit. Vitæ*, *Quantum vadimonia ista ætas, aliena occupent*: ubi *ſua vadimonia* funt ἡ ἰδία ἐμβάσεις, quibus fuo nomine in jus quis ire citatus debet; At *aliena*, ἐμβάσεις ἐγγύου, quibus alium promittit aliquis fe exhibiturum. V. plura hanc in rem apud Virum incompar. *loco cit.* Ritus autem *vadandi*, apud Romanos talis erat: Actione adverſario edicta, eaque à Prætore poſt poſtulationem impetrata, tum Actor certâ verborum formulâ *vadabatur* Reum, id eſt, (ut interpretatur Roſinus) *Vades* five Sponſores petebat, fore, ut certo die (is plerumque perendirius erat) ſe in Jure ſiſteret. *Vadimonium* porrò, adhibito Juriſconſulto, concipiebatur. & qui provocabat, *vadari*; qui provocabatur, *vadimonium facere*, dicebatur: Con-

cepot

ceptio sic vadimonio, & Sponsoribus accepris, & Jure discerdebatur. Interea, dum res in vadimonio fuit, Reus cognità actione aut Actori fine judicio cedebat, rem pacto aut transactione componens; aut se ad contendendum parabat. Quorum posterius si placuisset, tertio inde die, qui dies cognitionibus erat dicatus & *comperendinus* appellabatur, Prator actiones edictas & postulatas ex tabulis ordine recitari atque Actores & Reos citari per Accensum jubebat; ut judicia actionibus eorum cognoscendis darent: quorum illud *dicere vadimonia*, hoc *addicere judicia*, vocavit Jurisconsultus *Saturnal. l. 1. c. 16.* Si verò litigatores ad vadimonium die constituto non accurrissent, litem amittebant; Reus præcipuè, si *vadimonium deseruisset*, &c. V. Car. Sigonium *de Jur. Rom.* Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib. 9. cap. 12.* & 13. Addo falsem, quòd Cæso Quintius *vades* primus dedisse legitur, homicidii accusatus, apud Livium *l. 3. c. 13. Reus, dum consuleretur Patres, reuentur in publico est, vades dare placuit, unum eadem tribus millibus aris obligarunt, quas darentur, pervenissem Tribunis est, dictam fuerunt. Ita vadibus accusator vadatus est reum. His primus vades publicos dedit. dimissus à Foro.* ubi Gronovium vide.

Vas, asis, à vefendo, quòd in eo *vefæ* ponantur, Eruditis dictum est. Iis fictilibus antiqua simplicitas usa est, neque in pauperioribus tantùm ædibus, sed & in opulentiorum convivis, imò & in Deorum fanis ac sacrificiis solemnibus, quemadmodum & ipse Deorum fictor vetustissimis temporibus *a*, & Templorum parietes, ex argilla fingebantur. Valerius Max. *l. 4. c. 1. tit. 9. Cui Consultum gerenti, cum Æsculorum gens omnis usus vasa argentea, magno pondere, exquisità arte fabricata, per Legatos misisset: qui superiore tempore gratulandi causa ad eum profecti venerant, fictilia se in ejus mensa vasa vidisse: monuit, ne consentiat, quasi pauperiati, successurendum putarent, & cum suis fascinis abire jussit.* Quod ille de pristina cœna Tuberonis, id ali aliud publicum epulum, quo civitatem totam in Capitolium convocavatam exceperat, referunt. L. Seneca *Epist. 95. in fin. Tuberonis lignea lectulos, & cùm in publicum sternerentur, hoc ipsa, ne pretiosa gestis pelles & ante ipsos Scyris cellam, proposita convivia vasa fictilia, quid aliud est, quàm paupertatem in Capitolio confecrare?* Et paulo post, *Omnium illorum autem argentum, fractum est & millies conflatum, ut omnibus fictilis Tuberonis fictilia displicerent.* Sic de Tusplis facrisque ritu, Tullius *apud eos. ex. Fragi religio & pauperes ritus & nulla Capitolia veranda calo, sed temerata vita de ceffice altaria & vasa adhuc Samia & nidor ex illis.* Plinius item *l. 36. c. 2. Non tamen in tam malo exemplo moribus cavere utilius fuerat, quàm tacere tantas moles in privatum domum trahi, præter fictilia Deorum fastigia &c.* Sequiore posteà ævo ex argento auroque conflari cœperunt : inque *crystallis calebam augumenta glacialibus*, Sidon. Apollinaris *l. 2. Epist. 13. murrhina* item adhibita fuit, Plinius *Præfat. ad lib. 33.* neque argentum amplius aurumque satis, nisi embamata accederent, & gemmæ : Isidor. *l. 20. c. 4. In vasculis vero requirunter quæ placeant, manus Artificis, pondus argenti. splendor metalli.* Et supra, *Calasa vasa, argentea vel aurea sunt, quæ signis eminentioribus intus extrave expressa, à cælo vocata, quod genus ferramenti est.* Cic. *4. Verr. Exposiit multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, ut mos ejs, Regibus, & maximè in Syria, gemmis erant distincta clarissimis.* Græcis *χυτρίδιον* dicta: quorum usus non in poculis modò, sed & in paropsidibus aliaque fuit fupellectile. Martialis *lib. 2. Epigramm. 43.*

Immodici tibi flava ligum Chrysendeca mulli.
Ut minimum, libras debet habere duas, &c.

V. Thom. Dempsterum *ad Rosinum lib. 5. c. 30.* Nec à materia solùm, sed & ab Artifice, locisque, ubi fiebant, pretium: unde Corinthia & Deliaca, magni æstimata, quæ adservabat è fervorum numero quispiam, dictus *à Corinthis & Corinthiarius Romæ. Ti. Talus Pavatus, à Corinthis.* Et, *Callisyche, Zoili. Corinthiar. Agrip.* Unde, qui ad Augusti statuam, apud Suetonium in *vita cap. 70.* tempore proscriptionis, adseripsit, *Pater Argentarius. ego Corinthiarius.* in hac etiam vocis notione videtur fuisse, ut Patrem & Filium notaret, velut minùs ingenuæ conditionis. Eòdem *Faber à Corinthis*, cujus meminit Inscr. Romæ, *P. Lucrinus. P. L. Thalamus. à Corinthis. Faber.* Æneæ autem illa erant. Sed etiam luxuriâ grassante, manfere fictilia in delicatorum Triclinia. Vitruvius *l. 8. c. 7. in fin. Saperem quæ, meliorem è tubulis esse, quotidianas poteft indicare victus, quod omnes, extrudias cùm habeant vasorum argenteorum mensas, tamen propter saporis integritatem fictilibus manentur.* Neque verò conducendi erant, qui hæc facerent, uti nec Cælatores ac *Vasculari*i, cùm domestici adessent. Juvenalis *Satyrâ 9. versu 145.*

Sumibi præsecta curvus Calator & alter
Qui vultus facies pingat cui.

Ubi vetus Interpr. *Calatorem* explicat, *fervum Argentarium laborantem, Anaglyfiarium* : quæ tamen disparare videtur antiquis Inscr. fepulchralis, quæ Romæ legebatur, *Antigonus. Germanic. Cæsar. Argentarius. vixit. ann. 42. Amianius. Germanicus. Cæsar. Calator. fecit.* Omnia autem hæc vafa vitrea, efcaria & potoria : Item cryftallina, murrhina, fictilia alia, Supellectilearii eum erant commissa, qui in vett. *Inscr. à Supellectilibus* dicitur, de quo V. *supra*, & plura de his apud Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* De *vafis* vinariis feu potoriis, diximus retro in voce *Acetum* : de *vafis* facris vett. Hebræorum, in vocibus, *Sanctuarium & Tabernaculum* : Romanorum in facris ufitata *vafa* paucis hic fubjungemus, ex Joh. Rosino *Antiqq. Rom. l. 3. cap. 31.* plura qui volet, adeat Gregorium Giraldum *lib. peculiari de Vasis, quib. Vett. in Sacrificiis ufi funt.* Fritis faltem hoc addam, *Vafa pro ficalia* non minùs, ac ciftas, in quibus condebantur facrificio neceffaria, ut & victimas ipfas, quæ, & homines, qui illas offerebant, fana tandem, in quibus facra fiebant, apud Gentiles olim coronari confueviffe, uti plurimus docet Cas. Paschalius *Coronarum l. 4. c. 19.* In Ecclefia Chriftiana, *Κανδύλια* dicuntur *vafa aurea* five *vela*, & quidquid eft in Veftiario feu Templi cubiculo fanctum ac pretiofum, in Conc. Chalced apud Evagrium. Cyrillum. Balfamonem, Alios. *Cemelia* quoque & *Cimelia* Anaftafio Biblioth. paffim. Quæ proin qui cuftodiebat, *Repositarius*, vulgò *Sacrista* ; in Conc. Toletano I. *Cuftos Ecclesiæ*, ufitatiffimè *Σκευοφύλαξ* appellatus eft. V. fupra *Scevophylax.*

Vafa, apud vett. Romanos, in Sacrificiis ufitata hiftoria docet.

a. Aquinarium feu Amula, *vas* luftrale fuit, *præfericulum* aquæ, Religionis expiationisque ergò deftinatum. *b.* Afperforium, quo aquam luftralem afpergebant : Dicebatur etiam *Afpergillum & Luftrica. c.* Candelabra, *vafa* erant, in quibus candelæ figebantur. Varro *de L. L. lib. 4.* Exhibet Candelabri iconem Rofinus *loco cit. b.* Capeduncula & Capis, potuli genus, dictum à *capiendo*. Varro *de L. Capis, & minores Capidulæ dictæ, ut fcribit Caperonius. Harum figuram in vafis facris lignea & fictilia antiquas etiam nunc videmus.* Cicero in *Paradox. Capedines, Capeduncu las & fictiles urnulas* appellat. Iconem habes *ibid. c.* Difcus, lanx in qua affæ carnes reponebantur. *f.* Dolabra, inftrumentum quo in dolando utebantur. *g.* Enclabria, five potius *Anclabria*, appellabantur *vafa* ænea, quibus Sacerdotes utebantur. *Anclabria mensa miniftrorii divinis aqua*, Feft. Nomen is ab *ancolare*, id eft, miniftrare, *Lanctare*, haurire, in Attilæ vit. Sic & Anclabrio anguito, quo aqua hauriebatur: dictum, quòd ftare non poffet, fed, fi in terra ponertur, ftatim *funderetur*. Utebantur eo in facris Veftæ, Flaminicæque Virgines facrorum miniftræ aut Veftalium famulæ, & nonnunquam pueri Flaminum miniftri, quos *Camillos* appellabant, patrimi & matrimi omnes coronati id manibus tenebant. Quidam Eruditi *Cadum* etiam ac *Scyphum* dixere. V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. l. 6. c. 7. ubi Lucernam Minervæ* Cypriacam exhibet. *h.* Patella & Catinus, à *patendo*. Utebantur autem Pateris, adhuc Varronis ævo, in publico convivio, antiquitatis retinendæ causâ, quum Magistri fiebant, iisque potio circumferebatur: Et in facrificiis, Magistratus Deo dabat vinum. Parellæ verò dimunit. *vafa* erant picata parva facrificiis itidem faciendis apta. V. Patellæ iconem, cum capeduncula, fecuri, lituo & urnula, in nummo P. Clodii. *k.* Præfericulum, *vas* fuit æneum, five *aña* patens fumantem, velut pelvis, quo utebantur in facrario Opis Confivæ. Iconem apud Rosin. *l.* Secefpita, à *fecando*, cultet fuit ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo, folido, vincto ad capulum auro argento que, fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines Pontificefque ad facrificia utebantur. *m.* Securis: utriusque Iconem V. ubi fupra. *n.* Sympulum, vas parvum, cyatho non diffimile, quo vinum in facrificiis litabatur: V. fupra in hac voce. *ŏ.* Thuribulum, *vas* quo thura adolebantur ; V. ibidem fupra. *p.* Urnula, V. hic fupra *Capeduncula*, &c.

Vas, recentiori ævo, Sepulchrum dictum eft fubterraneum cameratum, ex lapide vel marmore ftructum, in quo demortuorum cadavera recondita. Gregorius Turon. *Miracul. lib. 1. c. 98. Factum eft autem, ut — in basilica B. Vincentii fepeliretur, in qua ipfe fibi vivens vas depofuerat.* Unde *vas difumum*, h. e. duo corpora capiens, in vet. Inscr. P. ÆLIUS VALERIANUS HOC VAS DISOLUM SIBI ET FELICITATI CONIUGI ET TRIBUNAL EX PERMISSU PONTIFICIS PERFECIT. Hodieque Arverni & Lemovices fepulchra *vafa* appellant. Idem *Vafellum* notat, in alia *Inscr.* DEPOSITUS P. XII. IN VASCELLO ET MASSA &c. apud C. du Freine *Gloffar.* ubi *vas* ejus ævi Scriptoribus majores lapides, arma, campanas, naves, apumque alvearia, quoque dici confueviffe, adnotat.

Valarium, in *Gloff.* Græco-Latinis *Σκαφίδιον*, in aliis *Καδίσκιον*, locus ubi *vafa*, pocula inprimis, reponebantur, Hifpanis hodieque *Vafar*. Alias vocis notiones habes apud Hadr. Turnebum in *Advers. & Jac.* Gothofredum *ad l. 12. Cod. Theod. de Conservibus.*

Vafca, apud Solinum, *c. 5. Terminanis locis infula eft arundinum ferax, quæ accumodatiffimæ funt in omnem fontum libriarum, fin præcentorias faciat, quarum locus eft ad pulvinaria pracinuti: feu valcas, quæ foraminum numeris præcenturias annexuum &c.* tibia eft

eſt Servio, quam ὠκυπόδων Græci, *idiam curvam* Virgilius, *obliquam* Plinius, appellant. Symphoniacorum fuit, juxta Servium, & Midæ Phrygia, an Panis, inventum, quorum illud Plinio, hoc Theocrito viſum. Pollux ex loto & apud Libyas primùm factam ſcribit. Cerè plagiaulos à Phrygia tibia, quæ tamen & ipſa quoque curva five obliqua, & inſtar illius cornu habebat additum, (de quo V. ſuprà, voce *Codon*) ac λύκιος Græcis dicebatur, diverſa fuit, uti pluribus oſtendit Salmaſius *ad Solinum p.* 123. ubi ex arundine *vasias tibias* fieri ſolitas ſcribentem hunc Auctorem refellit, vel inde, quòd ſic à *vaſo* ſono, quem edebant, dictæ ſint. *Varias* autem idem, quod leves & inanes, unde *vaſæ tibiæ*, quæ, propter levitatem acuminis, levioribus & acutioribus modis inſonabant. Quam ob cauſam vaſcam tibiam μελαγκωμὸν αὐλὸν interpretantur vett. Gloſſæ, quòd in hiſce artem experiri meditatique confueſſent Tibicines: μελετᾶν enim Tibicinum proprium. Unde *meletari*, apud Fulgentium; & *commeletari*, apud Hyginum, *Quas tibias Marſyas — invenis quibus aſſiduis commeletando ſanum juvenem indies faciebat, adeo ut Apollinem ad citharæ canum provocaret* &c. V. Salmaſium ubi ſuprà *pag.* 122. 124. & *Notis ad Carinum Fl. Vopiſci*, ubi inter alia, *vaſas tibias* cum *ſiniſtris* easdem fuiſſe, addit: nec non ſuprà paſſim, inprimis voce *Phorinx*.

Vaſconia Vallis, le *Val Vaſcois*, villa Galliæ memorata *in itin.* Rotberti Regis Franc. ubi habet Vaſſum S. Dionyſii in Beliſia ſitas, Tiberniomem, Tauriacum, Rubridum *Rouvroy*, *Vaſconia Vallem* & Alinarias *ajnieres*. Hadr. Valeſius *Not. Gall.* in voce *Tauriacum*.

Vaſcorum regio, V. in voce *Vaſci*.

Vaſcularii, apud Ciceronem *6. Verr. Inſtituit officinam Syracuſis: in Regiam maximam palam Artifices omnes, Cælatores & Vaſcularios convocari jubet*: ſunt, qui *vaſcula* ex puro argento faciebant. Poëta,

— *argenti vaſcula puri.*

Sicut Cælatores, qui ſigna ac ſigilla vaſculis hujusmodi includenda cælabant. Et quidem in Arte Ἐρωτικῇ *Vaſcularii* & *Cælatores* ſeparati poterant, in Τοξοδεκίῳ verò erant iidem, Salmaſius *ad Solinum p.* 1047. & 1048. V. quoque ſuprà, ubi de his Artibus.

Vaſileus, apud Luitprandum *in Legat. Cùm Chriſtophori filium Petrus Bulgarorum* Vaſileus *conjugem duceret*: ex Græco Βασιλεὺς, Rex eſt, cæteros dignitate ac potentia eminens, qua de vocis notione, medio ævo uſitata, diximus ſuprà, in *Baſileus*.

Pasquerius Gabriel, Hiſpanus, Bellomontanus, Jeſuita: *Vir magnæ ingenii, aſſiduæ atq; inſignis lectionis & in perſcrutandis atq; eruendis S. Patrum recondidis ſententiis ſummæ diligentiæ, utroque cerè ornamento Virtutum ac Literarum ita inclaruit, ut omnium retro ſeculorum illuſtriſſimis Viris deberi jure optimo animo meruerit*, Philipp. Alegambius Biblioth. Sacr. Scriptoris Jeſu. Obiit A. C. 1604. Helvicus *Chronol.* Ejus extant, *in ad Romanos, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Theſſalonicenſes* 2. & *ad Hebræos Paraphraſis & Expliciatio compendiaria, aliaq; Opera prodierunt* 10. *Tom. fol. Lugduni* A. C. 1620. 9. *Volum. fol. Ibid.* A. C. 1631. 8. *Vol. fol. Antverpiæ* A. C. 1631. V. Guil. Crovræum *Elenchо Scriptorum S. Scripturæ*.

Vaſſo, apud Gregorium Turon. *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 32. *Veniens verò Arvernos, deluorum illud, quod-Gallicâ linguâ* Vaſſo *Galatæ vocant*: Savaroni templum eſt Martidicatum. Aliis templum in genere: quippe etiamnum juxta Claromontem locus, ubi olim ſuit ædes S. Attemii, de *Vaſ ſaint Artem* appellatur, i. templum S. Artemii: ut apud Delphinates, locus, ubi ædes S. Marcellini fuit, poſtmodum deſtructa, & ad quem pro impetranda pluvia proceſſiones fieri ſolent, *le Champ du Vas* appellatur, ut auctor eſt Cl. Expillius, apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Vaſſus, & *Vaſſallus*, voces ſynonymæ. Et quidem Vaſſi primitus dicti, quos *Familiares* ſequens appellavit ætas, hoc eſt, domeſtici, qui ex Regia aut alicujus Principis familia erant, inde *Vaſſi Regales* & *Dominici* appellati; quorum dignitas magna fuit, ut qui poſt Epiſcopos, Abbates & Comites ſtatim nominantur, in *Capit.* Caroli C. A. C. 877. *cap.* 1. & injuriâ affecti, pari cum Miſſis Dominicis pœnâ, vindicabantur, *l. Longob. l.* 1. *tit.* 13. *§.* 3. Ita autem ex Familia Regia erant, ut fide & ſacramento Principi obſtricti eſſent, hinc *drudis*, i. *Fidelibus*, jungun-tur, in *Capitul. tit.* 23. *cap.* 4. atque à Germ. *vaſſen*, quod eſt obligare ſeu vincire, nonnullis dicti videntur. Mittebantur ſi nonnunquam extra ordinem à Principe in provincias, ut Comitibus adeſſent in juſtitia adminiſtranda, & cum eis jus dicerent, aliaque Rei publicæ negotia exequerentur, *l. Longob. lib.* 2. *tit.* 2. *§.* 2. quo caſu reſpectu Comitum id erant, quod Capellani minores reſpectu Epiſcoporum Abbatumque, uti docet Walafridus Strabo *de Reb. Eccl. cap.* 31. Iisdem marcharum cuſtodia interdum tradita, ut eſt in *Capitulis* Caroli M. *lib.* 4. *cap.* 4. Ad cujusmodi miniſteria cùm pergebant, vel in iis conſiſtebant, quemadmodum Miſſi Dominici & Comites, accipiebant *conſectum*, quo nomine appellabatur medio ævo contributio ſeu ſumma pecuniæ à populo in unum collata, quæ Miſſis Regiis

exſolvi ad itinerum victus, impenſas ſarciendas ſolebat. Etiam *Beneficia*, quæ à Principe in provinciis iis quarum que dabantur *Ibid.* Subſcribebant porrò *Charis* Dominorum ſuorum, adjectâ hâc ipsâ *Vaſſalli* dignitate: erantque in majores & minores diviſi &c. Quòd ſi criminis aut alterius delicti incuſarentur, non ipſi, ſed *meliores eorum homines juramentum perſolvebant*, uti habetur in *Capitulis* Karolomanni *R. tit.* 2. *cap.* 4. & 11. quem *honorem Vaſſatici* vocant *Vaſſa* habendum *Capitula* Caroli M. *lib.* 2. *c.* 24. Poſtmodum *Vaſſorum* ſeu *Vaſſallorum*, ut Cataneorum ſeu Capitaneorum, ſub poſtremis Imp. Alemannicis, introductus fuit Ordo honorarius, qui etiam ad poſteros, nulli licèt loco aut gubernationi addictus, transmittetetur, uti colligere eſt ex *Charta* Conradi Burgund. R. A. C. 944. apud Guichenonum. Imò & *Vaſſos Vaſſallosq;* creatos ab Imp. interdum etiam ipſomet Auguſtos aliis Nobilibus eosdem creandi jus impertiſſe, liquet ex *Bulla* Caroli IV. Imp. A. C. 1355. quâ Milano de Beccharis civi Papienſi, Notariòs & Tabellliones creandi, illegitimos Natalibus reſtituendi, & *Vaſſallos faciendi quatuncque ſponte voluerit, Principibus dumtaxat, Ducibus, Comitibus, Baronibus, exceptis*, facultatem concedit &c. Hinc *Vaſſallatum*, fides à *Vaſſo* Principi præſtari ſolita, idem quod *Hominium*. Item præclarum in præliis facinus: fortè quòd *Vaſſi* ſeu *Vaſſalli* eſſent viri militares, & iidem, qui poſtmodum *Milites* ſimpliciter dicti. Quam in rem V. plura, apud Car. du Freſne *Gloſſar.*

Vaſta Porta, ſontibus data, apud Nierios, memoratur Silio Ital. *lib.* 13. conprehenter ei, quod in Hiſtoria Evangel. hanc in rem legimus. Noxiorum namque magnum numerum ubique, quam plurimum eſſe, Ethnici quoque agnovere. Statius *Thebaid. l.* 4. *verſ.* 484.

— *contrà per crimina ſunctis*
Qui plures Erebo —

Ad imitationem Virgilii *Æn. lib.* 6. ubi de locis Inferorum,

— *Quæ maxima turba eſt*,
Quiq; penam capitale &c.

Vaſtum nempe latum eſt, ſed denudatum proprie cultu omni. Unde *vaſtum*, apud mediæ ævi Scriptores de agris, qui non excoluntur: & apud Jurecoſſ. Anglos vox hæc jungitur cum anno & die, dicitur que *Annus, dies & vaſtum*, quæ quidem verba jus deſignant *vaſtum* faciendi in præliis Felonum, ut videre eſt apud Stanfordium *in Placit. Corona l.* 3. *c.* 30. & ſuprà, voce *Condemnare*. Hinc *veſtare*, communiter populari & vaſtefacere. Item occidere, & quidem non unum aliquem, ſed turbam. Unde *vaſtator ferarum Amycus*, apud Virgilium *Æneid. lib.* 9. & de cæſtris Rheſi idem *lib.* 1.

— *primo quæ prodita ſomno*
Tydidei multa vaſtabat cæde cruentus.

A quo communi notoque uſu, in interiorem bonumque, tranſlulit vocem, Papinius Statius *Thebaid. lib.* 6. *verſu* 157. ubi de Hercule,

— *vaſtatq; monſtris*
Omnia —

Hic enim vox *liberare* ſignificat. Uti *vaſtata ferie luſtra* legunt, apud Val. Flaccum *lib.* 1. viz. liberata noxiis carum deprædationibus, *lib.* 1.

— *haud aliter ſaltus, vaſtatq; penitx*
Venator cùm luſtra fugit, dominoq; timentem
Ut gyro equum, tenerasq; cohortibus ſaltere tigres.

Nec abludit Maro, egregium venatorem *vaſtatorem ferarum* indigitans, ut vidimus &c. V. Caſp. Barthium *Animad verſion. ad Statium d. l.*

Vaſtimmm, vulgò *Vatan*, locus Galliæ in Biturigibus Cubis, Hadr. Valeſius *Notit. Gall.*

Vates, apud Poëtam,

— *novis nam, omnia Vates,*
Quæ ſint, quæ fuerint & quæ ventura trahantur,

ex Græcò φάτης, apud ab Hebr. נָבִיא. i. *prædicit*: an ἀπὸ τοῦ ἀνιέναι, ἀφιέναι, à Lat. *fari*, quod etiam ἀπὸ τοῦ φάτνιον eſt; unde *fatum* & *fatuus*, idem quod *Vates* primitus. Juſtinus *lib.* 43. *Fatuo ſuit nomine Fatua, quæ aſſidue divino ſpiritu impleta, velut per furorem futura prænunciabat*. Dicitur, qui fatidicæ plenus ſpiritu futura prædicebat, magnâ olim apud Gentiles in veneratione; apud quos non deſiit Sibilla Dei ſuos Γνώμονας excitare, annulatione aliquâ verorum Dei in Iſraële Prophetarum, ut hoc pacto auctoritatem ſuis facerimis ſacris, in illa ſeculi caligine, conciliaret, Dominique ſui Regnum, quà pote, iret imminutum. Hinc & furor quæſitus, ad ἐνθουσιασμὸν Prophetarum ſimulandam, de quo quædam diximus ſuprà: & veſtes facræ ſumptæ, inter quas *tibia* eminebat, & *alba tunica*, quo ornatu inſtructi incedebant *Vates*, etiam in proclivitu, etiam armati. Val Flaccus *Argonaut. l.* 1.

Hic Vatis Phœbiq; fides, non vana Parentis
Monſtat: Punices cui circumfuſa cubiurno
Palla imos ferit alba pedes; vittataq; fronte
Caſſis, & in ſummo taurus Phœbeia cono.

V. de *Vittis* infrà, & de *alba Vatum habitu*, egregia quædam

apud Casp. Barthium *Animadversom. Papinianis Theb. l. 6. v. 330.* Sed & *Iturus* illis præcipua, quam gestabant & admordebant, vaticinandi scientia callere desiderantes, unde Δωφωνῶντες *Vates*: quâ itidem coronabantur, ut & Poëtæ, ad quos appellatio extenſa. V. ſupra. Et quidem, ut alia *Vatum* miniſteria præcedeam, priſcis mos erat, ut *Vates* aciem præcederet, lauro coronatus ac facem manu geſtans, Πυρφόρος inde dictus: à quo quia belli vim utrinque, tanquam à viro ſæro, abſtinerent, vetiverbio vulgari, *Ne quidem ignifero parcitum*, ingentem ac interneciuam ſtragem indigitare ſolebant Veteres, uti ſupra diximus loco non uno. Reſponſa illorum *oracula* dicebantur, cùm illis, qui non ex divino inſtinctu; ſed temerè futura prædicebant, tantùm præfagia tribuerentur &c. In ſpecie, *Vates*, unum erat ex tribus Saliatus muneribus: apud Romanos, memoratis Jul. Cæſarolino in *Annig. Rudent.* Amplatium Epiſc. *Epiſt ad Hieremiam Archiep. Senonenſem*, Alios. Hinc *Vatica* feu Bellonaria herba, de qua ſupra, ubi & de *Haliacatabi radice*, vaticinaturis ſumtâ; ſicut Ægyræ Sacerdos idem factura, taurinum ſanguinem hauriebat: *Vaticini Libri*, de quibus Livius paſſim &c.

Vatio, ſeu *Vacius*, Græcè βλαισός, alter *Valgus*, dicitur, qui, pedes ſui rectis aut parallelis lineis neutiquam conjunctos, introrſum eos converſit, ſicut *varus* de quo ſupra, extorſum. Quod vitium in infantibus ſolicitè corrigi vult Virro *de L. L. lib. 8. Quum idem faciat, ac ſi quis puerorum per delicias pedes malè ponere aut, imitari vatias caperit, hos corrigi oportere concedam. contrà ſi in conſuetudine ambulandi jam factus ſit vatia, aut compernis, hi eum corrigi non concedam.* Pueri autem imitantes hujusmodi homines, calces multum invicem diſtantes collo-ant, & digitos pedum rotos introrſum flectunt, ut penè ſese tangant: literam V. inverſam exprimentes, quam quàm varii faciunt. Tales enim *Patiæ*, uti docet Martialis ipſemet

Cùm ſint crura tibi, ſimulant quæ cornua Lunæ.
In Rhytio portant, Marce, lavare pedes:

de quo V. ſupra, voce *Rhytium*. Iidem, cùm extorſum crura incurvent & ſuras habeant in diverſum patentes, genua propiùs jungunt, adeoque ut plurimùm & compernes ſint, *Sambi* quoq; Latinis, & σαμβικὸν Græcis, appellati: Cujusmodi pedes habuiſſe Adjabenos plerumque, quos & Σαυκόποδας Strabo *lib. 10.* conjicit Salmaſius: qui Ἀ Σαυκόπους putat dictos, quaſi τὸ Δίσκειν impotes, qui minime pedentes trichili, modò more *chelydri*

Intortus cucumis &c

V. Salmaſium *ad Spartianum Adriano*, & ad Solinum *pag.* 944. & 949. Addo hoc unum, in Sacerdote, item agno aut hœdo mactando, quem Legislator *integrum*, *maſculum* & *amiculum* jubet eſſe, Exodi *cap.* 12. *verſ.* 5. Hebræos quinquagina vitia commentos eſſe, propter quæ nec offerre potuerit Sacerdos, nec offerri victima, in quibus hoc etiam, ut pedes habeat

מכוערות *contrifides*, ubi *victimæ* velint, aut *compernem*, dubitat Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 50. V. quoque ſupra voce *Varus*.

Vaticanus Deus, apud Romanos, qui Infantium præeſſe *vagitibus* credebatur, Auguſtinus *de Civ. Dei lib.* 4. *cap.* 11. *Ipſe in vagitu os aperiat, & vo etur Deus Vaticanus*, Sic enim ibi cum antiquiſſimis libris legendum, non ut vulgò, *Vagitanus*. Quem admodum & *dicto libro cap.* 8. *Aut Vaticane, qui infantum vagitibus præſidet.* V. A. Gellium *lib* 11. *cap* 17. *Quæ vaiis vocabuli ſit agri Vaticani?* cum Jac. Oiſelii JC *Notis*. De *Vaticana* verò *Baſilica*, quam *omnium Eccleſiarum caput* vocat Lucius III. *Epiſt.* quamque omnibus reliquis Urbis Baſilicis præſtatam voluit Innocentius III. in *Bullar.* Caſin. *Tom. II Conſtitut.* 234. de dedicatione intrimis ejus Novembri menſe olim fieri ſolita, & ornamentis habes non pauca ar.ud Dominic. Maicium *Hierolexico*: uti de *Bibliotheca Vatic.* apud Jac. Sponium *Itiner. Parı. 1. pag.* 39. & *ſeqq.*

Vaticinatrix Machina, ſeu Statua, in *Muſæo* Kircheriano, V. ſupra *Divinatrix*: plura autem de *Vaticiniis Vet.* hic paſſim, ubi de *Augurüs*, *Auſpiciis*, *Oraculis*, *Prophetis*, *Sibyllis* &c. ut & in voce *Vates*.

Vatillum, quod aliis *Batillum* minùs rectè, uti docet vetus Horatii Interpres, qui *Vatillum diminutivum ait eſſe à vaſo, quaſi vas parvum, in quo odores incendebantur.* Græcis ἄμαν, quæ vox cùm duas res ſignificaret apud illos, & inſtrumentum foſſorium, cui ſimile eſt, & illud, quod ad ignem paratum eſt: poſtea ut diſtinguerent ἄμαν, quæ ad ignem miniſtrat, ab illa ἄμαξ, quæ fodiendi inſtrumentum eſt, illam πυρφόρον vocaverunt, h. e. ἄμαν πυρὸς, vel ἀπὸ πῦρ, hanc verò nomen ſiverunt habere, quod prius. Donec lapſu temporis πυρφόρου etiam appellare cœperunt illud inſtrumentum, quod proprie ἄμαν dicebatur, nec ignì ſerviebat, ſed fodiendæ terræ erat aptum, quodque ἄροτρα Græci, Latini *ſarculum* aut *ligonem*, item *upupam* vel *opupam*, vocavere. Idem ferme novi *Vatillum* accidit. Vid. nur enim Latini Græcos in eo imitati, ut voce hac non ſolum denotarent id, quod igni ſervit, inſtrumentum, ſed etiam aliud genus, quo colligitur fercus aut tollitur, uti diximus ex Varrone *lib. 3. cap. 6.* in quo loco *Vatillum* non eſt ſecarium inſtrumentum, ſed aliud, quam *patam* vulgò vocitant Galli, ſive ferrea ſit, ſive lignea, tollendo colligendoque ſtercori, & alii rei cuilibet, apta &c. Quam in rem V. plura apud ſalmaſium *Not. ad Claudium Trebellii Poll.* Alia ab hac *focaria* & *foſſoria lama*, ſeu potiùs *ama*, eſt, cujus in reſtinguendis olim incendiis uſus, de quo diximus aliquid retro. V. quoque ſupra, voce *Batillum*.

Vavaſſor, vel *Vaſſor*, vox medii ævi, idem cum *Vaſſo* nostans, inde nomen. Eorum conſtituit duos ordines Conradus Imp. in *I. Longob. l. 3. tit.* 8. §. 4. *Majorum* ſc. & *Minorum*. Sub *Majorum* appellatione complectitur, quos *Barones* alii vocant, ſub *Minorum* verò, qui communiter *Vaſſores* appellantur, & Baronibus poſtponuntur, ſicut Thayni minores majoribus, de quibus dictum ſuo loco; vel Milites ſimpliciter appellati, iis quos *Baronemos dixere*: *quique proin majoribus suberanı ratione tenementi*, & feuda minora, inferiori tantùm jurisdictione gaudentia, poſſidebant, atque cum prædiis, quemadmodum hoſpites, alliique aſcripſitii, vænibant. V. de utriuque Jub. Seldenum *de Titulis Honorar.* pag 636. 2. edit. Car. du Freſne *Gloſſar.* Alios. Hinc *Valvaſini*, de quibus ſic Zaſius *libro de Feudis* 2. tit. 10. *Is Capitanius appellatur, qui propriè* Valvaſſor major *appellabatur: qui verò à Capitaneis antiquitùs fendum tenent*, Valvaſſini *vocantur. Qui autem à Valvaſſoribus* — Valvaſini, *id eſt, minores Valvaſſores appellantur. qui antiquo quidem usu conſuetudinem suam nullam habebant. Valvaſore enim ſine filio mortuo, ſendum, quod Valvaſori minori dederat, ad Capitanium revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in Curia Mediolanenſi, quo & Valvaſores.* Ubi vide Cujacium ceterosque Interpretes.

Vaudemontium, opp. Lotharingiæ, cum tit. Comitatûs olim, pam Principatûs, de quo V. voce *Valdemontium*. Et quidem cùm Nicolaus cognom. *Fenuſius* D. Lotharing. fine prole maſcula obiiſſet, Lotharingiæ perveniit ad Fridericum *Vaudemonti* Com. qui amitam ejus Jolanthamin matrimonio habuit: à quo tempore titulus hic à Lotharingiæ Ducibus uſurpatus & nonnunquam minoribus filiis conceſſus occurrit. Sic Carolo Duce, qui obiit A. C. 1608. genitus Franciſcus D. Lotharingiæ, Com. de *Vaudemont*, obiit A. C. 1632. pater Nic. Franciſci Lotharingi, cujus filius Carolus eſt Lotharingiæ Dux hodiernus. Jam verò *Principis Vaudemontii* Carolo Nic. Franciſci fratre majore geniti, nota virtus & res geſtæ &c.

Vaurum, adde: *Caſtrum Vaurum* vocatur Petro *Peſſor. Aſtor. cap.* 48. & 49. ubi ait: *Erat autem caſtrum illud nobiliſſimum & amplisſimum inter Agoum fluvium, diſtans 5. leucis à Toloſa.* Guilelmus de Podio Laurentii *Miniſtrum caſtri Vauri* vocat, *Chron. cap.* 33. Alluit illud Agotus fluv. *l' Agout*, à Maſſono, primi ejus nominis ignaro, *Acutus* appellatus parùm acutè: minimè enim id nominis fluvio convenit. Et Agotus quidem, multos annos defert in Tarnenem, qui in Garonnam cadit: at *Vaurum* in pago Lauracenſi *Lauragez*, poſtium eſſe dicitur, & ibi in Monaſterio S. Alani, quod Canonicorum erat Regulam B. Auguſtini ſequentium, ſedes Epiſcopalis eſſe conſtituta. Loca præcipua in ejus diœceſi contenta V. hic infrà, & Hadr. Valeſium *Notit. Galliæ, in voce Apamia.*

Loca in Diœceſi Vaurenſi, in Volcis Tectoſagibus, celebriora.

Altus pullus *Haut poul.*	Prata *Prades.*
Monslongus *Monlong.*	Suriculum Mon. vet. nobile,
Podium Laurentii *Puy Laurent.*	*Surieſle.*
	Vaurum *la Vaur.*
	Viterbium *Viterve.*

UB.

Uber, Becmanno à ὑπὸ, ὑπὸ, unde *ubigo* ab ὑπὸ & ἄγω Aliis ab ὑπὸ & τίκτω: Nonnullis ab Arabico ὑβὰ, quod communiter ὄβας, ut ὄβας ἄφρος, apud Hom. quod *uber glebæ* Virgilius; *uber ſoli* Solinus exponunt, V. Salmaſium *ad hunc p.* 243. 259. & 341. Propriè de beſtiis, ſicut mammæ de hominibus. Horatius *Epod. od.* 8.

—— mammæ putres,
Equina quales ubera.

Quæ tamen non raro confunduntur: imò *mammarum ubera*, conjunctim de feminis dixit A. Gellius *lib.* 12. *cap.* 1. ubi tamen per *ubera* papillas intelligit Thyſius *Not. ad l.* Sunt ea in pectore mulierbri, gemina, eaque ſimul ornatui ac uſui. Tantæ

cap. 4.

cap. 4. vers. 5. Duo ubera tua sunt ut capreæ himnuli duo gemini. Ubi cum geminis himnulis Sponsæ mammæ comparantur, quia non nisi geminæ protuberant, unde est quòd in *Priapeiis* Plautus *foroviantes* nominavit. Et tam sunt inter se similes, quam esse solent himnuli duo gemini. Quanquam forte probabilius, non tota *ubera*, fed papillas solum feu *mammarum uberas*, ut Gellium appellare vidimus, cum himnulis hic conferri. Neque enim himnulis absolutè comparantur, fed *himnulis duobus geminis, qui pascuntur inter lilia.* Nempe in rutilco dramate à rebus, quæ turi funt, fimilitudines fumi oportuit. Et in his arealæ, aut agri partes, lilijs confitæ, mammas Virginum utcunq; exprimunt, candore fc. ac tumore fuo. In quibus lilijs fi pafcantur *gemini uituli*, *rufi himnuli*, duo gemini & prorfus fimiles; eminus afpicientibus, tanquam papillæ in uberibus, apparebunt. V. *ad hunc Cantici locum* plura, apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap.* 24. Præter candorem verò & æqualitatem, alia uberum dos, indigitatur Alano *in Anticlaudiano* 3.

Poma mamillarum modico fuffunfa tumore
Nulla moliitie dependent fracta ——

Cujusmodi papillas ἀφύσσους vocat Galenus *de Simplic. l. 6. ad Paccium* Nonnius *Dionyfiac. l. 9. ſtantia pectora*, Statius *Epithal. Stellæ & Violantæ, impreſſi: ubera*, i. non preſſo, Propertius; illibatæ virgi nitatis fignum; (cujus opponuntur *papillæ jacentes*, apud Plin. *lib. 3. Epiſt. 6 mediocres*, apud Propert. *ubera fubaſtæ*, & *fracta mammæ*, Etcch. *c. 23. v. 3.*) Atque hic nativus uberum decor; quo non contentæ, *quibus mammarum ubera, quæ quondam in nullos tenuiſſiores, non liberum alendorum, ſed ornandi pectoris ſolum causa Naturam deviſſe ſibi*, perſuaſum eſt, uti Gellius *d. l.* inquit: afcititio infuper gaudent. Quales Agathyrſorum, Gelonorum, Pictorum, Virgines, quæ mammas coloribus ingeniose pingere ſolebant. Alia, quæ eadem unguento irrorabant, quod *Phœnicinum* dictum, notat Delrius *ad Juſtinum l. 9. c. 4* Aut etiam deaurabant. Uti in cella meretricia Meſſalina, apud Satyricum,

—— *nuda papillis*
Conſtitit auratis ——

Sed luxuriofum illa. Modeſtiis aliæ pectoralibus fafciis eas involvebant, Homero paſſim, & in Sacris, memoratis, de quibus V. ſuprà voce *Faſcia*, item *Strophium*, albiique paſſim: non niſi in uſum, ad quem divinitus datæ eant, promendas. Indigitat eum Plut. *de lib. Educ. Ipſa Natura docet mulieribus tadiandam ætq, alendam eſſe ſuam prolem: ideo enim cuivis animali parienti alimentum ſuffis ſuppeditavit: planeq, ſapiens eſt providentia, quæ gemina mulieribus ubera dedit; ut, ſi gemellos pareret, uterq, haberet alimenti ſui ſonem*; de quo fatum prius mirabili in utero ſocietate & vi γνώμην πασιν, vide egregia apud Hippocratem *de Nat. Puer.* Eodem ſpectat, quòd *ſtrophium mammarum virginale matris, purpurâ tinctum*, faciæ, qua infantes cunis alligaretur, vicem olim præſtitiſſe, notat Thom. Bartholinus *de Puerperio Vet.* Sed & nudabantur *ubera* non raro à maritibus, etiam effectis & ſenio confectis, cum hoſtium imminente meta filios ad fortiter rem gerendam hoc pacto excitare: etiam ab aliis, cùm Judicium ſeve. itatem deprecari, hominumque miſericordiam teneriùſt fæ conciliare, nitebantur, ut ex Hiſtoriis notum. Ad plandum inſuper, & funereos ritus, de quibus ſuprà non uno loco. Neque tamen *Sanctiſſimo hujus corporis fenſi & generis humani educatori*, uti graviter Gellius iterum, Tyrannorum ſemper peperit crudeliſtas, quos non raro feminis virginibusq; *ubera* laniantes ferro, forcipibus evellere, canibus devoranda objicere, imò ipſa in cam convertere, ludum duxiſſe, ex Matyrum monumentis diſcimus. V. Anton. Gallonium *de SS. Martyrum Cruciatibus*, & plura hanc in rem ſuprà, ubi de vocibus ſynonymis, ut & in voce *Myrtus*.

Ubi in Cajus ibi Caja, formula in nuptiis olim, apud Romanos, uſitata, quam illos, qui nubentem introducerent in domum maritii, Sponſo ſuggeſtille, refert Plut. *in Aitiis*: Eraſmus explicat, *Ubi tu dominus, ego domina*. Idem ex Pretidium. Plutarcho alii vice ſolitam refert Gellerem, *Cai Cæcilii*: viro viciſſim inclamante, *Caja Cæcilia*: quod & Quintilianus confirmat *lib. 1. c. 7.* Nomen itaque *Caja* fuit proprium, cùm nubens in domum Mariti ducebatur, neque aliud illa tum ufurpabat: & *Cajus* Sponſi: ſic ut, quemadmodum dicitur *l. 2. & 3. ff. de Sponſal.* primò Virgo *ſponsa* dicebatur, cùm conventa eſſet conditio, *pacta*; ubi interpoſitæ ſtipulationes, *ſponſus*: tandem cùm domum duceretur, *Caja*. V. Antonii. Thyſium [C. *Noni de Indilium lib. 4. cap. 4.* Dempſterus, poſtquam ſolemnis eſſet interpoſita ſtipulatio, & ad illam reſponderetur, dandam quæ petebatur in Uxorem; in hac reſponſione illum *Cajum*, illam *Cajam*, vocari conſueviſſe, tradit, *Paralipom. ad Rofinum lib. 5. cap. 27.* Cùm verò tribus modis juſta hi terentur conjugia, *Uſu*, *Confarreatione & Coemptione* (quibus quidam quartum, *Sortitionem*, addunt) non niſi in conjugio per Coemtionem, hic ritus obtinebat; quemadmodum & hoc ſolum modo ducta Uxor *Materfamilias* dicebatur. Originem innuit Auctor *Epitomes*, quæ Valerio Max. vulgò tribuitur; *Certum Caja ritu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim, Cajam Cæciliam, Tarquinii Priſci R. Uxorem, optimam lanificam fuiſſe. Et ideo*

Tom III.

inſtitutum fuit, ut novæ Nuptæ an ejusdem mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Cajas ſe ipſe dicerent. Eadem nempe hæc Caja cum Tanaquile fuit, quæ quòd uxor fuiſſet bona ac frugi conjugiumque eius cum Priſco fortunatiſſimum, boni ominis gratiâ illius nomen in nuptiali contractu uſurpari conſuevit. Plin. *Hiſtor. Natur. lib. 8. cap. 48. Lanam cum colo & fuſo Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi dicatæ, protexit ſe Anchor eſt M. Varro, factamq, ab ea Togam regiam undulatam, in ade fortunæ, quæ Servius Tullius fuerat ufus. Inde ſoſtum, ut nubentes Virgines comitaretur colus comita, cum fuſo & ſtamine.* V. quoque ſuprà, in voce *Caja*.

UD.

Udæus, Euripi pater, ex progenitoribus Tireſiæ vatis, memoratur Apollodoro *lib. 3.*

Udo, calceamenti genus, apud Antiquos: quod alii ex lana, Senatores verò, & eorum imitatione Clerici Romani, portabant ex lino. Namque & linum fuavi calcei olim præbuiſſe materiam, oſtendunt *Udones* inter alia illi, quibus Antoninum Imp. cognom. *Philoſophum* permultosque alios, eius exemplo, uſos fuiſſe, refert Herodianus *lib. 5.* ubi, cùm religiofum illius erga Solem ſtudium, quidem ſacra & ceremonias, Sacerdotumque & Miniſtrorum, qui ſacris illis operabantur, cultum & ornatum accuratius deſcripſiſſet, *Οὐδεῦς*, inquit, *τῶν ἐν λόγοις ἐν ἄλλοις ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἥκων χρόνῳ, Udonibus nempe ex candidiſſimo linteo ad pedes*, h. e. linteis calceamentis, *nitebantur*. Unde diſcimus, *Udones* illos fic è lino conſtitiſſe, ut etiam à voce *Udon*, quæ *linteum* & fubtile quodcunque velamen ſignificat, appellationem ſuam defumpſerint: ad quam vocem proximè *Udones* accedunt, quo pacto hoc calceorum genus Ulpianus vocat, *l. 25. §. 4. D. de aur. & arg. leg.* Quanquam alii, quaſi *Etedones*, dictos malint, nonnunquam enim & ex hircorum hœdorumque pilis confiabant, qui *cilicini* proin dicebantur, & de quibus haud dubiè loquitur Martialis *l. 14 Epigramm. 138.*

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti
Cirraphio poteris planta latere ſinu.

Ad quæ verba Ben. Baldinius, *Hic*, inquit, *cilicinos Udones deſcribit, qui calcei erant ex pilis hircinis caprinisq, confecti: Cùm alijs è lana, alijs è lino, ad pedum vel calcorum vel mundilium confici ſolerent; Sueris noſtris (Chauſſons) ſimiles, qui non calceorum ad inſtar, medio crure tenus extendebantur: ſed tantùm cutis, ubi tibiæ pes conjungitur.* Linteis verò iſtiusmodi *Udonibus* Romani etiam Pontifices, referente Joſepho Stevano *lib. de oft. pedum Summi Pontif.* per longa tempora uſi ſunt; poſtquam nim. iis primùm S. Sylveſter, à Conſtantino M. inter alia ornamenta donatus eſt (ut in Eccl. Latina creditur) donec tandem linum illud candidum in fericum purpureum migravit. V. præfarum Balduinum *de Calceo Antiquo cap. 4. 16. & 27.* Alibertus Rubenius *de Re Veſtiar. lib. 3. cap. 5.* ubi de Calceo Senatorio, ad verba dominatio Conſtantinianæ, *τὸν ἐνδρομίδα ἐκ τοῦ σκυτάλου λάσιον ἢ ἔριον*, non alba hæc calceamenta, fed candido linteamine illuſtrata fuiſſe, oſtendit, additoque campagos hos inciſos fuiſſe & πολυτελῶς (ut & olim Sandalia quædam apud Græcos) atque pra tet hos campagos ita interciſos, babuiſſe etiam Senatores & Clericos pedales ſive *Udones* è lino, qui. transparente pe. inciſuras calceamentorum candido linteamine, campagos illuſtrayerint. Quòd probat ex verbis donationis: *Et ſicut noſter Senatus calceamentis nititur, cùm Udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis.* Factique huc, quòd *Udones* ſive *Odones*, ut viri docti obſervant, nihil aliud ſint, quàm τὸ περικνημιον τοῖς ποσὶν ὑπὸ μέσον, V. quoque Caſtalionum *Medii* ad *Trebellium*. Salmaſius *Not. ad Æl. Lampridium*, in *Alexandro Sev.* ſic de hoc calceamenti genere: *Quos Græci νάρκας, Latini udones vocarunt, & udones, quos ex lana coacti vel ex pilis in modum lanæ preſis & coactis, quaſi fucuſſ eſſent — empticia voce Græcâ dicis Plinius — tranſij, propriè lanei calcei — qui intra calceum quidem latebantur, verum pierung, & ipſi vicem calceamenti præſtabant. præcipuè domi & intra cubicu.um, calceamen eas ſedis vocamus — pedum cucullos & cucullo pedones etiam vocatos eſſe, notabamus ſupra. non multum abſimiles erant pedes lanatæ, quarum mentio apud Martialem — At ſaſcia pedules — quibus invoti vebantur pedes atq, integebantur, ad eundem planè modum, quo crura faſciis cruralibus — Pollucì τὰ περισκελῆ καὶ τὰ ἐπισφύρια νυκτὸς dicuntur — Quas autem ſoleas lanatas Martialis vocat, eas Græcis λάσια ὑποδήματα appellat vulgaris donatio Conſtantini — Caterùm Auctores paſſim udones & faſcias pedules & empticia confundunt, etiam ubinia Græci recentiores — oraria & mucinia appellaverunt &c.* Adde & quæ notat Petronii Fabricius *Gloſſar.*

VE.

Vectigal, propriè quod pro *vectura* pendittur, à *vehendo*. Namq; à Tributis *Vectigalia* in hoc differunt, quòd illa ratione ſolt poſſeſſores pendant; illa negotiantes, propter ufum vix publicæque adeo neceſſaria Cicero judicat, *ut ſine iis Imperium retineri non poſſe*, graviter aſſirmet. Hinc & Neronia *Vectigalia* omittere ſtu-

tuentis impetum Senatores attinuere, dissolutionem Imperii docendo, si fructus, quibus Resp. sustinetur, diminuerentur. Pro quo infigni commodo vicissim hoc oneris Magistratus habet, ut secura teneatur præstare itinera. Unde de Jacobo Marchione Badensi, in cujus eloquio recensendis Æneas Sylvius multus est, legimus, eum, latrocinium ubi in sua ditione commissum cognovit, vocatis qui damno affecti, tantum è Fisco suo accipere jussisse, quanti fuisse, quæ amiserant, jurejurando affirmassent: Simile quid in *Historia Scotica* apud Buchananum reperimus. Inprimis autem difficiendum, ne nimis vicina & graviu sint *Vectigalia*, neque in res quascunque constituantur. Refert namque Athenæus. cum olim à Lysimacho in Troade Sallarium *Vectigal* institutum esset, naturâ quasi id refugiente, fallinas mox evanuisse, rursusque vectigali remillo prodiisse. Monent prom Sapientes, peregrinis mercibus non necessariis posse *Vectigalia* imponi majora; parcendum autem, quantum potest, iis quibus vita hominum carere non potest. Quod cum Delphis in Hollandia Magistratus, frumento, non autem vino, vectigali faciendo, neglexisset; fœminæ, quasi divites fibi, cum præ aliis vinum bibant, quod magno tumtu aliunde in regionem importari necesse est, parcerent. iratæ, ædes Tributarias coitione factâ invadentes, fenestris confractis tabulas publicas lacerasse, similique modo Curiâ & domo Senatoris cujusdam tractatâ, Senatum eo adegisse, ut legem jam latam abrogaverit, leguntur, cum A. Thuani *Supplem. ad C. de Monet.* l. 16. & Sandidis inprimis abstinendum, qualia fuere Caligulæ illa, *qui vectigalia nova atq; inaudita exercuit — & (inter alia) ex capturis prostitutarum, quantum quæq; tum cuiusbibia meretrex, exegit*, apud Suetonium *in eo c.* 40. ad quem l. V. Casaubonum, qui de veteri hoc malo & probro mulierum Rerump. prætio vendendi honestatem publicam, & in specie de Mangonibus catamitorû ac Leonibus, de Genethliacis ac curiosfarum artium Professoribus (quorum hi vectigal *Βασιλικὸν μισθὸν* Alexandriæ pendebant, qua appellatione flultitia consultoribus Astrologorum exprobrata) deq; *aliis* lujusmodi pretio toleratî foliis, varia congessit. Sed & Vespasianus notatus, quòd *urinæ vectigal commentus esset*, uti docet idem c. 23. *in eo*, quodque alias etiam fordes, ut & simum equinum, vectigalem fecisset, teste Tzetze *Chil.* I. V. quoque Cedrenum *in Anastasio*, ubi tributum χρυσοῦν describit, & Casaubonum *ad Suetonium Vespas.* Contrà laudem meritus Alexander Sev. qui non tantum *Lenonum vectigal & meretricum ex lenocinio in fiscum Cæsarum inmutavit, sumptibus, inquit, in hujusmodi homines ubtatis, cirei, sferis vetitis

ubi eum λαμπρὸν χρῶμα vocat, sicut λαμπρὸν ὑδὸν de coccinea itidem occurrit, apud Evangelistam. V. Salmasium *ad Solinum p. 345. & Not. ad Publium Terentium, cap. 3.* nec non supra passim. Uti de *vegetis ovulis* Julii Cæs. apud Suetonium. *c.45.* & Caroli M. apud Eginhardum, *vb Segetibus* horum Principum præ se ferentibus, Casaubonum ad locum Suetonii.

Vegoia, in *Fragment.* Agrimensorum, eadem cum Bygoe Nympha, de qua supra.

Vehi per Urbes, pompa Regalis. Virgilius, *lib.6.*

—— *qualis Berecynthia mater*
In vehitur curru Phrygias turrita per urbes.

Idem de Salmoneo *lib. eod.*

Per Graiûm populos, mediâque per Elidos urbem
Ibat ovans, Divumque sibi poscebat honorem.

Lucretius de eadem Deum matre *lib.2.*

—— *magnas invecta per urbes,*

V. quoque Claudianum *Nuptiis Honorii*, Alios. Hinc Polynices, Argiæ uxoris ambitionem, ob oculos velut ponendo spectaculum coronæ duorum Regnorum receptæ, & adorantis Regnam per utrumque invectam pompa i, scite palpat, apud Papinium *Theb. lib. 2. versu 362.*

—— *geminas ibis Regina per urbes.*

ad quem locum V. Casp. Barthium *Animadv. Papin.* qui in eandem rem plura congessit *Advers. lib.30. cap.9. & lib.34.7. c. 17.* Quare aut Principis equo, uti de Mardochæo, in libro Esthræ, aut curru eodem cum Principibus *vehi*, ingens honor, uti de Honorio, cum Theodosio patre Urbem invecto, docet Claudianus *Consul. Honorii 2.* & *Supra* videmus. voce *Currus*. Sequebatur autem Principes hæc invectos turba comitum τὸ ἑφεῖπε ϖαρέπεσθαι, ut loquitur Lucianus. Unde de Tiberio Suetonius, *Adulationes adeò averfatus est, ut neminem Senatorum ullis officiis aut negotiis causa ad lectica sua admiserit, cap.27.* & paulo pòst, *Nunquam Curiam nisi fultus intravit: lectica quondam introitaus ager, removit comites.* Contra Neronem Cæs. nunquam minùs mille carrucis iter fecisse, longo semper impedimentorum agmine incedente, ex eodem notum. Nec Principes solum, sed & alii sic vecti. Juvenalis,

Respicit hæc primùm, qui litigat, an tibi servi
Octo, decem comites, an post te sella togati
Antepedes —

Lectica enim per urbem vehi, ætate jam Tiberii vulgata res fuit, & mediocribus ejusdem civibus usurpata, uti docet Casaubonus *ad Suetonii l.* de matronis supra diximus passim, uti de Diis, voce *Tensa*. Idem in Epitcopis Ecclesiæ Rom. carpit Ammianus Marcellinus *lib.27.* ubi Valesii *Notas* vide. His oppositi, quos *fecis vehiculis* impositos, h. e. absque comitatu, ex ultimis oris, die noctuque iter facientes, Duces Consularesque viros, de quibus aliquid suspiceretur, ad se properare jussit, Maximinus apud Capitolinum: ad quem V. *Notas* Salmasii &c.

Vehicularius Fabricator, apud Capitolinum *in Maximo & Balbino*, *Maximopater fuit Maximus, unus è plebe* — *rhedarius*, Vehicularius *fabricator* : est *vehiculorum* artifex, & quidem *Vehicularius rhedarius* in specie, qualis hic Maximus fuit, qui hoc genus vehiculi fabricabat, quod *rheda* appellabatur, sicut *Vehicularius carpentarius*, qui carpenta. At *Vehicularius Cursus*, apud Capitolinum eundem *in Pio*, *Vehicularium cursum summa diligentia subtraxit*: generalis est appellatio cursus publici, quæ rhedas, cisia, veredos, angarias & omnia, quæ in cursu publico usfurparentur sive *vehicula*, sive animalia, comprehendit; eò quòd ab initio institutionis *vehicula* tantùm, i. *rheda*, in usu fuere, V. Salmas. *ad Spartianum l.* & plura de *Vehiculorum Cursu* supra, ubi de *Cursu Publico*. Aliàs vox *Vehiculi* non rhedam solùm, sed & *Arcera*m, plaustrum rectum undique, quo infirmi vehebantur; & *Basternam*, quo matronæ; & *Carpentum*, quo honoratiores; & *Carros*, *Carrucasque* Germanorum ac Galliorum; & *Cisium*; & *Orcinum* Britannorum; & *Epiredium* & *Essedum* Belgarum; & *Petoritum*; & *Pilentum*, & *Tensam*; omne denique *Currum* genus, ut & *Lectisternium* ac *Plaustrorum Sellarumque*, quibus homines ad commodiores necessitatem, pompam, bellum, habitationem, alia, uti confuevere, ambitu suo complectitur. V. hic passim, inprimis in voce *Currus*, & plura hanc in rem apud Jo. Laurentium JC. de *Re Vehicularia*. Adde saltem, *vehiculum quadrivorum* Phrygum inventum facere Plinium *l.7. c.56.* V. quoque supra ubi de *Bigis*, *Trigis*, *Quadrigis* Vett.

Vejar, nomen Familiæ, in Hispania, illustris, de qua V. infrà, voce *Zuniga*.

Vela, V. infrà *Velum*.

Velada, nomen illustris in Hispania Familiæ, quæ Davilæ Strigis ramus est. In hujus enim linea *Santromanes*, postquam plures fibi invicem successere, *Domini de Santromanes* & *Villanova de Gomez*, titulis *Velada* accessit, ex Davilensi linea à conjuge Sancio *Sanchez* Davilæ allata. Fuit illa Catharina Davila Dn. *de Velada* (fil. Petri Davilæ Dn. *de Velada*) & marito genuit Gomesium Davilam, qui *Marchionis de Velada* axioma à Philip. II. obtinuit. Hoc, & Teresa *Carrilla de Mendoza*, natus Sancius *Sanchez* Davila junxit fibi Joannam Toletanam, atque ex ea suscepit Gomezium *Davilam* & *de Toledo*, March. *de Velada*) cujus ex Anna Toletana Colonna liberi fuere, Antonius *Davila* & *Toledo*, March. *de Velada* & *Santroman* (cui nupsit Conftantia Oloria fil. Petri Alvari M. de Alforga) & Antonia (uxor Jo. Lud. *de la Cerda*, Duc. *de Medina Cæli*) Phil. Jac. Spener. *Theatro Nobil. Europ. Part. II. p.* 302. V. quoque cum *Arte Heraldica Tom. II.* & supra, voce *Davila*.

Velamen Nuptiale, apud Hebræos, duplex erat, alterum, quo Sponsorum capita, ut flameo, obtecta; alterum, quod in ipsa Benedictione nuptiali eos, veluti tentorioli instar portatile, obumbrabat. De illo Misna, *Temporibus bellicis — decretum est, ne proderes Sponsa velamine ob voluta intra urbem. Sed Rabbini nostri posmodum permisere, ne etiam intra urbem velamine ob voluta prodires.* De isto Elias Levita, *Non etiam vocamus vestem illam leo pannum, qui fules expandit super caput Sponsi & Sponsæ, ac tenetur quatuor vestitus tempore nuptiali, Chuppam.* Quod posteritas in atrio Synagogæ præparari nunc solitum; an vete. etiam Ebræis in usu fuerit, non liquet: utriusque vox Hebræa, namque prius חֻפָּה, posterius חוּפָּה appellant, pro ipso etiam thalamo' auptiali; in quem deductio facienda, alibi occurrit, & quidem *Chuppa* primario in rebus nuptialibus ipsum conjugalem thalamum notat, uti dictum supra in hac voce. Transiit mos ab Hebræis ad alias gentes, de quibus hic non est loco. Nec Christianis ipsum *Velamen* defuit, uti videre est supra itideni, ubi de ritibus ad *Nuptias* pertinentibus, it. ubi de *Thalamo Nupt. de Velaminibus Suppl.* V. voce hac, & de aliis *Velaminum* generibus infrà, voce *Velum*.

Velarii, dicebantur olim, qui ad *velum*, ficut Oftiarii, qui ad oftium, & Cancellarii, qui ad cancellos, fedebant, præter quos Admissionales erant; quibus omnibus remotis, *quos omnes desaturoribus, patiente velo*, falutari vult Alex. Severus apud Lampridium. Præsidatus hujusmodi *Velariorum* domus Augustæ, occurrit in vet. *Inscr.* Neapoli,

D. M.
L. FLAVI. AVG.
LIB. PRIMIGENI
SVPRA. VELARIOS
DE DOMV. AVG.

Romæ,

TI. CL. THALLVS
PRÆPOSITVS. VELARIORVM,
DOMVS. AVGVSTÆ &c.

V. Salmasium *Notis ad Flav. Vopiscum in Aurelian.* Sed & *Velarii*, velorum confectores, in vet. *Inscr.* 599. 10. At *velarium* vox Juvenali quoque nota, apud Recentiores, velum est *στρῶμα* in *Inscr.* Antipoli. *p.7. lo. Bohnegen.* Achmeti c.262. ubi de velis ante Principum consistoria dependentibus &c. V. quoque infrà. *Siipites v. Velarii* apud Festum, clavulæ sunt, quibus clavulare carrum circumsigebatur; à *vela*, quod contractum ex *velea* i. vehiculum, vectabulum: unde *velaturam facere*, apud Varronem, pro *vecturam facere*, V. Salmasium *ad Capitolinum in Maximinis*.

Velasco, nomen illustris in Castella Familiæ in qua Joannes de *Velasco* fil. Petri, nepos Ferdinandi pronepos Sancii, Dominus *de Bribiesca* & *Medina de Pumar*, ac Camerarius Henrici III. Reg. fuit. Pater Petri Fernandi *de Velasco* & Fernandi, à quibus duæ itirpes. Ilia Comitum de *Haro* est, cum præsatus Petrus obtinuisset hunc titulum: Ita Comitum *de Sirvela*, quam dignitatem Fernandi fil. Joannes impetravit, Et quidem in Harensi Petrus, præter Sancium *de Velasco* Dn. *de Arneedo*, patrem Antonii (ad quem ab uxore dignitas Comitis *de Nieva* pertigit & propagata eli) genuit Petrum Fernandum *de Velasco*, qui Constabilis Castellæ & Legionis fieri meruit. Inter ejus filios Bernardinus Connestabilis & Dux *de Frias*, ex amica fuscepit Bernardinum Dn. *de Castelleregio*, 10, cujus posteri titulum Comitum *de Salazar* nacti sunt, ac Petrum Fernandum *de Velasco* & *Figueroa*. Dominorum *de Saldanna* & *Saldanuela*, *Cofaria* ac *Silanes*, auctorem. Muneris vero ac titulorum successorem habuit fratrem legitimum Inicum Fernandum *de Velasco*, à quo reliqui Duces *de la Ciudad de Frias*, Comites *de Haro* ac Connestabiles Castellæ, nec non per Inicum, Marchæ *de Herrera* maritum Marchiones *de Aunnon* derivantur. In ramo Sirvelensi Joannis primi Comitis neptis Leonora titulos & successionem marito Christophoro *de la Cueva* attulit. Ad eundem ramum spectat palmes *Velasiorum* Dominorum de *Villerias*, à Petro Joannis I. Comitis Sirvelensis fratre, per duos filios, Antonium & Petrum, protuberans. Præter quos tertius Joannis ac Petri frater Arnaldus posteros etiam habuit. Tum ad genuinum *Velasiorum* sanguinem referunt se quoque Domini & Comites de *Ribilla*, qui à Sancio *Sanchez*, supradicti Joannis Harensium & Sirvelensium auctoris fratre, derivantur. Sed & *Velasiorum* nomen Comites *de Alcaudete* paterno Cordubensi adjiciunt, ob Mariam *de Velasco* Alfonso Fernando *de Cordoba* nuptam, à qua descendunt. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nob. Eur. part. II.* & *Arte Heraldica Tom. II.* nec non supra, voce *Haro* &c.

Velata, Cantici c. 1. v. 7 *Indica mihi ubi pascas—ne sim* כעטיה *ut velata, ad cunctas focios tui uxorium:* nonnullis meretrix est, quia meretrices velentur, uti probant ex Thamaris historia, Genes. 38. v. 14. 15. Sed meretricium non esse proprium *velari*, fed revelari potius, legimus Efaiæ c. 47. v. 3. Ezech. c. 16. v. 36, 37. & Nahumi cap 3. *verſu* 1. Neque more meretricis Thamar fe theriſtro obtexerit, ſed ne agnoſceretur, ut ex Hiſtoria ſacra notum. Aliis. *Velata* hic eſt lugens, quia lugentes tegebant *velabantiique* labrum ſuperius, Ezech. c. 24. v. 17. Verum hoc alienum plane Icaque trajectis literis *Ajin* & *Teth* כטוה pro כעטיה ſcriptum fuiſſe putius, conſtat Bochartus, illudque exponit, *ut vaga, ut oberrans, aut etiam ut meretrix, quem hunc ad* 1. vide *Hieroglici Pariæ Pariſ. lib. II. cap. 46.* Alias *velari*, idem quod veſtiri. Virgilius *Æneid. lib 3.*

—— *Phrygio* velamur *amictu.*

Ovidius de *Arte lib. 3.*

—— *croco* velatur *amictu* &c.

Nempe ide o veſtimur. ut nuditatem *velemur*: à quo fine quantopere re efferit amictus narratium Romanarum fequioris ævi, diximus ſupra paſſim, inprimis ubi de *Cole Pallutidisque veſtibus.* Quæ autem corporis partes, tum in vita communi, tum in Sacris, maxime *velari* conueverint, videre hic eſt, ubi de membrorum quolibet ſuo loco V. etiam infra voce *Velum*. Namque & facra vox *velare*. Unde *Velati*, ait Scaliger *in Conjectan. dicebantur qui capua cinctum liciolano habebant.* Plautus *Amphitruone act 1. Sc 1. Velatis manibus orant, ignoſcamus.* Virgilius *Æneid. lib 12.*

Velati lino & verbenis tempora cinfti &c

V. Taubmannum ad Plauti locum de *velatis ovibus* ſuprà, voce *Pellitæ.*

Velarius, V. infrà *Velum.*

Veldenia, vulgò *Veldenz*, arx eſt Germaniæ, prope Moſellam, cum tit. Comitatus Cuius ultimus Comes Fridericus Henrico & Loretà C. Spo henia genitus Stephano Principi Palatino Rupertí Imp. filio, filiam unicam, hæredem Annam cum multipatum dedit, Palatinæ domui ſic Comitatus illatus eſt. Ho dieque *Veldenia* linea floret, cujus Auctor fuit Rupertus Alexandri D. Bipontini minor natu filius, qui deceſſit An. C. 1544. Pater ex Ursula Rhingravia Georgii Johannis cogn. *Ingenioſi*, qui inter Status Imperii recipi, & cum tit. *Principis Palatini Veldentiæ* in Collegio Principum adſciſci, meruit. Idem Comit quoque Lucellenium penè integrum cum dimidii parte cum munionis Guttenbergicæ & quibuſdam aliis bonis, *An. Chriſti* poſt exceſſum ultimi Electoris Palatini è priori linea, ut porti onem quadrantis totius hæreditatis ſibi debiti, ſine præjudicio juris in reliqua competentis, accepit: Lucellenium auxit, Pfalzburgum condidit, obiitque 1592. E' cujus filiis natu major Georgius Guſtavus, natus A.C. 1564. *Veldentium* lineam continuavit (Georgio Joh. fratre ún. Lucellenſium orſo) atque *Veldentiæ*, quamvis ob turbas licitæ, habitavit: in diviſione pater næ hæreditatis, avitas ditiones & Status Imperii prærogativam nactus Obiit autem An. C. 1634. relictis ex Maria Elisabetha Bipontina Joh. Friderico, Carolo Ludovico (qui ambo Succesſi miſtrantes absque liberis extincti ſunt) & Leopoldo Ludovico: qui natus A. C. 1625. literis à juventute egregiè operâ navatâ, ex Agatha Chriſtina Hanovica ducta An. C. 1648. præter præmortuos, genuit Guſtavum Philippum A. C. 1691. peregrinationibus & militari peritia inclytum: Carolum Georgium A. C. 1660. Augustum Leopoldum A. C. 1663. filiasque Elisabetham Johannæ Rhingravii nuptam Ann. C. 1669. Annam Sophiam & Dorotheam, illum A. C. 1650. hanc A. C. 1658. natas Pace Monasterienſi, in Comit. *Veldenium*, cujus caſtrum prius A. C. 1646. ab Hiſpanis, reditus verò jam antea redditi erant, reſtitutus, proximis annis certa decubitudam juribus in illo pacta cum Electore Treverenſi icivit. Idem patruo Georgio Johanni præfato, qui poſt fratrem Augu lum fine liberis An. C. 1611. defunctum, Lucellenium obtinuerat, extinctus ipſe, fine hæredibus A. C. 1654. in Lucellenio apennagio ſucceſſit, ſicque omnes ab Avo relictas ditiones denuo conjunxit. V. Phil. Jac. Spenerum *Sylloge Inscr. Pfalzor. in Famil. Palatino Bavarica*, & *Theatro Nobilit. Europ. parte II. pag. 1. ubi Progenitores liberorum Leopoldi Ludovici ab utroque latere exhibet*, & in *Indice, ubi Lineam hanc aliàs quoque Lauterecciam, ſeu Lucelſteinam, ſui in Actis publicis* Veldentiam *appellari fuiſſe, tradit.* Adde eundem *Arae Heraldicæ Tom. II.* & Tob. Pfannerum *de ſtirpe Gentilitia Gottfridi cap. 3.* ubi Palatinis ex ponhemiſt Comit. Veldentiacque ratione, nullam cum Bavaris tituli communionem eſſe, recenſeriique Comites hos inter Comites Principum dignitate præeminentes, qui Germanis *Gefurſtete Grafen*, docet, ex Limnæo *Tom. II. lib. 4. cap. 4. num. 92.*

Veteda, Virgo fabilica, apud vett. Germanos longè lateque imperans, pro Dea in ſua gente habita legitur, apud Tacitum *Hiſtoriar. l. 4.* Mumius Lupercus, Legatus Legionis inter do-„na miſſus Veledæ. Ea virgo, nationis Bructeræ, latè imperi-„tabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœmina-„rum fatidicas & augiſcentes ſuperſtitione, arbitrantur Deas.

Et *l. de moribus Germ.* Ineſſe etiam ſanctum aliquid & provi-dum (*ſemitis*) putant, nec aut conſilia eorum aſpernantur, aut reſponſa, negligunt. Vidimus ſub divo Veſpaſiano *Veledam* diu apud pleroſque Numinis loco habitam. Sed & olim Arminiam & complures alias venerati ſunt & c Unde colligitur, Germanos pro Apollinari & ſimilibus Oraculis, conſuluiſſe virgines ac fœminas, quibus divini aliquid ineſſe exiſtimarent neque illas tam pro Deabus (quod non niſi *ἀτεχνέμως ſuperſtitione* factum) quàm pro Vatibus ac Divinis, habuiſſe. Captam à Romanis poſtea, duciamque in Triumphum, præfatam *Veledam* ἐν κραζέᾳ, ὁ μετὰ τὸν Βοδιὸκ ὁ Κελτικὸς Σιμβέλλιν, ἄνδρ. ἐφ' ἐν δομεστικὸν ὃ, τιμᾶς μὲν ἀνὰ γυναῖκας ἀπονεμίσθεντες, *Mariam Nas famonium Res. & Gaunia Virgo, quæ poſt* Veledam *in Ecclesia Germaniæ ſurore ſui affata divino, ad Domitianum venerum, hortoreque ubi ea affecti animum ſunt reverſi.* In quo loco, cum pro *Nacamonio* Sundas legat *Suevion*, reſcribit Voſſius *Suevion*, qui ad Albim reſidebat Strabone, Tacito, Ptolem o, Zoſimo, imò & Velleio. V. Voſſium *de Idol. l. 2. c. 17.* ut & in voce *Fatidicæ* eumque utroque modo vox ſcripta reperitur, ut vitium. Domitius Ecclesianem in omnibus libris Taciti ſcriptum ſe reperiſſe ait, unde Germanam vocem facile exſculpieris. Adde Cœlium Rhodigin. *l. 18. c. 20.* & Barthium *Animadver. Papinianos l. 1.*

Velenus, ſeu *Belenus*, Cæduſiorum R. V. ſuprà *Belerius.*

Velites, Pello fucre, milites expediti, ſic dicti, quaſi *volantes*: de quorum inſtitutione ita Vol. Maximus *l. 2. c. 3. Velitum*, inquit, *uſus eo bello primùm repertus eſt, qui Capuam Fulvius Flaccus ſuperatur obſedit. Nam cùm Equitatui Campanorum cre v excurſationibus Equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, Q. Navius Centurio è peditibus telos expediti corpori, brevibus & incurvis ſapenis armatos hoſtes, par vo tegmine munitos, velocì ſaltu jungere ſe equitibus & rurſus celeri mora dilabi inſtuit, quo facilius equeſtri prælio ſubjecti peditet, vires pariter atque equos hoſtium telis interfirent. Eadque novitas pugna unicum Campanæ perfidiæ debilitavit auxilium, ſimque auctori ejus Navio duplex honos habitus eſt.* Eligebantur vero *Velites*, cui minimi ætate, fortunæque tenuioris eſſent, Polybius *l. 6. V.* Joh. Roſinum *Antiq. Rom. l. 10. c 9.* Atque collocabantur plerunque, in Fronte, Vias ac Cornibus, uti docet Lipſius *de Milit. Rom. l. 4. dial. 3.* pars militiæ maximè ignobilis: utpote qui & feorſim pugnarent & periculis maximè eſſent expoſiti, Thom. Godvynus *Anthol. Rom. l. 4. c. 2.* Hinc *Velitatim pugnare.* Item *Velitatio*, leve prælium, quo graviori pugnæ præludimus, ut fortitudo & vires hoſtium cognoſci poſſent. Sic Alexandri & Pori prudens conſilium fuit. ut *levia prælia conſererent, & utrumque par ve rei diſcrimine immune experirentur evenium*, apud Curtium *l. 8. c. 13. §. 12.* Similiter Horatius militibus ſuos levibus prælüis expertus eſt, apud Livium *l. 3 cap 61. §. 10.* Cæſar quoque Dux atque Hiſtoricus excellentiſſimus, nullà ratione cum hoſte, præſertim novo, dimicare voluit, niſi leviibus prelüis prius fuiſſet tentatus. Quas ſequutus eſt Attila. Hunnorum Princeps, quem, præcurſoribus aliquibus præmiſſis, qui tenuia primùm furta conflictûs eſſent præludia, juſtæ pugnæ committenda quæ vis eſſe tempus & occaſionem, ſcribit *in Vita ejus* Nicolaus Olaus. Hinc memorabilis Q. Fabii ad M. Livium Oratio, qui monuit, ne priùs, quàm genus hoſtium cognoſceret, temere conſereret manus. Nec obſtat, quod per parva iſtiusmodi prælia atque *Velitationes*, pars exercitus ſæpe ſuccumbebat, *Satius enim*, verba ſunt Ammirati, *paucos Velitationum periculis obſtringere, ne univerſa facultas obtineatur, quam in incognitis viribus & fortunitoria beſtiam, totus Exercitus cancidat, vel maxima ejus pars intereat. ubi & de Ducis ſimul ciſſimulatione eſſet actum* Lege, ſi placet, hunc Ammiratum argumentum hoc accurate tractantem, Machiavellum item, Matth. Berneggerum in *Taciti Germ. qu. 32.* &c.

Viri illuſtres.

Velius Cornificius Gordianus Conſ. ſub Tacito Imp. cujus orationem de Imperatore eligendo, hujus Imp. *Vita* inſeruit Vopiſcus.

Velites Rufus, Vir Conſularis, Commodi juſſu occiſus, apud Lampridium.

Vellendi lanam mos, ante tonſuram, Romæ olim in uſu fuit & vicinis locis, quod vel *velteris* nomen docet. Varro *de L. L. l. 4. id citlum, quod* vellebant *lanam.* Et, *Velte unde eſſent, plures accipi conſus: in quetis, quid ibi paſtores Palatini ex ovibus ante tonſuram inventam vellere lanam ſint ſoliti.* Idem *de R. R. lib. 2. c. 11. Alii veltere, alii vellumina appellant, ex quorum vocabulo animadverti licet, priùs lanæ vulſuram, quàm tonſuram, inventam.* Quod ut ejus ævo ſcias nondum in deſuetudinem abiiſſe, addit: *Quæ etiam*

tilam nu nc vellunt (oves) *ancirelino habent jejunas, quod tanguidæ minis ra dices lanæ retinent.* Quo modo etiam Plinius *lib 8. c. 46. Oves non tebrigine tondentur: durat quibusdam in locis vellendi mos.* Nec tantum & *lanæ* nomen à *lanitando* bene deducit Isidorus *Origin. lib 19. c.27.* cum *lana* Græcum sit, ex λάω seu λαύω. Dor uti docet & Eruditi. At apud Græcos, Hebræosque; tondendi ratio vet ustissima, uti supra vidimus, in hac voce: interum & apud illos *νυσσὶς* quosdam, indicat vox *Nαυσίθοος*, apud Archipum, Cr. atinum, Philemonem, quæ proprie *vellerum vas* rem notat; & apud illos Maimonides, *in Bucrim c.* 10. *§. 6.* cum ait: *Etiam qui lanam vellum manu sua vellit. & non tondet, debet vellere sex promitias*, apud Bochartum *Hieroz. Parte prior. lib. 11. cap 45.* V. quoque Vossium *de Idolol. lib 3. c.70.* Sed & crines pilique *νυσσὶς*, in morte ac ludu, tum capitis, tum de jobo legimus, *c.1. v.20.* & de Efrei *c.9. v.3.* Quemadmodum & de Ulyssis sociis, in monte Elpeno vis, dicitur *Odyss. lib.10.*

Ἑξῆσιοι δ' κατωθὲ γόων, τίλοντο τε χαίτας

V. quoque de Priamo, graviter ferente, quòd Hector cum Achille dim icatum ibat, *Il. 22.* de Agamemnone, cladem suorum lugente *Il. 11.* præterea Ciceronem *Tusculan. lib 3.* Smyrnæum *l.3* Lucium *in de Luctu*, Aristophanis Scholiastem *in Ranis Act. 1. Sc. 1. Adio.* Quò & illud Martialis pertinet *lib. 2. Epigramm. in Selium*,

Quid dextram pulsat *pectibus & comam vellis?*
Non ille amicis *fata* luget ans *fratris.*

Tum barbæ, uti de Isipo Efrais iterum ubi supra. Imò & genis vellebam, &c. uti videre eli retro ubi de *Luctu*. Aliarum vero partium p. *Ixlendi mos* à luxu fluxit, de quo V. aliquid supra, ubi de *Aliptis*, *Athlet. Pauliptiarii*, *Pfilothris* &c. Ipsa autem membra evellere forcipibus ut ipsitis, crudelitatis apex est; de quo hic j vastim. In *L. Angliorum tit.5.§.7.* libero homini qui evulserit tetticulos, *centum sol. componere* jubetur, apud Car. du Frefne *Gl. ssar. &c.*

Vellus Aur um, cujus desiderio ardens Jasonem illustre Thessaliæ fuæ fidus, Colchidem, non fine periculo cum Argonautis ingressus est, illoque tandem, magnos post labores exantlatos, potitus, dom um rediit, à variis vatic exponitur. Georg Horaius *Hist. Phi l.1.4.5.* hoc commento nihil aliud indigitasse Veteres contentos fit, quàm Sapientiæ studio Jasonem tantopere fuisse incensum, ut ejus affequendæ causa nullum laborem aut periculum fu bterfugerit. Non pauci tamen *Vellus Aureum* librum fuisse v olunt, *& χρυσοτυπίαν*, de Auri *conficiendi ratione*, fingulari flatu filo conscriptum & in Colchide asservatum. Quibus Suidas fi vet, cum libri hujus argumentum fuisse, *ὁ αυτὸς ἐν χρυσῷ λόγῳ γεγραμμένος, ὃν ἐν τῇ Κολχίδι ἐφύλαττον ἱερεῖς Ἥφαιστου*. Quo pacto *Incolæ Chemiæ Aurum fieri posse* p tras sit. V. inprimis Languium *Epist. Medic. l. 1. Epist 55.* Nec multum abludit, quod de Pelopis auriei velleris ariete, legimus apud Senecam *Thyeste*:

Eh! *Pelopis altis nobile in fabulis pecus,*
Ac rcantus aries, ductor opulenti gregis:
Hi ipsi per omne corpus irfulo coma
Dy pendet aurea, cujus à tergo novi
Arvrata Regis fospitra Tantalici gerunt.
Pofleffor hujus regnat, hanc tenet domus
Fortuna fequitur.

Et certè Arte im illam Chrysopœiam inventum esse vetustissimum, docet Jos. Scaliger *ad Manil. l.4.* Joh. item Delrio *Magis Disquis. l.1.c.5.* Alii: spiumque *Chemiæ* nomen jam a Chamo, Noahi filio, fluxisse videtur. Namque & ipse Ægyptum primus tenuit, ubi Ars illa antiquissimis temporibus, inter Mysteria facra, habebatur. Hinc apud Ægyptios, in facris Osiridis, ab eo *Chimia* dicta est. V. pluribus Georg. Hornium præfatum *loco cit.* Varro vero originem fabulæ nobis hanc tradit *de Re R. 2. cap.1. De antiquis illustrissimi, quisque pastor erat — & rucres Poetæ — ipfas pecudes, propter caritatem, aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Arvens, quam ibi Thyestem fubduxisse queritur: ut in Colchide Æeta, ad cujus aries pectem profecti regio genere dicuntur Argonautæ, ut in Libya ad Hesperidas, unde aurea mala &c.* Itaq; ob eandem Argonautas profecti, i. ob regias opes universas *συνεσχυκότες*, inprimis vero thesaurum illum, quem Phrixus, Athamantem ac noverca m fugiens, in Colchidem deportarat. Hùc enim cognatus Jasonem Phrixi, ante omnes autem Jason, progenatus Æsone, fratre Phrixi patruele, non absurdè repofcebant. Nam verisimile est, eum fuisse partim ex bonis Nepheles matris: partim, quia eius domos & agros au erre non poterat, ex pecuniis Athamantis patris & noverca e inis. Vocarunt autem *Velleris* aurei nomine illas pecunias, ob incredibus pecunia comparatur, eoque & pecuniæ dicuntur, quasi res pecuniæ, imò postquam signari cœperunt nummi, fæpe eis pecudis no ta imprimebatur. Cœterùm templum hoc Phrixi, cui ille ad Æetam R. profugus *arietis sui vellus* intulerat, etiam post illud ablatum, magno semper loco habitum est, idque propter Argonautium expeditionem. Dives etiam fuit: led Augusti ætate omnes eius aurum direptum, prius à Pharnace, postea item à Mithridate Pergameno. ut auctor est Strabo *l.11.* ita Gerh. Joh. Vossius *de orig. & progr. Idolol. lib.3.c.24.* V. quoque in vocibus *Colchis*, *Jason*, *Medea*, *Phrixus*, &c. Aliud occurrit apud Scriptores, *Vellus aureum marinum*, è quo comæ afcititiæ Veter. item chlamydes, ellychnia, mantipia, alia, fieri consuevere. De quo V. supra, voce *Pinnicum*: unde Salmatius *πινικόχρυσα περίθετα* vocari folitas observat *oves ejusmodi coloris cum pinnarum vellere*, i. aurei, *lanam habentes*; quod posteritas Vossii firmat sententiam, quam ex Varrone allatam vidimus. De *Vellere* v. in genere, V. supra ubi de *Lana*, *Oviibus* &c.

Velocipedum, apud Guilielmum Bibliothecarium *in Stephano VI. felicitatem in eadem Basilica — delubera* (victoriæ) *quatuor, ex quibus unum aureo textum*: vox hybrida est ex Latino *velum* ac Græco *δίφρος*, & *velum* denotat feu aula um, *δίφρος* prætendi solitum, quo reductio interior cubiculi pars patefcit. De cujusmodi *velis*, V. Car. du Frefne *Defcr. Rebdi Sophian. num. 72.* ut & infrà, voce *Velum*.

Velofluus, Regis in Oriente nomen, cujus ad Saporem R. Perfarum super victoria de Valeriano Imp. reportata epistolam exhibet Treb. Pollio *in Valerianis*, ad quem Catulboni V. *Notas*. Salmasius verò nomen Regis, cujus hæc epistola, perfectè, & remanssse apud Pollionem folium Saporis titulum, qui *Rex Regum vel filius* dicebatur, quæ duæ ultimæ voces in unam vitio temporum ac Librariorum coaluerint; cenfet *Notis ad eundem*.

Velum, ane *velare*, an ex *vellere*, an ex verbo *velare*? dictum, multiplicem in vita usum habet. Deorum fane fimulacra antiquitus obsecto velo abdebantur. Appulius *lib. 11. Metam. de dum*, Velis *candentibus* vinctis *in diversum, Dea reverabilem constpectum apprekamur*. Et Sulpitius Sev. *de vita D. Martini l.1. Quia essebac Galliarum ruslicis consuetudo, simulacra Dæmonum, candido ulta velamine, misera per agros fuos circumferre dementia.* More à fimia Dei, *Velum* Tabernaculi Templique Veteris Ecclesiæ, de quibus infrà, æmulante ad ista facra translato. Fuerunt autem velamenta hæc lineæ: nam lanea, ut impuriora & profana adhiberi nefas, telle eodem Appulejo *in Apolog. vere* ac vocat Lycophron, quibus opertos Deos Penates Troiâ extulit Æneas, ubi V. *Commentarium* Jo. Meurfii, ut & hic paffim, ubi de Sacris Gentilium. A fimulachris Deorum rebusque facris *Velamentorum* objectus, transivit in aulas Imperatorum Principumque, in quibus foribus Cubiculi Imperatorii obtendebatur velum, quod oculos arceret. Coripp us *lib. 3.* ubi de Legatis Avarum,

Verum, ut centrallo panerunt intima Velo
Offia, & auratis micuerunt atria tectis,
Cæsareumque caput diademate fulgere faco
Ter gazis inspexit Avar.

Et ante eum Lampridius de Heliogabalo, Qui, inquit, fubito" militum ftrepitu exterritus, in angulum se condidit, objectuque Veli *cubicularis*, quod in introitu erat cubiculi fe texit. Idem de Alexandro, *cap 4.* cum amicis cum tam familiariter vixisse scribit, ut falutaretur quasi unus de Senatoribus, parente Vela, " Admillionalibus remotis. Atque hoc *facrum Velamen* vocat " Paul. Diaconus *de gestis Rom. l.16. Italiam ei per pragmaticam irruenti*, facri eriam Velaminis *dono confirma vit*. Sed & præter hoc, in Palatio, frequentia fuere *Vela*, teste Suetonio, *c. audio cap.10.* ubi prætenta fuisse foribus etiam Solarii vela refert. Hinc *Velariorum* præfidatum & præfecturam in Domo Augusta ingeruntsifet. Neapoli: *D. M I. Flavi. Aug. Lib. primigenio supra. Velario, de domo, Aug. & Romæ, Ti. Cl. Thallus. Præpositus, Velariorum.* &c V. supra. Nequev. Romanos tantum Principes id in usu habuisse. ex Sidonio Apollinari discimus *l.1. Epist. 2.* ubi de Theodorico. V Villgorhorum Rege. Hinc ad Comitis Velarii officium pertinuit Conftantius Imp *lib. 1. G. Theod. de Offic. Refi Prov. Non fu ventale Judicii Velum non ingreffus revedempti, non infame licetatiolibus Secretarium, non vifu ipsa Præsidis cum preslo.* Car. du Frefne, Velum, quo Principum vel Judicum conseffus ac cubiculorum vestibula occludebantur, duplex fuisse docet, unum in primis & exterioribus cubiculis, quod *Confistorium* vocabatur, alterum ad interius cubiculum, ex Anastasio Bibl. *in S. Sylvestro*, ubi *primi* & *secundi velis* expicita mentio: unde uti *Cancellariorum*, ita *Velariorum*, crebra mentio: quorum illi caneellos, hi vela foribus obtenta ervabant; quæ proinjunctim memorantur, *l.41. ff. de tegi Senatusconsulti*, *vel* vela *legari potterunt*. Et *κατὰ τὸ ῥῆμα* dicti apud Byzantinos Judices quidam, ut notum. *Levato* vero velo causas submersarum navium cognosci præcipit *l.6. Cod. Theod. de Naufragiis* &c. V. Alamannum *ad Procopium pag. 3. edit. I.* Jo. Kirchmannum *de Annulis c.9.* ubi inter alia vela hujusmodi in cauffis quidem levioribus vulgaribusque removeri & pandi, in cauffis verò gravioribus, & præcipuè criminalibus, quo quæque amplioremdebe rationem requirerent, obtendi folita. item *κατὰ τὸ σύνηθες ἀναγκαῖον vel velum ffili*, apud Chrysostomum *Hom. 5.* In *2. ad Tim.* idem esse, *quod coram Judice ffili*, docet. Alios, nec non supra, ubi de *Velariis*. Ab his ad limina Grammaticorum, in honorem fecreti, an verò in tegumentum erroris, dubitat Augustinus *Conf. l. 1.c.13.* tranfiere ipsi tandem privati foribus fuis prætendebant. Seneca *Epist.80. Non crepuit fubinde ostium, non ulla*

ex Philosophica de Dits doctrina Vossius: Ex Poetica verò ac Civili, qua supra hos coelos attuuntur mentes quædam æternæ, ab his & fideribus diversæ (uti Jovem, Apollinem, Junonem, Venerem cæterosque Deos Consentes, considerare jubet Appulejus de Deo Socr.) Venus Meas cœlestis habita est, stellæ, de qua mox, Præses, vifui noftro denegata fideribusque omnibus fublimius cœlos terrasq; defpiciens. Redeo ad doctrinâ Philofophicam, fecundùm quam Venerem, non Lunam folum aut Terram, fed & Lucifèrum feu Hefperum, fuifle vidimus, quem proin Veneris ftellam meritò nuncupant Eruditi. Et quidem in Planetis quinque primò divinos obtinuiffe honores videtur Venus five Hefperus, cujus virtus eft, moderatè calefacere ac humectare, quo nihil ad generationem conducibilius: Quam ob caufam duo generationi Vett. præfecere fidera, Lunam & Hefperum, utrumque Veneris nomine appellatos. Namque utrumque fidus modicè calefacit & humectat, utrique fideri φωσφόρω commune fuit nomen, ut de Luna, ex Euripide, Tullius docet de N. D. lib. 2. & Plutarchus: utrumque crefcit ac decrefcit, neque Luna folùm. fed & Venus ftella Eclipfin patitur. Sidus autem hoc nunc confiderabant ut mafculum, nunc ut fœmineum: quafi Deum ἀνδρόγυνον. Ut marem fpectabant, cum dicerent vel Hefperum, vel φωσφόρον five Lucifervm; Unde Teftum φωσφόρον Plut. memorat, contra Colot. ac Gaditani etiam, telle Strabone lib. 3. habuere Philofiorii Fanum: ubi non Dianam Lucifèram, fed Veneris ftellam intellige; ex eo conjicio, quod addat, aliter vocari Λευκοθέαν, Lucem-dubiam; unde & colligere eft, à Romanis hoc Fanum effe. Nec Hebræos fugit, Lucifervm fuiffe Veneri facratum: Namque Jefaj. cap. 14. verfu 12. ubi in Hebræo eft. Lucifer, Targum habet Stella Veneris. Imò Veneris feu Lucifèri venerationem jam Mofes refpexiffe videtur, Deuteron cap. 22. verfu 5. Temporibus etiam antiquis Venerem coluere Ifmaelitæ, à quibus eum cultum accepere Saraceni, ut diximus fub hoc, ubi de lapide (fuper quo Abrahamus agnovit Agarem vel cui alligavit camelum, facrificaturus filium) caput fimulachri Veneris credito. Nec obftat, quòd de Venere, prout Lunam fignificat, & Uraniæ five Cœleftis nomine celebratur, quidam interpretentur: Quippe Arabes, & hinc Saracenos, Luciferi Lunæque cultum conjunxiffe, difcimus ex Euthymio Panopl. & Cedreno Chron. Ut fœminam vero, hoc Idolum confiderabant Antiqui, Græci appellantes Ἀφρόδιτον, fimilemque Venerem, de quarum vocum origine V. Gerh. Joh. Voffium de orig. & progr. Idolol. lib. 2. cap. 22. & 27. & plura hanc in rem, tom illo libro pamim. Gemmâ Veneris Genitricis nudæ, cum telo in manu, & Cupidine pufione, fignaffe legitur Julius Cæfar Imp. de qua Valerian. Pierius Hieroglyph. lib 36. Sed enim, ut de parturientium fafcinatione per Amplexas manus dicebamus, ita contrarium eft in numine Julia Pia, ubi partus felicitas expitatur, ibi enim Venus Lucina hofpe invitatur, devotaque, expanfum ufteri orificium in modum manus, ad Statuæ inter. VENERIS GENETRICIS Numen genus à Venere, propter Æneam ejus filium, fe fecere affervabam, maximè verò gens Julia: quæ quidem, conlente & dicante Julio Cæfare, templum erexit Veneri Genetrici, cujus rei Plinius & Tranquillus & alii meminere. V. Fortun. Licetum de Gemmis Annul. Schem. 8. cap. 55. & Schemate 48. cap. 146. Eam Venerem armatam vocat Dio lib. 43 Τὸ γὰρ ὅπλον αὐτὸν (Ἀφροδίτης) ἔνυαλίου ἔθηκεν, ὡς σύνδυασι αὐτὸν ἐς τοὺς πολέμους ἡ κεφαλὴ ἐπιλαβὼν ἔχει, ἐπιλαμβάνει ejus (Veneris) armata imaginem geftabat, ea, teffera in rebus fummis plerumq; utebatur. Ut & hoc addam, Veneris coronæ è rofa plerunque fuere, uti pluribus docet Car. Pafchalius Coronar. lib. 3. cap. 6. Simulachra ejus inter præclariffimorum Artificum opera, memorantur varia Plinio, picta Anadyomene Apellis, lib. 35. cap. 10. & Cnia inexplota ejusdem, ibid. è marmore Gnidia Praxiteli s, lib. eodem cap. 6. & vivens, Phidiæ, an Alcamenis, ibid. Nonnulla vocata, Agoræitis, ibid. &c. Idem Venerem inter Gratias & Cupidines Nicearchi celebrat, cap. 13. ubi de iis qui encaufto pinxerunt. Gemmam ab eadem nominatam, Veneris crinem, idem memorat lib. 37. cap. 10. de qua V. Salmafium ad Solin. pag. 350. & 759. plura v. de hoc Gentilium Idolo famofiffimo, apud Cafp. Barthium Animadverfion. Papinianis paffim, inprimis in magno ejus Superftitionum Commentario, Salmafium d. l. p. 69. 1237. ubi Veneris figuram apud Affrologos, ex initiali litera vocis Φωσφόρος, quod epitheton Veneris fuiffe, dictum, originem trahere docet, ubique, Alios.

Cognomina quadam Veneris, præter memorata.

a. Ἀφροδίτη dicta eft Græcis, feu Ἀφρογένεια; quo nomine tamen non Lunam indigitarunt, vel quæ ei ineft vim generatricem: fed potiùs hanc, quatenus ineft Naturæ inferiori, ut cœlitus vim eam obtineri. Semen enim profilicum ἀφροῦδας: quò pertinet fabula, de tefticulis Cœli abfciffis inque mare projectis, ac Veneris inde nata. V. Voffium lib. cit. cap. 27. *β.* Artimpafa, Cœleftis Venus appellata eft Scythis, teffe Herodoto Melpom. V. Voffium cap. 82. ejusd. libri. *γ.* Byblia Venus Phœnicum, eadem cum Cybele Phrygum, cumque Matre Deûm, quo nomine Telluris Lunæque globum indigitatum fuiffe, dictum. *δ.* Cœleftis, Ἀφροδίτη Οὐρανία, Aſſyrîs Arabibusque culta eft, uti ex Herodoto diximus Mitra 1. quo nomine tum Lunam, tum Aëra, eos intellexiffe adeoque Venerem ac Junonem pro eodem habuiffe Numine, docet Voffius cap. 84. Juxta Theologiam Civ. ac Poëtic. Cœleftis hæc Venus, mens fuit cœleftis, ftellæ Veneris præfes, Idem cap. 31. 1. Colias. ζ. Cypria, ab Inf. ubi colebatur, dicta, amica fuit vel concubina Cinyræ R. quem Cecropis ætate, vel paulo poft, vixiffe, colligitur ex Apollodori lib. 3. Primum autem Cinyram in Deos hanc Venerem retuliffe, prodidit Clemens Alex. Admonit. ad Gentes. Vocabatur ea Φιλοτέκνος, offerebatur ei ab initiatis nummus, offendebatur in facris ilius falis pugillus & phallus, quæ omnia, ad lafcivam fignandam, confecta, non uxorem eam Regis, fed fcortillum fuiffe, arguunt. Paphi vixiffe, dum inter homines ageret, ait Ifidorus Orig. lib. 8. cap. 11. & favet, quòd apud Clementem Recognit. lib. 10. ejus fepulchrum in Cypro fuiffe legimus. V. Voffium lib. 1. cap. 17. *ε.* Deûm Matter, quo nomine Telius culta à Phrygibus, eadem fuit cum Venere, Idem lib. 2. cap. 10. *ϛ. E'πιτυμβία*, apud Hefychium & Phavorinum, dicta reperitur, prout denotabat Lunam Maris dominam. Eandem ob cauſam Anaitis, *η.* Fortuna, apud Pauſanîam: Βιλλαία, apud Artemidorum lib. 2. cap 35. Πανία, apud Plutarchum & Pauſanîam, cognominata eſt. Et hinc Iſidem, quæ eadem cum Luna, Ægyptii finxere navigio vehi: Numinique Thebæo, per quod Iis fignata, Seſoſtris navem cedrinam ac in aurum cubitorum 280. deciſſe refert, apud Diodorum lib. 1. 1. Fruris, *θ.* ſupra ». Haſtata, Græce Ἐγχωρία, Cypriis dicta & colita eſt, ex hac ipſa cum qua proin eadem Juno Curitis. Helychius, Ἐγχωρία· Ἀφροδίτη Κυπρίοις. λ. Iſis, apud Ægyptios. *ν.* Jus loco: & hic paulo ſuprà, in E'πιτυμβία. *ξ.* Λιμενία, quaſi Patronna, Id. lib. 1. Odyſſeæ, V. paulo ſuprà, Cœleſtis. *ο.* Πελαγία, V. E'πιτυμβία. *ο.* Phœnicia, V. Byblia. *π.* Proſerpina, dicta eſt Venus, quatenus Luna, uti generationi per ſe: ita corruptioni ac interitui rerum per accidens, præeſt. V. Voſſium lib. 2. cap. 27. *ϙ.* Πυθία, V. E'πιτυμβία. *ρ.* Venus, nomen Romanis diu ignotum, ab Hetruſcis ad eos delatum videtur, qui id ab Oriente acce; ere, Idem lib. cod. cap. 27. ex Dionyſio Antiqq. lib. 2. *τ.* Virgo, Orientalibus dicta eſt Cœleſtis Venus, uti Latinis & Græcis Diana. *υ.* Vifcata &c. V. eundem lib. 2. cap. 84. & hic ſuprà.

Venuſtus Cof. Sabini coll. fuit, ſub Gordiano III. cujus meminit Capitolinus in Pia hujus ubi horum Conſulatu, duce Sabino, pugnatum in Africa contra Tertullum, Gordianæ ſorori item Procuratoris nomen, apud Treb. Pollionem in Claudio, ubi Gallieni ad eum epiſtolam habes. Græce E'υωφέλητος, quod cognomi (*Formoſum* ſimul *Felicemq.* denotans) quantopere ambierit Sulla, diximus ſuo loco. Julius aut *dignitatem* in virili, ſic *venuſtatem*, in mulebri pulchritudine, commendat Cicero *de Officiis lib. 1. Cum pulchritudinibus duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas:* Venuſtatem *mulebrem dicere debemus, dignitatem virilem:* ad quem locum V. Barthium *Animadv. ad Statium Thebaid. l. 6. v. 712.*

Ver Sacrum, cujus apud Livium mentio frequens, Siſennæ, apud Nonium, *religiofum*, alias *execrandum*, exponitur, atque apud Græcos (quibus ἱερὸν ἔτος, *Sacer annus*, dictum eſt) & Romanos, in uſu fuit. Strabo lib. 5. Σαυῖνοι κοινὸν χρέος ἐκτε νὺς Ὁμόζηλον πολιτεύονται, ἀζώνοις, κρώδαις τε ἐλάσιν πᾶσι, τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τέκνα κρίνοντες. Ubi τῷ ἔτει quidam gratis reponunt, nanique, cum vovebant, quidquid proximo *vere* naſceretur, unius anni ſœtum Deo ſacrabatur. Hinc idem alibi diſcrte ἱερὸν ἔαρ, & clarius Dionyſius Halic. Ἀρχαιολ. lib. 1. ἱερὸν χρόνος, *annus ſacrus*, appellat. Et quidem de Græcis Solinus *p. 2 Catillus*, inquit, *Amphitani filius, poſt prodigialem partus apud Thebas interitum, Oetlei avi juſſu, cum omni ſexu* Ver ſacrum *miſſus, tres liberos in Italia procreavit*, ad quem locum Salmaſium vide. Idem de Lacedæmonîis, quo tempore iubem Heraclium condiderunt, fœtum eſſe, alibi legimus. De Romanis nota omnia. Sic & Sabini ſeruntur vovifſe. Et res communis melioribus locis conſtituiſſet, ſi *Ver ſacrum* ſacturos: quo voto damnati, fœtum omnem dicuntur ejus anni ſtatim conſecraſſe &c. Fiebat nempe id rebus potiſſimùm creperis: vovebanturque fœtus ejus anni omnes, cuncta ſc. animalia, quæ ab eo tempore, quo incepiſſet, usque ad ver proximum naſcerentur. Quia verò crudele viſum, pueros puellasque innocentes interimere, in adultam ætatem perductos velabant atque extra fines eos exigebant. Unde *Sacrani*, ex quo dicti fint, quòd in *Ver ſacro* nati haberentur. Extat votendi *Veris ſacri* formula hæc apud Livium lib. 22. cap. 10. *Velitis jubeatisne hoc ſic fieri. Si Reſpublica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, ſicuti mos, quæ ſalva eſt, ſervata erit hiſce duellis, quod duellum populo Romano cum Carthaginienſi eſt, quæque duella cum Gallis ſunt; qui eis Alpes ſunt; donum datum duis populus Romanus Quiritium, quod Ver attuleris, ex ſuillo, caprino, bovillo grege, quæque pagina orunt, Jovi fieri, ex quo die Senatus populuſque juſſerit.* Ubi videmus Jovi id Ver votum, hoc quæ pecudes hic reſtricturn? Sed nec ad omnes, nam quæ antea confecratæ fuiſſent, hoc voto non continebantur. Adde quòd non quævis atas pecorum apta ſacrificio, uti diximus ex Auctoribus variis, inprimis Varrone *de Re Ruſt. lib. 2. cap. 4.*

& Servio *ad Æneid. lib. 4.* Hinc diem, ex quo oporteat facere; non relinquit arbitrio cujusque, sed destinationi Senatus refertur. Nisi tamen eum diem intelligere malis, ex quo incipere debeat *Ver sacrum*: qui non definitus hic, sed *l. 34. Ver sacrum videri potest, quod natum esset inter Kal. Mart. & pridie Kal. Aprilem.* Nonnunquam vero & pro victoriis obtentis, in gratiarum actionem, Jovi votum hoc à Romanis factum ut ex eodem alibi discas. V. hanc in rem plura, apud Victorium *Var. Lection., 4. 35. c. 22.* Petr. Crinitum *de Honestis Disciplinis. l. 24. c. 8.* Joh. Frid. Gronovium *Observationum l. 4. cap. 14.* Alios: uti de *Vere*, anni tempestatum principe, hic passim.

Vera, oracula & sortes dicuntur Jul. Capitolino *in Opilio Macrino*, *Vates Cælestis*, *apud Carthaginem*, *quæ Deo repleta jubebat vera canere.* Edita ab iis, quos Suetonius *Veraculos* appellat, *Vitellio cap. 14. Nullis tamen infensior, quam Veraculis* (seu Vericolis) *& Mathematicis, ut quibus, deterreor, inauditum capite punietur*, ad quem *l. Cæsubonum vide. Aliter Ptratores*, i. Vates & Harioli, cœterique Divini: qui *verabant*, i. vera canebant. Apud vet. Poëtam, *Satin' vates verare aiate in agunda.* Unde *veratum*, in antiqq. Burgundionum *Legg.* pro divinatione, quam edunt Harioli & Sortilegi de rebus, quas quisque perdidit, quo loco & penès quem invenienda sint. *Tit. 16. Si vero regius exitoris, & veratuvas acceperit, & is qui judicat, invenire non potuerit, furtum, quod se perdere meminebatur, dissolvat in simplum.* Ubi tamen *veratura* pretium quoddam, & merces, quæ pro divinatione Harioli datur, quam ipsa divinatio, Salmasio *ad Capitolini loc. cit.* Germanis hodieque *verare*, est *wahrsagen*, Gr. ἀληθεύειν. Sed & priscis Latinis *verus color*, de rubro & coccineo, uti ἀληθὴς Græcis: unde *verantia*, & recentiori ævo *varantia*, hodie *garantia*, rubia dicitur, quæ vero colore tingit, hinc quę βαφὴν dicunt Græcis appellata est. V. eundem *Exercit. Plinian. ad Solinum* pag. 1152. & supra, ubi de *Cocco*, *Purpura*, *Radicula*, *Rubia* &c. nec non infrà, voce *Verum*.

Verace, nomen illustris in Gallia Familiæ, quæ Budææ stirpis ramus est, de qua V. supra, voce *Budæus*.

Veragua, nomen itidem Familiæ illustris, in Hispania, cui ex Portugallica stirpe origo est. In hac enim cùm tres sint Familiæ præcipuæ, quæ ex naturalibus Regum liberis prodiere, in media, quæ Bragantina est, Alvarus fil. mediùs Ferdinandi I. Duc. Bragantini, Dn. *de Ferreira*, numerosæ posteritatis fator, inter alios, Duces quoque *de Veragua*, ex Comitibus de *Gelves*, dedit, ad quos Familiæ Columbiæ successio delapsa, cum tit. *Marchion. de Jamaica*, ut videre est supra, voce *Columbus*. V. quoque Phil. Jac. Spenerum *Arte Heraldica Tom. II.* ubi *de Infignibus*.

Verba, tum ore, tum manibus expediuntur. Et quidem prius tèt ut fieret, in infantia ftatim adhibitus est apud Vett. *primus vocis Enodator*, ut Tertullianus vocat. *de Pallio cap. 5.* qui, quo modo singula quæque *verba*, qua voce, quo motu oris essent pronuntianda, præcipiebat: quod quâ methodo factum, docet Quintilianus *l. 1. c. 2.* & Martianus Capella *de Grammat.* Accedebat Phonascus, quibus ii insuper operam dabant, qui Cantores Tragici aut Comœdi, seu Orationes etiam vellent esse. Quo pacto ore fatis formato, & facultate dicendi in Rhetorum Scholis cum tempore acquisita, *verba* publicè factura procedebant in medium, uti hic passim videre est. Sed & *verba* manibus expediebant Pantomimi. Cyprianus *lib. de Spectac.* de Pantomimo, *Homo fractus omnibus membris, & vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire.* Cujusmodi saltationis, quæ manibus loquebatur & gestibus omnia effingebat atque imitabatur tam dextrè, ut populus hinc facilè cognoscere posset fabulæ argumentum, vestigia, jam Heroicis temporibus occurrunt. Telestem certè, quo saltatore utebatur Æschylus in tragœdiis, ἀσὺν bonum ejus rei fuisse artificem, ut, cùm τὰς ἐν ταῖς ὄψεσι desaltaret, omnia, quæ illic agebantur, gestibus peregerit, & oculis spectatorum subjecerit, diserimus ex Athenæo. Postmodum verò Artem hanc exquisitius excoluerunt, & à Tragœdia, Comœdia ac Satyra separatam, seorsim in Orchestra exhibuerunt, celebre illi sub Augusto *Xenophon*, seu Pantomimi, Pylades & Barbyllus, teste Zosimo. Qua de re V. Salmasium *ad Corinum Popisci*, & hic passim, ubi de *Chironomia* & *Pantomimis*, ac in specie, ubi de *Batbyllo* & *Pylade*. Cœterùm *Verba fatis* apud Capitolinum, quæ dici consueverint, diximus supra. *Verba nupta*, apud Festum, eadem quæ *Verba obscæna* Varroni apud Marcellum; *præterea*, apud Suetonium *Postpatrua cap. 22. Veneris vocabula*, eidem Varroni: impudica sunt, quæ Sponsi accini folebant, apud Romanos, uti vidimus, ubi de *Fescenninis*, ac *Nuptiis*. A quibus, ne quidem in vita communi, abstinuisse Vespasianum, notat Auctor modò laudatus. Quanto meliùs Comnenus Imp. CPolitanus, *verba inania ac obscæna*, è conviviis totoque palatio, exulare jussit, dicto Christi, *de quolibet verbo otioso rationem olim reddendam esse*, monentis, permotus, uti refert Niceras Choniates &c. Plura verò hic passim, inprimis voce *Vox*.

Verbena, quasi *Herbena*, id est, *Veneris vena*, denotabat apud Vett. omnem herbam frondemque, quâ Aræ coronabantur, Francisc. Gouldm. *Diction. Lat. Angl.* Jul. verò Cæsar Scaliger *Poetices lib. 1. cap. 21.* ubi de *Ara Apollini in Comœdia stabuli fabrè*, sic: Propræ, inquit, *ac vera ara*, *dextra Baccho in Tragœdia*; *Apollini in Comœdia*, *sinistra vel vel Divo vel Heroi vel Cœli*, *cui stebant Lauti*, *aut Justia*, *aut Parentalia*. *Unde etiam Κοκκὸν Ἀπόλλωνα facimus mentionem*, *quem celebrabant panegyri Nauciate omnes*, *Pytanum ingredientes*, *candidis indusi vestibus*, *quas ideirco Pytanicas appellabant. In iis aris* Verbenæ *imponebantur Apollini*, *ut ait in Andria Terentiana*, *hederæ Bacchi.* Eâdem Jovis templum lustrabatur, & pavimentum verrebatur ac mensa, unde & à *verrendo* quibusdam nomen accepisse videtur: Templa quoque ac vias certis diebus illâ ornabant, qui hinc *Verbenalia* dicti. Sacrificantes porrò eas adolebant. Virgilius *Eclog. 8.*

Verbenasq; adole molles.

Ubi Schol. Sic *vocat virgulta vestigiis apta*: *Nam non tantum herbam certam significat*, *sed omnem frondem & ramum*, *qui facilè concipi ignem.* Et capita iis cingebant, idem Æneid. *l. 12.* ubi de Fecialibus sermo est,

Verbenasq; ferunt, & vittis tempora cinctæ.

In quæ verba iterum Vir doctus, inquit, *sacra*, *sagmina propriè: nam*, *ex Capitolii sacro loco pulsebant sagmina Fecialis & Pater Patratus*, *bella indicturi vel foedus initurі*, *Liv. lib. 1. Absurdè tamen* Verbenas *jam vocamus omnes frondes sacratas*, *ut est laurus*, *oliva*, *myrtus &c.* Plinius fic de hac re, *lib. 22. cap. 2. Sagmina in remediis publicis fuere*, *& in sacris legationibusq;* verbenæ. *Certè utrisq; nomina idem significatur*, *hoc est*, *gramen*, *ex arce cum terra evulsum*: *ac semper & legati*, *cum ad hostes clarigatum q; mitterentur — nunc utiq;* Verbenarius *vocabatur.* V. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 5. cap. 3.* ubi de Romanorum more fœdera percutiendi, agens, Sc. in hæc verba fieri consueviste, ait, *ni privatæ* verbenas *privatis*, *lapides Prætorem poscerent: qui verbenam ex arce & sagmina ac lapidem silicem ex templo Jovis Feretrii daret*, *Fecialesq; ea secum ferrent*; & quæ fequ. Similiter Patrem Patratum, *verbenâ caput velabilis*, *tangendo*, faciebat Fecialis, uti videre est apud Polydorum *de Rerum Inv. lib. 4.* Atque fic caput inter jurandum tangebatur, Liv. *Dec. 1. lib. 1.* Sed & in Nuptiis *verbenæ* locus. Moris enim fuisse, ut nova Nupta *verbenis* à se lectis coronam componeret, eamque sub amiculo ferret, sunt qui tradant, quo de ritu Car. Paschalius *Coronar. lib. 2. cap. 17.* qui etiam de prisco more sacrificantium ifstiumodi ferto caput cingendi, varia habet *lib. 4. cap. 19.* Nec omittendum, in Serapidis templo, *verbenas* quoque, coronas & panificia, memorari Suetonio *in Vespasiano cap. 7.* ubi cùm is in Ægypto esset, ac de firmitate Imperii captus auspicium ædem Serapidis folus intrasset, propitiatoque Deo eandem se convertisset, hæc tria prædicta à Basilide liberto oblata fuisse, pro more, refert.

Verbera, multiplicis generis, usuque. In Scholis *verbere* monita juventus, fapere dicit: de cujusmodi *Verberibus Scholasticis* Ausonius, Gratiani Imp. Præceptor,

Ausonius, *cujus ferulam nunc sceptra verentur.*

Item *Protrept. ad Nepotem. Eclyll. 4.*

Tu quoq; ne metuas, *quam vis schola verbere multo*
Incoqui, *& tristissima senex gerat ora Magister.*
— *nec te clamor plagosi*, *ignaue*,
Nec matutinis aquis formido sub horis.
Quòd scripturum librum ferulæ, *quid mulsa supellex*
Virgea, *quòd fallax scuticem præsexa alnus.*

V. supra, voce *Ferula*. At in Christianorum pueris, perfecutione Gentilium graffante, *verbera* ad necem usque ingeminata, uti de Romano Prudentius docet,

Vis hæc profanus posnonem præcipit,
Sublimè tollant, *& manu pulsent nates.*
Atox & remoti rebe virgis verberent,
Tenerumq; duris ictibus torquat femur,
Pius unde lactis, *quàm cruoris effluat.*

In adultis verò, *Verbera* apud Romanos, in condemnatis mortem communiter præcesserunt. Livius *lib. 34.* ubi de Servis conjuratis, *Multi occisi*, *multi capti*, *alii* verbetati *crucibus affixi.* Cujus moris retinens Alexander, apud Curtium *lib. 8.* eos, qui Petram obstinatè defenderant, *Omnes* verberibus *affectos*, *sub ipsis radicibus Petræ*, *crucibus ipsis affigi.* Judæi quoque apud Josephum *Excid. lib. 7. cap. 32.* μαστιγώσει τε καὶ πάσῃ κολάσει τοὺς ἁλόντας πρὸ τοῦ τείχους ἀνίκει, *deinde verbi*, *Flagellati & præcruciati ante mortem omne genus verberibus cruciabantur.* Quod Philo quoque narrat de Judæis Alexandriæ, à Flacco, in crucem actis. Imò & horrendum carmen diserte canebat, *Verbera intra*, *aut extra pomerium*; & tum succinebat, *Arbori infelici suspendito.* Factum autem id temporibus antiquis, postea mutavit. Neque verò neci tantùm prævia *Verberatio* erat, sed & in metallum damnationem aliamq; insuper pœnam præcedebat, imò & per se pœna erat, virgis enim ad necem cæsi, in Hist. Rom. non raro occurrunt:

qua de re docte Petrus Faber *in Semestribus l.* 2. *c.* 10. At sequenti ævo, non solum civis Romanus, ex legibus Porcia & Valeria, nec morti tradi nec cædi omnino, adversus provocationem ad Populum, debebat, sed tandem etiam nec hostis nec alius *Verberibus* solùm necabatur. Interim & Flagellationis & Fustigationis, utroque enim modo insligebantur *Verbera*) castigationem in usu Romanis mansisse, ex Digestis liquet Historiosæ: ita tamen, ut servus flagellis, liber fustibus seu virgis cædendus esset, ut noti semel in Digestis docetur, optimeque explicatur à Barn. Brissonio *Select. ex jure civ. Antiq. lib.* 3. *cap.* 9. Quod ita manet, ut fieri in hujusmodi casibus amat, haud perpetuo eodem se habuit modo. Ex more hoc Romano, quo in non cives Romanos animadverti volebant more Majorum, id est, ita ut capitaliter puniendi primò cæderentur; non Judæi solùm prædicti, & Antigonus Hasmonæorum Rex Judææ ultimus in Herodis gratiam, ab Antonio, Antiochiæ flagris primùm cæsus, & dein securi percussus est, Joseph. *lib.* 15. *c.* 9. 1. Plut. *in Antonio*: sed & inde orta est D. N. JESU CHRISTI flagellatio, à Pilato, Præfide Romano, cum jam crucifixuro, non à Judæis, ex jure (quo licèt Hierosolymis, illata, Matthæi *cap.* 27. *vers.* 26. Marci *c.* 15. *vers.* 15. Nempe, ut pro damnato habitus flagellabatur, quod planè contra morem Judaicum, ut videbimus infrà, fed Romano fatis conformun. Licèt enim Pilatus SERVATOREM caftigare vellet Lucæ *c.* 23. *vers.* 22. (flagellatione, ut videtur) nec morti tradere, uti ex more Romano Præfidibus licuit: tamen, cùm alitèr Judæis fatisfieri nequiret, pœnam utramque conjunxit. Fuftigationi autem illi fubjici folebant, idque ex Reficriptis fæpe principalibus, non omnibus, fed liberi homines tantùm, qui nenumeres eſſent. non qui honeſtiores; extra cafum Majeſtatis, ut etiam in Baſilica feu jura Cæſarea Græcanica fæcepium eſt, Tom. 7. *l.* 60. *tit.* 51. §. 28. & *ibid. Scholia Gr.* Sed de Fuſtigatione infrà, in voce *Virga* plura addentur. Apud Chriſtianos utriusque, tum Fuſtigationis tum Flagellationis, uſus forenſis, extra caſus aliquot atroces & homines viliſſimos, diu abhinc evanuiſſe videtur. V. Jul. Clarum *Sent. lib.* 5. *Quæſt.* 70. & ibi Dan. Bajardum. Certè apud Græcos tenet, adeò infamis non habebatur *Verberum* pœna, quin caſus, quaſi crimen omnino inde, quantum ad Famam, ſatis expiaſſet, exiſtimationi priſtinæ reſtitueretur. Quà de re non dubitabatur inter hoſpitem Athenienſem, Cliniam Cretenſem, & Megillum Laconem, dum Reip. fuæ Magnetice leges condituri erant: Et repertimus, tam civibus, quàm peregrinis, ac ſervis *Verbera*, velut mulctas alias civiles, ſæpius ab ipſis fuiſſe præſcripta, Plato *de LL. lib.* 8. 9. 11. Etiam Lichas, Argeſilai filius, Lacon, ob mores certaminis publici apicem violatum τῶν ἐν ἀγῶσι νόμων, à Lictoribus virgis cæſus eſt, Vir, qui glorioſiſſimis illic certaverat, & poſtea in Legationem à Lacedæmoniis ad Argivos fuit electus, apud Thucyd. *Hiſtor. lib.* 5. Memoratque Athenæus *lib.* 4. Coquum in Lyceo, quia ſaſſamentum aliud, loco alterius, præparaverat, ταττυβύτου. Quinetiam Lacedæmonios in more erat, ſemel quotannis pueros etiam nobiliores, aſtantibus aræ cuique hortantibus Parentibus, ad aram Dianæ Orthiæ flagris toto die cædi; quod pro imagine etiam pœnæ nonnullis ſuntum, eorum ſic. qui ex ritu cæſum ab ara rapientes deprehenſi eſſent, V. Xenoph. *de Rep. Lacedæm.* Plut. *in Ariſtide* & *Inſtitutis Lacon.* Lucianum *de Gymnas.* Alios, quos diligenter congeſſit Nic. Cragius *de Rep. Lacedæmon. lib.* 3. *Tab.* 9. *Inſtituo* 8. Sed & Muhammedanis, ſine ſervorum & liberorum diſcrimine aliquo, *Verberum* diſciplina & vetus eſt & hucusque duravit. Sic *Verbera centum* omni adulteranti: *Octhaginta* inebriato, irrogari legas, in Alcorano & *Dict.* Mahometis *pag.* 191. Reliqua item ævi Abulabbæ Almamonis Caliphæ 28. puellam, eò quòd cantus ejus Almamoni diſpliceret, *quadraginta Verberibus* cæſi juſſit, apud Elmacinum *Hiſtor. Saracenic. l.* 2. Etiam apud Sinenſes, frequentiſſimo in uſu fertur eſſe forenſis fuſtigatio, in tribunalibus Mandarinorum, ubi perpetuò adſtant lictores fuſtibus inſtructi, qui exequantur illico ſententiam, uti diſcimus ex Alvaro Semedo Luſitano *Hiſtor. Monarchiæ Sinenſis*: ut de aliarum Gentium moribus nil addam. Tranſeo ad Hebræorum Remp. optimè conſtitutam, in qua *Verbera* quoque irrogabantur à Triumviris, ad quos capitales cauſæ, (à Synedriis ſolùm Vigintitriumviralibus & Magno ſeu Septuagintauniusviralì judicari ſolitæ) non ſpectabant. Et quidem, ſicut in Judicium capitale, ita in illud, quo *Verberibus* crimen lucendum erat, nemo deducebatur, nec facinori pœnâ aliàs debitâ afficiebatur, citra תזהראת *Præmonitionem*, quâ innuebant, reum, hoc nomine, in jus vocatum, non condemnandum, niſi de Lege ipſâ, in quam peccaverat, ante fuiſſet pramonitus. Erat autem formula præmonitionis hujusmodi; Dicendum erat facinus patratum, *Abſilme, quoniam transgreſſus eſt hoc, cujus nomine ſententiæ Synedrii obnoxius eris capitali, aut* Verberum *ſin flagellationis pœnæ.* Cui ſi non parèret, pœnam ſentiebat. Deſcribitur illa diſerte Deuter. *cap.* 25. *vers.* 1. *Si ſit ſuperis inter homines, accedent ad Judicium, & judicient eos inſtificentq, juſtum, impium vero condemnent. Et ſi fuerit* בן הכות *filius Verberationis, deijciet eum Judex, & cadat eum coram ſe, juxta impietatem ejus, ſecundùm numerum. Quadraginta* (plagis) *verberet eum & non addat, ne forte, ſi addiderit verberare eum, ultrà verberationem illam magnam, contemibilis ſit frater tuus in oculis tuis.* E' qua lege inſligebant Reo *Verbera*, non ſolùm Synedrii Majores, ſed etiam Triumvirales, ut dictum, ita tamen, ut temporibus recentioribus, non ali Triumviri, quàm qui ordinati eſſent ſeu manuum impoſitione creati, hanc rite pœnam irrogarent. Quod hoc modo fiebat: Manibus *verberandi* columnæ hinc inde alligatis, Lictor nudum eum pectore tenus reddebat. Poſt eum lapis poſitus erat, cui inſiſtebat miniſter, habens in manu ſua lorum taurinum, quo cædebat inclinantem eum & in ventre & in tergo, ideque ſemper coram Judice: Quod dum fiebat, Judicum præcipuus, ut præco clamabat, *Si non vobiſcum ſaveris, ut omnia facias verba Legis hujus &c. Omnino miraliter efficies Dominus plagas tuas & plagas ſeminis tui* &c. ex Deuteron. *cap.* 28. *vers.* 58. Et addens, *Quapropter obſervabitis verba fœderis hujus &c. ex cap. ſeq.* v. 9. tandem adjiciebat, *Ipſe autem miſericors expiabit iniquitatem*, ex Pſalmo 78. v. 38. quæ & iteratò, & ante *Verberum* numerum finiſſet. Quòd ſi inter cædendum Reus moreretur, nihili erat. Nec ideò leniebatur, ne non adjicendis numero quadragenario plagis, forſan transgrederetur, excedi nolebant triginta novem, licèt reus ſive robuſtiſſimus ſive pertinaciſſimus eſſet. Unde Joſephus, plagas ex Lege inſligendas, vocat μιᾶ δεόντως τεσσαράκοντα, *una minus quadraginta*, *Antiq. lib.* 4. *cap* 8. & S. Paulus, à Judæis, inquit 2. Cor. *cap* 1. *verſu* 24. τεσσάρας τεσσαράκοντα πλὴν μιᾶς ἔλαβον, *Quinquies quadraginta una minus accepi.* V. quoq; Buxtorfium *Epiſt. Dedicat. ad librum ſeturum à Rabbin.* Sed numerus, pro reatus & perſonæ conditione, etiam minor erat, ex pro Synedrii libitu variatur: Atq. ita ut ex ſententia ſtatim exequenda præſtituì ſolitus exceði non deberet, licèt debilitate Rei, inter flagellandum, perſpecta, rectè minui poſſet. At verò, ſi quis pœnam hanc bis ſimul mereretur, quadraginta interdum excedebant, usque ad numerum aliquem intra 79. aut, prout lubebat, tempora *verberationibus* fingula adſignabant. Quòd ſi autem alligatus ſe ſolveret, fugeretque, reducendus non erat &c. Sic pœna affectus, ſtatui priori in integrum reſtituebatur, nec crimen commiſſum ei poterat exprobrari: Imò & Pontifex Max. Iudex à Triumviris, aliisve Synedriis rité verberatus, קויר לנדולתו *reſtituebatur in Majeſtatem ſuam*; nedum Sacerdotes reliqui. In Conſeſſu tamen ſeu Synedrii Principe hoc ita temperabatur, ut *Verberatus* non reſtitueretur in Præfecturam ſuam. Crimen, quod *Verberum* pœnam merebatur, violatio erat Præcepti negativi: quæ quot modis contigerit, exhibet prolixè Seldenus: ubi, qui negativum aliquod violarent præceptum, cujus pœna כרת ſeu *Exciſio* divinitus expectanda eſſet, nec debita ei in Synedrio aliquo pœna capitalis haberetur, XXI. qui verò præter hoſce, juxta Legem, præceptorum Negativorum violationis nomine, quibus nec exciſio nec capitalis pœna forenſis continetur, *verberandi* erant, CLXVII. recenſet, *l. de Synedriis Vet. Hebr.* c. 13. E quibus patet *Verberum* pœnam, apud Hebræos, nec capitalem, nec ignominioſam fuiſſe, eique non viliores tantùm è Populo, ſed & Principes Synedrii M. Pontifices Maximos, Reges ipſos, ſubjacuiſſe. Sed & eadem apud reliquos quoque Orientales admodum erat frequens. Aliter autem Occidentalíores ſeculorum recentiorum de illa ſtatuerunt, citam mortem huic, ignominiæ causâ, plerunque præferendo, ut ex parte ſupra vidimus. Adde, ſi lubet, Juſtum Lipſium *de Cruce lib.* 2. *cap.* 2. 3. & 4. quà *Verbera*, vel flagellis vel fuſtibus ſeu virgis infligebantur, V. eundem, in his vocibus, uti de *Verberum*, in Sacris Gentilium, uſu, ubi de *Lupercis*, nec non, voce *Thyrſus*: de barbaro verò Moſcorum more, ubi, inter maritalis fidei ac amoris pignora, *Verbera* habentur uxores, non alitùde conjugalis benevolentiæ certius augurium capientes, V. Barclaj *Euphormionem*, & plura apud Guaginum *Deſcr. Moſcoviæ cap.* 4.

Verberandi contra Ventum ritus, medio ævo uſitatus, indigitatur *Speculo* Saxonico *l.* 1. *artic.* 63. §. 7. *Actor in circulum prior veniat, & ſi reus venire protraxerit, Judex debet eum tribus vicibus per præconem de domo in domum citare, quod ſi in tertia vocatione non venerit, actor ſurgendo ſe debet dudo præſentare, &* verberando contra ventum, *eum ſuper obſis in querela, contra eum propoſita, ac Judex eum, tanquam duello eſſet ſuperatus, condemnabit.* Ubi alios habere, *& bis percutiat ſeu ferias contra ventum, & tertio ſigat in terram & ſuf.* monet C. du Freſne in *Gloſſar.* Agitur ſc. hic de more controverſias per duellum decidendi more tum frequentiſſimo: quo, qui in campum monomachiâ à Judice indictâ dimicaturus deſcendebat, adverſarium non veniente, gladium tanquam pugnaturus vibrando aërem percutiebat, quod *verberare contra ventum* dicebant, victoriæ à Judice pronuntiabatur. Aliud eſt, ἀέρα δέρειν, *aerem verberare*, I. Cor. *cap.* 9. *verſu* 26. de quo, utpote ex vett. Lucta deſumpto, diximus ſuprà.

In *Verbo* veritatis, jurare ſolebant olim Eccleſiaſtici viri, quibus *ſuper Sacra* teu *corporaliter* jurare prohibitum, Syn. Meldenſi: quod *verbum Sacerdotum*, in vet. *Charta* dicitur, apud Car. du Freſne. Idque manu ad pectus appoſitâ, uti de Electoribus

bus Ecclesiasticis legimus in *Bulla Aur.* Car. IV. Imp. *cap. 2.* „Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio B. Joannis, „In principio erat verbum: quod illic ante ipsos poni debebit, „manus suas pectori cum reverentia supponant: seculares ve„ro Principes Electores dictum Evangelium corporaliter ma„nibus suis tangant &c. Uti jurare non coactos Flamines Dialenses, fed *verbo* illorum, q. fallere nescio, fidem habitam, docet Gellius *l.10. c.15.* Alios tamen, maximè Principes viros, eadem Sacramenti formula ufos effe, difcimus ex Matthæo Pariſ. An. C. 1252. ubi Henricum III. Angl. R. peregrinationem in Terram S. initurum fe pollicitum effe cum Sacramento more Sacerdotum adhibito ait, ritumque deferibit pluribus. Sic *Verbo tenus* dixiffe eum contrarium, quendam Comitem Ge lrum, it. Com. Clivenſem, atque fic, velut juramento præſtito, litri finem impoſitam, docet idem C. du Freſne ex Friderico Sandio *in Conjunctud. Feudal. Gelriæ p. 433.*

Verbum, Caro factum eſt, Joh. *c.1. v.14.* Filius ſc. Dei, *Verbum substantiale*, *substantiale*, Patris, humanam ſibi junxit naturam, ut in illa pati, & proprio ſuo ſanguine Eccleſiam ſibi à Patre datam redimere poſſet. De quo adorando Salutis noſtræ myſterio Maxentius *Diſſertatione de ratione adunationis Verbi Dei ad propriatæ carnem, naturalem unionem, ſubſalem adunationem, ſive unitionem in Chriſto rectiſſime dici.* & prolixius *in Profeſſ. fua de Chriſto*, „Has igitur, ait, duas naturas Dei Verbi Domini noſtri ſeſu „Chriſti —— naturaliter five ſubſtantialiter —— credimus & con„fitemur unitas, eo quòd natura inviolabilis Dei Verbi naturæ „eſt unita paſſibili — Athanaſio dicente, *Verbum caro*, non caro „Verbum *factum eſt.* Verbum autem caro factum dicitur quia „Verbi facta eſt caro & non alicujus hominis, hoc eſt, Deus ho„mo factus eſt &c. V. Jo. Forbeſium *Inſtruction. Hiſtorico-Theologic. l.3. c.21. §.21.* ubi de loquutionibus, *in duabus & ex duabus naturis*; uti de Hæreticorum, circa myſterium hoc imperſectabile, erroribus, ſuprà voce *Chriſtomachi*. Hujus *Verbi* notitiam ad traditione aliquà acceperint olim Gentiles, an *Verbum* hoc *Subſtantiale*, *Verbum Dei invisibile* Oſtani, Stoici *Facient* rerum *Principium*, Babylonii *Cauſa cauſarum*, Ariſtoteli *Procreans* dictum fit, an *Verbum* Heracliti ac Platonis, fecunda fit SS. Trinitatis Perſona, diſquirit Jac. Planecrus pluribus, *in Syntag. Theol. Gentil. pur.* paſſim. Hoc certum, *Verbo mundum conſtitum* Genſilium agnovere non pauci, five illud de Filio Dei intellexerint five de ſermone, quo omnia fieri juſſit ſimul effecitque Deus: ſeu προφορικὸν ſeu ἐνδιάθετον. is vocandus ſit, cùm ita dixerit Deus, non ut per vocis organa quidam ſonus exiret, nec ut linguæ motus cœleſte formaret alloquium, atque aërem ipſum quidam verborum ſtrepitus verberaret; ſed *ut voluntatis ſuæ cognitionem proferet operationis effectus*, ut Ambroſius loquitur *Hexaem. l.1. c.9.* Hinc Orpheus in *Jure mentis*,

Orationem te Patris obtuſus, quam primùm effatus eſt,
Cùm Mundum univerſum ſuis firmaret conſilii:

apud Juſtinum *Martyrem Orat ad Gentes*. Paria de Platone, Socrate, Pythagora, V. apud Clementem *ſ. Strom.* de Ariſtotele, *l. de div. Sap. ſec. Ægypt. l.10 c.13* de aliis apud præfatum Planecrum *l.1. c.5 §.14.* qui etiam Diſputationem Leontii Epiſc. Cæſar. Cappadoc. nomine Patrum adverſus Phædonem Philoſ. Ariani num in Concilio Nicæno, Geſtaſio Cyzicreno memoratam, quâ is inter alia, *verbi* in ore hominis formati, exemplo, doctrinam de SS. Triade egregiè illuſtravit, paucis tangit; *c.3 §.5.*

Verbo ſuo, V. ſuprà *Sub verbo ſuo*.

Verecundia demiſſi oris, in Heroibus & Heroinis, celebrata paſſim apud Poetas, indicio virtutis modeſtiæque. Unde Statius *de Violantilla*,

Ipſa manum neptam genitrix Æneia ducit,
Lumine demiſſam, & dixit probitate rubentem.

Hoc nempe colore ſuorum facies ſuppingit, quem proin Virginem quam maximè decere Ariſtoteles genita dixit, apud Laertium. Sic idem *Thesbiti c.4.* 768.

—— *Demiſſo lumina vultu* &c.

V. quoque Virgilium *Æn. l.12.* de Turno, Ælianum *Var. l.12.c.* 1. de Aſpaſia: Euſtathium *l.10.&* 11. de Himene: porrò Ariſtotelem *l.1. Epiſt.19.* Apollon. Rhodium *lib. 1.* v. 790. Muſæum *in Leandro*, Alios, & plura hanc in rem apud Caſp. Barthium *Adv. lib. 90. cap.5.* Alia notio vocis apud Capitolinum in *Antonio* „Sanè quamvis eſſet conſtans, erat etiam verecundus; Et alibi, „ubi eum *verecundum fuiſſe ſine ignavia* ait non enim αἰσχυντηλὸν, ſed αἰδήμονα hic ſignificat, qui rogatus negare non ſuſtineret, ut exponit Salmaſius *ad l.* V. quoque ſuprà *Pudor*.

Veredarius, apud Caſſiodorum *Var. lib.4. Epiſt.* 47. ad Godiſcalcum Sajonem: Idcirco qui unquagintà ſolidorum multam „jam non *Veredarius*, fed catabulenſis incurrat, quisquis ultra „centum libras, pachipſum credideris onerandum: nomen eorum, qui mandatis Principum ac poteſtis ferendis operam dabant, ſed in equis; quales hodiè *Curreros* Galli vocant. Sicut *Curſores* idem miniſterium exhibebant, ſed pedibus, quales iisdem *Valets de pied* dicuntur. Horum inſtitutum quidam ad "Auguſtum referunt, de quo Suetonius *l. 2. c.49.* Quo celeritas "ac ſub mannum annuntiari cognoſcique poſſet, quid in provincia quaque gereretur, jurenes primo modicis intervallis "per militares vias, dehinc vehicula, diſpoſuit: commodius id "viſum eſt, ut qui à loco eidem perferent literas, interrogati quoque, ſi quid res exigerent, poſſent „Sed Caſaubon. *ad l.* Cyrum R. Perſarum id primum excogitaſſe, auctore Xenophonte *l.8.* Auguſtum v. hoc adinveniſſe, ne in ſingulis mantionibus *Veredarii* mutarentur cum veredis ob rationem Suetonio indigitatam, ait, qua de re V. ſuprà, ubi de *Curſu Publico*. Olim iidem *Frumentarii*, poſteriori ærvo *Sagones*, appellati, à ſagis quibus muntebantur. Hippocomorum inſtar, quibus ne ſua ſaga auferrent *Veredarii*, cautum eſt *l. 50. Cod. Theodoſ.* Græcis Ἀγγελιαφόροι & Ἀγγελιαπόμποι, quòd *ſalvas literas* ferrent, ut dicitur *in l.35. Cod. ejusd. tit. de Curſu publ.* Item Πτερόποδες, *à pinnis*, quas in capite geſtabant. *Gloſſ. Lat. MS.* apud C. an. du Freſne, Veredarii dicuntur, à vehendo, qui feſtinanter in equis currunt, non deſcendunt de equo, antequam liberant reſponſas ſua: habent in capite pinnas, ut inde intelligatur feſtinatio itineris: datur ſemper iis equus paratus, nec manducant, niſi ſuper equo, antequam perſecerunt. His qui præerat in Aula Francica olim, κατ' ἐξοχὴν *Veredarius* dicebatur. Sic in vet. *Charta* apud Auctorem præfatum, ſubſcripſere *Eudovicus filius Regis* poſtmodum Rex hujus nominis V. *Gervaſius Dapifer — Frederi. cus Camerarius*, *Balduinus Veredarius*. Forte idem, quem *Le Grand Maiſtre des Poſtes* hodie Galli appellant. Nomen à *vereo*, quæ vox à Græco Βῆσσαι aut Βίεσθαι, *fugiſti unus* aut *fugacem* den otante, originem habet, Salmaſio *ad Lampridium in Alexandro*. Eſt autem *Veredus* Gr. ἵππος ταχυδρόμος, *Equus velociter currens*, & memoratur Martiali, ubi Priſco, ne ſiſtiusmodi equo in venatu uteretur, conſuluit *l.12. Epigr.* 14.

Parcite viatrix, monco, rapiente Veredo,
Priſce, nec in ſepres tam vicentius ea &c.

Cujusmodi equo ne nimium imponeretur, providerunt *l.3. Cod. tit.* Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ut nemo amplius —— veredo quàm treenta (pondo) auderet imponere: ut legem reſtituit Salmaſius, qui *tria auri cenenaria* interpretatur. Præter quæ, ne ſella cum fræniis ac averta ſexaginta libras tranſiret, conſtitutum eſt in *Cod.* eodem *l.47.* Imponebatur autem illis hoc pondere arcum largitionale, & in facculis hippocomi ferebatur, ſi quando deſtinaretur ad comitatum Principis ac facris largitionibus inferendum portaretur &c. Quam in rem V. modò laudatum Salmaſium *ad Lampridium Alexandr. Sev.* & plura ſuprà paſſim, ubi de *Curſoribus*, *Frumentariis*, *Pterophoris*, in voce *Pinna*, alibique. Sed & *Veredus*, genus vehiculi, in quo vectationem mitiorem valetudinariis quoque ac ſenibus Auſonius Gallus Poeta & Auſonii Medici, à Marcello citati filius, probaſſe videtur, quando is amico cuidam ſeni ſcribens, Ciſio & *Vereda* tarde vehatur; Rhedas, petorita & equorum veloces motus fugiat, *Epiſt. 14. ad Paulum*:

Pelle ſoporiferi ſenium, nubemque veterni,
Atque alacri metiam carpe vigore viam.
Sed ciſium, aut pigrum cantus conſcende Veredum,
Non ibi ſi ſchoeæ, non amor acris equi.
Canteriì moneo male nota Petronia vites,
Nec celeres mulas laſt Atacinus agas.

Unde colligimus *Veredum* vehiculum, à *Veredo* equo, diverſæ planè rationis fuiſſe, cùm hic velox, illud tardum eſſet. V. Mercurialem *de arte Gymn. l.6. c.10.*

Veronda velandi mos, imò lex, à Ipſu orta. Cùm enim priùs quibus vis pretioſis veſtibus præcelluiſſet homines nuditas, utpote innocentiæ veſte recta, quæ velut præſulgida lampas in corpore diaphano corpus tunc illuſtraverat: poſtmodum propter inordinatos & obſcœnos carnis affectus, motuſque adverſus rationem rebellantes, turpis illa atque ignominioſa eſſe cœpit. Hinc *conſutis ſolis ficus ſibi* chagoro, *i. obligacula* Protoplaſtæ, ſtatim à Ipſu feciſſe leguntur, Geneſ. c.3 v.7. de quibus V. ſuprà, voce *Ficus*. Tranſitque ille pudoris ſenſus ac qualequale remedium ad maximè barbaras quoque gentes, ſub capitali etiam apud vet. Perſas pœnâ, inculcatum. Cui legi tamen in adverſum ire libidinis i. e. pudentiam, & ipſi manifeſtam naturæ vim inſerre non erubuiſſe, adeò ut & verendorum utriuſque nomina ſcurris ſuis imponeret, hoſque maximè in delitiis haberet, Commodum apud Lampridium, quis non ſtupeat? Certè de Pertinace, inſtrumentorum omne aulæ Commodianæ vendente, meritò etiam ſcurras hos *turpiſſimum nominum dedecora perſerentes proprioſiſſe ac vendidiſſe*, refert. Quid quòd poculis bibiſſe & ferculis in obſcœnam figuram formatis, uſos eſſe homines utriuſque ſexus, legimus paſſim, apud Martialem, *Hiſtor. Aug.* Scriptores, Alios. Omnem verò ſtuporem excedit, quod de coronandi partem hanc ritu, à matrefamiliis honeſtiſſima, publica in feſtivitate ac ſacerrimis ſacris Liberi Patris in oppido Lavinio, obiri ſolito, affert *S. Auguſtinus de Civ. Dei l.7. c.21.* Sed minùs hoc mirabitur, quisquis myſterium iniquitatis in pleriſque Gentilium Sacris, cum efficacia erroris, tot per ſecula operatum eum innumerabilium animarum internecione, penitùs introſpexerit: Ita ergo, velari iſta

ista omnino necesse, unde inter gravissimas pœnas, *revelationem verendorum* minari hominum vitiis iratum Numen, legimus apud Prophetas non uno loco: nec Chami historia, cum omni sua posteritate devoti, quòd nuditatem Patris non texissent, ignota ulli. Sed parum est vestè texisse, nisi ad innocentiæ priſtinæ pœlum, merito Chriſti & Spiritus Divini gratia, cujus olim Circumcisio symbolum, recuperandum pro viribus enitamur, *dicatisque nostrum unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore*, uti Apoſtolus jubet 1. Theſſal. *c.* 4. *v.* 4. quo pacto *sanctissimum hoc corporis membrum*, uti Barthius *Animad. in Papiæ* loquitur, decori suo denique restituatur, & labilatâ affectionum rebellione, turpitudo ceſſabit. Præpoſtere proin non inter hæreticos folum, qui *Eunuchi* propterea dicti, sed & inter alios, fecere, qui malè intellecto Evangelii, *de sua castratione propter Regnum cælorum*, loco, ad literam ista interpretati sunt, ut ſupra vidimus. Atrox verò ſavitia Tiberii, *quem exogitasse inter cætera crudelitatis genera aiunt, ut longa meditatione per fallaciam oneratos, repente vertiris deligatis, fistulatarum fumul, nervaque, tormenta dissimulari*, Suetonius memorat: cui ſimile quid in ſanctiſſimos Chriſti Martyres olim exercitum, ſcginus apud harum rerum Scriptores, V. de horrendo Benjamini Monachi tormento, *arundine viribilus inserta & ſese, ubi retracta*, aliisque, Theodoretum *Hiſt. Eccl. l.* 5. *c.* 38.

Vergere, ſeu *Invergere*, apud Virgilium *Æn. l.* 6. ubi de ſacro Diis inferis ab Æneâ facto,

Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos
Conſtituit, frontique invergit vina Sacerdos:

Papinio *inclinare* eſt, *Theb. l.* 4. *v.* 457. ubi de ve ſimili,

Principio largos novies tellure cavasa
Inclinat Bacchi latices —

Ubi vet. Schol. *Modeſtam inſtitutionem dicit, non cum impetu faciam.* De quo verbo V. notata doctiſſ. J. Guilielmo Stuckio *Antiqq. Convivalium l.* 2. *c.* 37. Inde Gallicum *verser*. Barthius *ad Statii loc.*

Vergilius, adde: Ab earum occaſu ſerendi tempus, Veteribus obſervatum, de quo V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 733. & *ſeqq.* Et eodem Romani inſtituere dies de hyeme augurabantur, quoque nubilo, quia pluviosa denuntiaretur hyems, augebant lacer narum pretia; ſereno, reliquorum veſtimentorum, quòd æpe ra hyems eſſet futura, incendebant, uti teſtis eſt Plinius *lib.* 18. *cap.* 25. &c.

Vergy, nomen illuſtris in Gallia Familiæ, cujus origo arceſſitur à Varino Com. vel Gubernatore Arvernie, parte Theodorici Com. de *Maſcon*, *Challon*, *Autun*; quo genitus Manaſſes C. de *Challon*, *Auxois*, *Beaune*, patre ſuit Gielbertus Dux Burgundiæ (cujus filia Ducatum marito attulit) & Manaſſis Com. de *Dijon* & *Auxois*. Huic filius fuit Rudolphus, & ſecundùm quosdam Manaſſes III. Familiæ *de Coligny* auctor. Rudolphus nepotem habuit Gerhardum de *Vergy*, Roberti & Godofredi Dn. de *Donzy* & S. *Aignan* (cujus poſteri Comitatum Nivernen ſem etiam obtinuere) patrem. Robertus ſil. Savaricum C. de *Challon* genuit: à cujus majore filio Comites ili propagati; ab altero Simone Domini de *Vergy*, in varias lineas distincti, Dominorum de *Beaumont ſur Vigenne*, *Beauvoir*, *Mirebeau*, *Fouvens*, S. *Deſier*, *Achoy*: omnium diutiſſimè duravit ramus Dominorum & tandem Com. de *Champlitte*, in quo Francisco de *Vergy* Com. de *Champlitte*, qui obiit A. C. 1591. (ſil. Guilielmi de *Vergy* Baron. d' *Autry*,) & Claudiâ de *Pontaillier*, geniti ſunt Claudius Com. de *Champlitte* (maritus I. Catharinæ Chabotiæ. 2. Eleonoræ de *Tomaſſin*. extinctus A. C. 1602.) Ferdinandus Dn. de *Fraiſey* (qui obiit A. C. 1594.) Anna (uxor Philiberti Bar. de *Montmartin*. 2. Jo. Ludovici de *Pontaillier* Dn. de *Tailecney*.) & Beatrix (nupta Vandalino Simoni de *Cuſance* Dn. de *Beauvoir*) fratres & ſorores nominis de *Vergy*; præter quos Clerialdus, alià matre natus, ultimus ex hac Familia deceſſit, Philipp. Jac. Spenerus *Th' aur. Nobilit. Europ. Parte II. p.* 98. ex Andrea Ducheſnio, qui Familiam hanc illuſtrem peculiari opere excoluit: V. quoque cum *Arte Herald. Tom. II.*

Verheren, quid Ludi ſ. V. ſupràbi de *Scriptorum* XII. *ludo*.

Veritas, addes Huic, ut & Mentes, Anaxagoras, perſpecta animæ rationalis præſtantiæ cœleſti origine, geminas poſuit aras, teſte Æliano *Var. hiſt. l.* 8. *c. ultimo*. Ejusdem ſimulachrum de collo ſuſpenſum τὸν Ἀγχόνιον, *ſupremum Judicem* ſeu *Magiſtratum*, apud Ægyptios geſtaviſſe, narrat Diodorus *l.* 1. qui & in eadem regione, præter Hecates *ἀγάλματα*, *portas Veritatis*, fuiſſe, & prope has ſimulacrum absque capite ſtans τὸν Δίκης, addit in *ſeqq.* Plutarchus porrò de *If. & Oſir.* decimâ nonâ primi mensis diem Mercurio ſeſtum: ſic, mel & ficos ardiſſe, ſimulantes dicentes ὑγιὴς ἡ ἀλήθεια, *Dulcis eſt Veritas*: ſi diſcipuæ φυλακτήριον, quod fabulabatur ſibi φίλτρον εἶναι, ſignificaſſe φωνὴ ἀληθὴς, *vox vera*, refert &c. Interim *Veritatem*, Divas inter publicè, neque apud Græcos, neque apud Romanos, cultam, pluribus oſtendit Cl. Gothofredus *Exercit. Ecat.* i. ubi præclarè enucleat locum Apoſtoli 1. Tim. *c.* 3. *v.* 15 in quo Eccleſia, Στύλος dicitur ἡ ἐκκλησία τοῦ ζῶντος, quem vide: uti de *Veritatis* imagine, peculiari modo ab Hæreticis quibusdam expreſſa, Epiphanium *de Hær.* Cœterùm *de Veritate* pene univerſi, per varias Philoſophorum ſectas divisa: deque illa involucris variis à Theologis olim Philoſophisque abſtruſa, V. Tob. Pfannerum *Syſtem. Theol. Gentil. pur, cap.* 1. *§.* 7. & *ſeqq.*

Verjugodumnus. Numen à Gallis olim cultum, memoratur in vet. *Inſcript.* haud pridem detecta in Æde Monaſterii SS. Achii & Acheoli, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ad Ambianum, in Gallia, quæ ſichabet:

PRO SALU Ꝛ ET
VICTORIA EXV G
APOLLINI ET VER
IVGODVMNO
TRIBVNALIA DVA
SE TVBOGIVS ESIUGGI
F. D. S. D.

Ubi Apollini adjungitur quibus ambobus Setubogius hic *tribunalia* duo ſeu tylobatas, in quibus utriusq; Idoli ſtatuæ conſiſtebant, erexit. Inde *tribunal* quidem illos, non tamen *ἐπιβάσεως* fuiſſe, quippe erectis in uno eodemque tempo binis tribunalibus, colligit Car. du Freſne, qui *Inſcriptionem* hanc erait, primusque Numen hoc *ἀνεγνω* feu locale Gallorum, cujus non alia extat memoria, in lucem protraxit, *Diſſertat. de Inſcriptionis ævi Numismatum §.* 4.

Vermiculatum, apud Lucilium,

—— *textile compoſitæ, ut ſtellatile omne,*
Arte pavimenti, atque emblemate vermiculato,

eſt, coccineo colore tinctum, à *cocco*, quod *vermiculum* Latini, *σκώληκα* quoque Graeci dixere. Hujus enim grana, quæ *caſtella* vocat Plinius, quòd è cortice *eradantur*, *l.* 16 *c.* 8. ſcatent intus parvis *vermiculis*, quorum ſanies coccino tingendo præclara eſt, unde *vermiculum*, pro ipſo cocco, & *emblemate vermiculatum*, pro *coccino tinctum*. Namque teſtellæ illæ, quibus pavimenta variabant Veteres, diverſis coloribus tingi ſolebant, uti vidimus Sic *pelles vermiculatas*, pro eodem colore tinctis, ap. Hieronymum in *Epiſtolis*. Inde itaque & apud Græcos recentiores *σκώληξ* pro *cocco* paſſim, ut in Democriti ſuppoſitito opere, *de purpuræ tingendæ ratione*, *σκώληξ Γαλατικὸς*, pro *cocco Galatico*, & *σκώληξ ὁ ἀφροδίσιος*. *Vermem* etiam Latini appellavere, unde *vermi-tinctum*. Arabes *Kirmis* vel *Kermes*, ſimiliter tam granum ipſum, quàm *vermem*, ex cujus ſanie elicitur color dicuntur unde *Cramoiſi*, ſicut ex voce *vermiculum*, *vermoiſi* dum Galli ſumpſere. Quam in rem V. plura, apud Salmaſium *ad Solinum* pag. 272. 1214. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. l. IV. cap.* 27. ubi exponit vocem Hebræam תולע *zebia*, quæ occurrit Geneſ. *c.* 38. *v.* 28, 30. & תלע, quæ Eſaiæ *c.* 1. *v.* 18. nec non ſupra, ubi de *Cocco*, item voce *Cuſcalia* & &c.

Vermis, ex Gr. ἔρμις, i. *lumbricus*, apud κόκκῳ τῷ ἑλατικῷ, quia variè *torqueatur* & *convolvatur*, in genere *σκώληξ* Græcis dicitur, ὑπὸ τῶ σκώληκος, unde *σκόλικες*, quale tandem ſit cadaver, quod *vermes* depaſcuntur. Hebr. רמת *Tolaas*, quod à *ramma* i. putrelcere, cariosium fieri; item תולע *tholia*, à radice *torare* ſeu *agitare* denotante: quæ tamen aliquando diſtinguuntur, ut videbimus. Animaleſt in *vas deſcribitur*, ut ait Ariſtoteles *Hiſt. l.* 5. *c.* 19. hoc eſt, in *excrementis* plerunq; natum, coccum, ſurdum, informe, inerme, ſine pedibus, omnibus injuriis expoſitum, rudimentum potius animalis, quàm verum animal. Unde inſecta, quotquot volant, prius ſint vermes, dein, pedibus aliisque pualatim accedentibus, perfectiora evadunt: Hinc ad *Entomotum* pertinet, quòd in genere homo *vermi* in Scripturæ comparatur loco non uno, quodque nata maximus filiorum Iſaiſchar, Geneſ. *c.* 46. *v.* 13. & alius ex eadem tribu, Judic. *c.* 10. *v.* 1. *Tholæ*, i. Vermis, nomen à Parentibus accepere. Fortaſſe quia naſcentes ab ipſis ſpreti ſunt, neque ullam de ſe ſpem excitarunt: quorum tamen uterque, Deo favente, in virum magnum evaſit. Ex priore namque ortus ſunt Tholaitæ. Numer. *c.* 26. *v.* 23 viri fortiſſimi & fœcundiſſimi, quorum Davidis ducum numerus ſunt viginti duo millia ſexcenti. Paralip *c.* 7. *v.* 2. poſterior liberavit & judicavit Iſraelem annis viginti tribus, Judic. *d. l.* Quamvis autem tam contemtibile ſit animal *vermis*, multiplex tamen illius uſus eſt. Et quidem, ut alia præteream, luxum hominis & delitias veſtium auger bombyx, qui ſericum vomit, & vermis cocci, qui colorem illum fundit, quem Vett. adorarunt, & nos miramur. Sed & in cibo *vermes*. Plin. *l.* 17. *c.* 24. *Jam quidem & in hoc luxuria eſſe capit, pingvantiosque voborum* (vermes) *delicatior ſunt cibo: coſſos volantes, atque etiam farina fagineſti bi quos nunc vocant, millenis libris etiamnus item de Animal. lib.* 14. *cap.* 13. narrat Indorum Regi in menſis ſecundis apponi *Vermem* quendam in planta naſcentem & igni toſtum: cum delicatiſſimum ab Indis haberi, ac idem teſtari quosdam Græcorum, qui guſtaſſent. Joannes etiam Mandevil Anglus, qui ante annos clarui C C C. in Inſ. Talache, Principibus apponi in menſis, è lignis putridis enatos, tradit. Et è lumbricis Indos placentas confiere, refert Jo. Manardus. Imò & crudis veſci *vermibus* Indos Occiduos, prodidit Jo. Lopezius, V. Voſſium

de Idol. l. 4. c. 78. Hoc verò omnem vesaniam superat, quòd ectam in his animalculis reperere Idololatræ *ἰδωλοφορεῖαν*, materiam. Testis Hercules *Saxetanus*, *a vermibus*, qui vites infestaverant, nomen adeptus, & ab Erythræis Meliuntem accolentibus olim cultus de quo V. Bocharti. um, ubi suprà *parte prior. l. 1. cap. 5.* & *part. poster. lib. IV. cap. 24.* Quid quòd ipsi *Vermes* inter flercoreos Idololatrarum, etiam in Populo Dei, Deos, Exech. c. 8. v. 10. Ipse autem Deus per *vermes* judicia sua non raro exequitur. Non enim solùm in prædam tam vili animalculo homo post mortem ftatim cedit, ficque cadaveris hæreditas vermes, & contrà hæreditas vermium cadaver fit, unde Jobus, *Foveæ dixi, Pater meus; & vermi, Mater & soror mea es, c. 21. v. 26.* Sed & in vivis hominibus ebullire vermes, ex eodem. c. 7. v. 5. Inde à vermibus corrosi necatique, Antiochus Epiphanes, 2. Maccab. c. 9. v. 9. Herodes Ascalonita, apud Josephum *Antiqq. l. 17. cap. 8.* Herodes Agrippa, Actorum c. 13. v. 23. insuper Pherecima, in Herodoti *Melpomene*; Cassander Antipatrifil. in *Bavicis* Pausaniæ; Alexander impostor, in Luciani *Pseudomante*; Galerius Maximianus Imp. apud Eusebium *Hist. l. 8. c. 16.* Diocletianus, apud Eutychium Alexand. Julianus Julianî Apostatæ patruus, apud Socratem *l. 5. c. 1.* Nestorius, apud Evagrium *l. 1. c. 7.* Dodo, qui Lambertum Tungr. Episcopum interfecerat, a. 708. apud Baronium A. C. 698. Alii: cujusmodi vermes *Kokjanin* à Talmudicis vocari, Bochartus idem docet. Variæ autem *Vermium* species sunt, unde in *Vermium* genere Hebr רמה *vermis* proprie *terricolus*; תולעה *vermis* proprie *fricticus*; ארקב teredo *vermis ligni*, סס vel סס tinea, *vermis lanarum* & *vestimentorum* de re V. aliquid infrà: plura verò de *Vermibus*, tùm corum imprimis Medico, apud Gerh. Joh. Vossium *de Idol. l. 4. c. 81.* & *segq.* quorundam magnitudine, ut Gangericorum apud Salmasium *ad Solinum p. 1012.* Italicorum, apud eundem Vossium *ibid. c. 9.* & 70. *Vermibus metaphoricis*, præfertim de *Verme conscientiæ*, pœnæ Inferorum parte non minima, Bocharum iterum *Hieroz. Part. poster. lib. IV. cap. 28.* toto, &c. præter Plinium, Aldrovandum, Gesnerum, alios.

Vermium species variæ.

a. Bombyx, ferici parens. *β.* Coccei vermis, unde coccineus color, de quo utroque vide suo loco. *γ.* Cossus, vermis lignum corrodens, Græcis ξύλ, unde *ἀξυστοτρυπῆ* sylva, apud Hesiodum in *Oper.* Inter cupedias Romanorum, ut vidimus. *δ.* Ips, vineas corrumpit. *ι. Kokjanin*, homines vivos erodunt. *ζ.* Lumbrici, in fanatum intestinis nascuntur, quorum 4. genera enarrat Vossius *de Idolol. l. 4. c. 67.* *η.* Tarmes, *vermis* lardi, apud Hisidorum; abietis apud Vitruvium. Unde in Plauti *Mostellaria* linguea actium poffet *amica ad infimo tarmes serat. θ.* Teredo, in navium harez ligno. *ι.* Tinea, proprie hæreas lineasque vestes consumit. *κ. Thrips*, ex vermium itidem generibus, quæ in ligno nascuntur: à quo corrosa ligna priscos Lacones pro figillis habuisse, supra diximus &c. Plura V. apud Auctores præfatos. Bochartum præcipuè *d. l. c. 27.* ubi *de Vermibus, in plantis, ligno & cibis*, nascentibus pluribus agit.

Verna, fervus domi natus, an à *Vere*, quod optimum fœturæ tempus. Fest. Adamantius Martyrius apud Salmodium. *Si enim* Verna *domi genium fingitis, id est in ea re*. A quo voce *Verna natali*, quibus infensus fuit Vitellius Imp. apud Suetonium *c. 14.* ubi plebeculam Romanam fignat hoc nomen, de quibus dixeritate fita habet Tertullianus *Apol. ipsos Quirites, ipsam vernaculam sepem collium plebem cervonio, an alicus Cæsari suo parcas illa lingua Romanâ* Notavit pridem & Martialis *l. 10.*

Vernaculorum ridiculum *genium*,
Et fidia lingua genium vocare *circulatricis.*

Hæcque est *vernacula* multitudo, quæ Tacito teste *Annal. lib. 1. militaribus numeris per dilectum inserta, lascivia fueta, laborum insolerans, fabilonem concivit* &c. Tetigit & Cicero aliquando, ut cùm recensuit imaginem antiquæ & *vernaculæ* festivitatis *l. 9. ad Famil.* faporem *vernaculum* de dar. *Orat.* crimen domesticum ac *vernaculum*, *S. Ver.* Et quidem Felix *Oth.* Romulum, Picum, Tiberinum, Consum, Pilumnum, Picumnum, eâdem ratione *Romanum* dixit *vernaculos Deos*; fimiliter Petrus Diacon. *Hist. Miscell. l. 4.* Æthæ incendium, Siciliæ *vernaculum genus monstri* appellavit, *domesticum* quidpiam ac nativum indigitans. Atque hinc Pignorius natum, vult, ut *vernaculos* nominarent domesticos fervos. Martianus Capella *l. 8. familissimum Veneris, vernaculasque Bromiales.* Appulejus *Metam. lib. 1. Quid vasor? quid liberè? quid vernaculè?* Aliquando tamen *Verna* vox latiore aliquantò notione est accepta. Martialis *l. 16. Epig. 29.*

Non ego plebeios, nec avara *Verna* cauffa,
Sed Domini sanctis dignus amore puer.

Ipsi autem Servi hac appellatione libi blanditi sunt: Hinc Romæ legebatur, *Tuscus. Augg. nostrorum. Verna. Villicus. Tutelæ. votum. reddidit. Ibidem. Lucidæ. Aug. Vernæ. maritæ. incomparabili.* Ibidem in vet. monumento. *Leonas. Augg. Vernalis.* Scilicet occinere fibi poterant Statii illud *l. 2. Sylv. 1.*

Hinc domus, hinc ornat, dominisque Penatibus olim
Charus interque parens.

Eratque hoc optimum fervorum genus, utpote, qui herili domui eam, quam ingenuo quisque Patriæ, charitatem & curam præstarent, atque adeò transmarinis & advectitiis, aut ex holte captis, deque lapide emptis, longe anteponerentur. Interim *dicacitas Vernilis*, nempe à Dominorum indulgentia profecta, jactabatur: Unde *Verna* pro fcurra Martiali *lib. 1. Epig. 41.* proadulatore, Horatio *l. 2. Sat 6.* inque ùt de homines vites, dicaces & proaces, plerique libertinæ conditionis & *vernilem* lascivian etiam exfuti fervitute retinentes, *Vernaculi*, ut dictum. Imò omnes scurras, intemperantiâ oris notos; omnes, qui fordidas capturas ridiculis dictis otiosam aut transeuntem plebem allicientes & lactantes adjuvabant, includebat hoc vocabulum: quo ex numero, complures recenset Martialis *l. 1. Epigram. 41* adeoque non folum *scurras*, *ὑφῶνας*, *Domus vernas*, uti illud interpretari funt Calaub & Salmasius *ad Flift. Aug.* Nempe, ut Vitellius Præfigiatores potiffimùm oditet, cauta nulla erat; fed erat, cur illos *irreprehensos* dicaces & scurriles & mimicos homines, quibus in illum larga dictorum materia, quiq; minùs parcebant Principi repentino. Quod Suetonius, quem *Vernaculis & Mathematicis* is infensum fuisse Vitellium diviste vidimus, uno exemplo, in utrumque sufficiente, comprobat: *Exacerbatus, quòd ipsi Edictum fatum, quo jubebat, intra Kal. Octobr. urbe Italiaque excederent, statim ideà natis ipsi propositis, & Chaldæos edicere, nonnum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem nequam esset.* Prædictum enim de morte Vitellii eft Mathematicorum: at id proponi formula edicti facti ei hominis, quales in ifto ordine fcurræ, urbani, arcatiogi, *Vernaculi* &c. V. Laurentium Pignorium *Comm. de Servis* & Jo. Frid. Gronovium *de Pecun. Vet. lib. 4. c. 10.*

Vernatio, in vet. *Onomastico λαθροβίε*. Dum enim diu in cavernis, totâ fc. hyeme, torpent serpentes, fitu muccoque obducuntur, qui concrescit, condensaturque circa corpus universum, ac cutis speciem habet. Quo pacto affecta serpens locum quærit anguftum, eumque penetrando diùtringit hanc quafi pellem: quæ & vulgò vera ac antiqua pellis putatur. *Exuvias* dicunt, quia *exuuntur*; uti & *ἔκδυσις* de serpens quafi reuvenescat, Latinis *senectus*, Græcis *γῆρας*, vocatur. Ad quod utrumque attendit Tibullus *lib. 1. Eleg. 4.*

— *Serpens novus exuit annos.*

Et Maronis eft *Georgic. l. 3.*

Cùm positis novus exuviis, nitidusque juventa,
Volvitur ——

Sed & *vernatio*, quoniam fuperficies ea *vere* exuitur: Quæ quà planè eft exfucca & inanis, aperta etiam ob ficcitatem, nec oculos, fed veltigia, fed veltigia folùm habet, inde Prouvetbia, *γυμνότερος ὀφεως*, *κατηρεφὴς* & *γυμνότερος ὀφεως ἀδαιδάλτε*, *inultior ananior, asperior, & tacitorsberide.* V. Gerh. Jo. Vossium *de Idolol. l. 4. c. 51.* ut & Bochartum *Hieroz. Parte poft. l. II. c. 8. Vernula*, vulgò *la Venelle*, fluv. Galliæ parrus eft, in *Chron.* Besvenfi memoratus & Selongiam cæteilum. Meriibus & S. Leodegarii vicum præterlapius, Arari accedit, qui, poft quam Anxonam alluit, Tilli dein augetur. V. Hadr. Valefium *Notit. Gall.* in voce, *Arar flavius*, ut & Lexicon Univ. *in eadem.*

Vernonum, V. *Verno.*

Vernula, apud Capitolinum *in Macrino, In vernaculis vel auulicis — tam asper, ut fervi illum fuisum Macrinum, fed Macellinum, dicerent, quòd macelli specie domus qui crudaverant sanguis e vernaculum* idem quod *verna*. L. *vernaculus*, fervus fc. primò domi natus, unde in vetuftis LL. Ripuariorum, Burgundionum & fimilium, *Vernaculi*, i. Originarii, opponuntur inquilinis; inde præfigitur & ridiculus homo, quos vulgò *Charlatanos* Galli, Gr. vett. *γόητας* dixere. Unde apud Suetonium Domitianus *vernaculos & Mathematicos Urbe prohibuit* &c. Salmasius *Not. ad* 1. V. fitpra, *Verna.*

Veronicam Vendentes, apud Torrigium *de Cryptis Vatican. edit.* 2. p. 309. quinam dicti. innuere videtur du Freine *Glossar.* cùm ait: *Veronica Romanis appellatur tabella, in qua Christi Domini pergenis ad supplicium, divino miraculo expressa effigies effirmatur, qua asservatur & colitur Romæ, in Eccl. S. Petri*; hanc in rem variorum Pontificum, Scriptorumque Eccl. Rom. teftimonia citans, de quibus alibi. Eidem *Veronicæ* appellatum clobrium antiquæ Basilicæ Vaticanæ videtur fcribere Nic. Memannus *in Disser. at. de Lateranensibus parietinis.*

Verpus, apud Martialem *l. 11. Epigr. 94.* cui tit. *in Verpum æmulum*, Judæus eft, recutitus, Græce *ἀκρόποθος*. Cujusmodi homines ut circumcisionem inter Romanos tegerent, theca feu bulla pudendo ac vaginæ exlata confecta parem illum vel iebant quæ. quod gravis admodum eflet, *Futuorum pondus* dicitur eidem alibi. Removebatur autem illa facile, imò & sponte ea; debat, uti de Menophilo idem habet *lib. 7. Epigr. 82.*

Dum ludit media, populo spectante, palæstra,
Delapsa eft misero fascia, verpus erat.

Hinc diverfum ab illo alterum fibulæ genus. quod, vel ex ære, vel ex argento. in Comœdia, Citharœdis acadulefcentulis affis, vocis valetudinisque conservandæ cauſa, adhiberi folitum, à fabro igne glutinabatur, & ab eodem, quum opus eflet, refibulabatur, folvebaturque, fuiſſe liquet, Ferrarius *ad l.* Cœterùm de

de voce fic Salmafius, Δόλιον, *versus*, vel *pars illa, quæ viri sunt, unde* Δόλιος, *versus*, — *in Clossf. Versus*, δόλιος, ὃς μὲν ἔπειτα δόλιος ἦν τὸ πρίν, λέγεται δὲ καὶ ὁ ἐπὶ δόλῳ ὢν. *Not. ad Capitolinum in Pertinace*, V. & Jul. Cæf. Scaligerum *de Caufa L. L. lib. I. c. 28.*

Verres, addit Legibus convivalibus, quam Legibus Populi Rom. obfequentiorem cum fuiffe, interalia, in illo notavit Cicero: V quæ de Legibus his fupra.

Verrius Flaccus, ita enim melius, quam *Verrus*: *Librorum tuo, docendi genere maxime inclaruit, nanque ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter fe committere folebat*, Suetonius *lib. de illuftribus Gramm.* Ubi quod *committere* dicit Auctor, in Ludis Amphitheatralibus ac Circenfibus, *committi* nec nominibus certantium in unum concretis, atque inde à Prætore edictis, fuerit folitus, appellationem à Ludis literariis mutuatas effe, notat Thomas Dempfterus *in Rofinum l. 7. cap. 4.*

Verruca, à *verro*, tuberculum cutis eft, quod extrudit bilis flavæ copia, Becmannus *Origg. L. L.* Græcè συρμακία, unde *myrmecias*, apud Plinium, gemmæ nomen, quod *verrucis* fimiles eminentias habeat, fic dictæ. *l. 37. c. 10.* de qua V. Salmafium *ad Solinum p. 769.* qui margaritas quoque *concha verrucas* ap. ellari *Tertullianus de Pudicitia* dixerit. *cap. 11. 4.* Hinc *Verrucofus*, cognomen Fabii quod ex fummo labio *verruca* parva ei extube raffet, apud Plut *in eo.*

Verfatile Triclinium, memoratur Lampridio *in Heliogabalo, Oppreffis in vividiis* verfatilibus *paradiffus fuos violis & floribus, fic ut animum aliquis effl averti. quum crepere ad fummum non poffent.* Cujusmodi triclinia quafi fuerint, exponit Seneca *Epift. 90. Qui* verfatilia *ornationem laquearii ita exaggerabant, ut fubito de alia facies atque alia fuccederet, & totus ludus, quoties fervola mutarentur.* Quibus junge Suetonium *in Nerone*, & quæ *ad Athenæum l. 4. c. 2.* adnotavit Isaac. Casaubonus. De *verfatili Scena* Scauri, V. ubi de *Theatro*. de *verfatilibus cavearum* in Amphitheatro *repagulis*, quorum Vopifcus *in Probo* meminit, fupra vocc. *Repagula*. uti de *verfatilibus* æ lium *Telonibus*, ftantem ventum in taffigio earum indicantibus, fupra paffim, inprimis vocibus *Pinnacella*, & *Vemiligium &c.*

Verfiolor Linea, inter interlineationes inferviens, concludebat faltibus feras, vel terrebat apros, vulpes, lupos, urfos, & præcipue cervos: hinc, *Formido* Latinis dicta eft. Ovidius *Faftorum lib. 3.*

— *Pavidos formidine cervos.*

In ea alternus plumarum, contextus, vulturis inprimis ac cygni laudatus; interdum & fandyce fucabatur. Meminit ejus M. Aur. Olympius Nemefianus *Cyneg.*

Hinc quin etiam retorta meatu circumdare faltus
Quæ paffis, volucrefq; metu concludere prædas,
Digerit annexas non una ex aliie pinnas.

Unde *formidine pinna* Ovidio *Metamorph. l. 15. fab 43 in fin.* Colorum diverfitas itaque ex avium diverfarum plumis fuit, Oppianus Cilix *Cyneg. l. v. 196.* uti στικτὸν illam μέλεον vocat, & *Sparto textum*: quemadmodum *lini fpinum* Olympius vocat ubi fupra. Multicolorem nâmque fuiffe, ex Eodem *lib. 4. v. 387.* probatur, ubi habet:

— — — πολύχροα δίκτυα θηρῶν.

Verficol ves formidines feu terriculamenta ferarum.

V. etiam *verfum 403. ejusdem libri.* Ufum iftiusmodi linearum, indigitat Seneca *de Clementia lib. 1. cap. 12.* Sic feras lineis & pinnis concluías contine, easdem à tergo eques inceffat, tendit, buntfugam, per ipfa, quæ fugerant, proculcabit inque formidinem. Et *lib. de ira cap. 12.* Animum eft, cum maximos ferarum greges linea pennis diftincta contin. at, & in fnvidias agat, ab ipfo effecto dicta formido, vanis enim vana terrori ,,funt. Auguftinus item *de Nupt. & Concup. l. 1.* Et cum ve-,,rentur infamiam falfam, veram incurrunt, inftar ferarum, ,,quæ circumdantur pinnis, ut cogantur in retia. Nec verò in venatu folum, fed etiam in piícatu, Formidinis iftiusmodi feu *verficoloris* lineæ ufum, oftendit Oppianus præfatus, *Halieut. lib. 4. v. 376.* ubi ἀφόρμιγγες, inquit,

— — ἀγχίνοος κυνηγέτις, ἀμφιβόλοις ἐπέεσσι θηρεύουσα.

Hinc agitatos varios metus habentes.

At frequentior receptiorque in Re Venatoria ufus. Namque præter citatos Lucanus *lib. 7.*

— *Sic dum pavidos formidine cervos*
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ.

Et ambitiofius multò Auíonius *Epift. 3. ad Theonem,*

Aut cum feptæ rogo dumeta per avia cervos
Circumdas maculis & multa indagine pinnis?
Aut ipfmantis apri curfum clamoribus urges,
Subfiftifque fero? monco tamen, ne, rogo, recufes
Syringe fulminea venabula *cominus hoffi &c.*

Iftiusmodi proin *Verficolores* lineæ, ut & venabula, canesque venatici cum retibus Dianæ, venationum Præfidis, ftatuæ olim addita. V. Thomam Dempfterum *Paralipom. in Rofinum lib. 2. cap. 7.* ut & *fupra.*

Verficolor Vefpis, Meretricum apud Athenienfes propria, ex Lege memorata Suidæ, τὰς ἑταίρας αὐτὸν φασὶν, *Meretrices flo-*

ridas veftes indutæ funto. Artemidorus enim ποικίλας & ἀνθηρὰς, *verficolores & floridam* vocat. *l. 2. c. 3.* Γυναικὶ δὲ ἑαυτὸν ἰδεῖν ἀνθηρὰ ἱμάτια συμβέβηκε, μαλακὰ δὲ ὑποφαίνεσθαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. *Mulieri verficolor & floridæ veftis convenire eft, maxime autem meretricibus: hæc enim &c.* Hinc Clemens Alexandrinus *Pædagog. lib. 3. c. 2.* οὐ τὰ ἀφροδίτεια τὰ εἴγματα, ἀτιμ τοῖς μοιχαλίσι ἐδόκουν τὰ ποίκιλματα.

Eandem fuis Locrenfibus legem Zaleucus pofuit, ut auctor eft Diod. Siculus, & vult funt Sytacufani, quod Philarchus apud Athenæum fcribit *l. 12. & c. V.* Sam. Petitum *Comm. in LL. Attic. l. 6. tit. 6.* Apud eosdem in dedicationibus Ararum, Templorum, Statuarum, *Verficolor* quoque veftis adhibita legitur. Nam cùm ditiores πολυτελεστέραν καὶ ἐπὶ πλεῖον ποικίλην veftimi, eos ritus paraverint: illi tamen, qui magis tenuiores dedicationem offerebant, χίτωνα ὀθλιον adhibebant, more folenni à fuligiminum omnigenum exercitatione illorum mixtio, unde libatio fieret ἀφιδρυσικὸς, *Diis dedicatis*, Eucharistica & Propitiatoria. Erant autem mulieres tum *Verficoloribus* indutæ. Unde in lepida illa *Pinni*, apud Arifthophanem, in Deum dedicatione deftinatæ, Anus, in Adolefcentulli, quem deperibat, gratiam, amictu verficolori ornata & circa dedicationem illam haud parùm faragens Charionem Chremyli fervum rogat, quid faceret ipfa, feu quo modo in folennitate fe gereret? Cui ille,

— Τὰς χύτρας ἀπὸ τοῦ θεοῦ
Ἱερουργοῦσ', ἀκούσ' ἐκεῖ τ' ἀκροᾶσθ' ὅτῳ
Σύμπεσε, ἕχουσ' ὃ' ἅβλεπ' αὐτὴ ποικίλα.

— *Ollas, quibus Deum*
Conficraverimus, accipias. & fuper eapsdeferas
Gravidum, & ad Cæfarem *ipfa veftis colores habeas veftes.*

Quafi diciflet: jam ornafti te eam in rem decenter, id eft *coloribus variis*. Ita enim Scholiaftes vetus difertè, τὸ δ' ὃ οὐ τοὺς ἱδρῶτας ἀλλὰ τὰ ἀγάλματα ὅτιμιν ἐγλυφον χίτωνα ἐνδεδυκὼς γυναικεῖα καὶ ποικίλα ἱμάτια καὶ τῶν ἀποκρύπτειν χρεὼν τοῖς θεοῖς, *Mos erat in dedicationibus ftatuarum* (Diis conficratarum) *Leguminum elixorum ollas circumgeftari à Mulieribus* Verficoloribus *veftibus. Atqui ex his facra in gratiarum actionem Dîis libabantur.* Ita igitur veftes *Verficolores* ipfæ folennitatis pars erant, contrà quàm opinatur Frifchlinus, Anum a Carione ob habitum ejusmodi, velut facris illis haud fatis decentem, nec gravitati aut venerationi in dedicatione adhibendæ idoneum, reprehendi ac ludificari, exiftimans. Atque fic etiam intelligunt Poetam Car. Gerardus, Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. l. 6. c. 14.* Alii. V. Jo. Seldenum *de Synedriis Veterum Hebr. l. 3. c. 13. §. 3.* Idemobfervarum in facris Matris Phrygiæ feu Cybeles feu Rheæ, ineuntes Sacerdotibus ac famulis novem ifta præcipuè fpectata olim fuiffe, annotavit Voffius *extraitionem furorem*, veftem verficolorem, *capitis jactationem, capillorum inundationem, mollitiem veftis lacerorum fectionem, ejusdatione, & avinfectionem.* Et quidem veftis meminit Varro *Eumenidibus*

Nam quæ vocuflas hic adeft gallanticbus?
Quæ caffa triftis?

Quam multicolorem fuiffe docet Dionyfius *Antiqq. lib. 2.* ubi eam vocat ποικίλον ἔνδυμα, *variam ftolam.* Unde Fulgentius *in Mythol.* Ideo & (Sacerdotes Cybeles) *multiplici veffe, quod omnis potentia ornata fit.* V. præfatum Voffium *de orig. & progreffu Idolol. lib. 2. cap. 53.* ubi de Phrygiæ *Deæ Sacerdotibus pluribus agit* &c. De Floralibus, V. Ovidium *Faftor.* De voce fic Salmafius *Non. ad Pallium Tertull. cap. 3. Verficolor Latinè duplicitèr fumitur, aut enim id eft, quod colorem femel mutavit, aut quod colorem fufcipit mutatum. Variicolor* vel verficolor *varius nomine comprehenditur, quidquid naturalem colorem femel vertit, ut omnia, quæ tinctis fiunt, quæque naturivum colorem alterò & afinitio mutavere.* Verficolor aliàs *eft qui colorem alia atq; alium fubinde oftendit, prout mutatur ac movetur, ut colla columbarum, Graci ἰρίδιζοντα vocant, unde allafiones calices, apud Treb. Pollionem.* Ibidem quomodo *multicolor, difcolor* ac *verficolor*, Græcè πολύχρους ἑτερόχρους, & ποικίλόχρους, conveniant differantque, perfequitur. Idem, quid *colorium* à *verficolori* differat, prolixè docet, *Not. ad Vopifcum.* V. quoque fupra, ubi de veftibus *Colorii, Floridis, Pariis* &c.

Verfificator, longè infra Poetæ dignitatem. Hac enim voce notantur Columellæ, Quintiliano, Aliis, fermonis ac metri obfervatores quidem, fed citra fpiritum & vim intrinfecam Poeticam, figmentis propè creationem penè rerum evectam, quam unicèin vero Vate defiderat Petronius, cùm ait, *Præcipitandus eft liber fpiritus, ne furentis animi vaticinatio appareat.* Nomen inde, quòd *verfus facians*, qui fermo, plebejus aliàs, confecratus eft Horatio *Epift. l. 2.*

— *pauperiatimpulit audax*
Ut verfus faceren —

Et *Sermon. lib. 1. Sat. 10.*

Atque ego cùm Græcos facerem, natus mare citra,
Verficulos —

Papinio item *Sylvar. Præfat.* fed contemtu fervato, utpote de fe ipfis loquentibus, V. Barthium *ad hanc Praf.*

Verforia, apud Plautum,

Felix veniss nunc fecundus eft, ut ve modò verforiam:

funis

finis est, quo velum in nave vertitur, *pes* aliàs, quam vocem vide.

Versura, apud Tertullianum *de Pallio c.2. Denique, si quid mare dilauit, celsum texit — gladius detorondit, alias* Versura *compensasti vrdit: i. est τὸ ἀντικρὺς vel ἐ ἀντιπρῶτ, ut* Græci Calculones vocant, fic appellantes id, quod fumma alicui debet, & quod ad eam integrandam debet fuppleri Quæ ratione elegantes & quod ex generis humani fumma bellis deminuta ac deficiebat, *ut alibi versura compensasti redire* repenfarique, *ἀντιπρῶτον* ac redintegrari dixit. Alias *versura*, usura ac fœnus eft, is viz mutuæ fumendæ pecuniæ modus, cum a alienum prius contractum novo ære alieno diffolvitur, in Gloß Servii *dantis & datoris*, quod qui facerent, *vertere* fol *versuram facere* dicebantur. Sic in *Asinio* Corn. Nepos de Fulvia Attici uxore, ait, *Quin etiam, ait, cum illa fundum vendidit, fortuna emisit in diem neque poß calumniatem* vérfuram facere *potuisse, illa fe interposita*. Imo *versura* fimpliciter Latinis *δανεισμὸς*, idemque plane cum *mutuo*, quod eft *δανεισθῆναι*. *versura*. Nam qui mutuam pecuniam accipit, eam accipit ut reddat, & fic *versatur*, h. e. *δανείζεται* facit. Ipfum quin etiam verbum ex Græco Siculo venit *μοίτερο*, quod *δανείσθαι* notat &c. V. Salmaſium *ad Tertulliani locum*, uti *de versoria fluviorum* fupra paffim, in vocibus *Brachium, Crinis, Ramus*, alibi.

Versus, Latinis, ut *στίχος* Græcis, linea dicta eft quæcunque in pagina producta five lenem ejus ambitum, five imperfectam relinqueret in fequenti linea, aut etiam tertia vel quarta, abfolvendam Quarum linearum rationem habebant Veteres, Græci Latinique in computando verfuum cujusque libri numero: quem Librarii in fine ad cribere folebant, ut fcirctur, quot *versuum* effet opus, quod præcefiffet, five proß oratione compoßtum foret, five versa Sed & operis magnitudinem *versuum* multitudine metiebantur. Unde *στίχοι βιβλίου*, pro *magno* paffim apud Photium. Nec per capita vel lectiones ut Hebræi Arabeſque, fed per *versus* menfuram alicujus fcripti colligebant. Quinetiliauus *l.7. cap.1. Multis millibus* verfuum *fuit apud quosdam eß quæstium, quomodo in ventremus*. Unde diftinctiones capitum raro tum in libris ufurpatas liquet. Et quidem *στίχος* & *στοῖχος* Græci, uti *verfum* Latini, appellabant proprie feriem in longum porrectam & quascunque res una facie directas ac digeßas. Deinde lineam in fcriptura fic vocarunt, eam que de ftrorum versus fcriptam præcipue, cum *κατὰβασιν* appellarent eam, quæ deorfum versus ducereturr. Tandem *versum* in Poefi, quia lineam fuam finguli verfus occuparent, etfi interdum non explerent. In carmine poßmodum obtinuit, ut *versus* proprie dicerentur *τὰ ἔπη*. Unde *versa oratio*, quæ proſæ opponitur. *Versus* tamen dictus Latinus tam ſolutæ orationis linea, quam metricæ, ut vifum. Quin & fulcum in aratro vocarunt *versum*, quo pertica convertitur aratrum ad alterum fulcum inchoandum. Plin. *l. 18. c. 19.* Quod imitati in Græcia prifci temporibus in ſcribendo, *versa* ab uloto à dextra ad ſiſtram, ab eodem fine fequentem aufpicabantur, à ſiniſtra ad dextram, *βουστροφηδὸν* id appellantes, ut notatum Pauſaniæ *Eliac. I.* Unde Iſidorus notionem votis inde derivans, *Versus*, inquit, *votigo vocati quia ſic ſcribebant antiqui, ſicut aratur terra, Origin.l. 6. cap.13. &c.* Quam in rem V. Voſſium *de Arte Gramm l. 1. cap. 34.* Prarter Indices itaque, qui in fronte prima libri collectam exhibebant materiarum ac præcipuorum capitum ſummam, inibant & numerum *verſuum* cujusque operis & ſummam inde confectam ad finem codicis adnotare ſolebant, ut dictum. Sic Callimachus *πίνακα* conſcripſerat, quo recenſebat omnium Auctorum ſcripta, qui vel pedeſtri fermone, vel metro inclaruerunt: quot dein *verſuum* eſſent ſingula opera, diligenter admoneratat. ſubſcripto ad finem cujusque numero, ut ex multis Athenæi locis obſervare eſt. Idem eandem de Lycophrone ciſſe, diſcas ex eodem *l.13.* Etiam Diogenem, in Philoſophorum ſcriptis recenſendis, & *verſuum* numerum appoſuiſſe, legimus in ejus *Speuſippo, Xenocrate*, alibi. E' quibus colligit Salmaſius, Antiquarios, qui per ea tempora libros deſcribebant, ſemper eundem ſervaſſe numerum verſuum, quem in antiquioribus codicibus reperiebant. habuiſſeque proin certa forma vitas paratas chartas & membranas, quarum huic generi ſeriptorum ex ſcriptura ſua aptas eligerent. Hæc ille alibi. Quod poſterius diſerte Martialis tradit, memorando in *Apophoretis, Chartas majores*, in quibus Poetæ ſua carmina ſcribebant: alibi *Chartas Epiſtolares*, in quibus ad amicos; & *Vitellianas pugillares* ſeu *codicillos*, in quibus ad amicas ſcribebatur. Plura *Chartarum* genera enarravimus, ex Plinio aliiſque, ſuprà. Duraviſſe vero hunc morem numerandorum in libris verſuum ac notandorum, usque ad extrema tempora *Græciæ*, patet ex *Præfatione* Juſtiniani in Pandectas. Sic in Pauli Silentiarii *Ἐκφράσει Templi Sophi*, in fine poematis adnotatum, in Cod. antiquo, *στίχοι ἐμοῦ κρίνετε ος. ἐκαδίκοι οι*. Diverſiſſimus ab his *Verſuum* modus in Hebraicis & Arabicis ſcriptis, quos eorum Critici computant, & ex quibus veluti portiunculas capitum faciunt. Qui periodi potius, quam *verſus* vocandi; ſententiam enim ut plurimum perfectam continent, & aliquot verſibus feu lineis conſtant, plurib' pauciorib', ac inæquali ſemper filo ſunt: notis & accentibus quibusdam diſtinĉti. Cùm in Græcis Latinisque monumentis, æquales perpetuò verſus ac pari facie, nullâ alia diſtinctione invicem diſſiti ſint, præterquam linearum, ſinguli quippe verſus totidem linæ. Interim utrique pariter *στίχοι* & *verſus* quoque appellarunt -particulas illas, in quas capitum S. Scripturæ ſectiones ſunt diviſæ: unde antiquiſſimus codex Iatercalum habet Græce, quo expolita eſt menſura verſuum universorum operum V. & N. Teſt. uti vidimus ſuprà in voce *Στιχομετρία*: plura hanc in rem V. apud Scaliger. *Poetic. l.2. c.5.* præſatum Salmaſium *Prolegom. in Solinum*, & *Not. ad Popiſcum in Flav.* Crojum *Obſervat. in N. Teſt.* Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Στίχος*, ubi inprimis *de Voſſius-Libvorum Sacr.* Alios. De *Verſibus* verò *in Poeſi*, hic paſſim, ubi de unoquoque Metri genere, nec non in vocibus, *Carmen, Poeſis* &c.

Verſus, in Eccleſia Rom. *cantionis Eccleſiaſticæ nomen, quæ canitur in officio; ita appellata, quia tunc revocatur & vertitur mens ad divinarum laudvum attentionem, ut jam animus in pſalmodia ſeſſus laſſaque loc. interim reſcitetur, ſive — ex eo quia tunc Cantores veteris Orientis ſe vertebant*, Dominic Macro in *Hierolex.* Et quidem ad Matutinum ſolent *Verſum* recitare, poſt Pſalmorum ſeriem, quando nempe ineipiendæ ſunt lectiones, ut mens pſallendo laſſa ad lectionum attentionem exciteturſecus in horis diurnis aliis, quæ cum ſint brevespoſt lectionē *verſus* habent. Ex his *Verſus ſuperiores* memoratur in *Rey Magiſtri c. 4.* principii ſi C. Mauricii, incipiens, *Domine labia mea aperies &c. Verſ. ut ſupr.* qui dici ſolet in clauſula officii Eccl. qualis hodie *benedicamus Domino, ibid. c.* 37. Tempore Paſchali autem omitti *Verſum*, & proco curſus aliquot diurnales cantari, habet Amalarius de Ord. *Antiphonar. c.* 52. Hinc *Verſum perdere* Monachi dicti qui ad Reſectionem tardiùs venerant. primo, fecundo, aut tertio orationis verſu jam prolato, in *Inſtit.* Rainardi Abbatis Cilterc, quo caſu ponitentiæ fuit *venia* tales obnoxii. *Verſarius* verò liber Eccl. Verſus in Eccleſia cani ſolitos complectens, appellatur, in *Necrologio* Eccleſiæ Pariſ. apud Car. du Freſne *Gloſſar.* &c. V. quoque Pro. ſa, *Troparium* &c.

Vertagus, nomen canis leporarii, qui & *Gallicus* & *Laconicus* dicitur. In *L. Sal. vertagarius canis* vel *acutarius*, quaſi *ὀξύμυς*. Alias *Vertragus, Veriragus, Veterus* & *Veiurus*: qua poſtrema vocem ipſam ætas appellavit, qui ſuperiori *Vertagi*, atque ita in *Vita* Caroli M. nuncupatur, Salmaſius *Not. ad Antrilianum Tertull.* Hebræis *venibus ſuccinctus*, uti quidem R. Levi phraſin hanc explicat Prov. c.30. v.31. dicens, *Canis eſt lumbis tenuibus, quo ad venationem utuntur Venatores*. Certè de eodem cane Gratius *Cynegetic.*

——— *aſtrictis ſuccingam ilia ventris*,

Et Ovidius, ubi de Actæonis canibus,

Et ſubſtricta gerens Sicyonia ilia Lacon,

Namque, ut Ariſtoteles in *Phyſiognom. c.6 ἰσχνόγυον*, inquit, *ὀπίσω*, *Qui* (libus) *ſuccincti ſunt, venationis ſunt ſtudioſi* &c. V. Fullerum *Miſcellan. lib.5. cap.12.* Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib.II. c.16.* Alios, nec non ſuprà ubi de *Cane Venatico*. Vocem quod attinet, Salmaſius idem, *tragum*, ait, *pro trahe dixerunt, id eſt, evertiendo—ſic verrabum & verragum, de genere canis venatici*: pro *verrabdum, a fera trahenda, f.* in v. mutato &c.

Verrendi cratera, uno diuſu exhauſtus, mos Veterum memorat Papinio Statio *Thebaid. l.6. v.534.* ubi de Herculis crratere,

——— *illum Tyrrhibius olim*
Ferre manu ſolus, ſummendo q. ore ſupino
Vertere, *ſeu mœſtri vidlor, ſeu Marte, ſolebat*:

ut viz. peninus exhauſtum Nempe prius *verrebant* pocula quàm de novo replerentur. E' quo more priſco manſit in ſiciritimo Gallis vox *verre*, pro infundere. Caſp. Barthius *Animad. vers. ad l.* Cæterum de verbo *verrere*, ſic Scaliger *Poetice. l.3. Verrere eſt idem quod ſaltare aut ſaltpere; tollere aliquid & ſuperficie, id ut depreſſio relinquatur*. In cretis igitur ſtylo cum ducerent notas, frequentativo uſi ſunt, ſicut & agricolæ. Verrunt enim terram, quid quod ſubinus erat, ſuprà ut fit facient. Sic Cicero dixit, *Literas everrare. Ad eum modum Verſus dicti a ſuos lineas, ſus ſuci, quibus verba ſcribebantur — Itaque in omni ſcriptura triplex ſonguli orationis verſus ſunt appellati. Poſtea quam vocgiſſent tantum ad numerum, quæ ſcripturum, antequam Verſus incipiam ſcribere*, V. quoq; ſuprà, voce *Verſus*. De ritu precantium, ſe ad hanc illamve Mundi plagam ; ſacrificantium, aurigantium in Circo, aliorum. ſe in dextrum, in lævum latus, in orbem vertendi, diximus hic paſſim ſuis locis.

Verſa, à verto, proprie quod in ſe *verſum* ac contortum eſt. Ita *vorax* in fluvio, ubi aqua gyratur & in ſe vertitur ; è cujusmodi aquarum gyris quo pacto Vett. divinare ſint ſoliti, diximus ſuprà ubi de *aqua, Fluvius, Fontilus*. In capite *Vertex* ſimiliter, propter fleuum capillorum, quòd in gyrum nibi quodammodo vertantur. Hinc in monte *Vertex* à *ὄφυσις* ; in cœlo, idem quod *πόλος*, quæ vox ſimilis plane notionis eſt. V. Chriſt. Becmannum *Origin. L. L. pag.* 1126. Et quidem *Vertex capitis*, non minùs ac cætera eius pars, Stoicis olim, ratus fuit at elegantiores Græci & Palæſtrici, qui *στεφανηφόροι* tondebantur, *vertices* intonſum ac cultri immunem habebant . ſub eo v.

omnia circumtonsa ſtrictim & juxta cutem. Quod tonſuræ genus Carthaginienſibus ſuis exprobrat Tertullianus, *de Pallio cap. 4. Unde apud aliquas Numidas, etiam equis caſtrantur, juxta quem tonſor, & cultri vertex ſatis immunis?* V. quæ ſuprà hanc in rem paſſim, inprimis voce *Circumonſi*. Matronæ verò Romanorum eriam multis gradibus & ſpiritu convoluta & in altitudinem extructa comâ, *vericem* cumulabant. Appulejus *Metaphor. l. 2.* Quid cùm frequenti fubole ſpirofus cumulat verticem, *capillus* ſic. Et Tertullianus *de cultu Fem.* Affigitis præterea cæſaricio quæ enormiatet ſuctilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis „& operculum verticis, nunc in verticem retro tuggeſtum: quo de capitis ornatu diximus ſuprà paſſim, inprimis ubi de *Comam ſtruendi modo*. Ut porrò Æthiopes frontem infantum, ipſo natali die, Etruſci occiput, ſic Libyæ populi *vericis* temporumq; venas olim urebant apud Herodotum *l. 4.* de qua uſtione V. Caſp. Bartholinum *Exercitat. Anſeſtid. ult.* ut & aliquid ſuprà, voce *Pœna*. Hodie in Eccl. Romana eandem capitis ferè mentam à Sacerdote, poſtquam protulit hæc verba, *Ego te baptizo* &c. chriſmate ſolere ungi in Baptiſmo, in modum crucis, & verba addihere, *Deus omnipotens, Pater Domini noſtri J. C. qui te regeneravit ex aqua* &c. ſic legas apud Macrum *Hierolex*. Adde *Vericem raſum* gerentibus, Macas pop ericea maritima Africæ, Occaſum verſus, quos ſummum capitis verticem radere canſueviſſe, in medio capillos creſcere finentes, quos hinc atque hinc in orbem torondentur, habes apud Herodotum *libl.* Adi quem ferè memorabilem, Sacerdotes Chriſtianorum rafos dilatos, docet Beda *in Hiſtor. Eccl. Angl.* V. quoque ſuprà voce *Capus*.

Vericordia, cognom. Veneris, cujus Ædes Romæ extra portam Collinam via Salariâ fuit. Facta eſt autem hæc ædes, cùm tres Veſtales uno tempore inceſtum commiſiſſent, ut puellarum animos laſcivos ad caſtitatem *verteret*, quemadmodum ait Jul. Obſequens. V. quoque Valer. Maximum *l. 8. c. 18.* De eadem Ovidius *Faſtor. l. 4.*

Roma pudicitiæ prosavorum tempore laſſa eſt,
Cumaam Veneres conſuluiſſe unum.
Templa jubet Veneri fieri: quibus ordine factis
Inde Verus vetſo *nomine corda tenet.*

Contigit id anno U. C. 659. M. Acilio & C. Porcio Coſſ. De prodigio infami, quod ſpurcum eum eventum præceſſerat, V. Oroſium: & Plutarchum in *Quæſtion. Rom.* Græcis Ἀφροδίτη Ἀναπαφυσία.

Verſumnus Deus, addit: Ei coronam è gramine defecto ſeu fœno impoſui conſueviſſe, diſcimus ex Ovidio *Metam. l. 14.*

Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti
Deſectum poterant gramen revivere videri.

V. Car. Paſchalium *Coron. l. 4. c. 2.* uti de *Verumne* aurigæ genere, qui *mutator equorum* Valerio, *Dejulor* aliis, plura apud Salmaſium ad *Vopiſcum in Carino*, ut & ſuprà non uno loco, inprimis ubi de *Sarmatico lituo*.

Verſa, à *verſum*, quia toties in gyrum vertitur, quod etiam Germani in ſuo vocabulo *Bratenvender* notant, Chriſt. Becmannus *Orig. l. 1. p. 128.* Inſtrumentum coquiuarium e ferro eſt, ἀβελὸς Græcis, cujus crebra apud Homerum mentio, ubi de Heroum ſacrificiis conviviſque. At *lignum verſa*, in aſſan do olim agno Paſchali (e ligno mali Punicæ quidam volunt) adhibitum, occurr t apud Maimonidem *de Paſchate cap. 8. §. 11.* *Cùm eum aſſami, à medio ore usque ad pudenda tranſigunt eum ve* ru ligneo *& ſubjecto igne in medio furno ſuſpendunt*: cujus ritus ve ſtigia hodieque in quadam Tartarorum horda ſuperesſe alibi diximus. Juſtinus. vir ſanctus, & rerum Judaicarum peritiſſimus, duo verua in nodum crucis adhibita, & unum ab infimis partibus ad caput usque adactum, alterum ad interſcapilium, cui appenderentur agni manus ſeu pedes anteriores, refert *Dial. cum Tryphon.* quo Chriſtianos in cruce pendentem uncunque fuiſſe præfigurarum, ait Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 50. Sed & ab innocenti hoc uſu ad cruciandos homines tranſitum id inſtrumenti, memoratur Polydoro Virg. *Hiſtor. Angiicl.* 18. ubi Eduardum II. Angl. R. ab Iſabella uxore invincula conjectum, *verua* ignito per anum adacto periiſſe, tradit. V. quoque ſuprà, voce *Obelus*. In vet. *Inſcr. p. 61.* HÆC AREA INTRA DEFINITIONEM CIPPORUM CLAUSA VERUBUS, vox ſtipitem notat, inſtar fabulæ præcutum, C. du Freſne *Gloſſar.* Hinc *Verutum*, teli genus, de quo dicemus infrà.

Verua eborea, armillæ genus, in brachio laudat Scribonius Largus *Compoſit.* 16. quemadmodum circuli eborei meminit Petronius *Sat.* Thom. Bartholinus *de Vet. Armillis*.

Vervactor, inter Divos Agricolas Romanorum, primus invocabatur, cùm Flamen Cerealis ſacrum Cereri ac Telluri faciebat, Ita enim is, *Vervactus, Redarator, Imporcitor* &c. Sic dictus, quòd primæ arationi, quæ vere fiit, adcoque *Vervactio facienda*, præſidere crederet ur: quam in rem, V. quæ erudité congeſtit Salmaſius *ad Solinum pag.* 724. & *ſeqq.* ubi de vett. Græcorum Romanorumque agricultura.

Vervecula pingendi Ars, memoratur Plinio *l. 35. cap.* 11. ubi de Encauſtice: *Encauſto pingendi duo fuiſſe genera antiquitus conſtat, cera & in ebore ceſtro, id eſt*, vervecilo, *donec claſſes pingi cœpere*. Eſt autem *vervecilum*, ſeu *vervecium* diminut. à *veru*, quod telum ſignificat, & inſtrumentum pingendi vel inurendi uti Græcum κέντρον. Et quidem hic pingendo adhibitum; ſed & teli genus fuiſſe, docet Vegetius *l. 2. c. 15. Aliud minus ferro triangulo unciarum quinque, haſtili trium pedum ſemis, quod unc* vericulum, *nunc vervatum dicitur*, V. ibi: & plura de hoc pingendi genere, ſuprà voce *Cera*, item *Encauſtice*. Sed & *Vervecula*, in Gloſſis, βελεσκοίνι κλιδὸν, ἀβελίσκος, item κανόνια, ferrei ſc. obices, quibus portæ muniebantur. Unde *vervecula* hodieque Galli dicunt ferreos hujuſmodi obices, *vervelles* vulgò, Salmaſius *ad Solinum p. 935.* de quibus V. ſuprà voce *Obices*.

Vervex, apud Juvenalem *Sat. 3.*

Sutor, & elixi vervecis *labra comeſti:*

ab ariete differt, ut cantherius ab equo, caper ab hirco. Eſt enim mas inter oves, cui teſticuli adempti, ſeu *in verſi* ſunt, unde & nomen. Gallis Italique à monte, *montonem* vocant. Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. c. 19.* ubi multis animalibus id comitunæ eſſe cum multis, quos ἀέκατι ſeu ἀέκητας Græci vocant, ut à *nomitius* nomen habeant, oſtendit, V. ſiura voce *Mutus*. Quinjumodi caſtratis ovibus, albis, nigris, cinerei coloris, ad varia uti Peruanos, quippe aratra ducentibus ac ligna ferentibus, do et Cardanus *de Rer. Variet lib. 7. cap.* 3 At *arietes* Chald. אדרין *dicitorin*, i. *mares* dicti. Homero ἀρνειὸς μέλας & ἀρνειὸς λευκὸς, aliter una voce κτίνας, q. *duces greges*, quos oves ſequuntur, *Il. x.* Quæ tamen voc & ad *Vervices* trahitur. *Scetarius* nempe, uti *arietes* Feſtus vocat, *vervices* ei quoq; dicitur, *qui gregem agnorum præeuntes ducit*. Et quidem *Arietum* in facrificiis V. T. eximium fuiſſe uſum, divinus ſuprà. Addo hoc ſaltem, Sacrificium pro delictō, licet ſuerit facrificio pro peccato gravius, non tamen majoribus hoſtiis, ſed ſolùm arietc oblato, expiatum fuiſſe, Levit. *c. 6. v. 6.* Cujus rei rationem redditurus Bochartus, *contraria, ait, contrariis curanda : & peccato* אשם *quod ſuperbiam & proter viam habet aliquantam, melius opponi ovium placidam & mitem animam, quæ qui inhabitant referre pro debili, eadem opera mendacium morari ſunt ita ſe componendas, ut hujus animalis docilitatem & ſimplicitatem referrent, Hierozoici Parte prior. lib. II. c. 33.* &c. Hinc *Vervecium*, unde *Verveceum capus*, apud Plautum *Perſa Actu 2. ſc. 2.* frequens in gente illa convivium, in hominem ſtupidumque, de quo V. Voſſium *Idolol. l. 3. cap.* 59. qui & *vervices* capite abſciſo ad aliquot paſſus adhuc progreſſi, ex Averroe, meminit *lib. eod. cap.* 44.

Verum, apud Papinium *Thebaid. l. 3. v 488.*

—— ſeu parior axis,
Amotumq; refixa ſit verum inſſere terris
Vera *docent* ——

præfagium eſt. Uti quod oraculo pronuntiatur, apud Claudian. *de Laud. Stilicon. lib. 4.*

—— noxia ventibus ipſis
Veri *ſacra fides* ——

Sic Tacitus *Hiſtor. lib. 5. Vulgus —ne adverſis quidem ad* Vera *mutabatur*. Hoc eſt, eum Oraculi fidem quam Tacitus talem credebat. Varicinium item, vel invito Servio, *ad Virgil. Aeneid. lib. II.* in eo ipſo Junonia ſermone,

Nunc manet inſonem gravis exitus, aut ego vera
Vana *feror* ——

Inde ex *verum* Apollinis, i. fatidicum, vaticinans, apud Ovidium *Metamorph. lib. 10.* &c. V. Caſp. Barthium *Animadv. Papinian. l. 1.* & ſuprà, voce *Vera*, ubi de *vero colore*, Græcis itidem ἀληθινῷ, h. e. purpureo leu coccineo quoque nonnulla. Item *Veritas*.

Verres, adde: Præter exempla Majorum, quorum leges *ut morum convivarum severam exiderc, paucipes tribus aſſe*, retabant apud Gellium *lib. 13. cap. 11.* primus *cum duodecim ſolemni convivio accubuit*, teſte Jul. Capitolino. V. Hieronymum Mercurialem *de Arte Gymn. l. 1. cap. 11.* Interim Auguſti Menſa ἀυθεκτὸν & ex Suetonio non ignota. Idem codem teſte, *non Saturnalibus modò, ſed & feſtis diebus*; *Verres in Triclinium ſemper admittebat*, Equum porrò ſuum, *Volucrem*, ita amavit, ut non ſolùm aurea ei ſimulachrum fecerit, & paſſas uvas nucleoſque in vicem hordei in præſepe poſuerit, ſed & magiſtratum mentus ſepulchrum in Vaticano fieri curaverit. V. iterum Capitolinum; cui adde Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. l. 7. c. 57.*

Verres Conſ. collega Bibuli, quibus Coſſ. natus eſt Pertinax Imp. memoratur Capitolino in eo.

Verres Antonius, Ælii Veri ab Adriano adoptati filius, poſtquam ab Antonino Pio itidem adoptatus eſſet, id nominis accepit, V. *Lucius Verus*.

Verutum, teli apud Romanos genus. Gloſſæ vett. *Commentum, verutum*: Interpretatur Johannes Brodæus *ad Anthol. l. 12. c. 12. Epigr. 17. Scytum autem gnomonem, vericulum, Verutum, pinulam*. V. Salluſtium *Hiſtor. lib 3*. Nonium *cap. 18. num. 16.* Chariſ. Sofipatrum *lib. 3.* Obertum Giſanium *in Inſt. Lucretiano*, Alios. Dempſterus centet illud fuiſſe, quod *graphium* appellat Sueton. *Julio c 82. Cæſar Caſſii brachium arreptum graphio trajecit*: & quæ ieqq. cujusmodi necis inſtrumento Johannem

Scotum

ſcotum à Diſcipulis ſuis, cùm in deliriam ſenectutis vitio inciderat, interfectum, refert P. Crinitus *Honeſt. diſcipl. lib.* 24. *cap.* 11. Meminit *Veruti* etiam Lucretius *l.* 4.

Vix adſunt nobis miſſus bis mille ſagittæ,
Vix etiam curſus quingenos ſæpe Veruto.

Plautus *Trucul. Act.* 2. *ſc.* 1. *in fin.* Silius item Italicus *Punicor. lib.* 17.

Qui nobis, memini, ad Cannas lætiſſimus ire
Servili ferro ora Dueis ſuffixa Veruto.

Ubi notat ritum vulgatiſſimum, cùm caput devicti hoſtis amputarent & in contumeliam, loco patri ſe ſpedandum proponere vel haſtæ *Veruto*ve affixum in ludibrium circumferre ſolebant Vett. quem h. dieque morem videre pluribus in gentibus, Turcis inprimis, Perſis, Croatiſque notum. Eadem ratione Pompeii M. caput ad Cæſarem miſſe perlatum, docet Lucanus *Pharſal. l.* 8. *v.* 680.

Impius ut Magnum noſſes puer, illa verenda
Regibus hirſuta coma, & generoſa fronte decora
Cæſaries compenſa manu eſt, Pharioque Veruto,
Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulſant
Singultus anime, dum ſtominanda rigeſcunt,
Suſtinuit capus eſt.

Nec aliter Caſſii ad Antonium, ut de aliis taceam. Deſcribit autem *Veruti*um Modeſtus, *lib. de vocab. militar.* his verbis: *Aliud miſſile minus, ferro vaciorum quinque, baſilis trium pedum ſemis, quod nunc* Verutum *dicitur.* V. Thomam Dempſterum in *Rationum Antiqq. Rom. l.* 10. c. 10. Hadr. Turnebum *Advers. l.* 30. *c.* 27. Alios. Idiusmodi tela duo, praeter arma reliqua, geſtabant milites Romani: Erantque illa partim craſſiora, partim tenuiora: niſi quòd pro *Veruti*s Triarii haberent haſtas, ut Roſinus: vel pila, ut Godvynus contendit. Ita autem Roſinus de illis *loc. cit.* Ex firmioribus, quæ teretia, trientalem habebant diametrum; quæ quadrata, trientale latus: tenuiora hatilibus „modicia erant ſimilia Quarum omnium longitudo ligni tres „cubitorum facile excedebat: Impactum erat ſingulis ferrum „utrinque hamatum, & eâ quâ lignum longitudine; cujus ne„xum ſtructuramque tam firmiter muniebant ad medium us„que lignum inferentes, crebriſque fibulis clavisque transfi„gentes, ut non priùs utendo relaxaretur, quàm ferrum fran„geretur, licet eſſet craſſitudinis in imo, ubi ligno adhaerebat, digiti unius & ſemis, ex Polybio *l.* 6. Sed & apud melioris ævi Scriptores *Veruta* ſeu *Verutorum* mentio frequens. Hinc Britto *Philipp. lib.* 11. *p.* 232.

Hic verubus, *cultris aliter fabularibus arctas*
Structantur thoracas vias —

Ubi Carolo du Freſne *Vero* idem, quod ἀκόντια in *Gloſſar.* Gr. Lat. & βελεμνίοις in *Tacticis* Leonis & Mauritii: *broche* quoque Gallis. Cujusmodi *brochis* etiam inſtructa fuiſſe ſcuta militaria, docet idem ex *Aſſiſiis Hieroſol.* MSS. *cap.* 95. ubi de armis militis, dudlo decertaturi, in *Gloſſario*.

Veſpa, Hebr. צרעה communi cum crabrone nomine, quòd mire *preſſa* & conſtricta utrumque habet ilia, *veſpa inprimis*, Græce σφὴξ dicitur, ſeu crabro, qui veſpa major atque alvo minus gracili, ὠὸν ἐν quamvis, fere promiſcuè ſumantur, ut inter alia apud Ovidium *Metam. lib.* 15.

Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.

Γίνεται δὲ σφῆκες γένεσις, *Ecqui enim* veſparum origo, ut Nicander alibique docent, aſini etiam, ut alii: cùm crabrones ex mulis oriantur, apes vero è bobus. Similiter in *Tract.* Talmud. *Maſechin c.* 6. ubi *mel apium & mel vitreum*, l. veſparum ſeu crabronum, memoratur. Junguntur enim apibus, tanquam animal aliquo modo congener, atque aliquo modo mellificum. Nam & in *veſparum* genere ſunt ei βομβώδεις, in quibus μέλισσ- & ἀφνὸν φωλὸν τινὸς, *mali cujuſdam mellis rudimentum*, reperiri tradit Ariſtoteles *Hiſtor. l.* 9. *c.* 43. Et de crabronibus idem, φάλαγγες μὲν γὰρ ἄνευ *guttam mellis*, in favis corum naſci, dicit *l.* 5. *c.* 23. Cœteràm, praeter differentiam jam ante indigitatam, *veſpa* hirſuta inſuper eſt, lineisque diſtingu itur flavis ac nigrantibus, ſed non ita transverſis colore, qui de re Voſſium V. *de hiſtol. lib.* 4. *c.* 72. Cibus ei porrò multiplex, πᾶν ἄνθος τινὸς ἡ καρπὸν, *ex floribus & fructibus quibuſdam*: maximè verò πᾶν ζῶον γένεσιν, *ex animalibus*, vivis ſc. mortuisque. uti habet idem Ariſtoteles *lib. cod. cap.* 11. Sonus, cum volat, ſicut muſcae, de quo V. iterum Voſſium *lib. cit. c.* 77. At aculeis apibus inferior eſt, minùs quidem crabrone nocens, ſed quae non minùs, ac ille, irritata, oculos inprimis impetit. Hinc Ulyſſes cum ſociis Cyclopis oculum *veſpa e fuſtes, veſparum inſtar*, ſe elidiſſe, ajunt, apud Euripidem in *Cyclope verſu* 472. Nocent autem *veſpae* omnes, unde σφῆκα ἐκδύνειν, & σφῆκα ἐχειῖσιν ἐκ σφηκιᾶς ἐχθίειν κακὸ ἔκνινε, nota Graecorum proverbia. Interim variae nigris robuſtiores eſſe & acerbiùs pungere. apud Ariſtotelem legimus iterum *lib. d. c.* 41. Etiam quasdam carne viperae deguſtatâ fieri acerbiores, Plinius habet *lib.* 11. *cap.* 53. aut poſtquam aculeum mortuae viperae veneno imbuerunt, Aelianus *lib.* 5. *cap.* 16. Sed & pro loci ratione timentur. Sic Cyprus olim Σφηκία dicebadicebatur, ab atrocibus veſpis, in ea Inſula nidificare ſolitis: Putatur aliquid etiam in ortu eſſe momenti, & circumadum τὸ κρονοβόλον σφῆξ, *Veſpa ex crocodilo nata*, de qua V. Horum *l.* 2. *c.* 33. quamvis ex crocodilo ſcorpiones gigni alii malint & c. Itaque novum nemini videri debet, quòd Chananaeos à *veſpis* pulſos, divino judicio, in alias ſedes migraſſe, Exodi *c.* 23. *v.* 8. ac Deuteron. *c.* 7. *v.* 20. ubi comminatio & praedictio ejus; & Joſuae *c.* 24. *v.* 12. ubi complementum: Multò minùs, quòd apud Arethuſios Marcum ſenem, qui idolotum quodam templum everteret, ſub Juſtiniano, in corbe totum & melle unctum, ſub dio à *veſpis* & apibus excarnificatum, legimus apud Theodoret. *l.* 3. *c.* 7. Nec omittendum, cùm *Veſpa* aculeum habeant adeò acrem, non immeritò contumelioſiſſimos Poetas Archilochum & Hipponactem, quorum illeIycamben, hic Bupalum & Athenidem, carminum ſuorum virulentiâ ad ſuſpendium adegerunt, *veſpas* habuiſſe tumulis ſuis inſculptas, uti de Archilocho Julianus *Analogiae l.* 3. *c.* 28. & de Hipponacte Leonidas, aliusq; ignotus *ibid.* docent & c. A Graeca porrò voce, σφηκίωσις vocari notat Ariſtophanis Scholiaſtes *in Plutum*, parva ligna & in acutum collecta: item σφηκοδέτης, in hominibus vocari corpore graciles nec ventricoſos. Quin, ſi Euſtathio credimus in *Il.* 10. *veſpae* hoc nomen ἀπὸ τῆ σφῆξαι ἢ ἁρπάξαι ἐν τῷ πόνῳ τὸν λαγωὸν. V. plura hanc in rem apud Plinium *lib.* 11. *cap.* 21. Voſſium ubi ſupra, Sam. Bochartum *Hieroz. Parte poſter. l. IV.* *cap.* 3. Alios. Sed & *Veſpa*, nomen officii, vilis ac plebeji, apud Romanos, ut infra videbimus item nomen proprium, apud Gliceronem de *Orat. lib.* 2. ubi *Veſpa Terentii* meminit, unde *Veſpaſius* ac *Veſpaſianus*; *Veſpa* verò ipſa à *veſpero*, uti annotat Feſtus, laudatus Theodoro Marcilio in *Veſpaſianum Suetonii c.* 4.

Veſpa, pro *Veſpillone* apud Sext. Pompejum: *Veſpae dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, ſed quia veſperino tempore eos efferunt, qui funebri pompa, propter inopiam, duci nequeunt. Hi etiam Veſpillones dicuntur.* Unde & ſuſpectus ille Horatii *Epod.* 5. ubi *Veſpa Terentia

duas Vesperas, ut Hebr. habet textus Exodi *cap.* 12. *vers.* 6. quas ita exponit Aben Ezra *in locum*, ut dittinguat *Vesperam Solis*, cùm ipsum Solare corpus occidit, à *Vespera luminis*, cùm etiam radii eius omnes, lumen vitui noltro le furripit: atque hoc ſpatio, quod horam cum quadrante implere videtur, Paſcha immolatum eſſe contendit. Alii meliùs ſic explicant; *Vesperam* faciunt duplicem, *Declinationis* unam, quæ poſt Meridiem incipit, jam enim tum Sol ad Occaſum vergit: δείλην πρωΐαν & δείλαι Græci vocarunt, h. e. ut vett. exponunt Critici, τὸ σκότος τῆς δείλης μέχρι τῆς μεσημβρίας, *primam partem δείλης*, quæ *incipit ſtatim à Meridie*: *Occaſus* alteram, cùm Sol occidit & Horizontem ſubit; Græci δψίνοι δείλαι dicere, Criticique expoſuere, τὰ πολλοῦ ἢ δείλης μέρη, τὸ ὀψὲ δείλι δυομένου, *poſtremam δείλης partem*, *quando Solis eſt occaſus*. Ita namque & apud Hebræos duplex erat *Hereb*, five *Veſpera*: prior à nona hora, hoc eſt, à tertia exacta poſt Meridiem; quod erat tempus oblationis *Veſperlina*: altera paulò ante occaſum, quod principium erat Judæis diei ſequentis. Intra hoc itaq; tempus Paſcha oblatum eſt: cùm in priori huius *Veſperæ* parte, Veſpertina oblatio offerri potuerit, Talmud *tr. de Paſchate ſtatim ab init.* quæ tamen ſimiliter *inter duas Veſperas* inſtituta legitur, Numeror. *cap.* 28. *verſu* 4. Et ab hac hora nona, incipiebat Paraſceve propriè dicta, ac CHRISTUS, verus ille Agnus, qui tollit peccata Mundi, cædem, quâ Sacerdos Agnum in Templo mactabat, cruci affixus eſt, ſeque ipſum Patri ſuo obtulit, Marci *cap.* 15. *verſu* 25, 34. V. Calaubonum *Exercit. ad Baron.* 16. *num.* 28. & Franc. Burmannum *Synopſ. Theolog. Part. I. lib.* 4. *cap.* 11. §. 33. Godvynus paulò ſubtilius *Veſperlinæ oblationis & Paſchatis*, quæ tum concurrebant, momenta diſtinguens, in priore ordinarie agnum, intra noſtram ſecundam & tertiam mactatum; & inter tertiam & quartam, oblatum: tempore verò Paſchatis, inter primam & ſecundam noſtram mactatum; ac inter ſecundam & tertiam oblatum: quòd ſi Paſchatis dies cum Sabbatho coincideret, mactatum illum inter duodecimam noſtram ac primam & inter primam ac ſecundam, obtatum fuiſſe, ſcribit. Itaque, CHRISTUS, agno Paſchali & ſacrificio jugi adumbratus, *horâ tertiâ crucifixus eſt*, Marci *cap.* 15. *verſu* 25. quâ maturinum olim Sacrificium offerri ſolebat: atque *horâ nonâ*, quæ tertiæ noſtræ pomeridianæ reſpondet, *clamavit voce magnâ* &c. *verſu* 34. quo tempore *Veſperlina* oblatio fieri ordinarie, tum verò, quia Paſchatis Feſtum erat, ipſe Agnus Paſchalis à Patribus mactari, conſuevit; oblatione veſpertinâ anticipatâ, uti vifum: Sicq; *unicâ oblatione conſummavit in perpetuum eos, qui ſanctificantur*, Hebr. *cap.* 10. *verſ.* 14. V. prat. Thomam Godvynum *tract. Angl. cui ſtatus, de Ritibus Hebr. Eccleſ. ac Civil. lib.* 3. *cap.* 4. Addam ſaltem hunc *de duabus* Hebræorum *Veſperis* locum Sam. Bocharti, *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 50. *Hebræis duplex fuit Veſpera, nimirũ, ante Solis occaſum, tota Meridiei, altera Occaſui propior. Et inter, vel poſtea inter illas duas veſperas, id eſt, intra illud ſpatium, quod ambas complectitur, prædicto agnum Paſchalem, etiam mactabatur inge ſacrificium, accendebantur lampades, & ſtebas ſuffumonium, Exodi cap.* 19. *verſu* 39. & *cap.* 30. *verſ.* 8. *Quæ ſingula quo ordine facta fint, docet Maimonides de Paſchate cap.* 1. *Sect.* 4. Qui Græcis quoq; utjam dictum ſuprà, δείλην πρωΐαν, τὸν μὲν πρῶτον μέρος, *veſperam maturam, tempus à prandio*: & δείλην ὀψίαν τὸν δεύτερον μέρος, *veſperam ſeram, quæ circa Solis occaſum*, diſtinguiconſueviſſe, docet ibidem ex Heſychio, Suida, qui Artixon ſoquendi genus id eſſe dicit, & Euſt. *in Odyſſ.* v. codemque refert illud Varronis ex *Satyra Menippea*, *Noctis, quòd veſper ferus nebat &c.* Hodie in Eccleſia Rom. *Veſpera*, una eſt ex horis Eccleſiaſticis, quæ ſub veſperam dicitur, quamq; eandem eſſe, cum *Lucernario* volunt Viri docti, qua de re V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *Hierolexico*: nec non ſuprà, ubi de *Horis Canonicis*: item voce *Lucernarium*, ubi de Græcanicæ Eccl. ritibus inprimis. Nec omittendum, quòd idem Romanis cœnæ tempus fuerit, qua de re diximus ſuprà paſſim &c. Quia verò *Veſper*, ferus nempe, inter partes noctis apud Romanos, placet hic etiam reliquas ſuprà omiſſas ſubnectere.

Partes Noctis, apud Romanos.

Crepuſculum.	lis, apud Romanos, tempus, ut dictum.
Prima Fax, quòd lumina tum accendebantur: Livio *prima tenebræ*, Horatio *prima lumina.*	Mediæ *Noctis* inclinatio, vel de media *Nocte.*
Veſper.	Gallicinium ſive Galli cantus, Gr. Ἀλεκτροφωνία.
Concubium ſeu Concubia Nox, cùm itum eſt cubitum.	Conticinium &c. Horum omnium nomina apud Poëtas non raró occurrunt. Reliquarum *Noctis* partium, non apud Romanos modò, ſed alias quoq; Gentes mentionem ſuprà fecimus. V. quoque Thom. Godvynum *Ambologiæ Romanæ l.* 3.
Nox intempeſta, id eſt, multa *Nox*, cùm nihil tempeſtivum eſt agi.	
Ad mediam *Noctem*, nempe Inclinatio.	
Media *Nox*, primum dici cœpit.	*Sect.* 1. *cap.* 1.

Veſperia, nomen in Univerſitatibus nonnullis ultimi actus, ad conſequendam Doctoralem dignitatem neceſſarii, qui *Diſputatio* eſt, à Baccalario pridie, quàm birreto Doctorali donetur, obiri ſolita, in qua cum tribus Doctoribus ei decertandum. Occurrit apud Nic. Trivertum *in Chronico ad. C.* 1282. *Poſt diſputationem, qua Veſperiæ appellantur. V. Statuta* Facultatis Theologiæ *in Academia Viennenſi* in Auſtria *tit.* 16. citata Car. du Freſne *in Gloſſar.*

Veſperna, Veteribus Cœna dicta eſt. Iſidor. *Origin. lib.* 20. *cap.* 11. *Eſt autem cœna veſpertinus cibus, quam antiqui* Veſpernam *dicebant, in ipſa enim non erant prandia.* Sicut ἄκρατον vett. Graci, quod poſteriores ἄκρατα vocabant. Non minus enim antiquiſſimi Græci ac frugaliores Romani, cœnare tantùm conſuevere. Salvianus *lib.* 1. *Nunquid parcam illum tunc ægreſſenſq; vitam cum gemitu & dolore tolerabanti? Cùm vites ac ruſticos cibos ante ipſos, quibus exercebantur, ſicos ſumerent, eosq; ipſos ſapere, niſi ad* Veſperam, *non liceret.* V. quoq; Macrobium *Saturnal. l.* 1. *cap.* 5. Niſi malis apud hunc Cœnæ vocabulum priſcâ ſignificatione pro *prandio* accipere. Sic enim Feſtus Pompeius, *Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium*; Veſperna, *quam nunc* cœnam *appellamus*: Vel dicas, prandia tum, non omnium omnino civium, fed lautiorum tantùm fuiſſe. Poſtea ter ſumere cibum cœpere: Unde Δ'ειπνον, δόρπον & δόρπος, Didymus *ad Odyſſ.* β. Athenæus quatuor refert, Α'ακρόδειπνα, ſeu Διακόσειρον, Δόρπον, Ε'σπερινὸν, quæ Romanis *Merenda* & *Cœnæ*. Meurſius *Not. in Lycophr.* V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 26. & 27. *cum Paraſiponenis* Thomæ Dempiteri, Salmaſium *ad Flavianum Vopiſci.* ut ſuprà *loco laudato.*

Veſpertilio, inter immundas aves recenſetur Sacro Scriptori, qui uti ab Aquila incepit, quæ regina eſt avium, ita in *Veſpertilione* deſiit, quæ naturæ eſt ambiguæ, & inter aves volucresque medium tenet locum, Levit. *cap.* 11. *verſu* 1-19. Varro *in Agathone*,

Quid multa? fabus ſum veſpertilio, nec
In ruoribus plane, nec in volucribus ſum.

Rationem reddit Macrobius *Saturnal lib.* 7. *cap.* 16. *Volantia univerſa ex ovo prodeunt, excepto uno, quod incerta naturæ eſt. Nam* Veſpertilio *volat quidem pellitis alis: ſed — quatuor pedibus gradiitur, formatusq; pulles pavis, & nutrix tactûs, quos genera.* Unde notum Panarcis ænigma, ὃμ βλέπω ξύλον τε καὶ ὃ ξύλον πρέμαινο ὄρνιθα καὶ ὃν ὄρνιθα οὐκ τε ἢ ὃν ὄρνις, πίδον δ' ὃν πίδον, *Vir non vir* (eunuchus) *inſidentem avem non avem* (veſpertilionem) *ferit ligno non ligno* (ferula) *aut lapide non lapide* (pumice) apud Platonem *de LL. lib.* 6. Interim inter quadrupedes referri non poſſe, ait Voſſius, quia, qui priores ſunt, decumbens pedes non ſunt, fed alarum humuli, quibus à pariebus dependent; imò ne poſterioribus quidem ingreditur ſolo, fed magis reptat: potius itaque avibus accenſet, cùm ad id, ut *volucris* dicatur, videatur ſatis eſſe, quòd volat, V. cum *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 78. Favet ei vox Hebr. עטלף *atalleph. h. e. avis tenebroſa*, ſicut νυκτερὶς Græcis dicitur, quia eſt ἐκ τῆ νυκτὸς ὢν. Nec alia ratio Romani nominis. Ovidius *Metam. lib.* 4. *Fab.* 12. Mineidum ſororum in *Veſpertiliones* converſarum,

Nocte volant, ſeroq; canent à veſpere nomen.

Nempe lucem fugit *Veſpertilio* & clariori lumine offenditur, quæ cauſa, quòd inde cæcutiens in faces aut candelam ſtipiti vel ſtopæ impoſitam vel gladium protenſum impingat, ſæpiusque hoc pacto capiatur. Voſſius *ibid. cap.* 81. Ac proin talpis jungitur Elſjax *cap.* 2. *verſu* 20. *In illa die projiciet homo idola ſua — ad talpas & ad veſpertiliones.* i. in tenebras detrudet. Nihilominus pro cibo Boriſſpenſibus, in Babylonia, prope Meſopotamiam, habitantibus, teſte Strabone *lib.* 16. imò, quod ſtupendum fœdumque dictu, pro Numine Mexicanis, fuiſſe legitur Paulo Gryſaldo *Hiſtor. Indica lib.* 3. laudato eidem Auctori *lib. eod. cap.* 93. & 100. An ob amorem in prolem, *geminos enim volat amplexus infantes, ſecumq; deportat*, Plinius *lib.* 10. *cap.* 61. an quia tenebrio avis idololatricis tenebris maximè conveniens viſa eſt. Sed & à *Veſpertilione* fanati Monachi cujusdam, deſperato morbo laborantis, inſolentem ac miram hiſtoriam narrat Auctor Anonymus *Sinæ & Eur. cap.* 41. ubi veſpertilionem ægri detectum noctu pedem, pro more, mordicus arripuiſſe, venam aperuiſſe, ſanguineque copioſo exacto faturum avolantem, cum, depleta morbi cauſâ, ad ſanitatem adſpirantem, reliquiſſe refert. Plura de hac ave, V. apud Plinium *l.* 11. *c.* 37. 39. ubique, Voſſium ubi ſuprà, inprimis *cap.* 87. ubi de eorum aliquibus caudatis, Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. lib. II. cap.* 32. 100, ubi & de fabula Mahummedanorum, prater *Veſpertilionem* Chriſtum quicquam ereaſſe, negantium, Alios. Hinc Alciato *leg* 14. *Cod. de act. empt.* quoque dictus eſt ſervus decoctor, aut rationum contubator in ſtipulatione evictionis, quâ jubet Prætor caveri ſervum vendituin furem non eſſe, *Veſpertilionem* non eſſe; eo quòd ſervis peculium plerunque concedebatur, in quo fraudare poterant creditores. Ubi Bruckerus per *Veſpertilionem* intelligit, *qui interdiu exiſtere videt, & veſperi* juſtam aciem habet. Namque & *Veſperi ſua vivere*, id eſt, *furtis ſuis vitam ſibi parare*, dixit, prov. Plautus, alludens ad rerum furtivarum Forum,

forum, quo in Suburra, deficiente jam die, venales proponentur: unde *Propertius Vesticem* memorat *Suburram*. Popmæ verò *Vespertiliones* servi videntur esse, qui, interdiu latitantes nihilque agentes, noctu obertant: qua ratione Varro *in Agathone* locutus est, ut vidimus:

Quid multa? Factus sum Vespertilio, &c.

Nonius eos hic appellasse videtur, qui dubiæ funt fidei; quia *Vespertilio* nec inter mures, nec inter volucres, ut & Plin. habet *lib.* 10. c. 61. averfantur que eum aves, tanquam quadrupedem, & quadrupedes, tanquam volucrem. Artemidorus *lib.* 3. *& fures & adulteros fic nuncupari* pofse, tradit; Budæi fic conjecturam firmans, ut vifum. Nam & Catullo,

Nocte latens fures &c.

Quem verò Ulpianus *Vespertilionem*, Plautus *Tenebricolam*, Varro *Tenebrionem*, Lucilius *Lucifugum* vocat. Ariftophanes *Nubib.* Chærefephonti Socratico indittum *Nycteridis*, id eft, *Vespertilionis*, nomen refert, quòd atro colore effet & tenuiffimam haberet vocem. Babilius *Hexaem.* ad Philofophos vocem trahit, qui hebetibus oculis cœleft a contemplantur, cœcutientes in rebus feriis, quòd animal id interdiu parum videt. Sed & *Vespertiliones*, debitores dicuntur illi, qui, ære alieno obruti, metu Creditorum, interdiu domi delitefcunt, noctu tantùm prodeuntes. V. Titum Popmam *Comm. de Operis Servorum*. Graphicam *Vespertilionis* defcriptionem habes, apud Druræum Anglum *in Tragico-Com. Alvredus*.

Vespronius Caindius, inter Legatos Conſulares, à Senatu ad milites, fub Didio Juliano, miſſus, qui fuaderent, ut repudiaretur Severus, memoratur Spartiano in *Didio Juliano*.

Vesta, adde: *Vesta Palatina* facrum fieri conſueviſſe prid. Kal. Mai, docet Ovidius *Faſt. lib.* 6.

Anfori Vesta diem, *cognati* Veſta *recepta eſt*
Limine, fic juſſi conſtituere Patres.

Incendii, quo Templum ejus arſit, meminit Idem *ibid.* Contigit autem id anno U. C. 512. Q. Lucatio & A. Manlio Conſ. Imò & poſtea iterum arſit fub Commodo, Braduâ II. & Aproniano Conſulibus, cum fere tota Urbs corruiſſet; ſimulque ſtammis Templum illud Pacis clariſſimum conſumtum eſt, allæque ædes innumeræ, quæ de ſtrage fuit ægri Herodianus *lib.* 1. Ceterum, qui animale fuiſſe *Vestæ* ſimulacrum contendunt, Architectum eam faciunt inventricem, uti diſcimus ex Diodor. Siculo *lib.* 5. ubi, poſtquam Cretenſes illam apud ſe natam perhibuiſſe ait, addit: Λέγε τὸ Ἑλλὰς τὸν Ἥφαιστον κατασκευῶν ἀξῆναι καὶ δῶρ τὸν ἀλογγάνον τοῦτο ἀξὶ τῶν ἀρχῶν ἀνθρώπων ἐν σπάνεσι κινδύνων ἐγκύκλιον, πρῶτ ἐς ὑστέρ τυγχάνουσι. *Dicitur Vesta reperiſſe domorum architecturam, & ob hoc beneficium, ab hominibus univerſis, cunctis in ædibus honores & ſacrificii cultum eſſe adeptam.* Pertendunt que, uti Adamus eſt Saturnus, ſic filiam ejus, quæ nupſit Cæino, *Veſtam* dici. Nam, ut Epiphanius, five ex Leptogeneſi, five aliunde, ex filiabus Adami natu maximam, quæ Ἕυα dicereturr, nupſiſſe fratri fuo Cæino, tradit: & Cainus urbem ædificaſſe primus, atq; à filii fui nomine *Henochiam* appellaſſe, legitur Geneſeos *cap.* 4. *verſ.* 17. At. cùm *Veſta*, potiùs foci, in primis publici, præſes eſſet: Architecturæ autem Pallas præfecta fuerit, qua de re illuſtris locus eſt Luciani *in Hermotimo*, eò inclinat Voſſius, ut *Veſtam* non tam animale, quàm naturale fuiſſe Numen, ſenſeat. V. *Eum de Idolol. & progr. Idolol. lib.* 1. *cap.* 17. Et quidem, quatenus eo nomine particularim ſignificatur ignis ille in focis publicis; uti *Veſtam* vocat Dionyſius *Antiqq. lib.* 2. & Cicero *de LL. lib.* 2. ubi à Virginibus Veſtalibus *cuſtodiri ignem foci publici ſempiternum*, tradit: fuit is cœleſtium ignium, Solis inprimis, ſymbolum. Unde Florus *lib.* 1. c. 2. *Inprimis* (Numa) *ſacrum Veſtæ Virginibus colendum dedit, ut adſimulachrum cœleſtium fuorum ignium vigilarent*. Itaque jugi erat & aſſiduâ opus curâ, ut ſemper luceret: ac ſi exſtinguereter, non ab igni noſtro accendere fas fuit, fed Romanis ex terebrata felicis materiæ tabula eliciendus erat, Feſt. Græci autem in fomentis vaſculo exavo impoſitis & Solis radiis in ejus centro exceptis, flammam concipiebant, Plut. *in Numa*. Namque & in Græcia ignem illiſumodi æternum cuſtodiri conſueviſſe Idem tradit: Delphorum & Athenarum mentione factâ. Imò & Tenedii, Argivis ac Mytilenæis ſimiliter fuiſſe obſitum, oſtendit Voſſius: atque idem de Rhodiis, Cyzicenſis, Mileſiis, Epheſiis, Naxiis, aliis, fuſe demonſtrat Cafaubonus *in Athen. lib.* 15. Nifi quòd apud Romanos Virgines: apud Græcos verò Viduæ ætate provectæ, Θεωλύσιαι vulgò dictæ, hunc ignem pervigili curâ aſſervarent, de quibus V. quæ diximus in voce *Pryaniſides*. Accepere autem hunc cultum Romani ab Albanis, ut Livius docet *lib.* 1. quos & facrum hoc, poſtquam Romam tranſlatum fuit, retinuiſſe conſtat: habuere verò ipſi à Lavinienſibus: quorum Urbs, Dionyſio teſte, 30. annis extructa fuit, priusquam ab Æcanio Alba Longa conderetur. Lavinienſes idem accepiſſe traduntur ab Ænea Phryge, ut ex Virgilio *lib.* 2. *Æn.* conflat. Unde Ovidius *Faſtorum lib.* 6.

Vidimus Illacræ transferri pignora Veſtæ.

Ubi *Iliacam* vocat, quia Ilienſes eam, ducè Æneæ, intulerint Latio: at *transitam* referti quia, cùm antea Veſtæ ſacra forent in Regia Numæ, Auguſtus illa, ubi Pontifex eſſet factus, tradixit in domus ſuæ partem, quam publicavit, Dexæque donavit, quemadmodum eſt apud Dionem *l.* 4. Atque has tres civitates Albam, Lavinium & Ilium, in anſmo habuit B. Auguſtinus *l.* 3. *de Civ. Dei cap.* 18. inquiens, *Sacra illa fatalia, quæ jam tres, in quibus fuerant, proferuntur civitates*. Ambigit tamen Prudentius, an non ea Romani acceperint ſacra ab Athenienſibus. Ita enim is *lib.* 2. *adv. Symmachum*,

— *In his quoniam Veſtalis origo fevilla*
Urbibus, ut memorant, primo de fomite ſumta eſt:
Sacra vidque foco: aut Phryx aut Grajus alumnus.

Nempe ut hauſerint ea Romani à Legatis ſuis, anno U. C. 300. in Græciam miſſis, quò de Draconis ac Solonis legibus cognoſcerent. V. præfatum Voſſium *de orig. & progr. Idol. lib.* 2. *c.* 65. Templum ejus de die omnibus patuit, at in eo pernoctare nemini maſculo tas fuit: intrabant enim quidem Viri, ſed non penetrabant, aut pernoctabant. In eodem negant ullum fimulachrum fuiſſe. quod ut ita ſit, tamen *Veſtæ* imago paſſim in nummis aut ſtatuis expreſſa hodieque extat, eaque non ſedens ſolùm, ut Plinius eam effingi conſueviſſe refert, ſed & alterâ manu *ſacrum*, alterâ *diſcum* ſive pateram libatoriam præferens: quorum illud de face, ad ignem pertinet, illud de diſco, ad ſacrificia ſolennitèr & perpetim oblata. Interim etiam ſtantem nummis videas. V. Anton. Thilium *Notis in Auct. Gellium l.* 1. c. 12. nec non admentionem, quòd idem Gellius monet *l.* 14. *c.* 7. *Eidem quidem Veſtæ, non vero Templum*, accurate loquendo, uiſe. Olim enim, ut optimè Scaliger ex Varrone *de L.L. l.* 4. notat *ad Feſtum*, leges Ædium in Ædibus ipſis in poſtico earum poſitæ fuere, quæ inter alia continebant, utrum Ædes illa eſſet Templum, nec ne? Hinc cùm locus auguratus hæc Ædes Veſtæ non eſſet, Conſilium ibi Senatus habere non potetat, in Atrium autem eius quod erat ab Æde remotum, quodque, vià ſacrâ Regiæ adjunctum, Virginum habitationi inſervichat, ſi cut Regia Pontificum, conveniebatur, Strivio teſte *ad Æneid. lib.* 7. *verſ.*

— *Auguſtia ad mœnia Regis.*

Ignem quod attinet, in Veſtæ ardentem Æde, duplicem eum fuiſſe judicat Licetus, quorum alter in lucernis, ad Numinis honorem: alter in aris ad ſacrificiorum holocauſta, perpetuò ſub Virginum cura, aſſervit. Adeoque illum oleo incumbuſtibili alitum, & ab externis inpiuriis à Virginibus cuſtoditum: iſtum verò lignis jugiter adjectis, earundem miniſterio, ſolum fuiſſe contendit. Et certè de *Veſtæ* ara cum Igne, in togo, ad ſacrificia comburenda, teſtis eſt Ovidius *Faſtorum l.* 4.

Igne cremat vitulos, quæ natu maxima Virgo eſt,

V. quoque Fauſtanium *in Cornib.* Statium *Theb l.* 2. Alios. De lucernâ *Veſtæ*, conſentit *Plut. in Numa*, ubi ignem hunc Virginum Veſtalium comparat igni apud Græcos, Delphis Athenisque in lucernis perpetuò ardenti: fiorumque ignem, ſub adventum Gallorum, cum facris, rapientes Virgines profuſiſſe narrat. Quomodo enim fugientes illæ raptam igneam pyram aliò comportaſſent? Addè, quòd in gremio ſacra Deum ferentes L. Albinum de plebe hominem conſpexiſſe illasque plauſtro ſuo impoſuiſſe. addit: Quæ enim ardentia ligna gremio ferre non poterant, lucernæ facrum ignem in eo facile poterant geſtare. Idem Ovidius videtur innuere cum ait:

Nec in aliud Veſtam, *quàm parvum intellige flammam,*
Natæ, de flamma corpora nulla vides.

Accedunt antiqua numismata. Nàmque apud Juſt. Lipſium *de Veſtal. cap.* 3. & 9. exhibentur icones argenteorum & aureorum plurimorum, cum *Veſta* lucernam oleariam manu tenente; cum *Veſtali* Virgine, itidem manu gerente lucernam; cum capite mulieris & lucerna. Apud Anton. item Zantanum *Numism. lib.* 1. *Edit.* 2. argenteum eſt nummus Veſpaſiani, ſub *num.* 36. cum imagine *Veſtæ* ſedentis lucernamque manu geſtantis; aliudque eum eadem ſtante, ſimiliterque tenente lucernam, *num.* 47. Inprimis verò huc facit numiſma aneum ab Antonio Auguſtino *lib.* 50 relatum, in quo mulier ſcapulotenus circumſcripta, LUCILLA AUG. ANTONINI AUG. F. à tergo Dea Veſta gerens manu dextrâ lucernam, ſiniſtrâ Palladium & ad pedes habens altare cum flamma exardente. Itaque, quod Macrobius habet *Saturnalium lib.* 1. *c.* 12. de Igne, à Virginibus huic Deæ famulantibus Menſis Martii (qui primus erat totius anni) prima die, de novo accendi ſolito: non Licetus de igne agat, in ſacrificiorum uſum, in rogo ligneo ardente, *lib.* 4. *de Lucernis Antiqq cap* 38. non verò de altero, qui in Lucernis ardebat, & ad quem alludere voluiſſe Servatorem noſtrum exiſtimat, Matth. *c.* 25. V. Ejuſdem *l.* 1. *c.* 31. ubi *plura in hunc in rem, ut & de reliquis Veſtæ ſacris, Minervæ ſigno & Troja, Diis Samothracibus ex hac Iuſa à Dardano Trojam primò, inde ad Æneæ in Italiam delatis, duobus porrò dictis, aperto altero atque inuto, altero pleno & obſignato, curioſo Lectori exhibet*. De *Ariis* verò *Veſtæ*, Kalendis Martii, qui olim primus apud Romanos anni dies erat, lauro coronari ſolitis, h. c. aris ſocisque in primis ingreſſibus ſpatiisque domorum poſitis, Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 4. *cap.* 3. de more renovandi ignem eodem die in ara Veſtali Sal-

masium *ad Solinum pag.* 17. extinctum verò resuscitandi, *p.* 180. de *Vestalium* ceremoniis, jam Servii ætate maximam partem antiquatis, faciis dein ac reditibus à filiis Theodosii M. abolitis penitùs, Barthium *Animadversion. Papinianis ad Theb. 8. versus* 297. ubi de Futili, vase quo in Sacris hisce utebantur &c.

Vesta Nova, cognominata est Julia Augusta seu Domna Severi Imp. uxor, quasi Numen Urbis Imperiique tutelare, quem admodum ignis Vestalis inter symbola & pignora Imperii olim fuit. *Inscr.* vetus Lampsaci,

ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΕΣΤΙΑΝ
ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΤΟΔΕ ΕΙΣ ΤΟ ΑΡΑΑΜΑ ΚΑΙ
ΤΗΝ ΒΑΣΙΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΝΑΣ
ΤΑΣΙΝ ΑΥΤΟΥ ΔΑΪΠΑΝΗΜΑ
ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΤΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΙ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΣΤΜ
ΠΑΝΤΟΣ ΑΥΤΩΝ ΟΙΚΟΥ ΚΑΙ
ΤΑΜΙΟΥ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ
ΑΘΟΛΛΗΝΟΤΕΙΜΟΥ.

apud Jac. Sponium *Itiner. part.* 3. *pag.* 93. & 94. ubi Latinè eam sic reddit: *Juliam Augustam Vestam novam Cererem conscrat Senatus, impensas verò ad statuam & basin ejus, erectionem faciente ex sua pecunia, propter pietatem in coronas, Sacerdote Augustorum & Stephanephoro totius orbis domus & Quæstore populi sectionem, Dionysio Apollonotimi filio.* Eandemque Imperatricem in nummis, quoque *Vestam Matrem*, item *Vestam Sanctam*, & simpliciter *Vestam*, addito Sacrificii Vestalis apparatu, nominari addit.

Vestales, addo: Capiebantur illæ, parvæ ac teneræ ætate, adeoque certæ pudicitiæ & vitii expertes; nec capi fas erat minorem quàm annos sex, aut majorem quàm annos 10. natam. Imò nec multæ nec crebræ istæ lectiones, cùm ægrè Parentes inhanc velut custodiam & coactam virginitatem tuas permitterent filias. Quatuor, quas primus legit Numa, erant Gegania, Verania, Canuleia & Tarpeja: Duas dein alias Servius Tullius addidit, five ante eum potius Tarquinius Priscus, qui numerus postea constanter obtinuit. Cepit itaque primas ipse Numa, & jus deinceps capiendi apud Reges ejus erat: Postea pullis Regibus, Pontifex Max. in locum venit; sed non liberâ prorsus, verùm legibus suis adstrictâ electione, continebaturque Papia lege, ut Virgines viginti legerentur. Magno fatis numero ad unam capiendam; sed causa erat, ut sors leviór evaderet, sic sparsi per plures. Capiebantur verò *à Regulo*, A. Gell. *lib.* 1. *c.* 12. adeoque non è Patriciis solùm, sed & è *Plebejis*. Quòd proin Augusti ævo etiam ex Libertinis captæ sunt, præter legem monemque fuit. Fiebat sortitio illa *in Concione*. Comitiis purâ Curiatis, ut coram tribubus res fieret, & dignitas eam hinc Sacerdotio accrescret. Ipsa fortitio adhibita, ut divinitus legi excerpique è pluribus talis videretur. Ita deductæ in Atrium Vestæ, habitationi earum destinatum, in ceremoniis instruebantur per annos decem: per totidem exercebant munus: ultimo decennio alias instruebant; ficque jus annis in Atrio manere tenebantur, quo tempore exacto liberæ erant. Vetustissima, *Maxima* dicebatur, quod ad ætatem referendum. Officium erat triplex, Vigilare, ne æternus ignis exinguereturi Adservare æternam Imperii pignus five (variant tamen Auctores) delapsum cœlo Palladium; quod viris videre nefas, imò & Pontificibus, utpote velamento obductum: Sacrificare tandem, quod fere aliudunm; quod quo cultu peragerent, docet Festus in voce *Sustillicidium*. Præmia & honores hi erant: 1°. Jus testandi habebant, vivo Patre. 2°. Præmia, ex Augusti instituto, quæ trium liberorum Matres habebant. 3°. Lictor honoris causâ præcedebat. 4°. Morte liberabant reum, si fortuitò illi obviæ fuissent factæ. Quòd si contrà quis Lictoem, quâ vectabantur, per lasciviam subiisset, morte luebat. Vittæ capitis erant ornamentum, vestis alba cum purpureo limbo: Locus in Theatro peculiaris, *Augusta pedes inter & Vallum*, C. Tacit. *Annal. lib.* 4. & quidem contra Prætoris tribunal. Mortuo *Augusto cap.* 44. *Solis Virginibus Vestalibus locum in Theatro separatim & contra Prætoris tribunal dedit*. &c. V. inprimis A. Gellium *loco cit.* ubi *Virgo Vestæ quid statuis, ex quali familia & quo ritu, quibusq; ceremoniis & religionibus & quo nomine à Pontif. Max. capi consueveris: & quo statim jure esse inceperis, simul aio, capta es? : quodq; nec illa intestato quisquam, nec is intestatæ quisquam hæres fuerit*, pluribus pertractat. *Vitalem*, in lucerna pervetusta ærea, cum indusio subucular, ipse pudor nudus, podere fe: ut air Sucherius, & tunica pedori superinduta, ad pedes longiore, anterius apertâ & incinctâ, integrâ tandem rica seu mafortè aut antiquo bardocucullo, exhibet è Gazophylacio Galvaniano Fortun. Licetus *de reconditis Antiqq. lucernis lib.* 6. *cap.* 83. *ubi multa egregia de sacris ipsis atmodi Vestæ Virginibus*.

Vestiarium, apud Anastasium, ubi Pandulus *Vestiarius* Defiderii Longobardorum R. in nonnullis codd. apud Guilielmium Bibl. ubi Pippinus *potentissimus Vestiarius*: in *Epist.* Abbatis S. Benigni, apud Perardum, ubi *Illustris Sacri Palatii Vestiarius: primus Senator, nec non unicus Romanorum Duc.* &c. occurunt, idem quod *Vestiarius* est, qui *Vestium* vel thesauri curam habebat. V. Car. du Freine *Glossar.* & paulo infrà.

Vesti, apud Lupum Protospathan in *Chron.* A. C. 1091. *Defendit Argyrus Magister*, Vesti & *Dux* Italiæ. Et in *Chartis* vet. apud Ughellum, *Nos Joannes Domini gratiâ Dux & Imperialis Patricius, Antypatus, Vesti*: ex Græco Βεστης, dignitas fuit illustris Palatina, apud Imppp. Byzantinos; quibus Βεστήρχαι præerant, memorati Scylitzæ, Zonaræ, Joanni Euchaitarum Epifc. Bryennio, Allis, laudatis Cardo du Freine *Not. ad Bryennium*.

Vestiarie Leges, luxum in *vestium* cultigni, & cuilibet civium ordini certa veftimentorum genera eorumdemque certa pretia affignant: Quo nomine in Germania inclyti in primis Ulricus & Chriftophorus Duces Wirtembergiæ Reſpublicæque Noribergenſis pridem fuere. Quos imitati poſtea multi alii Principes ac Rerumpublicarum Gubernatores, Lubecenſis præſertim. Idem & reliquarum civitatum Vandalicarum Magiſtratus fecerunt, atque ſuos ab abominanda ſua veſtitus ratione ad ſaniorem mentem prudenter revocarunt. Imò & Reges ſcitè volunt Conſtitutiones Imppp. quæ certa veſtimentorum genera pretiaque eorum proponunt, additâ certâ tranſgreſſori pœnâ: Johannis Ducæ, apud Nicephorum Gregoram *lib.* 2 *cap.* 11. Receſſ. Imper. Aug. A. C. 1500. §. *von uberflüſſigkeit der Kleideren*: Reform. Pol. Aug. *A. C.* 1530. §. *von unordentlicher Kleidung*: & Reſor. Pol. Aug. A. C. 1548. §. *von unordentlicher Koſtlichkeit der Kleydung*, V. & Francorum *LL. antiqq.* apud Cameratium *Cenſur.* 2. *cap.* 39. Gallicæ quoque Reges, *Veſtiarias* leges conditiſſe, ipſi non ita barmoniarum rationem obſervaſſe, tradit Bodinus *de Rep. lib.* 6. *cap.* 6. in qua gente præcipuè circa veſtes luxus & fumtus inveterată licentia adhuc usque perdurat. Veſtis enim ferica poſtremos hominum & fœcem plebis tegit, cùm à tibialibus etiam ex hoc lino confectis, abſtinuerit Henricus II. Gall. R. reſte Lanovio *diſcurſus* 23. Apud Romanos, quid hac de re ſanciturn, diximus ſuprà, ubi de *Purpura*, *Serico* &c. Athenienſibus non minus haram

Sacerdotum procurationibus & cameris eorum sanctis, *cap. 42. versu* 14. *Et quando Sacerdotes ipsi ingredientur, non egredientur de Sanctio in Atrium exterius, sed ibi reponant vestes suas, in quibus ministraverunt, sunt enim sanctæ ista, aliis vestibus sese induant & accedant, ubi est Populus.* Et paulo post, *cap. 44. versu* 19. *Et quando egredientur ad Atrium exterius, ad Atrium inquam exterius, ad Populum, exuant vestimenta sua, in quibus ministrabant & repo-*

nant ea בלשכת הקודש *in Conclavi Sanctuarii* (Græci οἱ τῆς ἱερᾶς αὐλῆς τὸν ἔξω, ἐν ἐκείνοις δὲ ἐσθῆτας ἐν αἷς λειτουργοῦσιν ἀποτίθενται, Vulgatus *in Gazophylacio Sanctuarii*) *indumenta, vestimenta alia.* V. Jarchium, Kimchium & Joh. Villalpandum *Explanat. part. 2. lib. 2. cap. 69.* Nempe unum fuisse, fed plura eorum, in Templo Hebræorum fuisse oportet, cum Veftium Sacerdotalium magna copia, & mutatoriæ earum complures eſſent, quæ in Templi fuum *Veſtiariis* ſervabantur: ut de reliqua ſupellectile ſacra, quæ magna quoque præſtò erat copia, ut, ſi forte polluereturunа, altera locum ejus ſtatim ſuppleret, ni dicam. V. Maimonidem *hal. Celi hammikdash cap. 7. §. 19.* Imò idem Auctor *lib. cod. cap. 8. §. 5. & 6.* numerum eorum definiens ait, Sacerdotibus vulgaribus ſeu minoribus, ſuciebant veſtes mutatoriæ complures. Et nonaginta Arcæ erant in Templo, ut in illis reliquerentur ſeu reponerentur veſtes illæ. Quatuor ſcilicet, cui; Cuſtodiæ five Ephemeridæ. Et nomen Ephemeridæ cujusque erat inſcriptum Arcis ſuis, quæ cunctæ claſſæ. Et quando Ephemeridæ Miniſtrii intrabant, ad operandum in hebdomadibus ſuis, recludebant Arcas ſuas, ſingulis hebdomadum ſuarum diebus, inſtrumenta illa veſtiaria ibi collecta. Et cùm egrederentur (e Templo) reponebant veſtes illas in Arcis ſuis eatenus claudebant (ſeu obſcrabant) Ratio autem, cur fierent quatuor Arcæ cuilibet Ephemeridæ, erat, ne inſtrumenta illa inter ſe confunderentur, adeoque ut ſemoralia omnia Arca in una continerentur, inſcripta nomine Femoralium; uti etiam cingula cuncta, Arca in unica inſcripta nomine Cinguli, & pilei omnes Arca in unica, & demum tunicæ Arca itidem in unica. Pontifex autem Summus reliquebat veſtimenta ſua aurea in conclavi ſuo nocte ac tempore, quo egrediebatur è Templo. Ita præfatus Auctor de Sacerdotum vulgarium repoſitoriis. Non autem ſolùm veſtes, quæ uſui adhuc erant, reponebantur in *Veſtiario*, ſed, cùm Sacerdotum veſtes ſordidiores factæ aut inquinatæ ad conficiendas ellychnia aliaque id genus ſeponerentur, veſtis Pontificis vetuſtate attrita, in Cappadocio recondebatur, &c. V. Joh. Seldenum de *Synedriis Vet. Hebræorum lib. 3. cap. 11.* De *veſtiariis* verò Ecclæ infrà: at de *Veſtiario* Romanorum hæc. Fanciolum ad *Not. Inoper. Orient.* & ut uti de *Veſtiariis Patriarchiarum*, & *Monaſteriorum*, Car. du Freſne in *Gloſſar. Templorum* item, Dominic. Macrum, voce *Sacriſtia*. Sed & ſua privatis ædibus non defuere *Veſtiaria*, Gr. ἱματιοφυλάκια, in quibus veſtimenta omnis generis, Triclinaria, Virilia, Puerilia, Muliebria, Communia, Familiaria, Scenica, Funebria, Alia, reponerentur. Et quidem pretioſiora veſtes, & quæ rarò uſurpantur, quæque diebus ſolùm feſtis ſumerentur, in iis per ſyntheſes diſponebantur; ut ſericæ, ſubſericæ & id genus claræ rarèque veſtes: quæ verò quotidiè adhibebantur, ita ordinari haudquaquam ſolebant. Quo factum, ut *Syntheſes* Romanis dicerentur quoque veſtes ipſæ, quæ ſic in ſyntheſi diſponebantur: & *ſynthefina veſtis*, pro ſumtuoſâ ac pretioſâ caperetur. Meminit iſtiusmodi arcarum & ſyntheſium Martialis *l. 2. Epigramm. 46. in Nævolum,*

Flavida per varios ut pingitur Hybla colores;
Cùm breve Sicania ver populantur apes;
Sic una ſuppoſitis pellucent præla lacernis:
Sic micat innumeris arcula ſynthefibus.

Claudebantur verò & hæ arcæ ſeris ac clavibus, quarum cuſtodia penès ſervum frequenter fuit. Quam ob rem idem Poëta Euclidem notavit *lib. 5. Epigramm. 37.*

Æquiſti ſuperbo, nobili, locupleti,
Cui ſille regnat magna de ſibus clavis.

Cujusmodi clavium iconas aliquot exhibet Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* Qui autem ex *Veſtiariis* depromebant ibiq; iterum recondebant, modò *ad Veſtem*, modò *à Veſte*, modò *Veſtiores* appellati funt, de quibus infrà agetur.

Veſtiarius, recentioribus Græcis βεστιάριος, qui *veſtes* curabat. Non enim ſupellectilariis apud Romanos hæc cura erat, ut ex Pomponio offendit Pignorius, ſed peculiare id miniſterium fuit, cujusmodi ſervus domo, cum omni jure ſuo, legârâ, cedere legato, ſcripſit Julius Paulus *l. 3. Sent. tit. 7.* In vet. Inſcr. *ad veſtem* vocantur: *T. Statilius. Malchio. ad veſtem.* Item à *Veſte*, ut: *Byrr. Canaciane. Livie. Aug. fer. à. veſte. magn.* &c. Et, *Arion. Cæſaris. N. à. veſte. matutina.* Sic *Oſſa. Vibia. Succeſſe. Liviæ. Aug. ſer. ab. argento. potorio. item. à. veſte. L. Vibius. &. rel.* Nec non, *Dii. Manibus. Cuſtæ. Dynatæ. M. Ulpius. Aug. lib. Valens. à. veſte. Imp. privata.* Ut etiam, *Dis. Manibus. Ponulejæ. Cleopatræ, fecit. ſibi. &. Rhodano. Cæſaris. vernæ. à. veſte. regia.* Hinc & *à veſte Græcula*, & *à veſte Senica.* Quò referendi *Veſtiores*, quorum mentio in antiquo Elogio, *Theodimo Veſtiori Aug.* &, ni animus fallit, Lucæ *c. 15.* v. 22. ubi Pater filii prodigi ſervos alloquens, Ἐνέγκατε, inquit, τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν. *Veſtiarium* quoq; Roſimunda Alboini ſuam habuit, in cujus lectulo ſe ſuppoſuit Peredeo, ut ſcribit Diaconus de *Geſtis Longobard. l. 2. c. 28.* Et in Monaſteriis fœminarum, *Veſtiaria* occurrit, *quæ totum, quod ad curam indumentorum ſpectat, providet*, apud Abæælardum *pag. 157.* V. Laur. itidem Pignorium *Comm. de Servis.* ut & infrà, ubi de *Veſtificis* ac *Veſtificiis*. Apud Græcos lampo. *Veſtiariorum* ordo inſignis, inq; præfectus *Protoveſtiarius* fuit, ſeu ut Codinus appellat *lib. de offic. Eccleſ. & Aulæ Conſtantinop. Protoveſtiariatus*, cui pileum clavatum attribut. In Eccleſia Hebræorum, Præfectus, è quindecim illuſtrioribus Templi, *Veſtiaria* rei ſacræ præfecit, & הממונה *Qui præerat ſacris Sacerdotum veſtibus conficiendis*, dictus eſt; cujus officium atq; opera verſabatur, *in ordinandis conficiendisq; veſtibus, tum Sacerdotum minorum, tum Pontificis Maximi, & in ſeorſum eorum cap. 39. ſub manus ejus ſtebant omnia*, Maimonides *hal. Celi hammikdash c. 7. §. 14.* Nam & etiam induendis exuendisq; ibi præerat. Habebat is conclave ſuum in Templo, velut Protoveſtiarius ſeu *Maſter of the Wardrove*, Angl. in Miſna tit. *Sikſim cap. 5. §. 1.* appellatus הממונה על הלשכות *Rei Veſtiariæ præfectus*: ubi R. Obadias Bartenorius diſſerte, *Veſtiarii officium erat, induere Sacerdotes tempore Miniſterii, quòd exuere poſt Miniſterium & cuſtodire veſtes Sacerdotales in repoſitoriis eam in rem deſtinatis.* De quibus repoſitoriis licèt ſuprà actum, in voce *Veſtiarium*, placet tamen hic adjungere illuſtrem locum, ex Chriſt. *Adrichomii Deſcrip. Templi num. 92. Exedræ, quæ aliàs Gazophylacia & Pyſſophylacia vocantur, domus erant latera ea ex, inſtar turrium longe, lata & celſa, in quibus Sacerdotes Sanctuarium ingreſſuri, profana ſua veſtimenta lanea exuebant, & ſanctificatas lineas veſtes induebant eas, dein facris peractis reponebant*: ubi formam eorum nobis exhibet. De iisdem Hugo Grotius ad 1. *Maccab. cap. 4. v. 40.* loquens, הלשכות inquit, *id eſt, Conclavia illa ad Templi latera, in quibus ſacerdotum veſtes Sacerdotales, inſtrumenta Templi, copia aromatum & ſimilia.* Et qua diſciplina Judæorum ſimilis planè introducta eſt in Chriſtianismum (ut videre eſt in Jure Pontificio *Diſt. 1. de Conſecratione cap. 42.* apud Durandum *Rational. lib. 1. c. 3. §. 48. & lib. 3. cap. 1. §. 1.* Fortum. Amalarium *de Eccl. officiis lib. 2. c. 16.* Joh. Durant. *de Ritibus Eccl. l. 2. c. 9. §. 1.*) de veſtibus ejusdem ſacris, unde de harum Paſſophoriis tam frequens apud Chriſtianos Scriptores mentio. Quis verò in Veſtium Sacrarum uſu modus obtinuerit, dicetur infrà, in voce *Veſtis*. V. Seldenum *loco cit.* Nec verò hic omittendum, in conſecratione Aaronis primi Hebræorum Pontificis, qui per dies ſeptem continuos in ſuis veſtibus manè induebatur & veſperi rurſus exuebatur, ritum hunc ab ipſo Moſe adminiſtratum fuiſſe, V. Levitici *cap. 8. verſ. 7. & ſeqq.* Poſtea verò, in Templo inprimis ſecundo, Sacerdotibus in certos ordines & munera diviſis, cura hæc uni alicui demandata eſt, cui magna Sacerdotum turba ſuberat, Franc. Burmannus *Synopſ. Part. 1. lib. 4. cap. 8. §. 49.* Hodie *Veſtiarius*, dignitas eſt in Eccleſia Cathedrali Galliæ Magalonenſi, inſtituta à Rainerio Epiſc. A. C. 1247. cujus officium, *indutui Canonicorum omnes & Canverſos, excepto Prioribus, qui tenentur dare* Veſtiario *ſingulis annis, pro ſingulis Canonicis* - 40. *ſolidos*, Gariellus apud Car. du Freſne *Gloſſar.* At *Veſtiarius*, quàlis Pandulfus fuit apud Defiderium Longob. R. qualis item *Veſtiarius* Pontificis memoratur Joanni Diacono *lib. 1.* quem inter quatuor, qui Pontificem equitantem comitantur, recenſet *Ordo Rom.* non *Veſtium* ſolùm, ſed & thefauri ac cimeliorum curam ibi commiſſam habuit. In vet. verò *Inſcr.* L. AGRIO. VESTIARIO. TENVIARIO. IMP. CÆS. ANTONINI. PII. item in alia, M. CINCIVS. M. F. THEOPHILVS. VESTIARIO. TENVIARIO. Alia iterum, MATTIVS. PATROBIVS. VESTIARIVS. TENVIARIVS, veſtium inſtitorem vel confectorem vox genuina, *Tenuiarii* vero epitheton additum, in ſpecie eum, qui tenuia veſtimenta conficiebat, indigitat, uti docet Salmaſius *ad Capitolinum in Maximo & Balbino.*

Veſtibulum, an quòd fores *veſtiantur*, an quòd aditum recto *veſtiat*, ut Iſidorus vult: an à *vi & ſtando*, quòd in illo ſumtum olim ſtaretur, ut alii? Ovidio *Faſtorum lib. 6.* à *Veſta* videtur dictum, quia nim. ignis, qui in Veſtæ erat poteſtate, in *Veſtibulo* antiquitus accendebatur. Verba ejus, poſtquamde hoc igne dixit,

Hinc quoq; Veſtibulum *dici reor: inde precando*
Dicimur, ô Veſta, quæ loca prima tenes.

In qua ſententia quoq; Servius eſt, apud Virgil. *Æneid. l. 2. v. 469.* ubi nubentes puellas propteres limen non tangere, inter alia, refert, eò quòd limina domûs ſacrata ſint Dîæ. Similiter apud Non. Marcellum legas: *Veſtibula quidam putant, ſub ea propriætate diſtincta, quòd in primis ingreſſibus & in ſtatis domorum Veſtæ, ibi æ. ara ac foci ſoleant haberi.* Sed hi *Veſtibulum* pro primore ædium parte, quam *Atrium* dicere, acceperunt. Namq; & Gellius *lib. 16. c. 5. Animadverti*, inquit, *quosdam haud quaquam indoctos viros opinari, Veſtibulum eſſe partem domus primorem, quam vulgus Atrium vocat*: ibi enim focus antiquitus excitabatur, qui Veſtæ facer erat. Gellius verò ipſe *Veſtibulis* ab Atrio diverſum faciens, ex Cæcilio Gallo *de ſignif. Verbor. quæ ad jus Civ. pertinent. l. 2.* *Veſti-*

Vestibulum esse dicit, non in ipsis ædibus, neq; pavim ædium, sed locum ante januam domus vacuum; per quem à via aditus accessusq; ad ædes est, quem dextrà sinistràq; inter januam vestimq; quæ sunt viæ juncta, spatium relinquitur; aut, ipsa janua procul à via est, aretà vacanti interjecta. Et paulo pòst, *Qui domos amplas facebant, locum ante januam vacuum antiquitus relinquebant, qui inter fores domus & viam medius erat.* Cui assentiens Vitruvius *lib. 6. cap. 7. Hi*, inquit, *qui communi sunt fortuna, non necessaria magnificis Vestibula, nec Tablina, nec Atria, quod his aliis officiis præsunt ambiundo, quæ ab aliis ambiuntur.* Sic itaque vestibulum erit locus quem Græci προθυρον & προθυρειον appellant: Glossæ vett. *Vestibulum* προθυρον, item προθυρειον. Quem Auctorum citra hanc vocem dissensum sic conciliat Vossius *in Etymolog.* ut dicat, antiquitus, cùm essent Romulexæ casæ, idem fuisse *Atrium* & *Vestibulum*: postea autem, cùm luxuria creviisset, non in Atrio, sed aretà inter viam & domum interjecta, homines, prætiosiquam adificitemerentur, consistere consuevisse; indeque Atrii & *Vestibuli* voces fuisse distinctas: quanquam diu fuerit, ut multi, re quoque immutatâ, veterem retinerent loquendi consuetudinem. In hoc igitur Officiorum, seu Salutatorum, statio erat, ut apud eundem Gellium legimus, ubi supra: *In eo loco* (nempe, qui inter fores domus & viam medius erat *qui Dominum ejus domus venerant salutatum, principum admittebantur. Ibi enim & neq; in via stabant, neq; intra ædium fores ingrediebantur, sed in constitutione & quasi quadam stabulatione*, Vestibula appellat *sunt stabula grandia ante fores ædium sui dominos, relictis: in quibus starent, qui venissent, priusquam in domum introirentur.* Quæ verba penè transcripsit Non. Marcellus, & Gellio proin emendandus. Donatus etiam ad illa Virgilii *Æneid. l. 6. vers. 273.*

Vestibulum ante ipsum primisq; in faucibus Orci,
Luctus & ultrices posuere cubilia curæ.

Vestibulum, inquit, ante ipsum primum, in faucibus Orci, Luctus & ultrices posuere cubilia curæ.

Vestibulum, inquit, *Dilis domum, aut quæ quasi ostiorum est ornatus in primo Vestibulo?* Quò spectat illa vocis notatio, à *ve stando*, quam suprà innuimus. De Officiosis verò illis & Salutatoribus, diximus retrò. Ibidem Excubias & Custodes locat Pignorius. Ostiarius enim, quem *Claustritum* Lævius apud Gellium *l. c. Puerum à janua* Cotn. Nepos *Hannibalem*, vocat, aditum obsidebat, ut admitteret dimittereteque eos, qui Dominum conveniebant. Præter cum Excubiæ & Custodes in *Vestibulis* fuere. Hinc Virgilius *Æneid. l. 9. versu 647. Autem ejusum ad limina custodem* appellat. Et *l. 6. vers. 55.*

Tisiphonej, sedens, palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis servat noctesq; diesq.

Quem imitatus Silius *lib. 13.* inquit,

Ante aulam atque ædium & inexorabile limen
Quantia cubors, omni stabulantes per avia monstra,
Excubat?

Virgilius iterum *lib. 6. versu 573.*

—— *Cerusi, Custodia qualis*
Vestibulo sedeat?

Et hinc Nautam stationatium in Scapha, *Custodem* appellat Petronius: fuit enim scapha *Vestibulum* navis. Hinc Diphilus apud Athenæum *lib. 5.*

Ἀλλοις ἐπιφανειαν τοῖς ἐν ἰδιᾳ δοκοῖ
Ψευδεσθαι, ἡ παιειν, ἡ προθυρον.

Neque verò Principibus solum, sed & privatis civibus fuse fuere in vestibulis Excubiæ: qui & ipsi, foribus fuis nonnunquam velum prætendebant. Ulpianus *leg. 12. §. Papinianus ff. de Inspect. vel inform. leg. sicut Proculeyan* (alias Vestibulum) *domus, si velamen est, instrumento domus continetur.* &c. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*: De *Diis* verò, præter Lares, ad *Vestibulum* collocari folitus, Cat. Paschalium *Coronar. lib. 4. cap. 3.* Fuere & Templa instructa *Vestibulis*, habebantque illis areas adjectas, non solùm Romæ, fed & in Coloniis, Municipiisque, ut patet ex Inscr. veteri inMarmoris Neapolitani, apud Vossiū. Lazium *Comm. Reip. Romanæ lib. 5. cap. 2. Ab. Colonia. deducta. anno. XC. Nonisfid. M. F. M. Pollio. duovir. P. Rutilio. Cn. Mallio. Cos. operum. lex.* II. *lex. parieti. faciendi, in. area, quæ. est. ante. edem. Serapis. trans. viam. qui. redemerit. prades. duto. & c.* Fuit autem in illius modi *Vestibulis* Tetrastylum, i. e. locus feu spatium quatuor columnis distinctum, quod omnibus deambulatoris patebat, uti discimus ex M. Pollione Vitruvio *architect. lib. 4. cap. 1.* V. Thom. Dempsterum *Paradipom. ad Rosinum lib. 1. cap. 2.* In Templo Salomonico Propylæum *Vestibulum*, אולם dictum, 1. Regum *cap. 6. vers. 3.* & 2. Chron. *cap. 3. v. 4.* & *cap. 29 versu 7.* adibatur duodecim gradibus dimidii cubiti, erantque ibi fuspensæ catenæ aureæ & supra eas coronæ aureæ argenteæque: ac supra Templi olitum vitis aurea, è qua botri inusitata magnitudine dependebant. Erat autem hoc *Vestibulum* seu προναος, intra quatuor Atria, Gentium, Mulierum, Israëlis & Sacerdotum, atque ab Altari Holocaustorum, quod in Sacerdotum Atrio erat, viginti duorum cubitorum spatio distabat. Solebant hic Sacerdotes ministrare & confiteri, uti docet Joël Prophetа *c. 2. versu 17. Inter porticum & altare flent Sacerdotes, ministrantes Jehovæ & dicant, parce, Jehovæ, populo tuo.* Atque in hoc loco sanguis Zachariæ, Barachiæ filii, fusus est, Matthæi *c. 23. v. 24.* V. Franc. Burmannum *Synopsi Theol.* P. I. *lib. 4. cap. 15.* ut & de *Vestibulis* Ædium sacrarum apud Christianos aliquid suprà, voce *Prodomus* feu *Pronaus*, item *Narthex*. Adde C. Barthium *Adversar. lib. 2.* & Cl. Suicerum *Thes. Eccl.* voce προναος, ubi in Templis Græcorum sic dictum, quod fab fornice eft cum platearе parte, quam *impluvium* dixeris, alias αιθριον quoque, & simpliciter αιθαν, aut mediuftium cui *peristylium* & in specie, *Vestibulum* Magnæ Ecclesiæ CP. χαλκωικιον appellatum, ubi epicombia laci & statuæ Impp. poni consueverint, docet.

Vestitici & *Vestificæ*, in vett. monumentis memorati, conficiendis vestibus operam insumebant, quibus apud Hebræos prærat ex Sacerdotum ordine magnæ alicujus auctoritatis. Vide quæ suprà diximus, in voce *Vestiarius*: sicut de antiquo Vestium confinandarum artificio, in voce *Sartor*. Eodem *Vestificæ* pertinent, quarum munus ex ipsa voce dignoscitur. Fabius Maior *Declam. 363. Ter de stupro uxoris, adhuc pretio appellatus*, Vestificam *domina habitum mittit*. Seneca de *Tranquill. l. 11. cap. Places nis in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aus vermentis splendere cogentibus pressa. Sed domestica & vilis nec fervata, nec fumenda foliche.* Ammianus *lib. 28. Dum quum à Silvani laraco, vel Mamonea aquis ventum sopitabamus, ut quidam rerum vestificus tenuissimis se ter intexti, ostro, pressoriis vestes lucentiores arbitra diligenter explorat. qui ama portantur, sufficientes ad pyramides nimbos undecim &c.* Quid autem, fi *Vestificæ* fint *Vestipicæ*? quæ, ut ait Varro, *vestem picerent*. Apud Plautum fanè legitur, *Trinummo Con. dia Actu 2. Sc. 1.*

Vestificæ, *Unctor, atori Custos, Flabelliferæ, Sandaligerulæ.*

Ubi Non. Marcellus legit, *Vestificæ*, fervi nempe vellium custodes. Aftanius quoque *Vestificæ* meminit *Voyser. Notin mea Inscriptionem antiquam vesperi & Vestificæ*: uti, quam *Vestificem* vocat, dicunt alii à *Veste*, ut oftendit lapis Romæ M. Ulpio. Aug. Lib. Phædimo. Divi. Traiani. Aug. à potione. ab. à. laguna. &. Triclinio. Lictori. proximo. &. à. commento. beneficiorum. vixit. ann. XXVIII. abfcessit Selinunte. pri. Idus. Augusti. Nigro. & Aproniano. Cof. reliquiæ. trajectæ. cujus 3. Non. Febr. ex. permiss. Collegii. Pontificum. piaculo. Cæsii. Cattulino. & Apicio. Cof. Vestificinæ memoriæ. tuæ. Valens Aug. Phedianus. à. Veste. bene. merito. fecit. Item *ad Vestem. V.* suprà, & plura apud Laur. Pignorium *Comm. de Serv.* ac Tit Popmam *de Operis Serv.*

Vestigator, servus apud Romanos, Venatoriæ rei inserviens, qui feranum cubilia per *vestigia* indagaret. Ulpianus *lib. 20. ad Sabin. L12 §. 12. ff. de Instr. vel instrum. legat.* Vestigatores *& canes & cassa, quæ ad venationem sunt necessaria, instrumento contineri.* Servius *ad illa Æn. 4.*

—— *Saltusq; indagine cinguntur.*

Indagine, inquit, *feranum inquisitione & quidam cum* Vestigatoribus, *Aliatores mentionem inducitam accipunt: Nam indaginem* Vestigatorem *ipsum tradunt. Alas vero*, *Aliatores, qui dextrà & sinistrà plagarium jubilata voce prohibens ferâs exire.* At Columella *Vestigatorem & Indagatorem* ad apes transtulit, *lib. 9. cap. 8. Nam statim sono terrium, vel in feminice vel in cultore sicæ fronde conflies, vel à* vestigatore *preparatis vasa non conditum*: quod Tit. Popma non animadvertit *de Operis Serv.* Fuit autem *Vestigatoris* minister canis, vestigia odorari catus, ut habent leges Bajoariorum, *l. 26. ff. mandati*; cujus pretium folertia naris eft & industria; quemque mare mercri dixit Statius Poëta, V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis.*

Vestigium, à *vestigo*, fignum eft cujusnnque rei adeò impressum, ut facile deprehendi possit. Virgilius *Ecl. 4.*

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia *fraudis.*

Ovidius,

Cerne cicatrices, veteris vestigia *pugnæ &c.*

V. Vallam *Eleg. lib. 5. cap. 45.* Rectmannum *Origin. L. L. p. 566.* & Salmasium *Not. ad Dullium Trinullarium* c. 4. In specie, fignum pedis factum, Gr. ιχνος. imò aliquando pes ipse feu planta, ut pluribus docet Casp. Barthius *animad versor. Papinian. ad Theb. lib. 2. vers. 11.* Hæc adorare ac venerari fummus cultus. Idem Poëta *l. 12. vers. 817.*

Vivæ procul, nec in divinum Æneida venta,
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

Cujus moris lucidenta in Sacris, Mosis inprimis & Essæ historia, exempla. Quò respiciens Amedæus Lausann. *Homil. 3. Demus itaq; ali, gliam Deo, & cadentes in facies nostras adoremus à longè vestigia.* Supplicibus id inprimis factitatum. Statius iterum *Thebaid. lib. 11. v. 689.*

—— *Ad expectas, ut prenues supplice dextra*
Sternar? & inmitis Domini vestigia *quæram?*

Quæ crinibus nonnunquam matronarum passis veri hoc ac lachrymis tingi consueviffe, notum. Sed & floribus ea prosequebantur, de victoria vel re alia bene gesta gratulantes, ut hic paffim videre eft. Sanguine vero mutuo in fœ cribus aspersa, vet Danorum more: quo pacto Literum piratam & Hadingum Grami Danorum R. filium exuerim, archiffimis focietatis vincu-

vinculis colligatos, Lokero Curetum tyranno bellum denunciasse, legitur apud Saxonem *lib. 1. &c.* Cœterùm *Vestigium Hercules*, pertæ impressum, in Exampeo loco medio inter Borysthenem & Hypanim, juxta flum. Tyrem, bicubitali magnitudine, ostensum olim à Scythis, memoratur Herodot. *l. 4.* fuit de *Adami vestigio* in monte celsissimo *Pico d'Adam*, in Insc. Teneriffa, simile quid narrari ab incolis, *Itinerar.* Scriptores notant. Contrà Ladas, Alexandri curfor, *vestigia* arenæ nulla impressisse & visum fæpe fefellisse, legitur apud Alexandrum Neap. *Genialium Dierum lib. 2. cap. 21.* Sed & *Vestigia genuum* Domini N. J. C. Gethsemani lapidibus impressa, ex frequenti ad precis ingenículatione, cerni, ex Beda Baronius refert: quod, quia neque Eusebius, neq; Hieronymus, tanto veruti loco Beda notatores, & refert, cautè, ullam de re mentionem fecisse; unde in suspicionem Cafaubono, neq; falsum neq; verum esse penitùs. *Fieri enim*, inquit, *potest, ut ipsa memoria exstantis vestigia quadam genuum in cavato lapide, ex assidua assistione illorum, qui ad precandum, ut ait Eusebius, magno studio illuc convenebant & genua ibi fle lebant. Nam ita bodie, ante celeberrima quadam altaria, impressa vestigia cernimus, & saxa ipsa cavata observavimus: nunquam vero magis suspicatur, quàm in primariis Cantuariæ Ecclesiis, illo loco, ubi fuit olim figura Thomæ Becati, qui superioribus fecultis multo fit illis ibi foliatus cali, quàm vel B. Virgo, vel ipse Christus: quod demonstratione certissimè & ὀφθαλμοφανῶς è monumentis ejus Ecclesiæ probare possemus, si id ageremur. Videatur tale quid simile de Gethsemani* (loco, in quo ante Passionem CHRISTUS oravit, & in quo diu post preces peragere Christiani studebant) *in ea Ecclesia, unus meminit Hieronymus: quod per errorem vel superstitionem ad Dominum retuleras, quam bonâ Fide Scriptorum narratum. Expendi autem Eusebii verba*, quo in loco etiam nunc homines magno studio preces faciunt, *non videbitur à probabilitate alienum, quod diximus.* V. Isaac. Casaubonum *Exercitat.* 16. §. 63. De *Vestigiis* vetò *Deorum exeuntium in Foro vsits*, sub Commodo, apud Lampridium *in eo*, quod prodigium alias quoq; in Historia Rom. legas non semel, eundem *Non. ad Lampridium*; ut de *Vestigiis* in genere plura, apud Barthium *ad Claudianum* &c.

Vestigiacæ, V. sigma *Pestilisi*.

Vestifici & *æ*. V. *Ibid.*

Vestis, primi hominis innocentia fuit, cui postquam iniquitas succellit, *vidit se nudum esse, & confusis foliis fecit sibi subligaculum*, Genes. *c.* 3. 7. ut sic *membris minime honestis honorem circumponeret*, prout loquitur Paulus *1. Cor. cap.* 12. *versu* 23. lapsusque turpitudinem, quantum pote, absconderet: Hæc prima hominis pars *veste* tecta est. Verùm, cùm is de pudore solùm obvelando cogitaret, Deus Optimus Maximus Conditor, iritatus quamvis tam gravi offensâ, saluti ejus consuluerat, & pectus quoque, quò minùs aeris pateret injuriis, munituras, ipse; ipse *Jehova Deus Adamo & uxori ejus tunicas fecit pelliceas, quibus vestivit eos, cap. cit. vers.* 21. Quo factum, ut vestes istiusmodi, & cæforum animalium pellibus consectæ, antiquissimis mortalium, post Adamum jam memoratum, fuerint in usu: uti de Indorum Philosophis, Scythis populis, Persis: imo etiam priscis Romanæ Curiæ Senatoribus, legimus apud Platonem *in Protagora*, Ciceronem *1. Tuscul.* Strabonem *lib. 15.* Herodotum *lib. 1.* Propertium *Eleg. 1. lib. 4.* Alios. V. Thom. Dempsterum *Antiqq. Rom. l. 5. cap.* 31. & suprà in voce *Pellis*. Inde vellus, à quo *Vestis* quidam arcessunt nomen, & lana adhibita; post eam linum; commoditatis causâ: cœpereq; hyemve lanea, æstate linea indui, Artemidorus *lib. 2. cap.* 3. etiam cùm duatum vestium usus, de quo mox, increbuisset, exteriùs ea lana, interior ex line fuit. Donec crescente luxu, purpura fericumq; successit, imò aurum *Vestibus* intexi variæque Phrygii operis picturæ illis illudere ausæ sunt Mansit tamen *prisci* avi simplicitas fatis diu, & , sicut pectore pudendisque velatis, caput & pedes interdùs plurimæ Gentes per bene longum servavere tempus, uti dictum suprà, ubi de *Nuditate*: ita una *Vestis* ad omnes usus per multa fecula sufficeit. Postea altera accessit cœpitq; adhiberi vestis una exterior, Hebræis מעיל *Meihil*, Græcis ἱμάτιον, Latinis *Togæ* altera interior, Hebr. כתנת, & ex Hebræo Græcis χιτὼν, Latinis *Tunicæ*: distinctaneq; fic vitiorum moralem, ut in communi usu majorem omnem *Vestem*, præter has duas, ignorarent; aut certè non communiter usurparent. Dico *majorem*, quia linteamina quædam aut pannos à variis Gentibus esse adhibitos tegendis partibus, quas pudor jubet tegi, non negaverim. Cujusmodi fuere apud Hebræos linea feminalia, quæ usque ad genua & poplites veniebant, celabant verenda: superiore autem parte sub umbilico arcte adstringebantur, מכנסים ipsis dictis, Græcis Interpretibus περιζώματα: h. e. *Vestes*, ut observat Hieronymus *Epist. ad Fabiolam*. Demum tertia adjecta est *Vestis*, sed quâ perdiu frugi homines parcè uti. Varro *Cat. sive de liberis educandis*, *Mihi puero medica nna fuit tunica & Toga, sine fasciis calceamenta, equus sine ephippio, balneum non quotidianum*. Quin fuere politioribus jam feculis, qui, priorum hominum instituto viventes, unicâ veste, faltem per æstatem: quidam & per hyemem, effent contenti. Hinc de Agesilao Plutarchus *in Apophthegm Laconum*, ipsum φαιδρὸν γενόμενον ἐν τῷ χειμῶνι, *quando erat hyemis intensa*, solitum fuisse ἀχίτωνα h. e. *sine tunica*, in publicum prodire, tradit. Similiter apud Romanos Candidati, in Comitio, sine tunica prensabantur, in Toga candida: quò vulnera missitiæ accepta Populo ostentare possent, ut docet Plut. *cap. Rom.* 49. Nec aliter Lycurgus Orator Athenius caufas egit, aut Cato Romæ pro tribunali judicavit, ut idem magnus Scriptor in *Vitis* eorum refert. Ubi verò inter Homines plus voluptati tribuerunt, prior virtus masculâ decrevit & corpora facta funt alliosa magis, alii tunicas plures gestarunt, alii easdem duplicarunt: quidam & in exteriore vefte lineam fecerunt. Galenus namque *de usu part. lib. 4.* lububsicure fignificat, fuo tempore Tunicas fieri consuevisse *ουβίνοις, ὃ ἐστι πυρίδοις pannis compositas & στιχωτοῖς, ἐστὶ ραπτοῖς*. Sed & plures simul gestare mos fuit: Quare nomina inventa, quibus Tunicam distinguerent ἐπενδύτης *carni proximam* (quæ & ἐνδύτης *genus* Græcis, alicubi etiam ὑποκάμισον) ab illa quæ inter hanc & Togam assumebatur. Varro *de Vita Pop. Rom. Postea quam binas Tunicas habere cœperunt, institutum vocare Subucculam & Intusium*, de quibus vocibus V. suprà. Neque hoc apud Romanos solùm, sed & alios, usu venit. Eustathius enim il. 8. duo genera χιτώνων seu Tunicarum memorans, unum illorum è lino fieri solitum corpori adhæsisse; alterum, ἐξ ὧν οἱ ἰσχνοὶ, *è malleis lanis*, compositum, intimæ vesti superindui consuevisse, subdit. Eandem cultum Populis quibusdam Assyriæ Strabo attribuit *lib. 16.* Χιτῶνι λινῷ στιβάδι, ἐπιπόνοις τέχνοις, ἐπὶ λαῖνον ἔνδυμα, *Tunica linea sutura*, nostræ camisiæ respondens, *Tunica altera exterior lanea*, & *Pallium album*. Apud Hebræos verò tunicæ interioris mentio rarior: quo minùs probabile nonnullis DOMINUM nostrum, cujus vita universi simplicitatis & αὐτάρκειᾳ exemplum extitit, illâ usum fuisse. In Evangeliis certè nusquam illius comparet mentio; etsi habuit forsatse, sub Tunicis inconsutilis, linteamina quædam, qualia feminalia ex Hieronymo suprà describens fuere. Adeoq; rem ex antiquis moribus æstimanti videtur Dominus nofter *vestes* gestasse, non, ut quidam olim putarunt, quinque; ac ne tres quidem, ut Euthymio placebat: sed duas tantùm, Pallium sive *Mahil* & Tunicam inconsutilem, quam opus fuisse manuum gloriosa Virginis, antiqui traditione, proditum est. Nec obstitat, quòd è lana fuerit: illustrissimas enim puellas matronasque olim lanificio manus commodasse, ex Suetonio discimus, ubi de filia & nepte Augusti *lib. 2. cap.* 64. quod institutum manfisse videtur usque ad Chrysostomi tempora, qui scelus suo, quòd propter mulierum mollitiem illud à fœminis tranfiret ad mares, convitium dixit, *Homil. 34. Epist. prior. ad Corinth.* V. Isaac. Casaubonum *Exercitat. 16. §. 84.* & plura de *Vestibus*, apud Phil. Rubenium, Octav. Ferrarium, Alios, qui de re *Vestiaria* ex professo egerunt, ac & infrà, ubi varia *Vestium* genera paucis subnectemus. Non possum tamen non paulo prolixius *Vestibus* Hebraici, tum profani tum sacri, meminisse. Cùm enim gentem istam continuo velut Legis septo ita Deus incluserit, ut nihil publicæ privatæque rei, nisi ipso Arbitro, agere posset; in *Vestium* quoque, quædam ei cavenda, quadam observanda fuere, ut quidem lanæ linique filavario textu miscere, ac inter se confundere prohibiti, simplici munditiæ contenti esse tenebantur. Levit. *cap 19. versu* 19. Marem fœminæ, ac mulierem virili cultu (quod in quibusdam Gentilium facrit fiebat) conspici erat nefas, Deuteron. *cap.* 22. *versu* 5. Idololatrarum quoque in morem verticem attondere, aut genas turpare; porrò ob luctus fœvitiam corpus incidere, graviter vetabantur, Levit. *cap.19. versu* 27. & 28. Contra Leges acceperunt, de vestimentorum fimbriis, quas ציצית appellant, deque Phylacteriis, תפיליס dictis. Jussi namq; funt Jud i i Lege Num. *cap. 15. versu* 38. 40. & Deuteron. *cap.* 22. *versu* 12. extremis oris *Vestium* filorum, coloris hyacinthini fylvam seu peniculamenta quædam, qualia è tela dependere videmus, attexere; ut mutuosjuo isto de præceptorum Dei observantia admonerentur. Talia & SERVATOREM gestasse, colligitur ex Lucæ *cap. 8. versu* 44. Phariſiei verò cùm ambitiosè nimis ista venditarent, ac Religionis fere arcem in illa cultus divini lætitia ac particula constituentes, *fimbrias pallorum fuorum producerent, ac phylacteria sua ampliarent*, non leviter à Domino reprehenduntur, Matthæi *cap.* 23. *versu* 5. Addebant præterea hîce filamentis capsulas quasdam, ex corio confectas, Legisq; quibusdam ritualis inscriptas, quas precaturi fronti vel brachiis præcingebant, & תפיליס appellabant: quas, quâ ædium quoque postibus Magico propemodum ritu, tanquam præcinnia & amuleta, averruncandis malis Spiritibus, affigebant, *Phylacteria* dicere, ritus ceteasione deytomâ ex Deuteron. *cap. 6. versu* 4.9. ubi tamen, parcœmiali potiùs locutione, accurata eis Legis observatio inculcabatur, quam velut in oculis & manibus gestare, nec unquam obturum vel gressum ab iis removere jubebantur, V. Franciſc. Burmannum *Synopſ. Theol. Part. 1. lib. 4. cap. 20.* & de *Judæorum Veſtitu*. Sacras Hebræorum Vestes quod attinet, quibus in Templo ministrare mos erat, Leviici *cap.* 8. v. 7. 8. 9. Pontifici eranc duplices, *Aurea* 8. & *Alba* 4. Illæ dicebantur ſic, non quòd totæ auro contex-

rent, vel omnes auro illuſæ ac interſtinctæ forent, ſed quòd quibuſdam ex iis aurum variè intextum; reliquæ autem cœteris ejus veſtibus ornationes ac ſplendidiores erant: Tales fuere, *Femoralia*, *Tunica*, *Baltheus*, *Cidaris*, *Pallium*, *Ephod*, *Pectorale* & *Frontale*; è quibus quatuor priores etiam reliquis Sacerdotibus communes erant: omnes ex lino puriſſimo ac pretioſiſſimo. Atque in ſacro hoc ornatu miniſtrabat Pontifex quotidiè in Sanctuario, juxtaque eum Sacerdotes ſuo ordine; neque ſine his ſacris operari ullatenus licebat: Imò ubi vel minimum ex iis deerat, Pontifex כהוֹר גדוֹל *Defectus veſtibus* dicebatur habebaturque profanus. Iſtæ, nempe Albæ, quas Pontifex quoque habebat, quatuor erant, quatuor prioribus cognomines, *Tunicæ* vir. *Braccæ*, *Cingulum*, & *Pileus* ſeu Cidaris, atq; è lino contexæ. Quibus ſolus utebatur Pontifex, idque ſemel tantùm in anno, cùm piaculare Sacrum adminiſtraturus interius Adytum ingrederet: quo peracto, eas *Veſtes* deponebat, ſequente anno novas rurſus accepturus, V. Exodi c. 28. & Levitici *cap.* 16. *verſ.* 4. 32. Ubi hæ *Veſtes* fuerint reconditæ, quiſq; iſtarum curam habuerit, diximus ſuprà, in voce *Veſtiarium*, item in *Veſtiarius*: addam hic quædam de loco, tempore, & modo, illas geſtandi. Et quidem, cùm Miniſteria univerſa, ex ſortitione peragenda eſſent, conſecrabant, juxta Ephemerium Sacerdotes, qualibet ſummo mane in *Lishcat hagazith* (loco, ad Templum, Synedrii Magni) ante ejusdem ſeſſionis horam) & indebant ibi *Veſtes ſacras*, Sacerdotes illi omnes, qui Ephemeriæ eſſent præſcripti. Jam verò, ne Miniſteria ſacra turbarentur, ſi ſuum cujusque officium quisq; non ſatis dignoſceret, collocabantur illic in gyro univerſi illi, quos facile ſic intuens Præfectus Sortium (munus in Templo celeberrimum) pro arbitratu ſuo unum eorum aliquem eligebat, cujus pileum exuens ſtatim induebat: in ſignum, ut in ſortiendo ſic velut terminus eſſet. Dein conſentiebant in numerum aliquem, tum Miniſteriis diurnis integris, tum ſortitioni idoneum, velut 60. 80. 100. 1000 ſiùres pauciores; ſortesq; inibantur quatuor: Prima, de Altari cinebribus aliterque purgando, eoque apparando & igne ſtruendo; Secunda, de Immolationibus aliisque Sacrificiorum ſolemnibus pieriſque; Tertia, de Suffimentis; Quarta de levandis membris Sacrificii in Altare. Tum, dicente Præfecto, *Digitos extendite*; per gyrum extendebat quisq; digitum ſive unum ſive duos, ſive etiam, ut quidam volunt, tres: ſicq; Præfectus ab eo, cujus pilcum primò exuerat, incipiebat numerare, usq; dum compleretur numerus, in quem conſenſerant. Quo modo Sortibus rité peractis, prodibant inde, ſacris induti Veſtibus, ad munera obeunda ſic ſorte deſignati, cœterì autem Sacerdotes veſtibus illis ab Ædituis exuebantur, ſic ut eis earum nulla relinqueretur, præter Femoralia, ſub; tantùm quæque cum veſtes profanas eſſent induti, Tum etiam & Femoralia ſacra eis exuebant, veſtesque cunctas arcis ſuis reſtituebant, qui hujic rei præerant modò memorati. Fuit verò ſacrarum illarum veſtium uſus non niſi intra Templum, quod multis probat Seldenus: Unde & cineres elaturus Sacerdos, excutere veſtes ſacras, aliasque induere, jubetur Levitic. c. 6. v. 10. & 11. & cùm è Sancto in Atrium exterius Sacerdotes egrediebantur, *veſtes ſuas, in quibus miniſtra verant, ibi reponere, aliq; aliis veſtibus ſeu induere ſicq; accedere, ubi Populus erat*, tenebantur. Ezechielis *cap.* 42. *verſ.* 14. Quoties autem ſacris induerentur, priùs lavabant ſeſe in Templo: Unde, tum quòd ſtantes ac nudis pedibus rem divinam facerent, tum quòd tenui lino veſtiti erant, quod ſæpius de die ponere ac ſumere neceſſe erat, dum identidem lavare vel miniſterium mutare opus habebant, frequentibus morbis obnoxii fuere. Interim caſu extraordinario & neceſſitate ingruente, ſacris Veſtibus induitis extra Templum prodire licebat, quod tamen varò fiebat: Ut de Jadua Pontifice ſummo, cum toto Sacerdotum comitatu, obviàm procedente Alexandro M. Hieroſolymam venienti aquod Joſephum, legimus. Addendum & hoc, licuiſſe Sacerdotibus Miniſterii ſui die toto Sacras geſtare Veſtes, excepto cingulo, quod cùm ſingulare quid eſſet & ſacrum reliquarum retinaculum, non niſi in ipſo Miniſterii actu, ſumere fas erat, &c. V. Joh. Seldenum *de Synedriis Vet. Hebræorum libro* 3. *cap.* 11. ex *Ekhrati Doctoribus*, *Maimonide in primis*, *Kalach*, *Celi Hammidasch*, *egregiè hæc de re diſſerentem*. Hactenus de *Veſtibus*. Partes in iis tres fuere, τὰ ἄνω, ut Græci vocant, Latinis *ſumma ora*, quæ circa collum & humeros hærebat: τὰ μέσα, extrema vel ultima ora, quam *ultimam ſimbriam* appellat Trebellius *in Zenobia*: & medium, quod zonâ comprehendebatur in tunicis & aliis id genus veſtibus, quæ cinctui erant; aut fibulis adſtringebatur, ut in palliis, chlamydibus, & aliis id genus amictus; qua de re Salmaſium *ad Trebellium d. l.* & de ornamentis harum omnium hîc paſſim. Eârundem apud Romanos colores enumerat Nonius, *Cymatilem*, aut *Marinum*, *Mulochinum*, *Impluviatum*, eos qui erant à *Culta* & *Croco*, *Clavinum*, *Ferrugineum*, *Oſtrinum*, *Luteum*, *Violaceum*, *Pallium*, *Anthracinum* &c. *Albus*, & *Candens*, lætitiæ indicium; *Pullus* ac *Niger*, funeribus ac luctui congruebat, V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, Thom. Dempſterum *Paralipom. ad Roſinum paſſim*, *inprimis ad cap.* 31. præter Autores ſuprà laudatos: poſſunt adjicere lîcet Ovidium *de Arte amandi lib.* 3.

Quid de Veſte loquar? Non jam fragmenta requiret,
Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet.
Cùm tot prodierint preciis levtore colores:
Quis furor eſt confus corpore ferre ſuos?
Aëria nec color, tum cùm ſine nubibus aer,
Nec tepidus pluvias conciet Auſter aquas.
Ecce tibi ſimilis, quæ quondam Phryxon & Hellen
Diceris Inois iniquiſſe dolis.
Hîc undas imitatur, habet quog, nomen ab undis,
Credideris Nymphas hæc ego veſte tegi.
Ille crocum ſimulat, croceo velatur amictu,
Roſida luciferos cùm Dea jungit equos.
Hîc Paphias myrtos: hîc purpureos amethyſtos
Aëneus ex roſeo, Thyreſiam ve gerunt.
Nec glandes, Amarylli, tuæ, nec amygdala deſunt,
Et ſua velleribus nomina cera dedit.

Verſicolores verò veſtes Lenonum ac Meretricum erant, ut ſuprà diximus: de *Coloribus Veſtium*, quibus perſonæ Corniceæ olim pro ratione ætatis, officii, ſexus uſæ, V. Jul. Cæſ. Scaligeran. *Poetices lib.* 1. *cap.* 13. adde quæ de *Coloribus* retro dicta. De *regia Veſtium*, V. itidem ſuprà. Ut verò patèat, quantus fuerit Romæ mulierum in veſtibus luxus, etiam nonnullum ſubjiciam Aſiæ, nondum Orbis ſpoliis ac peregrinis deliciis bellicoſâ Martia gente emollitæ, placet iſta Senis Plautini *in Epidico A.* 2. *ſc.* 2 ſubjungere:

EP. *Sed veſtita, aurata, ornata, in lepide, ut concinne, ea nove!*
PE. *Quid erat indutæ? an vegiſſam indueulam, an rarnidiculam?*
An impluviatam, ut iſta faciunt veſtimentis nomina.
EP. *Utin' impluvium indutæ eas?* PE. *Quid autem iſtuc mirabile eſt?*
Quaſi non ſimilis exornatas multæ incedant per vias.
At tribuatus cùm imperatus eſt, poteſſe pendi negant.
Illis, quibus tributus major pendatur, pendi poteſt.
Quid iſtæ, quæ veſti quotannis nomina inveniunt nova?
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum calicium.
Induſiatam, patagiatam, callulam aut crocotulam,
Supparum, aut ſubminicum, vicam, boſtiticum, aut exoticum,
Cumatile, aut plumatile, cerbinum aut mediolanum, gerræ merces.
Cani quoq; ademtum eſt nomen. EP. *Quid?* PE. *Vocant Lacticum.*
Hæc vocabula auctiones ſubigunt ut faciant viri.

Sed & Artificum catalogum, quorum induſtriam laſſavit *Veſtiaria* hæc *prurigo*, videmus ex ejusdem Aululariâ *Actu* 3. *Sc.* 5.

Sed hoc etiam pulchrum eſt, præquam ubi ſumines petunt,
Stat ſallo, Phrygio, auriſex, Lanarius,
Cunpone, pateſgarius, Ferrarii,
Flammearii, violarii, carinarii,
Aut mantelearii, aut murrobathrarii,
Propolæ, linteones, calceolarii,
Sedenarii ſutores, diabathrarii,
Solearii adſtant, adſtant molochinarii,
Petunt fullones, ſarcinatores petunt,
Strophiarii adſtant, adſtant ſemigmarii,
Jam hoſce abſolutos cenſus: ſedent, petunt.
Tantus eſt cùm ſtant phylactbe in aurib.
Texores, timbolarii, arcularii ducuntur: datur
Æs. Jam ſq, hos abſtantes cenſeas,
Cùm incedunt infeſtores crocotarii,
Aut aliqua malic crux ſemper eſt, qua aliquid petit;

Quæ omnia explicata habes, apud laudatum Ferrarium ubi ſuprà *Part. prior. lib.* 3. *cap.* 20. & 21. V. quoque, voce *Famina*. Cœterùm omnis apud Græcos ut ἱμάτιον, aut ἔνδυμα, aut *amictus* aut *indutui* fuit. Et quidem tunicæ omnes ἐνδύματα dicebantur & indutui erant, quæ ad corpus preſſulè hærentes indutui illud comprehendebant. Ἐπίπλοια verò, quæ & ἐπενδύματα, palliorum omne genus, quòd cœteris veſtibus circumjecta & ſuperjecta vago & libero diſcurſu eas ambirent: *amictus* & *amicula* quoque hinc Latinis dicta. V. Salmaſium, *ad Pallium Tertulliani cap.* 4. Texebantur autem antiquitus, imò & ſequenti ævo apud frugaliores, à fœminis, matribus nempe, ſororibus, cognatis, ut de Alexandro M. ex Curtio notum. Hinc Statius *Thebaid. l.* 9. *v.* 691. ubi de Parthenopæo,

Lucentes ſi, auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui colleſtus in ilia vincto.

Quam in rem, V. plura apud Cafubonum *ad Suetonii Auguſtum c.* 73. ut & aliquid ſuprà voce *Oeſus*. Iisq; intexebantur hiſtoriæ, effigies, charmina, aliaque monumenta, uti pluribus docet Barthius *in Superſtitiouum Commentariis*, V. quoq; Plinium paſſim, inprimis *lib.* 8. *cap.* 48. ubi & *de acu pingendi veſtes ejus*, de qua aliquid ſuprà jam diximus, ubi de *Phrygionibus*: nec non, ubi de *Plumariis*, & *Polymitariis*. Textæ porrò aliæ quotidianæ erant, aliæ pretioſæ, quæ præbendatur ponderibus ac tormentis, ut ſplenderent, & in arca condebantur ſervabanturque, feſtivis tantùm diebus & ſolemnitatibus inde promendæ ac ſumendæ. Seneca *de Tranquill. Animi lib.* 1. *Non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogenibus preſſa.*

V. quo-

V. quoque suprà, ubi de *Catactistis*. Erantque vel singulares, Græcis *μονοχρῶ*, vel in synthesi ſtruebantur certoque numero ſecundùm ſpecies inter ſe jungebantur ac componebantur: ſeptenæ autem veſtes eiusdem coloris, factura & materiæ ſynthesin unam conſtituebant, ut ſeptem tunicæ ſubſericeæ coloriæ; ſeptem pulpamentæ, ſeptem pallia auro ſparſa &c. V. ſuprà, voce *Synthesis*. Quò vero odore redderentur commendabiles, baccar, helichrysum, faluinea, poma etiam aurea interponebantur, uti ex Plinio pallium diximus. Sic cùm uſus poſcebat, deprompebantur, & unguentis nonnunquam inſuper odoribusque perfundebantur, cujusmodi veſtes *πεπυκασμένας* dictas, docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 952. Induebantur autem, vel nunquam deponendæ, id quod in Eleuſinis Sacris obſervatum, ubi, quam quis, dum initiarctur, veſtem geſtaſſet, eam non priùs exuebat, quàm victa tempore omnino inutilis eſſet facta, Cœlius Rhodig. *lib.* 16. *cap.* 9. Vel deponendæ, cùm exercitia, balnea, ſonimus, fuaderent. Quibus deſunctis vel reſumebant, & cùm detritæ aliquantum eſſent, interpolabant: vel novis mutabant quotidie, uti Nero, & Heliogabalus, quos unâ *veſte* bis nunquam uſos ſuiſſe, legimus. Pertinent huc, quæ de more *adducendi veſtes* affert Calaubonus *ad Suetonii Auguſtum cap.* 28. ubi & Græcorum verba *καθαιρεῖς* & *ἀνάκλησις*, in hac re uſitata, explicat pluribus. Mutabant autem veſtes priſcinon ſolùm, quotiès *nova veterem excinderet*, uti loquitur Aurelianus apud Vopiſcum: ſed & in amicorum ac propinquorum periculis, Liv. *lib.* 5. *cap.* 49. in judicio quoque non rei ſolùm, ſed etiam cognati, affines, liberi & familiares eorum, pro more veteri, veſtem mutare capillumque ſubmittere conſueverunt, Ventul. *l.* 39. *ff. de injur.* qua de re plura apud Jac. Rævardum *Variar. lib.* 3. *cap.* 6. Sed & *veſtes commutare* milites juſſit Cæſar, qui, cùm vehementiſſima ingruiſſet tempeſtas, conſpiciatus milites veſtimentis parcere, mandavit ut ea inter ſe commutarent; quo facto cùm ſinguli alienanum veſtium nullam rationem haberent, promtius id, quod imperatum fuerat, exequebantur, apud Polyænum *lib.* 3. Ut de mutatione illa, quâ captivæ bello ſeminæ, cùm ad Iſraëlitarum conjugium & facta tranſirent, inter alios ritus, utebantur olim, deque mundatione earum ceremoniali in V. T. in præſens nil addam. At patriæ veſtis cum peregrinâ commutatio, quippe cum morum ruina conjuncta, malum ſemper omen, & imitatio hæc ſervitutis prodromus non vanè creditus, uti *ex ſacris Scriptoribus profanisq;, & experientiâ quotidianâ*, liquet affatim. Ut & hæc addam, *exuxidant* Hebræi *veſtem*, cùm ſignificare vellent hoc ritu & ominati imprecarique, aliquem à Deo ſuis bonis exceſſum iri, uti de Nehemia legimus in concione veſtis gremium excutiente, adversâs eos, qui æs alienum fratribus remittere nollent, Eſr. c. 5. v. 13. Timidiores, honorarium aliquem compellaturi, *tangebant*. Statius *lib.* 2. *ſylv.* 1. v. 107.

— *timidè primùm veſtigia iungit*
acceſſu tacito, mediumq; extrema ſalutat:

ubi Barthium vide. Eugentes *ſolodebant*, de quo more idem paſſim, inprimis *ad nerv.* 171. ejusdem carminis, ubi plurimos in eam rem Auctores citat. Etiam in omni gravi commotione lacerabant, uti videre eſt apud Caſaubonum *ad Suetonii Auguſtum cap.* 52. V. quoque ſuprà, ubi de *Lucilii Vest.* Alio fine diſcidit veſtem ſuam Trajanus, pro obligandis viz. militum ſuorum vulneribus, bello contra Decebalum Dacorum R. apud Dionem Nicæum. Sed & *cædebantur* veſtes, interdum pro corporibus. Sic Artaxerxes Mnemon Ducibus, ſi quid deliquiſſent, ignominiæ loco detractas veſtes, flagellari juſſiſſe, legitur, apud Plut. in *Apophthegm.* quod hodieque in Principum filiis obtinere, notum. Et *præcindebantur*. Sic toga, abſciſſis laciniis deformis, ignominiæ cauſa ſumi juſſa, accurit apud Val. Maximum *lib.* 2. cujus moris veſtigium quoque 2. Sam. *cap.* 10. *verſ.* 4. ubi de Legatis Davidis R. ad Channunem Hammonitarum Regem miſſis. Gravius id, quod Dionorem Athenienſium Legislatorem, cùm in Ægina ina inſ. in Theatro ſederet, *veſtium* injectu necatû legimus, apud Zuingerum *Theatro H. V. pag.* 1141. Nec omittendum, quòd apud eundem *Veſtes ſpoliri* interdum cum mortuis conſuevi ſſe, apud Germanos vett. inprimis, extat, ex Alex. Neapolitano *Genialium Dier. lib.* 3. *cap.* 2. &c. Ne intactæ plane diſcedant *Veſtes Militares*, dicam verbo, eas ſub ſalario non fuiſſe comprehenſas, ut à quo diſtinguantur, apud Vopiſcum in *Probo*, & in *Cud.* Theodoſ. in quo diverſi habentur tituli *de Erogat. milit. annonæ* & *de Veſte mil.* Illarum frequens inſpectio, inter præcipuas prudentis Ducis curas, commendatur Vulcatio Gallicano in *Avidio Caſſio*, ubi illum ſeptimo quoque die, Capitolino in *Maximino*, ubi quotidie; in *Gordiano*, ubi ſemper, id eum feciſſe, adnotant, V. Caſaubonum *Not. ad Vulcatium* & Salmaſium *ad Vopiſcum in Aureliano*, ubi de præcepto illo hujus Imperatoris oeconomico juſſi jam laudato, *Veſtis nova veterem excindat*. Militibus verò interdum & inter dona *Veſtes* fuere, uti refert in *Alexandro Sev.* Lampridius, & diximus ſuprà, ubi de *Præmiis* eorum, qui in Vett. *Certaminibus* victores fuere. Sed & *rubram veſtem in Ducis tabernaculo erectam, apud Panos, & in caſtris Annibalis* præſii ſignum fuiſſe, habes apud Alexandrum Neapolit. *Genialium Dierum lib.* 4. *cap.* 2. Apud Lacedæmonios verò, eodem colore militum veſtis tincta, ut alibi diximus &c. Plura hic paſſim. Addo ſaltem, de ritu vett. Chriſtianorum, qui baptizandos toto penitus corpore nudabant, poſtmodum illos *veſte candida* induebant, usque ad Bernhardi tempora in Eccleſia Latina obſervato; deque *ordine veſtium*, quo primùm indubium, tum ſubucularum cum ſubligaculis ſeu femoralibus, tertiò ſtolam, quarto pallium, ſumebant Veteres, varia reperiri, apud Voſſium de *Baptismo Diſput.* 1. *thef.* 6. 7. & 8. Heinſium *in Ariſtarch. cap.* 30. Lud. de Dieu, cui *tunicinæ* Joann. *cap.* 21. *verſe* 7. ubi de Petro, veſtis ſuit inter induſum & ſtolam media, & Joh. Caſp. Suicerum *Theſ. Eccleſ.* in vocibus *Ἀπένδυτος*, *Ἔνδυμα*, *Ἐπὶ σὠμ*, alibi: qui poſtremus, etiam *Veſtis depoſitionis ſacrarum Veſtium & Zonæ B. Virginis*, quod Græci *Κατάθεσιν* vocarint, & 31. Auguſti celebraverint, meminit, voce *Κατάθεσις*.

Varia Veſtium genera.

a. Accubitales *Veſtes*. *b.* Aſculapii *Veſtis*, utpote Dii Græcanici, Pallium ſuit & Crepidæ, apud Q. Flor. Tertullianum *lib. de Pallio.* *γ.* *Æſtivæ* Veſtes, ſuprà. *δ.* Alba, Heroum, Imperatorum, & Phœbeiorum Antiſtitum &c. ſuit. V. Barthium *Adverſar. lib.* 43. *cap.* 3. & *Animadverſion. Papinianis ad Aedilid. lib.* 1. *v.* 11. ut & ſuprà. *ε.* Alethina, ex Gr. *Ἀλεθινὴ*, quaſi *vera veriq, coloris*, dicta eſt, purpura Imperatorum, quam *purpuram principalem*, & *ſacrum muricem & purpuram veri luminis*, quoque Auctoribus rei ſuit, obſervavit Salmaſius. Purpureis enim colorem, per excellentiam, *verum* dixere: Unde *Chlamydes veri luminis* Trebellius habet, & Græci *ἀληθινὸν χρῶμα* de purpura dixere. V. Oſtav. Ferrarium *de Re Veſtiar. Part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *ζ.* Ampla, pro molli, exprobrata Romanis, à Ciceron. *Catilinar.* 2. & Perſis à Manilio. V. Barthium *ad Theb. l.* 7. *verſu* 638. *η.* *Aëreæ*. V. ſuprà *Aſeana*. *θ.* Aſſyria *Veſtis*, eadem cum Serica & Medica, V. infrà. *ι.* Aurata *Veſtis*, Miniſtrorum in conviviis, apud Romanos memoratur Lampridio in *Alexandro Sev.* ubi earum uſum hunc Imp. ſuiſſe ait. *κ.* Aureæ *Veſtes*, apud Hebræos dictæ ſunt, veſtes Sacerdotales 8. quarum quatuor cum Sacerdotum vulgo Pontifex communes habuit: quibus opponebantur *Albæ* dictæ quatuor, quibus ſoli Pontifici, idque quotannis tantùm ſemel, uti fas erat. Sed de his V. *ſuprà*. Etiam, extra facrum uſum, Vett. olim jam *Veſtes* auro intexere variisque *picturis* exornare conſuevere, uti docet Virgilius *Æneid. lib.* 1. Cydonius *Orat. de contemn. mortis &c.* Hinc inter Athenienſium quoque Veſtiarias Leges fuit, quæ Meretricibus auri in *Veſtibus* uſu interdiceret. In luctu tamen, nec in Græcia, nec Romæ, aurum Matronæ geſtabant. Joh. Meurſius *in Lycophr.* *λ.* Balnearis *Veſtis*, Læna ſuit hyeme, æſtate Lacerna. Lampridius *in Severo*, apud Octavium Ferrarium *de Re Veſt. P.* 2. *lib.* 1. *c.* 9. *μ.* Baptizatorum in vet. Eccleſia, *Veſtes* albæ erant; ſymbolum lucis per S. Baptiſmum acceptæ. Unde Dionyſio Areopagitæ *φωτοειδὴς* dictæ ſunt. Calaubonus *Exercit.* 16. *ν.* Bombycina, eadem cum Serica. *ξ.* Candida *Veſtis*, apud Vett. Regia pariter & Sacerdotalis fuit: Gr. *λαμπρὰ*, à fullone *candens*. Ab eadem, apud Romanos *Candidati*. *ο.* Cea *Veſtis*, V. ſuprà, ubi de hac inſ. *π.* Clavata, Feſto clavis intertexta, cui *Rela* oppoſita. Cùm enim Cives Romani omnes tunicâ uterentur, factum eſt, ut Tunica Ordines diſtinxerint: Nam Senatores & Equites clavatum induerunt; Plebs ſine clavis ſeu rectam. V. ſuprà in voce *Clavus*, *ρ.* Chriſtianorum *Veſtes*, pro ætate, dignitate, perſonis & conditione diverſæ, occurrunt apud Clementem in *Pædagogo lib.* 3. *cap.* 11. ubi album Chriſtianos maximè decere, addit. V. & ſuprà ubi de *Aſceſis* & *Monachis*. *σ.* Circara, apud Jul. Capitolinum in *Perinace*, V. ſuprà. Hinc *Βεζιρὶς*, *ἡ διηρεσίους*, Salmaſio *ad Solinum pag.* 186. *τ.* Cirroſa, *ἡ ὀυδὲν* apud Nævium, de qua multa habes, apud Salmaſium *ibid. p.* 972. & *ſeqq.* V. quoq; hic, ubi de *Rhina* ſub *n.* Coa, ſeu ſericia aut bombycina, eadem cum pellucida, jam Pli. nii ætate viris promiſcuò geſtata. Ejus crebra apud Poëtas mentio. V. Dempſterum *ad Roſinum lib.* 5. *c.* 31. & Octav. Ferrarium *de Re Veſt. lib.* 1. *cap.* 20. *φ.* Cœnatoria, in hyeme Læna, æſtate Synthelis erat. Ferrarius P. 2. *l.* 1. *c.* 9. Servorum verò erat, ſine veſte exteriore, tunicatos & cinctos, vel etiam linteo ſuccinctos, miniſtrare, Suetonius *Calig. cap.* 26. Eſſeni tamen, quod ſervitutem contra jus Naturæ introducatam dicerent, liberorum operâ uſi, caverunt ne ullam habitus ſervilis ſpeciem inter miniſtrandum præberent: ac propteres diſcinctis & demiſſis veſtimentorû alis in cœnationem ſoliti ſunt ingredi, teſte Philone. *χ.* Communia Romanorum *Veſtimenta*, ut Ulpianus habet, fuere quibus promiſcuè Mulier cum Viro utebatur. Ut primis temporibus Toga fuit, Roſinus *l.* 5. *c.* 31. dein Pænula, &c. Apud Stoicos Tribonium. *ψ.* Conchyliata, à purpurea diverſa, de qua multa Salmaſius *ad Pallium Tertulliani cap.* 3. *ω.* Cortinea, Maſſagetarum fuit, apud Strabonem, *Geogr. lib.* 3. V. quoque Caſpar. Barthium *ad Statium Thebaid. lib.* 2. *verſu* 276. *αα.* Cotonina *Veſtis*, Colecutenſibus in frequenti eſt uſu, Aloiſius Cadamuſtus *Navigat. cap.* 58. *ββ.* Cruſta, cujus trama erat purpurea, ſubtemen alio colore infectum, privatis quoque permiſſa, ſic ramen

ut Scenicæ & Mimæ eâ abstinere juberentur, indigitatur *leg.* II. *Cod. Theodos. de Scenicis.* V. Salmasium *ad Claudium Pollionis.* γγ. Cucullata, quæ cum cucullo, mixtum genus vestis erat, pallioli simul & tunicæ usum præbens, de qua V. eundem *Not. ad Vopiscum Bonos.* nec non suprà fuo loco. ββ. Deorum statuæ fuas quoque *Vestes* habuere, quibus qui illos indueret, *Vestiarus* fuit appellati. Erant autem albæ seu candentes. αα. διαλευκοι. autem subtemine picta, V. eundem ad *Alexandrum Lampridii.* ζζ. Domestica *Vestis*, priscis Romanis, non alia à forensi fuit, Toganempe: Varro *de Vita Pop. Rom. apud Nonium* Postea alia domestica, forensis alia, Suetonius *Vitellio* c. 8. Et quidem Manutius domesticam *Vestem* Lacernam fuisse fuspicatur; Ferrarius verò, domi tantum tunicam fuisse adhibitam exstimat: sic tamen, ut hyemepluresunicasusuparent, quod de Augusto apud Suetonium, legimus. εε. Duplex, quæ infrastui simul & amictui erat, ut pallium, cap. 8. Item quæ & palli & tunicæ vicem simul exhibebat, ut exomis fervorum. Etiam, quibus ætera fubest, ut pallium laneum fericeo panno duplicatum. Item quæ tam fusa & ampla, ut in gerendo duplicari possit, quales *dimidiæ* Græcorum, & pallium commune Græcorum, quod primus duplicasse feu duplicatum gessisse Diogenes, an Crates, legitur. V. Salmasium *ad Pallium Tertull. c.* 5. θθ. Β'ατωσις Φ, signis vel clavis intexta: qui & aurei erant, χρυσοτοιχοι Φ, & χρυσο κεντητοι Φ. dicebatur. V. Salmasium *ad Alex. Severum.* ιι. Equestris *Vestis*, ἱππικὴ ἐσθὴς, memorata Dioni. ubi de Severo *l.* 74. eadem cum Militari five Imperatorio fuit Paludamento. Aliàs Equitum Rom. Tunicas angusti illustrabant clavi: qui verò inter illos infigniores erant, dicti *Illustres*, non minus ac Senatores jus lati clavi habuere. Ferrarius *l.* 3. *c.* 14. κκ Exigua, humilis dicta & arcta, apud Spartianum *in Severo Imp.* ubi Salmasium vide. λλ. Familiaris, dicta est Ulpiano, quâ ad familiam vestiendam usi Romani: Ut fagum, tunica, panula, limbum, strigulum &c. μμ. Ferro inviolabilis, occurrit apud Plinium *l.* 8. *c.* 48. νν. Fimbriata, V. suprà, ubi de *Fimbriis.* ξξ. Florida, fiebat è lana Earinarum ovium: Cujusmodi vestes Græca in consuetudine fuisse, testatur constitutio Syracusanorum, quæ earum usu penitus interdicebat: & Lex Athenienfium, qua scorta jubebantur ἑσθὴν φορεῖν. Mollitiei in fuspicione non carebant, unde Liber quoq; iis indutus fuit. Interim & Reges Perfarum *Floridis* uti fuguntur, & Tunica picta, Romanis etiam dem cum *Veste* florida nonnullis esse videtur, Dempsterus ad Rosinum *l.* 5. *c.* 31. Ferrarius & *varias* & *versicolores* etiam appellatas vult easq; mulierum proprias. Hinc apud Coos Sacerdos Herculis, *femineam* vestem *induisse*, sacra fecisse, legitur apud Plut. *in Problem. Gr.* eo quòd Hercules Alcìopi filiam ducens *floridam vestem induerit.* Interim & à viris aliquando, maxime in pompa ac triumpho, usurpatas fuisse, offendit ex Dione *lib.* 59. ubi de Caligula fine victoria triumphante Dion. *l.* 3. *c.* 22. αα. Forenfis apud Romanos, quæ in *Foro*, seu *fori* adhibebatur, dicta est: Cujusmodi fuere Toga, Lacerna ac Pænula. Idem *l.* 1. *c.* 27. ππ. Græcorum, Pallium fuit & Crepida. εε. Herbida, cujus mentio apud Cyprianum *lib. de discipl. & hab. virg.* à colore videtur appellata V. Dempsterum *l.* 5. *c.* 31. νν. Hiberna, memoratur Pollioni *in Saturnino*, ubi hunc *milites cum sagis hyeme gravibus, astate perinsicis, accumbere jussit*, al. V. Casaubonum *ad Augustum Suetonii c.* 82. νν. Holoferis, V. *suo loco.* νν. Holovera, non alia quàm ὁλοπῆχυς Ferrario, id est, *tota purpurea*, in qua viz. & stamen & trama purpurea esset Ejus usu privatis interdictum, V. eum *Part.* 1. *l.* 2. *c.* 10. φφ. Inconsutilis CHRISTI *Vestis*, Tunica fuit, diverso à textura vulgata artificio confecta, Isac. Casaubono *Exercit.* 16 *§.* 84 χχ. Initiatorum in Eleusiniis sacris, posteaquam ulti jam dextris esset, Cereri & Proserpinæ consecrabatur ex Lege. Non autem eas, nisi longo jam usu tritas & lacerias, deponebant. Eam vero cum combarent eas, priusquam susp enderent, laceraban t ac feindebant, ne quis in suum usum convertere possit, Hesych. Nonnullos ad imantum fibi fatcias illas reservasse, docet Interpr. Aristophanis *Plut.* V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas lib.* 1. *tit.* 1. ψψ. Infignis, apud Lampridium in *Alexandro Sev.* eadem cum Græcorum ἐπωμὶς, V. Salmasium *ad locum.* ωω. ex Junco, V. suprà. αα. Justa, apud Tertullianum *Pall. lib.* 1. ββ. Lanea, V. suprà. γγ. Liberi Patris, floridi fuit. δδ. Linea, Saterdentum fuit, non solùm apud Hebræos, verùm etiam Ægyptios, alioque, ut vifum fuo loco. εε. Ludiaria, in *Glossis* Isidori. Histrionis tunica est, de qua V. Salmasium *ad Pollionem in Gallienis.* ζζ. Lugubris, fecundùm quosdam nigri solùm coloris fuit: Licetus verò Vett. indumentis funeralibus tres colores dedisse observavit, purpureum, album & atrum, *de Lucernis Antiqq. lib.* 6. *cap.* 12. Curopalata de *offic. Constant.* auctor eit, Patre Imperatoris mortuo vel Matre vel Uxore, aut aliquo è liberis vel nepotibus, Imperatorem *alba vestimenta gestare, quamdiu voluerit: deinde citrina assumere sine limbis & pretiosis pratexturis, postea uti consuetis vestibus ταμισσοις*, h. e. rediisse ad solemnia & cultum assumsisse splendidum ac virentem, quales Imperatorum esse solebat. ππ. Manicata, V. suprà. θθ. Margaritis cooperta, Gr. μαργαριτόεντα πέπλα Φ. V. Salmasii *ad Solin.* m. 8. Mariæ *Vestis*, in *L.* Longobard. *lib.* 2. *tit.* 37. *§.* 1. 2. velum est Sanctimoniarum, & Du Freine *Glossar.* κκκ. Medica, V. infrà. λλλ. Meetricia, apud Romanos, ultimis temporibus Togafuit. Unde ad Ulpianum D. *de injur.* notant Jureconf. Matronas à Meretricibus habitu discretas, quòd illæ stolâ, id est, tunicâ talari assuta instrictâ & Patlla uterentur; At Profibula brevibus tunicis & linfilar virilium & Togâ cogerentur uti. Ferrarius *Part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 28. Apud Athenienses floridas gestasse Scorta, diximus suprà. μμμ. Militaria Vestimenta, apud Græcos Romanosq; fuere, Chlamys, Sagum, Paludamentum: Nam Tunica communis erat etiam paganis fuit. Hinc, fiout Toga pacis, fic Chlamys belli fuit insigne, Philostratus *l.* 5. *c.* 45. χλαινὰν ὠνόμασε τὸ φαιδρὸν ἐν πολέμοις ἱμάτιον, *Chlamydem & militarem vitam adamavit.* V. Oct. Ferrarium *Parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. νιν. Mortuis, cum fepelebantur, apud Græcos Romanosque, *Vestes* fuisse additas, discimus ex Leg. XII. Tabb. Ita enim Decemviri, funerum impensis modum præscribentes, ne plus quàm tria ritenia feu tres *Vestes* cum mortuo conderentur uterentur ve, fancivere. Similis apud Athenienses Lex fuit, à Solone lata. V. Just. Lipsium *Quæst. Epistol. l.* 4 *Epist.* 7. De Sudario, cui CHRISTI Lazarique cadaver involutum, dictum retrò. ξξξ. Muliebris *Vestimenta* Ulpiano dicuntur, quæ Matris familiæ, cum à parata funt, fit ut iis Vir non facile fine vituperatione uti possit. Veluti Stolæ, Palliolæ, Capillamenta, Mitræ, Plagulæ. Pænulæ. V. Rosinum *Antiqq. l.* 5. *c.* 31. Longè plura recenfet mulicbria luxus cenfuram agens Plautinus *senex Epistol. ad Att.* 2. *Sc.* 2. ut vidimus: de Peplo & Theristro, V. *suis locis.* Muliebrem veftem Lycios olim, in luctu fuisse, ait, deformitate cultus communiti, maturiùs meerorem projecerent, refert Val. Maximus *lib.* 2. *cap.* 1. Sicut contrà virilem in bello adhibuit Zenobia, apud Treb. Pollionem, & Puella Aurelian in *Vopisc.* Gall. ooo. Mulitibi, Horatio memorata, muliebre veftimenti genus fuisse fuit ac pellucens. Vopiscus *Multiplarum Virilium* meminit; fed id ipsum, quod addit, *virilium*, denotat propriè fequioris fexus hæc veftimenta, fecutis temporibus, ut & Holoferica, à Viris quoque ufurpata fuisse. Ferrarius *Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 20. ππ. Mutatoriæ. qqq. Nigra *Vestis*, in luctu usitata. Jul. Paulus JC. *Receptarum Sententiarum lib.* 2. *cap.* 21. *Qui luget, abstinere debet à convivio, ornamentis & vestis albæ.* Verùm in funebri Epulo atratis effe non licebat, ut patet ex Cicerone *in Pisonem.* Interim albam quoque, imò & purpuream *Vestem*, funeribus adhibitam, ex Liceto fuprà docuimus. Sed & Cerreris, & facrificantium Inferis, nigra fuit. V. C. Barthium *ad Statium Thebaid. lib.* 4. *versu* 467. ooo. Olympionicarum, florida erat feu palmata, de qua V. C. Paschalium *Coronar. lib.* 6. *cap.* 7. ννν. Offenfionalis, V. suprà. vvv. Ex Papyro. V. suprà. φφφ. Pellucida *Vestis* erat fenica feu bombycina, qua de diximus *suo loco.* χχχ. Perfarum Regina *vestimenta* ornandi singuli Urbanus annuus folvisse portiones, earumque quasdam capitis, alias colli, nonnullas brachiorum, aliquas pedum ornamentis comparandis conficiendisque fuisse destinatas, legimus Sic Herodotus, Ægypti Regina magnæ cujusdam Urbis reditus pro calciario, cujus meminit JC. *L. Diurlis* 21. *ff de alim. legatis.* Illignatos fuisse, memoriæ prodidit. Olim quoque Parisiis Reginæ zonarium solutum esse, Orleanfius refert *lib. auspi. Jurist* c. 11. ΨΨ. Perverfa, memoratæ Scenicæ de *Ira lib.* 1. *c.* 16. *Et si perversa inducenda Magistratui* Veftis. Nam Magistratus, mortis fententiam laturus, deponere prætextam folebat, ut eam perverfam induceret, id eft, partem ejus fioridiorem ac nitidiorem introrfus verteret. Ferrarius *Parte* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. ωωω. Pexa, V. suprà. ααα. Philosophica, Pallium, vel potius Tribonium. V. suprà. βββ. Φολὶς Indorum, ex Ibleo contexta, apud Herodotum *lib.* 3. V. Salmasium *ad Solinum p.* 1004. & fuprà, in voce *Peplos*, item *Scirpus.* γγγγ. Pœta. V. suprà. δδδ. Pallis cum Sarmatum, Johannis Dasimæ *Vestis* fuit, ut & veterum Christianorum, qui ad exercitia pietatis cilicia è pilis Camelorum contexta adhibuisse leguntur. Alia verò harum longè ratio fuit, ac earum, quibus Cafpiorum Sacerdotes fuere usi: cùm cameli Cafpiæ mollitie lanæ ipsos Milesios greges fuperarent, ut auctor est Ælianus *Fistor. Animal. lib.* 17. *cap.* 34. V. Casaubonum *Exercitat.* 13 *§.* 6. εεε. è Pinnæ pilis confieri veftis fcitæ, occurrit apud Procopium, *de Bell. Justinian.* V. quoque fuprà, voce *Pinna*: ut de *Papyreis vestibus.* ζζζζ. Plexilis, prius erat quàm Textilis. Plexilem autem ex reftibus, aut vinculis tiliaceis, inter fe nexis & plexis in rectis modum. Item ex papyro & junco, & ex materia fluminea, quam Græci φλοὸν dixere. V. Salmasium *ad Pallium Tertulliani cap.* 3. ννν. Plumata, V. suprà. θθθ. Præclo fubjecta est splendefceret, memoratur paffim. Seneca de *Tranquill. cap.* 1. *Non ex arcula protinus vestis non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa.* Idem Togam fic preffam *periucumen* appellat *Epist.* 114. ubi *scriptam aut bombycinam*, minus bene interpretatur Lipsius. νιν. Privata Veftis, apud Capitolinum *in Pio*, quòhominibus privatis domi solùm usui erat, dicta est. κκκκ. Prophetarum, villofa ac cilicina fuit, de qua V. Sam. Bochart. *cum Hieronymi Parte posteriori. lib.* 1. *c.* 2. λλλλ. Prytanica, alba fuit, de qua V. Jul. Cæsarem Scaligerum *Poet. l.* 1. *c.* 21. μμμμ. Pseudoalethina, apud Cyprianum *de Cana Dominì*(ut vulgò erediture)

ditur) eſt purpureæ ſpeciem habens, V. Salmaſium ad *Claud. Pollionis. mm.* Puerilia veſtimenta Ulpiano ſunt, quæ ad nullum uſum, niſi puerilem, pertinent. Ita Prætexta, Panulæ &c. ζζζζ. Pulla, in Satin adhibita eſt, unde *De Saturnin Procerpio* meminit Juvenalis. V. Ferrarium *Part. I. lib. 1. c. 23. oooo.* Purpurea, Imperatorum ſuit & Magiſtratuum; Matronarum item: Meretricibus verò earum uſu interdictum. V. ſuprà in voce *Purpura.* Etiam inter Lugubrium *Veſtium* colores purpuream fuiſſe, ante dictum. ππππ. Quadrata. V. ſuprà *Isodoco.* εεεε. Raſa, ibid. ττττ. Reda, Clavatæ oppoſita, V. ſuprà. ττττ. Romano *Veſtis.* Toga ſuit cum celeris, ſtante Republica: hæque libera ſi ſervis diſtinctis. Quæ Togæ nomine, ex ultimo ſeculi, neque ullum poſt eas, in libero ac ſervili veſtitu fuit diſcrimen, Octav. Ferrarius *l. 3. cap. ult.* V. quoque in voce *Toga.* υυυυ. Rotunda, V. ſuprà. φφφφ. Rubra Herodis Juvenis. cujus meminit Joſephus *l. 14. c. 17.* argumentum ut Caſaubonus docet, dignitatis militaris aut elegantioris duntaxat cultus fuit, non vero Regii axiomatis: ut inde Baronius, purpureum potius, quam album regium fuiſſe colorem, fruſtra probare ſtrapat. Ruſi tamen limbo Reges uſos fuiſſe, Hieronymus ſcribit *in c. 27. Matth.* V. Caſaubonum *ad Sueton. l. 1. c. 79.* χχχχ. Sacra Veſtalium *Veſtis* cum ſacrificabant Suſſibulum erat: Sacerdotis apud Coos Herculis fuerida: Ægyptiorum Sacerdotum è lino fuit. De Hebræorum *Veſtibus* facris paulo ſuſius ſupra actum. ψψψψ. Sanguinei coloris, mortuis olim injecta, in bello in primis, V. Adrianum Behortium *Apophoreis. l. 1. c. 14.* & Barthium *Animad. in Papinianum ad Theb. l. 7. v. 311.* Aliis candidis illi imponere rerum terræ tenet mater. Ut Virginum, *vvvv.* Sororum Nicææ *Veſtes*, in Scenis adhibebantur. V. ſuprà in voce Agentem Jul. Cæſar, Scaligerum *Poet. lib. 1. c. 13.* & *ſeqq.* ααααα. Scutulatæ, V. ſuprà ββββ. Senatoria, apud Romanos, Tunica fuit laticlavia: in ludis tamen anguſto clavo erant contenti. Octav. Ferrarius *part. 1. l. 3. c. 12.* V. ſuprà in voce *Laus clavus.* γγγγγ. Serica & Subſerica, V. ſuprà in *Serica.* δδδδδ. Servilis, Colobium fuit & Exomis. In conviviis minitrabant in ſola Tunica eaque ſtrictè linea & quidem ſuccincti. Idem penulati quoq; & cucullati inceſſere. Poſt Togas verò nullum in *veſtitu* liberorum ſervorumque fuiſſe diſcrimen apud Romanos, docet Ferrarius *Parte 1. l. 3. cap. ultim.* Ancillarum *Veſtis* qualis fuerit, proditum non eſt. Verùm cùm Matronæ ſtolâ & palla uteren tur, facile eſt credere, utraque Ancillis interdictum, atque ita Tunica breviori ad medium crus pertinente, nullâ inſtitâ adſutâ, illas eſſe uſas, qualem tunicam Meretricium eſſe diximus, hoc tamen cum diſcrimine, quòd hæ ſuperiore eſſent, illæ tunicæ tantùm. Idem. *l. 1. c. 2. c. 19.* Sigillata, V. ſuprà. ζζζζζ. Soriculata, apud Plinium *d. l.* ex ſpinæ cujusdam in Oriente lanugine confecta, *ibid.* νννν. Stragula *Veſtis*, auro & purpura depicta, de qua V. Salmaſium *ad Pallium Tertullianæ c. 3.* θθθθ. Subſerica, ſimiliter. At Syntheſina proprie, quæ ad ſyntheſin pertinebat, cui ρεωγρ opponitur, i. e. *ſingularis.* Inde proteſta, V. ſuprà. voce *Synthetis* 1111. Tebennia, veſtimenti genus rotundum ac clauſum, V. ſuprà in hac voce. κκκκκ. Textura ſola confecta, V. ſuprà, ubi de *Textoribus.* λλλλλ. Triclinaria *Veſtimenta*, quorum mentionem facit Labeo JC. *l. 20. ff. de opi. leg.* apud Auſidium *l. 1.* dicta ſunt, quæ ornando inſtruendoque Triclinio fuere idonea, ut tapetes, aulæa, aliaque hujus generis. V. Thomam Dempſterum *ad Rosinum l. 5. c. 28.* μμμμμ. Triumphalis *Veſtis*, V. ſuprà, ubi de *Tunica Palmata &c.* νννν. Verticolor, quæ & *varia & floridia*, mulierum propria fuit: meretricum maximè & opulentarum, ut dictum *l. 2. c.* Apud Cosos Sacerdos Herculis, ignotes ren faceret divinans, eidem, ut & Sponſi ibidem, fuere induti, ut diximus ſuprà, ubi de *Floridis* actum, V. quoque in voce *Verticolor.* Sed & viris iſtiusmodi, veſtes, maximè in pompa ac triumpho fuiſſe adhibitas, diſcimus ex Dione *l. 59.* ubi Caligulam, ſine victoria triumphantem, amici ac ſocii ex ἐσθῆτος ἀνθηρότητι, in *Veſtibus floridis*, comitati leguntur: & *l. 74.* ubi, ſub ingreſſum Severi in Urbem, hanc totam floriſbus & laureis coronatam, ἀνθηρὰν ποιήσαι, ornatam fuiſſe, refert. ξξξξξ. Virgata, V. ſuprà in voce hac. οοοο. Virilia Ulpiano *veſtimenta* dicuntur, quæ ipſius Patriſſimilia causâ parata ſunt: Togæ & Tunicæ, Palliola, Stragula, Amphitapa, Saga & ſimilia. ωωωω. Vitrea *Veſtis*, eadem cumPelluela. ςεεεε. Undulata *Veſtis* dicta eſt, cujus textura undas imitaretur, Plauto *Cumaliſin*: V. infrà in voce *Undulata.* σσσσσσ. Urbana Romanorum Veſtis Toga fuit: Unde Severum Imp. in urbem venientem, usque ad portam ejus veſtem & paludatum fuiſſe: ab ipſa verò porta non ſi quem Togam induiſſe, τὸν πολιτικὸν ἀπαλλάξαντα, ait Dio. ττττ. Xerampelina, apud Suidam voce Ἀτραβατικὸν Chlamys vocatur, à colore foliorum vitis arcſcentium, rufa ſc. ex flavoſc fuſco temperato, &c υυυυ. Xylina, V. infrà. De *Veſtium* verò ſpecibus, capitisque & pedum etiam integumentis. V. paſſim ſuis locis De vocis notione, quaternus aulæum notat, fabricatum ædium muris, vel pannum, altari aut circa altare appendi aptatique ſolitum, in Becl. Rom. V. Car. du Freſne *Gloſſar.* & Macros Fratres *in Hieronyc.*

Veſtis Medica, memorata Tertulliano *de Pallio cap. 4. Vicarii* Tom. III.

Medicam gentem & victus eſt Medica veſte, pro Perſica veſte, ut & *Medica* gens pro Perſica ſumitur: Alias *Medicum* veſtem à Perſica diverſam facit Plutarchus *in Alexandro*, ubi Magnumhunc neutram harum veſtium uſurpaſſe tradit, ſed medium quoddam inter utrumque genus, Medici quidem moderatius modeſtiusque, Perſicæ verò fluxius & inflatius. Sed *Medicam* veſtem Tertullianus *l. 6.* accepit pro ſerica, more Græcorum, qui *Medicam* vocarunt, quam poſteriores *ſericam*. Sequitur enim de eadem veſte: *Pellus, ſquamarum Pygmaeulis diſcultum, texto pellucido regendo nudavit & anbelum addixe ab opere bellis, ut mollius ventilan-te ſerico exinxit* Dе Alexandro M. loquens, ubi quam *Medicam* vocarat, *textum pellucidum & ſericum* appellat. Procopius *Perſic. l. 1. Λινᾶ δὲ ἱεῖσι μεταξὺ ἰᾷ δὲ ὑφάσει τὸ ὑφαῖνε ὀργάζεσθαι, ὃν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὸν ἐκάλουν, νῦν δὲ Σηρικὸν ὀνομάζουσι*; quæ eadem verba referuntur apud Suidam, in voce Σηρικὰ. Idem Procopius *Vandal. l. 1. c. 4.* Ἐχρυσοῦφαν δὲ ἱστίαν πλέον, ᾗ Μηδικὴν ὑφῆται, ὃν νῦν Σηρικὴν καλοῦσι, ἀμπεχόμενοι. Unde haud dubium, eo ſenſu *Medicam* veſtem, Tertullianum poſuiſſe. Nempe veſtis eſt, quam Plinius ex Aſſyria bombycea texi ſolitam, ſolisque fœminis uſurpatam ſcribit: ideò autem *Medicam* accepit nomen, quia apud Perſas Medosque frequenti in uſu erat antiquitus. Serumque aut Indorum nullam adhuc aut exiguam Veteres habuere notitiam, ante Alexandri expeditionem. Aſſyrii verò & Medi, non ex alia bombyce teſtes confeciebant, quàm quæ ad eos ex India afferebatur, eratque hæc veſtis *ſerica*, id eſt, *holoſerica*, & *Aſſyria* quoque vocabatur, vetita Viris apud Romanos quorum primus eam Heliogabalus ſuſpi pavit. V. Claud. Salmaſium *Notis in Tertullian. l. c.* atque ſuprà ubi de *Bombyce & Serico.*

Veſtitor, inter Cathrenſes miniſtros, memoratur Lampridio *in Alexandro Sev. Auctum miniſterium in id contraſtine- tis annonas non aſſignatas accipientibus Fullones & Veſtitores & Pictores & Fincerna, omnes Caſtrenſes miniſtri.* V. quoque *Cod. de Caſtrenſ. & Miniſter l. 3.* Unde *Καταχρᾶται*, vocarunt recentiores Graci Miniſteriarios Pontificii vel Patriarchæ, qui cum *veſtiebant*, ut videre eſt apud Codinum *de Offic. Aulæ C'polit.* Joannem *Epiſc. in Sep.* Alios. Sic *Veſtitores Dorum & Veſtitores divinorum ſtrolarchorum*, apud Firmicum *l. 3. c. 14.* qui Deorum ſtatuas *veſtiim exornabant. Veſtitor* Romæ in Exquiliis D. *Pudentis Pictoris M. Aug. Phædo ſi atri pictoris*, V. quoque *Romam Subterran. l. 3. c. 3.* Inidem & Βεστιάρτιος, apud Cedrenum, & Βεστάρης, apud Theophanem, quo cognomine Coſmas, cu us *Homilias* quasdam recenſet Allatius *in Diatriba de Simeonibus*, ſpecialiter inſignitus eſt, C. du Freſne *Gloſſar.* purpuratos Latinis *à Veſte*, V. ſuprà.

Veſtullum, vulgò *Feaud*, caſtellum in Sequanis ſeu Burgundia Comitatenſi, memoratur *in Chron.* Divionenſis Monaſterii S. Benigni, quod ad A.C. 1052. deducitur: *Radulfus Canes* (Sequanorum) *juxta caſtellum Veſtullum diſſum dedit Eccleſiam in honorem S. Georgii ſacratam, ut ibi conſtrueretur Monaſterium.* Non procul eſt ab Arari flu. appoſitum amniculo, qui in eum influit: in colle ardui montis ſitum eſſe, dicitur in *Vita MS.* Urbani Epiſcopi Lingonici, ubi *Veſſienſe caſtrum* appellatur. Hadr. Valeſius *Not. Gall.* V. quoque in voce *Veſtullum.*

Vetera Scuta cum corona, Gall. *vieux Eſcus à la Couronne*, moneta aurea Franciæ, cuſa à Carolo VI. pretii 20. ſol. A. C. 1419. de qua V. Car. du Freſne *Gloſſar.* voce *Moneta*, ut & ſuprà, ubi de *Scutis*, monetæ itidem genere.

Veteranus, miles *vetus* diu exercitatus, oppoſitus tyroni. Ut poſt abſoluta ſtipendia militiâ dimiſſus, idem cum Emerito. Ut in fronte exercitus locandos eſſe, docet apud Homerum *Iliad. 2.* Neſtor, cui Xenophon ſubſcribit *Memor. l. 3.* Nec è Romanis militiæ doctoribus ab itis abit Vegetius, qui *l. 3.* inſtructionis eſſe Legem ait, ut in prima acie militet exercitati *Veteranique* collorentur, quos antea *Principes* vocarint. In his enim qui ætate maturiores & uſu confidentiores, utpote qui antea ſæpe ſalvi è periculis evaſerunt, præcipuè virtus militaris conſpicitur. Idem ſextum, h.e. ultimum ordinem à fortiſſimis item & ſtrataris, omnique armorum genere munitis bellatoribus teneri debere monet, quos Antiqui *Triarios* dixerint. V. Matth. Berneggerum *in Tacit. Germ. Quæſt. 30.* Iisdem non exiguâ longæ militiæ præmia fuere. Alexander verè Magnus, emeritis *Veteranis* primas in Theatris ſedes aſſignavit, easque, ut coronati ſpectarent, licere voluit. Cujus exemplo Auguſtus milites ſimiliter à plebe. In publicis Ludis, diſcretos habuit, idemq; ſanxit, ut, qui bello civili attrito patrimonio Equeſtrem amiſſent cenſum, ſi eum à Parentibus acceppiſſent, XIV. ordinum ne amitterent. V. Jul. Cæſ. Scaligerum *Poetic. lib. 1. cap. 21.* Præter honores *emeritum* iis dabant, quod quidam cum præmio perperam confundunt: Paulus enim JC. *quæ excubias & Menander* JC. *l. non omnes ff. de Re milit.* diſtinguunt, & *emeritum* in agrorum poſſeſſione, *præmium* in pecunia ponunt. De agris, Suetonius *Aug. c. 13. Veteranos in Italiam redmendos & municipalibus agris collocandos.* Lucanus *lib. 7.*

—— *Emerito ſacias vos Marte colonos.*

Ovidius *Amorum lib. 2. Eleg. 9.*

Feſſus in acceptos imites deducitur agros.

De utroque Sidonius Apollinaris *lib. 5. Epist. 5.* Suetonius *in Augusto c.24.* Decimam legionem cum ignominia totam dimisit, contumaciis parentem; item aliàs immodestè missionem flagitantes, citra commoda emeritorum & præmiorum, exauctoravit. Artius Menander JC. *Lex. 3. §. fin. ff. eod.* Si post ,,multum temporis redit, qui ab hostibus captus est, & non ,,transfugisse constiterit, ut *Veteranus* erit restituendus & pre- ,,miâ & emeritum capiet. Quibus addi potest Dio Coccejanus *l. 54.* & Claudianus *in Consul. Theodori,*

Te quoque Natura sacris Mundique vacantem
Emeritum pridem, desudatisque remotum
*Judiciis, eadem tractus complexa posses*tas
Evehit.

Dicuntur & *Commoda*, eodem significatu. Cicero *Philipp.12. in fi.* ,,Multa enim falsa de me audierunt *Veterani*, multa ad eos im- ,,probi detulerunt, quorum commoda, ut vos omnes reflexe- ,,itis, semper ego fuerunti, auctoritate, oratione firmavi. V. quoque Suetonium *Vitellio cap 5.* Et quidem Augustus, cujus jam supra mentio facta, *quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam assignasset, insimilis pro gradu cuique & temporioris militiæ & commodis missionum, ne aut ætate aut inopia pelciari ad res novas possent*, legitur apud eundem, c.49. Quo alludens Ovidius *de Arte l.1.*

Romule militibus, fidei date commoda nostræ,
Hæc mihi si dederis commoda, miles ero.

V. Justum Lipsium *de Militia Romana*, Dempsterum *ad Rosinum l.10.* Alios.

Veterator, Venuleio *l. uls. ff. de Ædilit. Edict.* dictus est, qui ,,ex venalitio novitiorum emtus, alicui ministerio præpositus, ,,Novitium autem non tyrocinio animi, sed conditione servi- ,,turis intelligi: nec ad rem pertinere, Latinè sciat, necne, nec ,,ob id *Veteratorem* eum esse, si liberalibus studiis eruditus sit. Unde conflat, non tam plenis fori ventendi, quàm generis, causa & conditione servitutis *Veterator* seu *Veteratores* æ imatos fuisse. Idem enim *Veterator* Ulpiano, qui *Veteranus*, *L. uls. §. quotiens ff. de publ. & vectig.* ut & Marciano, *l.37. ff. de Ædil. Ed. Si tamen novitius mancipia fuerint, non etiam veterana. Tria vero mancipia & veterana*, quæ reformare difficile esse Ulpianus ait, Novitius ,,opponuntur, cùm ait: Præcipiunt Ædiles, ne Veterator pro novitio venear. Nam plerique fallunt mancipia, quæ novitia non ,,sunt, quasi novitia distraherc, ad hoc, ut pluris vendant. Præ- ,,sumtum est enim, ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora ,,esse & ad ministeria aptiora, ac dociliora, & ad omne minifte- ,,rium habilia. Et Marcianus in favorem Publicanorum, *l.31. §. quotiens ff. de publ. & vectigal.* Stunt, inquit, Veterana, quæ ,,anno continuo serviernnt, in urbe, non in agro: (*Rusticis namque ser vi Veterani non diccbantur*) Novitia intelliguntur, quæ annum ,,nondum serviernnt, quotiens quis profectus non est, in com- ,,missi pœna est. Et quidem de Novitio Cicero *in Pisonem*, ,,Nemo queritur, Syrum nescio quem do grege Novitiorum ,,factum esse Consulem: ut & Terentius *Eunucho*,

Absucis secum ancillas: puncta, quæ circum eam essent, (*manens*
Novicie puellæ.

De fallacijs vero & præstigijs Venditorum, qui variis artibus venalium pubertatem averlebant, Novicia enim mancipia pluris, quàm Veterana distrahebant, diximus supra in voce *Vena lis.* Quia autem *Veterator* servus, diuturna ac multiplici feruitute astutus plerunque ac vafer evasit; Hinc *Veteratores*, ut Festus ait, dici corpertunt *callidi*, à multa rerum gerendarum vetustate. Cannius,

Mulieris non astutæ facile Veterator *perfuasit.*

Terentius *in Andria, Actu 2. Sc.6*

—— *Quid hic vult* Veterator *sibi?*

V. Laurentium Pignorium *Comm. de Servis* & Tit. Popmam *de Operis Servorum.*

Vetrasinus, an *Vetrasius*, quòd cæpisus bestias pugnasset, famosus, memoratur Capitolino *in Marco, Quum quendam* Vetrasinum *famæ dissidandæ honorem petentem moneret, ut se ab opinionibus populi vindicaret, & ille contrà respondisset, multos, qui secum in hanena pugnassent, se Prætores videre, patienter tulit.*

Vetunga, adde: Latine Monasterium *Mariæ Stellæ* appellatur, & originem habet à Dominis Rupertivillanis ad Lacum Tigurinum. Cùm enim Hartmannus, Comes Dillingenaus & Kyburgicus, bona sua, quæ *Vetunga* habebat, Henrico Rupertivillano certa pecuniæ summâ vendidisset, An. C. 1227. hic haud multò post, Monasterium ibi moliri cœpit, quem in finem aliquas centenas argenti marcas, Eberhardo *de Salem*, Abbati numeravit; insuperque quæ in Urio pago, per uxorem Annam Comitem Hombergicam possidebat, eodem contulit. Secuti dein Nobiles vicini, certatim munificentiâ sua cœptum opus auxere, redituisque locupletibus Monasterium dotavere. Henricus V Vasserfeltzius Baro, Hartmannus Com. Kyburgicus Pater, & Fil. Ulricus Liebenbergius Burggravius Rhenofeldensis, Lutoldus Regensbergicus, Aliique. Sic ut opes Abbatum in immensum creverint, è quibus Georgius Mullerus Badensis, cum toto Conventu, A.C. 1529. d.18. Augusti exuto cucullo, & Missâ, imaginibus ac ceremoniis Pontificiis abolitis Evangelio nomen dederunt, ac Tigurinis Bernensibusq; se junxerunt: verùm, anno sequente restitutis Latinis ritibus, Abbas è Monasterio discessit Tigurum, ibique reliquum vitæ degit; Monachi verò hinc inde dispersi, partim Tigurino in agro, partim alibi locorum, Evangelium annuntiarunt. Contra abbatievtiorum Cantonibus Latinorum rituum retinentibus, Abbas fugitivus est A. C. 1532. qui An. C. 1707: Monasterium, incendio excitato, tantùm non penitus in cineres Monachus redegerat &c. Sepultus fuit in hacAbbatia Albertus Imperator ad Vindonissam A.C. 1308. Nobilitatis indidis subtarus ; donec corpus ejus Spiram inde transferretur. Nec omittendâ est hic inter cujus mentio facta, sic autem habet: Dcæ. Ilidi. templum à [illegible] solo. L. Annusius. Magianus. de. suo. posuit. vir. Aquensis. ad.[illegible] cujus templi ornamenta. Alpinia. Alpinula. Conjunx. &. Pere[illegible] grina. Fil. XC. dederunt. l.d.d. Vicanorum. V. Stumpfium *locis citatis.*

Viri illustres.

C. *Vetilius* Atticus Cos. collega C. Afinii Prætexati, anno altero priùs quàm periret Gordianus III. memoratur Capitolino in *Vita* hujus.

L. *Vetius* Judex, ex Equestri ordine, inter socios Catilinæ Cæsarem nominavit, apud Novium Nigrinum Quæsitorem, uti refert Suetonius *in Cæsare num.17.* Vibi Cassubonum, qui hominorum quoque veterum *Vetii Judicii* memoriam servantium meminit.

Vetius Valens, indicium offerens, trahitur ad fupplicium, *Annal. lib.11. Tacit.*

Vetula, inter Vett. personas comicas, cui vestè dabant, ejus coloris quem *Fetinianum* vocant Venetι, viridiuscuti fc. palearis, & casti fc. cineris, Officii earum, ut obstetrices essent, vel nutrices matronarum jam emeritæ. quas loquacissimas esse exportebat quæque vel heraruin interpellantem orationes: exploratrices, fu piciosas, capite & pectore & brachiis tectis. Sed & ex metretricum genere, anus duæ producebantur in scenam, altera natu grandior, capillo canitie aspersο, inde *πανυκτοπόλις* dicta; altera *καλλικρη* , pleniore coma circumfusa. Etiam tria senarum genera, anicularum omnes &c. de quibus V. Jul. Cæl. Scaligerum *Poetices l.1. capp. 3. & 4.* Inter Tragicas quoque, ubi mulierum personæ XI. primæ, in qua maxima dignitas & grandiffima, cana coma, frontisque tumor modicus erat; subpallida, hinc *παμφαιος* dicta. Secundùm hanc, anicula libera, qua calamitofam exprimebant cutis fubrufa fuffiava canities: frons modicè extans, crines paffiad claviculas usque pectoris Poft hanc famula anicula, quo loco cœteræ frontis tumorem expreffum habebant, ex aginis pellibus gerebat vittam, cutis rugofa fuit, Idem *cap. 6.* Sed *Vetula*, inter Recentiorum ludos, memoratur Audeuto *Vitæ Elipfi l.2. c.15. Nullus InKal. Januarii Vetula & vidiculi fa*, Vetulas, *aut servulos, aut judices facias.* V. quoque *Pantalmiaten* Theodori, Concilior Angliæ *Tom. II. tit. 33.* Alios, ubi tamen *Vetula* pro *Vitula*, i. juvenca fcriptum, contendit Sirmondus. Sed paganos eo die mulierbres assumfiffe habitus & fœminarum ipecie fe deformaffe quod vetitum Can 62. Synodi Trull. docet ex Maximo Taurinenfi & Fauftino Epifc. C. da Freine, hodieque in Gallia pueros in Bacchanalibus larvatos infequi inclamantes, *id a fuis te vitiile h. e. vestitam e-*[illegible] *gi*, in vetulæ modum larvatus proceffit; & apud Græcos, fextum & vicefimum *Shabas* (menfis Februarii) effe *principium alterum Vetulæ*, hosque numero effe feptem, fcribi Abulfedæ, in *Epochis* à Joh. Gravio editis, addit.

Vetularia de Montanis, V. ubi de *Affaffinis* seu *Laffatinis*, nec non voce *Senex.*

Veturius, prænomine Titus, inter Literatores, quibus in prima puertitia Alexander Sev. usus est, memoratur in *Vita* hujus apud Lampridium.

Vetus Consul, in antiquis *Inscript.* pro exConsule, vel exConsulibus, qui Consul fuit: *Vetus Imperator*, apud Lampridium *in Alexandro Sev.* pro eo, qui jam prident Imperium cepit: *Vetus Miles*, in Gloff. pro eo qui ex milite eft, cujusmodi funt ex *Militibus Viri*, item *Militares*, apud Treb. Pollionem *in XXX. Tyr.* Porrò *Vetus Procurator*, in vett. itidem *Inscr.* qui Procurator fuit &c. Etiam *Vetus cocus*, apud Spartianum, *in Hadriano, Vinis & de Pannonia quidam vetus cocus.* Et Juvenalem.

Et qua per salebras altasque ardua cervix
Nec Vetularia *crura pati nec*

V. Salmasium *Not. ad Hiftor. Aug.* &c. Cœterùm *Veterum* fupellectilem fub lectis olim abditam, notat *ad Caligulam Suetonii* Casubonus. De *vestibus fupellectile*, *famuli* quoque Templorum apud Gentiles, quæ pro vetuftate ului esse deficre, in Faviffis seu Thesauris asservari solitis, diximus supra. Sed & *vetuftas* ,,vi imponi ficque ventis permitti, inter fupplicia Vett fuit. Suetonius *Cæsare c.66. Vetuftiffima navet impofitos, quocunque vento, in quascunque terras jubebo avehi.* Ubi de deftructionis ferino eft. Similiter punitâ Titopræmium, deinde à Trajano, delatores, apud eundem Suetonium *Tito*, & Plin. *Panegyrico.* Poftmodum à Tyrannis in Chriftianos ita fœvitum, uti ex Victore de Geficrico Vandalo, ex *Martyrologio in Aprili*, de Aurchiano, in *Sept.*

de

de Valente, docet Casaubonus *Animadv. in Suetonium l. c.* Rehovará veteris fupplicii memoriá beſt. de Belgico præt. fec. quo fi captivos Belgas uti voluiſſe Hiſpanos, ſed damno ſuo, ex Grotii *Hiſt. Belg.* diſcimus.

Vexare, apud Capitolinum in *Marco*, *Fama fuit ſæpè, quòd ſub Philoſophorum ſpecie quidam* Rem. vexarent & *privatos*: molestiam faceſſere eſt, onerique eſſe. Cùm enim plurimus eſſet in Philoſophiæ ſtudiis Marcus, multi ſub eo extitere, qui tota animi contentione Philoſophiam ſectarentur, ut liberalitatem optimi Principis provocarent, qui ſic Reip. erant oneri, cùm eos Imperator promoveret, illitare ſtipendiisque & falariis ſubleyaret. Idem, quòd magnâ libertate & audaciâ in domos privatorum ſe inferrent, vere *Svetonius*tum, quibus nihil cluſum tectumque eſſe poterat, quique liberè, quod opus eſſet, peterent, Cynicæ profeſſionis obtentu; liberius non dantes conviciis & maledictis impetebant, hoc modo *vexabant* privatos. Fuiſſe autem eorum hominum, ſanctiſſimum illud nomen temerè uſurpantium, proventum eo principe maximum, paſſim nos docent illorum temporum Scriptores, Salmaſius *ad l.* Proprie verò *vexare*, ſurſum eſt ac deorſum agitare. A. Gell. *l. 2. c. 6. Vexare, vi atque meis voſtiores eſt. Nam quæ ſterior & vaſtatur, atque huc atque illuc diſtrahitur, ſi* vexari *proprie dicitur.* Servius *in Eclog. 6. Vexaſſe rates, Probus vult hac ratione defendere, dicens, vexaſſe venire ab eo, quod eſt velo, velli, vexo. Ut vexaſſe ſit fortaſſe & pro arboribus everſiſſe. Vexare enim eſt vi quadam actioni arbitrii, aut quod vehitur, ſi quid vehitur, fit, quod ſemp.* V, quoque Macrobium *Saturn. l. 6. c. 7.* In *Ommaſſio* vet. *Vexa* cit πεϱισπάω, ἀθέϱω· ἀθίζω autem poſtere, puſſare, trudere, exponit Cyrillus Gloſſographus, V. & Philoxenium, laudatum Caſparo Barthio *Animad. v. Papinian. Theb. l. 5. v. 612.* Hinc *Vexatus*, item *Vexaticius*, pro energumeno apud Recentiores.

Vexillarius, in vet. Charta Jacobi Aragon. R. An. C. 1309. ubi *de Roman. Eccl.* Vexillarius, *Annimarius ac Capitaneus generalis* inſcribitur, idem cum *Vexilifero* eſt, qui *Vexillum* quoque in *Anaſtaſio* Angl. *Tom. I. pag. 32.* ubi Gilbertus Tiſon, *Domini Regis Angliæ ſummus Vexillator* inſcribitur. Cujusmodi *Vexilliferi Hæreditarii*, occurrunt apud Ordericum Vitalem *l. 3. A. C. 1066.* V. quoque ubi de *Vicedominis*, & de *Vexillariis Militibus*, ubi de *Banneretis*, nec non plura, voce *Vexillum*. Eodem modo *Vexillarii*, Imaginiferi, Draconarii, etiam paulo veruſtiori ævo, inter principales milites occurrunt. Sic Probo, legato legionis tertiæ, deputatur *Vexillarius* ad obſequium, apud Vopiſcum in *Probo*. Pariter hos erant & *Vexillatii*, non Vexilliferi illi quidem, ſed *ſub vexillo* Veterani, quorum mentio apud Tacitum paſſim. Ita autem diecbantur, quos *Triarios* vocarunt Veteres, ſique fere è Veteranis, quæ ſub vexillo retinebantur, aliorum omnium munerum immunes, præterquam propulſandi hoſtis. In qualibet legione ſexcenteni, numero immoto, ut ex Livio *l. 8. c. 8.* Polybio, aliis liquet. Unde Hyginus *in Gromatico*, *Vexillarii legionum eandem aquam debent accipere, quam cohortes legionariæ, quòd ad ſexcenenos hominos computentur.* Meminitque *Vexillariorum* Scholæ vetus *Inſcr.* ubi tamen *Vexilliferi* intelligendi, judice Salmaſio. Sed & *Vexillarii* Hiſtoriæ Aug. Scriptoribus auxiliares milites dicuntur, unde *vexillares cohories*, apud Tacitum, ſunt auxiliariæ, & apud eundem *vexillarii ſ cohortibus* auxiliarii. *Hiſt. l. 3.* Nempe *Vexilla* & *Vexillationes* diebantur olim de auxiliis. Cùm enim in exercitu Romano ſemper Legiones eſſent & auxilia, hæc incohortes, cohortes in *vexilla*, dividebantur. Quanotione *Undecim vexilla ſociũm nominis Latini* memorantur Livio *l. 39.* & Pertinax, *vexilli regendis ascitus*, legitur apud Capitolinum. In vet. quoque *Inſcr. Dux vexillorum* eſt, qui alio lapide *Præfectus auxiliorum* appellatur. LEG. AUGG. PROPR. PANNON. SUPER. DUCI. VEXILL. item. DUCI. VEXILL. PER. ITALIAM. EXERCITUS. Atque hi *Vexillarii aut Vexilla* ſimpliciter, item *Vexillarii è cohortibus*, dicti ſunt, à quibus variæ diverſi *Vexillarii Legionum*, de quibus *alium*. Idem & *Vexillationes* nuncupati, quòd idemac *Vexilla*, quo nomine tam pedites, quàm equites, auxiliorum comprehendi primitus mos erat. At poſtremis temporibus *Vexillationes* de ſolis equitibus auxiliaribus ſumuntur. Unde Veg. *Vexillationes* ſemper ab equitibus Legionum diſtinguit, *l. 2. c. 1. l. 3. c. 4.* alibi viz. equites ab equitibus Legionariis &c. *Germanicianorum Vexillatio*, apud Suetonium *in Galba*, vexillum eſt Germanicorum militum, ſub quo centeni ſtatuebantur: cujusmodi *Vexilla Germanica*, *Vexilla Germanorum*, *Vexilla Germania inferiſſimi* apud Tacitum occurrunt. V. Salmaſium *Not. ad Capitolinum in Pertinace*, *Vopiſcum in Firmo*, aliosque *Hiſtoriæ Augustæ* Scriptores.

Vexillum, an à *velo*. quaſi *Vellitum*; an à *vexi*, præt. verbi veho, quaſi *vexum*, *vexulum* & hinc *vexillum*? Idem cum ſigno & *banno*, quæ vox apud poſteriores ævi Scriptores in uſu eſt. Signum nempe militare fuit mutum, quo vel receptum Vett. (ut & hodie) *vel pugnæ ſignificabant.* Iſidor. *l. 18. c. 3.* Scævola JC. *l. 47. ex quibus cauſis manor. milites dicedere ſignis ſine periculonon poſſunt.* Calliſtratus JC. *l. 3. ſ. de teſtibus*, *Teſtes non temere evocandi ſunt per longum iter, & multo minus milites avocandi ſunt à ſignis vel numeribus.* Eadem cum vocabulis ſignis conjunxit Tibullus *lib. 1. Eleg. 1.*

——— *Signa tuba q.*
Ite procul.

De bando, legimus apud Paul. Varnefridum *l. 1. c. 20. Tato verò Rodulfi* Vexillum, *quod Bandum appellant, ejusque galeam, quam in bello geſtare conſueverat, abſtulit.* Hinc *Bandophorus* Leoni Imper. *lib. de bellico apparatu c. 3.* idem ac Signifer eſt. Diſtinguit *vexillum* à Signo Onuphrius Panvinius, qui *Equitum vexilla*, inquit, *cohortium ſigna*, *legionum aquilas*. Quòd facit, quòd *Vexillationes* dictæ ſunt Equitum turmæ, quemadmodum *Cunei* peditum globi, V. Pancirollum *in Not. Orient. & Occid. Imp. c. 32.* Varium autem & multiplex *Vexillorum* diſcrimen fuit. Perſæ Solem in iis præferebant, Tertull. *Apol. cap. 16. Ad Perſas ſi forte deputabimur, licèt Solem non in limeo pictum adoremus.* Idem, quem in Altaribus Igne, ceu Numen (vel potiùs Numinis, Solis viz. ſymbolum) venerabantur, in militaribus *Vexillis* geſtabant, Strabo *l. 15. ſub fin.* V. quoque Procopium *Bell. Goth. l. 2.* & Curtium *l. 4.* Thebani Sphingæ *Vexilla* notarunt, Flutarch. *in Pelopida* & Æmil. *in Æmilio*. Athenienſes in iis Noctuam pinxere, Plut. *in Lyſandro*: de *Vexillis* Hebræorum V. in voce *Inſignia*. Apud Romanos non unus ſemper mos viguit. Paupere adhuc Rep. ſceni manipulus præferebatur, unde Romulus *Manipulum militum* dixit, qui ſub eodem ſceni manipulo militabant. Ovidius *Faſtorum l. 1.*

Perica ſuſpenſos portabat lunga manipios,
Unde manipularis nomina miles habet.

V. Lipſium *de Militia Rom.* & Hadr. Junium *Animadv. l. 3. cap. 7.* Creſcente poſtea domi forisque Majeſtate, *Lupi, Minotauri Equi, Apri, cum Aquila, ſingulos ordines antelibant*, Flin. *l. 10 cap. 4.* Porci quoque effigies, ut Feſtus docet, *inter militaria ſigna quintum obtinebat locum*; quæ tamen privatarum, ut videtur, Legionum erant ſigna, ſub ſola verò Aquila omnes educebantur, ſubque ea pugnabant: Unde in nummo Aug. *Aquila Legionaria*, apud Occonem *Numism. p. 58.* & per Aquilas Romani exercitus ſemper intelligiuntur, apud Scriptores. Claudianus *in Eutropii libro 2.*

——— *Hos Aquilæ Romanaque ſigna ſequuntur.*

Eam argenteam primus fecit C. Marius ſecundo Conſulatu, Cic. *Orat. 2. in Catil.* formæ & magnitudinis talis, ut in cingulo militari occultari potuerit. Flores *Hiſt. Rom. l. 4. cap. 2. Signa & aquilas duas adhuc Barbari poſſident, tertiam Signifer prius, quam in manus hoſtium veniret, evulſit, per ſamque inter balteos ſui latebras gerens in cruenta paludeſic latuit.* Succeſſere lapſo penè Imperio Dracones, atque hi quidem non è metallo aliquo, ut Aquilæ, formati, ſed vel picti, vel intertexti, & *in lineo*, ut ſuprà Tertullianus, *depicti. Hinc tenso moveri eos* dixit Ammianus *l. 16.* Sidonius Apollinaris *Carm 5.*

Diſcernit per utramque aciem, cui gutture adactis
Turgeſcit Zephyrus, patulumeniſior hiatu
Iratam pictura famem &c.

Color eorum purpureus, Iſidor. *l. 14. c. 41.* V. quoque Claudianum *in Ruffinum lib. 2.* cùm alioqui Equitum cœruleum, forte quòd hic color undarum, equi autem Neptuno ſacri: Peditum *vexillum* roſeum eſſet, Servius *ad priora l. 8. Aneid.* Unde Augustus, *Agrippam generum cæruleo* Vexillo *donavit*, apud Suetonium *in vita 25.* V. Donatum Ponzanum *Diſtinctat. p. 314.* Ruſſeum verò vel flammeum *Vexillis* colorem Salmaſius tribuit, indeque in *Gloſſis ἰουσὸν φλογῶν*, *vexillum*, legi, & *flammula* vulgò vexilla dicta eſſe, ait *ad Lampridium in Antonino Diadumeno.* Cur autem iſtiusmodi Signa placuerint Romanis, in promptu ratio eſt: Lupus enim, Equus & Aper, beſtiſcæ animalia, ac Neptuno Marique ſacra: Porca cæſa feraden Signaculum: Minoraturus prudentiæ militaris, ſua conſilia, quàm maximè poterit, occultantis: Aquila domini atq; auctoritatis: Dracones vigilantiæ ſymbola fuere. Procedente ævo & Ducum nomina *Vexillis* inſcripta, Tacit. *Hiſt. l. 3. Nomen atque imagines Vitellii amplectuntur.* Sueton. *in Veſpaſiano c. 6. Nomen ejus ſine mora* Vexillis *inſcripserunt.* Unde *Imaginarii* dicti, qui Imagines præferrent imaginem, Modeſtus *Le vocab. Rei Milit.* Et hinc forte factum, ut adorarentur ſigna. Suetonius *Vitellio cap. 2. Ad venerandas Legionum ſigna poſtexit.* Tacitus *annal. lib. 2. converſus ad ſigna & bellorum Deos.* Iterum Suetonius *Caligul. cap. 4. Aquilas & ſigna Romana Cæſarumque imagines adoravit.* Claudianus *in Ruffinum libro 2.*

Auguſtus ventranda prior Vexilla *ſalutat.*

Eademque cauſa, cur per Signa milites jurarent, Livius *Dec. I. lib. 6. Obſtringere porjurio non ſe ſolum ſummique caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentique religionem.* Tertullianus *Apologet. Religio una caſtrenſis Romanorum Signa parat, Signa venerantur, Signa communibus Diis preponit.* Lucanus *lib. 1.*

——— *Per ſigna deorum*
Perſa, tuos juro, quocunque ex hoſte, triumphos, &c.

Ornabantur porrò feſtis diebus, Minutius Felix *Octav.* Unde apud Suetonium *Claud. cap. 23. Aquila tum primùm ornari* quod ex eo tranſferipſit Orofius *l. 7. c. 6.* Claudianus *de Magni. Honorii & Mariæ.*

Mavor-

Mavortia signa rubentium
Floribus.

Denique haſtæ, in quibus *Vexilla* prælata, ferro acuto humi defigebantur, nec avellebantur, niſi facto ſacrificio : quòd ſi forte non ſuiſſent ſponte evellentes Signiferos ſequutæ, putabatur imminere periculum & portendi clades, ut alibi dictum. Hinc *vellere ſigna*, idem quod *in hoſtem movere*: ſicut *figere eſt caſtra metari*. V. Thomam Dempſterum *Paralipomenis ad Roſinum l.10. ſub fin.* De ſigno autem ✠ Conſtantino M. in aere viſo atque poſtea Labaro inſerto: initialibus nempe literis nominis ΧΡΙΣΤΟΥ, unde de crucis ſigno error obortus, V. ſupra in voce *Crux* : uti de cultu civili Imperatorii vexilli, utpote τῷ ἐπιτιμητικῷ σεμβολῷ τῶν βασιλέων ὀφθέν, ut ait Sozomenus, à militibus, jam ante Conſtantini temporа exhibito, plura apud Jo Forbeſium *Inſtructionem Hiſtoricо-Theologicо l. VIII. c.9. §. 2.* ut & ſupra voce *Labarum*. Cur autem ſua ſingulis cohortibus centurioſque *Vexilla* eſſent, docet Vegetius, Antiquitus, inquit, quia ſciebant „in acie commiſſo bello celeriter ordines aciesque turbari at „que confundi, ne hoc poſſet accidere, cohortes in centurias „diviſerunt & ſingulis Centuriis ſingula Vexilla conſtituerunt „ita, ut ex qua cohorte, vel quota eſſet Centuria, in illo vexil„lo literis eſſet adſcriptum: quo intereunte vel tenente milites, in quovis tumultu à Contuberналibus ſuis aberrare non „poſſent, Centuriones inſuper &c. Hæc itaque, quaqua verſum à ductoribus portarentur, ſequi tenebantur Milites, neque ab illis recedere fas erat ; Proin & ne in manus incideret hoſtium, magno ſtudio cavebatur : ac ſi omnino maior eorum vis eſſet, ſintea pericliis direpta in finum condebantur, ut ſupra vidimus. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l.10. c.6.* Sed & lacerabantur *Vexilla* à militibus, cum deficerent ab Imperatoribus ſuis. Tacitus *Hiſtoriar. l. 2. Laceratisque* vexillis, *Vitellii nomen præferentibus*. Omnibus enim *vexillis* Imperatoris, novus creati, nomen inſcribendi militaris ritus fuit, uti diximus jam, & plenius diximus ex Suetonio *Veſpaſiano c.6.* & Dione *l. 40.* quorum hic ὁμοιοις γράμμασιν, *literis pictis* ait. nomina illa inſcribi ſolita addit. Sub iis vero literis imaginem pictam Imperatoris, idem *in Vitellio* docet. Unde *καθαιρεῖν τὰ βασίλεια* defectores dicti *Vexillorum* imagines ac venerando ſæpè effecit, ut rebus creperis, *Vexillo* in hoſtes jactato, militum ardor mirè accenderetur: eius rei recuperandi causâ, acrius redintegraretur prælium, non ſine ingenti ſucceſſu, cujus rei exemplum habemus, apud Livium 44. c.29 aliud apud Valer. Max. *l.3.c.2* plura apud Frontinum *Strateg l.2. c.8.* & *l.b. 4. cap. 4.* Quos imitatus recentiori ævo Robertus Normannorum Dux, poſt occupatam à Guiſcardo Barim Calabriæ, prælio cum Germano, aureum vexillum in frequentiſſimos hoſtes miſit, non minus felici eventu. Hoc enim dum repetunt Normanni, antequam in poreſtatem hoſtium veniret, impetu irruentium, hoſtes diſturbati, eorumque 400000. cæſa ſunt, teſte Æmilio *l. 4.* Neque verò ſolùm in acie *Vexillorum* uſus erat, ſed & in militum delectu. Cùm enim tria eſſent militiæ genera, Sacramentum Conſcriptio & Evocatio in Conjurationione, cùm nempe tumultus, id eſt, bellum Italicum vel Gallicum eſſet, ingulosque interrogare non vacaret, qui furaret exercitum dutoros, ibat in Capitolium, & exinde proferens duo *Vexilla*, unum roſeum, quo Pedites evocari ; alterum cœruleum, quo Equites, ſolebant; dicebat : *Qui vult ſalvam Remp. me ſequatur* : ſicq; qui convenſſent, ſimul jurabant, uti docet Roſinus *l. 10. c.3.* Similiter, in Coloniis deducen is, Curatores eis deducendis vel agris dandis attribuendisve delecti, colonos, qui vel ſua ipſorte nomina dederant, vel ſorte exierant, agros lege deſignatos, atque in Coloniam ſub *Vexillo*, quaſi Exercitum aliquem, deducebant eratque deductionis Dux, & Curatoribus Agrariis unus, ut ex Appiano, Plut. Cicerone diſcimus. Sed & honoris ac obſequii gratiâ *Vexilla* prælata Impp. quoties procederent, uti docet pluribus *ad Hiſt. Aug.* Salmaſius. Qui honor etiam cum Tribunis poſtmodum communicatus, quibus id honoris datum, ut ante illos Vexillarius ambularet, oſtendimus ſupra, ubi de Probo. Certè inter Militum dona *Vexilla* fuere. Vetus *Inſcr.*

CVI
OB VIRTVTEM SVAM SACRA
TISSIMI IMP. CORONAM
MVRALEM HASTAM PVRAM
ET VEXILLVM ARGENTO
INSIGNE DEDERVNT.

In Signis enim hiſce aurum & argentum intertexi ſolitum, & quidem argentum ſi frequentiſſimè, ignotum nemini. Unde *pura vexilla*, quæ ſine alterutro eſſent, apud Vopiſcum *in Probo*. Idem factum ævo citeriori, uti de Edutino Angl. R. narrat Beda *Hiſt. lib.2 cap 16. Nec non & inceſtone illo ubi ſibi ſuæ per plateas illatæ gemmas vexilli, quod Romani Tuſum — appellant, anie eum ferri ſolebat.* V. ſupra, hac voce. Hodieque *Vexilla verſicoloria* Veneto præferri Duci, Sabellicus Auctor eſt *lib.7. Enn. 8.* Contrà in demiſſionis ac humilitatis indicinam, *Vexilla* ſubmitti mos, uti docet Statius *lib.4. Syl.v.2. v.42.*

ſubmittentemq; modeſtè
Fortunæ vexilla *ſuæ*

ad quem locum Barthium V. ut & *Comment. ad Claudianum Conſul.* IV. *Honorii vers.* 85. adde quæ retrò dicta, ubi de *Vexil.* Porrò, Signa cohortium in antiquis nummis, paſſim extant. Exhibet Goltzius varios, inter quos primus repræſentat nobis *Vexillum*, aquilam & ſignum cohortis ; ſecundus item *Vexillum*, aquilam, arattrum (nam aratro uben & agrum circumſcribebant Curatores more priſco) decempedam ſive perticam agri menſoriam ; tertius Sacerdot. magentem jugum boum &c. V. iterum modò laudatum Roſinum *l.7. c.47.* Addenda pauca de Carrocio Italorum, quod currus erat magnus (unde & nomen) cum tintinnabulo & *Vexillo*, in media facie ſtatui ſolitum ; ad quod tanquam ſignum ſanctiſſimum, milites attendebant, vitam potius, quam illud, amiſſuri. De quo ſic Anton. Campu. Cremonenſis *in deſcr. Cremonæ :* Carrocium erat currus amplior atque ſublimior his, qui communi in uſu. Invenere Lon gobardi. primique omnium, lecundùm aliquos, Mediolanen. ics uſus parunt. Ornabatur id à quibusdam panno rubro, ab aliis albo ; a Cremonenſibus vero mixtim rubro & albo, deniq; procolore, quo cujusque civitatis inſigne. Sed & ſeni boves, a quibus trahebatur, ſimili panno tecti. In medio autem, erat antenna cum *Vexillo* ſive Labaro ; præter eiusmodi currum, cœtera abo, &ab eadem antenna dependebuntfunes. Erpau. lo poſt. Nefas educere, niſi publico decreto, nec minus mille, quingentis ad cuſtodiam ejus militibus, ſtrenuis & panoplia ac bipennibus egregiè munitis. Propè etiam Duces omnes ac militiæ præfecti ; at ponè tibicines 8. multique ad rem divinam Sacerdotes. Præcipua curtus cura viro dabatur virtute & peritia militari intigni, quoque loci ille ſtatuereiur, eo tum jus dicturus conſilium haberi de belli ſumma ſolebat. Eodem & ſaucius receptus &c. Imitatione priſci ritus, ut ex præditis videre eſt. Sed de hoc plura ſupra, in voce *Carrocium*. Primitus autem *Vexilla* cohortibus nulla ſed ſigna & notacula Duum clypeis inſcribenda, uti ex Æſchylo docet ſupra laudatus Barthius *ad Theb. 4. Papin. v.* 303. Præter *Vexilla* vero *Militaria*, de quibus haſtenus, ſua quoque ſingulis Collegiis vexilla fuere ac ſigna. Hinc cum Decennia celebrare Gallienus Imperator, *Vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant, draconei & ſigna templorum omniumque legionum*, in pompa prælata fuiſſe, habet *in eo* Treb. Pollio, ubi Salmaſium V. & plura eam in rem hic paſſim.

Vexillum Regale, apud Guil. Britonem *Philipp. lib.* 10. ubi de quodam Galone, in præliis Ludovici,

Vexillum Regale die per a vit in illo:
Regis Francitæ præcipuum vexillum, in ſerico cœruleo, illis interſtincto, quod vulgo *La Banniere de Fran e* dicitur. Ab eo Auriflamma diverſa, de qua ſuo loco. Sed & *Vexilla Eccleſiarum*, apud Communionis Eccl. Scriptores, memorantur paſſim. Aſſervabantur illa in ipſa Æde ſacra, ubi & qui ea delaturi erant in præliis, benedictione conſecrata, recitatis ad id ab Epiſcopo aut Sacerdote precationculis acciipebant, finitoque prælio eodem referebant, uti de *Vexillo S. Dionyſii* pluribus docet C. du Freſne *ad Joan villam Dyſſen.* 18. & de Lutatorum Slavorum *Vexillis*, in fano Radagaſtenſi aſſervatis Dithmarus *l. 6. p. 65.* Super altare poſita, refert Durandus *Rational. l.1. cap.3.n.* 32. Benedictionis formulam apud Latinos habes *in Ordine* Rom. apud Græcos Byzantinos, *in Tactica Leonis Imp. c.19. §.22.* Plura verò hanc in rem, uti de *Vexillo S. Martini*, in Monaſterio S. Martini Turon. ſervato, & à Comitibus Andeg. av. tauquam loci Advocatis, V. ſupra, in bellis Monachorum & Canonicorum olim delato: de *Vexillo Mariæ. Matricia in Thebaa Legionis Primipilus*, inter alia xenia, Hugoni Capeto, ab Edeltano Angl. R. miſſo: de *Vexillo S. Petri, crucc & clavibus inſignito*, quod Pontifex Rom. fuæ communionis Principibus, vel in Paganos, vel in Schiſmaticos aut Hæreticos, ut vocant, moturis, mittere conſuevit: porrò de *Vexilli creatione*, in altioribus urbium vel caſtrorum turribus, ſupremi Dominii ſymbolo, ejusdem *fubæ miſſione*, deditionis ſigno &c. apud modò dictum du Freſne in *Gloſſ.* ubi & pro clamore militari vocem *Vexilli* apud eiſdem Scriptores nonnunquam occurre, eo quòd Vexillifer primus in prælis aliisque motibus clamorem militarem efferret, quem cœteri milites ſubſequebantur, addit.

Vexirius, adde : Secundus ab illo vocatur *Kaimachan*, h. e. *Vicarius ſupremi Vexiiii*. Ad *Vexirii* autem dignitatem nemini patere aditum, niſi qui Baſſa prius fuerit, habes apud Georg. Hornium *Orbe Politic. cum Animad v.* Menckenii pag.30.

UF.

Uffingi, Orientalium Anglorum Reges, ab *Uffa* R. qui vixit A. C. 578. dicti ſunt, apud Matth. V Weſtmonaſterienſem. Sicut *Merovingi, Carolovingi, Capetingi*, in Gallia, à *Merovæo, Caroloſt. Capeto*, Familiarum Regiarum conditoribus, de quibus vide ſupra.

UG.

UG.

Ugo Catalanus, ex volumine Decretorum Ivonis abbreviato, libellum portatilem, qui *Summa Decretorum Ivonis* appellatur, composuit, teste Vincentio Bellovac. *Spec. Histor. l.25.c.84.* V. suprà voce *Pannonia.*

Ugri, adde: plura de iis V. apud Hornium ubi suprà, *p. 412.*

VH.

Vhabalathus, apud Onuphrium, melius *Vaballathus*, ut ex nummis Aureliani, in quibus ΟΥΑΒΑΛΑΘΟΣ scribitur, docet Salmasius, Zenobiæ filius fuit, cujus nomine illa Imperium tenuisse, dicitur Vopisco in *Aureliano*. Origo nominis ex Hebr. & Syr. *Babala* vel *Babalata* Reginam significante: unde *Babalatus* & *Babalatus*, ut *Hel* & *Bel*, & similia fexcenta. Salmasius *ad loc.*

VI.

Via, adde: Quasi *Vehia*, quòd vehendo teratur. Quid differat à *Semita*, ex verbis Ennii cognoscere licet, quem refert Cicero *lib. 1. de Divin. Qui sibi Semitam non sapiunt, alii monstrant Viam.* Item illis Plauti *in Casina*: *De Via in Semitam reyecere.* Latior nempe *Via*, angustior Semita, Rittershusius *ad Theætrum lib. 3. Prologo vers.*

Ego illius porrò semitam feci Viam.

Quem à Schoppio, inter *Viam* & Semitam hic non distinguente, ,,reprehensum, tuetur Laurentius JC. Hoc enim, inquiens, ,,noster vult, te Æsopi semitam, quâ unus folusque ambulabat, ,,repetendo & frequentiùs, quam ipse fecerat, calcando effe,,cisse, ut fieret via. Semita autem fit *Via*, tum à plurium frequentatione ambuli, & fic magis vulgatur atque dilatatur, id quod ,,Phædrus fe ait factum, ideoque subjicit, Et cogitavi plura ,,quàm reliquerat. Latitudo *Viæ* LL. XII. Tabb. definita est, pedes octo in porrectum, fexdecim in anfractum, *l. 8. ff. de serv. Prad. rust.* Interim promiscuè pro *Via* Semitam usurpavit Cic. *14. Verr.* Attendite jam intelligentis, hanc pecuniam, quâ vià ,,modo vifa eft exire, ab ipfa eadem femità reverti*ſſe*. Atque ita Horatius, ubi ait:

— *& fallentis semita vitæ.*

Aliàs *Via* itinera dicuntur, quibus publicè comeatus eſt; quarù quædam funt publicæ quadam privatæ *l.2. 5. viarum §. ne quid in loc. publ. l. 38. ff. de acquir. rer. domin.* Earum præſes Mercurius olim habitus eſt, ὁδῖος & hinc dictus, de quo alibi. In illis ambulationes probatæ. Quemadmodum enim inter loca ſtitiosa modi exercitationi deſtinata, Vitruvius & Celſus magis hypæthron commendarunt, quàm portícus & hypogæum: Ita Plinius apud Plutrochum, & ſententia Acumeni Medici, deambulationem extra civitatem factam ei, quæ in civitatibus efficitur, prætulit hisce verbis: Τῷ δὲ ἰάτρῳ ἐς τὸ πόδωμα ὁ Ἀκουμενὸς τὰς ὁδὸς πούσιον τὰς ἐκτὸς, ἢ τὰς ἀκονιστῆρας, ἢ ἐν τοῖς δρόμοις ἔνοι; *Meo autem & tuo obedienti sodali Acumeni, in Viis ambulationes facio: has enim disti minorem laſſitudinem parere, quàm illas, quæ in curſibus agantur.* Ubi per vocem ὁρόμους quidam Vett. Græcos aiunt intellexiſſe *Vias* in urbibus planas, ſed ob lapides ſtratos, aſperiuſculas ac breves, uti hodieque apud multos Orientatum viæ magis tritæ *Corſus* nuncupantur: Per ὁδὸς verò, vias intelligi quascunque extra Civitates, nullâ Arte fabricatas, nullis legibus ſtratas, ſed inæquales, minimè planas & denique tales, quales naturâ vel caſu factæ reperiuntur. atque ideo Acumenum magis ambulationem in viis quàm in curſibus, probaſſe, quoniam τὸν σταφάντον οὐ τὰς ὁδὸς ἀκονιστῆρι τοῦ οὐ ἀνάμαλα τοῖς ὑπνοῖς, Ariſtot. *Probl. ſect. 1. 37.* Alii τὰς ὁρόμους ἐκτὸς πόλεως, celoca, atque tractu brevi ambulationibus eſſent dicta ; ſimilia illis, quæ in palæſtra Antiqui, ob ambulandi commoditatem, ædificabant , quæque Ἐπὶ ξυστοῖς vocatas tradit Vitruvius, & quorum clariſſimam facit mentionem Eupolis, apud Laertium *Platon, ὃν ἰυκλεὶς θρέψειεν Ἀκαδήμου ξύλ. Vias* verò appellant illas, quales retro deſcripſæ. V. Hier. Mercurialem, qui in poſteriorem ſententiam inclinat, *de Arte Gymnaſt. l.4. cap.10.* ut & infrà. Sed in *Viis* mortui conditi, apud Vett. hodieque apud Turcas : ut quos ſepulcra juxta vias collocare, nec alibi ſepelire licere, ſepulturæ autem mandare cadavera lota, & omni a parte ſafa, ſcribit Chalcondylas *l. 3.* Porrò *via decedere*, honoris genus. Hinc Romulus, quia matronarum interventu Sabino bello civitas defenſa eſſet, indubitato gratitudinis argumento ſtatuit, ut præter alia ornamenta ob id meritum mulieribus uno decreto congeſta ad omnem occurſum *via* illis decederetur, Sabellicus *l.7. c.1.* At Veteres, cum aliquem exercabantur, ita aliquò meditantem, *ut ea via ipſi perpetua ſemper* ambulandi eſſet, diſcimus ex Cicerone *Orat. in Pisonem*, & Turpilio Thrafyleone apud Nonium quam in rem V. plura, apud Victorium *Variar. Lect. l.2. cap.1.* uti de *Viarum* tatione, apud Vett. in *Exercitat. Plin. ad Solinum* Salmaſi *p.697. & ſeqq.* ubi de *Viis Publicis* in genere inprimis de *Viis Regalibus*, quæ & *Conſulares* & *Prætoriæ* & *Militares* dictæ ; de *Viis* item *Provincialibus* & *Agrariis* ; ubi ubi de *Viarum ſectione* & *directione* præcipuè ſpectati in delineatione urbium condendarum, quæ Græcis *ξυστικὴ*, à Romanis *ſtratio* deſcripta, ab aliis creta deſignatâ, cujus loco polenta Alexandriæ ſparſa: *pag. 919.* ubi de *Viis*, in *Theatris*, *cardinum* nomine infignitis, quibus cunei ie-

parabantur, alibique, ubi alia in hanc rem erudité congeſtit. Deſcriptionem *viæ publicæ* egregiam ex Paulino dedimus ſuprà, voce *Agger* Apud Recentiores *Via Dei*, item *Via Hierosolymitana*, & *Via SS.* dicta eſt expeditio feu peregrinatio *in Terram Sanctam* ut videre eſt apud Fulconem *Hiſt. Franc. Tom. IV.* Guibertum *Hiſt. Hierosol. l.2.* Alios. Iisdem *Viæ ſervatæ* ducuntur Itinera à Romanis in provinciis extructa, an propter duritiem eorum, an quòd ex filicibus ſubnigris compacta, ferri colorem referant, ut ait Rergerius *de Situer. Roman. Lib. 2. cap. 1. num. 2.* & Sed & *Via*, in Scriptorum XII. lufu Gracæ iidem ὁδὸς, dicta eſt, quem *ſcriptorum tramitem* appellat Auctor vet. Epigrammatis, *de Tabulis*:

Et quam vis pariti ſcriptorum tramite currant
Is capiet palmam, quem bona fabula juvant.

Scripta nempe illa ſive lineæ, per quas calculi currebant. Iſidorus *l.17, cap. de ludis alea, Sed & ipſas vias ſimiliter locis diſpiciatur, propter aetatem hominum, argumentantur*: de quibus plura apud Salmaſium *Not ad Tertullian Pallia.* Alias vocis ſignificationes habes apud Caſp. Bartli in *Statium Sylvarum. paſſim.*

Via Aphetais, dicta olim Lacedæmone *via* eſt, per quam in curriculum certaturi mittebantur, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. Ejus meminit Pauſanias in *Laconicis*, ubi de curſus certamine inter procos antiquitus inſtituto.

Via Julii Cæſaris, apud Radevicum *de Geſtis Friderici I.3 cap. 25* in Alpibus, eadem quæ *Mons Jovis* alias, V. Simlerum *de Alpib. Via* Sacra, Romæ fuit in reg. 4. Hiſtoricorum Scriptis celebratiſſima, à qua etiam Regioni nomen. Dicta eſt, à fœdere inter Romulum & Tatium Reges icto, non ſine prævio ſacrificiorum apparatu, ut patet ex Dionyſio Halicarn. *l.2.* Meminit L. Seneca, qui *Viam ſacram celeberrimum locum* vocat, *Conſol. ad Marciam c.16.* & ante eum Aſconius Pædianus *Commem in Orat. 2. c. Verrem.* Totam velis intexit C. Cæſar, ut & Forum, cui vicina erat, Plinius *l.19. c. . in fin.* ibique ipſe Julius Dictator habitavit, Suetonius *in vit. c. 46.* & quod miratur Dempſterus omnes urbis Topographos omiſiſſe, *ſignaſſeteris inuis in ea exstabant, tempore Servii Honorari, Regibus à recta itinere recedentibus, Romulo à Palatio, Tatio à Rufris, ad v. 641. lib. 8. Æneid.* Illud verò non omittendum, quòd Plinius Foro Rom. Ovidius Foro Cæſaris eam facit contiguam, *Triſt. l.2. Eleg.1.*

Parvis & ducet, hæc ſunt Fora Cæſaris, inquit,
Hæc eſt à ſacris quæ Via nomen habet.

In ea ipſa porrò, aut non longe ab ea fuiſſe Xylos inambulationi idoneos, docere videtur Horatius *Sermi. Sat. 9. princ.*

Ibam forte Via ſacra.

V. quoque *Epod. Od. 4.* & Sext. Propertium *l 2. Eleg.23.* Ibidem celebre emporium rerum venalium, rufticis in urbem commeantibus & fructus villicis conferentibus. Terentius Varro *de R.R. l.1. c.2. Hujusce inquam* (Cn. Tremellii) *pomaria ſumma facta Via, ubi poma veneunt, contra aureum imaginem.* Et ob id *frequentiſſimam ementium vententiumq, conſeſſum*, vocavit M. Tullius *Or. pro Cn. Plancio.* Ovidius *Amorum l.4. Eleg. 8.*

Munera præcipuè videas, quæ miſeris alter,
Si tibi nil dederit, Sacra roganda Via eſt.

V. quoque Petronium *Catal.* Propertium *l.2. Eleg.44.* Alios. At que eodem itinere utebantur Sacerdotes *Eidullium Sacrorum cauſa conficiendorum*, ut Verrius Flaccus habet, apud Feſtum Pompeium, vel, ut loquitur M. Varro *de L. L. l 4. per eam ſacra quadam menſibus ferebantur, in arcem, & per eam Augures ex arce proſpecti fatidicas* inaugurare. Unde *Sacra* cognomen ortum voluere, nec diſplicet Dempſtero ſententia, licèt certum ſit, ſtriptimam nominis imponendi rationem ac occaſionem a ſacro fœdere deſtitiſſe. Idem Dempſterus primus obſervavit, Theodoſium quoq. Hiſp. Auguſtum & filium ejus Honorium in ea *Via* habitaſſe: ex Claudiano *Panegyr. de 6. Honorii Conſ.*

Hinc te jam Patriis Laribus Via nomine vero
Sacra refert.

Niſi forte indicari quis contendat, ſacrificium Diis Laribus à reduce Imperatore ſolitum intelligi, quorum ædem in *Via ſacra* fuiſſe, præter alios loquitur C. Jul. Solinus *Polyhiſt. c. 2.* Verùm hujusmodi ſacrum ab eo Idolis falſisque Diis ſolitam dici eſſe non poteſt, quum conſtet Chriſtianæ ſe addicti ſſimum exhibuiſſe pietati, omnibusque* ὁδοῖος potcrat edictis monſtroſis Ethnicorum ritus ſuſtuliſſe. V. præſatum Dempſterum *ad Roſinum l.1. c.13 ubi de XII. Urbis regg.*

Vlades Dii, memorantur Servio *ad Æneid. l.3.* Labeo in libris, qui appellantur de Diis, quibus origo animalis eſt, aut eſſe quædam facri, quibus anima humana ceteranti in Deos qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hi autem ſunt Dii Penates & Viales. Ubi *Dii Penates* & *Viales*, non alii quàm Lares: quos *Viales* Plautus quoque appellat *Mercatore Actu 5. Sc. 2.* Nempe, quia compitorum & *viarum* etiam Præſides habebantur, uti docet Arnobius *l.3.* Unde quòd Dii domeſtici eſſent, & privatas ædes tuerentur, Laribus privatim quotidie ſiebat: Sed quia in familiarum ſalute Saltus conſiſteret publica, eò & die 4. Non. Febr. legimus, in compitis (unde Compitalibus nomen) iisdem publicum fieri ſacrificium porcâ, velut hoſtiâ luſtrali, conſueviſſe. Propertius *l.4. Eleg.1.*

Parva faginali luſtrabant compita porca.

Quem utrumque cultum junxit, & illum domeſticum in foco, & iſtum compitalitium. M. Cato *de Re R. cap.* 5. ubi de Villici officio: *Rem divinam, niſi Compitalibus in compito, aut in foco, ne faciat.* V. Gerh. Jo. Voſſium *de Orig. & progr. Idol. l.* 1. c. 11. Sed & *Vialis* dictus eſt Mercurius, vitarum Præſes. Gr. Οδῖος, *Vialis*, ſeu *Viam monſtrans*, juxta Heſychium & Stephanum: It. *Ἐνοδίοις, ducem ſe viæ offerens*, pro quo in Aldina Phurnuti eſt *Ἐνοδίοις, bonum ſuſtinentibus iter proficiens.* Et *Hiſtoriæ Φ.* *Duæ viæ*, apud eundem Phurnutum. Quod ad Solem, ad quem quatuor Planetarum marium cultum Voſſius reducit, eleganter idem refert: Quippe dedit viam monſtrat lux Solaris, quemadmodum noctu Lunaris: ut omne hoc de viarum præſecturis ad Solem Lunamq; pertineat; quod & Auguſtinus indicat *de Civ. Dei l.* 7. *cap.* 16. Et hinc eſt, quod *Communis Deus* Mercurius vocatus eſt, quod, cum quis in via reperiſſet aliquid, præfari ſolebat, *Communi Mercurio*, quia is, ut qui in viis verſaretur, rei inventæ credebatur conſcius, ut ait jocoſus Velareus Interpres Phurnuti *de Nat. Deor.* Eidem quoque in compitis civitatum ſtatuæ erectæ, *Hermæ* vocatæ, de quibus ſupra dictum: quemadmodum de Lupercum congerie, in viis, ejus in honorem aggeſta, in voce *Mercurius* V. & Th. Dempſterum *ad Roſinum l.* 2. *c.* 9.

Viatrum, una c XII. Augurtorum ſpeciebus, *quando homo vel avis ſuo itinere vel volatu ante te tranſiit, ventoſ; à dextra parte ſuſ; & ventus in ſiniſtram tranſiit.* Apud Mich. Scotum *de Phyſiognomia*, ſubi bonum id ſignum habitum, addit. V. ſupra voce *Ventus*.

Viarius, apud Feudiſtas, Dominus dicitur Feudalis, cui competit *inferior* vel *media juriſdictio*. Gallis *Seigneur voier.* q. *Vicarius*, du Freſne: quos de minoribus cauſis cognoviſſe diſcimus ex L. Longobl. 1. 2. tit. 52. §. 7. & *per pagos* (ſeu *vicos*) *conſtitutos juſſit*, ait V Valaſr. Strabo: Recentiores poſtmodum *Majores & Villicos vicitarum* appellavere, de quibus V. compluſa apud du Freſne *Gloſſ. Viarium* Curatores, apud Romanos, ab Auguſto inſtituti, memorantur Suetonio, *in eo cap.* 37. *Novas officiis excogitavit: curam operum publicorum*, viarum, *aquarum* &c. & Capitolino *in Marco*, de quo poſtquam *vias urbis atque itinerum diligentiſſime curaſſe* dixerat, addit, *Dedit præterea* Curatoribus *regionum ac* viarum, *puniſſe tum ut vel puniretur, vel ad præfectis urbi puniendos remitteret eos, qui ultra vectigalia quicquam ab aliquo exegiſſent. Jus autem magiſtri vetus reſtituit, quam novum fecit.* Curabantur ab iis Viæ, in certa ipatia diviſæ, unde *ſtationes viarium*, apud Statium *l.* 4. *Sylv. p.* 116. ad Plotium,

——— *prius quam*
Te Germanicus arbitrum ſequenti
Annonæ dediſ omnitenſque late
Præfecit ſtationibus viarum.

ad quem locum, Barthium vide & de *Viarum Curatoribus* hiſce plura apud doctiſſimum optimique Judicii Taciti Commentatorem *Annal. lib.* 3. nec non ſupra aliquid voce *Via*. Cereſ. & ſequentia *Via* &c. Itinera licite a bonis Principibus curata, uti patet ex *tit. de Itin. mun. in C. Theodoſ. & in l.* 4. *Cod. de Privileg. domus Aug.* V. quoque Leonem Imp. *in Tactica cap.* 20. §. 71. At apud Thebanos olim ſternendarum in oppido viarum cura miniſterium ſordidiſſimum habebatur: quod cum Epaminondæ, Boeotarchi defuncto, contumeliæ cauſa cives irati demandaſſent, ſine ulla cunctatione id recepit, datumque ſe operam, ut brevi ſpecioſiſſimum evaderet, alleveravit. Quod & effectum dedit, mirifica enim procuratione abjectiſſimum prius negotium, pro magiſtratu, pro ornamento expetendum, Thebois reddidit. Val. Maximus *l.* 2. *c.* 7. &c

Viaticum, Proconſulibus apud Romanos datum, cum in provincias irent. Poſtquam enim Comitiis Centuriatis, Conſules in annum ſequentem deſignati erant, tum alter Conſulum, qui Magiſtratum gerebat, ad Senatum de provinciis referebat, quæ futuræ Conſulares, quæ Prætorize eſſent: Quod ubi conſtitutum, tum illæ, quæ Conſulares erant, Conſulibus deſignatis decernebantur, ut eas vel fortirentur vel inter ſe compararent. Hoc facto Conſulatûs ſui tempore Legem ad Populum per Curias congregatum ferebant de imperio miſitari, ſine qua bellum gerere non poterant & ſic Provinciæ SC. ornabantur. Pertinebant autem ad ornamenta, latitudo Provinciæ, magnitudo Exercitus, ſtipendium inſmilites, *Viaticum* in Legatos & cohortem, comitatus & cœtera generis eiusdem; quæ quidem, quoniam non omnibus eadem amplitudine numeroque concedi ſunt, propterea, cum ea decernebat Senatus tum Provinciæ aut Præſides ipſi ornari dicebantur. Ad *Viaticum* pertinebat annulus aureus, qui, teſte Zonarâ, Magiſtratibus pergrege proficiſcentibus de publico dabatur; Item veſtes, vaſa, vehicula, mulus, tabernacula aliaque iſſiusmodi, quæ inſtrumenta locata fuiſſe, indicio eſt P. Ventidius, qui, ut A. Gellius *l.* 15. *c.* 4. ſcribit, vitium quæſivit comparandis mulis, & vehicula Magiſtratibus, qui ſortiti Provincias forent, præbenda publice conducit, ut poſte ἐφ᾽ ὁλοῖς & præbendum maneepa. Unde Cicero 4. *Verr.* „Majores noſtri neminem, qui cum poteſtate aut legatione in „Provinciam eſſet proſectus, tam amentem fore putarunt, ut „emeret argentum: dabatur enim de publico: aut veſtem, prębebatur enim Legibus: mancipium puxaverunt; quo & omnes utimur & non præbetur à Populo. Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi demortui in locum. V. quoque Livium, ubi ait, neminem ante L. Poſtumium Coſ. in itinere faciundo ullis unquam ſociis aut provincialibus, in ulla re, neri aut ſumtui ſuiſſe; quia Magiſtratus multis tabernaculis & omni alio inſtrumento militari fuerint ornati. *l.* 42. Poſtea Auguſtus, ſublata locatione publici, pecuniam ejus loco dari conſtituit, teſte Suetonio *in vit.* & Dione Caſſio *l.* 54. Itaque & Alexander Severus, ut tradit Capitolinus, Veterum exemplo, argento & neceſſariis, Magiſtratus, quos in provinciam mittebat, ſolebat inſtruere, ita ut Præſides provinciarũ acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, aureos centenos, Coquos ſingulos. Quanquam ex verbis Appii apud Ciceronem *Fam. l.* 5. conjici poſſe videatur, extremis iſtis temporibus, eos, qui legem Curiatam non habuiſſent, jem quidem militarem attingere potuiſſe, Vitio autem publico fraudatos fuiſſe, atque ita, ſuo ſumtu in provincias iviſſe, Joh. Roſinus *Antiqq Rom. l.* 8. c. 47. &c. Etiam peculium & facultates militum *Viaticum* ſignificare, patet ex Suetonio *in Julio, Ingreſſo civile bellum Centuriones: cuiq; Legionis ſingulos Equites* è *Viatico ſuo obtulerunt.* Et Horatio *l.* 2. *Epiſt.* 2.

——— *Luculli miles collecta* Viatica *multis*
Æruminis &c.

Sic Ulpianus *l.* 17. *D. de reb. cred. Si filius familiâs* Viaticum *ſuum mutuum dederit.* Quanquam ibi in propria ſignificatione: accipi videatur, cum additur, *cum ſtudiorum cauſa Romæ agere t.* Et *magnum Viaticum* F. Claudius *Annal. l.* 2. pro magna facultate & paratu magno poſuit, ſed A. Gellius *nove poſitum* & a d Græcorum imitationem. qui ἐφόδιον, à ſumtu viæ ad aliarum quoque rerum apparatus traduxerint, arguit *l.* 17. c. 2. Athen. hoſpites quoque, cum redirent ad ſuos Lares paratos, inter alia xenia *viatico* quoque fuiſſe inſtructos, diximus *hoſtica*. Apud vett. Chriſtianos ad facta translata vox eſt, & Sacramenta dua. Baptismus ac S. Cœna, ἐφόδια ſeu *Viatica*, quaſi vitæ (talis enim vita noſtra) *ſubſidia* vocata ſunt Hinc Baptiſmus, quòd ſolah fieri eſſet via ordinaria ad Chriſtianiſmum, ἐφόδιον paſſim appellatur & apud Greg. Naz. Baptiſta, Sacramentum adminiſtrans, ἐφόδιον, *Viatico inſtruere*, dicitur. V. quoque Baſilium *Hom. II. de S. Baptiſmo*, ac Baſilium nomen *Interp. Conc. Trin. Epiſc. Alex.* Ita Cœna Domini *Viaticum* dictum reſpectu vitæ hu usque quæ tui pie tranſigendam magnum inſtrumentum eſt, tum reſpectu mortis, quæ ad futuram vitam via eſt. *Can.* 1. Concilii Nicæni Ἐι τις ἐξοδίου, τὸ θειοτατον ἐφοδιον μὴ ἀπορρίπτοι. *Si quis decedat, Dominico viatico ne frauetetur.* Quo pacto indigitare Patres voluerunt, ex ordinatione Domini, utrumque Sacramentum ad ſalutem neceſſarium omnino eſſe. Quod cùm quidam eousq; extendere inciperent, ut damnari crederent, quotquot neque Baptiſmi, neque Cœnæ Dominicæ participes facti eſſent & mortuos baptizarent, & ſymbola Euchariſtiæ, panem ac vinum, in os illis inderent, damnata conſuetudo eſt *Can.* univerſalis Synodi Pentheſtæ 83. & Carthaginenſis apud Baſamonem 9. ubi is error pluribus deſcribitur. V. Iſaac. Calaubonum *Exercit.* 16. c. Baron. 9. 52. Hinc *Viaticum*, apud Appullejum *Metamorph. l.* 7. *Viaticum mihi corroſit*: qui voce, quod ad ſumtum pater mihi deſtinaverat, venire ubiano in *l.* 18 *in fin. ff. de jud.* Briſſonius ait. *Viator*, latè accipitur, apud A. Gellium 4. 12. c. 2. Quum Magiſtratus virgis quempiam verberari juſſiſſent, cura ejus & ma. nus ligari vinciriique ſolebant; isque qui ex collegio *Viatorum* officium ligandi haberet, Lictor appellatus eſt. Ubi, cùm Miniſtri Magiſtratibus eſſent Lictores, *Viatores* Accenſi, Scribæ, Statores, Præcones, in generali acceptione *Viatoris* vocabulum ſumitur. V. Lipſium *Elect. lib.* 1. c. 23. Proprie verò id hominum genus vox notavit, qui *à viis ad Senatum Patres accerſebant.* C. Plinius *Lib.* 2. Unde Feſtus, *Viatores*, inquit, appellantur, qui Magiſtratibus apparent; eo quia initio omnium tribunum, cùm agri in propinquo erant urbis, atque affidue hominesru ſticabantur, crebrior eorum opera erat in via, quàm in Urbe: quòd ex agris plerunque homines vocabantur à Magiſtratibus, & frequens eorum erat abagris in Urbem via. Quibus conſentit Columella *in præfat. l.* 1. Illis temporibus Proceres Civitatis in agris morabantur, & cùm conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur ad Senatum. Ex quo, qui eos vocabant, *Viatores* dicti ſunt. Brevius Cicero *Catone maj.* A villa in Senatum arceſſebantur Curius & cœteri ſenes; ex quo qui eos arceſſebant, *Viatores* ſunt nominati. Interim haud rarò cum *Viatoribus* Lictores confundi videmus, apud priſcos. Unde ad veterem huncin agris commorandi Procerum Magiſtratuumque morem alludens Claudianus *Panegyr. de Conſul.* Manlii Theodori, ait,

Atramen invitum blandæ voſſigat & ultro
Ambiſ honor, deeuit vultus à turpe profectus
Lictor, & in medio Conſul quæſtus arator ſit, &c.

Utebantur autem *Viatoribus* Conſules vocandi & nuntiandi causâ: ut & Prætores: quod vetus docet inſcriptio, qua Romæ viſitur in Campo Martio: *T. Staberio, Secundo, Cuæſtori. Argenta-*
rio.

vio. Viator. Consiliarius. & Praetorius, filii. & Claudiæ. Stratonis. uxori. Sic alter lapis ibid. in Foro Boario, *T. Statorius. Epigenes. Viator. Consiliaris. filii. & suis. Liberis. Libertabusq; posteriisque. eorum.* Tribuni item M. T. Livius *Dec. 1. lib. 2. Ardeas igitur ira Tribunus Viatorem mittit ad Consulem; Consul lictorem ad Tribunum* &c. Eorum, ficut & Præconum, Decuriæ erant, quæ à Coss. legebantur & mercede afficiebantur, uti teftis eft antiqua tabula, apud Car. Sigonium *Comment. de antiquo jure Civium Rom.* V. Jo. Rofinum *Antiqq. Romanas. lib. 7. cap. 24. cum Paralipom.* Thomæ Dempfteri. *Ædilibus Viatores*, non minùs ac prætatis Magiftratibus, fuiffe, Varro innuere videtur, cùm, *Ædiles, ait, ftipatores fervie publicis, non modò prehendi non poffunt, fed & ultro fummovere Populum.* Quæftoribus verò Lictores ac *Viatores*, negat Idem. Erant illi liberati ferviture, manuque miffi, antequam apparerent ac fervirent Magiftratibus; & licèt elves Romani non eflent, fed tantùm liberi, olim tamen pro parte bonorum dimidia, Teftamenti factionem habebant, Petrus Faber *lib. 11. Semeftr. cap. 24.* V. T. Popmam *de Operis Servorum*, ut & fupra, ubi pluribus egimus de Servis *Pub. lcis.* Alias Viator quemlibet itinerantem notat: quo fenfu Dempfterus cothurnis grandioribus, ut à luto defenderentur, *Viatores* non minùs ac Venatores, uti confuevifle docet, *ad Rofinum l. 9. c. 8.* Eorundem habitu Iiraelitas agnum Paichalem comedere olim juffos effe, accinctos viz. calceatos & baculis nitentes, legimus Exodi *c. 12. v. 10.* de quo ritu facro, pluribus agit Sam. Bochartus *Hierozoici parte prior. l. II. c. 50.* ubi non hinc folùm, fed & alia Scripturæ loca, quibus ad hujusmodi *Viatorum* habitum ritusque alluditur, erudite exponit. V. quoque hic paffim, ubi de *Baculo, Pera, Peregrinatione* &c. In fpecie Viator cognominatus eft, ob peregrinationes multifari s, Fridolinus, Scotorum & Hiberniæ Regis filius, qui Evangelio variàs per regiones annuntiato, obiit A.C. 514. magnâ nominis fui apud Helvetios, Glaronenfes inprimis, aliosque famâ relicta. V. Stumpfium *Chronico Helvet.* Similerum *de Rep. Helvetiorum*, Alios. Sed & *Viatores*, in Ecel. Rom. Fratres olei converfos, quòd, pro negotiis Monafteriorum, crebrò fe viæ, à Præfectis missi, committant, docet C. du Frefne *Gloffar.* ubi & *Viatorem* vocari parvum cyathum, vel cochlear quo *Viatores* olim ufi, addit ex Hefychio *Βιάτωρ, κυάθιον παιζὸν, ἢ μικρὸν κοχλιάριον.*

Vibia Polla, Matrona Romana, memoratur Jacobino *Append. cap. 10.* ubi de monumento ejus, quod *fibi & Conjugibus, Liberis Libertabusque Poffcriisque* comparavit, agit. Fuit id Romæ, in via Appia, ad D. Sebaftiani, in Tabernæ pavimentoque Achilles Statius habet & Fontejus *Comment. de prifca Civitatum gente l. 2. c. 18.* confpiciunturque in utroque fepulchri latere ftammæ insculptæ. Adeò enim exoptabant Vett. in fepulchris fuis ignem coruscare, ut, qui perpetuas lucernas habere non poterant, neque vulgaribus contenti erant, ii, ut poterant, perennem æmulantes flammam, in fepulchrorum lapidibus, ardentis ignis imaginem curarent infcripti. Unde & in Betuciæ Proculæ filiæ L. Betucii Proculi & Caffiæ Victricis monumento, quod Ravennæ in æde Johannis Apoftoli conditum eft, vas confpicitur affabre factum, è cujus apice flamma tenuiffimis lingulis afcendens emicat. V. Jo. Baptiftam Fonte. um Primonem *l. cit.* Fortun Licetum *de reconditis Antiquorum Lucernis l. 3. c. 3.* & fupra, ubi de *Lucernis.*

Vibia Succeffa, ancilla Liviæ Aug. cujus mentionem fervat Infcr. *Offa. Vibiæ. Succeffæ. Liviæ. Aug. Sr. ab. argento. potorii. item. à. veffe. L. Vibius* &c.

Vibius Veftulianus Aug. Galli Auguffi filius, memoratur in Infcr. Victori. V. *Gallus*, item *Volufianus.*

Vica Pota, Dea victoriæ præfes, à *vincendo & potefiate*, apud Liv. Ciceronem, Senecam.

De Vicaria, apud Recentiores, officium & dignitas *Vicarii*, ficut *Comitiva* Comitis, & *Magiftratia* dignitas Magiftri Officiorum, Salmafius *ad Spartianum in Geta & Treb. Pollionem in Gallienis.* Item diftrictus *Vicarii*, unde hodiecque Galliæ aliquot locis nomen. Dictus autem eft fequiori ævo *Vicarius*, qui *vice* Comitis aut alterius Judicis partes exequebatur in minoribus oppi, dis, pagisque, Gallis *Viguier*, in minoris viz. momenti cauffis, cùm graviores aut criminales cauffæ ad Comites fpectarent. Idem tribuna colligebant & exigebant in fuis diftrictibus: à quibus proin *Villicis* feu *Majores Villarum*, quorum illa potiffimùm hodie cura eft, originem traxiffe videntur. V. de illis plura apud Car. du Frefne *Gloffar.* & aliquid fupra in voce *Varius.* Olim verò *Vicarius* fervus apud Romanos erat, in majori familia, dictus eft, qui nimirum ordinario fervo fere in hoc Auctor enim Ulpianus eft *l. 17. ff. de pecul.* ordinarios fervos fub fe vicarios habuiffe, iisque velut Domi:nos fic imperaffe, ut *Vicarii* eflent cum fuis peculiis, in peculio ordinariorum: indeq; *Vicarios* nuncupatos effe *Peculiares*, refert idem *l. 3. §. miles. ff. de fuis & legit.* Hinc Scævola *l. 21. ff. de pecul. Si Stichus manumiffo*, inquit, *peculium legatum fit, & Titio fervo peculiari quantum peculio detractum erit, ab id quod domino debetur, tantum ei accedere, cui Vicarius legatus eft, Julianus ait.* Hujusmodi fervos *monetæ publicis, veftigalibus præpofuit*, apud Suetonium, Julius: qua re multorum offenfionem contraxit, cùm antea Triumviri Monetales curam monetæ gererent. Ubi *peculiares fervos*, Turnebus *Adverfar. l. 11. c. 27.* fervos Cæfaris intelligit; quomodo & Plaut. *in Prolog. Capteivor. Hicpoftquam hunc emit, dedit eum huic quato fuo peculiare.* Apud Ulpianum *v. l. 4. §. 3. ff. de his quinot. injam.* Pomponius fcribit, *eum, qui in fervitute procreatus mancipia proftituta habuit, infamia notari poft libertatem.* Fervis ordinariis loquens, *Vicaria* mancipia fua proftituentibus. Eadem ratione & *Vicarius Vicariorum* erat, uti iterum ex Ulpiano difcimus *l. 6. §. 3. ff. de pecul. legat.* & Cefto *l. 25 ff. de pecul. leg.* Atque hoc eft, quod Horatius ait *Sermon. l. 2.*

Sive Vicarius eft, qui fervo paret, ut nos
Veftter, ait, feu confervius. &c,

Erant autem inter vulgares feu *Vicarios* fervos Lectiarii, Cafparii, Librarii. Antecambulones, Curfores, Topiarii, Viridarii, Paftores, Saltuarii, Diætarii. Aquarii. Obfonatores, Structores, Vocatores, Piftores & Coci, numerandi, docente Tit. Popmâ *de Operis Servorum.* V. quoque Laurent. Pignorium *Comment. de Servis.* Poftmodum fub finpp. fic dictus eft Vir fpectabilis, Præfecti Prætorio *Vicarius*, qui ex mandato Principis in Diœcefin aliquam, multas habentem provincias, mittebatur, *tit. Cod. de offic Vicar.* Cujusmodi *Vicarii* in Oriente tres erant, Unus Diœcefeos Afianæ, qui provincias VIII. adminiftrabat, *Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Pifidiam, Phrygiam Pacatianam & Saltuarem*; Alter Ponticæ, cui fuberant provinciæ XI. *Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia Salutaris, Cappadocia utraque, Helleſpontus, Pontus Polemoniacus, Armenia I. & II.* Tertius Diœceleos Thraciarum, fub cujus Infpofitione erant, *Thracia, Hæmimontus, Rhodope, Mœſia & Scythia.* In Occidente verò unus *Vicarius* erat urbis Romæ, cui fuberant Confulares & Correctores *Italiæ*, Præfidesque, *Sardiniæ, Corficæ, Valeriæ.* Alter, ante Juftiniani temporà, *Vicarius Africæ*, cui fuberant Conſulares *Byzacii & Numidiæ*, Præfides item *Tripolitanæ & Mauritaniæ.* Tertius erat *Vicarius Hifpaniarum*, cui fuberant Conſulares *Baticæ, Lufitaniæ, Gallæciæ*; Præfides *Tarraconenſis, Carthaginenſis, Tingitaniæ & Inſ. Balearium.* Atque hæc ante Juftinianum: qui *Vicarios Afianæ & Pontice Diœcef.* abrogavit, & utrumque in unicæ provinciæ, *Galatiæ* fc. Pacatianæ, adminiftrationem, Africæ quoque *Vicariam* in propriam Præfecturam Prætoriam, commutavit. V. *Not. Imp.* Caffiodorum *Var. l. 4. Epift. ad Joannem Archiatr.* Biffonium, Alios. De *Vicariis Dncum Tribunorumque* alibi. In *Canonibus* Conciliorum *Vicarii*, Græcè Τοποτηρηταὶ, frequenter occurrunt, atque Legati Ecclefiarum Latinè exponuntur: ut docet Clariffimus Suicerus voce hac. Apud Eccleſiæ Romanæ Scriptores *Vicarii* dicuntur, qui *vice* agunt Parochi, de quibus eft titulus apud Gregorium IX. & in *Sexto.* Item *Beneficiati* quidam in Eccleſiis Cathedralibus qui majoribus Miſſis decantandis & officiis Eccleſiaſticis peragendis potiſſimùm addicti erant, in eoque *vices* Canonicorum peragebant, hinc *Canonici Vicarii* etiamnum *dicti.* Nec non, qui *vice* Monaſteriorum, aut Religioſorum virorum vel Eccleſiarum, domino feudali offerebantur, ut de præditis ab iis accivitatis, neque *emancipatis*, reſponderent &c. de quibus omnibus C. du Freſne ubi ſupra, qui etiam de tit. *Vicarii S. Petri & Apoſtolicæ Sedis*, in eadem Eccl. Pontificî Romano tribui ſolito; de tit. *Vicarii Sedis Apoſtolicæ*, qui alias *Legates Sedis Apoſtolicæ*, cui nempe Pontifex in Eccleſiis vel provinciis ſuas vices committit, cujusque dignitatis ſit formula extat, in *Epiſtolis* Gregorii M. Joannis VIII Sergii II. Aliquum : de *Vicario* tandem *Pontificis Spiritualibus Romæ*, cujus munus deſcribitur in Bulla Benedicti XII. ibidem nonnulla.

Vicarius Imperii, item *Vicarius Generalis Imperii*, nomen ac titulus illis tribui ſolitus, quos Imperatores ac Reges Romani, cùm ipſi per ſe negotiis Imperii ſufficere non poſſent, ex Auſæ ſuæ Proceribus conſtituebant, qui ſub dignitate *Comitis Palatini* vices Imperatorias agerent, & ſupremo jure cauſas dijudicarent: cujusmodi munus primitus cum perſona, quæ ei præficiebatur, expirabat. Item, quos Imperator extra provinciam diſcedens, in Reip. adminiſtratione ſibi ſubſtituebat; quemadmodum Otto M. in Italiam proficiſcens *Vicarium* ordinavit Hermannum Brunſuicenſem, qui, ſe abſente, Imperii curam gereret: Friderico I. filios ſuos Henricum R. & Philippum Sueviæ D. Alii alios, de quibus videre eſt Cæſarium Heiſterbacenſem *l. 1.* Goldaſtum *Tom. I. pag. 381.* cœterosque *Rerum Germ. Scriptores.* Quæ dignitas hæreditaria poſtmodum facta, & non ſolèm ab ſeribus Imperatoribus, ſed & iis mortuis, Intervegni tempore, à *Vicariis Imperii* exerceri ſolita eſt. Ita etiam in *Conſuetudo* Ruperti Imperat. *de Jure Comitatus Rheni fuiſſe & eſſe, cùm Romanus Imperator vel Rex ultra montes in Italiam progreſſus fuerit, in ipſius abſentia*, Vicariatum Imperii *in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe & pertinere*, apud Goldaſtum *d. l.* De quo eadem Comitis Palatini jure, ut & de *Vicariatu Imperii*, ad eum in partibus Rheni & Sueviæ, quæ ipſe Franconico jure utuntur, ac Ducem Saxoniæ in partibus Saxonico juri ſubjectis, durante Interregno, ſpectante, pluribus agit Gevvoldus *Tractatu de Septem vicariis Imperiali cap. 11.* V Victordius *Tractatu Gallico de Electione Imperatoris cap. 12.*

Alii. Sed & *Vicarii Generales Imperii* nuncupati, quibus Imperator, in certis districtibus, *Vicariatum* Imperatoriæ potestatis dignitatisque committit, seu ad vitam, seu ad liberos masculos transmittendum. Quod quidem maxime fieri consuevit in Italia & Gallia, quo ratius mandanda *Vicariatum* hujusmodi habes apud Petrum de Vineis 1. 3. *Epist.* 79 15. & 1. apud Goldastum *Constitut. Imperial. Tom. I. pag.* 395. 396. & plura hanc in rem apud C. du Fresne *Glossario*, inprimis vero apud Enu. leatorem Limnæi 1. 2. c. 11. ubi is inter alia: Sirem peritius intuemur, *Vicariatus Imperiales* sunt tres I. Imperii Romani propriæ dicti, id est, in urbem Romam, Papam & Patrimonium D. Petri, qui hodie per vigilias Papæ dormit, & per somnium, tantum apparet. 2. Regni Longobardici five Italici, qui nomen Etidis inter Mantuanum & Sabaudum est. 3 Regni Germanici, qui adhuc hodie viget & c. De *Vicariis* Regum Anglorum, V. voce *Justitia*.

Vicinagi, appellati Dani *Iserum Angl.* Scriptoribus, quasi *pirate*, quos *Buinger* Dani hodieque vocant. V. Olaum VVormium *ad Monum. Frisiadenſe*.

Vicecomes, addes: Seriem & flemmata *Vicecomitum*, à Regibus Angliæ creatorum, exhibent Rudulphus Brooke, Vincentius Rubricius, Yorkus, aliique Feciales Anglici.

Vicedominus, adde: Apud alias quoque gentes, *Vicedominus*, qui *vice* aut locum *domini* obtinet, *ἀντικυρος*, in verſione Gr. Concilii Lateran. IV. *can.* 45. Villicus, Major Domus, Vicarius, juxta veterem notionem. Namque apud Romanos, in Domini locum, notante Columella l. 12. *in prine.* Villicus ſucceſſit, ideoque *Vicedominus* quoque aliquando dictus eſt, in *Act. SS. Nerei & Achillei*: *Victorinus ſoci Vicedominum, vicinianum ex paralyſi demonium, precibus ſanavit.* Familia namque tuteland inquit Appulejus, *Metam.* l. 8. Villico permittebat Dominus, iisque rationes & dominicam pecuniam cuſtodiebat: *Epitropus* Latinis Græciſſantibus, Varroni *Agriculturæ Primo*: dictus, ut infrà videbitur, in voce *Villicus*. In *Chron.* Ertordiense, *Epiſcopus ad num Imperatoris*, *Lucio* vicum *Vicedominum*, id eſt, *Victorian per totam Thüringiam fecit*, A. C. 1015. Apud Adamum Bremenſem, *Vicecomitatum* dicitur poſſidere is, qui poſt Principem in Regno rerum ſummam obtinet, qualis Odo Epiſc. Bajocenſis & Com. Cantiæ, quem *Vicecomitum omnes Angliæ*, ſub V Vilhelmo Notho fuiſſe, ſcribit VVilh. Malmesburienſis. Alias in Anglia *Vicedominus* idem cum *Vicecomite*, uti docet Seldenus *de Titulis Honor. Parte* 2. c. 5. §. 20. Sed & *Vicedominus*, dictus quondam Maſſilienſis Judex, qui ſub Patricio provinciæ jus dicebat, ſic ut ab eo ad Patricium provocatio eſſet, Guelnajus *Annal. Maſſil.* A. C. 768. &c. Hæc inprimis in Eccl. Latina vox, ubi *Vicedomini Eccleſiarum*, aut *Epiſcoporum*, idem qui Theophani & Scriptoribus Græcis *Οἰκονόμοι*, ad id inſtituti erant, ut eſſent qui rerum temporalium ad Eccleſias pertinentium curam gererent, dum Epiſcopi, quorum vices agebant, & à quibus inſtituti erant, rebus ſpiritualibus & divino officio vacabant. Neque verò Epiſcopis ſolùm, ſed & Abbatibus, ac Abbatiſſis, tales habere licebat. Et quidem, uti Advocati, ſic & *Vicedomini* (qui aliàs diverſi, nonnunquam idem erant ex Laico, ut ajunt, ordine, ſumebantur, inprimis à quo Fralati ac Epiſcopi rationes *Regalium* ſuorum, vel bellis, vel aliis, ſua præſilis Regi intereſſe, vel bona ſua bello proprio tuari compulſi ſunt. Tum enim Viros nobiles in ſui tutelam aſſcripierunt, qui eorum vices vaſſallos Eccleſiæ in acim educerent, juſtitiamque iis præterea adminiſtrarent: quos ut haberent promtiores, bonorum Eccleſiaſticorum partem aliquam eis in beneficium concedebant ultro, ut reliquorum, ex feudorum lege, patroni eſſent ac defenſores, ſi ab hoſtibus iuſis impeterentur. Iidem, præter alia munia ab Epiſcopis iis injuncta ſolita, curabant, ut, morientibus Epiſcopis, res ab iis relictæ in tuto eſſent, neque domus eorum expilaretur, uti ſuperiori ætate factum, quâ mos invaluerat, ut ſtatim atque deceſſerant, domus eorum invadeꝛenturresque ab iis quondam poſſeſſæ diriperentur, quod Epiſcopis quoque Romanis contigiſſe, liquet ex Actis Synodi Rom. ſub Johanne IX. An. 904. *can.* 12. ubi id prohibetur, & plurimis videre eſt, apud Lud. Thomaſinum *de Diſc. Eccleſiaꝛca Dignit. Eccleſ. Part. III. 4. capp.* 25, & 26. Sumiꝛeratautem ſibi id juris in Epiſcoporum decedentium bona ipſi Principes, quod poſtmodum uitro Eccleſiis ceſſere, uti aliquot exemplis docet C. du Freſne *Gloſſar.* &c. Sed & *Vicedominum* Pontifex k. ex ordine Cleri & aliquando ex Epiſcopali conſtituebat olim, cui Epiſcopii vel Palatii Lateranenſis cura & adminiſtratio committebatur, in gubernanda domo, hoſpitibus excipiendis & domeſticorum cauſis cognoſcendis. In Pontificem equitantem comitari ſolebat, una cum Veſtiario, Nomenclatore atque Sacellario, ut eſt in *Ord.* Romano habebatque ædes ſuas in Palatio Lateranenſi, quas *Vicedominium* appellat Anaſtatius Bibl. *in Stephano* IV. ut alia omittam, de quibus præfatus *Gloſſarii* Auctor videri poterit, qui, inter alia, Eccleſias, quæ *Vicedominorum* appellatione Tutores ac Advocatos habuerint, thus fuiſſe obiter adnotat: An hisanenſem Belvacenſem, in Gallia, Cameracenſem, in Belgio, Carnotenſem, in Gallia, Cumarum, in Italia, Gebennenſem, Laudunenſem, in Gallia, Lincolnienſem, in Anglia, Lucenſem, in Italia, ut & Parmenſem, Ravennenſem ibidem, Remenſem, Rothomagenſem, Silvanectenſem, in Gallia, & Tarvanenſem, in Belgio. V. quoque ſuprà, ubi de Eccleſiarum *Advocatis*.

Vicennalia, ſeu *Vicennales Ludi*, dicebantur apud Romanos, qui *vicefimo* quoque Imperii anno exhibebantur; Eorum mentionit Euſebius *de vita Conſtantini M.* l. 4. V. infrà, voce *Vota*. Etiam in funeribus *Vicennalia* celebrata fuiſſe, docet Roſinus l. 5. *c.* 11. Cùm nonnulli eſſent, qui ſuorum vel propinquorum vel amicorum deſiderium minus ferre poſſent, tertium, ſeptimum, nonum, & quidam Vicefimum, trigeſimum & quadrageſimum non ſine quadam numeroꝛum religione, dies, defunctoꝛum Manibus & memoriæ ſtatuebant: Unde Parentationes, Feralia, Novendialia, Decennalia, Vicennalia, Tricennalia &c. orgi; nem traxerunt, quæ omnia tum lacte & vino, tum ferrit & ſiꝺ ribus, tum aliis rebus ab Antiquis celebrata ſunt. Ubi *Vicennalia*, non vigeſimo quoque anno, ſed vigeſimo die, honori defunctoꝛum data eſſe videmus &c.

Vicepoſa, Dea apud Romanos, quæ fuerit, incertum. Apud Livium, ubi de demolitione ædium Valerii Poplicolæ agitur, ſic legitur in vulgatis, l. 2. *Delata conſilium maueria infra Velias, & ubi nunc Vicus ſit publicus, domus in infima clivi acclivata, ubi rivus publicus*, legit B. Rhenanus, ex codice veteri, ubi nunc *Vica* pœæ eſt, illudque in *Vriplatæ* commutandum cenſet Carolus Sigonius legit, *ubi nunc Vicus publicus eſt* : quemadmodum & apud Plutarchum in *Popl.* vertit Xylander, *Ubi nunc templum eſt & Vicus publicus dicitur*.] Lipſius *Epiſt. queſt.* l. 2. *Epiſt.* 11. legendum apud Livium arbitratur, *ubi nunc Vicepoſæ eſt Templum*, & ſic Plutarchum etiam emendandum: Iſpe autem, quæ aut Varialis ea Dea fuerit, profitetur ſe ignorare. V. Johannem Rofinum *Antiqy. Romanoꝛum* l. 2. c. 21. & ſuprà *Vica Poſa*.

Vices, apud Papinium Statium *Thebaid. lib.* 12. *verſu* 353. ubi de Antigone,

— *illam nam tempore in omni*
Attendunt vigiles, & Rex jubet ipſe timeri,
Contraclaq; vices, & crebrior excubus ignis:

viciſſitudines ſunt excubantium Vigilum, quos plures hic conſtitutos ait ut contrahereꝛur ſpatia temporis & diligentius vigilareꝛur. V. de *Vitione Vigilum* Viros doctos, qui *Militiæ per* Commentariis illuſtrarunt, ut & hic aliquid, ubi de *Excubiis*, ac *Vigiliis*. Sed & in Eccleſia V.T. munia omnia ſacra per *vices* obita, uti videre eſt ſuprà, voce *Ephemeruta &c.*

Viceſima Hæreditatum, Ærario apud Romanos, illata eſt. Cum enim duplex apud eos eſſet Ærarium, unum Largitionum ſeu rerum privatarum Auguſti ac Augultæ; Alterum Largitionum ſacrarum ſeu Theſaurorum publicorum, quod communem Reip. cenſum & ordinaria tributa continebat, in Ædis Saturni exteriore Fano reconditi ſolitum erat quoque Ærarium ſanctius, quod ad ultimos Reip. laborantis caſus, *aurum Viceſimarium* celans, in penitiori præfatæ Ædis receſſu, ſervabatur, Ita enim T. Livius *Dec* 3. *lib* 7. Cœtera expedientibus, quæ ad bellum erant, Conſulibus, aurum Viceſimarium, quod in ſanctiori Ærario ad ultimos casus ſervaretur, promi placuit. Et Cicero *lib* 7. *ad Atticum Epiſt.* 20. Attulit mandata ad Conſules, ut Romam venirent, pecuniam de ſanctiore Ærario proferrent. Huc itaque *Viceſima* hæreditatum quas exteri cernerent, collata est, Liv. l. 7. quemadmodum Centeſima rerum venalium & auctionum Ærario communi inferebatur. Hinc *Lex Viceſimæ hæreditatum*, apud Æmilium Macrum, cujus de ea libri ſæpe in libris Legum advocantur, ut l. 13. *de tranſactionibus*, l. 32. *de R. Iudicis*, *alibiq.* Ubi licet *Legem viceſimam* appellent magiſtri Jurecoſi, Cujacius & Ant. Auguſtinus, hicque quod mirum, ut legem Valeriam. Vatinianam, Velleiam, Voconiam, licetiam legem *Viceſimam* ſubjiciat; monet tamen Gronovius, nullam fuiſſe *legem Viceſimam*, ſed *Viceſima hæreditatum* : ut *Lex Cornelia* dicitur, & *Leges publiti cujusque*, Tacito *lib* 13. Eam *de Viceſima hæreditatum* vocat Capitolinus *Marco* &c. Eorum verò, qui manu mitterentur, *Viceſima*, Patronis ſolebat dependi. V. Joh. Frideric. Gronovium *de Pecunia vet. l.* 3. *c.* 13. & l. 4. *c.* 5. ubi Publicanos, ex agris hæreditatis, qui Plinio Jun. circa Larium venerant, Corellius per Hermam Libertum non expectatâ auctione cum cohæreditibus, vendidit, *Viceſimam* exigentes, non ex liberalitate Plinii, ſed ex rei pretio agros æſtimaſſe, rubit et Plinio *lib.* 7. *Epiſt.* 11. Quiautem curabat Viceſimam, *Procurator ad Viceſimam*, *Procurator à Viceſima*, & *Procurator Viceſimæ*, dicebatur. Ad quod officium mulionem, alioſque è vilisſima plebe, promoviſſe Heliogabalus legitur, apud Lampridium. Ad viceſimam hæreditatum mulionem curare juſſit, juſſit & curſorem, juſſit & cocum, & plaußrarium artificem. De[1] *Viceſima*

Victima Frustum, Domino Feudi competente, medio ævo, V. C. du Fresne, voce *Vinenum*. Sed & *Victima*, tertia Quadragesimæ hebdomas dicitur, in Ecclesia Rom. ut videre est apud Dominic. Macrum *Hierolexico*. De *Victimatione Legionis*, dictum supra.

Vicomagistri, *Vicorum Magistri*, ab Augusto instituti sunt qui, cum Urbem in XIV. Regiones, 424 vicos, divisiller, per singulas earum duos Curatores, & duos Denuntiatores, creavit. E quibus illorum munus erat, procurare apud Principem commoda omnigena, decorem & elegantiam viarum & *Vicorum* Urbis, nec privata, novorum ædificiorum structura, interrumperentur, providere aliaque hujusmodi facere. Horum vero, quidquid Regioni tam publicè, quàm privatim accideret, denuntiare. Præterea *Magistros Vicorum* quatuor per Vicos singulos creari jussit, ut illos tuerentur: de quibus, quòd, licet de Magistratibus non essent, prætextati tamen toties fuerint quoties Comparitiones facere, in Deorum Larium honorem, scribit Asconius *in Pisonianam*. Mentio eorum frequens, apud Sext. Rufum & P. Victorem *ubi de IV. Urbis regg.* De iisdem Suetonius *Augusto* c. 30. *Spatium*, inquit, *Urbis in regiones, vicosq; divisit instituitq; , ut illas annui Magistratus sortiti tuerentur: hos Magistri à Plebe cujusq; vicinia electi*. Ubi per *annuos Magistratus*, Regionum Curatores & Denuntiatores: per *Magistros* autem *à Plebe, Vicomagistros* seu *Vicorum* Magistros intelligit. Joh. Rosinus *Antiqq. Rom. l. 7. c. 35.* Et quidem regiones, *μέρη* Græcis, item *κλίσεις* & *ὄχλους*, inde *ἐφεστῶτας* & *ἐφεστῶσας*, *Vico-Magister* dictus est. His legatis separatim Tiberium legimus, apud Suetonium *in eo sub fin. Deuis & legatis plerisq; ; inter quos virginibus Vestalibus accitis illis universis, plebiq; Romanæ virilim, atq; etiam separatim Vicorum Magistris*. Quod non sic capiendum, quasi id in propriam Vicomagistrorum utilitatem cessisset, sed tantundem valet, ac si Tribubus scriptum esset. Administratores enim & divisores iis iisumodi largitionum *Vicomagistros* fuisse. Aconius alicubi indicat, probatque ex Plauto: ut in quos pleraque vett. Curiarum Magistrorum munera fuere translata. v. Casaubonum ad *Augustum Suetonii cap. xli.* ut & infrà voce *Vicus*.

Villa, Dea *Victus*, apud Romanos, de qua V. Salmasium *ad Solinum p.* 414.

Victima, Isidoro sacrificium propriè erat, quod poſt *victoriam*, superatis hostibus, Diis offerebatur, hinc ut videtur dicta: an quòd *vi ictus* caderet percussa; an quòd *vincta* ad aram staret? Nonnunquam cum Hostia confunditur. Namq; Ovidio vetite:

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Sunt tamen, qui *Victimas* majora sacrificia, quàm Hostias, fuisse contendant. Quorum quidquid sit, certum est, ab Hebræorum, DEO victimas, fuisti Messiæ mortem ac beneficia præfigurantes, offerendi ritu sacro, Gentes mactandi quoque Diis suis *Victimas* usitatum utcunque hauſisse. Quemadmodum inter alia plurima, & Saturni diem, præsà Judæos imitandi affectatione, otio & victui eidem destinabant, cùm tamen mores eorum atque causas ignorarent. Unde *Eximius exorbitasse Judaicis moribus*, quos tamen usurpare videbantur, optimè dixit Tertullianus *apologet. cap. 16.* Et quidem apud Athenienſes vetus Triptolemi institutum, temporis injuria collapſum, restituit Draco, jubens iatà Lege: *Τυπᾶν τοὺς τῷ βοῦν ἱερεύσαντα ἢ τράγον ἐκτεμόντας ἀγροῦ τὰ κυήσαντα ἱερεῖα, εἰδὼς τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀδικήσαντα ἢ ἀπαγορεύσαντα τὸν τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς, καὶ τὰς ἱερὰς τῶν προγόνων νενομισμένας θυσίας, ἢ ἐπιτρέψαντα τὸν ἀδικοῦντα ἢ συγχωρήσαντα τοῖς ἀδικοῦσιν*, *Venerari Deos & Heroas patrios atq; indigenas publicè, secundùm patrias sanctiones, privatim verò bonis verbis, frugiferâ primitiis, ſtibis annuis, pro facultatum modulo*. Quæ libra ex frugum primitiis fiebant. At poſt Draconem, non diu obtinuit ſimplex illa adeoque parabilis Deos venerandi hæc ratio: nam ante Solonem jam *Victimas* Diis maclarunt, quarum prettium Legibus ac limavit Solon, ut eſt apud Plutarchum *in eo*. Inter alia Legum illarum reperimus: *Ὅσα θύεται τῷ δήμῳ, τὰ, καὶ πρόβατα, καὶ τὰς ἀγέλας, καὶ τὰ ἄλλα ἱερεῖα, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀγέτω ὁ βουλόμενος, ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ ἐν τῷ ἄστει, ἢ ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἢ ἐν τῷ ἀστυγείτονι, ἢ ἐν τῷ ἐπὶ θαλάττῃ, ἢ ἐν τῷ ἐπὶ τῇ ἠπείρῳ, ἢ ἐν τῷ ἐπὶ τῇ νήσῳ, ἢ ἐν τῷ ἐπὶ τῇ ἠπείρῳ, ἢ ἐν τῷ ἐπὶ τῇ νήσῳ*, *Quæ Populo sacrificantur, ea, & pecudes & greges, ex foro, ex urbe, ex vicinia, ex portu, ex insula, ex continente, ex mediterraneis, ad aram ſtugulatitem exemplo ſuo Solonem præcivit Epimenides. Athenienſesque eidem aſſuefecit, quemadmodum idem Plutarchus de Epimenide docet. Majus tamen, eodem Solone auctore, in ſextodecimo Axone, *existimarum Hostiarum* pretium, quanquam & hoc vile nimis, ſi ad ſequentia temporis, quibus ſtudiosis inſtitutum proculdubio mutavit, attendas. V. Sam. Petitum Comm. in *L. Atticas Tab. l. tit. 1.* Antiquitus autem Deo unicuique terræ arvipendia dedicabant, vel dividebant, quorum è locationibus proveniebant impenſæ, quæ poſtea in ſacrificia publice fiebant: non enim *κατ' ἰδίαν Victimas* mactabant, ſed *μισθώσεσι*, Hoc. *Areopag.* V. quoque Harpocrationem: Atq; ſumtus hos faciebant majores, quàm Legibus cautum, prout majores erant *τῶν μισθώσεων* proventus. Omnes verò Hoſtiæ *Victimæ*, nullo membro captæ, nullo mutilæ, eſſe debebant; cujusmodi *ἀρῶν* in Axonibus *ἀράς* dixit Solon, teſte Pollace *l. 8. cap. 1.* & *Victimarium* nonnihil, qui ſacra feceram, domum reportabant, è Lege: *Τὸν τὰ θυτικὰ ἱερὰ, ὅσα μὴ ἐντὸς θυσίας οἰκίσεις.* Idque fiebat bonæ fœcave gratiâ, unde *ὑγιεινὸν* nomen invenit, ut Heſychius in hac voce docet. Reliqua, nempe pelles & *κωλᾶ*, Sacerdotibus cedebant, juxta Legem, *τὰ κατλειπόμενα τῶν θυτικῶν ἱερῶν πάντα*

Cæteri, V. Scholiaſtem Ariſtophanis *ad Veſpas*. & Petitum præfatum *ubi ſupra*. Apud Romanos ſimpliciora ſimiliter antiquitus ſacra erant, & *imminuis aram ſi tetigit manus, non ſumtuoſa blandior hoſtia, Mollivit aversos Penates Farre pio & ſaliente mica*: Poſtea, *tentare multa cœpit bidentium Deus placuit, Et quæ nivalem paſta per Algidum Devota, quercus inter & ilices: Aut crevit Albanis in herbis Victima, Pontificum ſecures Cruore tinxit*, Horat. *l. 3. Od. 23.* Ratio ſacrificandi hæc: Aliquot diebus, antequam *Victima* offerretur, Sacerdos totum corpus, manus inprimis pedesque, aquâ abluebat; atque ab uxore abſtinens, certa quæq; ciborum genera non attingebat: Dein, cùm in Templum pergeret, Ædituus vel Sacrorum alſquis famulus, ipſum præcedens, cum virga in manu *Commeniaculum* dicta, Populum his vocibus affabatur, *Hoc age*; ritu à Græcis, ut videtur, mutato, apud quos, paulo ante sacrum peragendum, Sacerdos Populum circumſtantem interrogabat, *Τίς ὁ θεὸς*? reſpondente illo, *Πολλοὶ καὶ ἀγαθοί*. Sic *Victima* ad aram adducta, imo citra aram ductâ, quem ritum obſervavit Aloyſius Novarinus *Electorum Sacrorum lib. 2. cap. 17.* ſtans Sacerdos manu aram prehendebat, & preces fundebat, à Jano & Veſta, precationis initio facto, & Jove Opt. M. omnibusque Diis cæteris pariter advocatis. Ac ne quid verborum præteriret, aut præpoſterè recitaret, de ſcripto præire aliquem mutusque cuſtodem dari, qui attenderet ſedulò: alium, qui ſacra fieri linguis juberet, & Tibicinem canere, ne quid inſuſtum exaudiretur, oporteba. Quibus peractis ſacrum ab immolatione Sacerdos inchoans, ſtuges aut molam ſalſam in caput *Victimæ* deponebat. Dein Haruſpex vinum cum thure adſpergebat, poſtquam ſimpuvio ligneo aut ſictili admodum parvo & ipſe leviter delibaſſet, & adſtantibus guſtandum dereliſſet: Media autem inter corona reliquum fundebat, clamante aliquo clara voce, *Mactà ſit hoſtia*, id eſt, *magis auctà*: quibus peractis mactabatur *Victima*, hoc modo. Sacerdos ſetas inter cornua ejus manu evulſas, tanquam primas libationis, projiciebat in ignem, converſusque ad Ortum, obſtipo in cultrum à fronte ad caudam ducebat; *Victimam* poſtea Diis exhibitam & dedicatam, *Victimarius* jugulandam tradebat; reſi quis, partim admotis vaſculis emanantem cruorem excipientibus, partim vicissim amota excoriantibus, partim ignem accendentibus. Mox, ubi perpurgata erat, Haruſpex, Flamen, aut Sacerdos cultro ferreo (*ſed de ſcriptis*) viſcera rimabatur, attenteque explorabat, an perfectum foret: non autem manu leviori contrectare viſcera, ne quâ oſtenſâ pollutis ſacris intercederet. Inſpecta tandem & exquiſitis ſingulis, ex omni viſcere & membro Mi niſtri (*Popæ* ſeu *Victimarii*) partes certas deciſas farinâ farris inv olvebant, & in calathis (proprie *diſci* ſeu *lances*) ſacrificanti exhibebant, quas Sacerdos aris impoſitas, focolo incenſo, combu rebat, ſicq; *reddens ac litans* dicebatur: Eum verò ignem ex olea, lauru aut myrteu corticis craſſioris ant cujus caudex cavus fungoſusque eſſet, accendere erat neſas Ubi, quod Diistributum erat, conflagraſſet, ad epulas ipſi & convivia vertebantur, atq; iter veſcendum Diis laudes canebant, pedibusque circum aras complodentes ad numeros pſallebant, & puſtatis ſymbali choreas agebant, ne ulla eorporis pars eſſet, quæ Religionem non ſentiret. Non autem licebat, niſi ceremonis, de quibus dictum, rite peractis, de *Victima* comedere: unde in ſuſonem Provcrbio dictum, *Extra non immolata devorat*. Quod iterum ab Iſraelitis mutuò ſumtum: apud quos *de Victima comeſta*, inter ritus ſacros Vet. Teſtamenti, memoratur paſſim. Et quidem Sacri dotibus Iſraeliticarum, peracto ſacrificio, de victimarum carnibus epulari non fas ſolum, ſed & manducatio hæc ſacrificii pars & appendix erat, utpote quod rite factum cenſeri non poterat, niſi Sacerdos de partibus illius guſtaſſet. Quod tum in Euchariſticis, tum in Expiatoriis locum habuit, Levit. *capp. 6. & 7.* Ratio, quòd *Sacerdotis ſerva debebat peccatum emus*, atque ipſe alqueo modo pro eo victima fieri: quod tum fieri cenſebatur, cùm partes victimæ delibabat, ac in propriam ſubſtantiam convertebat. Quæ egregia Chriſti, Sacerdotis pariter & *Victimæ* noſtræ, repræſentatio erat. Præter Sacerdotem, manducabat de *victimarum carnibus* populus quoque: quod in Euchariſticis tantùm locum habuit. Hæc enim fundamentalis Sacrificiorum lex erat, neminem de piaculari victima prote ſe oblata participare poſſe; ut idem ſimul ipſi & piamentum & cibus eſſet. Unde nec ipſi Sacerdoti, qui de victimis pro populo oblatis epulabatur, in proprio ſacrificio, aut in ſacrificio pro toto cœtu, hoc licuit, Levit. *cap. 4. verſ. 3. & ſeqq.* licèt caro illa non modo res ſanctæ eſſet, ſed & Legis inſtituto peccatorem quoque ſanctificaret. Nempe aliam tum victimam, aliaſque epulas, quæ animam verè nutrire poſſent, expectare debebat. Sicut non ob aliam rationem quoque ſanguinis, ut rei ſacræ, eſus tum vetitus fuit, Leviticì *cap. 17. verſ. 11, 12.* Unde mandcationis, quæ ſub Novo Teſt. inſtituta eſt, in S. Euchariſtia præſtantia patefcit: quam pluribus perſequitur Franc. Burmannus *Synopſi Theol. Chriſt. Parte poſter. Lib. VII. cap. 12. §. 10, 11, 12.* V. quoque ſupra, ubi de *Idololythis*, & plura hanc in rem, apud Homerum *Iliad. 9.* cum *Comm.* Euſtathii, Thom. Godvvynum *tr. Angl.* cui tit. *Anthologia Rom. lib. 2. ſect. 2. cap. 19.* Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 1ult. cum*

Parælipomenis Thomæ Dempsteri, Casp. Barthium *Animadversionibus Papinii. ad Thebaid. 4. versu 465. & seqq.* Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. l. II. c. 33.* Alios, nec non hic paſſim, ubi de *Victimis*, *Sacrificiis*, & in ſpecie, de *Imprecationibus*, *Exoriationibus*, *Diſſectione victimæ*, cæterisque ritibus Sacrificalibus ſigillatim. Addam ſatem, uti victimarum mactandarum rationem ab Hebræis mutuò ſumſiſſe Gentiles ſuprà diximus, ſic *Victimæ* apud utrosq; eædem communiter erant, boves nempe, oves & capræ: licèt alias quoque victimas immolaverint, putà Soli equos, Marti lupos, Priapo aſinos, Dianæ cervas, Cereri ſues, Hecatique canes. Sed & ritus non paucos ab iisdem didicerunt, ſicuti de tempet quos celebrit, manus super caput victimæ impoſitio, vel ab differente, vel à Sacerdote facta, in ſacrificiis omne genus, tam pacificis, quàm expiatoriis. Cui ſimile quid de Ægyptiis narrat Herodotus *l. 2. c. 39.* ubi per universam Ægyptum exercatos eſſe capita victimarum, in hæc verba, εἰσι μέντοι ἐν πάσῃ τοίσι θύσι, ἡ λίγωτε τὸ οἱ κεφαλὴ γένηται, ἐκ τοιῶνδε τινῶν τρωπίσιν, ὡς ἢ ἐμοὶ μαλὰ ἐν τοῖσι ἐπιτυμβίοισι λόγοισι, ἀπὸ τοῦ Ἀιγύπτου ἡμῖν ἐν τῷ κατὰ τὸ ἱρὸν τοῦ Διὸς ἱδρυμένῳ ἐστὶ ἀνδριάς, ἐξ ὅτου ἐγὼ ἐγενόμην ἐπὶ χρόνον πολλὸν ἐπιδημήσας ἐν τῇ Διοσπόλι τῇ μεγάλῃ. Quo facto, ſi perfectam & ab omni vitio immunem repererat, eam notabat pybio cornibus alligato, & applicita terra ſigillari cum annulo ad impreſſo. Aliàs n. ἀσφράγιστον pecudem immolare grande ; efas ; teſte eodem ubi ſuprà *cap. 42.* Quod verò de ſuibus dictum, Ægyptios Barbari circa montem Cauciaſum & Derbices, gens Peſſica, ſeculi ſint. Apud Romanos verò, ubi uter qui ſexus factis idoneus habitus, in omnibus tamen facris hic minæ potiores erant. Itaque ſi per marem litari non poterat, ſemina ſuccidanea dabatur, non viciſſim, qua de re V. plura à pud Alex. ab Alexandro *Genialium Dier. l. 3. c. 12.* Nec omitten ſi, *victimas coronandi*, quod cupreſſu plerunque, aliàs fronde e uique Deo propriâ fiebat: illarumque *cornua deaurandi*, cele bres ritus, de quo utroque pluribus agit Car. Pachalius *Coron trum l. 4. cap. 16. & 17.* &c. De *victimis humanis*, quarum auctor Lycaon perhibetur, alibi.

Victimæ ſue ſingulis Divis peculiares.

α. Æſculapio, gallis & gallinis litabatur. *β.* Albæ victimæ Diis Superis mactabantur: ſic & Triumphantis *Victima* taurus candidus fuit, in Capitolio Jovi offerendus. *γ.* Apollini, quæ *Victima* ceciderit, V. infrà *Neptunus. δ.* Cereri, primùm lacte, vino & favis ; poſtmodum porcâ litatum eſt. *ε.* Cybeli, itidem porcâ. V. quoque in voce *Taurobolium. ζ.* Dianæ, cervam ; at in Tauris, & Virginem *Victimam* popoſcit. *η.* Fauno, agna vel hœdus, oblati. *θ.* Fauſtæ habitæ ſunt *Victimæ*, cum nec diræ inter ſacra, obſtrepèrent ; nec precatio erraſſet ; neque viſceram quidquam aut planè abeſſet, aut non ſuo loco poſitum deprehenderetur &c. *ι.* Heroibus, tauro, capro & ariete, factum eſt. *κ.* Infauſtæ *Victimæ* quæ fuerint, V. hic ſuprà, in voce *Fauſtæ. λ.* Inferis, nigræ & pares mactabantur. *μ.* Jovi Elamini, bove candido : Prodigiali, thure & moli ſalsâ litabatur. *ν.* Junonâ agna : *ξ.* Lanibus gallus offerebatur. *ο.* Libero Patri mellis & vino & lacte, interdum caprâ & hirco, fiebat. *π.* Lunæ taurus cædebatur. *ρ.* Marti & Soli, equus, *ϒ.* quoque infrà *Neptunus. τ.* Minervæ & Pani, caprâ. *τ.* Neptuno, Apollini & Marti, tauro, verre & ariete litabatur. *υ.* Nigræ hoſtiæ, Inferorum erant. *φ.* Pani & Minervæ, capra mactabatur. *χ.* Soli & Marti, equus. *ψ.* Superis, albæ & impares *Victimæ* deputatæ erant. *ω.* Sylvano, porca cædebatur. *α α.* Triumphans, candidum taurum, in Capitolio ſolebat ſacrificare. *β β.* Veneri, columbâ litatum eſt &c. V. quinque Deum ſuo loco ; item ubi de *Precidaneis* victimis actum eſt, & plura de his apud Rofinum *loco cit.*

Victimarii, Sacerdotum apud Romanos diecebantur Miniſtri, qui *victimas* ligabant, & cultum, aquam ac molam, reliquaque, quæ facris erant neceſſaria, parabant. Eorum meminit Valerius *l. 1. c. 1. Libros Peſtilius Prætor Urbanus, ex auctoritate Senatus, per Victimarios, facto igne, in conſpectu Populi, crema vit.* Livius *l. 40. Libri in Comitio, ſigno à Victimariis facto, in conſpectu Populi, cremati ſunt.* &c. Caſtra illorum Romæ fuiſſe, teſtibit P. Victor. Aliàs dicti ſunt *Cultrarii*, à cultro : *Agones*, quòd accincti ad actum quærerent, *agon* id eſt, *agone?* ferendi licentiam petentes : *Popæ*, item. Stabant autem illi ad aras, ſuperiore corporis parte cingulo tenus nudi, ac laureo ſerto caput cincti, cum cultro, ad victimam hoſtiandam, ſeu feriendam parati. Mactatâ dein, ad nutum Sacerdotis, victimâ, ubi illa perpurgata & exta diligenter inſpecta ac exquiſita erant, ex omni viſcere ac membro partes certas deciſas, farinâ farris involvebant, & in diſcis ſeu lancibus Sacerdoti aſſerebant, in aris foculo incenſo comburendas, ut dictum ſuprà. In Triumphali pompa, ultimo loco, poſt Legatos nempe ac Centuriones, Popæ, Sacrificuli ac *Victimarii*, in tunicis diſſuti, ſequebantur bovem, candidum præ ſe agentes, cultros ſacros, thus, molam, ſat, vinum aliaque ſacro apparatui neceſſaria, geſtabant, atq; ita per Urbem totam, à porta triumphali, per viam ſacram & clivum Capitolinum, cum reliqua pompa incedebant, in Capitolio Triumphantium ſacrificia obituri. V. Joh. Roſinum *antiqq. Romanar. lib. 3. cap. 31.* ac *lib. 10. cap. 29.* nec non ſuprà paſſim, in *Popa* Papinius, *Victor*, epitheton, *Victoria*, quòd omnia *vincteret*. Huic adem vovit L. Papyrius Curſor bello Samnitico ; Q. Fabius bello cum Samnitibus ac Gallis, conſtruxitque poſtea in monte Palatino, teſte Livio & P. Victore : *Eidem vovit, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pauxillum mulſi, priusquam temetum biberet, ſese faſturum, id. que votum Dis cordi fuiſſe.* V. Joh. Roſinum *Antiquitatum Romanar. l. 2. c. 5.*

Victor, in ludis Olympicis, ad quam Panegyrim celebratiſſimam illuc confluebat omnium Græcarum nominis Populorum & Barbarorum quoque ; tum nomen ſibi conciliabat magnum, tum Patriæ decus acquirebat immortale, ut quæ in partem *Victoriæ* præconio veniebat. Plato *apologiâ Socr.* Οὐκ ἂν, ὦ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο μόνον ἐπ' τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ νενικηκότος παρὰ μικρὸν ἐν ἑνὶ ἅρματι ἢ ἐν δυσὶν ἢ ἐν τρισὶν νικήσαι ἢ ὀλυμπιονίκου. Ὁ γὰρ τοῦτο κτησάμενος δοκεῖ εἶναι, ἐγὼ δὲ φημι, Itaque *Victores*, per Panegyrim, declarabantur ; inter cujus proin officia Plato Sacerdotium ſamoſatenſe. *Agoniſtic. lib. 2. cap. 27.* Ἀγωνιστικὸν, ἀκκατεργάσατον ἀγωνα ἐκάλουν ἐκεῖνοι, *l. 4. c. 12.* Idque ſolâ præconum voce antiquitus ; poſtmodum Tubæ adhibitæ, Juvenalis *ad Satyr. 13. verſ. 3.* V. quoque Iſaacium Tzetzem *in Lycophron* aliosque. Nec verò ipſi ſolùm *Victores* ſono hoc citabantur, ſed & patria, genus, parentesque publicè diecebantur, quod C. Plinius, *Victores ſuarum Agonum patriam ſuam coronare*, vocat. Coronæ porrò ipſis imponebantur ; Eumcnius Rhetor *Orat. pro Schola*, *Victoribus* ſolis *in ſacris certaminibus*, *ſummo labore atq; etiam vitæ periculo ſibam vertra Præconia & corona iſſimonium petunt.* V. Car. Paſchalium *de Coronis*. Cùm autem Urbes, ut dictum, ſe victoriis civium ſuorum Olympionicarum, honorem conſequerentur, Athenienſes, ne viderentur ingrati, iisdem honorem habuerunt vel magno ſuo Reipdiſpendio & ſumtu ; quem coercendum cenſuit Solon, ſcriptâ hac Lege : Τὸν Ὀλυμπίασι νικήσαντα ἑφεξῆς πενταετίαν ἐθέοις, *Olympionicis quinquenio publico drachmæ dantur*, uti diſcimus ex Plut. & Diogene in vita Solonis. Tertium hac in re mos abolita : Olympionicæ publice in Prytaneio excepti fuit ; Unde Callisthenes, apud Plut. *Ariſtide*, de Polycrita Lyſimachi filia, Καὶ γὰρ, inquit, σίτησιν ἔσχε τὴν ἐπιτυχοῦσαν ἐν τῷ Πρυτανείῳ : idque quotidie, ut videtur indigitare Ælianus *de Animal. lib. 7. cap. 49.* Ut verò ad epulum admitterentur, ſymbola ſidem faciebant de nicetaria de colio geſtabant. Ad quam conſuetudinem reſpexit Juvenalis,

Noſtrique ille tunc ſumis ſamili trochleatus Quirino,
Et coronatico fert nicteria collo.

Nec verò ſolis Olympionicis, verùm & Iſthmionicis, Solonis Lege honoratum è ſico datum eſt ; Τῷ Ἰσθμιονίκῃ νικήσαντι ἔσυκα ἐφεξῆς τριάκοντα δίδοσθαι, *Iſthmionicis centum de publico drachmæ dantur* : Unde, cùm hi infra dignitatem Pythionicatum & Nemeonicatum fuerint, facile colligitur, nec iſtis ſua præmia defuiſſe &c. Similiter habuerunt honorem Hieronicis Impp. Romani, Auguſti veſtigia legentes, proindeque ex conſonâ pro ſolaſticiis certaminibus conſtituerunt. Qua de re ſic Plinius Trajano, *Athletæ, Domine, ea quæ pro ſolaſticiis certaminibus conſtituiſti, debere ſibi putant ſtatim ex eo die, quo ſunt coronati. Nihil enim referre, quando ſint Patriam invecti ; ſed quando certamine vicerint, ex quo invehi poſſint. Ego conſtat ſcribo, Iſtaſticorum nomine. Itaq; eorum velementer addubitem, an ſit poſtius id tempus, quo victoriam, intuendum &c.* Cui Trajanus, *Iſtaſticum*, inquit, *tum primum mihi videtur incipere debere, quum quis in civitatem ſuam ipſe victoriæ &c.* Atque hæc præmia Hieronicarum ab iis capi poterant, qui peccuniam Hieronicis crediderant, auctore Papiniano in *Reſponſ.* Qui verò tribus coronis erant coronati, civiliumo munerum vacationem obtinebant. *l. unic. C. de athletis.* Excubabantur quoque à tutelis *l. 6. §. 13. ff. de Excuſat.* neque ullâ notabantur infamiâ, *l. 4. de his, qui not. infam.* V. Sam. Petrium *Comm. in L.L. Attic. l. 1. tit. 1. & de Victoribus* aliorum certaminum atque Ludorum, *huc loco.* Non omittendum tamen hic, poſſe *victorem* reportatum, Jovi Θυϊῷ ſeu Ἀγωνίῳ, *victorio* nempe vel *Prodigiali*, ſimulachrum ſtatuamque Græcos olim conſecraſſe, ut eſt apud Schliaſtem Euripidis *in Phœniſſis* : quod de V. quoq ; aliquid infrà, in voce *Victoria*. Etiam illud addendum, cùm ſtituis honorari *Victores* ipſi ſolerent, ſtantes illas fieri conſueviſſe. Ovid. *Metam. lib. 11. v. 652.*

——— *Spoliisq; animoſa ſuperſtans*
Una, velut Victrix, ſtatuatas deſtixit undas.

Eorundem laudes cani ſuiſſe ſoſtibas, Pindari inprimis Poëmata faciunt teſtatum &c. De perſica, *victorum* militum Alexandri M. præ-

præmio, diximus suprà in hac voce: Adde his omnibus ea, quæ retro pluribus expolita sunt, in voce *Præmia*.

Victoria, apud ipsos Gentiles, ad Numen relata est. Unde Lycophron *Cassandrâ*, ubi de Hectore Trojanorum Duce fortissimo, verba facit, inquit inter alia:

Καλὸν ἐπ' ἀξονε πόδιν θύξιν Διὸς.

Jovem Fugidum plurima incolans prece:

Ad quæ Joh. Meursius, *Appositè*, annotat, *Jovem præcipit invocandum Græcorum exercitui; quippe cui etiam post repertatam victoriam simulachra statuebant.* V. quæ diximus suprà de Jove *Stature*, *Spoliis opimis*, *Triumpho*, *Tropæis* &c. Pompejus Minervæ delubro manubias ex victoriis reportatas dedicavit, teste Plinio *l. 7. c. 26.* in quo etiam fuit breviarium rerum ab illo gestarum. A. Gellius *l. 10. c. 1. Cùm Pompejus adem Victoriæ* (potius *Minervæ*, in cujus delubro *Victoriæ* quoque flatuam consecravit) *dedicaturus foret, cujus gradus vicem theatri essent, nomenq; ejus & honores inscribi oportuit.* Cujus ritus imitatione, in Circensibus quoque qui *vicerant*, tumulis solebant honorari, quorum cippis inscriberetur *Victoriarum* numerus, unà cum factionis, generis gentisque mentione, ut in marmoribus antiquis legimus, apud Thom. Dempsterum *Paralipomenis ad Rosinum l. 5. c. 5.* Apud Lycophronem præfatum, cùm alii legant, *καὶ Δίος νίκην Φόβον*, Stephanus Meursius τυχαῖον colligit, *victoriam*, inter pretatur, per tropum. *Solebant enim*, inquit, *Veteres* „Victoriæ præmium hoc placentæ genus dare. Artemidorus *lib. 1. cap. 74.* Ἡ δ' ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι πλακοῦς τοῖς παιδικοῖς ἐπίκειται. Et „quidem non omnis victoriæ, (nam nimis late Artemidori verba patent) sed tantùm in comportationibus, ubi certabant „inter le infomnia. Aristophanis Scholiastes *Equit.* Ἐνίκησε γὰρ τὸν ἀγωνιστὴν ἀμάθειαν καὶ ἀγροικίαν, καὶ ἐπλήρωσεν αὐτὸν μᾶζαν τὸν ἐκ τοῦ ὑπηρέτου τοῦ πυρριχιστοῦ. Simili notione „etiam apud Aristophanem. *Equit.* ait,

Ἢ τ' ἀλλοδὴ παρῆλθε, νμεῖς δ' ὁ σοφὸς.

Et *in Thesmophoria celebrantibus*:

Τὸ μὲν σοφὸν κρηνῶν, ἡ δὲ νὺξ ἐν τῷ σοφῷ,
Τὸ δὲ πεῖσμ' ἐστὶ νμεῖς δ' ὁ σοφὸς.

In numismatibus Romanorum frequens *Victoria* conspicitur; communi inprimis cum numorum genere, quod *Victoriatus* hinc dixere. Et quidem alata *Victoria* passim, quò & Pegasus referendus, V. infrà, in voce *Victoriatus*. Cujusmodi *Victoria* celebris inprimis erat, quam *in Senatu* fuisse memorat Lampridius *in Alexandro Sev.* h. e. in penetrali Curiæ parte, uti discimus ex Herodiano *lib. 5.* De simulachro *Victoriæ* in Julia Curia, V. Dionem *lib. 51.* & Cafaubonum ad *Octavium Suetonii cap. 35.* At *Victoriæ dorsiger*, quam *involucrem* novâ voce Amasæus reddit, meminit Pausanias, ejusque fani, quod Athenis habuit, propè supra, mentionem fecimus, de Thesei filii reditu desperans, præcipitem dederat, cujusque rudera accuratè delcribit Jac. Sponius *Itinerar. Part. 2. pag. 138.* De *Victoriarum* simulachris, è gypso, cum palmis, Imperatorum nomina inscripta habentibus, & in Circuin, uti & cæterorum Deorum simulachra, inferi ad spectacula solitis, V. Spartianum *in Severo*, cum *Nonii* Itaici Cafauboni. Lucernam *Victoriarum* Militis cujusdam Rom. in qua *Victoria* gradiens, alata, coronam dextrâ, finistrâ palmam gestans, cæteraq; ornata, explicatam V. apud Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqu. l. 6. c. 102. &c.*

Victoriales Ludi, item *Victoriæ* quoque, dicebantur Ludi ob triumphum decreti, quorum meminit *in Marco* Capitolinus, *in triumpho autem liberos Marci uxiusq; sexus secum vexerunt, ita tamen, ut & puellas virgines veherent. Ludos etiam ob triumphum decretos spectla verunt habitus triumphali*, ad quem l. V. Cafauboni *Notas*.

Victoriatus, nummi apud Vett. Romanos genus, de quo sic „Rosinus *lib. 8. cap. 20.* Qui nunc Victoriatus appellatur, lege „Clodiâ perculsus est: antea enim ex Illyrico advectus, mercis „loco habebatur. Est autem signatus victoriâ, & inde nomen. „Fortun. Licetus *de Lucernis lib. 6. cap. 102.* Victoriæ signum „peculiare videtur esse Romanis, qui mundum universum armorum fortitudine fuæ ditioni ac imperio subjecere potuerunt. Hinc in eorum nummismatis frequentissimè celata „Victoria conspicitur, qui Victoriati nuncupabantur. Et paulo „post, Alata Victoria passim adspicitur, in nummis Romanorum „& in monumentis, quòd victoriæ partæ fama fese statim humo „tollit, amplexaque gloriam per summum æthera late volat. Alii. Pro tribus obolis accipitur, apud Diocoridem *l. 2. c. 24.* „Hæc tusa cribrataque vino, quàm possit, excellenti digeruntur „in pastillos, Victoriati pondere. Propriè tamen tres obolos 24. chalcos habebat: Gronovius *de Pecun. Vet. l. 3. c. 2.* Drachma sex „habet obolos, 8. chalcos, ergo drachma 48. chalcos Denarius habet 2. victoriatos, obolus 4. sestertios 8. dupondios, asses 16. Ergo „Victoriatus tres obolos, 24. chalcos; sestertius obolum & he„miobolium, chalcos 12. &c. Ita ergo *Victoriatus* dimidium fuit denarii, & sestertius dimidium Victoriati. Idem Gronovius, ad *victoriatum* etiam seu quinarium & sestertium summaria fieri solita: sed in his minutias æris hæc excurrentia, per libellas, fembellas vel singulas, terunciosve item, fuisse explicata scribit, *lib. 3. cap. 12.* ubi & rationes ad *Victoriatum* duplicis formæ, aut ut ad denarium, aut ut ad sestertium, in usu fuisse docet, ac utriusque specimen exhibet.

Victorinus Cajus Marcius, adde: Carthaginiensis, ut plerique existimant, fuit, docuitque Romæ, sub Constantio. Labbæus, *Pro Consularis, cui ob ingenii excellentiam, statua in Foro Trajani posita est.* Cat. *Testium Vet.* Præter Rhetoricam & Dialecticam, in Poëtica etiam floruit, Ld. Giraldus *de Poët. Elisi.* Cautè opera ejus legenda monet, Bellarminus, &c.

Victorinus, monetæ nomen, à Friderico II. Imp. cusæ in Italia, cùm, Ferrariam obsidens, castra instar urbis vallis ac fossâ hac mente munisset, ut, direpta & eversâ civitate, in eo ipso loco, ubi stativa habuerat, *Victoriam* urbem conderet, uti narrat Joh. Candidus *lib. 5.*

Victoriali, inter gentes, quæ ab Illyrici limite usque ad Galliam, contra Romanos conspiravere, sub Marco, memorati Capitolino in *Vita ejus*: in optimo libro *Victuali*, Barth. Græcis Scriptoribus appellantur, monente Salmasio *ad l. V. quoq;* *Victoholi*. Ita enim Ammiano dicuntur, qui, ut & Eutropius, similiter eorum, inter inimicas Romanis gentes, quæ à temporibus Trajani innotuerunt, meminit.

Vicus, regionis pars est; *Quippe Urbs in regiones, tanquam in majora membra, & in Vicos, tanquam in minora, dividitur. Illius an quod vias circùm habeat.* Joh. Rosinus *Antiqq. Romanæ. l. 1. c. 12.* seu quòd ex utraque parte *vias* tint ædificia? an quòd per *vices*, i. ordines ædificia collocentur? Hæc enim præcipua Vett. in Urbibus condendis cura. Romæ tamen, postquam absceslere Galli, qui eam exerterant, *festinatis* (ædificantium) *curam eximis vicos dirigendi, dum omisso sui alienis, illicrimine, in vacuo ædificant. Ea ipsa causa, ne vicorum cloacas, primò per publicum ductas, nunc privata passim occlusa tectis: formaq; urbis in occupatis magis, quàm divisis, similis*, Liv. *l. 5. cap. 55.* In Regiones tracpostmodum ac *Vicos*, primus Augustus Urbem Romam descripsisse legitur apud Suetonium *cap. 30.* celebresque inprimis fuere *Vici Camanarum*, *Sandalitarius* & *Tuscus*, de quibus V. Rosinum *Antiqq. Rom. l. 1. c. 13.* & *alibi passim*. Hinc, more modoque *Vicorum* urbanorum, in agris *Vici* dicti sunt, an quòd vicos vice Civitatis, an quòd *vias* haberent tantùm finemuro? constabantque propriè ex uno coqui te folio *Vico* perpetuo, complures domos aut villas conjunctas, vel etiam divisas, continente. Nonnunquam tamen, præter vicum latum & rectum, viculos aliquot transversos habebant. Quam utranique vocis fignificationem, apud Romanos & recentiores Scriptores quivis habet obviam. *Pagum* vero & *Villam* ac *Chortem* vel *Curtim*, ab iisdem Auctoribus pro *Vico* agresti etiam accipi, non æquè omnes sciunt. Et quidem de *Pago*, res clara est: Cùm enim Romani tres Urbanos, & Rusticos ille ferè omnes diviss, hi quòd in pagis vicisque habitarent, *Pagani* quoq; appellati sunt habuerunque suas Paganicas ferias seu Paganalia. *Chors* quoque vel *Cortis* faepe pro villa, cujus membrum erat, ac dein etiam pro toto *Vico*, qui villæ alicui magnificæ accesserat accrevcratque, à Gallicarum præcipuè rerum Scriptoribus accipitur; uti indicant plurima in hac gente *Chortum* nomina; qualia sunt præ cæteris Bertonis Cortis non una *Bertonicæ*, Hunulfi Curtis *Hunulfi-curt*, Alamannorum Curtis *Alamannorum*, Harrecorris *Harrecurt*, Sathulcurtis *Saulcour* &c. Sed & Villam, pro *Vico*, pagove etiam Veteres usurpasse, docet Ausonius, ubi *Villam Lucaniacam* memorat, qua de re infrà dicetur. Nonnunquam verò, sicut Villa, ita & *Vicus*, etiam pro urbe, reperitur. Quippe *Vicus Julii* vel *Vicus Julianus* vocant Notitiæ Galliarum & Gregorius; quam civitatem esse & quidem Episcopalem conflat, alio nomine *Augustam* dictam. Sic Alingavia, Ambacia, Condate, Camo, Icioduram, Lucetæ aliave Turonum loca, à Sulpicio de Vita S. *Martini* & Gregorio laudato, passim *Vici* appellantur. Accepere autem mitti in Gallia *Vici*, ab his arboribus, quibus maximè abundabant, nomen: inprimis Nucetum, quod & *Nucaretum*, à nucibus; Mesplletum *ia Mesteraye*, à mespilis; Salictum autè. licetum *la Saulsaye*, à filicibus; Cerasetum *Cerify* & *Cerisa*, à cerasis; Fraxinetum *le Frenty*, à fraxinis; Betuletum *la Bouleye*, à betulis: Sic Filicetum *Fougeraye*, Hosterum *la Houssaye* &c. Normannia plena *Vicis* est, quorum nomina compolita in *Ville* terminantur, V. Hadrian. Valesium *Prafat. in Not. Gall.* De *Vicorum* Præfectis, apud Vett. Romanos, diximus suprà, in voce *Vicomagistri*.

Vicus Gentianus, alias *Castra Gentiana*, in septima Urbis regione, memoratur P. Victori, V. quoque Sextum Rufum: & de poculis, quæ inde *Gentiana* Martialis appellat, suprà.

Vicus Longus, in quo Virginia eam Pudicitiæ plebejæ dedicavit, occurrit apud Livium *l. 10. c. 23.*

Videns, Hebr. רֹאֶה nomen, quo Prophetæ antiquitus indigitati. *Nam qui* נָבִיא *Prophetа hodie, antiquitus vocabatur Videns*, 1. Sam. *cap. 9. versu 9.* Sic, *Indica mihi, ubi sit domus Videntis, ibid. versu 18.* Et Jeduthun חוזה *Videns Regis*, appellatur 2. Chron. *cap. 35. versu 15.* A' *visione*, qui unus fuit ex divinæ revelationis modis, quæ Prophetis fiebat. Numerorum c. 12. v. 6, 7, 8. *Si Prophetа vobis, per visionem me ipsum Jehovam*

notum facio ei, aut per famulum alloquor eum. Non fic ſervus meus Moſes — Ore ad os alloquor eum — aſpectu & non in ænigmatibus, & ſpeciem Jehova videt. Nempe cùm tribus præcipuè modis Deus ſe Prophetis patefaceret, per Intellectum, per Phantaſiam & per Senſus externos: in primo, eorum mentibus immediatè illapſus, iis formas quaslibet & ideas rerum imprimebat; in ſecundo, varias rerum ſpecies in illorum phantaſia pingebat, vel in *Viſione*, quæ vigilantibus, amoto tantiſper ſenſu eorum, obijciebatur, vel in Somno, quæ dormientibus; in ultimo, per ſenſus & ſenſibilia externa iis futura revelabat, mente interim ſui compote, nec iſto, quo perculſa erat, lumine, managnopere alienatâ. Accedebant aliquando raptus, cùm corporales, tum mentales, miræque & inſolitæ corporis agitationes & membrorum motus, quin & tanguores, corpuriſque Deum amplius pati non valentis ægritudines, de quibus omnibus V. Franc. Burmannum *Synopſ Theol. Chriſt. Part. prior. lib. III. c. 5.* & aliquid ſuprà, ubi de *Prophetis*. Poſtea vox *Viſionis*, latiùs extenſa, prophetiam quamcunque notare cœpit, uti ex Prophetis diſcimus paſſim. Imò & ad fictiones Poëticas ſignificandas translata occurrit, apud Papin. Statium *l. 2. Sylv. 1. v. 22.*

Vivorumemq; animum ſupra ſua funera vidit.

Quo de re V. Caſp. Barthium *Adverſar. lib. 43. cap. 16.* & ſuprà, ubi de Poëtarum, qui Gentilium Propheræ dicuntur Apoſtolo, *furore*. Modè *Videntem* Judæi vocant, qui Synagogæ curam gerit & interni Fori controverſias decidit, uti legas apud Dominicum Macrum *Hierolexico*.

Videre, apud Spartianum *in Hadriano, quum — egros milites in hoſpitiis ſuis videret*: viſere eſt. Sic *videri* Princeps & *videre* diœbatur. Et *videbatur* quidem ab omnibus cogatis, qui officia faciebant & matutinis ſalutationibus ave ſuum portabant. Sed *videre* cordi debatur, & præcipuè, quum ſolos videbat, quibus impenſius familiaris videri volebat Princeps. Quod cùm feciſſet primò circa complures Alexander Sev. poſtmodum cognito multos eâ familiaritate abuſos, & de ſe fumos vendidiſſe, ab hac popularitate abſtinuit, & *poſt epiſtolas, omnes amicos ſimul admiſit, cum omnibus pariter eſt locutus, neq; unquam ſolum quemquam, niſi præſentibus ſuum vidit & quidem Utpianum, ex aſſeſſore ſemper ſuo, cauſa juſtitiæ fingularis*, ut ait Lampridius. Unde phraſis orta, *in tuto ipſum à Barbitiæ, non vidit nec Imperator*, de qua V. Plut. *adag. Barbitius*, i. *non ſumus familiares & amici Cæſaris*. Atſuperbi quoq; Principes, & qui minimè comunes eſſent, non ſolùm neminem *videbant*, ſed nec *videri*, i. ſalutari ſe, patiebantur, uti de Maximino legimus apud Capitolinum, & de Imperatoribus aliquot, ante Alexandrum Imp. apud Lampridium *d.l.* ad quæ loca V. Salmaſii *Notas*. Apud Ciceronem verò *Acad. Quæſt. 2. Quam rationem Majorum etiam comprobat diligentia, qui primùm jurare — ipſi, tanti Judices cognoviſſent, ne ea non eſſe facta, ſed ea videri pronunciarent*: indigitatur verbo hoc formula Vett. in ſententiis ſui ſolita, *Videri feciſſe* de qua V. Hottomannum *de Verbis Juris*,

Videa, ex ve particula, vel *vir & iduare*, quod olim Hetruſcis *dividere* ſignificabat, quaſi *Viridua*, à viro diviſa; an ex *idua privata*? hebat apud Vett. duplici modo, morte Mariti & divortio. Priori caſu Viros defunctos ab uxoribus *viduis* menſes decem apud Rom. lugeri conſuevi ſſe (tot enim annus Romuli menſes habebat) diſcimus ex Plutarcho & Ovidio *in Faſt.* ante quod legitimum tempus luctus, nubere nemini poterant, niſi id peculiariter à Magiſtratu aut Principe impetraſſent. Quòd ſi potestate hac non impetrata tamen nupſiſſent, infames à Prætore fiebant, ac multabantur. V. Joh Roſinum *Antiqq. Roman. lib. 5. cap. ult.* Interea dum *viduæ* eſſent, cenſus earum publicâ fide ſervati ſunt, uti, de ſecundo bello Punico loquens, refert Sabellicus *lib. 3. Ennead. 1.* Cùm autem *Viduæ* nubebant, non eadem id pompâ, quâ cùm Virgines, fiebat, proin cùm feriatis, ſeu feſtis diebus, Virginibus nubere eſſet nefas, *Viduis* tamen id licebat: Martii tamen, durante Ancilium feſto & Maji, inprimis per triduum Lemuralium, Ovid. *Faſt. 5. teſte*,

Nec Viduæ *ſacris, eadem nec Virginis apta*
Tempora: ſunt nuptis, non diuturna fuit.

Quæ de re Plutarchus diſcrte *Problem. 86. ὁυ γαμοῦσι τὰς τοῦ Μαΐου ἀπὸμνήστρι τὸν Ἰούνιον, ἀλλὰ τὸν μὲν Μαΐον, ὡς ἐν ἰδίοις γάμοις ἀγόμενον, τὸν δὲ Ἰούνιον τῶν ἀλλοτρίων*. Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic. l. 2. c. 22.* Quòd ſi quis earum nuptias refugiſſet, lege à Camillo de maritandis ordinibus lata, multatus eſt, ut quâ præcipuè illos coercuit, qui viduarum nuptias, quarum viri bello cecidiſſent, devitarent, qua de re V. Alexandrum Neapol. *Genial. Dier. lib. 3. cap. 13.* Apud Athenienſes, *Viduæ* prægnantes, poſt Maritorum obitum, in eorum ædibus permanebant, ſub Archontis cura; ex Lege Solonis, quæ Latinè ſic habet: Archon orphanorum, dotalium fœminarum, familiarum quæ hereditant, & prægnantium mulierum, quæ, poſt mariti orum obitum, in eorum ædibus permanent, curam habeto, neque contumeliam aut aliquid injuſtum iis fieri ſinito: Multam, quantam potest Magiſtratus, poteſtate, irrogare ei jus eſto. Si majore pœnâ dignus videtur, qui adversùs hanc legem fecerit, Archon in jus vocato, in quintum diem & pœnâ pro arbitrio irrogatâ, Heliaſtis judicium permittito. Si convictus fuerit, Heliaſtæ de eo, quod luere in corpore vel in ære debet, judicium reddunto. V. De mosthenem *c. Macart.* & Pollucem *l. 8. c. 9.* Quod optimè conſtituturn à ſapientiſſimo Legislatore, ne quis pari dolum veniret in poſſeſſionem hæreditatis. Idem à Romanis quoque acceptum, eſſe diſcimus ex Edicto Prætoris *L. 1. §. 10 ff. de ventre inſpic.* Sam. Petitus *Comm. in LL. Attic. lib. 6. tit 7.* De *Viduis*, quæ ſicut apud Romanos Virgines, ita apud Græcos, ignem æternum Veſtæ, curæ ſuæ cuſtodiæque commiſſum habebant, diximus ſuprà, in voce *Pryanitides*. Apud Hebræos, neque Virginem neque *Viduam* rité deduci volebant leges pridie Sabbati aut poſtridie, nedum ipſo Sabbato, aut alio die feſto; quin nec intermedijs five Paſchatis, five Scenopegiæ diebus: Idque propterea, ne ex apparatu epulari, qui deductionem ex more præcederet, forte violaretur Feſtum. Nam epulum à Sponſo ſive cœlibe ante five *Viduo*, lætè luteque erat celebrandum, per dies à deductione minimùm ſeptem, ubi Virgo erat Sponſa: per triduum minimùm, ubi *Vidua* ducebatur. Sicut autem Virgini quarta feria feu dies Mercurii, ita *Viduæ* deductioni, quinta feu ſovis maximè idonea habita eſt; ut nempe ſpon us affluetos ſibi labores à quibus abſtinendum erat tribus diebus epularibus, feriâ primâ feu in ipſo hebdomadis inſequentis initio commodiùs redigerare. Sed verò nec *Pulcra*, nec Repudiata, nec ducenda erat aut deſponſanda, ante quàm dies ſui temporis trimeſtre, five à Mariti morte, five à libelli divortii ſcriptione elapſum: quò inde ſatis certum fieret, an gravida fuerit necne, Joh. Seldenus *Uxor. Ebraic. l. 2. c. 11.* Antequam autem deduceretur, pacta inibantur dotalia & dos ſponſæ conſtituebatur à ſponſo: quæ, ſicut cùm Virgo erat, non erat minor 50. ſiclis ſeu 200. Zuzis, ita *Viduæ* 25. ſiclis ſeu 100. Zuzi è Sponſi bonis pro dote aſſeribi ſolebant. Qua de re V. plura apud præf. Seldenum *Ux. Hebr. lib. 2. c. 9.* & 10. In eadem gente, pigeos *Viduæ* non reddens Verberum pœnam luit: eumque litigatores complures in Synedrio ſimul adeſſent, præterebatur pupilli cauſa. cauſæ *Viduæ*; *Viduæ*, diſcipuli Sapientis; Diſcipuli Sapientis, cujusque è vulgo, fœminæ. Viri. Idem de Sytedriis *Vett. Ebræor. lib. 2. cap. 13.* Pontifex verò Max. *viduam* duxisse non poterat, niſi Antecedens ſui: quòd ſi cum *Vidua*, licèt eam ſibi conjugio non copulaſſet, concumbuiſſet, Verbera quidq; meruit; quemadmodum & Sacerdotis filia extraneo nupta, ſi, poſt Viri obitum, armum & pedibus comediſſet, V. Levit. c. 10. v. 14. & c. 22. v. 12. ut alia omittam. Apud Chriſtianos, Clericis conſervatione viduarum ac pupillarum interdictum, edicto Valentiniani I. Imp. cujus Sigonius meminit *Imper. Occid. 4.7.* Ipſarum autem *Viduarum* in Eccleſia uſus aliquis fuit, uti diximus ubi de *Diaconiſſis*, item voce *Presbyter*. Poſtmodum & peculiaris ordo eſſe cœpit earum, quæ *Viduatûs profeſſionem* faciebant ſolenni ritu hinceque *Profeſſæ, Conſecratæ, Benedictæ* dicebantur, τὰ ἅγια νύμφαι Palladio in *Vita* Chryſoſtomi: de quarum profeſſione, habitu, conſecratione, aliisque huc pertinentibus, V. Car. du Freſne *Gloſſario*, voce *Velum*, item *Vidua*, nec non ad *Alexiadem Notis*. Certè & apud Gentiles *Viduitati* fuus honos fuit: imò virginitati eam Appulejus æquat *Apolog.* qua de re V. notata Barthio *Animadverſion. ad hunc verſum* Papinii *lib. 1. Sylv. 2. Epithalamio Stellæ & Violantillæ*.

—— *ſacra cupiſſium per limen aperto*
Ire, vetire, gradus, jam miquam janitor ante lex &c.

Hinc *Viduitas*, vox Jureconſ. citimæ ætatis, de quo jure in Normannia inprimis ac Aragonia obſervari ſolito, V. C. du Freſne *Gloſſario cit.* ubi & varios eam in rem Auctores laudat. V. quoq; infrà.

Vitua Fratris, Marito ſine liberis extincto, Leviro, apud Hebræos, ducenda erat, ex lege ſacra, Deuter. *cap. 25. verſu 5.* qui temperatur interdictum de Fratria ducenda, quod habetur inter Leges, de Inceſtu, Levit. *cap. 18. verſu 16. Si habitaverint fratres ſimul, & mortuus fuerit unus eorum abſq; prole, non nubet uxor defuncti foràs viro extraneo. Sed Levir ejus ingrediatur ad eam, & capiat eam in uxorem, & præſtet officium Leviri, & ejus primogenitus, quem peperit, ſurget nomine fratris ejus defuncti, ut non deleatur nomen ejus de Iſraël.* Ajunt autem Magiſtri, non ex Lege ipſa fluere, ut Levir cum Fratria more aliquo ſolemni iniret matrimonium, quoniam, niſi mentio interveniret, pro Levirì uxore habebatur ex ipſius Numinis præſcripto, idque tam ubi Sponſa eſſet demortui, quàm ipſa uxor. Attamen ex receptis moribus, matrimonium cum Fratria contrahebat regulariter Levir; coram duobus minimùm teſtibus, idque dato numulo: Vocabantque contractum hunc ſolemni nomine מאמר *collocutionem*. Neque ante luuiusmodi contractum, licitus habebatur cum ea, ex Majorum inſtituto, congreſſus: Quin & acceſſit facta nuptiarum benedictio & inſtrumentum dotale, ut Seldenus oſtendit *Uxor. Ebraic. l. 2. c. 2.* & 10. At verò, ſi Levir, his ſolemnibus præterm ſſis, cum ea rem haberet, ob contumaciam in inſtituta Majorum, verberibus plexus cogebatur ei dotem conſtituere. Interim integrum fuiſſe Leviro, fratris *Vidnam* ducere, five ei renuntiare, ex veteris ſeqq. patet. *Et ſi Vir ille noluerit capere uxorem fratris ſui, aſcendat affinis ejus* (Fratria) *ad portam*

portam dicatâ, Senioribus, recusat Levir meus suscitare fratri suo nomen in Israel, nec vult me habere. Et paulo post, *Accedet ilia ad eum in conspectu Seniorum & exuet calceamentum ejus, de pede ejus, & conspuet coram eo, respondetque dicens; Sic fiat viro, qui non ædificat domum fratris sui, vocabiturque nomen ejus in Israel domus excalceati cunctis ejus calceus.* Atque ita regulariter se res habuit: exceptiones vero erant non paucæ. Si prior Maritus prolem reliquerat, tametsi Mamzerem aut Apoftatam, lege hic non negabatur *Vidua* fraterque fuperftes: At tenebantur, licèt filius ei eflet ex ancilla feu Gentili fufceptus; nam profes ejusmodi profuo non habebatur. Si Fratria gravida relicta aborfum fecerat, lege tenebatur: fed partus vivus liberabat Matrem: ita tamen ut certò conftaret, tempus eum novinnellæ in utero perfeciffe fuo. Si aute partum gravidæ vide fuiffet renuntiatum, iteranda Renuntiatio poft partum erat: proin, ut fatis conftaret, utrum gravida relicta eflet, ex more fupra laudato usque ad diem 90. expectandum erat: intra quod tempus prioris Mariti bonis, fed ita, ut accederet etiam opificii fui, fi quod erat, pretium, alenda Vidua fitit, &c. Porrò, ob dignitatem Regiam, five Reges, five eorum *Vidua*, uti & Pontifices, hac lege erant foluti: qua de re V. hic infra, in voce *Vidua Regis*, & plurima hanc in rem, apud fæpius laudatum Seldenum *Uxor. Ebraic. lib.* 1. 10. 12. 13 14. Addam faltem formulam dotis Fratriæ à Leviro conftitutæ, ex eo tempore. Levir enim Fratriam ex Lege ducens, ex fratris demortui bonis feu dote ipfa, quâ Maritus priftinius eam dotarat, adjecto pro libitu Leviri incremento, dotabat formula hujusmodi: *Die N. Mentis N. &c. N. Filius. N. venit coram nobis & ad hunc modum locutus eft nobis: „Frater meus germanus dormivit & vitam Rabbinis noftris & „toti Israeli reliquit, at filium aut filiam, quæ ei hæres eflet & „fuscitaret nomen in Israel, minimè reliquit. Sed reliquit „Uxorem hanc, cui nomen eft N. filia N. & ad me ex Lege „attinet, ut ad Levirum, eam ducere, fecundùm illud, quod „fcriptum eft in Lege Mofis, Levir ejus ingrediatur ad eam, „& affenfum præbuit illa, ut jure Leviratus jungeretur N. filio „N. Leviro fuo, ad fuscitandum nomen in Israel, juxta id, quod* fcriptum eft, Et erit primogenitus, quem peperierit, furget nomine fratris fui defuncti &c. Et adfcribit dictus N. Levir di„ctæ N. Fratriæ fuæ argentum Zuzorum, qui competunt ei, „utpote qui adfcripti funt ei in dotali inftrumento, a Marito „fuo priori; & adjecit infuper ex fuo, usque ad valorem N. & „bona, quæ fecum attulit ipfa Sponfa &c. 4. 2. c. 10.

Vidua Regis, five Regina, apud Hebræos, tum Regi fuperftes, tum ab eo divortio ejecta, nemini, faltem fubditorum, ex Majorum fcitis, rite nubebat: atque, ut nec equo Regis, nec fcepiro, nec coronâ aliisve rebus Regiis, fubdito uti licuit, ita nec fervis ejus nec ancillis. Sed res ejusmodi univerfi, præter fupellectilem, in qua, ex more apud Judæos obfervatum, ad Regem, qui fucceffit, tantùm attinebant. At verò de *Vidua* Regis, quâ Succefforem feu Regem alium fpectabat, diffenfus eft inter Magiftros: Receptior verò fententia eft, nec illam, ob dignitatem, Regi alteri ejte potuiffe duci. Hinc erat, ut Lege filia, de *Vidua* fratris feu fratria *Fratri fuæ* liberis demortui fuperftite ducenda. *Vidua Regum* habebantur foluta. Mifna *tit. Sanhedrin cap. 2. Rex nec calceo exuebatur eruentus Uxori demortui fratris liberi; fratris, neq; alii id facium uxori ejus. Ex Lege ille nullam ducit, neq; ex Lege illa conjux ejus Vidua nubit.* Etenim regula erat, neminem ex illa Lege in virum accipiendum, nifi cui renuntiare fas itidem fuiffet, exceptione unâ & alterâ admiffâ: Renuntiaffe autem turpe nimis ducebatur Regi dignitatis; ejus minimè tolerandum: cùm in Renuntiationis folemnibus, fputum & calcei detractio adhiberetur, quorum neutrum Regiæ dignitati conftanum habebatur. Adde ut Fratriæ conjugium (ubi frater fine liberis decederet) coeteris, nifi folemnis intercederet Renuntiatio, imperatum, Regi dignitatis causâ haberetur illegitimum. Et quidem, imitatione hujus ritus, quod Hebræi de Regum *Viduis* ftatuerunt, id voluit etiam Mahumedes de fuis. Sic enim loquitur is *Azoar. 33. Vobis permiffum non eft, injuriâ afficere Apoftolum Dei, nec ducere Uxores ejus, quas reliquerit omnino. Ne ita gravis fit nimis veftrum apud Deum contemnus.* Ad quæ verba annotat Phil. Guadagnolius *Apolog. tradt. 2. c. 10. §. 3. Unde uxores Mahumetis, poft ejus mortem, in viduitate tabefcere coactæ fuas; fuerunt, numero novem ipfi Mahumeto fuperftites.* V. Joh. Seldenum *Uxor. Ebraic. l. 1. c. 11.* Addantur pauca fupradictis, de capitis tegmine *Viduarum* Chriftianarum, quo in Orbe olim Romano uti folebant. Uti enim Virgines, ita & *Viduæ* fedulò velantes capita, tegumentum adhibebant, quod modeftiam & humilitatem earum omnibus infinuaret: fed nonnullo difcrimine, tum inter utrasque Deo devotas, tum inter illas & reliquas mulieres. Virgines enim velatas fuiffe eo tegmine, tribus fpecialibus confectario, contendunt quidam, ex Gelafii *Epift. ad Lucaniæ Epift. Viduas* verò non: adeoq; cùm S. Rictrudem viduam velamine confecrato B. Amandus donaffe dicitur, id de fimplici quapiam benedictione veli accipiunt; longe aliâ ab ea, qua vela facrarum Virginum conferebantur. Paffim itidem velum *Viduis* impofitum, *Velum converfionis* vocarum effe ajunt &c.

qua de re V. difputantem Anfelm. Solerium *de Pileo fectione 7.* Aliosque.

Viere, Græcè κάκκος, unde & lunes, & corollæ & alia, quæcunque plevili opere fiunt, *vimi* dicuntur, hincque *vimina* appellantur. Quæ qui facit *Plotor* & *Vitor*, in vet. *Inscr.* Arnobius *lib. 2. Quid bigarios, saltinatores, bolonas, unguentarios, aurifices, aucupes, vanuorum, strpearum vitores, hi c. πλεκτας.* Quemadmodum ὁ πλεκτὴς *vimis* dicitur Plinio *lib. 35. cap. 11.* ubi de Glycera σφαιροπλοκῳ: *Amavit* (Pauſias pictor) *in juventa Glyceram vitricem circulatrim.* Quod & inter Veneris cognomina, à *Ilicino vix.* hic dictæ: ab enim à Græco *pin*, ἄλλ. βίω, quod eſt *vigo*, feu *plico*, Salmatius *ad Solinum pag.* 246. Poſtmodum *Vitores* folum dici cœpere, qui *vitilibus*, i. flexibilibus, quos vulgò *circulos* nominabant, vaſa circumligarent, vinaria præcipuè. Ulp. *in fine §. 1. ſi ſervitus ſervum ſit. ad l. Aquil. Venus*, ait, „*Si Victori locaveris lacum vino plenum curandum.* Cujusmodi fervos Romani habuere olim *Doliarios* feu *Doleares* dictos, quorum iconem cum Cellæ vinari e typo, ex antiquo marmore, Auguſtæ Vindelicorum effoſſo A. C. 1601. exhibet Laur. Pignorius *Comm. de Servis.* V. quoq; infrà, ubi de *Vitilibus.*

Vigil, an quia *vigs agilis*, an ex Gr. ἀγωνία, ab ἀγωνιάω, a in i. mutato, Scalig. *ad Varron.* dictus eſt. Eorum olim Romæ familia publica fuit, quæ incendia retinguere. Seneca *Epiſt. 66. Interveneruni quidam amici, propter quos major fumus fuerat: nos hic, qui erumpere ex lautorum cultinis & servere Vigiles ſoles, ſed hic modicus, qui hoſpites veniſſe ſignificaret.* Et hi quidem Senecæ *Vigiles* ad Auguſtum pertinent, V. Suetonium *in eo* & Joh. Xiphilinum: qui relicta Trium virûm noctiurnorum, Ædilium & Tribunorum Pl. curâ, per ſe maluit huic rei conſuli, inſtituto Præfecto *Vigilum*, de quo infrà. Habuit verò familia iſta, ut Jul. Paulus ſcribit *lib. 1. de offic. Præf. Vig.* ſtationem ſuam *circa portas & muros*, unde ſi quis eſſet evocabatur, V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Neque fruſtra, ut enim notat Donatus *ad illa Terentii in Adelphis*,

——— *Priusquam ad portam veniat, apud ipſum lactum:*

Varro docet, ſemper lacum portis addium: ſc. ob ipſum jumentorum exuentium & inrorantium: præterea, ut adverſum hoſtilem ignem portis de proximo ſubveniretur. V. Laur. Pignorium *loco citato.* In bello ſubi *Vigilias* teſſeraique Palamedes invenifſe, bello Trojano, legitur apud Plinium *lib. 7. cap. 56.*) in eadem gente, *Vigiliarum*, quarum teſſera à Præfecto legionis petebatur, diſpoſitio hæc erat: Imperatorem ejusque tentorium, accubans cuſtodiebat ſignum: Tribunorum tentoria & Equitum turmas deputati ex ſingulis. Itidem per ſingulos ordines omnes ex ſe ipſi cuſtodias diſponebant: coeteras Imperator. ſiebantq; ut plurimum tres excubiæ: apud Quæſtorem una, binæ apud Legatos Conſulibusque: exteriorem caſtrorum aſpectum Velites complebant, totum Fateriduı vallum in circumſidentes. Portas ſingulæ ex iis decaſes accubantes ſervabant: eos qui erant *Vigiliis* deputati, ex ſingulis cuſtodiis, qui primam vigiliam acturi erant, unus ex ſignis ſingulis Tergidactor veſpere ducebat ad Tribunum: qui dabat ſingulis taleolas per ſingulas vigilias brevem admodum habentes charácterem: quo accepto, illi ad deſtinata rendebant ſe. Fides circuitionis Equitibus committebatur: quique præpotati erant per Tergidactores, ex prima ala quatuor, ubi fortiti eſſent vigilias, conſcrebant ſe ad Tribunum, accipiebantque in ſcripta, quot vigilias circumire oporteret. Poſtea verò accubabant ii quatuor, juxta primum ſignum Triariorum, cujus Princeps curam gerebat, ut competens vigilis ſignum tuba daretur. Cùm verò tempus aceſſit, primum viſebat vigiliam, qui fortitus erat. Circuibat autem præfecta loca, non citra vallum, adituſque, ſed omnia per ſigna turmarsque & ſi inveniebat *Vigiles* primæ vigilantes, accipiebat ab iis taleolam: ſin autem offendebat quempiam dormientem, aut locum deſeruiſſe, arreſtatus proximos adibat. Idem fiebat ab iis, qui deinceps vigilias circumibant. Dandi verò ſignum buccina per ſingulas vigilias, quod circuitoribus conveniebat cum *Vigilibus*, Ductoribus ordinum primi ſigni Triariorum utriusque legionis quotidie cura incumbebat. Circuitorum ſinguli, ſub iſtam lucem, referebant teſſeras ad Tribunum, atque, ſi omnes eſſent redditæ, fine delicto abibant: ſin pauciores attuliſſent, inquirebatur ex charácrere, quænam cuſtodia deſecerit: quòd ſi in ipſo circuitore eſſet culpa, fuſte cædebatur. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 12.* ex Polybio *lib. 6.* De buccina, quâ *Vigiliarum* tempus indicabatur, ita Propertius,

Et jam quarta canit vexatum buccina lucem.

Apud Athenienſes. Excubitores noctiurnis vigiliis nolam pulſabant, ad cujus pulſum ſilco reſpondendum erat, ut Suidas refert in Κωδωνοφορεῖν. Unde Ariſtophanes in *Avibus*, jubet Codonophorum circumcurrere, Κωδωνοφορεῖν ἀθρόους; id eſt circumire urbem ac excubias ſeu *Vigiles*, ut, num hi officium ſtrenuè obirent, deprehenderet. Quo modo verò id factum, ita ex conjectura docet Magius: *Codonophoros circumcurrens* (hodie *Ronda*) *tintinnabilo perſonabat; ceu ſi non ſtatim Vigiles excurriſſent*

vel assurrexisse, eos minime vigilasse, sed tinnitu è somno fuisse excitatos, erat apertum. Idem apud Lectum portum (Caletum quidam vocant) aliisque locis præfidiariis obtinet etiamnum : quemadmodum fi qua vis ingrueret, Campani æris tinnitu indicium dabatur olim hodieque per univerſam fere Belgicam, ut aliſi dictum. Germani vero noſtra ætate. cum *Vigiles* mutant, tympanum pulſare tibiaque canere ſolent. V. Hieron. Magium *de Tintinnabulis* c. 10. cum *Notis* Fr. Syverti. Cæterum apud Hebræos vetuſtiores Græcosque tergemini *Vigiles* noctu excubabant, quum Romani in quatuor *Vigilias* noctem haberent diviſam. Ad quem proin priorem morem alludit Auſonius *Gripho Ternarii*,

—— —— *noctisq; per umbram*
Tergemini vigiles ——

Et quidem priniam Hebraei vocabant תיכונה ראש אשמות *initium vigiliarum*, Ilrcn. *cap. 2. verſu 19.* ſecundam אשמרת תבער *medium*, Judic. *cap. 7. verſ. 19.* tertiam *vigilium matutinum*. Donec & ipſi, fed non niſi Romanis temporibus, 4. quoque earum conſtituerunt : hinc quartæ mentio Matthæi *cap. 14. verſ. 25.* & Marci *cap. 6. verſu 48.* Lucas tamen morem veterem tertiam pro ultima videtur habere, *cap. 12. verſus 38.* Pœnas *Vigilum* iuo munere non rite defunctorum quod attinet, ſemper illæ, belio inprimis & rebus creperis, atroces fuere. Nota vox Graeci Ducis, cùm *Vigilias* ipſe obiens vigilem dormientem gladio conſodiſſet, *Δόντα κοιλιᾶσαι, ἀδοντα κοιλιᾶσαι, dormientem irrveni, dormientem reliqui.* Apud Romanos, qui tumultu Gallico negligentior offenſi Vigil fuerat, de ſaxo praecipitatus eſt, teſte Livio *lib. 5. cap. 47.* ut alia omittam. Graecis recentioribus *Vigiliæ διγρυι* ſunt ; ex *vigila* contracto ; unde verbum *pervigilare*, apud Auctorem *Pervigilii Veneris*,

De venente vna nox eſt pervigilanda camicis.

Et *Bigiæ Drungarius*, apud Byzantinos, idem cum *Vigilum Præfecto*, apud vet. Romanos. V. ſupra in ea voce, ut & voce *Circa*, item ubi de Vett. *Excubiis*, & *Nocte*. Addam ſaltem, quæ de ſervis Cuſtodibus, Horreis Inſulisque, in quibus plerunque fortunarum ſuarum pretioſiſſimum homines opulenti partem reponebant, adpoſitis, praeter Paulum JC. *l. 3. ff. de off. Præf. Vig.* habet Juvenalis *Sat. 14.*

—— *Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.*
Diſpoſitis prædives amis vigilare cohortem.
Servorum noctu Licinus jubet, attonitus prò
Electro, ſignifer, ſuis &c.

Ubi Antiquus Interpres, *Per inanitationem*, inquit, *diſciplinæ militaris Spartanorum Romæ, quorum labores in tutelam Urbis cum armis & cum aqua vigilias curare conſuevernnt vicinis*, &c. De *Inſulariis*, majoribus Juſtitiariis medio ævo, competente. V. C. du Freſne voce *Wactæ*.

Vigiliæ, apud Gregorium Turon. *lib. 5. Hiſtor. cap. 17. Cum Dominici Natalis nox alma populis effulſiſſet, idem Pontifex, priusquam ad* Vigilias *deſcenderet*, juſſit &c. noctumæ preces funt, quibus olim primò nocte illis, quæ Paſchalis feſtum antecedebat, inde in aliis quoque feſtis, & Martyrum natalitiis, Chriſtiani vacabant. Et quidem cùm ex neceſſitate primam habuiſſent originem, quippe publico divini cultus exercitio, Gentilismo regnante, ſub gravi pœna vetito, poſtea, etiam libertate illius ſub Chriſtianis Impp. impetrata, manſere tamen in ſeptimana ante Paſcha, prae cæteris, *Vigilia reſurrectionis Domini*, in quà noctu congregati jejunabant. Unde Tertullianus, incommoda ex conjugio cum gentili oriturа referens, inter alia, *Quis*, inquit, ſolennibus Paſchæ *adnoctiantem uxorem ſecurus ſuſtinebit, lib. 2. ad Uxor.* Poſtea etiam in aliis Feſtis, ut dictum, & in Martyrum cæmeteriis *vigilari* cæpum, uti diſcimus ex *Hiſtoria* Tripart. *lib. 5. cap. 32.* V. quoque Theodoretum, aliosque *Rei. Eccl.* Scriptores. Nempe, quòd Gentiles noctu certis ſolennitatibus, in Iſidis, Æſculapii, Cereris, aliorumque Idoloruin templis, congregarentur, prudentia humana judicabat è re eſſe, ut id in veræ Religionis uſum, ſicut plurima alia, verteretur. Verùm ſecuti in his Gentilium Vigiliis in ſceleruin occaſionem contecto vertit, indigitatam Plauto *Aulul. Prolog.* de Lyconide,

—— —— *Senex*
Is, adoleſcentis illius eſt avunculus,
Qui eam ſtupravit noctu, Cereris vigilii.

Unde Cicero *de LL. lib. 2. Quid autem mihi diſſicilcst in nocturnis, Poëtæ indicant Comici.* Ita, proceſſu temporis, apud Chriſtianos, idem evenit, ſicque auctа contagio eſt, *ut domus Dei — ſcuis veritas dicebat Judæis, fiores ſpeluncæ latronum, id eſt, ſtupratorum*, Polyd. Virgilius *de Inv. Rer. lib. 6. cap. 4.* Placuit proin Patribus Illiberi in Hiſpania convocatis, *prohibere, ne famine in Cœmeterio vigilent*, eo quòd ſæpe, ſub obtentu orationis, *ſcelera latenter commitantur*. Quorum veſtigiis inſiſtens Vigilantius ea *pervigilia* acriter reprehendit, obnitente Hieronymo, qui ob abuſum ea non abolenda eſſe cenſebat ; tandem neceſſitas pervicit : & *Vigiliæ ita cæpere cum venirbant, & inripibus cantilenis & fallitationibus & comiſſationibus, potationibus ac furnicationibus intendere caperunt — hujusmodi vigilia ſunt interdictæ*, Durandus Mimat. *Rational. lib. 6. cap. 7. num. 8.* V. quoque Concilium Auriſiodor. *can. 5.* Fr. Gualterum Epiſc. Pictav. A. C. 1280. idem prohibentem, apud Bochellum *lib. 4. tit. 12. cap. 17.* Auguſt. num inprimis *Sermone 15. ad Fratres in Eremo.* Quo facto, priſdie diei cujusque feſti jejunari cœpit, retento *Vigiliarum* vocabulo, ſicque

—— *morem novа ſtultuit aetas.*
Nam quia nox ſaleri ſuiet eſſe occaſio, & illud
Obſervant, qui furta volunt committere, tempus,
Jejunare diem viſum eſt ſapientibus illam,
Qua prait ——

ut inquit Mantuanus *Faſtorum lib. 5.* Verùm hic iterum, uti Gentilium jejunia, quae in Cereris, Jovis aliorumque Deaſtrorum, honorem colebant, in commeſſationes eo largiores deſierunt, ita apud Chriſtianos, jejunia dicta ſequi cœpere chorеæ, convivia, luſus : quorum *Bernhardus* primus meminit. Ephræm v. *Tom. 1. tract. de Char. p. 20. Dominus non dixit, adducite mihi opes aut vitulos aut hædos aut jejunium aut vigilam, — ſed quod ieve eſt ac facile ac compendioſum, hoc præcepit, dicens : Et in ignoſce fratri tuo* &c. Sed & , poſt *Vigilias nocturnas* abolitas, indictos fuiſſe certis locis & temporibus ſolennes cœtus, in quibus de die conveniant, ex vicinis oppidis & pagis, ibique variis luſibus ſeſe exercеant in Cœmeteriis, juxta quas cauponæ erigi ſolitæ, atque hujusmodi ſolennitates Pichtenſes vocare *Penſiones*, q. *pervigilia*, refert Andr. Rivetus *Summa Controv. Tract. 2. Quæſt. 15.* V. quoque ſupra, ubi de *Nocturnis Cœtibus*, & plura hanc in rem, apud Macros Fratres *Hieronixio*, & Car. du Freſne *Gloſſar.* quorum hic officium pro defunctis in Eccl. Rom. cani ſolitum *Vigilias* quoque appellari : & de Tyronum, qui militarem ordinem conſecuturi, pridie in Eccleſiam ſecedentes, in ea pernoctabant ac orationibus vacabant, *vigilia* : nec non de ritu medii ævi, *Vigilias cum clava muſſitandi*, indigitato in *Charta* Chrodegangi Epiſc. Metenſis A. C. 765. nonnulla addit.

Vigiliarii, item *Vigilgalli*, in *Reg.* Magiſtri *cap. 31.* dicuntur in Monaſteriis, qui ad Matutinos excitant religiosos Monachos, apud eundem.

Vigilum Præfectus, ab Auguſto inſtitutus eſt, teſtibus Suetonio *cap. 30.* Dione *lib. 55.* aliis. Cùm enim ſeptem cohortes opportunis conſtituiſſet locis, ut binas regiones Urbis unaquaque tueretur, præpoſuit eis Tribunos & ſuper omnes Spectabilem Virum, qui *Præfectus Vigilum* appellaretur. Is cognoſcebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus : niſi ſi quà tam atrox tamque famoſus quis eſſet, ut Præfecto Urbi remitteretur. Et quia plerunque incendia culpa inhabitantium fiunt, aut fabrilis caſtigabat eos, qui negligentius ignem habuiſſent, aut ſeverè interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittebat. Eidem incumbebat vigilare per totam noctem ; coercebat autem caleatus, cum hamis & dolabris. Si curabat omnes inquilinos admonendos, ne incuria aliquà incendium oriretur : Præterea, ut aquam unusquisque in cœnaculo haberet, Paulus *JC. ff. lib. de officio Præf. Vigilum.* Quæ confirmans Dio *lib. cit. Cùm*, inquit, *eo tempore multa in Urbe eſſent vaſtata, Liberiusve ſepem locis ad ea cœrandа inſtituit, Equitem eis præfecit, quos eſt haud diu id officium gerere pati ſtatuerat : tamen vehpid experius, miliſſimum ac maxime neceſſarium eſſe eorum munus, perduvare juſſit : ſanè, noſtrа ætate, etiam noctumis ab euſtodiet, non ex Liberiniis tantum, ſed ex aliis quoque militibus, munroſque in Urbe tenens, & mercedem publicè accipiens.* V. Joh. Roſinum *Antiqv. Rom. l. 7. cap. 34.*

Vigintiturmiviralе Synedrium, unum ex tribus erat Hebræorum Synedriis, ut Septuagintauniusvirali ſeu Magno inferius, ſic Triumvirali celebrius. Conſtituebantur ea in ſingulis Urbibus, quibus incolæ (Patreſamiliàs nempe) centum viginti : quem numerum ſic collegit Gemara Babylonia *ad tit. Sanhedr. cap. 1. fol.* 17. 2. Qualisnam heic ejusmodi numeri uſus ? Viginti tres, qui faciant Synedrium minus & tres Ordines viginti trium. " virales, ſic fiunt 97. Et decem, qui domui Synagogæ vacent, " ſic fiunt 102. & Scribæ, & 2. Inſpectores ſeu Lictores, & 2. Li- " ctigatores, & 2. Teſtes, & 2. ut Teſtes falſarii, & 2. qui eos convin- " cere poſſint. Ecce centù & quatuordecim. Receptum etiam eſt, " Urbem qualemcunque, cui deeſſent hæc decem res, Habitatio- " nem habere illicitum fuiſſe Diſcipulo Sapientis, Synedrium " Judicum, Lictores & pœnarum miniſtri, Aræa elecmoſynæ, à " duobus colligẽe & à tribus cogendæ & Domus Synagogæ" (Profectia publica) Domus ad lavandum, Latrina, Medicus, " Chirurgus, Libellarius, Lanio, Pædagogus. Quem locum eruditè explicat Joh. Seldenus de *Synedriis Vett. Hebr. lib. 2. cap. 5. §. 4.* è quo etiam id colligitur, licèt 120. ircolæ eſſent, non ea men Synedrio *Vigintiuniviralі* fuiſſe locum in Urbe, cui 10. illæ res deeſſent. Imò Maimonides *in ad tit. Sanhedrin cap. 1. §. 5. In urbe, cui deeſſent Bini Sapientes illuſtriores, quorum alter potis eſſet docere & ſententiam pronunciare in Lege ad ceteros, alter ſatis ſciens eſſet ad audiendum interrogandumque, non fuiſſe collocata Synedria*

ibria Vigintiriumviralia, *tametsi in ea essent mille Ifraëlitæ*, scribit. Idem, numeri præfati, juxta Vett. doctrinam Talmudicam, hanc affert rationem *Ibid. Undenam fallitur est*, quærens, *ut non constituerint Synedrium* (Vigintitriumvirale) *nisi in Urbe, cui essent insulæ* 120? *Idcirco, quod Synedrium debet ese vigintiarum, quidnæ accedere debebant tres ordines, quorum numerus* 69. *& decem qui Sacræ Synagogæ vacarent, & duo Scribæ & duo Lictores, & duo Litigatores & duo Tefes, & duo qui possent esi Rufarii & duo, qui hosce possent convincere & duo Electionsmæ collectores, præter unum insuper, qui cum eis eam erogares & Medicus & Chirurgus & Libellarius & Padagogus.* Ubi tertius ille is ac Electionsmaria pro aliquo ex reliquis, qui binis Collectoribus assumtus officium illud juxta morem erogandi præstare posset, sumendus videtur, quo sic numerus 120. exacte prodeat. Ut autem in Synedrio Magno, ad exemplum illius, quod sub Mose primò habitum, Princeps erat seu Præses; quem נשיא *Nasi* vocitabant, ita etiam in *Vigintiriumviralibus* semper erat, qui simili fueretur dignitate; ראש *Rosh*, quoque seu *Caput* dictus: à quo proxima dignitas erat דין אבטרי *Patris Synedrii* seu Principis secundi. Similiter, in consilendi ritu, *Vigintiriumvirale* Magnum æmulabatur: sic, ut semicirculum efficiendo, Princeps & Pater, in medio sederent, reliqui à dextris & sinistris juxta dignitates suas, Scribæ vero bini ad utrumque semicirculi cornu additum. Porrò coram Synedrii tres ordines Discipulorum Sapientum, singuli ex viginti tribus viris constantes, colloc abantur: quorum usus erat non modò in eo, ut inde sic, in Judicii capitalis dissensu, adsciscerentur Vigintriumviralium Synedris ex iis, si res postularet, plures etiam usque ad numerum 71. verum etiam, ut Synedrorum demortuorum loca inde supplerentur. Ex utrisque autem, tum Ordinibus illis, tum Synedriis, cooptabantur ac surrogabantur Collegæ Synedrii M. hoc modo: E Synedrio Vigintitrium viali ad atrium Templi posito, velut è promtuario, unde M. Synedrium ritu ordinario supplendum esset, successores evocabantur. E minoribus verò per Urbes & Provincias Synedriis, viri egregii in Synedrium illud alterum Hierosolymis, ad montem Templi collocatum, evocabantur, demortuis sc. aut semotis Collegis: illinc, ut successores, in Synedrium, quod ad atrium Templi, evehendi. Quo factum, ut spectatissimi quique multoque rerum Foren sium usu eminentissimi in Synedrium Magnum ascisceremur, &c. Judicia firmadriorum *Vigintiriumviralium*, tum pecuniaria fuere & Civilia, tum capitalia & Criminalia omnigena, nisi quæ inter casus Synedrio M. reservatos reperta. Eodem judicia pertinebant, quibus bestiis, velut etiam delinquentibus, mors ex Lege inferenda erat. Levit. cap. 20. *versu* 15. & 16. Item Exodi *cap.* 21. *versu* 29. sic tamen, ut inde ad Synedrium Magnum provocatio daretur. Neque verò hoc solum Magno, sed & *Vigintiriumvirali* Imò & Triumvirali, ita fuberat, cum aliis, Pontifex Maximus, ut in jus, pro imperii in eis ac jurisdictionis discrimine, vocari posset judiciarique: Imò nec ipse Rex immunis, cujus *judicia civilia peragenda fuisse apud Vigintiriumviros*, legimus in Gemara Hierosolym. quin & flagris ibi Regem obnoxium, tradunt Doctores: quemadmodum & Pontificem M. cui tamen, ob singularem erga eum reverentiam & ne ita jus vocatus functioni facere minus fonte deesset, per Procuratorem, Hierosolymitanæ quintarii; qua de re, ut & plura de Synedriis Hebræorum, V. apud præfatum Seldenum opere cit. *l.* 2. *passim*, *inprimis* c. 5. §. 2, 3, 4, *cap.* 6. §. 1, 2. *cap.* 8. §. 1, 2, 3. *cap.* 9. §. 1. &c.

Vigintiviri agris dandis, apud Romanos, qui fuerint, docet Rosinus *Antiq. Rom. lib.* 7. *cap.* 47. cùm ait: *Cùm aus Lege alicujus aut Plebe scitum, aut Senatusconsulto decretum esset, Coloniam aliquam deduci, & numerus colonorum esset scriptus, creabantur Comitiis Tributis, modo per Consulem, modo per Prætorem Urbanum, Curatores, qui colonias deducerent, interdum tres, interdum quinque, septem, decem, viginti etiam, qui inde Triumviri, Quinqueviri, Septemviri, Decemviri*, Viginitiviri *colonie deducende aut agris dandis, attribuendis ve appellabantur. Hi, postquam creati erant, Colonos, qui vel sua sponte nomina dederant, vel sorte exierant, in agros lege definitos atque in Colonum sub vexillo, quasi exercitum aliquem deducebant: cujus deductionis Dux aliquis à Curatoribus Agrariis erat*, &c. Alii ab his *Vigintiviri* sunt, memorati Spartiano in *Didio Juliano*, *Inter* Vigintiviros *electus est*, *suffragio matris Marci*. Nempe liberâ Rep. vetus fuit consuetudo, ut populus quotannis XXVI. viros crearet, quorum munia sic postea distribuebantur. Fiebant ex illis Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri Curatores Viarum in Urbe, Decemviri sflitibus judicandis, qui hastam centumviralem cogebant, Duumviri Curatores viarum extra urbem, & Quatuorviri in præfecturas Campaniæ mittebantur. Sed hæc numerus ab Augusto fuit imminutus, fublatis Viocuris, qui extra urbem curabant, & Quatuorviris, qui in Campaniam mittebantur: quo pacto pro XXVI. Viris manfere XX. Viri solùm, quos quidem non instituit hic Imperator, fed eorum tantùm creationem mutavit, jubens ut ex Equestri ordine eligerentur, qui videntur antea soliti è Senatorum liberis creari, V. Dionem *lib.* 54. ubi de illis fusè, Festum voce *Præfecturæ*, & Jac. Cujacium *Observat. lib.* II. Erat autem *Vigintiviratus*, velut janua, ad honores aditum pandens, ad quos perdiu Principum quoque liberi adibant hac viâ. Sed dispensatum nonnunquam à Senatu, uti ex Tacito discimus, qui Tiberium commendantem Neronem, è juvenibus Germanici jam ingressum juventam, petisse, ut munere capessendi *Vigintiviratus* fungeretur, scribit *Annal. l.* 5. V. Casaubonum *Not. ad Spartianum d. l.* & *ad Suetonium Augusto cap.* 37.

Vilia seu *Villia* Lex annalis, de ætate Magistratuum. Tulit eam *L. Villius* annalis Tribunus Pl. L. Manlio Acidino Fulviano, Q. Fulvio Flacco fratribus Germanis Coss. A. U. C. 574. *quot annos nati quemq. Magistratum peterent capererique*, Liv. *lib.* 40. ubi tamen corrupte legitur, ab L. Julio Tr. Pl. latam, uti adnotat Sigonius. Meminit Legis ejus & Cælius ad Ciceronem, & Valerius Max. ubi eodem modo pro L. *Villii* aut L. Julius, aut Tullius, hactenus lectum est, quod Viri docti emendarunt. Quæ autem ætas cuique Magistratui capiendo definita hac Lege fit, à Livio non exprimitur Paulus Manutius & alii id quæ fiverunt & liberaliter allis communicaverunt, quod fic habet: Quæstura primus Magistratus Urbanus fuit, quem non liceret capere ante annum ætatis 27. videtur colligi posse, ex Polybio *lib.* 6. ubi scribit, Legem fuisse, *Ne quis ne tubernum Magistratum gereret, nisi decem stipendia confecisset*: annus autem legitimus ad militandum, fuit decimus septimus, Cic. *Philipp.* 5. Tribunatui Pl. definiunt annum ætatis 30. Ædilitati 37. Prætoræ 40. Consulatui 43. &c. V. præfatum Manutium *Antiqq.* & Rosinum *lib.* 8. *cap.* 5.

Villii, cognom. Annudi Gethorum & Sueonum R. quòd Annudo Annofo patri, ex concubina, natus esset. Hoc enim adeò in illis gentibus probrosum fuit, ut ex illegitima concimixtione nati vix inter honestos comparere auderent, etiamsi Regum essent filii, uti plur bus videre est, apud Joannem Magnum *lib.* 18. *cap.* 6. Cœterùm *Villiſimi* hominum Copreæ, in aulis Principum Rom. jam inde à temporibus Triumvirorum, dicti sunt: quæ vox Græcæ originis, Mos enim Græcorum, in omni *villitate* explicanda, fimilibus vocibus aut loquendi generibus uti. Ut in illo improbo Heraclii, apud Strabonem Plut. & Cedrenum, *Nixus κορζῆαι ἐκδυπνίοις*. Unde Abdias *Hiſtor. Apoſtol. l.* 6. *Audi Domine Rex: iſta ſtercora abjicienda ſunt, & ex eo Regno emundanda: Τὰ κορζῆα τοῦτο ἐκδυπνία.*

Sic *copreas* eleganter Hebraïce dixeris גלולים *gillolim*, quâ ejusdem originis voce Hebræi Deos falsos significant: & notum, quo pacto omnium rerum, extra Christum, vilipendium Paulus expresserit, in Epistolis. V. Casaubonum *ad Tiberium Suetonii cap.* 61. de *Villitate verò Annonæ* supra loco non uno.

Villa, an à *vehendo*, quasi *Vehilta*, quòd in eam à Villico fructus convehantur & evehantur, cùm veneunt: an à *valle*, i. e. aggere terræ, qui pro limite constitui solet: an à *Via* & plerunque *adjectium finem* significat, *l.* 81. §. 3. *ff. de Leg.* 1. interdum accessio erat fundi, *l.* 8. & 10. *ff. quib. mod. uſufr. amit.* Joh. Laurentius JC. *ad Dracont lib.* 4. *fab.* 5. *verſ.*

Lanifica agellus, pecora, Villam, *operarios.*

Pignorio aut *urbana* erat, aut *rustica*, aut *fructuaria*: Rustisque urbana, aut *hyberna* aut *æstiva*, in quarum illa Paterfamilias per hyemem erat, in ista per æstatem. Cujus membra erant, cubicula, cœnationes, balnearia, ambulationes & reliqua, ut in habitatione legitimè urbana; instrucbaturque miniſteriis eò translatis, quousque Dominus ibi permansisset: Atriensibus e. g. Balneatoribus, Fornacariis, Diætariis, Ostiariis, Fullonibus, Medialibus, Scoparis, Supellectiariis, Tonsoribus & reliquis aliis ad Domini usum ac delicias. Atriensi autem rustico injungit Columella *lib.* 12. *cap.* 3. ut supellectilem exponat, ut cureț ferramenta nitidari & libraari rubigine, quod non modò turi, sed etiam in urbe aliquando placuit cùm Cicero Paradox. 5. Atriensi comparet illum, qui Matellionem Corinthium cupidè tractabat. Et quidem id apud parcos utique & attentos Patresfamilias obtinuisse videtur, qui nolient supervacaneum supellectilcariam domi habere. *Villæ* verò rusticæ primas idem Columella assignat culinæ, quam in chorte constituit Vitruvius: Pignorius, intercisione familiæ rusticæ, de Pistrino primùm agit. Dein loquitur de muliebribus, quæ pulmentaria rusticis coquebant, & iis, qui olibum familiæ conficiebant. Sequuntur apud Eundem Focariæ, Focarii seu Cellarii ac Promi, Valeudinarius, Operarii, Agricolæ, Mediastini, Sarritores, Occatores, Runcatores, Messores & alii hujusmodi, quos *operas* vocat Horatius. Coloni porrò, Adscripitii glebales, Lanificæ & Ar-

Laniæ, Textores aliique, V. eum *Comm. de Servis*. Quibus omnibus præerat *Villicus*, cui juxta januam præcipiunt rei Rusticæ Scriptores habitationem fieri; quod *huic familiæ intelam*, inquit Appulejus *Metam. lib. 8. dominus permitterat, ius, rationes & pecuniam dominicam custodiret*. Latinis Græcissantibus *Epitropus* est, Auson. *Epist.* 8. Varroni *Agricolturæ princeps*, de *Re R. lib.* 1. *cap.* 2. qui, qua in domini locum succedit, ut notat Columella *l.* 12. *in princ. Vicedominus* subinde dictus reperitur. Atque hic quandoque distrahendis mercibus præponebatur, *leg.* 16. *de institor. act.* ut Ausonianus ille Philon. Ejusdem munera late perfequitur *Cato tit* 3. & 142. Varro *de Re R. lib.* 1. *cap.* 36. Columella *l.* 11. *princ. l.* 1. *cap.* 8. Florentinus apud Constantin. *lib.* 2. *c.* 42. & 43. & hoc ministerii nomen eleganter transtulit Cicero ad Magistratus, *Orat pro Plancio*, inquiens: *Sic Pop. Rom. dilexit Magistratus, quasi Reipublicæ Villicos*. Quem imitatus est Juvenalis *Sat.* 4. *vers.* 77.

Pegasus, attonitæ positus modo Villicus *urbi.*

Et *Sat.* 3. *vers.* 194.

——— *Nam fic labentibus obstat*
Villicus, *& veteris Romæ comitis hiatum.*

Accepit autem Arnobius *adv. Gentes lib.* 3. proprie & fignanter; *Cædes & ipsis assequatur, Deorumque Magistratus ipsi Coronent, Genium Jovialem ac Paium, fat non illam feminam, quam vulgarium acci-pit, sed masculini nescio quem generis, ministrum Jovis ac Villicum.* Ejus contubernalis *Villica* fuit, cujus ministerium exequuntur Auctores laudati. Et fanè, cum matronæ olim ruris & intra mentorum agrestium curam haberent sedulam, non erat *Villicæ* magna admodum opera, quod ipfi domini fua quotidie inviserent. At cum luxus & inertia pessimum laudatos mores defecit, necessaria *Villicæ* visa est, quæ Matronæ officia tueretur. Curabat autem illa pecora & falgama, præfertim ubi non aderant horum peculiares ministri. Unde Juvenalis, cum Villicam nominaffet, *Satyra* 11. *verfu* 68. ajens,

——— *Et montani*
Asparagi: positi quos legit Villica *fisci:*

Statim subjungit,

Grandia præterea, turvoq; talentia fœno
Ova adstant, ipsis cum Matribus & servatæ
Parvæ anni, quales fuerant in vitibus uvæ:
Signinum, Syrumq; pyrum, de corbibus isidem,
Æmula Picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda ubi, siccatum frigore posluam
Autumnum & crudi posluere pericula fuci.

Eidem unicæ cuiam vestis conditæ præfcribit Columella *lib.* 12. *cap.* 3. insuperque ut præparatas pro thas habeat lanas, ex quibus ibi, adcribus & aliis in honore; fervilis vestis domi conficiatur. Monet præterea, ut ad telam accedat, ac, fi quid melius fciat, doceat. Imò & non semel ipfa occupabat Coqui partes, apud tenuiores, ut videre est apud Martialem *lib.* 12. *Epig.* 18. & Muretum *Ode ad Petrum Gerard.* Redeo ad *Villicum*, quem inter lautiores fervos connumerat Plautus *Cafina Act.* 2. *Scena* 1. Ab eo non multum abfuit Monitor, qui operatis verbo & exemplo præibat, Colum, *lib.* 1. *cap. ult.* Item Difpenfator ac Procurator, cujus cellam fupra januam conftituit Columella, ut *Villicum* obfervet ex vicino, & intrantium exeuntiumque conspectum habeat: quam miniferii conjunctionem agnovit & Cicero *lib.* 14. *ad Attic. Epist.* 16. *Cùm Filiæ noftræ villam ad Lucrinum, Villicus, & Procuratores tradidiffem.* In familia quoque Cæfarum *Villicus* feu Procuratores Hortorum, tam urbanorum, quàm fuburbanorum, pro dignitate, feu potius fuperbia, divinæ domus, fuiffe, difcimus ex Infcr. vet. *D. Ant. Pelici Cof. ser. Villico. Hortorum. Augustorum* &c. Item, *Genio. Cæf. Herodian. Præpositur. divi. Augusti. idem. posita. Villicus. in. hortis. Sallustianis.* Et de his demum illud Senecæ *Controv. lib.* 5. dici potuit, *Latius, & nunc Villici, quàm Reges imperant.* Cujus ordinis etiam *Subvillicus* fuit, de quo fupra. Nec plane intacta tranfeat *Villa* ftructuraria, in qua fæpius laudatus Columella cellas locat, oleariam, torcularium, vinariam, defrutariam & cæteras: Cujus proin ftationis erant, Olivitor, Capularius, Linguli, Strictores, Factores, Cuftos, Prælatores, Doliatii, Vinitores, Vindemiatores, Frondatores, Putatores, Salictarii, Fœnifcæ &c. Appendices tandem *Villæ*, hortus, fornax, furnus, pifcinæ, fterquilinia, cohortes, aviaria, leporaria. Sed de his omnibus fusè atque eruditè agentem V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, cui adde, fi vifum eft, Tit. Popmam *de Operis Servo*. Addam faltem, quod Varro notat in fui temporis hominibus, illos *Villis* fuis delicata nomina usq; inde Græcia petita imposuisse fuiffe, folito. Vocat *Syracosia* & *Telemaphon* Auguftî Imp. *Pauslipum, Academia* &c. aliorum, V. Cafaubonum ad *Suetonium Augusto* c. 72. A *Villa*, fed recentiori notione fumta, *Villani*, medio ævo dicti funt, qui alias *Rustici*, & *Pagenses*: proprie, qui *villas* seu glebæ afcripti villis ac fervilis habebantur conditionis, &, ut fervi, in commercio erant ac cum villis præbidque vænibant, à fervis tamen diverfi, uti docet Car. du Freine *Gloffar.* ubi *Villani* uxorem, non *Villanam*, fed *Nativam*, appellari confuevifle, docet ex Littletone, pluraque hanc in rem, ut & de crudeli *Villanorum Coliatione* & *de Parada* fervitute apud Hifpanos, qui *etiam inter filios dominorum fuorum dutebantur gladio dividendi*, ex Vitali Epifc. Osmenfi, nonnulla addit.

Villa Dominica, feu *Regia*, quæ Regum propria, dicitur apud *Rerum Franc.* Scriptores. Cujusmodi Villæ, *Carisiacus, Vifci & Vici Regii*, *Palatia*, interdum nude *Villæ*, appellantur. V. fupra paffim, inprimis ubi de Francia Regum *Palatiis*.

Villa Dudoceim Deorum, nomen Villæ, in qua Tiberius, *oppreffa conjuratione Sejani, nihilo fecurior aut conftantior, per novem proximos menses*, moratus eft, apud Suetonium *in eo cap.* 65. ubi Cafaubonum vide.

Villa Franca, nomen illuftris in Hifpania Familiæ, quæ Tolerane Stirpis ramus eft. In hacenim Petrus Prorex Neapolit. fil. Friderici Alvari Toletani Albæ Ducis, ex Maria Oforia Pimentellia (fil. Ludovici Marchi, *de Villa Franca*) genuit Gartiam I. Toletanum Oforium March. *de Villa Franca* Duc. *de Fernandina*, qui, junctâ fibi Victoria Columnia, fuf. epit Petrum, ex Elvira Mendocia, patrem Garfiæ II. qui ex Maria Mendozia lineam propagavit. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Parte II. V.* eundem *Arte Heraldica Tom. II.*

Villa Hadriani, locus delitiarum olim Imperatorishujus, jam in ruinis, *Tivoli* vocatus, *Tiber* notat, appellatur vulgo, &, quæ ei hodie facies, accurate defcribitur Jac. Sponio *Itinerar. Part.* 1. *pag.* 54. Meminit ejus Spartianus his verbis: *Tiburtinum Villam mire exadificavit, ita ut in ea & provinciarum, & locorum celeberrima nomina inscriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen, Tempe vocaret. Et, ut nihil præterniteret, etiam Inferos finxit.* Inde ifidis ex marmore nigro fimulachrum Romam translatum, hodie in Maximorum Palatio conspicitur &c.

Villa Nova *del Freffo*, nomen Familiæ in Hifpania illuftris, quæ Portocarreræ Stirpis ramus eft. In hac namque Petrus cognom. *Surdus*, inter alios, Joannem genuit, Marchionem *Villæ Novæ* feu *de Villanueva del Freffno*; quo, & Maria Oforia, editus Alfonfus pater fuit, ex Leonora agnata, Joannis: cui Joanna itidem agnata peperit Alfonfum II. cujus, ex Ifabella *de la Cueva*, liberi fuere Joannes & Francifca *March. de Villanueva del Freffno* I. *Villanova de Barcarrota*. Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobil. Europ. Parte III. p.* 23 & *Arte Herald. Tom. II.*

Villa Nova *del Rio*, in eodem Regno, nomen illuftris Familiæ, ortæ à Friderico *Henriquez*, Ferdinandi Henricii D, Alcalæ fratre, & Ferdinandi Henricii *de Ribera* Com. *de los Molares* filio. Qui, dominium hoc nomenque nactus, ex Maria Cordubenfi, genuit Ferdinandum, mortium Mariæ agnatæ, & ex ea patrem Antonii Henrici, qui deceffit *sine*, nullâ ex Anna (fil. Antonii Alvari Toletani Duc. Albæ) prole relicta & Antoniæ hæredis, quæ Ferdinando Alvaro Toletano Duci Albæ nupfit. Spenerus *Theatr. cit. Part. II. p.* 53. V. quoq; eum, *Arte Herald.* ubi infrà.

Villa Totius Anni, Senecæ *Epist.* 55. eleganter dicitur, quæ temperatis artificio frigoribus fervoribusque, per omnes anni partes, commodam præbet habitationem, feu, ubi

——— *Sitiris alget,*
Brumæ tepet, versumq; domus sibi temperat annum,

uti canit Paulinus *Epithalamio Stellæ & Violantillæ*, ubi Barthium vide.

Villalonso, nomen Familiæ illuftris in Hifpania, quæ Stirpis Ulloæ ramus eft. Nam in hac alter filiorum Doctoris Petri *Tamez, de Ulloa*, Confiliarii Johannis II. Johannes, Dominus *de Villalonso* fuit, è quibus ejus abnepos Joh. Calpatus *Comitis de Villalonso* axioma nactus, junctâ fibi Teresa *de Saavedra*, jacuit Didacum *Ulloa Sarmiento Com. de Villalonso March. de Bialtagar*, qui ex Antonia Benavida genus propagavit. V. Spenerum ubi fupra, *Theatr.* inprimis *Part. II. p.* 114.

Villar, nomen itidem Familiæ in Portugallia illuftris, cujus auctor fuit Ferdinandus major natu filius Dionyfii *Dn. de Cifuentes* & dein *Alba de Torres* (Petro R. ex Agnete de Caftro genit.) Nactus hic enim titulum Domini *de Torres*, *Villar & Dompardo*, ex Beatrice *de Lunna*, Bernardinum genuit, Mariæ Mexiæ maritum, & ex ea patrem Ferdinandi *de Torres & Portugal, Com. de Villar Dompardo*. Hujus Franciſca *de Carvajal* peperit Bernardinum, patrem ex Agnete Magricia Joannis, quo & Ifabella Oforia *de Carvajal* geniti funt Bernardinus, & Agnes Mauricia, uxor Antonii *de Calatayud* Com. *del Real*. Spenerus *ibid. Part. II. pag.* 90. V. etiam, *Arte Herald. Tom. II.*

Villaregias Nicolaus, 76 annis fub 5. Regibus Franciæ Regni negotia geffit, Miniftri & Secretarius Status, de quo Thuanum aliosque vide. Hinc Familiæ illuftri nomen, quæ Stirpis *de Neufville* ramus eft. In hac enim Nicolaus *de Neufville*, Dominus *de Villeroy* præfatus, fil. patris cognominis, ex Magdalena Albafpinæa, pater fuit Caroli *de Neufville*, March. *de Hallincourt*; quo ex Jacoba Harlæa natus Nicolaus Dux Villaregius junxit fibi Magdalenam Crequiam *de Lesdiguieres*, atque ex ea fufcepit Franciſcum March. Villaregium, qui ex Maria Marg. Coffæa ftemma propagavit. Spenerus ubi fupra, *Part. III. p.* 78.

Villars.

Villare, nomen in eodem Regno Familiæ illustris, de qua V. suprà, ubi de Familia *Thoiree*.

Villicus, Villæ præfectus, V. suprà, *Villa*. Sed & quivis præpositus, procurator dispensatorque. Sic ærarii præfectum *Villicum* vocat Tibullus,

Villicus ærari quondam nunc cultor agelli.

Juvenalis *Villicum Urbis*, pro præfecto, similiter dixit :

Pegasus attonitæ positus modò Villicus urbi.

Villicum Pegasi, Imperatorem, Lampridius *Alexandro Sev.* appellat &c. Similiter in antiquis lapp. VIL. AB. ALIM. id est, *Villicus ab Alimentis*, qui alias Procurator ab Alimentis: VILICVS HORTORVM MAJANORVM : VILLICVS A PLVMBO, i. Procurator &c. occurrit. V. Salmasium *Not. ad Lampridium*. Recentiori ævo, pro eo vox accipitur, qui vulgò *Major villæ* dicitur, seu is sit ad tempus, ut sunt *Majores* Scabini in civitatibus : sive id muneris habeat in præsidiis rusticis, ratione Feudi, quæ de vocis notione complura congessit du Fresne *Glossario*.

Villosa, in *Epist.* Bonifacii Epiſcopi Moguntini, *Tranmisto —villosam ad tergendos pedes Dilectionis vestræ*, & *Chron.* Fonta nellensi, *Linea ad manus tergendas mittitur, sæpe*riorum est seu linteum villosum, ad tergendos pedes manu sque. Est autem villosus pannus, qui τετρασπίδιον & vel ἀμφίβληστρον, *Alcæa*, vel *retrague parte pilosus*, qualia *gausapa* Vett. de quibus suo loco. Hinc *Velous* hodieque panni lanei, vel seriei potius *villosi*, Gallis, licet vocem à Græco βόμβυξ-Cotacius *ad A. Vell. lect. 1. 11.* à Latino *Velum*; Goldastus deducit *ad S. Verianum Clement* p. 105. C. du Fresne *Glossar.*

Vim vi repellere, Naturæ lex est. uti docet *in Milon.* Tullius. Nonenim injuria infertur, sed repellitur, & vi vis illata vindicatur. Quare prima hac de re sancita lex & scripta Rhadamanthum auctorem habet, teste Apollodoro *Bibliath. l. 2.* ubi de Hercule, qui Linum occiderat. Repetita postmodum à Dracone Athenienſium Legislatore, his verbis: Κὰν τις βίαιον τὰ ἄρματα βιᾷ ἀδίκως ἀφέλκηται, ἀμυνεῖν ἐξεῖναι, *Si quis vi tum injuste vim inferentem necessitas, inre cæsus esto*, apud Demosthenem in *Aristocr.* Ubi tamen cautiones adhibet Draco primùm, ut ſtatim ac illata fuerit vis & injuria vindicetur; deinde ut ab eo ſolo, cui vis illata. Quo modo qui se occidisse fatebantur, causam in Foro τῷ ἐπὶ Δελφινίῳ dicebant: utque nunc se occidisse ſignificarent, Soli gladium oſtendebant, uti liquet ex Oreſtis apud Euripidem exemplo. Sam. Petitus *Comm. in LL. Attic. lib. 7. tit. 1.* qui eſt de *Sicariis*.

Vimen, ex *vieo* vel *vincio*, quaſi *Vinimen*, olim, cannabis ut nondum cognito, funibus contexendiis inſerviebat. Inde eſt apud Calpurnium *Ecloq.* 3.

Quid ſi dura tumes etiam nunc verbera Phyllis,
Tradimus ecce manus, flectille Vimine torto
Scilicet, & lenta poſt tergum vite domentur.

Homerus,

—— Δίδε μοι ἰκριὸν ἕνδον, &c.

V. quoque Theocritum *Idyll. 1.* C. Paſchalium *Coronar. l. 1. capp.* 13 & 14. ubi de vimine in coronarum & Meurſium *Not. in Lycophr.* Eſt nempe *Vimen* virgultum *viendo* aptum: eo præter ea, quæ vulgò inde conſuunt, calathos, crates, alia, ſcuta Spartaco & copiis ejus contexta, corioque tecta, memorantur Frontino *lib. 1. c. 7. Vimineram na vimo* meminit Solinus c. 22. ubi de Britannis *Navigant autem viminis alveis*. Quas *vitiles* vocat Plin. *l. 7. cap.* 56. Sed *vitile* latius patet, *viminum* autem id ſolum, quod è *vimine* texum eſt: Salmaſius *ad Solinum pag.* 245, &c. Alium *vimen* ita uſum indigitat Aldhelmus *de Virgin. Proſa, cum virgulis & nodoſa* viminibus *cadercum*. Et *verſu*,

—— & geminas vernanti vimine virgas.

Sellicet *ſuepvine virgæ*, & *ſuepvinum vimen*, ut idem albi vocat, eodem ſine inſerviit, quo *ſuepvum ferula* memoratum Auſonio &c. V. Jo. Frid. Gronovium *Obſervator. in Scriptor. Eccl. cap.* 35 ut & in vocibus *Viminalis* & *Viminetus*, inprimis vero ſuprà ubi de Sanenſium mirabili *vimine*, quod *Rota* Lusitanis, incolis *Tong* appellari diximus. Eſt verbum addam de uſu *Viminis* sacro, *ſuvidior*, ſeu *canistrum vimineum*, in quo S. Euchariſtia repoſita, occurrit in *Liturgia* S. Baſilii, ὁ ἱερεὺς ἀναστήσας τὸ ἱερεῖον, *Diaconus reponit ſportam*: apud Hieronymum *Epiſt. ad Ruſticum &c. in.* Nihil illo ditius, qui corpus Domini *canistro vimineo* — portat &c. in cujus modi ſportis panis myſticus ad ægros deferebatur, uti hodie in pyxide antiquitus ad eundem uſum apta. Hinc illa formam Cherubinorum, quam &c. alii, diſcimus ex *Hiſt.* Conc. Florent. *ſeſſ.* 3. c. 17. Sed & *ſuvidium cartalli* fuere ſeu *cophini*, in quos componebant ſacram ſupellectilem, cùm à mensa in Sacrarium referenda eſſet, *Chron.* Alexandrinum *ad annum Hera dii* 14. Olymp. 351. Nempe *pimis* vas in *pimo*, è *vimine*, unde *pividior*. Alia notio vocis, in *Liturgia* Jacobi, *Conſtit. Apoſt. l. 8. cap.* 12. ubi *myſtarium* notat, in *Liturgia* uſurpari ſolitum, V. Cl Suicerum *Theſ. Eccl.* voce *Ευιδίον*.

Viminalium, Myſtæ opp. adde: Hic Severus Imper. *quum bra contra Albinum, ſtilum ſum majorem Auſtianum, appoſito Aurelii Antonini nomine, Cæſarem appella vit, ut fratrem ſuum Cæſam, ab ſpe Imperii, quam ille conceperat, ſubmoveret*, apud Spartianum.

Vinarii, apud Lampridium *in Alexandro Sev.* *Corpora omnium conſtituit*, Vinariorum, *Lupinariorum*, *Caligariorum — his ſque ex ſe defenſores dedit*: Negotiatores *Vini* ſunt, quorum corporis meminit etiam vetus *Inſcr.* Romæ,

C. SEN - - - O. REGULIANO. EQ.
R. DIFFVS. OLEARIO. EX. BÆTICA.
CVRATORI. EJVSDEM. CORPORIS. NEGOT. VINARIO. LVGDVN: &c.

Lenonibus junguntur, apud Aur. Victorem, *Inter hæc ipſe* (Gallienus) *popinas ganeaſque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat*: quemadmodum *vina & ſiupra* conjunxit Treb. Pollio *in eodem*. In ſpecie *Negotiantium vini Supernatis & Arminenſis*, mentionem fecit Romæ in vet. itidem *Inſcr.* apud Jac. Spoonium *Itiner. P. ſrio. pag.* 38. Alii fuere *Ponnarii*, de quibus idem Lampridius paulò poſt, ut & in *Vita* Heliogabali. Sed & *Vinarius*, recentiori ævo, inter Monaſtica officia, occurrit paſſim, iisque ſic dicitur, cui *Vinum* cura incumbit. *Vinarius Conventus*, in *Tabul.* Cisoniensi an 1366. *Frater Vinarius*, in *Vita* Bernardi Poenit. *num.* 18. *Cuſtos Vini*, apud Bern. Monachum *in Conſuetud. Cluniac.* quem ſolum ab Abbate inſtitui & deliri non poſſe, docet ex *Hiſt.* Monaſterii præfati Car. du Freſne *Gloſſar.*

Vinca Pervinca, *ſemper vivit, ſi modium linea follis geniculatim circumdetur. Topiaria herba, ſimplum vinca, duplum alligunatis ſupplet*, in coronamentis ſic Plinius *l. 21. cap.* 2. antiquitus *Vica Pervica* Appulejo *Victoria*, quòd *vincere per vincteris*, injuria temporis ac ſemper vincret, V. ſuprà *Vica Pota*. *Clematis* dicitur Dioſcoridi, cujus folia lauro ſimilia, unde & *chamædaphnes* nomen ei à Plinio tributum. Sed quæ longe diverſa abea, quam Dioſcorides & Stephanus eandem cum Alexandrea faciunt, uti pluribus docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 403. & 404.

Vince Luna, à ſuperſtitioſis olim Lunæ laboranti ac deliquium patienti acclamari ſolitum, nec à Sole ſe, ſe *vinci* pateretur, *Indiculus Superſtit. & paganiar.* in Concilio Liptin. An. C. 743. *De Lunæ defectione, quod dicitus Vince Luna*. Id quod fiebat magna cum vociferatione, ut videre eſt apud Maximum *Taurin. Homil. de defectu Lunæ*. Unde Eligius apud Audoenum *in vita* ejus *l. 2. c. 15. Natus ſi quando Luna obtenebratur, vociferari præſumat*, ne videatur ejusvanda ærisſinnitus, ut ancient. eſt Plut. *Æmilio* & Tacitus *Annal. l. 1.* aliaque malefi cia. Beda de *Rem. Temporum, c.* 21. *Quando Lunæobſcuratur, vel clamoribus ſuis, vel maleficiis, ſacrilego usu, ſe defenſare poſſe confidunt*. Nempe tunc Lunam à Sole impeti credebant. Sicut Turcæ hodieque ab horribili fera vim pati, & Indi, usque ad ſanguinis effuſionem flagellari, cum eclipſim patitur, habent perſuaſum, V. P. de Valle *Itiner. Part. 1.* Octav. Ferrarium *Origin. Ital.* voce *Glubiana*, Car. du Freſne *Gloſſario Lat.*

Vin enius Caſtellionæus Mediolanenſis, an Hiſpanus, ſummus Canoniſta, & Bern. Botton, præceptor, inter prin os Gloſſatores *Decreti*, memoratur Germ. von Maltricht *Hiſtor. Juris Eccl. num* 334.

Vincere. Donato *eſt verbum familiare iratis, cùm nimirum iram ponunt, & oratî omittunt indignationem*. Imò non tam cum ponunt, quam cum, importunitate precum expugnati, permittunt ſe aliorum arbitrio Cæſar, *Vincis, inquit, ſi te vult*. Suetonius *Julio cap.* 3 *Satis conſtat, Sullam, cùm — illi perinacter contenderet, expugnatum, tandem proclamaſſe — Vincerent ac ſibi haberent*. V. quoque Terentium, Alios. Sic Græci νικᾶν ſimili notione uſurpant. Sophocles *Electra*,

—— τὸ δὲ μὴ καλὸν
Νίκην, σὺ νικᾷ σοὶ γὰρ ἐξεστὶ τάδε.

Oedipo Col.

Νίκα· χάριν γὰρ εἰς ἐμὲ σὴν γνώμην τάδε.

Euripides *Alceſt.*

Νίκα νὸν· ἢ μὴ ἀπόστατός μι σκοπεῖ &c.

A' qua mente in eodem Suetonii loco *expugnatus* eſt, pro *exoratus* : uti & in *Tiberio cap.* 21. & apud Coſumellam *Præfat. lib.* 10. Quod imitatione Græcorum quoque dictum, qui non ſolum μαχόμενος, de omni vehementiore ſtudio uſurpant, ſed etiam νικᾶσθαι pro ἐπιθυμεῖν *precibus* accipiunt. Chion *Epiſt. ad Matricium*, ἡσυχάζομεν ἐπὶ τοῖς ἀπὸ σοῦ νικᾶσθαι, *Quietis nobis erat* &c. Quo modo uti ſunt voce *expugnatio* Impp. in quadam de nuptiis *Conſtitutione*. Nec diſſimilem verbi καταναγκάζω uſum apud eundem Chionem, obſervavit Caſaubonus; quem hanc in rem V. ad Suetonium *l. 1.* adde Barthium *Animad verſion. Papinianis ad Achilleid. lib. 2. v.* 244.

Vincipes, apud Tertullianum *de Pallio cap.* 5 *Quàm enim non expedias in aliquo & ardare nigere nudipudam, quam in calceo vincipe dem*: eſt qui *pedes* calceis *vinciri* habet. Videtur enim telpexiſſe Auctor ad Muſonii Philoſophi dictum, qui, ut *divinos* ocios commendaret, inter *calceari & vinciri* parum diſcriminis eſſe, ſtatuebat, τὸ γὰρ ὑποδεῖσθαι ἴσχυε τῷ ἐνδεῖσθαι, uti apud Stobæum legimus. Adeoque præſtare eſſe dixit *nudipedem, quàm vincipedem*, h. e. nudos, quàm *vinctos* habere pedes. Certe & Latinis *vincula* pro calciamentis. Virgilius *Æneid. l. 4.*

Unum exuta pedem vinclis *in voce recondita.*

Et alibi, *Terribena vincula*, apud eundem funt calceamenta Tuſca. Ovidius,

Arida de vinclis crura refolve tuis &c.

V. Salmaſium *ad Tertullianum d.l.* & de Vett. *Annorum ratione* ſuprà, voce *Nudipes*; plura verò de his pedum vinculis, in voce *Calceus*, item *Obſtragula*.

Vinculum, à *vinciendo*, vox generalis eſt, & ad omnia ea, quibus neceſſitas, voluptas, ac judicis provocata criminibus ſeveritas, hominem irretire ſolet, extenſa. *Vincula pedum* modò vidimus. *Veronæ vinctus*, conjugiales Vett. vittas, appellat Papinius *Sylv 2.l.1.* de quibus V. Briſſonium, & Hottomannum *de Nup tis*. Sed & coronæ primitus ni ſi niſi vincula erant, capiti inter convivialem five lætitiam, five lafciviam, addtinguendo. Quo fine ex Amerina ſalice, Saturni ætate, coronæ plexæ, ſtrophisque ex obvio factis caput redimitum: donec è ſectiore materia, ipſaque adeò florum diſpoſitione jam quæſitiore, conſeclæ ſuccefferunt; quas aureæ tandem gemmarefque excepere. Ipſum diadema, quod niſi *vinculum*, quod & ipſa vox indigitat. Seneca *Troad.*

Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vana putem
Fulgore cæſtum nomen? & falſo ornam
Vinclo *decentem* ——

Quam in rem V. Car. Paſchalium *Coronar. l. 2. c. 1. & l. 9. c. 3.* uti de *vin ncto* collo, brachiis, pectori, crinibus &c. ornatus amſa circumdari ſolitis hic paſſim. Tranſeo ad illa, quæ Juſtitiæ rigor hominum delictis injicit. Quà notione, voce hac complexi ſunt Romani compedes, pedicas, manicas, catenas, nervos, boiam & carcerem. Plautus *Aſinar.* Et quidem ante confeſſionem in liberas cuſtodias reos tradebant; dicebanturque *cuſtodiæ liberæ*, cùm apud Magiſtratus domi, aut apud privatos Nobiles ponebantur cuſtodiendi, quemadmodum de Indice Bacchanalium ſcripſit Livius & de conjuratis Salluſtius: Poſt confeſſionem verò in *Vincula* publica conjiciebantur. Vernulejus *ſſ. de cuſtod. reorum*: *Reus confeſſus, donec de eo promittaretur, in publica vincula conjiciebitur.* Item Scævola, *Reus confeſſus, ob ſolam confeſſionem conjicitur in vincula conjici.* V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l.9. cap.17.* Captivis quoque triumphali pompâ præſtatis *Vincula* catenæque inficiebantur: Et quidem collo, Ovidius *de Ponto l.2. El.1.*

Tuſcaque Juſtiſſe duces captivis addita colli
Vincula, pene hoſtes quæ faſtis eſſe fuit.

Brachiis, Alb. Tibullus *l.1. Eleg. 7.*

—— *Evinctos brachia capta Duces.*

Manibus, quod adeò certum, ut conſtet non aſſam fuiſſe militarem cuſtodiam, niſi ut dextræ captivi catenis ſiniſtra militis alligaretur, ne ille res novas tentare poſſet, & hic capulo para tam dexteram, ſi ullus ita poſſeret, haberet. L. Seneca *de Tranquill. cap. 10. Alligentur etiam ſenes, qui aliquo vetere, nifi in ſervorem infinitſtra cæteram putat.* De Cleopatra captiva Sext. Propertius *lib. 5. Eleg. 10.*

Fugiſſi tamen in timidi vaga cornua Nili,
Accerere ima Remula vincla *manus.*

Cruribus denique. Arrian. Nicomedienſis *Diſſertat. Epict. l. 1. c. 19. τοῦτον δὲ ἐκεῖνα τὰ, ὅσα ἐν τῷ σκέλει ὁ Τύραννος ἐπιτίθησι, δεσμὰ, vinculum cruris tui* &c. V. Thom. Dempſterum *Paralipom. ad Roſinum l.10. cap. de Triumpho* Porrò leviora *vincula* audiunt *Compedes*, graviora *Nervi*. M. Cato apud A. Gellium *lib. 11. cap. 18.* „Fures privatorum furtorum in nervo atque compedibus æta„tem agere, fures publicos in auro atque purpura. Sed de his actum ſuprà *ſuo loco*. Nec verò ſolùm ex ære & ferro, ſed & argentea arcuque *Vincula* commemorat Heliodorus *Æthiopic. l.9.* & Herodotus *lib.3.* Hinc & apud Amm. Marcellinum *l. 27. in fin.* legi ur, Regem Arſacem adhibitum in convivium nil „ſi ad lætem vinci poſſicam, eumque eiſoſſis oculis vinctum „catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum ſuppliciorum æſtimatur eſſe ſolatium, exterminavit ad caſtellum Agabana nomine, ubi diſcruciatus cecidit ferro pœnali. Tertullianus *de habitu Mul. cap.7.* Apud Barbaros quosdam, quia veranaculum eſt arum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. V. eundem *lib. de cultu fem. c. 3.* ubi Æthiopes intelligi Dio Chryſoſtomus oſtendit *Orat. ult.* & Plutarchus *Amator.* apud Theod. Canterum *Var. Lectionum l. 1. c. 5.* Simile quid de Perſis refert Juſtinus *lib.5.* de Zenobia Trebellius Pollio: de veteribus Græcis Hecuba, apud Senecam *Troade Actu 1. in Chor.* de Latinis, Propertius *lib.2. Eleg.1.* & Sil. Italicus *l. 11. in fin.* &c. quæ, ſi quem ignominiâ liberare volebant, frangi conſueviſſe, docet Jac Durantius Caſell. *Var. l.2. cap. 13.* Nec apud Gentiles ſua Diis deſtituere *Vincula*. Saturnum pacto cum Titanibus inito, vinctum & in Tartara miſſum abjectumque, Nonnus Fabulatur *Dionyſiac. l.24. verſu 237.* & quidem Sulla apud Plutarchum inſultam quandam in Cronio eſſe mari, ubi is à Jove vinctus fuerit, tradit. Inde in omnibus Romanorum Fanis, *Vincula* Saturni ſtatuis injecta erant, quæ ſcito ipſius ſolvebantur, in memoriam ſecuritatis ac felicitatis, quam ſub illo homines egerint, Lucianus in *Saturn.* Unde Arnobius *c. Gentes l 4. Nonquid parricidii cauſa vinctum Saturnum & ſuis diebus tantùm vinculorum ponderibus liberari?* Et Martialis *l.3. Epigr.29.*

Has tum gemina compede dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus annulos priores.

Spartanos coluiſſe Martem compedibus irretitum, quo *vinculo* proprium ſibi ac perpetuum bellorum illud Numen haberent; narrat Pauſanias *l. 3.* Athenienſes, Victoriæ ſimulachro alas adimebant, ne ea Urbem deſereret. Quomodo & apud Romanos, cum Victoriæ alas deciſſiſſet ſumen, hic omen Pompejus expoſuit,

Roma potens, alis ut ſtat Victoria laſſis?
Urbem ne velcat deſerviſſe ſuam.

Ratio *vinciendi* fuit, ut, quum eſſet pignus Imperii, perpetuò permaneret, ubi colloca re liberæ Heliogabalo. Sic Tyrii ab Alexandro M. obſeſſi: Cùm unus è civibus concioni indicaſſet, oblatam eſſe perſonam ibi ſpeciem Apollinis, Urbem deſerentis; quinquam Auctor levis erat, tamen ad detectionem deſerendi proni metu, aureâ catenâ devinxere ſimulachrum, arcque Herculis, cujus Numini Urbem diſcaverant, inſeruere, *Vinculum*, quaſi illo Deo Apollinem retenturi: ut de alitis tacem. De qua cæca Ethnicorum ſuperſtitione eleganter Augu ſtus *C. Dei l. 1. c. 2.* Nonſhomines inquit, à ſimulachro, *ſecſimus et lia ſirâ* ab hominibus ſervabatur, quomodo ergo colebatur, ut patriam ſuſtodiret & civis quæ duos non vellet cuſtodire cu ſtodes? Nempe, quoque Tertullianus, Arnobius, Patrumque alios, eodem argumento efficaciſſimè contra Gentilium cæcitatem uſos. Quorum tamen imitatione hodieque nautas Luſitanos, navigatione periculoſa, S. Antonium *vinire* ſolere refert ridet. que P. de Valle Patricius Romanus *Itin. Tom. 4.* De *Vincuis* Servorum, diximus ſuprà, in voce *Foſſor*, *Ves*, item *Podoſtrata*. Id faltem de his ſubjungo, ſi quem *vinculis* relaxaret apud Vett. dominus, catenas à manibus pedibusque, quibus à vinctus fuerat, incidere conſueviſſe, ita ut pars vinculorum in corpore maneret; hocque argumento ſignificaſſe, illum priſtinæ libertati reſtitutum, quo de more V. Alex. ab Alexandro *Genialium Dier. l.3. cap. 20.* Sed & *Verberationem Vinculorum* inter pœnas militares recenſet JC. *l. ſervor. ff. de pœn.* ubi vinculorum *fora* ſunt Salmaſio *Not. ad Lampridii Alexandrum*, V. ſuprà ubi de *Vinc.* De *Vinculis* verò S. Petri, Dominic. Macrum *Hierol.* voce *Boja*.

Vindemia, quaſi *Vinidemia*, à vino vel vite demenda, petaque batur apud Romanos à *Vindemiatore* feu *Vindemitore*, de quo V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*. Ejus tempore Feriæ memorantur *l.ſi. de Feriis*. Nec tantùm in Foro, ſed etiam in Scholis. Auguſtinus *l.9. cap 2.* Et opportunè tum pauciſſimi dies ſa pererant adVindemiales feriasꝰ ſtatui ſolerare jilos, ui ſole mniter abſcedetem. V. quoque Cyprianum *Epiſt.ad Donatum*. Tempus earum exactè definit *l.2. C. de Feriis*, ubi *à die vicavo*, inquit Theodoſius, *Kal. Junii usque in Kal. Auguſti. Abſiſi feria concedatur: & à Kalendis Auguſti, usque in 10. Kal. Sept. agendarum cauſarum tribunatur licentia. A die ima autem Kalendarum Septembr. usque in Idus Octobris* Vindemialis *feria concedatur*. V. quæ ſuprà de Feriis diximus, *ſuo loco*. Namque & vitos gravesꝰ *Vindemiarum* tempore in agros ſecedere ſolitos, & cum amicis ſuaviſſime jocundari, vel præter dictiaex *Epiſtolis* Plinii, Ambroſiuſque *Sermonibus*, conſtat. Imo & feſtum *in operis* Imperatores quoque cum amicis tuti egere, in qua lætitia multa in dominos jocularia, vel ipſis audientibus, jactari ſolebant. Id quod ab Heliogabalo compertum primò produnt retum conditores nonnulli. Scribitque Paulus Diaconus, Tiberium Conſtantinum Cæſ. ritu Imperatorio jus petiiſſe, ut *vindemiales* lætitiæ operam impertiretur diebus triginta, V. Cœlium Rhodiginum *Antiqq. Lection. l.28. c.30.* Sed & jam ante Marcus Antonius Pius *Vindemias ſuo modo cum amicis agebat*, teſte Capitolino. Ut de Meſſalina Claudii uxore, aliisque nil dicam. Canticum in *Vindemia*, cùm primum muſtum guſtabant, hæc erat:

Omnis gratia vetus, novum vinum bibo,
Veteri novo morbo medeor.

Unde & *Medicrina* Dea, cui libarent tunc, & Medicrinalia facta, à *medendo*, Jul. C. Scaliger *Poetic. l. 1. c. 5.* ex Athenæo &c. V plura hanc in rem, inprimis de *Vindemiæ* apud Romanos ratione, tempore, legibus, inſtrumentis, apud Plinium *l.18. cap. 31.* Apud Hebræos, *Vindemialis tabula*, non minus ſolennis fuit, ut ex Sacris diſcimus paſſim. Apud eoſdem *Vindemiatores* בֹּצְרִים *aliter ac præſcriptum*, item in Jubilæo: Porrò qui ex *Vindemia* non deciſſet pauperi, aut uvas in vinea relinquendas ei neglaſſet, verberum ſubiiſſe pœnam, docet Joh. Seldenus *de Synedriis Vett. Hebræorum l. 2. c. 13. §. 8.*

Vindex, memoratus in Legg. XII. Tabb. *Aſſiduo. Vindex. aſſiduus. etiam. ſito. proletario. quilquis. voret. vindex. ſto.* teſte Feſto, *ab eo, quod vindicat, quo minùs is, qui prenſus eſt, abigatquo teneatur.* Hinc in Gloſſis Philoxeni, *Vindex ὁ κύριος*. *Vindex* itaque ſpectatim appellatur, qui cum cuipiam eſſet injecta manus, ut ad Prætorem Judicemve ducertur, cum liberabat. Cum Vade à quibusdam male confunditur: *Vindex* enim reum ab in jus eundi necceſſitate liberabat; Vas verò, ad Judicium vocatum ſeu Reum certo

certo die affaturum promittebat. Sententia autem Legis est, Homini assiduo sive locupleti solùm assiduum sive locupletem fieri posse Vindicem; at proletario ac nullius classis homini, quisquis velit, h. e. non assiduum tantum, utpote meliorem, sed & proletarium tanquam parem. Jac. Oiselius JC. *Notis in A. Gellium lib. 20. c.10.* Apud Hebræos celebris fuit *Vindex sanguinis*, quo nomine appellatus est propinquus occisi, cui lege permissum, ut extra asyli loca homicidam interficeret. Numer. *c.35. v.26,27.* Quòd si nullo pacto exibat occisor ibi: terminos *civitatis* receptus fui quò confugerat; Et inveniet eum *Vindex* ille sanguinis extra terminum civitatis receptus ejus: quum *occiderit* Vindex ille sanguinis occisorem istum, non est reus *sanguinis*. Idem occisorem in Judicio condemnatum, mortuiti tradebat, ex Lege memorata *cap. eod. vers.18, 19.* Aut in Ingenio instrumentorum manuali, quo quis mori potest, percutiebat illum, ita ut mortuus sit, occisor est: omnino morti traditor, occisor ille. Vindex ipse illius sanguinis morti tradet occisorem illum: quum incidet in eum, ipse morti tradet eum. Ubi recte notant Hebræi Interpretes, talionem pro motuo, manu exigi potuisse, pro se, ut puta in vulnere, non nisi per Judicem, quia *tic diffidilior est moderatio, ubi proprius accedit dolor*, Seneca *de Ciem. lib.1.* jus autem hoc vindicandi sanguinem fortiùm habebat, quam propinquus occisi, cui etiam bona ejus alienata vindicandi jus erat, Franc. Burmannus *Quæst. in Num. loco cit.* Parem morem, privatim *vindicandæ* cædis, apud vetustissimos Græcos fuisse, præter ex Theoclymeni verbis, quæ apud Homerum funt *Odyssez o.* qua de re V. Hug. Grotium *de Jure Belli ac Pacis l.2.cap.20. §.8.* Interim, privata planè *Vindicta* He bræorum ultio non erat, utpote publicâ auctoritate, ad pro pinqui sanguinem vindicandum, divinitus instructa ut videmus. Plura hanc in rem V. apud Jo. Seldenum *de Jure Nat. ac Gentium juxta Disciplin. Hebræorum l.4. c.1.* Sed & *Vindices*, exactores dicti sunt, seu exactionis tributorum præpositi, in singulis civitatibus, de quibus agunt *Novellæ* Justiniani 38. 124. 125. 128. *Chron.* Alexandrinum *p.785.* Evagrius *l. 3. c. 42 Eod.* Basil. 58. Cyrillus Scythopolitanus, apud Alamannum *ad Procopii arcana p.100. 1. edit. Alii.* De proprio vero vocis significatu, quædam apud Jo. Fridericum Gronovium *Observ. l.4. c.3.*

Vindicius, Vitellii um servus, primus dicitur *Vindictæ* libertatis, quòd conjurationem nobilium adolescentium, de Tarquinii is redecendis. detexisset, Liv. *l. 2.*

Vindensissa, V. *Vindonissa.*

Vindicta, manumissionis apud Romanos fuit ritus, à festuca seu virgula illa, quæ olim in libertatum vindicationibus adhibeti solebat, quæque etiam *Vindicta* vocabatur. Boethius *in Topic. Cic. l.2.* Vindicta virgula fuit, quam lictor manumittens, di fer ri capiti imponens, eundem in libertatem vindicabat, diceus quædam verba solennia; atque ideo virgula illa *Vindicta* vocabatur. Hinc Perfius *Sat.5.*

Vindictâ *postquam meus à Prætore recessi,*

Et pôst:

An dominum ignorat, nisi quem Vindicta *relaxat?*

Qui eam *Festucam* quoque, in eadem *Sat.* vocat: quemadmodum & Plautus *Mil. glor. Act.5. Sc.1.*

Quid? tu tangenus, an festucâ facta?

Modus sic manumittendi hic erat: Dominus servum manumissurus tenebat modò caput, modò aliud ejus membrum, dicebatque, *Etunc hominem liberum esse volo*: & cum dicto eum circumagebat, significans, se ei potestatem facere abeundi, quò vellet, simulque alapam infligebat. Unde Claudianus alicubi,

In civem rubuere genæ

Et Perfius *Sat. 5.*

Heri fteriles veri quibus una Quiritem
Vertigo facit.

Ac paulo pôst:

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Primus autem, qui hoc ritu liber factus, fuisse dicitur *Vindicius*, de quo suprà, unde etiam nomen ritus quidam arcessunt. V. Marcilium *ad d. Sat.* Brissonium *Antiqq. l.5. c. 11.* Signonium *lib. 1. de Antiq. Jure Civ. Rom. cap 6.* Jac. Gall. Neapolitanum *in Antichthus* Legg. Johan. Laurentium JC. *Notis ad Phædrum lib. 2. fab. 5. vers.*

Multo majoris alapa mecum veneuns &c.

Et quibus Car. Signonius morem veterem, circa hanc manumissionem, observatum plenius sic describit: Qui manumittere fervum, apud Prætorem, *(olim Consulem)* volebat, ejus caput aut aliud membrum tenens, ad Prætorem ita dicebat, Hunc hominem liberum esse volo: & emittebat eum è manu. Prætor autem *Vindicta*, h.e. virgâ ejusdem fervi capiti impositâ, dicebat, hanc Dico eum liberum esse, more Quiritum. Inde conversus ad lictorem, addebat: Secundùm tuam causam, ficut dixi, ecce, tibi *Vindicta* Tum lictor accepta à Prætore vindictâ, caput fervi percutiebat, faciem palmâ, tergumque verberabat: quibus actis nomen manumissi in Acta à Scriba referebatur, adjectâ causâ manumissionis. Addit idem ex Cajo *D. de manumiss.* "*Vindicta*, non fuisse omnino necesse pro Tribunali manumittere: itaque plerosque in transitu fervos manumittere consuevisse, cùm aut lavandi aut gestandi, aut ludorum causâ prodiisset Prætor, apud Thom. Dempsterum *Antiqq. Rom. l. 1. c.20.* V. quoque suprà, ubi de *Manumissione.*

Vindices Veruis, V. infrà *Vindicius.*

Vinea, vites vinumque ferens, solicitè à Romanis curabatur: qui *Vinitores* ex familia sua hæc fini alebant. Columella *l.3.c.3.* Nam ut amplissimas impensas *Vineæ* poscant, non tamen" excedunt septem jugera unius operam Vinitoris, quem vulgus" quidem parvi æris », vel de lapide noxium posse comparari," putat, fed ego, plurimorum opinioni dissentiens, pretiosum" Vinitorem inprimis esse sentio. *Servius ad Bucol. Ecl.10.*

——— *Aut maiora Vinitor uva:*

Vinitor autem, inquit, *vel custos vel colitor vinearum.* Cujus ordinis *Vindemiator* erat, leu *Vindemitor*, uti diximus. Iidem Romani cellam *Vinariam* magna cura instruxerunt in qua Ulpianus *l.35. §. 6. ff. de ufufr.* ponit dolia defossa, ferias, cupas, cados, amphoras. Hinc Servi Doliarii mentio in vet. marmore, *A. Terentius. M.L. Chrysogonus Ser. Dolear. H.S.E.* cujusmodi fervos cum cellæ Vinariæ typo exhibet itidem vetus marmor, an. C.160. Augustæ Vindelicorum effosium, apud Laur. Pignorium *Comm. de Ser vis*, qui delineatio illa obtigit à Marco Velsero Patricio Augustano, simul admonente loci Plinian i *l. 14. c. 11. Circa Alpes ligusti vasi conduni, circulis cinguni.* Circa *Vineam* quid apud Hebræos juris fuerit, diximus retro in voce *Vindemia.* Primus autem vites plantavit vinis, confitendi docuit rationem Noe Patriarcha, ut cognoscere est, ex Genes. *cap. 9. v. 26* Unde quemadmodum Bacchus Ægyptius ac Thebanus Mofes, fic Indicus, hoc longè antiquior, Noe fuit. Cumenim plures essent Bacchi feu Liberi, Diod. *l.3* antiquissimè eorum Indicum tacit, atq; universum ab eo Mundi esse edoctum ait, borros torcularib" exprimere; quem in Indiam ex Græcia venisse, ac semeles fuisse filium, vana jactabat Græcia. Indi autem ex Assyria ad se venisse diverunt, ut auctor est Philostratus *de Vita Apoll. l.2 cap.4.* quod apprime Noacho conveniat. Quemadmodum in eundem probè quadrat, quòd liber Indicus bis natus perhibetur. Si n. Vett. idonea vita est ratio, cur Liberum bis natum dicerent, quia vitis & ante Deucalionem fuerit diluvium, & postea iterum effloruerit, quam Diodorus adfert *lib. citato* longe justius Noahus dicetur bis natus, quia fuit tum ante diluvium universi Orbis; tum perenne Orbe reliquo, vinea Deo placentia fuit. V. Gerhard. Joh. Vossium *de urig. & progr. Idolol. lib.1. cap.* 19. & 25. plura vero hanc in rem, inprimis *de Vinearum fitu*, *positione, colendarum disciplinis, offerendis, cultoribus, quæ nobilissæ*, apud Plinium *l.14 c.4. l.17. c.3. & seqq.* adde Salmatium *ad Solinum p.* 512. 513. & 514. ubi *de Vineæ provocatione & cultura* Vett. accuratè agit. Nec omittendum, quòd apud Hebræos, *Si quis vineam conseviit, neque profanavit*, à militia immunis fuit, Deuteron. *c.* 20. *v.* 6. At Scythæ neque terram arabant, neque vineam colebant, Gregoras *l.* 2. Trebellius quoque Bulgarorum D. vineas extirpari jussit, teste Bonfinio *l. 1. Dec. 1.* quod & Muhammedes inter superstitionis imperitique arcana habuit, unde tub graviffima pœna vinearum viniique usus hodieque apud Turcas vetitus. Sed & Domitianus Imperator ob summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, exitiosam nimio vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novella" ret, utque in provinciis vineta succiderentur, relicta (ubi plurimum) dimidia parte ; epigrammatæ, quod in hircum *vineæ* arroforem vini amator Pocta scripserat, minimè absterritus, legitur apud Suetonium &c.

Vinea, machina militaris, oppugnationibus urbium adhiberi olim solita: teste Vegetio *l. 4.* tabulis cratibusque constrata ecrai, & subjectis rotis is impellebatur, ut ejus tecto muniti obsidentes, murorum fundamenta facilius subruerent. Item, ut cùm plures ordine impellerentur, milites post eas sequerentur occulti, Cæsar *Bell. Gall. l.7.* Has Franc. Horomannus inde dictas opinatur, quòd, ut plerisque *locis vineæ fopibus*, ita hæ tectis vimineis muniri soleient. Unde *sub vinea prælari* dicebantur milites, cùm sub militari pugnabant, Festus. Priorem *Vinearum* usum Lucanus *l.3.* hisce describit:

Tunc adaperta levi procedit Vinea terra,
Sub cujus pluteis & tecta fronde latentes
Muiri nunt imparanti & vertere ferro
Mænia, nunc aries suspenfa fortior ictu
Incussus cæcis compagem folvere tuari
Tentat & impositis innam fubducere faxis.

Vini Minister, apud Hegesippum *l. 1. cap. 29. Nec minus Vini minister missus in Judæam dolis prætenderat, ut caperet Herodem.* Et in *Vita* vet. Ambrosii, *Erat enim eo tempore, quo hæc loquebatur, vini Minister.* Josepho *οἰνοχόος* dicitur. Unde *Vini ministerium*, apud Ambrosium ipsum de Josepho Patr. *cap. 6. Et quanta hæc potestas, ubi Vini ministerium.* V. infrà, *ad Vinum.*

Vinidius Verus, inter Jurisperitos, quorum consilio usus est

Antoninus Pius Imper. memoratur Capitolino in *Vita* hujus. *Vindius* dicitur Ulpiano *Digest. lib.* 4. & 5. ut & Volusiano *lib.* 5. *tit.* 2.

Vinitor, apud Maronem *Ecl.* 10.

Aut cultos gregis, aut matura vinitor ***uvæ***

Et *Georg. lib.* 2.

Jam canit exurentes effectus vinitor *antes*:

vindemiator est, Græcè ***τρυγητὴς***, item ***ἀμπελουργὸς***, de quo V. quæ supra divimus, vocibus *Pinetum* & *Vinea*. Alii Talmudicis *Vinitores* intelligunter 2. Regum *c.* 15. v. 22. ubi Nabuchodonosori præfectus Nabuzardan, reliquisse legitur *Vinitores & Agricolas*. Cum enim balsamea, quæ prope Engadi prælucan, ,,tissima, instar vineæ fuerint: nunquæ Balsami arbuscula est vi-,,tis similior. — Mal colis feri dicitur, nuper vincta ut vitis: Et ,,implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Noscuntur illæ similiter fruticans, & raftis miteciit &c Plin. *l.* 12. *c.* 25. Hinc per *vineas Engadi*. Cantic. *c.* 1. v. 24 balsamita illa: & per *Vinitores* 1. Cor. qui balsamum legebant, uti per *agricolas à torcular* in Hebræo nomen nactos, purpuræ piscatores (quod premerent & conficerent concham purpuriferam, ut sanguinem ejus exprimerent) significari volui Magistri, illosque secuti plurimi Interpretes. Sed utramque vocem propriâ notione ibi fumendam esse, utpote cùm Rore populi abla tos renuissimos solùm in patria relictos esse, indigitari velit facer Scrip tor, docet Samuel Bochartus *Hierogici Parte poster lib. V. cap.* 9. quem vide.

Vinos Fontes, non pauci Auctoribus memorantur. Vitruvius ,,equalis Augusto Scriptor, *l.* 8. *c.* 3. Sunt etiam fontes, inquit, ,,uti vino mixti; quemadmodum est unus Paphlagoniæ, ex quo ,,etiam fine vino potantes fiunt temulenti. Plinius *l.* 3. *c.* 2. auctor est, ab Eudoxo & Theopompo, Scriptoribus antiquissimis, quosdam fontes esse memoriæ proditos, qui bibentes inebriarent: quanquam alios aquis illis effectus ipse Plinius tribuit. Etiam in *Ecloga* Sotionis, Scriptoris admodum vetusti, legimus, fontem in Arabia fuisse, nomine *Jissum*, in quem, si quis hominum vini infunderet, totus fons evadebat *vinosus*. h. e. *vinum dilutum*, quale vulgò bibi solebat. Eodem Lyncellis aqua referenda, eidem Vitruvio ac Sotioni memorata ; cui & Tertulliani *vinum* venam attribuit, ut & Plinius: Græcis tamen eam inter ***ἐξ ἑξῆς ἐφ' ἑαυτὰ*** *acidulas* referentibus &c. Unde Casaubonus non immeritò arguit Baronium, nullum se legisse Auctorem, qui ante DOMINUM nostrum (in nuptiis vinum ex aqua facientem) vixerit, fontiumque illiusmodi meminerit, diceretem. Nec fons ille Andrini, cujus ex Plinio commemoratur, necessariò referendus in censum eorum miraculorum, quæ post miraculum in Cana factum primò exiterint. Nam ipsum ejus nomen *Dios isonoita* antiquitatem ejus miracli veri, an falsi, indigitat: quod ſtulta Antiquitas, exiſtimans eſſe monumentum Liberi Patris à Jove geniti, ***διὸς γενομένη*** nuncupavit: Ex illo autem fonte, ſtatis diebus ſeptenis, vinum manaſſe, tradit Plinius *l.* 31. Obſervationem Epiphanii ſuper *vinoſis* prorſus admirabilem, ut & plura in hanc rem, V. apud Iſaac. Caſaubonum *Exerc.* 13. *§.* 22.

Vinum, quo Auctore mortalibus ſit monſtratum, diximus paulo ſupra. Græcis id Oeneum, unde & *oins* nomen, an Iacum, Italis Janum, dediſſe, refert Athenæus *l.* 15. uti & far: ſed utrumque non tam potui aut cibo, quam divino cultui & ſacris inſtaurandis, teſte Lactantio *l.* 7. *c.* 6 quod in populo Dei ſimiliter obtinuit. Ita primitus eius in Sacris uſus inſignis, & quidem cùm apud Hebræos, tum apud veteres, quæ ſuperiùs obtenduntur, eſſet varia, ſacrificiorum quædam *Victimæ*, alia *Oblationes*, nonnulla *Libamina*, dicta ſunt ; prout vel pecudes, vel fruges vel oleì *Vinique* liquores, Deo offerebantur. E quibus illæ ad aram mactabantur ; iſtæ ſacro ritu tempio inferebantur ; parsque eorum adolebatur : hi autem Sacrificiis affundebantur ac in altari Deo libabantur. Et quidem libamen ex *Vino* affundebatur holocauſtis & ſacrificio votivo ac ſpontaneæ oblationis, & inteſtis, quibus & manus dapale adjungebatur. Exodi *c.* 29. v. 40. & Numer. *c.* 15. v. 3, 4, 5. Nec *Vini* uſus facer in N. T. ceſſat, utpote, in ſacra Synaxi, inſtitutus in ſymbolum pretioſi CHRISTI ſanguinis ; ſicut panis in eodem Sacramento, Servatoris corpus fractum ac mortuum pro nobis, ſignificat, exhibet atque obſignat, 1. Cor. *c.* 10. v. 16. & *c.* 11. v. 25. & *ſeqq.* Apud Gentiles, Hebræorum ritus non paucos in ſacra ſua transferentes, ſimiliter *Vinum* frequenter adhibitum eſt, etiam cùm Bonæ Deæ operarentur, ut ſuperiùs dictum eſt, nonnullæ, teſte nomine, appellabantur, quòd illa *Vinum* bibens à Marito ſuo fuerit interfecta, unde & amphora, quà vinum in fanum ejus inferebatur, *Melliaria* dicta eſt. Quò reſert Joh. Britannicus illud Juvenalis *Sat.* 9. v. 115.

— *Taceant illi, fed prodere nolunt*
Arcanum, quam ſubrepti potare Faterni,
Tro populo faciens, quantum Lanſcella bibebat.

V. Thom. Dempſterum *Paraipom. ad Roſinum Lib. 1. cap.* 19. Pocillum vini, à Papyrio Imp. adverſus Samnites dimicantes, Jovi votum, ſi viciſſet, memoratur Livio & Plinio *l.* 14. *c.* 13. Inferiis quoque præter lactis fontes, *vinum* additum, teſte Silio Italico *lib.* 16.

Ipſe tamen nunc lactis ſacro, nunc plena Lyæi
Pocula ——

Et quidem Manibus cùm parentabant, rogum ſepulchrumve converſa manu *vino* reſpergebant, pocula libabant ; feſtuſve vino vaſa in igrem mittebant, nigras hoſtias immolabant, Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. l.* 5. *c.* 26. Quod quamvis prohibuiſſet Numa, propter rei inopiam ; Decemviri tamen *vino* quovis id fieri permiſerunt, murrato excepto. Numæ autem lex ſu t *Vino rogum ne reſpergito*, apud Plin. *lib.* 14. *cap.* 12. ubi Dalechampii Notæ vide. Inferorum item Sacris, quibus Manes evocabantur, adhibitum, apud Homerum, Virgilium, ſilium, ad quem poſtremum Dan. Heinſius videndus *l.* 13. Primùm autem Romæ *publicè* Vinum *ac thus ſacrificiis publicè præbitum Q. Fabio & P. Decio Coſſ.* Liv. *l.* 10. *c.* 23. Verùm *ex imputata vi libari Dis*, *neſas ſtatuit poſthumius lex Numæ*, apud Plinium *d. l.* Porrò *Vinum non-vinum* Athenienſes undecimâ die menſis Antheſteriorum bibebant, votis conceptis, ut innoxius ſalutarisque ipſis illius uſus ſore, precati, quam feſtiviterem ſacramque ceremonium *Theologos* dixere. Eiusdem menſis die 6. Bœotii, ſeculo Genio ſacro pius facto, *vinum* degustabant primùm, Favonio jam ſolente, cujus rei rationem Plutarchus exponit *lib.* 3 *Quæſt. Conviv.* 7. De Romanis, nota Meditrinalia ſacra ex Varrone *de L. L. lib.* 2. Plinio, Feſto, iisque quæ ſupra diximus. Sed & in fœderibus *vini* uſus, apud Thraces ac Ægyptios, quos è cornibus bovum vina libare alterna vice, conciliati amoris & pacitatuæ fides certiſſima pignora, conſuevisſe docet Alex. ab Alexandro ubi ſupra *c.* 3. Et priſcos Reges opulum publice præbentes, *vinum* phialis aureis aut argenteis temperatum à pincernis accepiſſe, eoque libato, quod magni amoris ſignum eſſet, calicem cui volebant porrexiſſe, atque hoc ***παρὰπωμα***, *propinare*, dicmque, quo id fiebat, ***Φιλοτησία*** dictum eſſe, notat Suidas. Nec omittendum, quòd Perſæ Germanique vett. de rebus maximis in conviviis ac inter pocula conſultarent, *quod nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes patere animum, aut ad magnas incalefcat*, uti de Germanis ait Tacitus: de Perſis V. Strabonem *lib.* 15. Imò & *Vinum* effudiſſe, aut eo veſtes inquinaſſe, bonæ Fortunæ ſignum habuere Romani, teſte Roſino eodem. *l.* 3. *c.* 9. &c. Ab Altaribus Deorum, ad hominum mentas, uti far, ſic *Vinum* procedente ævo, translatum eſt, apud quas proin primum coronæ natæ, gravedini capitis, dol rique, ex ejus liberalitori ufu oborirì ſolito, minuendo, uti diximus ſupra nonnullis Contra Inte mperantiæ vitio arcendi Herturiæ & Asiatici Rutulis contra Latinos ve enti. Plin. *l.* 14. *c.* 12. Et univerſo Populo Probus Imper. illud publice, ſicut de pane hactenus factum, & largitus eſt. Quod cùm Aurelianus ante facere conſtituiſſet, à Caro Præfecto prætorio prohibitus eſt. dicente : *Si vinum populo Rom. damus, ſupereſt is & pullos & anſeres donus*, apud Cuſpinian, Sic apud Hebræos vino abſtinere maxima habebatur mulcta ; Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. l.* 3. *c.* 5. &c. Apud eoſdem tamen idem religionis erat, ut in Nazinæis & Rechabitis videre eſt. Quorum ili, quamdiu votum durabat, abſtinere à vinetenebantur, quod ad ipſas uvarum pelliculas & acinos nonnulli extenduut. imò ab omni potu inebriante ,שכר, qualiscunque ille liquor aut undecunque expreſſus fuerit: ili, per totam vitam ſuam, neque *Vinum* bibebant, neque agros aut vineas plantabant atque extra oppida ſub tuguriis ac paupere tecto degebant ad hoc inſtitutum à parente Jonadabo Nilo Rechab formati. Jerem. *c.* 35. v. 5, 6, 7. Quam conſuetudi nem non paucos Gentilium Sacerdotes imitatos legimus. Iſiaci inprimis, niſi bene dilutum, ſi ad non biberunt. Non di ſimilem ob rationem, Romuli lege, Mulierum graviſſimum crimen habitum eſt, ſi vinum bibiſſent, quod temulentia illas credere ad libidinem accendi. Unde nec cellæ *Vinariæ* illis commiſſæ, ipſæque cognatis ofculum ferre juſſæ ſunt, ut deprehenderetur, an Legem eſſent transgreſſæ: qua de re ſic A Gellius *l.* 10. *c.* 23. *Mulierem Romæ atque in Latio nullum vinum bibere. Et vinum ſemper, quod temetum priſci lingua appellatur, abſtinuerunt : inſtitutumque, ut cognatis oſculum ferrent* (Confobrinis nempe, Affinibus & Propinquis) *deprehendendi cauſa, utrodor indicium faceret, ſi ſe bibiſſent ſo&c.* Imò, cùm Egnatius Metellus uxorem, quæ vinum guſtaverat, peremiſſet, *Fabius in non accuſatore tantum cæruit, ſed etiam reprehonjore ; nimquoque exiſtimante, opinio illum exemplo violatæ ſobrietatis panas pependiſſe*, Val. Max. *l.* 6. *c.* 3. Sed & *vinum* in ſacrificiis *nonnumquam* Deos, *nonnumquam* non eſſe conſuevisſe Pelceanius Niger ; qui & apud Ægyptum limitaneis militibus vinum petentibus, *Nilum habeis*, reſpondit, & *vinum quaritis*, apud Spartianum, cui voce ſimili quærentem populum de inopia ac caritate vini compeſcuiſſe Auguſtum, narrat *in eo* Suetonius *c.* 42. Apud Carthaginenſes idem obtinuiſſe, ex Platone diximus, qui legis corum, *ſtene quis unquam in exercitu vinum guſtet, ſed illo omni tempore aqua potu utatur*, meminit de *Ll. l.* 2. At inodum exceſſere, Tatianus, Severus, Encratitæ, Manichæi, haereticorum que alii, qui ſil *Draconis & ver rum antiquiſ ervipia* appellantes vinum, etiam in ſacra ab eo Cœna abſtinebant,

V. de iis suo loco. Quam ob causam *Vinum* usu suis interdiùm volucrit Mahometes, diximus alibi; De *Vino* verò morituris propinari solito, dicemus infra in voce *Vinum Mortuorum*: hic, quædam de vulgari ac promiscuo ejus usu, ac Virorum circa illud cura, addituri. Affirmabant *Thimæus*, atque Veteres, quoque diutius fuisset ad vetustatem eo majoris habebant. Unde *vina adusti in ætate pretiosi*, Appuleio *Metam. l. 2. Vina veterana*, Senecæ *Natur. Quæstion. l. 4. cap. ult. Lagenæ, vini vetusti*, Scævolæ JC. *l. 37. ff. de leg. 3. Amariores calices*, Catullo *Epigramm. 24. anno sus Lynces*, Tibullo *lib. 3. Eleg 2.* &c. probaudato. Modus autem *Vinum* iis usmodi condendi in doliis erat, ut pi e diligenter obliniorent, inque loco statuerent, quo lumus pertingere posset. Marcellus de *Medicam. Operandis supersposito & clauso vel gypsato aëligenter de argilla*. Horatius *lib. 1. Od. 20.*

Grandi quod ego ipse testa
Conditum levi.

Vinum vero *celeris* i *fumo maturescere*, credebant; Columella *R. R. lib. cap. 6.* quod insalubertrimum judicavit Plin. *l. 23. c. 1.* Horatius iterum *l. 3. Od. 8.*

Hic dies anno redeunte festus
Corticem adstrictum pice dimovebit
Amphoræ, fumum bibere institutæ
Consule Tullo.

Primus fic picandi reponendiq; vini auctor L. Opimius Cos. fuit, unde & *Opimiani* nomen. Plinius *l. 14. c. 14.* Apotheca tuille & „diffundi Vina dicitur, anno 663. Urbis, apparet in Consulatu „Opimiani vini argumento, iam intelligente fuum bonum Italia. Nempe *Apotheca* dicebantur cellæ vinariæ, Plin. *eod. l. c. 4.* Columella *l. 6. cap. ult.* Ulpianus *leg. 21. §. sed esse de nave ff. de furt.* Unde Phædrus *l. 4. fab 5.*

Potrici plenam antiquis apotheam cadis:

Cadisque, quorum quilibet capiebat *Vini* libras centum, ad vina condenda Veteres fuere planè usi, ut oftendit Plinius *l. 19. c. 5.* Notabantur autem hi inscripto nomine & Auctoris & Consulis: Hinc apud Petronium titulus amphoræ, *Falernum. Opimianum, antiorum centum*. Et Juvenalis *Sat. 5.*

Cujus pauvium titulumq; senectius
Dele vii multa veteris fuligine tiste.

Ubi & patriæ Poëta meminit. Tituli verò in cervicibus pittaciis affixis erant inscripti. Petronius ubi suprà, *Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo* &c. Elegantissimè Plautus ita in *Pœnulo*,

Ibi ea videas literatas fictiles Epistolas
Pice signatas, nomina insunt cuiusmodi longis liueris,
Ita Vinariorum habemus nostra delectum domi.

V. quoque supra in *Vinea*. Et Juvenalis sicut rix seu nivata aqua percolari & facco transmitti solebat, quo defæcatior esset, ita & vina ejusmodi vetera percolabantur, quo egeffis noxiis humoribus, aut fæce impuriori mitiora, leviora & liquidiora fierent. Quod σακκίζειν & σακκίζειν Græci dicere. Plin. *l. 19. c. 4. Invetterari vina faccisque colirari*, leu ut in *MS. castigari*. Similiter Judæi in colo, vel in Judario, *Vinum* percolabant, ne culex, aut aliud animalculum per Legem prohibitum, tanquam immundum, ab incautis absorberetur. Unde Græci Interpretes Amelii *c. 6. v. 6. Οἱ σακκίζοντες τὸν διυλιζόμενον οἶνον. Qui filtrant percolantem vinum*. Et ad hunc ritum alludit Christus, cum Scribas & Pharisæos *διυλίζειν τὸν κώνωπα, percolare culicem* ait Matth. *c. 23. v. 24.* voce hac propriè *vinulam* significans, uti vocat Scaliger, id est, *vinariam culicem*, quem ex vino acescente nasci eodemque ali ac pasci, Aristoteles tradit *Hiftor. l. 5. c. 19.* V. quoque Plutarch. *c. Stoicos & Symposiac. l. 4. c. 1.* Anatolium *Geoponic. l. 6.* Bochartum *Hierozoici Parte poster. lib. IV. cap. 17.* Alios. Percolatum dein sic vinum delicius reddebant melle admixto: quod *mulsum* dicebatur, Macrob. *l. 7. c. 12.* V. Thom. Dempsterum *Paralipom. ad Rosinum l. 5. c. 30.* Sed hac de re plura, paulo pòst. Græci, cùm priùs meracum biberent, ab Amphictyone, Athenien sium Rege, à Baccho edocto, dilucndi temperandique Vini modum didicere, ut refert Philochorus apud Athenæum *l. 2.* Unde Lexicus, *οἱ τοῖς συμποσίοις τὸν οἶνον ἀκράτον, in conviviis merum vinum ne bibunto*. Confecto tamen jam opulo, mensis secundis, libari merum vinum, quod *κρατῆρα δόμεν* & dicebatur, voluit, hac ea de re Lege scripta: *Ποιεῖσθαι σπονδὰς τῷ οἴνῳ ἀκράτου μέλιτος ἴσον χωρὶς, τὸ ἀγαθὸ δαίμονος*. Quo poculo delibato, quod ἀγαθοῦ δαίμονος erat & ἀγαθοῦ δαίμονος, poculum iterum impleri solebat; tefte Apollodoro ἐν τῷ Σάφρονος *l. 4.* fed infundebatur *Vinum* dilutum, atque hoc non deguflabant modò, fed quantum vellent, bibebant. dicebaturque τὸ διὰ Σωτῆρος, *Jovis Servatoris*, V. suprà in voce *Servator*, & plura in hanc rem, apud Sam. Petitum *Comm. in L. Attic. lib. 7. tit. 11.* Uti vero temperando vino aqua admixta, sic dulcedinis causa, mel additum, uti jam innuimus, præcipuè vino auftero ac forti, quale Falernum & Massicum, cui mel Atticum, vel etiam Sicilum, mifcebant Romani, uti diximus suprà, ubi de *Mulso*. Aliud erat *Vinum melitites*, quod adjecto ad quinque austeri musti congio mellis uno, & salis cyatho, fieri consueviffe, docet Dioscorides *l. 5. cap.* Superadditæ luxus unguenta, rosas, corollas, alia: utque color placeret magis, aloe odorata ac cinnamomo eum adulterabant, ut tradit Plut. *Symposiac. lib. 6. cap. 7. Οἱ δὲ τὸν οἶνον τὸ μὲν ἁπλοῦν χρῶνται, τὸ κυκεῶνα καὶ τὸν ἀνθινον, ἢ μύρα γυναικεῖα καὶ σμύρνα καὶ τὰ σπουδαῖα τῶν ἀρωμάτων ἐπιφέροντες*, de quibus aliisque Vett. circa vinum deliciis, V. Plinium, Casaubonum *ad Athenæum*, Salmasium *ad Solinum & Hist. Aug.* Alios, & hic paffim. Coronabantur autem in convivii vina. Hinc Virgilius,

— & vina coronant:

ejusque imitatione Statius *l. 3. Sylv.*

— festasque dapes vedimidique vina
Abripiunt famuli —

Metonym. quia viz. cal. e 9 coronari mos fuit; imò & in ipsum poculum nonnunquam flores indebantur, ut dictum. V. quo que Tertullianum *de Cor. Milit.* & plura hanc in rem apud Car. Paschalium *Coron. lib. 1. cap. 2.* Sicque coronata pocebantur, à convivis ultro fefe ad hilaritatem invitantibus. Cicero *l. Verr. Fit forme inter vos & invitatio, ut Græco more biberetur: horatur hospes poscunt majoribus poculis.* Sic Horatiani convivæ Nasidieni *calices poscunt majores*. Et in convivio Trimalchonis, *potionem poposca*. Unde Martialis,

Frange toros, pete vina, rosas cape &c.

quo de more V. Jo. Frid. Gronovium *Observation. lib. 4. cap 4.* Ad quod dein latus poculi circumferri consueverint, dictum suprà. De aliis *Vini* usibus ut verbum aspergam, Spartianinfantes *vino* abluebant à partu, argumentum iumturi, an epilepsiæ obnoxii forent; Alexander ab Alexandro mox laudandus, *l. 2. c. 25.* Alexander conspergebat pectioso unguento *vinoque odorifero* pavimentum & aliis iuffimentis fibi fuffumigari patiebatur, Athen. *l. 12. c. 18.* Etiam cadavera Græci suorum *vino* & unguento inspergebant, uti docet Alexander Neapol. *Genial. Dier. lib 3. c. 7.* ut plura omittam. Celebriora apud Vet. *Vini* generanea recenfentur, Chium, Falernum, Myrrhinum, Pucinum, hodie *Vin di Prosecco*, cui *prima laus debetur olim, sicut fecundo vino Falerno*; in Italia, Strabo, *lib 15.* Plin. *l. 14. c. 6.* Fortun. Licetus *de Gemm. Annular. Schem. 4. p. c. 154.* &c. Atque hæc apud Latinos. Ægyptia laudat Alexander Aphrodiæus *Probl. 55.* in specie Mareoticum, gratius Cyneget.

Hæc illa est Pharios quæ fregit noxia Reges,
Dum fervata cavis potant Mareotica gemmis.

Quæ proin claffe Alexandrini Romam advecta, docet Papinius *lib. 3. Sylv. v. 27.* Inter Græcos Maroniticum, Pramnium, Chium &c. celebre. V. Eustathium *Od. 9.* In Judæa, vinum Alexander Trallianus commendat Sareptanum, Afcalonite, Gazenie, alia. Et quidem de Sareptano & Gazenfi, Sidonius *Carm. 27.*

Vina mihi non sunt, Gazetica, Chia, Falerna,
Quæque Sarepteno palmite missa bibas.

Et Corippus *lib. 3.*

— & dulcia Bacchi
Munera, quæ Sarepta ferax, quæ Gaza creavit.

Afcalonite in S. Scriptura eft *vinum Sorek*, à torrente uti vicino. V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poster. Vit. V. c. 9* In Syria *vinum Chelbonium* laudatur Ezech. *cap. 27. v. 18.* quo loco & Persiæ Reges uti consueviffe, legimus apud Strabonem *lib 15.* V. suprà voce *Chalybonius* &c. De iis, quæ hodie in fama funt, quædam paulo pòst subjungemus. Ita hactenus de *Vino*, quod *vinum & vinum sanguinem uvæ*, Græci dixere, V. quoque Genel. c. 49. v. 11. de *vino aromatite, myrrite, fyllite*. innumeriisque factitiorum generibus, aliisque hic pertinentibus, V. Auctores suprà laudatos, Plinium præcipue *toto libro* 14. ubi *rem Vinariam* Vett. prolixè exequitur, & Salmasium *ad Solinum* & *Hist. Aug.* ubi de *Vino* insuper *Fiscali* ac *Mensali*, nec non hic variis in locis.

Vina hodie in Europa celebriora, fecundum
regiones.

α. Canariæ Insulæ illud proferunt, cui à colore *Sacco* nomen, β. Candia. Malvatico superbit. γ. Gallia, fere tota *Vino* abundans. Britannis, Normannis & Picardis excepti, quibus vini loco non ingrata est sicera. Sed Aurelianense, deterioris notæ habetur. Burgundia. Belnense fundit, excellens Frontiniacum ad Monfpelium, fimiliterProvincia, Auxitani genitrix eft Quæ picraque ad Exteros efferuntur Rotomago & Burdigala. δ. Germania, *Vini* plurimis in locis ferax eft. Inprimis ejus proventu celebres funt: Auftria, Franconia, ad Rhenum, ubi nobiliora, Baccaracense, Hochemium. Ringavense. ε. Hispania, generosæ naturæ profert Alicantinum à loco celebris portus Ilice, quæ hodie *Alicante*, dictum. Petri Simonis, ab Auctore, qui vites Rhenanas in Hiſpaniam transfulerat, appellati, ζ. Hungaria, optimæ notæ producit Tokayense & Scrmiense,

quod in Austriam, Poloniam, VValachiam devehitur. v. Italia passim nobili vino luxuriat: Eminent in Florentino territorio, Vinum *de Trebiano*, in Genuensi, Vinum *di Tedasco*, in Lombardia, ignobilia vina provenium; dulciora tamen pro insalubribus habentur, & austeriori generi, *Garbo* dicto, postponuntur; juxta Neapolim, Vini Græci proventus est, in Romano territorio *Montesiascone*, colitur vinum Muscatellinum; Sicilia, insignis nare profert Vinum S. Severini & Syracusanum; ad Vesuvium, lachrymæ Christi crescunt. f. Rhætia, Veltlinensi, ita enim Wallis Telina Germ. dicitur, clara est. *t. Sacco*, V. supra & de his Auctorem Anonymum *Hist Orb. Terr. c.10. de Commercialib. paragr. 2.*

Vinum Myrrhatum, Gr. οἶνος μυρσινίτης, memoratur Marcoe 15. v.23. Duplex enim potio SERVATORI fuit exhibita, in passione; quatum prior hæc Matthæo quoque dicta c.27. v. 34. posteriorisomnes Evangelistæ meminerunt. illa data est, ex more, cum jamjam cruci affigendus esset: Illa, præter morem, quia dixerat Dominus *Sitio*, cum jamjam animam effet emissurus. Utraque potio, perditæ malitiæ illorum, a quibus Christo propinata est, tetra fuit, sed diverso modo. Et quidem, quod priorem attinet, dubitari non potest, ex Hebræorum consuetudine profectum esse, quod Servatori in ipso articulo, quo fuit crucifigendus, poculum est exhibitum *Vini incensi cum myrrhati*. V. Maimonidem *c.14. halacb Sanhedrin c.13.* juchatim pag. 114 2. Alios. Cui simile humanitatis genus apud Athenienses quoque olim in usu fuit: Ubi, qui damnati capitis fuerant, cum e loco Judicii exibant, decendi ad supplicium, *Eleusinæque* largius humanitatis facultatem habebant; poterantque tum tria quæ vellent cunque proloqui. Unde natum in ea gente proverbium imprecationis vim habens: *Dicas tria illa, quæ ad Curias ingredientes.* Qui mos omnino Judæorum, de quo agimus, mori genuinus est: nisi quòd illi dabant exeuntibus e judicio jam ante periturisihi perducitis ad locum supplicii, post factam confessionem, quam diligenter à morituris exigebant. Illi potellatem faciebant ingurgitandi sese cibo & *Vino*, ut punendi supplicii horrorem minus attenderent: ifti in eundem finem granum thuris aut myrrhæ vino admiscebant. Atque hic quidem communis Judæorum mos fuit; qui tamen in Domino nostro integrè fervatus non est. Observant autem Hebræi, hoc officium puniendis præstari consueville ab honestis & nobilibus Matronis. Satis verò constat, non defuisse pias fœminas, quæ Christi dedrinam amplexæ illi cupiebant & casum miterautes lequebantur. Lucæ c.23. v. 17. à quibus proin vidatur *vinum*, pro more gentis, Christo paratum fuisse, quod milites, ad omne facinus proni, felle immixto corrupere, quemadmodum ex collatione Matthæi ac Marci Evangelii varum fatis clare patet. V. Hiacum Casaubonum *Exercit. c. Baronium 16. §. 80.* Posteriorem quod spectat potionem Servatori exhibitam, fuit illa acetum, ita enim Matth. c.27. v.48 *Exstatim currens quidam ex eis, quum acceptam spongiam implevisset aceto, & circumposuisset calamo, dedit ei ut biberet.* Et quidem acetum refciendis miseris, quos supplicii examinaret pavor, fuit necessarium, acetum quoque aqua diluturn. Vini loco bibebant milites Romani pauperesque alii, verum istud non ad bibendum, sed ad refciendum animum, si quis de liquium esset passus, comparatum fuit. Unde quòd milites eo Christum potabant, non humanitatis id fuit, led barbaræ imanitatis specimen, ut implerentur Prophetiæ. Qua de re ipsa præfatus fuppeditat Casaubonus *lib. 5m Exercit. cad. 8.88.* Exhibendi fic moriturisVini itum plurimis in locis hodieq; perdurare, notum. V. quoque supra *Mortarium*.

ad *Vinum*, Romanis dictus est sic vus, quiSuetonio ad *Cyathum*, Appulejo *Pocillator*, Juvenali *ad Cyathos*. in vet. Epitaphio *à Paoone*, Græcis Οἰνοχόος, Gallis *Scantio* appellatus, convivantibus vinum miniStrabat, de quo diximus supra variis in locis. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis*, & hic passim.

Viscum, Magistratus apud Romanos, e numero XXVI. Virorum, à *curandis viis* nomen habuere, erantque VI. numero, quorum quatuor intra urbem, reliqui duo extra Urbem curabant, usque ad principatum Augusti, qui posteriores duos fustulit. V. Dionem multa de iis tradentem *lib. 54.* & supra, ubi de *Viginti viris*.

Viola, inter flores tertium, post rosam nempe liliumque, juxta Plinium: in vernis floribus coronariis primum locum, teste Paschalio, obtinet, utpote veris prænuntia, quam ob causam Græci eo dixere, πρόδρομα ἄνθεσι, *quòd flatim surgit*, ant apparet, ut gelu frigoreque terra folvitur. Horatius *Carm. lib. 1.*

Nunc decet aut viridi capto impedire myrto
Aut flave, terræ quem ferunt fœtus.

Violam intelligens. Unde Ovidius tempus id describens *Tristium lib. 3.* inquit,

Jam violas puerique legunt ——

Poetæ tamen *violam* ita dici ab Jove amatæ &, ut fertum celaretur, in juvencam converfæ, honorem terram produvisse hunc florem, pabulum juvencæ, fabulantur, ut videre eft apud Conflantinum Cæf. *l.11. c.23.* Et quidem cùm tres recenseantur *Violæ* species, *purpureæ, luteæ, albæ*; Plin. *l.21. c.6.* prima, utpote odoris gratiffimi & coloris pulcherrimi, una cum hyacinthio, in coronamentis Veris principem tenuit locum. Theocritus *Idyll. 1.*

Καὶ τὸ ἰὸν μέλαν ὀσμᾶς, καὶ ἐς γόνατα κάτθεο,
Ἀλλ' ἴμενος ἐν τοῖς εὑρήσεις τὰ πάντα λαγαστρῷ.

E' quibus priorem verfum fic κατοπτρίζει Virgilius *Ecl.* 10.

Et nigræ violæ sunt & vaccinia nigra.

Loquuntur autem *violæ* pulchritudinem plurimæ. Namque & Theocriti ejusdem votum erat, *ut rubi & ipsæ ferant violas*, in Cyclope, & Anacreon Venerem ait κρίνον καὶ ἴον ὀσμὴν, *quafi lilium violæ interium*, eademque ὑάκινθος, *viola est pulcherrima babentis*, ac ἀνθέμων, *violis coronatæ*, propterea cognomen tulit: & inter Lycophronis anagrammatismos celebris ille eft, quo Arsinoen Reginam ἰοστεφάνου, *violam* Jovamitis vocavit ἰοστέφανον & *violaceo capitio infignes* Musas introduxit Theognis, quo eodem epitheto cœlestes quoque Pleiadas insignit Simonides in *Fragm.* ut alia omittam. Quam ob causam coronam exhoc flore plectam Vett. per excellentiam στεφάνην appellarunt, teste Etymologo in hac voce. Eamque inprimis ingenes uturparere, uti ex Longo *l. 2* de Chloe & Daphnide docet Paschalius. Inter Gentilium Numina, præter Venerem Musasque, de quibus jam aliquid attigimus. Lares illa coronati. Tibullus *l.2. Eleg.1.*

Ture puer verno primum de flore coronam
Fecit, & antiquis imposuit Laribus.

Et expreiſius Juven. *Sat. 10.*

—— *Lariti que paternis*
Thura dabo atque omnes violæ jactabo colores.

Atque hæc eſt in illis coronis, quas Kalendis, Idibus, Nonis festlus dies cùm erat, in focum indi ſolitas. M. Cato tradit *de Re Ruſt.* Sed & conviventibus violacea corona, non minus ac rosacea placuit, ὅτι σὺν τῷ τοῦ κάνθαρου, *quòd odore ſuffitus grayiuscula capitis*, uti loquitur Plutarch *Sympoſiac.3* Porrò ſociabatur *Viola* omnibus floribus veris, præcipue rosis liniisque, Virgil, *Copa* & Hieron. *l.2. Epiſt. 19.* Quandoque rosis rolis Athen. *l. 15.* quandoque ſolis illitis, apud Anacreontem & Propertium *l.3.* Præterea hyacintho, apud Longum *l. 1* ferpyllo, apud Theocritum *Id.6* cythiſis & thymo, apud Ovidium *Faſt. 15.* croco, *ibid.* & apud Prudentium *Cathemer.* narciſſo denique apud Virgilium. V. Car. Paſchalium *Coronar. l.3. c. 3.* & 4. ubi de Ciceronis inſuper dicto, *Ait u me in viola dari, quia in roſa diſcere de Fin lib.5.* Mart. item Capellæ, ubi *mixtas violis roſas* eloquentiam Epicuri vorat, *lib. 2.* & Vett. luxu circa flores varia addit; plura vero de hoc flore, apud Plinium ubi ſupra, Salmaſium *ad Solinum paſſim*, Rhodiginum & Amatum *Sinæ & Euripæ c.33.* Alios. Franc. Pomey ſic de illo, *Viola, florum, quos in vernan lucem terra effundit, minimus exiſtit, tamen ſatis maximus. Verum, ut ſtatura ſuſciatur dignitate, non tamen generis in illa deſideres claritatem. Regiam probat commendatique ſtirpem, nativa ſplendor purpuræ: ac licet agreſtes inter plebejasq; pariatur & educetur herbulas, nil niſi patrilium ſpirat, nil niſi auguſtum redolet. Figura lilii eſt, non exquiſita illa quidem, at elaborata perfecte; color pallidus ac pretioſus; odor, ipſa ſane ſuavior: tactile gratiſſimum; qua nitida molliter aſſurgit ſolo. Folia ab radice ad ſummam profuſa humum floremque ambientia, novem fere dietas accerſunt —— tum corollina rotunditate, in quam circinantur, tum viriditate gratiſſima. Quibus tamen conſpicua prærogativa* Viola, *adeò non amat videri & oſtentari, ut capet ſolitudinem, ut fugiat lucem, & quaſi parvitatem intra latum non ſatis ſibi videretur abdita, objicit abditique ſolo, abjectus inter viteta, plantas & frutices tamen quaris latebras; odore quippe rei invita prodiior & præterennitur, compelli, abjectum tollere, ſuaviari, admirari; & oblupſcere, tam tenue corpuſculum, quinis ſenisve ſuſis conſtans, odorem exſpirare tam procul, atque tam gratum &c.* V. eum *Diverſ. Deſcript.* Hinc *violaceus*, quo colore Galliæ Reges in luctu uti ſolebant, V. & ſupra, ubi de veſtibus *lanthinis*: *violarium*, apud Sidonium *l.1.* Juvencum, Fortunatum *de vita Martini l.4.* Alios, hortus, ſeu locus *violis* conſitus: *Violare & Violantilla*, nomina propria apud Romanos, ut nonnullis viſum, quæ de re Salmaſius agit *ad Solin. p.*59. & 100. &c.

Violare, proprie rerum religioſarum maculatarum. Statius *Thebaid. l.5. v.* 750.

Ne ſtetu violare *ſacrum, nec plangite Divos.*

Hinc de virginitate, notante Varrone de *L. L. lib. 5.* ad quam alludendo, uſum rei adulteratum velut indigitans, idem Poeta *aurum violare cibis* dixit, *Theb. l.1. v.* 150. ad quem l. *V. Animad.* Barthii. Sic Juvenalis *Sat.11.*

Hancrebus Attici curam præſtare ſolebat
Pictilis, & nullo violatus ſupiter auro.

Idem *alibi*,

—— *viridi ſi margine claudere undas*
Herba, nec ingenium violarent *marmora topbum* &c.

V. etiam Barthium *ad Claudian.* Inde Pictoribus uſurpatum, prò tingere, variare. Virgilius,

Indum purpureo velut violavetit *oſtro*
Si quis ebur ——

Pro

ſro quo Claudianus,

non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod famina tinxeris oſtro.

Hometo auctore, qui verbo *tuxeiv* in eadem re utitur, *Iliad. 8.* quod *corrumpere* Papinius Statius reddit *Achilleid. libro 1. verſu 308.* — *Vel etiam corrumpitur oſtro.* V. Franc. Junium *de Pictura pag. 261. Ex vi* autem verbo originem eſſe notum &c.

Vidensia, Numen olim Corinthiorum, uti & Neceſſitas, à quarum Fano arcebantur omnes, hemini aditu intro ituque permiſſo. Alexander ab Alexandro *Geniat. Dier. lib. 1. cap. 4.* V. quoque ſupra ubi de *Dite.*

Viperæ, libro *de origin. l. 2. in. cap. 4.* quòd *vi parias*, uti Græce Grammaticis plerisque *ἴχνη*, quia *ἴχνη, continuas* usque ad mortem foetum. Nempe *viperam* marem in coitu caput infer re ori conjugis ac in illud exſpuere ſemen, illamque, rabida libidinis voluptate, caput maris præcidere: Sed catulos vicisſim, partus morem pertælos, lateribus matris perfoſſis vi erumpere, traditum Herodoto *in Thalia*, ac Ægyptiorum Sapientibus; qui mulierem vitæ viri infidiantem ſoloque in congreſſu blandientem, *viperæ* delignabant, ut eſt apud Horapollinem *in Hieroglyph. cap. 89.* creditumque maximè Vetti, etiam Chriſtianorum Doctorum parti, Plinio, Æliano, Prudentio, Baſilio, Chryſoſtomo, aliis. Unde etiam eſt, quòd Romani, uti gallum canem & ſimiam, ita & *viperam*, culeo inferuerint cum parricida. Sed abunde priſcum errorem refutabit Apollonius apud Philoſtratum *l. 2. c. 7.* ubi conſpectam ibi air viperam catulos lambentem, ac pluribus de eo tractat *cap. ſeq.* Scaliger quoque *in Virronis Canarelli circulatoris ſignea theca exuviæ viperillas parentis ſuæ*, & vi ille memorat *Everdi.* 103 Viperæ nim. & ipſe quidem ipus habent ova, ſed intus etiam fovent atque excludunt, quod iis videtur proprium eſſe ex perpetibus, unde & viperæ, quaſi potius *viviparæ*, ſicut *ἰχνη*, quod *continuent*, usque dum vivum parianr foetum, dicta videntur. Philoſophus *Hiſt. l. 5. cap. 34. Τίκτει δὲ ὠοειδῆ ἐχίδνα ὡς μέντοι, ἢ τὰ ἔξω γινόμενα τελείως. Ἐκ ὀστέου δὲ τὸ ἔνδον διαφαγοῦσα ἀνὼ ἐξέρχεται. Parvas viperas in membranis parit, quas tertio die rumpuntur. Quandoque etiam, dum minus ſunt, tenerrimæ, cum ſuccenturiatis, ſed membranas illas) per ſe exeunt.* Interim etymon quod attinet utrumque, res eodem fere rodit; quia neceſſe eſt, ut vi pariat, ſi *vivos* catulos parit. Quò facit Hebræum *vipera* nomen אפעה, *ephe*, fa-ab עפר *clamare contenta voce*, & quidem proprie in partu, Eſai. cap. 42. v. 14. Quòd verò Judæos aut Phariſæos paſſim *γενήματα ἐχιδνῶν, progenies viperarum*, in Evangelio, vocari videmus, non ad fabulam illam de vipera ex oſſo matris utero prodeunte referendum, ſed quibuſdam aliis, ſed ſimpliciter peſſimorum parentum peſſimi filii indigitantur, uti docet Bochartus infra laudandus. Sunt autem Vi, *ere*, Avicenna ſinitore, *ſerpentes plani capitis & tati maximè circa collum, colli valde tenuis, caudæ mutilæ, clarifibili & ſonori ineſſus*, l. 5. *cap. cui ſit. Ars trochiſcorum & viperis*, ubi & colorem *flavum* illis tribuit, & marem ab unaquaque maxilla parere *dentem caninum unum*, ſeminantu *plures* habere addit. *Magnitudo* interdum tanta, ut Strabo novem cubitorum & dodrantis; Plinius etiam 16. cubitorum, viperas vilas eſſe, feribant, *Lib.* & *l. 8. c. 14* Iræ indicia ex oculis deſumas, quæ iratſcentibus inflammantur: ſed & bifulcam vibrant linguam ac caudam extimam ſinuant. Morſus vaſtillimis etiam belluis lethifer. Ovidius *de Remedio Amor. l. 2.*

Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

Unde Jobus *c. 20. v. 16. Occidet*, inquit, *eum lingua viperæ*: lingua tribuens, quod dentium eſt proprium, quia mordet ferpens eorum capiti, quaſi illa vulnus infligeret. Et quidem ma tis morſus cognoſcitur ex gemino ictu foeminæ (quam *ἰχνη* ves proprie Græci dicunt) ex pluribus: illius etiam dentes funt acutiores; hujus latiores, imaginique periculi erant. Nocentior autem uterque comeſto ſcorpio, vel radice venenatâ, à coitu item, vel ubi eorum evaſerint, & cum exuunt ſenectam, quod tempore ſit autumnali, ac præcipue verno. Intereà *ſerpentium viperæ ſola terra dicitur ſenectutem arborum aut ſyluarum cavi*, Plin. *l. 8. cap. 29.* quod contra eſſe, diſcas ex Ariſtotele *Hiſt. l. 8. cap. 6* & Nihilominus non Paulo ſolum non nocuit, Actorum c. 28. v. 3. de quo illuſtri miraculo, peculiari capite agit Bochartus *Hierozoici Parte poſter. l. III. c. 2.* ſed & in Medicina præclarum uſum *viperæ* habet. Ejus enim carnis eſu leproſos ſanari, homines reddi *ἐξυφιεῖς*, (Iceniculi namque uſu viperam oculis caligantem ſibi ipſi mederi priſtinamque aciem recuperare notum) aliaque inde commoda thetiace habes apud Dioſcoridem, Galenum, Alios. Quid quod *theriaca* inde conſti, ex *ἐχι-νοῦ θηρίου, quo nomine aut ἔχιδνα Vipera* Græcis dicitur, ſic appellata, de qua V. cetro: plura autem hanc in rem, præter Plinium Veteresque, apud Cerh. Joh. Voſſium *de Idolol. l. 4. c. 52.* & *ſeqq.* ubi & commentum *de vipera cum muræna marina* congreſſu, inter alia, eruditè explodit & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. lib. III. c. 1.* adde Cromerum, qui inter Lithuanorum olim Numina etiam hoc ſerpentis genus comprehendit *l. IV.* Paulo laxius *vipera* nomen apud Poetas, & in Epiphanio, aliisque, Un-

de rot *viperarum* ſpecies, apud Arabes Græcosque, quibus deſſas, ceraſtes, hœmorrhous, hydra quoque, in eorum genere cenſeur: imò ſerpentum nonnunquam omne genus, uti Barthius docet *Animadv. Papin. ad Theb. l. 10. v. 609.* Nec omittendum quod *è vipera* viventis capite diſſecto, Plinius ipſidem eximi tradit *l. 29. c. 4.* cui is *echines* dicitur *c. 27. c. 11.* V. Salmaſium *ad Solinum p. 388.*

Vipio, ex Græco *ψιττὸς*, à ſono, ut *pipio* in gallinis, apud Lampridium *in Alex. Sev.* grus minor, Balearibus olim in honore menſarum fuit. Plinius *l. 10. c. 49.* cùm dixiſſet, ex his inſulis porphyrionem mitti, *Ibi* ſubjungit *& buteo accipitrum generis in honore menſarum eſt: item vipiones, ſic enim vocata nutrientem grumen*, V. Serh. Jo. Voſſium *de Idol. l. 3. cap. 82.* & Sam. Bochartum *Hierozoici Parte poſter. l. 1. c. 11.* nec non ſupra, ubi de *Gruibus.*

Vir, an ex *vi*, quòd *viribus* præſtet; an à *Virtute*? an ex Hebræo גבר per aphæreſin; an à *Viro*? quatuor modis intelligitur, Sexu, quo naſcitur ut maſculus ſit; ætate, qua differt à puero, Lege, qua maritus; Animo, quo in fuo etiam ſexu ab illis diſtinguitur. Et quidem *Vir* natus ſeu maſculus, boni olim erat omnis, unde partum non tollebant Patres, ſi ſexus ſequioris eſſet, ted necari portiis præcipiebant. Ovidius *Metam. lib. 9.*

Edita ſortit ius ſuccis ſi femina partus;
Invitæ mandat pietas, ignoſſe, necetur.

Contrariâ Indis Lacedæmonibusque lege, quæ Patribus tollendi arbitrio detracto reliquit voluntatem ſuſcipiendi, quibus ſpectandi infantes curam demandavit. Eorundem cunæ ad lacteas erant, ut videre eſt in elegantiſſima tabula antiqui admodum manuſcripti Codicis Genefeos, apud Lambecium *Comm. Bibl. Cæſ. l. 3.* in qua jacentem puerum blandà arte ſopire ac crepundiis aliisque exhibitis ocpitis colis deliire vele cernitur Cunaria. Cibus illorum *Papa*, potus *Bua* dicebatur Recens baptizatis Chriſtianorum & pueris Paganis mei diam cum lacte, ex vaſculo *χοτεδίῳ*, per ſpongiam &c. Tertio a nativitate die apud Romanos, quinto apud Græcos, coronæ natalitiæ toribus ſuſpendebantur, & Athenis quidem maſculis oleaginea, ſicut lanea fœmellis, Hetych. Quinto die inſtituebantur *ἀγῶνες λαχνοφόρια*, & dabantur puero minuta natalitia, polypi, ſepiæ, coronæ, gemmæ. Ultimo primæ hebdomadis nate tabellæ tota inſcribebantur, vel virgæ Natalitiæ compingebantur, quæ cum parto adoleſcerent. Nono die, nomen adepturi, mortuorum inſtar, luſtrabantur perque obſtetrices circumferebantur circa forum: apud Hebræos octavo circumcidebantur, & nomina accipiebant. Mox, intra tertium ab impoſito nomine diem, in Actis publicis referebantur a Præfecto Ærarii. Die quadrageſimo, apud Hebræos & Arabes, quæ maſculum peperiſſet, purificatione ſui defuncta eſt, ſicut quæ fœminam, bis impiere tenebatur. Reliqua V. ſupra in vocibus *Infans* & *Puer.* Decimo ſeptimo ætatis anno, apud Rom. prætexta poſita, Toga ſui pri *Virilis eſt*, & in *Viros* pueri tranſeripti ſunt, non ſine ritu tulemni, de quo diximus ſupra variis in locis, inprimis ubi de *Toga Pura* ſeu *Virili.* In Rep Athenienſium inſcribebantur *κατὰ γενήματα* apud *τοὺς δήμοτας*, intra ſeptimum ut plurimum annum: anno 18. inter Ephebos nomina ſua profitebantur, eorumdem alio inferebantur, exploratâ prius virilitate, an per ætatem ad *τὸ στρατεύειν τε καὶ πᾶλιν ὁρᾶσθαι* apti eſſent: biennio poſt inſcribebantur Lexiarchico & adhuc inter ſui juris, mittique ad negotia poterant; quod *τὸ ἐξιέναι τὸν ἄνδρα* Græcis dictum, quia tunc in *Viros* tranſcribebantur. V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas l. 2. tit. 4.* Poſtea uxore ducta, *Pirii*, id eſt, *Mariti*, evadebant, qua de re V. ſupra ubi de *Conjugio*, *Nuptiis*, *Ipouſa* &c. variantque Auctores quo anno maſculis conjugium ineundum. Apud Hebræos novo Marito ſponſæ omnium tas erat, à deductionis tempore, annua, ſeu vacatio ab omnimodo five militari, five civili munere, Deut. c. 20. v. 7. & c. 25. v. 5. vetuit tributo, vigiliis &c. V. Jo. Seldenum *Uxor. Ebr. l. 2. c. 3.* Cum verò officia Conjugum mutua ſint, decem obligationum genera bus Maritus tenebatur Uxori, ſi tut hæc illi quatuor. Et quidem ex decem illis, tria Legè divina nitebantur, Helleni is di-ćta, *τὸ ἔλεος, ἡ μαρτυρία καὶ ἡ συνάφεια ἀνὸρὸς, Necessaria, Testimonia & congressus*, Exodi c. 21. v. 9. & 10. Reliqua ſeptem ex Majorum placitis ſancita erant. I. Dos principalis II. Meticulæ ſummatus. III. Redemptio captivæ. IV. Sepultura honeſta. V. Viduæ in domo defuncti Mariti ſuſtentatio. VI. Ejus ſcidem filiarum, ex Marito ſuſceptarum, donec eſſent deſponatæ. VII. denique, ut liberi ejus maſculi ab eo ſuſcepti ſuccedant in dotem ejus, præter partes, quas cum fratribus inſuper capiebant hæreditatis paternæ. Quæ ſex Dotis principali adjecta, vocitabantur *Dotis conſimiles*, ſeu *ſuppenditiæ*: De donationibus inter *Virum* & uxorem, an, ad eosdem, ut & ſtatu in item, V. apud eundem Auctorem *l. eod. cap. ſeq.* qui etiam de Mariti in uxorem potteſtate, ſive eam domi retineret five in altas eam migraret ſedes, *cap. 5.* de illius Zelotypia *cap. 13.* de jure dimittendi *cap. 16.* prolis *cap.* Apud Romanos jus trium liberorum, ſeut & apud Spartanos, ut proles quærerent magna cupidi, *Viros* impulit. Et quidem, qui tres hîbos ſuppeditaſſet Reipublicæ Spartanæ, ab exoſbiis erat liber, Ælianus *Var.*

Hift. l. 6. c. 6. Quod inde ad Romanos ita tranſiit, ut Præturas, Quæſturas, omnesque Magiſtratus ac honores, ad numerum ſi berorum Parentibus diſtribuerint; quin & frumentum accipiebant, teſte Spartiano in *Adriano*, & in faſcibus ſumendis priores erant, qui liberos habebant. Gellius *lib. 2. c. 15.* Hinc magnâ cura gravidæ Uxores habitæ: quibus imminente puerperio, clavis tradita a Maritis. In partu nonnullis in locis, ipſi *Viri* obſtetricebantur, ut apud P. de Valle ſegimus *lib. 1. tom. 4.* ubi de Indiæ populis ita Auctor in Literam tranſcribo, apud Germanos vett. legimus horridam frigida explorari vi, apud Pſyllos ſerpentibus obtuſis diu dudicandum, nonnunquam & ipſe natum ablue bat, infigni amoriſarg umento. In terra dein ſtatutum ſuſcipie bat, vel ipſe, vel per Procuratorem, quæ ſublatio a Patris uti pote ſtate apud Romanos pendebat. Quæ in uſu pere nolet, ominis ergo aut metus, exponebat. Quin o die, quo Λοχεῖα Λεχεῖα inſtituta fuiſſe dixi mus, ſequebantur Natalitia nuncupata obſita, nimirum Deum Puerperii & Puerperæ ipſi, cui ſolennia Kalendis Martiis quoque dona, ut bellas, artimallas, alia, donabant *Viri*, facili jCtorum venia, &c V. Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* & ſuprà paſſim, inprimis in voce *Pater*. Imò & *Vir*, pro forti ac animoſo, quæ ſignificatio ſe per omnes ætates diffunditur. Namque in cunis jam Virumſe Hercules præſtitit, prodigioſæ magnitudinis anguibus, quos ipſi noverca Juno immiſerat, eliſis, & in adoleſcentia præclaris illimis jam ſe Alexander geſſit: ut de *Virilibus* annis propria actione ſit loquar. Quo pertinent, quæ de *Gymnaſiis* Exercitationibus, *Pramiis*, *Victoria*, retrò attulimus. Sicut autem per Junonem plerunque fœminæ, ita per Genium ſolis fere *Viri* olim jurabant. Seneca *Epiſt. 12 Vilibus juras per Genium meum, ſi omnia feciſſe.* Interim, cum Juno utriuſque ſexus Deus eſſet, etiam per illam aliquando Viros juraſſe legimus apud Juvenalem *Sat. 2.*

Et per Junonem Domini juranie miniſtro.

Apud Græcos in luctu comam abraſi, tonſeruſibus & mulieribus. Plut. *Πυθαικὰ.* Καὶ γὰρ παρ' Ἕλλησι τὰς ἀνδρείους γυναῖκας, κἀτόρους μὲν αἱ γυναῖκες, κοπτόμεναι δὲ οἱ ἄνδρες ἐπὶ τοῖς τῶν γυναικῶν θανάτοις, τοῖς δὲ τὸ κομᾶν ἐκεῖνοι, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀνδρείοις τῶν γυναικῶν ἀνδρεῖον θρῆνος. Artemidorus *l. 2. c. 20.* Ἡ δὲ κουρὰ τοῖς ἀνδράσι τοῖς γυναικείοις ἀνδρεῖον θρῆνος. Quod de Perſis quoque Curtius refert *l. 10.* de Barbaris, Suetonius *Caligula c. 5.* V. Jo. Meurſium *Not. in Lycophron. verſ.*

Κἀφεῖσ' ἄκαρπ' ὑπὸ πλοκὴν κεκαυμένη βόθρῳ.

Siniſtræ capitis ſurgit brabilis fuſcia:

& ſuprà ubi de *Capillo*, *Coma*, *Pan ni*, *Lucku* &c. Veſtis *Viris* olim fœminisque apud Romanos, nempe Toga, fuit: do nec diſcrimen procedente ævo factum, ut ſuprà vidimus in voce *Femina*, item *Veſtis*. Apud alias vero gentes jam vetuſtioribus ſeculis diſtinctio fuit, ut ex Lege apparet divina, quæ capitis pœnâ promiſcuum utriuſque ſexus veſtium uſum prohibuit. Imò viro fœminam mentito nil turpius, agnovit Papinius *Achilleid. l. 1. v. 2.* ad quem locum V. Barthium, ut & *ad Theb. lib. 2. v. 665.* ubi de ſummo convivio *virorum*, cum *fœminæ* dicuntur, pluria erudité congeſſit. Quid ergo ſtatuendum de *Viris*, qui puerperarum loco decumbere olim ſoliti, ut de Scythis, Thracibus, Cantabris & Celtiberis, habet Alexander Neapolit. *Gen. dier. l. 2. c. 25.* De pileis teguminibusque *virilis* capitis, quâ profanis, quâ ſacris V. ſuprà in *Filetus*: de pedum integumentis aliquid hic adjicitur.

Tegimen regnina Virilia apud varias Gentes.

a. Æreis calceis Empedocles Agrigentinus uſus legitur, apud Ælianum *Var. Hiſt. lib. 12. c. 32.* V. quoque Tertull. *de Pallio cap. 4.* 8. Alcibiadæ, ab Alcibiade nomen adepti. *γ.* Amyclaide, à gente. *δ.* Argenteo filo con utorum calceorum meminit Paulus Venetus *de Reg. Or. l. 2. c. 14.* Etiam argento non raro ſuppactos habebat *Viros*, legimus. *ε.* Argiæ. Argivis in uſu erant. *ζ.* Aureis ſoleis gemmasinſertas, geſſit Sophites, apud Curtium *l. 9. c. 1.* Soccuium autumat Cæſari tribuit Seneca: aureum calceum Demetrio Plutarchus: *Sectas auro ſuppactum ſolum*, refert Plautus *Bacchid.* *η.* Antapodia, ſeu Anaxyrides, quibusdam o creæ, aliis femoralia ſeu ſubligacula fuere. *θ.* Baſilides, Regibus Athenienſium familiares. *ι.* Baxeæ, crepidæ erant Philoſophicæ. *κ.* Caliga, militum caleamentum. *λ.* Campagus, Regium ſtuit. *μ.* Cothurnus, in uſu erat Tragœdis, Venatoribus, Viatoribus, aliquando & à fœminis adhibitus. *ν.* Conipodes, ſenum calceamenta fuere. *ξ.* Crepidæ, apud Græcos cum Pallio gelabantur: ſeu calceus apud Rom. cum Toga. *ο.* Diabathra, utriuſque ſexus communia erant. *π.* Dipodia, ſocculi lanei vidientur fuiſſe. *ρ.* Embatæ, Comicis calceis erant ſimiles: a Thracibus inventi. *σ.* Eumarides, *Virile* ac mulieribus conveniebant. *τ.* Ferreo calceo Empedocles uſus legitur: alii tamen ex ære volunt, ut vidimus In S. Baſilifci Martyris hiſtoria ferrearum crepidarum fit mentio, quæ ignitis clavis pedibus ejus fuerint affixæ. *υ.* Iphicratides, ab Iphicrate habuere nomen. *φ.* Hypidii, calcei virtles pretioſi erant. *χ.* Hypolchismata, vulgares. *ψ.* Juncei, Ægyptii funt uſi. *ω.* Ligneis, Indi olim: hodieque ruſtici vartis in locis, quos Galli *Sabots* dicunt. Caligæ quoque & Gallicę, ligneis ſoleis conſtabant. *αα.* Lintea calceamenta ſive Udones, Antonino Imp. aliisque Sacerdotibus inprimis Ægyptiis, ab Auctoribus tribuuntur. Iisdem Romani quoque Pontifices uſi ſunt per longa tempora. *ββ.* Lunati, Senatorum erant, Patriciorumque Romanorum. *γγ.* Menacii, ab Auctore dicti. *δδ.* Mullei, à Regibus primùm Albanis: dein Magiſtratibus Romanis, Triumphalibusque uſurpati ſunt. *εε.* Papyracei, Ægyptiis erant familiares, Iſidis præcipue Sacerdotibus, Tertull. *Carm. ad Sen. c. 2.* *ζζ.* Pedila, elegantia fuere atque ad delitias & oſtentationem comparata, variiſque ac eximiis coloribus picturata. Unde toties illud apud Homerum, πολλὰ μετ' ἰθύπεπλοι ἑταῖραι. Pelynta, pedum faſcia potius, quàm calceifuiſſe videntur. *ηη.* Perones, ruſticis familiares erant, militemque Romanici eos in bello adhibuere; tranſitoque in urbem ad plebeios mos, ſic tamen ut peregrinum potius, quàm civile eſſet calceamentum. Part is & Medis illos tribuit Tertullianus *de Pallio c. 5.* Imò & curioſum fœminarum genus eos experiri voluiſſe legimus. *ιι.* Perſicæ. à gente. *κκ.* Phæcaſia, Philoſophis attribuuntur, apud Senecam *Epiſt 113. Pro quadam eſſe, quæ decem phæcaſiarum & pallatarum.* Notum autem, peculiare Philoſophis geſtamen paſſim fuiſſe. *λλ.* Proſchemata, ſenum calceamenta fuere. *μμ.* Rhodiacæ, ab Inſ. dictæ. *νν.* Sandalia, Viris, quoque uſurpata. doce Hieronymus *in Eſaiam l. 5. Comm. cap. 20.* Sic apud Marcum *c. 6. v. 9.* ſandaliorum uſum à Domino Diſcipulis ſuis permiſſum legimus. De Pontificum Sandaliis, diximus alibi. *ξξ.* Scythicæ. nomen habuere à gente. *οο.* Sericis Impp. Pontificesque uſi ſunt, à quibus ad Epiſcopos deſcenderunt, unde ejusmodi calcei five Sandalia, five Epiſcopalia Rubrius inſigna cenſentur. *ππ.* Siciona, calcei fuere delicatioris cultus, mulierbres & a matorii. Heſych. Mulierum proin fic propriî, ut Virum iis uti eſſet contra decorum. V. Appulejum *Aſcam. lib. 7. ρρ.* Smin dyridii, à Smindyride Sybarita, monſtro luxuriæ famoſo, nomen traxere. *σσ.* Socci, Comicorum erant, aſotorum nempe adole centum, delitorum ſenium, parafitorum, ienonum & Sed & Meſſalinæ ſoccularum tribuit Suetonius *Vitellio cap. 2.* Profi bulis, Propertius *l. 2. Eleg 18.* Imò ſoccis uti probro viris fuiſſe datum ex Seneca diſcimus de *Benef. l. 2. cap 12.* *ττ.* Solearum pro civili more uſus, mulieribus quidem potiſſimùm erat familiaris, interim, in omni animorum remiſſione, Romani ſoleati quoque fuere. Sic enim ad convivia itabant, ut alibi diſtum. *νν.* Sparteis calceis, Hiſpanos uſos eſſe olim, Plinius teſtatur *l. 19. c. 2.* *φφ.* Theſſalides, à Theſſalis accepere nomen. *χχ.* Udones, ex candidiſſimo linteo, Sacerdotum olim erant à quibus ad Pontifices Romanos illorum uſus tranſiit. Sed & Antonino Philoſopho attribuuntur, apud Herodianum *l. 5.* ubi exjus exemplum alios multos imitatos eſſe, narrat. *V.* quoque hic ſuprà, ubi de *Lintei calceamentis*. *ψψ.* Uncinati ſeu Repandi calcei, à quibusdam cum Lunatis, confunduntur, qui nempe per lunulam patriciam unciuum intelligunt, ut Salmaſius *Notis ad Dedic. Statuæ Regillæ*, & M. Zuerius Boxhornius: Sed Philoſtratus diſcrimen fuiſſe oſtendit, dum Lunulas hasce non in parte anteriore calcei, ſed circa talos pedis fuiſſe appoſitas ait. Scaliger tres calceamentorum apud Vett. Romanos ſpecies diſtinguens, *Mulleos Patricius*. Uncinatos calceos minus illuſtribus, Perones vero reliquis civibus, id eſt plebeiis, attribuit. *ωω.* Zancæ vel Trancæ potius aut Trancæ, calcei erant imperatorii, medio crure tenus alti auro purpuraque infignes & aquilis interſtis ſic venerabiles: quorum uſum *exilio & confiſcatione bonorum* aliis prohibuerunt Areadius & Honorius Aug. *Cod. Theodoſ. lib 14. tit. 10.* V. &c. Sed de his omnibus V. Baldu dinum *de Calceo antiquo*, Jul. Nigronium *de Caliga*, Alb. Rubenium *de Re Veſtiar.* & ſuprà *paſſim*.

Vira, V. infrà *Virago*.

Viraco-hin, ſummus Peruanorum Deus, quem aliàs *Pachacamachi*, i. Creatorem cœli acterræ, ut & *Ulapu*, i. *Admirabilem*, vocaverint, memoratur H. Linſchottano *Hiſt. ind. Occid. l. 5. c. 3.*

Virago, apud Servium *ad Æneid. 12. v. 468. eiciatur mulier, quæ virile implet officium, id eſt mulier, quæ viri animum habet, has antiqui Viras dicebant.* Dea, Heroina. Sic *heroida virago*, apud Papinium Statium *Thebaid. lib. 11. verſ. 414.* de Minerva, h. e. *belliceſa & pugnarum tractatrix*, vet. Schol. Idem de eadem *lib. 4. Sylv. 5.*

— *mea carmina*
Regina bellorum virago
Cæſarea peterar vix auro.

Uti Ennius *Annal. 1.*

Corpore Tartareo, prognata paludis virago.

Præcipuè verò Dianæ datus hic titulus, ob virile facinus venationis. *Epigramma* vetus, prolatum à Julio Riccio *Epiſt. 42.*

Munere ſe hoc dono Latonia, ſanctæ virago,
Corniger am cepit, virtute & laude potitus,
Exu vieis cuspis tempſumque unum decora vi.

Ovidius pariter, & Seneca *Hippolyti initio*,

Adeo in comiti diva Virago,
Cujus certis pectus telis fera &c.

V. Caſp. Barthium *Ad veſtar. Comment. lib. 31. cap 3.* Aliàs ſuppe bam & rebellem mulierem vox notat: unde primæ matris nomen Hebr. *Iſcha*, non bene *viraginem* reddit. Ait Rivetus, meliùs *Virum*,

Virum, quod infolitum huic ævo verbum, vetus tamen ac probum est. Certè, præter ea, quæ diximus, *Querquetulanæ Viræ* ipso adhuc Varronis ævo dicebantur, quibus facellum erat in Esquilina regione, ad Querquetulanam portam. V. præfatum Rivetum *Exercitat. ad Genesin c. 2. n. 23.* & plura hanc in rem hic paßim, inprimis in vocibus *Anus*, *Gennades* &c.

Virens, apud Claudianum *de Raptu lib. 3.*

——— *fremit illa marito*
Mobilior zephyro, votamq; virentibus iram
Differgis maculis ———

viridis eſt: cujusmodi maculis pavoni inter animalia quadrupedia ſimilem eſſe tigridem, canit Oppianus *Cynegetic. lib. 3.* Quo modo & pardum alibi *Viridem* dicit idem Claudianus, cujus maculas *Virentes* exponunt Rubenius in celeberrimi illo dicto Joremem. *cap. 23. verſu 23.* de quo Sam. Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap. 7.* V. ſuprà, ubi de utroque hoc animali, & infrà, voce *Virgata*.

Virga, an à *virtute*, an quòd *vim regat*; an à *virendo*? dicta, ſymbolum erat regiæ poteſtatis: Unde in Symbolica Gen ilium Theologia Actis ſtilus ornatur & *Virga*, quòd Sol, hoc ſchemate denotatus, utpote omnium in hoc inferiore mundo rerum moderator, imperandi ſit peritior. V. Macrobium *Saturnalium lib. 1. cap. 21.* Et cui ignota *Virga ferrea*, qua Meſſias præditus confractorios Gentes, Pſalmo 2. *verſu 9. Confringes ipſos virgâ ferreâ, ut ſas figlinum diſſipabis eos*: Quamque *Sceptrum* vocat idem Pſalmographus *Pſalm. 45. verſu 7.* Hinc *Virga* in Rhapſodorum manibus, Plut. *in Jone*, quòd Reges Principeſque repræſentarent: contrarium tamen ſentiente Jul. Cæſ. Scaligero *Poetic. lib. 1. cap. 3.* cùm ait: *Virga in manus, à domitis poſitorum, à quibus ſunt veriùm Scipio eſſaxiſſe ſtientinus*. Ut de *Virga* ſeu baculo *Hiſtrionum*, ſuprà: & *lauri vel myrti*. pro lyra, in conviviis Vett. olim circumferri ſolitâ, Salmaſium ad *Solinum pag.* 868. & aliquid ſuprà ſuo loco. Apud Senecam *Epiſt. 47.* *Virga, quâ murmur omne famulorum compeſcebatur*, videtur fuiſſe inſigne Triclinii charum in Triclinio; extra quod Actoribus ſeu Diſpenſatoribus conveniebat, docente Ammiano Marcellino *lib. 14.* ubi reprobitos urbanæ familiæ digerendos convitium Matronarum prodeuntium, & ſtrenitis aprata *Virga* infignes recenſet. Similiter, nota eſt *Virga* & arundo Janitoris apud Pettonium & Senecam. De *Virgarum* faſciculis unde cum ſecuribus, Magiſtratibus olim Rom. ſolitis præferri, diximus ſuprà in voce *Faſces*. Porrò tum diſciplinæ, tum eloquentiæ ſymbolum *Virga* fuit, unde caduceus Mercurio tributus, cujusmodi virgis inſignita plutima Numiſmata, *Pacis* inſcriptionem præferunt, & adhuc infrà. ELOQVENTIÆ. Quemadmodum, qui *Virgam* auream in hujus manibus, à qua ipſe *Chryſoraspis* dictus eſt, dignitatis & excellentiæ, quæ illum ornant, qui ſcitè & opportunè orationem contexere norit, ſignum eſſe contendunt. Palladi quoq; totius Sapientiæ Deæ, non uno in loco, ab Homero *Virga* accomodatur. Sed & *Virgam* manu tenebant Judices ſacrorum certaminum, ut diſcimus ex Plut. *Pompejo* & *Catone Jun.* quorum hic cùm Antiochiam veniſſet, obviàm ipſi venit magna cum comitum turba, pro more recepto, *τῶν ἡγεμόνων ἑκάστου, habente eorum & virgam*, qui cœterorum dux erat. Athletis quoque victoribus *virga* prius, ſeu ramus è palma, quàm corona donabatur, eamque à Judicibus modò dictis accipiebant, quos propterea *βραβεῖς* appellatos, ait Artiſides *de Rhetor. Orat* 1. Hanc dein *virga* dationem ſequebatur *ἐπιγραφὴ*, *inſcriptum*, ſeu *adhortatio*, inde *κήρυξ*, *præconis*, *βραβεῖον*, *conjectus ſolorum*, & tandem *βραβεῖον*, *corona*, qua de re V. Car. Paſchalium *Coronar. lib. 1. cap. 22.* &c. De *Aſclepiadi Virga* ſeu nodoſo bacillo, V. ſuo loco: De *Virga Aaronis* & *Moyſis* infrà: de *Virga Heſiodi*, inter Poëtarum Virgas maximè ſpectabili, Artiſidem *εἶδος τῆς ναυβάτης*, de *Virga Mercurii* plura, apud Caſp. Barthium *Animadverſion. Papinian. ad Thebaid. 2. verſ. 11.* inprimis in *Commentario Magno Superſtitionum*, ubi de poteſtate ejus ac potentia peculiarem tractatum ſatis inſtituit idem exhibet, Fortun. item Licetum *de Gemmis Annular. Schem. 24. c. 107.* ubi gemmam, in qua caduceus cum duobus gallis Gallinaceis, eruditè exponit: de *Virga Sceptrina Ludimagiſtrorum* ſuprà, voce *Sceptrum* &c. Apud Recentiores, *Virga alba*, pacis fuit ſymbolum, Britton in *LL. Angl. c. 53. Virga conſecrata* occurrunt, apud Aimoinum *Hiſtor. Francic. l. 3. c. 68. Poſt hæc miſit Gundobaldus iterum duos Legatos ad Regem cum virgis conſecratis, juxta ritum Francorum, ut ſc. non contingerentur, ſed expoſitâ legatione cum reſponſo reverterentur.* Porrò *Virga Ferrea*, quam *per medium lingua portare*, pœnam blaſphemantium fuiſſe, ſtatuit Salvianus *lib. 7. de Gub. Dei*. Cui *Virgam Ferream*, argenteis literis ſcitè inſcriptam, quæ in Palatinis olim Cimeliis ſervabatur, publicavit ad ſtaturam Caroli M. indicandam Marq. Freherus. *Virga Regalis*, de qua V. ſuprà, voce *Baculus*: *Virga Regia*, h. e. diſtrictus Seneſcalli Hoſpitii Regis Angl. cui in ſignum jurisdictionis commiſſa eſt *Virga*, coram Rege deferenda, ut olim Curopalatæ, qui idem fere munus obibat apud Imp. Byzantinos, cujusque *virga χρυσῆ ἐπὶ δὲ ἀργυρᾶ ἐπὶ δὲ χαλκῆ*. A *ſceptro* dicitur Paulo Silentiario *Deſcripſ. S. Sophiæ Parte 2. verſu 126.* &c. de quibus, aliisq; hùc pertinentibus, V. præfatum Auctorem *in Gloſſario*, ut de *Virga ſeu baculo Epiſcopali*, Macros quoq; Fratres *Hierolex.* nec non ſuprà aliquid.

Virga, pro ſupplicio fuit, apud varias Gentes, hodieque & hic ejus uſus perdurat. Inflig bantur enim Verbera, vel flagris ſeu flagellis, vel *Virgis* ſeu fuſtibus, unde Flag llata & fuſtigatio: inter quæ id diſcriminis fuit, quòd *Virgæ* honeſtiores eſſent, flagra ſervis, peregrinis, hoſtibus, ingeterentur. Et quidem more Majorum Romano vetuſtiori, capitaliter punſendi, aut *virgis* ad necem cædebantur, aut primò cæſi pectoris jebantur ſecuri, gladio aliterve occiſi, qua de re ampliter & doctiſſimè egit Petr. Faber *in Semeſtribus lib. 2. cap 10.* Sed ita mos hic pristus demum mutavit, ut non ſolùm civis Romanus, ex Legibus Porcia ac Valeria, nec mortì traſi, nec cæſi omnino adversus provocationem ad Populum deberet, ſed tandem, ut nec hoſtis, nec alius verberibus tantùm necaretur. Atqui non Flagellationis ſolùm, ſed & Fuſtigationis, caſtigationem etiam in uſu Romanis fuiſſe, ſolis ex Digeſtis liquet Hiſtoriisque V. *l. 10. & l. 4. §. 1. D. tit. de Incendio, Ruina &c.* Val. Maximum *l. 2. c. 7. §. 4.* Jul. Frontinum *Strategem. l. 4.* &c. Ita ramen, ut ſervus, quem admodum dictum, flagellis, Liber fuſtibus ſeu *Virgis* cædendus eſſet: Nobilium non femel in Digeſtis docetur, optimeque explicatur à Barn. Briſſonio *Select. ex Jure Civ. Antiq. lib. 2. cap. 9.* quod tamen, ut fieri in rebus hujusmodi ſolet, haud perpetuò eodem ſe habuit modo. Et quidem, ex more, ut videtur, Romano, quo in non dives animadverti volebant more Majorum, id eſt, ita, ut capitaliter puniendi primò cæderentur, orta eſt illa DOMINI noſtri flagellatio, à Pilato, *Præſide* Romano, cum jam crucifixuro. Illata: Ut enim pro mortuo habitus flagellaretur, mori Judaico non congruebat, ut videmus ſuprà, ubi de *Verberibus*. Fuſtigationi autem ſubiici ſolebant, idque ex Reſcriptis tapus principalibus, liberi homines tantùm, qui tenuiores eſſent; etiam, in cauſa Majeſtatis, ipſi honeſtiores, ut in Baſilica ſeu Jura Cæſarea Græcanica receptum eſt. Generaliter verò ait Cal ſtratus *l. 28. §. 4. D. tit. de Pan. Omnes, qui fuſtibus cæſi prohibentur, eantem habere honoris reverentiam debere, quam Decuriones habent.* Et bello, *quem militem extra ordinem deprehendit* (Scipio, ad Numantiam diſciplinam miliram eventigavit) *vitibus*: *ſi autem vacuum, fuſtibus cædit*, apud Liv. Publio Naſicâ & D. Bruto Coſſ. *Cujus Matienus, accuſatus apud Tribunos Pl. quòd exercitum in Hiſpania deſeriſſet, damnatus ſub furca diu Virgis cæſus eſt & ſeſtertio nummo venit.* Fiebat verò id hoc pacto. ut Polybius *lib. 6.* exponit: *Accepto fuſſe Tribunus vix tantum attingebat damnatum, quod ubi factum erat, omnes, qui in caſtris erant cædunt fuſtibus, plerosque in ipſis caſtris conficiebant; ſi evaſiſſent, ne ſic quidem ſervari poterant, quippe quibus nec in patriam, nec ad propinquos domum recipi poſſent.* Inflig baturque hæc pœna Cuſtodibus ſeu Vigilibus, qui teſſeras non reddidiſſent aut dormiviſſent, aut locum vigiliæ deſeruiſſent: item Tergiductoribus & Præfectis alæ, qui negligenter vigiliis curaſſent, aut teſſeras non propagaſſent. Etiam qui furto ſuſtuliſſet quidpiam è caſtris, nec non qui ſalſum teſtimonium dixiſſet; aut ſi quis ter ob idem crimen multatus eſſet, &c. V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 38.* aliosque, inprimis autem Lipſium *de Militia Rom lib. 5. cap. 18.* Apud Chriſtianos, tam Fuſtigationis, quàm Flagellationis, uſus forenſis. extra cauſas aliquot atroces & perſonas reuses admodum, diu abhinc evamuſſe videtur, V. Jul. Clarum *Sentent. l. 5. Quæſt. 70.* & ibi Dan. Bajardum. Certè apud Græcos veteres adeò infamis non habebatur pœna hæc, quin cæſus quaſi

Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis ;
Virgailis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro involvuntur.

Ubi tamen Servius, *Sagula virgata* interpretatur, *quæ habebant in virgarum morem deductas vias. Et hinc*, addit, *adhuc ad Gallicanum morem, quo Virgæ purpureæ distant. Virgatis ergo, ac si diceret purpuratis, qua sagula virgata etiam trabeata dicta sunt.* Trebellius *in Gallieno : Perdita Gallia arripisse & dixisse perhibentur : Non sine trabatis fagis tuta Roſſp. sit.* Hic enim mavult Ferrarius cum Casaubono, *trabeata saga* ex Diodoro ἐμβαθυρὸς σάγος interpretari, quam *Atrebatica* cum aliis subillituere. Ut Togæ namique à transversis purpuræ discurrentis lineis, sive trabibus, *Trabeæ* fuit dictæ : sic à *Virgis* purpureis trabeata Gallorum sagula, Turnebus verò *Adv. lib.* 2. c. 14. simpliciter *Virgatum*, ἐμβαθυρὸν, intelligit, quod virgas quasdam in longum aut latum varia serie ac colore porrectas haberet, ut in concharum genere *Virgulatæ* sunt, id est, ἐμβαθυρὰ. Ita Val. Flaccus *Argon. lib.* 2. Thracum mulieribus *virgatas* velles tribuit nec purpureas, inquit ille, intellexit, fed Barbarorum ritu difcolores, & veluti virgatis fegmentis contextas :

Tum venit durata gelu, fed me quoq, pulsam
Fama viro, noſtrisq, thoro Virgata revebit.

Quam fententiam firmant, quæ de Scaligero fupra attulimus, *Virgas* interpretante *Scutulas*, Gr. *σπυρίδια*. Erant autem hæc quadra fimilia retium maculis, quas Græci ῥόμβους vocant. Nec forte multum abludunt Saracenorum colorata fagula, apud Ammianum *lib.* 14. V. Octav. Ferrarium *de re Vestiar. Part.* 2 *lib.* 3. *cap.* 16. Poftea verbum latius extenfum, ut quandiber macularum varietatem exprimeret. Sic *virgatas tigres* Poëtas Latinos dixiffe, h. c. varias, & Thecæfias mulieres, *virgatas* h. e. varias, in manibus, mento totoque corpore compunctas notis, ait Salmafius *Not. ad Carinum Vopiſci*, ubi multa de his *veſtium Virgis*. Sed de tigribus vocis proprietatem ſervari, docet Bochartus, & quoniam pardi rotundas habent maculas, tigrides verò longas tænias, *virgatas tigres*, longis tæniis varias, interpretatur, *Hieroz. Parte prior. lib. III. cap.* 8. præterea ipfo Salmaſio *ad Solinum p.* 210. ubi ait : *Segmenta erant maculas figrium, quia longis duſtibus erant linearia — ſuccos & ſucculentos omnes hujusmodi oblongas macularum notas vocabant. Unde virgatæ tigres — vaccæ appellat Oppianus.* &c.

Virga Aaronis, *producens germen emiſit florem & edixit amygdala*, miraculo fic, Sacerdotium ejus confirmante Deo, Numerorum c. 17. *verſu* 23 in cujus rei memoriam *ante teſtimonium* illam reponi voluit, *verſu* 10. Sed & ut mannæ urna, altera Aaronis additur, alituram Chriſti ſpiritualem : fic *Virga* hæc Sacerdotium ejus, præfiguraba. Et quidem uti tum de arenti virga flos germinavit, & produxit fructum : ita Chriſtus, tum in nativitate, tum morte, de fterili trunco effloruit, & Sacerdotium *à resurrectione* habet. In cujus honoris partem nos quoque accipit, facitque ut de noſtris quoque nodis flos germinet, & viles virgulæ balſama exudent, Plinio 92. v. 13. Franc. Burmannus *Theolog. Chriſtian. Part. prior. lib. IV. cap.* 14. §. 26. Fuiſſe illam ex amygdalo, ut & coeteram XI. tribuunt, ait Cyrillus in Cat. *Franc. Zephyri, Erani*, inquiens, *omnes virgæ amygdalinæ, de nove ejus genie, quæ ex ea poſitionum arbore ſcipionibus inſebatur, gerit enim talis arbor vigilantiæ ſymbolum. Amygdalus excellit fœcundis rectis & procerii, quare vidit apia ſi, ut ex ea ſcipiones ſeinum, ac ſuptra Principum exſindantur.* Nempe arbor hæc prima omnium florct, menſe Januario, Martio verò pomum maturat. Alciatus hinc de ea :

Cur properans ſolus præmittis amygdala flores?
Odi puellos præcocis ingenii

Unde apud Jeremiam quoque, ubi ait, *Virgam vigilantem* ego video, Theodotion *virgam amygdalinam* exponit : & propterea *ſcaked* Hebr. I. *vigilans*, hæc arbor dicitur. Quo pacto *Virga vigilans* erit ſignum hieroglyphicum judicis ulcoris, vigilis & ad puniendum feſtinantis &c. quam in rem V. plura, apud Autorem Anonymum *Sina & Eur. cap.* 34. ubi Hebræorum ſuaviter circa *Aaronicam* hanc Virgam deliria quoque paucis perſtringit: de fructu verò arboris, V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 461. 599. & ſeqq.

Virga Moyſis, non minùs celebris in Sacris, memoratur pluribus Exodi *cap.* 4. *verſu* 3. & ſeqq. ubi ejus in ſerpentem converſæ, moxque ſibi iterum redditæ miraculo, Moyſes confirmatus, obedivit divinam, ſuſcepiſſe : *cap.* 7. *verſu* 12. ac ſeqq. ubi eadem metamorphoſi operatum Pharaonis & Ægyptiorum præſtigias, & *cap.* 8. 9. 10. 11. ubi varias ea mota plagas Ægyptiis inflixiſſe, legitur. Erat autem ea non niſi baculus ejus viatorius, quem fortè manu tenebat, cum Deus ipſum alloqueretur hac de re, *cap.* 4. *ch. verſ.* 1. ut ſuaviter delirent Magiſtri, qui virgam hanc ex arborea vitæ, in Edenis horto, ab Angelo decerptam fuiſſe, atque ideo vi ἀναστρεφικὴν polluiſſe, tradunt. Quos ex parte Chriſtianorum illi ſequuntur, qui tam ex hac virga, quam ex fudariis ac ſemicinctiis, à Paulo ad ægros delatis, Actor. c. 19. *verſu* 21. humanodi vires rebus inanimatis Deum indidiſſe, contendunt. Vim infinitam certe miracula ſequirunt, nec *Virga Moſis* in ſanguinem mutavit aquas, aut ranas produxit, aliaſve complura patravit, ſed ea mota id præſtitit Deus, quod ſe factarum promiſerat : voluitque hoc pacto ſervorum ſuorum opera (namque & per Aaronem quædam hic geſta) uti, ut ille *Auctoritatem* illis, tam apud Ægyptios, quàm apud Iſraelitas, conciliaret. Sam. Bochartus *Hieroz. Parte poſter. lib IV. cap.* 18. Interim, ne vis illa crederetur ſcipioni indita, ipſe Deus plagarum nonnullas immediatè Ægyptiis immiſit, uti ex *Hiſtoria* ea. liquet. Idem ibid. Ægyptii verò tot monſtris territi, ad motum *Virgæ* hujus editis, totum hoc ſimiliter ipſi tribuentes, nec ad miraculorum Auctorem aſſurgentes, ab eo tempore, in quolibet Fanorum ſuorum, virgam ſimilem conſecraſſe ac collocaſſe legantur, apud Diodorum, aliosq; Scriptores priſcos. Sed & Legatorum ritum, virgam feu baculum albam, cum munus ſuum obeunt, gerendi, ſequentibus temporibus inolitum, ex ſacra hacce hiſtoria ortum ſumſiſſe, ſunt qui velint. Quam in rem V. plura apud Burmannum *Meditation. in Exodum d. 1.*

Virga Natalitiæ, ultimo hebdomadis primæ die, natis olim infantibus, deſigi ſolebant, in ſolo, quæ cum nato adoleſcerent; vel tabellæ fata inſcribebantur. Et quidem populeæ *Virgæ* memiuit Meurſius *Synagm. de Puerp.* ex Donato, qui ita in v. 13 Virgilii : *Virga*, inquit, *populea more regiuſtu in puerperiis eodem ſtatim loco depoſita ita brevi coaluit, ut multis annis ſtaret populus adaquarit : quæ arbor Virgilii ex eo ſibi augure conſervata eſt, ſummaq, gravidarum religione, ſuſcipientium ibi & ſalvientium vota.* Aliis illæ quercinæ, unde Marianæ, erant &c. à quarum felicitate Fata puerorum metiebantur, veteres atque annoſas teſtimone cogitantes. Atque hunc morem Veteres ſignificare videntur, cum *Fata ſcribunda advocare* dicerent, ut legimus apud Tertullianum *de Anima cap.* 39. Quippe hæc, quæ Fata vocantur, in tabula ſolita erant perſcribi. Sectionis, non nomina autoribus, fed ipſos nuper natos appenderunt ; quemadmodum alii Veterum lumínibus accenſis in Puerperio Fortunam naturum futuram explorarunt. V. Thom. Bartholinum *de Puerperio Vet.* ut & ſupra, ubi de *Natalibus.*

Virgarius, in Eccleſia Rom. Cantor Eccleſiæ : extitit, prope Vaticanum Baſilicam ædes *S. Mariæ Virgarivorum. & Schola Virgariorum*, ſeu qua V. Mactum *Hieroloc.* ubi de *Schola Virgariorum Portiani.* Qui ideo *Virgarius* habitaſſe videtur, *ut præparandi lectum pro Pontifice, ubi terminabat proceſſio ejusdem Papæ, qui uſus tamen vemanſerit præparandi lectum in ea cubiculo, in quo ſuper lectum Pontifex indutur & exuitur paramentis ſacris*, ait voce *Virgarius.*

Virgatores, apud Scriptores *Rerum Angliæ.* Watſium, Matthæum Paris. A. C. 1249. Auctorem *Flete lib. 2. cap. 1. §. 15.* Allios, dicuntur, qui Anglis *Servientes ad arma*, quod *virgas argenteas deaurutas*, ante Regem deferre conſueverunt. Alii apud Plautum *Virgatores*, idem viz. aut primum diverſi, à lorariis, coërcen tis ſervis deſtinati : unde *virgidonius*, & *ulmea virga in ſervulorum tergo luſtranies*, apud eundem paſſim. V. Salmaſium *ad Lampridium Alexandro Sev.* & ſupra, ubi de ſervili hac caſtigatione.

Virgillanæ Sortes, apud Spartianum *in Hadriano*, *Quem ſolicitus, de imperatoris urga ſe judicio*, Virgilianas ſortes *conſuleret*,

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? noſco crines, incanaq, menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundavit, Curibus parvis & paupere terrâ;
Miſſus in Imperium magnum, cui deinde ſubibit.

Sors excidit, quam alii ex Sibyllinis verſibus ei provenisſe dixerunt. Et apud Lampridium *Alexandro Sev. Ipſe quum parentis horianin animum à Philoſophia & Muſica ad alias artes traduceret*, Virgilianis Sortibus *hujusmodi illuſtratus eſt:*

Excudent alii ſpirantia mollius æra &c.
Tu regere Imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacisq, imponere morem,
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

V. quoque Treb. Pollionem *in Divo Claudio*: quid ſint, & quo pacto inſtituì ſolitæ, dixímus ſupra, voce *Sortes Virgilianæ.*

Virginale Fanum, quod intrare *Virginibus* ſolis conceſſum, memoratur Papinio Statio *Thebaid. l. 2. v. 251.*

— interea limine alibant
Palladis, Almyrilis cui non Argiva per urbem
Poſſibabita eſt Latiæ jugis —

Ubi *Palladis* nomine templum Palladis, in arce Argivorum Lariſſa, indigitat, quod nulli nuptæ aut viduæ ingredi liebat, ſed *Virginibus* tantùm : quæ vittas ſumturæ & matrimonium ſubituræ, ibi manipulum crinium, virginitatis ponendæ indicium, deponebant, ceremonia ſolenni ; uti Atticæ puellæ ad Iphinoes tumulum, & Deliades in Hecaergæ fano : Veſtales item Romanæ, ad arborem lotoi ei rei deſtinatam, facere conſuevere. Ideo ſequitur ;

— — — hic more parentum
Iuſules, thalamis ubi caſſa adoleſceret ætas,

Virgineas libare comas, primosque folebant
Excufare choros ——

Ibidem hoftiæ non nifi *virgines* cæfæ. Arnobius *lib. 7. Quia virgo Tritonia eft, idcirco ei convenit* virgines *hoftias immolari.* Unde Statius item *Thebaid. lib. 6. ed. verf. 724. innumeratas equas* eidem Deæ tribuit; quam in rem V. quæ adnotavit *in Animad verfionibus fuis Papinianis* Barthius, qui & de *Virginalibus* hujusmodi *Fanis* prolixe commentatur. in margo. *Superftitionum operæ.* Apud Athenienfes porrò *Virgini* nubere non licebat, *ὅτι μὴ ἀρχιέρειαι τῇ θεᾷ, nifi facra obiiffet Dianæ.* Quoniam enim ob urfam cicurem, à puellæ, quam irritata profiderat, fratribus interemptam, peftis oborta eft, confulto Oraculo, juffæ funt virgines *ἀρκεύειν τῇ θεᾷ, in urfæ peremtæ honorem Deæ dicari:* quod mirifice Jamatio fieri foluerit, quo *Virgines*, nec decem annis grandiores, nec quinque minores, crocoras indutæ, facris hifce initiatæ fuerint, tradit Libanius *Orat. de Dianæ laud.* Ut de curfu *Virginum*, in Junonis Templo, apud Elim: de ter novem *Virginum* proceffione, rebus creperis, apud Romanos, de *Virginum* miniferio, in Delphicis, aliisque facris, in præfens nil addam, V. hanc in rem aliquid apud Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lect. l. 13. cap. 14.* plura apud Barthium, ubi fupra, & hic paffim. At confulte facere à quibus nollitres inuptæ, non minus ac fervitio preffi, vel are coëmti, arcebantur: inde in facrorum apparatu Lictor Romanus præfabatur, *Hoftis vitius, mulier virgo exefo*, ut videre eft apud Alex. ab Alexandro *Genialium Dier. lib. 14. cap. 17.* Sed & *nobilem Virginem* quotannis ex Oraculo Lacedæmonii, pefte divexati, immolaverant olim, donec aquilla gladium abreptum, ab Helena, quæ fortè macfanda ducebatur, ad invencam deferente, *ἀναθήσεσθαι* ceffavit, teffe Plut. in *Ariftocrate*; quod Romæ itidem, ufque in Valeria Lapycia evenifle ratione confimili, Ariftides prodidit *Rerum Italic. l. 19.* V. Cœl. Rhodiginum *Antiq. Lect. l. 13. c. 20.* Originem moris, ex Hiftoria Sacra de filia Jephthæ, non fine ratione quidam arceffunt, de qua diximus fuo loco &c.

Virginalis Zona, caftitatis fymbolum: ficut ejus folutio, Sponfalium ac fœcundi tatis fignum. Hanc proin Mariti veteri more, primâ conjugii nocte, folvebant, ad lobolis propagationem: unde *Zonam folvere* in Proverbium abiit. Nova namque Nupta dudum zonâ lanea & innodatâ cingebatur, quam in geniali lecto poftea Sponfus folvebat, teffe Feito & Arnobio *contra Gentes lib. 3.* Ita autem is: Cingulo nova Nupta præcingebatur, facto ex lana ovis, ut ficut illa in domum fublata conjuncta interfe fit: fic vir fuus fecum cinctus vinctusque eſſet. Hoc Hercululaneo nodo vinctum Virum folvit, omnis gratia, ut fic ipfe fedix fit in fufcipiendis liberis, quemadmodum huic Heroës, qui feptuaginta liberos reliquit. Cinxiæ Junonis nomen fanctum ,habebatur in Nuptiis, quòd initio conjugii folutio erat cinguli, quo nova Nupta erat cincta. Hic vero, Unctionibus, ait, inquitis fuperefti Unxia, Cingulorum Cinxia replicationi: Victus & Potus fanctiffimæ, victui potuique procurant. O egregia Numinum & fingularis poteftatum interpretatio. Nempe Zonam hanc à fponfo, non fine *Virginenfis* Deæ aut Junonis Cinxiæ ope, folvi crediderunt. Non Marcellus, cingulum hujusmodi à *Mario tacito taxim folvi* confueviffe, tradit. Nonnunquam, five potius ubi in regione, à Pronuba cunctabundæ Virgini laneum hoc cingulum duobus digitis folvi atque Dianæ, ob id *Cinxiæ* cognominatæ, facrari fuiffe folitum legimus. Nifi dicamus *Virginem* depofitam, duas habuiffe zonas, quarum exteriorem fupra tunicam Pronuba folveret; interiorem fupra interetulam, in lecto, à Marito. V. hiftoriam pulcherrimam, de hujusmodi *Virginali* Zona Trœzeniarum, apud Pauſaniam *in Corinth.* Rhodiginus verò *Antiqq. Lect. l. 16. c. 10.* obfervat, à Veteribus zonam hujusmodi etiam *Mitram* dictam eſſe & ſolvi confueviffe primùm parturientibus, longè poſt nuptias, atque Dianæ, hinc *Ἀνειζώνη* dictæ, fuiffe dicatam. Sed facile has fententias conciliat Bartholinus, tripliciſ Zonæ diſtinctione, ut in ſeqq. videbimus. Idem Rhodiginus *Virginalem* Zonam *Tæniam* quoque appellatam fuiſſe, ait; unde Tæniapolis apud Eupolin, interpretè Athenæo, pro quæ diſtrahit zonas. Et certum eſt, veteſtis temporibus *Virgines* faſciam *Virginalem* perpetuò geſtaſſe, cujus jam Homerum meminiſſe videmus *Odyſſ. l.* qui mos ad Romanos poſtea manavit, duravitque usque ad caſum Imperii: Imò hodieque, *utuntur*, ait Vives, *& in Hiſpania Virgines faſciis.* &c. V. Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq. lib. 6. cap. 121. ubi Lucernam Ægyptiorum myſticam erudiiè explicat*, ut & infrà, in voce *Zona.*

Virginitas, apud pleraſque olim Gentes magno fuit in pretio: Unde quum legem Papiam Poppæam ſanciret Auguſtus, quâ Maritis præmia, cœlibibus pœnæ conſtituebantur, non ſolùm ab ea *Virgines* excepit *Veſtales:* ſed etiam honorem illis eundem, quem Matribus, haberi voluit. Apud Græcos quoque non niſi per *Virginem* Oracula fundebantur: Talis enim Delphis Pythia antiquis temporibus fuit, donec ea ab Echecrate Theſſalo violatâ, ſeniores fœminæ, annorum ſaltem quinquaginta, ſuffectæ ſunt, quæ tamen & ipſæ *Virginali* habitu, in memoriam veteris yaticinandi moris, uti tenebantur, Diodor. *lib. 16. cap. 6.* Ipſum verò Dei Populum non adeò *παρθενίαν ἀσκῆσαι*, neque propoſitum *Virginitatis* ſervandæ notum habuiſſe, ſcimus, ut contrà, ſi qua perpetuò maneret *Virgo*, probro id illi verteretur & genus quoddam maledictionis cenſeretur: Quemadmodum &, cùm in Oreſte Euripidis, in puta Helena Electram compellans, *Virginem illuſtrarunt* appellat, illo verſu:

Παρθένε μακαρία ἐν μὲν ⊙. Ἀλλ' ἀκούσῃ χρεών,
Electra, Virgo quæ manes jam perdis:

contumeliæ cauſâ ſic illam eſſe locutam, Veteres obſervant. Hæcque in re differentiam inter veterem Populum ac novum ſæpe adnotant Patres & cauſas illius explicant. Neque tamen laudandum, quod paſſim fieri hodie videmus, ut pars Mundi non poenitenda rotum *Virginitatis* ſuſcipiat magis, quàm præſtet, Veſtalium veterum inore fruſtra ſe defendentes: Romæ enim Veſtales erant falcem fex numero, quæ, ſi virginitatem vel ſola ſuſpicione violaſſent, graviſſimis ſuppliciis, ſine ulla miſericordia, afficiebantur, vivæque defodiebantur, uti ſuprà dictum. Auguſtus quoque, paganus licèt Princeps neque meliori ullâ luce illuſtratus, neceſſitatem ſuæ lege illâ impoſuit, vel caſtè vivendi, vel nuptias ſectandi, *ſi*, inquiens, *carere ſemper. Veſtalibus voluerint, ſicut Sacerdotes Veſtales carent viris: ergo & Iudonis, quibus illæ parui, & ipſi affectamus, ſi fingulum aliquod admiſerint.* Nec favet ritui præfato quod de *Virginibus lyncheſtis*, reclufis ſeu concluſis, leginus Maccab. *l. 2. c. 2.* ubi, tumultu ingenti Hieroſolymis obortò, quòd Heliodorus Urbem ingreſſus eſſet, ad Templi theſauros inde rapiendos, de Virginibus Auctor libri ait: *Αἱ δὲ κατακλειστοὶ τῶν παρθένων, αἱ μὲν συνέτρεχον ἐπὶ τὰς πύλας, ὡς δὲ εἶδε τὸν ἡγεμόνα, καὶ οἱ ὁπλῖται διετάσσοντο, Virginum, quæ erant concluſæ, alia ad veſtibula, & portas concurrebant, aliæ ad parietes, quadam per feneſtras exerto collo proſpectabant.* Loquitur enim is ibi de omnibus totius Urbis puellis honeſtioris loci, quæ educabantur in domibus Parentum & propriis ſibi cubiculis, neque prodire foràs ſinebantur. Docte Gloſſæ ordinariæ Auctor, *Virgines quæ concluſæ erant*, id eſt, *de domibus Parentum non exibant, vain-ne verecundiæ ac pudicitiæ Virginalis: tamen in illa turbatione exibant, præter morem ſolitum, currentes ad Oniam.* Adeoque Virgines hæ *κατακλειστοὶ* non erant Religionis cauſâ reclufæ, ſed honeſtiorum ibi Virginum perpetuum eſt epithetum. Olim enim apud Hebræos, Græcos pleroſque & Romanos, Virgines domi continebantur in propriis œcis, quos Græci appellarunt *Παρθενῶνας*, i. *cellas Virginales*, eratque ea pars Gynæconitidis. Idcirco & apud Græcos Poëtas Virgines *κατακλείστους* appellari videmus. Apud Hephæſtionem, extat hoc Lyrici Poëtæ fragmentum,

Ἡ ποῖα ἐ κατακλειστος
Τὸν εἰ φαεῖ τεκόντα
Ἐμνησεν ἀφεμμένοις
Ἔχειν ἐσον ὀλίθρῳ

Ad quem morem forte alluſit Auctor Sapientiæ Syracidis, cùm *cap. 41. verſu 10.* ait, *θυγατέρες κατεῖ κεκρυφθ⊙ ἀγρυπνία, Filia eſt Patri ſua cauſa occulta vigilandi.* Sed magis ad rem facit, quòd *Virginem* Hebræi appellant עַלְמָה, quaſi dicas *abſonditam*, κρυπτόκλειστον. Unde Hieronymus in *Quæſt. Hebr. Alma*, inquit, *quod interpretantur, abſondita*, id eſt, *Virgo nimia diligentia cuſtodita.* V. quæ de hoc inſtituto pluribus ſcribit Philo *lib. de Legibus ſuis.* Hinc & Auctor incertus Tragœdiæ, *Chriſtus Patiens*, B. Virginem rationem vitæ ſuæ explicantem introducens, ita illam loqui facit:

Πρώτον μὲν ὅτ' ἐγ κόλπ⊙ πατρὸς, κἀν μὲ πατρὸς,
Ἄγος γυναικὸς, αὐτὸ τὸν ἰφίλασ'
Κακῶς ἀκοῦσι, ὃ δὲ ἐκ ἐνδυ μένει.
Οὖσης πόθεν πάφοῦ ἐμιμοῦ ὁ ὕβριμος
Ἔιτα μαλλον.

Ubi, *domi ſe manſitaſſe*, ait, *ne malè audiret, more illarum, quæ foràs prodire amant.* Contrà ſcortum aliquot locis in Targumim appellatur נקבת גרא *exiens foràs.* Facit & huc, quòd apud Græcos Scriptores *βαλανεῦσαι* quoque Virgines vocantur, quod idem eſt cum voce *κατακλειστοὶ*, in thalamis enim concluſæ educabantur. Chryſoſtomus *Homil. 1.* de Anna Samuelis matre: *Τῶν βαλανευομένων παρθένων μᾶλλον ἡμῖν οἱ τοὺς φυλαττόντες ἐισιν.* Notuque eſt verſus Euripidis *in Oreſte*,

Ἐ⊙ ὄρρω τοίνυν παρθένιον ἐ κλῆθ',
Foràs puellæ ne prodeant, parum decet.

Apud ſolos Corinthios vocabulum *κρυπτόκλειστοι* alio ſenſu uſurpatum fuit, ſi vera Heſychii obſervatio: *Κατακλειστοὶ οἱ ἐν Κορίνθῳ τοῦτο τιμῶσι, quod ait*; Heſychium de Veneris interpretatur Calaturbonus, ex illis, quæ tradit Strabo. Quemadmodum verò *Virgines* ſuas inclufas domi ſervabant Veteres; ſic etiam Matronas illas laudabant, quæ pedem domo raro efferrent. Græci *οἰκουρὸς* & *οἰκουρὰς*, Latini *Caſtaras* dixere &c. V. plura hanc in rem apud Iſaac. Caſaubonum *Exercit. c. Baron. l. 5. 23.* alibique paſſim, & ſupra, ubi nos de Græcorum *Oeuvria*: uti de Ebionitis, *Virginitatem* rejicientibus, *ſub loco.*

Virgo, inter ſidera & ſigna Zodiaci XII. relata, ex vulgari ſententia, Aſtræa fuit ſeu Juſtitia, vel Æquitas. Hinc Aratus,

—— Κοὶ ἐ Δίκην πρλίσει,
—— *Et Justitiam vocitarunt.*

Illa namque, hominibus ab aquitate declinantibus, ad Superos transiisse credita est, ut Nigidius docet, apud Germanici Interpretem. At contrarium Iudæi legas ibid. *Nonnulli eam esse Cererem, eò quòd spicas teneat; alii Astergatin; quidam verò Fortunam pro eo, quod sine cupite Assiris inferur.* Similiter Hygínus in hoc Signo: *Sed hanc alii Fortunam, alii Cererem dixerunt. Et hoc magis non convenit inter eos, quòd caput ejus nimium obscurum videtur.* Festus Avienus *in Aratis Phænomenis:*

Aut Palæstæi magis & Dea sturis Isis,
Digna thori consors, & cura latranitis Anubis:
Seu tu diva Ceres.

Sed nil attinebat, pro diversis afferre opinionibus, quòd alius fit Isis, alius Ceres. Nam quæ *Isis* Ægyptiis, ea *Ceres* Romanis. Esse verò Cererem potiùs, quàm Fortunam, eo comprobatur, quòd spicam manu teneat; ut mox subjicit Avienus:

Sic nam filii fragrat arista
Et seu Sirius torret spica calore,
Protentata manu &c.

Nec abludit, quòd quibusdam Astergatis fuerit credita, namq; eandem Astergatim cum Cerere esse, ostendit Vossius *de Idolol. lib. 2. cap. 55.* Alius autem *Virgo* non Justitia aut Ceres est, sed Concordia vel Pax. Pro Cerere est *Virginis* imago in veteri Veneta Hygini editione expressa, qui spicas manu tenet. Sed pro Concordia aut Pace, eli illa veteris Mss. à Commelino in Hygino fuit, item ab H. Grotio *in Aratsis Germanici*, efformata manu dextrâ olivam, sinistrâ caduceum tenens. Concordiam verò & Pacem inter Numina fuisse habitam, satis constat: Namque Concordiæ templum fuit in Capitolio, juxta ædem Junonis Monetæ; Pax verò templum habuit Foro proximum; quod Cæsar quidem Claudius exorsus est, Vespasianus verò absolvit. V. iterum Vossium de *Idolol. lib. cap. 36.* Historiam si respiciamus, *Virgo* hæc Ægone fuit; cujus Pater Icarius (qui tempore Amphictyonis Atheniensium Regis vel potius Erichthonii, ob quadrigarum inventum, inter sidera relati *Heniochidæ*, seu *Aurigæ* dicti, floruit) cùm à Libero vini faciendi modum edoctus, à rusticis venenum ab eo fibi propinatum ratus occifus esset; filia, luctus impatiens, lauceo vitam finivit, atq; ob hanc in Patrem pietatem in cœlestes *Virginis* signum conversa credita est, ut inter alios refert Hyginus *Fab. 216.* apud Eundem, *de orig. & progr. Idolol. l. cap. 13.* V. quoque in voce *Erigone.* Interdesiderata Seldeni, *de Synedriis Vet. Hebræor. lib. 3. c. 16. & 18.* 9. cujus argumentum: *Commentum Orientalium vetustissimum de Virginis, veltis in Ebræorum terra, cibatis Puerum, cui nomen Jesu, imagine invisibili, in primo signi Virginis Decano semper ascendente. Albumasaris Mahumedani & R. Abencezræ Judæi, ea de re, è Persarum aliorumq; scitis antiquissimis traditionem. Numina vira Barbarica cum signo illo coorientia. Etiam in Christianismi vetcri, perstasso habitu de Virgine Deipara, in signo Virginis, ornata.* Item 6. 10. *De codice sub titulo de Vetula V. Ovidio Nasoni per vidiculum Christiani alicujus, ante solia aliquot, sive ignorantiam, sive impostutam tr ibuto, in quo paraphrasis metrica, sed miserima, disciplinæ illius Alexandrinæ, de prima Virginis Decani exorienie.* Qua de re & tres 5. leqq. quos vide.

Virgo, nondum desponsata, quantâ solicitudine olim custodiri solita fuerit à Parentibus, supra diximus, ubi de *Ovonis*, item *Virginitate*. Eadem facit, quod illis, tam & Matronis, numchi custodes comitesque additi leguntur, qui ideò quibusdam videntur dicti, quòd tutùs possent τὸν ἀνδρα ἔχειν καὶ φυλάσσειν, *cubile observare ac custodire.* Ita autem servabantur, ut nec aspicerent viros ad justum usque & jam pene consponsam ætatem. Unde Statius *Thebaid. l. 1. v. 536.*

—— *Nova deinde pudori*
Vita virum facies

Eminus tamen è turribus hostiles copias contemplari, receptus mos fuit. Ovidius *Metamorph. l. 8.*

Regia turrit eras, vocatibus addita muris,
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Tunc cùm pax esset: Bello quoque sæpe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.

Cujusmodi speculationes ex Homero notissimæ, V. Barthium *Animadvers. Papin. ad Theb. 7. versum. hunc 240.*

Nondum hostilia tirsa, trepido tamen agmine matres
Conscendunt muros ——

Cœterùm,

—— *servabat nata Penates,*

Idem Poëta *l. 7. v. 572.* ubi vide iterum *de Virginibus data cura servandarum ædium*, Barthium modo dictum. Etiam vestitus congruebat; namque stolâ, quæ ad imos usque pedes demissa, veloque cùm in publicum prodirent, illæ apud Vett. usæ. Unde Plut. *in Lycurgo*, attentiorem à Numa, quàm ab illo, circa *Virgines*, curam adhibitam fuisse, ait; cum Lycurgi institutione *Virgines* nudis femoribus incedentes, locum sermonibus Poëtarum præbuerint, qui eas *φαινομηρίδας* propterea appellarunt: Non enim Virginalis tunicæ alas ab inferiore parte consutas esse voluit, quæ proin apertæ totum femur simul in incessu nudabant. Erant interim ita longi fluentesq; hi pepli, ut cunctorum amanum alterâ artidvere cogerentur (qualem Medean describit Apollonius Rhodius *l. 4. v. 45.*) zonâ ad ventrem, fibulâ ad humeros fuccinctæ, colore candido, de quo iterum videndus Barthius ad *Theb. 2. versu 230.* ubi *habitum verendum* hunc vocat Papinius. Sed quid de Lycurgo mirum, cùm teneriorem hunc sexum, omni etiam habitu posito, in Gymnasiis exercerì voluerit; ut ex illis Propertii *l. 3. Eleg. 13.* clarè elucet,

Adulta tum, Spartæ, miramur jura palæstræ,
Sed magis Virginei in cursu gressibus,
Quòd non infames exercet corpore ludos,
Inter inclenses nuda puella viros:
Cùm pila veloces saltu per brachia jactus,
Increpat & pressi cla vis adunca trochi:
Pul verulentâq; ad extremas stat famina metas
Et patitur duro vulnera pancratio.
Non ipsa ad cestum gaudet nexisse lacertos,
Mitsilium unco dissipat ossa loris,
Quàm cursu pulsat equos, nivcum latus enfe revincit,
Virgineumq; cavo protegit ære caput.

V. quæ de *Virginibus* similia habet Xenophon *de Rep. Laced.* Plut. *in Lycurgo*, vetus Poëta, apud Ciceronem *Tuscul. lib. 2.* Claudianus *de Manlii Consul. bcc.* Hinc &, contra aliarum Gentium morem, *Virgines* Lacænæ, luteâli facie, mulieres operati, in publicum prodibant. Alexandrinus *de Genial. Dielogor. l. 4. cap. 10.* additâ ratione, quòd hæ Maritum jam nactæ cui soli placere deberent, faciem meritò tegerent extra domum & viri conspectum: illæ, faciem ostentando, Maritos captarent. Præter Stolam, pallium quoq; five Pallam gestarunt; sicut & Matronæ, à quibus in hoc distinguebantur, quòd Matronæ *ferias crinibus*, id est, *crinium ferias*, ornarentur; quod nec Libertinis licebat: cui dein novum diferimen à Senatu adjectum; si. Vittæ five fasciolæ, quibus & ipsa semper, præcipuè à Poëtis, Matronæ denotantur. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. l. 3. cap. 17.* Interim & *Virginum* nondum nuptarum fuisse vittas, docet illud Val. Flacci *Argonaut. l. 8. Ultima Virginei tum flens dedit oscula vittis.* De *Virginum* Inauribus, V. Cæsp. Bartholinum *lib. de Inaurib. Vett.* de aliis circa vestitum observandis, Rubenium *de Re Vestiaria*, Anselm. Solerium *de Pileo*, Alios. Capillos quod attinet, ciratæ illæ erant, & crinem in vertice conenmulatum & colligatum gerebant, quæ ulla Δίκαιος-Pos sicque à mulieribus distinguebantur, Tertul. *de Virgin. vel.* antiquitus verò coma illis fobrtà ac libera fuit, ut ex priscis monumentis passim liquet. Unde de Venere Virgilius — *dederatq; comam diffundere ventis.* At coma coacta coronatæque, argumentum habebatur vel instantis vel jam præsentis lætitiæ conjugalis. Claudianus *de Rapiu Proserpinæ l. 2.*

—— *liberatæq; comarum*
Injecta vittis tandem frenare corona.

Erant autem *Virginum* coronæ, oleaginæ inprimis, quòd hæc arbor Palladi sacra: aliquando è pinu, quæ virginitatis symbolum fuit, uti docet Diarus facerdos, apud Achill. Tatium *lib. 8.* ex foeniculo quoq;, & populo, fed hæ non nisi in chore s intemperantioribus, qua de re V. Car. Pafchalium *Coronar. lib. 2. c. 15.* Prius tamen, quàm prænrent hoc pacto comam, de crinibus aliquid Minervæ ponebant, vel matribus reliquebant, quo de mos fuit Barbius *ad Theb. lib. 2. v. 256.* Porrò cujusmodi tenere osculum dare aut accipere, illis non licebat: Ne sponso quidem, nisi semel tantùm, Sponsalitorum confirmandorum causâ. Quo factum, ut, quæ præbuerat osculum, esset quasi Uxor, vel plus quàm Sponsa, uxorque aut maritus osculo tantùm putaretur, Quintilianus *Declam.* 370. quod tamen Cujacius de osculi specie, quæ *suavium* dicta est, intellectum solùm vult: Verùm hæc de re paulo latius diximus, ubi de *Osculis.* Et hinc, cùm ad Matrimonium deducenda erat, è gremio Matris vi simulatâ abripi *Virgo* solebat, neque ipsa limen Mariti calcabat, quasi sponte ingressura, fed à Pronubis subìata intrò portabatur, ut videre est apud Rosinum *Antiqq. Rom. l. 5. c. 37.* & supra *passim.* Sed nec ipsi *Virgini*, cui vellet, nubere licebat, verùm desponsanda erat ex *Lege.* Et quidem apud Athenienses, Pater filiæ eam despondebat: despondebat quoque frater Germanus, si Pater non esset, neutro horum superstite, Avus Paternus &c. qua de re V. supra, ubi de *Nuptiis.* Adultæ ætatem, quæ apud Hebræos circa *Virgines* desponsandas, erant in usu. Et quidem, puella urque ad annum 12. diemque insuper unicum, קטנה *Minor*, ab iis nuncupabatur, nisi manifesta præpropere pubertatis signa nomen juvenculæ, נערה, fortè anticipassent. Per sex, qui sequuntur, menses, נערה seu *Juvencula*, dicta est, & pro גדולה seu *annis majore*, habita. Dein בוגרת seu *pubertatis* erat *plene.* Erant autem minores puellæ in potestate patris, non omnino sua; uti etiam Juvenculæ, ab ipsis Natalibus, usque ad plenam libertatem, tamesi minor per sex posteremos menses non esset: quod petunt ex Deuteron. *c. 22. v. 16. Etiam meam hanc viro meo in Uxorem.* Et quidquid bonorum filiæ, ante plenam pubertatem

tem & perfectas nuptias advenerat, Patri cedebat; neque infra hanc ætatem Sponsalia aliter, sive nummulo, sive libello, fiebant, atque ex paterno duntaxat consensu conventionemque. Formula erat hæc, *Ecce filia tua N. fis Sponsa mihi hoc nummulo. Aut, Filium tuum N. mihi hoc nummulo spondes?* Cui Pater, *Do, spondeo tum tibi*; aut, *Do tum tibi*. Exacta verò pubertate plena, desiit potestas patria suâque incipiebat, à quo tempore ipsa *Virgo* rite contrahebat: idque per Internuntium, sive Proxenetam, quem שׁוֹשְׁבִין seu *Apostolum* dixere. Auspicabantur autem, ex more veteri, uti res alias, ita etiam Sponsalia contrahenda à sacra benedictione, quæ Sponsalibus propria hæc erat: „Benedictus sis Domine Deus Rex Mundi; qui sanctificavit „nos præceptis suis & ineffu nobis interdixit, atque ut à spon„sis abstineremus voluit, fed Uxores tam thalamo, quàm Spon„salibus conjunctas, nobis permisit. Benedictus, qui sanctificavit populum fuum Israël, per thalamum & Sponsalia. Fiebatque ritus hic adhibito vini, alterfusve potus, qui in ufu, poculo, de quo, pera fit benedictione, Sponsi gustabant. Peractis Sponsalibus, præstitura erant tempora moræ, quâ ante deductionem uti licuit: Neque minor desponsata, nisi tam ipsa quam Pater, adfentiret. Deduci à Sponso poterat, ante duodecimum Annum, feu antequam עֶרְוָה seu *Juvencula* facta fuisset. Etiam potuit roganda erat, ut libenter deduceretur, atque per menses 12. à die, quo rogabatur, putandos, pro arbitratu fuo, deductioni ac Nuptiis rite latis constituere poterat, idque ut interim se fuisse contjugio *proinvere optaret*. Hoc moræ tempore, pacta Dotalia inibantur, & dos *Virgini* Sponsæ conftituebatur à Sponso, ut fere *antiquis* feu Donatio propter nuptias, jure Cæsareo adhibeti folita, neque ea minor 50. ficlis feu 200. Zuzis: in Sacerdotali autem genere illa duplicabatur. V. fuprà, ubi de *Dote*. Dotalis autem Syngrapha hunc fere in modum concipiebatur: Die N. menfis N. anno juxta calculum nobis in „ufu &c. ad fluvium N. N. illius N. dixit N. filiæ N. Virgini, „Sponfa fis mihi in Uxorem, juxta inftitutum Mofis & Ifraëlitarum. Et ego, Deo volente, colam, honorabo, fuftentabo, „alamque & veftiam te juxta morem maritorum Judæorum, „qui honorant, fuftentant, eibant, alunt, veftiuntque Uxores „fuas, ut decet. Do etiam tibi, ut Virginitatis tuæ dotem, argentum 200. Zuzorum, id eft, 25. Zuzos argenteos, qui tibi „ex Lege competunt; præftiturumus etiam tibi alimenta tua, „veftimenta tua, & quæ tibi fufficiant & conjugium tuum decet, juxta morem univerfæ terræ. Affirmat item præbuit illa N. „ut effet illi N. in Uxorem. Voluit etiam & adjecit ille illi, in „principalis dotis incrementum, fummam N. Et bona, quæ „attulit ipfa Sponfa *Nidana* vocant, quod idem cum dote in „jure Cæf.] æftimantur fummâ N. Tutum autem Sponfo hinc „acceptum, in ejus poffeffionem tranfit & illius fit poteftatis, „atque ut creditum ex ejufce fide pendet. Et fic nobis dixit „Sponfus ille N. in me recipio præftare, in me recipio præftaturum omnem totius ipfius dotis, etiamsi bonorum, quæ fecum ipfa „Sponfa jam attulerit aut poftmodum fibi acquifierit, item & „Doris incrementi conditionumque qualiumcunque ad dotem „attinentium, nec in me folùm, fed etiam in hæredes meos, „qui mihi fucceffurifi & in omnem fubftantiam meam præfio„fiorem, poffeffionem, poffeffionefque qualescunque fub cœlo, „quæ five nunc mihi funt, five in poftertum futurit, &c. Dotem fic conftituta, moræque tempore ad finem perducto, deductio fiebat: Sed non prius die Sabbati aut poftridie, neque ipfo Sabbato, aut alio die feftò; quin nec intermediis five Paschatis five Scenopegiæ diebus: nempe ç. qui inter Pascha & fequentem feptimum, & 5ex, qui inter Scenopegiam & octavum, habebantur. Namque epulum à Sponfo, ubi *Virgo* erat Sponfa, per dies à deductione minimum feptem, lætè lauteque celebrandum erat, cujus manifefta in Evang. veftigia funt, ubi & Archithriclini, qui epulis præerat, mentio, Johann. cap. 2. *versu* 9. proin ne epulari apparata forte violaretur Feftum, dies illos eximi placuit. Solennis verò *Virginis* deductioni quarta feria erat, feu Mercurii dies, quemadmodum Viduæ ac Virtatæ deductioni quinta feu Jovis maximè idonea habita eft cujus ritus rationem exponit Seldenus, *Uxor. Ebraic. lib. 2. cap. 11.* Sed nec deductio fuà benedictione carebat: quæ vel in domo, ubi epularis illa lætitia & thalamus, in quem Sponfa deducenda; vel in alio quovis loco, ex more huic rei præftituto, adhibebatur; nec fine precatione fternum vivi populo, ejusque benedictione. Decem autem ad minimum, fiq; majores ætate atque ingenui benedictioni huic adeffe tenebantur, cujus hæc formula: Benedictus fis Domine Deus noffer, Rex Mundi, qui univerfa creavit in gloriam fuam. Benedictus fis Domine Deus noffer, Rex mundi, Creator hominis. Benedictus fis Domine Deus noffer, qui creavit hominem ad fimilitudinem fuam & ad fimilitudinem imaginis Archetypi fui, & præparavit ei ex fe, ipfo ftructurum (foeminam.) Benedictus fis Domine Deus noffer, Creator hominis, gaudendo gaudebit, & exultabit ftirilis colligendo liberos fuos in finum fuum in lætitia. Benedictus fis Domine Deus noffer; qui lætari facis Sion in liberis fuis. Lætando lætari fac par hoc amatum; juxta lætitiam à te donatam creaturæ tuæ, in horto Eden, ab antiquo. Benedictus fis Domine Deus noffer, qui lætari facis Sponfum & Sponfam. Benedictus fis Domine Deus noffer Rex Mundi, qui creavit gaudium & lætitiam Sponfo & Sponfæ exultatio nem, canitum, hilaritatem, jubilationem, amorem, fraternitatem, pacem & amicitiam. Confeftim Domine Deus noffer, audiatur in Urbibus Judææ & in plateis Jerufalem vox gaudii & lætitiæ, vox Sponfi & Sponfæ, vox affectus mutui Sponforum ex thalamo fuo & pueri è choro modulationis fuæ. Benedictus fis Domine Deus noffer, qui lætari facis Sponfum cum Sponfa. Præibatque hanc benedictionem, vel maximus natu ex illis decem præfatis teftibus, vel dignifimus. Sequebatur dein deductio in thalamum, quam חֻפָּה כְּנִיסַת *Introductionem in Chuppam*, id eft, *in thalamum nuptialem* appellabant, indequè Sponfa omnimodâ ratione perfecta Uxor regulariter habebatur. Fiebat autem id primo Nuptialis convivii die, omnibusque convivis futuris Sponfus & Sponfa, quæ jam deducebatur in Nuptias, folicitè expectandi erant observandique. Matth. cap. 25. *versu* 10. &c. V. præfatum Seldenum *lib. ord. cap.* 13. & *fegq. ubi de aliis quoq; minorum gentium ritibus, Armulo, coronis, frumentis ſpargendo, myrto ac palmarum ramis præferendis, velamine Sponſorum & Paranymphis, modici differt.* Imprimis Pontifici M. præter Viduam Antecefforis, non alia quàm *Virgo* duci poterat: Neque verò cujuscunque generis, fed ea duntaxat, quæ, קְטַנָּה seu *Minoris* ætatem egreffa, &c. annos 12. præter dies unicum, nondum plenam pubertatem fexu annos 12. & 6. menfes, attigerat: fed intra עֶרְוָה feu *Juvenculæ*, feu fex qui excrefcebant, menfium ætatem conftiterat. Quod colligunt Doctores, ex Levit. cap. 21. *versu* 13. *Feminam accipias in Virginitate ſua* &c. Idem *lib. 1. cap.* 7. Nec omittendum, *Virgines* occidere non licuiffe, apud Romanos. Suetonius *Tiberio*, cap. 61. ubi de ruina Sejani: *Virginii tum ille abjecti tractibus ſunt. — Immaturæ puellæ, quia more tradito neſas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein ſtrangulatæ.* Quod & Dioni notatum in filia Sejani, & in beatiffimis Virginibus, quæ pro Chrifto fanguinem fuderunt, fæpe factum, ex Martyrologiis femus. Cui fimilis religio Triumvirtos inceffit, cùm proferiptionis tempore præteritum quendam, ut occidi poffet, rogam virilem indutæ jufferunt, ut narrant Appianus & Dio idem. V. Balduinum *ad l. &c.* Dionis locus de filia Sejani fic habet, Τὸ τε παιδίον αὐτῆ, καπερ ἔτι νήπιον, τῷ νόμῳ κελευόντων ἀεὶ ἐγγυᾶσθαι, σπουδῇ ἐφθορέσθαι ὑπὸ τοῦ δημίου ὡς μὴ ὑπὸ τοιούτου ἀνδρὸς παρθένον ἀποθανεῖν. De *Virginibus* apud Athenienſes ἐπιτροπίοις & ἐπικλήροις, mox.

Virgo, apud Athenienſes, alia ἐπίκληρος seu *Orba*, quæ fratres non habuit; alia ἐπιπρόικος, quæ cùm fratres haberet, dotem certam, & bonis paternis, fuferebat, dicta eft. Illæ iterum vel erant egena, quibus proximi, fi nollent eas ducere, dotem dicebantur dabant, ἀναγκαῖοι δὲ ἔγγυοι γίγνονται, aliæ dorales, quæ totam hæreditatem in dotem afferebant, V. fuprà ubi de *Epicleris*. Gentis his enuptio fuit vetita, teſte Jſæo & Demoſthene, οὐκ ἐξὸν τοῖς ἐπικλήροις ἐξωπόλιν ἀγχιστέως γαμεῖν· ἀλλὰ ἀναγκαῖον ἦν ἀνδρὶ μετὰ τῆς γυναικὸς τὴν ἐγγύτατον γένος συνοικεῖν, *Non licebat Virginibus hæreditate egnatis egnationem eruere, ſed oportebat ipſas unà cum bonis proximo agnato habere.* Neque verò Athenis ſolum, ſed etiam in aliis Græcorum civitatibus. Diodorus enim Sic. *lib. 12.* in Solonis & Charondæ legibus, hanc rem cautum fuiſſe hæc de re teſtatur, Καλοῦσι δ' ἀνδρὸς τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζουσι δὲ τὴν μὲν ἐπίκληρον τοῖς ἐγγυτάτοις γένους, ὁποτέρου δὲ βούλεται ἐπιδικάζειν τὴν δὲ οὐσίαν τοῖς ἐγγυτάτοις. ubi jus ideùm in viros ac mulieres ſtatuitur, ut proximus Agnatus cum ea fe femina, ad quam gentis hæreditas eſt devoluta. judicio experiri poſſit, ſi nuptias ex lege recuſet: & vice versâ *Virgo* aut Mulier, in caſu ſimili. Simillima fuit lex Moſis, de qua *extremo* c. Numerorum agitur, ubi de filiabus Tzelophchadi Deus conſultus ita reſpondit: Hoc verbum quod præcipit Jehova de filiabus Tzelophchadi, dicendo, eui bonum videbitur in oculis ſuis, nubent: veruntamen in familia Tribus paternæ ſuæ nubunto. Nam non averterur poſſeſſio in filiis Iſraëlis à Tribu in Tribum: quum filii Iſraëlis adhærebunt quiſq; poſſeſſioni Tribus paternæ ſuæ. Quapropter quæcunq; filia è Tribubus filiorum Iſraëlis eſt hæres poſſeſſionis, alicui è familia Tribus paternæ ſuæ nubito &c. E quibus ſequitur, B. *Pirginem*, ut quæ ἐπίκληρος eſt, non ſolùm eiusdem ſuiſſe Tribus, juda cum Joſepho, cui erat deſponſata: ſed etiam ex eadem gente & cognatione, nempe Davidica. Quare veré & docte Epiphanius, contra ſceleſtiſſimum Hæreticorum genus, Antidicomarianitas deſcribit, Mariam Joſepho eſſe tradiram, κἂν ᾖ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς αὐτοῦ ὄντος, ἀμὴν μὴν ἀκριβείᾳ, ἀμὴν μὴν ἐπιδικίᾳ, ἀμὴν μὴν ἀδελφῇ, ἐπεὶ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, ἀμὴν μὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἐπεὶ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐγεννήθη, ἀμὴν μὴν

postea à Q. Martio Prætore in Urbem invecta & instaurata est. Meminit utriusque Martialis *l. 6. Epigr. 42.*

Ritus, si placeas tibi Lucomm,
Contentus poteris arido vapore,
Cruda Virginis Martiaque mergi;
Quæ tam candida, tam ferena lucet,
Ut nullas sibi fastidiverit undas,
Et credas vacuam nitere Lygdon &c.

Celsissimam Virginem, ut & *sacra juventissimæ*, sicus hausfu Martiam, refert vocatque Plinius *lib. 31. cap. 3.* quòd nullis fordibus pollueretur, dictam vult Cassiodorus *lib. 7. cap. 6. Var.* In hac post pilæ Sulpitii Severi consuevisse, idem innuit Martialis *l. 14. Epigramm. 63.*

Reddè pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine *vis solâ lotos abire domum?*

Nempe cùm Thermæ elauiæ erant, id fiebat: de quibus scribit Capitolinus; ante Alexandri Severi tempora, nunquam ante auroram aperas fuisse & semper ante Solis occasum claudi consueviſſe; ipsum verò Imperatorem publicarum Thermarum luminibus olcum addidisse, quò & noctu pateret: quod etiam fecisse Lyconem Philosophum juventuti Græcæ, scribit Laertius *in ejus vita.* Thermis autem apertis, post pilæ lusum calidis balneis lavari fuisse solitos, tradit Galenus *lib. de parvæ pilæ usu.* V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymnastica lib. 1. cap. 10.*

Virgultum, quasi *Virgultetum*, locus fruticibus consitus est, uti *arbustum*, locus arboribus condensus. *Virgultum* enim *herbidum magis, quam arbustum*, Solin. ubi de Silphio. *Virgultum locus*, Sallustio, V. Salmasium *ad Solinum pag.* 405. De eorum in Re Ignaria Vett. usu diximus retro. Addo hic saltem, Inferorum Sacris eligi consueviſſe, quæ crepitarent multùm, & nihil cineris relinquerent; alluſione Manium viz. qui, post editas voces, in nihilum fuum redirent. Statius *Theb. lib. 4. verſu 468.*

—— *nec rapidas cultivar frondibus atris*
Subjectare faces, aut, ipse fonancia flammis
Virgulta, & *tristes crepuiſſe in ſenſu acervos*
Tirefias ——

V. quoque Theocritum *Pharmaceutr. verſ.* 23. & ſuprà ubi de *Divinatione ex Igne.*

Vira, vulgò *Vire*, fluvius Galliæ, unus ex quatuor illis, qui apud Abrincatuos, in colle Brimbalio *La Butte de Brimbut*, orti ſuo quisque alveo in diverſa decurrunt: Sunt enim illi Seva, Viria, Egrannia & Nigra. Et *Viria* quidem, caſtrum cognomine alluit, ut & caſtrum vel oppidum S. Lautonis aut Laudi *S. Lo*: efficitque majus Vadum S. Clementis *le grand Vé*, quo Conſtantienſis Comitatus ac pagus à Bajocaſſino dividitur, Hadr. Valeſius *Notit. Gall.* in voce *Abrincatui.*

Viriæ, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4. Utiq, ſicut veſtigia caſtuum* Viria *occupavit*, quid ſit, Ambroſius exponit *lib. de Abr. cap. 9. Erat virtus quæ manum non materiali ſtuvo ornarent, ſed ſhirt tuali actu levarent*: manuum ſc. ornamentum, ſicut *viriola*, quod ni, ne per diminutionem factum Gloſſar. *Viriola, μανίκια, χάλικα.* Item, *Viriola, κάλυκες, ψέλια.* Quas proin cum armillis jungunt Ju eceſſ. Ulpianus *l. 23. §. 10. ff. de auro & arg. leg. Inaures, arm. &c.* vitriolæ, *annuli præter ſignatrios.* Nomen inde, quòd *viris* v. ctoriæ causâ conferebantur, uti quidem Iſidorus *Originum lib. 19. verſu 31.* Interim fœminarum adeò fuere propriæ, ut in omnia earum quoque transierint. Lapis antiquus apud Inſubres,

V. F.
PETRONIUS GEMELLUS
VIVIR SIBI ET VIRIÆ
L. F. LUCILLÆ
UXORI

Unde & Salmaſius ad *Tertullianum l. Viriæ ſunt armillæ, quas fœmina in brachiis geſtabant*, Proſtuxiſſe tamen à viris, ex Iſidoro præfato colligas, ubi addit: *Armillæ propriè virorum, Unde & quondam vulgò* Virillæ *dicebantur*: Niſi virillas virotum, *viriolas* fœminarum dixeris. Videtur ſanè Plinius inter Viras & Virillas aliquid poſuiſſe diſcriminis *lib. 33. cap. 3. Virio æ* (ſeu, ut alii, Virie) *Celticæ dicuntur*, virillæ *Celtiberica.* &c. V. Thom. Bartholinum *de Armillis Vet.* ut & infrà, voce *Viriola.*

Viridarium, apud Lampridium *Heliogabalo*, *Monuem nivium in viridario domus aſſaſe ſtici, altrellis nivibus*: quid ſit, notum. Cujusmodi *Viridaria* apud Romanos inſtructa fuiſſe hominibus, qui colerent & ornarent, probat ſepulchralis Inſcriptio: *L. Cornelii. L. L. Saſæ. magni. viridarii. monumentum* &c. Laut. Pignorius *Comm. de Servis.* Ulpianus *Viridarios*, ſervos iſtiusmodi viridiorum curæ præpoſitos, vocat docetque *Viridia* Hortos fuiſſe ſeu loca virentibus herbis graminibusque & arbuſtis conſita, & voluptatis causâ comparata; *Viridaria* quoque dicta, Tit. Popma *de Operis Servor.* Sic Suetonius *in Tiberio cap. 60. Miliarem Prætorianum, ob ſurreptum è Viridario pavonem, capite ſanxit.*

Lampridius *in Heliogabalo* & Vegetius *lib. 4. c. 7.* Alii. *Viridiarium* etiam meminit Vitruvius *lib. 5. cap. 9. & lib. 9. cap. 6. & Seneca Epiſt. 15. lib. 1.* Apud Capitolinum, *Viridarium, laurea, myrta & taxo frequentata*, habes *in Gordianis*, ubi Caſa ubonum vide. Græcè *Gloſſæ, χάλκινα viridarium* vocant, ut alia omittam. Neque verò ſolum in prædiis ſuis *Viridaria* habuei e Vett. ſed & in dolliis aggeſtâ terrâ nonnunquam defodiebant i, uti ſiquet ex *leg 36. ff. de inſtr. vel inſtrum.* Quin & in ſenestris, ame tnitatis gratia interdum habebantur, ut ex Martiali & Plinio *lib 19. cap. 4.* vidimus ſuprà. Suprà æddificia quoque Romanis ſua *viridaria fuiſſe* diſcimus ex *leg. 12. ff. de ſervit urb prad.* V. etiam ſuprà, voce *Nemus*, item *Tectum.* Pro cœmeterio Monaſteriì vox occurrit in *Tabular.* Prioratus de Domina in Delphinat i, apud &. du Freſne *Gloſſar.*

Viridis, color fœmineus, ut ex Juvenali docet Lipſius *lib. 1. Elect. cap. 13.* Græcis χλωρὸς, Latinis etiam *Galbus*: & *Galbanus*: unde *galbanus nurus*, id eſt, *molles, fœminea*, Raderus *ad Martialem, l. 5. Epig. 23.* ubi Poeta ſic ad Raſſum

Herbarum ſuetas indutus, Baſſe, colores,
Jura Theatralis dum ſiltuere loci.
Quæ poſſquam placida ſenſerit jura ren. ycì
Juſtæ, & Oceanum cervor audis Equ ex.
Non niſi vel coco madidâ, vel murice tinctæ
Veſte nites &c.

Atque ita quoque Turnebus. Ferrarius verò aliu.l quid hîc latere ſuſpicatur: Cur enim non potiùs Tyrios morcs & Amethyſtinos Martialis dixit *lib. 1. Epigramm. 97.* è quo phraſis illa petita: qui colores pretioſiores & fœminis magis convenientes? cùm *galbeus* color eorundem interpretatione vilis ſuerit, herbaceus ſc. ideoque exigui pretii, V. eum *de Re Veſtia r. Part. 2 l. 2. cap. 23.* Interim certum, *galbeum* feu *galbinum*, Meretricibus inprimis, quibus purpura erat interdictum, placuiſſe; & quia is color fœminarum dedeceret Viros, dixiſſe in *Scolium.* Martialem,

Jacet ocnipato galbinatus in lecto.

Idem *Part. 1. lib. 3. cap. 22.* At, cùm inter factiones Circi, una ex celeberioribus Praſina eſſet ſeu *Viridis*, unde *Viridis panni*, apud prædictum Poetam, mentio; qui Circei his factionibus favebant, earum quoque colores veſtimentis præferebant, adeoque Venetorum ſtudioſi cœruleas, Praſinorum *virides* geſtabant. Unde Juvenalis majorem Romanæ civitatis partem Praſinæ factioni faviſſe docens, *Sat. 11. verſ. 195. Viridos* illam veſtes, præ aliis, amaſſe indigitat: Sed hæc de re V. ſuprà ubi in genere de *Factionibus*; in ſpecie, de *Praſina*: quemadmodum de *Herbidis* vestibus, in hac voce. In Eccleſia Romana hodierna, uti pileus galeruscque ruber Cardinalium eſt, ita Epiſcopis peculiare capitis tegmen eſt, *Viridis* galerus & mitra: Et quidem, cùm Mitrâ alios quoq, uti liceat, *Viridi* galerus Epiſcoporum ea eſt proprius, ut in *Cœco Chriſtiano, hanc ipſe nuzam gratius in Religione ſublimioris*, dicat Petrus Bellonius *Obſervat. lib 3. cap. 24.* Apud Turcas quoque, *Viridi* tiara majoris Religionis inſigne eſt, nec caligarum aut veſtium viridium uſus uſi conceditur, præterquam iis inter ipſos nobilioribus, qui ad Mahometem genus ſuum referre poſſunt. Olim & Tartaris *virides* fuit pileus qui nunc ruber eſt, ut & Perſis, qua de re paulo latiùs diximus ſuprà, in voce *Tartans &c.* Certe *viridem* etiam colorem olim in pretio habitum, docet C. du Freſne *Gloſſario*, Centorem de *Viridi* colore, duobusque ejus generibus: V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 300. 346. 903. 1105. & de Vett. more *virides gemmas*, ſmaragdos inprimis, poculis aureis; quæ hinc *ζηλώτα* dicta, intexendi, eundem pag. 197. ut & ſuprà, ubi de *Beryllo, Smaragdo*, alibi.

Virilis Toga, V. ſuprà, *Toga Pura*, item in voce *Vir.*

Virilitas, adempta ſtupratoribus, apud Ægyptios, quòd uno crimine tria haud parva ſcelera complecterentur, injuriam, corruptelam & liberorum confuſionem, Diodorus *lib. 1. cap. 6.* Paderaſtis item, apud Romanos, principatu juſtiniani, & ſeqq. Imppp. de quibus V. Zonaram *Tom. 3.* Paulum Diac. *lib. 16.* Cedrenum, Alios. Proditoribus porrò, apud Moſcos, uti de Joanne Baſilide refert Paulus Oderbornius in *Vita ejus*, quem etiam unum alterius virilia devorare coëgiſſe tradit &c. Sed & deliciarum causâ, innocentibus, uti ſuprà vidimus paſſim, ubi de *Caſtratione*, *Eunuchis*, *Spadonibus*. Sibi ipſis verò id faciebant inter Gentiles faceretdotes Matris Deûm, inter Chriſtianos Hæretici, *Eunuchi* ob id appellati, Alii. Nec omittenda pudori fœmineo data lex, in hæc verba: *Si vero inter aliquos certamine, alterius uxor acceſſerit, ſui viri — defendendi ergò, & injecta manu illius virilia prehenderit, ei manum ſine ulla miſericordia præſcindituse*, Deuteron. *cap. 25. verſ. 11. & 12.* Plura hic paſſim.

Viriola, Gloſſar. *Ψέλιον, armilla. Viriola μανίκια, Ψέλια: Viriola, κάλυκες, ψέλιον.* Iſidorus *Origin. l. 19. c. 31.* eas armillas hoc nomine indigitatas vult, quæ *Viris* victoriæ causâ conferrentur. Per diminutionem à *Viria* deductam *Viriolam*, probant Batn. Briſſonius, Calvinus *Lexic. Jurid.* Beccmannus *Origin.* Et quidem *Viriæ* meminit Tertullianus *Pallio cap. 4. Utiqu, ſicut veſtigia caſtuum*

cæſtum Viria *occupavit*. Ambroſius, quid eſſent, diſertiùs explicavit *de Abrah. cap. 9. Has Virias, quæ manum in materiali auro ornarent, ſed ſpiritualis actûs levarent.* E quo loco *Virias* manum exornaſſe diſcimus, quemadmodum *Viriola*, quas ideo cum armillis jungunt Juriſconſ. Ulpianus *Leg. 25. §. 10. ff. de auro & argento leg. Inaures, armillæ, Viriolæ, annuli præter ſignatorios.* Ut merito miretur Lazarum Bayfium, Virium aliquoi doctiſſimum, nihil de *Viriolis* apud probatos Auctores ſe inveniſſe confitentem *lib. de Vaſculis*, Thom. Bartholinus: idemque eundem non ſine ratione arguat, quòd de colli ornamento *Viriolas* ex Smaragdo, in *Lege de Medico* interpretatur. Diverſum enim plane fuit ab his monile, de quo Juvenalis *Satyra 6.*

Quum virides gemmas collo circundedit.

Inter muliebria ornamenta refert Ulpianus *l. c.* Hinc apud Tertullianum ſimiliter ubi ſupra: *Cinædus*, inquit, *Cliomachus, quem ex pugile in feminam transiſſet*, Viriolas *induxit corporis cicatricibus.* Et, *ſcias veſtigia cæſtuum Viria occupavit: ita & enormitatis foliorum aliqua multicia ſymboſis exſtruſa.* Ubi *veſtigia cæſtuum* cicatrices ſunt, quas in capite plerunque oſtentabant pugiles. Hinc, quum in MS. inveniatur *Virus* pro *Viria*, putat Polyhiſtor Salmaſius *Not. ad Pall. Tertull. Birus* reponendum ſeu *Birus*, quod tutulus erat, capitis tegmen cicatrices suis in capite occultandis accommodatum. Inter ea non refugit vulgatam lectionem, ut *Viriæ* armillæ ſint fœminarum, quas loco cæſtuum inſeruit brachiis Cliomachus, poſtquam in fœminam de Viro eſſet mutatus. Et quidem illam planè ad Afri mentem judicat neceſſariam Bartholinus: Nam cæſtus manibuſque & lacertis in luctationibus inducti, quos effœminatus jam Cinædus cum armillis permutavit, ex & cæſtibus veſtigia, non capiti, ſed brachiis, impreſſa. Quin poſſunt veſtigia modo ſenſu de cæſtuum loco explicari, in quem ſuccedere *Viriæ* ſeu Armillæ, V. Martialem *l. II. Epigramm. 22.* Imò fœminarum adeò hæc propriæ, ut in nomina quoque tranſierint. Ita Lapis antiquus, apud Inſubres, quem ex ædibus Nicolai Caſtillionei publico dedit Bonaventura Caſtillioneus: *V. F. Petronius. Gemellus. Virir. ſibi. & Virie. L. C. Lucillæ uxori.* V. Thom. Bartholinum *Schedio ad Armillas Veterum.*

Virus, adde. Simulachrum ejus ſuccinctis veſtibus pingi ſolitum, contrà quam aliarum Dearum, notat Lutatius *ad Statium Thebaid. lib. 10. verſu 638.* De corona illius, pluribus agit Car. Paſchalius paſſim *in Coronarum libris*, inprimis *lib. 5. cap. 1.* ubi oleaginam plerunque apud Veter. fuiſſe docet Cœterum *Virtutum* enartationes inter pocula frequentes, vett. Heroum more, occurrunt apud Homerum, non uno loco, ceteroſque illum ſequutos: Quæ de re ſupra aliquid dictum, ubi de priſcorum *Convivii*.

Viriates, inter Angelorum ordines, & quidem in ſecunda illorum Hierarchia, ſecundo loco, numerantur illi, qui, *Dionyſii* nomine vulgo inſcripto, Angelorum Reſpp. primus ordinavit, coramque ſedes ac choros deſcripſit, totamque Curiam cœleſtem juſto ordine componere aggreſſus eſt: quem ſecutus poſtmodum Damaſcenus, deinde Magiſter Sententiarum, & tandem cum Thoma univerſa Schola. Eorum eſſe procurare ea omnia, quæ ad Religionem ſpectant in communi, *per quos ſigna & miracula fiunt in mundo*, inquit Rhabanus *de Univ. lib. 1. cap. 5.* V. quoque Thomam *n. p. 9. 108.* Sed nomina illa diverſa, Angelis à Scripturis tributa, unde occaſio hierarchiæ videtur pata, *potiùs* ſunt *glorioſorum ſpirituum elogia & illuſtria epithet. ad. Dei ipſius* — *Magiſtatem exprimendam ac commendandam*, ait Burmannus *Theol. Chriſt. Part. prior. lib. 1. cap. 46.* ubi, de X. ordinibus Angelorum apud Judæos quoque agens, ab iis ad Platonicos, ab his ad Chriſtianos, de perpetuo hoc Spirituum beatorum ordine, & ſtatis eorum officiis ac gradibus, ſententiam fuſiuſſe, oſtendit.

Virus, apud Plinium *l. 17. c. 24. Cyitiſus necat viro, quod Ptolimon Græci vocant*: ſiſligo eſt ſeu ſuccus ſiſlus, uti vox apud Lucretium quoque ſumitur,

Jonium glaucis aſſpergit virus ab undis.

Qui & alibi pro herbarum ſucco & naturali virtute eam poſuit,

Concoctaque ſuo ſervare & perdere virus.

Virus malum & bonum virus dixiſſe Veteres, adnotat Servius. Unde & — odorem, ob acrimoniam ac vehementiam, *maſculum virum* appellat *lib. 13. cap. ult.* Nempe in plerisque aromatum — odoris — conjunctum cernitur, quod *virum* & *virus* Latini dixere. Sic — ſuccus, & — ἐν ἀρωμ. τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ ἀνδρώδεσ καλούμενον in aromatibus, *Virus*, ſed & — animalium quoque ita appellata eſt: uti docet Salmaſius *ad Solinum pag.* 174. 361. 441. & 1307. Aliàs pro malo odore ſeu fœtore, & veneno, ut notum.

Viſcera, Græcè σπλάγχνα, Veteribus propriè, quidquid inter cutem & oſſa, ſeu *quinquid ſub corio eſt*, ut ait Servius *ad illud Æneid. lib. 1.*

Tergora diripiunt toſtis, & Viſcera pudant.

Unde *viſceratio*, τὸ κρεωδυσία, de qua poſtea: & *viſcera* membra quælibet, apud Solinum *cap 19.* ubi Phanneſiorum aures adeò dilatari ait, — *ut viſcerum reliqua illis contegant, nec ne amiculum aliud ſit, quàm ut membra membranis auvium veſtiant.* Alibi, ubi de Britannis, corpus pingentibus, *Inſcripti*, viſceribus *hominis incremento pigmenti nota creſcunt*: & de Anthropophagis, *quibus extranei pro cibi humanus viſcera*: Ciceronem item *Tuſculan.* ubi de — Laconum, *ſanguis & viſceribus eſtiuem*, i. non ex inteſtinis, ſed ex ſummo corpore &c. Quo ſenſu Virgilius *Æn. lib. 6.* ait,

Et ſolida imponunt extenſum viſcera ſlammis,

Ubi in holocauſtis Vett. carnes immolatarum victimarum concremari ſolitas tantùm, non etiam exta, indigitat, monente Servio. Poſtmodum inteſtinis vox hæſit, quæ in Haruſpicum Schola *exta* dicta. Unde, poſtquam ſacrificiorum ratio immutata, & exta reddi ac proſecari cœperunt, reliquis extorum, quæ non erant proſecata, partim veſcentes, qui ſacro intererant; partim honoris ergò, miſſa, qui non aderant, accipientes, Græcis uno verbo — (quo ritus omnis nonnunquam comprehenſus, quo exta inſpiciebantur, probabantur, aræ imponebantur, & quæ edulio erant comedebantur) dicti: ipſæ verò proſicæ extorum — appellatæ ſunt. *Viſcerationem* propriè Latini dixere. Solinus de Hercule ſacrificante *c. 2. Etenim cum viſcerationem ſacrificio dares*: i. epulum vel convivium, Græcè δεῖπνον. Quam viſcerationem ſacri Herculei ſic expreſſit Virgilius *Æneid. lib 8.*

Tunc lecti juvenes certatim, aræ, ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum, inceranti, canſtris
Dona laborata Cereris, Bacchumq, miniſtrant,
Veſtitur Æneas ſimul & Troiana juventus
Perpetui tergo bovis, & inſtratibus exta.

Et quidem exta priùs mandebant, quàm reliquam carnem: unde illud de Pinariis, qui in ſacrificio Herculis cùm extis jam adeſis ad cœnam veniſſent dapem, in poſterum extorum commitione abeſſe juſſi, ad reliquam *viſcerationem* ſolùm admiſſi ſunt, apud Livium *lib. 1. cap. 7.* Plura de vocc hac infrà, uti de *Viſcerum* quolibet, corde, jecore, pulmonibus &c. ſuo loco: de *viſcerum* verò Præſide, apud Romanos, voce *Carna*. Quia autem *Viſcera*, miſericordiæ ſedes, inde σπλαγχνα ἔλεος, *viſcera miſericordiæ*, & σπλαγχνόζ, *miſericordia communis*, in Sacris, quam in rem V. Barthium *ad verſar. lib. 149. cap. 11.* Indidem *Viſcera*, charitas ſumma, filius *viſcerum* inſtar charus, apud Papinium *Thebaid. lib. 7. verſu 522.*

— *ſua credite matri*
Viſcera —

Hodieque proin lxſæ Majeſtatis in Anglia reis, adhuc ſpirantibus, aperto corpore *viſcera* eximuntur, comburunturque, ut hoc modo, omnem illos in Patriam ac Principem humanitatis affectum penitùs exuiſſe, indigitetur, quo de ſuppliciì genere diximus aliquid ſuprà, voce *Exenteratio*.

Conſiſtentia, Græcè ὑφεσία, propriè epulum, quod ex *viſceribus*, i. carnibus immolatarum hoſtiarum, fiet facticolae, apud Veteres, agitabatur. Servius *ad illud Æn. l. 7.*

— *populiq, Latini:*

Qui intererant, inquit, *Albani montis viſcerationi.* V. quæ paulo ſuprà hanc in rem dicta. ut & ubi de *Heloliphyti*, alibique. Addo ſaltem, poſt hujusmodi epulum, thus & vinum in ara libari conſueviſſe, quod *vini & thuris ſpondæ* apud Græci dixere. Sed & σπλαγχνόζωνοι vocabuli paulo latiorem fuiſſe uſum, apud eosdem, ut *ibid.* videre eſt. Deiſi ſic appellata crudæ carnis diſtributio, in ſolennitſelivitate fieri ſolita. Item epulum ſunebre: quod in opulentorum civium funeribus popolo dabatur. Peractis enim ad ſepulchrum juſtis, convivia domi apparabantur, ad quæ convocabantur Amici atque Cognati: Scribuſq; cœna funebris exhibebatur, quod dicebatur *Silicernium*, cujus mentio in XII. Tabulis. Sed & Populo interdum ab hæredibus epulum dabatur, aut cruda caro diſtribuebatur, quod dicebatur *Viſceratio*. Denicales inde feriæ celebrabantur, cùm hominis mortui cauſſa familiæ purgabatur &c. Joh. Roſinus *Antiqq. Rom. lib. 5. cap. 39.* Quam in rem Godelevius, *In ſolenni, ait, feſtivitate, vel in funebribus Magnatum, carnes ſive crudæ, ſive coctæ, quandoq, etiam panis vinumq, domum perferendibus prælebatur, Not. ad Liv. l. 8. c. 22.* ubi de *Viſceratione* Pop Rom. à M. Flavio, in funere matris, data. Plura V. apud Blondum *Rome Triumph. lib. 2.* Adde, ab Alexandro *Genialium Dier. lib. 5. cap. 7.* Addo hoc unum, quòd *Viſcerationem* magni hominis loco nullo fuiſſe, diſcimus ex modo *tit. 4.* Livii, ubi *de viſceratione Flavii, nulla re belli domive inſignem*, P. Flavio Proculo, P. *Corn. Scapula Coſſ. præterquam quod Fregellas colonia deducta & populo viſceratio data à Flavio*, fuiſſe: & ob eam cauſam, proximis Comitiis, illum *Tribunatum plebei petentibus, abſentem ſuiſſe prælatum*, ait. Nec mirum, cùm magnis id impenſis conſtaret. Pomponius *lib. 34. de leg. & plb. lib. 32. L. Titius pleni ſumus millia dedit, hoc amplius Septo viſceratimem.* Et Cic. *de Offic. lib. 2. Prodigi*

qui epulis & visceratiombus & gladiatorum funeribus, ludorum venationumq; apparatu pecuniam profundunt. V. quoque Paulum *l. 22. de LL. lib. 30.* De *Visceratione* sub Imperatoribus data, diximus aliquid, vote *Care.*

Visum, seu *us*, apud Plautum *Bacchid.*

Tactius sum vehementer visco, cur stimulo foditur.

Et,

Visicus mentes vestra est blandicia:

illecebra est, laqueus, tendicula, insidiæ, ad capiendum paratæ. Alludit enim Comicus ad *visum*, excogitatum *pennis avium tactu ligandis*, *juglandis oleo subactum*, *cum libet insidiatus moliri*, ut ait Plin. *lib. 16. cap. 44.* de quo aucupii genere diximus alibi quid supra, voce *Arundo Crefens.* Nascitur autem *viscum* in abietc ac larice, in querca, robore, illice, pruno sylvestri, ac terebinthio : *sed copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear* (*ἴφαρ* reponit Dalechampius) *vocant — Adhæsioni discrimen, visco in his, quæ folia amittant, & ipsi decidere : contra inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem fastum nullo modo nascitur, nec nisi per a vium alvum reddium, maximè palumbis ac turdi. Hæc ejs natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non provenias*, Plin. *ibid.* unde *turdum sibi ipsi existimat cavere*, proverbio dictum. Addit idem de aliis ejus usibus quædam, & de modo *viscum avium* conficiendi. Fiebat enim, de ulmi ejus ac venerationc apud Duridas : *Nihil habent Druidæ — visco & arbore, in qua gignitur (si modo sit robur) sacratius — Quidquid adnascatur illis, id solo missum putant, significant ejse effectæ ab ipso Deo arbores. Est autem id rarum admodum inventu, & reperium magnâ religione petitur : & ante omnia sexta luna — Omnia sanamem appellant suo vocabulo, sacrificiis epulisq; vite sub arbore præparatis, duos admovere candidi coloris taiuos, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candidâ veste cultus arborem scandit. Falce aureâ demitiit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his, quibus dederit. Fecunditatem eo potio dari cuiq; animalium sterili arbitrantur, contrà, venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis pietas, religio est.* Quod *viscum Gallorum* cum S. Eucharistia, quomodo conferat in *Hieroglyphicis* Nic. Caussinus, V. illum *Parabol. Politor. lib. 10. c. 79.* plura vero de *Visci collegend natione*, & usu in Medicina multiplici, apud eundem Plinium *lib. 24. cap. 4. lib. 27. cap. 7.* alibi. Addo hoc unum, quòd *visco* non aves solum, sed *ursum* quoque *capium*, exhibet Martialis *in Spectaculis Epigr. 11.* cui tit. de *Ursis visatis*;

Precepi sanguinea dum se rotat ursus arena,
Implicitum visco peridile ille fugam &c.

ubi Raderum & Marcilium vide. Alia vocis notio, apud Apulejum *lib. 2. Foidem, qua sola dominis parabat visum farsim concisam, & summa compositam jurulentum.* Ibi enim pro *visum* fimitur, & *pulpa frustatim concisa* exponitur in glossamento. Nisi legendum sit *visus farsim concisum*, Salmasius *ad Solinum pag.* 374.

Visonius Fons, in Ligurum finibus, memoratur Solino *cap. 2. Italiâ Padò clara est, quem mons Vesulus superanti simus inter juga Alpium gremio suo fundit*, Vilendo *fons in Ligurum finibus, unde se primùm Padus prorsit.* V. quoque Plinium *lib. 3. cap 16.* quòd in alto, foràsse lic dictus. *Mirabilium* vocat Marcianus Capella. V. Salmasium *ad Solinum pag.* 84.

Visere, cupere videre est, Servio *ad Æn. 8.* hinc apta Eleusinio Sacro voci cujus mysterium nora desiderta, non nisi post longam morâm & operosas *τῶν μυήσεων* lenienda. Cujusmodi *mysteria visere & invisere* Latini Scriptores passim dicunt, pro *μυεῖσθαι*, i. *initiari seu τελεσθῆναι τὰ μυστήρια, sumere*, aut *susci pere sacrum* : ficut *revisere*, pro *ἐπανελθεῖν*. Quamvis *τὰ ἐπόπτευσα* seu *τὰ ἐποπτικὰ* non raro cum *invisis* loquendo Auctores confundant : quo pacto duplex *invisus* constituenda, prima, ad quam *τὸ visere*, & secunda, ad quam *τὸ revisere* referatur. Uti autem mysteræ *visebant*, sic Sacerdotes dicebantur *ἐποπτεύειν*, i. *ostendere* mysteria. Seneca *Nat. Quæst lib 7. cap. 32. Eleusina servat, quæ ostendat revisentibus &c.* V. Salmasium *Not. ad Hadrianum Spartianum*, & supra ubi de Sacris hisce sacerrimis. Aliquando verò *Visere*, pro *videre*, quod vide.

Visio, unus ex Prophetiæ generationibus, in Vet. Testamento, modus. Cum enim Deus vel per intellectum, vel per phantasiam, vel per sensus seu sensibilia externa, cum visibilia, tum audibilia, voluntatem suam Prophetis cognoscendam exhiberet, per phantasiam duplicitèr id faciebat, vel in *Visione*, quæ vigilantibus, amoto tantùper sensu illorum, objicicbatur; vel in *Somno*, dormientibus : in quo utroque variæ rerum species in illorum phantasia pingebantur. Numer. *cap. 12. versu 6, 7, 8. Si sit Prophetu in vobis, per Visionem manifestum Jehovam notum facio ei, aut per somnium alloquor eum. Non sic servus meus Moses — Ore ad os alloquor eum, aspectu, & non in ænigmatibus, & Speciem Jehovæ videt.* Nempe excellit in Prophetiæ gradu Moses. Quod in eo inter alia confistebat, quòd cum reliqui Prophetæ per imagines, per somnium, aut in *Visione* acceptas, Dei fierent compotes, atque in ista nebula voces ejus fere audirent ; illi Deus loquutus est re ipsâ, per voces sonosque humanos, quas videns vigilansque & mente præsens hauriebat : Nec audiru solum, fed, quantum homini Deum ufurpare fas est, vifu ipfius gloriam fibavit, per glorioliffimam fpeciem oculis ejus exhibitam, Exodi *cap. 33. versu 23.* &c. V. Franc Burmannum *Theol. Christ. Pietis prior. lib. III. c. 5. § 14. 15.* & supra, voce *Visenies* : quorum cacozelia. *Visores*, Græce *Ὀφεῖται*, libri Græcorum pariter ac Saracenorum dicebantur, in q ibus tradebatur, quot annos Imperatorum quisque effet victurus & quæ imperante illo etiam eventura : memorati Luithprando, in *Legat.* de quibus plura apud Meurfium *Glossar.* Sed & circumferebantur olim in Orientalibus & Merid. regionibus *αἱ Ὀφεῖται τῶ ἁγίω Παύλω*, *Visiones S. Pauli*, teste Marco Patr. Alex. *Qu. 2.* quas in *Recessum*, meritò rejicit Balsamon. V. Cl. Sulcerum *Thes. Eccl.* voce *Ὀφεῖται*.

Visitatio B. Mariæ Virg. Festum est Ecclesiæ Rom. ab Urbano VI. institutum, ad d. 2. Jul. celebrandum, A. C. 1389. *ex voto propter perfectionem schismatum*, verbis Macri in *Hierolex.* Nempe Schismate tunc laborabat Ecclesia Rom. ad quod componendum, assistum B. Virginis imploratum, huicque facilius obtinendo festum illud ab Urbano dedicatum est, confirmatumque à Successore ejus Bonifacio IX. qui amplissimis illud indulgentiis ditarunt, ut habetur ex Bullarum utraque, quib obtervationem ejus promtiorem redderent. Nec tamen omnibus Ecclesiis illud tunc fuisse receptum videtur, usque ad Concilium Basiliense, in cujus sessione 43. A. C. 1442. universalis ejus observatio sancita est. Recolitur eo memoria visitationis Elisabethæ à B. Maria factæ, apud quam trimestre totum eam transegisse, ex Evangelio discimus &c. V. Rivetum *Apolog. pro Sancti Augustino lib. 2. cap. 13.* In Syriaco Rituali Festum antiquius reperiri, ac in illa gente, mense Decembri, paulo ante nativitatem Domini, celebrari, eo ipso die, quo in honorem ejusdem Deiparæ Græci in Templo, quod *in Blachernis* dictum, festum agunt, habes apud præfatum Macrum *d. l.* Aliter *Visitationis* vox sumitur, in *Orig.* Murensis Monast. *p. 39. Villicus autem debet dare — pisces magnum pretio 5. filitorum, ante Natale Domini, quod vocatur Visitatio.* Pro penitationis vic. fpecie, fic dicta, quòd vafialli Dominos fuos identidem *visitare* tenellantur cum xenniis aut muneribus ; quod poltmodum in præfationem abit neceffariam, & in Gallia *Salutatio* nomine innotuit, C. du Freine *Glossar.*

Visitator, in Ecclesia Rom. dicitur Episcopus, qui in locum alterius Episcopi demortui, vel propter crimen à communione suspensi, aut remoti, à Metropolitano vel Pontifice mitti consuevit, ad obeunda in ea diœcesi Episcopalia munera, donec alius Episcopus ordinetur, cujus electione ipsum interesse mos. Innumeri *Visitatorum* officii accurate perstringit versus *Formula electionis Episcopi*, in *Sylloge* Acheriano *Tom. VIII. V.* quoque supra, voce *Periodeuta*. Sed & *Visitatores*, in Monasteriis, diœcebantur, qui, in Capitulis Provincialibus electi, Monasteria visitabant, in Monachos, ipsosque adeò Abbates, inquirebant, horum dictâ emendabant, multasque ac pœnas pro eorum ratione irrogabant. Qui cùm, sub prætextu *Visitationis*, Monasteria graviùs expensis premerent : seu longiori morâ, seu sumtuolis epulis, seu etiam numeroso comitatu ; interdum & ab iis pecunias extorquerent, *Constitutionibus* Gregorii IX. Nicolai IV. Benedicti XII. aliisque cautum est, ne Monasteriis & locis visitatis onerosi & graves porro existerent, uti docet C. du Freine ubi supra. At *Visores*, apud Matth. Paris A. C. 1235. sunt, qui foretlis inspicicndis, ne fierent *vastæ*, à Rege præfecti erant : alias vocis notiones habes apud eundem.

Visus, V. supra ubi de *Oculis*.

Vita, inter nomina S. Cœnæ, apud Scriptores Ecclesiasticos occurrentia. Augustinus *de verum. peccator. c. Pelagianos, lib. 1. cap. 24. optimè Punici Christiani, Baptismum ipsum nihil aliud, quàm* Salutem, *& sacramentum corporis Christi nihil aliud, quàm* Vitam, *vocant.* Et mox, *Quid aliud etiam, quàm sacramentum mensæ Dominicæ* Vitam *vocatur, nisi quòd dictum est, Ego sum panis vitæ?* E quibus verbis colligimus, fuisse hanc nomenclaturam tropicam, Punicis seu Afris Christianis propriam : Sicut & aliæ quædam similes, dodtis potius, usurpatæ, quàm in communem Ecclesiæ usum receptæ, occurrunt, Calsubonus *Exercit. 16. ad Annal. Eccles. Baronii num. 74.* Nempe symbolum est S. Cœnæ divinitus institutum corporis & sanguinis Domini : — propriè Vita est, sicut idem *Verius & Vita, loc. cap. 14. v. 6.* Eandem ob rationem & Baptismum, divinitus in scripris Antiquorum *Vitam* appellatum, quippe ut Paschalius *libr. de Corp. & Sang. Domini*, ac ille, qui statim post acceptum Baptismum obiit erunt, *se nullo post perceptam vitam declinarum à vita.* Ubi *Vita* est Baptismus, aut ipse Christus, quem induunt ; qui lavacro regenerationis tinguntur, Gal. *cap 3. v. 27.* Ideo subjicit Paschasius, *Sed permanserunt in Vita, qui Christus est.* Calsaubonus *ibid.* V. & Jo. Cas. Suicerum *Thes. Eccl. voce Zωή.* De *Vita* vero *Communi*, seu *κοινοβίᾳ* tum vett. Pythagorarum, tum inter Christianos Afcetarum, supra voce *Canobium*, alibique ; uti de *Vitam prolatæ*

tendi morte alterius ratione Veterum seu opinione potius, voce Ea. a &c.

Vitalia contorquere, vocabulum Lucilæ veteris, apud Trebell. Pollionem *Claudio*, *Iratus ei, qui non baltheum, sed* vitalia *filii conversorat, omnes dentes uno pugno excussit*; de quo V. supra voce *Ilia*, item ubi de *Lucila*.

Vitaliani, Hæretici, à *Vitali*, seu *Vitalio* Presbytero Antiocheno, Apollinaristæ adjutore, nomen nacti, V. *Vitalis*.

Duces Venetorum.

Vitalis Falierus, Dux Venetorum, Dalmatiam & Croatiam, pleno jure, ab Alexio Imper. imperavit, cùm antea tributum Imperatoribus Byzantinis pendere tenerentur, A. C. 1085.

Vitalis Michael. Dux Venetorum, bello contra Emanuelem Imp. Græcum, Chium Insulam Reip. potestatem redegit: à quo tempore univerſi mariſ Adriatici Dominos ſeſe appellitare cœperunt. Georg. Hornius *Orb. Imp. cum Not. L.* Joach. Felleri *pag.* 152.

Vitalius Victor, inter Nobiles Romanos, ſine cauſæ dictione Severi juſſu occiſus, memoratur Spartiano in *Pescennio* Imp.

Vitas-Patrum, in libro *Ordinis* S. Victoris Pariſ. MS. *cap.* 19. apud C. du Freſne, *Qualet ſunt Bibliotheca & majores Expoſitores & Paſſionarii & Vitas Patrum & Omeliarii*: indeclinabile eſt, & librum Eccleſiaſticum notat, Πατερικὸν & Πατερικὸν Græcis appellatum, quod *Vitas SS. Patrum* contineat, V. Gregorium Turon. *Præfat. ad Vitas Patrum* Roſweidum ad *eandem in Prolegom.* Allios, Gennadius de *Scriptoribus Eccl.* Evagrium librum ſcripſiſſe ait, *qui attitulatur Vitas Patrum*, ut *Patrologium ſcripſiſſe putari* Vitas Patrum *Ægypti Monachorum* &c. Sic *Vitas-Patrum* unica quoque voce opus ſuum inſcripſit Gerardus Frachetus Lemovic. Dominicanus, in quo virorum illuſtrium Ordinis ſui *Vitas* & elogia deſcripſit, circa Annum C. 1263. V. Carol. de Freſne *Gloſſar.*

Vitei, V. infrà S. *Vitus*.

Vitelliani, pugillares dicti ſunt lutei, *vitello* forte illiti, quibus res laſcivæ & elegantes inſcribebantur. Aliis à *Vitellio*, neſcio quo Inventore, dicti ſunt. Eorum meminit Martialis *lib.* 2. *Epig.* 2. *mm.* 6.

Hæc ſunt quæ relegente me ſolebas
Rapta exſcribere, jed Vitelliania.

Et *l.* 14. *Epigr.* 8. *cui tit.* *Vitelliani*,

Nondum legeris hos licès puſilla,
Novis quid capiant Vitelliani.

Vitem dare, apud Ælium Spartianum in *Hadriano*, *nulli* vitem, *niſi robuſto ac bene ſano*, dedit: eſt Centurionem facere. His enim cùm ad id muneris promoverentur, *vitis* in manu dabatur, verberando militi qui delinquiſſet, unde *Vitis* Centurionatus inſigne. Euſebius *Hiſt Eccl. lib.* 7. *c.* 14. Τιμὴν τε ἰσῃ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, ὃ τὰς τοῦτων ἀρχὰς ἐκατονταρχίας γινέσθαι, *Vitis nomen militaris dignitatis apud Romanos, quàm qui obtinent, Centuriones eſſe dicuntur.* Et Martialis *l.* 10. *Epigr.* 26.

Vitæ Paternitas Latiè modo vite per urbes
Nobilis & centum dux memorande viris &c.

Qui autem Centuriones fiebant, vel ordine promotionis ad hunc gradum perveniebant, ut ille Martialis apud Euſebium *d. l.* & Sæava apud Lucanum,

— *ibi ſanguine multo*
Promeruit Latium longo gerer agmine vitem.

Vel beneficio Imperatoris aut Ducis, quibus *vitis* ſc. ab ipſo Imperatore dabatur, ut in Notitia Imperii & in vet. *Inſcr.* ET. MIHI. VITEM. DEDIT. IMPERATOR. VLPIA. LEGIONE. MISSIS. Unde Suetonius in *Tiberio*, *per quoddam beneficii ſui Centuriones* &c. Salmaſius *ad Spartiani locum*. Quòd vero *Vitis* electa militum caſtigationi, ſuvenali quoque indigitatæ, *Sat.* 8.

Nodoſam poſtibus frangebas vertice vitem,
Si tentus pigrè munires ſotta dolabrâ:

hinc eſt, quòniam vel, de ſuppl. titis legi Romanâ ſancitum eſt; *ut cives non virgis cæderentur, ſed vitibus*, uti apud L. Florum ac T. Livium legimus. Hinc vite percuſſum eſſe, probro non erat. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Quid quòd inſert e caſtris ſummam rerum, imperiumque continent. Centurionum in manu vitis & opimo præmio tardos ordines ad lentas perduxit aquilas; arma etiam in hoſtium manus inſam honorat. Contra fuſte externus miles plectebatur. Mam. de *Militia Rom. l.* 2. *c.* 3. *Dial.* 8.

Vitem, mittes, obtruncato domino ſuo, Lithuaniæ Duce, regionis imperium rapuit A. C. 1279. Ei ſucceſſit Gediminus An. C. 1300. qui fines Lithuaniæ longiſſimè per Ruſſiam protulit, & à finibus Pruſſiæ, usque ad Pontum Euxinum, protendit, unde *Magni Duces* appellati. Georg. Hornius *Orbe Imper. cum Notis* L. Joachimi Felleri *p.* 391.

Tom. III.

Viterbum, adde: Hieron. Ruſcellius in ſuo *de illuſtr. Viterbo inſignibus ſtemmatibusque libro*, ubi Lucernas quasdam celebres compertas fuiſſe inquibusdam caſulis ſepultas, alias autem in parietibus murorum incluſas, quæ in aëre aperto per aliquot horas accenſæ ardentesque ; perdurarint, ſponteque ſua poſtea extinctæ ſint, exiguo quodam in illis pulvere remanente, aſſerit; narrat, earum præter alias multas aliquas repertas eſſe tempore Alexandri VI. Pontif. Rom. 3000. p. à *Viterbo*: in oppido deſolato, Ferenti nomine dicto, ubi ſcribit Suetonius, natos eſſe progenitores Othonis Imper. V. Suetonium *Othone* & *Lucernis antiquis lib.* 1. *c.* 5.

Vites, herba, Gr. ἄγνος, Ital. agnocasto, unde *agnus caſtus* libidinis ſtimulis coercendis ac caſtitati ſervandæ conducere credita eſt: indeq; matronæ Vett quæ in Caſto Cereris ſtat Iſidis erant, *vitice* ſtramenti vicem, per omnes illos dies, quibus ſecubantes à toris ſuis genialibus, in Templo dormiebant, uti conſuevere. Dioſcorides, Ἄγνος ἢ λύγος, ἢ τὸ τῶν οἱ τὰς θεσμοφορίας ἄγοντες γυναῖκες ἐν τοῖς ἱεροῖς χαμεύνοις ἀνῶ. Sub eadem Satureiæ Junonem apud ſe, ad Umbraſum ſum. natam eſſe, ſactare olim ſolitos, atque *viticem* illam ſuſ arare, in ſolo huius ſacro ſolo, adhuc fuiſſe oſtenſam, tradit Pauſanias in *Achaicis*. Eſt autem *Vitex*, ſalicum genus, in Ægypto adeò frequens, ut Ἄγνου κώμας, h. e. *Vitices corna*, inde dictum ſit promontorium Ægypti, inter Bolbitícum & Sebennitícum oſtium, cujus meminit Heſychius, poſt Strabonem *l.* 17. V. Sam. Bochartum *Hieroz. Parte poſter. lib.* V. *cap.* 15. Nominis origo à *vico* ſeu *vite*, de quo ſupra.

Vitey, primus Chinenſis Imperii conditor, cui omnium artium inventionem intoleæ aſcribunt, Georg. Hornius ubi ſupra *p.* 471. V. eundem *Arcæ Noæ*, Auctorem Anon. *Sinæ & Europæ c.* 47. ubi *Chronologiam Sinicam* exhibet, Alios.

Vithungi, apud Sidonium Apollin. qui *Vithmigi*, apud Treb. Pollionem *Claudio*, ubi diverſos Scytharum populos recenſet; *Juthungi* dicuntur Ammiano Marcell *l.* 17. ubi Alemannorum eos eſſe partem, ſcribit. Dextippus tamen Scythas quoque appellat. V. Salmaſium *ad Pollionem d. l. Vopiſcum in Probo*; nec non ſupra, voce *Virobingi*.

Vitia de plauſtris antiquitus, inde in ſcena, liberè arguebantur olim. Apud Alexandrinos certè ſtatis diebus in curribus homines vectos, quibus hoc munus datum eſſet, totam urbem peragrare, & conſiſtentes, ubi vellent, ac domo adſtantes cuiuscunque vitium eſſet, vere de plauſtro cahere, nec falſa convitia, ſed vera crimina, utpote probris civium accurate priùs exploratis, objicere conſuevisſe, quò hac liberatæ corripiendi homines ab improbitate abſterrerentur, tradit Suidas, Vs quæ ſupra dicta voce *Plauſtrum*. De vett. verò Comicorum, in reprehendendis civium *vitiis*, *vaſtitate*, hic Horatius *Serm. l.* 4. *Sat.* 4

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophanesque poëtæ,
Atq; alii, quorum Comœdia priſca virorum eſt;
Si quis eos dignos deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus:

V. iterum ſupra, ubi de *Comœdia*, *veteri* inprimis & *novâ*. Quòd eousque obtinuit, donec omni pudore excuſſo *Vitia* pleno alveo humanum genus irruperet. Tum monitores hi è medio ſublati, Virtutique concilicata *Vitia* in pretio eſſe, coronari etiam, imo in Numinum numero, haberi ſunt cœpta. De monitoribus priſci ævi, V. ſupra voce inprimis *Censor*. De coronis, nota Sybaritarum vaſania, apud quos ii, quos luxus eruditæ ferculis condiendis apponendisque, coronas meruere, teſte Athenæo *lib.* 12. Xenocrates ſimiliter ; propter longiorem compotationem, præmii loco ; coronam acceſſiſſe ; narrat Diogenes Laërtius *lib.* 4. ut alios omittam. In quos merito Bernardi illud ſtrepes *Serm.* 66. *Coronabitur turpitudo? Nihil minùs decet honeſtatis auctorem.* Quantum verò ea, quòd non ſolum alia innumera, ſed & *Vitia* ipſa, cum quibus Divinitate nullum poteſt eſſe vel per umbram commercium, in Deorum Senatum Romani retulere: *tractandum. Cædes, Laſciviam, Ebrietatem, & neſcio quæ alia hiſ conſentanea*, uti teſtatur Auctor grauiſſimus, Gregorius Naz. *Orat.* 2. *de Theol.* Non ſc. *Numina colendorum, ſed criminia colentium*, ut ſcite Auguſtinus. *Quo ex genere*, ut Cicero tradit *de Nat. Deor. lib.* 1. *Cupidinis & Voluptatis & Lubentinæ Veneris vocabula conſecrata ſunt, vitioſarum* (ut ipſe fatetur) *rerum*. Omitto Lavernam, Perſicam, Mutunum, Leos Laſcivos, Murciam, Mellonam, ſimiliaque ſatrinæ Idolorum farragineh ; de quibus late Arnobius *adv. Gentes lib.* 1. Auguſtinus *de Civ. Dei*, Alii, videndi. Nec ſaniores Græci : apud quos Parmenides Diſcordiam, Cupiditatem, cæteraque ejus gregis, ad Divinitatem revocavit, teſte Cic. ubi ſupra *lib.* 1. quod amentiæ hujus extremum cenſeri queat, Athenienſes, Sapientiæ, ſi ipſis credere, alumni, eò impudentiæ progreſſi ſunt, ut teſte eodem *ibid. lib.* 2. Contumeliæ quoque, & Impudentiæ ipſi, ſanum extruxerint: quod auctore Epimenide factum, docet Clemens Alex. *Protrept. pag.* 12. V. Tob. Flamſterum *Syſtem. Theol. Gentilis part.* Gg 3 *lib.*

cap. 1. §. 2. & 3. ut & supra, ubi de *Dite*. Contrà Deus noster, *qui tam purus est, ut ne videre quidem malum possit*, ut Prophetæ loquitur: non alius folùm modis, quantopere ab omni labe velit esse cultores sui immunes, testatus est, ab omni ævo, sed & ne victimam quidem sibi offerri ullam voluit unquam, quæ aliquo vitio esset infecta. Quo fine Sacerdotibus præscripsit, qui hic cautione opus, quæque ab *Aliunde* animal excludant, exactè docuit, Levit. *cap.* 22. v. 22, 23, 24 ubi XII. *vitia* enumerantur, quorum unumquodque sacrificium redderet abominabile, de quibus prolixè Bochartus agit *Hierozoic Parte prior. lib. II. cap.* 46. V. quoque hic paßim, ubi de *Sacrificiis*, atque *ad Sacra* pertinentibus.

Vitles Naves, apud Plinium *l.* 7. *c.* 56. *Etiam nunc in Britannico Oceano vitilis coria circumuntur funi. In Italia ex papyro, & Carpaso & arundine*: Solino dicuntur *viminea navigia*, *c.* 22. Sed aliud *vitile*, aliud *vimineum*. Quidquid enim è vimine est, id *vitile* quidem, cùm vimen virgultum sit *viendo* aptum, ut supra vidimus: At non contrà, quidquid *vitile*, vimineum est ideo ex vimine. Cùm & funes & corollæ & alia, quæcunque plexili opere fiunt, *vitia* dica tur. Plinius *l.* 13. *cap.* 4 de foliis palmæ. *Nunc ad funes vitilium*, *texturæ & capitum levia umbraculis fundantur*, Strabo de palma itidem *l.* 17. *ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ σχοινία καὶ ἱστοὺς καὶ ἱμάτια καὶ στρώματα καὶ πίλους ποιοῦσιν*. Ita & Scipi contexte tegetes aliaque *vitilia* texi conjuvenile, diximus supra. V. Salmasium *ad Solin. pag.* 245. 246. & supra voce *Vietur*.

Vitiligo. Arabum morbus, teste Jo. Bodino *Methodi Hist. cap.* 5. Græcè *λεύκη*. quibusdam, aliis *Λευκὴ*, V. Theod. Zuingerum *Theatro Vitæ vitæ*, ubi de *Lepra*. Vossius *Vitiligineam* ab impetigine, ne, lcabie & elephantiali, fic discriminat: Si lenior fit pruritus, vocatur *λειχὴν*, sive impetigo. Quod malum adeò mite, ut sanare possis, si quotidie detreces salivâ jejunâ. Sin malum ,, fiegligicat, ut cutis in furfures resolvatur, nominatur proprie ,, *ψώρα*, feu scabies. Quod si asperitas — altiùs defcendat in car- ,, nem subjectam; nec furfures, fed squamæ, ex cute oboriantur: ,, ab hisce squamis, quas Graci *Λεπίδας* vocant, appellatur *λέπρα*.— Arnobius *l.* 1. *vitiligine* dixit. Est verò tantus in hac ,, pruritus, ut nec fcabendo juvetur, fed eo fæpe ulcera & inflam- ,, mationes profrenant. Si deinique in lepra humor magis ut- ,, natur & malignior fiat — *τὰ φαγέδαινα* dici folet &c. *de orig. & progr. Idolol. l.* 4. *c.* 45. ut & *cap.* 89. de remediis quoque horum differit. Cujusmodi morbo licèt infecta effet Atoffa, Artaxerxis uxor, ille tamen nihil quicquam eâ re offenfus, Junonem fupplex pro ea adoraffe, manibus reflurem contingens, Sattræpaxe & Amici juffu ejus tantam illi vim donorum mififfe, ut interjecta inter Fanum & Regiam 16 ftadia auro argentoque, purpura item & equis impleretur, leguntur apud Plutarch. *in eo*. Eundem Hracletis, ex Ægypto excunibus, Manethon, Chærephon & Lyfimachus, afpergere *conati* funt, fed pulcrè Jofephus illos confutavit *lib. c. Manech*. Interim certum, ex Auftrali Orbis parte illi malo originem effe, quod proin Ægypto peculiare facit Plinius, nullos ante Pompejum M. Italiam leprofos vidiffe, tradens. Cui argumento fit, quod Moles, omnium antiquiffimus Scriptor; Leges de leprofis varias, Græci ac Romani nullas, tulerunt. Vide fupra, ubi de *Lepra*.

Vitis, an à *veo*, quòd lenta; an à *vi*, quâ flectitur; an quòd *invitas* ad bibendum? ure apud priícos magnitudine fua inter arbores numerata eft, ut infrà videbimus. Hujus plantandæ inventum, ad Bacchum, ad Oenum, ad alios putandæ, ad alium, qui arrofo *vitis* palmite inpoiterum uberiorem proventum exhibuerit, referunt Plinius *l.* 7. *c.* 56. Athenæus, & Paufanias in *Corinthiacis*, certiffima fupra attulimus ab de *Vinea*, quæ *vitibus continua* *ager* eft. Nempe ex Sacris Literis difcimus, poft Patriarchas poft diluvium *vitem*, quæ primùs inculta fuerat, & fylveftribus plantis adnumerata, quæque effet folum inferviceat, ut volunt nonnnulli cum Maffio in *Gen.* arte excoluiffe, in vineta diftribuiffe, ac primum ex avis vinum expreffiffe & in potum adhibuiffe. Unde cùm illius vim ignoraret, præter opinionem inebriatus eft, ut notat, cum fic à peccato & intemperantia excufans, Hieronymus. Ob hoc inventum Berofo Anniano Janus *Viticr*, ab Hebr. *yin*, i. vinum ac *Hiftor.*, qui tot Ægyptii Pyrrhæ & Ogygiis diluvio anteriór, eodem vultu ætatem ante diluvium aftâm atque fecutam fit intuitus; illius fane, hujus inutio fpectato. V. Auctorem Anon. *Chinæ & Europæ cap.* 38. Procedente ævo magnum culturæ incrementum acceffit, quo de Plinius *lib.* 14. *cap.* 1. *In Campano agro* (vites) *populis nubunt: maritat, quæ complexæ atque per ramos earum procacibus brachiis genicolatæ cunctis fcandunt, cacumina æquant, in tantum fubfidunt, ut vindemiator auctoratus rogum ac tumulum exfpiet.* Ubi Vindemiatorem, dum ad putandum auctorabatur, paciíci confuevifle, fi forte cafu periret, rogum ac fepulchrum ibi fieri, impendio auctoran tis, indigitat. Quam ita rem V. plura *ibidem*, ubique paffim, nec non apud Salmaffium *ad Solinum pag.* 512. 586. & *pagg.* ubi & de balfami arbore, ad Vitium modum, excifa. Ufus earum præclarus, & quidem præcipuus hic eft, ob quem tantopere Noahum illarum plantatione delectatum ait Chryfoftomus *quòd* fc. *non ignoraret, Vini virtutem ad leniendum animi mœrorem, & vires hominis, quæ multo quam priùs imbecilliores erant, per illud reftaurarii: unde tanquam aliquod naturæ noftræ folatium ac remedium poíteris* illum hoc pacto relinquere voluiffe, addit. Praterea corona ex *Vite* in facris Bacchicis, non minùs, ac ex hedera & fmilace, olim frequens fuit, uti difcimus ex Athenæo *l.* 5. de cujusmodi coronis vitigineis, V. Car. Paíchalium *Coronar. lib.* 4. *c.* 1. Sed & *Jimonis vinen Callimachus Indices*. *Ita & Argis ſigmum palmites redimitum, ſubjectis petibus ejus corio leonino inſtitutum ejlentat nouercam, de exuvijs uitrinque privigni*, Tertullianus de *Cor. milit.* Duleiffimum verò liquorem ejus in facris fuis bibantur, Vett. fic tamen, ut de non putata id ieri nefas habeertur, ex Pythagoræ difciplina, qua de re vide Tobiam *Faberum* Fiuiæ *Gen. parvor. cap.* 15. §. 10. quemadmodum & fumine tactam, impuram habitam refert Plinius *lib. & cap.* cit. ubi de ligno ejus porrò fic habet: *Jovis fimulachrum in urbe Populonis ex uua conſiciunt, ita vetuſto incorruptum. Item Maſſilia paterau. Ab iiſdem templum Junonis columnis uitigineis ſtetit, etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſtandituc uite una Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præſtquam amplitudinem creuit, nec eſt ligno uſti acerrimo natura.* Idem ipfum quoque Dianæ hujus fimulachrum ex *vite* factum, ex fententia Maximi, alibi tradit, de quo videndus Salmafius *ad Solinum p.* 815. & 816. Contra nihil fumi ex illo ligno ad aptandum operi, ne quidem paviilum ad appendendum ei ullum inftrumentum aiti Deus Ezech. *cap.* 15. 3. Quare pergit Plinius, Verùm ita ex fylveftribus facta crediderim, quando ,, hæ vites tonfurâ annuâ coercentur, & vis earum omnis evo ,, catur in palmites, aut deprimitur in propagines, fecit que tan ,, tùm gratiæ ex his pluribus modis ad cuftimores foliq; ingenia. ,, Topario infuper operi deinceps vitis. *Sed vitis Apiane ex Lotæ particulas fubditas inambulationes umbroſis pergulis opacas, eadem duodenis muſſi amphoris fecunda*, Plinius ibid. In Ægypto inprimis circa Memphim, ubi perpetua coma Vites virefcitant, Salmafius *ad Solinum pag.* 270. & c. Neque vero *Vites* olim ipiæ in tot ulus placuerunt, ied & in teftellatis operibus *vites* expreffæ occurrunt apud Anaftafium Bibl. in *Zacharia*, ubi *vitium*, vel, ut alii legunt, *vitiumvitium*, quafi *vites ex metallo*; ejusmodi *particulas fubditas inambulationes umbroſis pergulis opacas*, *eadem duodenis muſſi amphoris fecunda*, Plinius ibid. In Ægypto inprimis circa Memphim, ubi perpetua coma Vites virefcitant, Salmafius *ad Solinum pag.* 270. & c. Neque vero *Vites* olim ipiæ in tot ulus placuerunt, ied & in teftellatis operibus *vites* expreffæ occurrunt apud Anaftafium Bibl. in *Zacharia*, ubi *vitium*, vel, ut alii legunt, *vitiumvitium*, quafi *vites ex metallo*; ejusmodi quæ appellant. V. quoque infrà, ubi *de vite Aurea*. Magni itaque muneris loco, *Gallis omnibus & Hiſpaniis ac Pannoniis, in vites haberent, vinumque conficerent*, permiíit Probus Imp. apud Vopiícum, cùm antea nec in Italia quidem Vitos inftituendi aut colendi, quantum quis vellet, ius eíTet, utpote liberrate hujus rei lege Domitiani coercita, quam refert Suetonius *c.* 7. ubi Calaubonum vide. At Lycurgus Spartanos, Diceneus Germanos, Getasque, Mahometes fectatores inter, Vites exticere vanitatis volucre: nec inter Chriftianos defuere errones, eadem fentientes, de quibus, ut & plura hanc in rem V. fupra, ubi de *Vinea* & *Vino*.

Vitis Aurea, in Templo Hierofolymitano fecundo, celebris olim, & qua botri inufitata magnitudine dependebant, fupra ipfum *Templi oſtium*. & quidem fupra coronas aureas & argenteas, in tra quas aureæ catenæ fufpendebantur, fuit collocata. Docet autem Calaubonus, duo diverfa ejus formæ donaria, quorum utrumque *Vitis aurea* appellatum fit, apud Auctores, reperiri. Strabo vero apud Jofephum dubitat, utrum, *Vitem vel Horum*, prius illorum debeat nominare. Quibus non diffimilia videntur fuiíe illa Apolloniatarum aliorumque Populorum donaria, quorum mentio apud Plut. *lib. de aud. Orat.* & appellat *ἄνθη χρυσᾶ, ἀδέλφεα aurea*, quod teftivos fructus fimilitudine referrent. Utriusque donarii meminit tum Jofephus, tum Pfeudogorionides, quorum hic plantas, ut Pfeudiffimus impoítor, nulla mentitur, præfertim ubi de poíteritate Noachi docte obfervatum eft Jofepho Scaligero *in Scaligerum cap.* 5. Antiquior *Vitis καμπάλου* fuit domus Haímonæorum, ut recte ait Scaliger, quam Pompejo dedit Ariftobulus, Alexandri Regis filius. At de poíteriore, quæ ab Herode in Templo à fe inítauratо, dedicata fuit, agit Jofephus *lib.* 15. *c.* 14. cum quo capite comparanda funt, quæ narrat Pfeudogorionides partim vera, partim falfa. Sed & *Vitis aurea*, quæ in Templo fuit, etiam in libris antiquorum Rabbinorum fit mentio, e quorum monumentis Zacuthus Lufitanus, Medicus Amftelodamenfis, ad locum operis fuiolitum hoc donarium loco moveri aut, unde facile intelligimus, cur Strabo non folum *Vitem* illud appellet, fed etiam *Hebr.* גֶּפֶן Vide Iíaacum Calaubonum *Exercit. ad Annal. Eccles. Baronii* §. 8. 108. Adde, quòd, præter nomen Alexandri Jannæi &c. inícriptionogonides omnia generis ac animalium figuris, omnatam Hasmonæorum vitem fuiíe, exiítimat Lipíius, qui verba Plinii, de triumpho Afiatico Pompeji, *lib.* 37. *cap.* 2. *Mons aureus quadrans, cum cervis, leonibus & pomis omnis generis, circumdata vite aurea*, ad nobilem hanc vitem trahit, *Elector. l.* 2. *c.* 5. a quo tempora Jovi Capitolino manlit ilæra. Nec minus artificii fuit, in illa, quæ fuper portam Templi Herodiani pendebat, *botryos ad grandines, racemos hominis longitudine*, cohibens, ut ait Jol. *Orig. l.* 15. *c.* 14. quamque mille talentis auri fuiíe æftimatam aiunt. Nec

Nec certè fine hujusmodi Artificiosis folia, uvæ, ac racemi autumni, ex ea à voventibus suspendi potuissent, quod tamen fieri solitum tradunt Talmudici. Sed nota Seldenus *Vitem* priorem, regium domus Hasmonææ clinelium nec omnino sacrum quid fuisse, antequam Jovi Capitolino Romæ offerretur, *de Jure Nat. & Gent. juxta Discipl. Ebræor. l. 2. c. 8.* ubi de gemina hac Vite (non enim aliam præter illas Herosolymæ, aiii in deliramentis Rabbinorum fuisse, ostendit & c.) multa egregia, ut & de similibus Perfarum Regum cimeliis, ex Athenæo *l. 7.* & 12. Herodoto *l. 7.* Plut. *de Fortuna Alex.* & Plinio *l. 33. c. 10.* & c. Causam v. *Vitis* fuse in eo ponunt Magistri, *quinam Synagoga Judaorum viti assimilatur*, ut videre est apud Constantinum *Emperor ad lib. Middoth c. 3. p. 33.* toties fc. in veteri Fœdere. Plin. v. 8. Oleæ *c. 10. n. 1.* & c. Idem potiori jure Christiana Ecclesia sibi vendicat, ex Joannis *c. 15. v. 1. & seqq.* Hinc & opere rustellato teu mulivo *Vitis* expreſ fa legitur, in æde Sophiana CPoli, apud Paulum Silentiarium *in Descript. ejus Parte 2. v. 235.*

μετ' ἀνεχοῦσι δὲ κιόνιβοι,
Κλίμακες χρυσοκόλλητοι ἀβρῶς ἐρεπτὸ ἄμπελος ἔρνη
Δερμὰν ἐλιξόεσσιν σκολιοὶς πλόκαμοι βοτρύοιβι
Ἴσπεδα δὲ σφίγγουσιν, ἑσσ' ἂν γένοιτο πίτυος,
Βοσκὸν ἐπιστομίοιο ἑλικοῖσι πλεγμασι χαίτης
Λέοντος.

V. C. du Freſne *Gloſſ.* voce *Vitium.*

Vitrago, nomen herbæ, quæ *helxine* aliàs, teſte Oribaſio: quòd *vitro* herbæ ſimilis ſit, vel ſimili virtute prædita. Sunt tamen qui *Pitrariam* vocent, ut Apulejus & *Pitreolam*, quia apta ſit, vitreis vaſis abſtergendis. Quam ob cauſam & *Urceolaris* dicta eſt, de qua V. pluribus diſſerentem Salmaſium *in Praexerc. ad Plin.* Alia eſt *Parietaria* herba, uti appellatur in provincia Narbonenſi, è cujus cinere bona cum quodam ſilicum genere mixtis, pretioſa ac nitidiſſima cryſtallina conficiunt Vitrarii Veneti. Eadem nempe cum illa, quæ in Ægypto & Syria frequens Arabibus *Kali* appellatur, quamque ad vitra conflanda jam olim ex uri in Græcia conſueviſſe, tradit Ariſtophanis Scholiaſtes *ad Nubes*, Ἥτις μὲν οὖν ἀφίεται τὸν βυθὸν τοῦ κεκαυμένου, ᾧ ἄλας ὠνοῦσι τοὺς κατασκευὰς ἔχοντας τοῦ λέγειν, οἱ πολλοὶ δὲ κλᾶ. Aliter & *Soida*, quaſi *ſolida*, quòd cineres ejus in lapide ferruminantur, propria vero nomine *Halimum*, quæ vide, & plura hanc in rem, apud Salmaſium *ad Solin. pag.* 1096.

Vitrarii, V. infrà *Pitriarii.*

Vitraſia, nomen gentis Romanæ, unde *Vitraſiano* SC. nomen memoratur Capitolino *in Marco Imperatore*, ubi Salmaſium vide.

Vitreum, apud Æl. Lampridium *Heliogabalo*, Æſtiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie præſinum, *vitreum*, alio die, Venetum deinceps exhiberet, ſemper variè per omnes dies æſtivos: coloris generis, Veneto & præſino affinis, diverſi tamen. Et quidem viride remiſſius & claius hic notat, τὸ πράσινον ἧττον vel τὸ ὑάλινον, tam ab herba *viro*, quàm ab illa ſpecie, quâ conſtant vaſa. At ſuccus ipſe herbæ *viri*, vel iſatidis, quo veſtes tinguntur, quoque Britanni olim corpora inficiebant, cœruleum obſcuriorem ſeu facit colorem, uti diximus, ſuprà voce *Glaſtum* & *Guetanum*. V. plura de hac herba, apud Salmaſium *ad Solinum pag.* 274. & *ſeqq.* Sic *Vitreum*, de colore apud Virgilium,

——— *vitreis ibat ſeditibus omnes*
Accepere ——

Et alibi,

——— *hyali ſaturo fucata colore.*

Ubi Servius, *vitreo*, ait, *viridi, Nymphis apto.* Similiter trigonales pilæ vitrei coloris erant: unde *vitreæ* dicuntur in veteri *Inſcr.*

Urſus togatus, vitreâ qui primus pilâ
Laſſi deenter cum meis luſoribus.

Aliud quid fonat *vitrea Toga*, apud Nonium, ut infrà videbimus. Alias *Vitreum*, quod ex *vitro* eſt: ut *Vitrea quadraturæ*, quibus *lumine aliisque medicamentis inſeritis domum inducitſe perhibuere* Firmus Imp. apud Vopiſcum; *vitrea feneſtra*, apud Hieronymum alioſque, e quibus Leo Oſt. *l. 3. c. 27.* & 32. *Feneſtras —— plumbo ſimul & vitro compactis labulis, ferroque connexis inclauſit.* Etiam *vitreæ* ſimpliciter apud Gregorium Turon. *l. 6. c. 10. it. vitria*, in lemmate ænigmatis *de Speculari*, apud Symphoſium, annotante Salmaſio,

Perſpicior penitus, nec luminis arceo viſus.

Græcis διάφανα, item ὕαλα, V. plura ubi de *Feneſtris*. *Vitrea poculo*, alia, de quibus paulo poſt. Addo ſaltem *Vitreum Calum*, Archimedi olim fabricatum, quod omnes cœleſtium corporum motiones, itinera, intervalla, proportiones, tanta arte exhibuit, teſte Pappo Alexandrino, ut totus Orbis ejus fabricam fuerit admiratus. Huic Sphæræ tres ſimiles oſtentat *Muſeum* Kircherianum, in Ara Magnetica, quæ in Muſæi medio ambulacro ſpectatur. Quarum media & grandior ſuitantis humidi, pendulum Orbis teneri globum in centro refert, quæ pondetribus ipſa ſuis libirata & motu occulti ducis, magnetis, circa ſuum cenſurum, 24. horarum ſpatia ſympathicè Angelo, qui in media aqua fixus manet, indicęque, occurrentia ſibi horarum intervalla dittingui. Secundus globus, cujus exteriorem ſu perficiem diverſis coloribus diſtincti circuli ſeu lineæ, Solis ac reliquarum Planetarum circumvolutionem diurnam & noctur nam diſcriminantes referunt. Genius in medio pendulus, ad ſuæ motricis virtutis imperium impiger circumit, ſcepiroque in vitreæ ſphæræ circumferentia, influxum præ dominantis Planetæ indicat. Tertia ſphæra Zodiacum & reliquam orbis ſiderei lucentem & fixam familiam refert, in cujus itidem medio Genius Magnete, ut prior, ſcetus, ibidem legibus 24. Meridianorum intervallis totidem horarum ſpatia, ad quodvis momentum ſidera fixa in noſtrum Horizontem influentia, oſtendit &c. Quæ latius videre eſt apud Georgiade Sepibus *in Collegio Rom. l. 7. Muſæo pag.* 20. & 21. ipſam vero Aræ figuram exhibet Auctor *in Arca Magna Lucis & Umbræ.* Nec omittenda *Vitrea catena*, à Lugduneſi quodam fabricata, tanti lubtilitate, ut non frangeretur humi allisa: ut & montes, ſpecus, animalia, ſuis depicta coloribus, jacula item minutiſſima, ut è cera dicerces confecta: currus item cum bobus, qui ſub mucæ alis oculatertur, quorum meminit Cardanus *de Rerum Var. l. 10. c. 52.*

Vitriarii, ſeu *Vitrarii*, Græcè Ὑαλεῖς, memorantur Ælio Lampridio *in Alexandro Sev. Braccariorum, Linteonum*, Vitrariorum, *Pelionum — & operarum artium veſtigal pulcherrimum inſtituit, ex eo*, juſſit *thermas — populi uſibus exhiberi.* Habuere illi vicum ſuum Romæ, in regione primâ, partâ Capenâ, ut docet Sextus Ruffus *in deſcript. Urbis.* Nempe conjunctim habitarunt, ſicut & alii Opifices. Namque ut probè Martianus *Topogr. Antiq. Rom.* obſervat, M. Varro Figulos quoque uno in loco conjunctim habitaſſe indicat, cùm dicit, *Venerem Argyraam juſſit inter Figulos.* Sandalarii Vicii, ſuprà memoratus, ſic dicti, non tam quòd Apollinis effigies, quæ ibi dedicata fuerat, ſandalis eſſet ornata; quàm quòd in eo ſandaliorum ſive calceorum Opifices habitarent. Idem de Suturibus clarè colligitur ex Plinio *l. 10. c. 43. &c.* Balduinus *de Calceo cap. 7. Admiranduram v. urearum operarii*, occurrunt apud Sugerium *de Adm. ſua c. 29. Viri factores* vocat Beda *de Wirenuth. Monaſt. I. 1. cap. 5.* Mille legatos in Galliam, qui viri factores, artifices videlicet & Mannin eateus incognitos, ad cancellandas Eccleſiæ portic. cuumque & cœnaculobium ejus feneſtras adducerem. Cujus modi (lapidearum &) Vitrearum feneſtrarum Artifices primus omnium in Angliam aſcivit e VVigfridus Epiſc. VVigotnienſis legitur, ap. Thomam Stubes *in Actis Pontificum Ebor. ſub Ann. C. 726.* apud Carolum du Freſne *Gloſſario.* Vide plura hic infrà.

Vitris, cogn. Veneris, V. ſuprà *Victor.*

Vitrum, quod *vitri* pervium, recentiori Talmudicis inter tria beneficia, quæ verbis illis Deuteron. *c. 33. v. 19. Theſauri abſconditi arenæ*, quibus ex littorali arena, quæ alioqui ſolet eſſe infœcunda ac ſterilis, magnas opes Zabulonitis acceſſuras promit Moſes, intellecta volunt, Nempe in horum finibus, ad ſecundum à Ptolemaide ſtadium, erat Belus fluv. ex cujus arenis vitrum confiatur. Tacitus *Hiſtor. l. 5.* Belus amnis Judaico mari illabitur, circa cujus os collecta arene admixto nitro in vi vitrum excoquuntur. Modicum id litrus, ſed egerentibus in exhauitum. Et Plinius *l. 5. c. 19.* Rivus Pagida ſive Belus vitri fertiles arenas parvo litori miſcens. Ipſe e palude Cendevia à radicibus Carmeli profluit Qua autem occaſione *Vitri* conficiendi ratio inventa, idem hisce tradit *l. 36. c. 26. Quingentorum, aſſium quinquagintà* legendum monet Bochartus *non ampliùs, litoris ſpatium. Idque tantùm per multa ſecula gignendo fuit vitro. Penna eſt appulſa navi mercatorum vitri, cum ſparſi per litus ejulas parerent, nec eſſet cortinis attollendis lapidem accipi, globis viri è navi ſubduciſſe. Quibus accenſis, permixta arena liquoris, translucentes nobilis liquoris fluxiſſe rivos, & hanc fuiſſe originem vitri.* Quæ arena Græcis proin *vitris* dicta eſt, ut Hebr. חָלָל *hul*, unde *vitrum* ὕαλον. Mox, pergit idem, ut eſt aſſuta & ingeniosa ſolertia: non fuit contenta nitrum miſcuiſſe: cœpitus addi & magnes lapis —— Simili modo & calculi ſplendentes multiſa riam cerpti uri: deinde concha & ſolibles hæreuæ. Auctores ſunt, in India è cryſtallo fracta fieri, & ob id nullum compa rari Indico. Sed, qui *vitrum* omne genus in India emporia à Mercatoribus Romanis afferri ſolita, tradit *Periplis* Auctor, nusquam meminit *viri* aut cryſtalli, quod ex illis emporiis in noſtrum orbem à Mercatoribus advecterur. Strabo tamen Indiam cryſtallia gignere ſcribit *l. 15.* ſed per χρυσόλιθος ibi cryſtallina facie gemmas, h. eſt, candicantes; inter quas adamas principatum tenet, intelligi debere, docet ad *Solinum* Salmaſius *p. 1093.* Reliquam *viri ex arena confici*endi, apud alias poſtmodum gentes, hiſtoriam pete ex Plinii loco. Poſt hujus demum ætatem, ex herba *vitrum* conflare Græci invenere, cui halimo nomen, uti ſuprà monuimus voce *Vitraria*, quæ ratio hodieq; obtinet. Ex cineribus enim ſilicis exuſtæ, admixtâ, quam *ſoldam* vocant, conflatur vitrum vilius. *Silicarios calices* Galli, *verres de Fouchere*, vulgò appellant: at ex cineribus herbæ, de qua Comici Interpres loquitur, cum quodam ſilicum genere mixtis, pretioſa ac nitidiſſima fua cryſtallina conficiunt Veneti Vitra-

rii, quo de re V. Salmasium *ibid.* p. 1099. Sæpe autem *λίθον* Auctores *vitrum* vocant, item *λίθους υαλους*, κ.τ.λ. quoque, quo nomine, cum proprie *frigus* & *glacies* denotet, lapidem speculatem ab idiotis fuâ ætate appellatum, scribit ille vetus Scholiastes. Unde & *κρύσταλλος glacies*, quam vocem pro *vitro* quoque nonnullis usurpatam, dilcimus ex Helychio aliisque. nosque Germani etiamnum *glaß*, licut *glace* Galli, vocamus. *Cistæ tanta, ut circa ultimum sensum ad ossa confecta, quicquid antiquis corporibus, Plinius d. l.* And non ineptè *vitro* ulum dicas Izpharum, *cum acutissimo lapide circumcidisse præputium filii sui* legitur Exodi c. 4. v. 25. cum & ballami fruticem, *vitro, lapide, officinæ cultellis* incidi ſolitum, teſtentur Tacitus *Hiſt. l. 5.* & Plinius *l. 12. c. 26.* Cœterum ut hæc ejus ad potandum Veteribus magnopere frequentata fuit, pulſo auro & argento utpote quod *κρυσταλλους* eſſet, ſi. c, *in translucente caviditum*, cui vitri generi ac colori maximus hónos ac pretium fuit. Unde וכוכית גבוה *vitrum altum* auro non cedere, niſi materia eſſet fragilis, ait Jonathan *ad Deuter. l. cit.* Et Plinius iterum, Neronis principatu modicos calices duos, *quos appellabant veteres, H. S. lex millibus* venisſe, refert ubi ſupra. Sed hisce potus ab arte pretium fuerit. Certè Viri officina Romæ fuit in Circo Flaminio, in qua poſtea ficlum pundtis coloratis, quaſi gemmis inſignita & cryſtallinis ſimilia: quæ ut pretio gemmaris æquanda non erant, ita ulu reperiebantur firmiora, quòd aquis caliais, ut veræ gemmæ, non vitiarentur aut fluerent. Inprimis vero Ægyptio rum artificium ingens fuiſſe in fo v andis *vitreis* calicibus verſicoloribus, quos Adrianus Imp. *Allaſſontes* dixerit, docet Scaliger *ad Propert l. 4.* & meminiſſe iſtiusmodi calicum Martialem *l. 14. Epigramm.* 115. ait.

Aſſoſi lis ingenium Nili, quibus addere plura
Dum cupis, ah, quoties perdidit auctor opus?

„Ad quæ verba tamen Salmaſius: Vitreos, inquit, hos cali„es fuiſſe, in quibus Ægypti ingenium artificiumque oſten„tabatur, arguit lemma *Calices vitrei.* Sed qui in re ſpec.abi„tur ars illa ſ an in colorum varietate? minime. In ſcilpturæ igitur & cælatura vifebatur, Vitrum enim argenti modo cæ„ſabatur. Plinius. Aliud ſtatu figuratur: aliud torno tertur, „aliud argenti modo cælatur, Sidone quotidiani ſcifficinis no„bili. Inſtatu figurandis vitris, ut nunc moris eſt, & in tor„no terendis, ut olim quoque ſolebant, nullum operis peri„culum. Nam & *Audaces*, qui plebeji erant calices & parvo „veniebant, torno formabantur, hinc *Trimalchio* Martiali dicta „at in ſculpendis ea landisque periculum non parvum. Sunt; „hi calices omnino, qui *diatreti* dicebantur Ubi non in variequ tate colorum, ſed in cælaturæ ingenio, artificium illud ponit„& quidem quod de *Diatretis* dixit, mentionem eorum idem Po„eta facit, l. 12. Epig. 70.

O quantum diatreta valent, & quinque comati?

„Ubi idem Salmaſius, Calices diatreti, id eſt, tornati & teſſella„ti, V. Turneb. *Advers. l.* 27. c. 31. Calices nempe erant vitrei, ca„vati perforatique, hoc eſt ſculpti. *Διάτρητα* enim eſt perfora„re vel cavare, quod ſculpere Latini dicunt. Qui enim gem„mas ſculpunt. quaſi quosdam ulcos in iis cavant & foramina ea ſo in primum inde *Cavatores* dicti gemarum ſculptores Alii erant *Aliaſſontes*, de quibus luo loco. Hi calices, ut & diatreti, cœterique Alexandri æqoptime fiebant. & maximo erant in pretio, atque inde in Indiam, Italiamque advehebantur.Un de inter merces Alexandrinas, quam Αἰγυπτίων ἱματίων vocabant Vett *vitrum* quoque occurrit, apud Vopiſcum *Aureliano*, *Vellejus ex Ægypto urbi* Romæ Aurelianus *vinii, chartæ, lini, ſtupæ atque anabolicas ſeſceas accruas conſtituit.* Cum contrà, quæ Romæ communiter fierent, illorum comparatione villa eſſent & χαλκὸς, ut ait Strabo, l. *ipſe vel aſſis quadrantaria*, venderetur. Cujus rei rationem ex eodem ſuppoſiti Salmaſius, *Sunt ſolita Romæ Vitrarior mulia commenta eſſe & ad vitrorum colores, & ad eorundem tornandorum facilitatem, unde tanta eorum villitas orta, ut vulgò vitreum poculum aſſe venundaretur, Not. ad Saturninum Vopiſci*, ubi de Vett. *Re Vitraria.* Ubi quod de coloribus habet, confirmat Plinius l. *cit. Fit & tincturæ genere Obſidianum, ad eſcaria vaſa, & vinum rubens vitrum, quod non translucens, hæmatinon appellatum. Fit album & nonſincerum aut hyacinthos ſapphirosve imitatum, & omnibus aliis coloribus. Nec eſt ulla alia materia, ſignacior, ut etiam pictura accommodalior.* In quibus tamen maxime de Alexandrino *vitro* loquitur, ut ipſa declarant: *Maximus tamen honos in candido translucentibus, quam proxima cryſtalli ſimilitudine — Eſt autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus liquor.* Talia enim Alexandrina poculа, *κρυσταλλοειδῆ*, atque hinc *cryſtallia* quoque abuſivè Martiali dicta, ſed caloris impatientia: cum quæ Romæ fiebant *κρυσταλλοειδῆ*, villera quidem, ſed & firmiora, haberentur. Quo nomine idem quoque illa Poeta commendat, hoc verſu.

Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua &c.

Interim fragilis hæc voluptas, & levi impulſu peritura. Sed & hic humana indultria ſuccurrere conata eſt, & vitra fracta ſul phure ſolidare ſeu malthare docuit, uti videre eſt apud Commentatorem Pichœanum Juvenalis *Sat.* 5. ubi Sutoris Benaventani calicem Pocta ait, eſſe

Quaſſatum & rupto poſcentem ſulfure vitro.

Rarior ars, ſed Auctori pernicioſa, quæ *Vitrum* ductile fmallea. bile oſtendit Tiberio Imp. qui, ne aurum præ *Vitro* vilescet, Auctorem cum officina ſuſtulit. Interim hodieque *Vitrum* radio rotave fecari, in quavis ſpecies arborum, florum, artificiorum, quin & in ſpecularia, quæ cœtera in eodem Vitro ſculpta reddant perfectiſſimè, pavonis caudam oculatam repræſentent &c. Francofurti vidit Adam. Preyelius *Sina & Eur. cap.* 43. *ubi Sinenſes exoryza quoque Vitrum mire perſpicuum, adeoque frabile confecre tradit.* Nempe & ſpecula ex vitro, a Sidonio excogitata, apud Plinium : & ſpecularia, de quibus abunde diximus ſupra, ubi de *Feneſtris Vitr.* & *Specularibus*: uti de *Speculis* itidem ſuo loco. Adeò non intra poculorum uſum nobilis materia ſtetit. Sed & præter hujusmodi vitreamina, habuerunt Vett. & in ſolo vitrum, ut in thermis Agrippinis facium: & pro pariete vitrum adhibebant, ut in Statii theatro : & vitreas quoque cameras facere inſtituerunt, teſte Plinio *lib.* 36. *cap.* 25. & Seneca *Epiſt.* 86. de quibus V. Salmaſium *ad Solinum p.* 1012. Quò pertinent *vitrea quadrantaria*, quibus Firmi Imp. inclusis, apud Vopiſcum, item ſpecula ſeu *ocreæ*, ut idem Seneca vocat *Epiſt ſeq.* quibus ſimiliter parietes domus diſtingui conſueverе V. ſupra vocibus *Orbes* & *Quadratum*. Imò & columnas vitreas miræ magnitudinis, in ædе quadam, memorat Auctor *Hiſt. Apoſt* quam in rem V. Caſaubonum *ad locum Vopiſci*. Nec vivis ſolùm multi plicem præſtat utilita tem *vitrum* ſed & mortuis in'ervire, docet Herodotus *lib.* 3. ubi in loculis mortuorum plus minùm olim ejus uſum fuiſſe tradit : *Cadaver enim*, inquit, *Ægyptiorum mortuorum, aliud ex aliis corporibus circumdans ἐξ ὕδατος, quà e vitro conflati, ου μάτη δὲ τὸ τοιοῦτον δηλοῦσιν οἱ νεκροὶ, ὅτε ὀφθαλμοὶ ἔξωθεν παρεχόμενοι, ὅτε ὅλοι κάτω βλέπουσι, in cujus medio interiores mortuus, nihil neque ingratiodoris, nec fœditatis ullius exhibens.* V. quoque Diodorum *l.* 3. Ubi qui *vitri* nomine Obſidianum intelligunt, lapidem Æthiopicum nigri coloris & translucidi, & ſpeculi inſtar imagines reddentem, recſtluntur à Sam. Bochartо *vitrum ſolide & ἀκράτου* cujuslibet formæ & cælatur. e capax (unde diatreta illa, de quibus dictum) usus nomen *malus* cum ipſa re ad vicinos populos ex Africa transferit, hic intelligendum pluribus docente, *Hieroglyc Parte poſter. lib. VI. cap.* 16. Ut vero etiam fracto vitro ſua ſua conſtet, in varios & illud uſus adhibitum: hinc fracta aut leta vitra contra ſulphur Romæ olim venditi conſueviſſe, innuit Papinius *l. 1. Sylv. 6. v. 74.*

— comminutis
Permuſat vitreis gregale ſulfur.

Horum unicum utilitate ſufficiat, quòd minutatim illa contuſa terminis nonnunquam ſubdita legimus apud Siculum Flaccum de *Condit. Agror Aliquibus terminis ſubduntur cineres, aut carbones. aut vitrea fracta, aut ollæ ſubcenſæ.* Et Arcadium Aug. *Sub terminis qualia ſigna invenimus? Aut cælcem aut gypſum, aut vitrea fracta, aut cineres, aut teſtam uſtam.* V. Barthium *Animad. Papin. ad h. l.* Quid quòd, *cum ignis propria & ſuprema actio ſit vitrificatio Chymici quidam rem illepidè ulciantes, vitreamina & cryſtallina exalima conflagratione exſurus*, uti ait Autor libri, cui titulo *Religio Medici*, *Sed & ollæ & illa addam, addita aqua vitrea fiſtas Sole ad verſo in tantum excandeſcere, ut veſtes exurant*, tradit Plinius ſæpè citatus, unde reperta ſpeculorum urentium materia, de quibus ſuo loco. Sed & *vitro ſinilo*, ut hodie, ſic olim quoque gemmæ adulteratæ, quod Indorum inventum facit Plinius unde & *vitreæ gemmæ*, pro fallis in *Hiſt. Aug.* & *vitreum* abſolutè de falſo lapide, apud Tertullianum, qui de re V. Salmaſium *ad Solin. p.* 1092. At etiam *vitrea veſtis* memineruntAuctores, tralatione utuntur, & pellucidam & tenuem indigitant: Nonius *l. 6. num.* 4. *Vitreum pertenue & pellucidum quilquid eſt.* Unde Varro *Vitrea Toga* mentionem facit, apud eundem *cap. 1. in lim.* & Circe *vitrea* nuncupata reperitur, quòd pellucerate, adeoque, meretricio indumento, ornaretur, vel quòd maris eſſet accola, Adrian. Turnebus *l. 8. c. 15.* adeoque hyali coloris haberet veſtem, de qua Virgilius *Georg. l. 4.*

At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit, eam circum Milesia vellera Nymphæ
Siccabant, hyali ſaturo fucata colore.

Hyali enim color vitreus, ut vocis Etymologia ſatis indicat, a isque Italis *Giallo*, aut ut aliis vilum, *Giallo*, V. Nicolaum Erythræum *de orig. linguæ Varnac. & lib. de colorib.* ut & Thomam Dempſterum *Paralipom. ad Rolinum l. 5. c. 31.* *Υαλος* autem *vitrum* eſt. Cùm enim *ὗειν* ſit *madidare* ac *humectare*, inde *ὑαλος*, *humectum*; & quia, quæ madidata ac aquâ aſperſa, ea lucent nitentque, hinc porrò pro *lucido* ſumptum, tandem peculiare nomen lapidis primò ſpecularis, inde *vitri* factum eſt, Salmaſius *ad Solinum pag.* 1096. V. ſupra quoque.

Vitruvius, ſeu *Vitſtorius*, matet Victorini Tyr. inter XXX. Tyrannos memoratur Treb. Pollioni ultimo loco, CASTRORUM MATER dicta, uti patet ex numinis ejus, de qua V. illum ibi,

nec

necnon in *Vita Lolliani*, ut & suprà, voce *Historia* vel *Historiæ*, cujus loco *Veteribus* vel *Vetustatem*, apud Auctorem hunc ubique legi, notant Jan. Gruterus & Claud. Salmasius *Non. ad l.* Idem nomen fuisse Proculi Imp. uxori, quæ postea *Sampsi* dicta, apud Vopiscum in *Proculo*, ubi vulgo *Pitargia* legitur, idem Salmasius docet *ad eum.*

Vitta, an quod ea pectus vincirentur, instar *vittis* ligantis, Isidor. fascia fuit, qua caput vinciretur, Perotto. Sic Rolinus, capitis ornamenta: muliebris, *Vitta* vocat, quibus illæ capillos colligabant, ex Ovidio *Metamorph. lib. 1.*

Vittæ *vocabulo pulsus fere hic caret capillus.*

Erantque illæ five Matronales multiplices, five Virginales simplices, de quibus plene Bernartius *ad Theodoros lib. 5. sub fin.* Propriæ enim honestarum Matronarum, Virginum, ac Vestalium furtæ, *Taniolæque* etiam dicebantur: de quarum origine, aliquid suggerit Val Maxim. *l. 5. c. 2.* ubi de matre & uxore Coriolani: *In quarum honorem Senatus Matronarum ordinem benignissimis decreris attonavit. Sanxit namque, ut feminis semitæ Virtutem, confessibus, plus solitis data, in sola* (quæ Matronarum propria) *quam in armis fuisse: Vestibusque civilium insignibus novum* Vittæ *discrimen adjecit.* Nempe cum Matronæ Libertinis crinium fertis discerneretur, quas solæ habere poterant, novum discrimen à Senatu adjectum, sc. *Vittæ* five fascioläe, quibus, ut & Stolâ, semper, præcipuè apud Poetas, Matronæ denotantur. Tibullus *El. 6.* — *Quamvis non* Vittæ *ligatos*

Impediat crines, pectitur longa pedes.

Virgilius *Æneid. lib. 7.*

— *Matres idolatrique Latini*

Solvite crinales Vittas, *capiat ora nefandi*, &c.

Juno quoque, apud Martianum Capellam *de Nupt. Mercur. & Philol. lib. 1.* exprugatioris suæ *vana splendente addiderat crinibus fasciole vinculum.* Id est, *Crinalem Vittam*, ut Dempsterus exponit. Sic enim Statius *lib. 1. Sylv. 2. versu 241.*

Dat Juno vittæ *crinales*

Vinculæ & pingui geminas concordia dextra.

Neque verò Matronarum solum, sed & Virginum nondum nuptarum fuisse *Vittas*, discimus ex Val. Flacco *l. 1. Argonaut.*

Ultima Virginei tum fletu dedit ossula vittæ.

Meretricibus verò, sicut Stolâ, ita & Vittis, interdictum fuit, Octav. Ferrarius *de Re Vestiar. Part. 1. l. 3. c. 17.* V quoque solerium *de Pileo sect. 6.* & Thom. Dempsterum *ad Rosinum l. 5. c. 35.* Imò & amplior *Vittarum* usus fuit, neque muliebri solùm mundo adnumerare fuit, ut Critici docent. Namque & Sacerdotes gerant *Vittati*, & Pueræ & fupplices & ad ultimum fupplicium ducendi: Templa quoque ipsa, & aræ Deorum ac Victimæ: Navesitem & portu exitare, aut post longinquam navigationem reverture; Faces tandem nuptiales, Ludorum præmia, arbores que ipsæ, certis quibusdam Diis consecratæ, ut diligenter ac erudite præfatus Joh. Bertartius *l. 2. de Ornatu.* Adde & diademata prælocorum Regum nihil aliud, quàm *Vittas* fuisse discolores, ut ad Claudianum exposuit Dempsterus. Et quidem, quod de Sacerdotibus Victimisque dictum, confirmat apud Virgilium impostor Sinon, cum *Æneid. 2.* sic loquitur:

Jamque infanda dies aderat, mihi sacra parari,

Et salsæ fruges & circum tempora Vittæ.

Et infrà, — *Vittas, Deum, quas hostia gessi.*

Sic Ovidius *Metam. 15.*

Victima talibe carens & præstantissima forma,

Nam placuit, sacris vittæ, *Vitiis insignis & auro*

Sistitur ante aras & c.

Unde *στεφανίδες* Βιβ. Lycophr. *bivem insulatum seu* vittatum, habet. Sicut quoque *vittatum*, exhibet vetustissimum mármor, à Cafalio publicatum, in quo Silvani facrificium describitur apud Fortun. Licetum *de Gemmis Annular. Schem. 32. cap. 119.* De Sacerdote Chyrie Hom. *Il. a* εἰμαται ἐρεὺς ὃν χρυσὸν Ἀπόλλωνος. Fuerint autem hæ & lanæ. Festus, *Fascias pannis filamenta lanea, quibus Sacerdotes & Victimæ ornabantur.* V. quoque Varronem *l. 6.* Inde, cùm antiquitus, flores atque frondes ad sepulchrum ferre, moris esset, postea addi cœpit lana. Joh. Meursius *ad Lycophron.* Idem tamen, tuppa laudatus Bernartius, accuratiùs inter *Vittas* & Infulas distinguens, Infulam asserit esse fasciam laneam, partem capitis capillo tectam ad bina tempora aperientem, utrinque adstrictâ ac dependente vittâ; quo factum, ut Vittæ Infulæque non raro confundantur. quem V. omnino, ut & Salmasium ad Tertullianum *de Pallio c. 4.* ubi *de Coronis Sacerdotalibus*, & Juvenalem hoc de iis versu,

Pauca adeò Coronis vittas *contingere dignæ.*

Verbo, *Vittis* cingebant Veteres, quidquid volebant consecratum, uti pluribus docet Casp Barthius *Animadv. Papin. ad Theb. 8. v. 127.* Color iis albus & purpureus. Idem Poeta ib. *l. 2. v. 738.*

— *& ab arboris esula*

Nectent purpureas ego vittas *diversimine* vittæ.

Ubi, *alterne*, ait vet. Scholiastes, *albo & purpureo colore textas.* Et *l. 4. v. 218. Albaque puniceas interplicat insula* vittas,

Communiter v. albæ fuere, uti idem Barthius *ad prior. l.* docet. Phœbe jorum inprimis Antistium. Statius iterum de tali *Acdili, lib. 1. v. 11.*

— *grimis albescunt tempora* vittis.

Sic *albam* vittam, in spica corona, pro religiosissimo insigni datam, notat Plinius *l. 16. c. 2.* Quia v. *albescens*, ait Poeta, non *albens*, putat Barthius & hisce purpureum quid infusse, *Animadv. ad l.* Isidem frons olea nonnunquam innexa. Idem alibi,

— *glaucæque innexus olivæ*

Vittarum proverbia bonos —

Vel lauri, ut Pafchalius colligit ex Marc. Capellæ his verbis *c. 1. Subderida tamen Clario fictibus personanti, atque inter seria laurigera insultarum lubrico, lusuique crine.* V. illum *in Coronarum libris l. 4. cap. 16.* ut & suprà voce *Insultatrices.* vero tamen in rempretter Auctores jam memoratos, apud Salmasium *Not. ad Anonymum Popisc.* ubi inter alia *corum & phrygium & vittam & fasciam & mitram & tiaram*, synonyma, & de vinculo primùm capitis, inde & de vellium ornatura, ut uspata esse, adnotat. Hinc *Vittatus*, quod cognomen L. Metello, quia ictericis causa frontem fascia circumdederat, inditum, annotante Alexandro Neapol. *Genial. Dier. l. 1. c. 18* aliis quid signet, ex præcedd. liquet.

Vitula, adde: Hinc *vitulare* verbum. Gr. *γυναικίζειν*, h. e. *voce latari, & γυμνίζειν*, quod Germani quoque imitantur. Item *vitulatio*, quo modo sacra hojus Idoli appellata — Nonnulli tamen non tam à lætitia, quàm à *vita* dictam volunt, quod *Vita* frugibus fustentetur, quarum causa Vitulæ Deæ sacra facta, five peculiare illa Numen, five cum Victoria, quam sequitur pax, tautitasque omnis, idem fuerit. V. omnino Macrobium *Saturnaliorum l. 1. c. 12.* Apud recentiores à vi Scriptores, vox Muficum instrumentum denotat, quod *vielle* & *vioon* Galli etiamnum vocant, V. C. du Fresne *Glossar.*

Vitula, Hebr. וְיָשַׁר Hosex *c. 10. v. 11. Ephraim vitula est, quæ assuevit & amat triturare*, V quoque Efai *c. 50. v. 11.* non tam *vitula herbilis* est, quæ herba velcitur, ejusque pallu pinguescit, ut placet nonnullis: quàm *vitula triturans*, quæ loti tritivæ affluevit neque alia re delectatur, adeoque idem cum *vitulo* מֹרֵג *morag l. Sam. c. 28 v. 24.* nili quòd genus mutatum. Cujusmodi vitulos bovesque, ad aræ palum aut columnam, vel etiam ad fe invicem collo adalligatos, grana pedibus lappositis olim triturasse, & quoni m os corum capidrare Lex prohibebat, illorum est eximie pinguefieri contueville, dixi mus supra, ubi de Vett. *Triturat one.* Gravius opus erat, aratio, in quo sub jugo ligabantur, colla illarum atterente atque exulcerante, Quo respicit Poeta, cùm ei memoratus juvenca adhuc

Assuetus, & suus vacat, & jugo ferre colla recusat,

Indomitæ, quam nondum aratro subdere colla, nec jugum docili.

Oleas iden *juvem amreprecti iviam* talem vocat. *c. 4. v. 16.* fluit prom ut affuefcerent, pluribus plagis erat opus. Jerem *c. 31. v. 18. Me castigasti & castigatus sum, ut vitulus non edomitus.* Nempe tum non aliter, quàm ftimulis & verbe ibus bovum vel ignaviam, vel contumaciam coercere: ac proinde ftimulum boum vocabant Hebræi *malmad*, quafi *domabilem* dixeris. Poftmodum artes variæ accellere. Namque Columella, poftquam dixit, *restinctatis eos continuare & nunc eum clavo, nunc virgula procedere, modicis ictibus subinde impetus eorum coercet. l. 7. c. 2.* docet, quomodo ad patientiam laboris pauciffimis verberibus juvenci perducantur. Nempe fi fabricetur jugum, quo tres jungantur, & juvencus contumax inter boves veteranos collocetur. Tum enim five efferatus proilit, duorum arbitrio inhibetur: fieu conflitit, duobus gradientibus obsequitur; ieu conatur decumbere, à vehentoribus trahitur. Quòd eft, quod bovem cubitorem, h. e. qui in medio fulco decumbit, non vult ftimulis, aut ignibus aut aliis tormentis excitari, fed pedes ejus vinculis obligari, ne aut infistere, aut pregredi, & per hoc pasci poffit. Quo facto indeñà & hi compulius deponit ignaviam &c. V. Sam. Bocharti tum *Hierozoi. Parte poster. lib. II. cap. 41.* Ut alia præteream. De usu facro id faltem addo, quod *Vitulo deceruvitandæ* in cafu homicidii, cujus Auctor ignotus, lex & hiftoria habetur Deuteronomii. Deus tus, ut miniftrum fuerit eadaver hominis occifi in terra, " quam Dominus Deus tuus dat tibi poffidendam, jacens in a " gro & ignoratus fuerit homicida, egredientur Seniores feuftres " byteri tui & Judices tui & metientur à loco cadaveris fingula- " rum per circuitum diftantias civitatum. Et quæ ceteris eft vi " cinior, tollant Seniores illius civitatis *Vitulam* feujuvencam " de armento, quâ non eft fervitium ullum tactum & quæ non " traxit jugum. Et deducant Seniores illius civitatis *Vitulam* il " lam in valle. Accedentque Sacerdotes filii Levi, quos elegit " Domi nus Deus tus, ut miniftrent ei & benedicant in nomi- " ne Domini; & juxta verbum eorum erit omnis causa atque " omnis plaga. Et omnes Seniores civitatis illius, qui propin- " quiores cadaveri, lavabunt manus fuas fupet *Vitulam* in valle " deceviciam & refpondebunt & dicent, manus noftræ non " fuderunt fanguinem iftum, nec oculi noftri viderunt. Propitius" esto Populo tuo Ifrael &c. Tum nempe, cùm in campeftribus aut ruftici locis cadaver occifi in terra jacens reperfum eft, neque fcieiatur, undenam cædes illa evenilet, Synedris five omnibus, five aliquot ex auctoritate omnium, Synedrii Magni exeundum erat, ad loci cadaveris aut urbium circumjacentium inde diftantias metiendum, tum ut ita urbem cadaveri proximantem, tum ut, an ejusdem, ut proximan-

eis, ex Lege, ratio habenda esset, ipsi dignoscerent. A' cadavere n., non mensurabant intervallum aliquod, præter ea, quæ inter illud, & urbem aliquam, cui inerat Synedrium Vigintitrium virile, intercipererentur; aliis minoris notæ prorsus præterm. Mensura fuit certe peracta, sepulchrumque cadaver, & dein Hierosolymam Synedri præfati redibant, sed de homicida interea nil conflaret: tuncque vicinior is cadaveri Urbis Synedrium Vigintitrivirale, juvenem bimum, aut ætatis minoris, in vallem, qua ipsis defcripta est, ducebant ibique decervicabant; nec solum ipli, verum etiam universi Seniores feu Presbyteri alii ejusdem Urbis aquâ ibi lavabant manus suas, carmon in Lege præscriptum lingua fanctâ pronuntiantes, *Manus nostræ non fuderunt sanguinem istum, nec oculi nostri viderunt.* Ideft, in Doctorum explicatione: *Expiatum populo meo, nec venia accidas hic & dimittas id à nobis in posterum, nec eum vindictæ & dimissionis eum incusatum.* In causa nimirum non fuimus nos, sive hospitio eum non excipiendo, sive cibum aut itinetis comitatum aliave humanitatis officia ei non præstando, petenti non præbendo, ut inde hujusmodi cædis infortunium, extra Urbem vaganti eveniret, qua de re V. plura, apud Majemonidem *More Nebochim Part. 3. c. 40.* Sequebatur dein Sacerdotum carmen expiatorium, lingua itidem sanctâ pronuntiandum, *Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine, nec reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.* Quod si binarum Urbium adeò videretur par omnino à cadavere distantia, ut quamvis vicinior, fatis dignosci nequiret, uniuscum ut rag; ut fuc ie, *Vitulam* adferebant, acq; altera alteri partem ejus sua conditione adjecta, si reverà vicinior esset, donabatunde hebat, ut juvencæ integra domina, ut vicinior ex iis, eam decervicaret, cùm utraque simul id facerent, neque enim binæ juvencæ, unius loco, decervicandæ erant. Noctu porrò hic tutius non peragebantur, fed interdiu tantùm, humanaturque *Vitula*, nec omnino caro ejus aut pollucebatur, aut gustabatur, aut pars ejus ullaufui alicui relinquebatur. Valli item ipsa in æternum inculta nec sata remanebat &c. Josephus, ubi de hac lege agit, *Orig. Judaic. l.4 c.8.* quantop;te à Talmudicorum fcitis recepti simis discedat, ut & plura in hanc tem, V. apud Jo. Selden num *de Synedriis Vet. Ebr. l.3. c.7. nbi & de cædis dein atque dein ita patratæ luftratione ac expiatione publica apud Athenienses & anglonormannos item veterum consuetudine, eruditè disseris* Nec omittendum quòd duos aureos vitulos, quos cultus ergò Jeroboamus exerit, in fœminino genere לעגלות *vitulas* vocat Holcas *c.10. v. 5.* Quod ad contentum videtur pertinuisse ut illud Græci Vatis *Il.8.* —— *Ἀχαιὸς ἐς, ὦκ ἰὼ Ἄργεοι.*

Et Romani, *Æn. l.9.*

O vós Phrygia, necenim Phryges ——

Nec dubium, quin illud *Ephorus* apud Strabonem genere multum valuerit apud Hebræos, qui Deorum fexus nefciunt, ac proin in Diis centent Berith Judic. *c.8. v.33.* & Astarten t. Reg. *c.11. v. 5. 33.* quamvis revera apud cultores fuos pro Deabus habitæ fuerint. Fœminino itaque genere *juvenca* feu *vitula* appellantur idola Jeroboami, ut illa non haberi posse pro Deo, cujus nomina omnia masculina sunt, eo magis conflet. V. iterum Bochartum ubi supra *c.34.* ut & quæ paulo post dicemus. Quod verò *Vitula* & quidem *trienni* se clamantem comparat Prophera Esaias *c.17. v.5.* & Jeremias *c.48. v.34.* Inde eft, quòd in folo bonum genere fœminina mare vocalior, terrio inprimis anno, qui plenior ætas & firmius robur; ante quem proinhoc genus domiturae non esse aptum, Plinius tradit *l.8. c.49.* & Columella *l.6.* & eidem Bocharto laudati *c.41. cit. V.* quoque supra, voce *Juvenca.*

Vitulus, Græcè antiquitùs Τρόσχος, aut ab Ἰσραὴλ, quod *taurum* notat, A. Gell. *l.11. c.1.* aut quod plerique, quafi vegetus, *vigitulus*, Varr. *à virida ætate*, Isidor. Ægypti fuit Symbolum, inprimis Sacerdotum, Fortun. Licetus *de Gemmis Annul. Schem. 48. c.149.* Nota enim de Deo illorum *Vitulo* vel Bove Api historia, apud Herodotum *Thalia*, Diod. Siculum *l.1. c.4.* Plinium *l.8. c. 46.* Strabonem *l.17.* Solinum *c.35.* Melam *l.1. c.9.* Alios. Cujus idololatriæ occasio juxta nonnullos ex eo fuit, quòd monumenta in memoriam Josephi Patriarchæ, qui totam Ægyptum in septennali fame per septem vaccas Pharaoni in somnio præfigurata conservaverat, erecta processu temporis in superstitionem versa fuit. Quam imitati poltea Israelitæ, *Exod. c.32. v.4.* ut dicitur in 2. dita, id eft, *Vitulum conflarunt* in deserto, cujus rei historia prolixè narratur Exodi *c.32.* Quum enim videret Populus, *admodum differre Mosen defendere ex monte, congregasi ad Aaronem dixerunt ei, age, fac nobis Deos, qui anteant nobis. Et dixit eis Aharon, rumpimini detrahite inaures aureas, quæ sunt in auribus uxorum vestrarum, filiorum vestrorum, filiarumque vestrarum & afferte ad me.* Quod cùm factum, *Forma vitli* è calo fecit, ex eo *Vitulum fusilem: tum dixerunt, hi Dii tui Israel, qui eduxerunt te è terra Ægypti. Quod videns Aaron, extruxit altare coram eo proclamavitq; Aharon dicendo, festum Jehovæ erat. Surgentes luce, postridie mane, obtulerunt holocausta & appliarunt Eucharisteria: sedit q; Populus ad edendum & bibendum, deinde surrexerunt ad ludendum.* Dilcilfe autem id Idololatriæ genus Israelitas ab Ægyptiis, facile patet ex collatione *Vituli aurei* & *Vituli* Ægyptiorum, feu bovis *Apis* cognominati. Namque uti huic peculiares fuæ notæ erant, in dextro quippe latere candicans macula, cornibus Lunæ crefcere incipientis, nodus fub lingua, quem cantharum appellabant, fasciculus in capite, Plin. *l.8. c. 46.* & Suid. ita *vitulo vitulum suum torna vis fusilemque fe.it Aaron.* Apidem lolemni festo, latabundi ac tripudiantes celebravere Ægyptii, Suid. quod itidem fecere Israelitæ. Tandem, cum Apidem mas non esset certos vitæ annos excedere, *mergum eum in sacrarium fons emecabam*, Plinius ubi supra: quod itidem *Vitulo aureo* contigit. Moses enim, *accipiens eum exuftaigne, comminuitque donec minutus esset, differgensque in superficiem aquarum, justit bibere filios Israelis*, Exodi *cap.xxii. versu 20.* Nec eft, quòd Hebræorum quidam Aharonem excufaturi culpam hujus Idoli conflati, in profelytum quendam Ægyptium referant, qui Magica arte effecerit, ut inaures aureæ, ab Aharone longe alio fine in ignem conjectæ, fponte in *Vitulum* conflarentur: namque alii, quibus major candor, lubentes confitentur, graviter hic Aaronem peccasse. Unde Prov. apud Illos, *Nullum Judæum divinitus Israelis transiisin quo non fis incita Vituli*, ut tellatur Moses Gerund. V. quoque Munsterum in *Exod. cap. 32.* & plura in hanc rem, apud Voslium *de Idolol. lib. I. cap. 3.* & Thomam Godwynum *tr. An. tiquis de Ritibus Hebr. lib. 4. cap. 5.* Sed quæ de superstitione Ægyptiorum, occasione Josephi orta, eruditi hi Viri tentiunt, non adeò firmo ftat talo. Id certum, non minus accepisse Ægyptios ejusmodi ignem ex Ægypto recte arcessi, ubi *vituli* & boves in plurimo cultu fuere, uti Memphitarum idolum Apis & Heliopolitarum Mnevis docent: sacra item vacca, cui à Momemphitis honor præstitus. Præter quos alii boves non quidem Dii, sacri tamen, habiti sunt, teste Strabone *lib.17.* At jam antea boum cultum in ea genie frequens fuit: qui non eos vivos solum coluere, fed etiam simulachra illorum, in templis erecta, V. Exodi *c.8. v. 26.* Strabonem *l.17.* Herodotum *l. 2.* Suidam voce Βοῦς, Alios. Et his, durante fervitute, Israelitæ non minus accepta Ægyptiis, fervi verunt, Josua *c.24. v.14.* Ezech. *c.20. v.7.8.* quos proin, pritine superstitionis memores, ad Ægyptiorum exemplar, aureo in deserto *Vitulo* fuso, fefe compofuiffe, colligitur ex Actorum *c.7. v. 39.* quam in rem V. egregia complura apud Sam. Bochartum ubi supra *c.34.* Verbum addam de modo, quo *Vitulum* comburi, contriverit, & in pulverem redegerit Moses. Namque aurum poste comburi, ac multis ignibus ad ultimum subverem redigi, negant metallicæ rei periti. Itaque funt, qui herbæ cujusdam vi id factum esse asserant; alii alia comminiscuntur. Bochartus vitulum non aliter combustum esse oftendit, quàm auri illius fufione, ex quo conflatus fuerat. Quamvis enim virtuli materia, i. aurum in igne non pericrit, forma tamen & fpecies externa lic abolita eft, ut hæc pro vera combustione haberi potuerit: à quo lequendi genere Romanos non abhorruisse, hadet, quòd *suffiraun* vocabant locum, *in quo metalla conflabant.* Sic deftructum limâ Moses elimatum, in pulverem redegit, femen attrivit: artem enim elimandi aurum Hebræis non fuisse ignotam, oftendimus supra. Hinc molusse dicitur, quòd ramenta auri tam minuta essent, quàm quæ in pistrino funt commolita. Tandem hanc ieobem in aquas conjecit hasque populo bibendas obtulit, ut idololatriæ reos cognoscerent, uti Sacerdos adulteras dignoscebat aquæ amaræ potu, Numer. *c.5. v.* 27. Quòd vero fignum in reis apparuerit, non liquet. De *barbas aureas*, quarum inde natam volunt Hebræi, vidimus supra: plura apud Bochartum habes d.l. Simile idololatriæ genus communitet habetur illud, cujus Auctor Jeroboamus fuit, primus X. Israelis Tribuum Rex. Is namque, veritus ne fubditi sui ascenderent Hierololymam, in domum Jehovæ, ficque Populi animus rediret ad dominum fuum, *initio conflio fecit aureos* Vitulos aureos. *& edixit Israelitis, suis vobis, ne non ascendatis Hierosolymam, ecce Dii tui o Israel, qui eduxerunt te è terra Ægypti: horum q; unum posuit Bethelæ, alterum collocavit Dano. Sic fuit res ista in (cujus) peccati, cur iverit Populus coram hoc Deorum unq;. Para vit enim sibi mum excelsorum & fecit Sacerdotes è Populo, qui non erant è filiis Levi. Et conflituit festum mense octavo, quinto decimo die simile festo quod in Jehuda & ascendit ipse altaris similiter, & fecit Bethelæ sacrificando Vitulis quos fecerat t. Reg. c.12. v.26. & seqq.* Quam *Vitulorum Jeroboamicorum* hiftoriam accurate exequitur idem Sochartus *ubi*, quod eft *de auris Aaronis & Jeroboami Vitulis*, Rurmannus verò jero boamum Cherubinorum, qui ex Propitiatorio erant, Arcæ, in Templo Hierosolymitano, emineban figuram imitatum contendit, ut fic defideriam fuis Hierofolymam ascendendi eximeret, tan quam iisdem divinæ præfentiæ symbolis fruerentur. Ita n. is *Synopsi Theol. l.4. c.14. Part. 1. §.19. Eminebant ex eo* (Propitiatorio) *ex eodem auro, duo Cherubini, Exodi c.25. v.18–20. quibus duos filiorum facies appingunt, ad Angelos exprimendos; & binos sacratos vitulos, ne pro Deo haberentur, ac Propitiatorio utrinque incubuisse, superque illud ad decem palmarum altitudinem alas expansis se tulisse. Discribit autem illos alter Scriptura, apud Ezech. c.1. & 10. insta ra animalium, quatenus facie, hominis, leonis, aquilæ, est de pingens. Et sex iis alas auribus Esaias c.6. v.2 conf. Apocal. c.4 v.8. & c.10. v.8. quarum bina in altum elatæ, binæ leniter expansæ, as bina demisse erant: subque alis ad cancllis partibus manus humanæ collocat Ezech. c.1.8. & c.10. v.8. simil; corporeoculatos v. 12. pedibus insistere facit, quorum extrema pars vitulinum calcem referebat; unde & Vituli dicuntur cap. 10. versu 14. & solida erat, insuperque la vi-*

„kevigati æris refulgebat. Ut erecti potiùs in despiciatorio „fieterint, frontibus adversis, ac Propitiatorium despectanti„bus. Atque hinc simul intelligi potest, quinam fuerint Vi„tuli aurei Jeroboami, 1. *Regum cap. 12. versu 28, 29.* Cetera, *Vituli* non in cibis solum, fed & in deliciis veterum Hebræorum fuere. Hinc Abraham apponit Angelis *vitulum tenerum & bonum*, Genes. *cap. 18. vers. 7.* & Regi Sauli Pythonissa mactari jubet *vitulum marbel*, h. e. triturando faginatum, qua de re vero diximus. Nec pater familiis in parabola quidquam habet lautius, quo reficiscentem filium excipiat, quam *vitulum saginatum*, Lucæ *cap. 15. versu 23.* Contrà apud gentium nonnullas, in mensam vitulos admisisse, summum censebatur scelus. Orienti quoque Valens Imperator legem dixit: *Ne quis vitulinam obiisare carnem velles*, ut agricolationi consuleret, quæ re Cœlium Rhodiginum vide *Lectionum antiquarum lib. 28. cap. 2.* & supra ubi de *Bobus* ac *Carne bovilla*. Vituli namque & tritutationi, & arationi adhibiti, atque ad has operas cum industria assuefacti sunt jam olim, ut vidimus. Sed & hodie non licere Mosci vitulos mactare, tradit Alexander Guaginus in *Moscovia*, & nota Jo. Basilidis in operarios quosdam fame pressos, qui vitulum emptum mactaverant, crudelitas exercita A. C. 1569. cum arcem V Volochdam extruerent. Præter hunc ulum, & sacris adhibiti *Vituli*, tum apud Israelitas, tum apud Gentiles, inter quos Romani tribus lætis *vitulum* Dijs tuis offerebant, unde *vitulare & vitulatio* nonnullis dicta, v. supra. In fœderibus quoque, Ita enim bove aut *vitulo* in duas partes diviso, inter has partes transisse eos, quorum erat jurare fœdus, legimus Jerem. *c. 34. v. 18. & 19.* cujus ritus alibi in Scriptura nullum est vestigium, nisi quod Gen. *c. 15. v. 9, 10.* jubetur Abraham *Vitulum triennem*, capram triennem & aritetem triennem, per medium dissecare, & partes singulas singulis ex adverso opponere. Tum v. 17. lampas ignis inter segmenta illa transiit, i. Deus O. M. per typum illum significatus, qui cum Abrahamo fœdus peppigit, ut dicitur *versu 8vo*. V quæ supra diximus de *Bove* & *Cane* limili modo apud Macedones dissecto; & de *vitulo mire magnitudinis, candido, sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in lauro une, ave, in alio coronam*, nato matri Aureliani Imp. in omen Imperii filio aliquando conferendi, Fl. Vopiscum *in Aureliano*. Atque hæc de proprio vocis fignificatu. Alias *vituli*, elephantorum quoque pulli dicta sunt, ut viviere est apud Plin. *lib. 8. & Ælianum Hist. lib. 10. cap. 1.* ubi hic *pegon* Græce itidem vocat. Æthiopes insuper, de filio, catulo & pullo hominum, quadrupedum atque avium, vocem usurpant, uti docet Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. II. cap.* 27. Inde *Vitulinus*, inter cognomina Romanorum, inter quos *Pomponius Vitulinus* memoratur eidem *ibidem cap.* 43. &c.

Vitulus Marinus & *Vitulus* etiam absolutè, animal amphibium, nomen hoc nactum, quòd in somno mugit, *boca* ob eandem caulam dictum est, à *boando*, ut ait Festus, nisi malis id ex „Græco φωνη factum: accipit diligiimam, voce pariter & vi„su populum salutat, incondito fremitu, nomine vocatus re„spondet. Nullum animal graviore somno premitur. Pinnis„que bus in mari utitur, humi quoque vice pedum serpit &c. Plinius *l. 9. c. 13.* Ejus pellem, (quam etiam *detractam corpori sensim aquorum resinere, iemperq; ipsu maris recidente inhorrefcere*, addit idem) contra tonitrua & fulgura semper & ubique pro remedio circumtulisse Augustus legitur, apud Suetonium *cap. 90.* Cujus magicæ vanitatis ac inepiæ persuasionis, quæ olim aliorum quoque mentes tenuit, præter Plinium eundem & Spartianum *in Severo*, teltes sunt Plutarchus *Sympofiac. l. 5. Problem. 9.* ubi eadem vis & ficis inesse traditur, *Geoponicorum* Auctor *l. 1. cap. de grandine*, & in simili argumento Palladius *lib. 1. cap.* 35. Cum vero animal hoc, apud Septentrionales inprimis, copiosum, amphibium sit, ut dictum, carnesque & lardo constet, ferupulum movit plurimis, circa delectum ciborum haerentibus, utrum eo tempore Quadragesimalis ejusmodi vesci liceat. Quam in rem utrinque allatis causis, nec dum lite decisis, nonnulli simplicius & commodius asserunt, ex ipso *Vitulo* demonstrationem sumendam, ut, cùm partum fecerit in littore, si ad sylvas à venatore compulsa be lua fugerit, abstinendum sit ejus esu, tempore prohibito: si verò ad aquas, secure ea vescendum. Pinguedine certe ejus utuntur in obsonis, loco olei, carnesque inillar porcinæ in vasa recondunt, Olaus *lib. 20. c. 7.* Plura de eo V apud Gerhardum Johan. Vossium *de Idololatr. lib. 4. capp. 2. 15. 21.* & qui de *Animalibus* ex professo scripserunt, nec non supra, voce *Phoca*.

Vitumnus & Sentinus Deus, apud Romanos, ad *vitam* sensumque infantibus dandum, erant instituti, quemadmodum Alemena ad alendum, aliaque Numina ad alia officia eiden tenellæ ætati erant attributa. De qua tota Deorum fictitiorum familia adiri potest, præter Tertullianum, Augustinus *de Civitate Dei lib 7.*

Vitumnus, V. *Vitumnus*.

Vitургia, Proculi Imp. uxor, apud Vopiscum, ubi *Viturvia* legi mavult Salmasius, V. supra.

Tom. III.

S. Vitus, circa A. C. 300. temporibus nempe Diocletiani Imper. Martyr obiit, cum Modesto & Crescentia: quod paucis tetigerat *in Martyrologio* Bedæ, Usuardi, Adonis & Romano 15. Jun. fusè autem deducitur apud Surium *in Vita* ejus ex *MSSis* expressa. Hujus corpus a Fulrado, Abbate S. Dionysii Româ sub Pipino Rege translatum fuit Parisios, Sigeberto teste *Chron. ait ad an. 757.* Anno 2836. fub Ludovico Pio, ut idem ait, reliquiæ *Viti Parisiis ad Orbejam Saxonia translatæ: unde Francis testati sunt, quid ab illo tempore gloria Francorum ad Saxones transitaſſet.* V. & V Vitichindum *Gest. Saxon. lib.* 1. Porrò Rugiani, qui à Saxonibus, & Corbejensibus inprimis, religionem hauserant Christianam, eorum exemplo *S. Vitum*, summo habuerunt in pretio templumque magnificum ab eo *Viti* vocitarunt. Postea in Gentilismum relapsi, perstiterunt in *S. Viti* cultu, supremi eum Numinis loco evehentes, uti docet Helmoldus *Annalib. Slavorum lib. 1. cap. 6.* Inde enim omnibus provinciis Slavonicis responsa petita & sacrificia annua exhibita: Nec Mercatoribus, qui forte ad illas fedes appulere, nifi facultas data vendendi emendique. nisi prius de mercibus suis huic Deo prætiosissima quæque libassent, Flamen quoque illius regio honore cultus. Vocarunt autem eum *Zuantie Vith*, corruptè ex *Sanctus Vitus*, qui hodieque Polonis *Swviety Vit*, cique *in peculium honoris*, ut idem Helmoldus ait *c.38. annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptisset, iisabant: tanta circa Fanum ejus reverentia affecti, ut neque jusamentis facilè indulgerent, neque animum Fani vel in hostium tumrari paterentur.* Similia habet *lib. 2. capp. 12.* & Albertus Crantzius *Vandal. lib. 3. cap. 37.* Saxo quoque Grammaticus *l. 14.* inter alia hac de re sic loquitur: Rugiani, quondam à Karolo M. expugnati, sanctumque Vitum *Corvegiensem*, religiosi nece infignem, tributis colere jussi, defuncto victore, libertatem repotere cupientes, servitutem superstitione mutarunt, instituto domi simulachro, quod *Sancti Viti* vocabulo censuerunt. Ad cujus cultum, contemtis Corvegiensibus, pensionis summam transferre coperunt, affirmantes, domestico *Vito* contentos, externo obliqui non oportere.“ Quamobrem Vitum veniente sui solennis tempore, coram“ moenia turbaturum, à quibus tam similem monstro figuram“ acceperit. Meritò namque eumab his injuriarum pœnas exi„gere debere, qui venerabilem ea s memoriam sacrilego cultu“ fuerunt complexi V. quæ supra dicta de *Rugiis*. Simili planè modo, in regione Permia, Stephanum Episcopum divino honore fuisse affectum, docet Sigism. Liber Baro Herberstenius *Commentar. rer. Moscovit.* De utroque prolixè agit Greb. Johan. Vossius *de orig. & progr. Idolol. l. 1. cap. 41. ubi de hominibus divino cultu affectis.* Nec omittendum, quòd, cùm Slavica hæc furperstitio diu inter Bohemos quoque viguisset, illi hodieque hoc. spitem vel amicum peregre advenientem excepturi, *Vitei, Vitei*, ingeminant, quasi à Suantovito concessæ faluti gratulantes: *quia forte ita evenit, ut peste quondam inter vicinos increbescente, ipse clamaverit, qui hoc idolum colebant, à contagio incolumes permansisse*, Dubravius *lib. 1.* &c.

Vituviarii, in *l. 2. Cod. Th. de Colleg.* qui fuerint, V ibi Jacob. Gothofredum.

Vivaria, Græcis ζωϊγεια & ζωϊγεια, ut apud Strabonem est, septa funt animalibus includendis, damis, leporibus, aliis: seu *septa, in quibus viva feræ pascuntur*, *Leporaria* aliàs dicta, Varroni *de R. R. lib. 3.* V. supra in hac voce. Item *Roboraria*, à tabuli roboreis, quibus circumsepta, A. Gellius *l. 2. c. 20.* medii æviScriptoribus *Parci*, item *Boriviola*, quas voces itidem vide. Sicut *Lodicia* dicebantur cellæ, in quibus saginabantur *viva* animalia, turdi, gallinæ, alia: Atticè *oinirnx*, Grammaticis ἀφατγεια-φῶια. Et ζωϊγεια quoque cavea, quibus avicula includi mos, Salmasius ad *Solinum pag. 1209. Piscina* verò ubi pisces &c. quamvis nonnunquam hæc omnia *Vivaria* generali comprehendantur appellatione. Sic enim *Vivariorum* tres species facit Gellius *d. l. Ornithonas*, Gall. *les Voliores*, *Leporaria*, Gall. *les Garennes*; & *Piscinas*, Gall. *les Estangs*. Quamvis ex eodem colligatur, *Vivaria* potiùs ad feras pertinuisse, ut Græcorum θηρωτρόφεια, & *libraria* Hebræorum, quam vocem ex Latino deprompsam, docet Bochartus *Hierozoici Parte prior. lib. I. cap 19.* ficut & βιβάριον Græcorum, qui ambo recentiori ævo pro piscina solùm, sicut Galli *vivier*, vocem sumere cœperunt. Et quidem Samium Tyrannum *Polycratem* omnia, quæ erant alibi, ob delicias congregasse, canes ex Epiro Molossos & Lacænos, ex Scyro & Naxo capras, oves ex Mileto & Athenis, fues ex Sicilia, tradit Athenæus *l 12. c 19.* Apud Romanos primus aviaria instituit M. Lælius Strabo Brundisii. Exquisitis ordinis Ex quo tempore cœperunt Romani carcere animalia coercere, quibus natura eolum assignaverat, Plin. *lib 10. cap. 50.* Aprorum itaque & glirium, cœterorumque sylvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Lippinus, & in Tarquiniensi feras pascere instituit. Quem mox lequuti L. Lucullus & Q Hortensius, idem *l.8. capp. 51.* & *57.* E quibus Hortensii vivarium, quod *is non Leporarium* prisco more, fed *Onotrotrophion*, appellari voluit, exactè describitur, à Varrone *l. cit. c. 13.* Nevero gula Neptuni arbi-

trio subjecta maneret, C. Sergius Orata, peculiaria sibi maria excogitavit, æstuariis intercipiendo fluctus, piscinamque diversos greges inprimis oratarum unde illi nomen, & ostrearum, separatis molibus includendo, Plin. *l.* 9. *c.* 54. Eadem ætate prior Licinius Muræna reliquorum piscium varia invenit, *Ibid.* privatum verò C. Hirtius murænarum vivarium primus instituit. Cochlearum auctor fuit Fulvius Hirpinius, in Tarquiniensi, paulo ante civile bellum. quod cum Pompejo M. gessum est, qui & saginam earum excogitavit, ut videre est apud eundem Plin. *c.* 56. &c. Sed nec gulæ solùm, verùm & avaritiæ, hæc argumenta fuere: cùm multi ingentes ex hujusmodi ὀψοτροφείοις sibi opes paraverint. Unde *magna vectigalia ex ingenio suo percepisse* Oratam præfatum & *primum pensiles balineas excogitasse in mangonizatas villas subinde vendendo*, ait idem *lib. and cap.* 54. *ch.* V. quoque Geth. Jo. *Vossius de Histor. l. 4. c.* 23. & hic passim. Longè laudatior Mauritii Imperatoris largitas, qui domum, in qua senes morbosi alerentur, maximis impensis, *Nosocomium summusque* hinc dictam, extruxisse legitur, apud Cedrenum &c. V. suprà, ubi de *Gerontotrophiis Vett.*

Vivas, ut & *Vivax*, acclamatum jam olim Principibus. Trebellius Pollio *in Claudio 11. Quum esset nunciatum, illum cum Macriano fortiter contra gentes in Illyrico, dimicasse, acclamavit Senatus, Dux fortissime, habeas virtutibus tuis, clementiam tuæ — Vivas Pater

Ulmis, gratissima vitibus arbor. Papinius Statius *l. 5. Sylv. 1. versu 49.*

Qualiter æquævo fulciatum palmite vitem
Ulmus amat, *misceat*ą, nemus ——

Manilius *lib. 5.*

Et te, Bacche, tuas nubenem junges ad ulmos.

Alii passim, de utriusq; arboris conjugio mira, sed vera narrantes, ut ait Barthius *Animad. ad Statium d. l.* Gymnosophistis sacra etiã fuit, à qua Apollonius humanã voce salutatum quod scripsit Philostratus, sive hoc quis, vel Damidis, aut alterius fuerit commentum, Hieronimi quoque, ut fabulatur, objectat Eusebius *Contra Jul. l. 8.* adnotante Vossio *de Idolol. lib. 3. c. 44.* Ejus sponte renascentis portentum memorat Plinius *l. 16. cap. 32. Factum hoc populo Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nuceriæ, in luco Junonis*, Ulmo, *postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procurrebat, vetustatã ipsonte, tia ut protinus floreret: à quo deinde tempore Majestas populi Romani reflorrexit, quæ antea claritãs refulsit fuerat &c.* Vt de hac arbore plura, apud Plinium *lib. 16. cap. 17.* alibique passim, Matthiolum *Commentar. in Dioscorid.* & alios *Rei Herbariæ* Scriptores. Addo saltem, quòd *Ulmeis virgis* in fervos olim animadverterint Romani, unde *ulmitribæ*, Plauti vox. Nomen quòd attinet, inde videtur ortum, quòd *ulig*ĩ*nosis* locis arbor gaudet. Gr. *τελμία* &c.

Ulna, ex Græco *ὠλένη*, propriè brachium, cubitus. Calpurnius *Ecl. 1. versu 45.* de Numeriano Cæs.

—— *maternæ cubitus sub pectore ulnis.*

Unde *tendere ulnas*, dicit Statius *Thebaid. l. 10. versu 509.*

—— *pronas tendentis Amymonis ulnas*

*Fundentis*q; *preces* ——

Quo modo tamen Virgilium non fuisse loquuturum, retur Barthius *ad l.* Harum candor, cùm fœminæ pulchritudinis non minima pars fit: hinc Juno *λευκώλενος* non uno loco Homero dicta &c. V. Chr. Beemannum *Origg. L. L. pag.* 1150. Ex eo deinde sumta mensuræ ratio, aut spatii. Et Suetonio quidem *ulnam* mensuræ ratio, ut spatii. Et Suetonio quidem *ulnam*, *cubitus*, i. ex origine: Servio *spatium est*, *in quantum utrag. extenditur manus*; quemadmodum ἀγκὼν Græcis, *ὁ ἀπὸ βραχίονος μέχρι δακτύλων.* Quam mensuram quatuor cubitis determinarunt, aut quod idem est sex pedibus. Cujus rei ratio hæc: Quoniam longissimi hominis communis mensura sex pedes non excedit. Quantus autem modus à vertice ad calces patet, tantum esse constat inter longissimos digitos utriusque manus expansæ. Hinc apud Cretiam in *Judicis*, *ubi supra*, *qui manus expandunt & extendunt, ut aliquid ample*ctendum, de calamis Indicis, *τὰ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι πεφυκότα μέτρα ἀξιόλογα.* Sed Suetonii definitio potior; nec bene ἀγκὼν *ulna* redditur. Duas enim *ulnas* homo habet, ut duo brachia & duo cubita: quarum ambarum extensio ἀγκὼν est. Interim hodie *ulnam* dicimus, quæ longe cubito major est, & pro locorum varietate mensuram quoque habet variam, Salmasius ad *Solinum p.* 1234. & 1235. Apud Scriptores Anglicos *Ulna* modus agri est, cujus mensura ad *solium ferendum* Joannis R. exacta, *V. Monasticum* Angl. *Tom. II. p.* 381. &c.

Ulphilas, Socrati, *Gulphilæ* Lilio Gyraldo *Dial. 1. de histor. Poetarum*, *ex vet. cod.*

Moysis primus Hebraicas exaravit literas,
Monte Phœnices fagaci condiderunt Atticas,
Quas Latini scripturatus, edidit Nicostrata,
Abrahaim Syra, Solim primus Chaldæicas.
Ifis artes non minore protulit Ægyptias.
Gulfilas promsit Getarum, quas ridemus literas.

Vixit circa A. C. 370. temporibus Valentiniani ac Valentis Impp. ac Gothorum, qui *Moisens* vocati in Mœsia, fuit Episcopus: cui Geticas sive Gothicas literas etiam tribuunt, Socrates *Histor. Eccles. l. 4. c. 27.* Jornandes *in Geticis*, Ricobaldus Ferrariensis *Chron.* cui tit. *Pomarium Ecclesiæ Ravennatis.* A quibus dissentit Cornel. Agrippa *de Vanit. Scient. lib. 1. cap. 2.* ubi Gothos ait à Gordano Episcopo literas accepisse. Nisi *Ulfilas* fuerit binominis, seu Arigrippa corrupto codi. e fit usus. Qua de re fic Vossius *de Arte Gramm. l. 1. c. 9.* Si Gothi, quibus ex Scandinavia origo, deum Ulfilæ vel Gordani Episcopi temporibus, literas acceperè, quam fidem meretur, quòd Johannes & Olaus Archiepiscopi aiunt, Scandinaviæ incolas habuisse suas literas, ante repertas Larinas, h. e. annis ante Christum natum prope mille ducentis? Planè veteor, ne fortè Runicæ literæ, quæ veriùs scripserint, quàm inventæ fuerint. Lubens quidem illud dedero, quòd Ulphilas Gothicas dictitur literas invenisse, id ex eo profectum videri, quòd, antequam ille Biblia in Gothicam transtulisset linguam, paucis ex ea gente literæ essent cognitæ, ac propterea nec habere illas nationibus aliis crederentur. Attamen istud persuadere mihi non possum, fuisse Gothis suas literas, antequam eas haberent Latini. Similiter Wormius *Liter. Runic. c. 4. Ulphilam* characteres hos non invenisse, sed ad exemplar rantum eos protulisse, fusè demonstrat. V. quæ diximus de literis *Runicis*. Quod verò de Gothis ad Arianismum ab eo seductis traditur, non adeò liquet: cùm Socrates & Sozomenus quidem scribant, eum in Arii hæresin prolapsum, *sive necessitate coactum, sive quòd sic de Deo loquendum esse, putaret*: uterque tamen eum laudet, *quod Gothicas literas adinvenit & divinis Scripturis in Gothicam linguam conversis, divina Oraculo barbaros docere cœpit*, V. Sozomenum *lib. 6. cap. 37.* Socratem *lib. 4. cap. 34.* & plura hanc in rem, apud A. Rivetum *Summa Controv. Tract. I. Q. 5.*

Ulpia Bibliotheca, memorata Vopisco *in Probo*, *Usus autem —— præcipuè libris ex Bibliotheca* Ulpia, *ætate mea thermis Diocletiani &c.* ab *Ulpio* Trajano Imp. nomen habuit, & primò qualem alicui nobi lorum Trajani operum annexa, postmodum à Diocletiano, ut thermarum fuarum ornatui celebritatem inde conciliaret, eò translata est. Cafanbonus *ad l.*

Famina illustres.

Ulpia Gordiana, Gordiani senioris, ex Metio Marullo, mater, è genere Trajani Imp. memoratur Capitolino *in Gordianis.*

Ulpia Marcella, fil. Marci Ulpii Dama-Paradoxi & Canidiæ Baliæ Sacerdos Dianæ, in urbe Thyatira, statuam meruit, curâ & sumptibus Andronici Andronici gerfri & Stratonicæ fil. Menogenis, qui illam educaverant; uti diserimus ex *Inscr.* Græca hodieque in ea urbe, quæ jam *Hakkissar* dicitur, superstite, & descripta. à Cl. Sponio *Itiner. Part 3. p.* 108.

Ulpicius, an *Ulpius* Crinitus, dux Illyriciani limitis & Thraciî, sub Aureliano Imp. apud Vopiscum in *Vita* hujus.

Ulpium Forum, occurrit apud Jul. Capitolinum *in Marco*, *Multi Nobiles sulle Gormanico, sive Maromannico, sive plurimarum gentium interiorum, quibus omnibus statua in Foro* Ulpio *collocavit.* Sic Augustum in utraq. Fori sui porticu statuas Ducum dedicavisse, apud Suetonium legimus. V. supra *Forum.*

Ulterpes, chorea species, vetita *can. 76.* Concil. Sareber. A.C. 1217. an ex Gallico *Outrepied*, C. Du Freine *Glossar.*

Ultio, mandata hæredi, apud Romanos olim, memoratur Suetonio *in Vespasiano cap. 6. Factum exemplar epistolæ — desuntis Vitellianis ad Vespasianum extremo obsequium*, ultionem *mandantis.* Nempe fic illi foliti, ultionem mortis suæ amico aut hæredi mandare; ut Germanicus apud Tacitum *Annalium lib. 2.* quidq; non ulciscitur hæres, jure civili indignus habitus hæreditate *leg. 9. C. de his qua indign. Pauli Sent. Tit. 5. lib. 3.* Unde & filii conquestio apud Attium *in Epigon.* ex quo Marcellus profert *in Ulpi.* Ejusdem modi Francorum jus, apud Aimoinum *Histor. Francor. lib. 4. cap. 28.* Nec dissimiliter Senatusconsultum Silanianum, de ultione Domini. An verò ultio jus rei in Sacris, ubi de mandatis Davidis R. ad Salomonem fil. circa Simei & Joabum? V. quoque Curtium, ubi Darii, & *Sinitarum Rerum* Scriptores, ubi Monarchæ Zunchinii ultima, enarrant: præter Theod. Marcilium *ad Suetonium d. l.* Certè etiamnum id non uno Italiæ loco in usu esse dicitur; sed & vix ulli ingratum votum illud Didonis Punicæ,

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor &c.

Nec mirum, cùm *ultionis* naturæ nostræ, sibi relictæ, nihil sit jucundius, ut Homerus alicubi ait, aì quem Eustathium vide: longè aliter sentiente Apostolo, qui *Ultionem*, veluti rem sacram, Deo propriam facit, *Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω &c.*

Ultreja, apud Landulfum de S. Paulo *in Histor. Mediolan c. 2.* ubi de expeditione Hieroslymitana Conradi Ital. R. sub A. C. 1098. nomen clamoris seu cantilenæ militaris: an quasi *ejaculatoria*, & cantus, vel potius *ultra nares*? ut suspicatur Ferrarius *de Vet. acclamationibus & plausu l. 6. c. 7.*

Ultula, V. supra *Noctua.*

Ululatus, luporum propria vox: quam inbello Romanosimitatos esse, ex Josepho colligere est, qui Jotapatenses justit *πρὸς τὸν ἀλαλαγμὸν τῶν πολεμίων ὑποβρυχίοις τοῖς ὠσὶ, καὶ μὴ πικτανθλίμμενοις*, ubi Interpres, *ad Legionum* ululatum *aures obturare, ne metu percellerentur.* Nisi malis hic vocem de quocunque gravi ore sono intelligere; cùm Græcum *ἀλαλαγμὸς* quemcunque noter *barritum, ululatum, jubilationem*, sive Dianum, sive militum, qui vel ante pugnam, atque in ipsa pugna exultare, vel post victoriam adeptam solent, uti supra videmus ubi *de Clamore militari.* Placuisse autem is Romanis clamor videtur, in honorem Jupæ, quæ Romulum cum fratre lactavit, & ab illo tempore in signis illorum eximium habuit locum. Sed & Romanos, tanquam lupæ uberibus alios, *luporum animos* habere afferit ille, apud Justin. *l. 38.* quam in rem Bochartum vide *Histor. parte prior. l. III. cap. 10.* Hinc *ululata gratia*, apud Statium *Theb. l. 9. v. 724.* ubi tamen Lutatius *ululanda* legit, & lugenda: ac mox Iuli excipienda intelligit: uti *ululata aria*, i. omnia etiam spatia ululatu seu ejulatu fœmineo completa, habes apud eundem *l. 10. v. 561.* Namque & clamor quilibet consultus hac voce venit. Idem Poëta *l. 1. v. 338.*

—— *Ogygiis ululata furoribus antra*
Deserit, & pingues Bacchæo sanguine colles,

Ubi Bacchi festa indigitantur, magno tumultu perstrepentia, quali Deasiter hic furens temper inducebatur, ut mille locis videre est, in Nonni *Dionysiacis*; adde Catullum *Epithalamio Pelei*, & Ovidium *Metamorph. l. 3.* Imò proprium Baccharum hoc verbum fecere. Juvenalis *Sat. 6.*

—— vinoq; feruntur
Aluninæ, crinemq; rotant, ululantq; Priapi
Manades ——

Unde *Bacchæi ululatus*, Ovid. *lib.* 11.

Tympanaq; & plausus & Bacchei ululatus.

Quid autem in illis facerimnis Orgiis inclamari & *ululari* solitum fuerit, V. suprà voce *Evoë*. De Hecate tamen eadem vox occurrit, apud Virgilium *Æneid.* 4. 4.

Noctturnaq; Hecate triviis ululata per urbes &c.

Commune tandem tam lætis, quàm infortunatis rebus, id verbum. Lucanus de Sæva l. 6.

Non tu bellorum ſpolius ornare Tonantis
Templa potes, non in latiis ululare triumphis.

V. Caſp. Barthium *Animad verſion. Papin. ad Statium Thebaid. lib. 1. cn. 1. & lib. 5. verſu* 729. quo poſteriore loco eqvitum verba Poëtæ,

—— lætoq; ululante tumultu.

Originem vocis quod ſpectat, *ululare* factum Becmanno, ex Græco ὀλάζειν ſeu ὀλακτεῖν, *latrare*, qvod ex Hebr. הלל, vel ex Græco ὀλολύζειν, indidem deducendo, *quod proprie de clamore dicebatur, quem volebant, mactata victima, qui sacris intererant, ut ab Herculeis id obtinuisse, mirum hunc à Libya in Græciam manasse dicente*, V. eum in *Origg. L. L. pag.* 701. & 703.

Ulyſſes, adde: Delphinum clypeo inciſum habuit, cùm aliàs aquilæ antiquitus Heroum clypeis inſculperentur. Scholiaſtes Ariſtoph. *Ranis*, Εἰώθασι γὰρ ζωγραφεῖν ὁι τὰς ἀσπίδας ἐκτύπε. De *Ulyſſe* autem Lycophron *Caſſandr.*

Ἐν θ' ἁθροίσειν ἀζυγέλοι λαοὶ φίλοι
Δελφινόσημον, κλόνον φοινικῆ θοὸν.
Vos relictis mutilo ſocialibus
Delphiniſigne, ſure Punicæ Deæ.

Cujus rei cauſam exponit ex Plutarcho G. Canterus. Ejusdem verò *Ulyſſis* iconem, in gemma ſignatoria, quendam priſci ævi Principem virum circumgeſtaſſe, Euſtathius *in Hom.* auctor eſt. Idem, cujus cum Ajace de nobilitate contentio apud Naſonem extat, ut nobilis exprimeretur, pileatus pingi eſt ſolitus, quemadmodum & Dioſcurorum nobilitatem pileis novimus adumbratam. Pileum enim eſt, poſtlibertatis, ita prius nobilitatis ſymbolum fuiſſe, pluribus docet Pierius Valerianus *lib.* 4. *cap. de Pileo.* An Afciburgii fuerit conditor, quæritur. Certè apud Tacitum de *Mor. Germ.* quosdam legimus *opinatos, eum longo errore in hunc Oceanum delatum adiſſe Germaniæ terras Aſciburgium, quod in ripa Rheni ſitum hodieq; incolitur, ab illo conſtitutum nominatumq;. Arcuinigrum*? *Aram quinetiam Vlyſſi conſecratam, adjecto Laertæ Patris nomine, eodem loco olim reperiam &c.* Sed, ſi Homericorum navigiorum, quæ aperta erant, fœnisque carentia, ſpeciem ac figuram conſideremus, ea longè reperiemus infirmiora ac humiliora, quàm ut Oceani æſtum perferre poſſent: quem tribus anni menſibus vix triremes egregiè factæ, optimâ materiâ atque opportunè æsis adhibitæ, ſuſt-nere valent. Dein, quis credat, per Hiſpanicum. Gallicum, Britannicum Oceanum, eum pervagatum, in Germaniam demum penetraſſe, atque aras illic & delubra effe nactum? Cùm inſtructæ claſſis, non leubi à paucis remigibus agitari, id ſuadet opus. De *Vlyſſipone*, vulgò *Lisboa*, Luſitaniæ metropoli, major veri ſpecies: quam ab *Vlyſſe* condtam & nomen arguit, & præter Strabonem, præcipuum hujus ſententiæ, invito Polybio, tibicinem, *lib.* 3. teſtatur quoque Solinus Polyhiſtor *cap.* 56. Qui & *cap.* 35. de Britannia ſcribens, inter alia, hæc memorat: *In quo receſſu Ulyſſem Calidoniæ appoſuit, manifeſtas ara Graiis literis inſcripta.* Verùm, an *Vlyſſis* illhic extent monumenta, in dubio eſt. (Nec enim prorſus extra fidem, ut cætera Hercules fuiſſe remur, ita non unum *Vlyſſem* purare) Homerici quidem extare nulla, Joh. Brodæus *Miſcellan. lib.* 3. *cap.* 4 pluribus docet. De *Vlyſſe* verò Britannico, quem laudatus modò Solini locus adſtruit, haud diſplicèat Guil. Camdeni conjectura *in Britann.* aram illam in Ulyſſis potiùs honorem, quàm ab ipſomet poſitam, exiſtimantis. Quod ipſum de ara in Germania eidem conferaea dicere, non fuerit abſurdum. Cæterùm plura de *Vlyſſi* erroribus dictoru, vellit aurem Seneca Epiſt. 88. *Quæris Vlyſſes ubi erraverit, patiò quam efficias, ne nos ſemper erremus. Non vacat audire, utrum in Italiam & Siciliam ſteterit an, ex extra notum nobis orbem: neq; enim punit in tam anguſto error eſſe tam longus*, &c. V. Matth. Berneggerum *in Tacitii Germaniam Quæſt.* 10. & Voſſium *de Idolol. lib.* 1. *cap.* 36.

U M.

Umbella, dicta ab *umbra*, quam facit, Græcis σκιάδιον, caput, velut coelum quoddam, tegit; fœminis hodieque nobilioribus in uſu, inprimis in Italia. Ejus meminit Martialis *l.* 14. *Epigr.* 28. cui lemma, *Umbella*:

Accipe quæ nimios vincant umbracula Soles,
Sis licet & ventus, te tua vela tegent.

Id eſt, quæ, ſicubi publica defecerint in Theatris vela, ventis revoluta, ut ſeq. *Epigr.* privata arceant nimios Solis ardores, ipſiuſque vim Venti. Portabant illas ancillæ, hinc *Umbelliferæ* dictæ. Ovidius de *Arte Amandi lib.* 2.

Ipſe tene diſtenta ſuas umbracula Virgis;
Ipſe face in turba, qua venit illa locum.

Ubi Amatorem hortatur, ut, ad captandam puellæ gratiã, ſervilia etiam miniſteria non detrectet. V. Laur. Pignorium *Comm. de Servis.* Sed &, cùm apud Athenienſes maximâ pompâ peplus inferebatur Panathenæis, profequebantur Athenienſes omnis ordinis, omnis ætatis; neque Athenienſes tantùm, ſed etiam Inquilini, & quidem mares cum ligonibus, fœminæ cum hydriis ac *Umbellis*, ex Lege: Τὰς μετοίκους ὡς τὸ πομπεῖον, ἀντὶ μὲν σκιάδας φέρειν τὰς δὲ ὑδρηφόρους αὐτοὺς ὑδρίας καὶ σκιάδια, apud Harpocrationem. Qua de re V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Aticas lib.* 1. *tit.* 1. Fuit quoque *Umbella*, capitis tegmen, quo in Aula Conſtantinopolitana, olim Veſpera utebatur. Ita enim Codinus *de offic. Eccleſ. & aulæ Conſtantinop. cap.* 3. *Tegumentum capitis, quo Deſpota utitur, quod* Umbella *ſeu* Umbraculum *appellatur, totum ex margaritis conſtat. Umbo ſeu ambitus præſert nomina ejus quæ geſtat illud, aurucla-autem fimbriatum. Tæ ουα, qualia ſuis Imperatorii pilei, excepto nodo & palmulis.* Quæ illius pilei *ουα*, *apicem*, expoſuit Junius. Quid ſint, ambigit Greſerius *lib.* 2 *Comm. cap.* 4. Notat vero paulo poſt Codinus, ne eo ipſo Deſpotæ pileo *Cum Deſpota adibus exit*, *nullum tegumentum ſert in capite, dum in palatio verſatur, ſed manet aperto capite. At, quando equitat, tum ſert eum quem deſcripſimus pileum* &c. Et paulo poſt, *Cùm ad ephebi ætatem proveſſi, tunc ſert eum, quem ante deſcripſimus pileum idq; etiam in Palatio.* V. quoque Solerium *de Pileo Sect* 9. Neque verò Deſpota ſolum, ſed & alii Proceres, ſua quisque Umbracula & σκιάδια habuere, quibus viz. illis urendi ius ab Imperatore erat conceſſum. Ἠρχιεπίσκοπος Acropolita *cap.* 11. πρωτοσπαθαρίῳ τῷ Νικήτᾳ τὸν μέγαν σκιάδειον ἐπιτρέπει. Nicetas teste Duca ab Alexandro III. Pontif. conceſſa, *Umbellam* autem quoque memorat Sabellicus *lib.* 5. *Ennead* 9. &c At *Umbella* ſeu *Umbraculum*, quod, ex pellibus compactum expandi aut contrahi ſolet, ad faciem contra Solem tuendam, jam Ariſtophani *in Avibus* memoratur: & in *Knights* Sc. MS ejusdem Bibliothecæ ὑβρίσθης dicitur, atque σκιάδιον θερμαντικὸν exponitur, apud eundem *Gloſſarii* Auctorem. V. quoque ſuprà, voce *Galerus*.

Umber, apud Silium Ital. *lib.* 3.

—— aut exigis Umber
Nare ſagax à colle feras ——

Et Gratium *Cynegetico*,

At fugit ad verſos idem quos reppeſit hoſtes
Umber &c.

canis venaticus, è ſagacibus eſt, quales Umbria prov. Italiæ gignit præſtantes. C. du Freſne ubi ſuprà.

Umbilicus, quod *literum ambo*, Iſidoro, ad libros à Romanis translatus eſt. Libris enim materiam cortex olim, papyrus, carbaſus, ovilla tergora, lintei, plumbum, & alia ſuppeditarunt, ut cuilibet animadvertere promptum eſt V. ſuprà. Iidem quòd circùm lignеum teretem ſurculum vel oſſeum convolverentur, *Volumina* ſunt appellati. Surculum verò ipſum ſeu ſurculi capitula, quæ & cornua, *Umbilicum* vocabant: quia de re, ut & de univerſa feribendi ratione, contexuit inſignem Commentarium Vinc. Contarenus, ſtatius Laur. Pignorio *Comm. de Servis.* Meminit iſtiusmodi *Umbilicorum* Martialis *Lib.* 1. *Epigramm.* 67.

Mutare dominum non poſſe liber notus;
Sed pumicata fronte ſi quis eſt nondum,
Nec Umbilicis *cultus aug. membrana &c.*

In quæ Scholiaſtes, *Libri*, inquit, pellibus, ut nunc fit, olim obſuebantur, eæque pumice polii ac lævigari ſolebant. Si quis verò liber novus ſit, cujus frontes (h. e. extremitates membranæ in orbem connexæ, in medio quorum apparebant cornua) pumice jam prident politæ ſint, & cujus Umbilicus (is bacillus cedrinus, buxeus, cupreſſinus &c. extremæ paginæ, abſoluto jam opere, adfutus) vel Umbilici extremitates (quæ, complicatis in volumen membranis, utrinque apparentes Cornua appellabantur) ebore ſunt vel argento aut auro exornatæ, & quem noviſſimè obducit pellis, hunc emi jubet Poëta. Et paulo poſt: Umbilici bullæ ſunt in utroq; libri extrema facie me. diæ, in fine libri ex ligno aut oſſe appoſiti ſolitæ. Pierius *lib.* 34. per Umbilicum, inquit, intelligendus eſt voluminis terminus, qui, cùm volumen explicatur, in fine eſt: cùm verò iidem obvolvitur in ſpiram colligatum, medium tenet locum. Idem *l.* 5. *Epigramm.* 6.

Quæ cedro decorata purpurave
Nigris pagina crevit Umbilicis.

Unde

Unde patet, non semper obtinuisse, quod ait Dempsterus, librorum tegmen nigrum, literarum majuscularum apices minio notatos, aut cedrino fucco, *Umbilicum* verò diversi alterius coloris fuisse: ex Ovidio *Tristium lib.* 1. *Eleg.* 1.

Nec tinctus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigræ cornua fronte gerat.

V. cum *Parallipom. ad Rerum Lib.* 1. *cap.* 13. Ant. verò Thysius calculos nitidiores vocat inteligit, quibus olim libros decoratos ait, *Not. ad Val. Maximum lib* 8. *cap.* 8. *num.* 1. ubi Scipio & Lælius *Cajetæ & Laurenti vagas litteribus ambitus & umbilicos effluxisse* leguntur. Teretes fc. lapillos littorales, qui aliàs *ocelli* etiam feu *ocellati*, nec non *Nymphæum ocelli*, appellati funt; quòd *Acanthicis* figuram referent, ac velut oculi pupilla lucrent. Sed nec in his lapidibus figura multum diversa eft, ab oculi & umbilici: uterque enim protuberat in rotundo. V. quæ de his lapillis fupra diximus, voce *Ocelli*. Ob eandem rationem *umbilicus* vel *umbunculus* gemmis quibusdam tribuitur. Solinus *cap.* 37. *Zmilanthis in ipso Emphrais al veo legitur, gemma ad imaginem marmoris Proconnesfis, ulli quòd in medio* umbilico *lapidis ifthus glaucum, in cauli pupula, interniret.* Ubi *umbunculum* nonnulli legunt, quem iftem. Nec autem in gemma vocatur, quod in medio ejus orbiculo protuberat. Verùm in parvis rantùm gemmis umbunculos eminere, notat Salmafius, quem vide *Exercit. ad h. l.* ubi *umbilicum* & in clypeis ὀμφαλὸν quoque Græcis, alter τὸν κύρτον; & in placentis feu popanis, id viz. quod in medio eorum extumefcens hebat; & in montibus, fupercilium in orbicularum cacumen furgens; & in quacunque alia re, ubi aliquid rotundi aspiam extuberat eminetque, *reperiri* docet. Sic patrio *Umbilicus* Romæ, dicebantur mediftillum Urbis, quod in octava regione ponunt Onuphrius & P. Victor, nemo autem hactenus, quid loci id fuerit, defcripfit. Terræ *Umbilicus*, Templum olim Apollinis Delphici creditum eft, Suid. in γῆς ὀμφαλὸς. Hinc Strabo *lib.* 9. τὸν Ἕλικα δ' ὁ μὲν πᾶς ἐν τῇ συμπίπτει τὰ τῶν ὀνείρων, ἢ τὸ ἔνθεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐπικείμενον τῷ ἱκάσιον τοῦ γῆς ὀμφαλοῦ. Petr. verò Apollon. Collatius, non malus, ut illa ferebant tempora, Poëta *de Excidio Hierosolym. lib.* 3. Hierofolymis id tribuens, ait.

——— *Medium telluris aperte*
Credita habere locum, titulo quoq; Delphica quo se
Insula jactavit magnis Auctoribus olim.

Contrà tamen Auctores plurimi, inter quos Pindarus Pythior. *Od.* 6.

——— ——— Ἀ' νασπλέουσιν
Ὀμφαλὸν ἐσχατιαὶ χθονὸς.
Versimus.
Umbilicum horrifonæ terræ.

Et *Od.* 8.

——— ——— Ἵνα γαίας
Ὀμφαλὸν σταῖ σκότιον.
Ituri terræ

Umbilicum *ad decantatiffimum. &c.*

Quo è fonte fabula deflixit, cùm Jupiter medium Mundi locum cognofcere vellet, ex Orto atque Occafu duas aquilas emiffe, quæ lætabæ volatu in vertice Parnaffi confederint, uti legimus apud Luctatium Placidium *ad Thebaid. Statii lib.* 1. *verfu* 117. V. quoque Claudianum *præfat. ad Conful. Manlii Theodori.* Alii de corvis id feribunt: cygnos fuiffe, Scholiaftes Pindari & Plutarchus habent, fed de Aquilis fententia communis eft. Sic Italiæ *Umbilicus*, in agro Heraclino, Solin. *cap.* 8. Siciliæ, in Enna civitate, Cic. 6. *Verr.* Græciæ in Gortis, collocatus olim, Liv. *Dec.* 4. *l.* 5. &c. V. præfatum Dempfterum *loco cit.* Recentioribus Græcis ὀμφαλὸς, i. *umbilicus*, medium templi dicitur, ut videre eft, apud Marcum de *Dubis Typici cap.* 16. Χαιρέτω σωφρὼν ὁμπνευτὴς τῇ Βασιλικῇ πυλῇ, σύνοντος κ' εἰς τὸν ὀμφαλὸν, ὅγαν ὁ μέσος τὸ ναὸς. *Facit cruciem ante portas Baffilicæ, fimiliter in umbilico, id eft, medio templi.* Quod vocabulo magis proprio *ἀετὸν* appellat Baffamon, *ad can.* 74. *Trull. pag.* 491. ubi quosdam lectulos feu ftrata, vel ad majores delicias, vel alioqui, ad fuam quietem, ὡς τὸ μεσαῖον, *in medio templi*, feciffe ait, apud Jo. Caſp. Suicerum *Thefauro Eccl.* voce Ὀμφαλὸς. Dominico & Car. Macris *Umbilicus* quoque *lapis dicitur, qui continet compagem & coagmentationem fornicis fub fuperiori modo interfecantem, quemadmodum & in forfice umbilicus nominari foiet*, ex Budæo *in Ariftotelem de Mundo*, & Hent. Stephano *Thef. Gr.* Sic Anaftafius Bibl. *in Benedicto* III. *In Eccleſia*, inquit, *B. Petri, ad conprimendum Umbilicum confeffionis, fecit conpercolum ex auro* &c. In S. Scriptura tandem vox pro libidine & conjecturæ ſcenta carnifice. *Libido enim* in umbilico *dominatur mulieribus, ſicut Ex divina dicit: Non eſt præciſus umbilicus tuus, quaſi diceret, non eſt amputatum peccatum tuum. Nam & matrix illic catenata conſtringitur, unde & epinephritida eadem loco ſeminalibus feribus opponuntur*, Fulgentius *Mythol. lib.* 2. ubi de *Hercule & Omphale*. V. quoque hic infrà, voce *Umbo*.

Umbo, ex Græco ὀμβὸς, Æol. ὄμβων, idem cum *Umbilico*, quæ vox indidem orta. Hinc, quos in cylindris, qui nonnullis ex beryllis fiebant, *umbilicos* Plinius, Solinus *umbones*, appellat, duo nempe utrinque capita, quæ tales auro comprehendere ſolebant, uti diximus ſupra. Et quos *umbilicos* in clypeis Tertullianus *de Cultu Fem. Vos vero adjicitis ad pondus colliaras quasdam vel ſcuti* umbilicos *cervicibus adſtruendos*, alii *umbones* itidem vocitant. Quod & in gemmis ufu venire, retro diximus. Inde ὀμβὸς, *ulus*, Græcis & μέσον, *ampullarum venter*, ab umbilicato tumore: atque hinc lapideus ſuggeſtus, rotundus inſtar turris, unde legebantur S. Scripturæ ad populum & fermo prædicabatur, cujus deſcriptionem habes luculentam, apud Paulum Silentiar. *Poemate*, cui tit. Ἔκφρασις τῦ Ἀ'μβωνος. V. ſupra quoque, voce *Ambo*. Addo hic faltem, non in eo ſolùm ſacras has actiones obitas, fed & poſt eum, propter eos qui in extrema parte ſtabant, finità liturgiâ, oration em recitasi conſueviſſe, quæ ὀπισθάμβωνος. hinc dicta erat, quaſi ὀπίσω τοῦ ἄμβωνος. ἀπὸ τῦ ἀναπεπταμένου τελέου, στέγων τοῦ ἐπὶ τῷ ναῷ μέρους ἐκάλεις, *ſigillum omnium petitionum, & ſumma oratione repetita, conveniens primis & pretioſoribus epilogis*, ait ut Germanus CPolitanus *Hiſtor. Eccl. pag.* 179. apud Jo. Caſparum Suicerum *Thef. Eccl.* in voce Ὀπισθάμβωνος. Apud Martialem *lib.* 3. *Epigr.* 46.

In turbam incideris, cunctus Umbone *repellit*;

vox de cubito ſubdolam inteligitur, quo turba obvia, haud ſecus ac umbone hoſtes, repellitur. Et fayet Luciani *Critò*, πολλοὶ ἐπαναχωροῦσιν ὑπὸ τὸν ἐκείνου ὦμον ἐκόντες, *ac Juvenal. Sat.* 3. *Fit cubito ſævis.* V. quoque Turnebum *Adverſar. lib.* 13. *cap.* 15. & 19. Comici ἀλαζονεύεσθαι dixere, ab ἀλάζων *cubitus*, & κρύπτον *cubiti* aut brachii *extremum*, ut videre eſt apud Pollucem *lib.* 2. *cap.* 4. Sed Muſambertius de *Umbone* Togæ inteligit: qui quid propriè fuerit, aeriter inter ſe diſceptant Joh. Frid. Gronov. ut & Octav. Ferrarius, ut videre eſt in Epiſtola illorum *ad eos*, quas hic Operi ſuo inſeruit *de Re Veſtiaria Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. Et quidem Ferrarius, concedens Togæ *Umbonem* idem fuiſſe Macrobio & Tertulliano, quod *Balthenm* Quintilianus vocat, in Togis communibus *Umbonem* inteligit ſinum rugis ac plicis fortuitis protuberantem, neque illum à ſinu in vulgari Toga diſtinctum fuiſſe contendit: imò nec aliud quid fuiſſe, quam rugas & plicas utriusque ſinus, tam illas, quæ de faucibus ad ſiniſtrum brachium cadebant, quàm quæ de inferiori-Toga ſuccibus brachii ſubducta cogebantur. Quod probat ex Perſio, qui *candidum Umbonem* appellat Togæ puræ, depoſità Prætextâ: In prætexta, inquiens, candidus eſſe non poterat, ſed purpureus, five purpurâ diſtinctus: Ergo extrema Togæ ora, quæ ſola purpurâ prætexebatur, pars Umbonis erat, ea ſe, quæ brachio ſiniſtro ad pectus ſubducebatur; Nulla in ſinu ſimiliter purpura, aut alibi, quàm in ima ora. Quæ ſententia tatis quis ſiniſtro brachio rogam demiſſiſſet, purpureus Umbo non fuiſſet; quæ clarè evincunt, Umbonem etiam ex rugis in ſinu ferioris linus fuiſſe confeſtum. In univerſum ergo brachio intra Togam cohibito, nulli ſinus fuere, nulla rugæ, quales erant an. *tiquiſſimorum* Togæ: brachio dein dexterò atque humero exerto Togæ pars ſuperior, quæ dextrum humerum, dextramq; pectoris partem velabat, ſi brachium non exereretur, à fauci. bus deiecta cadebat in pectus, nec cadere poterat, niſi complicata in rugas, hic Sinus ſuperior fuit: Ad has rugas aliæ accedebant, quas nempe Togæ ima ora brachio ſubducta reddebat, qui Sinus inferior. Utrarumque rugarum aggeſtio ac congloberatio protuberans clypei Umboni ſimilis erat, unde Umbo dicebatur. Tertullianum verò, *Umbonem* à ſinu diſtinctum facientem, centrum vix & nodum artificem eorum quæ in ſinu plicarum, ibidem refellit. V. quoq; ſuad. *libr.* 6. & Salmaſium *ad Tertull. Pall.* 4.

Umbra, an ab *imbre*, quòd omnes Umbræ humidæ, an quòd *imbres* obſcurant lucem Solis; Perot. & Iſidor. an à terra, cujus etiam color dicta Veteribus, *humi chroa, χρόα* enim Græcis color, poſt *Humbra* & *Vmbra*, id eſt, *Terræ color*? Becmann. aër eſt carens Sole. Earum rationem in Græcia primus obſervaſſe dicitur Anaximenes Mileſius Anaximandri auditor, qui Gnomonices initia primus dedit Græcis & horologium, quod *Sciothericum* vocitant. Lacedæmone oſtendit primus, teſte Plinio *lib.* 2. *c.* 76. & Laertio *in vita Anaximandri*. Quod factum Olympiade 78. tempore Cyri ac Servii Tullii; circa annum U. C. 200. Multo verò antè ea res cognita fuit in Populo Dei. Unde 4. *lib.* Reg. *cap.* 20. *verſu* 11. memoratur, ut Ezechiæ Regi in Horologio ſciotherico Regis Achazi (is Ezechiæ ſeu Hiskiæ Patèr fuit) regreſſu *Umbræ* ſanitatis ſignum datum fuerit, ab Jeſsia Propheta. Achazus autem fuit antè Ana eimenem annis circiter 200. ut Scripturæ Hiſtoria docet, quinque ſcilicet ſeculis in Quaternio 12. Locus autem Regum præfatus ſic habet: *Quapropter, ilam inclamaſſet Jeſchaiha Propheta Jehovam, reduxit* Umbram *illam retrorſum gradibus, quibus deſcenderat in ſolario Achazi decem gradibus.* Cujus miraculi Fama cùm Babylonem usque perlata eſſet, *Miſit Berodac Baladan, filius Baladanis, Rex Babyloniæ literas cum munere ad Chizkiam, verſu ſeq.* Apud Romanos, Sciotherica diu poſt Græcos habuere, idque demum tempore belli Tarentini, ac cum Pyrrho Regè, anno U. C. 478. quem annum deſignat Plinius *lib.* 7. *c.* 21. atque addit, id factum eſſe *à M. Valerio Meſſalla Conſule, Catana captâ in Sicilia.* Ac mox: *Nec congruebant ad lineas*

horas ejus lineæ, parumvenit tamen eis annis undecentum; donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Censor, diligentiùs ordinatum juxtà posuit. Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ, usq; ad proximum lustrum. Tum Scipio Nasica, collega Lænatis, primus aqua divisit horas, aquè noctium ac dierum: ídque horologium fuit sexto dicavit, anno U. 597. Tamdiu Populi Rom. inditi-oreia lux fuit. In Gallias primus Scithetica invexisse, puratur Elias Vinetus: Est autem Scitheticum vel diurnum sive Solare; vel nocturnum, quod vel Lunare, vel Siderale: in umbrabus Solaria præstant, à Paltoribus primitus, ex *Vitruvii* arborum, inventa. V. Gerh. Joh. Vossium *de Scientiis Mathem.* c. 28. §. 12. & *seqq.* Sed haud adeò antiquus Horologiorum hujusmodi usus Salmasio videtur, ut ad Anaximandrum aut ejus discipulum Anaximenem referri queat. Nec horas certè Sciothera illa indicasse, fed æquinoctia tantùm ac solditia designasse, Laërtius testis est. Unde plus quàm ducentis annis ab Anaximandri mortc, nec horarum nomen, pro minutis illis dierí particulis, in Græcia auditum, nec ulus horologii fciotherici ullus cognitus eft. Ut conflat ex Menandri hifce, quæ Athenæus citat *lib. 6.* ex ejus Comœdia *Ocye*, ubi de Charrephonte,

Εἰς ἑξάκοντα ποτὲ
Ὁ χαλκοῦς ἐνδυκνύσθη, ὦ ξένε, ὥρας.
Πρὶν τὸν σκάφην ὑγιῆ τὴν σκιὰν ἰδεῖν,
Ὡς ὑστεροῦσ' ἡ πανθ' ἁμ' ἡμέρᾳ.

Nempe tum adhuc veteri more, horarum vice, *Umbram* pedibus metiebantur, & haud certam ejus mensuram decempedalem ut puta, (quæ proin gratiffima parafitis, Erasm. in *Adag.*) vel plurium paucorumque pedum, coenæ tempus indicebant. Unde partes diei, quæ *supina* apud Vett. dicebantur, *ἐξαίφνης σκιὰ, ὑπὸ τὰς πόδας, ὑπόπους*, & fic deinceps, ab umbræ mensura pedibus comprehenfa. Imò, non ut horas cognoscerent, umbras metiebantur: fed ex umbrarum magnitudine pedibus admenfa colligebant, quantum diei à mane ad meridiem fuperesset, quantumque à meridie à vesperam itineris ceteraret. Soli faciendum, ficque eadem fere ratione umbratum modulis diem partiebantur, ut poftea horis fant difpertiti. Ut verò *ἐυθύτατος* & *ἀνόρθιος σκιὰ*, dicebatur, ita & *ἐπίπαλος* & *ἀνάκλινος σκοπιὰ*, pro eodem, occurrit apud Ariftophanem in *Ἐκκλησιάζ.* V. præfatum Salmafium *ad Solinum pag.* 632. & *seqq* ut & fupra ubi de *Horis, Horologiis, Sciatheris, Solariis* &c. De *Umbraculum* in Gymnafticis exercitationibus ufu, diximus in voce *Sciamachia*. Graphice quoque, ab Optica capit hæc duo, *Umbram* & lucem; quorum prior facit receffum, five ut aliqua longius diftare videantur: lumen verò præftat, ut quid emineat, five ut propius abeffe videatur. Ad *Umbram* conducit æter color; ad lucem candidus, de quo invento ita Plinius *lib. 35. cap. 3.* De Picturæ initiis in certa, nec inftituti operis quaffio eft. Ægyptii fex mil ibus annorum apud ipfos inventam, priusquam in Græciam tranfiret, adhrmant, vana prædicatione, ut palam eft. Græci autem Sicyone, alii apud Corinthios reperta, omnes umbrâ hominis lineis circumducta. Itaque talem primam fuiffe: fecundam fingulis coloribus & monochromatum dictam, poft, quam operofior inventa erat, durátque talis etiam nunc. Inventam linearem dreunt à Philocle Ægyptio vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, fine ullo etiamnum colore, jam tamen fpargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent, adfcribere inftitutum. Primus inventi eam colorare teftà, ut fcitum, tritâ, Cleophantus Corinthius &c. Ubi, originem Picturæ, ex lineis *Umbræ* hominis circumductis videmus Græcos arceffere. De progreffu Artis dein *cap. 5.* fic fcribit: *Tandem fe arx ipfa difjunxit, & in veniti lumen acta,* Umbras, *differentia colorum æterna vi e fefe ex itante. Deinde adjectus eft ſplendor: alia, hic, quàm tumen: quem quia intor hoc & Umbram eſſet, appella verunt tonos: commiſſuras vero Harmonias & tranſitus, harmogia.* Quæ abunde elucent ex Amulii Minerva, de qua Plinius *lib 35. cap.10.* Apellis Hercule averfo, Plin. *lib. 36. cap. 5.* ex Bupalo & Anthermo, in Chio, Lucian. *in Dea Syr.* V. & Tzetzen *Chil. II. Hiſtor.* 381. ac præcipuè *lib. 8. c. 191.* ubi eadem illuftrat Phidiæ & Alcamenis exemplo. Primus verò Apollodorus Pictor, *ἐδόκησεν ἐξάλειφε φάσγανα τοῖς σκιαῖς, Inter homines, reperit egiorum miſturas & umbræ ipſum:* fuitque Athenienſis. V. Plutarchum *Iſidone, an pace illuſtriores fuerint Athenienſes?* Dein Zeuxidis & Parrhafii picturarum excellentiam invenit, refte Quintilianus *lib 12. cap. 2.* Non exiguæ enim Artis eft, *Umbram* luci immittere, aut lucem umbrâ obfcurare, *unde fatis liquet, picturæ etiam mediocri cognitione, judicium acus in imminibus, coloribus & umbris dignoscendis; quæ res maximam confers & in Naturæ ſcientia & in Vita civili.* Voffius *lv. de 4. Artibus Popular. cap. 5. de Graphice §. 12. & ſeqq. &c.* Nec omittendum, quòd Idolorum Presbyterum Alexandrinum, tantæ etiam Gentilibus admirationi fuiffe, ut *umbram* quoque eius reverirí fint, legimus apud Palladium &c. Alias fignificationes vocis V. hic infrà.

Umbra Pompeja, pro porticu Pompeji, apud Martialem *lib. 5. Epigr.* 10.

Sic veterem ingrati Pompeji quærimus Umbram,
Sic laudant Catuli villa templa ſenes.

V. fupra, voce *Porticus.*

Umbraculum, Gr. *σκιάδιον*, pro *Umbella*. Ovidius *Faſtorum lib. 3.*

Aurea pellebant rapidos Umbracula *Solles,*
Quæ tamen Herculeæ juſſerere manus.

Ubi Neapolitanus docet, è pellibus aliaque qualibet materia divite, fieri conſueviſſe. V. fupra in voce *Umbella*. Græci *Umbracula*, pro cafis ac locis Actorum excitata, *Scenas* vocavere. Ita enim Jul. Cæf. Scaliger *Poëtic. lib. 1. cap. 21.* ubi de Theatro: *Prolocis Actorum & Thymelicorum excitata ſunt per initia,* Umbracula *pro caſis, Scenas Græci vocant. Manſa nihilominus nomen poſtea marmoreis quoq;* V. fupra in voce *Scena*, item *Tipia.*

Umbra, dicti Veteribus, qui non invitati quidem ipfi, amicum tamen invitatum, ad convivium, comitabantur. Ortus à Socrate, ut videtur, qui Ariftodemum induxit non vocatum, ut iret fecum ad Agathonem: ubi jocularium quid accidit. Imprudens enim ille in via Socratem poft fe reliquit, ac ingreffus prior eft, plane *umbra* antecedens corpus, quod à tergo lumen habet. Poft tamen in præbendo hofpitibus convivio, maximè Principibus viris, neceffarium fuit, ut cum ignorarent comites, qui in honore apud eos erant, hofpiti permitterent invitandi arbitrium, fed definirent nominatim, ne dedetur is idem, quod accipienti epulo ruri Philippum R. qui cum multos fecum traxiffet, ad cœnam paucis inftructam, confpicatus hofpitem perculfum, fignificavit per interruntium animis, ut placente locum relinqueret. Quam dum exfpectantes parcius attingebant cœtera, affatim cœna omnibus fuit. Plut. *Sympoſiac. lib. 7. Quæſt. 6.* Sed & *Umbræ* dicebantur olim Animæ mortuorum, quas vel *Umbras* elle fingebant, de quarum circa fepulchra apparitione, V. varis in locis Fortun. Licetum *de Lucernis Antiqq.* Seu potius Spectra infernalia, quæ Animas fe effe mentiuntur. Iftiusmodi *Umbras*, aris tinnitu, in facris Lemuralibus, ab Anu expelli conſueviſſe, ſcribit Ovidius *Faſt.* Unde & Alexander Aphrodiſæus in fuis *Problem.* aris fono, ait, malos Spiritus depelli, eamque ob rem, in Lunæ defectu, æra moveri fuiſſe in more poſitum. V. Hieron. Magium *de Tintinnabulis c.* 14. Ita autem Ovidius habet *Faſtorum lib. 5.*

Rurſus aquam tangit, ſemeſeq; concrepat æra.
Et rogat, ut ſecſis exeat Umbra *ſuis.*

Ubi crepitus fiebat ad finem facrificii, ut volens *Umbra* difcederet: unde funt abacta ſilentia. Imò & Iactæ ſparſæ, retrocedebant. Papinius Statius *Theb. l. 4. v. 545.*

—— *alias averſere greſſus*
Lacte quater ſparſis, moſſoq; excedere luco,
Nata jubet

Ubi *quater* nonnullis exponitur ſæpius: Bacchius autem rituale eſſe verbum numerumque Papinium poſſuiſſe conſtitutum, non dubitat *ad h. l.* qui etiam de *Umbrarum circumvolatione circa cadavera, donec illa conſumerentur; cur vis unguibus; evocatione; iracundia & vindictæ cupiditate, reſponſis* (quæ qui petebant, *Umbrarii* dicuntur in *Eutid.* Theodorici R. c. 108.) aliisque hue pertinentibus, varia erudite collegit. ex Vett. monumentis, *in Animadverſionibus ſuis. Papinium poſſum:* De Umbris, Neptunium Feſto, a Romanis excitari ſolitis, V. Ovidium *Faſtorum lib. 3.* plura veró hanc in rem fupra, vocibus *Abori, anima, Bilulanenſi, Manes, Necymantia* &c. Addam hoc unum, quòd *Umbras accuſatrices*, poft hanc vitam, quarum meminit Lucianus *in Necyomant.* non male referre maleficos Spiritus, qui homines reos in ultimo judicio delaturi ſunt, ut ex Scriptura facra addiciimus, obſervat Tob. Pfannerus *Syſtem. Theol. Gentil. par. cap. 20. §. 10.*

Umbraticus Ordo, apud Dominic. Macrum *Hierotexico*, idem cum *Nigrorum Ordine.* V. fupra, ubi de *Nigris Monachis.*

Uvabria, adde: Sub Impp. unum cum Tufcia annonaria Rectorem habuit, quem modo *Comitarem*, modò *Correctorem* legas appellatum : V. Salmaſium *ad Treb. Pollionem in Tertio Sen.* & hic ubi de regionibus *Annonariis* ac *Urbicariis*. Populi ejus XV. *Amerini Aſſiſinates. Forſtumnienſes Fulginates. Hiſpellenſes. Iguvini. Interamnates. Me vanates. Narnienſes. Nucerini. Orviatani. Spoletini. Trebiates. Tuderini. Et Vetuloniates*, memorantur in vet. *Inſcr.* quæ Fulginii hodieque extat, facta honoris ergo *C. Beuio. Tro. Cioni. Minuciano. XV. Populorum Umbriæ. Patrono. Municipi.* apud Jac. Sponium *Itinerar. Parte 3. p. 42. & 43.* de quibus ommibus V. fuo loco.

Umidius Quadratus, inter eos, quos Hadrianus Cæf. graviter infequutus eft, memoratur Spartiano in *Vita ejus.* Nomen familiæ ab *humore & humido*, pro quibus Vett. *umore & umidum* ſcripſere. *Umidius* certè, fed & *Unmidius*, lapides quoque exhibent. Salmaſius *ad l.*

UN.

Vncæ Manus, apud Papinium *Thebaid. lib. 2. verſu 557.*

—— *abſciſſi infrit gens canibus uncas*
Emperat juga ora manus, ſcopuloq; pollice

Manus

manus sunt in uncis compositæ, quibus comprehendens scopulos se elevabat, ut se in cautes attolleret, uti locum exponit vetus Scholiastes. Alluditur ad morem per abrupta ænitendi, Curtio indigitatum *lib. 7. cap. 11.* ubi de Petria Arabiæ ab Alexandro ad deditionem coacta: *Ut in præruptis per nemus est, alii manibus eminentia saxa complexi levare nituntur, alii adjectis fustium taqueis evadere, quam cuneis inter saxa defigerent, quels gradus subinde insiguerent* &c. Quo genere scandendi exercitatissimum Eurybatum fuisse, ipsum solertiæ suæ specimen edere, circum positis spongiis & ftimulis, vel *uncis* ferreis, in parietes ascendisse, & tandem coram custodibus ipsis nec artes has admirantibus, tecto superato, evasisse è cavcere, tradit Suidas. Est autem *uncus* ferrum incurvum, bicorne, ansatum, ab *ἀγκὼν* Græco *cubitus*, quod ab incurvatur, videtur intumescere? Cujusmodi *uncos* in telo Parthenopæi tres numerat Statius iterum *Thebaid. l. 9. vers. 750.*

— cui luminis orbe finistri
Aspera tergeminis acies se condidit uncis:

adeò ut fine maxima pernicie evelli non posset. Quemadmodum, de Alexandro M. legimus, in Oxydracarum urbe fugitâ, cui fimiles hami inerant, vulnerato, apud eundem Curtium *l. 9. c. 4.* de *uncis quadruplicibus* V. notata Justo Lipsio *Poliorcet. l. 4. c. 6.* uti de *uncinis januarum* apud Veit. quos *ἀγκύλας* dicere Græci. item de *Vncino* seu digitulo *ferreo*, ad subaperiendas fores, apud eosdem usitato, suprà, ubi de *Foribus*, item voce *Lusiniolus*, alibique passim. Sed & *Vnci*, Veteribus in usu, ad Reos excarnificandos vel perrhadendos ad pœnæ locum, h. e. ad scalas Gemonias, etiam ad eosdem in *sublimi* appendendos & demum, ad infames, mulisque flagitiis ac sceleribus addictiores, qui ex hac vita discessissent, in sentinas, sordium receptacula, Tiberim raptandos. Sic de B. Sebastiano legimus, fuisse corpus ejus post obitum ipsius, in cloacam Maximam *unco* pertractum: quidquid enim in maximè flagitiosos ftatui à Gentilibus solebat, idem Christiani ab iisdem patiebantur. Describi autem *Vncus* talis fic optime potest, quòd fuerit baculus oblongus, five hastula oblonga, ab altero latere ferramentum habens incurvum, ac in fe retortum, cum in ufum inventum, quem diximus. V. Gallonium *de Martyrum cruciat.* Meminit de *Vncis*, Cicero *Philipp. 1. Uncus impactus est fugitivo illi.* Amm. Marcellinus *l. 7. Interdebantur Equulei Vnci*, parabat carnifex. Seneca *de Ira lib. 3. c. 3. Cadavera quoq; trahent Vnci.* Sidonius Apollin. *lib. 2. Epist. 7. in fin. Vncum & Gemonias & laqueum per horas turbulenti carnifici pollicerefecus*, &c. Hodiequè, in Hungaria imprimis, ubi inter Hungaros Turcasque frequentius *Vnci* fupplicio, quo Proditores impiique affici solent: fed palus is eft erectus, cum ingenti, in medio, *Vnco* è ferro, cui miseri impacti pendent aliquando fatis diu, donec penitùs exanimentur. Unde memorabile, quod de Demetrio Duce Wisnovecio Polono, uno ex Majoribus Michaelis Wisnovecii nuperi Regis, circa A. C. 1500. Walachorum infidiis ad Turcica vincula deducto, & *Selimi* justu, qui fortitudinem ejus & fidem limis afpexerat oculis, *ex Vnco* ifthmumodi ferreo, quo tentius periret, *fuspenso*, *scribit* Stranislaus Sternbergius *Chronol. Palmiriis Cerybanti.* Cùm is vitam in truci hoc fupplicio aliquandiu tolerasset, gratiam sibi fieri petiit, ut militari more data pharetrâ fuâ cum manipulo fagittarum liceret perire. Quam cùm impetrasset, intorsit fagittisque emissis præcipuos Turcas exanimavit, una fagitta ad cervicem reposita. Quo ad Selimum perlato, cùm is celeriter advolans miraretur tantum vigoris adhuc Demetrio superesse, ille fepositam fagittam pharetræ mox appetiens, eam in Tyrannum direxit. Verùm, cùm viribus jam vacillantibus fruftra esset, ut percitus Selimus, ilico Sagittarios telis ipsum confiicere jussit. V. Auctorem Anonymum *Hist. Orbis Terr. Geogr. & Civ. cap. 8. ubi de Paloniæ Regno*, §. 2. & plura, voce *Trattio*. Sed & in feras, leones inprimis, *uncos* inisi mos. Ezech. *cap. 19. v. 4. Et duxerunt eum uncis* (vel *uncinis*) *in terram Ægypti*: ubi de Judæorum R. fermo eft, quem leoni in fovea capto animalitat Prophera. E fovea enim in caveam *uncis* leones trahi, per varias regiones circumferri olim hodiesque consuevere. Balenas Crocodilosque similiter *uncis impactis* in potestatem redigi notum. Quò respiciens Deus Job. *cap. 40. vers. 21.* de Leviathane, *Ponesne*, ait, *uncum* (ferreum) *in naribus ejus, aut maxillis ejus hamo perforabis.* Et Ezech. *cap. 29. vers. 34.* ubi fub ceti aut crocodili figura Pharao defcribitur, *Indam*, inquit, *hamos genis tuis*; quomodo hodiesque Itali bubalos, annualo naribus inferto, quovis ducunt. Sed & uncinos ferarum naribus aut malis affigebant, quò invitæ traherentur. Ad quem morem iterum Deus alludit, Rabsaci dicens *2. Reg. cap. 19. versu 28. Ponam* uncinum *meum in naribus tuis.* Et principi Gog, Ez. *cap. 39. vers. 4. Indam* uncinos *maxillis tuis.* Atq; hujusmodi *uncinis* magis intelligi videntur, apud eundem Prophetâ *l. 1.* obi de leonibus. V. plura hanc in rem apud Bochartum *Hierozoici Parte prior, lib. III. cap. 4.* ubi vocem Hebr. חחים explicat.

Vncia, Οὐγκία Siculis, minutus nummus, Romanis duodecima pars Libræ. Plurima enim, in re Monetali, vocabula Siculorum deprayere Romani, non ut eandem quidem omnibus partibus rem fignificarent, fed tamen, propter quandam analogiam. ita *ſicuti* Obolum, nummû argenteum, dixerunt *Λίτρᾶ*; Romanis Libra *quibus* cujusvis rei ponderandæ, fed prima in ære. Οὐγκία Siculis minutus ex ære nummus, ut dictum, Romanis pars minima Libræ. Siculis decalitron fecabatur, in decem partes argenti: Romanis *Denarius* appellabatur à decem libris æris, dividebaturque in quatuor partes argenti &c. Unde optime monet Gronovius, licèt hujusmodi Latinorum vocabularum nonnulla Græcæ originis fint, vim tamè eorum ac potestatem totam esse Latinam, *de Pecun. Vet. lib. 4. cap. 17.* Est autem *Uncia* signum Græcis, gamma appositum vel superpositum habens omnicron. V. Agricolam *lib. 5. de Ponder. & Mens. in fin.* Unde in Euclidis Pamphili E'κφάσει τῶν ὁρων lib. III. Isaacio Vossio fibi communicata, notavit Gronovius, Δικθέσει γὰ ὃ. id eft *λέγεται γὰ ὃ ὅτι ἐστὶ*, *λέγεται τὸ ἥμισυ*, *Uncia dimidium*: ftater fcilicet argenteus tetradrachmus. V. cum *de Pecun. lib. 3. cap. 10.* Fuit autem argenti *Uncia*, ut P. Gassendus æstimat, valore 64. folidorum Turonicorum, feu 50. Belgicorum, qui efficiunt *Unciarium* five Thalerum. Gronovio exactè funt 52. Hollandici, 67. Gallici, quod tamen discrimen tam leve eft, ut non attendi debeat, nifi à Menfariis, ait. In *Unciario* fœnore, *Uncia* non fuit capitis feu fortis, fed centesimæ: ficque in fingulos menses fœnus hoc promittebat ejusdem centesimæ partis *Unciam*, ut totò anno exiiteret una pars centesimæ integra. Fuit verò centesima, denarius menstruus in denarios centum: uncia denarii fedecim affium, as cum triente; tantum igitur in menfem pærebat unciarium fœnus: qui annui funt duodecim affes, duodecim trientes, hoc eft denarius unus fedecim affium, atque ita denarius unus ad centum annuos acceffit *Unciis ufuris*, à parte duodecima centesimæ, quæ & ipfa menstrua fuit, appellatis. V. iterum Gronovium *lib. 3 cap. 13.* Conftituit *Unciarium* hoc fœnus, Lex XII. Tabb. *Ncq; Unciario fœnore amplius exerceo.* Hinc Tacitus, *Sanè vetus*, inquit, *urbi fœnebre malum & seditionum discordiarum*q; *creberrima causa, eoq; cohibebatur antiquis quoq; & minùs corruptis moribus. Nam primò duodecim Tabulis sanctum, ne quis Unciario fœnore amplius exerceret; cùm antea ex libidine foenatoribus agitaretur: dein vogulone Tribunitiâ ad fœnumcias redacta. Postremò vetita versura multiq; Plebis scitis obviam tum fraudibus, quæ, toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur.* Repetiit Legem hanc XII. Tabb. Lex Duillia Mœnia anno U. C. 396. lata, donec anno U. C. 406. C. Pluatio Ypfeo, T. Manlio Imperioso Torquato Coss. Lex *Semunciarii fœnoris*, quam Tacitus quoque innuit, à Tribunis Pl. lata eft, V. Rofinum *Antiqq. Rom. l. 8. c. 20.*

Uncinus Calcei, memorati in vet. M. Catonis fragmento *l. 7. Orig. Qui Magistratum Curulem ceniset, calceos mulleos, alii uncinatos* (uti emendat Scaliger, cùm prius legeretur *allicinatos*) *ceteri Romani perones* &c. Quibusdam fuere calcei uncinis ac clavis confixi. Alii pro lunatis accipiunt, per Lunulam Patriciam *uncinum* intelligentes, in fronte prima calcei infixum: Ita Cl. Salmafius *Nonis ad dedic. Statuæ Regillæ* & M. Zuerius Boxhornius. Balduino dicti funt calcei, *uncis* ad inftar in altum reflexi & in acumen introtum definentes: cujusmodi calceum, aut certè ei non multùm diffimilem, aliquoties fe Hagæ Comitis, in gazophylacio Johannis Schelhameri vidisse, feribit Andr. Frifius, qui figuram illius Balduini *de Calceo* tractatui inferuit. Atque hi veterum Romanorum calcei fuere, qualibus & Junonis Sospitæ simulachrum semper ornatum fuisse, teftatur Cicero Harufpicum. *Dror. lib. 1.* ubi, *Nyssiam*, ait, *Sospitam nunquam, ne in fimis quidem videt, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutula, cum calceolis repandis.* Ubi, *repandum* idem, quod recurvum, & fursum versùs reflexum. Similter, alias quoque pleræq; veteres cùm statuæ, tum imagines, *uncinatis* ifthusmodi feu repandis calceis, infignes funt. Quibus etiam, ex poiteriorum temporum literis, fides amplior accedit. Ita enim Gerson, ubi de corruptis Ecclesiafticorum ævi fui moribus conqueritur, A. C. 1400. *Quid est*, inquit, *quod quorundam Ecclesiarum canonici calceis rostratis, vestibus decurtati, abjecto Clericali habitu, militarem assumunt.* Unde militibus faltem roftratos-ilos calceos familiares fuisse, apparet. *Cornutos* ac *Lunatos* hos calceos vocat Decretum Provincialium Concilii Senonenfis, celebrati A. C. 1528. fub Francisco I. Canon. 24. quo eorum ufu Clericis denuo interdictum. Hinc *Uncipes*, Tertulliano *de Pallio cap. 5. paulo post initium*, *Calceos nihil decimus, proprium Togæ tormentum, immundissimum pedum instelam, verùm & fallax. Quid enim non expedias in algore & ardore, rigore multipedem quam in calceo uncipedem?* In quo loco *Uncipedem* vocat, cujus calcei uncinati. V. Ben. Balduinum *de Calceo antiquo passim*, inprimis *cap. 8.* Adde Nigronium *de Caliga*, & Albertum Rubenium *de Calceo Senatorio.* V. infuper suprà voce, *Poulainia*, item ubi de calceis *Repandis*, alibique paſſim. Sed & *uncinati panni* mentio eft, in *Charta* quadam vet. apud C. du Freine in *Glossar.* ubi, quòd *uncis* feu eorum figurâ diftinctus eſſet, fic dictum. *ait.*

Unctio, Extrema, inter ritus facros Ecclesiæ Rom. de qua V. aliquid suprà, ubi de *Oleo*, item voce *Inunctio*,

Unctor, Græcè Ἀλείπτης, servi nomen, qui in balneis Domitiani *ungebat*. Confuetudo enim erat Vett. singulis diebus, antequam ejuam caperent, in balneo se lavandi & postmodum ungendi. Cic. in *Epist. ad Fam. lib. 7. Epist 24. Ille autem, qui sciret, se nonnem bellum sibicinem habere, & sal lotum* unctorem, *disertum me, ne mihi videbatur, iratior.* Postea se in voluptatem servat. Unguentarius accessit; quem ab *Unctore* sic distinguunt, ut hic valetudini, ille voluptati inserviret. Gœddeus *ad l. 203 ff. de verb. sign.* 4. In antiquo lapide, Romæ, *Unctorum*, dextrâ manu guntum tenentem, nec longè frigilem incisam, spectari, docet Victorius *Variar. Lect. l. 37. c. 1.* De *Unctoribus Gymnasiis* hic infrà.

Unctuarium, Cæcilio Plinio *lib. 2. Epist. 17.* quod Julio Polluci Ἀλειπτήριον, aliis Ἀλοιοθυτήριον, quarta fuit apud Vett. Gymnasii pars, in quo luctaturi vel aliàs exercitationes aut etiam balneas adituri, qui in Coryceo seu Apodyterio, parte tertia, vestes posuerant, *ungebantur redungebantur ℊ.* Inprimis verò, qui ad luctam vel pancratium sese accingebant, (nam Pugilatoribus, Cursoribusq; *unctione* non opus.) Hi itaque Aliptarium ingressi *ungebantur*, atque ita uncti ad Conisterium seu pulveris quintam, transeuntes, pulvere conspergebantur sicq; deinceps in exercitationes diversas diversi prodibant: donec, exercitationibus defunctis, ad *Unctuarium* revertebant, ibique à mediastinis & reunctoribus strigilibus ferreis detergebantur, qua de re V. supra, in voce *Strigilis*. Sed & deterst iterum diligentiores aliqui valetudinis aut delitiarum gratiâ ungebantur, & nonnunquam inunctibalneas ingrediebantur, postque egressi denuo ungebantur, modò simplici oleo, modò variis odoribus conditis, modo diapasmate, ad exercendos sudores, ut scribit Plinius *l. 21. c. 19.* Adeò ut varia essent ungendi tempora: Interdum post balnea, quod Homeri temporibus jam observatum fuisse legimus. *Odyss. γ.*

Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέ τε καὶ ἤχεεν ἀμφὶ ἑλαίῳ,
Postquam Lavit & pingui oleo unxit.

V. quoque *Odyss. δ. & ζ.* Interdum quoque ante, ficuti refert Gabrielis *de valet. conserv. lib. 6.* Unde de Archimede apud Stobæum legimus, *Κατὰ κάκου ἐκκαυθέντος, & figuras quasdam ducentem à famulis vi allitrachium ungi consuevisse, atque ipsum in corpore ita unctis figuras Mathematicas non raro designasse.* Atque in hac Gymnasiorum parte forte manfere illi Ministri, qui victus quærendi gratia servandis vestibus inservientes, *Olearii* nuncupabantur: quos; etiam in Asiæ balneis adhibitos fuisse, perhibet Epiphanius *Hær. 30. Ungebantur* vero, Aristotelis tempore, Athletæ simplici oleo & aquâ mixto, *Problem. 5.* ita enim interiùs penetrans oleum exercita membra magis humectat. Hippocrates verò de *Diæta 2.* iisdemodi actiones minimè permittit, ut corpora plus justo incalescant; auctorque est Plinius *lib. 35. c. 4. Græcos victorum omnium genitores oleum primos in Gymnasiis invexisse*: de quo Anacharsis quoque dicebat, *insaniæ esse pharmacum*, quoniam eo perunctî Athletæ insanirent. Butyrum, apud nonnullas gentes Barbaras, quibus forte deerat oleum, in usu fuisse, idem testatur Plinius *lib. 11. cap. 41.* & post ipsum Galenus *de alim. fac.* Etiam aliud misturæ genus pollea invenimus est, ex oleo, pulvere & cera commixtum, quod *Ceroma* Plinio vocatur, qui eo Juventutem Romanam, corpora exercendo, vires animorum dicit amisisse. Martialis *l. 4.*

Sex lentum ceroma vetat.

V. quoque *lib. 5. Epigr. 65. & l. 7. Epigr. 32.* Quanquam dubium non est, quin apud Plinium, Senecam, D. Hieronymum, Alios, *Ceroma* etiam locus, ubi ungebantur, vocatus sit, quem *Conisterium* aliàs appellatum esse, diximus. Scribit idem Plinius, quæ in Gymnasiis condiri odoribus, sed vilissimis, consueviste; quæ omnia de unctionibus ante exercitationes adhibitis, intelligenda sunt: Cùm post illas balneaq; infinita propè variorum odoribus conditorum unguentorum genera tradantur usurpata, quæ soli lasciviæ atque libidini inserviebant, ut Plutarchus *Erotic.* indicat. Et hunc morem oleis odoratis utendi apud exteros quoque viguisse, notat Athenæus *Dipnosoph. 5.* ubi scribit, *Antiochum Epiphanem apud Daphnem conise visse, ceramonis de, exhibere certaminibus oleo odorato, crocinum, amaracinum, telinum, lirinum, & alia, quibus ungerentur corpora.* Quo fine autem hæc gymnasiarum unctio fieret, diversi ab Autoribus memoriæ prodita sunt. Hippocrates *de Diæta lib. 3. terrarum pulveres oleo admisceri solium*, scribit, ut fuo frigore & siccitate oleiæstum & luminiditatem temperaret. Alexander *Problem. 119. lib. 1.* Athletas ante exercitationem inungi ait consueviste, *in membra emollina labores, fine rugare, pellucida, fulgentia.* Luctatores, ut corpora fortiora redderentur, luctatores pulvere sese conspergere solitos fuisse, opinatur. Plut. *de primo frig.* ad refrigerandacalefacta corpora & cohibendum sudorem, eum adhibitum judicat. Mercurialis verò Lucianum secutus, usum potiffimum pulveris eum fuisse judicat, ne oleo manus laberentur, sed facilius exercitatores sese comprehendere valerent, neque sudore difficurrent aut venti corpora aperta ingrederentur. Cui sententiæ favet, quòd pulvis ille *ἀφὴ* vocatus est, Martial. *ἅμμος ἀφῆς.* Unde &, si qui adversarios perunctos & sine pulvere certantes vincerent, majori gloriâ digni habiti sunt, quemadmodum de Dioxippo legimus apud Plinium *lib. 35. c. 11.* & Dioreo, apud Pausanian *Eliac.* qui proin *Ἀγώνιος* nomen promeritus est, qua de re V. Horatium *l. 1. Epist. 1.* Quæ verò post balnea *unctiones* adhibebantur, fecerunt ne humiditas in balneis acquisita evanesceret, neve referatis à balnei calore meatibus nativa caliditas exspiraret. Quanquam etiam aliqui delicatiores, voluptatis & lascivæ gratiâ, odoriferis unguentis aut siccis diapasmatis, ad comprimendum immoderatum sudorem, ut scribit Plinius *l. 13. c. 2.* post balineas ungebantur: de quibus Martialis *l. 1. ad Fescennium*,

Quid quòd olet gravius misturn diapasmate virus?

Ceterùm, quomodo ungerentur nihil certi definitum reperitur. Probabile tamen est, nonnullos, cùm prin leipsos fricaffent, manibus propriis hoc egisse, aut alterum ab altero viciffim unctum, quod Lucianus *in Gymnasiis* scribit; licèt etiam à *servis* Gymnasiis atque *Renovatoribus* vocatis ungerentur: qui & ipsi prius fricantes, tandem universum corpus modo leniter, modò fœcus prementes, perungebant, &, prout temporis conflitutio postulabat, aliàs tepidum, aliàs calidum, aliàs frigidum linimentum applicabant: Quæ omnia plerunque fiebant in *Unctuario*. Qui nitro & aphronitro sese fricabant, ut meminit Cyprianus *Epist. 7. l. 4.* ac Martialis *lib. 14.* id fortè agebant, ut fordes corporis melius eluerent, atque exiccarent. V. Hier. Mercurialem *de Gymnastic lib. 1. c. 8.* Vossius fimiliter *Unctionem* hanc gymnasticam duplicem facit, unam ante exercitationem, quæ ceromate fiebat; alteram, quæ oleo fiebat magis pretioso, vaisique odoribus conditi, *de Gymnastic. §. 12.* Qui aliàs ungebant, *Unctores* servi erant, Plautus *Trinummo Actu 2. Sc. 1.*

——— *Ductior familia tua.*
Vestifligæ, Unctor, *auri cultos.*

Antiq. Inscr. *Aurelius. Evos. Unctor.* Iidem *Aliptæ* vocati, qui dominum lavantem ungebant. Seneca *Epist. 56. Cùm in Aliptem inermem & hac plebeja unctione contentum incidit, audio crepitum illius manus humeris.* Cujusmodi ministros Commodus Imp. è medio fustulisse legitur, apud Victorem *Edit. A. Sibotii.* Instrumenta erant strigilis, lintea, guttus: item ampulla, ac lenticula. Ridet verò Aliptæ munus egregie Epictetus apud Arrianum *l. 3. c. 26.* Interim & peculiaris minister unguentis præfuit, qui premeret ac affervaret. Servius *ad Æneid. 1. illa*,

——— *Ubi mollit Amaracus illum*
Floribus & dulci aspirans complectitur umbrâ:

narrat, *Amaracum puerum regium* Unguentarium *fuisse, qui casu lapsus dum ferret unguenta, majorem ex consuetine odorem creaverit.* Quæ cuncta Isidorus, in *Origines* fuas transtulit, *l. 20. c. penult. lib. 17. & 9.* Horatius hujusmodi puerum allusit *l. 3. Od. 14.*

I pete unguentum puer & coronas;
Et cadum Marsi memorem duelli &c.

Laur. Pignorius *Comm. de Servit.* Sed de his plura infrà, ubi de *Unguenti vitio*: de *Unctuario* verò aliquid etiam supra diximus, ubi de balnearum cellis feu *Oecis.*

Uncus, & *Uncinus*, quid propriè, V. supra, ubi de *Uncis manibus*, quarum meminit Papinius. Apud Martialem *l. 1. Epigr. 54.*

Sic interpolis vitia contaminat unco

Urbica Linguonica Tyrianthina Bardocucullus:

vox notat acutum apicem bardocucullorum, qui in iis retro inflexus erat, ut cuculli erant vetuftiffimorum Monachorum, hodiéque funt Carthufianorum & Capucinorum, cappæ item, quas Galli vocant Beneannenses. Forte & pœnularum olim ac lacernarum, quas pluvio tempore Romani fuperinducebant, cuculli tales. Imò *cuculus* propriè tegumen capitis in acumen definens, ex Græca origine, qua *κόκκυξ* fignificat *κόρυφὴν κεφαλῆς*, inde enim *cucus* & *cucullus*. Uti verò in hisce pileis *uncus* retro inflexus erat, fic in ante in perficis ne Phrygiis tiaris, vel etiam rectus: cujusmodi apices *fafigatos* vocat Isidorus de Alanis loquens &c. V. Salmasium *ad Solinum pag. 576.* & supra passim, ubi de variis Capitis humani tegminibus. In Ecclesia Romana *Pastoralis* appellatur Thomæ Archid. Spalatensi *in Hiftor. Salonit. c. 16.* virga seu baculus Episcopalis recurvus, de quo V. aliquid supra, voce *Ambulata.*

Undulata Vestis, memoratur Plinio *l. 8. c. 48. Undulata vestis prima à tautisimis fuit, inde Sororiculata deflexit. Togas rasas Virgilianas, D. Augusti novissimis temporibus capisse, scribit Feneselia. Crebræ papaveratæ antiquitorem habent originem, jam fub Lucilio Poëta in Torquato notata.* Idem paulo ante, *Lanam*, inquit, *cum colo & fuso Tanaquilis, in Templo Sangi dicuntur, prodente fe auctor est M. Varro, fatlam, ab ea Togam Regiam* Undulatam *in ade Fortunæ, quæ Virginis Tullius fuisse dicitur.* Nonius quoq. *Undulatum novæ pofitum, purum.* Item Varro *de Vita Pop. Rom. Et à quibusdam dicitur esse Virginis Fortunæ, aliis, quòd duabus* Undulatis *Togis est opertum, perinde ut olim nostri Reges* undulatas *& præterea* Togas *foliti sint habere.* Ubi Nonius videtur *Undulatam* opponere *Pretextæ.* Sed majorum Gentium Critici ineptæ Nonium accusant, ipsique exstimant, *Undulatas* vestes dictas, quarum textura *undas* imitaretur, quæ Plauto *Camasilis* dicta; quod in lana texenda an fieri possit, ipsi viderint. Certe vestes *Undulatæ*, quales hodie in usu sunt, quâ ratione fiant,

fiant, etiam rudes inrelligunt Cùm præterea Togæ essent albæ, quis *undarum* speciem colorum ac liciorum varietate expressam arbitretur? Et licèt tali Togâ *ufus* dicatur Rex Servius, ideoque picta fuisse undulatim dici possit, tamen communes hujusmodi vestes fuisse, verba Plinii indicant; cùm ait, vestem *undulatam* primam fuisse & lautiffimis, id est, quâ & alii, præter Reges, lauti homines uterentur, quibus nullam ius pictarum fuit, nisi in triumpho. V. Octav. Ferrarium *de Re Vestiar. Part. 1. lib. 2. cap. 11.* qui proin circa hanc vocem hæret, cùm Togam illam *Undulatam* albam fuisse conflet, neque artificium, quo nunc vestes aqua reserâ ac pratis subjectæ undarum speciem exprimunt, Veteribus notum fuisse, certum fit. Interim & Ovidius *Undulatas* vestes describit, cùm ait:

Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis,
Crediderim Nymphas hæc ego veste sugi.

Sed de hujusmodi vestis diximus aliquid, in voce *Virum*. V. iterum Ferrarium *Part. 1. lib. 3. cap. 20. ubi varia mulierbrium Festimonsorum nomina, Plauto Epidico Act. 2. Sc. 2. memoratis, exponit.* Ab eadem origine *undulare* vel *undigare*, est infantem moribundum, non adhibitis omnibus Baptismi ceremoniis, lustrali aquâ perfundere, Gall. *Ondoyer*. V. Petrum Epise. Clarom. *ad Mauritium Epise. Parisi.* in *Epistolis* Stephani Epise. Tornac.

Fingendi ritus, olim frequens admodum. Namque infantem utero egressum statim lavabant, partim sale, partim aquâ, eaq; vel tepidâ, vel frigidâ, vel frigidâ, quâ Germani etiam legitimum fœtum explorant; Lacones vino: Additum apud Græcos oleum in χύτρᾳ, de quo Nonnus *l. 25.*

Τυπτομένην δὲ οἱ ὦμα λεχὼ τεμένη, ἐγγύα δ' αὐτοῦ
Μαῖζα ἐνὶ ῥ χύτρα, φάος ἡ ἀπάγουσα δώσῃ.
Nato vero ubi ejus contentio Nutrix, gladii vero ipse
Mamma erat & vasa olearia, cades & fascia thorax.

Eo verò *ungebant* vel totum corpus, vel oculos folùm naresve, ad infantis robur & calorem non satis firmum augendum & conservandum. Schol. *in Aristoph. Plut. ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν ἄρτι γεγονότων κλυσθέντων δεῖ τὸ ὠὸν ἐπιτιθέναι τοῖς ὀπισθίοις αὐτῶν.* Undique hæc lotionem tam constanter sequebatur, ut posteriores ritus pro priore fæpe sumeretur, & *περὶ τὸ χυτρίδιον* indigitaretur lotio, ut videre est apud Callimachum *Hymno in Jovem*. Sed & Græci recentiores ævi infantes à lamiis læsos oleo, quod *ἀγιον ἔλαιον*, vel corruptè ἁγιὸ- appellant, inungere consuevere, eos hac ratione sanari putantes. Ex lampadum nempe, ante divos accensarum, oleo bonorum fieri eo gosspium intinctum in cavum calamum ingerunt, ut oleum conservetur, nec aliarum rerum contactu dipereat. Eo, domum reversi, puerorum infirmorumque partes præcipuas illinunt, & Sancto, cujus ex lampade oleum est, commendant. Modum intinctionis & dies quibus ea fiat, docet Auctor *Typici cap.* 12. dies, quibus solitum sit dari, exponit L. Allatius *de quorundam Græcor. opinis. pag.* 119. plura verò hanc in rem, V. apud Joh. Casparum Suicerum *Thes. Eccl.* voce E'λαιον. De ritu eosdem in Baptismate *inungendi*, attingemus infrà aliquid In Gymnasticis dein exercitationibus frequens *unctio*, ut vidimus suprà, in voce *Unctuarium*: atque hinc in convivia ritus translatus, ubi similiter *ungebantur* Veteres, tanquam cum Baccho luctaturi. Ita enim Aristophanes *in Vespis*,

—— —— Τιμεσικλῆς
Χ'χρὸν χύτραισιν σπανιὸν.

Unguentis nimirum delibuti crinesque pernicti ac coronati sedebant epulaturi: ac pulvinum nardo, rosâ, unguento se imungebant, ut infinitis Vett. Scriptorum testimoniis probat Athenæus *Dipnosophist. lib. 15. cap. 14. & seqq.* V. quoque Clementem Alex. *Pædagog. l. 2. cap. 8.* Plutarchum *Symposiac. l. 3.* Alios. Unde Ovidius,

— *Habent unctæ mollia scrta comæ.*

Catullus item de cœna sua, ad Fabullum *Epigr. 13.*

Vngventum dabo, quod meæ puellæ
Donarunt Venus & Cupidinesq.

Addebatur & minium, Plin. *lib. 33. c. 7. Hæc religione etiam nunc addi in unguenta canæ triumphalis & Censoribus inprimis Jovem miniandum locari.* Imo adeo frequens ufus in conviviis *Vngventorum* ac coronarum, ut nullum absque illis apud antiquos describptum reperiamus, hæcq; duo fere semper conjungantur. Seneca *de Ira l. 2. c. 33. Ad cænam invitavit eum ille die, unguentum & coronas misit.* Claudianus *de bello Gildon.*

Vinbratus Dius ipseviis, & marcidus ibat
Vngventis, crudusq; cibo. &c.

Idque apud Græcos, Hebræos, ac Romanos: hosque non solùm primis Reip. natalitiis temporibus, sed ea florente, imò & jam penè senescente, ut diximus ex Pomponio JC. *l. 21. ff. de auro & arg. leg. Vngventis legatis, non tantùm ea legata videntur, quibus ungimur, voluptatis causâ, sed & valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa, mura, colum, nardum purum, hoc quidem etiam, quò elegantiores sint & mundiores, tuntur faminæ.* Ubi pro *crina, Cyrina*: pro *rosa, Rhodina*: pro *mura, & myrrha*, denique pro *colum, Costum* Eruditi reponunt. Et quidem hîc distingui videmus *Vngventa*, quæ ad necessitatem vel valetudinem adhibebantur, uti paulo suprà de exercitationibus balneisque vidimus: ab iis, quæ voluptati solùm inservirebant, quæq; muliebri mundo contineri voluit Legislator, *Largum. ff. de auro & arg. leg.* cùm ea quæ valetudini inservirebant, eo non contineretur, Ulpianus *leg. 25. ff. eod.* Inprimis autem in conviviis petalium laudatum est, unguentum è nardo præstantissima, *Foliatum* Latinis dictum, de quo V. Dioscoridem *l. 1. c. 81.* Martialis *l. 14. Epigr. 110.*

Hæc licet in gemma, quæ servat nomina Cosmi,
Luxuriofe libas, si foliata fiti.

Quæ omnia fiebant partim ad impediendum quo vapores surfum ferri solitos, partim ad poros aperiendos, quò eò promptius evaporarent; V. Franc. Rofæum *Archæol. Atticæ l. 6. cap. 3.* & Thom. Dempsterum *Paralipom. ad Rosinum l. 5. c. 30.* Nec verò capita folùm convivantibus inunctа, fed vino etiam unguenta infusa sunt, ut diximus retro, ubi de potione *Murrhata*. Etiam coronis conviviabilibus addebantur, quibus aut irrorabantur ea, aut etiam mergebantur, ut gratiæ florum, quæ pafcit aspectum, accederet voluptas. Inferebantur autem cum coronis unguenta ante missas fecundæ mensæ, Athen. *lib. 15.* qua de re & multa commentarius est Car. Paschalius *Coronar. l. 2. c. 4.* Porrò, in Triclinio æquè ac balneo, pedes quoque *inungere*, apud plurimos, mœris fuit: unde & CHRISTO idem contigisse à pia quadam fœmina, legimus Marci *cap. 14. verf. 8.* ubi nardini unguenti mentio fit, quod magni tum istîc pretii eo est probabilius, quia illis temporibus unica fuit urbs Laodicea, quæ unguentum hujusmodi cum laude conficeret, nec multo ante Galeni tempora in aliis etiam urbibus eadem bonitate fiebat. Modum verò & hic excessit Nero, quem, cùm foràs prodibat, *pedes unguento tinxisse*, Plinius memorat. Interim & Græcos olim, adeoque eorum imitatione pofte Romanos, antequam calcearentur, pedes inungere frequentissimè fuisse solitos, ex Athenæo constat, qui morem hunc molliriei postulat. Quamobrem & Lucretius Sicyonia *unguenta* junxit, *l. 4.*

Vngventa & pulera in pedibus Sicyonia vident.

Qua de re V. Balduinum *de Calceo c. 21. fub. fin.* Etiam hospitum pedes lavari ungique consueviße, diximus *alibi*. De reliquis membris aliquid infrà dicemus. Neq; verò corpus solùm, membraque illius inungebant Vett. fed & , præter coronas, de quibus aliquid dictum, vestibus unguenta affundebant, uti suprà vidimus. Etiam Perfarum Reges diadema feu fasciam suam Regalem unguento è myrrha & odore illo, quem *Ladycon* vocabant, perfundere foliti funt, uti Athenæus refert *lib. 12.* Similiter præsides Ægyptiorum Reges, quandoque ignem, quandoque unguentum, quandoque redolentia super caput unguenta, gestasse, manifestati conciliandæ, teftis est Diodor. Siculus *Antiqq. l. 2.* ut nil dicam, de *immunditiis* mitissi clypeis & legionum aquilis, de postibus *ædium* Mariti, à Sponsa, adipe *ungi* ac oblinîri solitis, unde Uxor q. *Pinxor* quibusdam dicta, alisque. Pergo ad pollincturam cadaverumque *unctionem*, quæ magnâ cura olim adhibita duplex fuit, una vulgaris, altera Magnatibus folùm Principibusque Viris adhibita, ut & cadaveri corum, qui pote, asteritas conciliaretur Defuncti nempe corpus apud Græcos Romanosque, per intervalla primò conclamabatur, atque à proximis & affinibus calidâ aquâ abluebatur, cui unguentis *ungebatur*. Virgilius *Æneid. l. 6.*

Per calidos latices & abona undantia flammis
Expediunt, corpusq; lavant frigentia & unguunt.

Unde ambrosia in caput vultumq; Sarpedonis interfecti effusa, *Il. λ.*

Χεῦτο δ' ἀμβροσίη,

Quo ritu qui defungebantur apud Romanos, *Pollinctores* dicebantur, apud Græcos verò, id à certis mulieribus, ad id destinatis, peragebatur: In utraque gente, fic totum *unctum*, corpus candidâ veste indueabatur. amicuitu, feralibus obstringebatur, ut Appulejus ait *Metam. l. 10.* Quæ facit, quod apud Marcum *loco cit.* Dominus noster, de fœmina illa. *Quod habuit, inquit, ipsa fecit: antevertit unguento linere corpus meum ad pollincturam.* Quod alterum *ungendi* condiendique genus attinet, dictum de illo suprà. Imò & in fupplicits unguenta. Quò enim occisorum corpora diutius integra manerent, femperque vultur agnoscerentur, capita saltem inungi consuevere, id quod κεφαλομυρίζειν dixit Plut. ubi, poftquam Cleomenis *κάτασκοπὸν* commemoravit, Ptolemæum juffiße *τὴν κεφαλὴν τοῦ τεθνεῶτος, ἐπὶ πολὺ μυρίσαι*, cruci affixi unguentatum ejus *corpus*, docet: *τοῦ δὲ τὴν κεφαλὴν* Herodotus aliique, quo de more V. Casaubonum *ad Casarem Suetonii c. 74.* Servorum verò funeribus *unctura* legibus negata. Cicero *de Legibus lib. 2. Hæc præterea funi in legibus de unctura. Servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio. Quæ & vetiti inlunctur, neq; tollerentur, nisi fuissent, ne funiuos à sepulture longe corona nec acerra præsteranter.* E quibus verbis colligit Palchalius, funera, ab iis omnibus, qui profequebantur, quique rogum circumlabant, unguentis olim fuisse fasperi, ubi suprà *l. 4. c. 7. &c.* Sed & in sacris, non exiguus *Vnctionis* usus fuit. Consecratio

namq; Pontificis Max. apud Hebræos, uti vestitu, & sacrificio, ita & *Pœnitente* conflabat: quæ per septem dies continuos administrabantur, quandiu oleum sacrum superaret. Illud enim semel à Mose confectum, Exodi *cap.* 30. nongentos fere annos durasse dicitur: quo postea amisso, Pontificis inauguratio solo vestitu peracta est. Sed & Sacerdotes vulgares hunc ritum aliquousque cum Pontificibus communem habuere, Exod. c. 29. & Levit. *cap.* 8. Discrimen fere in his duobus situm erat: 1. Quod omnes & singuli Pontifices, in novi honoris exordio, unguebantur: Sacerdotes verò reliqui, in prima consecratione filorum Aaronis, inuncti & consecrati esse dicebantur. II. Quod Pontifex *oleo in capite perfundebantur*, Exodi *cap.* 29. v. 7. coll. cum Levit. *cap.* 8. *versu* 12. & *cap.* 21. *versu* 10. *unguentum q; illud optimum defendebat supra barbam eorum*, 133. *ad oram vestium*, Psalmo 133. *versu* 2. Sacerdotes autem oleo, admixto victimarum sanguine, in sacra veste leviter tantum adspergebantur, Exodi c. 29. *versic.* V. quoque Levitic. *loc. cit.* Quæ quid designarint, erudite explicat Franc. Burmannus *Synops. Theol. Part. I. Lib. 4. c.* 8. §. 25. & *seqq.* Præter Pontificem, & filios Aaronis, Leges Mosaicæ nullos alios inauguratos legimus, quod quidam cum oleo sacro idem fuisse contendunt, aliis interdum id facientibus, auctoritate loci Exodi c.30. v.32,33. *Carnem hominis ne eo ungito, aut secundùm confectionem ejus ne faciste simili ei: res sancta est.* & c. Cùm verò omnes & singuli Pontifices, in initiatione, sacro oleo linerentur, unde *Sacerdotes unctis* appellantur, Levit. *cap.* 4. *versu* 5. & c. 6. v. 22. Reges tantùm ii ungebantur, qui rebus turbidis & facetissime ob id multis ac seditiones inceri, in Davidis filium evehebantur, ut in Salomone & Joa factum, 1. Regum *cap.* 1. *vers.* 39. & 2. Reg. *cap.* 11. *vers.* 12. Ubi & hoc observandum, quòd Saul & Jehu dicantur inuncti בְּשַׁח *Bepac*, id est, *lenticula olei*, 1. Sam. *cap.* 10. *vers.* 1. David verò & Salomo בְּקֶרֶן *Bekeren*, h. e. *cornu olei*: quorum illo brevem Regni durationem, illo perpetuitatem indigitatam fuisse, ajunt Doctores, V. Thom. Godwynum *de Rebus Hebr. Lib.* 1. *cap.* 4. Etiam Antiquis in more positum fuit, ut testandæ reverentiæ & cultui religioso, vel qui proximè ad religiosum accederet, oleum vel *unguentum* offunderent. Sic Jacob lapidi, quo erat usus pro cervicali, oleum superfudit, Genes. c. 28. v. 18. idemque statuam eo loci erectam, ubi Deus cum ipso erat locutus, simili veneratione prosequntus est. Similiter lapides *unguine delibuisse*, ut loquitur Appuleius, pagani in trivis colucrint, quod multi Scriptores confirmant: Olim Alexandrinus *λιπαρὲς λίθος* illos vocat, *lib.* 7. *Strom.* Ad quem ritum alludens Plato, Homerum & Hesiodum ejusq; filium Orpheum emittit; non contumeliæ causâ, sed quasi hoc facto testatus, majorem se illum agnoscere, quam ut locum civis in sua Rep. obtineret: Animalia quoque, quæ Diis consecrabant Vett. & libera finebant abire, unguentis eandem ob causam *linebant*, ut multis exemplis probat ad *Suetonium l.* 1. c. 80. Casaubonus. Et forte, Mulieres illæ sanctissimæ in Evangelio, quum in Domino, quem esse Deum adhuc ignorabant, aliquid tamen supra hominem admirarentur, devotionem suam hoc facto testatæ sunt V. cund. Casaubonum *Exercitat.* 14. *ad Annales Baronii* §. 12. & de lapides, Terminales inprimis, ligna, aliaque inungendi superstitione, apud Gentiles frequenti, plura apud C. Patchalium *in Coronar. l.* 4. c. 4. Ut verbum addam de unctionibus Christianorum, inter ritus Baptismales, *mystimum* quoque processu temporis adhibitum jam olim, docet pluribus Joh. Casi arius Suicerus *Thesaur Eccl. voce Chrisma*. Bulgari verò semel in Baptismo unctum, denuo chrismate inungebant, qui ritus *ἀναμυροσμὸς*, q. *renutio seu repetita unctio*, dictus est. Photius *Epist.* 2. p. 50. de Bulgaris, *ὁ ἀναμυροσμὸς ἅ τὸ μύρου περιτίθεν τοῖς μυρωθεῖσιν, ἀδὲ κωλύειν δοκεῖ ἡ ἐκ κατάγνωσιν. Jam baptizatorum & oleo inunctorum renutio ne Canonibus quidem indiges ad jus condemnationem.* Hæreticorum tandem nonnulli, postquam converti essent, iisdem non baptizatentur, *ungebantur* tamen, uti de Novatianis docet *can.* 7. Concilii Laod. ut & Photinianis ac Quartodecimanis: de iisdem, atque insuper de Arianis, Macedonianis, Sabbathianis, Apollinaristis, aliis, *can.* 7. Concilii CPolitani, ubi *sacro unguento fronem & oculos & nares & os & aures*, illimi consuevisse, innuitur. V. eundem Suicerum voce *Αἴρεσις*: uti de ritu inungendi *Infirmos*, *Moribundos*, *Mortuos*, supra voce, *Inunctio*, item ubi de *Oleo*: adde quæ diximus, voce *Chrisma*, ut & quæ hic mox subjungemus.

Unguentum, pro vario usu multiplex est. Auctor est Athenæus, priscos Græcos adeò eorum fuisse studiosos, ut exploratum habuerint, ecquod *Unguentum* cuique membro esset accommodatum, *Dipnosophist. lib.* 15. *Οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐν τοῖς συμποσίοις ἦ τοῦ μύρου χρῶτο, βλέπον ἐκ τὸ πρὸς ἑκάστοις, ποῖόν τι ἑκάστῳ τῶν μελῶν πρέπει ἐκ ἀπιτήδειον.* Et hodiptem esse in Scriptoribus Græcis ac Latinis oportet eum, qui ignoret, luxum præpotentissimum *Unguentorum* priscis nepotibus in frequenti usu fuisse, maximè autem, cùm in triclinariibus lectis accumberent, Casaub. *ad Sueton.* Metopio, de quo multa Hieron. Mercurialis *Variar. Lectionum. l.* 2. c. 19. quodq; unguentum Ægyptium fuit, sicut & Mendesium, crura & pedes inungebantur: Phœnicino, malæ & mammæ: Serpyllino, genua & collum: Sisymbrino, alterum brachium: Amaracino, superciliæ & coma: Amomo, capilli, ut patet ex Seneca allisque. Ovidius,

Spissâq; de nitidis tergis amomo comit.

Statius,

— *Nec pinguis crinem deducere amomo.*

Unde, non liquidum id, ut Bernardinus autumat, fed valde spissum fuisse patet, quod etiam Perfius satis clarè indigitat, cum ait:

Compositus lecto crassâq; lucernâ amomis.

Fuit autem maximo in pretio, non Ægyptium illud, de quo Daniel Galetanus *ad Senecam*, qui inscite amomum cum metopio confundit: fed Affyrium, de quo Virgilius in *Eclog.*

— *Assyrium vulgo nascitur amomum.*

V. Delrium *Notis ad Juftinum l.* 9. c. 4. 5. 1. Totum hominem unguento perfudit Antiochus Epiphanes, quem cùm unguentis delibutum beatum quidam prædicaffet, lætatus, *Ego*, inquit, *longe faciosum illi indueram, ac vix plus quàm duas choas corpori crassi unguenti in capsa illius ostendi ipsa: lubricoq; facta eo ipsa lecidit videns, & eorum complures, qui una la vabantur*, ait habet Interpres Polybii *Hiftor. l.* 26. Non minor luxuria Othonis, qui, Neronem excipiens, fistulas aureas argenteasque diversis propositit locis, quæ aquæ inftar *unguentum* funderent, apud Plut. *in Galba. Sed* ab his luxitiæ fignis atque irritamentis lugentes abftinuere, 2. Sam. *cap.* 12. *vers.* 20. fpecialiter in jejunio, ut colligitur ex 2. Sam. c. 14. §. 2. coll. cum *vers.* 16. qua de re V. Joh. Caspi. Suicerum *Thes. Ecclesf. voce* Α'λείφω. Flamini quoq; Dialì, fub dio faltem, fas inungi non fuiffe, teftatur Plut. *in Quæft. Rom.* & c. Ceterùm de origine & progreffu *Unguentariæ Rei*, fic Plin. *lib.* 13. *cap.* 1. *Quis primus inventrit, non traditur. Iliacis temporibus non erant — Perfarum effe debet gentis unguentum. Illi madent eo, & accerfita commentatione, ingrivie natum vitium extinguunt. Primum quod equidem inveniam, caftris Darii Regis expugnatis, in reliquiis ejus apparatus Alexander cepit fortissimum unguentorum. Poftea voluptas eius à noftris quoq; inter laudatiffima ataq; etiam honeftiffima vitæ bona admiffa eft.* & quæ fequ. ubi ordine enarrat, quo tempore, apud quas gentes, quodque unguentum in ufum venerit, cefferitque recentiùs invento. Sed *unguenti* Homerum jam meminiffe, difcimus ex *Il.* 2. ubi de Junone,

— *ἀλείψατο δὲ λιτὶ ἐλαίῳ*
Α'μβροσίῳ, ἑδνῷ, ὅ οἱ εὐώδιπνον ἦεν,
Τὸ ῥ' εὐόσμητο δώμ' ἐπὶ μακρὸν ἰαχε δ' ἄνυπο.
E'σπετο δὲ χαίτης τε καὶ ἀβρῶν ἐκ ποδῶν ἴαχε δ' ἄνυπο.

Vetusque Comœdia paffim *μύρον* nominat, & *μυρίζειν* & *μυρολυθεῖν*, ut & Lyrici Poëtæ, Alcæus, Sappho, Anacreon. Alii. Sic Sophocles inducit in quadam Fabula Venerem *μύρῳ ἐλαιόμενον*, Minervam autem *ἐλαίῳ χρισμένην*. Legeque fua fanxit Solon, ne vivo liceret *μυρολυθεῖν*. Notant etiam Grammatici, *μύρῳ* quidem nomine primum fuiffe ufum Archilochum hoc verfu,

Οὐκ ἀὸ μύρωτ γεγῶς ἐκ' ἐλαίῳ.

rem tamen ipfam longe antiquiorem, & Homerico jam, ut vidimus, ævo, ufitatam: neque ex eleo tantùm, fed & ex aromatis condita, quæ Veteribus *θυώμενα* dicebantur, unde veftes apud eundem Homerum *τεθυωμένα*, h. e. *unguentis perfuſæ* &c. Quod verò de Perfis idem Plinius ait, fic habet. Sobriciatem in hac gente ac victus frugalitatem commendant Veterum haud pauci. Exercitia quinetiam ac fudoribus ita affuefacti funt, ut homo Perfa temerè cibum non fumeret, nifi quotidiè ab exercitio fudaffet. Cùm autem poft fudorem lavarent reliquæ gentes, Græci & Romani, & hi quidem frequentiùs, Perfæ in fudata veſte durabant. E' qua illuvie atque *imbalmise*, ut loquitur Lucilius, fordes & immunditia & totius corporis fœtor, quod virus *unguentorum* ufu, quibus toti madebant, expellere confueverunt. Ad Romanos quanda exotica unguenta pervenerint, idem indigitat, *lib. eod. cap.* 3. *Quando id primùm ad Romanos pervenerit, haud facilè dixerim. Certum eft, Antiocho Rege Afiaq; devicta, urbis anno quingentefimo fexageffimo quinto. P. Licinium Craffum, L. Julium Cæfarem Conſules exiviſſe, ne quis vendere ea unguenta exotica.* Itaque non ftatim poft Alexandri M. ætatem, quod Solinus vult, fed demum poft domitam Afiam, unguentorum illecebra cum cæteris Afiæ deliciis, in Romanum fe lum fluxit, uti pluribus docet ali bium Salmafius p. 947. Compofitionem *Unguentorum* quod fpectat, de illa fic iterum Plinius *cap.* 1. *cit. Ratio faciendi duplex, ſuccus & corpus. Hi olei generibus fere conſtat, hoc odorum. Hæc ſummata vocant, illa hedyſmata. Tertius inter hæc eſt color, mutlis neglectus. Hinius cauſa addunnt cinnabari & anchuſa* &c. ad quem locum V. Dalechampium, & præ illo Salmaſium *ad Solinum*, ubi hanc in rem, & in fpecie, *de unguentis ex amomo, cinnamomo, coſto, croco, palma*; de *Unguento Mendeſio, Muſcellino, Nardino*, aliis: de *Unguentorum ſpecibus*, quorum alia *χρίσματα*, alia *ἀλείμματα*, aliíque hue pertinentibus, egregia habes complura. De quibus tamen omnibus graviter idem Plinius, ubi ſupra *cap.* 3. *Hæc eſt materia luxus & cunctis maxime impervacui. Margarite enim gemmaſque ad hæredem tamen tranſeunt: veſtes prorogant tempus: unguen-*

unguenta illico exspirant, ac fuis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transeunte famina odor in vitet etiam aliud agentes. Excudunique quadringentis denariis libræ. Tanti emitur voluptas alterna. Eunius odorem qui geris, ipse nonsentis. Alia longe ratio fuit *unguenti illius facti*, quod ipse Deus Mosi conficiendum præscripsit, quodque, præter res sacras universas, Pontificem Max. quemque in vet. Eccl. inungi oportuit: ut hoc signo adumbraretur Divinitatis in Jesu Christo, Pontifice nostro unico, inhabitatio & Spiritus S. donaq largiti me in ejus carnem effusa, Psalmo 45. v. 8. & Johannis c. 3. v. 34. De eo fic legimus Exodi 30. v. 23. & *seqq.* Accipe tibi aromatum præstantissimum, myrrhæ liquentiæ quingentos siclos, & cinnamomi dimidiatum, id est, ducentos quinquaginta: & calami odorati ducentos quinquaginta: Et casiæ quingenta, prout est pondus sacrum, & olei olivæ hinem: Et parabis ex illo oleum unctionis sacræ, unguentum unguentariæ opus: unguentarii oleum unctionis sacræ erit. Eoque unges, Tentorium conventus, & Arcam ipsam Testimonii, Mensamque illam cum omnibus instrumentis ipsius & Candelabrum ac instrumenta ejus & Altare ipsum Infimum, Altare quoque holocausti & omnia instrumenta ejus, labrumque ac scapulam ejus: ut sanctifices illa, fintque res sancta sanctarum: quicunque tetigerit illa, sanctus esto. Aharonem quoque & filios eius ungito, &c. Et paulo post, v. 32. Carnem homi nis ne eo ungito. aut secundum confectionem ejus ne facitote simile ei: res sancta est, res sancta esto vobis. Quisquis conficiet simile ei, aut quisquis imponet ex eo rei exterræ, propter ea exscindetur e Populis suis.* Unde collegit poterat ipsos quidem Reges eodem oleo inungi consuevisse, quod quidam asserunt. Durasse *unguentum* hoc factum annos fere nongentos, colligi tandem amisso, Pontificis inaugurationem solo vestitu facto fuisse peractam, jam diximus. V. hic supra in voce *Vnctuarium*, item ubi de *Ungenti vius*: de vasis vero, in quibus optime conservantur *unguenta*, voce *Alabastrum*.

Unguis, an ex Græco ὄνυξ, an quasi *unctus*: pelluc idus enim est? quem animæ teneat gradum, disputat Augustinus ex Varrone *de Civ. Dei l. 7. c. 23. Text.* inquiens, *affirmat esse Animæ gradus, in omni universaq; natura Vnum, qui omnes partes corporis, quæ vivunt, transit, & non habent; insum. sed tantum ad vivendum valeuidem: Hanc vim in nostro eo pore permanare dicit in ossa, ungues, capillos: sicut in Mundi arbore sine sensu aiunur, & crescunt, & modo quodam suo nascuntur &c.* Usus eorum multiplex, non enim ornant modo, verum etiam muniunt digitos, ut Aristoteles ait *de ipsa part. l. 3.* Et quidem in antiquissima hac arma mortalibus, feminæq; inprimis sexui. Legimusque Dionysii filii, post innumeras contumelias, *unguibus* tandem compunctionem necatas, à Locrensibus, apud Athenæum *l. 12. c. 19.* Hinc prospicimendi nulla ejus ævi hominibus cura: hodieque apud certam Indiæ gentem nobilitatis nonnisi ad certius indicium. Posimodum verò, politiori vitæ cultu, præsecare cœperunt, quod ξηραίνεσθαι Græcis appellarum. Erat autem id officium apud Romanos Tonsorum ut de Brutii Pœtæ refert Valerius Max. *l. 2. c. 2. & l. 4. c. 6.* de Vulteio item, Horatius *Epist. 7. lib. 1.* Unde Martialis *lib. 14. Epigrammate 56.* cujus lemma est, *Ferramenta Tonsoris*:

Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis:
Unguibus hæc longis utilis, illa geni.

Tonstricumque, uti diximus supra. Cujusmodi munere apud Cleopatram functa Charmione est, una ex illustribus illius ancillis, cujus meminit Galenus *de Theriac. ad Pisonem l. 1. c. 8.* ubi *Cleopatra vivunes ante extremum vitæ spiritum, tubulos, extremos ungues dextræ præcidebat.* V. quoque Tzetzen *Chil. 6. Histor. 44.* & supra voce *Charmione*. Non refecebant autem nundinis. Plinius *l. 28. c. 2. Ungues resecari nundinis Romani: secenti atque à digito indice, multorum peculiæ religiosum est.* V. apud eundem plura de superstitione circa hæc vetr. Romanorum alibi. Relegmina vero Flamen Dialis, utpote inter immunda cenfita, fuber arborem felicem, ut & capilli legmina terræ operiebant. A. Gellius *l. 10. c. 15.* Aliiad δάκτυλον adservabant, ut ea cum pilis urenda. Unde in *Erotopægnio* Lælii apud Apulejum in *Apolog* ubi pleraque Veterum philtra enumerantur, etiam ista recenfentur,

Trochus, pili, ungues, taniæ.

V. Salmasium *ad Solinum pag. 942.* At Sinenses hodierni etiam idolis suis illa offerre non dubitant &c. Sed & fcindebantur medio ævo *ungues*, quæ corum fcissura, inter pœnæ levioris species, occurrit apud Auctorem *Flete l. 1. c. 26. §. 4.* ubi de pœnis in Anglia usitatis. Porro rodunt eos invidi. Ita enim Martialis *l. 4. Epigr. 26.*

Esce iterum nigros corrodit lividus ungues.

Meditabundi item, unde quæ scripta *admorsum unguem* sapiunt, præclara habentur. Inaurant insuper Turciæ virgines, fponlæ inprimis, de quo more jam apud Vett. (etiam in ferarum exuviis, quas pricis Heroes cum *unguibus* gestabant) usitato, V. supra, ubi de artificio *Deaurandi*. Ut ad usus eorum redeam, matmoratii juncturas *unguibus* probant, unde ab *ungue* phrases

ortæ, quæ pertinent ad summam ἀκρίβειαν. Ut *Ne tatum quidem unguem discedere, Tenere ad unguem.* Et in Horatio,

— *ad unguem*
Factus homo —

E', —

— *carmen non castigavit ad unguem.*

Et in Virgilio *Georg. l. 2.*

— *omnia in unguem*
Arboribus positis sedto via lumine quadrat &c.

V. Sam. Bochartum *Hierozoici Partepriop lib II. c. 44.* Sed & ut Socratis *ungues* aliquis olim ulus fuit. Avibus enim, quod operosius factum fuisse tradunt Judæi, Sacerdos pollicis *ungue* discindebat caput, tum sanguinem ad Altaris angulum exprimebat, dein ingluviem au erebat, tandemque discissus sub alarum recessu carnibus concrematur. Levi. c. 1. v. 14 17. de quo ufu vide Bochartum *Hier. parte poster. l. 1. c 5.* Contra abusi graviter iisfunt, qui ex illis divinare fatagebant Vett. inter *Κατοπτρομαντείαν* species hanc quoque referentes memoratam Kimchio *ad Ez. c. 21. v. 21.* ubi de Βαλομαντεία Regis Babyloniæ: *Accebant & exposebant aciem ferri ut eorum, ius au rasde splendores & conspectores in ea viderent, quid futurum esset, quemodo videns in ungue pollicis manus, quia splend. v. ius & in glutio videns & in speculo.* Quo pertinet, quòd ex maculis *unguium* hodieq; mendaces arguuntur, quo & omnium, quæ sibi eventura essent, vestigia in *unguibus* appatuisse, scribit Cardanus *de Var. Rer. l. 8. c. 43.* Graviùs, qui subillis venenum occultabat Monachus, quo tandem is Henricum VII. Imp. interfecit, V. in eo. Item qui adactis intra digitorum ungues acubus ri leros excavinbe ant Tyranni, V. Æliaanum *Hist. Var. l. 9. &c.* uti de *Animalium unguibus*, Plinium *l. 11. c. 45.* plura verò hanc in rem hic passim.

Unguis Odoratus, V. supra *Onyx*, uti de *ungue* pisce, Vossium *de Idol. l. 4. c. 36.*

Unguis, ab *ungui*, cornea pars pedis est in equis, bobus & similibus. Et quidem in equis ὁ χηλὸς ἐν ὁπλαῖς cavum ejus Græcis dicitur, quòd bifurcatam hiundinis caudam aliquo modo referat: profundius in equis generosis, quorum proles pedes tam facile non læduntur. Unde pede solo alisso gravius ftrepunt. Poeta *Georg. l. 3.* ubi de nobilis equi notis,

— *solida gravister strepit ungula cornu.*

Indidem χαμαικόπους, κοιλοπόδους, ὀξυπόδας Græcis dicti: inter quos Homerus ἐϋσφύρους πόδας ἵππων vocat, de bellicis equis verba faciens. Ὅππως δὲ κύρβαλον ἔχῃς ἐπὶ χθονὶ βεβὼς ἐν κοίλῃ ὁπλῇ, *sole enim alliq cavæ* ungula *resinas, ut cymbalum*, Xenophon quam in rem V. Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. l. II. c. 8.* de cæterorum vero animalium *unguibus*, Plinium *l. 11. cap. 46.* Dico fatem, *ex* ungula quoque mundities indicium capi voluisse Deum, Levitici *c. 11. v. 2.* & in quadrupedibus mundis, præter *ruminationem*, requisivisse, *ungulam fissiam & divisam simul*, uti quoque videre est Deuter. *c. 14. v. 8.* Quorum locorum occasione Bochartus, *Animal, ait, aliud est ὑπόνυχον, solidipes, ut equus, mulus, asinus; aliud δίχηλον, bifidum, ut bos, cervus, capra, ovis; aliud πολυχήλους, multifidum, ut canis, leo, lupus, felis.* Musti fidum dicit Moïsen ambulare super plantas aut manus suas, Levi. c. 11. v. 27. cùm quia caret ungula, tum quia pedes habet manum instar digitatos. Hoc subtilius, quòd distinguit Moses inter fissionem & divisionem ungulæ. Ita ut quædam scribat ungulam simul dividere & findere, ex quorum numero est porcus alia ungula dividere quidem, sed non findere, Levi. 11 7. 26. quia cohæret adhuc vel à parte superiori, vel ab inferiori — ex Exemplo sit camelus, cujus ungula fuperne divisa est & infra ne cohæret &c. Quare vero animalia *fissam simul & divisam ungulam* habentia pro mundis fuerint habita, & quid utroque signo fuerit indigitatum, Burmannus docet, *fissione siquidem* rerum sacrarum, & *divisione* in duas solum partes, firmitatem & constantiam in fide ac justitia, præfiguratum innuens, *Med. ad l.* Ut hoc unum addam, intra *ungulam boris* cibum recondere solitum Epimenidem, tradit ex Demetrio Laertius. Contra ex *ungula equi* mortem hausit Alexander M. *Veneni* item, quo is perremtus, *tanta vis fuit, ut vim æris, non ferro, non ipsa consumeretur, nec aliter ferri nisi* in ungula *equi posuerit*, Justinus *lib. 12. c. 14.* V. quoque Pausaniam *in Arcadicis. Plut.* tamen in *Alex. c. 29.* & Ælianus *Hist. anim. l. 10. c. 40.* ungulam *asininam* fuisse scribunt: ut Arrianus *l. 7.* Plinius *fine libri 30.* & Vitruvius *l. 8. cap. 3. mutilnam*: Curtius *jumenti unguiam* simpliciter vocans *l. 10. c. 10.* rem in medio relinquit &c. V. Berneggerum *ad l.* & plura hanc in rem hic passim, ubi de Animalium quolibet in specie, ut & infra voce *Ungulus*.

Unguis, inter instrumenta hominibus excruciandis excogitata, memorator Cypriano *ad Donatum*, *Hastis illis & gladiis & carnifex præstet est*, Unguis *effodiens lacera & deradens*, *Scalens* & *tendens* &c. Prudentio *Hymno D. Vincentii*,

Ridebas hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quòd fixa non profundiùs
Instarent arma Unguli-

Bisulcæ eidem dicuntur, *in Hymno D. Romani,*
Amor coronæ pene prævenit truncum
Lictoris ariem, fontes nudas offerens
Ossas bisulcis executidas Ungulis &c.

Erat autem ferrum mucronatum, quo fulcatim corpora laniabantur & fodiebantur. Et quidem eorum, qui in Equuleo tor quebantur, cutem *Ungulis* ferreis laniari fol tam esse, clericorum ex Justiniano *de Mathem. in* C ubi ait, *Sit Equuleo dedituss & ungulis latera fulcantibus fcelera dignas perferas panas*: & Sigonio *de Judic. l.3. c.18.* ubi, de Equuleo loquens, inter alia, ait, *Catasta fuis ligneæ & c. in altum erecta, ut ex ea quasi ex cruce quadam miser penderet; sum primùm compagem ipsam ossium illius divelle bant, deinde candentibus ferramentis, prout animi advertit, atque libidi cis ungulis ferreis laceribus laniatis dolorix acerbitatem augebant.* Has *Fidiculas* esse, ex Isidoro videtur colligi *Etymol. l.5. cap. ult. Ungulæ tabulæ, quod effodiant; hæ & Fidiculæ, quia iis rei in equuleo torquuntur, ut fides in veniatur.* Gallonius ex *findendo* seu fodiendo fic appellatas esse statuit. V. supra ubi de *Fidiculis*. Idem fuisse genus quoddam forcipis ferreæ docens, eas hoc modo explicate Conjugebantur primùm duo simul ferri fruſta oblonga aliquantulum, eo prorsus modo, quo illa forcipis ferreæ faborum connecti copularique solent; quorum extremæ partes rotundæ erant & prope earundem finem paululum excavatæ, quod idcirco fiebat, ut hastulæ aliquæ in ipsis includi atque affigi possent, ad majorem commoditatem carnificum, reos in Equuleo positos vel stipitibus affixos vel sublime appensos diseerpentium. In partibus verò superioribus à conjunctione nimium frustorum amborum ferri incipiendo, usque palmi e tam longitudinis, duorum digitorum latitudinis exiguæque crassitiei, subtiles siquidem ac exiles construebantur. Porrò affigebantur his mucrones sex ferrei, terni in singulis, hoc ordine, ut in alterius illarum mediterate duo mucrones ejus ferme superficiei fixi essent, in mediterate verò alterius unus tantummodo adverſus duos: qui, si contingebat forcipes constringi quia in fruſti medio affixus erat, duobus prioribus aculeis obviam fiebat atque occurſabat, per quos quasi fexipetum trajiciendo. Amplius in iisdem partibus alii octidem mucrones in eadem capitibus inerant, aculeorum ordine duntaxat immutato. Unde eveniebat, ut carnes illorum quibus admoverentur, & fodicarentur & fulcarentur. Quocirca non mirandum, quod *bisulcæ* dictæ. Variis autem modis ex carnificabantur his *ungulis* homines, quandoque Equuleo, vel palis aut columnis alligati, quandoque sublime appensi, capite etiam nonnunquam adterram verſo &c. V. Gallonium *de Mart. Torquatis c.3.* Illius *pœnalis res, seu exungulare*, ungularum tormentum inferre, in *Vita* Porti Martyr. *c.6. Ferantur ferreæ ungulæ & ungulentur.* Et in *Act.* Eulaliæ Barcinon. *num.6. Fuſtis — ſuspendi exin, quamdiu exungularetur, apud* D. Fruſne *Gloſſar. lacerare* ſimpliciter vocat Seneca *de Ira l.3. c.3.* Unde *equuleis & lacerationibus ſubjacere*, in *l. 4. Cod. Theodoſiæ Numerar.* V. ſupra in hac voce.

Ungulus, ſingulare Admillæ genus, brachio ſuſpendi ſolitum, Ita enim Pacuvius apud Feſtum: *Suſpenſum in lævo brachio nſtem de Ungulum.* Et Nonius, *Retinaculi ego porro hunc vi detraxi unguium.* Oſcorum linguâ Annulum hac voce denotari, ſcribit Feſtus & Iſidorus *Origin. l.19. cap.32.* Sic Plinius de Annulis *l.30. cap.1. Græci à digitis appellavere, apud nos priſci* Ungulum *vocabant, poſtea & Græci & noſtri Symbolum.* Cur non & *Armillæ*, quæ an nuli ſunt brachiorum? quæris Bartholinus. Nam *Ungulus* vi detur annulus dictus, quod coeptus in circulo imitetur, licèt aliter Iſidorus ſenſerit, vel, quòd rudi ſeculo *Ungulæ*, ſeu cornua annulorum armillarumque vices ſuſtinerent, quemadmodum ebur aliis & cornu brachiale in arcubus adhuc, inter Turcas, Arabesque uſitatum, ſi credimus Bellonio *Obſervat. l.2.c.89.* Pro cornu enim *Ungulum* acceſſiſſe antiquos, ex ſignatis plurimorum Auctorum locis, in *Obſerv. de Unicornu* c.3. evicit Th. Bartholinus: qui ipſe anceps haeret, num huc corniculos referre debeat, armillis ſæpe ſæpius velut cognati generis, ſociatos: Ita Livius *lib.* 10. *Corniculis, armillisque argenteis donati.* Nihilque à veritate alienum putat, ſi Armillam, à tortuoſi flexus ſimilitudine cum cornibus, *Ungulum* vocaverit antiquitas. Cæſtus nam que, Armillis ferè ſimiles, in brachiis manibuſque ad cornua arietina componit Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. &c. Vide quoque præfatum Thomam Bartholinum *Schedio de Armillis Veterum* §. 4.

Unicornu, Gr. *Μονόκερως* dicitur. Cujusmodi animalium ſe ptem ſpecies Viri eruditi obſervarunt, præ aliis Dalechampius *in Plin.* Rhinoceros piſcis plerunque in Rubro mari capitur, & vix aliud tributi genus ab incolis illius tractus Abyſſinorum R. pendit, referente Alvaro Bermudeſio. Martinus Forbiſſerus, ſuſceptâ in Americam peregrinatione, ſub An.C. 1576. cùm Oceanum Septentr. mente ſuſio, glacie conſtrictum ac tranſitu perdifficilem inveniſſet, ibi conſiſtere coactus, multos piſces frigore enectos repetit, & in his Rhinocerotem ingentem, in ter ingentes glaciei montes fluctuantem, rotundum inilar hiſtricis, 12. pedes longum. cornu 2. ulnis extenſo, minùs 2. digitis, è naſo exuberante, quod rectiſſimum ut, qui viderunt viſum eſt, eodemque modo ac penè forma pari cum his, quæ Venetiis ac Divi Dionyſii in Gallia ſpectantur, pars ſummarotecta, aut fracta erat, cui aranææ impolitæ mox expiravérunt. Affervatum id inter pretioſiſſima curioſia, poſquam in Angliam allatum eſſet, Vindſore Regina collocavit, teſte Caſp. Emſio Luſitano. Relatum ſimiliter eſt à rerum Britannicarum Scri, toribus, fub A.C. 1588. inventum hujusmodi cornu in litore Sudovolgio à muliercula, vilique divenditum, poſtea magno utui fuiſſe. Quæ in Terra Viridi N. O. cornua ſunt, longè ab illis figurâ diſſident, quæ in Mari Rubro frequenter vilum tur. Neque prídem Thom. Buttonus & Frobertus Baffinus, in Inſ. Fœminea Atlantica deprehenderunt, totam incolarum opulentiam in iſtiusmodi cornibus conſiſtere, quibus maxima virtus adverſus quælibet venena. Cardanus *Unicornem* eſſe animal terbibit rarum, magnitudine æqui, pilo muſtelæ ſimilimo, capite cervino, in cujus fronte cornu creſcat unicum, cubitorum 3. longitudine erectum, in imo autem amplum, tendens in acíem. Porrò collum ei tribuit breve, jubam tariſſimam & in alteram tantùm partem tendentem, crura velut caprearo te na, poſteriorumque terminorem partem cervino pilo villoſam, ungulas bifidas eſſe tradit: Cujusmodi duos, Sultano ex Æthiopia miſſos, Mechæ ad Mahometis ſepulchrum, cancellis ſeptos minimè feroces, forte quòd longogjam tempore domiti, ſe vidiſſe refert Ludov. Vartomannus. Nec Idaich Aga, Solimanni ad Maximilianum II Imp. Orator veritus eſt, Viennæ in frequenti Procerum corona, dicere, ſe in Arabia deſerta vidiſſe greges iſtiusmodi animalium, uti bovum vaccarumque in nostris regionibus. Dilavit ingnis ſtatim illa perſiſſe, nunc Terrâ erui olſa fabulantur plurimi, cùm majori ex parte terræ viſceribus recondita exhumari cernant. Ad Dionyſii Fanum prope Lutetiam, integrum extat eximiæ proceritatis cornu: ſolennibusque Venetorum feriis, Sanmarciano delubro, quæ publicè ſpectanda proponuntur, & magnitudine & figura ſunt diſſimilima. Kerezenio quoque Baroni ad Nidesburgum, brachii craſſitie, ingentis modi fuit os, 6. Pannonium, ut credit vo lutis Regis Matthiæ thesauris, ad fe delatum quod balænarum quoque fuiſſe alii judicant. Nec difficilis fucus eſt, cùm in litora ejecti piſces cetacei, ſalo arenas propellente, ſæpe obruantur, poſtque multa demum ſecula rurſus ex imis terræ viſceribus erura, cornuum ſimulachra referant. Unde Joh. Hugo Linſchotius, qui integros 12. annos in urbe Goa comm ratus eſt, atque illuc undique compotiari, quidquid in illis terris eſt rari, vidit, Rhinocerotem Veteribus impoſuiſſe judicat, illumq; eſſe pro Monocerote *Ou Pinoceros* à nobis lumtum. Picium itaque hæc cornua fuere, quæ paſſim oſſeotantur, neque tere amplius hodie dubitant, quin ita re res habeat, navigationibus inprimis Hamburgenſium aliorumque, meliora docti. Cetetrum in Europa iſtiusmodi cornua 20. integra reperiuntur, totidemque non integra, ſed confracta. Parilienſe multi naturale eſt, quod quia concavum, decidtum eſſe non poteſt, ut cervinum. Longum eſt 7. pedes magnos, pendit $13\frac{1}{2}$ libras, ſi quis tubleret, plus 18. libras tribuit. Figura recta eſt inſtar cerei, inſeriore parte craſſa, *deinde* paulatim usque ad mucronem gracilelcens: Craſitiem manus complecti nequit, cùm 5. digitos in diametro habeat. Ubi capiti adhæſit, æquale eſt nonnihil, reliquâ parte leve ac politum; levibus canaliculis cochleæ in modum striatur, integroque pede, ubi capiti fuit inſertum, cavum eſt &c. Nec omittenda hic Sinenſium *velox vacca*, in vertice capitis à fronte, oblongo ac tereti armata cornu, tantæ velocitatis, ut 300. ſtadia facile uno die ſuperet. V. Auctorem *Sinæ & Europæ cap.* 40. inprimis autem apud Thom. Bartholin. *de Unicornu.* Adde unicum hunc locum Cl. Voſſii, *de orig. & progr. Idolol. l.3. c.60. Ajunt & Rhinocerotem* (quem *Rhinoceron* alibi vocat) *eſſe fœminei ſexus amatorem: nimia autem virgine ſic affici, ut in ejus ſinu deponas capiti, atque ita exuere feritatem omnem: in ſinu autem ejus ſopor autem capit. Referunt Albertus M. & alii juniorum: nec memini me apud antiquiorem legere, quain Iſidorum Hiſpal. Originum l.12. c.2. Eodem vero hoc loco habendum ac fabulæ Æſopicæ. Commento enim hoc ſignificare voluerunt, nullam eſſe vim tam efferam, quin amore dometur.* V. quoque ejus judicium de vi veneno reiſſendi, quæ cornibus iſtis alcribitur vulgo, *lib. 12. cap. 6.* 68. & plura hanc in rem. ſupra voce *Monoceros.*

Vnio, vett. Latinis *ενωφὸν ποτιστήριον, cæpe ſimplex & unico capite conſtans.* Columella *l.12. c.10. Pompejanam vel Aſcalonian capam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant* unionem *ruſtici, eligio.* Hodieque *ognon* Gallis, ſed cæparum omne genus, appellari notum. Hinc grandioribus margaritis, quarum notitia circa Sullana demum tempora ad Romanos pervenit indium nomen, quod *unionum*, i. cæparum figuram referrent: quemadmodum iisdem longiores, *elenchi*, quod elenchi ſeu pittacia eâ forma amphoris, ad indicandam vini ætatem, adfigerentur; & quæ dimidiatæ rotunditatis forma habrent, *tympana* vocitata ſunt. V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 1169. alibique paſſim, ubi de aliis quoque vocis notionibus varia Et quidem *Vnio*, cùm de pretioſa hac matris grandine ſumitur,

Voſſio

Vossio propriè margarita est, ex concha quæ apud Rubrum Mare crescit ac coalescit, ex leg. 19. §. penult. ff. de aure & arg. leg. atque ita Plinius lib. 12. cap. 1. Vnio in maris fundo profundo, Smaragdus in ima tellure quæritur. Quod apertius idem Auctor l. 9. c. 35. Hinc Propertius lib. 1. Elegiar.

Et legitur Rubri gemma fub æquoribus.

Lucanus lib. 6.

Innatafque Rubris
Æquoribus coftas preciofæ vifcera conchæ.

Et clariorem utique *Vnionem* in Rubro Mari reperiri: Indicum verò, licèt magni, vilius præcellentem, fpecularium lapidum squamas affimilare, tradit Plinius. Nomen eidem inde, non quòd nunquam duo fimul reperiantur, ut Solino cap. 20. proditum, & Iſidoro Origin. l. 16. cap. 10. verùm, quia nulli duo reperiuntur indifcreti, Plin. l. 9. c. 35 Sed prior origination placet magis. Sicut *Margarita* vocabulum, fi Ruthachium audiimus ad *Hiem.* fuerit à μαργαρον, fiu alios, à Perſico vel Indico *barberi*, quo nomine conchas, in quibus margarita, vocant. Interim à conchis, in quibus naſcitur, clarè etiam diſtinxit Tertullianus *de Habitu mul. cap.* 8. Forent autem margaritarum pinnæ, pectines, myaces: item μυες ακεφαλοι, five ut vocant, *perularum mares*: quæ pectinem magis refert, quàm pinnam, ac facie exteriori ſcabritiem habet & rugas. Has conchas aperire ie ac claudere conſtat, unde & *mvwδων το πλειον*, dictas. Aiunt verò nodum paruli, ex Lunari ſuperficie, fieri, rore concipiantque puro illo & pellucido humore inclarefcente, parere candidum illum lapillum, quem *Vnionem* dicimus, quæ ſententia Plinii eſt & exinde Solini, atque ex hoc Amm. Marcellini. Sed ut id de terreſtribus conchis verum ſit, fallum tamen fuerit de marinis, quarum cùm aliæ ἀκεφαλοι, aliæ ενκεφαλοι & αφυξιαι, teſte Athenæo l. 3. c. 14. minores funt hæ, ut quæ in maris ſuperficie fluitant. Reſpondent quidem ad hoc, tantum conchis eſſe pupidentiæ, ut fandum petant, ſimul ac conceperint. Sed obſtat, quòd conchæ maximas habentes margaritas, ereantur in profundo: taleſque non vagantur, ſed fundo adhæreſcant, ita ut ſepe opus ſit, urinatores mergi ad 20 orgyarum altitudinem, ſi cut idem ait Iſidorus. Quare credibilius, ex eadem materia & animal gigni & lapidem, ſed hunc creari ex puriori humore ac magis perſpicuo: creſcente dein animali, creſcit quoque lap

Ducenies comesset, aut trecenies.
Nota enim Cleopatræ ingluvies, alterum *Unionum*, aceto liquefactum, lorbentis. Ethic ille ornatus, quem tam magnifice extulit Lucanus *lib* 10.

Nec sequeris cunctos fasces, nec fratre marito,
Plena Mariis Rubriſ ſolitis celebque comisque
Divitias Cleopatra geris, cultuſq; laborat.

Exemplo Cleopatræ C. Caligula, apud Suetonium *cap.* 7. *prosiliſſimas margaritas aceto liquefactas absorpſit*: qui ritus, ab eo nepotibus frequens, ut de filio Æſopi, ex Horatio ſuprà vidimus. Fuit autem Templum Veneris, cum *Unione* Cleopatræ, in Reg. 9. f. Circo Flaminio, Thom. Dempſterus *ad Rosinum l.* 1. *cap.* 13. Qui nam verò illi *uniones Cleopatræ*, quos Calphurnia Tiri tyranni uxor habuiſſe perhibetur, apud Treb. Pollionem *in Tiro*? V. Salmaſium *ad l.* Addam ex Hiſtoriis pauca quædam, præter ea, quæ ſuprà diximus, de *Unionibus* quibusdam celebrioribus. Serviliæ, Catonis Uticenſis ſorori, Jul. Cæſar margaritam emiſit ſexagies ſeſtertio, teſte Sucronio c. 50. quam ſummam, ex calculo Budæi, centum quinquagintæ millium coronatorum, facit Lipſius. Metellæ, cujus retro facta mentio, ex altera autore detracta hacca, valuit decies centum millia ſeſtertium. Uxori Alexandri Sev. *quam quidam Legatus* unionibus *duos per ipſum ubuliſſe magni ponderis & inæſtimatæ menſuræ, vendi eos juſſit: qui quum premium non invenirent — inauribus Veneris eos dicavit Imp.* apud Lampridium. Apud Pancirolum meminit Zonaras, Regem Perſarum Perſam, in expeditione adverſus albos Hunnos, à dextra aure detractum *Unionem* abjeciſſe, quem pôſtea repertum ſuſtinimus centum aurilibris redimere à Barbaris voluerit, &c. V. Calp. Barthol. *unum de Unionibus ſuis.* Pulchrè hanc in rem Zeno Martyr, *Serm. de Juſtit.* O *quantarum mores animarum in phialeris pendent ornatæ Matronæ! Ornamentum, cujus unum ſi ſol vas in pretium, diſtribuatur æque neceſſitatibus ſingulorum, ex eorum vilpiratione cognoſces, quantorum malo ille conſtet ornatus.*

Unionitæ, Hæretici, à Prudentio in *Apotheoſi*, carmine cui tit. *contra Unionitas*, refutati: quo nomine Sabellianos, quòd in Divinitate, *non unam ſolam ſubſtantiam, ſed & unionem ſolam perſonam eſſe*, contenderent, appellates, ait Ivo Magn. V. ſuo loco, item ubi de *Notitianis*.

Universum, Gr. τὸ Πᾶν, *Statua Dei*, Platonicis, imò pro Numine ſuit. V. Cael. Rhodiginum, laudatum Cl. Pianneto *Syſtem. Theol. Genit. pur. cap.* 2. §. 5. & ſuprà voce *Dii.*

Universia, apud Treb. Pollionem *in Tiro, Hujus uxor Calphurnia — quam Majores noſtri universiam Sacerdotem inter ſacraſſimas feminas adoratam, quas ſanctam in templo Veneris audire vicemus* &c. in *Gallieno* Iſidori, *Uneuba* dicitur, *unius viri uxor*, ὁ μονόγαμος. Tertullianus *Exhortat. ad caſtit. Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitimè nubentibus univira pronuba adhibeatur, & ſi auſpicii initium eſt, item in quibusdam ſolemnibus & auſpiciis, ne prior ſit univiræ locus, certè & Flaminica non niſi univira eſt.* Unde id inter fœminarum elogia. In vet. Japide, RENATVS. VOLVSIÆ. IVSTÆ. MATRI. CARISSIMÆ. OMNIVM. FEMINARVM. SANCTIORI VNIVIRÆ. ubi *Univira* dicitur, quæ in alia *fuit*, & apud Trebellium *Univiria* eſt. Nec aliæ Sacerdotiis habitæ aptiores. Seneca *Controv. l.* 1. *cap.* 2. *Eam ſacerdotem facite, quæ honeſte manſerat, quæ fuit.* Etiam in *Cod.* Theodoſ. de revocandis donationibus extat privilegium, ſolis conceſſum *unius tantùm matrimonii mulieribus, i. τοῖς μονογάμοις & univiriis*, quæ viz. *unius viri* matrimonio contentæ vixiſſent. Qualis monogamia in Eccleſia quoque magni æſtimata eſt. Unde in Litanis Anglicanis legi, non minorem ſexaginta annorum, γυναικὸς ἑνὸς ἀνδρὸς γυναῖκα, *quæ fuerit unius viri uxor*, jubet Apoſtolus 1. Tim. c. 5. v. 9. Poſtmodum quoq; plurimæ fuere, quæ à ſecundis nuptiis abſtinebant, ut commodiùs precationi & jejuniis vacarent, inter quas celebres Marcella, apud Hieronymum *in Epit.* ejus; Junia cum ſoceru ſua, apud Auctorem *libri de bono Viduit.* c. 19. Publia, apud Theodoretum *Eccl. Hiſt. l.* 3. c. 14. mater Augustini, apud hunc *Confeſſ. l.* 9. c. 9. aliæ, V. Jo. Caſp. Suicerum *Theſ. Eccl.* in vocibus Ἀνδρόγυνος, Διγαμία, & Μονόγαμος. Uti verò *Univiram* Diaconiſſam, ſic *unius γυναικὸς ἄνδρα*, *unius uxoris virum*, Epiſcopum vult eſſe idem Apoſtolus 1. Tim. c. 3. v. 2. ad quem loc. Commentatores facros vide.

Vakam, ſeu *Johannes Vnad Cham*, Rex Magnæ Tartariæ Neſtorianus, cùm videret Mogolum, qui Tartarica tribus erant, potentiam ſuccreſcere, diſtribuere eos per provincias paſſim ſtatuit, ut diſtractis viribus nocere minùs poſſent, circa Ann. C. 1187. Quod conſilium cum intercepiſſet Mogolibus ex prov. Karokoran, verſus Septentrionem in Campeſtria *Bargu* migrarunt, atque Unkamo tributum negarunt, duce Suko Badur, cujus fil. Temukin, velut obiès in aula *Unkami*, educatus hactenus fuerat. Qui mox inde profugus ad populares pervenit, divinaque ad Imperium vocatione ſimulatâ, ab iis Rex creatus eſt, mutatoque nomine *Schinguis Khan* appellatus, Unkamum in campis Tenducanis ſuperatum, majori ditionum parte ſpoliavit, atque Tartarico Imperio condito, barbaros Scythas hactenus inopem in re pecuaria vitam agentes ad ſummum potentiæ culmen evexit. Georg. Hornius *Orbe Imp. cum Notis* L. Joach. Felleri p. 430. V. & ſuprà non uno loco.

Unxia, adde. Ejus meminit Arnobius *adv. Gentes l.* 3. *Unctionibus, inquit, ſuperoſi* Unxia: *Cingulorum Cinctus repletionis*. Nempe novâ Nupta domum Ma iti ingreſſura, poſtes inunge bant apud Romanes axungiâ, oleo aut adipe lupino, ut Plinio, Scr vio & Capellæ traditum. Unde Junoni, Nuptiarum Præſidi, id nomen. V. quoque Gerh. Joh. Voſſium *de Idol. l.* 2. c. 26.

V O.

Vocales, apud Lampridium *in Alex. Sev. f. Nanos & mimas & mariones*, & Vocales & *exoletos & omnia monstruosa — populo donavit*: Cafaubono tamen ſuſpicionem dare videbatur, quòd operam & vocem ad mollitiem erudiebant. Quam in rem Sidonius de Theodorico Gothorum R. *Illuc non organa hydraulica ſonant, nec ſub phonaſco* Vocalium *concrepat, meditatum acroama ſimul intonat*. V. cum *l.* 1. *Ep.* 2. & 8. *Epiſt.* 9. Salmaſio pueri puellæque fic dicti, qui *voce* canerent, ex A. Gellio *l.* 19. *c.* 9. *Deſideravit exhiberi, quos habere eum adoleſcentem ſciebat, flaſſimos virtutique ſexus, qui canerent voce, & qui ſaltarent.* Quinetiam quidam pueros *Vocales in muſicis habere* ait, legas apud yet. Scholiaſtem Juvenalis *Sat.* 6. V quoque ſuprà, ubi de *Fidula*. alibique paſſim. Βοκαλίας Graeci recentiores, voce Latinâ leviter immutatâ, appellarunt, ut videre eſt in *Chronico* Alexandrino. Sed & *Vocalis* ipſe Phonaſcus, item *Vocis pararius* dicebatur. *Gloſſæ, Φωνασκὸς, Vocalis*. Et, Φωνασκεῖον, *Vocis parariæ*, Magiſter viz. formandæ vocis, quem πλάστην τῆς Φωνῆς dicebant Graeci, unde *plasma* apud Perſium, i. liquida & Πλάσται, vox &c. V. Salmaſium *ad Tertullianum de Pallio c.* 5. & ſuprà, ubi de *prima vocis Edomatore*, item voce *Plasma*, nec non infrà ubi de *Voce*. Apud Plinium verò *vocales aves* ſunt canoræ, ſeu quæ humanum fermonem imitari didiciſſent. Sic enim is de patinâ Æſopi, In ea poſuit aves cantu aliquo aut humano fermone *vocales*, — ut in his imitationem hominis manderet, ne queſtus quidem fous reveritus illos opimos &c voce meritos. *Ltc.* 6. ſi. Tertullianus *lingua* ea vocat. ἀὐ Cujusmodi ſunt plitraci, picæ, corvi, & ſimiles. De *Pacatiſus*, ſectâ Philoſophorum modernorum, V. ſuprà voce *Monumales*.

Vocator, & Invitator, ſervi erant apud Romanos, appellationem ex munere ſortiti. Et quidem hujus meminit Athenæus, Martialis *l.* 7. *Epigr.* 86. & antiqua Romæ *Inſcr. Agusbur. Augg. Lib. Invitator*. Illius Plinius *lib.* 37. *c.* 10. *Indignamique Proſumæ, &* Vocatores *ſuos offendemi, ut dicerat, à quo eorum invitatus eſſet.* Officium deſcribit Appulejus *Metam. l.* 3. *Et ecce quidam invitus curioſus familiæ, rogatu, ait, ſui hoſpitis Byrrhenæ, de convivio, cui te ſperò deſponderat, jam appropinquantis, nuntiat.* A qua forte opera ſervum *Calavorem* Plautus in *Rudente* appellat, ubi tamen Lambinus à Feſto non diſſecdit. Gr. Διατακτῆρες Artemidoro. V. quo pacto eos expreſſerit Chriſtus *Dominus*, apud Matthæum c. 22. & Lucæ c. 14. Deſcripſit autem Seneca *Ep.* 47. Aliius, cui convivarum centura permiſſa eſt, perſiat infelix & expectat, quos adulatio & intemperantia aut gulæ aut ingluviæ revocet in cruſtinum. Neque verò hi *vocatores* ſolùm convivas, ſed & accipiebant ac diſcumbentibus loca, pro dignitate cuiusque, ſtatuebant. Seneca *de ira l.* 1. Minus honoratoloco poſitus, iraſci coepiſti convivatori Vocatori ipſi, qui tibi præcerebatur. Hinc apud Suetonium *Caligulâ*, Provincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe Vocatoribus legimus, ut per fallaciam convivio interponeretur. Et Catullus *in Hendecaſ.*

Quarum is in vivio vocatores.

Eorum verò vilis, in nimiſtero Augg. & illuſtrium Virorum; inprimis in conviviis publicis ac nuptialibus, V. Laurentium Pignorium *Commen. de Servis* & Tit. Pompam *de operis ſervorum*. Apud Scriptores Eccleſiæ Romanæ, *Vocatio* in Litanis dicitur, cùm Sancti alicujus nomen decantatur. Et *Vocatoria Epiſtola*, quâ, qui abſens in Epiſcopum alicujus Eccleſiæ electus eſt, ad functionem ſuam capeſſendam *vocatur*, directâ à Metropolita, ad Epiſcopum & Presbyteros, ex quorum diœceſi & parœcia eſt electus, apud C. du Freſne *Gloſſar.* Formulam habes *in Ordine* Rom. ſub *Voce* præconis, apud Auctorem *Paſſionis Agnetis Sanct.* 90. *Juſſit ad tupanar duci, ſub voce* Præconis: *Agnetem facilegam virginem Dius baſphemiam inferentem, ſcortum lupanaribus datum*: quid ſit, V. ſuprà voce *Superdificio*.

Vociferatio, Gr. Ἀναβόησις, inter exercitationes Antyllo, apud Oribaſium, memorata, tum morborum diverſorum curationi tum vocis ipſius cultui, multùm idonea viſa eſt: quemadmodum Actius Amidenus *lib.* 1. *ſer.* 1. *cap.* 5. & Avicenna Arabs *lib.* 1. *fen.* 3. *doct.* 2. *c.* 2. eandem teſtantur. Interim neque Aſhleticæ neque Militari diſciplinæ ſtudioſis, neceſſaria Mercurialis videtur. Licèt & Athletas in certaminibus & Milites in pugnis conſerendis, eâ non ſine utilitate uſos legamus. Quemadmodum Cæſar *de bello Civ. lib.* 3. haud fruſtra antiquitus fuiſſe inſtitutum ſcribit, ut in bello committendo ſigna undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent, quibus rebus & hoſtes terreri & ſuos incitari exiſtimaverint. Dito itaque ſolum hominum genera *Vocis* exercitationi inprimis operam dediſſe reperimus, Hiſtrionicæ profeſſores & Medicorum Gymnaſticos, Pla-

ores enim, sub quibus Præcones, *Chorisiæ*, Tragœdiarum aliarumq; fabularum recitatores, nec non *Vocibus* certantes comprehenduntur, *Vociferationibus* exerceri consueuisse, testis est Plutarchus *in Jove* & Aristoteles, *Problem.* 11. & 19. *partic.* ubi legimus Phrynichi, nec non antiquioribus temporibus, Tragœdias, Comœdias, Dithyrambos scq; Leges ipsas, canui recitari consueuisse, eo quod Vocis exercitatio tantæ existimationis fuit, ut *publicæ Vociferationis* certamina, à Cæl. Aurelian. *lib. 3. Chron. c. 11.* sub *Agonistices modulationis* nomine intellecta, propositis Victori præmiis, instituerentur. Quem morem, usque ad Galeni tempora perdurasse, ex eo conijcium eruditi, quòd *l. 7. de Med. compos. loc. 10.* multa is medicamenta recenset, quibus antiquiores Medici in iis, qui voce contendere debebant, tum ante tum post certamen, fuerint usi. Sicut item, suo tempore, Phonascos omnes, Citharœdos sic Præcones, nec non Comœdiam ac Tragœdiam personatos repræsentantes, qui magna voci contentione utebantur, si quando vocem obtudi essent, balneis multis & cibis lenibus atque laxantibus uti solitos docet. E quibus vtrebis intelligere eit, non modò Histrionicæ Professores, *voce & cantu*, quod dixit Plato *in Jone*, simpliciter in recitandis drammatibus, thaspodiis aliisque, verum etiam alta voce usos: atque ei interdum uniformi, interdum varia ac mutata, vel in Tragœdia ad mœroris calamitatisque magnitudinem augendam factum fuisse olim, teitatur Aristoteles 19. *partic. Probl.* 6. Quare nemini mirum esse debet, quòd Corn. Celsus *l. 7. c. 25.* memoriæ prodidit, apud nonnullos morem fuisse, vocis gratiâ Adolescentulos infibulare; ut à Venere, quâ summopere illa labefactatur, abstinerent: quo de ritu diximus suprà *suo loco*. Dicitur autem ar. hec *Phonasia* Theophrasto esse, ejusque Magistri *Phonasis*, de qua voce V. quoque supra. Locum quod attinet, Græcos æque ac Romanos imagine theatri locum quendam constructum habuisse, *Odeum* dictum, in quem ij ceteretur Poemata, priusquam in Theatro agerentur, & eo quo certamina spectarentur Musica, scribit Pausanias in *Atticis*. Atque in hoc videntur *Rodi* hæ exercitationes peractæ; quandoquidem Suetonius Neronem c. 12. Musicum certamen instituisse, Domitianumque Odeum, ubi præter Citharœdos, Chorocitharistæ atque Psallocitharistæ certarent, excitavisse scribit. Interim & alibi quoque, inprimis in Gymnasiorum exedris, ubi Philosophi ac Rhetores disputare soliti, Vett. *Vociferationibus* certasse videntur, cùm ad formandam excolendamque vocem, alios in locis concavis, alios prope maris littora, ut de Demosthene fertur, *vociferari*, legere cantareque consueuisse legamus, quem Demosthenem, cùm lingua ob spiritus imbecillitatem haberet, *Neoptolemo Æschrioni discem millia drachmarum numeravisse, ut eum non spiritu verborum parendo profit re faceret*, auctor est Plutarchus *de X. Orat.* Finis fuit multiplicibus exercitationum *Vociferationes*, vel ut in Choris, in Sophistarum ac aliorum ad hoc instituti certaminibus, in Dithyrambis, τὸ αὐτερώτων sive adversarios superarent, vel ut in Scena & Theatro quisque munere suo cum laude fungeretur. Modus talis à Cœlio Aureliano *cap. de Furore* proditur: *Principia leni voce promebantur, Narratio verò & demonstrationes extenta atque ſimiores, tum Epilogus deuiſſa & indulgenti.* Anthyllus ita prolixius: *Cùm alvus deficeret*, inquit, *primò leniter frictabantur, ac præcipuè inferiores partes; ſuccuſſque ſpongiis aut madefactis aut abluebatur, deinde prius ſenſim ac per intervalla modicoria ſogus incipiebant, nonnunquam prius deambulabant, poſt verò ad vociferationem accedebant, in qua doctrinæ experas ea dicebant, quorum meminerant, quæve clara & multas habere leniratis atque aſperitatis mutationes videbantur. Sin autem verſus ſcicbant, Jambicos dice bant, & versiues locos Elegiæ dabantur; quartus modulis & numeris, atque in his omnibus præſentibus judicabatur memoria recitare quam optime. Et, ut admonuit Plutarchus de valetudinem tuenda, mediocribus potius, quàm nimis commotis Vociferationibus & jurgiosis clamoribus uti. Inprimis vociferandum, verum, quàm gravissimis ſicuti ſonis poterat, prodiucendo, tum ad acutiſſimus eam redigendo, deinde, cùm non multum in acuto ſono permanſum foret, vertio viciſſim reflectebant, paulatim vocem diminuendo, donec ad graviſſimam, à qua ductum initium, reverebantur.* Quæ omnia agebant tam accumbentes, quàm ſedentes ac ſtantes, ut proin loca ampla hujusmodi exercitationibus minimè neceſſaria judicaverit Socrates. Eodem pertinet, quod de Nerone Principe narrat Plinius *l. 34. c. 18.* cum *lamina pectori impoſita, ſubeat, Canica exclamantem alendis vocibus demonſtraſſe rationem.* Plura de hac *Vociferatione* ſeu *Anaphoneſi*, V. apud Mercurialem *de Art. Gymn. l. 3. c. 7.* ubi de *Gemitu* quoque varia additi & exactius de 6. diſtinctis Vocis Exercitationibus, *Vociferatione*, Cantu, Lectione, Sermone, Risu atque Fletu, partim *ibid.* partim *l. 6. c. 15 & 6.* Addantur pauca ex Lipſio *Epiſt. Cent. 2 Epiſt. 59. de Cheriſophus*: ubi de Regibus Ingliæ, qui nuper novi Orbis tractu Peruano, memorat, loco Curiorum, habere illos homines, quibus caſula deſpoſitæ, per ſ publicas Regni vias, dimidiati milliaris quamque intervallo, in quibus duo Curſores. cum fua quisque Uxore agant. Re vero aliquâ nuntiandâ, ad primum illum voce deferri, quidquid hoc ſit: quem curſu intento, à ſua caſula ad proximam pergentem, jamque vicinioremaltâ voce *vociferari hocque ipſum* inclamare; quod accipiens alter ſimiliter pergat ad proximam, ac ſuper manus ad fines Regni, tanta celeritate, ut omnium equorum curſum ab iis ſuperatum Hiſpani Scriptores fateantur. Nec abſimilem rationem Galli, uſurpabant olim, de quibus ſic Cæſar *l. 7.* Ubi major atque illuſtrior res incidit, clamore per agros regionesque ſignificant hunc: alii deinceps excipiunt, & proximis tradunt, tum tunc accidit. Nam quæ Genabi Oriente Sole erant geſta, ante primam conſectam vigiliam, in finibus Arvernorum sunt audita: quod ſpatium eſt millium paſſuum circiter 160. De Perſis quoque Diodorus Siculus in rebus Eumenis *l. 19.* Perſis, inquit, plera- que montana eſt, & vallibus interrupta in montibus, opportunis locis ſpeculæ ſunt, in quibus conſtituti homines maximè vocales. Speculæ autem ita diviſæ, quarntum vox ab una ad alteram venire & excipi poteſt. Re igitur nuntiandâ unus in clamat proximo, ille alteri, & ſic deinceps per omnes Satrapias Regni, ad extrema ejus. Et hoc modo, cum Eumenes milites & arma expediret, quosdam Perſarum, qui 30. dierum ſpatio aberant, eodem illo die hoc cognoviſſe, addit Quem *Vociferationis* uſum adjungere liceat iis, quos ex Hieron. Mercuriali ſuprà adduximus c. 6.

Fola, Græcè Φώνη, cavum in manu, ſeu cava manus planities, homini tantùm, exceptis quibusdam. Namque & hinc cognomina inventa, Planci Plauti, Scauri, Paulæ, Plin. *l. 11. c. 45.* Hanc ſtipem porrigentibus præbere mendici ſoliti. Suetonius *Auguſto cap. 91.* Ei nocturno viſu etiam ſtipem quotannis dicere ſe contendebat a populo, cavam manum aſſes porrigentibus præbens: ad exorandam nempe Nemeſin, de quo more retro diximus. Græci τὸ κοιλότατον τῆς χειρὸς dixere. Quod aliàs hominibus liberis & honeſtis, etiam cum aliquid acciperent, probro verebatur: *Exspuja* enim *thumpde* tales accipere, moris fuiſſe, diſcimus ex Ammiano Marcellino *lib. 16.* Unde Ruffini Præf. Prat. Orientis ſub Honorio manus, poſt cædem ejus, per novam Romam, ſic formata ludibrii cauſa circumlata eſt, teſte Hieronymo & Zoſimo. Et avaris ac αἰσχροκερδεῖς id objici ſolitum, ut notum ex Prov. Τὸν χεῖρ' ὑπίχειν τῷ ἀκοδόκτῳ Ἀρίκει, *Aubenienſis vel mopiens ca vas manum*, quam ex Suid. V. plura apud Caſaubonum *ad locum Suetonii*, uti de divinatione ex *vola* manus ſuprà, ubi de *Chiromantia*. Nomen quod attinet, ex Græco βάλλ ejus etymon arcellit Scaliger, *a jactu*, eſt enim quaſi funda manus, V. eum *Hiſtor. Animal. lib. 1. cap. 14.* Hinc *volema* pyra, quòd *volam* impleant; & *involare*, id eſt, volam vel manum injicere, Chriſt. Beemannus *Origg. L.L. p. 656.*

Volatus, agitatione alarum ſit in aere, ſicut natatio pinnarum in aquis, ac directione caudæ, quæ idavi eſt, quod navi clavus. Unde ex *mihi inprimis volatus*, navigandi Artem primam cepiſſe originem ſunt qui fateantur. Ut autem ad progreſſum, rationem & reptationem, reliquis animalibus, ſic & ad *volatum* avibus idonea fabricavit corpora Deus, quæ de re pulchra habes apud Voſſium *de Orig. idol. l. 3. c. 37.* Et quidem tempe ſerm: *volant*, quæ ἀλόγως dicuntur, manucodiatæ inprimis ſeu paradiſiacæ aves, quibus pedes quidem ſunt, ſed non ut iis conſtituant, verum haereant ſolum, eum quiefcendum eſt. Reliquæ, expandunt alas, peridentesque raro intervallo quatiunt" (*ut mlcri*) aliæ crebrius (*ut accipitres*) aliæ & tota latera pandunt (*ut cor vi*) quædam verò majore ex parte compreſſis volant (*ut pici*) percuſſoque ſemel aliquæ & gemino ictu, *ut cor, columbes*) rare ferunt, vel ut inclufum eum prementes, ejacu- lantur ſeſe (*ut hirundines*) in ſublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas (*ut perdices*) aut ruſus ab alto cadere has (*ut alaudas*) illas ſaltir (*ut coturnices*) Anates ſolæ, quæque ſunt cuidem generis, in ſublime protinus ſeſe tollunt, atque ſi veſtigiis coelum petunt, & hoc etiam ex aqua ſultur, & ſe- re graviores, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo immiſſæ, non evolant, caudâ reguntur, Plin. *l. 10. c. 38* Præterea avi- um quædam foliyagæ ſunt, ut merula: quædam *volant* caterva- tim, ut ſturni, Idem *l. 10. cap. 24.* Plerisque item avium volatus rectus, hirundini anfractuosus, unde eam aquila intercipere nequit, *ibid.* Anſeres & olores, liburnicarum more, roſtrato impetu feruntur, a tergo ſemper dilatante ſe cunco, *lib. eod. cap. 23.* Morpos, non ut avium aliæ, ἀκροκερκοῦσι ſi tm *anteriora verſus ferunt*, verùm ἐπιστρέφουσι ἐπὶ τὰ ὀπίσω verſus caudam, Ælian *de Anim. l. 1. c. 49.* Porrò alibi, quamvis tarde, vultures volant. Ovid. *in libin*, —— *tardis trabet illa vultur.*

Etiam ardeæ fublimis volatus eſt. Imò *uncos ungues habentes omnes fere alis vole ſunt. prater nocturnas — Omnibus alæ grandes, corpus exiguum*, iterum Plin. *lib. cit. cap. 19.* quod volatum non parùm juvat. Celeritatem quod attinet, ea mira in accipitre eſt. Θωκεῖν ἐθέλω inprimis, à palumbis necandis, ſic vocato, Porphyr. *de Abſtin. l. 3.* Scriptura S. columbarum volatum à pernicitate commendat, Pſalmo 55. *verſu 7.* Quis *dabit mihi pennas, ſicut columbæ, ut volem.* Sed aquilarum maxime. 2. Sam. *cap. 1. v. 23. leviores erant Aquilis*, de Saule & Jonathane. Habacuc *c. 1. v. 8. Volabunt, ut aquila, qua feſtinat ad cibum*, de Aſſyriis, &c. Unde rapidè decurrentis avi ſpatia, apud Hiobum *cap. 9.*

v.26. & fluxæ opes instabilesque, Prov. *cap.* 23. v.5. cum aquila volante conferuntur, V. Sam. Bochartum *Hieroz. part. prior. l.* I. *cap.* 3. Atque ab hoc avium in *volando* impetu est Græcum ὠκυς, nempe ab ὠκυω or & Latin. *avis*, nempe ab *aëre*, ut vult Scaliger, vel ab Hebr. חוה *volavit*, ut Vossius, quem de avium hoc motu eruditè disserentem V. ubi supra *l.* 3 *c.* 87. De Vett. verò ex avium *volatu* divinandi more, diximus supra ubi de *Avibus*, *Augurioque*, ut de piscium quorundam volatu, ubi de *Piscibus*: & de temeritate quorundam, *pennis non homini datis*; idem acris iter tentantium, in voce *Icarus*, item ubi de *Novitatibus* & *Schæmbotitis*. Hinc *Volatica*, ut *volatica mulieres* apud Festum, i. Striges, mulieres malefícæ & fagæ, quæ in aves verti & *volare* credebantur. Ovidius de fagâ,

Hanc ego nocturnas sustam volitare per umbras
Aspicio, & plumis corpus anile tegi.

Et *Volatica*, ὁ ὑμνητὴς, ὁ ἐρωτοποιὸς &c. V. Salmasium ad *Tertullianum de Pallio c.* 5. *sub fin.*

Volones, adde: Eorum exemplo Marcus Imp. apud Capitolinum fervos ad militiam itidem paravit, & *Volunarios* appellavit. Quo nomine apud Livium in eadem historia fæpe appellantur liberi homines, qui cum vel propter ætatem, vel, quod legitimis stipendia confecissent, coqui non possent, ipsorte militabant. *Evocati* poftea, Dioni ἀναλωτοι, dicti. Cafaubonus ad *Capitolinum in Marco*. V. quoque infrà, *Voltinia*.

Volsella, apud Tertullianum de *Pallio cap.* 4. *tam furax à mento volsella*: forcipicula est, qua barbam fibi *vellebant* Veteres. Idem *de cultu fœm. Propriis quoque præfigitis formæ & hic sexus fibi agnosfit: barbam acrius cædere, intervellere, circumradere capillum.* Hinc in *Glossis* Servii, *volsella τριχοκόλλιον*, in aliis *volsilla*, *τιλλόμενον*. Græci ψιλέαν τὸ ϛόμιον dicunt. Salmasius *Not. ad i. V.* quæque supra, ubi de *Aëlpalis* albisque.

Volgeræ Aves, ex Augurum difciplina appellatæ sunt, quæ se *vellendo* malum oftentarent auspicium, hinc inter prohibitorias recenfitæ. De illis Æschylus *Perfis*,

Μαθήσεαι δὲ κἀρεοι τοιῶν ἄρδιν
Πτηνοῖς ἐροιμώσονται, ϗ χηλοῖς πάσῃ
Τίλοντα —

Et Papinius Statius *Theb. l.* 3. v.514.

— *simul ire vetorvis*
Utque ficant rabidæ, plantîsumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros & plumea pectora cædunt.

V. Scaligerum *Conjectaniis in Varr.* Anton. Thysium *Exercitat. Miscellan. Exerc.* 19. C. Barthium *Animad version. Papin. ad d.l.* Alios.

Voltinia, adde: Ex illa, *Cajus Antonius Rufus fil. Marci Flamen Divi Trajani & Augusti in Colonia Claudia Aræ, & Colonia Julia Philippensi, Princeps item Coloniæ Juliæ Patriæ, Triumvus Milit. ex hastis XXXII. Voluntariorum, & Legionis XIII. cognom. Gemina, Prafectus Equitum ala I. Scubulorum*, memoratur in *nov.* cæpe Trecis Campaniæ visitur, teste Jac. Sponio *Itinerar. Part.* 3. *p.* 90.

Volumna Fanum, adde: quò concilium omni Etruriæ indictum habes apud Livium *l.* 4. *c.* 61.

Volumnus, V. *Vulturnus*.

Voturnus Amnis, & *Vulturnum More*, in ea parte Italiæ, ubi est opp. Volturnum feu Vulturnum. Plin. *l.* 36. *cap.* 21. unde advenientem fcepe affiantem Eurum Romani appellavere *Vulturnum*. Μελαμβαφὲς: dicitur in *Glossis*, forte quòd *Volturnum*, q. *Vulturinum*, i. nigrum, dictum, hinc ventum putavit Auctor. Sed hæc expofitio convenit Aquilonî, qui est μέλας βορέας, feu *aquilus* ventus, cæco vocabulo, i. niger. Salmasius *ad Solinum pag.* 1278. V. & *Vulturnus*.

Volubiles Coronæ, V. supra ubi de *Cylifii* & *Encylifii*.

Volucer, & e, quicquid pianatum est, etiam quadrupes, Salmasius *ad Solinum p.* 177. Hinc quidquid celeritate præstat. Unde inter Circenfium equorum nomina, memoratur eidem *ibid. pag.* 895. inter quos celebris præ primis fuit equus Veri Imp. de quo fic Capitolinus, *Volucri equo profino aurum Smaragdorum fecerat, quod secum portabat. Cui quidem passa uvas & nuces, in vicem hordei in præsepe ponebat, quem sagis luce tinctis coopertum, in Tiberianam ad se adduci jubebat, cui mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primum caperunt equi aurei vel bravia postulari. In tanto autem equum ille honore fuit, ut si à populo prasentissimum sepe nobilis aurorum postulaverat, ad quem I. V. Casauboni & Salmasii Notæ.* Ex ejusdem nomine, *habuis* idem Imp. *inter alium luxuriæ apparatum, calicem cryftallinum, nomine iidem* Volucrem, *humanæ potionis modum supergressum*, apud eundem Capitolinum *in fcript.* Sed & *Volucres* denarii, vulgò *Vlæghers*, occurrunt in L. Opftalbonicis Frifiæ *c.* 21. nummi viz. 4. ftuferorum, aquilæ five Angeli volantis effigie insignes, apud Kilianum &c. De more Vett. cadavera hoftium *Volucribus* objicendi, retro dictum.

Volumen, pro libro. Veteres enim (ut Turcæ etiamnum) circum lignum teretem furculum vel oflcum librorum materiam, five corticem, five papyrum, five carbasum, five ovilla tergora, five linteum five aliud quid convolvebant; librumque sic complicatum *Volumen*, furculum ipsum *Umbilicum*, ejusque capitula utrinque eminentia, *Cornua* dicebant, quà de re aliquid dictum paflim, inprimis in voce *Umbilicus*. Unde Liccius, *de Gemmis Annular. Schem. 3. cap.* 30. *Veteres, ait, fuorum scriptorum monumenta, non pagellis explicatis (ut nunc fit) habebant extensa, sed in semirotula revoluta, sub tali forsè; unde* Volumina *dicebantur, ad instrumenta etiam eidem nomini trahendo, cui non carte, pandas res nominata in paginis nostrorum librorum extensis, non involutis.* Mentio istiusmodi voluminis extat Zachariæ *c.* 5. v. 1. 2. *Quumque diceret mihi, quid tu vides? dixit: Video Volumen volans, longitudine viginti cubitorum & latitudine decem cubitorum.* Vocarunque id Hebræi *Megilla*, à convolvendo, sicut Latinis eadem notatio placuit. Psalmo quoque 40. v. 8. legimus, *In Volumine libri scriptum est de me:* quod cùm ciauderet Christus, ὑπὸ ϗ dicitur, Lucæ *c.* 4. v. 20. sicut *vers.* 17. cùm aperiret illud, ἀνελίξας vocabulum reperitur: quorum illud *complicare*, hoc *explicare* significat. V. Buxtorfium *Lexic. Epist. p.* 14. In his autem *Voluminibus*, non continuò orationis serie, scribebatur, sed in varia spatia columnas ac areas scriptura distinguebatur, quæ scribendo impletæ paginarum vice erant. Sicque intelligendus omnino Jeremiæ locus est, *c.* 36. v. 23. *Fuis igitur quum legisset Jehudi tria folia aut quatuor, (ut lacerare illud saltem libi videretur, & projicere in ignem, qui in foco conflagrabat tamen*) Volumen *igne illo.* Ubi de libro Jeremiæ sermo est. Quo modo hodieque videmus in Synagogis Judæorum *Volumina* Legis asservari, ut videre est apud Thom. Godvynnum *de Ritibus Hebr. l.* 6. *c.* 7. V. quoque supra, ubi de *Scribendi ratione*, alibique. Quamvis verò & in fcapum charta convolvi ac complicari liceat, ut Vett. folebat, *volumen* tamen, quemadmodum & *tomus*, ut de libro, seu charta scripta, dicreteur, usus obtinuit. Imò non de libro tantùm, fed & omni fectione majori, quas μερίδας & τμήματα Diodorus vocat. Plinius in *Epist. Libri tres in fex volumina, propter amplitudinem, divisi.* Quam in rem V. Casaubonum *ad Julium Suetonii cap.* 56. & Salmasium *Not. ad Firmum Vopisci*, ubi de Re Chartaria Vett. Græci ἰδιώματα ittiusmodi *volumina* vocant, ab ἰδίω, volvo, unde & ἑλιγματα *camera*, quæ *volumina* quoque Isidorus, & *volubilia monumenta* Auctor *Itinerar. Burdigal.* vocat, ut infrà videbimus, voce *Volutia*. Sed & *libraria*, in *Liturgia* Chrysostomi *p.* 87. & 88. fundon eft, cui panis Eucharistikus *involvitur*. *Corporale* vocant Scriptores Eccl. Rom. de quo V. Lud. de la Cerda *Adver. t.* 2. *p.* 97. *num.* 9. uti de aliis vocis *Volumen* notionibus, Casp. Barthium *Animad v. Papinian. ad Theb. l.* 1. v. 372.

Volumen, in nummis Faustinæ & Antonini Philos. in quibus lemma VOTA PVBLICA, & binæ figuræ mulierum, cum viri altera, ſtolatâ & palliatâ, quæ Consulis videtur, tenentis dextrâ aliquid *Volumini* characem fimile; in nummo item Aurelii Veri, in quo duæ figuræ dextras junxerunt, quæ Consulum itidem esse videntur, sinistra *Volumen* perinde tenentium, cum *Inscr.* CONCORDIÆ. AVGVSTOR. TRIB. P. COS. II. alio porrò Commodi, & ejusdem Aurelii Veri; imò in vetustissimis palliatorum vel etiam togatorum (atque adeò mulierum) imaginibus, apud Velserum & Boissardum: in Petri porrò & Pauli SS. Apoftolorum picturis nonnullis; crebrius verò in Imp. Byzantinorum nummis, maximè in Consulari Juliani Cæsar. in nummo aureo Theodosii Jun. & fere semper in Tiberii II. Mauricii, Phocæ & Leonis Isauri nummis: nonnullis quoque eft honorum edendorum symbolum, aliis Codicilli Consulares, feu Magistratuum aliorum, quibus publicas tractabam, infigne, quibusdam sudaria complicata, Car. du Fresne, in Græcis inprimis Imp. idem cum acacia, de qua voce V. supra, plura v. hanc in rem apud Cl. hunc Virum *Diss. de inser. æri Numism.* n. 12. & 13.

Voluntarii, apud Capitolinum *in Marco*, qui ἐθελονταὶ dicuntur, apud Georg. Pachymeren *l.* 11. *c.* 14. quinam milites olim dicti, V. supra ubi de *Volonibus*, nec non in voce *Volitia*. Addo fatem, Cæsarem quoque Aug. in Germania & Illyrico, cohortibus Libertinorum compluribus lectis, *Voluntarias* eas appellasse, ex Macrobio *Saturn. l.* 3. V. & Casaubonum *ad Sueton. Aug. c.* 25.

Voluptas, non *Volupiæ* tantùm. Illisque nominibus, sed & proprio, apud Romanos olim cultus eft. Cicero *Nat. Deor. l.* 2. *Cupidinis & Voluptatis & Lubentinæ Veneris vocabula confertas sunt, visi farum* (ut idem ipse addit) *rerum, sed tamen* (causa Deitatis) *ea ipsa vitia voluptatis naturam ipse pulsant.* Inde non minùm, quòd tanta luxus portenta occurrunt, apud Senecam, Plinium, alios, facundè in eam feculi labem paflim declamantes: quòd-que *Voluptatum inveniendarum officium* institutisse legitur Tiberius, præpofito Equite Romano & Cenforio, apud Suetonium in *Vita* ejus. Sed jam olim Sardanapalo *Voluptatis* simulachrum positum, ftatuam viz. lapideam, fecum ipsa tripudiantem, ritu barbarico, digitisque supra caput concrepantem, cum *Inscr. Ede, bibe, Veneri indulge, cætera nihil sunt*, diserimus ex Plutarch. *de Fortuna Alex. orat.* 2. Quàm laudatiores primi Spartani, qui *voluptatum fastidium Leges Lycurgi attulisse*, grævîter ait Agesilaus, apud eundem *Apophthegm.* Verum Romanorum aliarumque gentium *deliciæ*, longè superavit Muhammedes celeratissimus, qui omnia superiitrionis, quam fectatoribus suis instillavit, dogmata ad corporis voluptatem referens, cæm

jejunio

jejunio etiam misere, & ipsam futuræ vitæ felicitatem in luxuria ac libidine constituere non erubuit, in hoc pejor Simone M. & hunc fecutis Valentino, Carpocrate, Florino, aliisque Hæreticis *voluptuariis*, quales *Gnostici* suo Apostolos vocat, quod hi ad omnem quidem in hac vita spurcitiem projecti ambularent *ὀπίσω σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίαν μιασμοῦ*, carnalem tamen libidinem ab altera vita excluderent, de quibus V. hic pastim, plura vero apud Jo. Forbesium *Instructionum Historico-Theol. lib. I. c. 37. lib. IV. c. 11.* alibi. Quia v non minima *Voluptuum Romanarum* pars spectaculas fuere, hinc nomen id illis peculiariter indidum. Julius Capitolinus in *Marco*. *Adjecit populi Romani voluptates curavit venationumque pompas, per diversimodas editionis.* Apud Virgilium, ubi de monitis Evandri ad filium in bellum proficiscentem,

Dum te chara puer, mea sollicitet fera voluptas,

Amplexu teneo —

vox charissimum notat, sicuti alibi quoque vett. Auctorum locis docet Casp. Barthius *Animadv. Papinian. ad Theb. 7. v. 775.* quem vide, uti de Græcæ vocis *τέρπω* significatibus, apud Scriptores Eccl. Clar. Suicerum *Thes. Eccl.* in ea.

Voluisiunus, Col. unum Gallum memorant Pollioni *in Gallienis*, Gallieno igitur & *Volusiano* Cos. Macrianus & Ballista in unum coeunt — & cum Romanum in Oriente nutaret Imperium, quem facerent Imperatorem, requirunt, Gallieno tam negligenter se agente &c.

Volutabrum, in *Glossis κυλίσεως ζῶον*, proprie de apris & suibus, hinc de equis: de quibus capiendus *Glossarium* hic locus. Nam ζῶα Græci absolute plerunque equos appellant, ut & *κτήνη*. Hoc in arena prope almentum aut lacum *volutare* Vett. consuefaciebant, eaque loca *κυλίσεις* & *κλίσεις* vocabant. Pollux *l. IV. n. 11. τὸ δὲ κυλίεσθαι ἢ κλίνεσθαι, ἢ τὸ χαμεύειν, κλίσεις ἢ κύλισις καὶ κύλισις.* Ubi τὸ κυλίεσθαι, εἰ facere ut equus *volutetur*, idem fc. quod *κυλίεσθαι* unde *κλίσεις* & *κύλισις* idem fed & *κλιθρίασις* dicebatur. Cu usmodi *volutationes*, in exercendis curandisque equis, quæ tum loco ad id destinato fiebant, hodierna equitum locis ignotæ sunt. Meminit moris etiam Aristophanes in *Nubibus*.

Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαίνιον ἐλαύνειν.

V. Salmasium *ad Solinum pag. 475.* De *volutationibus* verò lu gentium supplicumque ad pedes eorum, quibus supplicabatur, diximus fuo loco, V. inluper Joann. Passeratium ad *Propertium lib. 3. Eleg. 8.*

Volutatoria Lucta, ſtatariæ oppoſita, aliter *Pancratium*, ſpecies luctæ in Vett. Gymnaſiis erat; quâ in luctâ certantes ſeſe non dejicere ſtudebant, ut manentes, aut in ſtatariâ, fed humi proſternebantur, atque ibi invicem ſeſque mutuò convolventes, alter alterum ſibi ſupponere nitebatur, quemadmodum clariſſimè monſtrant depicti nummi cujusdam Sallustii Auctoris, qui ſub Valentiniano & Flaciliæ Aug. principatu, Africæ regno vi occupato, ludos ſimiles atque alios ob victoriam edidit. Exhibet eos Mercurialis *de Art. Gymnaſt. 2. c. 8.* Et de hac exercitationis Auctor, loco citato, *Ἀσκεῖται δὲ καὶ ἐν τῷ κονιστρίῳ πολλαχοῦ καὶ ἐν τῷ ἀμμοδρόμῳ*, ubi nullum certamen & ſtantem continent & tutò incedere poſſe demonſtrat, quia perinde ſe moveret, ut Palæſtritæ, *qui per pulveré in genua ſubſidentes procurrunt. Luctam ſuper pavimento* vocat Antyllus, apud Oribaſium *l. Collect. c. 27.* quæ tamen valde diverſa fuit, ab ea *volutatione*, Hippocrati *lib. de Diæta*. Ἀλινδήσις nomine appellata, qua homines in palæſtra humi proſtrati vel ſoli vel cum aliis convolvebantur, & de qua Coel. Aurelianus verba facit *de Diæta l. 2.* ubi volutationem in Palæſtra, prodimiue enda ea ne laudet. Siquidem in ea nec certabant, neque complicabantur, ſed ſolùm celeriter ſupra pavimentum nitidum aut pulvere conſperſum, ſeſe rotabant. Unde Galenus, *de tuenda valetudine* eam, inter celeres motus, non ſine ratione poſuit & c. V. Mercurialem *loco & l. 5. c. 5.* Et quidem, qui in hac arte vexabant, *κυλιόμενοι* hinc vocabantur, ab illis nexibus, quos *τοῦ χειμᾶ τιθέναι* vocat vetus Scholiaſtes Pindari *Iſthmion 2. Od. 4.* in terris complexantibus, undè antiquæ pancratium Plutarchus, *τὰς κυλίσεις, circa volutationes, ut plurimum* verſari tradit *Sympoſ. l. 2. c. 4.* In ejusdem certaminis genere, usque ad *ἀπαγχόνισιν* certabatur, ſtatæ & in pugilatu, quique prius animum deſponderat, digiti ſublatione victum ſe fatebatur, quod Græci *ἐκλείπειν ἀνατείνοντα* dixere, cum in luctâ ter deiectus pro victo haberetur. Quæ de re V. Plura ſuprà paſſim, inprimis ubi de *Pancratio* uti de Vett. more ſuper cande arenâ, vel in vive, excendo corpori, ſeſe *volutandi*, ſuprà itidem, ubi de *Harena rum remedio*, *Nive* &c.

Voluntio, apud Auctorem *Vitæ* Deſiderii Epiſc. Cadurc. *c. 11. Sepulturam quoque ſibi in eodem Monaſterio ſub dextri lateris* voluntione *præparari juſſit*, aliosque medii ævi Scriptores; *Voluta*, in *Chron.* Abbatiæ S. Trudonis *l. 6.* & *Volta*, apud Durandum *Rat. l. 1. c. 1. n. 19.* unde Gall. *voute*, item *Volumen* Iidoro, & *Trantvolutum tectum*, apud Greg. Turon. fornix eſt, camera, ſu curva porticus, ut vocat Spartianus *in Pescennio Nigro*. Gr. τὸ κυρτὸν, ut in de Ἐλικωτικὸς κιόνισκος, quæ ex ſtructura factæ eſſent & c. cavos receſſus haberent, ad diſcrimen τῶν ὀρθοκίων, quæ ſemicylindri formam habercat, ellentque oblongæ. Ἐλικωτικὸς

τοῖχος, ſeu ἰσόκιον, templum hujusmodi cameris volutilibus conſtans, qualia templa *Volutilia* & *Volubilia* Latinè dicere liceat, uti & Anaſtaſio alicubi appellantur. Sic *Volubilia Monumenta*, apud Auctorem *Itiner.* Burdigal. ſepulchra dicuntur concamerata, qualibus Judæi & Græci utebantur, *cryptis, hypogæis & ſpeluncis*, aliter appellatis. Et *volutiles columnæ*, & *volutiles pilæ*, apud Anaſtaſium eundem, in Vitis Pontif. &c. Ἑλικωτὸν de cameris hujusmodi uſurpat Paulus Silentiarius, in *Ecphraſi Templi S. Soph.*

— *Δοχμαῖσιν δὲ*
Ἡμιτόνοις ἀνέμβατα ὄγκια κόγχας
Ἑλικτὸν ὑπωλένιον ἔκλιναν.

Idem Ἑλικτὸν ἀστέγων vocat apſidem, & concham, τρόλιχνον ἀψῖδα. Et ſanè ἕλιξ idem etiam, quod ψαλὶς, inſimæ Latinitati *voluta*, ut vidimus. Ornabantur iſtiusmodi cameræ, bracteis aureis, teſte Vopiſco, in *Aureliano*; vel etiam muſivo pingebantur, uti legimus apud Spartianum *d. l.* Sic apſides & cameræ templorum, porticuum, Baſilicarum, oratoriorum & triclinium, decorarae, occurrunt paſſim apud Anaſtaſium, ubi ſuprà. V. plura hanc in rem, apud Salmaſium *Not. ad Hiſt. Aug. Scriptores præſtans, & Exercit. Plin. ad Solin. p. 1119.* Apud vet. Interpretem Palladii *Lauſiacorum c. 22. Trium ſibi* voluminum *ædificasti*: voce tholum ſignificari, adnotat Carolus du Freſne *in Gloſſario*.

Volutrina, Dea apud Romanos, involucris ſegetis præſecta. Voſſ *de or. & progr. Idol. l. 2. c. 61.*

Vomer, quod terram *vomis & evuit*, Varroni; Græcis ὖνις, ab *ὗς ſus*, quia primum roſtro humum fulcans ſus, arandi artem docuiſſe videtur. Plur. *Sympoſ. l. 4. Problem.* Certè horum operâ ad agrorum cultum usos Ægyptios, iſlosque, aratro non adhibito, cùm irrigatis eorum arvis effluxit Nilus, porcos continuò poſt immittere conſueviſſe, qui terram partim pedibus concalcando, partim roſtro ſuffodiendo, ſtatim à fundo invertant, atque ita ſemen ablcondant, legimus apud Plut. *Sympoſiac. loco citato.* V. quoque Eudoxum, apud Ælianum *l. 10. c. 16.* Eſt autem propriè *Vomer* τὸ ἄροτρον *evidentior*, *cultri* mediæ Latinitati, unde & Galli vocem mutuati sunt. Plinii vero ævo *vomer* & *culter* diverſa, ſic enim is: *Vomerum plura genera, culter vocatur prædenſum, prinoquam proſcindatur, terram ſcindens, ſiturisque ſulcis veſtigia præcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer.* Nempe reſupinus *vomer* terram mordebat, at *culter* rectus inciſuris eam notabat. Et quidem in aratro *buris* ſeu *urvum* pars ima & curva temonis dicebatur, in pedes octo à ſtirpe protenſa, cui dentale aptatum, ut dentali prafixus *vomer*, V. Salmaſium *ad Solinum pag. 820.* ubi de Agri cultura Vett. pluribus agitur. Samogitæ vero terram non ſerre, ſed ligno proſcindunt, quamvis terra eorum tenax admodum minimeque arenoſa ſit: araturique ligni complura, quibus *vomeris* loco utuntur, ſecum portare ſolent, ut uno fracto aliud atque aliud habeant in promptu. Cui moleſtiæ, cùm quidam Provinciæ Præfectus conſuluiſſet, ferreos vomeres complures fieri curaſſet, ſegetes vero ab illo tempore multo pleniores ejectationi minus reſponderent, vulgo agrorum ſterilitatem ferreis vomeribus adſcribente, ad ligneos reditum, teſte Guagnino *in descr. Livoniæ*. Sed & in urbibus condendis *Vomerum* usus olim fuit. Feſtus, *Sulcus fit in urbe condenda arvo aratri, quem ſic formam ſimilimam muricini, curvaturæ buris & vomis, cui præfigitur vomer*. V. quoque ſuprà voce *Oppidum*, item ubi de *Urbe*. At *Vomeres ignis*, purgationis per ferrum candens ſpecies, occurrit apud medii ævi Scriptores paſſim: quos, qui innocentiam ſuam jubebantur aſſtruere, ſalcare tenebantur nudis pedibus, unde & *pedales* eadem dictum, de quo V. du Freſne *Gloſſar.* & ſuprà, ubi de *Ferri candentis*.

Vomitiones, in remedium cruditatis excogitatæ funt, eandibus primùm monſtrandibus, teſte Plinio *lib. II. cap. 51. & lib. 29. c. 4.* Et quidem ab Hippocratis tempore mos fuit multorum, ut bis quotmenſibus *vomere* agerent (uti Cicero loquitur *ad Q. fratrem Epiſtol. l. 3.*) quibus erat valetudo ſua cura, quâ de re V. Caſaubonum ad Suetonium *Vitellio cap. 13.* Quorum autem aut nimis frequentes egeſtiones univerſa Medicorum Schola damnat: queritur que Seneca, *multis vomere ne edam, comeſſem ſæpe vomunt epulas toto orbe conquiſitas, quas coquere dedignantur.* Plutarchus etiam *μισεῖ* hæc vocat *πικρωθῆναι πλῆσμονος, exigua ſaltatis lenamina*: utendum vero potius *ὀρθοκιόνῳ καὶ ἀσύτῳ, aqua pura & illo exiſi* ſuadet, & remedia porro hæc eſſe velut *ἐπῳδὰν* ait ac *φάρμακα*, quibus intemperantes ſeminæ partum necant abigunt, ut Vengerem repetant & iterum concipiant. Cujus rei exemplo Vitellius eſt Imp. quem epulas trifariam ſempiternas, & quadrifariam diſpertitum eſſe, in ſentacula, & prandia, & cœnas, comiſſationesq; : facile omnibus ſufficientem vomitandi conſuetudine, legas apud Suetonium *d. l.* V. pluja hanc in rem, apud Cœl. Rhodiginum *Ant. lect. l. 21 c. 9.* & *lib. 29. cap. 1.* Melius illi, qui Athletas maluere cibos ambulatione perficere, & pervigilio, Plinius *cap. 83. cit.* At navigantibus *Vomitiones ipſæ inſtabili voluntatione commodæ plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur, omnibus*, *propter quæ elleboram bibitur*. Idem *l. 31. c. 6.* Per translationem *vomunt*, qui ex tempore dicunt. Unde Ariſtides

Rhetor se non esse τῶν ἐμπείρων, sed ἀκροάτων, Imperatori Marco respondit. Quique acerbius inaliquem invehuntur. Sic Pompejus Marcellino acrius contra se in Senatu oranti, exprobravit suo beneficio ἐς πικρωτέρους ἐμεῖσθαι, ex ulcere vomiverem, è mutovocalem, imò convitiatorem, esse factum. In genere, magnâ copiâ effundere est. Unde *Vomitoria* in Spectaculis dicta, per quæ homines glomeratim ingredientes in cedilia se fundebant, Macrobius *Saturnalium lib. 6. cap. 4.* &c.

Vopiscus, adde: De nomine ita Solinus *cap. 1. E geminis, si, verumenne altero, alter abortivo flatu excideris, qui legitimè natus est*, Vopiscus *nominatur*; ex Plin. *l. 7. cap. 10.* Valinafium *ad locum Solini.*

Vot. XX. *Vot.* XXX. *Vot.* X. in aris, nummis & arcubus triumphalibus, significabant, uti apud Tacitum & Livium legere est. Salutis augurium cum sc. SP QR. vovebant hæc vel illa faciscia se facturos ludosque celebraturos & aedes dedicaturos, si præcripto illo annorum spatio ἔτεσι. in eodem statu permansisset, quo tunc florebat, quum vota ea suscipiebant. Undeὀγδοηκοντούτιδα, *Victoriatida*, *Tricontalia*, Pierius *Hieroglyph.* V. infrà.

Vota, & *Votorum dies*, Latinis appellati sunt, qui annum in choabant, ob solennem pro salute Principis *votorum* nuncupationem. Et quidem propriè tertius post Kal. Januar. hoc nomine insignitus est, uti apparet ex *l. 133 De verb. signif.* & Dione *l. 58.* licèt ipsis etiam Kalendis suscepta pro Principe *vota*, ut illo ipso loco hic Auctor ait. Istiusmodi diebus autem, velut auspicatissimis, lugere erat nefas. Spartianus *in Hadriano*, de Vero, *Ab Adriano* Votorum *causa lugeri sibi vetitum*: quemadmodum & Marcus, filio sibi mortuo, *quia Luctì JovisOpt. Max. erant, interpellari eo publico luctu noluit*, apud Capitolinum. Nihil enim religionum ceremoniis magis adversari credebatur, quam luctus. Retinuere Christiani Principes *Votorum* & morem & appellationem, uti liquet ex *tit.* Codicis *de oblat. Votor.* & ex *can. 62.* Concilii in Trullo: ubi Græcus Interpres Balsamo, homo alioquin impensè doctus, de vocis *Bota* origine fane quam suaviter philosophatur, illud tefto ei nomen inditum, ὡς τῶν βοτῶν ἕνεκα ἀγόμενον, quòd in honorem Panis Pastorum Dei institutum sit, contendens. V. Casaubonum *Not. ad Spartianum ad l. 1.* & plura hanc in rem infrà.

Votivæ Tabulæ, suspendebantur olim non columnis modò & parietibus, sed & tholis ipsis seu fastigiis ædium facrarum. Lucian. Placidus *ad l. 2. Theb.* v 934. *Tholus est in media templi camera locus, in quo* voventium *primitiæ aut exuviæ figebantur.* Dictæ *Donaria* quoque seu *Anathemata*, quæ *Dijs vota* interpretatur Phalaris Agrigentinorum tyrannus, Τεμένεα ἀνάθηκε καὶ φάσγανα χρυσᾶ, ἃ ἐπὶ τοῖσι πολιήτῃσι χρεώμενα ἐπ' εὐτυχίῃ, *Tripodas Delphicas & coronas aureas & alia multa ac pretiosa munera pro affluente gratiarum, ob recuperatam salutem.* &c. V. supra in voce *Donarium*. Suspendebat verò istiusmodi tabulas *Voti damnatus*, quem admodum ante Aras *Pota* solebant *suscipi*; ubi qui se Numinibus suscepto Voto obligabat, *Voti reus* dictus est. Virgilius, apud Macrobium *Saturn. l. 3. c. 1.*

Conjiciam stat aera voti reus.

V. quæ de Annibalis voto contra Romanos, Cornelius habet Nepos, *in ejus vita*. Sed neque verbis solum concipiebantur *vota*, verùm & concepta tabellis inscribebantur, obligabanturque, Deorumque genibus affigebantur plerunque, donec votorum compotes eæ tabellæ solvebantur, h. e. laceabantur ac Diis reddebantur, quæ daturos se fuerant polliciti, quo *de obstringendi Voti* more egregiè congessit Janus Rurgersius *Var. Lect. l. 5.* Calius vetli tatis votivi doni infelicissimum omen habitum. Papinius *Thebaid. l. 2. v. 257.*

In gradibus summi delapsum culmine templi,
Arcadas Evippi spolium, cadit aereus orbis.

Et *l. 4. v. 322.*

— — — *facrisque*
Exuviæ cecidere tholis —

Nuncupabant autem Junoni seu Opigenæ, quæ Græcis Ὀῤῥία, Puerperæ vota, ut facilius eniterentur, quæ eleganter expressit Propertius *l. 2. Eleg. 2.*

Idem ego cùm Cinare traherer Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram.
Junoni votum facere impetrabile, dixi,
Illa parit.

Eorum memoria in Inscr. veteri apud Gruterum p. 41. *Dianæ. Lucinæ. invictæ. Cn. Pompejus. Cn. Lib. Barbus. Procurat. tiburtin. Rom. voto. fuscepto. l. m.* Pro infantium salute, Veneri, eidem Junoni Lucinæ, Castori item ac Polluci: Unde Dell' hujus Scipitatricis tutelæ eximio planè monumento vet. commendari videmus Ceeropii cujusdam filium vel adhuc morbidum, vel post salutem recuperatam: quod monstrat manus ænea, effossa inter D. Gregorii ruderа, cum Inscr, *Cecropius. V.C. votum S.* Iconem à Cassiano à Puteo Tomasino communicatam, Thomas Bartholinus *lib. de Puerperio Vet.* inseruit. De Castore & Pol luce *Inscr.* testatur idem, ex laxo, quod Muræ repertum, apud Gruterum *pag. 98. Castori. & Polluci. Dii. Magnis. Sulpitia. Q. Sulpitii. f. votum. ob. filium. solut. restitutum.* Puer idem atque Adolescentes Deo alicui suos crines vovebant, teste Petronio *Sat p. 65. Cui Deo crinem vovisti?* Neque puerti solum, sed & puellæ ac virgines, Lucianus *in Dea Syria*: quod *votum* concipiebatur interdum statim ab ipsa nativitate, deposito in terram nuper natonut testatur Q. Flor. Tertullianus *de Anim. c. 40.* Sic Ajax Telamonius Ilisso flumini, Thcleus Apollini Delphico, ut & pueri Ambracioтæ, vulgus Athenicnsium Herculi, adolescentes Romani Æsculapio, aut Jovi, aut Bacchi: Puellæ Dianæ Hecaergæ Deæ, capillos suos dedicabant. V. supra *pro loco*, ut & plura hanc in rem, apud Thom. Dempiterum *Paralipom. ad Rosinum lib. 10. c. 29.* Idem faciebant, qui in peregrinationem longinquam aut expeditionem proficiscebantur, qui similiter Deo alicui comam devoventes, ei, domum reduces, detoniam consecrabant. Statius *Theb. l. 6. v. 608.*

Flavus ab immisso pendebat vertice crinis
Arcadis, hoc primis, Trivia, pavebat ab annis
Munus, & Oggigi victor cum Atarve rediret,
Nequicquam patriis undare promiserat aris.
Tunc libet nexu, tacitoque in terga fluentus
Occurfus Zephyri retro fugit.

Quem ritum ex antiquitate primus erudit Hadr. Tornebus *Advers. l. 22. c. 28.* Inprimis cùm vel timeretur vel sentiretur morbus, *Vota* iisdem concluvere, nunquam prioriore ad pietatem animo, quàm cum periculo obnoxii aut certè immine vellunt. Quam in rem Plinius *lib. 8. cap 16. Votorum præsipuus locus, quando filii nullus.* Unde Vett. ad morborum profligationem remedia salutaria retulisse, non vocali prece, sed oratione mentali deliderioque silenti, tum vigilantes Oracula tantum operientes in locis sacris; tum etiam dormientes, monet ex Antiquis Pierius, *Hieroglyph. lib. 22.* ubi addit: „ Et Astrologi" quosdam homines à geneli eo Fato nasci prædicant, ut *Vota*

scribit, anno U.C. 536. auctore Q. Fabio Max. Dictatore, *placandæ Deûm iræ & victoriæ de Carthaginensibus imperandæ gratia. ex libris Sibyllinis votos fuisse Ludos magnos, aris 333. mill. triente: præterea bubus Jovi 300. multis aliis Divis bubus aliis aut, cæteris hostiis &c.* Qui quo modo voverentur, exponit Idem *lib. 39. Certa deinde fuere SC. fultum est, quod Populus Rom. duellum pugnâsset, cum R. Antiocho esse, ut eius rei causâ supplicationem imperarent Consules: utique M. Aelius Consul Ludos magnos Jovi voveret, & ona ui dua pulvinaria. Id vovum in hæc verba, præeunte Publ. Licinio Pontifice Max. Consul nuncupavit: Si duellum, quod cum Antiocho Rege Populus Romi fusta, id ex sententia S. P. Q. R. confectum erit, tum tibi Jupiter Populus Rom. Ludos magnos dies 10. continuos faciet, donag, ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantum Senatus decreverit. Quisquis Magistratus eos ludos, quandò, nèque fiat, ei Ludi rebi fiati, dunaque data fanto &c.* Novebantur quoque nonnumquam in quinquennium, ut apud eundem videre est *lib. 27. & lib. 30.* Quod de M. Aelio modo dictum ex Livio, docet Juſt. Carſar Scaliger, non tùm primùm Ludos illos fuisse votos sed postquam ad Thrasymenum pugnatum est. Idem bello Samnitico debellato, Ludos eos Populum spectasse coronatum: M. Craſſum, ſuâ Ædilitate, coronas frondeas aureis bracteolis imitatum Populo dono dediſſe, & Ludis Magnis, Graeco ritu victos pugilatores ituros; Populo ab Ædilibus equilum datum esse, addit, *Poenic. l. 1. c. 630.*

Votivi Naziræi (nam; & Nativi erant) apud vett. Hebræos, proprio voto seipsos Deo sacrabant, idque fere ad certum tempus: quod ſi expreſſum non esset, menſtruum erat, ut Judæi fuo more colligunt ex Numeror. *cap. 6. verſ. 5.* Erant autem Nazirætus hæ leges, ad humiliationem sui facientes, 1. Ut abſtinerent à vino omnique potu inebriante (שכר, quaſi ſuscinque ille liquor, undecunque expreſſus esset. 2. Ut comam alerent; tantâ quidè religione, ut ne pilum quidem unicum abraderet vel evellere fas foret, nisi tempore vori peracto: quo facto, attondebantur oblatoque sacrificio, votivam cæſariem, tanquam rem ſacram, in peculiari Templi concluſi concrematbant. 3. Ut ad cadaver mortui non accederent, Numeror. *cap. 6. verſ. 3-10.* Quod ſi proin ex improviſo mortui vel morticini attactu polluerentur, ſeptimo die purificabantur & novo Nazirætus tempus ſi uplandum erat. An & veſtis illis fuerit peculiaris, incertum eſt: quod enim de Johannis Baptiſtæ veſtimento è *pilis camelinis & Zona coriacea circum lumbos ejus*, habetur Matth. *cap. 3. verſ. 4.* id non Nazirætorum, sed Prophetarum, præſertim Eliæ, exemplo fa-ctum: Interim aliquam eorum cum Prophetis in veſtitu fuiſſe convenientiam, a vero non abludit, &c. Præter illius modi *Votivos* Recabitæ erant in V.T. quorum tamen inſtitutum proprius humanus, nullâ vovi religione, certa dierum ac temporis lege. Parentem reverentiâ, obſervantiam. V. Franc. Burmannum *Synops. Theol. Pat. l. 1. lib. 4. c. 10*

Votivi Nummi, qui *Vota publica* nuncupata, ſuſcepta, & ſoluta, pro ſalute Principis, in *Infer.* ſuis præſerunt, vel quod iis, quibus ſuſcepta ſunt annis, cuſiae formati, id nomen accepere. Et quidem, ut *Votorum* illorum origo ab ipſis primordiis repetatur, ſcribit *lib. 53.* Dio, Auguſto, cum primum decennium exiviſſet, aliud quinquennium, atque ita continuatio, rurſum aliud quinquennium, post decennium, ac aliud item eo finito decretum esse, ut continuatis decenniis, per totum vitam, ſummam obtineurit Imperii: eamque ob cauſam poſteriores quoque Impp. licet non ad certum tempus, ſed ad vitam, Imperium iis eſſet delatum, id deinceps obſervaſſe, ut ſingulis decenniis ſeſtum, pro cjus renovatione, agerent, quod *κατ' ενιαυτον δεκαετηριδα* Xiphilinus, & *δεκατον πανηγυρα* Euſebius *in Orat. ad Constantinum* appellant. Sic Severus Imperator, Imperii hæc periodo decurſa, congiaria & annonas militibus diſtribuit populoque Circenſes dedit, apud eundem Dionem; ſic alii, apud alios, quam in rem quædam ſtuprà jam diximus, ubi de *Decennalibus.* Sed poſt modum obtinuit, ut *Vota publica* pro Decennalibus feliciter auſpicandis & ineundis ederentur cujusque decennii initio, quod ex nummis potiſſimum Antonini Pii colligitur, quorum alii, PRIMI DECENNALES; alii, SECUNDI DECENNALES, præſentes; alii, VOTA SOL. DECEN. II. alii denique, VOTA SUSCEP. DECENN. III. In aliis nubè extat, VOTA PUBLICA, ut Lucillæ L. Veri uxoris, Hadriani, Septimii Sev, Caracallæ. Macrini, Elagabali, Aliorum: in quibus omnibus ſacrificium fere ſemper effingitur, quod *Vota* ejusmodi, pro ſalute Principis & Imperii feliciſate, cum ſacrificio, initio cujusque luſtri aut decennii, exolverentur, uti monet C. du Freſne in *Familiis Byzantinis Aug.* Lud. Chalucii, apud eundem, extat figura ſacrificantis ſpecie, cum *Infer.* VOTA. SUSCE. VICE. i. *Vota ſuscepta Vicennalibus &c.* His verò ſub Impp. Chriſtianis, abrogatis, reliquæ tamen ſolennitates ſervatæ, imò & novæ excogitatæ ſunt, in quibus illa, ut offerrentur Imperatoribus ex more à Magiſtratibus munera, certa ſe. aurorum ſolidorum vis, ab ipſis Principibus definita, quam in rem inſignis extat *Rescriptum* Symmachi ad Valentinianum Jun. *lib. 10. Epiſt. 26.* Præterea edebantur Circenſes, rei de carceribus eximebantur, agebantur Deo gratiarum actiones, & diſtribuebantur per civitates pecuniæ, ut habet Euſebius *d. l.* Sed, quæ ſingulis decenniis concipiebantur priùs vota, poſtea ſingulis quinquenniis exolvi cœperunt: unde *Quinquennalium* vel *Quinquennalivorum votorum Infer.* in nummis manarunt, ita ut Quinquennalium vota primo inita dignitatis anno celebrata cenſeri debeant, Decennalium poſt exactum quinquennium, vel ipſo quinto exeunte anno, Quindecennalium exeunte decennio, Vicennaliorum exeunte decimo quinto anno, & ſic deinceps, V. ſuprà ubi de *Quinquennalibus*; *Tricennalibus* & *Vicennalibus.* Porrò ex Nazarii *Panegyrico* videtur poſſe colligi, eum in Quinquennaliorum celebritate dictum fuiſſe, uti & alios: qui proin erant *publica* populorum *vota*, quorum edendorum gratiâ deligebantur Oratores dicterii, qui in Principum laudes excurrerent, & felicia luſtra vel decennia iis apprecarentur; votis ipſis in nummos relatis, in quibus voces FELICIA, FELICISSIMA, FELICITER, ſæpe reperias additas. Qui mos ad Epiſcopos inde transiit, uti docet Vir eruditi. Imò obtinuit temporis proceſſu, ut non *felicia* ſolùm, ſed & *multa* voverentur *Decennalia*, ut in Conſtantini M. nummo, ubi ſcriptum VOTIS MULTIS, X. & in alio, VOTIS V MULTIS X. turſum in alio, X. MULT. XX. &c. unde *πολυχρονιος* acclamatio videtur originem habuiſſe. Donec poſt extinctam Theodoſii familiam, ejusmodi *Vota* nummis adſcribi deſierc, uti docet Cat. du Freſne *Diſſertat. de Infer. ævi Numism. num. 40. & ſeqq.* ubi plura in hanc rem.

Vox, contractè ex *voco*, *φθεγγος. συμφωνος*: Philoſopho, *ſonus ſignificativus*, in brutis affectus, in homine animi ſenſa, exprimit. Non enim, niſi per proſopopœiam, ne rei, crimine admiſſo, poſſe latere ſe putent, etiam ipſis ædibus, in quibus id perpetratum, *vocem* Poetæ tribuunt. Inter quos Juvenalis *Sat. 9.*

——— *ſecretum divitis ullum*
Eſſe putas? ſervi ut taceant, lamenta ſupremi
Et canis & poſtes & marmora ———

Cui ſimile illud in Babylonios, & quosvis rapaces & violentos dominos, Habacuc. *cap. 2. verſu 11, 12. Lapis è pariete clamat & Later à ligno reſpondet ei*, ad quem locum Bochartum vide *Hierozoïc Pastor. prim. lib. IV. c. 24.* Et quidem de *Voce brutorum* publicre Plinius *lib. 11. cap. 51.* quem vide, ut hic pauca. De *Voce hominis* idem *ibid.* ſic: *Infantis in naſcendo nulla audituv, antequam vitus emergat utero. Primus ſermo annicula eſt. Semeſtris loquitur, eſt Craſſ filius in crepundiis: quo prodigio totum id concidit regnum — Vox roboratur XIIII. anno. Eadem in ſenecta exilior: nec, in alia animalium ſapius mutatur — In theatrorum orcheſtris ſcobe aut haverna ſuperjecta devoratur, & in vuli parietum circumjectu, dollis etiam invaſata: carvis eadem concavis, vel retro parietum ſtatio, quamvis ſervi ſono, dicta verba ad alterum capax perferent, & nulla inæqualitas impeditat — magnam habet vultus partè. Agnoſcimus eam priùs, quàm cernamus, non aliter quàm oculis, videmus, ſunt ex, quos in verum natura moriales, & ſua cuiq., ſicut facies. Hinc illa gentium voq, linguarum tuo orbe diverſitas: hinc tot canibus & modulis flexiones, &c.* Sed ante omnia explanatio animi, quo nos diſtinxit à ſeris, inter ipſa quoque homines diſcrimen alterum *aqoq grande, quàm à bellua, ſeris.* Imò & divini quidam *Vaci* inteſſe, iisdem Gentilibus creditum, ut quibus Voces vel ex oculo miſſæ, vel reſponſi inſtar reditæ, ſuſpiciones ſæpe de variis moverunt eventibus, in utramque partem. Sæpe vero dicitur exaudiæ *Voces* in rebus turbidis & tanquam monſi in Deorum acceptæ ſunt, qualem Romæ ex luco Veſtæ extiiſſe memorant, non multo ante captam à Gallis Urbem, ut muri & portæ reſicerentur: futurum enim, niſi præſtitutum hoc atque effectum eſſet, ut tribus caperetur. Sic, cùm maximas Urbs clades perpeſſa eſſet à Senonibus intentione agerent Patres, an, reſecto ſolo Patrio, Veios migrarent: *Vox* Centurionis audita, *Hic manebimus optimè*, retinuiſſe in urbe cives & confirmaſſe fertur. Hoſtilio Mancino Conſ. anno U.C. 617. confenſuro navem & Numantiam petituro. *Vox* objecta de improviſo teſtibus, *Mane Mancine*: ipſe verò paulo poſt deviſus & Numantinis deditus eſt. Craſſo ſimiliter in Parthos ituro, qui Cauneas ſtetus venales emanabant, omen illud fecit, quo paulo poſt fortunis expoliatus omnibus, famâ, vitâ & exercitu amiſſis, interiit. Neronem paucis ante mortem diebus vox è Mauſoleo reddita appellavit: Auguſtum Cæſ. ſupremo digreſſu ab Urbe *Vox* temere emiſſa monuit, non ampliùs eum Romæ futurum, &c. Hinc Ovidius *Met. lib. 15. Fab. ult.*

Mille locis lachryma vix ebur, cantuſq, ferunter
Auditi, ſanctis & verba minantia locis.

Lucanus *Pharſal. lib. 1.*

——— *Magnaq, per avia* Voces
Auditæ nemorum.

V. quoq; Virgilium *Georgic. lib. 1. in fin.* Petronium *in Civil. &c.* Plerunq; verò *Voces* ſiniſtri erant augurii, ut docent, Cic. *de Div. l. 2.* Halicarnaſſ. *l. 7. in fin. & l. 8. in fin.* Euſebius *Præp. Ev. l. 3. c. 6.* Plut. *in Themiſtocle*, Alii. Latratus inprimis canum ejulantium gemitus imitantes, & nocturnum ululatus: Equos contrà hinnitu alacriore & ferociore fremitu victoriam cominari prælia inituris, etiam nunc militibus perſuaſum eſt, V. Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 3. cap. 9.* Dempſterum *Paralipom. ad caput præc.*

& plura hanc in rem suprà, ubi de *Ominibus* ac *Oraculis*. Verùm quid illud, quòd ipse Deus humanam imitari *vocem* dignatus, voluntatem suam Sanctis suis revelavit, è cælo, ex adyto, in vi sione, aliter, uti videre hic passim est, inprimis ubi de *Prophetia*, & *Prophetis*, nec non ubi de *Urim* & *Thummim*. Hinc nota *Filia Vocis*, quo nomine quoddam Oraculi genus intellectum Hebræi velint, vidimus *ibid.* Quam autem voce in aere formatâ voluntatem mysiis fuis revelavit olim Deus, eam & vocehumanâ, quæ nil nisi dentibus elisus aër est, primitus cum aliis communicari, & ad posteros propagari πανσοφωτατος, nec Verbum fuum nisi à Mose demum scripto comprehendi voluit, quem reliqui Viri Θεοπνευστοι, à quibus Canon constitus, pollmodum sequuti sunt. A' quo tempore manfit mihilominus vivæ *vocis* fuus in Ecclesia honos, ut qui *vox* Dei *scripta*, à Prophetis, Evangelistis, Apostolis & Pastoribus ordinariis, *præsicari* ad finem usque fæculi justa est. Cujus doctrinam cœlestem tradendi modi quanta virtus, quanta efficacia sit, nemo nisi experiendo experietur Apostolo, ὁ πιστὸς ἐξ ἀκοῆς, *fides est ex auditu*, dicente, Romanor. *cap.* 10. *vers.* 17. Atque, qui sic in cognitione mysteriorum divinorum institue bantur, dicebantur κατηχοι, item κατηχουμενοι. Quæ posterior vox cum late fumpta fuum fignificet, quod divinus, nonnunquam quam ftrictius accipitur fignificatque inftituere vivæ voce in cognitione primorum fidei capitum, ut vi ere eft Actor. *cap.* 18. *versu* 25. coll. cum Hebr. *cap.* 5. *versu* 12. Quam rationem inftituendi poft Apoftolorum quoque tempora aliquot fæculis in Eccleſia obtinuiſſe, ex multis Vett. ſcriptis Catecheticis patet. Indeque qui ſic docebant, Κατηχουντες, qui ſic difcebant, Κατηχουμενοι, in quibus locis autem ea inftitutio fiebat, Κατηχουμενεια & Κατηχητικα, dicta funt, de quibus omnibus aliquid fuprà, plura autem apud Cl. Suicerum *Theſauro Eccl.* in his vocibus. Præter hunc vero & alius eximius *Vocis* uſus eſt, in precando viz. feu orando. Quamvis enim etiam tacitas animorum cogitationes habeat peripecias Deus ac cognitas, unde ad Moſen quoque filentem, *Quid clamas ad me, dicebat*, Exodi *cap.* 14. *v.* 15. clara tamen *vox*, feu clamor, in oratione probatur, ad vehementiam & ardorem affectus noſtri denotandum. Unde in Sacris *clamare* aliquando eſt, ardentiſſimo affectu Deum invocare, ut Exod. *cap.* 8. *verſ.* 12. *cap.* 14. *verſ.* 10, 15. Matth. *cap.* 27. *v.* 46, 50. inprimis Hebr. *cap.* 5. *verſ.* 7. ubi ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus dicitur μετα κραυγης ισχυρας, *cum clamore valido*, obtuliſſe precationes & ſuppli cationes, &c. Sed & Pythagoras ſuos μετα φωνης ἀφωνῳ, *clarâ voce precari*, jubit: cujus præcepti rationem explicans Clemens A. *Stromat.* lib. 1. dicit, jubiſſe ait, quaſi exiſtimaret, Deum non poſſe exaudire nos, ἀλλ' ἐν ἀκοαις ἠθελεναι εἰναι τας ἀρας ἀπ' ἐν αὐτῳ ποιουσι πασιν συνειδοτι, *ſed quòd juſtas vellet eſſe preces, quas non verentur qui ſi ſundere multis conſciis*: qua de re alibi jam divimus, uti de aliis *Vocis*, in Foro inprimis & Scena, apud Gentiles, uſibus, exercitiisque hinc, à prima jam puritia, cui eo fine *primus Eroditor vocis* adhibitus, in ufum vocatis, fuprà in hac ipſa voce, item ubi ac *Phonaſcis*, & *Vociferatione*, alibique paſſim: de *Plena* vero, *Gemina*, *Rica*, ſuis locis. Addam ſaltem, apud Romanos aliosq; voce ac plauſu Imperatores conſueviſſe excipi: Inprimis ſub initia Imperii, vel cùm in Theatrum publicumque prodibant, vel ab expeditione revertebantur. Martialis *l.* 8. *Epigr.* 65.

Hîc lauro redimita comas, & candida cultu
Roma ſalutavit Voce manuq; Ducem.

Et *alibi*,

Quæq; ſonant pleno vocesq; manusq; Theatro
Cùm Populus ſubiit Cæſaris ora videt.

Qui ritus hodieq; perdurat. V. ſuprà ubi de *Acclamandi* ritu &c.

UP.

Upupa, Æſchylo ὀπισθεν ὀφις, *faxalis avis*, aut *gallina*, Græcorum vulgo hodie ἀγριοκοκκα, aut Heſychio ἀλεκτωρ ἀγριος, *gallina ſilveſtris*, & Hebr. דוכיפת *duchifipath*, ubi alludunt *de* & *chiph*, quorum illud Arabice *gallum*, hoc Hebraïs & Syris *petram* notat: vel quaſi *gallus ululus* aut *augur alis*: ratione ſc. criſtæ *gallus* dictus, quamvis illa in gallo ex cartilagine, in *upupa* ex plumis conſtet; *ſylveſtris* vero, quòd in montium ſugis & præruptis rupium ſylvarumque receſſibus, commorari ſolent. Aliàs avis eſt tam portentoſa, ut ea visâ nemo non obitupeſcat: quippe

—— *cui ſtans in vertice criſtæ*,
Prominet immodicum pratoqua cuſpide roſtrum,
Nomen epops voluere, facies armata videtur.

Ovid. *Metam.* l. 6. *fab.* 7. Unde Philocles, Æſchyli ex ſorore nepos, Comicus Poëta, quòd capite ſic acuto & faſtigiato eſſet, *upupa* cognomen tulit, teſte Suidâ. Sed & eadem avis *auguralis* Hebræicè dicta videatur, quòd illi, Magorum & Augurum veteri ſuperſtitione, inter oſcines locum vel præcipuum fuiſſe nonſtulli ſcribunt, inter quos Damir inprimis *cap. De upupa propriis*, & Alkazuninus, Scriptores Arabes, videndi. Judæi quoque, qui inter alia, ab ea Salomoni oblatum שמיר *ſamir*, i. vermiculum, cujus virtute ſiſſi fuerint templi lapides duriſſimi: eandemque ad Sabæorum Reginam pro Salomone legationem obiſſe, & fontes in ima rellure latentes huic revelaſſe, fabulantur. Cœterùm inter aves immundas in Vet. Teſt. habita, ut quæ ſpurciſſima eſt, & ex humano ſtercore nidum ſibi comparet; ac rebus fœtidiſſimis veſcitur, Ariſtot. *Hiſtor. lib.* 9. *cap.* 13. Ægyptiis tamen in veneratione fuit, quo gratum indicantes animum *upupam* pinxiſſe, ſcribit Horapollo *lib.* 1. *cap.* 52. διοτι τοις μεν ἠ ἀλογων ζωων, ὑπαιδια των ὀφεων ἐστιφθη, γνωρισαν αὐτοις τὸν ἀνθρ. δαιδαλον χρῆσαι. *Propterea quòd ſolum hoc ex mutis animantibus, poſtquam à parentibus educatum eſt, iisdem ſenio confectis parem referi gratiam*. Unde & Athenius upupas ὡσει τὸν γονεωσιμον δαιμονα, *ergà parentes pias*, vocat *Hiſtor. l.* 10. *cap.* 16. Quòd verò Ariſtoteles, *upupam* ita aliam ac colore, eandem eſſe credidit, ex Æſchylo habet, inde deceptus, quòd cucullus vere procedit, ceſſare diſcedit, quo tempore *upupa* apparere incipit. Verſus Æſchyli ſunt,

Τερεο δ' ὑπόπτα Ἔποπα ἢ αὐτὸ πρωῖ
Πεφοιτικὸς πρωθόλωτος ἴρηξ
Θάμνον πέτρασιν ὀρνυ ὁ παντόζοῦς.

Tereus autem ſuperne upupam volucrem, propter plumarum varietatem, quæ veſti Thracæ comparatur, variis pictæ licis: Sed & notis compoſiti Thraces & varias veſtes gerebant. Upupa quoque criſtam habet in capite, *contrahens eam ſubrigendo*, per *longitudinem* capitis. Plin. *lib.* 10. *c.* 39. qualem gerebant in galeis οἱ πιλοφοροι Θρᾶκες, qua de re V. Salmaſium *ad Solinum pag.* 238. & 239. Nomen quod attinet Græcum Latinumque, ut aliorum originationes omittam, Varro à voce propria avis deducit. Videtur enim *upup* vel *upup* ſemper ingeminare. Hinc in fabulis habetur, Tereum in *upupam* mutatum, clamaſſe ὠῦ, πῦ, *ubi? ubi?* ut inſequentes ſolent, cùm Progne & Philomelam inſequeretur &c. Plura apud Sam. Bochartum *Hierozoici Parte prior. lib. II. c.* 31. 100, uti de inſtrumento foſſorio, à ſimilitudine avis hujus, *upupa* itidem dicto, ſuprà voce *Oppopa*.

UR.

Ur, Chaldæorum, adde: quæ alter *Urie* & *Camarina*, ut ex Eupolemi opere, de Judæis Aſſyriis traditum eſt Eufebio *Præp. Evang. lib.* 9. *cap.* 17. *Camarinæ, quæ Babylonia civitas eſt, ac quam nonnulli Uriem dicunt, id autem ſignificare Chaldæorum lingua*. Nempe eò ſpectat, quòd ſacerdotes Chaldæorum καλ' ἐξοχὴν Græcis dicerentur Χαλδαιοι: Chaldæis autem אוּרין *Camerin*, ut Hebræis כְּמָרִים *Camarin*: Unde & quartus ex Diis Samothracitis, qui Axiero, Axioceríæ & Axiocerio miniſtraret, nominatus eſt *Camillus* ſeu *Camillus*. Ab eadem itaque origine eſt Camarina, quia in ea degerent *Camerin*, id eſt Sacerdotes ac Philoſophi gentis, vulgò *Chaldæi* vocati, quomodo Abraham dictus eſt reperiſſe τον Χαλδαιων, id eſt, *Chaldæorum Philoſophiam*. At eadem civitas *Ur* & *Urie* nuncupata eſt, quòd ignis in ea coleretur ſive cultus is propius foret ſive ſymbolicus. Sanè & regio rorabab eadem caula O'ρροὴ dicta eſt Ptolemæo: & forte inde *Ur* nomen caſtello eſt Perſico: Namque & Perſis maxima in veneratione Ignis fuit. Sicut autem אוּר *Or*, eſt *lux*, *lumen*, Sed: ſic אוּר *Ur*, ſignificat *flammam*, *ignem*, *focum*, a quo Lat. *Uro* & Gr. ωρ, ac Germ. *ver* & *wer*. Hic natum eſſe Abrahamum, veriſimile eſt, quando ex ea dicitur profectus, Genes. *c.* 11. *verſu* 31. & Haran fratrem ibi mortuum conſtat, Ibid. *verſ.* 28. Imò & de eo fabellam hanc, apud Hieron. *Quæſt. in Genes.* repetitas: *Pro eo, quòd leginus, in regione Chaldæorum* (ὡς τὸ χωριον τῶν Χαλδαιων) *in Furnace habitare* אוּר בשׂדים *Ur Chaldæi*, id eſt, *in igne Chaldæorum*. *Tradunt autem Hebræi, ex hac occaſione, iſſimosdi fabulam. Quòd Abraham in ignem miſſus ſit, quia ignem adorare nollet it, quem Chaldæi colunt, & Dei antiſtio liberauit, & Idololatriæ igne profugerit. Quod in ſequentibus ſcribitur, egreſſum eſſe Tharan cum ſuum ita ex regione Chaldæorum: pro eo, quod ha-bitaret in incendio Chaldæorum, quod interpretatione interna nuncupatur, igne conſumtus ſit*. Quam fabulam habes etiam in *Medras Haggada*, ac refcunt etiam Salomon Jarchi & Moſes Gerundenſis. V. Genin. Joh Voſſium de *Idolol. l.* 2. *c.* 64.

Urania, adde: Sic enim Afri, ut & Orientales, ab loco & vi cœleſti, *Lunam* vocarunt; non quaſi Gra cà voce uſi fint Libyæ vel Aſiæ gentes, ſed quia Grajo ſermone ſic illa vox redderetur, ſicut Latini *Cæleſtem* dixere. Namque & nomen *Cæleſtis* Deæ legas in veteri nummo Julio Socemo, quo dicitur Heliogabali, nationeSyra, ut mirum non ſit, ſi Numen hoc ab ea fuerit cultum. Primi verò omnium hanc venerati funt Aſſyrii: ab his accepere Phœnices & Cyprii; ab illis Græci & Afri. V. Pauſaniam in *Atticis*. Nec obſtat, quòd *Uranica* nomine alii Junonem intelligant, & Athenis fuerit Veneris Οὐρανιας Templum, namq; ad Lutam hæc fœminea Numina facile reduci, diximus ſuo loco: quemadmodum Adtarte eadem Phœnicibus dicta eſt. Namque *Aſtarte Uranica idem omnino valet apud Phœnices, quod Juno Lucina, apud Latinos*, V. Auguſtin. *ſuper Judic. quæſt.* 16. & prolixè atq; accuratè de *Uranie* hujus cultu differentem Geth. Joh. Voſſium *de Orig. & progr. Idolol. Gentil. l.* 2. *c.* 21. ut & ſuprà, ubi aliquid dixi-

divinus de Regina ceti. Addo fallem, quòd Helenæ ftellam *Uranian* quoque dictam effe, ex Lutatio obfervat Caſp. Barthius *ad trimad. verſum. Papin. ad Theb. 7. v. 792.*

Urania & Apotraxis, apud Polluccm, pilæ parvæ ludorum ſpecies funt, in quibus ſcili. et fefe reclinantes pilam in cœlum projiciebant, & antequam terram attingerent excipiebant. V. Hier. Mercurialem *de Arte Gymn. l. 2. c. 4.* & ſuprà, ubi de *Pila* ac *Sphæriſtica*.

Uramboſca, dicti ſunt Eunomius, Aëtius & Thophilus Æthiops, Eudoxio Arii primùm *σωυσρατικοί*, poſtea ejus & aſſeclarum hoſti facto, ab Valente Imp. in Synodo Antiochiæ, uti quidem docet Philoſtorgius *lib. 9. im. 3. p. 120.* Græcè *Οὐρανοβόσκοι*, quaſi *paſcua cœleſtia incolentes*, pari ironiâ, quâ *Μεγαλορίαγγες*, Gothoſredus. Suſcerus tamen *Οὐρανοβώστας* legi vult, ſicque per ludibrium fuiſſe vocatos, quòd gloriarentur, ibi ipſam Dei *ἔδραν* eſſe perſpectam, docet *Theſaurus Eccl. voce Τρῶες*; item *Εὐνόμιος*. V. de quoque eorum, ſuo loco: at de piſce *Οὐρανοσκόπῳ*, ſuprà, voce *Gallionymus*.

Urbani, Græcè *Ἀστρόκωλα*, vel *Ἀστρόκωλοι*, homines dicebantur Romæ elegantis ac faceti ingenii, qui dictis & ſalibus ſuis, rifum non tam captarent, quàm exprimerent, idque cum moderatione quadam; & habitâ non perſonarum modò, ſed temporis etiam & verborum ipſorum ratione: ita ut triſtibus & parùm politis hominibus, quales turi ſæpius aut naſcuntur aut fiunt, opponerentur, quos ideo Græci *ἀγρόικοι* ac *σκληροὶ* appellant. Sic Heraldus *ad Arnobium l. 1. Epigr. 42.*

Urbanus *ille, ſcitis verſiculis, uri.*

Non ex, crede mihi: quid ergo, Verna es.

Gronovius contrà *Urbanorum* nomine apud Livium alioſque vult intelligi homines humiles & nullius negotii, quibus per Tribus divilis campum corrupit App. Cæcus apud Livium *l. 9. cap. ult.* Et inde appellat *humiles urbanos* Liv. & qua nota circumforanei, ſubroſtrani, ſubbaſilicani, canaliculæ, umbratiles, qui penè toto die *σκιάδιον ἀγοράζειν* faciebant, adeoque aſſiduè Forum terebant & Urbem crebrant, ut nec turi nec militiæ unquam agerent: quos *Urbanos aſſiduos dives* vocat Plautus *Trinumm Act. 1. Sc. 2.*

Nihil eſt proſecto ſtultius, neq; ſollidius,
Neque mendaciloquius, neque perjurius &c.

Quàm Urbani aſſidui dives, quos ſcurras vocant.

Ex eodem genere Advocati illi Panuli Plautini, & Advocati nocturni Petronianæ ſcenæ, & diviſores ſequeſtriſque, apud Ciceronem, de operâ Clodianâ & vacantes, ſalutigeruli, gantetam-balonesque, cœnarium & ſportularium ſectatores, tum parafiti, omne denique genus otioſorum. Inter quos erant homines naturâ dicaces & ad quævis dicteriis promti, non in tempore & cum cauſa, & ut poſſet ridiculi videri, ſed ſæpe & ſine cauſa: Quidam, quod ingenio deerat, impudentiâ & conſuetudine ſupplebant: clientes Regibus ſupparaſitari & vel teſtimonium falſum perjurumque præſtare fueri, quosvis alios probris inverecunde laceſſere: inter ſeſe & alios riſum tam præbere, quàm captare: apud ſordidam plebem, quia quotidie occurrebant, & admiratione ingenii & inſoctatione bonorum conſpecti & grati, eoque miſcere cœtus gnari ac faciles. *Muſtellar. 4. 1. Sc. 1.*

Tu Urbanus *vero ſcurra, deliciæ popli.*

Unde *Urbanus* pro *ſcurra*. Suetonius *Jul. cap. 20. Ut nonnulli urbanorum, cùm quidam per ludum iſpandi gratiâ ſignarent, non Cæſarem, ſed Fulvio & Cæſare Conſ. actum ſcriberent.* Et viciſſim *ſcurra*, pro *urbano*, Plaut. *Truculento*, *Quem ſcurræ laudant, manipulares muſſitant.* Hi itaque ſaniori parti civium meritò contemnebantur, ex priſco inſtituto, quum vera Romuli proles, ut ait Columella, aſſiduis venatibus, nec minùs agreſtibus operibus exercebatur & ruſticam plebem præponebat urbanæ: quum Proceres civitatis in agris morabantur & ubi conſilium publicum deſiderabatur, è villis acceſſebantur in Senatum. Unde honeſtiùs nomen plebeji ordinis, *Ruſtici Romani*, V. ſuprà, & in Optimatum, h. e. qui conſilia ſua optimo cuiq; probari vellent, ſecta colloçati Cic. *pro Sexlio*. Plura ap. Salm. *ad Pollionem in Tertico Sen.* & Gronovium præfatum de *Pecun. vet. lib. 4. cap. 9.* Facit huc, quòd Scaliger multitudinem dividens in Agreſtem, *Urbanam* & Militarem; Urbanam ſupinam, pavidam, tumidam, mollem, ignavam, verbis quàm factis promptiorem, luxu atque otio feram, ſuperbam non reſiſtentibus, demiſſam inſtantibus eſſe docet, *Poet. lib. 3. c. 13.* De *Urbanis* Tribubus quatuor, in quas tranſferri ignominioſum erat, diximus ſuprà ubi de *Tribubus*.

Urbanifice, in Gallia, Moniales S. Claræ, quibus prædia poſſidendi jus eſt, dictæ ab *Urbano* Pontifice Rom. à quo Regulam accepere, memoratur Richelieto *Diction. Gall.* ubi laudat Abbatis Patru *le Plaidoirs Urbanifice*.

Urbi Præfectus, V. *Præfectus Urbi*.

Urbicaria, abſolutè nonnunquam, aliquando *Urbicaria Regio* ſeu *Provincia*, dictum olim territorium *Urbis* Romæ, ſeu regiones, quæ urbi circumjacebant ac Præfecto Urbis ſuberant, eundemque cum urbe Rationalem rei privatæ habebant: quibus oppoſitæ Annonariæ Regiones, quæ *Italiæ* nomine, Urbi contradiſtinctæ, aliquando veniunt. Græcè *ἡ πόλις* & *τὰ ἐκὸς πόλις χώρας* vel *ὁ ἐξώτερος*, Latinè aliter *Romana Regio*. Mentio *Urbicariæ Regionis* in *Cod.* Theodoſ. quæ & *Suburbicaria* appellatur in cod. *leg. 12. de Indulgl. &c.* ubi Pitcenum & Tuſcia eò referuntur, quorum illud in *Not.* quoque Imperii *ſuburbicarium*, at in *Notis Iuer.* Petri Diaconi, Magnonis & Papiæ, *orbicarium* vocatur, pro *urbicario* dicitur. Quousque autem ſe hæc regio extenderit, V. ſuprà ubi de *Annonaria*, & *Romana Regione*, item voce *Bantuea*. Aquæ ut hæc regio inſidiſſimis præfecti Urbis curis tuta, ſic urbis olim Epiſcopus diœceſin ſuam habuit urbicariarum provinciarum limitibus definitam ac circumſcriptam. Unde Epiſcopum Romanum, *Epiſcopum Urbicum* Cyprianus *Epiſt. 4.* Zepherinum, ejusdem urbis Paſtorem ſimiliter Optatus Milevitanus, & Presbyteros Romanos *Sacerdotes urbicos* Ambroſius *Epiſt. 34.* appellant, uti diſcimus ex Car. Macro *in Hierolex.* ubi *ſex Epiſcopatus eſſe dignitati Cardinalitiæ annexos, quorum jurisdictio ad ſuburbana Romæ loca antiquitus fuerit extenſa*, ex Ciaconio laudit. V. plura de Regione hac Urbi vicina, apud Salmaſium *Not. ad Treb. Pollionem in Tertico Sen.*

Urbium, adde: Hunc Ducatum Julii II. Pontif. Rom. fratet Joannes Soræ Dux, junèta ſibi Joanna Montfeltria, Guidonis Ubaldi, qui Montfeltrios morte ſua claufit A. C. 1508. ſorore, in Domum Roboream intulit: in qua ultima Victoria fuit Ferdinandi II. Magni Ducis Florentiæ uxor, poſt cujus obitum Ducatus cameræ Pontificiæ adjectus eſt. V. ſuprà ubi de Familia *Roborea*, & plura apud Phil. Joc. Spencrum *Arte Heraldicâ Tom. II.*

Urbs, adde: Urbibus ſimiles Caſtra fuere, imò non rarò ità *Urbes* tranſiere. Suetonius *in Auguſto cap.18. Ampliato veteri Apollinis Templo locum caſtrorum, quibus fuerat uſus, exornatum navalibus ſpoliis — conſecravit.* Ubi quidem totum Caſtrorum locum in templum verſum ait, ut & *cap. 96.* ſed Dio, in Caſtrorum loco Urbem Nicopolim fuiſſe adificatam refert. Templum verò conditum in loco, ubi Auguſti fuerat rabernaculum. Certè Romanos, in loco, quo Caſtra habuerant, poſtmodum *Urbes* condidiſſe, ex Scriptoribus paſſim liquet. V. quæ de Auguſta apud Saluſſos habet Strabo *lib. 4.* Nec aliunde eſt, quòd Hiſpaniæ, Africæ, Græciæ, Germaniæ aliarumque Regionum urbes, *Caſtrorum Burgorumq;* nomina gerant. In limitibus autem imperii id inprimis fiebat, cujusmodi proin urbes *Καίσαρα* non raro Græcis Scriptoribus citeriori ævi appellantur, V. ſuprà ubi de *Limitaneis Arcibus* feu *Urbibus*; item in vocibus *Charax, Piſſa &c.* Quò pertinet, quòd ſummi Reges interegras *Urbes*, pro tropæis, ſtatuerint. Herodianus *lib. 3.* de Alexandro, *Μῆνας δ' ἐν τῷ αὐτοκράτορι ἢ πόλεις ἐκείνου ἔθεσαν ἐπὶ τοῦ κάρα Ἀλεξάνδρου κρηπιδίου*, Quæ de re V. Caſp. Barthium *Animadverſ. Papinianis ad Theb. 2. verſ. 706.* uti *de Urbibus Regiis*, apud Salmaſium *ad Solinum pag. 475.* & de *Urbe Regia κατ' ἐξοχὴν* ſic dicta, urbe ſc. C'Poli, apud Macros Fratres *in Hierolexico*, ſicut de Urbe *Aurea*, quo modo Roma Scriptoribus venit, Car. du Freſne *Gloſſar.* Ut quædam addam de Vett. moribus ritibusque circa Urbes, Romani earum condendarum ambitum aratro circumducebant & veſtigia murorum ſulco imprimebant, ut dictum: alii cretâ vel polentâ notabant, ut ſuprà vidimus: de quo conſtituendarum Urbium more, multa inſigni eruditione congeſtit Salmaſius modo laudatus, *ad Solinum pag. 819.* & *ſeqq.* Certis dein cerimoniis, prononciatione inprimis ſolennium ac legitimorum verborum, inaugurabantur ac dedicabantur. Quem ritum indigitat Tertullianus *de Pallio cap. 1. Ubi moris Sicilius Taurus impoſuit: ſolennia Sentius Saturninus ſtravravit.* Porrò *Urbes* etiam integræ coronabantur, præſertim victrices & aliarum dominæ: Sic Græci Athenas, ingenti adversùs Perſas obtentâ victoriâ, coronarunt, teſte Ariſtide *in Panath.* ejusdemque Urbis ſtatuam ſexdecim cubitorum in Boſphoro erigi curarunt Byzantini, apud Demoſth. *de Cor.* quam in rem V. plura apud Car. Paſchalium *Coronar. lib. 7. cap. 6.* & ſuprà, ubi de *Statuticis Ceremoniibus*, ac *Olympionicis*. Etiam poſt Maximianum & Dioclctianum, vel ſaltem Probum Impp. nummorum inferiori poſticæ parti characteres inſcripti viſuntur, *Urbium*, in quibus fuere cuſi, ſignantes nomina, uti pluribus videre eſt ſuprà. ubi de *Re Nomeſtaria*. Tandem, uti ſolennia ac legitima verba effabatur Augur, quibus Urbes inaugurabantur: ſic contrariis ſolemnibus eædem, cùm diruendæ erant, exaugurabantur, ut docet Saluſtius *Not. ad Tertullianum d.l.* Plura hic paſſim.

Urbum, vel *Urvum*, V. ſuprà *Vomer*.

Urceus, à Græco *ὄγκη*, vas modicæ capacitatis Caſaubono: anſam habens lateri applumbatam, ex are, Varroni; aliaquè materia. Nàmq; *Urceus* Pictilis, lemma *Epigramm. 106. lib. 14.* Martialis,

Etic tibi donatur parvâ rubrâ Urceus anſâ,
Stoicus hoc gelidum Fronto petebat aquam &c.

Anguſto & gracili collo, in patulum deſinente ore, pingit Laz. Bayfius: quem Forcatulus argut, cùm *urceus picatus* ponat Co-

lumella, in quibus forba condiantur, *lib.* 12. idem autem paulo antè vasis conditivis hanc fornam dederat, ut usque ad imum æqualia essent, ne ventrem facerent, utque, exemtis ad usum salgamis, quod reliquum erat, æquali pondere, atque ad fundum posset deprimi. *Sed & urcei* aqua in ahenum infundebatur. *l. dum de lan. §. ustis. ff. de fund. instr.* cui rei æquabilitas necessaria est, cùm angusto & gracilescente collo mora hauriendo fiat. Adde, quòd & fructus *urceis* componebantur *l. quæstis. §. conserv. ff. de fund. instr.* quodque in *urceis* cineres quoque mortuorum condi consueverint, qua de re supra diximus & c. Uti autem certam formam, sic certam mensuram non habuit *Urceus*. Cato in torculario *urcemen* ponit, quinque amphorarum capacem. Per Lemnius Spinther, ex quorum ruderibus vasa conditi magnitudine habuit. &c. Forcatulus *in Pœn. Juris Civ. cap.* 25. Hinc dim. *Urceolus*, sic apud Martialem iterum *Urceoli minsstratorii*, *Epigr. prac.*

Frigida non desit, non deerit calda potenti,
Sed tu morosè tudere parce fiti.

Et Joh. Laurentius JC. *Nuis in theatr. l. 5. fab. 5.* nomine *Lanuginis argentea* intelligit fupellectilem omnem balneatem, ut frigides, guttos, *Urceolos* & id genus, &c. Apud Scriptores Ecclesiæ Rom. inter ministeria seu vasa sacra itidem *Urceoli* occurrunt, lavandis manibus vel infundendæ in sacrum caliceni aquæ, ut videre est apud C. du Fresne *Glossar.* At *Urcei* seu *Urceoli auro inclusi*, quos inter munera Claudio II. adhuc Tribuno, à Gallico Imp. Mitia, recensfet Treb. Pollio, pocula sunt deauratæ, χρυσόκολπα, eo viz. deaurandi genere, quo tessellæ aureæ in argentum imprimebantur & quasi inligabantur, per Artem χρυσογώνιον, uti Salmasius docet *Not. ad l.* & supra diximus suo loco.

Urere Coloribus, in illo Nasonis,

—— *tabulamq; coloribus uris*,

quid fit, V. supra ubi de *Cera*, & *Encaustica Arte*.

Urim & Thummim, Oraculum seu modus erat, in Vet. Test. divina responsa accipiendi, solis Pontificibus peculiaris: de quo legitur Exodi *cap.* 28. *versu* 30. Levitici *cap.* 8. *v.* 8. Numer. *c.* 27. *vers.* 19. Deuteronomii *cap.* 33. *vers.* 8. Julleræ namque DEUS amiculo Sacerdotali, *Ephod* dicto, medio in pectore illigari pannum pretiosissimum, palmi magnitudine, quod *Pectorale* שחן dicebatur, cui duodecim unciones stupendo opere inserti erant, XII. Tribuum nomina præferentes. Qui quatterni gemmarum ordines (quadruplici enim serie erant disposiri) ut ipsa *Urim* & *Thummim* erant; quæ voces *Lucis* & *Perfectiones* denotant; conf. Exod. *cap. vers.* 8, 10. & Levit. *cap.* 8. *versu* 8. vel certè fuere secretius ac sanctius aliquid; à Deo artifice Mosi tradituin & mystico isti panno inscriptum. Scripturis verò tacitum adeoque ignotum. Modus Oraculum consulendi hic: Pontifex, extra Adytum, facie ad Arcam obversa, *stabat*, & qui petebat responsum, à tergo ejus se componebat. Quo habitu ille ad id, quod animo conceperat, certissima responsa accipiebat & consulentibus reddebat. Quæ ex novo ac insolito lapillorum fulgore, vel literarum ex Pectorali prominentium ac ordine protuberantium serie, ab ipso deprehensa, Judæi autumant: Quod tamen incertum est; cùm in longis variisque adeò Oraculis locum id habere non potuerit, V. Judic. *cap.* 1. *vers.* 1, 2. 2. Sam. *cap.* 5. *v.* 19, 23, 24. 1. Sam. *cap.* 23. *v.* 11, 12, 13. Unde cùm *Urim* & *Thummim* certus Prophetiæ gradus in Pontifice fuerit, verosimilius est, vel externa voce ex Adyto, vel filtem per internum instinctum, in mente Pontificis, responsa edi. Conferas autem illud Oraculum maximè sub Tabernaculo legimus; sub Templo autem, cùm Deus per Prophetas crebrius responderet, paulatim desisse: sicut & sub secundo Templo una cum aliis rebus sacris illud prorsus desiderium est; quod frustra Judæi sub Messia restituendum putant, malè intellecto loco Esræ *cap.* 2. *versu* 63. & Nehemiæ *cap.* 7. *versu* 65. Usus ac causæ Oracli hæ erant: Ut Deus sese Populo suo præsentem testaretur, atque illum à Gentium superstitione torque Oraculorum ac fortium ludibrio absraheret; inprimis, ut CHRISTI imagini figurandæ atque adornandæ hi Pectoralis lapides & hæ *luces* ac *perfectiones* inserirent. Ille enim solus Sacerdos iste est, qui in pectoris sui Adyto luces ac perfectiones infculptas habet, quique Dei ac hominum Interpres unicus, certissima mortalibus responsa reddit. Ut non alio oraculo amplius opus sit, ne quidem in Ecclesia; cùm lucis hujus fulgor & radii universum Dei Templum collustraverint, omnemque ejus doctrinam perfectissimè absolverint: ut alias fortes movere, mensaccenve Spiritum vel in specu alio quo mugientem, vel in templo, aut ex Capitolio proloquentem, audire nefas sit. V. Franc. Burmannum *Synopf. Theolog. Tom.* 1. *Lib.* 4. *c.* 29. *§.* 1. 6.

Urina, à Græco οὖρον, unde Palinuri propriam apud Maronem viri nomen. Eam in locis sacris reddere non licuisse, supra diximus. Unde sub Antonino Caracallo *damnati sunt*, *qui* urinam *in eo loco fecerunt*, *in quo statuæ aut imagines erant Principis*: exemplo nem. Tiberiano, de quo Suetonium vide *cap.* 58. Nec reddenidæ causa, adversus Solem, aut Lunam, denudari, Plin. *l.* 28. *cap.* 7. Eâ tamen Deam Syriam fœdavit Nero, teste Sabellico *lib.* 2. *Enn.* 7. hanc ob causam Numinum contemtor habitus. At vetigal *urinæ* Vespasianus instituit, inde quoque lucrum non aspernatus, cujus *odorem qualibet ex re lucrum esse*, filio confilium improbanti respondit, V. supra ubi de *Fullonibus*, item voce *Gastra*. Quem sequutus Ferdinandus Neap. R. cùm Capuæ fimile vetigal instituisset, publicâ Campanorum non eauit nota, uti refert Pontanus *cap. de Liberal.* Celtiberi verò eriam dentes & corpus *urina* fricare consuevere, hanc optimam corporis curam existimantes, apud Diodorum *lib.* 5. *cap.* 9. Imò à militibus urgente fiti bibita, occurrit apud Auctores Falcidinos, qua de re Justinus *lib.* 12. *Aurimq; Persicum*. & *Ammian. Marcellin. l.* 23. *Thebaid.* 4. *v.* 766. ut & ubi de *Sili* supra. Nec hominum solum, sed & jumentorum, hausta Crerenibus à Metello obsessis, *qua sitim vorsurant potius*, *quàm sustentaverunt*: *quia dum vinci timent*, *id passi sunt*, *quod eos ne victos quidem pati coegisset*, Val. Maximus *lib.* 7. *cap.* 6. Plura hanc in rem V. supra, ubi de *Loio*, uti de *urina animalium*, apud Plinium *lib.* 8. *cap.* 38. de lyncurio verò gemma, è lyncis *urina concrescente* creditâ, itidem retro in hac voce.

Urinator, Græcè κολυμβητὴς, ὑδρεὺς, vel potiùs ὑδροφόρος, seu ὑποβρύχιος, quibusdam ab *urna*, Varroni contrà, Becmanno ab ὄρος nomen habet: eo quòd pulmones id hominum generi cavi sint ac sic dispositi, ut duplicem vim *haurii*, i. *aëream*, ad respirationem cohibere queant, *in Origg. L. L.* Eorum mentio *lib.* 4. §. 1. *ff. de l. Rhod.* ministerium his verbis describitur, à Manilio *Astronomic. lib.* 5.

Illi in Ponto jucundum est quærere pontum,
Corpora qui mergens undis, *ipsumq*; *sub antris*
Nerea, *& aquoreas conantur visere Nymphas*,
Exportandæ, *maris prædas & rapta profundo*
Naufragia, *atq*; *imas avidi scrutantur arenas*.

Nempe per *Urinatores*, naufragio merces res & in mare, navis levandæ causâ, jactæ, solitæ sunt extrahi. Cui simile, quòd opes periculi tempore, in aquas abjectas, ibique reconditas, eo dissussio, inde repetunt, uti de Perseo Macedoniæ R. legimus apud Livium *lib.* 44. *c.* 10. Iidem manu conchas capiunt & petris adhærefcentes avellunt, uti supra dictum non uno loco, inprimis vece *Extractio*, item ubi de *Margaritarum Piscatione*. Porrò bello navali adnodum utilem præstant operam, ut qui hostilem classem suffodiendo vel navium funes præcindendo vires hostium multum imminuere possunt. Quorum illud factum, bello Henrici III. Imp. contra Hungaros, quo vir inter hostes nando pertissimus, ejus rei gratiâ, ad Danubium accitus, hostium naves clam subiisse, ferasque eas terebro terupsepossit, ut secunda & tertia hora diei imo desidere cœperint, quo pacto rebus Germanorum debilitatis, quam plurimum contulerit, tum Imperator, dilectus, liberatum esse, teste Bonfinio *lib.* 2. *Dec.* 2. Illud in pugna apud Salaminem nobili, quo *urinatorem*, qui funes hostilium navium præcindendo utilem Patriæ navaverat operam, non solùm splendidè remuneratione donatum, sed & dignum habitum *legimus*, *cujus in hoc opere verfantis celeberrimus illius* avi Pictor imaginem coloribus ad vivum exprimeret, apud Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Etiam ad literas ad obsessos perferendas, omni alio aditu interclusos, tales adhibiti occurrunt, cujus rei illustre exemplum Gallica historia suppeditat, in qua bello inter Gallos Anglosque ferverite, cùm hi Insulam Ratiacensem arctè premerent, illos per insignem illius modi *natatorem*, uti κατ' ἐξοχὴν Varro id hominum genus appellat, seu *urinnali avisthem*, uti Symmachus *lib.* 1. *Epist.* 87. nomine *Peyra Pierre*, obsessis advectum fuisse, ut ex Froissardo *lib.* 1. *cap.* 240. constat. Quam diuturne sub aquis queant *Urinatores*, per fistulas & vitra aëren attrahunt: nonnulli etiam tam capaces habent pulmones, ut magnam copiam aëris initio attractam, diu pro cordis refrigeratione, præcipuè sub aqua, quæ & ipsa frigida, fovere possint, unde & nominis etymon nonnullis arcessi diximus. Iidem spiritum comprimendo seipsos propellunt: uti delphini primo comprimunt spiritum, ac deinde corpus, velut figitam nervo expulsam jaculantur, qua de re Vossius vide, *de Orig. & progr. Idolol. lib.* 4. *cap.* 19. Interim in elemento non suo vel tantibus periculum non unum. Unde non rarò

Quæstus naufragio petitur, *corpusq*; *profundo*
Immissum, *pariter quum præda exquiritur ipsa*,

ut iterum Manilius canit, ubi supra. Memorabili exemplo est Siculus *Urinator* famosissimus, *Pisce-Cola*, q. *Pisces Nicolaus*, hoc enim ipsi nomen, ab incolis dictus, qui, cùm singulari an fato, an fidere, genitus diu plus in aquis, inter belluas marinas, quàm in terra inter homines versatus, semel eriam ipsam Charybdim ingressus esset, tandem festo anno solennij; die, artis specimen coram immensa spectantium multitudine à Rege edere jussus, & pateram auream munus natantibus in mare dejectum, ab imo crepturus, se mari immersit, dumque prædæ studio summa exquirit vada, diu exspectatus, non iterum emersit, neque postea amplius comparuit, an profundis vorticibus hausfus, an à marinis belluis, quarum cavernas irruperat, miserè laniatus, uti legere est apud Alexandr. Neapolitanum *Genial*, *Dieb.* Volater-

ranum,

ranum, Alios, & suprà diximus, voce *Charybdis*, alibique. Quòd verò Firmico *in Paraphr. Sphæræ Barbar. Orcisopularios* vult urinatores dictos, quòd maris *latentes scopulos* tentare soleant, refellitur à Salmatio, *Orcisopolas* ibi legente, & intelligente ilitumodi θαυματοποιὸν, qui concitatissimo motu in orbem se volventes atque saltantes, spectantibus ponùs, quàm sibi, vertiginem faciunt, *Exercit. Plin. ad Solinum pag.* 986. Interim Saltatorum genus, qui, in caput convoluti, manibus pedibusque contractis, saltare soliti, κυβιστᾶσι quoque hinc dicti sunt, ut ex Homero & Nonno notum &c. V. quoq; suprà ubi de *Orcisoftica*.

Urna, proprie vas vinarium, *cadus* Africano *in Cyfii*, 4. congios continens Kircherio, V. *Dofer.* Muſæi *ejus pag.* 22. Ad quam formam fictiles urnæ æneæque factæ poſtea, condendis defunctorum cineribus. Homeri Interpres *Iliad. δ.* Οἱ Ἀχαῖοι τὰ σώματα ἐν τάφοις ἐπὶ γῆς εἶ μὴ σὺν τοῖς ἵπποις ἐκόμιζον, εἰς ἄστυ τὸν πόλεμον σὺν τοῖς ὅπλοις ἐγκόνοις ὁ ἀγγεῖα τὰ ἀνθρώπινα. Ubi in genere ἀγγεῖα ni vocat: Moſchus *Idyllio* 4. κρωτῶν appellat,

Καὶ κεν ἐνὶ χρύσειον εἰς ὀστία κρωτὸν ἀνώνυμα
Κηδεσιχαρῆ κρυπτὰ μίξαν τὰ πρώτου γνήσιά σε.

Quam vocem etiam reperias, apud Lycophronem *Caſſandr. pag.* 26.

Οὐδ' ὀφθῆναι κυάνεᾶς ἐκ πυρὸς τέφραν
Κρωσσοῖσι πηρυχθέντας, οἷς θάνων θέμις.
Regi ſupremum non negentes pulverem
Urnis latentem, ut juſta denicallia.

Nempe Veteres rogo impoſita cadavera, in cineres convertebant, exceptis infantibus adhuc edentulis, de quibus Plinius *lib.* 7. *cap.* 16. *Hominem, ait, priusquam genito dente, cremari mos genium non eſt*: Unde, ut alios omittam, Juvenalis *Sat.* 15. *vers.*139.

——— *Terrâ claudituur infans,*
Et minor igne rogi.

Id eſt, qui nondum attigit ſeptimum menſem, quo demum infantium dentes erumpunt. Quoties itaque loquebantur de defuncto, poſt crematum cadaver, utebantur vocabulis *Cinis* vel *cineres & oſſa*, vel *reliquiæ*. Ita Tacitus *Annal.* 3. *Cenſorinonem hujus meritis cineres* (Germanici) *portabamus*. Et Suetonius, de monumento Filii Domitiani loquens, *l.* 8. *c.* 8. *oſſa*, inquit, *& reliquias, quæ ineranti, mari merſit*. Idemque in *Aug. cap.* 100. *Reliquias legerunt minores Equeſtris ordinis*. Reſiduas enim oſſium particulas colligebant, *Urnæ* imponendas, unde hæc *Oſtilegium* appellata eſt. Sic enim *Virgilius Æn.* 6.

Poſtquam collapſi cineres & flamma quievit,
Reliquias vino & bibulam lavere favillam,
Oſſa, lecta cado texit Corinthus ahenâ.

Eadem & *feralis* dicta, Tacito ubi ſuprà, *Feralem urnam tenens egreſſa navi*: ſicut Poëtæ;

——— *Quod digitis quinq, levatur onus.*

Et verò, quæ *Oſſuaria* appellatæ, *Urnæ* majores erant, in quibus urnæ plures atque adeò totius familiæ reliquiæ condebantur. Feralem autem Urnam condebant Romani, extra Urbem, celeberioribus viis, ſc. Flaminiâ & Latinâ, quas Juvenalis indigitat *Satyr.* 1. *verſu ult.*

Quorum Flaminiâ tegitur cinis atque Latinâ.

Tumque mortuis, quibus bene precabantur, optabant terram levem. Hinc in antiqq. Inſcr. S. T. T. L. id eſt, *ſit tibi terra levis*, crebrò occurrit, &c. V. Joh. Laurentium JC. *Notis in Phædrum lib.* 3. *fab.* 9. Interim nec Romani nec Græci ſemper defunctorum corpora cremabant, condere ea ſoliti κυλίσεις, ex liquamodi Aſius erat, propterea σπεισθῆς & dictus. Peregrè verò inprimis mortuorum cineres *Urnis* impoſiti domum mittebantur. Ammianus *lib.* 19. *Poſt incenſum corpus, oſſa, in argenteam urnam conjecta, duæ ad gentem humo mandanda portari ſtatuerat Pater* &c. Ovid. *Triſtium lib.* 3. *Eleg.* 3.

Oſſa tamen facies parva referantur in Urna,
Sic ego non etiam mortuus exul ero, &c.

V. hanc in rem plura ſuprà variis in locis, inprimis ubi de *Cadavere, Cremandi ritu, Defunctis, Funere, Sepulchris* &c. Addam ſalrem, coronari quoque defunctorum *urnas* conſueviſſe. Hinc Plutarchus Marcelli cadaver combuſtum *urnâ argenteâ*, cui aut ejus corona fuerit circumdata, conditum fuiſſe memorat, *in eo*. Idem *urnam auream*, in qua Demetrii reliquiæ repoſitæ erant, fuiſſe coronis circundatam, & cùm claſſis Corinthum navigaret, & prora regio ornatu inſuper ac diademate conſpicuum, refert, in *Demetrio*. V. Car. Paſchalium *Coronar. lib.* 4. *cap.* 6. Neque verò cineres ſolùm & oſſa, *Urnæ* ſepulchrales ſervabant, verùm etiam in tumulis reperiæ ſunt, quæ liquorem lampadibus alendis idoneum, lachrymas item Præficarium collectas, cum phœbereretur, ut Fortun. Licetus obſervavit *in de Lucernis Antiqq.* Præter *Urnas* ſepulchrales ſeu ferales, adhibitæ ſunt etiam antiquitus *Urnæ*, ſuffragiis colligendis, vel ſortibus extrahendis, ſive de his V. ſuprà, ubi de *Sortibus* ac *Suffragiis*. Quonam horum modorum vox *Urna* ſumatur, in iſto Martialis *lib.* 10. *Epigramm.* 6.

Felices, quibus Urna Deûs ſpectare coruſcum
Solibus Arctois, fideribuſq, jubet, &c.

diſceptant Eruditi. Radevus enim hæc *Urnam* viram exponit; ſic ut dicat felices eos, qui nondum urnâ clauſi & mortui, videre poterunt venturum in Urbem Trajanum. Alii *Urnam* pro ſorte ſumunt; Felices ſc. quibus ſorte bonâ contingit Trajanum videre poſſe: vel *Urnam* vitæ diuturnioris ſeu mortis, prout ſerius aut ocyùs ſors exierit: vel *Urnam* electionis intelligunt, quâ lecti ad Principem Legati mittebantur &c. Nec omittenda *Urna Manna*, quæ ad altrum Areæ Fœderis, in Tabernaculo Moſaico, latus diſpoſita, altero Virgâ Aaronis occupante, alitura Chriſti ſpiritualem præfiguraba, de qua ſic Exod. *cap.* 16. *v.* 34. & 35. *Quare edixit Moſes Aaroni, accipe urnam unam, & repone illic plenam menſuram Homer man: & colloca ipſam ante conſpectum Jehova aſſervandam per ætates veſtras. Quemadmodum præcepit Jehova Moſi, ſic collocavit eam Aharon coram teſtimonio ipſo aſſervandam* &c. Quam in rem V. plura apud Andr. Rivetum *Exercitat. ad loc. prior.* & Franc. Burmannum *Medituſ. ad utrumq.*, nec non ſuprà, voce *Manna*.

Urnula, capeduncula, ſcuris, lituus, patella, ſacrificantium inſtrumenta, viſiuntur in numismate antiquo, cujus inſcr. præfert *P. Clodius*, apud Joh. Roſinum *Antiqq. Rom. l.* 3. *c.* 38. V. quoque ſuprà ubi de *Sacrificiis*.

Urſtals, adde: Latinè, *Solos pro Diis habent Dionyſum & Uraniam*: *Ac Dionyſum quidem* Urotalt, *Uraniam verò Alilat appellant*. De quibus duobus Diis ſimiliter Origenes *c. Celſum lib.* 5. *Ἀγχοῦσι δὲ τὸν Οὐρανίαν καὶ Διόνυσον, ὅστις ἐστὶν ὁ παρ' Ἄραψι Οὐρανίας καὶ Διόνυσος, Ἄραβες Οὐρανίαν καὶ Διόνυσον καλοῦσι*. Aliter tamen de illo Arrianus *lib.* 7. ubi narrat, quomodo Alexander M. quia cognoviſſet, duos ſolùm Deos ab Arabibus coli, Uranum ſive Cœlum & Dionyſum ſive Liberum, peterit, ut duobus illis tertius adderetur: quippe qui non inferiora Libero Patre geſſiſſet ac prætera Arabibus conceſſiſſet ſuis vivendi legibus poteſtatem. Sed de Arabibus antiquis potior eſt Herodoti auctoritas. Nec propterea differendum, ab iis Libetum quoque, ob res ſtrenuè geſtas, divino eſſe honore adfectum. Sed enim homo iſte primitus heroicus ſolum fuit; poſtea in divinum eſt conſertus: neq; tum Liber ſeorſim cultus à Sole, ſed cultu mixto Liberum in Sole, Solem in Libero, venerabantur. Sed nec illud probatur, quòd Libero Uranum addit Arrianus, Uraniâ præterità, quam Aſia & Africa omnis tantopere coluit: nec Uranus eſt à Sole, qui cœleſtes moderatur ignes, diverſus. Voſſius de *Idol. lib.* 2. *cap.* 8. *ubi Solem, variis ſub nominibus, olim cultum eſſe, pluribus oſtendit*.

Urſa, ab *urſus* & hoc ab *urſus* Iſidoro, quòd *ore ſuo formet ſeſa tus*, juxta pervulgatam apud Veteres opinionem, qui urſas pariere maſſam rudem, membrisq; indiſtinctis informem, quam poſtea lambendo figurent ac perficiant, tradidere, ut videre eſt apud Ariſtot. *Hiſt. Animal. l.* 6. *cap.* 30. Horum Apollinem *Hieroglyph. l.* 2. *c.* 83. Plinium *l.* 8. *cap.* 36. & ex eo Solinum *cap.* 29. Æliianum *de Animal. l.* 2. *c.* 19. Alios. Unde & Petronius,

Sic formas linguâ ſuum cùm pronulit Urſa.

Sed planè fabuloſum id, indeque ortum, quòd craſſæ admodum ſint fecundinæ urſarum, quod nihil ad fœtum contentum (hunc enim membra habere prorſus diſtincta, gravidas cùm Urſas diſſecuiſſent, compererve Venatores) partim inde, quòd lanant fœtus ſuos; quaſi non aliæ hoc animantes faciant, ad ſordes abluendas. In qua ſententia ſunt, Cæſar Scaliger *Exercit.* 6. *ſect.* 15. ubi ſcribit: *Quid hujus fabulæ auctoribus fidei ſit tribuendum, ex hac hiſtoria cognoſces. In noſtris Alpibus Venatores Urſam capere, diſſecta ea, fœtus plane formatos intus invenire*; Dalechampius *ad Plinium l.* c. ubi ſe in utero gravidæ Urſæ, à Venatoribus captæ & exenteratæ, omnibus ſuis membris diſtinctos catulos formatos vidiſſe, teſtatur: Camerarius *Centur.* 2. *Rmbl.* 21. Andr. Laurentius *Rei Anatom. lib.* 8. *cap.* 4. *quæſt.* 13. Alii. Fallendi eam hæc ratio adfertur à Conr. Heresbachio *in Thereutice*, quam libris de Re Ruſtica adjunxit: *Venator armatis aggreditur Urſum cultro præacuto acinctus. Urſus, ubi hominem cernit, mox compleſtitur prioribus pedibus, relaxi brachiis, comprimendo vectatores. Interim Venator, tutus armatură, antrum ex noſi petit atq, occidit*. Orbatarum catulis ferocia, etiam in literis ſæris, decantata eſt: Proverb. cap. 17. *Satius eſt occurrere Urſæ capta catulis, quàm ſatuo inſultiiæ*. Cæteris autem ferociores ſunt Arctoæ illæ, atq; albæ, quod magno ſuo malo cognovere Argonautæ Batavi, expeditione ſuâ in Novam Zemblam, V. Voſſium *de Idolol. lib.* 3. *cap.* 72. Namque & maximi his in locis Urſi: Unde *Caledonius Urſus*, pro maximo & ſæviſſimo, Martiali, ubi de poena Laureoli, *de Spectac. Epigr.* 7.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuiſſe urſo, &c.

Peruanos, uti præter Solem, Lunam, Erraticasq; quinq; alias quoque ſtellas venerantur, ita ſtellam *Chuquichinchai*, id eſt, *Tigrem*, vocitam, quam tigribus, *Urſis* ac leonibus præfectam tradunt, colere, memoriæ prodidit Acoſta *lib.* 5. *cap.* 2.

Ut qui nullum uſpiam animal ſeu quadrupes ſeu volatile, in terra eſſe credant, cujus ſimulachrum in cœlo non ſplendeat. V. iterum Voſſium *de Idolol. lib.* 2. *cap.* 36. Olim verò apud Romanos *Urſi* & Leones placidi domi alebantur. Senec. *lib. de Ira* 2. *cap.* 3. unde inter miniſteria Venatoria *Urſarios* habuere, uti diſcimus ex Edinero *in vita D. Anſelmi lib.* 1. In Lucerna veteri *Urſi* leonem exhibet ex Gutherio Fortun. Licetus opinatur, ex earum numero illum fuiſſe, quæ diutiſſimè ſine novi fomitis adjectu foverent ignisculum: eo quòd animal id totam hyemem, absque nutrimentorum adſumptione, conſervet in corpore ſuo cum vitæ caloris nativi ignem vividum, teſte Ariſtotele. *Hiſtor. Animal. lib.* 7. V. Licetum *de Lucernis lib.* 6. *cap.* 91. & plura infrà.

Urſi lanus, ex Ducibus, qui è Probi Imp. diſciplina prodiere, mem ratur Vopiſco *in Probo*.

S. Urſula, adde: Virgines haſce griſeo nigroque indui, Richelietus docet, *in Diction. Gall.* voce *Urſuline*.

Urſus, quaſi *oρσυς* liſtoni, ut vidimus; Barthio potiùs à vi *urgente* & pertinaci beſtiæ ævitia; at Varroni, quem ſequitur Bochartus, *ab ipſius voce*; quam *βρυχω* quoque, i. *rugium*, vocat Oppianus: quemadmodum &, ſicut leones, pardos, panthéras, ita etiam *urſos*, *ἀγριοκαλλι* Dion Pollux. *Σκυνοφυλ* appellant Græci Interpp. i. *gemitum*, Eſai. *cap.* 59. *verſu* 11. Et videtur urſorum vox habere aliquid gemebundum. Unde Horatius *Ep.* 16.

Nec verſperinus circumgemit urſus *o vile.*

Latinè *uncare* eſt, apud Autorem Poëmatii de *Philomela*,

Dum lynces arcando fremunt, urſus feras uncat.

Sed ea vox, ut plures alias ibidem, eruditis ſuſpecta eſt, quum *ἁγκᾶν*, *uncare*, proprie ſit aſinorum. Melius ipſum Spartianus *in Antonino Geta*, Urſi *ſæviunt*, inquit. Unde Virgilius *Æn. lib.* 7.

—— *atque in præſepibus urſi*
Sævire ——

Græcè *ἄρκτος*, quaſi *ἀρχὸς* i. *piger*. Pigerrimum enim eſſe animal, docet *φιλόσοφος* tempus, quo *urſa* per ſitum menſes, præ nimia pinguedine, *βαρῶν κ νωχελῶν κ ὑποκίνητον* ἐσα, manet in antro profùs immota, donec emaciata prilinus vires recuperet. Aliter *κνωπὸς* ſeu *κύνες*, à *κνᾶν*, *cædere*. Namque *Oculi eorum hebetantur crebrò, quæ maximè cauſa ſævos expetunt, ut convulneratum ab apibus os levet ſanguine gravedinem illam*, quâ ſe, oculi hebetantur, Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Solinus tamen id lucis deſuetudini imputat: *Enixæ urſæ quaternis* latent menſibus. *Mox egreſſæ in diem libertum, tantam patiuntur inſolentiam lucis, ut putes obtitas caciitate*, *cap.* 26. Unde apud Syrachidem *Eccleſ. cap.* 25. *verſ.* 23. Παροῖκα γυναικὶ ἀλλοτρίῳ ἀνδρὶ κ ὑποκρινομένη τὰ σκότη αὐτῆς ὡς ἄρκτος. Vulgatus vertit hæc poſteriora, *& obtegachis vultum ſuum tanquam urſus*. Verùm quia in Græco non legitur *πυθῆναι*, *obtegat*, ſed *ἀνοιγαι*, *obtenebrat*, *obſeruat*; judicat Bochartus, nubila morioſi vultus, qualem nequam mulieres exhibent, potius conferri cum urſorum *πανικοδεσποτικῷ προσώπῳ*, *faciebus à viſu planè alienis*, ut Oppianus vocat Cynaget. *lib.* 3. Certè animal hoc eſſe *σκυθρωπότατον*, *maximè triſtitiæ*, ait Plut. *de Amore erga lib.* unde eſt, quòd urſos Poëtæ *triſtes* vocitant. Inter alios Statius, apud quem *Achill. lib.* 2. legitur Achilles,

—— *triſtes turbare cubilibus urſos.*

Ut autem hilaritas vultui videtur lucem addere, contrà ira & moroſitas illum obſcurat, & obnubilat, uti pluribus docet Bochartus, ubi de Leonum epiſcynio. Hebræis, Chaldæis, Syris, Arabibus, Æthiopibus ברך, *dob* vel *dub*, appellatur urſus, q. *villoſus*, *hiſpidus*: quod in omnibus ferè huic maximè eſt proprium. Unde de Calliſto in urſam mutatâ, Ovidius *Metamorphos. l.* 2. *Fab.* 5.

Brachia caperum nigris horreſcere villis.

Et *villoſus* familiare urſorum epitheton, apud Poëtas eſt. Uti & *Lanuginoſus*, in Etymologo: & ſecundum quosdam Germanis *Beer*, vel *Baer*, & Anglis *Bear*, dicitur, quia in Phavorino *βαιὸν* eſt *δασὺ*, *denſum*, *villoſum*. Cœterùm prima in Sacris *urſ* mentio fit 1. Sam. *cap.* 18. *verſu* 34. ubi narrat Sauli David, quomodo urſum, auferentem ovem à græge, perculſerit, ove ex ore ejus erutâ, ac in ſe inſurgentem, maxillâ arreptum, necaverit. Nempe & urſi ovibus inſeſti, idque nocte maximè, quandoque ſub auroræ tempus. Unde Val. Flaccus *Argonaut. lib.* 2.

Albet ager nubilis, truces ab ovilibus urſi
Tecta domoſque petunt ——

Quandoque ſub veſperam, ut ex Horatio vidimus. Os autem iis juxta Oppianum, *κρεμνὸν*, *ὀλόφυτον*, *πτωκὸν*, *aſperum*, *exiſtum*, *patulum*, è quo David ovem abreptam, tanquam è barathro, eruit, illumque in poſteriores pedes inſurgentem, ut eum priorum amplexu ſuffocares & contereret, ſecundum Papinianum illud.

Præſita villoſis intorta complexibus urſi,
maxillâ aut mento arreptum, ut à morſu cohiberet, paſtorali pedo confodit. Quàm verò periculoſum ſit urſi roſtrum attentare & corripere, ex Martiali notum *lib.* 6. *Epigr.* 64.

—— *rabido nec perditus ore*
Fumantem naſum vivi tentaverat urſi.

Nec minus ab urſo, quàm à leone, periculum. Unde Amos *cap.* 5. *verſu* 19. *Quomodo ſi quis fugiat leonem. & occurrat ei urſus.* Ut in quo duo timentur, veriutia & ferocitas. *Nec enim alteri animali in mateſcis ſtultiiiæ ſaterior*, Plin. ubi ſupra. Quare etiam cicuratum in ſpecien & manſuefactum, ad ingenium ſubbinde redit, & incautos homines aggreditur neceatq. Quo facit illud Jeremiæ *Thren. cap.* 3. *verſ.* 10. *Urſus inſidians eſt mihi.* Ferocia dein ei maxima eſt, in orbitate inprimis ac fame. Unde Deus ipſe Oſeæ *cap.* 13. *verſu* 8. *Occurram eis, ut urſa orbata, & diſlacerabo præcordia eorum.* V. quoque 2. Sam. *cap.* 17. *verſu* 8. & Prov. *cap.* 17. *verſu* 12. Scilicet in hoc genere fœmina ferocior ſortiorque, de qua ſuprà jam dictum: quam proin raptis (id quod tamenraro fit) occiſisque catulis, immanem in modum ferocire, conſtat. V. elegantem in hanc rem locum Cyrilli *in Eſaj. lib.* 5. *pag.* 834. In fame verò non greges ſolùm, ſed & armenta, audet aggredi urſus, adeoque ipſos tauros: de qua urſorum cum tauris luctâ pulchrè Ælianus *Hiſtor. lib.* 6. *cap.* 9. Ariſtoteles *Hiſtor. lib.* 8. *cap.* 5. Plinius & Solinus, ubi ſuprà. Proinde, ut magna rerum converſio ſub Meſſiæ futura ſignificetur, prædicitur fore, ut, mutuo inter hæc animalia odio deſavient, *bos & urſa paſcantur ſimul*, Eſaj. *cap.* 11. *verſu* 7. Alia quædam de *Urſorum* natura infrà, ubi de Perſarum cum hoc animali comparatione. At *caput urſi invalidiſſimum, quod leoni foruſſimum. Ideo, urgente vi, præcipitauri ſe ex aliqua rupe, maniores eo operto iaciuntur*, Plin. *d. l.* Ubi *manus* appoſitè vocat anteriores ejus pedes, ut qui manuum formam exactè imitantur. Oppianus iterum *Cyneget. l.* 3. *verſu* 144.

Χάσμα χαρὶ βρυχὼν ἐκλυε —

His laqueos diſcerpunt, Plut. *de Cauſſe Natur. Qu.* 28. taurorum cornua apprehendunt, Alkazuin. ubi *de pugna urſi cum tauro & circumplicatos venatores ſuffocare* conantur, ut videmus. Sed dextrâ inprimis valent, quâ devinctâ omnia eorum impetus ceſſat, Oppianus *lib.* 4. Eandem, per totos 40. dies ſine cibo manentes, circumlingere ſat habent, Ælianus *lib.* 6. *cap.* 3. quam *γλυκυκρατον εἶναι*, *σπερμὰ δὲ φακῶν ὀδύσαι*, *dulciſſimam eſſe & carnem illius eſui graiſſimam*, ait idem Plutarchus ubi ſuprà *Quæſt.* 22. Scilicet & hominî ad varia animal inſervit. Et quidem Atalantam, & Paridem *urſa* libera lacte ſe legitur, apud *Æl. Hiſtor. Var. l.* 13. & Alexandrum *Neap. Genial. Dierum lib.* 2. *cap.* 31. Capiuntur autem non uno modo, & quibus unum expoſuimus ſuprà. Ac tum vel feritati ſuæ relinquuntur ſpectaculis inſervituri. Plin. *ibid. Annalibus notatum eſt — Domitium Ænobarbum Ædilem Curulem urſos Numidicos centum & totidem venatores Æthiopas in Circo deciſſe. Mirus adjectum, Numidicos fuiſſe, cùm in Africa urſos non gigni conſtet.* Quem tamen Plinii ſtuporem, &, unde is ortus, errorem, eruditè refellit Salmaſius *ad Solinum pag.* 311. & 312. Mille urſos una dié exhibitos, habes apud Capitolinum *in Gordianis*. *At ludis Circenſibus P. Cornelio Scipionis Naſicæ & D. Lænatii Ædilium Curulium, ſexaginta ursi Africanas, & quadraginta urſos & elephantos luſiſſe*, apud Livium *lib.* 44. *cap.* 18. Atrocius id, quòd & illis fontes objecti: quos tamen perſequutione Diocletianæâ Chriſtianis peperciſſe, in Palæſtina & Tyro, Euſebius narrat, *lib.* 8. *cap.* 7. Vel humanâ induſtriâ eicurantur. Et tum vel Numini alicui conſecrabantur olim, qualis Athenis fuit *urſa Dianæ*, quam cum jaculis conſuerunt juvenes quidam, ſeorſum ab illis ſeorſum alturi, peſtis oborta ingens non ceſſavit priùs, quàm virgines nonnullæ in locum, honoremq; ſuæ peremptæ, dicarentur Dianæ, quod *ἀρκτιδαῖος τὸ θεῖν* dictum, quemadmodum & ipſæ puellæ *ἄρκτοι*, i. *urſæ*, appellatæ ſunt, uti legimus apud Cœl. Rhodiginum *Antiqq. Lectiion. lib.* 26. *cap.* 19. Vel domeſticæ obſtetricioni adhibeni conſuevere, uti vidimus de Romanis, voce *Urſa*, adde ſupra dicta, in voce *Immotalia*. Hodieque ſpectaculo urſos circumduci, à Lithuanis præterim, Moſcoviæ, notum. Alius fuit *Urſum circumducendi* ritus, notatus Hincmaro Rem. *Capitul. ad* Presbyteros *cap.* 14 *Nec turpia loca cum urſo, vel vel variabilium, ante ſe ſaltare permittas.* Et *can.* 61. Synodi Trull. Τῷ αὐτῷ δὲ τούτῳ ἐπιλυσιν κατατεθεικαμεν τοῖς τὰς ἀρκτους ἐπιστρεφουσιν ἢ ταυρους ζῶα ἄκεντα πωγωνα ἢ βακτρον ἢ σκηπτρον. Ubi, in ejusmodi *Urſorum* capitibus & corporibus tincturas appendere ſolitos dareque paſſim ex pilis eorum cum tincturis, tanquam phylacteria, ad depellendos morbos, atque adeo oculorum faſcinos amolliendos, videtur Balſamon: *Alii naturæ*, apud Eligium Noviom. Epiſc. *Hom.* 14. hujusmodi urſorum circumductores vocitatos eſſe, ait Carolus du Freſne in hac voce. Sed & occiſi ad varia inſerviunt. Dextram inprimis manum in Principum delitiis eſſe conſtat, V. quæ paulo antè, item ſuprà, dicta ſunt, voce *Branca*. At cerebro veneficium ineſſe creditum, *occiſorumque in Spectaculis capita cremant, teſtato, quoniam potum in urſinum rabiem agat*, Plin.

Plin. d.l. Capita verò integra galeis olim addita. Statius *Thebaid. lib.* 4.

Ille Lycaoniæ vinctum caput asperat ursæ.

Medullâ Achilles pastus, apud Apollodorum *lib.* 3. Pelle loricas galeasque levis armaturæ militis equitesq; apud Romanos tectas habuere, teste Alexandro Neapol. *Genial. Dier. lib.* 1 c. 20. Etiam pelles uforum, laborum præsertim, fcabellis sacrorum Altarium, ne frigus Sacerdotibus noceat, apud Septentrionales fubiterri conuexisse, legas apud Olaum *lib.* 4. *cap.* 5. Imò & nomina ab *Ursis* Principibus viris placuere, qua de re V. Crantzium *Daniæ lib.* 4. *cap.* 27. ut de illustri *Ursinorum*, quæ Romæ hodieque floret, Familia; de potentissima in Helvetiis Bernatium Rep. cujus insignia *nobilis hæc fera* illustrat, alibi, rul addam. Non posfum tamen non pauca adjicere, de Ferarum Monarchia, cum *urso* collatâ, Daniel. *cap.* 7. quam comparationem in 4. hisce constituit, volunt Talmudici, *quia edunt & bibunt super mensam, & pinguem fanè in ursi, & comasi in urso, & irrequieti in ursi, in Kiddusin cap.* 4. Et quidem, primum quod attinet, notum illud Horatii de Mavio lurcone, *Epist. lib.* 1. *ad Vallam*, ubi alii *Menium* legunt,

——— *patinas coenabat amasi*
Pilii, & agninæ, tribus urlis quod satis effet.

Cui vitio Persæ manciparl cœperunt, cùm prisfos illorum mores Medicus & Lydius infecit luxus: Unde & pinguedo corporis notata Æliano in *Variis lib.* 12. *initio.* Prolixum olim capillitium Persis, quos poim *equisetas*, i. *crinitos*, vocat Oraculum Milesiis redditum, apud Herodotum *Musa* 6. Ultimum minùs quadrat in urfos, quos pigerrimum esse animal diximus. Tamen ibidem habet *Glossa*, *Ursi nulla quies, cùm enim ad palum sit vinctus, cum assiduè circumit.* At Joseph Jachiæ fil. urfum obtervat esse leone minùs pugnacem, & Nebacadnezarem leonino robore Babylonium Imperium stabiliviise, cum *Ursi* robur Dario Medo sufficere ad Chaldæos debellandos. Alii ex Xenophonte Persas olim habitasse probant *ἐν ἐρεμῳ καὶ τῃ χώρῃ, in regione montana*, quomodo urfi, Theocr. *Idyll.* 1. Addunt, cum urfo conferri Persas, ratione immanitatis, quæ summa fuit, Ammianus *lib.* 23. His junge Persarum libidinem, quæ in *urfis* itidemtanta, ut quia, cùm fœtæ sint, Veneris usu carent, proinde fœtum ante tempus ex utero violenter exprimant, teste Oppiano *d.* Subtilius id, quàm solidius, quod nonnemo habet, refert, ad Persarum Regem aliter accedere non licuisse, quàm pronum, & prostrato more Quadrupedum corpore: conflat autem, ante urfos tam venatores, quàm viatores, ad terram cernuos se projicere, tanquam mortuos, ut evadant illorum, quippe qui cadavera non tangant, impetum, ex Æliano *Histor. lib.* 5. cap. 49. &c. Apocalypticos vero *cap.* 13. *versu* 2. Bestia, quo nomine Romanum Imperium intelligunt Eruditi, leonis os, pardi corpus, & *ursi* pedes habet. Ubi, ut per os leonis robur imnenium, & per pardi corpus aut maculas varium regimen vel diversæ gentes, vel technæ variæ, quibus rem suam Romani auxerunt: sic per *ursi* pedes firmior quidem, sed & tardior gressus ac progressus videtur significari. Latum n. in terra pedem urfus figit fortius, pardo vero & leone lentiùs graditur, Plin. *lib.* 11. *cap.* 45. Ita Romana Reip. firma fuere incrementa, sed tarda, ut quæ anno U. C. 500. demum Italiâ primum excessit, V. Sam. Bochartum *Hierozoi* 2 *Parte prior. lib.* III. *cap.* 9. *tom.* ubi, plura in hanc rem, inter alia & de judicio Dei per *ursos* exercito, ac liberæ pueroium, ad Elisæi preces, ab iis editâ, prope Bethelem, memoratâ 2. Reg. *cap.* 2. *versu* 23. varia egregia addit.

Ursica, ab *ursum*, pro *ustum*; est enim, quod ait Macrobius, *ignea natura*; ejusque folia mordacia, ut ait Plinius *lib.* 16. *c.* 24. Unde illa *mordax* Ovidio de *Arte lib.* 2. *acris* Juvenali, *Sat.* 11. Et Jobi *cap.* 30. *vers.* 7. legimus, *Ursica prægebantur.* Plinius quoque *lib.* 22. *cap.* 13. hinc exclamat, *Ursicæ quid invisius ese possit?* Addit tamen, *at illa, præter vienm, quod in Ægypto ea fit, vel plurimis fatis remediis*, quæ mox subjungit. Et post hæc, *Condidit*, inquit, *laudes eius Phanias physicus, utiliffimam cibis coctam condimentique profectus &c.* Idem illius *primum enafcentis cibum religiosum* fuisse, ait *lib.* 12. *cap.* 15. Et ursicæ genus, corticem tele faciendæ bonum habens, memorat Salmasius *ad Solinum pag.* 300. quemadmodum ex cortice lini, cannabis & byssi, texebantur olim telæ & hodieque moschi texi fcb. Quem ad usum *Ursicæ Bibliothecæ* ingeniosè idonea est, ut vidimus supra, voce *Cannabis*. Sed & Antigonus olim pro aurea corona hederaceam, & pro sceptro dextrâ manu pungentes *ursicas* gestasse, hocque habitu jus populis dixisse legitur, V. Car. Paschalium *Coronar. lib.* 1. *cap.* 11. ut de ufu ejus, in carne Afsectarum domanda, nil dicam: plura hanc in rem, apud Plinium paffim, cui adde *Herbariæ Rei* Scriptores 2 uti de *Urtica marina*, piscis genere, à cujus ejus fcstatores fuos abstinere volunt Pythagoras, Vossium *de Orig. & progr. Idol. l.* 4. *cap.* 12. 18. & 39.

Ursus, ab ἐρσὸς, quafi *ierosus bos*, *bos montanus*, seu ferus, apud Macrobium *Saturnal. lib.* 6. *cap.* 4. inter animalia Septentrionis, memoratus Plinio *lib.* 8. *cap.* 15. *Gignis — Germania* (Scythiæ contermina) *insignia boum ferarum genera, jubatos bisontes excellentis, vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cùm id gignat Africa*, & quæ seqq. quod usque hodie in usu esse, notat Salmasius, V. supra, ubi de *Bubalis*. Exactius sic describitur Aimoino *Histor. Franc. lib.* 1. *cap.* 1. ubi de Hercyniæ sylvæ feris, *Hi sunt*, inquit, *magnitudine paulo infra elephantes, facie & colore & figura tauri. Magna vis eorum est & magna velocitas: neque hominis neque feræ — parcunt. Hos studiosè cupidi feroces interficiunt. Hic & labore durare adolescentes, atque hoc genere venationis sese exercent — amplitudo cornuum & figura & species multum à nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiosè cupidissimi ab labris argento circumducunt, atque amplissimis ejusdem pro poculis utuntur.* Ubi quod de cornuum habet usu, firmat Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. *Urorum cornibus Barbari Septentrionales potant, urnasque binas capitis unius cornua implent.* Et Solinus *cap.* 20. *Ifis — cornua in tantum modum proceduntur, ut dente, ab ipsorum capacitate, inter Regias mensas, potuum gerulæ fiant.* V. quoque Cæsarem *lib.* 7. & ad utrumque locum, Plinii ac Solini, Salmasium *Exercit. Plin. ad hunc pag.* 230. & 231. Atque hujusmodi poculum deauratum, inter alia spolia, quæ de Getis acceperat, Jovi Casio appendit, in monte Casio, cùm ad bellum Parthicum proficisceretur, Trajanus Imp. quæ donaria eleganti carmine Græco celebravit Hadrianus, ubi poculum hoc vocat,

——— Βοὸς ἔρου
Ἀνφορέα χρυσέῳ παμφανόωντα κέρασι,

apud Salmasium *Not. ad Spartiani Hadrianum.* De reliquis cornuum horum usibus Plinius fic pergit, *Alii prafixa his pila cuspidiant. Apud nos in laminas secta translucens, aeg. etiam lumen inclusum tatis fundunt: mutant, alias ad delicias conferuntur, nunc tinctæ, nunc jubtilis, nunc qua cestrosa picture genere dicuntur*, quæ verba exponentem Salmasium vide *ibid.* Sed & super galeis adhibita docet C. Paschalius *Coronar. l.* 10. *c.* 17. Hodieque eximius eorum apud Helvetios in bello usus, de quo fic Sabellici *Supplem. lib.* 5. ex Jovio: *Helvetii ad Mediolanum cum proffi cum Gallis, cùm in nullem usque praelium provectum essent, Duces, ut reliquias exercitus colligerent, signum ingenii classico propulerunt. Id erat amplissimum cornu sylvestris Uri operoso argento labris exornatum, quod à Majoribus per manus traditum, apud Uranienses Helvetiæ libertatis auctores, cum magna cura ac religione custoditur. Eius itaque benefficio plurimi conjurati sunt. &c.* Hinc Urogallus, Germ. *Urhan*, galli sylvestris genus, duplo majoris, apud Albertum; quem Judæi recentiores *gallum montanum* vocant. Gesnerus cum Plinii *tetraone* eundem esse putat, sicque dictum vult, quòd magnitudine tantum vulgares gallos, quantum *uri* vulgares boves, superet, V. cum ubi de hac aye, ut & suprà.

U S.

Usfus, summus Peruanorum Deus, id est, *Admirabilis*; quod inter Messiæ epitheta ac titulos occurrit, apud Efaiam *cap.* 9. *vers.* 6. V. Joh. Hug. Linschottanum *Historia Indiæ Occid. lib.* 5. *cap.* 3.

Usbeckia, adde: Hornio Regnum Zagarajæ, quod posteri Tamerlanis inter alia retinuere, primò quidem A.C. 1451. dein A.C. 1470. in Regnum *Chorasan* & *Mawaranachar* divisum; ac ex Regno *Chorasan* Regnum *Negroli Usbeckî* natum est, cujus historiam hanc exhibet, *Nomen hoc admodum recens esse oportet. Neque enim ante A.* 1500. *mentio ejus in historiis ulla. Primus* Usbeckorum *Rex, cujus apud Texeiram ex Emirkon mentio fit, vocatur Budak, quo pulso, atque etiam Baburo cognato ejus, qui in Mawaranachar sale regnabat, in Indiam effcto, Schabeck fon Sabakan Rex Chorasanæ Usbeckanum Imperium vel conditis vel instauravit: quod hodie complectitur, quidquid inter Persiam, Indiam, Chinam & Kathajam terrarum jacet. Ita nomen Usbeg retinuit Schasgadajam. Contra hanc Schabic Ismael Sophi gravissimum gessit bellum eumq; tota Chorasana expulit. Ita feder Regia translata Bocaram. Hodie autem plerumque in urbe Balch versatur Magni Usbeki & infensissimi Persarum hostis fons*, V. eum *Orbe Imper.* cum *Notis L.* Joach. Fellerj *pag.* 441. Ubi quod de infesto illorum in Persas odio ait, confirmat P. de Valle *Itiner. Tom. III.* ubi etiam ephippia eorum mira arte fabrefacta, quibus proin Persarum Magnates utuntur, describit; ficut Tom. *Primo* Usbeckorum *Principes* paulò differit. In Jure Hungar. facinorosos ad aliquot dies inviolabiles, Usbec dici, habes apud Sambucum & Molnarum.

Usfe Phœnix, ventis Templum posuit, Eusebius *de Præpar. Evang. lib.* 1. Non enim Persæ solùm ventos coluere, fed & Phœnices, ut ex Phœnicia Sanchuniathonis Theologia liquet. Imò & Græcis erant in veneratione: Unde cùm maximus iis mensis esset incubus, obadveniantem Xerxis exercitum; Oraculum Delphicum justit eos *Ἄνεμοις ἐσχύειν*, Ventis *supplicare*. Et ratio addita, quia ab his maximè auxilium manerent Græciam. Itaq; tum in delubro Thuiæ, Cephisi filiæ, ara est Ventis constituta, illiaq; sacrificatum: Herodot. *l.* 7. Qua de re plura V. apud Vossium

de Idolol. l. 3. c. 1. Idem piſcis nomen Danubio familiaris, *Inſana magnitudinis* Boſſinio, Germaniæ *Acaſion*, de quo V. Thuvvocznim quoque *in Annal. Hung. pt. R. cap. 43.* An idem cum *glanide* Latinorum, quem cum ſiluro Plinius confundit, V. ſupra:

Ulſtricolæ, apud Tertullianum *de Pallio cap. 4. Feras in puero mavis ſalicibus timeri, patiens cerie jam Ulſtricolas, cerie jam virum alicujus clanculum funellus*: fœminæ ſunt vellendis cruribus deſtinatæ, Græce *παρωπίδες*, quarum viz. munus erat, pilos & fruticantem lanuginem mollioribus ac delicatiorum reſinâ cacientæ aut dropace *ſubtrahere*, & lævigare. Gloſſæ, *παρωπίδες*, *Ulſtricolæ*. Ad quod Bruttii inprimis plice utebantur, quod *caſtidum viſum* vocit Juvenalis *Sat. 9.*

—— *nullus tua nitor in cute, qualem*
Bruttia præſtabat caſtis ubi ſaſcia viſci.

V. Philoſtratum *in Vitis Sophiſtar.* Jul. Pollucem *lib. 7. cap. 33.* & Salmaſium *Not. ad Tertullian. locum*, ubi tamen *lyſtricibus* manule legendum, neque ad *Ulſtricolas* præfatas Afrum Doctorem his verbis reſpicere, cenſet.

Uſu capiendi uxorem mos, unum ex tribus Nuptiarum generibus, apud vett. Romanes, de quo V. ſupra, ubi de *Nuptiis*.

Uſum-Caſſan, adde: Græcis *Cazanes Longus* dictus, cum Venetis contra Turcas fœdus init ſolenne, ſed ut dictu nullo eorum commodo In familiam poſtmodum ejus, ut & Turcomanos, & quibus orundus, atrociter ſævit Ismaël Sophi major natu fil. Haidaris Principis Urbis *Ardebeli*, in Media, quem *Uzum-Caſſanis* ſil. Jakkubbus prælio interfecerat, capite eius canibus in prædam objecto: ſicque novam Familiam Ismaël orſus eſt, quæ hodieque ad Perſiæ clavum ſedet, Georg. Hornius *Orbe Imper. cum Notis* L. Joach. Felleri *pag.* 421. & 422. V. quoq; ſupra paſſim, inprimis ubi de *Perſia*, & *Turcomannis*.

Uſura, proprie ipſe *uſus* eſt, *χρῆσις* poſtea fœcundum eminentiam ſic dicti cœpit *fœnus*, *τοκος*. Quo modo ſumta *Uſura*, quantum damni dederit in Republica Romana, docent tum alii plurimi rerum Romanarum Scriptores, tum verò Corn. Tacitus *his verbis*: *Sane vetus*, inquit, *urbi fœnebre malum & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa, eoque cohibebatur antiquis quoq, & minùs corrupti moribus. Nam primò XII. Tab. ſanctum*; *ne quis unciario fœnore amplius exerceret: cùm antea ex libidine locupletium agiteretur; dein rogatione Tribunitia ad ſemuncias redacta. Poſtremò vetita verſura, multisq, Plebiſciis obviam ium fraudibus, quæ toties repreſſe miras per artes reperiebantur.* Ubi quas leges indigitat, illas videre eſt ſupra, ubi de *Fœnore*. Contrà, apud Germanos, *Fœnus exigere & in Uſuras extendere ignominiæ habetur, magis ſervabatur, quàm ſi veitum eſſet*, Idem *de moribus Germ. c. 26. §. 2.* Thebanis quoque *uſuram* exoſam fuiſſe, velut peſtem, notat Alexander Neapolitanus *Genial. Dier. l. 4. cap. 6.* nec Indos ad uſuram pecuniam locaſſe, aut accepiſſe, aut fyngraphàm, aut depoſitum feciſſe, tradit Ælianus *Var. Hiſt. l. 4.* Neque pauci funt, qui omnino illas ſtatuant illiceitas. Sed cùm juxta Ariſtotelem *Ethic. l. 5.* æqualitas mutua conſervet civitates, nec vita humana ſine auxiliis mutuis ſervari poſſit; jam autem quivis regum ſuarum tenax ſit, ut, nifi aliqua ſpecies lucri ſubſit, malit pecuniam otioſam retinere, quàm eâ erogandi fortan per fraudes & impoſturas debitorum aut caſus alios, omnino carere: annon ſic magis divellendæ, quàm firmandæ, ſocietatis civilis cauſa præberetur, ſi omnino uſu moderati fœneris eſſet interdictum? Dico *moderati*; Nam non nifi tale, Legibus & Decretis Imp. ac Principum, permiſſum fuiſſe contenditur. Quemadmodum, Caroli V. conſtitutione laudabili, inditaque omnes *Uſuræ* ac penſiones ad quinecunces reductæ ſunt, h.e. ne ultra 5. in ſingula centena ſtipulatio fieret, ſub intermi natione amiſſionis quartæ ſortis, ut apparet ex *Reichsabſcheid* A. 1548. Auguſtæ celebrato. Atque in hunc modum, non privatis tantùm *Uſuræ* licitæ ſunt, ſed à Magiſtratibus quibusdam non ſine laude exercentur. Ita enim Jac. Bornitius *Diſcurſ. Polit.* Aliique, Venetæ aliarumq; in Italia Rerumpubl. commendant inſtitutum, quo tenuioribus, vel iis, qui ſubitâ aliquâ necceſſitate preſſi, præſenti pecunia indigent, Magiſtratus ex publico ærario pecuniam credit eâ lege, ut ſupellectilem auream argenteamve oppignorent & penſionem annuam mediocrem ſolvant: Qui ſi ſolvendo non facrint, pignus venditur, quodque ſolutâ pecuniâ reliquum eſt, debitori reſtituitur. Quo pacto cavetur, ne tenues gravioribus Uſuris urgeantur & (ut S. Scriptura ait) *mordeantur*, aut ad bonorum fuorum diſtractionem alieniſſimo tempore ac loco adigantur, ſed potius, ſe ſuaque ſervare, & intereà temporis pignora commode luere poſſint. Cujusmodi quid ab Antonino Pio quoque factitatum, quem Capitolinus *in eo cap.* 1. ſcribit, *Fœnus triennarium*, (h. e. quoprio centum non, ut aliàs, duodena annua, ſed quaterna tantùm pendebantur) *exercuiſſe*, *ut patrimonio ſuo plurimos adjuvaret.* Quod Pii exemplum non retulit modo, ſed & ſuperavit Alexander Imp. qui & ipſe fœnus publicum trientarium exercuit, ſed ita, *ut pauperibus plerisque ſine Uſuris pecuniæ ad agros emendos dederit, reddendas de fructibus*, Lampridio *in eo.* Ante utrumque vero Augustus, *quoties ex bonis damnatorum pecunia ſuperflueret, ſuum eius gratuitum ii, qui cavere in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit.* Suetonio *c. 41. §. 2.* Ejusque filius ac ſucceſſor Tiberius, *obæratis tuis opem*, *diſſoſſis per menſas millies ſeſtertio*, (hoc eſt coronat. vicies quinquies centenis mill. *faſtaq, mutuandi copia ſine Uſuris per triennium*, *ſi debitor Populo in duplum prædiis caviſſet.* E' quibus exemplis facile patet, probè diſtinguendam eorum, qui mutuum petunt, condicionem: &, ut, Magnatibus, Nobilibus, Mercatoribus, Aliis, ad emenda prædia, ad ædificia extruenda, ad fultum & luxum exercendum, ad faciendum quidlibet aliud, gratis dare mutuam pecuniam, nec divini nec humani juris eſt; ita pauperculos & infirmos ope giatuitâ ſublevare nos teneri, cùm ipſi id quoque pagani fecerint. Matth. Berneggerus *in Tac. German. Quæſt* 117. Apud Hebræos ipſos, *Uſura* abſolute non fuit prohibita, ſed ea tantùm, quæ à fratre, id eſt, ab Hebræo, exigeretur; non etiam illa, quæ ab extraneo. V. Deuteron. *cap. 23. verſu 19.* Aliam ob rationem Muhammedes, *Uſura* fuis interdixit: Cùm enim Deus uſuram ſibi æquè prohibuiſſet ac pecuniæ, Muhammedes Uſuram rerum edulium permiſit, quæ non in pondere & menſura darentur: harum verò non admiſit mutuationem ſeu permutationem, niſi par pari, absque incremento nim. ac acceſſione, reſtitueretur. Hinc licitum eſſe volt, duos olerum faſciculos pro uno paciſci, duo ova pro uno, duos dactylos & ſimilia: Quinimo & pecuniæ etiam numeratæ, ut ſollium & drachmarum, mutuationem indulſit uſurariam, quia non in pondere & menſura conſiſtebant, ſed in numero: Aliæ verò ſectæ Arabum, ut Xaphienſes & Malichenſes, etiam ciborum, quam permiſerat Muhammedes, non in pondere aut menſura dandorum, fœnebrem mutuationem prohibuerunt, rigidiores hac in parte ipſo Muhammede. Interim in toto Oriente, fere ab omni ævo, credendi conſuetudo minùs frequens fuit, quàm inter Europæos: cùm non niſi de rebus certis ac præſentibus præſentes ipſi contrahere inter ſe ferme ſolerant & venditiones emptionesque rarò aliter fiant quàm præſentarii pecuniâ. Quem morem & Græcos olim habuiſſe, docet Prov. *Græca mercari fide*, *ἐν χειρὶ εἰς χάρη*, item *Δὸς, λάβε*, ut Arabes ſimiliter, *de manu in manum*. De Phœnicibus idem teſtatur Sophocles, his verſibus, quos Grammatici citant,

—— *Εὖθυ φοινὶξ χαρμα,*
Τῷ δῷ δόμῳ χρὴ, τῷδε λαμβάνω.
—— *Mox Phœnix ſo,*
Alcera quidem do manu, altera vero accipio.

At fœnus eſſe non poteſt, niſi in diem eredatur. Cum Chriſtianis verò Muhammedani ſic agunt, ut Muhammedanus inter Chriſtianos degens ili fœneratì poſſit: contrà cùm Chriſtianus inter Muhammedanos agit, *Uſuram* ab illo accipere non liceat, non magis quàm ab ullo Mubammedano ſeu Muſlimo, ut vocant: Imò nec à Chriſtianis exigi licitæ, qui ſe illis ſubjicere coacti ſint & tributum ſolvunt, &c. Hinc *Uſurarii*, non qui omneia, ſed qui immodicam uſuram exercent. Quales præſens temporibus apud Romanos fuiſſe diximus, cùm ex libidine locupletium fœnus agiteretur. Quales item illi, qui pecuniæ levioribus uſuris mutuati, graviori fœnore collocabant, notati Auguſto, apud Suetonium *c. 39.* Quamvis in genere Vett. uſuræ tatis eſſent graves, utpote menſtruæ apud Romanos, Græcos Hebræosque, uti docet Clar. Rittershuſius *Sacrar. Lection. lib. 7. cap. 17.* Unde, licèt varius ſtatuatum in Rep. Rom. modus eſſet, id tamen fere ſemper obſervabatur, ut, quo quisque honeſtioris loci eſſet, eo ſeverius fœnebres centeſimi illi terderentur. Sic & Juſtiniani Lege, ut antiquiora omittam, cùm Mercatoribus *beſſales uſuræ* permittantur, cæteris ſaltem ſemiſſes; Nobilibus verò trientales tantum concedantur. Imò cùm Senatores eo tempore, quo vetiti funt creditæ pecuniæ uſuras exigere, *muneris* ſeu *doni* nomine aliquid à debitoribus acciperent, ſuſtulit illud Alexander Sev. apud Lampridium, ad quem Cæſuboni ac Salmaſii *Notas* vide. Recentiori ævo *Usurariorum*, inter Chriſtianos, numero ac ſævitiâ creſcente, non unis Concilils, Lateranenſi præſertim A. C. 1179. excommunicati, & bonâ eorum in Fiſcum redacta ſunt: ita tamen, ut non vivi ac ſuperſtites, ſed poſt mortem puniretur, uti prolixè docet C. du Freſne *Gloſſar.* quem vide: pluta verò hanc in rem, apud Salmaſium *de Uſuris*, item *de Fœnore Trapezit.* & *de modis Uſur.* Hug. Grotium *de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 12. §. 20. & ſeqq.* Joh. Frid. Gronovium *de Pecunia vet. & ſuprà*, ubi de *Carsinis*, item, voce *Fœnus*: de Hebræorum verò *Uſuris* in ſpecie, Joh. Seldenum *de Jure Nat. & Gent. juxta Diſciplin. Hebræorum lib. 6. cap. 9.*

Uſus, Muſicæ ſpecies, quæ non per regulas, ſed ex *uſu* addiſcitur, notis Muſicis in Libris Eccleſiaſticis ſingulis ſyllabis ſuperpoſitis, abrogatis ac neglectis lineis & clavibus Muſicalibus: cujus exemplum Menardus deſcripſit *Notis ad Librum Sacramens. Gregorii M.* Originem ad Alemannos quosdam, & præcipuè Canonicos Ordinis S. Benedicti, refert Anonymus Interpres Hugonis Reutling, apud Carolum du Freſne ubi ſupra.

U T.

VT.

Uxor Dominus, ita ego Domina, seu *ubi tu Caius, ibi ego Caia*. solemnis olim in Nuptiis formula, quâ Sponsa, cum in ædes Mariti deduceretur, folebat hunc alloqui: indigitans, uti in vita, ita in bonorum omnium, se venire consortium. Et quidem fichat id in Matrimonio per coemtionem contrahi foliti: in quo nec Sponsus nec Sponsa proprio compellabant nomine: fed ille *Caium*, ista *Caja* dicebatur, ut suprà latius vidimus. V. Cœlium Rhodiginum quoque *Antiquar. Lectiun. lib.* 28. *cap.* 17.

Uteri, cui liquor infusus alió deportatur, aut affervatur, Gr. ἀγγεῖα, Isidoro, *Origin. l.* 20. c. 6. ab *uteri* dictus est, ob similitudinem. Unde *Uterarius*, quæ vox occurrit apud Livium *l.* 44. c. 33. ubi de Paulo docet, quo pacto aquarum inopiam in Olympo monte levaverit, *Postremo sequi se* utrarios *ad mare, quod minus trecentos passus abesset, justit.* Ex corio autem fiebant, unde, cum nimio Estiarum flatu aliquando acola laderentur, Empedocles Agrigentin. æfinos excoriari, & uteres inde factos in promontoriis extendi, ut ventum exciperent, justisse legitur, apud Suidam; alterum hoc pacto se Æolum præstans, cujus *uterum* multis Poetarum carminibus celebratum, habemus. Cujusmodi utribus inflatis innixi & natantes solici: quo pacto Jul. Cæsarem ea velocitate maria transisse, at sæpe nuntios de se præverterit, ex Suetonio discimus. Quod inventum antiquissimum Græcis ante advenum Alexandri M. in usu fuisse, ex Xenophonte liquet *Anabas. l.* 3. *init fin.* Unde Curtium arguas, qui *l.* 7. n. Alexandrum sic *Euphratem* innatare inducit, *Utres non aliter trajiciendi exemplum fuisse, nisi quod hoc ipse sibi ingenio invenisse, Barbari docebant.* Insabantur autem vel follibus, ut apud Suetonium *d. l.* Cæsarem, Xenophontem, Florum, Alios: vel ftramentis infercitatum, ut apud Curtium *ead. lib.* & Arrianum *l.* 1. ubi detrajectione Istri, ἀσκίοις τὰς καμήλους ἐνδύσαντας hujusmodi utres appellat, sicut follibus inflatos, ὑφιέντες ὑποστρώσαντας, Græci vocabant. His itaque incubantes, & pedibus iter adjudicantes tranabant. At Hispanos *in utres vestimenta conjectis, ipsi cervis suppositis incumbentes, flumen transvisse* dicimus, ex Livio *Dec.* 4. *l.* 1. Porrò rates quoque ex iis factæ *ut scribus*, vel navigiis ex utribus factis quas ὑφάλους ἀσκοὺς ἀέρος vocat. thus omne, quod in Regione Thus fera nascebatur, deferri ad Emporium Rubri maris Canen consuevisse, Arrianus ait in *Periplo*. Etiam ex *bubulis utribus* pontem habes, apud Solinum *c.* 56. ubi de Aceitis Arabibus, & re nata sic appellatis *mam bubulis utribus constabulatæ crateræ suspensum, hoc ratis genere praterveniens insultans fugitivi venerabit.* Ubi tamen *pontis* nomine non nisi *positum stratum* adeoq; ratis aliquod aliud genus intelligi, monet Salmasius. Plinius *pontes utres sternere* hoc ipsum dixit, de iisdem popullis loquens: *Bubulos binos utres sternentes ponte piraticam exercent fagitio venenatis.* A Romanis vero pontes utribus junctis constantes, qui *asseopheri* dicti sunt, inventos habemus, quorum descriptio extat *in Not. imp.* Sic junctum Tigrim a Joviano, in reditu defluxe, narrat Zosimus *l.* 3. &c. V. *supra* voce *Assopheri*, item *Pontifex*, & alia quædam huc facientia, infra, voce *Utres*, item *Utricularius*.

Uterina, inter puerperarum olim Deas, de quibus V. Augustinum *de Civ. Dei l.* 7. Ab utero, sacrosancta ilia corporis fœmini parte, quam commendandis rebus suis principes fœminas sæpe nominare, legimus apud Poetas. Sic Ceres apud Claudianum *Raptus l.* 1. Siciliam alloquens,

Tibi gaudia nostri
Sanguinis & caros Uteri *commendo labores.*

Niobe, apud Ovidium *Metam. l.* 6. Latonam contemnens,

Fœta parens: Uteri *pars est hæc septima nostri.*

V. quoque Papinium Statium *Theb. l.* 3. v. 154. & Barthium *ad eum.* Quò facit, quòd Chaffanæus de illustribus Germaniæ fœminis memorat, illas non minùs *Veris* fœcundo proventu, quàm Corneliam illam Gracchorum apud Romanos matrem, gloriari consuevisse. Etiam uterum *Veneris* propriè officina mulieribris, in qua fœtus concipitur, Gr. τὸ ὑστερόκοιτον ἔντερον. pars fœmibilico sub, ecta, & ab illo ad pubem pertingens, aliter ὑστέρα γάστηρ Gr. ut scribit Pollux *l.* 2. Unde de mulieribus propriè, ficut *uxor* de viris, *venter* de utrisque. Nomen Isidoro inde, *quòd duplex sit & ab* utraque *in duas fe dividat partes, quæ in diversum diffusæ ac reflexæ circumplicantur in modum cornuum arietis, vel quòd interiùs implentur fœtu, Origin. l.* 11. c. 1. Rectius ab ὑστερος Græco, *seu hysteron*, quod item membrum Græcis notat, teste Pollu ce *d. l.* Apud Persas olim *Uterum* Reginæ, in spem masculæ prolis, in Regno succeffuræ, coronatum esse, diximus suprà. Plura V. hic passim. ut & apud Suicerum *Thes. Eccl.* voce ὑστέρα, ubi locutionibus his τὸ ὑστέρινον, *seu* τὰ κατ' ὑστέρινον, *venereas libidines* communiter indigitari, apud Scriptores Eccl. appolite ad ea, quæ antè dicta, notat.

Uti, apud Trebellium Pollionem *in Herode*, *Ingenio eius usus Odenatus, quidquid cunctabitarum regalium, quidquid divitiarum gemmarumq; copit, ritens tradidit*: notione fumitur non vulgari, eleganti tamen & merè Latinâ, estque *ingenio alicujus uti*, pro obsequi ingenio & morem gerere. Sic *uti Foro* dicitur, qui sese fori curfui, ut vulgò dicitur, accommodat, & fecundùm ejus annonam, prout vilis aut cara est, aut merces fuas proponit, aut retrahit. *Vti Regibus* dixit Horatius, pro Regibus obsequi & illorum voluntatibus fecundas agere, in notiffimis illis verfibus:

Si pranderet olus patiener, Regibus uti
Nollet Arifippus. fi scires Regibus uti,
Fastidires olus, qui me nocat —

Et alibi,

Dispar — Utere *Pompejo Grospho, & si quid petet, ultro*
Apud Comicum similiter *uti sese* dicitur, qui genio suo indulget, animoque obsequitur:

Et, bibe, anime obsequere mecum, atque omnia te hilaritudine,
Liberæ fant ædes, libertum, ego me volo uti liberè.

Neque aliter accipiendum illud Plauti *Capti vis Sc. 4. act 4.*

Dicam ut penum sibi ullus unus, siquidem sese uti velet.

Parasitus nama; totum carnarium deturbaverat & aulas & cauleas confregerat, & cellas omnes retregerat, & omnia denique, quæ ad genium lepide curandum valent, conturbaverat, adeoque aliud sibi quærendum habebat penu, siquidem genio suo indulgere vellet, Salmasius *ad vollionem d. l.* V. & Barthium *Adnimad. Papin.* paffim.

Vicum, vel *us*, vulgo *Ouche*, vel *la forêt d' Ouche*, sylva est Galliæ in Diœcesi Lexoviensi & Decanatu Monasterioli, cum loco cognomen, ubi Ebrusius Abbatiale Monasterium extruxit, quod ab ipso nomen accepit & dicitur usi cum loco. *Ad S. Ebrusium*, Gall. *S Evroul*. Item tamen, quoniam situm erat in pago Oximensi, non longè à castello Oximis (*Hiemes*) olim ☉. *Ximense* dictum esse, nec non à saltu, in quo est, *Vicense* Comitus in suis *Annal.* affirmat. Cœterùm *Saltus Vicenses, Sylva & Vemi Vicenses* meminere Ordericus Vitalis & Willh. Gemeticenfis. V. Hadr. Valesium *Notit. Gallic. & in Lexico univ. Tom. II. in voce Vicenses Pagus.*

Vidilia, interdubitero Fauftinæ, memoratur Capitolino, in *Marco Imperatore*, ubi tamen *Tutilius* legi jubet Salmasius, interim *Vidius*, non minùs ac *Tutilius*, nomen Romanorum, & *Vitilia*, nomen mulieris in saxis esse, non inficiatus, *Not. ad l.*

Viriolarius, Græcè Ἀτραλλών, qui *viriculo* ludit; ad quod instrumentum respicit Hieronymus seu si quis alius Auctor *Epist. ad Dardanum: Antiquis temporibus fuit chorus quoque simplex pellis, cum duabus cicuis areis, & per primum inspiratum, secunda vocem emisit.* Ubi *duas* exsilimat legendum Salmasius, nam & ἄκρις Græcis pellis est vel uter, apud Hesychium. Quòd verò de *Viriolario*, versum hunc Virgilii, sive incerti Auctoris in *Copa*,

Ad cubitum raucos excutiens calamos.

explicant nonnulli, eidem refellunt, Syriacum illam κακκάβην ante tabernam suam sub crotalo saltantem, crotalumque simul manu quatientem & brachio crispani exercos calamos excutientem, quorum rauco concussu crepitus ille reddebatur innui docenti, *Not. ad Popisma in Carino.* Figuram *Viriculi* habes apud Laurent. Pignorium *Commen. de Serv.* V. quoque infrà, voce *Viriculus*.

Vitagati, in Anglia olim, qui ob contumaciam in non comparendo, cum in jus vocarentur, capitaliter convicti, adeoque capite diminuti fuere, dicti sunt; quasi extra *Legis protectionem* positi, etiam antiquitus *Forbannies*, fimiles iis, qui apud Venetos hodieque *Bannisi* dicuntur, & in quales, apud vet. Hebreos, Zelotæ ipsi sum exercere poterant, Hen. Bracton. lib. 3. A. C. 1240. *Item*, inquit, *forisfacit Vitagatus ut omnia que pacis sunt quia à tempore, quo Vitagatus est, capius gerit impunum, ita quòd ab omnibus interfici poterit & impune maximè si se defenderit vel fugerit, ita quòd sit difficilis ejus captio.* Quibus consonæ sunt Leges Edvardi Confessoris c. 7. *Si reperias fugerit & retineri possit, vivus Regi reddatur: vel capus ejus, si se defenderit. Unumum enim geris capui, & hoc eft Lex communis & generalis de omnibus Vitagatis.* Et nomen illud *Capitis Lupini* etiam in Henrici VI. tempora, in Foro, pro *Vitagato*, duravit, ut elicit Seldenus ex Rogerii Cest. Londinenfis fabula, apud Galfredum Chaucerum, necdum omnino edita: defignavitque quafi jus Zelotarum, ex quo, igitur, usurpatum pro eo, quem non follum cuique licuerit occidere, fed ob cujus mortem fic inflictam laus faltem, publici præmii loco, fingularis debita eo nomine fuerit interfectori. Sic enim antiquitus in Anglia circa lupos fe mos habuit, quemadmodum postea aliquandiu circa vulpes etiam, eatos fylvestres, muftelas, lutras, quadrupedes alios, uti & circa aves aliquas, frugibus & pullis infestiores, Lex hæc obtinuit. Certè & jus ejusmodi nonnulli olim, apud eosdem, in eos viguisse opinati sunt, qui *extra pacem & protectionem Regis* ideo positi ijsuta formulam Forenfem *Pramunire* dictam; quòd de re aliqua in Foro quocunque

clesiasticos Majestatem Regiam sic planè auctoritatis Pontificiæ obtentu, ladentes. Sed tub Elisabetha Regina, sancito Parlamentario, opinio hæc abolita est: quemadmodum *Vlagatus* occidendi immunitas seculis abhinc aliquot evanuit. Interim mortem, pœnæ instar, inferendi, citra figuram judicii, usus etiam exercitus, ut in morem receptus, ubi tamè aliter ve lætus quis in duellum lædentem provocaverit: qui de re Scriptores obvii, sed præ alii, Thom. Hurtado in *Resium. Moral. Tract. ult. Regis* 5 &c. apud Jo. Seldenum *de Synedriis Vet. Hebræor.* l. 2. c. 14. §. 3.

Ures, ludi olim genus. Erant enim, qui supra *Ures* oleo unctos & vino plenos pedibus saltarent, inter quos ceniebantur victores, qui ita sese gerebant dextre, ut præ lubricitate humini non caderent, atque hi pro præmio utrem cum vino ferebant: qui verò utris lubricitate in terram lapsi, natibus solum percutiebant, non sine magna voluptate spectatoribus movebantur risum. Quod antiquitus obtervatum fuit in ludis Bacchо factis, quos *Ἀσκώλια* vocabant, in quibus *Ures* e caprinis pellibus conflati (*ἀσκὸς* enim *utrem* notat) hujusmodi saltibus calebantur, in caparum contentum, quæ adeò vitibus insistæ ereduntur. Meminit ludi Aristophanes *Πλοῦτ. Ἀσκωλιάζ. ὑπνῶν τὸν αὐθέλμ.* id est, *hic suo die super utrem saltat.* Eubulus etiam apud Aristophanis Interpretem *ἡ κριὸν γὰ τοῦτο ἀσκὸν ἐς μέσον καταθέντες ἐπιπηδῶ ἡ κυρίως ἐξ ἐπὶ τοῦ ἀσκοῦ ἕστην*, id est, Quare *Virum*, in medio collocantes, *saltate*, & ego, qui *Bacchi occidentis, cubitano profequimini.* Ex Latinis Virgilius *Georg. l. 2.*

——— *atque inter pocula lasti*
Mollibus in pratis unctos saltare per Vres.

Cujus exercitationis prisca iconem habes, e gemma Petri Stephanonii, quam Hieron. Mercurialis inseruit suo Operi *de Arte Gymnast. l. 2. c. 11.* Sed nec illud ignorandum, quod scriptum est apud Julium Pollucem, *ἀσκωλιάζειν*, tam de his, quàm de tuto sublevato pede, altero solo saltantibus, dictum esse apud Veteres. V. quoque Euit. *in Hom.*

Virticulus, Musici instrumenti genus, apud pastores agricolasque usitatum, cujus figuram una cum tibiis & fistula: Stilto item, crotalo, alisque crepitaculis, ex antiquis monumentis, curioso Lectori spectandam exhibet Laur. Pignorius *de Servis*. Jul. Cæs. Scaliger *Poet. l. c. 20.* ubi de variis tibiarum specibus agit, *Virticulari* quoque tibiæ meminit; *utroque addito Agnatus fuit*, *longè diversa figura*, *apud Mysos ac Pannonas*, *tanta accinatus*, *ut pene ulnam superaret. Apud Gallos verò pleniorem*, *rauciorem gravioremque*, *mollioremque habent*, *adeò ut in cubiculis quoque sine aurium offensione audiatur*, addens. V. paulò supra *Virticularius.*

V V.

Vva, ab *vvre*, i. humore & latice iam concluso, Varroni *l. 4.* quem *ὑπὸ τῶ ὑγρῶν ἐμπλουμένων ὕνε*, dicere Græci, uti & in Sacris appellatur. V. Gen. c. 49. v. 11. & Deuteron. c. 32. v. 14. Aliter *racemus*, Græcè *Βότρυς*, in vite potissimum, toties fructus est, qui partibus constat, *baspo*, *pediculo* & *acinitive granis*, ut vocatur Ovidio, Columellæ, Scribonio, *acini* partes sunt, *folliculus*, *succus*, *caro* (qui & *cutis* Plinio) & *nucleus*. de quibus omni bus V. Il. Catalubunum *ad Statium. Oliver. c. 76.* adde Hadr. Turnebum *Adverf. l. 27. cap. 16.* & Bernannum *Origg. L. L. pag. 293.* Earum genera magnitudine, colore, saporibus, acinis innumera — Hic purpureo lucent colore, illic fulgent rofeo, nitenteque viridi. Candidans enim nigeque vulgares. Tument verò mammarum modo bi bafti. Prælongis dactyli porrigunt, curcinis. Est & illa naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, mites & fuavitate certantes — Durant alixe per hyemem, penssili concamerate modo. Aliæ, in sua ramum, continentur animam, illicibilus & infuper dolis incluse, illaqueate vinacia circumfundantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, plumus affert fabrilis, iisque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Rhæticis prior mensa erat, & uvis Veronensium agri. Quia & à patientia nomen acinis datur pasfis. Conditur & musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto, dulcescunt, aliæ vero fobolem novam in matre ipsa exspectant, transiuncte vitro & c. Plin. *l. 12. c. 1.* Ubi tamen, quod de *uvis pasfis* ait, fallitur Dal. champio judice, qui potius, quòd ad Solem expandantur, sic appellari tradit. V. quoque Auctorem Anonymum *Hist. Orb. Terr. Geogr. & Civ. cap. de Commerciis*, ubi eas hodie è Cypro asserri quæque Malagâ ex Hispania veniunt, duum generum elle, *de Lexia & de Sol*, ait. Addi Plinius, *uvas magnitudinem insantium puerorum in interiore Africæ parte exprimere.* Quod citra hyperbolem dici, colligimus ex Numer. c. 4. v. 23. ubi de exploratoribus à Mole emissis, *Deinde per vineram usque ad vallem Eschol*, *unde exisso uno palmite*, *cum botro uvarum*, *deportaverunt eum palanga duobus*, fc. hominibus: digna proin res visa, cujus gratia tam beata regio victricibus armis quæreretur. Quemadmodum Gallos primos in Italiam expeditionem fuisse-pisse, ubertate foli & vini inprimis suavitate allectos, cum Elico quidam Helvetius, qui fabricam artem Romæ aliquandiu exercuerat, sub Tarquinio Prisco, ficum siccam & uvam olearque & vini præmissa, remeans secum tulisset, scribit Plinius *l. 6.* Quod autem *de uvis aliis pestilibus instituli folii*s habet idem, confirmat Aurelianus, qui *ulmeas* inde vocat, ficut *ἀμπελος λεύκη χρόνος* appellat Aetius. Earundem meminit Martialis *l. 7.* ubi de fure cœnarum Santra,

Dulcia placenta fordidam linit mappam,
Illic & uva collocantur ulmea.

Et Statius *l. 4. Syl. 9. v. 42.*

Ollares ragonon licebat uvas,
Cumano patinas in orbe virtus
Aut unam dare symbolon ——

Quæ quomodo componi ac fervari fint solitæ, docet Columella *l. 12. c. 43.* Ut de *uvis Apamenis*, quæ hodie *Damascenæ*, Lampridio memoratis in *Heliogabalo*; ubi inter alia hujus luxuriæ argumenta etiam hoc refertur, *quod inferri uvas Apamenas in præfatis equis fuis*: de *uvis Lavicanis*, quarum mentio apud Cantipolinum in *Clodio Albino*, ubi *uvarum Lavicanarum pondo viginti*, cum, juxta alia compilatores, jejunum comedisse; de aliis, nil dicam. Legem de *uvis* habemus Deuteron. c. 23. v. 24. *Si ingressus fueris vineam proximi tui*, *comedes quidem uvas pro desiderio tuo ad saturitatem tuam*: *asinstramentum tuum non indito.* Qua non paulo fevertor militaris illa, quam cum Hecatonymus gregarius miles, decrepitodo uvas coram Imp. Edictum, effet transgressus, vetante quidem usque cæsum, legimus in *t. Epigr. Græc. his verbis.* Ex voto abstinuerunt, ad tempus Naziræi; in perpetuum Rechabitæ, de quibus supra: ex superstitione, hodierneorum Turcarum nonnulli &c. De more plurimarum olim Ecclesiarum simul cum pane & vino *uvas* in altari offerendi, pauperibus que distribuendi. V. *can.* 28. Conc. Trull. Aceno *uvæ* porro inter petandum suffocatus Anacreon. Elephanti *uvarum* morsumque sanguine ad præsium accensi, 1. Maccab. c. 6. v. 34. fed & coronati *uvis* ebrii, ut docet C. Falchalius *Coron l. 2. c. 8.* &c. V. plura apud Plinium *c. 21.* alibique, nec non hic paßim. Quam ad vivum autem *uvas* expresserit Zeuxis, adeò ut aves similitudine deceptæ ad illas convolaverint, V. in eo. *Ἀνάβρυσις* vox de aliis quoque dici solet, notumque pro bacis & corymbis hederæ vel lambuci usurpari non raro: *de uva populi alba*, aliisque hic pertinentibus, Salmasium adi *Exercitation. Plin. ad Solinum pag.* 333. 397. 606. &c. uti de genere ornatus capillaris, it. inauris, quibus ab *uva* Græci nomina indiderunt, V. supra voce *Botronatus* & *Botrus*: de apibus autem *βοτρυόδεις* volantibus, ut Homerus habet, ubi de *Apibus*. Nec omittendum, quòd inter Zophophyta aquatica etiam *uva* est, de qua V. aliquid apud Bochartum *Hierozici Part. prior. l. 1. c. 8.* & *uva* in palato foli animalium homini data, memoratur Plinio *l. 11. c. 73.*

V Valdher, nomen Mercurii, in Insul. V Valachria, olim eulti. Jac. Eindius *Chron. Zeland. lib. 2. Tostes quoque sunt Ecclesiæ, quas per singula loca extruxit Ei fixit V Valdheriæ idolum Mercurii*, V Valcher *nomine*, *rejecti*, *Ecclesiam Dei conservavit*; *ut illic V Veficapellis*, *ubi idolum adhuc oftenditur*, *patet.* Ubi de S. V Villibrordo five Clemente ei termo eft, qui Mercurii simulachrum hoc, quod V Veficapellæ, V Valachriæ vico, erat, destruxit. ut est apud Bekkam in *vita ejus.* Fuisse autem Mercurio id nominis, ex conjudicat Eindius quia tutela illi Insulæ, feu littorum effet committa. Nam quid V *Valcher* aliud ac V *Val-her*, h. e. *littorum patens* five dominus. litoralis? quippe *v Vall* eft agger aquis oppositus: item lirus, ripa, crepido aquæ, Germ. Joh. Voffius *deorig. ac progr. Idol. l. 2. c. 32.*

V *Valdecum*, Germ. V *Valdeck*, regio Germaniæ, cum tit. Comitatus, de cujus fitu V. voce *Valdecum*. Sub proprio Comite, ex Familia illustri, qua seculo XII. à V itekindo hæreditario Advocato Episcopatus Paderbornensis originem nacta dicitur: sed ita, ut ab eodem Vulquino Landgravia atque V *Valdecia*, V Vernero Pyrmontana, & Henrico Sternbergia linea descenderint. Hac extincta A. C. 1399. inter Schavvenburgicos ac Lippienses de successione certatum est. Istam claussit sub finem seculi XV Ursula Joanni Com. Spiegelbergio nupta: unde ad hujus posteritatem, fed brevi iterum ex ea ad Gleichenses, atque tandem V *Waldecios*, hæreditas devoluta est. Illam (Vulquini) progenitem quod concernit, Godfridus fil. Sualenburgios fevit, ex quibus Henricus Pyrmontem V *Waldecium* agnatum hæredem habuit A. C. 13. 6. Godefridi frater Adolphus V *Waldeckium* auctor est. Et quidem, qui ab hoc ortum trahit, Henricus cogn. *Ferreus*, ex Henrico & Adolpho filiis, duplicem progeniem habuit, quarum hæc terminata est Ann. C. 1495. Henrici duo filii, V Vol. athus & Henricus, iterum duas lineas constituerunt: quarum hanc finit V Vilhelmus Emelius, qui Tubingæ decessit A. C. 1598. illa hodieque superiles est; in qua qui nunc vivunt, communem patrem habent Josiam, extinctum An. C. 1588. Ejus enim major natu filius, ex Maria Com. Barbiensi, Christianus, qui obiit A. C. 1638 ex Elisabetha Com. Naffovia in Siegen, genuit Mariam Magdalenam (n. 1606. uxor. Simonis Com. Lippiæ) Sophiam Julianam (n. 1607. den 1637 (ux Hermanni Landgrav. Hassiæ) Annam Augustam (n 1608. den. 1628 ux. Joan. Com. Saynæ & V Witgensteinæ) Elisabetham (n 1610. den. ... ux V Vilhelmi

helmi VVirichii Com. *de Falckenſtein*) Mauritium n.1611. denat. 1617. Catharinam (n.1612. ux. Simonis Ludov. Com. Lippiæ.2. Philippi Ludovici Duc. Holſatiæ.den.1649.) Philippum (n.1613. den.1645. cui uxor obiigit Anna Catharina Sayneſis) Chriſtianam(n.1614. ux. Erneſti Com. Sayn: & VVitgenſt.) Dorotheam (n.1617. ux. Emiconis Com. Leiningenſis) Agnetem (n.1618. ux. Jo. Philippi Com Leining. den] 1651.) Sibyllam (n. 1619 ux. Frid. Emiconis C. Leining.) Gabrielem(n.1621. den. 1624.) Joannem (n.1622. maritum Alexandrinæ *de Valten* 2. Henricæ Dorotheæ Haſſiacæ) Joannam Agathan (n.1623. den.1636.) & Ludam (ux. , Bar. de Effern) E' quibus Philippus, ex Anna Catharina præfata, geniti ſunt Chriſtianus Ludovicus (n.1653. maritus Annæ Elifabethæ Rappoltſteinæ) Joſias, (qui n. 1656. ſibi junxit VVilhelminam Naſſoviam) præter filias, omnes *Comites VValdeckæ* &c. Minor filius Joſiæ, ex eadem uxore, Volrathus Iincam *in Arolſen & Culenburg* condidit: Pater ex Anna March. Badenſi (cujus mater fuit Eliſabetha Com. Culenburgica) inter alios, Philippi Theodorici (mat. 1614. den 1645. mariti Mariæ Magd. Naſſoviæ) Joannis Ludovici (n.1616. den.1638.) Georgii Friderici (qui natus 1620. duxit Eliſabetham Carolam Naſſoviam) &c. E' quibus Philippo Theodorico & Maria Magdalenâ nati ſunt, Amelia Catharina (n 1640. ux. Georgii Ludov. Com. Erpach) Henricus VVolrath (n.1642. den. 1664. ux.. . fil. Philippi Com. *VValdeccii*) & Florus VVilhelmus (n. & den.1643) *Comites de VValdeck, &c. lineæ Culenburgicæ.* Georgio vero Friderico & Eliſabethâ Carolâ, Volrath Chriſtianus (n.1646.) Friderícus VVilhelmus (1657. *Illuſtris Comites VValdecki &c. in Arolſen & Culenburg.* At Chriſtiano Ludovico ex Anna Eliſabetha Rappolſt. inter alios geniti ſunt Fridericus (n.1663.) Henricus Volrath (n.1665.) & Fridericus Ludovicus (n.1672.) V. Spenerum *Theatr: Nobil. Europ. Part. I.* p. 116. 129. 146. 166. *in Indice Part. II.* p. 88. & *de Arte Herald. Tom. II.*

Waldenburgum, caſtrum Germaniæ in Franconia, ſub proprio Comite, ex Familia Hohenloica. In hac enim cum præſepua hodie divitiis ſit, in tractu Langenburgicum & *Waldenburgicum*, hujus auctor fuit Eberhardus, filius minor natu Georgii, extincti An. C. 1551. Junxit is ſibi Agatham Com. Tubingenſem, & ſuſcepit ex ea Georgium Fridericum, qui obiit A. C. 1600. pater ex Dorothea Ruthena Philippi Henrici, defuncti A. C. 1644. ,Hoc & Dorotheâ Walpurgæ agnata, inter alios complures, nati ſunt, Wolphgangus Frider. (A. C. 1617. cui uxor obiigit Eva Chriſtina agnata, den . . .) Philippus Gotho-fridus (A. C. 1618. maritus Annæ Chriſtinæ Limpurgiæ) &c. E' quibus Philippo numerum prolem ſuſcepit, qui omnes, *Comites* ſunt *de Hohenloe* &c. in *Waldenburg.* Phil. Jac. Spenerus *ibid. Part. I. pag.* 160. & *II. pag.* 120. & 123. V. quoque ſupra, ubi de Familia *Hohenloica.*

** Waldpurgum*, V. ubi de Familia *Dapiferorum*, ſeu *Truchſeſſa.*

Wallerſteinum, caſtrum Germaniæ, in Suevia, ſub proprio Comite, ex Familia Oetingenſi: in qua Fridericus minor natu filius Ludovici, defuncti A. C. 1517. *Wallerſteinum* ramum ex ſe produxit, Junctâ enim ſibi Euphroſynâ Com. Oetingenſi, deceſſit is A. C. 1573. relicto ſil. Wilhelmo, qui obiit A. C. 1582. Pater, ex Joanna Zollerenſi, Martini Francilci (den. 1653. poſt matrimonium cum Iſabella Eleonora Heſſenſtenia contractum) Mariæ Magdalenæ (ux. VVilhelmi March Badenſi: Ulrici den. 1644.) Friderici VVilhelmi (cui uxor obiigit Roſina Suſanna *de Trubeneck*) & Margaretæ (ex . . *de Thun* matris Guidobaldi Archiep. Salisburg.) *Comitum Oetingenſium* & *C. lineæ VVallerſteinæ.* E' quibus Martino Friderico, ex ux. prædicta geniti ſunt Ludovicus Emilianus, Fridericus Martinus, Carolus Adolfi Ottonis *Com. de Gronesburg & Hohengerolds eck*) &c. *Comites Oetingæ* & *C. in Balderen.* Philippus Jacobus Spenerus ubi ſupra *Parte II. pag.* 36. & 122.

Wallia, principatus Angliæ olim cum tit. Regni. Cùm n. Britanni à Saxonibus (quos Vortigernus R. contra Scotos & Pictos evocaverat) pulſi, versùs Occidentem in altiſſimos montes ſe recepiſſent, ibi peculiare Regnum *Cambriæ*, ſeu, uti Saxones vocabant, voce Germ. *VVallia*, nomine, condiderunt, quod poſt varias vices, quæ pacto ad Angliæ Reges pervenit, diximus ſuprà, voce *Cambria.* V. & *Vallia.*

VValpurga five *VValpurgis.* S. VVinibaldi & VVillibaldi ſoror, ob eruditionem, inque alias convertendis zelum ac ſanctitatem in pretio fuit, ann. C. 780. Condidit *Hodoporicon* fratris VVillibaldi. Vitam ejus ſcripſit Philippus Aichſtadianus, quæ extat Tom. *IV. Antiqq. Lect. Henrici Canſii.*

Comites Naſſovii.

VValtravius, ortum à Theodoſio Laurebergii Toparcha ducens, ex Helena, Joannis Arduennæ D. filâ) Dieterici ſucceſſoris, pater fuiſſe fertur, tumulatus Baccaraci ad Rhenum. Ex eius abnepote Joanne ortus *VValtravius* ex Barbara Munzenbergica, inter alios, filium habuit cognominem, in ditione ſucceſſorem, maritum Agnetis Com. Deckenbergenſis: ut alios ve tuſtioris illius ævi, & certis hiſtoriæ monumentis deſtituti, omittam.

VValtravius I. filius Othonis Com. Naſſoviæ, Toparchæ Lopperæ, Laurebergii & Sonnebergii, (à quo certior ſeries) ex Magdalena (VValravii Com. Sponhemii filiâ) pace & bello egregius, Othoni Imp. in Hungaria, Bohemia & Gallia fortem operam præſtitit, defunctus A.C.1020. poſtquam 48. annos diitios rexiſſet, & tumulatus Norimbergæ. Ei ex Irmgarda Burggravii Torſellani fil. forore Henrici III. Imp. genita, prognati ſunt, *VValtravius II.* Patris ſucceſſor, & Otho, ſtemmatis Naſſovio Geldrici conditor, præter filias, Adelheidam Reginhardi Rinckelæ Toparchæ & Imtraudam Joannis Coningitenii uxores.

VValtravius II. Arnſtenii Comite ſibi junctâ, obiit Anno C. 1068. Pater Roberti ſucceſſoris, & Arnoldi, qui deceſſit impro lis.

VValtravius III. Roberti modò dicti filius, Conradi Imp. miles, defunctus eſt A.C.1156. relictis filis Henrico & Roberto, quorum is *Principis* nomine in priſcis Annalibus aliquoties ſalutatus obiit a. 1199. Ei ex Agnete fil. Burggr. Stromberg. genitâ ſunt, Henricus, Otho ſucceſſor, *VValtravius* brevis ævi, & Anna. Othonis filius, Henricus fuit cognomine *Diver*, quo genitus

VValtravius, primus VVeisbadæ, VVeilburgi, Idſteniique Comes, hæreditate paternâ cum fratre minore natu Othone (Dillenburgici Comitatus primo auctore) divisâ factus, An. C. 1235. Rodolpho I. Imp. gratus fuit, ab eo Aulici Conſilii Præſes conſtitutus. Deceſſit A.C. 1289 ex Adelheida Com. Cattimelibocorum patet, inter alios Adolphi Imp. qui Patri in Comitatu ſucceſſit, & *VValravii*, cujus filius Philippus fuit, ex Anna Fri. derici Noribergæ Burggravii filia prognatus. Eidem Adolpho prater Gerlacum ſucceſſorem, filius quoque fuit *VValravius* Mechtildis (Ludov. Com. Palatini fil.) maritus & C. Cyr. Lentulus *Geneal. Principum & Com. MS.*

VVardhuſium, ultimum Europæ oppidum, in extrema Lappia, ſedes Præfecti eſt, qui totam Finmarchiam & Oceanum Septentrionalem gubernat. Georgius Hornius *Orbe Imperante, cum Notis* L. Ottonis Menckenii *pag.* 514. V. *Lappia*, item *Vardhuſium.*

VVaregi, Imperium Ruſſiæ condiderunt A. 753. per VVaregas autem Ruſſi intelligunt, quidquid nationum mari Balthico adjacet, Finnos, Sueeos, Livonos, Ruſſos, Vandalos: è quibus delati in Ruſſiam tres fratres Rurikus Novogardiam, Sclneus *Bielo-Geſero* & Truborus Pleſcoviam, tres celebres Ducatus, condidere, Georg. Hornius *Orbe Imp.* ubi tamen *Zachum, Lachum* & *Ruſſum*, tres itidem fratres, & à duobus primis Bohemos & Polonos, à tertio Ruſſos, conditos fuiſſe, ait L. Joach. Fellerus, *Animadverſ. ad eum pag.* 373. V. quoque ſuprà, ubi de *Rurico* & *Ruſſia.*

Waremundus, aliquot priſcorum Naſſoviæ Comitum nomen: è quibus unus, filius Joannis, provinciam rexit poſt patrem , ac VValravium fratrem ſucceſſorem habuit, filiæ ſolum ex Sindacula Andakero Mundervorſtio nata, pater. Alius Arnoldo Comite natus ex Sidonia Com. Schwvartzenburgica, genuit Joannem Dietericum & Ambergam &c. Cyr. Lentulus *Genealog. Principum & Comitum Naſſovie MS.*

VVeiblinga, Germ. *VVeiblingen*, opp. Germaniæ, in Ducatu VVirtenbergico, patria Conradi III. Imp. cujus milites cùm in prælio contra Henricum Superbum , Guelphi fratrem , ſuum *VVeiblingen* inclamarent, inde *Ghibellinorum* celebre nomen ortum vult, Georg. Hornius *Orbe Imper.* Fellerus, potius ex verbis *hic Gybeling*, quod villæ nomen, ubi Conradus educatus, illud acceſſerit, *Animadv. ad eum p.* 34. V. ſuprà.

VVeilburgum, opp. Germaniæ, in Com. Naſſoviæ, ſub proprio Comite, ex Familia hac illuſtri. Defuncto enim Adolpho Imp. filius ejus Adolphus, hæreditate cum fratre Joanne minore natu diviſa, Patri in VVisbadenſi & Idſtenio Com. ſucceſſit, Johannes verò VVeilburgum nactus eſt, unde ſtemmatis *VVeilburgii*, ab integro corpore ſeparati, origo. Nactus is poſtmodum Annam, Joannis Com. Sarræpontani filiam unicam, Comitatum hunc *VVeilburgenſi* junxit, defunctus A.C.1371. Ei ſucceſſit fil. Philippus, qui deceſſit A.C. 1429. Pater ex Catharina Lotharingica (Friderici Ducis fil.) Philippus, qui *VVeilburgium* ramum continuavit; & ex Anna Hohenloica, Johannis, qui Sarræpotamum orſus eſt. Philippo genitus Ludovicus filium habuit Philippum II. quo natus Albertus , Sarræpontanum ditionem VVeilburgenſi Comitatui denuo junxit, extinctus A.C. 1616. Natus ei ex Anna agnata, Ludovicus dict. A. C. 1627. è cujus, & Annæ Mariæ Haſſiacæ, filiis tribus, VVilhelmo Ludovico Sarræpontum, Germ. *Sarbruecken* , Joanni VVisbada cum Idſtenio, & Erneſto Caſimiro *VVeilburgum* obtigit, unde tres iterum linex. Et quidem Erneſto Caſimiro genuit Anna Maria Com. Saynenſis & VVitgenſtenia, Friderícum (maritum Eliſabethæ Chriſtinæ VVitgenſtenæ) & Mariam Eleonoram, (ux. Caſimiri Com. Eberſteinii) *Comites Naſſovia &c. Linex Sarræpontanæ in VVeilburg.* Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobili. Europ. Part. I. pag.* 60. & *in Ind.* ubi de Familia *Naſſovia*, V. quoque cum

cum, *Arte Heraldica Tom. II.* Primus autem VValramus seu VValravius Henrici cognom. *Divitis* fil. pater Adolfi Imp. in divisione hæreditatis paternæ, *Pfeilburgum* cum aliis nactus fuerat, ut videmus supra.

VVeildinga, Germ. *VVeildingen*, castrum Germaniæ, in Suevia, sub proprio Duce, ex Fam. VVirtembergica. Manfredus enim fil. minimus natu Julii Friderici Irenitaniæ lineæ auctoris, genitus A.C. 1656. postquam bellum reliquisset, *VVeildingæ* sedem sibi & ductâ Julianâ Oldenburgica (fil. Antonii Com. Delmenhorstani) A.C. 1672. ex qua filiis Friderico Ferdinando, Augusto & Manfredo, genitis A.C.1658. 1656 & 1658 inque turela Ducis Eberhardi patruelis, & Marchionis Anspacensis, relictis, decessit A.C. 1662.

VVeinmaria, adde: Comes ejus ultimus Hermannus fuit, à Friderico Landgravio Thuringiæ, quem contentum *Friedrich* appellare solitus erat, Comitatu exutus An. C. 1332. Eum Joh. Friderici Elect. filii, post bellum Smalcaldicum, à Cæsare acceperunt, unde linea *Saxo VVeinmariensis* orta. Quæ hodie, Altenburgico ramo nuper extincto, in Gothanam (Altenburgensis ac Coburgensis Ducatuum hæredem) ac *VVeinmariensem*, tribus furculis, VVeinmariensi. Marcsulano & Jenensi floren tem, distinguitur. V. Georg. Hornium *Orbe Polit.* cum *Anim. L.* Ottonis Menckenii pag. 221. & supra passim.

VVeissbada, opp. & Comitatus VVetteraviæ, sub proprio Comite ex Familia Nassoviensi Catimica Obitu enim Henrici cognom. *Divitis*, imperante Rodolpho I. inter filios eius VValravium & Ottonem hæreditate divisâ, huic Dillenburgum, illi *VVeissbada & Isteinum* cessere, circa A.C. 1235. Ei successit fil. Adolphus, Imperiali axiomate auctus, in cujus posteris Adolphus præfectura Geldriæ ac Zutphaniæ, & gratiâ Maximiliani I. Imperatoris, ex Margareta Hanovica Philippum susulit, qui primus Lutheri reformationem Comitatui huic intulit, defunctus A. C. 1720. Ultimus fuit Joannes Ludovicus VVeilburgensis & Sarapontanus. Huic cùm tres essent filii, medius Joannes *VVeissbadam* cum Idstenio nactus, ex Sibylla Magdalena March. Badensi suscepit, præter filias aliquot, Gustavum Adolphum (n.1632. den. 1676.) Ludov. Fridericum (n. 1633. den. 1676.) & Joannem (n. 1638. den. 1638.) *comites Nassoviæ & C. Linæ VVeissbadiæ* seu *Idsteniæ*. Cyr. Lentulus *Geneal. Principum & Comitum Nassoviæ MS.* & Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobili. Europææ Part. III.* pag. 28. V. quoque hunc *Arte Herald. Tom. II.* ut & in voce *Visbadæ*.

VVissenhorna, V. supra ubi de Familia illustri *Guggerorum* Comitum.

VVolfgeria, seu de *VVolf*, Familia Germaniæ illustris, quæ seculo jam XIV. florens, in duos præcipuos ramos divisa est, *Styrium & Carinthium*, quorum uterque iterum pluries subdivisus. Unius è Styria linea feriem hanc exhibet Spenerus: Ernricus *VVolf*, in *Spiegelfeld*. Ruperti fil. Joannis nepos ex Joanna Baronis *Kollonitsch*, genuit Gothardum Dn. de *VVolf*, L. Bar. de *Eberstein*; cujus ex Rosina Bar. de *Eybisvval* fil. Joannes Felix junxit sibi Amasiam Sidonfam L. Bar. de *Freiberg* atque ex ea genuit Gothardum Helricum (n. 1654.) &c. *Dn. de VVolf L.B. de Eberstein* &c. V. Spenerum ubi supra, *Part. II. p.* 60. & *Arte Herald. Tom. II.* Sed & Patricii Aug. *Marcas VVolfiorum* scriptis, & Philippina *VVolfgeria*, conjugio Ferdinandi Archid. Austriæ, è quo Carolus March. Burgoviæ & Andreas Cardin. prodierunt, nostissimi sunt.

VVondelfinius Joannes, *Codicem Canonum Romanorum* primus edidit A.C. 1525. de quo V. Gerh. von Maltricht *Hist. Jur. Eccl. num.* 79. qui etiam *VVenlonius* inter eos, qui *Capitula Caroli* Ludovici fil. collegere, meminit *n.* 198.

VVopria, aut *VVipria*, sylva, corrupte *in Actis* S. Dagoberti fabulosis appellatur, quæ alias *Vosagensis sylva*, vulgo *la Bois de Vosgues*, alterio lapide à Satinaco, V. in voce *Fabrensis pagus*.

VVorthemium, adde: Habuit Michael Comes unicam filiam, Barbaram, fed eodem secum anno extinctam, cujus progenitores, à Michaele Dn. *Breuberg*, al. Joan. Com. *VVorthemio*. Sophiæ Com. Hennenbergicæ, al. Mechtildis Com. Schvvartzen burgicæ (Gunthero genitæ) matrito, ad annum usque emortualem, idem exhibet. *Theatro Nobil. Europææ Tom. I. pag.* 114. Hodierna verò Familia, cùm in duos ramos abierit, ut dictum in priore, Christophorum I. Com. de *Leverestein* & *Worthoim*, defunctum A.C. 1618. ex Elisabetha Manderscheidia, pater fuit Friderici Ludovici, quo & Anna Hedvige Stolbergia, genitî sunt Lud. Ernestus (Ann. C. 1627. cui Catharina Elisabetha Saynensis nupsit) Friderico Eberhardus (A.C. 1629) & Gustavus Axel, qui n. 1632. Agatham Ostingensem sibi junxit A. 1667. præter filium Ludovicum Barbaram (n. 1631.) &c. *Comites de Leverestein & VVorthoim* &c. *linea Wirneburgica*. E quibus Ludovico Ernesto, ex uxore dicta, inter alios, genitus est, Joachim Fridericus 1667. In posteriore, Joann. Theodoricus, qui de cessit A. C. 1644. ex Josina Marcæ Com. juxta alios, suscepit Josinam VValpurgim (nat 1615. uxor. Henrici Comitis Berghensis) Ferdinandum Carolum (n. 1616.) & Dorotheam Catharinam (n. 1618. ac Ferdinando Manderscheidio nuptam) Quorum medius ex Anna Maria Com. Furstenbergia genuit Mariam Annam (quæ n. 1672. nupsit VVilhelmo Hatiæ Landgravio) Eleonoram (quæ an 1673. genita. Erico Adolfo Com. Salm. Reifferscheidio elocata est) Maximi lianum Carolum (n. 1676.) Franciscum Leopoldum (n. 1681.) alioſque *Comites de Lev*. & *Worthoim* &c. *Linea Rupfortiæ*. V. eundem Spenerum, ubi supra, *Parte I. pag.* 37. *Parte II. pag.* 59. *Parte III. pag.* 84. 85. & *Arte Heraldica Tom. II.*

VVrisflus Ganfefort, Groningensis, tanta omnium literarum ac difficilium rerum cognitione sui præditus, ut communi elogio *Lux Mundi* diceretur. Peritus erat trium linguarum, Latinæ, Græcæ & Hebraeæ: ad quarum medium eò exactius discendam, in Spam Græciam profectus est. Cumque An. C. 1477. Philippus Elector Palatinus Heidelbergensem instituaret Academiam, non aliis dignior visus est, qui ad Theologicam cathedram vocaretur: Sed cùm Doctoratum suscipere non posset, propterea quòd Monasticum ordinem parùm amaret, relictâ Professione Theologicâ, Philosophicam suscepit. Profitebatur autem Philosophiam Platonicam, quòd eam Christianismo judicabat convenientiorem atque utiliorem. Mox verò, cùm Lutetiam inde fecessisset, Successorem accepit Rod. Agricolam Omlandum, V. Joh. Georg. Hornium *Hist. Phil. L 6. cap.* 5.

VVulfenburgum, Germ. *VVolfenburg*, quafi *occiduum Castrum*, nomen Comitatus Germaniæ in Palatinatu ad Rhenum, sub proprio Comite, ex Familia meritis antiquitate & affinitatum splendore inclyta: cui *Leiningenum* titulum attulit Margaretha Landgr. Leiningensis filia. Reinhardo *VVolfenburgico* nupta, dicunturque filii horum Reinhardus & Cuno à Palatin. El investiti A.C. 1471. lite tamen inter hanc & Leiningenium Comitum illustrem Domum nondum decisa. Dispositus illa in duos nunc ramos, *VVolfenburgium* & Leiningensem, in quo posterior, furculo uno Oberbunnensi (de quo supra) extincto, alter *Grunstadensis* superest, à Ludovico Eberhardo *Com. Leiningæ & VVolfenburg.* &c. *in Alt & Neu-Leiningen*, marito Carolæ Nassoviæ, continuatus. In priore, Georgius VVilhelmus Com. *de Leiningen & VVolfenburg*, filius Christophori, nepos Georgii, pronepos Cunonis, ex Sophia Eleon. Lippiensi, inter alios genuit Annam VValpurgim (A.C. 1647. ux. Augusti Ducis Saxon) Friderieum VVilhelmum (A.C. 1648.) Joan. Antonium (1655.) Christoph. Christianum (A.C. 1656.) Henricum Ern. Fridericum (A.C. 1665.) & Georgium (A.C. 1669.) *Comites de Leiningen & VVolfenburg*, V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Part. I. pag* 65 in *Ind. Parte III. pag.* 30. & *Arte Herald. Tom. II.*

VVolferwaldia, Germ. *VVolferwald*, quafi *Occidua Sylva*, tractus Germaniæ est, in Comitatu Nassoviæ, sub proprio Comite, ex illustri hac Familia. Cessit autem, in divisione hæreditatis paternæ, Georgio Joannis Senioris filio tertio, una cum Quatuor Pagis & Beilstenio dominio, quorumcùm pars unoe bilis est, & fonte Hunniaco, ac ingenti lapidum strue in sublime concumulata, monumentis, ut quidam, Hunnorum Gigantumque, à quibus aliquando culta fuerit. Cœterum majorem hujus terræ portionem Ernestus Casimirus filius Joannis præfati ordine quartus, liberis suis tradidit, postquam relictâ illa Georgii proles Dillenburgum legit: alterâ parte Hadamariæ Domino adjectâ Cyr. Lentulus *Delineat. Urbium & Agrorum Nassoviæ MS.*

VVolfgobii, V. *Vifgobii*.

VVolfiphalia, adde: Inter Gentis Anhaltino-Lauenburgicæ titulos etiam hic comparet. Nempe translatâ ab Anhaltinis seu Lauenburgiis, in Misnenses Saxonis, de qua re fuso loco, Augustini Saxonis (quæ aliàs eosdem semper Principes cum Saxonia habebat) in Bernardi Ascanii posteritate manfit, juxta cum *Ita* VVolphalia terris, quas Henrico Leoni ablatas, illi Cæsar adjecerat. In partem tamen etiam Philippus Ulricum Antistes venit, qui, Henrico sui sponte infenso, tum Cæsare irato, occupatam armis distitus affensu fibi asseruit. Er quidem septem oppida, 25000. subditos & 200. Nobiles *Landsassios*, ex *VVolfphalia* Colonienfium Præsulum ditione teneri, Electoris Legatus hisce in Comitiis Imperii memoravit. Ideoque tum Archiepiscopus, tum Lauenburgius Dux, ut harum terrarum *Ducumque Angrivariæ & VVolfphaliæ* nomine peculiare fuffragii alterna vice ferendi jus ipsis permitteretur, consentiente & commendante horum desiderio Cæsare, petiere. Tob. Pfanneros *de præcipuis German. Principum Gentes.* 10.

VVolfratha, V. *Neuftria*.

VVolfsaxones, adde: Regnum hoc, tertium ordine, ex VII. illis, quæ Anglo-Saxones in Britannia Ini. constituere, à Cerdico fundatum est A. 519. postmodum sub Rege Egberto, Heptarchiâ illâ in Monarchiam conversâ, primus hic perpetuus Monarcha factus, abrogato *Saxonum* nomine, universam gentem appellari voluit Anglos, & Regnum Angliam. A. 800 Georgius Hornius *Orbe Imper. cum animadv.* L. Joachimi Felleri p. 814.

VVrbanum, adde: Ex Comitibus *VVestmonfibus* Bruno post Geronem Com. Altenburgi & Mersburgi, terras, quibus nunc *Marchia Brandeburgica* nomen, *Marchionis* titulo à Cæsare regendas accepit A. 956. Sed nepotem ejus Theodoricum ditione

Obotriti

Obortiti exierunt, pulsi rursus ab Udone Solvvedelensi. Tobiæ Pfanneru ubi suprà c.4.

Wexfordia, urbs Hibernиæ, in prov. Lagenia, bello Henrici II. Angl. R. contra Rodericum Hibernиæ R. prima Hibernicarum urbium, ab Anglis capta est, arce ibi belli contra Hibernos constituta, circa A. 1170. Georg. Horniusl. *cit. p.* 325.

Wichbild, jus civ. Magdeburgensium dicitur, *q. jus municipale*, ut est in *Vocabulario* Juris Saxon. cujus compilatorem esse ajunt Borchardum Mangephelduum, qui vixit sub Othone IV. Imp. Duce Saxoniæ Brunsuic. & Com. Pictavіensi, V. Goldastum *Proleгom. ad illud*, Jo. Gryphiandrum *Commentar. de Wichbildis Saxon.* Herm. Conringium *de Orig. Juris German.* Alios.

Wiesa, opp. Germaniæ, Comitatus cognomi is caput. Quę Familia cum diu inter illustriores habita fuisset, ultimus ma rium V Ilhelmus Comitatum fratris Joannis nepoti Friderico ex Domina Runckelæ defendenti, donavit. Unde nova stirpe ejus in duabus jam lineis constituit, auctoribus Friderico *in Wiesa*, & Joanne Ernesto *in Dieroiorff*, Hermanni & Juliange Elisabethæ Solmensis filiis Quorum ille, Mariam Juliam Com. Leiningensem sibi junxit & ex ea inter alios suscepit Georgium Herm. Reinhardum (n. A. 1640.) Fridericum Melchiorem (A.1642.) Caro um Ludovicum (A 1674.) &c. *Comites de Wiesa* &c. Ille, defunctus A.1664. ex Hedvige Eleon. Com. Eberthelia reliquit filium Lud. Fridericum *Com. de Wiesa, Dn. de Rom ck, Isenburg & Meisenheim, Almæ Dieroiorffianæ*. V. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. I Aſpag.* 4. *Parte III. pag.* 75. & *Arte Herald. Tom. I I.*

Wiesenſteiga, castrum Germaniæ in Suevia, sub proprio olim Comite ex Familia Helfenstenia. Superiori nempe seculo, in Ulrici Com. He ffenstenii & Catharinæ Sonnenbrgiæ filiis, Georgio atque Ulrico, duo rami *Meſſkirchius* & *Wiesenſteigius* in diversum ire cœpere: cujus tamen utriusque masculi, intra anni spatium, defecere A. 1626. in bona alia successionibus Bavaris: alia (imprimis *Meſkirchium* seu *Meſskircheam*) occupantibus Furstenbergiis, quibus hodieque ab Helffenstenіis filiabus, eaque hæreditibus, ius movetur, nondum hucusque decisa. Ita autem se *Meſskirchium* linea habuit: Fridericus Comes Helfenstenii, qui obiit A.C. 1474. ex Agnete V Veinspergensi, Engelberti filiâ, pater fuit Friderici extincti A. 1482. Hoc & Agnete Eberstenia (fil Bernardi Com.) genitus Ludovicus, junxit sibi Elisabetham Limpurgiam (fil. Georgii Dn. & Pincernæ *de Limpurg*) obiitque A. 1494. Pater Ulrici præfati, cujus mas jor natu filius Georgius Comes Helffenstenii, in *Meſkirch*, decessit A.C.1573. relicto ex Apollonia *de Zimmern* (fil. Frobenii Christophori Com.) Georgio Frobenio filio, defuncto A. 1622. Huic Maria Helffenstenia agnata, linea *Wiesenſteig*, genuit Georgium V Vilhelmum, Sibyllæ Hohenzolleranæ Joanne Comgenitæ mariturn, extinctum A.C 1626 & Joannam Eleonoram ac Mariam Vratislaæ Com. Furstenbergico nuptam ac defunctam A.1629. Com. Helffenstenios &c. ultimos lineæ *Meſskirchiæ*. Idem *Part. II. pag.* 20. Idem verò jam nomen, matrimonio Mariæ præfatæ, in Furstenbergicam familiam transiit. Vratislaus enim maritus ejus Com. *de Furstenberg*, lineæ Blombergiæ, ab uxore dictus in *Meſskirch*, novum in hac familia tamum condidit. His enim conjugibus nati sunt Maria Eleonora Dorothea Jux. Johannis Eusebii Fuggeri Com. *de Kirchberg*) Franciscus Christophorus (n. 1625. maritus Mariæ Theresiæ Principis Arenbergicæ, Ducis, obiit. . . omnes Com. *de Furstenberg &c. Lineæ Blombergiæ in Meſskirch*, Similiter appellantur, qui ex secundo Vratislavii conjugio orti sunt. In enim, priore conjuge extincta A.1629 ex altero Helffenstenіæ filiis ramo, Francisсam Carolinam, filiam minimam natu Rudolfi Com Helffenstenii, (qui ultimus è masculis totius stirpis obiit A 1626.) sibi uxorem junxit, secundis nuptiis, atque ex ea progenuit Mariam Franciscam (n 1638.) Jo. Martinum Ferdinandum (1640.) Rudolfum Maximilianum (den. . .) & Ferdinandum V Ilhelmum (itidem extinctum. . .) omnes itidem *Com. de Furstenberg, lin. Blomb. in Meſskirch.* V. Ph. Jac. Spenerum *Theatro Nobil. Europ. Part. II. pag.* 20. & *Part. III p.* 4. & 87. *Wiesenſteigicum* vero series hæc: Ulricus præfatus, rami auctor, ex Catharina Montfortia suscepit Rudolphum, patrem Rudolphi, qui ultimus è masculis totius Helffenstenіæ stirpis decessit A.C.1626. Pater ex Eleonora Furstenbergia numerosæ prolis, in qua tamen masculi omnes cœlibes & ante patrem defecere enter filias, Maria Joanna n. A.C. 1612. Maximiliano primum Adamo Landgr. Leuchtenbergio, inde Christiano Com. Palatino Rheni *in Birckenfeld* nupta, obiit A. 1665. Isabella Eleonora, n. A. C. 1613. uxor obtigit Martino Francisco Com. Octingensi *in Vallerstein* & Francisсa Carlotta n. An. 1618. clocata est Vratislao Com. Furstenbergio, extinctа An. 1641. V. eundem Spenerum *ibid. pag.* 9. ut & *Arte Heraldica Tom. II.*

Wildgravii, V. suprà *Rhingravii*.

Wilhelmus Ferrobrachius, Drogonis Tancredo Normanno geniti in Apuliæ Comitatui successor, Calabriam & Capuam adjecit, seculo XI. quem Robertus Guiscardus excepit, magnâ Siciliæ partе potitus: hunc ejus frater Rogerius Bossus, qui primus *le Sicilie Comitem* appellavit. Georg. Hornius *Orbe Imper. cum Animad ver.* L. Joach. Felleri *pag.* 183. V. quoque suprà, ubi de Sicilia, alibique, nec non voce *Guilielmus*.

Wirtemberga, adde: Ducatum hunc Ulrico Duci, à Fœderis Suevici Socіis Reutlingæ urbi, à Duce intestatæ, opitulantibus A.C.1500. ereptum, Carolus V. Imper emit; Ferdinando fratri, cum paternas terras partitirent, adsignatum; quem tamen huic *rursus* adtemum Philippus Hasiæ Landgr. Ulrico restituit. Secuta pòst, Philippi operâ, Cadomica transactio, Ulrico posteſsionem hujus terræ ita firmavit, ut eam beneficium Domus Austriacæ agnosceret, huicettiam fu ccessionis spes deficientibus aliquando *Wirtembergiis*, servaretur, quanquam conditiones itæ *Ulrico* minus placerent. At tandem Duces ipsi nexu Rudolfus II. Imp. exsolvit, confirmatione Gentilium pactus, ut clientelà hac eximerentur V Virtembergii, salvo tamen Austriacis, si illi deficerent, successionis jure, hujusque abdicationis pretium non spernendum auri summam tulit. Quam obspem tamen successionis titulum Austriaci retinuere &c. Tob. Pfanneru s de *præcip. German. Principp. genibus cap. I.*

Wisbada, V. suprà *Wiesbada*.

Wiſenburgum, oppidum Germaniæ in Misnia, sedes Philippi Ludovici Iuit, fil. minimi natu Alexandri Holsatiæ Ducis, linеæ Sonderburgicæ, qui ex Catharina Com. V Valdeccia, ductâ A.1649. genuit Dorotheam Elisabetham, Georgio Lud. Comiti Sinzendorfio nuptam: ex altera verò conjuge, Anna Margarethâ Hassiacâ, Fridericum (qui n. A.1651. Chiliarcha Cæsareus Carolam D. Lignicium duxit & à patre *Wiſenburgum* emit, Carolum Lud. (qui n. A.C. 1654.) V Vilhelmum Christianum, & filiasaliquot, *Duces Sternici & Holſatiæ lin. Sonderburgicæ*, in *Wiſenburg*. V. Philipp. Jac. Spenerum *Sylloge Geneal. Hiſtor. in Famil. Oldenburgo-Danica & Arte Herald. Tom. II.*

Wiſenſteinium, Germ. *Wiſenſtein*, urbs Germaniæ, in Circulo Rheni super. Comitatus cognomin a caput, fub proprio Comite, ex Fam. Sayno-V Vitgenstenia, de qua vide supra, voce *Sayna*.

Wiſikindus I. adde: Non Saxonum, sed Angrivariorum tantùm atque V Vestphalorum Ducem, nec hæreditario quidem jure fuisse, docet H. Conringius *ad Lampad. de Rep. Rom. Germ. Part. 3. c.* 5. Et jam prius obervaverunt alii, non semper *Regis* neque *Ducis* alіove nomine regio minore, *Wiſikindum* hunc à Scriptoribus appellatum esse: haud forte incommodè concilіandis, si, quod Crantzius fert, Saxonam tum XII. Procerat alternis vicibus administravere, ex quibus, ingruente fortè bello, Rex delectus, quem ferіes provinciæ gubernandæ contigerat, imperium militare non ante posturus, quàm positis armis pars redisset. Atque hanc fortem *Wiſikindo* obvenisse, cùm arma Saxoniæ Carolus M. inferret: eique, licèt victo, manssisse tamen benignitate victoris in terras suas, Angrivariam saltem, imperium, uti videre est apud Tob. Pfannerum *de præcip. Germ. Princ. genibus c.* 2. qui idem. post Vdonem rectorem à Carolo M. impositum Holsatis. Stormaris atque Dietmarsis, *Wiſikindeos* præcipuè, donec Billingiani & hic & in Saxonia succederent, addit, *cap.* 11.

Vulcanalia, feriæ Vuleano sacræ, incidebant in 10. Kal. Sept. quo die populus pro se in ignem animalia mittebat, Varro *de Lingua Lat. lib.* 5. Ad ea respexit Plinius *l. 18. cap.* 13. cùm de nasi fatione scribit: Serere, ait, mediam volunt, precantem sibi e vicinis serere fe fatus utrique genium; ustus, inter Deorum Numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani. V. quoque Columellam, ubi de raphani fatione agit *lib. II. cap.* 3. In iisdem Ludis nocturni Ignis ufum fuisse, Scaliger docet, ubi de Ludis Cerealibus sic ait: Iisdis quoque sacra nocturnis vigi liis imitabantur, expressa Cereris peregrinatione, Liberam fum face quæritantis. Nocturni veró ignis ufus in multis Lu dis fuit, quippe in Vulcanalibus, ob ignis Numen: in Promethæis, ob furreptum ignem &c. V. Eundem *Poet. l. 1. c.* 32. Sed & Tubilustria dicebantur *Vulcani feriæ*, de quibus suprà.

Vulcanus, Junonis filius, adde: Eum etiam, post adulteram corpus, constanter amasse Venerem Poetæ fingunt, adeò quidem ut etiam incestis ejus eque à iis prognatis filiis, suo opificio adfuerit, uti videmus apud Maronem, qui Æneæ fabricasse eum arma tradit. Interim superdinduxêre ei alteram conjugem, Gratiam vidzcum qua in Lemno dormitaret, ficut in coelo eum Venere, Lucianus ait *Dial. Apollin. & Mercur.* Sed & in Adonim zeloxypus fuit, nec illi arma venatoria confabricatum credit Bacchus, *ind.* 42. Dionys.

— ὁ δ' ἄνεσσον ἤγω νέον ἠ, τὸ τελευταῖ ον
Σκληρομανὲς ἥρωος Ἄδωνιν ἤγειρε βίαιος.

Quam in rem Barthium vide *Animad verſion. Papin. ad Theb. lib.* 5. *verſ.* 69. ubi & *de Officina* ejus nonnulla &c. Cùm verò plures, ut Joves ac Hercules, ita & *Vulcani* fuerint, antiquiſſimus eorum Tubalcainus fuit. Quamvis enim Diod. Siculus, qui

Tom. III.

Jovis Cretensis filios hoc ordine recenset, *Vulcanum*, Martem, Apollinem & Mercurium *lib. 3.* dicat *lib. 1.* secundum Sacerdotes Ægyptios primum in Ægypto regnasse *Vulcanum*, eique divinos post obitum honores attributos, propter ignem repertum: certum tamen est, Ignis inventum longe esse antiquius. Neque *Vulcanus* tam in Deos relatus, ob repertum ignis, quàm ingenii in Arte fabrili usum: quod clarè docet Diodorus ipse *lib. 5.* ubi rectè vidit, *Vulcanum* esse hominem ustum, qui Artem reperit ærariam ac ferrariam, sed quis Heros ille fuerit, vel quando viverit, penitus ignorat. Tubalcainus, Lamechi ex Sella filius, Methajaëlis ex nepote Cain, pronepos: quem eas invenisse artes, Moses tradit Genesios *cap. 4. versu 22.* ubi etiam refert, ut fratrum unus Jabal, Tentoria: aliter autem, Jubal, Artem invenerit Musicam. Hunc igitur homines, ac inprimis Ærarii & Ferrarii, ut fuæ Artis parentem, retulere in Deorum numerum, atque cum Deo ignis præside coluerunt; Poetæ autem Jovis fulmina fabricare fuisse commenti &c. V. Vossium *de Idolol. lib. 1. cap. 16.* Alius ab hoc fuit Ægypti Rex, Diodoro memoratus, à quo Ægyptum antiquitus *Hephæstos* seu *Vulcanium* dictam fuisse, accepimus: Tubalcainus enim neque Ægypti Rex fuit unquam, & ante diluvium, adeoque Reges Ægyptios omnes, floruit. Qua de re V. Eundem *lib. cod. c. 27.* Alius item, Rex Lemni, cujus meminit Hisdorus, ut alia omittam. Cœterùm *Vulcanus* Ægyptiis credebatur utrumque fexum habere, ut & Minerva, unde illos duos fuisse habere Deos *Androgynos*, *masculo-faminas*, scribit Orus Apollo *lib. 1. cap. 12.* quo non male conuenit, quòd Poëtæ Vulcanum fingunt maritum, fed multerosum; Minervam mulierem, fed viraginem. Idem Ægyptii, *Vulcanum* Solis dixere patrem, qua fidera fint ignea. Ita enim *Chronici* Alexandrini Scriptor, *p. 106. Μετὰ δὲ τὸν τελευτὴν Ἡλίου τοῦ βασιλέως, ἧς ἡ Φοίνιξ, ἐσχεδὸν ἀπὸ Αἰγυπτίων χρόνος, Ποσὶ obitum Solis Regis, filii Vulcani, imperavit Ægyptiis Sofis.* Ubi quidem non de corporibus inanimis, fed antiquis Ægyptiorum Regibus fermo eft: fed Reges vetuftiffimi & Dii naturales, fiidem vocabantur nominibus, fi eredimus iis, quæ Manethos prodidit Ægyptius, atque ex iis, qui fuperfunt, Diodorus Siculus *Bibl. lib. 1.* & exinde Euſebius *Præp. Evang. lib. 2. cap. 1.* V. iterum Voſſium *lib. 2. cap. 64.* Ut autem Minervæ & Luæ, ſic Marti & *Vulcano*, ad expiandas cædes, arma olim cremavere, Nempe Marti & Minervæ, ut Diis bellicis; *Vulcano*, ut armorum fabro; Luæ, propriâ ratione. Adde, quòd ignem vim purgandi habere, credebant: Unde & apud Inferos, ſicut ait Maro *Æneid. l. 6.*

——— *Alia ſub gurgite vaſto*
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. &c.

Cultus illius apud Græcos Romanosque eximius: Sed & Germanis & Sarmatis *Vulcanum* ejusdem eſſe cultum, auctor eſt Cæſar *de bello Gall. lib 6.* Imò, ut idem ait, prater Solem, Lunamque, cultus eſt illis ſolus. Unde etiam elucet, diſtinxiſſe vulgò à Sole: utcunque eundem, ac Solem exiſtimet Philippus Cluverius *German. antiq. lib. 1.* Potiùs igitur Vulcanus Germanis fuerit Jupiter, ſive aeris poteſtas, tonitrua ciens ac fulgura: quo modo & Etruſci Vulcanum dixere Jovis ignem è nubibus jaculari, apud Servium *in Æneid. lib. 1. verſum 46.* Neque cauſſe fatis eſt, cur idem Vir eruditiſſimus Germanis eundem cenſeat Vulcanum ac Martem: Romanos ſaltem diſtinxiſſe, argumento eſt, quòd Marti devota potuerint ſuſpendi in Templo: vota *Vulcano*, comburerentur. Unde Livius *lib. 30. Magna vis armorum capta, ea omnia Imperator, Vulcano ſacrata, incendit.* A' veteribus etiam Sauromatis Ignem eſſe cultum, refert Clemens Alex. *Admonit. ad Gent.* deque eo teſtem laudat Nymphodorum *lib. de Legg. Barbaricis.* Eoque magis fidem facit, quia à Lituanis, gente Sarmatica, priusquam Chriſtum ampleterentur, quod contigit circa A.C. 1230. honore divino cultum eſſe Ignem, quem dicere *Znicz*, feribunt, qui de Sarmatia Europæa egere: ut Alex. Gaguinus *de prisca Lituan. religi.* De Afris etiam ſic Cæſ. Scaliger *Exercit. 258. ſect. 1. Scriptum eſt in hiſtoriis africanis, ignem in Libya pro Deo habiti, quem Veſtalium vim perpetuam ſervarent.* Hauſit vero hoc ex Joh. Leonis Africani *lib. 1. cap. de priſcorum Afrorum fide:* uti Voſſius docet *l. 1. cap. 66. ſub fin.* Nec omittendum, etiam Athenis Templum habuiſſe *Vulcanum*, de quo Demoſth. *pag. 536. n. 6.* ubi & carcerem fuiſſe, & certas quasdam cauſas decidi conſueviſſe, docet Idem *παραγρ. περὶ Α'ναιρ.* V. Franc. Roſſaeum *tract. Angl.* cui titulus, *Archæolog. Attic. lib. 2. cap. 3.*

Vulcanius Gallicanus, ex *Hiſtor. Aug.* Scriptoribus unus, V. *Volcatius.*

Vulgus, V. ſuprà *Plebs*, *Populus* &c.

Vulnus, à plaga diſtinguitur. Plin. *lib. 16. cap. 12. Aperitur picea parte Solari, non plaga, ſed* vulnere *ablati corticis.* Ubi Salmaſio *plaga* eſt *ἰώμασι*, cum cutis tantùm laxatur & ſcinditur; *vulnus* τὰ ἐκ τοῦ, cum diſtrahitur & tollitur ac ſeparatur, ἐκ τοῦ ἀ) à corpore. Quæ tamen ſæpiſſimè confunduntur. Et quidem *Vulnus*, ab Æſculapio primùm obſignatum dicitur, quem & Ipecilli inventorem, Apollinis filium, Arcades venerati ſunt. V. Jo. Roſinum *Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 17.* Eruuquam autem cujarentur, lymphâ ablucbantur atque eluebantur. Papinius Statius *Theb. lib. 3. v. 398.* ubi de Tydeo, in acie vulnerato,

Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon.

Quod *ſiccare lymphis* dixit Princeps Poetarum divini operis *lib.10.*

——— *Tiberini ad fluminis undam*
Vulnera *ſiccabat lymphis, corpuſque lavabat.*

Ubi Servius *nova & Phyſice*, inquit, *loquutus eſt. Nam cum aquæ omnia infundantur, hic ait ſiccari vulnus aqua, & ratio vera eſt, quia fluxus ſanguinis aquarum frigore continetur.* V. quæ de rigidæ aquæ ad ſanguinem ſupprimendum facultate, habet Corn. Celſus *l.5. c.1. & 26.* uti de ſpongiis Gladiatorum, quibus illi *vulnera* obturablant, ſuprà de Hercullis vero nodo, quo *vulnera* præligavit, Plinium *l.28. c. 6.* At contra ea ſequiore ævo militaria amuleta, priſcis illis Heroibus optimè ignorata, in uſum venere, ſuntque hodierno die in eo plurimis ſeniichriſtianis, ut Hiſtoriæ & experientia quotidiana teſtatur. Cui ſuperſtitioni adſtipulatus Nabobadeguca, Principes Malaccæ, teſteOſorio *de rebus Indic. & Aſr. lib. 7.* in conflictu cum Malacenſibus, multis *vulneribus* conficiſſus, ita cecidit, ut nullum ſanguinem emiſerit: cùm vero illum nuntiatum eſſet, ſuum ſuperfuiſſe factum, in qua lapis quidam erat incluſus, detraxiſſent, magna repente vis ſanguinis emanavit. Lapidem autem e beſtiis quibusdam Siamenſibus *Cabrijſas* dictis erui, & mirificam ad ſiſtendum ſanguinem vim habere, idem addit. De ſuperventu Allobrogum in urbem Genevam A. C. 1602. narrat Salluſtius Pharamundus *in Car. Allobrog.* militum audaciam auxiliæ initiò quædam incantamenta carminum, quæ à Jeſuitis Thononianis ſe accepiſſe dixerint, præſens contra hoſtium vires auxilium. Vilobannus tamen, ita enim is, in illis cruces, principibus Evangelii S. Johannis, nomina B. Mariæ, Jeſu, Trinitatis & haud ſcio, qui ignoti characteres, ſubſignatis iſtis Francica lingua: Quicunque hanc ſchedulam portaverit, eo die non peribit, neque terrâ, neque aquâ, neque gladio. Nec mendax fuit, licèt ſolenni ſuo uſus ſit, Satan. Nam poſtridie ſtrangulati, in aere perierunt.** Cœterum unde vis talis amuletis inſit, item an & quatenus iis uti liceat, exponit Joh. Georg Godelmannus *de variis Daemonibus, præfig. l.1. c.8.* Quando, ajens, res naturales, ut herbæ, in certa cœli conſtitutione collectæ, characteres, ſigilla, carmina, Evangelium S. Johannis, quæ neque qualitate elementari, nec occultis viribus agere poſſunt, collo aut cœteris corporis partibus appendantur, aut ad fugandos Dæmones, aut ad averten dos globos bombardæ, itibus gladii vel haſtæ, tum illa amuleta fiunt ſacramenta Diaboli &c. Et paulo poſt, Naturalia tum Artis & ſunt res, quæ ſuis occultis qualitatibus divinitus inſeptima creatione inditis, ſemper eodem modo agunt in corpora, ribus quibus applicaatur, ſive ſua ſympathia ſive antipathia &c quæ ſequ. Quam ſententiam confirmat Camerarius *Hiſt. Inſectl. Cent. 2. cap. 30.* Erenim hæc quoque idololatria eſt, ſive vis curandi herbis, plantis, animalibus, metallis, tribuatur, niſi eadem opera laus ad Deum referatur. Et clariùs Auguſtinus cum Chriſtotomo meram eſſe Idololatriam aſſerit, ſi charta aut characteres collo appendantur, quidquid etiam illis inſcribatur, ſi ab ignorantibus factum, ſortilegium verò, ſi à non-fcientibus interdictum, & fidem nihilominus ſuperſtitioni adhibentibus. V. quoque Plinium *Hiſtor. Natur. lib. 28. cap. 2.* & Matth. Bernneggerum *Tac. in Germ. Quæſt. 39.* ut & Mof. Amyraldum *in vita Lanovii.* Quò magis laudari meretur incomparabile uxorum par, Eduardi Angl. R. & Roberti fimiliter R. quæ venenata maritorum vulnera lambendo exſugendoque feliciſſimo ſuccеſſu, quo Deus tam ſuram fidem remunteratus eſt, curaſſe legimur, apud Godericum Sanctum *Hiſtor. Anglican. Part. 1. c. 4. &c.* Hinc *Pulneranius*, cognomen Archagatho inditum, Lyſaniæ filio, Peloponnenſi, qui primus è Medicis Romam cùm venifſet L. Æmilio & M. Livio Coſſ. ann. U. C. 535. ei jus Quiritium datum, & taberna in compito Acilio conceſſa eſt. Sed mox à fævitia ſecundi urendique honorificum hoc nomen in alterum minùs honeſtum *Carnifices* mutatum eſt, Plin. *l. 25. cap. 7. & l. 29. c. 1.* ex Caſſio Hemina. Quanta verò *vulnerum curandorum* peritia jam Homericis apud Græcos temporibus fuerit, ex ipſo met Poeta, erudite exponit Theod. Zuingerus *Theatr. Hum. Vitæ Volum. V. lib. 2. p. 1244. & 1245.*

Vulpes, Varroni q. *volipes*, mel, ex Græco *ἀλώπηξ*, quòd *πωρὰ τὰ πόδια ἢ ἀπὸ* quia per ambages & gyros curſitando *fallit* q. *oculos*, adeoque, ut ait Philoſophus *Hiſtor. animal. lib. 1. cap. 1.* animal eſt *πανουργότατον καὶ κακοήθες.* Unde *ἀλώπηξ ἀλώπηξ* Simonidi; & Horatius ad *Piſones*,

Nunquam tefellet animi ſub vulpe *latentes.*

Quò pertinent reliqua quoque ejus nomina apud Græcos, *κερδὼ κύναδ & κεδάδη* quæ, licet diverſiſſima, ad fraudes tamen omnia adhibentur. Uti enim *vulpinari*, Nonio eſt *fraudibus & mendaciis vera perverſere, & ſimpin* doloſus palpator Appulejo *Apolog.*

Apolog. 2. fic ἀλωπεκίζειν Ariſtophani & κυνιδίον Heſychio idem: κυσόσιον quoque *effutia* eſt; & κυσάριον, uti & κυνάριον, quo maxime Siculi *vulpem* inſignium nomine, Sophocli, Ariſtophani & Theocrito, ſignificat πανοῦργον & κακοῦργον itidem. Cujus verſutiæ indicia, cubile quod ſibi parat ἐυστάνυλον, ad cujus inſtar Hannibal, apud Pruſiam degens, *caſtellum, quod ei à Rege datum erat, munivit, ſic adificavit, ut in omnibus partibus adjiſtis vitibus latebras, ſemper verſus, ne ullo venirent, quod accidit*, legitur in *Vita* ejus, à Cornio. Nepote conditi. Eandem aute admota ad glaciem, cjus craſſitudinem conjectare, Plinius, Plutarchus & Ælianus ſcribunt: quorum medius Barbaros proin, cùm trajicunt pedibus annes, *vulpes* tentando itineri præmittere, notat, *de primo frig.* & in ſpecie de Thracibus idem habet *de Anim. comparat.* Ut de ratione, qua avibus, ſavis veſparum, piſcicu lis, crinaceo, in poteſtatem redactis, potiatur; quaque à pedi culis, aut pulicibus, fele liberet, aliisq; ejus vaframentis ac ſtrophis, ex Oppiano, Aſkazunio, Diodoro *de Nat. Corpor.* & jam laudatis Auctoribus, ill addam: nili hoc unum, quòd, cùm data tur optio, potius incedere per ſalebroſam terram, ut occultet veſtigia ſua, ſcribit Damir. Quò fortaſſe pertinet, quod To biasAmmonita, ſed duos ſubſannans, qui Hieroſol morum mœ nia inſtaurabant, *Ædificent*, inquiebat, & *vulpes ſi aſcenderit, murum eorum lapideum dirnet.* Quali diceret, tam infirmum elle id ædificium, ut ne minori quidem animalia, quàm ſolidum incedunt, & minime ſuſpendo gradu, ut *vulpes*, luſtinere queat. Atque ob doloſum hunc & fraudulentam vulpium animum, cum iis falli Doctores comparantur, Cantici c.2. v. 15. & Herodem, hominem πανοῦργον & ad Romani tunc Imperatoris exemplum ex aſſe compoſitum, *vulpem* nominat Dominus noſter, Lucæ c.13. v. 32. Hebraicè שׁוּעָל *ſual*, à *uſi* dicitur, cui ob calorem internum, qui vehementiſſimus eſt, animal hoc perpetua pulmonum intemperie laborans, quod gannitus ejus & raucus clamor abunde docent, obnoxium eſſe dicitur. Unde & notum Gallorum Prov. de ſene ex imo pectore tuſſim vix extundente, *C'eſt une toux de renard, qui vous menera au terrier*, h. e. *Hæc eſt vulpina tuſſis, quæ in ſoveam te deducet.* Alimentum quod attinet, *Vulpes* κωμῳδῶν eſt. Eam enim veſci carne cadiverum, docent hæc de Davidis hoſtibus Pſalmo 63. v. 2 *portio vulpium erunt.* Ubi è carnivo tis feris pro toto genere una ponitur ſpecies, & illa quidem deſpectiſſima, quaſi ſit magis probroſum à vulpe diſcerpi ac devorari, quam à nobiliore fera. V. quoque, quæ ſupra diximus, voce *Canis.* Sed & fructibus veſcuntur & maximè uvis delectantur, Cantic *d.l.* Unde carne earum Autumno uti venatores, quòd tum uvarum eſu maximè pingueſcant, legas apud Galenum *de Alim. faculi. l.*3. c. 2. Et nota Phædri hanc in rem fabella,

Fame coacta vulpis alta in vinea
Uvam adpetebat, ſummis ſalibus viribus,
Quam ut jungere as non poterat, diſcedens dit,
Nondum maturæ eſt, nola acerbam ſumere.

Cœterum ſolivagum animal eſſe vulpem, Ezech. *cap.* 13. v. 4. & Thren. c.5. v.18. ὅτι τὰ ἀλωπὸξ, *ab errando* in ſolitariis locis, hinc aliis dictum. Quare, ut rem prorſus inſolitam notat Amyntas, apud Ælianum *Hiſtor. lib. de cap.* 17. vulpium Caſpiarum tanram eſſe copiam, ut non ſolum agreſtia fabula adeant, ſed urbes quoque ingrediantur & in ædibus ipſis conſpiciantur. Quin ut latcant magis, in ipſis terræ viſceribus luſtra habent Scriptores Matth. c.8. v.20. ubi extremam ſuam paupertatem indigitans, Ai ἀλώπεκες, inquit, φωλεὸς ἔχουσι κτλ. *Vulpes ſoveas habent* &c. quorum locum eruditè exponit Cl. Suicerus *Theſ. Eccleſ.* voce *Φωλεὸς.* Alte autem ſibi luſtra fodiunt. Phædrus item *Fab.* 76.

Vulpis cubile fodiens dum terram ernit,
Eglis, plures aliius cuniculos,
Per ſenis ad draconis ſpeluncam ultimam &c.

Idque ſummæ aſtutiæ, ut ſupra innuimus: quæ inſuper ſcilla ambire, ut lupum hoſtem fugent, dicuntur. Atque hinc venatio earum difficillima, gravidarum præſertim, teſte Philoſopho *Hiſtor. l.*6. c.34. Imò laqueis & rectibus eas poſſe capi, utpote quæ lacerent, etiamſi ea ea incidérint, negant, Oppianus *Cyneget. l.*4. *in fin.* aliique, inter quos, Teumeſſum in Bœotia vulpem non potuiſſe capi, ſcripſere vett. Mythologi. Tamen quoque capi poſſe, tam Hebræi Rabbini, quam Venatores, norunt. Et quidem laqueis, uti docet Martialis *l.*10. *Epigr.* 37.

Hic ſildam clamoſus ages in rete vulpem:

Sæpe etiam canum præda fiunt. Oppianus ubi modò,

Ἀλλὰ κύνες μὲν ἄκρεες ἀάσσει —

Quin apud Ælianum, Indi milvos & aquilas, ad id inſtitutos, immittere in *vulpes*, qui captas domi-tas afferant, legimus *l.* 4. c.26. quod de Perſis hodiernis quoque ſcribit Petrus de Valle *Itinerar.* Tranſennas taceo, & γαλεαγρίας, & decipulas, & foſſas, & indaginem, & alias mille nocendi artes, quibus in ferarum perniciem induſtria humana utitur. Addam ſaltem, ſi agnitá hamum carne occultàris, & lupos affilientes, & *vulpes*, dum bolum deglutire ſtudent, unco detineri, ex Petro Creſcentienſi *de Agricult. l.* 10. Hinc mirum non eſt, quòd Sampſonem trecentas vulpes (quo nomine forſan & thocs comprehenſi, animal vulpi ſimillimum, gregarium & in Judæa frequens) *cepiſſe, quas ſumtis ſcdis obver.is caudam ad caudam — Et tadis igne incenſis vulpes dimiſit in Philiſtæorum ſegetes, & combuſtis cum metibus, tum ſegetes & vineas & olivetas*, legimus Judic. c.15. v.4. Ad quod facinus Judex ille Iſraelis, de hoſtibus vindictam hoc pacto ſumturus, *vulpes* tu, rimis elegit, utpote quæ tortuoſo ſuo & anfractuoſo inceſſu faces caudi alligatas in plures locos diferebant & latius incendium, plus latis ſponte in frugibus ſeemel accenſis ſerpens, diffundebant. Cujus hiſtoriæ inſigne monumentum eſt *Vulpium combuſtio*, feſtum apud Romanos, quod incidit in 14. Kal. Mai. ſeu potiùs d. 19. Aprilis, quo Equiria etiam erant, in Circo Maximo. Tum itaque *Vulpes* cum ſtipulis ardentibus in Circo mittebantur, qui mos originem ſuam habuiſſe dicitur ab Adoleſcentæ quodam, filio cujusdam ruſtici Carſeolani, qui cùm maturis frugibus *vulpem* laqueis implicitam comprehendiſſet, eam ſtipulà involvit & accenſo igni dimiſit. Illa vero ſugiens maturas fruges aduſſit: quare id ſingulis annis repetitum eſt, ut *Vulpes* Cereri, ob aduſtas fruges, pœnas daret; Carſeolis autem Lege prohibitum vel nominare hoc animal, à quo ruinam olim tantam fegetes paſſæ. Qua de re prolixè agit Ovidius *Faſtor. l.* 4. è quo pauci hi verſus inſtituto ſufficiant:

Factum abiit: monumenta manent, nam vertere campum
Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.
Ulij, tuas panas ſens hæc, Cereaſibus ardes:
Quoque modo ſegetes perdidit, ipſa perit.

Sed potior Franc. Burmanni conjectura, feſti hujus adeò ſolennis occaſionem non à tam obſcuris initiis, ſed exaltiori origine arceſſendam, & ut multa Gentilium ſacra imitatione Hebræorum, vel anſa aliqui ex hi oria coram depromta, orta ſunt, ita hiſtoriam de agris Peliſtæorum per *vulpes* à Simſone immiſſas, Judic. *cap.*15. devaſtatis eorum jue ſegete atque vineis incenſis, exterus traditam etiam huic apud Romanos ritui annuo primordia dediſſe. V. cum *Explic. & Medit. in locum cit.* Bochartus rei famam à Phœnicibus ad alias gentes diſſeminatam, ſicque ad Romanos tandem perveniſſe, exiſtimat, duplici nixus argumento: Namque vulpes Romæ fœno non involvebantur, quomodo vulpes Carſeolana, fed tædas in cauda gerebant. Ovidius ubi ſupra.

— *junctis ardentia tædis*
Terga ferant vulpes —

quod ipſiſſimum de Samſonis vulpibus refert Scriptura. Dein emittebantur hæ vulpes, non quo tempore Romæ vel Carſeolis, ſed quo in Palæſtina ſit tritícea meſſis, nempe circa medium Aprilem. Item:

Tertia poſt Hyadas, cùm lux erit orta, ventus,
Carcere parvitos Circus habebit equos.
Cur igitur miſſæ junctis ardentia tædis
Terga ferant vulpes, cauſa docenda mihi eſt &c.

Unde veriſimile eſt, incendium illud eo ipſo die acciditſe, quo Romæ vulpes in Circum emittebantur, & in illius incendii memoriam id primo à Phœnicibus, dein Phœnicum exemplo etiam ab aliis eſſe factitatum. Indidem videtur ſumtum, quòd Bœotii, quibus olim Phœnices imperaverant, quidvis incendi poſſe credebant, ſi certa quædam animalia, blattæ nimiram & *vulpes* & teſtudines, cum fuccubus affixis, emitterentur, uti ex Suida diſcimus in Νικέρατ. Sed & fatri huc, quòd λαμπαδηφόρ vulpes dicitur Lycophroni, Poetæ Tarſenſi, h. e. *in cauda lucens, lampadis inſtar*; quod alias cicindelæ ſeu noctilucæ nomen eſt, ut cui cauda noctu non minus luceat, quàm ſi facem haberet tergo inſixam &c. Quam in rem, ut & de animali hoc plura, V. apud Sam. Bocharum *Hierozoici Parte prior. lib. III. cap.* 13. ad de Gerh. Joh. Voſſium *de Idol. lib.*3. *capp.*59. 61. 65. 72. 73. cœterosque, qui *Hiſtoriam Animalium* condidere Scriptores. Verbo ſaltem monendum, Alexandrum Priami filium à *vulpe*, ſicut Jovem a capra, Romulum Remumque à lupa, educatum legi, apud Ælianum *Var. lib.*12. Nec omittendum, quòd *Vulpis* augurium maximè ſolenne apud Romanos fuerit. Plinius *lib.*8. *cap. de prognoſt. animal.* Auguria quidem artem fecere apud Romanos & Sacerdotum Collegium vel maxime ſolenne eſt: interea locis rigentibus & vulpis, animalis alioquin ſolertiæ diri- amnes gelatos lacusque non niſi ad ejus tum reditum ut que tranſeunt Sed nec hoc, quòd *vulpinam* ſeu lupinam caudam, in bellis triumphisque, militaribus haſtis, ſorte in contemtum hoſtium, Sueonas olim Gothoſque affigere conſueviſſe, narrat Olaus *l.*8. c.14. &c. De *Vulpibus marinis* earumque aſtutia, adi Plinium *l.*9. c.8.

Vulpes, machina bellicæ ſpecies, memorata & deſcripta Alberto Aquenſi *Hiſtor. Hieroſol. lib.*1. c.30. *Quidam de majoribus Alemannie vulpem ex proprio ſumtu querimis tradibus compoſuerunt, cujus gyro tutos intexuerunt parietes, ut graviſſimas Turcorum ſuſferrent ictus armorum, omniaque jaculorum genera: ac ſic*

in ea manentes tui, & illas urbem fortiter impugnando perforarent. Hoc tandem Vulpis *instrumentum, cum ad urbem opere & ligaturis perducerentur, militer praedilectorum Principum loricati ad viginti in eadem Vulpis praetectione sunt conflituti. Sed magna virorum industione & conamine juxta muros applicata non aequo subsedit aggere* &c. apud Car. du Fresne *Glossar.* ubi & *Vulpecula* dictam esse, ex Ottone de S. Blasio *c.* 23. addit. V. & in voce *Ericius*. Sed & alcae species, Gallis hodieque haud incognita, quibus le *Fauconnier* Reinard. appellatur, eodem nomine venit, apud Jo. Sarisberiensem *de Nugis Curialium l.* 1. *cap.* 5. eidem laudatum.

Vulpicula, convitii species, in L. Salica *tit.* 32. *§.* 3. *Si quis alterum* Vulpiculam *clamaverit*: quali *Vulpecula*, ob notas animalis fraudes. *Vulpis Ingenioja*, Gregorio Turonensi *l.* 8. *cap.* 6. Unde *Goupil* Gallicum, quo *Vulpem* olim eadem gens appellavit. Idem,

Vultunna, adde: Sinceri hoc nomine nuncupatus reperitur in *Tabular.* Angeriacensi, in *Gestis* Consulum Andegavensium *Vultona* dicitur. Ultimus auger Carantonum, alluitque Secondiniacum *Secondigny*, Cifacum *Chizay*, Insulam *l'Isle*, Avallem *Availle*, Verventum, Angeriacum oppp. Monasterio huc illuc, Tauniacum ad *Vultonnam Tonay Boutonne*, & Vallem *la Vallée*: tum apud locum nomine Portum *Port*, in Carantonum, insulam. Monachus Majoris Mon. qui praefuit annos 500. scripsit, vicum seu castrum ad fontem ejus positum vocat Caput Vultonae *Chef Boutonne*. V. Hadr. Valesium in voce *Carantonus*.

Vulturi, à *volatu* Latinis, uti vult Becmannus in *Origg. L. L.* qui qualis sit, V. supra ubi de avium *Volatu*: an à vulsu, quod perspicacissimus ? Graecis γύψ, item *αἰγυπιὸς*, quo nomine tamen proprie *vulturniger* venit, quem Hebr. רחם *daja* appellant, ut videre est Deuter. *cap.* 14. *v.* 13. ubi de mundis avibus: cum iisdem vulturis aliqui genus, quod magna ex parte album est, רחם *racham*, à misericordia nomine impolito, vocent, qua de re aliquid infrà. *Praevalent* autem *vulturum nigri*, Plinius. *l.* 10. *c.* 6. Unde ab atro vulture rodi, una è gravissimis Inferorum apud Poetas supplicia. Juvenalis *Sat.* 13.

—— *nec saxum aut* vulturis *ater*
Poena —

Medici quoque atro vulture libentius in pharmacis fuis utuntur, uti docet Sammonicus *cap.* 14. ubi ad oculorum dolorem mitigandum adhiberi vult,

—— *vulturis atri*
Fella —

V. quoque *c.* 34. ubi de *ἰνστικῆς*, & *c.* 58. ubi de Comitiali morbo. Est autem avis rapax, &, si vulgo credendum, maximè immanis: utpote quae humana carne vescitur. Certè *Vultur*, mortalium antiquissimis pro tumulo fuit: unde *τάφου ἱμόφορος* dicti, Hermogen. *περὶ ἰδεῶν, cap. περὶ σεμνότητος*, *Ἱμαῖος δὲ τοῖς τοιούτοις τάττει σεβασμὸν ὑπόπτερον ἔχοντα ἅρμα, ἐφ' οὗ τὸν ἐκ τοῦ τάφου λέγουσι, ὅπερ ἐστὶ μάλιστα ἄῤῥη*. Postea, iis objecta cadavera, genus poenae fuit: Ennius de Metio Fuffetio quadrigis distracto:

Volturius in filvis miserum mandebat benenem,
Heu quàm crudeli cordebat membra fepulchro !

V. Joh. Meursium *Comment. in Lycophron.* Certè Vulturum videre *ἀγῶνας μεγίστη τοῖς ἐντοπίοις παιγνιοῦ μέ, ἀπὸ πανηγύρεως ἐφεξῆς ἑορτάσεις*, ut ait Basilius *Hexaem. Homil.* 8. quod in specie de castris Mariì, habes apud Plut. *in eo*, de bello, quod in Apulia contra Bajaacthem parabatur, apud Petrum Bembum *lib. Venet. l.* 7. ut vix cadavera depalcantur, ad quorum loca *triduo ante, aut biduo vos volare*, ferebat Plinius *ibid.* Unde cum *Vulturibus* paratitos conferens Plautus *Truculento*,

Illud eft, ait: vide ut jam, quaft vulturii, triduo
Prius praedivinant, quo die ejus fient.

Atque hinc inter inauspicatas aves numerata, ut quibus & a-misilio Regni Tarquinio fignificata fit : aliasque à *Vulturibus* fuisse aves credunt nonnulli, quarum auspicio Romam condi-tam fuisse legimus. At 12. fuisse *Vultures*, qui Romulo fecerint Urbis condendae omen, plerique Auctores scribunt. Lucanus *Pharsal. l.* 7.

Vulturis ut primum laevo fundata volatu
Romulus insani complevit moenia ludo.

Aurel. Prudentius *in Romano Mari.*

Antiquitatem Romuli & Mavortium
Eupam vocarras, primum & omen Vulturum.

Sidon. Apollinaris *Carm.* 7.

Quid rogo bifseno mihi Vulture *Thoscus aruspex*, &c.

Et Varro apud Censorinum *de die Natali c.* 17. ex visu illis Vulturibus spatium Urbis duraturae conjicit. notaque praedictio Vectii Valentis Auguris, Romam 12. *vulturum* auspicio condi-tam, 1200. an. duraturam: quam ad A. C. 455. mox à morte Valentiniani III. imp. Occidentalium & Romae veteris ultimi, cum Genfericus V Vandalorum R. Romam jam fecunda vice captam incendit, fuisse impletam, statuit Jos. Medus. Et certè tum numerus Regum, de quibus Apoc. *c.* 17. nuper in vet territorio Romano exortorum, ad numerum denarium excrevit, ut alibi vidimus ex praefato Medo *de Apoftas. novis. tempor.* Sed & Caesari & Augusto, novam Urbem condituris, par vulturum numerus apparuit, apud Jul. Obsequentem, & Suetonium *Oct. vita*, quibus id oditer perpicere est, *vulturem* avem gregalem esse, contra rapacium reliquarum naturam. Unde Gelnerus, *Vultures*, inquit, *soli uncuquigium gregatim degunt, ita ut aliquando quinquaginta in uno grege appareant, nisi aegrotos & obijcere valle, Icelandicus scribit.* Porro etiam *Vulturem* in aedem Jovis aut Deorum volasse, prodigii loco habitum esse, Vulturesque, corvos & aquilas, si coiissent, conflictus & caedes indubias denuntiare aiunt, Jo. Rofinus *Antiqq. Rom. lib.* 3. *cap.* 9. Contra Romanos *Vulturibus* maximè in augurisiis uios fuisse, docet & Plutarchus, rationesque rei exponit, *Quaestion. Romen. Quaeft.* 93. ubi ait: Herodotus refert, Herculem in capiendis auspiciis, inprimis esse obtatis delectatum Vulturibus, eò quòd avium omnium carnivoram hanc censeret jullissimam. Primùm, quia nisi hil animatum tangit aut necat fed iolis vescitur cadaveribus. Deinde, quòd sui generis cadavera praeterit. Nemo enim conspexit avem à Vulture guttam aquae aut sanguinis hauire, nisi prius ipse à nullo persequantur eas & occidant. Atqui fecundum Aeschylum,

Quis pura avis fit, fi qua avem voraverit ?

Ad haec, avis haec minime omnium hominibus nocet, cùm nec ulla fruges perdat, neque plantas, neque ullum animal manfuetum laedat. Eadem in *Homine* legas. Unde concludit, vulturem omnium sui generis animalium esse *ἀκακώτατον, καὶ ἀβλαβέστατον, φιλοξενώτατον & μιμητὴν ποιμένων*. Quae causa, quod non solùm pro fauta aliter Romanis haec fuerit, fed etiam, quod fundos mortuorum fuorum corpora, non in poenam, fed honoris ergò, vulturibus objecisse, auctor est Sextus Philos. *Pyrrhoniar. Hypothef. lib.* 3. *cap.* 14. Quale quid in ufu fuisse, etiam apud Persas, probat Brissonius *de Regn. Pers. l.* 2. idemque factitasse Hispanos, testatur Silius Ital. *lib.* 13. *verfu* 470. ubi de iis, qui in bello fortiter dimicantes occubuerant,

Telluri, ut perhibent, is mos antiquus Iberâ,
Examina obscenae non sumimis corpora vultur.

Et Baccaeos, h. e. Vaccaeos in specie, Aelianus *Hiftor. l.* 10. *c.* 22. ubi apud Aegyptios, *Vulturem* elle Junoni sacrum, & ejus pennis ornari caput Isidis, ac *τὸν κρανὸν αὐ ὁ ἀρχῆσε, τοῖς βλιτύρων νεφίγια* addit. Quid quòd Horus Apollo Aegyptios eosdem materem aut misericordem picto *vulture* fignificaffe *in Hieroglyphicis* ait: quippe, quem proprio exfecto femore pullis fuis praebere sanguinem fuum exugendum, ne cibi penuriâ conficiantur, tradit *l. c. & li.* fuffragante Pfiida *v.* 1064. Quae vera ratio nominis Hebraei quòd patri *racham* cujus filii misericordiae interpolarunt, ut pelecano tribuerent quod vulturis erat proprium, uti pluribus docet Bochartus *Hierozoici Parte poster. lib.* II. *cap.* 27. ubi inter alia, etiam reliquas aves eum ab accipitre tueri, & proin *pii* elogio insignirì a Caffiodoro *l.* 2. *Epiff.* 19. adnotat. Effugere tamen non potuit Vultur, quin *avidus* dicatur Catullo *Epigramm.* 109. & Senecae *in Agamemn.* à qua ejus indole *Vultures* dicti. Teftamentorum captatores, ut Origeni annotatum *Pfalm.* 7. *in Levit.* Imò & Imperatores praede inhiantes ac avaros provinciarum perfectos *Vulturis* Cicero *pro Sextio* & alibi vocat. Gerh. Joh. Voffius de *Idol. l.* 3. *cap.* 85. Sed & Augenti odore offenditur, rofacei inprimis, quo & examinari, teftes funt, Ariftoteles in *Mirab.* Theophraftus de *Cauffs plantar. cap.* 4. Plin. *lib.* 11. *cap.* 33. Alii. Quòd vero apud Aegyptios Vulturi Minervae que symbolum haec avis fuit, quorum ille *ἀκακώτατος* Poetis, ille *ἀκακώτερος* Eutipid. in *Phaenissis* dicta, hinc eft, quia omnes Vultures, absque conjugis operâ, pullos generare primi crediderunt. Quae opinio ab illis ad Graecos, à Graecis ad Christianos propagata eft, è quibus Basilius non dubitat, ex Vulturum ettra marem concepta. firmare conceptionem B. Virginis. Sed errorem solidè refellit Albertus M. qui ait, inter Tricviros & Vangionum urbem, quae *Wormatia* dicitur, faepe conspectum, eos inter fe mifceri : Ubi & teftatur, eosdem hic vi deri quotannis nidificantes, atque ex congeftis in nidos cadaveribus foedum fpargi odorem : quibus refellitur, quod in Geoponicorum Collectan. legimus, *non nidificare Vultures*, &c. V. iterum Voffium *lib. cit. cap.* 78. Porrò vilus fymbolum quoque *Vulturem* esse, difcimus ex Oro *Hieroglyph. lib.* 1. *cap.* 11. dicente, Aegyptios ad fignificandum vifum, Vulturis uti hieroglyphico. Interim Voffius aflentitur iis, qui Vulturem cenfent visu ab aquila vinci. Imò quòd uterque longè adeò fibi fubjecta conspiciat, non tam ab organi praestantia effe cenfet, quàm ex fublimi volatu, quod judicium etiam Nicori est *Origin. lib.* 12. *cap.* 7. &c. Similes *Vulturibus*, inter aquilas, percnopteri funt, aquilae degeneres & vulturina fpecie, atque ex aquilae & vulturis adulterio natae, hincque *γυπάετοι* dictae: quas *aquilarum* nomine indigitari Math. *cap.* 24. *verfu* 28. & Lucae *cap.* 17. *verf.* 37. ubi *aquilas ad cadaver congregari* dicitur, cenfet:

cenſet idem Bochartus, ubi ſuprà *lib. II. cap.* 10. Ut & hoc adparam, *ala Vulturis*, quòd volatu valeat ſublimi, apud Hebræos, in pretio fuit, unde כנף כנפא *filiam alæ* avem hanc Onkelos vocat. Sed & in Ægypto, domorum veſtibulis alas ejus affixas, *indicium* nobilis, ac vetuſti generis fuiſſe, ſuprà innuimus, & pluribus docet. Alex. ab Alexandro *Genial. Dier. lib.* 5. *c.* 24. &c. De lapide *Aëtite* ſeu *Aquilæ* ex India à *vulturibus* aſſeri ſolito, fecundum Recentiorum fententiam, Hieronymi, ſeu quisquis Auctor eſt Epiſtolæ *De cæco Pachali*, Euſtathii *in Hexaëm.* Aliorum, quod ſoli aquilæ Vett. aſcripſere, *devitro* hinc i. *aquilinum* lapidem appellantes: de *Tityi vulture* in Fabulis, idem ſignificante, quod in Sacris *vermis non moriens*, V. eundem Bochartum *d. l.* & plura de *Vulturis*, apud Ægyptios vett. in Hieroglyphicis uſu, apud Nic. Cauſinum *Symbolica Ægyptior. Sap.* uti de Agrio, Polyphontes filio, in *vulturem* mutato, Anton. Liberalem, ex Boii *Ornithog.* Adde qui de *Avibus* ex profeſſo ſcripſerunt, jam ex parte ſuprà paſſim laudatos.

Vulturii, ut & *Regnli*, tali dicti ſunt olim, obſervante Cœl. Rhodigino *l.* 20. *c.* 18. Quos rei rationem Hadr. ſuggerit Turnebus *Adverſar. l.* 5. *c.* 6. *Pro numeris*, inquit, *effigies animalium habebant, ut Vulturium aquilarumque.* Meminit autem *Vulturiorum* Plautus *Curcul. Actu* 2. *Scen.* 3.

Tace parumper, jacis Vulturios quatuor.

V. Thom. Gudovvium *Antiquit. Rom. l.* 2. *Seff.* 3. *c.* 13.

Vultus, à *volo*, *q. volutus*. Ita enim de diſcrimine *faciei* & *vultus*, Laur. Valla *lib.* 4. *cap.* 13. *Facies magis ad corpus: vultus magis ad voluntatem referitur: unde deſcendit. Itaq*, dicimus, *irato & mœſto vultu potiùr, quàm facie.* Et Jul. Scaliger *Hiſtor. Animal. lib.* 1. *cap.* 9. *Vultus verò ſolius hominis dicitur. Eſt enim habitus faciei voluntatem indicans. Græci cavent hæc vocabuli commoditate.* Hinc *vultus artifex*, apud Perſium &c. Inde pro larva ſeu perſona, ad ſimilitudinem *vultus* alicujus effictâ, vox ſumitur Publio Syro,

Libido cunctos etiam ſub vultu donat,

quaſi Gallice diceres *ſous le maſque*, Græcè ὑπὸ τὸ πρόσωπον, à qua notione ejus V. ſuprà, voce *Perſona*. Ulteriùs pro imagine thoracè tenus expreſſa, apud Lucium Ampelium *cap. de marium ambitu*, *Juxta autem mare, qui locus Rhoteon dicitur, ibi eſt Achillis & Patrocli vultus*, i. imago ore vel pectore tenus in clypeo expreſſa. Quo more, inter alios honores Imperatoribus collatos, imagines eorum effigiabantur, id quod *conſerare vultibus*, dixit Fl. Vopiſcus *in Probo*, *Eant nunc — & dignitatem Probo derogent, quam Imperatores noſtri prudenter & conſecrandam vultibus, & ornandam Templis, & celebrandam ludis Circenſibus judicarunt.* Proponebantur autem hæ imagines adorandæ. Capitolinus *in Maximo & Balbino*, *Legiones ipſæ & auxilia ubique terrarum vultus tam noſtros adorant.* Atque in pompis præferebantur. *Cod. Theod. lat. nunc l. un. Quisquis noſtrorum nunciarz aperta profferorum — ſi lacros vultus inhianibus fauſtis populis inferimus, hæc ſine immodico preio nuntiari excipiq, ſanximus.* Ubi πρόσωπον Græci verterunt. Nempe, cùm *labratum* propriè eſſet ſalutatio vel adoratio, quâ Imperator vel Imperatoris imago excipiebatur, ipſæ poſtea imagines, *labratis* adorari ſolitæ, ſic quoque dici cœperunt. Qua de re V. ſuprà in hac voce, plura verò apud Salmaſium *Not. ad Vopiſcum loco cit.* Porrò Imperatorum *Vultibus* ſignati apud Romanos nummi, non modò ſi deſcripto Senatu Rep. fed etiam naſcente: nec modò id in more Romanis, verùm & Græcis fuit, Ariſtot. *Politic. l.* 6. Unde nummi πρόσωπα, Lat. *vultus*, *figura*, h. e. Vultus Imperatorum, qui cudi hujusmodi monetam jubebant, nomen. inſcriptionem, notam aliquam victoriæ cujuſdam aut caſus alterius indicem addentes, ut ex Goltzii *Thef. Numism.* patet. Ratio elegans apud Aur. Caſſiodorum *lib.* 6. *Epiſt.* 7. *Ut imago Principum ſubjectos videntur paſcere per commercium.* Hujusmodi itaque nummis, cùm quælibet gens Romanorum Imperium ſubjecta acciperet, miratur Procopius *de bello Goth. lib.* 3. *Quòd Franci, non, ut alii Populi, Romani Imp. imagine, ſeu ſuâ impreſſâ, nummos ſignent:* Notatque eſt Hiſtoria Evangel. de numiſmate Tiberii Aug. effigie impreſſa ſignato. Factum id autem inprimis in Principum inauguratio-nibus, ut patet ex Corippo Gramm. *de laudibus Juſtini Imp. lib.* 4. *num.* 2. & Amm. Marcellino *lib.* 26. *Aureos ſi, nummos in vultum novi Principis, aliaq, ad ſimilitudinem ejus ſignatos*, ut nempe novo hoc largitionis genere militum favorem ſibi conciliarent. Pecuniam enim fuâ ſignatam effigie in vulgus ſpargebant, vel ſingulis dividebant militibus. V. Curopalatem *de Offic. Aulæ Conſtantinop.* pag. 202. Unde duo requiſita, ut numiſma valeret, proba materia & *vultus* Imperatoris ei impreſſus, Thom. Dempſterus *Paralipom. ad Roſin. lib.* 7. *cap.* 31. & Fortun. Licetus *de Gemmis Annular. Sibem.* 12. *cap.* 68. In Graphice, Cimon Cleonæus, *primus catagrapha invenit, h. e. obliquas imagines, & varie formare* Vultus *reſtitientes ſuſpicientesque & deſicientes*, Plinius *lib.* 35. *cap.* 8. Timanthes verò, cùm Iphigeniâ ſtante ad aras pictura, pinxiſſet triſtem Calchantem, triſtiorem Ulyſſem, *addidiſſe Menelao, quem ſummum poterat Ars effigere mœrorem; conſumiſſe affectibus, non reperiens, quo digne modo Patris* Vultum *poſſet exprimere*, *velavit ejus capita & ſuo cuiq, animo dediſſe æſtimandum*, Quintilian. *l.* 2. *c.* 13. &c. V. quoque hic paſſim, inprimis ubi de *Facie*. Hinc *Vultivoli*, qui, *ad affectus hominum immutandos, in molliori materia, cera forìe vel limo, eorum quos pervertere niuntur, effigies exprimunt*, apud Joh. Sarisberienſem *de Nugis Curial. lib.* 1. *c.* 12. Cujus illuſionis in *Pharmacuntria* ſua Virgilius meminit:

Limus ut hic durueſcit, & hæc ut cera liqueſcit,
Uno eodemq, igni, ſic noſtro Daphnidis amore.

Aliter *deſixio* dicitur, an quia hujusmodi incantatores acus ſubinde defigerent in imagines hafce, iis locis, ubi puncturas perſentiſſere ipſos viros volebant? Ita videtur ex Naſone *lib. Heroidum*,

Devovet abſentes, ſimulachraq, cerea fingit,
Et miſerum tenues in jecur urget acus.

Sed de hac re paſſim paſſim *V.* inprimis verbo *Defigere* &c. Iidem verò & *Vulturii* appellari ſunt & præſtigiæ illorum *Invultuus*, item *Invultatio*. Sic Joannam Regiam, Philippi Pulchri Gall. R uxorem, à Guichardo Epiſc. Trecenſi *invultatam* eſſe, & hac *invultuatione* periiſſe, teſtes quosdam aſſeveraſſe, refert C. du Freſne *Gloſſar.* ubi etiam *de Vultu de Luca* ; i. imagine Crucifixi, quam à Nicodemo effictam volunt, Lucæ in Italia aſſervatâ, & more Guilielmi Angl. R. *per ſanctum vultum de Luca juranti*; de imagine item ejus apographa, in una ex Capellis Eccl. Sandionyſianæ in Gallia, inde *Sainz vault* communiter dictâ &c. quædam adjicit. Plura de voce *Vultus*, ejusque variis acceptionibus V. apud Caſp. Barthium *Animadverſionibus Papin.* paſſim.

Wodan, teſte Paulo Diacono *de Geſtis Longobard. lib.* 1. *cap.* 9. & Godofr. Viterbienſi *Chron. part.* 17. Numen fuit olim Germanorum, quod Romani ſuâ linguâ Mercurium dixerint. Sed nihil video, inquit Voſſius, unde colligam, *Wodan* vel literaturæ vel facundiæ, vel negotiationi apud Germanos præfuiſſe: At potiùs, unde fiat verſimile, eum rei præfectum militari. Quippe apud Tacitum eſt *Annal. l.* 6. *Ab Hermunduris diverſam aciem Marsi ac Mercurio ſacratam.* Etiam ſimilis in eo cultus, quòd utrique victimas, imò & humanas, mactarent. Imò *Wodan* Germanis non ſuit Deorum nuntius, coque multo inferior, non Jove ſolùm, ſed cunctis Saturni liberis : Verùm ſummus Deus, Univerſi Præſes. Nam *Wodan*, ſive *Wodin*, eſt idem, ac *Guodan* ſeu *Gvvode*, pro quo *Gvvd* vel *God* nunc dicimus ; facili permutatione literarum *W. Gli. G.* & apocope ultimæ ſyllabæ: quemadmodum aphæreſi , *Dan*, unde *Dani* pop. pari ratione , ac à *Theuth*, Teutones. Ab integro verò eſt *Godan* ſive *Codan*, finus Codanus: item *Getanum*, quod alter Dantiſcum. J. Lipſius: Numen hoc non *Wodan*, ſed *Wonda*, putabat ſuiſſe dictum, eò quòd non *Wodestag*, ſed *Wonndag* dicant Belgæ, pro die Mercurii ; quodque Mercurius lucro præſuerit, quod Belgis *Winſt* vel *Winſt*. Sed non cogitavit, à *Wodan*, vel *Wodon*, eſſe *Wodansdag* vel *Wodensdag*, unde per ſync. *Woonsdag*: Nec Germanorum Mercurius lucro præſuit, neque à *Wonſt* proin nomen habuit ; ſed ex voce *Gvvd*, *Theuth*, *Thvyth*, *Thvt*, *Thvut*, *Thvuth*, *Vvith*, (quia *W.* literâ gaudent Germani) *Wuthan*, vel *Wodan*, vel *Woden*, aut *Wode*, terminatione additâ : Unde porrò factum *Guuth*, *Guth*, *God* vel *Got*. Quæ deductio firmatur derivatis à *Godan*, *Dan*, *Thanh*. Nam à *Godan* Ini Danica Mele eſt *Godanonia*, quæ nunc *Zielant*; ini incolæ Ptolemæo *Codanones*. Et quia à *Godan*, extrito o. eſt *Gdan*, unde *Dan*, hinc Dani nomen datum : Et aſſine *Dan* à *Zdeis*, pro *Zeis* five *Zio*. A *Teuth* verò Germanicum *Teuſche*, Lat. *Teutoni* vel *Teutones* : ac ab eodem Gallis *Teutates*. Nempe nationes Germanicæ à Deo, ſuâ quæq; dialecto, nomen aſſumpſerunt; quaſi *Populum Dei* dixeris, quod facere iis viſum, ad cultum Dei inculcandum ſuis & ſimul ad terrorem injiciendum hoſtibus, Geth. Joh. Voſſius *de Idolol. l.* 1. *c.* 37. *ſub fin.* C. du Freſne vero *Wodenis diem*, Anglis (quorum Reges ab hoc Deo originem ſuam repetebant, teſte Malmesbur.) feriam VI. fuiſſe dictam, ex Ord. Vitali *l.* 7. & eodem Malmesbur. *de Geſtis Regum Anglor. lib.* 1. *cap.* 1. obſervat in *Gloſſar.*

Wolckenſtienium, Germ. *Wölckenſtein*, caſtrum Germaniæ, ſub proprio Comite, Et quidem emit illud ex Familia *de Pradel* vel *de Vilanders* oriundus Randoldus, qui deceſſit A. C. 1319. Inter ejus filios Conradus III. primus *Wolckenſteinum* cognomen geſſit, pater Michaëlis, & Osvvaldi, quorum is *Treſſbergiam*, hic *Radneciam* lineam orſus eſt. *Bavonis* titulus Osvvaldi hujus filio Osvvaldo primo datus : utrique dein lineæ *Comitum* dignitas eſt conceſſa. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatro Nobilit. Europ. Parte II. pag.* 55. 77. & *in Ind.* nec non *Arte Heraldicæ Tom. II.*

Wolfecum, Germ. *Wolfegg*, caſtrum ejusdem regionis, in Sueviâ, ſub proprio Comite, ex Familia Dapiferorum in *Waldpurg*. Cùm enim in Joannis extincti A. C. 1403. filiis, tres lineæ cœpiſſent, media *Wolfeciæ* Georgium habuit auctorem, iterumque in duos ramos diviſa eſt, viz. Comitum de *Wolfegg*, atque Comitum *in Zeil*. Illorum ſeries hæc : Georgius Truchſeſſius, qui obiit A. C. 1482. pater fuit Joannis, avus Georgii,

proavus Georgii: quò & Joannà Com. Rappoltsteinâ genitus Jacobus Truchs. *Dn. de Waldpurg* decessit A. C. 1589. Pater ex Joanna Com. Zimmernâ Hentici Com. *in Wolfeck*, qui, ex Maria Jacobe Com. Zollerana, genuit Joannam Euphrosynam (ux. Hugonis Com. Montfortii) Joannem Epist. Constantiensem (qui natus A. C. 1598. obiit A. C. 1644.) Maximilianum Wilibaldum (n. A. C. 1604. maritum Magdalenæ Julianæ Hohenloicæ primùm, inde Isabellæ Claræ Arschottanæ, den. A. C. 1667.) hoc. *Dapiferus ficu Truchsessius in Waldburg, Comites in Wolfeck* &c. E' quibus Maximiliano Wilibaldo, inter alios, natus est Franciscus Eulebius A. C. 1641. Ipse vero Henricus Comes obiit A. C. 1637. Phil. Jac. Spenerus *Theor. eli. Part. II. p.* 38. & 123. V. quoque ejus *Artem Heraldicam Tom. II. Wolfenbuttelium*, V. supra *Gaulfridyum*.

UX.

Uxor, quasi *Unxor*, quòd apud Romanos Sponsa, antequam ædes Mariti ingrederetur, postes januæ laneis vittis ornaret, oleoque, vel, ut Plinius habet *lib.* 28. *cap.* 9. adipe lupino, inunggeret ac oblivit, dein demum limen januæ transiliret, eoque modo in ædes inducereter. Tribus verò modis, apud eosdem, *Uxores* justæ habebantur, *Usu*, nempe matrimonii ratio antiquissima fuit & à raptu Sabinarum initium sumsit: *Confarreatione*, quæ per Pontifices, præsentibus 10. testibus & sacrificii interventu, peragebatur: ac *Coemtione*, quæ certis itidem solemnitatibus peragebatur, sic ut *Uxor* in manum mariti conveniret, essetque in mancipio Mariti ac fieret ejus fua hæres. Atque in hoc Matrimonii ritu, Maritus *Cajus* Uxor *Caja* dicebatur, item Materfamilias, quoniam non in matrimonium solum, sed in familiam quoque Mariti & in sui hæredis locum veniebat, V. Barn. Brissonium *de ritu Nuptiar.* Joh. Rosinum *Antiqq. Rom. lib.* 5. *cap.* 37. & 38. Cœlium Rhodiginum *lib.* 28. *cap.* 17. Thom. Godvynum *Anthol. Rom. lib.* 2. *Sect.* 2. *cap.* 20. ubi quartum modum prioribus addit, nempe *Sortitionem*, ex Suetonio *in vita Tiberii cap.* 35. Alios, & suprà *passim*. Inter fervos verò, non conjugium, fed contubernium fuisse, fimiliter suprà diximus. Apud Athenienses, *Uxorem* doris datio dictio à Concubinis fecernebat, ut in paliatâ Plauti Truculento,

— *Sed, ut inops*
Infamis ne sim, ne mihi hanc Famam differant, me
Germanum meam sororem in Concubinatum *tibi*
Sic sine dote dedisse magis, quàm in Matrimonium.

Neque tamen concubinæ ac pellices omnino ἄτιμοι erant, fed legitimas Uxores imitatæ; νὸθαι, mille illas drachmas, quas è bonis paternis auferebant, ad eum, cui jungebantur, Virum adferebant, V. Sam. Petitum *Comm. in LL. Atticas l.* 6. *Tit.* 2. Primus autem, in ea gente, voigivagam Venerem Cecrops, hinc Διφυὴν dictus, Lege compescuit, & fanxit, ne quis binas nuptias eodem tempore conflitutas haberet, Ἕνα μὴ γαμεῖν μιᾶς γυναικὸς πλείους, Athen. *lib.* 13. cui Legi circa Socratis temperatos videtur derogatum fuisse Pisphisimate, quo, ob virorum penuriam, concedebatur è peregrina feu pellice, domi teneri, παιδοποιΐας, *liberos tollere*, V. Eundem *Tit. prac.* Solonis Lege etiam, eodem Patre natam Sororem *Uterum* habere licuit, ut docet Idem *ibid.* Apud Hebræos, non defuere, qui ex Lege binas *Uxores* Israelitam simul retinere fas non putarent; fed velut Hæreticos hofce explodebant Magistri, Polygamiæ tenaces: Interim monebant, quaternarium *Uxorum* numerum à nemine (præter Regem, cui 18. permittebat) excedendum, cujus rei rationes V. apud Seldenum *Uxor. Ebraic. lib.* 1. *cap.* 9. Et obtinuit numerus hic etiam apud Orientales atque Afros, Christianismum nonnullis abjecto, ut dicimus ex Alcorano *Azoar.* 4. *in Latin.* 8. cùm tamen ipse Muhammedes earum undecim habuerit Lege, quam aliis tulit, teneri impatientes. Cùm verò octo fuerint officia, quibus in Hebræorum Rep. Maritus *Uxori* erat obstrictus, uti dictum suprà in voce *Vir*: quatuor viciffim erant, quibus *Uxor* Marito erat obligata. Primum fuit, *ut opera manuum ejus*, quodlibetcunque officium ejus, *in commodum Mariti ac posteritatem cederet*. Secundum, *ut quotiquoti ei cafu post Nuptias accideret, Mariti fieret*. Tertium, *ut quicquid ipsa ante Nuptias acquisierat, dum superstes fuerit, insuffructibus in Mariti cederet commodum*. Quartum, *atque ut ipse superstes, ea velut hæres, succederet*. In quantum autem *Uxoris* nomen revera induat Sponsa, per verba, ut ajunt, de præsenti, ante Nuptias, disputant Jurisconsulti Theologique, qui Jura tractant conjugalia: quò spectant, quæ præfatus Seldenus *Op. cit. lib.* 2. attulit non pauca. Apud Hebræos certè Benedictio deductioni in thalamum atque ipsis Nuptiis, prævia erat: Annuli quoque usus primus, non in Nuptiis, fed in Sponsalibus, fuit. Corona verò in ipsa deductione adhibebatur: ut & Velamen duplex, alterum, quo Sponsorum capita, ut flammeo, obtegebantur; alterum, quod in ipsa Benedictione nuptiali, velut tentoriolum, eos obumbrabat. Paranymphi porrò aderant, ipsæ binæ minimùm, tum in ipsa deductione, tum in cubili seu thalamo, qui etiam de omnibus ad apparatum lætitiamque nuptialem attinebant, profpexere. Ut de frumenti seu tritici ulu, aliisque Ritibus Nuptialibus, hic nihil addam, ut de quibus in præcedd. prolixè actum. Ab Hebræis ad alios populos, ut multa alia, ita varii quoq; hujusmodi ritus, transierunt. Namque apud Græcos Romanosque, ne reflatione luculentiori careremus Sponsa, præter telles de contractu ac dote adhibitos, acceffere item fæpius convivium folenne, tabellæ legitimæ, munera Sponsalia atque arrhæ: five datæ five missæ, in quibus primarium obtinuit Annulus pronubus; quem ferreum, fine gemma, Sponsæ à Viro datum esse, scribit Jul. Cæs. Scaliger *Poetic. lib.* 3. *cap.* 100. Et ut benedictionum facrarum formulæ apud Hebræos, ita etiam non ea solùm Paganis obiter in usu, verùm etiam & sacra Nuptiis propria fuere. Imò & tertium Nuptiarum apud Romanos genus, quod *Confarreatio* dictum, ex ipsis facris conflabat: cui facrificio nuptiali præerant Pontifex Max. & Flamen Dialis, cujus & Flaminicæ nuptiæ ut hoc ritu fierent, olim neceffe erat. Nec nisi è Patentibus confarreatis nati Flamines rite fiebant. Hinc Plinius *Histor. Natur. lib.* 18. *cap.* 3. *In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat.* Etiam Coëmtioni folenniùs adhiberi facra, quæ ex auspiciis, augurifs, immolationibus oblationibusque conflarent, confuevisse, legimus: Unde *Sacra Nuptialia*, *Sacrificuncula Nuptiarum*, & *Sacramenta Nuptialia* dicta, quæ fic firmabantur, Liv. *lib.* 30. ut de Genio, cui sternebatur lectus: de Diis Conjugalibus, qui in facris his invocari: de immolato à Neogamis, in Hetruria, porco: de Ταμιεδωνίοις, feu facris Nuptiarum præviis, Theffalorum: de Προνυμφίοις reliquorum Græcorum ac Ταμιηλίοις, Junoni, Veneri, Gratiis fieri foliis: de thymiamate facro Mexicanorum, nihil adjungam. Ipfæ, quæ ufu annuo apud Romanos flebant Nuptiæ, fine facris fibi propriis non fuere, teste Arnobio *adv. Gentes lib.* 4. imò & Benedictis plenè conjugalis habetur, apud Juvenalem *Sat.* 2.

Signatæ tabulæ, dictum Feliciter; ingens
Cana fedet; gremio jacuit nova Nupta mariti.

Coronarum fimiliter nuptialium frequens apud Paganos mentio. Στέφη γαμήλια, occurrit in Bionis *Epitaphio Adonid.* & apud Eurip. *in Andide: Turrita corona*, apud Lucanum *Pharsal. lib.* 2. ubi de Martiæ nuptiis: in numno Hadriani Aug. parte altera *Conjugium Aug.* alterâ *M. P. T. nob.* in corona, scriptum habetur. Nec conjectura deeft, duplicem fuisse Sponsæ coronam, ex Val. Flacco, ubi de nuptiis Medeæ & Jasonis, *Argonautic. lib.* 8. Et quidem Bæotarum coronas hujusmodi ex asparago fuisse, Plut. *de Prac. Conjug.* scribit: Alii fisymbrio coronari solitos fponsos, eliciùm ex illo Aristophanis *Avibus*, ubi cùm Epopis dixerat, fuos in hortis pascere alta fesama, myrta, papavera & fisymbria, respondet Euelpis,

Τοῖς δὲ σὺν κόσμῳ ἔστι Νυμφίοις βίος: &c.

Nascente Christianismo, more ritusque Hebraici, ut circa religiosa, ita circa Sponsalia & Nuptias, per annos 30. amplius, post Christi ascensionem, obtinuere. Postquam dein tam à Gentilibus aliquot, quàm à Judæis, Christianismus receptus est, ritus etiam Pagani, quotquot fc. cultui Christiano non adverfarentur, præter Judaicos, ut in aliis, sic in re Matrimoniali, admissi sunt. Proin cùm jure Romano tum paffim Gentes, in quibus Christiani reperti uterentur, Confarreationisque, quod sanctius fuerat Romanis Nuptiarum genus, solennia petita in desuetudinem, etiam inter ipsos Paganos, abirent, Coëmtionis quoque ritus non ita ftrictè observarentur: Christiani vett. omnino confarreationem, quâ ex ipsis Paganorum facris conflabat, rejecterunt, ejus tamen veftigia aliquot retinuere, Coëmtionem eousq; admisere, quo dotis donationisque propter nuptias interventu simpliciter peragi posset: Sponsalibus interim & nuptiis Paganorum, qui poftea Christiani nomen dederat, non refcifis. Inter hæc invento Sponsalium ac Nuptiarum contenendarum formulæ in celebritate facra, quâ & Sponsalia publicè iterari solita, certuntur: uti fimiliter pluribus vidimus fuprà paffim, inprimis ubi de *Nuptiis*, & *Nuptialium Rituum* unoquoque in fpecie. Adjicio faltem, apud Romanos non *Uxorem justam* solùm, fed & *pene justam*, occurrere, apud Suetonium *Vespasiano cap.* 3. *Post uxoris excessum, Cenidem Antonie libertam — dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium: habuitq; etiam Imperator* pænè justæ uxoris loco: qui amplior contubernii nomen. Nempe apud Augustam, qualis Martia concubina Commodi, cui ἀπὸ πάντα γυναῖκα, ὅσα ξδωκε, πλὴν τῆς ψυχῆς, *concesse omnes Augustarum prærogativæ, excepto igne*, apud Herodianum *lib.* 1. id eft, extra quàm quòd ignis five lampas ei non præferebatur, ut Augustæ, qui ritus noriffimus. V. Thood. Marcilium *ad Suetonium*. Apud eosdem, non solùm militum uxores, si qui fortè per illa tempora uxores habuere, fed ne Legatorum quidem, maritos in provincias comitari foliras, idem Suetonius *Octavio* dicet *cap.* 24. *ad antiquum morem nonnulla revocavit, disciplinam fervissimè rexit, ne legatorum quidem uxoribus, nisi gravate, hibernis, demum mensibus, permisit uxorem inter-visere.* Idem apud alias gentes in ufu fuit, quam in rem V. Joh. Levinctum *ad Propertium lib.* 4. *Eleg.* 3. Thom. Dempfterum *Antiqq. lib.* 10. *cap.* 12. Joh. Pafferatium *ad Properium cand. lib.* 2. *Eleg.* 7. & qui *de Militia Rom.* Commentatores edidêrunt. Quod poftea tamen licentiâ temporum, vivo adhuc Augusto (imo ipfius Augusti exemplo, qui

qui in Occidentem atque Orientem ſæpius meavit, comite Livia) mutari cœpit: & magis Tiberii principatu, ut apparet ex relatione Cæcinæ, qui morem priſcum reducendum denuo cenſuit, apud Tacitum *Annalium lib.* 3. Idem docet, de Rectoribus provinciarum loquens, Juvenalis *ſ.* 3.

Si tibi ſanctæ cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen,
Nec per conventus, & cunctæ per oppida curvis
Unguibus ire parat nummos raptura Celæno:
Tunc licet à Pico numeres genus ——

Id verò omni ratione fœdum, quod in eadem gente *ad uxorem inſtituendi mos* inolevit, memoratus Victori in *Claudio II.* ubi, *Claudium*, ait, *plerique putant Gordiano fatum, dum adoleſcens à mutiere matura inſtitueretur ad uxorem*, de quo V. nonnulla apud Salmaſium *Not. ad Trebellium Poll. in Claudio*, & *ad Martialis illud*,

Ergo Suburanæ tironem tradis magiſtræ,
Illa virum factæ, non bene Virgo docet &c.

De more *commutandi Uxores*, in Hibernia olim uſitato, V. Lanfrancum Arch. Cantuar. *in Epiſt.* ad Gothricum Hiberniæ Regem: de *more eas à conviviis arcendi*, quem Græci, vel *admittendi*, quem Perſæ olim Romanique, tenuere: de *more illas permittendi ſaudomilas ivesq;* aliis, apud Romanos itidem recepto; eaſdem *ſubhaſtandi*, apud Thraces olim, memorato *Solino c.* 10. &c. Porrò de *Uxorum commutione*, apud varias gentes hæreticoſque hic paſſim, V. quoque Clar. Suicerum *Theſaurum Eccl. voce Uxor*, adde Seldenum ſuperiùs laudatum, *de Jure Nat. & Gentium juxta Diſcipl. Ebræor. lib.* 5. *toto*, inprimis *c.* 7. ubi *de Concubinæ & Uxoris nomine.*

Uxorius, inter poëmata Gordiani Sen. Imp. memoratur Capitolino *in Gordianis*, *Adoleſcens cùm eſſet — poëmata ſcripſit — & cunctà illa, quæ Cicero ex Demetrio & Arato, & Alcyonas & Uxorium & Nilum: quæ quidem ad hos ſcripſit, ut Ciceronis poëmata nimis antiqua viderentur.* Ubi *Uxorium*, Comœdiæ epigraphen, quàm elegiæ, ut Servius Ciceronis poëmata vocat, in *I. Ecl.* magis ſapere, quemadmodum apud Græcos Amphis, Alexis, alii Comici, Γυναικογαμίαν vel Γυναικαγοντίαν ediderunt, notat Caſaubonus.

V Z.

Uzbeckia, V. ſuprà *Usbeckia.*

Uzeda, nomen illuſtris in Hiſpania Familiæ, cum tit. Ducque ramus eſt Sandovallæ Stirpis. In hujus enim linea Lermenſi Didacus Gomeſius primus titulo *Comitis de Caſtrogeriz* à Joanne II. Rege mactatus, A. C. 1426. alter ejuſdem nominis primus *Adarobio de Denia*, A. C. 1484. hujuſque filius Bernardus primus *Comes de Lerma*, creatus eſt. Illo genitus Ludovicus, pater fuit Franciſci; cujus fil. Franciſcus Gomeſius *Ducis Lermæ* axioma, à Philippo II. obtentum, domui intulit, A. C. 1599. Nec hîc ſubſtitit Regia clementia; quippe quâ filius hujus Chriſtophorus *de Sandoval & Roxas, Ducis de Uzeda* titulum accepit. Junxit autem is ſibi Mariannam Manriciam de Padilla, & ex ea ſuſcepit Franciſcum Duc. *de Cea*, quo, & Felicia Henrici, genitus eſt Chriſtophorus II. (A. C. 1615.) frater Mariannæ, quiambo nominis *de Sandoval & Roxas*, Ducci ſunt *de Lerma, Uzeda & Cea.* Phil. Jac. Spenerus *Theatro Nobilit. Europ. Parte II. pag.* 18. V. quoque eum *Arte Heraldica Tom. II.* & ſuprà ubi de Familia *Sandovallia.*



X. Adde:

X. XA XA XE

X.

adde: Apud Latinos Claudii Imp. uti &. apud Græcos Palamedis inventum fertur. Pro Ch. occurrit in nummo Ludovici Pii Imp. XRISTIANA RELIGIO. uti videre est, apud Car. du Fresne *Glossar.* V. quoque supra, sibi de Christi *Monogrammate*, inde enim illud X. arcessendum omnino.

X A.

Xaires Topa Inca, ultimus Incarum, qui Peruviæ olim in America dominati, Philippo II. Hispaniarum R. se submisit, A. C. 1557. Georg. Hornius *Orbe Imper. cum Animadversion.* l. Joach. Fellerí *pag.* 487. V. & supra, ubi de *Incarum Imperio*.

Xanthica, festum Macedonum, de quo V. supra ubi *de Canem fecandi* ritu.

Xanthus, equus Achillis, adde: Cum Balio, altero ejusdem Heroïs equo, Podargen, ex Harpyiis unam, matrem habuit. Ita enim Homerus *Il.* τ.

Ξανθέ τε καὶ Βαλίε, πολεμάλυτοι τέκος Πηδάσοιο.

Nomen à colore. *Flavus* autem ξανθὸς est, quod cum gilvo quidem confundere videtur Galenus *De Sanit. tuenda lib.* 5. Οἷ ὁ ἐπικρατῶν πυθὼ κιρρὸν καλεῖν, φύσιν δ' αὐ τῷ ξανθὸν ὀνομάζειν αὐτὸν. *Quem* (vini colorem) *fere Hippocrates gilvum appellavit, possis etiam vocare flavum.* Idem vero gilvum esse flavo distius, apertè docet, vinum album, cùm veteraverit, semper fieri κιρρότερον, *gilvius*, & tandem etiam ξανθὸν, *flavum*, scribens *Comment. in Hippocr.* Ob hanc tamen affinitatem gilvus Germanicè *falb*, Gall. *fauve*, quod maximè ad *flavum* accedat, dicitur. Hujus a. coloris fuisse Nisæos in Media equos, tanti apud Persas nominis, Phavorinus refert, Νισαῖοι ἵππων. ὃ ἐστι ξανθὸς· ἡ γὰρ Νίσαια πᾶσαν τὴν ἰωνικὴν ξανθὴν ἴχει. Sed, ut in vino, ita in equis, gilvus à flavo differt. Unde Apocal. *cap.* 6. *vers.* 18. ἵππος χλωρὸς, videtur esse *gilvus equus*. Ibi n. χλωρὸς, ut passim, pro ὠχρῷ conflatur autem hic color, λευκὸν ξανθῷ μιγνυμένου, *cùm flavo misceatur album*, ut in *Timæo* docet Plato. V. Dan. Bochartum *Hierozoïci Parte prior. lib. II. cap.* 7. ubi *de sex equorum coloribus*, in Zacharia *cap.* 1. *versu* 8. adde Salmasium *ad Solinum* passim, inprimis *pag.* 1154. & 1155. ubi ξανθὸν idem cum rufo dilutiore, adeoque vicinum τῷ πυῤῥῷ, & à quibusdam intra πυῤῥὸν, sed & à nonnullis supra ponì, ait.

Xarandilla, adde: Sub proprio Domino, ex familia Lusitaniæ Regum. Johannes enim *de Portugallia*, Dux Bragantinus, ex Catharina *de Portugallia*, genuit Eduardum, Marchionem *de Fichilla*, qui, ductâ Beatrice Toletanâ March. *de Xarandilla*, Marchionatum hunc in suam familiam intulit: Pater Ferdinandi Alvari *de Toledo Portugal Mouroy Ayala M. de Fichilla & Xarandilla*; cui ex Mencia Pimentellia natus Eduardus Alvarus Toletanus Dux de Oropesa, suscepit ex Anna de Zuniga Modica *de Cordoba Pimentel Com. d' Alcaudete*, Manuelem Joachimum Alvarum Toletanum, Marchionem *de Xarandilla*. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Tom. III. pag.* 74. de Famil. autem Portugallica, V. Eundem *Tom. IV.*

Xaverius Franciscus, primus Provincialis Indiæ ab Ignatio Loiola, Jesuitici Ordinis Auctore, præpositus: ficut idem primum Provincialem Lusitaniæ præposuit Simonem Rodericjum; Hispaniæ, Antonium Araozium Cantabrum; Italiæ Jacobum Laynem; Germaniæ, Petrum Canisium &c. nobilis fuit Cantaber, qui, postquam aliquandiu Loyolæ Societatem novam molientis infirmitate irrisisset, tandem secundus à Patre Alboro, illi se fœdere ac unitatorem junxit: quos dein sequuti funt, Jacobus Laynes Seguntinus, Alfonsus Salmeron Toletanus, Nicolaus Bobadilia Placentinus, Simon Roderigius Lusitanus; & post aliquanto, Claudius Jajus Gebennensis, Johannes Coudurius Eb. edunensis & Pascha sius Broëtius Ambianensis, Fabri præcipuè monitis permoti. Cùm itaque, mox à principio Ordinis confirmari, A. C. 1540. Petrus Mazarenius, Johannis Lusitaniæ R. Romæ Legatus à Papa, Regis sui nomine peteret, ut ex decem Ignatii sociis prædictis, aliquot, promulgandi Evangelii gratiâ, in Indiam mitterentur: missi sunt ex illis duo, Franc. *Xaverius* Navariensis & Simon Rodericus Lusitanus, qui cùm in Lusitaniam adpulissent, mox Xaverio India destinata, Rodericus autem in Lusitania retentus est. *Xaverius* igitur A. C. 1541. cum Indiæ Præfecto Martino Alphonso Sosa, & itineris comite è sua Societate Italo, nomine Paulo, in Indiam profectus, eò pervenit Majo mense A. C. 1542. & Goæ aliquandiu verfatus, in eam inde oram discessit, quæ vulgò *Comorini capus* dicitur, ab Urbe Goa 100. m. p. atque hinc in alia quoque regna provinciasque transiit. Secuti eum postea alii quamplurimi periculosis navigationibus, & novas has insulas ad Romanos ritus pertraxerunt, ubi etiam multa ab iis edita miracula Japonicæ ac Indicæ eorum literæ referunt: de quibus tamen dubitant ex ipsorummet communione Viri cordati, V. Franc. de Victore, *Relect. 3. Prop.* 5. Acosta m *libro* 6. de *Procur. Sal. & cap.* 4. & *alibi*, Andr. Vegam *Opuscul. de Fide & Operibus quæst.* 3. Alios. Ipse Xaverius *lib.* 3. *Epist.* 5. scribit: *Sinus linguam adhuc rudem Japonicam: non dubito, quin plurimi fierent Christiani. Facile Deus, ut eam brevi adiscamus. Tum demum aliquam Christianæ rei navabimus operam. Nam nunc quidem inter eos, tanquam mutæ statuæ, versamur. Multa enim illi de nobis & dicunt & agitant, ad quæ nos obmutescimus, pauci ipsorum sermonis ignari.* Interim magnâ famâ is in iis locis verfatus, post egregiam Romanæ fedi navaram operam, *Indorum Apostoli* elogium tulit, Sanctorumque albo accessit, sub Gregorio XV. V. Vitam ejus, & Ludovicum Lucium *Fastor. Jesuit. passim.*

Xanxes, filius Pharegmanis, pater Ruffini Leontiique, quorum in Africa contra Mauros virtutem prædicat Procopius Cæsareensis *Historiæ Vandalicæ lib.* 2.

X E.

Xebos, pisces genus, quod in Croceo Sinici Imperii flumine, prope solam civ. Padre, reperitur, à *lapidois* in cute *maculis* nonnen habet, magnoque apud epulones in pretio est. Auctor Anonymus *Sinæ & Europæ c.* 42. quod est *de Piscibus*.

Xenajas, cogn. *Philoxenus*, Monachus Syrus, Hæreticus non baptizatus, Hierapolis Episcopus conftitutus à Petro Gnapheo, magnas deditæ turbas effecitque ut Flavianus Episc. Antiochiæ, quòd Concilio Chalcedonensi anathema dicere recusaret, solum vertere Anastasii Imp. jussu cogeretur, Evagrius *l.* 3. *c.* 31. & 32. V. quoque Nicephorum Callisti *lib.* 10. *cap.* 27.

Xenia, adde: Apud vett. Græcos, unde vocis usus ad alios transiit, τὰ ξένια seu ξενίων δῶρα, dicebantur dona hospitibus abituientibus dari solita, partim memoriæ ergò, partim viatici loco, qua de re V. latiùs supra, ubi de *Hospitibus*. Eo nomine titulo; insignem volum esse Martialis Epigrammatum fuorum *lib.* 13. quemadmodum *lib. 14. Apophoreta* inscripsit: ubi Scholiastes, *Xenia*, inquit, *dicta, quod vox ξένια, id est, hospitiales, nec non amicis, apponebantur mixebantur ve: quæ cùm Pictores tabellis, Poeta carminibus imitatus est. Apophoreta verò erant dona, quæ in Saturnalibus dabantur convivis domum ferenda.* Ipse de fuis *Xeniis*, Lectorem fic alloquitur *Epigr.* 3.

> *Omnis in hoc gratâ Xenioram turba libello*
> *Conflabit nummis quatuor empta tibi.*
> *Quatuor est nimium, poterit constare duobus,*
> *Et facies lucrum Rhodopola Typhon.*
> *Hæc licet hospitibus pro munere dissilus mittas,*
> *Si tibi tam varus, quàm mihi nummus erit.*
> *Additur pretium tibi sua nomina rebus habebis:*
> *Præterea, si quid non facit ad stomachum.*

Neque verò solùm abeuntes hospites *Xeniis* suis profequebantur Græci, sed humaniores quandoque apud ipsos morabantur, ac munificè tractabant, in peculiaribus cubiculis ad id destinatis, quæ ξενῶνες dixere, uti discimus ex Eurip. *Alcest.* ubi cum Hercules veniffet in Admeti ædes funere tum mœstas, indeq; mox discessum pararet, rogavit ipsum Admetus, ne id faceret, dicens,

> Χωρεῖς ξένωνας ἐκτὸς, οὓς ὁ δυσπότμου
> Θεσσαλὸς Xenones *sunt, in quos introducunt te.*

Imò & menfas eosdem habuisse peculiares, iisque solos accubuisse, videtur docere idem Poeta, apud quem in *Electra vers.* 849. Orestes, cùm Athenis degeret, ait:

> — ξένια μονογενῆ μοι
> Πικρὰν ἐν οἴκοις, &c.

V. Franc. Rossæum *Archæolog. Attic. l.* 6. *c.* 8. Apud recentioris ævi Scriptores, prisca notione exutâ, præstationem muneris vice vox denotare cœpit, cujusmodi *Xenia* ab Episcopis exigi solita, docet Domin. Macer *Hierolexico*, in vocibus *Cathedraticum, Insinuativum, Pallelium & Synodaticum*. A Clericis quoque soluta Ecclesiis, habes apud eundem: ut ab utrisque id, quod *Embroniticum* dictum. V. quoque Car. du Freine *Glossar.* in vocibus *Donum, Exennium*, nec non *Dissert. ad Joinvillam p.* 154. & quæ hanc in rem jam diximus.

Xenias, ædes. Meminit ejus Suidas in voce Ξένος. Julius Pollux *Onomast. lib. 1. cap. 1. num. 23.* Plut. *lib. de Exilio,* Ἴσως δὲ καὶ τοῦτον ἡμῖν ὁ μῦθος ἐρεῖ. *Ipsis Hospitalis honores multi ac magni.* & in Ερωτ. Ξένιον ἢ ἑκτῆσθαι δόκιμον ἢ Ξένιον· ὑπακούειν Κελεύουσι Ζεὺς, *Hospitium & supplicum injurias Hospitalis Jupiter audis vindex.* Servius inprimis Honoratus ad *Virgil. loc. cit. Lycaon cum hospites suscepros necavit, & suspito Jove, pejiquam ei epulas humanas appo-suit, versus in lupum, ostendit hospitibus jura non esse violanda.* Græci vir Ξένιος Δίος, id est, Jovem Hospitalem, appellant. Sic M. Cicero *de finibus bonor. & mal. lib. 4. Jovem tum Optimum & Maximum dicimus, cum, eundem Salutarem, Hospitalem, Statorem hoc intelligi voluimus, salutem hominum in ejus esse tutela.* Et hoc *Hospitalis* cognomentum Romanis fuit ufitatiffimum. Cultus ejus quam fuerit antiquus, doceant ifta Homeri verba *Odyff. 9. v. 270.*

Ζεὺς δ' ἐπιπέμπεται ἐκτὸς τ' ἐξίνου τε
Ξείνῳ, ὃς ξείνοιο μάλ' ἀθέμιτα ἐπράδῃ.
Jupiter ultor eft fupplicum, & hospitum,
Hospitalis, qui hospitibus fuam verecundiam opitulatur.

Ad quem locum V. Euftathium, & plura hanc in rem, apud Thom. Dempfterum *Paralipom. ad Rofinum l. 2. c. 5. & fupra.*

Χενοδόκιον, Græcis Ξενοδοχεῖον, locus eft ὅπου κοινὸν ὑποδέχεται τοὺς ξένους κρατούμενόν τε, *can.* 10. Concil. Chalced. in *Collect. Conftitut. Eccl. ex lib. 1. Cod. tit. 2. num. 15.* alibique memoratus, ubi à Μακεδόνων ῥιζοῦσθαι τὸ χενοδόκιον, *in Martyris alicujus honorem & memoriam ædificato; Theodoretus, nbi pauperes aluntur, & Necessario-rum, ubi ægri curantur* diftinguitur. Proprie enim *hospitium* eft difpenditque ipfum etymon innuit, inferviit *Xenodochium*, quæ vox occurrit apud Auguftinum *in Joannem Tract. 97. Xenodochia & Monafteria poftea funt appellata novis nominibus, res tamen ipfæ & ante nomina fua erant, & religionis veritate firmantur.* Ξενῶν vocatur Chryfoftomo *Homil. in Actа* 45. Καταγώγιον ἢ ξένων, Bafilio *Epiff. 271.* in vet. Gloffis, *Hofpitalium.* Idem Chryfoftomus κελεύει τὰ Χενοδοκεῖα, *Cellulam Chriſti* appellat, & locum fuiffe ab Ecte facra fegregatum, ac antiquitus fubterraneum, docet *d. l. H εἰκὼν αὐτὸ τῆς ἀρχῆς δηλοῖ. Καὶ πρότερον ἦν ἡ σπήλη, ἐν ἀνάβασι, Hæc cellula Chriſti eſt: domus ifta ei fegregata eſt. Eſtanſit fubterraneum fit ac vile, non deſpicit.* Cujusmodi pro peregrinis loca primus extruxiffe dicitur Hierofolymis Hyrcanus Judæorum Rex, uti legimus apud Joſephum *Antiqq. lib. 1. c. 2.* Hegeſippum *lib. 1.* & Iſidorum in *Origin. lib. 15. cap. 2.* Inftitutum hoc poftmodum Chriftianis Impp. certatim fequutis: ad quorum æmulationem ipſe quoque Juſtinus *Xenodochia*, ubi inopes fine diſcrimine ætatis, ex ærario, juſſit curari, teſte Theophane *in Chronographia.* Inprimis vero hac in re laudanda diligentia Equitum Ordinis S. Joannis, qui etiam nomen inde habent, uti pluribus videre eſt apud Dominic. Macrum *Apolog. ad calumn. Hieronymi Brunſvic.* Primum autem *Xenodochium* CPoli à S. Zotico conditum, habetur *in Conſtitut. Lenonis Imp.* In Italia, poſt Barbaros paſſos, primum Senis extructum à Sorore A. C. 898. legas apud eundem Macrum in *Heterodoxo*, ubi *Hoſpitale de Scheda* id appellatum, addit &c. Sed & latius vox extenſa, ut etiam Πανδοχεῖα, uti videre eſt ex iis, quæ modò de Juliano diximus; item Νοσοκομεῖα, uti apud Suidam voce Ξενῶν, comprehendat. Sed & *Xenodochii* nomine venire *Hoſpitium Religioſorum, ubi non habetur formatum Monaſterium*, eidem Macro notatum eſt. Qui verò *Xenodochiis* præerant, *Xenodochi* dicuntur Gregorio M. *in Regiſt. lib. 3. Epiſt. 24.* Sic Iſidorus Presbyter *Xenodochus Alexandrinæ Eccl.* vocatur Palladio *in Lauſiaca c.* 1. &c.

Xenoparochus, Græce Ξενοπάροχος, qui publico nomine hoſpites ſeu peregrinos curare, ſuſtentare Arcadio iit. *de muner. l. munerum, Tabularii*, vel *Xenoparochi nis in quibusdam civitatibus.* Idem ferè cum Parocho, præbente ligna falemque, ut ait Horatius *lib. Sermon. 1.* Quod officium penès Romanos Quæſtoris Urbani fuiſſe, legas apud Dominicum & Car. *Manros, quo ab ei-dem nihil agebatur folennibus ; unde Regibus & Legatis, ex ultimis terrarum regionibus miſſorum profectis, publicum hoſpitium & munera, quæ Latinis diebantur — large & hoſpitaliter erogabantur.* Idem de aliis quoque gentibus. *Germanis* verò, pergunt, *hoſpitii jus ſanctiſſimum erat, adeò erat, ut arcere hoſpites inexpiabile nefas haberetur. Idem ſervatum fuit inter Lucanos, Calabros, Cornibios, Megarenſes & alios.* Cùm contrà Ægyptii, Athenienſes, Carthaginenſes, Gampſantes, Lacedæmonii, Scythotauri, Syri, in peregrinos minùs æqui fuiſſe legantur: Apud Indos quoque nemini peregrino ultra triduum morari licuerit, ne cives longo uſu diffimiles mores imbiberet, & in alienas leges ritusque transiret, qua de re multa habes apud Alexandrum ab Alex. *Genialium Dier. l. 4. c. 10.* V. quoq. ſupra, ubi de *Hoſpitibus & Peregrinis.*

Xeques, titulus dignitatis apud Arabes, V. ſupra *Alsheich.*

Xera, Græcis hodiernis nupes eſt ſeu ſcopulus, item fabulum ſub aqua, uti *Niſaki* feu *Niſopolo*, parvum Inſulam ſeu neſida appellant. Jac. Sponius *Itiner. part. 1. p. 151.* Ex Ξήρα, pro ξηρὸς, de quo V. Salmaſium *Not. ad Baſilium Polliotis*, & *ad Severum Spartiani.* Eſt autem ξηρὸς, proprie *ſiccus*, hinc *ſolus*, ut ξηρὸν ἄνθρωπον *ſolus pauvis*, ſicut *ſicca voluptas*, apud Capitolinum *in Maximinis: ξηρὸς τῶν ſola & mera carnima*; qua de re V. *Notas* Salmaſii *ad Capitol.* & Suicerum *Theſaurus Eccl.* voce Ξηρὸς, ubi τῷ ξηρῷ τῶν λέξεων ἐκλυόμενον, apud Athanaſium *de communi Eſſ. trium Perſonar. Tom. 1. pag. 235. ad Matth. cap. 12.* ». 31. exponit, *nuda literæ adhærere.* Porrò, homo nexu propoſiti & cedere neſcius, apud Diogenianum, qua de notione V. eundem Salmaſium *Not. ad Alexandrum Sev. Lampridii*, ut & ſuprà, vocibus Ἀσὺς *rox*, item *Retortidas*, & *Siccus.*

Xerampelinus, Græcè ξηραμπελινὸς, coloris nonem, apud vet. Scholiaſten Juvenalis, ubi cum, inter coccinum & muricem fuiſſe, feribit; alii autem facuum, eo quòd Suidas *Atrebaticis veſtibus* illum tribuit, quas ab *atra* colore dictas cenſeat perperam. Sed ex etymo res expeditu facilis. Uti enim ὑμπελινὰ dicuntur, quæ *viridia* adhuc *vitium* folia; ſic ξηραμπελινὰ, quæ *ſicca* jam & *arida* imitantur. Salmaſius ad *Solinum pag.* 1072. V. quoque eum *Not. ad Treb. Pollionem in Gallienis.*

Xerolophum, locus CPoli celebris, apud Juſtinianum 4. *Inſtit. illud. de publicis Jud. Admonet nos epigramma in Xerolopho ſcriptum.* Sed hoc vocabulum, Alciato hic corruptum, pro tumulo à Suidæ pontifice, ex conjectis lapidibus facto. Tripodes in eo fuiſſe, in quibus epigrammata ſolerent ſcribi, Priſcianus auctor eſt, apud Joh. Calvinum *Lexic. Jurid.*

Xeron, in Tab. *Itiner.* quæ à Peutingero nomen habet, ubi iter C opto Berenicen deſcribitur, manſio in Arabico Sinu, quæ *Arſiloris* dicitur in vet. *Itinerario* à loci ariditate forte dicta. Salmaſius ad *Solinum p.* 1184.

Xerophagia, apud Tertullianum *adv. Pſychicos, Saginentur pſychici & pinſe Olympici: illis ambitio corporis, quibus Deus ne-ceſſaria: & tamen illi quoq,* Xerophagiis *involuentur* : ex Græco ξηροφαγία : non jentaculum eſt, in quo ſico pane etiam Principes olim viri utebantur, quem *buccam* vocabant, unde *buccellatus panis*, qui ante *nauticus*, vulgò *biſcoctus*, Græcis ξηρὸς ἄρτος, appellatus, de quo V. Caſaubonum *ad Octavium Suetonii cap. 76.* Sed plus aliquid, ratio nempe veſcendi Athletis olim præſcripta, qui carnis tantùm pulpam *ficcam* & aridam, nullis jurulentiis ebiandtam, edere tenebantur, ut globuſius corpus evaderet, quemadmodum pluribus ſuprà dictumus, ubi de *Arida Xerophagione*, uti hanc ξηροφαγίαν idem Tertullianus *in Pallio* vocat, item voce *Colephia*. Ab Athletis tranſiit poſtmodum vox ad Chriſtianos Afceras, qui non ſolùm ab omnibus carnis ſeitamentis, & pomis ſuci vinoſioris, ſed & carne in totum, vino etiam (quod tamen & Athletæ nonnunquam faciebant) abſtinere, quoties jejunarent, ſolitì fuit. Et quidem διὰ πάσης τῆς τεσσαρακοστῆς νηστείας, ξηροφαγίαν, *Quorsi tutem quadrageſimam* jejunio, *aridis veſcentes*, ſanctio eſt Concilii Laodicæni can. 50. Ubi Sabbatha & dies Dominicos excipiendos, notat Balſamon. Neq; verò in Quadrageſima ſolùm, ſed etiam *quarta & ſexta feria* oportere ξηροφαγεῖν, adeò ut ne ægrotis aliud, quàm pifces, adminiſtrare fas ſit, etiam in vitæ periculo, habet idem ad *can. 69. Apoſtolic.* Porrò, ſex diebus majoris hebdomadæ ξηροφαγίαν Chriſtianis ſuiſſe imperatam, habes apud Epiphanium *in Compendio Doctr. Cathol.* Quam in rem V. plura apud Cl. Suicerum *Theſauro Eccl.* voce ξηροφαγία, ubi inter alia *omophagiam* Caſſiano, ex Græco ὠμοφαγία (quod *rerum crudarum & igne non emollitarum uſum* notat) hanc veſcendi rationem appellari, addit.

XI.

Xiphiana Venatio, apud viz. ingentis, teſtis, roſtro, *dente* (quem non male ξίφος dicas) metuendi, qui, cùm Cappadociam aliquandiu vaſtaſſet, à Conſtantio Aug. ſuperatus occiſusque eſt, exhibetur in hujus Imp. Sapphiro eximia, quam Marquardus Freherus erudito *Commentario* expoſuit, uti ſimilius ſuprà, voce *Sapphirus.* Nempe & ὀξυφώνιον gloriam etiam Principes viri, & veriſſimilis jam temporibus affectanunt. Unde Gregorius Naz. *Orat. 1. in Julianum Imp.* (quem Conſtantius hic Cæſarem fecit ſucceſſoremque habuit) ubi ad imaginum illam & ſtatuarum ambitionem venit, in quibus ipſi Principes adorari gauderent, ait, *Imaginibus illis alios aliud quid Imperatorum appingere ſolere: hos quidem civitates clariores dona ferentes ; alios autem Victorias ſerea capiti imponentes ; nonnullos militia præfectos eos admirantes ; quadam Barbarorum ipſi coronas & pedibus provolutas — ſeu ea caſorum figuras : ſi dii* (addit denique) ὀξυφώνιον & ἄγκυλα. V. quoq; ſuprà ubi de *Aporum Venatione.* Alias *Xiphias*, Italice *Peſce ſpada*, piſcis eſt, delphinis magnitudini non impar; mediocres enim duodecim cireiter palmos in longitudine æquant: dentibus caret, quorum loco *gladium* oblongum in fronte geſtat, oculi funt orbiculati & modicè capiti immiſſi, branchiæ quatuor, juxta quas dux pinnæ, tertia in dorſo, quarta in ventre, aliis aliquanto amplior. Porrò corpore ſeu pelle glabrâ & levi, in cujus medio, inſtar aliorum piſcium, gracilis eſt; ventre argenteus & fulgidus eſt, tergum modice nigreſcit ſplendetq;. Tantæ docilitatis Kirchero, ut linguam Græcam ab Italica diſcernere cum dicat : unde certo cantilenæ genere è ſubaqueis antris à piſcatoribus allectus ipſorum præda evadit, quod Auctor hic αὐτόπτης A. C. 1638. dum fretum Mamertinum trajiceret, die 17. Maji, teſtatur *in Muſurgia.* Ejus roſtra ſeu gladii, unde illi nomen, duo aſſervantur in *Muſæo* ejuſdem Auctoris, qui, ſemipalmum lati, in longitudine fere quinque palmos adæquant. Georg. de Scpibus *in Colleg. Rom. S. J. Muſæo pag.* 24.

Salmasius ξύλα cuniculum interpretatur, & de ejus usu, si fructus concisi ac saltim, qua voce integrum piscem intellexit Plinius, deque accipere & apro ξυλα, varia habet, ad Solinum pag. 1317. uti de ξυλῳ, herbæ nomine, i. gladiolo, p. 999. & 1225. V. quoque de Xiphia infra, Vossium de orig. & progr. Idolol. lib. 4. c. 10. & 27. Ab eodem themate ἀξυλωσις, faltationis genus cum ensis, memoratur Jul. Cæs. Scaligero Poetices l. 1. c. 18.

Xylusthrus, Alexandro Polyhistori & Abydeno diluvii universalis historiam narrantibus, Noë dicitur, ut est apud B. Cyrillum contra Julianum asseverans l. 1. sub init. ubi addit, Assyriam sibi vocem videri. Nec sine ratione, quandoquidem vicina vox זית Zaiz, unde מזרזות Mezarzi, id est, pestis, limen Deuteron. cap. 6. versu 9. A זרז autem vel ים, quatenus postis vel liminis habet significationem, per ωσαβώνως fuerit *Xisuthrus*: atque ita dictus sit Noë, tanquam postis sive limen, vel janua, h. e. primordium omnium, qui ab diluvio fuere, sunt vel erunt. V. Ger. Joh. Vossium de Idolol. lib. 1. cap. 18. & P. Megerlinum in Tab. Chronol. Hinc & Romani, quia alterum initium generis humani erat, eidem, sub Jani nomine, initia rerum dicarunt: unde & initio ædium *Janus* nomen datum, & mensium initium *Januarii* nomen accepit. Idem *Ibidem.*

XY.

Xylaloë, Græcè ξυλαλόη, est aloës odoratæ lignum, seu arbor aloës, quæ alias *agallochum*, item *arbor Paradisi*, ab excellenti odore, dicitur, uti videmus suprà: neutiquam proin cum aloë σφαλάκη seu medicamentaria, quæ herba est, confundenda, quod Suidas, Geographus Arabs, aliique fecerunt. Magna ejus copia in Regno Tunquinensi, quinta in ligni hujus, ut & reticuli, commercio, maxima divitiarum pars consistit. Sed duplex illud, alterum succi plenum, quod pretiosissimum, cujusque proin libra mille Imperialibus constat; alterum exsuccum & humore omni carens, quod vix tres Imperiales valet. Illius ingens æstimatio ac usus est, apud Muhammedanos omnes, illos inprimis qui barbam promittunt, Turcas viz. Arabesque: qui, cùm sese mutuò invisunt, nihil antiquius habent quam ut fruitulo ligni aliquantulum madefacto in aeternum conjecto odorem excitent fragantissimum, quo barbas illi fussumgant, id beneficium Dei, fublatis in cœlum manibus, & verbis *Ethemet Illahh*, h. e. gratiæ Deo, venerati. Illud verò ad ferinia fere tantùm cistulasque, vel etiam grana, quæ de collo fuspendunt, inde confici enda, adhibetur. Quam in rem V. plura apud Joh. Baptistam Tavernier *Relat. nouv. du Royaume du Tunquin chap. 4.* ubi inter alia, postquam Joannes IV. ad Regnum Portugalliæ evectus esset A. C. 1640. Vice Regem, qui alia munera, quibus animum Japonensium Monarchæ sus genti propriare conatus est, fruitum *Xylaloës* laudatissime 6. pedes longum & 2. crassum ei obtulisse, memorat.

Xylinum, Iana Ægyptia ex arbore vel fructice gossypio. Plin. lib. 19. cap. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem alii gossipion vocant, pinres Xylon & inde fatta Xylina.* Nempe ξύλον, per antonomasiam vocata hac arbor, i. *lignum*, alias ἐριόξυλον, q. *lignum lanigerum*, de cujus fructu V. plura suprà, voce *Bombax*, item *Gossypium*. Et certè ξύλον pro *arbore* in Codd. N. T. occurrit Apocal. cap. 22. versu 2. & passim apud Græcos V. T. Inteipretes Apud Scriptores Ecclesiasticos equuleum notat non fimel, feu nervum, quo posteriore significatu vocem ξύλον exponit, Actor. cap. 16 versu 24. Cl. Suicerus. V. suprà ubi de *Ligno*, & *Nervo*. Hodie Græcis sic dicitur lignum instrumentum, quo ad cortus sarcos convocandos, loco tintinnabuli seu campanæ, utuntur, ὃ σημαντήριον nuncupant, magister, propriè χειροτέχνης, quod manibus teneatur, iisq; pulsetur; ad differentiam alterius magni, quod μέγα σήμαντρον appellant. Meminit ejus Theodoretus Petrorum Episc in *Vita* Theodori Achimardi. & prolixè describit L. Allatius de Templis. *Epist.* 1. V. quoque suprà, voce *Simandrum*.

Xylobalsamum, proprie lignum balsami arboris, seu potius furculi ac farmenta, quæ à balsamo arbore amputabantur, ac quòd impendio odorata erant, cato quoque vendebantur. Plin. lib. 12. cap. 25. *Et farmenta quoq; in merce sunt.* DCC. *festertii amputatio ipsa furculis, vaniere intra quinum deviêta annum.* Xylobalsamum vocatur, & *cupressum in unguentis* &c. quem locum eruditè Salmasius explicat *Exercitat. Plin. ad Solinum p.* 582. Uti verò *Xylobalsamum* de ligno; Sic *opobalsamum* de succo, at de ipsa arbore *balsamum* dicitur proprie, V. suprà, vocibus *Balsamum*, & *Opobalsamum*: præter hæc autem & cortex, & pomum vectigalia fuere. Salmasius *ibid.* At *Xylocinnamomum*, Græcè ξυλοκιννάμωμον, non lignum cinnamomi est fed lignetum cinnamomum & ξυλάδες. Nempe verum cinnamomum in parvis ac tenuibus furculis cernebatur, fed *Xylocinnamomum* virgultis erat longioribus ac robustioribus: Uti *Xylocasia* quoque dicebatur casia crassiori & lignosiori cortice, ἡ ξυλώδης ἡ ξυλικὴ, casia *xylica*, unde *fallchab* factum, quo hujusmodi cafiam Arabes appellant. Fuit tamen & fuum *Xylocinnamomo* pretium, fc. in libras XX. Plin. lib. 12. cap. 19. Quam in rem V. Salmasium ad *Solinum* pag. 682. 1074. 1306. alibique passim, ubi & de *Xylochia* Vett. quod illi idem cum ligno odorato *Haua* Arabibus hodie dicto: de *Xylolibano*, virgultis viz. & farmentis thuris arboris, aliisque huc pertinentibus, inprimis varia de voci Ξ An acceptionibus, apud Herbariæ Rei Scriptores.

Xylocrotalia, hodiernis Græcis fruchus arboris vocatur, filiquas ferentis, quibus Filius prodigus eluricntem stomachi placare conatus est, uti in historia ejus legimus, Lucæ cap. 15. unjusmodi arbores circa Megaram observasse le, memorat Gl. Sapinius *Itinerar. Part.* 2. p. 282. V. suprà voce *Carat.um*, item *Siliqua*, & plura de hoc fructu, apud Salmasium ad *Solinum pag.* 459. & *segq.* ubi ξυλόκερως quoq; hæc κερὰτια dicta, inter alia affert.

Xylochartia, Græcè ξυλοχάρτια, apud Eustathium τὰ παχέα λίαν ad Od. φ. quasi lignea chartæ, appellantur Græcis recentiores. hæ, chartæ è papyro, ad differentiam chartarum, ex linteis concerptis & contusis parari solitarum, quarum sam tum fusse apud Græcos usus videtur, quum abolitus esset charturam è papyro texendarum modus. Papyrum autem ξύλον, *Lignum*, vocabant. Cassiodorus de papyro, *Surgit Nilotica sylva nascitq; quæ vacuitate plena, plenitudine vacua, bibula teneritudo, spongeum lignum.* V. Salmasium *Not. ad Vopiscum in Firmo.* Apud eundem, ξυλογλυφίαι Græcis inferioris ævi appellari laquearia picta & cælata, legimus *Exercitat. Plin. ad Solinum p.* 129. ubi ad verba Conflant ini de *Imperio*, agentis de Templorum genere, quod Δαιδαλῶς dixere, τὸ ξυλογλυφῖτες ἀπ' αἰῶνος, *ita*, ait, *appellavit sive planum vetlum habuerit, sive camerum, sed ex contignatione fastum & laquearum.*

Xylocinnamomum, V. suprà *Xylobalsamum*.

Xylisthrus, V. suprà *Xylusthrus*.

Xyflarcha, in Vett. Gymnasiis, à Gymnasiarcha secundum tenens locum, ambobus Xystis, stadio & deniq; cunctis Athletarum exercitationibus præerat, ut scriptum reliquit Tertullianus *libr. ad Martyres*, & ex Inscr. conjicitur, quæ Romæ in Foro Trajani in basi statuæ, Græcis literis notata, Latinè sic habet: *Demetrium. Hermapollian. Alexandrinum. Pancratiastem. Periodi. victorem. Palæstritam. admirabilem. Alipum. Pontificem. solius Xysti. perpetuum. Xyflarcham. balneis. Augusti. præfectum. patrem. M. Aurelius. Asclepiades. qui. & Hermodorus. Alexandrinus. Hermapolita. magni. Serapidis. Aditus. Pancratiastes. Periodi. victor. Alipta. quem. neno. detrudere. poterat inculpatus. Xyflarcha. solius. Pontifex. solius Xysti. perpetuus. Xyflarcha. & balneis. Augusti. præfectus.* A quo, Metcurialis judicio, diversus erat Præfectus balneæ, à Galeno Ἐπὶτῶν βαλανείων, vocatus, qui; perinde ac Pædotribæ quidam, luctantium duntaxat Magister erat, cùm *Xyflarchus* plurium exercitationum moderator, victorumq; & omnium præmiorum decernendorum Judex foret. Nominatur & ab Hippocrate βαλανεύσφιλος, quasi *Cuslos palæstræ, Epidem. l. 6. sect. 7. prope fin.* quòd non fo ùm ipse luctaretur, verùm etiam palæstræ curam haberet. Idem ab Agoniitarcha distinguendus, qui certaminum publicorum præfectus fuit, & in Amphitheatris Gymnasiisque, ubi Athletæ, in publicos Ludos prodituri. prius exercebantur, munus fuum obibat: memoratus in ver. inscr. *Apollini, Invicto. sacrum. M. Aurelius. M. Aug. lib. Apollonius. Agoniitarcha. Commodianus.* Post quos Gymnalles fuit, Xenophonti Progymnastes, Platoni *Pædotriba* appellatus: Aderat & Sphæristicus, fervi deniique fricandis corporibus destinati, item Reunctores & Mediastini, de quibus omnibus V. Hieron. Mercurialem *de Arte Gymn. lib.* 1. cap. 11.

Xysti & Xysta, ultima Gymnasiorum apud Vett. pars. inter fe non parum apud Græcos Latinosque differebant. Quorum *Xystus* hi vocabant porticus tectas, ubi, per hyemem & æstatem, tempore luctationibus alieno, exercebantur: *Xysta* autem, subdiales ambulationes, ubi hyeme tempestate leni ex porticu prodeuntes, & æstate fere semper exercebantur atque ambulabant. Atque has ὑπαιθρίους ἐπιστόας à Græcis quoq; nominatas fuisse, scribit Vitruvius; quæ duplicem, alias nudæ, alias platanonas, aliisve arboribus consitæ, ad præstandum amœnitatem, atque illis, qui Sole offendebantur, umbram. De his Plinius loquitur *lib.* 12. *cap.* 1. ubi *platanos Athenis in Academiæ ambulatione celebratas* fuisse scribit: ut & alter Plinius *lib.* 2. *Epist.* 17. & *lib.* 5. *Epist.* 6. ubi, in depingendis Tuscis ac Laurentina, villis fuis, *Xystos* toties decantat. Nec alium intellexit locum Ischomachus, apud Xenophontem *in Oeconom.* quando ambulationem in Xysto factam memorat: ficut nec Phædrus apud Platonem, ubi ex Acumeni sententia, salubriorem facit ambulationem in via, quam in cursibus, sub hisce verbis: Τῷ δὲ σῷ ἰατρῷ ἐγὼ σύμμαχος ἂν γενοίμην, ὃς τοὺς ἀθρόους πόνους τοὺς περιπάτους, ὑπὸ τῷ ἀκμάζοντι ἥλιῳ καὶ τοὺς δρόμους ἐκκρούει. Θεὸς γὰρ ἀκμάζοντος ἐν τῷ τοῦ ἀέρος μέσῳ ἐστὶ καὶ ἧττον ἐπιτρέπει ἰέναι. *Et tuum medicum ego adjutor ero, qui ambulationes facio, nempe quasi minorem insultationem ii, qua fiunt in cursibus, parere*, dicit. Eadem quoque ambulationes Justinus Martyr indigitat, cùm in prine. Dialogi sui dicit: Περιπατοῦσι μετὰ τῶν ἑταίρων περιπάτους, *Ambulant nobis, in Xysti deambulationibus*: quod eius Interpres minùs exactè percepisse videtur. Imò & nemora, quæ tum in Thermis publicis deputasse, tum in fuis, juxta Neronianas, diruptis æ ificiis, Alexandrum Severum fecisse scribit Lampridius *cap.* 25. nulla alia, quàm platanones & *Xysta* Græcorum fuere. Hier. Mercurialis *de Arte Gymn. lib.* 1. *cap.* 9 *sub fin.*

Salma-

Salmasius verò ξυστὸς δρόμους, & absolutè ξυστὸς, Græcis porticus dictas esse, in quibus *rasa* & æquata arena vel terra esset, docet *ad Solinum p.* 455. ubi multa de vocibus ξυστὸν & ξεστὸν. V. quoque *pag.* 1045. ubi de verbis ξύσαι vel ξέσαι, γλύψαι & τορνεῦσαι. Idem *Not. ad Tertullianum de Pallio cap.* 4. *Omnes fere tectæ porticus*, inquit, *quas Græci δρόμους & δρόμους ξυστὸς appellant, adjunctas sibi habebant hypæthras ambulationes, quæ inde paradromides vocatæ*. Et paulo post: *Græci ξυστὸν vocabant, τὸ κατάστεγον δρόμον sive porticum: Latini* Xystum, *ambulationem hypæthram, quæ ad porticum juncta erat — Falluntur itaq; Viri docti, qui existimant in eo solo constitutam — differentiam, ut* xystus *in genere fœm. porticum significaret, in neutro verò* Xystum *subdialem ambulationem.* Xysta *igitur Latinis sunt ambulationes sub dio* &c. Hinc *Xystici Athletæ*, qui in utriusque generis *Xystis* exercebantur: *Xystica Synodus*, in vet. *Inscr.* & *Xystica vanitas*, apud Tertullianum *de Pudicit.* Similiter depilari & velli, *Xysticas munditias* vocat Tertullianus *loco cit.* quòd hunc morem haberent homines *Xysto* & palæstræ dediti, de quo suprà pluribus jam egimus &c. V. quoque suprà, ubi de *Nemoribus*, ubi per æstatem, sicut in *Xystis* per hyemem, vel inter ambulandum, vel à sedentibus, de rebus gravibus quoque agi solitum, monet Casaubonus *ad Octavium Suetonii c.* 72.

Y.

YC.



Colmkill, Scotiæ Insula, quæ olim *Hy* dicta, Monasterio à S. Columbano fundato nobilis, unde ei nomen hæsit, quasi *Hy Columbani Cella*. Ex ea in Angliam missos, Evangelium magno cum fructu prædicasse, refert Beda *Histor. Eccl. l* 3. *capp.* 3. 4. 5. Ubi inter alia de Monasterio hoc, *Hujus Insulæ monasterium in cunctis penè Septentrionalium Scotorum & omnium Pictorum Monasteriis non parvo tempore artem tenebat, regendisq; eorum populis præerat.* Item, *Habere autem solet ipsa Insula rectorem semper Abbatem Presbyterum, cujus juri & omnis provincia & ipsi etiam Episcopi ordine inusitato debeant subesse, juxta exemplum primi Doctoris illius, qui non Episcopus, sed Presbyter extitit & Monachus.* V. Joh. Forbesium *Instruction. Historico-Theol. lib. III. cap.* 3. §. 7.

YU.

Yu, nomen herbæ, apud Sinenses, ex qua sub Quangsia, in *Cincheu*, pannum concinnant, præstantiâ, atq; hinc pretio, ipsum sericum superantem. Auctor Anon. *Sinæ & Eur. c.* 32.





Z. ZA

Z.

Adde: In fontibus inauspicatam hanc literam habitam & mali eventus, discas ex Alex. Neapolitano *Genialium Dier. lib. 3. cap. 5.*

Z A.

Zaba, Zenobiæ socia, apud Vopiscum *in Aureliano*, *Pugnatum est post hæc de summa rerum, contra Zenobiam & Zabam, ejus socium.* Sed mulier non fuit, verùm vir; nec; socius Zenobiæ, sed Dux illius. *Zabas* nomine, quem in *Claudio* Trb. Pellio *Salam* vocat, Zosimus *Zabdam*, uti notat *ad l. Casaubonus.* Apud critimos Scriptores, *Zaba* loricæ est, cujus thecam, quam ex corio bubulo esse vult Leo *in Tactica c. 6. §. 22. Zacagion* vocat Lexicon Gr. *MS.* apud C. du Fresne *Glossar.* ubi & in *Lat.* Wissigothorum vocem *Zava* occurrere, idemque quod *perpunctum seu gambesium* esse, asserit. V. quoque infrà *Zaberna.*

Zabarella, nomen Familiæ illustris in Italia, quæ à Cornelia gente, inter Romanos celebri, atq; inde à Sabatinis, qui Bononiæ olim rerum potiti, derivari amat. Ajunt enim Calotium Sabatium, Equitem Bononiensem, cùm Fatis temporisque cederet, Paravium venisse, atq; ibi condidisse hanc stirpem, cui dein inflexa pronuntiatione *Zabarellarum* nomen. Ei præter alia decora, literarum & armorum meritis parta, dignitas etiam Comitum Imperii accessit. Scripsit autem *de augusta regia, origine & nobilitate familiæ Zabarellæ, ex Johannis Cavaciæ, Gasp. Scioppii Com. à Claravalle & aliorum Clarissimorum Virorum Commentariis*, Burchardus Brunsuicensis; quem Commentarium videre est in *Aula Zabarellæ*, à Joh. Cavaccia Nobili Patav. atque Com. Jacobo *Zabarella* delineata, ac Patavii impressa A. C. 1670. Floruit in hac Fam. Jacobus I. Comes, fub finem sec. 15. defunctus A. C. 1506. cujus filius Julius, ex Glicia Doctoria, genuit Jacobum II. Com. Imperii, & Credatii, Philosophum illustrem, extinctum A. C. 1589. Ei natus, ex Elisabetha Cavaccia, Franciscus, obiit A. C. 1642. Pater ex Imperatrice Barisona, Jacobi III. quo, ut & Ignatii Comite Colalti, genti fuit, Familia A. C. 1642. Martius cod. anno, & Imperatrix A. C. 1644. è quibus Martius morte abrepus obiit A. C. 1645. V. Phil. Jac. Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Tom. III. p. 18. & in Indic.*

Zabdas, Zenobiæ Dux, apud Zosimum, de quo V. aliquid fuprà, voce *Zaba.*

Zabe, regio Africæ, ultra montem Aurasium sita, quam, Mauris Numidia ejectis, Romanis vectigalem fecit Salomo, ex Orientis ultimis finibus, Belisarii Justiniani Imp. Ducis inclyti, adjutor. Caput ejus Silphis est. V. Procopium Cæsar. *Belfor. Vandal. lib. 2.*

Zaberna, apud Abdiam *in Belfior. Apostlorum, Haud mora collectis libris magicis* Zabernas *plenas ad Apostolum attulit.* Et paulo pòst, *Ne forte odor incendii vexet incautos, appende* Zabernis *lapides & pyrobulum & mitte in mare*: pluteus est vel capsa librorum. A' voce *Zaba*, quæ non loricam tantùm, sed & pluteum, significat, apud medii ævi Scriptores. Vulgò *Zabynas* excufum in Abdia, fed veram lectionem, ex vet. libro Juncti, reftituit Salmasius *Not. ad Hellenisticum Lampridii.*

Zabatus, apud medii ævi Scriptores frequens, pro Diabolo, ex Dorico *Ζάβατος*, quod à *Ζαβαίνω*, pro *διαβαίνω*. Sic *Zabatines*, pro *Diabolenus*, unde *Zabolenus*, infignis JC. cujus meminit *in Pio* Capitolinus. *Ζάβαξ* & *Ζάβαγξ*, unde Gallorum *jusse*, pro *Διάνξαι, Zeus*, pro *Diata*; *Zacones*, pro *Diacones*; quo nomine v. & Lacedæmonii hodie appellantur à Græcis, à voce *Lacones* detorto, ut Pachymeres auctor est *l. 5. c. 25.* &c. V. Salmasium *ad Capitolinum l. cit.* Car. du Freine *Glossar.* & suprà, voce *Niger.*

Zachalias, Babylonius, *in libro, quos scripsit ad Mihridatem, humana gemmis attribuens fata, humanitem non contentus oculorum & jecinorum medicinâ occurrisse, & Rege etiam aliquid petiturio dedit, & stibus judiciis, interposuit*, Plin. *lib. 37. c.10.* Græcis *Ζαχαλίας* est. Salmasius *ad Solinum p.* 408.

Zacchæi, dicti nonnullis Hæretici, qui aliàs *Barbelitæ*, *Borborianí*, *Floriniani*, *Gnostici*, *Milites*, *Phibionitæ* &cæquod Epiphanium *Hær. 26. §. 2.*

Zacephium, adde: Omnibus humanæ vitæ delitiis abundat, nisi quòd ligni ibi hodie penuria, unde *memorosæ silvosæ*, epitheta, quæ apud vett. Poetas occurrunt, illi jam, citra insignem cætachrefin, tribui nequeant. Incolarum Urbis ad 25. millia, qui Italicè non minùs ac Græcè loquuntur; Latinos tamen ritus pauci fervant; Habent interim utriq; Episcopum, & quidem Græco Episcopo etiam Cephallenia Inf. subest, ubi quoq; communiter degit. Sepulchrum Ciceronis & Tertiæ Antoniæ conjugis ejus, in æde S. Heliæ reperturn esse funt qui scribant,

ZA

sed præter fundum porphyreticæ urnæ nihil ibi conspicitur, quod rei faciat fidem, uti docet Cl. Spondius *Itinerar. Pariz. pag. 143. & seqq* ubi Insulæ hujus, qualis hodiè est, vinearum imprimis, quarum proventu tam celebris est, ac fontis picisteri, qui in eadem opimam picem jundturis navigorum Hispanias fundit, exactam deferiptionem habes, una cum eo, circiter vicorum, quibus reliquum Insulæ habitatur, catalogo. In nummo Saracallæ Imp. à Zacynthiis cuso Bacchus conspicitur, dextrâ manu uvam, sinistra thyrsum hederâ pampinoque circumplicatum tenens. cum *Inscr.* ΖΑΚΥΝΘΙΩΝ. Apud eundem *Itiner. ejus. d. Part. 3. pag. 172.*

Zadoces, nomen Pontificis Hebræorum summi, qui fuit edus in locum Ebiathari, à Salomone R. honorem in Eleazari, Aaronis primogeniti, stirpem, velut postliminio, redux, postquam turbatâ successione Heli Pontifex, qui Ithamaridès fuisse creditur, Pontificali dignitate potitus fuerat. Cum enim duo Aaronì filii essent, Eleafar & Ithamar, binas illi quidem constituerunt familias Sacerdotales, sed prior solum Pontificalis erat, Numeror *cap. 20. versf. 28.* Tum itaq; interruptum ab Heli seriem *Zadoces* refituit, Franc. Burmannus *Synops. Theol. Tom. I. lib. 4. cap. 8. §. 18. & 19.* Filius ejus Achimahatzus, cludem Abisolomi illatam annuntiavit Davidi, 2. Samuelis *cap. 18. versu 28.* alius verò, Hazaria, inter Salomonis R. Principes primo loco numeratus 1. *Regum cap. 4. versu 2. Præses* fuit. Item nomen discipuli Antigoni Sochæi, qui Simeoni justo succefferat. Cujus Præceptor Antigonus, cùm Auditores fuos hortaretur, ut ne essent, sicut servi, qui Dominò, intuitu folùm mercedis, serviront: *Zadoces* fanam ejus doctrinam perverse interpretatus, post hanc vitam, neque præmia boni, neq; poenas malis instare, fed animam cum corpore interire, statuit, sicque orfus est sectam Sadduczorum, ab ipso fic dictorum, atque ad Templum monitis Garizim defecit. V. Scaligerum *Tribæresi Cl. c. 15.* & Drusium *de Sectis l. 3.*

Zahel, five *Zaël*, vel *Zeel Bebiæ*, Arabs, celebrem nominis fui memoriam fecit Opere *de temporum significationibus in Judicis* : item altero *de Electionibus*, quo posteriori excepitur, qua certi constitutione agere conveniat, quod in animo habemus. Eum Nicolaus Prucnerus, una cum Firnico & aliis, eodemq; tempore Basiliæ apud Hervagium procuravit, A. C. 1533. Dispiciendum autem, idemne ac *Zahel*, fit Arzahel Messallah, cujus varii tractatus editi funt Venetiis A. C. 1493. & quidem floruit hic circa A. C. 1080. in Hispania edidit que que *de obliquitate Zodiaci* observarat. In *its* fuit, maximam Solis declinationem, fuo tempore, esse graduum 23. 34. Sed, quod ad ætatem, alii centenis antea annis, viz. centum annis post Albategnium vigusse dicunt. Vosfius vero, his missis, affentire mavult, Henrico Bruczo *Catalog. Astrologor. quem de Mas libb. 3. inexuis*, & Joh. Blancano *in Chronolog. Mathematicorum*, quos vide.

Zabucha, Arabibus crocodili fragrantia peculiari nomine dicitur: ut quem odorem musco vel castoreo luaviorem diffundere, refert Petrus Martyr *lib. 13. c. 4.* V. quoque Sam. Purchas *Defcr. Floridæ*, Vinc. le Blanc *Navig. Part. 1. c. 2.* & 27. Joh. de Laet *Americæ fua p.* 126. Alios. Abdomen præcipuè, quod Arabicos quoq; odores superare, ait idem Martyr. Quam rem de crocodilo tam insignem, omissis Vett. miratur Bochartus, eò locum Jobi, uti leviathan dicitur *mare reddere, ut mortarium unguenti c. 41. v. 22.* referens *Hieronymi Parts poster. lib. V. c. 17.*

Zamolxis, adde: Meminit ejus Plato *in Charmida*, *Σαμόλξις λέγων ὁ πάντας βασιλεὺς, θεὸς ὢν, Zamolxis ait, noster Rex, qui Deus est.* Laërtius item *in Pythagora*, ea refpiciens, quæ apud Herodotum legere est *loco cit.* Sed Herodotus refert, putare *le Zamolxin*, multo fuisse Pythagorâ antiquiorem. De cultu fic quoq; Jamblichus *in vita Pythagoræ c.30. Καὶ ταῦτα ποιῆ δοκεῖ τὸν Ὕδρα, ὃς γοῦν αὐτὸς τὸν νόμον, μύστης· οὐ θεὸν ἐν ταῖς αὐτοῦ, Cumq; hæc Deas docuisset, εἰς ἅ, leges præscripsisset, Deorum apud eos habitus est maximus.* V. de eodem Strabonem *lib. 7. & 16.* Lucianum *in Deorum Concilio*, Malchum five Porphyrium *in vita Pythag.* Origenem *contra Celsum l. 2.* & 3. Jornandem *in Getids* & Etymologici Magni Auctorem in *Σάμολξις*, ubi variæ de eo Veterum fententiæ afferuntur. Thracem eum fuisse, Laërtius docet *in præf.* fed Philosophiam à Pythagora, atque adeò Thracas à Græcis, haufisse vult, teftem hujus rei Herodotum laudans: fed de Herodoto præterit illud, quòd postea, ut diximus, id addit, putare se Zamolxin multis ante Pythagoram annis extitisse. Quod ideireo omisit Laërtius, quia mallet Philosophiæ inventæ gloriam fuis adscribere Græcis, quàm Barbaris. Vulgarem verò opinionem, quâ duo *Zamolxes* confundantur, (si modò Pythagoræ ullus eo nomine servus fuit) etiam sequuntur Malchus five

Porphyrius & Jamblichus, uterque in *Pythagoræ vita*: de quibus quid mirum, cùm id ad Pythagoræ laudem pertineat? Interim à Thracibus multa hausisse Pythagoram Hermippus observavit: fierique potest, ut Pythagoræ *servus*, qui Thrax erat, Patriæ Philosophiæ non fuerit *infensus*, multaque ab eo Pythagoras didicerit; imò & potuit fervi *indigio in* aliorum Thracum notitiam pervenire, qui plenius *melius*que ea intelligerent. Vossius *de Sectis Philos cap. 3. §. 1. &c.*

Zamur, apud Thangidæum Scriptorem Arabem, *piscis parvi corporis, mille vocum, quarum auditu fit familiaris hominibus; unde est, quod naves comitatur, vectores recreans.* Sequitur, si cetus accedat, *tò Zamur* in ejus aurem ftatim insilire & perpetuo canetu illi obtundere, donec ad vada & rupes eum impellat, ad quas, tam importunum cantorem excludens, totus quat alliditat. & canto impetu, ut tandem ipsi fibi mortem conficiat. Inde pisciculum illum charum esse vectoribus, qui nihil non agunt, ut apud se diu detineant, ranquam malorum averruncum. Et si in retia forte inciderit, beneficiorum memores dimittunt, ut facrum piscem, quemque attingere fit nefa. Sic Scriptor ille, alibique ejus gentis & farinæ. At cum cetis Graeci agunt multò clementius, cum pisciculum illis adjungunt, qui fit vix duo & inmitium vada prominentia, ne ibi illa impingat tumens Gamb. Bochartus *Hierozoici Partis posterr. lib. V. c. 15.* quod eft de Arabium *Animalibus aquaticis fabulosis.*

Zancha, apud Pollionem *in Claudio*, ubi munera, à Gallieno, huic adhuc Tribuno, missa recenfentur, *Zanchas de nostris Parthicas paria tria*: fünt calcei Imperatorii, ex Parthica pelle facti; cujusmodi pellium, &, qui illas curabant, *Parthicarium*, multa apud Vett. mentio, uti vidimus fuprà. Unde Corippus *de Laud. Justini Aug. l. 2.* ubi calceos Imperatorios defcribit, inquit,

Purpureo surae resonant fulgente cothurno,
Crura &, puniceis inducit regia vinclis;

Parthica Campano dederant quae tergora fuco &c.

Erant nempe pelles illae rubricatae. Et quidem, ante Aurelianum Imp. liberâ inprimis ftante Rep. Patricii & Senatores calceos nigros geftabant: ex Patriciis autem qui Magiftratum Curulem cepiffent, mulleos, h. e. rubros, qui Tyrrhenorum erant inventum, hinc *Tyrrhenici* quoque iunt appellati; & folum illum habebant, ac aureis corrigiis vinciebantur. At poftquam Imperatores fibi folis puniceos illos five mulleos calceos voluere quafi proprios relinqui, Con'ulibus aurati attributi funt, ut conftat ex Caffiodoro. Cujus rei auctorem facit Aurelianum Vopiícus, cùm ait. *Calceos mulleos & cereos — viris omnibus tulit, muliebribus reliquit.* A quo tempore folis Imp. præfertim qui CPoli fedebant, calcei rubri & ex rubricatis pellibus, confecrati funt. Accedere & alia ornamenta poteftis temporia, uti divimus voce *Tpanca*. Sunt autem hi calcei *Tζγγια*, dicti Graecis illius ævi vel *Τζάγγυα*, à Græco verbo *ἀγγυω*, *i. ansringo*, unde *ἀγγυο, constrictio*; & *ἀγγυον* à *ἀγγυω*, è quo *ἀγγυη* factum, ficut ex *ἀβρόκομος, βόκομος*, ut vidimus, & additione barbaricâ *τὸ τ. Τζάγγυον*. Salmaíius *Not. ad Claudium Treb. Pollionis*, & Vopiíci *Aurelianum.*

Zani, addit: Mentio *Zanorum* fit quoque *in Nov. 1. conflit. de haer.* qui fub Juftiniano primùm vicit, ac in provinciam redacti funt. Priùs *Macrones*, item *Sanni* dicti funt, quas voces vide. Aliàs *Τζάνες* ab idiotis & vulgaribus Euftathius *Od. ξ.* appellatos ícribit, qui Vett. *σύνναι* & *σύννοι*. h. e. *fanniones*, de qua voce V. fuprà. Unde fuos *zanos* Irali acceptre, Salmaíius *ad Treb. Pollionem in Gallienis.*

Zanzibara, addes: Ita à Perfis Arabiíique vocatur, eftque in parte Africae Meridionali & Veteribus incognita fuit; Quemadmodum nec Japonifmi, Philippinas vel Moluccas Iníulas, Borneum & utramque Javam novere, vel certè non nifi tenuem earum habuere notitiam. Voffius *de Artibus Mathem. p. 42. §. 9.*

Zara, nomen illuftris in Hiípania Familiæ, ex Pontiorum ftirpe, in Bætica provincia. Initio enim A. C. 1430. Petro Pontio Leonenfi, ex Dominis *de Marchena*, Comitis Metellini (*Metellini*) titulus datus, dein ille in civitatem Arcuenfem (de *Arcos*) A. C. 1445. translatus eft, Ioannis & Emanuelis Comitis, quorum is Marchio *de Cadiz*, creatus eft, dein *Dux de Cadiz*, tum *de Arcos*: Pater Franciícae Ludovico Pontio Leonenfi Dn. de Villagarsia & March. de *Zara*, filio Petri & Ludovici, Roderico primo, ut dictum eft, Comite nati, nepoti nuptam. In quorum liberis Franciícus poíteritatem habuit, in oppido *Xerez de la Frontera*: ſed major Rodericus Dux Arcuenfis, Marchio de *Zara* & Comes *de Casares*, reliquorum, in quo tituli propagati fünt, fuit ftipes. Alter vero filius Johannis, Emanuel, Comes de *Baylen* à Rege appellatus eft; ſed A. C. 1618. ultimus ex ejus poíteris Petrus, fine prole, deceíit, unde ob ſucceſſionem ortae controverſiae. V. Phil. Jac Spenerum *Theatr. Nobilit. Europ. Part. II. Indic.*

Zarabotana, apud Chalcondylam *l. 7. Iisdem vehebantur bombardae pluvimae, quas* Zarabotanas *vocant*: bombardae genus. Hodie verò Italis tubum feu ftillam vox notat, per quam ſeceretò vox transmittitur ad alium, iis, qui in medio ſpatio ſunt, ſtillam non percipientibus, vulgò *Cirabotana*: de quo artificio ſupra dictum. V. Car. Macrum *in Hierolexico*, ubi occaſione prioris notionis de bombardarum machinarumque hujusmodi inventore & uſu pluribus differens, majores illas, quas *Canones* Galli vocant, in obſidione Foſſe Claudiæ, à Venetis primùm adhibitas, A. C. 1380. minores v. ſeu portatiles, in Mediolanenſibus Ducis Sfortiæ exercitu primitus vitas eſſe, tradere Blondum: Sed jam ab Agarenis A. C. 1343. inſtrumenta ſimilia, adformam dolioforum confecta (cujusmodi unum Melitae circuli ferreis cinctum hodieque aſſervetur) uſurpata eſſe, reperiri in *Geſtis* Alphonſi XI. Regis Caſtellae, notat.

Zariaspes, Graece *Ζαρίασπος*, flav. Bactrianae, à quo *Zariaspa* urbs, quae poſtmodum Bactra dicta eſt, nomen accepit. V. Salmaſium *ad Solinum pag. 987.*

Zarmana, addes: Graece *Ζαρμανα*, maj. Armeniae, ut videre eſt apud eundem *ibid. pag. 698.*

Zatricium, Graece *Ζατρίκιον*, recentiori ævo calculorum ludus, in hac gente dici coepit, uti pluribus idem Salmaſius probat *Not. ad* Vopiſcum *in Proculo.* Nempe *Ζατρίκιον* & *Ζάτρικιον* vel *ζατρίκιν* quod & *ζατρίκιν* appellabant, dicebatur propriè piſtrinum vel carcer, in quem ſervi nequam conjiciebantur. Hesychius, *ζατρίκιν, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον.* Moſchopulus interpretatur *κάτεισιν*, de qua voce V. ſuprà. *Zatrikion* citeriores dixere, atque ita vocavere poſtmodum mandram vel feptum five carcerem latrunculi, h. e. locum vel ſedem, in qua veluti claufis tenebatur latrunculus: unde toti ludo nomen. Perſae voce *Grseco* mutuata *Xatreng* illum appellauar, poſtquam eundem, ut alia plurima, cum ſuis nominibus, à Graecis accepere. Hodieque *Axedrez*, ab eadem origine, nuncupant Hiſpani, ſicut *Alzarez* cum articulo Mauritani, quos pene innumerabiles è Graeco ac Latino voces in ſuum linguam traduxiſſe, notum. V. iterum Salmaſium *ad Solinum pag. 1130.* & hanc in rem plura ſuprà, ubi de *Calculis* & *Latrunculis*, nec non voce *Tzatricium.*

Zavalmedina, feu *Zalmeina*, apud Rerum Hiſp. Scriptores, Praetor Urbanus eſt, quem tamen Praetori Urbano vett. Romanorum non ex aſſe reſpondere, notat Blanca *Epiſt. Dedic. ad Com. mentar. de Rebus Aragon.* Nomen ab Arabibus, qui olim Hiſpaniam poſſederant, retenti: de quo V. plufcula apud C. du Freſne *Gloſſar.* ubi & *Saimedina* occurrere, inter alia notant.

Zavolhensis Regnum, Tartariae Occidentalis, olim potentiſſimum, jam nomen quoq; perditum. Cùm enim Schinguis - Khan, magnus ille Tartarici Imperii conditor, filio ſuo Tukſi omnes provincias Occidentales ad fluv. Volgam dediſſet, uti ſuprà dictum, poſt varias rerum & ſucceſſoribus ejus geſtarum vices, Occidentalis Tartaria, in Regnum *Zavolhensis*, & Crimenſe ſeu Praecopenſe, diviſum eſt A. C. 1400. occaſione expeditionis in Tartariam hanc Oce. feu Deſthenſem ſuſceptae à Tamerlane, qui cùm Tuktamiſchum Imp. ejus everſitet, Crimenſes Tartari, peculiari ſibi Rege ſumto, *Zavolhenſibus* uiteriùs ſubeſſe renuerunt. Quod cùm hiſce ſucceſſiſſet, illorum exemplum aliis quoque Hordis ſequutis, ex *Zavolhensi* Imperio portò tria alia Regna, Caſanenſe ſc. Aſtracanenſe & Nagaiense, originem accepere; ſicque defectione totuplici illud debilitatum tandem penitus evanuit: cùm Imperatores hi olim Duces pro arbitrio Ruſſis impoſuiſſent gravique jugo preſſiſſent gentem hanc, in cujus clientela hodierno tempore praefata tria ultima Regna decunt. Georg. Hornius *Orbe Imper.* cum *Annad ver ſion* L. Joach. Felleri *pag. 376. & ſeqq.* Nomen à *Zavolhensi* tribu Tartarorum, praecipua olim, omnium que maxima. Idem *Orbe Polit.* ubi de *Tartaria Magna.*

ZE.

Zea, frumenti genus Plin *l. 18. cap. 8. Aegypto ac Syriae, Ciliciae & Asiae ut Gracie peculiares Zea, olyra, siphe.* Et mox, *Qui Zea utuntur, non habens far. Est & hac Italiae in Campania maximè, semendq; appellatur. Hoc habet nomen res praclara propter quam Homerus ζειὰν δηοῦν ἀγαθὸν dixit: non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donares* &c. Ejus granum pulchrius, quàm tritici, idem eſſe ait *cap. 23.* & ufum Medicum exponit *l. 22. c. 25.* ad quem locu Dalechampium vide, ut & ſuprà ubi de *Frumento.* Hodie *ſphelta* Germanis, V. Becmannum *Origg. L. L. p. 1170.*

Zear, Babylonius, de Aſtrologia Arabicè opus condidit; cujus initium tale eſſe ait Generus: *Universa Astrologiae judicia.* V. Voſſium *de Scient. Math. cap. 64. §. 13.*

Zebellinae Pelles, apud Paulum Venetum *l. 3. c. 47. Inter parvo vero animalia eſt quadam ſpecies aquae illius* (Tartaros) *quae delicatiſſimas ſuppeditat pelles, quas vulgò* Zebellinas *appellant*: aliàs *Sabellinae*, item *Zabellinae*, à *zabelo* ſeu *ſibelo*, Anglis & Gallis *olim ſable*, muſtelae ſpecie; quam nonnulli cum marte eandem faciunt, alii à marte diſtinguunt, nomen accepere; ac fulcirendis Magnatum veſtibus ſuperatiis, colliisq; delicatiorum foeminarum contra frigus munfendis inſerviunt. Deferuntur ad nos, è Siberia maximè, unde *Siberinae* potiùs dicendas vult Hornius; idq; Moſcorum operâ, quorum negotiationis pars magna in pellibus hiſce conſiſtit. Sed & Xanſia & Xenſia, Sinenſis Imperii provincia, pelles hujusmodi cum reliquis provinciis communicant, Auctor Anonymus *Sinae & Europae c. 40.* ubi de *Quadrupedibus.*

Zeehus, Bohemorum conditor, circa A. C. 550. frater Lechi, quem Polonorum Auctorem ferunt, & Russi, qui Russiæ genti originem dedisse dicitur, longam posteritatem habuit, *Ducum Regumq;* nomine Bohemiæ imperantem, quam tandem clausit Wenceslaus III. fecundo Regni sui anno nefarie Olomuzzii obtruncatus. V. Georg. Hornium *Orbe Imp. cum Animad. vers.* L. Joach. Felleri *pag.* 121. & *seqq.* ut & supra, ubi de *Bohemia*.

Zeet Bebiz, V. supra *Zobet*.

Zeernebock, id est, *niger Deus*, à Slavis olim cultus. Helmol. dus *Chronic. Slavor. cap.* 53. *Sub nomine Deorum, boni fælices aut, mali, omnem prosperorum & adversorum à bono — adversam à malo, dirigi profitentur. Ideo etiam malum Deum sua lingua Diabol. five* Zeernebock, *id est, nigrum Deum appellant.* Quorum hoc nomen à Slavis fit: at illud fine dubio est ex *Diabolus*, ut à Christianis hoc accepterint vocabulum. Nisi forte illud *Diabol* ex gloſſemate in textum irrepſit. Sanè non habet Albertus Crantzius, in *Wandalia sua lib.* 3. *cap.* 37. ubi Helmoldum ad verbum exſcripſit, tacito Auctore. Aliter *Zevenbock*, apud Saxones antiquos *Tybilemus*, a quo hodieque notum in Germanico fermone Dæmonis nomen. V. Gerh. Joh. Voſſium *de Orig. Id. lat. l.* 1. c. 38. ut & *cap.* 5. Ubi de vestibus Slavorum apud gentes Septentrionales, de duplici Principio, seu duobus Summis Diis opinione.

Zelia, castrum Germaniæ in Sueviæ sub proprio Comite, ex illustri Dapiferorum in *Waldpurg* Familia. In hac enim, Wolfeccia linea, in duos ramos divisa est, Comitum fic. *in Waldeck*, & Comitum *in Zeil*. Et quidem Georgius, Joannis extincti A. C. 1603. filius secundogenitus, qui Wolfecciæ lineæ auctor est, ex Georgio filio nepotem habuit Jacobum, cujus minor natu filius Frobenius junxit sibi Annam Mariam Bar. *de Tarsiegni*, atque ex ea suscepit Joann. Jacobum Com *in Zeil*, quo geniti sunt Paris, Jacobus & germani, *Truchsessii Dn. de Waldpurg, Com. in Zeil* &c. Ph. Jac. Spenerus, *Theatro Nobilit. Europ. Parte II. pag.* 18. V. quoque cum *Arte Heraldica, Tom. II.* ut & supra, ubi de *Dapiferis*, & in ſpecie de Linea *Wolfeccia*.

Zeilan, inſ. Afiæ peramplа & nobilis, Sumatra nonnullis eſt, aliis *Taprobana* Vett. Quorum his favet nomen ab Arabibus & Perſis Inſulæ impoſitum, qui *Zeilan* eam vocitant, a Sanſcritis ejus appellatione Σελα vel Σελαν, cùm ante Ptolomæum, qui nominum horum meminit, *Παλαισιμοῦδα* vocaretur, quæ vetuſtiſſimis temporibus *Taprobane*. Auctor *Peripli Maris Rubri*, *Εἰς πάλαι δ᾽ ἐκάτο᾽ πᾶσε αὐτὴν τὴν ὕδυν, λεγομένη Παλαισιμοῦδα, πλοῖς δὲ τοῖς ἀφ᾽ αὐτῆ Ταπροβάνη*. Sed & Situs Inſulæ, elephanti quos gignit maximos, gemmæ & margaritæ grandiores, quas illa ſert. aliaque multa prorſus evincunt, eſſe Vett. Taprobanem. Unde & *Zeilan* Salomonis eſſe Ophiram remotiorem contendit Author Anon. *Sinæ & Eur. cap.* 30. Uni Regi eam jam circa A. C. 1290. ſubjectam fuiſſe, Marcus Paulus Venetus tradit *l.* 3. *c.* 26. & Haito Armenus *cap.* 6. Poſt quæ tempora Zingalæ (ita *Zeilonenſes* appellantur) trucidato Rege ſuo in multa Regna Inſulam diviſerunt, quorum quatuor numerat Vattomannus ad A. C. 1500. Regum præcipuus *Colombi* di cebatur, cui ceteri tributum pendebant: donec circa A. C. 1580. Tonſor quidam, nomine *Mayra Regni*. Rege præcipuo interfecto, ceteris, populis, totius Inſulæ Monarchiam ſe conſtituit, ſede Regia in urbe *Candi* poſita. Cum hoc Fimala R. *Zeilan* Belgæ fœdus inivere A. C. 1600. Ei ſucceſſit Fimala Derma, Suri Adapuri, à Luſitanis baptizatus Chriſtiano ritu, *Joannes de Auſtria* dictus eſt. Similiter Wed Madale Regem circa A. C. 1647. baptizatum eſſe refert. Georg. Hornius *Orbe Imp. cum Animad verſion.* L. Joach. Felleri *p.* 477. Ad quoque Salmaſium *ad Solinum pag.* 1102. & *ſeqq.* Habuit in Inſula hacce loca varia Luſitani, quæ omnia à Batavis iis erepta ſunt, uti videre eſt apud Joh. Bapt. Tavernier *Itiner. Indiæ lib.* 3. *cap.* 15. ubi de elephantis Zeilanis, ad bellicos terrores aptiſſimis adeoq; ab omnibus Indiæ Principibus maximè expetitis, illis naturali quodam inſtinctu aliarum Regionum elephantos certo corporis geſtu veneration em exhibere, & de rhinoceronum venatione, commercio item Regum in elephantis præcipuè & canella exiſtente, quædam addit. Plura apud Jac Saar *in Itiner.* cui it. *Oſtindiæ-fahr* 15. *jahrige Kriegs-Dienſte*, ut & voce *Ceylanum*.

Zelimirus, Dalmatiæ & Croatiæ Regum ultimus, ducta Ladislai Hungariæ R. ſorore, ipſi moriens legavit Regnum, quæ Ladislao fratri, circa A. C. 1080. Georg. Hornius ubi ſupra *pag.* 144.

Zelotæ, à *zelo* dicti ſunt. His in vet. Hebræorum Rep. jus erat, pro atrocitate in Numen Sanctiſſimum Populique ſanctiora ſalutionis, peccantem, citra ſignarum judicii, nedum in jus vocationem, ſtatim obtuere & morte mulctare. Miſua, *Qui ſacrificium commiſerat* (ex ſacra nempe ſupellectile quicquam ſuſſuratus) *qui per Idolum maledixerat* (Numini) *qui ſe miſcuerat cum famina Aramæa* (externa ſeu planè gentili) *Zelotis fas fuis incurrere in eum. Sacerdotem in immundiſie ſua ſacra obeuntem, non erat neceſſe, ni Sacerdotes ceteri in Forum deduxerent: ſed Sacerdotes, qui per ministeria Numinis ſacra parare erant, cum extra Atrium prostrabuntur & cerebrum ejus fuſilibus elidebant.* Hic enim Templi & Numinis violatio manifeſta: quemadmodum commixtione cum extera, Populi violabatur ſanctitas. Eiusmodi autem id *Zelotarum* jus fuit, ut ſi viderent פּוֹגֵעַ בְּאִשַּׁה *pœnam* ſeu *in publico*, id eſt, præſentibus coram decem minimum Iſraelitis, quempiam facinorum aliquod jam dictorum commiſſurum, ipſo eodem momento fas eis eſſet, incurrendo ſeu aggrediendo eum, aut verbere, aut vulnere præpedire ac cohibere: aut etiam cæde perſeverantem è medio tollere. Nam ſi intermitteret, occidendus, ſine Judicio Forenſi, non erat. idem jura obtinuit de Iſraelita Apoſtata &c. Origo juris hujus, ut non pauca recepti Juris alia, dicitur *Traditio Moſis e Sinai*. Exemplum primum eſt S. Hiſtoria petitur Phinees, qui, zelo accenſus, haſta trajecit par impudicum, Numeror. *cap.* 25. ubi à Numine propterea laudatur. V. Joſephum *antiqu. lib.* 14. *cap.* 6. & Philonem *de Monarch. lib.* 1. *de Vit Moſis lib.* 1. ubi *Zelotarum* jus, velut à Numine tunc præſtitutum, aſſerit. Quod itidem, licèt pareius, innuit ipſe, ubi de eo, qui lignatum exivit in Sabbato, loquitur, *de Vita Moſ. lib.* 3. Sic itaque, *judicium Zeli*, ut vocant, à Phinea primùm exercitum in morem abiit. Unde Jud eum quendam, Græcis ſe ritibus polluentem, conſpiciens Mattathias, *Zelatus eſt & contumeliosum renes ejus, & accenſus eſt furor ejus, secundum Judicium Legis (κατὰ τὸ κρίμα) & ſuſtinus trucidavit eum ſuper aram. Sed & Virum* (Apelem) *quem Rex antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo templo & aram deſtruxit, & Zelatus eſt Legem (ζηλώσας τὸ νόμον) ſicut fecit Phinees Zamri filio Salom. Et exclamavit Mattathias voce magna, in civitate, dicens, omnis qui Zelum habet Legis, ſtatuens inſtamentum, exeat post me*, 1. Maccab. *cap.* 2. *verſu* 24. quæ verba ſic profert Joſephus *Or. Judaic. lib.* 12. *cap.* 8. *Εἰ τις Ἰουδαίων ἐν τῇ πατρίδι ἐνοχλοῖτο τὸν ἑαυτῆς ἐπιτήδευμα, ἐπίθετο κτλ.* Eodem modo recenti alii Judæi à ſuis popularibus occiſi referuntur libro, qui vulgo dicitur Maccabæorum tertius. Nec à re obtentu inſtituta lapidatio in Stephanum, Actorum *cap.* 7. & conjuratio in Paulum Actorum *cap.* 25. *verſu* 13. Imò ſcimus, nominis hujus prætextu, nec ab alia omnino origine petito, immanem ſeelerum ſegetem Hieroſolymis pullulaſſe, quam Joſephus pluribus explicat, *libris de Bello Jud.* ubi quæ ex Auctore ita ſe nominante ait *lib.* 4. *cap.* 12. *οὐ γὰρ ἀγνοεῖν ἐστιν ἐκείνους ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἐγγενέσθαι τὸ ζῆλον τῶν ὑπεξαιρεῖσθαι, ἃ ſi optimis rebus ſtudueſſent & non puſima facinora, inter, ad negotia ſummum, Zelo affectuſſent* atque *lib.* 7. c. 30. *καὶ τοι τὸν περὶ τὸ θεῖον ζῆλον ἐπὶ τὰ κρείττω ζηλωθῆναι τοῖσδε, Nomen ſibi ab iis, qui id, quod bonum eſt, Zelo affectabant, impoſuere:* Zelotas plane, de quibus divimus, innuens. Nempe, quod nil novi, nefarii illi homines, partiri juris obtentu, flagitia ſua obtegere conati ſunt: Quo tamen, dum pii atque ſancti ubertantur, privati quidem cibi, ſed publici non erant, atque omnibus è Majorum diſciplina receptis nixi, bene conſultum eſt & Numinis & Templi & Gentis ſanctitati, quam hoc medio tueri atque inviolatam ſervare volebant. Nec injuriâ vis inferebatur, quia patriis legibus, etiam à Moſis ævo deductis, ut ita inferre liceret, ſic ſtabilitum V. Hug. Grotium *de jure Belli & Pac. lib.* 2. *cap.* 20. § 8. Certè & legitur in Eſſenorum diſciplina, apud Joſephum *de Bello Jud. lib.* 2. *cap.* 12. convitiantem quempiam Moſen adeoque Legis ſanctitatem polluentem, impunè licuiſſe occidi: neque ad aliud jus referri videtur, quod tradit Philo, de pæderaſte & androgyno τὰ ἐν φύσει ἁμαρτανομένοις, *de Legg. ſpeciali. ſon* 6. & 7. *dec. præc.* Inprimis autem in Idololatram pellicientem hoc jus exſtitit eſt, teſte eod. lib. *ὡς ὑβρίσαι, κελεύει οὐ θεμὶς ἡμῖν ὑβρίσι εἰς ἄλλων θρησκείαν ὁσιότητος ἢ τῆς παρούσης ἀσεβεῖν τοὺς ἑτέρων θεοὺς τοῖς ἐπιτηδεύσασι τιμᾶσθαι — κατέστησε ἀνεῖναι τοῖς ἐπιχωρίοις ἐπὶ τοὺς ἀποστάτας τὸν ζῆλον, ἐπειδὴ τοῦτο τιμωρίαν ἐπάγει τοῖς ἐπιτηδεύσασι, ſine reſpectu privatæ neceſſitudinis. Ei illecebræ ejus eminendæ ſunt ad omnes pietatis amatores, qui ubi ſe, mora in ſceleſtum irruunt, vasi ſanctitatis officium, tatem hominem occidere.* An idem jus, in Negotiatoribus & Nummularis, flagello à D. N. Jeſu Chriſto, expreſſiſſimo univerſæ pietatis ac juſtitiæ exemplari, è Templo ejectis, Matthæi *cap.* 21. *verſu* 12. & Johann. *cap.* 2. *verſu* 14. locum habuerit, diſquirit pluribus, Joh. Seldenus *de Jure Natur. & Gentium, juxta Ebræorum diſciplinam*, *lib.* 4. *cap.* 5. *tom.* Cùm igitur *Zelotarum* five jurisdictio non tot veſtigia, tum apud Joſephum, tum in Sacris, apparent, mirum alicui videri poſſit, cur Judæorum Primates, velut juris hujusmodi oblivionem ſimulantes, apud Hyrcanum, Herodem Antipatri filium accuſârint, quòd Ezechiam τὸν Ἀρχέλαου, *Latrorum Principem*, eiusque ſocios occidiſſet, adjicientes, *παρόσον τὸν κρίνειν νόμον, ὃς κτλ. ὄντων ἀφῶν ἐκείνων τὸν συνέδριον, τὸν βασιλέα ἔχειν* (ut & *ἐξεῖναι τοῦτο ἐκείνῳ τῷ τοῦ συνεδρίου ἐξουσίαν ἔχοντι*) *ἐν τοῖς ἐπὶ θανάτῳ κρίμασι, Transgreſſus leges noſtras, quæ hominem, quantumvis ſceleſtum, non ſinunt tolli, niſi prius morte damnatum à Synedrio. Nec à re proſectò accepta patrare hoc auſus eſt*, apud Joſephum *Origin.* 14. c. 17. Namque, ut hæc prioribus addantur, nec reverentiam ipſam five ſummi Pontificis, five Conſeſſus Magni, obſtitiſſe, quin mos hic licitus habueretur, ex Hiſtoria Evangelica patet. Etenim cùm in Conſeſſu ſiſtebatur CHRISTUS, ac ſilium Dei ſe profiteretur, ob quod ſcus blaſphemiæ habitus eſt, in adſtantibus erant, qui

Zelum

Zelum proculdubio obrendentes,in eum irruerent,in faciem exspuerent, colaphis cædercnt, uti videre est apud Matthæum ac Marcum. Etiam, cùm ex ministris cuidam CHRISTUS haud satis reverenter habuisse Caipham summum Pontificem visus esset, percussus est ab ipso, Johann. *cap.18. versu* 22. Ubi observandum Servatoris responsum ministro illi, *si male locutus sum, perhibe testimonium de malo; si bene, cur cædis me?* ac si ex more illicitum fuisset adhiberi quid publicæ Pontificis famæ sanctitatem violasset, irruendi, diripiendi, percutere: rogat igitur tantùm, ut testimonium perhiberetur de malo, quòd alapam ibi mereretur. Ubi enim ejusmodi nihil esset, nefas fuisse reum in judicio percutere, & imus ex Pauli verbis Actor. *cap.* 23. *versu* 3. Nec omittendus Simon *Zelotes* Apostolus, cujus mentio apud Lucam *cap.* 6. *versu* 15. & Actorum c. 1. v. 13. qui cùm Matthæo & Marco, in plerisque Codd. *Kananites*: in Exemplaribus aliis *Kananæus*, aliis *Kanæus*, dicatur, est numero *Zelotarum*, seu *nostris Nunnius Zelo accensorum*, de quibus supra, fuisse videtur Seldenus. Hebræis enim קנאי *Kinea* est *Zelus*, & קנא *Kanna* ac קנאי *Kannai*, i *Zelotes*, unde plurat. קנאין *Kannain*. est *Zelotæ*: à qua voce illum cognominatum vult, ut infrà videbimus. Apud Athenienses simile quid cernitur, quorum Legibus cautum fuit, ut plebiscitatis verba habent, apud Andocidem *Orat. περὶ τῶν ἀφέσεως*. *Καὶ τὰς ἀρὰς ἀρᾶσθαι ὑπὲρ τῆς Δήμου καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τῶν τοῦ δήμου, καὶ ὑπὲρ τῶν συμμάχων καὶ ὑπὲρ τῶν ἀγορανόμων καὶ τῶν ἀστυνόμων καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν*. *Si quis Democratiam Athenienſium everterit, aut everſa ea Magiſtratum geſſerit, ut hoſtis Athenienſium cenſendus erit & cuivis, eum occidere impune ſit.* Etiam, quicunque occidisset, ὁσίᾳ καὶ δικαίᾳ, *purus & ſanctus à cæde ſine luſtratione habebatur.* Quin & jurejurando inter sacra universi, ad idem præstandum, obligabantur: Subinde etiam præconio edictum, quemque, damnatum aliquem occidentem, præmio remuneratandum, *Apoſtol. 5. ἐὰν τις ἀποκτείνῃ τὸν ἀποθανόντα ἢ ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἢ παῖδα ἢ ἐλεύθερον ἢ δοῦλον*, item ὑπὲρ τῶν ἀδικούντων τὸν δῆμον καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια, item ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῶν ὅπλων ἀδικούντων, apud Sam. Petitum *ad LL. Attic as lib. 7. pag.* 312. & 562. Etiam Juris Cæsari, aliorumque scita, aliquid ejusmodi in se habent, dum publicorum Judiciorum actiones nemini non permittunt, *Inſtitut. tit. de publicis Judiciis in princ.* Simile jus exerceri permittitur, apud Venetos, in *Bannitos*, V. Phil. Maulæum in *Interpretatione*. *p.* 179. quibus olim apud Anglos, non dissimiles fuere ii, qui *Utlagati* dicti sunt, de quibus supra egimus. Nec multum abit mos Germanorum, quo istiusmodi homines omnium injuriæ objiciunt, quod *Vogel-frey machen*, apud illos vocatur &c. V. Joh. Seldenum præfatum *de Synedriis Vet. Hebræorum l.* 2. *c.* 14. *§.* 3. inprimis autem *de Jure Nat. & Gentium juxta Diſciplinam Ebræorum, libro* 4. *cap.* 3. 4. &c. 5.

Zelotes, adde: Hunc à voce Hebr. *Kanna*, & *Kannai*, quæ *Zelatum* notat, denominatum vult Seldenus. cui exemplaria N. Test. illa favent, in quibus Καναῖος appellatur. id quod proximè accedit, ut ex *Kanna* seu *Kannai*, adjectâ Græca terminatione, videatur nomen deductum. Neque proin assentitur Viris doctis, etiam S. Hieronym. *ad Matth. c.* 10. icquacibus, qui à *Cana* (quod קנה Hebr. scribitur) urbe Galilææ, cum nuncupatum volunt: quæ etiam *Katana* passim Syro, Josuæ *c.* 19. *v.* 28. exaratur. Et quid *Zelotæ* cum urbe illa? Cananæum autem seu Cananitem, apud Matthæum & Marcum, reddit Syrus per *Canunæa: Zelotem* verò apud D. Lucam per *Tanana*, quod id est ipsum, uti & Arabs. Idem perperam nimis Ebraicum Matthæi Evangelium habere ait, שמעון הכנעני *Simonem Cananæum*, ac si à terra *Canaan* nomen deduxisset; nec enim soni nec ipsius rei rationem id omnino ferre: Additque non magis videri Thomam & Didymum eosdem esse, quàm hoc *Cananæum & Zelotem*, de Simone dicto. V. cum de *Jure Nat. & Gentium libris*, citatis, quæ.

Zelotypia, in utroque sexu, sequiore inprimis, extremus supremusque omnium affectuum est, teste Jul. Cæs. Scaligero *Poet. l.* 3. *c.* 14. Quo in negotio, memorabilis apud Hebr. *Zelotypiæ* Lex fuit, quam de Uxore suspecta legimus Numeror. *c.* 5. *v.* 12 & *ſeqq.*. Si Viri cujuscunque uxor declinaverit, & prævaricando in eum prævaricata fuerit, & concubuerit Vir alius cum ea commixtione feminis & abſconditum fuerit ab oculis mariti ejus, atque occultata fuerit illa, & immunda facta fuerit, & testis non fuerit contra eam, perranſierit autem illum Spiritus *Zelotypiæ*, ut ſuſpiceturuxoré ſuam, quæ polluta eſt, aut ſi perranſierit illum Spir. zelotypiæ ut ſuſpiceturux. ſuam, quæ non eſt polluta; adducat Vir ille uxoré ſuam ad Sacerdotem, adducatq; cum ea ſacrificium pro ea, nempe decimam partem ephæ farinæ hordeaceæ, ſed non fundat oleum ſuper eam, neque ponat thus ſuper eam, quoniam oblatio Zelotypiæ eſt, oblatio pro memoriali, faciens recordari iniquitatem. Adducet itaque illam Sacerdos, & ſtare eam faciet ante Dominum. Aſſumat quoque Sacerdos aquas ſanctas, in vaſe fictili, & de pulvere, qui fuerit in pavimento Tabernaculi, tollat Sacerdos & ponat in aquam. Stare autem faciet Sacerdos mulierem ante Dominum, & denudet caput mulieris, ponens ſuper manus ejus oblationem pro memoriali, quæ oblatio eſt Zelotypiæ, habeatque Sacerdos in manu aquas amaras ac maledictas. Et adjurans eam Sacerdos, dicat ad mulierem, ſi non concubuit Vir tecum & non declinaſti ad immunditiem ſub Viro tuo, liberaberis ut innocens ab aquis iſtis amaris & maledictis. Sin tu declinaſti ſub marito tuo & pol uta es & poſ ſuit vir concubitum ſuum ad te extra maritum tuum; adjurabitque Sacerdos mulierem jutamento execrando & dicet Sacerdos DOMINUS in execrationem & juramentum, in medio Populi tui, adeò ut faciat DOMINUS cor ruere femur tuum & inflari uterum tuum. Ingrediantur aquæ iſtæ maledictæ in viſcera tua, ut intumeſcat uterus tuus & corruere faciant femur tuum, dicatque mulier Amen, Amen: Scribat autem Sacerdos in libello maledictiones iſtas, & rafas projiciat eas in aquas amaras potetque mulierem aquis illis amaris & maledictis, ut intrent in eam aquæ illæ maledictæ & amaræ. Tollet deinde Sacerdos de manu mulieris oblationem Zelotypiæ, & ventilabit oblationem illam coram Domino, atque adducet eam ad altare. Tolletetiam Sacerdos pugillum plenum de oblatione illa pro memoriali incendetque in Altari, & poſtea dabit mulieri potum illius aquæ. Et poſtquam potaverit mulierem illam aquis illis, ſi fuerit polluta, &c. Ad eam Legis explicationem, è Seldeno, pauca adjicere placuit. Maritum *Zelotypum*, ut hac Lege comprehenderetur, eum esse jussit Magister, qui præmonuerat Uxorem, ne deinceps in secreto esset aut clam occultaretur cum aliquo sive Patre eius, sive fratre, nedum aliis plus dissimis, sive genitalibus servo, idque coram testibus: quæ nihilominus cum ipso, de quo præmonita est, in secreto esset conclusa, idque testibus item probaretur, *quamlibet tempore ſuminæ poſſet id eſſe, quamlibet tempore ovum* (gallinæ) *& eſſari poſſet & abſorberi*. Uxore itaque suspecta, etiam Marito interdicebatur, usque dum potatis aquis amaris innocentem illa probasset. Interim, furente etiam Uxorum genera non pauca, quæ, timenti anteceserat præmonitio & occultatio aderantque utriusque testes, postatione nihilominus libera quidem erant, at cujciendo ne unde & illicita dein perpetuò Maritis. In his censebantur & Sponsa & Fratria, cujus auptiæ à Levito expectabantur, ut & aliæ quædam, de quibus Seldenus *Uxor. Ebraic. lib.* 3. *cap.* 14. Formula, quâ ad Examen uxor suspecta deduci solebat, forcitis erat hujusmodi. Adibat Maritus Forum, cuius jur adictioni parere tenebatur. Huic narrabat, se ſuſpectam ſibi Uxorem præmonuiſſe, eam nihilominus cum eo, de quo præmonuit, erari in occulto egiſſe, teſtes totius rei adeſſe, ipſam ſe ab adulterio mundam aſſeveraret, idcoque ſe petere, ut Aquarum amaratum examine res decideretur. Tum teſtimoniis auditis, & tradito Marito in custodiam duorum Studioforum Legis quibus erat cavendum, ne cum Uxore ipſe, ante potationem concumberet, ipſique conjugesHierosolymam transmittebantur, ut ibi in Synedrio M. res procederet: alibi enim id genus examinis rite fieri nequibat, Maimonides *halach Sanhedrim cap.* 5. Ibi Uxorum comparentem terre primo nitebatur Synedrium, ne aquas biberet, crimen confiteri suadebat, monebat ut recoleret exempla Judæ & Thamaris, Rubenis & concubinæ Patris sui, alia ejusmodi, ne gravis nimis ipsi confessio videretur Quod si confiteretur, aut potationem detrectaret, ejiciebatur, inque fine dote. Sin innocentem se afferret, ex condavi faxeo *Likkuth hagegith*, ubi Synedrium habebatur, eductam circumducebant, tentantes an defatigata atque anxiadematum confiteretur. Perseverantem, prope portam Atrii exteriorisOrientalem collocabant, atque ornamento omnimodo mulichri, etiam solennibus capitis operculis spoliatam, qui mos in omnibus Judæis, sec. Philonem, vetitibus inducbant rigris. Eódem mulierum frequentia evocabatur, ut eruditetur sexus ille, *ne agerent juxta actiones fœminæ*, Ezech. *cap.* 23. *v.* 48. Aderant, qui vellent, alii, exceptis ancillis ejus atque domesticis, si qui essent, servis, qui summovendi erant, ne eorum præsentia Dominæ forte meus distraheretur. Dein, monebat eam iterum de tota re Sacerdos huic rei præstitutus, atque adjurabat, idque linguâ ei notâ; cui illa similiter linguâ ibi cognitâ respondebat. Amen, Amen. Ex mundissima pelle membrana, libello Sacerdos, atramento, sine chalcantho, ut facilius abstergeretur, consecto, præter Mulieris nomen omnia adjurationis vocabula inscribebat & dimidium aquæ sextarium, *Numeri* libro, Exodi *c.* 30. *v.* 8. quod ex speciulis mulierum conflatum, juxta Altare locum habuit, defumtum, ac opeculo testaceo recèns fictoinclusum, pulvere pavimenti Templi, aut si comperiri nequibat, alibi unde allato, inspergebat, commissis etiam, quæ amaritudinem adderent, veluti absinthio, & id genus aliis. Mox abrasa quæ libello inscribebantur, atque abstersa in poculum item conicichebantur. Tunc Sacerdos aliis vel ut è corde tetus dilaceraba, nudato usque ad crines capite, cincinnos, si qui erant, abscondebat, & sune, si comparari posset, Ægyptio quo Ægypti mixacula ei in animum facilius reducerentur, vestes ei laceras supra mamillas circumcingebat. Ægyptio dein canistro afferebat decimam partem ephæ farinæ hordeaceæ, ex Mariti apothecis desumtam & mulieri tradebat tum oblationem in

